SC.1.Pl.2.

37
2 F
6

MAGNUM
THEATRUM
VITÆ HUMANÆ
HOC EST,
RERUM DIVINARUM, HUMANARUM
SYNTAGMA CATHOLICUM, PHILOSOPHIC
HISTORICUM, ET DOGMATICUM;
Ad normam Polyantheæ univerſalis diſpoſi

AUCTORE
LAURENTIO BEYERLIN
THEOLOGO, PROTONOTARIO, CANONIC
& Archipreſbytero Antuerpienſi;

IN HAC EDITIONE NOVISSIM
Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, &c. ad hanc uſque diem, acceſſione auctum & ornatum.

TOMUS TERTIUS,
[redacted] Continens Literas E, F, G. [redacted]

LUGDUNI,
Sumptibus JOANNIS ANTONII HUGUETA
M. DC. LXXIIX.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

ELENCHVS

TITVLORVM ET ARGVMENTORVM OMNIVM, QVÆ HOC TOMO TERTIO,

ſub literis *E, F, G,* continentur.

In quo numerus Arithmeticus folium ſiue paginam libri demonſtrat.

EBrietas quid, eiuſque etymologia, acceptio, incommoda & fructus noxij. 1. Hoſtilitas cõtra caſtitatem. 2. Hieroglyphica, 4. 28. Portentum, exitia varia, 8

De ebrietate apophthegmata. 1

Ebriorum mores, 2

Ebrioſi qui? Puta

Populi

Reges, principes 4

Priuati, plebeij.

Ebrietatis vſurpata incommoda, pœnæ triſtéſque euentus, ejuſque

Exempla

Biblica

Hiſtorica in

Poetis ibid.

Senibus

Mulieribus

Regibus, ducibus, &c.

Eccleſiaſticis

Prohibitio in ſacerdotibus Ethnicis & pleriſque hæreticis.

Ebrietatis punitæ exempla hiſtorica in 12

Epiſcopis, ſacerdotibus, monachis

Imperatoribus & aliis, ibid.

Eccleſiæ etymologia, acceptio, definitio in genere & diuiſio in triumphantem & militantem, ac vtriuſque varia acceptio, 9. Circa eius deſcriptionem errores diuerſi hæreticorum & pugnæ, 9. 10. 11

Eccleſiæ propria & ſpecialis definitio, 11

Corpus myſticum eiuſque eſſentia & membra, 12. Typi & epitheta, ib.

In Eccleſia qui propriè ſint, & qui non ſint, Vtpote

Infideles, cathecumeni

Hæretici, apoſtatæ

Schiſmatici, excommunicati ibid. & 16

Eccleſiam non defeciſſe, ſed eſſe perpetuam, 10

Comprehendere prædeſtinatos, & non prædeſtinatos, 9. Perfectos & imperfectos, 10. Bonos & malos.

Eccleſiam non eſſe inuiſibilem, ſed viſibilem

Eiuſque notæ illuſtriores, vt ſunt quod ſit

VNA, 13

SANCTA, 14

CATHOLICA, ibid.

APOSTOLICA 15. Notæ item hæreticorum. 15

Eccleſiæ vnitas declarata exemplis, & qualiter cum diuiſione orientalis & occidentalis Eccleſiæ conſiſtat, ibid.

Eccleſia cur dicatur mater. Item ſponſa Chriſti. 22

Eccleſiæ Chriſti pleniſſima definitio. 15

Prærogatiuæ vt ſunt

Donum miraculorum. ibid.

Donum caſtitatis ibid.

Ab Eccleſiæ puritate, quam procul abſint hæretici. Item Iudæi, & alij eius generis homines. ibid.

Eccleſiam Romanam eſſe veram Eccleſiam & de ea re hæreticorum teſtimonia. 18. Eius membra quænam ſint. 19

Eccleſiæ muniſtri in generali, ibid. Vox, doctrina, magiſterium, ibid. Propagatio.

Eccleſiæ calamitas & perſecutio in genere, eiuſque præcedentibus ſignis ex Scriptura & hiſtoria, 19. Fructus quod ſcilicet per hoc illuſtrior reddatur. 21

Perſecutiones particulares

Biblicæ ibid.

Hiſtoricæ. Puta

Paganorum 21

Hæreticorum veterum 22

Hæreticorum recentiorum, eorumque crudelitas in

Anglia, Gallia, Belgio ibid.

Perſecutorum, item hæreſiarcharum & Apoſtolorum infelix exitus, 23

Eccleſiæ defenſorum & patronorum ſucceſſus proſperi, 24

Eccleſiæ

Poteſtas, authoritas, & immunitas

Seruata, vindicata

Aſſerta, 26

Paupertas & opulentia 28

Bona ſiue patrimonium in generali, eorumque poſſeſſio licita & laudabilis 32

Bona non dilapidãda, non alienanda, 35. Quomodo & quibus caſibus alienari & erogari poſſint eiuſq; exẽpla, 33

Beneficia & munera a diuerſis oblata V. *Donationes*.

Eccleſiæ iudicium in cauſa fidei eiuſque exempla biblica & hiſtorica. 31

ECCLESIASTICI qui, eorumque ordo & gradus, 35

Eccleſiaſticorum immunitas & libertas à ſeculari poteſtate & iudicio, 36. Bona temporalia an rectè poſſideant, eorumque rectus vſus, 35. Libertas ſeu immunitas quoad poſſeſſiones Eccleſiaſticas & ſeculares, 36. Eius exempla biblica, 37. Exempla punitorum ob eccleſiaſtica bona onerata, 38. Caſus quibus onerari poſſunt, eorumque exempla biblica & hiſtorica Ethnicorum & Chriſtianorum, 37. Ad hoc legitime faciendum requiſita & exempla 38

Eccleſiaſticorum frugalitas & continentia 38

Scelera diuinitus punita 39

Eccleſiaſticis quæ vetita ſint, 35

Eccleſiaſticis honor debitus & exhibitus ab

Ethnicis, 40

Viris ſanctis,

Imperatoribus & Regibus Chriſtianis 41

Eccleſiaſticorum perſecutores, inſidiatores, contemptores diuinitùs puniti & male mortui ex biblicis & hiſtoria. 42

Eccleſiæ & Pontificis Rom. iura & immunitates violantium pœnæ 43

Eccleſiaſtici iudicis vſurpata pœna 44

Eccleſiaſtica dignitas. V. *Dignitas Sacerdotis*,

Cæremoniæ. V. *Cæremonia*.

Cantus. V. *Cantus*. Eius exempla biblica & hiſtorica ibid.

Eccleſi materialis, eiuſque inſtructio, dotatio, conſecratio, dedicatio, immunitas, ornatus, profanatio. V. *Templa*.

ECHO quid, eiuſque cauſa, 45. Tranſlatio à viris doctis ad opera ingenij, 46

ECLIPSIS quid, quotuplex, eius cauſæ differentiæ, ib. Cauſarum inquiſitores primi, 506

Eclipſium varij effectus, prædictiones & exempla, 47. Circa earum conſiderationem vanitas, ibid.

De eclipſi Solis tempore paſſionis Chriſti, 47

ECSTASIS quid, eiuſque etymon & diuiſio, 50

Ecſtaſis ſacra, eiuſque exempla biblica & hiſtorica, ibid.

Profana, impia, magica 51

Cauſata ex

Timore ibid.

Mœrore 52

Ira, amore, gaudio

Adminiſtratione, ſtudio

Ecſtaſis ſeu mentis oblitio, vt perturbationis pediſequa. ibid.

EDVCATIO, V. *Inſtitutio*.

Educationis pro recta inſtitutione definitio, etymologia & modus. 53

Educationis bonæ ac prauæ exempla biblica & hiſtorica, ib. Apophthegmata Ethnicorum, 55. Chriſtianorum. 56

Educatio pro nutritione, vt puta

Educati à beſtiis, earumve miniſterio, V. plura in *Indice generali*.

ELECTIO quid & vnde dicta, 57. Eius ſubiectum & materia, ib. De ea apophthegmata & exempla hiſtorica, 58

Electio ſine perſonarum & ſanguinis reſpectu facienda, eiuſque exempla 57

Electio iniqua & fœda. Item laudabilis. 59

Electio Pontificis, Cæſaris, Imperatoris, Regum, Epiſcoporum. V. *Magiſtratus*.

EFFICACIA quid, eiuſque etymologia, varietas & partitio, 60

Inefficacia, ibid.

ELEEMOSYNA quid, eiuſque etymologia, præſtantia & neceſſitas, ibid. De ea error Stoicorum, ibid.

Apophthegmata Ethnicorum & Chriſtianorum, 61. Typi & allegoriæ.

Eleemoſynæ datæ exempla. Puta
Qui dederint? Puta
Apoſtoli
Pontifices, Epiſcopi
Reges, Duces 63
Philoſophi.
Quibus?
Piis, religioni addictis eiſdem.
Orphanis, cæcis
Prægnantibus
Amicis, Amaſiis
Hoſtibus
Exulibus
Captiuis
Meretricibus
Senatoribus
Philoſophis.
Quæ? data pauperibus
Alimenta, frumenta
Panis 64
Agri, domus
Reſticulatio, racematio, ſpicilegium
Menſæ
Pecunia
Teſtes 65
Stragula
Libri
Coma
Anuli
Vaſa argentea
Templorum ornamenta
Carbones, lapides
Sanitas, libertas. 66
Quomodo?
Seipſum defraudando ibid.
Decoquendo
Vendendo ſeipſum
Vendendo cariſſima
Diſſimulando
Celando.
Quando?
In ſtudio
Die feſto
In nuptiis
In victoria
In morte teſtamento. 67
Vbi?
In ieiunio
Atrio, aula
In menſa.
Eleemoſynæ fructus
Spirituales ex hiſtoria 67
Corporales ex
S. ſcriptura
Hiſtorica 68
Eleemoſynæ non præſtitæ vindicta diuina.
ELEMENTVM quid, eiúſque acceptiones variæ.
Elementorum ſitus, numerus, qualitates, forma, productio, quantitas, interitus ſeu inuocatio.
ELEPHAS, Elephanti vbi? V. *Greſſilium ferarum loca.*
ELEPHANTI in Europam aduecti, 74
A Deo directi, 75
Elephantorum vſus in bello & in ludis, *ib.* Genera ferocia & manſuetudo, moles, ingenium, induſtria, intellectus patrij ſermonis & laudis, *ib.* Memoria, amor, gloriæ cupiditas probitas, æquitas, religio, prouidentia. 74
Elephantorum in præliis anceps & dubius euentus. ibid.
Cicatratores. V. *Domitores.*
Venatio. V. *Venatio.*
ELOQVENTIA quid, & vnde dicta. 76
Eius præſtantia, vis, ibid.
Eloquentia conſiderata
Reſpectu efficientis. Sic eloquentes alij a natura, alij ex arte, 76. & 77
Eloquentiæ profeſſores
Otioſi. Huc
Rhetores, declamatores dicendi Magiſtri ibid.
Rhetores indocti. 80
Negotioſi ſeu diſerti
Philoſophi ibid.
Theologi
Hiſtorici
Mechanici
Politici ſeu viri in repub. adminiſtranda illuſtres 81
Eloquentia conſiderata
Reſpectu ſexus & ætatis. Huc diſerti
Viri
Mulieres 86
Adoleſcentes
Senes
Duces
Legati
Interpretes
Cauſidici. V. *Aduocati.*
Reſpectu effectus & ſucceſſus.
Huc oratores
Qui perſuaſere ibid.
Qui non perſuaſerunt 89
Eloquentiæ prætagia, 90. Hieroglyphica & apophthegmata Ethnicorum & Chriſtianorum. ibid.
EMANCIPATI, V. *Liberi.*
EMENDARE. V. *Correctio.*
EMBLEMA quid, & vnde dictum, 91. Eorum ſcriptores. ibid.
EMPTIO quid, eiuſque etymologia, exempla biblica & profana. ibid.
ENCÆNIA. V. *Feſta Iudæorum.*
EPHESVS quæ & qualis, eiuſque conditor, 91
Epheſii quales. ibid.
EPHOD quid, eiúſque forma & præceptum, *ibid.* Quotuplex fuerit? 92
EPICVREI qui & eorum ſecta. ibid.
EPHORI Spartanorum. V. *Magiſtratus.*
EPICEDIA. V. *Laudationes funebres.*
EPIGRAMMA & Epigrammatographi. V. *Poeta.*
EPILEPSIA. V. *Affectio corporis.*
EPIROTARVM duces. V. *Fortes duces & Epirotarum.*
EPISCOPATVVM quorumdam electio, fundatio. 103
EPISCOPI definitio & etymologia, 92
Epiſcoporum inſtitutio & ſucceſſio, 93. eminentia ſuper presbyteros minores. 92. electio & quod ea ad populum & principes iure diuino non ſpectet, 93. Circa illam varietas & obſeruantia hodierna, *ibid.* Poteſtas & dignitas, 96. Honos exhibitus, 101. Contemptus, eiuſque pœna. 102
Ad Epiſcopum requiſitæ conditiones, 94. Vtpote vt ſit
Theologus & concionator ibid.
Non inhæreat nimium humanioribus literis, 95
Non curet ſecularia ibid.
Requiſita ætas ibid.
Ad Epiſcopatum electi dignitas 100
De Epiſcoporum munere & qualitatibus apophthegmata & exempla 96
Epiſcoporum viſitatio. V. *Viſitatio.*
De Archiepiſcopi & ſuffraganei nomine & officio.
Archiepiſcoporum inſignia, *ibid.* 97. Muneris ambitio & fuga eiuſque exempla 98
Ambientium illud pœna 99
Epiſcoporum aliquot illuſtriorum enumeratio 104
Epiſcopi illuſtriores Belgij. 112
Epiſcopatuum & prouinciarum in qua Metropolitanæ & Epiſcopales Sedes fuerunt enumeratio. Puta
Epiſcopatus
Italiæ 113
Regni Neapolitani ibid.
Siciliæ, Sardiniæ, Inſubriæ,
Pedemontanæ ditiones & Sabaudiæ,
Hetruriæ. *ibid.* Liguriæ. 116
Vrbinatus ibid.
Venetorum, Cretæ, Cypri,
Dalmatiæ & Illyrici. ibid.
Bulgariæ & Græciæ, ibid.
Armeniæ, 117
Hiſpaniæ, ibid.
Galliæ, ſeu Franciæ, 118
Venuſini comitatus. 119
Belgij ſeu Germaniæ Inferioris,
Germaniæ ſub Imp. Romano, ibid.
Boemiæ & Vngariæ, 120
Poloniæ, 120
Vvalachiæ. Moſcouiæ, 121
Britanniæ ſeu Angliæ,
Scotiæ, Hiberniæ, ibid.
Daniæ, Noruegiæ, Sueciæ 122
Indiæ Orientalis & Occidentalis, ibid.
Epiſcoporum præcipuorum orbis ſeries & ordo chronologicus, ac primùm
Apoſtolorū aliorumque Chriſti diſcipulorum poſt acceptum Spiritum S. diſperſio, prædicatio, & Epiſcopalis functio, 123
Apoſtolorum ſucceſſores & diſcipuli, 126
Epiſcopi & Patriarchæ
Antiocheni, 128
Hieroſolymitani, 130
Alexandrini, 132
Conſtantinopolitani,
Series Epiſcoporum Romanorum ſeu Pontificum ex Genebrardo, 136
Epiſcopatus, tituli, & diaconiæ Cardinalium, 142
Epiſcopi Cardinales
Oſtienſes, 149
Siluæ candidæ aliàs SS. Virginum Rufinæ & Secundæ, 150
Sabini, 151
Præneſtini, 152
Tuſculani, 153
Albani, 154
Epiſcopi & Archiepiſcopi
Bononienſes, 155
Mediolanenſes, 157
Patauini, 162
Tridentini. 163
Archiepiſcopatuum Germaniæ ſuperioris & Epiſcopatuū ſeries generalis, 165
Epiſcopi, Archiepiſcopi & electores
Moguntinenſes, 166
Curienſes, 168
Vindoniſſenſes & Conſtantienſes, 178
Argentinenſes, 174
Spirenſes, 177
Vvormacienſes, 182
Auguſtani Vindelicorum, 183
Herbipolenſes, 184
Aureatenſes, ſiue Aychiſtadenſes, 187
Hildeſheymenſes. 189
Paderbornenſes, 192
Halberſtadienſes, qui olim Salingſtadiani & Oſterviecenſes dicti, 193
Verdenſes, 195
Bambergenſes, 196
Fabianenſes, ſeu Famianenſes aut Vrigenmenſes, qui & Viennenſes, 198
Bremenſes &
Hamburgenſes, 199
Magdeburgenſes, ibid.
Raceburgenſes. ibid.
Marsburgenſes, in Thuringia, 280
Salisburgenſes, 201
Friſingenſes. 202
Vvarmienſes, 203
Culmenſes, ibid.
Samlandiæ. 204
Pomeſanenſes, ibid.
Pomerani & Caminenſes. 204
Morauiæ ſeu Olomucēſes, 205
Epiſcopi & Archiepiſcopi electores,
Colonien-

Colonienſes, 206
Trevirenſes 214 & 255
Trevirenſes Tungrenſes, ibid.
Monaſterienſes. 219
Oſnaburgenſes. 222
Mindenſes. 223
Baſileenſes 225
Sileſiæ. 226
Pragenſes. ibid.

Epiſcopi & Archiepiſcopi Belgij 228
Cameracenſes, ibid.
Tornacenſes. 232
Vltraiectenſes, 234
Tungrenſes, Traiectenſes & Leodienſes. 236.& 238
Mechlinienſes, 214
Buſcoducenſes, 242
Gandavenſes, ibid.
Brugenſes, 243
Yprenſes, ibid.
Ruremundenſes, 244

Provinciæ Cameracenſis
Namurcenſes.
Audomarenſes. ibid.

Provinciæ Vltraiectinæ
Harlemenſes
Daventrienſes,
Levvardenſes,
Middelburgenſes.
Groningenſes.

Archiepiſcopatuum Galliæ ſeries,& Epiſcopatuum ac Suffraganeorum ſub iis contentorum. 245

Archiepiſcoporum & primatum Galliæ ſeries chronologica. Puta
Lugdunenſium. 247
Rothomagenſium 250
Turonenſium. 252
Senonenſium. 253
Pariſienſium. 255
Rhemenſium, 257
Bituricenſium. 259
Auſcenſium ſeu Auſcitanenſium 261
Burdigalenſium. 260
Viennæ Allobrogum. 262
Arelatenſium triplex. 264.& 265
Avenionenſis Eccleſiæ. 266
Ebroducenſium, ibid.
Narbonenſium, 267
Tholoſanorum, ibid.
Aquenſium ſive Aquarum Sextiarum, 269
Metenſium, ibid.
Virdunenſium, 271
Tullenſium, 272
Genevenſium, ibid.

Epiſcoparum & Archiepiſcoporum Angliæ ſeries chronologica. Puta
Cantuarienſium ſeu Dorobernenſium, 273
Londinenſium, 275
VVintonienſium, 276
Roffenſium. 277
VVelenſium, 278
Crediconenſium, Cornubienſium & Exonienſium, 278
Herefordienſium, 279
Elienſium, 280
Lincolnienſium, 281
Coventrienſium & Lichfeldenſium. 282
Saliſburienſium, ibid.
Norvvicenſium, 282
VVigornienſium, 284
Ciceſtrenſium, 285
Menevenſium, 286
Landavenſium, 287
Bangorenſium, 288
Aſaphenſium. ibid.
Eboracenſium, 289
Carleolenſium, 291
Dunelmenſium, 290
Ceſtrenſium. 292

EPISTOLA quid, eiuſq; etymõ, & varia appellatio, partes, encomia. 292. Formulæ & quæ in ea obſervãda. 293. Genera & varia nomina, ibid. Scriptores 293
Epiſtolarum miſſio. traditio aperta. vulgaris & ordinaria. 294. Earum tabellarij, curſores, veredarij, eorumq; diſcrimen, uſus varius. ibid.
Oeconomia; antiquitas, numinis cultus & habitus. 291
Epiſtolarum miſſio, traditio occulta, aſtuta, tecta
In genere & quot modis fiat? 296
In ſpecie contingit ea
Ratione materiæ in qua ſcribuntur. ibid.
Aſtu tabellariorum, 297
Itinerum occultatione ut puta
Quadrupedum, ibid.
Vrinatorum.
Vterum.
Telorum,
Avium.
Epiſtolarum communicatio. Item
Epiſtolæ credentiales, commendatitiæ Vide *Littera*.

EPITAPHIVM quid, eiuſq; etymologia 297
Epitaphiorum antiquitas ex S. Scriptura ibid.
Ex ſcriptoribus profanis, 298
Epitaphia iocoſa diverſorum, ibid.
Seria atque dogmatica diverſorum, 298
Heroum, qui bello Troiano obierunt 300
Aliorum principum & heroum, 301
Indecora & impia, ibid.
Superba, ibid.
Succincta & venuſta. 302
Ænigmata, obſcura, ibid.
Brutorum, equorum, canum, avium, &c. 303
Epitaphiorum ſcriptores, 304

EPVLÆ ſacræ, funebres, victoriales, &c. Vide *Convivia* Item: *Magnificentia*.

EQVI ubi optimi. Vide *Locus*.
Equorum elogium & commendatio. 304
Docilitas. 305
Fides & fidelitas erga
Magiſtros.
Heros.
Directores. ibid.
Pietas & probitas in genitores,
Divinationes & præſagia. ibid.
Forma. 306
Qualitas, color, pretium, ætas 306
Curatores, eos
Paſcendo. ibid.
Curando.
Fricando.
Agitando, incitando.
Cura: Vide Opera *Mechanica*.
Equæ equis maſculis fortiores & velociores, ibid.
Erga equos grati
In equos prodigi. Vide *Prodigalitas*.
Ab equis necati, excuſſi, alliſi. Vide *Mortui*.
Equeſtrium rerum ac equorum commendatio, uſus, directio in exercitu & bello. Item
Equitum præcepta & exercitia. 307
Magiſterium & præfectura in exercitu. 312

Equeſtrium Ordinum ſymbola, inſignia, & origines, 316
Equitum ſæcularium definitio & varia apud varias gentes nomina. 316
Equitum & equeſtrium Ordinum
Fides. 320
Inſtitutio & dignitas an ubique & apud omnes fieri poſſit. ibid.
Creationis forma uſitatior 322
Iuramentum militare, ibid.
Exauctoratio. ibid.
Ordo ac cenſus. 318
Ratio apud Hiſpanos. 320

Equitum varia genera 16. ut puta
Equites ſeu milites
Commentarienſis, Claviculares, Corniculari, Torquati, Duplarij
Monoſoni qui & Aurati eorũque creatio, ibid.
Banereti in Anglia. 321
Baccalaurei. 322
Armigeri. ibid.

Equeſtres Ordines ſacri, eorumque inſtitutio, dignitas, prærogativa & exercitia 323. videlicet Ordo
Equitum Hieroſolymitanorum, eiuſque Equites creandi forma, ibid. Enſis benedictio, 324
S. Mauritij & S. Lazari apud Sabaudos. ibid.
S. Mariæ de Monte Carmelo & S. Lazari in Gallia. 92
Canis & galli gallinacei apud Francos. 325
Genetæ, ſed Aſturienis in Gallia. 326
Lilij in regno Navarræ. 327
Hoſpitalariorum S. Ioannis Hieroſolymitani, qui poſt Rhodij nunc Melitenſes dicti, ibid. Vide de his prolixius infra.
Templariorum. 328
Teutonicorum. Hoſpitalis S. Mariæ in Hieruſalem, nunc Cruciferi & Mariani. 329
S. Ioannis Acconenſis & S. Thomæ. ibid.
S. Salvatoris in Arragonia. 330
De monte Gaudio in Syria ibid. Item Equitum Truxillenſium. ibidem.
Gladiferorum ſeu militum Chriſti in Livonia, ibid.
S. Iacobi apud Hiſpanos. 332
Calatravæ in regno Toletano, 332.
Alcantaræ in regno Legionis, ibid.
Ieſu Chriſti à S. Dominico contra Albigẽſes inſtitutio 373
S. Mariæ de Mercede & redemptione captivorum apud Aragonios. ibid.
S. Mariæ glorioſæ apud Italos ibid.
Mõteſiæ in regno Valentiæ. ib.
Chriſti apud Luſitanos. 334
Bandæ & Scamæ apud Hiſpanos & Galeæ apud Venetos ibid.
Bandæ apud Venetos & ſancti Marci ibid.
Aviſiorum, vulgo de Avis in Luſitania. ibid.
Periſcelides, ſeu Garterij in Anglia. 335
Menſæ rotundæ. ibid.
Balnei in Anglia. ibid.
Stellæ in regno Galliæ. 336
Annunciationis Angelicæ apud Sabaudos. 336
Velleris aurei apud Burgundos & Auſtriacos. ibid.
Cygni. 337
Hyſtricis apud Aurelianenſes ibid.
Cardui B. Virginis Mariæ apud Borbonios.
Cardui & rutæ S. Andreæ in regno Scotiæ, ibid.
S. Mariæ ſive Elephanti in Dania 338
Luſignianorum in Gallia. 339
Columbæ & rationis apud Caſtellanos. ibid.
Ordinis Draconis in Germania & Hungaria. Tuſini in Bohemia, Diſciplinarum in Auſtria ibid.
In regno Sueciæ, eorumq; inſignia. 340
Spicæ apud Armoricos. ibid.
Gladij & balthei militaris ibid.
Lunæ creſcentis apud Andegavenſes & Siculos. ibid.
Navalis ſive cochlearis. 342
S. Michaelis apud Gallos. ibid.

S. Georgij in Carinthia, ibid.
Crucis Burgundicę in regno Tunetano, 342
S Stephani in Hungaria, 343
S Spiritus in Francia, ibid.
SS. Sanguinis Chriſti apud Mantuanos,
Militiæ Chriſtianæ à duce Nivernio an. 1620. inſtitutus, ibid. Eius leges, forma receptionis, voti, iuramenti & acceptiones inſtrumenti, 346
De Ordine Equitum Melitenſium longior diſſertatio eiuſque argumentum, 346
Equitum Melitenſium antequã Melitæ ſedem fixiſſent diverſa domicilia, ibid.
Melitenſis inſulæ deſcriptio, qualitas, incolarum mores, priſci & moderni opes 347. vires, 348
Equitum huius Ordinis genera receptio; habitus & conditiones, 348
Habitus privatio qualiter fiat & reſtitutio, 349. Politia & leges ibid. Religio. 354

Equitum ordines à ſummis Pontificibus inſtituti. 342
Equites apud Turcas & Indos, 344

Eremitæ. Vide *Religioſi.*
Error quid & unde dictus? 354. Non eſt celandus ſed confitendus, ibid.
Errorum genera 355
De errore, eiuſque fuga, apophthegmata Ethnicorum & Chriſtianorum, ibid.

Erubescentia quid eiuſque etymon & exempla, ibid.
Eruditio. Vide: *Doctrina.*
Ethica ſive moralis philoſophia unde dicta,
Ethicæ
Magiſtri
Qui, Quales? puta
Philoſophi, ibid.
Poetæ, 356
Rethores ſophiſtæ
Politici,
Amatores,
Mulieres, 357
Quomodo?
Sententiis moralibus, ibid.
Fabulis,
Legibus,
Conſiliis,
Adhortatione, admonitione.
Diſcipuli
Præceptis
Exemplis, 357
Ethnicæ uſus
Aptus, rectus in
Republica inſtituenda, gubernanda, 356
Tyrannis tollendis,
Reconciliandis inimicis,
Accedendo ad expeditionem, prælium.
Tolerandis malis.
Ineptus, ibid.
Ethica certamina ſeu quæſtiones
In genere,
In ſpecie de
Summo bono, 358
Virtutibus.
Inſania, ſtultitia, 359
Morte,
Divitibus
Amicitia,
Repub.
Ethica iudicia conſideranda
Qui iudicent
Præceptores, 360
Senatus.

De quibus? Puta de
Regibus,
Philoſophis,
Qualiter? Puta
Iudicio recte de
Indole, ibid.
Virtutis provecta,
Fortitudine,
Delictis,
Reipub. forma
Reip. incremento,
Honoribus,
Vita, 361
Iudicio dubio, obſcuro, ibidem.
Inepto iudicio,
Gaudio & dolore
Virtute,
Civitatis iure,
Coniugio.
Ethicæ ſtudium, 361
Ethnici, Ethnicismus, Paganiſmus, Gentilitas,
Ethnici nominis ſignificatio & etymon. 363
Ethnicorum ſocietas religioſa in genere conſiderata, ut puta eius
Inventio, inſtitutio, ibid.
Conſervatio.
Ethnicorum conſiderata religio
Quoad perſonas. Huc pertinent
Ethnicorum ſacerdotes
Qui?
Populi, ibid.
Reges,
Latrones, 363
Virgines, mulieres.
Quorum deorum. Puta
Palladis, ibid.
Dianæ,
Cibeles,
Herculis,
Veſtæ,
Iſidis,
Fenniæ,
Palatualis,
Quarum gentium. Puta
Indorum, ibid.
Ægyptiorum,
Græcorum,
Comanorum,
Romanorum ut ſunt
Pontifices Maximi & minores, 364
Rex ſacrorum, ibid.
Flamines, 365
Salij,
Augures,
Epulones,
Triumviri epulonum, ibidem.
Feciales 366
Arvales.

Ethnicorum ſacerdotum ordines apud Indos & Romanos, 366
Habitus, ibid.
Ethnicorum religio conſiderata
Reſpectu
Materiæ, ſeu ſubiecti quod colitur videlicet.
Dij ut
Venus,
Hercules,
Nænia,
Fortuna,
A quibus? Puta
Perſis, ibid.
Romanis.
Homines
Sacerdotes, 366
Mortui, Manes,
Animalia, bruta,
Templa
Admiſſa. Horum
Erectio,
Dedicatio,

Quomodo.
Ingreſſu.
Aditu prohibito.
Sacrificiis,
Non admiſſa. Neglecta. ibid.
Oraculorum loca quorum. Puta
Iovis. 367
Appollinis.
Mercurij. 368
Bacchi. 369
Herculis.
Æſculapij.
Podalirij.
Amphiarai.
Trophonij.
Orphei.
Epaphi, Apis, Serapis, 370
Aridali,
Terræ.
Fortunæ.
Cereris.
Latonæ.
Iſidis.
Inus.
Paſiphaes. Daphnes
Nympharum.
Incertorum.

Feſta religioſa, ſeu dies feſti Ethnicorum. 370 idque vel
Reſpectu eorum, qui coluntur, ut feſta dedicata.
Saturno, 371
Iovi, 372
Iunoni,
Neptuno,
Veneri,
Cereri,
Baccho,
Palladi,
Soli,
Vertumno,
Genio.

Reſpectu eorum, qui colunt conſideratorum
Quoad gentem uti ſunt feſta
Ægyptiorum, 372
Spartanorum,
Athenienſium,
Romanorum, 373
Sclavorum.
Quoad habitum ut feſta
Stultorum,
Paſtorum.
Quoad ſexum. Puta feſta mulierum, ibid.
Quoad libertatem, ut feſta ſervorum, 376

Reſpectu formæ ſeu modi, tum ante feſtum tum in feſto. Puta per
Otium, 374
Lætitiam, convivia, choreas,
Certamina, cædes, direptiones,

Reſpectu finis cauſa. Puta
Feſta inſtituta, culta memoriæ præteritorum, ibid.
Conſecrandi, inaugurandi, ibidem,
Divinationis, oraculi, 373
Fructuum,
Expiationis,
Luſtrationis, ibid.
Reſpectu temporis. Puta
Feſta culta vel unius diei, vel plurium dierum. ibid.
Ethnicorum ſimulacra, imagines deorum cultæ ac primo
Reſpectu deorum, qui coluntur
Quorum?
Iovis, 375
Iani,
Proſerpinæ,
Angeronæ,
Fortunæ.

E qua

E qua materia?
Qua forma? ibid.
Reſpectu hominum qui colunt. Sic idola ſua habuere
Ægyptij
Germani, 377
Sclaui.
Moſchi, Ruſſi,
Tartari.
Reſpectu modi quo coluntur 377
Quoad κτίσιν. Huc ſimulacra facta, adducta, ibid.
Quoad φυλακὴν,
Quoad χρῆσιν. Huc ſimulacra culta
Sacrificiis
Ornatu
Pompa
Stupro.
Monumenta, ſepulcra culta, ibid.
Ethnicorum religio ſpectata
Reſpectu inſtrumenti, per quod colitur tum
In genere, 378
In ſpecie. Huc
Vota, ibid.
Preces ſuſceptæ.
Cur? cauſa
Boni impetrandi 379
Gratias agendi
Mali deprecandi.
Pro quibus? ibid.
Quomodo? Puta
Deos inuocando ibid.
Per flagella, vulnera,
Proſtitutionem,
Conuiuia, lectiſternia
Menſam quotidianam, 380
Cultum corporis,
Veſtitum,
Ethnicorum religio conſiderata
Reſpectu
Fortunæ primariæ. Huc
Fides
Deuotio.
Sacrificia conſiderata vniuerſim. Puta in Quæ, quibus inſtituta, nempe
Saturno 380
Ioui
Mineruæ
Cereri
Vulcano 381
Herculi
Pani
Veſtæ
Fidei
Carnæ
Termino
Manibus.
A quibus celebrata. Puta à
Perſis
Ægyptiis
Scythis
Sclauis
Mulieribus
Ruſticis.
Reſpectu
Materiæ
Quoad victimas, ſic ſacra ſunt
Animata 833
Alia
Enaima,
Quoad libationem vt ſacra ἄοινα & οἰνόσπονδα.
Quoad ſufficientis, ibid.
Modi vt ſacra occulta, 383
Finis ſic ſacra alia ſunt
Grata
Expiatoria cauſa luſtrationis.
Vrbis
Concionis
Agrorum
Pecudum
Inſulæ
Exercitus
Claſſis.
Initiatoria,
Supplicatoria.
Sacrificia ſpectata ſingillatim ſecundùm cauſas, ac primò
Materiæ coniunctim quoad
Ortum, ſic offeruntur,
Ver ſacrum 384
Primitiæ
Decimæ
Genitum,
Ætatem, ſexum, numerum,
Ordinem. ibid.
Reſpectu
Materiæ, ſpeciatim quatenus offeruntur
Animalia, v. g.
Coturnix 385
Gallinæ
Piſces
Boues
Capræ
Sues
Cameli 386
Equi
Aſini, pulli
Canes
Homines. ibid.
Animalium partes, vt ſunt
Sanguis 389
Lac, crines,
Stercus
Oua
Cerealia, legumina, ibid.
Allia, papauer, 390
Rami arborum,
Mel, vinum,
Thus, ſal,
Calculi,
Spolia, arma,
Phiala.
Reſpectu
Formæ
Ante actum. Huc
Perſonarum præparatio, ibidem.
Animalium inſpectio, præparatio,
In actu
Ritus ſacrificandi in genere, 390
In ſpecie,
Adoratio, geſtus,
Preces,
Dicta,
Maledicta, 391
Mores,
Muſica,
Curſus,
Verbera, pugna,
Victimarum
Situs,
Perfuſio,
Cædes,
Diuiſio,
Inſpectio,
Coctio,
Comeſtio,
Abiectio,
Euulſio,
Poſt actum, vt ſunt
Adhortationes 392
Dimiſſio.
Reſpectu
Efficientis principis eius, qui ſacris præeſt, adeſt, ratione habita
Animi ſic interſunt
Initiati,
Scelerati, ibid.
Corporis
Quoad
Sexum, vt mulieres,
Sanitatem, integri, mutilati, ægri.
Habitum, veſtitum, ornatum, 393
Fortunarum
Quoad
Libertatem, ibid.
Exiſtimationem,
Patriam peregrini,
Officium,
Calamitatem,
Reſpectu
Efficientis inſtrumentalis. Huc ſacrorum
Ignis,
Ligna, 393
Vaſa, arma,
Fercula quæ geſtant, vti ſunt
Caniſtra,
Phalli, 394
Faces, lichni.
Reſpectu
Finis. Sic ſacra obeuntur alia cauſa
Mali amoliendi, vti ſacra expiatoria,
Boni obtinendi. Puta
Auxilij,
Salutis, ſanitatis.
Sacrificia ſpectata ſingillatim ſecundùm accidentia. Puta
Quoad
Loca vt ſunt
Templa
Aræ
Nullæ, ibid.
Extructæ,
Exornatæ.
Tempus, ibid.
Pretium vt ſacrificia
Sumptuoſa,
Vilia.
Ludi religioſi,
Ethnicorum religio conſiderata
Reſpectu
Formæ ſecundariæ
Quoad
Selpſum. Huc conſultatio, oraculorum inquiſitio, confeſſio.
Alios v. g. Religioſa aliorum correctio.
Ethnicorum conuerſio. Vide Religio.
EVANGELISTÆ nomen & acceptio vocabuli. 395
Euangeliſtæ qui, quot & quales fuerint. ibid. S. Matthæi origo, functio & martyrium? ibid. Item S. Marci, ibid. Lucæ & Ioannis. 396
Euangeliſtarum typi & ſymbola. ibid. Occaſio & cauſæ ſcribendi communes & propriæ, 397. Qua lingua, quo loco, & quando ſcripſerint? ibid.
EVANGELIVM quid, eiúſque etymologia, numerus. ibid.
Auctor, dignitas, perpetuitas, vnitas & apophthegmata. 398
Euangeliis exhibitus honor
Ea geſtando, circumferendo, &c. ibid.
Ornando, 399
Loco particulari collocando,
Legendo vel cantando certo ritu,
Miracula à Deo exhibendo.
Euangelij contemptus, irreuerentia, abuſu. V. Impietas.
Euangelium cur ſtando legendum & audiendum. ibid.
EVCHARISTIA quid & vnde dicta. ibid.
Euchariſtiæ varia nomina, figuræ è veteri Teſtamento, 400. Promiſſio, ibid. Inſtitutio miniſtes

miniſter, materia & forma & circa res errores. 401. Miracula. 402
In Eucharistia an [illegible] aqua. 404. Eius temperaturæ cauſæ, ſymbola, & per miraculum confirmatio.
Eucharistia an rectè conficiatur in azymo eiuſque ſignificatio & ſymbola. 405

Euchariſticæ inſtitutionis variæ circumſtantiæ, vtputa
Cœnarum diuerſitas & ordo ibid.
Pedum lotio, eiuſque ritus, modo & cauſæ. 406. Locus. 407
Cœnæ apparatus, vaſa & vtenſilia. ibid.
Tranſſubſtantiatio. 408

SS. Euchariſtiæ veritas & tranſſubſtantiatio
Aſſerta
Ex S. ſcriptura & SS. Patribus, 408. Circa illam errores & hæreſes. 409
Ex beneficiis ſpiritualibus ob fidem præſentiæ Chriſti in Euchariſtia collatis. 410
Item ex beneficiis corporalibus. 414
Ex aliarum rerum ſymbolis & imaginibus, 419
Ex pœnis non credentium præſentiam Chriſti in Euchariſtia, & indignè eam tractantium & ſumentium. 421
Ex pœna SS. Euchariſtiam negligenter cuſtodientium & irridentium. 422
Ex variis apparitionibus pro veritate corporis, 426
&
Sanguinis in Euchariſtia. 429
In SS. Euchariſtia non plures, ſed vnum eundemque Chriſtum ſub diuerſis hoſtiis contineri, declaratur ex variis ſymbolis & exemplis eorum, qui pluribus ſimul in locis fuerunt, 423

S. Euchariſtiæ communio ſeu ſumptio à Chriſto commendata & miraculis confirmata. 432
S. Euchariſticæ communionis miniſtri cœlitùs dati, 434
S. Euchariſtiæ communio ſeu ſumptio à Chriſto commendata & miraculis confirmata. ibid.
S. Euchariſtiæ communio in paſchate præcepta, Vide Communio.
A S communionem præparatio, eiuſque exempla biblica & hiſtorica. 435

SS. Euchariſtiæ communionis vſus
Quibus denegandus ſit? 436
An & quoties adhibendus? 437
Eius frequentatio pia & fructuoſa, 438
Quotidianus an promiſcuè permittendus ſit. 439
Eius præmia & neglecti, vel omiſſi pœna ex hiſtoriis ib.
Qualis olim apud primos Chriſtianos, Puta
Quibus ceremoniis, ritu, habitu, ſitu, &c. ab iis ſit communicatum, 441
Apud morientes, & deuotè ab iis ſumptæ exempla, 443
In periculo conſtitutis, Item ſupplicio afficiendis non denegandus 445
Apud prælium ituros. 446
S. Euchariſtiæ communio ſpiritualis, ſiue efficax eius percipiendi deſiderium ex hiſtoriis, 442
De communione ſub vna ſpecie errores & veritas Catholica. 447
Eam licitam eſſe & olim vſitatam oſtenditur
Ex S. ſcriptura, 446
Exemplis hiſtoricis, ibid.
Miraculis eam confirmantibus. ibid.

Puta primitiuæ Eccleſiæ. 447
S. Calicis ſeu ſpeciei vini vſus, quando, cur & quibus vetitus, quibus item permiſſus fuerit? 448
S. Euchariſtiæ
Aſſeruatio in Eccleſia & alibi & circa illam errores & veritas Catholica aſſerta. ibid.
Aſſeruandæ locus
Publicus, 450
Priuatus. 451
Adoratio præſtita ab
Hominibus, 452
Brutis. 453
Circumgeſtatio in proceſſionibus, eiuſque figuræ in veteri Teſtamento & exempla hiſtorica. 455
Confraternitatis inſtitutæ, 456
457

EVENTVS quid, & vnde dicti & quomodo tolerandi? 457
EVLOGIA. Vide *Amuleta ſacra.*
EVNVCHI, Spadones, caſtrati.
Eunuchi & Spadonis nominis etymologia & varia vſurpatio, 457
Eunuchorum varia genera eorúmque primi, 458
Eunuchi
Qui? Puta
Mares, eorumque exempla biblica & hiſtorica. ibid.
Fœminæ, 459
A quibus? Puta à
Natura, ibid.
Seipſis,
Regibus,
Hoſtibus,
Imprudentibus,
Hæreticis,
Brutis.
Quomodo? 459
Cur facti? Puta cauſa
Religionis. ibid.
Adulterij ſtupri,
Libidinis concitandæ, extinguendæ,
Quæſtus, 460
Eunuchi honorati, ibid.
Contempti, odio habiti, ibid.
Eunuchorum proprietates, matrimonia, ibid.
EXACTIO. Vide *Tributum. Vectigal.*
Exactionis definitio, etymologia, exempla & apophthegmata. 460
Exactiones nimiæ reip. noxiæ, 461
Examen, inueſtigatio quibus competat, actiue & paſſiue, ibid.
EXAVCTORATIO. V. *Degradatio.*
EXCEPTIO quid & quotuplex ſit?
EXCOMMVNICATIO quid & vnde dicta, ib. Ad quem ſpectet? 566
Excommunicationis diuiſio, appellatio, 461
Materia, forma, ſubiectum. 462
Excommunicati Imperatores, reges, hæreſiarchæ, ibid. Defuncti, eorumque abſolutio. 466
Excommunicatio timenda, non contemnenda 464
Excommunicationis effectus varij, 462. 463
Excommunicatione res inanimatæ mutatæ
Arbores,
Panis. 463
Ab Excommunicatione abſolutio & quibus ea competat. 467
EXCVBIÆ quid earúmque etymologia, neceſſitas & officia,
Excubitores
Negligentes,
Sacri, ibid.
EXCVSATIO quid, eiúſque malitia, ibid.
Excuſationis bonæ & malæ exempla
Biblica, 468

Hiſtorica. Puta
Quid excuſarint. Puta
Luxum
Tarditatem
Imitationem
Crudelitatem
Formam. ibid.
Qui? Pueri
Quos? Milites
Quomodo?
Ioco.
Serio.
EXECRATIO. Vide *Imprecatio.*
EXEMPLVM quid & vnde dictum? 468
Exemplorum
Efficacia,
Exempla.
Biblica.
Hiſtorica. ibid.
SS. Epiſcoporum. ibid.
Principum & quantum ea faciant ad virtutes & vitia ſubditorum. 470
EXERCITIVM, exercitatio quid, & vnde dicta? 472
Exercitia obita
Animi, ibid.
Corporis
In genere, ib.
In ſpecie vt ſunt
Vox vociferatio. ib.
Declamatio,
Deambulatio.
Saltatio, curſus,
Militaris exercitatio.
Agricultura. Vide *Agricultura.*
Venatio. Vide *Venatio.*
Exercitationis bellicæ ſiue militaris documenta, monita varia, & exempla, 472
Exercitatio nobilium ac virorum illuſtrium, vti ſunt
Torneamentorum eorumque celebratio & exempla. 476
Ludi equeſtres, palaria, haſtiludia 477
Exercitia ſeu ludi claſſici, nauales, ib.
Quæ
Gymnica
Tornamenta
Mechanica. ib.
Exercitia nulla intermiſſa
Cur? cauſa
Religionis ibid.
Militaris diſciplinæ,
Luxus.
Exercitatio eorum quæ adſunt, cuiuſmodi eſt
Meditatio, contemplatio
Aliqua
Nulla.
Exercitatio eximie dicta. Seu exerceri ſecundum
Animum v. g.
Declamando. 477
Diſputando. Vide *Logica.*
Pugnando.
Corpus ibid.
Exercitationum apophthegmata. 478
Iucunditas. ibid.
Moleſtia.
EXERCITVS. Vide *Bellum & Indicem generalem.*
EXILIVM, exules quid, & vnde dictum & quotuplex?
Exilij exempla & apophthegmata. ibid.
Exilium coactum. Puta
Qui eliciuntur, pelluntur. Huc pertinent
Populi
Deportati.
Expulſi. 480

Familiæ

Familiæ, 481
Sacri homines,
Reges,
Reginæ, 482
Duces, 483
Conſules, proconſules,
Procuratores,
Cives, 484
Servi, ancillæ, liberti,
Rhetores,
Poetæ,
Philoſophi,
Mathematici,
Medici,
Legiſlatores,
Iuriſconſulti,
Hiſtorici.
A quibus? Puta à
Subditis, ibid.
Collegis, 485
Amicis.
Inimicis,
Parentibus.
Quomodo? Vide *Supplicia.*
Cur? ob
Virtutem in genere, ibid.
Prudentiam,
Conſtantiam,
Libertatem loquendi,
Religionem,
Iuſtitiam,
Pietatem in patriam,
Cædem, latrocinium, 486
Impudicitiam,
Impietatem erga parentes,
Accuſationem falſam,
Annonæ charitatem,
Balnei uſum,
[illegible]
Quo relegati? Puta
In Inſulas deportati,
In urbes relegati & conſtricti,
ibid.
Exilij ſpontanei exempla, 487
Ab exilio reſtituti,
Ab exulibus pericula.
Exorcismvs, Exorciſtæ.
Exorciſmi definitio, ſubiectum & acceptio apud Gentiles & Iudæos, *ib.*
Antiquitas & uſus apud Iudæos & Chriſtianos, *ibid.*
Exorciſmorum forma, *ib.* Modi varij, 489. Virtus, *ibid.* Rerum in iis adhibitarum varietas, *ib.* Locus, 490
Sacrificium Miſſæ, 489
In exorciſmis adhiberi ſolita
Litaniæ, 490
Abiuratio & imperium in dæmonem.
S. Euchariſtiæ ſacramentum,
S. veſtes,
Manuum impoſitio, ibid.
Flagella, 491
Cereorum uſus,
Digitorum in os immiſſio.
Exorciſtarum munus, 488. Requiſita. 491
De exorciſmis & impoſtores. ibid.
Experientia quid, eiuſque etymon, commendatio & apophthegmata. 492
Experientia ſeu cognitio tentativa
Aliqua,
Nulla. 492
Expiatio quid, eiuſque uſus? *ibid.*
Expiatio
Erroris & delicti,
Cædis,
Morbi, 493
Puerperij.
Contactus mortui, pollutionis
Expiationes uſitatæ
Iudaicis,
Ethnicis, ibid.
Exploratio. Exploratores,
Exploratorum definitio, etymon & uſus, 494
Expositio puerorum quid, & vocabuli uſus, 494
Expoſitionis puerorum
Promiſſio quatis?
Crudelitas & pœnæ variæ. *ibid.*
Exempla biblica & hiſtorica, 495.
Exprobratio quid, & unde dicta & *ibidem.*
Exprobratio
Commiſſi, malefacti,
Vitiorum naturæ,
Beneficiorum & aliæ exempla biblica, hiſtorica & apophthegmata.
Expvgnare. Vide *Arces, urbes expugnata.*
Exta. Vide *Auguria.*
Exteri. Extranei ſeu peregrini qui dicantur? 496
Exterorum ſocietas, receptio, favor, noxia. ibid.
Exteri non promiſcuè in urbem recipiendi, 497
Nec in magiſtratum facile admittendi, 498
Eius exempla ſacra & hiſtorica, ibid.
Exterorum merca apud pleroſque decantata & invidiæ ſubiecta. 500

ELENCHVS

ELENCHVS
TITVLORVM ET ARGVMENTORVM
omnium, quæ ſub Littera F, continentur.

FABRILIS artis primus invĕtor. 501
FABVLA quid, eiuſq; vocis varia acceptio,
Fabularum inventionis cauſa. ibid.
Vſus apud
Auctores ſacros, 502
Auctores profanos.
Iudeos & Mahumetanos. ibid.
FACETIÆ quid, earumque etymol. 503
Exempla Ethnica & apophthegmata, ibid. Vide *Vrbanitas*
FACIES quid & unde dicta. 505. Eſt index animi & morum, 506
Non eſt detrapanda characterũ notis. 506
Ex facie notæ tum naturales, tum fortuita variarum rerum, 505
FACILITAS quid, eiuſque etymol. 507
Facilitas in
Imitando, inveniendo, docendo.
Diſcendo, ſcribendo, dicendo.
Vide *Inventio*, *imitatio*, *diſciplina*, *dictio facilis*,
Commentando,
Verſus faciendo,
Oraculis dando,
Res leves tractando, ibid.
FACTIO, Factioſi, ibid.
Factionis definitio, nominis uſurpatio,
Factionum & factioſorum
Exempla,
Finis in genere
Finis in ſpecie v. g. rerumpub. regnorum ſubverſio. ibid.
Factiones coërcere, vetare, impedire, Quomodo?
Conciliabulorum diſſipatione. 508
Contentionum inter nobiliores ſuppreſſione.
Alterius factionis partes ſequendo de quo problematice diſſeritur.
FACVLTATES ſenſitivæ; vegetativæ, &c. Vide *Corporis partium motus*
FALLACIA, falſitas, fallere, 508
Fallaciæ definitio & etymologia. ibid.
Fallere, decipere.
Qui quos? Puta, Reges ſubditos. 509
Quomodo? Iureiurando,
Cur? cauſa Reipub.
FAMA quid eiuſq; etymon & deſcriptio Poëtica. ibid. Præſtantia, inconſtantia eiuſq; exĕpla biblica & hiſtorica. 510
Apophthegmata & hieroglyphica. ib.
Fama ſedulo curanda
In vita, ibid.
Poſt obitum. ibid.
FAMIGERATIO quid, & unde dicta? 511
FAMES quid eiuſque etymologia, deſcriptio poetica & natura, ibid. Cauſæ naturales & ſupernaturales, 518
Famis perpeſſæ exempla biblica & hiſtorica, 511. & 512
De fame apophthegmata? 518
FAMILIA unde dicta, eiuſque vocis uſurpatio, 519
Familia fœliciſſima quæ? ibid.
Familiarum nobilium
Stabilimentum,
Ortus ſæpè ignobilis,
Nomina ad alios tranſlata,
Excidium, interitus, defectus,
Eiuſque exempla ſacra, ibid.
Hiſtorica. 520
FAMILIARITAS quid, unde dicta & de ea apophthegmata' 524
FAMOSA ſcripta quæ, quibuſq; vetita, nec toleranda. ibid.
FAMVLI, famulatus, eiuſque definitio & etymon, ibid.
Famulorum erga dominos ſuos
Officia ex S. Scriptura,
Obſequia ex hiſtoriis, ibid.
Probo um ſchema. 525
FASCINATIO quid & unde dicta? ibid. Vide *Magia*.
FASCES. Vide *Inſignia*.
FASTI dies qui? ibid.
FASTVS quid, eiuſque etymon, exempla & apophthegmata, ibid. Vide *Superbia*.
FATERI. Vide *Confeſſio*, *Iuſtitia religioſa*, *Arcana*
Fateri, detegere ſua. ibid.
Non fateri 526. Vide *Diſſimulatio*, *Tolerantia tormentorum*.
FATVM quid, eiuſque acceptio Stoïca & diviſio, ibid.
Dè fatis variæ philoſophorum, hiſtoricorum & poëtarum ſententiæ & apophthegmata, ib.
Fati vera explicatio, definitio & diſtinctio à fato Stoïcorum, 527 Hieroglyphicum, ibid.
FAVNI. Vide *Satyri*.
FAVOR quid, eiuſque etymologia, exempla & apophthegmata, ibid. Hieroglyphicum,
Favoris principium inſtabilis & infidi exempla ſacra & hiſtorica. ibid.
FEBRIS etymologia, definitio, diviſio, cauſæ & ſubiectum, 528
FEBRVARIVS. Vide *Menſis*.
FECIALES qui? ibid.
FELES ubi præſtantiores. Vide *Locus*.
Felium domus & patria, ibid.
FELICITAS quid & unde dicta? ibid.
De ea apophthegmata & ſententiæ poëticæ, 529. Hieroglyphica. 531
Felicitas diuturna, infelix, 530
Felicitas
Hominum, 529
Temporum
Seu felicia tempora,
Conſtans,
Inconſtans, 530
Locorum
Conſtans,
Inconſtans, 531
FERIÆ. Vide *Dies*.
Feriarum definitio, etymon, genera varia & apophthegmata. ibid.
FESTINATIO quid, eiuſque vocis uſurpatio, ibid.
Feſtinationis
Bonæ exempla biblica,
Malæ exempla.
Feſtinationis hieroglyphicum & de ea apophthegmata. 532
FESTVM. Feſti dies,
Feſti definitio & etymologia, ibid.
Feſtorum
Prima inſtitutio, & cauſa inſtitutionis,
Apud Iudæos cultus, eis colentium præmia & violantium pœnæ, ibid.
Iudæorum obligatio quando cœperit & quando ceſſarit. 532 & 533
Vide plura *Iudæi*.
Chriſtianorum. 533
In genere
Inſtitutio ad quem ſpectet. ibid.
Obſervatio & ad eam requiſita,
Inſtitutionis cauſa.
Diverſitas ſeu quotuplicia ſint? ibid.
Feſta Chriſtianorum 534
In particulari, eorumque inſtitutio, ibid.
Feſta Domini, Puta
Diei Dominicæ, feſtivitas, antiquitas, inſtitutionis auctor & prærogativæ, ibid.
Cultus exempla, 539
SS. Trinitatis,
Incarnationis ſive Annunciationis,
B. Mariæ & de eo viſio, 534
Nativitatis Domini,
Circumciſionis, Epiphaniæ
Paſſionis,
Paſchatis, eiuſque ſignificatio, celebrandi tempus, & de eo errores. 535
Tempus verum miraculis oſtenſum. ibid.
Aſcenſionis, 536
Pentecoſtes,
Transfigurationis,
SS. Sacramenti. Quando & ubi originem acceperit? ibid.
Inventionis S. Crucis. 537
Feſta Sanctorum ibid.
Sanctorum omnium, ibid. Inſtitutionis cauſa 538
B. Mariæ
Conceptionis eiuſque inſtitutionis occaſio, 537
Nativitatis, ibid.
Purificationis, 538
Aſſumptionis, eiuſque Octava à quo & cur inſtituta. ibid.
Apoſtolorum, ibid.
S. Petri ad vincula,
Animarum eiuſque auctor. ibid.
Feſtivitas dierum Rogationum. Quando ij, cur & à quo ſint inſtituti? 539
Vide *Rogationum dies*.
Feſtivitatum præceptarum numerus & comparatio, ibid.
Feſtorum dierum apud Chriſtianos cultus & veneratio eiuſque exempla biblica & hiſtorica Ethnicorum & Chriſtianorum, Imperatorum, qui diem præſertim dominicum ſpecialiter celebrari lege ſanxerant. ibid.
Feſtorum violatores, contemptores puniti. Puta
Violatores
Diei dominicæ, 541. Ea die quæ fieri vetita, 540
Sanctorum
B. Mariæ, 542
S. Ioannis Baptiſtæ,
S. Iacobi Apoſtoli,
S. Mariæ Magdalenæ, ibid.
S. Mariani. 543
S. Hunegundis,
S. Vdalrici.
S. Ludgeri, ibid.
S. Aviti Abbatis, 544
S. Ruffini,
S. Franciſci,
S. Othmari.
Paſchatis. Vide *Paſcha*.

Feſta

Feſta Ethnicorum. Vide *Ethnici*
Iudæorum. Vide *Iudæi*.
FEVDVM quid, eiuſque etymologia & partitiones x x. *ibid.* & 545
FIDES, fidelitas quid & vnde dicta? 546.
Fidem dare eiuſque exempla
Biblica, *ibid.*
Hiſtorica
Qui quibus. Puta
Subditi Magiſtratui.
Milites Duci.
Hoſtis hoſti.
Per quos; *ibid.*
Quomodo?
Simplici ſponſione. 547
Sponſione cum iuramento.
Dextra iuncta.
Contactu manus pedisve vinculo.
Sanguine extracto.
Propinatione, compotatione
Haſta data.
Gladio. *ibid.*
Claua. 548
Boue, equo, apro.
Igne.
Hydra.
Lapide.
Cur? cauſa
Fœderis in genere. *ibid.*
Societatis, ſeu fœderis cum ſociis. 549
Reconciliationis, pacis, fœderis cum hoſte. *ibid.*
Certaminis.
Imperij.
Vbi? in
Templo.
Conuiuio. *ibid.*
Quando? 550
Fidem ſeruare. Vide *Iuſtitia diſtributiua*, Item, *Iniuſtitia*.
Fidem fallere. Vide *Perfidia*.
Fidem fallentes puniti. *ibid.*
Fidei nimia obſeruantia ſeu nimis fidi erga
Patriam. Pro ea
Immolando ſeſe. 550
Manus ſibi inferendo. *ibid.*
Principem ſedando. 551
Deuouendo ſe pro exercitu.
Fines ampliando per nefas. 552
Reges, Duces præter honeſtatem fidei
Obediendo iuſſis. *ibid.*
Commonendo.
Condolendo.
Amicos, *ibid.*
Liberos,
Vxores nimirum
Obediendo.
Amando. 553
Maritos iis
Obſequendo.
Commonendo.
Leges, eas nimis rigidè & obſtinatè obſeruando, 554
Promiſſa. Ea indecorè ſeruando, rigidè exigendo. *ibid.*
Fidem repudiare. Vide *Non credere*.
Fides Principum, Ducum, Magiſtratuum
Erga quos? v. g.
Suos. Vide *Partiendo bellica*, *Re et bona*.
Leges vel magiſtratus. Vide ſupra *Conſiliarius*. *ibid.*
Pauperes.
Naufragos.
Mortuos. 555
In quo? ſeu quid præſtando ſubditis?
Deuouendo ſe pro ſuis. *ibid.*
Ius dicendo ſubditis.
Vitam conſeruando.
Commoriendo ſubditis.
Periculis ſeſe non obiiciendo *ib.*
Non expellendo. 556
Excidium auertendo. *ibid.*
Libertati reſtituendo.
Infamiam auertendo.
Munera dando.
Dignitates conferendo.
Bona conſeruando.
Reconciliando ſubditos.
Non deſerendo eos.
Pro iis intercedendo. *ibid.*
Commiſerando, condolendo. 557.
Fides erga eos, qui politica ſed inæquali neceſſitudine inter ſe deuinciuntur. Puta
Præceptorum erga diſcipulos. *ibid.*
Diſcipulorum erga præceptores eos
Obſeruando. *ibid.*
Non contradicendo.
Modeſtè reſiſtendo.
Laudando
Officiis honorificis proſequendo. *ibid.*
Monumenta dicando. 558
Dogmata conſeruando, propagando,
Dignitates conferendo.
Obediendo.
Amando. Puta
Neceſſaria miniſtrare.
Gratificari.
Mercedem dare.
Donare.
Conuerſari aſſiduè.
Defendere.
Ægros curare. *ibid.*
Tutorum, nutricum erga alumnos. 559
Tutorum erga pupillos. *ibid.*
Patronorum erga clientes.
Clientum erga patronos.
Parentum erga liberos. Vide infra.
Fides erga eos qui politica ſed æquali neceſſitudine deuincti ſunt. Puta erga.
Populares *ibid.*
Ciues. *ibid.*
Erga Collegas in magiſtratu
Confœderatos 560
Saluti eorum conſulendo. 561
Alimenta ſuppeditando.
Defendendo.
Non deſerendo, non deſerendo.
Non prodendo. 562. & ſeq.
Non ſubiugando. 563
Condolendo.
Sacrificando.
Commilitones. *ibid.*
Coniurationis participes. 564
Amicos, eorum
Vitam protegendo.
Inſidias detegendo, indicando.
Defendendo non deſerendo.
Liberando è carcere. 565
Ferendo mores.
Non detegendo arcana.
Eorum liberis conſulendo. 566
Mortem ægre ferendo.
Compotatores.
Amaſios, concubinas.
Hoſpites
In genere.
In ſpecie.
Pudicitiam defendendo.
Non lædendo.
Humaniter tractando. 567
Non ſubiugando.
Protegendo. Non prodendo.
Liberando.
Fides parentum erga liberos & priuignos
In genere. *ibid.*
In ſpecie.
Vitam liberorum conſeruando *ib.*
Inſtituendo, educando. 568
Ægrotantibus conſulendo.
Dignitates conferendo
Honorem tuendo.
Non abdicando.
Fides liberorum erga parentes
In genere. *ibid.* & ſeqq.
In ſpecie eos
Honorando, occurrendo, ſalutando. 569
Gloriam participando.
Laudando.
Mores ferendo.
Mortuos honorificè ſepeliendo, conſeruando. *ibid.*
Obediendo.
In genere. 570
In ſpecie parendo.
Voluntati, decreto.
Præceptis, legibus.
Precibus. *ibid.*
Monitis.
Iuſſis. 571
Voto.
Animaduerſioni, ſupplicio
Proſcriptioni.
Exhæredationi.
Fides maiorum erga minores, vt Aui, patrui, auunculi erga nepotes. 568
Fides minorum erga maiores. 571. Puta
Generi, nurus erga ſocerum, ſocrum. *ibid.*
Nepotum erga patruum, auunculum. 572
Fides erga fratres & ſorores
In genere
Obſeruando, colendo.
Concordiam procurando, tuendo.
Mores ferendo.
Reprehendendo, caſtigando.
Non obſequendo in malo
Vitam tuendo. *ibid.*
Defendendo reos. 573
In ſpecie
Ægros curando. *ibid.*
Opitulando, auxilium ferendo.
Honori conſulendo. *ibid.* & ſeq.
Dignitatem, regnum, magiſtratum conciliando, conferendo, ampliando, reſtituendo. 574
Liberando. 575
Exhæredationi acquieſcendo.
Fortunas hæreditatem communicando.
Illatam iniuriam vlciſcendo.
Mortuos honorando, ſepeliendo.
Fides erga quoſcunque alios, qui fratrum loco cenſeri poſſunt, v. g. erga conſanguineos, conſobrinos, patrueles. 576
Fides
Maritorum erga vxores, eas honorando, quod præſtatur
Non infamando *ibid.*
Caſtitatem tuendo.
Obediendo.
Amando. Vide *Amor*.
Vxorum erga maritos.
In genere. *ibid.*
In ſpecie.
Honorando Puta
Dignitatem, iis conferendo, augendo.
Non præferendo ſe.
Studia probando. 577
Caſtitatem ſeruando.
Memoriam conſeruando.
In viduitate permanendo.
Obediendo, indulgendo eorum.
Conſiliis, placitis, iuſſis.
Amoribus.
Affinium erga ſe, ſeu affinitate iunctos. 578
Dominorum erga ſeruos. *ibid.*
Seruorum & ancillarum erga dominos præſtando iis

Honorem,
Caſtitatem tuendo,
Honorem defendendo,
Obedientiam præſtando,
Amorem. 579
Fides erga patriam. Vide *Patria.*
Fides erga hoſtes. ibid.
Non violando fidem datam, ibidem.
Humaniter bello gerendo.
Oppreſſos ab aliis non infeſtando.
Adjuvando, auxiliando. 580
per fraudem iis non inſidiando.
Pacem, inducias non violando. 581
Commeatu juvando. 581
Legatos, amicos, obſides hoſtium non violando.
Secreta dicta factave non timendo.
Victos clementer tractando, ibid.
Deditis parcendo, defendendo. 583
Dedendo ſe hoſtibus.
E carceribus non fugiendo.
Redeundo ad carceres.
Arces creditas non reddendo. 584.
Fugitivos non reſtituendo.
Jurisjurandi vinculo ſolvendo.
Redimendo ſe ab hoſte.
Fides politica erga hoſtes ſe manifeſtans.
Conſilium communicando.
Intercedendo.
Defendendo. ibid.

Fides in contractibus voluntariis quibuſcunque. Huc pertinet
Iuſtitia erga leges. Putà leges bonas
Conſervare. 585
Obſervare. Huc
Magiſtratus legibus parentes.
Legiſlatores ſuis legibus ſtudentes.
Privati legum obſervatores. 586
Tributorum juſta exactio. ibid.
Bonorum communium diviſio. Puta
Agrorum.
Annonæ.
Munerum.
Prædæ. ibid.
Promiſſa fides. 587
In genere.
In ſpecie.
Promiſſam pecuniam reddendo. 588
Æs alienum diſſolvendo.
Emptio & venditio juſta. ibid.
Permutatio, *ibid.* Locatio, conductio rerum operæve. 589
Mutuum, commodatum, precarium. ibid.
Depoſitum, Fidei commiſſum
Regni.
Vrbis.
Pecuniæ.
Domus.
Tabularum teſtamenti. 590
Arcani.
Teſtamenta, legata. 591
Tutela, ſeu tutores fidi. ibid.
Patrocinium ſeu fides erga clientes. 592
Litis proſecutio. ibid.
Teſtamentum dictare, audire, non audire, repudiare.
Matrimonij contractio.

Fides in contractibus non voluntariis, ut in
Amiſſæ rei reſtitutione. ibid.
Arcani inveſtigatione. 593
Fidem hæreticis & profanis hominibus ſervandam eſſe, & circa illud hæreticorum error. ibid.
Vbi de cuſtione Iohannis Hus, etiam agitur.
Fidem infidelibus datam violantium pœna, eiuſque exempla biblica & hiſtorica, ibidem.

De fide, ſeu fidelitate apophthegmata Ethnicorum, *ibid.* Et Chriſtianorum. 594. Hieroglyphica. ibid.
FIDEICOMMISSVM. Vide ſuprà 589. Item tit. *Iniuſtitia, contractuum pœna.*
Fidei commiſſi præſcriptio. 594
FIDEIVSSIO. Fidejuſſor, eorum definitio, etymologia, conditiones. ibid.
FIDEIVBERE qui poſſunt? 595
FIDEIVSSORES in baptiſmo & confirmatione. V. *Baptiſmus, confirmatio.*
FIDES, ut eſt virtus prima theologica, variæ acceptiones, objectum, diuiſio, ſubiectum, forma, cauſa, definitio & natura, ibid.
Fidei de non viſis exempla. 595
S. Scripturæ teſtamenti.
Hiſtorica. 597
Veteris. ibid.
Novi. 596. & 597
Fidei doni
Collatio variis modis facta, eiuſque exempla
S. Scripturæ, ibid.
Hiſtorica. Puta perductorum ad fidem.
Voce cœleſti, 598
Apparitione S. Crucis
Per Angelum, 599
Per monita & ſigna cœleſtia, 600
Neceſſitas, eiuſque exempla
Biblica. ibid.
Hiſtorica. 601
Dignitas & præſtantia. Puta ob illam tolerata omnia & relicta, eiuſque exempla
Biblica. ibid.
Hiſtorica ob eam
Regnum abdicatum. 602
Honores & vitæ contempta.

Fidei Chriſtianæ cathedræ per miracula confirmatio & propagatio contra
Iudæos. Puta
Serpentis eſu innoxia, 603
Signis admirandis, ibid.
Monte tranſlato. 604
Ethnicos
Victima Ethnicorum diſſipata, ibid.
Cereis diuinitùs accenſis.
Vaſe miraculosè diſrupto, ibidem.
Candente ferro portato. 605
Magos & Philoſophos. ibid
Hæreticos
Veſtibus in igne illæſis, ibid.
Libro in igne ſeruato. 606
Fidei Chriſtianæ
Vis & efficacia ex exemplis
Biblicis
Virorum
Fœminarum. ibid.
Hiſtoricis. Puta per eam
Mons loco remotus, ibid.
Lepra & perfidia depulſa. 607
Homines in porcos mutati.
Dæmonum illuſiones pulſæ.
Morbi corporis & mentis depulſi. ibid.
Ignis extinctus. 608
Proles impetratæ.
Agri ſteriles fœcundati.
Dilatatio & propagatio apud varios variis modis facta eiuſque exempla
Biblica
Hiſtorica per vexationis occaſionem. 609

Conſtantia, eiuſque exempla
Biblica. 611
Hiſtorica. 612
In pueris. 614
Auxumitis. 609

Bogare, Bulgaro. ibid.
Borivoio Rege Boëmiæ.
Theomiro Rege Sueuorum ibid.
Ruthenis. 610
Ruſſis, aliiſque gentilibus.
Iberis.
Naamane duce. 611
Confeſſio, eiuſque exempla biblica & hiſtorica. 619
Defectus ob res ſecundas, ſcelera & crudelitates dominantium, &c. per exempla
S. Scripturæ 615
Hiſtorica. Puta ob
Pœnarum metum. ibid.
Auaritiam regentium.
Conſpirationem nobilium iniquam. 616
Ambitionem & malum conſilium. ibid.
Confœderationem cum hæreticis.
Gloriæ cupiditatem.
Exempla impia.
Libidinem & ambitionem.
Arrogantiam & cupiditatem. 617
Libertatem quidvis agendi. ibid.
Fidei Chriſtianæ forma, ſeu ſymbolum Apoſtolorum, ibid.
Eius nominis ratio. ibid.
Per X I I. articulos diſtinctio
Auctores. ibid.
Auctoritas & finis. 618
Virtutes & energia, eius exempla ibid.
Interpretes. 619

Fidei formulæ, ſeu ſymbola alia ab Eccleſia recepta. 617
Fides juſtificans quæ, qualis, & an ſit ſpecialis miſericordiæ diuinæ fiducia. 619
Fidem ſolam non juſtificare. 620
Fidei hæreticorum falſitas. Vide *Hæreſes, Hæretici.*
Fides in Chriſtum pro nobis mortuum ſola an ſufficiat ad ſalutem. 623

FIDVCIA quid, & vnde dicta? 626
Fiducia collocata in rebus
Temporalibus. ibid.
Spiritualibus, nempe in Deum, 627
Fiduciæ in rebus aduerſis exempla biblica & hiſtorica. ibid.

FILIVS, filia, filiatio.
FILII vocis acceptio & etymologia, 628
Filij liberti.
Nati præclaris parentibus. Vide *Participatio.*
Bene inſtituti, educati. 630. Vide *Educatio.*
Pij erga parentes, eorumque Exempla biblica & hiſtorica 629
Obedientes parentibus ex S. Scriptura & hiſtoria. ibid.
Clari
Pietate, ſanctitate. 631
Dignitate, fama nominis.
Coniugiis.
Victoriis.
Superſtites mortui. ibid. & 632
Impij in parentes ex S. Scriptura & hiſtoria. ibid.
Inobedientes erga parentes puniti ex S. Scriptura & hiſtoria. 635
Impij ex bonis parentibus orti. 635. Vide *Degeneres.*
Orbati parentibus. ibid.
Ante partum, ſeu poſthumi ibid.
Poſt partum. ibid.
Nulli ſuſcepti, ſeu liberorum defectus. 633. Aut morte ſublati. 636

De

De filiorum inſtitutione & moribus apophthegmata. 636
FIMVS quid, euiſque etymologia. 637
Vſus. ibid.
FINIS quid, eiuſque etymon, diviſio, ſpecies variæ, apophthegmata & exempla hiſtorica. 638
FINITORES. Vide Geometra
FISCVS quid & unde dictus? Cur inſtitutus? Quibus rebus conſtet & comparetur? ibid.

FLAGELLA. Vide Diſciplina.
FLAGELLANTES. Vide Hæretici.
FLAMINES qui & unde dicti? 639
FLANDRIA, Flandri qui, unde dicti, eorumque encomium & idioma. ibid.
FLETVS quid, eiuſque etymologia. ibid.
Exempla, Puta
Qui fleverint?
Cur fleverint? Puta
Ex gaudio
Ob peccata
Obliviſcentia 640
Senium
Mortem ſuorum
Mortem beatorum 641
Nuncium triſte
Defectionem, cladem, calamitatem ſuam & ſuorum
Servitutem
Exilium
Ex commiſerationis ibid.
Æmulationis 642
Pudore
Precatione, deprecatione
Ira, indignatione. 643
Quomodo? Puta
Vere, ficte.
Quando? in
Spectaculo
Opere, labore
Oratione, precibus.
Fletus nullus, ibid.
FLOS quid, euiſque etymologia, 644
Florum
Amœnitas & ſpecies variæ
Amor & pretium. ibid.

FLORALIA feſta quæ?
FLVVIVS, flumen quid, eiuſque etymologia, ibid.
Fluminum & fluviorum
Ortus & generatio,
Motus, fluxus.
Serpens
Obliquus
Perennis.
Magnitudo, flumina
Magna
Diviſa 645
Aucta, Inundantia
Exiccata.
Fructus. Huc fluvij
Auriferi
Piſculenti
Fertiles
Steriles
Nobiles.
Vſus. Huc ſpectant fluvij
Potabiles ibid.
Medicati
Agriculturæ commodi
Mechanicis inſervientes. 646

Derivationes, perfoſſiones, immiſſiones raro feliciter tentatæ. Puta
Maris Rubri cum Nilo
Iſthmi Corinthiaci
Iſthmi Gnidiorum
Iſthmi ad montem Atho ibid.
Iſthmi communis. 647
Coniunctio
Maris rubri cum Nilo 648
Tanais & VVolgæ 646. & 648
Calabriæ cum Epiro ibid.
Euphratis cum Tygri 647
Moſellæ & Araris
Danubius cum Rheno ibid.
Multariæ & Danubij 648
Aretuſi cum Otha. 647

FOECVNDITAS quid & unde dicta? 648
Fœcundi.
In genere populi, ibid.
In ſpecie
Viri multorum prolium ex S. Scriptura & hiſtoria, ibid. & 649
Mulieres parientes multos
Simul ibid.
Succeſſivè. Vide Fœtus.
FOEDVS quid & unde dictum? 651
Fœdera quibus olim ceremoniis & forma ſancita fuerint
Apud Ethnicos. V. Contractus.
Fideles in lege antiqua
Chaldæos, Græcos, Perſas ib.
Arabes, Scythas, Hiſpanos
Romanos
Chriſtianos. 652
Fœdera inita inter
Deum & homines & qualiter in
Lege naturæ
Lege ſcripta
Lege nova ibid.

Homines ex S. Scriptura,
Fœdera infeliciter inita cum
Subditis
Exteris. ibid.

Fœderum fides, Vide Fides.
FOEMINA. Vide Mulier.
FOENVS. Fœneratores. Vide Vſura.
Fœnoris definitio, etymologia, exempla & apophthegmata. 653
FOETVS quid & unde dictus? ibid.
Fœtus
Conceptus
Reſpectu
Modi
Supra naturam
Secundum naturam ibid.
Temporis. Huc ſuperfœtatio
Geminorum
Trigeminorum.
Geſtatus, facile, laborioſe, 654
In lucem editus
Quoad
Subſtantiam Puta integer, non integer ibid.
Habitum. Puta diademata
Modum, ut
Præpoſterè editus ibid.
In uterum reverſus
Editus mortua matre
Elapſus mortua matre
Exciſus. Hinc Cæſares. Cæſones.
Tempus. Sic partus
Præcox
Serotinus
Commoriens matri
Abortivus. Vide Abortus.
Fœtus in lucem editi cura. Vide Educatio. Inſtitutio.
Qui curant?
Parentes
Patres
Magiſtratus. 655
Quomodo? ut puta
Indolem explorando
Alimenta ſubminiſtrando
Sanitati & robori conſulendo. ibid.
Fœtus neglectus puta pueri expoſititij; Vide Expoſititij.
FONS quid & unde dictus? 656
Fontium origo ibid.
Motus & qualitates variæ. 658
Fontes conſiderati
Reſpectu
Quantitatis ubi fontes nulli, multi
Motus 656
Qualitatis v. g. Fontes
Calidi ſeu thermæ ibid.
Frigidi 657
Sapidi
Fœcundi ibid.
Vſus ut
Potabiles
Medicati
Varij uſus 658
Fructus. Puta
Fœcundi olei, piſcium ibid.
Ex fontibus prognoſtica, præſagia. ibid.
FONTINALIA quæ? ibid.
FORMA ut eſt principium rerum naturalium quid, eiuſque
Dignitas, nomina & definitio ibid.
Formarum productio varia, 659
Forma à qua formoſi dicuntur, definitio & proprietas, præſtantia & dignitas. ibid.
Formæ
Acquiſitio
Publica, popularis ex ipſo loco ibid.
Privata

Poſſeſſio ſeu formoſi & formoſæ.
Philoſophi
Poetæ
Milites
Athletæ
Viri fortes bellicoſi
Imbelles
Cynædi ibid.
Impudicæ 660
Adoleſcentes
Virgines
Parvi
Pontifices, Epiſcopi, Sacerdotes
Reges, Imperatores
Reginæ 661
Duces 662
Matronæ
Viduæ
Concubinæ
Famuli, ſervi
Servæ.

Vſus, fructus. Sic forma occaſionem præbens
Deorum amori
Amori infami ibid.
Raptui 663
Inceſtui
Adulterio
Certamini, contentioni
Famæ
Morti
Coniugio fortunato
Regno
Libertati
De forma & pulchritudine apophthegmata. Stoicorum & Chriſtianorum ibid. & 664
Similitudo inter
Sanguine iunctos. Sic ſimiles ſunt
Minores maioribus ibid.
Liberi parentibus 665
Fratres
Cognati
Sanguine non iunctos maioris ſeu generis
Eiuſdem ibid.
Diverſæ. 666
Mutatio. Puta
Ex deformibus formoſi redditi ex formoſis deformes ibid.
Certamina, Vide Certamen.
FORNICATIO quid, eiuſque etymologia & errores de illa. ibid.
Fornicationis

Pœnæ variæ à Deo inflictæ 667
Remedium. ibid.
FORTITVDO quid, eiuſque etymologia, ibid. Materia & acceptio, 668. Virtus exemplis biblicis & hiſtoricis, ibid.
Hieroglyphica, 720
De fortitudine & contrariis vitiis in genere, 671
Fortitudinis magiſtri
Qui?
Reges, ibid.
Duces,
Philoſophi, Oratores, Poëtæ
Parentes
Bruta. 672
Quomodo? Puta
Legiſlatione
Inſtitutione 673
Educatione, aſſuetudine
Religione
Conſilio
Monitis, acclamatione
Dedecore, pudore 674
Honore, laude
Hiſtoriis, poeſi
Supplicio, pœnis, periculo
Spectaculis
Conuerſatione.

Audaciæ & temeritatis magiſtri, ibid.
Timiditatis & ignauiæ magiſtri, 675
Fortitudo pro grauitate ſeu moderatione in vtraque fortuna, ibid. Vide *Conſtantia.*
Impotentia animi in vtraque fortuna
Secundum
Exceſſum
Defectum. ibid.

Fortitudinis
Occaſio ſponte arrepta, vel aliis ſuppeditata. Huc fortes ob
Amorem 676
Caſtitatem, pudorem
Iram, vindictam
Gaudium
Religionem
Certamina
Tolerandis 677
Propulſandis, Vide infra.
Fructus
Dignus ibid.
Indignus 678
Temeritatis fructus
Dignus ibid.
Indignus. Vide *Crudelitas erga hoſtes.*
Timiditatis fructus
Dignus
Indignus. ibid.
Fortitudo aperta contra hoſtes
Prouocantes per monomachiam ſuſceptam
Vitionis cupiditate ibid.
Veritatis confirmandæ & mendacij conuincendi ergo 680
Nuptiarum cauſa 683
Iniuriarum cauſa 689
Purgantes, in acie bello
In genere contra hoſtes ibid.
In ſpecie
Ducis contra Ducem
Ducis erga milites hoſtiū. 698
Militum contra Duces hoſtium
Obſidentes ibid.

Fortitudo occulta contra
Hoſtes in
Aggrediendo inſidiatores fortes, ibid.
Repellendis inſidiis. 693

Tyrannos, tyrannicidæ, ibid.
Seditioſos 697
Belluas
In genere 700
In ſpecie contra
Elephantos
Leones 703
Lupos 704
Vrſos
Apros
Serpentes
Monſtra quæuis terreſtria. 705
Marinas belluas. 706
Inanimata. Puta fortes in
Igne ſuperando, extinguendo, arcendo 707
Aqua ſuperanda, arcenda ibid.

Fortitudo defenſiua. Puta
Vitæ ſuæ, aliorumue ibid.
Libertatis ſuæ, aliorumue ſeruitutē fortiter amoliendo 709
Suarum nauium 712
Armorum
Signorum, vexillorum
Vrbium. ibid.
Arcium 714
Pontium ibid.

Fortitudo offenſiua hoſtium v. g.
Hoſtium vitæ inſidiari, eos occidere, repellere, ſuſtinere. ib.
Libertatem hoſtibus eripere capere, corrumpere, perdere
Machinas, aggeribus hoſtium fortiter inſidiari 715 & 716
Caſtra fortiter inuadere, ibid.
Vrbes oppugnare, expugnare
Arces expugnare, occupare. ib.
Fortitudo ludicra in ſuperandis hoſtibus ludicris, eaque pedeſtris vel equeſtris ibid.
De fortitudine & fortibus apophthegmata Ethnicorum, 718. Iudæorum & Chriſtianorum. 719

FORTVNA quid, eiuſque etymon, deſcriptio apud poëtas & hiſtoricos, 720
Cauſa & circa eam errores. 721 Simulachrum & cultus apud Ethnicos, ibid. Simulachrum populare eiuſq; cauſæ, 722. Hieroglyphica. 735
Fortunati & infortunati 728
De fortunatis & infortunatis apophthegmata Ethnicorum 722. Chriſtianorum. 723

Fortunæ inconſtantia ſeu variis caſibus agitati
Populi 724
Pontifices, Cardinales ibid.
Principes, Reges, Tyranni, Imperatores 725
Reginæ 731
Duces 732
Conſules 734
Victores rurſus infelices
Conſiliarij, aulici principum, amici. ibid.
FORVM quid, eiuſque etymon & varia acceptio. 735
Fora judicialia
Quæ, ibid.
Vbi habita. Putà
Subdito
Locis certis ad hoc deſtinatis ibid.
De foro promercalium, ſive venalium rerum. 736

FRATER. Fraternitas quid, & unde dicta? 736
De his apophthegmata, 737
Fratrum
Concordia, amor. V. *Fides Amor*
Odia & parricidia ibid.
Odij exempla biblica & hiſtorica ib.
Odij cauſæ ut puta. *Ambitio, Libido regnandi.*
FRAVS quid & unde dicta? 739
Fraudulentorum exempla profana. ibid. Vide *Aſtutia, Dolus*
Non fraudantium præmia. 740

FRENVM quid, eiuſque inventores. ibid.
Opifices. Vide *Mechanica opera.*
FRIGVS toleratum. Vide *Conſtantia.*
Frons. Vide *Corporis partes*
FRVGALITAS. Vide *Abſtinentia.*
Frugalitatis definitio, etymologia, finis & effectus. ibid.
De frugalitatis commodis & honeſtate apophthegmata. ibid.
Frugales & ſobrij in cibo & potu
Qui?
Populi 742
Reges, Duces 743
Prophetæ, Apoſtoli 744
Epiſcopi ibid.
Monachi, ſacerdotes 745
Mulieres, virgines, monachæ
Docti, philoſophi, ſophiſtæ. 746
Pueri
Ægri. ibid.
Cur? Puta cauſa
Sapientiæ, eruditionis, ſtudij 748
Religionis ibid.
Prudentiæ, vigilantiæ
Hoſpitalitatis, vrbanitatis 749
Conſuetudinis
Sanitatis, valetudinis
Roboris
Securitatis.

Frugalitatis convivandi ratio
Quoad
Perſonas
Cum quibus? 747
Quo habitu, veſtitu?
Quo ſitu?
Alimentorum
Præparationem, coctura, conditura
Mixtionem ibid.
Copiam 748
Aſſumptionem
Vaſa ibid.
Locum, triclinium menſam ib.

FRVSTRATIO quid ſignificet, eiuſque uſus,
Fruſtratio conſiderata
Reſpectu
Materiæ, puta fruſtratio
Inſtitutionis
Diſciplinæ
Imitationis
Perſuaſionis
Precum. Vide *Preces*
Cuſtodiæ 750
Operis mechanici.
Inſidiarum
Dignitatis acquirendæ
Theſauri inveniendi
Expeditionis bellicæ
Vrbis occupandæ.
Efficientis fruſtrati v. g.
Fortuna, caſu 752
Perfidia humana
Ætate
Morte.

Eventus. Hic fruſtratio felix, fortunata
FVCVS, Fucatio quid & unde dicta?
Fuci deteſtabilis
Adhibiti exempla biblica & hiſtorica 752
Reprehenſio & detectio ibid.
Apophthegmata 753
FVGA quid & unde dicta?
Fugæ licitæ exempla
Biblica, ibid.
Hiſtorica,
Qui quos fugerint: Puta
Novercas ibid.
Hoſtes
Amatores.
Quid?
Converſatione hominū idque cauſa Religionis

Religionis
Superſtitionis
Philoſophiæ
Conſolationis
Quietis, otij
Voluptatis
Voraſitatis
Cædis, conſcientiæ
Cladis mœrore.
Iudicium
Quomodo
Deſerendo patriam 756
Deſerendo loca munita ibid.
Subſiſtendo frequenter
Diſſimulata perſona.
Vnde
Ex acie ibid.
Prælio nauali
Obſidione
Seditione
Sacro.
Non fugere
Occultare ſeſe cauſa
Inſidiarum ibid.
Metus 757
De fuga & fugitiuis apophthegmata Ethnicorum & Chriſtianorum. ibid.
FVGALIA quid? 758
FVLMEN quid, & vnde dictum? ibid.
Fulminus diuiſio, tempus, effectus varij ibid.
Fulmina quæ non ſentiant? ibid.
Fulmine qui interierint. ibid
FVLLONES qui? 760 Eius artis inuentores, Vide *Inuentio.*
FVMVS quid & vnde dictus? ibid.
Fumo necati, Vide *Mortem.*
Fumo communicata conſilia, Vide *Conſilium.*
Fumo hoſtis eluſus. Vide *Hoſtis.*
FVNDA, Fundibularij. ibid.
Fundæ definitio, etymologia, inuentio & vſus. ibid.
FVNIS quid, eiuſque etymon, materia varia & vſus. ibid.
FVNAMBVLI. Vide *Hiſtrio, opera mechanica & indicem generalem.*
FVNVS quid, eiuſque etymologia & varia genera, ibid.
Funerum ſiue funerationis
Ritus in genere 761
Ritus
Ante funerationem
In funeratione
Poſt funerationem
Ritus apud
Turcas
Indos Orientales
Chriſtianos ibid.
Funera magnifica, honorifica. 761
In genere.
In ſpecie
Quoad
Pompam, comitatum, deductionem 765
Luctum 766
Certamina
Obtrectionem ibid.
Depoſitionem
Monumenta erecta, ſtatuas, obeliſcos, imagines.
Encomia, laudationes funebres.
Inſcriptiones ſepulchri. 767
Inferias parentalia
Ludos funebres.
FVRTVM quid, eiuſque etymon, varia genera & exempla facta. 768
Fures conſiderati
Reſpectu
Rerum quas furantur. ſic alij ſunt Fures 769
Litterarij
In genere ibid.
In ſpecie qui furantur
Scripta
Poetarum
Philoſophorum 770
Iureconſultorum
Hiſtoricorum
Hominum
Liberorum, plagiarij ibid.
Seruorum ibid.
Animalium. Abigei, ibid.
Fortunarum in genere, 771
Fortunarum conſideratarum per ſe. Huc pertinet
Pecuniæ ablatio, marſupiorum inciſio 772
Monetæ adulterium
Gemmarum, monilium, coronarum fures
Poculorum
Alimentorum, vini
Purpuræ
Veſtium
Machinarum.
Poſſeſſionis. Sic alij ſunt fures fortunarum
Priuatarum ibid.
Publicarum, peculatus.
Loci, Puta fures
Prouinciarum, vrbium expilatores 773
Ærarij ibid.
Rerum ſacrarum. Hac
Sacrilegi, Simonia
Gazophilacij. ibid.
Hortorum 774
Triclinorum, coenaculorum. ib.
Balnearum
Carcerum
Gymnaſiorum
Furta & fures diuinitus puniti 769
Furtorum & furum pœna ex lege
Canonica 776
Ciuili ibid.
Furtum per miraculum detectum.
Furandi conſuetudo periculoſa ibid.
De furto & furibus apophthegmata. 776
Furor, furioſus. Vide *Inſania. Melancholia.*
Furoris definitio & etymologia. 777.
Furor conſideratus
Reſpectu
Efficientis. Puta furioſi
Natura
Dijs, dæmonibus facti. ibid.
Occaſionis, Puta inſani facti ex
Impietate 778
Cæde, parricidio
Ira, indignatione 779
Mœrore
Imitatione
Morbo
Vino
Veneno 780
Philtro.
Habitus 781.
Qualitatis, inſaniæ, Vt qui laborarunt inſania
Dæmoniaca ibid.
Philoſophica
Superſtitioſa
Amatoria
Confidente
Deſperabunda
Meticuloſa
Auara
Crudeli 782
Vaga
Ludicra
Belluina
Furoris inſaniæ, phrenitidis, melancholiæ, maniæ cura facta
Sacrificijs 783
Cæde
Pudore
Loci mutatione
Saltu, curſu, agitatione, labore,
Venditione, ſeruitute 784
Fame
Medicamentis
Balneo. ibid.

ELENCHVS

TITVLORVM ET ARGVMENTORVM

omnium, quæ ſub Littera *G*, continentur.

GALATÆ qui, eorúmque ſecta, 785
GALEÆ quid, & vnde dictæ? ibid.
Galearum varia nomina, *ibid.* Opifices, V. *Mechanici.*
GALLI, Gallia quæ & Frãcia vnde ſit dicta, & quàm latè olim patuerit? 786
Gallorum Reges. V. *Magiſtratus,* *Duces fortes.* V. *Fortitudo.*
GALLI Gallinacei, qui, eorúmque natura pugnacitas, & odium. *ibid.*
Gallorum vſus ad inducendum bellum, fortitudinem acuendam, *ibid.* In inſignibus, 787
Galli in deliciis a diuerſis habiti, *ibid.*
Gallorum victimæ. V. *Ethnicorum ſuperſtitio.*
GALLICVS morbus. V. *Affectio corporis.*
GANGRÆNA quid? *ibid.* V. *Cancer.*
GARRVLITAS quid, eiuſq; etymologia, deſcriptio particularior, natura, conditio, apophthegmata & exempla Ethnicorum, *ib.* Et Chriſtianorum, 788
GAVDIVM quid, & vnde dictum, eiúſque varia acceptio, *seq.*
Gaudium conceptum
Ob inuenta præclara, 789
Ex matheſi
Omine felici
Muſica
Ob mechanicam exercitationẽ.
Caſtitatem, liberalitatem, beneficentiam
Religionem, ſacra, templum
Ex loco
Tyrannorum oppreſſione
Patriæ præſtãtia, reſtitutione, *ib.*
Ob diuitias, dona, 790
Ex aſpectu grato, iucundo
Ob partum, incolumitatem ſuam & ſuorum
Corporis curam
Auxilium belli bellicum
Nuptias 791
Deorum fauorem
Victoriam nunciatam, adeptam.
Ex hoſtium oppreſſione: morte calamitate, reconciliatione.
Gaudium
Ex rebus aliorum ſecundis. 792
Ex alieno infortunio. Vt puta
Principum.
Hoſtium
Priuignorum. *ib.*
Gaudium nullum. Puta qui non gaudent, ob quæ alij gaudent. *ib.*
GAZOPHYLACIVM quid, eiúſque etymologia, vſus apud Hebræos, *ib.* Ethnicos & varia nomina, 793
GEHENNA vocis ſignificatio, vſus & acceptio, eiúſque ratio. *ibid.*
GELV. V. *Glacies.*
GELOSIA. V. *Zelotypia.*
GEMINI ſignum cæleſte. V. *Zodiacus.*
GEMINORVM ſiue Gemellorum exempla ſacra & profana, *ibid.* Primogenitura qualiter inueſtiganda. 793. & *seq.*
GEMMA quid, & vnde dicta? 794
Gemmarum natura, & de ea ſcriptores, origo, differentiæ. vires, acquiſitio, pretium, *ibid.* Locus. *ibid.* & 795
Vſus varius in
Antidotis & medicinis 794
Veſtibus ſacris
Coronis & vaſis ſacris
Vexillis
Annulis
Poculis, vaſis. 795
GENERATIO quid, eiúſque acceptiones. 796
Generationes phyſicæ inſolitæ
Virorum
Qui
Pepererint *ibid.*
Genuerint ætate inepta. Puta
Pueri
Senes *ibid.*
Mulierum
Quæ
Conceperunt *ibid.*
Virgines verè, falſo
Attractione ſeminis forinſecus *ibid.*
Promptæ 797
Ætate inhabili. Puta *ibid.*
Puellæ
Vetulæ
Superfœtarunt
Pepererunt
Sine dolore
Cum dolore
Paruo
Magno
Partum imperfectum, abortiuũ.
GENITALIVM affectus. V. *Affectio.*
Genitalium violatio vetita, *ib.* Vſitata, *ibid.*
Genitalia combuſta, dono data, in ignauiæ & virtutis ſignum erecta 798
GENEROSITAS quid & vnde dicta, *ib.*
Generoſitas virtutes propriæ, *ib.* Exẽpla & apophthegmata S. Scripturæ, *ibid.* Hiſtorica. 799
GENESIS quid, eiúſque etymologia, diuiſio & Scriptores, *ibid.*
GENETHLIACI. V. *Aſtrologia.*
GENIVS, Genij quid & vnde dicti? *ibid.*
Genij imago, *ibid.*
GENS, Gentes. V. *Ethnici.*
Gentis, nominis vſus, 800
Gentilium, ſiue Ethnicorum
Vocatio ad fidem
Prædicta
Promiſſa
Impleta *ibid.*
Dij.
Gentilitatis origo, *ibid.*
Gentium
Mores varij
Inclinationes, & vita ex cœli climate & loci natura 801
Gentis defectus, excidium. 802
GENVS. V. *Nobilitas.*
GEOGRAPHIA quid & vnde dicta? *ibid.*
GEOMETRIA quid & vnde dicta? 803
Geometriæ
Inuẽtores, aſſertores, ſcriptores & magiſtri, *ib.* 818
Studium 818
Contemptus, odium *ibid.*
Vſus aptus, ingenioſus, 804. Ineptus, 805
Geometricum iudicium aptum, ineptum, 804
Geometricæ tabulæ, earúmque
Vſus, ſtudium, vtilitas 806
Scriptores, delineatores, auctores veteris, *ib.*
Recentiores 807
Geographica certamina. 818
Petri Bertij breuiariũ totius orbis terrarũ. 820
GERMANIA, Germani qui, eorúmq; etymologia & variæ appellationes, 818
Germaniæ limites, ſplendor & ornamenta, *ibid*
Germani Cæſares. V. *Cæſar.*
GESTICVLATIO quid & vnde dicta? & de ea apophthegmata. *ibid.*
GIBBVS quid, eiúſque etymon, 820
Gibboſi. V. *Corporis partiũ accidentia.*
GIGAS quid, eiúſque etymologia, *ibid.*
Gigantes veteres, & vnde illi primùm orti fuerint, *ibid.* Circa ortum errores, *ibid.*
Exempla antiqua, *ibid.* Recentiora. 824
De gygante Antuerpienſi & aliis Belgij. *ib.*
GLACIES quid, eiúſque cauſa, & ſubiectum, 825
Glacies
Spiſſa, craſſa
Conſeruata.
GLADIVS quid, eiuſque etymon, *ibid.* vſus in
Bello *ibid.*
Iuramentis 826
Gladij celebriores vbi? 825
Gladij ſymbola. 826
GLADIATORES qui & vnde orti, eorúmque vſus, conditio, diſcrimina, *ib.*
Genera varia, & iuramentũ. 827
De iis apophthegmata. *ibid.*
GLANS quid, & vnde dicta, *ibid.*
Glandium genera varia & vſus, *ibid.*
GLORIA quid, eiuſque acceptio, *ibid.* *Fama. Laus.*
Gloriæ exempla & apophthegmata Ethnicorum, *ibid.*
Chriſtianorum 828
Gloriæ adipiſcendæ ſtudium ſpectatum
Reſpectu
Præmij ipſius ſcilicet honoris, cui ſtudet. Vt honorem amplecti
Pontificatus
Regni, Imperij *ibid.*
Conſulatus, magiſtratus inſignium 830
Triumphi 831
Loci primatus
Extra bellum *ibid.*
In bello 832
Titulorum illuſtrium *ibid.*
Priuilegij honorifici 833
Muneris honorifici
Encomiorum, laudum
Inſcriptionum
Epitaphij
Veſtium. 834
Armorum.
Meriti propter quod honorem quis meretur, idque vel
Reſpectu
Animi. Puta ob
Eloquentiam 834
Eruditionem
Inuenta præclara
Fortitudinem bellicam
Liberalitatem, magnificentiam
Clementiam
Fidem in
Patriam 835
Socios
Maritum.
Corporis ob
Mortem glorioſam.
Fortunæ ob
Imperij maieſtatem
Victoriam
Coniugium præclarum. *ibid.*
Modi, quo acquiritur. Puta

Affectando,

Affectando, ibid.
Optando,
Petendo, 836
Certando,
Acceptando,
Modestè, ibid.
Legitimè, 837
Differendo cedendo alteri.
Communicando alteri, 838

Gloriæ conſervandæ ſtudium
Reſpectu
Honoris, quem quis conſervat. Puta
Epiſcopatum, ſacerdotium ibid.
Regnum, imperium.
Ius regni, 839
Nobilitatem generalis familiæ
Libertatem honorificam,
Ornamenta publica,
Spolia honorifica, 840
Meriti, cuius præmium gloria eſſe videtur. Vt conſervare honorem debitum
Sapientiæ, eruditioni,
Fortitudini bellicæ,
Mechanicæ peritiæ, induſtriæ,
Religioni,
Dignitati ſacræ ſacerdotali, Pontificali,
Regiæ interdictæ imperij 841
Magiſtratui,
Nobilitati,
Reipub.
Familiæ, 842
Profeſſioni,
Victoriæ.
Modi, quatenus ſcilicet gloria propagatur
Reſpectu
Rerum per quas v. g. per
Scripta, ibid.
Inſcriptiones, 843
Ædificia,
Anathemata,
Statuas, imagines, picturas,
Columnas, 844
Machinas,
Comitatum, pompam,
Perſonarum contra quas conſervatur, ibid.
Ignominiæ, dedecoris, obtrectationis, quæ propulſatur ratione habita vel
Rei, quæ depellitur v. g.
Calumnia, 845
Accuſatio,
Hiſtoria inepta,
Pax ignominioſa,
Hoſpitij receptio,
Seſſio ignominioſa.
Modi quo ignominia fugitur. Puta
Occaſionem præcidendo, ibid.
Expoſtulando, ægrè ferendo,
Ambiendo,
Vlciſcendo, 846
Deriſitando, imprecando
Deprecando.
Gloriam & honorem non conſervare
Quem, Qualem. Puta
Pontificatum, ſacerdotium ibid.
Regnum, imperium deponere, abdicare,
Tyrannidem,
Dictaturam, 847
Principatum,
Præfecturam, loci dignitatem
Titulos.
Quomodo? Nempe
Affectando abdicationem. ibid.
Relinquendo,
Abdicando, deponendo,
Cedendo alteri,
Transferendo in alterum. 848
Cur? Cauſa
Apoſtolatus, ibid.
Philoſophiæ,
Humilitatis,
Religionis.

Iuſtitiæ,
Quietis, pacis, concordiæ.
Gloriæ contemptus
Reſpectu
Honoris qui contemnitur, negligitur, non curatur, uti ſunt
Divini, honores, ſacra templa oblata, ibid.
Pontificatus, 849
Dignitates quævis ſacræ, Epiſcopatus, ſacerdotium Cardinalatus,
Regnum, imperium.
Conſulatus, 850
Inſignia regni,
Veſtitus honorificus,
Triumphi, ibid. Trophæa. 851
Statuæ, imagines ſpretæ,
Hoſpitia honorifica repudiata
Tituli magnifici, ſuperbi non curati,
Inſcriptiones, 852
Encomia, præconia,
Salutationes honorificæ.
Meriti, cui honor debebatur, ut contemptus honor debitus ob
Prophetiæ donum ibid.
Miraculorum donum,
Eruditionem, 853
Fortitudinem bellicam,
Ædificiorum magnificentiam,
Fidem erga patriam,
Coniugia præclara,
Victoriam.
Modi, quo contemnitur. Puta
Non affectando, ibid.
Non petendo,
Obſtantes, impedientes tolerando. 854
Declinando.
Deprecatione.
Reprehenſione, caſtigatione.
Fuga.
Occultatione ſui, 855
Morbi prætextu,
Mutilatione,
Morte,
Reſpuendo, ibid.
Derivando, transferendo, in
Deum.
Collegas.
Alios quoſvis. 856
Acceptando ægrè
Invitè, coactè,
Fletu. 857
Cum conditione.
Finis. Cur contemnatur? Puta cauſa alicuius
Boni conſequendi v. g.
Pietatis, ibid.
Fidei erga
Patriam. ibid.
vel Principes, 858
Subditos,
Amicos,
Hoſtes.
Quietis. ibid.
Dignitatis.
Mali ob quod acceptare, vel
Non deceat, ut ob
Infelicitatem,
Ignobilitatem.
Non liceat ob
Imperitiam linguarum.
Non expediat ut ob
moroſitatem
Gloriæ inanis, vana. Vide *Vanitas*. 859
Gloriæ vanæ
Sectatores puniti. ibid.
Fuga eiuſque exempla ibid.
Gloriæ cœleſtis. Vide *Beatitudo*.
Gloria bellica. Vide *Spolia*.
GNOMA Gnomarum ſtudium. Vide *Affectus*. *Amor*.
Gnomologi. Vide *Ethica*.
GNOMB quid, eiuſque effectus, 860
Gnoſtici qui, quales, eorumq; ſecta. ib.
GOTHI qui & unde ib. Eorum religio: ib. Duces, Reges, Legiſlatores. Vide *Magiſtratus*. *Fortitudo*, *Legiſlator*.

GRABATVM Grabatarij quid, qui. 861
GRADVS academici. Vide *Academia*.
GRÆCIA quæ ubi & qualis? ibid.
Græcorum errores & ſchiſmata, ibid.
Græca lingua quæ, eiuſque uſus, ibid. Antiquitas Dialecti ſtudium & exercitatio, Vide *Grammatica*.
Græcæ linguæ contemptus & odium. ibid.
Græcorum legiſlatores. Vide *Legiſlator*. Duces, Reges. Vide *Magiſtratus*. Ludi, Philoſophi. Vide *Ludus*, *Philoſophia*.
GRAMMATICA quid, eiuſq; etymologia, partitio & ſententiæ de ea philoſophicæ, ibid.
Grammaticæ
Inventores
In genere, ſeu linguarum. 862
In ſpecie.
Literarum figuræ & poteſtatis.
Notarum.
Syllabarum Quantitatis & proſodiæ. 863
Vocum ſignificationis & impoſitionis.
Neceſſariæ.
Non neceſſaria ut eſt
Affectata novitas vocum;
Notæ. Vide *Nota*.
Doctores docentes per
Præceptiones traditas.
Viva voce. ibid.
Scriptis. 864. & 876
Vſum & converſationem. ibid.
Diſcipuli. Puta
Dictiones linguarum idque vel
Præceptionibus. ibid.
Vſu & converſatione.
Hic. Qui linguas diſcunt facilè, difficulter, peregrè.
Scriptores, ibid.
Grammatici
Litterati. ibid.
Ludi-magiſtri 867
Grammatica exercitatio conſiderata
Reſpectu
Vocis ſeu dictionis in
Compoſitione.
Flexione.
Recta. Non obſervata, ſolœciſmus, barbariſmus, 868
Numeroſa
Pronunciatione
Quoad
Tonum in
Oratione.
Vocibus ſingulis.
Tempus, ibid.
Qualitatem,
In genere. ibid.
Actione inepta. 869
In ſpecie ſecundum
Claritatem.
Puritatem.
Craſſitiem.
Scriptionis
Quoad characterum
Compoſitionem.
Formationem.
Rectam non obſervatam. ibid.
Elegantem obſervatam & non obſervatam. ibid.
Novam inſolitam. 870
Motionem. Hic ſcriptores veloces, tardi. ibid.
Significationis conſideratæ quatenus eſt
Vera vel falſa, eſt verborum ſignificatio.
Deductio, etymon. ibid.
Ambigua.
Obſcura.
Antiqua, obſoleta, antiquitas affectata; ibid.
Nova Novitas affectata. 871
Modi. Sic exercentur
Legendo, Lectio vitioſa.
Colligendo,
Interrogando. Quæſtiones Grammaticæ.

Audiendo ibid.
Docendo. Doctores linguarum, 872. Litterarum auctorum.
Interpretando. Seu interpretes conſiderati
Reſpectu
Subiecti. Puta
Concionum
Legationum
Librorum ſacrorum
Succeſſus. Sic interpretatio
Recta ibid.
Vitioſa
Nulla.
Iudicando de
Scriptoribus ibid.
Doctoribus
Literis
Pronunciatione
Proprietate vocum. 874
Certando
Reſpectu
Eorum qui certant ibid.
Rei de qua certant. Puta de
Litterarum ſignificatione, ſcriptione, pronunciatione
Vocum proprietate, flexione, conſtructione
Librorum interpretatione. 875
Grammaticæ ſtudium reſpectu
Artis, Barbariei odium
Profeſſorum. ibid.
GRANDO quid ſit, & quomodo generetur? 876
Grandinis locus, tempus, forma & quantitas, ibid.
GRATIÆ à gratis dictæ acceptio, definitio, partitio & effectus, ibid.
Gratiæ a Græcis χάριτες dictæ quæ & unde ſic appellatæ, 877. Earum nomina, figura, ſignificatio, deſcriptio & ſcriptores.
GRATITVDO quid & qualis? ibid. Eius officia, ibid. Apophthegmata.
Gratitudo erga Deum
Quomodo excitanda? 878
Eius exempla biblica & hiſtorica ibid.
Gratitudinis impenſæ hominibus, ob præſtita obſequia & beneficia, exempla S. Scripturæ, & hiſtorica 879
Gratitudo nulla, ſeu non agere gratias 881
Gratiarum actio poſt cibum ſumptum ibid.
Gratitudo politica conſiderata
Reſpectu
Beneficiorum pro quibus exhibetur
In genere, ibid.
In ſpecie pro bonis
Collatis
Animo ut pro
Eruditione & theorica inſtitutione ibid.
Interpretatione 882
Vaticinio, prædictione qualicunque
Mechanica inſtitutione
Inſtitutione practica
Conſilio bono
Nuncio felici 883
Indicio, proditione qualicunque
Pudoris defenſione 884
Educatione, nutritione ibid.
Alimentis quibuſlibet
Hoſpitalitate ex
Biblus
Hiſtoria 885
Morborum depulſione 887
Vita conſervata
Prophetis
Regibus, Principibus
Civibus, commilitonibus. 888
Hoſtibus
Hoſpitalibus
Parentibus
Fratribus
Dominis
Fortuitis. Puta grati ob
Patriæ defenſionem ibid.
Litteraria munera 889
Munera & dona.
In genere, ibid.
In ſpecie ob
Pecunias
Veſtes 890
Mundum muliebrem
Signa
Canes
Fructus
Aquam
Succinum
Filum
Prædam reſtitutam
Hæreditatem
Encomia 891
Imperium, regnum, pontificatum & dignitatem quamvis
Datam, acquiſitam ibid.
Reſtitutam
Liberationem à
Tyrannis
Feris, belluis
Exilio 892
Captivitate, carcere 893
Mutua damnatione
Benevolentiam & fidem in pace bellóve
Auxilium contra hoſtes latum 894.
Hoſtes victos, pulſos 895
Pacem conciliatam. 896
Gratitudo ſpectata
Reſpectu eorum, erga quos exhibetur ut ſunt
Gratia erga
Deos 897
Legiſlatores
Præceptores
Legatos
Medicos
Mechanicos
Milites
Servos 898
Bruta.
Gratitudo ſpectata
Reſpectu
Modi, per quem gratia reponitur
In genere 899
In ſpecie, grati per
Munera
Magiſtratus dignitates
Ius privilegium
Civitatis
Vitium ferendarum
Coniugia
Spolia 900
Coronas
Encomia
Nominis memoriam.
Reſpectu
Temporis. Huc gratitudo.
Expedita ibid.
Sera
Diu lata.
Reſpectu exceſſus ſeu
Grati nimium
Erga quos? Puta erga
Doctos
Reges ibid.
Milites 901
Coquos
Adulatores
Delatores
Bruta.
Ob quid? Puta ob
Inſtitutionem quamlibet
Iudicium
Vrbem conditam
Liberalitatem
Hoſpitalitatem
Fidem in patriam 902
Liberationem.
Gratitudo beſtiarum erga heros, nutritores, benefactores ut puta
Gratæ in Benefactores
Aves
Aquila
Accipiter
Fringilla ibid.
Ciconia 903
Pelicanus
Cucuphas
Grus.
Piſces
Scombri
Delphini
Balenæ.
Serpentes
Draco
Serpens & leo.
Quadrupedes
Panthera
Leo ibid.
Lynx 904
Canes. Vide *Canis.*
Equi. Vide *Equus.*
GRAVIDÆ. Vide *Pregnantes*
GRAVITAS pro verborum, morumque ſeveritate quid? ibid. Eius exempla & apophthegmata Ethnicorum & Chriſtianorum. ibid.
GVBERNATIO. Gubernator quid, eorumque etymologia. ibid.
De gubernationis bonæ laude & ratione apophthegmata & exempla Ethnicorum & Chriſtianorum. 905
GVLA quid & unde dicta? ib. Quot modis committatur? Eius deſcriptio poëtica, apophthegmata & exempla ibid.
GVSTVS quid & qualis ſenſus? ib. Eius neceſſitas & organum 906
Guſtus intemperantiæ pernicioſæ, & moderationis exempla biblica & hiſtorica. ibid.
GYMNASIA. Vide *Academia.*
GYMNOSOPHISTÆ qui & apud quos fuerint? ibid.
GYNÆCEA quæ & apud quos? 907. Intrare viris ea vetitum. ibid.
GYNÆCOCRATIA quid, & quam pernicioſa? ibid.

F I N I S.

THEATRI VITÆ HVMANÆ,

Auctore

LAVRENTIO BEYERLINCK, ARCHIPRESBYTERO ANTVERPIENSI,

TOMVS TERTIVS,

Continens Litteras E. F. G.

A * *Aſteriſci Titulis ſiue Generalibus, ſiue Secundariis, Rebúſve ſub iiſdem contentis præfixi, poſterioris Auctarij ſunt indices.* E

* Ebrietas.

DEFINITIO, ETYMOLOG. ET ACCEPTIO.

EBRIETAS Græcè, vnde ebrios dicitur. Cæterùm Ebrietatis vox dupliciter vſurpatur: ſemel vt ſit idem quod ſatietas. Et in hac ſignificatione inebriari eſt largè & liberaliter bibere, citra tamen vitium & exceſſum, ac ſeruata ſenſuum mentiſque integritate. Quomodo *Ioſeph* in ſcriptura legitur inebriatus cum
B fratribus ſuis *Gen. c.* 34. non enim ſanctus ille Patriarcha intemperantiæ inſimulari debet, ſed intelligendus eſt textus, ait *S. Hieron. in tradit. Hebr. in Gen.* iuxta idioma linguæ Hebraicæ, vt inebriari ſignificet ſatiari, ſiue abundanter & hilariter bibere. Quomodo illud verbum explicat quoque *S. Aug. in Pſ.* 74. locum, viſitaſti terram, & inebriaſti eam &c. & de ſanctis dicitur, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.

Aliter, éſtque cõmunis acceptio, vſurpatur, vt ſit exceſſus in potãdo cauſa voluptatis, vſque ad violentã rationis priuationem vel interceptionem. Vocatur Hebræis *Schacar* quod immoderatam ingurgitationẽ ſignificat, eſtque verbum cognatum alteri verbo *Shackar*, i. e. ſcurriliter agit. Nam ebrij ſcurriliter ſe gerunt, & omnium ſe ludibriis ſannisque exponunt: Sunt qui volunt ebrietatem dici à voce BRIA; quæ menſuram ſignificat, ſic vt ebrietas velut potatio ſine menſura dicatur.

C VITIVM DETESTANDVM,

INCOMMODA, ET FRVCTVS NOXII.

EBRIETATIS vitium Scriptura pluribus locis inculcat, & tanquam vitiorum omnium maximè deteſtandum execrandumque proponit, eiuſque mala enumerans, primùm ebrioſos à regno Dei eliminat. *Iſa.* 5. 1. *Cor.* 6. Deinde per ebrietatem mentem alienari, *Prou.* 23. *Eccl. c.* 19. *Eſa. c.* 28. Libidinem inflammari, *Prou.* 20. *Eph. c.* 5. eneruari corpus, *Prou.* 21. diſſipari ſubſtantiam, *ibid. c.* 25. diſcordiam excitari, *ib. c.* 20. & 23. *Eccle.* 31. Secreta manifeſtari, *Prou.* 31. *Abac.* 2. & aliis propè infinitis teſtimoniis docet.

D Si SS. Patrũ cenſuram requirimus, ſuis coloribus depictam reperiemus ebrietatem, ex multis pauca teſtimonia damus; quæ ſint inſtar omnium. Quid Ebrietas? Audi *S. Baſil. hom. in Ebrietat.* Eſt dæmon voluntarius, malitiæ mater, virtutis inimica, virum fortem reddit ignauum, ex temperante facit laſciuum, iuſtitiam ignorat, prudentiam extinguit. Quid eſt Ebrietas? Audi *S. Ambr. de Elia & Ieiun. c.* 6. Eſt fomentum libidinis, incentiuum inſaniæ, venenum inſipientiæ.

Audi etiam *S. Hieron. in cap.* 5. *ad Galat.* Ebrius eſt homo, nec mortuus, nec viuus.

Nec aliter S. Auguſtinus de hoc vitiorum omnium fomite ſenſit, ac ſcripſit, Ebrietas eſt fomes libidinis, quo per carnes vaporantur interna viſcera, animus ignoſcit. *Aug. in Epiſt.*

Ebrietas eſt flagitiorum omnium mater, culparúmque materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tempeſtas linguæ, procella corporis, naufragium caſtitatis, amiſſio temporis, inſania voluntatis, ignominioſus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, hone-
F ſtatis infamia; animæ corruptela. *ad ſacras virg.*

Ebrius aſſumit inter pocula iniuſta certamina, & nullis exiſtentibus cauſis aſperam excitat rixam, quia interponendo verba vana, aliorum ſana dicta non patitur audire, ſed in contumeliam erigitur conuiuarum, & proximorum crimina. Vinum potatum moderatè eſt medicamentum: plus iuſto ſumptum venenum eſſe cognoſcitur. Iucunditati, non ebrietati creata eſt vini materia. *ibid.*

Nec aliter Hugo: Ebrietas iudicium rationis offuſcat: contentiones & bella procurat: robur & naturalem virtutem eneruat: infirmitatem generat: mortem naturalem adducit: rebus temporalibus ſpoliat, & quod deterius eſt, diuinam maledictionem inducit. *Hugo de S. Victore.*

Petrus verò *Rauennas* in quodam ſermone ait: Ebrietas mater litium, furoris generatrix, petulantiæ magiſtra, hanc qui habet, homo non eſt, hanc qui habet, non peccatum facit, ſed eſt ipſe peccatum: hæc enim eſt rabies voluntaria, G
inuitatus hoſtis, illecebra honeſtatis, & pudoris iniuria.

Vbi regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, conſilia deuiant, iudicia ſubuertuntur. *ibid.*

EBRIORVM MORES.

PLATO, in vino; ceu ſpeculo multorum ingenia videri atque cognoſci poſſe dicebat, vt citatur à *Plut. lib.* 3. *Sympoſ.* Sic Antiphanes duobus exceptis, inquit, poteris omnia celare, vino nimirum, & amore. Vtrumque enim viſo atque ſermone prodit homines; licet negantes & diſſimulantes. Itaque PITTACVS teſte *Athenæo lib.* 10. Periandrum Corinthium monebat, ne ebrius fieret, neque laſciuiret, nè noſcetur in- H
quiens, qualis ſit, neque etiam qualem te eſſe ſimules, cum vt ſpeculum æreum formæ ita vinum mentis ſit idea.

Prouerbium eſt, à tribus hominum generibus veritatem audiri, pueris, ebriis, & inſanis:

Non ineptè ille ÆSOPVS increpauit: Quid quæris, ridiculum caput; illas feneſtras per quas alterius cogitationes quis intueri poteſt? vinum enim nos aperit & oſtendit, nec ſinit nos latere, ſed ſpeciem atque laruam detrahit, lege tamen pædagogo longiſſime remoto.

Plin. lib. 14. *cap.* 22. Tunc animi ſecreta proferuntur, alij teſtamenta

A teſtamenta ſua nuncupant, alij mortifera loquuntur, ſeditioſaſque iugulum voces non continent.

Bias cum ſibi obiiceretur ſtoliditas à garrulo, eò quod ſilaret: ecquis reſpondit, inter pocula tacere poſſet ſtultis?

Athenis quidā conuiuium regium legatis præbens, operam dedit, vt iis, his cupientibus philoſophos eodem vocaret. Ibi cũ vltro citroque ſermones miſcerentur, Zenonẽ qui tacitus ſe cõtinebat, comiter allocuti hoſpites, cũ ſalutaſſent poculo, de ſe verò aiebat quid dicemus Regi? Reſpondit Zeno: Aliud nihil, quàm eſſe ſenem Athenis, qui inter pocula ſilere ſciret.

Alios Ebrioſorum ebriorumque mores depinxit *Homerus:*

Οἶνος γὰρ πνίφερμα τὸν μάλ' ἀεῖσαι
Καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι καί τ' ὀρχήσασθ' ἀνῆκε
Καί τι ἔπος προέηκεν, ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον.
Nam vinum vel prudentem cantare coegit,
Et tenerum ridere, pedeſque inferre choreis,
Atque tacenda loqui, nec idonea dicere dictu.

Benè Horat.

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,
B *Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem.*
Sollicitis animis onus eximit: ac docet artes,
Fœcundi calices, quem non fecêre diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum? Hor. lib. 1. Ep.

Et iterùm.

Vides, vt pallidus omnis,
Cœna deſurgat dubia? quam corpus onuſtum
Heſternis vitiis animum quoque prægrauat vna,
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ. Id. lib. 2. Ser.

Ebrios mores etiam *Ouidius* tetigit, viuiſque coloribus depinxit, dum ita cecinit *lib. 1. de Arte amandi.*

Vina parant animos faciuntque coloribus aptos.
Cura fugit multo diluiturque mero.
Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit,
Tunc dolor & cura, rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes, æuo rariſſima noſtro
Simplicitas, artes excutiente Deo.

Nec malè *Propert. lib. 2. eleg. vlt.*

C *Vino forma perit, vino corrumpitur ætas:*
Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.

Heſiodus apud Athenæum lib. 10. Eleganter quoque complexus eſt, vim & ferociam vini, atque ob id Bacchus *μαινάδας* eiuſque comites Bacchas, ab inſaniendo Poëtæ dixerunt, atque in Bacchanalibus feſtis clamores ab ebriis tollebantur.

Lepidum eſt quod in Symbolis veteribus Romanorum reperimus: Noë, qui primus vineam plantauit, quem Ianum illi dicebant; miſcuiſſe viti & vino ſanguinem quatuor animalium, Simiæ, Leonis, Porci, & Agni. Quia vinum immodicè ſumptum inebriat, & ebrios facit vel moriones, quaſi ſimias: vel alios pugnaces & crudeles, quaſi Leones: alios lubricos & fœdos, quaſi porcos: alios manſuetos, blandos, & pios, velut Agnos. Refert. *Corn. à Lapide in cap. 9. Geneſ.*

Porrò Ebrietatis naturam, & incommoda, ac Ebrioſorum mores hoc eleganti carmine depinxit *David Mileſius in lib. ſuo de Ebrietate*, quam loquentem, & ſe prædicantem inducit.

Illa ego terrarum domitrix, Regina malorum,
Quæ clarum toto nomen in orbe gero.
Dux ſcelerum ſuprema vocor, vitijque magiſtra,
D *Nil niſi dulce malum, nil niſi dulce nefas.*
Mors animi, gratuſque furor, blandumque venenum
Morborum placidus fons, & amica lues.
Gurgulio, fundi barathrum, cenſuſque vorago,
Vltio ſum præſens, ipſaque pœna mihi.
Syrtis, Hydrops, Syren, Scylla, inſatiata Charybdis,
Grandior & furiis omnibus eſſe feror.
Nam quæ geſtarum ſurgat mihi gloria rerum,
Notum eſt Eois occiduiſque plagis.
Nullus erat ſæuis vnquam bellator in armis,
Qui dederit gelida millia plura neci.
Nemo tot impunè cades, tot funera nemo
Edidit, ac noſtra ſæpe dedêre manus.
Me fugiat Clerus, Princeps, Pueri que, Seneſque,
Quoſque iuuat Phœbi, aut Martia caſtra ſequi.

EBRIETAS CASTITATIS HOSTIS.

Notum eſt illud *Terentij*, ſine Cerere & Baccho friget Venus. Et *Tertul. lib. 2. cont. Marc.* Appellat ebrietatem ſcortationis comitem: *Auguſtin.* caſtitatis naufragium: *Hieron.* libidinis incentiuum, vnde virginibus tantoperè vini vſum interdicit: *Plin.* ebrietatis præmium dicit eſſe libidinem portentoſam (*lib. 14. c. 22.*) ac iucundum nefas. Hinc etiam *Horat.* Craterem Veneris ſodalem dixit. Et *Apuleius*, Lagenam Veneris gladiatoriæ antecœniam appellauit, quod ſit velut præludium, & præparatio ad Veneris palæſtram. Ideóque & vinum lac Veneris dixit *Ariſtophan. apud Athen. lib. 10.* & *Apuleius*, Veneri cœna ebriā effingit, cum interim eſuriat Pſyche. Vt certè magna eſt Veneris viniq; cõiunctio, quod elegãtibus verſibus cõplexus eſt *Virgil.* vel quis alius ſub illius nomine. E

Nec veneris, nec tu vini capiaris amore,
Vno namque modo vina Venuſque nocent.
Vt Venus eneruat vires ſic copia vini,
Et tentat greſſus, debilitatque pedes.
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri,
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum ſæpe petit ferus exitiale Cupido.
Sæpè manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Denique cum mentes hominum furiarit vterque,
Et pudor & probitas, & metus omnis abeſt.
Compedibus Venerem, vinclis aſtringe Lyæum,
Ne te muneribus lædat vterque ſuis. F
Vina ſitim ſedant, natis Venus alma creandis:
Sed fines horum tranſiliiſſe nocet.

Sanè prudens, quamuis ſuperſtitioſa antiquitas, cum non ignoraret fomentum omnis nequitiæ eſſe vinum, fuit in illa perſuaſione, ſignum Virginis vitem ad interitum adducere, eiuſque vigorem atterere. Vnde cauendum monebat Orpheus, ne Luna ſignum Virginis percurrente vitem ſeras, eam enim Virgo odio proſequitur. Cumque etiam ſciret linguam immodica vini potatione præpediti; ſtatuit Mercurio ſupplicari & ſacrificari debere, non vino, ſed lacte, ad ipſam eloquentiæ dulcedinem indicandam: & ad eam rem Romæ vicum deſtinauit, quem Sobrium appellabant.

Adiiciemus paucis velut coronidis loco incómoda ebrietatis ex iis quæ paulò ante adduximus, eaq; ſeptẽ potiſſimũ capitib. cõprehenſa. I. Exhaurit facultates, vnde graues afflictiones in familiis, liberis, negotiatione, fraudes, furta, & ſimilia.

II. Corpus imbecille, eneruum, morbidum reddit. *Chryſoſt. Hom. cont. Crapulam tom. 5. Aug. ſerm. 231. Baſil. hom. in ebrietat.* G

III. Reddit hominem inutilem ad quæuis exercitia honeſta, ſiue pietatis, ſiue politica, aut mechanica, adeoque vſum vitæ aufert aut impedit. *Aug. ſupra, & Chryſ. etiam ſupra, ac Baſilius.*

IV. Hominem beſtiis aſſimilat, & iis viliorem facit. *Idem ibid. ac iterum Chryſoſt. Hom. 58. in Matth.*

V. Secreta prodit, cuius rei multæ ſunt hiſtoriæ. Hinc. *Horat.*

Reges dicuntur magnis vrgere culullis,
Et torquere mero, quos perſpexiſſe laborant.

Videatur *Ambr. c. 16. de Elia & Ieiunio. Item fusè in loco de Vino.*

VI. Ad mores inconditos & grauiſſima ſcelera prouocat. Docent exempla quæ ſubiicientur, & deſcendit ad particularia *Baſil. ſupra & Hier. in c. 1. Epiſt. ad Tit. Ambr. etiam ſuprà.*

Difficulter emendatur, quod iterum tangit Baſil. ſuprà: Auguſt. verò remedium ſuggerit *Ser. 231.* cuius ſumma eſt, vt ebrioſus quotidiè, ſiue vt loquitur ipſe, per dierum interualla de nimietate potus aliquid ſubtrahat, quouſq; ad rationabilẽ bibendi conſuetudinem redeat. *Plura videas Lect. apud iam cit.*

☞ *Et amplificari præſens Titulus poterit, ex loco de vino, vbi multa de illius incommodis.*

☞ *Porro exempla eorum qui bibendi auidiores, item modum, quantitatem, qualitatem, euentus varios potationis, & penè quicquid ad plenam huius argumenti tractationem exigitur fusè tractauimus ſub Titulo Bibacium ſiue bibendi, in lit. B.* H

☞ *Nonnulla etiam inferri huc poterunt ex Tit. de Propinatione, Poculorum varietate & vino.*

APOPHTHEGMATA DE EBRIETATE.

In quibus plurima egregia aduerſus etiam monita, & memorata paulò ante incommoda, breuiter ac dilucidè recenſentur. Ac primum ETHNICORVM.

PITTACVS rogatus, quam pœnam incurreret, qui per temulentiã quid ſceleris cõmiſiſſet? reſpondit, duplicem, tum ratione temulentiæ, tum ratione ſceleris admiſſi. Solent autem homines extenuare malefacta velo velut ebriatatis. *Laert. l. 1. c. 5.*

Solonis Lex erat, Princeps morte mulctatur, ſi deprehendatur ebrius. *Patrit. lib. 6. de regno cap. 16.*

Percontanti Pythagoram quid eſſet ebrietas? hoc reſponſi accepit, eſſe meditationem inſaniæ. *Maxim. Serm. 31.*

Idem roganti, qua ratione ebrioſus à parua conſuetudine abiret? ſi ait, frequenter mente reuoluat ea, quæ per ebrietatem facit. *Stobæus Serm. 18.*

A DEMOCRITVS ridebat illos, qui potando vota diis pro ſanitate præſtabant dicens, penes eos ſanitatem eſſe, quam intemperanti luxu amittunt. *Idem.*

Idem dicebat tres in vite naſci botros, quorum vnus voluptatis, alter ebrietatis, tertius eſt iniuriæ. Hoc *Maxim. Serm.* 30. Epicteto attribuit.

Eiuſdem mentis erat Anacharſis, ſentiens parcum vini vſum iucundum, quia ſedat ſitim. Largiorem, gignere temulentiam; immodicum; moleſtiã, puta cædes, pugnas, rixas *Laërt. l.* 1. *c.* 9.

Redarguebat is quoque Græcos, quod capacioribus cyathis ſub finẽ, & minoribus initio conuiuij vterentur. Sentiẽs potũ non ad aliud adhibendũ, niſi ad ſedandã ſitim. Abſurdũ igitur eſſe, tum plus bibere, cùm iam ſitis eſſet ſedata. *Laert. lib.* 1.

Idem dicere ſolebat, quicumque ſobrius fieri vult, turpes ebriorum mores intueatur. *Plut. Stob.*

PLATO, Negabat oportere inebriari præterquam in feſtis, in quibus ipſe Deus vinum porrigit. Feſtos dies decet hilaritas, ebrietas ſemper fœda eſt. *Laert. lib.* 3.

Idem diſcipulos ſuos admonebat, vt ſe ebrios in ſpeculo contemplarentur. Sic enim fore, vt dum faciem ſuam furi- B bundam & phrenetico ſimilem intuerentur, in poſterum ab ebrietatis vitio abhorrerent. *Fulg.* 7. *cap.* 1.

Idem dicebat animi mores in vino apparere, ac gubernatorem ebrioſum, & quemuis cuicunque rei præfectum omnia ſubuertere, ſiue nauigium, ſiue currum, ſiue exercitum, ſiue quamcunque rem fidei ſuæ commiſſam. *Stob. ferm.* 18.

Idem, manifeſtum eſſe dicebat, non modo ſenem bis puerum fieri, ſed inebriatum quoque. *Eod. ſerm.*

DIOGENES, videns hominis vino deditiſſimi ædes venales eſſe, ex ianuæ inſcriptione: Minimè dubitabam, inquit, quod vini crapula excuſſa facilè domum euomeres. *Bruſ. l.* 1. *c.* 19.

Idem, vinum plurimum in conuiuio quodam dono acceptum effudit, quod cum quidam indignè ferrent: Si, inquit, vinum omne ebiberem, non tam liquorem quam meipſum quoque perderem. *Stob.*

Idem Adoleſcentem ſtupidum mero, & prorſus deſipientem intuitus: Adoleſcentule, ait temulento ſatus es patre. *Stob.*

ZENONEM Citticum, ſumma verecundia colebat, pretióque habebat Rex Antigonus. Accidit igitur, vt aliquando vino C ſupra modum impletus, obuiam Zenoni fieret: quem oſculatus eſt atque amplexus, vt temulentus, petiitque vt ſibi quid iuberet. Et interpoſito temerè ſacramento; confirmauit ſe præſtiturum quicquid poſtulaſſet. Tum ille dixit: Abi, & euome. Graui ſapientique reprehenſione ſimul temulentiam eius taxans, ſimul verò cauens ne nimia commeſſatio potatióque & nocumentum adferret. *Ælian. lib.* 9. *var. hiſt.*

SOPHOCLES, vitio vertebat Æſchylo, quod ebrius ſcriberet. Nã etſi benè ſcribit, inquiebat, neſciẽs tamẽ id facit. *Stob. ſe.* 18.

CLEOSTRATVS, cuidam ei dicenti, Non te pudet ebrium fieri? reſpondit, Te verò non pudet ebrium monere? *Ant. & Max. ſerm. de ebrietate.*

LEOTYCHIDAS, percontanti cuidam, cur parcè biberent Spartiatæ? Ne inquit, pro nobis alij conſultent. Senſit autem vir clariſſimus, eum nequaquam ſalubriter de rebus conſultare poſſe, cui ſanum iudicium à vino ablatum ſit. *Bruſ. lib.* 1. *c.* 19. *ex Plut. in Lacon.*

AGESILAVS, cum in compotatione quadam ſortibus ex more ductis factus eſſet princeps conuiuij (huius autem partes erãt D præſcribere quantũ quiſq; biberet) rogatus à pincerna quantũ cuique vini deberet opponere; Si multũ, inquit, vini paratum eſt, dato cuique quantũ poſcit, ſin parũ, cunctis ex æquo diuidito. Hac dexteritate mire proſpexit, ne vel parata vini copia deeſſet, quibus placeret largior potatio: vel ad bibendũ cogerentur, quibus placeret ſobrietas. Rurſus in maligniores vini copia, per æqualitatem excluſit rationem murmuris. Etenim cùm ſingulis æqua vini portio diſtribueretur, nihil deerat his qui bibebant moderatius: & qui largius fuerant bibituri, cum haberent quod naturæ ſatis eſſet, queri non poterãt, ſi deerat libidini, eo quod nemo omniũ plus aut minus haberet cæteris. Itaque æquis animis ſe illi quoque ad moderationem cõponebant, quibus alioqui placebat luxus. *Plut. in Lac. Apoph.*

CRATES cõſpicatus adoleſcentẽ athleticũ ebrietate & gula corpulentiorem fieri: O miſer, exclamauit, deſine aduerſus teipſum carcerẽ munire. *Ant. & Max. ſer. de incont. circ. menſ.*

PHILOCRATES & ÆSCHINES, Athenienſium legati ad Philippum Macedoniæ regem, cum domum redirent, regémque eo nomine laudarent quod ſtrenuè bibiſſet; reſpondit Demoſthenes, habet hanc virtutem cum ſpongia communem. Senſit vir prudentiſſimus, Regum virtutes non in euacuandis E poculis ſitas eſſe. *Plut. in Demoſth.*

ASTYAGES cum rogaſſet Cyrum regem, quamobrem vinum non abſorbuiſſet? Quod metuebam (inquit) medius fidius, ne in cratere mixta venena forent. Etenim cum tu in natalitiis amicos adhibuiſti, perſpicuè didici te ijs venena infudiſſe. Et quo pacto, inquit, ô fili, hoc dignouiſti? Quod videbam vos, reſpondit neque corporis eſſe, neque mentis compotes. *Bruſ. l.* 1. *c.* 19. *Xenoph.* in *Pædia Cyri.*

SPARAMIXAS Metrodori cum per ebrietatem Cyri mortem aperuiſſet: Rectè, inquit, ſe habet illud, quod crebrò vſurpatur à Græcis, Veritatem in vino eſſe. *Bruſ. l.* 1. *c.* 19.

Androclides ad Alexandrum regem vino plus ſatis deditum, dixiſſe fertur, Vinum potaturus, Rex memento te bibere terræ ſanguinem, cicuta homini venenum, cicutæ vinum. *Bruſ. lib.* 1. *c.* 19. *ex Plin.*

STRATONICVS citharœdus natione Athenienſis, non minus feſtiuis dictis quam arte muſica celebris, ad quietem iturus, aſſiduè iubebat puerum ſibi infundere vinum: non F quod ſitiam, inquit, ſed ne ſitiam. *Athen.*

PLVTARCH. dicebat Mundũ igne & aqua corrũpi luxurioſorum autem opus amore & ebrietate. *Ant. & Max. ſer. de ebr.*

DEMOENATAS cum temulentus finito conuiuio, muliebri habitu ſaltaſſet, poſtero die venit ad T. Quintium, petens ſubſidium contra Meſſenios, quos ad defectionem ac Achæorum imperio pellicere conabatur. Cui Titus ait. Miror te hominem vinolentum, meroque eneruatum, huiuſmodi res moliri, quæ virorum non mulierum ſunt. *Bruſ. lib.* 2. *cap.* 19. *ex Plut.*

☞ *Huc refer pleraque ex Superiori* §. *Ebriorum mores.*

CICERO, cum in foro ambularet, & ei ad bibendum aqua oblata eſſet, vidit forte L. Cottam cenſorem, hominem vino deditiſſimum non procul aſtantem, cúmque aquam Cicero accepiſſet iam hauſturus, vocatis amicis; Circumtegite me, inquit, ne Cenſor me aquam bibere videat, & pro ſuo iure rationéque officij ſenatu amoueat. Notauit autem Cottæ cenſoris vinolentiam, quam in aliis non reprehendere, verum etiam grauiter punire debebat. *Bruſ. lib.* 1. *cap.* 10.

AVGVSTVS CÆSAR videns equitem in ſpectaculis bibentẽ, miſit qui illi ſuis verbis diceret. Ego ſi prandere volo, domũ G eo. Reſpondit eques: Tu enim non times, ne perdas locum Auguſt. ſenſit, indecorũ eſſe, illic in publico bibere. Eques per iocũ ſic interpretatus eſt; Cæſarẽ ſine damno poſſe diſcedere à theatro, quod locus ipſi ſeruetur, equiti non item. *l.* 6. *apoph.*

TIBERIVS Imp. quoniam tiro in caſtris auidius bibebat vinum, militari ioco pro Tiberio Claudio Nerone, dictus eſt, Biberius Mero. *l.* 6. *apoph.*

FIRMVS Imp. vini patientiſſimus fuiſſe legitur, citra tamen ebrietatem. Quodam autem à barbaro vexillario ad bibendum prouocatus, duas vini ſitulas hauſit, & poſtea toto conuiuio ſobrius fuit. Cum verò barbarus diceret. Cur non & fœcem ebibiſti? Stulte, inquit, terra non bibitur. *ex Vopiſc.*

BONOSVS, qui imperator poſtea factus eſt, cum tantum biberet, quantum hominum nemo: Aurelianus vrbaniſſimè dicebat, non vt viuat, ſed vt bibat, natus eſt. *Bruſ. l.* 1. *c.* 19.

VIB. CRISPVS, ſummus Vitellij imperatoris amicus, cum ob nocturnas cõmeſſationes atque cõpotationes luxurioſiſſimas in grauiſſimũ incidiſſet morbum, & ita quidem vexaretur, vt Vitellianis cõuiuiis intereſſe amplius nequiret, poſtquã pau- H lulum conualuiſſet, ad amicos dixiſſe fertur, ſe omnino fuiſſe periturum, niſi tam grauiter laboraſſet. *Xiphil. in vita Vitellij.*

BONOSVS Imperator vir extremæ gulæ & ebrietatis, cum ſe ſuſpendio ſuffocaſſet, interrogatus quidam, qui eius mores & vinolentiam nouerat, quiſnam eſſet ſuſpenſus? reſpondit, non hominem eſſe, ſed amphoram. *Vopiſc.*

ANACHARSIS ab adoleſcente in conuiuio pulſatus: Adoleſcens, ſi nunc vinum non fers? vbi ſenueris, aquam feres. Nam qui bibunt intemperantius vinum, ea præſertim ætate cui magis conuenit aqua, ij frequenter ſenes ob inopiam coguntur aquam bibere. *Laert. l.* 1. *c.* 9.

Quidam in conuiuio videns vxorem Anacharſidis, vxorem, inquit, duxiſti ſatis deformem. Cui Anacharſis. Prorſus ita mihi videtur: ſed heus puer, Infunde mibi largius, vt reddam eam formoſam. Indicare voluit vir ſapientiſſimus, vinum immoderatius potatum adimere homini rectum iudicium. *Athen. libro nono.*

Idem interrogatus, num in Scythia eſſent tibicinæ? Reſpon-

dit. Ne vites quidem. Significans ſaltationes, reliquaſque
A eius generis voluptates è vinolentia naſci. *Laert. lib. 1. c. 9.*

Eratosthenes dicebat vinum igni æquale habere robur, quod cū vitū inuaſerit, eū veluti boreas vel notus mare Libycū turbat & confundit: occulta, & quæ profunda mēte gerit, aperit & oſtendit, virorumque totā mentem excutit. *Phauor.*

Æschines dicere ſolebat, Speculum formæ eſſe æs, vinum autem animi. Voluit autem indicare vir ſapientiſſimus, nil tam ſecretum eſſe animo noſtro inſculptum, quod homo ebrius non effutire audeat. *Max. ſer. 50. & Stob.*

Æschylvs ebrietatem tanquam peſtem fugiendam ſuadebat, qui enim potus menſuram tranſgreditur, non amplius mentis & linguæ compos eſt: ſed ſine pudore turpia & indecentia loquitur, ex viro factus puer. *Phauorinus.* Verùm hoc alij etiam ad Theognidem referunt.

Quum Philippus Macedonum rex cognitionem exerceret parum ſobrius, ac perperam aduerſus Mulierem quandam tuliſſet ſententiam: illa ſentiens errorem eſſe vini, non regis, exclamauit: Prouocarem, inquit, ad Philippum, ſed ſobrium, excuſſit regi muliebre conuicium temulentiam, adegitque,
B vt expergefactus cauſam eandem animo præſentiori cognoſceret. *Eraſ. l. 8. apoph. Val. Max. l. 1. c. 2.*

Milites aliquot Tarentini inter cœnandum multa liberius dixerant in Pyrrhum regem. Res ad eum delata eſt: acciti ſunt iuuenes, ac periclitabantur omnes quum factum nec negari poſſet, nec defendi: Tum vnus illorum deterioris ingenij: Imo, inquit, rex, & iſta diximus, & longe acerbiora dicturi fueramus, niſi nos lagena defeciſſet: linguæ petulantiam in temulentiam reiiciens. Itaque mox ira principis in riſum verſa dimiſſi ſunt. *Eraſ. 9. apoph. ex Plut.*

Clavdivs Cæsar nunquam adeo animi ſui ſecreta protulit: atque olim dum multo vino madidus eſſet: vbi dixit, Sibi fatale eſſe, vt coniugum flagitia ferret, deinde puniret. Quæ vox terrorem non mediocrem iniecit Agrippinæ. *Ex Suet.*

CHRISTIANORVM.

Turpiſſimum dicebat Auguſtinus vino obrui eum, qui ferro vinci nequiret: potandi libidine ſuperari, qui bello non poſſet. Certè Baſilius, quid eſſet Ebrietas, percontanti, reſpondit: Eſt Dæmon ſponte admiſſus in animum per volo-
C ptatem, Mater malitiæ, impugnatio virtutis, ex forti timidum facit; ex modeſto laſciuum; iuſtitiam ignorat, prudentiam abolet: *Ant. & Max. Serm. de Ebriet.*

F. Bernardino Palomo ſæpius in ore: Vinum duo potiſſimùm mala comitantur: ſi namque dilutum ſumas, ipſum corrumpis: ſi non diluas, ipſe corrumperis. *Floreſta Beyerlinck in Apophthegm.*

Conſiderabat eadem Alphonſus Arag. Rex ideóque rogatus, cur præter Magnatum morem vini expers viueret; reſpondebat: Vino ſapientia obſcuratur, quare non decet Regem, vt huius immodica compotatione in animo extinguat illud, ſine quo Imperatoris aut Regis nomen tueri non poſſet. Sciebat enim quòd

Nox & amor, vinúmque nihil moderabile ſuadent.

Panorm. lib. 2. de eiuſd. Geſtis.

Aliàs per opportunitatem rogatus, cur vinum tanta aqua dilueret? Ne me, inquit, inebriet. Scio namque quantum Macedonis Alexandri gloriæ obfuerit ebrietas. *Ibidem.*

Rurſus ſimile ſciſcitanti, cur videlicet in tantùm Ebrieta-
D tem deteſtaretur, reſpondit: Quia ſcio Furorem & Libidinem eius filias eſſe. Probè igitur monet *Horatius*:

At ne quis modici tranſiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapythis rixa ſuper mero
Debellata.—— *Ibidem.*

Addo facetum hoc noſtri quondam Principis Caroli V. Imperat. Monebatur aliquando in caſtris, Germano militi legem daret ebrietatis vitandæ. At ille, Quid inquit, Germano Ebrietatem interdicerem? perinde id foret, ac ſi Hiſpanis furta aut rapinas inhiberem. *Corozetus, & alij.*

Ferdinandvs Imp. Caroli V. frater Legatos Electorum & aliorum Principum Germaniæ in Comitiis grauiter obiurgaſſe traditur, quod munere ſuo neglecto, ebrietati & calicibus epotandis ſtuderent, dicebat autem: Mementote vos huc deſtinatos, non vt poculis aut ebrietati vos dederetis, ſed vt ſobrij ſaniora conſilia in medium conſulendo conferatis. *Refert Maiolus colloq. de Aula & Caula.*

HIEROGLYPHICA.

Per Pantheram ebrioſitas intelligitur hieroglyphicè. Sunt enim Pantheræ vini ad modum auidæ, & à venatoribus ebriæ pleróque capiūtur, fontibus quò potatū eunt, ſuauiſſi- E
mo, peruetere, potētique vino medicatis. *Pier. Val. lib. 11. p. 103.*

Hominem verò ebrietate laborantem, ac ſibi remedium comminiſcentem ſignificare cum vellent Ægyptij: Vpupam & capillum Veneris herbam pingebant. Vpupa ſiquidem vuis veſcitur immodicè, ita vt plerumque inde ebria fiat, & ſimul ac ſe tentari ſenſit, capillo Veneris decerpto, efficaciſſimè ſibi medicatur. *Idem l. 25. p. 235. Item, l. 58. p. 562.*

*EBRIOSI. QVI

Popvli.

Conſulat Lector Cent. III. Miſcellanearum Iuſti Lipſij Ep. LI.

Populi [illegible], ab *Athenæo lib. 10. c. 4.* numerantur plures.

Tapiri adeò vini auidi fuiſſe perhibentur, vt nullo vnguento, niſi vino vſi fuerint.

Phigalenſes ſemper in cauponis victitabant erátque gens imbellis. Bizantij licet mercaturæ dediti, totam noctem potabant.

Tyrinthij atque Argiui, in potando ſtrenuè, in prælio ef-
feminatè decertabant. F

Mileſij ebrioſi erant, & ſimul ὑβρισταὶ, i. e. iniurij.

Elienſes vinolenti, atque mendaces.

Thraces omnes bibaciſſimi.

Chalcidenſes neglectis optimis inſtitutis, potationibus ſe dedêre.

Aſſyri mulieres vnà ſecum in cauponas trahebant, quas cuiuis præſentium ad potandum prouocare licebat, tandémque temulenti domum ab vxoribus ducebantur, & [illegible] ob inſignem, luxuriam dicti.

Arici ſingulis dieb. inebriari ſoliti, tādémq; à Celtis ſuperati.

Ægyptij quamuis deſtituti vino, hordeaceum vinum conficiunt, quo haud ſecus, quam vino obruti, lætari, cantare, & pſallere conſueuerunt.

De Parthis Prouerbio vetere dicitur, quo plus biberunt, eò plus ſitire.

Apud Germanos teſte Tacito, diē noctéque continuare potando nulli probrum; crebræ vt ſolent inter vinolētos rixæ, raro abſq; conuiciis, ſæpius cæde & vulneribus tranſiguntur.

De Græcorum bibacitate plenæ ſunt veterum hiſtoriæ. G
Vnde pergræcari & græcari, eſt more Græcorum intemperanter bibere. *Horat. lib. 2. ſat. 2.*

☞ *Militia aſſuetum græcari, ſeu pila velox.*

REGES. PRINCIPES, &c.

☞ *Quære Titulum de Bibacibus.*

De Phago minio meminit Flauius Vopiſcus in Aureliano, quod tantum vno die comederit, vt aprum integrum, panes C. veruecem & porcellum abſumeret, biberítque infundibulo appoſito plus orca i. e. cado ſalſamentario. Alexander Magnus pretium propoſuit ἀκρατοποσίας, i. e. meri potionis, ex hoc genere fuêre Philæni, ſiue vt Athenæi verba vſurpem Philotoeniſtæ qui optabant in Galenas conuerti, dummodo mare mutaretur in vinum præſtantiſſimum in quo continuò illis foret volutandum.

Quid vero illis aliud accideret, quam Georgio Clarentiæ Comiti, qui ob ſuſpicionem affectati Regni, ab Eduardo IV. Angliæ Rege fratre ſuo, mori iuſſus, & genus mortis eligere, voluit vino maluatico ſuffocari. Igitur coniectus in vas capaciſſimum iſtius vini, tandem ſubmerſus fuit. Certè hu- H
iuſmodi hominum, ſi modo non amphoræ potius, doliáve pertuſa; ſepulcris inſcribendum foret, quod extra portam Capenam Romæ inſcriptum veteri monomento reperitur.

Heus hic ſitus eſt Offellius bibulus, qui dum vixit, aut bibit, aut minxit. Abi præceps. ☞ *Vide Tit. de Epitaphiis.*

PRIVATI. PLEBEI.

De Pontiliano potatore tale circumfertur Epigramma.

Cum rapidus medio deſæuit in æquore Titan,
Fer puer huc Cyathos, Pontilianus ait.
Cum pluit, en, inquit, Deus admonet eſſe bibendum,
Qui nunc tam multo proluit imbre ſolum.
Sic vacua à potu non vnquam tempora ducit
Cúrque bibat ſemper Pontilianus habet.

Aliud de Gallonio luxurioſo:

Stertit ad octauam Gallonius, inde cubili
Paulatim aſſurgens languida membra leuat.
Obiicitur perdix, quam protinus ille calentem
Deuorat; hac nulli ceſſerit ante bibens.

Spumantis

A *Spumantis Bromij cyathos octove nouemue*
Adiicit, & ſacris ſic operatus ait:
Dij date mi conſtantem animum, mentemque quietam.
Quam multis vita eſt noſtra referta malis.

Item illud de Pamphago quodam legitur.

Pamphagus in patulam tam multa ingeſſerat aluum
Quàm poterat denis plus ſatis eſſe viris.
Ecce venit campo, retiumque expoſtulat, ille
Ebria terribili lumina more rotans.
Euomit in patinam vinumque ciboſque receptos.
Atque ait, en, merces tu tibi habeto tuas.

☞ *Vide etiam Titulum de Combibonibus, vbi pleraque huius loci Ex Titulo etiam de propinatione, in hunc locum poſſent transferri. Vtpote vbi qualitas, forma, modus, Inſtrumenta propinandi excutiuntur.*

*EXEMPLA ET HISTORIÆ CVM SACRÆ, TVM PROFANÆ, VETERES, ET RECENTES; à quibus vſurpatæ Ebrietatis incommoda, pœnæ triſtéſque euentus eruuntur.

E SACRA SCRIPTVRA.

B Noe bibens vinum inebriatus & nudatus eſt in tabernaculo ſuo. *Geneſ.9.*

Loth inebriatus inceſtum cum propriis filiabus commiſit, &c. *Geneſ.19.*

Esav pro lenticulo vẽdidit primogenita ſua. Prima tẽtatio filiorũ Iſraël fuit dè potu: ſecunda de cibo. Et poſtea ſimili occaſione multoties peccauerunt. *Gen.25. Exod.15.16.& 17.*

Cœpit Populus manducare & bibere & ſurrexerunt ludere. *Exod.32.*

Dixit Dominus ad Aaron, vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibes tu, & filij tui quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini. *Leuit.10.*

Quicunque fecerat votum in lege, & ſe volebat Domino conſecrare, à vino & ab omni eo quod inebriare poterat, abſtinere debebat. *Num.6.*

Flagrauit Populus deſiderio carnium, ſedens & flens, & ait: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes, &c. *Num.11.*

In trecentis viris, qui ad aquas lambuerant, & moderatè biberunt, liberauit Dominus Iſraël de Manu Madian *Iudic.7.*

C In epulis fiunt homines audaciores & loquaciores. Inter epulas & pocula maledicebant Abimelech. *Iud.9.*

Epulantibus Philiſteis & lætantibus domus cecidit ſuper eos. *Iud.15.*

Nolebant filij Heli, carne coctas ab offerentibus accipere: ſed crudas, vt eas ſibi lautius præpararent. *1.Reg.2.*

Comedit Ionatas modicum mellis contra inhibitionem patris, & ideo occiſus à patre fuiſſet, niſi populus occurriſſet. *1.Reg.14.*

Ammon filius Dauid in conuiuio Abſalon temulentus fuit occiſus. *2.Reg.13.*

Benadab Rex Syriæ temulentus, in tabernaculo ſuo habebat maximam multitudinem bellatorum, & tamen victus fuit & fugatus per pueros principum prouinciarum. *3.Reg.20.*

Comederunt & ſaturati ſunt, impinguati & abundauerunt deliciis, in bonitate tua magna, prouocauerunt autem te ad iracundiam. *Nehem.9.*

Præualet vinũ omnibus hominibus qui bibunt illud, ſeducit mentẽ, itemque regis, & orphani facit mentem vanã. *3.Eſd.3.*

Holofernes bibit vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita ſua. Et poſt pauca ſequitur: Erat Iudith D ſola in cubiculo. Porrò Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus. Qua facta Iudith habuit opportunitatem occidendi eum. *Iudic 12. & 13.*

Rex Aſſuerus poſtquam incaluiſſet mero, voluit vxoris ſuæ pulchritudinem omnibus oſtendere, & velut impurus leno, illius pudicitiam proſtituere. c.1.

Egreſſus eſt Aman à conuiuio Reginæ lætus & alacer, ſed in craſtino fuit triſtis & confuſus cum decem filiis ſuis patibulo cruci affixus. *Eſth.5.6.& 7.*

Nouerat Iob multa in conuiuiis peccata. Idcirco poſtquam epulati fuerant filij eius, conſurgens diluculò, offerebat holocauſta per ſingulos. *Iob.1.*

Pro tempore illo, quo debebat deſtrui Ieruſalem dicitur, vocauit Dominus ad fletum, & planctum, & ecce gaudium & lætitia. Occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus cras enim moriemur. *Eſa.22.*

Sacerdos & Propheta neſcierunt, præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate. Omnes enim menſæ E repletæ ſunt vomitu ſordiúmque, &c. *Eſa.28.*

Ptolemævs filius Abobi, fecit conuiuium Simoni ſacerdoti, & duobus filiis eius, & cùm inebriati eſſent, occidit eos, *1. Mac. 15*

In tentatione Domini ſecundum Mat. & Luc. legitur: Si filius Dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant, &c. *Matth. 4. Marc.1. Luc.4.*

Herodes natalis ſui cœnam fecit, filia verò Herodiadis ibi ſaltauit, & Herodi, ſimulque recumbentibus placuit, & hac occaſione decollatus eſt Ioannes Baptiſta ad petitionem illius ſaltatricis. *Matth.14. Marc.6.*

Spiritus immundi loca immunda diligunt. Vnde dæmoniacus ille, qui habebat legionem in corpore, habitabat in monumentis, & dæmones illi rogabant Dominum Ieſum, vt exeuntes immitterentur in porcos, non in boues vel agnos, qui ſunt munda animalia mundo veſcentes cibo. *Luc.8.*

Contra edaces & comeſſationibus vacantes, multum valet exemplum diuitis Epulonis, qui conquerebatur ſe pati in lingua ſpecialem cruciatum. *Luc.16.*

HISTORICA. F

Ebrietas *omnis ætatis, ſexus, atque conditionis hominibus exitialis, & noxia. Ideoque olim vetitus vini vſus iiſdem.*

Vtpote Pveris.

Pueris, & adoleſcentibus vſum vini interdixit Plato ad viii. vſque ætatis annum, vſque ad xx. vero moderatum permittit, intemperatum vetat. Cauſam prioris etiam tangit *Clem. Alexan. lib.2.c.2.Pædag.* ne igne igni addito erumpant agreſtes, & immanes appetitiones. Vnde Auicenna: Vinum pueris præbere, eſt inquit, lignis debilibus ignem addere.

SENIBVS.

Aduerſus ſenectutis auſteritatem vini Pharmacum, quo velut reuiuiſcere videantur, permittit *Plato lib 2.de leg.* Dum tamen ait *Clem. Alexand. lib.2. c.2. Pædag.* rationem & memoriam vigentem, corpúſque inconcuſſum ſeruent. Cur verò ſenes vino oblectentur, habet *Plut. l.1. ſymp. Problem.7.* & apud *Athen.*

Vina ſenem cogunt minimè ſaltare volentem.

MVLIERIBVS. G

Romulum mulieribus vinum interdixiſſe, author eſt *Plin. & Dionyſ.*

Maſſilienſes & Mileſij, vini vſum vetuiſſe fœminis, *Leont. ſcribit. l.3. c.87.* multa de hoc habes apud *Athen.l.14. c.13.*

Scribit *Iſidorus*, mulieribus Romanis, niſi ſacrorum cauſa ceteris diebus vini vſum permiſſum fuiſſe, *lib.10. cap.4.*

Phalæcus mulierem Cleo nomine à bibacitate celebrat hoc Epigrammate.

Auratam veſtem, & croceam ſuccincta Lycæo
Iſta dedit patri munera magna CLEO.
Sympoſiis quoniam præſtabat. quàm bibere aquè
Nullus tentauit vincere, vel potuit.

Athenæus lib. 10. cap.13. tradit rationem, cur Italis mulieribus vinum ſit interdictum, multáque in eam rem adfert.

Ignatius Metellus, vxorem quod vinum bibiſſet, interemit fuſte, quod factum non modo accuſatore, ſed & reprehenſore caruit. *Val. Max. lib.6. c.3.*

Quam ſit mulieribus vitanda ebrietas, videatur apud *S. Auguſtin. lib. ad virgines cap.3. Hieron. in lib. de virginis.conſeruanda. Tertullian. in Apologet. Ælian. lib.2. var. hiſtor. Plin. lib.14. c.13. Ciceronem lib.3. & 4. de Republ.* H

Quam ſeuerè verò mulieribus vinum interdixit antiquitas, ☞ *Vide loc. de Vino.*

REGIBVS. DVCIBVS, &c.

Exempla habes inter ſacra iam memorata, & væ dicitur terræ à Salomone, *Prou.31. & Eccleſ.10.* cuius Principes mane comeſſantur, & bibunt vinum. Ita *Oſea 7. Amos 6* Regibus ebrietas vetatur.

De Solone dictum eſt in Apophthegm. quod ebrium Principem morte mulctarit.

Neque inſcitè mulier illa ad ſobrium Philippum prouocauit, vt ibidem dicitur. Non enim Philippum pro Rege agnoſcebat, qui ebrius pro tribunali ſederet. Auguſtus tertio Inter cœnandum vicies duntaxat bibere. *teſte Suetonio.*

Apud Indos, nunquam Regi inebriari permiſſum.

1. Perſæ quo die Soli ſacrificabant, Regi permittebant, vt inebriaretur, & ritu patrio tripudiaret. *Vt teſtatur Athen.l.10.c.11*

Vinolentorum Regum exempla plura refert ibidem Athe-
A næus: quantam verò ſibi regiſque ignominiam intulerint variæ hiſtoriæ confirmant.

Antiochum in media acie victum & occiſum, Arſaces victor hic dicto in funere decorabat. Fefellit te ô Antioche, audacia & ebrietas tua, ſperaueras enim te in magnis pauculis regnũ bibiturum.

ECCLESIASTICIS.

Qui Eccleſiæ, religioni, ſacriſque rebus præſunt, omnino ebrietatem fugere ceu peſtem, & ordinis ſui infamiam debent, vnde olim ſub mortis pœna, Aaroni reliquiſque ſacerdotibus, nè vinum aut quod inebriare poterat, tabernaculum ingreſſuri biberent, à Deo vetabatur. *Leuit. c.19.* vt ea ratione diſcernere & iudicare poſſent, ac populum inſtruere ad quæ ebrij inepti ſunt, videatur *Auguſt. c.1. l. ad ſacras virgines.*

Nazareis qui Domino erant conſecrati, interdicitur vſus vini. *Num. c.6.* Iſaias *c.28.* acriter ſacerdotum & Prophetarum temulentiam reprehendit.

Ita in noua lege, Epiſcopis, presbyteris, & Diaconis, ebrietatis fugam commendat *Paulus*, & non eligendos, qui illi vitio ſunt dediti, monet. 1. *Timoth. c.3. ad Titum. c.1.*

S. Hieronym. miniſtrũ inſtituens Eccleſiaſticum, nunquam
B ait, vinum redoleas. *Concil. Agathenſis Can. diſt.35.* dicit, ante omnia clericis vitanda ebrietas, omniũ vitiorũ comes & nutria. Eaſtatq; elegãs eadẽ de re *Canon. ex Conc. Nanneten. diſt.44.*

Olim in Oriente inhibitum clericis, ne cauponas aut popinas ingrederentur. De quo. *Sozom. l.3. c.37. Socrates l.5. c.18.* Eſt Canon *Concil. Laodic. c.24.* Item Can. *non oportet. diſt.44.*

Petrvs Rauennas verè dixit: Ebrietas in laico crimen eſt; In Sacerdote ſacrilegium, quo alter animam ſuam præfocat, alter ſe profanat, & ſanctuaris ſpiritum extinguit.

ETHNICIS SACERDOTIBVS VETITVM VINVM.

Item pleriſque Hæreticis.

Ethnici ipſo naturæ inſtinctu, ſacerdotibus ſuis, vel omninò vel quando rei diuinæ vacabãt, à vino abſtinentiã indicebãt.

Ægyptios ſacerdotes à carne & vino abſtinuiſſe, teſtis eſt *Hieron. lib.2. aduerſ. Iouinian.*

Volaterran. l.13. c.4. ſcribit, Amphiarum ſummum vatem iuſſiſſe ſacerdotibus, qui reſponſa clara accipere & reddere vellent, diem integrũ à cibo, à vino autem triduum abſtinere.

C Hinc apud Træzenos *teſte Alexand. ab Alex. lib.6. c.2* qui ad aram Adriati ſacra facere volebant, præceptum Amphiari obſeruabant.

Eſſæos ſcribit *Ioſeph. de antiq. Iudaica*, & in libello peculiari de illorum vita; à vino abſtinuiſſe: cauſam dat Philo, quod vinum eſſet ἀφροσύνης φάρμακον i. e. dementiæ venenum.

Seueriani, & Tatiani, qui ſe vocabant ἐγκρατεῖς i. e. continentes, ita vino abſtinuiſſe vt ne in myſteriis quidem illud adhiberent, ſed aquam, vt inquit, *Epiphan.*

Encratitas errotis conuincit *Clemens Alexand. lib.2. Pædag. c.2.* Exemplo Chriſti qui & vinum bibit, vt pateret ea contumelia quam Iudæi illi irrogabant. *Luc. c.7.* & S. Euchariſtiam etiam vino inſtituit.

Manichæi vinum dicebant eſſe principis tenebrarum, nec muſtum guſtabant, nec vuas, vt auctor eſt *Auguſt. in de hæreſi.*

Cæterum vt ſuperſtitioſa eſt hæc Hæreticorum & Ethnicorum à vino abſtinentia, ita omnibus Eccleſiæ miniſtris temperantia illius ſummoperè eſt amplectenda. ☞ De qua fusè *Tit. de abſtinentia, ieiunio, & ſimilibus. Item multa habes in loco de Vino quæ his addi poterunt.*

*PVNITÆ EBRIETATIS EXEMPLA HISTORICA.

D Episcoporvm. Sacerdotvm. Monachorvm.

Narrat *Gregor. Turonenſis li.5. hiſtor. Francorum cap.40. de* Eonio Epiſcopo Andegauenſi, potationibus dedito, quomodo legationis cauſa ad Britannos à Rege miſſus, tandem eius iuſſu (erat tum Rex Galliarum Clodouæus) vt Andegaui è publico ſuſtentaretur, iuſſum eſt. Qui Pariſios adueniens, die Dominico ſolennia celebraturus, emiſſa cum hinnitu voce terribili, in terram corruit. Erumpebat autem ab ore, & naribus eius ſanguis, ac inter manus clericorum deportatus, mox conualuit. Erat autem vino & ebrietati vſque adeo deditus, vt via greſſum figere valeret, aut mentis compos perſiſteret.

Thom. Cantipratenſ. in Api. ſr. l.2. c.13. n.5. loquens de Prælatis, qui lautiùs viuunt, quàm par ſit, hoc affert exemplum, quod ſuo tempore in Francia contigit. Erant, inquit, duo ſenes Monachi, ab ipſis puerilibus annis pares in ſcelere diſſoluti valde, in monaſtica obſeruantia enutriti. Hi ſibi plures ex iuuenibus, in immunditia aſſidui, quotidie copulabant, ſeorſum vacabant epulis, riſibus & cantibus exultabant, in-
E nocentibuſque ac ſimplicibus detrahebant. Cùm de eorum inſolentia conuentus quotidie non mediocriter turbaretur, nec eſſet qui corrigeret delinquentes, vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt. Vix enim ſinit turbationem piorũ clauſtralium inultam. Accidit igitur quodam veſpere, vt ſecundum conſuetudinem ſuam eſculento ore ad voraginem inhiarent. Vix ori cibis appoſitis quartum aut quintum morſellum manus obtulerat, cùm ecce vnus prædictorum ſenum ſubita ingluuie ſtrangulatus euerſis ſtatim oculis expirauit. Territi igitur omnes qui conſederant ſurrexerunt. Nec diu pòſt ſuperſtes vetulus, ſocij animaduerſione non fractus, licet ad momentũ horruiſſet, ſicut porcus occiſo à carnifice porco reſumpta audacia reſedit ad menſam. Et cum enormi crapula ſic eſt repletus, vt amens penitus portaretur ad lectũ, & quaſi brutum animal exſpirauit. Horrore ergo omnes exemplorum talium perturbati, vitam ſuã & mores in melius mutauerunt, communémque vitam & cibum ſtrictiſſimè ſeruauerunt.

Aliud huic per omnia ſimile referam, quod etſi recenti ferè memoria multis notiſſimum, ſine horrore tamen nequit memorari. Loci nomen taceo. In Flandriæ Comitatu Prioratus
F eſt: Tres ibi nomine tenus monachi degebant, re ganeones & concubinarij: ſua cuiq; erat, nec pudor vllus aderat, ſimul helluari & libidinari: quadam die in ſeram noctem cõpotatione protracta, vnus, qui minus ſceleroſus; Sat, ait, Baccho Libidinique datũ: Deo gratias ſaltem. Ego verò, ſubinfert alius procacior, cacodæmoni gratias ago, & agendas cẽſeo, cui operamur: & cum riſu menſa relicta ruit in cubicula. Singuli cum ſcorto vix decubuerant, ecce ibi in tricliniũ, vi ianua reſerata, dæmon magni, atri, & trucis viri ſpecie, habitu venatorio, & cum eo coci duo paruuli, obambulat, & lectos circumſpicit toruo vultu, deinde horrenda voce. Vbi qui mihi gratias egit? adſum, referam. Lecto abſtrahit pauitantẽ, & ferme præ metu animam efflantem. Traditum cocis iubet infigi veru, & luculento igne probè aſſari. Parent promptè: aſſatur infelix, emoritur planiſſimè, cæteri fere præ formidine, aſſi corporis nidore cubiculum impletur. Demum venator ad ſuperſtites ſub ſtragulis trepidantes via viuos; Digni vos etiam, ait, pari ſupplicio, nec deeſt voluntas mihi. Vetor vi maiore. Inuitus
G abeo, & moneo: reſipiſcite, aut manent terribiliora. Diſparent laruæ: nec tamen his aliis animus rediit vel vox, niſi clara iam luce. Vbi ſurrexère, collegam inueniunt mortuum, & (ne viſum inane putes) plene aſſatum. Haud ſcio an ab aliquot ſæculis quidquam ad exemplum vtilius acciderit: ſcio locum & Ordinem, ſed vtrumque ſilentio inuoluo. *P. Martin. Delrio tom.2. Diſq. Magic. lib.3. p.2. q.7.*

Cùm princeps tenebrarum mille habeat artes nocẽdi, quid nuper geſtum fuerit, pandam. Vennocus Britto Presbyterij honore præditus, tantæ ſe abſtinentiæ dedicauit, vt indumẽto de pellibus tãtùm vteretur, cibum de herbis agreſtibus incoctum ſumeret: vini verò tantùm vas ad os poneret, quod magis putaretur libare oſculo, quàm haurire. Sed cùm eidem deuotorum largitas frequenter exhiberet vaſa hoc plena liquore, didicit, quod peius eſt, extra modum haurire, & in tantum diſſolui potione, vt plerumque ebrius cerneretur: vnde factũ eſt, vt inualeſcente temulentia, tempore procedente à dæmonio correptus, per energiam vexaretur, in tantum, vt accepto cultro, vel quodcunque teli genus, vel lapidẽ aut fuſtem potuiſſet arripere, poſt homines inſano furore diſcurreret: vnde neceſſitas exegit, vt catenis vinctus cuſtodiretur in cellula. In
H hac quoque damnatione per duorum annorum ſpatia debacchans ſpiritum exhalauit. *Greg. Turon. hiſt. Franc. l.8. c.34.*

IMPERATORVM. ET ALIORVM.

Cum Michael Imp. III. ſe vino ingurgitare conſueuiſſet; quo tempore ebrius erat, abſurda multa fieri imperabat: alij enim aures amputari, alij nares, alij caput, quæ fieri Baſilius vetabat, non tã aliis, quàm ſibi ipſi metuẽs. Vt igitur ſibi ipſũ obſtare Michaël nouit, cõtra ipſũ tales molitur inſidias. Cuidã præcepit, vt haſtã iaciat verbo contrà feram, ſed re contra Baſilium, idque planè factum eſt: Nam moritur is qui iuſſus fuerat id facere, rem confeſſus fuit. Iecit igitur hic haſtã, ſed aberrauit, atque Baſilius ſeruatus eſt. Seruatus autem ſtuduit potiùs aliquid committere, quàm ipſe pati: & ita Michaël occiditur ad palatia diui Mamãtis anno ſexmilleſimo ſeptuageſimo tertio, hora noctis tertia. Sed quomodo necatus ſit, Zonaras, ita rem narrat Baſilius de inferẽda nece Michaëli conſilio cũ aliis cõmunicato: cùm denuò Michaël vino in cœna

obrutus

obrutus torperet;manuque ductus in cubiculum Regiæ,quæ A eſt ad Diui Mamantis,ſomno profundiſſimo oppreſſus iacetet.egreſſus primùm clauſtra cubiculi Imperatorij confregit, ne fores à cubiculariis claudi poſſent,deiude cum coniuratis aduenit. Iis autem, qui ante cubiculum excubabant,paucis adeò percuſſores, aditu prohibere conantibus, orto tumultu Imperator expergefactus,quidam cum ſtricto gladio manus ſuſtulit,quibus illi ambabus reſectis,ad cæteros rediit. At Michaël cum ex vino titubans,ebrietate impediente,fugere non poſſet,miſerabiliter eiulans iacebat.In quem alius quidam ex Baſilianis, adhuc eum viuere conſpicatus, inſiliit; enſemque ita in eius pectus adegit, vt ventre etiam traiecto, inteſtina elaberentur. *Ex Cureopal.& Zonar.Baron.tom.*10.*an.*867.90.

Zeno Imperator Orientis,gulæ & ebrietati deditus,errore mētis ſic affici ſolebat,vt prolapſus à mortuo nihil differret. Cùm verò ipſi etiā cōiugi Ariadnæ inuiſus eſſet, ſic inebriatus pro mortuo in monumentū imperatorium ab illa coniectus eſt,lapide maximo,qui pro operculo eſſet,impoſito; factuſq; ſobrius inter lamentationes & eiulatus miſera & horrenda morte extinctus eſt, cùm Ariadna prohiberet, ne quis monumentū aperiret,aut illum curaret. *Io.Zonar.tom.*3.*Annal.*

B Poteſt hic interſeri exemplum horrendum,quod Michaël Iſſelt refert contigiſſe an.84. in Apeldom Veluæ pago. Duo nobiles Germani,inquit,pag.1191.ordinibus militantes,inter ſe conuenerant, vt vino aduſto ſeſe tam diu ingurgitarent,donec alter illorum expiraret. Si quis prior ſurgeret,in eum diabolus poteſtatem haberet. Accidit dum ſtrenuiſſimè hac lege potarent, mercatorem illac fortè tranſire, quem,vt ſe tertium adiungeret, coëgerunt. Inuitus ille huc inductus eſt mortiſque metu. Paulo poſt malignus ſpiritus ingreſſus, locum vbi ſedebant, vtrique ceruicem fregit. *Pet. Thyraus de locis infeſtis,p.*1.*cap.*19.*ex Mich.Iſſelt.an.Dom.*1584.

Magis horrendum,quod refert *Thom. Brabantin. lib.*2.*Ap. c.*56.*p.*2. Sedebant, inquit, viri quidam in taberna, honeſti quantū ad ſæculum,& bibebant: Et cùm incaluiſſent mero, cœperūt cōferre de diuerſis ad inuicē,& inuectus eſt ſermo, quid futurum ſit poſt hanc vitam. Tunc vnus;Vaniſſime,inquit,à Clericis iſtis decipimur,qui dicunt animas ſine corporibus viuere poſt ruinam. Hoc dicto,omnibus in riſum concitatis,aduenit homo ſtatura fortis & magnus,& reſidēs cum illis,vinum poſtulat,bibit,quæritq; quis ſermo ſit inter eos? C De animabus,inquit ille qui ſupra.Si quis eſſet qui meā vellet emere,foro optimo darē eam, & de pretio eius in cōmuni omnibus ad bibendum. Tunc cachinnantibus omnibus, ille qui ſuperuenerat: Talem,inquit,mercatorem quæro,paratus ſum eam emere,dicito quanti dabis.Et ille claro vultu: Tanti inquit.Mox cōuenientibus eis in pretio,ſoluit emptor ſtatim pecuniam,& lætantibus omnibus; biberunt pleno calice,non curante ad primum illo,quod animā ſuam vendidiſſet.Veſpere autē facto:Tempus eſt,inquit emptor,vt quiſque noſtrum ad propria reuertatur.Vos tamen,antequam ſeparemur,date iudicium: Si quis equum emerit capiſtri vinculo alligatum,nunquid cum equo in ius ementis cederet & capiſtrum?Cui omnes pariter reſponderunt.Vtique cederet. Nec mora,venditorē,quæſtionis & reſponſionis horrore trementem,emptor cum anima & corpore videntibus omnibus ſurſum leuauit in aëra,& ſecum,vt certum eſt ad inferna pertraxit; diabolus enim erat in hominis ſpecie. Quis enim alius ſe animarum diceret mercatorem, niſi ille,in cuius figura olim ab Abraham dictum eſt: *Da mihi animas,cætera tolle tibi.*

D PHOCAS Imp.cum eo die,quo ludi equeſtres peragebantur, in edendo & bibendo modū exceſſiſſet, à plebe per ignominiam verbis huiuſmodi notatus eſt: Rurſus è cauco [poculi genus eſt à ſono quē edit,effluēre vino ſimul & aëre,] bibiſti, rurſus mentem amiſiſti? Ob id conuicium complures morte multauit.Itaqoe quum viderent proceres ac magiſtratus Reipublicæ, magnam hominum multitudinem multis affici malis,bona per publicationem adimi,capita præcidi,ad Aphricæ prætorem Heracliū litteras mittunt,qui precibus eorum motus,continuò claſſem parat,& contra Phocam proficiſcitur,adferens ſecum illā imaginem Chriſti,quæ manibus facta non erat. Hoc modo Phoca ſuperato,Photinus quidam, vnus ex magnatum numero, cuius vxoris pudicitiæ Phocas antea ſtruxerat inſidias,ſubitò in palatium irrupit,& Phocā Imperatorem pulla veſte indutum mox ad Heracliū deducit. Qui quum Phocā verbis hiſce cōpellaret;Itàne,miſer,Rempublicam adminiſtraſti?Reſpondit Phocas:Tibi vero per me licet,vt rectiùs eam geras.Hinc ei recta manus & pedes amputati,cutis dorſo detracta, exſecta verenda & haſtæ adfixa,caput deniq; gladio reciſum:reliquus corporis truncus in foro,quod Boarium nuncupant,per contumeliā hinc inde tractus,tandem igni traditur. *Michael Glycas* 4.*part. Ann.Byzant.* E

Anno Domini 912. Alexander Imp. ſexta die menſis Iunij moritur infami exitu:De eo enim ita Ioan.Curopalates:Alexander autē ſexta menſis,lotus & pranſus vinoq; ebrius poſt meridiem pila luſurus deſcendit;exortoque labore quodā in ipſius inteſtinis,præ cibis,quibus ſe ingurgitauerat,atq; ebrietate reuerſus in palatium,multò è naribus ac pudendis effuſo ſanguine,poſtridie mortuus eſt. *Ex Ioan.Baron.Baron.to.*10.912.

Cum adhuc paruulus eſſem,inquit Serapion Abbas, & cum Abbate Theona cōmanerem, hæc mihi fuerat inimici impugnatione conſuetudo feralis ingeſta,vt poſtquam, refeciſſem hora nona cum Sene,vnum paxamaciū quotidie in ſinu meo latenter abſconderem,quod ſerò illo ignorāte occultè comederem.Quod furtum licet conniuentia cogitationis,& inoliti ſemel deſiderij incontinentia ſine ceſſatione committerē, expleta tamen concupiſcentia fraudulenta, ad me ipſum reuertens ſuper admiſſo furti crimine grauiùs cruciabar,quam ſuper eſu eius fueram iucundatus. Cumque illud moleſtiſſimum opus,velut ab exactoribus Pharaonis indictū mihi vice laterum, ſingulis diebus explere non ſine cordis mei dolore cōpellerer,nec tamen eruere me poſſem ab hac eorū ſæuiſſima tyrannide, & clandeſtinū furtū Seni manifeſtare confunderet,contigit Dei nutu de hoc me captiuitatis iugo volentis eripere,vt quidam fratres cellam Senis obtentu ædificationis expeterent. Cúmque refectione tranſacta, collatio ſpiritalis agitari cœpiſſet,reſpondénſq; ſenex propoſitis interrogationibus eorū,de gaſtrimargiæ vitio & occultarū cogitationū dominatione diſſereret, earúmque naturam & atrociſſimam vim,quā haberent donec celarentur,exponeret,ego collationis huius virtute cōpunctus,& conſcientia redarguente perterritus,velut qui crederē ob hoc ea fuiſſe prolata,quod Seni Dñus ſecreta mei pectoris reuelaſſet, in occultos primū gemitus excitatus,deinde cordis cōpunctione creſcēte,in apertos ſingultus lacrymáſq; prorumpens,paxamaciū,quod conſuetudine vitioſa ſubtraxerā clanculum comedendum de ſinu furti mei conſcio & ſuſceptore produxi:cúmque in medium G proferens,quemadmodū quotidie latenter ederem,proſtratus in terram,cum veniæ poſtulatione confeſſus ſum,& vbertim profuſis lacrymis, vt abſolutionem duriſſimæ captiuitatis à Dño poſcerem,implorani:Tunc ſenex;Cōfide,ait,ô puer,abſoluit te ab hac captiuitate,etiam me tacente,confeſſio tua: Victorem namque aduerſarium tuum hodie triumphaſti, validiùs eum tua confeſſione proſternens,quam ipſe fueras ab eo tua taciturnitate deiectus,&c. Necdum Senex hæc verba cōpleuerat,& ecce lampas accenſa de meo ſinu procedens,ita cellā repleuit odore ſulphureo,vt vehementia fœtoris ipſius vix in ea nos reſidere permitteret, &c. *Caſſian. coll.*11. *c.*11.

Quid paucos ante dies homini luſui & poculis addictiſſimo contigerit,hîc minimè prætereundum. Hic cùm rem omnem in luſu & popinis conſumpſiſſet,eum aliquando potitantem adiuit vxor rei domeſticæ penuriā expoſitura; ſed ſic illam verberibus excepit,præſentibus compotoribus,vt ceu mortua ſit ibi relicta.Miſera tandem reſurgit ac domum reuerſa occurrit duobus puerulis,qui hinc inde illius veſtem apprehēdentes,vociferabantur: Da panem;Mater;Mater,fame perimus:iam biduum eſt,ex quo nihil ſumpſimus.Ah,pueri mei, vndenam habebo? Pater veſter expendit omnia.Quid agen- H dum?Præſtat ſemel mori quam ſic fame lāguere,& vna morte mille mortes redimere.His dictis,velut deſperabunda,confeſtim arripit cultrū,quo vtrumqoe iugulat.Sub crepuſculum verò noctis maritus domum reuerſus,ebrius, & reliqua ſubſtātia exhauſtus,lecto ſe committit.Quem ut ſomno ſopitum vidiſſet,eodem cultro ea audacia qua Iudith Holoferni,etiam marito caput amputat:Morieris,inquit illa,cùm peruerſa tua viuēdi ratio ſit tua ipſius, & mea & puerorū noſtrorum ruina.Re & palàm facta,ipſa à Magiſtratu cōprehenſa,facti veritatem fatetur.Et tandem morti adiudicata,ſupplicium libenter ſubit,habita priùs ad coniugatos monitione,ne ſic ſua in aleis & tabernis diſſiparent.En vt gula cum alea his quatuor mortem intulerit. *Io.Benedict.l.*3.*ſua Sum.cap.*7.*in Appendice.*

Huic aliud recentius ſubnectam: Duo homines veniunt Nekerouium,qui in Germania pagus eſt: ingreſſi hoſpitium potum petunt.Famulus admodum obſequioſus,recens vinum

promit,ſed tenue,quale eſt Hurmanum. Guſtatum non arri-
A det,ideo aliud quærunt,quantumcunque charum. Puer mo-
rem genus,vetus adfert,quod priore gratius fuit. Vnde cyphis
inter ſe certare,cachinnari,debacchari ac deliciari;Quid edu-
liorum deeſſet,nouit Deus.Poſtquam verò ita delicijs indul-
ſiſſent,certatímque poculis ſæpius ſeſe conſalutaſſent,eorum
alter audacior,alteri dixit : Cui nunc præbibam?da conſilij
aliquid,rogo: Quàm ſtupidus es,ait alter : Deo præbibe,tum
videris quid reſponſurus ſit; Vitrum arripit miſer,vino im-
plet,atque his verbis:Deus,inquit,præbe aures ſi vis,tibi cy-
pho pleno præbibo ac præmoneo vt poſtquam bibero mihi
ſatisfacias;ſin,mihi iniuriam feceris. Sed de quo infundam,
ſocium interrogat,vt mihi ſatisfaciat. Vtrumque tibi eſt,ait
ille;& vetus & nouum,de vtrolibet infunde. Infundam igitur
hornanum , licet recens & crudum ; ſat tamen ipſi bonum.
Manu itaque cyphum accipiens,& quaſi volens Deo præbi-
bere,ait;Tibi Deus.Reſponde,merum ſi tibi arriſerit:ſi enim
hoc anno feciſſes melius,bibiſſes. His dictis manu cyphum
tenens confeſtim irriguit omnis ſenſus expers.Qui quamvis
oculos clauderet ac aperiret , ne verbum tamen effutire, vel
B reſpirare poterat.Eo miraculo ſocius deterritus celeriter fu-
gam capit ; præſentes verò viri caſum attendentes , quibus
potuerunt modis eum loco amouere conati ſunt, ſed fruſtra.
Itaque Scabinos inuocant , qui cùm aduenissent, hominem
funibus ligatum ac tribus equis extrahi curant: Quod qui-
dem factum,at nihil effectum ; nullo enim modo inde amo-
ueri poterat.Quocirca Magiſtratus id iudicio Dei fieri agnoſ-
cit : qui rem impoſſibilem , & admirandam ita facere poteſt,
vt hominum mentes facilè ſuperet. Re ſeriò examinata ; ac
veritati prorſus conſona , allatus eſt ignis ad incendendum
hoſpitium vnà cum potatore illo Dei Opt.Max.contempto-
re : ſed fruſtra: non enim accendi potuit. Atque ita manſit
ille aliquanto tempore immobilis non loquens , neque bi-
bens aut manducans. Vbi à plurimis ſat facilè videri potuit,
& viſus eſt. *Gabriel Prateol.tom.2.Chron.an.1580.24.Iul.*

* EBRIETATIS PORTENTVM.

Audiui,Domino teſte non mentior(inquit D.Hieronymus)
quædam muliercula cùm expoſitum nutriret infantem,& in-
ſtillaret cibos , ac nutricis officio fungeretur , cubaréque
cum ea paruulus, qui vſque ad decimum iam peruenerat an-
C num : accidit,vt pluſquam pudicitiis patitur,ſe mero ingurgi-
taret,accenſaque libidine, obſcœnis motibus ad coitum in-
duceret infantem. Prima ebrietas alterius noctis & cætera-
rum deinceps fecit conſuetudinem.Necdum menſes duo fue-
rant euoluti,& ecce fœminæ vterus intumuit : Quid plura ?
diſpenſatione Dei factum eſt,vt quæ contra naturam ſimpli-
citate paruuli in contemptum Dei abutebatur,à naturæ Do-
mino proderetur : impleto ſermone, quo dicitur : Nihil oc-
cultum quod non reueletur; *D.Hieron.Epiſt.ad Vital.tom.1.*

Indvs vino deditus cùm pœnitentiæ beneficio naturā tandē
viciſſet,& ad ſobrietatem ſe reuocaſſet,candidū dicitur ado-
leſcentē per quietem vidiſſe,qui eum prehenſa manu ad com-
potatorum cœtum conuiuiúmque deduceret:ibi animaduer-
tiſſe eorum,qui accumbebant,vultus,primo quoque poculo
hauſto, mutari deformésque fieri,qui verò pergerent perpo-
tare,& crebris poculis indulgerent;eos fœdiſſimo ore,ſimil-
limoſque dæmonum euadere : dixiſſeque adoleſcentem, tales
effici eos,qui ſe vino & ebrietatibus dediſſent : Indus autem
ſobrius eſſe cœpiſſe, & incredibilem quendam temperantiæ
amoré dicitur animo cōcepiſſe. *Ex lit.an.Soc.& 1,86.p.199.*
D Recentiſſimum iſtud eſt,quo *Mich ab Iſſelt l.12. Merc.Gal.
Belg.an.1595.* ſcribit accidiſſe an.1595. Baccharach, Inquit,
oppidum eſt in ipſa Rheni ripa inter Conſtantiā & Mogun-
tiam ſitum,quod quidā Bacchiarias vocant, ex vini præſtan-
tiſſimi nobilitate longè latéque celebre. Hic 14.Martij natum
eſt monſtrum horrendum & maximè prodigioſum,anteriore
ſuperioréq; parte homini,poſteriore inferioréque ſerpenti ſi-
mile,caudā habens tribus vlnis longā;nec diutius vixit quā
quoad munere ſuo, propter quod miſſū erat,perfunctū eſſet.
Cùm enim pater,homo impius,contemptor Dei & hominū,
ebrioſúſque, Dominicæ Quinquageſimæ in cauponē abiiſſet,
vt ſecundum conſuetudinem ſuam ad vomitum potaret, Lu-
deréque aleis, & omnem improbitatem exerceret ; vxor ve-
rò illius partui vicina eum ſecura admoneret , vt ab iſta im-
pietate,abſtineret,homo impius non tantùm monitricis ver-
ba contempſit,ſed eam miſerè percutiens,præcepit cum vino
ſuo dæmone, quem vtero gereret,& qui illi in partu opitu-
laretur, domum concederet ; ſi non pareat,ſe gladium ſuum
capulo tenus in ventrem illius impacturum. Illa verò,Eia,mi E
vir,egóne viuum gero dæmonem?Eſto igitur nec plura locu-
ta,domum reuerſa eſt : maritum inter combibones aleatoréſ-
que relinquens. Cùm domum veniſſet mulier,dolores partus
ſenſit,& terribile hoc monſtrum,omnibus qui aderant hor-
rorem incutiens peperit ; Pater autem ille cùm libidinem
ſuam potando,ludendóque ſatis expleſſet,& ipſe domum re-
diit,ingreſſúſque eſt,vbi & puerpera & partus iacebat.Mon-
ſtrum inſtar falconis in eum illatum ſibilans,caudæ ſuæ im-
plicatum hominem venenoſis ictibus eum in modum pupu-
git,vt toto corpore tuberibus contuſionibuſque pleno pau-
lò pòſt infelicem animam exhalauerit; Marito mortuo puer-
pera quoque extincta eſt ; & tandem monſtrum viuere deſiit.

* EXITIA VARIA.

Quid ſi recentibus exemplis vetera inſerere fas,producen-
dus erit Alexander M. qui ſepulto Calano Indo,multos ami-
corum vocauit ad cœnam:certaménque inſtituit poculorum,
propoſita coronā ei qui plus bibiſſet. Victor certaminis huius
Promachus fuit, qui ad IV. choas proceſſerat, præmiumque
retulit talentum;ad triduum duntaxat ſuperuixit,& ex com-
potoribus XLI. extincti, *refert Chares Mitylenæus l.10.cap.12.* F

Antiochvs Rex à ſodalibus quos in conuiuio temulen-
tus pulſauerat ; occiſus fuit. *Plin.cap.54.de vir. Illuſt.*

Maximinvs Imperator,vt ſcribit Euſebius,ingurgitationi
deditus,multa potus fieri præcipiebat,quæ ſobrius non facta
voluiſſet, *lib.8.cap.16.Eccleſ.hiſtor.*

Lepidum eſt quod de Iuuenibus quibuſdam *Athen.l.2.c.2.
Dipnoſ.* obſeruatum commemorat. Hi inquit , præ ebrietate
amentes,vino calefacti,eò dementiæ venerunt,vt ſe in triremi
nauigare,& mari procelloſo committi arbitrarentur.Deinde
omnem ſupellectilem domo eiecerunt, quod putarent nauim
exonerandam,ne tempeſtate abſorberetur.Durauit ea inſania
aliquo tempore, & domus illa nomen triremis obtinuit.

S. Auguſt. (vel quiſquis eſt auctor *ſermonum ad fratres in
eremo*) pro concione dixit. Accidit hodie terribilis caſus,vt
omnes audiſtis ; propter quem ad Eccleſiam Hipponenſem
etiam fœminas & infantes congregari præcepi.Ecce præcla-
riſſimus ciuis noſter , & fere dilectus ab omnibus Cyrillus
filium habebat,vt ſcitis,quem corrigere nolebat,& luxurioſe G
viuendo conſumpſit partem bonorum ſuorum.Sed ecce ho-
die ebrietatem perpeſſus, matrem prægnantem nequiter op-
preſſit, ſororem violare voluit, patrem occidit, & duas ſo-
rores vulnerauit ad mortem.

Cæterum ingenioſam Phrygis cuiuſdam (Auli) temulen-
tiam , refert *Maiolus in dieb. Canicul. col. de aula* , carmine
decantantem:

Ebrius in ſacra Pryx obdormiuerat Æde ;
Condere iam currus ſole parante ſuos.
Omnibus emiſſis, illo ſtertente relicto ,
More ſuo fanum clauſerat aditnus.
Noctis erat medium , cum ſomno expergitus Aulus;
Occluſas Adyti comperit eſſe fores.
Heu quid agat ? clauſit qua ſpes euadere valuis ?
Hinc vectes obſtant , peſſulus inde frequens.
Sicne igitur duranda ſitis ; & gutture ſicco ;
Tam procul a tina nox vigilanda mihi ?
Ah pereat potius templorum quidquid in vrbe eſt ,
Quam fleat abſentes vlla lagena moras.
Dixerat ; & vultus dum verſat in omnia, caſu
Suſpenſum ad funem lumina flexa tulit. H
Conſilium hoc, vti Thrax in arena ex tempore ſumis
Campano auxilium promptus ab ære petens :
Scilicet, vt nolā, ſumma de culmine turris
Incendi clara ſigna ſonante daret.
Quod ſimul auditum ; Situlas date, vellite ſcalas ;
Ferte & aquam, tota clamor in vrbe fuit.
Auxilium tectis quaſi ferre ardentibus optans
Plebs ruit ; haud vno fonte replentur hama
Has inter turbas qui tintinnabula mouit ,
Miratus cuſtos ad ſua templa volat.
Portam aperit : prodit motor nolæ ille ; quadrantas ,
Ettotum modo non amphoram ſitiens.
Ridet , & auxilium mihi das tempore , fatur,
Digne adyta , ô cuſtos qui tueare diu.
Et bene quod nola ſonitum ſimul exaudiſti ;
Ipſe tuis Diuis fer miſeratus opem.

Nam

Nam niſi vomiſſes incendia magna videres,
A *Sicca adeo (ab) nobis profferat ora ſitis*
Torridáque oſſa vapor, ſed aquâ cui reſtinguendo
Haud opus; ardori nil facit illa meo
Quot tot Hama ſcalaque? appage hinc anabatra: referto
Vaſa domum: vna meri bis ignibus vrna ſatis.
Hactenus: & nota repetis Phrijs luſtra popina.
Quam diſpar ſacris ædibus ille locus;
Sic pauor in plauſum verſus: gaudénsque cachinni
Ciues, quaſitam ſic ſibi materiam.
Perſonat vrbs riſu, data amat ſibi verba, diuque
Tritior in populo fabula nulla fuit
Noſtro aquam tamen errori ſe ignoſcere: fruſtra
Clamabamus aquam dum cupio Aula merum.

Exſtat etiam Hiſtoria, rara tamen, de Glabrione quodam per cauſam ſomnolentiæ, Heſterna crapula vitæ reſeruato:

Forte extra muros gens, mane conuenat vrbis
Queis ſtudium alterius religionis erat:
Fatidicique frequens pendebat ab ore miniſtri:
B *Quum ſubito irrupit vi Guiſianus eques.*
Quid faciant, inter ſaxúmque & ſacra locati;
Quid contra armatos caſus inermis agat;
Hinc Pſalmi, hinc ſclopeta ſonant: con victima ad aras
Dat iugulum gladiis cum grege Præco ſuo.
Hunc numerum acturus erat quoque Glabrio, ſi non
Preſſiſſe madido lumina victa ſopor.
Tam male ſuccedat ſua queis vigilantia, pauci
Tam bene cui cedat crapula, rarus erit.
Et cui adhuc ſiccas lubeat perducere noctes?
Quemve dehinc poclis abſtinuiſſe iuuet?
Si nimia ebrietas Glabrioni cauſa ſalutis,
Sobrietas ſociis exitioſa fuit.
Laus Lenæ, tibi natiſque in tempore ſomnis.
Quid? non hoc potius nox agitanda modo,
Hoſtiles ſe cæde ſuo quam ſanguine cultros,
Nempe mero hic, ferro pars reliqua iſta iacet.
O fortuna poteris, hocne edormire phalernum
Temeto curas hoc iugulare fuit?
C *Quod mihi cum Nymphis? Bacchi colere orgia malo;*
Sobria vita vale me bibulum eſſe iuuat.
Iſtorum exemplo queis nil niſi pocula cordi.
Et matutino victa ſopore ſitis.
Quid procul; ab crudos calices remouete miniſtri;
Non hæc pocla mihi pocla ſalutis erunt.
Scilicet euentu ſimili ſtertere poſſit,
Iam bene cui Bacchus cedere, rarus erit.

Et Maioli colloquio de aula & caula, Tom.1. Dier. Canicul.

* Eccleſia.

ETYMOLOGIA ET DEFINITIO IN GENERE.

ECCLESIA, Græca dictio eſt, ἐκκλησία Hebr. *Kahal*, congregauit, propriè dicitur de congregatione hominum per cōuocationem facta. Idē cognationē habet cū *Kol*, id eſt vox, & *Lakah ab*, id eſt collectio. Græcis, καλέω voco, συγκαλέω cōuoco, ἐκκαλέω euoco, accerſo, ἐκκλησία, Eccleſia, concio, congregatio hominum vocatorum ad aliquid audiendum. Vocabulum ἐκκλησία fuit apud Græcos celebre atq; vſitatum, ſignificans propriè cœtus hominum è ſuis ſedibus in alium locū con-
D uocatorum ad aliquid audiendum. Hinc mutuo ſumptum eſt nomen atq; ad ſanctiorem vſum traductum. Rei quā ſignificat aptiſſimè conuenit: quia nihil aliud eſt Eccleſia, quam cœtus hominum euocatorum. Qui enim ad veram Eccleſiam pertinent, ex hoc mundo, id eſt hominibus qui in mūdo verſantur in vnum corpus & quaſi Rempublicam ſanctam euocantur; Nulli in hunc numerū per ſe, proprióq; inſtinctu veniunt, niſi euocati à Deo: nulli ſuis viribus freti, ſed omnes, quotquot veniunt, à Dei gratia præueniūtur. Ideóq; *S. Paul.* toties nominat Chriſtianos κλητοὺς, id eſt vocatos, in omnibus Epiſt. Cōmuniter autem prout hodie de Eccleſiis loquimur; definitur. Viſibilis hominū cœtus eiuſdem Chriſtianæ fidei profeſſione & ſacramentorum cōmunione, ſub regimine, legitimorum Paſtorum, ac præcipuè vnius in terris Chriſti Vicarij Romani Pontificis colligatus. Colligitur *ex Bell. l. 1. Tom. 3. Contron.*

☞ *Pleniorem tamen illius deſcriptionem dabimus infra hoc eodem, Loco, poſt Notas eiuſdem.*

ACCEPTIO VOCIS.

Eccleſia Latinis, Græcis ἐκκλησία nomē accipitur. Primò, pro loco vbi cōueniunt homines religionis ergo, *Deut. 23. 1. Iudic.* 20. 1. *Cor.* 11. & 14. Secūdò pro familiæ alicuius domeſticis fi- E
delibus. *Rō. 16. Col. 16. Col. 4. 15.* Tertiò, pro cœtu vnius prouinciæ, *1. Reg. 8. 14. Act. 9. 31. & 11. 26. & 12, 1. & 13. 1. & 15. 1. & 19. 38. & 20. 17. Rō. 16. 2. 1. Cor. 1. 2. & 16. 1. 2. Cor. 8. 1. Gal. 1. 2. 2. Theſ. 1. v. 1. & c. 1. Pet. 5. 13. Apoc. 1. & c. 1, 1.* Quartò pro inſigni aliquo credentiū, verboq; ac Sacramentis ſimul cōmunicantium cœtu: *Act. 18. 1. Cor. 11. 22. & 14. 4. Gal. 1. 13.* Quintò pro cœtu fideliū frequentiſſimè. Sextò, pro vniuerſa fidelium per totum terrarū orbē diffuſorum multitudine. Septimò, pro ſenatu Eccleſiaſtico, *Matth. 18. 17.* quia nimirum cogitur nomine totius Eccleſiæ. Alibi vocatur à Paulo Presbyterium, ſeu Collegium Seniorum. *1. Tim. 4. 14. D. Ignat. Ep. 9. ad Ant.* Collegium Presbyterorū vocat.) Obſeruādum autem eſt Eccleſiæ vocabulum vnico hoc ſaltē noui teſtamenti loco (*Matt. 18. 17*) de Iudæis dici, quorum alioquin generales cœtus peculiari nomine ſolent Synagogæ appellari: quāvis Græci interpretes idē vocabulū attribuant cotū congregationi, etiā in Vet. Teſt. *1. Par. 13. v. 2. 9.* Euangeliſta itaq; pro Seniorum collegio, dixit Eccle-
ſiam. Lucas autē Presbyterium populi, *Luc. 22. 66. vide Marc.* F
5. 22. Octauò, pro ciuium conuentu, ſeu multitudine in Theatrū concurrēte. *Act. c. 19. v. 38.* iuxta interpretationē Syriacā.

Accipitur etiā quandoq; in malā partem, vt in illo *Pſ. 25. v.* odiui Eccleſiā malignātium. Quamuis nunc vſus obtineat, vt ſacram quandā & fidelium tantum multitudinem ſignificet.

Quod ergò ante legem ſignificabat Arca Noë, & familia Abrahæ: quod poſt legem fuit domus Iacob. Cathedra Moyſis & Synagoga, hoc poſt aduentum Chriſti ſignificat Eccleſia. Cuius rationem adfert *S. Auguſt. Enarrat. in Pſal. 81*: vt diſtingueremur à Iudæorum Synagoga.

DIVISIO IN TRIVMPHANTEM ET MILITANTEM AC VTRIVSQVE VARIA ACCEPTIO.

Eccleſia nonnunquam accipitur pro Triumphante in cœlo multitudine, quam Apoſtolus vocat *ad Epheſ. 5.* Eccleſiam gloriam, non habentem maculam, neque rugam. Quæ dicitur regnum Dei, Ieruſalem ſancta, in qua non amplius eſt dolor aut luctus: & dicitur tota pulchra. *Cant. 4.*

Sæpius verò ſignificat Militantē adhuc ſub cultu veri Dei multitudinē. Idq; iterum vel prout complectitur vniuerſam G
fideliū multitudinem, ab initio orbis vſq; in finem recta fide Deum colentium: eſtq; ea vinea, quam male exculta à Iudæis, excolendā dedit Chriſtus Gentibus, & diuiditur in nouū, & veterem populum, vt benè *Aug. cont. duas Ep. Pelag. lib. 3. cap. 4.*

Vel vt ſignificat Eccleſiam noui Teſtamenti, quam Chriſtus vocat Regnum cœlorum, quamque ſuam dicit *Matth. cap. 16.* dum illi fundamentum & petram ſubſternit Petrum.

Sed & hæc variè accipitur Aliquando pro tota multitudine fidelium, & ouium & paſtorum, vt *Matt. c. 16. & Act. c. 5.* interdum pro ſolis paſtoribus & prælatis. *Matt. c. 18.* dum vult Eccleſiam audiri. Aliquando pro ouibus dumtaxat, *Act. c. 20.* vbi dicuntur miſſi Epiſcopi à Spiritu S. ad regendam Eccleſiam Dei. Denique vel notat multitudinem vbique gentium diſperſam, vt cum dicitur eſſe columna & firmamentum veritatis, *1. ad Tim. c. 3.* vel priuatam & particularem, vt v. g. Eccleſiam quæ eſt Corinthi. Vſurpatur etiam pro Eccleſia materiali, loco ſcilicet ſacro in quo diuina myſteria peraguntur, eſtque idem quod templum, de quo agemus ſuo loco, nunc
verò de vera Chriſti Eccleſia in terris tractabimus. H

ERRORES CIRCA ECCLESIAM DESCRIBENDAM.

Cū primū Luther ex Eccleſiæ gremio ſe proieciſſet, & ad cathedrā peſtilētiæ nouus Doctor dilapſus eſſet, ſtatim hæreticorū mores induit, vt Eccleſiā, cuius ſe filiū venditabat, occultam diceret. Fuiſſe autē omniū hæreticorum errorē, conſtat ex B. Aug. *lib. 2. c. 36. de ſer. Dom. in monte, & in Pſ. 31.* Quocirca cōfeſſio Auguſtana eam definiuit, congregationē membrorum Chriſti. Hoc eſt illorū qui verè credunt, & obediunt Chriſto. Vnde alij dixerunt Eccleſiam eſſe cœtum prædeſtinatorum. Alij verò, nēpe Anabaptiſtæ ſolos puros & perfectos ad Eccleſiā pertinere, ac ſeipſos pro talibus venditant, Dehinc autē quinq; graues errores circa Eccleſiā eliciuntur, quos oppoſita veritate proſternere non eſt difficile. I. quod ex ſolis prædeſtinatis conſtet. II. quod ex ſolis actu bonis. III. quod ex ſolis perfectis, IV. quod ſit paucorū. V. quod inuiſibilis & occulta.

Non ſoli prædeſtinati ad Eccleſiam pertinent. Contra VViclef, Hus, Caluinum.

Eccleſia comparatur *Matt. c. 3.* Areæ, in qua eſt triticum, & paleæ

paleæ comburendæ igni inextinguibili. *Matt.c.*13. ſageņę miſ- A ſæ in mate ex omni genere piſcium cougregantı, quorum aliqui mittūtur in caminum ignis *Matth.*aa. Conuiuio nuptiali, ad quod intiabat non indutus veſte nuptiali, qui proiectus eſt in tenebras exteriores. *Matth.* 25. Confertur cum decem vıtginibus, quorū quinq; fatuæ, eo quod non haberent oleū ſecum, excludūtur à nuptiis. Eſſe in illis locia comparationē. eum Eccleſia, omnium eſt explicatio, & tamē paleæ mali piſces, non imbutus veſte nuptiali, virgines fatuæ, nequeunt accenſerı pœdeſtinatis. vt manifeſtum eſt; cùm damnentur in æternū. Et Chriſtus teſtatur, multos vocatos eſſe, paucos verò electos. Exempla ſunt in Paulo & Iuda. Hinc dicebat Ioan. Hus, nunquam de Eccleſia fuiſſe, etiamſi electus eſſet in Apoſtolum: illum verò ſemper fuiſſe, etiam dum Eccleſiam perſequeretur. Cum tamen dıcat. *Aug.ſerm.* 1 *.de conuerſ.Pauli*, illum primum fuiſſe lupum, mox ouem. Iudā verò fuiſſe filiū Chriſti, ſed inſtar Abſalonis perſecutum ſuum pattem. *in Pſalm.* 3.

Non ſoli perfecti, contra Pelagianos & Anabaptiſtas.

Ex ſuperiotibus cōſtat malos per paleā, fatuas virgines, per B malos piſces ſignificatos, ad Eccleſiā pertinere, eiuſque membra eſſe; quaſi inquit B. Auguſt. non ſit Chriſti Eccleſia quæ toto terrarum orbe ad Deū clamat, Dimitte nobis debta noſtra. Dauid non fuit perfectus quando commiſit adulterium, ideoq; poſtulat ſibi remitti à Deo delictū. Nec enim eſt homo qui non peccet. *Reg.*8. Et ſi dixerimus, quia peccatom non habemus, ipſi nos ſeducimus, & vetitas in nobis non eſt, 1. *Ioh.*1. Benè S. Aug. *lib.*1*.cont.*2*.Epiſt.Pelag.c.*14. Nullus in Eccleſia poſſet rectè ordinari miniſter, ſi Apoſtolus dixiſſet, ſi quis ſine peccato eſt, vbi dixit, ſi quis ſine crimine eſt: multi enim baptizati fideles ſūt ſine crimine, ſine peccato autē neminē in hac vita dixerim. Sic loquitur etiā *Greg.l.*21*.Mor.c.*9.

Non ſoli boni actu, contra Nouitianos, Donatiſtas, & Confeſſioniſtas.

Conuincitur id ex compatationibua Euangelicis paolò ante adductis, quas latè deducit Auguſt. *lib.*3*.c.*2.9.12.28. *contra Petilian.Cypr.l.*4*.epiſt.*2*.contra Nouatian.ſub finem.*

Chrıstvs *Matth.c.* 18. dicit, ſi peccauerit in te fratet tuus, vade, cotripe eum &c. ſi eos non audierit, dic Eccleſiæ. C Loquitur Chriſtus indubiè de veıa Eccleſia, in qoa conſtat inueniri peccatotes, & taies qui ſæpe non emendantur per fraternam cotteptionem.

*Matth.*23. Dominus præcepit de præpoſitis malis, vt faciamus quod dicunt, non autem quod faciunt.

Infructuoſa ficus exſpectatur in agro Dominico, vt fructus ferat. *Luc.*13. Cotinthiorum Eccleſiam agooſcit Paulus, vbi etant fornicarii, contentioſi, ſuperbi, Theſſalonicen ſium agnoſcit, in qua etant inordinatè viuentes. Ioannes ſcribit ſeptem Eccleſiis Aſiæ. & tamen ſingulas reprehendit de rebus non leuibus. *Apocal.*2 & 3.

Fuetūt in veteri populo grauiſſimi peccatores nec legimus vſpiam, quod alıȝ iuſti ſe ab illis ſeparauerint, quantū ad templum, altare, aut oblationes. Manebant etgò in eadem congregatione boni & mali, quod metiò vrget *Aug. in bre.collat.* 3.

Arca Noë iuxta communē Patrū expoſitionē, fuit Allegoria Eccleſiæ, iniqua Chriſtus inſtar Noë, animalia munda & immunda iuſti ſunt & impiȝ: qui extra hāc eſt, peribit regnāte diluuio. Ita *S.Aug.l.*15*.de Ciu.c.*26*.Greg. hom.* 16*. in Ezech. Hieron.Dial.cont. Luciferian.* vltrà mediū. Arca Noë, ait Eccle- D ſiæ typus fuit: vt in illa omnium animalium genera, ita & in hac vniuerſarū & gentiū & motū ſunt homines. Vt ibi pardus, bœdi, ludı, & agni: ita & hic iuſti & peccatotes, id eſt, vaſa aurea & argentea, cum ligneis & fictilibns commorantur.

Deniqua Chriſtus voluit in Eccleſia eſſe ſacramentum Pœnitentiæ, quod fruſtra foret, ſi omues eſſent actu boni.

Refelluntur ergò Nouatiani, qui graues peccatores ab Eccleſia atcebant, ac ſeipſoa à monditia Catharos vocabant.

Non eſt inuiſibilis, nec occulta. Contra Luthera os & Caluiniſtas.

Primum id conuincitur ex promiſſione facta ante legem, vbi typicè fuit adumbrata Eccleſia per Aream Noëticam, vti dictum eſt: Abrahæ promiſsū ſemen in qoo gentes omnes benedicēdæ: & promittitur ſemē eius fore, ſicut ſtellas cœli, & arenam maris, quod non modo de Iſraëlitica gente accipiendū, ſed de illo ſemine; quod futurū erat ſecundū imitationem fidei toto otbe terratum, docet. *Aug.lib.*16*.de Ciu.c.*21. & 32. & *in lib.de vnitat.Eccleſ.c.*6. idem Donatiſtis inculcat, quod totidam verbis Nouatoribus noſtris inculcari poſſet. Omitto promiſſiones factas Iacob, aliiſque Patriarchis.

Secundò, Moſes Chriſtum prophetauit per figuras obſer- E uationum carnalium, ait *S.Aug.lib.*18*. de Ciu.c.* 11. in tabernaculo, ſacerdotio, ſacrificiis &c. creuitque Eccleſia tunc inſtituto Aaronico ſacerdotio, & tribu Leui à Deo conſecrata.

Tertiò, in Pſalmis & Prophetis, Eccleſia prædicitur illuſtris & ampla. *Pſal.*2. de Eccleſia dicitur: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, quem locum nemo Chriſtianua vnquam qoàm de Eccleſia intellexit, inquit *S.Aug.de vnit. Eccleſ. c.* 8. *Eſaias cap.*2. de eadem loquitur, cum dicit: Erit in nouiſſimis diebua præparatus mons domoa Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes &c. vide Auguſtin. ſuper eundem locum, *Tract.*1*.in Ioan.* Eſaiam ſequuntur aliȝ Prophetæ, Salomon quæ in lib. Canonicorum ſcripſit de ſponſo & ſponſa, de Chriſto & de ſancta Eccleſia dicta eſſe omnis Chriſtianus agnoſcit, ait. *S.Auguſt.lib.de vnit.Eccl.c.* 13.

Ex Euangeliis rea clarior euadit. Certom enim ex ore ipſios Chriſti, quæ olim de ipſo dicta in Pſalmis & Prophetis, fuiſſe impleta. Et diſcipulos ſuos vocat locem mundi, eóſq; velut perſonā totius Eccleſiæ getentes alloquitur, dicens: Nō F poteſt ciuitas abſcōdi ſupra montē poſita, & quia multitudo conſpicua futura erat Eccleſia, controuerſias quæ priuatim terminari non poterant, ad illam teferri iubet, eamque imperat audire. *Matth.*18. Quo præcepto quid vanius ſi inuiſibilis eſt, & occulta Eccleſia? Quin vltimis verbis quibus allocutus eſt ſuos demonſtrauit manifeſtam fore Eccleſiam, dicens iamiam ad Patrem tranſiturus: Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in tota Iudæa, Samaria, & vſque ad vltimum terræ. *Act.c.*1.

Dixerat ante. Ite, prædicate Euangelium omni creaturæ: at illi, nempe Apoſtoli; egreſſi prædicauerunt vbiq; &c. Nō ergo inuiſibilis eſt Eccleſia Chriſti. Deinde in Hieruſalē cœpit primū Eccleſia Chriſti. *Act.*2. baptizatis vno die 3000, hominū.

Etiam Paulo iniungitur, vt portet nomen Chriſti coram gentibus & Regibus, & filiis Iſraël. *Actor.*9. Non ergo vt cōuenticula nouatorum, quæ ante auctores ſuos non fuerant in rerom natura; (nullus enim Lutheranus ante Lutherum: & ita de aliis) itā & Chriſti Eccleſia. Vtpote quæ ſemper illuſtria & conſpicua, fuitque omnium gentium & locorum diffuſa multitudo. Vt infta latius dicetur, ſub nomine *Catholica.* G

Denique ex parabolis Euangelicis initio allegatis, conuincitur Eccleſia viſibilis, quia Eccleſia inuiſibilis, ſecundum hæreticos habet tantum bonos: In iis autem fit mentio bonorum & malorum.

ECCLESIA NON DEFECIT; SED EST PERPETVA.

De Chriſti regno in Lege antiqua, plura ſunt euidentiſſima teſtimonia æternum fore: etenim *Pſal.* 88.109.47. *Iſa.*61. *Micha* 4. Et angelus Gabriel prædixit, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Confirmat idem Paulus ad *Epheſ.cap.*1. accedente veterum interpretatione. Videatur *Auguſt.enarrat.in Pſal.*109.

Christvs dixit portas Inferorum nō præualituras aduerſus ſuam Eccleſiam *Matth.c.*16. coi ſimilis eſt locus Apoſtoli vocantis Eccleſiam columnam & firmamentum veritatis.

Idem Dominus promiſit. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi. *Matth. vlt.* loquitur autem ad Apoſtolos & diſcipulos, qui cum non eſſent permanſuti in corpore vſque ad mundi conſummationem, ne- H ceſſariò hæc promiſſio ad ſucceſſores tranſiit. Intelligunt hunc locum de perpetua Eccleſiæ duratione. *Leo I. Epiſt.*31. *ad Pulcheriam. Leo II. Epiſt. ad Conſtantinum Auguſtum.*

S. Avgvstinvs ſcribens aduerſus Donatiſtas, qui totam Eccleſiam viſibilem defeciſſe, id eſt, in fide erraſſe dicebat, & in errores prolapſam circa fidei doctrinam, ac in ſolia paucis in Africa remanſiſſe, ſic ait; Sed illa Eccleſia quæ fuit omnium gentium, iam non eſt; periit. Hoc dicunt qui in illa non ſunt. O impudentem vocem! Illa non eſt, quia tu in illa non es; Vide, ne tu ideo non ſis.

Quamuis autem Eccleſiæ regnum prout in terris militat, cum ipſo ſit mundo terminandum: non tamen idcirco perpetuū non erit; quia non tam auferetur, quā in melius & perfectius tranſmutabitur Migratura eſt enim ad Chriſtum: tunc ſanè, cum tradiderit regnum Deo Patri. Vt *Paulus* dicit 1. *Corinth.* 15. Neque enim duæ ſunt Eccleſiæ militans & triumphans, ſed vna, ſtatu tamen diuerſa, hic aliter, ibi aliter futura. Quomodo vnus homo eſt qui modò puer, tandem vir eſt. Sic Apoſtolus præſentis vitæ ſtatum paruuli ſtatū vocat.

1. *Cor.* 13.

1. *Cor.*13. quo per ſpeciem in ænigmate videmus: Alterum A illum quo videbimus facie ad faciem, viri ſtatum nuncupat, euacuantem quæ erant paruuli. Adeò parabolas toties repetitas, quæ omnes ſemper ſupponunt continuationem vſque ad diem iudicij, vt patet.

Hæreticorum circa Eccleſiæ definitionem pugna.

Martinus Lutherus vult Eccleſiam duntaxat defeciſſe à tempore Concilij Conſtantienſis, quod paulò ampliùs quàm 100. annis eum præceſſit, ita ille in comitiis Vvormatienſ. anno 1522.

Sed poſtmodum anno 1551. auctores *Confeſſionis Auguſtanæ* ab annis 500. eam defeciſſe volunt, & ipſe Lutherus aliis locis, annos ſexcentos tribuit iſti defectioni: ita vt ſtatim poſt annum millaſimum hanc eclipſin religionis imaginentur.

Hanc ſententiam amplectuntur *Caluiniſtæ*, aliique recentiores Hæretici, ideóque dicit Caluinus, Gregorium vltimum Romæ Epiſcopum. *Andreas Smidelinus* tantum tribuit primos 500. annos puritati Eccleſiæ. *Apol. ad Freder. Staphylum.*

B *Proteſtantes* primum Antichriſtum ponunt Bonifacium tertium, qui Gregorio magno poſt ſeſquiannum quo Sabinianus ſedit, ſecutus fuit.

Melanchton ſolum annos trecentos tribuit puræ doctrinæ: nam fatetur Baſilium, reliquoſque Patres, corruptam doctrinam tradidiſſe.

Tandem eò venerunt impudentiæ, vt ab Apoſtolorum tempore defeciſſe Eccleſiam comminiſcantur, quomodo *Lutherus* dicit Patres tot ſæculorum cæcutiuiſſe, *in conflictu cum Eraſmo de lib. arbit.* ita de iiſdem ſcribit *Caluinus, Tract. de ſcandalis, & lib.* 2. *Inſt.* 1. *cap.* 2. §. 9. *& in quæſtione de orat. pro defunctis, lib.* 3. *cap.* 4. §. 38. *& alibi*, itaque iam annis 1600. Chriſti Eccleſia defecit, & iuxta Bezæ commentum, à temporibus Pauli Apoſtoli Antichriſtus in mundum venit, *in explic. method. in* 2. *Theſſal. Proteſtantes in Anglia* etiam vniuerſalem Eccleſiæ defectionem profitentur, dicunt autem primos illos Patres ita fuiſſe occupatos circa refellendas hæreſes veteres, quod leuiores errores & ſuperſtitiones non aduerterint, & neglexerint emendare, atque ita dormientibus hominibus, zizaC nia irrepſiſſe in medio tritici, adeóque falſum eſſe, à Domino bonum ſemen ſeminatum fuiſſe in agro ſuo.

ECCLESIÆ PROPAGATIO.

D. Gregorius hom. 19. *in Euangel'a*, exponens parabolam de operariis à patrefamilias diuerſis horis in vineam miſſis. *Matth.* 20. dicit Patremfamilias eſſe typicè Deum, qui regit quos condidit. Qui habet vineam id eſt, Eccleſiam vniuerſalem, quæ ab Abel iuſto vſque ad vltimum electum qui in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos protulit, tot quaſi palmites emiſit, hic autem mane, hora tertia, ſexta, nona, vndecima operarios conducit, quia à mũdi huius initio vſq; ad finẽ, ad erudiendã fidelium plebẽ congregare prædicatores non deſtitit, quia prius per Patres tum per Prophetas, poſtmodum per legis Doctores, ad extremũ per Apoſtolos dũ plebis ſuæ mores excoluit, quaſi per operarios in vineæ cultura laborauit.

Ab Abel enim iuſto & Virgine cœpit Eccleſia: quamuis Enos fuerit primus, qui cœtus hominum ad publicum Dei cultum per preces & ſacrificia inſtituerit.

Cæterum de propagatione Eccleſiæ Chriſti potiſſimum loquimur, cœpit hæc in die Pentecoſtes, deſcendente Spiritu D S. ſuper 120 homines, erat illa multitudo viſibilis, aderant ex omni natione quæ ſub cœlo eſt, & audiebant illos 120. loquentes variis linguis. Ad hanc autem multitudinem, quæq; adhuc paucorum erat Eccleſia, acceſſerunt nunc per baptiſmum 3000. nunc 5000. Prædicabatur Euangelium paſſim & creſcebat ſemper Dei Eccleſia. Plantato in Iudæa, & Samaria verbo Dei, ad gentes reliquas diſſeminatum etiam mox fuit, atque in omnem terram Apoſtolorum ſonus exiuit.

Quin illi ipſi conſtituerunt per ciuitates presbyteros. Paulus, Timotheum Epheſi, Titum Cretæ; Petrus, Enodium Antiochiæ, & Clementem Romæ. Ioannes, Polycarpium Smyrnæ, alij alios alibi, manſitque hæc ſucceſſio doctrinæ per illos traditæ, ſemper indubitata, eandem quam priores diligentiam & normam obſeruantibus poſterioribus Epiſcopis, qui Apoſtolis in functione & doctrina ſuccedentes, omnes omnium ætatum hæreſes damnarunt, & primitiuæ Eccleſiæ dogmata fidei doctrinam continentia, vſque in diem præſentem prorogarunt, vide plura infra, *Tit. de Eccleſiæ notis*, §. *Catholica & Apoſtolicas*

PROPRIA ET SPECIALIS EIVSDEM E DEFINITIO.

Eccleſia eſt viſibilis hominum cœtus eiuſdem Chriſtianæ fidei profeſſione, & ſacramentorum communione ſub regimine legitimorum Paſtorum, ac præcipuè vnius in terris Chriſti vicarij Romani Pontificis colligatos. Colligitur ex ex *Bellarmino Tom.* 2. *controuerſ. lib.* 3.

Cæterum pleniſſimam tradimus Eccleſiæ definitionem infra poſt Notas eiuſd.

* QVI IN ECCLESIA NON SINT.

I. INFIDELES.

Pagani, infideles, Mahumetani, qui fidem Chriſtianam non profitentur, non ſunt in Eccleſia.

II. CATHECVMENI.

Cathecumeni quamuis actu in Eccleſia non ſint, cum nondum ſint de corpore illius, nec membra Chriſti; ſunt tamen potentia. Vnde diſtinguuntur paſſim à fidelibus, ideoque *Tertullianus lib. de præſcript.* reprehendit hæreticos, quod vtroſque pro iiſdem acciperent, & Cyrillus dicit; Catechumenos F apud Chriſtianos eo loco haberi, quo incircumciſi olim apud Iudæos, *lib.* 12. *in Ioan. cap.* 50. Sunt ergo illi tantum voto in Eccleſia, & per hoc ſaluantur: re ipſa vero non ſunt. Neque enim habent ius ad illa ſacramenta, neque ad alia quæ vniuerſæ Eccleſiæ ſunt communia.

HÆRETICI APOSTATÆ.

Hæretici & Apoſtatæ cum circa fidem naufragauerint, extra Eccleſiam ſunt, vnde SS. Patres dum loquuntur de eorum conuerſione, dicere ſolent, eos ad Eccleſiam reuertiſſe.

Illuſtris eſt locus *S. Hieron. Dial. cont. Lucifer.* Sicubi audietis eos qui dicuntur Chriſti, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quoquam alio nuncupari, vtputa Marcioniſtas, Valentinianos, Montenſes (adde Caluiniſtas, Lutheranos, Menoniſtas) ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe ſynagogam neque enim ratio permittit, vt illos de Eccleſia eſſe dicamus, qui cum ea nullam habent coniunctionem, ſed iuxta etymon nominis ſui, eligunt quid credant, & iuxta S. Auguſtini cenſuram, ſibi magis, quam Euangelio credunt.

SCHISMATICI. G

Etiam Schiſmatici non annumerantur membris Eccleſiæ, vnum eſt enim ouile, vna ſponſa, vna columba. Schiſma ſcindit quod eſt vnum, vnde *Cyprianus lib. de vnit. Eccl.* Eccleſiam dicit ſignificari per veſtem Chriſti inconſutilem. *Optatus Mileuit. l.* 1. *cont. Parmenianum*: de ſchiſmaticis loquens: Deſerta, ait, matre catholica, impij filij dum foras exeunt, & ſe ſeparant, vt vos feciſtis; à radice matris Eccleſiæ, inuidiæ falcibus amputati, rebelles errando abſcedunt.

EXCOMMVNICATI.

Excommunicati quoque non ſunt in Eccleſia, ita *Catechiſm. Rom. in explicat. Symboli Th. Ibaldenſ. Tom.* 1. *lib.* 2 *cap.* 9. Si Eccleſiam non audierit inquit Chriſtus; ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. Item *Paulus* 1. *cor.* 5. Cur non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtri, qui hoc opus fecit; loquitur autem de eo, qui vxorem fratris ſui habebat, excommunicando. *Euſeb. lib.* 5. *hiſt. cap.* 24. narrat, quomodo victor Papa excommunicauerit Aſianos; litteras inquit, mittit, quibus omnes ſimul abſque diſcretione, ab Eccleſiaſtico fœdere ſegregaret, & merito id quidem; quia per ex- H communicationem homines priuantur omni commercio ſpirituali, quod membra Eccleſiæ inter ſe habent, vt docet *Tertull. in Apologet. cap.* 39.

Adde quod in abſolutione Excommunicati dicitur. Reſtituo te vnitati Eccleſiæ, & membrorum participationi: quod ſignum eſt, ſeparatum eum ab Eccleſiæ vnitate fuiſſe.

TYPI, ET EPITHETA ECCLESIÆ.

Figuratam Eccleſiam ſentit 23. *Auguſtinus in ſententiis, ſententia* 328. in ſopore illo immiſſo in Adam, quando è latere illius dormientis formata eſt Eua. Dormit, inquit, Adam vt fiat Eua: moritur Chriſtus, vt fiat Eccleſia. Dormiente Adam fit Eua de latere: mortuo Chriſto lancea perforatur latus, vt ſuperefluant Sacramenta, quibus formetur Eccleſia; voluit ſignificare S. Auguſt. & poſt eum alij; è latere Chriſti fluxiſſe ſanguinem, & aquam, quibus ſignificabantur duo potiſſima Eccleſiæ Sacramenta. Baptiſmus, quo per aquam regeneramur ad vitam ſpiritualem: & Euchariſtia, qua ſpiritualiter iam regenerati alimur ad æternitatem, his autem Sacramentis maximè fulcitur Eccleſia.

Et

Et ſicut Eoa dicta aſt mater viuentium,ita & Ecclaſia vera
A eſt mater viuentium. Somnua Adæ, ait Tertullianus, mors
erat Chriſti in mortem durmituri, vt de iniuria proinde la-
teris,eius, vera viuentium mater formaretur Eceleſia.

ECCLESIA MATER. CVR?

Eſt autem familiare veterum uumen Eecleſiæ,quo Matrẽ
noſtram eam appellant, & vulgo etiam, modò Mater dicitur
eecleſia.Cuius cognominis ratio mulriplea repetitur.I.Quia
parit ſola Deo filios. Eecleſia,inquit S.Auguſtin. omnes per
baptiſmum parit,ſiue apud ſe,boe eſt ea vrero ſuo;ſiue eatra
ſe,id eſt de ſemine viri iuisſiue de ſe,ſiue de ancilla. Nã & Iſ-
maël magis Saræ filius fuit,quã Agar:quia per ipſius iura cõ-
ſugalia,in ancilla ſeminatus erat,& ea ancilla ſuſceptus. Sic
& apud iſtoa, Eccleſiæ iure quod aſt in Baptiſmn, naſcuntur
quicunq; naſcuntur *lib.1.c.10.cont.Donat.* Loquitur aotem de
illis,qui ſunt extra Eecleſiã,apud quoa nemo tenaſcitur,niſi
per Sacramentum quod ipſa iure poſſidet.II.Generat nos Ee-
eleſia per fidem,quam dat nun habeutibus:& habentibus vt
magis habeant,communicat.III Cum matris officium ſit non
B modò genetare,ſed & lactare & paſcere quos pepetit,Sic Ee-
eleſia quoa genuit,ſi infirmi ſint,ſiue in fide,ſiue per fragili-
tatem vitæ in moribus,Eecleſia inquam,nunc hos eharitatis
lacte tolerar, hos fidei lacte paſcit, donec ſolidiotis eibi fa-
ciat capaces.Quippe elemẽta ab bis vberibua hauriẽda ſunt.
Vr conſtat *ex c.3.Epiſt.1.ad Corinth.Item Hebr.c.5.& ad Gal.4.*
Filioli mei,ait Paulus ad Galatas, à fide iam ſuſcepta tecedẽ-
tes;quos iterum parturio,donec formetur Chriſtus in vohis.
Quorum verborum elegantem enarrationem,vide apud *Aug.
in Pſ.57.* IV.Eecleſia filios ſuos ablactatos iam & grandiores
paſcit ſolidioris doctrinæ pabulo. Quod itetum egregiè S.
Aug.commemorat *lib.de morib. Eccl.Cathol.* & enarratione *in
Pſ.57.* In ventre,ait,Eecleſiæ veritas manet.Quiſquis ab boc
ventra Eecleſiæ ſeparatua fuerit, neceſſe eſt vt falſa loqua-
tur.Ideóque idem *Tract.3.in Ep.Ioan.* Ipſarum Scripturarum
duo Teſtamenta,Eecleſiæ doo vbera appellat:ac in illius rei
confirmatinnem,olim veteres Chriſtiani eum Symbolum in
Baptiſmo profiterentur,addebant in fine.Per ſanctam Eecle-
ſiam, euius motis rationem teddit *S. Aug.de Symb. ad Cate-*
C *chumen.l.3.cap.10.* quoniam ſi quis abſque Eecleſia innentus
fuerit, alienus erit à numeto filiorum. Ae propterea infert;
Non enim habebit Deum partem, qui Eecleſiam noluerit
habete matrem. Eadem habet *S.Cyprian.lib.de vnit.Eccleſ.*

V.Denique Eccleſia,inſtar matris naturalis paterni ſeminis
virtutem ad ſe trahentis,eui maximè generatio & fœtus at-
tribuitur; teeepto in ſe Spiritus S. ſemine,docet nutrit,rege-
nerat, animàtque membra ſua,eàque fouet, conſeruat,ſacra-
mentis & verbo paſcit; verè ac propriè iuxta myſtiei cor-
poris rationem, Mater noſtra dicitur.

CVR SPONSA CHRISTI?

Etiam Chriſti Sponſa dicitur,& eſt Eecleſia ſignificata in
formatione Euæ ea latere Adami, *ad Ephef.c.5.* dicit id Apo-
ſtolus,Sacramentũ hoc magnum eſt.Ego autẽ dico,in Chri-
ſto & Eecleſia,quaſi dicat,Sacramentũ matrimonij in Adamo
primùm inſtitutum,magnum eſt, non tantum io coniunctio
ne illa duorum; ſed maximè propter repræſentationem ſiue
typum rei ſacræ,boc eſt,eoniunctionis Chriſti & Eecleſiæ:
qui quaſi teliquit Deum patrem, & Synagogam matrem, vt
Eecleſiæ ſuæ ſponſæ adhæreret: & vice verſa,Eccleſia reli-
D quit patram, quem in Gentiliſmo habuerat Diabolum, &
mattem videlicet cœtum Infidelium, vt ſponſo ſuo adhære-
ret. *Ita Chryſoſt.Hieron.Anſelm.D.Thomas in cap.5.ad Ephef.*

Eſt ergo Eecleſia virgo & ſponſa virturibus; mater fœ-
cunda prolibus: quia ea ſterili gentilitate collecta, multos
Chriſto filios peperit & parit in dies,non ea ſolis Iudæis,vt
Synagoga: ſed ex Iudæis & Gentibus. Audiatur de boc *S.
Ambroſ.lib.de virgin.* S.inquit,Eecleſia immaculata eo itu,fœ-
cunda partu, virgo eſt caſtitate, mater eſt prole, &c.

Alter Eecleſiæ typus ſiue Allegoria fuit Arca Noë, iuſſu
Dei fabricata ad conſeruationem bumani generis à diluuio.
Cuiua quidem allegoricam interpretarionẽ è probatiſſimorũ
auctorum ſcriptis compilauit *Perer.in Gen.l.10 diſp.11.* Con-
ſiſtit autẽ primò,quod ſicut Arca Noë an.100. fuit ædificata
ex lignis robuſtiſſimis,& imputribilibus:ac ſecundò,quod in
cubitum fuerit conſummara,eatrinſecus & intrinſecus bitu-
mine illita: Tertiò, quod omnia generis animalia complexa
fuarit,iam munda quàm immunda.Deniq; præſeruauerit eos,
quos receperat,à diluuio.Ita & Eccleſia ab initio mũdi ædifi-
cata & plantata,& vſq; ad mundi finẽ durabit.Hinc Chriſtus E
dedit Apoſtolos,Prophetas,Euãgeliſtas,Doctores,in ædifica-
tionẽ corporis ſui myſtici.Et requirit homines è quibus cõ-
pingatur,ineurruptos peccatis,& fortes ad ferendas tribula-
tiones,neq; iiſdem cedentes tam corpore exteriùs,quã corde
interius,& ſanctos,& gratia S.Spiritus peruunctos,& charita-
ria vinculo cõpactos,debet inſuper in vnitatẽ colligi & ſub-
limari. Vnde Dñs,qui non colligit meeũ,diſpergit. Recipit
autem Eccleſia tam Iudæos quam Gentiles,ſúntq; ſemper in
ea boni mixti malis,ſunt ſtellæ cœli & arena maris,vt notat
S.Aug. Iactatur etiam fluctibus,non tameo mergitur,ſed ſu-
pra montẽ inſtar Arcæ conſiſtit,eſt enim ciuitas ſupra mon-
tem poſita,domus ſupra Petram ædificata: Oſtium Arcæ erat
ea latere vnum. Vnus eſt Chriſtus ſacri huius ouilis oſtium,
euius larus,vt paulò antè dictũ eſt; fuit fons,ex quo potiſſi-
morum Sacramentorum ſymbola fluxerunt.Ita ferè *Pererius.*
Significata quoque in typo fuit Eecleſia,per locum illum in
quo Iacob Patriarcha obdormiſcens,videtat myſticam illam
ſcalam, dicens: Non eſt hic aliud niſi domus Dei. Eſt enim F
Eecleſia verè domus Dei. Et ita eam appellat Iſaias,& Chri-
ſtus domus mea domus orationis eſt.Loquẽs de Eccleſia ma-
teriali vbi Deus habitat per præſentiam;tum ſpiritualem,tum
realem in Eucharistià.Cæterùm Eecleſia vt à nobis hic con-
ſideratur,eſt etiam Domus Dei,& porta cœli, nempe in qua
Deus conſolatione ſui ſpiritus,& ſollicitudine ac prouiden-
ria ſemper adeſt, & per Angelorum miniſterium voluntatis
ſuæ placita indicauit, eiúſque curam iiſdem demandauit.

Hinc in noua Lege,frequenter à Chriſto vocatur Regnum
Cœlorum,omnibus penè parabolis,quod Deus qui cœli Rex
eſt,in ea regnet per verbum ſuum aure acceptum,& fide ſuſ-
ceptum.Quomodo regnum Hip.eſſe dicitur,in quo Rex ipſe
regnare conſpicitur,dũ ipſius mandata ab omnibus ſeruãtur.

Niſi dicamus meritò etiam Regnũ dici cœlorum Eecleſiã.
Propter vnitatis & charitatis ſpiritũ, qui mẽbra illius,cum
ſuo capite adunit.Qua de cauſa etiam IERVSALAM dicitur ab
Apoſtolo,quod idẽ eſt quod viſio pacis.Hanc enim Eccleſiæ
ſuæ impartit Deus,ſpiritualem videlicet & cœleſtẽ,quã Chri-
ſtus abiens nobis reliquit. *Ioan.c.14.* Dicitur inſuper nomine
Sionis,quod idem eſt quod Ieruſalem, quod in ea cœperit G
Eccleſia Chriſtiana, ſicut in Sina monte lex vetus lata fuit.

Deinde in coniugio Moyſis cum Sephora Æthiopiſſa(erat
enim Madianitis) figurabatur allegoricè coniugium Chriſti
eum Eecleſia Gentium. Caſtra denique Iſraëlis,quorum pul-
chritudinem Balaam admiratur; *Num.24.* allegoricè Eccle-
ſiam ſignificarunt,quæ à ſponſo dicitur terribilis vt caſtrorũ
acies ordinata, *Cant.c.6.* hinc & Deus dicitur Sabaoth,id eſt
acierum,& exercituum: Lege *Cornel.à Lapide in cap.1.Num.*

Adumbratam quoq; Eecleſiam volunt in eo,quod Iudam
benedicendo Iacob dixerit:Lauabit in ſanguine vuæ pallium
ſuum.Intelligunt namq; Doctores per ſanguinem vuæ Chriſti
ſanguinem ſub genimine vuæ propiatũ & datum Eecleſiæ,
quæ pallium eſt Chriſti, quia illã ceu pallio amicitur. Hæc
de typis, & Epithetis Eecleſiæ inſtituto noſtro ſufficiant.

ECCLESIÆ CORPVS MYSTICVM,
AC IPSIVS ESSENTIA ET MEMBRA.

In quæſtionibus hodie controuerſis cum hæreticis non mi-
nima eſt.Quænam ſit eſſentia Eecleſiæ,& quænam requiran-
tur,vt quis habeatur membrum illius? verùm certiſſima eſt H
ſententia illorum,qui dicunt Eccleſiam eſſe quaſi humanum
corpus viuum,vt habeat aliquid reſpondens homini interio-
ri,& aliquid reſpondens homini exteriori: videre licet in-
dicatum *apud D.Auguſt. in Breuiario coll.3.contra Donat.c.10.*
Et apertius *ſerm.10.de verbis Domini,c.19.* Vel,vt habeat ali-
quid reſpondens carni, & aliquid reſpondens ſpiritui, quod
pulchrè attigit *Clemens Alexand.lib.7.Strom.* Anima Eccleſiæ
ſunt interna dona S.Sancti, fides,ſpes,charitas de corde pu-
ro. Corpus, externa profeſſio fidei & fraternitatis, ſubie-
ctio ſub vno capite viſibili, & communicatio Sacramento-
rum.Vtrumque complectitur ſententia Apoſtoli 2.*Tim.3.* Ha-
bentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abne-
gantes. Species ergò pietatis quæ eſt in externa profeſſione,
eſt corpus & cortex huius vitis; ſed interior virtus pietatis,
eſt quaſi inuiſibilis & ſpiritualis vita ac anima radicis. Qui-
dam ergò ſunt de anima tantum, vt catechumeni, ſi fidem
& charitatem habeant, alij de corpore tantum, vt occul-
tè hæretici; alij de anima & corpore ſimul, vel quia ve-
ram charitatem cum externis illis vinculis habent, quo
modo

modo ſunt perfectè viua membra, quæ animam habeant mo- A tiuam & operantem; vel quia fidem habent ſine charitatē qui non perfectè viuunt; ſicut brachium paralytici, quod viuit quoad ſenſum, non quoad motionem. *Ioan. Malder. in Tract. de Iuſt. & Relig. particulari Tract. de Eccl. Dubio primo*

Corporis autem Eccleſiaſtici caput eſt Chriſtus, caput inquam inuiſibile, & velut primum fundamentum, præter quod aliud nullum quis ponere poteſt, vt teſtatur Apoſtolus 1. *Corinth.* 3. membra ſunt ſinguli fideles: iunctura & nerui; ſunt mutua communicatio & vnio fidelium: anima eſt fides & charitas: ſpiritus vitales & animales, gratiæ ſunt præuenientes excitantes, quæ à capite Chriſto in membra deriuantur. Forma verò exterior huius corporis, prout eſt Reſpublica viſibilis, & ſimul corpus Politicum eſt, quòd fideles eandem fidem profiteantur, & cum capite ſuo viſibili Pontifice Romano, ac inter ſe communicant in iiſdem Sacramētis, ſacrificiis, & doctrina, ac regimine. Nonnulli interpretantes locum illum 1. *ad Cor. c.* 12. vbi dicitur, Deus poſuiſſe primum in Eccleſia Apoſtolos, deinde Prophetas, tertio Doctores; dicūt Apoſtolos poſitos tanquā caput, Prophetas vero oculos; Doctores verò tanquam B linguam: non ergo Principes ſæculares vt vult Brētius; ſunt cōſtituti à Chriſto in Eccleſia, ceu primi, & capita illius.

ECCLESIÆ VISIBILIS ET VERÆ

NOTÆ ILLVSTRIORES.

Cum Eccleſiam conſtet eſſe inſtar Arcæ, extra quam nulla eſt ſalus, & in qua ſola, vera fides & peccatorum remiſſio reperitur, ſic vt cum Deo remanere non poſſint iuxta ſanctum Cyprianum *De Simplic. Prælator.* qui eſſe in Eccleſia Dei vnanimes noluerunt; inueſtigandæ ſunt notæ, per quas à reliquis conuenticulis hæreticorum ſecernatur.

NOTÆ HÆRETICORVM.

Lutherus lib. de Concil. & Eccleſ. ſeptem notas ponit veræ Eccleſiæ, ſed quæ his duabus continentur, nempe prædicatione ſincera verbi Dei, & ſincero vſu Sacramentorum. Duo enim hæc volunt omnes penè hæretici, ſufficere ad deſignandam veram Eccleſiam. Verùm cum omnes ea exiſtiment ſufficere, & quiſque apud ſe Eccleſiam contendat eſſe, ſatis conuincuntur, non eſſe idoneas notas, veræque Eccleſiæ ab aliis diſtinctiuas.

CATHOLICORVM.

C Catholici plures notas illuſtres habent, quibus Eccleſiam verā à falſa cognoſcant, non quod ſimpliciter talea ſint, quæ euidentiam veritatis ſimpliciter faciant, quales ſunt demonſtrationes Mathematicæ; tamen efficiunt euidentiā credibilitatis. Et apud illos qui Scripturam, hiſtorias, Patrū traditiones, & ſcripta recipiunt, etiam præſtant euidentiam veritatis.

De numero illuſtrium notarum inter omnes non conuenit cum alij vi. alij x. alij xii. alij xv. ponant, quæ tamen plerúmque reuocantur ad quatuor illas, quæ in Symbolo Conſtantinopolitano aſſignantur. VNAM, SANCTAM, CATHOLICAM, & APOSTOLICAM.

ECCLESIA VNA.

Vera Chriſti Eccleſia vnum eſt corpus, vnum ouile, vna domus, vna ſponſa. Eáque vnitas conſiſtit in coniunctione membrorum cum ſuo capite, & inter ſe. Nomen enim Eccleſiæ ait Chryſ. non ſeparationem ſignificat, ſed collectionem. Quamuis autem locis pluribus vniuerſo orbe diuidatur, tamen inquit idem; Deus eam coniungit, qui omnibus eſt communis. *Hom. 1. in epiſt. 1. ad Corinth.*

D Secundo, Eccleſia vna eſt propter perpetuitatem & durationem, ſiue continuationem ſucceſſionis, vt alibi dicemus. Item propter omnium fidelium toto orbe, omniq; tēpore communionē. Eſt enim vnicus Eccleſiæ fluxus: cū ſectæ reliquæ velut decumani fluctus variis doctrinæ vētis agitati euaneſcāt.

S. Auguſtinus Epiſt. 162. loquens de Cæciliano Epiſcopo: Qui inquit poſſet non curare conſpirantem inimicorum multitudinem, cum ſe videret Eccleſiæ Romanæ, in qua ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus, per communicatorias literas eſſe coniunctum.

S. quoque Hieronym. *Epiſt. ad Damaſum.* Beatitudini tuæ ait: id eſt cathedræ Petri communioni conſocior. Non noui Vitalem, Miletium reſpuo, Ignoro Paulinum: quicunque tecum non colligit, ſpargit.

Eſt ergo ea vera Eccleſia, in qua eſt conſentiens omnium ſcriptorum auctoritas: Conciliorum omnium circa fidei dogmata vna definitio: decreta eadem Patrum: quamuis locis & temporibus diuerſis emanarint.

L. B. Theatr. vitæ Humanæ Tom. III.

Omnes modò Catholici toto orbe diſperſi, idem docent, ſentiunt, & ſenſum ſuum ad vnius Paſtoris vocem dirigunt. E

Clarum eſt, nullam ſectam Paganorum, apud quos dij diuerſi & diſſidentes, imo & belligerantes reperti: nullā hæreticorum, quorum diſſectiones in vna eademque ſecta notiores ſunt, quā vt à nobis referantur: lippis enim & tonſoribus notæ ſunt, vnquam fuiſſe, aut fore, in qua talis conſenſio reperiretur. Ratio horum eſt, defectus vnitatis & regulæ componendarum controuerſiarum, qualē habet Eccleſia Catholica; cum vnuſquiſq; abundet in ſuo ſenſu, propriiſq; ſpiritus quē nō diſquirit an ex Deo ſit, deliria ſequatur; quo fit, vt eorum doctrina ex natura ſua germinet ſchiſmata & diſſenſiones.

EXEMPLO DECLARATVR.

Abbas GREGORIVS presbyter cœnobij Scholarium narrauit nobis, inquit *Sophron.* Hieroſolym. Ep. quod ibi ſenex magnus magnæque abſtinentiæ moratus ſit: Erat autem ſimplex circa fidem, & vbicunque eum eſſe contigiſſet, indiſcretè communicabat. Quadam igitur die apparuit ei Angelus Dei, dicens. Dic ſenex, ſi mortuus fueris; quomodo vis ſepeliamus te? Vt Ægyptij faciunt; an vt Hieroſolymitæ? Senex autem reſpondit ei; Neſcio. Tunc ait Angelus: Cogita, & delibera. F Poſt tres autem hebdomadas veniam & dices mihi. Pergens ergo ſenex ad alium, narrauit ei, quæ ſibi dixerat Angelus: Quod cum audiſſet ſenex, ſtupefactus ex auditu, diutiuſque intendens in eum, ac diuinitus inſpiratus, dixit ei: Vbi ſumis ſancta myſteria? Reſpondens ille, ait: Vbicunque inuenio. Tunc ait ille ſenex; Non tibi vltrà contingat, vt extra ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam communices; ubi nominantur ſanctæ quatuor ſynodi, Nicena, trecentorum, decem & octo patrum; Conſtantinopolitana, centum & quinquaginta: Epheſina prima, ducentorum; Chalcedonenſis, ſexcentorum & triginta. Cum autem venerit Angelus; dic ei: Sicut Hieroſolymitæ ſepeliri volo. Poſt tres igitur hebdomadas venit Angelus, & dixit ſeni: Quid eſt ſenex quod cogitaſti? Dixit autem illi ſenex: Sicut Hieroſolymitæ, volo. Dicit ei Angelus: Benè, benè. Et continuò reddidit ſpiritum. Hoc autem totum factum eſt, ne labores ſuos perderet; & cum hæreticis condemnaretur. *Sophr. pra. Spirit. cap. 178.*

GRÆCORVM CVM ECCLESIA

G CONSENSVS.

Chalcondylas rerum Turcicarum libro primo agens de conſenſo Græcæ Eccleſiæ cum Latina, ſic ait: Romani, & ipſorum Pontifex nullam prorſus occaſionem omittentes Legatos miſerunt ad Græcos, vt conuenientes, in vnam, Conciliumque celebrantes, quantum ad religionem Chriſtianam attinet, inter ſe conglutinarent. At Græci cum plurimis annis Aduerſum Romanos contentiones mouiſſent, noluerunt patrium Religionis ſuæ cultum perturbari. Tandem Ioannes Palæologus, Græcorum Rex, aſſumptis Bizantij Epiſcopis, & Græcorum doctis ad colloquium venit, cum Pontifice Romano Eugenio IV. Demum Græci pariter: & Romani in Religionis negotio conſenſerunt: ſed Græci qui domi remanſerant, noluerunt ſtare iis, quæ decreta erant in Italiæ ſynodis. Inde diſcordes perpetuo fuiſſe Græcos aduerſum Romanos conſtat. Hæc ille. Attamen Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus cum domi ſuæ eſſet, & vltimum vitæ ſuæ diem inſtare præſentiret, ita ſcriptum reliquit, vt habetur in Concilio Florent. Quoniam ad extremum vitæ meæ perueni; ideirco pro meo munere, dilectis filiis, benignitate Dei meam ſententiam his litteris palam facio: Nam quæ Domini IESV-CHRISTI Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romæ veteris ſentit ac H celebrat, omnia me quoque ſentire & credere profiteor, ac ipſi plurimùm acquieſco: Beatiſſimum autem Patrum Patrem ac ſummum Pontificem Romæque veteris Papam, Domini noſtri IESV-CHRISTI Vicarium eſſe concedo: atque animarum Purgatorium eſſe non inficior. *Leonicus Chalcondylas rerum Turcicarum lib. 1. P. Io. Azor. p. 2. Inſtit. moral. lib. 4. cap. 15.*

ORIENTALEM ET OCCIDENTALEM ESSE

vnam Eccleſiam quoad res fidei.

MANVEL Comnenus imperare cœpit Anno 1153. Et regnante Adrianus Pontifex miſit Legatos Conſtantinopolim Baduinum & Baldiraionium, per quos omnis inter nos & Græcos controuerſia de rebus ſacris componeretur, literaſque in eam rem dedit ad Baſilium Acridenum Archiepiſcopum Theſſalonicenſium, qui Papæ reſpondit Orientales nihil diſſentire ab Occidentalibus, ipſum eſſe Paſtorum Paſtorem & principem, reliquos oues & filios: Eadem, inquit,

tecum prædicamus & docemus ego ſique omnes, qui ad magnam A Apoſtolicamque ſedem Conſtantinopolitanam pertinemus, & vnos, qui vtriſque perſonat, ſermo fidei: idémque ſacrificatur, agnus, qui tollit peccata mundi, Chriſtus inter Occidentales Antiſtites, qui ſub tuũ principale culmen agũt, & nos, qui ab Oriente ſole ſublimi Conſtantinopolitana ſede Sacerdotij accepimus ſplendorem, quamuis parua quædam offendicula in medio interiecta nos ſepararint, & ea vno eodémq; ſpiritu multos fecerint; quæ omninò tollere de medio, & veluti lapides, iuxta propheticum ſermonem, è via proiicere, coniunctionémque Eccleſiarum ſine offendiculo conſtituere tuæ Sanctitatis erit, qui Chriſti exemplo velut è cœlo proſpiciens, diſtantia in vnũ congregare vult, ac poteſt. Hæc ille. Et priùs præmiſerat, Nos è ſinu tuo excidiſſe negamus, & filiorum appellationem, aut paſtoralem curam non refugimus, vt tale conuicium nobis exprobretur: Turò autem ac firmiter ſtamus in confeſſione beati Petri. *Ex Codice iuris Orient. inter reſponſa Patriarch. Tho. Boz. lib. 5. de Sign. Eccl. cap. 10. to. 1.*

SANCTA.

Altera veræ Eccleſiæ nota eſt, vt ſit Sancta, idque non B propter vitæ integritatem in ſingulis membris, ſed tum ratione fidei: quomodo olim bonus Tobias dicebat, Filij ſanctorum ſumus: & Paulus, Salutate ſanctos: tum ratione Sacramentorum per quæ Chriſtus eam mundauit, & ſanctificauis, maximè per baptiſmum: tum ratione capitis Chriſti, qui ſanctus ſanctorum eſt, ac præcipuorum membrorum Chriſto adhærentium: Inter quæ plurimi, ſanctitatis ſuæ vera teſtimonia miraculorum patratione, ceu teſſera certa conſecuti fuerint, quæ in nullis hæreticorum conuenticulis hactenus reperitur. Denique ſancta eſt ratione doctrinæ & legum quas tradit: quomodo Dauid appellat legem Domini immaculatam. Nulla autem Paganorum, aut hæreticorum ſecta eſt, aut fuit, quæ non contineat manifeſtos errores, eóque argumento pro hac Eccleſiæ nota vſi olim Iuſtinus *in Apolog.* Tertull. *in Apologet. cap. 38.* & Auguſt. *in libris de Ciuit. B. Thomas lib. contra gentes.*

SANCTITAS CVLTORVM.

Franciscvs Paulæ, quod eſt Calabriæ oppidum, adhuc puer, diuino ardore ſuccenſus in eremum ſeceſſit, vbi annis ſex, victu aſperam, ſed meditationibus cœleſtibus ſuauem C vitam duxit. Sed cùm virtutum eius fama longius manaret, multique ad eum pietatis ſtudio concurrerant, fraternæ charitatis cauſa è ſolitudine egreſſus, Eccleſiam prope Paulam ædificauit, ibique prima ſui ordinis fundamenta iecit: perpetuam virginitatem ſeruauit: humilitatem ſic coluit, vt ſe omnium Minimum diceret, ſuóſque alumnos Minimos appellari voluerit. Rudi amictu, nudis pedibus incedebat, humi cubabat. Semel in die poſt ſolis occaſum reficiebatur, & ad panem & aquæ potum vix aliquid eiuſmodi obſonij adhibebat, quo veſci in Quadrageſima licet. Multis miraculis ſerui ſui ſanctitatem Deus teſtatam voluit, quorum illud celebra eſt, quod à nautis reiectus, Siciliæ fretum, ſtrato ſuper fluctibus pallio cum ſocio tranſmiſerit. *Ex Breuiario Rom. Concil. Trident. reform. 2. April.*

Ioannes Dei, à quo habetur eorum ordo, qui hoſpitales ædes ægrotis ſanandis curare ſolent, fuit homo rerum humanarum deſpicientibus, honoris cuiuſlibet maximus contemptor. Totas noctes ſæpius in precibus tranſigebat, hominum cogitationes ſoliens erat aliquando perſpicaciſſima D mentis acie peruidere, & ad emendationem vitæ edicere iis, quibus opus erat. Cum dæmone ipſo ſæpiùs palam pugnauit. Obiit genibus flexis in obſecratione poſitis: & quamuis defunctus eſſet, ita tamen rectus conſiſtebat genibus ſuis innixus, donec poſt aliquod tempus fuêre, qui corpus eius ab eiuſmodi ſitu dimouerent. Poſt annos viginti corpus ſina vlla cura ſepultum, tamen integrum illæſúmque eſt repertum. *Thom. Boz. lib. 12. de Sig. Eccl. cap. 21.*

Maria Toletana ex ordine S. Franciſci religioſa, in precibus viſa eſt ſæpius cœleſti quodam ſplendore circũfulgere. Vitæ fuit auſteriſſimæ. Virtutibus cunctis ornatiſſima, ſeptuagenaria deceſſit anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo. In eius obitu audita eſt vox cœleſtis ipſam compellans. Plurimis ægrotis defuncta raddidit ſanitatem, in his mulieri cæcæ lumen oculorum, duobus vſum pedum quo priuati erant omnino. Corpus eius poſt annum 83. iam vita caſſum, viſitur tamen adhuc Toleti integrum & tractabile in monaſterio ab ipſa ædificato. *Ex Annal. Franciſcanorum per Marcum Olyſſi. Epiſc. Portuenſ. l. 8. cap. 13. apud Boz. l. 12. de ſign. Eccleſ. cap. 23.*

Stephana Soncinas, virgo nata in Orciſnouis, quod eſt E oppidulum territorij Brixienſis, admiranda omnino fuit ſanctitate, & diuinis virtutibus ornatiſſima. Hæc etiam ſuperioribus ſimiles publicas Chriſtiano populo imminentes ærumnas deprecari ſolebat; quin, vt toti humano generi benè eſſet, nulli non ſe pœnæ ſubiiciendam Deo offerebat, atq; ob eam cauſam maximis ſe cruciatibus addicebat; quibus eam Deus affligtari permiſit ipſos quadraginta annos. Eius animus ſæpenumero corpus deſtituens, quod vel rectum, vel genibus flexis in modum ſupplicantis perſiſtebat, in cœlũ euolabat. Cogitata intima ac nulli patefacta crebro cogitantibus patefaciebat. Futura plurima prænunciauit. Obiit anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo. Poſt obitum multis reddidit mirabili modo prorinus ſanitatem. *Tho. Boz. l. 12. de ſign. Eccl. c. 23.*

Felix è Barbarano, quod ex agri Romani oppidum; virgo ſingularis ſanctitudinis, humilitatis, & charitatis, tam vehementer ad contemplanda ſupera interdum ferebatur, vt corpus deſtituens ab omni ſenſuum officio, cœlo ſeſe inſerret, ac cæli incolis ſe adiungeret, quin aliquando illud in ſublimia rapiebat, & in aëre ſupra terram nulli rei niſi diuino ſpiritui innixa conſiſtebat. Optabat in ſe deuolui omnia tor- F menta iniquis debita, vt captiui illi in gratiam diuinam reſtituerentur. Miſis modis corpus ſuum affligebat. Tres Quadrageſimas abſq; vllo cibo tranſegit. Ægrotis aliquot mirabiliter reddidit ſanitatem. Deceſſit ann. milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio. *Bõſignorius Cacciaguerra in vita eius.*

Theresia Hiſpana virgo admirandæ ſanctitatis, incredibili patientia humilitate ac prudentia floruit: In precibus ſæpe extra omnes ſenſus rapiebatur; in altumque aëra toto corpore ſuſtollebatur. Edidit libros doctrinæ cæleſtis plenos, quibus edocemur vias Chriſtianæ diuinæque vitæ degendæ. Sexaginta ac plura monaſteria, tum virorum tum fœminarum fundauit, auctoritate, ac fide cæleſtium rerum, quas illas patrabat. Eius cadauer incorruptum perſiſtit; & innumera miracula edit. Ratio vitæ, quam ſuorum monaſteriis præſcripſit, eſt ſupra humanam conditionem magnæ perfectionis ac puritatis, quam factis exhibuerunt, & exhibent eius ſectatores. *Apud Thom. Boz. de Sig. Eccl. lib. 12. cap. 28.*

Antonia vidua Romana, inſigni maximè vitæ candore G noſtris diebus eluxit. Eam nos ſæpius allocuti ſumus, & cum genere ignobili, & illiterata foret, mirum quanta diuinitus inſpirata doctrina de rebus cœleſtibus ſermonem faceret. Vidimus eam ſæpius ab omni ſenſu abſtractam. Cùm ſemper ægrota iaceret in lecto, in ſumma egeſtate, hilaris tamen erat, nedum patiens: cum lumen oculorum amiſiſſet, multos tamen ad ſe aduenientes ac prius ignotos mirabiliter agnoſcebat, futura ſæpe prædixit, & humanas cogitationes præuidit. *Ibidem.*

CATHOLICA.

Principalis Eccleſiæ nota eſt ipſum Catholicæ & Chriſtianorum nomen, quo iam olim ſemper Eccleſia Chriſti apud Barbaros non modò, ſed & apud hæreticos, vſque ad noſtra tempora innotuit. Eleganter *S. Auguſtinus lib. contr. Epiſt. Fundam. cap. 4.* Etiamſi omnis hæreſis velit videri & dici Catholica Eccleſia, tamen cum interrogantur hæretici à paganis, vbi ad Catholicam conueniatur, nemo audet ſuam domum oſtendere. Simile habet *Cyrillus catech. 18.*

Pacianus in Epiſt. ad Sempronianum; Catholicum inquit, nec Marcionem ſonat, nec Apellem, nec Montanum, nec hæreticos ſumit auctores, ſed ſtatim Chriſtianus mihi nomen H eſt, Catholicus cognomen. Illud me nuncupat; iſtud oſtendit.

Omnis autem hæreſis accepit nomen ab Auctore ſuo, & doctrina quam ſequitur. Vocantur ait *Iuſtinus in Triphone*, quiſque ab inuentore primo ſui dogmatis. Imò cum à ſuis magiſtris nominantur, Chriſtiani eſſe deſierunt, qui Chriſti nomine amiſſo, humana externa vocabula induerunt. *Lactantius lib. 4. cap. 30.*

Importat autem Catholicæ nomen vniuerſitatem Eccleſiæ diffuſæ per omnia tempora, & loca, ſiue nationes. Catholica appellatur *ait S. Auguſtin. Epiſt. 107.* quia per totum orbem diffunditur. Καθ' ὅλον, Græcè dicitur.

Christvs de Eccleſia ſua loquens, Eritis mihi teſtes, ait in Hieruſalem, &c. & vſque ad vltimum terræ. Item prædicari voluit Euangelium ſuum omni creaturæ. Itaque Eccleſia Catholica eſt omnium Gentium. Ideóque abſcondi non poteſt, inquit *S. Auguſtin. Epiſt. 170. contr. Petilian.* Quinimo quia & omni

A omnium eſt temporum, idcirco Catholica eſt, & dicitur. Sequere viam Catholicæ diſciplinæ, monet iterum Auguſtin. quæ ab ipſo Chriſto per Apoſtolos ad nos vſque manauit, & abhinc ad poſteros manatura eſt, *lib. de vtilit. Cred. cap.* 18. & iterum Catholica Eccleſia illa eſt, quæ contra omnes hæreſes pugnans, expugnari non poteſt. Hæreſes omnes de illa exierunt, ipſa autem manet in radice ſua, *lib. 1. de Symb. ad Catechum. cap. 4. & ſerm.* 131. *&* 181. *de tempore.*

Quia ergo hæreſes omnes certos & nouos Authores habuerunt, aut certis tantum locis, certo tempore viguerunt: ab authoribus aut locis vbi graſſabantur, vt Albigenſes Pepuziani: vel à Doctrina quam oppugnarunt, vt hodie Sacramentarij Anabaptiſtæ, olim Anthropomorphitæ, nomen acceperunt, tandemque interierunt, (neque enim illarum memoria aut nomen ſupereſſet, niſi Catholicorum libris refutatæ forent; & olim per concilia damnatæ) Catholicæ nomen nunquam habere potuerunt, quantumcunque nonnulli id aliquando voluerint vſurpare. Semper enim Catholicum hæretico, haud ſecus quàm verum falſo, oppoſitum fuit, B Legatur *Optatus lib. 2. verſus finem.*

Fuit olim ſuper hoc nomine cum Donatiſtis grauis contentio, etiam in concilio Carthaginenſi. Ceterum pro orthodoxis ſententia præualuit. De quo vide *Auguſtinum in breuia. collat. 3. diei.* Sic Imperatores Gratianvs, Valentinianvs, & Theodosivs, Orthodoxam fidem qui tenebant, Chriſtianorum Catholicorum nomen iubent amplecti: reliquis hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere: Ita apud Ambroſium cœtus ille fidelium quem Ambroſius cogebat, Catholici dicebantur; dicebant enim milites Imperatori ſe præſto futuros, ſi eum cum Catholicis conuenire viderent: alioquin ſe ad cœtum quem Ambroſius cogebat, tranſituros. Apud *Sozom. lib. 6. cap.* 8. quos Arrianus Imperat. in Ciuitate Edeſſæ perſequebatur, Eccleſiæ Catholicæ populus vocabatur. Neque ſanè modo poſt centum annorum penè decurſum, vlla Nouatorum ſe Catholicam ſcribere, aut appellare auſa fuit, quod timeat, ne vel ipſa nominis nuncupatione refellantur. Quippe antiqui Patres hoc nomine, & re per ipſum ſignificata, aduerſus omnes hæreſes præſcripſerunt, ſibique C veram Eccleſiam vindicarunt.

APOSTOLICA.

Eadem Eccleſia propter ſuam perpetuitatem & generalitatem; vocatur Apoſtolica, nempe ab Apoſtolis primum propagata, & Apoſtolica doctrina perpetua ſucceſſione in Eccleſia conſeruata. Pulchrè hanc notam exaggerat *Tertullianus lib. de præſcript.* & ex ea prouocat ſui temporis hæreticos, vt ſi ad Eccleſiam pertineant, perpetuitatem ab Apoſtolis deductam doceant. Edant inquit, origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum, Ita per ſucceſſiones ab initio decurrentes, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, aut Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerint, auctorem habuerit, & Anteceſſorem. Vbi multa ſubiicit in eandem ſententiam.

Eodem argumento vtitur Optatus contra *Donatiſtas lib. 2. contra Parmenian.* Veſtræ cathedræ originem oſtendite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vendicare. Enumerat deinde omnes Romanos Epiſcopos, à Petro vſque ad Syricium tunc ſedentem.

Sic & *Auguſtinus*; Numerate inquit Sacerdotes, vel ab ipſo D Sede Petri, & in illo Patrum ordine, quis cui ſucceſſit videte. Ita ille contra Donatiſtas. Idem nobis dicendum foret aduerſus Nouatores noſtros, qui hac ſucceſſione; & Apoſtolica nota deſtituuntur. Qui plura & magis particularia de his Eccleſiæ notis deſiderauerit, recurrat ad controuer. *Rob. Bellarm. Thomam Stapletonium de principiis Fidei: Thomam Bozium, aut libros* xxiv. de hoc argumento euulgauit.

PLENISSIMA ECCLESIÆ CHRISTI DEFINITIO.

Ex his quæ hactenus dicta ſunt, exſurgit pleniſſima Eccleſiæ Chriſti definitio, continens illius proprietates & notas, quam ita ferè colligit T. Stapletonius *lib. 4. Controu. 1. de Principiis Fidei doctrinal.* Eſtque talis.

ECCLESIA CHRISTI ſub noui teſtamenti, eſt collecta multitudo omnium fidelium Chriſti nomen profitentium, per vniuerſum orbem viſibiliter diſperſa, creſcens per omnes gentes, ſucceſſione paſtorum & populorum perpetua, ſemper illuſtris & manifeſta, mixta bonis & malis, electis & reprobis fide & Sacramentis ſancta, communione totius vna, origine & ſucceſſione Apoſtolica, amplitudine & perpetuitate Catholica, fidei conſeruatione & propagatione firma, ſub vicario vnò capite Petri ſucceſſore, in finem ſæculi duratura. E

Nonnullis Eccleſiæ Prærogatiuæ quæ ſupradictas notas comitantur: iiſque accenſeri poſſunt.

Ac Primvm.

DONVM MIRACVLORVM.

Anno 1476. defunctus eſt Iacobus Picenus. Cuius corpus Neapoli ſepultum eſt. Eius fama celeberrima fuit apud varias nationes, cùm propter admirabiles rerum ſacrarum conciones, tum maximè ob ſanctitatem diuinis operibus conteſtatam. Inter alia vero, quæ mirabiliter egit, eſt illud: Brixiæ Iudæus puerum Chriſtianum ſtrangulauit, mortuúmque parieti incluſit: parentes eum quatuor dies quæſierunt: Sanctus vbi eſſe diuulgauit, deiecto pariete eduxit, viuumque patri reſtituit, Brandeburgi cæco lumen, muto loquelam reddidit. In Bohemia plurimi hæretici perierunt ab eo, vt poculum veneno plenum, quod ipſi miſcuerunt, biberet. Sic enim, dixerunt, credemus. Bibit ille intrepidus, maxima multitudine ſpectante, nihilque eſt læſus. Neapoli defunctus, puellæ cæcæ lumen, mutæque vſum linguæ reddidit. F In ea vrbe innumera viſuntur miracula in tabellis ad eius ſepulchrum depicta. *Ex Annal. Franciſca. Tho. Boz. lib. 7. de ſig. Eccl. cap.* 1.

Alovsivs Bertrandus ex ordine Sancti Dominici defunctus eſt vita anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo; cuius acta omnia Valentiæ publicis teſtimoniis ſunt examinata, & ſcriptis publicis conſignata. Multis in locis Dominicanorum familiis & è ſuperiori loco Euangelium Chriſti explicauit in Hiſpaniis, deinde in Indias Occidentales traiiciens, innumeris gentibus Catholicam fidem & verum Dei cultum tradidit & cum loqueretur Hiſpanicè, mirabiliter tamen hoc accidebat, vt Indi qui Hiſpanicè neſciebant, & variis vtebantur linguis, vim tamen verborum ipſius intelligerent. Inter eos mortuam puellam reuocauit ad vitam. Venenum bibit abundè ſine vllo nocumento, ad conſignandam publico hoc miraculo ſuam doctrinam: plurimos ægrotos curauit, ac ſanitati reſtituit, omni virtutum genere floruit, & ex Indiis reuerſus Valentiæ deceſſit. *Thom. Boz. l. 6. de ſig. Eccl. ſign. 199. cap.* 2. G

Franciscvs Xauerius Ignatij Loiolæ ſocius, & Indorum Apoſtolus, plurima legitur ediddiſſe miracula. Satis enim conſtat plurimos ab eo in Iaponia ægros ſanatos eſſe; multos energumenos liberatos. Nec obſcura aut dubia fama eſt, tres inibi excitatos eſſe à mortuis, præter puellã Cangoximanam. Punicale oppidum eſt in ora Comotinenſi haud ſane ignobile. Hic adoleſcens quidam minimè obſcuro loco natus, mortem obierat. Qui confeſtim ad Franciſcum delatus à ſuis cum ingenti complotatione ante eius pedes ponitur. Itaque eum Pater manu prehenſum Chriſti nomine ſurgere iubet. Ille continuò ſurgit haud dubiè rediuiuus, id Xauerius humilitati ſuæ indulgens, quantum potuit diſſimulando ſuppreſſit, ſed fruſtrà. Neque enim teſtes præconéſque graues, quamvis magnæ rei auctores, defuére: & huic miraculo conſimile deinde miraculum affirmauit fidem. Ibidem Chriſtiana mulier Franciſcum adiit, & flens ac ſuam orbitatem deplorans; ſuppliciter obſecrabat, vt ad patuum filium ſuum, nuper in puteo extinctum; accederet ne grauaretur. Tum ille negans puerum eſſe mortuũ, bono eſſe animo mulierem iubet, eique protinus H morem gerit. Ad eius tecta vbi ventum eſt, procumbit in genua, Deum aliquandiu precatus, exanime pueri corpus ſignat cruce. Extemplò exilit puer è feretro, non viuus modo, ſed valens. Enimuerò circumſtantes Chriſtiani obſtupeſcere & miraculum clamitare: At Xauerius enixè eos obteſtatus, vt rem omni ope tacerent, repentè inde proripuit ſe. Cæterum illi vt rem tam admirabilem ſilentio ſupprimerent, nequaquam imperare potuerunt. *Horat. Turſell. lib. 1. vitæ cap.* 7.

Colvmba virgo Reatina ex ordine ſancti Dominici admirabili fuit innocentia, cunctiſque virtutum operibus ornatiſſima. In monaſterio nihil vnquam aliud comedit niſi herbas, nil niſi aquam bibit: pane, vino, carne, piſcibus lacte, & omnibus quæ ex illo conficiuntur, omníque abſtinuit. Spiritu Prophetiæ fuit inſignis; innumeris ægrotis ſanitatem reſtituit; panem ſuis deficientem ſæpe multiplicauit. Puerum quendam deſperatæ valetudinis, ac iam ſemimortuum precibus ſuis ad vitam ſanitatémque ſimul confeſtim reuocauit. Obiit anno 1501. Mutis multis vſum linguæ, cæcis oculorum reddidit. *Thomas Bozius lib. 13. de Sig. Eccleſ. cap.* 23.

A *Plura huc referri poterunt ex Tit. de Fide, & Miraculis, vbi de miraculis falſis Hæreticorum.*

DONVM CASTITATIS.

MONTANVS Eccleſiæ Toletanæ Metropolitanus Epiſcopus vita & eruditione clarus, antiquiſſima fidelique relatione narratur, ad propulſandam coniugalis conuerſationis infamiam, candentes prunas tam diu tenuiſſe veſte, dum ſacrum perageret, eóque peracto nec prunæ ignem, nec veſtis inuenta eſt amiſiſſe decorem. *Ioan. Vaſæus in Chron. Hiſpan. anno* 530.

Anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo obiit FRANCISCVS Paulanus nonagenarius, & in tam longa ætate, nullo ſe obſcœnitatis crimine, ſiue corpus ſpectes, ſiue animum, commaculauit. *Ex lectionibus Breuiarij Romani* 2. *Aprilis.*

ALEXANDER Capocchius Florentinus, ex ordine Prædicatorum vixit annos ſexaginta ſeptem, virginitatis integerrimus cuſtos: tribus noctibus ter voce diuina claré illum verſiculum concinente ac repetente: Docebo iniquos vias B tuas, & impij ad te conuertentur, Ordini ſe ſe illi deuouit, ac multa cum laude ſanctitatis in eo vixit mirabiliſſimè; plurimos à vitiis ad honeſtiſſimum viuendi genus reuocauit, plurimis etiam deſperatam valetudinem ſuis precibus ſtatim reſtituit, in his Franciſco Medicæo, tum puero, deinde magno Etruriæ Duci. *Thom. Bozi. de ſign. Eccl. lib.*12. *cap.*21.*tom.*1.

BALDVINVS Imperator vir erat, inquit *Choniata*, pius, & modeſtus, ne impudico quidem aſpectu mulierem intuitus, quamdiu à ſua coniuge abſuerat. Vacabat diuinis laudibus, neceſſitatibus conflictatos ſubleuabat: ſuæ ſententiæ ad uerſantes æquo animo audiebat, & quod maximum eſt, bis qualibet hebdomade veſperi proclamari iubebat, ne quis in ſuo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigiſſet. *Nicetas Choniata in Annalib.*

S. IVLIANVS cum BASILISSA coniuge ſua cùm prima nocte nuptiarum caſtitatem vouiſſent, ſubitò in cubiculo lux clara effulſit, hinc Chriſtus Dominus cum Sanctorum millibus adfuit: hinc Diua Virgo cum virginibus apparens: hinc C ortus clamor; Viciſti, Iuliane, viciſti: hinc verò, Beata es Baſiliſſa; datúſque eſt Iuliano, in quo ſcriptum erat aureis litteris: Iulianus deputetur in numero eorum, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, & Baſiliſſa in numero virginum, quarum Maria tenet principatum. Reſponderúntque millia millium. Amen. *D. Antonin.*1.*p.Chron.tit.*8.*cap.*1.§.20. *ex Spec. hiſtorial. Vincentij lib.*13.

In prima direptione vrbis Romæ ab Alarico Gothorum Rege facto anno Chriſti 412. mulier QVÆDAM maximum exhibuit pudicitiæ ſpecimen. Quod namque & ætatis flore & formæ venuſtate præſtaret, ex Alarici militibus iuuenis quidam pulchritudine eius quum eam vidiſſet captus, ad concubitum eam ſollicitauit. Quum autem illa piaculum id auerſaretur, miles enſe ſtricto mortem ei minatus, veluti cum amore concertans, per miſericordiam ſummum tantùm collum vulnerauit. Illa verò cruore diffluens, iugulum ferro ſubdidit, meliùs ſibi eſſe rata, vt cum pudica mente mortem oppeteret, quàm cum alio viro concumberet. Et poſtquam ferociùs etiam barbarus illam aggreſſus eſt, plurimúmque eam oppugnando nihil egit, ad caſtitatem eius D conſternatus; in Apoſtolicum Diui Petri templum eam duxit, Eccleſiæque cuſtodibus commendauit, ſex illis aureis nummis datis, vt puellam viro conſeruarent. *Niceph. lib.*13. *cap.*25.

Vide locum de Hæreticis. Item locum de caſtitate, vbi illuſtria recenſentur exempla huius virtutis, inter Eccleſiæ Catholicæ membra.

Quàm procul abſint hæretici ab Eccleſia puritate.

ANDRONICVS iunior Imperator Conſtantinopolitanus, cum iam adoleſcentiæ limen ingreſſus eſſet, quo tempore voluptatum ardor maximus exiſtere ſolet, omnis caſtigationis & modeſtiæ inimicus fuit, in regia præſertim poteſtate & flore adoleſcentiæ. Ad hæc æquales eius omnium earum cupiditatum, quas effrenes adoleſcentiæ libidines ferunt, miniſtros atque auctores ſe præbuerunt. Iſaiam Patriarcham ſui ſtudioſum, ſed antea per auum Eccleſia Conſtantinopolitana ſpoliatum reſtituit, nullis Epiſcopis aut Presbyteris ſequentibus, aut antecedentibus, ſed tibicinibus, & tibicinis, ſaltatoribus & ſaltatricibus, cum lætis canticis comitantibus; quarum tibicinarum vna probatiſſima æquo virili habitu conſcenſo, & prius milites ſequebatur, & tum etiam E Patriarcham antecedens ſolitis & meretricis nugis ipſum Patriarcham & cæteros ad obſcœnum riſum facile commouebat. *Nicetas Choniata in Andronico.*

HENRICVS tertius (qui aduerſus Gregorium VII. ſucceſſoréſque ejus acerrima bella geſſit) Abbatiam Fuldenſem pro adulterio, Monaſterienſem Epiſcopatum (quod dicere & audire nefas eſt) pro Sodomitica immunditia vendidit: quæ ſi impudenter negare voluerit, teſte cœlo, teſte terra, omnes etiam à furno redeuntes ſcioli concludent. Poſtea CONRADVS eius filius hac de cauſa ipſe rebellauit: Adelheidam enim reginam, quam duxerat vxorem, odio cœpit habere; ideo incarcerauit eam, & conceſſit, vt plerique ei vim inferrent; imo filium hortabatur, vt eam ſubagitaret: Quo recuſante patrium polluere ſtratum, eum adhortando Rex, non ſuum, ſed peregrini filium eſſe affirmauit cuiuſdam principis de Sueuia; cuius etiam faciem prædictus Contradus plurimum aſſimilauit. Regina autem poſt plurima & inaudita malorum genera ſibi innocenter illata, de cuſtodia, F qua tenebatur, quoquo modo Dei miſeratione liberata, ad potentiſſimam tunc temporis fœminam Mathildam nomine fugiendo peruenit: quæ ſuſceptam Reginam ad venerabilem virum perduxit Vrbanum Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem, cuius prouoluta pedibus, profuſis lacrymis, atque intimis ſingultibus, omnem ſuæ, quam pertulerat, calamitatis, intimauit miſeriam. Papa autem agnita reginæ calamitate, humanitatis miſeratione compaſſus, facta concione Catholicorum, denuò Henricum Regem excommunicauit pro illicitis ac nefandis, omnibúſque ſeculis inauditis rebus in legitima vxore perpetratis, *ex Dodechino ſcriptore Germano, Thom. Boz. de ſignis Eccleſ. lib.*12.*cap.*3.

HENRICVS Octauus Angliæ Rex illicito amore Annæ Bolenæ exardeſcens, contra fas omne Catharinam, quæ legitima vxor illi erat, repudiauit. Annam verò, tradit ſcriptor, filiam Henrico fuiſſe ex illicito concubitu ſuſceptam. Hanc in adulterio deprehenſam capite plecti iuſſit Rex: tertiamque vxorem duxit, Ioannam, quæ in puerperio deceſſit. Cum quarta Ducis Cliuenſis ſorore, diuortium fecit. G Quintam adulterij ream mandauit obtruncari. En caſtitas hæreticorum Principum. *Nicolaus Sanderus lib. de Schiſmate Angl. apud Boz. lib.*12. *cap.*3.

Illo meliorem non credo CALVINVM, qui cùm Nouioduni daret operam libidini præpoſteræ, in vincula coniectus, & publico iudicio flammis vltricibus eſt adiudicatus, ſed potentium quorundam precibus ex iis ereptus, & infami ſtigmatiâ in humeris notatus, exilióque perpetuo multatus è Gallia Geneuam profugit. Vbi etiam famulo quodam ad eandem libidinem abuti non horrebat. Qui cùm ſurripuiſſet ab ipſo plurimum pecuniæ, fugam dedit, neque ipſe voluit ad illum comprehendendum, & in vincula ducendum mitti vllos, ne ſcilicet ille quæſtionibus ſubiectus Caluini ſcelera præ indignatione diuulgaret. Illud quoque notum: contendiſſe perſuadere Iolandæ vxori nobiliſſimi viri *Iacobi Bourgongne*, vt ſineret ægrotum virum ſuum mori, neque illius vllam curam ſuſciperet, ſeque ipſi eo defuncto in matrimonia iungeret: quod illa ſic indignè tulit, vt marito recepta iam valetudine perſuaſerit relicta Geneva in terras Bernenſium ſe conferre: quod egêre illi; & H res eſt omnibus peruulgata. *Thom. Bozius lib.*7. *de ſignis Eccleſ. cap.*6.

Conſule locum de Hæreticis.

Quod paulo ante, nempè poſt Eccleſia definitionem inſinuauimus, id nunc Hiſtoriis Exemplorum adſerimus.

Videlicet, Iudæos, Hæreticos, & alios eius generis homines non eſſe de Eccleſia corpore.

Cum Iudæi ſtudio ſummo in ſtructuram templi Hieroſolymitani permiſſu IVLIANI tunc imperatoris, qui ob deſertum Dei vnius & veræ Eccleſiæ cultum Apoſtata dictus eſt, incumberent, quo priſtinum Iudæorum ritum renouarent, reliquias ſtructuræ veteris ex imis fundamentis effoderunt, & ſolum ita repurgarunt vt ne lapis quidem ſuper lapidem permaneret, iuxta reſponſum illud: & poſtridie vt primum iacerent fundamentum, ad locum eum venerunt, terræmotum ingentem ortum eſſe dicunt: & quod vehementer eius concuſſione ex ipſis fundamentis lapides eijcerentur, non paucos ex Iudæis eiectos eſſe, qui vel ad operis ſpectaculum vene

venerant, vel ſtructuram ipſam curabant. Publica enim A ædificia ipſi templo vicina ſoluta atque cum impetu collapſa, eis quos intus oppreſsère, ſepulchrorum loco fuère. Qui autem effugere voluerunt, ſemineces iacuère. Fuerunt qui crura, & manus, & membra alia, pro eo atque clades fortè quemque comprehendit, repentino caſus impetu mutilata tulerunt. Terræmotus vbi conquieuerat; & qui reliqui erant, opus rurſum aggrediuntur: vt ſimul & quod magnopere cupiebant, perficerent, & ineluctabilem indignationem, quæ ex neceſſitate imperialis conſtitutionis eis imminebat, effugerent. Impedimento ſanè tanto obiecto ſatis euidenter conſiderare erat, indignari inſtituto operi Deum. At illi denuò admota manu, quæ perficere nequiuerant, ſunt aggreſſi. Sed enim cùm iterum ſtructuram repeterentur, ignis ex ipſis fundamentis exiliens, & alius item de cœlo immiuens, plures etiam quam anteà conſumpſiſſe fertur. Atque id ita dicitur & creditur: neque quicquam ambiguitatis habet. Illo tantum variatur; Quidam enim aiunt, cùm ſacrum locum adire contenderent, flammam eis obuiam, id quod dictum eſt, peregiſſe. Alij autem, ſimul B atque agger efferri cœptus eſſet, id accidiſſe affirmant. Siue autem hoc, ſiue illud verum eſt, nihil certè tanto miraculo derogatur. igne porrò, ſicuti dictum eſt, cœlitus demiſſo, mallei, ſcalpra, ſerræ, ſecures, aſciæ, & quæcunque ad ædificationem commoda operarij comportauerant, celeriter in cinerem ſunt redacta, quod incendium tota die toto graſſatum ſit: Et Iudæi maximo correpti pauore, etiam inuiti Chriſtum verum Deum eſſe ſunt profeſſi; ſequi tamen eum nolentes, in errore adhuc Iudaico conquieuerunt. Sed & aliud, quod ad hæc acceſſit miraculum, eos ad fidem non perduxit, quod prioribus & manifeſtius fuit, & admirandum magis: Nam proxima nocte, ſua ſponte veſtes eorum crucis ſignis radiorum inſtar conformatis ſunt conſignatæ. Ita omnes veſtitum tanquam ſtellis variegatum, & laniſica arte atque ſolertia diſtinctum habuère. Quo illuceſcente die viſo, eluere & detergere crucis notas conati, nihil egère. *Nicephorus Gall. lib. 10. hiſtor. Eccleſ. cap. 32. & 33.*

Sanctvs Petrvs Martyr Alexandriæ Epiſcopus dum Maximini Imperatoris præcepto in carcere ſeruaretur, & C vniuerſus populus vrbis fores carceris obſeruaret amore patris ſui; Arivs infelix, qui à beato Petro excommunicatus, & degradatus propter dogma erroris habebatur, cognita ſententia Maximini aduerſus beatum Petrum, feſtinè peruenit ad Eccleſiam, obſecrans, vti pro eo clerus & populus apud Epiſcopum intercederet, putans quod poſt diſceſſum eius ipſe leuaretur Epiſcopus. Venientes igitur qui rogaturi fuerant, cœperunt pro Ario beato Epiſcopo ſupplicare; quibus ſenctus Epiſcopus cum magno ſuſpirio reſpondit: Quia iam Arius Deo mortuus, à facie Dei proiectus eſſet, quia grauiter in eſſentiam Dei ſatis blaſphemaſſet; dogmatizans Patrem & Filium ac Spiritum ſanctum non eſſe vnius eſſentiæ & naturæ. Et apprehendens duos presbyteros Alexandrum & Achillam de turbe ſeorſum, ait illis ſecretè; Ego quidem etſi peccator ſum: tamen ſcio me vocatione cœleſti ad hunc agonem martyrij eſſe vocatum. Vobis igitur confiteor myſterium Dei; quod mihi reuelatum eſt: quia vos poſt martyrium meum ſedem & Epiſcopatum meum conſecuturi eſtis, & tu quidem primus Achille, poſt te verò Alexander. In hac hora noctis, vt vobis totum de Ario D aperiam, cùm ſolemni conſuetudine Deo ſacrificium orationum conſummaſſem, ecce ſubitò apparuit mihi in habitu pueri Chriſtus Dominus meus: ad cuius præſentiam ſplendore nimio illuſtratus, vultum maieſtatis eius non valebam inſpicere. Erat autem indutus colobio nimis candido, quod conſciſſum à ſummo vſque deorſum, ambabus manibus coniungebat circa pectus ſuum, quodammodo cooperiens nuditatem ſuam. Quem vt vidi, timore nimio correptus, tandem conſortatus aio ad eum: Quid eſt Domine, quod video tunicam tuam ſciſſam à ſummo vſque deorſum? Qui reſpondens dixit mihi: Quotidie inde tractas, & neſcis quomodo ſciſſa eſt? Arius omnque hoc fecit, qui ſeparauit à me populum hæreditatis meæ, comparatum ſanguine meo. Præcipio nunc moneo, ne eum recipias in communionem, & rogantibus his, qui venturi ſunt ad te, quos ille direxerit, veniam ei ne præſtes. Hæc, quæ tibi manifeſtaui, duobus presbyteris notum facias; vt ipſi poſt te, cum anathematizando abiiciant, ne populus illius errore decipiatur. Exhortationis igitur ſermonem eis faciens, & in Catholicæ fidei E vnitate vt manerent, commendans eos Domino; in quem crediderant, dimiſit in pace. *Vſuard. Martyrologium 26. Nouembr. Sur. 26. Nouemb. cap. 6. vita S. Petri Mart. in Anaſtaſio Bibliothecario.*

Cum ad Spoletanam vrbem Longobardorum Epiſcopus, ſcilicet Arianus, veniſſet, & locum illic, vbi ſolemnia ſua ageret, non haberet, cœpit ab eius ciuitatis Epiſcopo Eccleſiam petere, quam ſuo errori dedicaret. Quod cùm valde Epiſcopus negaret, idem qui venerat Arianus beati Pauli Apoſtoli Eccleſiam illic cominus ſitam ſe die altero violenter intraturum eſſe profeſſus eſt. Quod eiuſdem Eccleſiæ cuſtos audiens feſtinus occurrit: Eccleſiam clauſit, ſeris muniuit: facta autem veſpere lampades omnes extinxit, ſéque in interioribus abſcondit. In ipſo autem ſubſequentis lucis crepuſculo Arianus Epiſcopus collecta multitudine aduenit clauſas Eccleſiæ ianuas effringere paratus. Sed repentè cunctæ ſimul portæ diuinitus concuſſæ eiectis longius ſeris apertæ ſunt, atque cum magno ſonitu omnia Eccleſiæ clauſtra patuerunt: effuſo deſuper lumine omnes quæ extinctæ fuerant lampades accenſæ ſunt. Arianus F verò Epiſcopus, qui vim facturus aduenerat, ſubita cæcitate percuſſus eſt, atque alienis iam manibus ad ſuum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione poſiti omnes agnoſcerent, nequaquam vlterius præſumpſerunt Catholica loca temerare. Miro enim modo res geſta eſt, vt quia eiuſdem Ariani cauſa lampades in Eccleſia beati Pauli fuerant extinctæ, vno eodémque tempore & ipſe lumen perderet, & lumen in Eccleſiam rediret. *D. Gregor. lib. 3. Dialog. cap. 29. Baron. tom. 7. an. Chriſti 575.*

Narrauit nobis Abbas Theodorus, qui erat in ſancta Sophia prope Pharum. Xenodochium erat prope Pharum inter ſanctam Sophiam, & ſanctum Fauſtum. Qui autem illi præerat; die quadam orauit me, vt irem Xenodochium, & ibi morarer paucis diebus. Abiens igitur inueni illic monachum quendam hoſpitio ſuſceptum, Syrum genere, nihil habentem præter ciliclum, & pallium, & panes paucos. Stabat autem in vno angulo, ſemper, die noctéque pſallens, & nemini loquens. Veniente verò die ſancta Dominica, abij ad G illum dicens: veni frater, ad ſanctam Sophiam, vt communices ſanctis venerandiſque myſteriis. Qui ait; Non venio. Ad quem ego; Cur oro te? Ait mihi, quia Severianvs ſum, & non communico Eccleſiæ. Audiens ego, quia non communicaret ſanctæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, ſimúlque videns illius optimam conuerſationem, vitámque virtutibus plenam, abij lugens in cellulam meam, & clauſa ianua, proſtraui meipſum in faciem coram Domino per dies tres, & orabam illum cum lacrymis multis dicens: Dominator Chriſte Deus noſter, qui propter ineffabilem tuam innocuſámque clémentiam inclinaſti cœlos, & deſcendiſti propter ſalutem noſtram, qui incarnatus es ex ſancta Domina noſtra Dei genitrice ſempérque virgine Maria, reuela mihi qui ſint, qui benè & rectè credunt, noſce, qui ſanctæ Eccleſiæ iungimur, an qui Seuero conſentiunt. Die verò tertia venit mihi vox inuiſibiliter dicens: Vade Theodore, inſpice fidem ipſius. In craſtinum igitur profectus, ſedi ante illum, expectans videre aliquid, iuxta quod mihi vox dixerat. Et cùm manſiſſem ſedens quaſi vna hora, & intuerer in ipſum ſtantem; & voce Syra pſallentem, vidi (teſte Deo filij,) columbam ſuper caput eius ſtantem fuliginoſam veluti ex coquina ve- H nientem, ſqualidam ac fœtidam. Tunc agnoui, eam, quæ mihi apparuerat, caliginoſam fœtidámque columbam ipſius eſſe fidem. Hæc autem narrauit nobis in veritate, cum multis lachrymis & ſingultibus ſancta ipſius anima. *Ex Sophr. in Prato ſpirit. cap. 106.*

Narrauit nobis Abbas Gregorius presbyter cœnobij Scholarium ſcribi. *Io. Moſchus Euir. Prati ſpirit. cap. 178.* quod ibi Sanctе magnus magnæque abſtinentiæ moratus ſit: Erat autem ſimplex circa fidem, & vbicunque eum eſſe contigiſſet, indiſcretè communicabat. Quadam igitur die apparuit ei Angelus Dei, dicens: Dic ſenex: ſi mortuus fueris, quomodo vis ſepeliamus te? vt Ægyptij monachi faciunt, an vt Hieroſolymitæ? ſenex autem reſpondit ei: Neſcio. Tunc ait Angelus: Cogita & delibera: poſt tres autem hebdomadas veniam & dices mihi. Pergens ergo ſenex ad alium, narrauit ei, quæ ſibi dixerat Angelus. Quod cùm audiſſet ſenex, ſtupefactus ex auditu,

auditu, diutiúſque inteodens in eum ac diuinitus inſpiratus A dixit ei: Vbi ſumis ſancta myſteria? Reſpondens ille ait: Vbicunque inuenio. Tunc ait illi ſenex: Non tibi vltra contingat, vt extra ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam communices vbi nominantur quatuor ſanctæ ſynodi, Nicæna treecentorumdecem & octo Patrum; Conſtantinopolitana, centum & quinquaginta; Epheſina prima ducentorum; Chalcedonenſis, ſexcentorum & triginta. Cum autem veneſit Angelus, dic ei: Sicot Hieroſolymitæ ſapeliri volo. Poſt tres igitur hebdomadas venit Angelus, & dixit ſeni: Quid eſt, ſenex, quod cogitaſti? Dixit autem illi ſenex: Sicut Hieroſolymitæ, volo. Dicit ei Angelus: Bene, bene, & continuò reddidit ſpiritum. Hoc autem totum factum eſt; ne laborea ſuos perderet, & cum hæreticis condemnaretur.

* ECCLESIA ROMANA.

Eam ipſam eſſe quam ſupra deſcripſimus.

ROMANAM ECCLESIAM non eam particularem intelligimus quæ Romæ eſt, nempe cœtum illum fidelium Romæ collectum: ſed totam illam Fidelium multitudinem, quæ Romano Pontifici, S. Petri ſucceſſori, tanquam Paſtori ſuo adhæret, eámque dicimus Eccleſiam Catholicam & Apoſto- B licam, ſolam & veram Eccleſiam, quod tum ex rationibus iam allegatis: tum ex ipſamet hæreticorum confeſſione demonſtratur.

I. In illa omnes veteres prophetiæ impletæ fuerunt. II. Sola perpetuò durauit. III. Sola perpetuò fuit viſibilis & illuſtris. IV. quia eſt verè vna. V. quia Catholica ſemper vocata fuit, eſtque omnium gentium. VI. quia eſt Apoſtolica, habens ſucceſſionem perpetuam non modo quoad Perſonas, videlicet Epiſcopos; ſed etiam quoad doctrinam, cum nullum ſit aſſignare fidei dogma, quod Eccleſia primitiua tenuit, & modò non teneatur, aut erroneum iudicetur. VII. In illa fuit perpetua fidei propagatio, & conſeruatio. VIII. quia ſemper ſupremi & antiquiſſimi Eccleſiarum magiſtri iudicium in cauſa fidei huc detulerunt. Ad hanc enim Eccleſiam, dicit *Irenæus lib. 3. cap. 3.* propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam; id eſt, omnes qui vbique ſunt fideles.

Doctiſſimus iuxta & ſanctiſſimus Epiſcopus *Cyprianus*, contra Nouatianos à Cornelio Papa inſtructionem accepit, *lib. 2. Epiſt. 8.* nomina Epiſcoporum qui in Africa Catholici C erant, ad eum mittit *lib. 1. epiſt. 3.* Rogat Stephanum Papam, Nouatianum in Gallia deponat *lib. 3. epiſt. 13.* *Baſilius* ille Magnus tumultuantibus in Oriente hæreticis, monet per literas Athanaſium, vt ad Romanum Epiſcopum ſcribatur, qui inquit, ſua auctoritate in iſta cauſa vſus, viros eligat idoneos, qui ſeditioſos reprimant. *Epiſt. 52.*

IVLIVS Papa pluribus orientalibus Epiſcopis ob hæreſim eiectis alios ſubſtituit. Cauſam dat *Sozomenus lib. 3. c. 7.* quia propter Sedis dignitatem, cura omnium ad eum pertinebat.

EPIPHANIVS contra Carpocratianos, ſeriem Pontificum Romanorum contexens, dicit id ſe facere, eo quod per hos ſemper quod in fide manifeſtum & certum eſt, oſtenditur ac declaratur, *hæreſ. 27.*

S. Ambroſius quoque Siricium Papam laudat quod Iouinianum hæreticum damnaſſet. *Epiſt. 80. & 81.*

Hieron. in illa controuerſia de voce hypoſtaſis, vbi inter Sabellianam & Arrianam hæreſim, tanquam inter Scyllam & Charybdim periclitabatur, neglectis orientalium Eccleſiarum Epiſcopis, ad Damaſum Papam Romanum ex Syria D ſcribit. Ego beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ Petri communioni conſocior. Quamobrem obteſtor Beatitudinem tuam, vt mihi epiſtolis tuis, ſiue tacendarum ſiue dicendarum hypoſtaſeon detur auctoritas. B. Auguſtinus, quo nihil doctius habuit Eccleſia Latina; quoties contra Donatiſtas, & ex Epiſcopali Romanæ Cathedræ auctoritate & ſucceſſione præſcribit videatur in *lib. de vtilit. credendi cap. 17. Item Epiſt. 166.* quin *contra Epiſt. Fundam. cap. 4.* Tenet me ait, in Eccleſiæ [indubiè Romanæ] gremio, ab ipſa ſede Apoſtoli Petri, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum, ſacerdotum ſucceſſio. Videatur etiam *lib. 1. cont. Iulianum, & ſerm. 2. de verb. Apoſtol.*

Idem *Auguſtinus* ſcripta ſua mittit ad Bonifacium Papam: dicens *lib. 1. cont. Pelag. cap. 1.* Communis nobis eſt omnibus qui fungimur Epiſcopatus officio (quamvis ipſe in eo præemineas celſiore faſtigio) ſpecula paſtoralis Catholici Imperatores idem faſſi ſunt: VALENTINIANVS III. Theodoſium Iuniorem per litteras compellans, Romanæ ait, Ciuitatis E Epiſcopo Principatum ſacerdotij ſuper omnes antiquas contulit, *in præamb. Conc. Calcedonen.* *Martianus* Imp. *Epiſt. ad Leonem Papam* ſcribit: Tuam ſanctitatem principatum in Epiſcopatu fidei obtinentem inuitamus ad ſynodum celebrandam te Auctore.

Neque diu poſt hunc *Iuſtinianus Nouella 131. act. 16.* ſummi Pontificatus apicem apud Romanum Pontificem eſſe, nemo eſt qui dubitet. ☞ *Hæc transferri poterant, quæ in Tit. de conciliis, & Romano Pontifice; in hanc rem etiam fusè dicimus.*

Hæreticorum ſuper hac re teſtimonia.

Conſtat hæreticos veteres, quo facilius venena ſua inſtillarent, Romanæ Eccleſiæ communionem præ ſe tuliſſe. Exempla FORTVNATI Nouatiani, & PAVLINI Arriani, habes *apud Cyprianum lib. 1. epiſt. 3.* Atque de eodem Paulino atque Appollinari hæreſiarcha meminit, *Theodoretus lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap. 3.* quod cum Gratiani Imperat. edictum Antiochiæ promulgaretur de fide ſeruanda, quam Romæ Damaſus tenebat, iſti à partibus Damaſi ſe ſtare conſtanter adfirmabant, quamvis eorum diſſimulationem Flauianus vir doctiſ- F ſimus, ex contrariis quæ aſſerebant dogmatibus, ſtatim comprobaret. De MELETIO, VITALI, & eodem Paulino ſcribit *Hieronym. Epiſtol. 2. ad Damaſum:* Meletius, Vitalis, & Paulinus adhærere tibi ſe dicunt, poſſem credere, ſi hoc vnus diceret. Nunc autem duo mentiuntur, aut omnes. Ego interim clamito. Si quis cathedræ Petri iungitur, meus eſt. CÆLESTIVS Pelagianus ait, *S. Auguſtin.* B. Innocentij Papæ literis non eſt auſus obſiſtere: imo omnia quæ ſedes illa damnarat; damnaturum ſe promiſit.

Sed & agnoſcunt hodie omnes PROTESTANTES, baptiſmum Chriſti vſque modo integrum permanſiſſe in Eccleſia Romana, omnéſque verè eſſe baptizatos, qui in ea ſunt, fuerunt, & etiamnum erunt baptizati, vnde neque vllos rebaptizant, quamuis ad eorum conciliabula aut conuentus tranſeant: ſolos excipio Anabaptiſtas; Iam vero conſtans eorum eſt doctrina, extra Eccleſiam neque ſacramenta, neque baptiſmum licitè adminiſtrari, niſi hunc adminiſtrandum per Miniſtrum verbi legitimè ordinatum & vocatum. G Cum ergo Eccleſia vna ſit, & fieri nequeat vt ſit ſimul ſponſa & adultera, neceſſario ſequitur ex eorum ſententia, Romanam Eccleſiam eſſe verè Eccleſiam.

Secundo *Ioannes Caluinus lib. 4. Inſtit. cap. 7. §. 24.* dicit. Fuerit ſanè olim Roma omnium Eccleſiarum mater; Verùm ex quo Antichriſti ſedes eſſe cœpit, deſiit id eſſe quod erat. Fatetur igitur quod verum eſt, de Eccleſia Romana: at mentitur eam defeciſſe: ſupra enim oſtendimus, quod in aſſignando hoc defectu admodum diſſentiant hæretici noſtri. Et quidem iuxta Caluinum, nondum defecerat tempore Gregorij Magni, quando idem erat dicere Eccleſia Romana, & Catholica, & totus Chriſtianus orbis Gregorio coniunctus erat, vt conſtat ex ipſius Epiſtola, quas ſcripſit ad omnes omnium Prouinciarum Epiſcopos. Deinde poſt obitum Gregorij, celebrata fuit VI. Synodus generalis, quam aduerſarij vt ſacroſanctam recipiunt, vt patet tum ex confeſſione Tigurinorum; & centuriis Magdeburgenſium. Conſtátque ex illo concilio, vniuerſum orientem & occidentem cum Agathone Pontifice conſpiraſſe, tanquam membra cum ſuo capite. Itaque ſi tunc Eccleſia Romana fuit omnium aliarum mater, etiam modo eſt, & id demonſtratur efficaciſſimè ex H ſucceſſione Epiſcoporum, quæ nullo modo poteſt negari; ac potiſſimum contra Aduerſarios, ex continuatione doctrinæ fidei, quæ tempore D. Gregorij fuit, quod enim nunc de præcipuis fidei myſteriis, docet & tenet Romana Eccleſia, idem etiam tunc docuit, & tenuit, quod nullo negotio per inductionem ſingula dogmata enumerando, probari, ac confirmari poteſt. Atque eadem facilitate demonſtrabitur, Eccleſiam Caluiniſticam, aut ex ſimili fæce aliam aliquam, vna tenebrarum nocte ceu fungos enatam, ex quo in doctrina fidei cum primitiua Eccleſia diſſentit, pro vera Eccleſia haberi nullo modo poſſe, aut debere. Præſertim cum ipſe Caluinus apertè fateatur, ſe in pluribus fidei dogmatibus, vtpote de lib. arbit. de Iuſtificatione, de perſona Mediatoris, de merito, ac nonnullis aliis; diſſentire à veteribus primitiuæ Eccleſiæ doctoribus. *Videat lector Martini Becani opuſcul. tom. 2. opuſculo 4.*

Sed

Sed operæ pretium eſt ipſum etiam audire *Lutherum*, poſt A defectionem ab Eccleſia ira ſcribentem *lib. cont. Anabaptiſtas*. Nos fatemur ſub Papatu plurimum eſſe boni Chriſtiani, imò omne bonum Chriſtianum, atque exinde ad nos deueniſſe. Quippe fatemur in Papatu veram eſſe ſcripturam ſacram, verum baptiſmum, verum Sacramentum altaris, veras claues ad remiſſionem peccatorum, verum prædicandi officium, verum catechiſmum. Dico inſuper, ſub Papatu veram chriſtianitatem eſſe, imò verum nucleum chriſtianitatis. Certè ſi nucleum nobis relinquit, fatetur non niſi putamina vel corticem apud ſe eſſe.

Philippus Melanchthon *in Apolog. art. 5. & 27. Confeſſ. Auguſtanæ*, vocat ſanctos, Bernardum, Dominicum, & Franciſcum, quod idem facit Lutherus *lib. de abroganda miſſa*, propè finem, at nemo eſt ſanctus ſine vera fide & extra veram Eccleſiam.

ROMANÆ ECCLESIÆ MEMBRA.

Quænam ſint?

Ecclesia Catholica quæ eſt terribilis velut caſtrorum acies ordinata, potiſſimum tribus ordinibus, Chriſto auctore diſtinguitur. Alij ſiquidem ſunt, qui ad Eccleſiæ miniſte- B rium electi ſunt & vocati; ac communiter clerici vocantur, quaſi in ſortem Domini vocati, qui duces ſuos habent, & Principem, ſupremum quidem Chriſtum: eius vero vicarium, Pontificem Romanum, qui Petro, cui oues paſcendas Chriſtus commiſit; cum eadem poteſtatis & dignitatis prærogatiuâ ſuccedit. Duces vero qui inſtar tribunorum militarium agmini quiſque ſuo intendunt, ſunt Epiſcopi, vocati in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Sub his Presbyteri, quos Parochos vocamus; ceterique minores Adminiſtri.

Alius eſt ordo Laicorvm, id eſt, populus ipſe fidelis, oues Chriſtianæ toto orbe diffuſæ, atque ſub ſignis Chriſti conſtitutæ, qui nomen dederunt Chriſto in baptiſmo, eiuſque charactere ſunt inſigniti, armiſque cæleſtibus inſtructi, de menſa eius opulentiſſimo commeatu recreantur, & paſcuntur.

Eſt ordo tertius mixtus, illorum quos Regulares ſiue Monachos appellamus, quorum varia ſunt miniſteria & inſti- C tuta: omnia tamen eo tendunt, vt Eccleſiæ caſtra propugnent, & adornent.

☞ *De Monachis conſulatur titulus proprius. Vti & de Epiſcopis, Pontifice, Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis. Etiam nonnulla huc adferantur ex Tit. de Clericis in littera C. Videantur etiam quæ diximus paulo ante, vbi de Eccleſiæ eſſentia egimus.*

ECCLESIÆ MINISTRI IN GENERALI.

Deſcribitur *cap. 6. Numerorum*, quomodo Dei iuſſu Moyſes ſegregauerit ex ordine Leuitarum, certum eorum numerum, qui tabernaculo deſeruirent, quando mouenda erant caſtra, numerantur autem ab anno ætatis 30. 8580. qui portent vaſa tabernaculi. Caathitis quidem vtrunque altare aſſignatur, Arca, menſa, & candelabrum, Gerſonitis vela & cortinæ: Merariitis tabulæ, columnæ, & baſes.

Ex his autem miniſtris legis antiquæ ortum habuerunt miniſtri legis nouæ. Hoc eſt ad eorum exemplum, ſunt in Eccleſia conſtituti. In locum Leuitarum, ſucceſſerunt Diaconi: ex ſacerdotibus filiis Aaron Presbyteri: ex Pontifice Epiſcopi, ex cantoribus, Cantores Eccleſiæ: ex filiis Aaron qui comparabant lucernas, *Exod. cap. 27.* Acolythi, quos vocant ceroferarios: ex Nathineis de quibus dicitur Ioſue D c. vltimo: Subdiaconi: de Nazaræis vero, Religioſi. Ita *Innocent. III. lib. 1. de ſacro altaris myſterio à cap. 2. vſque ad 7. Conſule locum de Epiſcopis in initio.* Eccleſiæ autem miniſterium potiſſimum conſiſtit in prædicatione verbi diuini, oratione, & oblatione ſancta, ac ſacramentorum ſincera adminiſtratione. Denique in gubernatione tam temporali, quam ſpirituali: indicata illis Domini verbis ad Petrum, *Si amas me, paſce oues meas. Ioan. 20.*

ECCLESIÆ VOX, DOCTRINA, Magiſterium.

Vox & auctoritas docentis & atteſtantis Eccleſiæ, eſt medium non modo neceſſarium, ſed certum, & infallibilis regula fidei, voluit enim Deus per Eccleſiæ vocem nos doceri, voluit nos eam audire, iuxta eam ſapere, extrinſecus per eam nobis teſtificari veritatem, ſicut ipſe intriſecus teſtificatur & reuelat. Vnde quoad nos, non minus eſt infallibilis, quam Dei vox: alioquin nos Deus falleret, qui audire Eccleſiam iuſſit: & de diſcipulis ſuis Eccleſiæ magiſtris teſtatus fuit, Qui vos audit, me audit, ac Spiritum ſanctum E promiſit, qui eos doceret omnia non modo, ſed & ſuggereret omnia quæcunque illis dixerat. Itaque vox Eccleſiæ à ſpiritu ſancto inſtructa, infallibilis eſt doctrina fidei, quidquid enim hic loquitur, totum ex Deo & veritatis Spiritu loquitur. Huius namque virtutem iis promiſit *Actor. 1.* Vt teſtes redderentur extrinſecus docendo, ſicut ipſe Spiritus ſanctus eſt infallibilis teſtis intrinſecus inſpirando. Ob id dicitur Eccleſia firmamentum veritatis, quod illius manifeſtatio omnes firmiter inniti poſſint, & ſimpliciter obedire, ac obediendo acquieſcere. Eſt igitur vox Eccleſiæ lucerna fidei, cui qui non credit, Deo non credere cenſebitur. Eſt enim illius vox diuina vt conſtat verbis ſuprà allegatis, ex c. 10. *Lucæ.* Et amplius ex Apoſtoli Pauli teſtimonio, qui ita Theſſalonicenſ. inſtruxit. Cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud non vt verbum hominum, ſed ſicut verè eſt: verbum Dei. Ex quibus verbis Auguſtin. *Tract. 109. in Ioan.* Non inquit, propterea non eſt verbum Dei, quia dictum eſt verbum Apoſtolorum: ſed ideo verbum Dei, quia Deus id donauit. Ideo verbum Apoſtolorum, quia Deus illis primitus ac præcipuè prædicandum commendauit. Hæc *Auguſtin.* Vnde qui docentem Eccleſiam contemnit, Deum contemnit: & fidem habere dicendus non eſt, ſed F inſtar Ethnici & publicani. Eaque de re agens iterum S. Auguſtin. hanc inquit; nempè externam Eccleſiæ doctrinam perturbare velle atque peruertere, nihil eſt aliud, quam ad veram Religionem viam ſacrilegam quærere. Legatur idem *in Prologo lib. de doctrina Chriſtiana.*

Addè vocem docentis Eccleſiæ eſſe medium ad credendum à Deo ordinatum. Eſt enim formale obiectum noſtræ fidei Deus reuelans, cui tanquam primæ veritati innitimur. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe, quod autem internè per inſtinctum gratiæ Deus facit, hoc externè per hominum teſtimonium præſtat. Ita Chriſtus à Deo miſſus, vt teſtimonium perhiberet veritatis: ob id etiam ſicut eum pater miſerat, ita & Apoſtolos ſuos miſit. Vti ad Cornelium Petr. *Act. 10. Præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, &c.*

☞ *Vide infra Eccleſia Romana Auctoritas.* Item *violantium* G *Pœna.*

ECCLESIÆ PROPAGATIO.

Vide ſuprà.

ECCLESIÆ DONATIO. BENEFICIA

Præſtita.

☞ *Conſule Tit. de Donatione; §. Donatio Religioſa, ſacra.*

* ECCLESIÆ CALAMITAS, ET PERSECVTIO.

In Generali, Et Particvlari.

A Deo præſignificata.

Vbi de Prodigiis, & ſignis eam præcedentibus.

Ac primum ex S. Scriptura.

Cataclyſmum non eſt paſſus mundus vniuerſus, quin prius eius incolæ fuerint de eo præmoniti. *Gen. 6.*

Hieremias arripuit vrceum, & coram populo fregit, præſagiens eos omnes ita fore frangendos. *Hierem. 19.*

Deinde Idem catenis vinctus coram populo ſtetit, demonſtrans futuram eius ſeruitutem & captiuitatem apud Babylonios. *Ibid. 28.*

Ezechiel aſſumpta nouacula capillos ſibi per tres partes H abraſit, quarum vnam combuſſit, aliam ſcidit, & tertiam per aërem ſparſit. Per primam innuit populum peſte & fame laboraturum: per ſecundam gladio percutiendum: per tertiam, captiuum fore diſpergendum. *Ezech. 6.*

HISTORICA.

Diuina bonitas, quæ non tantum peccatoris mortem amat, quantum vt conuertatur & viuat, ſe vel in ipſos Ivdæos ingratos oſtendere voluit. Nam poſt commiſſum peccatum, quadraginta annis eos expectauit; quibus omnes Apoſtoli, ac inprimis S. Iacobvs, propinquus Domini, qui Epiſcopus Hieroſolymæ conſtitutus fuit, eos quotidiè admonebat, & ad pœnitentiam impellebat, ſi fortè tantam lacrymarum vim effunderent poſſent, quæ potentis Iudicis iræ flammam extinguerent: qui tanta mora illis apertè indicabat, quod eorum ſalutem expetebat. Deinde inſiſtebat, vt illorum cordium duritiem emolliret, prodigia illis, & nonnullarum rerum ſpecies in cœlo oſtendendo,

& dextra manu enſem tenens digladiabatur, minando illis A atque ignoſcendo. Illi verò neque attendebant, neque credebant, ſed velut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animas, edicta Dei diſſimulauêre. Supra ciuitatem ſidus ſtetit ſimile gladio, & per annum perſeuerauit cometes. Præterea vigeſimo primo die menſis Maij viſio quædam apparuit fidem excedens. Pro fabula fortaſſe, quod dicturus ſum, haberetur, niſi, qui viderunt, ſupereſſent, & clades dignæ præſagiis ſecutæ fuiſſent: Namque ante Solis occaſum viſi ſunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & ciuitati circumfuſæ. Feſto autem die, quam Pentecoſten vocant, nocte ſacerdotes intimum templum more ſuo ad diuinas res celebrandas ingreſſi, primum quidem, motum, ſtrepitúmque ſenſerunt, poſtea verò ſubitam vocem audierunt, quæ diceret; Migremus hinc. Quod autem his horribilius fuit, IESVS quidam filius Anani plebeius & ruſticus quadriennio prius quam bellum gereretur, in ſumma ciuitatis pace atque opulentia, cùm ad feſtum diem veniſſet, quo ſcenopegias in honorem Dei componi in templo ab hominibus mos eſt, repente exclamare cœpit. Vox ab Oriente: Vox ab Occidente: Vox à quatuor ventis: Vox B in Hieroſolymam & templum: Vox in maritos nouos nouáſque nuptas: Vox in omnem hunc populum. Atque hæc interdiu noctuque clamitans omnes ciuitatis vicos circuibat. Nonnulli autem virorum inſignium aduerſum omen indigne ferentes, corripiunt hominem, multíſque verberibus afficiunt. Ille autem neque pro ſe, nec ad eos qui ſe mulctabant, ſecreto quicquam locutus, eadem quæ priùs vociferans perſeuerabat. Magiſtratus autem rati, quod erat verum, magis diuinum eſſe hominis motum, ducunt eum ad Romanorum Præfectum: vbi plagis vſque ad oſſa laceratus, neque ſupplex cuiquam fuit, neque lachrymauit: ſed vt poterat incitans maximè vocem ad ſingulos ictus reſpondebat: Væ, væ Hieroſolymis, &c. Fuit itaque ciuitas funditus euerſa, bonis direptis, captis & interfectis omnibus, quos inuenerunt Romani. Iuſſit Imperator Veſpaſianus, vt omnes muri; & omnia ædificia, quæ quidem ſatis pulchra erant, ſolo æquarentur, vt quemadmodum prophetauerat Saluator, in ea lapis ſupra lapidem non remanſerit. Hic fuit infelix finis ilC lius tam antiquæ & nobilis ciuitatis in toto orbe terrarum cognitæ, & celebratæ; qui illi accidit poſt annum 2700. primæ eius ædificationis per Regem Melchiſedech, & 1679. anno poſtquam iterum Dauid Rex eam fabricauit atque nobilitauit. At neque illius antiquitas, neque amplitudo, & munitio, neque amplæ diuitiæ, neque religionis gloria ſatis fuerunt, quæ hoſtibus impedimento eſſent, quominus eo modo caederetur. Hoc fuit illorum præmium, qui Chriſti regnum recuſantes, dixerunt: *Non habemus Regem, niſi Cæſarem.* Cùm hic Rex, quem ſibi cooptarunt, hanc illis retulerit gratiam. *Ex Ioſepho. lib. 7. de bel. Iud. cap. 12. Lud. Granat. p. 4. Cathechiſ. in Symbol.*

GENNADIVS Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ presbyter cùm noctu ad altare orandi gratia deſcendiſſet, ſpectrum quoddam dæmoniacum vidit: quod cùm increpaſſet, huiuſmodi clamorem emittere audiuit, quo ſeipſo viuente quieſceret, tandem verò poſt mortem ipſius eccleſiam vaſtaturum dicebat. Metu huius Gennadius Domino plurimùm ſupplicauit, ac paulò poſt vitam hanc finiuit. *Theodorus Lector lib. 13. Collecta.*

Antequam HVNERICVS Vandalorum Rex vniuerſa fuD roris ſui tela in perſecutionem Eccleſiæ Catholicæ ſicut leo rugiens conuerteret, multis viſionibus & inſignis imminens tempeſtas fuit demonſtrata: nam fermè ante biennium quam fieret, vidit quidam Fauſti eccleſiam inſolito ornatu fulgentem, & dum lætaretur tanti fulgoris candore, cereis quoque fulgentibus, palliiſque velaminum ac lampadibus rutilantem ſubitò ait: Luminis illius concupiſcibilis extinctus eſt fulgor, ac tenebris ſuccedentibus aduerſarius naribus natus eſt fœtor, omniſque illa beatorum turba, expellentibus quibuſdam Æthiopibus minata eſt foras: ob hoc iugiter lamentatum, quod eam in claritate priſtina nequaquam viderit reſtitutam: Viſionem iſtam nobis præſentibus ſancto retulit Eugenio. Vidit & quidam Presbyter ipſam Fauſti eccleſiam refertam turbis innumerabilium populorum, & poſt paululum euacuatam, & repletam porcorum multitudine atque caprarum: Item alius vidit aream triticeam ventilationi paratam granis adhuc ventilatoris iudicio necdum à palea ſeparatis & dum ingentis maſſæ, licet confuſæ, magnitudinem miratur, ſubitò ecce turbo veniens tempeſtatis ſonitu agitatu E cœpit aduentum ſuum ſurgente puluere demonſtrare. Cuius impetu palea illa omnis omnino volauit remanentibus granis. Poſt hac venit quidam procerus ſplendido vultu, habitúque nitido fulgens, & cœpit grana vacua macilenta atque ſimulagini reproba purgando proiicere. Quæ diu examinans vix magnitudinem illius maſſæ, licet probatæ, ad aceruum tamen perduxit exiguum. Item alius ait. Stabat quidam præcelſus ſuper montem, qui dicitur Requenſis; & clamabat dextera, læváque: Migrate, migrate. Alius conſpicit rugiente cœlo atque turbato ſulphureas nubes; quæ ingentes cœperunt lapides iaculari. Qui lapides dum cecidiſſent in terram plus accendebantur, & maioribus flammis ardebant, atque intrantes in penetralia domorum, quos inuenerant incendebant. Qui autem vidit, ait eum ſe in quodam cubiculo abſcondiſſet, miſeratione diuina ad eum flamma non potuit peruenire. Reor vt illud propheticum impleretur: Claude oſtium tuum: & abſconde te puſillum, donec tranſeat ira Dei. Vidit & venerabilis Paulus Epiſcopus arborem vſque ad cœlos ramis florentibus extenſam, quæ etiam dilatatione ſua omnem penè Africam opacabat. Et cum vniuerſi F eius magnitudine, & ſpecioſitate gauderent: ecce ſubitò (inquit) venit aſinus violentus, qui defricans ceruicem ſuper robur radicum eius impulſu ſuo cum ingenti ſonitu illam mirabilem arborem eliſit ad terram. Sed & Quintilianus honorabilis Epiſcopus vidit ſe ſuper quendam montem ſtare, de quo conſpiciebat gregem innumerabilium ouium ſuarum: & in medio gregis duæ erant ollæ nimium bullientes. Aderant autem ouium occiſores, quarum carnes ollis bullientibus demergebant. Et cum ita fieret, omnis illa magnitudo conſumpta eſt gregis. Reor ergo illas duas ollas, ſicca veneria, & laribus duas eſſe ciuitates, in quibus multitudo prima fuerat congregata, à quibus incendium initium ſumpſit, aut Hunericum Regem, & Cyrillum Epiſcupum eius. *Victor Vticenſ. lib. de perſecutione Vandal.*

D. GREGORIVS Papa de dira clade à LONGOBARDIS Italiæ inferenda, hæc pro concione habuit ad populum: Priuſquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cœlo acies vidimus, ipſumque, qui poſtea humani generis fuſus G eſt, ſanguinem coruſcantem. Sed quæ ante hæc oſtenſa ſint ſancto Redempto Epiſcopo Ferentinati, idem Gregorius ſic narrat in Dialogis: Redemptum Ferentinæ ciuitatis Epiſcopum, vitæ venerabilis virum, qui ante hos ferè annos ſeptem ex hoc mundo migrauit, tua dilectio cognitum habuit. Hic, ſicut mihi adhuc in monaſterio prope poſitò valde familiariter iungebatur, hoc quod Ioannis Iunioris prædeceſſoris mei tempore de mundi fine cognouerat, ſicut longè latéque clarueerat, à me requiſitus mihi ipſe narrabat. Aiebat namque, quia quadam die, dum parochias ſuas ex more circuiret peruenit ad Eccleſiam beati Eutychij martyris. Adueſperaſcente autem die, ſtratum ſibi fieri iuxta ſepulchrum martyris voluit, atque ibi poſt laborem quieuit. Cùm nocte media, vt aſſerebat, nec perfectè vigilare poterat, nec dormiebat, ſed depreſſus, vt ſolebat, ſomno grauabatur quodam pondere vigilans animus; atque ante eum idem martyr Eutychius aſtitit, dicens: Redempte vigilas? Cui reſpondit, Vigilo. Qui ait; Finis venit vniuerſæ carnis: Finis venit vniuerſæ carnis: Finis venit vniuerſæ carnis. Poſt quam trinam vocem, viſio Martyris, quæ mentis eius oculis apparebat, euanuit. Tunc vir Dei ſurrexit, ſeque in orationis lamentum dedit. Mox H enim illa terribilia in cœlo ſigna ſecuta ſunt, vt haſta atque acies igneæ ab Aquilonis parte viderentur. Mox effera Longobardorum gens vagina ſuæ habitationis educta, in noſtram ceruicem graſſata eſt: atque humanum genus, quod in hac terra præ nimia multitudine quaſi ſpiſſæ ſegetis more ſurrexerat, ſucciſum aruit: nam depopulatæ vrbes, euerſa caſtra, concrematæ Eccleſiæ, deſtructa monaſteria virorum & feminarum, deſolata ab hominibus prædia, atque ab omni cultore deſtituta in ſolitudine vacat terra: nullus hanc poſſeſſor inhabitat; occuparunt beſtiæ loca, quæ prius multitudo hominum tenebat: & quid in aliis mundi partibus agatur, ignoro. Nam in hac terra, in qua nos viuimus, finem ſuum iam non nunciat, ſed oſtendit. Tanto ergo nos neceſſe eſt inſtantiùs æterna quærere, quanto à nobis cognoſcimus temporalia fugiſſe. Deſpiciendus à nobis hic mundus fuerat, etiamſi blandiretur, ſi rebus proſperis demulceret

animum

A nimum. At poſtquam tot flagellis premitur, tanta aduerſitate fatigatur, tot nobis quotidie dolores ingeminat; quid nobis aliud, quam ne diligatur, clamat? Hæc S. Gregorius de aduentus Longobardorum præſagio. At ne quis putet mendax fuiſſe de vniuerſæ carnis fine prædictum oraculum, ſciet hiſce verbis non ſæculi conſummationem ſignificatam, ſed Gentis Italicæ cladem: ſicut olim Deum per ſuum Prophetam comminatum fuiſſe conſtat: vbi ait: Hæc dicit Dominus Deus terræ Iſraël; Finis venit: Venit finis ſuper quatuor plagas terræ: Nunc finis ſuper te, &c. Sicut ergo finem vniuerſæ carnis minitante Propheta, non mundi eſt demonſtratus interitus ſed imminentes tantum clades præſignatæ fuêre: ita pariter eadem, quæ ſancto Redempto, accipienda erunt. *Paul. Diac. de geſt. Longobard. lib. 1. cap. 6. Gregor. hom. 1. in Euangelia & lib. 3. Dialog. cap. 38. Baron. Tom. 7. Anno 567.*

Circa annum Domini milleſimum decimum ſeptimum, temporibus videlicet Benedicti VIII. in regione AQVITANIÆ ſecus maritima tale prodigium accidit circa ſolemnitatem S. Ioannis Baptiſtæ: tribus diebus de cœlo pluit ſanguis, B qui cadens ſuper carnem hominis, aut ſuper lapidem, non poterat lauari, ſi verò ſuper lignum caderet, leuabatur. Perterrefecit, inquit Baronius, vniuerſas Gallias eiuſmodi prodigium, adeò vt Robertus Rex Francorum ſcriptis conſuleret Fulbertum Epiſcopum Carnotenſem, inter Gallicanos Epiſcopos doctrina facile principem: Cuius de his ad eundem Regem tunc reſpondens dete extat * Epiſtola, in qua quid iſte portenderent, in fine ita philoſophatur: Quod autem nuper huiuſmodi cruorem in quadam parte regni veſtri pluiſſe audiſtis: & quod ille cruor, vbi ſupra petram, vel ſuper carnem hominis ceciderat, ablui non poterat; vbi autem ſuper lignum cecideret, facile abluebatur: hæc tria, tria genera hominum ſignificata eſſe videntur: per lapidem impij; per carnem fornicarij, per lignum verò, quod neque durum eſt, vt lapis neque molle, vt caro, illi qui neque impij ſunt, neque fornicarij. Cum ergo venerit ſuper illam gentem, cui portenditur, gladius, ſiue peſtilentia deſignata per ſanguinem; ſi antea duri & molles non fuerint mutati in melius, C morientur perpetualiter in ſanguine ſuo: medij verò per anguſtiam mortis, vel aliter poterunt liberari pro arbitrio ſecretiſſimi atque præſtantiſſimi Iudicis. Hæc ad Robertum Regem Fulbertus. Porro conſequuta eſſe bella grauiſſima in ea Prouincia inter Gulielmum Aquitaniæ Ducem, & Gaufredum Comitem Andegauenſem, quo ſeipſos mutuò aduerſis armis confecerunt, affirmat idem auctor. *In fragmenti hiſt. Franc. apud Baron. Tom. 11. an. 1017.*

*ECCLESIÆ PERSECVTIO.

Eam illuſtriorem reddidit.

☞ *Require etiam Tit. de Fidei Propagatione.*

De Apoſtolis legimus, quod cum cæſis primum denunciaſſent Principes Synagogæ, ne loquerentur in nomine Ieſu, Ierint gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. *Actor. cap. 5.*

Sunt plenæ hiſtoriæ MARTYRVM, quo pacto dum magis affligerentur, magis etiam & ardentius in Dei laudes proſilirent. Sic vt benè dicebat Tertullianus, Semen Chriſtiano- D rum eſſe ſanguinem martyrum: ac Synagogas Iudæorum, fontes Eccleſiæ perſecutionum.

Tantum abeſt, vt perſecutiones Eccleſiam oppreſſerint, vt potius illuſtriorem reddiderit inſtar auri fornax tribulationis. Primum Eccleſiæ veteris fundamentum innocenti ſanguine reſperſum fuit, dum Abel innocens à fratre occiſus fuit. Ipſe vineæ Dominus ab improba Synagoga morte condemnatus: quem purpuratus ſanctorum vtriuſque ſexus exercitus eſt inſecutus, vnde bene ille:

Sanguine fundata eſt Eccleſia, ſanguine creuit,
Sanguine nutritur, ſanguine finis erit.

Plures efficimur, dicebat idem *Tertullian.* quoties metimur à vobis. Et *Auguſt. Epiſt. 3.* Eccleſia perſecutionibus creſcit, & per afflictionum anguſtias vſque ad terrarum extrema dilatatur. Quomodo S. Liuius narrat, magnitudinem populi Romani maiorem fuiſſe poſt cladem Cannenſem cum maximo prælio victi eſſent, quam ante.

Affligebant Ægyptij filios ISRAEL, eos aſſiduè operibus luti & laterum opprimendo; at quò magis affligebantur, eò magis creſcebant.

In captiuitate Babylonica maior erat dignitas Iſraëlitarum quam ante: habebant enim illuſtres prophetas Danie- E lem, Ezechielem, Zachariam, ac pluribus miraculis Deus teſtatus eſt promiſſionem ſuam. Danielem inter Leones ſeruauit, & ſummi Principes ad eum conuerſi ſunt.

Quemadmodum vniones magna vi tempeſtatis generoſiores fieri dicuntur: & palma contra pondus fortius aſſurgere: ac amaranthus decerpta ſurgit, ac renaſcitur vinecior. Sic Eccleſia. Mithridatem ferunt à puero veneno enutritum, ideóque eo enecari non potuiſſe: Perinde Eccleſia perſecutionibus creuit, de quibus fusè *Lucas in actis Apoſtolorum*; ideóque per illas deleri non poterit. Sed lubet aliquod Perſecutionum exemple huic loco adijcere, vt conſtet, fidem Catholicam per eas labefactatam aut infirmatam non fuiſſe.

SPECIALES PERSECVTIONES ECCLESIÆ.

Ex S. SCRIPTVRA.

☞ *Vide etiam in loco de Perſecutione.*

Videns HERODES Aſcalonite, quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valdè, & mittens occidit omnes pueros, F qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, &c. *Matth. cap. 2.*

HERODES Antipas, & PILATVS, qui priùs hoſtes erant, amici facti ſunt, vt Chriſtum Dominum interficerent. *Luc. 23.*

Phariſæi quoque, Scribæ & ſeniores populi Iudaici vt Chriſtum Redemptorem noſtrum in cruce blaſphemerent, Romanis militibus ſimiliter blaſphemantibus admixti ſtabant ſuáſque mutuas voces in eum euomebant. *Ioan. 19.*

Saducæi præterea & Phariſæi, Iudæorum ſectæ planè aduerſæ, ad tentandum atque vexandum Dominum optimè conſpirarunt. *Matth. 16.*

EXEMPLA HISTORICA.

PAGANORVM VETERVM.

Circa annum Domini ſexageſimum octauum Roma incenſa eſt & peruſta. Cuius occaſionem Nero Imp. in peregrinos Chriſtianos & Iudæos reiecit, & repentè quæſtione habita; eius iuſſu crudeliter in eos ſæuitum eſt. Addebantur G pereuntibus ludibria, vt ferarum tergis tecti canum laniatu interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi; atque vbi defeciſſet dies, in vſum nocturni luminis vibrarentur. Perſecutio hæc prima in Chriſtianos fuit Romæ, deinde per omnes prouincias pati ſæuitie cruciari Imperauit. *Ioan. Naucler. volum. 2. Chronograph. gener. 3. & Baron. tom. 1. Anno 68. ex Seuero lib. 2. Hiſtor.*

Cum Domitianus multum in multos crudelitatis & nequitiæ declaraſſet, & non exiguam Patriciorum & illuſtrium virorum multitudinem Romæ temerario & iniquo iudicio interemiſſet, alióſque infinitos dignitate præſtantes non ſolum patriis finibus eiectos exilio mulctaſſet, ſed etiam omnibus facultatibus, & fortaſſis immeritò & ſine cauſa exuiſſet, tandem in ſceleratam Neronieni in Deum odij & impietatis hæreditatem ſucceſſit. Secundus namque erat, qui contra Chriſtianos perſecutionis incendium excitauit. Ipſe enim, ait Nauclerus, Ioannem Euangeliſtam de Epheſo adduci iuſſit in vrbem, & in dolium feruentis olei mitti præcepit ante portam Latinam, ex quo cum illæſus exiret, eum in Pathmon inſulam relegauit. *Euſeb. Cæſar. lib. 3. Eccleſ.* H *hiſt. c. 13. Ioan. Naucler. volum. 2. gen. Bar. an. 93. tom. 1.*

Anno à Chriſti natiuitate trecenteſimo, pacatis vndique rebus, Diocletianus in Oriente, Maximianus verò Herculeus in Occidente, perſecutionem decimam poſt Neronem exercuerunt in Chriſtianos; quæ cæteris omnibus ſeuerior per decem annos & amplius Eccleſiam afflixit inceſſanter, & quamuis antea ſemper Chriſtianos perſequerentur, ſed xix. anno Imperij Diocletiani tam crudelis, tam ſæua perſecutio flagrabat, vt intra vnum menſem xvii. millia Martyrum inueniantur perpeſſi. Exiit enim edictum, vt cunctæ quæ erant in orbe Eccleſiæ ad ſolum diruerentur, & Sacræ ſcripturæ vbique igni comburerentur; omnéſque qui in Eccleſiis præeſſent, in vinculis ponerentur, ac deinde exquiſitis ſuppliciis immolare diis cogerentur. Rapiebant itaque, vt ait Euſebius, omnes eccleſiarum principes, & ſanctos clericos, nobiles & ignobiles, viros ac mulieres vnà cum pueris; & variis, inauditis, ac crudelioribus, vt excogitari poterant, ſuppliciis excruciabant, ex quibus nonnulli fatigati cedebant, alij vſque in finem patien-

tiam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A tiam ſexuabant. *Ioan. Naucler. vol.2. Chronograph. gen.11. ex Euſebio.*

Anno Chriſti Domini quadringenteſimo vigeſimo, Iſdegerdes Perſarum Rex perſecutionem contra Eccleſiam concitauit, occaſione ex re geſta, quam ſum narraturus, arrepta. Audas Epiſcopus, vir multis virtutis generibus ornatus, zelo non opportuno ille quidem accenſus, Pyreum demolitus eſt, templa enim, in quibus πῦρ, id eſt, ignis eorum Deus colitur, Pyrea vocant Perſæ. De quo Rex per Magos certior factus, Audam acceſſit; ac primùm placidè eum coarguit, & Pyreum denuo ædificare iubet. Qui cum ei contradiceret, negaretque ſe illud facturum: Rex omnes Eccleſias Chriſtianorum ſe diruturum minatur: atque quod antè verbis minabatur, re ipſa perfecit. Nam vt primum Audam diuinum illum virum trucidari mandauerat, Eccleſias deturbari iuſſit. Quod autem ad Pyrei euerſionem attinet, haud opportunè quidem illud factum eſſe exiſtimo: nam ſanctus Apoſtolus Athenas aduentans, & ciuitatem ſuperſtitioſo ſimulacrorum cultu cæcatam videns, aram quandam ab illis honoratam B minimè diruit, ſed verbo eorum ignorationem redarguit, & veritatem illis patefecit. Attamen quod Audas templum ſimulacri deturbatum extruere rurſum noluit, ſed interfici potius maluit quam illud efficere; eum magnopere admiror, & corona dignum iudico. Nam par impietas eſt (mea quidem ſententia) ignem adorare atque ei ædificare delubrum. Hinc igitur perſecutionis tempeſtas orta grauiſſimos & turbulentiſſimos fluctus contra pietatis alumnos concitauit. Quæ procella triginta annos continuos à Magis velut à quibuſdam turbinibus agitata durauit. Magos enim vocant Perſæ, qui Elementa in Deos referunt: de quorum commentitiis fabulis alio in opere, in quo eorum quæſtiones diſſoluebamus, ſatis enucleatè diſſeruimus. Porro Gororanes filius Iſdegerdis poſt mortem patris, vt regni paterni, ſic belli contra pietatem à patre commoti ſucceſſor extitit: quippe pater moriens hæc duo coniuncta filio reliquit. Tormentorum autem genera, & noua cruciamenta piis hominibus ab illis inflicta vix dicendo explicari poterunt. Nam quorun- C dam manibus, aliorum autem tergis corium detrahunt: aliorum capita à fronte exorſi ad barbam vſque cute exuunt: deinde robuſtis vinculis à capite vſque ad pedes circumligare, & ſingulos calamos vi arctè conſtringere; vt partem cutis, ad quam motæ erant arundines, eo pacto grauiter lacerantes, acriores doloris morſus efficerent. Quin etiam lacus effodere, eos ſumma cum diligentia iungere, deinde ingentem ſoricum numerum in eos concludere: poſtremò pietatis athletas, eorum manibus pedibúſque conſtrictis, ne beſtias abigant, ſoricibus velut alimentum obiiciunt. Sorices autem fame oppreſſi ſeoſim carnes ſanctorum abſumunt, ſicque diuturnum & acerbum cruciatum illis afferunt. Itéque carnifices ibi à ſcelerato illo naturæ noſtræ inimico, & veritatis hoſte edocti tormenta alia his quidem multo aſperiora excogitarunt. Sed tamen ne eo quidem modo athletarum fortitudinem & conſtantiam retundere potuerunt: nam ſua ſponte accurrebant, magno deſiderio mortis appetendæ, per quam aditus ad vitam immortalem patefit, inflammati. *Theodoret. lib.5. Eccl. hiſt. cap.39.*

VET. HÆRETICORVM PERSECVTIO.

D Beatus *Fulgentius* Epiſcopus Ruſpenſis, cuius opera doctiſſima extant, quum prius Mauros fugiſſet perſequentes, incidit in Arianos, quorum crudelitatem immanem expertus ad vicina prouinciæ ſuæ loca regreditur, eligens Mauros potius paganos habere vicinos, quàm moleſtiſſimos Arianos. *In vita eius apud Sur. tom.1.*

Circa annum Dom. 770. ſub Conſtantino Copronymo Iconomacho, monachi quadraginta duo, truncatis naribus, barbiſque illitis pice combuſtis, in balnei fornice clauſi, ibique fame conſumpti martyrio coronantur. *Chronic. Sigeberti anno Dom.770. Martyrol. Rom. 12. Ianuarij.*

Macedonius hereſiarcha ſub Conſtantino Imperatore Catholicos inaudito tormentorum genere cruciatos occidit. Inter cætera, fidelium mulierum vbera inter labra arcarum compreſſa diſſecuit, & candenti ferro combuſſit. *Martyrolog. Roman. Baron 30. Martij.*

Eutychiſtæ Alexandrini, ſtatim poſt mortem Martiani Imperatoris Catholici, Proterium Epiſcopum & Patriarcham ſuum Catholicum cum aliis clericis tanta crudelitate occiderunt, vt viſcera eius guſtarent, & crudas carnes comederent, reliquum corpus per plateas vrbis trahentes. E *Euagr. lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap.9.*

RECENTIOR. HÆRET. PERSECVTIONES.

In Galliis ſub annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum ſecundum Engoliſmæ triginta duo Catholici ab hæreticis capti, quos tribus diuerſis crudelium tormentorum generibus ſæuiſſimè trucidarunt. Quoſdam namque illorum binos colligarunt, quos ſublatis omnibus viuendi alimentis, languere coëgerunt, putantes fore, vt fame adacti, ſe mutuis morſibus peterent ac diſcerperent. Quoſdam funibus extenſis alligatos deduxere, miſſoque in anum cultello paulatim medios diſſecarunt: alios ſtipitibus nodos adſtrinxerunt; ignemque à tergo modicum ſuccenderunt, vt longo tormento paulatim conſumerentur. *Thom. Boz. lib.11. de ſign. cap.1. tom.1. 6.*

Eodem anno propa Engolismam in parochia Chaſſenouilli presbyteri Catholici Ludouici Fayardi manus aheno feruentis olei pleno ab hæreticis tamdiu immiſſæ, donec auulſa ab oſſibus caro excideret, eundem repletum oleo, F eodem bulliente per os immiſſo, & ad extremum fiſtulis ferreis, quas vocant ſcopletos, diſploſis necauerunt. *Idem ibidem.*

Domitivs Hurleus Archiepiſcopus Caſſelienſis in Hybernia ab hæreticis eſt comprehenſus, ocreæque plenæ olei pedibus illius iniectæ, educta crura ex oppoſitæ tabulæ foraminibus ante flammas ingentes vrenda collocantur. Cumque diu ſic aduſtus fuiſſet, ocyſſime fuére illi è tibiis ocreæ detractæ & vna cum illis carnes, oſſibus tantummodo relictis: mox viminco laqueo conſtrictæ illi ad longiorem dolorem fauces, atque ita ſuſpenſus morti eſt relictus. Atque hæc Hæretici aduerſus noſtros in Anglia & Hybernia poſt annum milleſimum quingenteſimum octuageſimum. *Apud Thom. Boz. lib.11. de ſign. Eccl. Dei cap.1. tom.1. 6.*

Anno milleſimo vndecimo, Danorvm exercitus, vaſtata magna parte Angliæ, ad vltimum inter Natiuitatem S. Mariæ, & S. Michaëlis feſtiuitatem, vrbem Cantuariam circumuallantes obſederunt. Viceſimo autem obſidionis die G per inſidias Elmerici Archidiaconi, quem S. Elphegus, ne morti traderetur, prius eripuit, pars ciuitatis incenditur, exercitus ingreditur, vrbs capitur. Alij ferro iugulantur: alij flammis conſummuntur: plures quoque de muris præcipites dantur, nonnulli per verenda ſuſpenſi deficiunt; matronæ crinibus per plateas ciuitatis diſtractæ, demum flammis iniectæ moriuntur; paruoli à matrum vberibus auulſi, aut lanceis excipiuntur, aut ſuperacto carro minutatim conteruntur. Interea Archipræſul Elphegus capitur, vincitur, tenetur, & variis modis affligitur. Aimarus Abbas monaſterij S. Auguſtini abire permittitur; capiuntur Godduinus Roffenſis Epiſcopus, Leonfrana Abbatiſſa monaſterij S. Mildrinæ, Elfregus Regis Præpoſitus, monachi quoque & clerici, populuſque innumerabilis vtriuſque ſexus. Et in Eccleſia Chriſti ſpoliata comburitur, grex monachalis & turba virilis, ſed & muliebris, nec non infantilis decimatur, nouem trucidantur, decimus vitæ reſeruatur: quatuor monachis, & octingentis viris decimatorum ſumma perficitur. Populo cæſo, vrbe ſpoliata & tota cremata, Archipræſul Elphegus vinctus extrahitur, vi impellitur, H grauiter ſauciatur. Hinc ad claſſem ducitur, poſt in carcerem truditur, ibique ſeptem menſibus affligitur. Interim ira Dei in homicidam populum deſæuiens ex his duo millia per diros internorum cruciatus proſtrauit. Cæteri quoque ſimili modo percuſſi à fidelibus commonentur, vt Pontifici ſatisfaciant, ſed differunt. Præualebat interim clades, & nunc denos, nunc vicenos, nunc plures ſimiliter abſumebat. *Rogerius antiq. hiſtoric. fideliſſ. priore parte Annal. apud Baron. tom.11. an.1012. 4.*

NOVÆ CRVDELITATIS HÆRET.

Noſtratium. Qvos at Gevsios dicimus.

IN ANGLIA.

De Henrico VIII. cuius rabies exſaturari non potuit, niſi & Ioannem Fischervm Epiſcopum Roffenſem, Cardinalium collegio virtutis merito adſcitum: & Thomam Morum Equeſtris ordinis virũ, Regni Cancellariũ, capitali ſupplicio adiudicaret, nota eſt hiſtoria. Atq; id hac ſolũ de cauſa, quod Regem, Anglicanæ Eccleſiæ caput & ſummũ Põtificem non

agnó

agnoſcerent, & Vicarij Chriſti in terris Romani Pontificis
A auctoritatem tuerentur.

Eandem ob cauſam Carthuſiani viri religioſiſſimi, vario tormentorum genere excarnificati fuère.

Quin carnificinam eandem expertus Ioannes Foreſtius Franciſcan. qui eidem Henrico VIII. à ſecreta confeſſione paulo ante fuerat, ac primum cruci affixus, deinde vſtulatus cum imagine Dauidis Regie, quod inique vſurpatam ſupremæ auctoritatis poteſtatem non approbaſſet. Multique Præſules eandem ſortem reperti. Sic vt eodem Rege iam in reprobum ſenſum dato, non integris ſex annis, nempe ab anno 1535. vſque ad annum 1543. octoginta duo ſacerdotes crudeliter ſint trucidati: Laici vero ſex, inter quos Tho. Morus, & Margareta Comitiſſe Sariſburienſis, Cardinalis Reginaldi Poli mater.

Neque mollior fuit Catholicorum conditio ſub Elizabetha Regina: quæ inſtar veteris Iezabelis, paſſim ſacerdotes, & promiſcue Catholicos, carceribus claudi, ac mille ſupplicijs exanimari iuſſit. Ita vt meritò atrociſſimis Eccleſiæ tyrannis debeat accenſeri. Longum quippe foret percurrere crudelitatum monſtra, quibus ea regnante, Catholici expoſiti fuere.
B Frigus, fames, nuditas, flagella, vincula, exigui ponderis erant, ſi non aculei, acuſque ſub vnguibus præfixi, & molæ aſinariæ moles, aliaque edicta fuiſſent. Itaque apud eam erat.

Prod… … fidem, … legit
Dogmata … … & … … ſcopeti.

Comes quoque Northumbriæ Henricus Perſius, de nocte è medio ſublatus, non alio crimine, quam fidei Catholicæ ſeruatæ.

De Margareta Midletion, quæ Catholicorum ac præcipue Sacerdotum nutrix & hoſpes; referunt, quod à ſanguinarius ſuæ vrbis; ea Eboracum erat; ſatellitibus comprehenſa; tandem dorſo reclinata, mille pondo mole oppreſſa fuerit, ac comminuta.

Non tamen in immanis animo demiſſa … …
Supplicijs, … ſua non pondera molem,
Corporis, … non turbauère …,
Quin … his totis membris … …,
Spiritus … tranſcendet ad aſtra …

Cæterùm quis finis omnium, quos crudelitatis procellæ paucis annis obuoluit? MARIA certe sereniſſima Scotiæ Regina,
C Iacobi VI. modo regnantis pia mater, & Angliæ coronæ hæres, Franciſci II. Franc. Regis vidua, eiuſdem Elizabethæ hortatu in Angliam conceſſerat, & immunitatem iuramento interpoſito illa ſpoponderet. Quæ vbi venit, carceri includitur, & per annos XX. in eo detinetur, venè tentata, vt Catholicam religionem abdicaret. In quo cum fruſtra laborarent Caluinianæ lanienæ præſides, fide & iureiurando violatis, effrenæ iſtius belluæ imperio, in caſtro Fodeiinghamo ſupremo ſupplicio affecta fuit, 12. Cal. Martij, anno 1587. Et ſic

Poſt varias clades … , & … …
I… , … … ſpectacula …
Suppl… , & Regum ſoror, & fidiſſima …

IN GALLIA.

Similes Tragœdias Hugonotti in Gallia exhibuerunt, ex quo primum, anno ſcilicet 1562. Regi ſuo rebellarunt. Nonnullas habeo eodem hoc titulo, quibus paucas addimus, prioribus nihilo mitiores. Quippe funibus extenſis, Catholicos iniicere, & hoc modo medios ſecare: alios ſtipitibus alligatos, lento igne conſumere: quoſdam fame ſtimulante, in rabiem, & per hanc in ſe mutuo ſæuire, permiſerunt, ac indies noua pœnarum genera excogitarunt. Vnde eleganter noſter *Bochius* in ſuis heroicis:

D *Non Scytha, … nec qua … … rupes*
Iſſera gens, tantum feritate … geſtat
Barbarus: non … tam dura tyranni
Imperia, … qui funere mortua viuis
Corpora … quam Caluino Tyranno,
… quæ … monſtri.

Quin & nonnullos, abſectis pudendis ciſtæ perforatæ includere, oleique feruentis vim maximam ſuperinfudère, vt tormentis victi enecarentur. Alijs linguam extraxerunt, laminas candentes adhibuerunt, oculos eruerunt. Aliorum plantis equinas calces ferreas clauis affixerunt, arboribus alligatos pleroſque ſclopetis traiecerunt. Ita Caluiniana manſuetudo *Brutis animantibus æquat.*

Iuuenes, addidiſque nouis alimenta doloris
Pœnarum … , & … amaro.

Inſuper Sacerdotes plurimos adhuc viuos defoderunt: nonnullos diſſecuerunt, eorumque inteſtina baculis obuoluta euulſerunt.

———nihil inclementia pœna
Linquit inexpertum. Iamiamque funere longo
Viſcera … explent dulcedine …
Nec … reperiunt genus, vt faſtidia tollant,
C… & in … ſatiantur lumina mortes. E

GEVSIORVM IN BELGIO CRVDELITAS.

Mitiora à Geuſiis noſtratibus reſpectanda non ſunt Gorconij, opidulum eſt Hollandiæ? Crucifixi imaginem patibulo ſuffixerunt, primum in caput ipſum, Chriſtum; tum in membra deſæuientes. Nam eodem tempore anno 1572. Brilæ, aliud Hollandiæ oppidulum eſt; e 12. Franciſcanos ex horrei cuiuſdam trabe ſuſpenderunt. Alijs nares aureſque detruncarunt.

In Ciuitate Ruremundenſi. XXVI. cum Sacerdotes, tum Monachi, martyrio vitam finière.

Aldenardæ in Flandria, Ioan. Mahuſium Franciſcanum, deſignatum Epiſcopum Dauentrienſem, Paſtorem vrbis, alioſque venerabiles viros, partim in profluentem Scaldim proiecerunt, partim contumeliis affectos occiderunt.

Haud procul ab Ipris Flandrorum, plurimos ſacerdotes defoderunt viuos, capite extante, ad quod inſtar metæ globos conijciebant. Quin Edamo & Horna Hollandiæ oppidis, educti Catholici flagellis lacerabantur. Aliis vero pelues æreæ ventribus ſuperpoſitæ, & ſub iis glires viui, qui ſuperiecto F pelluibus igne, intra reſopitorum viſcera ſe recondebant.

Sed & Cornelius Muſius Poëta & Theologus, Cœnobij D. Agathæ Delphis paſtor, ab Aga hoſpite, & Auriaco Principe reuerſus, in manus Gulielmi Lumæi comitis à Marca incidit qui virum innocentem variis tormentis affecit, ſcalæ primum alligatum, & extenſum, ardentibus tædis vſtulauit, ligatis ad digitos pedum ingentibus ponderibus; ac poſtremum truncatis manuum ac pedum digitis, per niuem vſque ad forum Leidenſe tractus, ibidem in crucem actus fuit. Igitur vt rurſus eleganter *Bochius.*

Non … … nec Apollinis inſula texit
Muſarum MVSI decus: Ingenijſque per omnem
Immortalis … celebrem … orbem.
Nunc … laus parta tibi, … aſtra …
Laurea quam ſeruas. Batauaque inuenta … …
… … ſudatum ſanguine …

Legat qui volet *Gulielm. Eſtium* S.Theol. Profeſſ. In Acad. Duacenſi: qui martyrium tum huius, tum aliorum, ſub G nomine *hiſtoria martyrum Gorcomenſi*, euulgauit.

Vrſulæ quoque Taleſiæ virgini in Beginaſio Harlemenſi, poſt patrem illius grandæuum, alioſque laqueis ſuffocatos, hoc ſolum quod Catholici eſſent; primum vt crucem, & fidem desererent minati: deinde perſeuerantem & abhorrentem militi nubere voluerunt: ad extremum in aquam coniecerunt, & demerſerunt. Eiuſque ſorori, quod patris & conſanguineorum acerbam ſortem deflerent: caput lapide comminuerunt.

Plura crudelitatis hæreticæ facinora per Geuſios noſtros patrata fuère. Vt qui tam inſatiabili ſanguinis Catholici ſiti torquebantur, vt menſe Iulio anni 1566. in conciliabulo quod ad oppidum S. Trudonis habuerunt: propoſuerint vna nocte omnes Catholicos pluribus locis è medio tollere. Neque etiam modo alia mente extitere, quam vt manus impias ſanguine cruentent; niſi potentiores Principes obſtiterent. Etenim;

Quem … agitat Caluini, corpora mactat,
Quorum animas … … nequit,
Verùm … Lutheranos … plerumque voluptas,
Liberoſque … illecebroſa capit.

INFELIX EXITVS PERSECVTORVM H
ECCLESIÆ.
HÆRESIARCARVM ITEM
ET APOSTATARVM.

¶ Vide multa eiuſdem argumenti infra titulo conſimili ſub finem huius loci.

De miſero fine Pharaonis, primi perſecutoris Eccleſiæ, legimus *Exod.* 14. De Dathan & Abiron primis ſchiſmaticis, legimus *Numer.* 16. De Iezabel, 4. *Reg.* 9. De Antiocho 2. *Machab.* 9. De Pilato, quòd ſeipſum interfecerit, ſcribit *Euſebius lib. hiſtoria cap.* 7. *& cap. vltimo*, refert breuiter cladem Iudæorum, quam Ioſephus latè proſequitur, *in libris de bello Iudaico.*

De Herode Aſcalonita, qui obiit ſcatens vermibus, cum prius occidiſſet vxorem, & filios, & ſeipſum occidere voluiſſet, ſcribit *Ioſephus lib.* 17. *antiquitat. cap.* 9.

De

De Herode Tetrarcha, quod amiſſo regno, in exilium re-
A legatus perpetuum, miſerrimè vixerit: ſcribit idem Ioſephus *lib.* 18. *cap.* 14. de filia Herodiadis. Vide Nicephorum *lib.* 1. *cap.* 20.

De Herode Agrippa, vide *Actor.* 12. Neronem, Domitianum, & cæteros Imperatores qui Chriſtianos perſecuti ſunt, omnes vel à ſeipſis, vel ab aliis crudeliter necatos, vel certè miſerè periiſſe, conſtat ex Chronicis & Hiſtoriis omnibus. Nam Traianus horrenda paralyſi, & ſimul hydropyſi extinctus eſt, Diocletianus Imperium depoſuit, præ dolore quod Chriſtianos delere non poſſet; Valerius Maximianus & Maximinus tam horrendis doloribus correpti ſunt, vt etiam Medici Ethnici dicerent, diuinam eſſe plagam. Vide *Euſebium in Chronico & lib.* 8. *hiſtor. c. vlt. & lib.* 9. *c. vlt.*

Veniamus ad Hæreſiarchas & Apoſtatas. Simon Magus cum volare vellet, orationibus beati Petri deiectus, tibias fregit, & paulo poſt ſumma cum ignominia obiit: *Egeſippus lib.* 3. *cap.* 2. de excidio Hieroſolymitano, & *Arnobius lib.* 2. *contra gentes.*

Excoriatus eſt à Rege Perſarum Manichæus viuus non ob fidem, ſed quia filium Regis curaturus occidit. *Epiphanius*
B *hæreſ.* 66.

Montanvs, Theodotvs, & propheteſſæ eorum, laqueis ſe ipſos necauerunt. *Euſebius lib.* 5. *hiſt. cap.* 16. Donatiſtæ quidam cùm canibus Euchariſtiam proiicerent, ab iiſdem canibus lacerati ſunt. *Optatus lib.* 2. *contra Parmenianum.*

Arivs cum in Eccleſiam intrare vellet, ſubito motu alui ad latrinas publicas receſſit, & ſimul cum excrementis inteſtina omnia, & animam effudit: teſtis Athanaſius *oratione prima contra Arianos, & Rufinus lib.* 10. *hiſt. cap.* 13.

Ivlianvs Apoſtata diuinitus occiſus, communi etiam caruit ſepultura; nam à terra ſpontè aperta, abſorptum ſcribit. *Gregorius Nazianzenus, oratione in Athanaſium, circa finem.*

Valens Arianus, qui Iuliano in perſecutione Chriſtianorum ſucceſſit, viuus à Gothis, etiam Arianis crematus eſt: *Rufinus lib.* 11. *hiſt. cap.* 13.

Nestorivs lingua impia à vermibus conſumpta miſerrimè interiit. *Euagrius lib.* 1. *hiſt. cap.* 7.

Hvnericvs Rex Vandalorum Arianus, & perſecutor
C Eccleſiæ, vermibus toto corpore ſcatens conſumptus eſt. *Victor lib.* 3. *extremo.*

Anastasivs Imperator, Fautor hæreticorum Eutychianorum, fulmine ictus interiit, vt ſcribunt *Cedrenus, Zonaras, & Paulus Diaconus in eius vita.* Tempore Leonis Iconomachi, peſtilentia ſecuta combuſtionem imaginum in foro Conſtantinopolitano, trecenta millia hominum ſuſtulit Conſtantinopoli; vide *Chronica Matthæi Palmerij anno DCC. XLI.* de Conſtantino Copronymo, vide *Paulum Diaconum.*

Lvthervs morte repentina ſublatus eſt, nam cum veſperi opiparam cœnam ſumpſiſſet lætus & ſanus, & facetiis ſuis omnes ad riſum prouocaſſet, eadem nocte mortuus eſt: vide *Cochlæum in vita Lutheri.*

Zvvinglivs in bello contra Catholicos trucidatus eſt, & paulo poſt Baſileæ, frater eius ſpiritualis Oecolampadius, cum veſperi ſanus cubitum iuiſſet, mane inuentus eſt ab vxore mortuus in lecto: Author Cochlæus *in actis Lutheri anno M. DXXXI.*

Andream Carolſtadium à dæmone interfectum, miniſtri Baſileenſes ſcribunt, in epiſtola quam ediderunt de morte Carolſtadij.

D Ioannes Calvinvs vermibus conſumptus expirauit, vt Antiochus, Herodes, Maximinus, & Hunericus: teſtatur *Hieronymus Bolſecus in eius vita.* Qui etiam addit eum dæmonibus innocatis blaſphemantem & execrantem obiiſſe.

☞ *Adduci ad hunc titulum poterunt, ea quæ infra adducuntur ſub tit. Eccleſiaſticorum perſecutores, inſidiatores, & deſpectores diuinitus puniti. Vbi multa exempla recentia, quæ ſuperiori ſæculo euenerunt, enarrantur. Item referantur huc quædam ex loco de perſecutione: & loco de Hæreticis, lib.* 8. *&* 54. *huius operis. Item ex loco de Impietate.*

*SVCCESSVS PROSPERI ILLORVM QVI Eccleſiam Defendervnt, Et Ornarvnt.

Noiæ ſunt imprimis victoriæ in teſtamento veteri Abrahæ, Moyſis, Ioſue, Gedeonis, Samuelis, Dauidis, Ezechiæ, Ioſue, Machabæorum.

In Teſtamento nouo Conſtantinus, qui primus publicè ex Imperatoribus Eccleſiam defendit, eo fere modo, Maxentium vicit, quo Moyſes Pharaonem, vide *Euſebium lib.* 9. E
hiſt. cap. 9. de eo ſic ait *Auguſt. lib.* 5. *de ciuitate Dei, cap.* 25. Conſtantinum Imperatorem non ſupplicantem dæmonibus, ſed ipſum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus quanta optare nullus auderet: vniuerſum orbem Romanum vnus Auguſtus tenuit & defendit, in adminiſtrandis & gerendis bellis victorioſiſſimus fuit, in Tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt: grandæuus ægritudine & ſenectute defunctus eſt, filios imperantes reliquit.

De Theodoſio ſeniore ſcribit idem *Auguſt. ibidem c.* 26. ei, quod verè pius & Catholicus eſſet, adeo proſperè omnia ſucceſſiſſe, vt in præliis hoſtium tela in Authores, Deo agente, retorquerentur, addit *Theodoretus lib.* 5. *hiſt. cap.* 24. ſanctos Ioannem & Philippum Apoſtolos apparuiſſe in equis albis in eodem prælio, pro Theodoſio Imperatore pugnantes.

De Honorio etiam plane Catholico, & Romano Pontifici addictiſſimo, vt patet ex eius Epiſtolis ad Bonifacium Papam; ſcribit *Aug. lib.* 5. *de Ciuit. Dei, c.* 23. ita Deum pro illo pugnaſſe, vt vno prælio multo ampiius quam centum millia Gothorum proſternerentur, & Rex ipſe Radagaiſius cum filiis caperetur & occideretur, ex Romanis ne vno quidem vulnerato, nedum extincto. F

De Theodoſio iuniore, ſcribit *Socrates, lib.* 7. *hiſtor. c.* 18. exercitu eius pugnante cum barbaris, & ipſo interim in vrbe precibus apud Deum vacante, circiter centum millia Saracenorum ab Angelis acta in Euphratem, miſerrimè periiſſe.

Ivstinianvs ſenior donec Catholicus fuit, feliciſſimè imperauit. Ita vt Italiam, Africam, aliaſque multas prouincias Romano imperio reſtituerit, vt patet ex *Euagrio lib.* 4. *hiſtor. c.* 16. & ſequentibus. At vbi hæreticus factus eſt, & edictum proponere voluit de ſua hæreſi recipienda, mox repentina morte ſublatus eſt, & Eccleſiam magno metu liberauit: vt idem *Euagrius* ſcribit *lib.* 4. *cap. vlt.*

Heraclivs quoque vt ex Ioanne Zonara, aliiſque hiſtoricis cognoſci poteſt; dum Catholicus eſſet præclariſſimam victoriam de Perſis reportauit, & crucem Domini recepit, quando res Romanæ deſperatæ omnino eſſe videbantur. At cum in hæreſim incidit Monothelitarum, omnia illi infeliciter ſucceſſerunt, & ipſe nouo atque inaudito genere morbi extinctus eſt. G

Conſtat item ex Græcorum hiſtoriis, Imperatores Orientis ab eo tempore, quo propter diſſidium circa imagines ſe ab Eccleſia Romana ſeparauerunt, ſemper in dies deterius ſe habuiſſe, donec tandem Imperium penitus amiſerunt. In Occidente vero ex Latinorum hiſtoriis manifeſte colligitur, ſemper Imperatores magis, vel minus floruiſſe; vt magis vel minus Romanæ Eccleſiæ addicti fuerunt.

Tempore Vrbani ſecundi, ad annum Domini M. XCVIII. Christiani in bello ſacro à Papa indicto pro recuperatione Ieroſolymæ, cum eſſent Antiochiæ in ſumma deſperatione, eo quod prope adeſſet infinitus exercitus Turcarum & Perſarum, & ipſi pauci eſſent, & diuturna fame prope enecti, ita vt etiam viri fortiſſimi baculis nixi incederent, nec equos haberent niſi pauciſſimos, ita vt præcipuus princeps Godefredus equo commodato vteretur, & multi principes in aſinis equitare cogerentur. Tandem Deus reuelauit vbi eſſet ſacra lancea, & ea prælata in bello victoriam dedit, ita vt occiderint centum millia Turcarum, & ex ipſis vix quatuor millia ciciderint. Cecidit etiam ros diuinitus in illos, qui animis & corporibus vires addidit; denique apparuerunt tres viri ſancti pro illis de cœlo pugnantes. Vide *Paulum* H
Æmilium lib. 4. *Golielmum Tyrium lib.* 6. *prope finem, & Dodechinum Mariani Scoti continuatorem.*

Tempore Innocentij tertij in Gallia, ab octo millibus Chriſtianorum cæſa ſunt vno prælio centum millia Albigenſium hæreticorum, vt ſcribit *Æmilius lib.* 6. *hiſt. Francorum.*

Noſtris temporibus anno M. D. XXXI. quinque prælia commiſerunt pro fide Catholici Heluetij cum hæreticis Heluetiis, & ſemper Catholici vicerunt, cum tamen eſſent numero & armis multo inferiores: vide *Ioannem Cochlæum in Actis Luther. anni M. D. XXXI.*

Carolvs V. miraculo diuino victoriam retulit de Lutheranis, anno M. D. XLVII. Quomodo de Zuinglianis, & rebellibus Bohemis, nuper anno M. DCXX. Ferdinandus Imperator.

In Gallia quoque & Belgio multas victorias Catholici de hæreticis non ſine miraculo, reportarunt; imò vix vnquam

fuerunt

A fuerunt hæretici ſuperiores, quando iuſto prælio dimicatum eſt.

Ac nuper etiam anno M. DCXXI. memorabilem victoriam aduerſus Proteſtantium furorem qui Auſtriaco nomini & ſanguini exitium parabant, electo in Regem Bohemiæ Frederico Palatino, conſecutus fuit Ferdinandus Imperator ſingulari Dei protectione munitus. Et nouas exinde in dies accumulauit, ac profligandis diuini numinis hoſtibus animum viréſque omnes adiicit.

Vide infra Tit. Pœna à Deo inflicta contra Inſidiatores Eccleſiaſticorum, &c.

* ECCLESIÆ BONA NON DILAPIDANDA, NEC ALIENANDA.

Vbi de bonis & poſſeſſionibus Eccleſiæ particulari agitur: mox de iiſdem in generali altari.

*Inexplebilis habendi ſitis, immenſáque cupiditas, quæ in quibuſdam ſacerdotibus noſtri temporis viſa eſt, Eccleſiaſticis opibus, quæ Dei atque pauperum ſunt, filios in immenſum locupletandi, difficiliorem miramque magis Clementis IV. abſtinentiam faciet. Is in agro Narbonenſi B ortus, Iureconſultus, ad Petri Apoſtoli ſolium conſcendit; ad eum iam Pontificem cum duæ filiæ, quas ante ex matrimonio ſuſceperat, veniſſent, fretæ illius opera ſe matrimonia, non ex priſtina fortuna, ſed ex Pontificatus magnitudine conſequuturas, néque ipſarum neque aliorum cognatorum precibus adduci Clemens vnquam potuit, vt rem vllam ex Pontificatus bonis, aut redditibus daret, quorum poſtulatis ſemper reſpondit: Pontificibus Romanis filios non eſſe; neque eis licere, quod ſuum non eſſet propinquis dare. Et propterea contentas debere eſſe, ſi fortunas, quas ante Pontificatum habebat, omnes eis reliquiſſet: quibus opibus cum conditionem in matrimonio ex ſententia ſua non inuenirent, ambæ ſacrarum virginum pudicitiam matrimonio præpoſuerunt. Nepotem quoque è tribus Canonicatibus, quos habebat, duos dimittere coëgit. Rara profecto abſtinentia; ſed tamen, quæ plurimum laudetur, haud indigna. Filiarum lachrymis tam ſublimi fortuna id non impartiri, quod permulti non modo filiis, verum cynædis C quoque ac meretricibus mimiſque longiſſimè donant. *Baptiſta Fulgoſ. lib. 4. cap. 3.*

S. LAVRENTIVS Iuſtinianus Patriarcha Venetus rogatus à conſanguineo quodam ſuo non ita paupere, vt pecunia eum iuuaret in filiæ dotem; non minus ſapienter, quam pie reſpondit: Conſidera, quæſo, frater: Si parum dedero, non eſt quo opus habes, ſi multum, defraudauero multos, vt vni ſatisfaciam. Et propterea quicquid illud eſt, quod eſt, ad cibos potiùs pauperum, quam ad internos crines, aut margaritas ab Eccleſia traditum eſt. *In vita eius apud Surium tom. 1.*

Quod mihi à ſenioribus intimatum eſt, refero. In Babyloniæ partibus poſſeſſionem Apoſtolica ſedes habebat, vnde tantum balſami redditum per annos ſingulos capiebat, quod indeficiente fomite ſufficeret lampadi, quæ videlicet ante altare beati Apoſtolorum Principis rutilabat appenſa: quam poſſeſſionem, accepta pecunia, Papa diſtraxit, canonémque aromatis, quem accipere ſolebat, amiſit. Aliquanto poſt cùm idem Papa prædicto ſancto altari quaſi deuotus aſſiſteret, & oraret, ecce quidam terribilis & grandæ- D uus ſenex, in cuius etiam facie barbiraſium videbatur, elato brachio colaphum ipſi vehementer incuſſit, & ait: Tu extinxiſti lucernam meam ante me; & ego extinguam lucernam tuam ante Dominum; móxque diſparuit. Ille verò protinus corruit, & paulò poſt diem clauſit extremum. Sic, ſi nimirum meretur corripi, qui illi ſe præbet aduerſum, qui cœli terræque primus paſtor obtinet principatum. *Ex Epiſt. Pet. Dam. ad Cadalium Pſeudopapam lectum Baron. to.* 11. 106. 17.

HENRICVS Spirenſis Epiſcopus, cùm iam theſauros Eccleſiæ Spirenſis pene omnes puerili leuitate dilapidaſſet; & prædia militibus ſuis in beneficium erogaſſet, tempore Henrici III. Imperatoris, & tantum, vt vix in dimidium annum ſumptus ex redditibus Eccleſiæ miniſtrari poſſent, inopinata morte ſubtractus eſt. De cuius obitu dignam memoria viſionem vidit clericus quidam, qui ei defuncto protinus in Epiſcopatum ſucceſſit, nomine Hunmannus. Putabat ſe in choro Spirenſi cum Epiſcopo & ceteris clericis ſtare. Et ecce ingrediebantur chorum tres viri, vnus exacta ætate, canicie veneranda, duo iuuenes, tanquam in obſequium ſenioris deſtinati: cúmque in medio chori aliquandiu taciti conſtitiſſent, ait ſenior his, qui circa ſe erant B iuuenibus: Quid tardatis, quod vobis iuſſum eſt explere? At illi: Tum, inquiunt, pater es, primò aduerſus eum dictare ſententiam, & nos ſine dilatione quidquid iudicaueris, exequemur, & ille. Propter multa, inquit mala quæ in locum hunc, & in ſanctam Dei Genitricem operatus eſt, egreſſa eſt à Deo ſententia, vt interficiatur. Ad hanc vocem arripientes Epiſcopum decollauerunt, & truncum in ligno Crucis, quod in eadem Eccleſia in ſublime elatum ſtabat, ſuſpenderunt. Cúmque mane facto, clericus nimio horrore concuſſus Epiſcopo ſomnium retuliſſet, viſus eſt ei quaſi deliramenta loqui, & propter ſoſpitatem corporis ſui optiméque conſtantem omnibus membris vigorem ſuum, nullum tam è vicino imminentis exitij ſenſum admiſit. Et ecce ſeptimo dehinc die, cum ad veſpertinalem ſynaxim cum fratribus in choro ſtaret, ſenſit repentè paruulam ſibi inſtar puncti puſtulam in collo excreſcere, qua paulatim in immenſum intumeſcente, ante mediam noctem defunctus eſt. *Lambertus Schafnab. anno 1075. apud Baronium eodem anno tom.* 11. 14.

I. B. Theat. vita Human. Tom. III.

Anno Domini nongenteſimo trigeſimo nono, OTTO Henrici Saxoniæ Regis filius in Alſatia potentiſſimo aduerſariorum exercitu circundatus inſperata potitur victoria. F Comes quidam tunc prædiues erat cum eo, cuius multitudo militum Regis aciem condecorabat. Hic itaque videns quamplurimos ex Regis acie deſertores ac transfugas fieri, non interiorem ſed exteriorem conſiderans hominem, tacitus hæc ſecum loqui cœpit. Quidquid à Rege in hac perturbatione conſtituto petiero, ſine dubio impetrabo, præſertim cum & acre bellum immineat, ac ne ſe deſeram, timeat. Nuntiis itaque directis, Regi ſupplicat, vt Abbatiam quandam, Lauresheim dictam, prædiis ditiſſimam ſibi concedat, cum ſuis poſſeſſionibus, vt, quod ſibi deerat, militibus ſuis miniſtrare præualeat. Rex autem columbina non ſolum, ſed vt erat viperina calliditate ſuffarcinatus, non hoc, quid portenderet, minimè aduertere potuit; vnde & his nunciis apologeticum dedit dicens: Illi quid ſuper hac re ſentiam, verbis potius explicabo, quam nunciis. Quod qui eos direxerat audiens, immenſa eſt affectus animi lætitia, ſperans, quod popoſcerat, impetraſſe. G Vnde & moræ impatiens Regem adit, cumque ſententiam ſuper hac re poſtulauit. Cui rex populo circumſtante: Obedire, inquit, magis oportet Deo, quam hominibus: Quis enim ſanum ſapiens ignorat, te hæc non humilitate petiuiſſe, ſed comminationis auctoritate dixiſſe? ſcriptum eſt enim: Nolite ſanctum dare canibus. Quod quamuis de Doctoribus ſpiritualiter intelligendum eſſe prædicetur, ego tamen ſatis me dare canibus ſanctum cenſeo, ſi monaſteriorum prædia, quæ à religioſis viris Deo ſunt militantibus tradita, tulero, & ſæculo militantibus dedero. Tibi verò iam procaciter iniuſta petenti ſub teſtimonio totius populi, nec hoc nec aliud vnquam te à me accepturum eſſe teſtificor. Si tibi cordi eſt cum ceteris infidelibus auolare, quanto citius, tanto melius. His auditis (quia facies ſpeculum eſt mentis) cordis verecundiam vultus robore nudauit, conciſuſque Regis ad pedes corruens, ſe peccaſſe, ſe grauiter deliquiſſe confeſſus eſt. *Luitprand. lib. 4. cap. 14. & 16. apud Baron. tom. 10. an. Domini 939. 2. & Renatus Choppinus lib. 1. de ſacra politia tit. 3.*

Fuit B. FVLCO decimus octauus Abbas ſancti Bertini monaſterij in Sithiu. H Qui cum in Remenſi Archiepiſcopatu Hincmaro ſuccederet, ſucceſſorem habuit in Abbatia Rodulphum. Eo autem mortuo, Caroli ſimplicis donatione locum occupare voluit Balduinus Caluus Flandriæ Comes laicus & miles. Sed monaſterium, vt id impleret, reaſſumpſit beatum Fulconem, & per eius concordi electione contra Balduini conatus, per ſanctum Grimbaldum Caroli conſenſum obtinuit. Cùm autem octo fere annis Abbatiam nobiliſſimè rexiſſet, iterum Balduinus ſolicitauit pro ea apud Carolum, & per VVinemarum militem apud ſanctum Fulconem. Sed VVinemarus ſentiens virum Dei contra Eccleſiæ & religionis ſtatum flecti non poſſe, cum ita receſſit; & poſitis in via Rhemenſi inſidiis, beatum Præſulem lanceis transfodit. Hac via, regia accedente donatione, Balduinus Abbatiam inuaſit anno nongenteſimo primo. Cui filij eius ſucceſſerunt, Adolphus Bolonienſis Comes; & Arnulphus Comes Flandrenſis. Hi autem ſub nomine Comitum Eccleſiam adminiſtrarunt, eam quaſi hæreditatem poſſidere

volentes. Vnde monaſterio cum pietate multa bona periê- A runt: nam inter alia ipſum oppidum cuius munitionem ſanctus Fulco inceperat, Flandriæ Comites ſibi adſcripſerunt, eò quòd Balduinus munitionem illam perfecerat. Cæterùm Arnulphus regiminis anno vndecimo, corde compunctus, cùm videret ſub ſe, fratre & patre collapſam eſſe religionem, à VVitfrido Morinorum Epiſcopo ordinari poſtulauit ſanctum Gerardum natione Namurcenſem, celeberrimum huius & aliorum cœnobiorum reformatorem. *In Natal. SS. Belgij per Ioan. Molanum 9. Septembr.*

Fridericvs I. Imperator, ſuaſu ſiniſtro Petri de Vineis viri docti & prudentis, quum in bello contra Alexandrum III. pecunia careret, Piſis vbi tunc Imperator erat, templorum ornamenta aurea & argentea recipiens & ſpolians, ab illo ſuo ſecretario Petro de Vineis audiuit; Iniuriam abs te mihi illatam (quia prius ipſum oculo priuarat ea inuidia Germanorum) vltus ſum; tu tibi hominum odia comparaſti, ego tibi Deum ea ſacrilegio reddidi inimicum: omnia tibi deinceps in deterius cadent. Id quod B poſtea factum conſtat, vtpote quòd Imperator à Papa victus, deinde miſera quoque morte perierit. Quo dicto Petrus iſte monuit, res ſacras in vſum profanum non vertendas. Factúmque eſt id anno Domini M. C. XXIV. *Ex Poggio Florentin. in Fac. Frideric. Nauſea in præcept. 7. Decalogi.*

Rerum Hiſpanicarum hiſtoriæ narrant, Vrracam Alphonſi ſexti Regis filiam, cùm templum S. Iſidori Legionenſis ingreſſa expilaſſet, & gemmas ſacramque ac pretioſam ſupellectilem in ſumptus belli rapuiſſet, & ob ſpolia domum lætiſſima repeteret, in ipſo templi limine ruptis viſceribus miſerè diem ſuum obiiſſe: eam item ob cauſam Alphonſum Regem virum eius in Fragenſi bello ab hoſtibus oppreſſum interiiſſe. *Hiſtoriar. gener. Hiſp. 4. p. Petr. Ribaden. de Princ. lib. 1. cap. 37.*

His addam & illud de Sanctio Ramiro Aragoniæ Rege. Hic valentiſſimus Princeps nonnulla Eccleſiæ vectigalia in vſum belli, quod cum Mauris gerebat, conuertit: & quanquam hoc bellum Reipub. & Religioni, cuius cauſa C ſuſcipiebatur, vtiliſſimum erat, nec ob exhauſtum ærarium cœptum proſequi poterat; ita tamen animo commotus eſt, quòd in Eccleſiæ facultates manus inieciſſet, vt anno milleſimo octuageſimo primo, Rotæ, ubi cum curia ſua agebat præſente Raymondo Dalmatio eius vrbis Antiſtite, ad aram D. Vincentij publicam egerit pœnitentiam, iuſſeritque integra fide reponi, quod à Rotenſi Eccleſia abſtulerat, quæ ea ea detractione penè conciderat, vt ſcribit auctor. *Hieron. Surita lib. 1. Annal. c. 25. ann. 1081.*

☞ *De Eccleſia bonis ſiue Patrimonio conſeruando, & non alienando, aliiſque ad hanc rem ſpectantibus Vide infra hoc eodem loco Particularem Titulum.*

*ECCLESIÆ POTESTAS. AVCTORITAS.

Et

Immvnitas.

D

Seruata, vindicata, adſerta.

Eccleſiæ Chriſtianæ auctoritatem; poteſtatemque inſinuans ipſe eius Dominus, dum de obedientia illi præſtanda ſermocinaretur. Si, inquit, Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, id eſt. Si Eccleſiæ obtemperare noluerit, ne conſortio eius vtaris, ſiue in diuinis, ſiue in humanis. Ita enim Iudæi habebant Ethnicos & Publicanos, vt eorum menſà & conſortio ſe pollui arbitrarentur. *Matth. cap. 18.*

immunitatis Eccleſiaſticæ vindex & protector eximius S. Hugo Epiſcopus Lincolnien. numquam ſe conſcio quicquam in Eccleſiæ præiudicium attentari permiſit, vnde & Regum malleus, eà ætate nuncupatur. Rogantibus autem amicis, vt maioris periculi euitandi cauſa, in re parui momenti, Regi contra Eccleſiæ auitum ius adſtipularetur dixiſſe fertur: Abſit, vt me viuo laici, cuiuſcumque etiam dignitatis, Eccleſiaſticæ libertatis priuilegium infringant. *Sur. tom. 6. in vita. Beyerlinck in Apophtheg. Chriſtianor.*

Idem cùm fortè Diœceſis viſitandæ cauſa iter ageret, obuiam habuit hominum ſine ordine diſcurrentium turbam, E qui furem ad ſupplicij locum de more deducerent. Reus Epiſcopum adeſſe ratus, propiùs pro conſequenda benedictione adduci poſtulat. Eo viſo Epiſcopus, miſericordia motus? Soluite, ait, & ſinite abire, vbi enim Epiſcopus cum fidelium populo congregatus eſt, ibi eſt Eccleſia: neque minor immunitas debetur lapidibus viuis, quàm mortuis. *Ibidem.*

S. Thomas Cantuarienſis quoque in hoc amoris & ſolicitudinis genere excelluit, mortem quippe ſibi minitanti ſicario: Ego verò, aiebat, pro Domino meo mori paratus ſum, vt Eccleſia Anglicana meo ſanguine pacem & libertatem aſſequatur. *Thom. Staplet. in Apolog. & Sur. in vita eiuſdem. L. Beyerlinck in Apophtheg. Chriſtian.*

Erat Fridericvs II. Rogerius Imp. qui in id ſolùm incumbebat; vt Eccleſiæ auctoritatem integritatemque eneruaret. Quare à pluribus ſummis Pontificibus iuſtè diris deuotum, deſpexit Innocentius II. ac Cæſaris nomine indignum iudicauit. Ille autem ore procaci hoc diſticho in Pontificem luſit:

Roma diu titubans variiſque erroribus acta,
Corruet, & mundi deſinet eſſe caput. F

cui Pontifex, vt erat ſummo ingenio, reſcripſit:

Niteris in caſſum nauem demergere Petri:
Fluctuat, aſt numquam mergitur illa ratis.

At ſui impos Fredericus, denuò Innocentium perſtringens, ſubiecit:

Fata volunt, ſtellaque docent, auiumque volatus,
Quid Fredericus ego malleus orbis ero.

Verùm intemperatum illud augurium eludens Innocentius, ita ad extremum reſpondit:

Fata volunt, Scriptura docet, peccata loquuntur.
Quòd tibi vita breuis, pœna perennis erit.

In Paralip. Ab Vrſp. Ioan. VVolf. tom. 1. Lect. memor. p. 323. Beyerlinck, ſupra.

Henrici VIII. Regis Angliæ curator, homo nefarius, & Caluini lacte nutritus; dum fortè Doctori Theologo in conuiuio, die ieiunij ab Eccleſia indicti, aſſideret, carnéſque nolenti adminiſtraret, diceretque: Quam Scripturam adfers domine Doctor contra hunc cibum hodie comedendum? G confeſtim ille verba Apoſtoli ſubiecit, inquiens: Nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei, quo dicto obſtupuit alter, & obmutuit. *Corozet. Idem ibid.*

Magis admirandi laudandique hi, quò ab Eccleſiaſtico ordini ſunt remotiores. in Galliam itaque ſecedenti occurrit Pipinus Rex, verus ſi alius vllus, Eccleſiæ fautor & protector. Dum namque aduerſus Longobardos caſtra mouiſſet, ſuos adhortatus, tandem hoc dicto ſermonem finiit: Eo conſilio arma induimus, vt Apoſtolicam ſedem ab omni mortalium iniuria vindicemus. Hinc meritò ei nomen Chriſtianiſſimi obtigit: quod ab eo, licet non eodem iure, omnes poſteri vſurparunt. *Ex Dorland. in Chron. Duc. Brab. Idem.*

Emittat hîc etiam ſuos radios Alphonſus Aragon. Rex qui Piceno ſuo Marte Sedi Apoſtolicæ recuperato, cùm ab Eugenio PP. vrbes aliquot dono offerrentur, fortiter recuſauit, dicens: Nequaquam queſtus aut prædæ, ſed Eccleſiæ tuendæ gratia hanc expeditionem ſuſcepi. Heu! vbi nunc ille Principum feruor & zelus? *Panorm. lib. 3. de Geſt. eiuſdem.*

H Romanam Eccleſiam ſupremam habere auctoritatem, id *Iulij* facto comprobat *Theodoretus libro 4. hiſtoria Tripart.* his verbis: Euſebius (Arianus) eiuſque conſortes, calumnias in Athanaſium factas Iulio Romano Pontifici deſtinauerunt. Qui Eccleſiaſticam ſequens legem, etiam ipſos Romam venire præcepit, & venerabilem Athanaſium ad iudicium regulariter euocauit. Ille continuò euocatione ſuſcepta venit: calumniatum verò ſarcinatores Romam quidem profecti non ſunt, ſcientes facilè ſuum poſſe capi mendacium: ſed videntes oues paſtore deſolatas, lupum ſuper eas pro paſtore conſtituerunt, id eſt, Gregorium, qui ſex annis beſtiis ferocibus, crudeliùs vſus, pœnam malitiæ ſuæ ſoluit, ab omnibus amariſſimè laniatus. *Hiſtor. trip. lib. 4. cap. 4.*

Poſtquam Seuerus homo impius ſedem Anthiochenam inuaſit, infinita, quæ verbis exprimere non ſit, mala, à communione ſua abhorrentibus, intulit. Et tum quidem Sabbam, ſolitudinis ciuem, & Theodoſium cœnobiorum

Principem

A Principem ille Seuerus, aliique eius generis, vt adorti ſunt, ſi eos in partibus ſuis haberent, omnia ſe conſecutos rati. Atque vbi animos eorum tentarunt, præclarus ille virtute Theodoſius ſuggeſtum conſcendit, ac veluti Dux quidam & Imperator pro concione monaſtica phalange aduocata, poſtquam multitudini ſilentium manu deſignauit, voce maiore ſublata, hoc ſic tonitrus in morem detonuit: Si quis quatuor Synodos quatuor Euangeliis non exæquat, anathema. His verbis dictis, perinde atque Angelus quidam, multitudine in ſtuporem coniecta, cum ſilentio omnibus inſpectantibus per mediam turbam proceſſit: & homines omnes eum animi conſternatione viri eius tanquam egregij in bello Ducis conſilium factúmque, quo ſanctas Synodos ſacris libris accenſendas eſſe, veluti lege lata ſtatuit, admirati, ſunt. Et literas ad Imperatorem dantes, certamen ſe de eis ad ſanguinem vſque ſubituros; neque etiam ſi quid accidat, ſe vllo modo à Patrum traditionibus diſceſſuros eſſe, indicarunt atque confirmarunt. Deinde circumquaque ciuitates peragrantes, B veluti inuicti belli duces, omnibus facti ſunt omnia, homines confirmantes, ad fortitudinem cohortantes, ſocordiam excitantes, hæreticam inſaniam præuenientes, denique Dei verbum ſimul Deum quidem & hominem, vnam verò eius ſubſiſtentiam ſiue perſonam eſſe; natura vtrumque horum, diuinitatem videlicet & humanitatem habentem. Id quod Synodus quoque Chalcedonenſis docuit: quæ etiam hæreticorum ex vtraque parte errores declinauit. Eo enim quòd perſonam vnam profitetur, Neſtorij veſaniam repudiault. Quod verò duas naturas deprædicat, Eurychetis & Dioſcori contractionem reiecit. Ita Romana ſedes cenſuit, tenuit ac tenet & tenebit. *Niceph. Call. Eccl. hiſt. lib. 16. cap. 33.*

Finita ſecunda Concilij Lemouicenſis Actione, rem memoria dignam ex nata occaſione in medium attulit vnus ex Epiſcopis, quam ipſa Acta ſic habent: Tunc Epiſcopus Caturcenſis cœpit enarrare dicens: Nuperrimè poſt Concilium Bituricenſe. Quidam de excommunicatis eques in noſtra Diœceſi interfectus eſt, quem ego rogantibus amicis, & propinquis eius, nullatenus ſoluere volui, vt cæteri metum haberent; grauem enim culpam prædantis habuerat. Itaque ſine C ſacerdotis officio à militibus apud quandam eccleſiam ſancti Petri, non me iubente, ſepultus eſt. Mane autem facto, corpus eius longè extra cœmeterium proiectum, & nudum ſuper faciem eius terræ inuentum eſt: tumulus autem, vbi ſepulturam habuerat, intactus, & ita, vt dimiſſus fuerat, repertus eſt. Quem iterum milites aperuère, & nihil amplius in eo niſi veſtes, quibus inuolutum corpus fuerat, inuenerunt. Rurſus cadauer ibidem ſepelierunt, & diligenter tumulum ſub enormi pondere terræ & lapidum claudunt: ſed die altero proiectum cadauer, & tumulum intactum, vt ſuprà aſpiciunt. Quinquies ſepeliunt; toties eodem eiectum tenore conueniunt. Tanto demum victi ſtupore, corpus longè à cœmeterio eccleſiæ terra obruunt. Quo terrore perculſi Principes militiæ, pacem nobis, velut putabamus, firmare nequaquam diſtulerunt. Ad hæc reſpondit Concilium: Quid hoc aliud eſt, niſi quia ſub oculis hominum arbiter hominum affirmat Eccleſiæ ſuæ auctoritatem, qua excommunicati à ſepultura Chriſtianorum iuſtè ab Epiſcopis ſegregantur? Tales enim negant fidem, dum latrocinia potius, quam pacem ſectantur. *Baron. tom. 11. An. Eccl. ad annum Chriſti* 1094. 17.

D Anno viceſimo quinto ſui imperij impurus Anaſtaſius Epiſcopum Oeniandum audiens diſertum admodum eſſe, & qui ora omnibus ſententiæ de paſſo Deo aſſertoribus obturaret, eum hortatus eſt, vt ad ſuam factionem deficeret, pollicens, eum quidquid petiiſſet illicò accepturum. Cui Epiſcopus; Tu, inquit, potiùs ad orthodoxos tranſi, ne dum opiniones impiorum hominum Seueri, Eutychis, & Dioſcori amplecteris, æterno igni adiudiceris. Simúlque apprehendens Imperatoris chlamydem: Hæc ait, veſtis nequaquam te poſt mortem ſequetur, ô Imperator: ſed ſola comitabitur te pietas ac virtutum habitus: miſſam fac Eccleſiam quam Chriſtus ſuo redemit ſanguine. Indoctus es, & ratiocinandi ignarus, neq. vllum Eccleſiæ decretum perfectè intelligis: tantum impoſturis & ſcurrilibus calumniis fatuos terres. Satis ſit tibi dignitatis, quod Imperator es, Antiſtites Eccleſiæ vexare noli. Ad hæc Imperator pudore ſuffuſus, obmutuit. Pauperrimus autem cum eſſet ille Epiſcopus, ne obolum quidem ab Imperatore voluit accipere; adeò liber erat, & ſolius in Deum fidei ac pietatis rationem habens. *Ioan. Zonaras tom. 3. Annal.* ☞ *Vide infra. Eccleſiaſtica diſciplina.* E

Huius generis vnum ex multis Henrici IV. Imp. adſcribam exemplum: hic itaque cum in omnia ſcelera & flagitia prolapſus, euerſo iam ſtatu Reip. turbata tranquillitate Eccleſiarum, ablata maieſtate imperij, euacuata auctoritate Principum, inuerſis moribus, abolitis legibus, & ſecundum Prophetæ elogium, inundantibus maledicto, mendacio, homicidio, furto; poſtremò diuinis, humanis, ſacris profanis cõconfuſis omnibus, ipſi iam regno & imperio plane eſſet intolerabilis, nec optimatum & populorum aduerſus eum toties facta cõiuratio de ipſo abrogando, & ſubſtituendo alio, quicquam proficeret, ſed Rempublicam miſceret cædibus, incendus & depopulationibus, ipſo, vt callido erat ingenio, omnia eorum conſilia, ſceleratiſſimorum quorundam ſibi obæratorũ opera, interturbante, impediente ac diſſipante, & optimates; quibus curæ erat Reipublicæ ſalus, perſequente carceribus, proſcriptionibus, & nullo non perſecutionis genere, cùm inſuper vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem admonentem corripientémque contempſiſſet; tandem eccleſiaſticæ communioni illi F interdictum eſt à Gregorio VII. Rom. Pontifice vnà cum quibuſdam, quorum omnia faciebat conſilio, & quos ſuæ impietatis miniſtros, conſiliarios & fautores habebat, inter quos cum VVilhelmus Traiectenſis Epiſcopus cauſam Regis contra bonum & æquũ tueretur obſtinatius, & propterea non ſolum nihili faciendam Romani Pontificis excommunicationem aliis perſuadere conaretur, ſed etiam publicè diebus ſolennibus inter Miſſarum ſolennia, ore rabido multa declamaret, & maledicta congereret in ſanctum Pontificem, periurum, adulterum & Pſeudo-Apoſtolum illum impellans; breui pòſt de grauiſſima ægritudine repente correptus & vltricem Dei manum ſentiens, miſerabili eiulatu coram aſtantibus omnibus vociferans, iuſto Dei iudicio & vitam præſentem ſe amiſiſſe, & æternam, quòd in gratiam Regis Eccleſiaſticæ auctoritati feciſſet iniuriam, & Romano Pontifici, viro ſancto & Apoſtolicarum virtutum ſciens & prudens intuliſſet graues contumelias, & inter has ipſas voces ſine vlla reconciliatione, aut ſalutari pœnitentia expirans infelicem ſpiritum, cæteris quidem vnà cum Rege excommunicatis terribili exemplo extitit, & optimatum omnium animos religione G impleuit, ita vt ſe paulatim omnes à palatio ſubtraherent, ne vetitæ communionis culpam pœnamque incurrerent, nec ad Regem, licet crebris & ſolennibus iuſſionibus euocati, redire ſuſtinebant, ſatius ducentes, Regem quam Deum offendere, corporis quam animæ iacturam facere. Quamvis ille contra fruſtra iraſceretur, fremeret, & minabundus in omnes inſaniret, iactitans iniuſtam & nihili pendendam in ſe Romani Pontificis ſententiam, in quem & alios ſibi inobedientes, gladium ſuum, quem iuxta Apoſtoli vocem, ad vindictam malorum accepiſſe ſe iactitabat, iuſtè diſtrictus eſſet, & rebellionis meritas pœnas exacturus. Sed plus valuit apud Principes Chriſtiana religio, quam deſtituta iam auxiliis vana Principis comminatio. *Albertus Magnus lib. 3. Hierarchia Eccleſiaſtica cap. 2. Baron. tom. 11. An. 1076. 15. 16.*

Inter eos Henricvs VIII. Anglorum Rex morte mulctari iuſſit, propterea quod conſtanter aſſererent, ſe nolle ab Eccleſia Catholica deficere, & validis rationibus & ſcripturæ teſtimoniis oſtenderent, Regem ſibi non poſſe vendicare H Eccleſiaſticam auctoritatem, ſupplicio quoque affecti ſunt Ioannes Trauerſius ſacræ Theologiæ Doctor in Hibernia, & Ioannes Toneus Auguſtinianus Cantuariæ in Anglia. Goneus quidem tenebatur aliquamdiu in carcere, ibique ad ſolita Chriſtianorum arma confugiens precibus & ieiunio triduano ſine intermiſſione ſe dedit. Ibi tum ad eum facta eſt vox, licet neminem videret, quæ eius appellato nomine, iuſſit eum infracto animo pro ea, quam profeſſus erat, ſententiâ mortem oppetere. Multum inde ille confirmatus, permanſit conſtans, nec vllis vel minis vel terroribus potuit à ſententiâ deduci, maluitque fortiter mori pro iuſtitia, quam Regis parere voluntati. Porro Trauerſius ſcriptis quibuſdam Romani Pontificis primatũ, auctoritatem eum defendiſſet, eo nomine accuſatus eſt: & raptus ad tribunal, non negauit, ſed extenſis digitis: His, ait ea conſcripſi, nec me eius facti vnquam vel pœnituit, vel Deo benè propitio pœnitebit. Igitur dicta in eum mortis ſententiâ eſt, grauiáque de more ſupplicia ſumpta. Accidit ibi res admiratione digna, quam narrarunt illi, qui præſentes huic ſpectaculo interfuerunt. Cum carni-

fex manum illam amputaſſet, ſpectante populo in ignem
A conieciſſet; reliqua parte exuſta, pollicem cum proximis duobus digitis, quibus ſolemus literas pingere, nulla ratione ignis, licet identidem inflammatus, abſumere potuit. Quo inſigni miraculo Deus, martyrem ſuum cauſam bonam eorundem ſuſcepiſſe, declarare voluit; Cauſſa enim, vt rectè ait Auguſtinus; martyrem facit, non pœna. *Laurentius Surius in breui Commentario rerum in orbe geſtarum ad ann. Dom.1535.*

*ECCLESIÆ PAVPERTAS. ET OPVLENTIA.

Ex ſacris hiſtoriis conſtat, Chriſtum Dominum pauperem fuiſſe nullaſque poſſeſſiones habuiſſe; non tamen tam pauperem fuiſſe, vt egeſtate preſſus mendicare cogeretur. Oblatam enim pecuniam cuſtodiebat, vnde Iudas loculos habebat, & diſcipuli arbitrabantur cum quædam curaſſe in cœnam, dum ei Dominus diceret. Quod facis, fac citius. Hinc alibi Auguſtin. à Duareno citatus *lib. 2. de ſacris Eccleſ. miniſter.* Habebat Dominus loculos, à fidelibus oblata conſeruans & ſuorum neceſſitatibus, & aliis indigentibus
B tribuebat.

Mortuo Chriſto dicit Lucas *In actis*, hanc fuiſſe formam poſſeſſionum, vt quotquot eſſent poſſeſſores agrorum aut domorum, vendentes ea, afferrent pretia, & ponerent ante pedes Apoſtolorum, diuidebaturque ſingulis, prout cuique opus erat. Quibus ſimilia etiam referuntur à *Clemente in Epiſt. quæ habetur cap. dilectis 12. q. 1.*

Vbi ſingularem Dei prouidentiam eliciunt plerique, vt propter perſecutionem futuram diſpergendis, ſuppeteret virumque ea diſtractis poſſeſſionibus & ſubſtantiis, vnde ſe ſuſtentarent.

Poſtea frigeſcente Laicorum charitate, bona ſtabilia presbyteri habere cœperunt, ac prædia, agros, ac hæreditates poſſidere, neque enim aliàs ſuam dignitatem Eccleſia tueri potuiſſet, neque aliis pauperibus ſubuenire. Vt eleganter ratiocinatur *S. Chryſoſtomus hom. 86. In Mattheum.* Vnde ſtatim poſt prima Apoſtolorum tempora, ſi modo tantum poſt illa; certatim vnoſquiſque prædia & poſſeſſiones alendis Eccleſiæ miniſtris & ſubleuandis neceſſitatibus attribuebat: neque amplius dicebatur, argentum & aurum non ha-
C beo. Quod cum diceret olim D. Thom. Aquinati Innocentius IV. cui magna pecuniæ ſumma numerabatur; ferunt eum reſpondiſſe: nec poſſunt nunc Pontifices prout tunc, Imperare claudo, & dicere, ſurge & ambula.

Hinc olim, quando nouus Pontifex inibat pontificatum, id eſt, poſſeſſionem adipiſcebatur, primum æream pecuniam largiebatur, vſurpans eam Petri ſententiam Argentum & aurum non eſt mihi; tum auream & argenteam, dicens: diſperſit dedit pauperibus. Deſignans priorem, & poſteriorem Eccleſiæ ſtatum. Quæ vero bona temporalia Eccleſiæ paulatim obuenerint, pete ex aliis locis & Titulis, nominatim ☞ *ex titulo de Donatione, Liberalitate, &c.*

HIEROGLYPHICA ECCLESIÆ.

Punicum malum tintinnabulo adiectum, cuius ſpecies apud Hebræos potiſſimum reperias, vt olim Eucherius, mox Gregorius Pontifex interpretatur, vnitatem Eccleſiæ & ex multis gentibus in eundem ſonum, hoc eſt, in eadem præcepta conuenientium indicat. *Pier. Val. lib. 15. pag. 527.*

*ECCLESIATICA DISCIPLINA. EXEMPLA BIBLICA.

D Deus in veteri lege per Angelos caſtigabat delinquentes, vt in caſtris Sennacherib. *lib. 4. Reg. 19.*

Item per Belluas, vt falſum Prophetam, *lib. 3. Reg. cap. 13.* per ſerpentes. *Num. 21.* Moyſes exactam ſeruabat diſciplinam quando deſcendens de monte, aduertit populum ad Idola conuerſum. *Exod. cap. 32.*

Item Ioſuë populi laſciuitatem caſtigauit. *Ioſuë capite 14.*

In Ieruſalem conſtituit Ioſaphat Leuitas & Sacerdotes, & principes familiarum ex Iſrael, vt iudicium & cauſam Domini iudicarent habitatoribus eius. Præcepitque eis, dicens; Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto. Omnem cauſam quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum qui habitant in vrbibus ſuis, inter cognationem & cognationem, vbicumque quæſtio eſt de lege, de mandato, de ceremoniis, de iuſtificationibus: oſtendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros: Sic ergo agentes non peccabitis, 2. *Paralip. cap. 19.* E

EXEMPLA HISTORICA CVM VETERA, TVM RECENTIORA.

Cum S. DVNSTANVS Cantuarienſis in Anglia Archiepiſcopus, luxum quorundam ex Clero caſtigare vellet, eiſque veniam & impunitatem Rex ipſe depoſceret, imago Chriſti cruci affixi, quæ præſens erat, ad Dunſtanum conuerſa hæc dixit, Caſtiga illos, neque parce: qua voce ſtupefactos Rex à deprecatione deſtitit. *Pet. Ribadeneira lib. 2. de Prin. Chriſtiano cap. 5. ex Surio tom. 3.*

GREGORIVS Magnus in cauſa Maximi Epiſcopi Salonitani, initio quidem clementiſſimè moderatiſſiméque ſe geſſit, ſtuduitque pro viribus, vt ſeſe recognoſceret, ac facinoris, quod patrarat, pœniteret. At cùm deinde hominem natura inſolentem, & Imperatoris gratia ac patrocinio fretum, obſtinatiorem in ſua pertinacia cerneret, nihil veritus Imperatoris auctoritatem, audaciam Maximi fortiter fregit, eumque Chriſtianis Sacris, Communionéque fidelium interdictum in iis ſordibus totos annos ſeptem iacere permi- F ſit. De cuius tandem ſeria quamvis ſera pœnitentia, ac ſanctiſſima Gregorij charitate ita *Ioannes Diaconus lib. 4. Vita S. Greg. cap. 23.* Inter hæc præuaricator Maximus anno ſeptimo excommunicationis ſuæ poſt caſtigationes & flagella Gregorij ad cor reuertens, Rauennam petiit (annuente pro ſua clementia S. Gregorio) & iactauit ſe tenſus intra ciuitatem in media ſilice clamans, & dicens: Peccaui Deo, & beatiſſimo Papæ Gregorio. Et agente eo pœnitentiam tribus horis, cucurrit Gallicinus Exarchus, & Caſtorius Chartularius Eccleſiæ Romanæ cum Mariniano Epiſcopo, & leuauerunt eum de ſilice: qui etiam cœpit ampliorem pœnitentiam coram eis agere. Quod Gregorius vt audiuit, ad miſericordiam protinus rediit. *Greg. lib. 7. Epiſt. 80.*

Cum in Theutoniæ partibus circa annum Domini milleſimum ducenteſimum quadrageſimum ſecundum, adoleſcens Quidam nobilis in lubricitate corporis exceſſiſſet, à ſenibus concanonicis, & à Decano ab ingreſſu Eccleſiæ arctatus eſt, G & infra ſepta monaſterij quaſi pro agenda pœnitentia, in loco ad hoc deputato reclusus. Qui humiliter valde pœnam ſuſcipiens, flagellabatur interim à Decano, & grauibus conuiciis culpabatur. Eo autem adhuc in pœnitentia exiſtente, contigit eum à concanonico ſuo innocenter de nocte, & latenter occidi. Vnus ergo, eadem nocte, ex concanonicis, vir ſanctus poſt matutinas orans ſuppliciter in ſecreto, vidit ſubitò totam Eccleſiam illuſtrari, & apparente multo comitatu Sanctorum, glorioſam Virginem matrem Chriſti in medio omnium, velut magiſtram & dominam conſidere, & ſuper diuerſis negotiis vniuerſalis Eccleſiæ tractatum habere. His finem datis, patronus eiuſdem Eccleſiæ exorſus eſt, dicens: Et quia ex vobis miſerebitur mei canonici, vt præſentem Domini noſtri matrem pariter rogitemus, vt ſuper piaculo eius ſolita pietate flectatur? Et mox ſupplicantibus ſanctis allata eſt anima, & omnibus dicitur: Quia locus iſte ſpecialiter diſciplina viguit, & adoleſcens iſte iam mortuus diſciplinam libens accepit, & ex corde pœnituit, pro purgatorio cedat ei mors innocens, quam ipſe ſuſtinuit: tu autem anima, pete quod vis, & fiet tibi. Et anima: Pro occiſore, inquit, meo peto, qui me oc- H ciſo ſtatim valde pœnituit, & ad Dominum Apoſtolicum confeſtim iter arripuit, vt ipſe miſericordiam conſequatur; & mox reſponſum accepit: Sicut dignè petiſti anima, fiet tibi. Hæc vt audiuit orans, Canonicis quod vidiſſet expoſuit. Locum igitur introeuntes occiſum inueniunt, & deplangunt: occiſorem verò, mox poſt factum, de nocte iter arripuiſſe ad Apoſtolicum repererunt. *Thom. Cantiprat. lib. 1. Apum cap. 17. §. 5.*

Audi iterum quod Rhemenſis Eccleſiæ Decanus de filio ſororis ſuæ egerit excedente. Ob amorem & reuerentiam dicti auunculi ſui, canonica præbenda in Atrebatenſi Eccleſia clerico eſt liberaliter collata: poſt tempus autem, ipſe clericus pro lapſu carnis punitus per annum ſuſpenditur à præbenda. Inde caſus accidit, vt Decanus, eius auunculus, ad ciuitatem Atrebatenſem cauſis emergentibus deueniret. Qui honeſtè, vt talem virum decebat, à Canonicis eſt receptus. Narratur

etiam

etiam ei exceſſus nepotis à ſociis pœnàque inflicta, vt ſcilicet A canonica portione vno anno careret, promptumque eſſe Capitulum pœnam liberaliter relaxare nepoti, ſi pro eo preces fundere dignaretur. Et ille: Quare non, inquit. Filius ſororis eſt. Conuocato ergo Capitulo Canonicorum, dixit: Nepotem meum exceſſiſſe percepi, & iuxta conſuetudinem Eccleſiæ per annum in præbenda punitum. Rogo vos, vt in meum arbitrium ponatis hanc noxam: nec mora, cunctis læto vultu annuentibus (erat enim clericus de bonis ſociis illis, quorum nec vnus vnquam, vt vulgò dicitur, bene fecerat.) Decanus ſubiunxit, dicens: Veſtri gratia, vos Domini mei chariſſimi, noxam nepotis mei in meum arbitrium poſuiſtis. Commendo quidem & approbo conſuetudinem veſtram, qua per annum lubricos in carne punitis. Iſti anno, quo nepos meus à vobis in præbenda punitus eſt, alterum annum addo; vt duobus annis omni beneficio careat præbendali: Et ſi quidem medio tempore ſe correxerit tali modo, vt dignè reſtitui mereatur veſtræ in hoc anno beneuolæ largitati: ſin autem, ipſo facto quo malè ſe geſſerit, nunquam ad præbendam B vel gremium huius Eccleſiæ in perpetuum admittatur. Hæc vt audière Canonici, mirè in verbo ædificati ſunt, & tantam Decani virtutem per totam Galliam vulgauerunt. *Idem lib. 1. cap. 59. §. 1.*

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimò centeſimo ſeptuageſimo, cùm Thomas Cantuarienſis Epiſcopus reconciliatus Henrico II. Angliæ Regi in Angliam rediiſſet, litteris Pontificis Romani diuulgatis; quas ipſe impetrauerat; ſuſpendi à munere epiſcopali Epiſcopum Eboracenſem, & aliquot alios Epiſcopos, qui vnà cum Eboracenſi Henricum III. Henrici filium coronauerant: queſtus namque Thomas eſt Pontifici Romano ea de re, quòd coronatio ad Cantuarienſem pertineret, diceretque id factum non ſine iniuria ſua, qui tunc erat in exilio. Res perlata ad Henricum II. fuit in cauſa, vt recrudeſcentibus antiquis offenſis inter alia diceret, ſe per vnum non poſſe regnare. Quod verbum nonnulli excipientes, inſcio Rege Thomam trucidarunt. Rex indignè id tulit: reos ipſe Romam miſit: & Legatos, qui ipſum purgarent apud Pontificem, addidit. Admiſſi ægre C difficulter impetrarunt, vt Alexander III. legatos mitteret, qui rem cognoſcerent, Regem vel abſoluerent; vel damnarent. Miſſi innocentem Regem perpetratæ cædis inuenerunt. Rex autem ſic ad eos eſt locutus: Diſciplinam non refugio Chriſtianam: decernite quod placuerit; deuotè amplectar, exſequarque decretum. Quo dicto & veſte abiecta iuxta morem publicè pœnitentium, nudum ſe Eccleſiaſticæ ſubmiſit diſciplinæ. Hæc verba ipſa Neubrigenſis Anglici ſcriptoris, qui hoc tempore viuit, flagellis cæſum more Eccleſiaſtico, humeriſque nudatum in publico Regem narrantis. *Neubrigenſis lib. 2. Hiſt. Angl. cap. 25. Tom. Bozius de ſignis Eccl. lib. 11. cap. 9.*

Recentiora ſunt pleraque dictorum, verum tam illa quam priora, ſuperant ea quæ ſubiunguntur, vtpote ea quibus Eccleſiæ veteris in ſeruanda diſciplina rigor vigorque eruitur, & quantum eiuſdem decretis ſe ſubmiſerint Catholici Imperatores docetur.

Cum THEODOSIVS Imper. ob ſeditionem Theſſalonicæ excitatam ſeptem hominum millia trucidari imperaſſet, Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, eidem Mediolanum veD nienti, & in templum ingredi cupienti, extra veſtibulum obuiam procedit, ingreſſúque interdicto his verbis affatur: Eſt veriſimile ô Imperator te ignorare perpetratæ à te cædis magnitudinem, neque poſt ſedatam iracundiam admiſſi facinoris enormitatem peruidere. Nam Imperatoris fortaſſe principatus peccatum agnoſcere non ſinit; ſed poteſtas offundit rationi caliginem. Verum quæ ſit natura noſtra, & quam fragilis ac fluxa, conſiderandum eſt: & in antiquum puluerem, ex quo orti ſumus, & in quem recaſuri, acies mentis intendenda: neque ita ſplendore purpuræ deceptus, corporis illa operti imbecillitate ignorare debes. Quinetiam illis imperas, qui & eiuſdem ſunt naturæ participes, atque adeo conſerui. Vnus enim omnium Dominus & Rex, huius vniuerſitatis fabricator Deus. Quibus igitur oculis intuebere templum illius, qui eſt omnium Dominus, quibus pedibus ſanctum illud ſolum calcabis? Qui quæſo manus, iniuſta cæde & ſanguine reſperſas extendere audes; & iiſdem ſacroſanctum Domini corpus accipere? Aut quomodo venerandum eius ſanguinem ori admouebis, qui furore iræ iubente tantum ſanguinis tam iniquè effudiſti? Recede igitur, & ne conare nouo ſcelere ſcelus E ante editum augere: ſed capeſſe vinculum: quo vt ligeris Dominus omnium cœlitus ſententiam dat. Quod quidem vinculum vim habet & morbum animi depellendi, & te ad ſanitatem reſtituendi. Huic orationi obſecutus Imperator (nam diuinis educatus eloquiis accuratè norat, tum quæ eſſent officia Sacerdotum, tum quæ Regum propria) cum gemitu & lachrymis ad Palatium reuertitur. Atque octo menſium ſpatio iam elapſo, Saluatoris Natalitia fuêre celebrata. Imperator autem conſidet in palatio, lamentis ſe dedens, & magnam vim profundens lachrymarum. Quod cum animaduertiſſet Ruffinus, qui tum magiſter aulæ fuit, magnáque apud Imperatorem authoritate, vtpote familiaritate ei coniunctior, ad illum accedens cauſam rogat fletus. Tum Imperator, lugens acerbius, & maiorem in modum flens: Tu, inquit, Ruffine, ludis? nam quantis ipſe in malis verſer, non ſentis. Ego vero gemo, & meam ipſius deploro calamitatem, dum mente complector quam facilis aditus ad ſacrum F templum ſeruis & mendicis pateat, libérque illis ad Dominum ſuum deprecandum detur introïtus: mihi autem non ad illum locum, verùm etiam ad cœlum ipſum acceſſus præcluſus ſit. Nam mihi in mentem ſententiæ à Domino prolatæ, quæ palam dicit. Quemcumque ligaueris ſuper terram; erit ligatus & in cœlis. Cui Ruffinus, Curram, inquit, ſi placet ad Epiſcopum, ei ſupplicabo, perſuadebóque vt tua ſoluat vincula: At non eſt, inquit Imperator, tibi morem geſturus. Noui enim adeo iuſtam æquamque Ambroſij eſſe ſententiam, vt non metu poteſtatis Imperatoriæ ſit legem diuinam violaturus. Verum cum inſtaret Ruffinus, polliceretúrque ſe Ambroſio perſuaſurum, Imperator iubet properè abire: ipſe falſa ſpe inductus, & Ruffini confiſus promiſſis, paulò poſt ſequitur. Vt primum autem Ruffinum Diuus vidit Ambroſius: Videris mihi, inquit, Ruffine, canum impudentiam imitari. Nam tametſi tuo ſuaſu tam crudelis facta eſt cædes, tu tamen ita perfricuiſti os; vt nec pudeat, nec pigeat tanta rabie contra imaginem Dei inſaniuiſſe: Vbi vero Ruffinus eum obnixè rogaſſet, ac dixiſſet Imperatorem breui eò peruenturum, S. Ambroſius diuino zeG lo accenſus: Ego (inquit) Ruffine, tibi prædico, me illum ab introitu ſacri veſtibuli prohibiturum. Quod ſi imperium mutarit in tyrannidem, cædem lubens equidem excipiam. Quibus auditis, Ruffinus Imperatori per internuncium ſignificat, hortatúrque vt maneat in palatio. Quæ cum Imperator in medio foro accepiſſet: Eo, inquit, illuc nihilominus, qui iuſtas debitáſque contumelias ſubeam. Vbi verò ad ſacros templi parietes aduenit, non ingreditur in templum ille quidem, ſed ad Epiſcopum, qui in ædicula ſalutatoria ſedebat accedens, obſecrat, vt vincula ſibi ſoluat. At Ambroſius eius aduentum dixit eſſe tyrannicum, cúmque ipſum contra Deum inſanire, & illius leges proterere. Tum Imperator. Non obſtinato animo, inquit leges ſancitas impugno, neque ſacra veſtibula per nefas introire cupio: ſed oro, vt mihi ſoluas vincula, & proponas tibi ante oculos clementiam illius qui eſt Dominus omnium, & ne mihi occludas ianuam quam ille omnibus; quos peccatorum ſuorum pœnitet, aperuit. Cui Ambroſius: Quam tu, inquit, pœnitentiam, poſt tam graue ſcelus admiſſum, oſtendis? Quæ medicamenta ad vulnera H tam difficilia curanda & ſananda adhibuiſti? Tuum eſt, inquit Imperator, medicamenta oſtendere, eaque temperare, & vulnera quæ ægriùs curantur obligare: meum autem, quæ ſunt adhibita, accipere. Tum diuus Ambroſius: Quoniam, inquit, iracundiæ permiſiſti iudicium, & non rectæ rationi, ſed animo irato obſecutus, ſententiam pronunciaſti: conſcribe legem, qua deinceps ſententiæ per iracundiam pronunciatæ, irritæ ſint & nullius momenti, cognitionéſque cauſarum de cæde & publicatione bonorum ad triginta dies ſcriptis proditæ maneant, vt recta ratione de illis iudicium des. Atq; diebus illis confectis, qui decreta illa ſcripſerint, mandata tua tibi oſtendant. Ac tum quidē compreheſſa iracundia, ratione ſola cauſam expendens, inquires in decreta: & ita perſpicies, iniquane ſint an æqua. Quod ſi iniqua deprehenderis, certum eſt ea decreta ſcriptis mandata te dilaceraturum: ſin æqua confirmaturum; ſicque manifeſto intellecturum numero dierum interiectorum, nihil de auctoritate decretorum rectè ſancitorum omnino detractum eſſe. Iſtud conſilium Imperator, quoniam prudentiſſimum eſſe cenſebat, libenter amplexatus, iubet

exemplo legem conſcribi ſuáque ſubſcriptione confirmat. A Quare confectа D. Ambroſius eius vincula ſoluit. Itaque Imperator piiſſimus in ſanctum templum ingreſſus, non ſtans Dominum precatus eſt, neque genibus flexis, ſed pronus, humi abiectus, verſum illum Dauidis recitauit: Adhæſit pauimento anima mea, viuifica me ſecundum verbum tuum: atque capillum manibus lacerans, frontem ferire, lachrymarum guttis ſolum rigare, veniámque ſupplex petere cœpit. Vbi autem tempus poſtulauit, vt dona ſacræ menſæ offerrat, ſurgit, atque non minorem lachrymarum vim, quam antea effundens, in ſanctuarium ingreſſus eſt. Cum verò dona, vti ſolebat, obtuliſſet, intus propè cancellos manſit. At rurſus magnus ille Ambroſius non conticuit quidem, ſed locorum differentiam eum docuit. Ac primum ſciſcitatur, ecquid re egeret? Et cum reſpondiſſet Imperator, ſe expectare diuinorum myſteriorum perceptionem: ſignificauit illi per primarium Diaconum, qui ei miniſtrabat, ad loca interiora ſolis ſacerdotibus aditum patêre, eadémque aliis omnibus inacceſſa eſſe nec debere tangi, iubet igitur vt exeat, & cum reliquis laicis conſiſtat. Nam purpura, inquit, Imperatores non ſacerdotes efficit. B Reſpondit ſupplex Imperator ſe non animi confidentia inductum manſiſſe inter cancellos, ſed hanc conſuetudinem Conſtantinopoli didiciſſe. Quare habeo, inquit, etiam pro hac medicina gratiam. Tantis & tam eximiis virtutis ornamentis enituit tum Epiſcopus, tum Imperator. Vtrumque enim admiror: alterum propter ingenuam loquendi libertatem, alterum propter facilem obedientiam: & illum propter diuini zeli ardorem, hunc autem propter ſinceram fidem. Imperator autem pietatis officia quæ ab illuſtri illo Epiſcopo didicerat, etiam cum reuertiſſet Conſtantinopolim, obſeruauit. Nam cum ſolemni quodam feſto ad templum accederet, ſtatim vt dona ſacræ menſæ obtuliſſet, exiuit. Cum autem Nectarius qui id temporis illius Eccleſiæ fuit Antiſtes, rogaret, Cur non maneret intus? gemens reſpondit, Ægrè tandem didici quid inter Imperatorem interſit & Epiſcopum, ægrè tandem reperi veritatis magiſtrum. Nam ſolum Ambroſium noui Epiſcopum, dignum eo nomine. Tantum commodi reprehenſio, à viro virtute præſtanti adhibita, ſecum adferre ſolet. *Theod. Eccleſ. hiſt. lib. 5. cap. 17.*

Iustinvs Martyr. Diſciplinam Eccleſiæ & ritum initiandi C Chriſtianos ſuo tempore vſitatum ita deſcribit: Quotquot credunt quæ docemus vera eſſe, & ad eum modum viuere pollicentur, ante omnia diſcunt, ieiuniis & precibus, petere à Deo præteritorum peccatorum veniam, nobis vnà preces ieiuniaque iungentibus. Deinde ad aquam à nobis ducuntur, & renaſcuntur eo modo quo & nos renati ſumus. Nam in nomine Patris omnium, Dominique Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & Spiritus Sancti, in aqua tunc lauantur. Hominem ſic ablutum ac inſtitutum ad fratres adducimus, vbi cœtus ſiunt vt tam pro nobis quam pro recens illuminato precemur, vt inueniamur per veram doctrinam & bona opera digni obſeruatores & cuſtodes mandatorum, & vt ſalutem æternam aſſequamur. Poſt precationem nos ſalutamus oſculo mutuo. Deinde adfertur præcipuo fratri panis & calix aqua dilutus, quibus acceptis in laudem & gratiarum actionem Patri omnia offert per nomen Filij & Sancti Spiritus: atque ita Euchariſtiam aliquandiu celebrat. Poſt preces & Euchariſtiam totus populus accinit, Amen. Abſoluta gratiarum actione præſulis, Diaconi quos vocamus, dant ſingulis præſentibus partem panis & calicis diluti: ſuper quos facta eſt gra- D tiarum actio: atque etiam deferre ſinunt abſentibus. Hoc autem alimentum apud nos vocatur Euchariſtia, ad quod nemo admittitur, niſi qui credit veram eſſe noſtram doctrinam, ablutus regenerationis lauacro in remiſſionem peccatorum, & ſic viuens vt Chriſtus docuit. Non enim vt vulgarem panem & vulgare poculum hæc ſumimus, ſed quemadmodum per verbum Dei caro factus Ieſus Chriſtus Saluator noſter, carnem & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit: ſic etiam per verbum precationis & gratiarum actionis, ſacratam ab ipſo alimoniam, quæ mutata nutrit noſtras carnes & ſanguinem, illius incarnati Ieſu carnem & ſanguinem eſſe didicimus.

Die Solis, vrbanorum ac ruſticorum cœtus ſiunt, vbi Apoſtolorum Prophetarúmque literæ prælegunturr: deinde ceſſante lectore, præpoſitus (paſtor Eccleſiæ) verba facit adhortatoria, ad imitationem rerum honeſtarum in vitis. Poſt hæc conſurgimus omnes, & precamur. Poſtea profertur panis, vinum, & aqua: tum præpoſitus quantum poteſt precatur, & gratias agit: plebs verò Amen accinit. Inde conſecratur diſtribuuntur ſingulis, & abſentibus mittuntur per E Diaconos. Ditiores, ſi libeat, pro ſua quiſque voluntate conferunt. Collecta deponuntur apud Præpoſitum: is ſubuenit pupillis & egenis. Conuentus autem nos die Solis facimus; quod hac die Deus mundum creauit, & eadem die Chriſtus reſurrexit à mortuis. *Hæc Iuſtinus, Apolog. 2. pro Chriſtianis.*

Irenævs, mulier Quædam, inquit, forma præſtans, Diaconi cuiuſdam in Aſia, cum à Marco hæretico mente & corpore corrupta, diu eum eſſet ſecuta, poſtea magno labore à fratribus conuerſa, omne tempus in exomologeſi conſummauit, plangens & lamentans. Ibidem & de Rhodanenſibus mulieribus ſcribens, ait, eas in publico exomologeſim feciſſe. Ex his & ſimilibus locis, quorum multa apud Tertullianum & Cyprianum extant teſtimonia, conſtat peccatores, quorum delicta & ſcelera Eccleſiæ detecta erant, vt ſcandalum piis oblatum tollerent, pro ratione delictorum à preſbyteriis, id eſt, conſeſſibus paſtorum & presbyterorum primum admonitos, obiurgatos & conſolatos, deinde poſt publicam coram piorum cœtu delictorum agnitionem, & deteſtationem ad ſacram communionem, qua ante fuerant F excluſi, receptos fuiſſe. Quem ritum veteres pœnitentiam, confeſſionem, ſatisfactionem nominarunt. De his autem quam Theologi neoterici prolixè diſſerant in dogmatum explicatione, inſtituti noſtri metas ne tranſiliamus *Libro 1. adu. hæreſes, cap. 9.*

Tertvllianvs Chriſtianorum ſui ſeculi diſciplinam, ritus, & mores deſcribit *apologet. adu. gentes, cap. 39.* Coimus, inquit, in cœtum & congregationem, vt ad Deum quaſi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata eſt. Oramus etiam pro Imperatoribus ac Poteſtatibus &c. Cogimur ad diuinarum literarum commemorationem, ſi quid præſentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoſcere. Certè fidem ſanctis vocibus paſcimus, ſpem erigimus, fiduciam figimus, diſciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus denſamus. Ibidem etiam exhortationes, caſtigationes, & cenſura diuina. Nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conſpectu: ſummumque futuri iudicij præiudicium eſt, ſi quis ita deliquerit vt à communicatione orationis & conuentus, & omnis G ſancti commercij relegetur. Præſident probati quique ſeniores, honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti. Neque enim pretio vlla res Dei conſtat: non de oneraria ſumma quaſi redempta religionis congregatur: modicam vnuſquiſque ſtipem menſtrua die, vel quando velit, & ſi modo poſſit, apponit. Nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. Hæc quaſi depoſita pietatis ſunt. Nam inde non aliis quam egenis alendis diſpenſatur. Cœna noſtra de nomine rationem ſuam oſtendit: vocatur ἀγάπη, id eſt dilectio, quantiſcunque ſumptibus conſtet, lucrum eſt pietatis nomine facere ſumptum. Siquidem inopes quoſque refrigerio iſto iuuamus. Non prius diſcumbitur, quam oratio ad Deum præguſtetur. Editur quantum eſurientes capiunt: bibitur quantum pudicis eſt vtile: ita ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum ſibi eſſe Deum. Ita fabulantur, vt qui ſciunt Dominum audire. Poſt aquam manualem & lumina, vt quiſque de ſcripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, prouocatur in medium Deo canere. Hinc probatur quomodo biberit. Æquè oratio conuiuium dirimit. H

Idem. De diſciplina & ritibus Eccleſiæ circa baptiſmum & baptizandos ſuo ſæculo variis locis diſſerit, quæ quoniam ſcitu digna videntur, adſcribemus. Poteſtas baptiſandi penes ſolos Eccleſiæ miniſtros eſt, libro de Baptiſmo: Non permittitur (inquit, lib. de velandis virginibus) mulier in Eccleſia loqui, ſed nec docere, nec tingere. Dies Paſchæ & Pentecoſtes ſolennes fuiſſe ad baptizandum ait, ſed paulo poſt addit, Omnis dies Domini eſt, omnis hora, omne tempus habile baptiſmo. Ætatem aliquam in infantibus requirere videtur lib. de Baptiſmo, ſed priuato ſuo iudicio id profert. Infantes enim Eccleſia Chriſtiana, poſtquam editi eſſent baptiſandos eſſe cenſuit, iuxta Dei verbum Eccleſia: *teſte Cypriano, libro 3. epiſtol. 8.* De baptiſmo adultorum conuenit Tertullianus cum Iuſtino, cuius dicta notauimus. Adultus baptizandus interrogabatur de Symbolo cuius verba coram cœtu recitabat. Deinde abrenunciabat

Diabolo,

A Diabolo, pompæ & Angelis eius. Recitabatur poſtea formula Chriſti, Baptizo te in nomine Patris & filij, & Spiritus ſancti. Sic enim in libro de Corona militis. Ter mergitamur, nihil amplius aliquid reſpondentes, quam Dominus in Euangelio determinat. Et *in lib. adu. Praxeam*, Non ſemel, ſed ter, ad ſingula nomina, & ad perſonas ſingulas tingimur. Aliæ ceremoniæ accedebant, de quibus idem *Tertullianus lib. de Baptiſmo. Vide eiuſdem lib. de ſpectaculis, de idololatria, de corona militis lib. 1. contra Marcionem, & de pudicitia.*

Idem diſciplinæ Eccleſiaſticæ circa claues; id eſt pœnitentiæ publicæ ſeu confeſſionis & exomologeſeos, (quam pœnitentiæ miniſterium alicubi vocat) ritus idem in libris ſuis ſubinde, alias breuiter, alias prolixius recitat. *Lib. de pœnitentia*, Is actus, inquit (confeſſionis ſcilicet) exomologeſis eſt, qua delictum Domino noſtro confitemur, non quidem vt ignaro, ſed quatenus ſatisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologeſis proſternendi & humiliandi hominis diſciplina eſt, conuerſionem iniungens, miſericordiæ illicem. De ipſo quoque habitu ac victu mandat, ſacco & cineri
B incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus deiicere, illa per quæ peccauit triſti tractatione mutare. Cæterum paſtum & potum pura naſſe, non ventris ſcilicet, ſed animæ cauſa: plerunque verò ieiuniis preces alere, ingemiſcere, lachrymari, & mugire dies noctéſque ad Dominum Deum tuum, presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere. Hæc omnia exomologeſis continet.

Idem libro, ſecundo ad vxorem, libro de cultu fœminarum, ad martyres, ad Scapulam, piam & honeſtam Eccleſiæ veteris diſciplinam id eſt, Chriſtianorum probatos mores commemorat Tertullianus, cuius veſtigia diſcipulus Cyprianus ſequitur. Ex horum Theologorum dictis conſtat faciem Eccleſiæ longe aliam tunc fuiſſe ab ea quæ poſtea apparuit, & tunc ſub Domini diſciplina fideles beatè vixiſſe. Horum quippe exercitia fuere preces publicæ & priuatæ, ſilentium, modeſtia, patientia, æquitas, caſtitas, benignitas, charitas erga pauperes, ieiunia, ægrotantium viſitationes, conſolationes captiuorum, hoſpitalitas &c.

C Presbyteri & Diaconi Eccleſiæ Romanæ ad quandam D. Cypriani epiſtolam reſpondentes, inter alia ſcite dicta, quæ ſequuntur de vtilitate diſciplinæ in Eccleſia Dei, proferunt quæ ſequuntur: Quid magis aut in pace tam aptum, aut in belli perſecutionibus tam neceſſarium, quam debitam ſeueritatem diuini vigoris tenere? quam qui remiſerit, inſtabili rerum curſu erret ſemper neceſſe eſt, & huc atque illuc incertis negotiorum tempeſtatibus diſſipetur, & quaſi extorto de manibus conſiliorum gubernaculo, nauim Eccleſiaſticæ ſalutis illidat in ſcopulos: vt appareat non aliter ſaluti Eccleſiaſticæ conſuli poſſe, niſi ſi qui & contra ipſam faciunt, quaſi quidam aduerſi fluctus repellantur, vt diſciplinæ ipſius ſemper cuſtodita ratio, quaſi ſalutare aliquod gubernaculum in tempeſtate ſeruetur. *Cyprian. lib. 2. epiſt. 7.*

ECCLESIÆ IVDICIVM IN CAVSA FIDEI.

Exempla S. Scriptvræ.

Devs præcepit per Moyſen omnem controuerſiam à ſacerdotibus dirimi. *Leuit. 14. Deuter. 21.*

D Iosaphat Rex popularibus ſuis edixit, vt in iis, quæ ad legem & ceremonias pertinerent, ſummum ſacerdotem adirent, qui, ſi quid ambiguum eſſet, aut obſcurum, tanquam diuinæ legis interpres id explicaret. *2. Paral. 19.*

Christvs Matth. 18. Dic Eccleſiæ: Eſt autem Eccleſia eo loco paſtorum Eccleſiæ conuentus *Decretalium lib. 2. de Foro competenti.*

EXEMPLA HISTORICA.

Cum Melchiades Papa in conſeſſu decem & nouem Epiſcoporum damnato Donato hæretico, Cæcilianum Carthaginenſem Epiſcopum abſoluiſſet, atque ab hoc iudicio Donatiſtæ ſchiſmatici ad Conſtantinum Imperatorem appellaſſent; indignatus ipſe tam iniquæ & impiæ appellationi ſic reſpondit, vt Optatus ſcribit: O rapida furoris audacia: ſicut in cauſis Gentilium fieri ſolet, appellationem interpoſuit. Epiſtolam quoque in hæc verba ad Epiſcopos dedit: E Meum iudicium poſtulant, qui ipſe iudicium Chriſti expecto. Dico enim, vt ſe veritas habet: Sacerdotum iudicium ita debet haberi, ac ſi ipſe Dominus reſidens iudicet. Nihil enim licet his aliud ſentire, vel aliud iudicare, niſi quod Chriſti magiſterio ſunt edocti. Quid igitur ſentiunt maligni homines, officia diaboli? Perquirunt ſecularia, relinquentes cœleſtia. *Ex Opt. in Appen. nouiſſime Pariſiis edito Baron. tom. 3. an. 613.*

Cum Ariani Euſtathium Antiochenum, Athanaſium Alexandrinum, & alios Epiſcopos Catholicos infenſos Conſtantino Imperatori reddere pertentarent, ſtructis calumniis, & libellis, quibus cum impellerent, vt ſedibus eos eiiceret, & in exilium amandaret, Imperator ex Donatiſtarum cauſa diutius ventilata prudentior factus, à libellorum prorſus abſtinuit lectione, quos omnes igne cremandos, ac ſi penitus abolendus curauit. Rem vero ante Synodum geſtam Sozomenus narrat his verbis: Multi autem ex Sacerdotum numero, qui (vt euenire ſolet) tanquam ad cauſas ſuas ac priuatas diſceptandas in vnum conuenerant, tempus opportunum ſibi iam oblatum putarunt ad F res eas corrigendas, quæ ipſorum animos offendiſſent. Itaque ſinguli libellum de criminibus, quæ aliis obiicerent, Imperatori offerre, & peccata in ſe admiſſa iam ante exponere cœperunt. Cum autem illud in dies fere ſingulis accideret, dat mandatum Imperator, vt ſinguli crimina, quæ aliis obiicere conſtituerant, ad certum diem proponerent. Vbi dictus dies venit, Imperator oblatis ſibi libellis acceptis; Iſtæ, inquit, criminationes tempus quidem ſibi præſtitutum habent, diem videlicet magni iudicij, iudicem autem, qui ſit tum de omnibus ſententiam pronunciaturus: mihi verò non eſt fas, cum homo ſim, eiuſmodi cauſarum cognitionem arrogare, præſertim cum & qui accuſant, & qui accuſantur, ſacerdotes ſint. Nam non deberent ſe tales præbere, vt ab altero iudicentur. Age igitur, deletis criminibus, exemplum diuinæ clementiæ in danda mutuò venia imitati, iungamus amicitiæ fœdera, & fidei negotia, quæ vos in hunc locum conuenire compulerunt, ſerio pertractemus. Hac habita oratione, Imperator iubet tum criminationes illatas nullius momenti eſſe, tum libellos comburi, G diemque præſtituit, ad quem de rebus fidei vocatis in controuerſiam deciderent. *Baron. tom. 3. Annal. an. 325. ex Sozom. lib. 1. c. 16. & Trip. lib. 2. cap. 1.*

Sub Avreliano Imperatore fuit Chriſtianis cum Paulo Samoſateno hæreſiarcha controuerſia de domo quadam quam pars vtraque templo exædificando deſignauerat. Conſultus Cæſar, vt litem dirimeret, ad Romanum Pontificem (gentilis licet) cauſam diſceptandam remiſit, iuſſitque domum illis tribui, quibus Romanus Epiſcopus, & alij Italiæ ſacerdotes adiudicaſſent. Nouerat enim (vt ait Euſebius) Romanum Pontificem ſupremum eſſe apud Chriſtianos iudicem, ad quem pertineret de rebus Eccleſiaſticis ſententiam ferre. *Euſeb. Cæſarienſ. lib. 7. hiſt. Eccleſ. c. 14.*

Poſtquam Valentinianvs Imperator Valentem fratrem in imperij collegam aſſumpſit, vt tum Orientali tum Occidentali pariter languenti imperio ſimul conſultum eſſet, illud opportunum (quod videbatur) remedium excogitauit: nimirum vt relicto Valente in Oriente, ipſe ſeſe transferret in Occidentem: ſicque fore, vt tumultuantes vndique barbaros coercerent. Eiuſmodi itaque conſilio inito, partitis inter ſe exercitibus, eorúmque ductoribus, rebúſ- H que diſpoſitis, percurſis Thraciis, vna ſimul in Pannoniam deſcendentes, Sirmium peruenêre. Inde tandem ab inuicem digreſſi, Valens reuerſus eſt Conſtantinopolim, Valentinianus verò Mediolanum ſe contulit. In itinere verò memoria dignum hoc accidiſſe Sozomenus tradit. Vbi, inquit, deceſſit Conſtantinopoli Valentinianus, pérque Thraciam Romam verſus iter fecit: Epiſcopi Helleſponti & Bithyniæ, & alij omnes, qui Filium Patri conſubſtantialem aſſerendum putabant, mittunt ad eum pro ſe Legatum Hypatianum Heracleæ (quod eſt oppidum Perinthi, Epiſcopum, oratum, vt ſibi de doctrina fidei rite conſtituenda in vnum conueniendi poteſtas permitteretur. Qui cum veniſſet ad Valentinianum, & Epiſcoporum ei poſtulationem expoſuiſſet, reſpondet ille: Sibi qui vnus è laicorum numero erat, non licere ſe eiuſmodi negotiis interponere: & ideo ſacerdotes & Epiſcopi, inquit, quibus hæc

curæ ſunt, ſeorſum per ſe vbicunque ipſis libitum fuerit, in A vnum conueniunt. Quo reſponſo ad legationem Hypatiani dato, Lampſaci Concilium cogunt. *Niceph. lib.* 11. *c.* 30. *Sozom.* 6. *c.* 7. *Ruffin.* 1. *c.* 5. *Baron. tom.* 4. *an.* 364.

Otto ſecundus, Ottonis Magni filius, cum exercitu in Calabriam aduerſus Saracenos Græcis adiunctis profectus, offenſo Numine in ſanctis eius, ingentem cum exercitu cladem expertus eſt. Epiſcopatum, quem pater in ſacrum honorem pretioſiſſimo martyri Laurentio erexerat, ambitione ſuorum in peccatum ductus filius deſtruxit, non faciens ordinem; quaſi qui aquam in mare fundit, Epiſcopatum deiecit, vt plenum deliciis Archiepiſcopatum ditaret. Tulit Epiſcopum optimo Laurentio, poſuit Parthenopoli Archipræſulem noſtro Mauritio. Factum eſt contra ius in Eccleſia Dei, donec adueniens nouus Rex, & religioſiſſimus veterem errorem correxit. Poſt tres Ottones Henricus Chriſtianiſſimus ecce venit, qui malè facta correxit. Propter hoc peccatum (veluti patet) pugnante Laurentio, victoriam Otto perdidit, & diebus ſuis omnem confuſionem recepit. Auertente faciem Deo, quæ ſit virtus tua, ô homo, ſpecta nunc in homine B vno. Quid prodeſt bellicus ardor? Quid valet virtus ſine ſuo loco? Age tunc cuncta cum conſilio. Quorſum venit ſapiens inuito Deo? ſicut ſcriptum eſt: Non eſt conſilium, non eſt ratio contra Deum. Quapropter audiamus bonum conſilium, quo dicitur: Omnes curas & cogitatum tuum iacta in Dominum, & ipſe te enutriet: Spera in Domino, & ipſe faciet: Inſpiciamus magnæ indolis virum, ex multo merito Imperatorem Auguſtum: ecce dum peccat flagellatur, plenus aduerſis media vita moritur, iacet nunc ingloriuſ, ô vtinam & non reprobus, pulchræ virtutis alumnus. Priùs verò quàm moreretur, vt ad pœnitentiam hominem ſtimularet, ſicut eſt ſolus ſemper clemens Deus, talem viſionem cuidam ſapienti oſtendit, quam vt audiram recolimus, infra annotare non abſurdum putamus. Nocte intempeſta, quando altus ſopor ſolet occupare homines, vidit viſum de quo agimus, Regem Ottonem aureo ſolio ſedentem, ſub pedibus eius argenteum ſcabellum, Epiſcoporum, & adſtantium Procerum circa ipſum proſpexit ſeriem longam. Intrauit autem decora facie, inſtar C ignis, Iuuenis, quem niuea veſtis veſtiuit, & purpurea ſtola in pectore cinxit. Nec ſtat. Via vadit, argenteum ſcabellum ſub pedibus Cæſaris cum indignatione ſubtrahit, & auerſo vultu ianuam petit. Quod ægrè ferens, poſt illum cucurrit tale ſomnium cernere qui meruit: Quæſo, inquit, Domine mi, dedecus ne facias, ſuppedaneum reddas; quiſquis qui tanta audes, obſecro, Regem coram populo ne confundas. (Hæc magna potentis Laurentij vera perſona erat, ſicut illi Epiſcopo poſt agnoſcere Deus conceſſerat.) Immo, inquit, ſi meum dedecus non emendat, maiora faciam, ſubtracto ſcabello, ipſo eum ſolio deponam. *Baron. tom.* 10. *Annal. an.* 983. 9. 10. *ex Ditmario & Albert. Crantz in Metrop. Saxon. lib.* 1. *cap.* 28. *& Mariano Scoto.*

Honorivs Imperator Arcadium fratrem ſuum reprehendit, quòd contentionibus ac controuerſiæ Conſtantinopoli inter Epiſcopos, qui factionem Theophili, & eos qui Chryſoſtomi partes ſequebantur, exortis, auctoritatem ſuam interpoſuiſſet; ac inter alia hæc ait: Si quid de cauſa Religionis inter Antiſtites ageretur, Epiſcopale oportue D tit eſſe iudicium: ad illos enim diuinarum rerum interpretatio, ad nos Religionis ſpectat obſequium. Idem Imperator, ait Caſſiodorus, miſit in Africam Marcellinum Tribunum ac Notarium, qui erat ei quaſi à ſecretis, vt ibi curaret haberi congreſſum & colloquium inter Catholicos & Donatiſtas, ſi qua ratione controuerſiæ de religione conciliari poſſent. Voluit autem religioſiſſimus Princeps ita communicationi Marcellinum adeſſe, vt in illa non iudicis ſimpliciter, (laicis enim interdictum erat in cauſis Eccleſiæ iudicem agere) ſed cognitoris, honorariique arbitri nomen ferret, cuius partes eſſent, ſuum cuique locum ac ſedem aſſignare, pacificatorem agere, curare, ne quid inter Epiſcopos inordinatè vel tumultuariè fieret, & ſepoſita vi omni & dolo, tranquillè & ſine ſtrepitu cuncta tranſigerentur. Rurſum, turbis ac periculoſo ſchiſmate inter Clerum & populum Romanum exorto, cùm in Sozimi Papæ mortui locum electione iuſta ſuffectus eſſet Bonifacius, & Eulalius populi fauore in Sedem Petri ſe intruderet, Honorius Imperator iudicare noluit, vter illorum legitimè & iuxta canones electus eſſet: ſed, qui de nata controuerſia diſceptarent, Antiſtites & Clericos conuocari fecit. E Nouerat enim Eccleſiaſticam eſſe cauſam, non ſui iuris aut tribunalis. *Baron. tom.* 5. *ann.* 404. *&* 411. *Extat hæc Epiſt. in Cod. Vatic.*

Theodosivs minor Honorij ex fratre nepos, in epiſtola, quam per domeſticum, & familiarem ſuum ad Concilium Epheſinum dedit, ita ſcribit: Igitur Candidianum præclariſſimum religioſiſſimorum domeſticorum comitem ad hanc ſacram veſtram Synodum abire iuſſimus, ſed ea lege & conditione, vt cum quæſtionibus & controuerſiis, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quidquam commune habeat. Nefas enim eſt, qui ſanctiſſimorum Epiſcoporum catalogo adſcriptus non eſt, eum Eccleſiaſticis negotiis & conſultationibus ſe immiſcere. *Cyrill. tom.* 4. *epiſt.* 17. *Acta Epheſ. edit. Peltan. c.* 32. *tom.* 1.

Sigismvndvs Auguſtus, Sigiſmundi Regis Poloniæ filius, excelſo animo Princeps, & paternis veſtigiis in Catholica religione inſiſtens, patri ſucceſſit anno 1548. De illo teſtatur ampliſſimus Cardinalis Warmienſis Staniſlaus Hoſius, eum, cum peterent nonnulli in comitiis Warſhauienſis, F vt de cauſa religionis cognoſceret, conſtanter admodum recuſaſſe, dixiſſéque, non ſui id eſſe muneris; Regem ſe, non Pontificem, agere velle: ſatis ſibi negotij eſſe cum profanis cauſis. Eadem fuerat & Sigismundi patris eius vox. Erant enim quandoque, qui Sirenarum mortiferis cantionibus dementati, peterent ab illo, vt puram Lutherici Euangelij doctrinam in ſuo regno prædicari pateretur. Tum ille animo verè heroico, puréque ac germanè Chriſtiano; Non eſt meum, inquit, de puritate verbi cognoſcere; munus hoc Epiſcoporum eſt; quorum iudicio etiam ego ipſe libens me ſubmitto, quorumque iuriſdictionem in omnibus ſaluam eſſe volo. Vtinam hanc tanti Regis conſtantiam plerique alij ſecuti eſſent politici magiſtratus, quibus ab impoſtoribus iſtis noui Euangelij buccinatoribus peſtifera adulatione perſuaſum eſt, ad ipſos pertinere, vt de fide & religione ſibi iudicium vſurparent. Quæ res magnas non vno loco attulit calamitates. *Laurentius Surius in Comment. rerum in orbe geſtarum anno Domini* 1548.

☞ *Conſule locum de Romano Pontifice.* G

*ECCLESIÆ BONA.
Sive Patrimonium.
In generali
EORVM POSSESSIO LICITA,
Et Lavdabilis.

Vbi & de communione Bonorum Eccleſiæ primitiuæ, & poſſeſſione propria eorundem poſterioribus temporibus.

Memorat *B. Lucas in hiſtoria Actorum c.* 2. *verſ.* 44. *& ſeq.* Primos credentes ſiue fideles ita ſeſe omnibus perfectè abdicaſſe, vt omnia haberent communia. Vigente ait Cyprian. calore fidei, atque imitatione Dei nullam arcendis à beneficiis ſuis. *Serm. de oper. & eleemoſyn.* præſertim cum viderent ſpiritualia dona omnibus communia, voluerunt & temporalia communicare inquit Chryſoſtom. in eum locum. Vnde vendebant poſſeſſiones & ſubſtantias ſuas κτήματα Græcè, id eſt, agros & fundos qui nomine H poſſeſſionis, ait Feſtus, iure dicuntur quaſi à pedum ſeſſione vel poſitione: Item bona quæuis mobilia quæ etiam illo nomine appellantur apud Ciceronem *orat. pro Quintio.* Quæ omnia quoque vocantur ſubſtantiæ ὑπάρξεις quod ſint velut robur & materia ſolida hominis, & ita vſurpetur *Prouerb.* 18. *verſ.* 11. ideoque pauperes exinaniti dicuntur. Porrò eorum omnium pretia deferebant ad pedes Apoſtolorum, qui illa diuidebant omnibus, prout cuique opus erat, vt apertè repetitur *cap.* 4. *Actor. & cap.* 6. *verſ.* 1.

Cæterum ſingularis Dei prouidentia fuit, vt diſpergendis mox propter futuram perſecutionem ſuppeteret ex diſtractis poſſeſſionibus vnde viuerent. Quo factum vt nulla bona ſtabilia tunc Eccleſia poſſederit, quod tamen frigeſcente charitate Laicorum, & vt ſuam Eccleſia tueatur dignitatem & aliis quoque benefaciat, expedite compertum eſt: vt nempe ſtabilia bona habeat, nec ea vt olim primis initiis, diuendat, quemadmodum egregiè ratiocinatur *Chryſoſt. hom.* 36. *in Matth.*

Em

In Decreto 12.*q.*1.*c. futuram*, ex Melciade Papa, ſi tamen is au- A ctor eſt Canonis; habetur, quod futuram Eccleſiam in Gentibus Apoſtoli præuidebant, idcirco prædia in Iudæa minimè ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fouendos egentes. Ac verò cùm inter turbines & aduerſa mundi ſuccreſceret Eccleſia, eò vſque peruenit, vt non ſolum gentes, ſed etiam Romani Principes, qui penè totius mundi monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti & Sacramenta Baptiſmi conuerterent; vnde factum eſt, vt fabricare Eccleſias, & prædia habere ipſi licuerit.

Pius I. in epiſt. 5. dicit Sacrilegum eſſe qui Eccleſiæ prædia & donaria diripit.

Vrbanus I. in epiſt. ad omnes Epiſcopos dicit, initio Eccleſiæ conſueuiſſe pios homines vendere poſſeſſiones, & pretium donare Eccleſiis; Deinde tamen iudicatum eſſe commodius, poſſeſſiones ipſæ donarentur Eccleſiæ, vt eo modo non ſolum præſentibus, ſed etiam futuris prouideretur.

S. Hieronymus epiſt. 61. refert Prætextatum Proconſulem Orientis, & poſtea vrbis præfectum, variiſque Magiſtratibus auctum, dicere per iocum Damaſo ſolitum; Facite me B Romanæ Vrbis Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus. *Ammianus lib.* 27. Eaprobrat quoque opulentiam tantam, vt propterea Damaſus, & Vrſicinus omni contentione laterum iurgati ſint pro Romano Epiſcopatu.

Sunt etiam Concilia omnium Eccleſiarum, quæ prohibent alienari poſſeſſiones Eccleſiæ, & earum curam Epiſcopo committunt. Vide Concilium Antiochenum c. 25. & Ancyranum cap. 15. Item concilium Carthaginenſe IV. cap. 32. & Carthaginenſe V. cap. 4. Item Concilium Hiſpalenſe I. cap. 1. Toletanum IV. can. 32. & 68. Item Agathenſe cap. 49. & 51. Item Moguntinum ſub Arnulpho Imperatore cap. 12. Denique Romanum VI. ſub Symmacho.

Meminerunt etiam Eccleſiaſticarum poſſeſſionum *Ambroſius epiſt.* 32. *Chryſoſtomus homil.* 57. *ad populum Antiochenum, Auguſtinus ſerm.* 1. *&* 2. *de communi vita Clericorum, Proſper lib.* 2. *de vita contemplatiua c.* 9. *Gregorius lib.* 4. *epiſt.* 55. *& alij Patres paſſim.*

Decet igitur Eccleſiam opibus inſtructam ornatámque eſſe & Præſules Eccleſiæ, vel ad auctoritatem conciliandam, C vel ad ſacra religioſius tractanda, vel ad egentes ſubleuandos. *Auguſtinus* 3. *contra Creſcent. c.* 29. teſtis eſt, argenteas lucernas tempore Diocletiani perſecutionis accenſas in Eccleſia.

Cum autem Gentiles vellent Chriſtianos, largitionibus, quæ fiebant affatim, expertes eſſe, Conſtantinus edixit, vt Eccleſiæ Clericiſque legari facultates poſſent: ac voluit eius ablata reſtitui. *L.* 1. *C. de ſacroſ. Eccl. Vide Euſebium* 10. *hiſt. c.* 3. *Tertullian. Apolog. cap.* 3. *Iuſtin. in Apolog. pro Chriſt. Ambroſ. contra Symmachum, Acta Vrbani Papæ Euſebij hiſtoriam lib.* 4. *cap.* 21.

De donatione facta Eccleſiæ per Conſtantinum Imperatorem alióſque Principes Principes, priuatos, pleni ſunt Annales: nos quædam in loco de donatione & liberalitate tradidimus. Et *S. Auguſtinus tract.* 6. *in c.* 1. *Ioan.* & Refertur *c.* 1. *quo iure* 8. *diſtinct.* docet iure humano Imperatorum & Regū, Eccleſias, vt alios priuatos poſſidere temporalia, & dicere, hoc meum, hoc tuum. De præfata autem donatione legatus *Baronius Tom.* 3. *Anno Chriſti* 324. *contra Laurentium Vallam.*

ALIENATIO QVOMODO FACIENDA.

D Bona Eccleſiaſtica cenſentur quæuis tam mobilia, quam immobilia Eccleſiæ donata vel quouis modo attributa. Quæ tamen magna circumſpectione tractanda veniunt, & non niſi grauiſſima ex cauſa alienanda cum ſæculo hoc pauca accreſcant obnitentibus & immobilia paſſim per Eccleſiam acquiri vetantibus Principibus. Paulus II. in conſtit. incip. Ambitioſe hoc titulo vetuit omne pactum quo transfertur rerum dominium, conceſſionem, hypothecam, locationem vltrà triennium, infeudationem, Emphyteuſim; præterquam in caſibus à iure permiſſis, vt de rebus ac bonis ab antiquo in Emphyteuſim concedi ſolitis, & tunc cum Eccleſiarum euidenti vtilitate.

Certè in Belgicis ditionibus Epiſcopi alienationum rerum ad Eccleſias ſibi ſubiectas ſpectantium facultatem cauſa cognita concedunt: Et alibi quomodo recepta, vel non probetur ex conſuetudine præſertim quadragenaria attenditur. *Gutier. Cano. q. l.* 5. *cap.* 8. Et ſimiliter Synodus Prouincialis Mechl. anni 1607. ſtatuerat, vt decimæ ad triennium tantum collocari poſſent, prata & domus ad ſexennium, terræ arabiles ad annos nouem, nec vltra: ſed eius decreti loco Romani ante approbationem Synodi *tit.* 22. *c.* 2. ſubſtituerunt hæc tantum verba: Bona Eccleſiæ locare non liceat vltra tempus à iure permiſſum. Nihilominus Principes noſtri idem decretum approbarunt.

Etiam *Concilium Trident. ſeſſ.* 25. *c.* 11. 13. declarat nullas & inualidas factas locationes anticipatis ſolutionibus in præiudicium ſucceſſorum, & quaſcumque locationes in damnum Eccleſiæ contra Canonicas ſanctiones, tametſi confirmatas etiam à ſede Apoſtolica, reſcindi vult.

In patronatis Eccleſiis etiam patroni aſſenſus ad validam alienationem requiritur. *Chopin. de ſac. poli. lib.* 41. *tit.* 7. *n.* 28. quod tantum intelligo de iis ipſis bonis, quæ à patrono profecta ſunt.

Epiſcopus in vnione vel diſmembratione Eccleſiarum, applicare poteſt bona vnius Eccleſiæ alteri, in caſibus à iure permiſſis, & à Conc. Trid. *ſeſſ.* 21. *c.* 4. *&* 5. *ſeſſ.* 23. c. 18. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13.

QVIBVS CASIBVS EROGANDA, purà IN PVBLICA CALAMITATE, EGESTATE, &c. F

Eleganter *Ioannes Molanus lib.* 2. *de Canonicis cap.* 13. ſcribit quod in viua Dei templa expenditur propter eorum neceſſitatem, id malitioſè viuo Dei templo detractum non cenſeri, quod & pluribus exemplis confirmat.

Inprimis Laurentius pretioſus Chriſti martyr, cum Decius ab eo theſauros Eccleſiæ expeteret, eóſque non paruos eſſe [quod pulchrè deſcribit Prudentius hymno 2.] arbitraretur, tridui ſpatio poſtulato opes Eccleſiaſticas, quibus auidiſſimus inhiabat, oſtendens, numeroſiſſimas ſanctorum pauperum obtulit greges, in quorum victu atque veſtitu inamiſſibiles condiderat facultates: quæ tanto integrius erant ſaluæ quanto ſanctius probabantur expenſæ, ait S. *Leo ſermone de S. Laurentio.* ☞ *Vide eandem hiſtoriam prolixè in loco de Pauperibus, Tit. Pauperum cura.*

Quid verò Ambroſius fecerit, nóſque iam olim docuerit, G ex eius verbis audire licet. Hoc maximum, ait, incentiuum miſericordiæ, vt compatiamur alienis calamitatibus, neceſſitates aliorum quantum poſſumus iuuemus, & plus interdū quam poſſumus. Melius eſt enim pro miſericordia cauſas præſtare, vel inuidiam perpeti, quam prætendere inclementiam: vt nos aliquando in inuidiam incidimus qui confregerimus vaſa myſtica, vt captiuos redimeremus: quod Adriano diſplicere poterat, nec tam factum diſplicere, quam vt eſſet quod in nobis reprehenderet. Quis autem eſt iam durus, immitis, ferreus, cui diſpliceat quod homo redimitur à morte, fœmina ab impuritatibus barbarorum, quæ grauiores morte ſunt: adoleſcentulæ, vel pueruli, vel infantes, ab idolorum cōtagiis, quibus mortis metu inquinabantur? Quam cauſam nos etſi non ſine ratione aliqua geſſimus, tamen ita in populo proſecuti ſumus vt confiteremur, multóq; fuiſſe commodius aſtrueremus, vt animas Domino, quam aurum ſeruaremus. Qui enim ſine auro miſit Apoſtolos, & Eccleſias ſine auro congregauit. Aurum Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt ſubueniat in neceſſitatibus. Quid opus cuſtodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atque argenti de templo H Domini Aſſyrij ſuſtulerint? Nónne melius conflat Sacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint; quam ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis; *Sanctus Ambroſius lib.* 2. *offic. c.* 28.

Et rurſus infra: Aurum Sacramenta non quærunt: neque auro placet, quæ auro non emuntur. Ornatus Sacramentorum redemptio captiuorum eſt. Et verè ſunt illa vaſa pretioſa quæ redimunt animas de morte. Ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt. Tunc vas Dominici ſanguinis agnoſco, cum in vtroque videro redemptionem, vt calix ab hoſte redimat, quos ſanguis à peccato redemit. Quam pulchrum, vt cum agmina captiuorum ab Eccleſia redimuntur, dicatur; Hos Chriſtus redemit: Ecce aurum quod probari poteſt: ecce aurum vtile: ecce aurum Chriſti, quod à morte liberat: ecce aurum, quo redimitur pudicitia, ſeruatur caſtitas. Hæc ille, qui multa habet in hunc ſenſum eodem loco.

Hunc

Hunc autem D. Ambroſij ſpiritum imitatum eſſe S. Au- A guſtinum Hipponenſem Epiſcopum grauiſſimus teſtis eſt eius diſcipulus, Poſſidonius Calamenſis Epiſcopus *vita Auguſtin, cap.42.* Interea, inquit, dum Eccleſiæ pecunia deficeret, hoc ipſum populo Chriſtiano denuntiabat, non ſe habere quod indigentibus erogaret. Nam & de vaſis Dominicis propter captiuos, & quam plurimos indigentes frangi quædam, & conflari iubebat, & indigentibus diſpenſari. Quod non commemoraſſem, niſi contra carnalem ſenſum quorundam fieri peruiderem. Et hoc ipſum etiam venerabilis memoriæ Ambroſius in talibus neceſſitatibus indubitanter eſſe faciendum, & dixit, & ſcripſit: ſed & inde de neglecto à fidelibus gazophylacio, & ſecretatio, vnde Altari neceſſaria inferuntur, aliquando in Eccleſia loquens, admonebat, quod etiam beatiſſimum Ambroſium ſe præſente in Eccleſia tractauiſſe, nobis aliquando retulerat.

Eundem modum *Gregorius Magnus lib.6. epiſt.13.* ſcribens ad Fortunatum Epiſcopum Fanenſem: Sicut reprehenſibile, & vltione dignum eſt, ait, quemquam ſacrata vaſa, præter- B quam in his quæ lex, & ſacri Canones præcipiunt, venundare: ita nulla eſt obiurgatione vel vindicta plectendum, ſi pietatis cauſa pro captiuorum fuerint redemptione diſtracta.

Idem Pontifex ſolicitatus à Fauſtino, milite Melitenſis Eccleſiæ, pro ſubſidio quindecim librarum, vt filias ſuas de iugo captiuitatis exueret, grauiter pro eo ſcripſit ad Epiſcopum Meſſanenſem. Illud fraternitas veſtra debet eſſet ſollicita, vt ſi quidem de prædicta Eccleſia vſuale argentum eſt, ſupra ſcriptam quantitatem accipiat: alioquin de ſacratis vos vaſis hac in re eam quam prædiximus quantitatem præbere neceſſe eſt.

Nam ſicut omnino graue eſt fruſtra Eccleſiaſtica miniſteria venundare, ſic iterum culpa eſt, imminenti huiuſmodi neceſſitate, res maximè deſolatæ Eccleſiæ captiuis ſuis præponere, & in eorum redemptione ceſſare. *Idem vbi ſupra epiſt.35.*

Denique Idem ſanctiſſimus Pontifex, cum Demetrius & Valerianus, clerici Firmani, metuerent, ne reddere cogeren- C tur vndecim libras argenti, quas aliquando Fabius Pontifex pro eorum & parentum redemptione ex rebus Eccleſiæ hoſtibus impenderat, clarè eis reſcripſit in hunc modum: Ratio æquitatis poſtulat vt quod ſtudio pietatis impenſum eſt, ad redemptorum onus vel afflictionem non debeat pertinere. *lib.7. epiſt.14. Indict.2.*

Quod ſi quis plura deſideret, vt clarius pateat per diuerſa loca & tempora eandem fuiſſe omnium bonorum hominum ſententiam, non grauabor quædam annotare.

S. Exvperivs Toloſæ Epiſcopus, *teſte S. Hieronymo epiſt.4. ad Ruſticum*, viduæ Sareptenſis imitator, eſuriens paſcit alios, & ore pallente ieiuniis, fame torquetur aliena; omnémque ſubſtantiam Chriſti viſceribus erogauit. Nihil illo diuitius, qui corpus Domini caniſtro vimineo: ſanguinem portat in vitro. Qui auaritiam eiecit è templo.

Huic accedit quod Hincmarus Epiſcopus meminerit, ad ſua vſque tempora in Rhemenſi Eccleſia perduraſſe argenteum calicem S. Rhemigij, donec fuſus in redemptionem D Chriſtianorum datus eſt, vt à Nortmannis miniſtris Diaboli redimerentur.

Floruit eodem tempore inter grauiſſimas Aquilonarium perſecutiones Rembertus, natione Flander, vir planè Apoſtolicus, Bremenſis, ſeu Hamburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, qui cum inter tam barbaros homines, aut viuere aut potius latêre cogeretur, etiam ſacri altaris vaſa pro captiuis Chriſtianis impendit. Dicam, non meis, ſed contemporanei Scriptoris grauiſſimi verbis. Ad redemptionem, inquit, captiuorum penè cunctis quæ habebat, expenſis, cum multorum adhuc apud infideles detentorum calamitatem cernere cogeretur, etiam ſacra altaris vaſa, ob illos redimendos, impendere non dubitauit. Qua in re, dum quibuſdam minus ſublimiter intelligentibus, non rectè feciſſe videretur, quaſi in alios vſus conuerteret, quæ ſacris eſſent deputata miniſteriis, & à quodam interrogatus eſſet cur id faceret, iuſta ratione ſciſcitanti ſatisfaciens: Non ignoro, inquit, res Eccleſiaſtici officij dignè tractandas, & ſub magna obligatione ad hoc opus eſſe depoſitas: Verumtamen plus eſt apud Deum per eas ſubueniri captiuis Chriſtianis, in anguſtia conſtitutis, quam eſſe queat depoſitum eas cuſtodiendi: cúmque incumbit neceſſitas è duobus bonis alterum eligendi, altero carendi, præferendum eſt illud quod eſt præ- E ſtantius, & id quod inferius eſt, relinquendum. Vnde etiam ego, ait, cum nullum aliud ſuppetit conſilium, non ſum arguendus impietatis, ſi Chriſtianum, qui filius Dei eſt, theſauris Eccleſiæ redimo: quandoquidem ſemper inuenire poſſumus, quod ad vſum ſacri miniſterij ſufficiat: irrecuperabilis vero damni eſt, ſi Chriſtianus in captiuitatis afflictione deficiat. *Tom.1. Surij ad 4. Februarij.*

Nec alius fuit ſpiritus Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi, quod ex hiſtoria vitæ quæ ad Cæſariam ſororem eius conſcripta eſt, manifeſtè elucet. Arelatem, ait hic ſcriptor, Gothis cum innumera captiuorum turba reuertentibus, replentur ſacræ baſilicæ, & cùm multa inopia laborarent, quæ ad victum veſtitumque pertinerent, affatim eis præcepit vir beatus, donec omnes ab ipſo eſſent redempti eo argento, quod venerabilis Eonius, anteceſſor eius, Eccleſiæ menſæ reliquerat. Hoc autem ſanctum opus ita perſecutus eſt, vt etiam ab illis quæ ad diuini miniſterij diſpenſationem pertinent, non abſtineret, thuribulis, calicibus, patenis; pro eorum F redemptione datis, exciſiſque à cancellorum columnis ornamentis argenteis. Dicebat enim, Ne homo rationalis, Chriſti ſanguine redemptus, amiſſa libertate, & dura preſſus ſeruitute, Arrianus efficiatur, aut Iudæus, aut ex ingenuo ſeruus. Ornauit igitur & defendit, non deformauit Eccleſiam. Patere voluit filiis viſcera matris, non præcludi, hoc ſæpiſſimè dicens. Velim reſpondeant mihi plerique domini Sacerdotes, & reliqui è Clero, qui, neſcio quo ſuperfluitatis amore, nolunt dare inſenſibile argentum & aurum, ex Chriſti donariis, velim, inquam, dicant mihi, ſi quo caſu ipſi in eam calamitatem inciderent, vellentne huiuſmodi inſenſibilibus donariis in libertatem vindicari, aut potius ſacrilegij loco haberent, ſi quis ex diuinis munuſculis ſubueniret? Equidem non puto id ingratum eſſe Deo, de ſuo miniſterio redemptionem parari, qui ſeipſum pro hominibus redimendis dedit. Sic ille. Nos verò videmus quoſdam laudare in ſancto viro quod ita fecerit, nec tamen vllo pacto velle imitari.

Deogratias vero Carthaginenſis Epiſcopus, quantum G ego victorem Vticenſem Epiſcopum intelligere poſſum, cum multi occupata Roma captiui abducerentur in Africam, omnia vaſa miniſterij aurea & argentea diſtraxit, non vt liberarentur, ſed vt captiuitas eorum mitigaretur, ne videlicet barbarorum ſerui efficerentur, ne VVandalis & Mauris ingentem populi quantitatem diuidentibus, mariti ab vxoribus, liberi à parentibus ſepararentur, ne inſuetudine nauigij & crudelitate afflicti, conſumerentur. Sed Victoris verba audiamus. Deogratias Epiſcopo ordinato, factum eſt peccatis vrgentibus, vt vrbem illam quondam nobiliſſimam atque famoſam decimoquinto regni ſui anno Genſericus, Romam. Et ſimul exindè regum multorum diuitias, cum populis, captiuauit. Quæ dum multitudo captiuitatis Africanum attingeret Littus, diuidentibus VVandalis & Mauris ingentem populi quantitatem, vt moris eſt barbaris, mariti ab vxoribus, liberi à parentibus ſeparabantur. Statim ſategit vir Deo plenus & carus, vniuerſa vaſa miniſterij aurea vel argentea, diſtrahere, & liber- H tatem de ſeruitute barbarica liberare, & vt coniugia fœderata manerent, & pignora genitoribus redderent. Et quia nulla loca ſufficiebant ad capiendam multitudinem tantam, baſilicas duas nominatas & amplas Fauſti, & Nouarum, eorum lectulis, atque ſtraminibus, deputauit, decernens per ſingulos dies quantum quis pro merito acciperet. Et quia pleroſque inſoetudo nauigij, & crudelitas captiuitatis afflixerat, non paruus inter eos numerus fuerat ægrotorum, quos ille beatus Antiſtes, vt pia nutrix, per mouenda ſingula, cum medicis circuibat, ſequentibus cibis, vt inſpecta vena quid cui opus eſſet, illo præſente daretur. Sed nec nocturnis horis ab hoc opere miſericordiæ feriabatur, ſed pergebat excurrens per ſingulos lectos, ſciſcitans qualiter quiſque ſe haberet. Ita ſe tradiderat omnino labori, vt nec defeſſis membris, nec carioſæ iam ſenectuti parceret. Quo liuore Ariani ſuccenſi, dolis cum quamplurimis voluêre ſæpius enecare. Quo credo præuidens Dominus, cito paſſerem ſuum de manibus Accipitrum voluit liberare. Cuius exitium ita Vrbici captiui planxerunt, vt tunc ſe putarent magis tradi manibus barbarorum, quando ille perrexit ad cœlum. *Victor lib.1. de perſecut. VVandalica.*

Paſſus

Paſſus eſt etiam S. Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus,
A ab Acacio Ariano Epiſcopo calumniam ex eo quod theſaurum Eccleſiæ, & ſacra aulæa vendidit cum pecuniæ non ſufficerent ad ſubleuandam famem, quæ tum agrum Hieroſolymitanum occupauerat: *Teſte Sozom. lib. 4. Eccleſ. hiſt.*

Ab hoc vero Ariano Acacio quantum diſcrepat Acacius Epiſcopus Amidenus? Cum enim Romani milites circiter ſeptem millia Perſarum militum in depopulanda Azazena prouincia captiuos obduxiſſent, eóſque propemodum fame enecarent, Acacius conuocatis Clericis monet aurea argenteáque monumenta, ex propenſa fidelium benignitate Eccleſiæ collata, conflanda & vendenda eſſe. Quod factum eſt. Et precie partim militibus Romanis pro captiuis redimendis dedit: partim ad eorum famem ſubleuandam impendit. Poſtremo, viatico illis ſuppeditato, ad ſuum ipſorum Regem, cum maxima eius admiratione remiſit. Quod deſcribit illius temporis hiſtoriographus, *Socrates lib. 7. Eccleſiaſt. hiſtoria cap. 21.* Exemplum ſane in Epiſcopo memorabile, non tantum in hoſtes Romani imperij, ſed etiam in Chriſtiani nominis perſecutores, impenſum.

B ☞ *De bonis Eccleſiæ in particulari diſpenſatis, & erogatis. Vide nonnulla ſupra. Titulo de eodem argumento.*

Eccleſiaſtici.

QVINAM HOC NOMINE INTELLIGANTVR.

Eccleſiaſticorum nomen generale eſt, ſub ſe complectens omnes cuiuſcunque ordinis, ſexus, & conditionis qui miniſterio Eccleſiæ ſacriſque functionibus mancipantur, etiamſi aut nulla Religioſi inſtituti profeſſione, aut ſacrorũ ordinum ſuſceptione, firmum ſtatum, vitæque modum immutabilem elegerint. Imo etiamſi nondum tonſura inſigniantur clericali. Propriè tamen & ad effectum priuilegiorum immunitatum, & ſimilium quæ vel iure vel conſuetudine Eccleſiaſticis attributa reperiuntur, non comprehendimus hoc nomine niſi qui aut inter Clericos relati eorundem deferunt
C inſigne, aut approbatam religionem profeſſi, vel alias in miniſterio Eccleſiaſtico perpetuum præbere intendunt famulatum, vnde eorum alij ſunt ſæculares, alij Regulares: alij maiores, alij minores, alij in dignitate conſtituti, alij ſine illa.

EORVNDEM ORDO, ET GRADVS.

Eccleſiaſtica diſciplina in hoc ſemper obſeruata fuit, vt à clericatu ſiue prima tonſura vſque ad Pontificatum per ordines ſacros gradúſque deueniatur, inter quos inferiores maioribus: & inter pares, ſenioribus ſiue tempore poſterioribus, cedant minores ſiue iuniores. De quo argumento legantur ea loca in quibus agitur *de Dignitate tam in generali, quam ſpeciali: Item de ordinis ſacramento, &c.*

QVÆ ILLIS VETITA.

Plura ſacrorum Canonum decretis vetantur Eccleſiaſticis ſub titulo Clericorum, nam in iure pro iiſdem plerúmque vſurpantur.

At primum quidem omnis libido illis interdicitur ac quæuis illius ſpecies. Pius V. reſoluit procedendum contra illum qui in confeſſione aliquem ſollicitat ad libidinem tanquam de hæreſi ſuſpectum.

II. Aleæ luſus, nimis heu frequens in Clero exeltus tan-
D ta ſubinde lucrandi perdendíque temeritate; vt omnia ſeria illi poſtponant.

III. Arma quoque vetantur deferre ſcilicet offenſiua, non autem defenſiue dum peregrinantur. Pius tamen IV. & V. prohibuit eos deferre ſclopeta breuiora aut arma quæ ſub veſte recondantur.

IV. Vetantur iiſdem veſtes ſuo ordini non congruentes. Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 6. debent ergo Eccleſiaſtici abſtinere à veſtibus luxum præ ſe ferentibus: nam vt ait S. Bernardus forma veſtium deformitatis mentium & morum eſt indicium. Proprius tamen eorum habitus nuſquam determinatur, niſi quod nimia breuitas aut longitudo prohibeatur; item certi colores. Excuſat tamen paupertas, metus itinerum pericula infirmitas iis pleriſque. ☞ *Vide locum de beneficio Eccleſiaſtico.*

V. Quod de veſtibus; idem obtinet in ſupellectile, nec ad luxum comparata ſit. Cum enim ſint pauperum velut patrias, quo ſe in alios effundant liberalius, hoc magis contenti eſſe debent curta ſuppellectile. Exemplo ſit S. Augu- E
ſtinus, quem ſolum ad menſam argentea coclearia adhibuiſſe, reliqua vaſa lignea vel lapidea, auctor eſt Poſſidonius in vita. Porro de modeſta ſupellectili cautum eſt *in Conc. Carthag. 4. c. 15. diſt. 45. cap.* Epiſcopus. Aquiſgranenſ. c. 124. *Toletano 4. cap. 7. & 15. Tridens. ſeſſ. 25. cap. 1.*

VI. Etiam Turpe lucrum quod ſcilicet ex re illicita aut minus honeſta accipitur, Clericis interdicitur, debent enim eſſe contenti ſtipendiis ſuis, ait *Hieronym. epiſt. ad Nepotian. & Aug. ſerm. 19. de verb. Dom.* vnde omnis negotiatio Eccleſiaſticis vetatur multis Canonibus, quos colligit *Claudius Eſpencaus lib. 2. digreſ. 1. ad Timoth. c. 11.* vnus eſt *VII. Synodi 16. q. 1. c. prædicator.* In quo ad hoc confirmandum adſertur dictum Apoſtoli *Act. 20.* argentum & aurum aut veſtem nullius concupiui. Et Petrus monet Paſtores paſcere gregem Domini non turpis lucri gratia. *1. Petri 5.* Ac monachus præſertim in clauſtro ſuo contineatur extra quod eſt inſtar Piſcis in arido.

VII. Omnibus negotiis ſecularibus, Principum aulis, & adminiſtratione quæ ſtatui ſuo non conueniunt abſtinere Eccleſiaſticus debet, ſciens ſe diuino miniſterio mancipatum, cum nemo Deo militans ſe implicet negotiis ſæcularibus. F

VIII. Clerici & Eccleſiaſtici in conuiuiis ſobrios ſe & honeſtos exhibeant, voluitque eos vltra tertias vices non bibere c. quando 44. *diſt.* Innoc. III. ita decernit, vt à crapula & ebrietate abſtineant, ſibique vinum temperent & ſe vino, vnde & potatio ad æquales hauſtus vetatur, dummodo fiat ad ſe mutuo ingurgitandum, c. à crapula. *Ibid.*

IX. Deinde antiqui Canones interdicunt Eccleſiaſticis cohabitationem cum mulieribus videatur *Concil. Matiſc. Canone* 1. Verum in Regionibus humidis & frigidioribus ea permittitur dummodo nulla ſit ſuſpicio Incontinentiæ: qua ſubſiſtente etiam conſuetudo omnia prohibetur in *Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. de refor.* Denique addatur ſuperioribus monitum Apoſtoli, quo vult vt Eccleſiaſtici ſe exhibeant tanquam Dei miniſtros, in patientia, caſtitate, ieiuniis multis: prouidentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam omnibus hominibus. Eaque quæ Timotheo & Tito commendata eſſe voluit: Legenda inſtitutio Alphonſi de Torrez Tit. de ornatu & mundit. Sacer. G

ECCLESIASTICORVM BONA AN EA RECTE POSSIDEANT: EORVMQVE VSVS RECTVS.

Fuit error Vvicleffi Eccleſiaſticis illicitum habere poſſeſſiones. Cum tamen in veteri lege Sacerdotes & Leuitæ habuerint vrbes ad habitandum, & ſuburbana ad alendum pecora: item oblationes, *Num. 35. Ioſue* 21. Agros quoque *Leuitici vlt.* nam *3. Reg. 2.* Abiathar Rex dicit Sacerdoti, vade ad agrum tuum, & Hieremias Sacerdos erat & tamen c. 32. ſcribit ſe poſſediſſe agrum patruelis ſui. Et Barnabas Leuita vendebat agrum ſuum *Act. c. 4.* Item Paulus requirit in Epiſcopo vt ſit hoſpitalis, domui ſuæ benè præſit, quæ omnia ſupponunt diuitias.

Philemon habuit ſeruum; eratque diues: vt patet ex Epiſtola Pauli ad eundem, & nihilominus erat Epiſcopus.

Teſtatur *Euſebius l. 3. hiſt. cap. 19.* conſanguineus Domini habuiſſe ex paterna hæreditate modicas poſſeſſiones.

Etiam S. *Ambroſius Epiſt. 33. ad Marcellinum*, fatetur ſe obtuliſſe patrimonium ſuum, cum rogaretur tradere Eccleſiam Arrianis, noluiſſe autem tradere patrimonium Chriſti.

De poſſeſſionibus autem veterum Sacerdotum & mini- H
ſtrorum Tabernaculi. ☞ *Vide quæ latè diximus in loco de Sacerdotio.*

Poſſeſſionem verè bonorum cum ſecularium tum Eccleſiaſticorum puta decimarum, primitiarum, oblationum in noua lege Eccleſiaſticis ſemper permiſſam notorium eſt, longóque tot ſæculorum vſu firmatum, & infinitis Sanctorum exemplis probari poſſet, qui præter obuentiones & facultates Eccleſiæ ratione miniſterij ſui prouenientes, etiam patrimonia ampliſſima ac alia bona ſæcularia poſſederunt. At *D. Proſper, lib. 2. de vita contemplat. capite 11* dicit, abſque peccato poſſe clericum viuere ex proprio patrimonio.

Poſſunt igitur Eccleſiaſtici habere poſſeſſiones & diuitias, non tamen debent ita affectus illis adhærere, vt augmento earum anxiè incumbant, & tenaces ſint in conſeruando, vt neque pauperum, neque diuini honoris; vbi neceſſitas exigit

A exigit, curam gerant, ſéque illorum partes conſtitotos obliuiſcantur.

Vetat autem *Concil. Trid. ſeſſ. c. 1. de reformat.* ne ex reditibus Eccleſiæ ſtudeat quis ditare conſanguineos & familiares augere, cùm Inquit, Apoſtolorum Canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas quæ Dei ſunt, conſanguineis donent, [quod intellige de iis bonis quæ ratione beneficij obueniunt, & ſuſtentationi redundant. Vide *Leſſium lib. 2. cap. 4. num. 39. & 40. dub. 6. de Iuſtitia & Iure*] aut in profanos vſos expendant. Debent ergo illa erogari in opera pietatis, qualia nuper vir eruditus declarauit non cenſeri ſumptuoſa ædificia, aut etiam ſacram ſuppellectilem, quæ Religioſi plerique paupertatem & mendicitatem profeſſi, ſupra inſtituti ſui, quod paupertatem ſonat, formam, nimis ſplendidè & ad pompam; longè ea in re maximos Eccleſiæ Prælatos, ſi non etiam ſæculares Principes, excedendo; importunè opportunè comparare ſtudent eleemoſynas, quæ alias Chriſti pauperibus debentur; à fidelibus hoc nomine extorquendo. De quo argumento vide quæ dicemus in *loco de Templis, ex cenſura Cardinal. Bellarmini, & aliorum.*

B Certe reprehendit S. Auguſtinus & habetur 17. q. 4. *cap. fin.* illos religioſos qui quaſi in piam cauſam nimis integras venantur hæreditates, quod allegat F. *Zypeus* Canon. & officialis Antuerpien. *in ſuis Analyticis poſt. Iur. Canon. lib. 3. cap. de Teſtament. num.* 10. & addit, non omnes Eccleſiaſticos tam pios hac in re eſſe oportere, vt per exceſſum impij fiant, & conſanguineis pauperibus præcludant aditum ad vllam bonorum portionem cum melius dicat *Binsfeldius in Enchirid. 4. part. cap. 13. ex Ambroſio lib. 1. offic. cap. 3.* Vt tu ipſe tuis ſubuenias quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere, non tamen vt illi ditiores velint fieri ex illis quæ tu inopibus conferre potes. Hæc *Zypeus ſuprà.*

Adducit deinde exemplum CLEMENTIS IV. De quo refert, quod cum ante Pontificatum duas filias legitimè ſuſcepiſſet, vni in monaſterio collocatæ triginta tantum libras dederit; alteri quæ marito ſuæ conditionis nupſerat, trecentas libras dotis nomine numerauerit, & hac conditione, ne quid amplius peteret. Habuit & nepotem Clericum, quem ex tribus præbendis quas habebat, vnam vt eligeret, C & reliquas dimitteret, adegit: inſtantibus amicis, vt potius nepoti maiora tribueret, reſpondit ſe Deo, non autem carni & ſanguini acquieturum.

Clementi comitem damus MATTHIAM Houium Archiepiſcopum Mechlinienſem nuper vita hac defunctum, qui cum ſupremis teſtamenti tabulis ea quæ ex hæreditate paterna obuenerant, conſanguineis attribuiſſet, eáque ſatis modica eſſent; cætera omnia ad opus miniſterij in ſua Metropolitana, ac Seminarij à ſe inſtituti augmentum reliquit, his verbis Teſtamento expreſſis: Cætera cum ex Chriſti patrimonio ſint, eò ſunt, & fuerunt deſtinanda. *Ex Teſtamento eiuſdem.*

ECCLESIASTICORVM IMMVNITAS, ET LIBERTAS A SÆCVLARI POTESTATE.

Iure diuino regimen Eccleſiaſticum à politico non ſolum diſtinguitur, ſed & ſublimius eo decernitur, eiúſque cura non Principi ſæculari, ſed Petro & legitimo illius ſucceſſori demandatur. Sic vt omnes etiam Principes cuiuſcunque dignitatis ſint oues & ſubditi. Vnde ſequitur in rebus Eccle-
D ſiaſticis, quarum cognitio à ciuilibus legibus non pendet, à ſæcularium poteſtate Clericos quoſcunque exemptos cenſeri.

In *Mileuitano Concilio. can. 13. & Matiſconenſi. can.* 8. clerici grauiter puniuntur, ſi cauſam Eccleſiæ ad Imperatoris terreni iudicium deferant.

Seuerus Sulpitius lib. 2. ſacra hiſtor. refert S. Martinum aliquando declamaſſe, nouum eſſe, & auditum nefas, vt cauſam Eccleſiæ Iudex ſæculi iudicaret.

S. Ambroſius in Epiſt. 78. ad Theophilum, & S. Auguſtinus Epiſt. 162. reprehendunt eos, qui cauſas Eccleſiæ terrenis Iudicibus iudicandas exponunt.

Apoſtoli etiam Eccleſias gubernarunt, quo tempore nulli erant Principes Chriſtiani, proinde nunquam ad eos cauſam Eccleſiæ iudicandam detulerunt. Et ſi Apoſtolus Paulus 1. *Cor. 6.* iubet lites etiam ciuiles Chriſtianorum non deferri ad iudicium Ethnicorum, quomodo permiſiſſet ad eos deferri lites Eccleſiaſticas? Denique Iuſtinianus ſenior Imper. idem affirmat. *Nouella.* 83.

Non ſunt tamen exempti Eccleſiaſtici ab obligatione legum ciuilium, illarum, inquam, quæ dirigunt actiones humanas in commerciis aut regimine temporali, dummodo ſa- E
cris Canonibus aut illorum muneri non repugnent. Non quod his legibus illi teneantur obligatione quam vocant coactiuam, ſed directiva dumtaxat.

Sunt enim Eccleſiaſtici membra quædam Reipublicæ etiam politicæ. Vnde & tales conformare ſe debent legibus à politico Magiſtratu latis; alioquin in vno Corpore magna foret morum diſſimilitudo.

NICOLAVS I. *in Epiſt. ad Michaelem prope finem*, dicit, Deum diuiſiſſe Pontificiam auctoritatem ab Imperiali, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus vterentur.

IMPERATOR VALENTINIANVS in Epiſtola ad Epiſcopos Aſiæ, quam refert *Theodoretus lib. 4. hiſt. cap. 7.* ſcribit, probos Epiſcopos non ſolum Dei, ſed etiam Regum legibus obtemperare.

S. Ioannes Chryſoſtomus in cap. 13. ad Romanos, dicit Chriſti Euangelio non tolli politicas leges, & ideo debere etiam Sacerdotes & Monachos eis parêre. F

A IVDICIO SÆCVLARIVM.

Non poſſunt Clerici à iudice ſæculari iudicari, etiamſi leges ciuiles non ſeruent. Ita enim legimus in *Concilio Chalcedonenſi can. 9.* Si Clericus aduerſus Clericum habet negotium, non relinquat Epiſcopum ſuum, & ad ſæcularia iudicia non recurrat.

Clarius tamen *Concilium Agathenſe can.* 32. in hæc verba: Clericum nullus præſumat apud ſecularem Iudicem, Epiſcopo non permittente, pulſare. Idem habent *Concilium Carthaginenſe III. can. 8. Toletanum III. can. 13. Matiſconenſe canon.* 8.

IVSTINIANVS Imperator eximit Clericos & Monachos à ſæculari iudicio *in Nouellis* 79. 83. & 123. quanquam non exigit in cauſis criminalibus, ſed in ciuilibus tantum: in criminalibus autem vult à prætore cognoſci cauſam, non tamen condemnari Clericum, niſi prius ab Epiſcopo fuerit degradatus. At nihilominus lex Canonica ſimpliciter exi- G
mit Clericos in omnibus cauſis, tum ciuilibus, tum criminalibus vt perſpicuum eſt ex Epiſtola Caij Papæ ad Felicem Epiſcopum, item ex Epiſt. 2. Marcellini, & ex lib. 11. Regiſtri ſancti Gregorij Epiſt. 14. ad Ioannem Defenſorem. Dedit autem lex Ciuilis cedere legi Canonicæ, cum poſſit ſummus Pontifex Imperatori præcipere, in iis præſertim, quæ ad Eccleſiam pertinent.

Certè non ſine magna laude, refert *Ruffinus lib. 10. hiſt. c. 2.* & poſt eum *B. Gregorius lib. 4. Epiſt.* 75. vocem illam Conſtantini ad Epiſcopos: Vos dij eſtis à ſummo Deo conſtituti, æquum non eſt vt homo iudicet Deos.

CONSTANTINVS Imperator eiecit in exilium Euſebium Epiſcopum, ſed non ante, quam à Concilio Nicæno propter hæreſim ab Epiſcopatu depoſitus fuiſſet. Vnde non habet Caluinus quod ſuccenſeat quaſi hic Imperator hoc de Epiſcopo iudicium ad ſe tranſtuliſſet, cum antè, vt diximus, à Patribus Concilij Nicæni fuerit condemnatus, & tum demum ſæculari iudici traditus. Quod Eccleſia in iis qui ob malefacta degradantur, etiam hodie obſeruat. H

QVOAD POSSESSIONES BONORVM, CVM ECCLESIASTICORVM, TVM SÆCVLARIVM.

Bona Clericorum tam Eccleſiaſtica quam ſæcularia libera ſunt, ac meritò eſſe debent à tributis principum ſæcularium. Patet ex *Concilio Lateranenſi* ſub Alexandro III. *part. 1. c. 19.* ex *Concilio Lateranenſi* ſub Innocentio III. *cap.* 46. Item ex *cap. Eccleſia ſancta Maria, de conſtit. ex cap. Quanquam, de cenſ. in 6.* Præterea, ex legibus Principum, quæ habentur in *Codice Theodoſiano, lib. 16. tit. 2. lege 16. & 26.* & in *Codice Iuſtiniani, L. Sancimus, de ſacroſ. Eccleſ. & in lib. 10. hiſt. Euſebij cap. 7.* ex verſione Chriſtophorſoni.

Vbi obſerua, ante Iuſtiniani tempora, legibus priorum Principum immunes fuiſſe Clericos à tributis perſonalibus, vt etiam indicat *S. Hieronymus in comment. ad cap. 17. Matthæi*: non tamen fuiſſe liberos à tributis, quæ pendi ſolent

rations

ratione poſſeſſionum, vt colligitur ex S. *Ambr. in orat. de tra-*
A *dendis Baſil.* vbi dicit: Agri Eccleſiæ ſoluunt tributum: & *Theo-*
doret. l. 4 hiſt. c. 7. ſcribit Valentinianum ſeniorem in epiſt. ad Epiſcopos Aſiæ, illa verba poſuiſſe, boni Epiſcopi tributa penſitant Regibus. ita *Card. Bellarm. Tom. 1. l. 1. c. 28. de Clericis.*

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Ioseph Patriarcha exemit Sacerdotes Ægyptiorum. *Gen. 47.* Artaxerxes Perſarum Rex exemit Sacerdotes Iſraeliticos *Eſdra 7.* Nam vt rectè ait Alexander Pontifex in Concilio Lateranenſi, vnde extat c. *Non minus de immunit. Eccleſ.* Non decet Eccleſiam Dei minus liberam eſſe tempore Principum Chriſtianorum, quam fuerit tempore Pharaonis.

In libro. Numerorum c. 3. Deus non ſemel, ſed ſæpius repetit. Leuitas propriè ſuos eſſe, atque eos ſibi ex omni populo delegiſſe, & in eodem loco dono dari iubet omnes Leuitas Aaroni, & filiis eius, i. e. ſucceſſoribus. Quod enim ſibi ipſe elegit ad miniſterium templi rerumque ſacrarum, ſoli Pontifici, qui locū Dei repræſentabat in terris, ſubiectos eſſe voluit, ac per hoc à iuriſdictione terrenorum Principum liberauit. Conſtat autem id eſſe nunc in Eccleſia Clericos, quod erant Leuitæ in teſtam. vet. & Pontificem Chriſtianorum non mi-
B noris eſſe auctoritatis, ſed longe maioris in Eccleſia Chriſti, quam fuerit Aaron in Synagoga Iudæorum. Nunc [*inquit S. Leo ſer. 8. de Paſſione Dom.*] & ordo clarior Leuitarum, & dignitas amplior Seniorum, & ſacratior vnctio Sacerdotum.

Sequitur igitur, vt quemadmodum in Teſtam. vet. liberi erant Leuitæ iure diuino à poteſtate Principum ſecularium, ita ſint etiam Clerici in Teſtamento nouo.

Quomodo Deus iuſſit numerari populum, & capitationem pro ſingulis dari in vſum tabernaculi, Leuitæ non fuerūt numerati, ea ratione, vt capitationē ſoluerēt: ſed alia, vt miniſteria tabernaculi iuxta domos & familias ſuas, exequerentur, circa cultū Dei & loco primogenitorum Iſraël, fuerunt Dño cōſecrati, & onera in tabernaculo, poſtea in tēplo Dei ſubiecitūt. *Exo. c. 30. v. 12. Numer. 1. v. 1. & 47. & ſeq. & c. 2. v. 33. & c. 3.*

Greg. Turon. l. 4. de geſtis Francor. c. 1. refert, iniurioſum Epiſcopum XV. à Martino Turonenſem, Clotharij reſtitiſſe edicto, quo mandauerat, vt omnes Eccleſiæ, tertiam partem fructuum fiſco penderent, & cū ferè omnes Epiſcopi ſubſcripſiſſent, eum ſolum denegaſſe, pœnas etiam grauiſſimas minatum
C ſi bona Eccleſiaſtica attrectare pergeret, eoque territum Regem, edictum adæquaſſe, & veniam culpæ deprecatum.

Ethelvolphvs Rex Angliæ Epiſcoporū ſuorū aſſenſu Eccleſias & monaſteria in regno ſuo, exemit à publicis oneribus *Gulielm. Neubrigenſis l. 2. c. 7. Ranulp. lib. 5. Polichronic. c. 30.*

Boleslavs Rex Poloniæ, hominib. Eccleſiaſticis omnium onerum, laborū, & penſionum, regi & reip. præſtandarum immunitatem ſempiterno iure conceſſit. *Cromer. l. 3. Reg. Polonor.*

Christvs iuſſus ſoluere tributū quod in vſum templi Iudæorū populo quotannis impoſitum erat à Deo. *Exod. 3.* & à quo ipſe eximebatur, vt eſt luce clarius, dicebat: Ergò filij sūt liberi. *Matt. c. 17.* ſiquidem ab alienis peti debebat, quæ verba hanc vim habent, quod cū filij Regū è tributis eximūtur, non ipſorū perſonæ tantū, ſed etiā ſerui & miniſtri atq; adeò ipſorū familiæ à tributis eximuntur. Certū eſt autē Clericos propriè ad familiā Chriſti, qui filius eſt Regis Regum, pertinere. Atq; id videtur Dominus ſignificare voluiſſe, cum ait Petro: Vt autē non ſcādaliſemus eos, ſumens ſtaterē, da illis pro me & pro te quaſi diceret, & ſe, & familiam ſuā, cuius præfectus erat Petrus liberos à tributis eſſe debere. Quod etiā intelle-
D xiſſe videtur *S. Hieron. in Comment. eius loci,* cum dicit, Clericos propter honorem Domini tributa non ſoluere, & *S. Aug. l. 1. quæſt. Euang. q. 23.* cum ſcribit, In omni regno terræ non eſſe vectigales filios Regni illius, ſub quo ſint omnia regna terræ.

Deinde in Gallia olim, qui ſacrificia publica, & priuata procurabant, & curam religionis ſeu ceremoniarum illarum habebant, tributa vna cum reliquis ex populo non pendebant, militiæ vacationem, omniúmque onerum habebant immunitatem. *Iul. Cæſar. lib. 6. Comment. de bello Gallico.*

Apud Ægyptios Sacerdotes erant ab omni tributo immunes: imò & à tributis exactis ab aliis, tertia pars illa dabatur ad cultum diuinum, & eorum alimenta: altera Principi tertia militibus. *Diodor. Sicul. lib. 1. Biblioth. c. 6.*

* BONA ET PERSONAS ECCLESIASTICAS
ONERANTES PVNITI. EX S. SCRIPTVRA.

Refertur vindicta de Heliodoro, quod de mandato Regis vellet aurum etiam creditum ſeu depoſitum intra ſepta tēpli accipere. *lib. 2. Mach. c. 3.* Multò magis vindicta eſt expectanda à Deo in Principes, qui non ſolum depoſita in Eccleſiā, ſed bona ipſius Eccleſiæ tollere volunt: nam in eo magis templi ſanctitas violatur, & in propriis magis quam alienis. Excommunicantur etiā nominatim in Bulla pronunciata in Cœna Domini Romæ, qui tributa, collectas, & onera Eccleſiæ, Eccleſiaſticis imponunt, vt habetur *in c. 5. qui vel tribut. s.* E

L. B. Theatr. vitæ Human. Tom. III.

CASVS QVIBVS ONERARI POSSVNT.
EX S. SCRIPTVRA.

Sunt qui arbitrentur, caſus eſſe, quibus vtroque iure, diuino & humano Eccleſiaſtici & eorum bona & Eccleſiæ locáque pia, tributis, collectis, & vectigalibus, oneribúſque & perſonalibus & realibus ſeu patrimonialibus, onerari poſſunt à Principibus temporalibus.

Et primò, in caſu neceſſitatis vrgentis dicunt Regem poſſe bona Eccleſiæ capere, quemadmodum Ioas rex Iſraël Tulitque omne aurum & argentum & vniuerſa vaſa quæ inuenta ſunt in domo Domini, & in theſauris Regis, & obſides, & reuerſus eſt Samariam. 4. *Reg. cap. 14.*

Item exemplo Ezechiæ regis Iuda, qui metu Sennacherib. Aſſyriorū, pacem & ſubiectionē offerens, vtque ſolueret eidē indicta per ipſum tributi nomine trecenta talenta argenti. & F triginta talenta auri, dedit omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini, & in theſauris regis. 4. *Reg. c. 18.*

HISTORICA ETHNICORVM.

In caſu neceſſitatis & bellorum, contributum olim etiam à Sacerdotib. alioquin immunitatem habentib. indicat *Liuius l. 33.* tum enim de triumuiris epulonib. primum factis. Sed magnum certamen, inquit, cum omnibus Sacerdotibus eo anno fuit quæſtorib. vrbanis, Q. Fabio, Labeoni, & L. Aurelio, primo opus erat, quod vltimam penſionem pecuniæ in bellum collatæ perſoluere placuerat priuatis quæſtorib. ab Auguribus Pontificibus, quod ſtipendium per bellum non contuliſſent, petebant à Sacerdotibus Tribuni nequicquam appellati, omniúmque annorum per quos non dederant, exactum eſt, non obſtante prouocatione illorum ad tribunos, & allegatione priuilegiorum a Numa & primis Conſulibus conceſſorum.

Quin & conſtat ſenes & Sacerdotes perpetuā militiæ vacationē habuiſſe, à qua tamen excipiebatur Gallicus tumultus; Vt aiunt, *Plutarch. in Camillo, & Appian. l. e. de bellis ciuil.* G

Sylla Athenas oppugnans pecuniæ indigens ex omnibus illuſtrib. tēplis & oraculis quæ in ea terra erant, iuſſit donaria ad ſe ſacraq; pecunias deferri. Atque in Delphicis theſauris expilandis cauillo vſus. Nam cū inde ſignificaretur, auditam fuiſſe in templo citharam, tantū abfuit, vt ex illa re fuerit vlla homini incuſſa religio, quin ad Caphim, quem ea de cauſa ad Delphos miſerat, quique ea per literas ſignificabat reſcripſerat: Mirari ſe quid eſſet, quod non auderet pecuniam Delphicam contingere, ad quam tollendam ipſe Deus hilaris, atque citharæ concentu inuitaret. *teſte Sabell. lib. 3. Ennead. 6.*

CHRISTIANORVM.

Facit pro hac re quod ex *D. Ambroſ.* adferunt, *in c. ſi tributum. 27. & ſeqq. Magnum quidem. 11. q. 1.* Si tributum petit Imperator, non negamus, agri Eccleſiæ ſoluunt tributum. Si agros deſiderat Imperator, poteſtatem habet vendicandorum. Tollat eos ſi libitum eſt: Imperatori non nego, ſed non dono. *Et in com. ad c. 5. Luc. l. 4.* Magnum quidem eſt & ſpirituale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti, ne quis conſtitutionem terreni regis putet eſſe ſoluendam. Si enim cenſum Filius Dei ſoluit, quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſoluendum? Hæc ille. H

Cæſares quoque certos caſus propoſuerunt, in quibus & voluerunt ad collectas ipſas Eccleſias & domus Auguſti & Auguſtæ, eorúmque bona cōtribuere, vt quādo ſternendæ eſſent viæ publicæ, aut pontes noui instituēdi, aut inſtitori reficiendi eſſent, ſi quod habēt in ea ciuitate aut loco vbi talia opera fiunt, quæ & trahuntur ad muros ciuitatis, puteos publicos, & ſimilia. *in §. ad hæc ſane Nouella 131. in l. ad inſtructiones 7. c. de SS. Eccl.* & ita pronuntiatū ſæpe in Senatu Pariſienſi. Vt refert *Papus l. 5. rapſodia arreſt. tit. 11. arreſt. 16. 17. 18. 19.*

Subiiciuntur & naues Eccleſiarum, tranſuectionibus publicarum ſpecierum, ſine exceptione religionis à Theodoſio & Valent. *in l. iubemus nullam, 10. C. de Sacroſ. Eccleſ. lib. 1. c. de nauibus non excuſandis.*

Item angariis & perangariis, & aliis oneribus expeditionis, plauſtrorū præbendorum. *in l. neminem ab angariis 11. C. de SS. Eccl.* Simul & canonicæ illationi. *in l. placet 3. de Sacr. Eccl. C.*

Muneribus quoque patrimonialibus, quæ ratione poſ-
A ſeſſionum præbentur, dicuntur obnoxij Imperatori & Regibus ex prædiorum poſſeſſionibus Clerici, *in cap. ſi qua cauſa 26. Cauſ. 11. q. 1. & c. ſi tributum, eadem 11. q. 1.*

Accedit & Gratiani reſolutio, cuius hæc ſunt verba: hinc datur intelligi, quod de his quæ imperiali beneficio, vel à quibuſlibet pro beneficio ſepulturæ Eccleſia poſſidet, nullus iuri niſi Epiſcopi teneatur obſtricta, de his verò quæ à quibuſlibet emerit, vel viuorum donationibus acceperit, Principibus conſueta debet obſequi: vt annua eis perſoluat tributa, & conuocato exercitu, cum eis proficiſcatur ad caſtra. Quod tamen hoc ipſum non ſine conſenſu Romani Pontificis, fieri debet. *in c. ſancitum 25. Cauſ. 25. 8.*

Neceſſitas aliquãdo Lvdovicvm II. Regem Siciliæ & Comitem Prouinciæ, propter exitioſum bellum illatum à nepote Carolo Duratio, qui ius in regno Neapolitano prætendebat, prætextu cuiuſdam iuris ſui ſibi ceſſi à Ludouico Rege Hungariæ conſobrino, coëgit imponere Eccleſiæ iure auxilij & ſubſidij etiam contributiones; non obſtante conſtitutione Friderici Imp. *item nulla communitas, de Epiſcopis & Cleric. C.*
B vt refert *Papus l. 5. arreſtorum tit. 11. arreſto illo celebri finali, & etiam lib. 1.* Vbi *vide plura arreſta Senatus Pariſienſis.*

AD HOC LEGITIME FACIENDVM REQVISITA.

In caſu neceſſitatis vbi facultates Laicorum exhauſtæ ſunt, poſſe ex conſenſu Eccleſiaſticarum perſonarum aliquid exigi auxilij nomine, iam placuit Concilio Lateranenſi generali, quod quãuis prohibuerit propria laicali auctoritate exigi vel imponi, tamẽ ex cõſẽſu Epiſcopi permiſit, tribus cõcurrẽtib. *in c. non minus 4. de im. Eccl.* Primò, quo ipſam collectã deliberet Epiſcopus cũ Clero, quia in his quæ totũ clerum tangũt, nõ ſufficit Epiſcopũ habere conſensũ tantũ ſui Capituli, ſed requiritur & totius cleri, quia neq; Epiſcopi ex arbitrio poſſunt onerare ſuos ſubditos, *cle. 2. in fine, de cenſib. l. 3. t. 13.* & quod omnes tangit, ab omni probari debet, *reg. iur. quod omnes.*

Secundò requiritur quod iſta ſubſidia petantur & ſoluantur imminente maxima neceſſitate, vel vtilitate ciuitatis, vel regni ſuadente.

Tertiò, quod facultates Laicorum non ſuppetant.

Quartò, hodie quoque requiritur, vt conſulatur ea de re
C ſum. Pontifex, ex alio Concil. Lateran. *in c. aduerſus 7. de im. Eccleſ.* Quod habere poteſt rationem, quia tanta eſt hodie audacia & inuidia, & vt textus loquitur *in d. c. aduerſus*, impertinentia laicorum, vt facilè vel minis, vel coactione clerum ad conſentiendum compellere poſſent, etiam ſine neceſſitate vrgente. Et proinde ſub pœna excommunicationis, ne id fiat inconſulto Pontifice, vetitum eſt.

Alia ratio, quod hoc priuilegium immunitatis, toti Clero & in fauorem ordinis fuit conceſſum: & proinde à ſingularib. Clericis, etiam in ſui præiudicium renunciari non poteſt, *c. ſi diligenti, de foro compet.* ideóque requiritur conſenſus ſummi Pontificis, qui cauſa cognita ex iuſto poteſt diſpenſare.

EXEMPLA HISTORICA.

Ex licentia ſummi Pontificis, etiam permiſſæ fuerunt regibus & Principibus aliquando exactiones aliquarum decimarum à ſacerdotia poſſidentibus.

An. 1500. quo tempore Cæſar Maximilianvs I. de bello Turcarum Imperij conuentum agebat Auguſtæ, decretum fuit mittendam eſſe legationem ad Pontificem Alexandrum VI. vt rempublicam ope conſilióque iuuaret, & prouentus annatarum hac potiſſimum de cauſa conceſſos olim, in hunc
D vſum contribueret. *Sleidan. lib. 4.*

Davidi Bruſio Scotorum regi, magna vi auri redempto à ſuis, & in Scotiam reuerſo ſummi Pontificis ac Prælatorum conſenſu, Eccleſiaſticorum redituum decima pars liberaliter donata eſt. *Hect. Boëthius l. 16. H. Mutius, l. 21. Chron. German.* refert an. Dom. 1282. Honorium Papam pro inferendo bello in Turcas laboraſſe, & miſiſſe Cardinalem Epiſcopũ Tuſculanum in Germaniã, qui Herbipolim cõuocauit omnes prælatos & magiſtratus eccleſiaſt. & ſeculares, adfuiſſe quoq; Rudolphũ, ibiq; tractaſſe de ſubſidio ad id bellũ, & petiiſſe legatũ quartã partẽ prouentuũ Eccleſiaſticorũ, ad 4. annos, nemineque reſiſtente, vnũ ſolũ nomine Probũ Epiſc. Tulleñsẽ denegaſſe, & multa loquutũ de offic. Eccleſiaſt. boniſq; eccleſiarũ & vſu eorũ, & effeciſſe, vt vno conſenſu negauerint vniuerſi Prælati ſe id quod poſtulabatur daturos: tamẽ lactũ eſſe; vt hic Probus paulò poſt ab Epiſc. deturbatus retruſus fuerit ad fratres ſuos mẽdicãtes. D. Franciſci ex cuius ordine erat.

Tempore quo Veneti geſſerunt bellum contra Baiazetem regem Turcorum, Alexander VI. Pontif. Max. omnium pro- E
uentuum quibus Sacerdotes in imperio reipubl. fouerentur partem plus tertiam Venetis conceſſit, Cardinalium Sacerdotiis exceptis. *Bembus lib. 5. hiſt. Veneta.*

Cum etiam Solymannvs Turcarũ Imp. Pannoniã repeteret an. 1531. exhauſto Pontificij Imperij ærario, in Senatu Cardinaliũ decretũ eſt, vt quinq; decimæ Sacerdotiis imponerẽtur, immunitate cõceſſa Sacerdotiis Cardinaliũ, quæ res minores Sacerdotes ſacratáſque Virgines, & ſacras hoſpitales domos vehementer afflixit. Nã exactores cum imperio in prouincias emiſſi, dũ priuato quæſtui ſtuderẽt incredibili acerbitate, humana & diuina perturbabant: adeò vt plerique Sacerdotes tẽpla deſererent, & paſſim ſacrata vaſa, & antiqua donaria conflarentur, erant qui prædia dicata altarib. venditarent, vt decimæ ſoluerẽtur. Neq; honeſtiſſimus ſacri belli prætextus, neq; extrema propè neceſſitas inuidiã leniebat: quoniã Cardinales qui opima Sacerdotia poſſiderent, immunes euaſerant, quaſi illis ad tuendã Romanæ aulæ amplitudinẽ, de ſolito vitæ ſplẽdore nihil remittere moderariq; liceret, cũ ex aduerſo pleriſque egentibus vltima vitæ alimenta raperẽtur. *Iouius l. 30. hiſt.* F

Alexander VI. in vſum belli Gallici, pecuniam omnem Sedis Apoſtolicæ authoritate in Hiſpania, belli ſacri nomine quã Cruciatã appellarunt, coactam Neapolitano regno conceſſit: quam tamen pecuniam niſi contra Religionis Chriſtianæ hoſtes nefas erat conſumere. Vt tradit *Guicciardin. lib. 1.*

Permiſit Franciſco I. eius nominis Gallorum regi, Leo X. Pont. Florentinæ congreſſus, vt in Gallia citeriore & vlteriore, Sacerdotiorum reditus binis decumationibus decumaret. *Sabell. lib. 6. ſupplem. ex Paulo Iouio.*

Pavlvs quoque III. Pont. in bello Germanico contra Proteſtantes, an. 1546. permiſit eo anno Carolo V. Imp. dimidiam partem bonorum Eccleſiæ ſumere per Hiſpaniã: & ex annuis prouentib. Monaſteriorum Hiſpaniæ diuendere, donec ad auteorum millia quingenta conficeret, ea lege tamen, vt de ſuis bonis tantundem illis iuuicem oppignoraret. *Sleidan. lib. 17. Hæc ſummatim collegimus ex l. 5. Pet. Pet. Gr. Toloſani de Republica c. 7. & aliis nonnullis plura apud eundem Lector reperire poterit.*

ECCLESIASTICORVM FRVGALITAS ET CONTINENTIA. G

Laudabile eſt quod de Pio II. Pontifice legimus; cuius tum aliæ multæ virtutes feruntur, tũ hæc ipſa, quòd mediocri cibo vti ſolitus eſſet, non lauto, non delicato, eóque ſemper fuiſſe contentum, quod apponeretur, quodcunque eſſet: vino verò parciſſimè vſum, eóque benè diluto. Menſam artificioſam ita contẽpſit, vt apparatu non pontificio, ſed humili ac propè ruſticano ſit vſus. Inter edendum de ſtudiis bonarũ artiũ loquebatur, memoriã veterũ repetens. Eius voluptas omnis, quãdo à munere publico vacabat, in lectione & ſcriptione frequenti repoſita erat. Libros plus quàm ſaphiros & ſmaragdos charos habuit, quibus chryſolitorum magnam copiam ineſſe dicebat. Rara veſte vtebatur, & argento, frugali magis quam regio. *Plati. a in vita Pij 2. & Hieron. Plautus de Card. c. 13.*

De *Iuliano Caſarino* Cardinale illud memoriæ proditum eſt, fere illum in ſuis veſtibus cubitaſſe, interulam intimam non ex lino, ſed ex panno geſtaſſe, longa exercuiſſe ieiunia, omnibus ſextis feriis pane & aqua ieiunaſſe; quotidie Miſſam celebraſſe. Denique vt hoc etiam addamus, ita in eleemoſynis profuſum fuiſſe, vt à ſuis alter Martinus appellaretur. *Hieron. Plut. de dignit. & off. Card. cap. 13.*

Recentius & illuſtrius eſt de Carolo Borromæo, quam vt H
hoc loco commemorandum videatur. Sed tamen ſic tradunt eius familiares, quotidianis illum pœnitentiæ incrementis eo tandem perueniſſe, vt quotidie pane & aqua ieiunaret, exceptis Dominicis ac feſtis diebus: in qua illa ſeueritate diu durauit, vſque ad extremum vitæ diem; imò vero aliquanto ante obitum ipſos etiam feſtos dies non parum reſtrinxerat, ad ſola ſe lugumina aut olera, fructúſve arborum redigens. Quare cùm Gregorius XIII. pro ſuo officio, peculiari breui ad eum ſcripto, non ſolum hortatus eſſet, ſed etiam præcepiſſet, vt rigorem hunc temperaret; reſpondit Cardinalis, ſe paratum quidem obedire, ſed tamen experientia cognouiſſe, eam inediam valetudini quoque conferre, ad exſiccandam pituitam, quam abundabat. Quo argumento permotus Gregorius, ſuo illum iudicio arbitrióque permiſit. Omnem ſupellectilem alicuius pretij, conopœa, aulæa, aliáque eius generis abs ſe remouit. Veſtibus vtebatur exterius quidem, vt Cardinalis;

Interio

A interioribus verò ex ſimplici panno, & tela; quin etiam cubicularis amictus ex panno erat cinericio, rudi, & craſſo. Quam ipſam veſtem quatuordecim totis annis nunquam mutauit; multáque alia eiuſmodi, qui non eſt neceſſe referre, quia nota ſunt recentia, conſtanter vſque ad mortem ſeruauit. *Hieron. Plat. de dignit. Card. cap. 15. & 16.*

D. Nicolavs Epiſcopus Myrhenſis factus (licet priſtini eius mores accurata caſtigatione eſſent cõpoſiti) haud tamen ignorans, aliam eſſe priuati hominis rationem, aliam magiſtratum gerentis, vitam omnem moréſque pro dignitate trãſformandos putauit. Igitur vnica in die refectione, eáque veſpertina contentus, totum diem publicis negotiis ſtudioſè impendebat. Inter cœnandum nunquam ſacrorum librorum aberat lectio, vel certè aderant Sacerdotes eruditione & vita probati, à quibus ſuauiori aliquo animi cibo alebatur. A mẽſa in cubiculum ſe recipiens, totus in cœleſtium contemplationum campum diffundebatur, & animum diurnis alieniſque curis diſtractum nocturna meditatione collectum refouebat. Inter quas delicias meliore noctis parte abſumpta, tandem demiſſa humi membra breui admodum ſomno reficiebat. Tunc
B etiam cœpit vti veſte viliori & neglectiori, quàm antea ſolebat, in qua nullus omnino eſſet nitor, aut faſtus, ſed caſtigatæ potiùs humilitatis, & modeſtiæ ſignificatio: nec enim alio quouis pacto poterat ſapientiùs, aut facilius Sacerdotum in veſtitu luxuriem amputare. Et tamen tantum abfuit, vt ea res aliquid detraxerit de opinione, vt etiam multum auxerit. *Surius in eius vita 6. Decembr. vbi hæc ferè verbis permutatis.*

De *D. Auguſtino* Hipponenſi Epiſcopo ſcribit Poſſidius in eius vita, quod veſtis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimiùm, nec abiecta plurimum: quia his plerúmque vel iactare ſe inſolenter homines ſolent, vel abiicere: ex vtroque non quæ Iesv Christi, ſed quæ ſua ſunt, iidem quærentes. At iſte ſanctus medium tenebat, neque in dexteram, neque in ſiniſtram declinans. Menſa vſus eſt frugali, & parca quæ quidem inter olera & legumina, etiam carnes aliquando, propter hoſpites, vel quoſque infirmiores continebat. Cochlearibus tantum argenteis vtens, cætera vaſa, quibus menſæ inferebantur cibi, vel teſtea, vel lignea, vel marmorea erant;
C non tamen neceſſitatis inopia, ſed propoſito voluntatis. In ipſa menſa magis lectionem, vel diſputationem, quàm epulationem potationémque diligebat, & contra peſtilentiam humanæ conſuetudinis in ea ita ſcriptum habebat.

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi,

Et omnem conuiuam à ſuperfluis & noxiis fabulis, & detractionibus ſeſe abſtinere debere admonebat. *Poſſidon. vita eius cap. 22.*

Fœminarum intra domum dicti B. Auguſtini nulla vnquam conuerſata eſt, nulla manſit, nec quidem germana ſoror, quæ vidua Deo ſeruiens multo tempore, vſque in diem obitus ſui præpoſita ancillarum Dei vixit: ſed neque patrui ſui filiæ, quæ pariter Deo ſeruiebant: quas perſonas ſanctorum Epiſcoporum concilia in exceptis poſuerunt. Dicebat verò, quia etſi de ſorore & neptibus ſecum commorantibus nulla naſci poſſit mala ſuſpicio, tamen quoniam illæ perſonæ ſine aliis neceſſariis, ſecúmque manentibus fœminis eſſe non poſſent, & quòd ad eas etiam aliæ à foris intrarent, de iis poſſe offendi-
D culum aut ſcandalum infirmioribus naſci: & illos, qui cum Epiſcopo vel quolibet Clerico forte manerent, ex illis omnibus fœminarum perſonis vnà commorantibus, aut aduentantibus, tentationibus humanis poſſe perire, aut certè malis hominum ſuſpicionibus peſſimè diffamari: ob hoc ergo dicebat, nunquam debere fœminas cum ſeruis Dei, etiam caſtiſſimis, in vna manere domo, ne (vt dictum eſt) aliquod ſcandalum vel offendiculum hoc tali exemplo poneretur infirmioribus. Et ſi fortè ab aliquibus fœminis, vt videretur, vel ſalutaretur, rogabatur; nunquam ſine Clericis teſtibus ad eas intrabat, vel ſolus cum ſolis vnquam eſt locutus, nec ſi ſecretorum aliquid intereſſet. *Idem Poſſid. cap. 26.*

S. Andreas Carmelitanus, cuius, cùm quinquaginta octo eſſet annorum, vnanimem in Epiſcopum Feſulanum Canonicorum electionem Spiritus ſanctus per os infantis prodigioſo confirmauit ſuffragio, non contentus, quod ad deuotæ ſemel, ſed ſemper bene tuendæ caſtitatis rationes, magnam per ſobrietatem corpus ſibi ſuum aſſiduè maceraret, illiuſque nuditatem, ſub veſtimentis, ferrea cingeret catena, nec alio

in lecto, quàm vitium ſarmentis, indormiret: fœminarum præterea colloquia, in illata iam grauj ætate non aliter quàm ferenda [illegible] quædam vitabat ſemina vitiorum. *Aurenl. [illegible] in Canon. [illegible] hiſtoriali Tom. [illegible]*

Memor quoque ſum (addit Can[illegible]) facti, quod moderno tempore prope Cameracenſem diœceſin accidit. Quidam clericus, à pueritia cœlebs & caſtus, poſt longum Theologiæ ſtudium in ſolemni, conuentualique Eccleſia canonicatum eſt adeptus. Animarum ergo zelo ductus præbendam pro parochiali Eccleſia commutauit. In qua cum per ſeptennium fructuoſè multum, & laudabiliter laboraſſet, prædicationéque & exemplo animas Chriſti eſſet lucratus, quas diabolus conabatur auferre, accidit, vt virgo ſexagenaria, quæ cilicium ipſius Sacerdotis lauare ac mundare ſolebat, ſola ſine teſte vel ſocia thalamum ingrederetur. Quid plura? Ad tam nefandum infortunium res deuenit, vt ambo, Sacerdos & mulier illa ſexagenaria, antequã ſepararentur, dio ſeruato virginitatis & caſtitatis lilio priuarentur. Ex qua re mulier quidem, iam ſexagenaria tantum doluit, vt præ nimia amaritudine mortem accelerarer in planctu: Sacerdos verò expertus incognitum, in luxuria adhuc, vt credimus, viliſſimus perſeuerat. Quid mirum? F
Quãto locus altior, tãto caſus grauior. Vnde meritò Angelorum caſus irreparabilis fuit. *Th. Cantipr. Ap. l. 2. c. 30. part. 47.*

*ECCLESIASTICORVM SCELERA

Divinitvs Pvnita.

Cum per mortem Sylueſtri ſedes Eccleſiæ Lingonicæ vacaret, Lingonici Epiſcopum flagitantes, Pappalum, qui quondam Archidiaconus Auguſtodunenſis fuerat, accipiunt: qui multa, vt aſſerunt, egit iniqua, quæ à nobis prætermittuntur; ne detractores fratrum eſſe videamur: tamen qualem habuerit exitum non omittam. Anno octauo Epiſcopatus ſui dum diœceſeos ac villas Eccleſiæ circumiret, quadam nocte dormienti apparuit illi B. Tetricus vultu minaci. Cui ita: Quid tu, inquit, hic Pappole: vt quid ſedem meam polluis? vt quid Eccleſiam peruadis? vt quid oues mihi creditas ſic diſpergis? cede loco, relinque ſedem, abſcede longius à regione. Et hæc dicens, vt virgam, quam habebat in manu, pectori eius cum ictu valido impulit. In quo ille euigilans, dum cogitat quid hoc eſſet, fixè in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur. Abhorret cibum potumque, & mortem iam ſibi pro- G
ximam præſtolatur. Quid plura: Tertia die cùm ſanguinem ore proiiceret, expirauit. Exinde elatus Lingonas, eſt ſepultus. *Gregor. Turon. hiſtor. Franc. l. 5. c. 5.*

Illud nunc ad memoriam redit, quod in Beneuentina olim vrbe conſtitutum me audire contigit. Princeps eiuſdem ciuitatis Presbyterum ſanctæ conuerſationis virum, & in diuinis officiis, ac præcipuè in ſolemnitate Miſſarũ indeſinenter aſſiduum excolebat; qui cùm quotidie ſacris myſteriis reuerẽter inſiſteret, Angelus Domini ea conſuetudine veniebat, & vidente Principe ſacramentum Dominici corporis ex offerẽtis manibus aſſumebat. Sed, ô criminalis vitæ huius lubrica & incerta conditio! Nam qui Angelicis fruebatur obſequiis, in fœdæ luxuriæ voraginem repentè prolapſus eſt. Quid plura? Peragendi myſterij ſacri tẽpus aduenit; cõſuetudine foris cogente Presbyter cõpellitur, ſed grauiter intus conſcientia remordente torquetur: ornatur, accedit, trepidat, palpitat tamen offerre præſumit. Iã ecce Angelus, vt aſſuetus fuerat, venit, & inſpectante Principe, ſpongiã infectã aqua ſuper caput illius expreſſit omnéſq; ſordes atq; ſqualores, quos ex corpore il- H
lius ante contraxerat mẽbris eius omnibus iterum ſuperfudit. Hoc ipſo Princeps admiratus obſtupuit, Presbyterúmque remotis omnibus ſecretè conuenit. Inquiſitus ita Presbyter, ſi nouiter aliquid criminis admiſiſſet, primò quidẽ per horrẽcẽs facinus abnegat; deinde malè ſibi cõſcius, ac principis auctoritate cõpulſus, tandẽ corruiſſe ſe nocte prætẽrita in quandã eiuſdem Principis cubicularium confitetur. *Pet. Dam. Oſtienſ. Epiſc. in epiſt. ad Hildebrand. Papam tom. 4. Bibl. SS. Patrum.*

Cum Stephanvs Papa, qui zeli Phinees æmulator erat, totem, omnes Clericos Romæ, qui poſt interdictum Papæ Leonis incontinentes extiterant de conuentu clericorum, & choro Eccleſiæ præcepiſſet exire; vt quanquã relictis fœminis pœnitẽntiæ ſe lamenta corrigerent; tamen quia ſancto viro inobedientes fuerant, & de ſacrario ad tempus exirent, & celebrandæ Miſſæ licentiã de cætero non ſperarent: iuxta canonicam beatæ Cæciliæ trans Tiberim conſtitutam Presbyter habitabat, qui nec fœminam vllo modo quieſcebat abiicere, nec vnquam poterat hæc ſtatuta niſi vana prorſus & friuola

A indicare. Quadam itaque die dum incolumis, vegetus, ac ro-
buſtus exiſteret, veſpertinis horis ad quieſcendum ſe in le-
cto compoſuit; ſed repentina diuinæ viſionis animaduerſio-
ne percuſſus. Mane repertum eſt cadauer exanime. Illico
præfatæ canonicæ religioſis certè conuenius duos ad me
clericos direxerunt, quid tali deberent mortuo, conſulentes.
Nos, ſi rem rectè tenemus, conſilium dedimus, vt cum qui-
dem, quia presbyter fuerat, penè eccleſiam ſepelirent, ſed
nullum ei vel hymnorum, vel pſalmodiæ officium redde-
rent, quatenus & inceſtis terror accreſceret, & caſtitatis
gloria germinantius pullularet, & certè dignus videretur, vt
mortuus (iuxta Prophetam) ſepulturam poſſideat aſini, qui
dum viueret, humana contempſit lege conſtringi. *Petr. Da-
mian. in epiſt. ad Taurinen. Epiſc. Baron. tom.* 11. *anno* 1057. 16. 17.

S. Epiphanivs Conſtantiæ Epiſcopus hoc tempore obla-
tionis ſeruabat; nunquam eam perficiebat, donec vidiſſet vi-
ſionem. Conſueuerat que præfari verba quædam, & ei ſtatim
reuelabatur. Cùm itaque aliquando ter dixiſſet ſermonem,
nulla ei ſeſe obtulit viſio. Cùm is autem lugeret, & oraret, vt
ſibi cauſa ſignificaretur, primus obſeruat Diaconum, qui à ſi-
B niſtris tenebat ventilabrū miniſtratorium. Quem cum obſer-
uaret, conſiderat Epiphanius in eius fronte apparere lepram.
Nulli autem erat manifeſtum, Diaconum eo morbo laborare.
Epiphanius itaque manum extendit, & inſtrumentum leuauit
miniſtratorium, ei benignè dicens: Vade, fili, in domum tuam
& ne modo ſumas diuina myſteria. Ipſe autem ſtatim egreſſus
eſt, & iuit in domum ſuam, datque Epiphanius alij Diacono
ventilabrum. Cúmque diuina verba incepiſſet cum metu &
lacrymis, vbi perfecit, ſtatim vidit viſionē. Poſt Eccleſiæ au-
tem dimiſſionem, accerſito Diacono, ex eo ſciſcitatur cauſam
eúmque iis diceret, quod illa nocte dormierat cum vxore; ac
cerſito toto ordine ſacrato, eis benignè dixit Epiphanius:
Quicunque, ò filij, clero digni eſtis habiti, ſoluite cingulamēta
veſtra, vt non in iis ingrediamini, & vt colatis virum ſanctū,
qui in Eccleſia prædicat & dicit: *Et habentes vxores, tanquam
non habentes*; ex hinc ergo non amplius ordinauit Epiphanius
eos, qui habebant vxorem, ſed viros ſanctos, qui vitam exer-
cebant monaſticam, & viduos viros probatos. Licebat enim
vere videre Eccleſiam, tanquam pulchram ſponſam ornatam
C ſacerdotio. *Ex Metaph. Sur. in vita eius cap.* 18. *die* 12. *Maij*.

Henricvs Imp. habebat Clericum in curia ſua, qui & lite-
rarum peritiam, & vocis elegantiam vitio corporis defor-
mabat, quod meretriculam villæ vehementer ardebat: cum
qua nocte ſolemni volutatus, mane ad Miſſam Imperatoris
aperta fronte aſtabat. Diſſimulata ſcientia, mandat ei Cæſar,
vt ſe paret ad Euangelium quod eius melodia delectaretur:
erat enim Diaconus. Ille pro peccati conſcientia, multis
præſtigiis ſubterfugere: Imperator contra nunciis vrgere, vt
probaret eius conſtantiam: ad extremum prorſus abnuenti,
Ego, inquit Cæſar, quia non vis parere mihi in tam facili
obſequio, extorrem te totius terræ meæ præcipio. Clericus
amplexus ſententiam abſceſſit continuò: miſſi pediſſequi qui
eum perſequerentur, vt ſi perſeuerandum putaret, iam vrbem
egreſſum reuocarent. Ita cunctaturr compilatis omnibus ſuis,
& in ſarcinulas compoſitis, iam profectum, magnaque vio-
lentia retractum Henrici præſentia ſuſtinuit. Qui lætus ſub-
ridens: Probè, ait, feciſti, & gratulor probitati tuæ quòd
pluris penderis Dei timorem, quàm patriam; reſpectum cæle-
D ſtis iræ quàm minas meas. Quapropter habeto Epiſcopa-
tum, qui primus in imperio meo vacauerit; tantùm indecen-
ti amori renuntiet. *Vuilhelm. Malmesbur. de geſt. Angl. l.* 2.

*ECCLESIASTICIS HONOR DEBITVS, ET EXHIBITVS.

PRIMVM AB ETHNICIS.

Alexander Magnus, expugnata Gaza Hieroſolymam
propere petiit. Iaddus verò Pontifex poſtquam hoc audiuit,
ſollicitus hærebat inops conſilij, nec inueniens quomodo
Regem deberet excipere, iratum eo quod antea neglexiſſet
imperata eius facere. Alexander enim ſcriptis ad eum litteris
petebat aduerſus Darium Perſarum Regem auxilium, & vt
forum rerum venalium præberet exercitui, ac vt quæ prius
Dario conferre ſit ſolitus, nunc det Macedonibus, prælata
eorum amicitia: fore enim vt illum nòn pœniteat. Cúmque
Pontifex nuntiis reſpondiſſet, ſacramento ſe obligatum Da-
rio, ne arma contra eum ſumeret, idque ratum fore quam-
diu ille vixerit, iratus eſt Alexander, minatúſque eſt mox ſe
ducturum contra Pontificem. Ergo indictis populo ſuppli-
cationibus, & immolatis Deo victimis, ad opem eius confu-
git, illi publicam ſalutem commendans. Proxima deinde poſt E
ſacrificium nocte in ſomnis ei Deus apparuit, iubens vt bo-
no eſſet animo, & coronata vrbe portas aperiret: vtque popu-
lus in albis veſtibus prodiret obuiam; ipſe verò cum reliquis
ſacerdotibus ſolemni cultu ſui ordinis, ſecurus de Dei proui-
dentia. Experrectus autē è ſomno, lætis ciuibus hoc oraculū
indicat, & paratis omnibus, vt in ſomnis præmonitus fuerat,
Regis aduentum præſtolabatur: & cum renunciatū eſſet eum
iam non procul ab vrbe abeſſe, progreſſus eſt cum ſacerdoti-
bus, & vrbana multitudine, pompa quadam noua & venera-
bili, vſque ad locum, qui dicitur Sapha, quæ vox ſpeculam ſi-
gnificat, quòd ibi & vrbs & templum in proſpectu ſit. Et cū
Phœnices, ac Chaldæi ſperarent ſibi licere, quidquid iratus
Rex poſſet permittere, direptionem vrbis, & Pontificis ex-
quiſitum ſupplicium, planè contrarium euenit. Alexander
enim vt vidit è longinquo candidatū populum, & ſacerdotes
antè agmen in amictu byſſino, Pontificémque in ſtola hyacin-
thina auro diſtincta, tiaram in capite geſtantem, cum præfixa
aurea lamina inſculpta Dei nomine: ſolus ad eū accedens no-
men illud adorauit, & ſalutauit Pontificem, Iudæis autē om- F
nibus vno ore Alexandrum conſalutantibus, & in orbem cin-
gentibus, Syriæ Reges & reliqui obſtupuerunt, vix credentes
Regem mentis compotem: ſolus Parmenio propius accedens
rogauit familiariter, quid ita, cùm ipſe adoraretur ab omni-
bus, nunc adoraret Iudæorum Pontificem? At ille non hunc
ſe adoraſſe reſpōdit, ſed Deo, cuius eſt Pontifex, honorē eum
exhibuiſſe. Hunc enim, inquit, vidi & antea hoc ipſo habitu,
cùm adhuc eſſem in Dio Macedoniæ, qui me deliberantem,
quomodo Aſiam poſſem ſubigere, hortatus eſt forti eſſe ani-
mo, quomodo & ſine mora exercitum traiicere. Nam ſuo du-
ctu potiturum me Perſarum imperio. Quapropter, quia nunc
primùm talem habitum vidi, agnoſcens hunc, & viſionis me-
mor, quæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me non
ſine numine in Darium exercitum ducere, & breui fore vi-
ctoriæ compotem: & ſublato Perſarum imperio, ceſſura mi-
hi omnia ex ſententia. Hæc locutus ad Parmenionem, & co-
miter complexus Pontificem, deducentibus ſacerdotibus, in
vrbem peruenit, & aſcendens in templum immolauit Deo,
ex ſacerdotis præſcripto, ac Pontifici quoque ſuum honorē G
exhibuit: oſtenſoque ſibi Danielis libro, in quo Græcum
Quemdam Perſas debellaturum ſignificat, hunc ipſum ſe
eſſe interpretatus, lætus dimiſit multitudinem. *Ioſephus l.* 11.
Antiq. Iud. c. 8. *Ioan. Zonar. tom.* 1. *Annal.*

A VIRIS SANCTIS.

Cum S. Martinvs ad Imperatorem Maximum, ferocis in-
genij virum, & bellorum ciuilium victoria elatum & plures
è diuerſis partibus Epiſcopi conueniſſent, & fœda circa Prin-
cipem omnium adulatio notaretur, ſéque degeneri inconſtan-
tia regiæ clientelæ ſacerdotalis dignitas ſubdidiſſet; in ſolo
Martino Apoſtolica auctoritas permanebat. Nam etſi pro ali-
quibus ſupplicandum Regi fuit, imperauit potius, quàm ro-
gauit, & a conuiuio eius frequenter rogatus abſtinuit, dicēs,
ſe menſæ eius participem eſſe non poſſe, qui duos Imperato-
res, vnum regno, alterum vita expuliſſet. Poſtremo cùm Ma-
ximus ſe non ſponte ſumpſiſſe Imperium affirmaret; ſed im-
poſitam ſibi à militibus diuino nutu regni neceſſitatem ar-
mis defendiſſe: & non alienam ab eo Dei voluntatem videri,
penes quem tam incredibili euentu victoria fuiſſet, nullūque H
ex aduerſariis niſi in acie occubuiſſe, tandē victus vel ratione
vel precibus, ad conuiuium venit, mirum in modum gauden-
te Rege, quòd id impetraſſet. Conuiuio autem aderant, velu-
ti ad diem feſtum euocati, ſummi atque illuſtres viri, Præfe-
ctus idémque Conſul Euodius, vir, quo nihil vnquā iuſtius
fuit, Comites duos ſumma honeſtate præditi, frater Regis &
patruus: medius inter hos Martini Presbyter accubuerat: ipſe
autem ſellula iuxta Regem poſita, conſederat. Ad mediū fere
conuiuiū (vt moris eſt) paterā Regi miniſter obtulit: ille ſan-
cto admodum Epiſcopo potiùs dari iubet, expectans, atque
ambiens, vt ab illius dextera poculum ſumeret. Sed Martinus
vbi ebibit, paterā presbytero ſuo tradidit, nullum ſcilicet exi-
ſtimans digniorem, qui poſt ſe biberet: nec integrum ſibi fo-
re, ſi aut Regem ipſum, aut eos qui à Rege erāt proximi, pres-
byteros prætuliſſet. Quod factum Imperator, omneſque qui
tunc aderant, ita admirati ſunt, vt hoc ipſum eis, in quo con-
tempti fuerant, placeret: celeberrimumque per omne palatiū
fuit, feciſſe Martinum in Regis prandio, quod infimorū Iu-
dicum

dictum continuiſs Epiſcoporum nemo fecisſet. *Ex eodem lib.*
A *cap.*23. *Baron. tom.*4. *an. Chriſti* 386. 21.

Leontivs Tripolis Lydiæ Epiſcopus, natione Myſus, animo fuit ingenuo aduerſus omnes, & ore libero. Quodam tempore concilio indicto cùm Euſebia Conſtantij vxor, ſuperbia elata, ab Epiſcopis adoraretur: ſolus eam adulationem aſpernatus domini manſit. At illa irritata, & animo inflammato, mittit ad eum expoſtulatum, pollicitationibus etiam hominem alliciens: ſe Eccleſiam illi maximam, extructuram eſſe, & affatim pecuniæ præbituram, ſi ſe conueniret. Cui ille hoc modo reſpondet: Iſtorum quidem ſi quid Imperatrix exequi volueris, non tam mihi te ſcito, quàm animæ tuæ gratum facturam. Si me verò ad te venire volueris, debita Epiſcopis reuerentia conſeruata, vt ego quidem ingrediar; tu autem ſtatim de ſublimi iſto ſolio deſcendens, reuerenter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus ſuppo-nas, benedictionem acceptura: ac deinde ego ſedeam, tu verecundè adſtes: cùm iuſſero, ſigno dato, ſeſſura: ſi hæ inquam tibi conditiones placuerint, veniam ad te. Sin alio modo; non caſu multa dabis, tam magna non poteris, vt nos honore
B Epiſcopis conueniente neglecto, diuinum ſacerdotij inſtitutum violemus. Quæ cùm renunciata eſſent, exarſit iracundia mulier, non ferendum rata Leontij reſponſum: & vehementer commota, & multum conqueſta, multúmque muliebri bile, & leui ingenio minitata, rem marito exponit, eumque ad ſupplicium de illo ſumendum inſtigat. Is verò ingenuum Leontij animum magis laudat: placatáque ira, vxorem in gynæceum ablegat. *Euida hiſtoria in Leontio, pag.*526.

De ſancto Francisco Minorum parente ſcribunt aliqui, dicere eum ſolitum, ſi cui ſanctorum è cœlo in terram delapſo, & cum illo ſimul Sacerdoti fortè occurriſſet, priùs ſe ſacerdotis manibus oſculum daturum, deinde reuerentiam facturum ſancto: plus ſe debere illi ſignificans, qui Chriſti in terris vicem gereret, quàm illi, quem iam cùm Chriſto in cœlis regnare cognoſceret. *D. Bonauent. in vita eius c.*4.

Fertur in narrationibus Patrum, vidiſſe Laicum quendam ſuis oculis ſacerdotem Eccleſiæ, quã frequentabat, in crimine adulterij deprehenſum, adiiſſe eum tamen fidenter, & abſque vlla dubitatione, cùm poſtero die ſacrificaret, vt ex manibus
C eius ſanctam Euchariſtiam acciperet: poſtquam verò accepiſſet, periiſſe ab eo, vt frontem, quam habebat leproſam, cruce ſignaret. Quod cùm feciſſet, lepram quidem tanquam ſquamam excidiſſe, frontem verò ſanam & nitidam apparuiſſe. *Franciſcus Turrianus lib.*2. *de Hierarch. ordinationibus miniſtrorum Eccleſ. Cath. cap.*24. *ex lib.*2. *Theolepti Epiſc. Philad.*

Ab Imperat. et Reg. Christianis.

Legem tulit Conſtantinus Imperator (ſi credimus Theodoreto) qua decernit, plurimum honoris deberi hominibus in Sacerdotali dignitate conſtitutis, interitum interminatus horum inſectatoribus. *Theodoretus lib.*4. *cap* 12. *&* 11. *hiſt. Eccleſ. Vide Bred. lib.*5. *c.*68.

Ivstinianvs Imperator Iudicans Sacerdotium primas tenere, & in honore ab Imperatoribus etiam ipſis ſedulò habendum, ita præfatur. Maxima quidem in omnibus ſunt dona Dei à ſuperna collata clementia, Sacerdotium & Imperium: illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens, ac diligentiam exhibens, ex vno eodémque principio vtraque procedentia humanam exornant vitam. Ideóque nihil ſic erit ſtudioſum Imperatoribus, ſicut Sacerdotum honeſtas, cùm vtique & pro illis ipſi ſemper Deo ſupplicent.
D Græcè pro Sacerdotum honeſtate, habetur, [illegible]: hoc eſt, Sacerdotum maieſtas, auctoritas, veneratio, reuerentia, ac grauitas. *In l. Nos ſemper, de Epiſc. & Cleric.*

Si ſtulta illa & ſuperſtitioſa deorum cultrix antiquitas, neſcio quid diuinum in Sacerdotibus Flaminibuſque ſuis ſuſpicata, ſummo eos honore ac veneratione proſequebatur: quis miretur eundem nunc impendi iis, quos Deus ipſe, tanquam operis ſui vicarios, Sponſæque ſuæ perpetuos protectores, conſtituit Eccleſiæ miniſtros. Quorum honorem reuerentiamque ita in omnibus tuendam exiſtimabat iam tertiò memoratus Conſtantinus, vt illorum vitam detrectantibus, aures clauderet, diceretque: Si in Epiſcopum aut Monachum fornicantem incidiſſem, ſuſtuliſſem chlamydem, eíque impoſuiſſem, vt à nullo oculo videretur. Sciebat autem prudens Imp. talium delicta, leui & malignanti populo magnum ad vitia præbere incitamentum. *Sur. tom.*1. *de S. Ioa. Eleemoſ. & refert L. Beyerlinck in Apophthegm. Chriſtianis.*

Cum ad Philippum I. Gallorum Regem deferretur, Eccleſiaſticos nimis late ſuæ iuriſdictionis limites extendere, ac crebriùs Regi præiudicare, reſpondit: Credo rem quandoque ſe ita habere: at memor beneficiorum Dei, malim auferri mihi iura mea, quàm cum ſeruis Dei litigare, aut cum
E Eccleſia contendere. Ita ille olim: nunc autem ſola ea ſpolia iuſta reputantur, quæ Eccleſiæ, eiuſque miniſtris, quouis tandem modo detrahuntur: ita vt oustri ſæculi pſeudoprophetæ, pro concione non erubeſcant populo annunciare, præcepto de non furando, Eccleſiaſticorum prouentuum rapinas non vetari. *Ex Ionuil. c.*93. *Beyerlinck ſupra.*

Eodem in regno & virtute ſucceſſor Henricus II. Cùm Lutetiam more Maiorum ingreſſus, publico epulo in palatio exciperetur, ambigerentque Eccleſiaſtici & ſæculares Principes, quinam dextram ſiniſtramve Regis clauderent; Meam, inquiebat Rex, dexteram Eccleſiæ dedi, dedicauíque. Iuſſitque Eccleſiaſticos Principes, non ſine multorũ fremitu, ad dexterã ſuam accumbere. *Lud. Aurel. ex Annal. Franc. Beyerlinck ibid.*

Quin de eodem memorat *Surius in vita S. Annonis Archiep. Colon.* quod nunquam regio diademate inſigniri ſe paſſus fuerit, niſi accepta benedictione ſacerdotali.

Anno Domini 464. Leo Auguſtus, Dei amicos plurimum F
colens, præ cæteris veneratus Danielem Stylitam cum Gennadio Patriarcha inuiſit. De quo hæc Auctor *in eius actis*: Cum, inquit, non ingentes, qui ſunt imperij ſumpſiſſet ſpiritus: ſed didiciſſet, quantum ſit virtus imperio præſtantior, ipſe quoque Imperator ad eum aſcendit, ſuper columnam videlicet; & perinde ac ſi regium faſtum ac ſupercilium reliquiſſet inferius, ſe quidem humi proſternit, tangit ſacros pedes, quaſi hoc faciendo magis honoraretur, quam quod eſſet Imperator; quos cum tetigiſſet, impletur admiratione, erant enim illi pedes valde tumentes, & ſcatentes vlceribus.

Tunc etiã Imperator donat eum baſi geminatum columnarum, quas ipſe poſuit, duplicem etiam columnam nominans. *Ex act. S. Danielis apud Surium* 11. *Decembris. Bar. tom.*6. *an.*464.

* CONTRA ECCLESIASTICORVM PERSECVTORES, INSIDIATORES, AC DEPRÆDATORES, pœna à Deo inflicta. Eorúmque interitus tragici.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Ieroboam amoto Antiquo & vero Dei cultu, conſtituens G
Sacerdotes de extremis populi, reprehenditur à Propheta: in quem cùm manum extenderet, mox aruit, nec niſi in oratione illius Prophetæ in priſtinũ vigorem reſtitui potuit. 3. *Reg.* 13.

Impia Regina Iezabel, quæ occidit Prophetas Domini, & Eliæ mortem interminata fuerat, funeſto interitu pœnas luit. 3. *Reg.* 19. 4. *Reg.* 9.

Andronicvs Oniam Pontificem dolo occidens, poſtea purpura exutus, totámque per ciuitatem circumductus, in eodem loco, in quo Oniam interfecerat, occiditur. 2. *Mach.* 4.

EXEMPLA HISTORICA. VETERA.

Anno Redemptionis quinquageſimo quinto ſupra milleſimum, Victor Papa II. primo ſui Pontificatus anno, horrendam planè paſſus eſt proditionem, cùm ad eius interitum immiſſum eſt venenum (dictu pauendum) in ſacrum calicem. Deus tamen duplici miraculo, ne Pontifex biberet, obſtitit, & tanti ſacrilegij auctorem detexit. Lambertus rem geſtam ſic deſcribit: Huic, nempe Victori Papæ, Subdiaconus toxicum in calicem miſit. Quem cum ipſe poſt conſecrationem leuare vellet, nec poſſet: à Domino cauſam facti inquiſiturus, cum populo ad orationem proſternitur, ſtatimque toxicator à dæmone arripitur. Ita igitur cauſa manifeſtata, H
Dominus Papa calicem cum ſanguine Dominico eidem altari iuſſit includi, & pro reliquiis in perpetuum conſeruari. Deinde iterum cum populo tamdiu ad orationem proſternitur, quouſque ſubdiaconus a dæmonio liberaretur. *Baron. tom.*11. *Annal. ad ann.*1055. 28.

Anno Chriſti milleſimo ſeptuageſimo quinto, contigit Papam Greg. VII. per immiſſionem ſatanæ grauiſſima pulſari aduerſitate. Quidam vrbis præfectus Romanæ, Cincius nomine, & generis claritate, & opum gloria eminens valdè in tota Italia, multa in poſſeſſionibus Romanæ Eccleſiæ præter leges faciebat. Perlata ad Papã querimonia, cùm eum ſæpius modeſtè corriperet, nec quidquam proficeret ſecreta correptio, tandem excommunicauit eum, arbitrans hoc ſaltem modo improbitatem eius coërcendam fore. Hinc ille maiori dementia efferatus, ipſa nocte Natalis Domini, cum armatis inopinatò irruit in Eccleſiam, in qua Papa veſtimentis pontificalibus

ficalibus

ſicalibus indutus ſacro altari aſtabat; Miſſarum ſolennia ce-
A lebrans, iniectaque (quod dictu quoque nefas eſt) in capillos ciua manu, multis contumeliis affectum de Eccleſia protraxit, & priuſquam vulgato per ciuitatem rumore populus frequens auxilio concurreret, in domum quandam munitiſſimam abripuit. Fama tam atrocis facti totam illico repleuit vrbem, vndique ad arma conclamatur. Diuites & pauperes, nobiles & ignobiles omnes vno animo accurrere, atque in ipſo ſtatim orientis fidei crepuſculo domum Cincij oppugnare ſumma vi aggrediuntur: & niſi ille mali, quod imminebat, haud improuidus, Papam dimittere maturaſſet, domum ipſam, peremptis omnibus, qui in ea erant, à fundamento euertiſſent. Papa interueniente, concitatæ multitudinis furor vix & ægrè compreſſus eſt. Romani, quod factum fuerat grauiter nimis, & indignè ferentes, omnia, quæ Quintij erant, tam intra muros, quam extra, ferro & igne demoliti ſunt. *Lamber. Scalfnaburg. an. 1066. apud Baron. tom. 11. 1075. 33.*

Ivlianvs Imperator impietatis frena laxans, vna cum ſuis ſcurrarum more petulanter & contumelioſè ſanctos inſectabatur, nullum genus conuicij & probri prætermittens in veræ
B pietatis profeſſores. Abſtulit deinde congiaria ſacerdotibus à Conſtantino Magno donata. Aſcaloni & Gazæ, quæ ſunt vrbes Paleſtinæ, primum virorum ſacerdotij dignitate exornatorum, & mulierum perpetuam virginitatem profeſſarum ventres diſcindunt; deinde repleut hordeo: ad extremum eos porcis deuorandos obiiciunt. Sebaſtæ item, quæ eſt vrbs ditioni gentis ſubiecta, Ioannis Baptiſtæ tumulum aperiunt; oſſa tradunt igni abſumenda, & eorum cineres paſſim diſpergunt. Scelus autem ab illis in Phœnicia patratum, quis eſt, quæſo, qui ſine lacrymis poſſit commemorare? Nam Helio- poli, quæ eſt vrbs Libano finitima, exectabiles iſti gentiles recordati facinoris Cyrilli Diaconi, qui regnante Conſtantino diuino quodam zelo accenſus, multa ſimulacra, quæ in ea vrbe colebantur, confregerat non modo eum interfecerunt verum etiam diſſectu ventre iecur eius deguſtare non ſunt veriti. Verum Deum omnia contemplantem hoc celare non poterant; ſed debitas ſui maleficij pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius ſceleris labe inquinati ſunt, primùm amiſerunt dentes, quia pariter omnes ad vnum excidebant; deinde
C linguas perdiderunt, quæ putredine labefactæ ex ore affluebant: poſtremo oculis orbati ſunt; quorum calamitatibus veræ pietatis vis clarè prædicata eſt. *Theod. Eccl. hiſt. lib. 3. c. 6.*

Nantinvs Comes Engoliſmenſis cùm in ſancta loca, in Heraclium Burdegalenſem Epiſcopum, alioſque Dei miniſtros mala multa patraſſet, vltimo ipſe elogio, quid pateretur ob ſcelera perpetrata, teſtatus eſt: ait enim Gregorius: Poſt paucos menſes à ſupradicto morbo (peſte ſcilicet, qua obierat Auſtregildis Regina impia) Nantinus Comes corripitur, Qui nimia exuſtus febre, clamauit, dicens: Heu, heu, ab Heraclio Antiſtite exuror, ab illo crucior: ab illo ad iudicium vocor. Cognoſco facinus: reminiſcor iniuſte iniurias me intuliſſe Pontifici: mortem deprecor, ne diutius crucier hoc tormento. Hæc cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, infelicem animam ſudit, indubia relinquens veſtigia hoc et ad vltionem beati viri veniſſe: nam exanimum corpus ita nigredinem duxit, vt putares eum prunis ſuperpoſitum fuiſſe combuſtum. Ergo omnes hæc obſtupeſcant admirentur, & metuant, ne inferant iniurias ſacerdotibus; quia vltor eſt Dominus ſeruorum ſperantium in ſe. *Greg. Turon. lib. 5. hiſt. Fran. cap. 3. Baron. 7. an. 583.*

D Anno Redemptoris noſtri quingenteſimo ſeptimo, quo tempore Alaricus Gotthorum Rex vaſtabat omnia in Gallia, erat tunc vir laudabilis ſanctitatis Maxentius Abbas recluſus in monaſterio ſuo, ob Dei timorem, intra terminum Pictauienſem: cuius monaſterij nomen lectioni non indidimus, quia locus ille vſque hodie Cellula S. Maxentij vocatur. Cuius monachi cum hoſtium cuneum vnum in monaſterium cernerent propinquare, Abbatem exorant, vt de cellula ſua egrederetur ad conſulendum eis. Illóque demorante, hi timore percuſſi, eum aperto oſtio producunt de cella ſua. At ille in occurſum hoſtium quaſi pacem rogaturus pergit intrepidus. Vnus autem eorū euaginato gladio, vt in caput eius vibraret, manus ad aurem erecta, diriguit, gladiuſque retrorſum ruit. At ille ad pedes beati viri, veniā depoſcens ſternitur Quod videntes reliqui, cum timore maximo ad exercitum redierunt, timentes ne & ipſi pariter interirent. Huius vero brachium beatus confeſſor cum oleo Benedicto contrectans, impoſito ſigno crucis, reſtituit ſanitati, eiuſq; obtentu monaſteriū permanſit illæſum. *Gr. Tur. l. 5. c. 37. apud Bar. to. 36. an. 507.* E

Ex cubiculariis Valentis Imp. Quidam, qui ſanctum virum Aphraatem propter animi temeritatem grauius tractauerat, In balneum confeſtim ingreſſus, vt Principi lauationem præpararet, mente captus, & in calidas aquas delapſus ibi vitam finiuit. Imperator aliquandiu expectans, & extrahi ea mora tempus quærens, aliis cauſam eius rei inquiſitam ſibi renunciare præcepit. Qui eum & veniſſent, & omnia circumſpexiſſent, illū in calidis vndis morte frigida peremptū repererunt. Quod vbi Imperator cognouit, opus id quidem petulantis, Aphraatæ ſancto illatæ iniuriæ & cōtumeliæ eſſe, rectè arbitratus eſt. De impio autē dogmate eundem, iuxta indurati cordis Pharaonem, retinuit animum. *Niceph. Call. hiſt. Eccl. lib. 11. c. 55. Theod. l. de Amatoribus Dei c. 26. Ioan. Naut. vol. 2. gen. 13.*

Niſibis eſt ciuitas in confinio regni Romanorum & Perſarum quæ olim Romanis erat vectigalis, & eorum parebat imperio. Ex ea ortus magnus ille Iacobus ſolitariam vitam amplexus venit in Perſidem, viſurus plantas veræ religionis, & ei quam par erat curam adhibiturus. Cum ia autem fontem tranſmitteret, Puellæ quædam, quæ pannos lauabant, & F veſtes pedibus emundabant, ne nouum quidem, & qui decentem præ ſeſe ferebat grauitatem, ſunt reueritæ habitum: ſed exuto pudore, & perfricta facie, & impudentibus oculis diuinum hominem aſpiciebant, neque capita operientes, neque veſtes quas ſuccinxerant demittentes. Hoc cum ægrè tuliſſet homo Dei, & vellet Dei virtutem in tempore oſtendere, vt facto miraculo liberaret eas ab impietate, fontem quidem eſt execratus, & fluentum confeſtim euanuit. Puellas quoque eſt exſecratus, & impudentem earum iuuentutem caſtigauit canis ante tempus inductis: & ſermonem factum eſt conſecutum: mutatúſque eſt nigror pilorum: & ſimiles euaſerunt nuper plantatis arboribus, quæ vere, circumtectæ ſunt foliis autumnalibus. Eæ autem cum ſic ſenſiſſent ſupplicium (nam & fontis fluenta effugerant, & ſua inuicem capita intuentes videbant repentinam illam mutationem) curſu ad vrbem contenderunt, renunciaturæ illud quod acciderat. Illi autem cum accurriſſent, & magnum Iacobum offendiſſent, rogauerunt vt iram compeſceret, & ſupplicium remitteret. Ille autem non diu cunctatus, Domino quidem preces G obtulit; fluenta autem rurſus ſcatere iuſſit. Illa vero mox rurſus è ſuis emanarunt penetralibus iuſtis deriuata nutibus. Illi autem cum hoc impetraſſent, petebant, vt filiarum quoque ſuarum crinibus color ſuus redderetur. Aiunt autem eum hoc quoque conceſſiſſe, requiſiſſe autem puellas, quæ illam acceperant diſciplinam, & quoniam non venerunt, reliquiſſe ſupplicium, documentum temperantiæ, & argumentum moderationis, & diuinæ virtutis perpetuum & euidens monumentum. *Theod. in hiſt. SS. Pat. c. 1.*

Recentiora ſunt quæ ſubiunguntur, Ioannes Fredericus Saxoniæ Dux, armata manu in aciem aduerſus Carolum V. Cæſarem Max. progreſſus, cum omni exercitu deletus funditus, vulnere quoque deformis & captus, ſe Ducatu & Electoratu abdicare compulſus fuit.

Henricvs VIII. Angliæ Rex, qui ſe ab Eccleſia Catholica ſeparauit, vt à legitima vxore diuertere, & Annā Bolenā Elizabethæ reginæ matrē, ſuperinducere impunè liceret, eādem Annā turpiſſimi adulterij conuictā, paulo poſt capite truncarī iuſſit. Poſtmodū vt pro libitu duxerat, dimiſerat, repudiarat, necarat, varias vxores & amicos, tanto tandē cōſcientiæ tormento ob iniquitates à ſe perpetratas excruciatus eſt, vt ter H Pontifici maximo recōciliari ſtuduerit; id tamen maiori ſupplicio fortaſſe reſeruatus, perficere non potuit: ſed maximo animi mœrore, & cōſcientiæ cruciatu victus interiit. Et illius etiā, qui nullo diuino motus timore, teſtamenta & vltimas tot ſanctorū hominū voluntates irritauerat, teſtamentū, priuſquā mēbra eius morte diriguiſſent, reſignatū & adulteratū eſt: quin etiā progenies eius omnis & ſoboles iā penitus eſt extincta.

Thomas Cromvvelius primus huic regi author extiterat conſultor, vt ſanctæ Eccleſiæ authoritatem impugnaret, & ſe ſupremum Eccleſiæ caput conſtitueret, & tot ſacrilegia committeret, cum legis cuiuſdam condendæ inuētor & promotor fuiſſet, qua cautū erat, vt quicunque proditionis accuſaretur, nulla admiſſa excuſatione, aut reſponſione condemnaretur & necaretur; primus omniū fuit, qui huius legis decreto interfectus eſt, iuſſu eiuſdem Regis, cui tamen cōſultor extiterat.

Poſt obitum eiuſdem regis Henrici, Eduardus Sca-

mer,

mer, Homerſetanus Dux, regis Eduardi iſtius nominis ſexti,
A Henrici filij tutor, regnique protector conſtitutus eſt. Hic omnium primus Zvvinglianiſmum publice introduxit, quem ſuperior Rex inter omnes hæreſes maximo odio proſequebatur. Dux iſte, quamuis regis Iunioris auunculus eſſet, cumque, & regnum gubernaret, ſcelerum tamen accuſatus, condemnatus, & capite truncatus eſt.

Iacobvs Comes Moraius, Iacobi eius nominis quinti Scotiæ regis filius nothus, qui nō ſolum in necem Henrici quondam regis conſpirarat, ſed & hæreſes tutabatur, & rebellionem aduerſus reginam Mariam moliebatur, quam & ea regno fugauerat, in vrbe Lithco (quãvis quingentis equitibus ſtipatus & munitus eſſet) Sclopeto, ipſo meridie in plateis traiectus, interiit: cuius fuit tamē facinoris eius auctor. Hinc liquet quam ſit eius qui tyrannum interficit, ſucceſſus diuerſus ab eo, cuius auſu ſcelerato probus princeps interimitur. Poltrotus enim, ille ſcilicet proditor, qui fortiſſimum principem, illuſtriſſimum ducem Guiſium ſclopeto confixit & interemit, quanquam tanta opportunitate id peregiſſet, vt effugeret, Dei tamen iudicio poſtero die in vltrices manus incau-
B tus inciderit, captuſq; ſupplicio quod meruerat, eſt affectus.

Iacobvs Dvglas Comes mortonus, in eodem Scotiæ regno inſignis hæreſum defenſor, & Catholicorum perſecutor, tantæ potentiæ fuit, vt regem adoleſcentem regnumque eius gubernaret. Is tamen ſummæ proditionis multis modis accuſatus eſt, præcipuè verò; quod in necem patris moderni regis, à quatuordecim elapſis annis commiſſam, conſenſiſſet. Item quod regem iam regnantem in Angliam traducere pepigiſſet, ac ſcelerum horum conuictus; ab optimatibus regni morti adiudicatus, & Edemburgi ſecuri percuſſus eſt.

Condegvs Princeps ad hæreſum tuitionem arma ferens aduerſus Chriſtianiſſimum Galliarum regem, in ipſo iuuentutis flore, in acie cæſus interiit.

Gaspar Colligerus Galliæ Archiralaſſus, poſtquam longa & apertà rebellione hæreſes tutatus eſſet, & plurima horrenda crudelitatis genera edidiſſet, Regem tandem ad duriſſimas pacis conditiones compulit; tanta deinde pompa tantoque apparato in regiam Pariſienſem inuectus, vt Rex ipſe; non ſubditus videretur, paucis pòſt diebus, acephalus, & caudæ equinæ alligatus, per plateas Pariſienſes, ab omnibus publi-
C cè raptari viſus eſt, & patibulo denique affigi.

Dominus de Montgomari, cū arrepta fuga ex cæde Pariſienſi, in Angliam ſaluus euaſiſſet: inde in Normandiam nouis ſuffultus viribus irrupit, & caſtellum quoddam ſtratagemate in poteſtatem redegit, quo à regiis recuperato, captus, Pariſios miſſus, ibidē capite luit, in quatuor partes diſſectus.

Lvd. Nassovivs, Guil. Auriaci Principis frater, Geuſiacæ rebellionis auctor & fautor præcipuus, in prouinciis Belgicis, cū amiſſo in agris moliēſibus prælio, in caſulā quādā, vt ſe ſeruaret, cōfugiſſet, ea fortuito caſu accenſā, viuus cōbuſtus eſt.

Eodem in prælio itidem periit frater eius Henricus, vt & paulo ante in Friſia, frater alter Adolphus.

Gvilielmvs Lumerus, Marchiæ Comitem ſe iactitans, revera tamen Guilielmi Auriaci Principis carnifex, poſt Religioſos, Presbyteros atque alios Catholicos plurimos atroci morte, iuſſu eius peremptos, in Hollandia, Zelandia, aliiſve locis, tandem ex moloſſi Anglicani, quem educarat, morſu, rabie & inſania correptus, Leodij vita miſerè defunctus eſt. De cuius infami vita & morte, conſule *Hiſtor. Mart. Gorcomienſium Guilielmi Eſtij, Duaci 1603. editam, & opus Chronogr.*

D Gvilielmvs Nassovivs Princeps Auriacus, Belgicarū calamitatum auctor, dum populū ſuprema rebellione, ad arma aduerſus regem ſuum ſtimulando concitat, plurima ſacrilegia, homicidia, periuria, proditiones, & infinitas alias iniquitates fautor & conſilio ſuo fouit; neque trium fratrum ſuorum, neque multorum millium ob eandem cauſam interfectorum, infelici obitu: nec duobus mortiferis, in ipſum iam antea intentatis conatibus, moueri aut conuerti potuit, ſed ita quaſi obduratus Pharao in rebellione perſtitit. Et cum animi adeo vilis & abiecti in iniqua ſua cauſa eſſet, vt numquam ſe aperto marte aduerſus Hiſpanos committere auderet, ſed perpetuo in oppidum aut prouinciam quam munitam, & à periculo longè ſemotam ac ſecuram ſe ſubduceret: tandem ramen deprehenſus eſt, & Delphis in cœnobio D. Agathæ, cui Com. Muſius præfuerat; ſclopeto ictus, vitam finiuit, Anno 1584. Ex *appendice Theatri Crudelitatum Hæretic. noſtri temporis impreſſi. Anno 1604. apud Adrianum Hubertis Antuerpiæ*;

Annum, menſem, & diem, quo cædes hæc patrata, expreſſit
Laur. Beyerlinck *in opere ſuo Chronographico*, hoc verſu. E

aVrIaCVs DeCIMa sCLopo traIeCtVs IVLII.
DeLphIs obIt BeatarVM.

Quæ ſors maneat Fredericum Palatinum Comitem, qui nuper Romanū Imperiū ſpe deuorabat, & Catholicæ religionis ſuperſtites reliquias Lemanici lacus impuro gurgite obruere laborabat, ſumpto puerilitet Regni Bohemię diademate, quod tandem capite excuſſum fuit; decurrēs temporū ſeries docebit. Hactenus enim temeritatis & arrogantiæ ſuæ pœnas dedit, non vno prælio victus, bonis, & Electoratus prærogativà cautus, apud Batauos profugus & notitius factus. Certè Eccleſia inſtar palmæ aſſurgit altius dum premitur, vt cui à Domino promiſſū, & portæ inferi non præualebūt aduerſus eā.

☞ *Vide ſupra: ſucceſſus proſpers illorum qui Eccleſiam defendunt.*

ECCLESIASTICA DIGNITAS.

☞ *Quære Titulum Dignitatis, § Dignitas Eccleſiaſtica. Item locum. De ſacerdotibus.* ☞ *Requiratur etiam Tit. de Beneficio Eccleſiaſtico.*

* *POENÆ IN IMMINVENTES ECCLESIÆ IVRA, & Auctoritatem Rom. Pont. eiuſd. Paſtoris, aliaſque immunitates.*

Imperiū occidentale aliis diſtributum, eſt ob eandē cauſam F quæ Deum mouit, vt Aſſyriorum regna ad Medos ac Perſas transferret, quod Balthaſ. rex vaſa ſacra polluere auſus eſſet.

Nam magna Constantinvs Eccleſiæ Catholicæ & Epiſcopis, in primis autem Pontifici Rom. olim fuit largitus: imminuerunt illa & penè omnia ſuſtulerunt Conſtantius i. ex Impp. hæreticis; ac Iulianus ſucceſſores (licet quod ad Eccleſiam Romanam attinet nihil contrarium conſtituerint.) De infelici exitu Conſtantij ſic *Ammianus Marcellinus* (poſtquam multa de infelicibus præliis à Conſtantio cum Perſarum rege commiſſis diſſeruiſſet) vrente nimio calore venas, vt ne tangi corpus eius poſſet, in modum foculi ferueos; cum vſus deficeret medelarum, vltimum ſpirans deflebat exitum, &c. deinde iam anhelitu pulſatur lethali, diùque cum anima colluctatus iam diſceſſura, abiit è vita.

Poſt Conſtantium Ivlianvs in prælio aduerſus Perſas, ſagitta, incertum à quo emiſſa, perculſus occubuit. Iouiniano in ipſo imperij initio defuncto ſubrogatus Valētinianus, qui imperij conſortem ſibi adſciuit Valentem fratrem Arianum, moa etiam filium Gratianum. Tribus hiſce imperantibus lex G lata Eccleſiæ omnino damnoſa & prorſus iniqua, hi namque tres conſtituerunt. Ne quid viduis, Clericis, aut Eccleſiæ poſſent legare, atque haud multo poſt Valentinianus infeliciter admodum, vt ſcribit Ammianus, moritur, ſeu miſertimè decedit, repentina ira inflammatus & atrociſſimè excruciatus. Succeſſit illi Gratianus cum Valente, rurſuſq; imminuta eccleſiaſtica iura: Statutum namque ſacerdotes criminum reos ad illuſtres poteſtates trahi poſſe. Valens à Gothis fuſus cum toto exercitu in tugurium ſe abdidit, ibique ab hoſtibus eſt concrematus. Gratianus à Clemente Maximo occiſus.

Anno 391. à Valentin. Iuniore conſtitutum aduerſus Eccleſiæ iura, Ne quid à diaconiſſis legaretur clericis aut Eccleſiis, diaconiſſa ne fieret niſi poſt annū 60. qui ſecus fieri permitteret, Epiſcopus dignitate moueretur. Itē: ne monachi in vrbibus morarentur, ſed in vaſtas ſolitudines ſe abderent, neque redirent niſi ad iudicium vocati. Atq; anno ſequenti idē Valentinianus apud Viennam laqueo ſuffocatur ab Arbogaſte.

Gratianvs ergo & hic Valēt. miſerè interfecti ſunt, cū ſcio imperio, nullis etiā liberis, ad quos illud trāſmitterēt relictis.

Quia Honorivs imperium occidentale à patre (Theodoſio) accepit cum puer annorū 15. eſſet, Stilicho omnia eſt mode H ratus, vt Theodoſius pater inſtituerat. Conſilio ergo & voluntate Stilichonis iura eccleſiaſtica maximè diminuta ſunt: imprimis autem ſtatuit Honorius ann. 399. ne Epiſcopus cognoſcere poſſet niſi cauſas religionis: & an. 398. vt quiſquis ad templa confugiſſet quacunque de cauſa abreptus ab altari pœnas grauiores perſolueret, ne clerici niſi è monachis eligerentur, &c. vtque is clericorum numerus adſcriberetur Eccleſiis qui poſſent è fructibus eccleſiarum pendere tributum. ideo iuſtu Dei iudicio anno 400. Alaricus Gotthorum Dux Dalmatiam, Pannonias, Epirumque fœdiſſimè vaſtauit, vſque ad Alpes Iulias, & anno 401. Italiam vſq; ad Thuſciam victo & fugato Stilichone, & anno 406. Vandali & Alani traiecto Rheno Gallias ſunt ingreſſi. Conſtantinus in Britannia per factionem creatus Imper. Gallias occupat, cæſis Honorij ducibus, Hiſpanias ſibi adiungit & imperium tenuit in iis locis vſque ad Annum 413. Vandali præterea Africam

A cœpère ann.402. quo item tempore Roma ab Alarico capta & direpta. Et Stilico de mandato Honorij interemptus eſt. Hoc ſublato Honorius anno 413.quamvis non omnia,multa tamen Eccleſiaſticæ poteſtati reſtituit. In primis ſanxit ne prævia eccleſiaſtica tributis vllis onerarentur, niſi viſum fuerit Imperatori vt præſtetur aliquid è fructibus vbi omnes conferunt ob aliquam repentinam neceſſitatem,præterea ne clerici niſi apud Epiſcopos accuſarentur. Ex eo nonnihil res eius melius proceſſerunt.Gotthi,Vandali,& Burgundiones aſſignatis ſedibus(Gotthis & Vandalis in Hiſpania,Burgundionibus vltra Rhodanum) contenti ſe illius imperio ſubiecerunt, ab his tamen gentibus in hæc loca diſtributis imperio occidentali compedes ſunt iniecti, vt in illud poſſent inſurgere cum vellent, quod fecerunt.

A Valentiniano III.ſicut euerſa ſunt eccleſiaſtica iura, ſic imperium Occidentale euerſum penè funditus,ipſe vero miſerabiliter à Maximo, cuius vxori vim intulerat, interfectus eſt.Cum conſtitueret ne Epiſcopus vllius haberet iudicij poteſtatem neque in ipſos clericos niſi clerici in ipſum B compromittant,ſi quis è clericis litigantibus diſſentiat,adeúdum iudicem profanum,clericos à laicis ad iudices profanos trahi poſſe,presbyteros quoque & Epiſcopos,multaque alia in detrimentum ſacræ poteſtatis.Eodem anno Attila irrumpens in Italiam ſubuerſa Aquileia, cunctas Galliæ Ciſalpinæ & Æmiliæ vrbes diripuit ac vaſtauit, crudeliora patraſſet,niſi occurrens ad Padum Leo Pontifex illum placaſſet.Genſericus autem Vandalorum Rex Romam direptionibus & incendiis deformat,innumeram captiuorum multitudinem abducit, prædam ingentem in Africam refert.

Anno 1296. Philippus pulcher exegit à clericis omnium bonorũ centeſimam,mox quinquageſimam. Bonifacius monuit ne id faceret, neve ipſe Eccleſiaſticas dignitates contra ius conferret. Nuncium Philippus malè accepit, Pontifex Ioannem Cardinalem Gallum miſit qui Regem ad meliorem mentem placide reduceret.Rex eum mandat cuſtodiri,vetatque ne quis cum illo colloquatur,literaſve ab eo accipiat,eive reddat. Bonifacius eum per literas excommunicatum declarat C tabellarium in vincula Rex coniecit,Bonifacius ſubiectos obedientiæ iuramento ſoluit.Quocirca Rex iratus tandem clam miſit qui Pontificem Anagniæ comprehenderent, ij mandata fecère, Anagniáque adducta in poteſtatem Papam in ſua domo in cuſtodia detinuerunt,donec paulo poſt eiecti ſunt ann.1303.Hic igitur Philippus Flandriam viuens amiſit, exercitumque florentiſſimum prælio commiſſo, Britanniam Gallicanam coactus eſt Angliæ Regi reſtituere.Tres eius nurus impudiciſſimæ,adulteris vltimo ſupplicio affectis regiam familiam dedecore adſperſerunt. Ipſe dum venaretur apro irruente deiectus equo vita migrauit,peſte ac fame Gallia vexata. Dantes hunc vocat ob hæc Franciæ peſtem.

Anno 1378. Creatus eſt Pontifex Romæ Vrbanus VI.qui cum vehementior videretur in obiurgandis Cardinalibus & Epiſcopis, Galli poſt aliquot menſes elegerunt è ſuorum numero quendam quem Clementem dixère. Quia Franciæ Rex Carolus VI. hoc diſſidium fouit,eiectis in exilium doctioribus quibuſque ex vniuerſitate Pariſienſi,& ſapientiori-D bus regni, in inſaniam cecidit, captuſque & abductus eſt à Philippo Burgundo in Angliam ad inimicum Regem, totâ penè Gallia ab Anglis adducta in poteſtatem, ciuilibus autem bellis miſerè eſt dilaniata. Hunc Carolum VI. nonnulli ſcriptores miſerrimum ſui temporis Regum vocant.

Imperium Occidentale ac regnum Germaniæ Caroli Magni ſiue Pipini liberis diuinitus eſt ereptum, quod illi auderent ſacrarum ſibi rerum adminiſtrationem malè arrogare, maximo Pontificiæ auctoritatis detrimento.

Otho magnus anno 936. Conuentu Epiſcoporum multorum Romæ habito Ioannem 12. Pontificatu deiiciendum, Leonemque 8. ſubſtituendum curauit,ab hoc Leone ob collatam dignitatem ornatus eſt priuilegio Pontificis ſummi ordinandi inueſtituræque Epiſcoporum, atque Abbatum, atque hic quidem morte repentina eſt ſublatus.Otho II.anno 983. angore animique tædio (inquit Sigebertus) deficiens obiit. Tertius tabifico veneno conſumptus, vt idem refert.

Fridericvs II. Imp. quia in animo habuit Pontificis ſummi poteſtatem prorſus excidere,cum tota poſteritate miſerrimè omnium periit, ipſe namque à Manfredo filio eſt ſtrangulatus: eius filij Entius à Bononienſibus victus & captus, caueaque ferrea incluſus obiit, Conradus à Manfredo fratre occiſus venenato Clyſtere: Manfredus ipſe à Carolo, qui diui Ludouici frater fuit, in prælio peremptus. Conra- E dinus Conradi filius ab eodem Carolo captus & in publica platea Neapoli ſecuri eſt percuſſus.

Lvdovicvs Bauarus etiam in Pontificem, iniquus in Venatione repente ex equo cecidit, ac humi grauiſſimè alliſus protinus animam emiſit; cum venenum bibiſſet ab amantiſſima (ſeu quam maximè adamabat) muliere datum. *Legatur. T. Bozius de notis Eccleſiæ ſigno 95. cap.2.*

* VSVRPATI IVDICII ECCLESIATICI Poena.

Quum ſobriè quamque modeſtè rebus ſe immiſcere Eccleſiaſticis Chriſtiani principes debeant magnum in exemplum cunctis eſſe poteſt Imperat. Iuſtinianus.Nam cum hic vt laicus vnuſque ex ouibus gregis doceri regique deberet, munus ſibi arrogabat docendi atque ſacra regendi,neque patiebatur,cum opus eſſet ab auctoritatem habente erudiri & gubernari, ideoque iam ſenex imprudens in hæreſis barathrum ſeſe præcipitem dedit.Rectè S.Ambroſius.Si vel ſcripturarum ſeriem diuinarum,ait,vel vetera tempora retracta- F mus,quis eſt qui abnuat in cauſa fidei,in cauſa,inquam,fidei Epiſcopos ſolere de imperatoribus Chriſtianis,non imperatores de Epiſcopis iudicare?Et:Legem tuam nollem eſſe ſupra Dei legem. Et:Imperator bonus intra Eccleſiam non ſupra Eccleſiam eſt.Et:Noli te grauare imperator vt putes te in ea quæ diuina ſunt imperiale aliquod ius habere.Noli te extollere. Sed ſi vis diutius imperare,eſto Deo ſubditus. Scriptum eſt;quæ Dei Deo,quæ Cæſaris Cæſari,ad imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem Eccleſia. Iuſtinianus verò licet compoſitam à Prædeceſſore Iuſtino pacem inuenerit, fidemque Catholicam ſtabilitam vndique compreſſus hæreticis,tamen quæ ſunt ſacerdotum ſibi nimium arrogat,& Pôtificum partes vſurpat,pacem profligat,fidemque in diſcrimẽ ſæpe adducit,atque tandem penitus labefactat.Vbi ſemel pacis & concordiæ Eccleſiaſticæ ineundæ velamento cœpit cũ hæreticis habere conſuetudinem,quos procul pellere & more Catholicorum imperatorum in exilium mittere debuiſſet, plane accidit vt eorum venena minus cautè vitarit, dumque G aduerſantes ſibi Romanos Pontifices auerſari cœpit & perſequi,factum eſt vt tum maiorem fiduciam conciliaret hæreticis,tum etiam aduerſus eos clamantium ora orthodoxorum obſtruxerit, ex quibus partes hæreticorum redditæ fuerunt firmiores. Quemadmodum vero donec Catholicus fuit feliciſſimè imperauit (ita vt Italiam, Africam, aliaſque multas prouincias Romano imperio reſtitueret:) ita vbi hæreticus factus eſt & edictum proponere voluit de ſua hæreſi recipienda, mox repentina morte ſublatus eſt, & Eccleſiam magno metu liberauit. *Euag. lib.4. cap. vltimo, & cap.16.*

Heraclivs quoque Imp. Anno Chriſti 629. ſuo magno malo ſe immiſcuit in dogmatibus Eccleſiaſticis decernendis, nam quaſi veritatem defendens penè neſciens in profundum lapſus eſt hæreſis, qua infelix præclarè partam tot victoriis gloriam obſcurauit. Dum Catholicus eſſet præclariſſimam victoriam de Perſis reportauit, & crucem Domini recepit, quando res Romanæ deſperatæ omnino eſſe videbantur. At cum in hæreſim incidit Monothelitarum, omnia illi infeliciter ſucceſſerunt,& ipſe nouo atque inaudito morbi genere H extinctus eſt. *Zonaras.*

ECCLESIASTICÆ CEREMONIÆ.

☞ *Vide Tit. particularem de Ceremoniis.*

* ECCLESIATICVS CANTVS.

☞ *Require in Tit. de* CANTV. *Hoc loco tamen nonnulla propria addemus.*

EX SACRA SCRIPTVRA.

In hiſtoria Regum legitur Pſaltes Dauid ſpiritum malum à Saüle ſene citharæ ſono profligaſſe. 1.*Reg.*16.

Deus approbauit cantum; cum Eliſæus à Ioſaphat conſuleretur, iuſſit ad ſe adduci cantorem. Quo canente facta eſt ſtatim ſuper eum manus Domini. 4.*Reg.*4.

EXEMPLA HISTORICA.

Cantus eccleſiaſticus inter alia etiam fuit cauſa conuerſionis ipſius Auguſtini:cum enim aliquando in eccleſia Mediolanenſi cantus ſuauitatem audiſſet,ita de ſeipſo ſcribit:Quantum fleui in hymnis & canticis tuis ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter:voces illæ influebant auribus meis,& eliquabatur veritas tua in cor meum,& ex ea æſtuabat affectus pietatis,& currebãt lacrymæ,& benè mihi erat cum

eis

A tis. *Et lib.* 10. Adducor abebat, cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia, vt per oblectamenta aurium, infirmorum animus in affectum pietatis aſſurgat. *Auguſt. lib.* 9. *Conf. cap.* 9.

Cum Iuſtina Imperatrix Valentiniani pueri mater ab Arianis ſeducta, Ambroſium Epiſcopum perſequeretur, tunc inquit Auguſtinus, excubabat pia plebs, in Eccleſia mori parata cum Epiſcopo ſuo ſeruo Dei; tunc Hymni & Pſalmi, vt canerentur, more Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum fuit; & ex illo tempore in hodiernum retentum, multis iam & penè omnibus gregibus & per cætera orbis imitantibus. *Idem Auguſt. lib.* 6.

In villa Victoriana non procul ab Hippone, memoria Martyrum eſt Mediolanenſium Geruaſij & Protaſij: Eo portatus eſt quidam Adoleſcens; qui cùm die medio, tempore æſtatis equum ablueret in fluminis gurgite, dæmonem incurrit. Ibi cum iaceret vel morti proximus, vel ſimillimus mortuo, ad veſpertinos illuc Hymnos & orationes cum ancillis ſuis, & quibuſdã ſanctimonialibus ex more Domina poſſeſſionis in-
B trauit; atque Hymnos cantare cœperunt. Qua voce ille percuſſus & excuſſus eſt, & cũ terribili fremitu altare apprehenſum mouere non audens, ſiue non valens, tanquam eò fuerit alligatus aut affixus tenebat: & cum grandi eiulatu parci ſibi rogans, confitebatur, vbi adoleſcentem, & quando, & quomodo inuaſerit. Poſtremò ſe exiturum eſſe denuncians, membra eius ſingula nominabat, quæ ſe amputaturum exiens minabatur. Atque inter hæc verba diſceſſit ab homine. Sed oculus eius in maxillam fuſus, tenui venula ab interiore quaſi radice pendebat, totumque eius medium, quod nigellum fuerat, albicauerat. Quo viſo, qui aderant, concurrerant autem etiam alij vocibus eius acciti, & ſe omnes in orationem pro illo ſtrauerant, quamvis eum ſana mente ſtare gauderent: rurſus tamen propter oculum eius contriſtati medicum quærendum eſſe dicebant. Ibi maritus ſororis eius, qui eum illò detulerat: Potens eſt, inquit, Deus ſanctorum orationibus, qui fugauit dæmonem, lumen ei reddere. Tunc ſicut potuit, oculum lapſum atque pendentem, loco ſuo reuocatum ligauit orario; nec niſi poſt ſeptem dies putauit eſſe ſoluendum. Quod cum feciſſet, ſaniſſimum inuenit. *Idem Aug. lib.* 22. *de Ciu. Dei, c.* 8.

C S. Ambrosivs olim Mediolani, cùm Ariani ſuis Pſalmis & hymnis multos peruerterent, illos hymnos compoſuit quibus Eccleſia vtitur in officio, quibus & reuocauit populũ ab Arianis ad Catholicam Eccleſiam. Qua de re conquerenti Auxentio Epiſcopo Ariano ſic reſpondit: Hymnorum quoq; meorum carminibus deceptum populum ferunt. Planè nec hoc abnuo. Grande carmen iſtud eſt, & quo nihil potentius. Quid enim potentius quàm confeſſio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur; Certatim omnes ſtudent fidem fateri, Patrem, & Filium, & Spiritũ ſanctum norunt verſibus prædicare. Facti ſunt igitur omnes magiſtri, qui vix poterant eſſe diſcipuli. *D. Ambr. conc. de Baſil. non tradendis hæret.*

Harmonivs Bardeſanus, qui nominis ſui hæreſim inſtituit filius Græcis diſciplinis ſatis eruditus patris vocibus legitimis modis muſicíſque numeris incluſis, ordine circulari eas cani inſtituit: quas ex eo tempore hucuſque Syri pſallentes vſurpant: non illi quidem carminibus ipſis, ſicuti ſunt ab illo prodita, ſed ſonis tantùm eorum vtentes. Nam ille ad paternam delapſus hæreſim, eadémq; cum Græcis de animæ & corporis interitu, necnon de futura generatione opinatus,
D eiuſmodi doctrinas lyricis modulis aſperſit. Cæterum Dinus Ephrem ea re cognita, quamvis Græcorum artiũ expers, Harmonij numeros moderatus eſt, atque eiuſdem modulis, carminibus Eccleſiaſticæ ſententiæ conſonis, adiectis Syris ad hoc vſque tempus ea canenda dedit. Nam diuinos hymnos plurimos, quibus Deum in primis celebrat, & laudes prætereà virorum, qui inſtituto Deo placuêre, canit, ac Harmonij carminum leges compoſuit: à quibus, vt equidem puto, per æmulationis ardorem, poſteriores Eccleſiæ cantores modulorum formulas mutuari, magis etiam atque magis augere atque propagare eas ſunt aggreſſi. *Niceph. Cal. hiſt. Eccl. lib.* 9. *cap.* 16.

De quodam fratre, cui canendi donum fuit diuinitus conceſſum, vide venerabilem. *Bedam in Hiſtor. Gentis Anglorum lib.* 4. *cap.* 24.

Populus Conſtantinopolitanus nocturnis matutiníſque Hymnis maxima alacritate incubuit, ea ciuſmodi primũ cauſa. Ariani ſub Theodoſio ſacris ædibus expulſi, extra vrbis mœnia Eccleſias conuentúſq; ſuos agebãt. Prius autẽ nocturno tempore in publicis porticibus congregati, atq; in choros
E ſuos ſegregati, carmina quædam alternis Antiphonarũ modo ſibi inuicem reſpondentia, ad hæreſis ſuæ placita accommodata, concinnè canebant, & noctem multam in eiuſmodi pſalmodia conſumebant. Sub auroram autem publicè eadem concinentes, extra vrbem in ea, vbi Eccleſias habebant, loca procedebant. Faciebant id maximè ſolenníoribus feſtorum dierum tẽporibus, & prima eadémq; vltima hebdomadis die, quam Dominicam vocamus: quibus temporibus etiam ſynaxes in Eccleſiis fieri ſolent. Poſtea verò cantus tales ad contentionem quoque inſtituebant. Vbinam ſunt, dicentes: Qui Trinitatem eiuſdem ſubſtantiæ & eiuſdem honoris tolunt? Hæc & alia prætereà eiuſmodi verba carminibus aſpergebant. Sed Ioannes Chryſoſt. ne aliqui ea Eccleſia ſua eius generis cantibus demulſi ab illis ſeducerentur, ad eundem modum contra illos Pſalmodiam ſuam inſtituit. Et breui ea celebrior, quam aduerſariorum eſſet, facta eſt, vt quæ & multitudine & honorifico progreſſu illos ſuperaret. Nam tam cruces argenteæ cereos incenſos habentes præibant Eudoxia imperatoris coniuge impenſas ad eam rem præbente, quæ hoc Briſoni cu-
F biculi ſui Præfecto iniunxit; vt Hymnorum cantus procuraret; & ad eum vſum quàm plurimum lucernarum pararet. Quare Ariani ad æmulationis ardorem perciti ad vindictam ſe contulêre, & manus cum noſtris conſerere ſunt aggreſſi: vnde non pauci vtrimq; ceciderunt: & ipſe Briſon. cubiculariorum princeps in fronte lapide ictus eſt. Hac verò de cauſa commotus imperator tales Arianorum proceſſiones ſiue conuentus ſuſtulit. *Niceph. Cal. hiſt. lib.* 13. *hiſt. Eccleſ. cap.* 8.

Piæ & ſanctæ cantiones non modo hæreticas, ſed & impudicas exterminant, fit enim vt populus, qui facilè hac delectatione priuari non poteſt, dum occupatur piis cantibus, contemnat & obliuiſcatur impios & vanos: Notat id accidiſſe in Indiis *P. Horat. Turſellin. in vita P. Franciſci Xauerij.* Quippe, inquit, hic mos ita percrebuit, vt paſſim in ſcholis, in viis, in compitis, in tectis, agris, nauibus, pro ineptis ac vecordibus cantilenis, Chriſtianæ diſciplinæ rudimenta iucundiſſimè, & audiantur, & canantur: Quocirca iam vſu venit, vt vix dũ balbutiẽtes infantes, carmina illa magna ex parte percepta, cantitare geſtiant. *P. Horat. Turſellin. in vita P. Xauerij lib.* 1. *c.* 30.

G Theodvlphvs Aurelienſis Epiſc. apud Ludouicum Imp. Caroli Magni filiũ falsò à quibuſdã ſuis æmulis accuſatus, ab eodem eſt Andegauis carcerali cuſtodiæ mãcipatus. Cúmque Dominica in ramis palmarũ, & in paſſione Domini iuxta domum, in qua cuſtodiebatur, proceſſio de more tranſiret, ille feneſtra aperta, factóq; ſilentio, hos pulcherrimos verſus a ſe editos, ſcilicet *Gloria, laus, & honor tibi ſit Rex Chriſte, redemptor; Cui puerile decus prompſit hoſanna pium. Iſraël es tu Rex Dauidis, &c.* præſente Imperatore cantauit. Cui in tantum placuerunt, quod mox illum à vinculis abſoluit, & Epiſcopatum ipſi reſtituit: atque eos verſus hac die in fine proceſſionis cantari inſtituit. *Gulicl. Durand. lib.* 6. *de diuin. offic. cap.* 67. *n.* 6.

Hac induſtria vſus eſt B. Franciſcus Xauerius in re Catechiſtica, vt habetur in vita eius: Vir verè ſanctus, humanæ ſalutis, quàm laudis auidior, nouas iam ſubinde excogitans hominum iuuandorum rationes, ad omnia deſcendebat. Homo id ætatis, & auctoritatis vrbes, plateaſque cum tintinnabulo circuibat, adeóque nihil quod Deo gratum, hominibus
H ſalubre, ſibi indecorum ducebat, & ad viarum compita ſubinde tali carmine incolarum pietatem excitabat. Fideles Chriſtiani liberos veſtros ſeruóſque pro veſtra in Chriſtum pietate, ad Chriſtianam doctrinam dimittite. Ad hanc rei nouitatem, maximè puerorum & mancipiorum, vndique ſeſe proripientium, aliorumque hominum concurrebant greges, quos ille omnes in ædem B. Mariæ quaſi agmine ductos, Catechiſmum modulatus docebat, ratus pueros cantus ſuauitate delinitos, & libentius conuenturos ad audiendum, & facilius illa tanquam carmina memoriæ mandaturos. Quod vtrumque rei euentus probauit, *lib.* 2. *vita eius, cap.* 3.

ECCLESIA MATERIALIS:

EIUS inſtructio, Dotatio, Conſecratio. Dedicatio. Immunitas. Ornatus. Profanatio. ☞ *Quære in Loco de* TEMPLIS.

* Echo.

Quid. Eiuſque cauſa.

Echo à verbo Græco ἠχῶ, quod eſt reſono, eſt vocis ſoni ve repercuſſio. Fit autem quando ſonus incurrit in aliquod corpus leue & concauum: in quo tanquam pila repulſus in aures reſilit, ita vt exaudiri poſſit obloquens. Hinc forn.

voices,

nices,dolia,lagenæ,fluminum quieſcētium ripæ,ob aquarum
A leuitatem,id eſt,planiciem;cauúmque æs, maximè reſonant. Talia enim corpora aërē ad ſe appulſum integrum reddunt.

Contigit autem repercuſſionem vnius eiuſdémque vocis non ſemel tantum per reciprocationem ad aures deuenire, ſed ſæpius,ita,vt decies interdum audiatur;ſicut Patauij quodam in loco fieri narrant.Et olim in porticu Olympiæ,quam ob id heptaphonon appellabant; eandem vocem ſepties reddi ſolitam,auctor eſt *Plin.lib.36.nat.hiſt.cap.15*. Nam cum vox ſemel repercuſſa in alia loca incidit, & in canos anfractus, à quibus ſimiliter diſſiliat per eiuſdem repetitos reflexus, eadem vox identidem ad aures dilabitur.

Quod verò vltima verba duntaxat audiantur, fit quod earum regreſſus non impediatur, alioquin integra vocis fit reflexio, ſed priores partes ab vltimis turbantur.

Eſt Echo Cadurci in ea parte extrema ciuitatis, qua muri cōtingunt ripā fluminis Olthi iuxta ſacellum quo ſepeliuntur peſte mortui,in quam directæ voces ex aduerſa ripa fluminis, vſque adeò perfectè & integrè reſtituuntur aut referuntur, vt non ſolum te relatoré,ſed etiam vocis emendato-
B rem audire credas.Si enim quid vel ſubmiſsè pronunciaueris, vel ex parte inarticulatè,tam clarè & articulatè audies repetitum;vt perfectius audias quam dixeris ex integro;non enim vltimas aut penultimas tantum refert ſyllabas,ſed etiam integras dictiones & orationes,muſicalia inſtrumenta,ſonum integrum vocum, cantionum eodem quo dicuntur ordine: vt ſæpè expertum ſe ait *P.Gregor.Tholoſan.lib.15.de Republ.cap.6.*

De Echvs Origine Commentvm Poeticvm.

Egregio commento,vt in pleriſq; aliis Poëtæ vſi,vt Echus originem inueſtigarent & deſcriberent.*Ouid*.certè *l.3. Metamorph.* Echo in vocē mutatā deſcribit,dum Narciſſo adoleſcenti ex Philautia ſeipſum depereunti, verba reddit.Hinc ille.

Forte puer comitum ſeductus ab agmine fido
Dixerat: hic quis adeſt? & adeſt reſponderat Echo.
Hic ſtupet, atque aciem partes dimittit in omnes,
Voce, veni, magna clamat, vocat illa vocantem.
Reſpicit. Et rurſus nullo veniente. Quid inquit,
Me fugis? & totidem quot dixit verba recepit.

Et iterum:

——— Quotieſque puer miſerabilis Eheu
Dixerat; hac reſonis iterabat vocibus, Eheu.
Cumque ſuos manibus percuſſerat ille lacertos,
C *Hac quoque reddebat ſonitum plangoris eundem.*
Vltima vox ſolitam fuit hæc ſpectantis in vndam,
Heu fruſtra dilecte puer? totidémque remiſit.
Verba locus: dictóque Vale, Vale inquit & Echo.

Dicitur autem à Poëtis communiter imago ab imitando. Quomodo Horat.

Quem virum, cuius reſonat iocoſa Nomen imago
lib.1.odar.od.12.& 20.

Sic & Virgil. 4.*Georg.*

——— aut vbi concaua pulſa
Saxa ſonant, vocíſque offenſa reſultat imago.

☞ *Videas Lector pauca ad rem præſentem facientia, in Loco de Turri.*

ECHVS DESCRIPTIO EX AVSONIO.

Vane quid affectas faciem mihi ponere, Pictor?
Ignotamque oculis ſollicitare Deam?
Aëris & linguæ ſum filia. Mater inanis
Iudicij, vocem quæ ſine mente gero.
Extremos pereunte modos à fine reducens,
Ludificata ſequor verba aliena modis,
Auribus in veſtris habito penetrabilis ECHO.
Et ſi vis ſimilem pingere, pinge Sonum.

Claudianus reciprocum illum ſonum effert per verba
D Reſponſo, Remugio, Ingemino, videatur *Lud.Cerdius in 4. Georgic. ad verſum 50.*

ECHVS TRANSLATIO A VIRIS DOCTIS
Ad Opera Varia Ingenii.

Vtputa Poëmata, Epigrammata, imo & ad Seria.

Naturalem hanc repercuſſionem vocis,humana induſtria, venuſtate quadā eſt imitata,& ad poëmata tranſtulit,ac concentus etiam muſicos.Quin non ita pridē quidā *Phil.Boſquer.* Frāciſcan.edidit cōciones de tribus Magis,ſub titulo[Echo] quamuis tituli iſtius rationē in ipſo opere non deprehendā.

Sed eleganter Eraſm.Roterodam:hac vocis reciproca alliſione & alluſione delectatus,dialogum qui Echo inſcribitur euulgauit.Ad cuius imitationē varij varia luſère.Adſcribā nō inuenuſtū carmē *Georgij Sabini* Poëtæ facilius,nec ineruditi.

Dic mihi Nympha cauis habitans in vallibus ECHO.
Semicaper Faunus cur ita clamat? ECHO. AMAT.
Qua tamen illa fuit, cuius maleſanus amore?
Diuitis an Cadri filia Naïs? E. AIS.
Eſt opulenta quidem, ſed turpibus obſita rugis, E
Debuit hanc bifrons ducere Ianus. E. ANVS.
Candida me verò Thaumantias ecce amantem;
Cuius forma decens & generoſa. E. ROSA.
Huius amore flagro; ſed dic reſonabilis Echo,
Quæ res ergò graues ſunt in amore? E. MORÆ.
Ver eſt conueniens blandis & amoribus aptum;
Vere nouo ſponſum me fore rearis? E. ERIS.
Interea gelidis in vallibus ipſa valeto;
Vox tua voce mea ſæpè ſonabit. E. ABIT.

Simile nuper luſit *Maximil. Vrentius* vrbi Gandauenſi à Secretis, reliquis eiuſdem Epigrammatibus,quo in genere ſuperiorem ætas noſtra non habuit; adſertum. Eſtque tale.

Dic mihi quæ vacuo Dea ludis in aëre, belli
Saniet an ſemper vis ſcelerata? ECHO. RATA.
Candida ſed pacem promittunt Lilia Belgis:
Lilia turbabit quis generoſa? ROSA.
Anne ea quæ ſpinis dirum caput horret iniquis,
Vndique terrarum Fœmina nota? E. NOTHA.
At quibus auxiliis noua Iezabel ibit in arma?
Aut qua parte Vetulam cures amare? E. MARE.
An Batauos narras, coniuratoſque Valachros,
Æquore quos cingit Pontica Naïs? E. AIS.
Quæ referent tandem contempta præmia Pacis?
An bona Libertas ſic remeabit? E. ABIT.
Ergò graui bello quis erit te iudice finis? F
An plebs, an fuerit victor Iberus? E. HERVS.
Sic eat. Interea quis erit tibi Diua receſſus,
Infeſtis hæc belli dum loca fumus? E. HVMVS.
At mihi Pieriæ placeant domus apta ſub antro,
Ridet vbi æternum Ver geniale. E. VALE.

Porrò dum non ita pridem anno 1618.ad Ciuitatem Dordracenam conuolaſſent ex variis locis Nouatorum Eſtres, Conſc. ad celebrandam Pſeudoſynodum,in qua apud Cadmæos fratres, Satanas Caluiniſticus in ſeipſo diuidebatur, iactatus fuit iſte verſus repercutiens.

Quid Synodus? ECHO. NODVS. Fratrum chorus integer? E. ÆGER.
Conuentus? E. VENTVS. Seſſio? Stramen. E. AMEN.

Cæterum præcellit in hoc genere & metri & ingenij *Ianus Douſa* Nordouicanus, genere & amœnitate nobilis: qui imaginis iocoſæ, in re tamen ſeria, luſum euulgauit, multáque eiuſdem argumenti & artis adiecit. Vnum damus ex amantis perſona iocoſum. Alia nonnulla *in loco de Peregrinatione, odore, Frugalitate videre licebit.*

Inter tot patrias iuſta pro coniuge Nymphas
Garrula, quam teneam; dic Dea? téne? TENE. G
Reſne viri (cenſes) agetis, cui ducitur Vxor,
Peſtera vt ex ſeſe ſtirpe propaget? Age.
Quæ verò et noſtrum conſcendere digna cubile?
Num Dryadum ex omni lecta grege vna? Tria.
Atque caſta mihi placeat quum Cypris, ab omni
Opto probri immunem ducere labe. Λαβέ.
Audio; ſed quum nil niſi Vox ſis, munia fungi
Compari, haud video, qui valeas. Valeas.

* Eclipſis.

Quid, quotuplex. Eius cauſa. Differentiæ.

ECLIPSIS vox Græca, Latinè ſignificat defectionem ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, quod eſt deficere. Vnde cum Sol aut Luna quoad ſe, aut quoad nos aliquem defectum luminis patiuntur, Eclipſin vocamus eiuſmodi defectum.

Eſt igitur duplex Eclipſis. Prima Solis, quando ſcilicet inter Solem & adſpectum noſtrum interponitur Luna, in quam,vti eſt corpus opacum & denſum,incidunt radij ſolares,ita vt ad nos nequeant penetrare,ideoq; in partem oppoſitam proiiciunt vmbram, in qua vmbrā ſemper aliqua pars Terræ intercipitur,quæ dicitur pati Eclipſin. Et hæc Solis Eclipſis alia eſt totalis;quando totus ſol nobis eripitur:Alia partialis,qua ſolum aliqua pars.Cum enim radij ſolares proiiciantur per modum tyrannidis,fit nonnūquam vt remotius ab eo exiſtente Luna, omnes illos recipiat.& ita nobis occultentur,vt aliquādo medio die oboriri videantur tenebræ. H

Altera eſt Eclipſis Lvnæ,quando terra interponitur inter Solē & Lunā, tunc enim terra proiicit vmbrā in ipſam Lunam,adeóq; priuatur hæc lumine ſolari.Quod fit nonnunquā vt tota intercipiatur à Terra,& eſt totalis:vel vt aliqua illius pars:eſtq;Eclipſis partialis.Cōtingit autē Eclipſis Solis ſemper in nouilunio:Lunæ verò in plenilunio,quia vt fiat Eclipſis Solis,debet Sol & Luna eſſe in punctis iiſdē,eadem cōiunctione:vt autē fiat Eclipſis Lunæ debent exiſtere in punctis oppoſitis diametraliter,aut quaſi diametraliter. Deinde fieri nequit naturaliter,vt Eclipſis Solis ſit totalis,hoc eſt,vt totum cœli Hemiſpheriū priuetur lumine Solis, cum Luna propter corporis ſui paruitatem nequeat tanquam vmbram proiicere,vt medietatē terræ obuolet,cum Luna terræ globo ſit

A ſit longè minor, vnde illa Eclipſis ſolis quæ in Chriſti paſſione euenit, fuit ſupernaturalis. Nam tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vt teſtatur Matthæus in Euangelio. Cuius occaſione ſequentem Paragraphum ſubtexemus.

DE ECLIPSI SOLIS TEMPORE PASSIONIS CHRISTI.

Dicit Euangeliſta Matthæus Redemptore noſtro Crucifixo, priuſquam expiraret, Tenebras factas ſuper vniuerſam Terram. Ex quo colligunt communiter Patres, fuiſſe vniuerſalem Solis Eclipſim, & non modo in Iudæa ſed per totum orbem obſcuratum Solem.

Quippe Dionyſius Areopag. ſe eam vidiſſe teſtatur apud Heliopolim Ægypti vrbem, vbi cum Apollophane obambulabat. Quem etiam exclamaſſe ferunt. Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur.

Plura enim admiranda in hac Eclipſi Gentilis Philoſophus deprehendebat. Primum, quia fiebat in Plenilunio, quando naturaliter fieri non poteſt, cum eo tempore corpus ſolare & lunare opponantur.

B Secundo, videbat Lunam interponi inter ſolem & noſtrum adſpectum, vt teſtatur *in Epiſt. ad Polycarpum*, quod etiam tunc fieri non poterat; mutabat enim Luna curſum ſuum ab oriente in occidentem, donec Soli directè opponeretur, vt ita de morte Saluatoris, velut illuſtrius doloris teſtimonium cœli dare viderentur.

Tertiò, pars ſolis Orientalis prius fuit Eclipſata, quam occidentalis: & illa poſterius ab Eclipſi liberata, quam hæc. Quia Luna miraculoſa rediens ab oriente verſus occidentem, non pertranſiuit Solem, vt eo eſſet orientalior: ſed poſtquam peruenit ad terminum Solis, reuerſa eſt verſus Orientem, & ita partem ſolis quam vltimo occupauit, prima reliquit. Addit *S. Chryſoſt. hom. 89. in Matth.* aliud miraculum: quod tunc tenebræ tribus horis permanſerint, vnde datur intelligi, quod tunc Luna ſub ſole quieuerit.

Itaque cauſa generalis huius defectionis fuit, quod Deus Solem ſuos radios continere voluerit, ne terram illuminarent. Ita *Hieron. in c. 27. Matth. Beda lib. 5. In Marcum c. 15.* & ante hos *Cyprian. de bono Patientiæ*: dicens. Cum ad crucem Domini confundantur ſidera, elementa turbentur, nox diem

C claudat, Sol nè Iudæorum facinus aſpicere cogatur, & radios, & oculos ſuos ſubtrahat, &c.

Denique Sybillæ hanc vniuerſalem defectionem prædixerunt, vt refert *Lactant. de vera Sapientia cap. 19.*

Meminit quoque illius ex Ethnicis Scriptoribus, *Phlegon l. 14. olymp.* vt fatetur *Origen. Tract. 35. in Matth.*

Tertullianus etiam *in Apolog. c. 21.* affirmat, ſcriptum id in annalibus Romanorum, eodem momento dies medium orbem ſignante Sole, ſubducta eſt: deliquium vtique putauerunt qui id quoque ſuper Chriſtum prædicatum non ſciuerunt: & tamen eum mundi caſū in archiuis veſtris habetis. Ita Tertull.

Legatur *S. Thomas p. 3. q. 44. art. 2.* quam multa admiranda in hac Eclipſi contigerint.

Sed iuuet pro maiori dictorum confirmatione meminiſſe verborum ipſius Dionyſij, quæ ita ſe habent: Quid de illo, qui tempore crucis Dominicæ factus eſt ſolis defectu dicturus es? Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboque ſimul incidentem mirabiliter ſoli lunæ globum notabamus (non enim eius erat coniunctionis tunc adeſſet tempus, ipſamque rurſus

D ab hora nona ad veſperum, ad ſolis diametrum ſupra naturæ vires reſtitutam. In memoriam autem illius reuoca etiam aliud quiddam: nempe enim (vt ipſe non ignoras) eam lunæ incidentiam ab oriente cœpiſſe, & vſque ad ſolaris corporis finem perueniſſe, ac tum demum reſiliiſſe notauimus: neque verò eâdem ex parte vt aſſolet; & incidentia illa & repurgatio facta eſt, ſed ex aduerſo Diametri.

Idemque de eâdem re ſcribens ad ipſum Apollophanem, ait his verbis. Heliopoli tu quidē penè mihi coæuus, & ego quinque & viginti ferè annorum tempus exoluens, vnà morantes conſtiteramus, cum feria quadam ſexta, & hora etiam penè ſexta. Sol horribilibus ſubito eſt oblitus tenebris luna ipſa intercurrente: quia non Deus, ſed creatura Dei in ipſius veræ lucis occubitu lucere non potuit. Quærebam enim tunc apud te qui mihi ſane ſapiētiſſimus videbaris, quid ipſe inde ſentires: tu vero mirabili prudentia ſubintuliſti quod vſq; adeo penetralibus mentis meæ inhæſit, vt nulla obliuione deleri, nulla vnquam valeat mortis imagine deteri. Offuſi enim tenebris ipſi eramus, orbem ſolis vndequaq; & ex æquo occupante caligine & poſtquam repurgatio & reſtitutio facta eſt,

E luna ad ſolis diametrum conuerſa aufugit. Et tunc quoq; regulam Philippi Aridæi aſſumpſimus: Cumque reperiſſemus, quod & erat notiſſimū, eo tempore ſolem eclipſis moleſtias laboreſq; minime perpeti debuiſſe, ac nihilominus lunam ab oriente ſolarem ſplendorē pullis nigrantibuſque velis obduxiſſe, cum ſoleat ex occidua parte ſolem ingredi: tunc autem optices lucis theſauros caliginib. quas ipſa genuerat, ad occiduos vſq; ſolis fines peruagata (vt ipſi putauimus) occultauit: cū tamen, & luna id tēpus deceſſet, nec coitus viciniū tempus eſſe cognoſceretur. Alio ad te (neq; enim adhuc myſterij tantæ rei conſcius erā.) O ingentis prudentiæ promptuariū, quid, inquā ô doctrinæ ſpeculum Apollophanes, his ſecretis adſcribis? Ad hæc neſcio quo pacto diuino quodam afflatu & non humani ſenſus ſermonē ſubintuliſti: Hæ ô bone Dionyſi, diuinarum viciſſitudines ſunt rerum. Deniq; verò adnotatū diligenter feriæ diem & annū, annunciatione quā ſacer Paulus noſtris attētus auribus infudit conſentientibus ſignis cōſpirare & concordare expertus manus veritati ſubmiſi, & ex falſitatis nexibus ſubabſolutus, quā quidē veritatem mirificè offero, quam & tibi communico. *S. Dion. Areop. Epiſt. ad Polycarp. Bar. Tom. 1. Idem in ep. ad Apolloph. Breuiar. Rom. 9. die Oct.* F

ECLIPSIVM VARII EFFECTVS, ET PRÆDICTIONES.

Ex Lucubrationibus Henrici Ranzouij, & aliorum.

Nec ſilentio prætereundum omnium prædictionum Aſtrologicarum veriſſimas & certiſſimas eſſe Eclipſium tam ſolis quā Lunæ; quas artifices & cultores machinæ cœleſtis longè vltra hominū memoriā ante Chriſtum natū, & poſt, quando, quomodo, quo in loco, quibus annis, mēſibus diebus & ferè horis futuræ eſſent, prædixēre, effectuſq; earū expoſuēre, & iā adhuc eas futuras ſcriptis ſuis Ephemeridib. præsētes Aſtrologi indicāt. Quod & Cicero teſtatur his verbis. Solis & Lunæ defectiones prædicuntur in multos annos & in omne poſterū tēpus, quæ quantæ, & quomodo futuræ ſint, ab his qui ſyderū motus numeris perſequūtur. Ea enim prædicunt, quæ naturæ neceſſitas perfectura eſt, videntque ex conſtantiſſimo motu Lunæ, quando illa è regione Solis facta, incurrit in vmbrā terræ, quæ eſt meta noctis, vt eā obſcurare neceſſe ſit.

Et enim hæ Eclipſium prædictiones ex certis, & veris demōſtrationibus cōſtent (quas à maioribus acceptas Aſtrologi conſeruauerunt, & propria induſtria, longa conſeruatione, & experientia, nec non Eclipſium & temporum, tam veterum, quam recentiorum collatione auxerunt, ita vt ab illis; ſi artem rectè teneant, infallibiliter, quot Eclipſes præterlapſæ fuerint ſubductis numeris colligi, & quæ adhuc futuræ ſint præuideri, & prædici in multa ſæcula poſſit) & experientia vniuerſalis teſtetur, eclipſes regionibus dāna, nec non hominibus incommoda plurima, principibúſque plerumque mortem præſignificare, non alienum fuerit à noſtro propoſito, ad prædicta exempla alia etiam illuſtria hoc loco ſubijcere. G

Eclipſis Lunæ viſa eſt paulò ante prælium Alexandri & Darij ad Arbellam, in quo prælio Darius periit & Monarchia Perſica ad Græcos tranſlata eſt.

Tucydides ſcribit: veterum quidem bellorum maximum fuiſſe, quod contra Medos geſtum eſt, & prodigia celebrata eſſe, nempe terræ motus, & defectiones Solis celebriores accidiſſe, quam ſuperioribus temporibus.

Solis Eclipſis præceſſit infelicem Athenienſium in Siciliam expeditionem.

Dionyſius & Plutarchus ſcribunt, Romulo moriente Eclipſin Solis viſam. H

Pridie quàm Perſeus cum Romanis prælio decertauit, Luna nocte defecit, quod oſtentum cum multi reformidarent, & à pugna abſtinendum eſſe regi dicerent, infauſto conſilio certamen, quod detrectare & effugere poterat, temerè iniit, in quo imperium, opes & libertatem ſimul amiſit. *Plutarch.*

Eclipſis Solis facta eſt Xerxe Græciam inuaſuro. *Herod.*

Eclipſis Solis conſpecta eſt eo anno, quo Xerxes mortuus eſt. *Tucydides.*

Idē Sol deficere viſus eſt anno primo belli Peloponneſiaci.

Eclipſis Lunæ præceſſit bellum ſacrum, quod cum Phocenſibus geſtum eſt, & durauit 10. annos. *Diodorus Pauſ n.*

Lunæ Eclipſis fuit eo anno, cum ſecundum bellum Carthaginenſe ſiue Punicum incepit. *Polybius.*

Fuit etiam eclipſis Solis 11. die Iulij, cum Scipio Conſul profectus eſt ad bellum Aſiaticum, & paulò poſt prælium commiſit cum Antiocho, in quo perierunt 50. millia peditū

&

A & 4. millia equitum, non numeratis captiuis. *Liu.*

Ab vrbe condita 584. 3. die Septemb. fuit Eclipſis Lunæ, & altera 22. die eiuſdem menſis, quando Æmilius Paulus regem Macedonum Perſeum vicit, & cœpit. *Liuius Flor.*

Eclipſis Lunæ præceſſit obitum Herodis magni.

Sic etiam Eclipſis Solis mortem Auguſti, teſtante Dione & Euſebio præceſſit.

Luna in Aquario cruentata eſt circa mortem Domitiani, vt ipſe prædixerat, pridie quam periret, aliquod factum futurum, de quo loquerentur, per terrarum orbem homines.

Eclipſin ſolis in oominatione Gordiani Imperatoris iunioris, eius mortem denunciaſſe breui futuram creditum.

Anno ab vrbe condita 705. Sol totius deliquium paſſus eſt. Tempore quo Pompeius Cæſarem in Macedonia fugiebat. *Dio. Caſſius lib. 45. hiſt. Rom.*

Anno mundi 3247. & duobus ſequentibus tres factæ ſunt Lunæ Eclipſes, & Merodach rex Babyloniorum, Aſſyriorumque Monarcha factus eſt, quemadmodum ante deſtructionem regni Aſſyriorum quod tranſlatum eſt in Monarchiam Per-

B ſarum. Accidit an. M. 3385. Olymp. 49. an. 1. Eclipſis ſolis maxima, prædicta à Thalero Mileſio, prænuntia belli inter Medos & Lydos, & poſtea etiam defecit regnum Aſſyriorum Aſtyage Medo per Cyrum poſt triginta annos capto.

Quo an. & die Nerua Imp. eſt mortuus, fuit Eclipſis ſolis.

Sol defecit ſub Gordiano ita inſigniter, vt tenebris terræ inductis, nihil interdiu prorſus agi poſſet, niſi luminibus accenſis, terra etiam adeò horrende concuſſa, vt vrbes quædam ſubito hiatu ſint cum populis abſorptæ, poſtea imperium Roman. ſub Philippo Decio, Gallo, Valeriano, grauiſſima mala eſt paſſum. *Sabell. cap. 7. lib. 7.*

Paulò ante Alarici aduentum in Italiam, Inſignes Solis & Lunæ defectiones inciderunt, & ſtella Crinita conſpecta fuit. *Sigon. de Imp. Occid. lib. 10.*

An. Dõ. 345. ſub Cõſtantino in Italia res admirandæ & portentorũ ſimiles euenêre: ſiquidẽ vt notat *Cedrenus* terra vehementi adeò motu concuſſa eſt, vt 12. oppida in Cãpania procubuerint: Sol autẽ tanta obſcuritate, Luna orbè ſubeũte infectus eſt, vt ſtellæ interdiu perinde ac noctu micuerint. *Sigõ.*

C Secuta eſt tranſlatio ſedis imperij Romani in vrbem Conſtantinopolim, & propagatio Arrianiſmi cum grauiſſima perſecutione.

Imperante Cõſtantino tantus fuit Solis defectus, vt meridie ſtellæ viderentur, & in Melitena omnis generis angues viſi ſunt, qui pugna cõmiſſa ſe inuicẽ peremêre: Sequutus eſt Iudæorũ tumultus: Tredecim vrbes in Cãpania motu terræ proſtratæ: Poſt ipſius Cõſtantini mortem, filij bellũ inter ſe geſſêre; & Perſæ graui bello Romanos fatigarunt. *Zonar. Tom. 2.*

An. Dom. 394. Theodoſius Eugenium vicit, & Theodoretus & Zozimus biduo rẽ confectã ſcribunt hoc modo. Cum defectio Solis incidiſſet tanta, vt noctis tenebras adæquaret, Gothi propè omnes (decem millia fuiſſe feruntur) vna cum Baruzio duce deſiderati ſunt, nox prælium diremit. *Sigonius.*

An. Dom. 418. Conſtantinus & Vallia continuato in Luſitania bello, Alanos, & Sueuos apud Eremitam acie ſuperarunt. Sueuorum inde regem Ermenericum Gundericus Rex Vandalorum orto inter populos diſſidio, prælio in Gallæcia prouocauit.

Decimoquinto Calend. Auguſti Sol inſigniter obſcuratus

D apparuit, inde per Septembrem menſem ſtella crinita ab Oriente refulſit. *Sigon.*

Eclipſis totius Lunæ præceſſit captiuitatem vrbis imperatricis Conſtantinopolitanæ, quæ facta eſt ab Andronico Ion.

Poſt Semeſtre iterum Luna defecit ad decem digitos. *Niceph. cap. 8.*

Mortem Cæſaris Andronici Senioris, duæ Eclipſes præceſſerunt: prima Solis fuit, per tot dies, quot annos ille vixerat. Hanc ſecutus eſt Lunæ defectus 12. Februarij: quo die circa noctem obiit. *Nicet.*

Schytæ Iſtro traiecto Romanorum Thraciam vſque ad Helleſpontum incurſarunt: eam cladem Solis & Lunæ defectus intra dies ſedecim conſecuti portenderunt. Lunaris porrò in prima: Solaris in 15. parte Piſcium contigit. *Nicet.*

Sub obitum Imperatoris Theodorici Laſcharis, ſexto die per horam Sol obſcuratus eſt, tenebræque operuêre omnia, adeò vt ſtellæ in cœlo apparuerint. *Pachimerius.*

Luna binam paſſa eſt Eclipſin, antequam pugna Catalunica accideret, in qua Theodoricus Rex Aſtrogothorum cæſus eſt, & deſiderati ſunt ab vtraque parte 180000. hominum. E

Bonfin. Alij maiorem hominum numerum periiſſe ſcribunt, ſed in diuerſis locis & diebus.

Ante mortem Henrici I. Angliæ regis, terra, horridè mota eſt, ita vt ædificia paſſim corruerint: defectus Solis & Lunæ factus: ignis in pleriſque locis per rimas terræ, aliquot dies ſpirans, neq; aqua neque alia re extingui potuit. *Polydor. l. 11.*

An. Dom. 605. die 5. Maij Eclipſis ſolis facta eſt, moxque ſubſecuta eſt grauiſſima peſtis tribus menſibus. Iul. Auguſt. & Sept. tuncque viſibiliter multis apparuit quod bonus & malus Angelus per ciuitatem pergerent, vt ex iuſſu boni Angeli malus Angelus qui videbatur manu venabulum ferre, quoties venabulo oſtium cuiuſcunque domus percuſſiſſet, tot de eadem domo ſequenti die interierint. Fuerunt poſtea duo reges mortui, Heribertus & Grymaldus. Rebellarunt Vaſcones in Gallia, Agatho Papa deceſſit, Hunni & Bulgares inter ſe prælia crudelia geſſerunt Sarraceni in Africam cum ingenti multitudine tranſierunt, Carthaginem ceperunt & depopulati ſunt. *Regino Chronicor. lib. 1.* F

An. Dom. 680. Luna Iunio menſe nitorem ſuum mirabili obſcuritate fœdauit. Iul. autem, Auguſto, & Septemb. Romæ terra adeò peſtilentia eſt oborta, vt frequentatis funeribus Libitina non ſufficeret, reliquam inde Italiam cum inceſſiſſet, imprimis Papiæ vrbem propè ad vaſtitatem redegit. *Sigon.*

Circa annum Dom. 740. cum Carolus Martellus, auus Caroli Magni, magiſter aulæ Regis Franciæ regnum vſurpatũ diuiſiſſet illud paulò ante mortem inter Pipinum, & Carolomannum filios; vnde ortã tranſlatio regni à Meroingnorum ſtirpe, in Sole & Luna noua ſigna apparuerunt, & ſtellæ, nec non & Paſchalis ordo ſacratiſſimus turbatus fuit. *Annonius lib. 4. de geſtis Francorum, cap. 57.*

Anno 807. ter Luna obſcurata, & ſemel Sol: & cum prima Eclipſis Lunæ viſa eſt, apparuêre eadem nocte in aëre acies miræ magnitudinis. Triennio pòſt Eclipſes etiam quatuor viſæ: Paulò pòſt ſecuta mors Caroli Magni, cuius occaſione multæ confuſiones in Europa ortæ. *Eginbertus.*

An. Dom. 806. 4. Nonas Sept. fuit Eclipſis Lunæ exiſtentis in 16. parte piſciũ, ſole exiſtente in 16. parte virginis, annoq; ſequente 3. id Febr. ſtante vtroq; ſidere in 25. parte Aquarij. Et G

11. Cal. Sept. Lunæ facta Eclipſis hora noctis 3. Sole poſito in 5. parte Virginis, & Luna in 6. piſcium *Regin. 2. Chron.* Tunc cœperunt mutari regna per Carolum Imp. Bella crudeliſſima contra Gentiles, & Sarracenos, Germanos, Sclauos, & alios. Fides Chriſtiana vbiq; propagata deuictis infidelibus & idololatris. In ſumma nouæ leges, noua regna, extinctio idololatriæ, bella, ſeditiones, motus, omnia cruenta per plures annos Imperij Caroli. Ideò & ſæpe renouatæ Eclipſes & Lunæ & Solis, vt an. 809. Eclipſis Solis, Eclipſis Lunæ 8. Calend. Ianuarij, & an. 812. Idus Maij poſt meridiem Solis Eclipſis.

An. Dom. 850. Sol & Luna bis defecerunt. Sol 8. Idus Iunij, & 2. Cal. Dec. Luna autem 11. Cal. Iulij, & 18. Cal. Ian. Rotrudis filia Caroli Magni obiit. Gotfridus Danorum rex, à proprio ſatellite interfectus: Quemadmodum Philippus Macedo Alexandri pater, Carolus rex Italiæ mortuus Caroli filius.

Paulò ante memorabilem ſtragem Caroli Magni in montibus Pyrenæis, Sol adeò obſcuratus dicitur, vt Mercurij ſtella propè illius centrum velut candidior macula ſpectaretur.

An. Dom. 887. qui incidit in ſecundum annum Leonis Imp. H

Angæus Longobardiæ Dux, regis Franciæ gener, cognita Baſilij morte à Romanorum ſocietate deſciuit. Contra eum Leo Conſtantinum patricium cum occidentalibus miſit copiis, commiſſa pugna Conſtantinus ſuccubuit, vixque cædem ipſe euaſit, exercitu ſuo occiſione deleto. Sub idem tempus Sol, hora diei ſexta ita defecit, vt ſtellæ viderentur. *Cedren.*

Idem Cedrenus ſcribit Solem etiam in meridie defeciſſe, cùm Tzimiſcas Imp. diem extremũ clauſit, & Bulgari defecerunt.

Anno rurſus 888. Eclipſis Lunæ magna facta eſt, 16. die Octobris, & eodem menſe Eclipſis Solis, die 29. circa horam 9. ſequuta eſt. Mors paucis poſt diebus Ludouici filij Caroli Balbi Imp. *Regino lib. 2. Chron.*

Eodem an. Italiæ nouum regnum ortum primo conſtituto Beringario, quod tantum durauit per octoginta annos. Inuaſit Burgundiam Roſa, & ſe regem eius coronari fecit. Sequenti anno Northmanni Ethnici Septentrionalem partem Angliæ occuparunt, deinde Gallias inuadunt, ſæuierunt paſſim in Chriſtianos per Saxoniam, Lotharingiam, & Franciam, *Guilel. Nigior. Helmoldus cap. 7.* Sarraceni, Bulgari, fractis

fœderibus

A fœderibus rebellaront in Leonem VI. Imperatorem Orientis, & victi ab eo, vt ſcribunt *Zonaras tom. 8. & Cedrenus.*

An. 944. Sol horribilem Eclipſim paſſus aſt feria ſexta, hora diei 3. quo die in Hiſpania Addaram rea Saracenorum à Rhadamiro Chriſtianiſſimo Rege Galliciæ ſuperatus eſt, vt etiã in Italia apparuit cometa miræ magnitudinis, quẽ fames ſecota. Eodẽ anno Romanus ſenior à filus ab Imperio deturbatus eſt, & in monaſterium miſſus, & poſtea ipſi filij eadem paſſi à Conſtantino filio Leonis Imperatoris. *Sigeb. chronog.*

Anno 1034. Sol inſigni ſe ac mirabili obſcuritate infectum Italicis in feſto Apoſtolorum oſtendens, inſignẽ Longobardorum cladem, quæ proximè eſt inſecuta portendit. *Sigonius.*

Anno Domini 1039. Pridie Idus Maij Eclipſis Solis fuit, & pridiè nonas Iunij. Imperator Conradus obit. *Sigebertus.*

Anno Dom. Kal. Octobris 1093. eclipſis ſolis facta eſt hora tertia, & Draco viſus eſt, vt notat *Dodechinus in appendice ad Mariam ſcotichronicã*, hanc eclipſim ſecutæ ſunt innouationes regnorum, & ſubuerſio ſuperſtitionis & impietatis Mahometicæ in transmarinis partibus, & expeditio magna in Turcas prædicata, & ſuſcepta an. 1096. militũ ſexcentorũ militum, &

B Hieroſolyma recuperata, quæ per quadringentos nonaginta circiter annos fuerat à Sarracenis occupata. Fuitque magna ſtrages Sarracenorum, & plures ciuitates & regna Chriſtianis ceſſerunt, cum eximiis victoriis de quibus *Guillelmus Tylius l. de bello ſacro, Eucherius, Blondus, Platina, Paulus Æmilius, & alij.*

Anno Domini 1232. Mons aliò migrauit 5000. hominum obruens, quo tempore Eclipſis prodigioſa Solis fuit, Lunari corpore verſus occaſum in ſex angulos prorogato, ſecuta bella ciuilia, & cædes innumeræ. *Antonius Fritſchius.*

Anno Domini 1327. primo die Decembris fuit Eclipſis Lunæ, mortuus eſt paulo pòſt Ottomannus, ex quo Turcarum Imperatores deſcendunt.

Anno 1356. in principio Martij fuit Eclipſis Solis, necnon eo anno Eclipſis Lunæ, ſequitur peſtilentia, & Eduardus rex Angliæ fudit Francos, cepit regem cum filio Philippo, & abduxit ſecum in Angliam. Mortua eſt etiam Margareta Cæſaris Ludouici coniux.

Ann. 1452. 11. die Decembris fuit Eclipſis Solis, paulò pòſt

C Mahometes Turcarum Imperator obſedit vrbem Conſtantinopolitanam, terra marique oppugnans eam per 54. dies: & potitus eſt ea, interfecto Conſtantino Palæologo cum ſuis.

Anno Domini 1478. Eclipſis Solis fuit menſe Iulio, vnde peſtis ſæuiſſima hoc anno per totam Italiam debacchata eſt, adeò vt in Brixiana vrbe ſupra 30. hominum millia, & Venetiis 30. vrbanæ multitudinis perierint. *Marcus Fritſchius primo Catalogo prodigiorum.*

Ante mortem Maximiliani primi viſa eſt Eclipſis Solis eo anno 7. die Iunij, cum ipſe in Ianuario deceſſit, ea qua ei longè ante obitum mors prædicta fuit. *Schonerus. Fritſchius.*

Anno 1544: Eclipſis Solis fuit, tres etiam Lunares, res non viſa à Caroli Magni tempore, ſequutum ingens bellum inter Cæſarianos & Gallos, inter Anglos & Scotos, cum magna vaſtatione agrorum, & clade hominum. Fuit etiam eo anno coniunctio Iouis & Saturni.

Anno Domini 1554. menſe Decembri 8. die vidimos Eclipſin Lunæ, ſic etiam 8. die Iunij,

Anno Domini 1555. hoc noſtro ſæculo, Iulius III. Pontifex Maximus moritur 23. Martij. Eliſabetha Danica Regis Ioan-

D nis filia, mater Ioachimi II. Electoris Brandeburgenſis, moritur 10. Iunij, altero die poſt Eclipſin, Agnetia filia Philippi Landgrauij Heſſiæ primo Mauritij Electoris, poſtea Ioannis Friderici II. Ducis Saxoniæ vxor obiit, 4. Nouemb.

Adolphus Coloniæ Archiepiſcopus & Elector, etiam in viuis eſſe deſiit anno Domini 1556. 20. Septembris. Quo anno etiam paululum ante illum periit Epiſcopus Treuirenſis Ioannes, ex comitibus Eiſembergicis.

Quemadmodum etiam anno Domini 1556. in Nouembri in vno menſe vtriuſque luminaris Eclipſin habuimus: quorum effectus & operatio extendebat ſe in annum ſequentem 57. Quinto die Martij vidimus etiam Cometam in Germania, quem Conſtantinopoli viderunt duodecim dies flagrare.

Paulus IV. Pontifex Maximus mouit bella in regno Neapolitano contra Philippum regem Hiſpaniarum. Viceſimo ſexto Februarij moritur Elector Palatinus Fridericus filius Philippi Turca facit eruptionem in Stiriam, & multa oppida vaſtat, & Sigethum obſidet.

Anno Domini 1557. Albertus Iunior Marchio Brandeburgenſis Caſimiri filius mortuus 8. Ianuarij 9. Auguſti regis E

Philippi Hiſpaniç exercitus vicit Gallos apud S. Quintinum, & præcipui ex nobilitate Gallica capti, & multi interfecti.

Anno Dom. 1558. Eclipſis Lunæ menſe Aprili die 2. Quemadmodum anno Domini 1559. Eclipſis Lunæ in Septembris die 17. cernebatur. His annis hæc contigère: In principio Ianuarij Rex Galliarum cepit vrbem Calethum Chriſtophorus Dux Brunſuicenſis Archiepiſcopus Bremenſis & Verdenſis obiit. Item Leonora Caroli V. & Ferdinandi ſoror, Emanuelis Portugalliæ primò: poſtea Franciſci Galliæ regis vxor: Archiepiſcopus Colonienſis Antonius de Schawenburg, 21. Septembris mortuus. Carolus V. in Hiſpania in S. Iuſti cœnobio. Maria eius ſoror Ludouici regis Vngariæ vxor, ferè pòſt menſem Carolum ſecuta eſt. Georgius Comes Vvirtembergenſis 21. die Septemb. Maria regina Angliæ, Philippi regis Hiſpaniarum vxor extincta eſt 16. Calend. Nouemb. Reginaldus Polus Cardinalis doctus, qui natus ex Margareta Eduardi IV. Anglorum regis nepte, etiam hoc anno è viuis exceſſit, poſt paucas horas cum regina Angliæ mortua eſſet.

Anno 1559. hi mortui ſunt, 1. Ianuarij Chriſtianus III. Daniæ & Noruegiæ Rex moritur, eum ſecutus 25. Ianuarij, Chriſtiernus II. quondam Rex Daniæ, Sueciæ & Noruvegiæ, F affinis Caroli V. captiuus 15. Februarij obiit Otto Henricus Comes Palatinus Elector.

Lucas Gauricus Epiſcopus 6. Martij 14. Martij Ioannes Gropperus Cardinalis 15. Aprilis trucidatur bombarda, Epiſcopus Herbipolenſis, Melchior Zobel 19. Aprilis, Franciſcus Otto Dux Luneburgenſis 30. Iunij, Henricus Rex Galliarum in haſtiludio circa oculum, per galeam haſta læſus, obiit diem 10. Auguſti 18. Auguſti moritur Paulus IV. Pontifex Hercules Ferrarienſis Dux obiit 3. Octob. Ditmbmarſia eſt ſubacta à Friderico II. Rege Daniæ, & ducibus Holſatiæ, ante hac libera & inuicta gens. Moſcouita exercuit incredibilem tyrannidem in Liuonia. Epiſcopus Labacenſis Donavverda fregit collum. Regina Scotiæ periit. Andreas Doria moritur, & Aloyſius Lippomanus Venetus Epiſcopus Mutinæ & Veronæ. Baiazetes & Selimus Solimanui filij dimicant inter ſe.

Anno 1560. fuit vtriuſque Luminaris Eclipſis, & fuit Eclipſis Lunæ 11. die Martij: Solis verò 21. die Auguſti 14. Febr. G mortuus eſt Philippus Dux Pomeraniæ 8. Auguſti mortuus eſt Ioannes Fridericus, Ioan. Friderici Electoris nepos, 29. Septemb. obiit Guſtauus Rex Sueciæ. 5. Decembris fatis conceſſit Franciſcus II. Galliarum Rex ex apoſtemate cerebri.

Non lubet vlterius commemorare Eclipſes, quæ ferè etiam ſingulis ſequentibus annis viſæ ſunt, præſertim anno Domini 70. 72. 73. 74. 76. 77. 78. 80. Qui vero motus, quæ tyrannica facinora atque cruenta bella, quot iniuſtæ, & contra datam fidem cædes, rapinæ, proſcriptiones, interfectiones inſontium, trucidationes, bonorum Eccleſiarum direptiones, Rebelliones, in Religione nouitates, & genera morborum in Moſcouia, Gallia, Germania, Suecia, inferiori Germania, Liuonia & aliis locis ſubſecuta ſint, omnibus liquet, illaq; receſere lubens prætereo, ne videar conſolidata ferè vulnera refricare, & præteritarum ærumnarum memoriam renouare.

Id tamen addam, vt Bulchozetus, & Gilbertus ſcribunt, quod anno 1580. 13. Ianuarij in ipſo puncto Eclipſeos Lunaris Henricus Rex Portugalliæ. Antea Cardinalis, anno regni ſecundo obierit, vnde diſſenſiones magnæ ortæ in regno Portugalliæ, ac cædes & bella ſecuta. Et Selimus Solimanni H filius Turcarum Imperator anno Domini 1574. die 13. Decembris: Cùm fuiſſet ante mortem eius Eclipſis Solis 13. die Nouembris in 8. domo mortis. Quare verè & rectè dicitur.

Tempore non alio defecit crebrius vnquam
Luna peregrino lumine, Solque ſuo.
Nec prius ignota totiens arſere Cometa;
Ventorum grauior nec fuit antè furor.
Denique eu longo labefacta puerpera nixu,
Anxia, ſemianimis, plena dolore gemit
Sed defeſſa malis natura fatiſcit, & optat
Exuuias veteris depoſuiſſe ſui.
O lapis abſque manu de monte reuulſe ſupremo,
Rumpe moras, curſum corripe, Chriſte veni.
Deſtrue ſuccidui reliquum quodcunque coloſſi eſt
Exordire tuum protinus imperium.
In quo certa quies ſtat definita laborum,
Finis vbi noſtri terminus exilij eſt.

Diuus Ambrosius dicit, Elementa compati, cum luminaria defectum patiuntur. Nam horum triſti deformique aſpectu omni tempore hominum animi conterriti expaueruot, trepidaruntque

daruntque occulto ſcilicet ſenſu naturæ præſagiente ſequutura damna. Quibus autem gentibus, & perſonis damna ex his aduentura ſint, ex obſeruatione longa euentuum conſecutorum ad Eclipſes, atque inter ſe congruentia eorundem deprehenſum eſt ab Aſtrologia, quanquam alius alio in prædicendo ſemper fuit felicior. A

VANITAS CIRCA ECLIPSIVM CONSIDERATIONEM.

Quia olim naturales Eclipſium cauſæ obſeruatæ aut cognitæ non erant, immiſerunt in corda hominum plerique etiam ſapientiores, & pauorem præſentis & futuri ſtatus rerum & perſonarum. Quemadmodum & ignara Eclipſium lunarium antiquitas lunam & ſolem putabant veneficiis effectos laborare, & ob id crepitu diſſono ſe illis auxiliari dicebant, eiuſque erroris fuit Pindarus & Steſichorus, vt narrat. *Plinius lib.2. cap.12.*

Meminit & *Plutarchus in vita Æmilij*: Cùm veniſſet, inquit, nox, & à cœna reuerſi eſſent ad ſomnum & quietem, luna tum plena & ſublimis, repente cœpit nigreſcere, & vbi lux eam defecit coloreſque mutauit, prorſus euanuit, Romanis, vt mos eſt, lumen eius tinnitu reuocantibus, igneſque B multos tædis & facibus ad cœlum tollentibus, &c.

Aliud Iuuenalis de garrula muliere loquens.

——— Verborum tanta cadit vis,
Tot pariter pelues & tintinnabula dicas
Dicas: iam nemo tubas atque æra fatiget
Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ.

Et Ouidius 4. Metamorph.

——— aut ſub candore rubenti,
Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria lunæ:

Nicias quia neſciuit cauſa eclipſis ortæ, Athenienſium res & opes afflixit, eo territus, vixque etiam Anaxagoras quin occideretur à populo fuit ſeruatus à Pericle, cum in carcerem fuiſſet coniectus, quod diſputaſſet de motibus ſyderum copiosè, *Plutarch. in vita Nicia. Vide Plinium lib.2.c.12.*

ECLIPSIVM CAVSAM QVI INVESTIGARINT.

Apud Græcos primus rationem defectionis vtriuſque luminaris Inueſtigauit Thales Mileſius Olympiados 48. anno 4. anno ab vrbe condita 166. prædicto ſolis defectu, qui ſub Aſtyage factus eſt. Prædixerat & illum Ionibus. *Plin. ſupra, & Herod. l.1. & C.1. de diuinitat.*

C Protulit autem in vulgus rationem defectus vtriuſque luminaris primus Romæ Sulpitius Gallus, qui Conſul cum M. Marcello fuit, ſed tum erat tribunus militum ſecundæ legionis, ſollicitudine exercitu liberato pridie quam Perſeus ſuperatus à Paulo Æmilio eſt in concionem ab imperatore productus, ad prædicendam Eclipſim: mox & compoſito volumine. *Plin. ſup.*

Clavdivs Cæſar etiam, cùm Solis defectus futurus eſſet natali ſuo, veritus ne quis inde tumultus fieret, publicè edidit, non modo futurum deliquium, ſed tempus, qualitatem eius, & cauſas cur id eſſet neceſſario euenturum.

Ceterum vti Eclipſes naturaliter euenire plerunque, idque ex cauſis naturalibus, apud Philoſophos pro explorato habetur, adeoque experientia ipſa euincit: Sic quoſdam etiam effectus ſuos habere iis locis, vbi ſolares vel lunares radij per iſtiuſmodi interpoſitionem impediuntur, nemini dubium eſſe debet: verum vt prædictos euentus iis adſcribamus, excedit ſaniorem de Aſtrorum virtute doctrinam, vnde & de Eclipſi, vti de Cometa & aliis meteoris alio loco dicemus, vbi de D Aſtrologia tractabimus; ſentiendum, non eſſe illam certum ſignum eiuſmodi euentuum, neque eos illa efficiunt vt ſigna determinata, ſed fortè vt coëffectus, eo quod ab eiſdem cauſis cum iſtis pendeant. At nulla cauſa eſt, quæ v.g. ad Regem potiùs aut Principem determinetur, quàm ad alium quemuis, vnde incerta ſunt omnia iſthæc portenta, quamuis Deus nonnunquam mutationibus iſtis extraordinariis & inſolitis, ſimiles euentus aut res aliquas inſolitas quaſi portendat, & indicet, quomodo patiente ac moriente filio ſuo, vniuerſalem Eclipſin per vniuerſam terram ſuperinduxit: alia in aëre portenta, 2. *Mat. c.2.* vnde de eiuſmodi rebus & ſignis coniectare velle, ſummæ vanitatis & dementiæ fuerit cum effectus fortuitus certam aliquam cauſam naturalem non habeat: vt quę ad vnum determinatur, quomodo & vnicam formam habet. Adde quod abſque Dei prouidentia ne capillus quidem de capite noſtro pereat: qui proinde ſibi reſeruauit, quæ plerique imprudenter aſtrorũ inclinatione & mutationibus ſubiiciũt.

Ecſtaſis. E

Siue Mentis Alienatio, Animi Raptus.
Alij Extaſis ſcribunt.

Definitio et Etymologia.

Ecstasis Latinè ſtuporem, ſiue mentis exceſſum ſignificat, ortum ex re aliqua inopinatò oblata: Eamque vocem communiter vſurpamus pro abſtractione mentis à corpore, ad res diuinas contemplandas. Quidam autem definiunt ὀλιγοχρόνιον μανίαν, teſte Galeno *lib. de Definit. medicis*, quaſi inſaniam non diu perſeuerantem. Dicitur autem ἀπὸ τῆ ἐξίστασθαι: quod qui eam patitur, velut extrà ſeipſum conſtitutus videatur.

*Divisio.

Quadruplicem Ecſtaſim facit *Philo lib. de legitimo rerum diuinarum hærede.* Prima eſt adferens delirium, ex nimio ſenio, atráq; bile, cuius mentio fit inter maledictiones, *l. Deut. c.28.* Deliratio, cæcitas, & exceſſus mentis, corripiet impios. II. euenit ob aliquem pauorem inopinatum. Quomodo vult Philo, accipiendum quod de Iſaac legitur *Geneſ. c.15.* quod correptus fuerit ſtupore magno, quando intellexit ſibi allatum de venatione à filio Iacob, quem Eſau exiſtimauerat: Sic & F de Iacob, cum audiuiſſet filium ſuum Ioſeph viuere, & dominari toti Ægypto, exceſſit, inquit Scriptura, mente. *Geneſ. c.44.*

Tertius exceſſus fit in tranquillitate animi, cum feriatus à ſenſibus in placida dulcique contemplatione verſatur, qualem habuit Adam in formatione mulieris.

Quartus eſt, quando mens diuino afflata ſpiritu, corripitur, & impletur: eſtque hæc ſpecies Prophetici generis.

Qui vero Ecſtaſim ſacram, aut has mentis ferias paſſi fuerint, ex ſacris Literis, aliiſque hiſtoriis demonſtremus.

☞ *Petantur pleraque ex loco de CONTEMPLATIONE, ET PROPHETIA.*

Eſt etiam alius mentis exceſſus, Dæmonum ope effectus, quo Magi, & ſimiles farinæ Incantatores videntur nonnunquam extrà ſe rapi, & aliò transferri. Cuius etiam exempla nonnulla ſubiiciemus.

ECSTASIS SACRA Ex S. Scriptvra.

* Creato Adamo primo homine, cum non inueniretur G adiutor ſimilis illi, immiſit Deus ſoporem in Adam, tulitque vnam de coſtis eius, &c. Qui ſopor habuit coniunctam Ecſtaſin, ſic vt mens eius non ſolum eſſet libera à corporis & ſenſuum functionibus, ſed & diuinitus eleuabatur, vt videret ea quæ gerebantur, & prophetico Spiritu myſterium per ea ſignificatum. Nempe matrimonium tuum ſuum naturale cum Eua, tum ſpirituale Chriſti cùm eccleſia, de quo Auguſtin. *fusè tract.9. in Ioannem Geneſ. cap.2.*

* Abraham Patriarcha ſimilem mentis exceſſum cum ſopore paſſus fuit, poſtquam ei Deus ſemen numeroſum promiſiſſet in cuius ſignum, ei præcepit facere oblationem certorum animalium. Cumque ſol occumberet, ait Scriptura, irruit ſopor ſuper Abraham, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum, dictumque eſt ad illum: ſcito prænoſcens, quod peregrinum futurum eſt ſemen tuum, &c. *Geneſ. cap.15.* Qui ſopor Abrahæ partim fuit naturalis, defatigatione diurna obueniens: partim ſupernaturalis, qualem Deus in Adam immiſerat; quo vidit omnia quæ circa ſuos poſteros erant euentura, *ita Philo, & alij eum ſecuti.*

* Etiam Iſaac Ecſtaſim paſſum accepto cibo à filio iuniore Iacob, cui benedictionem præter intentionem ſuam H impartiuerat; cenſet B. Auguſtinus: mentéque diuinitus illuſtrata cognouiſſe Dei voluntate illa eſſe facta, ab eoque prælatum Iacob Eſau primogenito, deſignatumque illum Hæredem ſuarum poſſeſſionum. *Geneſ.27.*

Pavlvs apoſtolus in Apoſtolatu confirmatus, raptus eſt vſque ad tertium cœlum, vtrum in corpore an extra corpus, neſcit, Deus ſcit: audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Hinc demùm in illam prorupit vocem: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Quis enim cognouit ſenſũ Domini, aut quis cõſiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniã ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula, amen. *Marulus l.2.c.4.*

Simon Petrvs cùm in cœnaculum circa horam ſextam oraturum aſcendiſſet, cecidit ſuper eum mentis exceſſus: & vidit cœlũ apertũ, & inde vas quatuor initiis ſubmitti, immundis

anima

A animalibus plenum, ſed quæ à Deo mandata dicerentur. Ea quo ſignificatum eſt, gentiles quoque, qui planè immundi errorum inquinatione erant, per fidem Euangelicæ veritatis mundandos, & eccleſiæ gremio excipiendos eſſe, ſicuti & Iudæos. *Ibidem.*

Ioannes apoſtolus: Fui, inquit, in ſpiritu, Dominica die, & audiui & vidi, ea vtique quæ in Apocalypſi commemorat. Quorum præſtantiam D. Hieronymus admiratus, ait: Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi, in verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ; & pro merito voluminis laus omnis inferior eſt. *Ibidem.*

HISTORICA.

Romvaldvs abbas, ordinis Camaldulenſis auctor, cùm ad Sutrij montis monaſterium veniſſet, & ibidem ſacra celebraret, aliquamdiu in ecſtaſi raptus ſtetit: & Pſalmorum interpres factus eſt, quorum paulò antè ne lector quidem ſatis idoneus fuerat. *Ibidem.*

Franciscvs in ecſtaſi vidit fulgentem Saluatoris noſtri B crucem, vidit ſanctum Seraph. à quo Seraphicus dici meruit. Inde ſingulari quodam priuilegio Dominicæ crucifixionis cicatrices corporaliter geſſit. *Idem, & Sab. lib. 2. cap. 6.*

Elisabetha virgo, Schœnanienſis monaſterij decus, cùm ſeſe cœleſtium contemplationi penitùs dedidiſſet, obſtupefactis interdum corporis membris ac ſenſibus, diu veluti exanimis iacebat. Inde illi non pauca, quæ futura erant, diuinitùs reuelata fuiſſe perhibent: librum etiam, qui Via tium Dei dicitur, angelo dictante, ab ea ſcriptum. *Marul. l. 2. cap. 4*

D. Thomas Aquinas iugi & aſſiduæ contemplationi ita ſeſe aſſuefecerat, vt frequenter in mentis ecſtaſim cadens, aſtantibus mortuus videretur: interim tamen recondita diuinarum litterarum myſteria hauriebat: & ad ſe reuerſus, fructum huius philoſophicæ mortis docendo ſimul & ſcribendo aliis quoque communicabat.

Prædicari audio Ioannem Scotum, quo nemo ſubtilius Theologiam Scholaſticam tradidit; animo linqui ſolitum, ac velut exanimem eodem, quo deprehenſus eſſet, loco, per diem interdum & ampliùs, immobilem ſediſſe, mente & ſen- C ſibus ſopitis, aut certè procul à corpore aberrantibus: atque ita demùm ab hominibus eius rei ignaris pro defuncto elatum. *Sab. l. 7. cap. 4. Exemplorum, & Iouius in Elogiis.*

PROFANA, IMPIA, MAGICA.

Epimenides Cretenſis, item Ariſteas Proconneſius, poëtæ & philoſophi clariſſimi, corpus quandocunque libitum eſſet relinquere, & animo liberè per orbem vagari, atque in corpus denuò redire potuerunt: quod tamen alij de contemplatione & ecſtaſi intelligi volunt. Ariſteæ certè animam corui effigie è corpore egreſſam narrant. Quam nacti occaſionem inimici, Cantharidæ dicti corpus ita affectum flammis concremarunt, eſtque menti peregrè redeunti velut vagina gladio adempta. *Plinius l. 7. cap. 52.*

De Hermotimo Clazomenio huiuſmodi fabulæ narrantur. Animam eius extra corpus euagatam, per multos peregrinatam, variis in locis futura prædixiſſe: vt imbres magnos, ſiccitates, terræmotus, peſtilentias, aliaque id genus: iacente interim corpuſculo: tum eam longo temporis interuallo corpus veluti exuuium quoddam intraſſe, idque excitaſſe. Id cum ſæpenumerò egiſſet, vxorique mandaſſet, vt à ſuo diſceſſu nemo D neque eiuis, neque alius homo corpuſculum attingeret: quidam domum ingreſſi, à muliere precibus impetrarunt, vt nudum immobilemq; humi iacentem ſpectarent Hermotimum, quem ij igne facto cremarunt: exiſtimantes, anima reuerſa, & quò ſe reciperet non inueniente, ipſum prorſus moriturū, quod & accidit. Cæterùm Clazomenij Hermotimo fanum dedicarunt in quod mulieribus ingredi non licet, ob cauſam expoſitam. *Apollonius in Hiſtoriis mirabilibus.* Plut. verò de Socratis genio animam corpore non exceſſiſſe ſcribit, ſed dum obſecundat & laxat genio vinculum, permiſiſſe ei liberum & vagum curſum, vt multa foris conſpecta & audita renunciaret. Eos verò, qui corpus ſopiti extinxerunt, ſupplicium in hodiernum vſque diem in Tartaro perſoluere.

Presbyter fuit quidam nomine Reſtitutus in parœcia Calamenſis eccleſiæ, qui quando ei placebat, rogabatur autē, vt hoc faceret ab eis, qui rem mirabilē coram ſcire cupiebant, ad imitatas quaſi lamentantis cuiuſlibet hominis voces, ita ſe auferebat à ſenſibus, & iacebat ſimillimus mortuo, vt non ſolū vellicantes atq; pungentes minimè ſentiret, ſed aliquando etiam igne vreretur admoto, ſine vllo doloris ſenſu, niſi poſtmodum ex vulnere. Non autem obnitendo, ſed non ſentiendo non mouere corpus, eo probabatur, quòd tanquam E in defuncto nullus inueniebatur anhelitus: hominum tamen voces ſi clarius loquerentur, tanquam de longinquo ſe audiſſe poſtea referebat. *Auguſt. lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 24.*

Lamiæ non abſurdè ecſtaticis aſſimilari poſſent: qui velut rapti extra ſeſe, ſenſúque omni & motu priuati, iacent exanimi ſimiles: & pòſt ceu ex profundiſſimo expergefacti ſomno, aut à morte ad vitam reuocati, redeunt ad ſeſe, & miras fabulas, miráque commenta narrant. At in has cogitationes ſe ingerens dæmon, earum ſeriem texit, hancque varia mira arte & ſcitè, repetitis præteritis, annexis præſentibus; & aſperſis etiam quibuſdam admonitionibus de futuris, ne in ſuſpicionē anilium fabularum, aut temerè cogitatarum ineptiarum veniant: inducta etiam perſuaſione, vt eorum ſpectaſſe, quæ diabolus offudit, imaginentur. Ita dementat eos, quos ad talia vſurpat, vt ſui prorſus non ſint compotes: ſed velut ἐνθουσιῶντες, ea agitent mente, in eáque tueantur, quæ dæmon obiicit, ea ſeſe nihil faciant, niſi quantum aliquando permittitur, & id quidem vt plurimum eſt ridiculum. *Vierus lib. 2. cap. 18. de præſt. g. dæm.* F

Iacobvs Sprengerus ex maleficarum quas igni damnauit confeſſione id Magos conſiteri narrat, ſe in ecſtaſi eaſdem res percipere, quas, ſi corpore adfuiſſent, pariter percepiſſent. *Auguſt.* quoque l. 19. *de Ciu. ait*, Præſtantij patrem tantâ ecſtaſi ſæpe abreptum fuiſſe, vt reuerſo ſpiritu ſe fuiſſe verſum in equum affirmaret, commeatúmque in caſtra cum aliis importaſſe: cùm tamen ipſius corpus exanime iaceret domi. *Bodinus l. 2. Dæmonoman. 5.*

Tvrnstanvs Præſes, Magā quandam in Delphinatu cubātem ad ignem, manante domi corpore, in ecſtaſin abreptam fuiſſe aſſeruit: & quia nihil intelligebat, neque clamore excitabatur, grauiſſimis virgæ ictibus ab hero cæſam, tum etiam vt videret an de hac vita deceſſiſſet, ignem partibus, quæ maximè valēt ſenſu, fuiſſe ſubiectum, nec propterea euigilaſſe. Eā itaque iacentem ab hero heraque mortuam eſſe exiſtimantibus, ibi derelictam eſſe: manè iacentē in lecto inuentā. Quod cùm miratus herus quæſiuiſſet, quid rei contigiſſet ipſi exclamantem ſuo ſermone dixiſſe: Ah here quàm verberaſti me! Id G hero apud vicinos narrante, aliquem dixiſſe, Saga eſt: ideóque non deſtitiſſe herum, donec illa rem falſa indicauiſſet ſe animo cœtum Magorum adiuiſſe. *Bodinus l. 2. Dæmonoman. c. 5.*

Hier. Cardanvs Mediolanenſis de ſeipſo ſcribit l. 8. *de Varietate rerum, c. 43.* quoties velit, ſeſe in ecſtaſim tranſire, ita vt voces quidem aſtantium leuiter audiat, non tamen intelligat, vellicationem ſolidam & ne podagræ quidem dolores prorſus ſentiat, idque ſolum ſentiat, quòd ſit extra ſeipſum. Huius initium à capite fieri maximè a cerebello, diffundique per totam dorſi ſpinam. Sentire ſe in principio quandam circa cor ſeparationem, quaſi anima abſcederet, totique corpori communicari rem hanc, quaſi oſtiolum quoddam aperiretur. Addit & illud videre ſe omnia, quæ velit, oculis, non vi mentis, & imagines illas perpetuò moueri: vtputa lucos, animalia, orbes, & quæcunque cupit. Cauſam eſſe putat virtutis imaginatricis vim, viſúſque ſubtilitatem. *Bodinus* verò *libro 2. Dæmonomania, c. 5.* eos qui voluntariè inter vigilandum patiuntur iſtud, Magos eſſe confirmat: præſertim cùm Cardanus ipſe fateatur *in lib. de Rerum var. ad finem*, patrem ſuum H triginta annos familiarem ſpiritum habuiſſe. Sic plerunque patres ſortilegi informant liberos, vt in mentis exceſſum rapiantur: quò perti. at illud Virgilianum de Maga Æ. eid. 6.

— *quæ ſe promittit ſoluere mentes.*

ECSTASIS, ANIMI STVPOR EX TIMORE.

Nabal Ziphævs nuncios Dauidis regis eáulis commeatum placidiſſimis verbis petentes ebrius inhumaniter reiecit. Dauid ad excindendam Nabalis domum ſe accingens, ab Abigaela Nabalis coniuge placatus propoſitum mutauit. Quæ eum poſtera die Nabali rem omnem indicaſſet, præ animi defectione intra decem dies interiit: 1. *Reg. 26.*

Macedones contra L. Paulum Æmilium ad Pydnam pugnaturi, conſpecta noctu eclipſi, obſtupuerère penitùs, Perſeo regi & Macedonico imperio exitium portendi augurantes. *Plutarchus in Æmilio.*

Conſpirauerat M. Brutus cum Caſſio in Iul. Cæſarem, & arcanum ipſum Brutus Porciæ vxori, Catonis filiæ, detexerat. Quo die autem facinus aggreſſuri erant, Porcia vehementer euentus expectatione commota, ac moli impar curarum,

ægrè continebat ſe domi, atque ad omnem ſtrepitum ac vo-
cem in modum bacchico furore percitum exiliens, vt quiſ-
A que à foro regrediebatur, quid ageret Brutus, requirebat?
alios mittebat eò aſſiduè. Poſtremo longiore temporis tractu
non ſubſtiterunt vltrà corporis vires, ſed animo fluctuatio-
ne æſtuante fatiſcens elanguit: ac priùs, quàm recipere ſe in
cubiculum potuit, repentè inter ſuas ſedentem, animi defe-
ctus, atque immenſus animi ſtupor corripuit, colórq; immu-
tatus eſt; ac ſuppreſſa ſemel vox. Ancillæ eo viſo clamorem
ſuſtulêre, concurrentibuſque ad fores vicinis repentè fama
dilata eſt ac ſermo diſſipatus, mortuam eſſe; breui tamen
animum recepit, & ad ſe redeuntem mulieres refouêre. At
Brutus eo ſibi allato rumore haud immeritò commotus,
non reliquit negotium publicum tamen, neque ea animi
motu ad priuatum incommodum decurrit. *Plut. in Bruto.*

MOERORE.

HECVBA Troianorum regina, cùm in ſeruitutem abduce-
retur in canem fertur transformata, quòd præ ſtupore ho-
minem exuiſſe, ób maledicentiam autem canis videretur na-
turam induiſſe.

NIOBE Amphionis vxor, ſex filiis maribus totidémque fi-
B liabus ab Apolline & Diana, quorum matrem Latonam præ
ſe contempſerat, interfectis, præ dolore diriguit. itaque à
Poëtis in ſaxum conuerſa fingitur. *Ouid. lib. 6. Metam.*

PSAMMENITVS vel Samnietus Ægyptiorum rex à Cambyſe
regno exutus, cùm videret filiam ancillari veſtitu indutam, ad
hauriendam aquam mitti, & filium cum pleriſque æqualium
ad ſupplicium abduci, immoto ſtetiſſe vultu dicitur. At cùm
ex amicis quendam olim ditiſſimum circumire videret ſtipem
mendicantem, effuſis eum proſecutus eſt lacrymis. Rogatus
cauſam à Cambyſe, cur in liberorum calamitate tacitus vnius
ſeniculi calamitatem tam impotenter ferret? reſpondit: Fili,
Cyri domeſtica mala grauiora ſunt, quàm vt lacbrymas reci-
piant: at amicus deplorandus erat, qui è multis opibus in
extremo ſenectutis limine ad ſummam inopiam redactus eſt.
Herod. l. 3.

Cùm Albani à Romanis defeciſſent, M. Horatius Albam
ablegatus fuit, vt ſupplicium de Metio ſumeret, vrbemque
ſolo æquaret. Is vbi ciues in poteſtatem redegiſſet, oppidum
à fundamentis diruit, pepercit templis, multitudinem omnem
Romam traduxit. In ea diruenda neque tumultus fuit neque
C pauor, qualis captarum vrbium eſſe ſolet: ſed inopinatum
malum animos Albanorum ſilentio defixerat, & in primis
obliuio quædam eorum quæ agenda eſſent, ſubierat ciuium
mentes: haud enim, quæ aſportanda, crederent, quæque re-
linquenda, in ſubito ſtupore expedire poterant. Pars domo-
rum poſtibus hærere, pars errabundi cum gemitu atria lu-
ſtrare; vt quæ ſciret haudmultò pòſt interitura: & iam equi-
tum clamor migrare iubentium inſtabat, exaudirique fragor
tectorum in ima parte vrbis procumbentium. Tum quiſque
pro ſe curribus & iumentis, quæ poterat, quæque ad ma-
nus fuêre, raptim extulit, & quum continenti penè agmine
abirent, publicam priuatamque fortunam miſerantes alius
alium cum lacrymis intuebatur. *Sabell. l. 4. Enn. 2.*

Fuſis ad Alliam Romanis, tanta vrbem inceſſerat pertur-
batio & ſtupor, vt ſi Galli ex acie veſtigiis inſtitiſſent fu-
gientium, haud dubiè Roma funditus euerſa fuiſſet. *Plut. in
Camillo.*

PERSEVS rex Macedonum prælio ſuperatus à Rom. præ
mœrore penè amens, in amiciſſimos ſæuiit. *Plut. in Æmilio.*

D SIVARDVS nuncio accepto de Regneri patris, Danorum
regis, ab Hella Britannorum rege ſerpentibus obiecti, morte,
ſtupore attonitus, dum cogitabundus hæret, haſtili, quod
manibus tenebat, pedem abſque vllo doloris ſenſu perfora-
uit. *Saxo lib. 9.*

IRA.

MALACHVS poëta Syracuſanus ira furens rationis vſum
amittebat, eratque tum præſtantior in carmine pangendo,
Gyraldus in Hiſt. poëtarum.

AMORE.

Obtutus eorum, qui in ætatis ſunt flore, mutuus & quod
emicat ex eorum oculis, ſiue id lumen, ſiue fluor ſit, eliquat
Amantes, & perdit cum voluptate dolore coniuncta, quam
illi *γλυκύπικρον* quaſi dulcem amaram vocant. Neq; enim con-
tactu vel auditu perinde vulnerantur & afficiuntur, vt cùm
aſpiciuntur & aſpiciunt. Namque adeò penetrat & inflam-
mat contuitus, vt ſemel rudes amorum ſint cenſendi illi, qui
Medicam naphtham, quòd ex interuallo ab igne incenda-
tur, admirantur. Quippe ſpecioſorum lumina, etiamſi ex E
ſpatio multum remoto mutuò amantes aſpiciant, flammam
tamen in amantium animis accendunt. *Plut. l. 5. Con. quæſt. 7.*

ALEXANDER Magnus, deuictis Perſis, vt memoriæ prodidit
Plutarchus, cùm captiuas ſpectaret ſpecie corporis magni-
tudineque præſtantes, iocans inquit: *ὡς εἰσὶν ἀλγηδόνες ὀμμά-
των αἱ Περσίδες*: cùm enim poſſet oculorum deſideria ſatiare,
noluit tamen parere libidini, temperanterque ſe admodum
in ea victoria geſſit. Apud Herodotum quoque in Terpſicho-
re Legati Perſarum, molles eneruatique viri, accepti magni-
ficè ab Amynta Macedonum rege, cùm quererentur, quòd
adductas in conuiuium mulieres, contraque ſe ſedentes, non
liceret attrectare, dixerunt. Præſtitiſſe ipſas primo non ve-
niſſe, quàm profectas eò, è regioneque ſedentes, oculorum
dolores ipſis gignere. *Euſtathius in tertium librum Iliadis*, cum
verba illa Homerica interpretaretur, *ὡς μοι γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ*:
dictum iſtud nimis grammaticè reprehendit, quòd nequeant
ægritudinem afferre oculis, quæ dulce deſiderium viſæ in-
ferunt. Plautus quoque Aſinaria eundem modum loquendi
vſurpauit, vbi induxit intemperantem perditumque patrem
cum amica Filij, inſpectante illo, accubantem, atque ipſum F
ita interrogantem: Nunquid nam tibi moleſtum eſt, mi gna-
te, ſi hæc nunc mecum accubat? Cui filius reſpondet: Pie-
tas pater oculis dolorem prohibet: quamquam ego iſtam
amo, poſſum equidem inducere animum, ne ægrè patiar,
quia tecum accubat. *Victorius l. 5 Var. Lect. cap. 5.*

GAVDIO.

Interfecto Caligula, cùm Claudius, qui ſeſe metu periculi
abdiderat, in angulo latens à militibus ad imperium rapere-
tur, præ gaudio ſimul & metu pedibus inſiſtere minimè va-
lens, ſublatus in humeros in caſtra deportatus fuit. *Ioſephus
lib. 19. cap. 2. Antiq.*

ADMIRATIONE.

Romam petentibus Gallis, fugientibus Veſtalibus, deorum
ſacerdotes, ſeneſque conſulares & triumphales, non ſuſti-
nuerunt vrbem relinquere: ſed quæ auguſtiſſima veſtis eſt
thenſas ducentibus triumphantibuſque ea veſtiti, & Pontifi-
ce maximo præeunte verba Fabio, deos precati, quaſi pro pa-
tria ſemetipſi deuouentes, in foro eburneis ſellis, cum eo G
conſederunt ornatu, quod ſors ferret expectantes. Brennus
Gallorum dux tertio pòſt die ad vrbem ſigna tulit. Ingreſſus
vrbem aperta porta Collina, relicto ad Capitolium præſi-
dio, per forum deſcendens ſubſtitit, miraculo virorum eo or-
natu & ſilentio conſidentium: quod nec aſſurgerent adue-
nientibus hoſtibus, neque vultum coloremue mutaſſent: ſed
ſoluti & intrepidi ſcipionibus, quos manu tenebant, innite-
rentur, & in ſe mutuò verſi, quieſcerent. Huius rei commoti
Galli miraculo ſunt, diuque cunctatio eos attrectandi acce-
dendique velut auguſtiores tenuit. *Plut. in Camillo, & Val. l. 3.
cap. 2.*

STVDIO.

MARACVS, vel Malachus, Syracoſanus, non niſi mente
alienatus verſus faciebat: vt non ſuo, ſed Dei cuiuſdam ore
loqui videretur. *Gyraldus in hiſt. Poët. ex Ariſtotele.*

MENTIS OBLIVIO.

Vt Perturbationis pediſſequa interdum atque nota exiſtit.

CAROLO VIII. poſt regnum Neapolitanum occupatum
in Galliam reuerſuro, Veneti cum Pontifice Alexandro VI.
Maximiliano Imp. & Lodouico Mediolanenſi principe fœ-
dus percuſſere tanto ſilentio, vt Philippus regis Gallorum H
legatus, Venetiis quotidie in curiam veniens, & à legatis re-
liquis appellatus, nihil tamen eius cognoſcere potuerit. Ita-
que poſtrie quo ſcripta lex eſt, in curiam vocatus à princi-
pe, fœdus percuſſum vbi intellexiſſet, & nomina fœdera-
torum cognouiſſet, mens penè hominem reliquit: tametſi
Princeps ei dixerat, ea quæ feciſſent, non propterea eſſe fa-
cta, vt bellum cuiquam inferrent, ſed vt, ſi inferretur, pro-
pulſarent. Demùm reuocato ad ſe pauliſper animo: Quid,
inquit, meus rex in Galliam reuerti non poterit? tum Prin-
ceps: Ille verò, inquit poterit, ſi redire amicus volet, nuſque
illum rebus omnibus iuuabimus. Quo reſponſo accepto diſ-
ceſſit: atque vbi curia egreſſus, in aream deſcendit, ad ſcri-
bam Senatus, qui eum comitabatur, conuerſus: Rogo te, in-
quit, Sodes, mihi eum ſermonem receuſeas, quem princeps
mecum habuit: nihil enim iam eius memini. *Bembus lib. 2.
Ven. hiſt.*

Educatio.

A

Educatio.

[illegible] INSTITVTIO.

PRO RECTA INSTITVTIONE.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EDVCATIO, Græcè ἀνατροφὴ dicitur. Venitque ab educo, quod significat enutrio, producto, vnde liberorum eductio, vel educatio dicitur. *Terent. in Andria: Eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo.* Nonnunquam educere est extraducere, & extrahere. *Virgilius, hoc dicens; eduxit corpore telum.* Aliquando ponitur pro erigere. *Virgil.*

Aramque sepulchri,
Congerere arboribus, cœloque educere certant.

Hoc loco vsurpamus pro recta institutione, quæ iuuentuti impenditur ad capessendas disciplinas politiores, moresque formandos.

EDVCATIONIS MODVS.

Mitiores & nimis indulgentes patres, filios suos vanissima quadam libertate perdunt, præposterè nimis licentiam hanc illis indulgentes. Vt enim terra prius ligone & aratro discinditur, quàm optimam messem & fructus vberes proferat: B Ita tenella & noua puerorum ingenia, primum ferro & fræno seueræ disciplinæ sunt informanda; aliter nimis dulci veneno, quasi prægustato lenitas illa parentum in filiorum licentiam, risus in luctum, solamen in discrimen; indulgentia in perniciem & ruinam miserrimè prolabetur, quippe ætas ista ceræ haud multum absimilis; ardore voluptatis facillimè liquescit, citissimisque passibus in malorum morum præcipitium quoddam & Auernum fertur, nisi currentium ceruicea disciplinæ fræno domitæ cohibeantur. *Ioannes Casus in Thes. œconomia, lib. 2. cap. 8.*

Si negligatur hæc cura infinita malorum monstra nascuntur in ciuitate: licentia morum, iactura rerum, familiarum ruina, sentina vitiorum omnium, denique malorum quasi gehenna: ne ergo hæc eueniant, parentibus maximè conuenit, hanc prouinciam & curam educationis suscipere. *Ibid.*

Horum omnium parentes & magistratus idcirco maximam curam habere debent, vt vnusquisque (pars reip. existens) rationem viuendi & teneat & reddat: hoc si fieret tanta ignauorum pompa, tanta inutilium ponderum multitudo, C tanta leuissimorum hominum turba non premeret ciuitatem, non rueret in perniciem, non toties ad furias dicerent, Heu nobis! pueri disciplinam non sensimus, viuendi artem non didicimus. O nos miseros! negligentia & indulgentia parentum hodie suspensi & suffocati sumus. *Ibid.*

BONÆ, AC PRAVÆ EDVCATIONIS EXEMPLA

Ex S. SCRIPTVRA.

De Abraham Patriarcha legimus, Deum hac ratione permotum, vt ei consilia sua manifestaret. Primùm, quod pater futurus esset numerosissimæ posteritatis, ex qua Messias nasceretur, per quem omnes gentes benedicendæ essent. Deinde quod præcepturus esset filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium & iustitiam. *Genes. cap. 18.* Ecce quantum præmium Deus præuisæ educationi rependat.

Audiens Iacob somnia Ioseph increpabat eum: ne contra se fratrum suorum inuidiam suscitaret. *Gen. 37.*

Negligentiam filiorum arguebat Iacob audiens, quod ali- D menta venderentur in Ægypto. *Gen. 42.*

Erat Moyses instructus in omni sapientia Ægyptiorum, ait *S. Stephan. Act. cap. 7.* quod confirmans Philo, ait, eum fuisse edoctum artes liberales, & quasuis alias.

Blasphemus in Eremo lapidatus fuit filius mulieris Israëlitidis, de viro Ægyptio generatus. Tales enim filij malè frequenter instruuntur. *Leuit. 24.*

Præcepit Dominus per Moysen, vt filij Israël docerent filios suos, ea quæ ipsi viderant. *Deut. 4.*

Contumax filius & proteruus, & parentum imperio obedire contemnens, præcipitur à Moyse per populum lapidari. *Deut. 21.*

Heli sacerdos malè corripuit filios suos, & ideo tam ipse, quàm illi sunt a Domino puniti. *1. Reg. 4.*

Samson & Samuël à puero abstinuerunt vino & sicera, atque consecrati sunt Nazaræi.

Adonias filius Hagith, malè fuit à patre suo Dauid correptus, & idcirco in superbiam elatus regnare voluit, sed tandem à fratre suo regnante fuit occisus. *3. Reg. 2.*

Appropinquans ad mortem DAVID, diligenter instruxit E Salomonem filium suum qui regnare debebat post eum. *3. Reg. 2.*

Tobias senior filium suum ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Deinde, cùm se citò crederet moriturum, piè & salubriter instruxit eum. Similiter fecit instante morte sua. *Tob. 1. 4. 5. 14.*

Parentes Saræ vxoris Tobiæ iunioris dimiserunt ire filiam suam cum viro suo, monentes eam, honorare soceros, diligere maritum suum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. *Tob. 10.*

Magna sollicitudine Iob liberorum suorum rectæ institutioni incumbebat, offerens holocausta per singulos dies, nè fortè peccassent. *Iob. cap. 1.*

Parentes Susannæ cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysis. *Dan. cap. 13.*

Mathathias appropinquans morti, filios suos instruxit salubriter, & contra impiorum insultus animauit. *1. Mac. 2.*

Mater mirabilis Septem filiorum, vno die omnes Domino immolauit, singulos pia voce adhortata, vt legem Domini vsque ad mortem sanctam, rectamque conseruarent. *Lib. 2. Mac. cap. 7.* F

Monet Apost. Paulus omnes parentes, maximè patres; vt filios suos educent, & erudiant in disciplina [*paideia* Græcè, quod etiam instructionem significat secundum Hieronym. & castigationem iuxta Chrysostom.] & correptione Domini. Græcè *nouthesia*, quod vertit Hieron. in admonitione. Significans maximum thesaurum quem parentes filiis relinquunt, esse rectam educationem. Hæc namque omnia reliqua illis dabit, opes, sapientiam, virtutem, vitam honestam in præsenti, & in futuro. Vnde Plato, hæreditatem filiis relinquendam dixit, quæ non grandinem, non vim, non ipsum denique Iouem extimescit.

HISTORICA.

Atheniensibus nihil æquè curæ erat, quam recta liberorum institutio. Vt à qua vitæ totius momenta & functiones dependent. Illi teste Xenophonte, sedulo procurant, ne prorsus eiusmodi ciues sint, qui praui alicuius, fœdive facinoris libidine ducantur. Atq; hoc huiusmodi quadam ratione procurant. Est apud eos forum, quod Liberum vocãt, in quo cum G regia, tum curiæ magistratuum cæteræ sunt exstructæ. Hinc & res venales, & nundinatores, & clamores horum ac insolentiæ alium in locum reiectæ sunt, ne horum turbulenta confusio cum decoro illorum ordine, qui sunt instituẽdi, permisceatur.

Forum hoc ad curias situm, quatuor in partes est diuisum. Earum prima pueris est attributa, puberibus altera, tertia plenam adeptis ætatem viris, quarta militares annos egressis. Et ex lege singuli suis in locis adsunt, pueri quidẽ & ætatis maturæ viri, primo diluculo: seniores verò vbi cuiq; commodũ est, extra statos dies, quibus oportet eos adesse. Pubertes etiam propter curias cũ armis gymnicis calibusve dormiunt, maritis exceptis, quorum præsentia nequidẽ requiritur, nisi denuntiatum fuerit, vt adsint: nec honestum, hos adesse sæpius, harũ partium cuiq; duodecim sunt præsides, quod Persarum natio totidem in tribus sit distincta. Præsunt autẽ pueris delecti quidam ex senioribus, qui eos effecturi quam optimos videantur. Ephebis item, de virorum ætatis integræ numero lecti quidam, qui hos reddituri optimos existimentur. Viris H etiam maturæ iam ætatis præficiũtur, qui tales reddituri putantur, vt potissimum sibi præscripta, & à magistratu summo imperata præstent. Ne senioribus quidem sui præfecti desunt, quippe quod his etiam qui præsint, deliguntur, vt & ipsi officium faciant. Ac nos etiam illa commemorabimus, quæ cuilibet ætati præstanda legũ ex præscripto sunt, vt quã cura studioque efficiant, quo ciues optimi sint, magis etiam pateant.

Pueri ergò magistrorum domos frequentando, in discendã iustitia versantur, vt aiunt, ad hoc se non aliter itare, atq; soleant apud nos qui literis operam daturi sunt. Horum autem præsides maximam diei partem iure dicendo conterunt. Nam & inter hos pueros nihilo sequius, ac inter viros, mutuę criminum accusationes existunt, furti, rapinæ, vis illatæ, doli, conuicij, & aliorum, quæ accusari solent. In illos autem, quos intelligunt talis alicuius iniuriæ reos, animaduertunt. Eos etiã plectunt, quos per iniuriam accusare comperiunt, iudiciũ verò dant de illo quoque crimine, propter quod sotet homines odia mutua potissimum existunt, cum postulationes in iudiciis de eo minimè fiant; nimirum de ingratitudine. Itaquẽ

ſi quem intellexerint gratiam non referre cum poſſit, in eum etiam valdè animaduertunt. Nam ingratos homines A maximè nulla Deorum cura, nulla parentum, patriæ, amicorum, adfici arbitrantur. Quin & impudentia potiſſimum ingratitudinem comitari creditur, quod hæc vna omnium eſſe maxima dux ad turpiſſima quæque videatur. Præterea pueros ad temperantiam commonefaciunt.

Plurimum verò ad hanc diſcendam confert, quod ipſos etiã ſeniores, toto die têperanter ac moderatè vitam agere vidẽt. Addunt præcepta de præſtãda magiſtratibus obediẽtia, quam ad rem multum confert, quod & ſeniores enixè vident magiſtratibus obtemperare. Docent eos & ventris ac potus abſtinentiam, nec parum ad hoc adfert adiumenti, tum quod ſeniores quoq; non prius ventris cauſa diſcedere vidẽt, quam ſuis à præſidibus dimittantur: tum etiam, quod apud matrẽ pueri non paſcantur, ſed apud magiſtrum, poſtquam id præſides eis ſignificant. Adferunt autem domo panes quidem ad cibum, naſturtium verò ad obſonium; itemque ampullam, vt ſi quis ſitiat, è præterfluente hauriat. Ad hæc arcum têdere, ſagittis & B iaculis ferire diſcunt. Exercent autem in his ſe pueri vſq; ad ſextum ſeptimúmve ac decimum ætatis annum, à quo iam tempore ad ephebos abeunt, qui hoc rurſum modo viuunt.

Decem annis, poſtquam è pueris exceſſerunt ad curias ſomnum capiunt, vt dictum eſt, cùm ciuitatis cuſtodiendæ, tum exercendæ têperantiæ gratia. Nam hæc potiſſimum ætas requirere curã videtur. Iidẽ interdiu quoq; magiſtratibus vtendos ſe maximè præbẽt, ſi qua in re ipſorũ opera publicè deſideretur. Ac ſiquidem vſus ita poſtulet, vniuerſi ad curias manent. Rex verò, cum venatũ exit, (& exit per mẽſem ſæpius) dimidiam cuſtodiæ partem educit. Quotquot autem exeunt, arcus habere iuxta pharetrã oportet, ac copidem in vagina, vel ſecurim. Præterea cratem, & haſtas binas, vt harũ alteram emittant: altera, ſi ſit opus, cominus vtantur. Cur verò publicæ venationi operam dẽt, in qua rex ducis officio perinde ac belli tempore fungitur, cũ & ipſe venetur, &, vt venentur alij curã adhibeat, hæc cauſa eſt: quod bellicarũ rerũ iſthæc exercitatio veriſſima videatur eſſe. Conſuefacit enim ad ſurgen C dum mane, & ad frigora calorêſq; perferendos, atq; etiam ad itinera & curſus exercet. Præterea ſagittis iaculiſq; feram petere neceſſe eſt, vbicunq; inciderit. Sæpè etiam acui animum in venatione oportet, obiiciẽte ſe robuſta & feroci aliqua beſtia. Nam quæ offerunt ſeſe beſtiæ, feriẽdæ ſunt: ab iis autem cauendum, quæ in venantem irruunt. Adeóq; non facilè quis reperiat, quidnam eorum, quæ bellum habet, à venatione abſit. Cum autem venatum exeunt, prandium ſecum ferunt, copioſius illud quidem, ceu par eſt, quam puerorum, alioqui tamen ſimile. Ac dum venantur haudquaquam prandẽt. Sin autem vel feræ cauſa præſtolari oporteat, vel cætero qui diutius immorari venationi libeat: illo prandio cœnæ tempore ſumpto, poſtridie rurſus ad cœnam vſque venantur. Itaq; biduum hunc vnum diem putant, propterea quod vnius diei cibum abſumant. Faciunt autem hoc conſueſcendi cauſa, vt ſi quid tale in bello etiam vſus poſtulet, præſtari ab eis poſſit. Quidquid verò qui hac ætate ſunt, venando ceperint, id eis in obſonium cedit: ſi captum nihil ſit, naſturtio veſcuntur. Quod ſi quis eos vel ingrato cibo veſci putat, cum naſturtium D ſoluni adhibent ad panem, veluti potu ingrato, cum aquam bibunt: is ad animum reuocet, quam ſuauis cibus ſit offa & panis, ſi edat eſuriens: quam ſuauis aqua, ſi bibat ſitiens.

Quæ autem domi manẽt tribus, eæ cum aliorum exercitiis, quæ pueri didicerunt occupãtur, tum ſagittando ac iaculãdo, in quibus ſanè perpetuæ inter eos contentiones exiſtunt. Etiã publica quædam horũ certamina ſunt, & in eis præmia propoſita. In quacunq; verò tribu quamplurimi peritia, fortitudine, obedientia præſtiterint, eius non modo præſes à ciuibus laudatur & honore adficitur: ſed etiam iis, qui eos, dum adhuc pueri eſſent, inſtituit. Atque horum domi manentium ephebórum opera magiſtratus vtuntur, ſi quo præſidio cuſtodiáve ſit opus, aut ſi veſtigandi ſint malefici, vel intercipiẽdi latrones, vel ad aliud quidpiam eorum, quæcunque virium aut celeritatis opera ſunt. Hæc igitur agunt Ephebi, ac poſtquã annos illos decem exegerunt, ad viros ætatis plenæ tranſeunt.

A quo autem tempore ex ephebis exceſſerunt, viginti & quinque annis huiuſmodi vitam agunt. Primum perinde ac Ephebi ſe magiſtratibus exhibẽt, ſi qua in parte ipſorũ opera publicè ſit opus ad ea, quæ curant iam intelligentia præditi, & viribus adhuc integri. Quod ſi eundũ ſit in militiam, non iam hoc modo inſtituti vel arcus in expeditione geſtant, vel tragulas: ſed arma, quibus apud Græcos inde nomen eſt, quod E eis cominus pugnetur: circum pectora thoracem, cratémque talem manu ſiniſtra, cum quali Perſæ pinguntur: dextra verò ſicam, vel copidem. Omnes autem magiſtratus ex his conſtituuntur, exceptis puerorum magiſtris. Hos annos quinque ac viginti poſtquam exegerunt, iam quinquageſimum ætatis annum, ab ortu ſcilicet, iſti exceſſerint. Itaque tunc eorum in numerum abeunt, qui & ſunt & appellantur ſeniores.

Hi verò non amplius extra ſolum patrium militatum eunt, ſed domi manent, omniaque tam publica iudicia, quam priuata exercent. Etiam capitis ſupplicia decernunt, ac magiſtratus omnes legunt. Si qui autem vel inter Ephebos vel eos qui plenæ ſunt virilis ætatis, in eorum aliquo deliquerint, quæ legibus conſtituta ſunt: eorum vnumquemque ad tribuum præſides deferunt, & aliorum quiſpiam, qui velit. Seniores verò re cognita eum loco mouent. Motus autem ordine per omnem deinde vitam infamis manet. Vt verò plenius vniuerſa Perſarum reipublicæ ratio declaretur, ad ſuperiora F paullum reuertor. Nam propter illa, quæ antehac à nobis dicta ſunt, quam pauciſſimis nunc declarari poterit.

Perſarum ad centum & viginti millia feruntur eſſe. Horum nemo lege ab honoribus & magiſtratibus arcetur, ſed cuiuis Perſæ liberos ſuos ad ſcholas iuſtitiæ publicas mittere licet. Mittunt vero, qui alere liberos ſuos in otio poſſunt: qui non poſſunt, non mittunt. Apud Magiſtros autem publicos inſtitutis licet inter Ephebos adoleſcere, quod illis aut fas eſt, qui huius inſtitutionis curſum non tenuerũt. Iam quotquot inter Ephebos ea quæ præſcripta legibus ſunt, plenè præſtiterunt iis permiſſum eſt, illorum contubernio, qui virilem ætatem plenam adſecuti ſunt, adgregari, ac magiſtratuũ honorumq; participes fieri. Qui verò vel inter pueros, vel Ephebos tẽpus ſuum non exegerunt, nec in virorũ ætatis integræ claſſe admittuntur. Inter viros autem conſtantis ætatis, qui perpetuò ſine culpâ vixêre, ſeniorem in ordinẽ cooptantur. Atq; ita inter hos ſeniores alleguntur ij, qui omnes iter honeſti confecerunt. Hæc conſtitutæ rei apud Perſas publicæ ratio eſt, quã ſi ſequantur, lõgè ſe arbitrantur eſſe optimos. Extat autẽ hoc G quoq; tempore teſtimonium tam moderationis eorum in victu, quam laboris in victu dirigẽdo. Quippe nunc etiam apud Perſas non ſolũ exſpuere palam & emungi & flatus refertos videri turpe ducitur: ſed etiam vel excernendi lotij: vel alterius eiuſmodi rei gratia ſecedentem aliquo conſpici. Non poſſent autem hæc facere, niſi & victu modico vterentur, & humorem ita labore digerendo conſumerent, vt is alia via quapiam excerneretur. Et hæc quidem habemus, quæ Perſas ad omnes ſpectantia proferamus, *lib. 1. Cyrop. cap. 3. & ſeqq.*

Extat Epiſtola Theani Græci ad Eupolam, in qua illam inſtruit, qua ratione filij ſint educãdi. Scribit autem: audio te delicatam, & luxurioſam quandam rationẽ in educãdis liberis tenere. Ad officium verò matris pertinet, non vt ad voluptatem ſuos liberos aſſuefaciat; ſed vt ad temperantiam modeſtiámq; inſtituat. Vide igitur ne non amantis, ſed adulatricis partes agas. Nam educata ſimul cum pueris voluptas, intemperantes & prodigos reddit. Quid enim adoleſcentibus ſuauius aut iucundius, conſueta voluptate? Quamobrem amica H prouidendum eſt ſummopere, ne educationem liberorum in ſeductionem euertas. Seductio verò & peruerſio naturæ eſt cum ad voluptatis amorem animi, corpora ad libidinem trãſferũtur, & hæc laborem fugiũt, illi mollitiem amplectuntur. Sunt autẽ exercendi ad hæc dura & formidabilia liberi, vt cũ dolor ſit perpetiendus aut ſubeundus labor, ne his affectibus, quaſi ſerui ſubiiciantur, & in voluptatib. libidinoſi, & à laboribus abhorrẽtes, ſed vt omnibus virtutẽ & honeſtatẽ anteponant, atq; ab illis abſtineãt, in his verò permaneãt, neq; in victu guloſi & voraces, neq; in voluptatibus ſumptuoſi, & in nimiis luſibus prodigi ſunt efficiendi, neq; quidlibet loquẽdi & omnis ſtudij poteſtas eis eſt permittẽda. Præterea delatum eſt mihi te metuere ſi fleant & ad riſum eos traducere conari, etiamſi nutricem percutiant, aut te perperam ridere dicant, & in æſtate refrigeratione, in hyeme æſtu fouere, multiſq; deliciis, quarum inopes & egeni pueri nullas experiuntur & aluntur minori negotio, neq; verò minus creſcunt, ſed habent ſe longè meliùs. Tu verò quaſi Sardanapali poſteritatem liberos nutris, & maſculorum vigorem, voluptatibus frangis.

Legimus Mulieres quaſdam puerorũ inſtitutioni adhibuiſſe ſolertiam, vt Teſſerulis litterarum notas eos edocerent, aut

plumbeas

A plumbeis numiſmatibus elementorum ſigna referentibus, vt nempe exigentibus matribus Teſſeta vel nummum, illo nomine aut charactere inſignitum, ſimul litterarum numerum, nomenque ediſcerent. Quomodo inſtructus dicitur filius Principis cuiuſdā ingenij obtuſi adoleſcens, cū namque elementa prima litterarū ediſcere nulla ratione poſſet, tot ei miniſtros honoratios quibuſcum luderet, adhibuerunt, quot eſſent litteræ, ac eorum cuilibet nomen litteræ impoſuerunt, vt hac via in illarū cognitionem deueniret. *Camer. in horis ſucciſ.*

Apud Athenienſes ſolenne iterum extitiſſe narrat *Critias in Timæo*, diebus feſtis, vt pueri propoſitis præmiis ad certamina memoriæ inuitarentur.

Gloriabatur Peleus, quod Achillem filium haberet, qui ſe præcelleret, vt cui Chironem & Phœnicem præceptores magnis præmiis adhibuerat: ad laudem ſuam accedere arbitratus quidquid ex filij recta inſtitutione virtutis actum eſſet. Idem etiam refertur de Philippo Rege, qui Alexandrum Ariſtoteli ſuppoſuit. Homerus inducit Vlyſſem coram filio præclara narrantem, vt ad paternas virtutes redderetur alacrior.

Cicero ita nonnunquam ad filium loquitur, vt nihil B magis deſiderare ſignificet, quam litteris ab eo ſi fieri poſſit, ſuperari.

Idem Cicero ad Leptam ſcribebat *epiſt. 18. l. 6. epiſt.* hortabaturque vt puer eius etiam Lepta nomine, ſtudiis bonarum artium incumberet, ac virtuti imprimis inſudaret, Heſiodumque ediſceret, atque illud ſemper in ore haberet, quod Heſiodus aſſerit, Deos ſudore ad virtutem iter diſpoſuiſſe, initio arduum ac difficile, mox dulce & lene.

Quanta cura S. Elzearivs Comes Ariani laborarit, vt famulos ſuos rectè inſtitueret, colligi poteſt ex formula regiminis quam familiæ ſuæ præſcripſit, quæ habetur *c. 18. vitæ eius*. Primo conſtituit, vt omnes quotidie S. Miſſæ Sacrificio intereſſent. II. vt viuerent caſtè & purè, alias domo exturbandi. III. vt omnes ſemel in hebdomada confiterentur, & in menſe communicarent. IV. vt matronæ & virgines manè operib. pietatis à meridie manualib. vacarent. V. Nemo præſumeret vllam eloqui blaſphemiam, aut ſcurrilitatem. VI. Nemo luderet aleis aut Luſum vetitum. VII. Paci & concordiæ omnes ex æquo ſua ſtudia conferrent. VIII. vt quotidie C ſe præſente collatio fieret de rebus piis & religioſis.

Thomas Morus Angliæ Cancellarius ita liberos ſuos & domeſticos inſtituebat, vt de ipſius domo teſtetur Eraſmus. Illi vel maximè familiaris, Domus Mori ſchola eſt & Gymnaſiū Chriſtianæ Religionis. *Refert Thomas Stap. & in vita eius.*

Referri huc poterunt nonnulla ex loco de Catechiſmo, atque ea ſubiunctis Apophthegmatibus pleraque.

☞ *Vide Locum de Alphabeto.*

Apophthegmata Ethnicorvm.

Socrates dicebat optimè natis, ingenuiſque potiſſimum adhibendam rectam inſtitutionem. Idem enim in his vſu venire quod in equis, in quibus qui feroces ſunt ac generoſæ indolis, ſi ſtatim à primis annis rectè inſtituantur, egregij & ad omnem vſum accommodi euadunt: ſin minus, efferati, intractabiles, & ad nihil vtiles. Eoque fit, vt feliciſſima quæque ingenia corrumpantur inſcitia inſtituentium, qui ma equos vertunt in aſinos: quod erectis ac liberis imperare neſciant. *Eraſ. 3. Apoph.*

Idem dicebat, Muliebrem ſexum virili non minus eſſe D docilem & ad diſciplinas, & ad omnem virtutem, etiam fortitudinem, (quæ tanquam viris propria, Græcis a viro dicitur, *ἀνδρεία*) ſi diligenter inſtituatur. Id collegit ex puella ſaltatricula quæ inducta in conuiuiū mira arte trochos duodecim in altū proiectos excipiebat, ita tēperato altitudinis ſpatio, numeriſque pedum, vt nunquam falleret: eademque inter acutiſſimos gladios, non ſine horrore ſpectantium, impauida ſaltaret. *Ibid.*

Idem interrogatus etiam quam ob rem ipſe non adminiſtraret Rempublicam quum adminiſtrandi rationem optime ſciret: reſpondit, Eum vtiliorem eſſe ciuitati, qui multos efficeret idoneos gubernandæ Reip. quā qui ipſe rectè gubernaret.

Idem adhortabatur iuuenes, vt ſe ſubinde ad ſpeculum conuerterent: quod ſi eſſent egregia corporis forma, cauerent ne quid ea indignum committerent: ſin minus, quod corpori deeſſet, ingenij cultu morumque honeſtate penſarent. Adeo vir ille vndecunque rapiebat occaſionem ad virtutis ſtudium adhortandi. *ex Laertio.*

Puer Quidam apud Platonem educatus, quum ad parentem ex interuallo rediiſſet, eumque vidiſſet effuſius ridentem, admiratus dixit. Se tale nihil vnquam apud Platonem vidiſſe. Tanti res eſt, iam inde à teneris virtuti aſſueſcere. *Eraſm.* E *lib. 6. Apoph.*

Aristoteles Stagirita aiebat, parentes qui rectè liberos ſuos inſtituiſſent, multo honorabiliores eſſe iis, qui tantum genuiſſent: quod ab his contigiſſet viuere, ab illis bene viuere. *Laert. lib. 5. capite primo.*

Aristippvs percontanti, quæ potiſſimum adoleſcentibus eſſent addiſcenda? Quæ viris, inquit, vſui futura ſunt. Hoc dictum & aliis adſcribitur. Optima ſtatim diſcenda ſunt; nec eudis ætas, quæ maximè docilis eſt, ſuperuacaneis eſt occupanda. *Laert. l. 2. c. 8.*

Pericles Athenienſis dicebat, non oportere in vrbe nutriri leonem: ſi autem ſit alitus, obſequi ei conuenire. Monuit autem vt præcipuæ nobilitatis & concitati ingenij iuuenes refrenentur, nimio vero fauore ac profuſa indulgentia paſti, quo minus potentiam obtineant, ne impediantur. Quod ſtultum ſit & inutile, eas obtrectare vires, quas ipſe foueris. Eſt autem hoc de Alcibiade dictum, vt refert Ariſtophanes, & *Plutarch. in eius vita, & Valer. Max. l. 7. 1.*

Procivs filium habebat intemperantem, gallis gallinaceis, coturnicibus, catellis, & equis alendis indulgentem, F quem pater adeò non increpabat, vt vna cum illo potius laſciuiret. Quo nomine cum ab amicis obiurgaretur, Citius, inquit, deſinet, cum ſenibus colludens, quam cum æqualibus. *Phil. in Soph. & Volat. l. 18. comment.*

Quidam cum Ariſtippo agebat, vt filium ſuum ſuſciperet erudiendum, ſed quum Philoſophus pro mercede peteret quingentas drachmas, ille deterritus magnitudine pretij, Minoris, inquit, emerem mancipium. At hic, inquit, habebis duo: Lepide taxauit vulgi iudicium, qui nuſquam parcior eſt quam rectè inſtituendis liberis, pluresque ſumptus impendit, curandis equis quam filiis. *Ibid.*

Diogenes, quum captus venderetur in Creta, præconi roganti quid ſciret, & quo titulo eum commendaret emptori? Dic, inquit, te vendere hominem, qui ſciat imperare liberis. Quidam Xeniades Corinthius admiratus præconij nouitatem, adiit Diogenem, percontatus num ſciret quod profiteretur: vbi & ſermone hominis comperit eſſe ſapientem ac doctum, mercatus duxit domum, eique ſuos liberos erudien- G dos tradidit, quos ille ſuſceptos liberaliter inſtituit, primumque tradidit artes liberales, mox docuit equitare, arcum tendere, fundam rotare, iaculari telum. In palæſtra vero non permittebat vt pædotribæ illos grauioribus laboribus in morem athletarum exercerent, ſed hactenus, quantum ad robur, bonamque corporis valetudinem conduceret. Curauit etiam, vt ex poëtis aliiſque ſcriptoribus optima quæque addiſcerent. Quod ea modo ſciamus, quæ memoria tenemus. Breuiter totius Philoſophiæ ſummam illis redegit in compendium, quo & citius perciperent, & fidelius memoria complecterentur. Eoſdem inſtituit domi miniſtrare parentibus, cibo leui vilique & aquæ potu contentos eſſe: cumque ceteri cæſariem alant ad formæ commendationem, ille iuſſit illis radere comam, & ſi quando prodeundum eſſet in publicum, incomptos producebat abſque tunicis incalceatos ac tacitos. Quin & ad venatum illos inſtituebat, Lacedæmonios imitatus. His rebus factum eſt, vt à pueris obſeruaretur, perque illos parenti commendaretur. Alij narrant, præconem Diogenis iuſſu ita prædicaſſe, Eſtne quiſpiam H qui velit emere Dominum? *Laert. l. 6.*

Lycvrgvs Qui Lacedæmoniis leges condidit, quum conaretur ciues ſuos à moribus præſentibus ad temperatiorem viuendi rationem traducere, eoſque virtutis & honeſti ſtudioſos reddere (nam erant corrupti deliciis) duos educauit catulos, eodem patre eademque matre progenitos: quorum alterum paſſus eſt domi lautioribus veſci cibis, alterum eductum venatibus exercuit. Dein quum ambos produxiſſet in forum apud multitudinem, poſuit illic ſpinas, ſimul & eſcas aliquas delicatiores: mox emiſit leporem, quum vterque caperetur ad aſſueta, alter ad eſcas, alter leporem inuaderet: An non videtis, inquit, ciues, duos catulos, quum eiuſdem ſint generis, tamen ob diuerſam educationem admodum diſſimiles inter ſe euaſiſſe, pluſque ad honeſtatem momenti habere exercitationem quàm naturam: Proinde de bonis quidem, & ciues, nobilitas, quam miratur vulgus hominum, ductumque ab Hercule genus profuerit, niſi ea geſſeritis, per quæ ille mortalium omnium clariſſimus ac generoſiſſimus

extitit, ac per omnem vitam quæ honeſta ſunt & diſcamus A & exerceamus. Reperit vir ingenioſus viam qua multitudini Philoſophicis rationibus non ſatis idoneæ, virtutis imaginem ob oculos poneret, magis enim mouent, ac penetrant animos quæ cernuntur, quam quæ audiuntur. Res quidem efficax eſt natura, ſed potentior eſt inſtitutio quæ malam naturam corrigit, & vertit in bonam. Quales naſcuntur liberi, nulli in manu eſt: at vt recta inſtitutione euadant boni, noſtræ poteſtatis eſt. *Ex Plut. in Lac. & Bruſ. l.2. c.38.*

Idem obiicientibus, quod eloquentiæ ſtudiu rhetoribus daret mercedem. Si quis, inquit, profiteatur ſe filios meos mihi redditurum meliores, non mille drachmas, ſed omnium facultatum dimidium effunderem. Plurimum ab hominum vulgo diſcrepans, qui periiſſe exiſtimant, quod liberis inſtituendis impenditur. *Lib.8. Apoph.*

Eteoclis, poſt Agin bello ſuperatum Antipatro poſtulanti obſides pueros quinquaginta Eteocles, qui cum Ephorum agebat, reſpondit: Se pueros non daturum, ne ſi licenter vixiſſent, fierent indociles patriæ diſciplinæ, itaque ne ciues quidem eiſent: cæterum ſenes ac mulieres ſe duplo numero B daturum. Verum Antipatro dira minitanti, ni acciperet poſtulata, populus vna voce reſpondit: Si imperas acerbiora morte, facilius moriemur. Hunc animum in vno alterove ciuium reperire, fortaſſe non ita magni miraculi eſſe videatur; in vniuerſo populo tantum eſſe conſenſum, prodigioſum eſt. Hoc exemplo ſimul admonemur: quanta ſolicitudo debeatur ætati teneræ ad probitatem educandæ, quando licenter educatos iuuenes illi non putarunt habendos pro ciuibus: perinde quaſi mater abdicat filium ex ſe natum, niſi probitate morum maioribus ſuis reſpondeat. *Plut. in Lacon.*

Agasiclas, cuidam dicenti admirari ſeſe quod eum eſſet auidus diſcendi, non adiungeret ſibi Philophanem, ſophiſtam, eo tempore clariſſimum: reſpondit prudenter, Eorum ſe velle diſcipulum eſſe, quorum ſimul eſſet filius. Significans, non minus intereſſe quos nactus ſis parentes, quam quos aſciſcas, vt bonis moribus formeris. *Plut.*

Agasilavs rogabat quendam, in quibus præcipuè rebus pueri inſtitui deberent. Iis, inquit, rebus, quibus vſuri ſunt cum ad virilem peruenerint ætatem. Rectè cenſuit, non friC uolis artibus inſtituendos liberos, quæ nec grandibus decori eſſent futuræ, nec ad ſeria vocatis vtiles. *Plut. in Lacon.*

Leotychidas interrogatus, quid potiſſimum oporteret ingenuos pueros diſcere? Quæ illis, inquit, vbi ad virilem ætatem peruenerint, vſui ſunt futura.

Leonidas cum proficiſceretur in bellum contra Perſas, vxori Gorgoni roganti, ſi quid ipſi mandaret? nihil, inquit, aliud tibi mando, quam vt nubas, & bonos filios parias. *Plut. in Lac. Apoph.*

Hippomachvs, cum aliquando videret adoleſcentes, quos exercebat, è foro carnes afferentes, dicebat, ſe procul agnoſcere ſuos eſſe diſcipulos: quod inſtitutio relucerat in omnibus dictis ac factis hominis. *Ex Plut.*

Cum Mulier quædam tunica de texto quodam ſuo, vt pretioſo gloriaretur, Lacæna Oſtenſis quatuor filiis quos habebat, moribus compoſitiſſimis, huiuſmodi inquit, eſſe honeſti probæque mulieris opera, deque his tollere animos, & gloriari. Tunes operoſis texturis vacant, quæ varia picturarum habent argumenta. At Spartana docuit, nullū opus eſſe præclarius; quā ſi filios honeſtis moribus inſtituat, his enim melius ornari patriam, quam aulæis aut veſtibus. *Plut. in apoph. Lac.*

D Themistocles quoniam adoleſcens, feroci mutabilique ingenio videbatur, mirantib. mutatos mores dicere ſolebat, aſperos & indomitos pullos in optimos equos euadere, ſi quis illis adhibeat diſciplinā rectāque inſtitutionē. *Pl. in eius vita.*

Themiſtocli Pædagogus dicere ſolebat, nihil mediocre futurus es ô puer: nam aut magnum bonum eris Reip. aut magnum malum. Generoſa indoles, ſi accedat recta inſtitutio, magno bono eſt patriæ: ſin ad vitia degeneret ingens adfert malum. *Plut. in Themiſtocli.*

Demetrivs Phalereus, adoleſcentum faſtuoſorum ſublimitatem dicebat in educatione amputandam eſſe: ſed relinquendam ebrietatem, docuit vir ſapientiſſimus, hæc ingenia non eſſe deſperanda: ſed quod redundat, in inſtitutione recidendum eſſe. *Laert. l.6. c.5.*

Alexander etiamnum adoleſcens videns patrem Philippum equum præferocem, nec vllum ſeſſorem tergo patientem, velut inutilem abjectum ire, qualem inquit, equum iſti perdunt, dum illo per imperitiam ac mollitiem vti neſciunt; eumque mira arte ſine verberibus tractaſſet equum, tandem E conſcenſum ad deorſum admiſiſſet, tunc calcibus vſus eſt: ac molliter flexis, habenis cùm equum reduxiſſet, deſcendentis caput exoſculatus pater: Aliud, inquit: ô fili, tibi regnum quære, quando iam te non capit Macedonia. Præſagiit vir prudens, tam excelſæ indoli non ſoffecturam paternam ditionem. Sed equos ille nos admonet, multa benè nata ingenia perire vitio inſtituentium, qui feri neſciunt imperare niſi ex equis generoſis reddiderint aſinos. *Ex vita Alex. apud Pl.*

Cornelia Gracchi mater, cum Campana, mulier illius hoſpitio vtens, ornamenta ſua, quibus illud ſæculum nihil habebat pulchrius, ipſi oſtenderet: traxit eam ſermone, donec liberi redirent è ſchola, tum, & hæc (inquit) ornamenta mea ſunt: ſentiens matronæ nihil eſſe pulchrius neque pretioſius, quam liberos rectè educatos. *Ex Plut.*

Quidam accuſatus quod patrem pulſaſſet, hoc modo defendit impium facinus: & ille, inquit, patrem ſuum verberauit, & hic (oſtenſo filio) me verberabit, poſteaquam adoleuerit, adeò nobis hoc gentilitium eſt, videmus hoc ferè vulgò euenire, vt qualis quiſque fuerit in parentes, tales F expetiatur in ſe liberos. *lib.8. Apoph. Plut.*

Quidam cum à filio pertraheretur, ventumque eſſet ad domus Limen, deſine (inquit) fili: nam & ego patrem huc vſque: agnouit ſe commeruiſſe, qui ſic à filio tractaretur: tantum poſtulauit, vt eſſet æqua reuelatio. *Eraſm. ibid.*

Diogenes reprehendebat homines, quod lucta alij, alij ludis ſemet ſedulo exercerent, nullos autem in hoc incumbere, vt probi & honeſti reddantur. *Laert. lib.6.*

Idem dicebat, plurimos inſanire præter digitum. Nam ſi quis aſſiduè medium digitum intendat vice indicis, vulgò habetur inſanus: ſi quis indicē ſanus habetur. At plurimi ſunt homines qui grauius inſaniunt in rebus ſeriis, ô quam ſi digitum pro digito porrigant, & tamen hi vulgò non habentur inſani. Quemadmodum & hodie parentes in liberis pro graui peccato caſtigant, ſi læua pro ſiniſtra vtantur: atqui non itidem caſtigant eos cum turpia pro honeſtis eligunt. *Ibidem.*

Idem multis verbis in inertiam & inſcitiam Megarenſium, pecora ſolliciti curantium, iuuentutem minimè (vt quæ ibi luxu & otio diffluerct) inuehebatur: dicebatque ſe Megarenſis G alicuius arietem eſſe malle, quam filium. *Æl.l.12. de var. hiſt.*

Cum Athenis Quidam Romanus Senator filium ad Demonactem adduxiſſet, eleganti forma, veſtitu delicato, ac deliciis effœminatum, diceretque, ſalutat te ô Demonax, filius meus. Pulcher eſt, inquit Demonax, & te dignus, & matri non abſimilis, vtrumque poterat dici in laudem, nunc patrem notaui ex filij moribus, & matri ſimilem dixit mollem & euiratum deliciis. *lib.8. apoph.*

CHRISTIANORVM.

S. Placidvs quinquennis traditus S. Benedicto efformandus à puero vitæ monaſticæ ſe aſſuefecit, factuſque eſt illuſtris Religioſus & Martyr.

S. Nicolavs à puero ieiunabat feria quarta & ſexta.

S. Pavlvs primus Eremita, S. Antonius & S. Hilarion anno 15. ætatis, relictis omnibus, Eremum & vitam auſteram inierunt.

S. Benedictvs pueros paſſim ad ſuum ordinem recipiebat. Vt à teneris aſſueſcerent auſteritati, & monaſticæ diſciplinæ. Ita olim tenelli pueri & virgunculæ à parentibus educabantur ad tormenta & martyria: vti S. Felicitas ſeptem filios educauit, & perduxit ad martyrium, teſte *Gregor. Hom.3. in Euang.* H

Quin & annis præcedentibus audiuimus, in Iaponia plures pueros pro Chriſti fide conſtanter martyrium obiiſſe, quos parentes ad hoc educauerant & inſtigauerant. Exſtat Catalogus & effigies puerorum martyrum ac crucifixorum.

Ita fecit Heroina illa, quæ ſub Dunaan tyranno duas filiolas ſuas piè edocando, conſecrauit & virginitati & martyrio, de quibus *Proc. & ex eo Baron. tom.7. an. Chriſti 522. pag.91.*

Sic & altera Matrona ſub eodem tyranno, quæ filiū ſuum à lacte educauit ad martyrium: cum enim Dunaan in Nagran Arabiæ ciuitate Chriſtianos perſequeretur, illa ſe, & filiorum quinquennem Martyrum ſanguine perungebat: quare à tyrāno damnata fuit, & rapta ad ignem; & ecce filiolus eius matrē raptā deflens, à Dunaan rogatus, an ſecū in regno, an cum matre in rogo eſſe vellet: reſpondit; Cum matre eſſe volo vt ipſa me quoquè aſſumat ad martyrium: ad hoc enim ipſa me ſæpe hortata eſt. Cumque Dunaan ex eo quæreret. Quid eſt

martyrium?

martyrium; reſpondit puer: Pro Chriſto mori, & rurſum A viuere; Dunaan rurſus. Quis eſt Chriſtus? Veni inquit puer, ad Eccleſiam, & eum tibi oſtendam. Rurſus Dunaan ei blandiebatur: cui puer, Apage, inquit, Iudæe, non te, ſed matrem quæro, cúmque vidiſſet matrem iniici in ignem, momordit Dunaan tyrannum in femore, & curſu contendit ad matrem, atque inſiliit in fornacem, matrémque amplexus, factus eſt cum ipſa hæres martyrij.

☞ *Vide Baronium ſupra, pag.93. idipſum fuſius narrantem.*

S.Edmvndi Archiepiſcopi Cantuarienſis mater cum eum puerum Pariſios ad ſtudia mitteret duo ei cilicia dedit, iuſſitque vt bis vel ter in hebdomade illa geſtaret; ac deinde ſæpiùs alia & alia illi ſubmiſit; tum vt iis iuuenilem ardorem & libidinem edomaret, tum vt cruci aſſueſceret. Vnde ipſe matris conſilia ſecurus ciliciis loricam addidit, iiſque mirè corpus afflixit, vt patet ex eius vita cap.9.

Plura Sanctorum & Martyrum qui à puero cœperunt exẽpla, vide in *Speculo iuuentutis*, quod nuper edidit *Bern. Dorhof.*

B Lvdovicvs Rex Franc. priuſquam ſe quieti componeret, vocatis filiis, facta dictáque Principum proponebat; tam eorum qui laudabilem vitam duxerant, quàm qui nefariam, monebátque; Illorum exempla animis veſtris inculcate: vt & meliores euadere, & ab omni flagitio, prouectiores effecti abſtinere valeatis. Significabat enim in iis potiſſimùm inſtituendos adoleſcentes, quibus vſuri ſunt, cùm ad virilem peruenerint ætatem. *Ionuil. in eius vita, c.87. Beyerlink in Apoph.*

Idem. Vt erat pietate & modeſtia eximiùs, cuicumque ſe operi daret, ſalutiferæ crucis ſigno frontem, pectúſque & os præmunire ſolitus. Dicebat enim: Ita me mater puerum inſtruxit. *Ibidem.*

S.Anselmvs. Egregius morum vitæque inſtitutor, qui intelligens cœnobij cuiuſdam Præpoſitum duriùs cum iis agere, qui ſe religioni eiúſq; obedientiæ deuouerant, eóſq; deteriores indies euadere; Quàm benè, inquiebat, nutrimentũ expenditis, qui de hominibus beſtias nutriuiſtis? *Surius in vita. Edinerus & alij.* Eiuſdem etiam paterna illa vox, dum libe-C rorũ educatione interpellaretur: Cupitis, inquit, pueros optimis ornari moribus necesse eſt, vt cum ſeueritate diſciplinæ, paternæ pietatis & manſuetudinis leuamen eis impendatis, *ib.*

Quid verò Gisbertus Duuenordius? Erat vir genere & religione nobilis, cui cùm agyrta quidam ſtigmaticus, magiſtri ſui proponeret ſequenda veſtigia; Quid ais, inquiebat, ſodes? non eſt quòd méque téque fatiges; quæ enim puer imbui, ſenior reſpuam? Sanè,

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu.

P.Opmerus in Mart.Holl.manuſc. Beyerlink ſuprà.

☞ *Exempla recta educationis & Inſtitutionis filiorum, quære in loco de Parentibus: Titulo de Parentum erga liberos officio. Item ex loco de Filiis Tit. Quomodo inſtituendi.*

Educatio pro nutritione.

*EDVCATI A BESTIIS;

Earúmve miniſterio.

Homines à beſtiis educatos & enutritos; non eſt inſolitum D hiſtoriis cùm Ethnicorum, tum Chriſtianorum.

Ferunt enim Cyrũ Mandanæ filium à cane fuiſſe enutritũ.

Telephum, Agane & Herculis filium, ab equa.

Alexandrum Alopes Priamique filium ab vrſa educatum perhibent, Ægiſtum verò Thieſtæ & Pelopiæ filium, à capra.

Romulum & Remum, à Lupa. *Ita Ælian. de var. hiſtor.*

Cæterùm in ☞ *Tit. de Agilitate*, miras & recentes hiſtorias adduximus eorum, qui inter beſtias educati, ac cum iiſdem conuerſati, mores quoque, & naturales propenſiones earum induerunt. Quas Lector ad hunc locum poterit referre. Quibus adiicimus ſequentia.

In vita S. Pauli primi Eremitæ, & à quo Eremus habitari cœpta; ſecundum *S. Hieronymum ad Euſtoch. de ſeruanda virg.* legimus, quomodo declinandæ perſecutionis Decij cauſa, Deóque liberius inſeruiendi, in eremi ſe ſpeluncam contulerit, vbi palmæ ei victum & veſtitum præbente, vixit ad centeſimum decimum tertium ætatis annum. Coruus autem ad eum quotidie venit qui illi dimidium panem attulit. Cùm verò Dei inſtinctu Antonius, quem Eremi illuſtratorem appellat ſupra idem Hieron. etiam nonagenarius, eum inuiſeret: Ecce coruus, dum inter ſe colloquuntur, & inuicem propriis nominibus, cum ſe antea non noſſent, compellant; qui antea ſemper Paulo panem dimidiatum tulerat, integrum detulit. Poſt cuius diſceſſum: Ea, inquit, Paulus, Dominus nobis prandium miſit, verè pius, verè miſericors. Sexaginta iam E anni ſunt, cum accipio quotidie dimidij panis fragmentum, nunc aduentu tuo militibus ſuis Chriſtus duplicauit annonam. *Ex vita ipſius apud Hieron. Breuiar. Rom.*

De S. Ægidio Abbate memorat *Sur. ex M.S. codicib.* quod cũ ſolitariæ vitæ deſiderio, interiorẽ Eremũ penetraſſet non longè à Rhodani fluuij in mare decurſu, antrúmq; arboribus obſitũ, & ſolis ferarum luſtris frequentatũ ſubiiſſet, vbi herbarũ radices cibum, aqua vero potum ſuppeditabat. Ceruа quædã ſtatis horis ſuorũ ei vberũ poteſtatẽ fecerit, lactiſq; alimoniã largè præſtiterit. Quæ triēnio exacto, in præfato viri ſacti miniſterio, dũ à regiis canibus qui ſaltũ cũ venatoribus ingreſſi vrgeretur, in fugã ſe cõiiciens, notã ſpeluncã repetebat; & Deum pro nutricis ſuæ ſalute orante viro ſancto; ſeruata fuit. Anno 1595. aduentus fuit Lutetiã Pariſiorũ homo Quidam vltimæ ſortis, cui media fronte cornu ſatis protensũ excreuerat, lociſq; inuiis, & nemoroſis oberrauerat, Erutũ è latebris Lauardinus Mareſcallus Regi obtulit, ac deinde Circulatoribus relictus, qui paſſim ſpectandum circumduxerũt. F *L. Beyerlink in opere Chronograph. in geſtis Galliæ ad an. 1595.*

☞ *Conſulatur Locus de Expoſititiis. Item tit. de vita humana.*

Electio.

Etymologia et Definitio.

Lectio, Græcè αἵρεσις, & αἱρετίζω, eligo dicitur. Eſt autem electio appetitus conſiliariuus eorum, quorum in nobis eſt & operari, & non operari, & ita operari, & non operari, & eorum in quibus eſt propter quod non tamen vnum, & determinatum, vt in Geometria, *ſecund. Ariſt. lib. Mag. Moral.*

Electio eſt conſulta affectatio eorum, quæ in nobis ſunt, *ſecund. Ariſt. lib.2. Ethic.*

Electio eſt quid voluntarium, cuius conſultatio anteceſſit, *ſecund. Ariſt. ibid.*

Electio etiam eſt alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatem, vel fraternam ſocietatem, ſeruata forma canonica, facta vocatio, *ſecund. Hoſt.* Venitque à lego. Vnde etiam deligo eiuſ-G dem ſignificationis, & delectus, vt, delectus militum. Sunt tamen qui velint eligere, & deligere ita deferre, quod eligere ſit magis idoneum ad rem gerendam ſecernere: Deligere verò ad noſtrum emolumentum, vel illius, qui eligitur, dignitatem. Vnde dicimus agere, vel habere delectum. Sunt qui ab eligo elegantem dictum velint, hoc eſt, cultum, ornatum, politum. Vnde elegia, id eſt, cultus & ornatus.

Svbiectvm, et Materia.

Electio in iis conſiſtit, quæ ſub actionem cadunt: iiſque in ipſis, quæ eſt in nobis poſitum agere & non agere, itémque ſic ac aliter: denique in quibus ſumere eſt, propter quid, *lib.1. Mag. Mor. cap.17. Ariſt.*

Belluæ & pueri conſilij non ſunt participes, nec electionis, *lib.3. Eth. cap.2.*

Inſtitutum ac conſilium non eſt eorum, quæ fieri nequeunt: quod ſi quis hæc ſe eligere dicat, inſanus eſſe videatur. *Ibidem.*

Omnino iis in rebus verſatur conſilium, quæ ſunt in noſtra poteſtate. *Ibid.* H

Electionis, & Electi, acceptio varia in Scripturis.

1. Electus in præſenti vita dicitur, qui à Deo vel immediatè ad functionem publicam, politicam: vel Eccleſiaſticam vocatur.

3. Electus ad participationem fœderis gratiæ, nempe Iudæi, deinde Gentiles Chriſtiani facti.

3. Electus ad vitam æternam, nempe, quicunque eſt membrum Chriſti.

4. Electus dicitur Chriſtus mediator, nempe quatenus à Patre conſtitutus eſt Eccleſiæ rex, doctor, ſacerdos, ſeruator.

5. Electus homo ab homine, variis de cauſis, & ad multiplices rerum vſus vel abuſus.

6. Electus, id eſt, præſtans, fortis, eximius.

7. Electus locus à Deo, vt tabernaculi ſedes, ciuitas Ieroſolymitana, templum.

Electio facienda ſine Perſonarum, aut ſanguinis reſpectu, Monitis, & exemplis demonſtratur.

Quis ferat, ſi quis diuitem eligat ad ſedem honoris Eccleſiæ, contempto paupere inſtructiore & ſanctiore? *Amb. in Iac. 1.*

Ad Epiſcopalem dignitatem eligi non debuit, qui minora officia

officia gubernare non didicit: quia cura nauis illi committi
A non debuit, qui remum tenere nequit. *Aug. in ſerm.*

Hæc pax domeſtica, & cohabitantium ordinata à Deo concordia, & clara iuſtitia, vt ſcilicet, qui excellunt ratione, excellant dominatione. *In lib. ſent.*

Deus non eligit dignos, ſed dignos eligendo facit. *lib. 5. cont. Iul.*

Non ſtatim multitudinis acquieſcamus iudicio, ſed electi in principatum nouerimus miſeriam noſtram, & humiliemur ſub potenti manu Dei, quia Dominus ſuperbis reſiſtens humilibus dat gratiam. Quanti panes non habentes & veſtimentum, cum ipſi eſuriant, & nudi ſint, nec habeant ſpirituales cibos, neque Chriſti tunicam integram ſeruauerunt: aliis alimoniam veſtimentúmque promittunt, & pleni vulneribus medicos eſſe ſe iactant? *Hier. ſupr. Eſa. 5. lib.*

Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis neque veſtimentum: nolite me conſtituere principem. Sicut in ordinationibus malorum, princeps eſt peccatorum, qui tales conſtituit: ſic in ordinatione ſanctorum, princeps eſt eorum iuſtitiæ, qui bonos eligit. *ſup. Eſa. l. 12.*

Moyses amicus Dei cui facie ad faciem Dominus locutus
B eſt, potuit vtique ſucceſſores principatus filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatem, ſed extraneus de alia tribu eligitur Ieſus, vt ſciremus principatum in populos non ſanguini deferendum eſſe, ſed vitæ. At cernimus nunc plurimos hominum beneficium facere, vt non quærant eos, qui poſſunt in Eccleſia plus prodeſſe, in Eccleſia erigere columnas, ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quiſquam rogauerit, & (vt deteriora taceam) cui vt clerici fierent muneribus impetrarunt, vt conſtituãtur per ciuitates. *Idem Hier. vt ſ. 8. 9. Moyſ.*

Quæritur cur non Ioannes virgo electus eſt, vt eſſet caput Eccleſiæ? reſpondeo, ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhuc adoleſcens penè puer progreſſæ ætatis hominibus præferretur. *Contra Iouian.*

Neceſſe eſt prudentiſſimum eligere qui poſſit contra ſubtiliſſimos diſputare, & in conuentu doctorum ſic agere, ne ſuſceptam cauſam tot erudita poſſint ingenia ſuperare. Magna res eſt contra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, qui ſe putant omnia prouidere. *Caſſ. l. 1. Epiſt.*

C Neceſſarium probatur eſſe Reipublicæ, perſonas dignitatibus aptas eligere, vt quibus iuſtitia committitur, malis moribus non grauentur: alioquin inefficax eſt ab homine exigere, quod agnoſcitur non habere: & confidenter quæritur, quod ineſſe ſentitur. *Lib. 3.*

Electionis Exempla Sacra.

Conſilio Iethro Sacerdotis Madian Moyſes vſus humiliter, elegit iudices, ſeu prælatos minores, viros potentes & timentes Dominum, in quibus erat veritas, & qui odirent auaritiam. *Exod. 18.*

Præcepit Dominus Moyſi, vt tolleret duodecim virgas iuxta numerum tribuum filiorum Iſraël, & nomen Aaron erat in tribu Leui, quas cum poſuiſſet in tabernaculo, ſequenti die inuenit virgam Aaron germinaſſe. *Num. 17.*

Moyses aduertens ſe, iuxta voluntatem Domini moriturum orauit Dominum deuotè, dicens: Prouideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis, hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc, &c. Ordinauit autem Dominus quòd Ioſue filius Nun eſſet ſucceſſor ipſius, & Dux populi loco eius,
D &c. *Num. 27.*

Volens Moyſes vlciſci Iſraël de Madianitis, ait: Mille viri de ſingulis tribubus eligantur ad bellum. *Num. 31.*

Poſt mortem Ioſue conſuluerunt filij Iſraël Dominum, dicentes: Quis aſcendet ante nos, & erit Dux belli? dixitque Dominus, Iudas aſcendet, &c. *Iudic. 1.*

Videntes filij Iſraël, quod Gedeon ſtrenuè pro eis pugnauerat, dixerunt omnes ad eum: Dominare noſtri, &c. *Iudic. 8.*

Maiores natu de Galaad, perrexerunt ad Iephthe, dixerúntque ad eum: Veni & eſto princeps noſter, & pugna contra filios Ammon. *Iud. 11.*

Erat vir de Beniamin, nomine Cis, & ei filius vocabolo Saul electus, & bonus, & non erat vir de Iſraël melior illo, &c. hunc reuelauit Dominus Samuëli eligendum fore, & inungendum ſuper populum Iſraël. *1. Reg. 9.*

De mandato Domini ſpeciali iuit Samuël in Bethlehem, & vnxit Dauid filium Iſai in regem ſuper Iſraël & Ieruſalem. *1. Reg. 16.* E

Mortuo autem Saule, venerunt de tribu Iuda, & vnxerunt Dauid in regem. *2. Reg. 2.*

Deinde vniuerſæ tribus Iſraël venerunt ad eum, & vnctus eſt in regem, ſuper totum populum Iſraël. *2. Reg. 5.*

Vnde ipſe dicit in Pſalmis: Elegit Dauid ſeruum ſuum. Et alibi: Placuit Domino, vt me eligeret regem ſuper cunctum populum Iſraël. *Pſal. 77. 1. Par. 11. & 28.*

Appropinquans morti Dauid, dixit maioribus Iſraël. De filiis meis elegit Dominus Salomonem, vt ſederet in throno regni Domini ſuper Iſraël.

Terribili iudicio Dei aſſumptus fuit Ieroboam, vt eſſet Rex ſuper decem tribus Iſraël: & tamen occaſio fuit populo recedendi à Deo. *3. Reg. 11.*

Scripſit Iehu literas, & miſit in Samariam ad optimates ciuitatis: Eligite meliorem, & eum, qui vobis placuerit de filiis Domini noſtri, & ponite eum ſuper ſolium patris ſui, & pugnate pro domo Domini noſtri. *4. Reg. 10.*

Congregati ſunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ: Ex quo frater tuus defunctus eſt, vir ſimilis ei non eſt, qui exeat contra inimicos noſtros. Nunc itaque te eligimus eſſe F
pro eo nobis in principem & ducem ad debellandum bellum noſtrum. *1. Mac. 9.*

Vocauit Dominus diſcipulos ſuos & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit. *Matth. 10. Luc. 6.*

Poſt Aſcenſionem Domini, diſcipuli ſtatuerunt duos, ſcilicet, Ioſeph & Matthiam, & orantes dixerunt: Tu Domine qui noſti corda omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum miniſterij huius Apoſtolatus. *Actor. 1.*

Sermo quem dixerunt Apoſtoli, placuit omni multitudini, & elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu S. & Philippum, &c. *Act. 6.*

Miniſtrantibus diſcipulis Domino & ieiunantibus, dixit illis Spiritus S. Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. *Act. 13.*

☞ *Electio Pontificis, Cæſaris, Imperatoris, Regum, Epiſcoporum, quæratur in loco de Magiſtratu. Item ſub Titulis eorundem particularibus. Vbi & de Electoribus Imperij, aliiſque diſſeritur.* G

Apophthegmata,

Et Exempla Historica.

Aristippus cum Dionyſio tres venuſtas puellas obtuliſſet, admonens vt Rex his quam vellet eligeret, omnes apprehendit, dicens: Ne Paridi quidem fuiſſe tutum, vnam cæteris prætuliſſe, ac puellas deduxit ad aulæ veſtibulum, dimiſitque: non minus in contemnendo facilis, quam in amplectendo. *Laërt. lib. 1. c. 8. Bruſ. l. 2. c. 31.*

M. Cato Hiſpaniam ſortitus, cum hoſtium audiſſet miram copiam eſſe ad bellum paratam, ob idque decreuiſſet Celtiberorum ope vti, petentibus illis ducenta talenta ſubſidij gratis, atque negantibus aliis conditionem, dicentibus, Turpe eſſe populo Rom. auxilia mercede conducere: vrbane ſcitéque Cato, non eſſe graue, reſpondit, nam ſi viciſſent, hoſtium manubiis ſe ſatisfacturum illis: ſi victi eſſent, nec eos qui peterent, nec à quibus peteri deberet, ſuperſtites fore. *Bruſ. l. 2. c. 3.*

Aristoteles cum iam natus annos fere ſexaginta duos, adeò laboraret, vt admodum tenuis vitæ ſpes ſupereſſet, conuenerunt ad illum diſcipuli rogantes, vt ex ipſis aliquem deligeret, qui in locum eius ſuccederet. Inter auditores H
erant duo præcipui, Theophraſtus Leſbius, & Menedemus Rhodius. Ariſtoteles reſpondit, ſe quod petebatur facturum, vbi daretur opportunitas. Paulò poſt, cum ruſus ad eum eadem de cauſa conueniſſent, dixit, vinum quod biberet ſibi parum eſſe commodum ac quæri iuſſit exoticum, vel Rhodium, vel Leſbium. Id ſimulátque curatum eſt, guſtato Rhodio dixit: Firmum hercle vinum, & iucundum. Mox guſtato Leſbio: Vtrumque, inquit, egregriè bonum, ſed Leſbium ſuauius eſt. Id vbi dixit, nulli dubium fuit quin lepide ſimul & verecunde ſucceſſorem ea voce, non vinum delegiſſet: probauit vtrumque, nec tamen auditoribus eligendis ius ademit. *Laërt. lib. 5. cap. 1.*

Lysander Lacedæmonius cum aliquando Dionyſius ipſi miſiſſet ſtolas duas, iubens vt vtram elegiſſet, eam mitteret filiæ: Ipſa, inquit, rectius eliget. Atque accepit ambas & abiit. In hoc exemplo nihil eſt imitandum, nec non Lacedæmonio

monio dignum, nec aliud ab hoc duce expectandum fore,
A præter malitioſam ingenij vafriciem. *Plut. in Lac. Apoph.*

Scipio Æmilianus, quum Seruius Sulpitius Galba & Aurelius conſules in ſenatu contenderent, vter aduerſus viriatum in Hiſpaniam mitteretur: ac magna inter P.C. diſſenſio eſſet, omnibus quoniam eius ſententia inclinaret expectantibus, Neutrum inquit, mihi mitti placet, alter enim nihil habet: alteri autem etiam quod habet nequaquam ſatis eſt. Æque malam imperij magiſtratu iudicans paupertatem, atque inſatiabilem habendi cupiditatem. Quo dicto obtinuit, vt neuter in prouinciam mitteretur. *Val. Max. l. 6. c. 4.*

Cornelius Ruffinus, vir rapax & auarus, cæterum in bello animo ingens manuque promptus, quum bellum immineret in conſulatu obtinendo C. Fabricij opera adiutus eſt, qui ob prauam tamen vitam Rufino ſemper infenſus fuerat: verum eo tempore ob belli ſuſpicionem, cum ignauus deſideſque ipſius competitores videret, ſententiam mutauerat. Quam ob rem Ruffinus miratus, cum Fabricio impenſe gratias egiſſet, Fabricius dixiſſe fertur: Noli mirari, Ruffine, rapinis enim imminui malo, quam vendi. Quo dictu taxauit Ruffini ra-
B pacitatem & competitorum pernicioſam ignauiam. Oſtenditque ſatius deducere, auaro conſule, eodemque graui homine, & in rebus agendis idoneo rapinis vexari: quàm iis ad conſulatum euectis, qui per ignauiam rempubl. proditurі eſſent, vinctum ab hoſte venum dari. Ex duobus enim his malis optimum eligendum erat. *Fulgoſ. lib. 6. c. 2.*

Braſilienſes quidam, cum ad Carolum IX. Galliæ Regem deducti Rotomagū eſſent, valdè mirabantur, quomodo validi illi & proceri viri quos conſpicabantur, (Heluetios enim cuſtodes more Regū adhibebat) parērent tā paruo & tenello Regi: quaſi à corporis magnitudine animi præſtantiā metiētes, narrat *Lipſius in monit. Polit. c. 3.* Vbi etiā eleganter diſputat de electione ad magiſtratum, an ſcilicet præſtet Succeſſioni, nec non in vtramq; partem non leuis ponderis argumenta ſubiicit. Et poſt illa, exēpla hæc bonæ aut malæ electionis.

Aurnucaoi populi barbari ſunt in Peruano tractu. Ij autem ſolis viribus corporis ductores legere ſoliti: experti eas in graui aliquo ligno. Quod qui diutiſſime humeris baiulat, nec ſuccumbit, putatur & regendi oneri par futurus.

C Melius qui ab animi viribus aut præſtantia ſumunt: quod Romani olim veteres in ſuis Regibus, Romulo, Numa, Seruio, via alio aſpectu fecerunt. Secuti quam aliter: & ſtirps Augusti cum defeciſſet, caſus aut corruptio principis ferè dedit.

Primum in Claudio, qui C. Caligula occiſo, rumore cædis exterritus, & ſui quoq; anxius, prorepſit ad ſolarium, & inter ianuæ prætenta vela delituit. Miles aliquis e prætorio diſcurrens ad prædam hunc reperit, protrahitque: & interrogato quis eſſet, acceptóque impetu aut inſtinctu, principem ſalutauit. Quanta vnius & gregarij quidem, in re tanta audacia? producit ad alios prætorianos, fluctuantes adhuc, nec aliud quam frementes: qui vt cælitus oblatum arripuerunt, & lecticæ impoſitum in caſtra ſua, viciſſim ſuccolantes, tolerunt. Senatus & vrbanæ cohortes diſſidebant, & libertatem præferebant inane nomen vicit militaris electio; & fatale Romanis ſeruire. At Claudius iam imperij compos, vt militem magis obſtringeret, quindena ſeſtertia ſingulis (ſunt nobis trecenti ſeptuaginta quinque Philippici) promiſit & dedit.

Idem caſus ſiue error, clarius in Vitellio ſe aperuit, longe
D ab omni imperatoria, aut virtute, aut ſtirpe. Homo ventri & abdomini factus erat, nulla vel ſpecie virtutum, niſi quod candor aut ſimplicitas in eo placerent. Is legatus inferioris Germaniæ à Galba electus, & quatuor legionibus præfectus. (Amabant autem hos ignauos, & altioris cogitationis non ſuſpectos) præfectus inquam, agebat Coloniæ Agrippinæ, cum nuntium accipit, ſuperiores Germaniæ Legiones defeciſſe à Galba, & in Senatus P. R. nomina iuraſſe. Dum conſultat, quid facto opus, vis in defectores, an conſenſus placeat? Ecce Fabius Valens è legatis legionum, cum paucis equitatibus oppidum intrat, ipſum Vitellium Imperatorem ſalutat. Vnius vox omnium fuit. Secutæ legiones aliæ, cohortes, ciues, ſocij, ardore magis quam iudicio: & inuaſit imperium atque armis peperit, & armis mox amiſit.

Lubet etiam bos fortunæ ludos videre, & in theatrum producere Probum. Tacitus Imp. abſumptus erat, & Florianus frater eius adſpirabat, ſed dum electio pendet, Orientales exercitus eam occupare, & ſui beneficij principem habere voluerunt. Conueniunt ad eligendum: & Tribuni, quaſi per deorum os, monent, Fortem, Clementem, Probum Imperatorem requirendum eſſe. Arripiunt vocem, & ſtatim accla- E
mant, Probe Auguſte, Dij te ſeruent. Inde purpura, tribunal, & legitimus princeps.

Electio iocosa at foeda.

Quid in Regilliano, quam conſimile? Dux Illyrici erat, & milites male in Galienum animati, res nouas agitabant. Forte vnà plures cœnitabant. Fuitque Valerianus tribunus, qui in ioco & in vino diceret Regilliani nomen, vnde credimus ductum? ſubiecit ſtatim alius à regno: & milites communiter, ergo poteſt Rex eſſe? & occaſione ſola temerarij dicti fecerunt.

O ludos! & luſum etiam adiungo, qui Proculo tradidit principatum. In Gallia milites ad latrunculos ludebant, item conuiuantes. Forte decies Imperator Proculus exiuit: atque ibi quiſpiam ludens, aue Auguſte: allatáque lanā purpurea humeros eius velauit. Timor mox eorum qui adfuerant: & ne accuſarentur apud veterem Imperatorem, nouum huno faciunt conſenſu.

Ridere in illis liceat, in iſtis indignari, vbi corruptio ſuffragia temperauit. Sicut in M. Saluio Othone, qui clam & F
palam militibus pecunia ſubornatis, & in Galbam armatis, eum ſuſtulit, ſe immiſit, ſed principem, non diuturnum.

Non item à ſimili fœditate, Iulianus perennauit. Qui poſt cædem Pertinacis, cum venale in caſtris prætorianis penderet imperium & Sulpitianus licitaretur: Iſte pecunioſus & ambitioſus ſenex eodem aſpirauit. Et ad murus ſubiens, modum pecuniæ certum promiſit: Cúmque illi ad Sulpitianum retuliſſent, plus aliquid adiicientem, iterúmque ad iſtum (prorſus vt in ſolemni auctione) tandem peruicit Iulianus: finiſque fuit, vt vicena quina ſeſtertia (ſunt ſexcenti viginti quinque Philippæi) viritim prætorianis darentur: Immanis ſumma! quam ille conceſſionibus & rapinis mox coëgit: atque hæc omnia qui inter claros iuriſconſultos nomen vindicabat. Adeo facilius eſt peritum eſſe legum, quam ſeruantem, ſed pœna à tergo preſſit: ſtatímque Seuerus ſuperueniens, vita & imperio illum, prætorianos zonā & militiā exuit.

Lavdabilis. G

Sed hæc fœda exemplo vno aut altero eluantur laudabilis electionis. Quæ autem laudabilior illa, quam Deus inierit, & direxit? Caſimirus fuit filius Mieciſlai vnius, qui ob teneram ætatem regno minimè aptus, ſub cura & gubernatione matris Rixæ conquieuit. Sed ea mulier, auara, ſuperba, exteris Germaniſque addicta, prouocauit odia Polonorum quæ fuga denique vitauit, ablata ſecum regni gaza, & filio: mox in Saxoniam ſecuto, qui in exilio iſto animum ad litteratum ſtudia appulit, & Lutetiam Pariſiorum deuenit. Illinc in Italiam porro; & denique pietate impulſus, in Cloniacenſi Cœnobio Benedictinum Monachum profeſſus, Deo totum ſe vouit, & ſacrauit. Interea turbæ & fluctus in Polonia, vt in naui Rectore vacua, & oculi atque animi requiſierunt ſuum Caſimirum: decretúmque publice, vt miſſa legatione, vbiuis terrarum eſſet requireretur. Ad Reginā primo ventū, ab ea Cluniacum: & inueniunt non iam Caſimirum, ſed Carolum (nam & nomen mutauerat) eundemque ſacramenti religione, ſed & Diaconatus vinculo, obſtrictum. Illi præterita excuſant, patriæ diſcrimina & calamitates proponunt: & hunc vt vni- H
cum præſidium & ſubſidium, principem depoſcunt: Ipſe fortiter recuſare; alienæ poteſtatis ſe iam oſtendere, nec quidquam cum mundanis rebus commercij eſſe. Eundem vrgentes ad Abbatem reiiciuntur, ab illo ad Pontificem. Atque iſte indulget, laxat ſacramenti atque ſacerdotij vincula, data etiam venia coniugij: cum lege, aiunt, vt Poloni caput deinceps in coronam tonderent ritu monachali, itémque nummum annuum in luminaria & cereos D. Petri Romam conferrent.

Hoc eiuſce indulti monumentum eſſet. Ita in regnum ducitur, gaudio & conſenſu excipitur; prudentiſſimè & fortiſſimè adminiſtrat, domi pace parta, hoſtibus foris victis aut repulſis. Piè vixit, piè obiit, regno in poſteros (nam & vxorem duxit, & liberos ea ei tulit) propagato. Quis abnuet hæc à Deo eſſe? profugo, monacho, Diacono, patriam, ſceptrum, vxorem, cum gratia, laude, venia?

Sed memorabilis quoque illa electio, ſine indiciū fuit quo regnū Aragoniæ, auorum æuo ad Ferdinandum Henrici Caſtellæ Regis fratrem tranſiuit. Obierat Martinus Rex, idque

non

ſioe liberis : & intee agnatos vel cogoatos variè certabatur.
A Ius, faoor, factio comparabantur : & iam ad cœtus & arma
res ſpectabat : Quippe inter potentes competitores, Ludoni-
cum Andegauenſium Ducem & Neapolitanum Regem, Ia-
cobum Comitem Vrgelitanum, Alpbooſum Marchionem
Viilene & Ducem Sandiæ & noſtrum illum iam dictum. Sed
viſum conſenſu proceribus, (rarum in tali ambitu) iodices ſi-
oe arbitros ſuper hac re legere, & quemcunque Regem ij di-
xiſſent, eſſe. Electi nouem, ſaoctimonia vitæ, & doctrina aut
prudentia, conſpicui; terni ex ipſa Aragonia, totidem è Cata-
launia, iterumque totidem è Valentia: quæ tria regna ſcilicet
in vnum corpus contributa. Dies igitur electioni, locus cap-
tus Arxaſpa in Aragonia. Magna expectatio, concurſus, aper-
ta & occulta vota, aut metus : denique ipſo iam die, tribunal
præ fotibus templi erectum, auleis ioſtratum, & regifico orna-
tu. Conſederuot Iudices, præſedit iis (nam adeſſe voluit) ſum-
mos ipſe Pontifex etſi in ſchiſmate, Benedictus: tum ſurreait
Vincentius Ferretius Dominicani Ordinis magoa ſanctimo-
niæ opinione, & inſigni ac feruidâ eloquentia, qui cooeio-
ne ad rem appoſita, Proceres & populum conſentire, obedire
denique nouo Regi hortatus eſt. Quis is erit ? ſuſpendit ali-
B quamdiu omnium animos & grandi tandem voce protolit
Ferdinandum. Clamor coronæ, & iubilus, fauſta precantium.
Naio plurium in hunc & virtutes eius inclinatio: quorundam
tamen & mœſtitia qoi ſuos candidatos decidiſſe tanta ſpe in-
dignabantur. At ipſe coronam moa regni, ſolemni rito acce-
pit: pacem vbique reperit, aut pepetit. Et magnum illum Al-
phonſum genuit, Aragoniæ, Siciliæ, Neapolis Regem.

Pulchra electio, & quam io manu Luſitanorum erat nuper
imitari. Nam plures regnum illud, mortuo Sebaſtiano, com-
petebant, ſuis quiſque titulis, Philippus Rex Hiſpaniarum;
Aleaxnder Parmæ Dux liberorum loco; Ioannes Dux Brabā-
tiæ, ab vxore ; Antonius Nothus, & qui legitimum credi ſe
volebat. Concurrebat & Regina Galliæ, Catharina Medicæa
vetuſto & obſoleto titulo à Comitibus Bononienſibus repe-
tito. Rex ſenex Henricus mederi futuris malis poterat, & val-
le videbatur : ſed fortior animus deerat, & cunctantem mors
occupauit. Sed & poſt eum quinque Gubernatores electi, &
vndeni Iudices, tarditate aut frigore peccarunt. Et quanquam
proni in Philippum Regem, non auſi ius ei adſcribere, ob po-
C poli ſtudia diſſentientis. Quem ſoum fere Antonios fecerat,
& plenis velis per plebeias illas vndas ferebatur. Ita factio-
nes, diſſidia, & denique arma. Qoæ tamen prioſquam Philip-
pos inferret (& parata habebat) pro ſoo ingenio breuiter ac
tarde legere, legationibus quam legionibus velle rem confi-
cere : à vi quidem adeò alienus, vt cum Antonius ille caput
turbarum, eiectus ab Henrico Rege, in Caſtella eſſet, & in
Cœnobio quopiam D. Benedicti: ignaro Rege Philippo, lati-
taret: ille nec extraxit, nec repulit, cum in illo velut torre ex-
tinguere incendium ſurgens poſſet. Simile in altero compe-
titute duce Bragantiæ: cuius filium captum à Mauris infelici
illo prælio, redimi per legatum ſuum curauit, & eundem iam
in Hiſpania, cum eſſent qoi omni vi & via retinendum cen-
ſerent, imo retinerent; ille firmus in quietis conſiliis, & iure
ſuo nixus, liberum dimiſit. Sed oeqoe ſic, cum alij arma pa-
rarent aut caperent, inoaſit, aut eiecit. Sed ante omnia ius
ſoum diſputari à Theologis, & Conſultis eius facit: namque
de eo certior, copias promouit. In limite erat Luſitaniæ, &
vnios mora noxia: tamen iterum moratur, iterumqoe peritos
conuocat, & per Deum & fidem obteſtatur, liberis vocibus,
D ſenſibúſqoe edicerent, ecquid iuris ſui eſſet. Hoc non cupere
ſe modo, ſed iubere. Omnes vno ore ius, affirmant. Cum de-
nique Ferdinandus Dux Albæ inoadit, & ſeptuaginta dierum
ſpatio Luſitaniam totam ſubiicit: Vno prælio Antonio qui
Regem ſe ferebat, pulſo, Hactenus *I. Lipſius.*

Efficacia.

*Definitio. Etymologia.

Varietas.

Efficaciam Hebræi *coach*, Græci appellant ἐνεργείαν, & ac-
cipiunt pro vi & pondere ad aliquid agendum. Ab effi-
caci Grammatici deducuot, ac ſumunt nunc in bonam:
nunc in malam partem.

Eſt autem EFFICACIA, vel
Ingeniosa.

Vide locum Acuminis, Ingenij.

Fuit Apelles pictor Alexandri æuo, & plaſtes Lyſippus:
quorum ſuperior Alexandrum pinxit fulmen tenentem, adeò E
indiſcreta ſimilitudine & concinnè, vt vulgò ferrent, quod
duorum Alexandrorum alter eſſet à Philippo genitus inui-
ctus, alter ab Appelle omni maior imitatione. *Plut. orat. 2. de
Alex. fortuna vel virt.*

Hegesias Cyrenaicus philoſophus tantū valebat eloquen-
tia, vt cum ſæpius mala huius caducæ ac miſerrimæ vitæ vel
docendo vel declamando repræſentaret, miſeranda imagine
audientium inſerta pectoribus, multis voluntariæ mortis ap-
petendæ cupiditatem ingeneraret. Id ei ſine fraude fuit, quod
ab eo dolus malus abeſſe videretur : tamen Ptolomæus Rex
Ægyptiorum, ne poſthac Hegeſias de hac re publicè differe-
ret, prohibuit *Val. Max. lib. 8. c. 6. & Plut. de amore liberorum.*

Galenus de ſeipſo *lib. 3. de Locis aff. c. 3.* Ego reipſa, &
publicè & priuatim, apud eos videlicet qui ſectam quamlibet
à me diſcere cupiebant, oſtendi, in omnium ſectarum ſcientia
(ne maius quicquam dicerem) me eſſe poſt habendum nemini;
quòd ſi vni ſectarum patrocinium ferre velim, ita in promptu
ſunt mihi rationes, vt non verear ne quis me conuincat.
Non enim, vt nonnulli faciunt, è libris eas didici, ſed præ-
ſtantiſſimis in quaque ſecta præceptoribus vſus ſum. F

Fortvita.

Vide Tit. Caſus, & Fortuna in arte.

INEFFICACIA.

Euphranor cùm Athenis duodecim deos pingeret, Neptu-
ni imaginem, quàm poterat, excellentiſſimis maieſtatis co-
loribus complexus eſt, perinde ac Iouis aliquanto auguſtio-
rem repræſentaturus. Sed omni impetu cogitationis in ſu-
periore opere abſumpto, poſteriores eius conatus aſſurgere,
quò tendebant, nequiuerunt. *Val. Max. lib. 8. c. 15.*

Lycon Troadenſis Philoſophus, Stratonis diſcipulus, cùm
in docendo eloquentiſſimus eſſet, adeò vt Glycon diceretur:
in ſcribendo tamen ſui omnino diſſimilis erat. *Laërt. lib. 5.*

Ser. Galba eloquentiſſimus habitus eſt, propter vim di-
cendi, qua pollebat. Eius tamen orationes non legebantur
ætate Ciceronis : quoniam omnis illa vis & quaſi flamma
orationis, quæ in agendo emicabat, in ipſa ſcriptione fuit
extincta : *Cic. in Bruto.*

Vide Cauſa, Fortitudo, Euentus : & Locos Artium G
ac Diſciplinarum.

Eleemoſyna.

*Definitio Et Etymologia.

Eleemoſyna eſt beneficium ſeu munus, quo alterius mi-
ſeriæ ex compaſſione ſubuenimus. Siue ſecundùm Ma-
giſtrum *in 4. Sentent. diſtinct. 15.* eſt opus, quo datur aliquid
indigenti ex compaſſione.

Dicitur autem à verbo ἐλεέω, quod eſt miſereor. Vnde Elee-
moſyna idem quod miſericordia. Significat autem potius
actum ipſum miſericordiæ, quam affectum. Vnde apud Da-
nielem legimus, Peccata tua Eleemoſynis redime. Eſtque
opus miſericordiæ virtutis elicitum.

*Error Stoicorvm.

Stoici verò qui miſericordiam animi morbis annumerant,
& inter vitia cenſent, eleemoſynam quoque inter eoſdem po-
nunt, *teſte Lactantio & Auguſt.*

Plauti quoque deteſtanda eſt ſententia.

Malè meretur, qui mendico dat quod edat.
Nam & illud quod dat, perit. H
Et illi producit vitam ad miſeriam.

Melius ille, qui nos iubet facere amicos de Mammona
iniquitatis, vt cum defecerimos, nos recipiant in æterna ta-
bernacula.

*Præstantia, Et Necessitas.

Eleemoſynæ præſtantiam & neceſſitatem commendatam
habemus, tum in Scriptura ſancta, tū in Patribus. Cōmendat
Salomon *Eccleſ. c. 14. & 4.* Commendat eam Chriſtus, dū nos
iubet facere amicos de Mammona iniquitatis: & alibi, dū per
eam omnia nobis fore munda pronunciat. *Luc. c. 11.* Maximè
dum ſingularem illius rationem habendam in die Iudicij af-
firmat. *Matth. c. 25.* Denique dum pro calice aquæ frigidæ dato
in nomine ſuo mercedem addicit, *Matth. cap. 10.* Commendat
Paulus, dum Eleemoſynam hoſtiæ comparat *ad Hebr. c. 13.*

Eius autem fructus præſtantiſſimos enumerat Angelus
Raphaël *Tob. 4. Salomon, Prou. 15. 16. 21. Eccleſ. 3. & 7.*

A Fœcundus eſt ager pauperum, cito reddit donantibus fructum. Via cœli eſt pauper, per quam venitur ad patrem: incipe ergo erogare, ſi non vis errare. *de verb. Dom. Auguſt.*

Dicit tibi Chriſtus, Da mihi ex eo: quod dedi tibi, de meo quæro: da & redde, habuiſti me largitorem, fac me debitorem, habeã te fœneratorem, temporalia mihi das, æterna tibi reſtituam, teipſum tibi reddam, quando te mihi reddidero. *Ibid.*

Caue prouidens diſcretioni eleemoſynæ, ita vt vtriuſque dantis ſcilicet & accipientis ſit ſolatium, *in epiſt.*

Si vis eſſe mercator optimus, fœnerator egregius, da quod non potes retinere, vt recipias quod non poteris amittere, da modicum, vt recipias centuplum, da temporalem poſſeſſionem, vt conſequaris hæreditatem æternam, *in epiſt.*

Beatus planè, de cuius domo nunquam pauper ſinu vacuo egreditur, neque enim quiſquam magis beatus, quàm qui intelligit ſuper pauperis neceſſitatem, & infirmi atque inopis ærumnam. *Ambroſ. lib. de officiis.*

Sunt, ait Hieronymus, qui pauperibus parum tribuunt, vt amplius accipiant, quæ magis fœneratio eſt appellanda, quam eleemoſyna. Melius eſt enim non habere quod tribuas, quam impudenter petere quod des. *in epiſtolis.*

B Chryſoſtomus verò ita ſcribit: Qui collocat theſauros in terra, non habet quid ſperet in cœlo, vt quid reſpiciat in cœlum, vbi nihil habet repoſitum? Quidquid pro anima tua feceris, hoc tuũ eſt: quod autẽ reliqueris perdidiſti. *In c. 6. Matt.*

Manus pauperis ait P. Rauennas *in quodam ſermon.* eſt gazophylacium Chriſti: quidquid pauper accipit, Chriſtus accepiat. Da ergo pauperi terram, vt accipias regnum: da micam, vt accipias totum: da pauperi, vt detur tibi: quia quidquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, habebit alter. ☞ *Vide infra in Apophtheg.*

Neque alia fuit mens Ethnici Martialis, qui *lib. 5. Epigram.* ita cecinit.

Callidus effracta nummos fur auferet arca,
Proſternet patrios impia flamma lares.
Debitor vſuram pariter, ſortemque negabit.
Non reddet ſterilis ſemina iacta ſeges.
Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica:
Mercibus extructas obruet vnda rates.
Extra fortunam eſt, quicquid donatur amicis.
Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.

C APOPHTHEGMATA ETHNICORVM.

DEMOCRITVS peregrinis & egentibus alimoniam miniſtrandam dicebat. Equidem quiſquis indigenti victum negat, is neque ab alio quicquam accipiet, dum eguerit. *Stob.*

Idem dicebat, beneficium pro tempore exile, ingens reddi iis qui illud in extrema neceſſitate acciperent. *Stob.*

Idem audiens quendam magnificis verbis multa cuidam promittentem, ſed mendaciter. Conaris, inquit, ad exigua largiendũ, quam ad plurima promittendum eſſe propenſior. Nam penuria laborantibus donum, vel perexiguum, prodeſt, verba autẽ & magnificæ pollicitationes nulli ſunt vtiles. *Stob.*

Idem dicere ſolebat, Si bene mereri de aliquo voles, citiſſimè da. Mora enim ingratum redditur, & parum amabile quicquid dederis. *Stob.*

ARISTOTELES cum nefario cuidam homini eleemoſynam dediſſet, & ob id caſtigaretur à quodam: Non mores, inquit, ſed hominem commiſeratus ſum. Docuit vir ſapientiſſimus, etiam malis & indignis eleemoſynam dandam eſſe in ſumma rerum neceſſitate, ne penuria ſuadente, agant quod dedecus eſt coram Deo & hominibus. *Laert. l. 5. c. 1.*

D Idem reprehenſus à quodam, quod eleemoſynã dediſſet improbo: Non homini, inquit, dedi, ſed humanæ ſorti. *Idem ibid.*

DEMOSTHENES dicere ſolebat, æquum eſſe vt pauperes piè foueantur, cum delectu tamen, ita vt dimiſſis improbis illorum ratio potiſſimum habeatur, qui præter culpam egeſtate premuntur. *Stob.*

* CHRISTIANORVM.

Ex Apophthegm. Laurentij Beyerlinck.

Benignitatis in pauperes præſtantiam dignitatemque pauciſſimis verbis expreſſit Saluator, dum ad prandium vocatus à Phariſæo, accubuiſſet, ac intra ſe reputans Phariſæus diceret, quare non eſſet baptizatus ante prandium, reprimens enim inſulſam eius intentionem mentémque Dominus, tandem ſubdidit: Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis. Ita olim pauperum pater Tobias: Eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. *Luc. c. 11.*

L. B. Theatr. vit. Human. Tom. III.

Hæc cùm ita ſint, quis non excuſſo tenacis auaritiæ compede ad liberalitatem gradum feret, & de iis ſaltem quæ ſuæ ſuperſunt neceſſitati, aliorum indulgebit inopiæ? Zachæus publicanorum princeps, & ipſe diues, ante Dominum conſtitutus; Ecce, ait, dimidium bonorum meorum do pauperibus. Verè dignus, cuius domui ſalus facta eſt à Domino. *Luc. c. 16.* E

Neque Serapion monachus, immemor diuinæ promiſſionis, qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur. Cùm enim præter tunicam, pallium, & codicem Euangeliorum haberet nihil, duobus pauperibus factus obuius, alteri pallium, alteri tunicam obtulit; cumque iam nudus ſederet, interrogatus. Quis te deſpoliauit? protento codice quam ſub alis geſtabat; Hic, inquit, me nudauit. Alios poſtmodum conſpicatus mendicantes, codicem vendidit; pretiumque illis diſtribuit, dicens: Domini verbum eſt: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, quod necdum ſe impleuiſſe putabat, donec ſeipſum poſtmodum in ſeruum venderet Gentilibus, vt eos ita Domino lucraretur. Verè pius ac miſericors Serapion; & meritò Seraphicis ordinibus poſt mortem adſcribi dignus. *Pallad. in Vitis PP. Beyerlinck in Apoph. Chriſtianor.*

A Decio tyranno quæſtione agitatus S. Laurentius martyr, vt argentum indicaret, quod Philippum Philippi Auguſti filium olim Eccleſiæ obtuliſſe conſtabat; protenſa in pauperes manu, quibus illud iamdudum erogauerat: Apud hos, inquit, Philippi argentum depoſitum ſeruatur. At Decius illudi ſibi putauit: qui vbi veræ diuitiæ veraque gloria eſſent, ignorauit. *Ambroſ. Off. lib. 2. Prudent. in Periſteph.* F

Quid autem de S. Ioanne Patriarcha Alexandrino dicam? cui in pauperes innata liberalitas & beneficentia, Eleemoſynarij nomen peperêre. Miniſtris enim conquerentibus, quòd iis qui peterent eleemoſynas, intermiſcerent ſe puellæ quædam comptæ ac ornatæ, rogarentque num illis quidpiam dari vellet: ille in omnes æque beneuolus; Si, inquit, diſcipuli ac diſtributores mei & Chriſti eſſe vultis, parête diuino eius iuſſui, qui iubet dari petentibus. Quod eſt contra illos qui nimium curioſè inquirunt de vita & ſtatu mendicantium, vt eis quidnam elargiantur. *Sur. tom. 1. in vita.*

Quin & de eodem illo poſteritati relictum, quòd, dum in ærarium publicum Reipub. neceſſitatibus ſubleuandis referre iuberetur, quidquid in pauperum vſus in dies erogabat, reſponderit: Iuſtum non eſt, vt quæ cœleſti Regi ſunt conſecrata, terreno prodantur. *Ibidem.* G

S. CHRYSOSTOMVS ☞ *Vide infra §. typi & allegorica, in fin.*

Neque obſcurum benignæ liberalitatis exemplar S. Ludouicus Francorum rex, vt enim erat genere, ita & largitate vitæque innocentia clariſſimus: nam quocunque iocorum ſe conferebat, centum & viginti (duplicato autem eo tempore quadrageſimali) pauperes per ſingulos dies regiis alebat, quibus etiam, maximè ſolennibus diebus, miniſtri & pincernæ officium exhibebat. Quare cùm ob id cauillarentur familiares; Melius, aiebat, hos ſumptus in pauperes confero, quàm in luxum. Hac enim ratione opes regnumque ſtabilitur. *Ionuil. in vita, cap. 48.*

Ea autem quæ in ſinu miſerorum reconduntur, in cœlum inferri, palam teſtatus eſt Vrbanus Pont. Max. à quo cùm Cæciliæ martyris theſauri, quos diſpenſandos acceperat, poſcerentur: quoniam indigentibus eos impenderat, aiebat: Cæciliæ theſauros manus pauperum in cœlum ſuſtulerunt. Faciamus ergo nobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cùm defecerimus, recipiant nos in æterna tabernacula. Nam vt benè etiam Marti. l. ſuprà. H

Extra fortunam eſt, quidquid donatur amicis;
Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.

In hiſtor. Cæciliæ M. lib. 1. cap. 2.

Celebratiſſimus quoque hoc in genere Alexander V. etiam Põtifex, qui vſque adeò in egenos munificus, vt aliquãdo vix quidquam ſibi ſupereſſet in vſum. Vnde & per iocum dixiſſe cõmemoratur: Fuit diues Epiſcopus, pauper Cardinalis, mendicus Pontifex. Exulabat ergo ab eius pectore impius habẽdi error, qui aliàs cum ſe & ætate ſolet accreſcere, iuxta illud:

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Platina in vita.

Memoratu dignus etiam Archiepiſcopus, cuius nomen immeritò ſubticetur, qui, Oeconomo ſuo conquerẽte quòd plures domi aleret, quã neceſſitas exigeret, omnium nomina, tam eorum qui neceſſarij, quàm in inutiles videbantur, ſeparatim ſcribi mãdauit. Illis itaque viſis, aiebat: Hos dicis neceſſarios,

illos verò inutiles. Alantur igitur hi, quia eorum ego indigeo: illi autem, quia mei indigent. Sufficientem eam cauſam
A pauperum inopiæ ſublauandæ ratus, quòd noſtri indigeant. *Phil. Diez tom.2. part.2. Serm. in Dom. Palm.*

Claudamus inclyto exemplo, quod ætas noſtra ſenſit, & vidit, Lue contagioſa Vrbem deuaſtante, crebriùs ingêtem auri viam verè Pius V. ex Dominicanorum familia tum Pontifex Max. ægrotum inopiæ ſubleuandæ erogabat: cuius etiam tali Pontifice digna audita vox: Ea nunc tempora ſunt, vt calices & aureos Eccleſiæ theſauros oppignerari velim, quo Chriſti membris ſubueniatur. *Ribad. in vit. Borgia lib.3. cap.5.*

☞ Vide infra Tit. Particularem de Eccleſia theſauris in Pauperes diſtributis. In loco de Pauperibus.

In eodem ſanctitatis genere Fœminæ quoque æternæ ſibi laudis locum vendicant: quæ eodem etiam impulſæ ſpiritu, hunc affectum Chriſto in pauperibus exhibuerunt. Te te igitur compello, Paula: cuius in largienda profuſa benignitas æternum apud Superos trophæum ſtatuit. Tuam enim, ne rogantes vnquam repulſam paterentur, pecuniam, mutuò, imò ad vſuram accipere ſolita, ac prodigalitatis accuſata, Deũ teſtor, inquis, me pro illius nomine cuncta hæc agere. Et id vnũ in votis mihi, vt ipſa mendicans moriar, & alieno ſindone hoc
B meũ corpuſculum inuoluatur. Ego enim ſi petiero quidquã; multos inueniam qui mihi tribuant: mendicus ſi à me non acceperit, quæ etiam de alieno poſſum retribuere, & mortuus fuerit, à quo requiretur anima illius? Sic lampadi infundens oleum, id eſt, virginitatis decus miſericordiæ operibus exornans, admiſſa es ad ſponſi nuptias, ineffabili etiam miſericordiâ ſempiternùm fruitura. *Hieron in Epitaph. Paula.*

Et tu etiam Lucia in hunc virginũ chorum referenda: quæ omnibus bonis ad votũ erogatis, cùm diis litare compelleris, hoc vnicum obmurmuras, & inclamas: Sacrificium Deo acceptiſſimum eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorũ. Verè beata, quam nunc miſericordiæ remunerator Deus inter cœleſtes illas ſpõſas ſponſam ſuã collocauit. *Mart. Sur. tom.6.*

S. Elizabeth nondum marito Lantgrauio viduata, ob aſſiduam in pauperes benignitatem. Mater eorundem paréſque nominabatur. Quos enim in plebe oppreſſos aduertebat, illis familiariter admodum vtebatur. Rogata autem, cur tam nobilis fœmina talibus ſe coniungeret; Vt, inquiebat, eis ſubueniendi
C liberior mihi detur facultas. Quid? cùm aſſer Regis Pannonum filia, quoties ſuis ipſa manibus neuit tenuitque, vt de laboris ſui peculio eleemoſynas largiretur? ita vt non incongruè de illa dici poſſit; Manum ſuam miſit ad fortia, digiti eius apprehenderunt fuſum, &c. *Conrad. Minor. Concion.*

Et ne ſolis iis qui in ſacrato hoc ordine, totam hanc laudem [illegible]buiſſe videamur; Ioannem Gandiæ Ducem referemus [illegible]c in ea egenos paterno animo, cùm enim Curiæ præ[illegible]pares eleemoſynas rationes facultatéſque non eſſe expoſ[illegible]laret. Ita, dicebat, ſtatuo; mihi potiùs omnia ad vitam neceſſaria deeſſe, quàm Chriſti membris, patiar. Eſt ſanè manus pauperis gazophylacium Chriſti; & quidquid pauper accipit, Chriſtus acceptat. Da ergo pauperi terram, vt accipias cœlum: da micam, vt accipias totum.

Quiſquis enim cupidè non expendenda recondit,
Qua nulli tribuit, pauperibus rapuit.

In vita Borgie, lib.2. cap.11.

Amboævs Sabaudiæ Dux. *☞ Vide in pauperes liberalitas.*

Par miſericordiæ exemplum cum prioribus fuit hæc Placilla Theodoſij vxor. Reprehenſa à ſuis, quòd bonam vitæ
D partem pauperum miſerabiliúmque perſonarum miſeriæ curandæ abſumeret, ſuáſque facultates liberaliùs in eos diſtribueret: non minus feruore, quam [illegible]ca illa Elizabeth, reſpondit: Imperatori conuenit ad [illegible] elargiri: mihi verò manuum opus pro imperio ipſo, [illegible] id ſemel contulit, offerre. Et appoſitè hæc ſibi eam laudem vindicabit, de qua Sapiens: Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. *Nicephor. Call. lib.12. cap.42.*

Typi et Allegoriæ.

S. Auguſtinus hom.29. inter 80. dicit, Eleemoſynam ſignificatam per ſacrificia vetera, quibus Deus placabatur, quod inſinuans Apoſtolus hebræis, communionis ait, & beneficentiæ nolite obliuiſci, talibus enim hoſtiis promeretur Deus. *c.13. Vide Auguſt. lib. 10. de Ciuit. cap.5.*

Eleemoſyna eſt inſtar columbæ, quæ *Geneſ.*8. reuerſa eſt ad Noë, in diluuio ferens ramum oliuæ. Pennata eſt ait. *Chryſoſt. hom.7. de Penit.* Eleemoſyna, habens alas aureas, ipſos ſupra modum delectans Angelos. Dum namque aurum egenis E
largitur, aureis pennis in cœlum volat, & iudicem placat, pacémque annuntiat, quia ſuperexaltat miſericordia iudicium, q.d. aduerſus Iudicium gloriatur. *Iacob. cap.2.*

Etiam menſa panum 12. quos panes propoſitionis vocant, collocata ante Sanctum Sanctorum *Exod.25.* figura fuit eleemoſynæ, quæ vt ait *Chryſ. hom.9. in Matth.* amica Deo conſiſtit, & ſẽper ei propinqua eſt. Huic multa fiducia cœli portæ aperiuntur, & velut regina intrante, nullos ianitorũ audet dicere, Quæ es tu, aut vnde? ſed omnes eã ſuſcipiunt. Virgo eſt, habẽs alas aureas, circumſcripta per omnia venuſtate, ſed ſuccincta, vultũ habens candidũ atque manſuetũ: pennata eſt & leuis, & ſẽper ante ſoliũ regale conſiſtit. ita *Chryſ.* Scitè & verè Poëta:

O quæ ſtultitia eſt! Deus emit ſanguine fornos?
Mercari exiguo nos piget ære Deum.

Lubet his adiicere inſignem eiuſdem *Chryſoſtomi* ſententiam: qui *hom.7. de pœnit.* vbinam, percontatur ſeipſum, opes deponemus. Transfugæ ſunt (nempe ab vno ad alium diffugiunt) quomodo tenebuntur? Et reſpondet: Diſtributæ manent, cuſtoditæ fugiunt. Allatáque ſimilitudine frumenti, quod domi detentum a vermibus roditur, ſparſum verò, vberrimam meſſem
parit; concludit, neq; eum diffugere poterunt, detentæ tot viduarum & pauperum manibus. In tuto ait Cyprianus *tract. de* F
oper. & eleemoſ. hæreditas ponitur, quæ Deo cuſtode ſeruatur.

ELEEMOSYNA DATA PAVPERIBVS, EGENTIBVS.

QVI DEDERINT.

Apoſtoli.

Thomas Apoſtolus ad Gnodophorum Indiæ regem pro architecto non terreni (vt ille putauit) ſed cœleſtis opificij miſſus, cùm magnam pecuniæ vim inædificandæ regiæ ſumpturus accepiſſet: profecto in aliam prouinciam rege, argentum omne pauperibus diuiſit. Quod vbi innotuit regi, vinctus ductus eſt in carcerem. Interim Gad frater regis elatus, cùm die quarto reuixiſſet, teſtatus eſt, vidiſſe ſe in cœlo mirabilis ſtructuræ baſilicam, gemmis auróque fulgentem, atque audiuiſſe à Thoma regi conditam, niſi ea ſe ipſe fecerit indignũ. Rex itaque rediuiui fratris tum miraculo attonitus, tum verbis permotus, apoſtolum vinculis liberat, Chriſtum prædicanti credit: & credens intelligit, non in terra, ſed in cœlo
eleemoſynis paranda eſſe mortalibus habitacula. *Marulus.* G

Pontifices, Epiſcopi.

☞ Et Tit. Liberalitatis erga pauperes in genere. Huc exempla plura pertinent.

Rabanvs Maurus, Fuldenſis antiſtes, mox Archiepiſcopus Moguntinus, cùm tanta fames Germaniam occuparet, vt etiam pater filium ſuum deuoratum vellet: multam beneuolentiam pauperibus exhibuit. *Sigebertus in Chron.*

Anastasivs IV. Pont. Max. pauperes pauit ſua pecunia, quom vniuerſam propè Europam torqueret fames. *Ranſ.*

Basilivs Magnus, Epiſcop. Cæſarienſis, in fame grauiſſima facultates ſuas vendidit, frumentum comparauit, ex quo pauperes omnes, etiam Iudæorum liberos, aluit. *Sozom. lib.6. cap.34.*

Synodus Romana cenſuit, Epiſcopos eò collocandos, vbi prædia abundent, quæ alendis pauperibus ſuppetant: oportere enim Epiſcopum penu & alimoniæ pauperum promumcondum & procuratorem eſſe. *Auentin. lib.5.*

Reges

Anno regni Herodis XIII. ſiccitas diuturna accidit, eamque inſecuta eſt ſterilitas, & peſtilentia, cùm ægroti in tanta penuria nec curam ſibi conuenientem, nec aliorum ciborum congruum habere poſſent. Abſumptis veteribus frugibus, néque H
terra reddente debitum, cùm ne regi quidem amplæ facultates ſuppeterent, dum fraudatur agrorum redditibus, abſumpta in ædificationem vrbium pecunia: quicquid erat in regia ſupellectilis tam aureæ, quàm argenteæ, id totũ concidit, & pecuniam miſit in Ægyptum, quam tunc Petronius obtinebat pro Cæſare. Is quia priuatim amicus erat Herodis præ aliis ei cõceſſit frumenti exportationem. Herodes itaque eximiam laudem beneficentiæ & prouidentiæ retulit. Nam primùm his, qui ſibipſis frumentum quærere non poterant, diuiſit, omnibus accuratiſſimè diſpenſans. Deinde quia multi erant, qui propter ſeniũ vel aliã debilitatem cibos parare non valebãt, his quoq; prouidit, adhibitis piſtoribus, vt in promptu alimenta haberent. Quin & aduerſus hyemis aſperitatem prouidit, ne qui periclitarentur inopia veſtium, abſumptis pecoribus, & lanis aliiſq; tegumentis deficientibus. Vbi verò etiam huic neceſſitati proſpectũ eſt, propinquis quoque Syrorũ vrbibus

ſollicitu

A ſollicitudinem impendit, diſtributis ad ſementem faciendam frugibus: ita vt reuocatis ad rationem, quæ in exteros tantùm inſumpſerat, reperta ſint frumenti cororum X. millia, corus autem capit X. medimnos Atticos: intra regni verò ſui pomœria LXXX. millia cororum expenſa ſunt. *Ioſephus lib.15. cap.12.*

HELENA Adiabenorum regina ad Iudaiſmum conuerſa, viſendi templi cauſa Hieroſolymam venit. Cùmque per id tempus ciuitas graui fame premeretur, & multi perirent alimentorum inopia: regina ex ſuis alios miſit Alexandriam comparaturos vim magnam tritici, alios in Cyprum, qui copiam ficuum paſſarum inde aduherent. Quibus omnibus breui reuerſis, cibos egenis diſtribuit, atque hoc beneficiò memoriam immortalem ſibi apud Iudæorum gentem peperit. Filius quoque eius Izates Adiabenorum rex comperto quanta fame laboraret ille populus, multum pecuniæ miſit Hieroſolymitanorum primatibus. *Ioſephus lib.20. cap.2.*

Ab Imperatore HENRICO IV. agmina pauperum ſuſtentata ſunt, qui eum domi in cubilibus, in campis, in caſtris ſequebantur. Nam & liberaliter eis proſpexit, & in demortuo-
B rum locum mox alios ſubſtituit, ac in prædiis ſuis erogari eleemoſynas largas præcepit, vt in vita eius annotatur.

Quum LVDOVICVS Thuringiæ Landgrauius Cremonam ad Imperatorem Fridericum proficiſceretur, eius vxor Eliſabetha Andreæ Vngariæ regis F. ſæuiente annonæ charitate, coactam eſurientium turbam ex inanitis horreis aluit. Maritus explorata ſanctitate coniugis ſuccenſus, liberam diſtribuendarum rerum ei poteſtatem dedit. *Bonfinius lib.7. Decad.1.*

DVCES.

Cornelij, Italicæ cohortis centurionis, eleemoſynæ (vt in Actibus Apoſt. legimus) aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei: atque illum adhuc gentilem, angelum de cœlo, & Simonem Petrum ab Ioppe, Cæſaream vſque euocarunt. *Actor.11. 15.*

EVSTACHIVS, ſub Cæſare Traiano magiſter equitum, ſuper cornibus cerui, quem venando inſecutus fuerat, Chriſtum in cruce fulgentem vidit. Qui dum, ob ipſius erga inopes beneficia, ei ſe apparuiſſe diceret, vt myſteria veritatis reſeraret, credentem baptizari iuſſit. *Marulus lib.1. cap.1.*

C EVAGRIVS Philoſophus Alexandrinus, inter alia Chriſtianæ religionis dogmata, etiam de hoc dubitabat, quod eleemoſynam pauperi largiendo, recepturus eſſet centuplum cum vita æterna. A Syneſio Alexandriæ Epiſcopo conuerſus, attulit ei CCC. auri libras, quas ille pauperibus diſtribueret; data ſibi cautione manu propria ſcripta, Deum iſta redditurum.

QVIBVS. Nempe.

PIIS, RELIGIONI ADDICTIS.

ABDIAS procurator domus Achab Iſraëlitarum regis ſceleſtiſſimi, vir pius, cùm Iezabel regina omnes Domini vates perdere conaretur, centum prophetas, in quolibet antro quinquagenos, abſcondit, eóſque pane & aqua ſuſtentauit. *3. Regum. 18.*

MICHAEL Imperator & Procopia Augusta (teſte Paulo Diacono *lib.24. rerum Rom.*) Chriſtianis ex Ægypto & Syria ob Saracenorum crudelitatem ad ſe confugientibus, hoſpitia & aliquot auri talenta præbuere.

LVDOVICVS Pius Imp. Chriſtianis in Aſia & Africa opem
D eius expoſcentibus, denarios ſingulis regiis prædiis exactos ad inopiam ſubleuandam miſit.

[illegible]ius Magnus in Ægyptum, Syriam, Africam eum ingenti vi auri miſit, qui pios, ſub imperio impiorum regum vitam inopem agentes, ope ſubleuarent, ſolarenturque. *Æmilius lib.2.*

SYMMACHVS Pontifex laude piæ liberalitatis inſignis ad cætera beneficia Epiſcopis, quos Traſamundus Vandalorum rex poſt perſequutionem in Africa renouatam in Sardiniam relegarat, aſſiduè veſtes atque alimenta ſuppeditauit. *Sigonius lib.16. Imp. occid.*

CIVIBVS.

CIMONIS Athenienſis Comites per vrbem incedentes ſecretò ſaccolos pecunia plenos geſtabant, egentibuſque omnibus nummos impartiebant: modò non indigni hac ope viderentur. Itaque Leontinus Gorgias Cimonem dixit opes paraſſe, vt vteretur: vſumque eſſe, vt ex eis ſibi honorem pararet: *Plutarchus, & Athen. lib.12. cap.15.*

TVLLVS Hoſtilius Romanorum rex, quot agrorum exteri reges in vſum ſuum ſeruabant, publicè pauperibus diuiſit: multorum regum moribus diſſimilis, qui quod pauperum
E eſt, ſibi vſurpare conſueuerunt. *Fulg. lib.4. cap.3. ex Liuio.*

Non latus initio ager fuit Romanus, ſed eum magna ex parte quæſiuit Romulus bello: quem diuiſit totum Numa egenæ plebi, quò præciſa iniuriæ neceſſitate inferendæ, inopia traductum ad colendos agros populum aruà mitigarent. Quippe inſtitutum aliud nullum tam acrem amorem & celerem inducit pacis, quàm vita ruſticana, quæ audaciam bellicam, quatenus propugnatio poſtulat proprij, retinet: libidinem violentiæ & rapiendi reſecat. Quamobrem agriculturæ Numa & quietis illecebris implicans ciues, atque hanc, vt morum magiſtram potiùs quàm opulentiæ conciliatricem amplectens, diſtribuit agrum in partes, quas Pagos vocauit; ſingulis cuſtodes præfecit & arbitros. *Plut. in Numa.*

NERVA Imp. ciuibus egenis vt vitam ſuſtentarent, decies & quinquagies centena millia nummûm erogauit.

BASILIVS Macedo Imperator progreſſus olim de more ad Apoſtolorum ædem ſacram, eius quoſdam triſtes conſpicatus, mœſtitiæ cauſam rogauit. Qui intrepidè Imperatori, O
F Domine (reſponderunt) quid ni triſtemur, qui mortem noſtram ac liberorum præſentem oculis videmus, quum duos modios frumenti aureo vno mercari cogimur: & cùm iam pecunia deficiat, nunquid propediem deficiet & vita: His auditis rex ingemuit, & pecuniis mœrorem diſſoluit: Tum eos, qui ciuilibus præfecti erant negotiis, quòd tantæ indigentiæ non feciſſent certiorem, magiſtratu amouit, ac dignitate priuauit. *Cuſpinianus in Nicephoro.*

Obſidione Longobardorum Romam ad ſummam rei frumentariæ penuriam adductam Tyberius tertius Imp. miſſis multis nauibus, frumentum ex Ægypto apportantibus, à famis periculo liberauit, anno V. ſui imperij, Martino Scoto teſte. *Paulus Diaconus lib. 17. rerum Rom. & de geſtis Longobardorum lib.3. cap.5.*

Anno IV. Romani Argyropoli Imp. fames ſimul ac peſtis Cappadociam, Paphlagoniam, Armeniam & Honoriadem ita afflixerunt: vt incolæ patriis relictis, alias ſibi quærerent ſedes. Quibus Imperator à Meſanactis in vrbem rediens
G cùm occurreret, neque ignoraret migrationis cauſam: coëgit eos domum redire, pecunia & aliis ad vitam neceſſariis rebus eos conſolatus. *Cedrenus.*

ALFONSVS Ateſtinus dux Ferrarienſis, defuncto patre Hercule, initio ſtatim principatus, oborta in populo ſæua fame, malignitate exuſtæ ſegetis, ſingularis erga patriam pietatis ſpecimen præbuit, aduectitio frumento per tribus atque familias liberaliter diuiſo, & egentibus infimæ plebis officioſa atque admirabili caritate non ſemel inuiſis & ſubleuatis. Nam recrudeſcente in dies malo, quod toti ferè Italiæ eo anno commune fuit, ægrorum corpora tabe [illegible] miſerè deformata, enectaque, paſſim cadebant. Et quum [illegible] publicæ hoſpitales domus ægros non caperent, peſtilentia, quæ vaſtaret vrbem in proximo ſpectabatur. Quibus malis atque periculis inſigni cura, benignitate & munificentia, ab Alfonſo, obuiam eſt itum, tanta ciuium gratia, vt Borſio, huiuſmodi beneficiis populariter commendato æquaretur: eò que ſtudioſiùs, quòd dudum paterna vectigalia minuiſſet, atque marmoriſque paternæ gazæ patefactis, ornamentorum omnis
H generis pretioſam ſuppellectilem amicis benignè diuiſiſſet. *Iouius in eius vita.*

ORPHANIS.

ADRIANVS Imp. factus pueris ac puellis, quibus Traianus alimenta ſtatuerat, incrementa dedit. *Suetonius.*

NERVA Imp. puellas pueróſque parentibus pauperibus natos, ſumptu publico per Italiæ oppida ali iuſſit. *Cuſpinianus.*

Anno Chriſti [illegible]cccc. LXXXIIX, vt infantibus vulgò quæſitis, qui publicè alebantur, quorumque magnoperè numerus excreuerat, largiùs vberiuſque eſſet, in Senatu Veneto lex eſt perlata, vt natalium vrbanorum magiſtratus in annos ſingulos tritici molita ſextaria, quæ appellant, decem, vni amphoras duodecim, eorum curatoribus darent: iiſque rebus ex reipubl. horreis ſyluæ cæſæ ad ignem domeſticum carros ducenos eorum præfecti adderent. *Bembus lib.1. Ven. Hiſt.*

PRÆGNANTIBVS.

IOANNES Eleemoſynarius, Alexandrinus Epiſcopus, pauperibus feminis, quibus non erant habitacula ad pariendum, ſeptem domos præparauit: *Simeon Metaphraſtes in vita eius.*

AMICIS.

AMICIS.

A Ptolomævs rex liberaliter donauit Aratum Sicionium, electo Nicocle tyranno. Miſit enim ei dono primùm viginti quinque talenta: quæ is egenis ſuis ciuibus, cùm in alia, tum ad redimendos captiuos, dilargitus eſt. Quia verò placari non poterant exules qui prædiorum ſuorum poſſeſſores fatigabant, & ciuitas in extremum veniebat periculum, pertexit Aratus iterum ad regem, rogans vt argento ſibi ad conciliandam ciuitatem ſuam ſubueniret. Magnis igitur periculis in Ægyptum nauigans à rege accepit dono ciuitati ſuæ centum quinquaginta talenta. *Plut. in Arato.*

AMASIIS.

Lvchinvs Viualdus Genuenſis, iuuenis opulentus, Genuenſem matronam fruſtra deperibat. At cùm non haberet vnde ſibi filiiſque alimenta pararet, miſit, qui Luchinum ad colloquium inuitaret. Lætus Luchinus, veniſſe tempus arbitrabatur, amata potiundi. Mulier pedibus eius prouoluta, manantibus lacrymis, dixit: Mentem quidem ſibi ſemper fuiſſe, vt inuiolatam coniugi fidem ſeruaret: ſed extrema inopia preſſam, victámque paruulorum pietate liberorum, quos fa-
B me iam confectos videbat, cogi ſe, vt ſuam filiorúmque vitam eius miſericordiæ commendaret. Quibus verbis auditis, Luchinius amore in pietatem conuerſo, ne manu quidem mulierem contigit: ſed ſtatim domum reuerſus, omnia vxori narrauit, atque per eam mulieri pecuniam & cætera ad victum neceſſaria miſit. *Fulgoſus lib.4. cap.3.*

HOSTIBVS.

Theodosio iuniore, contra Perſas ſuſcepto bello, regionem Azazenam vaſtante, captati erant à Rom. circiter ſeptem Perſarum millia. Quos cùm regi Perſarum reddere nollent Romani, fame cœperunt periclitari. Ibi tum Acacius Amydenus Epiſcopus conuocato Eccleſiaſtico collegio omnes eò duxit, vt vaſa & donaria Eccleſiæ pretioſiſſima venderent, & eo pretio captiuos redimerent. Quos cibo refectos, & viatico inſuper donatos, ad regem remiſit. Qui tanta Acacij pietate motus, à Theodoſio impetrauit, vt Acacium coram videre, eiúſque colloquio frui poſſet. *Socrates lib.6. cap.21.*

Recepta Clodia Genuenſes capti plurimi à Venetis, & ad finem belli vſque cuſtoditi. Venetæ matronæ tantum pecu-
C niæ in medium contulère, vt Genuenſibus, qui ſeminudi è cuſtodia educti erant, tunicæ aliáque velamenta corporis, vt cuique hac vel illa re opus fuit, ſint abeuntibus prædita: viaticum adhuc datum, ne mendicare cogerentur. *Sabellicus lib.9. Ennead.19.*

EXVLIBVS.

Berzalævs Galaatides Rogelimus, Dauidi exuli, cùm à filio Abſalone regno pulſus eſſet, apud Mahanaim trans Iordanem cibaria liberaliſſimè ſuppeditauit, cum omnibus rebus neceſſariis. Idem quoque fecit Sobis Nahæ F. ex Rabba Ammonitarum, & Machir Ammielis F. Lodabarenſis. *2. Reg.17.*

CAPTIVIS.

☞ *Conſule Tit. Liberalitatis in Captiuos, Lytrum Datum, Remiſſum.*

MERCATORIBVS.

Ioannes Eleemoſynarius, patriarcha Alexandrinus, mercatori infeliciter negotianti, primùm quinque, poſtea decem libras auri dari iuſſit, & poſtremò nauem Eccleſiæ cum frumento. *Simeon Metaphraſtes Tomo 5. in eius vita.*

SENATORIBVS.

D Tiberivs Cæſar, multos ordinis ſenatorij ad egeſtatem redactos locupletauit, eæque largitiones ſtatim ipſo vidente numerabantur, ne quid inde, vt ſub Auguſto factum meminerat, per diſpenſatores ſubtraheretur. *Zonaras.*

Veſpaſianvs Imp. conſulares inopes quingenis ſeſtertiis annuis ſuſtentauit. *Suetonius.*

PHILOSOPHIS.

Ad Herodem Atticum palliatus quiſpiam crinitus, barbaque propè ad pubem vſque demiſſa acceſſit, ac ſibi εἰς ἄρτους, ad panes ſcilicet emendos, dari petiit. Interrogatus, Quis nam eſſet? irato vultu, ſe philoſophum eſſe, reſpondit. At Herodes: Video, inquit, Barbam & pallium, philoſophum non video, & iuſſit dari pretium panis xxx. dierum. Demus, inquiens, tanquam homines, non tanquam homini. Conuerſus poſtea ad diſcipulos: Muſonius, inquit, philoſophus aruſcanti cuipiam, & philoſophum ſeſe oſtentanti, dari iuſſit mille nummûm, & cùm plerique dicerent, nebulonem eſſe hominem, malum, & nulla re bona dignum, ſubridens dixit: E
ἄξιος οὖν ἐστιν ἀργυρίου. *Gellius. lib.9. cap.2.*

QVÆ DATA. PAVPERIBVS

Alimenta, Frumenta, Panis.

Patiens Cabillionum Epiſcopus, gratis frumenta diſtribuit per deſolatas Gallias *Sidonius in epiſtola ad Patientem.*

Henricvs princeps Boëmorum & Epiſcopus Pragenſis, in maxima annonæ caritate, frumento à ſe coëmpto indigentibus gratis exhibito, adeò factus eſt popularis, vt ad eum defendendum contra Premiſlaum & Vladiſlaum fratres regnum affectantes vniuerſi confluerent: *Dubrauius lib.14.*

Alvredvs Anglorum rex, continuis Dacorum bellis attritus, ſeſe in paluſtria loca Somerſeti, comitatus cum paucis ſuorum recepit. Hic magnis ſollicitudinum ſcrupulis preſſus, dum opem Deum poſcebat, ac quid conſilij capiendum foret, ſedulò agitabat, aliquot dies per dubitationem conſumpſerat: cùm ecce ibi, obuium habuit hominem admodum, inopem, ſicut præ ſe ferebat, qui fruſtum panis ſuppliciter petiit, cui rex libens dedit. At poſtero die, quàm id muneris F
dederat, per quietem vidit diuum Cuthbertum atteſtantem, ſe pauperem illum fuiſſe, cui panem dediſſet: iuſſitque eum bono animo eſſe. Aluredus confeſtim ad ſuos milites rediit, ac magnis præſidiis auctus deintegrò bellum ſuſcepit, & in priſtinum ſtatum reſtitutus eſt. *Polydorus.*

AGRI, DOMVS.

Archebivs Ægyptius monachus, cùm eremum in Ægypto incoleret, cellulam, quam ſibi iam quinquagenarius ipſe ædificauerat, Ioanni Caſſiano monacho, qui illuc ab extera regione ſe contulerat, cum omni ſupellectile dono dedit: ſub eo nomine, quòd cuicunque monacho deinde contigiſſet illuc venire, eam daturus eſſet. Cæterùm vt cella Caſſiano ceſſit, ſtatim aliam ædificare cœpit, quam ſimiliter aduentanti peregrino monacho dedit: tertióque idem repetiit. Tecum igitur reputa lector, quid inopi eremitæ hinc toties tanti remanere poterat: & comparatum ei Macedonem Alexandrum, auarum iudicabis. *Fulg. lib.4. cap.5.*

Dorothevs Ægyptius monachus pauperrimus, ex lapidibus collectis quotannis habitaculum conſtruebat, ad hoſ- G
pites excipiendos. *Volat.21. Antrop.*

Neruæ Imp. iuſſu Senatores delecti, qui agros emerent, diuiderentque egenis.

RESTICVLATIO, RACEMATIO,

Spicilegivm.

Iſraëlitis Dominus inter cæteras leges vnam dedit, liberalitatis erga pauperes, inquiens: Cùm meſſueris ſegetes terræ tuæ, non tondebis vſque ad ſolam ſuperficiem terræ: nec remanentes ſpicas colliges. Neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus & peregrinis carpenda dimittentes. Ego Dominus Deus veſter. *Leuit. cap.19.*

Et rurſus: Quando meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris vt tollas illum: ſed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. Si fruges collegeris oliuarum, quidquid remanſerit in arboribus, non reuerteris vt colligas: ſed relinques aduenæ, pupillo, ac viduæ. Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, ſed cedent in vſus aduenæ, pupilli ac viduæ. Memento quod & tu ſerujeris in Ægypto, & idcirco H
præcipio tibi vt facias hanc rem. *Leuitici cap.24.* [redacted]

MENSÆ.

Carolvs Magnus præter alia, quæ liberaliter pauperibus legarat, auream quoque menſam, item tres argenteas, in quarum vna Neoroma (Conſtantinopolis) in altera vetus Roma, in tertia Orbis terrarum deſcriptus erat, quas multo auro comparauerat, vendi, & pretium pauperibus diſtribui iuſſit per Archiflamines: iuxta quorum numerum legata pauperibus in vnam & viginti portiones diuiſit. Quippe tot primatiæ vrbes ſeu metropoles in imperio Caroli erant. *Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum.*

PECVNIA.

Epiphanivs, Cypriorum metropolis Salaminæ Epiſcopus, facultates ſuas pauperibus diſtribuit. Ad eum tanquam ad communem œconomum pecuniæ, quæ pauperibus darentur, vndique mittebantur. Quodam tempore cùm totum exhauſiſſet ærarium, Eccleſiæ, œconomus ægrè id ferebat, & prodigum appellabat.

pellabat. At non multò poſt incerto auctore loculi auro te-A ferti in ædes œconomi illati, diuino teſtimonio Epiphanij pietatem confirmarunt. *Sozomenus lib. 8. cap. 14.*

Theodosivs Iunior Imperator multum pecuniæ miſit ad Archiepiſcopum Hieroſolymitanum, egenis diſtribuendæ. *Cedrenus.*

Sub Iuſtiniano Imper. Syneſius Epiſcopus Alexandrinus Euagrium philoſophum ad fidem conuertit, & auctor ei fuit, vt ccc. auri libras inter pauperes diuideret, data ſyngrapha, eum centuplum à Deo recuperaturum. *Cedrenus.*

Lvdovicvs Pius, Germaniæ rex, dum Ratisbonæ, Francofordiæque ſacras ædes muro hærentes, mœnibus ſolo æquatis ampliari iubet, auri theſauros repertos, egenis largitus eſt. *Auentinus lib. 11.*

Machetad Scotorum rex, anno Domini 1050. Romæ argentum ſeminando, pauperibus diſtribuit. *Marianus Scotus.*

VESTES.

Pro Tabita Dorca, pauperum, quibus illa ſe benignam conficiendis veſtibus præſtiterat, obſecrantium voces apoſtolorum Petrum compulerunt, vt illi iam conclamatæ, ad B pristinam vitam reditum à Domino impetraret. *Act. 9.*

Pro Druſiana egenorum Epheſi turba Ioanni Apoſtolo occurrens, vt quam illi tunc efferebant, ipſe protinus ſuſcitaret, obtinuerunt, dum veſtes ab ea acceptas oſtentant. *Marul. lib. 1. c. 2.*

D. Martino Cathecumeno adhuc, cùm militem ageret, in porta Ambianenſi occurrit pauper nudus. Verùm cum præter arma & chlamydem nihil haberet, gladio veſtem mediam diſcidit, & pauperi eam dedit. Ea deinde nocte Martino in ſomnis Chriſtus viſus illa chlamydis parte contectus, hac voce: Martinus cathecumenus hac me veſte contexit. *Seuerus Sulpitius in eius vita, & Bonfinius lib. 5. Dec. 1.*

Idem poſtea Turonenſium Epiſcopus factus, cùm in veſtibulo Eccleſiæ offendiſſet hominem detrita lacerna ſeminudum, in ſacrarium euocato, tunicam, quam ſub pallio ſolam habebat, dedit. Allato ſibi demum collobio, indutus ac ſuper indutus podere, reliquiſque ſacerdotalibus ornamentis, dum ſacra peragit, atque inter agendum ambas ſuppliciter manus ad cœlum tollit, delabentibus linteis brachia C nudata oſtendit. Sed priuſquam ea dimitteret, amicta apparuère tegumento mirabili. *Marulus lib. 1. c. 2. & Fulg. lib. 4. c. 8.*

Petrus Telonarius Conſtantinopolitanus ſeſe nudans, pauperes veſtiuit. *Marulus lib. 1. c. 2.*

Ægidivs Athenienſis, regio genere nobilis, dum adhuc ſub tutela patris ætatem ageret, mendico ægrotanti (quoniam aliud quod daret non habebat) ſuum amiculum dedit. Quo quidem ille indutus, eueſtigiò ſanus conſurrexit. Poſtea verò quam defunctis parentibus liberam ſuſcepit bonorum poſſeſſionem, tam prompto animo omnia egenis diſpertiuit, vt ea non priùs habuerit, quàm donauerit. *Idem.*

Cosmas Atticus patriarcha, patria Æginera, benignitate erga pauperes inſignis fuit, adeò vt aliquando pallium & tunicam & lineam calyptram capitis, pauperibus misericordia motus diſtribuerit. Neque de ſuo tantum largiebatur, ſed alios etiam, vt pauperum inopiæ ſubuenirent, impellebat. *Nicetas lib. 2.*

Iordanes Saxo, ordinis Prædicatorum princeps, cùm pauperi cuidam veſtem, quam habebat, largitus eſſet, eandémque paulò pòſt mendicus cauponi oppignoraſſet: ob intempeſtam liberalitatem reprehenſus: Satius fuit veſtem D perdere quàm charitatem: reſpondit. *Leander lib. 5. de ordinis Prædicatorum Viris illuſtribus.*

Serapion monachus, cùm nihil præter tunicam & pallium haberet & Euangeliorum codicem, obuiam factus duobus pauperibus, alteri pallium, alteri tunicam dedit. *Marulus lib. 1. cap. 2.*

Cimonem Miltiadis F. comitabantur familiares adoleſcentes honeſtè amicti: quorum quiſque, vbi occurrebat Cimoni ex ciuibus maior natu obſoletiùs veſtitus, pallium cum eo commutabat. *Plutarchus in Cimone, & Athenæus lib. 12. cap. 15.*

STRAGVLA.

Ioannes Alexandrinus Patriarcha, qui pauperes dominos ſuos appellare ſolebat, cùm à diuite quodam, vile ac ſordidum grabatuli ſui tormentum miſerante, plumeam culcitram dono miſſam accepiſſet: vbi primùm ea ſubſtrata cubauit, noctem illam totam inſomnem egit, identidem ingemiſcens mollius tunc ſe iacere, quàm dominos ſuos. Cùm- E que illuxiſſet, culcitram venundari, pecuniam pauperi erogari mandauit. At diues ille ab emptore redemptam, iterum miſit precatus, ne munus ſuum vltra venale haberet, ſed eo ipſe frui vellet. Verùm diuitis preces ſuperabat patriarchæ in egenos miſericordia: neque modo vlla Ioannes teneri ſe potuit, quin rurſum itidem faceret, vt prius. Atque adeò quoties id muneris miſſum ſibi accepit, toties vendendum curauit. *Marulus lib. 1. cap. 2.*

LIBRI.

S. Dominicvs Hiſpanus dum Valentiæ bonis artibus perdiſcendis operam daret, ciuitas annonæ caritate laborare cœpit. Ille multorum famem miſeratus, cùm pecuniam non haberet, qua indigentibus pro tempore ſubueniret, libros vendidit: nec dubitauit litterarum ſtudiis: ſtudium præponere pietatis. *Marulus lib. 1. cap. 2.*

CORNV.

Anscarivs Eporediæ Marchio, qui Berengarij gener erat, atque ex filia eius Giſſa Berengarium genuerat, eum, qui poſt & ipſe regnum Italiæ tenuit, tanta ſanctitate ab ineunte F pueritia fuit, vt ſi à venatione fortè reuertens in pauperem incidiſſet, neque præſentem pecuniam, quam ei daret, haberet, cornu, quod pretioſum collo geſtabat, elargiretur, & pòſt ab eo quanti æſtimaret redimeret. At mox regnandi libidine accenſus, vt Lambertum regem, ſic pòſt etiam ſocerum de regno deturbare ſtuduit. *Sigonius lib. 6. regni Ital.*

ANVLI.

Edvardvs III. Anglorum rex pauperi cuidam eleemoſynam petenti anulum dedit. *Polydor. lib. 8.*

VASA ARGENTEA.

S. Germanvs Galliæ Epiſcopus, cùm Rauennam veniſſet, à Placidia, quæ cum Valentiniano filio imperabat, honorificè excipitur: & quum ab ea delicatiſſimi cibi in argentea patina, ſine carnis intermixtione, mitterentur, cibos inter diſcipulos diſtribuit, patinam in pauperem commodum erogauit. Pro regio munere, panem hordaceum in patella lignea remiſit. At illa vtrumque cum maximo plauſu accipiens patellam auro exornauit, & panem ad varios languentium vſus reſeruauit. *Bonfinius lib. 4. Dec. 1.* G

D. Gregorivs dum adhuc Abbas eſſet, cùm nil aliud præſtò haberet, lagenam argenteam dedit petenti. *Marulus, lib. 1. cap. 2.*

Osvaldvs Northumbrorum Rex. ☞ *Vide infra Tit. de Fructibus corporalibus Eleemoſyn.*

Ioannes Rex XIIX. bellum gerens; cum pecuniarum nihil penitus haberet, cuidam equiti pro vxore & liberis, quos fames vrgebat, pecuniam petenti, ſex argentea vaſa, quæ ſibi ſola ad menſæ vſum relicta erant, impertiuit. *Marineus l. 12. rerum Hiſpan.*

TEMPLORVM ORNAMENTA.

Anno dclx. fames maxima Galliam inuaſit: cui vt ſuccurreretur, Clodoueus II. aurum & argentum, quo ædem D. Dionyſij Dagobertus pater impensè magnificéque ornauerat, egentibus diſtribuit. *Chronicum Francorum.*

CARBONES, LAPIDES.

In Scotia pauperes penè nudi ad templum mendicantes, acceptis lapidibus eleemoſynæ gratia datis, læti abeunt. Id genus lapidis, ſiue ſulphurea ſiue alia pingui materia præditum pro ligno, quo regio nuda eſt, comburitur. *Æneas Syluius cap. 45. Europæ.* H

SANITAS.

Petrvs cum Ioanne in templum aſcendens, claudum ſtipem petentem ſanauit, eleemoſynæ loco. Dignum eſt obſeruatione, quòd Chriſtus Ieſus ſemper fidem requirebat ab iis quos ſanaturus erat: quandoquidem illi non eleemoſynam, ſed beneficium ſanitatis expetebant. At Petrus non explorata fide claudi, & nihil minus quàm ſanitatem expectantem, ſanum fecit. *Actor. 3.*

Mos erat Alphonſo Aragonio, Siculorum regi, quocunque in locum ſacram Euchariſtiam ferri conſpexiſſet, relicto equo quo vehebatur, pedibus eam proſequi in locum, ad quem perferebatur. Dum hoc peragit, contigit ſemel in vetulæ domum ingredi, ſanguinis fluxu laborantis. Cùm autem certior factus eſſet, eiuſmodi morbo plurimùm iaſpidem conferre; miſit ſtatim, qui vnum quem habebat, perferret: ipſeque

mulieris manui eum inſeruit, breuique à morbo ægra libera-
A ta fuit. *Fulg. lib.5. cap.2.*

LIBERTAS.

Conſule Tit. Liberalitatis erga Captiuos.

QVOMODO.

SEIPSVM DEPRAVANDO.

SIMON monachus Sotionis filius, cùm in cœnobio in veſperum edendi mos eſſet, viritimque cibaria fratribus diuiderentur; ſæpenumerò cœnulam ſuam integram ſeponebat, & pauperculis eò ventitantibus offerebat, hebdomadarum interdum inediam paſſus, vt aliis alimenta præbere poſſet; famem interim non ſentiens, dum fami proſpicit aliorum. *Marulus.*

BERNARDINVS, ordinis Minorum ſecunda gloria, cum parentibus orbatus, ſub Dianæ materteræ diſciplina degeret, prandiolum ſuum cum pauperculis partiri conſueuerat. Et dum in panario, die quodam vix, qui domeſticis ſufficeret, panis ciſtaret, ac materfamilias mendicanti defectum excuſaret; eam Bernardinus tamdiu orare non deſtitit, donec eorauit id ſaltem petenti concedi, quod ſibi reſeruabatur: af-
B firmans ſemet eſurire malle, quàm eſurientem non potuiſſe. *Marulus lib.1. cap.2.*

DECOQVENDO.

ALBERTVS V. adeò munificus fuit in pauperes, vt breui nil ſibi reliquerit. Vnde per iocum dicere interdum ſolebat, ſe diuitem Epiſcopum fuiſſe, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem. *Platina.*

De Paula Romana hoc ſcribit D.Hieron. *in eius Epitaphio:* Pauperes curioſiſſimè tota vrbe perquirens, damnum putabat, ſi quiſquam debilis & eſuriens cibo ſuſtentaretur alterius. Spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos, maiorem ſe eis hæreditatem Chriſti miſericordiam dimittere loquebatur.

VENDENDO SEIPSVM.

Poſſidebat Frater quidam (is Serapion ait Marulo) ſolum Euangeliorum codicem. *Vide initio huius loci.*

PETRVS Telonarius, Conſtantinopolitanus, vt pecunias compararet in vſum pauperum, ſeipſum vendidit. *Marul.lib. 1. cap.2.*

C Memorabile eſt quod de Paulino, Nolanæ vrbis Epiſcopo, refert Gregorius. Is vrbe ſua expugnata à Vandalis (ſub Iuſtino ſeniore Imp. & ciuibus captis, plurimos ab hoſtibus emit pecunia pro eis ſoluta, donec omnem ſubſtantiam ſuam ita diſpenſauit. Tandem cùm nihil ei ſupereſſet, ac vidua quædam λύτρον pro filio capto ab eo peteret, ipſe ſe pro captiuo, hoſti tradidit, & viduæ ſuum filium reſtituit. *Gregorius lib.3. Dialog. cap.1.*

VENDENDO CARISSIMA.

A CYRILLO Hieroſolymitano Epiſcopo vendita fuiſſe pretioſa aliquot ornamenta Eccleſiæ, in magna fame vt ea eorum pretio multitudini pauperi proſpiceret, *Sozomenus* ſcripſit *lib.4. cap.25.*

D. REMBERTVS, Ripenſis Epiſcopus in Dania, inde Hamburgenſis Archiepiſcopus, quum plures tenerentur captiui à Danis aut Vandalis, quam illius poſſent ære redimi: ſacra etiam vaſa diſtraxit, & impendit: ſanctiùs arbitratus, pretioſas Chriſto animas libertati reſtituere, quàm aurum intra ſacrarium congerere. *Crantzius lib.2. Metrop. cap.10.*

D D.GREGORIVS PP. *lib.6. Epiſt.* 177. Fortunato Epiſcopo Fanenſi ſacrorum vaſorum diſtractionem pro redemptione captiuorum promittit. Idipſum quoque *epiſtola* 199. *Domino Meſſanenſi Epiſcopo.*

DISSIMVLANDO.

NICOLAVS, Myrhæ Epiſcopus, dum vicinus quidam, vrgente eo ſcelus inopia, proſtitutis trium natarum corporibus, victum ſibi quærere decreuiſſet: ille accedens ad domum eius, nocte intempeſta, vt eleemoſyna in occulto fieret, tantum auri per feneſtram iniecit, vt inde & virgines honeſtè locarentur, & pater ipſe in ſpem ſuſtentandi ſe non iniquam ſimul deueniret. Nicolao verò, quoniam bona ſua prudenter diſpenſauerat, Eccleſiaſtica credita ſunt, & in Epiſcopum Miræ diuinitùs eſt electus. *Marulus lib.4. cap.2. & Sabellicus lib.2. cap.1.*

IOANNES Alexandrinus patriarcha, cùm aliquando mendico ſibi obuiam facto, ſex nummos diſpenſatorem dare iuſſiſſet: ille acceptis diuertit paululùm de via, & progredientium præuertens veſtigia, geſtu habitúque alium mentitus, alios ſex, non quia non agnoſceretur accepit: ſed quòd talem nactus fuerat datorem, qui & iam deprehenſa fraude manum
E poſcentis ſubtrahere neſciret. Et iam tertio pari aſtu vſo, cùm patriarcha duplicatam pecuniam numerari præcepiſſet, ſucclamare diſpenſator in malitiam hominis cœpit. Conuerſus verò Ioannes: Tace, inquit, fili: nam fortaſſe hic Dominus noſter Ieſus Chriſtus, periculum noſtri faciens, an tandem offenſi crebris repetitionibus, ceſſaturi ſimus miſereri. Hic quia maximè in dando propenſi animi erat, cognomento Eleemoſynarius dictus fuit. *Marul. lib.1. cap.2.*

Alexandrinus Ciuis, MACHARIVS nomine, in magnis opibus à patre relictus, paruo tempore iuuentæ libidinem ſecutus omnibus conſumptis ad inopiam redactus eſt: quæ idcircò ei infeſtior erat, quòd mendicitatem erubeſcebat. Hoc cùm Apollinarius, Alexandriæ patriarcha, reſciiſſet, arbitratus id quod erat, Macarium (qui poſtea inter ſanctos relatus eſt) vt aliquid eleemoſynæ nomine acciperet præ pudore nunquam adductum iri; nouum inuentum, vt eum iuuaret, excogitauit. Finxit enim, in antiquis Alexandriæ Eccleſiæ ſcripturis vetus inſtrumentum eſſe inuentum, quo oſtende-
F batur ſuperioribus temporibus Alexandrinam Eccleſiam contracto nexu quinquaginta auri libras annuas eius patri debuiſſe. Ergo Macarium ad ſe acceerſiuit, orauitque, vt vnius anni penſione contentus, pro reliqua ſumma Eccleſiam liberare vellet. Lætus Macarius conditionem accepit. Prudenter igitur patriarcha, & Macarij pudorem, & ſuam largitionem texit. *Fulg. lib.4. cap.8.*

CELANDO.

ARCESILAVS Philoſophus, Cteſibium ægrotantem inopiáque rerum preſſum inuiſens, plenum nummis ſacculum clam eius puluillo ſubiecit. Quo reperto: Arceſilai (inquit Cteſibius) hic ludus eſt. Arceſilaus dicere ſolebat, ſe malle liberalitatem, quàm auream argenteámque ſupellectilem. *Guido Bitur.*

PETRVS Vrſeolus, dux Venetorum, ſæpè clanculum ægrotos viſitabat, ipſorúmque inopiam verbis & eleemoſynis ſubleuabat. *Bergomenſis lib.11.*

D.MARCI Veneti Procuratores ſub Sebaſtiano Ciano Duce primum inſtituti, pauperrimum quemque ære publico ſuble-
G uabant. Sed diuerſam omninò dandi rationem veterem illam ab hac recentiora fuiſſe, putat Sabellicus: & quò honeſtiorem, eò ſanè magis probabilem. Per ſe, vt aiunt, viri illi ſcrutabantur, qua cuique opus re eſſet: inde demiſſis in papyraceos cucullos pecuniis, ſingulorum nomina habentes (eorum ſanè, quibus die illo conſultum volebant) primis tenebris conuentis domeſticatim pauperibus quàm occultiſſimo pietatis fungebantur munere. Nec tum vidiſſes (quia non opus erat) in illorum veſtibus pauperum multitudinem, vt hodie: nec apud quenquam valebat amicorum aut propinqui cuiuſdam interceſſio: ſola inopia, modò cognita eſſet, ſatis erat ad opem conſequendam. *Sabellicus lib.8. Decad.3.*

COSMVS Florentinus, per alios ſæpenumero munera miſit amicis ſuis, vt à quo mitterentur ignoraretur. Quo docuit, ſeruandum in quibuſdam & erga quoſdam tritum illud Chriſtianorum prouerbium: Ignorare ſiniſtram debere, quod ipſa dederit dextera. *Pontanus de Liberal. cap.27.*

QVANDO.

ELEEMOSYNAM DARE.

H IN STVDIO.

AVICENNA, perlecto commentario Albumaſaris in metaphyſica Ariſtotelis, lucem maximam ad ea de quibus priùs dubitauerat intelligenda percipiens, actis Deo gratiis, ſequenti die largas pauperibus dedit eleemoſynas. *Nic. Maſſa ex Sorzano Arabe.*

DIE FESTO.

AMANA à rege Aſſuero interfecto & ſuſpenſo, Iudæi feſtum diem inſtituerunt, in quo pauperibus munuſcula largiebantur. *Eſther. 9.*

IN NVPTIIS.

HENRICVS III. in nuptiis ſuis Ingelbergæ actis prohibuit, tibicinibus, mimis & ſcurris, quorum ingens caterua confluxerat, cibo, veſtes & pecuniam aut alia munera dari: ſed ciborum reliquias pauperibus diſtribui iuſſit. *Chronicon Magdeburgenſe.*

IN VICTORIA.

Hungarici, tributum à Saxonibus repetentes, ab exercitu Henrici II. Imperatoris occiſi ſunt, aut capti: iiſque vſque ad

interne

A internecionem deletis tributum quod repetebatur ; Deo pro gratiarum actione in ecclesiis pauperibus exoluerunt. *Sigebertus in Chron.*

IN MORTE TESTAMENTO.

LVCIA virgo ad liberalitatem erga pauperes matrem Eutychiam hortabatur. Illa, vt vitæ ſuæ finem expectaret, inferente (tum enim ſe quod vellet de opibus ſuis facturam eſſe) Non, inquit Lucia admodum gratum, ô mater, Deo munus; quod, qui offert, ideo offert, quia illius vſum ſuprema ſibi intercedit dies. Da, dum ſana es : ne ſi moriens dederis, inuita dediſſe arguatis, rem vtique volens nolens relinquere coacta. Eutychia laudauit filiæ ſententiam, illud ſibi ex ſacris certò perſuadens, hilarem datorem diligere Dominum. *Marullus libro 2. cap. 1.*

Auicenna, mediens & philoſophus ſummus moriens facultates ſuas, quas habuit ampliſſimas ; pauperibus legauit. *Sorzanus eius vita.*

VBI. VIDELICET.

IN TRIVIO.

B Apud Græcos olim ſub nouilunium Diuites mittebant veſpere cœnam Hecatæ in triuia, quam pauperes deuorabant. *Ariſtophanes in Pluto.*

παρὰ τῆς ἑκάτης ἔξεστιν τοῦτο πυθέσθαι
εἴτε τὸ πλουτεῖν, εἴτε τὸ πεινῆν βέλτιον, φησὶ γὰρ αὕτη
τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν,
τοὺς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν, πρὶν καταθεῖναι, id eſt,
Hoc ex Hecate, ſi vis, didiciſſe licebit,
Vtrum potius, ditem eſſe ; an egenum. Quandoquidē iubet illa.
Hos quibus eſt res, quoque benignam menſe vno ponere cœnam,
Cæterùm egenos hanc prædari, triuis ac deponere poſſunt.

Eraſmus in Prouerb. Vocabatur Hecate Sordida, propter id cœnæ genus, & Parca, quia vmbræ porro, maius, mæuidibus & triglis veſci creditæ ſunt. In Triuiis præcipuè colebatur, quòd ibi expoſita fuit, vt quidam putarunt, ab Æolo & Pheræa parentibus, à bubuleis Pheratis educata. *Natalis Comes Mythol. lib. 3. cap. 14.*

IN ATRIO, AVLA.

C ADRIANVS I. inſtituit, vt ſingulis diebus centum pauperes in atrio Lateranenſi paſcerentur, in quo etiam diſcumbentes pauperes picti cernebantur. *latina.*

IN MENSA.

Ad menſam Caroli Magni humi decumbentes XII. pauperes quotidie victu tenui paſcebantur. Aigolando Saracenorum regi cauſam quærenti, reſpondit, illos magni ſui Dei nunciorum typum ferre. Tum ille, Ergo ne tu Dei tui nuncios tam ſordidè tractas ? Ea voce ictus Carolus pauperes illos deinceps honeſtiùs veſtiri, & lautiùs excipi voluit. *Ex Turpino Remenſi; Sabellicus lib. 8. En. 8.*

* ELEEMOSYNÆ FRVCTVS.

AC PRIMVM SPIRITVALIS.

Per eleemoſynarum largitionem peruenit Cornelius Centurio ad vitæ puritatem. *Actor. cap. 10.*

EXEMPLA HISTORICA.

Narrauit mihi quidam patrum de Zenone Imperatore dicens de muliere quadam, cuius filiam ipſe Imperator ad libidinem exſatiandam ſubripuiſſet : Hæc (inquit) vacabat in templo Dominæ noſtræ Dei genitricis, orans eam & deprecans, ac cum lacrymis dicens. Vindica me de Zenone Imp.
D Cùm ergo diebus multis hoc faceret : apparuit ei per viſum ſancta Dei Genitrix dicens : Credo mihi, mulier, vltionem tuam ſæpe facere volui, ſed manus eius prohibet me. Erat enim valde miſericors & eleemoſynas faciens. *Baron. tomo 6. Annal. anno Chriſti 474. Ex prato ſpirit. 179.*

Cum Alexandriæ eſſemus, Leontius Apameenſis vir religioſus, ac fideliſſimus, venit ex Pentapoli : multis enim iam annis Cyrenæ moratus fuerat. Venit autem diebus Eulogij ſancti Alexandrini Patriarchæ, eiuſdem Cyrenenſis vrbis futurus Epiſcopus. Cúmq; in familiari colloquio eſſemus, narrauit nobis dicens ; Fuit temporibus Theophili beatiſſimi Patriarchæ Alexandrini, Cyrenæ Epiſcopus Syneſius Philoſophus. Qui cùm veniſſet Cyrenem, reperit illic philoſophum quemdam, Euagrius nomine, qui ſodalis ſuus in ſtudiis liberalibus fuerat, amicum ſibi chariſſimum, ſed religione Gentilē, & culturæ idolorum maximè deditum. Eum Epiſcopus Syneſius ab Idololatria transferre ad culturam Chriſti ſatagebat, curámque ingentem eius rei ſibi aſſumpſerat pro charitate, quam erga ipſum à principio habuerat. Ille verò minimè id patiebatur, neque illius doctrinam admittere volebat, Epiſcopus tamen præ nimio ad illum amore, ne ſic quidem tædio victus deſiſtebat diebus illum ſingulis hortari, & inſtruere, ac E
inducere, vt Chriſto crederet, ipſiuſque Sacramenta ſuſciperet. Cúmque illi quotidie iſta monita dare perſiſteret, dixit ad eum ſemel Philoſophus : Verè, mi Domine Epiſcope, cùm cæteris, quæ mihi diſplicent in Chriſtianis, hoc eſt, quod conſummationem ſæculi iſtius futuram dicunt, & poſt conſummationem omnes, qui ab initio ſæculi fuerunt, homines, in iſto corpore, reſurrecturos, carnémque hanc ipſam incorruptibilem recepturos; & immortalem, atque in perpetuum victuros, ſicque eorum, quæ in corpore geſſerunt, præmia percepturos : eum etiam, qui miſeretur pauperi, fœnerari Deo : & qui diſpergit in pauperes & inopes, in cœlo ſibi theſauros reponere, & centuplicata, quæ erogauerit, in regeneratione in æterna vita, à Chriſto eſſe reddenda. Quæ omnia cum dicuntur, deceptio & irriſio, & fabula mihi videntur : Epiſcopus autem Syneſius aſſeuerabat omnia Chriſtianorum vera eſſe, nihilq; habere omnino falſum, vel veritati conſentaneū, F
idque multis documentis aſſerebat, & illi perſuadere conabatur. Poſt multum verò temporis, cum illum induxiſſet Chriſtianum fieri, baptizauit ipſum, & filios eius, cunctóſque domeſticos illius. Cæterum non multò poſteà quam baptizatus fuerat, dedit Epiſcopo auri tria centenaria, in vſum pauperum, dicens : Accipe aurum iſtud, & diſtribue illud pauperibus ; & fac mihi cautionem manu tua, quòd Chriſtus mihi ipſum reddet in futuro ſæculo. Qui ſuſcepto auro proptè illi, vt petebat, cautionem fecit. Vixit itaque poſt baptiſmum annos aliquot Philoſophus, ac tādem infirmatus eſt ad mortē, Cùm vero morti proximus eſſet, dixit filiis ſuis : Quando curabitis funus meum, chartam iſtam in meis manibus ponite, & cum illa me ſepelite. Mortuo autē illo, fecerunt filij, ſicut ipſe eis præceperat, ſepelierúntque eum cum chirographo, Tertia vero poſt ſepulturam die, apparuit Epiſcopo Syneſio nocte quieſcenti, dicens : Veni ad ſepulchrum, vbi iaceo, & accipe chirographum tuum. Accepi enim debitum, ſatisfactúmque mihi eſt, atque vt certior huius rei fias, propria meā ſubſcripſi manu. Ignorabat autem Epiſcopus, quòd chirographum illud conſepeliſſent ei. Manè autem facto, accerſitis fi- G
liis eius, dixit : Num aliquid cum patre veſtro in monumento poſuiſtis : Illi putantes, quod eos de pecuniis interrogaret, dixerunt ei : Nihil, Domine, præter pannos conſuetos. Quid igitur numquid vel chartam aliquam conſepeliſtis ei ? Tunc recordati illi (ignorabāt enim quod de chirographo diceret) dixerunt ei : Ita ſanè, Domine. Chartām enim quandam moriens dedit nobis, & ait : Quando ſepelietis me, chartam iſtam mihi in manibus date, nullo penitus ſciente. Tunc dixit illis Epiſcopus ſomnium, quod nocte illa viderat : ſumenſque illos cum Clericis, ac primariis ciuitatis, acceſſit ad Philoſophi tumulum. Quo aperto, inuenerunt iacentem Philoſophum, chirographúmque manu Epiſcopi conſcriptum ſuis manibus tenentem. Accipiētes autem chirographum ex illius manibus, aperuerunt, inuenerúntque in eo nouiter manu Philoſophi ſubſcriptum ita : Ego *Euagrius* Philoſophus tibi ſanctiſſimo Domino Syneſio Epiſcopo ſalutem : Accepi debitum in his litteris manu tua conſcriptum, ſatisfactúmque mihi eſt, & nullum contra te habeo ius propter aurum quod dedi tibi, & per te Chriſto Deo & Saluatori noſtro. Qui verò conuene- H
rant, hoc videntes, obſtupuerunt, & per multas horas clamarunt : Kyrie eleiſon, glorificantes Deum, qui facit mirabilia, talémque, ac tantam promiſſionum ſuarum euidentiam dat ſeruis ſuis. *In prat. Spir. cap. 95. Hugo Etherianus lib. de regreſſu animarum ab inferis cap. 15. tom. Zonar. 3. Annal. Bred. lib. 8. cap 2.*

Hic etiam quidam iuxta nos, Deuſdedit nomine, religioſus habitabat, qui calceamenta ſolebat operari : de quo alter per reuelationem vidit, quod eius domus ædificabatur, ſed in ea conſtructores ſui ſolo die ſabbathi videbantur operari. Qui eiuſdem viri poſtmodum ſubtiliter vitam inquireas, inuenit, quia ea bis, quæ diebus ſingulis laborabat, quidquid ex victu, atque veſtitu ſupereſſet, die ſabbathi ad beati Petri Eccleſiam deferre conſueuerat, atque indigentibus erogare. Qua ex re perpende, quia non immeritò domus ipſius fabrica creſcebat. Sanè quidem quæ per viſum oſtenſa ſunt ſymbola veritatis, ex diuinis quoque ſcripturis ſibi vendicant teſtimonium : ſi enim de ſtructura agitur, ſcriptum eſt : Miſericordia ædificabitur in cœlis. *Baron. tom. 7. Annal. Eccl. ſ. anno 590. ex lib. 4. dial. Gregor. cap. 36.*

Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti mille-
A ſimo trigeſimo, menſe Septembri, Indictione tertia decima, ego Dominus Petrus Senior Soræ, & Arpini, filius bonæ memoriæ Domini Rainerij, eiuſdem ciuitatis, & Domina Doda filia bonæ memoriæ Oderiſij Comitis, vxor ſupradicti Domini Petri vnà cum eius voluntate, & abſolutione, bona, & ſpontanea voluntate noſtra declaramus, quia dum quadam die cogitare cœperimus intra noſmetipſos, qualiter in peccatis concepti, & nati ſumus, & qualiter ab infantia noſtra die noctúq; horis & momentis innumerabilia peccata cômiſimus, & qualiter in illo terribili Iudicio de omnibus factis noſtris, & cogitationibus, Deo rationem reddituri ſumus, & qualiter ab illo æquiſſimo Iudice vnuſquiſq; recipiet ſecundum opera ſua: Et rurſus dum cogitare cœpimus, qualiter impij & peccatores, qui hic peccata ſua redimere negligunt, in illam pauendam pœnam perpetuò cum diabolo damnabuntur, & qualiter iuſti & electi Dei in illa æterna beatitudine cum Domino gloriabuntur: ſubitò reſpexit nos diuina pietas, & compunctum eſt cor noſtrum cum tremore, & æſtua-
B tione cordis, & cœpimus cogitare, & quærere conſiliû à Sacerdotibus, & religioſis viris, qualiter innumerabilia peccata noſtra redimere potuiſſemus, & ab ira æterni Iudicis & à pœna æterna euadere. Accepimus conſilium ab eis: præterquam renuntiare ſæculo, nihil eſſe melius, quàm Eleemoſynarum virtutẽ, & de propriis rebus & ſubſtantiis monaſterium conſtruere, & ibidem cœtus monachorum Deo famulantium coadunare, & ibi ſecundum regulam & normam beati Benedicti laudem Deo reſonare, & vota perſoluere, & omni tempore pro animabus noſtris inceſſanter orare. Hoc conſilium ab eis lubenter, & ardentiſſimo amore accepimus, & cœpimus quærere inter noſmetipſos, vbi opportunum locum inuenire potuiſſemus. Et ſic Deo concedente, inuenimus locum in finibus Soræ, vbi dicitur. Inter formas, quem habebamus in rebus proprietatis noſtræ per chartulam acquiſitionis. Ibique nos ipſi Dominus Petrus, & Domina Doda ſimulatque communiter vno animo, mente vna nouo fundamento conſtru-
C ximus Eccleſiam in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti & ſanctæ Dei genitricis & Virginis Mariæ, & tradidimus eam in manus viri venerabilis Domini Dominici Sacerdotis, & abbatis, & ibi eum abbatem conſtituimus, vbi monaſterium conſtruxiſſet, & cœtus monachorum Deo famulantium eò aduocaſſet, &c. *Baron. tom. 11. ad an. Domini* 1030.

Epiſcopus qui tum (ſi rectè teneo) Capuæ præerat, vidit maiorem Benedictum Papam (ita dictus Benedictus Octauus maior reſpectu nepotis eius, qui iunior eſt Benedictus appellatus) qui iam obierat, nigro equo quaſi corporaliter inſidentem. Cúmque illum cœptum iter carpere cerneret: Heus, inquit, nonne tu es Papa Benedictus, quem defunctum liquidò nouimus? Ipſe, inquit, infelix ego ſum. Et ille: Quomodo tibi eſt, Pater? Grauibus, ait, tormentis afficior, ſpe tamen, (ſi adiutorium præbeatur) de mea recuperatione non priuor. Sed perge quæſo ad Fratrem meum Ioannem, qui nunc Apoſtolicam occupat ſedem, eique, mea functus legatione, denuntia, vt illam potiſſimam ſummam, quæ in tali theca reconditur, in pauperes pro mea ſalute diſtribuat, ſicque me redi-
D mendum eſſe, quandocunque decreuerit diuina miſeratio, agnoſcat. Nam cætera quæ pro me ſunt indigentibus tradita, nihil mihi penitus profuerunt, quia de rapinis & iniuſtitiis, acquiſita ſunt. Hic igitur Epiſcopus Romam impiger adiit, & vbi Ioanni Papæ defuncti Fratris Benedicti verba narrauit, Epiſcopalis mox ſarcinæ pondus abiecit, monachum induit, eóque modo ſalutem ſibi ex aliena calamitate prouidit. *Idem Baron. eod. tom. anno dom.* 1024. 3. *Ex Petro Damiani, in Epiſt. ad Nicol. 11. Pontificem.*

Fuit in Centumcellenſi vrbe Theophanius Comes, vir miſericordiæ actibus deditus bonis, quotidie ad menſam ſuam peregrinos, cùm ſuſciperet, quodam die peregrinus quidam inter alios aduenit, ad menſam ductus eſt, dumque Paterfamilias ex humilitatis conſuetudine aquam vellet in eius manibus fundere, conuerſus vrceum accepit, ſed repentè eum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, non inuenit. Cúmque hoc factum ſecum miraretur, eadem nocte ei Dominus per viſionem dixit, Cæteris diebus me in membris meis, heſterno autem die me in memetipſo ſuſcepiſti. *Ex D. Greg. Mag. homil. 56. in Euang.*

Gregorius hom. 32. In Euangelia narrat, duos martyres, habitu peregrino & monaſtico Matronæ cuidam religioſæ apparuiſſe, cumque illa de more eis eleemoſynam offerret, dixerunt: Tu nos modo viſitas, nos te in die Iudicij requiremus, E
& quidquid præſtiteris, præſtabimus tibi. Hoc eſt quod S. Chryſoſt. ſcribit, Eleemoſyna adſtabit tribunali non modo patrocinans, verum etiàm Iudici perſuadens, vt reo patrocinium præſtet, & pro eo ferat ſententiam. *Hom. 33. ad pop.*

Similem opem promiſiſſe & præſtitiſſe hoc ſæculo Carthuſianos martyres, ſub Henrico VIII. Angliæ Rege, Matronæ cuidam agonizanti, quæ eos in carcere eleemoſynis, omnique obſequio iuuerat, ex relatu fide dignorum virorum memoriæ prodidit. *Cornel. à Lapide Comment. in c. 26. Deuteron.*

*FRVCTVS CORPORALES

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Proles promittitur Abrahamo propter Eleemoſynam. *Geneſ.* 18.

Abigail, ob panes aliquot Dauidis militibus prudenter diſtributos, ad ſtatum Regium promouetur. 1. *Reg.* 22.

Vidua, etiam pauper, Eliam, magno cum gaudio hoſpitans, dignos percepit fructus. 3. *Reg.* 17.

Mulier Sunamitis Eliſæum tranſeuntem hoſpitio ſuſcepit, F
atque ideo ei filium impetrauit, & eundem mortuum ſuſcitauit. 4. *Reg.* 4.

Cùm euaſiſſet Paulus cum ſociis de confracta naui Publius princeps triduò eis victum benignè exhibuit. Paulus autem patrem ipſius febri & dyſenteria laborantem, oratione & manuum impoſitione ſanauit. *Act. cap.* 28.

HISTORICA.

ADRIANVS ſecundus, patria Romanus, patre Valaro Epiſcopo, Sergio pontifici familiaris fuit, à quo cùm aliquando denarios quadraginta dono accepiſſet, domum rediens diſpenſatori mandauit, vt eos peregrinis & pauperibus, qui in veſtibulo domus ſuæ ſtabant, erogaret. Facere ille mandata conatus, cùm videret, ne minimæ quidem parti tantula re ſatiſfieri poſſe, ad Adrianum rediens rem ipſam exponit. Tum Adrianus accepta pecunia ad pauperes rediens, & ternos denarios ſingulis præſtitit, & totidem ſibi, rei familiari ſatisfacturus, reſeruauit, admirante diſpenſatore miraculum rei. Cui Adrianus. Vides, inquit, quàm benignus & largus ſit Domi- G
nus, his præſertim, qui liberales & munifici in pauperes ſunt? Hac & aliis virtutibus tanto in pretio apud omnes fuit, vt cùm de Pontifice creando ſermo haberetur, certatim omnes vnicum Adrianum deligerent, quem etiam ab eccleſia ſanctæ Dei Genitricis ad præſepe, ad Lateranenſem Baſilicam nolentem detulêre, ac ſtatim Pontificem crearunt. Non eſt habita in tanto tumultu cuiuſpiam ratio. *Ex Platina in Vitis Pont. in Adrian. 2. Alphonſus Salmeron. tom. 6. tract. 27.*

Beda lib. 3. Anglicanæ hiſtoriæ, cap. 6. refert, quod tempore quodam cùm Oſualdus Anglorum Rex, die ſancto paſchæ cum Aidano Epiſcopo conſediſſet ad prandium, poſituſque eſſet in menſa coram eo diſcus argenteus regalibus epulis refertus, iámque eſſent manus ad panem benedicendum miſſuri, intrauit ſubitò miniſter ipſius, cui ſuſcipiendorum inopum erat cura delegata, & indicauit Regi, quia multitudo pauperum vndequaque adueniens maxima, per plateas ſederet, poſtulans aliquid eleemoſynæ à Rege. Qui mox dapes ſibimet appoſitas deferri pauperibus iuſſit, ſed & diſcum ar- H
genteum confringi, atque iiſdem minutatim diuidi præcepit. Quo viſo, Pontifex qui aſſidebat, delectatus tali facto pietatis, apprehendit dexteram eius, & ait: Numquam inueteraſcat tam larga in dando manus. Quod & iuxta votum benedictionis eius prouenit. Nam cùm interfecto illo in pugna, manus cum brachio à cætero eſſent corpore reſectæ, contigit vt hactenus incorruptæ perdurent. Denique in vrbe Regia, quæ à Regina quadam nomine Dabba cognominatur, loculo incluſæ argenteo, in eccleſia ſancti Petri ſeruantur, ac digno à ciuibus honore venerantur.

Cum IVSTINVS Imp. amiſſo ſenſu amens effectus eſſet, & per ſolam Sophiam Auguſtam eius imperium regeretur, Tiberium Cæſarem elegerunt, vtilem, ſtrenuum, atque ſapientem, eleemoſynarium, inopumque optimum defenſorem. Qui cùm multa de theſauris, quos Iuſtinus aggregauit, pauperibus erogaret, & Auguſta eum frequentius increparet, quòd Rempublicam redegiſſet in paupertatem: diceretque, Quod ego multis annis congregaui, tu infra paucum tempus prodigè diſpergis, aiebat ille: Non deerit fiſco noſtro, tantùm pauperes eleemoſynam accipiant, aut captiui redimantur. Hic eſt enim magnus theſaurus, dicente Domino: Theſaurizate

vobis

vobis theſauros in cœlo, vbi neque ærugo, neque tinea cor-
A rumpit, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Ergo de quo Deus dedit congregemus per pauperes in cœlo, vt Dominus nobis augere dignetur in ſæculo. Et quia, vt diximus, magnus, & verus Chriſtianus erat, dum hilari diſtributione pauperibus opem præſtat, magis ac magis ei Dominus ſubminiſtrat. Nam deambulans per palatium vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua (*vide l. vnicam, cap. nemini licere ſignum ſaluatoris Chriſti humi vel in ſilice, vel in marmore, aut inſculpere, aut pingere*) crux Dominica erat ſculpta, & ait: Cruce tua Domine frontem noſtram munimus, & pectora, & ecce crucem ſub pedibus conculcamus. Et dicto citius iuſſit eam auferri, defoſſáque tabula atque erecta inueniunt ſubter & aliam hoc ſignum habentem Nuntiantéſque iuſſit & illam auferri. Qua amota reperiunt & tertiam & iuſſúque eius & hanc auferunt. Qua ablata inueniunt magnum theſaurum, habentem ſupra in ſe auri centenaria. Sublatúmque aurum pauperibus adhuc abundantiùs, vt conſueuerat, ſubminiſtrabat, nec ei Dominus aliquid deficere permittebat pro bo-
B na voluntate ſua. Quid ei Dominus impoſterum tranſmiſerit, non omittam. Narſes ille dux Italiæ, cùm in quadam ciuitate domum magnam haberet, in Italiam cùm multis theſauris egreſſus, ad ſupra memoratam vrbem aduenit: ibique in domo ſua occultè ciſternam magnam fodit, in quo multa millia centenariorum auri argentíque repoſuit, ibique interfectis conſciis, vni tantummodo ſeni per iuramentum condita commendauit, defunctóque Narſete hæc ſub terra latebant. Cúmque ſupradictus ſenex huius eleemoſynas aſſiduè cerneret, pergit ad eum dicens, ſi, inquit, mihi aliquid prodeſt, magnam rem tibi Cæſar edicam. Cui ille, dic, ait, quod volueris. Proderit enim tibi, ſi quidquam nobis profuturum eſſe narraueris. Theſaurum, inquit, Narſetis reconditum habeo, quod in extremo vitæ poſitus celare non poſſum. Tunc Cæſar Tyberius gauiſus, mittit vſque ad locum pueros ſuos. Præcedente verò ſene, hi ſequuntur attoniti. Peruenienteſque ad ciſternam, deopertam ingrediuntur: In qua tantum aurum argentúmque reperiunt, vt per multos dies vix euacua-
C retur à deportantibus. Ex hoc ille amplius hilari erogatione diſpenſauit egenis. *Gregor. Turon. lib. 5. cap. 19. hiſt. Franc. Eutrop. lib. 17. Rerum Roman. Paul. Diacon. hiſt. Longob. lib. 3. cap. 6. anno Dom. 576.*

Ad Magnum IOANNEM aliquando euntem ad Eccleſiam, accedit quidam nobilis, cui fures quas habebat facultates diripuerant, & qui ſic erat ad extremam redactus paupertatem. Cuius miſertus, quæ tam breui tempore acciderat, inopiæ cauſa, iuſſit ei dari quindecim libras auri. Ille autem, qui iuſſus fuerat dare, partim quidem cedens inobedientiæ, partim autem ſuggeſtioni eorum, qui adminiſtrabant res Eccleſiæ, tanquam non eſſent multa reliqua, vtpotè quod neſciret Magnus Ioannes theſaurum recondere, præbuit quinque tantum ei, qui rogauerat. Beato autem Ioanni ex Eccleſia egredienti, mulier quædam vidua admodum diues, ei tradidit chartam, in qua ſcriptum erat donum quingentarum librarum. Quam cùm legiſſet, intellexit ex ea, quæ in ipſo habitabat gratia, id quod non fuerat factum prout iuſſerat, de diminutione, inquam,
D quindecim librarum auri. Cùm eos ergò, qui id fecerant, acceſſiuiſſet, de eo examinauit. Cùm autem ij de re geſta mentiri conarentur, & non ſolùm in re prius, ſed etiam mendaces exiſtere in ſermone, eo ipſo, qui rogauerat, accerſito, cùm reſciuiſſet eum accepiſſe ſolas quinque libras auri, oſtendens illis chartam mulieris, à vobis, inquit, Dominus eſt exacturus alias mille. Si enim vos quindecim libras, vt à nobis ſtatutum fuerat, ei qui rogarat præbuiſſetis, mille & quingentas Deo præbuiſſet mulier. Vt autem factis fides fiat eius, quod vobis eſt incredibile, accerſite, inquit, mihi hanc piam mulierem. Cùm ea autem acceſſiſſet, & aurum promiſſum attuliſſet: Dic mihi inquit Patriarcha, an tantum pecuniæ ſtatuiſſes Deo offerre ab initio? Illa verò cùm ſenſiſſet illum non latuiſſe id quod ſeorſum ab ea factum fuerat, magno metu correpta, vniuerſum arcanum enunciauit, dicens: Reuera mille & quingentas libras ſcripſeram in charta tibi dará. Paucis autem poſt diebus cum eam euoluiſſem, inueni mille neſcio quomodo ſua ſponte deletas. Hinc iudicaui Deo omnino non placere, vt plures quingentis libris offerrem. Hæc illis qui audiuerant magnum metum iniecerunt, & accedentes ſimul ad pedes magni Ioannis, petierunt vt ſibi remitteretur peccatum inobedientiæ. Ille autem Chriſti amanti vi-
duæ multam à Deo precatus benedictionem, dimiſit B. Ioannes, vt abiret in pace. *Simeon Metaphraſ. in vita S. Ioan. Eleemoſynarij, & Brod. lib. 6. Coll. cap. 10.* E

Occurrerunt aliquando in via ſancto Germano, Epiſcopo Antiſiodorenſi in Gallia, pauperes eleemoſynam poſtulantes. Conſulit ille Diaconum quantum eſſet in ſumptibus. Tres tantum aureos eſſe reſpondit, quos ſtatim præcepit Epiſcopus erogari. Adhæc Diaconus: Vnde victuri hodie ſumus: Reſpondet ille: Paſcet Deus pauperes ſuos. Tu quod habes præſta pauperibus. Diaconus, quaſi prouidus, duos erogat, reſeruat vnum. Dumque agitur iter cœptum, veniunt poſt eos equites concitati, à Leporio ſpectabili viro miſſi, qui ducentorum ſolidorum munus obtulerunt. Deinde conuerſus ad Diaconum, ait. Accipe quæ traduntur, & intellige te fraudem feciſſe pauperibus. Nam ſi totum quod dedi, indigentibus contuliſſes, remunerator noſter trecentos hodie reddidiſſet. *In vita eius apud Surium tom 4. lib. 2. c. 21. Iulij 31.*

S. MARCELLVS Archimandrita monaſterij τῶν ἀκοιμήτων, id eſt, non dormientium, iuſſit œconomo ſuo, dari tribus Epiſcopis, à captiuitate redeuntibus, quidquid auri habebat. Ille F ex decem aureis nouem dedit, vno retento; volens fungi officio boni œconomi. Venit paulò pòſt ad Marcellum quidam, donans eum nouem talentis. Quibus acceptis, ait ad œconomum Abbas: Ecce, ô auare, quis ſit exitus tuæ parſimoniæ; fecit vt vno talento minus acceperimus; decem vtique accepturi, ſi decem aureos dediſſes. Hæc eſt menſura bona, conferta, coagitata, ſupereffluens, quam Chriſtus promiſit. *Aloyſius Lipomanus Tomo 5. ex Simeone Metaph. apud Sur. 29. decemb. cap. 1.*

Anno Domini trecenteſimo nonageſimo nono, Epiphanius Cypriorum Epiſcopus, ad cuius ſepulchrum hactenus dæmones expelluntur, cùm ſubſtantiam propriam neceſſitatem ſuſtinentibus erogaſſet, & multis quoque offerentibus ei pecunias manu largiſſima diſpenſaret, contigit, vt pecuniis deficientibus œconomus Eccleſiæ murmuraret. Quo facto aſſiſtens quidam in domo, in qua habitabat œconomus, ſacculum multarum pecuniarum dedit, & ita diſparuit, vt nec qui dediſſet, nec qui miſiſſet cognoſceretur. Quod fa- G ctum omnes diuinum eſſe iudicauerunt. *Hiſt. tripart. lib. 9. cap. 48. Anno Domini 399.*

Cum in Samo inſula eſſemus, narrabat nobis venerabilis pauperum cultrix Maria, mater Domini Pauli candidati, dicens: Cùm eſſem in ciuitate Niſibe, erat ibi Chriſtiana Mulier virum habens gentilem. Erant autem pauperes, habebant tamen quinquaginta numiſmata. Die verò quadam ait vir vxori ſuæ: Demus hæc numiſmata fœneratori, vt aliquod ſolatium ex eis capiamus. Ea enim ſingulatim conſumimus, & deficiunt. Reſpōdens autem illa bona vxor, ait viro: Si placet ea fœnerari; veni, demus illa ſub fœnore Deo Chriſtianorū. Dixit ei vir eius: Et vbi eſt Deus Chriſtianorum, vt demus ei? At illa: Ego tibi illum oſtendam. Si enim huic dederis illa, non ſolùm non illa perdes, ſed & vſuras tibi perſoluet, & capitale duplum reddet. Qui ait illi: Eamus oſtende illum mihi, & demus ei. Illa verò aſſumens virum ſuum, duxit in ſanctam eccleſiam. Habet autem eccleſia illa quinque magnas ianuas. Cùm ergo induxiſſet illum in eccleſiæ porticum oſtendit ei H pauperes, dicens: Iſtis ſi præbueris, Deus Chriſtianorum ipſa accipit. Iſti enim omnes ſui ſunt. Qui mox cum gaudio numiſmata cœpit erogare pauperibus. Reuerſique ſunt in domum ſuam. Cum verò poſt menſes tres neceſſitate ſumptuum anguſtiarentur, ait vir vxori ſuæ: Soror, nihil, vt video, daturus eſt nobis Deus Chriſtianorum ex debito illo, & nunc anguſtiamur inopia. Reſpondit mulier, & ait illi: Profectò dabit. Vade, vbi illa dediſti, & exhibebit ea tibi cum omni alacritate. Quo audito, ille currens, abiit in ſanctam Eccleſiam, veniénſque in locum, vbi erogauerat numiſmata pauperibus, & circumiens totam Eccleſiam, neminem vidit, qui ſibi debitum redderet; niſi ſolos pauperes denuò ſedentes. Cum ergo cogitaret in ſe ipſo, cui diceret aliquid, vel a quo exigeret, adſpexit ante pedes ſuos in marmore iacere numiſma vnum ex illis, quæ pauperibus ipſe erogarat: inclinanſque ſe, & accipiens illud, abiit in domum ſuam, & ait coniugi ſuæ: Ecce profectus ſum in eccleſiam, & crede mihi, mulier, quod Deum Chriſtianorum non vidi, vt dixiſti, nulluſque mihi aliquid dedit, niſi quod hoc numiſma ibi poſitum vidi, vbi ego prius erogaueram. Tunc ait ad eum mulier illa mirabilis: ipſe eſt, qui hoc tibi inuiſibiliter præſtitit. Ille

tùm

enim inuiſibili poteſtate manus ſuæ diſponit hunc modum.
A Sed vade, Domine mi, eme nobis aliquid, vt comedamus hodie, rurſuſque ipſe prouidebit nobis. Abiit ille, & emit ſibi panem, & vinum, & piſcem, & veniens domum, dedit vxori ſuæ. Quæ accipiens piſcem, cœpit ipſum purgare eaenteránſque illum inuenit in viſceribus eius lapidem valde mirabilem, ita vt miraretur mulier illius pulchritudinem. Non tamen ſciebat quid eſſet. Seruatum autem oſtendit reuertenti viro, dicens: Ecce hunc lapidem in piſce reperi. Videns autem & ipſe miratus eſt quidem ipſius pulchritudinem, ignorabat tamen, quid eſſet. Cum autem comedisset, ait vxori: Da mihi lapidem, vt vadam, & vendam illum, ſi quid fortaſſis pretij de illo accipere contingat. Neque enim, vt dixi, nouerat & ipſe, quid eſſet, vtpote ſimplex & rudis. Tulit itaque lapidem, & abiit ad Trapezitam, cuius erat proprium talia emere, & vendere, inuenitque illum iam clauſis omnibus egredientem (ad veſperum enim iam dies erat) & ait illi: Vis emere hunc lapidem? Ille verò conſiderans lapidem, dixit ei: Quid vis vt tibi pro eo ſoluam? Ait autem ille: Da quidquid vis. Ad quem ipſe: Accipe, inquit, quinque numiſmata. Putans autem venditor
B quia illuderet ſibi, dicit ei: Et tantum via pro illo perſoluere? Exiſtimans trapezita, quod ita ille per ironiam loqueretur, ait ipſi: Accipe decem pro eo numiſmata. Venditor iterum ſe irrideri arbitrans, tacuit. Dicit illi Trapezita: Viginti numiſmata accipe. Ille autem tacebat, nihil reſpondens; Cùm verò ad triginta, quadraginta, & quinquaginta numiſmata emptori aſcenderet, & ſe daturum ea iuramento affirmaret, cœpit ille eum plus lapidem æſtimare: paulatim verò emptor aſcendens: vſque ad trecenta numiſmata peruenit, deditque illa vendenti. Ipſe igitur dato lapide, acceptáque pecunia, venit ad vxorem ſuam gaudens. Quæ cùm vidiſſet illum exultantem, dixit: Quanti illum vendidiſti? Putabat autem, quod illum quinque vel decem minutis vendidiſſet. Tunc ille trecenta numiſmata proferens, dedit illa vxori ſuæ, dicens, tanti ſe illum vendidiſſe. Illa verò ſummam diuinæ bonitatis clementiam admirans, dixit ei: Ecce Deus Chriſtianorum qualis eſt? quàm bonus, quam gratus, quàm diues? Vides quia non ſolum quinquaginta numiſmata tibi reddidit, quæ tu illi mutuaſti, ſed paucis diebus ipſa tibi ſeptuplicata reſtituit? Agno-
C ſce igitur, quia non eſt Deus alius, neque in terra, neque in cœlo, niſi ipſe ſolus. Ille verò miraculo admonitus: cùm experimento didiciſſet & ipſe veritatem, effectus eſt repente Chriſtianus & glorificauit Deum, & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, cùm Patre & Spiritu ſancto, plurimas referens gratias prudentiſſimæ vxori ſuæ, per quam vera Dei notitia ipſi in veritate eſt conceſſa. *Pratum ſpirit. cap.* 185.

Quidam patrum enarrauit nobis de quodam Epiſcopo, quod relicto Epiſcopatu ſuo profectus eſt ad ſanctam ciuitatem, Antiochiam ſcilicet, quod (vt dicemus) Theopolis, Dei ciuitas, fuiſſet diuinitus appellata, ibique ſumpto operarij habitu miniſtrauerit architectis. Eo verò tempore vir clemens, & miſericordiæ operibus deditus Ephræm Comes Orientis erat, ac per ipſum ædificia publica reparabantur, ciuitas enim terræmotu conciderat. Die autem quadam vidit per viſionem Ephræm Epiſcopum, columnámque ignis ſuper eum ad cœlum vſque pertingentem. Hoc autem cùm non ſemel, nec bis, ſed ſæpius cerneret, obſtupuit Ephræm, (erat quippe viſio illa terribilis & plena ſtuporis) cogitabatque apud ſe-
D metipſum, quidnam hoc eſſet; neque agnoſcebat, quis eſſet ille mercenarius, videns illum coma neglecta, veſte ſordida, vili & abiecto habitu, & nimia exercitatione & continentia, iugiſque laboris fatigatione afflictum, & ſqualidum toto corporis cultu. Accerſitum autem operarium eiuſmodi Ephræm percontabatur, quiſnam eſſet: cœpitque ſeorſum agere cum illo, quo vocaretur nomine, & cuius ciuitatis eſſet oriundus. Qui ait ad illum: ego vnus pauperum huius ciuitatis ſum: cùmque non habeam, vnde me ipſum ſuſtentare valeam, operor vt poſſum, & Deus de laboribus meis paſcit me. Motus ergo diuinitus Ephræm reſpondit illi, & ait: Crede mihi, non te dimittam, donec mihi de te omnia veraciter proſecutus fueris. Cùm verò ita conſtringeretur, neque ſe vlterius poſſet abſcondere, dixit illi: Pollicere mihi, quia quamdiu fuero in vita hac, nemini dices quæ circa me ſunt: & ego, ſuppreſſo tantùm nomine, vera tibi de me annuntiabo. Iurauitque illi Comes, nulli ſe ea dicturum, quamdiu eſſet in vita. Tunc ait illi. Ego Epiſcopus ſum, & propter Deum dimiſi Epiſcopatum, & veni huc quaſi ad ignotum locum: affligens autem carnem meam, & operans ex labore meo modicum pa-
E nis mihi acquiro. Tu verò quantum potes adiice ad eleemoſynam: his enim diebus Deus promouebit te ad Apoſtolicum thronum huius ciuitatis, vt ſuum populum paſcas, quem acquiſiuit per proprium ſanguinem Chriſtus verus Deus noſter. Vt igitur dixi, eleemoſynis inſiſte, & pro recta fide iugiter ſta & decerta: talibus enim ſacrificiis maximè delectatur Deus. Iſta, vt prædixerat, contigerunt; ſanctuſque Ephræm, his auditis, glorificauit Deum, dicens: Quantos habet occultos famulos, & ſoli ſibi cognitos Deus! *Prat. ſpirit. cap.* 37. *& Baron. tom.* 7. *Annal. Eccleſ. ſub an. Dom.* 526.

Narrauit quidam patrum, dicens: Aſcendi aliquando Conſtantinopolim cuiuſdam neceſſitatis gratia. Cúmque in eccleſia ſederem, ingreſſus eſt quidam ſæcularis, maximè illuſtris, atque fideliſſimus. Is cùm aſpexiſſet me, accedens ſalutauit eùm omni charitatis officio. Et poſt ſalutationem ſedit iuxta me, & cœpit interrogare de his, quæ pertinent ad animæ ſalutem. Cúmque ego illi dicerem, quod his, qui rectè terrena diſponunt, cœleſtia quoque donantur: Bene, inquit, pater dixiſti: nam verè beatus eſt, qui ſpem ſuam in Deum ponit, & ſeipſum totum committit Deo. Et dicebat: Ego filius
F fui cuiuſdam ſæcularis gloria clariſſimi. Erat autem ipſe Pater meus eleemoſynis maximè deditus, & plurima pauperibus diſtribuebat. Die ergò quadam vocauit me, & oſtendit mihi omnes pecunias, dicens: Fili, quid tibi gratius eſt, vt dimittam tibi pecunias iſtas, an Chriſtum creatorē tuum? Ego, cùm placerent mihi, quæ faciebat, reſpondi, me Chriſtum malle. Iſta enim omnia prætereunt, & hodie ſunt, & cras non erunt; Chriſtus manet in æternum. Quod ille cùm audiſſet, omnia iam libere & larga manu pauperibus erogabat, ita vt moriens pauca admodum mihi relinqueret. Ego autem, iam pauper effectus, humilis procedebam, ſpem meam habens in Chriſto, cui ille me reliquerat. Erat autem alius quidam diues valde & primarius, habens vxorem fidelem Chriſto, & timentem Dominum: habebat autem & filiam vnicam. Dixit ergo illa viro ſuo, Hanc ſolam habemus filiam, tantáque bona nobis largitus eſt Deus: cuius ergo rei indiget? Si quæſierimus illam dari alicui primario, & diuiti, qui non ſit bonis moribus, affligit eam ſemper. Quæramus illi virum humilem,
G & timentem Dominum, qui ſecundum Deum illam diligat, & foueat. Qui dixit illi: Rectè dixiſti. Perge ergo in eccleſiam, & ora intentiſſimè, atque illic reſide, & qui primus ingreſſus fuerit, hic illi à Domino miſſus eſt ſponſus. Fecit igitur, vt iuſſerat vir eius: cúmque oraſſet, & ſederet, ingreſſus ſum ego primus. Mittens ergo illa ſeruum ſuum, continuò acceſſiuit me, cœpitque interrogare, dicens: Vnde es? Ego autem dixi illi: Ex hac ciuitate ſum talis filius. Dixit autem mihi: Illius eleemoſynarij? Et dixi: Ita, illius ſum filius. Tunc ait mihi: Habes vxorem? Et dixi, non, narrauique illi quæ mihi dixerat pater meus, & quæ ego reſponderam ipſi. Illa verò glorificans Dominum, ait: Ecce bonus curator tuus miſit tibi vxorem & pecunias, vt vtaris vtriſque cum timore Dei. Deditque mihi filiam ſuam, & pecunias. Ego autem oro, vt patris mei viam vſque in finem teneam. *Ibid. cap.* 201.

Dum Ludouicus Germaniæ Rex apud Ratisbonam baioariæ ciuitatem graui detineretur infirmitate, ita vt medici illum ſanitatem recuperare poſſe deſperarent, omne aurum & argentum, quod in theſauris ſuis inueniri potuit, in diuerſa monaſteriorum loca diſtribuit, & pauperibus eroga-
H uit. Vnde & à cœleſti Medico, cui ſe, ſuáque commendauit, ex inſperato curari promeruit. *Pithœus in Annal. Baron. tom.* 10. 869. 107.

Cum peruaſiſſet Hiſpaniam atque Galliam peſtis inguinaria, nauis ab Hiſpania vnà cum negotio ſolito ad portum Turonenſis ciuitatis appulſa prædicti morbi fomitem ſecum nequiter deferebat: de qua cum multi ciuium diuerſa mercarentur, vna confeſtim domus, in qua octo animæ erant, hoc contagio interfectis habitatoribus, relicta eſt vacua. Nec ſtatim hoc incendium luis per domos ſpargitur totas, ſed interrupto certi temporis ſpatio, ac velut in ſegetem flamma accenſa, vrbs tota morbi incendio conflagrauit. Quid autem Rex Guntheramnus pietate inſignis ad eandem luem auertendam præſtiterit, ne reliquas Galliæ ciuitates adiret, idem auctor ſæpius ita narrat: Ipſe autem Rex (vt ſæpe dicimus) in eleemoſynis magnus, in vigiliis, atque ieiuniis promptus erat. Nam tunc ferebatur Maſſilia à lue inguinaria valde vaſtari, & hunc morbum vſque ad Lugdunenſem vicum Octauum

nomine

nomine fuiſſe celeriter populatum. Sed Rex, ac ſi bonus Sa-
A cerdos, prouidans remedia, quibus cicatrices peccatoris vulgi mederentur, iuſſit omnem populum ad Eccleſiam conuenire, & rogationes ſumma deuotione celebrari, & nihil aliud in vſum veſcendi, niſi panem hordeaceum cum aqua munda aſſumi; vigiliiſque adeſſe inſtanter omnes iubet. Quod eo tempore ita geſtum eſt: per triduum enim ipſius eleemoſynis largiùs ſolito præcurrentibus, ita de cuncto populo formidabat, vt iam tunc non Rex tantùm, ſed etiam Sacerdos Domini putaretur, totam ſpem ſuam in Domini miſeratione transfundens, & in ipſo iactans cogitationes, quæ ſuperueniebant, à quo eas effectui tradi tota fidei integritate putabat.

Homo erat in Antiochia valde deuotus in eleemoſynis, coniugem ac liberos habens: nec vnquam ei in omni vita ſua dies præteriit, poſtquam quiddam proprium habere cœpit, quòd ſine paupere epulum prælibaſſet. Hic vna die cùm circumiſſet vrbem vſque ad veſperum; & reperire non potuiſſet egenum, cum quo cibum capere poſſet, egreſſus extra portam, cùm nox irrueret, reperit virum in veſte alba cum duo-
B bus aliis ſtantem: quem aſpiciens, quaſi Loth ille antiquus memoratus hiſtoria, territus ait: Et forſitan peregrinus eſt Dominus meus, dignetur accedere ad domum ſerui ſui, & ſumpto epulo quieſcite in ſtrato: mane autem proficiſcemini in viam quam volueritis. Cui ille qui erat ſenior, tenens ſudarium in manu ſua ait: Non poteras ô homo Dei cum Simeone veſtro hanc vrbem ſaluare ne ſubuerteretur? Et eleuans manum excuſſit ſudarium, quod tenebat, ſuper medietatem vrbis: & ſtatim corruerunt omnia ædificia, & quodcunque ibi ſtructum fuit, ibique oppreſſi ſunt ſenes cum infantibus, viri cum mulieribus, atque vterque ſexus interiit. Quod ille cernens tam de perſona viri, quàm de ſonitu ruinæ hebes effectus, ruit in terram, & factus eſt velut mortuus: eleuánſque iterum vir ille manum cum ſudario, quaſi ſuper aliam medietatem vrbis, apprehenſus eſt à duobus ſociis, qui cum eo erant, atque obſecratus terribilibus ſacramentis, vt indulgeret medietati vrbis, ne rueret, mitigatóque furore ſuſtinuit manum ſuam, atque eleuáns hominem, qui corruerat in terram, ait: Vade ad domum tuam, ne timeas. Filij enim tui cum vxore & omni domo tua ſalui ſunt, nec quiſquam ex iis periit.
C Cuſtodiuit enim te oratio aſſidua, & eleemoſynæ, quas quotidie exerces in pauperes. Et hæc dicendo diſceſſerunt ab oculis eius, nec ei apparuerunt vltrà. Ille autem regreſſus in vrbem, reperit vrbis medietatem dirutam atque ſubuerſam, cum hominibus pecoribuſque, ex quibus nonnulli à ruinis deinceps extracti ſunt mortui, pauci debilitati reperti ſunt viui. Veruntamen nec illa caſſata ſunt, quæ viro huic, ab ipſo, vt ita dicam, Angelo Domini ſunt effata. Nam veniens omnem domum ſuam incolumem reperit: tantùm funera propinquorum quæ in aliis domibus effecta fuerant, lamentabatur, protexitque eum in medio iniquorum dextra Domini cum domo ſua, ſaluatúſque eſt à periculis mortis, ac velut memoratus Loth quondam in Sodomis. *Greg. Turonenſis lib. 10. hiſt. Franc. c. 24. Metaphraſt. in vita Sancti Alexij.*

ELEEMOSYNÆ NON PRÆSTITÆ
VINDICTA DIVINA.

In monaſterio Abbatis Theodoſij in ſcopulo, inter Seleuciam, & Roſum Ciliciæ, conſuetudo fuit, vt in cœna Domini pauperes omnes, & pupilli regionis huius confluerent huc, & acciperent medium tritici ſextarium, benedictiones
D tredecim, & ſextarium vini, mediúmque ſextarium mellis pro quolibet. Ante hoc autem triennium magna tritici ſterilitas fuit, vendebatúrque triticum in regione hac ſextariis duodecim, vno numiſmate. Cum ergo veniſſent ieiunij dies, dicunt Abbati noſtro quidam ex patribus: Noli, Domine Pater, ſecundum conſuetudinem dare pauperibus triticum, ne deſit monaſterio. Triticum enim non inuenitur: Abbas autem cœpit dicere fratribus: Non infringamus, filij, benedictionem patris noſtri Theodoſij. Videte, mandatum ſenis eſt, non expedit nobis illud tranſgredi. Verè ipſe eſt, qui curam noſtri gerit. Fratres autem perſtiterunt in ſua ſententia, dicentes Abbati: non ſuppetit nobis quod dare poſſumus. Tũc Abbas contriſtatus ait illis: Ite, & ſecundum quod vultis facite. Non itaque, vt conſuetum erat, dederunt benedictionem in die ſancto cœnæ, & Paraſceues. Profectus poſtmodum, qui præerat horreis, aperuit oſtia, & reperit triticum totum germinaſſe. Quare coacti poſtea ſumus in mare proiicere. Tunc cœpit Abbas noſter dicere fratribus: Qui patris noſtri monita non facit, iſta patitur. Labores nunc inobedientiæ E merite. Quingentos modios daturi eramus, & patri noſtro Theodoſio per obedientiam placuiſſemus, fratréſque noſtros pauperes conſolati fuiſſemus: nunc verò quinque ferè millia modiorum tritici perdidimus. Quid lucrati ſumus, filij? Quantum nobis ipſis nocuimus? Duo profectò mala egimus. Vnum, quia mandatum patris noſtri præteriuimus; alterum; quia ſpem in Deum non habuimus, ſed in horreo noſtro. Vel ex hoc diſcamus, fratres, quia Deus eſt, qui diſponit omne humanum genus, quodque ſanctus Theodoſius inuiſibiliter pro nobis filiis ſuis curam ſollicitè gerit. *Bredemb. coll. ſacr. lib 6. cap. 21. ex Sophronij prato ſpirituali, cap. 85.*

Fuit vir vitæ venerabilis PAVLINVS Nolanæ vrbis ex nobili ſtirpe ortus; Taraſiam ſimilem ſibi ſortitus eſt vxorem, habens diuitias multas, & tam in fundorum poſſeſſione, quàm in præſidio domorum valde diues erat ac locuples. Sed cùm primùm aures eius Euangelij lectio illa penetrauit, in quo Dominus adoleſcentem pro diuitiis arguit, dicens: Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me: facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem introire in regnum F Dei; ſtatim venditis omnibus quæ habebat, pauperibus erogauit. Exoneratus è cunctis cupiditatibus magiſtrum liber ſequitur, per hæc ſe putans paradiſi diuitiis locupletari, ſi videretur nihil de tranſitoriis poſſidere. Cui maieſtas diuina tribuit, vt quod impoſſibile dixerat per Euangelium, hic poſſibiliter mereretur adimplere per actum. Quadam verò die venit ad eum qui ſtipem peteret, & ait coniugi: Vade, & da ei quod habet neceſſarium: quæ reſpondit: Non eſt nobis amplius quàm vnus panis: cui ille, Vade, inquit, porrige eum: Dominus enim dabit nobis victum: ſed illa quaſi ſtrenua reſeruari cupiens, ne aliquid deeſſet, porrigere noluit. Interea aduenerunt quidam dicentes, miſſos ſe à dominis, vt illi annonæ ac vini deferrent ſpeciem: ſed per hoc ſe moratos, quòd orta tempeſtas vnam eis cum tritico abſtulerit nauem. Tunc vir Dei conuerſus ad mulierem ait. Intellige te nunc pauperi vnum panem fuiſſe furatam, & ideo hanc nauem eſſe merſam. *Gregor. Tur. lib. de glor. confeſſ. cap. 107.*

Quidam pauper & ſenex, marſupiis oneratus, venit ad lit- G tus maris: & accedens ad portum petere eleemoſynam à Naucleris cœpit, atque illi, qui primus carinæ erat, importunior adſiſtebat dicens: Da mihi aliquid. Tunc ille commotus ait; Abſiſte quæſo decrepite, & noli à nobis quærere quidquam: nihil enim hic aliud præter lapides habemus. At ille ait, ſi lapides dicis eſſe, quæ in tuis ditionibus nauis hæc continet, omnia vertantur in lapides: & ſtatim cunctum nauis onus, quod inuadi potuit, in ſaxum conuerſum eſt. Ego enim ex his & dactylos vidi, & oliuas aſpexi marmore duriores. Nam cùm in lapidis duritiam conuerſa fuiſſent, nunquam tamen colorem, quem habuiſſent, perdiderunt, eadem forma, eademque ſpecies erat. Dominus autem nauis pœnitentia motus, inquiſitum ſenem nunquam potuit reperire: & ſicut ferunt, per multas ciuitates de iis, quæ in ſaxum mutata fuerant, ad videndum direxit, vt ſcilicet exemplum eſſet omnibus, ne ſimilia perpetrarent. *Idem ibidem. cap. 108. & Sigebert. in Chron. ſub ann. Domin. 606. & Baron. to. 8. ſub ann. Dom. 605.*

Anno à partu Virgineo quingenteſimo quinquageſimo tertio, Conſtantinopoli diues. Quidam cùm ægrotaret, mortémque timeret, triginta libras argenti in pauperes eroga- H uit: reſtitutus autem præter ſpem ſuam bonæ valetudini, fraude Diaboli eò inductus eſt, vt facti eum pœniteret, hocque fideli cuidam amico ſuo aperiret. Monet ille hominem, ne huic malæ aſſentiatur cogitationi, Deumque irritet, qui propter iſtam largitatem miſeratus ſanitatem donarit: alioqui fore, vt ſubita morte, nondum mutato facto, pereat. Cùm non moueretur ille, ſed magis magiſque irritaretur amicus; Quando, inquit, ſalutare conſilium non admittis, aliud tibi ſubiiciam poſcenti, hoc verè miſericors ille: Agedum, ait, ad templum vade & non te, ſed me in pauperes elargiturum pecuniam iſtam dicito: ipſe ſtatim triginta libras reddam. Conſentiens infelix ille ad templum abiit, auróque accepto, ita vt alter præceperat, locutus eſt. Inde egrediens, ad ipſam templi portam mortuos concidit. Clericis de re inuſitata ſtupentibus, omnibuſque aliis, qui fortè aderant, iubentibus alterum pecuniam recipere ſuam,

ſuam, ille non obtemperauit : ſed inter egenos omnem diui-
A ſit, quòd diceret, Deum non pati ſannas. Promiſſam enim non tantùm Deo pecuniam, ſed verba voluntatémque obligant, & quidquid homo Deo pollicitus fuerit, præſtare id opus habet, virgo virginitatem, continens continentiam, &c.

Sabiniani Papæ repentini obitus cauſam terribiliorem referunt ſcriptores : cuius totius rei geſtæ tragœdiam Sigebertus ita ſummatim complexus eſt. Cùm Sabinianus Papa & ipſe liberalitati Gregorij prædeceſſoris ſui derogaret, Gregorius eum per viſum ter pro culpa tenaciæ & huius derogationis increpitum, quòd non reſipiſceret, etiam quartò horribiliter increpans, & comminans, in capite percuſſit. Quo ille dolore vexatus, non multo pòſt mortem obiit. Cuius rei gratia accidit (vt habet Anaſtaſius) vt eo defuncto, non ex more per medium ciuitatis deferretur cum funebri pompa corpus eius ad baſilicam Sancti Petri, ſed eiiceretur extra vrbem per portam ſancti Ioannis, deferretúrque extra muros vſque ad pontem Miluium, inde verò in-
B ferretur in ipſam ſancti Petri eccleſiam, vbi eſt ſepulturæ mandatum : exaſperatum enim admodum fuiſſe aduerſus eum populum Romanum, eò quòd triticum eccleſiæ non erogaſſet (vt Sanctus Gregorius conſueuerat) in pauperes, ſed venum expoſuiſſet triginta ſolidis modium vnum. *Idem Baron. tom. 8. anno Dom. 605.*

Aliquando cùm eſſet magna fames, & panis non afferretur in forum, erat quidam Fauſtinianus immiſericors, qui multas habebat domos clauſas, plenas hordeo & frumento. Is accipiens aurum dabat volenti. Dabat autem pro nummo tres menſuras, qui vocantur modij : erantque magnæ anguſtiæ in ciuitate. Dixit ergo Epiphanius Fauſtiniano: Da mihi ô optime, frumentum ad alendos homines, & à me accipies horum omnium debitum. Immiſericors autem & barbarus, & ſceleratus Fauſtinianus hæc verba dixit Epiphanio: Roga Ieſum, quem colis, & dabit tibi frumentum ad alendos tuos amicos. Epiphanius itaque vna nocte ingreſſus eſt cœmiteria Sanctorum Martyrum, & rogauit Deum, vt daret
C frumentum iis, qui erant redacti in anguſtias. Erat autem templum obſignatum, quod vocabatur tutela Iouis. Huic templo ſi quando quis ex hominibus appropinquaſſet, à multis ferebatur, quòd a morte ſtatim arriperetur. Cùm ergo Epiphanius Deum oraret pro iis, qui affligebantur, ad eum vox facta eſt, Epiphani inquiens: Epiphanius autem nihil conturbatus : Quis es, inquit, Domine ; & dixit ei : Vade in templum, quod vocatur tutela Iouis, & ſoluentur ſignacula portarum, & inuenies multum auri. Cùm tu id acceperis, eme frumentum & hordeum Fauſtiniani, & da alimentum egentibus. Epiphanius autem iuit protinus in templum, & cùm fuit prope ingreſſum templi, ſtatim ceciderunt ſignacula, & portæ apertæ ſunt. Ingreſſus autem Epiphanius inuenit multum auri. Cùm ex eo ergo accepiſſet, dedit Fauſtiniano, & dixit : Accipe pecuniam, & da mihi frumentum. Epiphanius autem id præbuit indigentibus. Non defecerunt ergo pecuniæ, donec Epiphanius emit omnia quæ habebat Fauſtinianus ad alimentum. Impleuit autem Epiphanius multas do-
D mos frumento & hordeo, quod emerat à Fauſtiniano. Defecerunt autem eſcæ in domo Fauſtiniani, & inter omnes homines lautæ erant epulæ, & magnæ anguſtiæ in domo Fauſtiniani. Malus vero, & violentus, & immiſericors Fauſtinianus probrum eſſe ratus, cibos domui ſuæ petere ab Epiphanio, cùm ſex haberet propria nauigia, alia quoque quinque conduxit : & cùm dediſſet pecunias Longino totius familiæ ſuæ fideliſſimo, miſit eum ad emendum frumentum. Illi autem cùm nauigaſſent in Calabriam, & frumentum illic emiſſent, poſt tres menſes adnauigant id habentes. Centum verò ſtadiis longè à Conſtantia, ex aduerſo eius, quod dicitur, Dianenterium, oritur in mari maxima tempeſtas, & venerunt in periculum naues Fauſtiniani, quæ afferebant frumentum, totúmque frumentum mare ad littus impulit. Cùm hæc audiſſet Fauſtinianus, & ſtatim ad mare acceſſiſſet, & oculis vidiſſet, quæ facta fuerant, ſepulcrum habens os ſuum apertum, ſtatim cœpit ſceleratus blaſphemare in Altiſſimum, & probris appetere Epiphanium, dicens verba huiuſmodi : Hic magus & prædo non ſolùm in terra malefecit domui meæ omni tempore, ſed etiam in mare mittens dæmones, prohibet ne ingrediatur id, quod eſt vſui familiæ meæ. Quis ventus emiſit hunc prædonem? Cúmque hæc dixiſſet, & plura his, iuit in domum ſuam minitans Epiphanio. Omnes autem, qui erant
congregati in ciuitate viri & mulieres, vna cum ſuis liberis, E
colligebant frumentum, & ferebant in domos ſuas, congregantes ſumptum, alius quidem vnius anni, alius verò duorum annorum. Habebat autem Fauſtinianus vxorem, quæ faciebat bona opera. Ipſa ergo, inſciente Fauſtiniano, miſit bis mille nummos Epiphanio, vt domui ſuæ præberet alimenta. Dixit autem mulieri Epiphanius : Tene pecuniam in domo tua, & accipe eſculenta, quibus indiges, & quando terra produxerit, tunc reddes, quæ receperis. *Ex Simeone Metaphr. Sur. 21. Maij, in vita S. Epiph. Ep. cap. 53. & 54.*

In Sueuia Bauaris & Franconibus finitima fuit quidam nobilis valde diues & opulentus, nomine Kickbergerus: cuius annui reditus ſupra triginta millia nummûm aureorum extendebantur. Hic tametſi in reliquis vitæ actionibus non vulgari laude dignus cenſebatur, ineffabili tamen cupiditate laborabat, eaque factum eſt, vt quotidie per fas & nefas accumulare, omniáque ad ſe rapere ſtuderet. Cum itaque proſpicere annonæ charitatem, quæ proximo anno ea regione
ſubſecuta eſt, ſua horrea tritico & frugibus impleuit, magnó- F
que pretio ea diuendere cœpit, adeò vt indigenæ compulſi ab eo victum emere, ob inexhauſtam eius auaritiam, vel fame prorſus perirent, vel ſi ali & ſuſtentari vellent, ad magnam egeſtatem, atque inopiam redigerentur, tam carè illis granum & reliqua eius generis diuendebat. Ad hunc, præter alios innumeros, venit quidam pauper, & liberis onuſtus, cum ſex taleris, eúmque rogauit, vt pecuniam acciperet, ac quandam tritici menſuram ſibi daret, ſéque reliquam partem pecuniæ, quam ille deberet, breui bona fide perſoluturum: at ipſe hunc ſuperbo vultu, atque iracundis oculis intuens à ſe protinus abire iuſſit, & quod reliquum erat pecuniæ ſecum adferre, ſi frumentum vellet; atque ita miſer ac mœſtus, diras imprecatus illinc receſſit. Paucis pòſt diebus, cùm is quendam ex famulis in horreum miſiſſet, vt illud de more inſpiceret, ab ipſo in reditu accepit, tres nigros boues intus eſſe, qui granum deuorarent. Qui autem hoc retulit, proximo die lecto decumbens, haud multò pòſt è vita migrauit. Idem quoque accidit
cuidam generoſo, quem illuc herus miſerat; vt videret, an ita G
ſe res haberet, vt prior narrauerat: is enim & boues, & equos inſpexerat. Cùm igitur de hac re certior fieri vellet, ipſemet in eum locum proficiſci ſtatuit : iuitque ad portam horrei, ibique per quaſdam rimas vidit totum horreum plenum variis, atque innumeris armentis, quæ omnes fruges abſumebant. Hoc ſpectaculo ita perterritus eſt, vt ſtatim furioſus atque inſanus euaſerit, multáque dementer fecerit, donec tandem catenis adſtringeretur. Hic horribilis caſus magnam ſanè admirationem attulit, cùm in ea prouincia, tum præcipue in aula Cæſariana, quæ illum antea prudentiſſimum cognouerat. *Ex Petro Bzato in epi. tom. memorab. Europ. poſt ann. Dom. 1560. P. Mart. Delrio tom. 2. mag. lib. 3. part. 1. q. 7.*

Legimus quadam in vrbe Hominem cæterò bonum, caſtum, humilem, modeſtum, nullíque obnoxium in Deum blaſphemiæ, adeò tamen aſperum, vt ne horum quidem emendicantium vocem ferre poſſet, remotius ab ædium ianua nouum ſtruxiſſe domicilium, vnde nullos vel maximos
pauperum clamores perciperet. Verùm vbi extremum ille H
diem obiit, ac elato in templum funere, ſacris Epiſcopus operari cœpit, ecce huic nouum & admirabile quidpiam obiicitur. Quoties enim ad populum hæc Epiſcopus verba protulit, *Dominus vobiſcum*, toties imago Chriſti Domini in crucem ſuffixi viſa eſt illi manus clauis eximere, ac in aures coniicere, ne preces pro illo defuncto factas exciperet. Tali monſtro attonitus Epiſcopus, peracto demum ſacrificio tantæ rei cauſam rimari ſtatuit : nihil tamen à demortui vicinis aliud expromere potuit, quàm præclarum vitæ laudabilis teſtimonium. Et creuit non paulum inde admiratio, donec tandem certis auctoribus accepit, quàm aſper ille & immitis in egenos extiterit, quos ne audire quidem, nedum adiuuare vellet, tum enim ille certò aduertit, Chriſtum dominum pro mortuo reſpuiſſe preces, qui pauperum clamoribus aures occluderet : cuius indicium fecerit imago Redemptoris, aures manibus obſtruens, iuxta illud Sap. in prouerbiis : Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. *Ex ſpeculo triſtium Ioan. Duegnij Hiſp. cap. 5.*

☞ *Conſule Locum de Paupertate Tit. In pauperes Liberalitas, duritia, Item pœna crudelitatis in pauperes.*

* Elemen

A

* Elementum.

Definitio Acceptiones Variæ.

Elementum quod Græcis στοιχεῖον dicitur; definitur ab Ariſtotele *l.5 met. & l.2. de gen. & corrupt.* id ex quo quippiam fit, ita vt inſit. Intellige actu, vel potẽtia. Vt inſinuat ipſe *l.3. de cælo tex. 31.* his verbis. Sit igitur id corporum elementũ, in quod cætera corpora diuiduntur, quibus ineſt potentia vel actu: ipsũ autem indiuiſibile in diuerſa ſecundũ ſpeciem.

Alio vero loco ita definit. Elementum eſt id ex quo primum inſito ac indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem, aliquid componitur. Id eſt elementum eſt id, ex quo aliquid ita conſtat, vt nihil prius in compoſitionem eius veniat, quodque ita ſe habet, vt in aliam rem diſtinctam ſpecie ſecari nequeat.

Elementi autem nomen vſurpari conſueuit vno modo, pro primis rei cuiuſque principiis, ſiue ea ſit naturalis, ſiue artefacta. Siue ſit ars, ſiue ſcientia. Qua ratione Literæ orationis appellantur elementa, quod ad orationes componendas primum ſumantur, & in ipſas fiat poſtremum diuiſio. Ita & demonſtrationes in mathematica, dicuntur elementa.

B Secundò pro Principiis generalibus. Quomodo dicit Ariſtoteles, tria eſſe elementa materiam, formam, & priuationem.

Tertiò pro materia prima. Ita ſumit Ariſtot. *In proœmio librorum de Phyſico auditu.*

Quartò & communiter, pro quatuor mundi elementis. Igne, aëre, aqua, terra.

Situs, Numerus, Et Qualitates.

Quatuor æternus genitalia corpora mundus
Continet; ex illis duo ſunt oneroſa, ſuoque
Pondere in inferius, tellus atque vnda feruntur.
Et totidem grauitate carent, nulloque premente.
Alta petunt, aer atque aere purior ignis. Ouid. lib. 15. Met.

Idem in Faſtis

Altum flamma petit, propior locus aëra cepit.
Sederunt Medio terra fretumque loco.

Et iterum lib 1. Metamorphoſis, ita canit.

Ignea conuexi vis & ſine pondere cæli
Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aër illi leuitate, locoque.
Denſior his tellus elementaque grandia traxit.
Et preſſa eſt grauitate ſua: circumfluus humor
Vltima poſſedit, ſolidumque coercuit orbem.

C *Neu regio foret vlla ſuis animalibus orba.*
Aſtra tenent cæleſte ſolum formæque Deorum.
Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus vndæ;
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.

Idem 15. Met.

Hæc quamquam ſpatio diſtant, tamen omnia fiunt
Ex ipſis, & in ipſa cadunt; reſolutaque Tellus
In liquidas rareſcit aquas; tenuatus in auras
Aeraque humor abit; dempto quoque pondere rurſus
In ſuper aer tenuiſſimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo,
Ignis enim denſum ſpiſſatus in aëra tranſit.
Hinc in aquas; Tellus glomerata cogitur vnda.

Haud aliter de iiſdem. *Manil. 1.*

Ignis in æthereas volucer ſe ſuſtulit auras,
Summaque complexus ſtellantis culmina cæli
Flammarum vallo naturæ mœnia fecit:
Proximus in tenues deſcendit ſpiritus auras,
Aëraque extendit medium per inania mundi.
Ignem flatus alit vicinus ſubditus aſtris.
Tertia ſors vndas ſtrauit fluctuſque natantes.
Æquora perfudit toto naſcentia ponto.
Vt liquor exhalet tenues, atque euomat auras,
Aëraque ex ipſo ducentem ſemina paſcat.

D *Vltima ſubſedit glomerato pondere tellus.*

Sunt qui infinita poſuerunt elementa, fingentes infinitam multitudinẽ inſectiliũ corporũ, è quibus cætera coaleſcerent.

Sunt alij qui vnum elementum conſtituunt, deinde raritate ac denſitate omnia generari affirmant.

Parmenides duo ſtatuit, Ignem & Terram. Et quæ his intermedia, nempe aërem & aquam miſturas horum faciunt.

Plato tria facit, & medium quidem miſturam ac cõgeriem.

Cæterum inquit Ariſtoteles, communis ſententia tenet, eſſe quatuor. Quod probat aſſenſu veterum Philoſophorum, quorum neminem dicit quaternum numerum exceſſiſſe.

Itaque duo ſuperum locum tenent, ſcilicet aër & ignis, duo inferum aqua & terra. Quæque extrema ſunt, magis pura & ſincera habentur intermediis. Superiora vero inferioribus aduerſantur propter contrarias qualitates.

Cuiuſque vero elementi duplex eſt qualitas, in vna tamen excellunt, eamque ſibi vt propriam vendicant. Nam terræ ſiccitas magis propria eſt, quam frigus. Ideoque Deus appellauit initio creationis aridam terram: Aquæ frigiditas, quam humor: Aëri humiditas magis quam calor: Igni calor, quam ſiccitas. De quibus ita Procopius in *Geneſim c.1. fol.23.* E

Vt riſibile proprium eſt hominis, & homo eſt nomen ſeu vox eius animalis, cui riſibile ineſt: Sic ariditas eſt proprium terræ, terraque ariditatem quaſi peculiariter habet. Frigiditas quidem quoque inhæret terræ, ſed non terræ quaſi proprium cenſetur, imò eam qualitatem communem poſſidet cum aqua. Vt aqua frigiditatem peculiariter tenet: Sic humiditatis cum aëre particeps perhibetur. Vt aër ceu propriũ retinet humiditatem: Sic quaſi per quandam ſocietatem ab igne calorem trahit. Vt ignis ceu proprium ſibi vendicat calorem: ſic cum terra patitur ariditatem, quam terra peculiarem adepta eſt. Et in hunc modũ patet ſingulis elementis quid ineſſe proprium, & quid quod cum cæteris habent commune. Per propria ſingula à ſingulis ſeparantur: per communia ſingula ſingulis cõnectuntur. Oportebat etenim eſſe ſeparata, vt ſinguli ſuam conſeruarent naturam. Oportebat & aliquo nexu copulata eſſe, vt ex his corporum naſceretur compoſitio, cum aliud alij eſſet coniunctum ſecundum communem qualitatem. Quapropter Deus, optimus imponendi rebus nomina artifex aridam appellauit terram: nec terram vocauit aridam.

Forma. Productio. Quantitas. F

Quoniam Elementorum eſſentia partim forma, partim materia conſtat, vt nihil de hac dicatur, quam communem habet cum cæteris corporibus ſublunaribus; circa formam diſſentiunt à Græcis Latini, & hi inter ſeſe.

Pleríque arbitrantur, primas qualitates formas eſſe ſubſtantiales quatuor elementorum: nempe calidum, ſiccum, frigidum, humidum. Communis tamẽ aliorum eſt ſententia, quam fuſè proſequuntur commentatores *in c.3. l.2. Ariſt. de Gener. & Corruptione*; habere elementa ſuam formam à primis qualitatibus diſtinctam. Eaque ſententia vera, & Peripatetica.

Empedocles aſſeruit, ſed falſo, elementa generationis & corruptionis expertia. Fide enim credimus, Deum in initio creaſſe cœlum & terram. Idem Elementa vocabat Deus, & cœlum, ipſum etiam Deum, dicebatque elementa fuiſſe priora Deo, id eſt cœlo. Quem errorem fides Chriſtiana facile repellit.

Quo ad elementorum quantitatem, exiſtimatum à nonnullis, vnumquodque elementum decuplo eſſe maius inferiore ſibi proximè cohærẽnte, id eſt, aquam terra decies maiorem, aërem aqua, ignem aëre. G

Sed communior eſt ſententia, Terra profunditatem longè excedere aquam. Quia experientia conſtat, quod loca maritima & maria hactenus nauigata, non requirunt vt plurimum longiorem boliden, quàm vt ſummum dimidij milliaris. Sunt tamen quædã profundiora, quæ ad tria milliaria pertingunt.

Terræ vero diameter ſecundum probabiliorem mathematicorum ſententiam, amplius ſex mille & LXX. milliaria continet. Vnde aquarum omnium profunditatem longè excedit. Vt colligit *Fernel. lib. 1. coſmogr. cap. 1.*

Aëris profunditatem docent mathematici continere circiter LII. milliaria. Quia ſumma diſtantia ei ſit cometarum, & exhalationum. Vide *Petrum Nonium lib. de crepuſculo.*

Elemẽto ignis mathematici attribuũt profunditatẽ milliarium circiter 120578. ita vt ſpatiũ illud inchoëtur ab ſumma altitudine exhalationum, & terminetur ad concauum Lunæ.

Interitus Seu Innovatio.

Apoſtolus Petrus 2. *Epiſt. c.3.* dicit, elementa calore ſoluẽda; & Ioannes in Apocalypſi dicit. In fine ſæculi cœlum fore nouum, & terram nouam. Quibus teſtimonis non ſignificatur, H quoad ſubſtantiam mutandum cœlum & elemẽta, ſed quoad accidentalem ſtatum, quem poſt Iudicium vniuerſale perfectiorem conſequentur. Itaque renouabuntur duntaxat, neque amplius inſeruient ad vſus illos, quibus ante inſeruierunt. Videatur Auguſtin. *l.20. de Ciuit. c.24.* vbi locum illum Petri interpretatur. Et Hieron. *in c.51. & 61. Iſaiæ.* Quorum teſtimonia maximè probabilem faciunt ſuperiorem ſententiam.

* Elephas. Elephanti.

Vbi.

☞ *Vide Titulum de Loco. §. Greſſilium ferarum Loca. Elephanti, &c.*

Cicuratores Elephantorum. ☞ *Quære Domitores animalium. Et nonnulla in progreſſu huius Tituli.*

Venatores. ☞ *Require Titulum de Venatione.*

In Europam Aduecti.

Europæis Elephanti tardè innotuerunt, & inſequens (Pauſaniæ verba ſunt) πρῶτα τῶν Εὐρώπης Ἀλέξανδρος ἰδὼν:

A qui victa India [illegible] verum ſtatim poſt Alexandrum cre-bri fuerunt. In Italiam [illegible] tranſportauit Pyrrhus, bello quod cum Romanis fuit. Vnde nobiles quoque Romæ haberi cœpti. Imo bello Punico tanta rorum erat copia, vt vno tempore CXLII. cepetit,& in vrbem miſerit L.Metellua.

Crotilaus apud Plutarchum à Paulo Æmilio, bello Pyrrhi CLX. Romam miſſos vult,& quidem Turritos. Sit fides penes auctorem. *Plutarch.in Parallelis.*

Anno MDLXII. in Prouinciis Belgicis vnum etiam vidimus, à Rege Hiſpaniarum Cæſari dono miſſum,ſed puſillum, Iuuenem & rudem. Cuius exinde imaginem in ſolemnitate Circuitus,qui fit more patriæ in nundinis publicis,Antuerpiæ circumducunt,in memoriã quod ibi ſpectandus aliquando expoſitus fuerit ab eo, cui directio illius credita fuerat.

VSVS. IN BELLO.

Elephantorum vſus pleriſq; in Regionibus,præſertim vbi bombardarum & tormentorũ grauiorum ars exulat & ante quam ea inuenta eſſet,frequens ad bellũ erat. Docebant eos
B magna copia Afri,Aſiani,Græci,ad prælia,Huius rei illuſtre exemplum præbet hiſtoria Machabæorũ in Antiocho Rege, qui XXXII. elephãtos in aciẽ produxit,quoq; eos in prælium redderet ferociores,oſtẽdit eis ſanguinem vuæ & mori. Nulla enim re magis exaſperantur Elephanti,quã colore ſanguineo,vt experientia notum eſt.Vocat autẽ ſcriptura elephantos illos doctos ad prælium.Fuiſſe admodũ magnos elephãtos Antiochi ea hinc colligimus,quod dicat hiſtoria ſacra,ſuper eos extructas turres lignear,& ſuper eas inſuper machinas, & ſuper ſingulas viros XXXII. fuiſſe qui pugnabant præter magiſtrum beſtiæ.Plura his ſimilia exempla proſequitur *Philoſtratus*, & Geſnerus *l.1.de quadrupedibus Lib.1.Machab.c.6.*

Idem Antiochus conceſſurus in Perſidem, vt acciperet tributa Regionum, reliquit Luſiam hominem nobilem de genere regali,ſuper negotia regia, & vt filium ſuum Antiochum educaret donec rediret. Tradiditque ei medium exercitum, & Elephantos. Nempe ad prælium. *Ibid.cap.3.*

De eodem Antiocho qui Philippo & Perſæ Regibus Ceteorum bellum intulerat, legimus ibidem *cap.8.* quod habuerit in exercitu CXXI. *Machab.cap.8.*

C De Lyſia etiam eædem hiſtoriæ meminerunt, quod mente effrenatus in multitudine peditum, & in millibus equitum, & in LXXX. elephantis confidebat. *Lib.2.Machab.cap.11.*

In exercitu Antiochi Eupatoris deſcribitur numerus peditũ centum decẽ millia,elephantorũ XXII. *ibid.c.13.*atq; ibidẽ ſubiicitur, Iudã Machabæũ irruiſſe nocte in caſtra,& interfeciſſe maximũ elephãtorum cum his qui ſuperpoſiti fuerãt.

IN LVDIS.

Elephantorum etiam frequentiſſimus vſus in Ludis: prout iſtius belluæ ingenium eſt ad quæuis docile,& capax.Scribit enim *Augerius Busbecthius* Legatus Cæſar. maieſt. ad Imper. Turcicum, *In itinere ſuo Conſtantinopolit.* vidiſſe ſe Elephantum iuuenem mirè lepidum, qui & ſaltaret, & pila luderet. Quippe ad cantum pedes mouebat alternos, perindè ac ſi tripudiare vellet. Pilam vero in ſe coniectam proboſcide excipiebat, & repercutiebat, prout nos palma facimus:

GENERA.

Tria Elephantorum genera apud Authores inueniuntur. Paluſtres,Mõtani,& Campeſtres.Paluſtres leues dementeſq; eſſe compertum eſt Montanos prauos & inſidioſos. Campe-
D ſtres manſuetiores & magis dociles.Sunt & inter eos albi,& fuſci ſiue ſubnigri.Indici omnium ſunt ferociſſimi,eoſq; Lybici imbecillitatis ſuæ conſcij fugiunt, teſte Solino. Sicut euentus docuit in prælio inter duos Reges, Ptolomæum, & Antiochũ ad Raphiã,quod à Polybio deſcribitur. *Lib.5.c.11.*

Maximi omnium ſunt in Inſula Zeilã,vbi ad menſurã venduntur,tanti palmi ſinguli:ſic vt cum mole precium creſcat.

FEROCIA AC MANSVETVDO.

Vbi de illorum aduerſariis, & aliis eos ſpectantibus.

Elephãtus ferox animal & maximũ inter terreſtria,irritatur obiecto albo,aut rubro colore.De poſteriore exẽplum habes in Libris Machabæorũ.De priore teſtatur *Plut.l.1.de fortuna, & virt.Alex.*thuris odorẽ eos excitare,alij tradunt.Cæterum cõſpecto ariete manſueſcit elephãtus,ſuccoq; hordei epoto.

Nullum vero ſibi magis infeſtum hoſtem Elephas habet Rhinocerote. Qui quidem paulo inferior eſt elephante,ſed impenetrabili cortice armatus,perpetuo thorace protegitur, ac pedali oſſeo cornu armatur ſupra nares eminente,quo ferire ſub vtero elephantum ſolet;& tranſuerberare.Quin tantæ eſt inter hæc [illegible] ginquo ſuum hoſtem odoratur. [illegible] narrat E
C.merarius in operibus ſubciſiuis p.1. [illegible] Rhinocerote quem Emanuel Rex Portugalliæ Romam mittere decreuerat. Hunc ſcilicet ab Oceano cum in portu Vliſſipponenſi exponeretur, ſubodoratum fuiſſe Elephantem, qui ibidem in Regis erat, clauoſque ferreos & vniuerſa vincula perrupiſſe.

Sed & experientia notum eſt,validiſſimo huic animali eſſe naturaliter ἀντιπάθειαν quandam cum formica & mure: ſic vt non ſolum omnem ferociam & vigorem amittat,ſed metu & formidine mirum in modum trepidet,& horreſcat.Quin ferunt mures per villos pedum aſcendere vſque ad aures,iiſque ſe immittere,& cerebrum depaſcere. Quo fit,vt feles ordinariè alantur in ſtabulis, vbi illi detinentur.

INDOLES. INGENIVM. INDVSTRIA.

Philoſophici & Hiſtorici qui de Elephanto ſcripſerunt, affirmant nullam belluarum eo eſſe prudentiorem: Imo ridem cum genere humano ſocietatem attribuit Cicero. Proximumque humanis ſenſibus eum facit Plinius. Ac multa
eidem cum homine communia Authores attribuunt. F

INTELLECTVS PATRII SERMONIS. ET LAVDIS.

Sermonem patrium,hoc eſt ſoli in quo nati,eos intelligere, *Plinius & Ælianus* teſtãtur,eiuſq; mirè capaces ſunt.Primum ait *Strabo*,captos vinclis & fame domant,deindè cicures eos reddunt,manſuetoſque hos ſermone,alios cantu aliquo, aut tympani ſonitu deliniẽtes.Teſtis omniũ horũ oculatus Chriſtophorus Acoſta,qui ad Orientalem Indiam abiit,& multa circa has beluas minimè beluina obſeruauit.Atque inter alia dicit,Elephãtos morbo quodã detineri,qui à furore via diſtat, eiuſque cauſam amorem eſſe. Tum bacchari,furere vincula ſtringi.Neq; aliter tolli morbũ,quã Pharmaco verborũ. Adſiſtere ſcilicet beluæ magiſtrum,increpare acriter,fœditatem oſtendere, ſtirpem proponere, & à natura degeneres mores.

Idem refert, in regno Malabar nihil eſſe acceptius, quàm quòd hæ belluæ inter ſe communicent ſermone. Vnde & Oppianus inter ſe colloqui dicit.

[illegible]
[illegible]
Fama eſt inter ſeſe ſermocinari Elephantas,
Diſtinctaſque ſuſurrare, atque mittere voces. G

Erat in vrbe Cocbin Elephas, inquit Acoſta, qui operas diurnas præbere ſolitus, ad portum & res marinas. Eum fortè defatigatum vrgebat Vrbis Præfectus, vt Liburnicam quam cœperat commouere,in mare deduceret. Ille abnuere. Inſtare alius,atque blandiri. Et addere,vt in gratiam Regis Luzitaniæ id præſtet. Hic motus ille, ac voce clara ingeminat. Ho. Ho. quod Malabrium lingua,eſt, volo. Ac ſine mora nauim in mare traxit.

Refert Pierius de Hannon Elephanto, id ei nomen inditum fuerat; ab Emanuele Luſitaniæ Rege ad Leonem X.miſſo, quomodo nulla vi aut ratione induci potuerit, nauem conſcenderet. Quod inſuſurratum Regi, dolo magiſtri id fieri,qui ſuaderet beſtiæ,in longinquas Regiones ſibi abeundum, vbi malè haberetur. Neque enim magiſter ipſe libens diſcedebat quod ibidem deperiret quandam filiam. Igitur Rex dura ei minatus,niſi conaretur belluam inducere,vt intra triduum deſtinatum iter capeſſeret. Paret territus Regia
comminatione, ac diſcipulum Hannonem aggreditur, eique H
proponit Regis voluntatem, & quod ad primum Orbis Dominum ac Principem maximum deſtinaretur: benè illi ac lautè omnia fore, multaque his ſimilia. Quibus auditis, in aliam ſententiam perductus Hanno, nauem conſcendit, neque vltrò imperium directoris detrectauit.

Et quidem nomina illis imponi ad quæ obtemperent & audiant,teſtatur Gaguinus *in hiſt. Franc. lib.4.cap.1.* vbi ſcribit, Aron Regem Perſarum miſiſſe Carolo Magno elephantum, cui nomen Abulabaz.

IMPERIORVM OBEDIENTIA. VARIAQVE INDVSTRIA.

Notum eſt ex nummis veteribus, Elephantos Currui & iugo fuiſſe adhibitos. *Oppianus* id retulit,& Romæ primum Pompeius oſtendit. Quem poſtea Principes ſecuti. Exempla memorata id docent.

Sed & Indorum Regi XXIV. adſiſtere inſtar præſidiariorum, qui ſtationes & excubias ex ordine obſeruent, Ælian. ſcribit *lib.13.cap.22.*

Circa corpus autem eam in diſcendo habent celeritatem, vt illud ad omnem motum aut geſtum ingeniculare, ſubmittere,

A ... *Ariſt. 9. hiſtor. cap.* 46. Saltare & choreas ducere Plutarchus: ad ſcopum iaculari, natare, armis vti: *Strabo*.

In theatris quoque geſtus effingunt, easque varietates, quas humana induſtria vix queat comprehendere.

Plinius memorat eos per funes incedere. Ita Seneca *Epiſt.* 86. Elephantem minimus Æthiops iubet ſubſidere in genua, & ambulare per funem.

Galbam ante Imperium exhibuiſſe ſpectaculum Elephantis, qui ad faſtigium theatri conſcendit, atque illinc per funes decurrit, ſeſſorem ferens. *Suetonius*.

Plinius è Muciano adfirmat, quendam Elephantem litteras græcas pingere didiciſſe, eaque lingua ſcripſiſſe. (Ipſe ego hæc ſcripſi, & ſpolia celtica dicaui.) Imo ſcribunt, ait de iiſdem *Philoſtratus*; atque tripudiant, & ad fiſtulam ſaliunt.

Quin *Ælianus*, vidit ait ego ipſe, quemdam in tabula Romanas literas promuſcide ſcribentē, rectè & non contortè: erātque oculi in tabulā directi, vt attentos dixiſſes. *Lib.2. var.c.*11.

B Narrant *Ælianus*, & *Plinius* atq; ex iſtis I. *Lipſius Ep. Cent. 1. Miſcell. Ep.* 50. *ad Ianum Hauterum*; quomodo olim in Ludis quos Romæ in publico dedit Germanicus Cæſar, XII. Elephantes inducti in theatrum hiſtrionias veſtes induti, & perſonam ſuam in ſcena magno ingenio egerint, ad ſpectantiom ſtuporem. Quippe vt erant diuerſi ſexus, decorè & ſimul verecunde menſis accumbebant, in lectis ſe reclinabant, cibos capiebāt, & propinabant alter alteri, ac genialiter hauriebāt.

Plutarchus In Syria elephantem fuiſſe ſcribit, cui ſeruus additus curator, qui quotidie de cibo detrahebat, quo belluam fraudabat. Accidit vt præſente hero cibum daret, & quidem totum dimenſum. Elephas iniuriam promuſcide notauit, accuratè partem hordei diuidens, ac dimidio ſeruato, videbatur de diario fraudatum queri.

Alius cum rudera & terram miſceret, vt ea fraude menſuram expleret, elephas vindictam meditatus, cinerem è foro acceptum in ollam carnium plenam ieiecit.

Ex Acoſta aliud memoratur apud eundē Lipſium, quod omnē fidē excedit, Elephanti ait, in vrbe Cochin cibus ob oblatos, barrit, magiſter excuſat, & vas æneum eius cibariū oſten-
C dit perfluens, itaq; ad fabrū ærariū iubet perferri reficiēdum. Paret ille, & promuſcide auſert, fabro offert. Ille infideliter reparat & obſtipat, Elephas refert, herus vitiū videt, & indignatur. Inclamat & iubet redire cū vaſe. Facit, & queſtelas fabro impingit. Ille admoto malleo, claudete rimā ſimulat, nec claudit. Elephas lebetē reſumptū ad flumē refert, & aqua promuſcide hauſtā iplet periculi faciēdi cauſa. Videt effluere, Plenus iratū ad fabrū redit intonat magna voce. Cōfluunt vicini, & inter hos vicarius Regis. Faber biādis verbis demulcet belluā, vas reſumit, & refingit ex fide. Sed ille nē tūc fidēs, refert ad flumen, aquā fundit, quā vbi contineri videt, ad adſtantes, ſe vertit, & velut teſtes aduocat, & ita demum domum abit.

MEMORIA.

Vnum exemplum vetus eſt, panca nona. *Michael Glycas* narrat in *Annalibus prima parte*, Elephantem cum in circum deduceretur, ſedentem in foro Milliarium magiſtrum ſutorum ſubita ira interfeciſſe; cauſam aliam violentiæ non fuiſſe, quam quod idem magiſter eum ante decennium, eo loco ferro percuſſiſſet. Quam iniuriam tot annos recondiderat.

D Aliud ex Acoſta medico Hiſpano, de quo ſuprà. Miles putamen nucis in vrbe Cochio in elephantem coniecit. Ille tollit ſtudioſè, & condit. Poſt dies paucos militi obuiis, idipſum in faciem eius magno riſu eiicit, & exultabundus abit.

Eadem in vrbe miles Elephanto obuio cum Rectore, detrectauit ei cedere. Rector contumeliam apud elephantem interpretatur. Qui poſt paucos deinde dies, in ripa Mangatæ fluminis qui vrbem alloit, militem otioſè ambulantem conſpicatus, illico corripit, in altum tollit, & aliquoties flumine mergit, eleuans ſubindè atque demittens. Eaque vindicta contentus, hominem loco vnda ſuſtulerat, reponit, & abit.

In vrbe Goa elephas erat, qui annoſ furore correptus, dum ruptis catenis vagaretur, ſetuulum vlnis infantem geſtantem in ædes prorupiſſe; relicto infante vidit. Hunc ille attollit, in tectum vicinum ſecurè collocat, & iter proſequitur. Interpretabantur omnes, ex veteri beneficio puero parcere, quod mater illius tranſeunti ſubinde panem & fructus obtuliſſet. Lege plura apud eamdem Acoſtam.

AMOR.

Trita & nota eſt hiſtoria Elephantis, qui ſe præbuit riua-
L. B. Theat. vita Human. Tom. III.

lem Ariſtophani Grammatico, in adamanda corollaria quædam in Ægypto. *Plut. cap.* ... *Inſrarch. lib.* πότερα τῶν ζώων. E

Similem hiſtoriam narrat *Ælianus lib.7. cap.*43. In Antiochia Syriæ vrbe ait, elephas erat inter cicures more ſuo ad paſtiones iens, qui cōſpecta muliere haud inſcita, eā deperiit. Vtq; erat corollaria, aſſiduus apud eum erat, promuſcide manus & faciē lambens omnique ſe quo poterat modo inſinuabat. Tandemq; amore illius & mente captus, in furorem abiit.

Antigono Regi elephas fœmina fuit. Euenit vt in vrbis Megarenſis obſidione, poetum pareret vxor elephantiſtæ Indi. Is inter bellicas turbas elephanti Infantem commendat. Capit illa ſerio in fidem ſuam, omniaque exhibet officia nutricis, & matris. *Athen. lib.* 13. c. 30. *Ælian. lib.* 10. *cap.* 14.

GLORIÆ CVPIDITAS.

Huius adfectus exēpla pleraq; ſunt inter iā dicta. Erat inquit *Plinius* Elephas Antiocho Regi, cui nomen Aias. Is dux plerumq; agminis generoſus & celſus. Euenit vt flumē tranſeudū eſſet, renuit. Pronūciatū illico a magiſtris, principatū intec eos obtēturum illum, qui primus trāſiuiſſet. Intellexit, & ecce alius cui Patroclus nomen, arripuit, & fluuium tranſmiſit. F

In Littore vicino vrbi Goæ ſcribit Acoſta, tormētū erat grādē loco cōmouendum. Conatur elephas; non poteſt. Iuſtigāte magiſtro, duos iuniores elephātos oſtendit, qui id facetēt niſi ipſe faceret. Iterum conatur tanto niſu, vt medius crepatet.

PROBITAS.

Probum hoc animal, & pudicum tradunt ſcriptores, in magiſtros etiam pium, & natos, quos nunquam deſerunt. Quin nonnunquam mœrore aut inedia enecatos *Strabo* tradit *l.*4. ſi aliquando magiſtros calore ioterfeciſſent. Etiam Senioribus naturæ impulſu iuniores concedunt de loco, cibo, potu.

Prodit *Plinius*, & ex eo *Solinus*, ſemel tantum parere, nec plures ſingulis. *Ariſtoteles* tradit marem quam ſemel inierit, vltra non tangere, Fœminam vterum biennio gerere, parere ſingulos. Videatur *Plinius*, & *Ælianus*.

ÆQVITAS.

Narrat *Cluſius ex Petro Bellonio in obſer.* quod in Aſiatica peregrinatione hoſpitiō diuertetit medio die, & æſtu. In comitatu elephas erat, atq; in ſtabulo hoſpitij aſinus alicuius viatoris. Comedebat forte bordeum illo ingrediēte. Itaq; aſinum G pellit, hordeū inuadit, & vorat, ſuperuenit herus, & elephāto hordei menſurā ex more proponit. Qui memor rapinæ prioris, ſpectante hero, & Bellonio, promuſcide bordeū diuidit, & partē aſino procul ſtanti offert. Suaſq; quiſque partes edunt.

Narrat *Ælianus*, Romæ eueniſſe Imperatori Tito, vt vxor Elephantiſtæ cum alio mœcbaretur. Vidit elephas, & domini iniuriam non ferens, vtrumque dente traoſfigit. Deinde ita copulatos relinquit, dumque dominus adueniret, ſtragulo tectum facinus oſtendit, & ſe vltorem. Simile de magiſtro adulterante. *Scribit lib.* 3. *cap.* 17.

RALIGIO.

Sed & luſtrari aqua ſcribunt, & Solem Orientem adorare, *Plin. & Ælian.* teſtes. Lunam nouam *Plinius*. Quin & mortuos a ſun genere ſepeliunt; & prætereuntes iniiciunt humum. *Ælian. lib.* 5. *c.* 10. *lib.* 1. *c.* 49. *Oppianus* de hoc animante dixit;

Μορνῶν ἐν στήθεσσιν ἔχειν αἴας.

Diuinum cor habere in pectore.

Additque præſcite eos fatalem ſuam boram. *Lib.* 39. Et in nonlluoiis, antequam in hominum conſpectum vaniant, aquis H petronibus ſe luſtrare, auctor eſt Dio.

PROVIDENTIA.

Sed & prouidentiā immani huic belluæ adſcribunt plerique. Vnde eos maria trāſmearnros non prius in naues ſubire, quā de rediro ſacramentum illis iuarur, teſtis eſt. *Solinus c.* 28.

ADEO DIRACTI.

Sub Ptolomæo Philopatre Euergetæ filio, eum populus Iudæus eſſet captiuus in Ægypto, mandauit Rex Satellitibus, vt Elephantes vino libanatico inebriatos, Iudæis immitterent, atque vniuerſos obtereteot. Sed Iudæis ad Deum conuerſis, Elephantes in milites ipſos deſæuierunt, multoſque interfecerunt. *Camer. p.* 1 *horar ſucciſ.*

IN PRÆLIIS ANCEPS ET DVBIVS EVENTVS

DVM ADHIBENTVR.

Aſiatici, & Afri, olim elephātos in prælium adhibuere. Romani rarò, aut nunquā. Non enim ignorabant anceps id his belluis auxiliū, eāq; nonnunquā plus damno, quam vſui eſſe.

Appianus Alexandrinus hiſtoriā recenſet huius rei teſtē. Erat *Norpius* Dux Romanus, qui pugnaturus cum Segedenſibus

G 4 &

& Arnaceis, cum ce equite cum x. elephant à Maſſaniſſa A miſſis accepiſſet, & in hoſtem exercitum promouiſſet, belluas ne conſpici ab hoſte poſſent, poſt principia locat. Commiſſo prælio cum ſe acies diſiunaiſſet, belluæ ea improuiſo cōſpectæ tantum iniecerunt terroris, tum Celtiberis, tum aliis qui nunquā eas viderant, vt terga vertere cogerent, & Numantiā fugerēt. Inſequitur fugientes Romanus Imperator, Elephantos mœnibus adhibet. Inde adacto in caput Elephanti ingēti ſaxo, ille immanem clamorem edidit, & ſocios in ſui facti cōſortium attraxit. Qui pariter cōterere Romanos cœperunt, & obuium quemque abſque diſcrimine proſtrauerūt. Hinc Romani in fugam præcipitem acti. Quod conſpicati Numantini, facta eruptione in hoſtē irruerunt, & cæſis quatuor millibus; captiſque tribus elephantis, armiſq; pluribus, inſigni victoria potiri fuerunt. Refert *Camer. cent. 2. horar. ſuccisiu. c. 96.*

Simile memorat *Oſor. l. 7.* cum Albuquertius Prætor Regis Luſitani Malacenſium Regem oppugnaret, eueniſſe. Quippe Rex caſtello quod Elephas dorſo ſuſtinebat, vehebatur. Quem & elephanti armati ſequebantur. Cæterum ea re minimè turB bati, qui Alboquertij vices gerebant, elephanto principi viā permittebāt, eiúſq; latera haſtis perfodiebant. Bellua quamuis initio certaminis immanis & efferata, eſt tamen doloris impatiens & facile in ſuos conuertitur. Itaq; transfixus vtrimque elephantus, rectorem promoſcide deturbat, & conculcat. Rex metu territus deſiliit. Elephantus in viciniores conuerſus, eciem aliorum turbauit, ac reliquos in fugam conuertit.

Ideo ſimile priori narrat de prælio, quod cum Zeilandenſibus à Brittio Luzitanorum duce geſtum eſt. Erant enim in agmine primo, præter pedites & equites, elephanti XXV. cum turribus, qui dentibus enſes alligatos geſtabant, quibus obuios admirabili dexteritate cædebant. Luſitani multitudine & mole belluarum territi de fuga cogitabant. Sed Brittius ſclopetariis vniuerſis imperauit, omnes vno impetu glandes plumbeos in belluas emitterant. Itaque illæ non ſtrepitu ſolum exterritæ, ſed vulneribus terebratæ in ſuos ruere, equites proterere, & in effuſam fugam ſe coniicere. *Camer. ſupra.*

C

Eloquentia.

Definitio et Etymologia.

Eloquentia, Græcè λογιότης & λόγιος eloquens dicitur. Eſt autem loqui, verba proferre, differtq; a dicendo. Quoniā dicere eſt eleganter & facundè loqui. *Quintilianus:* Nam mihi ne dicere quidem videtur, niſi qui diſpoſitè, ornatè, copioſè dicit. Loquor autem a loco deſcenditis enim qui loquitur, ſuo loco quódq; verbum ſciens ponit. Nam qui primo incipit fari, & vocabula, & aliqua verba dicit, antequam ſuo loco ea ponere poſſit. Taléq; *Chryſippus* affirmat non loqui, ſed vt loqui. Quapropter vt hominis imago non eſt homo, ſic in coruis, cornicibus, pueris primitus fari incipiētibus, verba nō eſſe verba: & loqui non diſcent. Alloquor, quod eſt dico (éſtque propriū oratoris) ſit eloquens, qui dicendi ratione prouectus eſt. Et eloquentie, dictio ea omni parte perfecta. Et eloquium, quod modo ſermonem, modo eloquentiam ſignificat.

Eloquentia eſt copioſè loquens ſapientia: Eſt miniſtra comeſque ſapientiæ, vber, lata, & ad motus animorum, vulgíque D ſenſus accommodata. Græcis λογιότης dicta.

* Eius Præstantia, et vis.

Neq; verò quicquā præſtabilius eſt, quā poſſe dicendo tenere hominū cœtus, mentes allicere, voluntates impellere quo velit, vnde autē velit deducere. Hæc vna res in omni libero populo, maximéq; in pacatis, tranquilliſq; ciuitatibus præcipue ſemper floruit, ſempérq; dominata eſt: Quid enim eſt aut tam admirabile, quam ex infinita multitudine hominū exiſtere vnum, qui id quod omnibus natura ſit datum, vel ſolus, vel cū paucis facere poſſit? Aut tam iucundum cognitu, atq; auditu, quam ſapientiſſimis ſententiis, grauibuſq, verbis, ornata oratio & perpolita? Aut tam potens, támq; magnificum, quam populi motus, iudicum religiones, ſenatus grauitatem, vnius oratione conuerti? Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis, retinere homines in ciuitate? Quid autē tam neceſſarium, quàm tenere ſemper arma, quibus vel tectus ipſe eſſe poſſis, vel prouocare improbos, vel te vlciſci laceſſitus? Age vero ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiámque mediteris, quid eſſe poteſt in otio, aut iucundius, aut magis proprium humanitati, quā ſermo facetus, ac nulla in re rudis. Hoc enim vno præſtamus vel maximè feris quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicēdo ſenſa poſſumus: Quamobrem quis hoc iure miretur, ſumméque in eo E elaborandum eſſe arbitratur, vt quo vno homines beſtiis maximè præſtēt, in hoc hominibus ipſis antecellat? Vt vero iam ad illa ſumma veniamus; quæ vis alia potuit, aut diſperſos homines vnum in locum congregare, aut à fera, agreſtíque vita ad hunc humanum cultum, ciuilémq; deducere, aut iam conſtitutis ciuitatibus, leges, iudicia, iura deſcribere: Aut ne plura, quæ ſunt penè innumerabilia, conſecter, comprehendā breui: Sic enim ſtatuo: Perfecti oratoris moderatione & ſapientis, non ſolum ipſius dignitatem, ſed & priuatorum plurimorum, & vniuerſæ Relpubl. ſalutem maximè contineri. Quamobrem pergite, vt facitis adoleſcentes, atq; in id ſtudiū, in quo eſtis, incumbite, & vobis honori, & amicis vtilitati, & Reipob. emolumento eſſe poteſtis. *Cic. in l. de Oratore.*

Circumfertur illud Heſiodi in Hecuba, è Græco ita Latinè redditum.

Quid diſciplinas, dignum, vt eſt in cæteris
Sudamus, atque ſingulas inquirimus?
At non magis Suadela quæ mortalibus F
Regina ſola eſt ad amuſſim exquiritur,
Datéque pretio diſcitur, quo qua velit
Ea quiſque perſuadere poſſit, & aſſequi.

Et Ouid. in Metam. l. 13. In eloquentiæ laudes exſpatiatus.

—— Quid, inquit, facundia poſſit,
Tunc patuit; fortiſque viri tulit arma diſertus.
Eloquentia, fortitudine præſtantior.
Arcum læua tenet, rigidam fert dextera clauam,
Contegit & Nemeus corpora nuda leo.
Herculis hæc igitur facies? non conuenit illud
Quod vetus, & ſenio tempora cana gerit.
Quid quod lingua illi leuibus traiecta catenis,
Quæ ſ feſſa facilem allicit aure viros?
An ne quod Alcidem lingua non robore Gallis
Præſtantem populis iura dediſſe ferunt?
Cedant arma togæ, & quamuis duriſſima corda
Eloquio pollens ad ſua vota trahet.
And. Alciat. Emblem. 180.

Particularia eloquentiæ ornamenta, & virtutem, require infra titulis ſequentibus. Item in loco de Rhetorica.

ELOQVENTIA CONSIDERATA RESPECTV EFFICIENTIS CAVSÆ ELOQVENTIA G PRÆDITI NATVRALI.

Sunt auctores, nullo vſum fuiſſe præceptore Æſchinem, ſed ex ſcriba in tribunalibus, vbi tunc verſabatur, inclaruiſſe: primùm oppugnaſſe ad populum Philippum: vnde cùm celebris eſſet factus, creatum ad Arcadas legatum. Quos vt adiit, decem illa millia in arma coegiſſe aduerſus Philippum. *Plutarchus in vitis Decem.*

Clariſſimi quique viri in Republica & Athenienſium & Romanorum, antequam eloquentiæ ars & præcepta inuenta eſſent, naturali eloquentia nitebantur. Sic ante Periclem & Thucydidem eloquentes multi habiti ſunt, nemo tamen orator verè dici potuit. Apud Romanos L. Brutus, quo Conſule Reges ſunt exacti, natiua eloquentia proculdubiò præditus fuit. M. Val. Dictator, paucis annis poſt reges exactos, cùm plebs propè ripam Anienis, montem ſacrum occupaſſet, dicendo ſedauit diſcordias, eámque ob cauſam Maximus fuit appellatus. L. Valerius Potitus, poſt Decemuiralem inuidiam, plebem in patres incitatam, legibus & concionibus ſuis mitigauit. H Appius Claudius Senatum iamiam inclinatum, a Pyrrhi pace reuocauit. C. Fabricius ad Pyrrhum dé captiuis recuperandis orator miſſus eſt. T. Coruncanus ex Pontificum commentariis longè plurimum ingenio valuiſſe videtur. Man. Curius Tribunus plebis interrega Appio cæco, diſerto homine, comitia contra leges habente, cum de plebe conſulem acciperet, patres antè auctores fieri coëgit. Marc. Popilius Conſul, cum ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem: ſeditionémque cum auctoritate, tum oratione ſedauit. C. Flaminius, qui Trib. pleb. legem de agro Gallico & Piceno viritim diuidendo tulit, & Conſul apud Thraſimenum interfectus eſt dicendo valuiſſe videtur. Sed eos oratores habitos eſſe, aut omnino tum vllum eloquentiæ præmium fuiſſe, hiſtoriæ non tradunt: tantummodò coniectura ducti, ſuſpicari poſſumus. Primus Corn. Cethegus, Ennij. auditor, eloquens habitus eſt. *Cic. in Bruto.*

Scipionum familia, & eruditionem & eloquentiam hæreditariam propè habuit. Nam Cicero in Bruto, Scipionis collegæ ſui eloquentiam extollit, & ea ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum,

neratum afferit. Nam & duos auos habuit clariſſimos, Scipio-
A nem & Craſſum: & tres proauos, Q. Metellum, P. Scipionem, qui Tiber. Gracchum occidit, & Q. Scæuolam augurem, iuris peritiſſimum: duos deinde abauos illuſtres, Publ. Scipionem Corculum, bis Conſulem, & C. Lælium omnium ſapientiſſimum. O generoſam, inquit, ſtirpem, & tanquam in vnam arborem plura genera, ſic in iſtam domum, multorum inſitam atque illuminatam ſapientiam. *Idem.*

Gracchi duo non tam in gremio, quàm in ſermone matris Corneliæ, quæ eloquentiſſima fuit, educati ſunt.

Lælia Caij filia, patris elegantia tincta fuit. Filiæ eius Muciæ ambæ, & neptes Liciniæ, L. Craſſi filiæ: quam altera Scipionis fuit vxor, & filium habuit Craſſum, eloquentiſſimum, qui Craſſi teſtamento fuit adoptatus. *Cic. in Bruto.*

C. Carbo, filius eloquentiſſimi viri Carbonis, non ſatis acutus orator fuit. Facilè tamen dicebat, & auctoritatem naturalem quandam habebat oratio. *Idem.*

Curio ætate Ciceronis literarum admodum nihil ſciebat, memoria infirma erat, inuentione tardus, diſpoſitione confuſus: tamen vſu quodam domeſtico, Latinè non peſſimè
B loquebatur: vt natura potiùs quàm arte eloquentiam adeptus vulgo videretur, quamuis reuerà eloquens non eſſet.

C. Licinius Caluus à magiſtris parùm inſtitutus, naturam habuit admirabilem in dicendo. *Idem.*

M. Calphurnius Piſo orator, à natura genus quoddam acuminis habuit, quod erat in reprehendendis verbis acutum atque ſolers, ſed ſæpè ſtomachoſum, interdum etiam facetum. *Cicero in Bruto.*

☞ *Quære in fine huius Loci, Eloquentia præſagia.*

ARTIFICIALIS.

☞ *Exempla huius ex ſeqq. ſitulis petantur.*

Heraclitus Lycius ſub Seuero celebris, ſolus ſophiſtarum ad artem dicendi induſtria & labore, natura minimè adiuncta, contendit. *Volater. lib. 15. Anthrop.*

ELOQVENTIÆ PROFESSORES OTIOSI, SCHOLASTICI.

Hunc pertinent

RHETORES, DECLAMATORES, DICENDI MAGISTRI.

☞ *Hoc Tit. & eos, qui artem eloquentiæ profitentur, eamque ſed*
C *alios docere poſſe aſſerunt: & eos, qui vmbratili exercitatione contenti, priuatas ſuas habent exercitationes, neque in lucem hominum prodeunt, complectemur. Quòd ſi id, quod ſæpè vſuuenit, vel theoricum, vel practicum vitæ genus amplectantur, & in eo excolendo eloquentia vtantur præſidio, ad ſequentes locos pertinebunt. Proinde ex Titulo Oratorum, δημαγωγῶν, Politicorum, exempla non pauca, Demoſthenis, Lyſiæ, Ciceronis, & ſimilium, petenda erunt; quatenus & illi Rhetores fuerunt, ſed artis exercitationem è ſchola in forum; ex vmbra in ſolem produxère. Ex Sophiſtarum catalogo rationem pete, cur & olim & poſteris temporibus ſub Imperatoribus Sophiſtarum appellationem Rhetores induerint. Nam quando Philoſtratus, Eunapius, Quintilianus de Sophiſtis, loquuntur, Eloquentiæ doctores & profeſſores intelligunt: non eos, qui vt nomine, ſic & rerum cognitione à philoſophorum excellentia quam longiſſimè abſunt.*

PARIDEM Priami filium educatum ferunt Patris iuſſu, in loco quem Amandrum dixère, mox verò & Parion de ipſius nomenclatura, tribus ferè annorum decadibus. Atq; inibi quũ natura ingenioſus foret Græcis imbutũ diſciplinis, in quibus vbi haud parùm profeciſſe eſt viſus, etiam Veneris laudes,
D oratione edita, prohibuit: inque ea Palladi ac Iunoni præſtare contendit. Quando, vt videtur, deæ nomine concupiſcentias eſſe intelligendas ſignificabat, atque voluptates (ſicuti meminit Athenæus quoque) vnde mala omnia ſeſe mortalibus effundant. Atque hinc fabellæ occaſionem datam, inter diſceptantes deas captum iudicem, datúmque Veneri malum id eſt, victoriam. Quin & Paris idem in eandem hymnum ceciniſſe narratur, quem vocat Ceſton. Hinc à patre accerſitus emiſſúſque ad rem diuinam obeundam, quum Spartam appuliſſet, Helenam rapuit. *Cælius lib. 19. cap. 19. Antiq. Lect.*

PITHEVS rex Trœzeniorum, maternus Theſei auus, artem dicendi Trœzene docuit, in Muſarum cella, quæ eſt in foro, non procul à tribus ſoliis, in quibus ius dicere ſolebat. *Pauſanias ſe librum à Pittheo ſcriptum, ab Epidaurio verò homine editum, legiſſe teſtatur in Corinthiacis.*

ANTIPHONTEM Rhamnuſium Rhetoricam primùm inueniſſe dicunt: quidam verò inuentam excoluiſſe, atque auxiſſe. Homo fuit dulci admodum pronunciatione.

Ex Philoſtrato recitat. Volat. lib. 15. capite 5. Anthrop.

CEPHALVS Atheniensis orator, primus prooemia & epilogos induxit. *Suidas.* E

PROTAGORAS Abderites, vel Theius, Artemonis F. aut Mæandri, cùm baiulus eſſet, collocutus cum Democrito, eruditionis amore captus eſt: & philoſophatus, ad eloquentiam ſe contulit, primúſque Sophiſta eſt cognominatus. Nam primus ἐριστικὸς λόγους, hoc eſt, contentioſas orationes inuenit, certamen verborum inſtituit, & centum minas à diſcipulis exegit. Itaque λόγος ἔμμισθος, Sermo mercenarius, eſt cognominatus: Prodici & Iſocratis magiſter. Libri Protagoræ ab Athenienſibus cremati ſunt, quòd aliquando ſic exorſus eſſet orationem: De diis ſcire non poſſum, neque an ſint, neque an non ſint. *Suidas & Cælius lib. 13. cap. 7.*

PRODICVS Ceius, ex inſula Ceo, vrbe Iulide, philoſoph. & ſophiſtes, æqualis Democriti, diſcipulus Protagoræ, Athenis hauſta cicuta periit, quòd adoleſcentes corrumperet. Ab hoc prouerbium manauit, τοῦ Προδίκου σοφώτερος. Prodico ſapientior. Primus quinquaginta drachmis declamitauit. Meminit *Plato eius in Protagora, & Xenophon in Apomnemoneumatis. Suidas.*

HIPPIAS Diopithis F. Eleus, ſophiſtes & philoſophus, diſcipulus Hegeſidami, finem bonorum ſtatuebat αὐτάρκειαν, ſiue animum ſua ſorte contentum, ſiue earum rerum facultatem, quæ ad victum cultúmque & corporis & animi pertinerent, ſeu potiùs vtrumque. Scripſit multa. *Suidas.* F

ZOILVS ſophiſta Amphipolitanus Macedoniæ, cognomento Homeromaſtix, quod Homerum derideret. Quapropter Olympiæ ſpectatores eum de Scironiis rupibus præcipitem egerunt. Grammatica quædam ſcripſit contra Homerum: Poëſeos libros nouem. Hiſtoriam de hortu deorum vſque ad obitum Philippi. Libros tres de Amphipoli, & contra Iſocratem oratorem, aliaque plurima, in quibus fuit & Homeri vituperatio. *Suidas.*

GORGIAS Charmantidæ filius Leontinus, Empedoclis diſcipulus, magiſter Poli Agrigentini, Periclis, Iſocratis, & Alcidamantis Eleatæ, qui in ſchola illi ſucceſſit. Frater Herodici Medici, primus neglectam adhuc dicendi ex arte rationem excitaſſe dicitur, & de ea ſcripſiſſe. Dedit magnum eloquentiæ ſpecimen, & in quinquennali Olympiæ celebritate; & in ea legatione, quæ functus eſt Tiſiæ collega apud G Athenienſes: ſed eo longè clarior. Eum Iaſon Theſſaliæ tyrannus pluris multò fecit, quàm Polycratem, qui nulli fuit in Athenienſium ſcholis eloquentiæ laude inferior. Vixit annis haud minùs quinque, ampliùs quàm centum. Statuam in Alti Olympiæ habuit, dedicatam ab Eumulpo Deicratis nepote, ſororio ſuo. *Pauſanias lib. 6. & Suidas, Cic. lib. 3. de Orat.* ſtatuam ei auream Delphis à Græcis poſitam ſcribit. Philoſtratus adiicit, orationi hoc Pythiæ tributum.

Sophiſtarum artem, perinde ac in patrem, in Gorgiam referimus. Sophiſtices, quæ ſecunda dicitur, principem ferunt Æſchinem: Qui tametſi vt φιλοπότης ἡδὺς καὶ ἀνειμένος, hoc eſt, vini appetens, voluptuarius, ac remiſſior inceſſitur: primus tamen inter ſophiſtas creditus eſt, αὐτοσχεδιάζειν: *Cælius lib. 19. cap. 17.* Eloquentiſſimum eum fuiſſe, ſatis conſtat, & quidem ampla & decora voce: nec deſunt, qui proximum ei poſt Demoſthenem locum aſſignent: natura magis valuit, quàm arte. Quidam illum nullius fuiſſe diſcipulum tradunt, ſed repentè è ſcriba factum oratorem, dixiſſéque primùm aduerſus Philippum Macedoniæ regem: hinc famam popularem gratiámque auſpicatum, ideo & miſſum ad eundem regem legatum. Alij magiſtros ei dant Platonem & Iſocratem, quidam Leodamanta. Genus illud dicendi Rhodium, H inter Aſianum & Atticum medium, Æſchines Rhodi in ſucceſſu inſtituit, cùm ibi aperuiſſet ſcholam.

TISIAS Siculus, collega Gorgiæ in legatione apud Athenienſes, dicendi facultate omnes antecelluit ſuæ ætatis oratores. Colligitur id ex oratione eius ſubtili & peracuta, quam in lite Syracuſanæ mulieris habuit. Gratior tamen fuit Gorgias. *Pauſanias lib. 6.*

ISOCRATES Theodori F. fiſtulatum fabri, Athenienſis, natus Olympiade LXXXVI: poſt bellum Peloponneſiacum: ob vocis imbecillitatem & verecundiam cauſas non egit. In Chio artem docuit, magna auditorum frequentia: ſed & magiſtratus Chij ordinauit, eandémque, quæ in patria ſua erat, reip. rationem: tantúmque, quantum nemo ſophiſta alius pecuniæ quæſiuit, vt inſtructam ſuis impenſis præberet triremem. Orationes ſcripſit XXXII. Cúmque annos ex. vel CVI. vixiſſet,

A vixiſſet, accepta s... C... nzam ... de quadraduana ineoia ſemetipſum confecit. Diſcipulus ... rgiæ, aut Tiſiæ, aut Eergini, aut Prodici, aut Theramenis. A Socrate commendatur in Phædro, & à Cicerone, multum licet diſſentiente Bruto. Ea eius ſchola, tanquam ex Troiano equo, prodiit numeroſa illa cohors eorum, qui in dicendo & Repub. adminiſtranda plurimùm in Græcia valuerunt. Eloquentiam teſtantur diſcipuli, & monumenta ingenij: in quibus eſt mira ſermonis dulcedo, & aptiſſima compoſitio, numeris ad ornatum adſtricta. *Cicero in Oratore* fatetur, ex illius opibus ornatiorem ſe ac locupletiorem fieri. Itaque maximo pretio atque honore eſt per genteis omneis habitus: nactuſque eſt ſine foro, intra domeſticos parietes, eam gloriam, qualem rari ex iis, qui in ſolem certamenque prodierunt, ſunt conſequuti. Conſtat, per breues ſæpè orationes ab eo ſcriptas, ingenti auri pondere à principibus viris repenſas eſſe: vt ab Artemiſia regina Cariæ, & à Nicocle rege Salamine. *Plutarchus in vitis Decem & Suidas.*

B Isocrates Ampelæ Philoſophi F. Apolloniæ in Ponto aut Heracleæ natus, diſcipulus & ſucceſſor maioris Iſocratis, Platonis auditor, cum Theodecte, Theopompo Chio, & Erythræo Naucratita, de eloquentia certauit in funere Mauſoli, regis Halicarnaſſi, *Suida*. Hunc Harpocration, qui ſit ... exponens, Paræneſeos ad Dæmonicum auctorem facit. Quam tamen ipſam tertio Iſocrati, qui temporibus Ciceronis floruit, *Dionyſius Halicarnaſſeus in l. de arte* Rhetorica, tribuit, quem ſuum & Eubeciatis, ad quem ſcribit, ſodalem facit. *Muretus lib.1. cap.1. Variarum lect.*

Philiscvs Mileſius, Iſocratis auditor, fuit priùs tibicen maxime admirabilis: propterea Iſocrates eum αὐλοτρύπην tibiarum perforatorem vocabat. *Suidas.*

Thrasymachvs Carthaginenſis ſophiſta periodum & colon, id eſt, membrum priùs monſtrauit, & modum, qui nunc Rhetorices, induxit. Fuit diſcipulus Iſocratis. Scripſit de arte Rhetorica. *Suidas.*

Conſtat Ariſtotelem philoſophum iam doctrinæ nomine clariſſimum, animaduerſa Iſocratis oratoris gloria permotum, ad eloquentiæ ſtudium vertiſſe animum. Quod cùm in C multis locis, tum in Oratore Ciceronis habetur expreſſiùs, his verbis: Ariſtoteles cùm florere Iſocratem nobilitate diſcipulorum videret, quòd ipſe ſuas diſputationes à cauſis forenſibus & ciuilibus ad inanem ſermonis elegantiam tranſtuliſſet, vt mutarit repentè totam formam propriæ diſciplinæ. Itaque ornauit & illuſtrauit doctrinam illam, & omnem rerum cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Nec verò hoc fugit ſapientiſſimum regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem addiderit, à quo & faciendi præcepta perciperet, & loquendi. Cicero ipſe in Rhetoricæ ſuæ libris, non diſſimulat, illum arti Rhetoricæ plurima adiumenta atque ornamenta ſubminiſtraſſe. Veteres, inquit, ſcriptores, artis, à principe illo atque inuentore Lyſia, vnum in locum conduxit Ariſtoteles, & nominatim cuiuſcunque præcepta, magna conquiſita cura, perſpicuè conſcripſit, atque denudata diligenter expoſuit. Hinc tantum inuentoribus ipſis ſuauitate & breuitate dicendi præſtitit, vt nemo illorum præcepta ex ipſorum libris cognoſcat: ſed omnes, qui, quod illi præcipiant, velint intelligere, ad hunc quaſi ad multò commodiorem explicatorem reuertantur.

D Theodectes Ariſtandri filius, Phaſelites, Lycius, orator, diſcipulus Platonis, Iſocratis & Ariſtotelis, *Vide Tit. Tragicorum.* Scripſit autem oratoriam verſu, & alia quædam ſoluta oratione. Habuit Filium eiuſdem nominis, qui ſcripſit inter alia etiam Artem dicendi. *Suidas.*

Amphicrates Athenienſis Rhetor, exulaſſe dicitur Seleuciæ ſuper Tigrim poſitæ. Rogantes autem ciues, vt ludum ibi aperiret, reiecit, inquiens: Nec Patinam Delphini capacem eſſe. Cùm inde contuliſſet ſe ad Mithridatis filiam Tigrani nuptam, preſſus calumniis, atque interdicta ſibi Græcorum conſuetudine, vitam inedia finiuit. *Plut. in Lucullo.*

L. Plotivs Gallus, primus Latinè Rhetoricam docere cœpit, puero exiſtente Cicerone, magna cum frequentia. Dolebat Ciceroni, quòd eum audire non poſſet: continebatur enim doctiſſimorum hominum auctoritate, qui exiſtimabant Græcis exercitationibus meliùs ingenia ali. *Suetonius de Claris orat.*

L. Octacilivs Pilitus, ſeruus oſtiarius primò, deinde ob ſtudia manumiſſus, Rhetoricamque profeſſus, Cn. Pompeium Magnum docuit, eiuſque ... patris res geſtas ſcrip... : primus omnium libertinorum hiſtoriam ſcribere aggreſſus, non niſi ab ingenuis ſcribere ſolitam. *Idem.* E

Epidivs rhetor, inter cæteros docuit M. Antonium & Auguſtum. *Idem.*

Sex. Clodivs Siculus, Latinæ Græcæq; eloquentiæ profeſſor, malè oculatus & dicax, M. Antonio triumuiro amiciſſimus extitit, & ob eam dicacitatis cauſa ingenti congiario donatus. Quod quidem Antonio obiicit Cicero in Philippicis. *Idem.*

C. Albvtivs Silus Nouarienſis Romæ docuit. Egit etiam cauſas, ſed paruo cum ſucceſſu. Iam ſenex Nouariam rediit, & conuocata concione, cauſas propter quas mori deſtinaſſet explicauit, & inedia ſeipſum necauit. *Idem.*

Apollonivs Molo Rhodius, præceptor Ciceronis Rhodi, Rhetor Clariſſimus, ſcriptor præſtantiſſimus in adnotandis animaduertendiſque vitiis, in inſtituendo docendoque acutiſſimus. *Cicero in Bruto.*

Strato rhetor, M. Bruti, ab Octauio & Antonio victi ad Philippos, comes: vltimum ei officium præſtans, latus ſic petenti aperuit, ne à ſeruo occideretur: quanquam aliquandiu tam triſte miniſterium amico denegarit. *Sabellicus lib. 8. Ennead. 6. ex Plut.* F

Varvs Geminus declamator Cæſari dixiſſe fertur: Cæſar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem. *Suetonius.*

Apollodorvs Pergamenus, Cæſaris Auguſti præceptor & familiaris, ſcripſit de arte Rhetorica. *Strabo.*

Timagenes regij argentarij filius, Alexandrinus, vel Ægyptius, ſub Pompeio Magno bello captus, Romamque perductus è Gabinio, & a Fauſto Syllæ filio redemptus, Romæ docuit, ſub Pompeio, & Auguſto. Cùm ob linguæ libertatem ſchola excidiſſet, in Tuſculano vitam peregit: Mortuus eſt, cùm poſt cœnam vomere vellet, vertigine correptus. Multos libros ſcripſit. *Suidas.*

Asinivs Pollio, Trallianus, ſophiſta & philoſophus, Romæ docuit ſub Pompeio Magno, ſchola Timagenis ſuſcepta. Scripſit quædam. *Suidas.* Primus omnium Romanorum, aduocatis hominibus ſcripta ſua recitauit. *Seneca in Declam. & Quintilianus lib. 10.* Declamationes ſuas nunquam populo commiſit, vir alioqui naſutiore iudicio. Carpebat in Liuio Patauinitatem, in Cæſaris commentariis infidelitatem, in Salluſtio verba obſoleta, in Cicerone ſtylum nimis exanguem. Primus Romæ bibliothecam publicauit. G

Domitivs Afer Nouarienſis, Neronis temporibus, verborum Arte & toto genere dicendi præferendus, & quem in numero veterum recenſet. *Quintilianus lib. 10. cap. 1.*

Clodivs Sabinus, declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio. *Seneca.*

M. Portivs Latro orator grauis, nec citra ſuauitatem, fuit in omni re nimius, quod Seneca ſcribit. Quippe nec remittere, inquit, ſtudia ſciebat, nec repetere. Vbi ad ſcribendum concitaſſet, iungebantur noctibus dies, & ſine interuallo grauius ſibi inſtabat: nec deſinebat, niſi deficeret. Rurſus, quum ſe remiſerat, in omnes luſus & iocos reſoluebatur. Quum verò ſe ſyluis & montibus tradiderat, omnes illos agreſtes in ſyluis ac montibus natos, laboris patientia ac venandi ſolertia prouocabat: & in tantam ſic viuendi perueniebat cupiditatem, vt vix poſſet ad priorem conſuetudinem retrahi. At, quum ſe reuocaſſet, tantis viribus incumbebat in ſtudium, vt non tantùm nihil perdidiſſe, ſed multum acquiſiuiſſe deſidia videretur. H

Potamoon Mitylenæus, filius Lesbonactis, docuit Romæ ſub Tiberio. Scripſit de Alexandro Macedone, Limites Samiorum. Bruti laudationem. De perfecto oratore. *Suidas.*

Acvsilavs Athenienſis, Agathocliæ F. ſub Galba Romam profectus Rhetoricam docuit: & locupletatus, Athenienſibus moriens reliquit CM. drachmarum, ex vſuris. *Suidas.*

M. Fab. Qvintilianvs Calagurritanus, vt Euſebio placet, Inſtitutionum oratoriarum libros 16. adeò quidem vtiles, & poſteritati probatos ſcripſit, vt D. Hieronymus eos ſe diligenter lectitaſſe: & inde plurimùm profeciſſe fateatur. Romam ex Hiſpania ductus eſt ab Imp. Galba, teſte Suetonio. *Volaterr. 19. lib. Anthrop.*

T. Castricivs Rhetoricæ artis doctor Romæ, ſumma auctoritate apud Hadrianum principem, quo ſe magiſtro vſum, *Gellius dicit lib. 13. cap. 20.*

Zenodotvs docuit Romæ ſub Adriano: ſcripſit Epitomen

proverbiorum

A pr... ...um Did..., conuertit in Græcum ... hi... floriam Salluſtij.

Nicetas Smyrneus ſophiſta, Hadriani Principis tempore, quum cauſas tentaret in foro, etiam ampliſſimus videbatur. Adeò ingenium ad vitamque dicendi rationem accommodarat, vt iudiciale, ſophiſtica quadam facultate exornaret, ſophiſticum verò & vmbratile, forenſibus aculeis roboraret. *Philoſtratus in Sophiſta.*

Aristocles Pergamenus, ſophiſta, ſub Traiano & Adriano ſcripſit Artem rhetoricam. *Suidas.*

Dion Pruſaënſis, ſophiſta, quem Chryſoſtomum appellabant, pelle leonina amictos in publicum procedebat. Pro Homero contra Platonem libros quatuor ſcripſit. Item de virtutibus Alexandri Magni libros decem, & laudem Herculis. Traiano fuit familiaris. *Suidas.*

Longinvs Caſſius, philoſophus & orator, Porphyrij magiſter, vir magna doctrina, ab Aureliano Imperatore occiſus eſt per cauſſã conſpirationis cum Zenobia Odenati vxore. *Suid.* Fuit hic ſpirans quædam bibliotheca, & viuum Muſæum, B cui de veteribus iudicandi poteſtas permiſſa erat. *Eunapius.*

Polemon Laodicenſis, ad Lycum fluuium, ſophiſta, Smyrnæ docuit, Ariſtidis oratoris magiſter, ſub Traiano, diſcipulus Timocratis philoſophi, Pontici Heracleotæ, & Scopeliani ſophiſtæ. Anno ætatis quinquageſimo ſexto, ſeipſum in ſepulcrum coniecit, necémque ſibi conſciuit inedia, propter morbi articularis cruciatus. Cùm autem à propinquis & amicis lugeretur, dixiſſe fertur: Date mihi aliud corpus, & aſcendam. Et medicis, à quibus diutius ſecabatur: Quamprimùm, inquit, Polemonis latomias excidite. *Suida.*

Hermogenes Tarſenſis, cognomine Xyſtor, anno ætatis decimo quinto tantam gloriam eſt adeptus, vt Marcus Imperator & Muſonius philoſophus, eius audiendi amore caperentur. Auditorium ingreſſus Marcus, eo diſſerente eſt delectatus, & extempore loquentem, admiratus. Ad Marcum Imperatorem extant verba illa: Venio, inquit, ad te Imperator, pædagogo indigens rhetor, & rhetor ætatem expectans. Quo nomine à Marco Antonino Imperator munificè dimiſſus eſt. Anno ætatis LXX. Artem ſcripſit, quæ etiamnum cum admi- C ratione omnium teritur manibus. Cæterùm ipſe hic ingenioſus adeò & vltra ætatem diſciplinis imbutus, agens quartum & viceſimum annum, mente lapſus eſt, nulla euidenti cauſa. Vixit quidem diu, ſed vt vnus ex multis. Memoriæ proditum eſt, mortui corpore diſſecto, cor hiſpidum fuiſſe repertum, ſed & magnitudine viſenda. *Cælius lib. 11. c. 16. Antiq. Lect. ex Philoſtrati Sophiſtis & Suida.*

Ecebolivs ſophiſta Conſtantinopolitanus, ſub Conſtantino Magno Chriſtianus ardentiſſimus viſus, mox ſub Iuliano principe apoſtata apparuit. *Suidas.*

Proæresivs Cappadox, Vlpiani Antiocheni rhetoris diſcipulus, mox Athenis Iuliani, ἀπροχειδιαστικῶ eloquentia & memoria ad miraculum vſque pollebat. Procerus & pulcher admodum. Pede vno cæteris altior extabat. Iuliano ſucceſſit Athenis, ſed æmulorum calumniis inde pulſus eſt. Conſtantem Cæſarem in Gallias ſecutus, Barbaris tanquam Deus admirationi fuit. Romæ ſtatuam meruit. A Cæſare precarium munus obtinuit inſulas tributarias & vectigales Athenarum ciuitati in pendendo frumento, & Caſtrorum præfecti nomen accepit. Obiit nonagenarius. *Eunapius.*

Diophantvs Arabs, Rhetorices profeſſor Athenis, D Proæreſij æmulus, præceptor Libanij, orationem funebrem in morte Proæreſij habuiſſe dicitur, eiuſmodique elogium addidiſſe: Nunc ſilentio obrutæ iacetis Salamin atque Marathon. Quanta etenim veſtris trophæis atque victoriis tuba interiit? *Eunapius in eius vita.*

Antipater ex Hieropoli Aſiæ ciuitate, ſophiſta nobiliſſimus, præceptor filiorum Seueri principis. *Philoſtratus.*

Hermocrates Phocenſis, clarus ſophiſtica facultate, Seueri principis filiam, Imperatore compellente in vxorem duxit. *Idem.*

Heraclitvs Lycius, domi vir clarus, ſed multò clarior ſophiſtica facultate: qui cùm olim apud Seuerum principem ex temporali facultate, præſentibus quoque aulicis diceret, exterritus ſermone excidit. Solus ſophiſtarum ad hanc artem induſtria & labore, & natura minimè adiuuante, contendit. *Volaterranus lib. 15. Anthrop.*

Ivlianvs Cappadox ſophiſta, Athenis floruit; Ædiſij ſo- E phiſtæ diſcipulus, Conſtantij principis tempore: ad quem omnes vndique iuuent... ... dæ Rhetoricæ gratia confluebat. *Eunapius.*

Libanivs ſophiſta, Phaſganij filius, Diophanti & Proæreſij diſcipulus Athenis, ex Antiochia Cœloſyriæ ciuitate, aduerſis procellis agitatus, in patriam reuerſus eſt, ibique Rhetoricam docuit, in qua multos viros excellentes reddidit: inter quos D. Gregorius, Chryſoſtomus & Baſilius fuêre. Quamobrem in Iuliani principis gratiam veniens, ab eo pluribus honoribus ornatus, præfectique prætorij honorem titulotenus oblatum reſpuit, dictitans: plus eſſe Sophiſtam agere, quàm præfectum: in hoc gloriam citò perituram, in illo perpetuam eſſe. *Suidas & Eunapius, & Socrates lib. 4. c. 26.*

Acacivs rhetor, è Cæſarea Palæſtinæ oriundus vehemens in dicendo, & modum referens antiquum, ætate admodum adoleſcens: qui ita tamen ſuſpiciebatur, vt Libanij ſophiſtæ (cuius ſodalis erat) famam ſuperaturus videretur, niſi iuuenis deceſſiſſet. *Eunapius.*

Lvcianvs Samoſatenſis, cognomento Blaſphemus, ſiue Dyſphemus, maledicus, inauſpicatus, impius, quòd in ſuis Dialogis diuina oracula pro ridiculis inducit. Sub Traiano F Cæſare initiò cauſidicus Antiochiæ fuit: quæ res cùm ei malè ceſſiſſet, ſe ad ſcribendum contulit, ſcripſitque infinita. Interiiſſe fertur à canibus, cùm rabiem ſuam contra veritatem exercuiſſet. Nam in Peregrini vita perſtringit Chriſtianiſmũ, & ipſi Chriſto maledicit, homo conſceleratus. *Suidas, Eunapius* hominem γελωτοποιὸν, ad concitandum riſum factum ait.

Antiphon, à perſuadendi potentia Neſtor cognominatus, nepenthes auſcultationes promittere ſolebat: quando nullus tam atrox erat, infeſtuſque dolor, cuius vellicationes ciuili eloquentia non lenire modò, ſed excutere etiam poſſet. Ex quo arbitror Plutarchum ſcribere, ab Antiphonte excogitatam τῆς ἀλυπίας τέχνην, artem alipiæ: quæ vox triſtitiæ carentiam indicat. *Cælius lib. 19. c. 1. Antiq. Lectionum.*

Oscvs rhetor, cùm eloquentiſſimus eſſet, illius tamen orationem nihil aliud vitiabat, quàm affectatio, nil enim ſine ſchemate dixit vnquam. Ideóque cùm Pacatus rhetor Maſſiliæ ei obuiam factus eſſet: Poteram, inquit, dicere, Aue Oſce. Affectatorem affectata ſalutauit oratione, vſus enim eſt ironica occupatione, præter omnem neceſſitatem, vt irrideret hominem, ſemper affectatè loquentem. *Bruſonius lib.* G *4. c. 31. & Eraſmus lib. 8. Apophth.*

Hippodromvs Theſſalus Lariſſæus, circa Marci Antonij tempora Athenis ſcholæ ſucceſſit, ſophiſta clariſſimus. *Philoſtratus.*

Damianvs Epheſius, ſophiſta nobilis, circa Marci Antonini principis tempora diuitiis ac potentia inter ſuos præditus, viros doctos liberalitate proſequutus eſt. Eloquentiæ quoque genus ſecundum naturam imitatus. *Philoſtratus in Sophiſtis.*

Scopelianvs Clazomenius inter nobiliſſimos ſophiſtas à Philoſtrato refertur, Herodis Attici præceptor. Docuit Smyrnæ magna celebritate. Quo iam ſeneſcente, cum Polemon orator de rebus magnis Smyrnæorum mitteretur, conuerſus ad eum ait: Δός μοι ὤμοιν τὰ σὰ τεύχεα θωρηχθῆναι: h. e.

Arma humeris tua nunc concede in prælia noſtris,
Quæ tibi me ſimilem faciant.

Verba autem ſunt Patrocli ad Achillem, apud Homerum. *Philoſtratus.*

Herodes cognomento Iulius, genere Æacides, Athenienſis, Marathonio municipio, ſophiſtes, theſauro reperto tantas opes conſecutus, vt & ſtadium conderet Athenienſibus, & H theatrum tecto munitum. Pater eius Atticus, Plutarchi filius Aſiæ præfuit. Conſulatum bis geſſit. Sub Adriano & Marco Antonino vixit. Fauorini & Polemoni diſcipulus. Obiit anno ætatis circiter LXXVI. tabe confectus. *Suidas.* Orator in dicendo ſublimis habitus, ornatu non dithyrambico, neque verba ex poëtica mutando, ſed receptiſſima, breuitate alioqui accommodata rebus in defenſionibus vehemens & grauis, Atticæ linguæ ſobrius imitator. Vox ei tragœdorum haud affectata, ſed ſatilis & tempori accõmodata. Habebat & figurarũ varietatem, & cum perſpicuitate receſſum. Ob ſplendorem & magnitudinem orationis, à quibuſdam ſiccitatem amantibus, Orator ſignatus eſt appellatus. *Philoſtratus in eius vita.*

Adrianvs rhetor, Herodis diſcipulus, & ſucceſſor, ſub Marco Antonino, æmulam Ariſtidi rhetori ſcholam Athenis habuit. Docuit etiam Romæ, & à commodo ἐπιστολεὺς eſt conſtitutus eſt; vt exempla litterarum in codicem referret. *Suidas.* Erat quandoque in Ionia Imperator Marcus, occurrit

Ariſtidem nouerat. Euocatum ergo ad ſe ita interrogare perrexit: Quando, inquit, te audiemus? Hodie, ait ille, proponas,
A cras verò audias. ὁ μὲν τῶν ἐμούντων ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων, hoc eſt, non ex vomentibus ſumus, ſed ex eorum numero qui accuratè dicunt. Vomentes verò intelligebat, qui extemporali vterentur oratione ad quam quum minùs ipſe procliuis foret natura, rem totam vt incurioſam aſpernabatur irridebátque. Hic porro ſcommate Philippum laceraſſe non expauit, quum Arimaſpos μονομμάτους, id eſt, vnoculos illi cognatos dictaret. Polemonis rethoris Smyrnei auditor, item Herodis Attici, & Ariſtoclis Pergameni. *Cælius lib. 21. cap. 8. Antiq. Lect.*

Cl. Ælianus ſophiſta, Præneſtinus Pontifex, Meligloſſus ſeu Melifthongus cognomine, docuit Romæ poſt Adrianum. Hic quum munus ſibi virium ac vehementiæ vel ſpiritus adeſſe non eſſet neſcius quàm vt declamatoriam palæſtram calefaceret, in qua deſudarent quidem multi, laudem referrent perpauci: ad Syntaxes, quo ſe vixiſſe apud poſteros teſtatiſſimú faceret, ſe totum contulit, vſque ad ſtuporem. In dicendo aphelian maximè affectauit, hoc eſt, ſimpli-
B citatem: quæque (vti prodit Fabius) ſimplex & inaffectata habetet quemdam puerum, qualis etiam in feminis amatur, ornatum. Nicoſtrati vetuſtatem exprtaſſit, ad Dionis tonum reſpicit quandoque. *Cælius lib. 22. c. 32. A. L. & Suidas.*

Leoncius vel Leo Sophiſta Athenienſis, orator inſignis, ſed & aſtrologus magnus, filiis hæreditatem omnem reliquit: Athenaidem filiam propria fortuna contentam eſſe debere, aſſerens. Eo mortuo, cum iuris ſui perſequendi cauſa
• Conſtantinopolim veniſſet, Pulcheriæ ſorori Imp. Theodoſij inſinuata propter eruditioné, eiuſdem conciliatione Imperatori nupſit, & in baptiſmo nomen Eudoxiæ ſuſcepit. *Zonar.*

Philagrus, Cilix patria, Lolliani auditor, coæqualis Herodis Attici, ſophiſtarum vehementiſſimus, ſed & maximè iracundus. Narratur quandoque dormitanti auditori pugnum in malam impegiſſe. Natura porrò difficilis erat, & minùs tractabilis, quæ res nec ipſum fefellit: nam ſciſcitanti amico, quid ita non placeret ei filios tollere? Quoniam, inquit, nec mihi ipſi placeo. *Cælius lib. 21. c. 7. A. L.*

Genethlius, Genethlij filius Palæſtinus, Petræus, Sophi-
C ſta, Minutiani & Agapethi diſcipulus: docuit Athenis æmulus Callinici, illuſtris viri. Solerti fuit ingenio, totámque declamationem auditam memoriter recitauit. Obiit iuuenis, annos viginti octo natus. Scripſit ſermones ſeu diſputationes & declamationes. *Suidas.*

Arnobius ſub Diocletiano rethor in vrbe Africæ Sicca, Lactantij præceptor, ſeptem inter alia aduerſus Gentes luculentiſſimos libros, Tertullianum imitatus, elucubrauit, eorúmque arcana myſtica profanauit, hoc eſt, ſceleſtiſſimo & impuriſſimo dæmoni laruam detraxit. Sed lectore opus habet antiquitatis & hiſtoriarum & fabularum perito.

• Lactantius Firmianus Arnobij diſcipulus in declamatoria palæſtra multos annos verſatus, haud vulgarem tandē in propagandis literis Latinis operá apud Celtas inſumpſit. Ab illo ipſo Criſpus Cæſar in Cõſtāti, Auguſti filius in Gallia fuit inſtitutus. Eius linguam vnice miratur D. Hieron.

Posthumus iunior, quem pater Caſſius Labienus Poſthumus ſub Galieno à Gallis Imper. declaratus, Cæſarem appellauit, ac deinceps Auguſtus eſt dictus: eloquentiſſimus decla-
D mator, & ob hanc ſolam virtutem notus. *Cuſpinianus.*

Cyprianus Afer, teſte Hieronymo, primùm Rhetoricam docuit: deinde ſuadente presbytero Cæcilio, Chriſtianus factus eſt. Vir de pietate Chriſtiana optimè meritus. *Volaterranus lib. 14. c. 2. Anthrop.*

Floruere ſub Conſtantino Magno eloquentiæ laude Romæ Nazarius, qui rethoricam docuit, & Minucius Felix, qui cauſas orauit, & Lampridius, Spartianus, Capitolinus, & Vopiſcus: qui vitas ſuperiorum Imperatorum literis mandauerunt, qui quanta dicendi facultate valuerint, ex ſcriptis eorum perſpici poteſt Nazarius inde Paterius rhetor, & Ennomia Nazarij filia carmiē celebrari: quorum D. Hieronymus meminit. *Sigonius lib. 3. Imp. occid.*

Constante regnante, Romæ eloquentiæ laude floruerunt Mineruius Burdegalenſis, & Marius Victorinus Afer, qui Romæ Rhetoricam docuit. Hic virtutis ergò ſtatua in Foro Traiani donatus eſt, ac demùm iam ætate confectus, teſte in Confeſſionibus Sancto Auguſtino, baptiſmum accepit. *Sigonius lib. 5. Imp. occid.*

Theodosius I. Victo Maximo tyranno, cum Honorio filio Romā pervenit, & cū Valentinian. II. vrbem triumphans iniuit. In ſenatu à Latino Pacato, viro eloquentiſſimo, laudatus eſt oratione elegantiſſima. *Sigonius lib. 9. Imperij occidentalis.* E

Rhetores Burdigalenſes ſuis parentalibus immortalitati conſecrauit Auſonius, Tiberium Victorem Mineruium, Latinum Alcimum Alethium. Lucidum, Atticum Pateram cum Attico Tirone Delphidio, Alethium Mineruium, Cenſorium Atticum Agricium. Item Æmilium Magnum Arborium, Exuperium, *Toloſates.*

Ioan. Baptista Egnatius presbyter Venetiis, quadraginta ferè annos humaniores literas publicè profeſſus eſt: adeò vniuerſæ Venetæ ciuitati ob ſingularem eruditionem, ac morum probitatem charus, vt ex Senatus decreto, ducentis aureis nummis quotannis iam publico munere defunctus, quoad viueret donaretur. Omnia præterea eius bona ex edicto decemuiralis conſilij, publico cenſu exempta ſunt. Moriens tres ampliſſimas patricij familias, Molinam, Lauretanam & Bragadenam ſupremis tabulis honorauit. Deceſſit octogenarius anno Chriſti MDLIII. ſecunda Iulij. F

Rhetores Indocti.

☞ *Huc maior Sophiſtarum turba pertinet, qui nomine quidem ſe ſapientes profitebantur olim, cùm reuera tamen ἀγνοίᾳ μιᾷ δεινῇ laborarent, Platone teſte.*

De Sabineo Frigido rhetore, *Martialis Epigrammatum libro* ſic ludit.

Si temperari balneum cupis feruens,
Fauſtine, quod vix Iulianus intraret,
Roga, lauet vt rhetorem Sabineum,
Neronianas is refrigerat thermas.

In ſtatuam Rufi rhetoris ſemiuiri & elinguis *Auſonius* hæc profert:

Rhetoris hæc Rufi ſtatua eſt, nil verius ipſa,
Ipſa adeò linguam non habet, & cerebrum.
Et riget, & ſurda eſt, & non videt, omnia Rufi
Vnam diſſimilis eſt, mollior ille fuit.

ELOQVENTIÆ PROFESSORES.

Neoterici.

Huius ſunt loci Diſerti & eloquentes.

Philosophi. G

Si omnia à Philoſophis eſſent petenda, veteris Academiæ & Peripateticorum inſtitutis commodiùs fingeretur oratio: quorum in doctrina atque præceptis, diſſerendi ratio coniūgitur cum ſuauitate dicendi & copia. Quis enim vberior in dicēdo Platone? Iouē ſic, vt aiūt philoſophi, ſi Græcè loquitur, loqui. Quis Ariſtotele neruoſior? Theophraſto dulcior? Lectitauiſſe Platonē ſtudioſè, audiuiſſe etiā Demoſth. dicitur: idque apparet ex genere & granditate verborum. Tamen philoſophica iſta dicendi cõſuetudo nec perficere oratorem poteſt per ſeſe, nec ſine ea orator eſſe perfectus. *Cic. in Bruto.*

Xenophon Grylli filius, Athenienſis, Socratis diſcipulus, tantum eloquentiæ viribus potuit, vt Muſa Attica appellatus ſit. Extant adhuc Commentarij eius de Cyri inſtitutione, ſed & de Expeditione Cyri: qui licet argumenti ratione hiſtorici ſint, at elocutionis reſpectu ſint oratores, & propter omnigenæ philoſophiæ intermixtos floſculos, philoſophi. Nēpe Philoſophica elegantia non aliunde, quàm ex rhetorices, & poëtices & philoſophiæ ſobria permiſtione prouenit.

Platonis eloquentiam apes, quæ eius labris, dum infans erat, inſederunt, teſtatæ ſunt: experta deinde fuit Academia. Nos etiam ex illius ſcriptis eandem colligimus. Adeò vt nō propter res tantùm, ſed etiam propter verba Diui nomen meruerit. *De eo ſic Timon cecinit, referente Laërtio:* H

τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατίστακος, ἀλλ' ἀγορητὴς
ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσόγραφος, οἵ θ' ἑκαδήμου
δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

Id eſt:

Cunctos anteibat latiſſimus ille, ſuauis
Orator, cuius non cedunt ſcripta cicadis,
Quæ ſuper arboribus reſident lucis in opacis.
Ac mittunt vocem modulato gutture amœnam.

Eraſmus in Adagiis.

Aristoteles à præceptore non ſcientiam ſolùm, verum etiam eloquentiam hauſiſſe videtur: vt quamuis eo genere dicendi non vtatur, quo Plato, (ille enim Dialogico genere quod omnis generis ornamenta admittit, hic verò ἀγωνιστικῷ

... ata orationis ... philoſophatur ... tamen elo-
A quentiæ ſuæ non obſcura dat indicia: vt Cicero eloquentium princeps, aureum Ariſtotelis flumen appellare non vereatur. Antipater ſcribit de eo, iam defuncto, inter cæteras virtutes etiam facultate præditum eum fuiſſe flectendi quò vellet animos. *Plutarchus in Catone.*

Tyrtamvs ex Ereſſo Lesbi ciuitate, Ariſtotelis diſcipulus, Theophraſtus ob eloquij ſuauitatem dictus eſt. *Laertius in eius vita.* Nam cum Ariſtoteles diſcipulos ſuos omnes eloquentes fecerit: tum verò Theophraſtum eloquentiſſimum. *Strabo lib.13.*

Lycon ex Troade Stratonis diſcipulus, è Theophraſti ſchola, quàm eloquens ac diſertus fuerit, vel ipſum nomen demôſtrat, quod addita litera G. Glycon ſit nominatus. *Laertius.*

Demetrivs Phalereus eruditiſſimus fuit, & eloquentiſſimus, qui magis delectauit Athenienſes, quàm inflammauit: vt qui non è militari tabernaculo, ſed è Theophraſti philoſophi vmbraculis, in ſolem & puluerem proceſſiſſet. Primus inflexit orationẽ, & eam mollè teneráque reddidit. *Cicero in Bruto.*

Berosvs Aſtrologus, ob eloquentiam & inſignem ſapien-
B tiam ab Athenienſibus ſtatuam meruit; lingua deaurata. *Plinius lib.7. cap.37.*

Carneades Cyrenæus, nouæ princeps Academiæ; tantum eloquentia ſua valuit, vt facilè dicendi viribus, de qualibet re quoſvis in ſuam traheret ſententiam. Ideòque etiam Romam legatus miſſus ab Athenienſibus, vnà cùm Diogene Stoico & Critolao Peripatetico, ſuſpectam fecit Romanis legationem: dicente M. Catone in ſenatu. Ab eo viro cauendum eſſe, qui ob eloquentiam & diſſerendi facultatem facile, quæcunque vellet, impetrare poſſet. *Volaterranus lib.14. cap.1. Anthrop.* Quintilianus verò *lib.12. cap.1.* ait, eum Romæ, audiente Cenſorio Catone, non minoribus viribus contra iuſtitiam dixiſſe, quàm pridie pro iuſtitia diſſeruerat. De eiuſdem eloquentia ſcribit *Gellius lib.7. cap.14. & Crinitus libro 22. capit.4. de Honeſt. diſcip.*

Carneades, alter Philoſophus Athenienſis, Anaxagoræ diſcipulus, ſophiſta inſignis, & philoſophi ſententiam & oratoris vehementiam, in dicendo retinuit; *teſte Philoſtrato.*

Stilpo Megarenſis, ex Euclidis ſectatorum familia, inuen-
C tione & eloquentia ſuperabat omnes alios in tantum, vt omnis Græcia eum coleret, ſuſpiceret & admiraretur, atque adeò μεγαρίζειν diceretur. *Laert. lib.2.*

Heraclides Ponticus in omni orationis genere varius, dictione diſtinctus, maximam habuit vim capiendi animos & oblectandi. *Laert. lib.5.*

Antisthenes Athenienſis inter omnes Socraticos acutiſſimus fuit, & ex ſuauitate colloquij quemlibet capiebat atque ducebat. *Laert. lib.5.*

Bion Boryſthenites primus philoſophiam vario orationis flore veſtiuit, teſte Eratoſthene apud *Laert. lib.4.*

Arcesilao Pitanæo magna inerat in diſſerendo facilitas atque πειθὼ, ita vt plurimi ad eum audiendum confluerent, quamuis immodico acumine illius offenderentur. *Ibidem.*

Anaximenes Lampſacenus, diſcipulus Diogenis Cynici & Zoili Amphipolitani grammatici, præceptor Alexandri Magni, patriam hoc dolo ab obſidione Alexandri liberauit. Cùm audiret rex, eum pro patriæ intercesſione ſe acceſſurum, contrarium omne, quod petiturus foret, ſe facturum eſſe iurat. Id Anaximenes cùm percepiſſet, à rege, patriæ & incolarum exciſionem petiit. Rex iureiurando obſtrictus,
D vel inuitus Lampſacenis pepercit. *Suidas.*

Callisthenes philoſophus, Alexandro comes additus pro Ariſtotele. Inter pocula iuſſus Macedones laudare, tam profluenti oratione hoc tractauit argumentum, vt exilientes et plauderent, & coronas ingererent. Alexander verò ibi dixit ei:

——qui dictionis nactus eſt
Campum bonum, haud ægrè fit, iſtic eloquens.

At oſtende facultatem tuam vituperandis Macedonibus, quò emendentur, auditis delictis ſuis. Ita ad retractanda illa priora verſus multa in Macedonas magna libertate diſſeruit, Græcorúmque diſſenſionem demonſtrauit, cauſam fuiſſe Philippi incrementi & potentiæ:

Diſſidio in populi capit & ſceleratus honorem.

Acerbam inde inuidiam in eum & grauem concepêre Macedones: ac dicit Alexander, non eloquentiæ ſuæ Calliſthenem, ſed maleuolentiæ dediſſe Macedonibus documentum. Calliſthenes animum à ſe abalienatum regis cùm percepiſſet: digrediens, bis aut ter ad ſeipſum dixit: ... Non abſurdè igitur dixiſſe apparet Ariſtotelem (ex cuius conſobrina Hero editus, ab illo educatus fuerat) facundum eſſe & magnum in dicendo Calliſthenem, verùm mentem non habere. *Plutarchus in Alexandro.* E

THEOLOGI.

☞ *Exempla ex Titulo Doctorum Eccleſiaſticorum petantur. Vtitur certè Spiritus ſanctus ſua quoque Rhetorica, non phalerata illa, & præter elegantiam verborum nihil in ſe ſucci continens: ſed ſolida, & ex rerum æternarum fontibus deducta: cui non veriſimilitudo, ſed veritas immutabilis propoſita eſt. Nam cùm omnes creaturæ in ſuo quæque genere excellentiſſima, Deum laudare debeant, quidni etiam artes Rationis & Orationis, gloriæ Dei primaria inſtrumenta cenſeantur?*

Apoſtoli non armis, ſed eloquentia à Spiritu ſancto cœlitùs infuſa, totum orbem ſubegerunt, & Chriſti euangelium regnumque paſſim prædicarunt. Itaque Petrus in die Pentecoſtes tria millia conuertit: alia quoque vice quinquè millia. Habet enim Spiritus ſanctus quoque ſuam rhetoricam; eamque efficaciſſimam. F

HISTORICI.

☞ *Conſule Titulum Hiſtoricorum, quatenus hiſtorias eleganter ſcribunt.*

Xenophon Athenienſis, Cyripædiam tanta ſcripſit facundia, vt non hiſtoriam, ſed regni ſanctiſſimi ideam deſcripſiſſe videatur. Neque enim Cyrus ille talis fuit, ſi Platoni credimus, idipſum in legibus ſtatuenti, à Marco demum Tullio confirmatum in epiſtola ad Quintum Fratrem. Sed ſingularis facundiæ philoſophus, effigiem quandam iuſti imperij conceperat animo, & eminentiſſimi principis: quæ ſummam grauitatem cum ſingulari comitate coniungeret. Hanc ille ſub perſona Perſici regis exprimendam potiſſimùm cenſuit. Ideoque ſcopum attigiſſe viſus eſt, aut ſcopi vmbilicum verius: vt Africanum Scipionem, quanquam ſpolio ex tertia orbis parte rapto, celeberrimum, non temerè legamus eum librum de manibus ponere ſolitum. *Cælius lib.8. Antiq. Lect. c.1.*

Thvcydides Olori filius, Athenienſis, genus ſuum à Miltiade ducens, exul bellum Peloponneſiacum ſcripſit. *Cælius lib.1. cap.19. Antiq. Lect.* G

Herodotvs hiſtoriam Muſarum nomine ſingulari eloquentia ſcripſit, & in Græcorum panegyri Olympiæ, maximo cum applauſu recitauit.

C. Ivlivs Cæſar, teſte Cicerone quantumuis hoſte, Commentarios ſcripſit valde quidem probandos: nudi ſunt, recti & venuſti, omni ornatu orationis tanquam veſte detracta. Sed dum voluit alios paratam habere, vnde ſumerent, qui ſcribere vellent hiſtoriam, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui illa vellent calamiſtris inurere: ſanos quidem homines à ſcribendo deterruit. Eoſdem libros, ſcriptos Cæſaris laudum (vt fama fert) Iulius Celſus, vt Suetonio videtur, Hircius, ita commendat: Difficillimam rem ſuſcepi, Cæſaris noſtri commentarios rerum geſtarum Galliæ. Nec multò poſt: Quos vtinam, qui legerint, ſcire poſſint quàm inuitus cœperim ſcribendos, quò faciliùs caream ſtultitiæ atque arrogantiæ crimine, qui me mediis interpoſuerim Cæſaris ſcriptis. Conſtat enim inter omnes, nihil tam operosè ab aliis eſſe profectum, quod non horum elegantia ſuperetur: qui ſunt editi, ne ſcientia tantarum rerum ſcriptoribus deſit: adeoque probantur omnium iudicio, vt præcepta, non præbita facultas ſcriptoribus videatur. Cuius tamen noſtra maior quàm reliquorum eſt admiratio. Cæteri enim quam bene, quámque emendatè, nos etiam quàm facilè atque celeriter eos perfecerit, ſcimus. *Hæc ille.* H

MECHANICI.

☞ *Quemadmodum oratio Mechanicis artibus non per ſe, ſed per accidens, quatenus homini ab homine communicantur, inſeruit, ita etiam orationis ars. Quòd ſi Philoſophia non dedignatur cauſa publicæ vtilitatis ſua theoremata mechanicorum vſibus veluti elocare; quidni etiam Rhetorica, quæ Philoſophiæ ſimula eſt. Sic quoque Sol mundi oculus non excelſa tantùm regum palatia, ſed & humiles paſtorum caſas ſuis radiis luſtrat.*

Athenis, cùm aliquando de architectis duobus, vter ad opus publicum eſſet conducendum præſtantior, quæreretur: alter diſertus & feſtiuus oratione habita, quam commentatus erat de opera efficiendo, permouit populum. Alter

qui arte quidem excellebat, [illegible] erat [illegible] fan [illegible] medium pro- [illegible] gressus. Athenienses, inquit, sicut hic dixit, sic ego faciam. A *Plutarchus in Præceptis Politicis.* De eo sic scribit *Valerius lib.8. cap.13.* Philo architectus armamentarium Athenis summa arte & elegantia exstruxit: nec minore facundia rationem instituti sui populo reddidit, vt disertissimus populus non minus eloquentiam quàm opus illius, fuerit admiratus.

Petrvs rex, textor pannorum, Brugensis, homo plebeius, pusillo corpore, cocles, sexagenarius, Flandrorum plebem in societatem rebellionis contra Philippum Pulchrum Gallorum regem eloquentia sua pertraxit & in acie Curacensi, equestri dignitate à Guidone Comite Flandriæ ornatus fuit. *Ioannes Villanus lib.8. cap.54. Historiarum.*

ΠΟΛΙΤΙΚΟΙ, ΔΗΜΑΓΩΓΟΙ, ORATORES, Vsus In Republica Administranda illustres simul & diserti.

☞ *Cicero Oratorem definit esse virum bonum, dicendi peritum. Vir bonus idem est, qui & iustus. Iustitia virtus est ethica & in conuersatione quotidiana locum habet. Proinde Orator ille erit, qui πολιτικὸς Græcis dicitur. Πολιτικὸς enim in Republica administranda versatur, & vtroque tempore, belli simul & pa-* B *cis, ea, quæ ad vtilitatem publicam facere possunt, inuenire, & oratione explicari potest commune-esse. Commune item appello, respectu eorum, quibus consilia sua proponit. Qui quidem si omnes philosophi essent, & veritatem simili cum vel assequi, vel approbare possent, Rhetorica opus non esset. Nunc verò quia maior pars ciuium imprudens & imperita est, Politici est, & ea, quæ bona sunt, suadere, & mala dissuadere. Πολιτικοὶ igitur à materia subiecta nomen suum traxerunt, quoniam ciuitatis negotiis occupantur. Oratores ab ipsa oratione, vt & Rhetores ἀπὸ τοῦ εἴρειν. & nomen quidem Oratoris latiùs patet, quàm nomen Politici: definitio verò eadem est. Eoque factum, vt quidam hanc definitionem tanquam impropriam reprehendere fuerint ausi. Nihil enim ad Oratoris naturam, quatenus Orator, conducit, vt vir bonus sit, vel malus: modò ea adhibeat, quæ ad persuadendum facere possunt. Accidit eloquentiæ, vt interdum viri boni, veri scilicet Politici & Oratoris, interdum viri improbi, quos δημαγωγοὺς Aristoteles in Politicis vocat, ea vtantur. Iisdem pharmacis & Medicus sanat, & veneficus interficit. Iisdem locis ad persuadendum, eadem fa-* C *cultate dicendi & πολιτικὸς Rempublicam erigit, & δημαγωγὸς subuertit. Nunc de exempla & πολιτικῶν propriè dictorum, & δημαγωγῶν accedamus: cùm habitu eloquentia per se non distinguantur; sed ex adiuncta virtute vel improbitate ethica. Δημαγωγοὶ enim Oratores atque Rhetores dici possunt, si spectes artem eloquentiæ: si verò institutum, Κόλακες & Adulatores populi. Est enim adulator is, qui priuatæ vtilitatis causa ad gratiam omnia facit & loquitur. In Democratiis certè hoc genus hominum plurimum semper potuit: id quod ex Romana & Atheniensi Republica manifestè constat. Exempla plura ex Titulo Eloquentium, item, Eloquentiæ vires. Item, Astutia in occupanda tyrannide, mutuari poterunt: quinetiam ex Tit. Rhetorum, quatenus ipsi etiam eloquentiæ professores interdum in concionem populi prodeunt, & causas agunt publicas.*

Homervs Nestorem Pylium in Iliade sua eloquentiæ nomina commendat, & in eo ideam nobis proponit oratoris inquiens:

——τοῖσι δὲ Νέστωρ
ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητὴς,
τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδὴ·
τῷ δ᾽ ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
ἐφθίαθ᾽, οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ᾽ ἐγένοντο
D ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ. μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν.

ἡδυεπὴς, si Elocutionem spectes: λιγὺς, si pronunciationem in quibus cùm eloquentia potissimum consistat, statim infert, mella dulciorem ex eius ore fluxisse orationem. Inuentio & dispositio rerum sunt propriæ: rerum cognitio, de quibus orator politicus tractat, in prudentem hominem cadit: prudentia, vsu & exercitatione acquiritur, quæ in senibus maximè reperitur. Eapropter commendat statim Nestorem ab ætate, quòd scilicet tres iam hominum ætates vixerit. Quo ipso auctoritas & prudentia eiusdem nobis insinuantur. Propterea subnectit statim.

[illegible]

Oportet enim oratorem ἀξιόπιστον, hoc est, auctoritatem apud populum habere, & præconceptam iam in animis hominum virtutis & beneuolentiæ opinionem, aut certè [illegible] adhibere cogetur, quibus mores suos commendet. Alter orator apud Homerum Vlysses est, verùm minore auctoritate & [illegible] & propterea regum conten[illegible] Achillis E licet & Agamemnonis, non adhibetur à Po[eta], quia non eloquentia tantùm opus erat, sed etiam auctoritate & prudentia, quæ in Nestore maiora erant, quàm in Vlysse. Iam verò Iliados ς. in retrahendis Græcis à fuga introducit primùm Vlyssem δημαγωγὸν, qui popularem gratiam captat, & summoperè cauet, ne quid populo minùs gratum dicat. Ea propter eius orationi tota concio acclamat. Deinde verò Nestorem virum bonum, & veritatis potiùs, quàm popularis gratiæ rationem habentem, qui absque phaleris, id quod res est, dicit: cuius prudentiam solus admiratur Agamemnon.

Solon Salaminius, legislator Atheniensium, eloquentia sua ad optimum Reipubl. statum Athenienses deduxit: & verus politicus fuit, cùm Reipubl. commoda, non priuatam vtilitatem quæreret. Cum quo è diametro pugnabat Pisistratus. Solet enim ferè natura extrema extremis opponere, summis virtutibus summa vitia.

Pisistratvs. ☞ *Vide infra. Eloquentia vires, successus.*

Pericles Xantippi & Agaristes filius, vitæ politicæ congruentem dicendi facultatem velut organum instruens, passim Anaxagoram explicabat, rationes physicas facultati dicendi F velut tincturæ suffundens. Cùm enim altam illam mentem atque omnium efficientem, vt *Plato in Phædro* ait, ex naturali disciplina ad præclaram indolem suam adiunxisset, & quod esset ea vsu, ad artificium dicendi accommodasset, longè antecelluit omnes. Vnde cognomen eum memorant Olympij inuenisse: quamuis nonnulli à monumentis, quibus exornauit vrbem, alij à potentiâ, quam domi militiæque habuit, eo nomine arbitrantur insignitum. At comœdiæ, quòd qui ea tempestate docebant eas, & serias & ridiculas voces in eum multas eiacularentur, traxisse ex vi dicendi eum ostendunt hoc cognomen. Tonare enim & fulminare concionantem, & vehemens eum in lingua fulmen dicebant gerere. Thucydides Milesius, qui diu Periclis in Repub. aduersarius fuit, cùm requireret ex eo Lacedæmoniorum rex Archidamus, ipse an Pericles melior lucta esset? Vbi ego, inquit, luctando eum prostraui, ille refellens persuadet se non cecidisse, atque in eam traducit spectatores opinionem. Cùm ad concionandum accederet, semper precabatur deos, ne vllum verbum, quod ad rem præsentem non conueniret, inuito excideret G sibi. *Plutarchus in Pericle, & in præceptis politicis.* De eo *Eupolis comicus in comœdia, cui titulus Δῆμοι* sic scribit.

Κράτιστος οὗτος ἐγένετ᾽ ἀνθρώπων λέγειν,
Ὁπότε παρέλθοι, ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομεῖς
Ἐκ δέκα ποδῶν ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας.
Ταχὺν λέγεις μὲν, πρὸς δέ γ᾽ αὐτοῦ τῷ τάχει
Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν. id est:

Hic inter homines plurimum vnus pollebat
Dicendo, quoties prodibat, vti bonus
Agilisque cursor, sexdecim spatio pedum
Linquebat à se cæteros longo ordine.
Sermoni celer erat, solertiæ aderat huic
Suadela quædam illius insidens labris.

Hos versus & *Aristophanes* adducit in Acharnensibus, adiunctis hos duobus:

Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις. id est:
Adeò mulcebat, atque solus rhetorum
Aculeum in animis liquit audientium.

Eiusdem immodicam eloquentiam idem taxauit in eadem comœdia:

Ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης οὑλύμπιος
Ἤστραπτ᾽, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. id est: H
Pericles at indignatus hinc Olympius,
Tonat, coruscat, miscet omnem Græciam.

M. Tullius in Bruto, deam Suadam Ennio dictam, siue Suadelam, hoc est, Lepôrem, in Periclis labris sessitauisse, ex Eupolide refert. *Erasmus in Adagiis, & Calius lib.25. cap.3.*

Ex oratoribus familiaribus Periclis, per quos omnia transigebat, vnus fuit Ephialtes, qui senatus Areopagi fregit potentiam, ciuilibusque affatim, vt ait *Plato de Republica, lib. 8.* meram propinauit libertatem: qua equi luxuriantis more, Comici dictitant postea desisse populum audire principes, & mordere Eubœam cœpisse, & in insulas insultare. *Plutarchus in Pericle.*

Alcibiades non perinde impotens concionator, verùm sicut Ægyptiorum tellus vbertate dicitur edere simul,

Φάρμακα πολλὰ μεμιγμένα ἐσθλὰ καὶ λυγρά:

Ita in parte vtramque exuberans Alcibiadis ingenium & excellens, ad res multas nouas aperuit fenestram. *Plut. in Nicia.*

Theramenes

[illegible] Athenienſis, Agon[illegible], Prodici Ceij
A diſcipulus, in Republica verſatus, Iſocratis magiſter: cùm alia multa, tum duo indigniſſima facinora edidit. Nam & duces, qui ad arginuſas pugnarant, in carcerem coniecit: & oppreſſa libertate, triginta tyrannos Athenis conſtituit. Ab ipſis triginta eſt interfectos, Critia accuſatore. Quidam dicont, ab ara, ad quam confugiſſet, auulſum fuiſſe. Hunc ob verſatile ingenium, Cotburoum cognominabant: cùm aduerſariorum in Republica vtrique factioni ſe adiungeret, tempori ſeruiens, & priuatam vtilitatem fidei antepooens. Tria decreta pœoalia fecit: aut in tabula proſcribi, aut cicutam bibere, aut exulare oportere. *Suidas.*

Aristogitonis ſycophantæ Athenienſis conciones nihil noo Martium ſpirantes, & de bellicis rebus bellicum quodammodo canentes, populum io diſcrimina ſæpè maxima coniecère, quum alioqui mollis ipſe foret. Die quadam deiectum baberi audiens, ſimulata valetudine crus obligat, ac baculo innixus velut grauiter vulneratus, ſe in publicum proripit. Eum è louginquo conſpicatus Phocion, ex vultu Æthiopem agnoſcens, vociferans, inquit: Scribe Ariſtogi-
B tonem claudum; & eundem improbum ac mendacem. *Cælius lib. 25. cap. tu. ex Plutarcho.*

Oratio Phocionis vtilibus ſententiis & conſiliis ſalubris fuit, coniuncta eũ imperioſa, auſtera, & triſti breuitate. Quippe, vt Zeno ait, menre tinctum proferre philuſophuu ſermonem debere: ita habuit Phocionis oratio plurimum ſententiæ in conciſa dictione. Proinde Sphettius Polyeꝯus dicebat oratorem eſſe Demoſtbenem optimum, ſed in dicendo acutiſſimum Phocionem. Quomodo enim habet monetæ æſtimatio, exigua in mole maximum valorem, ſic buius orationis vim cenſebat verbis paucis multa ſignificare. Ferunt Phocionem aliquando completo rheatro ſub ſcena inambulaſſe cogitabundum, & cum amicus quidam diceret: Videris aliquid Phocion tecum meditari: Sanè verò, inquit, meditor, an quid de oratiooe, quam habiturus ſum ad populum, queam reſecare. Demoſthenes magnopere contemnebar cæteros oratores: at eùm ad dicendum Phocion ſurgeret, ſolebat ad amicos dicere ſummiſsè: [illegible] orationum mearom ſecuris adeſt. *Plutarchus in Phocione.*

C Epaminondas tam fuit diſertus, vt nemo Tbebanus par eſſet eloquentia: neque minus concinnus in breuitate reſpondendi, quàm in perpetua oratione otoatus. Maxime eius eloquentia eluxit Spartæ: quò cùm omnium ſociorum conueniſſent Legati, coram frequentiſſimo legationum conuentu ſic Lacedæmoniorum tyrannidem coarguit, vt non minus illa oratione opes corum concuſſerit, quaio Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod pòſt appatuit, vt auxiliis ſociorum, Lacedæmonij priuarentur. *Probus in Epaminonda.*

Decem antiquos Rhetores ſimul Athenis ætas vna tulit Antiphunrem cognomento Neſtorem, Andocidem, Lyſiam, Iſoctatem (quem inter Rhetoras potius, quàm Politieos referas) Iſæum, Æſchinem, Lycurgum, Demoſtheoem, Hyperidem, & Dimarchum, quem hordaceum Demoſthenem nuncuparunt, quia inflatus ac leuis eſſet. Horum decem vitas poſteris reliquit *Plutarchus.* De eorum dicendi charactere *Hermogenes* [illegible]. *Cicero libro de Claris oratoribus. Quintilianus lib.* 10. *Brodæus in Epigrammatis.* Rempublicam Athenienſium oratores contra Philippum & Alexandrum
D reges Macedooum, inflammarunt, inquit, *Plutarchus in Phocione.* Demoſthenes, Hyperides, Lycurgus, Charidemus, Demades, Leoſthenes. Quorum improbitati obſiſtere voluit magis quàm potuit Phocioo. *Suidas* inquit: Antiper, ſuſcepto Macedoniæ regno, à Græcis Lamiæ in Theſſalia obſeſſus. Ætolis primùm, deinde cæteris digreſſis, euaſit, ac victor, decem Oratores poſtulaoit, qoos ei dediderunt, Athenienſes: Demoſthenem, Hyperidem, Lycurgum, Polycuctum, Ephialtem, Thraſybulum, Charetem, Charidemum, Diotimum, Patroclum, Caſſandrum. Diſcrepat ergo *Suidas a Plutarcho in decem Oratorum nominibus.*

Antiphon patrem habuit Sopbilum, populo Ramnoſius fuit. Hic cùm patris fuiſſet auditor (nam fuit ille ſophiſtes, cuius ludum etiam Alcibiadem aiunt puerum adhuc frequentaſſe) facultatéque dicendi natiua præditus, contulit ſe ad Rempoblicam, ludúmque aperuit: ab Socrate philoſopho in diſputationibus diſſentiebat, veritatis inquirendæ gratia. Scripſit orationes quaſdam ciuibus, qui id ab eo cootenderunt: ad certamina forenſia primus, qui ei rei ſe dedit. Ex iis certe, hunc qui an[illegible]ius erat iudicialis oratio: ſed nec [illegible] cuæuis ei. Primus artificium rhetoricum, ingenio acu- E to præditus, vulgauit Vnde eſt Neſtor dictus. Vixit bello Perſico, & Georgio ſophiſtæ fuit æqualis, ætate tamen inferior: peruenitque ad illud tẽporis, quo Reipublicæ popularis ſtatus eſt à quadringentis tyrannis diſſolutus, ad quod moliendum hunc apparet adiutorem fuiſſe: qui modò duas triremes armauit, modò exercitum duxit, multis prælijs victoriam retulit, ſocios illis multos conciliauit, iuuenturem in arma coëgit, triremes compleuit ſexaginta. Legatus, quando muniebatur Etionia, ad Lacedæmonios fuit. Oppreſſis quadringentis tyrannis poſtulatus cum Archeptolemo vno ex quadringentis & damnatus eſt, ſuppliciúmque da eo vt proditore ſumptum, atque inhumatus eſt proiectus, & cum ſtirpe ſua, infamia notatus. Alij tradunt, legatum Syracuſas nauigaſſe, quo tẽpore Dionyſij maioris dominatio vigebat. Cùm autem incidiſſet quæſtio, quòd optimum æs foret, inter multorum diſſenſiones eſſe illud eum oſtendiſſe optimum, ex quo Harmodij & Ariſtogitonis ſtatuæ factæ eſſent Quo audito, ſuſpicantem Dionyſium id dictum cohortationem eſſe ad conſpi- F randum in ſe, præcepiſſe, vt hic de medio tolleretur. Alij, quod tragœdias ſuas carpſiſſet, inflammatum. *Plut. in vita eius.*

Andocides patre fuit Leogora, qui pacem quandam inter Athenienſes & Lacedæmonius pepegerat, nubili genere natus, ex Mercurij ſtirpe. Ad eum enim vſque, caduccatorum gens ad Æthalidem genus ſuum referens, pertinet. Ieiunus eſt & incomtus in orationibus facilíſque, & figuris caret. Floruit Socratis philoſophi tempore, dies eius natalis incidit io LXXIIX. Olympiadem. Ita inferior hoc Lyſias fuit circiter centum annis. *Plut. in vit. Andocidis.*

Lysias Cephali Syracuſani, qui Athenas Periclis ſoaſu commigrarat; filius à triginta tyrannis proſcriptus, inde rurſus cum Thraſybulo reuerſus, vixit annos octuagiota tres, & adoleſcentem vidit Demoſthenem. Vulgatæ ſunt orationes eius quadringentæ vigintiquinque: ex quibus germanus eius eſſe referunt Dionyſius & Cecilius ducentas trigiota: nec niſi in duabus offendiſſe dicitur. Fuit facundiſſimus ac ſuccinctiſſimus, vulganitque populo & plebi orationes ſuas. Scripſit etiam de arte rhetorica, conciones, epiſtolas, laudationes, orationes fuoebres & amatorias, Socratis defenſionem, quam G in iudices dixerit. Videtur eſſe, ſi dictionem eius reſpicias, facilis, cùm eum tamen oon quiuis facilè imitetur. *Plutarchus.* Puritate dictionis neminem habuit imitatorem, præter Iſocratem. *Suidas. Cicero in Bruto* de ipſius ſtylo ſic ait: Lyſias gracile dicendi genus ſectatus eſt, quanquam in eo ſunt lacerti ſic, vt fieri nihil poſſit valentiùs: verumtamen eſt genere toto ſtrictior. Habet tamen ſuos laudatores, qui hac ipſa ſubtilitate delectentur. Eius tamen mentionem facit *in lib. de Finibus Quintilianus lib.* 10. *c.* 1. Phauorinus dicere ſolebat, ſi ex Platouis oratione verbum aliquod demas, mutéſve, atque id commodiſſimè facias de elegantia tamen detraxeris: ſi ex Lyſia, de ſententia. *Gellius lib.* 2. *c.* 5.

Isævs genere fuit Chalcidenſis. Hic cùm Athenas ſe contuliſſet, in dictionum ſtructura & rerum ſolertia operam Lyſiæ dedit: vt niſi admodum peritus horum formæ ſis, vtrius horum orationes ſint, haud facilè diſcernas. Floruit poſt bellum Peloponenſiacum, pertinuítque ad Philippi regnum. Is etiam Iſæus docoit Demoſtbenem ab otio auocatum, decem millium drachmarum mercede. Vnde vel maximè io- H claruit. Hic etiam orationes aduerſus tutores, vt quidam volunt, ſcripſit Demoſtheni. Reliquit orationes ſexaginta quatuor: quarum tamen ſunt veræ eios quinquaginta tantùm. Primus cooformare cœpit, & conuertere ad genus dicendi politicum, mentem, quod potiſſimùm Demoſthenes adumbrauit. *Plutarchus in vita Iſæi.*

Lycvrgvs, patre genitus Lycophrone Lycurgi filio, quem triginta tyranni necauerant: populo Butades fuit, genere Eteobutadarum: auditor Platonis, initio philoſophiæ operam dedit. Inde Iſocratis oratoris aſſecla cùm fuiſſet, Rempublicam magna cum gloria dicendo & agendo tractauit, & verò etiam adminiſtrationi ærarij præfectus, vrbi & comprehendendis facinoroſis: quos io exilium omnes egit. Hinc dicebant ſophiſtæ nonnulli, Lycurgum non atramentũ, ſed mortem illinere contra facinoroſos calamo, & ſic ſcribere. Quare cùm eum Alexander depopoſciſſet, non dedidit populus. Vir eſt moderatus, quamdiu vixit, habitus, io dicendóqoe commendatus: qui oulla in cauſa, quamuis multis accuſantibus, ſuccubuit.

ſuccubuit. Inſtante fato, in Cereris matris fanum & curiam A iuſſit ſe deferri, quòd vellet rationes reddere actionum ſuarum. Cùm accuſare nemo eum præter Meneſæchmum ſuſtineret, dilutis calumniis domum relatus, expirauit. *Plutarch. in vita Licurgi.*

Demosthenes gladiorum faber, Prænienſis, Demoſthenem oratorem ex Cleobulo filiam habuit. Cui pupillo tutores dati ſunt tres, Aphobus, Demophon, Therippides. Qui cùm & ipſum & patrimonium eius negligerent, ipſi Iſæo ſe erudiendum tradidit. Eruditur, curatores, reos tutelæ peregit. Rhetoricam docere cùm vellet, ab eo inſtituto receſſit, propter calumniam de Moſchi filio nobili adoleſcente, ſubortam. Poſt, orationes ſcribere aggreſſus, cùm ibi quoque crimini daretur, contrarias eum edere orationes Phormioni & Apollodoro: etiã ſtudio relicto, Rempublicam capeſſit. Quã quam autem balbus erat, & humerum indecore mouebat, & imbecilli auditu, & ſpiritu infirmo: hæc tamen incommoda correxit omnia, exercitatione. Actionem & pronunciationem eius Andronicus excoluit. Functus eſt ædilitate, triremes inſtruxit, captiuos redemit, puellis elocandis adiumento fuit. In ædilitate à Midia verberatur, ter mille drachmis, vt aiunt, B placatus eſt. In gerenda Republica Philippo eſt aduerſatus, eloquenter magis, quàm fortiter. Fœderis cum Thebanis ineundi auctor fuit Athenienſibus, atque adeò cladis ad Chæroneam à Philippo acceptæ. Aduerſatus eſt etiam Philippi filio Alexandro. Cui quum Harpulus magna pecunia ſurrepta, ad Athenienſes confugiſſet: Demoſthenes qui & ipſe partem accepiſſe putabatur, Trœzenem in exilium profugit. Alexandro Babylone mortuo, in patriam reuocatus eſt: ſed Antipater, ſuſcepto Græciæ principatu, decem Oratores ſibi dedi per legatos poſtulauit. Demoſthenes in Calauriã fugit, &, ne ab Archia Antipatri legato per vim ex Neptuni æde extraheretur, quæ aſylum erat, veneno, quod ſub anuli pala habebat, exucto, mortuus eſt anno ætatis octuageſimo ſecundo, cùm per viginti duos Annos in Republica verſatus fuiſſet. *Suidas.* Hic eſt ille Demoſthenes, qui in artem contulit dicendi, quicquid ei vel natura, vel exercitatio ſolertiæ & eruditionis tribuit. Tranſgreſſus eſt neruis & vi dicendi æquales ſuos, qui in iudiciis & foro verſabantur: grauitate & ſplendore eos, qui demonſtratiuum genus, & oſtentationi natum C tractauerunt, argutia & arte ſophiſtas. *Plutarchus in Vitis.*

Æschines Athenienſis, Atrometi literatoris & Glaucothea, ſiue Leucotheæ ſacrificulæ filius, hiſtrio primùm, deinde ſcriba, pòſt orator, diſcipulus Alcidamantis Eleatis. Cùm violatarum legum reum feciſſet Cteſiphontem, à quo corona Demoſtheni decreta erat, victus Rhodum conceſſit, ibique docuit. Cùm cauſæ cuiuſdam aduocatus, iudices corrupiſſet, vnà cum eis in carcerem coniectus, aconito hauſtu interiit: eiúſque res familiaris publicata eſt. Orator inſignis, dulcis, remiſſus, & facetè pronuncians, Dorica Atticis moribus commiſcuit, extemporalemque orationem cum copia primus inueniendo, magnam laudem adeptus eſt. Nam in procinctu dicere (rem antea intentatam) dono quodam diuino afflatus videbatur. Auditor & Platonis & Iſocratis, longè plura ex ſuo ingenio adduxit. Nam perſpicuitatem in dicendo retinuit, molliciémque & ornatum, & ſimul cum grauitate iucunditatem, & in totum, forma eius orationis melior, quàm vt imitatione ſubigi poſſit. *Philoſtratus in Sophiſtis, & Suidas, & Volaterranus lib. 13. c. 3. Anthrop.*

Hyperides Glaucipi oratoris, aut Pythoclis F. Athenienſis, D vnus è decem, diſcipulus Platonis & Iſocratis, bonus quidem orator euaſit, ſed victus eſt à mulieribus. Præfertur à multis Demoſtheni: orationes eius legitimè extãt quinquaginta duæ. Eum rex Antipater ex æde Cereris, quæ eſt Hermionæ, per Archiam eduxit, cognomento Phygadotheram, quaſi exulum venatorem dicas: reſectâque lingua interfecit. Filius eius Glaucippus oſſa in patrio monumento ſepeliit. Orationes ſcripſit quinquaginta ſex. *Suidas & Plut. in vitis Decem.*

Dinarchus Socratis vel Soſtrati: Corinthius, adoleſcens etiamnum, quo tempore Aſiam Alexander petierat. Athenas ſe contulit, collocatíſque ibi ſedibus audiuit Theophraſtum, qui Ariſtotelis ſcholam ſuſceperat. Conſuetudinem etiam cũ Demetrio Phalerio habuit cum clariſſimis oratoribus pugnauit: non in concionem prodeundo, quod facere dubitabat, ſed orationes aduerſariis eorum ſcribendo: ac, poſtquam effugit Harpalus, in eos, qui in crimen vocabantur captæ pecuniæ, orationes conſcripſit complures, quas accuſatoribus pretio ſubminiſtrauit. Ob ſtudium Antipatri & Caſſandri proſcriptus, quindecim annis Chalcide exulauit, & ingentem ex arte quæſtum fecit. Reuerſus Athenas, in hoſpitio publico aurum amiſit. Obiit Peloponneſi procurator ab Antipatro conſtitutus, Polyſpercontis inſidiis, poſt Antipatri obitum. *Suidas.* E

Demades, Demeæ nautæ filius, nauta, & naupegus ipſe etiam, & portitor: hoc quæſtu relicto ad Rempublicam ſe contulit, factus Demagogus, vt homo callidus & fortunatus. Iudicia euertit, & oratoria certamina. Proditionis nomine poſſeſſiones Bœoticas dono à Philippo accepit. Demostheni Olynthios defendenti refragatus, Euthynatem Olynthium ignominia notatum, decreto reſtituit in integrum, & Athenienſium procuratorem effecit. Cùm geſti magiſtratus rationes referens, exploſus eſſet, peregrè abiit. Neque ipſi veſtri iuris (inquit) eſtis, & iuris in me nihil habetis. Scribebat autem Philippo, & filium ad eum mittebat: alebat equos, victor Olympiæ. Decreta enim fecit, vt Græci Philippo parerent. Ad Chæroneã captus, dimiſſus eſt: & legatos captiuos à Philippo impetrauit. Bis eſt violatarum legum reus peractus. *Suidas.* Cùm ad Macedonum & Antipatri natum Rempublicam gerens, multas leges rogare, multáque dicere cogeretur, præter F ciuitatis dignitatem & morem: ignoſcendum dicebat ſibi eſſe, quod naufragia ciuitatis gubernaret. Reuera autem ipſe naufragium Reipubl. qui ita inſolenter vixit, vt de illo diceret Antipater iam ſene, ex eo ſicut hoſtia immolata linguam modò & ventrem ſupereſſe. Addebat & illud, duos ſeſe Athenis amicos habere, Phocionem & Demadem: quorum hunc dando implere, illum vt quicquam caperet, inducere nequiret. Legatus miſſus ad Antipatrum iam animam agentem, à Caſſandro tribuno militum, quòd cum hoſtibus faceret, cum filio crudeliſſimè necatus fuit. *Plutarchus in Phocione.* Eum quidem omnes, vbi naturam ſuam ſequeretur, fatentur cæteris præfulſiſſe, ac ſuperatas ab eius extẽporanea dictione Demoſthenis lucubrationes & apparatum. *Plut. in Demoſthen.*

Demades Laciades, Athenienſis, à ſuperiore Demade adoptatus, & demagogus, tibicina natus, pater Demeæ oratoris, ab Antipatro Caſſandri patre Alexandri ſucceſſore, in lacum Amphipolitanum coniectus periit. *Suidas.*

Eubulus demagogus clariſſimus, diligens atque induſtrius, G cùm magnam pecuniam coëgiſſet, eam Athenienſibus diſtribuit. Vnde factum, vt ciuitas illo gubernante ignauiſſima & deſidioſiſſima euaderet. *Suidas.*

Nicostratus Macedonum orator, relatus eſt in numerum eorum, qui ſecundum à decem oratoribus locum tenuerunt, æqualis Ariſtidis & Dionis Chryſoſtomi, ſub M. Antonino Imp. *Suidas.*

Apud Romanos Tribuni plebis, ſeditioſiſſimi homines, non populari tantùm gratia, verum etiam eloquentia plerunque valuerunt: ſi non vera illa & laudabili, at certè ea, quam populus cum plauſu exciperet, & approbaret. Itaque factum, vt optimatibus politicis, plebeij δημαγωγοὶ opponerentur. Tales fuerunt Tiberius, & C. Gracchi, & poſt Gracchos L. Apuleius Saturninus: quorum in Bruto Cicero mentionem facit. Tiberio Graccho Agrariam legem proponenti diuites & locupletes ſeſe opponebant: verum nihil proficiebant: ſiquidem in præclaro argumento & iuſto decertans Tiberius facundia, qua valebat redimère vel turpiores materias, vehemens erat & inexpugnabilis, cùm circumfuſa concione conſiſtens in Roſtris hoc modo ageret pauperum cauſam: Feras etiam Italiam incolentes luſtra habere & cubilia ſingulas ſtabuláque. H Illis verò, qui arma ferrent pro Italia, & ſanguinem profunderent, nihil præter aëra & lucem concedi, ſed ſine tectis ſedibúſque cum liberis & coniugibus vagari. Ludibrio haberi ab imperatoribus milites, cùm eos adhortantur in acie, vt pro aris & focis dimicent. Nemini enim in tanto numero ciuium vel aram paternam eſſe, vel domum auitam: verum pro alienis deliciis opulentiáque belligerare & mori. Nominari orbis terræ dominos, qui ne glebam quidem, vbi pedem ponant in ſuo, habeant. Hæc verba à magno animo & vero animi motu in populum demiſſa, quæ fanaticum eum & lymphatum reddebant, nemo ſuſtinebat aduerſariorum. *Plutarchus.*

C. Gracchus etiamnum iuuenis, vocaliſſimus erat & firmiſſimus lateribus ad dicendum. Cum amici cuiuſdam Veſtij rei cauſam defenderet, populo præ gaudio lymphato & bacchante, cum eum audiret, oſtendit cæteros oratores nihilo pueris præſtare. *Plut. in Caio.*

Ennius

Ennivs Cethegum Suadæ medullam vocauit: vt quam A deam πειθὼ in Periclis labris Eupolis ſcripſit ſeſſitare, huius hic medullam Cethegum fuiſſe dixit. *Cic. lib. 3. de Oratore.*

M.Cato Cenſorius, antequam Reipublicæ ſe daret, orationem ſicut alterum corpus & organum, non honeſtum modo, verum etiam neceſſarium viro, qui non in obſcuro ſit, neque in otio victurus, continuo patricinio eorum, qui operam ſuam requirebant, in finitimis vicis & oppidulis inſtruxit & aptauit. Ac primum acris habitus eſt cauſarum actor, deinde orator inſignis: ita vt multi eum Demoſthenem togatum appellarint. Oratio moribus eius conueniens, lepida ſimul & grauis erat, iucunda & fulminans, faceta & auſtera, ſententioſa & acris: qualem Plato Socratem dicit, foris rudem, dicacem & mordacem viſum conuenientibus, intus ſerij plenum fuiſſe, & rerum, quæ lacrymas excitarent, & cor verſarent auditorum. Sunt qui Catonis dictionem Lyſiæ orationi comparent potiſſimum, ſed parum rectè. *Plut. in Catone.*

M.Crassvs ex litterarum ſtudio artem oratoriam, & eam qua vti publico poſſet, potiſſimùm eſt meditatus. Qui quanquam eſſet inter Romanos eloquentiſſimus, ſedulitate tamen & labore ſuperauit ſummè ad eam artem factos. Nullam enim B referunt cauſam fuiſſe adeò tenuem & leuem, ad quam imparatus accederet: ſed Pompeio frequenter & Cæſare recuſante dicere, ac Cicerone, ille abſoluebat defenſionem. Qua de cauſa in primis gratus fuit, tanquam ſollicitus, & ad ſuccurrendum promptus. *Plut. in Craſſo.*

Cum Cn. Manlivs, homo ſumma temeritate, pernicioſiſſimas leges ferre vellet, vt libertinis in omnibus tribubus adſeribi & ſuffragari liceret, Cn. Domitius prætor eloquentiſſimus, hominem importunum luculentiſſima oratione adeò confregit, vt ſublata rogatione turpiſſimè deſtiterit. *Alexander ab Alexandro lib. 1. c. 17.*

M. Drvsvs grauis orator fuit, cum de Republica diceret, M.Octauius Cn. F. legem Semproniam frumentariam populi frequentis ſuffragiis abrogauit. *Cic. in Bruto.*

L.Torqvatvs non tam rhetor quam πολιτικὸς fuit. Erant in eo plurimæ litteræ, interiores quædam & reconditæ, diuina memoria, ſumma verborum & grauitas, & elegantia. *Idem.*

M.Antonivs Triumuir, Antonij Critici filius M.Antonij oratoris nepos, in Græcis facultatem dicendi excoluit. Secu- C tus eſt Aſiaticum dicendi genus, quod ea tempeſtate maximè florebat, oppido moribus ſuis congruens inſolentibus, elatis, inaniſque iactantiæ & inconſtantis ambitionis plenis. *Plutarchus in Antonio.*

Lvcvllvs eloquens valdè fuit, atque vtraque lingua exercitatus. Itaque rerum ſuarum geſtarum commentarios ab ſe ſcriptos Lucullo dedicauit Sylla, ad concinnandam & digerendam politiùs hiſtoriam. Fuit enim eius non ad vſum modo forenſem accurata & prompta oratio, verum etiam honeſtas haſce atque ingenuas, quas vocant, litteras parauerat, etiamnum adoleſcens. Cicero in Bruto eum acutum oratorem vocat. Ætate iam prouectiore mentem ex multis certaminibus laxatam, ad otium & quietem detulit philoſophiæ, eamque ad rerum cognitionem excitauit, inhibens in tempore & conſtringens ex concertatione cum Pompeio ambitionem. *Plut. in Lucullo.*

Cato minor excoluit etiam dicendi in concione facultatem. Haud præſentibus aliis tamen exercuit ſe, neque quiſquam audiuit declamantem: ſed & amico dicenti, Homines ſilentium tuum Cato reprehendunt. Modò, inquit, ne vitam. D Tunc ad dicendum accingar cùm non dicturus ſim ſilentio digna. Baſilicam, quæ Porcia dicitur, dedicauerat in Cenſura Cato Maior. In ea Tribuni plebis dare audientiam ſoliti, cum columna ſubſelliis officere videretur, eam deliberauerant remouere, vel traiicere. Id Catonem primùm pertraxit in forum, inuitum. Nam obiicit ſe illis, mirificúmque dedit eloquentiæ pariter & animorum ſpecimen. Etenim nihil oratio iuuenile, nihil fucatum habebat: ſed erat elata, plena, & aſpera, vrbanitas tamen aures mulcens ſententiarum diſtinguebat breuitatem: moréſque eius in oratione elucentes, condimentum quoddam & mel ſeueritati præbebant non iniucundum. Vox erat ſatis canora & ſufficiens, vt à tanto populo exaudiretur. Vires & latera firmiſſima habebat, & indefatigata. Nam ſubinde, cùm integrum diem diceret, non eſt confectus. Cum eam cauſam obtinuiſſet, reduxit ſe ad ſilentium de integro & ad commentationem. *Plutarchus in Catone.*

C.Ivlivs Cæsar Rhodi Apollonio Moloni operam dedit: E Dicitur ad vrbanam facundiam optimè fuiſſe comparatus, ingeniúmque excoluiſſe ſedulò, ſecundas vt citra controuerſiam ferret: vt primas verò in ea, potentia potiùs & armis eſſet primus, reliquiſſe aliis: neque eam, quò ducebat eum natura, vim dicendi (quò expeditionibus & tractandæ Reipubl. vacaret, quibus artibus imperium quæſiuit) eſt aſſecutus. Ac poſtmodum in oratione, qua Ciceronis Catoni reſpondet, deprecatur: ne quis hominis militaris dictionem cum oratoris ſolertis multùmque ea in re otij ponentis, contendat eloquentia. *Plut. in Cæſare.*

M.Cicero cùm doctiſſimus, humaniſſimus & prudentiſſimus fuit, tum non eloquens, ſed miraculum eloquentiæ. Effinxerat enim vim Demoſthenis, copiam Platonis, iocunditatem Iſocratis. Nec verò quod in quoque optimum fuit ſtudio conſecutus eſt tantum: ſed plurimas, vel potiùs omnes ex ſeipſo virtutes extulit, Immortalis ingenij, vt ait Quintilianus, beatiſſima vbertas. Non enim pluuias, vt ait Pindarus, aquas colligit; ſed viuo gurgite exundat, dono quodam prouidentiæ genitus, in quo totas vires ſuæ eloquentiæ experiretur. Quare non immeritò ab hominibus ſuæ ætatis regnare F in iudiciis dictus eſt: apud poſteros verò id conſecutus, vt non hominis, ſed eloquentiæ nomen habeatur: tantáque illius eſt in dicendo diuinitas, vt ille etiam multùm profecerit, cui Cicero valdè placebit. Eum tamen ſicuti ſcriptum eſt à Quintiliano, ſuo tempore homines inceſſebant vt tumidiorem, & Aſianum, & redundantem, & in repetitionibus nimium, & in ſalibus aliquando frigidum, & in compoſitione fractum, & exultantem, ac penè, quod procul abſit viro molliorem. Idem ipſe de ſe non negat, quin Aſiaticus fuerit in adoleſcentia, ideóque reformandam ſe Apollonio Moloni apud Rhodios tradidiſſe: qui orationem eius redundantem nimis ac ſuperfluentem iuuenili quadam impunitate & licentia repreſſerit, & quaſi extra ripas diffluentem coërcuerit. Sed melius eum ætas compreſſit, quam magiſter. *Ludouicus Viues lib. 5. de Ratione dicendi, ex Plutarcho. Vide Calium lib. 25. c. 3.*

Anatolivs Berytenſis Iureconſultus eloquentiſſimus, præfectus prætorio Romæ ſub Conſtantio, problema de Statu omnibus Græciæ rhetoribus per literas propoſuit, ad quod, vbi in Græciam veniſſent reſponderent. *Eunapi. in Proæreſio.* G

D v c e s.

☞ Conſule Tit. Principium Doctorum, item Oratorum: quatenus ſcilicet iidem interdum domi, interdum foris in bello, ſua eloquentia dant ſpecimina. Ex Tit. quin etiam, Ad bellum accendere, & Milites ad pugnam hortari, non pauca huic loco idonea mutuari poſſunt.

Alcibiades Athenienſis, dux bellicoſus & eloquentiſſimus fuit, teſte Demoſthene & Theophraſto, *apud Volaterranum lib. 13. c. 3. Anthrop.*

C. Ivlivs Cæsar eloquentia militaris (qua aut æquauit præſtantiſſimorum gloriam, aut exceſſit) poſt accuſationem Dolabellæ haud dubiè principibus patronis annumeratus eſt. Certè Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat ſe videre, cui Cæſar debeat cedere: aitque eum elegantem ſplendidam quoque, ac etiam magnificam ac generoſam quodammodo rationem dicendi docere, & ad Cornelium Nepotem de eodem ita ſcribit: Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? Quis ſententiis aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatior, aut elegantior? *Suetonius.*

L E G A T I. H

Athenienſes Oropum ſociam vrbem diripuerant. Romani multam talentorum ferè quingentorũ eis impoſuerant. Quam vt deprecarentur, legatos miſére tres Romam, Carneadem Academicum, Diogenem Stoicum, & Critolaum Peripateticum: qui in Senatum introducti, interprete vſi ſunt Cæcilio Senatore. Ipſi alioqui ſeorſum quiſque oſtentandi ingenij gratia, magno conuentu hominum diſſeruerunt. Carneadis oratio ampla, vehemens & rapida: Critolai gracilis, teres, & venuſta: Diogenis in medio horum, modeſta & ſobria fuiſſe perhibetur. *Gellius libro ſeptimo, c. decimoquarto Noctium Atticarum. & Plutarchus in Catone.* M. Cato certè Carneade audito, palam dixit in Senatu; Ab eo viro cauendum eſſe, qui ob eloquentiam & diſſerendi facultatem facile, quæcunque vellet, impetrare poſſet. *Volaterranus lib. 14. c. 2.*

Cineas Theſſalus, auditor Demoſthenis, legatus Pyrrhi, cum ad ciuitates mitteretur, ſuffragabatur Euripidis dicto,

A Omnia id expugnare verba cornia, ſertum quod minax poſſit. Pyrrhus certè profitebatur vrbes plures per Cineam oratione quam armis, ab ſe ſubactas. Habebat eum perpetuo in honore rex, eiúſque vtebatur maximis in rebus opera. *Plut. in Pyrrho.*

Cratss Mallotes Pergamenus Romam inter ſecundum & tertium bellum Ponicum miſſus legatus ab Attalo, primos grammaticæ ſtudium in vrbem intulit. Cum enim in Palatij regione in cloacæ foramen prolapſus crus ſtegiſſet, per omne legationis ſimul & valetudinis tempus plurimas ἀκροάσεις fecit. *Suetonius.*

Anaximenes Ariſtoclis filius, Lampſacenus, diſcipulus Diogenis Cynici, & Zoili Amphipolitani grammatici, præceptor Alexandri Macedonis, eúmque in bellis ſecutus, ad Alexandrum Lampſacenis iratum, quod Perſis ſtuderent, legatus miſſus eſt. Alexander cauſa aduentus cognita, cum per deus iuraſſet, ſe contraria precibus eius facturum: Anaximenes. Hoc ergo peto (inquit) vt vxores & liberos Lampſacenorum, ſub corona vendas, & templa incendas, & vrbem
B ſolo æques. Rex iureiurando obſtrictus, vel inuitus Lampſacenis pepercit. *Suidas.*

Edixerat Domitianvs Imperator, ne in Aſia vites haberentur: quoniam vini vbertate, ſeditionibus agitari videretur. Legationem publicam viſa tum res exigere, virúmque prudentem & eloquentem. Omnium ſuffragiis huic muneri præficitur Scopelianus ſophiſta. Qui ſuæ eloquentiæ vi, non ſolum id conſecutus eſt, quod erat caput, ne cui fraudi foret, plantaſſe vites: ſed inſuper vt pœna irrogaretur, qui eo munere abſtinuiſſet. *Cælius lib. 20. cap. 11. ex Philoſtrato.*

Evstativs Capadox, Ædeſij ſucceſſor in patria, eloquentia ſumma, Iamblichi diſcipulus, ad Saporem regem Perſarum legatus miſſus, ſic deliniuit in conuiuio regem, vt parum abfuerit, quin rex thiaram abiecerit, & paludamentum, cum penula Euſtathij commutarit. Sed aulici prohibuerunt, qui merum præſtigiatorem eſſe dicebant, & Imper. Romano reſpondere iubebant. Cur pro legato ſeruum ſophiſtam mitteret: Tota Græcia pro reditu eius vota faciebat, neque ta-
C men rediit. Soſipatram duxit vxorem, ſapientiſſimam fœminam & fatidicam. *Eunapius.*

☞ *Pete plura ex Titulo Legatorum.*

Interpretes.

Nicolavs Saguntinus vtraque lingua diſertiſſimus, interpres fuit Græcorum & Latinorum in Concilio Ferrarienſi primum deinde Florentino. *Æneas Syluius cap. 54. Europa.*

Cavsidici Patroni.

☞ *Quære* Advocati, & Cavsidici.

ELOQVENTIA CONSIDERATA RESPECTV SEXVS ET ÆTATIS.

Hvc Exempla
eloquentium
Virorvm.

☞ *Vide Tit. Eloquentium in genere, & cauſidicorum.*

Mvlierum.

Cornelia Gracchorum mater eloquentiſſima, à cuius vberibus filij ſuadæ illam medullam ſuxerunt. *Plut. in Gracchis.*

Amæsia, prætoria ſententia rea, cauſam ſuam L. Titio præ-
D tore iudicium cogente, populi maximo concurſu egit: motúſque omnes ad partes defenſionis non ſolum diligenter, ſed etiam fortiter exſecuta, & prima actione, & fere cunctis ſententiis liberata eſt. Quam, quia ſub ſpecie feminæ virilem animum gerebat, Androgynem appellabant. *Valerius lib. 8. cap. 3.*

Hortensia Q. Hortenſij filia, cum ordo matronarum graui tributo à Triumuiris eſſet oneratus, nec quiſquam virorum patrocinium eis accommodare auderet: cauſam feminarum apud Triumuiros & conſtanter & feliciter egit. Repræſentata enim patris facundia, impetrauit, vt maior pars imperatæ pecuniæ bis remitteretur. Reuixit cum muliebri ſtirpe Q. Hortenſius, verbíſque filiæ aſpirauit. Cuius ſi virilis ſexus poſteri, vim ſequi voluiſſent, Hortenſianæ eloquentiæ tanta hæreditas vna feminæ actione abſciſſa non eſſet. *Ibidem.*

Caia Afrania Licinij Bruccionis vxor, prompta ad lites contrahendas, pro ſe ſemper apud prætorem verba fecit: non quod aduocatis deficeret, ſed quòd impudentia abundabat. Itaque inuſitatis foro latratibus aſſiduè tribunalia exercendo ad muliebris calumniæ notiſſimum exemplum euaſit: adeò vt pro crimine improbis feminarum moribus, C. Afra- E
niæ nomen obiiciatur. Prorogauit autem ſpiritum ſuum ad C. Cæſarem, itémque M. Seruilium conſulem. Tale enim monſtrum magis, quo tempore extinctum, quam quo ſit ortum, memoriæ tradendum eſt. *Ibidem.*

Evnomia virgo Chriſtiana, ſicut apud Hieronymum legitur, Nazarij rhetoris filia, in eloquentia patri coæquatur. *Ludouicus Vines, de Chriſtiana femina lib. 1.*

Facundia feminæ non congruit. Multarum linguas antiquitas eſt mirata, vt Corneliæ Gracchorum, Mutiæ, Læliæ, Hortenſiæ: non tam quòd multa facundè diſſererent, quam quòd pauca, purè ac incorruptè: denique non tam didicerant illas artes, quam eis ea domeſtica cóſuetudine erant infectæ: vt ſine labore aut ſenſu vllo diſcendi, à patribus eas videantur accepiſſe. Hodie verò in Aulis educatam, ſi diis placet, nominant, imprudenter ac impudenter loquaculam: quòd multa effutiendo, neque vnquam faciendo finem loquendi, tenere confabulonem in multas horas poſſit, ne facto vtrin- F
que ſilentio, ſit diſcedendum. Quid exiſtimandum eſt locuturam tam diu imperitam puellam cum adoleſcente non multò ſapientiore, niſi vel ſtulta, vel obſcena; Et hanc demùm vocant diſciplinam aulicam: videlicet illius ſcholæ, in qua & aliæ diſcuntur artes, magiſtri Diaboli. En quò mores hominum ſunt delapſi, quam inuerſa omnia, vt tacere feminam turpe exiſtimetur: id eſt, pulcherrima eius virtus, fœda videatur ac deformis. *L. Vines de Officio mariti.*

Adolescentvm.

Demosthenes, vt in ætatem venit tutelæ, egit cum tutoribus ſuis, qui partem patrimonij eius interuerterant. Tres erant, Aphobus, Therippides, Demophon, vel Demea, quem præcipuè accuſauit auunculum ſuum, ſingulíſque litem æſtimauit denis talentis, eóſque damnauit. Verùm ea condemnatione, nihil exegit, ſed alios pecunia, alios gratia inductos, liberauit. *Plutarchus in vita Demoſthenis.*

Hermogenes Tarſenſis decimooctauo ætatis anno ſcripſit ea, quæ cum admiratione leguntur, præcepta. Quadriennio poſt incerta de cauſa mentem amiſit, & vt vnus è
multis ad ſenectutem peruenit. G

Senvm.

☞ *Conſule Tit. Rhetorum, ne eadem exempla ſæpius repetere ſit neceſſe.*

ELOQVENTIÆ VIRES SVCCESSVS EFFECTVS ORATORES QVI
Persvaserunt.

Cum Phacee Iſraëliticus Rex, Achaz Iudæorum regem bello viciſſet, & Iudæorum circiter ducenta millia captiua duceret: ei Obed Propheta occurrit, adeóque blandè agendo, orando monendóque profecit, vt ex immani ſuperbóque (quales victoria homines facere ſolet) ad ſummam clementiam, victorem traduceret. Impetrauit enim, vt non ſolum captiui liberarentur: verùm etiam, vt, qui amiſſis omnibus nudi erant relicti veſtirentur. *Fulgoſus libro 8. capite 9.*

Cum recens eſſent homines nati, magnus inter hos ac reliqua animantia tumultus erat, propterea quòd non poſſent inuicem vti ſeſe. Nec enim vlla res intercedebat, quæ illos
conciliaret: verum qui potentiores erant, opprimebant in- H
feriores. Neque ſatis erant idonei, vt reliquis animantibus reſiſterent. Omnibus enim illis omni ex parte inferiores erant, aliáque in re ab aliis vincebantur. Velut ab vniuerſo genere volucrum, celeritate. Vnde factum eſt, vt quod ait Homerus, Pigmæis, accidiſſe à gruibus, id tum temporis paſſim à robuſtioribus auibus paterentur mortales. Rurſum quantum ad vires attinebat, longè ſuperabantur, & à leonibus, & ab apris, & aliis item compluribus. Atque in hunc modum ſilentio peribant. Iam verò quoad munitionem quantumque corporis, non coruis modò, verum etiam cochleis cedebant, neque cuiquam ex ipſo ſuppetebat, quòd ad tuendam vitam erat opus. Itaque cum ad eum modum interiret hominum genus, ac paulatim dilaberetur, Prometheus orator aſcendit in cœlum, mortalium nomine: non ille quidem miſſus ab iis (neque enim dum id temporis legatos vllos erat creare) ſed ipſe vltroneus abiit. At Iupiter partim in gratiā Promethei, maximè qui iuſta poſtulare videretur: partim negotio apud ſeſe conſiderato, filium ſuum Mercurium iubet ad homines deſcendere, Rhetoricen ſecum adducentem. Edixit autem vt

A cam mortalibus impertiret, non (quemadmodum Prometheus omnibus ex æquo ſenſus reliquaq; corporis membra perinde quaſi theatralē pecuniā diſpertiebat) vt omnes ex æquo rhetorices eſſent participes, nō aliter, quā oculorū manuum ac pedum: ſed vt præſtantiſſimos quoſq; ingenioq; generoſiſſimo præditos deligeret, atque iis munus hoc impertiret, ad ſuam ipſorū & aliorum incolomitatē tuendam. Porrò poſteaquam rhetorica iā ad mortales perueniſſet, cùm negotium quod habebant cum belluis moleſtiſſimum, licebat effugere, tum verò deſierunt vndequaq; inter ſe ſe ſimultatē exercere, reperto cōmerciorum initio. Digreſſiq; de montibus, alij in aliam orbis partē iungebantur, principio quidē ſub dio viuentes: poſt autem vbi verbis inter ſe cōmunicaſſent, & ciuitatē condiderūt, ac diſtributi ſunt: non, quemadmodō anteà, temere; verùm in ordines plebis ac belli duces, ſanctiſq; legibus, tum principes tum reipublicæ ſtatum inſtituerunt. Diis munera cœperunt offerre, primitias auſpicantes ab oratione. Quibus nunc quoque vel maximè gaudere deos conſentaneū eſt: quandoquidē hac cōtigit, vt primùm eſſe deos cognoſceremus. Hinc dein-
B ceps ita creuit homo, vt qui initio debilis fuerat atq; inualidus; poſtea in altum tolleretur: quique anteà pro nihilo habitus, ac deſpectus erat, deinceps factus eſt omniū, quæ ſunt in terra, dominus: cui quibus vti liberet, ius eſſet, non alio propugnaculo ſibi parato, quam oratione. *Ariſtides in 2. lib. quem contra Platonem pro rhetorica ſcripſit.* Erat fabella non diſſimilis apud Platonem in Protagora. *Eraſmus in prouerbio, κατὰ ἰσχύν.*

Devcalion ex ſaxis homines formaſſe fingitur non aliam ob cauſam, quam quia oratione ſua primos homines ad mitiorem vitam traduxit.

Orphevs Thrax, & Amphion Thebanus, ore ſuo ſaxa ſyluas, volucres atque feras mouiſſe dicuntur. Primi enim fuerunt, qui agreſte genus hominum eloquentia ſua in vnum collegerunt, & communis ſocietatis vtilitate propoſita, vt domos primùm, deinde vicos, mox vrbes colerent, auctores fuerunt, præclare igitur *Horatius in arte poëtica:*

Syluestres homines ſacer interpreſque deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidoſque leones:
C *Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis,*
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet, Fuit hæc ſapientia quondam,
Publica priuatis ſecernere ſacra prophanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno.

Magni illi & Ioue Prognati Reges, vt ait Homerus, purpuris, ſceptris, ſatellitibus, & diuinis oraculis faſtum ſibi ipſis conciliantes, atque ampla illa ſpecie mancipantes ſibi vulgus, quaſi auguſtiores, voluerunt tamen

Dicere vti poſſent rectè res & gerere amplas,
Neque repudiauerunt dictionis elegantiam: neque
Suggeſtus quo præclarum ſibi nomen haberent:

Neque Iouem conſilij auctorem ſolum ciebant, neque Martem bellatorem & bellonam Mineruam: verum Calliopen quoque implorabant.

Reges nimirum reuerendos quæ comitatur.

Demulcens blandimentis, & deliniens populorum contumaciam & ferociam *Plut. in Præcept. polit.*

Thesevs, cum in vnam ciuitatem ex agris Athenienſium
D populum compuliſſet, Veneris popularis & Suadelæ cultum induxit: huic propter politiæ conſtitutionem, quoniam eloquentia ſua rudi populo conuerſationem hanc politicam perſuaſiſſet: illi ob ciuitatis conſeruationem. *Pauſ. in Atticis.*

Solon Salaminius, cum inter Athenienſes & Megatenſes ſæpè vſque ad internecionem pro Salamine depugnatum eſſet, & capitale apud Athenienſes eſſe cœpiſſet, ſi quis legem de aſſerenda inſula ferret: furore poëtico ſe percitum ſimulans in concionem lymphatici habitu prodiit, & carmina per præconem populo propoſuit (cum prius tamen ignaros poëticæ ab omnibus haberetur) ciuiumque animos ad bellum ſuſcipiendum, & Salaminem repetendam, animauit. Rethorices ope vſum quis neget? Poeticam tamen ſimulauit, vt plus auctoritatis ſibi conciliaret, & dei afflatu verſus edere videretur. *Polyænus lib. 1.* Verſus autem quibus illos potiſſimùm perſuaſit, hi fuerunt, teſte *Laërtio.*

Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ φολεγάνδριος ἢ σικινήτης,
ἀντί γ' Ἀθηναίου, πατρίδ' ἀμειψάμενος.
Αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἥδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο.

Αττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμιναφετῶν. B
Ἴομεν ἐς Σαλαμῖνα μαχησόμενοι περὶ νήσου
ἱμερτῆς, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσάμενοι.

Pisistratvs dicendo tantum valuit: vt ei Athenienſes regium Imperium, oratione capti permitterent, cum tamen ex contraria parte amantiſſimus patriæ Solon niteretur. Sed alterius ſalubriores erant conciones, alterius diſertiores. Quo euenit, vt alioqui prudentiſſima ciuitas libertati ſeruitutem præferret. *Valerius l. 8. cap. 9. & Volaterranus l. 18.*

Pythagoras Crotonem Italiæ vrbem (cuius populus graui prælio attritus; armorum deſperationem, atque omnis virtutis odium ſimul hauſerat) vocatus, labentes & iam in luxuriam prolapſos ciuitatis mores, ſapientiæ ac eloquentiæ ſuæ præſidio firmauit, erexitque. Tantumque apud eos valuit, vt populum non minus vitiis quam ferro domitum, aſſiduis monitis ad antiquæ virtutis habitum traduceret. *Petrarcha, & Volaterranus lib. 18. Anthropologia.*

Tyrtævs Athenienſis ludimagiſter, Lacedæmonios ſuis carminibus ita inflammauit, vt cum à Meſſeniis ter eſſent victi, illius eloquentia priſtinam fortitudinem recuperarint. Itaque ſinguli ſua parentumq; nomina libro inſcripta, lacertis F
allegarunt, vt ſi in prælio cecidiſſent, corpora internoſci à neceſſariis, & rogo mandari poſſent. ☞ *Vide Tit. Poetar. Ethi.*

Themistocles eloquentia ſua Athenienſibus perſuaſit, vt argenti fodinarū annuos reditus, qui quotannis populo viritim diuidebantur, ad ædificandam claſſem transferrent, ſuaq; alimenta reipublicæ commodis demouerent. *Plut. in eius vita.*

Pericles reipublicæ gubernandæ ratio verbo, vt ait Thucydides, popularis: re, ſub viro primario ob eloquentiæ vim fuit principatus. *Plut. in Præceptis politicis.* Ille liberis Athenarum ceruicibus iugum ſeruitutis, eloquentia ſua impoſuit: Egit enim illam vrbem, & verſauit arbitrio ſuo. Cumque aduerſus voluntatem popoli loqueretur, iucunda nihilominus & popularis eius vox erat, Itaque veteris comœdiæ maledica lingua, quamuis potentiam viri perſtringere cupiebat, tamen in labris hominis, melle dulciorem lepôrem fatebatur habitare: inque animis eorum, qui illum audierant, quaſi aculeos quoſdam relinqui, prædicabat. Fertur, cum quidam admodum ſenex primæ concioni Periclis adoleſcentuli inter- G
eſſet, idemque iuuenis Piſiſtratum decrepitum iam concionantem audiuiſſet, non tamen temperaſſe ſibi, quò minùs exclamaret. Caueri illum ciuem oportere, quod Piſiſtrati orationi ſimillima eius foret oratio. Nec hominem aut æſtimatio eloquij, aut morum augurium feſellit. Quid enim inter Piſiſtratum & Periclem interfuit, niſi quod ille armatus, hic ſine armis, tyrannidem geſſit. *Valerius Maximus lib. 8. c. 9.*

Epaminondas Thebanus, cum in Græciæ concilio de Lacedæmoniorum tyrannide & libidine dominandi multa diſſeruiſſet: vſque adeò Græcorum animos commouit, vt à Lacedæmoniis deficerent, & Leuctricæ calamitatis otioſos ſpectatores ſeſe exhiberent. Itaque priùs lingua ſua, quam armis Lacedæmonios vicit Epaminondas. *Probus in eius vita.*

Thucydides populo Athenienſi præfuit, tandem patriā pulſus, ad exilij ſolamen Tragœdiam ſcripſit, tanta arte, vt cùm eam Athenienſes audiuiſſent, publico conſenſu eum ab exilio reuocarint: cuius imperium neglexerunt, eius (vt ait Plinius) eloquentiam mirati: *Petrarcha.*

A Gorgia Leontino primo variæ dicendi artes & exornationes iouentæ traduntur: tum in exercitatione & declaman- H
di vſu peritiaque cæteros adeò ſuperauit omnes, vt a diſcipulis minas centum acciperet pro mercede doctrinæ. Is miſſus à ciuibus ſuis ad auxilia ab Athenienſibus contra potentiā Syracuſanorum impetranda, Athenis in populi conuentum adductus, multa variè diſſerere cœpit: & peregrino quodam dicendi artificio vſus, adeò diſerta lingua ſingula quæq; proſequi viſus eſt, vt Athenienſes ingenio quidem acuto, & natura eloquentes (alioquin quoque ſermonis percupidos) tam comti, tamque felicis admiratione proloquij captos, in ſtuporem conuerterit, & auxilia impetrauerit. *Diodorus lib. 12.*

Panegyricæ orationis, quam Iſocrates iam ſenex Græcis exhibuit, fama in Macedoniam peruenit: atque primum quidem Philippum aduerſus Aſiam extimulauit: illo verò mortuo, Alexandrum filium eius hæredem paternæ virtutis, ad regnum Perſarum euertendum adhortata eſt. *Ælianus lib. 13. de Varia Hiſtoria.*

Demosthenes magnum ex eloquentiæ ſtudio nomen reportauit, totius Græciæ conſenſu, quæ eo loquente pacem

& bella ſuſcepit, ſuſcepta depoſuit, fœdera cum regibus iun-
A xit, iuncta quoque diſſoluit. *Sabellicus de ſenectute libro primo,*
cap. ſexto. Eius Eloquentiam cum alia commendant, tum id
præcipuè, quod Athenienſibus ad Amphipolim & Philippo
cæſis, & Thebanis Phocica calamitate territis, mutis reliquis
præ metu, ſolus perſuadere potuerit, vt iniuſto fœdere, contra
Philippum, etiam poſt victoriam pacem petentem, arma ce-
perint, & ſeſe ad Chæroneam Macedonibus obiecerint. Ad-
miratus eſt eum Perſarum rex, & muneribus deliniuit, vt elo-
quentia ſua Græcos in Philippum concitando, regni Perſici
æmulum peſſundaret. *Plutarchus in Demoſthene.*

Philippus rex Macedonum, non minores res oratione
quam prælio confecit, & magis ſibi placebat, ſi quam verbis
adeptus eſſet victoriam, quam ſi quos armis in ſuam poteſta-
tem redegiſſet. Horum enim partem ſibi vendicare milites
exiſtimabat ad ſuam vnius laudem pertinere. *Polyæn. lib. 4.*

Hegatorides Thaſius eloquentia ſua, contra legem, fœ-
dus cum Athenienſibus faciendum eſſe, Thaſiis perſuaſit.
Polyænus lib. 1.

Hegeſias Cyrenaicus, tam potentis fuit eloquij, vt cum
B vitæ huius deploraret miſerias, plurimi audientium, vitam
ſpontè reliquerint. Itaque Ptolomæus rex vitæ ſuorum con-
ſulens, indicto ſilentio eius ſcholam clauſit, calamum non
excuſſit. Librum enim reliquit, in quo enumeratis hominum
calamitatibus ita definit, nulli omnino mortalium vt viuat,
expedire. Inuentus eſt igitur qui lecto Hegeſiæ libro, nulla
vel animi vel corporis interueniente moleſtia, ſe in vndas
maris ex muro præcipitem dedit. Cuius tumulo Callima-
chus titulum inſcripſit, genus & cauſam mortis continen-
tem. *Cicero in Tuſ. & Valerius Maximus lib. 8. cap. 9.*

Cineas, Pyrrhi Epirotharum regis legatus, plures vrbes
eloquentia ſua, quam Pyrrhus armis ſubegit: idque vel ipſius
Pyrrhi teſtimonio. *Plut. in Pyrrho.*

Carneades Philoſophus, legatus Romam ab Athenien-
ſibus miſſus, cum pro iuſtitia & iterum contra iuſtitiam mira
facundia diſſeruiſſet, M. Cato Cenſorius eum hominem citò
expediendum & amandandum cenſuit, ne eloquentia ſua ani-
mos ciuium corrumperet. *Quintilianus libro duodecimo, c. 1.*

Conſtituerat Alexander funditùs euertere Lampſacenos,
C quod Perſis ſtuderent: eratque iam in procinctu. Ad eum
miſſus eſt à ſuis Anaximenes Ariſtoclis F. Lampſacenus, Ale-
xandri præceptor, culpæ deprecandæ cauſa. Quo cognito,
rex per deos iurauit, contraria ſe precibus eius facturū. Tum
Anaximenes: Hoc ergo peto, inquit, vt vxores & liberos
Lampſacenorum ſub corona vendas, & templa incendas, &
vrbem ſolo æques. Rex iureiurando obſtrictus, vel inuitus
Lampſacenis pepercit. *Suidas.*

Philopoemen Megalopolitanus, occupata Megalopoli
à Cleomene Spartano, cum ciues ſui, qui Meſſanam profu-
gerant, de vrbe recuperanda conſilia agitarent: oratione ta-
men ſua iis perſuaſit, vt patria aliquandiu carere, & bene
gerendæ rei occaſionem expectare potiùs, quam temerario
conatu, & capita & fortunas ſuas certo exitio exponere
mallent. *Fulgoſus l. 8. c. 9. ex Plutarcho.*

Hiero Syracuſanus orta domi ſeditione, inermis in fo-
rum prodiit, blandaque oratione populum in officio (erat
enim ea duce tyrannus factus) continuit. *Volaterranus lib. 16.*
Anthrop. ex Æliano.

Regibus exactis plebs diſcedens à patribus, iuxta ripam
fluminis Anienis, in colle, qui Sacer appellatur, armata con-
D ſedit: eratque non ſolum deformis, ſed etiam miſerrimus Rei-
publ. ſtatus, à capite eius cætera parte corporis peſtifera ſe-
ditione diuiſa: ac ni P. Valerij ſubueniſſet eloquentia, ſpes
tanti imperij in ipſo penè ortu ſuo, corruiſſet. Is namque
populum noua & inſolita libertate temerè gaudentem, ora-
tione ad meliora & ſaniora conſilia reuocatum, Senatui ſub-
iecit: id eſt, vrbem vrbi iunxit. Verbis ergo facundis, ira,
conſternatio, arma ceſſerunt. *Valerius libro octauo, capite nono.*

Menenius Agrippa tantum eloquentia valuit, vt plebem
à patribus diſſidentem, ſuli ſua oratione, quo voluit, flexerit.
Plinius c. 18. de viris illuſt. & Plutarchus in Coriolano, Liuius.

Oreſte Coſ. in Sardiniam cum exercitu miſſo, cum atrox
ſimul & inſalubris hyems occurriſſet, veſtemque Imperator
in exercitum ciuitatibus imperaret: miſerunt Romam id de-
precatum. Quorum accepta à ſenatu excuſatione, iuſſoque
duce aliundè veſtitum militibus parare: cum conſilio ille de-
ficeret, & affligerentur milites: adiit C. Gracchus, quæſtor
Conſuli additus, ciuitates, induxitque vt ſua ſponte mitte-
rent veſtem, & Romanis opitularentur. Hæc Romam perlata E
viſaque plebis illiciendæ præludia eſſe, terrorem iniecerunt
patribus. Itaque ſenatuſconſultum fecerunt, vt militibus
ſuccederetur: Oreſtes autem permaneret ibi, quo Caius quo-
que ob quæſturam ibidem remaneret. Quod ei cùm oblatum
eſſet, extemplò ira frendens deceſſit, ac Romæ nec opinan-
tibus conſpectus, non ab iniquis modò eſt reprahenſus, ſed
plebi etiam viſum inuſitatum antè, conſulem decedere quæ-
ſtorem. Veruntamen cum dies ei dicta apud cenſores eſſet,
poſtulata audientia, ita animos vertit auditorum, vt cum ea
diſcederent opinione, eum quam maximè læſum fuiſſe. Sti-
pendia enim ſe demonſtrauit duodecim feciſſe, cùm alij co-
gerentur facere decem: quæſtorum apud Imperatorem
triennium permanſiſſe, cum lege ſibi reuerti exacto liceret
anno. Solum ex militibus bonam ſe, quam in prouinciam
plenam intuliſſet, importaſſe inanem: cæteros exhauſto,
quod importauerant, vino, auro & argento, domum plenas
amphoras retuliſſe. *Plutarchus in Caio.*

Furius Camillus populum, Roma migrare Veios volen-
tem, eleganti concione retinuit: in qua omnes vrbis dotes F
laudeſque licet agnoſcere. *Volaterranus lib. 14. cap. 2. Anthrop.*
ex Liuio.

M. Popilius Lænas, cum conſul eſſet, eodemque tempo-
re ſacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat flamen
Carmentalis, plebis contra patres ſeditione nunciata, vt erat
læna amictus, ita venit in concionem ſeditionemque cum
auctoritate, tum etiam ſuboratione ſedauit. Vnde lenæ ag-
nomen meruit. *Cic. in Bruto.*

M. Cato maior, cum omnes penè ciuitatis Romanæ po-
tentiſſimos & primos haberet aduerſarios, & ad ſenectutem
vſque inſtar athletæ decertaret, conſeruauit ſe incolumem.
Plurimis verò publicis iudiciis, hinc reus, hinc accuſator,
multos damnauit, & omnibus liberatus fuit: propugnaculo
vitæ & valenti instructus organo eloquentiæ: cui veriùs,
quam caſui vel fortunæ eius, quòd illæſa permanſerit digni-
tate, acceptum referat. *Plutarchus.*

Bello ciuili, cùm C. Marius in ciues ſæuiret, M. Antonius
orator apud amicum fidum, tenuem licet & plebeium, oc-
cultabatur. Qui, cùm vrbis Romæ primarium virum ea præ- G
ſenti copia tueretur, ſeruum miſit ad vinum petendum a vi-
cino caupone. Cùm guſtaſſet ſeruus curioſiùs, & melius po-
ſtularet: Quid hoc rei ſit rogat, quòd non nouum, vt ſole-
bat, & vulgata, ſed exquiſitum & pretioſum emat? Qui vbi
ſimpliciter, vt familiari & noto, reſpondit, M. Antonium, qui
apud dominum ſuum latitaret, ab eo inuitari: nefarius & con-
ſceleratus caupo, ſimul vt ſeruus eſt digreſſus, ipſe ad Ma-
rium contendit iam cœnantem. Ad quem introductus, An-
tonium ſe oſtendit ei traditurum. Quo nuncio exclamaſſe
dicitur, manibuſque ex lætitia, plauſiſſe. Parùm etiam ab-
fuit, quin exurgeret ipſe, atque illuc properaret. Cæterùm
retentus ab amicis, Annium (Valerius Maximus libro 8. ca-
pite 9. habet P. Antonium) cum globo militum miſit, præci-
pitque, vt propere Antonij caput referret. Vbi ad ædes illa
venêre, reſtitit Antonius ad fores. Milites veros ſcalis in cu-
biculum ſcanderunt: ac conſpicientes Antonium, excitabat
alius alium ad cædem, & ſibi ſurrogabant. Nempe hæ ve-
neres illius orationis, hic lepos erat, vt exorsum dicere &
necem deprecari, nemo nec attingere, nec ſuſtineret aſpicere:
ſed defixo in terram vultu illachrymarentur omnes. Inter-
cedente mora aſcendit Annius, atque Antonium videns diſſe- H
rentem militeſque ab eo obſtupefactos, ac delinitos, accur-
rit ipſe, atque Antonium obtruncauit. *Plutarchus in Mario.*

M. Tullius Cicero, vt princeps Romanæ fuit eloquentiæ,
ita etiam incredibilia præſtitit. De priuatis cauſis, quas egit,
non loquor: publicas tantum attingo. Proſcriptorum liberis
perſuaſit, vt fortunis & honoribus carere, quam nouum bel-
lum inteſtinum excitare mallent. Publ. Rullo, Tribuno plebis
Agrariam legem promulgaturo, de agris populo in capita di-
uidendis, populum, quamuis famelicum & eſurientem, elo-
quentia ſua eò compulit, vt legem repudiaret: hoc eſt alimen-
ta ſua abdicaret. Nempe hic vir potiſſimum, quantum adfe-
rat honeſto condimentum eloquentia, oſtendit populo Ro-
mano: atque inuincibile, quod eſt iuſtum, eſſe, ſi rectè dica-
tur: debereque eum, qui ſedulò tractare rempublicam in-
tendit, ſemper in rebus quidem agendis honeſtum blandien-
ti anteferre, ſed in dicendo acerbum eximere conduci-
bili.

A biſi. Iam cum equites in theatris permiſti plebi, & vna cum populo indiſcreti ſpectarent, M. (ſeu potiùs L.) Otho prætor equites honoris cauſa primus à cætera plebe diſcreuit, ac ſeparatum eius locum in theatro, quem nunc quoque tenent, præcipuum, attribuit. Id interpretatus in contumeliam factum ſuam, populus ingreſſum in theatrum exſibilauit Othonem probroſè. Equites inuicem magno plauſu exceperunt eum. Intendit ex integro populus ſibilum, mox plauſum illi. Ita inter ſe commiſſi lacerauerunt ſe mutuò maledictis, ac confuſio theatrum magna tenebat. Qua re audita, cum contuliſſet ſe illuc Cicero, concioneque ad Bellonæ conuocata increpaſſet populum caſtigaſſetque, reuerſi in theatrum ingentem plauſum Othoni dederunt, certaueruntque cum equitibus de illius honoribus & laude. Idem quoque oratione ſua L. Catilinam ciuem facinoroſiſſimum vrbe eiecit. Denique cùm interfecto Cæſare, maxima in vrbe orta eſſet ſeditio, eam ipſe & auctoritate & oratione ſua ſedauit. *Plutarchus in Cicerone.* De eo ſic *Plinius libro ſeptimo, capite trigeſimo,* vbi conſulatus tantum illius opera attingit: Te dicente, legem agrariam, hoc eſt, alimenta ſua, abdicauerunt tribus: B te ſuadente, Roſcio theatralis auctori legis ignouerunt, notataſque ſe diſcrimina ſedis æquo animo tulerunt; te orante proſcriptorum liberos, honores petere puduit: tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proſcripſiſti. Salue primus omnium parens patriæ appellate, primus in toga triumphum linguæque lauream merite, & facundiæ Latiarumque literarum parens: atque (vt dictator Cæſar hoſtis quondam tuus de te ſcripſit) omnium triumphorum lauream adepte maiorem quantò plus eſt, ingenij Romani terminos in tantum promouiſſe, quam imperij.

Antiphon ſophiſta, Neſtor cognomine, Nepenthes acroaſes promittebat. ☞ *Vide Tit. Rhetorum.*

Cum edixiſſet Domitianvs Imperator, ne in Aſia vites haberentur quoniam vini vbertate ſeditionibus agitati viderentur: legatus ad Imperatorem mittitur Scopelianus ſophiſta. Is eloquentiæ ſuæ vi non ſolùm id conſecutus eſt, quod erat caput, ne cui fraudi eſſet, plantare vites: ſed inſuper, vt pœna irrogaretur, qui eo munere abſtinuiſſet. *Cælius lib. 20. cap. 11. ex Philoſtrato.*

C Cum Smyrna Ioniæ ciuitatum pulcherrima, ſub Marco Antonino terræ motu & hiatu terræ miſerandum in modum corruiſſet: Theodoſius præfectus Aſiæ reſtituit iuſſu imperatoris, quem Ariſtides rhetor Monodia de eius clade ſcripta (cum inter cætera etiam hoc intuliſſet, Ζέφυροι ἐρήμην ἐμπνέουσι Deſolatam perflant Zephyri) ita flexerat, vt inter legendum & ſuſpiriis crebris, & lachrymis dolorem ſuum teſtatus ſit, & Theodoſio ſtatim præceperit, vt eam reſtauraret. *Philoſtratus.*

Ambrosivs præfectus Mediolanenſis, cum videret populum propter Arianam perfidiam in diuerſa ſtudia partium concitatum, in electione Præſulis diſſidere: tumultum eloquentia ſua ſedauit: & mox omnium conſenſu Epiſcopus ipſe declaratus eſt. *Ruffinus lib. 6.*

Leo primus Pontifex, Valentiniani iunioris Imperatoris ſuaſu ad Padum profectus, cum Attila in colloquium venit. Itaque Hunnorum regem ab vltima Tartaria profectum, nec Alpes, nec munita loca, neque arma auertere potuerant, quo minus in Italiam, Veronam vſque deſcenderet, magna Ro- D mano imperio clade illata, cui toti internecionem minitabatur. Eum autem dicendo adeò commouit Leo, vt perſuaderi ſibi Attila paſſus ſit, vt in Vngariam regredi vellet, neque iam vltrà Romanum Imperium infeſtaret. *Fulg. lib. 8. cap. 9. & Volat. lib. 22. & Egnat. lib. 8. cap. 9.*

Cùm Rachisivs Longobardorum rex, magnis viribus Peruſiam vrbem obſideret, ad eum in caſtra Zacharias Pontifex cum paucis profectus, non ſolum eum impulit, vt vrbis obſidionem ſolueret: verum etiam dicendo ita præſentis vitæ vanitatem, præmia pœnáſque futuras eius animo impreſſit, vt tradito Ariſtulpho fratri regno, ipſe monachiſmum ordinem Romæ profiteretur. *Fulg. lib. 8. cap. 9.*

Sigismvndvs Hungariæ rex à proceribus captus, & viduæ, cuius maritum interfecerat, cuſtodiendus datus, ſua eloquentia tantum effecit, vt ab ea dimitteretur. *Vol. l. 23. & Cuſp.*

Franciscvs Foscarvs, Venetorum dux, cùm Florentini graui bello à Philippo Mediolanenſium duce, regnum Italiæ affectante premerentur, auctor ſuis fuit, belli contra communis libertatis hoſtem ſuſcipiendi. Tanta enim in eo dicendi vis fuit, vt quod ille ſemel proponeret, omnes etiam E in ſenatu approbarent. Feliciter illud bellum Venetis ceſſit, nam Brixiam & magnam partem Galliæ Ciſalpinæ, imperio ſuo adiecerunt. *Egnatius lib. 8. cap. 9.*

Præerat Lavrentivs Medices Florentinæ Reipublicæ ſumma cum poteſtate, eo tempore quo bellum grauiſſimum gerebatur inter Florentinum populum, & Ferdinandum Aragonium Neapolis regem. Laurentius cernens, quanto in diſcrimine verſaretur Florentinum nomen, tametſi ſciret, ſe vnum præcipuè à Ferdinando peti, quem de medio tolleret: clam tamen ipſemet Neapolim nauigauit, & ad Ferdinandum inexpectatus veniens, tantum dicendo effecit, vt pacem Florentino populo impetrarit. *Ibidem.*

QVI NON PERSVASERE.

☞ *Conſule Tit. Certamina Rhetorum item Cauſidicorum, vbi enim victor ad ibi victum quoque alium oportet eſſe.*

*APOPHTHEGMATA.

*Ethnicorvm.

Demosthenes immodicum eloquentiæ ſtudium obiicientibus ita reſpondit: eloquentiæ ſtudium declarare hominem popularem: contra negligere ſtudium eloquentiæ, eſſe eorum F qui dominari populo quærerent, vt qui hoc agerent, ne vt perſuaderent dicendo, ſed vt vi cogerent. *Plut. in Demoſth.*

Æschines & Philocrates Athenienſium Legati, cum Philippi Macedonis eloquentiam plurimum laudaſſent, Demoſthenes ait: ſi eloquens eſt Philippus, habet hoc cum multis Sophiſtis commune. Senſit vir prudentiſſimus, Regis virtutes nequaquam in eloquentia poſitas eſſe. *Plut. in vit. Demoſth.*

Æschines cum Rhodi exul recitaret orationem ſuam aduerſus Demoſthenem, Rhodij demirati ſunt, quod tali oratione fuiſſet damnatus ab Athenienſibus. At deſineretis, inquit, admirari, ſi audiſſetis quæ ad hæc reſpondit Demoſthenes, damnationis cauſam reiiciens in violentiam eloquentiæ Demoſthenicæ. *Piſiſtrat. & Bruſ. lib. 4. c. 31.*

Ephicrates, in cauſa obrutus eloquentia patroni, qui Ariſtophantem defendebat: aduerſariorum, inquit, melius eſt hiſtrio, ſed mea fabula melior. Vt fabula nonnunquam exploditur vitio hiſtrionis, ita ſæpe melior cauſa vincitur à priore, patroni infamia, ſtultitiaue. *Eraſ. lib. 5. Apoph.*

Thvcydides ab Archidamo Lacedæmoniorum Rege interrogatus, vter eſſet in palæſtra ſuperior ipſe, an Pericles: G poſteaquam inquit, ego hominem pugnando deieci, ille ſe negat cecidiſſe: itaque vincit & ſpectatores à ſua ſententia deiicit, ſentiens ſe bonis rationibus eſſe ſuperiorem, ſed Periclem eloquentia vinceret quocumque vellet agere multitudinem. Num Thucydides vir præpotens, ſic in adminiſtranda republic. diuerſatus eſt Pericli; quam contentionem Archidamus palæſtram appellauit. *Eraſm. 6. Apoph.*

M. Antonivs cui vel primas eloquentiæ patrum tribuebat ætas, vir natura peracutus & prudens, diſertos dicebat ſe vidiſſe multos, eloquentem omnino neminem. Inſidebat videlicet in eius mente ſpecies eloquentiæ, quam cernebat animo, ſedere tamen ipſa non videbat. *Cicero in oratione ad Brutum.*

*Christianorvm.

Mercurio Caduceum in manu aſſignauit vetuſtas, quo ſignificatum voluit Eloquentiæ interuentu ſtatim omnes controuerſiarum cadere tempeſtates: nam

Illa regit dictis animos, & pectora mulcet.

Vnde dixiſſe commemoratur Cardinalis Aldobrandinus: Nullum eſt Imperij vallum firmius, quam quod in eloquen- H tiæ campo eſt fundatum.

Addit enim inualida robur facundia caula.

Vt habet *Luc. H. Farn. in Apop. de Pr. Beyerlinck in Apoph.*

Idem Interroganti quis feliciſſimè regeret; Non inquit, qui opulentia aut robore plurimum pollet, ſed qui eloquio & facundia. verè *Alciatus:*

Cedant arma togæ, & quæ vis duriſſima corda.
Eloquio pollens ad ſua vota trahit.

Ibidem.

Rogabat Principem Anonymum quiſpiam, quænam artes hominem in altiſſimo honoruin culmine collocarent; Duæ, ait, vna Imperatoris, altera Oratoris boni: Nec id malè: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur. *Greg. Rich. in axiom. Politic.*

*Hieroglyphica.

Quia ſerpentem pro aſtu poni docti ſumus ex Ariſtotele dicere animalia quædam eſſe aſtuta per ſe, ſicuti ſunt Serpentes magis vero ex electione facta, quæ prudentiam huic impti-

mis animali tribuit, ea etiam de cauſa Angues caduceo com-
A plicari putamus, quod oſtendere voluerint, & calliditatem & prudentiam neceſſarias eloquentiæ, quæ per virgam ſignificatur. Quippe quæ regat dictis animos. Neque deſunt, qui virga auream Mercurij, manibus, à qua Deus ipſe χρυσόῤῥαπις appellatur, dignitatis & excellentiæ, quæ illum ornant, qui & ſcitè & opportunè norit orationem contexere ſignum eſſe, contendunt. *Pier. Val. lib. 16.*

Sapientiores *Sirenas* pro Hieroglyphico eloquentiæ, feliciſſimaque perſuadendi vi poſuerunt. Vnde dictum illud de Canone Grammatico. *Cato Grammat. Latina Siren. Idem l. 20.*

Per effigiem *Pſittaci* loquentem hominem, qualem ſe negat Tullius reperiſſe, ſignificant: cum nullum ex animalibus rationis expertibus articularius humanas explicet voces: id quod ideo præſtat, quod linguam habeat latiorem carnoſioremq; & humanæ propemodum ſimilem. *Idem l. 23.*

Suauem eloquentiam per Hieroglyphicum *Apis* ſignificari ſunt nonnulli qui aſſerunt. *Idem l. 26.*

Herculem Galli lingua gentis vernacula Ogygium vocant. Porro Deum ipſum noua quadam atque inuſitata figura de-
B pingunt: Senex apud illos eſt ad extremum vſq, occipitium recaluus, reliquis capillis, ſi qui ſunt, canis: cute rugoſa, & in aterrimum exuſta colorẽ, cuiuſmodi ſunt nautæ iſti ſenes, Charontem potius, aut Iapetum quempiam ex iis, qui apud inferos verſantur, diceres: in ſumma quiduis potius quam Herculem eſſe conijceres ex imagine: Atque tali ſpecie cum ſit, tamẽ Herculis ornatum gerit, vt qui tum leonis exuuium indutus ſit, tum clauam dextra teneat, tum pharetrã humeris aptatam portet, tum arcum læua prætendat: denique modis omnibus Hercules eſt: Hic quidem arbitrabatur in Græcanicorum Deorum contumeliam perperam facere Gallos, cum eum eiuſmodi fingerent effigie, quo nimirum illum talibus picturis vlciſcerẽtur: quod olim in regionem ipſorum incurſaſſet, prædas agens id temporis, cum Geryonis armenta veſtigans occidentalium gentium pleraſque regiones peruaſtaret. At nondum etiam dixi id quod erat in imagine maximè nouum atque mirandum, ſiquidem Hercules ille ſenex ingentẽ ad modum hominum multitudinem trahit omnibus ad amorem neruis: porro, vincula catenulæ tenues auro electroque confectæ pulcherrimis iſtis monilibus aſſimiles: atque cum
C vinculis vſque adeò fragilibus ducantur, tamen neque de fugiendo cogitant, cum alioquin commodè poſſint, neque prorſus obnituntur, aut pedibus aduerſus trahentem obtrudunt, ſeſe reſupinantes: verum alacres, ac læti ſequuntur ducentem, admirantes, vltrò feſtinantes omnes, & laxatis vinculis etiam anteuertere ſtudentes, perinde quaſi grauiter laturi, ſi ſoluerentur vinculis. Nec illud quidem pigebit referre, quod mihi videbatur omnium abſurdiſſimum: Etenim cum non inueniret pictor, vnde catenularum ſummas anſas necteret, videlicet dextra iam clauam, læua arcum tenente, ſummam Dei linguam perterebrauit: atque ex hac relegatis catenulis eos trahi fecit: ipſe nimirum ad eos, qui ducebantur, vultum ac oculos conuertebat arridens. Hæc ego cum diutius aſſiſtens eſſem contemplatus, admirans, hæſitans: indignans Gallus quiſpiam qui propius aſtabat, noſtrarum literarum non indoctus, id quod pictum annuebat declarauit, quum Græcanicam linguam abſolute ſonaret. Philoſophus opinor, ex eo genere Philoſophorum, quod apud illos eſt fertur: Ego tibi hoſpes, inquit picturæ illius ænigma explicabo, nam
D videris vehementer ad eum attonitus ac ſtupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur eſſe Mercurij, quemadmodum vos Græci; verum Herculi illam tribuimus, propterea quod hic Mercurio longè robuſtior extiterit. Quod ſenex fingitur, nihil mirere: ſiquidem vna facultas dicendi vel facundia conſueuit in ſenecta demum abſolutum vigorem oſtendere: ſi modo verum noſtri dicunt Poëtæ:

Obducit iuuenum denſa caligine pectus,
Contra ſenectam poſſe quidam dicere
Rudi iuuenta melius ac præclarius.

Hinc videlicet apud vos & Neſtoris lingua mille profuit, & Troianorum concionatores liriœſſam educunt vocem videlicet floridam: Nam liria, ſi ſatis commemini, flores appellantur. Proinde quod ab auribus vinctos ad linguam trahit ſenex hic Hercules, qui non aliud quam ipſe eſt ſermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignoras linguæ cum auribus eſſe cognationem: Neque verò ad contumeliam illius illud pertinet, quod ea pertuſa eſt: nam memini, inquit, & iambicos quoſdã verſiculos è comœdiis apud vos diſcere. E

Siquidem viris loquacibus extrema lingua perforata eſt omnibus.

Quin de eodem hanc habemus opinionem, vt quicquid egit, id oratione facundiaque confeciſſe putemus: vtpotè virum ſapientem perſuadendo pleraque ſibi ſubegiſſe. Iam tela illius nimirum orationes ſunt acutæ, miſſiles citæ, atque animum ſauciantes: vnde pennigera dicta vos quoque appellatis. *Eraſm. & Budæus in annotationibus in Pandectas.*

Perſuadere eſt bonum conſilium dare, Græcis πείθειν. Inde *Pitho* dicta eſt Dea, dicendi præſes, quam Ennius *Suadam.* Quintilianus perſuadendi Deam, Suadelam Horatius, Cicero lepôrem vocat. Hæc & flexanima dicitur, quaſi animum flectens, à Græcis ψυχαγωγὸς, quaſi ductrix & oblatrix animæ, huius Deæ ſanctiſſimũ olim nomen apud Gallos fuit.

Marcus Cethegus dictu illis popularibus olim
Qui cum viuebant homines atque æuum agitabant,
Flos delibutus populi.

Probè verò: vt enim hominis decus ingenium, ſic ingenij ipſius lumen eſt eloquentia, quæ virum excellentem præclarè tamen illi homines florem populi dixerunt, Suadæque medulla πειθὼ, quam vocant Græci cuius effector eſt Orator. F
Hanc Suadam appellauit Ennius πειθὼ in labris Periclis Eupolis ſeiſcitaſſe ſcribit.

Mercurius filius Iouis & Maiæ, Deus eloquentiæ, nuntius diuorum, tegitur galero, vt oſtendatur, aduerſus inuidiæ fulmina, ſolam eloquentiam plurimum valere: Item ſignificatur gratia, quam quis ſibi apud auditores eloquentia cumulat: item viuacitas: ea enim quæve præclara facta ab interitu aſſerit, dicente Poëta:

O ſacer & magnus vatum labor: omnia fato
Eripis & populis donas mortalibus æuum

Ouidius.

Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira nec ignis,
Nec poterit ferrum nec edax abolere vetuſtas.

Alata fert talaria: ſermo enim velox eſt, & ob id ab Homero alata exprimuntur verba 5. Iliad. eodem enim momento ex ore loquentis egrediuntur, & auribus auſcultantium excipiuntur. Virgam defert, qua fingunt Mercurium animas ab orco vocare, alias demittere: quod nihil aliud ſignificat, quã G
plurimos è mortis faucibus ſubtrahi, quos carnifex expectet, mox ad ſupplicium rapturus, & ſi velit in mortem impellat rurſus. Ita Cicero communi voce ob necatum Clodium, Milonem eripuit eloquentiæ viribus: ita & Popilium Lenatem, Cœlium & innumeros alios: Is eadem fandi maieſtate Lentulum, Cethegum, Sextilium, atque eius farinæ homines potentiſſimos morti tradidit. Eſt & eius virgæ natura, ventos excitare, & tranare nubila: quod indicare eloquentiam ſolum, ſeditiones commouere, & ſi eas cupiat ſedare poſſe. Ita feciſſe Curionem apud Ariminium in Cæſarem legimus: Ita & Cicero turgidum Cæſaris in Deiotarum pectus pacauit. Virga hæc ſomnos dat, ac adimit: Ita eloquentia inertes ſopitóſque ad exercendum ſe admonet, quum præmia opulentiſſima proponit, & decoris memores eſſe iubet, ſopit nimium audaces & temerarios, quum non orare ſit, ſed potios latrare. Serpens eſt implicitus virgæ, quod prudentia maximè oratorem deceat. *Boccacius lib. 12. c. 26. Cic. de claris oratoribus.*

✠ ELOQVENTIÆ PRÆSAGIA.

Facundia & ſermonis gratia quam Eloquentiam appellamus; donum eſt tum naturale, tum ſupernaturale. Hinc Platoni dormienti infantilibus in cunis, apes mellis copiam H
in os inſtillare ſunt viſæ: quod præſagium erat, ex Platonis ore, Dei dono, fluxuram orationem omni melle ſuauiorem. Quomodo & Xenophon ab elegantia ſermonis vocatus eſt Muſa Attica.

In S. Ambroſij dum adhuc infans eſſet, ore, examen apum conſedit: quo diuina viri eloquentia præſignificabatur, *ait Paulin. in vita.*

S. Dominici Prædicatorum Patriarchæ mater, dum eum vtero geſtaret, viſa ſibi fuit in quiete, continere catulum facem ardentem ore præferentem, qua editus in lucem totum orbem accenderet. Monebatur eo ſomno, quod etiam euenit; Dominicum, tum per ſe, tum maximè per inſtituti ſui ſectatores, piã facundaque ſermonis eloquentia, omnes homines ad Dei amorem inflammaturum, & hæreſes omnes, prout Albigenſes in Francia; latratu valido profligaturum.

Matri S. Bernardi non multum abſimile accidit, vt in

vita

vita ipſius legimus; qui propter ſermonis dulcedinem, mel-
A liflui nomen promeruit.

Emancipati.

Quære libertas. Liberi.

Emendare.

Pete ex loco de correctione.

* Emblema.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Dicitur Emblema παρὰ τοῦ ἐμβάλλεσθαι, aut ἐμβαλεῖσθαι, quod eſt inſerere, interponere, iniicere. Antiquitus namque lapillis quibuſdam quadratis politiſque, in quibus icones inſculptæ erant, ornabantur, vt ex Pauſania, Plutarcho, & aliis colligitur.

Itaque Emblemata non ſunt propriè ænigmata, ſymbola, aut gnomæ, ſed vſurpatur ea vox pro carminibus quibus imagines, agalmata, pegmata, & id genus ſcitè inuenta, eruditè & variè explicantur. Notum eſt illud Ciceronis ex Lu-
B cilio. Quàm lepidè lexeis compoſtæ vt teſſerulæ omnes, arte pauimento atque Emblemate vermiculato.

Igitur Emblema dicimus, quidquid ornatus gratia inſeritur, etiam vaſis, gemmis, veſtibus, pateris.

SCRIPTORES.

Scripſerunt Emblemata *Andreas Alciatus*, *Ioan. Sambucus*, *Iacobus Byllius*, *Nicolaus Reuſnerus*, *Nicolaus Taurellus*, *Ioachimus Camerarius*, *Hieronymus Roſcellius*, & plerique alij.

Videatur Titulus de Symbolis.

Emporia.

Pete ex loco de Nundinis.

Emptio.

DEFINITIO SEV ETYMOLOGIA.

Emptio, Græcè ἀγορασία, Hebr. *Miknah* à verbo *Kanach*, emit, acquiſiuit, nactus eſt. Empticiæ res dicuntur, quæ emptæ ſunt, & empticius miles, mercenarius.

C Definitur autem Emptio, pactio pretij pro merce, *lib. 1. pand. de contrah. emptione.* Merx vocatur quæuis res vendibilis. Pretium autem nummus ſiue pecunia. Hæc enim inuenta eſt vt ſit pretium omnium rerum quæ in contractus humanos veniunt. Porro conſiſtit hic contractus in nuda pactione, & ſolo conſenſu perficitur, neque requirit ad ſui ſubſtantiam traditionem rei [illegible] pretij.

EXEMPLA BIBLICA.

Abraham emit ſeruos, *Gen. 17. verſ. 27.* Speluncam duplicem, 23. 16. Iacob partem agri. 33. 19. Putiphar Ioſephum, 37. 36. Iacob & filij eius frumentum, 41. v. 1. 2. Ioſeph terram Ægypti, 47. 20. Dauid arcam, 2. *Reg.* 24. Michol vxorem 1. *Reg.* 18. & 2. *Reg.* 3. 14. Amri montem Samariæ, 1. *Reg.* 16. v. 23. 24. Negotiatores Regis, 2. *Paral* 1. v. 16. 17. Ieremias agrum, *Ierem.* 32. v. 7. Principes Sacerdotum agrum figuli, *Matth* 27. 7. Ioſeph ſindonem, *Marc.* 15. 75. Maria Magdalena, &c. aromata, 16. v. 1. 2. Filius Dei Eccleſiam ſuam, *Actor.* 20. 28. 1. *Cor.* 6. 20. & 7. 23. 1. *Petr.* 19. 2. *Petr.* 2. 1.

D *PROFANA.*

THVRIACI, mercaturam exercentes, abſque omni dolo vendunt omnia: apud quos, ſi quis domum emerit, ſacra facere in Apollinis Epicomæi fano, ſi vero prædium, in vico quem inhabitabat, & iurare coram magiſtratu ſolet, quod reuera iuſtè emat, nec fraudulenter agat, nec arte doloue vllo. Eodem modo & magiſtratus quoque vendentem iurare iubet, quod ſine malo dolo vendat. *Stobæus ſerm. 42.*

THEMISTOCLES prædium diſtrahens iuſſit pronunciari etiam vicinum bonum illud habere. *Plut. in Apoph.*

CORNELIVS aſinam pecunia onuſtam in forum produxit, loco ſponſorum, cum fundum emiſſet. Vnde Corneliæ genti Aſinæ cognomentum datum eſt. *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 6.*

Q. MVTIVS SCÆVOLA Pont. Max. eloquentium iuris periſſimus & iuris peritorum eloquentiſſimus: cum aliquando poſtulaſſet, vt ſibi fundus, cuius emptor erat, ſemel indicaretur, idque venditor feciſſet: dixit, ſe pluris æſtimare, addi-ditque centum millia. Vſque adeo ab officio boni viri non diſcedebat. *Auril. in eius vita.*

E HERMIAS Philoſophus Ægyptius: auditor Syriani ſophiſtæ, condiſcipulus Procli, ſub Hadriano principe, nec non minus iuſtitia, quam doctrina præditus, ſi quid empturus, minus iuſto pretio addiceretur, ipſe nihilominus iuſtum promebat: ſi quid vero contra, non vltra appetebat. *Suidas.*

De emptione vxorum, quære in Tit. de vxore.

Petantur plura [illegible] de contractibus. Tit. Emptio.

Encœnia.

Quære locum de Iudæis, Tit. Feſta Iudæorum.

Energumeni.

Vide locum de Dæmonibus. Tit. Dæmoniaci. Vbi de modis variis Dæmoniacorum, eorumque liberatione, & cauſis.

* Epheſus Epheſij.

QVÆ, ET QVALES.

Epheſus Amazonum opus iuxta Strabonem, aut Creſi cuiuſdam indigenæ, ſecundum Pauſaniam, Epheſiique qui Iſtri fluuij filius dicitur; Ionicarum vrbs clariſſima, & F
Aſiæ lumen dicta, ædificata vt prodit Euſebius in Chronico, anno Dauid XXVIII. ſito in pulcherrimo ſitu, à læua Meandrum fluuium, à dextra Caiſtrum Flu. habens, qui vehit merces Aſiaticas.

Erat hic toto orbe celeberrimum, mundique mirabilibus annumeratum Templum Dianæ, cuius longitudo CCCCXXV. pedum erat: Latitudo CCXX. Erantque in eo columnæ CXXVII. ſexaginta pedes altæ, (inter quas XXXVI. celatæ erant miro artificio) ab Aſia toto extructæ per annos CCXX. aut etiam quadringentos; & à Regibus eiuſdem dicatæ cum Aſili prærogatiua, cui Alexander adiecit ſtadium. De quo *legatur Plinius lib. 36. cap. 14. Giraldus hiſtor. Deorum ſyntag. 12. Alexand. ab Alexand. lib. 3. cap. 20.*

Laudantur Epheſij à ſcientia artis Magicæ, ac reliquarum artium bonarum ſtudiis, Philoſophis, Oratoribus, ac rerum omnium diſciplinarumque magiſtris ea vrbs redundabat. Vt verè dici poſſet, eam Ciuitatem non equitum robore, ſed G
clarorum hominum millibus cæteras ſuperaſſe, in eaque plurimum viguiſſe ſapientiam. *Chryſoſtomus* dicit ea vulgari opinione, inde fuiſſe Pytagoram, totamque Ionicam Philoſophiam ibi cœpiſſe cum Parmenide, Zenone, Democrit. *Præf. in ep. ad Eph.*

Conſecuta eſt autem hæc vrbs celebritatem maiorem ob Pauli præſentiam, qui ibi fuit pluſquam duobus integris annis, vt teſtatur ipſe, *Actor. c. 19.* qui etiam Timotheum conſtituit Epiſcopum ibidem, cui Oneſimus alius Pauli diſcipulus ſucceſſit. Item Ioannes Apoſtolus ibi diu moratus, finem vitæ clauſit, ſecundum Hyeronym. Sed & Deiparam ibidem cum S. Ioanne aliquo tempore habitaſſe, teſtata ſunt Concilia Oecumen. In hac Ciuitate, quæ Aſiæ erat metropolis; Patres *cap. 27. in Epiſt. ad Cler. Conſtantinopolit.* quod iam ante Epiphanius hæſitando ſignificauerat, *hæreſ. 78.*

Laudat *S. Ignatius Martyr* Epheſios *Epiſt. 14.* à fidei puritate, & conſtantia. In quibus inſtructi fuerant à Chriſti diſcipulo Paulo & Timotheo.

D. Hieronymus præf. in Epiſt. ad Epheſ. notat in hac ciuitate H
maximè viguiſſe Idololatriam, artiumque magicarum præſtigias, ideoque Paulum ibi penè triennio moratum, multaque de dæmonum poteſtate per Chriſtum profligata, Epiſtolæ quam ad eos ſcripſit, inſeruiſſe. Id autem apud eos effecit, vt multi ex iis qui fuerant curioſa ſectati, libros ſuos contulerint, & coram omnibus combuſſerint. *Actor c. 16.*

* Ephod.

Quid de eo ſenſerit Quingerus ex Bodino; & aliis, vide in loco de Diuinatione, Tit. Ephod.

EIVS PRÆCEPTVM, ET FORMA.

Inter alia Cæremonialia præcepta illud etiam legimus. *Exod. cap. 28.* Facient autem ſuperhumerale de auro, & hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito. Quod noſter Interpres dicit ſuperhumerale, Septuaginta vocant ἐπωμίς, Hebræi Ephod. Id eſt pallium ſiue extima veſtis, quæ aliis ſuperimponitur. Erat ergo veſtis propria pontifici, quæ tam pectus, quam humeros tegebat,

A eratque inſtar interulæ prætextatæ vndique, infernè tamen & ſupernè patentis. Protendebatur autem vſque ad cingulum, eoque cingebatur.

Circa pectus autem patebat in eo locus inſerendo rationali. Deinde habebat in humeris duos lapides onychinos, quibus inſculpta erant nomina filiorum Iſraël. Habuit inſuper manicas, vt tradit Ioſephus: qui & aſſerit inſtar thoracis fuiſſe, *lib.6.belli cap.6.*

QVOTVPLEX.

Duplex erat Ephod: vnum quod iam deſcripſimus, eratque Pontificis proprium: Aliud erat lineum ſiue byſſinum, candore puriſſimum, quo vtebantur Sacerdotes & Leuitæ. Imo & Laici, qui quoquo modo ſeruiebant diuino cultui. Fortaſſis ad modum cottarum, vel rocquetorum, aut ſuperpelliceorum, quibus paſſim vtuntur Eccleſiæ adminiſtri. Tale fuit Ephod. Samuëlis, 1.*Reg.*2. Sacerdotum à Saüle occiſorum, 1.*Reg.*22. Tali vſus fuit Dauid ſaltans ante Arcam, 2. *Reg.*6. Ita Hieron. *ad fabiol. de veſt. ſacerdot.*

☞ *Diuinatio per Ephod. Vide Tit. de Diuinatione.*

B

* Epicurei.

Qui, & qualis Secta?

INTER Philoſophorum ſectas præcipuæ erant Epicureorum, & Stoïcorum, de quibus teſtatur *Lucas in Actis cap.17.* quod Paulus cum iiſdem diſputauerit. Illorum autem maximè laxa erat: Stoïcorum ſeuera. Conuenit tamen inter omnes, negatam ab Epicureis prouidentiam, ac re ipſa Deos ſuſtuliſſe, nomen tamen reliquiſſe. Ita *Auguſt. lib.18. de Ciuit. cap.41.* Qui addit, Epicurum ſectæ auctorem, Porcum ab aliis vocari, quod ſummum bonum in voluptate collocaret: & quamuis ſcriptis ſuis honeſtam voluptatem tradere videretur, turpem tamen ſequeretur ille ipſe. Lactantius vero ideo illius diſciplinam celebriorem aliis adfirmat, quod homo aſtutus, omnium ſe moribus accommodare ſtudebat; & ſicut nomen voluptatis populare eſt, & vnumquemque trahit, ſic & vniuſcuiuſque moribus doctrinam ſuam accommodat, & maiore diſcordia ſecum pugnat, quam vniuerſim ceteri omnes. *Aug. in Pſal.71.*

C Epicureorum vitam, ſummamque fœlicitatem quam in vita hac mortali, neque enim aliam exquirunt; In rebus caducis, carnique conuenientibus ponunt, hendecaſyllabi hi depingunt, multum diuerſi ab illis, quibus Martialis vitæ huius beatitudinem expreſſit, quos *in loco de vita* recenſuimus.

Vitam quæ faciunt beatiorem
Carnalis Epicurus inquit, hæc ſunt.
Res non parta labore, ſed rapinis.
Non ſpinoſus ager, focus perennis.
Lis nunquam, Toga culta, mens auara.
Vires herculeæ, ſalaxque corpus.
Occultus dolus, impares amici.
Conuictus facur, ebriaque menſa.
Nox non ſobria, lux ſoluta curis.
Sit vagus thorus & ſic impudens.
Somnus qui faciat longas tenebras.
Summum nec metuas deum, nec ſpires:
Nam nox omnibus vna dormienda.
Vna eſt vita tibi, tuiſque porcis:
Mors eſt æqua tibi, tuiſque porcis.
Spem vitæ videas procax futuræ:
Non eſt qui moderetur Æquus orbem,
Non qui res hominum curet fugaces.
D *Sis tantum benè Genio calentis:*
Sint blanda Veneris loci, ſaleſque,
Sit Bacchus pater, & mater voluptas:
Sit venter Deus, & Rhamnuſia errans.
Vt Sus eſſe velis, nihilque malis.
Carnalis Epicure, dicis; hæc ſunt.
Quæ vitam faciunt beatiorem.

Ephori Spartanorum.

☞ *Quære in loco de Magiſtratu.*

Epicedia.

☞ *Vide locum de Honore & Exiſtimatione. Tit. Laudationes funebres, Epicedia, &c.*

Epigramma, Epigrammatographi.

☞ *Pete ex loco Poëtarum. Tit. Poëtarum differentia.*

Epilepſia.

☞ *Vide Affectus corporis. Item Tit. de Morte.*

Epirotarum Duces, &c.

E

☞ *Require locum de fortitudine. Tit. Duces, Imperatores fortes, §. Epirotarum. Item, Magiſtratum Chronologicè conſideratum.*

* Epiſcopus.

DEFINITIO AT ETYMOLOGIA.

EPISCOPVS Græca vox eſt, idem ferè apud illos ſonans, quod apud nos Speculator ſiue Inſpector, à verbo ἐπισκέπτομαι, propriéque vt Martianus ſcribit, ij dicuntur Epiſcopi, qui præſunt pani, ac cæteris rebus venalibus, quæ populis ciuitatum ob quotidianum victum neceſſariæ ſunt. *Vide L.vlt. D.de mun. & de honor. Itémque epiſt.7.lib.10. Cicer. ad Atti.*

Vnde Pontificibus id nomen inditum par eſt credere, quia quemadmodum illi quæ ad vitam humanam ſuſtentandam pertinent, procurare debent, ita horum vigilando, docendo, benè agendo, animarum ſaluti conſulere intereſt. Id quod vel Clementis I. Pontificis declarat præſcriptum, qui fertur decreuiſſe, vt Epiſcopalis Cathedra in eminentiora templi loco collocaretur, ſicut hodiéque ſeruatur, vnde Epiſcopus vndique ſpeculari poſſet. Cæterum olim Epiſcopi vocabantur Presbyteri, teſte non vno in loco D.Hieronymo, & præſertim *in Epiſtola ad Euagrium*, vbi dicit qua de cauſa Epiſcopi primùm eſſe cœperint, ita ſcribens: Quòd autem poſtea vnus electus eſt, qui cæteris proponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne vnuſquiſque ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam rumperet: nam & Alexandriæ à Marco vſque ad Dionyſium, Presbyteri ſemper vnum ex ſe electum Epiſcopum nominabant: quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de ſe, quem induſtrium nouerint, & Archidiaconum vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione Epiſcopus, quod Presbyter non faciat, &c. F

Sane ſcriptura vtriuſque Teſtamenti meminit nominis Epiſcoporum in ſuperiori ſignificatione. Sic *Eſdras l.2.c.11.* meminit Epiſcopi Leuitarum, eumque indicat, qui à ſummo Sacerdote conſtitutus velut aliorum inſpector erat. Etiam *Lucas in Actis cap.20* dicit Paulum aduocaſſe Miletum maiores natu Eccleſiæ Epheſinæ, qui tantum presbyteri erant: G
eoſque dicit Epiſcopos à Spiritu S. poſitos ad regendam Eccleſiam Dei. Neque diſſentit *Chryſoſt. in Epiſt. ad Philipp. Ambroſ. in cap.3. Epiſt.1. ad Tim. Hieron. in cap.4. Epiſt. ad Epheſ.* quin olim in Eccleſia primitiua, nomen Epiſcopi maioribus & minoribus Sacerdotibus fuerit commune: hinc Paulus mandat Tito, vt conſtituat per Ciuitates presbyteros, eique vero ἐπισκοπὴν delegat.

Apud Athenienſes qui ad vrbes eis ſubiectas mittebantur, vt ſpectarent quid apud ſingulos ageretur, Epiſcopi, & φύλακες propriè appellabantur.

EPISCOPORVM SVPER PRESBYTEROS MINORES EMINENTIA.

Quidquid tandem ſit de nominibus, certum eſt diſtinctam ſemper fuiſſe, & maiorem Epiſcopatus dignitatem, (ſiue ſit ordo diſtinctus, ſiue non) à presbyteratu. Conſederint aliquando presbyteri cum Epiſcopis in Concilio, ac communi gubernandi ratione Eccleſiam gubernauerint, nunquam tamen abſque ſubordinatione id factum eſt. Tandem ad vitanda ſchiſmata, remoti ſunt Presbyteri ab eo conſeſſu, deſiitque nomen Epiſcopi illis tribui. Ita *Lorinus in cap.1. Actor.* H
Fuit autem antiqua hæreſis Arrij, inter Epiſcopum & Presbyterum nihil intereſſe: quam opinionem ipſe excogitauit, vt ſeipſum ſolaretur quod Epiſcopatus quem vnicè ambiebat, ſpe excidiſſet. Teſtis eſt huius rei *Epiphanius hæreſ.75.*

Eundem errorem ſecutus *Ioannes VViclef*, & noſtro ſæculo, *Martinus Lutherus, & Ioannes Caluinus lib.4. Inſtit. cap.4. §.2.* Catholica Eccleſia ſemper docuit, iure diuino Epiſcopum Presbytero maiorem, tum ordinis poteſtate, cùm iuriſdictione. Quippe iam à primo Eccleſiæ naſcentis exordio, Epiſcopis comperit ordinare presbyteros, alioſque miniſtros, & hac ratione generare Eccleſiæ Patres neque vnquam auditum, ordinationem à presbyteris impenſam: atque irritum cenſetur, ſi quid aliter hac in re factum, vt colligitur ex *Epiſtola Gregorij III. ad Bonifacium.*

Sic & *Damaſus* Papa diu ante Gregorium, *in Epiſt.4.* loquens de *Coëpiſcopis*, qui cum ſolum eſſent presbyteri, more Pontificum ordinare audebant; Vacuum inquit, eſt & inane,

quid

A quidquid in prædicto Sacerdotij ſummi egerunt miniſterio. Adde ſolos Epiſcopos ſemper fuiſſe ordinarios miniſtros ſacramenti confirmationis, quomodo in *Actis Apoſtolorum cap.8.* miſſi leguntur Apoſtoli, vt baptizatis à Philippo Diacono manus imponerent, & acciperent Spiritum S. Iidem etiam ordinariè templa & altaria conſecrant. Imo *Dionyſ. cap.4. & 5. Hierarch. Eccleſiaſtica,* dicit ſolùm Epiſcopum diuina ordinatione Chriſma conficere.

Chriſtus diſtinxit inter Apoſtolos, & LXX. diſcipulos. Hos illos aſſiduè inſtruebat ac ſecum ducebat: iiſque ſolis dixit, *Sicut miſit me pater, ſic ego mitto vos. Ioan. c.20.* Imo cum hoc numero duodenario quo Apoſtolos voluit comprehenſus, excidiſſet *Iudas*, in locum illius ſolenni quadam cæremonia ſuffectus fuit *Matthias*, qui tamen erat ex numero diſcipulorũ.

Quin tempore Apoſtolorum Epiſcopi erant conſtituti Iudices Presbyterorum. Ita enim Timotheo Paulus ſcribit *cap.5. Epiſtola prima: Aduerſus Presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus:* ergo Epiſcopus iam erat illorum iudex.

B Vſus denique obtinuit, vt conſtat ex antiquiſſimis Eccleſiis, ſoli Epiſcopo in Eccleſia erectum olim thronum ab aliis diſtinctum, & ornatum, & in miniſterio Eccleſiaſtico peculiarem, quæ omnia vetuſtæ picturæ etiam confirmant, vt quaſi hominem videatur cauiſſe qui de hac re dubitauerit. An vero tantam in clero dominationem olim habuerint, quantam nonnulli vſurpant, hoc loco non inueſtigamus.

* Episcoporvm Institvtio, Et Svccessio.

Epiſcopus Apoſtolis ſuccedere non quidem in legatione, ſed Epiſcopali dignitate, & ordine, conſtans omnium Patrum eſt ſententia. Vnde *S. Hieronym. ad Marcellum:* Apud nos inquit, Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent, & *Epiſt.1. ad Heliod.* Abſit, ait, loquens de Epiſcopis; vt de his quidquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt. Si ergo Epiſcopi Apoſtolis ſuccedunt, eadem Epiſcopatus qui Apoſtolatus origo eſt. Vnde de Iuda proditore dicitur, & Epiſcopatum eius accipiat alter, *Pſalm.108.* Vbi per Epiſcopatum, Apoſtolatum

C intelligi conſtat, eo quod Matthias in locum illius ſuffectus, Apoſtolus factus fuerit. Et Epiſcopi nonnunquam dicuntur Apoſtoli, quomodo Epaphroditus Eccleſiæ Philippenſium Apoſtolus à Paulo Apoſtolo vocatur, *ad Philip. cap.2.* Ita & *in Epiſtol.2. ad Corinth.cap.8.*

Principem Apoſtolorum Petrum à Chriſto fuiſſe ordinatum Epiſcopum, & ab ipſo Petro, Iacobum & Ioannem: ab illis autem cæteros Apoſtolos, veterum ſententia eſt. Imo *Magdeburgenſes* quantumvis à veritatis ſcopo plerumq; aberrent, teſtantur Iconij & Antiochiæ à S. Paulo conſtitutos paſtores. Item Apollinarem, Rauennæ: Maternum, Treuiris: Hermagoram Aquileiæ datos à B. Petro Epiſcopos. Sed Linum ab Apoſtolis Petro & Paulo Romæ datum Epiſcopum, fatetur *Irenæus lib.3.c.3. Tertullianus* verò Clementem Romæ à S. Petro, *lib. de Præſcript.* Et Polycarpum de Smyrna, à S. Ioanne conſtitutum ſcribit Epiſcopum. Idẽ de Timotheo Epheſi, & Tito Cretæ à S. Paulo conſtituto affirmat: *Euſebius Nicephorus lib.2.cap.41.* dicit à Matthæo Apoſtolo Platonem factum Epiſcopum Mirmenenſem, S. Marcum autem à B. Petro crea-

D tum Epiſcopum, & Alexandriam miſſum, aſſerit *Leo Epiſtol 81. ad Dioſcorum.* Etiam Dionyſium Areopagitam à S. Paulo Athenarum Epiſcopum conſtitutum, colligitur ex *Euſebio lib.3. cap.4.* Et ita conſequenter de omnibus aliis hæc ſucceſſionis ſeries probari quam ſolidiſſimè poterit. Legatur *Ioannes de Turrecremata lib.2. ſumma de Eccleſia cap.35.*

* ELECTIO.

EAM AD POPVLVM AVT PRINCIPES IVRE Divino Non Spectare.

Christvs Dominus conſummato redẽptionis noſtræ opere, ad Patrem tranſiturus, ita ad Apoſtolos loquitur. *Sicut me miſit Pater, & ego mitto vos. Ioan. c.20.* Quibus verbis voluit, vt ea poteſtate & ratione illi gubernarent Eccleſiam, qua ipſe eã gubernabat, dum præſentiam ſuam illi exhibebat. Verum ille Apoſtolos XII. ac deinde LXX. diſcipulos elegit, ſine conſilio aut ſuffragio multitudinis: Igitur & illis idem erat faciendũ.

Quod etiam reipſa præſtiterunt, nam non attento populi ſuffragio, mittebant per loca & ciuitates, presbyteros, & Epiſcopos à ſe creatos, neque enim populos qui ſunt oues, ſed Chriſtus qui Paſtor erat, curam & gubernacula Eccleſiæ paſtori Petro credidit, ad quem proinde ſpectat, inferiores ſubi-

que ſubordinatos conſtituere rectores, & paſtores: vnde *Concilium Nicænum 18. can.3.* ita habet, omnem electionem quæ **E** fit à magiſtratibus, Epiſcopi, vel Presbyteri, aut Diaconi, irritam manere. Atque idem definitum eſt *in Concilio IV. Conſtantinopolit.* quod eſt VIII. generale *can.28* vnde ſi quid hic populus olim habuerit, mere vſurpatum fuit. Etiam Alexandriæ antiquiſſimis temporibus, Epiſcopi à Presbyteris eligebantur, vt teſtatur *D. Hieronym. Epiſt.85. ad Euagrium.*

Ruffinus narrat Frumentium à S. Athanaſio creatum Epiſcopum Indorum: Indis ipſis nihil de eo ſcientibus, aut cogitantibus, *lib.10. hiſt. cap.9.*

Epiphanivs *in Epiſt. ad Ioannem Epiſcopum Ieroſolymorum* ſcribit, à ſe Paulinianum S. Hieronymi fratrem ordinatum Presbyterum, & directum ad monaſterium, cum taman fratres monaſterij nihil de illo ſcripſiſſent.

B. Gregorivs I. Auguſtinum Anglorum deſignauit Epiſcopum & Apoſtolum, nec expectabat, donec Angli eum expoſcerent. De quo vide *Bedam lib.1. hiſtoria Anglorum.*

B. Gregorius II. S. Bonifacium Germanis miſit Epiſcopum, nihil de eo ſcientibus aut poſtulantibus Germanis, vt conſtat **F** ex vita eius nuper edita.

Quin Valentinianus Imp. cum ad eum quidam deferrent electionem Epiſcopi Mediolanenſis, eandem ad Epiſcopos & Presbyteros remiſit, dicens: Maior res eſt, quam & nobis conueniat, vos autem gratia diuina præditi, & illios ſplendore fulgentes, melius eligetis. *Theodoretus lib.4. hiſt. c.6.*

Imo *S. Chryſoſtomus* dicit, ob id ſuo tempore alibi peſſimos quoſque Eccleſiæ fuiſſe præpoſitos, quod ius eligendi in manu populi illud ſibi vſurpantis eſſet, *lib. de Sacerdotio.*

Etiam *D. Auguſt.* refert, commotionis popularis hiſtoriam quæ accidit in electione Piniani. *Epiſt.210. & 225.*

Ruffinus lib.11. hiſt. cap.11. commemorat diſſenſionem populi, quæ exitium paritura videbatur vrbi, in electione Epiſcopi Mediolanenſis. Qualis etiam memorabilis accidit in electione Damaſi: ita vt 138. homines in templo occarentur. *Ammian. Marcellin. cap.27. Ruffin. ſub cap.10.*

* Circa Eandem Varietas.

G Cæterum in electione Epiſcoporum magnam variationem inductam obſeruant ſcriptores. Nunc enim Clerus ſimul collectus, nunc cum eodem populus; nunc hic ſolus abſque Clero Epiſcopum poſtulauit. Sancitum tandem, vt Laicis nullum hic ius eſſet. Alibi ad ſola Canonicorum collegia tranſlatum, vigetque adhuc in Germania.

Poſtmodum Imperatoribus & ſummis Principibus attributum. Atq; hinc factum, vt qui ad Epiſcopatum aſpirarent aulas ſequerentur, vti etiã hodie pleriq; faciunt, vitæ libertatẽ, imò & nonnunquam anteactæ conuerſationis religionem ac pietatẽ, irreligioſo commercio, agendiq; ratione commutantes, vt tandẽ aliquod fauoris ad hanc dignitatem aucupẽtur. Præſertim cum olim non niſi à ſummis Principibus probati ſpectarentur, quam probationem inueſtituram appellabãt, fiebatque per traditionem annuli & baculi. Sed Leo IX. & Gregor. VII. hoc ius ad Clerum reuocarunt, prætericis Principibus. Vide de hac re *Azorium Inſt. Moral. p.2. lib.3. cap.17 q.3.*

* Qvsd Hodie Observatvr?

H Conſtat hoc tempore in pleriſq; Prouinciis, ac præſertim in Belgio, ex indulto Põtificio Principes nominare perſonas idoneas ad Cathedras non modo, ſed quaſvis primas dignitates Eccleſiaſticas, tam ſæculares, quam regulares, ſic vt electionis canonicæ exiguus ſit vſus. Debent nihilominus taliter nominati habere cõditiones à Conc. Trid. requiſitas. Et vtinã paſſim omnes Principes in id ea ſedulitate intẽderent, provt fecit ſereniſſ. Belgarum Princeps Albertus, vtpote hac in re admodum circumſpectus. In illis tamen locis vt bene aduertit *Fran. Zypeus Archidiaconus Antuerpienſis in ſuis Analyticis Iuris Eccleſ. lib.1. c. de electione,* vbi Regalia obtinẽt, debent Epiſcopi poſt confirmationem ſedis Apoſtolicæ, manus regiæ relaxationem petere, eaque fieri ſolet per iuramentum quod in omnibus officiatis Principalis præſtatur, habétque vſum ſuum quoad Epiſcopum Tornacenſem in Belgio: vbi Chilpericus Galliarũ R. fundauit & dotauit Eccleſiã. Comites autẽ Flandriæ ſucceſſerunt in Regalia Regum Franciæ ex contractu inito cum Carolo V. Imp. & Franciſco I. Cameraci an.1529.

Itaq; ſi quando Principes ad collationes Eccleſiaſticarum dignitatum facultatem ſuam extendunt, quarum vel ipſi, vel maiores ipſorum fundatores non ſunt; dilatant auctoritatis ſuæ terminus, & aſſumunt quod ſibi neutiquam competit,

niſi

A niſi id ex prioilegio babeant. Collatio beneficiorum ſpiritualis eſt:, ſecus eredentes hæretieos reputaoit Booifacius VIII. Vide *Eponem Boëthium de Regal.n.*22. & latius prædictum Typeum, loeo allegato.

Porro de conſtitutione *Trid. Synodi ſeſſ.*24.*c.*1.decernitur, vt mortuo Epiſcopo preces indicãtur,quibus idoneos à Deo paſtor poſtuletur. Hortatur deinde omnes ad quos ſpectat electio ſeu prouiſio, vt omni humano adfectu ſepoſito, eum eligant, qoem maximè vtilem Ecclefiæ fore perſpexerint, quique qualitates habeat à ſacris canonibus requiſitas, quarum etiam examen iodicitur,fitque omnium relatio in conſiſtorio Cardinale referente,idque vt non præcipitetur,ſecũdò.

Gregorij etiam XIV.conſtitutione fit proceſſus & inquiſitio ſuper promouendos ad cathedralium Eeeleſiarum gubernacula, idque iuxta *Conc.Trid.decretum ſeſſ.*7.*cap.*1.& conſtitutionem Alexandri Tertij, quæ incipit *cum in cunctis*, in Coneilio Lateranenſi promulgatam. Quamquam etiam hia omnibus fraus aliqua vel humana induſtria interuenire poſſit, vt inidoneus aſſumatur aliquando.

Confirmatione ab Apoſtolica ſede obtenta,electus conſe- B cratur per Metropolitanam ſuum,eui vt minus duo Epiſeopi adſiſtunt, ex decreto Anacleti Pont.dummodo tamen non ſit inuitus qui denominatus & confirmatus eſt,iuxta conſtitutionem Simplicij Papæ apud *Volat. lib.* 22. Olim autem Sabbatho ante conſecrationem fiebat ſerutinium ſerotinum, cuius adhue formulam videre eſt in Pontificali Romano.

In conſecratione autem præſtat confirmatus in manibus conſecratoris Iuramentum(niſi alius deputetur in inſtrumento confirmationis) fidelitatis & obedientiæ erga ſanctam Romanam Eccleſiam & illius ſummum Paſtorem, eiúſque ſucceſſorem legitimum, eorúmque mandata, decreta ac conſtitutiones: ac pleráque alia, quorum etiam formula habetur in Pontificali, capite de conſecratione Epiſcopi.

* CONDITIONES AD EPISCOPVM REQVISITÆ.

Concilium Tridentinum ſupra requirit in moderatore Eccleſiæ Cathedralis vt ſit de legitimo thoro, ætate & ſcientia maturus, ac moribus probatus & eireumſeriptus. Concilium vero Aurelianenſe 5. can.9. exigit, vt anno in- C tegro fuerit in ſacris ordinibus: quod ad ſemeſtre arctauit Tridentinum ſeſſ.22. cap.2.

Scientiam etiam requirunt, quæ muneri ſuſcipiendo ſufficiat. Vnde neceſſarium eſt, vt promouendus ſit magiſter vel Licentiatus in S. Theologia, vel Canonibus: ſi autem Regularis fuerit, vt à ſuperioribus ſuæ religionis teſtimonium habeat eruditionis conſimilis.

S.Paulus requirit in Epiſcopo XVI.conditiones,ſcribens ad Titum 1.vt ſit *irreprehenſibilis*, hoc eſt qui non tantum vitio careat,ſed inſuper virtutibus ornetur. II. *Vnius vxoris vir*. Hoc eſt,vt ſit monogamus, quive ſecundas nuptias non inierit. Hunc antiqua Eccleſiæ conſuetudo fuit, non ordinare bigamos,eſtq; hæc dos Epiſcopalis,negatiua: vt ſit eooiugatus fuerit,vnã dumtaxat vxorem habuerit,aut habeat. Rarus enim primis temporibus erat cælibatus,nihilominus qui etiã tunc ad Sacerdotium vocabantur, communi Eccleſiæ lege eoniuge abſtinebant, propter Sacerdotij dignitatem III. *Sobrius*,Græcè νηφάλιος, quod & vigilantem ſonat: & ſobrietas mater eſt vigilãtiæ.Eſtq; hæc proprietas veri paſtoris.IV.*Pru-* D *dens*,quia ars artium regimen animarum.V.*Ornatus* κόσμιος,id eſt moribus cõpoſitus, vt etiam exterius pateat animi moderatio VI. *Pudicus*, ad quod maximè facit,ſi fugiat conſortia mulierum, quod ſedulò obſeruaſſe Auguſtinum, memorat *Poſſidonius c.*26.vitæ eius.VII.*Hoſpitalis*,φιλόξενον,quaſi amans peregrinum. Hac enim de cauſa tam liberalem menſam, & prouentus in eam Epiſcopis Eccleſia decreuit. VIII. *Doctor*, non quidem vt lauream habeat, ſed doctrinam ſufficientem muneri ſuo. Vnde potiſſimum munus Epiſcopi eſt,prædicare verbum Dei,quamuis nunc pauci per ſe id præſtent,imo hodie plerunque candidati in Iure,qui contradicentes in rebus fidei arguere non valeant,aut ſaltem non tam ſolidè quam ab Epiſcopo exigitur, cathedras obtinent Epiſcopales, cum tamen Theologia magis propriè conoeniat,poſſe exhortari in doctrina ſana,& eos qui contradicunt arguere,vt dicitur infra IX. *Non percuſſor*, id eſt, lenis & manſuetus X. *Modeſtus*, hoc eſt benignus, qui ſummum ius non perſequitur.XI.*Non litigioſus*;nempe vt ſit alienus à iurgiis.XII.*Non cupidus*.XIII. *Domini ſua benè propoſitus*.Ex aptitudine enim regiminis Oeconomici ſumetur iudicium de regimine amplioris ponderis, qui namque domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccle- E ſiæ Dei diligentiam habebit? XIV. *Filios*,nempe ſi quos habuerit ante Sacerdotium, *habeat ſubditos cum omni caſtitate*, id eſt, ingenuo pudore. Ex moribus namque filiorum mores patris Paulus colligi vult.XV. *Non ſit neophytus*.id eſt,nouus Chriſti foetus, aut recens ad fidem conoerſus. XVI. *Qui habeat teſtimonium vita bonum, etiam ab iis qui foris ſunt.* Hoc eſt infidelibus. Sic vt in nullo culpari iure valeat etiam ab hoſtibus. *Epiſt.*1. *ad Timoth. cap.*3. Legatur D. *Bernardus in fine lib.*4. *de conſecratione ad Eugenium* Pontificem: vbi diſertè & piè pertractat, qualem oporteat eſſe Epiſcopum.

* EPISCOPVS SIT THEOLOGVS, ET CONCIONATOR.

Doctor Gentium Paulus ſe verum Epiſcopum teſtabatur, alióſque ſuo exemplo prouocabat, dum maioribus natu Eccleſiæ Ephesiorum, diſcedens in Hieruſalem dicebat. Scitis quomodo nihil ſubtraxerim vtilium, quo minus annuntiarẽ vobis,& docerem vos publicè & per domos. Teſtificans Iudæis atque Gentibus in Deum pœnitentiam & fidem, &c. *Actor.c.*20.Verum hoc numero docendi iuxta cuiuſq; varios F ſtatus,conditiones,ſexum,&c.non poterit fungi Epiſcopus, ſi magis humani Iuris, quod canones ac leges ciuiles continet,peritiam,quã diuini habeat,quod in Scripturis & patribus eſt.Quanquam ſciẽtia SS.Canonum negligi non debeat, præferri tamen in Epiſcopo debet Theologia:nam licèt non vbique occurrant quæſtiones de fide, tamen longe aberrat ait *Caiet. Cardin.*qui Iuriſprudentiam Theologiæ præponit, quoniam prædicationis quæ officio incumbit Epiſcopali, materia non eſt ius,ſed Scriptura ſacra.*Caiet.*2.2.*q.*185.*art.*1.

Idem Paulus Timotheum Epiſcopum inſtruens,eumdẽ obteſtatur,& adiurat per Deum,eiúſq; filium Ieſum Chriſtum, quos velut teſtes inuocat & vindices ſuæ obteſtationis,vt inſtãter Euangeliũ prædicet,opportunè,& importunè,cogitétque ſe huius prædicationis factæ vel neglectæ exactam in die Iudicij Chriſto Iudici redditurum eſſe rationem. Alloquitur autem illum iam velut moriturus,& teſtamentum condit, in quo ante omnia commendat ei tanquam Epiſcopo, munus prædicãdi,ad quod Epiſcopus iure diuino obligatur,vt docet *Concil.Trid.ſeſſ.*24.*c.*4.Verba Apoſtoli ſunt iſta,nempè prædi- G cationi,opportunè,importunè,argue,obſecra,increpa in omni patientia & doctrina, quibus vult, vt argumentis conuincat. Nam ſi abſque argumentis aliquem increpaueris,temerarios eſſe videberis,nullúſque te præferet, ait *S. Chryſoſt.*

Fuit autem conſuetudo in Eccleſia,quam retinuit Ambroſius, & Cyrillus Alexandrinus, & in ſe ſeruatam non ſemel, teſtis eſt *Cæſarius Arelatenſis*, & incuſtoditam conqueritur Nyſſenus ab Helladio Cæſariẽſi Epiſcopo allegatus,vt peregrini Epiſcopi ad prædicandum inuitarentur ab eius ciuitatis Epiſcopo,ad quam diuertiſſent.Imò exſtat hac de re *decretum Concilij Carthaginen.*IV.his verbis,Epiſcopi vel Presbyteri,ſi cauſa viſitandæ Eccleſiæ ad alterius Eccleſiam venerint, in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem conſecrandam inuitentur. Idem conſtituit *Clemens* 2.*conſt.c.*58.*vel* 62. Eſt enim inquit,hortatio,& monitio hoſpitum grata,& mirum in modum vtiliſſima. Siquidem nemo Propheta,inquit Dominus,acceptus in patria ſua. Hanc autem priſcam Eccleſiæ cõſuetudinem B.Borromæum facto & decreto reuocaſſe,conſtat in Actis Eccleſ. Mediola- H nenſis. *Lege S.Ambroſ.ſerm.*48.*veter.edit.Cyrill.Alexandrin.homil.*7.*&* 8. *Nyſſenum ad Amphilochium.* Legatur *Card. Bellarm. l.de gemitu columba*,vbi inter alias cauſas cur gemat columba, hanc etiam ponit, quod Epiſcopi non attendant doctrinæ & prædicationi, verba illius citantur *in loc. de Concione.*

Exſtat Reformatio Eccleſiæ Anglicanæ facta,regnãte Maria & Philippo rege Hiſp. ex mandato Pij IV. Pont.Max. & Reginaldum Polum Cardinalem, & à latere Legatum, vbi etiam diſtrictim decernitur, vt Epiſcopi & animarum curam exercentes populo prædicent;verba ſunt. Inoleuit autem alicubi hic abuſus,vt Epiſcopi munere prædicãdi ad alios trãſlato in alia ipſi officia incumbant,contra Apoſtolorum exẽplum,qui dixerunt,non eſt æquum nos relinquere verbum,& miniſtrare menſis; quod tamen munus eum in pauperibus alendis verſaretur,maximè pium erat.Idcirco cum huius Synodi approbatione ſtatuimus, vt Archiepiſcopi & Epiſcopi omnes prædicationis verbi Dei munus per ſe obire, iuxta Chriſti & Apoſtolorum mandatum, & ſacrorum Canonum

normam

normam teneantur. Et ſi quando legitimum aliquod impe-
A dimentum inciderit quo minus id facere poſſint, tum ſecundum ſtatutum F.R.Innocentij Papæ III. in generali Concilio editum, quod incipit, *Inter cætera*; viros idoneos ſeligant ad huiuſmodi prædicationis officium rectè exequendum.

* EPISCOPI NON DEBENT NIMIVM INHÆRERE LITTERIS HVMANIORIBVS.

Et ſacra & ſeueriora ſtudia nonnunquam temperentur dulcioribus Muſis, non caret ſua vtilitate & laude, cum etiam pleraque ex illis petantur, quæ ad mores vitamque componendam non exiguum habeant momentum. Tamen iiſdem plus æquo impalleſcere, & aſſiduè eas verſare, omnino alienum ab Epiſcopali munere, eſtque in ſacra militia ſeſe implicare negotiis ſæcularibus.

Sipontinus Epiſcopus magnas curas adhibuit in Poëta Martiale enarrando: ac potuiſſet illas horas melius impendere in paſtoritio munere.

*D. Gregorius lib.4. epiſt.*48. reprehendit tanquam rem execrabilem in Deſiderio Epiſcopo Galliæ, quod Grammaticam doceret, ac nugis & ſæcularibus litteris ſtuderet.

B Achillem Statium Epiſcopum Alexandrinum notat *Suidas* propter ſcriptiones ἐρωτικὰς, vt refert *Laurinus in cap.*20. *Actorum, verſ.*20.

Heliodorum Tricenſium in Theſſalia Epiſcopum, à Prouinciali Synodo exautoratum tradit *Nicephorus lib.*12. *hiſtor. cap.*34. quod libellos amatorios ab ſe compoſitos, & iuuenum moribus noxios abolere nollet.

De Origine memorat *Euſebius*, quod cum eſſet in humanioribus diſciplinis verſatiſſimus, tamen exiſtimans grammaticarum præceptionum inſtitutionem parum eſſe illi ſtudio conſentaneam, quod in diuinis litteris verſari debebat, abiecta cunctatione, Grammaticæ diſciplinæ exercitationem tanquam ſacris litteris tractandis inutilem depoſuit. *Euſeb. l.*6. *Hiſt. cap.*3. *Sidonius Apollinaris lib.*8. *epiſt.*4. modo inquit, tempus eſt ſeria legi, ſeria ſcribi, deque vita perpetua potius, quam memoria cogitari: nimiumque meminiſſe, noſtra poſt mortem non opuſcula, ſed opera penſanda.

Noluit D.Baſilius proponi pro concione populo curioſas quæſtiones, quales ſunt de numeris &c. ſed quæ faciant ad ædificationem. *Homil.*11. *hexameron.*

Edmundus Cantuarienſis Epiſcopus, dum Lutetiæ operam
C daret, à matre in ſomnis admonitus perhibetur, ne docendis artibus operam impenderet, ſed totus in ſtudium ſacratum literarum incumberet, Deoque vni & trino vacaret, volebat certè pia fœmina, deſtinatum diuinitus regendo Dei populo filium hac inſtrui diuina ſciētia. *Sur. l.*1. *vita eius c.*12. 16. *Nou.*

Exiſtimauit Hugo Abbas Cluniacenſis per ſomnium, puluinari ſuo ſerpentum copiam ſubeſſe; vnde mox à ſomno excitatus, perhorreſcens, Vatronis librum reperit, ac illico amouit. *Lorinus ſupra.*

PIVS II. Pontifex antea Æneas Syluius dictus, dum in prima illa Cathedra præſideret Antiſtes, ac meminiſſet quædam ſibi excidiſſe non ſatis modeſta per ætatem iuuenilem, vnicè laborauit, eos fœtus ſupprimere: omneſque obſecrabat, vt conſilio ſuo acquieſcerent. Dicebat autem: Seni magis, quam iuueni credite: nec priuatum hominem pluris quam Pontificem facite: Æneam reiicite, Pium ſuſcipite. Refert ex *Guil. Baldeſano Laur. Beyerlinck in apophe. Chriſt. tit. libri.*

Etiā noſtra ætate Læuinus Torrentius Epiſcopus Antuerpienſis, Poëmata ſacra in lucem emiſit, vti & commentarium
D in Horatium: verum his duntaxat ſtudiis inuigilaſſe, dum à grauioribus feriabatur, argumentum eſt, quod difficillimis tēporibus eam cathedram cum laude adminiſtrauerit, magnumque ſui deſiderium moriens reliquerit; neque enim aliud in Epiſcopo reprehenditur, quam immodicum illarum ſtudium, cum moderatum & laudem ſuam habeat, & vtilitatem adferat. Quomodo intelligendi ſunt, qui hoc humanitatis & ſuauium Muſarum ſtudium in Epiſcopis reprehendunt, ac illorum functioni indignū cenſent, è quibus *Auitus præfatione l.*6. ait, Decere profeſſionem iſtam [loquitur autem de Epiſcopis] grauiori ſtylo operā inſumere, nec in eo immorari, quod paucis intelligentibus menſuram ſyllabarum ſeruando ſapiat: ſed quod legentibus multis mēſurata fidei aſtructione deſeruiat.

* ÆTAS AD EPISCOPATVM REQVISITA.

Nihil de hac re in Scriptura ſacra definitum reperimus. Conſtat tamen quoſdam olim valde iuuenes ad Epiſcopatum promotos, vt Eleutherium matre Anthia, per B.Paulum ad fidem conuerſa, cum ageret annum vigeſimum, prout
E *Lorinus* commemorat *in cap.*7. *Actorum.*

Etiā de Remigio Rhemenſiū Epiſcopo tradit *Nic. l.*3. *hiſt. c.*24. quod anno ætatis 22. fuerit ad Epiſcopatum ſubuectus.

Volunt nonnulli Timotheum ad quem ſcripſit S. Paulus admodum iuuenem fuiſſe ad Epiſcopatum promotum, permoti illis verbis, nemo adoleſcentiam tuam contemnat. De quo legatur *Lorinus* ſuprà.

CLEMENS Papa eius nominis primus, exigit ex traditione Dñi annos quinquaginta in Epiſcopo, *lib.*2. *conſt. c.*1. [quod ea ætas inquit, quodammodo iuueniles petulantias, & eorum qui foris ſunt, obtrectationes effugerit, contra quorundā falſorū fratrū vituperationes, quas multis inferunt, &c.] Subiicit nihilominus: [Si in parua parœcia ætatis inclinātis & prouectæ non reperiatur, poſſe eligi eū, qui in adoleſcētia manſuete & compoſitè viuendo ſimilem ætatem planè oſtendat.]

Concilia poſtmodum definiuerunt triginta annos expletos pro Epiſcopo, vt Neocæſarienſe. *Canone* 11. (quod approbatum eſt à *Concilio Niceno*) & habetur *cap. Epiſcopus, diſt.*77. *ex Concil. Agatbenſ. & cap. Cum in cunctis de electione.*

* EPISCOPI NON CVRENT SÆCVLARIA.

Exigit munus Prædicationis hominem vacuum curis externis, quantūuis ſpiritūalibus, ita vt *S. Paulus* nè baptizare quidem vellet, vt non impediretur ab Euangelizando, vt patet,
F *c.*1. *Epiſt.*1. *ad Cor.* Cum ergo Epiſcopi munus ſit prædicare & docere, conſtat alienū ab eo videri rerum ſæcularium curam.

Hinc & Apoſtoli conuocantes multitudinem diſcipulorum, dicebant, non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. *Act. cap.*6. Eadem de cauſa Nazianzenus, Chryſoſtomus, Auguſtinus vt traditur in hiſtoria vitæ ipſorum, nolebant de rationibus & prouentibus ſuis cognoſcere, eiuſque rei ſolicitudinem in alios reiiciebant.

S. Ambroſium refert Paulinus in vita, ſolitum rerum temporalium curam fratri ſuo Satyro committere. Et teſtis eſt Auguſtinus, quam ſedulo vacaret quotidianis ſermonibus; imò tam ſedulo obiuiſſe munia Epiſcopalia perhibetur à Paulino, vt demortuo, vix quinque Epiſcopi potuerint præſtare, quæ ſolus ille præſtiterat.

In Concilio Carthaginenſi IV. decernitur, vt Epiſcopus
G nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet: ſed lectioni, & orationi, & verbi dei prædicationi tantummodo vacet.

In Synodo Chalcedonenſi, cauetur, nè Epiſcopi abſque œconomo res ſeu facultates Eccleſiaſticas tractent. Hæc *Lorinus in cap.*6. *v.*1. *Act. S. Bernardus.* Nil turpius ait, Epiſcopo, quam incumbere ſupellectili & ſubſtantiolæ, ſcrutari omnia, ſciſcitari de ſingulis, moueri ad quælibet perdita vel neglecta, quotidianas expenſas quotidiano reciprocare ſcrutinio, de pretio eſcarum, & numero panum, quotidianam cum miniſtris habere diſcuſſionem: continua vero dominici gregis detrimenta neſcire &c. *l.*4. *de conſ. cap.*6.

Chriſtianus II. Archiepiſcopus Moguntinus, percontanti Gulielmo Imperatori, num ſibi in re quapiam militari conſilio adeſſe vellet, reſpondit: Epiſcopi eſt docere verbum Dei, non gladium ſtringere, quem Chriſtus mandauit Petro mittere in vaginam. *Bruſch. in Epiſcop. Germaniæ.*

* EPISCOPO COMMISSA OLIM IVDICIA SÆCVLARIA.

D. Paulus inſinuat in 1. *Epiſt. ad Cor. cap.*6. vbi interrogat, neſcitis quoniam Angelos iudicabimus? quantò magis ſæcularia ſcilicet negotia, quæ ad communem hominum vſum pertinent, apti ſumus iudicare? Certe iudicium cauſarum
H ſæcularium presbyteris & Epiſcopis aliquando commiſſum, conſtat ex variis hiſtoriis, & nominatim ex *Clemente* 11. *conſt.* 49. 50. *&* 51. Et Epiſtola 1. *ad Iacobum* fratrem Domini, ſi qui, inquit, fratres negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi ne iudicentur, ſed apud presbyteros Eccleſiæ quidquid eſt illud dirimatur, &c.

Id poſtea lege Cæſarea, quæ extat 11. *q.*1. *cap. Quicunque & c. volumus*, ſtatuit Imp. Theodoſius, & confirmauit Carolus Magnus, nimirum vt quiſque ſiue reus ſiue actor poſſit relicto tribunali ſæculari, etiam poſt litem conteſtatam adire iudicem Eccleſiaſticum. Eoque munere inter fideles ſuos functi ſunt Gregor. Thaumaturgus Epiſcopus Neocæſarienſis, vti meminit *Nyſſenus in vita.*

S. Ambroſius quoque de ſe ipſo teſtatur, quod magiſtratuū, & praua Imperator, decreta ac iudicia irritauerit, *l.*2. *offic.*29.

Syneſius Epiſcopus Ptolemaidis Cyrenenſis Pentapolitanæ prouinciæ in Ægypto, meminit in quadā epiſt. ſe coactum

mose

more Ægyptiorum & Hebræorum, ſacerdotis iudiciſque A partes exercete. *Epiſt.* 57. Huius autem ſententia propoſito noſtro opportuna eſt. Non condemno Epiſcopos qui in rerum negotiis verſantur, ſed magis miror eos, qui vtrumque poſſuot. Mea facultas non eſt duobus Dominis ſeruire, &c.

Verum creſcente numero Chtiſtianorum & litium, Epiſcopi hocce Iudicium ad ſæculares Iudiees reiecerunt. Idque ex doctrina S. Perri, qui ad Clementem, & per eum ad quoſvis Epiſeopos ita ſctipſit. Nec enim Iudieem aut cognitorem ſæeularium oegoriorum bodie te ordioatum vult Chriſtus, nè præfocatus præſentibus, non poſſis verbo Dei vaesre, & ſecundum vetitatis regulam ſeeernere booos à malis.

* EPISCOPORVM POTESTAS, ET DIGNITAS.

Multa de dignitate Epiſcoporum habet Chryſoſtom. in lib. de ſacerdotio : & Iſidorus Peluſiota in Epiſtolis.

Epiſcopi vt ante oſteodimus; maiotes ſunt presbyteris Inferiotibus, tum ordine, tum Iuriſdictiune: ac ſuccedunt B Apoſtolis in ordinis poteſtate ſiue dignitate Epiſcopali, noo vero io Apoſtolatu, ſioitur enim legario cum Legato. Suntque veri Eccleſiæ Doctores, & Paſtores io ordine primo, ſiue primi ordinis vt oonnulli veteres loquuotur: & obſeruat *Ioan. Lorinus in c.* 20. *Actor.* cum alij ptesbyteri voceutur Sacerdotes ordiois ſecundi, ſiue ſimplices, nam ſummi Sacerdotis oomen Epiſcopo attribuitur. Apud *Ioan. Sanaro l.* 1. *c.* 24. exempla pleraque recēſentur Epiſcopalis appellationis.

Epiſcopi iuxta nominis ſui etymon, Inſpectores & vigiles eſſe debent, quaſi duces caſtrorum, ac velot Angeli inter homines, & lucernæ: ſunt coiio in Eccleſiæ candelabro poſiti loco maximè ſublimi, vt ab omnibus videanrur: ſuntque patras fidelium. Vode & in lucis ac oppidis celebrioribus, iam à tempore Apoſtolorum cōſtituti ſunr Epiſcopi, & Diœceſes limitatæ, vt infta ſuo ordine dicerot. Ita *S. Paulus Titum* per Epiſtolam monet, vt in Cteta conſtituat presbyteros per eiuitates, κατὰ πόλιν, oppidatim, nempe in celebriuribus Epiſcopos, in minoribus ſacerdotes, ſiue paſtores. Idque nè Epiſco- C pi nomen & honoris ſummi auctoritas vileſeerer, ſi Epiſcopi multiplicareutur. Ita *Leo primus Epiſt.* 87. Legatur de Epiſcoporum dignitate ſuptà ptesbyteros inferiores, *Clemens Conſtit. Apoſt. canon.* 40. *Irenaus lib.* 3. *cap.* 3. *Tertull. lib. de Baptiſmo. Chryſoſt. lib. de Sacerdotio, & Ambroſ. lib. de dignit. ſacerdotali.* Habent Epiſcopi in Diœceſi ſua Iuriſdictionem & poteſtatem ordinariam, vnde & Ordioarij vocantur in Iure; exceptis noonullis caſibus, in quos Pontifex Romanus facultatem ſibi reſeruauit, vt collig. ex Concil. Trident. Vnde & antiquiſſima & celeberrima Coneilia per ſolos Epiſeopos eelebrari ſolita. Conſtar aotem in Conciliis vel maximè exerceri iuriſdictionem, cum & io iis fidei decreta ſitmentur, leges eondantur ae pœnæ præuaricatoribus denuntieotur. Poſſe enim Epiſcopos noues Canones & leges Eccleſiaſticas coodere, colligitur exemplo *B. Pauli*, qui eas præſcripſit, & tradidir Corinthiis, *Epiſt.* 1. *cap.* 14. *v.* 37. voeatque ooo ſua, ſed Domini mandata, puta, per eum iubentis, & ſtatuentis.

Deinde Epiſeoporum munus eſt, ex vi ordinis, Eccleſiæ D miniſtros non modo deſignare, ſed & ordinare; Altaria, templa, aliaque conſecrare: quod presbyteris nunquam petmiſſum. Hiuc *D. Hieronym. Epiſt. ad Euagrium*: Quid facit, iotertogat Epiſcopus excepta ordinatione, quod ooo etiam facit presbyter? neque vllum exemplum depromi poterit, quo docebitur ſacerdotes à ſacerdote ſimplici ordiuatos aliquando; cum ad prælatum & Ecceleſiæ principem pertineat, idoneos miniſtros & cooperatores ſeligere, & iuſtitnere.

Attamen Epiſeopatus nomen oneris potius eſt, quam honoris, ſi primam illius inſtitutionem ſpectes. Eſt enim Epiſcopus aliorum ſuperintendens, quorum curam gerere teoetur, & inſtruere, neque tantum pro ſua, ſed ſubditorum animabus reddere rationem Deo debebit. Vnde & onus Angelicis humeris formidabile, quamuis id multi ambiant inſtar poëtici Phaëthootis in propriā perniciem; cenſer Concilium Tridentinum, eratque olim gradus ad Martyrium, quomodo *Aluarus Pelagius lib. de planctu Eccleſia art.* 18. ex *S. Hieronymo*, loeum illum Pauli. Qui Epiſcoparum deſidetat, bonum opus deſiderat; exponit, martyrium deſidetat. Quia inquit, tune erat laudabile Epiſcopatum quætere, quando per hoc noo erat dubium ad ſupplicia grauiora deuenire. Epiſcoporum autem hoc tempore in Eccleſia functiones magis explicatè & luculenter declarat *Concil. Trident.* dum eos à Spiritu S. poſitos adfirmat, ad regendam Eccleſiam Dei: iiſque committit, quidquid ad Eccleſiæ ſibi creditæ regimen neceſ- E ſarium, & opportunum fore perſpexerint. De quo videatur idem Concilium, etiam quoad cauſas quæ iiſdem ab Apoſtolica ſede delegantur; In Indice, verbo *Epiſcopus.*

* EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA. DE MVNERE ET QVALITATIBVS EPISCOPORVM.

Arcadivs Imperator ipſo magni Sabbathi die, miſſis ad Chryſuſtomum quibuſdam, vt de throne tandem à duobus Synodis exautoratus deſceoderet, ſignificauit. Tuoe Chryſoſtomus: Ego inquit à Seruatore ad muous Epiſeopale vocatus throoum non relinquam. Et ſi tibi ô Imperator boe ita viſum eſt, vi inde me deturba. *Niceph. Eccleſ. hiſt. lib.* 13. *cap.* 18.

Valentinianvs Imperator quum de electione cuiuſdam Epiſcopi ageretur, dicit ad Epiſcupos, Maior eſt Epiſeopatus prouincia quam quæ viribus ooſtris ſuſtineri poſſit. Proinde vos Epiſcopi, diuina repleti graria multo melius hoe deligendi negotium tranſigetis. Item. Eſt vobis vtpote ſacris & diuinis literis ioſtitutis, exploratè cogoitum, qualis debeat F eſſe is qui ſit ad Epiſcopatum gereodum delectus: & quod neceſſe ſit gregem ſuum noo doctrina ſolum, verum etiam ptæclata viuendi ratione moderari, & ſe cuiuſque virtutis exemplar ei præbere, ſuæque diſeiplinæ rectam vitæ morum inſtitutionem teſtem babere. Quare bominem ita inſtructum in ſede & gradu Epiſcupali iam collocate, vt & oos à quibus hoc gubernatur Imperium, ei verè & ex animo capita ioclinemus, & illius reprehenſionem (nam eum ſumus homines, errore labi neceſſe eſt) velut medicinam animorum cupidè amplexemur. *Theodoret. lib.* 4. *Eccleſ. hiſt. cap.* 5. *Beyerlinck in Apophtheg. Chriſtian.*

Fuir Siſinnius Nouat. Epiſcopus erudiòone ac diceodi lepôre ſummos, qui eum Acacium Epiſcopum inuiſeret, quidam ſciſcitatus, cur veſte Epiſcopo inſueta vteretur; & vbinam ſcriptum teperiſſet, presbyterum alba veſte vti poſſe? Cui ille? Tu, inquit, mihi dicito, vbinam ſcriptum ſit, Epiſcopum nigra vti debere? & adiecit: Salomoo nos coborta- G tus eſt: Sint tibi veſtimenta alba. Et Saluator noſter eadem etiam vſus, & in ea Moyſen & Eliam Apoſtolis exhibuit. *Ex Socrat. lib.* 6. *Hiſt. Eccleſ. cap.* 20. *idem ibid.*

Cum Epiſcopus Ioanoes euodem Siſinoium argueret, ac diceret vnam ciuitatem non poſſe duos Epiſcopos habere, reſpondit Siſinnius. Nec habet. Cumque Ioanoes reſponſum ægrè ferret, diceretque. Video igitur quod ſolus vis eſſe Epiſcopus: tum Siſinnius. Neque hoe dico ioquit, ſed quod apud te ſolum non ſum Epiſeopus, qui aliis tamen ſum Epiſcopus. Ioanoes reſponſo grauiter commotus. At ego inquit, te à cooclonando reprimam, nam hæreticus es. Huic facilè reſpondit Siſinoius: At ego inquit, rum tibi mercedem dabo, ſi me tanto onere liberaueris. Quo reſpooſo Ioannes mitigatus: At ego, inquit, minimè à coucionando te reprimam, ſi te illud muous afficiat moleſtia. *Socrat. hiſt. eccleſ. lib.* 6. *cap.* 20.

Synesivs Sacerdotem inquit, oportet eſſe virum diuinum, & ad ludum umnem perinde atque Deum difficilem & du- H rum: qui vt propoſitum inſtitutumque ſuum teneat, inoumerus in ſe plurimorum conuerſos habet oculos, ad quos nulla aut certè exigua peruenit vtilitas, niſi aliquis probè inſtructus & cordatus ſit, ac ab omni voiuptate φιληδονία ſeu animi ſuauitate alienus. Rem diuinam faciens non priuatim ſolus eſſe poteſt, ſed in communi conoentu inter plurimos verſatur cum legis doctor ſit, nec aliud quam quod legitimum ſit ſooare debeat, &c. & ſtatim. Quotieſcunque de me quiſpiā rogat, diſertis verbis ſtatim dico, Sacerdotem in rebus omnibus maximè à ptobris debere eſſe alienum, quippe qui aliorum quoque ſordes expiet. *Niceph. eccleſ. hiſt. lib.* 14. *cap.* 55.

Aut nullum eſſe aut rarum Epiſcopum qui omnia ad tantum ordioem requiſita habeat, auctor eſt *lib.* 1. *aduerſus Pelag. Hieron.* Epiſcopos nihilominus quod paternam ſuorum curam gerant, vel ſaltem vt id agant, ſedulo ioeumbere debeant, patres appellabat S. Iulianus: pereootanti namque perfecto, num Epiſcopi illi quos ſecum aggregauerat, eiuſdem diſcipuli effecti eſſent? Reſpoodebat: diſcipuli non ſunt, ſed patres: per ipſos enim veram natiuitatem ſuſcepimus. Non exiſtimabat itaque indignum cum his patribus ad veram patriam properare. *Sur. tom.* 1. *in vita*

S. Ambrosio Calligonos qui Valentiniano à cubiculo, inſultabat ſæpius, rogabatque. Tu me viue contemnis Valen

lentinianum caput tibi auferam & vitam. At ille verus paſtor
A ſuo gregi inuigilans: Vtinam, aiebat, impleas quod minaris. Ego lubens patiar quod Epiſcopi, tu facies quod ſpadones Epiſcoporum, quippe aduerſa quæuis perpeti potiùs, quam cōmiſſo gregi vnquam paterna ſollicitudine ſaltem in iis quæ neceſſaria ſunt, deeſſe. *Ex Ambr. Epiſt. 33. Beyerlinck in Apoph.*

Idem S. Ambroſius Mediolano Syrmium venerat anno ſalutis 379. ad Anamnium Epiſcopum Catholicum conſecrandum. Ibi Iuſtina Valentiniani II. Imp. mater Ariana, odium ſuum aduerſus Ambroſium acrem Arianorum hoſtem effudit: ſiquidem conuocata populi multitudine, ipſum Eccleſia deturbare contendit. Cuius authoritate fulta virgo Ariana facinus inauditæ audaciæ perpetrauit. Nam Ambroſium in tribunal progreſſum, prehenſa veſte ad mulierum partem traducere ſtuduit, vt ab iis cæſus de Eccleſia pelleretur, cui ille dixit: Etſi ego indignus tanto ſacerdotio ſum, tibi tamen non conuenit manum ſacerdoti inicere: quare debes Dei iudicium extimeſcere, ne quid tibi aduerſi contingat. Quod dictum triſtis euentus primùm eſt conſecutus: nam poſtridie virgo vitam amiſit. *Sigon. lib. 8. hiſt. de Imp. occid.*

B Samosatenses Chriſtiani cum Antiochum Euſebij Orthodoxi ſucceſſorem optarent, & ad ſacram menſam deduxiſſent, coëgiſſentque genua flectere, ſimul ac ille conuerſus vidit Iuuianum Arianum Epiſcopum dextram ſibi imponentem, manum eius repulit, imperauitque vt à numero eorum, qui ipſum conſecrarent, ſegregaretur: dixitque ſe nullo modo poſſe ferre dextram illam ſibi imponi, quæ ſacra myſteria per blaſphemiam conſecrata receperat. *Theodoret. Eccleſ. hiſt. lib. 4. cap. 14.*

Monachus quidam nomine Moyses, Saracenorum Epiſcopus deſignatus, quum Lucium Arianum ſibi manum imponere velle videret: Abſit, inquit, vt tua manus me conſecret, nam tua inuocatione Spiritus ſancti gratia in neminem deſcendet. Cui Lucius, vnde iſta conijcies? Non conijcio, inquit, ſed certo equidem ſcio. Etenim pugnas contra Apoſtolicam doctrinam, & contrarium ipſe doces; atque cum verbis blaſphemiæ impia facta coniungis, &c. *Theodoretus Eccleſ. hiſtor. lib. 4. cap. 21.*

Venerat Atticus Epiſc. Conſtantinop. conſecraturus Epiſcopum in Nicæam. Vbi cum Aſclepiadem Antiſtitem repe-
C riſſet ætate maturum, quot in Epiſcopatu annos tranſegiſſet, inquirit: eoque dicente, Quinquaginta: Felix homo es, inquit, tanto tempore boni operis curam agens. Alludebat ad illud Apoſtoli: Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. *Tripart. hiſt. lib. 12. cap. 11. Idem ibidem.*

Verum Epiſcopalis muneris dignitatem primus inter Chriſtianos Principes Constantinvs Magnus agnouit, quem ita ad Epiſcopos locutum commemorat Euſebius: Ego communis quidem Epiſcopus ſum, ſed vos eorum quæ in Eccleſia; ego vero eorum quæ extra eam ſunt, à Deo conſtitutus Epiſcopus, ſeu ſpeculator & ſuperintendens, videor. Quam etiam diſtinctionem in Regum coronatione ipſi Reges ab Eccleſia accipiunt. Ita enim dum à Pontifice inunguntur, ad eos dicitur: Accipe coronam regni tui quam ſanctitatis gloriam & honorem, & opus fortitudinis intelligas ſignificare: & per hanc te participem noſtri miniſterij non ignores: vt ſicut nos in interioribus paſtores & animarum rectores intelligimur, ita & tu cōtra omnes aduerſitates Eccleſiæ Chriſti defenſor exiſtas, ita *Pont. Rom. Euſeb. de vit. Conſt. l. 4. c. 24.*

D Quid vero Chriſtianus II. Archiepiſc. Mogunt. Rogabat cum Gulielmus Imperator, ſibi concilio ſuo in militari negotio ſubueniret, ad quem Chriſtianus non nomine dumtaxat ſe re ipſa; Epiſcopi, inquiebat, eſt docere verbum Dei, non pugnare: Chriſtus namque Petro mandauit, enſem cohiberet. *Ex Bruſch. in Epiſc. Germania, Beyerlinck ſuprà.*

Erat in Granatenſi regno Archiepiſcopus, vir vnicè in egenos munificus ac liberalis: quorum etiam familiam domoſque viſitabat interdum. Rogatus itaque à Ferdinando de Talauera, cur cum eſſet Archiepiſcopus in tantum ſe deiiceret, vt etiam ad populares caſas ſe conferret, præter decorem illius ſtatus? reſpondit. Tu crede, ſi fores Epiſcopus, amplius admirateris quæ non facio & deberem facere, quam ea quæ nunc præſto. *Ex Forſta ibidem.*

Quapropter celebrandus S. Ludouicus Epiſc. Toloſ. qui dum ex longa huius mundi nauigatione in ſalutis æternæ portum volens libenſque properaret, memor occupationum quibus in Epiſcopali munere fuerat irretitus; vere verius eſt,
inquiebat Epiſcopalem dignitatem non tam grandis eſſe E
nomen honoris, quam oneris. *In vita eiuſdem impreſſa apud Moretum, cap. 18. Beyerlinck ſuprà.*

Atticus Epiſcopus Conſtantinopol. cum Aſclepiadem Antiſtitem reperiſſet ætate maturum, quot in Epiſcopato annos tranſegiſſet, inquirit. Quo reſpondente, Quinquaginta; Fœlix homo es inſert, tanto tempore boni operis curam gerens. *Hiſt. Tripart. l. 12. cap. 11.*

☞ Pleraque ex Loco de Concione huc transfer.

EPISCOPORVM VISITATIO.

☞ Vide Locum proprium de Visitatione.

* DE NOMINE ET OFFICIO ARCHIEPISCOPI, AT SVFFRAGANEI.

Olim qui alicuius Prouinciæ Ciuitati primariæ quam Metropolim appellamus, cum poteſtate præerant, Metropolitæ; eo quod toti alicui Prouinciæ præeſſent, dicebantur. Poſtea Archiepiſcopi appellati, quod nempe aliis minoribus dignitate & Iuriſdictione præcellerent. Ita *Adrianus Papa in collect. Canon. ad Epiſc. Mediomatricum*; Qui ait, in metropoli ſedet: aut Metropolitanus, aut Archiepiſcopus vocetur.

In Eccleſia Orientali videntur Metropolitani Archiepi-
ſcopis dignitate potiores. Quia Patriarchæ Conſtantinopo- F
litano leguntur ſubiectæ fuiſſe mxaxi. Metropoles, & xxxviii. Archiepiſcopatus. Cæterum non ſatis conſtat, an Archiepiſcopi illi habuerint ſuffraganeos ſibi ſubditos. Imò magis certum non habuiſſe.

Suffraganei vero hoc nomen ſortiti videntur, vel quod Archiepiſcopi ſuffragio conſecrentur. Imo quibuſdam locis deſignentur; vel quod ab eo ad Synodum Prouincialem vocati, ius ſuffragij habeant.

Inter Metropolitanos ſiue Archiepiſcopos quidam ſunt Primates, qui olim Catholici, quaſi vniuerſales, & Patriarchæ dicebantur. Súntque illi, qui ab Apoſtolica Sede, ad quam ſpectat Prouincias & Diœceſes definire; Primatus dignitatem ſuprà aliarum Prouinciarum Epiſcopos, obtinuerunt. Ita S. Norbertus ordinis Præmonſtratenſis fundator, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, ab Innocentio II. Papa, & Lothario Imp. primatus Germaniæ titulum Eccleſiæ ſuæ impetrauit, anno m. c. xxxv.

In Hiſpania, Archiepiſcopus Toletanus ius atque Prima- G
tus authoritatem obtinet. Vide *Marianam lib. 9. cap. 19.*

In Gallia, Lugdunenſis Epiſcopus quatuor Prouinciarum Primus eſt: In Belgio, Archiepiſcopus Mechlinienſis Primatus honore præfulget. In Anglia Cantuarienſis: In Scotia, S. Andreanus. In Hybernia, Armachanus: In Polonia, Gneſnenſis: In Hungaria, Strigonienſis, In Bohemia, Pragenſis: In Dania, Londenſis: alij aliis locis. Legatur de his *Notitia Epiſcopatuum Chriſtiani orbis, per Aubert. Miræum Canonic. Antuerp.* nuper edita, cuius ſedulitate & opera hic vſi ſumus; *lib. 1. cap. 12.* Paulo tamen aliter de his ſcripſit *Rupertus Abbas Tuitienſis, lib. 1. de diu. off. cap. 27.*

* Horvm Insignia.

Archiepiſcopis præfertur Crux, quandocunque diuinum officium faciunt. Et notauit ex Mariana Aubertus Miræus ſuprà, Archiepiſcopum Toletanum tanquam Hiſpaniæ Primatem, ſublimem totâ Hiſpania Crucem præ ſe ferri iubere.

Aliud inſuper Inſigne dignitatis Archiepiſcopalis, vt Paſchaſius II. loquitur, eſt Pallium, quod Græci ſtolam Pontificalem dicunt: Eoque vtuntur Pontifex, Patriarchæ, Primates, Metropolitani. Pauci tamen ex ſingulari priuilegio Epi-
ſcopi pallio vtuntur. In Italia Oſtienſis, qui Romanum H
Pontificem conſecrat, Lucenſis, & Papienſis: in Gallia, Dolenſis: in Germania, Bambergenſis.

Pallij vſum Archiepiſcopis, vti & Crucem, Clemens primus indulſiſſe fertur. Marcus tamen Pontifex Oſtienſi Epiſcopo etiam pallium donauit, eo quod is Romanum Pontificem conſecraret. Ita *Polydor. lib. 4. cap. 12. de Inuention. rerum.*

Eſt autem Pallium circulus tres digitos aut circiter latus, ex ſubtili & candida lana, ex quo binæ faſciæ vna ante pectus, altera à tergo propēdent: quatuor nigris crucibus inſignitus; eóque vtuntur Archiep. & alij, loco rationalis veteris, & laminæ Pontificiæ. Videatur *Cap. niſi Extr. de vſu & authoritate Pallij.* Notandum autem non poſſe pallium alicui accommodari, imo debet eum eo ſepeliri qui illud defert, *C. ad hæc, c. ex tuarum extra de author. & vſu Pallij.* Legatur *Bartholomæus Caſſanæus in Catal. gloriæ mundi, conſiderat. 26. part. 4.* & ſuprà cæteros, *Ioannes Azorius in ſumma Inſtit. moral. lib. 3. part. 2. cap. 34.*

* EPISCOPORVM INDVMENTA PONTIFICALIA.

A De Pontifice veteris Teſtamenti eiuſque habitu dicentur pleraque in loco de Sacrificiis veteris Legis : & nonnulla de Pontificalibus indumentis huic loco opportuna, ibidem vbi de Sacrificio nouæ legis agitur, adiecta ſunt. Quia tamen huic loco propria videntur, pauca in eundem huius Argumenti reiecimus.

Igitur Pontificalia Epiſcoporum indumenta ſunt, *Mitra bicornis*, ſiue Cidaris, *Dalmatica*, *Crux pectoralis*, *Chirotheca*. *Annulus*, *& baculus*. De annulo dicit *Rupertus Abbas lib. 1. de diuin. off.* ſignificari per eum dona Spiritus ſancti, quibus ornatus in Eccleſiam deſcendit. Vel dum Epiſc. omni Eccl. ſanam doctrinam & fidem integram prædicat, vel vt oppignoratam annulo ſponſam Chriſto ſubarrhat. Ita *Rupertus c. 25.* Baculus autẽ quem Pedum dicunt, eſt velut ſceptrum Paſtoris, quo & gregem dirigit, & dyſcolum caſtiget. Deſignat enim iuſtitiam & æquitatem, ac poteſtatem. Videatur *Bartholom. Chaſſenaus 1. p. Catal. gloria mundi, concluſ. 5. & 6. per totam.*

Certè in conſecratione Epiſcoporum dum eis mitra im-
B ponitur dicit Conſecrator. Imponimus capiti huius Antiſtitis & agoniſtæ tui Domine, galeam munitionis & ſalutis, quatenus decorata facie, & armato capite, cornibus vtriuſque Teſtamenti terribilis appareat aduerſariis veritatis, &c.

Ad Chirothecas vero dum conſecrandum iis induit, dicit : Circumda Domine manus miniſtri tui munditiâ noui hominis qui de cœlo deſcendit, vt quemadmodum Iacob dilectus tuus pelliculis hædorum opertis manibus paternam impetrauit benedictionem, oblato patri cibo, potuque gratiſſimo : ſic & iſte oblata per manus ſuas hoſtia ſalutari, gratiæ tuæ benedictionem conſequatur.

Dum vero Baculum tradit, eidem conſecrator præcipit, vt ſit in corrigendis vitiis piè ſæuiens, iudicium ſine ira tenens.

Annulum autem imponens, ait : Accipe annulum, fidei ſcilicet ſignaculum ; quatenus ſponſam Dei Eccleſiam intemerata fide cuſtodias.

Denique librum Euangeliorum ei tradit tangendum, mandans, vt eo accepto vadat, & prædicet populo ſibi commiſſo.

C ☞ *Vide nonnulla in Loco de Sacerdote.*

* AN AMBIENDVS, AVT DESIDERANDVS EPISCOPATVS.

Sunt qui Epiſcopalis muneris dignitatem omnibus quibus poteſt modis ambiendam exiſtimant, verbis Apoſtoli ad Timotheum permoti. Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat : qui etiam eum ſermonem appellat fidelem, id eſt, certum & veriſſimum. *Cap. 3. Epiſt. 1. ad Timoth.*

Verum qui Apoſtoli ſcopum expendit, longe aliam fuiſſe illius mentem perſpiciet. Dicit enim Epiſcopatum eſſe bonum opus, nomen ſcilicet operis, non honoris ; vt ſuperiori Titulo vbi de Functione Epiſcoporum egimus, indicauimus: cum Epiſcopi ſit docere, præeſſe, paſcere, intendere omnibus. Vnde *S. Hier. Epiſt. 83. ad Ocean.* Si quis Epiſcopatum deſiderat inquit, bonum opus, deſiderat ; opus, non dignitatem, laborem, non delicias : opus per quod humilitate decreſcat, non ſuperbiat faſtigio. Vnde Auguſtinus infert, non eſſe Epiſcopum qui magis eligit præeſſe quam prodeſſe: ac indecenter ob id appeti, niſi ad eum à Deo vel ab Eccleſia voceris,
D quomodo Timotheus per prophetiam vocatus traditur *c. 1. verſ. 18.* & nonnullas huius rei hiſtorias trademus infrà.

Adde quod opus illud Epiſcopale vocetur bonum, Græcè καλὸν, id eſt præclarum & arduum. Hic namque veriſſimum eſt adagium, *δύσκολα τὰ καλά* : difficilia quæ pulchra. Vult ergo Apoſtolus indicare, munus Epiſcopale eſſe præclarum & excelſum, vt omnes illud ſeriò apprehendant, illique intendant. Ideoque ſtatim ſubiicit conditiones requiſitas, vt officio ſuo debite perfungantur, oportet enim Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, &c.

Et vt detur tẽpore primitiuæ Eccleſiæ laudabile fuiſſe deſiderare Epiſcopatum, quando is erat gradus ad martyrium, ſiquidem primi Pontifices & Epiſcopi primos ſe & Duces præbebant fidelibus ad fidei agonem & martyrium, ac ad illud frequenter à Deo excitabantur: Modo tamen mucrone perſequentium recondito, & Epiſcopatibus ampliſſimis prouentibus ac dignitatis faſtigio decoratis ambitione periculoſa perſæpè quæruntur, & deſiderantur, cum ſit magnæ ſuperbiæ de ſe præſumere, quod ſit in ſtatu Chriſtianæ perfectionis, qualis in Epiſcopo requiritur. Quod vtinam plerique expenderent, non tam promptè ſe ingererent contuberniis magna- E
tum, & aularum ſe negotiis intricarent, vt fauoris auram aliquam, obſequioſa & ſeruili ſimulatione apud Principes, penes quos nunc plerunq; denominatio ad hoc faſtigium, conſequantur. Quo fit, vt nonnunquam alicuius Eccleſiæ clauum teneant, qui remos ducere neſciunt : & Naucleri fungantur munere; qui Epibatis accenſeri paulo antè indigni.

Vnde in Eccleſiis illorum nihil præter turbas, diſſidia, nouitates, & dominationes in cleris, quas tã ſollicitè vetat Apoſtolus; contentiones, faſtum, animoſitates magna plerumque aſinoſitate ſuffultas, pietatis & religionis exterminium, denique ſexcenta alia incommoda reperire eſt. Indignum ſacerdotio pronunciat Imp. Leo, qui inuitus non fuit ordinatus. Idem rectiſſimè ſanxit : Non pretio, ſed precibus ordinetur Antiſtes. Tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi : Ita *Leo Imp.* ſub annum Domini *469. l. 31. Cod. de Epiſc. & Cler. Vide S. Thomam 2. 2. q. 185. art. 1.*

EXEMPLA HISTORICA.

Illorum qui Epiſcopatum repudiarunt. F

Ad dignitatis Epiſcopalis fugam cuiuis ſatis eſſe poteſt Ephrem Syri exemplum, quod à *Sozomeno lib. 3. hiſt. cap. 15.* narratur his verbis: Quodam tempore quidam ei ad Epiſcopatum gerendum ſuffraganti comprehendere hominem conantur, vti ad locum, in quo crearetur Epiſcopus, deducerent. Quod ſimul vt intellexit, in forum curſitat, atq; incompoſitè incedendo, veſtem lacerando, & cibum palàm capiendo, ſe furere monſtrat. Vbi verò hi, qui eum comprehenderant, illum è mentis poteſtate exiuiſſe arbitrarentur, & appetitio, qua ad eum conſtituendum Epiſcopum ferebantur, reſtincta eſſet, ille idoneum tempus nactus clàm ſufugit, & tantiſper latitauit, dum alter eius loco creatus eſſet Epiſcopus.

Hierapoleos Epiſcopo vita defuncto, ciues (vt accepi) elegerunt Eccleſiæ ſuæ Antiſtitẽ Nilammonem, virum bonum & qui ad monaſticæ vitæ faſtigiũ conſcendiſſet: is habitabat ante ciuitatem in domuncula, in qua ſe ipſe concluſerat, ianua lapidibus obruta, eo propoſito vt ſacerdotium auerſaretur. Theophilus itaq; Epiſcopus Alexandrinus veniens, hortabatur, vt ordinationem à ſe oblatam acciperet. Apud quem G
ille quamuis frequenter ſe excuſans; nihil obtinuit. Tandem inſtãti: Cras, inquit, ita facias, ſi placet. O Pater, vt ego hodie res meas antè diſponam. At cũ Theophilus poſtridie ea condicto veniſſet, atq; eũ fores aperire iuſſiſſet. Age verò (inquit Nilammon) oremus primùm. Quo laudato, Theophilus quidẽ orauit, ſed Nilammon inter orandum hanc vitam reliquit. Hoc autem & Theophilo primùm, & iis etiam, qui cum illo foris ſtabant, ignotum erat. Verùm cùm paulatim tereretur dies, quia ſæpenumero intentius vocantes non audiret, deiectis qui ad ianuã erant lapidibus, repererunt hominẽ mortuum. Inuolutum igitur quibus oportebat, publica ſepultura dignati ſunt; ac templum etiam ſupra illius ſepulchrũ indigenæ conſtruxerũt, & ſumma cum ſolennitate adhuc diẽ mortis eius celebrant. At Nilãmon quidem ad hunc modũ mortuus eſt ; ſi tamen mortem dicere oportet, quam ille ſubire maluit, quàm Epiſcopatũ ſuſcipere, quo ſe indignum eſſe ob ingenij modeſtiam cenſuit. *Idem l. 8. hiſt. c. 19. Baron. t. 5. an.* 403.

Quum Ammonius ad Epiſcopalem conſecrationem adducendus eſſet, & ad eos multa, qui illum eius rei gratia conuenerant, dixiſſet, neq; tamen eis quod volebat perſuaſiſſet, am- H
putata ſibi auricula dextra : Vel nunc demum, inquit abite, quandoquidem deinceps etiam volentem Eccleſiæ cõſtitutio non recepit. Sacerdotem namque integrum atq; immutilatũ eſſe oportet. Atque vbi qui ex præcipuis ad ipſum miſſi erãt, ab eo diſcederent, & à Iudæis quidem talia obſeruari & magnifieri, Eccleſiã autem Dei paruipendere, ſi modò animo & moribus ſaluus, commodúſq; ſit Epiſcopus, hæc ſe dicerẽt: ad eum reuerſi, comprehendere tentarunt. Ibi ille, ſi vim ei inferre pergerent, linguam quoque ſibi reciſurum eſſe, adiurauit. Quibus minis illi perpenſis, in loco ſuo virum magnum reliquerunt. Et ea eo tẽpore *Ammonius παρώτης*, quaſi aure carentem dicas, cognominatus eſt. *Niceph. l. 11. c. 37. Socr. l. 4. cap. 23.*

De Goare item magno Dei famulo ita ſcriptum eſt ; Cum à Sigeberto Rege ad Treuirenſem Epiſcopatum vocaretur, poſtquam recuſando nihil ſe proficere vidit, triginta dierum inducias poſtulauit, quos in perpetuis precibus conſumens hoc à Domino impetrauit, vt inſanabili morbo corriperetur.

Quo

Quo [illegible] m eſt, vt [illegible] cri, A Idque il c pto magno [illegible] tt. *Dauroltius in Cath. hiſtor. ex Surio, tom.5.*

B. Fulgentius cùm audiſſet Catholicos, in Eccleſiis omnibus paſtore orbatos, aduerſus Traſamundi edictum Epiſcopos inſtituere decreuiſſe, fugit ex monaſterio, támque diu latuit multis populis ipſum inquirentibus, donec ab vno conſcio admonitus eſt, omnibus Eccleſiis iam eſſe proſpectum. Verùm vbi ad cœnobium reuerſus eſt, vniuerſa Ruſpenſis multitudo, quæ caſu quodam adhuc Præſule carebat, eum inuadunt, rapiunt, & Pontificem eſſe non rogant, ſed cogunt. Is verò, in illa ſua moleſtia, hoc primùm à Ruſpenſibus beneficij loco poſtulauit, vt monaſterium ædificaret, in quo deinde ita Felici Abbati ſubiectus vixit, vt quiuis è grege, cùm in iis, quæ ad domeſticam diſciplinam ſpectarent, ex illius ductu, atque obedientia planè penderet; & tamen interea de paſtorali cura in populo regendo, aſſiduéque paſcendo nihil remitteret. *Platus lib. 1. de bono ſtatu Relig. cap. 18.*

B Antoninus quoque cùm Florentinam Eccleſiam ſibi ab Eugenio IV. mandatam cognouiſſet, ex ipſo itinere Neapolitano, in quo tunc erat fugam meditatus eſt in inſulas neſcio quas. Idque iam cœperat, cùm à propinquis Senas retractus, ibi litteris, obſecrationibus, deprecationibus etiam adhibitis, omnem mouit lapidem, vt euaderet, donec Pontifex penè ſubſtomachans, anathema etiam comminatus eſt. Tum verò, concilio aliquot doctorum hominum aduocato, cùm omnes ita ſenſiſſent, non ei licere diutiùs ſalua conſcientia reluctari, in faciem procidens, multúmque illacrimans, paſtorali ſarcinæ humeros ſubiecit; quam tamen ita ſuſcepit, vt religioſam non abiiceret. Nam neque de veſtitu, neque de victu quippiam mutauit; ſuamque domum quaſi monaſterium inſtituit, in qua & culinam ſæpè adire, ollas purgare, & alia id id genus famularia miniſteria ſæpè obire mos ei erat, quò iis, quaſi ſolatiis, pontificias moleſtias temperaret. *Idem ibid.*

Hic minimè pertranſeundum exemplum, quod ſancto quodam mihi referente ſene in eremo ex veritate didici. Cùm C Iuuenis quidam ſancto propoſito & vita, electus foret ad Epiſcopale faſtigium, quo grauius periculoſiúſve nequit aliud cogitari; patruum ſuum quendam virum vtique ſanctum, & prophetiæ ſpiritu plenum, eremi in cella, vt eum ex hoc conſuleret, adiit non incautus. Audita itaque narratione nepotis, vir ſanctus non verbis, ſed ſignis potius percontanti reſpondit: & ne contra Apoſtolum, qui deſiderantem Epiſcopatum in bono opere laudat, contra iret diſſuadendo, & ne iuuenem periculo exponeret ſuadendo. Iuſſit itaque ſenex quadratum diſcum à terra vehementer pedibus eleuatum aſcendere iuuenem, & quater per quatuor diſci latera ſupinum reuoluere ſemetipſum, vſque ad horam caſus: ſicque caſu imminente, ſi altera ſuccederet reuolutio, mandauit, vt extra ſummitatem diſci adhuc ſe volueret iteratò. Cui cùm nepos ſe non poſſe, ex timore caſus, reſponderet, illico eum fecit deſcendere, & per quandam latam planitiem diutius volutare. Cúmque ex multitudine volutationum, vtriſque faſtidium eueniret; Surge (inquit ſenex) & perge quò vis, facito quod tibi ſecurius D cernitur. Dedignatus namque iuuenis abſceſſit, & alteri ſancto ſeni, patrui deliramentum putans, factum retulit, à quo de periculo præeminentiæ eductus, electioni renunciauit, vt teneret quod eſt tutum. Qui poſt modicum felici obitu ex ſeculo exiens, hilaris & iucundus apparuit patruo: Gratias, inquit, pater, tibi refero, ex diſſuaſione Epiſcopatus: nam ſcito, quia nunc eſſem de numero damnatorum, ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum. *Hieron. de reg. Monachor. cap. 15. tom. 4.*

De Canonico quodam S. Victoris Pariſiis, ſpectatæ probitatis & doctrinæ, memorat ex *lib. 1. exempl. memorab. Thomæ Cantipratani Cornelius a Lapide, comment. in Epiſtol. 1. ad Timoth. cap. 3.* quod cum in vita poſtulatus ad Epiſcopatum conſtanter eum reſpuiſſet, poſt mortem beatus apparuerit, & amico cuidam qui idipſum à moriente efflagitauerat, rogatúſque num ei benè ceſſiſſet pertinax illa Epiſcopatus recuſatio, reſponderit dicens: Quod ſemper in vita timui, nunc ſcio: ſcilicet quod ſi Epiſcopatus cathedram aſcendiſſem, in damnationis perpetuæ periculum incidiſſem.

Vetuſtiora quidem ſunt hæc, ſed nouum eſt & recens quod ſubiungo. Viduata erat Antuerpienſis Cathedra Præſule, quando Alberti Principis ſuffragio illi deſtinatur Ioannes Miræus paſtor in vrbe Bruſellenſis. Stupere hic primum ad inſolitam dignitatem, & mox vereri nè onus humeris impar accipere [illegible] ncipi, imò & Pontifice R[illegible]mo, al[illegible] grum penè biennium reſtitit. E Donec tan[illegible] cam acceptauit, iniuit, & octo penè annos ſumma cum laude adminiſtrauit. *Laur. Beyerlinck, Anno Chriſti 1610. In opere Chronographico.*

De Malachia Hiberniæ Epiſcopo tradit *Surius tom. 6.* in vita, quod vocatus ad onus Archiepiſcopale, omnibus, quibus potuit modis illud à ſe reiecit. Anathema autem ni pareret minitantibus: reſpondit: Ad mortem me ducitis: ſed obedio ſpe martyrij. *Tom. 6. in vita.*

☞ *Plura huc referri poterunt ex Catalogis Epiſcoporum, quos ad finem huius Loci coronidis Loco ſubiicimus. Item ex Loco de Honore, Magiſtratu, Humilitate.*

* EPISCOPATVM AMBIENTIVM POENA.

Sergio Archiepiſcopo ciuitatis Rauennatium è viuis erepto, continuò ſurgens Michaël Scriniarius ipſius Eccleſiæ, qui nullo Sacerdotali fungebatur honore, profectus eſt Ariminum ad Mauritium Ducem Ariminenſem, & congregans inde nefandiſſimus Mauritius exercitum, vnà cum conſilio Deſiderij Longobardorum Regis properauit, & ingreſſus eſt F Rauennam, & brachio forti elegit ipſum Michaëlem, & in Epiſcopum Rauennatis Eccleſiæ introduxit, & Leonem Archidiaconum, qui electus erat in Archiepiſcopatus ordinem, Ariminum deportantes, ibidem arcta cuſtodia mancipatum, idem Mauritius detineri fecit. Tunc direxit quantocyus prædictus Michaël vnà cum Mauritio, & iudicibus Rauennatium ad beatiſſimum Stephanum Pontificem, promittentes ei copioſa munera, vt ipſum Michaëlem Archiepiſcopum conſecrare deberet. Ipſe verò beatiſſimus Præſul per nullius donationis promiſſionem inclinatus eſt eundem Michaëlem conſecrare, aſſerens nulla ratione hoc fieri poſſe, dum in ſacerdotij honore minimè ipſe prædictus exiſteret Michaël. Qui idem Stephanus Pontifex pluribus vicibus obteſtationis & prædicationis litteras atque miſſos direxit, vt idem Michaël ab iniuſto propoſito recederet; ſed nullo modo Apoſtolicis admonitionibus acquieſcere voluit, dánſque plurima munera Deſiderio Longobardorum Regi, & cymilia, & ornatus ipſius Eccleſiæ, cum aliis ſpeciebus, brachio forti per G vnius anni curriculū, & eo amplius, ipſius Eccleſiæ Epiſcopum inuaſum detinuit, denudans, atque in magnam paupertatem eum redigens. Sed dum nullo modo firmiſſimam mentis conſtantiam ipſius ſanctiſſimi Pontificis flectere potuiſſent nequiſſimi conſentanei ipſius Michaëlis; dum Miſſi excellentiſſimi Caroli Regis Francorum, & Patricij Romanorū præſentialiter adeſſent, dirigens idem beatiſſimus Præſul tam ſuos Miſſos denuò, quàm prædictos Francorum Regum Miſſos, omnes Rauennianos admonendo: ſtatim inſurrexère ſuper ipſum Michaëlem, & eum cum opprobrio de ipſo Epiſcopio proiecerunt, quem vinctum huc Romam dirigentes elegère Leonem Archidiaconum ipſius Eccleſiæ Rauennatis in Archiepiſcopatus honorem, & ab eodem ſanctiſſimo Papa Stephano ordinatus & conſecratus eſt. *Ex Anaſtaſio Bibliothecario Baron. tom. 9. Annal. an. 769. num. 16.*

Scribit *Gregorius Turonenſis de Sancto Sidonio*, quòd cùm ad H officium Dominicum fuiſſet mancipatus, & Sanctam ageret in ſæculo vitā, ſurrexère contra eum duo Presbyteri, & ablata ei omni poteſtate, à rebus Eccleſiæ arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad ſummam eum contumeliam redegère. Sed non longi temporis ſpatio multam eius iniuriam diuina voluit ſuſtinere clementia: nam vnus ex his nequiſſimis & indignis dici Presbyteris, cùm ante noctē minatus fuiſſet eum de Eccleſia velle extrahere, ſignū ad matutinas audiens fuiſſe commotum, feruens felle contra ſanctum Dei ſurrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die præcedente cogitauerat, & tractauerat. Ingreſſus autem in ſeceſſum ſuum, dum ventrem purgare nititur, ſpiritum exhalauit. Vnde indubitatum eſt, non minoris criminis hunc reum fuiſſe, quam Arium illū, qui ſimiliter in ſeceſſu fuère interna depoſita, per partes inferiores egeſta: quia nec iſtud ſine hæreſi poteſt accipi, vt in Eccleſia nō obediatur Sacerdoti Dei, cui ad paſcendū oues cōmiſſæ ſunt: & ille ſe ingerat poteſtati, cui neq; à Deo, neque ab hominibus aliquid eſt cōmiſſum. Dehinc beatus Sacerdos, vno adhuc manente nihilominus inimico, ſuæ reſtituitur poteſtati. Factū eſt autem poſt hæc, vt accedente febre ægrotare inciperet, & tandē moreretur. Quo migrante Presbyter ille nequam, alter ex duobus, qui remanſerat protinus omnem facultatē Eccleſiæ, tanquam ſi iam Epiſcopus eſſet,

A inhians cupiditate præoccupat, dicens: Tandem reſpexit me Deus cognoſcens me iuſtiorem eſſe Sidonio, largituſque eſt mihi hanc poteſtatem. Cumque per totam vrbem ſuperbus ferretur, adueniente die Domino, qui imminebat poſt tranſitum ſancti viri, præparato epulo, iuſſit cunctos ciues in domo Eccleſiæ inuitari: deſpectiſque ſenioribus primus recumbit in thoro. Cui cùm pincerna, oblato poculo, dixiſſet, ſibi per ſomnium mandatum à iudice cunctis poteſtate præſtantiore, vt ipſi diceret, quod Sidonius ipſum accerſiri deprecatus eſſet ad reſpondendum cauſæ ſuæ; alioquin ſi taceret, morte peſſima ſe moriturum. Hæc eo loquente, exterritus presbyter, elapſo de manu calice reddidit ſpiritum. Tale iudicium ſuper contumaces clericos Dominus in hunc prætulit mundum, vt vnus Arij ſortiretur mortem, alius tanquam Simon Magus, Apoſtoli ſancti oratione ab excelſa arce ſuperbia præceps alliderêtur.

Memorabile eſt quod de Stachyquate Vladiſlai Regis Hungarorum fratre commemorat *Duitbrauus in ſua hiſtoria Bohemicâ.* Huic *Adelbertus* Archiepiſcopus Pragenſis quod
B populum haberet contumacem, vltro reſignabat Præſulatum. Verum ille velut indignabundus illius à ſe inſignia oblata reſpuit. Cui Adelbertus; Honorem ait à me oblatum nunc reſpuis, verum mox magno tuo infortunio ambies. Ita euenit. Adelberto enim Romam profecto, Fratre & conſanguineis etiam vrgentibus, ambitioſè inhiat illius infulæ *Stachyquas*, eamque conſequitur. Res mira. Euocatur Moguntinus Præſul, qui Othone Imp. annuente eum conſecret, & ecce omnibus ad eum ſolemnitatem præparatis, dum ſe illi ante aram proſternit, à Dæmone corripitur, & miſerè omnibus videntibus ſtrangulatur. *Duitbrauus lib.6.Hiſtoriæ.*

*ELECTIO AD EPISCOPATVM FACTA DIVINITVS.

De AMPHILOCHIO, qui Iconij Eccleſiæ præfuit, permulta ſunt conſideratione & memoria digna. Fuit enim ſenex ſimplex, in quo doctrina & vita ex æquo inter ſe ita certarent, vt aliquot etiam ediderit libros. Sed enim diuina gratia aliàs aliter res noſtras diſpenſans, ordinans, & incredibili quodam modo mirificum naturæque captum excedens, atque nouum
C in hoc viro exhibuit prodigium. Siquidem ad eum in ſolis locis philoſophantem, propter excellentem & vitam & doctrinam eius Angelos Deus miſit, qui myſtica & arcana benedictione & Epiſcopali arrogatione eum dignitati intellectuali modo conſecrarunt. Ad hunc quoque non longo poſt tempore eligendum atque ordinandum in eum locum Epiſcopi conuenêre. At vbi ex eo cognouerunt, ab Angelis Dei conſecrationem eum ſuſcepiſſe, data de tam ſacra & diuina gratia Deo gloria, vt Pontificem Dei & Euangelij præconem, fideique defenſorem, cum timore reuerenter hominem admiſêre, & ſolita ſalutatione atque oſculo ei impertito, ea quæ Epiſcopalis functionis ſunt, adminiſtrare & exequi permiſêre. *Niceph.Calliſt.lib.11.hiſt.Eccleſ.cap.20.*

Anno Redemptionis noſtræ 238. poſt Anteri ſummi Pontificis mortem, aiunt Fabianum vna cum aliis ex agro Romam commigraſſe, ibique ſua collocaſſe domicilia; vbi, diuina & cæleſti gratia largiente, ad cleri adminiſtrationem mirandum in modum euectus eſt. Nam cùm omnes fratres, cauſa deligendi eius qui Epiſcopatum gereret, in Eccleſia cōueniſſent, & multi de multis illuſtribus & præclaris viris ad
D illud munus obeundū idoneis cogitarent: quanquā Fabianus, qui tum fortè præſto erat, nemini in mentem venerat, detepentè tamen columbam è ſublimi deuolantem, quæ ſimilitudinem Spiritus ſancti ſuper Saluatorem in ſpecie columbæ deſcendētis repræſentare videbatur, eius capiti inſediſſe memorant: ac propterea populum vniuerſum pariter vno ſacrati Spiritus inſtinctu commotum, magna cum alacritate, & vno animorum conſenſu, eum dignum eo dignitatis gradu acclamaſſe, & abſq; mora abreptum illum in ſede Pontificia collocaſſe. *Euſeb.lib.6.hiſt Eccleſ.c.22.apud Baron.tom.2.an.238.*

Mortuo ante annos quinquaginta Paulo IV. Præſule maximo, ex familia Caraffarum, cum in locum eius alius creandus eſſet Pontifex Romanus, atque ea de cauſa iam inter ſe Cardinales in Conclaue deliberarent, ecce ſuper ſedem Ioannis Angeli Cardinalis Medicæi, qui poſtea Pius IV. dictus eſt columba circum liberè volitans, tandem conſedit. Quam rem haud aliter prudentes interpretati ſunt, quàm Eccleſiæ Primatum illi portendi. *Aſcan.Capric.in Annal.Ital.*

GREGORIVS Magnus ad ſummum Pontificatum iam euectus, cum literæ Imperatoris de confirmatione electionis Romam delatæ eſſent, fugam meditatur, infirmitatis ſuæ cōſcius. Quia verò palam egredi portas ciuitatis non poterat, à negotiatoribus exponendum ſe, diſſimulato (vt fertur) habitu, callidus impetrauit; ſiluarum ſaltus expetiit, cauernarum latibula requiſiuit. In quibus, dum ab omnibus ſumma ſollicitudine quæreretur, indicio columnæ fulgidæ ſuper ſe iugiter è cœlo dependentis agnoſcitur, capitur, trahitur, & apud beati Petri Apoſtolorum Principis templum Pontifex conſecratur. *Ioan.Diacon.lib.1.c.44.in vita Greg.lib.6.Ep.4.vet.edit.* E

Non prætereundum hîc eſt, vt magnus ille Rhemenſis Eccleſiæ Epiſcopus REMIGIVS Francorum Apoſtolus nominatus, defuncto eiuſdem ciuitatis Epiſcopo Gennadio, immaturus æuo, moribus autem ſenior, populi voce, comprouincialium Epiſcoporum conſenſu, diuino cooperante ſuffragio in Rhemenſem Epiſcopum ex inferioris cleri militia aſſumptus fuerit, annum ætatis agens vigeſimum ſecundum. Res ita in rebus ab eo geſtis deſcribitur. Cùm Remigius ad viginti & duos ætatis annos peruenit, defuncto Gennadio Archiepiſcopo in hac vrbe Rhemenſi, omnium generaliter votis ad Pontificij culmen raptus fuiſſe dignoſcitur potius, F
quàm electus. Fit ergo concurſus populi, diuerſi quidē ſexus & dignitatis, necnon & ætatis; ſed vnius atque eiuſdem ſententiæ: cuncti hunc verè dignum, & qui populis præfici deberet, acclamabant. Vir autem beatiſſimus his anguſtiis depreſſus, nimiis afficiebatur angoribus; quia nec fugæ locus vſquam patebat, nec populo, vt ab intentione cœpta reſipiſceret, vllo modo ſatisfacere poterat. Diuinæ namque erat voluntatis, vt qui omnium ſaluti profuturus erat, omniū acclamationibus eligeretur; & qui vnitati fidei eum iam fidelibus, & futuris fidelibus erat prouiſurus, vnione cuncti populi ad ſedem eueheretur ſacerdotalis honoris. Sanctiſſimus autem vir cùm his acclamationibus ſe vrgeri conſpiceret, de infirmitatis & ætatis ſuæ tempore conqueri cœpit: & quia Eccleſiaſticus ordo infirmam ætatem ad hāc non reciperet dignitatem, voce publica fatebatur: timebat enim, ne immatura ætas, inimici verſutiis impugnata, aliquid cōtraheret ſiniſtri. Sed diuina gratia & voces populorum conſtantiſſimè in eius fecit perdurare electione, & ſanctum virum ab antiqui hoſtis G
protexit malignitate. Quod ad hæc (ait Baronius) de ætate pertinet, accidiſſe interdum cognoſcitur, vt cùm in aliquo eminentiſſima virtus atq; ſcientia egregia cerneretur, de minori ætate ratio minimè haberi ſoleret; vt vidimus accidiſſe S. Ioanni Chryſoſtomo, qui nonniſi fuga ſibi conſulere potuit, ne eiuſdem ætatis Epiſcopus ordinaretur. Sed hæc haud facta eſſe abſq; diuino ſuffragio, quæ ab eodem auctore ſubduntur, oſtendunt his verbis: Et cùm populi acclamaret frequentia, & ſanctiſſimus vir magna reniteretur conſtantia; placuit omnipotenti Deo, ei manifeſtiſſimis manifeſtare indiciis, quod ipſe de eo haberet iudicium. Etenim cùm modo prædicto reniti conaretur, videntibus cunctis qui aderant, deſcendit ſubitò radius noui luminis ſuper ipſius ſancti viri verticem, ac ſi ipſe Sol de cœlo motus ſuper eum cecidiſſet; & quia illuminandarum lux parabatur animarum, ipſe quoq; cùm ad hoc opus aſciſceretur lumine debuit declarari viſibili. Et paulò poſt: Placuit etiam omnipotentiæ diuinæ huic miraculo aliud etiam addere ad oſtenſionem meritorum beati viri. Etenim radio illo ſe illuſtrāte, ſenſit capiti ſuo vn- H
guinis ſacri infuſum liquorem, quo totum eius delibutum eſt caput. *Hincmarus in vita S.Remigij Baron.tom.6.anno* 471.

In electione Præſulis hic error interdum committitur, vt propria potius ſpectetur vtilitas, quàm vt diuini obſequij ratio habeatur. Vnde plerumque fit eos ita punitos eſſe à Deo, vt à quibus potiſſimùm omnia ſperabant, & quibus hac ſpe immerito ſuffragati erant, ab hiis nō modo nihil præmij referrent, ſed malè etiam tractarentur. Iuſto vtiq; Dei iudicio, vt & ipſi per quæ peccarant plecterentur, & alij diſcerent eorum exemplo, ac tam euidenti, támq; præſenti pœna deterrerentur. Quod apertè declaratum eſt in Alexandro V. Pontif. qui cùm quorundam Cardinalium ſuffragatione ſuam magis quàm Eccleſiæ vtilitatem ſpectantium, ad Pontificatum prouectus eſſet, pro magnis commodis, quæ ſibi ſpoponderant, magnas cuncti ab eo calamitates acceperunt. Ita enim memoriæ proditum eſt, omnes, qui illi in dignitate adipiſcēda fauerant, non multò pòſt alios alias pœnas luiſſe, partim exilio, partim teterrimo carcere, partim etiā capite damnatos; quin etiam multos Romanos proceres, quorum propinqui Cardinales

nales ... eran ... ex ... laios, vel bonis cautos. *Hieron. Platus de dignit. & off. Card. cap. 31.*

A Regnante IVSTINIANO Imperatore, ſeruus Dei Menas regiæ vrbis Patriarcha, ad ſanctorũ Patrum vitam migrauit. Cuius obitus nuncio ad Chriſtianiſſimum Imp. perlato, multi certatim incredibili ſtudio conabantur amicos Imperatoris promiſſis & muneribus corrumpere, vt hominibus indignis Pontificatum deferret: ſed qui omnia facit & mutat, quiq; ſcrutatur corda & renes Deus, eor Imperatoris ad virũ dignum inclinauit. Itaq; ſancto Clero ſacroq; Senatui liberè conſilium ſuũ expoſuit Chriſtianæ religionis ſtudioſiſſimus, & in congregandis ſanctis Epiſcopis diligentiſſimus Imperator, affirmans, ſe de illo diuinam viſionem vidiſſe: Cùm enim, inquit, in æde S. Petri Principis Apoſtolorum, in qua Synaxis habebatur, me ſomnus compleaus eſſet, in quiete vidi Principem Apoſtolorum mihi magnum Eutychium oſtendentem, dicentémque; Fac vt hic ſit Epiſcopus. Hæc cùm ita ſe habere iterando affirmaret Imperator, omnem ipſius contentionem ac ſtudiũ, quod diuino quodam ſplendore vultus declarabat, conſpicientes, vno animo, eadémque mẽte, ante tempus conclamarunt: Dignus eſt, dignus eſt. Cùm igitur illi omnia or-
B dine, & ex diuinorum Canonum præſcripto contigiſſent, & tempus eſſet, vt ſacrarum manuum impoſitione & initiatione conſecraretur pater & magiſter ipſorum, adducitur ad ſanctum altare, qui multos ad illud Sacerdotes atque Pontifices erat adducturus, precibus, manu, & diuinis ac venerandis oraculis conſecratur, ſancto Spiritu inungitur: vel potius ſanctificatus ipſe viciſſim præſentes omnes Pontifices ſanctificat: nonis errãtis typum ſuper humeros tollit: in ſedem ſublimem aſcendit, in ſolio ſedet; atque Paſtorum Principem Chriſtum in cœlum reuertentem imitatur: dicit enim populo vniuerſo, Pax vobis: & ab omnibus, illud viciſſim accipit. *In vita Eutychij ab Euſtachio ſcripta apud Met. & Sur. 6. April. Tom. 2.*

Accidit quiddam ſimile in Eccleſia Mediolanenſi memoratu dignum. Mortuo namq; Epiſcopo Auxentio, qui ab Arianis fuerat ordinatus, Mediolanenſes iterum propter electionem Epiſcopi turbabantur. Erat autem multa inter eos concertatio, aliis alium eligere ſatagentibus. Cùm autem eam ob rem orta eſſet ſeditio, veritus eius Prouinciæ Præfectus conſularem habens dignitatem, nomine Ambroſius, ne abſurdum quid in ciuitate ex ea perturbatione fieret, ad Eccleſiã com-
C peſcendæ ſeditionis gratia occurrit. Cùm autem in ipſius præſentia populus quieſceret, & ipſe multis vtilibus adhortationibus inconditos multitudinis impetus compeſceret, ſubitò fit omnium conſenſus, vociferantúrque, Ambroſium dignum eſſe Epiſcopatu, illúmque cuncti ordinari petunt: nam hoc ſolo pacto vniendum fore populum & fidei concordiam amplexurum. Quoniam igitur præſentibus tunc Epiſcopis conſenſus iſte populi diuinitus videbatur eſſe datus, abſq; vlla cũctatione Ambroſium apprehendunt; & baptizatũ (erat enim adhuc cathecumenus) mox ad Epiſcopatus Sacerdotiũ prouehunt, licet detrectantem, & Valentiniano Imperatori, quæ geſta eſſent, ſignificant; Imperator, cùm populi conſenſionem admiratus, tum opus Dei, quod factũ erat, agnoſcẽs, ſignificat Epiſcopis, vt Deo ſeruiãt, qui hunc ordinari iubeat. Eſſe enim electionẽ illius Dei magis quàm hominũ. Ad hunc itaq; modũ ordinato Ambroſio Mediolanẽſes, qui antea diuiſi fuerãt, propter ipſum ad vnitatem redierunt. *Socr. hiſt. Eccl. l. 4. c. 30.*

Anno Chriſti Domini 1161. Legati ſedis Apoſtolicæ in An-
D gliam ad Eduardũ Regem miſſi agunt, vt S. Vulſtanus Vuigornienſis Eccleſiæ Epiſcopus eligeretur. Res verò geſta ita à Rogerio deſcribitur: Contigit namq; eo tempore & Legatos Apoſtolicæ ſedis eius electioni intereſſe, Armenfredum ſcilicet Sedunenſem Epiſcopum, & alium, qui à domino Papa Alexandro pro reſponſis Eccleſiaſticis ad Regem Anglorum Eduardum miſſi, regio præcepto Vuigorniæ per totam ferè Quadrageſimam degebant expectantes reſponſum ſuæ legationis vſq; ad curiam regalem proximi Paſchæ. Hi videntes, dum ibi morarẽtur, eius laudabilem vitam in eius electionem non tantùm conſentiebant, immo tam Clerum, quàm plebem maximè ad hanc inſtigabãt, ſuáq; auctoritate electionem firmabant. Illo verò obſtinatiſſimè renuente, ſéq; indignum acclamante, & eum ſacramento etiam affirmante, ſe multò libentius decollationi, quàm tam altæ ordinationi ſuccumbere velle; cùm ſæpè à viris religioſis ſuper hoc conuentus ad conſentiendum minimè perſuaderi poſſet; tandem à viro Dei incluſo Vulſis, qui tunc plus quadraginta annis ſolitariã vitam egiſſe noſcebatur, acriter ... ſubdiectia & obſtinatiæ correptus, diuino etiam o... ritus, conſentire eum
E maximo cordis dolore compulſus eſt: & Epiſcopatu ſuſcepto, Dominico die, quo ſanctæ Mariæ Natiuitas celebratur, conſecratus, vita & virtutibus clarus, Wigornienſis Eccleſiæ Præſul effulſit. Conſecratus eſt ab Adredo Eboracenſi Archiepiſcopo, eo quod Stigãdo Dorobernæ Archiepiſc. officio Epiſcopali tunc à Domino Papa interdictum erat, quia Roberto Archiepiſcopo viuante Archiepiſcopatum ſuſcipere præſumpſit. *Ex hiſt. Anglic. Rogerij, Baron. tom. 11. ad ann. 1161. n. 72.*

Alexander Epiſcopus Alexandriæ, cùm iam de vita deceſſurus eſſet, ſuum in Epiſcopatu ſucceſſorem Athanaſium reliquit, diuina quadam impulſione, mea quidem ſententia, ad ei ſuffragandum inductus: ſiquidem ferunt illum, cùm conatus fuerat fugere inuitu ab Alexandro ad Epiſcopatum illum capeſſendum compulſum fuiſſe. Cuius rei teſtis eſt Apollinarius Syrus, qui ita ſcribit: Neque poſtea à bello deſtitêre impij, ſed vti in initio aduerſus beatum huius viri magiſtrũ arma ſumpſerant; & iſte non aliter atq; filius patri, ei aduocatus aderat; ita pòſt in hũc ipſum, vt primùm in Epiſcopatum ſucceſſiſſet, impetum fecẽre. Qui tametſi aufugerat ne in illo
F gradu locaretur, diuinitus tamen denuò repertus eſt: quando quidem diuinis quibuſdam indiciis præſignificatum fuerat beato illo viro, qui Epiſcopatũ adminiſtrauerat, non alium, quam hunc eius ſucceſſorem fore. Nam cùm ex hac vita vocaretur, eſſetq; iam morti vicinus, Athanaſium, qui neutiquã aderat, nominatim appellat. Atque vbi eius gentilis, qui fortè aderat, cùm nomen aliud audiret, reſpondiſſet, obticuit ille, quaſi eum nõ vocaſſet. Rurſus vocat Athanaſium: & quia ſæpius hoc feciſſet, ille alter Athanaſius, qui aderat, deinceps ſilentio vſus eſt. Siquidem ille, qui aberat, ſignificabatur. Quod etiã beatus ipſe Alexander more Prophetæ apertè indicauit, cùm diceret: Athanaſi, putas te poſſe effugere, non tamẽ effugies. Quibus verbis oſtendit, eum ad certamen vocatum eſſe. Hæc de Athanaſio ſcribit Apollinarius. *Sozom. lib. 2. hiſt. c. 16.*

EPISCOPORVM HONOR.

* *Epiſcopi honore affecti.*

CONSTANTINVS Imperator omni genere laudis florentiſſimus, qui non ab hominibus, neque per hominem, ſed cælitus à Deo, more ſancti Apoſtoli, ad illius muneris adminiſtratio- G
nem vocatus fuit, Dei miniſtros accerſere, cultu & obſeruantia honorificè complecti, & tum re, tum verbis, tanquam viros Deo ſuo conſecratos, humanitus excipere, & maxima beneuolentia proſequi cœpit. Quippe licet homines fuerint, ipſius formæ habitu ad aſpectũ abiecti, ab eo tamen non eius generis exiſtimati ſunt: ſed quia non hominem, qui ſub aſpectum oculorum cadit, ſed Deum ipſum, qui in eorum animis inſidebat, conſiderare viſus eſt, illos ſuæ menſæ fecit eſſe participes. Illos, quocumq; iter capiebat, ſecum ducebat; atque ea de re, Deum, quem ſancte colebant, ſibi credidit fore propitium. Inter leges quoque, quas ipſe conſcripſit, ſanciuit, vt ait *Theod. l. 1. c. 2.* dditq; in mãdatis Præſidibus Chriſtianis, quos gẽtibus ac Prouinciis præfecit, vt ſacerdotes honore afficerẽt: illis autẽ, qui eoſdem contumelioſè inſectari aggrederentur, exitium minatus eſt. *Euſeb. Cæſarien. l. 1. de vita Conſt. c. 35.*

Anno Chriſti Redemptoris noſtri 375. S. Martinus ſimul ac creatus eſt Toronenſis Epiſcopus, ad Valentinianum Imperatorem ſe contulit: quid verò apud eum egerit, Seuerus narrat in hæc verba: Eodem ferme tempore, quo primùm Epiſcopus datus eſt, fuit neceſſitas adire Comitatum, Valentinianus tum maior rerũ potiebatur. Is cùm Martinum ea pe- H
tere cognouiſſet, quæ præſtare nolebat, iuſſit eum palatij foribus arceri. Etenim ad animum illius immitem ac ſuperbum vxor acceſſerat Ariana, quæ totum illum à ſancto viro, ne ei debitam reuerentiam præſtaret, auerterat. Itaq; Martinus vbi ſemel atque iterum ſuperbum Principem fruſtra adire tentauit, recurrit ad nota præſidia: cilicio obuoluitur, cinere conſpergitur, cibo potuq; abſtinet, orationes diebus noctibuſq; perpetuat. Septimo verò die adſtitit ei Angelus, iubet eum ad palatium ire ſecurum, regias fores quãtumlibet clauſas ſpontè reſerandas, Imperatoris ſpiritum ſuperbum molliendum; igitur iſtiuſmodi præſentis Angeli confirmatus alloquio, & fretus auxilio, palatium petit. Patent limina, nullus obſiſtit; poſtremò vſque ad Regem, nemine prohibente, peruenit. Quẽ cùm venientem eminus videret, infrendens, cur fuiſſet admiſſus, nequaquam aſſurgere dignatus eſt adſtanti, donec regiam ſellam ignis operiret, ipſumq; Regem ea parte corporis, quã

ſedebat, adſistes incendium. Ita ſolio [illegible] exeuitur
A & Martino inuitus aſſurgit: multúmq; [illegible] lexus, quem ſpernere ante decreuerat, virtutem ſenſiſſe diuinam emendatior fatebatur: nec expectatis Martini precibus, prius omnia præſtitit, quam rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio frequenter adſciuit: poſtremò abeunti multa munera obtulit; quæ vir beatus, vt ſemper paupertatis ſuæ custos, euocta reiecit. *Ex Seuero Sulp. Dialog. lib. 1. cap. 6.*

Neque hoc loco prætereunda veneratio à Totila Caſſio Narnienſis ciuitatis Epiſcopo exhibita: tempore namq; Gotthorũ, cùm præfatus Rex Totila Narniis veniſſet: ei vir vitæ venerabilis Caſſius eius vrbis Epiſcopus occurrit. Cui quia ex conſperſione ſemper facies rubere conſueuerat: hoc Rex Totila non cõſperſionis eſſe credidit, ſed aſſiduæ potationis, eúmq; omni modo deſpexit. Sed omnipotens Deus, vt quantus vir eſſet qui deſpiciebatur, oſtenderet: in Narnienſi campo, quò rex aduenerat malignus ſpiritus corã omni exercitu eius ſpartarium inuaſit: eúmque vexare crudeliter cœpit. Qui cùm ante Regis oculos ad venerandũ virum Caſſianum fuiſ-
B ſet adductus: hunc ab eo vir Domini oratione facta, ſignu crucis expulit, qui in eum ingredi vlterius non præſumpſit. Sicque factum eſt, vt rex barbarus ſeruum Dei ab illo iam die veneraretur ex corde, quem deſpectum valde indicauit ex facie. Nam quia virum tantæ virtutis vidit, erga eum illa mẽs effera ab elationis faſtu detumuit. *Greg. lib. 3. Dialog. cap. 6.*

De cultu Alarici Regis Gotthorum, quo proſequebatur ſanctos Orthodoxos Epiſcopos, dum in Galliis eſſet, hoc exemplo ſignificandum eſt: Alaricus quantumlibet Arianus eſſet, tamen ſanctos Antiſtites Catholicæ communionis coluit & frequentauit officiis, eos præſertim, quos editione miraculorum Deo gratiſſimos ſentiebat, vt inter alios S. Remigium Remenſem Epiſcopum. Ad hunc enim cuiuſdam Benedicti ſui regni nobilis viri filiam arreptitiam curandam miſit, quam Sanctus diuina virtute non ſolùm à dæmone liberauit, ſed etiam defunctam reuocauit ad vitã. Cuius rei cauſa eius parens Benedictus villam quandam Remenſi Eccleſiæ dono dedit. Eius quidem ruris dum meminit idem S. Remi-
C gius in ſuo teſtamento, attigit hæc omnia verbis iſtis: Et eas res, quas in Prouincia Benedictus quidam (cuius filiam mihi ab Alarico miſſam gratia ſancti Spiritus per impoſitionem manus meæ peccatricis non ſolùm à diabolicæ fraudis vinculo, ſed ab inferis reuocauit) ad vſum luminis (Remenſis Eccleſiæ ſcilicet) & loci, vbi corpus meum iacuerit, continuatim deſeruire præcipio. *Baron. tom. 6. Annal. ad an. 507. num. 2.*

Ob monaſterium ſacris virginibus à Cæſario Epiſcopo Arelatenſi erectũ inuidiæ facibus, inflammatus Saran, in eum accuſatione conficta, id effecit, vt Rauẽnam vſque ſub custodia pertraheretur ad Theodoricum Regem: vt impleretur etiam in illo, quod habet Scriptura diuina: Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus. Venit ergo in palatium ad Theodoricum Regem, eúmque intrepidè ſalutat. Cernens Rex eum nihil formidantem, & aſpectu venerabilem, reuerenter ei aſſurgit, eumque, depoſitis capitis ornamentis, clementer reſalutat. Deinde placidè ſciſcitatur ab eo de labore itineris, de Gothis ſuis & Arelatenſibus. Poſtea egreſſo ſancto
D Pontifice, Rex ad ſuos ait: Non parcat illis Deus, qui tantæ ſanctitatis & innocentiæ virũ fruſtra compulerunt, tam prolixum iter conficere. Quantus ille ſit, vel hinc liceat animaduerti, quòd cùm ad ſalutandum me ingrederetur, totus contremui, vidíque in eo angelicum vultum, vidi virum Apoſtolicum: prorſus nefas puto de tam venerabili viro quidquam durius ſtatuere, aut malè de eo ſentire. Deinde beato viro in hoſpitium ingreſſo, miſit idem Rex magni pretij diſcum argenteum librarum plus minus ſexaginta, & cum eo ſolidos trecẽtos; iuſſitque illi ſic dici: Accipe, ſancte Epiſcope: rogátque te filius tuus Rex, vt vaſculum iſtud pro munere tua beatitudo dignetur ſuis vſibus pro ipſius memoria reſeruare. At vir ſanctus, qui præter cochlearia nihil vnquam argenti ad ſuæ menſæ vſum adhiberi paſſus erat, tertiò inde die per miniſtros ſuos diſcum priùs æſtimatũ iuſſit publice vendi; cuius pretio multos redemit captiuos. Illico Regis ſatellites ad eũ referunt, ſe vidiſſe regium munus palàm proſtare, eóque dicto ſanctum Epiſcopum multos è captiuis liberaſſe. Tã enim ad eius hoſpitium ingens confluebat pauperum multitudo, vt præ miſerorum ſuas calamitates exponentium denſitate, vix ad ſalutandum eum pateret acceſſus. Vidimus verò etiam per plateas miſerorum immenſos greges curſitare nuntiuo

ad virum Dei [illegible] autem rem ab eo
geſtam comperit Theodoricus Rex, tanta cum laude & ad- E
miratione proſecutus eſt, vt in eius palatio feruientes Senatores ac proceres certatim offerrent beato viro munera, quæ eius manibus diſpenſarentur; magno Dei beneficio id ſibi præſtitum affirmantes, quòd talem Antiſtitem digni fuiſſent conſpicere, qui ipſorum temporibus dictis & factis germanum ſe Apoſtolorum ſucceſſorem, & verè Apoſtolicum declararet. *Damhouderius in Catechiſ. Hiſtor. tom. 3. ex Baron. tom. 6.*

Canvtvs IV. Danorum rex, cùm à rudi populo parum iuſtam Pontificibus venerationem haberi conſpiceret, ipſis primum inter proceres locum perinde ac Ducibus aſſignauit, auctoritatem honore concilians. Literatorum item controuerſias, vulgaris fori conditione exemptas, ad eiuſdem profeſſionis iudicium relegauit. Iiſdem religionis reos, pecuniaria multa puniendos permiſit: omniúmque eorum, quæ aduerſum diuina committerentur arbitrium, tradidit. *Saxo lib. 11.*

Iſlandi Epiſcopum ſuum colunt pro rege: ad cuius nutum reſpicit omnis populus. Quicquid ex lege, ex ſcripturis, ex F
conſuetudine aliarum gentium conſtituit, ſanctè obſeruant. Iam tamen præfectum accipere coguntur à rege Danorum. *Cranzius in Norwegia præfatione.*

Meminerunt *Thomas Bozius* de ſignis Eccleſiæ *lib. 10. c. 5. & Baronius* variis locis, quomodo iam olim in primitiua Eccleſia Epiſcopi ab Imperatoribus Regibuſque eo honore adfecti fuerint, vt & pedes illorum exoſcularentur, quod de Epiphanio *Hieronymus* teſtatur, omnis ætatis, ſexus, conditionis turbam pedes illius exoſculatam. *Epiſt. 61 ad Pammach.*

Henricvs Dux Vratiſlauienſis vir erat ad omnem dolum compoſitus. Hic Thomam Epiſcopum dignitate primum exuit, & bona illius inuaſit, eumque tandem cum vniuerſo Clero eiecit. Qui mœrens Ratisbonam conceſſit, vbi Caſimiro Duci cum ſuis gratus extitit. Quod ægrè ferens Henricus, eum monet, nè inimicum ſuum reciperet, quod cum ille parui penderet, exercitu conſcripto vrbi ni pareat exitium minatur. Itaque murmurantibus incolis aduerſus exules, Thomas cum ſuis conſilio inito, Pontificalibus indutus ad
caſtra progreditur. Quo viſo Henricus attonitus in occur- G
ſum illius venit, & amplexus ruit, omnemque iram deponit, ac in gratiam redeunt, atque Epiſcopo omnia ablata reſtituuntur. *Ioan. Herbutus lib. 8. cap. 3 hiſtoria Polonica.*

Contemptvs. Odivm.

* *Epiſcopos iniuria afficientes variè puniti.*

Anno Domini milleſimo ſexto, ab aduentu Anglorum in Britanniam quingenteſimo ſeptuageſimo octauo, anno ſuæ ætatis quinquageſimo ſecundo, Elphegus Archiepiſcopus Cantuarienſis effectus eſt. Cumque iter verſus Romam pro pallio habendo arriperet, & quoddam oppidum hoſpitandi gratia intraret, oppidani hominem incognitum videntes, & auaritiæ ſuæ conſulentes, in domum irrumpunt, res eius diripiunt, eumque omni ſupellectili priuatum verbis & verberibus exire compellunt. At ille iniurias ſuas leniter ferens, ſuorum verò mediocriter dolens, via qua venit regreditur. Necdum ab oppido longè receſſerat, & ecce horrendæ voces mœnia corripiunt, quæ ciuibus & ædificiis celerem minan-
tur ruinam. Nec mora, vorax flamma oppidum conſumere H
cœpit: cumque ignis vehementer excreſceret, nec euadendi ſpes aliqua fuiſſet, virum ſanctum adeunt, fatentur delictum, veniam petunt. Mox ſanctus ille compatiens preces ad Dominum fudit, & ignis moleſtia protinus extincta ceſſauit. Reſtitutis ergo Epiſcopo rebus ſuis, acceptoque à Papa pallio, domum proſperè regreditur. *Osbertus in vita S. Elphegi apud Sur. tom. 2. 19. April. Baron. T. 11. ann. 1006. num. 5.*

☞ *Huc refer nonnulla ex Tit. de Eccleſiaſticis, in Loco de Eccleſiâ. Ibi fusè enarrantur, à numinis pœnis illos, qui Epiſcopos, aliosque Eccleſiaſtico ordine viros contemſerunt, & ſuppliciis affecerunt. Itaque confirmatur cum veteribus, tum recentioribus hiſtoriis & exemplis.*

Vnum tamen hoc loco diſſimulandum non fuit, quod in Chronico Antiſtitum Colonienſium legitur de Syfrido in numero Epiſcopo, 56. Cum enim aduerſus hunc arma ſumeret Comes Amsbergenſis cum Filio, eoque ſatis iniquatenoque deuicto, dum Præſul in pace agere decreuiſſet, ab Adolpho Montenſi Comite rurſus ſub an. 1288. bello laceſſitur, & ab eo capitur, ac integro ſeptennio in cuſtodia detinetur, ſatis infra dignitatẽ ab eo habitus, donec ingẽti lytro extorto liberatur. Verum Comes paulò poſt ab eodem intercipitur, quẽ ferreæ caueæ incluſit, vt temeritatis & iniuriæ quas Ordini Epiſcopali intulerat, pœnas daret, & quãuis vltrò omniũ quæ antea

capti

capitio extorſerae reſtitue[illegible],nihil tamen pe[illegible]tus
A ille,eum in cauea præiacta,donee vita hae exederet, [illegible]tinuit.
Sed aliud diuinæ punitionis exemplum iuber audire. Cum
S.Thomas Archiepiſc.Cantuarienſis verbum Dei prædicandi gratia Angliam obambularet,idolorum ſuperſtitioſa vanitata infectam, accidit vt certi vici incolæ virum ſanctum ludibrio afficerent, & impeditum ſacris functionibus laceſſerent, inter alia equum ipſius quo peregrinati ad varia loca ſolebat, eauda per contemtum mutilantes. Peracto officio vir Dei equum conſcendit, & beſtiæ irrogatam iniuriam videt, nihilque commotus,Deum, cui honor ſeruorum ſuorum curæ eſſe ſolet,pro malefactoribus orat. Et ecce haud diu pòſt omnibus qui ſe huic inſolentiæ ſocios præbuerant,vel conſilio aut auxilio ſe tenuerant, agnatæ ad os ſacrum exiguæ caudæ adinſtar cuniculi excoriati, quod opprobrium in omnes eorum poſteros tranſiuit, & à ſe viſum Thomas Stapletonus Anglus S. T. Doctor eximius Louanij non ſemel adſeruit. ☞ *Vide latius in loco* de Anglis.

Angliæ Scotiam iungimus: hic regnante Alexandro, Catanenſis fera gens, Adamo Epiſcopo non modò contumeliis
B variis inſultarunt, ſed inſuper diris perſecutionibus eum domi ſuæ proſecuti, flagris cæſum in culina ſua cremarunt, eò quod decimas de iure debitas à popularibus exegiſſet, & refractarios excommunicaſſet. Quæ flagitij enormitas vbi aures regias verberauit,tum enim Ledburgi morabatur Alexander; contractia quæ paratæ erant copiis eò proficiſcitur, & comprehenſis tanti ſceleris auctoribus, qui ſupra quadringentos erant, omnes ſupplicio affecit vna cum filiis eorum annos pubertatis egreſſis. Impuberes vero omnes teſticulis priuauit, ne ſceleratorum iſtorum poſteritas diu ſupereſſet, tantique criminis interiret memoria. Atque in illius rei ſignum exſtat in hunc diem locus,vbi proiecti teſtes erant, nomine rem ipſam referens. Teſticulorum enim collis appellatur. Comitem vero Cathanenſem quod nec Adamo ſuccurriſſet, neque de maleficis ſupplicium ſumpſiſſet, comitatu exuit. Refert *Hect.Boeth. lib.13. Hiſt. Scot.*

EPISCOPATVVM QVORVNDAM
ERECTIO, FVNDATIO:

Dos aſſignata & territoria ſiue Diæceſes limitata. Ex lucubratio-
C *nibus T. Zibingeri in vetere Theatro.*

CAROLVS Magnus victos Saxones ea lege ſeruauit,vt Chriſti fidem cum religione ſuſciperent. Igitur in loco Oſnaburga, habitatoribus ſatis frequente, cùm vicinam Vadekiodi ducis arcem iam captam impoſito firmaſſet præſidio,Eccleſiā exædificauit primam in prouincia Epiſcopalem, & ad eam nominauit Vihonem,Primum eius loci Pontificem. Deinde in Orientali Saxonia extruxit in loco Saliogſtede inſignem Eccleſiam & in honorem diui Stephani iuſſit conſecrari: deſignauitque primum ei Epiſcopum Hildegrimum. Sed hic Epiſcopatus poſterioribus ſeculis de hoc loco,quem tum Salingſtede,nunc vocant Oſteruick,in Halberſtadium eſt translatus. Tertiam deinde Epiſcopalem Eccleſiam rex erexit in mediterraneis Saxoniæ, nunc Veſtphaliæ, in Mimingrode, qui poſtea ab inſigni ibi fundato monaſterio dominatum nomen accepit, vt vrbs tota Monaſterium vſque,hodie dicatur: locumque iuſſit conſecrari in honorem diui Pauli, & poſtulauit loco Pontificem ſanctum virum Ludgerum Phriſium, fratrem Hildegrini Halberſtadienſis Pontificis. In orientali Saxonia, Vltra Viſurgum, quartum iuſſit rex eſſe Epiſcopatum in loco Konende, illo tempore ſatis celebri,atque habi-
D tatoribus frequenti. Sed commodiorem deinde conſpicati locum, in Verdam (oppidum tunc quam nunc celebrius) tranſtulerunt: ibique conſecratus eſt Epiſcopus Suibertus, Abbas Anglus. Bremenſis quoque Eccleſia,an.788.ſumſit exordium auctore Carolo,præpoſito illi Villehado Anglo. Padebornēſis verò Epiſcopum ab eodem Carolo accepit Heimarum an. 795. *Crantz. l.1. Metrop. c.37.* Poſteaquam verò Vedekindus Saxoniæ dux ad fidem Chriſti peruenit, permiſit Imperatori ad fluuium Veſeram (veteres dixere Viſurgum) arcem ſuam,vt in eo firmaret Epiſcopo locum (capax enim amborum erat) cùmque Epiſcopo diceret: Tua atque mea erit communi iure arx iſta, factum eſt vt inde Saxonum lingua Myn dyn fuerit dicta. *Crantzius l.5. Saxonia c.16.* Addidit tandem Ludouicus Pius Aulicenſem, qui pòſt Hildesheimenſis dictus eſt.

Hamburgenſem Eccleſiam in Metropolitanam erigere in animo habebat Carolus Magnus. Verum id demum Ludouic. Pius eius filius præſtitit. Nam cùm Anſgarius Daniam diuini verbi illuſtraſſet prædicatione,aſſumtum de Corbeienſi cœnobio ad ripam Viſeræ, Moguntiæ an.833.fecit Archiepiſcopum Hamburgenſem conſecrari, ſubiiciens eius ditioni omnia Aquilonis regna,& quicquid vltra Albeam in Boream eſt ſitum populorum: Vandalos, Danos, Sueonas,Norieos,& quicquid gentium eſt ex illo latere mundi,vſque in regionem nouiſſimam à mortalibus habitatam. Nicolaus tandem Pp. Hamburgenſem & Bremenſem Epiſcopatus copulari, & deinceps pro vno ſanxit haberi: & tam ipſum Anſgarium Archiepiſcopum, quam eius ſucceſſores, legatos & vicarios Apoſtolicæ ſedis conſtituit in omnibus gentibus Danorum, Sueonum atque Sclauorum,hoc eſt Vandalorum:quod & antea Gregorius IV. Papa conceſſerat. *Crantz. l.1. Metrop. c.32.*

ERICVS II. Danorum rex,Hieroſolymitana peregrinatione ſuſcepta,ne Dani ſub externo Pontifice ſacrorum munera celebrarent, miſſis ad curiam legatis,Archiepiſcopatus inſigne expetendum curauit. Legatus ergo Pontificius,cùm celeberrimis Danorum vrbibus inſpectis non minorem perſonarum quam ciuitatum reſpectum egiſſet,Lundiæ ob egregios Aſceti mores,tum quod ad eam è finitimis regionibus terra mari-
que tranſitus abundè pateret, hunc honorem deferendum F
exiſtimauit. Nec ſolum eam Hamburgenſi Archiepiſcopo, cui hactenus paruerat, exemit; ſed etiam Sueciæ, Noruegiaque religionis titulo magiſtram effecit, *Saxo lib.12.*

Noruegia cùm ab initio ſuſcepti Chriſtianiſmi Pontifices ſubs ab Hamburgenſibus Epiſcopis (legatione perpetua in Aquilonis regna fungentibus) accepiſſet anno Sal.1054. Nicolaus (qui poſtea factus eſt Adrianus quartus) Romanæ Eccleſiæ Cardinalis,Britannicum mare permenſus,Noruegiam; in Eccleſiaſticis rebus tum Lundunenſi Archiepiſcopo parentem Archiepiſcopatus titulo inſigniuit. Trondennis conſtituens totius regni metropolitanum: qui nunc mutato vrbis nomine Nidroſienſis appellatur. Idem in Suecia peragere cupiens,non potuit,Suecis atque Gothis de primatu inter ſe contendentibus,quum neque de loco neque de perſona conueniret inter eos. Danorum interim offenſam beneficij delinimento ſedauit: & ereptæ Noruegiæ damna Suetici primatus munere penſaturos, futurum Suetici ſacerdotij inſigne apud Eſchyllum Lundenſem Archiepiſcop. depoſuit, dandum ei, in
quem concors Sueonum Gothorumque ſuffragium conue- G
niſſet, Statuitque, vt quicunque Sueonum creandi eſſent Pontifices, pallio à curia dato, per Lundenſem inſignirentur Antiſtitem, eamque ſedem perpetuò venerarentur obſequio. Hoc priuilegium cum Eugenio ſucceſſiſſet, confirmauit. *Crantz. l.5. Noruegia c.7. ex Saxonis lib.14.*

Adaldagus,Hamburgenſis Archiepiſcopus,quum rex Otho I. Danorum regem ad Chriſtianiſmum coëgiſſet,tres Epiſcopatus in Iutia conſtituit: Sleſuico Haraldum præfecit, Ripæ Liafdagum,Reinbrandum Aruſiæ: iiſque commendauit Eccleſias,quæ erant in Fionia, Selandia, Scanis,& in Sueonia: nam ibi necdum fuêre Epiſcopales Eccleſiæ. Vandaliam quoque ſuis & Chriſtianis legibus rex Otho parere coëgit: quocirca in vrbe Aldenborg Epiſcopalem iuſſit Eccleſiam conſecrari. Præfecit autem illi primum Epiſcopum præſtantem virum, Marconem,deditque limitem ditionis à Sleſuici terminis per omnem regionem Obotritorum, vſque ad Panim fluuium. Tum primū Hamburgenſis metropolis cœpit habere ſuffraganeos: quæ hactenus ſola in latiſſimis regnis, religioni diuinæ præſidebat ſine adiutorio. *Cran. l.3. Metrop. c.26.*

Anno Sal.1163. Geroldus Aldemburgenſis Epiſcopus, vi-
dens Lubecam nouam ciuitatem,reddi populoſam,& opibus H
creſcere, Aldeburgum verò in medio Vandalorum nationis prauæ conſtitutum, aſſiduè periclitari: ab Henrico Leone Saxonū duce ſedis ſuæ tranſlationē impetrauit, quū id quoque duci ea ſua dignitate videretur, ergò daſignauit locum in quo ædificaretur oratoriū, in titulū matricularis Eccleſiæ, & areæ clauſtrales erigerentur. Et ſtatuerunt illic præbendas duodecim clericorū canonicè viuentium: vt tertia decima eſſet Præpoſiti. Dedit Epiſcopus in ſtipendia fratrum decimas quaſdā, & redditus Vandalicos, quantum ſatis eſſet. Reſignauit quoque Adolphus Holſatiæ Comes villas opportunas prope Lubecā, quas ſtatim Dux obtulit in vſus fratrum, & de teloneo cuique fratrū marcas duas Lubicenſis monetæ, inſuper alia, quæ priuilegiis Eccleſiæ ſunt inſcripta. *Crantz. l.4. Vand. c.37.*

Magdeburgenſi vrbi à ſe in primordiis regni ſui fundatæ, Imperator Otho Magnus poſt annos xxx. id præſtitit, vt metropolitica eſſet dignitate, ſed diu caruit territorio: de quo

A Regi cum Bernar[illegible] Halberſtadenſi E[illegible]copo grandis erat controuerſia, quod ille Eccleſiæ ſuæ iura minui non pateretur. illo autem inuito, de Vallerſloue tulit Epiſcopalem ſedē, quam inibi pater eius collocarat, & tranſtulit Magdeburgum: additoque honore ex ſentētia ſummi Pontificis, fecit Archiepiſcopalem, vt eſſet omnibus Vandalicis Eccleſiis metropolis & caput: ſubiecitque illi Eccleſias Merſburgenſem, Miſneoſem, Citzenſem, Hauelbergenſem & Brandeburgenſem, quæ hodie quoque parent: dedicarique illam iuſſit in honorem D. Mauritij. Nam eius tutelaris ſancti monaſterium in expeditione bellica læſiſſe videbatur. Huic metropoli præfecit Albertum ſummæ ſanctitatis patrem. *Crantz. l. 3. metrop. c. 28.*

Ante Malcolmum III. regem quatuor Scotiæ Epiſcopi erant, ſancti Andreæ & Murtlacenſis, etiam tum florentes: duo alij, Candidæ caſæ & Glaſuenſis, qui iam tum collapſi à temporibus Kentigerni Ninianique regum penè interierant: eos primum reſtituit, delectis ex omni Scotia virtute eruditioneque præſtantibus viris: duoſque illis alios adiecit, Morauienſem & Cathenenſem. *H. Boeth. lib. 12.*

Davto primus Scotorum rex, quatuor nouos conſtituit
B Epiſcopus Roſſenſem Brechinenſem, Dounkeldenſem, & Dounblacenſem, ampliſſimiſque reditibus locupletauit. Quintum ex Murtblacenſi facit Abberdonenſem. *Boeth. l. 12.*

Scotiæ Epiſcoporum primus erat Eboracenſis Archiepiſcopus Anglus. At eum ab inimicæ gentis præſule, per tumultus præſertim bellorum ius petere graue eſſet, an. Sal. 1471. Iacobus III. Scotorũ rex impetrauit, vti S. Andreæ Epiſcopus deinceps Archiepiſcopus eſſet, eique XII. reliqui Scotiæ Epiſcopi ſubiicerētur: etſi Scotiæ præſules valde reſiſterēt, & Regi vndecim marcarũ millia pollicerentur. *Appendix hiſt. Scot.*

Carolvs IV. Imp. ad æmulandam Eccleſiaſticam Pragæ dignitatem, Epiſcopum Pragenſem Erneſtum, in contumeliam metropolitani Moguntini, qui Carolo aduerſas partes fouerat, Archiepiſcopum à Clemente Romano Pontifice creari curauit. *Dubr. lib. 22.*

Appendix.

* Olim per Belgium metropolitani honore fulgebat Epiſcopus Remenſis, eique vniuerſim ea ditio ſuberat, habebatq; ſuffraganeos Cameracenſem, Vltraiectenſem, Turnacēſem &
C Morinenſem Epiſcopos, quibus immediatè maxima pars Belgicarum Prouinciarum parebat, niſi quod Brabantiæ bonam partem ſibi vendicaret Epiſcopus Leodienſis, qui metropolitano Colonienſi ſubiiciebatur. Donec tandem melioris regiminis cauſa, ad inſtantiam Philippi II. Regis Catholici, eo quod aduerteret hæreſes ſenſim pullulare, & gregem Dominicum diſpergi propter raritatem Paſtorum, qui pluribus intenti, gregi inuigilare non poterant: an. Dom. 1558. per Paulum IV. Pont. ſegregatæ fuerunt à Remenſi prouincia ſupradictæ Eccleſiæ & Diœceſes: vt & a Cameracenſi, Tornacenſi, Morinenſi, Vltraiectenſi, & Leodienſi Eccleſiis & Diœceſibus, certa etiam territoria ſeparata, atque intra certos limites definita, ad opus nouarum Diœceſium & Epiſcopatuum, quibus noui per Belgiũ Epiſcopi præficerētur. Ipſaque Cameracenſis Eccleſia, vti & Vltraiectenſis, ita vt præmittitur limitata, eũm Archiepiſcopus honore deinceps in Metropolitanam euecta fuit. Et quidē Cameracenſis Prouinciæ attribuit Pontifex Epiſcopos Atrebatenſem, Tornacenſem, Audoracēſem, Namurcenſem, quorum duo poſteriores de nouo erecti. Vl-
D traiectenſis verò habet Dauentrienſem, Groninghem, Gariemenſem, Leouardienſem, Middelburgenſem Epiſcopatus, etiam de nouo inſtitutos. Cæterũ Mechlinia perelegans oppidum, Regio Senatu nobilitatum, inſuper Archiepiſcopatus prærogatiuam obtinuit. Habetque Archiepiſcopus Mechlinienſis ſuffraganeos ſiue Cõprouinciales Epiſcopos, Antuerpienſem, Brugenſem, Gandauenſem, Iprenſem, Ruremundenſem, & Syluæducenſem. Quidquid verò olim Epiſcopi Leodienſes & Cameracenſes in Brabantiæ ducatu, aut Flandriæ comitatu iuriſdictionis habebāt, vniuerſim cum ſeparatione præmiſſa limitum, terminorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac locorum quorumcunque iiſdem quomodolibet ſubditorum, in nouos Epiſcopos, quorum Diœceſibus loca illa ſic ſeparata acceſſerunt, auctoritate Apoſtolica tranſiuit. ita vt omne ius Epiſcopale, omnemque iuriſdictionem quod vel quam priores Epiſcopi vt locorum ordinarij aliquando exercuerunt, poſteriores, ex quo ſui Epiſcopatus poſſeſſionem inierunt, liberè nulloque contradicente exerceant. Dos autem nouis Epiſcopatibus aſſignata, partim per incorporatio-
nem [illegible] ſ[illegible] nctionem quarundam [illegible], puta Præpo-
E [illegible]um, Præbendarum, &c. partim ex penſionibus ſuper opulentioribus Abbatiis obuenit, vt latius patet *ex Bulla Erectionis eorundem Epiſcopatuum.*

Cæterum præſentem titulum illuſtrabit Series & Notitia omnium totius mundi Epiſcopatuum, per *Aubertum Miræum* non ita pridem luce donata, & huic loco à nobis ſub finem illius adiuncta. item Catalogus præcipuorum Eccleſiæ Epiſcoporum eidem ſubiectus.

ILLVSTRIORVM ALIQVOT

Episcoporvm Envmeratio.

Eorumque res præclarè geſta. Ex Lucubrationibus T. Zuingeri.

☞ *Diximus nonnulla de hoc Argumento, hoc eodem Loco, Titulo, de Orig. & ſucceſſ. Epiſc. quæ huc referri poſſunt: uſque addimus ſequentia.*

Euodius primus Antiochiæ Epiſcopus, an. Ch. 45. Claudij 1.

Anianus D. Marco in Alexandriæ Epiſcopatu ſucceſſit, anno Neronis 8. Chriſti 64. Præfuit annis 22. Anno Domitiani 4. mortuus.

Abilius Aniano ſucceſſit. Præfuit annis 15. Chriſti 100. ſub Neruа moritur.

Ignatius, Polycarpi & Papiæ coætaneus, Theophorus
F quoque dictus. Sub Traiano Antiochenæ Eccleſiæ præfuit. Diſcipulus fuit Ioannis Apoſtoli. Chriſti cauſa decem militibus traditus, Romam ducitur, vt beſtiis obiiciatur, cùm Antiochiæ præfuiſſet annis 9. A leonibus deuoratus eſt, cùm diceret: Frumentum Chriſti beſtiarum dentibus molar, vt Dei panis inueniar. Anno Chriſti CXI.

Theophilus, Antiochenæ præfuit Eccleſiæ, ſextus ab Apoſtolis: multa ſcripſit contra Marcionem & Hermogenem. Anno Chriſti 171.

Serapio, octauus Antiochiæ Epiſcopus, multa ſcripſit, quorum auctoritas apud Catholicos magna fuit. An. Domini 214. ſuffectus ei eſt Aſclepiades. Præfuit an. 22.

Polycarpus D. Ioannis Apoſtoli diſcipulus, Smyrnenſis Eccleſiæ paſtor à Ioanne conſtitutus, 2. vel 1. anno Traiani, Chriſti 100. Romam quoque ſub Aniceto Pont. profectus eſt, diſſidij de Paſchate componendi gratia. Sub M. Antonino Vero Smyrnæ 86. annorum combuſtus eſt, ſuis etiam auditoribus ſarmenta congerentibus, cùm circiter 70.
annos in Euangelij miniſterio fuiſſet. G

Phocas ſub Traiano paſſus eſt, cùm Neptuno ſacrificare nollet Sinopenſis in Ponto Epiſcopus.

Apollinaris Epiſcopus Hierapoli Aſiæ, librũ Apologiæ pro fide Chriſtiana Imperatori L. Antonino Vero exhibuit. Scripſit contra Montaniſtas. Fuit tamen ex hæreſi Chiliaſtarum.

Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, ſub Vero & Commodo, anno Chriſti 171. omnibus donis Spiritus S. inſtructus fuit. Scripſit epiſtolas plurimas, quas Euſebius Catholicas vocare audet.

Eleutherius Rom. matre Anthia ortus, quam D. Paulus conuertiſſe dicitur, 20. anno ætatis Illyrici Epiſcopus conſtituitur: Paſſus tandem vnà cum matre ſub Hadriano.

Photinus Lugdunenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ante Irenæum, quem ſub ſe habuit presbyterum. Nonagenarius ad Martyrium abreptus, pugnis cæſus in carcere poſt biduum moritur, cùm ſumma conſtantia Chriſtum confeſſus eſſet.

Irenæus Aſianus, diſcipulus Polycarpi, in Galliam perueniens, Lugduni presbyter, mox Photino in Epiſcopatu ſuc-
ceſſit. Ad Aſianos tollendarum hæreſum gratia Montani, H
Alcibiadis & Theodoti ab Eccleſiis Gallicanis miſſus fuit. Scripſit multa, Græcè an Latinè, incertum. Martyrium paſſus eſt ſub Seuero, cùm 13. anno M. Antonini ad Epiſcopatum veneril, circa annum Domini 176.

Alexander, Pantæni Alexandrini diſcipulus, Hieroſolymam nocturna viſione ire iubetur, Hieroſolymitani voce incerta moniti, ei obuiam prodeunt, & omnium votis (Narciſſo Epiſcopo ita petente) Coepiſcopum illi addunt, an. I. Ant. Caracallæ, Chriſti 206. Mox poſt Narciſſum (qui 116. annos vixit) ſolus eã Eccleſiã rexit, Epiſcopus ordine 35. ſumma conſtãtia in duabus grauiſſimis perſecutionibus ſub Seuero & Decio. Tandem Cæſaream ductus, in carcere obiit an. Chriſti 254.

Babylas, XII. Antiochenorum Epiſc. magnus & admirabilis vir, Decium Imp. qui hoſtes ſuos contra datum iuſiurandum crudeliter mactarat, obſide etiam regio puero interfecto, ad Antiochenum Chriſtianorum templum properantem repulit. Indignatus Imp. Babylam comprehendi & morte affici iuſſit. Corpus eius cum ferreis compedibus in capſa

tepn

tepo[illegible] in Anti-
A chenum, in templum Apo[illegible] ca quo tempore dæmon nullum ibi oraculum reddi[illegible]. P[illegible] annos cùm Iulianus Imp. contra Perſas bellum geſturu, Deum conſulatet: reſponſum accepit, propter Babylæ corpus reſponſi nihil dari poſſe. Confeſtim ergo Galilæis, hoc eſt, Chriſtianis præcepit Iulianus, vt Babylæ corpus auferrent. Illi frequentes conuenere, & capſam ad ciuitatem pertraxère, ſubinde illud in itinere accinentes: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacris. *Socrat. lib.* 5. *c.*20. *& Theodoret. lib.*3. *c.*10. *&* 11.

Methodius primùm Olympi in Lycia, deinde Tyri Epiſcopus: multa ſcripſit etiam contra Origenem: tandem tamen eum admirari cœpit. Martyrio functus eſt in Chalcide Græciæ, ſub Diocletiano: aliis ſub Decio & Valeriano.

Macharius, Hieroſolymæ Epiſcopus poſt Thermonem, anno Chriſti 318. Conſtantini 7. vir multis ornatus virtutibus, Nicenæ fidei & Athanaſij defenſor, qui crucem Domini miraculosè inuenit, inueſtigante Helena matre Conſtantini. Scripſit contra idola, & de humanitate Chriſti. *Hieronym.* eum beatum vocat.

B Maximus confeſſor ſub Maximino, dextro orbatus oculo, & læuo poplite vulneratus, ad metalla damnatus fuit. Præfecerat eum poſtea Dioſpolitanæ Eccleſiæ Macharius. Sed cùm non multò ante obitum Macarij Hieroſolymam veniſſet, à populo retentus eſt, vt in Epiſcopatu poſt Macarium ſuccederet, quia orthodoxus eſſet. Mortuus Hieroſolymis anno Chriſti 351. Conſtantij 11.

Euſtathius, Sida Pamphiliæ vrbe oriundus: fuit primùm Epiſcopus Berrhœæ Syriæ: à quo loco à Nicena ſynodo Anthiochiam in locum Epiſcopi Philogonij nuper demortui, inuitus & repugnans fuit conſtitutus, Arrianis maximè infeſtus. Itaque viuente adhuc Conſtantino falſis calumniis exulatum in Illyricam quandam vrbem miſſus eſt. Iterum relegatus ſub Conſtantino. Iterum ſub Valente B[illegible]zam Thraciæ vrbem miſſus eſt, alij Traianopolim, alij Philippos Macedoniæ, ibique diem ſuum obiiſſe. Scripſit multa, potiſſimùm contra Arrianos.

Meletius, primùm Sebaſtiæ Armeniorum ab Arrianis conſtitutus eſt Epiſcopus, deinde Berrhœæ Syriæ. Tandem ſub
C Conſtantio à ſynodo Antiochena Arrianorum Antiochiæ Epiſcopus conſtituitur. Verum cùm ſe orthodoxum eſſe, tribus erectis digitis, & duobus reductis ſignificaſſet, in exilium ab Imp. miſſus eſt. A Iuliano poſtea reuocatur, & Eccleſiæ præeſt vſque ad Valentem (qui eum in Armeniam) quæ ei patria fuit) relegat, quod Arrianis aſſentiri nollet. Reuocatus demùm à Gratiano, Synodo deinde Conſtantinopolitana à Theodoſio indicta, Imp. illic Miletium agnouit, nemine indicante, & complexus eſt: quod multò ante per ſomnium vidiſſet ſibi à Meletio paludamentum imperatorium iniici, & coronam capiti imponi. Moritur Conſtantinopoli, cum annis 25. Antiochiæ præfuiſſet. Funus eius ab amicis Antiochiam relatum. Mortui effigiem paſſim in parietibus tabulis depingi, atque annulis exculpi curauerunt: tantum eius apud bonos omnes relictum fuit deſiderium.

Iacobus Niſibenus Epiſcopus ſub Conſtantino (Antiochia autem Mygdoniæ, à Syris Niſibis vocatur) præſtans miraculis, & mortuos reſuſcitandi: cùm Sapor Perſarum rex Niſibin obſideret, precibus à Deo impetrauit, vt multitudine crabronum & culicum, hoſtium elephanti impetiti,
D totum exercitum in fugam verterent. Interfuit ſynodo Nicenæ, Gennadius eum ſapientem cognominatum aſſerit, & inter claros Confeſſores ſub Maximino recenſet.

Euſebius Samoſatenus Epiſcopus orthodoxus, ſub Conſtantino. In ſynodo quadam Antiochena, cùm Meletius Epiſcopus Antiochenus ab Arrianis electus, quia orthodoxus eſſe deprehenderetur, depoſitus eſſet: & Conſtantinus Arrianus Imp. ab Euſebio, qui ſubſcriptiones Arrianorum habebat, extorquere vellet. Euſebius communem depoſitum ſe dare non poſſe dixit, cùmque dextræ amputationem per literas Imperator minaretur, iis reſignatis, ambas protulit. Quam fortitudinem Imp. admiratus, nihil poſtea contra illum ampliùs tentauit. A Valente poſtea ſenex in Thraciam exul miſſus eſt. Noctu abiit, ne Samoſateni ciues eum retraherent. Rediit ſub Gratiano. Exul autem militari habitu circumiit Syriam, Phœniciam, & Paleſtinam, Eccleſias confirmans, & Epiſcopos conſtituens. Tandem cùm Dolicham Syriæ oppidum Arrianis reſertiſſimum profectus e[illegible], vt [illegible] Marem Epiſcopum ordinaret, ingrediens ei oppidum, m[illegible]er Arriana tegulam in caput deiecit, ex quo vulnere poſtea obiit, cùm 40. annos in Epiſcopatu honeſtiſſimè conſumpſiſſet. Moriens iureiurando aſſiſtentes obſtrinxit, ne necem ſuam vlciſcerentur. E

Amphilochius Epiſcopus Iconij, quod metropolis fuit Lycaoniæ, familiariſſimus Baſilio & Nazianzeno: propugnator fidei Nicenæ maximus: cum Theodoſio Imp. congreſſus: petiit ab eo, vt Arrianos ex vrbibus curaret eiici. Quod cùm Theodoſius renueret, egregio quodam commento id impetrauit. *Theodoret. lib.*4. *c.*11.

Pelagius, Laodicenus Epiſcopus, vxore ducta adoleſcens, prima nuptiarum nocte ſponſæ profeſſionem caſtitatis in thalamo perſuaſit perpetuam. Interfuit ſynodo Antiochenæ & illic fidei Nicenæ ſubſcripſit.

Antiochus nepos ex fratre Euſebij Samoſateni Epiſcopi, eiuſque Eccleſiæ miniſter, & comes etiam exilij in Armenia. Cùm rediiſſent, tandem Euſebio mortuo ſucceſſit, cúmque manus ei omnes Epiſcopi in ſynodo impoſuiſſent, manum Iouiani Pergenſis Epiſcopi reſpuit, quoniam Iouianus aliquando Arrianus fuiſſet.

Theotimus Scytha, primus philoſophus, deinde Scytharum Epiſcopus, eruditione, diligentia & miraculorum dono clarus. F

Petrus Alexandrinus diaconus, Athanaſij indiuiduus comes. Athanaſius eum moriturus ſibi in Epiſcopatu Alexandrino ſubſtitui curauit: anno Chriſti 377. Valentis 10. Valens Imperator Lucio dedit poteſtatem Epiſcopatum inuadendi. Expulſus ergo Petrus, Romam ad Damaſum fugit, eiuſque literis inſtructus Alexandriam rediit. Populus Lucium expellit, & Petrum reſtituit. Poſt mortem Valens, nimis facilis fuit in recipiendis hæreticis, adeo vt non caruerit ſuſpicione acceptæ pecuniæ *Socrat. lib.*4. *c.*20.

Alexander Alexandrinus Epiſcopus anno Chriſti 323. qui Arij hæreſim primus prodidit, & auctor fuit Nicenæ ſynodi. Multa ſcripſit. Obiit quinto menſe poſt Nicenam ſynodum, & moriens ſucceſſorem delegit Athanaſium abſentem, déque eius fortuna vaticinatus eſt: Arbitraris ſcilicet quod effugeris, verum non effugies. *Sozom. l.*2. *c.*17.

Athanaſius Alexandrinus Alexandro ſucceſſit, inuictus Chriſti contra Arrianos athleta. G

Theophilus Alexandrinus Epiſcopus tertius ab Alexandro, vir eruditus, & in erroribus deſtruendis ſub Theodoſio Imp. valde ſtrenuus fuit. Origenis libros damnauit, qui centum ante annos vixerat. Hieronymo familiaris fuit. Mortuus eſt lethargo, poſt obitum Arcadij Imp. à Chriſto nato 414. Imperij Honorij & Theodoſij anno 4.

Paphnutius fœminæ cuiuſdam, quæ confeſſione celebris erat, filius fuit, & à pueris ἀσκητικὸν monachorum coluit: vnde & Anachoreta dictus, liberaliter educatus, caſtitate & miraculis clarus, ciuitatis cuiuſdam in Thebaide Epiſcopus: ſub Maximino oculo priuatus dextro, & ſiniſtro poplite aduſto in metalla damnatus eſt, cum Maximo Hieroſolymitano Epiſcopo. Inde Conſtantino Magno ita carus fuit, vt Imper. ipſe ſæpe oculum effoſſum deoſcularetur. In ſynodo deinde Tyria contra Athanaſium ferre ſententiam noluit: ſed Maximum manu apprehenſum, è concilio malignantium Arrianorum eduxit.

Spyridon, ſeu Spyridion Cyprius, agricola fuit, multis miraculis & vitæ ſanctitate clarus, quamuis illiteratus, Trimethuntis Cypri Epiſcop. factus eſt ex paſtore, ſub Conſtantino Magno Synodo Nicenæ interfuit: & ibi philoſophum quendam garrulum non longis logomachiis, ſed rebus ipſis confutauit & conuertit, cùm fidem Chriſtianam breuiter recitaſſet, & an iſta crederet interrogaſſet. H

Melanes monachus & Epiſcopus Rhinocuræ Ægypti, cùm ab Arrianis miſſi eò eſſent percuſſores, & illum in Eccleſia offendiſſent lichnos præparantem, neque agnouiſſent, peterent tamen vbi Melanes eſſet: ille domum ſuam deductos, eibóque refectos cùm lautè tractaſſet, tandem ſe Melanem eſſe fa[illegible]ſus, vt id ad quod miſſi eſſent, ſedulo exequerentur, iuſſit: neque fugam, quamuis orantibus illis, capere voluit. *Sozomen. lib.*6. *c.*31.

Alexander Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ſub Conſtantino Magno, cuius precibus Arius periit. Poſt 23. annum Epiſcopatus obiit: natus annos 98. ſub Conſtantio iuniore. Succeſſorem legit Paulum:

Paulus

Paulu[illegible] [illegible]aco[illegible] o Epiſcop[illegible]
A Conſtantinopolitano ſubſtitutus, q[illegible]ſus erat, Conſtantino Arriano Imp. depoſitus, e[illegible] que [illegible]ſtutos Euſebios Nicomedienſis. Quo mortuo, redijt Paulus. At Arriani in alia Eccleſia Macedonium eligunt. Quæ res plurimarum cædium cauſa fuit. Expulſus denuò Paulus, Romam ad Iulium profugit: quo tempore & Athanaſius Iulij litteris inſtructus, Conſtantinopolim rediit. Sed denuò expulſus à Philippo præfecto Conſtantij, clam in patriam Theſſalonicam relegatur. Interea Cooſtans litteris Conſtantium monet, niſi expulſos orthodoxos reſtituat, omnia à ſe hoſtilia expectet. Reſtituitur Athanaſius item & Paulus, per Syoodum Sardicenſem: & Paolo Macedonius cedit. Quarto pòſt anno, mortuo Conſtante, Conſtantius eum ferro vinctum io Syngra Meſopotamiæ oppidum deferri curauit: inde in Emeſam, inde in Cucoſum Capadociæ, circa deſerta Tauri: vbi immiſſis carnificibus Euſebianis, laqueo ſtrangulatus eſt, & Ancyræ ſepultus. Cuius reliquias Theodoſius Conſtantinopolim deferri curauit.

Nectarius Tarſenſis ex Cilicia, ſenatorij ordinis, Conſtan-
B tinopolim incerta de cauſa profectus, cùm illic Synodus eſſet ſub Theodoſio, & de Epiſcopo Cooſtantinopolitano eligendo ageretur, & paulò pòſt domum reuerſurus, Diodorum Tarſenſem Epiſcopum, qui in Synodo erat, adiret, haberétne quod domum nonciare vellet? Diodorus venerandam caniciem, grauitatem vultus, morum placiditatem miratus, diuino motu ſtatim afficitur: Quid ſi Nectarius Epiſcopus fiat? tem cum Meletio Antiocheno Epiſcopo communicat. Ille ridens, in vltima tandem charta candidatorum Nectarium ignorantem ſubnectit. Theodoſius Imper. perlecto catalogo, Nectarium Epiſcopum ordinandum prooünciat. Mirantur omnes, & quòd catechumenus tantùm eſſet, reiiciunt. Perſtat in propoſito Imp. & ſacris initiatum communi ſynodi ſententia Epiſcopum Conſtantinopolitanum creat. Verùm quia in politica tantùm vita verſatus erat, Eccleſiaſticæ gubernationis ratione à Cyriaco Adanorum Epiſcopo didicit. Synodum priùs ſolui paſſus noo eſt, quàm Nicenæ fidei omnes ſubſcripſiſſent. Deceſſit tertio Arcadij anno Chriſti 401.

C Oſius, Cordubenſis Epiſcopus inter præcipuos fuit Confeſſores ſub Maximino & Diocletiano: ſtigmatibus & notis inſignis propter quas Conſtantino Magno cariſſimus fuit. Orthodoxus ſemper, & Athanaſij acerrimus defenſor; denique verè ὅσιος. Tandem tamen in ſynodo Syrmienſi, centenario maior, ab Arrianis verberibus adactus eſt, vt Athanaſium condemnaret: Moriens tamen hæreſim Arrianam apertè damnauit.

Alexander Epiſcopus Antiochenus, poſt Porphyrium nebulonem, optimus, eruditione & multis præclaris donis inſtructus: pacis ita ſtudioſus, vt cùm ob Chryſoſtomi condemnatiooem Eccleſias ſciſſas eſſe videret, primus Ioannes Chryſoſtomi Epiſcopi Conſtantinopolitani nomen in Eccleſiaſticum album retulerit, eiuſque iodustria Romana Eccleſia Antiochenæ communionem receperit.

Martyrius, ſucceſſor Maximi in Epiſcopatu Antiocheno, cùm Cooſtantioopoli abeſſet, venit Antiochiam Petrus Gnaphæus presbyter Chalcedonenſis, cum Zenone Imperatoris Leonis affine & legato: cúmque ei placeret Epiſcopatus, cœpit noua quædam dogmata ſpargere, & Deum paſſum eſſe affirmare, & hymoo Triſagio, Sanctus ſanctus ſanctus
D Dominus Deus, &c. adiecit clauſulam: Qui crucifixus es pro nobis: quaſi Trinitas pro nobis paſſa eſſet. Reuerſus Martyrius, cùm omnia turbatum plena reperiſſet, Epiſcopatu ſeſe abdicauit volens. *Niceph. lib. 15. c. 28.*

Maruthas Meſopotamiæ Epiſcopus, legatus Rom. poſt Arcadij obitum ad regem Perſarum Iſdigerdem miſſus, regem ipſum cephalæa incurabili laborantem, precibus ad Deum reſtituit, eiuſque filium dæmoniacum liberauit: & ſic Chriſti fidem ampliſſimè dilatauit.

Acacius Amydenus Epiſcopus, in eo bello, quod Theodoſius Iunior ob patrocinium Chriſtianorum contra Perſas ſuſcepit, inſigni ſua liberalitate erga hoſtes celebris fuit. Capti fuerant à Romanis circiter ſeptem Perſarum millia. Quos cùm regi Perſarum reddere nollent, fame ceperunt periclitari. Ib[illegible] rum Acacius conuocato Eccleſiaſtico collegio omnes eò duxit, vt vaſa & donaria Eccleſiæ pretioſiſſima venderent, & eo pretio captiuos redimerent: eóſque cibo refectos

p[illegible] o [illegible] [illegible] anta Aca-
[illegible] p[illegible] te n[illegible] Theodo[illegible] Imp[illegible], vt Acacium co- E
ràm vi[illegible]e, c[illegible] que colloquio frui poſſet. *Socrates lib. 6. c. 21.*

Thalaſius præfectus Illyriæ, cùm Philino Cæſarienſium Epiſcopo mortuo, Cæſarienſes Conſtantinopolim veniſſent, vt nouus Epiſcopus eligeretur, & ſenatores omnes ad Proclum Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſalutatum veniſſent, inter quos & Thalaſius erat: Proclus inexpectatò in Thalaſſium manus iniicit, eúmque Epiſcopum Cæſarienſem creat, quamuis inuitum, etiam Theodoſio Imp. qui eum in Orientem cum exercitu amandaturus fuerat, repugnante. Sed Procli iudicium vicit. Itaque Eccleſiam ſuam probè rexit: niſi quòd in Ephesina quoque prædatoria Synodo pro Eutyche ſententiam tulit, & multos orthodoxos damnauit. In Chalcedonenſi poſtea concilio reſipuit.

Eunomius, Theodoſiopolis in Armenia Epiſcopus fuit. Cùm autem duce Gororane Perſæ eam ciuitatem obſiderent, quidam regulus ad mœnia accedens, ne templis quidem ſe parſurum dixit, & multa alia verba impia ſparſit. Tunc Epiſcopos tormentum in eum dirigi iuſſit, in Dei, quem blaſphemarat nomine. Quo ita regulus comminutus fuit, vt F
Perſæ præ terrore obſidionem ſoluerint.

Cyrus præfectus vrbanus, Conſtantinopolis muros terræ motu collapſos reſtituit. Ea re cùm mirificè delectarentur ciues: in hippodromo aliquando coram Imp. Theodoſio hanc emiſerant vocem: Cooſtantinus condidit, Cyrus reſtaurauit. Imp. metuens ne Cyrus res nouas moliretur, eum ſub prætexto, quòd Græcæ ſuperſtitioni faueret, dignitate & bonis priuauit. Ergo animum deſpondens, primùm ſacerdos, deinde Smyrnæorum Epiſcopus cooſtitutus.

Syneſius Cyrenæus illuſtri familia natus, Ethnicus, ab ineunte ætate venationi & Philoſophiæ operam dedit. A Theophilo Alexandrino baptizatus eſt. Floruit ſub Theodoſio Iuniore. Ptolemæenſes ſiue Dalmatæ eum ad Epiſcopatum vocaront. Contra Eunomianos & Arrianos acriter pugnauit. Scripſit etiam quædam. Hoc ei vitij datum, quòd poëſi & Homero addictus eſſet, & magis ad ludum quàm ad ſacerdotium natus videretur. Hymnos decem in S. Triada conſcripſit tanta carminis maieſtate, vt enthuſiaſmum quendam præ ſe ferre videantur. G

Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus fuit creatus omnium conſenſu, ſub Hunerico rege Vandalorum, ad preces Zenonis Imper. cùm ex Genſerici edicto Eccleſia Epiſcopis caruiſſet ad annos viginti quatuor. Vir fuit ſumma pietate, orthodoxus, concionandi dono inſignis, ita vt etiam Arrianis Vandalis admirationi eſſet. Sanationum quoque donum habuit. Celebrata ſub eo ſynodus Carthaginenſis, & ipſe Cyrolam Epiſcopum Arrianum deuicit. Sed inuidia Regis in eremum Tripolitanæ prouinciæ exulatum miſſus, illic ab Antonio Arriano Epiſcopo miſerè tractatus fuit. Tandem cùm in fide perſeueraret, rex eum ad Albigenſem Galliarum vrbem miſit: neque occidere voluit, ne eum vt martyrem colerent orthodoxi.

Euodius Auguſtini popularis, patre Ethnico milite, prior Auguſtino conuerſus eſt in Italia, & Auguſtino ſe coniunxit. Vzali, quæ Colonia Vticæ vicina eſt Epiſcopus fuit, in diſputando & quæſtiones ſubtiles inueniendo mirè acutus, vt ex multis Auguſtini locis colligi poteſt. Tandem ex quodam Carthaginenſis ſynodi decreto legationem cum quodam Theodoſio ad Imperatorem contra Donatiſtas obiens, cæſus eſt ab hæreticis & paganis, cum ſuo collega. H

Poſſidius, ſeu Poſſidonius, Epiſcopus in Chalama vrbe Africæ, Auguſtini diſcipulus, à Criſpino presbytero Donatiſta grauiter pulſatus eſt, dum iter faceret. Verùm cùm Epiſcopus Donatiſta in Criſpinum non animaduerteret, & ob id mulctæ nomine decem auri libras pendere cogeretur: interceſſit Poſſidius pro Epiſcopo, & re ipſa oſtendit, nolle ſe hoſtium vindictam, ſed eorum conuerſionem. *Auguſt. contra Creſconium lib. 3. c. 46.*

Atticus Sebaſtiæ Armeniorum ortus, Epiſcopus Conſtantinop. poſt Arſacium, ingenio eleganti, eloquens & promptus atque aſſiduus in docendo. Scripſit quædam: quódque mirum eſt, contra Neſtorium ſcripſit, qui tamen nondum venenum ſuum ſpargere cœperat, ſpiritu videlicet admonitus, vt futuro errori reſiſteret. Certaminis contra Chryſoſtomum auctor fuiſſe perhibetur. Eundem tamen mortuum, concordiæ cauſa, in Epiſcoporum catalogum retulit, eiúſque in
publi

publicis precibus meminit. Erga pauperes munificus fuit.
A Vitæ ſuæ finem præuidit. Moritur 21. Octobris anno Chri-
ſti 428. conſulatu Theodoſij 11. & Valentiniani primo,
cùm Eccleſiæ præfuiſſet annis 28.

Euphemius Alexandrinus, Epiſcopus Conſtantinopolita-
nus factus, Anaſtaſium Diaconum Magnum, & Manichæum
ad imperium admittere noluit : niſi iureiurando & ſcripto
affirmaret, ſeſe nihil noui in Eccleſiam introducturum, ſed
Chalcedonenſis ſynodi decreta ſeruaturum. Imperio potitus
Anaſtaſius, ſcriptum repetiit. Quod quia Euphemius reddere
nolebat, in exilium ab impio Imperatore eiicitur.

Paulinus Senator olim, natione Gallus nobilibus & locu-
pletibus parentibus natus, ſtudiis profanis deditus baptiza-
tus à Delphino Burdegalæ Epiſcopo : præceptore vſus eſt
D. Ambroſio Mediolanenſi, ſuaſu Hieronymi & Auguſtini.
Ambroſius eum Presbyterum fecit, vt vbicumque eſſet, Am-
broſij Presbyter diceretur. Ad Barcinonam à Lampio quo-
dam, ita efflagitante plebe, Epiſcopus factus eſt. Sed poſtea
Nolæ in Campania Epiſcopatum ſuſcepit, imperante Mar-
ciano, cùm occiſo Valentiniano Eudoxia in vltionem mari-
B ti Genſericum Vandalum in Italiam euocaſſet. Scripſit mul-
ta carmine & proſa. Multis captiuis abductis, omnes ſuas
opes in liberationem eorum impendit : cùmque nihil præ-
terea haberet, pro viduæ vnico filio voluntariam ſeruitu-
tem ſubiit, vt ille liberari poſſet. Itaque conditione à Barba-
ro rege accepta, olitorem egit. Vandalos multos Arrianos
conuertit : denique tantum potuit auctoritate & prædictio-
nibus ſuis, vt cum rex cum ſuis ciuibus omnibus frumento
donatum in patriam incolumem remitteret. Obiit Pleuriti-
de, x. Calendas Iulij. Cùm moreretur, cubiculum ingenti
motu concuſſum eſt, reliqua domo immota permanente.

Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus, Ticini natus ingenuis
parentibus. Nato cunæ ſuperno lumine fulgere ſunt viſæ. In-
dolis optimæ, adeò vt octauo ætatis anno à Criſpino Epiſco-
po lector crearetur. Moriens Criſpinus eum ſuis commendat:
itaque etiam nolens anno ætatis 28. Epiſcopus Ticinenſis
creatur, cùm in oriente Leo, in occidente Seuerus imperarent.
Miraculis in expellendis dæmonibus & vitæ ſanctitate cla-
ruit. Bis ſub eo Ticinum captum, ſemel ab Odoacro rege
C Herulorum, deinde à Theodorico Gothorum rege. Tanta
tamen fuit auctoritate etiam apud Barbaros milites Theodo-
rici, vt eius iuſſis obedirent : & Ticinio abeuntes, non ſine
lacrymis ei valedicerent. Legatus inde ad varios principes
miſſus, re ſemper benè confecta rediit. Ticinum vrbem ab
hoſtibus vaſtatam reſtituit. Poſtremò ex legatione ad Theo-
doricum altera domum rediens, in itinere catarrho obiit,
30. Epiſcopatus ſui anno, ſub initium ferè Anaſtaſij Imper.
in Oriente.

Zenobius parentibus ethnicis Florentiæ natus, à Theodoro
Epiſcopo conuertitur, & Archidiaconus creatur. Inde mor-
tuo Theodoro, Epiſcopus conſtituitur. Claruit miraculis ſa-
nationum. Cognatos ſuos ad Chriſtum conuertit. Familiaris
fuit D. Ambroſio Mediolanenſi. Obiit nonagenarius, anno
Chriſti 424. 25. Maij, ſub Innocentio Pontifice.

Petronius ex ſtirpe Conſtantini, monachus primò ordine
Baſilij : inde clericus factus, & in Theodoſij palatio cunctis
præfectus : tandem in Italiam venit ad Arrianas hæreſes ex-
tirpandas, & à Cœleſtino Pontifice in ſomnis monito Bo-
D noniæ Epiſcopus, quamuis inuitus conſtituitur. Claruit mi-
raculis, & quædam etiam ſcripſit. Obiit Theodoſio & Va-
lentiniano imperantibus, anno Chriſti 385.

Vigilius Tridentinus Epiſcopus poſt Aſtctium anno æta-
tis 20. conſtitutus, Romanus patria, & Athenis educatus,
Tridentinos omnes conuertit, & miraculis etiam claruit.
Multa ſcripſit. Contra hæreticos ſcriptis pugnauit acerrimè.
Cum fratribus Claudiano & Maiorino, & quodam presby-
tero Claudino in locum quendam ſuæ iuriſdictionis, Ra-
denam dictum, in Alpibus profectus, qui ſolus adhuc
Ethniciſmum defendebat : cum Saturni idolum euertiſſet, à
ruſticis ſaxis obruitur, ſolis ſociis incolumibus elapſis, æta-
tis anno 40. ad 6. Calend. Iulij. Corpus eius ad Eccleſiam
delatum : & cùm Geruaſij & Protaſij templum prius dicere-
tur, porrò Vigilij dici cœpit. Claruit circa annum Chriſti
500. Quo tempore Anaſtaſius imperabat, Gelaſius Roma-
nam Eccleſiam regebat.

Eucherius Lugdunenſis, ſenatorio genere ortus, ad flu-
men Druentium in ſpelunca habitauit, ſub Valentiniano ſe-
cundo. Defuncto Epiſcopo Lugdunenſi, diuinitus indicio
facto per puerum, à clero populóque Lugdunenſi ad Epiſ- E
copatum inuitus protrahitur, effracta ſpeluncæ ianua. Eru-
ditus vir fuit, & facundus mirum in modum, vt ſcripta eius
teſtantur. Petronio Bononienſi Epiſcopo coætaneus fuit,
& Saluiano.

Claudianus Mamertus Epiſcopus Viennenſis, vt in omni
litterarum genere verſatiſſimus, ſummus ſalus religione
philoſophia : de Animæ ſtatu tres ſcripſit libros. Cùm ter-
ribilibus portentis Vienna, totáque Gallia vexaretur, ad
hæc etiam cum ædes publica ex improuiſo ardere cœpiſſet,
aliis aliò ad ſua diffugientibus, ſolus ante aras immobilis
conſtitit, & precum feruore atque lacrymarum fonte incen-
dium reſtinxit. Ex huius liberationis occaſione inſtituit eas
rogationum loco annuam celebrandarum litaniarum ſiue ro-
gationum feſtiuitatem triduo, quod inter Dominicæ Aſcen-
ſionis & Dominicum interiectum eſt. Claruit ſub Theodo-
ſio iuniore. Quinto Idus Maij obdormiuit.

Seuerus Indus natione, Chriſti cauſa peregrinatus, Vien-
nam venit : & miraculis clarus, templum centum idolorum
ante vrbem deſtruxit, & in D. Stephani ædem tranſtulit. F
Factus inde Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus.

Lupus ſeptimo anno vxorem volentem deſeruit, & Liri-
nenſe monaſterium ingreſſus, ex eo aliquandiu pòſt ad Ec-
cleſiæ Trecaſſinæ Epiſcopatum vocatus eſt. Vir fuit magnus
etiam miraculis clarus. Cùm Attila Galliam vaſtaret, & vrbi
quoque Trecenſi immineret, Lupus ei obuiam iuit habitu
Pontificali, & Attilam quiſnam eſſet interrogat ? Illo reſ-
pondente, Dei ſe eſſe flagellum : iuſſit ei aperiri portas vr-
bis, hac ſalutatione : Fauſtè ingrediatur Dei flagellum. At-
tila ingreſſus cum ſuis copiis, cæcitate percuſſus pertranſiit
tantùm, ciuitate relicta incolumi. Obiit anno Chriſti 480.
Zenonis quinto. Cum Germano Antiſiodorenſi Epiſcopo
in Britanniam, contra Pelagianos profectus eſt.

Sidonius Lugdunenſi patria, illuſtri familia natus, in om-
ni litterarum genere excellens, in Rom. principum aulis
verſatus eſt, Maximi Auiti Imp. filiam duxit in vxorem: quod
à Maioriano interfectu, Aruernorum Epiſcopus conſtitutus
eſt, quamuis inuitus, ætate ſatis grandi. Scripta eius ex-
tant, poëtica præſertim. Contra Gothos Arrianos acriter G
pugnauit. Aprunculum ſibi iuſſit ſubſtitui 9. Calend. Se-
ptembris, primi Iuſtini temporibus.

Martinus Sabariæ Pannoniorum oppido oriundus, Ticini
tamen à parentibus gentilibus nutritus, patre Tribuno : de-
cimo ætatis anno ſponte ſua ad Eccleſiam tranſiit, & cate-
chumenus factus eſt. Anno ætatis 15. ſub Conſtantino &
Iuliano à patre inuitus ad militiam ductus eſt : & in eo per
triennium vixit, antequam baptizaretur. Cùm apud Vangio-
num vrbem Iulianus prælio certaturus eſſet, Martinus armis
pugnare detrectauit, ſolo crucis ſigno ſe munire volens.
Eam rem indignè ferens Iulianus, carceri eum incluſit, & in
craſtinum inermem hoſtibus obiicere cogitabat. Sed preci-
bus Martini pax facta eſt. Ex militia dimiſſus, ad Hilarium
Pictauienſem Epiſcopum proficiſcitur. Redit inde ad ſuos,
& parentes conuertit. Tandem ad Hilarium reuerſus, arte à
Turonenſibus inductus eorum Eccleſiæ Epiſcopus, quamuis
inuitus, conſtituitur. Miraculis ſanandi & prophetiæ dono
fuit clarus. Contra Arrianos pugnauit in Illyrico, vbi à
ſacerdotibus cæſus, & vrbe eiectus eſt. Item Mediolani ab H
Auxentio Epiſcopo plurimis eandem ob cauſam affectus in-
iuriis. Febre obiit ætatis 81. Epiſcopatus ſui 36. Chriſti
406. aut 410. tertio Idus Nouembris.

D. Remigius Gallorum Apoſtolus, Remenſis fuit, ex caſtro
Landuno. Ortum eius præuidit Montanus quidam mona-
chus, qui cùm pro pace Eccleſiæ contra Gothos Arrianos
Deum deprecaretur, naſciturum quendam Remigium audi-
uit, qui Gallos ab iſtis calamitatibus liberaturus eſſet : in
peccatis quidem conceptum, ſed in vtero matris ſanctifica-
tum, vt Ioannem Baptiſtam. Natus eſt anno 449. Theodoſij
Iunioris 21. Mortuo Bennadio Epiſcopo Remenſium, ipſe an-
no ætatis 22. ad Epiſcopatum cogitur. Eruditus fuit, & elo-
quens valde, miraculis & prophetiæ dono clarus. Regem
Clodoueum primus conuertit, & de eius exercitu tria millia
baptizauit, Arrianam impietatem ſtrenue confutauit. Scripſit
etiam commentarios in vetus & nouum Teſtamentum. Obiit
anno ætatis 96. Idibus Ianuarij, cum Epiſcopatum geſſiſſet
annis 74. & ampliùs, anno Chriſti 500. vel 490. alii 545.

Germanus ciois & Epiſcopus Aotiſiodorenſis, Romam A ſtudiorum gratia profectus, legibus operam dedit, & cauſas in foro agit. Inde præfectus agri Antiſiodorenſis factus. Cùm templum aliquando ingredcretur, Amator Epiſcopus ex im prouiſo cum ſacerdotibus eum circumſtans, manus ei impoſnit, & Epiſcopum crear etiam repognantem. Mortuo Amatore, ne diuinæ reluctaretur electioni, Epiſcopatum ſuſcipit, in quo contra hæreticos acritet pugnauit: ita vt bis in Britanniam cum Lupo Trecaſſino Epiſcopo contra Pelagianoa miſſus fuerit. Ex Britannia rediens, Rauennæ obiit, anno Domini 450. ſui Epiſcopatus 30.

Patricius Brito genere, ſecundus Hyberniæ Epiſcopus, patre Calputnio, presbytero, matre Conche, D. Martini ſorore: primùm Succhar dictus, inde Magonius à Germano Altiſiodorenſi Epiſcopo: tandem Romæ propter ingenuos mores Patricij cognomen tulit. Poſt Palladium ad Scotos Archiepiſcopos mittitur à Cæleſtino Pontifice, an. Chriſti 432. Miraculis & doctrina totam inſulam conuertit, & Pelagianum errorem extirpauit. Eius precibus datum aiunt, quòd nullum animal venenatum in inſula reperiatur. Obiit an. Chriſti 492. ætatis ſuæ 122. cùm præfuiſſet annos 60.

B Anaſtaſius Epiſcopus Antiochenus fuit. Cùm Iuſtinianus Imper. eorum hæreſim amplecteretur, qui opinabantur Chriſtum non mortalem carnem aſſumpſiſſe, ſed eam poſteaquam aſſumta eſſet, immortalem extitiſſe, & omnes ſacerdotes huic opinioni ſubſcribera velle: omnes ore vno ſunt profeſſi, ſe Anaſtaſium Antiochenum ſequi. Quem cùm Imp. in ſuas partes tradu cere vellet, acriter ille reſtitit, & ſuos ſubinde monuit: Si quis aliud Euangelium docoerit, anathema ſit. Iuſtinns tandem eum io exilium eiecit, propter ærarij eccleſiaſtici pecuniam ab eo in pauperum vſus coonſumtam. Poſt viginti tres ennos mortuo Gregorio Epiſcopatui ſuo reſtitutus eſt.

Fulgentius Afer, patre Fulgentio ſenatore Carthaginenſi ortus: primùm monachus, poſtea Ruſpenſis Eccleſiæ Epiſcopus factus eſt. Pluriroa ſcripſit. Acriter contra Arrianns pugnauit. A Thraſimundo Vandalorum rege Arriano cum 220. Epiſcopis in Sardiniam relegatus rediit. Iterom deinde expulſos, eò quòd contra Pintam Arrianum ſcripſerat, & iterum reuocatus, obiit anno ætatis 65. Epiſcopatus C 25. ſub Anaſtaſio Imper.

Macedonius, Epiſcopus Conſtantinopolitanos, ſub Anaſtaſio Imper. in locum Euphemij ſobſtituitur: vir ſanctus & orthodoxus, & Chalcedoneoſis ſynodi contra Imp. Manichæum aſſertor, populóque carus. Accuſatus de ſtupro, ſubductis in iudicio veſtibus, ſe virilibos carere oſtendit. Tandem tamen iniuſtè ab Imp. Euchaitem exulatum mittitur: & quia propter Hunootum irruptionem per Caſpias portas Gangrem ſe contulerat, Anaſtaſius miſſis percuſſoribus, eum trucidari curauit, anno Chriſti 517. Anaſtaſij 24. & poſt mortem cuidam in ſomnis apparens, Anaſtaſium ad Dei tribunal vocauit.

Marcellinus Epiſcop. Anconitanus podagricus, aborto incendio quod nolla aquæ vi reſtingoi poterat, ipſe ſeſe flammæ aduerſum inferri curauir. Eius attactu flamma miraculosè reſedit. Floruit ſob Tiberio. *Greg. Turon. lib. 1. Dialog. cap. 6.*

Herculanus Monachus ſanctiſſimus, Gregorij magni nutritor, Epiſcopus Peruſinos factus. Cum Totilæ exercitus poſt ſeptennem obſidionem Peruſium expugoaſſet, ex regis mandato ciues omoes necantor: Herculanus capite truncaD tus, deiode excoriatus, tandem è muro præcipitatur.

Venantius, Honorius Clementianus Fortunatus, non procul Taruiſio natus, & Rauennæ educatus, amore Martini (à qoo in ſomnis oculorum dolore liberatus erat) Turonum profectus, iode Pictauiom: primùm presbyter, deinde Epiſcopus factus eſt Pictauienſis, & Gallos ad mitiorem vitæ cultum traduxit. Scripſit multa verſo & proſâ. Claruit an. Chriſti 576. ſub Iuſtino Iuniore.

Alcimus Auitus Viennenſis, inter Chriſtianos poëtas non poſtremus: monachus primùm in cœnobio Sanctorum Petri & Pauli Viennæ Galliæ, patre mortuo, ad Epiſcopatum Viennenſem euectus eſt. Scripſit heroico carmine. Guodebsldum Burgundiorum regem in Arrianam hæreſim lapſum, magno cum lebore Eccleſiæ Catholicæ reſtituit. Deinde eius hortatu contra Arrianós Dialogis aliqoot certaoit. Claruit anno 490. ſub Zenone & Anaſtaſio. Sepultus in mooaſterio Vieonenſi ſanctorum Petri & Pauli.

Gregorios Auernenſis patria, anno ætatis 8. præceptore E Auito vſus eſt: inde à Nicetio Epiſcopo Logdunenſe in ſacris litteris inſtitutus. Octauo Iuſtini Iuoioris anno factus eſt ex monacho 14. Eccleſiæ Turonenſis Epiſcopus. Miraculis claruit. Scripſit etiam quædam. Chilpericum regem refutauit, qui non admittebat diſtinctiooem perſonarum io Trinitate.

Germanus Auguſtodunenſis, Abbas primùm, deinde Epiſcopus Pariſienſis, incredibili zelo religionis Francos accendit: doctrina ſimul & exemplo oues ſuas paſcens: Cùm ægrotaret, in pariete oppoſito ſculpi iuſſit hæc verba: Quinto Calendis Maij (ſeu Iunij) qoo die obiit octogenarius, ſepultus Pariſiis apud S. Germanom de Prato. Huic Chilpericus Rex, alioqui impius, honorificum erexit Epitaphium.

Amandus in cella S. Martini per 15. annos moratus eſt. Inde Traiectenſis Epiſcopus creatus, in Vaſconiam pro infidelibus coouertendis migrauit: tantæ auctoritatis, vt Dagobertus Rex à nemine alió quàm ab Amando filium ſnum baptizari veller: quamuis eum propter liberam reprehenſionem priùs in exilium eieciſſet.

Ioannes Cyprius Epiſcopus; à beneficentia in pauperes Eleemoſynarius dictus eſt. Exules reuocauit, captiuos rede- F mit, bona Eccleſiæ auxit, cœlibatum acerrime cuſtodioit. Metaphraſtes eum ſæpè Eccleſiam bonis omnibus exuiſſe, neque tamen inde damnum vllum ſenſiſſe ſcribit.

Cyriacus Mauricio Imp. carus, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Phocam parricidam vi compulſus inaugorauit, cùm prius tamen ad orthodoxæ fidei profeſſionem, & promiſſionem de noo turbanda Eccleſia eum adegiſſet. Poſtea cum Phocas Conſtantinam cum tribos filiabus ex Eccleſia ebripere conaretur, ei reſtitit, & iuramentum ab eo accepit de illarum incolumitate.

Ioannes Epiſcopus Bergomenſis tanta doctrina fuit & ſanctitate, vt Iunipertos etiam rex Longobardorum illi aſſurgeret.

Gregorius in Sicilia, in vico qui Prætorius dicitur, propè Agrigentum natos, ex baptiſmate ſuſceptus eſt à Potamione Epiſcopo Agrigentino. Octaoo ætatis anno apud Damianum grammaticum cœpit cognoſcere litteras: & intra quatuor annos tantùm profecit, vt in clericum reciperetur. Inde ad terram Sanctam profectus, Hieroſolymis à Macario Epiſco- G po factus eſt Diaconus. Poſtea Antiochiam petiit, mox Conſtantinopolim: tandem Romam, vbi à Pontifice in Epiſcopum Agrigentinum eſt electus. *Metaphraſtes.*

Ioannes Traiectenſis Epiſcopus ſub Clothario factus, Agnus vocabatur: & agricola erat, literarum penitùs expers. Quidam diuioitùs moniti, eum ad epiſcopatum vocant. Ille recuſare, quòd vxorem haberet, quod indoctus eſſet: deniqoe quod oon minùs ed tantum munus ineptus eſſet, quàm baculus quem manu geſtibat, ad germinandum. Dictu mirum, baculus illicò germinare cœpit. Quo quidem prodigio motus, diuinæ vocationi paruit: & à Clothario rege confirmatus, pro Agno Ioannes dictus eſt, & doctrinam ſimul cum reliquis virtutibus Eccleſiaſticis diuinitùs hauſit. *Herigerius Abbas cap. 31.*

Leodegarius Pictauienſis, iuniori Clothario à Conſiliis fuit. Poſtea Auguſtodunenſi Eccleſiæ præficitur. Verùm cùm mores aulicorum grauiter increparet, cum fratre Garino in vincula coniicitur. Et Garinus quidem lapidibus obroitur. Leodegarius verò in flumioa quodam ſuper acutiſſimos ſilices ambnlare coactus, Deum ſemper laudauit. Abſciſſa lin- H gua vocem nihilominus retinuit. Tandem capite plexus eſt. Auctor cædis à dæmone correptos, ſeipſum in ignem cóiecit.

Audomaros Taruarnenſis Epiſcopus in Gallia, Taruarnenſes & Morinos poſt Fuſciani & Victoris martyria ad idololatriam relapſos, reuocauit in viam, & monaſterium Sitthim extruxit. Cæcus Epiſcoporum precibus viſom recuperauerat. Sed cæcitatem plus quàm viſum ſibi profuturam ſciens, petiit à Deo deouo orbari oculis, & impetrauit. Carnis ſtimulos ſentiens, inter acutiſſimas vepres ſeſe volutauit.

Eligius Lemouicenſis, aurifaber primò, inde Epiſcopus Nouiomagenſis, pietate & miraculis claruit. Obiit anno ætatis 70. Chriſti 665.

Arnulphus pronuus Caroli Magoi, dux Lotharingiæ. relicta vxore & liberis, in eremum ſe coorulit. Mox ad terram Sanctam peregrinatus eſt. Reuerſus, in Metenſium Epiſcopum eligitur. Miraculis claruit. Repetiit tandem ſolitudinem, & ibi obiit, anno 640.

Aidanus Scotos, ſanctitate & [illegible] clarus, Landeſar- **A** uenſis Epiſcopus apud Northanymbros.

Anaſtaſius Laodiceæ Epiſcopus metropolitanus, cum ſacra facieos more ſolito eaclemaret, Plebs tua & Eccleſia sua ſupplicat tibi: Salimus Arabum dux ad ſeditiouem eum populum cohortari exiſtimans, eum in carcerem coniecit. Sed ab eo tamen denuo placatus fuit, Conſtantin. Ceptonymi anno 20.

Saluius Albinenſis Epiſcopus, Chilperico Francorum regi in errorem Atij prolapſo ſeſe oppoſuit: & chartam in qua Rex ſcripſerat, Trinitatem non in perſonarum diſtinctione ſed Deum nominandam, cum ſibi prælegeretur, diſcerpſit. Tandem in carcere cum diſcipulo ſuo Valentiniano interfectus eſt.

Bonifacius Moguntinenſis Epiſcopus, Germanorum Apoſtolus.

Vilibeldus Bonifacij Auunculus Aichſtadienſis Epiſcopus, Erfordiæ & in Haſſia Chriſtum docuit.

Methodius ob imaginum patrocinium, à Michaële Balbo Imper. in carcerem coniectus, & à Theophilo Imp. paulò pòſt in Panormum Antigoni inſulam relegatus, & inter duos **B** latrones concluſus, quorum altero mortuo & putreſcente, fœtore propemodum enectus; à Theodora pulſo Syngelo conſtituitur Patriarcha. Aduerſarij eius ſubornauerant mulierculam, quæ affirmabat, ſe ab ipſo ſtupratam eſſe. Ipſe verò calumniam iſtam refutabat, oſtenſis genitalibus, quæ planè erant exiccata, & ad veneris actus inepta. Interrogatus autem; Vnde iſtud mali aſſet? reſpondit ſe Romæ aliquando libidinis æſtu percitum, rogeſſe Petrum & Paulum, vt ſibi opem ferrent. Quare in ſomnis illos ſibi apparuiſſe, & Petrum contactu ſuo omnem vim libidinis ſibi ademiſſe. *Zonaras tomo 3.*

Photius vir inſignis, primarius à ſecretis, & ab eruditione celeberrimus, ſed adulter & neophytos, de foro ac ſeculari militie & habitu à Palatinis ædibus eductus, & ſubitò tonſus, Patriarcha Conſtantinopoleos deſignatur à Barda & Michaëla Balbo Impp. Baſilium, qui Michaële ac optimum ſuum parentem interfecerat, ab aditu Eccleſiæ communionis prohibuit. Propagationem fidei ad Roſſos adiouit. Baſilio diſſuaſit, ne filium ſuum Leonem falsò delatum, quòd patri **C** inſidias ſtruxiſſet, interficeret. *Zonaras tomo 3. in vita Baſilij.*

Methodius eb Vrolpho Moranis Iuliomontanis, Venedorum populo, Epiſcopus & doctor conſtitutus fuit Ludouico Pio. Eum ad Polonos quoque fidem Chriſti propagaſſe, *Cromerus lib. 3.* annotat. *Auentinus lib. 4. Annal.*

Cyrillus vero cum Methodio fratre doctrinam Euangelij prædicauit Slauis, ſeu Polonis. *Cromerus lib. 3. de rebus Polonorum.* Tempora Nicolai Pontificis Romam venit, eóque corpus Clementis attulit: & diem iſthic obiens, in Eccleſia Clementis ſepultus eſt. Eum ſigna edidiſſe, ſcribit *Ranulphus lib. 5. c. 31. in Polychronico. Antoninus tit. 16. c. 1. §. 9.*

Hincmarus ſub Carolo Magno, monachus Pariſienſis ad S. Dyonyſium, eruditione & facundia clarus, Remenſis Archiepiſcopus, circiter annum Domini 854. ſub Lotharij imperio. Adrianus II. eo quòd Lugdunenſem Epiſcopum vetuiſſet ad Romanam ſedem appellare: & quòd non ſtatim ad ſuum præceptum, Normanum & Carolum regem excommunicaſſet, graui epiſtola eum obiurgauit. Ille reſpondit ei, Se non potuiſſe Normanni excommunicationem probare: & multo minos poſſe Carolum Regem excommu- **D** nicare, cùm ſaſe offerat ad rei legitimam cognitionem. *Sigebertus.*

Rabanus Maurus, Archiepiſcopus Moguntinus. *Vide Tit. Theologorum.*

Carolos Dux Aquitaniæ, filius Pipini Regis, à Ludouico Moguntinus conſtituitur Epiſcopus. *Auentinus lib. 4. Annalium præfuit annis ſeptem.*

Haido, ſeu Hatto, ex Abbate diuitis Augiæ, Baſilienſis Epiſcopus, ingenio & corpore inſignis à Carolo Magno circiter anno Domini 811. Conſtantinopolim ad Nicephorum pacis confirmandæ gratia ablegatur, cum aliis quibuſdam. Scripſit de eo itinere commentarium *Auentinus lib. 4. Annalium.*

Bertholdus vir ſanctus, quintus Monaſterienſis Epiſcopus, peculierem morbum, quo tum laborans eius ſubditi, nimirum tumorem linguarum curauit, indicto ieiunio & celebratione litaniarum. Claruit ſub Arnulpho Imperatore.

Crantzius in Metropoli libro ſecundo capit. 18.

E Anſgarius Gallus, monachus Corbienſis, cum aliis ſuis collegis ex Francia in Saxoniam, ad nouam Corbeiam ad Viſurgum extructam, à Ludouico Pio tranſlatus eſt. Cùm in eo cœnobio artium & ſacrarum literarum traditione præpararentur diſcipuli, qui ad Aquilonares gentes, Danos & Suetones propagarent religionem Chriſtianam, ipſe præ cæteris excelluit. Hamburgenſis Epiſcopus factus, Eccleſiam & clauſtrum & Bibliothecam ſummo ſtudio inſtructam habuit, ſed à Danis capta vrbe, exuſta ſunt omnia. Nicolaus pontifex ei Bremenſem quoque Epiſcopatum contra Guntharium Colonienſem Archiepiſcopum conceſſit, & Anſgarium eiúſque ſucceſſores Hamburgenſis & Bremenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, & legatum Apoſtolicum apud Danos, Sueones & Vandalos conſtituit. Quidem ex Danis ab eo baptizeti, & animæ & corporis ægritudines depoſuerunt: & ipſe Bremis multos malè habentes, in Xenodochiie verbo & contactu curauit. Prophetico ſpiritu prædixit Rembertum adhuc puerum ſibi ſucceſſurum. Annos triginta quatuor in Epiſcopatu exegit: mortuus eſt Anno Domini 865. ſepultus Bremæ. *Crantzius in Metropoli lib. 1. cap. 42. & Chronicon. Saxonia.* **F**

Hebertus à Carolo Magno ad Boiorum Sueonum Regem, vnà cum aliis viris doctis miſſus, Lincopenſis Eccleſiæ in Oſtrogothia fundamente iecit: ibique primus Epiſcopum egit. *Ioannes Magnus in Gothica hiſtoria libro 17. cap. 1.*

Ethelvvolphus Egberti Anglorum regis filius, ab Helmoſtano Epiſcopo Vintonienſi inſtitutus, Suithuni monachi hortatu monaſticam vitam profitetur: inde diaconus, & poſtea Vintonienſis deſignatur Epiſcopus, anno Domini 837. Mortuo Egberto, cum præter ipſum de regie ſtirpe nemo reſtaret ampliùs, proceres regni communi conſenſu regem illum expetunt: ſed obſtabet ſacra initiatio: A Gregorio igitur IV. accepta diſpenſatione, Suithunus fuit Epiſcopus & Ethelvvolphus regni adminiſtrator Osburgam ducit vxorem. Decimo regni anno voti cauſa Romam venit. Scholam Anglorum, Hoſpitale Thomæ dictam, incendio conſummatam inſtaurauit. Decimam regni ſui partem ſacerdotibus & monachis contulit, anno Domini 854. **G**

Polyeuctus monachus ſpado, eloquentia & virtute inſignis, Conſtantinopolitanus Patriarcha electus, ſtatim Imperatorem Conſtantinum Leonis F. monuit, vt deteſtandam cognatorum Romani ſenioris auaritiam coerceret. Nicaphorum Phocam coronauit. Ioannem Zimiſcen, qui Theophanonis Imperatricis inſtinctu, Imperatorem per ſicarios noctu in lecto cubantem interfici curauerat, ad Eccleſiam, vt diedemate ornetetur, properantem, tanquam cæde pollutum prohibuit. Zimiſce non quidem ſuis manibus, ſed Theophanonis impulſu per ſicarios trucidatum Imperatorem aſſerente, Patriarcha Theophanonem regia pelli, cæſores exilio multari, ac decretum Nicephori, quo ſibi ius deſignandi Epiſcopos errogarat, irritum haberi poſtulauit. Zimiſcea Patriarchæ poſtulatis acquieſcens, regio diademate ornatus, ab omnibus Rex ſalutatur. Trigeſimoquinto pòſt die, mortem obiit Polyeuctus. *Zonaras tomo 3.*

Pilgrinus Batauienſis & Laureacenſis Epiſcopus, in Baueria Geizam Hungariæ regem conuertit, & Laureacenſem Eccleſiam Archiepiſcopatum conſtitui à Benedicto VI. impetrauit, ne Iuuanienſi ſeu Salisburgenſi ampliùs ſubeſſet. **H**

Bruno Othonis Magni frater, à Colonienſibus mortuo Vvigfrido, ad Epiſcopatum euectus eſt. Lotheringiam quoque fratris iuſſu à latrociniis purgauit: magni Ducis ſummique Pontificis munere functus. Plurimos Normanorum & Danorum ad fidem conuertit. Eandem ſacrorum rationem in ſua prouincia conſtituit. In victu & veſtitu frugalis fuit. Mores monachorum fluxos correxit.

Adelgagus Vnnoni ſuffectus, trium Othonum cancellarius. Haraldum Daniæ regem baptizauit, & multos ad Septentrionales doctores miſit.

Othricus ſecundus Magdeburgenſis Epiſcopus, anno 984. ſeculo ſuo ob eximiam eruditionem celeberrimus. Qui eo præceptore vſus fuerat, cæteros ſcientia præcellere omnium opinione iudicabatur. Romam confirmationis

gratia contendens, in itinere defecit. *Crantzius in Metropoli,* A *lib 3. cap. 37. & Trithemius in Hirſaugienſi Chronico.*

Hildebertus frater Conradi Rom. Regis, Abbas Fuldenſis primùm, mox Moguntinus Epiſcopus, doctrina & prophetia claruit. Anno 939. obiit, cùm Romanus Epiſcopus deſignatus eſſet.

Villegiſus, quem Hermannus Giga VVilhelmum vocat, humili loco, patre rhedario in Saxoniæ pago Stromingo natus, virtute & prudentia adeò excelluit, vt ab Imperatore Othone ad diaconi officium in aula adhiberetur: & maximè ſeriis adhiberetur in aula de regno adminiſtrando conſultationibus: imò filium Othonem III. eius fidei & diſciplinæ Imperator tradidit. Tandem Moguntinæ ſedi datus eſt Epiſcopus, anno 976. Poſt Othonis II. obitum; cùm filius eiuſdem, ratione ætatis, ad imperij molem minus aptus eſſet, eius curam & adminiſtrationem ſuſtinere, ipſumque Othonem III. regem inungere cogitur. Primus in Moguntina Eccleſia hanc dignitatem accepit, quòd cum cæteris Electoribus ordinariis, iuxta Othonis conſtitutionem, Henricum Claudum Rom. Imp. conſecrauit. In parietibus ſui B oratorij rotas depinxit ac ſuſpendit, hac inſcriptione: Villegiſe, prioris tuæ fortunæ memor, qui nunc ſis conſidera. Nemini autem aditus in conclaue illud patebat: vnde grandem ibi theſaurum reconditum teneri, plurimi ſuſpicati ſunt. Intromiſſus autem aliquando Henricus Claudus Imperator, nihil præter rotas & litteras pictas vidit: idque in vulgus poſtea ſparſit, ac vt Pontifices Moguntini prioribus inſignibus duas rotas adiiciant ſanxit. *Nauclerus, Hermannus Gigas, & Bruſchius de Epiſcopatibus.* Mortuus eſt anno pontificatus ſui 36. qui fuit Chriſti 1011.

Notingerus ſeu Notingus, Conſtantienſis Epiſcopus, ex cœnobio S. Galli vocatus, vir doctus & pius, Commentarios in Euangelia ſcripſit, & tanta fide præfuit, vt D. Huldricus Auguſtanus Epiſcopus integro triduo ferias & ieiunium indixerit, vt Notingero ſimilem ſucceſſorem Deus daret. Obiit anno 935.

Conradus comes de Altorf Notingero præceptori ſucceſſit. Patrimonium omne in templis extruendis abſumſit. Ter Hieroſolymas petiit. In lacu Acronio ſiccis pedibus C ambulauit. Araneum calici ſacro illapſum ſine noxa hauſit. Obiit anno 976.

Huldricus ex primaria Sueuorum nobilitate de Kiburg & Dillingen natus, à primis annis in cœnobio S. Galli educatus, Vuaningo monacho præceptore vſus, niſi ab amicis prohibitus fuiſſet, monaſticum habitum aſſumpſiſſet. Familiaritate Adelberti Auguſtani Epiſcopi vſus, tandem anno 923. defuncto Hiltino, Henricus Auceps, ad occupandum Auguſtanum Epiſcopatum eum domo euocauit. Othonis Magni caſtra ſecutus Vngaros magna clade affecit. Auguſtanam vrbem extendit: ipſumque S. Afræ templum, quod Vngari ſolo æquauerant, intra mœnia concluſit: ſuoque de nomine, priori mutato, dici noluit. Monaſterium virginum in eo loco, vbi Otho Vngarorum fuderat exercitum, extruxit, quod Stephani nomine dixit: eo quod Vngarorum rex captus, & baptizatus, idem nomen exceperat. Schedelius & Bruſchius. An. Epiſcopatus 50. Chriſti 973. ætatis 83. obiit.

Gulielmus plebanus in Catxenhuſen, quod Imperatorem D Conradum in venatione à ſuis aberrantem perhumaniter exceperat, & ſymbolæ loco corrigiam de ceruina pelle ſolam periiſſet, Monaſterienſium apud Veſtphalos Epiſcopus ordine VI. creatus fuit. *Crantzius libro 2. cap. 19. Metropoleos.*

Theodomarus Saxo, vir doctus, primus Boëmorum Epiſcopus ab Othone II. conſtitutus, cum iis antè præfuiſſet Regioburgenſis Epiſcopus.

Secundus Boëmorum Epiſcopus Voiecechus Cromero, Vuiſtech Sigeberto, Adelbertus, ſeu Albertus, iuxta Sabellicum; ab exteris gentibus dictus, ampliſſima familia Boëmorum natus (patre Lubeco, qui ſuum regnum in Boëmiam, ad Surinam & Niſam vſque fluuium, & ad Hercyniam ſyluam apud Teutones, & in Poloniam ad Glaſtum vſque agrum extendebat, graui morbo correptus; à matre Streſilaua ad D. Virginis ædem defertur. Quæ cùm votum ibi reddidiſſet, perpetuò hunc ſuum filiolum religioni addictum fore, ſanitatem ipſi impetrauit. Apud Fuldenſes monaſticum habitum aſſumſit. Boëmis Epiſcopo deſtitutis, ipſe Pragæ reſidere iuſſus eſt. Verùm cùm ob gentis pertinaciam fruſtra aliquandiu docuiſſet, Romam abiit: ibique monaſticæ E vitæ habitum denuò aſſumpſit. Boëmi eius habitu indignati, parentem & fratres trucidarunt. Roma deinde per Boleſlaum ducem reuocatur, ſacerdotis munia obiit. Boëmi eadem, qua prius, in eum vſi ſunt inhumanitate. *Bonfinius lib. 1. Decad. 2.* Ergo Vngaros adiit, Gaudentio fratre aliiſque religioſis eum comitantibus. ibi copioſum ſuæ prædicationis fructum fecit & regis filium Stephanum ſacro baptiſmate initiauit. A Polonis honorifice ſuſceptus, duce eorum Miecislao, ſingulari eum fauore complectente, eandem ipſis, quam Vngaris, nauauit operam. Nocturna viſione admonitus, ad Boruſſos abiit, & tandem propè oppidum Fishauſen, Ethnicorum flaminum inſtinctu, à Barbaris trucidatus eſt, anno Chriſti 995. Cuius corpus Boleſlaus dux tanto auri pondere, quantum cadaueri reſponderet, à Barbaris redemit: & ad Gneſnenſem delatus Eccleſiam, terræ ibi mandari magna ſolennitate curauit. Monumentum eius plurimis inclaruit miraculis. *Bonfinius lib. 1. Decadis 2. Cromerus lib. 3.* Diuorum catalogo inſcriptus, eique feſtus agitur dies IX. Calend. Maij. *Trithemius.* F

Dunſtanus ampliſſimo Anglorum genere natus, præter linguarum & artium ſtudia, in primis Muſica inſtrumenta magna cum felicitate tractare didicit. Manum etiam ad imagines ex omni metallo effingendas & exculpendas habuit promtiſſimam: Sub Edmundo Anglorum rege, Abbas Glaſconienſis factus. Ob liberam reprehenſionem Edgari regis inceſtuoſi, in Flandria per quadriennium exulauit. Reuocatus ab Aduino, qui patri ſucceſſit, Vigornienſis & Londinenſis Epiſcopus factus eſt. Mortuo Odone Cantuarienſi Archiepiſcopo, Dunſtanus communi conſenſu ei ſucceſſit. A Ioanne XII. Pontifice confirmationem & pallium impetrauit. Ob Eduardi pij regis cædem calamitatem ingentem Angliæ imminere prædixit: quæ paulo pòſt ſecuta eſt, Danis regnum occupantibus. Paulo antè obitum, cùm in lecto decumberet, Seraphin vidit, & ab Angelo antiphonam didicit, O rex gentium, dominator omnium, propter ſedem maieſtatis tuæ da nobis indulgentiam, rex Chriſte, peccatorum. Obiit anno ætatis ſeptuageſimonono, Chriſti 988. ac in Diuorum numerum relatus eſt *Polydorus Vergilius lib. 7.* G

Poppo Sleſuicenſis Epiſcopus, veſte cera illita in igne illæſus Danos conuertit. *Crantzius lib. 3. cap. 43. Metropoleos.*

Wolfgangus Sueuus, Comes Pfolligenſis, duodecimus Ratiſponenſium Epiſcopus, vir ſuo ſeculo doctiſſimus, comes Pilgrini ab Vngarorum rege Batauia euocati, vt ſuam gentem de vera ſalute erudiret. In Boëmia quoque, quæ nuper idolorum cultu abiecto Chriſto nomen dederat, de voluntate ſecundi Othonis Epiſcopatum inſtituit. Lotharius Galliæ rex, rupto quod cum Othone inierat fœdere, Orientale quoque regnum ſuo adiungere vi & armis contendebat. Imperator per continuos duos menſes cuncta cæde & incendiis vaſtauit, ſolis templis ſaluis: & inter redeundum caſtra ad Vxonam flumen poſuit. Huic expeditioni VVolfgangus interfuiſſe, primuſque cæteris hæſitantibus vadum inueniſſe, flumen ſuperaſſe, animumque militibus addidiſſe dicitur: quemadmodum Reginoburgenſes adhuc prædicant & depingunt. Obiit anno 994. *Auentinus lib. 5. Annalium, & Nauclerus.*

Poſt Xiphilinum Coſmas monachus literatum quidem rudis, ſed virtutibus omnibus ornatus, & hac de cauſa Michaëli Imperatori Ducæ filio admodum gratus, deſignatur patriarcha Conſtantinopolitanus, cùm Alexium Comnenum exactionum nullum ponere modum, omnemque emendationis ſpem ſublatam videret, miniſtro dixit: Tolle Pſalterium & ſequere me, & ſimul æde ſacra egreſſus eſt: in quam nunquam rediit, quamuis Imperatoris id magnopere flagitarent. Fidelem autem populum pauit annos 5. menſes 9. *Zonaras tomo 3.* H

Petrus Albanenſis Epiſcopus illæſus per pyram ardentem tranſiens, Simoniæ reum comprobauit Petrum Florentinorum Epiſcopum: vnde poſtea Igneus eſt appellatus. Obiit anno Domini 1088. iuxta Vrſpergenſem.

Iuo Beluacenſis canonicus, diuinarum Scripturarum non ignarus, & Canonum ſanctorum patrum interpres, ab Vrbano Romano pontifice creatus eſt Epiſcopus Carnotenſis, anno 1092. Ex volumine Iſidori de decretis Apoſtolicis,

com

compendium excerpſit: quod capitulis diſtinctum, ſenten- A tiis patrum alicubi auxit, cui titulum fecit Panormiam, quo libro Iureconſulti vſque ad tempora Gratiani ſunt vſi. Cum Philippi regis Francorum improbaret coniugium, in carcerem coniectus eſt. Cùm primates Carnotenſes eum vi liberare molirentur, à propoſito eos dehortatus eſt, monuitque vt orationibus potiùs ad Deum rem agerent. *Sigebertus Henricus de Erfordia, Trithemius.*

Bruno, Conradi Carinthiæ ducis filius, Conradi Imperatoris (cuius patruelis erat) beneficio Herbipolenſium factus Epiſcopus, Sacrarum literarum raro exemplo ſtudioſus fuit. Et Patrum ſcriptis totius Pſalterij enarrationem non ſine labore comportauit: & Anaſtaſij ſymbolum explicauit. Cum Mediolanum oppugnaret Conradus, Bruno, ſacris peractis, ſub quibus aëris intemperies ſuborta fuerat maxima, Imperatorem adiit: & ſibi D. Ambroſium vrbis præſidem apparuiſſe ait, & extrema quæque interminatum, niſi diſcederet. Quo prodigio obſidio ſoluta eſt. Anno Chriſti 1045. cum Henrico III. in Vngariam profecturus, ruina cœnaculi, vbi ex itinere fortè diuerterant, cum multis aliis oppreſſus, ſeptimo die expirauit. Cadauer VVirtaburgum reportatum, ipſe B Sanctorum catalogo aſcriptus. *Bergomenſis lib. 12. Hermannus Contractus, & Bruſchius de Epiſcopis.*

Staniſlaus cognomento Sciepanouius, nobili Boruſſorum familia oriundus, ob ſingularem pietatis opinionem Lamberto Epiſcopo Cracouienſi ſuffectus eſt: Cum regem Boleſlaum admoneret, vt ſæuitiam, expilationes, adulteria, luxum exueret, idque fruſtrà ſæpius monuiſſet, anathematis vinculo eum conſtrinxit. Rex captata occaſione Epiſcopum in templo obtruncauit, diſcerptas partes canibus deuorandas obiecit, anno Domini 1079. *Cromerus de reb. Polonia lib. 4. Crantius lib. 3. cap. 13. & 14. Vandalia.*

Lanfrancus Cantuarienſis Epiſcopus, Papienſis ortu, fuit vir tam diuinis quam humanis literis doctus, in rem diuinam domi foriſque augendam grauiter incubuit: In rebus verò agendis nemo homo hoc vno caſtius conſuluit, ſanctius egit, impenſius quod è republica eſſet omni tempore fecit. Quapropter & de regno & regibus mirum in modum benemeritus eſt, quaſi communis patriæ pater. Sua enim prudentia C atque animi pietate, ſæpius tum Normannis, tum Anglis magno rerum turbine fluctuantibus, præſidio adfuit. Leniuit Gulielmi regis duritiem: fouit Anglos mira caritate: precibus, pollicitationibus & præmiis in officio eoſdem continuit: feram Ruffi naturam conſilio & præceptis rexit: conciliauit Anglorum animos eidem. Crimini tamen eidem datum eſt, quòd de Ruffo, cuius naturæ peruerſitatem non ignoraſſet, rege creando nimium laboraſſet: & quod Vulſtanum Vigornienſem virum optimum pontificia priuaſſet dignitate. Obiit anno 1090.

Vulſtanus monachus Anglus ad Vigornienſem aſſumptus Epiſcopatum, licet eruditionis parum haberet, ſancto iuramento ad votum ſe aſtrinxit, nunquam ſe deinceps carnes guſtaturum. Iis enim, dicebat, præſertim aſſis, & nares & mentem auocari à ſacris: nec ea deuotione Miſſarum ſolennia, vt fieri debebat, peragi poſſe: *vt Ranulphus lib. 7. Polychronici* teſtatur. Hunc Lanfrancus Epiſcopus Cantuarienſis in Londinenſi Synodo, ob literarum inſcitiam ſede remouendum cenſuerat. At Vulſtanus ſe inſignia Epiſcopatus ei, cuius beneficio accepiſſet, redditurum reſpondens, profectus eſt ad ſepulcrum Edouardi regis: & exuto inſigni veſtitu, baculum pa- D ſtoralem tam altè monumento lapideo infixit, vt nulla inde vi extrahi poſſet. Quo miraculo rex Gulielmus Conqueſtor & Lanfrancus territi, vt ſuo liberè deinceps fungeretur honore, obnixè rogarunt. *Polydorus lib. 9.* Obiit anno Domini 1095. vel circiter: & in ſanctorum numerum relatus eſt.

Otho Friſingenſis Epiſcopus Lutetiæ Philoſophiæ atque Theologiæ cognitionem imbibit. Hinc eorum monachorum, quorum antea extiterat diſcipulus, præceptor & Abbas conſtitutus eſt Morimundi, Ciſtercienſium ordinis. Circiter annum verò 1140. per Conradum Imp. fratrem vterinum, Friſingenſis deſignatur Epiſcopus: quem etiam in Aſiaticam expeditionem ſecutus eſt. Hiſtoriam ab exordio mundi vſque ad ſua tempora in octo libros digeſſit. In Dialectica & Philoſophia nonnulla edidit, primuſque rationem diſputandi Ariſtotelicam Bauaros docuit. Obiit Morimundi anno 1159. *Sylvius & Auentinus, lib. 6.*

Otho comes Andecenſis, Cancellarius Henrico IV. Imp.

ab illo Bambergenſis Epiſcopatus inueſtituram per baculum E & anulum vel inuitus accepit, mox à Paſchali II. Anagniæ hæreſeos huius veniam impetrauit. In victu frugaliſſimus, erga pauperes beneficentiſſ. Miraculis donoque ſanationis clarus. Pomeranos ad fidem conuertit. Præfuit annis 37. Obiit anno Sal. 1139. *Chron. Bamberg. Liber hiſt. Pomeranica.*

D. Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus, in adoleſcentia petulans miles fuit: hinc regis Henrici cancellarius, & tandem Archiepiſcopus, Angliæ primas, & Apoſtolicus legatus, in pauperes benignus, regi imperitos ſacerdotes ad dignitatas promouenti reſtitit. Itaque in exilium eiicitur. Miraculis claruit. Interfectus tandem à quatuor ſicariis inſcio rege, cui tamen ob eam cædem ſacris interdictum fuit. *Auctor vita & Polydorus.*

Malachias Hybernus, Archiepiſcopus Hyberniæ anno 1148, pauperes aluit, mortuos ſepeliuit, in dicendo aſſiduus, à paganiſmo multos conuertit, miraculis claruit. Romam peregrinatus, in Claraualle obiit D. Bernardus funebri oratione eum cohoneſtauit.

Henricus Lubecenſis Epiſcopus, cùm Henricum Leonem Brunſuicenſem ducem in terram Sanctam comitaretur, Conſtantinopoli coram Imper. & ſuo duce Græcos de profeſ- F ſione Spiritus ſancti confutauit, & victoriam reportauit. Concionator fuit vehemens. *Crantius lib. 5. cap. 41. Vandalia.*

Edmundus Cantuarienſis antiſtes, Othonis legati Rom. frequentes exactiones, in gratiam Innocentij IV. contra Fridericum Imp. factas, quibus ſacerdotes diuexabantur, liberè reprehendit, ac non multò pòſt ſtatuens exilij libertatem anteponere domeſticæ ſeruitutí, in Gallias ad Pontiniacum cœnobium monachorum Ciſtercienſis ordinis, & Altiſiodorenſis diœceſeos, perrexit, illic ſponte exulaturus, diui Thomæ Cantuarienſis ſecutus inſtitutum, qui ad id loci innocentiæ aſylum confugerat. Vt viuens ſanctimonia, ita mortuus miraculis claruit: & ab Innocentio IV. in Diuorum numerum relatus eſt. *Polyd. lib. 16.*

Hactenus Zuingerus.

*ILLVSTRIORES ALIQVOT EPISCOPI
BELGÆ.

☞ *Seriem vero omnium qui Belgicam Eccleſiam vſque ad hæc tempora rexerunt, dabimus in fine huius loci.* G

Etiam in Belgio inſignes pietate & eruditione Antiſtites extiterunt, ex quo Paulus IV. nouos in eo Epiſcopatus inſtituit, anno M. D. LVIII. Inter hos Franciſcus Sonius cuius induſtriam tum Rom. Pontifex, cum Rex Catholicus Philippus II. in Belgicarum Diœceſium ſeparatione, & inſtitutione adhibuit; ex profeſſore S. Theologiæ in Academia Louanienſi, factus Epiſcopus Syluæducenſis, ac annis IV. in functione illa expletis, Antuerpienſis vtramque Cathedram primus ſumma cum laude adminiſtrauit. Hæreſim ſenſim irrepentem, cum ore, tum calamo extirpare conatus, tres demonſtrationum Chriſtianæ religionis libros euulgauit, & colloquio quod de rebus Fidei VVormatiæ inſtitutum erat, interfuit, magnumque ſui deſiderium moriens reliquit, poſtquam annos 6. menſes 2. Antuerpienſem Cathedram rexiſſet.

Cornelius Ianſſenius eodem tempore Flandriam non minus, quam *Sonnius* Brabantiam, ſui nominis ſplendore illuſtrauit. Publicis namque docendi muneribus perfunctus, Gandaui, quod natale ſolum eſt magni iſtius Caroli VI. H primus Antiſtes illuxit. Eruditionis eius teſtis ſit Concordia in hiſtoriam Euangelicam totò orbe celeberrima: vt nihil dicatur de aliis eiuſdem operibus.

Neque fuit Gandauenſibus minus gratum *Gulielmi Lindani* nomen, quod etiam apud Ruremundenſes celebre fuerat, vtriſque enim cum Præſulis honore præfuit. Fuerat per Hollandiam & Friſiam prauitatis hæreticæ deſignatus quæſitor, & in Dilinga Sueuorum Academia renuntiatus profeſſor. Atque in tanto laborum decurſu, tot tantaque ingenij ſui monumenta reliquit, vt vix cuiquam omnia euoluere vacaret. Subrogatus eſt in locum Cornelij Ianſſenij, & eundem cum eo tumulum in æde ſua Cathedrali ſortitus, quem hoc diſticho exornauit *Maximil. Vrient.us* Poëta Gandauenſis.

Vnicus eſt Phœnix: cineres hæc tumba duorum.
Phœnicum vera Religionis habet.

Ceterum *Guilielmum Lindanum* hoc Epigrammate idem A *Vrintius* celebrauit.

Dorarocum patria eſt, Grudia patria altera Athena.
Illa animi altrices, corporis illa mei.
Conſpicuum ſanctà coluit Rurmunda tiara
Et Ganda in cineres officioſa meos.
Non meliore loco naſci, potuiſſe renaſci:
Non meliore coli, non meliore mori.

Læuinus Tottentius ex vicario Leodienſi II. Antuerpienſium Epiſcopus, acri ingenio, quod ſuauioribus Muſis temperabat ſubinde, difficillimis temporibus eam Cathedram prudenter adminiſtrauit. Fundauit Collegium Societatis IESV Louanij, ac III. Mechlinienſium Archiepiſcopus deſignatus, diſceſſit Bruſcllæ, dum res ordinum conſilio ſuo moderaretur; & in Cathedrali ſua conditus, tumuli honore decoratur.

Ioannes Miræus IV. Epiſcopus Antuerpienſis, excellentis animi Præſul, non niſi inuitus, ita vt cogendus foret, hoc honoris faſtigium amplexus fuerat. Interim vetus Dominici gregis ſpeculator, ita breui tempore (vix enim ſeptemnium B hic præfuit) Antuerpienſem Eccleſiam bellorum tumultibus laceratam, & velut omni cura deſtitutam, priſtino ſplendori reſtituit, vt meritò è lateritià marmoream effeciſſe dicendus ſit: dum etiam in minutiſſima quæque ad animarum regimen quoquo modo ſpectantia, oculos, mentémque coniiceret. Surrexit ſub illo Antuerpiæ *Seminarium Theologorum*, quod moriens opibus etiam nonnihil auxit. Cæterum ad maximarum rerum molimina Bruxellam quæ ei patria erat, profectus, Catarrhoſæ guttulæ defluxu ſuffocatus, obiit XXII. Ianuarij, Anno M. DC. XI. Breue meritorum ipſius compendium hæc inſcriptio, quæ eidem in Seminario ad effigiem obtigit, complectitur.

IOANNIS MIRÆI BRVXELLENSIS.

I V. *Antuerpienſium Epiſcopi, vultum hic videt ſpectator.*
Neque enim heroicam mentem qua ſemper alta complexus,
exigua tabella ceperit.
ILLA, ILLA EST, *cuius in Deum cultus & pietas,*
Erga homines adfectus & benignitas,
C *In priuata vita candor & integritas,*
In publica ſplendor & dignitas,
In agendo prudentia & ſedulitas,
Morum facilitas domi foriſque.
[*Quæ virtutes cum eruditione ſumma in illo fuerunt*]
Apud nos poſteroſque perenni elogio celebrabitur.
Huius labore Diœceſis Antuerpienſis multum collapſa,
Priſtinum & priſtino ampliorem ſplendorem recepit.
Surrexit eius auſpiciis hoc SEMINARIVM *Clericorum,*
Quod viuens fouit, & moriens opibus cumulauit;
E quo mox miſſi in omnem vineam operarij,
Eccleſiarum viſitationes hoc ſpeculatore reſumpta,
Virginum Cœnobia optimis inſtitutis ſtabilita,
Et cæremoniarum ſacrarum introducta formula.
Summa eſt. Quod olim Vrbi æterna Octauianus Cæſar,
Id præſtitiſſe Antuerpienſi Eccleſia iure hunc dixeris.
Lateritiam primitus eam inueniſſe,
Et vix ſeptennio quo præfuit, marmoream reliquiſſe.
Sed heu! meditantem maiora catharri defluxus rapuit.
Anno ſalutis humana M. DC. XI. die XI. Ianuarij.
D *Poſtquam vixiſſet annos L. meritorum plenus.*

LAVRENTIVS BEYERLINCX S. T. L.
Canon, & Archipresbyter Eccleſia Cathedral. Antuerpienſ. ac primus huius Seminarij Præſidens Antiſtiti optimè de ſe merito Poſ.

Etiam Franciſcus Pichardotus ſacri huius ordinis decus exſtitit, & Atrebatenſium Epiſcopus renunciatus fuit. Tanto ingenij acumine ornatus, vt anno ætatis viceſimo Sacram paginam Lutetiæ explicaret. In Duacena Academia recens tum excitata, primus Sacras litteras eſt interpretatus. Eccleſiam verò Atrebatenſem annis XIII. periculoſis temporibus, magna dexteritate, & concionum ſacrarum aſſiduitate feliciſſimè rexit. Obiit VII. Kal. Aug. clↃ. IↃLXXIV. defunctum pro funere laudauit Thomas Stapletonus.

Martinum Pythonium virtutis & eruditionis meritum, primum Iprenſibus in Flandria Præſulem dedit. Eius ingenium & doctrinam loquitur Dulinga Sueuiæ, & Louanium Brabantiæ Academia: in vtrâque enim Theologiam è ſublimi loco publicè explanauit. Præfuit primæ Synodo Mechlinienſi, multiſque opprobriis ab hæreticorum nuper exorta E fæce perpeſſis, lue epidimicà ſæuiente, extinctus eſt Audomaropoli, anno M. DLXXX.

Hunc Petrus Simonius, & in Epiſcopatu, & eruditione ſucceſſor, ſingulari prudentia præditus erat, ita vt ſalutaria conſilia in rebus grauiſſimis Belgarum Principes adhiberent. Reliquit non pauca ingenij ſui monumenta, & ad annum LXVI. ætatem protraxit, & obiit anno M. DC. V. vtrumque hunc Antiſtitem Iprenſes communi tumulo ante ſummam aram eóque marmoreo condiderunt.

Cunerus Petri quantus vir? Patria Zelandus, ex profeſſore Philoſophiæ & Theologiæ, primus Leibardenſium in Friſia Epiſcopus creatus fuit. Sed exundante Memnoniſtarum perduellione, cùm in Deum, tum in Regem, biennium vinculis traditus, Coloniam Vbiorum tandem profectus, ſacras ibidem litteras interpretatus eſt. Reliquit eruditiſſimas lucubrationes de rebus & argumentis iſto tempore controuerſis. Multis vigiliis & ærumnis confectus, obdormiuit apud Vbios XV. Februarij anno M. D. LXXX.

Inſuper Paulus Middelburgicus liberalium artium diſciplinis, pietate, animíque moderatione meritò ab omnibus F ſuſpiciendus erat, antequam ad Cathedram Foro-Sempronienſem, agente Maximiliano I. Cæſare, eueheretur, Antiſtes conſecratus, quod muneris ſui erat executus ea cum laude, vt & apud exteros, & ſubditos, perenne nominis decus, tumulúmque qui laudes eloquatur, promeruerit. Gloriatur Iulius Cæſ. Scaliger ſibi nomen ab hoc viro inditum, dum ſalutaribus vndis expiaretur: eúmque Mathematicorum ſui temporis Principem nuncupat. Diſceſſit Anno ſalutis M. D. XXXIV. XIX. Kalend. Ianuarij Romæ, vbi & tumulo honoratur in S. Maria animæ: ſiue in templo Germanorum.

Ornet etiam ſacrum hoc agmen Iacobus Pamelius inſignis virtute, & generis ſplendore Audomarenſium Præſul, ex Præpoſito S. Saluatoris Vltraiectenſis, vtraque dignitate à Philippo II. Hiſpan. Rege accepta. Eius fama ita longè latéque peruagata eſt, vt non ſemel, cum à Gregorio XIII. Pontifice, tum à Staniſlao Hoſio Cardinale, ad Vrbem fuerit euocatus. Cæterum antequam Epiſcopatus ſui poſſeſſionem iniuiſſet, Bruxellam profectus, in itinere in morbum inci- G dit, ex quo paulò pòſt obiit Montibus Hannoniæ, & in prima D. VValdetrudis æde conditus eſt, Anno M. D. LXXXVII. & ſubiecta tumuli inſcriptione decoratus.

Nobili viro Iacobo Adolphi F. Franciſci N. PAMELIO.
Presbytero, ſummo Theologo,
D. Saluatoris Vltraiecti Præpoſito,
Eccleſia Audomaropolitana Archidiacono,
Eiuſdémque nominato Epiſcopo,
Multis in Tertullianum, Cyprianum, alióſque ſcriptores
Monumentis editis clariſſimo,
Intempeſtivà heu! morte abrepto
Fratres mæſtiſſ. Poſ.

Natus eſt clↃ. IↃXXXVI. III. ID. MAIAS.
Mortuus clↃ. IↃ. LXXXVII. XIII. *Kal. Octobr.*

Sed Matthias Houius III. Mechlinienſium Archiepiſcopus, nuper inopinato, die VII. Iulij anno M. DC. XX. defunctus, prioribus interuenit. Cuius viri laudes nulla ætas conticeſcet, quamdiu Chriſtum Belgica enuntiabit & colet, memoriam recolet tanti Præſulis, cuius ſolicitudini ſe debere fa- H tetur, Religionis auitæ præſidium, templorum cultum, morum emendationem, cleri reformationem, populi ſalutem.

Ex paſtore, (quod munus periculoſiſſimis temporibus ſumma cum laude detulit in vrbe patriâ, cuius mox Cathedram iniuit;) factus Archiepiſcopus, nihil prius habuit, quam exhibere ſemetipſum exemplũ fideliũ in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate, attendens exhortationi, lectioni, & doctrinæ. Ita ſedulus ſui gregis ſpeculator, vt penè quotannis quãdo per bella licuit, Diœceſim ſuam, quæ extenſa eſt, & CCCC. ac LX. baptiſmalibus Eccleſiis abundat, ipſe luſtraret, néve quid detrimenti Dominicus ager acciperet, vndecim eidem Archipresbyteros præfecit. Nullus hoc Præſule erat, qui ſe ab vnitate Catholicæ Eccleſiæ diſſidere, palam auderet euulgare. Erátque ita ab omni adfectu alienus, vt in omni Eccleſiæ magiſtratu deligendo, illius enim conſilia Sereniſſ. Belgarum Principes, cùm hic, tum ad rerum ſtatus gubernationem adhibebant; nihil prius ei fuerit, quam ſecurum ſe Deo, ſibi, hominibus oſtendere: nihil opinionis,

omnia

omnis conſcientiæ cauſa facere. Inſtituit in ciuitate Mechlinienſi Seminarium paſtorum, quod & hæredem bonorum eſſe voluit, vnà cum Eccleſiâ ſuâ Metropolitanâ: cui non modicam portionem in quotidianarum diſtributionum augmentum reliquit, verus paſtor, non mercenarius; quem titulum Clemens VIII. laudatiſſimus Pontifex, ſcriptis ad eum in forma Breuis litteris, eidem donauit. Hoſpitalitatis, & benignitatis erga omnes cultor eximius; Montium pietatis per Belgium auctor fuit, & promotor. xxiv. centuriæ eorum numerantur, quos per manus impoſitionem in ius Eccleſiæ tranſcripſit. Iiſque muneribus in Epiſcopatu cum laudate annis xxiv. perfunctus, cum vitæ lxxvii. numeraret, febri correptus, in cœnobio ſuo Affligemenſi, obiit. Laudauit ibidem eum pro funere Laurent. Beyerlinck Archipreſ. Antuerp. eidem, dum viueret, percharus.

*ENVMERATIO PROVINCIARVM ET EPISCOPATVVM.

In qua Metropolitanæ & Epiſcopales ſedes, iuxta veterem, ac præſentem Eccleſiæ ac Regnorum in orbe Chriſtiano ſtatum breuiter recenſentur: ab Auberto Miræo Canonico, poſt Decano Eccleſ. Cathedral. Antuerpienſis concinnata, & nuper euulgata, Littera A, Archiepiſcopatum deſignat.

ITALIA

PONTIFICIA *Ditio.*

SEDES ROMANA, reliquarum in orbe Chriſtiano Sedium Patriarchalium, Metropolitanarum & Epiſcopalium caput & Princeps.

Sedes Epiſcopales S. R. E. CARDINALIVM, Romano Pontifici immediatè ſubiectæ.

I. OSTIENSIS & VELITRENSIS, vnitæ per Eugenium III. Papam.

II. PORTVENSIS, aliàs S. Hippolyti, & Silnæcandidæ, ſeu S. Rufinæ & Secundæ, vnitæ per Calixtum II. *Porto.*

III. SABINENSIS. *Sauina.*

IV. PRÆNESTINA. *Paleſtrina.*

V. TVSCVLANA. *Freſcati.*

VI. ALBANENSIS. *Alba.*

De his conſule Onuphrium Panuinium, libro de Epiſcopatibus, Titulis & Diaconis Cardinalium.

Epiſcopatus alij Prouinciæ Romanæ, quique ſoli Romano Pontifici immediatè ſunt ſubiecti.

Sutrinus & Nepeſinus, Epiſcopatus vniti. *Sutri, Nepi.*

Ciuitatenſis, ſeu Ciuitatis Caſtellanæ in Tuſciâ, & Hortanus, vniti. *Ciuita Caſtellana. Horti.*

Viterbienſis & Tuſcanenſis, vniti. *Viterbo. Tuſcanello.*

Balneoreglenſis. *Bagnarea.*

Vrbeuetanus. *Oruieto.*

Peruſinus. *Peruſia*, Academia.

Caſtellanus ſeu Ciuitatis Caſtelli, in Vmbriâ. *Citta di Caſtello.*

Ciuitatis Plebis. *Ciuita di Plebe.*

Caſtrenſis, gentis Farneſiæ. *Caſtro.*

Aretinus. *Arezzo.*

Lucenſis, habet Ius Pallij. *Luca*, quæ libera eſt Reſpublica.

Spoletinus. *Spoleto.*

Interamnenſis. *Terni.*

Narnienſis. *Narni.*

Amerinus. *Amelia.*

Tudertinus. *Todi.*

Reatinus. *Rieti.*

Fulginas ſeu Folginatenſis. *Foligno.*

Aſſiſienſis. *Aſſiſi*, patria S. Franciſci.

Tiburtinus, prope Vrbem. *Tiuoli.*

Anagninus. *Anagna.*

Verulanus. *Verulo.*

Tarracinus & Setinus, vniti. *Terracina, Sezza.*

Segninus. *Segni.*

Alatrinus. *Alatro.*

Ferentinus. *Fiorentino.*

Anconitanus & Humanenſis ſeu Numanenſis, vniti. *Ancona. Humana.*

Lauretanus & Recinatenſis, vniti per Sixtum V. *Loreto. Ricanati.*

Aſculanus. *Aſcoli.*

Æſinus. *Ieſi.*

Auximanus. *Oſmo.*

Fanenſis. *Fano.*

Camerinenſis. *Camerino*, Ducatus S. R. E.

Præter iſtos, ſunt & alij Epiſcopatus qui Prouinciæ Romanæ à nonnullis adſcribuntur; vt Nuceſinus, Caietanus, Fundanus, Soranus, Aquinas, Aprutinus ſeu Theramenſis; Aquilanus ſeu Furconenſis; Marſicanus, Ortonenſis ſeu Camplenſis, Sulmonenſis ſeu Valuenſis, Atrienſis ſeu Pennenſis, in regno Neapolitano; Papienſis, & Mantuanus in Longobardia; Salutiarum in Pedemontio; Biſignatienſis in Calabriâ, & Cenetenſis in Dalmatâ ad mare.

Baronius tom. 11. Annalium in rebus geſtis anni M.LVII. ex vetuſto ſacrorum rituum manuſcripto codice Vaticano, duos & ſexaginta Romanæ Prouinciæ Epiſcopatus numerat, præter illos qui Cardinalibus erant adſignati. Ex iſtis LXII. Epiſcopatibus nonnulli inſequentibus ſæculis Archiepiſcopatus ſunt facti, vt Florentinus, Senenſis, Vrbinas, & Firmanus: adtóque propria cuique prouincia, & ſuæ cuique Sedes Epiſcopales ſuffraganeæ ſunt contributæ; vt ſuis infra locis dicetur. Quo fit, vt longè pauciores hodie quàm olim Epiſcopatus in Romana Prouincia exiſtant. Res tota clarior fiet Codicem hunc Nouum Prouincialem cum Veteri conferenti.

Rauennas ſiue Rauennenſis Archiepiſcopus. *Rauenna*: cui ſunt ſuffraganei Epiſcopi.

Hadrienſis in oppido Rodigio reſidens. *Adri.*

Comaclenſis. *Comachio.*

Fauentinus. *Faenza.*

Foro Popilienſis & Britinorianus. *Forlimpopoli, Brentinore.*

Foro-Liuienſis. *Forli.*

Cæſenas, ſeu Cæſenatenſis. *Ceſena.*

Saſſinas, ſiue Sarſinenſis. *Sarſina.* patria Plauti.

Ariminenſis. *Rimini.*

Foro-Cornelienſis, vulgò Imolenſis. *Imola.*

Cernienſis. *Ceruia.*

Faneſtrienſis. *Faneſtria.*

* Ferrarienſis. *Ferrara*, Ducatus S.R.E.

Rauennenſium Archiepiſcoporum res geſtas fusè commemorat. *Hieronymus Rubeus in Hiſtoria ſua Rauennate.*

Semel hoc loco monuiſſe ſuffecerit, eiuſdem Prouinciæ Epiſcopos dici, qui eidem Archiepiſcopo ſunt ſuffraganei: Epiſcopatus item à iuriſdictione Archiepiſcopali exemptos eſſe, quibus * aſteriſcus eſt præfixus.

Bononienſis Archiepiſcopus per Gregorium XIII. anno M.LXXXII. inſtitutus: *Bologna*, Academia.

Parmenſis. *Parma*, Ducatus gentis Farneſiæ, & Academia.

Placentinus. *Piacenza*, Ducatus gentis eiuſdem.

Rhegienſis. *Reggio*, Ducatus gentis Eſtenſis.

Mutinenſis. *Modena*, Ducatus gentis eiuſdem.

Cremenſis. *Crema*, in ditione Venetorum.

Iuliæ Fidentiæ. vulgò Burgi S. Domnini, per Clementem VIII. *Borgo San Domnino*, in ditione Ducis Parmenſis.

Bononienſium Antiſtitum hiſtoriam eleganter atque accuratè ſcripſit *Carolus Sigonius lib. 5.*

Firmanus A. per Sixtum V. *Fermo.*

Maceratenſis. *Macerata.*

Tolentinus. *Tolentino.*

Septempedæ, ſiue S. Seuerini. *San Seuerino.*

Montis-Alti, per Sixtum V. *Montalto.*

Riganus, ſeu Ripæ Tranſonis, in Piceno. *Ripa.*

REGNVM NEAPOLITANVM.

Paret hodie Catholico Hiſpaniarum Indiarúmque Regi.

NEAPOLITANVS A. per Gregorium I. inſtitutus. *Napoli*, Academia.

Puteolanus. *Pozzuolo.*

Nolanus. *Nola.*

Acerrarum. *Certa*, gentis Cardoniæ.

Iſolanus, vel Iſclanus, ſiue Ænarius. *Iſcla. Iſchia.*

* Aduerſanus, vulgò Auerſanus. *Auerſa*, Comitatus.

Solet tamen E. Auerſanus ire ad Concilium prouinciale Neapolitanum, quòd Archiepiſcopum Neapolitanum ſibi elegerit, vt viciniorem Metropolitanum, iuxta decretum

Concil. Trid. ſeſſ.24. De reformat. cap.11. Quæ electio ligat &
A ſucceſſores, ex declaratione Romæ habitâ à B. Carolo Borromæo Card. & A. Mediolanenſi anno M.D.LXXVIII. die xxv. Aprilis.

Cæterùm cum Averſano vniti ſunt Epiſcopatus Cumanus & Atellanus.

CAMPVANVS A. per Ioannem XIII. anno DCCCC.LXVIII. *Capua.*

Theanenſis. *Thiano.*
Caluenſis. *Calui.*
Caſertanus. *Caſerta*, Principatus.
Calatinus ſeu Caiacenſis. *Caiazzo*, Comitatus.
Caleni ſeu Carinolæ. *Carinola*, Comitatus.
Æſernienſis ſeu Eſernienſis. *Sergna*, patria S. Petri de Morono, qui & Cæleſtinus V. Papa. dictus fuit.
Sueſſanus. *Seſſa*, Ducatus.
Venafranus. *Venafri*, Marchionatus.
Caſinenſis. *Monte Caſſino*, per Ioannem XXII. vbi olim hodiéque celeberrimum eſt monaſterium Benedictinorum, à S. Benedicto conſtructum. Ad radices montis nunc floret
B oppidum, ſeu fanum S. Germani.
* Aquinas. *Aquino*, Comitatus.
* Fundanus. *Fondi*, Comitatus.
* Caietanus. *Caietta.*
* Soranus. *Sora*, patria Cæſaris Baronij Cardinalis, éſtque Ducali titulo vrbs inſignis.

Hi quatuor poſteriores Epiſcopi prætendunt, ſeſe ad Provinciam Romanam pertinere, non autem ad Capuanam, aut Theatinam.

SALERNITANVS A. *Salerno*, Academia & Principatus gentis Grimaldæ.

Caputaquenſis. *Capaccio.*
Policaſtrenſis. *Policaſtro*, Comitatus.
Sarnenſis. *Sarno*, Comitatus.
Acernenſis, in ditione Matthæonis à Cornea. *Acierno.*
Marſicenſis. *Marſico.*
Campanienſis, cum Satrianenſi vnitus. *Campagna*, Marchionatus.
Nucerinus. *Nocera delli Pagani*, Ducatus gentis Ca-
C raffæ.
Nuſcanenſis, ſeu Nuſcitanus. *Nuſco.*
* Cauenſis. *Caua.*

Philippus Ferrarius, in Topographia Martyrologij Romani, Marſicenſem E. ſub A. Beneuentano collocat.

AMALPHITANVS A. *Amalfi*, Ducatus.

Capritanus, ſeu Capreæ inſulæ. *Capri.*
Scalenſis. *Scala.*
Minorenſis. *Minori.*
Literenſis ſeu Literanenſis. *Lettre.*
* Rauellenſis, vnitus cum Scalenſi per Clementem VIII. *Rauello.*

SVRRENTINVS A. anno DCCCCXIII. *Sorrento.*

Aquenſis ſeu Vicenſis. *Vico*, Marchionatus ſub dominio temporali Principis Conchaium.
Lubrenſis ſeu Maſſæ. *Maſſa.*
Stabienſis, ſiue Stabiarum. *Caſtel à mare di Stabia.*

COMSANVS A. *Conza*, ſiue *Conſa* Comitatus.

Muranus. *Muro*, Comitatus.
D Satrianenſis, qui eſt vnitus cum E. Campanienſi. *Satriano. Cagiano.*
Laquedonenſis. *Alcedonia.*
S. Angeli de Lombardis, & Biſacienſis, vniti, *S. Angelo de Lombardi.* Comitatus. *Biſaccia.*
Montis Viridis. *Monte-verde.*

ACHERONTINVS & MATERANVS AA. vniti. *Cerenza. Matera*, Comitatus.

Venuſinus. *Venoſa*, Principatus.
Angolenſis. *Angola.*
Potentinus. *Potenza*, Comitatus.
Grauinenſis. *Grauina*, Ducatus.
Tricaricenſis. *Tricarta.*
* Montis Peluſi, ſeu Piloſi. *Monte Pelloſo.*

TARENTINVS A. *Taranto.*

Motulenſis. *Motula.*
Caſtellanetenſis. *Caſtellaneta*, Marchionatus.
Oriæ ſeu Oritanus. *Oria*, Marchionatus.

TARENTINORVM Archiepiſcoporum ſeriem recitat *Ioannes Iuuenis lib.8. de antiquitate Tarentinorum*, eſtque E
in tomo Italiæ illuſtratæ.

BRVNDISINVS A. & Ortenſis, vniti, *Brundiſi.*

Hoſtunenſis. *Hoſtuni.*
* Neritinenſis, aliàs Nardouenſis. *Narde*, Ducatus.
* Monopolitanus. *Metropoli.*

HYDRVNTINVS A. *Otranto.*

Aletinus ſeu Leccienſis, aliàs Lupienſis, vel Luſpienſis. *Lecce.*
Leuceoſis & Alexanenſis. *Capo di Leuco.*
Caſtrenſis, in oppido Poiardi reſidens. *Caſtro*,
Gallipolitanus, olim Callipolitanus. *Gallipoli.*
Vgentinus. *Vgento*, Comitatus.

BARENSIS A. & Canuſinæ Sedis Antiſtes. *Bari. Canoſa.*

Bitontinus, *Bitonto.*
Melphitenſis. *Malfetta*, Principatus.
Iuuenacenſis. *Gionenazzo*, Comitatus.
Rubenſis. *Ruuo*, Comitatus.
Conuerſanus. *Conuerſano.*
Mineruienſis. *Mineruino.*
Polignianenſis. *Bulignano*, Marchionatus. F
Lauellinenſis. *Lauello.*
Bitectenſis. *Bitetti.*
Catharenſis, in Dalmatiâ. *Catheri*, ditionis Venetæ: vt ex illius Eccleſiæ monumentis ad Vrbem miſſis accepi.

TRANENSIS A. & Salpenſis. *Tranni. Salpe.*

Vigiliarum. *Biſegli.*
Andrienſis. *Andri.*

NAZARENVS Archiepiſcopus eſt titularis, & poſſidet vnitos Epiſcopatus Caſinenſem & Montis Viridis. Habet baſilicam in caſtro ſeu oppido Baroli, diœceſis Tranenſis, titulo S. Mariæ de Nazareth, cum collegio Canonicorum & dignitatibus cathedralibus, vtitúrque inſignibus Archiepiſcopalibus.

SIPONTINVS olim, nunc MANFREDONIÆ A. & MONTIS GARGANI. *Siponto. Manfredonia. Monte di S. Angelo.*

Veſtanus. *Vieſte.*
* Melphienſis, & Rapollenſis, vniti. *Melfi.* Principatus. *Rappollo.*

THEATINVS A. per Clementem VII. anno M.D.XXVI. G
gaudetque titulo Comitis. *Ciuita di Chieti.*

Ortonenſis & Complenſis, vel Camplenſis. *Ortona.*
* Pinnenſis & Adrienſis, ſiue Hadrienſis, vniti. *Ciuita di Penna. Atri*, Ducatus.
* Valuenſis & Sulmonenſis. *Sulmona*, patria Ouidij, & Ducatus olim Lannoiæ, nunc gentis Burgheſiæ.
* Aquilanus & Furconenſis, vniti. *Aquila.*
* Marſicanus. *Marſi, Marci.*
* Aprutinus ſeu Theramenſis. *Theramo*, dicitúrque Princeps Therami, & Comes Biſegnæ.
Ciuitatis Ducalis, niſi fallor. *Ciuita Ducali.*

Pinnenſem, Valuenſem, Aquilanum, Marſicanum & Aprotinum Epiſcopatus, cum adiunctis, alij referunt ad Prouinciam Romanam.

LANCIANENSIS A. per Pium IV. *Lanciano.*

* Triuentinus. *Triuento*, Comitatus.

RHEGIENSIS A. in Calabriâ. *Reggio.*

Catacenſis. *Catanzaro.*
Cotronicenſis. *Cotrone.* H
Tropienſis, vel Tropeenſis. *Tropea.*
Oppidenſis. *Oppido*, Comitatus.
Bouenſis *Bone.*
Neocaſtrenſis. *Nicaſtro*, Comitatus.
Nicotirenſis, vel Nicoteranenſis. *Nicotera*, Comitatus.
Locrenſis, aliàs Giracenſis ſiue Hieracienſis. *Gieraci.*
Scyllacenſis, vulgò Scillacenſis, vel Squillatinus. *Squillace*, patria Caſſiodori, Principatus titulo nobilis.
* Mileti. *Mileto*, Comitatus.

COSENTINVS ſiue CONSENTINVS A. *Coſenza.*

Marturanenſis. *Martorano*, Comitatus.
* S. Marci. *S. Marco.*
* Biſinianenſis. *Biſignano*, Principatus.
* Caſſanenſis. *Caſſano.*

ROSCIANENSIS ſiue ROSANENSIS A. *Roſano.*

Nullum habet ſuffraganeum.

S. SEVERINÆ A. *S. Seuerina*, Ducatus.

Vmbriaticenſis, *Vmbriate.*

Bello

[illegible]aſtrenſis. *Belcaſtro,* Comitatus.
A Inio[illegible] *Iſola.*
Geren[illegible] & Cariatenſis, vniti. *Cariati,* Principatus.
Srrongulenſis. *Strongoli.*
Beneventanvs A. *Beneuento.*
Aſculanus. *Aſco,* Principatus.
Teleſious, in oppido Ceneto reſideos. *Teleſe.*
S. Agathæ. *Sant Agatha de Gott.*
Aliphanus. *Aliſe.*
Montis Marani. *Monte Marano.*
Auellinenſis ſiue Abellinenſis, & Fsequentinus vniti. *Auellino. Fricenti.*
Vicanus. *Vico della Baronia.*
Arianus. *Ariano,* Ducatus.
Boianenſis. *Boiano,* Ducatus.
Booinenſis vel Bouinus. *Bouino,* Ducatus.
Vulturaneoſis & Montis Coruini. *Vulturata. Monte Coruino.*
Larinenſis. *Larino.*
B Termularum. *Termoli.*
S. Seueri. *San Seuero.*
* Troiaus. *Troia.*
Guardienſis Alferiæ. *Guardia Aiſana.*

His addit Philippus Ferratius E. Marſicenſem, quem alij ſub A. Salernitano collocant.

Ceterùm recitatam hactenus Epiſcopatuum regni Neapolitani ſeriem, *ex Marini Freccia tractatu de ſubfeud. & Proſperi Auguſtini Notis ad Stephani Quarantæ Bullarium* fideliter depromſimus. Addit Proſper in regno Neapolitano, Sedes Archiepiſcopales xx. numerari, Sedes autem epiſcopales cxxv. addita Liparenſi quæ etſi Meſſanenſi in Sicilia Archiepiſcopo ſit ſuffraganea, ad regnum tamen Neapolitanum ea inſula pertinet. Ex his viii. Archiepiſcopatus, Epiſcopatus verò xviii. ſunt ad regiam præſentationem, vt loquuntur.

SICILIA.

Inſula paret Regi Catholico.

C Panormitanvs A. *Palermo.*
Mazarienſis. *Mazara.*
Agrigentinus. *Girgenti.*
Melitenſis. *Malta,* ioſula Equitum Rhodiorum.
Messanensis A. *Meſſina.*
Liparenſis & Pactenſis, vniti per Bonifacium VIII. *Iſola di Lipari Patti.*
Cephalœdenſis. *Ciſalu.*
Montis Regalis A. per Lucium III. ann. M.C.LXXXIII. *Monreale.*
Catanenſis. *Catania.*
Syracuſanus. *Siracoſa.*

SARDINIA.

Inſula paret Regi Catholico.

Calaritanvs A. *Cagliari.* cum quo vnitus eſt E. Suellicenſis.
Sulcitanus, in villâ Eccleſiæ reſidens. *Solci.*
D Læſenſis. *Leſſa.*
Tvrritanvs A. in vrbe Saſſaritanâ reſidens. *Torre, Saſſari.* *Algar.*
Algarenſis, ſiue Algerienſis.
Boſenſis. *Boſſu, Boſi.*
{Emporienſis. *Empurias.*
{Phauſanienſis, vulgò Fauſioenſis, in Caſtro Aragoneſi reſidens. *Terranoua.*

Philippus Berterius in Topographia Martyrologij Rom. tradit Phauſanienſem E. cum Emporienſi eſſe vnitum.

Arborea ſeu *Arborenſis* Archiepiſcopus, *Arbora,* non habet ſuffraganeos Epiſcopos.

INSVBRIA.

Paret Regi Catholico.

Mediolanensis A. *Milano.*
Cremonenſis, in Ducatu Mediolanenſi. *Cremona.*
Laudenſis, ibidem. *Lodi.*
Nouarienſis, ibidem. *Nouara.*
Alexandrinus, ibidem, per Alexandrum II. *Aleſſandria,* Gallis, *Alexandrie de la Paille.*
Dertonenſis, ſeu Terdonenſis. *Tortona.*
Vigleuanenſis. *Vigleuano.*
Bergomenſis, in ditione Venetorum. *Bergomo.*
Brixienſis, ibidem. *Breſcia.* E
Vercellenſis, in Principatu Pedemontano, qui hodie Ducis eſt Sabaudiæ. *Vercelli.*
Aſtenſis ibidem. *Aſte.*
Caſaleoſis, in Ducatu Montis Ferrati, qui nunc eſt Ducis Mantuani. *Caſale.*
Albenſis, ſiue Albæ Pompeiæ, ibidem. *Alba.*
Aquenſis. *Acqui, Aich.*
Saonenſis vel Sauonenſis, in ditione Genuenſium. *Sauona.*
Intemelienſis ſeu Vintimilienſis, ibidem. *Vintimiglia.*
* Ticinenſis ſeu Papienſis, habet ius Pallij. *Pauia,* Academia. Alij hunc E. referunt ad prouinciam Romanam.

Mediolanenſium Archiepiſcoporum Catalogus, iuſſu S. Caroli Borromæi, & Concilij iv. Prouincialis Mediolanenſis concinnatus, exſtat cum Conciliis ab eodem Borromæo celebratis.

Ticinenſium Epiſcoporum res geſtas *ſcripſere Bernardinus Saccus, & Ant. Maria Spelta.*

PEDEMONTANA DITIO ET SABAVDIA.

F

Parent Duci Sabaudiæ.

Tavrinensis A. per Sixtum IV. & Leonem X. *Turin,* Academia.
Eporedienſis, ſeu Hipporegienſis. *Iurea.*
Montis regalis ſeu Mondouienſis. *Mondeui.*
Foſſanenſis, per Gregorium XIII. *Foſſan.*
* Salutarium. *Saluce,* in Marchionatu eiuſdem, nominis, quem hodie Sabaudus poſſidet, ex fœdere cum Henrico IV. Galliarum Rege inito. Alij hunc Epiſcopatum ad Rom. Prouinciam referunt: fortaſſe, eò quòd exemptus ſit ab omni iuriſdictione Archiepiſcopali.
Tarantasiensis A. *Tarantaiſe,* aliàs *Mouſtier.*
Auguſtanus. *Aoſta, Oſta.*
Sedunenſis, apud Rhætos, vulgò Griſones. *Sion, Sitten.*

Præter Epiſcopos iam commemoratos, reſident item in ditione Ducis Sabaudiæ, Maurianenſis, Geneuenſis, Nicienſis, Vercellenſis & Aſtenſis Epiſcopi: de quibus vide infrà. G

ETRVRIA.

Paret Magno Etruriæ Duci.

Florentinvs A. per Martinum V. anno M. CCCC. XXI. *Fiorenza.*
Feſulanus. *Fiezole.*
Piſtorienſis. *Piſtoia.*
Volaterranus. *Volterra.*
Collenſis. *Colle.*
Burgi S. Sepulchri. *Borgo S. Sepolchro.*
Lunenſis & Sarzanenſis, vniti. *Luni Serzana,* in ditione Genuenſium.
* Montis Politiani. *Monte Pulciano.*
* Cortonenſis, per Ioannem XXII. *Cortona.*
Senensis A. per Pium II. anno M. CCCC. LIX. *Siena,* Academia. H
Suanenſis. *Saona.*
Cluſinus. *Chiuſi.*
Groſſetanus, aliàs Roſetanus vel Roſellanenſis. *Groſſeto.*
Pientinus ſeu Corſinianenſis. *Pientina.*
Ilcinenſis, vel Ilcinenſis, ſeu Montis Ilcinei. *Monte Alcino.*
Maſſanenſis, ſiue Maſſenſis & Populonienſis, in Thuſciâ, vniti. *Maſſa. Populia.*
Pisanvs A. per Vrbanum II. nonnullis Corſicæ Primas. *Piſa.* Academia.
Ciuitatenſis, ſed Ciuitatis Solis, in Thuſciâ. *Ciuitella.*
Aiacenſis ſeu Adiacenſis, in Corſicâ, quæ inſula eſt Genuenſium. *Aiazzo.*
Sagonenſis, ibidem, in oppido Vicenſi aut Caluenſi reſidens. *Sagon.*
Alerienſis, ibidem. *Aleria.*

Nonnulli collocant inſuper in prouinciâ Piſanâ Populienſem ſeu Populonienſem Epiſcopatum cum Maſſanenſi vnitum. Sed Maſſanenſem Senenſi A. eſſe ſuffraganeum, conſtat ex diplomate Pij II. quod in Bullario Romano legitur.

LIGVRIA.

A *Paret Reipublicæ Genuenſi.*

GENVENSIS A. per Innocentium II. Anno M.C.XXX. aut M.C.XXXII. *Genua.*

Albingaunenſis, per Alexandrum III. anno M. C. LXXIX. *Albenga.*

Bobienſis. *Bobi.*

Brumacenſis ſeu Aprumacenſis. *Brignale.*

Naulenſis. *Noli.*

Marianenſis in Corſica. *Mariana.*

Nebienſis, ibidem. *Nebio.*

Accienſis, ibidem. *Acci.*

In ditione Reipublicæ Genuenſis, præter Archiepiſcopatum Genuenſem, ſunt Epiſcopatus XIII. nimirum Vintimilienſis, Sauonenſis, Sarzanenſis, Albíngaunenſis. Bobienſis, Brumacenſis, Naulenſis, & ſex Epiſcopatus inſulæ Corſicæ iam enumerati.

VBRINENSIS DITIO.

Sub ditione Ducis Vrbinatis.

B VRBINAS A. per Paulum III. Vrbino.

Eugubinus. *Augubio.*

Piſautienſis. *Peſaro.*

Foro-Sempronienſis. *Foſſan bruno.*

Callienſis. *Caglio.*

Senogallienſis. *Sinigallia.*

Leopolitanus ſeu Feretranus. *S. Leo.*

VENETORVM DITIO.

Per Italiam, Iſtriam, Dalmatiam, Illyricum, Græciam, inſulaſque prouinciis iſtis adiacentes.

VENETVS Patriarcha ab Eugenio IV. Inſtitutus anno M.CCC.L. *Venetia. Venize.*

Clodienſis. *Chinza,* inſula,

Torcellenſis. *Torzello,* inſula.

Venetiarum Epiſcopus olim dicebatur Epiſcopus *Caſtellanus*, vt ex veteri Codice Prouinciali Romano conſtat. Venetarum rerum Scriptores conſule.

C AQVILEIENSIS Patriarcha, in oppido Vtinenſi reſidet. *Aquileia Vdene.*

Comenſis, in Ducatu Mediolanenſi. *Como.* Plinij Vtriuſque patrias Epiſcopatus XIV. qui ſubiunguntur, ſunt ditionis Venetæ.

Veronenſis. *Verona.*

Patauinus. *Padoua.*

Vicetinus, vulgò Vicentinus. *Vicenza.*

Tarniſinus. *Treuizi.*

Concordienſis, in portu Romatino reſidens. *Concordia.*

Cenetenſis. *Zeneda.*

Feltrenſis. *Feltre.*

Bellunenſis. *Cinidal de Billun.*

Polenſis. *Pola*

Patrentinus. *Parenzo.*

Tergeſtinus. *Trieſte.*

Petinenſis. *Petin.*

Iuſtinopolitanus, ſiue Capitis Iſtriæ. *Capo d'Iſtria.*

Æmonienſis, ſeu Ciuitatis Nouæ in Iſtriâ. *Citta nuoua.*

D * Tridentinus, S. Romani Imperij Princeps. *Trento.*

* Mantuanus, in ditione Crucis Mantuæ. *Mantoua.* Alij hunc E. referunt ad Rom. Prouinciam.

SPALATENSIS A. in ditione Venetorum, Dalmatiæ ac Croatiæ Primas Spalatro.

Segnienſis ſiue Segnenſis. *Segna.*

Nonenſis, ibidem. *Nona.*

Pharenſis, ſiue Farenſis, ibidem. *Faro.*

Tragurienſis, ibidem. *Tran.*

Sebenicenſis, ibidem, per Bonifacium VIII. *Sabenico.*

Sanadrienſis. *Sanadria.*

Scardonenſis, ſub ditione Turcarum. *Scardona.*

Tininienſis, vel Crouatenſis, ibidem. *Tina.*

Alminienſis, vnitus cum A. Spalatenſi. *Almiza.*

Spalatenſis Archiepiſcopus habet quoque titulum Salonitani Antiſtitis. *Salona.*

IADERENSIS A. *Zara*, inſulâ in ditione Venetorum.

Arbenſis. *Arbe,* inſula Venetorum.

Veglanenſis. *Veglia*, ſiue *Vegia*, inſula eorumdem.

Aborenſis vel Oſſorenſis. *Oſſero*, inſula eorundem.

CORCYRÆ A. *Corfu*, inſula in ditione Venetorum.

Cephaleniæ, ſeu Caphaloniæ. *Cefalonia,* inſula Venetorum in mari Ionio. E

Zazynthi. *Zante,* inſula eorundem, ibidem.

ANTIBARENSIS, ſiue Antiparenſis A. regni Seruiæ Primas per Alexandrum II. anno M. LXII. nunc ſub tyrannide Turcarum. *Antiuari.*

Buduanenſis, in ditione Venetorum. *Budoa.*

Dulcinienſis, ſub Turcis. *Dulſigno.*

Driuaſtenſis, ſeu Triuaſtenſis, ſub iiſdem. *Drinaſte.*

Suacinenſis, ſub iiſdem. *Suacino.*

Polaſtrenſis, ſub iiſdem. *Polaſtro.*

Scodrenſis, vulgò Scutarenſis. *Scrutari,* ſub iiſdem.

Sierbienſis, ſub iiſdem.

Eiaterenſis, ſub iiſdem.

Sapatenſis, ſub iiſdem.

Alenienſis, ſub iiſdem.

CRETA hodie CANDIA.

Inſula ſub ditione Venetorum.

CRETENSIS ſeu CANDIENSIS A. in vrbe Candienſi reſidens. *Candia.* F

Caneenſis. *Canea.*

Rettimenſis. *Rettimo.*

Siteenſis ſeu Sitthienſis, & Hierapetrenſis, vniti. *Sittia, & Hierapetra.*

Cherroneſi. *Cherroneſſo.*

Mellipotamenſis. *Mellipotamo.*

Arcadienſis. *Archadia.*

Ciſſamenſis ſeu Sicchimenſis. *Sicchimo.*

CYPRVS.

Sub Turcarum Imperio.

CYPRVS inſula Cypro, Syriæ adiacens, ad annum vſque Chriſti CIↃ. IↃ. LXX. Venetis paruit: quo anno Selimus Turcarum Imper. eam inuaſit. Fuit in hac inſulâ olim Archiepiſcopus Nicoſienſis, Latini ritus, regni Cypri Primas & Legatus natus, in vrbe Leucoſiâ, vulgò *Nicoſia*, ſedem habens. Oppida quæ Latinos habebant Epiſcopos, erant iſta:

Fama-Auguſta. *Famagoſta.* G

Paphos. *Bapho. Baffo.*

Curium.

Amathus. *Amathuſia.*

Ceraunia. *Cerines.*

Oppida quæ Græcani ritus, ſub Venetis, habebant Epiſcopos. ſunt iſta:

Soli. *Soli.*

Carpazium. *Carpazio.*

Arzus. *Arzo.*

Leuca. *Leuca.*

DALMATIA & ILLYRICVM.

Partim ad Hungariæ Regem partim ad Rempublicam Raguſinam, partim ad Turcarum Imperat. ſpectant.

RAGVSINVS A. ad mare Adriaticum, ſub dominio Reipublicæ Raguſinæ. *Raguſi.*

Stagnenſis vel Stagnetenſis, ſub dominio Reipublicæ eiuſdem. *Stagno.*

Marcatenſis & Tribunienſis, vniti, ſub dominio eiuſdem Reipublicæ. *Trigna.* H

Roſonenſis, olim ſub dominio Regis Dalmatiæ, atque Hungariæ, nunc ſub Turcis. *Caſtel nouo.*

Garzalenſis. *Garzala.*

Stephanenſis, ſub Turcis. *Stephano.*

Alij addunt Curzulenſem E. ſub ditione Venetorum. *Curzola*, inſula.

Roſanum hodie *Caſtel nouo* dicitur.

DVRRACHINVS, vulgò Duracenſis A. *Durazzo.*

Bendenſis, ſub Turcis. *Benda.*

Croienſis, ſub iiſdem. *Croia.*

Liſienſis, ſub iiſdem. *Liſio.*

Albanenſis, ſub iiſdem. *Alba.*

Canonienſis, ſub iiſdem. *Canouia.*

BVLGARIA, & GRÆCIA.

Sub Turcarum Imperio.

AGRIDA vulgò, *Ocrida* hodie, duos inter lacus ſita, Bolgariæ ſiue Dardaniæ metropolis, parria fuit Iuſtiniabi Imperatoris: à quo & Iuſtiniana prima fuit nûcupata. Acridæ porrò Archiepiſc. ſiue Primas, autocephalus, id eſt, ſibi ipſi caput multos habet Metropolitanos & Epiſcopos ſibi ſubiectos

Cræcia

GRÆCIA hodie maximâ ex parte Turcis ſeruit. Nonnul-
A læ tamen inſulæ, vt Creta, Corcyra, Cephalenia, Zacynthus, aliæque ſuprà à nobis commemoratæ, Venetis hodiéque parent. De Græciæ Epiſcopis, Latini ritus, ſub ditione Venetorum exiſtentibus, iam diximus. Reliqui Græciæ Epiſcopi, ſub imperio Turcarum, ritum Græcanicum ſeruant, & ferè ſchiſmatici ſunt, & Patriarchæ Conſtantinopolitano obtemperant. Sunt tamen inſulæ vrbéſque plurimæ, quamquam Turcis ſubiectæ, vt Cyprus, Chius, Andrus, & aliæ, in quibus homines Chriſtiani, ritus Latini, Græcis ſchiſmaticis Turcíſque mixti, commorantur. Habentque non paucæ ex iis Latinos etiam Epiſcopos, à Romano Pontifice confirmatos.

ARMENIA.

Sub Imperio Perſarum.

Eſt hodiéque in Armeniâ Archiepiſcopus Nexiuanenſis; ordinis S. Dominici, à Romano Pontifice confirmari ſolitus.

B *De Maronitarum, déque Chaldæorum Aſſyriorum Patriarchis hodiéque orthodoxis, & Romanum Pontificem agnoſcentibus, diximus ſub loco de Patriarchis.*

HISPANIA.

Paret vniuerſa Regi Catholico.

TOLETANVS A. & Primas, in Caſtellâ nouâ. *Toledo.* Academia.

Cordubenſis. *Cordoua.*
Segouienſis ſeu Segobienſis. *Segouia.*
Carthaginenſis ſiue Murcienſis. *Cartagena, Murcia.*
Seguntinus ſeu Saguntinenſis. *Siguença*, Academia.
Oxomenſis ſiue Vxamenſis. *Oſma.*
Segobricenſis. *Segorbe.*
Conquenſis ſiue Conchenſis. *Cuenca.*
Giennenſis ſiue Iaenenſis. *Iaen.*
Valliſoletanus. *Valladolid*, Academia.

Toletano A. duæ & viginti Sedes Epiſcopales olim ſuffra-
C ganeæ fuerunt.

Toletanorum aliorúmque Hiſpaniæ Antiſtitum Cathalogi extant apud *Stephanum Garibaium in Hiſpania Annalibus, a Plantino Hiſpanice excuſis.* De vetuſtis autem ac recentioribus Hiſpaniæ Epiſcopatibus fusè diſſerit *Ioannes Vaſæus in Chronico Hiſpaniæ, cap.20. & 21.*

BVRGENSIS A. in Caſtellâ veteri, per Gregorium XIII. *Burgos.*

Pampilonenſis in Nauarrâ. *Pamplona.*
Calagurritanus. *Calahorra.*
Palentinus. *Palencia.*

Tres iſtos Epiſcopatus hodie Burgenſi A. contributos eſſe, ex monumentis illius Eccleſiæ Romam miſſis conſtat. Aucenſis Sedes Epiſcopalis anno M.LXXV. Burgos, auctoritate Vrbani II. Papæ tranſlata fuit.

Calagurris, vulgò *Calahorra*, fuit Patria Fabij Quintiliani, cuius exſtant Inſtitutiones Oratoriæ. *Calagorra* autem in diœceſi Vxamenſi ſiue Oxomenſi ſita, fuit patria S. Domi-
D nici, qui ordinem Prædicatorum inſtituit. Quod monere viſum fuit, ne quem fallat vocabulorum affinitas.

COMPOSTELLANVS A. in qua Gallecia, per Calixtum II. anno M.C.XXIV. *Santiago de Compoſtella*, Academia.

Salmanticenſis. *Salamanca*, Academia.
Abulenſis. *Auila.*
Placentinus. *Plazencia.*
Lucenſis. *Lugo.*
Aſturicenſis. *Aſtorga.*

Zamorenſis, per Calixtum II. circa annum M. C. XXIII. *Zamora.*

Aurienſis, ſiue Orenſis. *Orenſe.*
Tudenſis. *Tuy.*
Pacenſis, ſiue Badaiocenſis. *Badaioz.*
Mindonienſis. *Mindannedo.*
Caurienſis in Extramadura. *Coria.*
Ciuitatis Roderici. *Ciudad Rodrigo.*
* Legionenſis. *Leon.*
* Ouetenſis, olim ius metropoliticum habuit. *Ouiedo.*

Compoſtellanam Eccleſiam maieſtate & iure metropolitano auxit Calixtus II. Papa anno M. C. XXIV. Emeritenſis vrbis, quæ in ditione Maurorum tunc erat, iuribus eò tranſlatis, vt *Baronius in Annalibus, & Mariana rerum Hiſp. lib.10.cap.12.* commemorant. E

HISPALENSIS A. in Bæticâ. *Seuilla in Andaluzia*, Academia.

Gaditanus, ſiue Gadium. *Cadiz*, inſula.
Guadicenſis, olim Accitanus. *Guadix.*
Canarienſis, ſiue Fortunatarum inſularum. *Canaria.*

De Hiſpalenſis Eccleſiæ ſtatu ac dignitate multa narrat *Franc. Pacieccus, ab Ortelio in Theatro orbis terrarum* citatus.

GRANATENSIS A. per Alexandrum VI, *Granada* Academia.

Malacitanus. *Malaga.*
Almerienſis. *Almeria.*

Granatam vrbem, anno M. CCCC. XCII. Mauris ereptam, eleganter *Mariana* deſcribit *lib.25.cap.16.& 18.*

CÆSARAVGVSTANVS A. in Aragoniâ per Ioannem XXII. *Caragoça, Saragoça*, Academia.

Oſcenſis. *Hueſca*, Academia.
Iaccenſis, circa annum M.LX. *Iaca.*
Turiaſonenſis. *Taraçona, Tarazona.* F
Barbaſtrenſis, circa annum M.C.II. *Barbaſtro.*

De Cæſarauguſtanis Epiſcopis ac Conciliis exſtat eruditiſſima Antonij Auguſtini Epiſtola, ad Hieronymum Blancam, *in Bibliotheca Hiſpania, per Andream Schottum* Soc. Ieſu Presbyterum *edita.*

TARRACONENSIS A. in Cataloniâ. *Tarragona*, Academia.

Barcinonenſis. *Barcelona*, Academia.
Gerundenſis. *Girona.*
Ilerdenſis. *Lerida*, Academia.
Helenenſis, ſiue Elenenſis. *Elena.*
Vicenſis, olim Auſonenſis. *Vich.*
Celſonenſis. *Salſona.*
Vrgelitanus ſiue Vrgellenſis. *Vrgel.*
Dertuſanus. *Tortoſa.*

Epiſcopatus iſtos octo ſuffraganeos nunc eſſe A. Tarraconenſi, ex monumentis illius Eccleſiæ ad Vrbem miſſis traditur. Fuerunt plures olim ſuffraganei.

Tarraconenſium Antiſtitum Catalogum edidit *Antonius* G *Auguſtinus*, ex Ilerdenſi Epiſcopo Tarraconenſis Archiepiſcopus, vir eruditiſſimus, *in libro quem Canones Tarraconenſium Synodorum*, inſcripſit.

Barcinonenſium Epiſcoporum ſeries exſtat *tom.2.Hiſpania Illuſtrata.*

VALENTINVS A. per Innocentium VIII. anno MCCCC.XCII. *Valencia*, Academia.

Maioricenſis, ſiue Balearum inſularum. *Mallorca*, Academia.

Oriolanus per Paulum IV. *Orihuella.*
Albarracinenſis. *Alboracin.*

Valentiam egregiè depingit Mariana *Rerum Hiſp. lib.12. cap.19.*

BRACARENSIS A. in Luſitaniâ, per Paſchalem II. anno M.C. XXIII. *Braga.*

Portucalenſis corruptè Portugalenſis, ſiue Portuenſis, *Porto-Puerto.*

Guardienſis olim Igæditanus. *Guarda.* H
Viſeenſis. *Viſeo.*
Lamecenſis. *Lamego.*
Mirandenſis, per Paulum III. *Miranda.*

Bracara cum Toleto de Primatu Hiſpaniæ dudum certauit. Cùm enim anno M. CCC.XL. ea vrbs ab Alfonſo I. cognomine Catholico in libertatem eſſet vindicata, & Mauri reliquas ferè nobiliores Hiſpaniæ vrbes in poteſtate haberent, omnes Hiſpaniæ Epiſcopi Bracarenſem pro Metropolitano agnoſcebant.

OLISIPONENSIS A. per Bonifacium IX. anno M.CCC.XC. *Lisbona. Liſboa.*

Conimbricenſis. *Coimbra*, Academia.
Albenſis. *Eluas.*
Lerienſis, per Paulum III. *Leiria. Leria.*
Portalegrenſis, per eumdem. *Portalegre.*
Septenſis, in Africâ ſeu Barbariâ. *Ceuta.*
Funchalenſis, in inſulâ Maderâ. *Funchal. Madera.*
Angrenſis, in inſulâ Terceirâ. *Angra. Terocra.*

Congenſis, in regno & vrbe Conge, ad oram Africæ. *Conga.*

Heſperidum inſularum, vulgò Capitis Viridis, in inſulâ & vrbe

vrbe S. Iacobi. *Capo verde Santiago.*

A S. Thomæ; in inſulâ & vrbe S. Thomæ, ſub lineâ Æquinoctiali, ex oppoſito Guineæ. *San-Thomè.*

Braſilienſis, in vrbe Bahia omnium Sanctorum. *Braſil. Braiia de todos Santos.*

Oliſipponenſi A. in ſpiritualibus ſubſunt Epiſcopi inſularum maris Atlantici, itémque Africæ, Æthiopiæ ſeu Guineæ, & Braſiliæ, quòd iis in locis Sedes Archiepiſcopales nondum ſint conſtitutæ.

Eboranensis A. per Paulum III. anno M. D. XLI. *Euora,* Academia.

Siluenſis ſiue Algarbienſis, in vrbe Pharo. *Silues Pharo.*

Tingenſis ſeu Tingitanus, in Africâ. *Tanger.*

Eboræ Antiquitates ſacras ac profanas peculiari libello deſcripſit Andreas Recendius, extátque *tomo II. Hiſpaniæ illuſtratæ.* Ibidem legitur *Epiſtola eiuſdem de Sanctis Eccleſiæ Eborenſis ad Bartholomaeum Kebedium.*

Tingis & Septa Africæ ſunt oppida, ad coronam Portugalliæ, vt vulgò loquuntur, ſpectantia. Suus cuique oppido ſolet eſſe Epiſcopus: & Septenſis Archiepiſcopo Oliſipponenſi. Tingenſis verò Eborenſi erat ſuffraganeus: nunc

B vnus idémque Epiſcopus vtrique diœceſi præeſt.

GALLIA ſiue FRANCIA

Pares Regi Christianiſſimo.

Lvgdvnensis A. *Lyon,* ad Rhodanum fl. Academia.

Auguſtodunenſis ſeu Eduenſis. *Authun.*

Lingonenſis E. & Dux, Par Franciæ, Comes Montis Saugeonij. *Langres.*

Matiſconenſis. *Maſcon.*

Cabillonenſis. *Challon ſur Saoſne.*

Lugdunenſium Antiſtitum hiſtoriam ſcripſit *Symphorianus Campeius, & Iacobus Seuertius.*

De Cabillonenſibus Epiſcopis *Vide Petrum San-Iulianum libro Antiquitatum Cabillonenſium.*

Rothomagensis A. *Rouen,* ad Sequanam, in Normannia.

Baionenſis. *Baieux.*

Abrincantenſis. *Aurenches.*

C Ebroicenſis. *Eureux.*

Saienſis. *Sais. Secs.*

Lexouienſis, E. & Comes. *Liſieux. Lyzieux.*

Conſtantienſis. *Conſtances.*

Tvronensis A. ad Ligerim. *Tours.*

Cenonenſis. *Mans.*

Redonenſis *Renes.*

Andegauenſis. *Angiers,* Ducatus & Academia.

Nannetenſis. *Nantes,* Academia.

Curoſopitenſis. *Cornouailles.*

Venetenſis *Vannes.*

Leonenſis. *Leon,* Principatus.

Trecorenſis, ſeu Tricorienſis. *Triguier.*

Briocenſis. *Sainct Brieu.*

Macloniopolitanus, ſiue Maclouienſis. *Sainct Malo.*

Dolenſis, habet ius Pallij. *Dol.*

Senonensis A. *Sens.*

Antiſſiodorenſis, vulgò Altiſiodorenſis. *Auxerre.*

Trecenſis. *Troy.*

D Niuernenſis. *Neuers,* Ducatus gentis Gonzagæ.

Senonenſium Archiepiſcoporum vitas ſcripſit *Iacobus Tauellus,* & Lutetiæ M. D. VIII. publicauit.

Altiſiodorenſium ſiue Antiſſiodorenſium (vt libri veteres habent) Epiſcoporum res geſtas proſequitur ad ſua vſque tempora *Robertus, Monachus S. Mariani, apud Altiſiodorum,* per *Nicolaum Camuzaum* Trecis anno M. DC. IX. publici iuris factus.

De Trecenſibus ſiue Tricaſſinis Præſulibus, conſule eiuſdem *Camuzæi Promptuarium ſacrarum Antiquitatum Tricaſſinæ Diœceſis,* ibidem anno M. DC. X. editum, & *Petri Pithœi* opera Lutetiæ iunctim edita.

Parisiensis A. *Paris,* Academia.

Aurelianenſis. *Orleans,* Academia & Ducatus ſecundò geniti Regis Galliæ.

Meldenſis. *Meaux.*

Carnotenſis. *Chartres.*

Remensis A. & Dux, Par Franciæ. *Rheims en Champagne,* Academia. E

Sueſſionenſis. *Soiſſons,* Comitatus gentis Borboniæ.

Catalaunenſis E. & Comes, Par Franciæ. *Chaallon.*

Laudunenſis E. & Dux, Par Franciæ. *Laon.*

Siluanectenſis. *Senlis.*

Bellouacenſis E. & Comes, Par Franciæ. *Beauuais.*

Ambianenſis. *Amiens.*

Nouiomagenſis, ſeu Noniomenſis E. & Comes, Par Franciæ. *Noyon.*

Bononienſis, ſiue Bolonienſis. *Bouloigne ſur mer.*

Remenſium *Antiſtitum hiſtoriam* ſcripſit *Flodoardus,* curâ *Iacobi Sirmundi* typis publicatus Lutetiæ, anno M. DC. XII.

Bitvricensis A. & Patriarcha. *Bourges,* Academia.

Aruernenſis, ſiue Claromontenſis. *Clermont en Auuergne.*

Rutenenſis. *Rodes.*

Albigenſis, ſiue Albienſis E. & dominus. *Alby en Languedoc.*

Cadurcenſis E. Baro & Comes. *Caors, Cahors en Quercy.*

Lemouicenſis. *Limoges.* F

Mimatenſis. *Mende.*

Anicienſis, aliis Anicienſis, ſeu Podienſis. *Le Puy en Velay.*

Caſtrenſis. *Caſtres.*

Vabrincenſis. *Vabres.*

Tutelenſis. *Tulle.*

Floropolitanus, vulgò S. Flori. *S. Flour.*

Ex his quatuor poſteriores Epiſcopatus à Ioanne XXII. ſunt inſtituti.

Bituricenſium Archiepiſcoporum hiſtoriam ſcripſit *Ioannes Chenu I. C.* Pariſiis M. DC. XXI. typis editam.

Bvrdegalensis A. ad Garumnam fl. *Bordeaux,* Academia.

Aginenſis. *Agen.*

Engoliſmenſis, veteribus Eculiſmenſis. *Engouleſme.*

Santonenſis. *Saintes, Saintonge.*

Pictauienſis. *Poitiers,* Academia.

Petrogorienſis ſeu Petracoricenſis. *Perigueux.* G

Condomienſis. *Condom.*

Malleacenſis. *Maillezais.*

Lucionenſis. *Luçon, Luxon.*

Sarlatenſis. *Sarlat.*

Ex his quatuor poſteriores à Ioanne XXII. ſunt inſtituti.

De Pictauienſibus Epiſcopis vide *Ioannem Bouchetum in Aquitania annalibus.*

Avscensis, vulgò Auxitanus A. *Auch.*

Aquenſis. *Aqs.*

Lectorenſis ſiue Lactoratenſis. *Letoure.*

Conuenenſis. *Sainct Bertrand de Comenge.*

Conſarannenſis. *Sainct Legier de Conſerans.*

Aturenſis ſiue Adurenſis. *Aire.*

Vaſatenſis. *Baſas.*

Tarbienſis. *Tarbe de Bigorre.*

Oloronenſis. *Oleron en Bearn.*

Laſcurienſis ſiue Laſcarienſis. *Leſcar.*

Baionenſis. *Bayonne.*

Narbonensis A. *Narbonne.*

Biterenſis. *Beziers.* H

Agathenſis. *Agde.*

Gratianopolitanus E. & Princeps. *Grenoble.*

Viuarienſis. *Viuiers.*

{ Deenſis, ſiue Dienſis. *Die.*

{ Valentinus E. & Comes. *Valence.*

Maurianenſis. *S. Iean de Mauriēne,* in ditione Ducis Sabaudiæ.

Geneuâ à Nouatoribus occupatâ, Sedes tranſlata eſt Aneſſiacum ſiue Anicium Sabaudiæ oppidum.

Dienſis & Valentinus Epiſcopatus à multis retrò annis ſunt vniti, ſic vt vnus idémque vrbis vtriuſque ſit Antiſtes: teſte *Choppino Monaſt. lib. 5. tit. 2. §. 14.* Eundem Antiſtitem nuncupari quoque Comitem tradit *Choppinus, Polit. ſacra libro 2.*

Gratianopolitanus Epiſcopus & Princeps prætendit, vt vulgò loquuntur, contra Archiepiſcopum Ebredunenſem

Præſidem in comitiis Ordinem generalium Delphinatus : A vt tradit idem *Choppinus Politia ſacra lib.2. tit.2.*

EBRODVNENSIS A. *Ambrum.*

Diniensis. *Dines, Digne.*

Graſſenſis. *Graſſe.*

Venciensis. *Vence.*

Sanitienſis, ſiue Senetenſis. *Senez.*

Glannatenenſis, ſiue Glandeuenſis. *Glandeues.*

Niciensis. *Nice*, in ditione Ducis Sabaudiæ.

Carcaſſonenſis. *Carcaſſonne.*

Nemauſenſis. *Niſmes.*

Luteuenſis. *Lodeue.*

S. Pontij Tomeriarum. *S. Pont. de Tomiers.*

Aletenſis ſiue Alectenſis. *Alet.*

Magalonenſis, ſiue Montis Peſſulani. *Maguelone. Montpelier*, Academia.

Vcetieenſis. *Vzes.*

LODEVENSEM & ALETENSEM Epiſcopatus inſtituit B Ioannes XXII.

Magalonenſis Epiſcopatus tranſlationi ex inſulâ Magalonâ in Montem Peſſulanum anno M. D. XXXVI. Franciſcus I. Galliæ Rex aſſenſum præbuit.

AQVENSIS, ſiue Aquarum Sextiarum A. *Aix en Provence.*

Reienſis. *Ries.*

Aptenſis. *Apt.*

Foro-Iulienſis E. & dominus. *Feriuls, Freius.*

Vapincenſis. *Gap.*

Ciſtaricenſis, vel Ceſteronenſis. *Ciſteron.*

Foroiulienſis E. in prouinciâ Phocenſi, profano dominij iure præeſt ciuitati ſuæ Foro-Iulienſi, ex donatione Ildefonſi II. Comitis, anno M. CC. III. factâ : de quâ vide *Renatum Choppinum de ſacra Politia lib. 2.*

VIENNENSIS A. *Vienne.*

Geneuenſis. *Geneue.*

Graſſenſis & Venciensis Epiſcopatus anno M.XCII. per C Rom. Pontificem ſunt vniti : vt *Choppinus cit. loco* teſtatur.

ARELATENSIS A. *Arles.*

Maſſilienſis. *Marſeille.*

Tricaſtinenſis, ſeu Tricaſtinus. *S. Paul de Tricaſtin.*

Tolonenſis ſeu Telonenſis. *Tolon.*

Arauſicenſis ſiue Arauſionenſis. *Orange*, Principatus gentis Naſſaniæ.

TOLOSANVS A. per Ioannem XXII. *Toloſe*, Academia.

Apamienſis, per Bonifacium VIII. anno M. CC. XCVI. *Paſmiez.*

Montis Albani, per Ioannem XXII. *Montaulban*

Mirapicenſis, per eundem. *Mirepoix.*

Vautenſis, per eundem. *La Vaur.*

Riuenſis, per eundem. *Rieux.*

Lombarienſis, per eundem. *Lombés.*

S. Papuli, per eundem. *S. Papoul.*

Notitiam Epiſcoporum Galliæ, quà Francia eſt, ſcripſit *Papirius Maſſonus*. Tabulas ſiue catalogos Epiſcoporum eiuſ-D dem Regni inuenies apud *Antonium Democharem, libro de Sacrificio Miſſa*, & apud *Belforeſtium in Annalibus Francia.*

VENAISSINVS COMITATVS.

Pontificia ditionis.

AVENIONENSIS A. *Auignon*, Academia.

Carpentoractenſis. *Carpentras.*

Vaſionenſis. *Vaiſon.*

Cabellinenſis, ſiue Cabillionenſis. *Cauaillon, du Contat.*

☞ *Vide de his Notitiam Epiſcoporum Gallia, quam infra dabimus, vbi de Epiſcopis illius Regni in particulari agemus.*

BELGIVM

ſiue

GERMANIA INFERIOR.

Spectat ad Regem Hiſpaniar.

MACHLINIENSIS A. *Malines, Mechelen.*

Antuerpienſis, in Brabantiâ, ad Scaldim fl. *Anuers, Antverp.*

Brugenſis, in Flandriâ. *Bruges, Brugge.*

Gandenſis, ibidem, ad Scaldim. *Gant, Gent.*

Iprenſis, ibidem. *Iperen.*

Ruremundenſis, in Geldriâ, ad Moſam. *Rurmonde.* E

Siluiducenſis ſeu Buſcoducenſis, in Brabantiâ. *Bolducque. Hertogenboſch.*

CAMERACENSIS A. ad Scaldim. *Cambray, Camerick.*

Atrebatenſis, in Arteſiâ. *Arras, Atrecht.*

Tornacenſis, ad Scaldim. *Tournay, Dornick.*

Audomaropolitanus, in Arteſiâ. *S. Omer.*

Namurcenſis, ad Moſam. *Namur, Naëmen.*

De Cameracenſium atque Atrebatenſium Antiſtitum rebus geſtis, exſtat vetus Chronicon, *a Sacellano Gerardi II.* Epiſcopi circa annum M. XL. conſcriptum ; breui à *Georgio Colunerio*, Doctore Theologo Duacenſi, publicandum. De iiſdem vide *Chronologiam Maſſi*. Vtitur autem his titulis A. Cameracenſis : *Dux Cameracenſis*, S. *Imperij Princeps*, & *Comes Cameracenſis.* Eundem *Maſſonum lib.20. & Choppinum lib.2. Polit. ſacra tit.2. conſule.*

VLTRAIECTINVS A. ad veterem Rheni alueum. *Vtrech.*

Dauentrienſis, apud Tranſiſalanos. *Deuenter.*

Groningenſis, apud Friſios. *Groeninghen.* F

Harlemenſis, in Hollandiâ. *Harlem.*

Leouardienſis, in Friſiâ. *Leeuvvaerden.*

Middelburgenſis, in Zelandiâ. *Middelbourg.*

Vltraiectinorum Præſulum hiſtoriam ſcripsêre *Ioannes Becanus, & Vuilielmus Heda*, nuper typis in Germania editi : itémque *Hadrianus Berlandus*, & *Petrus Bechenbergius*. Quoque poſtremus cautè legendus eſt :

Cæterùm tres iſtos Belgij Archiepiſcopos anno M.D.LIX. Paulus IV. inſtituit, rogante Philippo II. Rege Catholico, Belgarúmque Principe. Quâ de re vide *commentarium Arnoldi Hauenſij* ſuperioribus annis Coloniæ editum.

Tabulas omnium Epiſcoporum Belgicorum, & ſeorſim Cameracenſium atque Atrebatenſium, edidit *Nicolaus Cazans*, Atrebas, ſermone Gallico.

GERMANIA.

Imperatoris Rom. imperium agnoſcit.

MOGVNTINVS A. S. R.I. Princeps Elector, & in Germaniâ G Archicancellarius *Mentz*, ad Rhenum, Academia.

VVormacienſis. *VVorms.*

Herbipolenſis, Dux Franconiæ ſeu Franciæ Orientalis, anno DCC. LXVI. *VVirtzburg*, Academia.

Spirenſis. *Spir.*

Eiſtetenſis. *Aichſtet.*

Argentinenſis. *Stratzburg.*

Verdenſis. *Verden, VVenden.*

Curienſis, apud Rhætos ſeu Griſones. *Chur.*

Hildesheimenſis, per Ludouicum Pium Imperatorem. *Hildesheim.*

Paderbornenſis. *Paderborn.*

Conſtantienſis. *Coſtnitz.*

Halberſtadenſis. *Halberſtad.*

Auguſtanus. *Ausburg.*

* Bambergenſis. *Bamberg*

Moguntinorum Antiſtitum hiſtoriam ſcripſit *Nic. Serarius*, Soc. Ieſu Theologus : *qui lib.1.cap.13.* multa de Epiſcopis Moguntino A. ſuffraganeis commemorat. H

Argentinenſium Epiſcoporum res geſtas litteris conſignauit *Franciſcus Guillimannus*, & Friburgi Briſgoiæ typis publicandas curauit.

De Auguſtanis Epiſcopis conſule V.C. *Marcum Velſerum.*

Bambergenſis Epiſcopatus à S. Henrico Imp. an. M.VI. inſtitutus ac dotatus, olim Moguntino ſubiectus fuit, pòſt à Clemente II. anno M. XLVII. libertate donatus. Bambergenſium Epiſcoporum res geſtas ſcripſit I. *Cynans*, & Moguntiæ publicauit.

Ceterùm Germaniæ Epiſcopi ferè omnes ſunt S. Romani Imperij Principes, & variorum locorum domini temporales, vt loquuntur. Quibus de rebus fusè agit *Munſterus in ſua Coſmographia.*

COLONIENSIS A. S.R.I. Princeps Elector, & in Italia Archicancellarius. *Colon. Cologne*, ad Rhenum, Academia.

Leodienſis E. Dux Bullonenſis, Comes Loſſenſis, & Marchio Francimontanus, ad Moſam fl. *Liege. Ludich.*

Monaſterienſis. *Munſter.*

Mindenſis, anno D. CC.LXXXV. *Minden.*

Oſnabrugenſis. *Oſemburg.*

Leodien

Leodienſium rerum Scriptores veteres vnum in corpus
A redegit & edidit anno M.DCXII. *Ioannes Capeauillius*, Vicarius Generalis Leodienſis. Exſtat de eiſdem & *Ioan. Placentinus*.

Anno DCC. LXXVS. Oſnabrugi, deinde Halberſtadij, Monaſterij, Verdæ, Mindæ, Hildeshemij & Paderbornæ, Epiſcopatus fundauit ac dotauit Carolus Magnus Imp.

TREVIRENSIS A. S. R. I. Princeps Elector, & in Galliâ ac regno Arelatenſi Archicancellarius. *Trier*, ad Moſellam, Academia.

Metenſis, in ditione Regis Galliæ. *Metz.*

Tollenſis, ibidem. *Toul.*

Virdunenſis, ibidem. *Verdun.*

Treuerenſium Archiepiſcoporum geſta ſcripſit *Chriſtophorus Brovverus*, Soc. Iesv Theologus, typis breui edenda, ſpero.

Metenſis E. fuit olim Marchio de Nenomeny: qui titulus anno M.D.LXV. Comitibus Vaudemontiis acceſſit, Rom. Pontifice certis legibus permittente.

MAGDEBVRGENSIS A. circa annum DCCCC. XL. Germaniæ
B Patriarcha ſeu primas *Meydburg.*

Miſenenſis ſeu Miſnenſis, in Saxoniâ ſuperiore ad Albim *Meyſſen.*

Merſeburgenſis, ad Salam. *Meſeburg.*

Naumburgenſis, ad Salam. *Naumburg.*

Brandeburgenſis, ad Hauelam ſiue Hauelum. *Brandenburg.*

Hauelburgenſis, in Marchionatu Brandeburgenſi ad Hauelum. *Hauelburg.*

Miſenæ & Merſeburgi Henricus Auceps, Brandeburgi & Hauelburgi Epiſcopatus anno DCCCC.XLVI. filius ipſius Otho Magnus inſtituit. Enumeratos autem quinque Epiſcopatus idem Otho Imper. Magdeburgenſi A. ſuffraganeos eſſe voluit, eumdemque Magdeburgenſem Germaniæ Primatem nuncupari; Romano Pontifice & Concilio Rauennate adſentiente. Vnde in litteris Benedicti VI. Papæ ad Germaniæ Archiepiſcopus de Paſſauienſi Eccleſiâ datis, Albertus Magdeburgenſis, Patriarcha Germaniæ nominatur.

C Magdeburgenſis porrò Epiſcopatus initia ſuæ dotis debet Carolo Magno: cuius Sedes primùm fuit in Seyde, pòſt in Vallerſleben, deinde in Vreſe; anno M. C. XXX. demum per Othonem I. Magdeburgum tranſlata.

SALISBVRGENSIS A. *Salzburg*, per Leonem III.

Friſingenſis. *Friſingen.*

* Ratiſponenſis. *Regensburg.*

Patauinienſis, ad Oeni & Danubij confluentem. *Paſſavv.*

Brixinenſis. *Brixen.*

Gurcenſis circa annum M. DCCCC. LXXIII. *Gurcz. Goritz.*

Lauentinenſis circa annum M. CC. XIV. *Lauenmuntz.*

Seccouienſis, circa an. M. CC. XIV. *Sckavv.*

Chiemenſis, circa an. M. CC. XIV. *Chiemſe.*

Salisburgenſium Antiſtitum & Suffraganeorum iam nominatorum res geſtas deſcripſit *Viguleus Hundius in ſua Metropoli Salisburgenſi*, an. M.D.LXXXII. Ingolſtadij editâ.

Viennenſis in Auſtriâ. *VVien.* Academia.

D Nouæ ciuitatis, in Auſtriâ. *Neuſtat.*

Labacenſis, in Carniolâ. *Labach.*

Duos iſtos Epiſcopatus poſteriores an. M. CCCC. LXVIII. Paulus II. inſtituit, petente Frederico III. Imperatore Viennenſem non tam inſtituit, quàm reſtituit.

BREMENSIS A. ad Viſurgim. *Bremen.*

Lubecenſis, *Lubeck.*

Raceborgenſis, in Ducatu Pomeraniæ. *Ratzenburg.*

Suerinenſis, in Ducatu Mechelburgenſi. *Svverin.*

OTHO Magnus Imp. anno DCCCC.LII. in Cimbricâ Cherſoneſo, Sleſuici, Ripæ, Arbuſæ & Aldeburgi Epiſcopatus Inſtituit. Aldeburgo poſteà Lubecam Sedes tranſlata eſt per Henricum Leonem anno M. LXXI. Albertus Archiepiſcopus Bremenſis Mechelburgi Epiſcopatum fundauit, quem poſt annos centum idem Henricus Leo Suerinæ collocauit.

Bremenſium & Hamburgenſium (eſt enim Hamburgo Bremam Metropolitana Sedes tranſlata, adeóque duæ illæ Sedes ſunt vnitæ) Antiſtitum res geſta pete *ex M. Adami Hiſtoria Eccl ſiaſtica.* Bremenſis Epiſcopatus anno DCC. LXXXVIII. inſtitutus eſt, dotante Carolo Magno Imp.

De Epiſcopatibus Germaniæ, déque Epiſcoporum rebus geſtis ſcripſit *Gaſpar Bruſchius*, ſed cautè legendus. Scriptionem eius hiſtoriam excepit *Petrus Cratepolius.*

VESONTIONENSIS, vulgò BISVNTINVS A. *Beſançon.* E

Baſileenſis. *Baſle*, Academia.

Lauſanenſis. *Loſanne.*

Belicenſis. *Bellay en Breſſe.*

BASILEA ab hæreticis occupata, cathedrale Canonicorum collegium hodie reſidet Friburgi Briſgoiæ, quæ vrbs eſt & Academia gentis Auſtriæ, apud Heluetios.

BELLICA olim Sabaudiæ Ducis, nunc eſt Regis Galliæ, ex quo Breſſia Henrico IV. Regi Chriſtianiſſimo acceſſit.

BOHEMIA & HVNGARIA

Parent Ferdinando II. Auſtrio, Romanorum Imperatori.

PRAGENSIS A. in Bohemiâ, per Clementem VI. anno F
M. CCC.XLIV. *Prag*, Academia.

Olomucenſis, in Morauiâ. *Olmuntz.*

Pragenſium & Olumucenſium Antiſtitum res geſtæ exſtant apud Ioannem Dubrauium, Bohemiæ Hiſtoriographum.

STRIGONIENSIS A. *Gran.* regni Hungariæ Primas, & Legatus, nunc Tirnauiæ, vulgò *Dirne*, reſidet, Strigonio à Turcis occupato.

Nitrienſis, regni Cancellarius in dominio Regis Hungariæ.

Iaurinenſis, ad Danubium fl. in dominio eiuſdem. *Raab.*

Agrienſis, ſub Turcis hodie. *Agria.*

Vaccienſis, ſub Chriſtianis. *Vaccia.*

Quinqueccleſienſis, ad Drauum fl. ſub Turcis.

Veſprimienſis, ſub iiſdem. *Veſprin.*

Ad Strigonienſem Archiepiſcopum pertinet ius Regem coronandi: vt patet ex diplomate *Innocentij IV. Papa tom. 1. Hiſtoria Orientalis per Bongarſium* edito.

Veſprimienſis E. eſt Reginæ Cancellarius, quam & coronare ſolet. G

COLOCENSIS ſeu Colocienſis A. *Colotz.*

Zagrabienſis, in Sclauoniâ & dominio Regis Hungariæ. *Zagabria.*

Tranſſiluanienſis, ſiue Albæ-Iuliæ, in Principatu Tranſſiluaniæ.

Varadienſis, in Tranſſiluaniæ finibus. *Varadin.*

Sirmienſis, ſub Turcis. *Sirmiſch.*

Cenadienſis, vel Canadienſis, ſub iiſdem. *Chonad.*

Boſnenſis, ſub iiſdem. *Boſſina.* Eſt tamen hodiéque E. Boſnenſis, qui Chriſtianos iuuat, qua poteſt.

Addendus fortaſsè & E. Hermanſtadenſis.

Eſt item Bacchenſis E. in Tranſſiluaniâ.

De Dalmatiæ Epiſcopatibus, vide ſuprà.

POLONIA.

Habet Regem proprium.

GNESNENSIS A. in Poloniâ maiore.

Cracouienſis, in Poloniâ minore, ad Viſtulam fl. *Cracovv*, Academia. H

Poſnanienſis, in Poloniâ maiore. *Poznan.*

Plocenſis, in Maſouia, ad Viſtulam fl. *Ploczko.*

Mednicenſis, in Samogitis. *Mednich.*

Vratiſlauienſis, in Sileſia. *Preſlavv.*

Lebuſienſis, in Marchionatu Brandeburgenſi. *Lebus.*

Vladiſlauienſis, in Cuiauia. *Vladiſlavv.*

Caminenſis, in Pomerania. *Camin.*

Luceorienſis, in Volhinia Ruſſiæ Nigræ prouincia.

Vilnenſis, in Lituania *Vilenzki* indigenis, Germanis *VVilde.*

Vindenſis ſeu Vendenſis, in Liuonia, per Sixtum V. petente Stephano Battorio Poloniæ Rege. *VVenden, Kies.*

Varmienſis, in Pruſſia. Is, quamquam exemptus, elegit prouinciam Gneſnenſem, iuxta Conc. Tridentinum.

LEOPOLIENSIS A. in Ruſſia Nigra, an. MCCC. LXI. per Vrbanum V. *Lunovv. Lempourus.*

Præmiſlienſis, in Ruſſia Nigra. *Primiſla.*

Chelmenſis, ibidem. *Chmielnich.*

Kiouienſis, in Volhinia, ad Boryſthenem fl. qui vulgò *Nieper* & *Neſter* dicitur. *Kiou.*

Camenecenſis, in Podolia. *Camieniech.*

Has

A [illegible] Tienſi A. hodie [illegible] I. [illegible]po- [illegible] Ro[illegible]an- miſſis accepimus. Sed Luc[illegible] ad Conci- lium prouinciale Goeſnenſe.

Anno M. D. LXXVIII. Poloni & Lituani [illegible] Reipu- blicæ corpus coaloëre, comitiis Lublini celebratis, atque inter regni Senatores adſcripti ſunt Antiſtites iſti: Gneſ- nenſis, Leopolienſis, Cracouienſis, Vladiſlauienſis; Vil- nenſis, Poſnanienſis, Polocenſis, Varmienſis, Luceorien- ſis (Præmiſlienſis, Mednicenſis, Colmenſis, Chelmenſis, Kiouenſis, & Camenecenſis. His acceſſit E. Vendenſis, temporibus Stephani Battorij Regis.

Cæterum Vratiſlauia, vnà cum Sileſiâ, hodie eſt in ditione Regis Bohemiæ: Lebuſia autem ad Marchiones Brandebur- gicos, & Caminum ad Duces Pomeraniæ ſpectat.

Præter Latinos iſtos Antiſtites, ſunt & Ruſſici ſeu Reu- thenici ritus Epiſcopi octo, ſub ditione Regis Poloniæ, in communionem Eccleſiæ orthodoxæ à Clemente VIII. anno B M.D.XCVI. recepti: Kiouienſis Metropolita, Vlodomirienſis, Luceorienſis, Polocenſis, Præmiſlienſis, Leopolienſis, Chel- menſis, & Pinſcenſis Epiſcopi. De quibus vide *Baronij to- mum VIII. in fine.*

Habent & ſuum *Armenij* Epiſcopum: ſed neque hic, ne- que Ruſſici Antiſtites in Senatu aut comitiis Ordinum Po- loniæ locum habent vt *Martinus Cromerus* tradit.

RIGENSIS A. in Liuoniâ, ad mare Balticum. *Riga.*
Reualienſis, in Liuoniâ. *Reuel.*
Curienſis ſeu Gerlandenſis, ibidem. *Gerlandt.*
Oſilienſis. *Oeſſel*, inſula.
Derpatenſis ſiue Topatenſis, in Liuoniâ. *Derpt.*
Culmenſis, in Pruſſiâ Regali *Culm.*
Sambienſis, in Pruſſiâ Ducali.
Pomeſanienſis, ibidem anno M.CC.LXXI.

Quatuor Epiſcopatus priores *Gaſpar Bruſchius* comme- morat, duos autem poſteriores cum Varmienſi *Mart. Cromerus* adiungit.

C Hodie nullus eſt Archiepiſcopus Rigenſis: nec alius in totâ Liuoniâ nunc eſt Epiſcopus, quam Vindenſis ſeu Ven- denſis, à Sixto V. vt dixi, conſtitutus, petente Stephano Battorio Rege, qui Liuoniam Moſcis eripuit.

Cæterum Riga vrbs olim Germanici Imperij, hodie Polo- nici iuris cenſetur, ex quo nimirum Poloni Liuoniam Equi- tibus Teutonicis ademerunt, & à Moſcorum tyrannide eam vindicarunt.

VALACHIA.

Habet Principem proprium Regni, Poloniæ beneficiarium.

BACOVIENSIS E. in Valachiâ, per Clementem VIII. *Backonia.*

MOSCHOVIA.

Paret ex parte Regi Poloniæ: pars altera eſt penes ipſos Moſcos.

In Moſcouia, itémque Ruſſia Alba, Epiſcopi ex cœtu Monachorum Ord. S. Baſilij ferè diliguntur. Soléntque à a. numero Epiſcopi in vniuerſo Moſci imperio numera- D ti, quos ipſi *Vladicas*, id eſt Oeconomos ſeu diſpenſato- res, ſuâ linguâ nuncupant. Horum Metropolita in vrbe Moſcuâ, vulgò *Moſzkovv*, ſedem habebat, & ſolet à Pa- triarcha olim Conſtantinopolitano confirmari: noſtrâ au- tem Patrúmque memoriâ à magno Moſcouiæ Duce ſo- litus eſt eligi, móxque per duos aut tres Epiſcopos con- ſecrari. Huic Metropolitæ duo ſuberant Archiepiſcopi, & octo Epiſcopi.

ARCHIEPISCOPI.

Roſtouij ſeu Roſtouienſis, ad lacum. *Roſtovv.*
Nouogardiæ Magnæ ad Lonram fl. *Nouogrod.*

EPISCOPI.

Corrizæ, primo lapide à Moſcuâ.
Reſaniæ. *Rezan.*
Columnæ. *Kolom.*
Caſani ad Volgam, cis Tanaim. *Caſano.*
Vologdæ ſeu Volochdæ, vltra Tanaim, ad Septemtrio- nem.
Tueriæ, ad Volgam, cis Tanaim. *Tuer.*
Smolenski ſeu Smolencij, ad Boryſthenem fl. ſub ditio- ne Regis Poloniæ. *Smolenske.*
Suſdaliæ.

[illegible] ſe à *A*[illegible] [illegible] *lanti-* *n*[illegible] Ca[illegible] Rutheni à [illegible] in B ebu[illegible] F dei diſſen[illegible] *de apud eundem Poſſeuinum, libro o-* *[illegible], & apud Baronium, in fine tomi VII. Annalium.*

BRITANNIA.

Paret vni Regi vniuerſa.

ANGLIA.

CANTVARIENSIS A. regni Angliæ. Primas. *Canterbury*, Belgis aliiſque cæteris, *Camelberg.*
Londinenſis, ad Tamaſin fl. *London.*
Wintonienſis. *VVinton.*
Conuentrenſis & Lichfeldenſis, iuncti. *Couentre Liſfilde.*
Sariſburienſis. *Salisbury.*
Bathonienſis & Vuellenſis, iuncti. *Bathe VVelles.*
Lincolnienſis. *Lincolne.*
Exonienſis. *Exceſter.*
Herefordenſis. *Herefordt.*
Noruicenſis. *Norvvich.*
Elienſis. *Eliey.*
Roffenſis. *Rocheſter.* F
Dunkeldenſis. *Dunckeld.*
Abredonenſis ſiue Aberdonenſis. *Aberdin*, Academie.
Moreuienſis. *Mourra*, prouincia ſeu Comitatus. Sedes Epiſcopi eſt in oppido *Elgyn*, ſiue *Elgym.*
Dumblanenſis. *Dublain.*
Brechinenſis. *Brechin.*
Roſſenſis. *Roſſe*, prouincia. Sedes cathedralis eſt in oppi- do *Chanrie*, quod ſonat Canonicum ſedem.
Cathanenſis, ſiue Cathanaſiæ. *Cathnes*, prouincia. Sedes E. eſt in oppido *Dunroden*, ſiue *Dornoch.*
Orcadenſis, ſiue Orcadum inſularum, ad Septemtrionem, *Orcknai.* Sedes Epiſcopi eſt in oppido *Kirkvvaa*, in maximâ inſularum, quæ vulgò *Maynelande* dicitur.

Aberdonienſium, & aliorum Scotiæ Epiſcoporum res ge- ſtas ſcripſêre *Hector Boethius*, & *Ioannes Leslæus* Scotiæ Hi- ſtoriographi.

GLASCVENSIS A. per Sixtum IV. *Glaſguo*, Academia.
Candidæ Caſæ, in Gallouidiâ prouincia. *Gallovvay*, *VVit- hern*, & ſolet eſſe Abbatia Canonicorum regularium, in qua ſedes erat Epiſcopi. G
Ciceſtrenſis. *Chicheſter.*
Vigornienſis. *VVorcheſter.*
Meneuenſis, ad fanum S. Dauidis, in VValliâ ſiue Cam- briâ. *Saint-Dauids.*
Bangorenſis ſiue Banchorenſis, in VVallia. *Bangor.*
Landaffenſis ſiue Landauenſis. *Landaff.*
S. Aſaphi ſiue Aſaphenſis, aliàs Eluoenſis ibidem. *Saint- Aſſe.*

Cantuarienſium Archiepiſcoporum Catalogum ex tabu- lis illius Eccleſiæ collegit *Marianus Victorius*, & Romæ an- no M. DC. IV. *Gerardus Voſſius*, & publicauit.

EBORACENSIS A. *Yorck.*
Dunelmenſis. *Durham.*
Carleolenſis. *Carrel.*

In Anglia duæ ſunt Academiæ ſeu Vniuerſitates, vt vulgò nuncupant, Oxonienſis; & Cantabrigienſis *Oxfort*, & H *Cambrige.*

* Henricus vero VIII. R. Angliæ, Apoſtata, hos inſtituit nouos Epiſcopatus.

Petroburgenſem. *Piterbourg.*
Gloceeſtrenſem. *Glocheſter.*
Oxonienſem. *Oxfort.*
Briſtolienſem. *Briſtow.*
Ceſtrenſem. *Cheſter.*

Qui omnes cum per Rom. Pontificem non ſint inſtituti aut confirmati, merito Pſeudo Epiſcopatus haberi debent.

SCOTIA.

S. ANDREANVS ſiue Andreopolitanus A. regni Scotiæ Pri- mas, per Sixtum IV. anno CIƆ. CCCCLXXII. *Saint Andrews*; Academia.
Liſmorenſis, in Argathelia prouincia. *Liſmor.*
Inſularum ad Occidentem; ſiue Hebridum. *Ilis.* Epi- ſcopus ſedem habet in inſula & monaſterio S. Columbi, vulgò *Clomkil.*

HIBERNIA.

ARMACHANVS A. & Primas, in Vltonia, per Eugenium III. anno M.C.LII. *Armach.*

Dunenſis. *Dun.*
A Conerenſis. *Conne*
Deren... *Dirry. Derr*
Medenſis. *Mieth.*
Clocherenſis. *Clocher.*
Ardachadeoſis. *Ardache.*
Kilmorenſis. *Kilmore.*
Rapotenſis. *Rapho.*
Dromorenſis. *Dromore.*
Cluanenſis. *Kiloom.*
Duncxeranenſis. *Dondalck.*

Armacbanorum, Dublinicoſium, aliorúmque Hiberniæ Antiſtitum ſeries, ab anno M. C. LXIS. vſque ad annum M. CCCC. XXI. exſtat ex vetuſtis Annalibus Hiberniæ, *per Camdenum* editis.

Dvbliniensis A. in Lagenia, per eumdem Pontificem. *Dublin.* Vniuerſitas anoo M. CCC. XIX. inſtituta: vt conſtat ex dictis Annalibus.

Kilkanniensis. *Kilken.*
B Kildarienſis ſeu Kildarenſis. *Kildare.*
Fernenſis. *Ferns.*
Oſſorienſis vel Oſſerienſis. *Oſray.*
Laglinenſis vel Lechlinienſis. *Leeghlin.*
Glendelacenſis. *Glendelack.*

Cassilinais ſiue Casselensis A. in Mumonia, per eumdem. *Caske.*

Limericenſis. *Limrick.*
Liſmorenſis. *Liſmo.*
Roſſeoſis. *Roſſ.*
VVaterfordienſis. *Vvatherford.*
Emlienſis ſiue Aunenſis. *Emmeley.*
Corcagienſis. *Corcke.*
Lumbricenſis vel Limbricenſis. *Limbrick.*
Clonenſis vel Clonmellenſis. *Clon.*
Tvamensis A. in Connacia, per eumdem. *Tuam.*
Duacenſis. *Galvvey.*
C Achadenſis. *Achade.*
Alachdenſis. *Alache.*
Olfinenſis. *Olfin.*
Roſcomenſis, *Roſcoman.*
Clonfertenſis. *Clonfert.*

DANIA.

Habet Regem proprium.

Lvndensis A. per Vrbanum II. anno M. XCII. & Primas, per Adrianum IV. anoo M. C. LIX. *Lunden.*
Roſchildenſis, in Zelandia inſula. *Roskil.*
Othonienſis. *Odenſee, Ottenſehe.*
Selſuicenſis, anno M. LXVII. *Slezvvick.*
Ripenſis, in Iutia ſeu Cimbrica Cherſoneſo, anno eodem. *Ripe.*
Vviburgenſis, ibidem, anno eodem. *Vviburg.*
Arhuſenſis, ibidem. *Arhuſen.*

D

NORVEGIA.

Paret Daniæ Regi.

Nidrosiensis A. per Eugenium III. anno M. C. XLVIII. *Trunthei.*
Bergenſis. *Bergen.*
Stauangarenſis. *Staffanger.*
Hammarienſis. *Hammer.*
Anſloëoſis ſiue Aſlolenſis. *Anſlo*
Sodrenſis vel Inſulanos. *Sodre.*
Groneladenſis. *Groenlandt*, inſula.
Scalholtanus, in Iſlandia inſula, quæ paret eidem Regi. *Schalholt.*
Holenſis vel Holamenſis, ibidem. *Hola.*

Alij addunt E. Orcadenſem: ſed Orcades inſulæ hodie ad regnum Scotiæ pertinent, & E. Orcadenſis eſt Sancto Andreano in Scotia ſuffraganeus. Olim tamen Orcades ad regnum Noruegiæ pertinuerunt, & Epiſcopus Orcadenſis Nidroſienſi A. quondam ſubfuit: vt patet *ex veteri Codice Prouinciali.*

SVECIA vulgò SVEDIA.

Vpsaliensis A. per Eugenium III. anoo M. CXLVIII. *Vpſal.*
... anno M. XXVI. *Scar.*
... penſis. *Lincopen.* E
Strengnenſis. *Strengenes.*
Aboenſis, in Finlandia. *Abo.*
Aroſienſis vel Aroſcienſis. *Aroſen.*
Vellimenenſis. *Vellimen.*

Regni Sueciæ metropolis, ſedéſque regia hodie eſt Stocholmia. Sueciæ, Daniæ, & Noruegiæ Chronica ſcripſit *Albertus Crantzius.*

INDIA ORIENTALIS.

Paret Regi Catholico pro maxima ſui parte.

Goanvs A. & primas Indiæ Orientalis, per Paulum IV. *Goa*, Academia. Cochinenſis, in regno & vrbe Cochinenſi. *Cochin.*

Malacenſis, in inſula & vrbe Malaca. *Malaca*

Macaonenſis ſiue Macaënſis, in vrbe & inſula Macao: qui & Sinarum ſeu Sinenſis Epiſcopus. *Macao, China.*

Iaponenſis, per Sixtum V. in Nangaſaeo vrbe Iaponiæ. F *Iapon. Nangaſachi.*

Malabanenſis, in regno *Malaos*, ad Oceanum. *Malaban.*

Meliaporenſis, in vrbe Meliapora vt incolæ, vel vt Luſitani nuncupant, in vrbe S. Thomæ: in qua eiuſdem Apoſtoli corpus quieſcit. *Meliapor. S. Thoma.*

Fuit & inter ſuffraganeos olim Angamalenſis Epiſcopus, in regno & vrbe *Angamala* ſedem habens. Is poſtea creatus eſt Cranganorenſis Archiepiſcopus per Paulum V. Papam.

Cranganorensis A in vrbe Cranganora per Paulum V. anno M. DC. VIII. qui & Sertenſis A. ab incolis nuncupatur. *Cranganor. Serra S. Thoma.* Idem & Chriſtianorum S. Thomæ Archiepiſcopus dicitur.

Huic A. nondum adſignati ſunt Epiſcopi ſuffraganei.

Indiæ Orientalis ſtatum, itémque Braſiliæ, Guineæ, & inſularum maris Atlantici aperuit R. P. Antonius Colaſſus, Luſitanus, Societ. Ieſu Presbyter, & Collegiorum dictis in G prouinciis atque inſulis fundatorum annis multis Procurator Madriti in aula Regis Catholici.

INDIA OCCIDENTALIS.

ſiue

ORBIS NOVVS.

A Caſtellanis eſt ſubactus, & paret Regi Catholico.

Mexicanvs A. in Hiſpania Noua & primas Indiæ Occidentalis, per Paulum III. an. M. D. XLVII. *Mexico*, Academia.

Antequerenſis ſiue Gnaxacanus. *Nueua Antequera* Hiſpanis, *Guaxaca* incolis.

Mechuacanus. *Mechoacan*, prouincia Taxcalenſis ſiue Angelopolitanus. Taxcala incolis, Puebla de los Angeles Hiſpanis Guatimalanus. *Guatimala,*

Ciuitas Regalis. } *Sic Panuin in Paulo III. Sed nomina*
Nauenſis. } *barbara nondum adſequi potui.*

Chiapenſis. *Chiappa.*
Cuadalaxarēſis, in regno Xaliſcano. *Guadalaxara en Xaliſco.* H
Compoſtellanus. *Compoſtella.*
Pacenſis ſeu pacis Veræ. *Vera Paz.*

Iucatanenſis ſeu Meridenſis in prouincia Iucatanenſi. *Merida Iucatan.*

S. Dominici A. in Hiſpaniola inſula per Paulum III. anno M. D. XLVII. *San-Domingo.*

Conceptionis. *Conception.*

Vegenſis: Sic Onuphrius, fortaſſis eſt. *Porto veio.*

Inſulæ S. Ioannis de portu diuite. *Puerto rico* Cubæ inſulæ, in qua eſt vrbs S. Iacobi, ſedes Epiſcopi, & Hauana, portus celeberrimus. *Cuba, Santiago, Havana.*

Ciuitatis de Cooro, in prouincia de Venezuela, ſiue Charchenſis. *Coro Venençuela Charcas.*

S. Marthæ. *S. Martha.*
Carthaginis Nouæ. *Carthagena.*

Trugillenſis, in prouincia de Honduras ſiue Cumaignenſis. *Truxillo. Cumaiagna.*

Limensis ſeu Ciuitatis Regum A. in Peruana prouincia, per Paulum III. anno M. D. XLVII. *Lima Ciudad de los Reyes.*

Cuſcanus ſiue Cuchenſis. *Curco.*

Caſtelli vel Caſtiliæ de auro, in prouincia Terræ firmæ. *Caſtilia de oro.*

Nicara

[illegible] uen [illegible] in-
A cia. [illegible] *con. Nicaragua.*
Popaiancuſis. *Popayan.*
Platenſis. Plata, in prouincia *de las* [illegible] [illegible]
Potoſitius. *Potoſi.*
Ariquipenſis. *Arequipa.*
Tucumanenſis. *Tucuman.*
Panamanus. *Panama.*
De tribus iam dictis ſedibus Archiepiſcopalibus in Orbe Nouo, ſiue Indiis Occidentalibus per Paulum III. Papam, Carolo V. Imp. petente, anno CIↃ. IↃ.XLVII. inſtitutis agit Onuphrius Panuinius, in vita eiuſdem Pontificis S. Fidei A. *Sancta Fede Bogota.*
An ſuffraganeos Epiſcopos habeat, nondum reſcire potui.
Manilanus A. in Philippinis inſulis per Paulũ V. *Manilla.*
Caurenſis. *Nueua Ca res.*
Segouiæ Nouæ. *Nueua Segouia.*
Caſſerenſis, ſiue Cazerenſis. *Caſſeres, vel Caçeres de Camarines.*
Philippinis inſulis primus Epiſcopus datus eſt anno CIↃ.
B IↃ.LXXIX. per Gregorium XIII.

* Epiſcoporum Præcipuorum.

QVI POST DOMINI NOSTRI IN COELVM ASCENSIONEM TAM IN OCCIDENTE quam in Oriente, ECCLESIAM GVBERNARVNT:

Quorum notitia ad manus noſtras deuenire potuit.

SERIES, ET ORDO CHRONOLOGICVS.

Enumerationis huiuſmodi vtilitas varia.

Quod plerique in recenſendis ſæcularium Principum ſtemmatibus, Genealogiis, & tabulis, ſtudiosè & vtiliter præſtiterunt, vt ea ratione terrenæ poteſtatis antiquitatem & decora, atque auitam ſucceſſionem Principatuum & Imperiorum ad ſeram poſteritatem tranſmittant. Idem non minus vtiliter circa Eccleſiaſticos Principes, quos Spiritus ſanctus Eccleſiæ regimini à primis illius cunabulis præfecit, facturum me exiſtimaui. Neq; enim vllius machinæ robur æque munimentorum hoſtilium valla aggereſq; perfringit, quam inferorum
C portas, quæ aduerſus Eccleſiæ caſtra omnibus ſæculis patuerunt, conuellit, nè præualere hactenus potuerint. Antiquitatis ſuccedaneæ præſcriptio, quæ ſemper tanti valoris fuit, vt non aliis Presbyteris obediendum aut auſcultandum cenſuerint primi illi Eccleſiæ Doctores & Patres, quam illis, qui cum Epiſcopatus ſucceſſione chariſma veritatis certum, vt loquitur *Irenæus lib.4.c.43. & 44.* acceperint. Vnde validiſſimi argumenti loco, omnes omnium temporum hæretici ſucceſſionis defectu conuicti fuerunt, apud eos nullam Eccleſiæ faciẽ exiſtere cum origenes ſuarum Eccleſiarum edere non poſſent, neque Epiſcoporum ſuorum ordines euoluere. Ita Nouatianos redarguit S.Cyprianus, quod nemini ſuccedentes à ſeipſis eſſent ordinati, & de ſe naſci voluerint, tanquam ſine patre filij, ſine magiſtro diſcipuli: neque quidquam fortius vrget S. *Auguſtinus contra Fauſtum*, quam ſuccedentis Eccleſiæ per certas & perpetuas Epiſcoporum ſucceſſiones progredientis auctoritatem. Atque hac ratione Donatiſtas in ſinum Eccleſiæ recolligere laborat, Numerate inquiens, ſacerdotes vel ab ipſa Sede Petri, & in illo Patrum ordine quis cui ſucceſſerit, videte; & enumerans alibi ſeriem Romanorum Pon-
D tificum à Petro vſque ad Anaſtaſium tunc ſedentem, in hoc ait, ordine ſucceſſionis nullus Donatiſta Epiſcopus inuenitur. Quod perinde locum habet in omnibus omnium ætatum hæreticis. Quin & *Irenæus l.3.cap.3.* luculenter id confirmat, hoc modo ſcribens: Maximæ & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, fidem per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per *placentiam* malam, vel vanam gloriam, vel cæcitatem, & prauam ſententiam, aliud quàm oporteat, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentialitatem, neceſſe eſt omnẽ conuenire Eccleſiam, hoc eſt eos qui ſunt vndiq; fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Fundantes igitur & inſtruentes B. Apoſtoli Eccleſiam, eius adminiſtrandæ Epiſcopatum Lino tradiderunt: ſuccedit ei Anacletus, poſt eum tertio ab Apoſtolis loco

L. B. Theat. vitæ Human. Tom. III.

[illegible] atum [illegible] [illegible] eutheri[illegible] [illegible] uus, inquit, ord[illegible] [illegible] [illegible] ditio & prædicatio per[illegible] [illegible] ad nos.

Haud aliter *Tertullianus*, dum in *lib. de Præſcript.* ac machinâ ſui temporis hæreticos aggreditur, *oſtendant* ait, *vnde prodierint*: edant origines Eccleſiarum ſuarum: euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit, habuerit auctorẽ & anteceſſorem: hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cẽſus ſuos deferunt; ſicut Smyrneorum Eccleſia Polycarpum à Ioanne collocatum refert, ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit, &c. Confingant aliquid tale Hæretici. Similia paſſim apud alios leguntur. Atq; hic eſt ſcopus in quem etiam collimaui, dum Epiſcoporũ penè omnium continuatã ſeriem & præſentem locum transferre primum cogitaui, vt per continuas eorum ſucceſſiones ſtabiliſſimæ Eccleſiæ fundamenta firmarem, ac in illius communione nullum hæreticũ reperiri, ſed ab ea conciſos exiſtere, omnes intelligerẽt, ac Eccleſiam Romanam ceterarum matrem verè Apoſtolicã demonſtrarem, ex quo in fide àb Apoſtolis traditã, ſucceſſione perpetua perſeuerat. Optaſſem ſanè om- E
nium deſideriis obſequi, depromendo omnium omnino qui Eccleſiæ cùm vniuerſalis, tum particularium quæ cum illa communicãnt, Antiſtitum ſeriem & ordinem ſucceſſionis: verum cum vel iniuria Scriptorum, vel temporum iniuria, multa à veteribus in Faſtos relata interciderint, aut litteris conſignata non fuerint, ſuffultus variorum Auctorum lucubrationibus, eos dabo, qui ſummo ſtudio conquiſiui ad manus meas deuenerunt. De quibus tamen illud Epiphanij *l.1. c.27. Tom.2.* poſtquam Rom. Pontificum ſeriem enumeraſſet, vſurpauero: Ne quis miretur quod ſingula ita recenſemus, per hæc enim claritas oſtenditur. Sufficit abundè Catholicis pro veritatis & religionis ſuæ defenſione, quod ſibi etiam ſuffeciſſe Eraſmus Roterodamus Nouatoribus ſui ſæculi, qui tamen eum à ſuis partibus ſtare falsò contendunt; inculcat, dum ita ſcribit. Mihi pro cauſa mea ſufficit veterum ſanctimonia, vitæ probatiſſimorum auctoritas, Epiſcoporum maieſtas, publica Chriſtianorum gentium conſuetudo, quos omnes (arrige aures nouelle Reformator;) ſi damnatis in- G
ſaniæ, malo cum illis inſanire, quam vobis aſſentiri.

APOSTOLORVM, ALIORVMQVE CHRISTI DISCIPVLORVM, POST ACCEPTVM Spiritum Sanctum in die Penteeoſtes. DISPERSIO, PRÆDICATIO, ET Epiſcopalis functio.

Potiſſimum ex Arnoldi Mermantij Theatro conuerſionis Gentium.

Redemptor generis humani poſtquam in cœlum aſſumptus eſt, & promiſſum Paracletum in Apoſtolos congregatos pariter in eodem loco, in forma linguarum ignearum ventique vehementis miſiſſet, decimo ab aſcenſione ſua die, ſcribit Marcus illos profectos iuxta mandatum quod paulo ante acceperant de prædicando Euangelio omni creaturæ; vbique prædicaſſe nulla aut loci, aut nationis habita ratione; Domino conatus ipſorum cooperatione ſua, & ſignorum ſiue miraculorum productione adiuuante & promouente.

Igitur Apoſtoli nunc virtute ex alto induti, teſteſq; futuri ipſi Domino vſq; ad vltimum terræ quo ſonus illorum erat exiturus, velut coacta Synodo, communicatiſque de fidei rebus ſententiis, teſſeram aliquam ſiue Symbolum conflarunt, H
quo credendorum ſummum complectebantur, (de quo latè *Ruffinus in Præf. Expoſ. Symboli: Hieronim. epiſt.61. Auguſt. Serm. 115. de tempore I. Leo Papa epiſt.96. ad Pulcheriam Auguſt*) & Chriſtiani à reliquis Gentibus ceu ſigno aliquo diſtinctiuo ſecernerentur, vt docent Clemens, Cyprianus, Ambroſius, & communiter Theologi, & nos latius diximus *in loco de fide*.

Relictis ergo Hieroſolymis poſt celebratam ibi Synodum, per varias Prouincias & ciuitates diſperſi ſunt. Apoſtolorum Princeps exacto viſitationis biennio Antiochenam Eccleſiam fundauit, ibique primum Chriſtiani appellati ſunt credentes: poſtquam autẽ annis ſeptem circiter paſtoris officio hîc perfunctus ſummo cum fructu fuiſſet, de ſuprema Orbis Vrbe tunc omnium Gẽtium erroribus ſeruiente ad veritatis lucem perducendâ cogitauit. Igitur an.7. qui à Chriſto nato erat 44. expugnaturus ſuperſtitionem & infidelitatẽ, cum ſuo anteſignano Simone Mago & præſtigiatore, Deo annuente Romã

L 2 conten

contendi [illegible] & [illegible] amq[illegible] viſque [illegible] ven [illegible] penè an.xxv. donec [illegible] pio, [illegible] cum Domino ſuo ſupplicio affectus, niſi quod capite deorſum extendi voluerit, indignum ſe arbitratus qui Chriſto etiam in modu ſupplicij æquaretur. Eiúſque biſtoriæ teſtes babemus *Hieron. in Catal.ſcript.Eccleſ.Euſeb.Caſ.Tertull. Aug.Irena, Cyrill.Hieroſ. Egeſip.Paul.Oroſ.Theodorit.Fir. Lactant. Cyprian. Petr. Chryſol. Abdi.Babylon. Ambr. Athanaſ.Phil.BrixienſVincent.Lirin. Epiphan.Clement.Rom.Clem.Alexand.Origen.Nicephor.Conſtant.Patriarch.Niceph.Gall.Doroth.Iuſtin.Philoſoph.Mart.Ioan. Chryſoſt. Bernard.Leon.Pont. Max. Maxi. Taurinenſ. Gregor. Turc. Freculph. Lexonienſ.Eutrop.Ioan.Zona.Sulpit.Seuer.Fulgent.Ruſpenſ. Afr.Georg.Cedren.Honor.Auguſtedu.Optat.Milenit.Damaſ.Pont. Maxim.Adon.Vien.Hiſtoric.* cunctos, omnium Concil.Patres, *Iuſtinian. Imper. Potium Patriarch. Conſtant.* qui cum fueſit Græcus, neque parum de hæreſi ſuſpectus, à quo oihil eiuſmodi expectandum videbatur, præter cæteros elegantiſſimè D. Conſtantini N. donationem S.Syluestro Pont.Max.eiúſque ſucceſſoribus factam, deſcribic *Dionyſ. Corinthi Epiſcop.*

B *&* vide *locum de Romano Pontifice.*

Cæterum Petro Antiochia digreſſo, Cathedræ adminiſtrationem obtinuit, Petro eam conferente, Euodius vir & vitæ ſanctitate, & eruditione celebertimus, de quo plura in ſerie Epiſcoporum illius Eccleſiæ.

Paleſtina & euncta Iudæa, ipſáque Hieroſolyma Epiſcopom, & Apoſtolum ſortita eſt ſtatim à Domini paſſione communi totius ſenatus Apoſtolici conſtitutione atque ſuffragiis S. Iacobum fratrem Domini, cognomento Iuſtum, Anno Chriſti nati xxxiv. ibique Sacerdotis munere functus eſt xxx.annos, id eſt, vſque ad Domit.Neronis ſeptimum, eius cathedra aſſeruata eſt ſummo cum bonore, ſicut & SS. Petri, Pauli, aliorúmque Apoſtolorum ſedes: vti legere eſt *apud Euſeb. Caſ.hiſtor.Eccleſ.lib.2.cap.1.& 23. & lib.7.cap.14.& 15. Nicephor.Conſtantin.patri. in Chronol. Hieronym. in Catalog. Ioſeph.lib.20. Antiq.Iudaic.cap. Egeſip.libro 5. Abdi. Babylon. lib.6. Nicephor. Gall. lib.1.cap.38. Clem. Alexand. lib.6.& 7. Strom. Ioan: Zonà Tom.3. AdoViennenſ.de 6.ætat.Georg.Cedren.in Compend. Hiſtor. Auguſt.Tom.4.lib.expoſit.in epiſtol. S.Paul. ad Ga-*

C *lat. libro 2. contr. Creſcon. Grammat. capite 137. Hippolyt.Epiſc. Portuenſ.*

Io Iudæa item fidem Cbriſti deprædicarunt & propagarunt S. Matthæus ex publicano Apoſtolus, ibique Euangelium Hebraicè ſcripſit anoo 41. apud Capesoaitas, & S. Iacobus frater ioannes Zebedæi filius prædicauit 12. tribubus quæ erant in diſperſione, quem ſecuri percuti iuſſit Herodes Iudæorum Tetrarcha Anno 36. Simon quoque Chananæus Chriſti Euangelium Iodæis promulgauit, & Iacobo è pinnaculo templi præcipitato, & fullonis fuſte ioterfecto, in Epiſcopatu ſurrogatus eſt anno 63. vt haber *Chronol. Nicephor. Conſtantin. Euſeb.Caſ.libro tertio Eccl. Hiſtor. cap. vndecimo, & in Chron. Hieronym. in Cata. Niceph. Gall. libro ſecundo, capito duodecimo, Clemens Alexandr.7.Strom.Egeſip. Ioan.Zona Georg. Cedren. Ado.Viennenſ.*

Ferunt Mathiam etiam in Iudæ Iſcariotis locum ſuffectum, populum Iudaicum docuiſſe, *Sophron. Hiſtoria Treneriana*, ſcriptor qoidam Hebræus vitæ S.Matthiæ nuper Abdiæ Babylon.adiectus. Hic mibi obiter adnotandum putaui,

D id qood prodit Euodius, ſaeundus à S.Petro Antiochenſium Epiſcopus, axplicans illud *Actor.*8. de Eccleſiæ Chriſti diſperſione, nimirum omnes diſcipulos 72. Diaconos, fideles hue illue timore perſecutionis graſſantis, vertiſſe ſolom, & relicta vrbe Hieroſolymitana, in diuerſas terras diremptos, exceptis Apoſtolis, quibus edicto diuino cautum fuerat, & inhibitom ante annum 12. Hieroſolymis excedere: & interea eos paſſim communi ſtudio atque conatu mutuam commodaſſe omnes operam diuulgando Eoangelio Iudæis, quod refert *Euſeb.Caſ.*

Inde mundi partitione quodammodo facta, ad ſuas quiſque prouincias fortè obtingentes abierunt, iuxta illod *Pſalm.* 18.*Rom.*10. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: & primum quidem per diſcipulos profugos & diſperſos Iudeæ, Galileæ, & Samariæ ciuitates Chriſtum didicerunt, *Actorum 8.& ſequent.* demum vero catechizatos quoſqoe, fideique rudimentis imbutos, & ſeu per Philippum, ſeu alios Euangeliſtas Baptiſmi ſacro fonte luſtratos, Apoſtoli Petrus, Ioannes, & alij firmarunt, ro- [illegible] *Apoſtolis*

E S[illegible]a, [illegible], Eunuchos Candacis reginæ Æthiopum [illegible] Cæſarea per Philippum diaconum Euangeliſtam. Phœnices, Cyprij, Cyrenaici, Antiochcni per alios & alios extorres illos & diſperſos (quos diximus) Chriſtum dicere atque honorare cœperunt anno Chriſti 54. Tib. Auguſt. S.Petro Pontif.Maxim.quod eſt apud *Luc. Actor.*8.& 11. *Euſeb.libro 2.cap.1.& in Chron. Sophron. Nicephor. Gall.libro ſecundo, cap.6.*

Europæi, Scythæ, Thraces, Theſſali, Macedones, Sogdiani, Sacci, Edelleni, Achaici, Byzantini, qui nunc ſunt Conſtantinopolitani, vnius Æthiopiæ iodigenæ, aliique Euxini maris accolæ, Amaſæi, Synopenſes, Niceoi, Perinthij, Philippenſes, Theſſalonicenſes, Patreoſes, aliique Aſiæ populi, ab Andrea Apoſtolo Chriſti Euangelium edocti ſunt anno xl. Eius rei Auctores ſunt *Sophron. Euſeb. Caſ. libro 3. capite 1. & in Chron. Hieron. in Cata. Niceph. conſt. in Chron. Niceph. Call. libro ſecundo, cap.39. lib.3. cap.1. libro 8. cap.6. Ioan. Zona, Georg. Ced. Tib. Caio & Claudio Romanis Impp. S. Petro Pont. Max.* Idem de S.Aodrea ſcribit D.Abdias primus F ab Apoſtolis Babyloniæ conſecratus Apoſtolus, idemqoe Epiſcopus, quem diu olim ex Hebræo D.Eotropius S. Petri auditor, genere Perſa, Græcum fecit, ac deinde Iulius Africanus, euius ſubinde meminit S.Hieronymus, ex Græco reddidit Latinum.

Maior Armenia, Syria tota (nam trium Syriarum meminit *Optat. Milenit. libro ſecundo.*, duarumque Armeniarom) Scythia Orientalis, Aſiatica, & Aſia ſuperior iu naſſam S.Petri Chriſtique fidei, ſatagente S. Philippo Apoſt. allecta eſt vna cum collega Bartholomæo. Item iiſdem Apoſtolis iugum Domini ſuaoe ſubiit Phrygia, India Fortunata, quæ ad Æthiopiam vergit; & altera quæ Oceano alloitur: & tertia, quæ Medis contigua, euerſiſque vbique idolorum delubris lucis exciſis, aris dirutis, ſimulacris exuſtis, Diuino Numini *ἱερεῖα*, tanquam regias ac templa & altaria, Eccleſiiſque ſacerdotes & antiſtites conſecrarunt, quemadmodum S. Petr.Iacob.Andr.aliique & alij, alibi & alibi, anno ab Apoſtolici cœtus diuiſiooe lxx. & quod excurrit, principibus Rom. variis, S. Petro potiſſimum Poutif. Maxim. vti reperire eſt apud *Abdiam Babylon. libro octauo. Euſeb. libro tertio, capite primo, Sophron. in Cata. Nicephor. Call. libro ſecundo, cap.39. Ioan. Zona.* habuerunt illi ſecum copiam Euangelij, teſte *Sophron.* κατὰ μαθαῖον. G

Æthiopia altera, citerior, (ni fallor) io ſortem prædicationis obtigit S. Matthiæ Apoſtolo, & quædam cum Iudeæ, tum Galilææ, diœceſes, teſtibus *Sophron. Niceph. Call. lib. 2. cap.40.* Scriptore eius vitæ Hebræo, qui pridem hiſtoriæ D. Abdiæ, vt præfati ſumus, acceſſit *S.* Pootif. Maxim. Tiber. Caio & Claud. Imper. Aono & quod excurrit, xxiv.

Ad Anthropophagos in Æthiopiam interiorem (poſtquam ſuis Hebræis Hebraicè tradidiſſet, ſcripſiſſetque Matthæus Apoſtolus Euangelium) Apoſtolicam functiouem obiturus penetrauit, dæmonum cultum aboleuit, ſtatuas eorum eſt demolitus, & focos & aras, vmbroſos lucos, libidinis omniſque impudicitiæ ſcholas ſuccidit; erexit, ſacrauitque Eccleſias, altaria, ſacerdotes, virgioes, eaſque velatas perpetuæ caſtitati mancipauit, inſtituit ritum Miſſæ: ſicut S.Iacobus Hieroſolymis, & alij in ſuis quiſqoe prouinciis. Inter ſacri- H ficandum pugione à tergo petitus fortiter pro Chriſto occubuit, anno plus minus lx. S. Petr. Pootif. Maxim. Claud, Auguſt. Vide *Euſeb.Caſ.in Chron. libro Eccl. hiſtor.3. capite 29. Abdi. Babyl.libro 7.Sophron.Catal. Doroth. Synopſ.Niceph. Call. lib.2.cap.4.lib.3.cap.25. Adon Viennenſ.ætat.6.Ioan.Zona. Tom.3. Georg. Ced.*

Æthiopiæ illi, vbi eſt oſtium & irruptio Aſpari al. Phaſis portoſque Hyſſi, fidem Chriſti deouociauit Matthias, Apoſtolicum ad ordinem eſt diſcipulorum claſſe aſcitus. Qui homines barbaros & agreſtes, eoſque aotropophagos, ad mitioris manſuetioriſque vitæ cooſuetudinem reducens, præſtigiatoribus & maleficis incantatoribus ſoperatis, extructis Eccleſiis, multiſque fidei Chriſtianæ ſuſcitatis candidatis & alumnis, poſtremo criminationibus oppreſſus, primum lapidibus petitus teſtium, dein capite truncatus interiit. Maodauit vero teſtium duos primos lapides ſecum tumulo dari, Imp. Claud. S. Petr. Pontif. Maxim. anno, & quod

[illegible] *lib.* ſ.
A *cap.*40 *Doroth. Synopſ.* [illegible]

Reliqua Æthiopia, Felix Arabia, [illegible] na inſula, mari rubro clauſa, habuit Euangelij præconem Eunuchum Reginæ Candacis à Sanct. Philippo edoctum, *Luca Actorum* 8. Tib.principe A.S.Petr.Pontif.Maxim.anno Domini xxxiii. teſte *Euſeb.Hiſt.* &c. *lib.*2.*cap.*1. *Doroth.Synopſ. Niceph.lib.*2.*cap.*6.

Parthi, Medi, Perſæ, Magi, Bactri, Hircani, Indi, Æthiopes, Taprobani, Edeſſæi, Bragman, Germani per pædagogiam S.Thomæ Apoſtoli ad Chriſti fidem perducti ſunt, & extincta idolomania, ædificatis templis compluribus auguſtiſſimis, conſecratis aris, deuotis Deo animis, perceptis Euchariſtiæ myſteriis (& quidem ſub altera, panis inquam, ſpecie) omnem barbariem exuerunt anno xlv. & quod excurrit, partim Claud. partim Domit. Nero. Imp. A.A.S.Petr. Pontif. Max. id quod legere eſt in *Cat.Sophron.apud Euſeb. lib.*1. *cap. vltim.lib.*3.*cap.*1 *in Chron. Niceph.Call.lib.*1.*cap.*40.*lib.*3.*cap.*1. *Ado Vienn.Ioan.Zona, Georg.Ced. Doroth. Synopſ. Abd. Babyl. lib.*9.

B Numidiam, Mauritaniam, Barbariam, reliquamque Africam, vna cum Æthiopia, quam à meridie reſpicit, ab ipſis Apoſtolis Chriſto conſecratam exiſtimo: deinde 22.Martyrum ſanguine, imperante Valeriano A. anno cclvi. in fide firmatum aſtruit *D.Ioann.Schonner.* & *Auguſtinus* alibi refert, ſuo tempore fidem in Africa cccc. annos duraſſe, perpetuamque Pontificum Max. ſucceſſionem, S.Cyprianum quoque præfuiſſe Carthagini anno ccl. Fabiano & Cornel. Pontif.Maxim.& tunc quidem Africam pluſquam lxxx. habuiſſe Epiſcopos ex Concil. Cartha.1.conſtat, quod videtur circa Stephani 1. Pontif. Maxim. tempora celebratum anno plus minus cclvi. Sæuiente item perſecutione Vandalica in Chriſtianos præſertim Catholicos, & Eccleſiaſticos fuiſſe viros præſtantiſſimus in Africa Antiſtites, qui plebem continebant in officio, quum paſſim & Itali & Hiſpani & Galli & Germani ad Deorum idolorumque cultum redirent, variis hiſtoriis demonſtrari poteſt: & hæc fuit S. Auguſtino Afro cauſa ſcribendorum librorum 22. de ciuitate Dei, & Oroſio Hiſpano 7. & Saluiano Maſſilienſi 8. de iudicio & prouidentia Dei. Arnobium quoque & Tertullianum in Africa
C floruiſſe nemo neſcit. Prætereo illam prolixam hiſtoriam de traditione ſacrorum codicum, de qua ſæpe Auguſt. Optat. Mileuit. & alij.

Abgarvs ſiue Augarus Toparcha & regulus Edeſſenorum, quem ſingulari & epiſtolij & ſuæ imaginis beneficio Chriſtus præter alios mortales eſt dignatus, cum vniuerſa vulgi nobilitatiſque pariter multitudine, idololatriam dedidicit, Chriſtique molle capiſtrum ſubiit pædotribæ Thaddæo illuc à Sanct. Thoma Apoſtolo deſtinato, anno Domini xxxii. al. xxxiii. Tiber. Imp. A. S. Petr. Pontif. Maxim. quod eſt apud *Euſeb. lib.*1. *cap.*13. *in Chron. Niceph.Cal. lib.*2. *cap.*7.

Alexandria, quam ob cultum diuinum iſthic florentem, plebiſque ſanctimoniam, non infrequenter Paradiſum Domini veteres nuncupant, ſicut & Antiochiam Theopolim, tota quoque Ægyptus fidem Chriſti percepit, præceptore S. Marco, Sanct. Petri Romæ diſcipulo. Is ſecundus Euangelium ſcripſit; quod cum S. Petro probaretur, Apoſtolica auctoritate Eccleſiæ legendum reliquit, fundauit multas Ec-
D cleſias Apoſtolico more, docuit abſtinentiam, continentiam, ſpontaneam paupertatem, & ſæculi fugam atque contemptum, anno xliv. & quod excurrit, Nero Imp.S.Petr.Pont. Max. Vt narrant *S. Hieron. in Cat. Euſeb. lib.*2. *cap.*15. *& in Chron. Clemens Alexand. VI. Hypotypoſ. Philo Iud. Papi S. Niceph. Conſtan. in Chron. Niceph. Call. lib.*2. *cap.*15. *& ſeqq. Doroth. in Synopſ.*

Indiæ Orientali, & apud Brachmanas, quos Abrahæ ex concubinia poſteros quidem arbitrantur, Magi illi, qui ſtella duce Chriſti cunabula ſunt venerati, doctrinam Euangelicam tradidêre: vnde apud Diuum Ioan. Presbyterum (quem Sophum vocant) eiuſque hactenus poſteritatem religionis Chriſtianæ non obſcura remanere veſtigia omnibus in confeſſo eſt, inquit, *Otho Friſingenſ. lib.*1. *cap.*33. Quum enim eſſent Magi, vt nonnullis viſum eſt, oriundi ex genere Balaam, qui de apparitura aliquando ſtella fuerat vaticinatus, iuſſerunt Senatuſconſulto, vt ex Satrapsrum filij quotannis in monte Victoriali ſidus obſeruarent: Quod vbi apparuit,

[illegible] in.
in [illegible] Chriſti Euan-
E gelium [illegible] & con[illegible] : at poſtremò Thomæ aliiſque Apoſtolis [illegible], in fide ſolidius inſtituti, Sacramentis Chriſtianis ſunt inaugurati, plurimúmque propagandæ religioni profuêre, anno, & quod excurrit, xl: Caio Calig. Imper. S.Pet. Pontif. Maxim. id quod reperire eſt apud *Euſeb. lib.*1.*cap.*7. *Epiphan. hær.*30. *cont. Ebion. & hæreſ.*51. *cont. Alog. Chryſoſtom. homil.*2. *ſuper Matth. in opere imperfect. Nicephor. Call. lib.*1. *cap.*13. *&* 14. *Vincent. ſpecul. hiſtor. lib.*7. *c.*91 *&* 92. *Ioan. Zona Georg. Ced.*

S. Pavlvs anno Chriſti nati plus minus xxxiv. Tiberij Auguſt. xix. *Auctore D.Hieron.* & hiſtoricis pleriſque ad fidem Chriſti vocatus, pérque Ananiam Damaſci cathechizatus *Act.*9. ſiue poſt Chriſti apotheoſin, & in cœlos relationem anno ſeptimo, vt placet Euodio primo poſt S. Petrum Antiochenſium Epiſcopo, ſtatim à ſancti Stephani perſecutione, menſe ſexto, illico Euangelicus pugil effectus, Damaſci Chriſti fidem prædicat, Iudæorum perfidiam confutat; inde Arabiæ religionem Chriſti intulit, expletóque illic & inſumpto diligenter promulgationi Euangelicæ triennio, per-
F tranſita Damaſco, contendit Hieroſolymam: hinc vbi Petrum, Iacobum fratrem Domini, & Ioannem conueniſſet, legatione ſuſcepta Cæſaream, & inde Tharſum, vbi fuerat natus, eſt miſſus. Hinc à S.Barnaba accitus Antiochiam, vbi Cephani Caniæ præſulem vnum ex 70. diſcipulis palam omnibus refellit, vt habet in ſua Synopſi Doroth. oraculo diuini flaminis, tum etiam totius ſenatus Apoſtolici S. Petro præſide Pontif. Maxim. Claud. Imperat. anno, & quod excurrit xliii. decreto, poſt indictum ieiunium, poſt fuſas ad Deum preces, poſt manuum Apoſtolicarum impoſitionem delegatus eſt, varias ſubiturus peregrinationes terra maríque, ad Gentes. Hæc eſt 2. poſt Arabicam profectionem anno conuerſionis 40. & numero 3.

Tertiùm igitur profectus Paulus Seleuciam, Cyprum, Salaminam, Paphum, Pergen, Pamphyliam, Antiochiam Piſidiæ, Iconium, Lyſtram, Derben, aliaſque Lycaoniæ, Pamphyliæ, & Piſidiæ, ciuitates, Attalia, egregiè ſuo functus munere; & ordinatis conſtitutiſque Eccleſiis quibúſque Presbyteris.
Antiochiam Syriæ eſt reuerſus. Oborta vero quæſtione de G
lege Moſaica, S. Paulus & Barnabas, Titus, & alij aliquot rem ad Apoſtolos Hieroſolymam deferunt. Coacto igitur concilio & S.Petro, S.Iacobo, aliiſque Apoſtolis cenſoribus quæſtione dirempta, legéque Moſaica abrogata, denuò S. Paulo, Barnabæ, Silæ. & aliis legatio ad Gentes demandata eſt anno Chriſti xlviii. al. lii.

Soluto concilio Apoſtolico, & editis canonibus & conſtitutionibus elegantiſſimis, dimiſſus iterum ad Gentes S. Paulus cum Barnaba, Iuda ſiue Barſaba, Luca, & Sila rediit Antiochiam Syriæ, & peragata Syria, intrat Ciciliam, ac deinde Lycaoniam pertranſiens, Phrygiam, Galatiam, Macedoniam, * Miſiam, Philippos, Troadem, Samothracem, Neapolim, Theatirum, Amphipolim, Apolloniam, Theſſalonicam, Bertbœam, Athenas, Corinthum, Cenchras, Epheſum, Cæſaream, demum Antiochiam ſeſe recipit, firmatis vbique Eccleſiis, præpoſitiſque Concilij Apoſtolici ſanctionibus, quas octo libris perſtringit *S. Clemens Roman. Pontif. Maxim.* Apoſtoliciſque canonibus lxxxv. al. lxxxiv. à ſancto Clemente Pontif. Maxim. editis, & à *Theodoro Balſamo* e Patriarcha Antioch. ſcholiis illuſtris, item Liturgicis religionibus, & Miſſæ Canone, omníque ritu Chriſtiani cultus H
tradito, ſiue ore tenus, & quaſi lampas curſu, per manus, ſiue ſcripto. Nam vtroque modo ſeſe Euangelicam doctrinam tradidiſſe ipſemet S.Paul profitetur *Corinth.*11.15. & Dionyſ. Areopa. & alij.

Quinto S. Paulus adornat profectionem tranſita Galatia, Phrygia, Epheſo, Macedonia, Achaia, aliiſque Aſiæ Prouinciis: in votis (inquam) habet ire Hieroſolymam & inde Romam. Cæterum cum id iter ei diuino quodam nutu eſſet prohibitum *Rom.*1. quemadmodum ſæpè alias *Act.*16 moram longius trahit apud Aſianos, Græcos, Syros, reuerſus per Philippos, Troadem, Aſſon, aliáſque Macedoniæ vrbes. Hinc nauigio deportatus eſt Mitylenen, inde Chium, poſtridie Samum, & ſequenti die Miletum, quam hodie Maltham appellant: & coacta Synodo Epheſi, habita concione de ſua doctrina, & de fugiendis hæreticis ac nouatoribus parænesi, nauigat Coum, & poſtridie Rhodum, & inde Pataram: hinc in

Phœniciam, & inde relicta ad ſiniſtram Cypro appulit in A Syria, inde profectus Tyrum, deinde Ptolemaidem, hinc Cæſaream: Denique appetente Paſchæ ſolennitate Hieroſolymam venit, ex animi ſententia, anno Chriſti nati LV. paſſi XXII. Claudij Imp. A. XII. Felice Claudij liberto legionum Iudaicarum præfecto, trium reginarum (teſte *Tranq. Sueton. in Claudio.*) marito, Clau. Lyſia cohortis Hieroſolymitanæ tribuno, Anania ſummo ſacerdote apud Iudæos.

Hieroſolyma S. PAVLVS, appellato Cæſare, deportatur Romam, poſtquam biennium egiſſet Cæſareæ in libera cuſtodia, commiſſuſque Iulio centurioni cohortis Auguſtæ à Feſto Felicis ſucceſſore Iudææ procuratore, poſt multa diſcrimina rerum, denique terris iactatus & alto ſalutaris libereque conuentis, ac in fide vbique firmatis fratribus, appulit ad vrbem 2. Neronis anno, Chriſti paſſi, ſuique conuerſi, XXV. Chriſti nati, LVIII. anno mundi, M.CCLVIII. vrbis conditæ VIII. Olympiade CCVIII.

Cum vero duos Romæ exegiſſet annos clementer benigneque habitus, necdum Neronis Imperio roborato, nec in tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtoriæ, dicta accurate apud Cæſarem cauſa abſolutus eſt, & à Nerone di- B miſſus, anno Pontificatus Max. in vrbe Roma S. Petri XVIII.

Quarto itaque Neronis anno, S. Paulus Romanis cum ciuibus, tum patriciis & palatinis ſatis in Chriſti fide inſtructis, ſcriptis quoque huc illuc de carcere epiſtolis ad Epheſ. Philipp. Timoth. Philemon. poſtremum iter ingreſſus peragrauit tertium aut quartum Syriam, Pamphiliam, Lycaoniam, Phœnicen, Myſiam, Phrygiam, Galatiam, Bithyniam, Achaiam, Macedoniam, reliquamque Græciam pariter & Aſiam, Illyricum vſque Chriſtianæ religionis prorogans pomœria, ac velut deducens colonias, collocatis paſſim firmis quaſi præſidiis, ædificatiſque fanis ſacris, ordinatiſque Epiſcopis. Deinum ad Occidentis & Europæ climata importare Euangelium ſtudens, Hiſpaniam primum, hinc Galliam, inde Britanniam, pridem à Claudio Imper. triumphatam anno Chriſti XLVI. Orchades, cæteraſque Oceani regiones ſeu inſulas extremas quaſque petens, id quod etiam alij Apoſtoli fecerunt per Germaniam in Italiam contendit, partim relictis hic ibi presbyteris, partim huc illucque deſtinatis Apo- C ſtolis, Euangeliſtis, prophetis, doctoribus, paſtoribus. Sæuiente vero Neronis tyrannide eodem anno, & die, quo Sanctus Petrus Romæ palo affixus, Paulus capite plexus eſt, auctore *Egeſippo*, *Hieron. Euſeb. Niceph.* & aliis quibuſque, tametſi *Abdias* Paulum biennio poſt Petrum martyrium ſubiiſſe ſentiat, anno Neronis ſecundum Euſeb. XII. at ſecundum D. Hieronymum & alios XIV. & vlt. Chriſti nati, LXVIII. paſſi, XXXV. Conuerſionis, XXXVI. Pontificatus Maxim. S. Petri, anno XXV.

IOANNI Apoſtolo in ſortem prædicationis obtigit Aſia, cuius omnes fundauit, rexitque Eccleſias vſque ad decrepitam ætatem, id eſt Traianum principem.

Quum igitur hactenus Eccleſia fuiſſet inſtar virginis, nulliſque hæreſeon notis maculata, coactus eſt aduerſus Cerinthum & Ebionem Euangelium ſcribere: quum alij tres pridem ſua Euangelia ſcripto commendauiſſent edidiſſentque.

S. IOANNES hæreticorum conſuetudinem tantopere aſpernabatur, vt ne communi quidem cum Cerintho aut Ebione vti balneo voluerit. Cum eſſet annorum XCVII. iuxta Ab- D diam, vel CXX. ſecundum Dorotheum, apparuit ei Chriſtus, & horam atque diem mortis denunciauit. Mortuus eſt anno Chriſt. nati CII. paſſi, LXVIII. Traiano Imp. Euariſto Pontif. Maxim. Vide *Hieron. in Catal. Dorot. in Synopſ. Euſebium lib. 5. cap. 1. & ſequent. & in Chron. Abdi. lib. 5. hiſtor. Apoſtol. Epiphan. hæreſ. 30. cont. Ebion. Nicephor. Cal. lib. 3. cap. 14. Ado, Viennenſ. Ioan. Zona.*

APOSTOLORVM SVCCESSORES, ET DISCIPVLI.

Iam vero mortuis & ad meliora translatis Apoſtolis, fundatiſque paſſim Eccleſiis, cœnobiis, monaſteriis, Chriſti Apoſtolorumque diſcipuli Apoſtolica munia obierunt: & Timotheus quidem Epheſiorum à S. Paulo conſtitutus Epiſcopus, Chriſti Euangelium per Illyricum vniuerſamque Helladem promulgauit: Titus Cretenſibus à S. Paulo datus eſt Epiſcopus, & inſulis circumiacentibus. Neque id prætereundum eſt, S. Paulum hiſce Epiſcopis præcepiſſe, vt presbyteros & epiſcopos ciuitatibus atque prouinciis quibuſque nuncuparent. 1. *Timot.* 3. *Tit.* 1. anno, & quod excurrit, XL. *Vide* E *Doroth. in Synopſi, Hieron. in Catal. Euſeb. Niceph. Gall. Abdiam, Lacent. Demochа, Faſcic. temp. Gregor. Turon. Adon. Viennenſ. Adam Sitrixere. Maſſe. Camera. Sabellic. Meier. Antonin. Petrum de Natal. Richard. VVaſſebourg. Sigebert. Franciſc. Irenio.*

Barnabas primus Romæ Chriſtum prædicauit, poſtea Mediolani Epiſcopus fuit.

Ananias Damaſcenorum Apoſtolus fuit & Epiſcopus, eodem tempore.

Philippus primum diaconus ab Apoſtolis cum Stephano, deinde Epiſcopus Trallenſium in Aſia factus eſt, eodem tempore.

Prochorus diaconus quoque primum, demum Nicomediæ, Bithyniæ datus eſt Epiſcopus eodem tempore.

Nicanor & ipſe vnus ex ſeptem, Iudææ Apoſtolus fuit, eodemque die quo S. Stephanus, vna cum ſyndiacono ac protomartyre, aliiſque promiſcui ſexus & conditionis 2000. mortem pro Chriſto ſubiit.

Simon item ex ſeptem vnus Boſtri apud Arabes Epiſcopus fuit. F

Nicolaus quoque diac. Sapriæ Epiſcopus & Apoſtolus præfuit. Verum poſtea in ſpurciſſimam hæreſim lapſus eſt, vt ſcribunt *Epiphan. tom. 2. lib. 1. hæreſ. 25. Philaſt. & Damaſcen. de hæretic. Theodoret. de fabul. hæretic. lib. 3. Auguſt. ad Quod. de hæreſ. 5. Tertullian. lib. de præſcript. hæretic. & lib. primo, cont. Marcian. Nicephor. Call. libro tertio, cap. 15. Euſeb. lib. 3. cap. 29. & alij.*

Silas Corinthiorum præſul fuit conſtitutus à S. Paulo.

Siluanus Theſſalonicenſium primus Epiſcopus creatus eſt à S. Paulo.

Creſcens Chalcedone in Galliis à S. Paulo antiſtes creatus fuit.

Epænetus S. Pauli auditor in capite Africæ Carthagini Epiſcopus præcedit.

Andronicus S. Pauli quoque in fide alumnus, primus Pannoniæ Apoſtolus, atque Epiſcopus eſt declaratus.

Amplias Odyſſæ fuit Epiſcopus, Pauli item diſcipulus.

Vrbanus, cuius quoque S. Paul. meminit ad Rom. Macedoniæ Epiſcopum egit. G

Stachiis ab Andrea Apoſtolo primus Byzantij, quæ nunc Conſtantinopolis à Conſtantino Magno, auctore vocatur, Epiſcopus deſignatur, vti etiam *Niceph. Conſtan. in ſua Chronol.* commemorat.

Appelles Smirnenſium Epiſcopus extitit.

Ariſtobulus Brettanniæ eſt inauctoratus.

Narciſſus Patrarum, cui defuncto ſurrogatus eſt Herodion.

Rufus Thebarum Epiſcopatum geſſit.

Aſyncritus Hyrcaniæ.

Phlegon Marathonæ.

Hermes Dalmatiæ.

Hermas Philipporum, hunc auctorem aſſerunt libri qui Paſtor inſcribitur.

Patrobas Nepotiolani.

Linus, Cletus, & Clemens Romæ, de quibus magna inter Græcos Latinoſque quæſtio eſt.

Caius Epheſinæ Eccleſiæ poſt Timotheum adminiſtrationem ſuſcepit. H

Philologus Sinopæ ab Andrea Apoſtolo Epiſcopus decernitur.

Olympas Italiæ Euangelium intulit.

Rhodion quoque Italis Chriſtum prædicauit.

Iaſon Tarſi Epiſcopus à S. Paulo conſecratus eſt.

Soſipater Iconij.

Lucius Laodiceæ Syriæ.

Tertius ſecundus Iconij.

Ereſtus Paneadis.

Phigellus Epheſiorum XV. à fide deſciuit, ſicut & Hermogenes Epiſcopus, quem S. Iacobus conuerterat.

Megarenſium Demas.

Quartus Beryti Eccleſiæ miniſter fuit.

Apollo Cæſareæ.

Cephas Caniæ.

Soſthenes Colophoniadis.

Epaphroditus Adrianæ.

Cæſar Dyrrachij.

Mát

[illegible]

A Ioſeph Eleutheropol[illegible]

Artemas Lyſtreuſium.

Clemens, qui primus ex gentibus [illegible] credidiſſe fertur, Sardicæ, quæ nunc eſt Triaditza.

Oneſiphorus Coroniæ.

Tychicus Chalcedoniæ Bithyniæ.

Carpus Berrhœæ Thraciæ.

Polycarpus Smyrnæ.

Euodus Antiochiæ.

Philemon Gazæ.

Zenas Dioſpoleos.

Aquila Heracliæ.

Priſcas Colophonæ.

Iunias Apamiæ Syriæ.

Marcus, qui & Ioannes, Bibli.

Caliſtum S. Andreas Apoſtolus primum Niceæ Epiſcopum dedit.

Apollinaris primus Rauennatium à ſancto Petro ſacratur Epiſcopus.

B Quum S. Marcus cunctam Ægyptum, Lybiam, Marmaricam, Ammonicam, Pentapolim fidei Chriſtianæ myſteriis inauguraſſet, Alexandrinæ Eccleſiæ Auixannum, al. Annianum, Cyrenenſium vero Lucium Chriſti & Apoſtolorum diſcipulum, Epiſcopos nominauit: Melium, Sabinum, & Serdonem Presbyteros, Diaconos ſeptem, & alios atque alios cum Epiſcopos, tum reliquos Euangelij promulgandi miniſtros.

Papias à Sancto Ioanne Hieropolitanus Epiſcopus deſignatur.

Ignatius Antiochenus. Iulianus Cenomanus, Vrſinus Bituricenſis.

Et quidem in Gallia, Græcis Galatia à lacteo gentis colore dicta (γάλα enim Græcis, Latinis lac ſignificat) quæ nunc à Theutonum genere Francia appellatur, prædicatum fuit Euangelium Chriſti per varios compluréſque apoſtolos, per Eutropium Perſam certè ſancti Petri diſcipulum paſſim, Lutetiæ Pariſiorum per S. Dionyſ. Areopag. Athenienſium Epiſcopum, ſancti Pauli auditorem, Eleutherium Presbyterum & Ruſticum Diaconum à S. Clemente Roman. Pontif. C Maxim. illuc deſtinatos, anno & quod excurrit, xc. Traiano principe, quod habent *Gregor. Turo. lib. 1. hiſtor. Demochar. Surius in vit. Sancta Genouefa*, & cæteri rerum Gallicarum ſcriptores. *Niceph. Call.* refert Dionyſium reſectum ſuum caput, ad duo paſſuum millia manibus tuliſſe, & occurrenti fortè matronæ cuidam velut depoſitum tradidiſſe & commendauiſſe, *lib.* x. *c.* 20.

S. Paulus Hiſpaniam Chriſto vindicauit, anno xix. S. Pet. Pontif. Maxim. ſtatim poſt primam ſuam ſatisfactionem, & apud Neronem purgationem: tranſitáque Gallia Trophimum Arelate, Creſcentem verò Viennæ Galliæ reliquit Apoſtolus, auctore *Adone Viennenſ. Hieronym. in Cat. 2. Tit. 4. Roman.* 15. Sunt qui exiſtiment Hiſpaniam atque Luſitaniam, ſiue Portugalliam, vnicas illas Romanæ Eccleſiæ baſes fidei Chriſtianæ initiatas, anno III. Claudij Imperat. Chriſti, XL. opera ſtudióque cùm ſancti Pauli, tum ſancti Iacobi fratris S. Ioannis ab Herode Agrippa capite plexi Hieroſolymis ante dies azymorum, S. Iacobo fratre Domini Hieroſolymitano Epiſcopo, S Petr. Pontif. Maxim. Vide *Vaſeum, Marinaeum Siculum, Marian Aretium, Ioann. Bair. capite primo, decad. Aſi. Franciſ. Taraph. Barcino canonicum in Chronic.* D Primúmque S. Iacobi diſcipulum fuiſſe inquiunt, Andaletum Almariæ Epiſcopum. S. Paulum totum orbem volucris inſtar peruolaſſe, teſtatur *Niceph. Call.*

Lugdunenſes primum fidei Chriſtianæ antiſtitem & apoſtolum ſortiti ſunt S. Photinum S. Ioannis Apoſtoli & Polycarpi diſcipulum, deinde Irenæum; anno circiter, XCIX. Victore (ni fallor) Pont. Max. Traiano Aug. Decio & Grato Coſſ. *Auctore Gregor. Turon. lib.* 1. *hiſtor.*

Sub eadem tempora ciuitas Toloſana *Saturninum*, Turonenſes *Gratianum*, Narbonenſes *Paulum* quendam, Aruernenſes *Stremonium*. Lemouicioi & Burdegalenſes *Martialem*, Meldenſes *Sanctinum*, Aurelianenſes *Altinum*, Siluanectenſes *Regulum*. Biſuntini *Ambidium*, Niceti collegam, Matiſconenſes *Nicetium*. Lingonenſes *Se[n]atorem*, Senonenſes *Sauinianum, Potentianum, Altinum, Erdardum* Sacerdotes atque myſtas ſacros habuere, partim Nerone, partim aliis atque [illegible] Chriſtianæ aſcripti [illegible] *Adu[illegible] [illegible]tentiani* & [illegible] [illegible] à ſancto Petro A[illegible] tempore Claudij illuc directorum, anno [illegible], XLIV. Biturgium regio, per illorum Apoſtolorum diſcipulos Chriſto nuncupata eſt; Clemente Pontif. Maxim. Domitiano Imperat. anno, & quod excurrit, LXXXIX.

In campis Catalonicis, apud Heduos, Trecenſes, & alibi fidei incunabula ac rudimenta tradita ſunt à *S. Amatore* Potentiani & Sauiniani Chriſti diſcipulorum auditore, an. XCIX. Clemente Pontif. Max. Tito & Veſpaſiano Imper. Primus Catalonenſium Epiſcopus fuit *Mennius*.

Maſſilienſes religionis prima elementa acceperunt induſtria *Lazari, Maximini, Maria Magdalena, Martha & Marcella* ſuis ſedibus & bonis exutorum, ferociente perſecutione, quæ S. Stephanum abſtulit, Tiber. Imp.

Aquenſibus præfuit Epiſcupus *Maximinus* qui Lazari domum baptizauerat.

Sub eadem tempora Andegauenſes Chriſto videntur vendicati Apoſtolis *S. Defenſore & Apothemio.* fuit certè *Talaſſius* ſextus eius ſedis Epiſcopus in conciliis Venetico & Turonico primo, anno circiter CCCCXVIII. Leone I. aut Hilario Pont. Max. F

Virdunenſes hauſerunt religionem à *S. Sanctino* S. Dionyſij Areopag. diſcipulo, anno, aut paulo amplius, XCIX. Domitiano Aug. Euariſto Pont. Max.

Baiocenſes *S. Exuperium*, Ebroicenſes *S. Taurinum* Epiſcopos à S. Clemente accepêre.

Biturgium circumquaque vicinam * *Vrſus al. Vrſinus Nathanael* & alij Chriſti diſcipuli erudierunt anno, & quod excurrit, LXX. Tit. & Veſp. AA. Eleuthe. Pont. Max.

Britones, Normandos, Rothomagenſes, Picardos, omnémque maris Oceani tractum inſtruxit, formauítque fide *S. Nicaſius* à S. Clemente illuc Apoſtolus delegatus, anno circiter XL. Imp. Nero. & poſt eum Firminus Ambianenſium Epiſcopus anno CC.

Rhemenſes, Sueſſiones, aliique & alij Galliæ populi, partim per *Xiſtum, Sinicium, Amanſium* collegas, partim per *Maternum*, eiúſque ſocios, ad fidem acciti ſunt, fuerunt etiam in Galliam deſtinati *Zacharias, Martinus* quidam, *Verus, Eucharius, Valerius, Mennius, Donatianus, Domitianus*, & alij non pauci apoſtolorum diſcipuli. G

Gallia Belgica olim complectebatur Mempiſcum, Ambactos, Neruios, Hannoniam, Morinos, Lutzemburgum, Lotharingiam, Alſatiam, in qua Nemetes quoque ſiue Spirenſes: Suetiam ſiue Heluetiam: Vectones, Arboracos, Celtiberos, quos Cn. Pompeius, edomita Hiſpania, & Romam triumphaturus properans, ad radices Pyrenæi depoſuit, atque reliquit: reliquúmque Cantonum agrum, vſque ad Allobroges, cis citráque Rhenum: eáque diu vniuerſa peragrata eſt, ac fide Chriſtiana illuſtrata à *S. Clemente* S. Clementis Pontif. Maxim. Roman. patruo: quod prodit *D. Ioann. Schoner. Presbyt.* Deinde in Neruiis Aloſto conterminis & Morinis, vnde breuiſſimus in Britanniam, nunc Angliam, eſt traiectus (vti Tacit. & Iul. Cæſ. meminêre) Marco Antonino Vero & Luc. Aurel. Commodo AA. Imp. auctore *Antonino, Petro de Natalib. Iac. Meyero*, fidei Chriſtianæ religio eſt diuulgata, cum primis apud Taruannam, omnémque viciniam, antiſtibus *Sanct. Fuſciano, Victorico, Piatone*, aliiſque ſociis, quos poſtea perecenſebimus, ſub annum, CLXXIV. Pontif. Max. *Sotero.* H

Treuiri, Vbij, ſiue Agrippinenſes, qui nunc Colonienſes, Aquiſgranenſes, Tungri, Hasbani, Landi, Lupilij, vnde Pippinum & Carolum Magnum ferunt oriundos, Traiectenſes ad Moſam, totus Eburónum ager ſiue hodie Leodienſium, Dionantum quæ & Theodonis villa, Namurcum, loeáque vicina, opera *S. Materni, Eucharij, Valerij, Mennij*, à S. Petro in Gallias deſtinatorum fidei Chriſtianæ auſpicia cœperunt, Nerone Imper. anno XCVIII. vti habent *Placentius in Catal. Epiſcoporum Tungrenſ. Bruſthem. Demochan. & annales Leodienſ.*

In cauſâ certè D. Cæciliani Epiſcopi Carthaginenſis de traditione ſacrorum codicum aduerſus calumnias criminationéſque Donatiſtarum diiudicandæ, affuit *S. Maternus* Epiſcopus Agrippinenſis Miltiade Pont. Max. Conſtãtino Mag. Aug. Imp. in concilio Lateranenſi, & *Cæcilianus* à 19. Epiſcop. inſons inculpatúſque cenſus eſt; & Donatiſtæ cauillatores con-

demna [illegible] D. *Auguſt* [illegible] ali. A ſubinde, quantum vero labori hac [illegible] Donatiſtas, nemo neſcit qui vel à limine Auguſtini [illegible] tit (vt ſic dicam) vel primoribus labiis eius volumina guſtarit.

Metenſibus fidei religioniſque antiſtes fuit annos xxv. *S. Clemens* Rom. anno xl. Sancto Petro Pontif. Maxim. Caio Calig. Imper. Clemente vero Romam euocato ſuffecti ſunt in eandem Cathedram *Celeſtius*, *Felix*, *Patiens*, & alij, qui cunctam Lotharingiam plurimis Eccleſiis ornarunt: id quod in ipſo Prouinciali reperire eſt. Suberant vero id temporis Argentinates & Alſatij Metenſium Epiſcopo, *teſte Gaſp. Bruſch.* Moguntinis ad fidem reducendis operam dedit *S. Creſcens*, al. *Creſcentius* S. Pauli diſcipulus, an. Circiter lx. Nerone Imp. S. Petro Pontif. Max. quod prodit *Gaſp. Bruſch.*

Auſtraſiam & Alſatiam vniuerſam, cunctumque Argentinatum, Baſileam, Heluetiam, & Cantonum populum omnem vltra citraque Rhenum, Sanct. Pet. Pontif. Maxim. Nerone Imper. anno lv. *S. Eucharist. Matern. Valer.* aliique id genus apoſtolici viri, Chriſto eiuſque nomini ac fidei aſſeruere. Verum relapſi illi partim in idolomaniam, partim in Arrianiſmum, per *S. Amandum* Traiectenſem Epiſcopum B ad orthodoxiam ſunt reuocati, Clodoueo & Clothario Francis imperantibus, anno, & quod excurrit, D. Vti ex *Gaſp. Bruſſ. Surio, Democh. liquet.* Prædicauit etiam iſthic *Leodegarius* Faneus *teſte Lazio.*

In Boiis ſiue Boiariis, nunc Bauaris, Churienſibus, atque Rhetiis, apoſtolum egiſſe ferunt *Lucium* quendam, quem nonnulli *Simonem* illum *Cyrenæum* fuiſſe contendunt, qui vna cum Chriſto crucem geſtauit, quem Ratiſponæ, Salisburgi, Auguſtæ Vindelicorum, & Churiæ prædicauiſſe ſatis in confeſſo eſt, ſub annum clxv. Alij *Lucium* hunc Britanniæ Regem eſſe aſſerunt, patria ob fidem regnoque extorrem, Eleuthe. Pont. Max. Seuero principe, anno circiter clvi.

† Britannia, quæ nunc Anglia, conceſſit in fidei religioniſque Chriſtianæque ſententiam *Eleutherio* Pontif. Maxim. Marco Antonio Vero & Aurelio Commodo fratr. Imper. AA. Lucio rege, Ariſtobulo, Fugatio, & Damiano apoſtolis, anno ſecundum V. Bedam *lib. 1. hiſtor. Anglic. cap. 4. Sigebert. Proſp. Democh.* clvi. aut quod magis placet Hectori Boëth. clxxxvii. Eam vero fidem indepravatam tenuiſſe inſulam vſque ad C Diocletiani & Maxim. tyrannorum Imp. tempora teſtatur V. Beda, & quidem Scoti, Picti, Hiberni, cæterique eius climatis inſulares, videntur eodem tempore fidem accepiſſe, ſed Epiſcopum non ita, ſi V. Bedæ, credendum eſt. Putat enim *libro 1. capit. 13.* Scotis primum Epiſcopum fuiſſe *Palladium* diaconum, Pontif. Maxim. Celeſtino, Theodoſ. Iunio. Imper. anno cd. xx. Vel iuxta D. Proſp. in chron. cd. xxxiv. Baſſo & Antiocho Coſſ. Labefactarent ſiquidem non parum omnem Britonum prouinciam Pelagius, Iulianus, Celeſtinus, & alij quidam: eamque ob cauſſam *Celeſtinum Papa S. Germanum* Antiſiodorenſem, & *Lupum* Trecenſem Epiſcopos illuc deſtinat, & Scotiæ antiſtitem præficit, quem diximus *Palladium* Anno ccccxxxiv. Non deſunt tamen qui exiſtiment Scotos Epiſcopum habuiſſe *D. Palladium*, ſiue illum ipſum, ſiue eiuſdem nominis alium, Victore Pont. Max. Antonino Caracalla Imp. & Seuero, rege Donaldo, anno cxcvi.

His in generali de prima Epiſcopalium cathedrarum adminiſtratione velut prælibatis, ad particulatem Epiſcoporum qui primis illis legitimè ſuffecti, ac alibi etiam pro Locorum Temporumve varietate inſtituti, & illorum qui his D ſucceſſerunt enumerationem, progreſſum facimus.

* PARTICVLARIOR ENVMERATIO Epiſcoporvm, Qvi Christi Ecclsiam gubernarunt.

Ac Primvm. EPISCOPI ANTIOCHENI.

Ex Cardin. Baronij Annalibus pleraque deſumſimus.

Antiochia Syriæ Metropolis condita perhibetur à Seleuco Nicanore, Olympiade cxix. In memoriam Patris ſui Antiochi. qui inſuper ea de cauſa alias quindecim ciuitates hoc nomine condidiſſe, vel ſaltem reſtauraſſe ſcribitur à Volaterrano *lib. 9.* hanc autem *Theopolim* appellat Iuſtinianus, fortaſſis quod primi hic credentes Chriſtianorum titu[illegible] [illegible] Lucas in Actis docet capit. 11. Erat autem V[illegible] tertium poſt Romanam dignitatis locum E habens.

Venit [illegible] hanc Apoſtolorum Princeps poſtquam diſcipulorum iam diſperſorum prædicatio eum præuenisſet, idque anno Chriſti circiter trigeſimo octauo vt notauit Hieronymus *in capite ſecundo, Epiſtol. ad Galatas*, Euſebius *in Chronico*, & communiter alij. Igitur in hac primùm religionis fundamenta *Petrus* ſtabiliuit, & ſedem locauit, quamuis Lucas huius inſtitutionis non meminerit, vt iterum Hieronymus notauit, ac inter alia præterierit. Porro Alexandrina Eccleſia & Patriarchatus prælatus fuit Antiocheno, licet Marcus ex Petri commiſſione eam fundaſſet ob prærogatiuam, quam Alexandriæ Romani contulerant, iuxta quam illius præfectura etiam Auguſtalis erat & longè præcellebat præfecturam Siriæ, ſiue Antiochenam, vt quæ priori ſuberat, quomodo Hieroſolyma Cæſareæ Paleſtinæ. Primus ergo Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus & Patriarcha fuit S. Petrus poſtquam biennium integrum peragrauerat varias ciuitates & Prouincias prædicandi Euangelij cauſa. Eamque adminiſtrauit annis ſeptem, vt adfirmat Damaſus in Pontificali, & *Gregorius libro ſexto, Epiſt. 37.* & teſtatur celebritas cathedræ F Antiochenæ à Petro primùm ſtabilitæ. Porro hoc obiter notauerim, Antiochenum Patriarcham olim, teſte Volaterrano, ſub ſe habuiſſe Prouincias viginti, xiv. metropolitanos, liii. Epiſcopos, vrbem vero ipſam trecenta ſexaginta ſex templa. Suberat etiam huic Eccleſiæ Perſarum Eccleſia, vt docet canon Niceni Concilij latinè redditus à Turriano, *in append. ad conſtitut. Clementis Can. 35.*

Grauiter hallucinatur hic Onophrios, quando in additionibus in Platinam adſerit Antiochenam Eccleſiam à Petro fundatam poſt Romanam, eumque hoc nomen exagitat Cardin. Baronius Tom. 1. Annal. ad annum Chriſti 39. numero 12. & merito cum in re tanti momenti non niſi coniectura vtatur ſatis debili contra omnem Antiquitatis ſenſum & conſenſum, quod certè eſt ſapere non vt oportet ſapere neque ad ſobrietatem.

Petros itaque poſt ſeptennij gubernationem ſub annum 3. Claudij Imperatoris Antiochia Romam diſceſſit, hoc eſt anno circiter Chriſti quadrageſimoquarto, quando ſibi in cathedræ huius functione ſubſtituit Euodium virum ſanctiſſimum de quo S. Ignatius qui illi ſucceſſit Epiſtol. 12. ſcribit. G Mementote Euodij beatiſſimi Patris veſtri qui primus poſt Apoſtolos gubernacula veſtræ Eccleſiæ ſortitus eſt; loquitur enim populo Antiocheno.

Ceterum à nonnullis Euodius celebratur tanquam primus Epiſcopus Antiochenos, & ita eum vocat Euſebius in chronico, non quod abſolute primus fuerit, ſed quia poſt Petrum primus hic cathedram tenuerit in eaque functione obierit martyrio affectus, quamuis ſit ordine ſecundus. Niſi dicamus primum, quod propriè Petro non ſucceſſerit in omnibus: tranſlata namque Petri Sede Romam, ille reuera Petri ſucceſſor dicitur, qui poſt eius obitum in locum & functionem ipſius ſuffectus eſt, & vniuerſalis Eccleſiæ curam ac præfecturam obtinuit, atque ita conſtat qua ratione Euodius nunc primus nunc ſecundus Epiſcopus Antiochenus nuncupetur.

Euodius igitur ſecundus Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus omnibus numeris abſolutus, raræ pietatis, & acri non vulgaris, quique Apoſtolo Petro ſuccederet non indignus, annis plus minus 26. rexit habens in miniſterio ſacro collegam H teſte Euſebio in chronico, Ignatium S. Ioannis Euangeliſtæ diſcipulum, quem ob id fortaſſis Chryſoſtomus appellat D. Petri in hac Sede ſucceſſorem, neque enim is immediatus Petri ſucceſſor fuit, ſed interceſſit Euodius, quem Ignatius *Epiſtola 9. ad Philadelph.* recenſet inter illos qui virgines permanſerunt: & plura ab eo etiam ſcripta inſinuat Nicephorus *libro ſecundo hiſtor. capite tertio.* Perueniſſe traditur à Baronio *in notis ad Martyrolog. 6. Maij*, vſque ad imperium Galbæ & Othonis. Verum quod ore docuit, ſanguinis profuſione confirmauit, factus Chriſti martyr illuſtris, ſæuiente in gentem Iudæorum Antiocho etiam Iudæo, ſed ad Paganiſmum dilapſo, qua de re conſulatur Ioſephus *libro 7. capi de bello Iudaico.*

Ignatius Euodij in locum ſufficitur, quem tamen cum eodem ſediſſe plerique ſubnixi auctoritati S. Chryſoſtomi, qui huius etiam Eccleſiæ presbyter fuerat, adfir-

mans

rpant non [illegible] ſimul ha-
A buerint Antiocheni, vnum [illegible] circumciſione ad Chriſtum conuerſis, [illegible] diſſidium, cuius meminit Paulus *cap.2. ad Galat.* [illegible] ſedato, Ignatius Euodio ceſſit, eique trucidato ſucceſſit, & præfuit Eccleſiæ ſuæ annis quadraginta vſque ad vndecimum nimirum Traiani annum, iuxta Euſebij Chronologiam, cui annuere etiam videtur Baronius damnatus tandem ad beſtias martyrio coronatur Romæ. Scribit de illo S. Hieronym. *de Script. Eccleſiaſticis* quanta promptitudine ſuppliciis illis ſe obtulerit, vt qui Romanis è carcere per epiſtolam inſinuaret, vtinam fruar beſtiis quæ mihi paratæ ſunt! quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ad ſupplicia, & allici ad comedendum me, ne, ſicut & aliorum martyrum, non audeant corpus attingere. Cumque iam in theatrum producendus rugire audiret Leones, patiendi ardore dicebat, Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, & panis mundus inueniar. *Breuiar. Roman. 1. Februarij.*

Hero Diaconus, Antiochenus magiſtro ſuo in Cathedra ſucceſſit, prout ipſe diu ante prædixerat, exſtatque illius ad
B eum Epiſtola. Viam autem magiſtri pius & ſedulus imitator ſecutus pro commendato ſibi grege amator Chriſti occubuit, poſtquam annis viginti ſediſſet, teſte Euſebio in Chronico. Eius autem precatio ad Ignatium iam martyrio adfectum legitur in codice Vaticano, & refertur à Baronio, anno Chriſti 110. Paſſus autem eſt Hero anno Domini 130. die 17. Octobris.

Succeſſit anno eodem Cornelius & Cathedram hanc adminiſtrauit annis tredecim. Ita Euſebius.

Hic vita functus habuit ſucceſſorem Heronem II. Imperatore Antonino, seditque annis 27.

Theophilus Heroni ſubrogatur, vir perquam eruditus, cuius excellentis ingenij ac pietatis complura Euſebij tempore opera exſtabant, vt ipſe fatetur *lib.4.cap.19.& in Chronico.* Sediſſe eum adfirmat annis octo, ſed cum ex eius *commentariis ad Autolicum lib.3.* conſtet illum ſuperuixiſſe M. Aurelio Imperatori, dicendum cum Nicephoro, eum ſediſſe annis tredecim, & mortuum anno Saluat. 183.

Maximinus ſubrogatur, & ſedet annis decem.

C Serapion præfuit Antiochenæ Eccleſiæ vſque ad annum Domini 213.

Aſclepiades ſucceſſit Serapioni, de quo Euſebius: Hic perſecutionis tempore ob conſtantem fidei confeſſionem multum laudis & gloriæ adeptus eſt: & mox recitat epiſtolam quam ad illum ſcripſit Alexander Papa. Sedit annis ſex.

Philetus tempore Macrini I. floruit ſub annum 220. meminit illius Euſebius *l.6.c.16.* Niceph. *l.5.c.26.*

Zebenus vixit ann. 231. in Pontificatu Antiocheno, ſcribit de illo Euſebius ſuprà, *cap.* 28.

Babylas Zebeno ſufficitur anno 241. tenuitque ſedem vſque ad Decium Imperat. annos 12. qui prævidens perſecutionem quæ imminebat Eccleſiæ ſub eodem Decio, non viros tantum, ſed & pueros quos Chriſtiana religione imbuerat, ad martyrium animabat. Ipſe iiſdem Dux & Præco factus. Oſſa eius in ſuburbio condita in templo quod Ethnici poſtea Apollini dedicarunt, à quo cum Iulianus Apoſtata reſponſa flagitaſſet obmutuit, cauſamque adiuratus dixit, pignorum ſacrorum huius Martyris depoſitionem. Vide Sozomenum *lib.5. cap.*18.

Fabianus alij Fabius, ad quem Cornelius Papa ſcripſit:
D ſucceſſit circa annum 255. qui cum ad Nouatiani errores inclinaretur, à Pontifice admonitus fuit.

Demetrianus, qui ſedit vſque ad annum octauum Valeriani Imperatoris, ſalutis vero Chriſtianæ 262. martyrio occubuit.

Eo mortuo ſedem hanc inuaſit Paulus Samozatenus homo nefarius, qui varias hæreſes propalauit. Magiſter fuerat Zenobiæ Reginæ: eius obſcenitates litteris traditæ reperiuntur. Damnatus in conc. Antiocheno poſteriori, & expulſus tandem ab Aureliano Imperatore. Domnus ei ſuccedit, renuntiatus Epiſcopus in Synodo Antiochena an. 272. præfuit annis ſex.

Timæus ſubrogatur anno circiter 278. & moritur 283.

Succedit Timæo Cyrillus, cuius tempore vixit Dorothæus Presbyter. Legatur *Euſeb. lib.7. cap.25.& 28.*

Cyrillo vita defuncto Cathedræ Antiochenæ præficitur non Dorothæus, vt nonnulli arbitrantur, ſecuti Democha-

[illegible] um ad eius D[illegible]
E [illegible]

Vitalis [illegible] anno 314.

Philogonus alij Philogonius maximus hoſtis ſectæ Arrianæ fuit, ac meminit illius Epiphanius in Panar. hæreſi 69. Hieronymus in Chronico: Nicephorus *lib.8. cap.6.7.9.14.* Ex cauſidico factus Epiſcopus. Laudauit eum S. Ioannes Chryſoſtomus in die illius natali Tom.3. & à vitæ ſanctitate commendatur.

Paulinus iuxta B. Hieronymum ſucceſſit, qui apud Theodoretum omittitur, vixit vſque ad annum 324.

Poſt varias diſceptationes accerſitur ad regimen huius ſedis ex Beroenſi Eccleſia Euſtathius, ob inſignem vitæ in defendenda Catholica fide conſtantiam, interfuit Synodo Nicenæ, & Antiochenæ, ac contra Arrium Claſſicum primus cecinit, eiectus in exilium graues calumnias perpeſſus fuit, moritur exul anno 340. præſedit annis 18.

Succedit EVLALIVS.

EVPHRONIVS.

PLACILLVS.

STEPHANVS, omnes Arriani, quamuis de horum ſerie parum reperiatur litteris traditum. F

Athanaſius teſtatur anno Domini 356. sediſſe Antiochiæ Leontium caſtratum qui Stephano ſucceſſerat. Vide eumdem Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, erat etiam hic Leontius Arrianus.

Eudoxius etiam Arrianus anno 359. hic præfuit, & ſedere cœpit anno 348. poſt Concilium Sardicenſe, ita decernente Conſtantio Imperat. Ceterum refert Theodoretus, quomodo occupantibus hanc Eccleſiam Arrianis, plerique Catholici pij per ſe conuentus agere cœperint, quos Euſtathianos nuncupauêre, quod in vnum poſt Euſtathij tempora coiuiſſent. MELETIVS impurus hæreticus ex Sebaſteno Præſule Antiochenæ Eccleſiæ præficitur anno 360. & in exilium mittitur. Erat eo tempore ſchiſma Antiochiæ.

Meleto in exilium profugo ſufficitur Euzoius eiuſdem farinæ & pretij etiam ſchiſmate durante. Interea Catholici Epiſcopi erant Paulinus qui Damaſo Pontifici adhærebat: & Flauianus, qui illum accuſabat, quaſi minus rectè G
ſentientem de SS. Trinitate, at mera ea calumnia erat, vt exinde conficitur, quod Damaſo Papæ fuerit integerrimus, & ſummæ apud illum exiſtimationis. Porro Flauianus contra præſtitum Iuramentum Meletio fuerat ſuffectus anno Domini 381. & vſque ad annum 408. ſchiſma hoc componi non potuit, donec tandem per Innocentium Pontificem ſublatum fuit.

Interea Flauiano mortuo, Porphyrius homo ſceleratus vi inuadit thronum Antiochenum anno 404. eiuſque communionem vitant Antiocheni, & omnium plauſu moritur anno 408. ac immeritò à Theodoreto commendatur, nec vnquam ei communicare voluit Romanus Epiſcopus. Tunc demum pacis radius affulgere cœpit, ac vnanimi ſuffragio electus eſt Alexander qui diſſidentes coniunxit, & ſchiſmati vlteriori viam præcluſit. Iam enim annis 48. durauerat. De hoc Epiſcopo teſtatur Theodoretus, quod vitæ ipſius ratio pulchrè cum Epiſcopatu conſenſerit: vt ſeuera diſciplina, ſtudio ſapientiæ, egeſtate voluntaria, eloquentia, aliiſque Spiritus ſancti donis multum excelluerit, hæc ille *l.b.5. hiſt. capite 35.*

De pace autem Eccleſiæ Antiochenæ reſtituta legatur Epiſtola Innocentij Papæ ad Bonifacium. Sedit annis 4 S. Alexandro vita functo ait Theodoretus: Theodotus continentiæ velut Margarita, Eccleſiæ præſulatum obtinuit, vir manſuetudine inſignis, & accurata vitæ inſtitutione egregiè exornatus. Euenit id anno 411. Iunxit autem Apollinariſtas Antiochenos Eccleſiæ Catholicæ, ſeditque vſque ad annum 417. H

Succedit Ioannes in functione, non tamen in virtute, cum plus æquo Neſtorij implicaretur erroribus, ſic vt ab Oecumenico Concilio Epheſino excommunicaretur, tandem damnat Neſtorium, & abſoluitur. Superuixit vſque ad annum 436. cum ſediſſet annos tredecim. Nicephorus tamen 18. illi tribuit.

Subrogatus eſt illi ex ſorore nepos Domnus Monachus, ſed monaſterij deſertor cui Euthymius prædixerat quod quidem adminiſtrationem Cathedræ huius conſequeretur, at quod

qood rurſus ea eiic[illegible]entur prove[illegible] t. Conuer[illegible]
A autem magnum illum Simeon[illegible] Niceph[illegible]
Interfuit Synodo Chalcedonenſi [illegible] Epiſcopa-
tum anno 449. etiam ille fuit in Chalcedon. Synodo præfuit annis circiter decem.

Acacius quidam huic ſucceſſiſſe à Baronio adſeritur, & vnum annum ſediſſe. *Tom.6. Annal. ad an.459. num.18.* qui tamen ab aliis omittitur.

Martyrius vitæ ſanctitate inſignis fit Epiſcopus anno 459. quo ſedente Antiocheni variis ſeditionibus & tumultibus inter ſe digladiantur excitante eos Petro Fullone Monacho qui Zunoni Prætori vrbis genero Leonis Imperat. adhærebat, ſic vt illi de Epiſcopo mutando deliberarent vt ſcribit Alexander apud Surium Tom.3. Sermon. de S.Barnaba. Igitur Orthodoxus Epiſcopus calumniis impetitus coram Imperatore ſe ſiſtit, verum cum honore dimiſſus fuit. At reuerſus Antiochiam cum ciues ſuos ſeditionibus delectari videret, & Zenonem eoſdem excitare aduerteret, vltrò honore defungitur, vſus hac proclamatione in Eccleſia: Clero immorigero & populo rebelli & Eccleſiæ contaminatæ renuncio: ſeruata duntaxat mihi Sacerdotij dignitate. Hæc Theo-
B dorus Lector, qui addit:

Cathedram Epiſcopalem ita vacantem vi inuaſit Petrus ille Fullo, vulgò Gnapheus, quem Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo agente Imperator in exilium relegaſſet, niſi fuga elapſus fuiſſet poſtquam triennio ſedem occupauerat. Vacauit itaque ſedes aliquo tempore eo quod non alium quam Orthodoxum illi præficere Imperator volebat.

IVLIANVS.

IOANNES.

STEPHANVS, ab Antonio Demochare ſubiiciuntur.

STEPHANVS II. Epiſcopus electus, approbante clero & populo, triennium ſedit, obiit autem anno 482. Quando omnium ſuffragiis ſorrogatur Calendion Catholicus Epiſcopus, approbante eius electionem Simplicio Rom. Pontifice, quamuis inuito Acacio Conſtantinopolitano Præſule id acciderit. Qui idcirco pulſo Calendinne reſtituit Petrum Gnapheum ſiue Fullonem Arrianum. Petrus igitur Gnapheus rurſus fit Epiſcopus, & anno ſequente 483. qui pri-mus erat Felicis Pontificis in Synodo Romana condemna-
C tur, & deponitur, tandémque anno 486. ad diuinæ iuſtitiæ tribunal euocatur.

At nec tunc licuit Antiochenæ Eccleſiæ Orthodoxi Epiſcopi communione frui, hæreticis præualentibus fauore Zenonis Imperat. vnde ſucceſſit illi in munere & ſcelere Palladius, qui cum Arrianis Epiſcopis communionem tenebat poſt decennalem gubernationem diſceſſit anno 496. Eius locum Flauianus Iunior accepit, qui quidem aduerſus Imperatorem & hæreticos murus pro domo Iſraël extitit, eiúſque rei cauſa meruit cum aliis confeſſoribus Epiſcopis exilium conſtanter ſubire ex decreto Pſeudoſynodi, quam Anaſtaſius Imperator apud Sydonem congregauerat ex octoginta perfidis Epiſcopis anno 512. manet nihilominus in ſua Sede nec ceſſat acerrimum mouere bellum aduerſus hæreticos, donec ad Petram exire compellitur vti & Elias Patriarcha Hieroſolymitanus in Haiala: moriente autem Anaſtaſio Imperatore diuinitus admonentur ſancti Antiſtites, vnde eodem die ſibi per litteras id ſignificarunt vt eſt auctor Sophronius cap.35. Prat. Spirit. Anaſtaſius hodie mortuus eſt, eamus & nos vt cum illo iudicemur. Et ecce poſt duos dies
D nempe à ſcriptis litteris, vterque ad Dominum migrauit terribili Dei iudicio aduerſus illum ſe ſiſtere parati. Incidit eorum mors in annum Domini 518. Lege Baronium *Tom.6. Annalium* ad eum annum *num.* 25.

Eo mortuo Seuerus Cathedram inuadit, ſed vt erat Manichæorum labe infectus, Catholicorum acclamatione importuna damnatur, & eiici dignus denuntiatur, tandem decreto Iuſtini Imperat. anno 519. condemnatur vt lingua illi, qua Deum toties blaſphemauerat, præcideretur, quod irrogatum ſupplicium fugâ vitauit, vt colligere eſt apud Euagrium *lib.4. cap.4.* hiſtoriæ ſuæ: & Liberatum Diaconum.

In eius ſedem ſucceſſit Paulus, cui cum mandaretur vt Chalcedonenſem Synodum promulgaret, ſponte Antiochia diſceſſit, vitæque curſu conſummato emigrauit, antequam hæreſi qua infectus videbatur reſipuiſſet. Scripſit de illo grauer querelas Imperator ad Hormiſdam Pontificem. Sedit annos duos. Sedem ipſius Euphraſius Hieroſolymis Antio-

[illegible] ctus capeſſit, ait *Euagrius lib.4. cap. 4. in fine,* E
[illegible] S[illegible].5.t. Hoc ſedente Antiochiam quæ omnium hære-
[illegible] Orientis emporium euaſerat, ingens Terræ motus conceſſit, eáque etiam clade Antiſtes occubuit anno 525. menſe Majo.

Ephraimus ſiue Ephrem, ad curam huius vrbis ſuſcipiendam mox eligitur anno ſequente 526. Sanè Epiſcopi noui electione vrbs reſpirare videbatur. Erat prius Comes Orientis, pietate inſignis, & Imperatore annuente huic Cathedræ præficiebatur. Agit de eius electione Euagrius *cap.5. lib.4.* quam diuinitus ei inſinuatam memorat. Erat in pauperes munificentiſſimus, & acer veritatis Catholicæ adſertor, & pro eadem per Orientem reſtituenda, omni hæreſi expulſa impensè laborabat: Stylitem Seuerianâ labe infectum corripuit, & miraculo ad ſaniorem mentem adegit, de quo fusè *Baronius Tom.7. ad ann.526. num.57.* Porro meritorum plenus ex hac vita migrauit anno 546. poſtquam ſumma cum pietate annos decem & octo præfuiſſet.

In eius locũ Domnus III. ſuffectus anno eodẽ fuit. Interfuit & ſubſcripſit Synodo Quintæ: eiúſque fidei formulam miſit Imperatori Iuſtiniano Vigilius Põtifex, moritur verò an.561.
Succedit Anaſtaſius cognomento Sinaita. Erat vir doctus, F ſanctus, & prudens, qui ciues ſuos aduerſus quædam Iuſtiniani decreta in fide confirmauit, tandem à Iuſtiniano illius ſucceſſore in exilium miſſus an.572. & à Mauritio reſtitutus, poſtquam an.24. è ſede ſua profugus fuiſſet.

Interea à Iuſtino Gregorius quidam laudatiſſimæ vitæ & pluribus virtutibus excellens ſubſtituitur, annuente Epiſcoporum Synodo. De cuius laudibus multa ſcripta reperiuntur apud Euagrium *lib.5. cap.6.* hiſtoriæ & in Prato Spirituali *cap.42.* Præfuit vſque ad annum 594. quando Anaſtaſius reſtituitur in priſtinum locum, à Mauritio Imperatore, anno ſcilicet 594. & in Eccleſiam ſuam recipitur anno ſequente, multa eruditionis ſuæ & zeli in Catholicam Religionem monumenta reliquit, veritatis aſſertor incorruptus, tandem non ſine opinione ſanctitatis exceſſit anno 599. qui ſextus erat à reſtitutione.

Succeſſorem habuit Anaſtaſius Sinaita alium Anaſtaſium quem Iuniorem vocant, cuius electio à Rom. Pontifice fuit confirmata, extátque ad eum S. Gregorij Epiſtola, *lib.7.* G *Epiſtol.48. edit. Latina ſiue Romana.* Multa hic paſſus ab hæreticis fuit, tandémque à Iudæis trucidatus anno 609. & Martyrum Catalogo adſcriptus.

Habuit qui in functione Epiſcopali ſuccederet hominem improbum, hæreſi Monothelitarum infectum, Macarium, cuius impoſtura in Concilio Conſtantinopol. detecta, & ipſe à Patribus exploſus, Romámque miſſus in monaſterium detruſus fuit, & pertinax in errore permanſit.

Locum cum dignitate excepit THEOPHANIVS.

Hoc ſedente, Sarraceni & Arabes Syriam populati, paſſi non fuerunt vt Antiochiæ Patriarcha conſtitueretur, vacauit igitur Sedes annis 40. vſque ad tempora Conſtantini Copronymi, quando velut excitari è ſomno viſa Eccleſia Antiochena, Imperatoris & Catholicorum ſuffragio eligitur in Epiſcopum.

Stephanus monachus Syrus, anno ſcilicet 742. qui cum ſediſſet annis duobus vt ſcribit Theophanes; permiſit Princeps Saracenorum conſecrari in demortui locum Theophylactum Edeſſenum, virum magnæ virtutis, & diuinis chariſmatibus fulgentem, an.744. ſedit autem annos ſeptem.

Theodorus illi ſuccedit anno 16. Imperij Conſtatini Co- H pron. Verum inuidia Arabum ait rurſus Theophanes ſede ſua pulſus quod dixerat eum res illorum Imperatori per litteras indicare.

EPISCOPI ET PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANI.

Ex Euſebio, Epiphanio, Nicephoro, Ruffino, Baronio.

Hieroſalem ſiue Ieruſalem vrbs perfecti decoris iuxta Ieremiam in Threnis in medio terræ poſita Ciuitas Dei ſancta & electa tantáque gloriæ prærogatiua effulſit, vt & fidelis cuiuſque animæ & militantis pariter ac triũphantis Eccleſiæ extiterit figura, quæ à Melchiſedech cõdita anno mũdi 2020. aut circiter Salem prius dicta, poſtea à IESV eius filio Chanaã poſſeſſa etiã Iebuſæum appellata aliquandiu fuit. Rex Dauid autem eandem regni caput & metropolim conſtituit, & in ea Salomon templum illud auguſtiſſimum iuxta Dei voluntatem

[illegible] anniq; u-
A pta 460. inſtat Parad[illegible] um cũ
principum populiq; impietas & [illegible] cultu pro-
fanaſſet, vrbẽq; innoxio ſanguine imple[illegible], Deo vindicante
per Nabucodonoſor primũ euerſa funditus fuit; Moſ à Nee-
mia, Machabæis, Herode & alus reſtaurata annis 540. inſigni
ſplendore coruſcauit. In hac ceu theatro quodã orbis Domi-
nus Iesvs ſalutem noſtrã operatus eſt, atq; inde velut centro
vniuerſæ terræ Apoſtoli ſuam prædicationem exorſi Euan-
geliũ toto orbe promulgarunt. Sic vt ad litteram impleretur
illud Iſaiæ; de Sion exibit lex, & verbũ Domini de Hieruſalẽ.
Hic Apoſtoli virtute ex alto ſuperinduti, Chriſto filios pa-
rere, & Eccleſiam conſtituere cœperunt, & primam Synodum
celebrarunt, de qua *Actor. cap. 15.* ac fidei ſymbolum concepe-
runt; atque ex hac ceu porto quodam egreſſi in omnem ter-
ram exierunt. Porro Petrus qui Apoſtolici culminis Prin-
ceps & ſupremus Eccleſiæ Paſtor à Domino erat conſtitu-
tus, creſcente fidelium numero dum ipſe ſolicitus in omnem
partem inſtat opportunè & importunè, vt ad ouile Chriſti
plures adducerentur, ne Hieroſolyma paſtore viduata exiſte-
B ret & ſemen fæliciter proiectum in terram bonam debitæ
irrigationis defectu exareſceret, Iacobum Alphæi cogno-
mento Iuſtum ibidem Epiſcopum ordinauit & formam præ-
ſcripſit, quomodo deinceps Epiſcopus non niſi à tribus Epi-
ſcopis conſecraretur, aſſumpto ſecum ad eam functionem
Ioanne & altero Iacobo, vt colligere eſt ex Epiſtola Anacleti
Tom. 1. Concil. & Euſeb. in Chronico, ac lib. 2. hiſtor. cap. 1.
Venerab. Beda in martyrologio ponit diem huius ordina-
tionis 27. Decemb. anno quo ſalutem noſtram Dei filius
conſummauit. Inſignia quædam huius Epiſcopatus multis
ſæculis ſeruata perhibentur, ac nominatim Cathedræ D. Ia-
cobi meminit Euſebius l. 7. cap. 14. in fine, vſque ad tempo-
ra ſua in magna veneratione habitæ. Alij etiam bracteæ ſiue
laminæ aureæ quam idem in capite geſtabat ceu ornamen-
tum & ſymbolum regalis ſacerdotij, quale etiam geſtaſſe S.
Ioannem Euangeliſtam teſtatur Polycrates Epheſiorum An-
tiſtes. *apud Euſeb. lib. 5. c. 23. hiſtoria.*
Ceterum Iacobus ſemper virgo permanſiſſe ſcribitur, nec
carnibus nec vino vſus, ab omnibus ob eximiam vitæ ſancti-
C tatem cultus, vt cui vni permittebatur ingredi Sancta San-
ctorũ cuius etiam genua orandi aſſiduitate Cameli in modum
obriguiſſe Euſebius teſtatum reliquit. Verum inuidia Iudæo-
rum qui inuidebant honori, & numini Chriſti ſuper templi
pinnaculum ſublatus inde præcipitatus fuit, cumque deiectus
adhuc ſpiraret & pro malefactoribus oraret, Fullo quidam ar-
repto vecte quo veſtes premere ſolebat in caput illius impe-
git & ita vitam beato martyrij cruciatu amiſit. Erat tanta in
eo ſanctitatis dum adhuc viueret apud omnes opinio, vt
certatim fimbriam veſtimenti eius cuperent attingere. Reli-
quit autem Apoſtolatus ſui egregium monumentum Epiſto
lam ad duodecim Tribus, quæ erant in diſperſione quæ vna
eſt de ſeptem Catholicis. Eius autem mors accidit an. 7. Nero
nis, poſtquam ſediſſet annos 29. idque anno Chriſti 63 ætatis
illius erat ſecundum Epiphanium nonageſimus ſextus.
Succeſſit Iacobo Simeon etiam Cleophæ nominatus, &
frater Domini, quem Hegeſippus refert vixiſſe annos 120. &
Iudæorum inuidia in iudicium vocatum, tandemque in cru-
cem actum martyrio fuiſſe coronatum anno 10. Imperij Tra-
iani ſub Attico viro conſulari.
In eius locum reiecto Theobulo quodam qui eum ambi-
D uerat ſuffectus eſt Iuſtus, qui poſt annos tres regiminis etiam
martyrium ſubiit anno Chriſti 113.
Eandem ſortem fælicitatis experti ex ordine fuerunt
Zachævs.
Tobias.
Beniamin.
Ioannes.
Matthias.
Beniamin II. qui ſex intra annos tredecim, vſque ad octa-
uum Hadriani annum vt Euſebius in chronico ſcribit con-
ſumpti perſecutionis gladio perierunt. Et valdè dolendum
excidiſſe nobiliſſimæ Eccleſiæ huius, & virorum præclariſſi-
morum monumenta.
In ſerie vero Epiſcoporum huius vrbis quam Demochares
tradit, omittitur poſtremus ille Beniamin quem tamen ſi-
militer adſerie prioribus Baronius ex Euſebio, qui etiam
ſucceſſorem huius deſignat Philippum.

Qui etiam pro fide [illegible] hanc cathedram obtinuit
Seneca. E
Poſt quem Iuſtus.
Huic ſuffectus eſt Le[illegible]
Poſt hunc Ephræm.
Cui ſucceſſit Iudas, qui vixit vſque ad annum 18. Antoni-
ni Imp. & ſcribit Euſebius in Chronico omnes iſtos præſe-
diſſe vſque ad euerſionem quam ab Hadriano perpeſſa eſt
Hieruſalem, fueruntque omnes hi ex circumciſione Epiſcopi;
qui quanto tempore ſederint, non niſi coniectura aſſequun-
tur, qui illud definiunt.
Qui vero deinceps huic Cathedræ præſederunt ex Genti-
bus adſciti fuerunt, quorum primus numeratur:
Marcus anno 19. Imperij Hadriani, Chriſti autem 138. de
quo *Euſebius lib. 4. cap. 7.*
Caſſianus poſt illum ſuſcepit Epiſcopatum, vt teſtatur in
Chronico Euſebius.
Publius Epiſcopus fuit 18.
Succeſſit Maximus.
Huic autem Iulianus.
Caianvs. F
Symmachvs.
Caivs.
Ivlianvs.
Capito.
Hos omnes Euſebius tradit vſque ad annum duloſum
Commodi Imperatoris vixiſſe, ſcilicet Chriſti 186.
Maximvs.
Antoninvs.
Valens.
Dolichianvs.
Narciſſus interfuit & præfuit Concilio habito de Paſcha-
te celebrando, claruit miraculis in vita, & fugiens perſecu-
torum violentiam, latuit in deſerto annis permultis. Sic vt
ignotum eſſet quo ſe recepiſſet. Itaque omnium votis eligi-
tur, Divs, alij.
Ælivs poſt illum.
Germanio.
Gordivs.
Narciſſus iterum comparens, à fratribus eligitur an. 199. G
Horum omnium tempora fatetur Euſebius ſe diſcernere
non potuiſſe. Vnde temerariè faciunt qui cuilibet certum
annorum numerum affingunt, cum Euſebius Epiſcopus Cæ-
ſareæ ſub cuius Metropoli erat Hieroſolyma fateatur ſe il-
los ignorare. Hos ſecuti.
Alexander primo Anno Antonini filij Seueri Imper. qui
Chriſti 213. poſtquam ab ipſo Seuero pro fide Chriſti vincu-
lis traditus fuiſſet grauiaque perpeſſus eſſet, fuit autem col-
lega *Narciſſi*, & ipſo ſuperſtite ad cathedram hanc deſtina-
tus, & diuinitus vt eam prouinciam ſuſciperet admonitus,
teſte Euſebio *lib. hiſt. 6. c. 8*9. citato à Baronio ad annum Chriſti
199. *n.* 8. Inſtruxit Alexander Hieroſolymis inſignem biblio-
thecam, quæ vſque ad tempora Euſebij integra permanſit. Oc-
cubuit autem Chriſti martyr illuſtris in carcere an. Dom. 251
Quo tempore illius ſucceſſor declaratur Mazabenes Im-
perante Decio: præfuit Eccleſiæ iſti vſque ad annum 266.
qui 12. erat Galieni Imperatoris.
Hymeneus ſuccedit. Interfuit concilio Antiocheno con-
tra Paulum Samoſatenum, vixit vſque ad 13. annum Dio-
clatiani, Chriſti vero 296.
Eius miniſterium ait Euſebius in chron. capeſſit Zambdas, H
eóque paulo pòſt mortuo, Hermon poſtremus inquit qui no-
ſtra memoria ante perſecutionẽ fuerũt Epiſc. porro Zambdas
Epiſc. inſtruxerat legionem Thebæam quæ conſtabat ſex mil-
le ſexcentis & ſexaginta ſex militibus in fide Chriſtiana, qui
omnes poſtea pro eadem trucidari fuerunt iuſſu Valerij Ma-
ximiani Cæſaris. *Vide de Hermone Euſebium lib. 7. c. 9.*
Hermone quem Thermonem alij, mortuo ſuccedit celebris
ille Macharius anno ſeptimo Conſtantini Magni Imp. anno
312. quem ferunt inuenta cruce Domini Imperatoram auro
gemmiſque fulgentem, dum eam inferret Hieroſolymam, mo-
nuiſſe habitum regium deponere, vtpotè in porta ciuitatis
ſubſiſtentem, nec progradi valentem, donec eum exuiſſet. Ex-
ſtruxit templum Hieroſolymis Imperatore ſumptus confe-
rente. Arrianis fortiter ſe oppoſuit, Chriſtique confeſſor
ſanctiſſimus obiit anno 338. cum annis 19. eam Eccleſiam
ſumma cum pace gubernaſſet plenus meritorum & dierum.
Succa

A Succedit [illegible] x [illegible] politanæ Epiſcop[illegible] auet [illegible] gnita [illegible] is vi[illegible] tute populus vniuerſus cum Hi[illegible]ymæ retinere volui[illegible] quo factum vt Macario [illegible] fuerit. Erat familiaris S. Athanaſio vt cuius nomine conuocauit Concilium in quo Epiſcopi illi qui prius ei obſtiterant & contra eum ſubſcripſerant, facti pœnitentes eius communioni conſociari poſtulabant. Obiit autem anno Chriſti 351. videatur Zozomenus. Poſt hunc ſucceſſio Epiſcoporum nonnihil interuerſa reperitur, nam 4. Cyrilli ponuntur à Hieronymo : ab Epiphanio vero duo duntaxat hoc ordine.

CYRILLVS.

Irenæus quem cognomine Cyrillum vocat Hieronym.

Cyrillus III. quem Eutychium exiſtimat Baronius à S. Hieronymo appellari.

Hilarion quem iterum Cyrillum nuncupat Hieronymus. At Ruffinus vnum tantum Cyrillum poſt Maximum ſediſſe Hieroſolymæ adfirmat : idem ſentit Nicephorus, qui dicit vnum tantum Cyrillum Catholicum ſucceſſiſſe, & ab Arrianis pulſum. De quo ſcribere indubiè putandus eſt Hieronymus, quod ſæpius ab Eccleſia ſua pulſus & receptus, ad extremum ſub Theodoſio Principe annis octo inconcuſſum tenuit Epiſcopatum.

B

Et iuxta Nicephorum in Chronico hæc eſſet ſucceſſionis ſeries Maximus. Cyrillus.

Arſenius alij Herennius.

HERACLIVS.

HILARIVS.

Huic ſubiicit Ruffinus *l.2. c.21.* alium Cyrillum.

Verum inſiſtendo Chronico S.Hieronymi, Cyrillus ille Catholicus qui Sancti nomen dignitatemqua obtinuit, ſedit vſque ad annum Chriſti 386. Theodoſij 8. extant illius Catecheſes quas in adoleſcentia elaborauit.

Succeſſit illi tum temporis Ioannes, aduerſus quem S. Hieronymus ſcripſit epiſt.61.quod cum Arrianis & Macedonianis communicaret. Videtur tamen rediiſſe ad Catholicos ſpe dignitatis Epiſcopalis, fouit errores Origenis,& aduerſus Epiphanium commotus, & Hieronymum,multis calumniis vtrumque impetit, & quidem Hieronymum excommunicauit, & vt in exilium mitteretur laborauit apud Theodoſium Imperat. Incidit poſtea in varios errores, ſuper quibus ab Innocentio PP.Auguſtino, aliiſque ſerio fuit admonitus. Obiit tandem anno Sal.416.ſatis ex omnium voto,poſtquam annis 30. ſedem tenuiſſet. Succeſſit Ioann. Praylus iuxta Theodoretum *l.5.c.27.* & reperiuntur Litteræ Zozymi PP. ad illum de anno 417. vnde emendandus eſt Nicephorus in Chronico qui Paulinum quendam illi ſufficit.Item alius quidam Nepotem nomine illi ſubjiciens.Sedit Praylus vſque ad annū 429.hinc rurſus errat Nicephori Chronicon anno 620. illi adſcribens. Iuuenalis hoc anno eligitur, ad quem extant litteræ Cyrilli Alexandrini Epiſc.de an.430.Interfuit Conc. Epheſino, atque in eo primatum ambiuit Paleſtinæ, ſed à Cyrillo Apoſtolicæ Sedis Vicario repulſam paſſus eſt.Donauit Eudoxiæ Auguſtæ elegantes reliquias,de quibus conſule Baronium anno 439.n.4.t.5.Annal.Interfuit Conc.Epheſino & Chalcedonenſi : redargutus à S.Leone,nec boni nominis inter Præſules habebatur. Sedit an.628. obiit an.457.

C

D Anno demum ſequente Anaſtaſius presbyter, illius Eccleſiæ vaſorum cuſtos, ab Euthymio Anachoreta præſignificatus an. 458. quo etiam moriente ille obiit ann. 477. poſtquam annis 19. præfuiſſet.

Eius locum Martyrius monachus Cappadox,quod etiam 23. Euthymius prædixerat, accepit. Fuit ſedulus ouilis Dominici ſpeculator, & in fide propaganda ſtrenuè laborauit, vixit vſque ad annum 485.

Succedit Salluſtius diſciplinæ monaſticæ reſtitutor, qui dum annis octo ſediſſet, obiit.

Anno vero 492. eligitur Elias Monachus, qui vitæ rigorem quem prius obſeruabat,in Epiſcopatum non mutauit,vinumque non bibit vt Polychronius apud Sophronium teſtatur *c.35.*Prati Spiritualis. Erat verè ſicut alter Elias,pro fide Chriſti ſe velut murum opponens apud Anaſtaſium Imper.à quo mox in exilium miſſus eſt. Sedit vſque ad annum 414.

Quo anno electus Ioannes vir omni virtutum genere excultus, cui ſanctum Sabam & Theodoſium Archimandritam conuiuio excepit multaque ſanctitatis ſuæ teſtimonia reliquit, cumque ſediſſet annos vndecim.

[illegible] anno [illegible] virtute inſi[illegible] apud Surium in Actis Sabæ 5. Decemb. E

Ma[illegible] II. Petro ſucceſſit, at mox Origeniſta effectus eſt,& id poſt [illegible] leuitati attribuendum cenſet Baronius, quam errori aut veritati,cum alioquin commendatur ab aliis, quod etiam dono prophetiæ inclaruerit.Electus fuit an.544. & ob ſuſpicionem hæreſis ſede pulſus,mox tamen vbi Origenem damnauerat, reſtitutus, ſedit annos quatuor.

Et ſucceſſit Euſtochius cuius nomen non agnoſcit Democbates. Interfuit autem per Legatum quintæ Synodi Oecumeniæ, ſedit vſque ad annum 561.

Subſtituitur illi Ioannes, cuius tempus & res geſtæ prorſus ſunt obſcuræ,vt refert Baronius ad annum 561. licet alij eum in locum Macarij reſtitutum velint.

Succedit huic Amos Abbas, cuius conſecrationi ſe interfuiſſe Sophronius teſtatur cap.149. Prati Spiritualis. Præfuit vſque ad annum 601.

Electus locu huius fuit Euryebius, qui ſtatim litteras profeſſionis Catholicæ Gregorio M. Pontifici miſit, & Romanæ cathedræ communioni aſſociatus fuit.

ALEXANDRINORVM EPISCOPORVM ET PATRIARCHARVM CATALOGVS. F

Ex Euſebio lib.2.3.4. & 6. Nicephoro lib. 3. 4. & 5. Euagrio lib.5. & 18. Cæſare Baronio, & aliis.

Alexandria Ægypti illuſtris Ciuitas ab Alexandro Magno condita annis 280. ante Saluatoris aduentum. Vrbs potens, populoſa,ad maris Mediterranei extremitatem ſita,quam Auguſtus Cæſar ob memoriam conditoris, ſplendorem ædium & vicorum,denique propter Arium Philoſophum qui ibidē Ethicen docuerat conſeruauit poſt deuictum Antonium.Cæterum iniuria temporum & bellorum furoribus multum labefactata eſt,ſub Turcarum poteſtate gemens. Ad hanc Ciuitatem & gentem miſſus S. Marcus Euangeliſta fidei Chriſtianæ ſemen iacere cœpit,& Eccleſiaſticam ibidem ſcholam inſtituit, ex qua viri celeberrimi Origenes, Philo, Baſilius, Hieronymus, aliique eruditiſſimi ſucceſſiuè prodierunt.

Porro Marcus qui Euangelium ſcripſit, Petrum Romam proficiſcentem ſecutus,alius eſt ab illo quem Ioannem Marcum cognomento appellant veteres hiſtoriæ. Hic autem Marcus à S. Petro deſignatus & conſtitutus Epiſcopus Alexandriam conceſſit anno Chriſti 46. aut circiter,quod autem de illo ſcribitur quaſi ſibi pollicem manus dextræ amputaſſet nè Epiſcopus fieret, inter fabellas illius æui computamus. Ceterum Eccleſia Romana primum Alexandria ſecundum dignitatis locum conſecuta fuit, quod Marcus eam nomine Petri erexiſſet, vt teſtis eſt Gelaſius Papa decreto de lib.Apocryphis. Conſtitit autem Marcus ait *S.Hieronym. de ſcript. Eccleſ.* tanta doctrina & vitæ continentia, vt omnes homines Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Poſtquam autem annis 19. multos Chriſto filios peperiſſet, inter Miſſarum ſolennia, Dominico die, à Gentilibus inuaſus, ac funibus tractus per ſaxa ad mare, glorioſo martyrio vitam hanc conſummauit, Neronis anno 8. G

Succeſsēre anno Chriſti 64.Anianus,Hieronymo auctore, seditque hic annis 22. vſque ad an.87. Domitiani Imp.4.

Abilius annis 13. vſque ad annum 99.

Cerdon annis 11. ſedit, vſque ad annum 109. H

Primus ſedit an.12. vſque ad annum 122.

Iuſtus ſedit annis 11. vſque ad annum 132.

Eumenes obiit anno 145.

Marcus ſedit an.10. vſque ad annum 155.

Celadion texit an.14. vſque ad an.169.

Agrippinus præfuit annis 12. vſque ad an.178.

Iulianus ſedit vſque ad annum 188.

Demetrius ſedit annis 44. deceſſit anno 232.

Heraclas annis 16. vſque ad annum 246.

Dionyſius ſedit annis 17. vſque ad annum 270.

Maximus annis 18.

Theonas ſedit annis 19. vſque ad annum 285.

Petrus ſedit annis 12. vſque ad annum 304.

Achillas annis 7. vſque ad annum 318.

Alexander in Conc. Niceno interfuit tempore Conſtantini Magni vſque ad annum 323.

Athanaſius qui cum perſecutiones fugeret, præfuerunt Arriani, & conſtituerunt Gregorium Epiſcopum, quem poſtea

po[illegible]
A ſede Alexandrina collocatur [illegible]

Petrus.

Timotheus Petri frater.

Theophilus.

Cyrillus filius fratris Theophili interfuit in Concilio Epheſino contra Neſtorium.

Dioſcorus hæreticus Eutychianus: contra hunc ſynodus Chalcedonenſis vſque ad annum 449.

Protherius martyr vſque ad annum 453.

Timotheus Salophacialus ab hæreticis deiicitur.

Timotheus Ælurus hæreticus.

Petrus Moggus hæreticus præfuit diebus 36. à Zenone imperatore extruditur.

Timotheus Salophaciolus reſtituitur.

Ioannes Catholicus factione Acacij Conſtantinop. à ſede pellitur à Zenone imperatore.

Petrus Moggus reſtituitur.

Athanaſius cognomento Celetes ſiue Herniosſus.

Ioannes.

B Ioannes alter, quem in exilium egit Anaſtaſius Imperator ob fidem.

Dioſcorus temp. Iuſtiniani.

Theodoſius deiicitur ob hæreſin.

Zoilus.

Apollinaris.

Ioannes.

Eulogius qui à Nicephoro *cap.* 26. *lib.* 18. præfuiſſe 25. annis dicitur.

Theodorus ſcriba an. 2.

Ioannes miſericors Cyprius.

Georgius.

Cyrus Hæreticus.

Coſmas Monothelita.

Thomas ſub Eirene.

CONSTANTINOPOLITANORVM EPISCOPORVM, ET PATRIARCHARVM SERIES.

C *Ex Nicephori lib.8. cap.6. Item lib.9. 11. 12. 14. &c. Zonara, Euagrio, Baronio, Democharez, & aliis.*

Conſtantinopolis quæ & Byzantium & Argos prius appellata, à Lacedæmoniis condita perhibetur, Duce Pauſania, quam tamen Conſtantinus Imp. amplificauit, & adeò exornauit, vt Syriæ Metropolis, & velut altera Roma euaſerit. Scriptores vetuſti qui florentem viderunt, potius Deorum, quam Imperatorum habitaculum cenſuerunt. Interea nomen Vrbi nouam Romam Imperatores indiderunt, ſed obſtinatum vulgus à Conditore Conſtantinopolim dixere. Anno autem Domini M.CCCCLIII. die XIX. Maij Mahometes II. Imp. Turcarum VIII. eam ſuæ poteſtatis fecit.

Qui primus Byzantinis Chriſtum annuntiauit fuit Andreas Petri Germanus, qui in Thraciam quoque miſſus, eam gentem ad fidem Chriſti perduxit an. Dom. 44. & Achaiam peragrans ab Ægea Proconſule crucis Martyrio affectus fuit anno 2. poſtquam Byzantium venerat.

Ordinauit inde diſcedens Epiſcopum Stachin cuius meminit Apoſtolus in Epiſt. ad Rom. cap. 16. ſedit an. 16.

Oneſimus præfuit an. 14.

Polycarpus an. 18.

Plutarchus an. 16.

D Sedecion an. 9.

Diogenes an. 15.

Eleutherius an. 7.

Felix an. 5.

Polycarpus II. an 2. obiit circiter an. Dom. 148.

Athenodorus præfuit an. 4.

Euzoius mortuo ſurrogatur, ſeditque an. 6.

Laurentius Eccleſiæ gubernacula excepit, & rexit an. 11.

Alypus in demortui locum ſucceſſit an. 13.

Pertinax an. 9.

Olympianus Eccleſiæ ſedem retinuit an. 11.

Marcus huius ſucceſſor an. 13.

Cyrillianus præfuit an. 16.

Conſtantinus ſanctæ Euphemiæ templum conſtruxit annis 7.

Titus Eccleſiæ regimen ſuſcepit an. 35.

Domitius Probi Imperatoris frater an. 24.

P[illegible]

M[illegible]phanes [illegible] Imperatoris nepos E an. 1[illegible] [illegible]ſto Conſtantino [illegible]polim, vrbem ædificauit.

Alexander præfuit an. 23.

Hic Arrium Hæreticum precationibus ad Deum expugnauit, ſicut *Nicephorus cap. 4. lib. 9. Hiſt. Eccleſiaſt.* teſtatur, qui cap. 6. lib. 8. hos 24. modo præſcripto refert, quorum tempora ſi placet vna comprehendi ſumma, annus complebunt 298. in quibus permanſerat virgo, & nulla prorſus labe hæreſeos polluta Eccleſia Byzantina.

Paulus Orthodoxus in templo Pacis ordinatur Alexandri ſucceſſor ab Orthodoxis, ſed Arriani Macedonio ſuæ factionis ſacram adminiſtrationem aduerſus Orthodoxus committere contendebant, ob id ſchiſma subortum eſt, & à Conſtantio Imp. eiicitur Paulus, *ſicut Niceph. ſcribit cap. 4. lib. 9. & Zonaras tom. 3.*

Euſebius Nicomedienſis eiecto Paulo Arrianus à Conſtantio intruditur Eccleſiæ Gubernator, ſeu verius Lupus ac throni inuaſor, qui prius Beriti Epiſcopatum geſſerat. Hic F Concilium Antiochiæ nonaginta ſeptem Epiſcoporum congregauit, cui noluerunt adeſſe Iulius Papa, & Maximus Hieroſolymitanus, in quo Euſebiani Athanaſium accuſarunt & depoſuerunt ſede Alexandrina, præſente Conſtantio Imperatore Arrianis fauente, & Euſebium Emeſænum Alexandriæ antiſtitem deſignarunt: quo Alexandriam adire metuente, Gregorium delegarunt. In eodem conſtituerunt conciliabulo formulam Arrianæ fidei, *Niceph. cap. 4. & 5. Lib. 9. hiſt. Eccleſ.*

Paulus mortuo Euſebio ab Orthodoxis reſtituitur, & Iulio Pontifice ſummo: tum ab Arrianis ſchiſma ſuboritur, qui in Eccleſia, Pauli nomine nuncupata Macedonium elegerunt Conſtantinopolitanum Epiſcopum. Ob id Conſtantius Paulum non ſolum throno, ſed vrbe etiam eiecit, & Eccleſiam Macedonio tradidit. Paulum eiectum Maximinus Treuirorum Antiſtes ad Communionem admiſit, reditúmque eius in vrbem Conſtantinopolitanam procurauit. Proinde concilium Sardicenſe trecentorum Epiſcoporum congregatum eſt, vt Paulus hic & Athanaſius ſedes ſuas reciperent, cui Hoſius Cordubenſis Hiſpanus, & Protogenes Sardicenſis interfuerunt. G Poſt hoc Concilium Orientales ab Occidentalibus ſeparati ſunt, quod Arriani eſſent, & conciliabulum ſeptuaginta Epiſcoporum in Philippoli contra Orthodoxos congregauerunt. Paulus ab Arrianis expulſus in Cuſa ciuitate ab ipſis ſtrangulatur. Quod vbi Theodoſius Imperator cognouit, nempe quod in exilio ab Arrianis ſuffocatus enecatuſque fuerat, tranſlato corpore eius honorificè Conſtantinopolim in templo id depoſuit, quod Macedonius qui inſidiatus illi fuerat conſtruxit, quapropter nunc Pauli appellationem retinet. *Nicephorus cap. 4. 5. 9. 12. lib. 9. & cap. 14. lib. 11. Hiſtor. Eccleſiaſt.*

Macedonius mortuo Euſebio Arrianus ab Arriani introducitur, qui & nouam introducit hæreſin contra Spiritum ſanctum, quem Deum eſſe negabat, à quo & hæreſis Macedoniana dicta eſt, & cui ab impugnando Spiritu ſancto Pneumatomachi cognomen erat: aduerſus hunc Concilium 150. Epiſcoporum Conſtantinopolitanum, in quo additum eſt ſymbolo Niceno: Et in Spiritum ſanctum, & quæ ſubſequuntur. Huius tempore Conſtantius Imperator Eccleſiam quæ σοφία, ſapientia, nominata eſt, ædificauit, qui aduerſus hunc iratus poſt annum expulit. *Niceph. cap. 9. lib 9. & cap. 2. lib. 11. Hiſtor. Eccleſiaſt.* H

Eudoxius Arrianus à Conſtantio collocatur, Arrianus tenuit 10. anno 2. Valentiniani & Valentis obiit. *Niceph. cap. 15. lib. 14.* Eunomius Aëtij Arriani diſcipulus ab iſto ſuperatus miſſas agebat.

Demophilus Arrianus ab Arrianis ſurrogatur & ſchiſma subortum. Euagrium enim Orthodoxi presbyterum Orthodoxum Epiſcopum deſignarunt, cui manus impoſuit Euſtathius Epiſcopus Antiochenus, qui à Iouiniano ab exilio non ita pridem fuerat reuocatus: ob id ab Imperatore Valente Arriano tam ordinator, quam ordinatus comprehenduntur, & in exilium mittuntur. *Nicephorus cap. 15. lib. 11. & c. 12. lib. 12.*

Gregorius Nazianzeno. Theologus & Orthodoxus Euagrio eiecto Orthodoxis præiit, in ædicula quadam conuentus agebat, quam Orthodoxi in ſacrum delubrum commutauerunt,

M

[illegible] uni, quod A[illegible] tan c.[illegible]
A [illegible] poerlam reuertitur, cap. [illegible] cleſiaſt.

Marinus quidam Thrax ab [illegible] committitur, qui ſtatim diſceſsit. Ob id Dorothuus, qui Antiochiæ in Syria, vt hæreſi Arrianæ præeſſet, electus fuerat, Conſtantinopolim inde venit, & ſectæ ſuæ Arrianæ plebi præit. Cui Barbas Arrianus ſucceſsit. Deinde Maximus philoſophus Lynicus, Apollinaris hæretici ſectator ab hæreticis conſtitutus depouitur. *Niceph. c.t 3. lib.14. hiſt. Eccleſ.*

Nectarius cum nondum eſſet baptiaatus à Thendoſio Impetatore deſignatut, qui fuit Orthodoxus, ſub quo teiiciuotur Eccleſiæ Orientales & Occidentales. Tunc enim Theodoſius decteto conuenticula Arrianorum & aliorum hæteticotum ſuſtulit. *Nicephorus capite 41. lib.12. Hiſtor. Eccleſiaſt.*

Ioannes Antiochenus Chryſoſtomos ſub Arcadio conſtituitur, Eccleſiâ pellitur, & in prouincias peticuloſas abducitur inſtante Eudoaia Imperatrice, perductus primùm Cucriſum, inde Ptiimitem. Deinde Comana oppidulum, vbi vitam cum motte commutauit, natus anno 53. anno Domi-
B ni 415. die 14. meoſia Septemb. Pontificatu vibis functus annis 5. cum dimidio. *Nicephorus c.2. lib.13. & cap.37. Hiſt. Eccleſ.*

Arſacius Nectarij frater Catholicus, Chryſoſtomo Eccleſiæ eiecto & exulante ſubſtitutus eſt, Arcadio Imperante, hic Eccleſiam rexit, menſ.14. *Nicephorus capite 22. & 28. lib. 13.*

Atticus reiecta Macedonij hæteſi qua laboraoerat fit catholicus, & Eccleſiæ præſuit an.21.

Anoo Theodoſij vndecimo mortuus eſt. *Nicephorus c. vigeſimo nono, lib. decimo tertio, & c.vigeſimo quarto, libri decimi quarto Hiſtoria Eccleſiaſt.* Hic Nonatianos vrbe non riiciebat Sciendum enim à Conſtantini tempotibus, fuiſſe Conſtantinopoli Nouatiani hætetici ſectatutes, & tuoc habuiſſe quos appellatent Epiſcopos. Aſelios namque Nouatianæ ſectæ dictus Epiſcopus Conſtantinopoli fuit 40.

Hunc Valens Imperator in exilium egit. Deiode ſub eodeio reſtituitur. Nam Nouatiaui & Macedoniani hæretici Symbolum Nicenom & Synodum tenebant cum Orthodo-
C xis cootta Arrianos ob id facilius permittebantur. Agelio mortuo Nouatiano, ſucceſsit Martianus eiuſdem ſectæ Nouatianæ, cui & mortuo Siſinnius tempotibus B.Chryſoſtomi ſurrogatur à Nouatianis, qoem & Chryſoſtomus eiici curauit. Iſti quoque Siſinnio mottuo Chryſanthus Marciani ſuperioris filius ſucceſsit, qui cum pet ſeptem annos Nouatianis præſuiſſet, Paulum habuit ſucceſſorem. *Nicephorus c.5. lib.11. & c.26. lib.12. ac cap.13. lib.14. Hiſtor. Eccl. & c.14. eiuſdem lib.*

Siſinnius Nouatianus biennium Pontificatu functus vitam cum motte commutauit, an. Theodoſij ſecundi 22. in cuius locum introductus eſt.

Neſtorius, hic cum triennium præfuiſſet, docuit ſanctam Virginem Mariam non eſſe Deiparam dicendam, & Chriſtum non aliod niſi hominem eſſe. Quaptopter congregatis Patribus duceutis Epheſi ad Concilium, Neſtorij dogmata ſunt exploſa & reiecta, conſtitotúmque vt B.Virgo, Deipara haberetur & diceretur, nec non Neſtorius à fidelium cœto abiiceretur.

Maximianos eiecto Neſtorio præficitur ann.2. *Nicephorus*
D *capite trigeſimo ſeptimo, libri decimi quarti, Hiſtoria Eccleſiaſtica.*

Proclus ſeu Proculus Chryſoſtomi diſcipulus Patriarcha creatur, qoi pridem à Siſinnio Cytici Epiſcopus fuerat deſignatus. Hic ſtuduit ſancti Chryſoſtomi cotpus intra ſacrarium Ædis ſanctotum Apoſtolorum relatum condiri. Huius quoque Proculi tempotibus in publicis ſupplicationibus puer ſublimis in aëra tollitur populo obſtupefacto, & longo tempore vociferante: Kyrie eleiſon, ruſſus dimittitur, ac ſibi præceptum eſſe dicit, in cantico terſancto, adderetur clauſula: Qui crucifixus eſt pro nobis. Proculus præſuit annis 12. *Nicephorus capite quadrageſimo ſeptimo libri 14. Hiſtoria Eccleſiaſtica.*

Fabrianus, ſeu Flauianus, Hic Archimandritam queodam Eutychem nomine ab Eccleſiæ cotpore reſecuit, ne peſte ſua ſana etiam membra inficerentur. Docebat enim Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum duas naturas, Diuinam & [illegible] ſt [illegible] carnationem [illegible] ſſe, ſed am- E
[illegible] ntemperatas & permiſtas eſſe. Pro-
[illegible] Dioſcorus Euchianos hæreticus, qui poſt Cyrilli obitum Epiſcopus factus eſt Alexandrinus, huoc calcibus & pugnis percuſsit in coocilio Epheſi congregato, & ex plagis poſt triduum deceſsit, cum throuum uruaſſet annis [illegible].

Anatolius Theodoſij Iunioris Apocriſiarius inſtigantibus Chriſaphiu Eunucho, & Dioſcoro Eutychianis deſignatur, vt Eutychem iu ſocietatem reciperet. Huius temporibus ac Leonis Papæ, nec oun Marciani Impetatoris; collectum eſt quartum concilium Chalcedonenſe 630. Epiſcoporum, contra Eutychis & Dioſcori Alexandri dogmata, quos, diuini Patres, à peruerſa upiniune decedere nolentes, loco motos anathemate notarunt, & Dioſcorus Gamgtam relegatur. Eutyches enim iam ante infeliciter perierat. Eccleſiæ præſuit Conſtantinopolitanæ Patriarcha annis 8.

Nicephorus capite decimo ſexto libri decimi quinti Hiſtor. Eccleſiaſt. Theodorus Lector. lib. 1. collat. Zonaras de imperio Martiani & Leonis.

Gennadius Anatolio ſucceſsit, qui præſuit an- F
nis 13.

Acacius hic Hæreticus Orthodoxos peſsimè tractauit annis 17. Condemnatur ſub Leone Imperatore à Felice Papa tertio. Nam Acacij factione, ſe ſeparauerunt Orientales à Romano Pont.

Flauitas, ſeu Fabtiras eiuſdem cum Acacio ſententiæ deligitur, qui intra meoſes tres cum ſemiſſe moritur. *Nicephorus capite decimo octano, lib. decimi ſexti, Hiſtor. Eccleſiaſt.*

Euphemius vir ſanctos & Orthodoxus, hic Mongi Petri Eutychiani nomen è commentariis deleuit tanquam hæretici, atque in eius locum Fœlicis Papæ Orthodoxi repoſuit nomen. Idem Chirographo ab Anaſtaſio Imperatore accepto, quo ſe Eccleſiæ dogmata & omnia Chalcedonenſis Concilij decreta ſeruaturum eſſe profitebatur, coronauit iroperatorem. Verùm Anaſtaſius poſtea Euphemium eiecit, quod Chalcedonenſe concilium anathemate notare recuſaret, ſurrepto prius per dolum, vel vim extorto Chirogra- G
pho. Præſuit an.6.

Nicephorus capite decimo nono, libri decimi ſexti, Hiſtor. Eccleſiaſtica.

Macedonios Orthodoxus, & vir ſanctus ab Anaſtaſio Imperatore Hæretico ob fidem proſcribitur, & Euchaira relegatur, cum Eccleſiæ præfuiſſet 20.5.

Nicephorus capite vigeſimo quinto, libri decimi octani, Hiſtor. Eccleſiaſt.

Timotheus in huius locom ſuffectus eſt Eutychianus, Anaſtaſij Imperatoris Hæretici Eotychiani aſſenſor qui moltas clades Orthodoxi intulit an.6.

Ioannes Cappadox Eccleſiæ gubernationem tenuit 3. Sub iſto reiiciuntur Orientales Romano ac ſummo Pontifici. *Nicephorus cap.2. lib. 17. Hiſtor. Eccleſiaſt. Zonaras de Imperio Anaſtaſij.*

Epiphanius mottuo Ioanne Cappadoce ſurrogatur Epiſcopus, qoi decimo Iuſtiniani anno moritur, præſuit 16. *Nicephorus cap. ſeptimo, lib. 17. Zonaras de Imperio Iuſtini. Euagrius cap.36. libri quarti, Hiſtor. Eccleſiaſt.* Aothimipulſi ſucceſſorem ponit.

Anthimius Trapezuntius Seueri hæretici opiniooe imbu- H
tus Imperatricis interceſſione deſignatus, quem Agapeti Papæ admonitione Iuſtinianus Imperator throoo eiecit, quem annum vnum occuparet. Huoc Anthemium vocat Antooius *Titulo vigeſimo ſecundo, capite tertio, partis text. Hiſtorial.*

Menas vir ſummæ pietatis, Alexandrinus patria, & illuſtri genere ortus; hic conuocato Concilio cum Agapeto ſummo pontifice Seuerum Eutychem, Petrum Halicarnaſſeum, Iulianum, & Anthimum Conſtantinopolitanum aſſenſorem illorum anathemate notauit, piè gubernans annis 16.

Eutychius Menæ ſucceſſit, qui rectè præfuit annis 12. ſub huius tempore quintum coactum eſt Concilium, 175. ſanctorum Patrum, quorum Princeps fuit Vigilius Papa Romanus contra Origenis dogmata. Huoc Iuſtinianus Imperator, qui ſub extremam ætatem io eorum hæreſim incidit,

cidit qui opinantur Dominum non mortalem carnem aſ-
A ſumpſiſſe, ſuæ opinioni reſtagantem & aduerſantem relegauit Amaſiam.

Ioannes Scholaſticus à Iuſtiniano Imperatore Hæretico Hæreticis ſubſtituitur in abſentis locum. *Niceph. c.26. & 36. lib.17. Hiſt. Eccl.*

Eutychius reſtituitur à Iuſtino Imperatore, qui ſedem ſecundo ornat per annos 4. *Euagrius cap. decimo ſexto libri decimi quinti. Nicephorus capite trigeſimo ſexto, lib. decimi ſeptimi Hiſt. Eccleſ.*

Ioannes ieiunator ſeu ieiunus dictus. Hic nomen vniuerſalis aſſumpſit ad quem ſuper ea nuncupatione ſcribunt Pelagius, & Gregorius ſummi Pontifices: Sedem tenuit anno *Niceph. cap.14. lib.17. ſua hiſtor.*

Curiacus ſacerdos & œconomus magnæ Eccleſiæ præfuit a 1. imperante Mauritio.

Thomas Saceliarius magnæ Eccleſiæ Diaconus 3. Phocæ Imp. temporib. *Niceph. cap.44. lib.18.*

Sergius magnæ Eccleſiæ Diaconus Hæreticus Heraclium hæreticum Monothelitam coronauit, & Eudocbiam ſponſam diademate ornauit. Hic Monothelitarum hæreſim pro-
B bauit, dicentium vnam naturalem voluntatem & vnam actionem in Chriſto ſtatuendam, quam & ſcribit Heraclio, præfuit ann.6.

Pyrrhus Monothelitarum ſectator expellitur, poſt annum 3.

Paulus Monothelita à Martino Papa declaratur hæreticus, imperante Conſtante Heraclij nepote, præfuit annis 12.

Pyrrhus ab hæreticis Monothelitis reſtituitur anno Conſtantis 15. & præeſt menſib. 4.

Petrus ipſe Monothelita à prioribus non diſſentiens, præfuit 15.

Thomas veræ ſententiæ defenſor Orthodoxus præfuit ann.2. menſib.7.

Ioannes.

Theodorus hic eiicitur Hæreticus, poſtquam præfuit ann. 3.

Paulus in locum eiecti ſubſtituitur an.8.

Georgius eiecto Theodoto ſuccedit Conſtantini Barba-
C ti imperio, quo tempore Concilium Conſtantinopolitanum ſextum collectum eſt, Agathonis Papæ iuſſu contra Monothelitas.

Cyrus Hæreticus deponitur à Philippico poſtquam præfuit ann. 6.

Ioannes non Orthodoxus, ſed hæreticus præfuit 3.

Germanus Cyricus inſtituitur Artemij temporibus. Hunc Leo Imperator quod colendas eſſe ſanctorum imagines defenderet, & earum adorationem negaret idololatriam, Eccleſia eiecit, cum eam gubernaſſet an.15.

Anaſtaſius à Leone hæretico ac ſanctarum imaginum hoſte introductus, cui conſentiebat hæreticus, præfuit 24.

Conſtantinus Monachus qui Sylei Epiſcopus fuerat, ſanctarum imaginum aduerſarius, à Conſtantino Copronymo ſufficitur. Hoc tempore fuit Ioannes Damaſcenus, qui Conſtantinum hunc Dei hoſtem arguit, quem Conſtantinus Imperator relegauit ob fidei religionem, præfuit Eccleſiæ an. 12.

Nicetas Eunuchus à Conſtantino Imp. ſanctarum imaginum oppugnatore prouehitur an.14.

D Paulus Cyprius Orthodoxus fuit temporibus Leonis Copronymi: hic morbo affectus ab Eccleſiis ſe ob diuiſionem ſubduxit poſt an. gubernationis 5.

Taraſius à Secretis imperatoris, & qui in concilio ſeptimo Nice. Oecumenico adfuit, in quo conſtitutum eſt decretum, venerabiles imagines & adorandas & colendas eſſe, & anathematare notarunt, qui Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præfuerunt, Anaſtaſium, Conſtantinum, & Nicetam temporib. Eirenes, & filij Conſtantini: præfuit 21.

Nicephorus eligitur patriarcha Nicephori temporibus, Eccleſia expellitur quod ſacras imagines defenderet: præfuit an. 9.

Meliſſenus Theodotus, Hæreticus: Hic namque in ſacras imagines audacter graſſatus eſt: cum Leonem Armenium haberet ſuffragatorem, qui impie præfuit 6.

Antonius cognomento Caſſignatas eiuſdem cum ſuperiore hæreſis imperante Michaële Balbo, præfuit 13.

Ioannes Theophili Imp. præceptor ac eiuſdem cum ipſo E
hæreticæ opinionis ſuffragator, deſignatus Patriarcha, quem & Ioannem vocabant, tum ob hæreſim, tum ob præſtigias, in quibus verſatus erat, tandem hic ſanctarum imaginum hoſtis deponitur à Michaële Theophili filio, poſtquam præfuit an.6.

Methodius Orthodoxus, ſub cuius tempore ac Michaëlis Imp. ſanctæ imagines reſtituuntur, præfuit 4.

Ignatius Monachus Nicephori imp. generalis Orthodoxus à Theodora Imp. eiectus, quod Bardum Cæſarem, qui vxorem ſine cauſa dimiſerat, & cum ſua nuru conſueuiſſe dicebatur, ſacram ædem ingredi vetuit, hac de cauſa expulſus in Mithylenen inſulam relegatur an.11.

Photius Primarius à Secretis in locum expulſi ſufficitur, qui Baſilium Macedonem Imp. à participatione incruentæ hoſtiæ, vt homicidam prohibuit, ob quam repulſam iratus, concilio indicto Photium Eccleſiis expulit, quaſi Ignatius contra leges à Barda Cæſare deiectus ſede fuiſſet, & hic non rite thronum diuinum eo ſuperſtite occupaſſet, eoque prætextu Ignatius huc expulſo ſedi reſtituitur.

Ignatius reſtitutus Eccleſiam gubernauit an. 11.

Photius Ignatio mortuo reſtituitur à Baſilio Macedone, F
qui hunc expulerat. Verum eundem Leo Philoſophus Imp. ſuperioris filius Eccleſia eiecit, & in Armeniorum relegat monaſterium, & fratrem ſuum Stephanum deſignat.

Stephanus Leonis Imp. frater.

Antonius cognomento Cauleus Leonis temporib.

Nicolaus. Hic filium Leonis ſacro baptiſmate initiauit Conſtantinum: hic quoque Leonem Imp. cenſura notauit Eccleſiaſtica, ob repudiatam vxorem & alias nuptias, ob id indignatus Imperator in iriam nsui tranſuehendum, atque inde pedeſtri itinere in Galacrenæum monaſterium (quod conſtruxerat) transferendum curat, cum Eccleſiæ præfuiſſet an. 11.

Syngelus Euthymius in locum ſuperioris deſignatur à Leone, ſed ab Alexandro Leonis fratre abrogata dignitate in exilium pellitur, ac Nicolaus reducitur.

Nicolaus reſtitutus ſedem direxit an.13. Hic ſacras preces in nuptiis Conſtantini, & Helenæ egit.

Stephanus Metropolita Amaſenus Romani Imp. tempo- G
rib. ſedem occupauit an.3.

Triphon Monachus quidam ea conditione Stephano mortuo ſucceſſit, vt poſt certum tempus Theophylacto Imp. Romani filio puero adhuc, vltro cederet ſede, qui tamen iam præfato tempore elapſo cum cedere nollet Eccleſiâ eiicitur.

Theophylactus Romani Imp. filius expulſi ſedem occupat, qui anno duodecimo Conſtantini Imperat. Leonis filij deceſſit, pontificatu functus Conſtantinopolitano annis 23.

Hic ſacerdotio contra Maiorum morem potitus annorum tantum fuit ſexdecim, de quo ſcribit Zonaras, quod cum inter alias equas, quas alebat plurimas, vnam inſigniorem ſacro magnæ Feriæ Quintæ die peperiſſe ſacra celebranti (λειτουργοῦντι) Patriarchæ nuntiatum eſſet, Lætitia elatus, diuinoque ſacrificio abſoluto, ad Coſmidium feſtinauit, vbi equi ſtabulabantur, viſóque pullo recens nato, in Eccleſiam reuerſus feſtum ſanctæ paſsionis Saluatoris peregit, tandem ex aqua intercute obiit.

Polyeuctus Monachus Spado à Cæſarienſi Epiſcopo ele-
ctus. Nam Heraclienſis offenſo Cæſare Conſtantino ius H
ſuum vſurpare non potuit. Hic coronauit Nicephorum Phocam imperatorem, qui obiit in principio imperij Ioann. Zimiſcæ.

Baſilius Monachus Scamandrenus. Hic ob quædam crimina obiecta per concilium loco motus poſtquam præfuit an. 4.

Antonius Studites in locum depoſiti deſignatur temporibus Baſilij, & Conſtantini filiorum Conſtantini Imperatoris, ann.4. poſt huius obitum ſedes vacat ann. 4. cum dimidio.

Nicolaus Chryſobergus pontificatum ornauit ann. 12. menſ.8. imperante Baſilio.

SISINNIUS Magiſter vir in litteris verſatus rexit annos 3.

Sergius Patriarcha eligitur, qui Manuelis monaſterio præerat, & Eccleſiam pauit an.20.

A Euſtachius princeps ſacerdotum ædis Palatinæ præfuit 8. imperante Baſilio Porphyrogenito.

Alexius gubernator monaſterij ſtudij monachus præfuit annis 18.

Michaël cognomento Cerularius imperante Conſtantino Monacho. Hic cum in ſuum monaſterium ad feſtiuitatem cœleſtium copiarum quæ ibi colebantur celebrandum iturus eſſet, miſſa illuc cohorte militum, ab Iſaacio Comneno imperatore relegatur, & paulo poſt tempore moritur:

Conſtantinus Lichudes præſes & proueſtiarius imperatoris Iſaaci conſtituitur, qui Eccleſiam gubernauit per annos 4. menſes 6.

Ioannes Xiphilinus in ſedem euehitur imperante Conſtantino Duca, qui Eccleſiam pauit annos 11. menſes 7.

Coſmas monachus Michaële Ducæ filio imperante 5. m. 9. Alexij Comneni imperio.

Euſtathius monachus ſpado dignitatem vſurpauit per annos 3.

Nicolaus monachus cognomento Grammaticus Alexij B Comneni tempore præfuit Eccleſiæ per annos 27.

Hæc ex Ioanne Zonara ſunt poſt Niceph. collecta, quæ vero ſequuntur ex Niceta hiſtoriis.

Leo Styppiota Manuelis Comneni temporibus moritur.
Michaël monachus Acuti monaſterij.
Coſmas Atticus.
Theodoſius Alexij Comneni imperio ceſſit Patriarchatu.
Baſilius Camatterus.
Doſitheus Iſaaci tempore.
Gregorius Xiphinus præfuit ſeptem an.
Ioannes Camaterus.

EPISCOPORVM,

ſiue

PONTIFICVM ROMANORVM

Secundum Ordinem à GILB. GENEBRARDO C *Archiepiſcopo Aquenſi, aliiſque nonnullis obſeruatum;*

SERIES CHRONOLOGICA.

An. Chriſti.	Num. Pont.	
		SI ſucceſſionis Romanorum Pontificum habeatur ratio, IESVS-CHRISTVS Deus homo, natus ſecundum carnem ex Maria ſemper Virgine 25. Decembris die anni ab orbe conditi 4021. & ab Imperio Octauiani Auguſti Cæſaris 42. In crucis verò patibulo pro totius mundi remedio ſub Tiberio, ab annis 18. imperante, mortuus, annum agens ætatis ſuæ 33. & menſem tertium, hîc nequaquam inſerendus; non quod nuſquam Romæ fuerit conuerſatus: ſed quòd cum Sacerdos ſit in æternum ſummus Pontifexque noſter perpetuus, ei ſuccedere valeat nullus, niſi ſub Vicarij D titulo. Quo quidem Petrum Apoſtolum ſic à Chriſto inſtitutum, & ſuprema authoritate ſuffultum ſummo iure primitus decoramus.
70		S. Petrus Apoſtolus, cui vniuerſum Eccleſiæ regimen commiſit IESVS-CHRISTVS, tranſactis annis 5. Hieroſolymis, 7. Antiochiæ, Romæ vero 24. menſibus 5. diebus. 12. affixus cruci pedibus ſurſum, & capite deorſum pendente 29. Iunij, ann. 69. Obiit Romæ, eo plane die, & anno quo Paulus capite truncatur, periniquâ Neronis ſententiâ ambo damnati. Sed antea compluręs ex diſcipulis ſuis Epiſcopos creauerat, & in varia regna miſerat ad prædicandum Dei Euangelium ſpeciatim in Gallias, ad Læmouicenſes, Tholoſanos & Burdegalenſes Martialem: ad Remenſes Sixtum. Arelatenſes Trophimum, (ex cuius prædicationis fonte tota Gallia fidei riuulos accepit) Senonenſes Sabinianum: Cœnomanenſes Iulianum: Viennenſes Creſcentium: Catalaunenſes Memmiū: Claromontenſes ſeu Aruernos Auſtremonium: Xanctones Eutropium: Metim ſeu Mediomatricum Clementem & alios complures Presbyteros à quibus primitias noſtræ Religionis hi populi ſuſceperunt. Atque ita poſtquā S. Petrus munus ſibi commiſſum geſſit, an. 36. m. 5. & d. 12. Eccleſiæ vniuerſæ regimini ſucceſſit. E
81	2	S. Linus Tuſcus, Rom. ſedit an. 11. m. 3. d. 12. antea Petri coadiutor cùm extra vrbem proficiſceretur.
93	3	S. Clerus Roman. ann. 22. menſ. 1. dies 11.
102	4	Clemens Roman. ann. 9. menſ. 6. dies 7. F
102	5	Anacletus Athenienſis, an. 9. m. 2. d. 10.
121	6	Euariſtus Græcus, an. 9. menſ. 10. dies 2.
122	7	Alexander Roman. an. 7. menſ. 10. dies 2.
129	8	Sixtus Rom. an. 10. m. 3. d. 21.
139	9.	Teleſphorus Græcus, an. 1. m. 3. d. 31. reſtitutor Quadrageſimalis ieiunij: triplicis in Natali Dominico Liturgiæ, in eademque doxologiæ concinnandæ auctor.
150	10	Higinus Athenienſis, an. 4. menſ. 3. dies 4.
154	11	Pius I. Aquileienſis, an. 9. m. 4. d. 3.
163	12	Anicetus Syrus, ann. 9. m. 4. d. 13.
172	13	Soter Campanus, ann. 9. menſ. 3. dies 21. G
181	14	Eleuter Græcus, an. 15. menſ. 3. d. 2.
196	15	Victor primus, Afer, an. 10. m. d. 10. Celebris paſchali diſputatione.
206	16	Zepherinus Roman. Sedit ann. 7. m. 7. d. 10. Canones ſanxit de communione Laicorum annua, circa feſtum Paſchæ.
214	17	Calixtus Rom. an. 6. m. 1. d. 10.
220	18	Vrbanus primus Rom. an. 4. m. 10. d. 12.
224	19	Pontianus Roman. ann. 9. menſ. 5. d. 2.
234	20	Anterus, Græcus, ann. 5. menſ. 1. d. 12.
239	21	Fabianus Romanus, annos 13. menſ. 11.
252	22	Cornelius Rom. ann. 2. menſ. 3. d. 3. Schiſma de rebaptizandis hæreticis ſuſtulit. H
254	23	Lucius I. Rom. ann. 3. menſ. 3. d. 3.
257	24	Stephanus Roman. ann. 7. menſ. 5. d. 2.
264	25	Sixtus II. Athenienſ. an. 1. menſ. 10. d. 23.
266	26	Dionyſius Monachus, an. 6. m. 2. d. 4.
273	27	Fœlix Romanus, ann. 4. menſ. 3. d. 15.
277	28	Eutichianus Tuſcus, an. 1. menſ. 1. d. 1.
278	29	Caius Dalmata, ann. 11. menſ. 4. d. 12.
286	30	Marcellinus Roman. ann. 6. m. 2. d. 16.
302	31	Marcellus Roman. ann. 6. menſ. 5. dies 21.

	An. Chriſt.	Num. Pont.	
			dies 11. Hic tit. Cardinalibus diuiſit.
A	307.	32	Euſebius Græcus, ann.4. menſ. . dies 3.
	311	33	Miltiades communiter Malchiades, Afer, an.4. menſ.7. dies 9.
	315	34	Syluester Rom. ann.23. menſ. 10. dies 11. Altare lapideum chriſmate ſacratum In locum lignei ſubſtituit.
	338	35	Marcus Roman. an.2. menſ.8. dies 20. cantum Symboli Niceni Sacris inſeruit.
	341	36	Iulius Roman.ann.15. menſ.2. dies 6. Cœmeteria ſacrari fecit.
	356	37	Liberius Roman. ann. 12. menſ.3. dies 4.
	368	38	Fœlix Roman. Sedit an.1. menſ.4. dies 2.
	369	39	Damaſus Luſitan. an.19. menſ. 3. dies 11. Breuiar. D.Hieron. ordinandum mandauit.
B	388	40	Siricius Rom. an.15. menſ.11. dies 25. die verò Paſchatis iudicium Alexandriæ Ecclaſiæ probat.
	403	41	Anaſtaſius Roman. ann. 3. menſ.1. dies 10.
	406	42	Innocentius Alban.ann.13.menſ.2. dies 25.
	421	43	Zoſimus Græc. an.1. m.3. dies 12.
	423	44	Boniſacius Roman. ann. 3. menſ.8. dies 17.
	426	45	Cœleſtinus Campan. an.8. menſ.8. dies 17.
	434	46	Sixtus III. Romanus annos 8. dies 18.
	442	47	Leo Magnus Tuſcus, ann.21. m.1. dies 13.
	463	48	Hilarius Sardus, ann. 7. menſ. 3. dies 10.
C	470	49	Simplicius Tyburtin. ann. 15. m.1. dies 7.
	485	50	Fœlix III. Roman. ann.6. menſ.11. dies 17.
	462	51	Gelaſius Afer, ann.5. menſ. 8. dies 17. hic Collectarum Eccleſiaſticarum, & Hymnorum partim Concinnatos & Conditor.
	498	52	Anaſtaſius II. Rom. an.1. menſ.10. dies 24.
	500	53	Symmachus Sardus, an.15. menſ.6. dies 22.
	515	54	Hormiſda Campan. Sedit ann. 7. dies 18.
	524	55	Ioannes Tuſcus, Sedit an.2. menſ.8. dies 28.
	527	56	Fœlix IV. Samnius, ann.4. menſ.2. dies 13.
	531	57	Bonifacius II. Roman. Sedit an.2. dies 2.
D	533	58	Ioannes II. Roman. Sedit ann.2. menſ. 4.
	535	59	Agapetus Roman. Sedit menſ. 11. dies 19.
	536	60	Syluerius Campan. Sedit an.1. m.5. dies 12.
	537	61	Vigilius Rom. Sedit an.18. menſ.6. dies 26.
	555	62	Pelagius Roman. Sedit an.4. m.10. dies 28.
	562	63	Ioannes III. Rom. ann.12. menſ. 11. dies 26.
	576	64	Benedictus Rom. Sedit ann.4. m.1. dies 28.
	580	65	Pelagius II. Roman. Sedit ann.10. menſ. 2. dies 10. recitationi Breuiarij Clericos adſtrinxit.
	590	66	Gregorius Magnus Monachus Roman. certum cantandi modum in Ec-

An. Chriſt.	Num. Pont.		
		cleſia præſcripſit. Sed.an.13.m.6.d.10.	
604	67	Sabinianus Bledenſis Tuſcus, an.1. menſ.5. dies 9.	E
607	68	Bonifacius III. Rom. ann.3. m.9.	
608	69	Bonifacius IV. Marſius Sedit an.6. m.8. d. 13. Is verſo Pantheo in templum S. Mariæ Virginis & omnium Martyrum, feſtum omnium SS. ad Kal. Nouemb. indixit.	
615	70	Deuſdedit Rom.an.3.m.3. d.20.	
618	71	Bonifacius V. Neapolitan. ann.5. d.20. Is prohibuit ne vi traheretur qui ad Eccleſias confugiſſet.	
623	72	Honorius Campan. ann.12. m.11. dies 17.	
637	73	Seuerinus Roman. an.1. menſ.2.	
638	74	Ioannes IV. Dalmata, an.1. menſ.9. dies 9.	
640	75	Theodorus Græcus, Sedit ann.6. m.5. d.18.	
646	76	Martinus Tudertin. ann.6. menſ.5. dies 26.	F
653	77	Eugenius Rom.an.2. menſ.9.	
657	78	Vitalianus Volſcus, an.14. m.6.	
671	79	Deodatus Monachus Rom. ann.4. menſ.2. d.5.	
675	80	Domnus Romanus, an.5. menſ.5. dies 10.	
680	81	Agatho Siculus, an.2. m.6. d.16.	
684	82	Leo Siculus, an.2. m.10.	
686	83	Benedictus II. Roman. menſ.10. dies 12.	
687	84	Ioannes V. Antiochen. Sedit an.1. menſ.2. d.19.	
688	85	Conon Thrax, menſ.11. d.3.	
689	86	Sergius Antiochenus, an.13. m.8. dies 23. preculam, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, &c. Liturgiæ inſeruit.	
702	87	Ioannes VI. Græcus, ſedit ann.3. menſ. 3.	G
705	88	Ioannes VII. Græcus, an.2. menſ.7. dies 17.	
707	89	Siſinnius Antiochen. dies 20.	
707	90	Conſtantinus Syrus, an.7. d.20.	
714	91	Gregorius II. Rom. an.16. menſ.9. dies 11.	
730	92	Gregorius III. Syrus, an.10. menſ. 8. dies 24.	
741	93	Zacharias Græcus, an.10. menſ.3.	
752	94	Stephanus II. Roman. d.13.	
752	95	Stephanus III. Rom.ann.5.menſ.11	
756	96	Paulus Rom. an.10. menſ.1.	
768	97	Stephanus IV. Monachus Siculus ann.4. m.5. d.24.	
772	98	Adrianus Roman. Sedit ann. 23. menſ.10. d.17. hic quotidie in atrio Lateran. alebat 100. pauperes.	
796	99	Leo III. Rom. an.20. menſ.5. d.18. inſtitutor Litaniarum tribus ante Aſcenſionem.	H
817	100	Stephanus V. Romanus, menſ. 6. dies 24.	
817	101	Paſchalis Roman. ann.7. menſ.3. dies 17.	
824	102	Eugenius II. Roman. an.4. menſ.6. dies 24.	
828	103	Valentinus Roman. Sedit ann. 8. menſ.1. d.10.	
828	104	Gregorius IV. Rom. an.10.	
844	105	Sergius II. Rom. an.3.	
847	106	Leo IV. Monach. an.8. menſ.3. d.6. Nota. Hic Heretici videlicet inter Leonem 4. & Benedictum 3. aſſuunt fabulam Ioannæ Papiſſæ, quam prolixè refutat Genebrard.	
855.	107	Benedictus III. Roman. ann. 2.	

	An. Chriſti	Num. Pont.	
			menſ. 6. d.9
A	858.	108	Nicolaus Magnus, Roman. ann. menſ.7. d.13.
	868	109	Adrianus II. Roman. Sedit aun.5. menſ. 9. d.12.
	874	110	Ioannes VIII. Rom. anu.10. d.2.
	884.	111	Martinus II. Gall. an.1. menſ.5.
	885	112	Adrianus III. Rom. an.1. menſ.5.
	886	113	Stephanus VI. Roman. anno 6. d.11.
	892	114	Formoſus Romanus, anno 5. menſ. 6.
	898	115	Bonifacius VI. Tuſcus, d.26.
	899	116	Stephanus VII. Roman. anno 1. menſ. 3.
	899	117	Romanus Tuſcus, menſ.3.
	899	118	Theodorus II. Rom. d.20.
	899	119	Ioannes IX. Romanus anno 2. d. 15.
	901	120	Benedictus IV. Roman. anuo 3. menſ. 4.
B	904	121	Leo V. Ardeatinus menſe primo, dies 10.
	904	122	Christophorus Rom. menſ.7.
	905	123	Sergius III. Romanus, anno 7. menſ.4. d.16.
	913	124	Anaſtaſius III. Rom. an.2.
	915	125	Landus Sabinenſis, menſe ſexto, d. 21.
	916	126	Ioannes X. Roman. an.13. menſ.2. d. 3.
	929	127	Leo VI. Rom. menſ.7. d.15.
	930	128	Stephanus VIII. Rom. an.2. menſ.1. d. 12.
	932	129	Ioannes II. Roman. anu.4. menſ.10. d.15.
	937	130	Leo VII. Rom. an.3. menſ.6. d.10.
	940	131	Stephanus IX. Germanus, anno 3. menſ.4. d.12.
C	943	132	Martinus III. Roman. an.3. menſ.6. d. 10.
	947	133	Agapetus II. iunior, Rom. ann.7. menſ.9. d.10.
	955	134	Ioannes XII. Roman. an.9. menſe 3. dieb.5.
	963	135	Leo VIII. Rom. an.1. menſ.4.
	965	136	Ioannes XIII. Rom. ann.6. menſ.11. d.1.
	972	137	Benedictus V. dictus 6. Rom. an.1. menſ. 6.
	973	138	Donus II. Rom. an.1.
	974	139	Bonifacius VII. Romanus, menſ.8. d. 5.
	975	140	Benedictus VI. dictus 7. Roman. an.8. menſ. 6.
	984	141	Ioannes XIV. Papienſis aliis Rom. menſ. 3.
	984	142	Ioannes XV. Roman. m.8.
	985	143	Ioannes XVI. Rom. an.10. menſ.8. d. 10.
D	995	144	Gregorius V. Saxo ann.2. menſ.5. d. 10.
	997	145	Ioannes XVII. Græcus, menſ.10.
	998	146	Sylueſter II. Gallus Aquitanicus, primò Monachus S. Geraldi Aureliacenſis, Diœceſis S. Floris dein Archiepiſcopus Remenſis 40. & Rauenas creatus, 1. Nouemb. Sedit an.4. m.1. dies.10. obiit 12. Maij 1003.
	1003	147	Ioannes XVIII. Roman. m.4. d.20.
	1003	148	Ioannes XIX. Rom. an 4. menſ.4.
	1007	149	Sergius IV. Roman. an.2. d.15.
	1009	150.	Benedictus VII. dictus 8. Tuſculan. an.2. m.1. d.13.
	1020	151	Ioannes XX. Tuſculanus, anno 2. menſ.1. d.9.
E	1 3.	152	Benedictus VIII. Tuſculan. Sedit an.13. m.4. d.
	1044	153	Sylueſter III. Roman. menſ. 1. d. 19.
	1044	154	Gregorius VI. Rom. an.2. menſ.6.
	1046	155	Clemens II. Saxo. menſ.9.
	1048	156	Damaſus II. Bauar. d.23.
	1048	157	Leo IX. Alſatius, ann.5. menſ. 2. dieb. 6.
	1054.	158	Victor Sueuus, ann. 2. menſ. 3. d. 14.
	1057	159	Stephanus X. Lotharingus m.7. d. 18.
	1058	160	Benedictus IX. Campanus, menſ.9. d. 20.
	1059	161.	Nicolaus Allobrox, ann.3. menſ.6. d.26.
	1062	162	Alexander II. Mediolanenſ. ann.11. menſ.6.
	1073	163	Gregorius VII. Hildebrand. an.12. m.1. d.3.
F	1087	164	Victor III. Beneuentan. anno 1. menſ. 4.
	1088	165	Vrbanus II. Gall. Oppido Caſtellionis, Diœceſis Remenſis, Monachus Cluniacenſis, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis à Gregorio VII. antea creatus; doctus piúſque Confirmator Ordinis Ciſtercienſis. Precum horariarum D. Virginis, & expeditionis in Turcas & Sarracenos auctor fuit, ad recuperandum Hieroſolymam quæ 490. annis circiter, poſtquam eam Sarraceni occupaſſent, capta eſt 39. die obſidionis an.1099. Feria 6. hora qua Chriſtus mortuus eſt, Duce Godofredo Bulionenſi Lotharingiæ Principe. Sedit anno 12. menſ.4. d.19.
G	1099	166	Paſchalis II. Tuſcus, an.18. menſ.6. d. 7.
	1118	167	Gelaſius II. Caietan. ann. 1. d.5. obiit Cluniaci in Gallia.
	1168	168	Callixtus II. Burgundus, Gulielmi Comitis Burgundiæ filius, Archiepiſcopus Viennenſis à Cardinalibus qui cum Gelaſio II. Cluniacum venerant, PP. electus eſt 1. Februar. Sedit an.5. m.10. d.13.
	1125	169	Honorius II. Imolenſis, anno 5. menſ.2.
	1130	170	Innocentius II. Rom. an.14. m.7. d. 13.
	1144	171	Celeſtinus II. Tuſculan. menſ. 5. d. 13.
	1144	172	Lucius II. Bononienſis, menſ. 11. d. 4.
	1154.	173	Eugenius III. Piſanus, an.8. menſ. 4. d.20.
H	1153	174	Anaſtaſius IV. Rom. an.1. menſ.4. d. 24.
	1154	175	Adrianus IV. Anglus, anno 4. menſ. 10.
	1159	176	Alexander III. Senenſis, ann. 22. d. 19.
	1181	177	Lucius III. Lucenſis, an.4. menſ.2. d. 18.
	1185	178	Vrbanus III. Mediolan. ann. 1. menſ.10. d.25.
	1187	179	Gregorius VIII. Beneuentan. Sedit menſ.1. d.27.
	1188	180	Clemens III. Roman. an.3. m.5.
	1191	181	Celeſtinus II. Roman. ann.6. m.7. d. 11.
	1198	182	Innocentius III. Anagnin. Sedit ann.18. m.7. d.10. Quinque librorum

	An. Christi	Num. Pont.	
			Decretalium Conditor.
A	[illegible]	183	Honori[illegible] II [illegible] Rom.ano [illegible] m. . d.ſ5.
	1227	184	Gregorius I[illegible]. Anagninus, ann. 14. menſ.15. vetuit ius ciuile legi Lutetiæ.
	1241	185	Celeſtious IV. Anagninus, d.18.
	1243	186	Innocentiua IV. Genuenſis, ann. 11. m.6.d.15.
	1254	187	Alexander IV. Anagninus, an.6. m.5. d.5.
B	1261	188	Vrbanus IV. Iacobus *Pantaleon* antea dictus, Gallus Trecenſis, quæ Campaniæ vrbs eſt, Doctor Iuris & Theologiæ, humilibus & pauperibus Parentibus natus, Patrem enim baboit Sutorem; primò fuit Archidiaconus Eccleſiæ Laudunenſis; poſtea Epiſcopus Virdunenſis, & Patriarcha Hieroſolymitanus, tandem Summus Pontifex, feſtum Sacramenti Corporis Domini promulgauit D. Thoma officium componente. Sedit an. 3. menſ.9. d.4. Obiit Peruſij anno Dom. 1364. Cadauer eius in Cathedrali Eccleſia S. Laurentij ſepultum eſt.
C	1265	189	Clemens IV. Gallus Narbon. antea Guido Fulcodij dictus, ob doctrinam (erat enim Iuriſconſultorum totius Galliæ Primarius & Aduocatus celeberrimus) & ſanctitatem, mortua vxore Epiſcopus Anicienſis, deinde Archiepiſcopus Narbonenſis, poſtea Cardinalis Sabinus ab Vrban. PP. IV. creatus Initio Pontificatus lites & diſcordias, quæ erant inter Henricum Regem Angliæ, & Simonem Montisferrati Comitem compoſuit; At Vrbano IV. mortuo abſens, rediens Angliæ legatione Peruſij 7. Febr. 1365. Pont. Max. renunciatus eſt. Sedit an.3. d.21.
	1271	190	Gregorius X. Placentin. ann.4. m.7.d.10.
	1276	191	Innocentius V. Petrus de la Tarentaiſe antea dictus Burgundus, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Theologiæ Profeſſ. primò Archiepiſcopus Lugdunenſis, poſtea Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis PP. electus 21. Ian. an.1276. obiit Romæ 23. Iunij eodem an. rexit m.6.d.2.
	1276	192	Adrianus V. Genuenſ. m.1.d.9.
	1276	193	Ioanne XXI. Luſitan.m.8.
	1277	194	Nicolaus III. Roman. an.3. m.8. d. 15.
D	1281	195	Martinus IV. Gallus ex Bria, Simo dictus ex Canonico & Theſaurario Eccleſiæ S. Martini Turonenſis, Presbyter Card. creatur ab Vrbano 4. At mortuo Nicolao 3. Viterbij, à Cardinale creatur 22. Februar. 1281. PP. Obiit 28. Martij 1281. rexit an.4.m.1.
	1285	196	Honorius IV. Rom.an.2.d.1. Carmelitarum Reformat. & Auguſtin. Hieremitar. Confirmatos.
	1288	197	Nicolaus IV. Aſculanus, an.4. m. 1. d. 8. primus è Franciſcanorum ordine.
	1294	198	Cœleſtious V. Sedit m.5.d.7. vltro ſe Pontificatu abdicauit Cœleſtinorum Pater.
	1294	199	Bonifacius VIII. Anagn. an.8.m.8. d.17. Sexti Decretalium, Auctor.
E	1303	200	Benedictus Taruiſinus, menſ. 8. d.17.
F	1305	201	Clemens V. Antea Bertherandus *Goth.* dictus, Gallus ex oppido *Michandran*, Diœceſis Burdegalenſis ortus, filius Berouualdi Equitis D. de *Villandram* à Bonifacio octauo primus Epiſcopus Conuenarum per quinquennium, mox Archiepiſcopus Burdegalenſis creatus fuit, qui poſt obitum Papæ Benedicti, cum Cardinales inter ſe diſcordes eſſent, vt vnum ex ſuo corpore Pontificem Orbi darent, poſt longum 9. menſium & dierum 6. Interregnum, abſens & Burdegalæ commorans extra Collegium Cardinalium, Peruſij 9. Iunij, anno 1305. Pontifex Maximus omnium Cardinalium ſuffragiis, & miro Cardinalis Pratenſis aſtu, Regi Francorum in hac re gratificari cupientis, renunciatus eſt, qui audita & approbata electione ſua Lugdunumque ſequenti Auguſto veniens, omnes ad ſe ex Italia conuocauit Cardinales, ibique in Eccleſia S. Iuſti 11 Nouembr. eiuſdem anni, ſuæ Coronationis inſignia ſuſcepit, cui interfuère Philippus Rex Franciæ, eiuſque frater nuper ex Italia reuerſus, & Ioannes Britanniæ Dux, qui ruina cuiuſdam veteris muri oppreſſus, moritur cum pleriſque aliis, dum pompa per vrbem ducitur. Hic toto ſuo Pontificatu in gratiam Regis, in Gallia permanſit, quem & eius ſucceſſores imitantes omnes ad Gregorium XI. vſque trans montes permanſerunt, Auenione Romana ſede locata, per annos 74. Obiit anno Domini 1314. 22. Aprilis in itinere Auenione Burdigalam proficiſcens. Apud Rocam Mauram* Prouinciæ ſuper Rhodanum Oppidum. Cadauer in Eccleſia B. Mariæ d'Vzeſta Diœceſis Vaſatenſis, quam fundauerat & dotauerat in loco Campeſtri vbi ſepulchrum marmoreum & alabaſtro miro ordine conſtructum, ab hæreticis anno 1568. euerſum fuit, in quo quæ ſequuntur inſcripta legebantur * *Roquemaur en Prouence.*
G			*Hic iacet fœlicis recordationis Dominus Clemens Papa V. fundator Eccleſiarum Collegiatarum de Vzeſta, & de Vinhen Drandro, qui obiit apud Rupem Mauram Nemauſenſis Diœceſis die 20. Aprilis Pontificatus ſui anno 9. Portatus verò ad iſtam Eccleſiam B. Maria de Vzeſta, anno Domini M. CCCXIV. XXVII. Die Auguſti tunc proxima, & ſepultus die... ann. Domini M.CCCLIX.*
H			Atque ita rexit vniuerſam Eccleſiam an.8. m.10. d.15. Vacauit ſedes ann.2.m.3.d.17.
	1315	202	Ioannes XXII. à quibuſdam 23. Caturcenſis antea Iacobus d'Euſa dictus, Patre Sartore natus, primo Epiſcopus Foro-Iulienſis per tr. annos deinde Archiepiſcopus Auenionenſis à Clemente V. anno 1310. ab eoque creatus S.R.E. Cardinalis Portuenſis in 3. creatione, anno 1312. tandem morte Clementis VII. menſis Auguſti, anni 1316. à Cardinalibus Lugduni, præſens Summus Pontifex renuncia-

An. Christi.	Num. Pont.	

A nunciatus eſt, cum Sedes vacaſſet 2. annis & menſibus quibuſdam. Eccleſiam Epiſcopalem Tholoſanam, quam vnicè dilexerat, in Archiepiſcopalem erexit, in cuius Diœceſi, Abbatias ſex in Epiſcopatus, & Caſtella in Ciuitates tranſtulit, vt haberet Archiepiſcopus quibus cum dignitate præeſſet: Diœceſes quoque Archiepiſcopatui Narbonenſi adſcripſit, Limoſam, Abbatiam S. Pontij: Adeò rebus nouis ſtuduit, vt in Prouincia Bituricenſi Primæ Aquitaniæ, quinque ſimplices Epiſcopatus bifariam diuiſerit: & quatuor in Prouincia Burdigalenſi Aquitaniæ Secundæ, diuiſit etiam Epiſcopatum Pictauienſem in tres, in Pictauienſem, Maleacenſem, & Locionenſem, ſic Abbatias in Epiſcopatus, & Epiſcopatus in Abbatias viciſſim tranſtulit, B Clementinas iuſſit legi in Vniuerſitatibus, Author & Conditor fuit Extrauagantium: Inſtituit Vniuerſitatem Caturcenſem in Iure Canonico & Ciuili. Obiit Auenione 4. Decembris, anno 1334. natus 90. annis Pontificatus 19. anno & 4. menſibus, Reliquit in ærario Pontificio Aureorum floren. decies & ſepties centena millia.

1335 203 Benedictus XII. Iacobus *Du-Four*, antea dictus natus in Caſtello de Sauerdum, Diœceſis Tholoſanæ Patre Molitore, Religioſus Ordinis Ciſtercienſis, Doctor Theologus eximius, primo Abbas Fontis Frigidi Narbonenſis Diœceſis, poſtea Epiſcopus Apamienſis, deinde Mirapicenſis, & à Ioanne XXII. Papa prædeceſſore ſuo Presbyter Cardinalis creatus, Tit. S. C Priſcæ, anno 1328. Pontifex Auenioni creatus fuit 21. Decemb. an. 1334. coronatus 8. Ian. 1335. Conditor Benedictinæ pro reformatione Benedictinorum & Ciſtercienſium, Collegium & Templum Bernardinorum Pariſiis fundauit. Obiit 25. April. 1342. ſic rexit 9. an. 4. menſ.

1342 204 Clemens VI. antea Petrus Rogerij de Malomonte dictus, Nobilis Diœceſis Læmouicenſis, Monachus profeſſus in Abbatia Caſæ Dei, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Claromontenſis, inde Theologiæ operam nauaturus Pariſios ſe contulit; cumque annum 30. attigiſſet, Magiſterium Theologiæ adeptus eſt; Fuit vir multæ doctrinæ compoſitæq; eloquentiæ liberalis in omnes, clemens, & perhumanus, inde Prior Fiſcanenſis in Normania, D & ſtatim poſt Abbas electus eſt, & poſtea Epiſcopus Attrebatenſis à Ioanne XXII. PP. Philippi Valeſij Regis à cõſiliis fuit, cuius poſtulatione Archiepiſcopus Senonenſis electus eſt. At anno 1340. ad ſedem Rothomagenſem tranſlatus, cum eſſet Presbyter Cardinalis à Benedicto XII. creatus TT. SS. Nerei & Achillei, anno 1337. poſt cuius obitum 5. Maij 1342. Summus Pontifex renunciatus eſt, & Coronationis cæremoniæ perfectæ fuere 19. eiuſdem menſis, & anni in Eccleſia, Fratrum Prædicatorum Auenioni: Comitatum Belliſortis Guillielmi fratris nomine emit, & Vrbem Auenionenſem à Ioanna filia Roberti Siciliæ Regis Collegium Sorbonæ Pariſiis ædificari curauit: E S. Iuonem SS. Cathalogo inſcripſit. Obiit Auenione 6. Decembr. 1352. inde ad monaſterium Caſæ Dei corpus tranſlatum & humatum eſt, ita annis 10. menſibus 6. & diebus 28. clauum tenuit Eccleſiæ.

1352 205 Innocentius VI. Stephanus Alberti ante vocatus patria Læmouicenſis, primò fuit Cauſidicus, mox Iudex maior Tholoſæ, erat vtriuſque Iuris doctiſſimus, at Clericus factus Epiſcopus Nouidunenſis, & paulò poſt Claromontenſis electus eſt, & à Clemente 6. an. 1342. Presbyt. Cardinal. SS. Ioannis & Pauli TT. Pammachij, & demum Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Velitetanus creatus, quo mortuo, Auenione in eius locũ omnium Cardinalium ſuffragiis 18. Decembr. an. 1352. Pontifex maximus renunciatus eſt, & 23. eiuſdem F menſis Coronationis ſuæ inſignia ſuſcepit. Tholoſæ Collegium nominis S. Martialis, Iuri conſtruxit & dotauit, ſtatuens, vt in eo 4. Presbyteri, & 20. Pauperes ſcholares, ſex videlicet de Prouincia Lemouicenſi, 4. de Tholoſana, cæteri de vndecumque in futurum eligerentur à Scholaribus, & Archiepiſcopis Tholoſanis confirmarentur. Rexit annis 9. menſib. 8. & diebus 26. Obiit 12. Septembris 1372. Auenione. Sepultus ibidem in Eccleſia Cathedrali, poſtea ad Eccleſiam Carthuſianorum apud Villam nouam tranſlatus.

1363 206 Vrbanus V. Magiſter frater Guillelmus Grimoaldi antea vocatus, religioſus Ordinis S. Benedicti in Abbatia Chiriacenſi Diœceſis Mimatenſis, G filius Domini de Briſſac Militis Galli & Amphelisæ *de Montferrant*, eiuſdem Diœceſis Mimatenſis, Doctor & Profeſſor fuit Iuris Canonici in Vniuerſitate Montiſpeſſulana, & Auenionenſe, poſtea Doctor in Sacra Theologia, deinde Abbas S. Germani Altiſſiodorenſis, poſtea S. Victoris Maſſilienſis, & Epiſcopus Vticenſis ab Innocentio VI. factus fuit, ab eoque ſæpius in Italiam Legatus miſſus: Quo mortuo Auenione, omnium Cardinalium ſuffragiis abſens 27. Septemb. 1362. Pontifex Maximus renunciatus eſt; Auenionem veniens 6. Nouembris, conſecratus ſimul & coronatus. Sedit an. 8. menſ. 1. & dies 17. Obiit 9. H Decembris Auenione anno 1370. iacet in dicta S. Victoris Abbatia.

1371 207 Gregorius XI. Petrus Rogerius *de Beaufort* antea vocatus, Gallus, Diœceſis Læmouicenſis ex Oppido Malmonte oriundus, filius Guillelmi Comitis Belliſortis, fratris Clementis 6. Fratrem quoque habuit Guillielmum Turonenſem Vicecomitem, reuerſus ab Vniuerſitate Peruſiana, ab Auunculo Clemente 6. Protonotarij S. Sedis dignitate decoratur, poſtea cum eſſet Archidiaconus Eccleſiæ Senonenſis, & Eccleſiæ Pariſienſis Canonicus, atque Eccleſiæ Baiocenſis Decanus, ab eodem Clemente 6. S. Mariæ Nouæ

Dia

An. Chriſt.	Num. Pont.	
		A Diaconus Cardinalis creatur, qui mortuo Vrbano Papa V. in eius locum Auenione omnium Cardinalium ſuffragiis 30. Dec. 1371. Pont. Maximus renunciatus, die Epiphaniæ conſecratus & coronatus eſt. Sedit annos 7. menſ. 2. & d. 9. Sedem Pontificiam poſt 70. annum, Romam, Auenione retulit ſuaſione & litteris S. Catharinæ Senenſis, & Baldi Peruſiani Iuriſconſulti, & ſic obiit Romæ 27. Martij 1378. Cadauer eius in Eccleſia S. Mariæ Nouæ ſui tituli ſepultum eſt.
1378	208	Vrbanus VI. Neapolitan. Romæ electus 2. April. 1378. Sedit ann. 11. menſ. 8. Viſitationis feſtum induxit. Obiit 15. Octob. 1389.
		CLEMENS VII.
1378		Mortuo Gregorio XI. ingens Schiſma oritur. Nam Ciues Romani expetentes Pontificem Romæ ſedere, vi & (B) minis, multáque populi magnitudine coëgerunt Cardinales in Concilio Vrbanum VI. Neapolitanum eligere 2. Apr. 1378. qui cùm Roma receſſiſſent & ad fundam vrbem Campaniæ Romanæ perueniſſent, omni timore liberi & ſoluti, Vrbani electionem non Canonicè, ſed vi & violentia factam nullam & irritam declararunt, & in Vrbani locum Robertum Gabennenſem * Gallum Pontificem elegerunt 20. Sept. eodem anno 1378. qui Clemens VII. nuncupatus fuit, à quo genere, Nobili, ſed virtute nobiliore, Magnanimo, Potentique, magna ſperabant, contra factionem Romanorum. Erat enim filius Amedæi Comitis Gabennenſis, & Meltidis de Polonia, a prima ætate Canonicus Eccleſiæ Pariſienſis, deinde Epiſc. Morinenſis, poſtea Cameracenſis conſtituitur. (C) At à Gregorio XI. Pp. auctis honoribus creatus Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. 12. Apoſtolorum 6. Iul. 1370. poſt coronationem Auenione ſe recepit, alter in alterum & Cardinales cuiuſque factionis, Cenſuris ſæuiebat. Durauit hoc Schiſma 36. annis ad Concilium Conſtantienſe vſque. Sedit Auenione, annis 15. menſ. 11. diebus 23. contra Vrbanum VI. & Bonifacium IX. Clementi Francia, Hiſpania, Scotia, Nauarra, & Neapolitana adhæſerunt. Migrauit ad Chriſtum 16. Septembris 1394. vti legitur in eius Epitaphio in æde Cœleſtinorum Auenioni, cuius fuit fundator. * *de Geneue.*
D 1404	209	Bonifacius IX. Neapolitan. ann. 14. m. 11. Annatas ad onera belli contra Infideles inſtituit.
1404	210	Innocentius VII. Sulmonenſis, an. 2. dies 22.
1407	211	Gregorius XII. Venetus, an. 8. m. 7. dies 5.
1409	212	Alexander V. Cretenſis, menſ. 10. dies 8.
1410	213	Ioannes XXIII. Neapolitan. an. 5. d. 15.
1417	214	Martinus V. Roman. an. 14. m. 3.
1431	215	Eugenius IV. Venet. an. 15. menſ. 11. d. 21.
1447	216	Nicolaus V. Saranenſis, an. 8. d. 19.
1455	217	Calixtus III. Hiſpanus, ano. 3. m. 3. d. 16.
1458	218	Pius II. antea Æneas Syluius dictus

An. Chriſt.	Num. Pont.	
		Senenſis, ann. 5. menſ. 11. d. 26.
1464	219	Paulus II. Venet. an. 6. m. 10. (E)
1471	220	Sixtus IV. Sauonenſ. ann. 13. d. 5.
1484	221	Innocentius VIII. Genuenſis, an. 8. d. 26.
1492	222	Alexander VI. Hiſpanus, ann. 11. d. 8.
1503	223	Pius III. Senenſis, d. 16.
1503	224	Iulius II. Genuenſis, an. 9. menſ. 3. d. 12.
1513	225	Leo X. Florentin. Melponæ quam Marti addictior; Amator doctorum hominum, niſi quod Pragmaticam tolli paſſus eſt, id eſt aculeum ad futuram virtutem, & litteras. Sedit an. 8. menſ. 8. d. 21.
1522	226	Adrianus VI. Batauus, ann. 1. m. 8. d. 6.
1523	227	Clemens VII. Florentin. ann. 10. m. 10. d. 8.
1534	228	Paulus III. Roman. an. 15. d. 29. (F)
1550	229	Iulius III. Roman. an. 5. m. 1. d. 6.
1555	230	Marcellus II. Tuſcus, d. 22.
1556	231	Paulus IV. Neapolitan. an. 4. m. 3. d. 27.
1560	232	Pius IV. Mediolanenſ. ann. 5. m. 11. d. 8.
1566	233	Pius V. Alexandrin. Ord. Prædicat. an 6. m. 3. d. 16.
1585	234	Gregorius XIII. Bononienſ. Reformatione Kalendarij, & nouorum Seminarium inſtitutione clarus, an. 12. m. 10. d. 27.
1590	235	Sixtus V. humili loco & conditione, ex Ordine Minorum ad hoc faſtigium euectus, Sedit an. 5. m. 4. d. 3. Vrbem Romanam mirificè ornauit. Antea vocatus Fr. Felix Peretus.
1590	236	Vrbanus VII. decimo tertio ab electione die obiit. (G)
1591	237	Gregorius XIV. Mediolan. ſedit m. 9. d. 10.
1591	238	Innocentius IX. Bononien. ſedit m. 2. d. 2.
1605	239	Clemens Octauus Florent. dictus Aldobrandinus, Pacis & concordiæ conciliator ſummus. Sedit ann. 13. m. vnum d. 3.
1605	240	Leo XI. Florentinus Pacis inter Galliarum & Hiſpan. Reges à Clemente VIII. miſſus auctor, obiit 25. die ab Inauguratione.
1605	241	Paulus V. Romam memoria ſæculorum dignus Pontifex, ſedit anu. 15. m. 8. d. 12.
1621	242	Gregorius XV. Bononien. pacem conciliauit inter Regem Cathol. & Ducem Sabaudiæ ante Pontificatum, quem ſumma cum laude detulit An. 2. m. 4. d. 6.
1623 *Superſtes.*	243	Vrbanus VIII. antea Cardinalis Barberinus dictus, poſt crebras legationes & innumera virtutis & eruditionis teſtimonia, euectus ad hoc faſtigium, anno 1623. d. 6. Auguſti feliciter regit. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra! (H)

Aliam ſummorum Pontificum enumerationem dabimus in loco de Pontifice nonnihil in Chronologia ab hac diſſidentem.

D ij

DE EPISCOPATIBVS, TITVLIS, ET DIACONIIS CARDINALIVM.

A

Ex Onuph. Panuinio Veronenſi.

AD inſtituti mei partia finem conuenientiẽs eſſe exiſtimaui, vt de Epiſcopatibus, Titulis, & Diaconiis Cardinaliũ, quambreuiſſimè diſſererẽ, quod cum ſæpius repetatur; idémque titulus quam duobus vel interdum tribus variatis nominibus vocitetur, neceſſaria diſtinctione vt confuſio euitetur opus habeat. Res denique maximè huic parti conſentanea erit, quæ de Cardinalibus præcipuè eſt. Et quoniam tres Clericorum ordines, Cardinalium ſibi cognomẽ aſſumpsêre, in eis explicandis temporum ordinem ſequi decreui. Quum enim primo Presbyteri, mox Diaconi, & longo tempore poſt Epiſcopi Cardinales appellari cœperint, primo loco de Presbyteris & eorũ titulis: deinde de Diaconis, & eorum Diaconiis, poſtremo de Epiſcopis & eorũ Epiſcopatib. verba faciã.

B Tituli igitur erãt templa, vel vt nunc dicitur, Eccleſiæ, ſiue loca ſacra in Sanctorum honorem aut memoriam erecta, & per vrbis regiones à Romanis Pontificibus antiquitus diſtincta, in quibus animarum cura à Presbyteris in eis commorantibus habebatur. Quibus qui præerant Presbyteri appellabantur Cardinales; hoc eſt, principales, ſimilitudine à quatuor ventis Cardinalibus, id eſt, vt ait Seruius ſuper Virgiliũ principalibus deducta. Quum enim in vnoquoque titulo plures eſſent Clerici, qui Sacramenta populis exhiberent, vel exhibentibus præſto eſſent, vt Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri, is qui omnibus præerat Presbyter à cæteris Clericis illius tituli, vel à Romano Pontifice creatus, dicebatur Cardinalis, quod omnium dignior principaliórve eſſet in eo titulo commorantium, cæteróſque Clericos regeret vel gubernaret in titulo ſibi commiſſo viuentes. De quorum origine breuiſſimè tractaturus, res eſt paulò altius repetenda.

Quum beatiſſimus Apoſtolorum princeps Petrus Catholicæ Romanæ Eccleſiæ Pontifex Primus, Sacerdotio in Orientalibus Eccleſiis, præcipuéq; Hieroſolymis, & Antiochiæ ritè

C inſtituto, in vrbem Romanam Eccleſiam fundaturus veniſſet, ex omni fidelium multitudine, præcipuiſq; noſtræ religionis cultoribus, viros quoſdam ſeniores bonum teſtimoniũ ab his qui foris ſunt habentes, plenóſque Spiritu ſancto, & ſapiẽtia, ſpectatæ fidei, & raræ probitatis, Hieroſolymitanæ, cæterarúmque Eccleſiarum Orientalium more delegit, (hi Clerici appellati ſunt) quos per manuum impoſitionem partim Presbyteros, & partim Diaconos conſecrauit; quorum opera Põtifex ipſe, ſiue Epiſcop. Romanus in inſtruenda creſcẽte tunc Eccleſia vteretur, quum ei tot millibus hominum ad fidem Chriſti quotidie venientium conſulere non eſſet integrum.

Porrò autem Presbyterorum & Diaconorum munia, vt pro ſe quiſque ſuum officium & noſceret & impigrè faceret, diuidere imprimis conducibile viſum fuit. Itaque ſummum rerum animarum ſcilicet curandarum negotium Presbyteris commiſit, vt Sacramenta Eccleſiaſtica plebi Dei adminiſtrantes, orationi & miniſtrationi verbi cum Epiſcopo vacarent.

D Diaconis autem viduarum, pupillorum & reliquorum pauperum fidelium ſubueniendorum curam demandauit; eíſque iniunxit, vt Presbyteris quoque ſacra facientibus præſto eſſent. Quorum omnium numerus quum prius modicus & incertus eſſet, ei modum ſtatuere Cletus & Euariſtus Romani Pontifices. Cletus enim (vt auctor eſt ex Damaſo Bibliothecarius) Presbyteros ad certum numerum redegit. Euariſtus verò Apoſtolorum more ad ſeptenarium numerum Diaconos in Eccleſia Romana auxit, quibus etiam iniunxit, vt Epiſcopum prædicantem propter ſtylum veritatis cuſtodirent. Porrò autem ne Presbyterorum adminiſtratio in promiſcuo eſſet, idem Euariſtus, qui tertius poſt beatum Petrum Apoſtolum Romanus Pontifex fuit, circa annum à Chriſto nato centeſimum, titulos vel (vt nunc dicimus) parœcias in vrbe Roma ipſis Presbyteris diuiſit, vt ſinguli à ſe inuicem ſecreti in ſua Vrbis regione, titulo vel parœcia confuſionis tollendæ cauſa, diuina myſteria populum erudientes, Sacramenta Dei omnibus ad ſe venientibus fidelibus exhiberent; ſingulóſque Presbyteros in vnoquoque titulo poſuit; ſufficere enim tum viſum eſt is numerus propter credentium paucitatem. Verum non longè pòſt fidelium quotidie creſcentium multitudine permotus Hyginius Romanus Pontifex, quum tot credentibus non ſufficerent hi, plures in vnoquoque titulo cùm Clericos tum Presbyteros eſſe voluit.

Hinc autem Presbyterorum Cardinalium nomen manaſſe crediderim, vt is videlicet eſſet Presbyter Cardinalis, id eſt, E principalis, qui cæteris Presbyteris eiuſdem Tituli (quos plures ab Hyginio factos fuiſſe dixi, quum prius vnus tantũ per ſingulos titulos Presbyter fuiſſet) præeſſet: ſatis enim conſtat aliquot annis poſt, ante etiam S. Siluestri Papæ tempora Cardinalis nomen in Romana Eccleſia vſurpari cœptum fuiſſe; quod non niſi ex Hyginij inſtituto oriri potuit, quum antea eo nomine vel opus nõ eſſet, quod non niſi vnus per ſingulos titulos Presbyter fuiſſet. Poſt Hyginij tẽpora in Presbyterorum Romanorum titulis, nullam mutationem factam inueni vſq; ad Dionyſij Papæ Pontificatum. Nam circa annum Chriſti 260. Dionyſius XXV. poſt Petrum Apoſtolum Pontifex Romanus, Euariſti exemplum ſecutus, quum iam religio Chriſtiana mirum in modum in vrbe creuiſſet, denuo titulos vel parœcias in vrbe Roma, quum eas ampliaſſet, Presbyteris diuiſit, ipſaſque quo quiſque ſuis finibus liminibuſque continerentur diſtribuit, pluribus per ſingulas vt Hyginius fecerat presbyteris conſtitutis, Presbyterorum quoque Romanæ F Eccleſiæ, curæ cœmeteria adiunxit, quæ quum plura eſſent, ea inter Presbyteros diſtribuit gubernanda, vt martyrum ſepulturis conſultum eſſet. Verum non longè pòſt circa annum Chriſti 305. Marcellus XXIX. poſt Petrum Apoſtolum, Romanus Epiſcopus, titulos vrbis Romæ ab Euariſto antiquitus, & primo Presbyteris datos numero limitauit, decreto ſtatuens xv. in vrbe Roma quaſi Diœceſes eſſe ad Baptiſmatis commoditatem, eorumque opportunitatem, qui ad fidem ex gentibus quotidie veniebant, quin vt etiam Martyrum ſepulcris conſuleretur, vt auctor eſt ex Damaſo Bibliothecarius; titulos autem Romanos ſiue parœcias ceſſantibus perſequutionibus adauxêre, Presbyteroſq; plures in ſingulis conſtituere, Syluester qui titulum Equitij; Marcus qui titulum S. Marci; Iulius qui titulum S. Mariæ Trans-Tiberim Liberius; Damaſus qui titulum S. Laurentij; Siricius, Anaſtaſius, Innocentius qui titulum Veſtinæ, fecerunt, & reliqui Pontifices Romani. Quum enim primo infinita Gentilium multitudo, mox vrbs & Italia omnis fidem Chriſti ſuſcepiſſet, non ſuffi- G cientibus xv. Titulis, nec his qui in eis reſidebant Presbyteris, tum ob neceſſitatem, tum ad vrbis & Romanæ Eccleſiæ ornamentum, & maieſtatem, & titulorum & Presbyterorum in vno quoque titulo numerus auctus eſt; factique ſunt tituli xxviii. quam numerum nunquam exceſſiſſe vſque ad noſtra tempora ſatis conſtat, & paulò pòſt explicabo. Qui omnes quum Eccleſiæ eſſent vel templa Diuis dicata, nomen ſortiti ſunt vel à ſanctis quibus dedicati erant, vt S. Chryſogoni, S. Cæciliæ, S. Anaſtaſiæ, S. Marci, & ſimilium: vel ab eis hominibus qui ipſos erexerunt, vt Calliſti, Damaſi, Equitij, Paſtoris, Veſtinæ, Eudoxiæ, Lucinæ, Pammachij, & ſimilium. Porrò autem xxviii. Titulorum numerum circa Innocentij I, vel Zoſimi Papæ tempora expletum fuiſſe multis coniecturis & rationibus victus crediderim. Neque enim facile poſt Zoſimum Papam inueniri poteſt, aliquem Romanorum Pontificum titulum quendam nouum addidiſſe: ſed eos vel mutaſſe vel reſtituiſſe aut exornaſſe tantum inuenitur.

Veteres autem xxviii. tituli, qui ante milleſimum & centeſimum ab hinc annum in vrbe fuerunt, quos iam ex actionibus ſynodi Romanæ ſub Symmacho Papa celebratæ, quam ex Anaſtaſio Bibliothecario excepi, ſunt hi: H

1 Titulus S. Iulij, aliàs S. Calliſti, aliàs S. Iulij & Calliſti, aliàs S. Mariæ Trans-Tiberim.

2 Titulus S. Chryſogoni Trans-Tiberim.

3 Titulus S. Cæciliæ Trans Tiberim.

4 Titulus S. Anaſtaſiæ ſub Palatio.

5 Titulus Damaſi, aliàs SS. Laurentij & Damaſi, aliàs S. Damaſi, aliàs S. Laurentij in Damaſo.

6 Titulus S. Marci ad Palatinas.

7 Titulus Equitij, aliàs S. Sylueſtri, aliàs SS. Silueſtri & Martini, aliàs S. Martini in montibus.

8 Titulus S. Sabinæ in monte Auentino.

9 Titulus S. Priſcæ in monte Auentino, aliàs SS. Aquilæ & Priſcæ.

10 Titulus S. Creſcentianæ.

11 Titulus Faſciolæ.

12 Titulus S. Caij.

13 Titulus S. Marcelli.

14 Titulus S. Suſannæ ad duas domos, aliàs SS. Gabinij & Suſannæ.

15 Baſi

[illegible] Rul-
A rum [illegible] pi & Iacob [illegible]
temporibus ſola inter has [illegible] ſt.
16. Titulus S. Cyriaci in [illegible]
17. Titulus S. Euſebij.
18. Titulus Paſtoris, aliàs S. Pudentis, aliàs S. Pudentianæ.
19. Titulus Veſtinæ, aliàs S. Geruaſij & Protaſij, aliàs S. Vitalis.
20. Titulus S. Matthæi in Merulana.
21. Titulus S. Clementis.
22. Titulus S. Praxedis.
23. Titulus Eudoxiæ, aliàs S. Petri ad vincula.
24. Titulus Lucinæ, aliàs S. Laurentij in Lucina.
25. Titulus S. Æmilianæ.
26. Titulus S. Nicomedis.
27. Titulus Pammachij, aliàs SS. Ioannis & Pauli.
28. Titulus Trigide.

Inuenitur quoque ſub Innocentio Papa primo, titulus Byzantij in vrbe Roma, ſed vel idem eſt cum aliquo ſupradictorum, quos multis nominibus vocari videmus, vel tituli
B dignitatem amiſit, vt pleriſque aliis titulis accidit, atque in eius locum fortè factus titulus Veſtinæ, aliàs S. Vitalis, qui ab eodem Papa Innocentio primo inſtitutus eſt; vt in eius vita auctor eſt Bibliothecarius. Qui autem Romanorum Pontificum, qui ſoli in vrbe Roma erigendi vel transferendi titulos ius habebant, vnumquemque ex ſupradictis, vel pòſt dicendis titulis erexerint, explicat *Onuph. Panuinius in libro quem de Vrbis Baſilicis Eccleſiis*, conſcripſit.

Quum verò non niſi 28. tituli fuerint, totidem quoque Cardinales Presbyteri, & neque plures neque pauciores fuiſſe neceſſe fuit, ſi enim hi tantum Presbyteri qui titulis præerant Cardinales appellabantur, titulíſque tantum 28. Romæ erant, totidem quoque eſſe Cardinales Presbyteros oportebat. Quod etiam fuiſſe ex multis locis conſtat, quibus liquet Cardinales Presbyteros ſemper numero quodam certo, & limitato fuiſſe, videlicet 28. Id autem ſpeciatim declarauit Panduiphus Piſanus, Subdiaconus Apoſtolicus, qui vitas Romanorum Pontificum ſcripſit, in electione Gelaſij Papæ II. Durauit autem hæc conſuetudo, vt Cardinales
C Presbyteri XXVIII. eſſent vſque ad Honorij Papæ II. tempora, & annum Chriſti 1125. quo tempore id obſeruari deſitum: qua ratione id factum fuerit alibi explicabitur.

Cæterum omnes ſuperius relati XXVIII. tituli, ſeptem exceptis, noſtris adhuc temporibus extant. Eos enim ſeptem circa Gregorij Papæ I. tempora, ſiue paulò antè, vel oboleuiſſe, titulóſque eſſe deſiſſe, vel aliquos ex eiſdem mutatis nominibus cum his aliis ſeptem neceſſe eſt; Deſunt enim titulus S. Creſcentianæ,
Titulus Faſciolæ.
Titulus S. Gaij.
Titulus S. Matthæi in Merulana.
Titulus S. Æmilianæ.
Titulus S. Nicomedis, &
Titulus Trigide.

Pro quibus in actione Synodi Romanæ ſub Gregorio Papa I. celebratæ, & apud Anaſtaſium Bibliothecarium hos ſeptem repoſitos fuiſſe inuenı.
Titulum S. Balbinæ in monte Auentino.
D Titulum SS. Nerei & Achillei.
Titulum S. Xyſti.
Titulum SS. Marcellini & Petri.
Titulum S. Crucis in Hieruſalem.
Titulum S. Stephani in monte Cœlio, &
Titulum SS. quatuor Coronatorum.

Qui XXI. prioribus adiuncti, XXVIII. numerum explent, quique omnes vno excepto noſtra adhuc ætate extant. Deeſt enim Titulus S. Cyriaci in Thermis Diocletiani, qui quum præ vetuſtate corruiſſet, eo templo ſolo æquato, Titulus à Xyſto IV. ad Eccleſiam SS. Quirici & Iuliæ tranſlatus eſt, vbi & nunc quoque manet.

Cæterum cur tantum XXVIII. Tituli, & non plures neque pauciores ſimul inſtituti fuerint, operæ pretium erit explicare, huicque inſtituto maximè conſentaneum, quum hæc res myſterio non vacet.

Veteres Romani Pontifices, vt habetur ex libro Cameræ Apoſtolicæ, qui appellatus Prouincialis, quinque in vrbe Roma maiores & præſtantiores Baſilicas, vel iam fabricatas [illegible] es E[illegible] r, B
p[illegible] ad [illegible] P[illegible], quæ fuerunt.
Baſilica Lateranenſis, quæ [illegible] ana, aliàs S. S[illegible] S. Ioannis appellata eſt.
Baſilica S. Petri in Vaticano.
Baſilica S. Pauli extra muros vrbis via Oſtienſi.
Baſilica S. Mariæ maioris alias ad præſepe, &
Baſilica SS. Stephani, & Laurentij extra muros vrbis via Tiburtina.

Quod etiam refert Ioan. Monach. in C. Fundamenta de elect. in VI. his duobus verſiculis.

Paulus, Virgo, Petrus, Laurentius atque Ioannes,
Hi Patriarchatus nomen in vrbe tenent.

Quod cur fecerint, duplex cauſſa refertur. Prima quod hæ quinque ſedes Patriarchales, pro quinque præcipuis orbis patriarchis, honoris gratia fuerint inſtitutæ, vno videlicet indigena, & quatuor aduenis, Romano, qui Laterani; Conſtantinopolitano, qui ad S. Petrū; Alexandrino, qui ad S. Paulum; Antiocheno, qui ad S. Mariam maiorem; & Hieroſolymitano, qui ad S. Laurentium reſiderent: quoties enim contigiſſet generalia Concilia in vrbe celebrari, ad quæ accedere F
Patriarchæ ipſi tenebantur, vel Patriarchas ipſos pro arduis Reipublicæ Chriſtianæ negotiis diffiniendis ad vrbem accedere, eorum vnuſquiſque Sedem, Palatium videlicet, & Eccleſiam, tanquam in natali ſolo, vel prouincia ſua Romæ haberet præcipuam, quum vrbs ipſa communis totius orbis patria appelletur. Altera ratio quæ mihi longè veriſimilior videtur, eſt, vt per hæc demonſtraretur, Patriarcham, ſiue Pontificem Romanum (qui & ipſe aliquando Patriarcha appellatus eſt) tanquam caput & principes totius orbis Eccleſiarum alios Patriarchas, qui ſingulatim per ſuas diœceſes totum orbem Chriſtianum regunt & gubernant, ſubditos habere, ac aliis omnibus Sedibus Patriarchalibus præeſſe, vt Eccleſiæ ipſius vniuerſalis vnitas demonſtraretur; per quinque enim Eccleſias Patriarchales videntur; quod vrbs & Romana Eccleſia quinque Patriarchas ipſos, videlicet Romanum, Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum, & per conſequens vniuerſum orbem repræſentet; & ad eius compoſita fuerit exemplar, quum eas in vrbe habeat Sedes Patriarchales, quæ ſunt in vniuerſo orbe terrarum. G Poſſet demum & tertia eiuſmodi rei afferri cauſa ſuperiori non abſimilis; Eccleſiam Lateranenſem (quæ & Romana dicitur) vniuerſum orbem Chriſtianum ſignificare, & eum qui eſt eius Epiſcopus Epiſcopum quoq; eſſe totius orbis Chriſtiani; per reliquas vero IV. Sedes quatuor orbis partes deſignari, videlicet Orientem, Occidentem, Septentrionem & Meridiem, quodque ſicut Papa vel Baſilica Lateranenſis, his quatuor aliis Baſilicis, vel in eis ſedentibus, præeſt, Baſilicæque Lateranenſis membra ſunt; ſic etiam Papa toti orbi præeſt Chriſtiano, quam rem ita eſſe colligitur ex antiqua pictura, quæ fuit in Lateranenſi Patriarchio his ſimulacris expreſſa. Ex his autem Baſilicis, Lateranenſi, aliàs S. Saluatoris, quæ & Conſtantiniana appellatur, prima eſt, Romanam Eccleſiam repræſentans, ipſaque eſt Romani Pontificis Sedes, vbi ipſe olim in Patriarchio iuxta eandem Eccleſiam fabricato per mille annos commoratus eſt, videlicet vſque ad Clementis V. Pontificatum qui in Galliis Romanam curiam tranſtulit, poſt cuius ad orbem reductionem ſub Gregorio XI. Romani Pontifices, nequaquam amplius Laterani, ſed in Patriarchio prope S. Petrum permanſere. Baſilicæ igitur H
Lateranenſi propter ſuam & Epiſcopi Romani ſupremam excellentiam ſeptem Epiſcopi ex circumuicinis ciuitatibus aſſignati ſunt, qui ſuis ſtatis ſolennibuſque diebus, ſinguli coram Romano Pontifice in eadem Baſilica celebrarent diuina myſteria, vel Pontifici celebranti aſſiſtentes eſſent: atque ob eam cauſam poſtea Epiſcopi Cardinales, id eſt, principales, quod huic Eccleſiæ & Romani Pontificis miniſterio adſcripti eſſent, appellari cœperunt, quod quo tempore factum fuerit, paulò pòſt exponam. Sunt autem hi VII.

Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, qui ſolus ob conſecrationem Romani Pontificis quæ ad eum pertinet, inter omnes Epiſcopos, in ipſa conſecratione pallio vtitur, cui Eccleſiæ vnita fuit Eccleſia Veliterna.
Epiſcopus Card. Portuenſis.
Epiſcopus Card. SS. Rufinæ & Secundæ aliàs Syluæ candidæ.
Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Epi

Epiſcopus Cardinalis Prænestinus.
A Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus
Epiſcopus Cardinalis Albanus.

In hac autem Baſilica, qui vices Papæ agerit, antiquitus erat Prior cum Canonicis Regularibus ordinis S. Auguſtini, nunc habet Archipresbyterum, qui eſt Cardinalis & Canonicos ſæculares, ibidem à Bonifacio VIII. Papa, pulſis regularibus conſtitutos.

Secunda Baſilica Patriarchalis Orientis, vel Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ typum gerens, eſt Baſilica S. Petri in Vaticano, quæ habet Archipresbyterum, qui eſt Cardinalis, & Canonicos ſæculares, cuius miniſterio, eadem ratione, qua & Baſilicæ Lateranenſi aſſignati ſunt ſeptem Presbyteri Cardinales, quod minoris dignitatis eſſet, quàm Baſilica Lateranenſis, in qua erant Epiſcopi; fuerunt autem

Presbyter Cardinalis Tituli S. Mariæ Tranſtiberim.
Presbyt. Card. tt. S. Chryſogoni.
Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.
B Presbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
Presbyt. Card. tt. S. Laurentij in Damaſo.
Presbyt. Card. tt. S. Marci.
Presbyt. Card. tt. S. Martini in Montibus.

Tertia Baſilica Patriarchalis, occidentem vel Eccleſiam Alexandrinam repræſentans, eſt Baſilica S. Pauli Apoſtoli extrà muros vrbis via Oſtienſi, quæ pro Rectore habet Abbatē & Monachos ordinis S. Benedicti, cuius Eccleſiæ miniſterio ob eandem cauſam, qua & Lateranenſi, & S. Petri Baſilicis V II. alij aſſignati ſunt Presbyteri Cardinales, qui fuerunt

Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ.
Presbyt. Card. tt. S. Priſcæ.
Presbyt. Card. tt. S. Balbinæ.
Presbyt. Card. tt. SS. Nerei & Achillei.
Presbyt. Card. tt. S. Xyſti.
Presbyt. Card. tt. S. Marcelli.
Presbyt. Card. tt. S. Suſannæ.

Quarta Baſilica Patriarchalis, Septentrionem vel Eccle-
C ſiam Antiochenam deſignans, eſt Baſilica S. Mariæ Maioris quæ habet Archipresbyterum, qui eſt Cardinalis, & Canonicos ſæculares, cuius obſequio aſſignati ſunt hi VII. alij Presbyteri Cardinales videlicet

Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
Presbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
Presbyt. Card. tt. S. Euſebij.
Presbyt. Card. tt. S. Pudentianæ.
Presbyt. Card. tt. S. Vitalis.
Presbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.
Presbyt. Card. tt. S. Clementis.

Quinta Eccleſia Patriarchalis eſt Baſilica S. Laurentij extramuros via Tiburtina Meridiem vel Hieroſolymitanam Eccleſiā referens, quæ olim habebat Abbatem & Monachos nunc eſt in commendā, habetq; Canonicos Regulares S. Saluatoris de Scopeto, cuius obſequiis in Miſſis celebrādis aſſignati fuerunt hi VII. reliqui Presbyteri Cardinales, videlicet.

Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis.
D Presbyt. Card. tt. S. Petri ad vincula.
Presbyt. Card. tt. S. Laurentij in Lucina.
Presbyt. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Presbyt. Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.
Presbyt. Card. tt. SS. Ioannis & Pauli.
Presbyt. Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

Si igitur ſingulis ex his quatuor Baſilicis Patriarchalib. 7. Presbyteri Cardinales aſſignentur, neceſſario erunt XXVIII. Presbyteri Cardinales, quibus ſi addantur VII. Epiſcopi, erunt XXXV. Cardinales Sacerdotes. Hæc itaque ratio eſt, cur non niſi VII. Epiſcopi Cardinales, & XXVIII. Presbyteri fuerint, quum non niſi totidem fuerint Epiſcopatus & Tituli Cardinalium; cur autem non niſi XXVIII. Tituli fuerint viſum eſt. De Diaconis autem qui & ipſi numero quodam certo & limitato erant videlicet XVIII. ſuo loco verba faciam.

Perdurauit autem ſic XXVIII. Presbyterorum Cardinalium integer numerus, vt habetur ex Pandulpho Piſano in vita Gelaſij II. vſque ad Honorij Papæ II. tempora, annúmque Chriſti 1125. quo tempore religioſus hic ordo paulatim labefactari cœpit; morientibus enim Cardinalibus Presbyteris, tunc primum Titulis ipſis ſuo Rectore orbatis, per Pontificem de nouo Presbytero Cardinali prouideri deſitum, neque vt antiquitus conſuetudo erat ſtatim in defuncti locum alter amplius non ſubrogabatur Presbyter Cardinalis, quare factum eſt, vt deinde numerus Presbyterorum Cardinalium E decreſcere cœperit, & adeò diminutus paulatim eſt, vt aliquando tempus fuerit, in quo non niſi duo Presbyteri Cardinales viuentes in collegio eſſent, vt ſub Alexandri Papæ IV. obitu, & creatione Vrbani IV.

Cur autem Honorius ipſe II. id primum cœperit, & eius exemplum ſequentes Romani Pontifices imitati ſint, cauſa hæc fuit. Sub prædeceſſore Honorij II. videlicet Calliſto II. pax inter Romanam Eccleſiam & Imperium ſub Henrico V. poſt longiſſimum diſſidium, & multa ſchiſmata ob ſacerdotiorum inueſtituras exorta, reformata fuerat, in qua inter cætera multa cautum fuit, vt Romani Pontificis electio ad Cardinales, Clerumque vrbanum pertineret, neque amplius Imperatores ius aliquod, vt hactenus habuerant, haberent in Romanorum Pontificum creationibus. Quumque ob Cardinalium multitudinem, pleraque ſchiſmata in nouis Romanorum Pontificum creationibus orirentur (nondum enim lex inſtituta erat de duabus partibus Cardinalium) hoc malum repreſſuri Romani Pontifices, Cardinalium numerum paulatim F diminuere cœperunt; & qui prius additis XVIII. Diaconis certus, & determinatus erat, videlicet quinquaginta trium, ſenſim dilabi & ad incertum numerum reduci cœpit: primo enim ex LIII. ſub Innocentio II. vel Cœleſtino II. XL. eſſe cœperunt, mox XXXV. deinde XXX. poſtea XXV. adhæc XX. poſt XV. vel X. poſtremo (vt dixi) ad eam paucitatem aliquando redacti ſunt, vt non eſſent niſi VII. Cardinales viuentes, videlicet tres Presbyteri & quatuor Diaconi, vt quando creatus fuit Nicolaus Papa III. Etenim Cardinalium numerus vſque ad id tempus, quo pauciores Cardinales nunquam fuerunt diminui non deſiit; poſt quod ſenſim augeri cœpit, vt eſſent XV. poſt XX. vt ſub Bonifacio VIII. Auenione deinceps eorum numerus iterum creſcere cœpit, nunquam tamen vſque ad Xyſti IV. Pontificatum XXX. numerum attigerunt. Præſertim quum in Concilio Conſtantienſi cautum fuerit, ne plures quàm XXIV. Cardinales viuentes ſimul eſſent. Primus Papa Xiſtus IV. nulla habita ratione decreti Concilij Conſtan- G tienſis, Cardinalium numerum, ſupra omnes prædeceſſores ſuos maximè ampliauit, cuius exemplum optimè ſequutus eſt Alexander Papa VI. Nullus tamen horum Pontificum antiquum LIII. numerum exceſſit; vt eſſent videlicet Cardinales plures quàm LIII. quum nec eum numerum attigerint.

Sed omnium Romanorum Pontificum primus fuit Leo X. qui antiqui inſtituti ratione non habita magna illa XXXI. Cardinalium creatione, veterem & antiquum atque à nullo vnquam Romanorum Pontificum exceſſum numerum LIII. longe ſuperauit. Nam ſub Leone X. plus minus LXV. Cardinales ſimul viuentes fuerunt, quod nunquam alias contigerat poſt fundatam Romanam Eccleſiam. Eius exemplum ſequuti ſunt Paulus III. & qui nunc viuit Paulus IV. prior enim ad LXIII. numerum Cardinales auxit, ſequens ad LXX. quem quoque numerum nunquam prætereà fuiſſe ſatis conſtat. Quum igitur Presbyteri Cardinales numerum illum XXVIII. exceſſerint, nouis titulis opus fuit, vt nouis illis tribuerentur H Cardinalibus qui XXVIII. numerum exceſſerant, qui per diuerſos Pontifices facti ſunt. Quod etiam ob aliam rationem facere coacti ſunt Romani Pontifices: In Romana enim Eccleſia abuſus inoleuit, vt vnus Cardinalis duo aliquando habuerit Sacerdotia Cardinalitia. Hoc autem præſertim Epiſcopi Cardinales fecerunt qui Epiſcopi facti, priorem Titulum vel Diaconiam, quam antequam eſſent Epiſcopi creati, habebant, retinuerint, qui abuſus vt pleraque alia poſt Eugenij IV. tempora, & præſertim ſub Xyſto IV. originem habuit. Iulianus enim eius nepos Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis factus, titulum S. Petri ad vincula retinuit; Marcus Barbus Epiſcopus Præneſtinus factus, titulum S. Marci non dimiſit. Idem fecerunt Bernardinus Caruail Cardinalis tt. S. Crucis, Marchus Vogerius Card. tt. S. Mariæ Tranſtiberim, Io. Dominicus Cuppis Card. tt. S. Laurentij in Lucina, nuper quoque Franciſcus Piſanus Cardinalis S. Marci, & plerique alij quos nunc enumerare ſuperfluum eſt. Has igitur ob cauſſas primus poſt mille annorum internallum, Xyſtus IV. Papa nouum titulum addidit anno MCDLXXVII. qui fuit

Titulus S. Nicolai inter imagines prope Amphiteatrum ſiue Colloſſeum, quem Cardinali Presbytero Petro Foſcaro Veneto dedit.

Secundus Leo Papa X. magna illa XXXI. Cardinalium crea-

A [illegible]

[illegible]

Titulus S. Ioannis [illegible]

Titulus S. Cæſarij in [illegible]

Titulus S. Agnetis in Agone.

Titulus S. Apollinaris.

Titulus S. Laurentij in pane & perna.

Titulus S. Syluestri in campo Martio.

Titulus S. Thomæ in Parione.

Titulus S. Pancratij.

Titulus S. Callisti.

Titulus S. Bartholomæi in inſula, aliàs inter pontes.

Titulus S. Mariæ de Capitulo, aliàs de Ara cœli.

Tertio Papa Iulius III. anno MDLI. tres nouos titulos adiunxit, qui fuerunt;

Titulus S. Mariæ in Via.

Titulus S. Barbaræ.

B Titulus S. Simeonis.

Nouiſſimè Paulus IV. anno MDLVII. Titulum nouum adiunxit, videlicet S. Mariæ ſuper Mineruam.

Tituli igitur XVII. noui facti, vnus a Xyſto; XII. à Leone; tres à Iulio III. & vnus à Paulo IV. qui XXVII. antiquis adiuncti, erunt omnino XLV.

Omnium autem Presbyterorum Cardinalium ſenior ſiue antiquior, appellatur S.R.E. Archipresbyter Cardinalis, qui noſtro tẽpore eſt Claudius de Giuri, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Hagnetis in Agone. de cuius officio & dignitate latius diſſerui in libro, quem de Cardinalium origine conſcripſi.

Antiquitus porro mos fuit, qui etiam per mille annorum ſpatium ſeruatus eſt, vt Presbyter Cardinalis vrbis Romæ, neque Epiſcopus eſſet, vel Epiſcopatum adminiſtraret, vel ex Epiſcopo fieret Presbyter Cardinalis, quum maior dignitas tunc fuerit eſſe Epiſcopum cuiuſlibet diœceſis quam Cardinalem, quod ex Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ ſecus quam nunc obſeruatur, Epiſcopi diuerſarum ciuitatũ creati fuerint, C ex Cardinalatu enim gradus erat ad Epiſcopatum, ſicut nũc ex Epiſcopatu ad Cardinalatũ, Cardinaliſque Presbyter Epiſcopus factus, eſſe Cardinalẽ deſinebat, ſicut nunc Epiſcopus Cardinalis factus, amplius non appellatur Epiſcopus, ſed Presbyter Cardinalis S.R.E. & Adminiſtrator perpetuus illius Epiſcopatus, quod ſe inuicem compati non poſſunt, eſſe Presbyterum Cardinalem vrbis Romæ, & Epiſcopũ alterius Eccleſiæ, repugnat enim Presbyter & Epiſcopus, quod antiquis Canonibus cautum fuerit, vnum hominem non niſi vno ſacerdotio potiri poſſe. Verum quum Cardinalium maieſtas cum Romani Põtificis auctoritate in dies creſcere cœpiſſet, multique Cardinales eſſe ambirent, poſtea paulatim vſurpatum eſt vt ex Epiſcopis fierẽt Cardinales, & primo vſus fuit vt ex Epiſcopis non Cardinalibus fierent Epiſcopi Cardinalis, & non Presbyteri vel Diaconi, poſt etiam ex Epiſcopis Presbyteri fieri cœpti, primúſque omnium ex Epiſcopo Viterbienſe, & Tuſculanenſe Cardinalis Presbyter tt. S. Clementis factus fuit Ioannis quidam. Item ex Epiſcopo Ariminenſi, Cardinalis Presbyter tt. S. Praxedis factus eſt alius D Rufinus nomine à Clemente III. Papa circa ann. Dom. MCXC. primo enim Cardinales Presbyteri non niſi ex Monachis, vel Abbatibus, Decanis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Prioribus & cæteris eiuſmodi hominibus fiebant. Poſt Clemẽtẽ vero III. paſſim vſurpari cœptũ eſt vt non ſolum Presbyteri Cardinales ſed etiam Diaconi ex Epiſcopis licet ante cõſecrationem, crearentur, qui enim Epiſcopi ordinati erant, fiebant Presbyteri; qui non, ſed adhuc electi ordinabantur Diaconi; & quoniam (vt dixi) Presbyter, & Epiſcopus ſe inuicem pati non poſſunt; qui ex Epiſcopis facti ſunt Presbyteri Cardinales perpetui adminiſtratores deinceps illorum Epiſcopatuum non Epiſcopi appellati, qui vero Diaconi Cardinales creati ſunt, electos ſe illius Epiſcopatus nominabant. In qua re vſque ad Clementem V. temperantes fuerunt Romani Pontifices, Auenione vero paſſim, & nulla habita antiquiſſimi inſtituti ratione obſeruatum eſt, nulluſque ferè Cardinalis creatus, qui non haberet Epiſcopatum vel in titulum, vel in commendam, vel in perpetuam adminiſtrationem, quæ omnia nomina Auenione inuenta ſunt. Hæc autem conſuetudo vſq; ad noſtra tempora perdurauit, in quibus eo deuentum fuerat, vt vnus Cardinalis Presbyter vel Diaconus non vnum tantum haberet in commenda Epiſcopatum, ſed ali-

E [illegible] ... es Car- [illegible] fuit. [illegible] numerum auxiſſe [illegible], quum ante præſcriptũ ſibi & certum locum non haberent, ſed eorum munera in promiſcuo eſſent, primo vrbis Regiones ſingulis diuiſit Fabianus XIX. poſt Petrum Apoſtolum Pontifex Romanus circa Annum Chriſti CCXL. vt vnuſquiſque in ſuis regionibus, fidelium neceſſitatibus, ex Eccleſiæ theſauris, atque Chriſtianorũ oblationibus, à Subdiaconis collectis, atque ab ipſis cuſtoditis, quantum in ſe eſſent ſuppeditarẽt; Presbyteris deinde Parœciarum in ſua Regione conſtitutis in omnibus quæ ad ſacra facienda pertinebãt, miniſtrarent. Ex ipſis autem primum, vel antiquiorem, cum Epiſcopi, Cleri, populique conſenſu electum Archidiaconum Cardinalem primum, principalem appellari ſtatuere antiqui Pontifices, ſicut & Presbyterorum primum Archipresbyterum. Vnus ergo antiquiſſimis tempo- F ribus erat tantum Diaconus Cardinalis, id eſt, principalis, videlicet primus ex illis VII. Quod apertè colligitur ex actionibus Synodi Romanæ ſub Silu. Papa primo celebratæ. Ceſſantibus autem perſequutionibus, paceq; Eccleſiæ data, ſicut Presbyterorum & Parœciarum ita & Diaconorum numerus auctus eſt. Quum enim prius tantum ſeptem eſſent, ſingulique Diaconi Duab. regionibus præeſſent (in XIV. enim Regiones Roma tunc diuidebatur) poſtea ſtatutum eſt, vt in ſingulis vrbis Regionibus ſinguli Diaconi eſſant, atq; ita XIV. quorũ primus dicebatur Archidiaconus vel Diaconus Cardinalis, cæteri vero Diaconi dicebãtur Diaconi illius vel illius Regionis, verbi gratia primæ, ſextæ, decimæ, vel duodecimæ. Demum creſcente indies Chriſtiana religione his non ſufficientibus, vel Eccleſiæ maieſtatem augendam plures in vnaquaque Regione Diaconi creari cœpti, eorumque numerus ſicut & Presbyterorum non Cardinalium incertus atque indeterminatus factus eſt. Dignior vero ſiue Antiquior Diaconus à cæteris eiuſdem Regionis Clericis vel Romano Pontifice, electus, Diaconus Cardinalis appellatus fuit. Qua ratio- G ne factum eſt, vt XIV. poſtea Diaconi Cardinales fuerint, quot videlicet erant Regiones, qui vt de Presbyteris dixi, ideo Cardinales, id eſt principales dicti sũt, vt à cæteris Diaconis non Cardinalibus diſcernerentur, quorum iam numerus per ſingulas vrbis Regiones, vel Titulos magnus factus fuerat, ſicut & Presbyterorum non Cardinalium. Quatuordecim poſtea Diaconis Cardinalibus, quatuor additi ſunt alij Diaconi Cardinales. quorum munus tantum erat, Lateranenſi Baſilicæ, vel Pontifici Romano, ibidem celebranti miniſtrare, quos & altaris Lateranenſis miniſtros appellatos fuiſſe legi, ſicque XVIII. numerus expletus. Quem numerum ſemel ſolus omnium Romanorum Pontificem (quod ſciam) exceſſit Paulus III. Sub quo an. Dom. MDXLV. XIX. Diaconi Cardinales viuentes fuerunt. Sicut enim XXVIII. Presbyteris Cardinalib. ſic XVIII. Diaconis fixus & præſcriptus numerus fuit. Qui eadem ratione & eodem tempore, quo & Presbyterorum, paulatim poſt Honorij II. tempora ſubſequentibus Pontificibus adeo diminutus eſt, vt non niſi tres Diaconi Cardinales viuẽtes aliquando fuerint, vt tempore creationis Nicolai Papæ IV. Poſtea paulatim vt de Presbyteris dictum H eſt, creſcere cœpit. Vt autem ad ſuperiora quæ reſtant declaranda reuertamur, non ignorandũ eſt; quod eo tempore quo XIV. Diaconorum numerus factus eſt, loca vel ab antiquis, vel noua fabricata in quibus manerent, eis aſſignata fuerũt, quæ poſtea ab eis Diaconiæ appellata ſunt. Hæc quoq; erant Templa, ſiue Eccleſiæ in ſanctorum honorem vel memoriam dedicata, domos adiunctas habentes, ſicuti & aliæ vrbis Baſilicæ & Tituli, ſine animarum cura; quum enim eorum cuſtodes Diaconi non Presbyteri eſſent, animarum (vt nunc dicimus) curam non habebãt, idcirco neque Tituli, neq; Parœciæ dici poterant, licet eſſent conſecrata, & in Diuorum honorem dedicata, à quibus poſtea Diaconi ipſi Card. Regionarij, antiquata Regionis appellatione, cognominata ac diſtinctiones ſortiti ſunt. Primu enim (vt dixi) nominabantur Diaconus Cardinalis primæ, tertiæ, aut X. Regionis, quarum Diaconus Cardinales erãt, poſtea dici cœpti Diaconus Cardinalis, huius vel illius Diaconiæ; verbi gratia S. Theodori; S. Hadriani; SS. Sergij & Bacchij; S. Mariæ nouæ, & cætera. Quod more Presbyterorum Cardinalium factum exiſtimo,

N qui

q[illegible]

A [illegible]

Tranſtiberi [illegible]

& Martyri [illegible] qu[illegible]

chta eſtent) deman[illegible] bi [illegible] fa-

ciebant, Pontificéque Romano ſacra [illegible] erant,

Eccleſiæ quoque Romanæ Theſauros cu[illegible]entes, pecunias plebi inopia laboranti, iuxta præſcriptas ſibi rationes in ſuis regionibus largiebantur, & cætera omnia agebāt, quæ explicaui in libro quē de origine ſacrorum ordinum conſcripſi.

Porro autem XVIII. Diaconias, quæ tot erant, quot erant Diaconi Cardinales, circa Greg. Papæ primi tēpora inſtitutas fuiſſe, non leuibus rationibus mihi perſuadeo, quando etiā, & XXVIII. Titulorum poſterior ſeries facta fuit, fuerāt autē hæ.

Diaconia S. Mariæ in Dominica, vbi manebat Archidiac.

Diaconia S. Luciæ in Circo iuxta Septiſolium, quæ nunc eſt vetuſtate conſumpta.

Diaconia S. Mariæ nouæ.

B Diaconia SS. Coſmæ, & Damiani.

Diaconia S. Adriani.

Diaconia SS. Sergij & Bacchi.

Diaconia S. Theodori.

Diaconia S. Georgij in Velo Aureo.

Diaconia S. Mariæ in Coſmedin, alias Schola Græca.

Diaconia S. Mariæ in porticu.

Diaconia S. Nicolai in carcere Tulliano.

Diaconia S. Angeli in Piſcina.

Diaconia S. Euſtachij iuxta Pantheum.

Diaconia S. Mariæ in Aquiro.

Diaconia S. Mariæ in via lata.

Diaconia S. Agathæ in Equo marmoreo.

Diac. S. Luciæ in Silice; alias capite ſuburæ; alias Orphea.

Diaconia SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.

Porro autem has Diaconias ſemper fuiſſe legi, & nunquam vel additis nouis, vel antiquis ſublatis mutatas, vſque ad Leonis X. Pontificatum, qui primus omnium Romanorum

C Pontificum Diaconiam vnam nouam adiunxit, quæ fuit

Diaconia S. Onuphrij in Vaticano, quam Ioanni Cardinali Lotharingio à ſe creatu tradidit.

Diaconiæ autem adeo erant à titulis diſtinctæ, vt nulla ratione neque Presbyter Cardinalis Diaconiam, neque Diaconus Cardinalis titulum vnquam habuerit. Sed quando accidebat Diaconum Cardinalem in Presbyterum conſecrari, is relicta Diaconia ſua titulum accipiebat, quem religioſum ordinem, per mille, & amplius annos in Eccleſia Romana obſeruatum primus omnium Romanorum Pontificum non obſeruauit, ſed euertit Xiſtus Papa IV. quem, & ceteri Romani Pontifices ſequuti ſunt Xiſtus enim in ſecunda ſua Cardinalium creatione, anno Domini MCCCCLXXIII. quod nunquam antea factum fuerat, Presbyteris Cardinalibus nouiter à ſe creatis pro titulis quinque Diaconias dedit, quæ fuerunt.

S. Hadriani, quæ & à Paulo III. iterum alij Presbytero Cardinali data fuit.

S. Mariæ in Dominica.

D SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.

S. Luciæ in Silice, alias in orphea. Quam ter dedit Presbyteris, quæ poſtea à Iulio III & nouiſſimè à Paulo IV. alijs Presbyteris Cardinalibus data fuit.

SS. Sergij, & Bacchi, quæ iterum ab Alexandro VI. tradita fuit Cardinali Presbytero.

Alexander autem VI. Diaconiam S. Agathæ Presbyteris Cardinalibus bis, Iulius vero III. ſemel tradidit.

Leo X. Diaconiam S. Angeli in Piſcina ſemel, Paulus vero III. bis Presbyteris Cardinalibus tradidit.

Diaconia S. Nicolai in carcere Tulliano à Clemente VII. Presbytero Cardinali ſemel data fuit.

Diaconia vero S. Mariæ in Porticu a Paulo III. Presbytero tradita fuit.

Iulius quoque III. dedit Diaconiam S. Mariæ in via lata Presbytero Cardinali.

Nouiſſimè Paulus IV. Diaconias S. Mariæ in Coſmedin, & S. Mariæ nouæ Presbyteris Cardinalibus reliquit.

Et vt abuſus omni ex parte reſponderet, è cōtra quoq; tituli qui Presbyterorum tantum eſſe debebāt, Diaconis traditi ſunt.

Primus enim Alexander VI. titulum S. Nicolai inter imagines paulo ante à Xiſto IV. factum, Diacono tradidit Cardinali, quod etiam Leo X. & paulo ante Paulus IV. fecerunt.

[illegible] E

[illegible] S. [illegible], S. Thomæ

in [illegible] en[illegible] in Damaſo Diaconis tradidit.

Q[illegible] Paulus III. qui iterum eundem tituli

Dam[illegible] titulos SS. Nerei, & Achillei, S. Petri ad Vincula, & S. Xiſti Diaconis conceſſit Cardinalibus.

Poſtremo Paulus III. tit. S. Thomæ in Parione Diacono Cardinali aſſignauit.

Quæ omnia emendatione digna eſſent, atque hæc de Diaconis Cardinalibus ſpeciatim dicta ſufficiant.

Nouiſſimi omnium Epiſcopi, Cardinalis cognomen habuerūt, quum apud veteres inauditum fuerit Epiſcopū Cardinalem dici, quum omnes Epiſcopi (Patriarchis exceptis) æqualis ſint auctoritatis, nulluſque ratione alterius Cardinalis dici poſſit, vt diffusè in libro de origine Cardinalium diſputaui. Atq; vt Epiſcopi Cardinales appellarentur, originem manaſſe multis coniecturis ductus, crediderim, ab ea conſuetudine quæ erat Romæ, vt ſeptem ex circumuicinis Epiſcopis Laterani, vel celebrarēt, vel Romano Pontifici celebranti ministrarent; quiq; idē munus haberent Laterani, quod Presbyteri Cardinales per cæteras quatuor Baſilicas Patriarchales, F

ideo Card. Epiſcopi dici cœpti; verum ob eam cauſſam, neq; Patriarchis, neq; Metropolitanis, vel Archiepiſc. neque etiam Epiſc. aliarum ciuitatum, licet Card. non eſſent, ante ſe tamen conſecratis digniores erant, nec etiā eos præcedebant, vt demonſtraui in libro de Cardinalium origine Sed eorum præcedentia erat ratione temporis quo Epiſcopi creati fuerant, etenim Epiſcopus Card. Oſtienſis, ſi poſt Epiſcopum Veronenſem qui non erat Cardinalis, vel poſt alium quēque creatus fuiſſet; ſuperiorem eo locum, neque in conſeſſu, neque in procedendo habebat, eos tantum Epiſcopos præcedebat qui poſt eum creati fuerant, quæ omnia idcirco dico, quod nihil dignitatis aut præeminētiæ illis dabat antiquitus eſſe Cardinales. Cæterum proceſſu temporis, Epiſcopos primo nō Cardinales, licet ante ſe creati eſſent, pòſt Archiepiſcopos, deinde Metropolitanos, & primates, demum patriarchas ipſos G

præcedere cœperunt Epiſcopi Cardinales, quos circa Gregorij Papæ VII. & Vrbani II. tempora vſurpari paulatim cœptū eſt, quibus Romani Pontificis, cuius tum auctoritas, tam ratione rerum ſpiritualium, quam temporalium. Imperatoribus depreſſis ſuprema eſſe cœpit, electio de Imperatorū manibus & poteſtate erepta fuit, Cardinalibuſque præcipuè conceſſa. His igitur temporibus, quum omnium Cardinalium, tum Epiſcoporum, qui Romani Pontificis electionis præcipui auctores erant, auctoritas quam maximè aucta fuit, tuncque ceteros Epiſcopos primo non Cardinales, mox Archiepiſcopos, deinde Metropolitanos, & Patriarchas præcedere cœperunt, Cardinaleſq; verè, & non metaphoricè, hoc eſt Epiſcopi principales appellati, quorum numerus, vt diximus certus erat, & finitus, vt etiam Presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium, ſeptem enim tantum erant: quod cur factum fuerit ſuperius explicaui, ceterum ob diuerſas cauſſas, quas in libro de eorum origine explicaui, his ſeptem Epiſcopis Cardinalibus, aliquādo additos fuiſſe alios Epiſcopos inueni, vt ſub Leone H

IX. & Paſchali II. Epiſcopus Card. Veliternus; ſub Clemente III. Antipapa, & Vrbano II. Epiſcop. Cardinalis Nepeſinus, ſub eodem Vrbano II. Labicanus; ſub Paſchali II. Parmenſis, ſub Innocent. II. Archiepiſcopus Piſanus, Epiſcopi Mutinenſis, Ortanus, & Tiburtinus, nouiſſimè ſub Leone X. Reatinus & iterum Tiburtinus, quum Eccleſias Sabinam, & Præneſtinam, quam à Iulio II. habuerant, reſtituiſſet idem Leo X. Epiſcopis Cardinalibus duobus à Iulio II. priuatis; Bernardino videlicet Caruaiali, & Guillelmo Briſſonettæ: quum autē Eccleſia SS. Ruſinæ, & Secūdæ, aliàs Siluæ candidæ, deficientibus propter crebras barbarorū incurſiones incolis à Calliſto II. Portuēſi adiuncta eſſet, nō niſi ſex Epiſcopi Cardinales ordinarij fuerunt. Qui numerus poſt Innocent. II. Papæ tempora ante quadringenteſimum ab hinc annum ſtabilitus vſq; ad noſtra tempora perdurauit, vt non eſſent plures quam ſex Epiſcopi Cardinales viuentes, præſertim quūm Eccleſia Veliterna quæ cum honorē aliquando habuerat Oſtienſi ab Eugenio II. adiuncta ſit, & Tiburtina eo honore priuata remāſerit vſq; ad Leonem X. à quo neceſſitate exigente cum Reatina, ſemel tantū Cardinalis facta fuerit Eccleſia, verum neceſſaria cauſa ſublata, vtræq; Eccleſiæ Cardinales eſſe deſierunt ſub eodē Leone. Reliquæ vero Eccleſiæ quas Cardinales

[illegible] aliquam de [illegible] habuerat, quum [illegible] ſed
A ho[illegible] habuerat, quum [illegible]
neceſſitatibus quibuſdā [illegible] libro ſæpius à me citato, de origi[illegible] omittenda duxi, quod adhuc opus [illegible]. Itaque quæ dicta ſunt ſatis ſufficiant, in cooptandis autem Epiſcopis Cardinalium eccleſiarum, antiquiſſima hæc fuit conſuetudo: Moriente Epiſcopo Cardinali alter à Romano Pōtifice ſubrogabatur ex clero Romano. vel Presbytero, vel Diacono Cardinali, vel etiā Subdiacono Apoſtolico, quod liberè, & ſine vllo impedimento pertinebat ad pōtificem Romanum, vt quem vellet, ſubſtitueret ex omni clero Romano, multos enim ex ſubdiaconis Epiſcopos Cardinales creatos fuiſſe legi. Poſtea alia cōſuetudo circa Alexandri III. Pontificatum inualuit, vt is Epiſcopus Cardinalis crearetur, qui in Cardinalium Collegium cooptandus alterū haberet Epiſcopatum non Cardinalem, vel Archiepiſcopatum, quum enim vſq; ad ea tēpora ex Cardinalibus Presbyteris, vel Diaconis, Epiſcopi per orbem vniuerſum crearentur, atq; ex Cardinalatu gradus eſſet ad quemlibet Epiſcopatum, Epiſcopuſq; ex
B Presbytero vel Diacono Cardinali factus, Cardinalis eſſe deſiiſſet, tunc creſcente cū Romani Pontificis, Cardinaliū maieſtate, è contra ex Epiſcopis aliarū diœceſū Cardinales Epiſcopi primo, mox Presbyteri creari cœperunt. Legimus enim multos Cardinales Romanę Eccleſię non ſolū Epiſcopos factos Epiſcopatuū ipſorū, qui poſtea Cardinales appellati ſūt, ſed etiā aliarum eccleſiarū, vt Piſanæ, Mutinenſis, Ortanæ, & Parmenſis, qui amplius Cardinales non appellabātur, quum Epiſcopalis dignitas maior eſſet Cardinalitia: Cardinalis enim Presbyter medius erat locus inter Epiſcopū, & cæteros Presbyteros non Cardinales ſub Alexandro autē III. ſub quo Romana Eccleſia ad maximū in terris faſtigium euecta fuit, Imperatore potentiſſimo Friderico Ænobardo, eoq; Eccleſiæ Romanæ infeſtiſſimo hoſte, conculcato, victo pacemque ab Eccleſia petere coacto, tum primum ex Epiſcopis verſa vice Cardinales fieri cœpti. Cardinalium enim dignitas cum Eccleſiæ & Romani Pontificis dignitate ſemper creuit, tūc autem maxima erat, qua ratione factū eſt vt Epiſcopi multi eā ambirent dignitatem, qua tantum gradus ad maximum erat Pontificatum. Primus igitur Conradus Quidam Germanus
C Imperatoris Friderici affinis, ex Archiepiſcopo Moguntino, factus eſt Epiſcopus Cardinalis Sabinus occaſione tū huius nouitatis accepta, quod ab Imperatore Friderico Archiepiſcopatu Moguntino exactus eſſet, quem poſtea ſublato ſchiſmate quū recuperaſſet, eū cum Eccleſia nihilominus Sabina vſq; ad mortē retinuit, hinc exortū eſt, vt quoties accideret, aliquos creari Cardinales, qui Epiſcopi eſſent, ſingulis vna ex Cardinalibus Eccleſiis tradebatur, quod tūc incongruum videretur, ex Epiſcopo Presbyter fieri, ſed minus inconueniēs ex Epiſcopo vel Archiepiſcopo fieri Epiſcopus Cardinalis. Hac igitur occaſione Cardinales creabātur, vt omnibus locus eſſet ad Cardinalatus dignitatē, reliqui vero qui nō erāt, Epiſcopi, ſi eos Cardinales creari contigiſſet, vel Presbyteri vel Diaconi creabantur. Quod ſi in noua Eccleſiæ Cardinalis prouiſione nō occurriſſet Epiſcopus aliquis Cardinalis creādus, tunc ex ſenioribus Presbyteris Card. vel ex antiquioribus in collegio Diaconis. arbitrio Romani Pontificis Eccleſiæ vacanti prouidebatur, qui quem volebat ex Cardinalibus Presbyteris, vel Diaconis cooptabat, quod & ſi vt dixi ſæpius cōtigiſſet vt id faceret ex antiquioribus Presbyteris vel Dia-
D conis Cardin. id tamen facere aliqua lege vel conſuetudine non tenebatur, ſed id honeſta quadam ductus ratione agebatur; quæ poſtea paulatim in vſum conuerſa eſt; multos enim Epiſcopos Cardinales non ex antiquioribus Presbyteris vel Diaconis, ſed ex Iunioribus cooptatos conſtat, qui autem ſemel acceptum Epiſcopatum Cardinalem, qui acceperant amplius dimittere non poſſent, neque inter Epiſcopatus Cardinales ea eſſet optio, quæ poſterioribus temporibus vſurpata adhuc viget, ſæpe vſu veniebat, vt vacantibus Epiſcopatibus Albano, Tuſculano, vel Præneſtino qui pauperes erant, Presbyter Cardinalis ſenior illum nollet accipere, Epiſcopatus qui fortè ditiorem titulum, vel Diaconiam haberet, túncque nouis Cardinalibus, vel antiquis, qui tenuiores habebant titulos aut Diaconias, licet poſteriore tempore in collegio eſſent, tradebatur, ſi vero Sabinus, Portuenſis, vel Oſtienſis qui opulentiores, & ditiores erant Epiſcopatus, vacare cōtigiſſet, hi ſenioribus plerumq; vel quibus etiam Papa volebat

C[illegible] à Romanis Po[illegible] tradebantur. Nā & hoc e[illegible] voluntate pedeb[illegible], [illegible] ex iuniorib.
E Presbyteris vel Diaconis Card[illegible] nouos Card. ad l[illegible] Epiſcop. cooptatos fuiſſe legitimus; adeo de hiſce op[illegible]nibus certa regula tradi non poſſit, quū omnia arbitrio Pontificis Romani gererentur, hæc enim ſumma eſt eos Epiſcopat[illegible] liberè in Romani Pontificis diſpoſitione antiquitus fuiſſe, vſque ad Eugenij IV. primo, mox Iulij II. tempora, quibus hic ordo aliqua ratione primo ſub Eugenio IV. mox omnino ſub Iul. II. immutatus eſt vt paulo poſt explicabo.

Sicut autem antiquior Presbyterorum Archipresbyter, & Diaconorum Archidiaconus appellabatur, ſic etiam ſenior Epiſcoporum Cardinaliū antiquitus prior Epiſcoporū Card. poſterioribus vero temporibus collegij Decanus vocitatus eſt, is autem poſt conditā Romanam Eccleſiam ſemper fuit antiquior, qui Epiſcopus Card. ordinatus eſſet, ſiue is eſſet Albanus, ſiue Præneſtinus, ſiue Tuſculanus, vel alius quilibet ex Epiſcopis Cardin. vnde pauci admodum Decanorum collegij per quadringentos, & quinquaginta annos fuerunt Epiſcopi Oſtienſes, quod non ſemper Epiſcop. Oſtienſis ſenior fuerit Epiſcoporum Cardin. Primus autē ætate noſtra Paulus Papa IV. inſtituit vt non is Decanus haberetur, qui abſolutè F
antiquior eſſet Epiſcoporum Card. ſed qui moriente Decano antiquior ſit ex Epiſcopis Cardinalibus in vrbe præſentibus abſentes enim Cardin. Epiſcopos non pro Eccleſiæ negotiis vacāte Decanatu, ius in eo aliquod habere voluit, inſtituitq; vt is Decanus eſſet, & principem locum in collegio obtineret, eſſetque primæ in Conſiſtorio ſententiæ, qui antiquior eſſet, ex Epiſcopis Cardin. in vrbe præſentibus vel etiā Eccleſiæ tamen cauſſa abſentibus qua ratione factum eſt, vt Lodouicus Borbonius, Epiſcopus Præneſtinus, & Franciſcus de Turnone, Epiſcopus Sabinus, qui ſeniores Cardin. Epiſcopi erāt in Decanatu eo vacante præteriti ſunt, quod in electione Pauli Papæ IV. abſentes fuiſſent, per quam Decanatus vacauit, voluitque Decanum eſſe antiquiorem, ex Epiſcopis Card. qui adfuerant comitiis ſuis, qui fuit Ioannes Bellaius, Gallus, tunc ex Epiſcopo Portuenſi, factus Oſtienſis, hoc autem nouum, & inuſitatum fuit, & nunquam antea factum.

Cæterum apud antiquos mos laudabilis fuit, atq; per mille, & ducentos continuos annos in Romana Eccleſia vſurpatus, vt neque Diaconi Diaconias ſemel acceptas, neque Presbyteri titulos, neque Epiſcopi Cardin. Epiſcopatus ſuos vnquam mutarent, Diaconus enim in Diaconatus ordine manens ſemel acceptam Diaconiam nunquam dimittere poterat, & aliā accipere: ſimilis ratio erat, Presbyterorum de titulis, & Epiſcoporum de Epiſcopatib. quum autem Diaconus Cardin. Presbyt. fieri volebat, dimiſſa Diaconia, quæ Presbyteris non conueniebat, titulum cooptabat, ſi autem ex Presbytero, Epiſcopus Cardin. fieri accidebat, tunc dimiſſo titulo, Epiſcopatum ſuſcipiebat, quem niſi Papa creatus eſſet, vſque ad obitum retinebat, hæc autem conſuetudo vſque ad Bonifacij Papæ IX. & Alexandri Papæ V. tempora in Romana Eccleſia perdurauit; mutandi autem eiuſmodi ſacerdotia tres cauſſæ fuerunt, quarum duæ priores neceſſariæ, tertia non ſolum non neceſſaria, ſed etiam inutilis, & mala fuit. G

Primus omnium Cardinalium ſub Bonifacio IX. titulum mutauit Bartholomæus Mezauacca Bononienſis, propter primam cauſſam quæ neceſſaria fuit, quum enim creatus fuiſſet Presbyter Cardin. ab Vrbano Papa VI. tt. S. Marcelli, atq; ob quaſdam ſiniſtras ſuſpiciones de eo cōceptas, ab eodem non longe pōſt priuatus eſſet Cardinalatu, eius titulus S. Marcelli H
nouo Cardinali, Presbytero Stephano Paloſio ab eodem Vrbano creato datus eſt, mortuo autē Vrbano VI. quum Bonifacius IX. Bartholomæum ipſum reſtituiſſet ad Cardinalatus honorem, titulum ſuum priorem, iam alteri Presbytero Cardin. qui adhuc viuebat datum auferre noluit, ſed ei alium titulum tunc vacantem dedit, videlicet tt. S. Martini in montibus: idem quoque accidit Philippo de Alenconio, qui quū eſſet Epiſcopus Card. Sabinus, atque ab Vrbano VI. priuatus eſſet, reſtitutus & ipſe fuit à Bonifacio IX. Epiſcopus Cardin. Oſtienſis & Veliternus hæcque fuit prima cauſſa neceſſaria mutandi titulos, quod niſi bis factum fuiſſe conſtat ſub ipſo Bonifac. IX. altera cauſſa neceſſaria mutandi titulos fuit ſub Alexandro V. quum enim ſchiſma peſſimum inter Vrbanum VI. & Cl. VII. exortum fuiſſet, amboq; tanquā veri Rom. Pōtifices multos Cardin. creaſſent, contigerat vt in omnibus ferè Epiſcop. titulis, Diaconiis Cardin. duo eſſent titulares, alter in

[illegible] C [illegible]
A [illegible] q cob [illegible]
[illegible] de P [illegible]
tertio Alexan[illegible] V[illegible]
poſſent, in eodem ſacerdo[illegible] Epiſcopat[illegible]
Diaconias aliquot, quæ tunc [illegible] ſchiſmatis duos habebant titulares mutare neceſſe fuit, etenim quũ in obedientia Clementis VII. Guido de Maloſicco Pictauienſis eſſet, Epiſcopus Prænestinus, & Petrus Gerardi de Podio Tuſculanus, idemque Epiſcopatus alios haberent, Epiſcopos in obedientia Vrbani VI. videlicet Antonium Caietanum Prænestinum, & Henricum Minutolum Tuſculanum, Epiſcopos, placuit Pontifici vt ij Card. qui eſſent obedientiæ Vrbani VI. Epiſcopatus mutarent, atque ita Henricus ex Tuſculano, factus eſt Sabinus, & Petrus de Podio remanſit Tuſculanus, sic Antonius Caietanus ex Prænestino factus eſt Portuenſis, & Guido de Maloſicco retinuit Epiſcopatum Prænestinum; ſimilis ratio fuit in titulis, Antonius enim Caluus Card. obedientiæ Vrbani VI. ex Presbytero tt. S. Praxedis, factus eſt
B Presbyter tt S. Marci, quod titulus S. Praxedis alium haberet Cardinalem Presbyterum in obedientia Clementis VII. videlicet Petrum Cardinalem de Hiſpania. Similiter, & in Diaconiis, Petrus enim Hannibaldenſis obedientiæ Vrbani VI. Diaconus Cardinalis ex Diacono Sancti Angeli factus eſt SS. Coſmæ & Damiani, & Petrus Serra alterius obedientiæ, Diac. S. Angeli Diaconiam quam in ſua obedientia habuerat, retinuit, idem factum fuit ſub Martino III. dicto V. ob eandem cauſam: Iacob enim Inſulanus Diaconus Cardin. relicta Diaconia S. Euſtachij quam a Ioanne XXII. dicto XXIII. habuerat, Alphonſo Carillo, Hiſpano, quæ ei à Benedicto XI. dicto XXII. in ſchiſmate tradita fuerat, Diaconiam S. Mariæ nouæ quæ tunc vacabat, cooptauit, hac autem occaſione, duo aliquando Presbyteri vel Epiſcopi Cardinales diu in eodem titulo vel Epiſcopatu fuerunt. Antonius enim Corrarius qui à Gregorio XII. & Ludouicus de Barro, qui à Ioanne XXII. dicto XXIII. diu ſimul Epiſcopi Card. Portuenſes fuerunt; donec Ludouici obito Antonius Corradius eum ſolus retinuerit. Idem accidit, & titulo S. Clementis, qui per XIV. ferè
C annos duos habuit titulares, ſub Martino V. videlicet Gabrielem Condulmerium qui à Greg. XII. & Brandam de Caſtilione, qui à Ioanne XXII. dicto XXII. eiuſdem tituli Cardinales facti fuerant; donec creatione Gabrielis in Papam Eugenium IV. ſolus in titulo S. Clementis remanſit ipſe Branda, atque hæc fuit ſecunda mutandi titulos neceſſaria cauſa.

Tertia porro cauſa nec vtilis, nec neceſſaria, immo non bona ex ſecunda exorta eſt, quæ nunc paſſim frequentatur in Romana curia: quum enim multi Cardin. vidiſſent iam manus à Romanis Pontificib. miſſas eſſe ad eiuſmodi mutationes faciendas, etſi valde neceſſarias, cœperunt etiam ipſi titulorum vel Epiſcopatuum mutationes à Romano Põtifice procurare non neceſſitate aliqua, ſed vt de titulo tenuiora transferrentur ad ditiorem, quorum omnium primus fuit Iordanus Vrſinus Cardin. creatus ab Innocentio VII. qui ſub Alexãdro V. quum vidiſſet eas fieri neceſſarias mutationes, quas ſuperius dixi, petiit & ipſe à Pontifice Alexandro titulum ſibi mutari, quod & contra canones Eccleſiaſticos obtinuit, atque contra antiquam, & laudabilem conſuetudinẽ, quæ per mille, & ducentos annos in Romana Eccleſia obſeruata fue-
D rat, primus omnium Card. ſine neceſſitate aliqua titulo ſuo priore videlicet S. Martini in montibus dimiſſo, quòd tenuis eſſet, titulum opulentiorem S. Laurentij in Damaſo tunc vacantem cooptauit: cuius exẽplum ſequutus Petrus Hannibaldenſis, mortuo Petro Serra Hiſpano cui Diaconiam S. Angeli dimiſerat relicta Diaconia SS. Coſmæ & Damiani, iterò eandem Diaconiam S. Angeli contra antiquam conſuetudinem recepit, poſt autem has duas non neceſſarias mutationes, quæ ſub Alexandro V. factæ fuerunt, nullam amplius factam inuani vſque ad creationem Eugenij IV. annumque Chriſti 1431. quo anno primus omnium Epiſcoporum Cardin. idem Iordanus Vrſinus dimiſſo Epiſcopatu Albano, quem à Ioanne XXIII. habuerat, qui tenuis eſſet, ſine cauſa neceſſaria, Epiſcopatum Sabinum tunc vacantem quòd ditior eſſet aſſumpſit; cuius ſtatim exẽplum ſequutus eſt Antonius Cotarius, qui & ipſe ſine neceſſitate dimiſſo Epiſcopatu Portuenſi, quẽ per 15. ferè annos obtinuerat, ab eodem Eugenio IV. accepit Epiſcopatũ Oſtienſem, quia opulentior erat. Sub eodem quoque Eugenio Ioannes de Turrecremata relicto titulo S. Xyſti

[illegible] Ixsni be m, E
[illegible] pus Card.
[illegible] au [illegible] ſub Pio II.
[illegible] poſſet eſſe, ſub quo etiam Pontifice
[illegible] relicto Portuenſi accepit Oſtienſem, ſub
Paulo II. Io[illegible] la relicto primo ſuo titulo S. Priſcæ aſſumpſit titulũ S. Laurẽtij in Damaſo. Hæ autẽ ſunt omnes nõ neceſſariæ mutationes, quæ ante Xiſti Pontificatũ factæ fuerũt; in quibus vſq; ad id tempus temperantes admodũ fuiſſe Romanos Põtifices apparet, primus poſtea Xyſtus IV. nulla habita ratione, non ſolum crebris mutationibus, omnia confundere cœpit, ſed etiam quod ante id tempus inauditum fuerat, Diaconias Presbyt. pro titulis, & titulos Diaconis, pro Diaconiis dare cœpit, adhuc tamen optãdi mos non plenè inoleuerat; arbitrio enim Pontificis vſq; ad hæc tempora, Epiſcopatus, tituli, & Diaconiæ vel dabantur vel mutabantur, iuſque optionis adhuc non erat integrum, verum tunc paulatim, & ſenſim exoriebatur: non enim videre poſſumus ante Alexandri VI. extremos Pontificatus annos, vel Iulij II. Pontificatũ.
Quempiam Cardin. plus quam duos titulos, vel Epiſcopatus vel Diaconias mutaſſe, demum circa finem Pontificatus Alexandri VI. & initia Iulij II. crebra hæc mutandorum titulorum ratio, & ius optandi plenè exorta ſunt, quæ etiam nunc vſurpantur. Tum primum etiam ſub Iulio II. accidit vt vnus Card. optarit, is autem fuit Raphaël Riarius. In qua optione hæc lex facta eſt, vt Card. abſentes ſine legitima cauſa vel pro Romanæ Eccleſiæ negotiis in biſce optionibus nullum ius haberent, ac tanquam mortui haberentur: in optionibus autem ſacerdotiorum Cardin. ratio tantum habetur ditioris vel opulentioris tituli, Epiſcopatus, vel Diaconiæ, atque hi qui minus locupletes titulos, vel Epiſcopatus, aut Diaconias habent, opulentiores ſemper optant, ſi quando vacare contingunt. Atq; inter ſex Epiſcopatus Card. hic eſt ordo optionis, primo optatur Albanus ceteris tenuior, poſt Tuſculanus, Albano ditior, deinde Prænestinus, vtriſque opulentior, ad hæc Sabinus, poſtea Portuenſis. Poſtremo Oſtienſis omnium ditiſſimus. Si igitur fortè obiit Epiſcopus Card. Albanus is Epiſcopatus optatur ab antiquiore Presbyterorum Cardin. in vrbe præſentium vel Romanæ Eccleſiæ cauſa etiam abſen- G
te. Si Tuſculanus Epiſcopatus vacat, is qui eſt Epiſcop. Albanus, ſi præſens in vrbe eſt dimiſſo Epiſcopatu Albano, aſſumit Tuſculanum, ſi abſens, antiquior Presbyterorum Cardinaliũm præſentium, vel Reip. cauſa etiam abſens Tuſculanã optat Eccleſiam præterito Epiſcopo Albano abſente. Si obiit Epiſcopus Prænestinus Epiſcopus Tuſculanus Prænestinam, Albanus Tuſculanam, antiquior Presbyterorum Albanam, ſi in vrbe præſentes erunt, optant Eccleſias. Quod ſi caſu moriente Prænestino, neque Tuſculanus, neque Albanus Epiſcopi in vrbe eſſent, Prænestinam ſedem optaret antiquior Presbyterorum in vrbe præſentium, eadem ratio eſt & de ſequentibus Epiſcopatibus Card. Tuſculanus enim Epiſcopus non optaret niſi Sabinam, Portuenſem, vel Oſtienſem Eccleſias, ſic Sabinus niſi Portuenſem, vel Oſtienſem, demum Portuenſis non niſi Oſtienſem, Epiſcopus vero Oſtienſis qui omnium ditior eſt nullum amplius habet optãdi locum. Eſt igitur hic ordo vt antiquior Epiſcoporum præſentiũ ius ſemper habeat optandi vacantes ſedes Epiſcopales Card. ſua ditiores: aliquando Romani Pontifices in hiſce Epiſcopis H
cooptandis optionis ius infringunt, priſtináq; vtuntur auctoritate, atque vacant è qualiber harum Eccleſiarum, Portuenſi, & Oſtienſi exceptis, eas non Presbyteris Cardin. ſenioribus, ſed alicui ex antiquis Diaconis Cardin. eas tradunt, qui ex Diaconatu, in quo per multos annos permanſerint, ſine Presbyteri gradu ad Epiſcopatum aſcendunt. Hoc autem aliquando fit, ius ſuum optandi concedente eo Presbytero Cardin. ſeniore, qui optare deberet, aliquando autem ex mera Pontificia Romani auctoritate. Hoc autem etſi Pontifices Romani omnibus Card. Diaconis antiquioribus aliquando concedant, id tamen nunquã negare ſolent eis Diaconis, qui eos in ſua creatione coronant, quibus in coronationis (vt ita dicam) præmium, aliquam ex his ſedibus ſi vacare per ea tempora contigerit, tribuunt, vt nouiſſimè fecit Paulus IV. Franciſco Piſano Archidiacono Card. qui eum ex Diacono, Epiſcopum Albanum creauit. Cæterum Clemens VII. volens aliquid præſtare Marco Cornelio Archidiacono qui ipſum coronauerat, eum ex Archidiacono, Archipresbyterum creauit dans ei titulum S. Marci, qui paulo ante vacauerat, locũmque

primum

A [illegible]
[illegible] p [illegible]
cantis per [illegible] dies, Epi[illegible] quæ noſtris temporibus vſurpa[illegible] piſcopatibus Card. quæ ratio eadem eſt, & in titulis, & Diaconiis: primos enim omnium, id eſt, ditior titulus (nam nulla eſt inter Titulos, Epiſcopatus, vel Diaconias præeminentia, cum omnes quantum ad dignitatem attinet æquales ſint, nulluſque altero prior) eſt S. Mariæ Tranſtiberim, pòſt Damaſi, pòſt Lucinæ, & ſic deinceps; cum enim vacat titulus Lucinæ, cum optat propinquior defuncto, Presbyterorum Cardinalium præſentium ſi vacat titulus S. Mariæ Trãſtiberim, cum optat titularis Lucinæ ſi in vrbe eſt, niſi Cardinalis, propinquior creatione defuncto; in Diaconiis etiam idem ſeruatur modus, ditiores enim optantur cum vacant, ab his Diaconis Cardinalibus, qui tenuiores habent, quibus crebris mutationibus factum, vt Cardinales. Titulos ſibi, cum creati ſunt primo commiſſos, non diligant, tanquam paulò poſt mutandos, eoſq; ruere patiantur, neque vllam eorum reſtituendorum curam B habeant, quare factum eſt, vt pleriquc tituli, & Diaconiæ partim iam ſolo æquata, partim ruinæ proxima ſint, cæterum inter alios abuſus etiam hic inoleuerat, qui ſub Paulo Papa III. ex parte ſublatus eſt, vt Presbyter Cardinalis Epiſcopus factus titulum ſibi priorem retineret tanquam in commenda, quod malè factum (vt dixi) emendatione dignum eſſet.

In præcedendo autem hic ordo noſtra ætate eſt, vt Diaconus cæteros Epiſcopos, Epiſcopi Presbyteros, Presbyteri Diaconos præcedant Cardinales, quum Diaconus Cardinalis Presbyter ſit, nouiſſimum locum poſt omnes Presbyteros tenet, qui ante eum facti ſunt Presbyteri, licet ipſe longè ante in collegium cooptatus fuerit Cardinalium. in præcedendo enim non habetur ratio creationis Cardinalium, ſed ordinis, vt qui primo Epiſcopus (niſi Decanus ſit) poſteriores, primo Presbyter poſteriores Presbyteros, & primo Diaconus creatus ſit poſteriores Diaconos præcedat; & is qui præcedit, prioris eſt in conſiſtorio ſententiæ, priorémque locum in optando habet. Cæterum (vt dixi) præcedendi ordo in eis Cardinalibus Diaconis, qui Presbyteri ſunt, aliquando non obſeruatus eſt à Romanis Pontificibus, vt à Clemente VII. verum id raro admodum vſu venit, & non niſi ſemel quod C ſciam vſurpatum. Multa præterea dici poſſent, vt de dignitate, officio, & habitu Cardinalium, item de ratione qua creantur, de conſiſtoriis, cum publicis tum priuatis, de ſolemnitatibus, quibus ad diuina peragenda cum Romano Pontifice conueniunt, & cæteris id genus, ſed cum hæc omnia diffusè in libro, quem de eorum origine *Onuphr. Panuin.* ſcripſit videri poſſint: hæc quæ diximus ex eodem prælibare voluimus.

EPISCOPI CARDINALES OSTIENSES A LEONE PAPA IX. CREATI VSQVE AD PAVLI IV. TEMPORA, HOC EST AB ANNO CHRISTI M.III. VSQVE AD AN. MDLV.

Ex Onuphrij Panuini Lucubrationibus.

An. Christi.	*Num. Epiſc.*	
		Petrus creat. à Ioanne Pp. 19.
1051	1	Domnus Petrus Damiani cognomento Peccator, familia Honeſta, Nobilis Rauẽnas, primò Monachus, poſt cũ Epiſcopatũ abdicaſſet Canonicus Reg. factus, creat. a Stephano Pp. 9.
1058	2	
1061	3	Gerardus creat. ab Alexand. Pp. 2.
1081	4	Ioannes Schiſmaticus creat. à Clemente III. Antipapa.
1081	5	Domnus Otho de Caſtillione diœceſis Remenſis Gallus, Monach. Cluniacenſis creat. à Gregorio VII.
1088	6	Otho iunior 2. Gallus, creatus ab Vrbano Pp. 2.
1100	7	Domnus Leo Marſicanus Campanus Monach. & Bibliothec. Caſſinenſis monaſterij, creat. à Paſchale Pp. 2.
1105	8	Domnus Lambertus de Fagnano Bononienſis Canon. Reg. Lateranenſis, creat. à Paſchale Pp. 2.
1125	9	Ioannes creatus ab Honorio Pp. 2.

D

[illegible]	[illegible]	[illegible] & Abbas S. [illegible] ab Innoc. P[illegible] E
	1[illegible]	Alber[illegible] Francus Gallus, creat. ab [illegible] Pp. 2.
		Eccleſia Veliterna ab Eugenio Pp. 3. Oſtienſi vnita fuit ſub Alberico Epiſcopo Oſtienſe. Erunt ergo deinceps Epiſcopi Cardin. Oſtienſes & Veliterni.
1150	12	Fr. Hugo Gallus Monachus Ciſtercienſis, & Abbas Trium Fontium creat. ab Eugenio Pp. 3.
1159	13	Hubaldus Aullucingolus Lucenſis, Tuſcus ex Presb. Card. tt. S. Praxedis Innocent. II. creatus ab Hadriano IV.
1184	14	Domnus Theobaldus Gallus Monachus, & Abb. Cluniacenſis creat. à Lucio Pp. 3.
1189	15	Octauianus Roman. ex Diacono Cardinale SS. Sergi & Bacchi Lucij Pp. 3. creatus à Clemente Pp. 3.
1211	16	Hugolinus de comitibus Signiæ Anagninus Hernicus, ex Diac. Card. S. Euſtachij Innocentij III. creat. ab Innocentio III. F
1215	17	Rainaldus de Comitibus Signiæ Anagninus Henricus ex Diac. Card. S. Euſtachij creatus à Gregorio Pp. 9.
1261	18	Henricus Gallus V. I. D. ex Archiepiſc. Ebredunenſi, ab Vrbano Pp. 4.
1274	19	Fr. Petrus de Tarantaſio Burgundus Gallus, Ord. Prædicator. ex Archiepiſcopu Lugdunenſi, creatus à Gregorio Pp. 10.
1278	20	Fr. Latinus Malabranea Roman. Ord. Fr. Præd. creat. à Nicolao Pp. 3.
1294	21	Fr. Hugo de Biliomo de Claromonte Aluetniæ Gallus, Ord. Præd. ex Presb. tt. S. Sabinæ Nicolai 4. à Cœleſtino 5. G
1300	22	Fr. Nicolaus Bocaſinus Taruiſinus Ord. Præd. Gen. Magiſter, ex Presb. tt. S. Sabinæ, creat. à Bonifacio Pp. 8.
1303	23	Fr. Nicolaus de Prato Tuſcus, Ord. Prædicat. ex Epiſcopo Spoletano creat. à Benedicto 9. d. 11.
1321	24	Rainaldus Loporta Altoſareo Lemouicenſ. Diœceſ. Gall. ex presb. Card. creat. à Ioanne 21. d. 22.
1325	25	Bertrandus de Podietto, de Caſtro nouo Rotherij Caturcenſis Diœc. Gallus, ex Presb. tt. S. Marcelli à Ioanne Pp. 22.
1346	26	Stephanus Alberti Lemouicenſis Gallus, ex Presb. Card. tt. Pammachij, creat. à Clem. Pp. 6.
1353	27	Petrus Bertrandi Gallus, ex Presb. Card. Clementis VI. ab Innocentio Pp. 6.
1361	28	Andoinus Alberti Lemouicenſis ex Presb. Card. tt. Pammachij, creatus ab Innocentio 6. Pp. H
1363	29	Fr. Helias de S. Heredio Gallus, Ord. Min. ex Presb. Card. tt. S. Stephani in Cœlimonte Innocentij Papæ 6. creat. ab Vrbano Pp. 5.
1367	30	Fr. Guillelmus Sudre Lemouicenſis Gall. Ord. Præd. ex Presb. tt. Pammachij ab Vrbano Pp. 5.
1373	31	Petrus de Stagnu Gallus, ex Presb. Card. tt. S. Mariæ Tranſtiberim Vrbani V. creat. à Greg. Pp. 11.
1378	32	Fr. Bertrandus Lagetij de Ligineo Gall. Ord. Min. ex Presb. tt. S. Priſcæ Gregorij XI. ab Vrbano Pp. 6.
		Schiſma.
1390	33	Philippus de Alenconio Gallus à

N 3 Bonif.

[illegible]	[illegible]	[illegible]
A 1392	34	Fr. [illegible] Ara go. H[illegible] [illegible] S. [illegible] creat. à Clemente Antip pa.
1397	35	Angelus Ac[illegible]olus Florentinus, ex Presbyt. Cardin. tit. Damaſi, Vrbani 6. creat. à Bonifacio Pp.9.
1398	36	Ioannes de Bronhiaco Gall. ex Presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ Clementis 7. Antipapæ, creatus à Benedicto 13. dicto 13.
1435	37	Antonius Coradius Venetus, ex Epiſc. Portuenſe, ab Eugenio Pp.
1445	38	Ioannes Ceruantes Hiſpalẽſis Hiſp. ex Presb. Card. tt. Eudoxiæ, Martini 5. creat. ab Eugenio PP.4.
1450	39	Georgius de Fliſco Genuenſis, ex Presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, Eugenij Pp.4. creat. à Nicolao 5.
B 1465	40	Guillelmus de Eſtonteuilla Gallus, ex Epiſc. Portuenſi, à Pio Pp.2.
1483	41	Iulianus de Ruuere Sauonenſis, ex Epiſc. Albano, à Xyſto Pp.4.
1503	42	Oliueris Caraſſa, Neapolitan. ex Epiſc. Sabino à Iulio Pp.2.
1511	43	Raphaël Riarius Sauonenſis, ex Epiſc. Portuenſe, à Iulio Pp.2.
1521	44	Bernardinus Caruaial Hiſpanus, ex Epiſc. Sabino, à Leone Pp.10.
1523	45	Franciſc. Soderinus Florentin. ex Epiſc. Portuenſe, à Clem. Pp.7.
1524	46	Nicolaus de Fliſco Genuenſis, ex Epiſc. Portuenſe, à Clemente Pp.7.
1554	47	Alexander Farneſius Roman. ex Epiſc. Portuenſe, à Clemente Pp.7.
1534	48	Ioannes Picolomineus Senenſis, ex Epiſc. Portuenſe, à Paulo Pp.3.
1537	49	Ioan. Domioicus de Cuppis Rom. ex Epiſc. Portuenſe, à Paulo Pp.3.
C 1553	50	Ioannes Petrus Caraſſa, Neapolit. ex Epiſc. Tuſculano, à Iulio Pp.3.
1555	51	Io. Bellaius Gallus, ex Epiſc. Portuenſe, à Paulo Pp.4.
		Epiſcopi, Cardinales, Siluæ Candidæ, *alias SS. Virginum Ruffina & Secunda.*
104	1	Creſcentius, creat. à Benedicto 8. d. 9.
105	2	Domnus Vbertus Tullenſis Leucus Gal. Monach. & Abb. Tullenſis, creat. à Leone Pp.9.
106	3	Domnus Maynardus Campan. Monach. Caſſinas, ex Presbyt. Cardin. Leonis 9. creat. ab Alexandro 2.
108	4	Adelbertus Schiſmaticus, creat. à Clemento 3. Antipapa.
		Eccleſia Silua candida alias S. Rufina adiuncta fuit Eccleſia Portuenſi a Pp.2. deficientibus Vrbis incolis, circa an. Domin. 1120. ſub Petro Epiſcopo Card. Portuenſe.
D		EPISCOPI, CARDIN. PORTVANSES, *à Leone 9. ad Paulum Pp. IV.*
104	1	Ioannes creat. à Benedicto 8. d. 9.
1059	2	Ioannes II. creat. à Nicolao Pp.2.
108	3	Petrus Schiſmaticus, creatus à Clemente 3. Antipapa.
108	4	Mauritius creat. ab Vrbano Pp.2.
110	5	Vincentius creat. à Paſchali Pp.2.
115	6	Petrus Rom. creat. à Paſch. Pp.2.
		Sub hac Eccleſia S. Rufina vnita eſt Portuenſi à Caliſto Papa 2. Erunt ergo deinceps.
		Epiſcopi, Card. Portuenſes, *& S. Ruffina.*
1135	7	Theodevvinus Germanus, creatus ab Innocentio Papa.

[illegible]	Num.	[illegible]
[illegible]	8	C[illegible] R[illegible] Ha[illegible] 4.
[illegible]	9	B[e]rnardus, creatus ab Hadriano Pp.4.
1176	10	Fr. Guillielmus Papienſis ex Presb. tt. Eudoxiæ, Hadriani Pp.4. creat. ab Alexandro 3.
1177	11	Theodinus ex Presb. Card. tt. Veſtinæ, ab Alexandro Pp.3.
1189	12	Bobo ex Diacono S. Angeli, Lucij 3. à Clemente Pp.3.
1190	13	Petrus Gallocia Rom. creat. à Clemente Pp.3.
1211	14	Benedictus ex Presb. Card. tt. S. Suſannæ, ab Innocentio III.
1216	15	Bertrand. creat. ab Honorio Pp.3.
1218	16	Fr. Conradus de Vrach. German. ex Monacho, & Abbate Ciſtercienſi, creat. ab Honorio 3.
1235	17	Romanus ex Diacono S. Angeli Innocentij III. à Gregorio Pp.9.
1244	18	Otho Blancus de Alerno, ex Marchionibus Montisferrati, ex Diacono S. Nicolai in carcere, Gregorio IX. ab Innocentio Pp.4. F
1251	19	Fr. Iacobus Mooach. creatus ab Innocentio IV.
1261	20	Fr. Ioannes Monach. Ciſtercienſis ex Presb. Card. tt. Luciæ, Innocentij IV. creat. ab Vrbano IV.
1278	21	Fr. Robertus Biliberi Anglus, Ord. Prædicat. ex Archiepiſc. Cantarienſi, à Nicolao Pp.3.
1281	22	Bernardus de Anquiſcello Gall. ex Archiepiſc. Arelatenſi, à Martino 2. dicto 5.
1290	23	F. Martinus de Aquaſparta Tudertinæ Diœceſis, Miniſter Generalis Ord. Minorum ex Presb. tt. Damaſi, à Nicolao Pp.4. G
1302	24	Fr. Ioannes de Muro Picenus, ex Generali Ord. Min. à Bonifacio VIII.
1312	25	Iacobus Arnaldi de Oſſa Caturcenſis Gallus, ex Epiſcopo Aquenſi, creatus à Clem. Pp.5.
1316	26	Bertrandus de Caſtneto Gall. ex Epiſc. Anicienſi, à Ioan. 21. d. 22.
1327	27	Ioannes Raimundi Comes Convenarum Pp.21.
1349	28	Guido de Monteforti Lemouicenſ. Gallus, ex Presb. Card. tt. S. Cæciliæ creat. à Clemente Pp.6.
1373	29	Petrus Corſius Florentinus, ex Prebs. Card. tt. Damaſi, Vrbani Pp.3. creat. à Gregorio XI.
		Schiſma.
1409	30	Antonios Caietanus Rom. ex Epiſc. Prænestino ab Alexandro Pp.5.
1412	31	Antonius Corarius Venetus ex Presb. tt. S. Chryſogoni, à Greg. XII.
1412	32	Ludouicus de Barro Gall. ex Presb. Apoſtolorum Alexandri Pp.5. creatus in Schiſmate, à Ioanne 22. dicto 23. H
1431	33	Branda Caſtello Mediolanenſis, ex Presb. Card. tt. S. Clementis Ioannis Pp.22. creat. ab Eugenio IV.
1443	34	Dominicus Rom. Hiſpanus, ex Preſbyt. tt. Pammachij Martini III. ab Eugenio Pp.4.
1445	35	Franciſcus Condulmerius Venetus ex Presb. tt. S. Clementis, ab Eugenio Papa 4.
1451	36	Guillelmus de Eſtonteuilla, ex Preſbyt. tt. Equitij, Eugenij IV. à Nicolao Pp.5.
1461	37	Ioannes Caruaial Hiſpanus, ex presby

	An. Chriſti	Num. Epiſc.	
A			Presbyt[illegible] Eugen[illegible] 4. à Pio Pp. 2.
	1469	38	Ric[illegible] O[illegible]ij Normandus, Gallus, ex Presbyt. Card. tt. S. Euſebij Calliſti Pp.3. creat. à Paulo Pp.2.
	1470	39	Philippus Calandrinus, ex Presbyt. tt. Lucinæ Nicolai 5. à Paulo Pp 2,
	1476	40	Rodericus Borgia, Valentinus Hiſpanus, ex Epiſc. Albano à Xiſto Pp.4.
	1492	41	Ioannes Michaëlius Venetus, ex Epiſc. Præneſtino ab Alex.6.
	1503	42	Georgius Coſta Portugalenſis Hiſpanus, ex Epiſc. Tuſculan. ab Alexandro 6.
	1508	43	Raphaël Riarius Sauonenſis, Ligur. ex Epiſc. Sabino, à Iulio Pp.2.
	1511	44	Dominicus Grimanus Venetus, ex Epiſc. Tuſcul. à Iulio Pp.2.
	1523	45	Franciſcus Soderinus Florentinus, ex Præneſtino, à Clemente Pp.7.
B	1523	46	Nicolaus de Fliſco Genuenſis, ex Epiſc. Sabino, à Clemente Pp.7.
	1524	47	Alexander Farneſius Roman. ex Epiſc. Sabino, à Clemente 7.
	1524	48	Antonius de Monte Aretinus, ex Epiſc. Sabino, à Clemente 7.
	1533	49	Ioannes Picolomineus Senenſis, ex Epiſc. Sabino, à Clem.7.
	1534	50	Ioan. Dominicus de Cuppis Rom. ex Epiſc. Sabino, à Paulo Pp.3.
	1537	51	Bonifacius Ferrerius Lucellenſis, ex Epiſc. Sabino, à Paulo 3.
	1543	52	Antonius Sanſeuerinas Neapolitan. ex Epiſc. Sabino, à Paulo 3.
	1543	53	Marinus Grimanus Venetus, ex Epiſc. Tuſcul. à Paulo Pp.3.
	1546	54	Ioannes Saluiatus Florentin. ex Epiſc. Sabino, à Paulo Pp.3.
C	1553	55	Ioan. Bellarius Francus Gallus, ex Epiſc. Albano, à Iulio Pp.3.
	1555	56	Rodolphus Pius Carpenſis, ex Epiſc. Tuſculano, à Paulo Pp.4.
			EPISCOPI, CARDINALES SABINI, *à Leone Pp.9. ad Paulum Pp.4.*
	103	1	Ioannes, creat. ab Ioanne 19. Papa.
	106	2	Vbaldus, creat. ab Alexandro 2.
	107	3	Gregorius, creat. à Greg. Pp.7.
	108	4	Creſcentius, creat. ab Vrb. Pp.2.
	1026	5	Dominus Conradus de Subura Rom. ex Can. Reg. & Abbate S. Rufi, propè Valentiam ab Honorio Pp.2.
	1153	6	Gregorius, creat. ab Anaſtaſio 4.
	1163	7	Conradus Germanus, ex Archiep. Moguntino, ab Alexandro 3.
	1204	8	Ioannes de S. Paulo ex Presbytero Card. tt. Priſcæ Cœleſtini 3. ab Innocentio Pp.3.
D	1216	9	Petrus, creat. ab Honorio Pp.
	1220	10	Oliuerius Saxo German. ex Epiſc. Paderbornenſi, ab Honorio Pp.3.
	1227	11	Fr. Ioannes de Abbatis-villa Gall. ex Monacho Cluniacenſi Abb S. Ioan. de Abbatis-villa, & Archiepiſc. Biſuntino, creat. à Gregorio Pp.9.
	1240	12	Gaufridus de Caſtellione Mediolan. ex Presb. tt. S. Marci, à Greg.9.
	1244	13	Guillielmus Pedemontan. ex Epiſc. Mutinenſis, ab Innocentio 4.
	1251	14	Petrus ex Presb. Card. tt. S. Marcelli, ab Innocentio Pp.4.
	1253	15	Ioan. creat. ab Innocentio Pp.6.
	1261	16	Guido Fulcôclij Groſſus de Villa S. Ægidij Narbon. diœceſis, Gallus, ex Arch. Narbonenſi, ab Vrb. Pp.4.
	1274	17	Ioannes Vicecomes Placentin. à Gregorio Pp.10.
	1281	18	Gerardus Blanchus de Gainaco villa

	An. Chriſti	Num. Epiſc.	
E			[illegible] ex Presb. Baſil. ex A[illegible], Nicolai 5. à Martino 5. dicto 4.
	[illegible]	19	Petrus [illegible], creatus à Bonifacio Pp. 8.
	1312	20	Arnaldius de Anxio Gallus, ex Epiſcopo Pictauienſi, à Clem.5.
	1324	21	Frat. Guillielmus Godiuus de Baiona Gallus, Ord. Præd. ex Presb. tt. S. Cæciliæ Clementis 5. à Ioanne 21. dicto 22.
	1336	22	Fr. Matthæus Vrſinus Roman. Ord. Præd. ex Presbyt. Card. tt. Pammachij Ioannis 21. creat. à Benedicto 10. dicto 12.
	1341	23	Petrus de Mortuo-Mari Lemouicenſis Gall. ex Presbyt. Card. tt. S. Stephani in Cœlio Monte Ioannis 21. à Benedicto Pp. 10.
F	134[illegible]	24	Bertrandus de Deucio oppido Blandiaco Vticenſis diœceſis Gallus, ex Presbyt. tt. S. Marci, Benedicti 10. à Clemente 6.
	1355	25	Ægidius Aluari de Albornotio Hiſpan. ex Presb. Card. tt. S. Clementis, Clem. 6. creat. ab Innocentio 6.
	1367	26	Frater Guillielmus de Agrifolio Gall. Monachus Cluniacenſis, ex Presb. tt. Calliſti, Clementis 6. ab Vrbano Pp. 5.
	1369	27	Philippus Patha de Caballole Auenionenſ. Gall. ex Presb. Card. tt. S. Sabinæ, Vrbani 5. creat. ab Vrbano 5.
	1372	28	Ioannes de Blanſaco Nemauſenſ. Gall. ex Presb. tt. S. Marci, Innocentij 6. creat. à Gregorio 11.
	1379	29	Petrus Soracenacus Gallus, ex Presb. Card. tt. S. Mariæ Tranſtiberim, creat. à Clemente 7. Antipapa.
G			*Schiſma.*
	1381	30	Philippus de Alenconio Gallus, ex Presb. tt. Calliſti, ab Vrbano. Pp.6.
	1390	31	Iacobus de Arragonia Hiſpanus, ex Presb. Card. à Clem.7. Antipapa.
	1391	32	Franciſcus Carbonus Neapolitan. ex Presb. Card. tt. S. Suſannæ, Vrbani 6. creat. à Bonifacio 9.
	1396	33	Guillielmus de Agrifolio Gallus, ex Presb. Card. tt. S. Stephani in Monte Cœlio. Vrbani 5. creat. à Benedicto 11. dicto 13.
	1409	34	Henricus Minotolus Neapolitan. ex Epiſc. Tuſcul. ab Alexandro Pp.5.
	1411	35	Petrus Fernandi Frias ex Presb. tt. S. Praxedis, Clemens 7. à Ioanne 22. dicto 23.
H	1420	36	Franciſcus Landus Venetus, ex Presbyt. tt. S. Crucis, Ioann. 22. à Martino P.3. dicto 5.
	1431	37	Iordanus Vrſinus Rom. ex Epiſc. Card. Albano, ab Eugenio Pp.4.
	1449	38	Amadeus, olim Felix Pp. 5. in ſua obediĕtia appellatus, à Nicolao Pp.5.
	1452	39	Iſidorus Theſſalonicenſis Græc. ex Presb. Card. tt. SS. Marcellini & Petri, Eugeni 4. creat. à Nicolao Pp.5.
	1463	40	Fr. Ioan. de Turrecremata Hiſpan. ex Epiſcop. Albano, à Pio Pp.2.
	1466	41	Latinus Vrſinus Roman. ex Presb. Card. tt. Pammachij, Nicolai 5. creat. à Paulo Pp.2.
	1472	42	Alanus Cœtiuus Britto, ex Presb. Card. tt. S. Praxedis, Nicolai Pp.5. creatus à Xiſto Pp.4.
	1474	43	Berardus Herulus Narnienſis, ex Presb. Card. tt. S. Sabinæ, Pij Pp.2. creatus à Xiſto Pp.4.

An. [illegible] Num. Epiſ.

A [illegible] 44 O[illegible] Epiſcopo Al[illegible] [illegible]ſto Pp.

1503 45 Hieron[illegible] de R[illegible] uēſ.ex Epiſc.Præneſtino, a Iu[illegible] Pp.

1506 46 Raphael Riarius Sauonen.ex Epi[illegible] Præneſtino à Iulio Pp.2.

1508 47 Ioannes Antonius de S. Georgio, Mediolanenſis, ex Præneſtino.

1509 48 Bernardinus Caruaial, ex Epiſcopo Præneſtino à Iulio Pp.2.

1511 49 Fr. Soderinus Florentinus, ex Preſbyt.Card. tt. S.Suſannæ Alexandri 6. creat. à Iulio Pp.2.

1513 Bernardinus Caruaial iterum creat. à Leone Pp.10.

1521 50 Nicolaus de Fliſco Genuenſis, ea Epiſc. Albano à Leone Pp.10.

1523 51 Aleaander Farneſius Romanus, ex Præneſtino, à Clemente 7.

B 1524 52 Antonius de Monte Aretinus, ex Præneſtino, à Clemente Pp.7.

1524 53 Petrus Aecoltos Aretinus, ex Præneſtino, à Clemente Pp.7.

1532 54 Ioan. Picolomineus Senenſis, ex Epiſcopo Præneſtino, à Clement.7.

1533 55 Ioan. Dominicus de Cupis Romanus, ex Præneſtino, à Clemente 7.

1534 56 Bonifacius Ferterius Vercellenſis, ex Præneſtino, à Paulo 3.

1537 57 Laurentius Campegius, Bononienſ. ea Præneſtino Paulo Pp.3.

1539 58 Antonius Sanſeuerinas Neapolit.ea Præneſtino, à Paulo 3.

1543 59 Ioan.Saluiatus Florentinus,ea Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani Leonis Pp.10. creat. à Paulo Pp.3.

1546 60 Ioannes Petrus Caraffa Neapolit.ex Epiſc. Albano, à Paulo Pp.3.

C 1550 61 Fr. de Turnone,Gallus ex Presbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, Clem.7. creat. à Iulio Pp.3.

Epiſcopi, Cardinales Præneſtini à *Leone Pp.9. ad Paulum Pp.4.*

103:: 1 Petrus, creat. à Ioanne Pp.19.

106:: 2 Vbertus, creat. ab Aleaandro 2.

108:: 3 Hugo Schiſmaticus, creatus à Clemente 3. Antipapa.

108:: 4 Milo, creat. ab Vrbano Pp.2.

110:: 5 Conradus, creat. à Paſchale Pp.3.

111:: 6 Cuno Eremita Germanus, creatus à Paſchale 2.

1123 7 Guillelmus, creat. à Calliſto 2.

1141 8 Fr.Stephanus Cathalaunenſis,Gallus, Monach. & Abb. Ciſtercienſis, creat. ab Innocentio 2.

1144 9 Domnus Guarinus Bononienſ. Canon. Reg. à Lucio Pp.2.

D 1159 10 Iulius,ex Presb. tt.S.Marcelli Cœleſtini 2. creat. ab Hadriano 4.

1176 11 Manfredus,ex Presb. tt. S.Sabinæ, creatus ab Alexandro 3.

1177 12 Bernardus creatus ab Alexandro Pp.3.

1081 13 Paulus Scholaris Romanus, creat. ab Alexandro 3.

1190 14 Ioan.Anagnimus, ex Diac. S.Mariæ in porticu Hadriani 4. & Presb.tt.S. Marci,Alexandri 3.à Clemente Pp.4.

1207 15 Guido ex Diacono Clementis 3. & Presb.tt.Calliſti Cœleſtini 3. creatus ab Innocentio 2.

1250 16 Guido,ex Diac.S.Nicolai in carcere Innocentij 3. ab Honorio 3.

1235 17 Fr.Iacobus, Monach.Ciſtercienſis, ea Abbate S. Anaſtaſij ad aquas Saluias, creat. à Gregorio 9.

[illegible] 18 [illegible] Archiepiſ- E [illegible] Innocentio 4.

[illegible] [illegible] [illegible]cedo[illegible]nus Placentinus, Ord. Minor. à Gregorio 10.

1278 20 Philippus, ex Epiſcopo Firmano, à Nicolao 3.

1281 21 Fr.Hieronymus Aſculanus, Ordin. Min.ex Presb.Card.tt.Paſtoris Nicolai 3. à Martino 2. dicto 4.

1288 22 Bernardus, Gallus, creatus à Nicolao Pp.4.

1294 23 Simon, Gallus, ex Archiepiſcopo Bituricenſi, à Cœleſtino Pp.5.

1300 24 Theodoricus Vrbeuetanus,ex Preſbyt. tt. S.Crucis, à Bonifacio 8.

1306 25 Petrus Capella, Gallus,ea Presb.tt. Veſtinæ, creat. à Clemente Pp.5.

1312 26 Guillielmus Mandagotti,Gallus,ex Epiſcopo Auenionenſi, à Clem.5.

1381 27 Petrus de Prato Saliconenſis,Gall. ea Presbyt. Card. à Ioan.21. d.22. F

1361 28 Raimundus de Canilliaco, Antiſiodorenſis,Gallus,ea Presb.tt.S.Crucis in Hieruſalem, Clem.6. ab Innocent. Pp.6.

1373 29 Petrus de Kinhaco, Gall.ex Presb. tt.Damaſi Vrbani 5. à Gregor.Pp.11.

1375 30 Simon de Laugbiam Anglus, ex Presbyt. tt. S.Xiſti Vrbani 5. à Gregorio Pp.11.

1376 31 Ioan. de Croſo Lemouicenſis, Gallus, ex Presb. Card. tt. SS. Nerei & Achilei, creatus à Gregorio 11.

Schiſma.

118:: 32 Franciſ. Prægnanus Neapolitan. ex Presbyt. Card. ab Vrbano Pp.6.

1383 33 Guido de Malo Sicco Pictauienſis, Gallus,ex Presbyt. Card.tt.S.Crucis, Greg.11. creat.in Schiſmate,à Clem. 7. Antipapa. G

1405 34 Antonius Caietanus Romanus, ex Presb.Card.tt.S.Cæciliæ Bonifacij 9. creatus ab Innocentio 7.

1412 35 Fr.Angelus de Anna, Neapol.Ord. Camalduléſis,ex Diac.S.Luciæ in Septiſolio Vrbani 6.& Presb.tt.Paſtoris Bonifacij 9. creat. à Ioan.23. d.23.

1431 36 Hugo Luſignanus Cyprius Græcus, ex Diac. S.Hadriani Martini 3. dicti 5. & Presb. tt.Clemens,ab Eugenio Pp.4.

1445 37 Ioannes Taliacotius Neapolitan.ex Presb.Card.tt SS.Nerei & Achillei, creat. ab Eugenio Pp.4.

1472 38 Angelus Capranica Rom.ex Presb. Card. tt. S.Crucis in Hieruſalem Pij Pp.2, creat. à Xiſto Pp.4.

1478 39 Marcus Barbus Venetus, ex Presb. tt. S.Marci, Pauli 2. à Xiſto Pp.4. H

1491 40 Ioan. Michaëlius Venetus ex Diac. S.Angeli, Pauli 2. & ex Presbyt. tt. S.Marcelli, Xyſti 4. creatus ab Innocentio 8.

1492 41 Hieronymus Baſſus, de Ruuere Sauonenſis, Ligur.ea Presb.tt.S.Chryſogoni,Xyſti 4.creat.ab Alexandro 6.

1503 42 Laurentius Cibo Genuenſis, ex Epiſc. Tuſculano, à Iulio Pp.3.

1503 43 Antoniottus Palauicinus, ex Epiſc. Tuſculano, à Iulio Pp.2.

1504 44 Raphaël Riarius, ex Tuſculano Epiſcopo, à Iulio Pp.2.

1506 45 Ioann.Antonius de S.Georgio, ex Toſculano Epiſc. à Iulio Pp.2.

1508 46 Bernardinus Caruaial, ex Epiſcopo Tuſculano, à Iulio 2.

Guillel

An.	Num.	
[illegible]	[illegible]	[illegible]
1511	48	Fra[illegible] Sa[illegible] ſis, Ligu[illegible] Mino[illegible], ex Presbytero Card. tt. S. Mariæ Tranſtiberim à Iulio Papa 33.
1513		Guillelmus Briſſonetta iterum creatus à Leone Papa X.
1515		Frater Marcus Vogerius Sauonenſis, iterum à Leone Pp. X.
1516	49	Iacobus Serraualentinus Hiſpanus ex Epiſc. Albano, à Leone X.
1517	50	Franciſcus Soderinus Florentinus, ex Epiſc. Albano, à Leone Pp. X.
1523	51	Alexander Farneſius Romanus, ex Tuſculan. à Clemente Pp. VII.
1523	52	Antonius de Monte Aretinus, & Epiſcopo Tuſculano, à Clem. Pp. VII.
B 1523	53	Petrus Accoltus Aretinus, ex Epiſc. Albano, à Clemente 7.
1524	54	Marcus Cornelius Venetus, ex Epiſcop. Albano, à Clemente 7.
1524	55	Laurentius Puccius Florentinus, ex Epiſc. Albano, à Clemente Pp. 7.
1532	56	Ioannes Piccolomineus Senenſis, ex Epiſc. Albano, à Clemente 7.
1532	57	Ioannes Dominicus de cupis Romanus, ex Epiſc. Albano, à Clem. Pp. 7.
1533	58	Andreas de Valle Romanus, ex Epiſc. Albano, à Clem. Pp. 7.
1534	59	Bonifacius Ferrerius Vercellenſis, ex Epiſc. Albano, à Clemente 7.
1534	60	Laurentius Campegius Bononienſ. ex Epiſc. Albano, à Paulo Pp. 3.
1537	61	Antonius Sanſeuerinus Neapolitan. ex Epiſc. Albano, à Paulo Pp. 3.
1539	62	Io. Vincentius Caraffa Neapolitan. ex Epiſc. Albano, à Paulo Pp. 3.
C 1540	63	Franciſcus Cornelius Venetus, ex Epiſc. Albano, à Paolo 3.
1543	64	Ioannes Maria de Monte Aretin. ex Presbyt. tt. Veſtitæ, à Paulo 3.
1550	65	Lodouicus de Borbonio, Gallus, ex Presbyter. Card. tt. S. Sabinæ Leonis X. à Iulio Pp. 3.
		EPISCOPI CARDINALES TVSCVLAN. *à Leone Pp. 10. ad Paulum Pp. 4.*
1057	1	Petrus, creat. à Leone Pp. 9.
1059	2	Ioannes, creat. à Nicolao Pp. 2.
1073	3	Ioannes alius, creat. à Gregor. 7.
1100	4	Ioannes III. creat. à Paſchale Pp. 2.
1111	5	Diuizzo, creat. à Paſchali Pp. 2.
1123	6	Egidius, creat. à Calliſto Pp. 2.
1147	7	Egidius alius, creat. ab Innocent. 2.
1142	8	Ymarus Cathalaunenſis, Gallus, creat. ab Innocentio 2.
1165	9	Hugo, creat. ab Alexandro Pp. 3.
1177	10	Petrus, creat. ab Alexand. 3.
D 1189	11	Adelardus Veronenſ. Epiſcop. ex Presbyt. tt. S. Marcelli Lucij Pp. 3. creat. à Clemente Pp. 3.
1204	12	Nicolaus, creat. ab Innocentio 3.
1230	13	Dominus Iacobus de Vitriaco, Gal. Canonic. Regul. ex Epiſc. Acconenſi, creat. à Gregorio Pp. 9.
1244	14	Otho de Caſtro Rodulphi Biturienſ. Gall. creat. ab Innocentio 4.
1274	15	Ioan. Petrus, Iuliani Vliſponenſis Hiſp. Luſitan. à Gregorio 10.
1278	16	Ordeonius creat. à Nicolao Pp. 3.
1185	17	Io. Buccamatius Roman. ex Archiepiſc. Montis Regalis, ab Honorio 4.
1309	18	Berengarius Stedelli Beterenſis Vaſco, Gall. ex Presbyt. Card. tt. SS. Nerei & Achillei, creat. à Clem. Pp. 5.
1312	19	Fr. Bertrandus de Turre, de Cam-

An.	Num.	
		[illegible] O[illegible] Min[illegible] ex [illegible] creat. à Ioan. E [illegible]
13[illegible]	20	[illegible]us de Ceccano Rom. ex A[illegible] Neapol. à Ioan. Pp. 21.
13[illegible]	21	Fr. Guillelmus Curti de Diuano Monach. & Abb. Montis Oliuarum, Gall. ex Presbyt. tt. SS. IV. Benedicti 10. à Clem. Pp. 6.
1361	22	Nicolaus Capoccios Roman. ex Presbytero tt. Veſtinæ Clem. 6. ab Innocentio 6.
1368	23	Egidius Iſalnij de Monte acoto, Gall. ex Presbyt. Card. tt. Equitij, Innocentij 6. creat. ab Vrbano Pp. 5. *Schiſma.*
1378	24	Hugo de Monto longo dictus de Britannia. Gall. ex Presbyt. tt. SS. 4. Coronator. Gregorio 11. à Clemente 7. Antipapa.
1379	25	Guillelmus, ex Presb. Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio, ab Vrbano 6. F
1380	26	Fr. Thomas de Firignano Mutinenſ. Ord. Min. ex Presbyt. Card. tt. Damaſi, creat. ab Vrbano Pp. 6.
1391	27	Pileus de Pratis Concordienſis, ex Presbyt. tt. S. Praxedis Vrbani 6. priuatus, & reſtitutus à Bonifacio 9.
1398	28	Petrus Gerardi de Podio, ex Presb. Card. tt. S. Clementis, Clem. 7. Antipapæ, creat. à Benedicto 11, dicto 13.
1399	29	Henricus Minutolus Neapolitan. ex Presbyt. tt. S. Anaſtaſiæ, à Bonifacio Pp. 9.
1416	30	Angelus Corarius Venet. olim Papa Gregorio 12. creat. à Concilio Conſtantienſi.
1419	31	Balthaſſar Coſſa Neapol. olim Ioan. Pp. 23. creat. à Martino 3. dicto 5.
1431	32	Antonius Pancerin. de Portu Gruario, Foroiulienſis, ex Presbytero tt. S. Suſannæ Ioannis 23. creat. ab Eugenio Pp. 4. G
1439	33	Iulianus Cæſarin. Roman. ex Diac. S. Angeli Martini 3. & Presb. tt. S. Sabinæ, creat. ab Eugenio 4.
1452	34	Beſſarion Trapezuntiuus Græc. Aſiaticus, ex Presb. Card. Apoſtolorum Eugenij 4. creat. à Nicolao Pp. 5.
1472	35	Latinus Vrſinus Roman. ex Epiſc. Sabino, à Xyſto Pp. 4.
1477	36	Iacobus Amanat. Lucenſ. ex Presb. tt. S. Chryſogoni Pij 2. à Xiſto Pp. 4.
1479	37	Baptiſta Zeno Venet. ex Diac. S. Mariæ in Porticu Pauli 2. & Presbyt. tt. S. Anaſtaſiæ, creat. à Xyſto Pp. 4.
1501	38	Georgius Coſta Portugallenſ. ex Epiſcopo Albano, ab Alexandro 6.
1503	39	Laurentius Cibo Genuenſis, ex Epiſcopo Albano, ab Alexandro Pp. 6.
1503	40	Antoniotius Palauicin. Genuenſ. ex Epiſc. Albano, à Iulio Pp. 2. H
1503	41	Raphaël Riarius Sauonenſis Ligur. ex Epiſc. Albano, à Iulio 2.
1504	42	Ioannes Anton. de S. Georgio Mediolan. ex Albano, à Iulio Pp. 2.
1506	43	Bernardinus Carnaial, ex Epiſc. Albano, creat. à Iulio Pp. 2.
1508	44	Guillelmus Briſſonetta, Gall. ex Ep. Albano, à Iulio Pp. 2.
1509	45	Dominicus Grimanus Venet. ex Ep. Albano, à Iulio Pp. 2.
1511	46	Philippus de Lucemburgo, Gall. ex Epiſc. Albano, à Iulio Pp. 2.
1519	47	Alexander Farneſius, ex Diac. Euſtachij Alexand. 6. à Leone Pp. 10.
1523	48	Anton. de Monte, ex Alb. Epiſc. à Leone Pp. 10.

Fran

	An. Christi.	Num. Epiſc.	
A	1523	49	Franciſcus Guillielmus, de Claromonte Gallus, ex Presbytero Card. tt. S.Stephani in monte Cœlio, Iulij II. à Clem. Pp.5.
	1540	50	Marinus Grimanus Venet.ex Epiſc. Albano, à Paulo Pp.3.
	1543	51	Fr.Philippus de la Camera, Gall.ex Presbyt. tt. S. Mariæ Tranſtibetim Clement. 7. creatus à Paulo Pp.3.
	1550	52	Ioann. Petrus Caraffa Neapolitan. ex Epiſcopo Sabino, à Iulio Pp.3.
	1553	53	Rodulphus Pius Carpenſis ex Preſbyt. Card.tt.S.Mariæ Tranſtib. Pauli 3. creatus à Iulio Pp.3.
	1555	54	Fr.Ioan. Aluari de Toleto, ex Epiſcopo Albano, à Paulo Pp. 4.

Episcopi Cardinales Albani *à Leone IX. ad Paulum Papam IV.*

	An. Christi.	Num. Epiſc.	
	105::	1	Bonifacius, creatus à Leone 9.
B	106::	2	Baſilius Græcus, creatus ab Alexandro 2.
	107::	3	Petrus Igneus creat. à Gregor.7.
	108::	4	Gualterus, creat. ab Vrbano 2.
	109::	5	Ricardus, creat. à Paſchale 2.
	110::	6	Leo, creat. à Paſchale 2.
	111::	7	Vitalis, creat. à Paſchale 2.
	1125	8	Matthæus, creat. ab Honorio 1.
	1142	9	Petrus, creat. ab Innocentio 2.
	1146	10	Dominus Nicolaus Angl. Canonic.Reg.ex Abbate S.Ruſi prope Valentiam, creat. ab Eugenio 3.
	1159	11	Gualterus, creat. ab Hadrian. 4.
	1181	12	Henricus, creat. ab Alexand. 3.
	1189	13	D. Albinus Mediolanenſ. Canon. Reg.ex Diac.S.Mariæ nouæ,& Presb. tt. S.Crucis Lucij 3. à Clem. Pp.3.
	1199	14	Ioannes Epiſc. Tuſcanenſis & Viterbienſis, ex Presbyt. Card.tt.S.Clementis. Clem.3.creat ab Innocent.3.
C	1211	15	Pelagius ex Diac. S.Luciæ in Septiſolio ab Innocentio 3.
	1244	16	Petrus de Collemodio, Gallus, ex Archiepiſcopo Rothomagenſi ab Innocentio 4.
	1263	17	Rodulphus, Gallus, creatus ab Vrbano 4.
	1274	18	Fr.Bonauentura Fidanza Balneoregienſis Ord.Min.ex Archiepiſc.Eboracenſi, creat. à Gregorio X.
	1278	19	Fr. Bentiuenga de Bentiuengis, de Aquaſparta, Ord. Min.ex Epiſc. Tudertino, creat. à Nicolao Pp.3.
	1294	20	Baraldus de Bloco, Gall.ex Archiepiſc Lugdun. à Cœleſtino Pp.5.
	1298	21	Gonſaluus Hiſpan.ex Archiepiſcopo Toletano, à Bonifacio 8.
	1300	22	Leonardus, creat. à Bonifacio Papa 8.
D	1310	23	Arnaldus Faltuerius, Gall. ex Archiepiſc. Arelatenſi, à Clem.V.
	1311	24	Leonardus de Guercino, Gallus, ex Presbyt. Card. à Clem. Pp.5.
	1312	25	Arnaldus, Gallus, ex Archiepiſc. Aquenſi, creat. à Clem. Pp.5.
	113::	26	Fr.Vitalis de Furno, Bazatenſis, Gal. Ord.Min.ex Presbyt. tt.Equitij Clementis 5. creat. à Ioann.21.dicto 22.
	1320	27	Gaucellinus Ioan. de Oſſa Caturcenſis Gallus ex Presbytero Card.tt. SS. Marcellini & Petri, creat. à Ioan. Pp.21.
	1337	28	Guillelmus Teſta, Condonenſis, Gall.ex Diac. Clementis 5. à Benedicto 10. dicto 12.
	1345	29	Talairandus Comes Petragoricenſis, Gall.ex presbyt.tt.Eudoxiæ Ioannis 21. dicti 22. à Clemente 6.
E	1364	30	Petrus Ytrii Vaſco, Gall. ex preſbytero tt. SS. 4. Innocentij 6. ab Vrbano Pp.5.
	1367	31	Fr. Angelicus de Criſaco Mimmatenſis, Gallus, Canon. Regularis, ex presbyt. Card. tt. Eudoxiæ ab Vrbano Pp.5.

Schiſma.

	An. Christi.	Num. Epiſc.	
	1387	32	Nicolaus Brancatius Auenionenſis, ex presbyt. tt.S.Marci, à Clemente 7. Antipapa.
	1412	33	Iordanus Vrſinus, ex presbyt. tt. Damaſi, Innocentij 7. à Ioanne 22. dicto 23.
	1431	34	Fr. Petrus de Fuxo, Ord. Minor. ex presbyt. Card.tit.S.Stephani in Cœlio monte, Benedicti 11. dicti 13. ab Eugen. Pp.4.
F	1456	35	Fr. Ioannes de Turrecremata Hiſpanus, Ord.Prædicatorum, ex Presb. tt.Caſtilli, Eugenij 4.à Caſtillo Pp.3.
	1464	36	Ludouicus Scarampus Patauinus, ex Presbyt. tt. Damaſi, Eugenij 4. à Paulo 2.
	1471	37	Rodericus Borgia Valentin. Hiſp. ex Diac. S. Nicolai in Carcere Tulliano, Caſtilli 3. à Xyſto Pp.4.
	1476	38	Oliuerius Caraffa Neapolitan. ex Presbyt. tt. S.Euſebij, Pauli 2. à Xyſto Pp.4.
	1479	39	Iulianus de Ruuere Sauonenſis Ligur. ex Presb. Card. tt. Eudoxiæ, creat. à Xyſto Pp.4.
	1484	40	Ioan. Balnes, Gall.ex Presbyt. tt. S. Praxedis, Pauli 2. à Xyſto Pp.4.
	1491	41	Georgius Coſta Portugalenſ. Hiſp. ex Presbyt. tt. SS. Marcell. & Petri, Xyſti 4. creat. ab Innocentio 8.
G	1501	42	Laurentius Cibo, ex Presbyt. tt. S. Marci, Innocentij 8. ab Alexandro 6.
	1503	43	Antoniottus Palauicinus, ex Presb. tt.S.Praxe. Innocent.8.ab Alexand.6.
	1503	44	Raphaël Riarius ex Diac.S.Georgij in Velauro, Xyſti 4. à Iulio Papa 2.
	1503	45	Ioan. Antonius de S.Georgio Mediolan.ex Presb.tt.SS.Nerei & Achillei, Alexand.6. creatus à Iulio Pp.2.
	1504	46	Bernardinus Caruaial, ex Presbyt. tt. S.Crucis, Alex.6. à Iulio Pp.2.
	1506	47	Guillelmus Briſſonnetta, ex Presb. tt. Paſtoris Alexand. 6. à Iulio 2.
	1508	48	Dominicus Grimanus, ex Presb.tt. S. Marci, Alexand.6. à Iulio 2.
	1509	49	Philippus de Luxemburgo, Gallus, ex Presbyt. Card.tt.SS.Marcellini & Petri, Alex.6. à Iul. Pp.2.
	1511	50	Iacobus Setra Valentin.ex Presbyt. Cardin. Alex.6. Iul. Pp.2.
H	1516	51	Franciſcus Soderinus, ex Presb. tt. S.Suſannæ, Alex.6. à Leone Pp.10.
	1517	52	Franciſcus Remolinus, ex Presb.tt. S.Marcelli, Alex.6. à Leone Pp.10.
	1518	53	Nicolaus de Fliſco, ex Presb. tt. S. Priſcæ, Alex.6. à Leone Pp.10.
	1521	54	Antonius de monte, ex Presbyt.tt. Veſtinæ, Iulij 2. à Leone Pp.10.
	1523	55	Petrus Accultus, ex Presb.tt.S.Euſebij, Iulij 2. à Clem. Pp.7.
	1524	56	Marcus Cornelius Venetus, ex Diacono S. Mariæ in via Lata, Alexandri 6. & Presbyt. tt. S.Marci à Clem.Papa 7.
	1524	57	Laurentius Puccius, ex Presbyt.tt. Damaſi, Leonis 10. à Clem. Pp.7.
	1524	58	Io.Picolomineus Senenſis, ex Presb. tt. S. Priſcæ, Leonis 10. à Clem.7.

Io.Do

		[illegible] Presb.
		[illegible] Presb. [illegible] m
1532	[illegible]	[illegible] ex Pres[illegible] SS. [illegible] & Ac[illegible], Leonis X. creatus à Cl[illegible]. 7.
1533	62	Laurentius Campeius, ex Presbyt. tt. Calliſti, Leonis X. à Clem. 7.
1534	63	Matthæus Laogus Germanus, ex Presb. tt. S. Angeli, Iulij 3. à Paulo 3.
1537	64	Antonius Sanſeuerinas, ex Presb. tt. Calliſti, Clem. 7. à Paulo 3.
1537	65	Io. Vincentius Caraffa, ex Presb. tt. S. Priſcæ, Clem. 7. à Paulo Papa 3.
1539	66	Martinus Grimanus Venetus, ex Presb. tt. S. Marcelli, Clem. 7. à Paulo Papa 3.
1540	67	Franciſcus Cornelius, ex Presb. tt. S. Praxedis, Clem. 3. à Paulo Papa 3.
1540	68	Alexander Cæſarius, ex Diac. S. Mariæ in via Lata, Leonis X. creatus à Paulo 3.
1542	69	Antonius Puccius ex Presbyt. tt. SS. 4. Clem. 7. à Paulo 3.
1544	70	Ioan. Petrus Caraffa Neapolitan. ex Presb. tt. Calliſti à Paulo Papa 3.
1546	71	Ennius Philonardus de Baueo, ex Presbyt. tt. S. Angeli à Paulo 3.
1550	72	Ioannes Bellaius, ex Presb. S. Chryſogoni Pauli 3. à Iulio 3.
1553	73	Frater Ioannes de Toleto Hiſpanus ordinis Prædicatorum, ex Presb. tt. S. Pancratij, Pauli 3. creatus à Iulio Pp. 3.
1555	74	Franciſcus Piſanus Venetus, ex Archidiacono S.R.E. S. Marci, Leonis X. creatus à Paulo Papa 4.

B

EPISCOPI ET ARCHIEPISCOPI BONONIENSES.

C

Ex Caroli Sigonij deſcriptione.

1. Eccleſia Bononienſis ciuitatis inter alias Italiæ cum dignitate tum amplitudine celeberrima, iam inde ab exorta pene fide Chriſtiana, eam amplexa fuit, & Antiſtites vetuſtiſſimos habuit, à vitæ ſanctitate conſpicuos, inter quos martyres illuſtriores non pauci, confeſſores quamplurimi: ac ſingularibus Imperatorum aliorúmque Principum fauoribus & beneficiis cumulata fuit.

Siquidem primus hic à S. Petro miſſus Euangelium prædicauit S. Apollinaris, poſtquam Rauennatibus datus fuiſſet Apoſtolus, idque circa annum Chriſti prout coniici poteſt; quinquageſimum quintum. Nam anno eiuſdem Domini 74 imperante Veſpaſiano, martyrio coronatur. Quæ vero à B. Apollinari ſemina fidei iacta ſunt, ea ab aliis quos Romani Pontifices miſerunt, altius educta fuerunt.

Igitur imperante Galieno, anno 270. Bononiam mittitur.

1. Zama à Dionyſio, & perbenignè ab incolis excipitur, atque in ſuburbio, vbi poſtea templum S. Felicis fuit conditum, primum Chriſti fidem prædicauit, & Confeſſor occubuit ante annum trecenteſimum. Eo enim cepit perſecutio

D

Diocletiani, quæ annis 11. deſæuiit, quibus & ſedes vacauit, & infiniti ſuo ſanguine Chriſti doctrinam teſtati fuerunt, è quorum numero Hermes Agæus, Caius, Proculus Vitalis & Agricola Bononiæ paſſi ſunt. Vide Bedam & Vſuardum. Anno autem 312. Conſtantinus Imper. Italiam ſibi ſubiecit, & Chriſtiana fide imbutus, Bononienſibus Epiſcopum annuit.

2. Frat is S. Fauſtinus, qui reliquias Chriſtianorum collegit, & Conſtantino imperante de Baſilica ædificanda cogitauit. Putatur interfuiſſe Concilio Romano cxvi. Epiſcoporum contra Arium pro concilio Niceno celebrato Anno 337. Eius memoria agitur 3. Kalend. Februarij.

3. Baſilius inde ſubrogatur, qui Baſilicam à prædeceſſore inchoatam perfecit. Eius memoria celebratur 8. Id. Mart.

4. S. Euſebius ſub annum 370. hanc Cathedram accepit. erat S. Ambroſio familiaris, vir ſanctiſſimus.

5. S. Felix S. Ambroſij Diaconus Mediolanenſis genere, Euſebio ſucceſſor datur poſt mortem S. Ambroſij, quæ in an[illegible] ædih[illegible] no 416. E

4. [illegible] Theodoſium [illegible] dotes, vt qui [illegible] Ægy[illegible] concep[illegible] & mirandis virtutibus [illegible] migrauit ad Dominum An. 4[illegible]0. 4. Non. Octob.

5. S. Ba[illegible]nianus, cleri populique ſuffragiis eligitur, & Epiſcopatu feliciter adminiſtrato annis aliquot, moritur.

6. S. Tertullianus ſub annum 470. ſufficitur, reſtitit hic cum aliis Æmiliæ Epiſcopis, Ioanni Epiſcopo Rauennati, quod quandam Gregorium Mutinenſem Epiſcopum legibus aduerſantibus ordinaſſet. Sepultus eſt in Æde S. Felicis.

7. S. Iocundus anno circiter 485. iniſſe hic Pontificatum creditur, quamdiu eum adminiſtrauerit, non conſtat.

7. Laurentius ſucceſſit ſub finem iſtius ſeculi, interfuit anno 501. Synodo Romanæ à Symmacho coactæ.

8. S. Theodotus Eccleſiam creditur tenuiſſe circa annum 530. Athalarico Italiam pacificè poſſidente.

9. 10. 11. Tres deinde Epiſcopi deſiderantur, quorum nomina temporum iniuria interciderunt.

12. Luminoſus circa annum 640. hic fulſit, & interfuit ann. 648. Synodo Romanæ contra Monothelitas, Mart. Pont. F

13. Victor hunc excepit ſub annum 675. qui triennio poſt Lateranenſi concilio interfuit.

14. 15. Duo deinde nē quidē de nomine cogniti hic inſerendi.

16. Petrus anno 770. accepit Epiſcopatum, eo ſedente Carolus Magnus Italiam Deſiderio exacto ſubiecit imperio ſuo, ac Bononienſi Eccleſiæ variis indultis ſubuenit.

17. 18. 19. Tres deinde Anonymi ſederunt vſque ad an. 860.

20. Eo autèm Ioannes, Ludouico & Carolo Caluo Imper. Eccleſiam hanc gubernauit, eo ſedente Synodus Ticinenſis & Pontigonenſis eſt habita.

21. Succeſſit, cuius nomen ignoratur circa annum 891. quique à Formoſo Pontifice varia priuilegia obtinuit & Synodo à Ioanne IX. Pont. Rauennæ celebratæ interfuit.

22. Ioannes Rauennas Diaconus eligitur anno 609. ſed antequam conſecraretur, ad Archiepiſcopatum Rauennatem euocatur, & ſummi Pontificatus mox apicem obtinuit ſub nomine Ioannis 10.

23. 24. Annis deinde intercurrentibus 46. ſederunt ſucceſſiue Duo Epiſcopi quorum nomina Annalibus exciderunt. G

25. Albertus ſuccedit anno 961. Berangario regnante, & contra Eccleſias debacchante, vnde Othonem Magnum cum aliis Epiſcopis hic in Italiam ad ferendum auxilium vocauit, recuperauit hic pleraque bona quæ alij Eccleſiæ ſuæ abſtulerant, & inique poſſidebant.

26. Clemens ſuccedit circa annum 990. qui etiam Eccleſiam ſuam & Canonicos multis prædiis locupletauit. Cum autem an. 1006. grauis peſtilentia graſſaretur, SS. Syneſij & Teopontij corpora virtutibus ea tempeſtate coruſcantia tumulis exemit, & per agrum Bononienſem mira populi deuotione circumduxit, malúmque eorum patrocinio auertit.

27. Frugerius inde Epiſcopus euaſit anno 1015. eóque viuente tres alij ſucceſſores deſignati, quorum vnus ſucceſſit iſto vita defuncto, quem etiam variis virtutibus illuſtrauit.

28. Adelfredus ergo anno 1024. adminiſtrationem excipit, qui diſciplinæ Clericorum incumbens, quo in Eccleſia ſua decentius ſuſtentarentur, partem decimarum eis aſſignat.

29. Lambertus defuncto iſto ſubrogatur ſub annum 1060. & interfuiſſe creditur Mantuano Concilio pro Alexandro 2. Pontifice, cum cæteris Italiæ Epiſcopis. H

30. Sigefridus Germanus poſtulante Henrico 3. Imp. eligitur anno 1074. & ſequenti à Gregorio exauctoratur quod ab Imperatore inueſtituram accepiſſet; & contumax priuatur anno 1079. vti etiam titulo Italiæ Henricus.

31. Bernardus ſubrogatur ſuffragiis Cleri, huius tempore Angela illa memorabilis eremum adiit, in eáque ſanctiſſimè vixit. Obiit autem ille anno 1104.

32. Victor illius locum accepit, & prudenter Cathedram hanc adminiſtrauit, multáque laude digna geſſit. Nihilominus quietis amans, gubernacula hæc Henrico Ciui Bononienſi, deſignato prius Epiſcopo ceſſit, & paulo poſt exceſſit.

33. Henricus ergo ſedet anno 1130. & ſanctitatis, bonique Paſtoris exemplo prælucet, in cœnobiis religioſorum templiſque exornandis ſedulus.

34. Gerardus anno 1145. ſufficitur Henrico ex Canonico Regulari S. Ioannis in monte, vtilis fuit huic Eccleſiæ: nam

na [illegible]

A [illegible] ſoti locu- [illegible]

[illegible] aut [illegible]

35. Ioannes [illegible] an [illegible]

Baſilicam incendio nu [illegible] ſtauraui [illegible] & a

1188. occubuit.

36. Gerardus Giſella hic ſimul cum Cathedræ honore Principis titulo inſignitur, quem poſteri retinuerunt. Videtur Henricus V. Imp. quem ille comiter Bononiæ exceperat, eum contuliſſe, eiuſque conſilio in rebus magnis vſum eſſe. Obiit an. 1198.

37. Gerardus Arcoſtus anno ſequenti præſidet. Xenodochio à ſe conſtructo clarui, multiſque præclarè geſtis, tandem ſe vltro honore abdicauit.

38. Henricus à Fracta Canonicus S. Victoris à Clero ſubſtituitur. Inſignis verò huius Epiſcopatus ſors fuit, partim certaminibus pro Eccleſiæ immunitate ab eo ſuſceptis, atque egregiis priuilegiis impetratis: partim aliis pluribus patratis, quibus Eccleſia Bononienſis multum ſplendoris accepit. Quæ fusè narrantur à *Sigonio lib.* 2. Nihilominus ſe abdicauit anno 1240. & ad manus Pontificis dignitatem

B ſuam depoſuit.

39. Octauianus Vbaldinus Florentia oriundus, primum Archidiaconus, in Epiſcopum poſtulatur. Mox tamen in numerum S. R. E Cardinalium cooptatur ab Innocentio IV. vir multis legationibus cum laude perfunctus.

40. Iacobus Boncambius Prædicatorum ordinis religioſus, Innocentij Papæ Vicecancellarius, ab eodem commendatur. Erat tanta facundia ornatus, vt plures ad eum audiendum etiam longis itineribus accurrerent. Pacis conciliandæ ſtudioſiſſimus, ac Inſtitutorum Religioſorum promotor ſedulus. Anno 1260. è ſcalis domus forte prolapſus obiit, ac propter eximiam ſanctitatem à ſuis inter Beatos numerari meruit.

47. Octauianus Vbaldinus ex fratre Cardinalis nepos, eligitur. Hic mendicantium ordinum Religioſos in Ciuitatem ſuam admiſit, & illuſtribus domiciliis decorauit, & ſicuti diu ſuperfuit, ita etiam præclarè Cathedram hanc adminiſtrauit, mortuus tandem an. 1295.

C 48. Sclarta Vbaldinus Florentinus frater prioris, diu ante deſtinatus, huic Sedi præficitur. Antequam tamen conſecraretur, obiit Romæ an. 1299.

49. Ioannes Sabellus Roman. ex ordine Prædicatorum, ſacrarum litterarum interpres eximius, prudens, & grauis ſubſtituitur, cum tamen ante eſſet antiſtes Patauinus, obiit an. 1302.

50. Hubertus Placentinus Bonifacio PP. annuente ſuccedit, qui famam ſuam, vti & regiminis annos, multis benefactis extendit. Nam vixit vſque ad annum 1322.

51. Analdus Acarſius eodem anno à clero populóque poſtulatur, qui claris ſui regiminis monumentis relictis, à Bertrando Regulo iniuſte amotus, vitam priuatam egit.

52. Stephanus Agonerus Narbonenſis ſuccedit, Cancellarius erat ſui electoris, homo monſtroſæ formæ, moribúſque agreſtibus. Præfuit biennio, & mortuus eſt an. 1332.

53. Lambertus de Podieto Cedurcenſis an. eodem poſtulatur. Verum rebus omnibus turbatis, ſe abdicauit.

54. Albertus Acciaiolus Florentinus, ſedet vſque ad an. 1339. quo per Benedictum XII. ad Niuernenſem Eccleſiam

D transfertur. Vacat anno integro.

55. Beltraminus Palauicinus Mediolanenſ. Epiſc. Comenſis, huc venit an. 1341. verum peſtilentia acriter graſſante, contulit ſe Auenionem ad Pontificem, vbi obiit.

56. Ioannes de Naſo eligitur, antea Veronenſ. Epiſcop. orta ſunt eo ſedente bellica diſſidia ſatis funeſta: quæ dum fugere intendit, Cenæ decedit ſub an. 1361.

57. Almericus Chatri Lemouicenſis, ab Innocentio PP. ſufficitur. Qui etiam an. 1362. eidem Ciuitati indulſit, vt in Gymnaſio ibidem legeretur S. Theologia, & gradus Academici impenderentur in eadem Facultate. Exorto autem bello inter Bononienſes & Bernabouem Principem, Americus vltro ceſſit, quod vbi intellexit Gregor. XI. Pont. eius nomine deſignatur.

58. Bernardus etiam Lemouicenſis, an. 1372. hic Synodum conuocauit ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam, & conſtitutiones deſuper euolgauit.

[illegible], omn [illegible] ac reli-

[illegible] magnam mirificè accendit. Cum

[illegible] pe [illegible] graſſaretur, etiam Epiſcop. ſuſtulit an.

1389. [illegible] ius exequiæ ſummo omnium luctu celebratæ.

60. Coſmatus Melloratus Sulmonenſ. ab Vrbano ſubrogatur, ſed à populo repudiatur, ac à Bonifac. IX. Vrbani ſucceſſore Cardin. renunciatur. Ipſa interim Bononienſi Eccleſ. Antiſtite deſtituta, donec an. 1391. ſummo omnium conſenſu.

61. Bartholomæus Raimondus Abb. monaſt. S. Felicis eligitur, & à Bonifac. PP. confirmatur. Eo ſedente, varias mutationes accepit Bononienſ. Reſpublica, obiit an. 1406.

62. Antonius Corrarius Venetus ſuccedit ann. 1407. qui tamen mox Cardinalis, & S. R. E. Camerar. ac Portuenſis Epiſc. renunciatur, qui ciuib. non adeo charus, Epiſcopatu ſe abdicauit an. 1412. reſeruato ſibi quodam vectigali.

63. Ioannes Abb. S. Proculi ſublectus eſt 8. Id. Nouemb. & conſecratur Iulio ſequenti, Ioanne 23. Pontif. Adfuit Concilio Conſtantienſi, moritur Bonon. an. 1417. F

64. Nicolaus Albergatius Carthuſiani Ord. Prior, ſpectatæ virtutis & ſanctitatis religioſus, eligitur in publicis comitiis ſuper noua electione celebratis. Qui quamuis ſtrenuè oblatam dignitatem repudiaret, tandem & Cleri & populi poſtulationibus votiſque ſuſceptis euincitur, & inauguratur. Huius egregia facta plura ſunt, coërcuit immoderatas vſuras Iudæorum, diſciplinam Eccleſiaſticam inſtaurauit, facultates Eccleſiæ pauperibus alendis, & puellis matrimonio collocandis impendit, ac ſacras Ædes exornauit. Tandem à Martino V. inuitus Cardinalium numero adlegitur. Porrò meritorum plenus diem ſuum obiit Bononiæ, poſtquam vrbe ob quaſdam factiones deceſſiſſet, Nam populus ira percitus in eius locum nominauerat.

65. Bartholomæum Zambeccarium S. Bertoli Ferrariæ Abbatem, qui Epiſcopatu inito, per annum Iuriſdictionem exercuit. Populo autem Pootifici ſe reconciliante, ceſſit, & Abbatiam relictam denuo accepit. Reuertitur autem ad Eccleſiam ſuam Nicolaus an. 1430. & à Pontifice Legatus in Angliam mittitur, vt pacem inter illius Prouinciæ & Galliarum Regem confirmet. G Multiſque porrò cum laude geſtis, obiit calculo, an. 1443.

66. Quo defuncto Eugenius tunc Pontifex Bononienſib. præficit Ludouicum Scaram Presb. Card. Sed populus eam dignitatem defert Nicolao Priori Canonicorum S. Ioan. in Laterano, qui vbi Roma Booniam contendit, Lucæ in itinere morbo corripitur, & rapitur. Ludouico autem vltrò cedente, eligitur omnium votis.

67. Thomas Sergianenſis S.T.D. & Canonicus huius Eccleſiæ: qui per varias functiones ſe probauerat, vt ad hoc culmen deueniret. Itaque an. 1445. adminiſtrationem incepit, at mox ab Eugenio Legatus in Germaniam mittitur, indéque redeuntem in Cardinalium Senatum adlegit, ac Eugenio deinde mortuo ſummi Pontificatus apicem Nicolaus V. appellatus, conſecutus fuit. Succeſſit autem huic.

68. Ioannes de Pudio, & conſecrator à S. Antonino Archiepiſcopo Florentino, ac Ferrarienſi, & Imolenſi Epiſcopis. Verum primo præſulatus anno, veneno vt creditur ſublatus, Romæ interiit.

69. Philippus Calendrinus Frater Nicolai Pontificis, Canonicus Lucenſis ſuffectus eſt anno 1448. H qui dum Eccleſiæ ſitæ laudabiliter præfuiſſet annis pluribus, factus Epiſcopus Portuenſis, obiit Viterbiæ anno 1476. in Augoſto.

70. Franciſcus Gonsaga Mantuanus, Xiſti Pootificis commendatione ſubrogatus anno 1477. antea ipſius in eadem Ciuitate Legatus. Tulit leges ſumptuarias circa exſequias funerales, quas omnes promiſcuè magnis ſumptibus peragebant. Eximius fuit cultor Deiparæ virginis, obiit anno 1483.

71. Iulianus à Rouere Sauonenſis, maior Pœnitentiarius Romæ, & S.R.E. Card. Epiſcopus renuntiatur, præfuit vſque ad annum 1502.

72. Ioan. Stephanus Ferretius Vercellenſis electus, poſſeſſionem per procuratorem accepit, & creatus Cardinalis Bononiam venit, ab omnibus beniguè acceptus. Sedit annis circiter 9.

73. Fran

[illegible] Ioãs [illegible] Cal. [illegible] 5. Cæcine. A [illegible] fratris filio Duce V[illegible], Ra[illegible] proficiſcens.

74. Achilles Craſſus Bononienſis, mortuo Franciſco ſubrogatur, eo ſedente Eccleſia variis motibus concitata fuit, ſed tandem quietem conſecuta eſt, migrauit ea hac vita anno 1525. Romæ.

75. Laurentius Compegius Clementis VII. ſuffragium ad hanc Cathedram tulit, & ſimul Legatus in Germaniam ad hæreſim Lutheranam comprimendam deſtinatur. Prius tamen anno 1524. Bononiæ inauguratur. Fuit Antiſtes vitæ integritate & ingenij perſpicuitate verendus, qui ad Concilium Vicetiam miſſus, anno 1539. diem ſuum Romæ obiit.

76. Alexander Campeius Laurentij Fil. ante ſuſceptum Clericatum patri ſuccedit, vir pius, & in ſacrarum Ædium conſtructionem munificus. Anno 1551: à Iulio III. Cardinalis renunciatur, ac tertio poſt, Romæ vita hac exceſſit, menſe Octobri.

77. Ioannes Campeius patruelis dignitatem excepit, antea B ad hanc dignitatem deſignatus, prius Epiſcopus Parentinus, cœnobium mulieribus proſtitutis, & pœnitere cupientibus ædificauit. Poſt pleraque alia præclare geſta, anno 1563. obdormiuit.

78. Rainutius Farneſius Romanus poſtero deinde anno eligitur, erat Pauli III. nepos, maior Pœnitentiarius, & Archiepiſcopus Rauennæ. Exceptus anno 1565. ſummo omnium plauſu fuit. Eccleſiæ ſuæ memorabilia ornamenta donauit, & de inſtauranda baſilica animum adiecit, at morte præuentus, anno eodem hinc emigrauit.

79. Gabriel Palæotus adminiſtrationem huius Eccleſiæ accepit anno 1566. qui diſciplinæ Eccleſiaſticæ antiquum rigorem inducere conabatur, & ædes ſacras vetoſtate collapſas reficere, & ornare ſummo ſtudio laborabat. Meritorum illius intuitu Eccleſia Bononienſis Metropolitana euaſit, annuente Gregorio Pontifice, anno 1582. 4. Id. Decembris, eique ſeptem Eccleſiæ ſuffraganeæ obtigerunt, nempe Mutinenſis, Regienſis, Parmenſis, Placentina, Cremenſis, Imolenſis, & Ceruienſis; & ipſe Romæ, quo ad viſitanda S. C limina Apoſtolorum venerat; Archiepiſcopus renunciatur, & ab ipſo Pontifice pallium accipit, atque eodem anno eadem dignitatis prærogatiua inſignitus Bononiam contendit. Vbi ab vniuerſo clero & populo ſibi de ea dignitate applaudente, honorificè excipitur. Ipſe autem die Annunciationis Deiparæ ſacro, anno 1583. primum Archiepiſcopalia ſacra in Eccleſia ſua celebrauit, & Latino ſermone ad populum concionem habuit mediante interprete, cuius tenor apud Carolum Sigonium recenſetur. *Libr. 5. hiſtor. Epiſcop. Bononienſ.*

ARCHIEPISCOPI MEDIOLANENSES.

Ex decreto Synodi Prouincialis III.

1. Barnabas Apoſtolus Cyprius Romæ primum fidem publicauit. Deinde Eccleſiam Mediolanenſem inſtituit, in qua Epiſcopus ſedit annis 7. Inde Bergomum & Brixiam profectus, hic Narnum, illic Anatolium Epiſcopum reliquit.

S. Anatolius, Beati Barnabæ Apoſtoli diſcipulus, Græcus, D Cyprius, ſedit an. 10. Lino Pont. Mediolano ab Apoſtolo Barnaba Brixiam euocatus, ob fidem in ea vrbe conſtanter multa perpeſſus, in Domino obiit ſeptimo Kalendas Octobr. Quem diem eius natalem Eccleſia Mediolanenſis officio precum ſolemni colit.

S. Caius, Sergius, Romanus, S. Barnabæ Apoſtoli diſcipulus, vitæ ſanctitate, & charitate erga pauperes in primis mirificè præluxit. Vitalem & Valeriam, coniuges, beatorum martyrum Protaſij & Geruaſij parentes, alióſque ciues Mediolanenſes ſenatorij ordinis baptizauit. In prædio Caſtriciano cœmiterium, vbi martyres ſepelirentur, dedicauit. Romam profectus, euangelij prædicationem cum Beato Clemente, cæteriſque Apoſtolorum diſcipulis communicauit. Demum fidei cauſa, cum Clateo, Brixiæ Epiſcopo, multa perpeſſus, obiit in Domino V. Kal. Octob. Sedit annis 23. Sepultus eſt in Baſilica S. Naboris.

S. Caſtricianus, Oldanus, Mediolanenſis, baſilicas tres, [illegible] an Portianam, alteram [illegible], tertiam beati Ioannis [illegible], ad Concham ædificauit. E Calimerium, Græcum [illegible], egregium Chriſtianæ pietatis cultorem, benignè [illegible], diuque aluit Peregrinos, & pauperes fouit perpe[illegible] Chriſti fidem, Eccleſia Mediolanenſi XLI. annos religioſè adminiſtrata, [illegible] multitudinem innumerabilem. Vitæ ſancti[illegible] migrauit ad Dominum Kalend. Decembris. Eius corpus, via Romana ſepultum eſt in cœmiterio peregrinorum.

S. Calimerius Græcus, Romæ educatus in Romanorum Pontificum diſciplina, à S. Caſtritiano baſilicæ Fauſtinianæ clero adſcriptus, pòſt Archiepiſcopus creatus, non ſolum diœceſim Mediolanenſem, ſed Liguriam omnem religione illuſtrauit. Quo nomine accuſatus, à fidei hoſtibus, in Hadriani perſecutione comprehenſus, primò variè cruciatus, tum vulneribus confoſſus, denique ceruicibus gladio transuerberatis, præceps in puteum deturbatus, martyrio coronatur pridie Kalend. Auguſt. Sedit anno 4. ſepelitur in cœmiterio Caij.

S. Monas, Burrius, Mediolanenſis, Philoſophiæ ſcientia præſtans, & ſanctimoniæ in primis nomine illuſtris, mirabi- F liter Archiepiſcopus factus, patrimonium amplum Eccleſiæ donauit. Mediolanum Parochiis centum & quindecim diſtinxit. Ieiuniis, orationibus, & charitate erga pauperes Eccleſiam ſibi commiſſam decorauit: cui præfuit ann. 59. Eleuthero, deinde Victore, ac prætetea Pontiano Pontif. Obiit in Domino VII. Kalend. April. Vacauit diu Archiepiſcopatus.

S. Mirocles, ciuis Mediolanenſis, beati Epiphanij, Epiſcopi Ticinenſis, propinquus, Romam à Melchiade Pontifice ad Synodum euocatus, in illius concilio præclarè adfuit. Eccleſiam Mediolanenſem eximiè excoluit: in qua ſtatis horis pſallendi certam regulam præſcripſit. Fuit virtutum Epiſcopalium gloria valdè admodùm ornatus, ſed hoſpitalis maximè. Sedit an. 22.

S. Protaſius; Algiſius, Mediolanenſis, beati Miroclis diſcipulus, poſt illius obitum Archiepiſcopus creatus, ſedata perſecutionum tempeſtate, mirabiles diſciplinæ Eccleſiaſticæ progreſſus habuit. Sardicam ad Concilium venit. Epiphanium, Papiæ Epiſcopum, de more conſecrauit. Se- G dit ann. 15.

S. Maternus, Mediolanenſis, cum Mirocle Archiepiſcopo presbyter pro gloria Chriſti, in Maximiani perſecutione, vincula, carcerem, verbera, conſtantiſſimè pertulit. Alióſque Carpophorum in primis, & Fidelem ad martyrium confirmauit. Archiepiſcopus deinde ſancti Victoris martyris corpus inuentum ſepeliuit. Meliodorum, Dertonæ Epiſcopum, conſecrauit. Sedit an. 15. Quieſcit in Domino XIII. Kalend. Aug. Sepultus eſt in baſilica S. Naboris.

Otoſius, Mediolanenſis, Syluestro Pontif. vna cum Nazaræo Lectore, Synodo Arelatenſi II. interfuit: vt in antiquo actorum Eccleſiæ Mediolanenſis monimenta relatum eſt.

S. Euſtorgius I. Græcus In Materni locum Archiepiſcopus creatus, cum aliis ad pietatem inſignibus monimentis Eccleſiam Mediolanenſem decorauit: tum ſanctorum Magorum corpora iampridem è Parthis Conſtantinopolim aſportata, inde Mediolanum mirabiliter tranſtulit. Sedit an. 19. Silueſtro Pont.

S. Dionyſius, Marianus Mediolanenſis, omni virtute, atque adeò vitæ innocentia præſtans, vt Apoſtolorum ſimilis pu- H taretur. Cauſæ beati Athanaſij defenſor, in Concilio Mediolanenſi, à Conſtantio Imperatore, Arrianæ ſectæ ſtudioſo, damnatus, & in vltimam Capadociam relegatus, ibi omni laude florens fuit apud omnes In magno honore. Denium in exilio pro fide Catholica variè afflictus, propiore martyribus titulo, ſpiritum Deo reddidit. Eius corpus Aurelius, Ridicianæ vrbis Epiſcopus, Mediolanum ad ſanctum Ambroſium tranſtulit. Sedit autem S. Dionyſius an. 13. Liberio, ac deinde Damaſo Pont.

Iulius Mediolanenſis, interfuit Iulio I. Pont. in Synodo Romana: cuius actorum veſtigia expreſſa extant.

S. Ambroſius, Ambroſij filius Romanus, Eccleſiæ Doctor, corporis ſtatura mediocri fuit, aſpectu graui & pulchro, naſo paululum oblongo, capillis flauis, fronte lata vnóque oculo ſupercilij elato: animi autem virtutibus egregiis, veréque Epiſcopalibus floruit. Omni religionis Catho-

licæ officio doctrináque Eccleſiæ Dei profuit:atque ob eam A cauſam eius nomen non Latine ſolum, ſed Græce Syncqu celleratum, vbique in omni Eccleſiis magnum eſt. … ſit verò Ecclaſiæ Mediolan. ann. 28. Damaſo, ac deinde Syricio, Pont.

S.Simplicianus, Catanius, Mediolanenſis, genere, & morum pietate clarus, ab ineunte ætate optimis ſtudijs imbutus, doctrinæ, & religionis præclara teſtimonia ab ſanctis Ambroſio, & Auguſtino accepit, Victorinum, rhetorem nobilem, ab impura idolorum ſuperſtitione ad Ieſu Chriſti fidem Romæ conuertit. Concilij Carthaginenſis legatos à quibus de re graui conſultus eſt, ad ſe miſſos, benignè excepit. Gaudentium, Nouariæ Epiſcopum, conſecrauit. Diuinorum officiorum, quæ Sanctus Ambroſius inſtituerat, ritibus Eccleſiam Mediolanenſem auxit. Sedit an.3. Anaſtaſio Pont. Ex hac vita ceſſit XIIX. Kal. Septemb. Sepultus eſt in baſilica beatæ Mariæ Virginis.

S. Venerius, Oldradiius, Mediolanenſis, Sancti Chryſoſtomi Græcarum litterarum teſtimonio celebratus, ad quem etiam vſque ab Africa Synodus Carthaginenſis legatos miſit virtutum ſummarum, & ſanctitatis multis miraculis teB ſtificatæ laude clarus, ad præmium abiit in cœlum, IV. Non. Maij. Sedit ann. 9. Anaſtaſio, & deinde Innocentio Primo Pontif. Eius corpus ſepultum eſt in Baſilica Apoſtolorum.

S.Marolus, Innocentij I. familiaris, vir ieiunio, vigilijſque deditus, in oratione ac meditationibus frequens, quem Ennodius, Ticini Epiſcopus, verſibus laudauit, declarata diuinitus eius ſanctitate, præfuit vtiliter Eccleſiæ Mediolanenſ. ann.15. Zoximo, deinde Bonifacio Pontif. Sepultus eſt in Baſilica Apoſt.

S. Martinianus, de quo in Concilij œcumenici Epheſini acta relatum eſt, ſanctiſſimus, Deóque charus Archiepiſcopus, doctrinæ nomine illuſtris, à Gothis pro fide variè afflictus Eccleſiam Mediolanenſem religione inſtruxit. Sedit an. 3. Obiit in Domino IV. Non. Ian.

S.Glicerius, Landrianius, Mediolanenſis, vitæ cœleſtis ſtudio deditus, in aſſiduáque verbi Dei prædicatione verſatus, Eccleſiam ſibi commiſſam, vt cæteri Archiepiſcopi, qui antea religioſè præfuerant, ſanctis inſtitutis illuſtrauit, Vir C fuit, inſtar virginis, verecundus, voltúque virgineo præ ſe tulit inſignem diuinarum ſuæ mentis cogitationum. Sedit an. 19. Obiit in Domino XII. Kal. Oct. ſepul. in baſilic. Apoſt. Archiepiſcopatus diu vacauit.

S.Lazarus, Lazari filius, Boccardius, à Clicerio Eccleſiæ Mediolanenſis Primicerius creatus, poſt eius obitum Archiepiſcopus, in ſumma Gothorum barbarie, clerum populúmque commiſſum, piè gubernauit. Litanias Triduanas, quæ Mediolani adhuc religioſo cultu obſeruantur, inſtituit. De eo S.Ennodius carmina confecit. Pridie Idus Martij quieuit in Domino, Leone I. Pont. Sedit an. 11. ſepult. in Baſil. Apoſt.

S.Euſebius, Paganius, Mediolanenſis, Eccleſiæ Ambroſianæ, quæ ob Gothorum immanes excurſiones diu vacauerat, inſtaurator vigilantiſſimus, baſilicas barbarica impietate euerſas reſtituit, pollutas conſecrauit: conſecrationis celebritatem, menſe Octobr. die Dominico tertio; agi inſtituit. Libros diuinorum officiorum, belli incendio inflammatos, reficiendos curauit: Cleri diſciplinam ac religioſos mores renouauit. Synodum prouinciæ habuit: epiſtolam encyclicam ad ſanctiſſimum Pont. Leonem miſit. Demum ſancta-D rum virtutum gloria nobilis, obdormiuit in Domino pridie Id. Auguſt. Sedit an. 17. Leone I. deinde Hilario, tum Simplicio Pont. ſepul. in baſilica S.Laur. mart.

S. Geruntius, ciuis Mediolanenſis, Simplicio Pontifice, VII. Kal. Ianuarij inuitus creatus Archiepiſcopus, magna cum humilitate ſuſcepit, & afflictiſſimis Inſubriæ temporibus ſanctiſſimè geſſit an.6. Obiit in Domino III. Non. Maij. ſepult. in baſilica S.Simpliciani.

S.Benignus, Bentius, Mediolanenſis, Ennodij Ticinenſis verſibus celebratus, laudis ſanctitate florens, Archiepiſcopatum religioſiſſime adminiſtrauit an.6. Quieuit in Domino 11. Kalend. Decemb. ſepult. ad S.Simplicianum.

S.Senator, Vilanius, Mediolanenſis, presbyter, cuius in epiſtola, ad Leonem Pontificem miſſa, Euſebius Archiepiſcopus meminit, Nonis Decembris, die feſto S.Ambroſij, Archiepiſcopatus gubernationem ſuſcepit. Vir præſtanti ingenio, diuinarum litterarum ſcientia, eloquentia, & Epiſcopalis … ibus egregiè exc… Prophetis interpre… ſſimus mirifica erga pauperes liberalitate E … e Mediolanenſis gubernacula ſedit an.4. Gelaſio Pont. Obiit ſanctè in Domino III. Kalend. Iun. ſepult. in ba… S.Euphemiæ.

Theudoricus I. Medicius, ciuis Mediolanenſis, Gelaſio Pont. factus Archiepiſcopus VI. Idus Septembris, vir optimus, & ſapientiſſimus, cùm clerum & populum vnicè in Chriſto dilexit, tum valde beneficus erga egentes homines, parens pauperum vulgò vocatus eſt. Archiepiſcopali autem munere piè perfunctus annos 10. ex hac vita ceſſit 4. Kal. Apr. Symmacho Pont. ſepult. ad S. Hyppolitum. Sunt de eo verſus Ennodij.

Laurentius I. Littius, Mediolanenſis, quem Symmachus Pont. eximiè dilexit, & in Synodo tertia, quarta, quintáque Romana ſummoperè laudauit, vir ſcientia præcellens, & virtutum donis maximis excultus, clerum, populúmque Mediolanenſem, non minus docendo, quàm agendo inſtruxit ad optimam diſciplinam. Admirabili quadam vitæ ſuæ grauitate deuinctos cunctorum animos tenuit: quamobrem cum omnes eum verebantur, tum nemo quiſquam fuit, qui vel in abditiſſimo loco ſcelus concepiſſet, quin illum quaſi teſtem, F ſpectatorémque metueret, Sedit annos 15. eodem Symmacho, deinde Hormiſda, ac pòſt Ioanne I. Pont. Obiit VII. Kal. Aug. ſepult. ad S. Hyppolitum mart.

Euſtorgius II. Græcus, Ioannis Damaſceni Diſcipulus, cum Ioanne Alexandrino Romam, Gelaſio Pont. profectus, à Felice IV. Archiepiſcopus creatus, omni virtute, & pietate in primis præluxit. Florianum qui deinceps ſanctitatis laude clarus, Epiſcopus Eccleſiæ Hiſpalenſi præfuit, ab vltima Pannonia profectum, domi excepit; Baptizauit, diaconum inſtituit, litteriſque erudiuit. Auguſtæ vrbis Epiſcopum, proditionis accuſatum, dignitate Epiſcopali mulctauit. Oppida, & prædia, quæ in Sicilia præſertim Eccleſia Mediolanenſis habuit egregiè defendit, Baptiſterium ædificandum curauit: ad quod mirifico opere aquam per tectum templi deduxit. Sedit an.8. ſepult. in Baſilica S.Laurentij.

S. Magnus, Trincherius, Mediolanenſis, Syluerio Pontifice, Archiepiſcopus factus, admiranda abſtinentia, ſanctitate, diuináque miraculorum virtute eluxit, piè Archiepiſcopali G munere perfunctus ann.3. quieuit in Domino Kal. Nouemb. ſepult. in baſilica Euſtorgiana.

S.Datius, Aliatius, Mediolanenſis, vir pietate in primis, & doctrina præcellens, à Vigilio Pontif. Archiepiſcopus creatus, populum ſibi commiſſum, in ſumma annonæ caritate, panico ſuſtentauit, Corinthi domum à dæmonibus diuinitus liberauit. Concilio Conſtantinopolitano quinto interfuit. Annalium libros conſcripſit. Eccleſiam Mediolanenſem admirabili pietate geſſit annos 22. Obiit in Domino XIX. Kalend. Febr. ſepult. in baſil. S.Victoris.

Vitalis, ciuis Mediolanenſis, Ioanne III. Pont. creatus Archiepiſcopus, quo tempore Longobardi curſus Italiæ opes afflixerant, in ea temporum perturbatione omnem vigilantiæ ſuæ vim in paſtoralibus ſtudiis atque officiis poſuit diligentiſſimè. Sedit an. 4. Pont. eodem, ſepult. in æde Vitalis martyr.

S. Auſanus, Cribellus, Mediolanenſis, Ioanne III. Pontif. Archiepiſcopus factus, cùm omnes Epiſcopalis muneris partes egit, tum prædicationis officio perfunctus eſt aſſiduè annos duos: quibus Eccleſiam ſibi commiſſam, geſſit. Quieuit in Domino III. Non. Septemb. ſepult. in Eccleſia H S. Stephani ad Rotam.

S.Honoratus, Caſtillionis, Mediolanenſis, vir eloquentia, doctrina, & ſanctitate clarus, & Benedicto I. Pont. Archiepiſcopus renunciatus, ſapientia, conſilio, optimáque inſtitutione corroborauit Eccleſiæ commiſſæ partes, Longobardorum barbarie debilitatas, Aquilenſi Concilio præclarè interfuit. Paulinum, Aquileiæ Epiſcopum conſecrauit. Sedit an. 6. Quieuit in Domino VI. Idus Febr. ſepult. in Eccleſia S. Georgij martyris in Noxetam.

Iuntus, Frontonius, Mediolanenſis, vir nobilitate, & potentia florens, per vim ſimoniæque ſcelus, Archiepiſcopalem ſedem vt fœdiſſimè occupauit, ita iniquiſſimè adminiſtrauit annos decem. Cuius ſceleris pœnam dedit nefaria morte.

Laurentius II. Frontone extincto, Archiepiſcopus creatus, Pelagio II. Pont. Genuæ, vbi populus Mediolanenſis, cùm ob immanem exterarum gentium impietatem in

patria

A patria eſſe non poſſet, magna ex parte domi [illegible] conſtituerat, commoratus, Archiepiſcopal[illegible] geſſit, & exemplo vitæ, & doctrina Ecc[illegible] Mediolanenſis patrimonium, quod in Sicilia amplum habu[illegible], præclaré defendit: ob eámque rem Conſtantium Diaconum Romam ad Gregorium Pont. miſit. Obiit autem Genuæ.

Conſtantius, ciuis Mediolanenſis, Diaconus, cuius vita, moréſque in legatione Conſtantinopolitana Gregorio I. Pont. bene cogniti erant, in vrbe Genua eius iuſſu Archiepiſcopus & electus, & conſecratus eſt. Pallio item ab eo donatus, & aliis ſingularibus beneficiis ornatus, Archiepiſcopalem dignitatem, immani exterarum gentium incurſione afflictam, ad priſtinum gradum erexit. Omni autem laude præſtans, nobilitatus eſt etiam litterarum Gregorij Pontif. monumentis. Sedit annis VII.

Theodatus, Mediolanenſis, Diaconus Eccleſiæ Metropolitanæ, cleri ſuffragiis Archiepiſcopus electus à Pantaleone protonotario, cui Gregorius Pontifex rem dalegarat, Genuæ in Archiepiſcopali dignitata confirmatus, Arrianorum, quorum adhuc aliqua pars in Inſubria reliqua erat, furorem
B impiè exultantem repreſſit: ob eámque rem Pontifici Gregorio gratus, & charus. Sedit annos XXIIX Sabintano, deinde Bonifacio III. IV, poſt Deodato, tum Bonifacio V. Pont.

Aſterius, Romanus, Honorio I. Pont. Archiepiſcopus factus, Berinum, ad Britanniam legatum, à Pontifice miſſum illius iuſſu Epiſcopum conſecrauit. Munere Archiepiſcopali rectè perfunctus annos X. obiit Genuæ pridie Non. Iun. ſepultus in æde S. Syri.

Photrius, quo tempore Ioannes, Bergomi Epiſcopus, in prouincia Mediolanenſi ſanctitatis inprimis laude florens, Arrianorum impietatem retundere aggreſſus eſt, Archiepiſcopatum iniit: quem Genuæ tamen geſſit annos tres.

S. Ioannes Bonus, Camilltus, Genuenſis, Ioannis Bergomenſis. Epiſcopi ſanctiſſimi conſuetudine conſanctus, Archiepiſcopus creatus, immani Barbarorum dominatu non deterritus, ab vrbe Genua, vbi aliquid Archiepiſcopi diu manſerant, Mediolanum ad ſtationem ſedémque Archiepiſcopalem rediit: quam ſumma cum lauda tenuit annos decem:
C Romam ad Synodum Martini I. Pont. venit: Arrianos Bergomo depulit: in oppido Decio Eccleſiam S. Materni conſecrauit. Miraculorum laude clarus, obiit in Domino, quarto Idus Ianuarij.

S. Antoninus, Fontana, Mediolanenſis, VIII. Kalend. Iul. qui dies natalis eſt S. Ioannis Baptiſtæ, Archiepiſcopus conſecratus, admiranda vitæ ſanctitate, & paſtoralis officij exemplis præluxit: in conuellendíſque barbaris gentium exteratum, quæ iam pridem Mediolani domicilium conſtituerant, moribus euigilauit maximé. Sedit ann. IIV. Obiit in Domino pridie Kalend. Decembris; ſepultus in baſilica S. Simpliciani.

S. Mauricilius, maximarum virtutum nomine illuſtris, à Clero ſumma conſenſione Archiepiſcopus electus, & à Pontifice confirmatus, ſedit menſes IV. magna cum teſtificatione ſanctitatis ſuæ. Obiit in Domino pridie Kalend. April. ſepult. in Eccleſ. S. Satyri.

S. Ampelius, Domno Pont. creatus Archiepiſcopus, ſedit annos quinque: Obiit in Domino VI. Idus Febr. Agathone Pont. Sepultus in Baſilica S. Simpliciani. Eius ſanctitatem,
D & dum Archiepiſcopatum geſſit, & poſtquam ex hoc ſæculo abiit, teſtatam Deus fecit miraculorum magnitudine & multitudine.

S. Manſuetus Sabellus, Romanus, Agathone Pontifice, Archiepiſcopus factus, Eccleſiæ commiſſæ viriliter præfuit, Synodo Conſtantinopolitanæ VI. præclara eruditionis laude interfuit: Epiſcoporum prouinciæ Concilium habuit, de cuius ſententia Epiſtolam fidei, pietatis, doctrinæque plenam, contra Monothelitas hæreticos ad Imperatorem ſcripſit. Sedit ann. IX. Obiit XI. Kalend. Mart. Sepult. in baſilica Sancti Ambroſij.

Benedictus, Criſpus Mediolanenſis, diuinis humaniſque litteris eruditiſſimus, & maximarum virtutum auctoritate grauiſſimus, atque ob eam rem tota Italia clariſſimus, Ioanne VI. Pont. Archiepiſcopus declaratus, ſedit an. XLVII. Templum S. Benedicti in porta noua ædificauit: Eccleſiæ ſuæ ius mirificè defendit: cauſam contra Epiſcopum Papienſem Romæ conſtanter egit. Demum miraculis clarus, quieuit in Domino V. Idus Mart. Sepult. in baſil. S. Ambroſij.

Theodorus II. Gregorio III. Pont. Archiepiſcopus creatus, [illegible] eruditione præſtans, Maturini officij myſteria E cæremoniaſque more Ambroſiano ſolemnes, libro ſingulari enucleatè perſcripſit. Sedit an. XIV. Sepult. in monaſterio Horonæ, quod Horona ſoror extruxerat.

S. Natalis, Latina, Græcáque eruditione valdè præſtans & Hebraicè doctus etiam, eximiúſque Catholicæ religionis cultor, Zacharia Pont. Archiepiſcopatum ſuſcepit, & geſſit vſque adeò religioſè, vt exantlatis multis pro fide laboribus, demum ſanctitate clarus, in Domino quieuerit III. Idus Maij Sepult. in baſilica Sancti Georgij, quam is ædificauit. Sedit an. I. menſ. II.

Ariſtedus, Zacharia Pont. creatus Archiepiſcopus, præfuit Eccleſiæ Mediolanenſi menſes IX. Sep. in baſil. S. Nazarij.

Stabilitus, Stephano III. Archiepiſcopus factus. Sedit anni II. menſ. IX. ſepult. in baſilica S. Ambroſij.

B. Lætius, Marcellinus, Mediolanenſis, vir omni pietatis officio inſignis, & admiranda inprimis charitate erga pauperes. Sedit ann. XIIV. menſ. XI. Sepult. in baſilica Sancti Ambroſij.

Thomas Craſſus, Mediolanenſis, pietatis ſtudio deditus, F religionis cauſa Hieroſolymam peregrinatus, inde reuerſus, Hadriano Pontif. Kalend. Nouemb. Archiepiſcopus factus, Ambroſiani officij libros, quos Carolus Magnus inflammandos cenſuit, Eugenij Epiſcopi ſtudio mirificè defendit. Carolum Magnum, Italiæ Regem corona ferrea coronauit. Giſſam Pipini Regis filiam, Mediolani ſolemniter baptizauit. Sedit ann. XXXII. Obiit Kalend. Oct. Sepul. in baſilica S. Laurentij.

Oldobertus, Marlonius, Eugubinus, ſedit an.....

Petrus I. Craſſus. Oldradius, Mediolanenſis, Adriani Pont. Secretarius, deinde Archiepiſcopus factus, mox Legatus à Pontifice ad Carolum Magnum Imper. venit: cui charus admodum fuit. Hæreticos maxime oppugnauit, ob eámque rem hæreticorum malleus vulgò vocitatus. Sermones de ſanctis ſcripſit, in quibus præcipuus eſt vnus de ſancto Barnaba Apoſtolo, & Epiſcopo Mediolani primo. Epiſtolas etiam permultas, magnarum rerum pondere graues, & vnam præter cæteras ad Carolum Magnum de tranſlatione corporis S. Auguſtini. Bernardum, Pipini filium, Italiæ Regem G coronauit. Sedit annos XXVII. Obiit VII. Maij, ſepult. in baſilica Sancti Ambroſij.

Alibertus, Craſſus, Mediolanenſis, Stephano Quinto Pont. Kal. Octobris Archiepiſcopus pronunciatus, admirabili vigilantia præfuit annos IX. menſ. VII. Obiit pridie Kalend. Mart. Sepult. in baſil. S. Ambroſ.

Anſelmus I. Bilius Mediolanenſis, à Clero Archiepiſcopus electus, & à Paſchale Pont. confirmatus, pauperes eximia charitate dilexit. Lotharium, Ludouici Pij filium, Italiæ Regem, in oppido Modo etiam coronauit: Eccleſiam commiſſam adminiſtrauit annus V. Obiit V. Idus Maij: Sepultus ad S. Ambroſium.

Bonus Caſtillionius, Mediolanenſis Paſchale Pontif. creatus Archiepiſcopus, acerrimus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ defenſor. Sedit an. IV. Obiit IIX. Kalend. Feb. Sepult. in baſilica S. Ambroſij.

Angisbertus I. Mediolanenſis, Gregorio IV. Pont. Archiepiſcopus factus, ſancti Monæ Archiepiſcopi corpus in Eccleſiam S. Michaëlis ad Dominum tranſtulit. Sedit ann. I. H menſes II. Obiit VII. Idus Sept.

Angelbertus I. Poſterlius, Mediolanenſis, Gregorio IV. Pont. Archiepiſcopus creatus, pauperum, viduarumque pater, Eccleſiam etiam ſibi commiſſam beneficiis & donis ornauit: altare in baſilica S. Ambroſij exiato auro faciundum curauit: Synodum prouinciæ habuit: in qua beatorum martyrum Iouitæ, & Fauſtini cœnobij, quod Rambertus Epiſcopus exædificarat, inſtitutionem ratam habuit. Sedit an. XXV. Obiit Idib. Decembr. Sepult. in baſilica S. Nazarij. Hoc tempore Mediolani multæ Eccleſiæ ædificantur.

Tado, ingenio, & rerum diuinarum ſcientia præſtans, ob eamque rem ſapiens, & à Nicolao I. Pontifice ſanctiſſimus aliquando vocatus, Eccleſiam Mediolanenſem gubernauit annos VII. menſes VI. Obiit pridie Kalend. Iunij. Sepul. in baſil. S. Ambroſij.

Anſpertus, Arbutius, Confanolerius, Mediolanenſis, Eccleſiæ Metropolitanæ Archidiaconus, à Clero Archiepiſcopus electus, ab Adriano II. Pontif. confirmatus, Carolum

Caluum, Italiæ Regem coronauit, & Carolum Craſſum Imperatorem.
A Sedit an. XIIII. menſe V. Obiit VII. Idus Oct. ſepul. in baſilica S. Ambroſij.

Anſelmus II. Captius, Mediolanenſis, à Ioanne VIII. Pont. è Gallia Romam redeunte, Archiepiſcopus incredibili cleri populique gaudio creatus, ſedit an. XIV. Obiit IV. Kalend. Octob. ſepul. in baſil. S. Ambroſ.

Landulphus I. Craſſus, Mediolanenſis, Benedicto IV. Pont. creatus Archiepiſcopus. Sedit an. III. Obiit Non. Nouemb. ſepultus in baſilica S. Ambroſ.

Andreas, Lampugnanius, Mediolanenſis, die feſto Sancti Andreæ, à clero Archiepiſcopus electus, mox à Leone V. Pont. confirmatus. Sedit an. VI. Obiit pridie Kal. Mart. ſepul. in baſilica S. Ambroſ.

Atho, Oldradus, Mediolanenſis, Archiepiſcopus magna ciuium multitudine Sergium III. Pont. in Galliam deduxit: inde Romam, vbi opem ei tulit ad Chriſtophorum vrbe pellendum, qui pontificatum inuaſerat. Is in Eccleſia Mediolanenſi, primo Sabbatho Septembris, veſpertinum officium de cruce agi inſtituit. Sedit ann. XII. menſ. V. Obiit Romæ
B VII. Idus Sepultus in Eccleſia SS. Bonifacij, & Alexij in monte Auentino.

Garipertus, Ioanne Decimo Pontif. in ſede Archiepiſcopali collocatus, Alberico, qui in agro Piceno dominabatur, auxilio fuit ad Saracenos, ex Apulia eiiciendos. Sedit annos II.

Lambertus, vir ſolerti ingenio, ſummóque conſilio, Archiepiſcopus à Ioanne XI. Pontifice creatus, Rodulphum Papiæ Regem acclamatum, in ſumma Italiæ diſſenſione, coronauit: in Italiam, de ſummi Pontificis ſententia, Hugonem, Comitem Arelatenſem, accerſiuit. Burcardum, Sueuorum Ducem, Rodulphi Regis ſocerum, legatum, ad ſe miſſum, benigne excepit. Genuenſibus auxilium contra Saracenos miſit. Sedit an. IX. Obiit Kalend. Iulij.

Hilduinus, Monachus, Gallus, Stephani IX. Pont. familiaris, Martino Tertio Pontif. Archiepiſcopus factus, Hugonem, Ludouici III. filium, Burgundiæ Ducem, Italiæ Regem, in Baſilica Ambroſina, Mediolani coronauit. Sedit ann. VI. Obiit Kalend. Aug.

C Ardericus Cotta, Mediolanenſis, Agapeto II. Pontif. creatus Archiepiſcopus, Berengarium Verona Mediolanum euocat: vbi pro rege ſe gerere cœpit. Eccleſiam ſancti Andreæ nomine, ad murum ruptum ædificauit: ſacellum ſancti Lini in Baſilica S. Nazarij extruxit. Sedit an. IX. Obiit 3. Idus Octob. Sepult. in Sacello S. Lini.

Alamanus, Menclotius, Mediolanenſis, Canonicus Ordinarius, cum Manaſſe, Vgonis Imperatoris filio, de Archiepiſcopatu contendit: ſed tandem, vniuerſo clero ſuffragante, Archiepiſcopus factus. Sedit annos IV.

Valbertus Medicer, Mediolanenſis, Ioanne XII. Pontif. factus Archiepiſcopus, Berengarij rabiem fugiens, ad Othonem I. Imper. venit, cui promittit, ſi tyrannum extinxerit, ſe regni inſignia traditurum. Epiſcopatum prouinciæ concilium de more euocat, deque omnium, qui frequentes aderant, ſententia, regnum Berengario abrogat: Othonem autem, cui regnum detulerat, ſolemni iureiurando ſtringit, ſe pro ſalute dignitatéque Italiæ, patrimonium omne profuſurum, nullúmque periculum recuſaturum: Othonem verò Mediolani in Baſilica Ambroſiana ex promiſſo coronauit: eámque ob cauſam multa ab eo oppida dono accepit, Ro-
D manæque Synodo interfuit: in qua priori loco & conſedit, & ſubſcripſit, quàm Archiepiſcopus Rauennæ. Sedit ann. XIX. Sepult. in Eccleſia Hyemali.

Arnulphus, Bonicij Ducis filius, Subdiaconus S. Eccleſ. Mediolanenſis, ab Othone Imperatore Archiepiſcopus, Clero reclamante, electus, nomen, dignitatémque Comitis tulit, eúſque per Vicecomitem exercuit. Hiſtoriam ſui temporis ſcripſit. Sedit an. III. Sepult. in Eccleſia Hyemali.

Gotifredus, Benedicto Sexto Pontif. creatus Archiepiſcopus. Sedit an. V. Obiit XII. Kalend. Octobr. Sepult. in Eccleſia Hyemali.

Landulphus Secundus Bonitij filius, Carcanus, Mediolanenſis, non à Clero electus, ſed partis artibus, iuuante Imperatore, Archiepiſcopatum occupauit, annos 3. menſes III. Obiit 8. Kalend. Octobr. Sepult. in baſilica S. Celſi.

Arnolphus II. Attiacus, vir pietatis nomine illuſtris, Gregorio V. Pont. Archiepiſcopus creatus, Othonem Tertium Imperatorem corona ferrea donauit. Epiſcopum Aſtenſem, [illegible] erga ſedem Metropolitanam, deſciuerat, parere
E [illegible]. [illegible] malè mulctauit: in Laude Pompeia concilium prouinciale habuit. Conſtantinopolim profectus, ſerpentem æneum, quem à Nicephoro Imperatore dono acceperat, Mediolanum aſportandum curauit. Sedit annos XIX. Obiit IV. Kalend. Martij.

Heribertus, Gerardi Canturij filius, Antimianus, Mediolanenſis, Benedicto IIX. Pontif. Archiepiſcopus factus, Monaſterium S. Dionyſij ædificauit. Eccleſiam S. Satyri in Porta Romana conſecrauit. Corpus S. Monæ Archiepiſcopi Mediolanum in Eccleſiam beati Vitalis martyris tranſtulit. Epiſcopum Papienſem in conuentu Roncalienſi crucem deponere iuſſit. Ambroſium Eccleſiæ Mediolanenſis ordinarium, Epiſcopum ciuitatis Laudenſis inſtituit. Enricum Imperatorem Romam deduxit, vt à Benedicto Pont. coronam acciperet. Sedit ann. XXVIII. Obiit XV. Kalend. Febr. Sepultus in Baſilica S. Dionyſij.

Guido Valuaſorius, Velatius, Eccleſiæ Mediolanenſis Canonicus ordinarius, Enrici Imperatoris Secretarius, in ſumma de Archiepiſcopatu contentione, cæteris competitoribus F
repulſus, Archiepiſcopus creatus, Leonis IX. Pont. iuſſu concilio Vercellenſi contra Berengarium interfuit. Apud Fontanetum in agro Nouarienſi Synodum prouinciæ habuit. Sedit annos XXVI. Obiit X. Kalend. Decembris. Quo mortuo vacauit Eccleſia Mediolanenſis annos tres.

Thealdus Caſtilionius, Mediolanenſis, Henrici Imperatoris opibus ſuffultus, Eccleſiam Mediolanenſem inuaſit. Quam ob cauſam ad ſynodum à Gregorio VII. Pont. vocatus, cùm venire recuſaſſet, primò ſacris ordinibus interdictus, deinde, ac tertiò publicè in ſynodis Romanis, grauis excommunicationis vinculo irretitus eſt. Obiit VIII. Kalend. Iulij. Sepultus Aronæ.

Anſelmus III. Raudius, Mediolanenſis Archiepiſcopus creatus, magnam claſſem exercitúmque comparauit, vt Babyloniam caperet: quò profectus, multis commiſſis prælijs, nihil profecit. Mediolanúmque inde reuerſus, diem obiit pridie Nonas Decembr. Sepultus in Baſilica S. Nazarij. Sedit annos VII. menſes quinque.

Arnulphus III. Capitanius, Mediolanenſis, Vrbano II. G
Pontif. creatus Archiepiſcopus, ciuitati Mediolanenſi auctor fuit, vt ſex millia militum ad recuperandam Hieroſolymam mitteret. Vir fuit admiranda ſanctitate: monaſterium S. Victoris ad corpus multis prædiis dotauit. Sedit ann. III. menſes IX. Obiit 7. Kalend. Octobr. Sepult. in monaſterio Clauarenſi.

Anſelmus IV. Valuaſorius, Luinius, Mediolanenſis, fidei nomine in exilium pulſus Conſtantinopolim venit: vbi obiit pridie Kal. Octobr. Sepult. in ea vrbe, ad S. Nicolaum.

Chryſolaus, Henrici I. Imper. opibus adiutus, Eccleſiam Mediolanenſem occupauit, pulſo inde Anſelmo, eóque nomine apud Paſchalem II. Pont. accuſatus, Romam venit. Vir Græcè, Latinéque eruditus, epiſtolas, conciones, aliáſque induſtriæ ſuæ monumenta reliquit. Romæ obiit, ſepultus in Eccleſia S. Sebaſtiani.

Iordanus Capitanius, Cliuſeptius, Mediolanenſis, Paſchale II. Pont. creatus Archiepiſcopus, ſynodum prouincialem habuit, in qua de Epiſcoporum decem & octo conſenſu multa ſtatuit: concilio Guaſtallio, quod Pontifex habuit, præſens adfuit. Diem commemorationis mortuorum decreuit. Sedit ann. IIX. menſ. IX. Obiit pridie Non. H
Octobr. Sepult. in baſilica S. Ambroſij.

Henricus Capitanius, Curtius, Vicedominus, & Archipreſbyter Eccleſiæ Mediolanenſis; Gelaſio II. Pontif. factus Archiepiſcopus. Sedit annos V. menſ. VI. Obiit IV. Kalend. Iun.

S. Bernardus, Gallus, Abbas Claræuallenſis, Henrico mortuo, Archiepiſcopus electus, recuſauit id munus obire.

Anſelmus V. Puſterlius, Mediolanenſis, Honorio II. Archiepiſcopus creatus, in Germaniam legatus miſſus, inde rediens Epiſcopi Aſtenſis, auctoritatem Metropolitanam deſpicientis, audaciam fregit. Lotharium Imper. Mediolani excepit, coronáque ferrea donauit. Nuuocomum obſedit, agrum vaſtauit. S. Bernardum hoſpitio ſæpenumero accepit: cuius cauſa monaſterium Claræuallenſe, extra portam Romanam, ab Anſelmo Archinto ædificandum curauit. Sedit an. IX. Obiit Romæ XIX. Kalend. Septemb.

Robol

Roboldus I. Epiſcopus Albenſis, Innocen[illegible] II. Pontif. **A** creatus Archiepiſcopus, Mediolanen[illegible] ſacrarum communione iotetdicti, v[illegible] Pontifice peteret. Hoſpitales ædes Brolij, à Got[illegible] e ext uendas curauit. Sedit ano.10. menſ.5. Obiit [illegible] Cal. Ian. Sepul. in baſil. hyemali.

Vbertus, Pirouanius, Lucio II. Pont. factus Archiepiſcopus Eccleſiæ Mediolanenſi præfuit, quo tempore, Federicus Imperator Mediolanum diripuit. Is ſumma prudentia vir, conuentum habuit de vrbe inſtauranda: ſed rem non perfecit, morte ereptus. Sedit ann. XV. obiit Beneuenti.

S. Galdinus, Valuaſorius, Salenſis, ſcientiæ, & ſanctitatis laude clarus, primo Mediolanenſis Eccleſiæ Archidiaconus, deinde ab Alexandro III. Pontif. S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sabinæ, poſtea Archiepiſcopus, tum vniuerſæ Galliæ Ciſalpinæ Legatus creatus, nonis Septembris Mediolanum venit. Quam vrbem à Federico dirutam, inſtaurauit: ædes Archiepiſcopales reſtituit: Humiliatorum ordinem, ex auctoritate ſummi Pontif. comprobauit: Papienſem ciuitatem Eccleſiaſtico interdicto affecit: Laudenſibus Epiſco- **B** pum dedit. Mediolani, de ſuggeſtu cùm contra hæreticos concionem haberet, obiit XIV. Cal. Maij. Sepult. in baſilica Teclæ. Sedit an.X.

Algiſius, Pirouanius, Mediolanenſis, primo Cymiliarca, deinde ab Alexandro III. Archiepiſcopus factus: eo animi robore Eccleſiam, populúmque commiſſum gubernauit, vt cum Federico Imp. pugnam inire non dubitarit: quem ſuis copiis, Deo iuuante, mirabiliter profligauit, die feſto SS. Martyrum Siſinij, Martyrij, & Alexandri: quem propterea diem religioſum perpetuo coli ex decreto cenſuit, deinde Venetias ad Alexandrum Pont. inde Romam cum eo profectus, poſtea Mediolanum reuerſus, obiit. Sepultus in baſilica hyemali. Sedit an. IIX. menſ. IIX.

Abertus II. Cribellius, Mediolanenſis, primum Eccleſiæ maioris Archidiaconus, deinde Vercellarum Epiſcopus, pòſt, Lucio III. Pont. Archiepiſcopus factus, SS. Aſtantij, & Antoniani corpora inuenit: Veronam ad Concilium venit: ibi, Lucio mortuo, Pontifex pronunciatus eſt in vigilia Nat. Domini.

C Milo, Candianus, Mediolanenſis, primò Mediolani Archipresbyter, deinde Taurini Epiſcopus, poſt à Clemente III. Pont. Archiepiſcopus Mediolani creatus: Henricum Imper. vnà cum Conſtantia, corona ferrea decorauit. Sedit an. VII. menſ. IIX. ſepultus in Baſilica hyemali.

Vbertus III. Tertiacus, Mediolanenſis; Modoëtiæ Archipresbyter, Metropolitanæ Eccleſiæ canonicus ordinarius, S.R.E. presbyter Cardinalis, tit. S. Stephani in Cælio monte, ab Innocentio III. Pont. creatus, deinde Archiepiſcopus, pacem inter Mediolanenſes, & Comenſes conciliauit. Sedit annos IV. menſes III. ſepultus in Eccleſia hyemali.

Philippus, Lampugnanus, Mediolanenſis, ab Innocentio III. Pont. Archiepiſcopus creatus, ad quem illius epiſtola de cancellaria Mediolanenſi ſcripta eſt, pacem inter Mediolanenſem, & Ticinenſem populum iniit.

Vbertus IV. Pirouanius, Mediolanenſis, ab Innocentio III. Pontif. Cardinalis creatus, deinde Archiepiſcopus, cum poteſtate Legati miſſus ad gerendam Eccleſiam Mediolanenſem, Othonem IV. Imperatorem in baſilica Ambroſiana **D** coronauit. Sed. an. 4. menſ. 1. Obiit Mediolani, ſepultus in Eccleſia hyemali.

Gerardus, Regious Sexius, primò Nouariæ Epiſcopus, deinde ab Innocentio III. Pont. Archiepiſcopus creatus, ſedit tantum menſes 6. Obiit Cremonæ.

Henricus, Settarius, Mediolanenſis, baſilicæ Metropolitanæ Cymiliarcha, in maxima cleri diſſenſione, ab Honorio III. creatus Archiepiſcopus, pro fidei defenſione in Palæſtinam tranſmiſit, Damiatæ expugnationi interfuit. Baſilicam Euſtorgianam fratribus ordinis Dominicani, alteram beatorum martyrum Naboris & Felicis, Franciſcanis attribuit. Eccleſiam S. Gotbardi in monte Tremulo conſecrauit. Epiſcopi Cremonenſis contumaciam fregit: Eccleſiæ libertatem defendit. Hæreticos profligauit. Sedit an. 16. menſ. 10. Obiit Mediolani: ſepultus in baſilica martyrum Naboris & Felicis.

Gulielmus I. Rozolius, Mediolanenſis, baſilicæ Metropolitanæ Archidiaconus, vir eruditus, & optimus, à Gregorio IX. Pont. creatus Archiepiſcopus, laicis Mediolani, prædicationis munere interdixit. Ad Federicum II. Imp. **E** miſſus, iuſſu Pontificis, cruce ſignatorum militum bellum contra Saracenos indixit. Sedit an. 30. menſ. 5. Obiit Mediolani, ſepultus in Eccleſia monaſterij Clarauallenſis.

Leo, Peregius, Mediolanenſis, Frater ordinis Franciſcani, à Cæleſtino IV. Pont. Archiepiſcopus factus, iuriſdictionem Archiepiſcopalem tùm negligenter curaret, Turriani plebis conſules, eam ſibi vſurparunt. In vico Lignano ædes Archiepiſcopales magnificè extruxit. Sedit annos 16. menſ. VII. Obiit 18. calend. Nouemb. Vacauit Archiepiſcopatus annos 4. menſ. 10. dies 7.

Otho, Magnus, Vicecomes, Mediolanenſis, in ſumma de Epiſcopo eligendo diſſenſione, Octauiani Cardinalis, ſedis Apoſtolicæ legati, ſtudio, ab Vrbano IV. Pont. Archiepiſcopus factus, opibus, auctoritate, militumque copiis floruit. Iuriſdictionem vrbis Mediolani à iure poteſtatéque Archiepiſcopi in fratris filios tranſtulit. Carmelitanos monachos Mediolanum introduxit. Concilio œcumenico Lugdunenſi interfuit, quod Gregorius IX. Pont. habuit. Concilium prouinciale Mediolani ipſe habuit. Sanctæ Agnetis ſacellum in baſilica maiori ædificauit, prædiiſque paternis dotauit. Præ- **F** bendam Lectori Theologo decreuit. Bellum ſacrum Mediolani, à Magiſtro ordinis Franciſcani denunciari conceſſit. Sedit an. 13. dies 18. Obiit Mediolani III. Idus Auguſt. ſepultus in Eccleſia maiori.

Rufinus, Friſerius, Lucenſis, à Bonifacio VIII. Pontif. creatus Archiepiſcopus, ſedit menſes tantum 10.

Franciſcus Fontana, Parmenſis, primùm Meſſanæ Archiepiſcopus, in Eccleſiæ ſibi commiſſæ ſtatione, ſeculis repugnantibus, cùm inuigilare non poſſet, Eccleſiæ deinde Nolanæ adminiſtrator, demum Mediolani Archiepiſcopus factus, Vicecomitis ex vrbe Mediolano, ditionéque depulit. Sedit an. 1 a.

Caſtonus, Turrianus, Mediolanenſis, primo Aquileiæ patriarcha, pòſt Mediolani Archiepiſcopus à Clemente V. Pont. factus iuriſdictionem Archiepiſcopalem reſtituit. Synodum prouincialem Mediolani habuit, Henricum Lucemburgium Imp. VI. corona ferrea, die ſolemni Epiphaniæ coronauit. Sedit annos 9.

F. Aicardus, Comodianus, Nouarienſis ordinis Minorum **G** S. Franciſci, miniſter generalis IX. à Ioanne XXII. Pontif. creatus Archiepiſcopus, Matthæum Vicecomitem, filioſque iuriſdictionem Eccleſiaſticam occupantes, excommunicauit: Multa ædificia extruxit. Mediolanenſibus, multa mala, quæ euenerunt, concionando prædixit. Sedit an. 14.

Ioannes II. Matthæi filius. Vicecomes, Mediolanenſis, primò Nouariæ Epiſcopus, deinde à Clemente VII. Pontif. Archiepiſcopus creatus, bellica potiùs laude, quàm Eccleſiaſticæ diſciplinæ nomine illuſtris, totius penè Galliæ Ciſalpinæ dominus, multa etiam oppida Eccleſiæ Romanæ per vim occupauit. Corporis Domini celebritatem ſolemnem, in Eccleſia Mediolanenſi perpetuò agi decreuit, ritu ſolemni, & publica proceſſione: quam ipſe frequentiſſimam celebrauit, facto concurſo hominum centies millium. Sedit annos 21.

Robertus, Vicecomes, Mediolanenſis, baſilicæ Metropolitanæ Archipresbyter; ab Innocentio VI. Pont. Archiepiſcopus creatus. Carolum IV. Imperatorem, hoſpitio regali Mediolani accepit: & Modoëtiæ, in baſilica S. Ioan. Baptiſtæ **H** Regem Longobardiæ coronauit. Sedit annos 7.

Gulielmus II. Puſterhius, Archipresbyter Modoëtiæ, deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus, poſt ab Vrbano V. creatus Archiepiſcopus, ſedit an. 9. menſes 4.

Simon, Borſanius, Mediolanenſis, Iuriſconſultus, Gregorij XI. Pont. familiaris, presbyter Cardinalis tit. SS. Ioannis & Pauli, ab eo creatus, deinde Archiepiſcopus Mediolani: ad Eccleſiam ibi commiſſam non venit, occupationibus Romanis diſtentus. Sedit annos 6. menſes 6.

Antonius, Princeps Saluriarum, Subalpinus, à Gregorio XI. Archiepiſcopus creatus, V. Idus Sept. ad ſedem Archiepiſcopalem venit: In qua ſedit annos 25. dies 4. Obiit Mediolani, ſepultus in Eccleſia hyemali.

F. Petrus Philargus, ordinis Minorum, in Cruſſonalio vico diœceſis Nouarienſis natus, vir Græcis & Latinis litteris, Theologiæque ſcientia eruditus, Ioannis Mariæ, principis Mediolani, à conſiliis, primùm Vicentiæ, deinde Nouariæ Epiſcopus factus, poſtea Patriarcha Gradenſis,

A nus Mediolani Archiepiſcopus à Bonifacio IIX. creatus, ſed. an. VI. Deinceps ab Innocentio VII. pronunciatus Cardinalis baſilicæ Apoſtolorum, demum in Concilio Piſano, à Cardinalibus creatus Pontifex, nomen habuit Alexandri V.

Ioannes III. Vicecomes, Mediolanenſis, Malateſtæ Principis auxilio adiutus, ſedem Archiepiſcopalem occupauit, paulóque pòſt in Concilio Conſtantienſi Archiepiſcopatu priuatus eſt.

Bartholomæus, Caprius Mediolanenſis, à Ioanne XXIII. Pont. Archiepiſcopus creatus, Philippi Mariæ Ducis curatu, Concilio Conſtantienſi interfuit, multas legationes obiit: Genuam vrbem ex illius Reipublicæ decreto adminiſtrauit: Sigiſmundum Imperatorem, Mediolani in Baſilica Ambroſiana coronauit: Martinum V. Pont. è Concilio Conſtantienſi redeuntem hoſpitio auguſtiſſimo accepit. Sedit. an. XXII. Obiit pridie cal. Octob.

Franciſcus, Piccolpaſſius, Bononienſis, Eugenij IV. Pontif. familiaris, vir multis virtutibus florentiſſimus, Latinè doctus, ſacra eruditione præditus, & pietatis ſtudio ardens, cilicium perpetuò induit. Litteratos homines eximiè dilexit: in quibus duos in intimis habuit, Philelphum, &
B Æneam Siluium poſtea Pontificem Pium II. Quem priuatum hominem, Mediolani degentem, ciuibus quibuſdam Mediolanenſibus, nobilitatis ſplendore illuſtribus, Præpoſituram baſilicæ S. Laurentij vacantem, ſibi dari petentibus, virtutis ergo antepoſuit. Archiepiſcopus autem Eccleſiam Mediolanenſem ſanctè adminiſtrauit: & verò difficultates, quæ ſibi in eo munere importatæ erant, egregiè ſuperauit conſtantis animi robore, & ſanctitatis opinione, quam de ſe omnes conceperant. Sedit an. IIX.

Henricus III. Scotus, Papienſis, primùm Epiſcopus Dertonenſis, deinde Archiepiſcopus Mediolanenſis, ab Eugenio IV. Pont. creatus, poſtea S.R.E. Cardinalis tit. S. Clementis, populo Mediolanenſi, fame grauiter laboranti, magnam argenti vim dono miſit: ſeque ac familiam ſuam bonis omnibus ſpoliauit, quo liberalius Eccleſiæ ſibi commiſſæ filiis ſubueniret. Sedit annos IX. Obiit Romæ IV. Nonas Iulij, ſepultus ad S. Clementem.

Nicolaus, Amidanus, Cremonenſis, ſapientiſſimus Iuriſ-
C conſultus, primò Epiſcopus Placentiæ, Concilio Conſtantienſi interfuit: in quo Ioannem Huſſium, ex patrum auctoritate, gradu mouit: deinde Archiepiſcopus Mediolanenſis factus. Sedit an. I.

Gabriel Sfortia, Franciſci Sfortiæ Ducis frater, Mediolanenſis, ordinis heremitarum S. Auguſtini, Theologiæ ſcientia eruditiſſimus, concionator clariſſimus, à Nicolao V. Pontif. creatus Archiepiſcopus, beatæ Mariæ coronatæ Eccleſiam conſecrauit. Muneribuſque aliis Archiepiſcopalibus rectè perfunctus, obiit Mediolani, ſepul. in eadem Eccleſia. Sedit an. XIII.

Carolus I. Foroliuienſis, Abbas S. Celſi, à Calliſto III. factus Archiepiſcopus, ſedit an. IV. Obiit Mediol. ſep. in baſil. S. Celſi.

Stephanus Nardinus, Foroliuienſis, Referendarius Apoſtolicus, egregia virtute vir, à Pio II. Pont. in Germaniam Internuncius miſſus, à Paulo II. Mediolani Archiepiſcopus factus, & à Xiſto IV. Cardinalis S. Rom. Eccleſ. tit. S. Mariæ trans Tyberim, collegium Nardinum, Romæ inſtituit, in quo perpetuum Archiepiſcopi ius eſſe voluit. Mediolani, extra pomerium portæ Tonſæ, ædes Archiepiſcopales ædi-
D ficauit: in vico ſancti Pauli ad compitum, certa quadam ædificij forma, domicilium parauit, vbi pro Archiepiſcopali auctoritate iudicia exercerentur. Eccleſiæ Metropolitanæ aulæa, tapetiaque magnifica, pallia, eccleſiaſticáque ornamenta, & mitram, precioſo opere contextam, dono dedit. Solemnium litaniarum triduanarum, librum multis ante ſæculis conſcriptum, temporum iniuria penè intermiſſum, reſtituit. Sedit annos XXIII.

Ioannes III. Arcimboldius, Mediolanenſis, vir iuris ciuilis, & Pontificij ſcientia præſtans, ſapientiæ maximarúmque virtutum ornamentis excultus, ob eámque rem Galeatio Mariæ Sfortiæ Duci, gratus, & charus, multis legationibus illius nomine perfunctus, à Xiſto IV. Pontif. primùm Protonotarius Apoſtolicus, Nouariæque Epiſcopus, deinde S. Rom. Eccleſ. Cardinalis creatus, multis etiam prouinciis Legatus præfuit. Poſtea ab Innocentio IIX. Pontif. Mediolani Archiepiſcopus creatus, Eccleſiam ſibi commiſſam in [illegible] annis ornauit. Sed. ano. III. menſ. IIX. obiit Romæ. E

G[illegible] Ant[illegible], Arcimboldius Mediolanenſis, Ioannis Cardinalis, & Archiep[illegible]copi frater, ſummarum virtutum ſplendore prælucens, à Galeatio Maria ampliſſimis honoribus cohoneſtatus, pietatis cultor egregius ab Innocentio IIX. Pont. Archiepiſcopus factus, curiam Archiepiſcopalem, quam dono à Duce acceperat, vetuſtate prope collapſam, magnis ſumptibus renouauit: Baſilicam Metropolitanam, ſacerdotum numero auxit: eidem, & fabricæ magnam vim rerum pretioſarum, moriens legauit. Sedit annos IX.

Octauianus Arcimboldius, Mediolanenſis, egregius Iuriſconſultus, Protonotarius Apoſtolicus, contradictarum auditor, vtriúſque ſignaturæ Referendarius, Archiepiſcopus deſignatus.

Hippolytus I. Alphonſi Ferrarij Ducis frater, Eſtenſis, S.R.E. Cardinalis S. Luciæ, Ab Alexandro VI. Pont. Archiepiſcopus deſignatus, vir ſingulari prudentia, rerúmque gerendarum vſu præſtans, Eccleſiam Mediolanenſem adminiſtrauit an. XIII.

Hippolytus II. Alphonſi Ferrariæ Ducis filius, Eſtenſis, à Leone X. Pont. Archiepiſcopus deſignatus, poſt à Paulo F
III. Pont. S.R.E. Cardinalis pronunciatus, & à Pio IV. Pontif. ad Gallorum Regem legatus miſſus, Eccleſiæ Mediol. præfuit an. XXXIII.

Ioannes Angelus, Arcimboldius Mediolanenſis, à Clemente VII. Pont. Nouariæ Epiſcopus, deinde à Iulio Tertio Pont. Mediolani Archiepiſcopus factus. Sedit annos v.

Philippus, Archintus, Mediolanenſis, Iuriſconſultus clariſſimus, rerúmque benè geſtarum nomine illuſtris, primùm à Paulo III. Pontif. Protonotarius Apoſtolicus, tum vrbis præfectus creatus, poſtea Epiſcopus Biturgiæ, & Vicarius vrbis Pontificius, inde ad Epiſcopatum Salutiarum tranſlatus, Bononiam ad Concilium venit. Vicarij autem Pontificij munus geſſit, Paulo III. Iulio III. Marcello II. Paulo IV. Pontificibus. Demum ob virtutum merita, Archiepiſcopus Mediolani à Paulo IV. creatus, Eccleſiæ Mediolanenſi præfuit annos II.

Carolus II. Comitis Giberti, & Margaritæ, Pij IV. Pontificis ſororis, filius, Borromæus, ab eodem Diaconus Cardinalis S. Martini in Montibus, deinde Presbyt. Card. tit. S. Praxe- G
dis, & Archiepiſcopus VI. Idus Februar. anno 1560. creatus. Cuius res geſtæ in perpetuos commentarios ordine relatæ, meritò omnium oculis ſubiiciuntur, & velut viua quædam Epiſcopalium virtutum exempla, cuiuis imitanda proponuntur. Peruenit enim ad illam vitæ ſanctitatem, vt etiam ante obitum omnium opinione haberetur beatus: poſt illum verò nulla eius rei ambiguitas ſupeſfuit, Deo per crebra miracula famuli ſui ſanctitatem teſtatam faciente. Sic vt eum in Sanctorum cum Chriſto regnantium numerum referendum duxerit anno M. DC. X. Paulus V. Pontif. Max. annis XXVI. poſtquam hinc ad meliorem vitam emigrauit, quod accidit III. Nonas Nouembr. anni M. D. LXXXIV.

Succeſſit in Cathedra Fredericus Caroli nepos, tam dignitatis quam virtutum eiuſdem hæres. Cuius omnigenæ eruditionis ſplendor, & eximius ſtudiorum, ac litteratorum hominum cultus orbem vniuerſum Theatrum habet. Sic vt meritò omnium erga ſe vnum adfectum ingeniúmque velut æxiteeo obſequio deuinxerit, qui illum in ſacro illo ordine, ceu numen aliquod cœlo delapſum ſuſpiciunt, & venerantur, vtinam diu incolumis præſit, vt diu prodeſſe etiam poſſit. H

EPISCOPI PATAVINI.

Ex Bernardini Scardeonij hiſtoria.

Patauium quod vulgò Padua Antenorem Troianum primum conditorem agnoſcit, Liuio teſte, & à Padi vicinitate quaſi Padauium dictum ſentit Serarius. Ciuitas eſt ampla, amœna, ab Euganeis collibus ſex millia paſſuum, à mari duodeuiginti diſtans. Habet ius & dignitatem municipalem ſuper inſignia ſeptem oppida. Baſilica Cathedralis antiqua populi deuotione exeitata creditur. Parochialis Eccleſiæ XXVI. monaſteria vtriuſque ſexus quamplurima. Patet ditioni Venetorum. Habuit viros illuſtres cuiuſuis ordinis, & inter alios Titum Liuium protulit inter ethnicos. Ex Chriſtianis verò abſque numero ſanctitate & eruditione inſignes.

Qui vero hic cathol. fidei ſemen ſparſit, & vniuerſam gente ad

ad ſuaue Chriſti iugum perduxit, fuiſſe traditur S. Proſdoci-
A mus natione Græcus à S. Petro inſtructus & cum illo Antiochiam profectus, Romam tandem ad [illegible] ictorum miſſus prædicandi Euangelij cauſa à Vi[illegible]no Patauij Præfecto quem grauis ægritudo lecto adfixum detinebat vocatus fuit, quem etiam in Chriſti nomine curauit, multáque miracula in fidei & prædicationis ſuæ confirmationem patrauit. Senio tandem confectus miniſterio ſuo vltra annum 114. extenſo obiit 8. Idus Nouemb. ſepultus in Baſilica ſua Cathedrali S. Iuſtinæ corpore & nomine poſtea inſignita.

Succeſſit S. Maximus Patauij honeſto genere natus ſanctitate & eruditione celeberrimus. De cuius ætate & regimine nihil traditum ſcripto reperitur. Niſi quod corpora quædam SS. Innocentium pro Chriſto occiſorum Hieroſolymis huc transtulerit. Exiſtimatur autem ſediſſe annos 25. vſque ad annum Chriſti 166.

Daniel Hebræus ſufficitur, qui exacto biennio cum conſtanter Chriſti fidem ſublatis Idolis annunciaret, comprehenſus ab vrbis Regulo inter lapideam & ligneam tabulam clauis confoſſus, martyr occubuit anno 168. fuerat Leuita S.
B Proſdocimi. Eius corpus inuentum fuit anno 1063. non procul à tumulo primi Antiſtitis conditum.

Deſunt hic apud Scardeonium, Epiſcopus 4. 5. 6. 7. 8.

Nonus Epiſcopus fuit S. Syrus Patauinus, qui prædeceſſorum veſtigia ſecutus multáque pro Chriſti amore perpeſſus, obdormiuit anno 202. Inter Diuos etiam relatus.

Deeſt 10.

Vndecimus fuit S. Leolinus, qui etiam cum opinione ſanctitatis obiit, eique ſacellum dedicatum adhuc religioſè viſitur. Vixit in Epiſcopato annis 12. quem reliquit anno 242.

Deſunt 12. 13. 14. 15. 16.

Hilarius in ſerie Epiſcoporum 17. ſignis & miraculis claruit, vita hac defunctus anno 346.

Deſunt vſque ad 20. incluſiue.

At vigeſimum primum ſtatuunt S. Seuerinum Daulum ciuem Patauinum, qui primus Eccleſiam in honorem S. Iacobi conſecrauit Venetiis. Factus hic Epiſcopus anno 321. vixit in munere annis 8.

Deeſt 22.

C Ordine 23. fuit B. Ioannes. Qui videns Arrianam perfidiam magis ac magis gliſcere, relicta ciuitate alio migrauit videlicet Metamaucum oppidulum exiguum, quod tandem à mari abſorptum fuit. Electus eſt anno 458.

Deſunt 24. 25. 26. 27.

In ſerie Epiſcoporum numeratur 28. Nicolaus qui vixit in Epiſcopatu annis 12. & deuixit anno 518.

Succeſſit Petrus Liminianus, ſed vno adhuc intermedio quem præterit Scardeonius: virtutum ſingulari prærogatiua electus, qui à Longobardis plura incommoda perpeſſus, migrauit ad Dominum anno 578.

Deſunt duo in ordine Epiſcoporum.

S. Tricidius 33. Epiſcopus traditur, qui ſanctitate præcellens, obiit anno 646. poſtquam ſediſſet annis 26. menſibus octo, & perueniſſet vſque ad annum 57. ætatis.

Deeſt Epiſcopus 34.

35. Fuit S. Vitalis verum religionis exemplar. Hic Scardeonius intermittit ſeriem Epiſcoporum vſque ad quinquageſimum octauum.

D Hunc tradit fuiſſe Petrum Picaurium vir mitis & humilis, conſtantiſſimè Arrianæ hæreſi ſe oppoſuit. Biennio Epiſcopatum tenuit, atque hinc exceſſit anno 922.

Vacauit ſedes annis integris 30. vſque ad an. Dom. 952.

Deſinente tandem aliquando perſecutione cùm hæreticorum tum Barbarorum, ſuccedit in cathedra Gauſlinus Tranſalgardus magnæ pietatis & prudentiæ ſingularis, qui in id totus incubuit vt populus à peſte infidelitatis ad priſtinam fidei puritatem rediret. Templum S. Iuſtinæ à Barbaris incenſum reſtaurauit, & locupletauit. Sedit annis 12. omnium cum luctu moritur ann. 778. numeratur in ordine Epiſcop. 62.

Deſunt duo.

Bernardus Maltrauerſus 65. Epiſcopus fuit genere & ſanctitate nobilis, præfuit Eccleſiæ huic annis 6. exceſſit anno 1059.

Intermiſſi ſunt apud Scardeonium ſequentes vſque ad S. Bellinum Epiſcopum 71. & martyrem Chriſti illuſtrem, qui paſſus eſt anno 1149. & Sanctorum ordini annumeratus anno 1150.

Sed hallucinatur grauiter Scardeonius quando ponit Ioannem Cacium in ordine Epiſcopum 71. obiiſſe autem anno E
eodem quo præcedens.

Bellino quoque velut extra ordinem ſubſtituit Petrum Tergulam Epiſcopum 70. qui ab Imperatore Henrico IV. erat enim conſanguineus Berthæ Imperatricis comitatu Plebi Sacci donatus, cum dignitatis titulum ad poſteros transfudit. Sumpſit Epiſcopatum anno 1100. & ſedit annis 10[illegible].

Habuit prædeceſſorem Milonem, qui fundamenta iecit ædis ſacræ, quam præfatus Petrus perfecit.

Deeſt 72.

Gerardus Pomedellus ſeu de Ponte Epiſcopus 73. qui à prima adoleſcentia tam doctrinæ quam vitæ integritate ſpectatus, ex Equite & Doctore in Epiſcopum anno ſalutis 1159. vixit vſque annum 1214. Eccleſiam ſuam & vniuerſum populum toto eo tempore in ſumma pace & tranquillitate gubernans.

Deeſt 74. & 75.

Iacobus virtute & vitæ ſanctitate præſtans anno Domini 1229. in Epiſcopum eligitur. Is nobile ſacellum D. Antonij F
ſolemniter conſecrauit, Mortuus anno repar. ſal. 1256.

Succedit huic Ioannes Baptiſta Tranſalgardus ſeu Capilliſtius, poſtquam aliquamdiu ſedes vacaſſet, electus à Legato Pontificio & populo anno eodem 1256. menſe Auguſto ſedit annis 23. omnibus æquè charus. Hic impetrauit ab Vrbano IV. Pont. anno 1262. legum ſtudium ſeu ſcholam omnium diſciplinarum in hac vrbe, prius à Carolo Magno inſtitutam anno ſalutis 800. vel quod magis videtur veriſimile à Frederico II. anno 1222. Obiit ille anno 1283.

Suffectus huic Princiuallis ex comitibus Patauinis, vir integerrimus, anno 1287. in Epiſcopum accerſitus. Obiit anno 1291.

Deſunt vſque ad 88.

Ioannes Anſelminus Epiſcopus 89. qui etiam anno 1389. tempore Galeatij Comitis, eo pulſo, ſede ſua expulſus fuit, & in exilium miſſus.

Succeſſorem habuit Vgonem Rontetum Ferrarienſem I & poſtea Stephanum Franciſci Carrarienſis qui Galeatium eiecerat filium minorem, qui ſub nomine Adminiſtratoris Ec- G
cleſiam prius adminiſtrauit.

Hic autem Stephanus numero 91. Epiſcopus, vbi Patauium Venetis deditum & Patrem in vinculis detineri vidit, Romam profugit, & à Pontifice honorificè exceptus, nullis pollicitationibus adduci potuit, vt renunciato hoc Epiſcopatu alium ſuſciperet.

Hactenus *Scardeonius in ſua hiſtoria Patauina*. Qui cum magis laboraſſe videatur circa antiquitatem vrbis, & viros illuſtres qui ex ea prodierunt, non contexuit integram & ordinatam Epiſcoporum ſeriem, ſed magis illuſtres duntaxat ſelegit, & qui vitæ ſanctitate, aut rerum geſtarum gloria claruerunt. Vbi diſtinctior Epiſcoporum huius Ciuitatis ſeries ad manus meas deuenerit, non grauabor adiicere.

SERIES
EPISCOPORVM TRIDENTINORVM.

Ex Annalibus Iani Pyrrhi, & aliorum. H

Tridentinum Ciuitas eſt in finibus Italiæ ac Ditionis Venetorum, ſita ad Athesin fluuium in planitie, habens vndequaque montes altiſſimos, niuibus toto anno coopertos. Incolæ vtuntur idiomate tam Italico, quam Germanico: Variam ſortem vrbs experta fuit iam à Romanorum temporibus. Magnam verò illius famam æſtimationémque auxit Sacrum illud & Oecumenicum Concilium nuper hic celebratum, & finitum. Cæterum Fidei & Religionis incunabula hic poſuit Hermagoras Aquileæ Epiſcopus, ſub S. Marci Euangeliſtæ diſciplina educatus, ſub annum 52. ab Incarnat. Verbo. Qui plures hic conſtituit Sacerdotes. E quibus.

1. Iouinus primus Tridentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, aliquamdiu illi præfuit. Quamuis de numero annorum, & illius ætate, aliiſque ad eum pertinentibus, nihil litteris commendatum reperiatur. Vti neque de pluribus aliis, qui illi in Apoſtolico munere ſuffecti fuerunt. Quorum proinde ſolo nomine contenti erimus.

2. Abundentius.
A 3. Claudianus.
4. Magorianus.
5. Aſpidus.
6. Sambaucius.
7. Velenainus.
8. Genialis.
9. Fideiis.
10. Valerius.
11. Guarinus, quem alij Quartum dicunt.
12. Magorianus II.
13. Theodotus I.
14. Probus.

15. Montanus. Hueuſque nonnulli contendunt oon fuiſſe Epiſcopos, ſed tantum Presbyteros, animerum curam habentes: atqne illos duntexat qui ſubſeqauntur dignitate Epiſcopeli præfulſiſſe. Sed probabilius exiſtimamus, à Iouino omnes illius ſuecrſſores fuiſſe Epiſcopos.

B 16. Syriacus, qoi primus putatur mitrâ Pontificiâ vſus, cum priores ſolum baculum Paſtoralem geſſetint. Quud fortaſſis errori locum dedit, vt Syriacuio prımum Trideotinorum Epiſcopum aſſererent.

17. Aſterins.

18. Vigilins. Aſterio ſubſtitutus ſob annum Chriſti CCCLXXXIII. Vir ſummæ erudiıionls, & integritatis eximiæ. Dei ſpiritu plenus, conſecretus eſt à Pettiarche Aquileenſi, natus duntaxat annos viginti. Tempium erexit SS. Geruaſio & Protheſio, in quo cæcos, mutos, claudos, ſigno crucis & impoſitione manus eucewit: atque idolis paſſim commioutis magno aelo finitimas gentes ad Chriſtum perdusit. Vnde confracta Ssturni ſtatue idololattarum furore calooibus impetitus, ac lapidihus obtutus fuit: & poſt moctem etiam miracuiis clatuit.

19. Rugippus. Vigilij ſucceſſor. Eccleſiam illius honori ædificeuit.

20. Quartinus.
21. Peregrinos.
C 22. Gretiſmus.
23. Theodorus II.
24. Agnellus.

25. Verecundus. Cuius tempore Longobardi Italiam occuparunt.

26. Manaſſes I.
27. Vitalis I.
28. Stabliſianns.
29. Domjnicus, ſiue, vt alij, Domprucus.
30. Ruſticus.
31. Romanes.
32. Vitalis II.
33. Correntianus.
34. Siſeditius.
35. Ioannes I.
36. Maximinus.
37. Mamoous, ſiue Mammo.
38. Marienus.
D 39. Dominator.
40. Vrſus.
41. Clementianus.
42. Amator.

43. Hildegarins conſecretus circe annum Chriſti DCCCV. S. Vigilij aram renoosuit, atque in ea siiotum Sanctorum Reliquias poſuit.

44. Daniel.
45. Hempertus.
46. Odeſcalchus, anno DCCCLXIV.
47. Adelgiſius.
48. Trideberthus.
49. Giſulphus.
50. Bertaldus.
51. Iacohus.
52. Cooradus I.
53. Ioannea II.
54. Bernardus I.
55. Manaſſes II.
56. Lantraminus.
57. Arnoldus.
58. Raingardus.

59. Vdal icus I.

60. Vd   II. Criptam conſtruxir io Eccleſie S. Vigilij. V   tempore   onrsdı II. Imperatoris Germaniæ eiv. circa annum MXXVII. Fuit Præſul ſacoodiſſimus, & io promoueoda Chriſtı fide inconfuſibilis operarius. E

61. Hartonus.

62. Henricus I. Sub quo Caſtellerium oppidum huic Epiſcopatui ab Henrico IV. Imp. donetum fuit, anno MLXXXII.

63. Bernardus II.

64. Adelperonus.

65. Gebhardus. Ee Seribe Cæſaris Henrici factus Epiſcopus, cam vitæ ſanctitetem exhibuit, vt poſt mortem Sanctorum Cathelogo adſcriptus fuerit.

66. Adelpretus I.

67. Altemannus Bauarus, multis ornementis Eceleſiam Tridentinam euxit, ac varia Monaſteria ædificauit. Reuerſus verò à ſepulchro Domini, qoo voti cauſa diſceſſerat; ipſo S. Paſchatis die exſpireuit. Anno MCXLX.

68. Arnoldus.

69. Heberhardus. Diſſidio inter Blecios & Rhedenenſes compooendo ioſignem operam nauauit, F

70. Adeipretus II. Sub quo Fredericus Barbaroſſa Imper. Gardam oppidum iuxte Benacum Epiſcopatui dono dedit, anno MCLXI. Quando etiam Tridentum variis motibus exagitatum fuiı, per Dominos à Caſtrobarcu, quorum inſidiis Epiſcopus mucidetus fuit, poſtquam annis viginti præfuiſſeı, ee mortuus inter Beatos anoumeretus eſt.

71. Salomon. Electus circa ennum MCLXXXI. Præſul pius, & in pauperes beneficus. Rexit Eccleſiam annis quinque.

72. Albertus I. Stenicum oppidum ædificauit, multáque præcleıè gſſit, ſeeennio quo pıæfuit.

73. Cooradus II. Epiſcopatus ſui pomeria ampliauit, & immunitatem Eccleſiaſticam egregiè propugnauit. Gubernauit Eceleſiam annis ſeptemdecim, ac ſub finem vitæ Epiſcopatu renunciato ad Moneſterium D. Georgij à ſe ædificatum ſe recepit. Succeſſiı huic.

74. Fredericus Vvanga. anno MCCV. qui magne integritate Epiſcoperum guberoauit, vrbemque ædificiis & tempiis ornenit. Profectus in terram Senctam, dum reditum ad ſuos parat, ohiit in Cæſarea Paleſtinæ, anno MCCVIII. atque ibidem in templo S. Marıæ quieſcit. G

75. Adeipretus III. Sex annis præfuit.

76. Gerardus Cremonenſis. Rexir Eccleſiam annis duodecim, & ædificauit domum Epiſcopalem.

77. Aidrıgetus, ſiue Aldricus, omoium ſuffregiis electus, annis ſeptemdecim Tridentinus gubernauit.

78. Engnomus, ſiue Egrno, Præſul ſapiens, ſed variis tempeſtatibus iectatus, poſt vigeſimum primum annum regiminis Epiſcopatu, & vita defunctus eſt.

79. Henricus II. Feliciter rem Tridrotiuem adminiſtrauit, quæque ſub prædeceſſore fuerant deperdite, adiuuante Rodolpho, primo Imprratore Auſtrisco, tecupereuit.

80. Philippus Mantuanus, Minorite, virtutis ſama ad hunc honorem euectus, eundem ſumma cum laude & religione deinlit, annis duodecim. H

85. Bartholomeus Quirınus, Patricius Venetus. Plures ſui Epiſcopetus fundos in feuda conceſſit, & enno Epiſcopatus vndecimo ohiit.

82. Henricus III. Henrici Imp. VII. Cancellarius, & Abbas Monaſterij Vvilhsricenſis. Vir recellentis ingenij. Extinctus eſt enno vigeſimo ſeeıo regiminis.

83. Nieolaus Brunas, Moranus, Secretario Caroli IV. Romaoorum Regis, illo fauente hune Pontificatum obtinuit. Sub qno à Ludouico Brandrburgenſi Tridentine ciuitas ſubacta fuit: ille mœrore confectus ohiit poſt quinqnennium.

84. Gerardus II. vti prior, mœrore contabuiı, quud videret Pootificatum ſuum velut ſub aliena poteſtate eſſe. Subſtituitur.

85. Ioannes III. Hetruſcus.

86. Meinardus de noua-Domo, Bohemus. Nunquam Epiſcopatus ſui poſſeſſionem iniuit, vti neque prior, ne Ludouici Bauari tyrannidem experiri cogeretur.

87. Albertus II. Anno MCCCLXIII. Epiſcopatum obtiouit intentus quomodo iniurias ab Eceleſie ſua propulſaret, & inteſtina odia extiogueret. Quud & effecit, ac Tridentinam ciuitatem libertati ſuæ reſtituit, atque ita ſummæ cum gloria apud

ap[illegible] tum di- E
A ce[illegible] præfuiſſet. In cuius locum electus fuit.

88. Georgius I. Baro Auſtriacus, & Eccleſiæ S. Stephani Viennæ Præpoſitus A. ſeditioſis inæ ciuitatis in vincula conjectus, multiſq; iniuriis affectus fuit, à Gente potiſſimum Rudolpho Bellenſano, qui Principatum vrbis affectabat. Verum eo mox per Henricum Roburgum Prouinciæ Præfectum compreſſo, & capite pleao, priſtinæ dignitati reſtitutus eſt. Sed rurſus captus in Arce Spori veneno necatus dicitur, poſtquam inter varias calamitates annis viginti nouem turbulentum Epiſcopatum adminiſtraſſet. Eligitur in demortui locū.

Ioannes de Iſuina Eccleſiæ Tridentinæ Decanus, qui vno anno & decem menſibus inuita ciuitate Eccleſiam rexit. Vnde in numerum Epiſcoporum recenſeri non ſolet. Vti nec

Erneſtus Gurſenſis Epiſcopus, quem Martinus V. Pont. anno MCCCCXXIV. eò miſerat. Electus igitur tandem.

89. Alexander Friderici III. Rom. Imp. auunculus, fortuna ad maximos honorum gradus eum efferente. Nam & Cardinalis, & Patriarcha Aquileienſis creatus eſt, nihilq; prius habuit, quā totam ſuam diœceſin priſtinæ ſuæ libertati reſtitue-
B re. Mortuus eſt Viennæ atq; in illius locū ſuffecti ſucceſſiuè Theobaldus Canonicus, & Benedictus Abbas D. Laurentij. Sed cum Eugenius Pontifex electionē non probaret, tandem,

90. Georgius Hakum eligitur. Sed is etiam variè exagitatus à ſuis, octodecim annis & duobus menſibus cum laude præſedit, vſque ad annum MCCCCLXV.

92. Succeſſit Georgio II. Ioannes IV. vir ſacrarum litterarum peritiſſimus. Qui pro Fred. III. Imp. legatione perfunctus fuerat. Omnium plauſu electus. Sub huc accidit illuſtre illud martyrium Simonis pueri quem Iudæi circa Paſcha anni 1461. immolauerant, variiſque cruciatibus affecerant. Sedit annos XX. obiit autem anno ſal. MCCCCLXXVI.

91. Vdalricus III. abſens ad Cathedram poſtulatur. At difficultas illi oborta, occaſione alterius quem Fridericus III. ſubrogare defuncto intendebat. Verum ea ſuperata ab Innocentio VIII. Romæ confirmat, anno 1488. & quinquennio poſt moritur.

93. Vdalricus IV. ex Canonico Epiſcopus conſtituitur, qui accepto Coadiutore, ob ſenium & inualetudinem, vitam
C & Cathedram reliquit anno MDV. 15. Septembris, & tumulo à ſe condito illatus.

94. Georgius III. Neydechus vir genere & ingenio illuſtris, IV. Doctor, Imperat. Maximiliano perchatus, & à ſecretis fuerat. Prudenter Eccleſiam ſuam rexit, ac Principum animos ſibi conciliauit. Venetis inſolenter agentibus pro viribus reſtitit. Obiit non abſque veneni ſuſpicione. Seditque annos VII. vſque ad annum MDXIV.

95. Bernardus III. eodem anno creatur Epiſcopus, & ſequenti à Leone Decimo confirmatur. Quæ electio Imperatori & Tridentinis fuit gratiſſima. Multa geſſit memoratu digna, ſiquidem Eccleſiam & ciuitatem ſuam pluribus ornamentis auxit, bibliothecam egregiis libris inſtruxit, & ciuitatem ſuam optimis moribus ſtabiliuit. Vitam hanc cum meliori commutauit. Anno MDXXXIX. poſtquam præfuiſſet annis XXV. vixit autem annis LIV. menſ. IV.

96. Ludouicus ex Baronibus Madrutij, S.R.E. Cardinalis Germanicæ nationis apud Apoſtolicam Sedem protector. Cathedræ huic præfectus fuit. Erat in omni genere diſcipli-
D næ excellens. Raræ virtutis & prudentiæ Epiſcopus. Sic vt in eo nihil deſiderari queat, quam vt Deus eum diu incolumem præeſſe donet. Verum duntaxat ad annos aliquot adminiſtrationis ſuæ munus protraxit.

EPISCOPORVM, ET ARCHIEPISCOPORVM

PRÆCIPVORVM, QVI A PRIMA EORVNDEM Inſtitutione, ad noſtra ferè tempora; vel quoad Romanæ Eccleſiæ & fidei communionem habuerunt;

GERMANIÆ SVPERIORIS ECCLESIAS

REXERVNT,

SERIES CHRONOLOGICA.

Ex Crantzio, Velſero, Serrario, Camuzato, Morano, Irenico, Bruſchio, VVidmanſtettero, Lazio, Schutzenio, aliorúmque Annalibus & Hiſtoriis.

GERMANIÆ ARCHIEPISCOPATVVM

Ac EPISCOPATVVM

SERIES GENERALIS.

In vniuerſa Germania conſtitutæ ſunt à Romanis Pontificibus ad inſtantiam & deſ[illegible]ationem veterum Imperatorum, Septem Archiepi[illegible] ſedes [illegible] quibus præcipui habitarent omnium [illegible] tum totius Germ[illegible]æ Eccleſiarum Rectores. Nempe:

Moguntia ad Rhenū principē Germaniæ fluuiorū, in vmbilico Germaniæ aut veteri termino inferioris à ſuperiori ſita: prima eſt Archiepiſcopalis Germaniæ Eccleſia, ex Wormacia tranſlata. Hæc habet cōprouinciales Epiſcop. ſub ſe hodie

1. Curienſem.	7. Auguſtanum.
2. Conſtantienſem.	8. Ayſtetenſem.
3. Argentinenſem.	9. Hildeshrymenſem.
4. Spirenſem.	10. Paderbornenſem.
5. VVormacienſem.	11. Halberſtatenſem.
6. Herbipolenſem.	12. Verdenſem.

Olim autem iſti Archiepiſcopatui Bambergenſis Epiſcopatus etiam ſuberat, ſed exemptus eſt iterum, ab omni iugo Archiepiſcopali, mox poſt fundatoris Imp. Henrici ſecundi mortem, à Pontifice maximo, Clemente ſecundo, qui antea Bambergenſis Eccleſiæ ſecundus fuerat Epiſcopus, Suidegerus dictus. Ita Bambergenſis Epiſcopos, ſuæ Diœceſeos Archiepiſcopus dici & appellari poteſt. F

Secunda ſedes Archiepiſcopalis eſt Coloniæ in inferior Germania ad Rhenum ſita. Huius ſedis comprouinciales Epiſcopatus ſunt:

Monaſterienſis, olim Mimigardeuordenſis.
Traiectenſis.
Leodienſis, olim Turgrenſis.
Mindenſis.
Oſnabruggenſis.

Tertia ſedes Archiepiſcopalis in Germania eſt Treueris ad Moſellā in Lotharingiæ finibus ſita: Hæc habet ſub ſe comprouinciales & ſuffraganeatus titulo ſibi cōiunctos Epiſcop.

Metenſem.
Tullenſem.
Virgunenſem.

Quarta Archiepiſcopalis ſedes eſt Magdeburgum in Saxoniæ initio ad Albim ſita: primatus titulo præ cæteris honorata, ſedente in ea Norberto Præmnoſtratenſium Patriarcha: de qua Conradus Celtis Albim deſcribens, in quarti libri amorum Elegia ſecunda ſic canit: G

Eius & ad ripas Madeburgum nobile ſplendet;
De ſeptem ſacris ſedibus vna nitens.
Condidit hanc primus Cæſar qui dicitur Oddo,
Oddo Saxonica gloria ſumma plaga.

Huic Archiepiſcop. ſubſunt cōprouinciales Epiſcopatus
Merſeburgenſis in Thuringia.
Neumburgenſis vel Ciczenſis aut Mammillēſis, in Miſnia.
Brandeburgenſis in veteri Marchia.
Hauelburgenſis in Saxonia.

Suberat olim & Miſnenſis Epiſcopatus, ſed ille exemptus Pontificum ac Imperatorum munificentia fuit.

Quinta Archiepiſcopalis ſedes eſt, Saliſburgum in Bauaria ad Salſam, ſiue Salzſium amnem ſita, olim Iuuauia, vnde aliqui fluuium etiam Iuuarum appellatum. De hac ſede ſic canit Celtis in ſecundi Amorum Elegia ſeptima:

Eſt locus aerias vbi Noricus excipit Alpes,
Hic magnum numen Bauara terra colit.
Hic ubi conſurgit de ſeptem ſedibus vna
De Salſa clarum nomen in vrbe gerens.
Quæ quondam fuerat Romana Iuuauia dicta,
Iuuit vt Italicos ſana per arma viros.

Hæc Archiepiſcopalis Eccleſia habet ſub ſe comprouinciales Epiſcopatus: H

1. Tridentinum.	2. Brixienſem.
3. Patauienſem.	4. Friſiagenſem.
5. Viennenſem.	6. Seccouienſem.
7. Gurcenſem.	8. Lauentinenſem.

9. Chyemenſem, & olim etiam Ratiſponenſem: at nunc ab omni Archiepiſcopali iugo liber & exemptus eſt, & ſoli Papæ eſſe dicitur ſubiectus.

Sexta ſedes Archiepiſcopalis eſt Bremis ſiue Brema ad Viſurgin fluuium in Saxonibus ſita, de qua ſic Celtis in quarto libro amorum Elegia ſecunda.

Vſque Saxonicis amnis clariſſimus oris,
Sedibus è ſeptem qua Bremis vna meat.

Huius ſedis comprouinciales Epiſcopatus, ſiue Suffraganeatus ſunt:

1. Lubecenſis, olim Aldemburgenſis.
2. Suerinenſis in Mechelburgia.

3. Lebuſſi

3. Lebuſſinenſis.

A 4. Schleſuicen

5. Razembu

6. Häburgenſis, … Archi… & Metropolitanna omnium Aquilonatū prouin… nunc Bremenſi vnitus.

Sepilma ſedes Archiepiſcopa… tur Riga in Liuonia ad mare Balthicum, de qua Celtis *lib. 4. amor.*

Vel pete Sauromatas, vbi Renola Rigaque ſurgunt,
Vltima de ſeptem ſedibus, alta micans.

Huic ſubſunt Epiſcoparus comprouinciales:

1. Reualienſis.	3. Oeſelienſis.
2. Curienſis.	4. Derptenſis.

Sunt autem & alij adhuc Epiſcoparus in Germania, videlicet Baſilienſis, Sedunenſis, & Lauſanenſis: Hi Biſantino Archiepiſcopatui ſubſunt: is Galliæ, non Germaniæ Archiepiſcopatibus annumeratur.

EPISCOPORVM SERIES ELECTORVM, ET ARCHIEPISCOPORVM Moguntinenſium.

Moguntina vrbs eſt vetuſta, nomen habens à Magis vt volunt plerique Scriptores, quos Treuiris expulſos hic con-B ſediſſe exiſtimant. A quo condita ſit, negat Munſterus ſcici poſſe. Coniicit varios illius fundatores Serrarius, Interim ſæpius deſtructam Annales adfirmant, atq; olim Galliæ eam adſcribunt. Variis ſane epithetis decoratus. Eſtque ampliſſima, & Rheno ac Mœoa alluitur, templorum inſuper ac ædium magnificentia adornatur, nihilque habet inquit Æneas Syluius; quod reprehendere queas, præter vicorum arctitudinē.

1. S. Creſcens primus Epiſcopus & Apoſtolus Moguntinenſium circa annum Chriſti LXXX. ſub Traiano Imperat. martyrio coronatur. Fuit diſcipulus S. Pauli Apoſtoli, & ab eo miſſus ad prædicandum Euangelium in Galliam: quo ſancto munere perfunctus exiſtimatur annis XXII. ad minus, atque ita martyrij laurea donatum dicemus anno Chriſti CII. Traiani IV.

2. S. Marinus. Alij Martinum dicunt. Præfuit annis 6. obiit 108.

3. S. Creſcentius. Præfuit annis 18. obiit anno Chriſti 126.

4. S. Cyriacus. Sedit annis 14.

C 5. S. Hilarius Martyr. De hoc Ioannes Latomus ſcribit. In memoriam illius ædificatam Eccleſiam in Dalhaim Occubuit Martyr. regnauit annis 20.

6. S. Martinus. Hic primus Arianorum furores compeſcuit, circa annum CCCLVI. Subſcripſit Concilio Sardicenſi. Sedit annis 14.

7. S. Celſus Martyr. Sedit annis 22.

8. S. Lucius. Præfuit annis decem.

9. S. Gothardus. Vir ſanctiſſimæ vitæ, ait Trithemius; qui multa millia ab idolis ad Chriſtum conuertit. Præſedit annis quindecim.

10. S. Sophronius. Hunc etiam idem Author virum appellat per omnia ſanctiſſimum. Præfuit annis octo.

11. S. Herigerus Martyr. poſt quatuor annorum regimen ab Improbis cæſus eſt.

12. S. Rutherus Martyr. Præſedit annis viginti.

13. S. Auitus. Rexit Eccleſiam Moguntinam annis viginti duobus. Vir ſanctus & doctus à Trithemio appellatus.

14. S. Ignatius Martyr. Sedit annis tredecim.

D 15. S. Dionyſius. Vitæ ſanctitate, & prædicationis aſſiduitate illuſtris. Obiit anno 16. ſui regiminis.

16. S. Rutheberrus. Præfuit annis duodecim.

17. Adelhardus. Sedit annis decem.

18. S. Lucius Annæus Romanus. Sedit annis octodecim, in Phrygia ſtrangulatus obiit.

19. S. Maximus. Fuit ſanctiſſimus Præſul, ſcriptis & prædicatione clarus tempore Conſtantini & Conſtantis Imp. circa annum Chriſti CCCLI. Obiit anno 24. Pontificatus ſui.

20. Sidonius I. Præfuit annis nouendecim.

21. Sigiſmundus. Per omnia ſanctiſſimus, inquit Trithemius, anno 6. Pontificatus defunctus eſt.

22. Lupoldus. Etiam ſanctitate vitæ illuſtris. Annis ſeptemdecim adminiſtrauit Eccleſiam.

23. Nicetius. Rexit annis octo.

24. Marianus. Præfuit annis decem.

25. S. Aureus, Martyr Chriſti effectus eſt tempore Honnorum, quem Attali ſacris operantem vnà cum ſorore trucidarunt, totumque corpora in puteum præcipitarunt. Sedit annis ſexdecim. E

26. Eutropius. Præfuit annos viginti tres.

27. Adalbertus.

28. Rhaderius.

29. Adelbardus.

30. Laudfridus.

31. Ruthardus.

32. Sidonius II. Hic Dei cultum, templis innouandis mirificè fouit, teſte Fortunato Venantio, ſub Theodorico & Theodeberto Francorum Regibus.

33. VVilebertus.

34. Ludegaſtus, magnarū virtutum in Chriſto vir, nominatur à Trithemio, eūque vocat Leunuſiā Aimoinus *lib. 3. c. 97.*

35. Rudhelmus. Aliis eſt Rudelinus, aut Vvencelinus, eſtque eius memoria in Matricula ſummi templi Moguntini.

36. Lothuualdus. Chriſtianiſſimus per omnia vir, ſcribit Trithemius *in vita S. Maximi.*

37. Leouualdus, qui & Laboaldus, vir etiam vndequaque ſanctiſſimus.

38. Richbertus, qui & Sigebertus. F

39. Geroldus, Calormaono Francis imperante ſedit, cum quo ad bellum contra infideles ductus, in prælio occubuit. Vnde verſus:

Enſe Geroldus obit Præſul, dum dimicat enſe,
Perplacet ergo chorum non adiiſſe forum.

40. Geruilio. Hunc ignarum diuinarum ſcripturarum fuiſſe teſtatur Trithemius, ſed Caroli Martelli Regis fauore Epiſcopatu donatum. Tandem tamen exauctoratum quod eum qui patrem ſuum in hello interfecerat, ad colloquium vocatum clam occidiſſet.

Ex præfata autem Epiſcoporum ſerie in ſanctorum numerum relati memorantur viginti. Ex quibus Martyres octo.

ARCHIEPISCOPI.

Hactenus Eccleſia Moguntina VVormatienſi, vel vt alij, Treuirenſi Archiepiſcopo ſubdita fuit. Tandem Anno M.CC. XLVI. indulto Gregorij III. & Zachariæ Pontificis ſub Rege Pipino in Metropolitanam erecta fuit, eique plures Suffraganei attributi, quos alij 12. alij plures numerant. Quomodo etiam circa numerum Archiepiſcoporum variant Scriptores. G ☞ Vide *Serrarium lib. 1. c. 23. rerum Moguntiac. & Notitiam Epiſcopatuum Miræi* paulò ante à nobis hic traditam.

41. 1. S. Bonifacius, natione Anglus, verus Germaniæ Apoſtolus, à Gregorio II. miſſus, poſt multos labores primus Archiepiſcopus Moguntinus à Gregorio III. inſtitutus: ac in Friſiam profectus Martyr occubuit, Anno Domini DCCLV. poſtquam ſediſſet annis 36. menſes 6. Eius geſta & obitum prolixè ſcripſit Serrarius.

42. 2. S. Lullus Britannus. Electus à B. Bonifacio anno DCCLV. ob raram pietatem, doctrinam, & in opere Dei zelum, Obiit anno DCCLXXXVII. 17. Kal. Decembris. De ſancto hoc Præſule extant hi verſus apud Vincentium *lib. 24. Spec. hiſtor. cap. 157.*

Antiſtes Lullus quo non eſt ſanctior vllus
Pollens diuina tribuente Deo medicina,
Occurrit morbis, vt totus prædicat orbis.

43. 3. Ricolphus, Caroli Magni Conſiliarius, atque ab eo B. Lulli ſucceſſor deſignatus. Multa ſanctitate & zelo enituit. Interfuit Vvormatienſi Conc. anno DCCCXIII. & biennio poſt H è vita migrauit, poſtquam rexiſſet Eccleſiam annis 27.

44. 4. Haiſtulphus. Diſcipulus B. Lulli. Rexit Eccleſiam ſuam vſque ad annum DCCCXXVI. idque ſumma cum prudentia & integritate. Scripſit eius vitam Rabanus.

45. 5. Orgarius V. Archiepiſcopus, Ludoici Pij & Moguntinæ plebis fauore & deſiderio conſtitutus. Præſidet ſumma cum laude annos circiter 21. Celebrauit Synodum anno DCCCXXIV. & Herialdum primum Daniæ Regem Chriſtianum vna cum vxore ſacro baptiſmate abluit, anno DCCCXXVI. in templo S. Albani. Vbi etiam ſepultus eſt, circa annum DCCCXLVII.

46. 6. Rabanus. Fuit in Germania totaque Dei Eccleſia maximus Præſul. Vir prudens & doctus. Ex Fuldenſi monacho piiſſimo per gradus ad hunc honorem euectus. In diuinis & ſæcularibus litteris verſatiſſimus, inquit Trithemius, cui nec Italia ſimilem, nec Germania peperit æqualem. Extant penè infinita ipſius opera, nuper è tenebris in lucē edita Coloniæ. Tres Synodos coëgit. Hæreſes compeſcuit. Peruenit autem

vſque

vſque ad annum [illegible]. Deceſſit [illegible] hac vita circa
A annum DCCCLVI. Præfuit annis [illegible] menſe vno, dies quatuor.

47. 7. Carolus, Pipini Regis Aquitaniæ filius ex monacho Corbeienſi VII. Archiepiſcopus. Imperatori Lothario ſuaſit vt relictâ Imperij pompa vitam monaſticam duceret. Obiit Anno DCCCLXXIII.

48. 8. Lindbertus, ſiue Ludbertus, præſul venerabilis. Curæ paſtoralis officium prouidè geſſit annis 26. Ad quem Romani Pontifices varias dederunt epiſtolas. Obiit autem anno DCCCLXXXIX.

49. 9. Sunzo, qui & Sunderoldus, teſte Rhegino lib. 2. vir fuit religioſus & ſimplex, ex Monaſterio Fuldenſi, Arnolpho Rege annuente IX. Moguntiæ deſignatus Archipræſul. Verum vix anno in hoc munere piè & laudabiliter verſatus à Gentilibus Nordmannis occiſus eſt, die 26. Iunij, anno DCCCXCI.

50. 10. Hatto I. ex Abbate Augienſi. Præfuit Concilio Tributienſi, anno DCCCXCV. Fuit acris ingenij. Obiit anno DCCCCXII.

B 51. 11. Herigerus, diuturna religionis exercitatione commendabilis, piiſſimus Epiſcopus exſtitit. Deceſſit autem anno DCCCCXXIV. à functione per reſignationem in quendam Rupertum, qui tamen non fuit Epiſcopus, ſed coadiutor tantum, & ſuperuixit annis ſex.

52. 12. Hildebertus. Genere Francus, ſanctitate & litterarum ſcientia illuſtris. Coronauit Othonem Henrici Regis filium, multiſque præclarè geſtis, ac conuocata Synodo Thuringina an. DCCCCXXXVIII. aut circiter, hinc emigrauit.

53. 13. Fridericus, Lotharingiæ Dux, Fuldenſis Cœnobij monachus, ab Othone ſummo omnium applauſu deſignatus Archiepiſcopus. Præfuit vſque ad annum DCCCCLIV. 25. Octobr.

54. 14. Guilhelmus Othonis Imperatoris primi filius. Præfuit cathedræ Moguntinæ vſque ad an. DCCCCLXVIII.

55. 15. Hatto II. Eodem Othone inſtante ſubuectus in locum Guilielmi, qui vix anno integro ſedit. Hic eſt ille Hatto quem ferunt à muribus depaſtum, quod annonæ caritate vigente, pauperes quos cum muribus conferebat, in horreo cremaſſet. Cuius rei monumentum exſtat turris quæ-
C dam in medio Rheni ſita propè Binckium, quam hodie Turrim glirium vocant. Verùm hanc hiſtoriam planè commentitiam ſuadere conatur *Serrarius lib. 4. rer. Mogunt. cap. 4. in Archiepiſcopo 15.* ☞ *Vide quæ diximus in Loco de Morte, Titulo, A muribus comeſti.*

56. 16. Rupertus Hattoni ſucceſſit, vir humilis, & ſalutis ſuæ anxius. De quo nihil memoria dignum circumfertur. Præfuit vſque ad annum DCCCCLXVII.

ELECTORES.

Præter dignitatem Archiepiſcopalem, etiam Moguntino Præſuli Electoralis dignitas, id eſt, poteſtas eligendi Imperatorem Romanum acceſſit, éſtque in hoc ordine primus, ſiue vt vocant, Electorum Decanus. Quam dignitatem circa annum DCCCCXXVIII. huic ciuitati attributam perhibent Annales.

17. 1. Primus itaque qui ex Archiepiſcopia Electoratus dignitate perfunctus eſt, fuit VVilligiſus Rhedarij filius,
D vnde & rotam velut inſigne per omnes Palatij ſui muros depingi curauerat, addita hac gnoma: Willigiſe, priſtinæ tuæ fortunæ memor, quis nunc ſis conſidera. Geſſit multa admodum præclara, multáſque Eccleſias ædificauit, ac diuinum officium nonnihil collapſum magno zelo reformauit. Meritis & annis grauis Pontificatu defunctus eſt anno MXI.

18. 2. Erckenboldus. Saxo Comes de Summetsberg & Fuldenſis Abbas. Præfuiſſe ſcribitur annis nouem.

19. 3. Aribo Comes Palatinus. Vir ſacrarum & ſæcularium litterarum peritus, inquit Trithemius. Synodum celebrauit, Anno MXXIII. multiſque præclarè geſtis quieuit in Domino anno MXXXI.

20. 4. B. Bardo. Diſertiſſimus verbi diuini Eccleſiaſtes fuit, ſic vt multos eloquio ſuo ad fidem Chriſti perduxerit. Vitæ eius ſanctitas per multa miracula ſe prodidit. Eidem hoc encomium poſt mortem, quæ incidit in annum MLI, adſcriptum fuit:

Æthereo ſi quis te non [illegible] in aula E
Antiſtes Bardo, bardus [illegible] eſt nimium.

21. 5. Leopoldus. E monacho Fuldenſi fit Archiepiſcopus & Elector. Præfuit vſque ad annum MLIX.

22. 6. Sigifridus Baro de Epſtein, ex Abbate Fuldenſi Archiepiſcopus, vir magnificus, doctus & religioſus deſcribitur. Rebuſque Imperij componendis prudenter adlaborauit. Multa de eo ſcripta reliquit *Serrarius in ſua hiſtoria.* Rexit Cathedram Moguntinam annis 26.

23. 7. VVezilo, qui & VVezelinus, maximus diuini verbi præco fuiſſe commemoratur. Multa ſalubriter decreuit, & Eccleſiæ ſuæ præfuit vſque ad annum MLXXXVIII.

24. 8. Ruthardus. Abbas Erfurdienſis, poſtea Archiepiſcopus, Henrico IV. Regi excommunicato à Rom. Pontifice reſtitit, & in Thuringiam ad annos circiter 9. receſſit. Mox omnium applauſu cathedræ ſuæ reſtitutus. In ea permanſit vſque ad annum MCIX. magno ſui relicto deſiderio.

25. 9. Adelbertus aliis Albertus I. è Ducibus Lotharingiæ, primum Henrici V. Cancellarius, mox illius fauore in F
cathedra ſuffectus, eidem Regi percharus exſtitit. Vixit vſque ad annum MCXXXVII.

26. 10. Albertus II. præfuit vſque ad annum MCXLI. pauca geſſit Cedro digna.

27. 11. Marcolphus quem male Marcellum appellat Bruſchius; vir doctus, pius, prudens. Vix anno præfuit.

28. 12. Henricus I. multis Eccleſiis & monaſteriis fundatis clarus, Cleri vitia magno zelo emendauit, & ann. MCLIII. in Domino obdormiuit. Circumfertur illius ſcitum. Fui diues canonicus, pauper præpoſitus, mendicus Epiſcopus. Ita in pauperes profuſus erat, & liberalis.

29. 13. Arnoldus. Sapientia, ingenij acumine, & facundia præſtantiſſimus, per honorum gradus, ad hunc apicem aſcendit. Qui decidit vita hac perfunctus MCLX. miſerè à ſuis ciuibus trucidatus.

30. 14. Conradus I. perpetrato ſcelere aduerſus Arnoldum, cum aliis electus, omne punctum tulit. Poſtea tamen cathedra ſua pulſus ab Imperatore fuit, eique ſuffectus is qui ſubſequitur anno MCLXIV. G

31. 15. Chriſtianus I. vir acer, Imperatori charus, à quo in Italiam cum exercitu miſſus, magis expeditus miles, quam Paſtor. Obiit haud procul à Roma, ipſo Pontifice ei viaticum ſubminiſtrante, anno MCLXXX.

Conradus I. iterum vocatus à Moguntinis honorificè ſuſceptus eſt. Miſſus fuit in terram ſanctam contra Sarracenos à Celeſtino Pontifice, & Henrico VI. Rege. Tandem concordiam inter Hungariæ Reges conciliauit. Mortuus eſt autem anno MCC.

32. 16. Sigefridus II. Habuit ſibi Antarchiepiſcopum Lupoldum VVormatienſem Epiſcopum. Verum ab Othone imperatore electus & in exilium miſſus is fuit. Dum interea Sigefridus Romam ſecedens Titulo S. Sabinæ Cardinalis renuntiatus eſt, pulſoque Lopoldo, cum honore rediit, ac multis præclarè geſtis, in Domino quieuit, anno MCCXXV.

33. 17. Sigefridus III. Vir magnorum operum, ait Trithemius, qui tantæ fuit conſtantiæ, vt Fridericum Imperatorem publicè excommunicatum denuntiaret & perſequeretur. Vir bellicoſus, qui cum 300. aliquando 800. fudit. Viuere deſiit anno MCCXLIX. H

34. 18. Chriſtianus II. Erat vir bonus, ſanctus & prudens inquit Trithemius. Poſt biennium tamen depoſitus, idque odio Guilielmi Regis, quem ad bella ſequi recuſabat. Ceſſit igitur anno MCCLI. eiuſque in locum ſubſtitutus eſt quidam Gerhardus Subdiaconus, de quo ſtatim.

35. 19. Gerhardus I. Monachus Franciſcanus, annis nouem huic cathedræ præſedit.

36. 20. VVernerus. Vir fuit excellens, qui Eccleſiam ſuam optimè rexit, & prouentibus ampliauit. Obiit autem anno MCCLXXXIV.

37. 21. Henricus II. poſtquam ſedes Moguntina ferè triennio vacaſſet, VVernero ſucceſſit. Taxatur quod plus Nobilibus quam Clericis deferret, atque illos his in quouis conuentu anteponeret. Vnde quidam aculeatum hoc Epigramma in eum contorſit.

Nudipes

A *Nudis... Antiſtites non ... ...*
Dum non in cælis ſit ... vbicunque velis

Obiit anno MCCLXXXVIII.
38. 23. Gerhardus II. Electus in Archiepiſcopum ex Ar-
chidiacono Treuirenſi. Rexit Eccleſiam, vſque ad annum
MCCCIV. quando menſe Februario in ſuo conclaui ſellæ in-
ſidens è viuis exceſſit.
39. 23. Petrus Medicus experti ſſimus Henrici Comitis
Lutzenburgenſis, à Clemente Papa V. quod eum feliciter
curaſſet, eum paulo ante inuoluntarius videretur, ad hunc
apicem euectus fuit. Multa geſſit memoratu digna, rebuſ-
que humanis exemptus, poſtquam Henricum, Lodoicum
& Ioannem Reges coronaſſet, anno MCCCXX. pridie Non.
Iunij.
40. 24. Matthias, Monachus S. Benedicti, auctoritate
Apoſtolica Ioannis XXII. à Clero & populo in Archiepiſco-
pum ſuſceptus eſt, quamuis Canonici Balduinum Archie-
piſcopum Treuirenſem poſtulaſſent. Præfuit annis octo.
41. 25. Henricus III. Poſt iterum poſtulatum Balduinum,
B qui annos circiter tres hanc cathedram adminiſtrauit, cum
ſuam, vtpote opulentiorem, iam nollet relinquere; Præſul
renuntiatus eſt. Accuſator verò coram Pontifice Clemente
VI. ac coram ad Auenionem citatus, dum contumaciter ire
recuſat, ſede ſua repellitur, anno MCCCXLVI. Vt tamen Lo-
doici Imperatoris adhuc integrum octennium multis factio-
nibus & cladibus eam occupauit, quamuis qui proximè ſub-
ſequitur, ad illam electus eſſet.
42. 26. Gerlacus tandem anno confirmationis ſuæ octauo
Archiepiſcopatum tenuit, & ſucceſſiuè magis ac magis ſe
populo inſinuauit. Anno MCCCXXXIX. inſtante Carolo Imp.
conuentus indictus ſuper reformatione Cleri, & abuſu in
veſtibus & conuerſatione. Pro qua valde laborabat Gerla-
cus mortuus, anno MCCCLXXI.
43. 27. Ioannes I. Gregorio XI. & Carolo Imp. annuenti-
bus electus, quamuis alij à Clero & populo fuiſſent poſtu-
lati; primum Argentinenſem Eccleſiam piè & prudenter ad
miniſtrauerat. Sedit autem annis duobus.
44. 28. Adolphus Lex genere Naſſouio, primum Spirenſis
C poſt Moguntinenſis Præſul. Aduerſarium habuit Lodoicum
Miſniæ Marchionem, Epiſcopum Bambergenſem. De quo
narratur, quod dum præter ſui ſtatus decentiam inſolentius
choreas ageret, igne cœleſti diuinitus percuſſus fuerit. Ita-
que eo mortuo in pace ſuam cathedram Adolphus admini-
ſtrauit, vſque ad annum MCCCXC.
45. 29. Conradus II. Natus tranquillus & pacificus,
multum pro Eccleſiaſtica immunitate laborauit. Rexit vſque
ad annum MCCCXCV.
46. 30. Ioannes II. Magno ingenio Præſul, ac ſtudiorum
amator eximius. Huſſitarum hæreſim ſummo conatu com-
peſcuit. Inſtitit vt depoſito Imperatore VVenceſlao, qui vi-
tiis ac ſimul Huſſitis plus æquo deditus erat; alius eligere-
tur, quod & contigit. Multa præclara geſſit, vſque ad an-
num MCCCCXIX. quo mortuus eſt.
47. 31. Conradus III. Difficillimis temporibus præfuit
annis 15.
48. 32. Theodericus. Ad Eccleſiæ Moguntinæ regimen
adſcitus anno MCCCCXXXIV. Diſſidiis Moguntinenſium com-
D ponendis ſedulò incubuit. Præſul modeſtus & pius, ac ad
modum frugalis. Ita vt cereis, quorum in aula vſus erat, de-
ſtillantem ceram colligeret, & exindè alios conflaret. Tanta
in illius Palatio erat morum honeſtas, vt quidam veluti pa-
radiſus videretur. Obiit anno MCCCCLIX.
49. 33. Dietherus Primum, Anno MCCCCLIX. à Pio II.
Pontifica dignitate ſua priuatus eſt, bienuio poſt.
50. 34. Adolphus II. Electus in Archiepiſcopum: cum
Diethero depoſito concordiam iniit, & vixit vſque ad an-
num MCCCCLXXV.
Dietherus Secundo, poſt Adolphi mortem à Capitulo
Metropolitano poſtulatus Præſul, annis ſex & menſibus to-
tidem benè præfuit. Conſtruxit nouam arcem Moguntiæ,
& vniuerſitatem generalis ſtudij primus ibidem inſtituit, at-
que à Pontifice confirmari fecit.
51. 35. Albertus I. qui ab aliis Adelbertus III. Adoleſ-
cens vitæ innocuæ poſt biennalem cathedræ adminiſtratio-
nem naturæ tributum exſoluit.
52. 36. Bertholdus Ex Decano Moguntinenſi factus
Archiepiſcopus, aucto... ... vt S... ... ad iudi- E
c... ... lites excitarentur. ... amantiſſimus.
Præfuit vſque ad annum MDIV.
53. 37. Iacobus, primum Decanus, poſtea Præſul. Probi-
tate, doctrina & virginitate excelluit. Culpatur quod ad
ludum ... ... fuiſſet propenſior. Rexit annis quatuor.
54. 38. Vriel. Legum Doctor, rara prudentia Epiſcopus.
Sedit annos quatuor, menſes totidem. Defunctus ætatis ſuæ
anno 45. qui Chriſti MDXIV.
55. 39. Albertus II. qui & Adelbertus IV. filius Electoris
Brandeburgici, omnium votis in Metropolitanum eligitur.
Hoc Præſule cœpit inſanire Lutherus monachus Auguſti-
nianus, multaque aduerſus Eccleſiæ dogmata moliri, cuius
inſolentiam quantum potuit comprimere laborauit Alber-
tus, quamuis non valuerit motos componere fluctus. Tan-
dem adſcitus in numerum S. R. E. Cardinalium cooptatus.
Poſtquam Comitiis Spirenſibus à Carolo V. Imperatore
indictis interfuiſſet, ad Paſtorum principem hinc emigrauit
anno MDLV. Kal. Octobris.
56. 40. Sebaſtianus. Iuris Cæſarei Doctor, temperantiæ & F
pietatis nomen paſſim conſecutus fuit. Virtutis merito ad
hunc thronum ſublatus, omnes neruos contulit, vt Eccle-
ſiam ſuam ære alieno grauatam, nouiſque erroribus impli-
citam ſubleuaret, & Germaniam à Bello inteſtino liberaret.
Pluribus ſuper ea re Comitiis indictis interfuit, & ſollicitè
adlaborauit, vt Concilium aliquod Generale, ſopiendis no-
uis erroribus, auctoritate Sedis Apoſtolicæ celebraretur.
Quod & Tridenti factum fuit. Igitur inter fluctuantes Ger-
maniæ procellas dum intrepidè clauo aſſiſtit, munere eum
vita defunctus 17. Martij MDLV. poſtquam annis 9. & men-
ſibus 4. præfuiſſet.
57. 41. Daniel Litterarum ſtudiis ab incunabolis traditus,
Scholaſticus Spirenſis effectus, ac variis legationibus cum
laude perfunctus fuit. Tandem ad hanc cathedram euectus
eidem reformandæ, optimiſque moribus ſtabiliendæ incu-
buit. Quo nomine cum videret Eccleſiam ſuam à Luthera-
nis infeſtari, euocauit Moguntiam Clericos, nouo item pri-
dem ab Ignatio Loiola inſtitutos, eiſque domicilium aſſigna-
uit. Duos Romanorum Reges elegit & vnxit. Nempe Ma-
ximilianum II. anno MDLXII. & Rudolphum nuper defun- G
ctum anno MDLXXV. Fuit pacis amantiſſimus, totus ad mode-
ſtiam compoſitus, maximo Catholicæ religionis zelo effer-
ueſcens. Cuius encomium Turnerus & alij litteris tradide-
runt. Eccleſiam ſuam annis 27. optimè rexit, vitaque incul-
patè tranſacta, in pace quieuit, deſiderio ſui relicto, anno
MDLXXXII. 22. Martij.
58. 42. VVolphgangus, Inſigni facundia Præſul, diu re-
ſtitit ne ad hunc honoris apicem eueheretur. Grauia quæ
Imperio imminebant diſſidia, cum propter Nouatorum Aquiſ-
granenſium contra Catholicos diſſenſionem, tum propter
Gebhardi Truchſeſij Colonienſis Electoris defectionem; in
Comitiis Auguſtanis componere laborauit, & Catholicorum
partes egregiè tutatus eſt. Tandem laborum & meritorum
plenus è vita diſceſſit anno MDCI. die quinta Aprilis.
59. 43. Ioannes Adamus. Genere nobilis, ſed virtute &
litteratura nobilior. Veri Paſtoris munus, vſque ad annum
MDCIV. in Epiſcopali functione executus fuit. Quod morte
præuentus depoſuit.
60. 44. Ioannes Schuuicardus à Cronenberch. Sacris & H
ſæcularibus Litteris eruditus, per varios Eccleſiaſticarum
dignitatum gradus ad hoc faſtigium aſcendit 17. Februarij
MDCIV. Vir ſi vllus alius, hac Prælatura dignus, prout multa
non ita pridem ab eo præclarè geſta fidem indubitatam fa-
ciunt. Excepit eum nuper Belgium, magnarum rerum moli-
mina ad Principem Albertum deferentem, eiuſque conſiliis
res Auſtriacæ in Germania firmantur. Obiit Aſchaffenburgi
anno 1616. ætatis 73. cum ſediſſet annos 22. menſes ſex,
dies 26, corpus eius Moguntiæ ſepultum.
61. 45. Georgius Fridericus Greiſenclavv à Vol. ſucceſſit,
qui cum ſediſſet annos duos menſes octo, dies 18. obiit Aſ-
chaffenburgi anno 1629. ætatis 56.
62. 46. Anshelmus Caſimirus VVambolt ab Vmbſt ho-
die feliciter regit: donet ei Deus Eccleſiæ ſuæ diu præeſſe,
& prodeſſe.

EPISCOPI CVRIENSES.

Epiſcopatus Churenſis vel Churienſis, in Rhetis, vnus
ex vetuſtiſſimis Germaniæ Epiſcopatibus, cœpit circa

A [illegible] ſcopum contendunt [illegible] annorum non [illegible].

Lucium hûc aliqui regio ſtemmate ap[illegible]nnos ortum & natum eſſe affirmant, conuerſumque [illegible] fidem, an. Chriſti 176. imperante Marco A[illegible]nino. Veniſſe autem illum ex Britannia in Germaniam, vt Chriſtum Germanis etiam adhuc Idololatris concionaretur, & eos ad Chriſtum conuerteret. Id aiunt illum primum feciſſe Saliſburgi, poſtea Auguſtæ Vndelicorum: vbi cum eiiceretur ab infidelibus, dicitur Churam cum ſorore S.Emerita ceſſiſſe, vbi cum itidem concionaretur, ab infidelibus tum Rhetis cæſi, & martyrio coronati ſunt S.Lucius, & S.Emerita S.Lucius Curæ in martis caſtro, S.Emerita apud Thimontium.

Alij (quorum ſententia mihi verior) iſtum primum Bauarorum ac Rhetorum doctorem, Lucium Cyrenæum fuiſſe iudicant Simonis bonis illius ſenis) qui Chriſti crucem portabat) filium. Hunc, doctrinam de crucifixo Chriſto, prædi- B caſſe Ratiſponæ ad Danubium certum eſt. Inde fortaſſis Saliſburgum & Auguſtam, & Churam etiam tandem peruenit. Eſt Churæ extra vrbis muros cœnobium S.Lucij peruetuſtum, in vitifero colle ſitum, quod ab eo cœptum & Oratorij loco conditum aiunt. Epiſcopi vero qui Churenſi Sedi præfuerunt vſque ad an. 1550. tali ſerie ac ordine numerantur.

1. Aſimo, interfuit Chalcedonenſi Concilio, Leone primo Pontificatum, Valentiniano verò & Martiano Imperium tenentibus, an. Domini 451. *In primo Tomo Conciliorum fol. 363.* fit huius Epiſcopi talis mentio.

2. Puricius aliis Pruticius, ſecundus Churienſis Epiſcopus, cuius temporibus legitur S.Fridolinus fuiſſe Churæ, qui templum S.Hilariæ condidit, quod nunc D.Martino dicatum eſt.

3. Claudianus.

4. Vrſicinus, aliis Viſcinus.

5. Sidonius.

6. Eddo: horum omnium & multorum ſubſequentium ſola ſuperſunt nomina.

C 7. Valentianus obiit ſeptuagenarius 8. Septemb. Indictione 11. ſepelitur apud S.Lucium Churæ in peruetari Cœnobio, vt teſtatur vetus inſcriptio Cryptæ eius templi: quod monumentum conſtituit ei Paulinus ſucceſſor.

8. Paulinus Valentiani ex fratre nepos. Epiſcopus egregiè doctus.

9. Theodorus.

10. Verendarius.

11. Conſtantius.

12. Rutbardus, alibi Luitbardus.

13. Baldebertus præfuit anno Chriſti 720. Sub huius Antiſtitis gubernatione cœptum & inchoatum eſt a S. Pirminio Monaſterium Fabarianum, ordinis D. Benedicti, ſupra Maiæ feldum in Alpibus Rhetiæ, paululum à Rheno ſitum.

14. Paſchalis comes Brigantinus, Vigilij Præſidis Rhetiæ filius, relicta ſæculari vita, & abdicata coniuge, conſtituitur Epiſcopus Churienſis, fundauit Monaſterium Virginum in D Tumiliaſca ſupra Rhenum.

15. Victor legitimus filius Paſchalis Epiſcopi & Dominæ Eſopeiæ, ſucceſſit patri in Epiſcopatus gubernatione. Verus fundator vna cum parente ſuo Monaſterij virginum in Khazes: an. Chriſti 760.

16. Vigilius comes Brigantinus, iactari comitis ac regij præſidis in Rhetia filius.

17. Thello Victoris Rhetici Tyranni, qui S.Placidum apud diſertinam interfici fecit, filius. Vixit Pipini Galliarum regis temporibus. Condidit & extruxit Cathedralem Eccleſiam Churienſem, quæ ad hæc noſtra vſque tempora illæſa manſit ac durauit. Dotauit Diſertinenſe Monaſterium. Obiit anno Chriſtianæ redemptionis 784.

18. Conſtantius ſucceſſit Telloni, an. 784. Huic Carolus Magnus dedit Parochiam Seleſtadianam in Alſatia quam donationem poſtea Imperator Ludouicus Pius confirmauit.

19. Remigius, aliis Remedius, præfuit anno Chriſti 813. & adhuc anno Chriſtianæ ſalutis 822. Sub Imperatore Ludouico Pio.

20. Victor Secundus, doctus & eloquens Epiſcopus, quod teſtantur ſupplices literæ & orationes contra Rodericum & Herloinum Comites, Epiſcopatus quædam bona per vim tenentes, ad Ludouicum Imperatorem ſcriptæ, quæ adhuc extant. Obiit anno 825.

L. B. Theatr. vit. Human. Tom. III.

21. V[illegible]d. r[illegible] [illegible] ſæpe Or[illegible]tur [illegible] ad [illegible], ſucceſſit. E
Hun[illegible] accepit [illegible]. an. Dom. 836. [illegible]. Detectus [illegible] tamen an. Chriſti 833. à ſeditioſis filiis Imperatoris. Reſtituitur poſt pauculos menſes ab ipſo Ludouico è vinculis filiorum liberato. Vixit adhuc an. Do. 844. quo priuilegia à Lothario Cæſare eſt conſequutus.

22. Eſſo, vel Heſſo, aut Heſo, accepit priuilegia à rege Ludouico an. Chriſti 849. & iterum an. 871. Vixit adhuc an. gratiæ 879.

23. Rothaſius ſucceſſit Eſſoni. Huic Carolus Craſſus Galliarum rex dedit ditionem & villam Fluminis, an. Dom. 881. Obiit an. 887.

24. Theodulphus ſiue Dietholphus, eligitur an. Chriſt. 887. à Clero Churienſi: Confirmatur an. 888. ab Imperatore Arnulpho. Interfuit Triburgenſi Concilio prope Moguntiam, ab eodem Arnolpho celebrato, an. Chriſti 895. An. Dom. 913. priuilegiorum quorundam confirmationem obtinuit apud Conradum Imp.

25. VValdo eligitur an. 914 Huic dedit Conradus rex Diſertinêſe Monaſteriũ in Rhetia ſitũ. Eidẽ dedit priuilegia Henricus auceps, an. 921. Vvormaciæ. Otho Magnus dono dedit ei Pludentum oppidulum Druſianæ vallis: an. Dom. 940. obiit tandem an. 948. cum triginta annis laudabiliter præfuiſſet. F

26. Hardobertus ſucceſſit Vvaldoni, an. 948. Epiſcopatus iſte his temporibus per Irruptiones Saracenorum multis damnis eſt affectus, ideoque dedit Imperator Otho Epiſcopatui quædam prædia in Zizers pago, & in Alſatiæ. Obiit anno 969. cum laudabiliter præfuiſſet annis vno & viginti.

27. Hildiboldus eligitur ſtatim poſt mortem Hardoberti. Huic dedit Imperator Otho Secundus, an. Chriſti 980. perpetuo poſſidendam penſionem vectigalium pontis Clauennenſis in Prægallia. Otho Tertius dedit eidem Priuilegia, an. 988.

28. Vvaldo II. alibi Vvalcho dictus, ſucceſſit. Huius temporibus dono dedit Otho Tertius Epiſcopatui & Eccleſię Churienſi totũ oppidũ Clauennã in Prægallia ſitũ, cum omnibus ad id pertinentibus bonis ac redditibus, an. Chriſt. Sal. 995. G

29. Henricus non diu præfuit. Aliqui verò Catalogi eum Vlricum, alij Vrbetum appellant.

30. Rupertus ſucceſſit Henricu. Obiit an. 1005.

31. Vlricus conſtituitur Epiſcopus an. 1005. conſequutus eſt priuilegia ab Imperatore Henrico II. an. Dom. 1015.

32. Hartmannus ſiue Artemannus, Baro de Plana terra, ſucceſſit. Fuerat prius Monachus Benedictini inſtituti apud Einſidlen, & deinde Abbas Fabarianus, inde Churam accitus eſt. Huic priuilegia dedit Cunradus Secundus, an. Dom. 1030. & iterum Vlmæ an. Chr. 1037. Obiit in Decemb. an. 1039.

33. Diethmarus Churienſi Epiſcopatui præficitur ipſis Calend. Febr anni à nato Chriſto 1040. Obiit an. Chr. 1070. cum triginta annis & laudabiliter ac vtiliſsimè præfuiſſet.

34. Henricus prius Monachus diuitis Augiæ, eligitur in Epiſcopum, an. Dom. 1070. Præfuit annis octo, obiit an. 1078. Interfuit an. Chr. 1074. Concilio Moguntino.

35. Nordembertus aliis Volipertus, comes à Summuntorio, Bauarus: ſummi prius Canonicorum Auguſtenſium ſenatus præpoſitus, homo mirè ambitioſus & gloriæ cupidus, H venit an. Dom. 1079. ad poſſeſsionem ac gubernaculum Epiſcopatus Churienſis, non per legitimæ, vocationis, aut electionis, ſed per Simoniacę prauitatis cuniculos, largitionibus videlicet ac muneribus. Præfuit ſex annis vtiliter: & in Synodo Quedeluburg congregata, ab Hermãno Saxonum duce poſt Rodolphum, ab Epiſcopis quibuſdam in Imp. electo, an. 1085. ea Epiſcopatu deturbatur. Is poſtea ædificans de ſuis Monaſterium Heppacenſe, vbi vitam finiuit anno 1087. Huic aliqui Scriptores ſucceſsiſſe affirmant Heribertum quendam, ſed eum ab Henrico IV. mox iterum eſſe eiectum: Poſtea Abbatem quendam Campidonenſem, Eberhardum nomine, donec tandem ab Henrico Imp. deſignaretur verus Epiſcopus, quem Romanus Pontifex confirmauit.

36. Odalricus anno Domini 1104. Qui ab ipſo Imperatore Henrico IV. eodem anno ablegatus Romam cum Archiepiſcopis Brunone Treuerenſi, & Henrico Magdenburgenſi, & Epiſcopis Othone Bambergenſi, & Eberhardo Eiſtetenſi, ad impetrandam à Paſchali Secundo Henrici V. coronationem.

37. VVido vel Guido Sueuus & Canonicus Auguſtanus ſucceſsit Odalrico. Interfuit anno Domini 1114 comitiis Ba-

 ſilienſibus.

[illegible] ſibus. [illegible] o V [illegible] onem [illegible] egio
A [illegible] um ſuorum [illegible] nutur eſt.

58. Conradus comes a B[illegible] g[illegible], [illegible] Au-
guſtanus, Churienſis, & Conſtan[illegible]tenſis Henrici V. tempo-
ribus in Epiſcopum Churienſem electus & co[illegible] firm[illegible]
[illegible]. Huic Lotharius Saxo priuilegium dedit anno 1139.
Fundauit monaſteri[illegible] Præmonſtratenſe.

39. Conradus II. ſucceſſit. Et conſequutus eſt omnium
ſuorum priuilegiorum confirmationem ab Imperatore Fri-
derico Barbaroſſa, anno Domini 1165.

40. Adalgotus Vrberus, quem aliqui Analgotum, mona-
chus prius Clarauallenſis: eligitur poſt Conradum Secun-
dum. Fuit inſignis Oeconomus: & Monaſteriorum S. Lucij
extra muros Churenſes ſiti, Kazeſium in Tumiliaſca, Scandi-
nēſis in Gaſternis, & S. Mariæ montis in Atheſina prouincia
ſummus illuſtrator. In cœnubio montis S. Mariæ inuenitur
adhuc in crypta templi ab eo conſecrata, tale monumentum.

Præſul Adalgotus ad cuncta decentia promptus,
Conſecrat hanc cryptam, diuinis vſibus aptam.

41. Egino ſucceſſit Adolgoto, ſed quo anno, ignoratur. Hic
B primus Epiſcopus Churiēſis à Friderico Barbaroſſa princeps
eſt ſalutatus & habitus, ob inſignes ſuas virtutes, & ſingularē
fidem Friderico datam, & fideliter præſtitam. Obiit an. 1174.

42. Vlricus Baro à Degernfeld, Abbas prius ad S. Gallum
octo annis, conſequutus eſt ad Abbatiæ poſſeſſionem, cui 33.
annis fideliter & laudabiliter præfuit, Epiſcopatum etiam
Churienſem, à Friderico Barbaroſſa, an. Dom. 1174. Sedit
Churæ Octo annis: & an. Do. 1181. Epiſcopatum reſigna-
uit, retenta Sangallenſis Abbatiæ poſſeſſione. Cuius etiam
Abbatiæ magiſtratu ſe abdicauit, ſenio confectus: an. 1199.
quo huic quoque mortali vitæ colophonem impoſuit.

43. Bruno eligitur an. Do. 1181. Nihil de eo inuenio, quam
has Barbatas voces, parum epiſcopauit. Et eſt non diu ſedit.

44. Henricus Canonicus [illegible] huricnſis & Salisburgenſis,
eligitur anno Dom. 1183. Huius Epiſcopi temporibus dono
dedit & obtulit, anno Domini 1194. nobilis quidam Heros
Rudigerus à Lymbach, in præſentia Henrici VI. S. Lucio
Churienſi, Parrochiam Benedutenſem, iam præpoſituram in
dextra Rheni ſupra Feldkirchium ſitam.

C 45. Rainbardus ſucceſsit Henrico Antiſtiti. Is præfuit an-
no Domini 1201. & conſequutus eſt immunitates quaſdam
& ſuorum priuilegiorum confirmationem, ann. Dom. 1209.
ab Imp. Othone IV.

46. Arnoldus comes Metenſis, ſiue de Amaſia.

47. Henricus Comes de Rhetia alta, Canonicus Churenſis.

48. Albertus Præpoſitus Conſtantiæ ad S. Stephanum,
per diſcordiam electi altercati ſunt inter ſe de poſſeſsione
Epiſcopatus, donec in biennij ſpacio ambo morerentur, &
ita contentioni imponeretur finis.

49. Rudolphus Baro à Gutingen, Abbas prius Sangallenſis,
largitionibus Epiſcopatum Churienſem imperrauit an. 1215.
Cum autem imperitus eſſet Oeconomus, & multa inutiliter
abſumeret, à ſuis reprehenſus Imp. Fridericum accedere, &
eius opem contra illos implorare decreuerat. Sed in eo itine-
re graui morbo correptus, Romæ ex hac vita emigrauit 17.
Septemb. an. 1226. Sepelitur apud S. Ioannem in Laterano.

50. Bertholdus Canonicus Conſtantienſis, eligitur Epi-
ſcopus Curienſis, anno 1216. Præfuit 7. annis: Interfuit
D in Ruanſenſi pago, anno Domini 1231.

51 Vlricus comes Kiburgius, Hartmanni frater: aliquan-
diu Coadiutor Bertholdi Epiſcopi, eligitur Epiſcopus anno
Domini 1233. Præfuit 4. annis, primus fundator S. Montis
prope Vitudurum: obiit anno 1237.

52. Valcardus à Nyvvemburg, eligitur anno 1237. Dona-
tur priuilegiis anno 1239. à Friderico Secundo, & iterum
an. 1249. benè & laudabiliter præfuit annis quatuordecim.
Moritur anno Domini 1251.

53. Henricus comes à Monteforti, eligitur anno Chriſti
1251. Præfuit vtiliſsimè, & ſumma cum laude annis vno &
viginti: Vicit ingenti prælio Longobardos, anno 1255. pro-
pe ſuperius Amiſium, obiit anno gratiæ 1272.

54. Conradus Baro à Bello monte, eligitur an. ſal. 1272. Præ-
fuit annis decē: Impetrauit Priuilegia à Rudolpho Habſpur-
gio, an. 1275. Profecturus an. Do. 1281. ad Synodum Moguntī-
nam, obiit in itinere, ſepelitur in cœnobio Montis S. Mariæ.

55. Fridericus comes de Monte forti, eligitur ann. 1282.
Adiuuit fratrem Gulielmum bella gerentem contra Rudol-
[illegible] m [illegible] am cap [illegible] Vv[illegible]embergenſi
[illegible] n [illegible] 83 p[illegible] bienn[illegible] detentus eſt in cu- E
[illegible] Vv[illegible] de[illegible]bergenſi, inde aliquando aufugere vo-
[illegible] cibus [illegible] pro funibus vtens, & per fe-
ne[illegible] turri ſeſe demittens, cum media iam turris
parte deſcend[illegible] [illegible] & confractis funibus, in terram
decedit. & ea nocte [illegible] expirauit, anno Chriſti 1285.

56. Vlricus eligitur anno 1285.

57. Bertoldus II. ſucceſſit. Præfuit adhuc anno 1299. quo in
gratiam rediiſſe legitur cum Ioanne quodā Barone de Vacz.

58. Siftidus Baro de Flumine, eligitur poſt Bertoldum ab
Alberto Auſtrio Imp. priuilegiorum confirmationem impe-
trauit, an. 1306. & iterum ab Henrico VII. an. Chr. 1310. Is
plenus dierum reſignauit Epiſcopatum Rudolpho Montfor-
tio, ipſe vero in cœnobium Geilhauſeo concedens, ibi vitam
monaſticā agens, poſt pauculos mēſes ex hac vita emigrauit.

59. Rudolphus comes Montis-fortis, Epiſcopus Conſtan-
cienſis, & adminiſtrator Curienſis, an. 1323. & aliquot ſe-
quentibus: Arbonæ ſepultus.

60. Hermannus Baro ab Eſchenbach & Arbona, Mona-
chus Einſidlenſis, poſtea Abbas apud Fabarium, tandem F
etiam Epiſcopus apud Churam Rhetiæ.

61. Ioannes auditor Rotæ in Curia Romana: præfuit an-
nis 1327. & 1328. nihil aliud de eo habetur, quam fuiſſe eum
amicum cleri, & trucidatum eſſe an. 1332.

62. Vlricus à Lentzenburg, Magiſter Theologiæ & ordinis
Heremitarum, vir ſtrenuus, dictus Sculterus, eligitur anno
Domini 1332. Præfuit viginti tribus annis, obiit anno Do-
mini 1355. apud Saruoetium, fuit egregius bellator.

63. Petrus natione Bohemus, Curialis antea Romæ: eligitur
in Epiſcopum Curienſem, an. 1355. Præfuit 14. an. & in Mo-
rauiam auocatus Olomuntinos Epiſcopus deſignatus eſt, vbi
proximo an. obiit, videlicet an. Dom. 1369. Huic Carolus IV.
Imp. dedit poteſtatem cudendi obolos in valore Auguſtano-
rum, Noribergæ, an. 1360. & vectigal Churenſa duplicauit.

64. Fridericus à Neuezingen Cancellarius Leopoldi Au-
ſtriæ ducis, eligitur an. 1369. in Epiſcopum Churienſem: ibi
cum præfuiſſet octo penè annis, ad Brixenſis Epiſcopatus
gubernationem promotus anno Chriſti 1376.

65 Ioannes Alberti Auſtriæ ducis Cancellarius, eligitur an. G
1377. Attulit ſecū in propriis pecuniis theſaurū 8. millíū au-
reorū, quibus multa caſtra redemit. Præfuit 12. annis lauda-
biliter, ita vt reſtituerit diligēti Oeconomiæ adminiſtratione
Epiſcopatū priſtinæ potentiæ ac dignitati. Deceſſit an. 138/.

66. Hartmannus comes de Vverdenberg, antea ordinis
Ioannitarum: eligitur in Epiſcopum Churenſem, an. 1389.
præfuit 16. annis, obiit Churæ an. 1416. vbi etiam ſepultus
eſt. Erat contentioſus & bellator. Sub hoc Epiſcopo dono
dedit Churienſi Eccleſiæ perpetuo poſſidendam totam val-
lem Telinam in qua naſcuntur.

O! toties laudata tibi dulciſſima vina
Rhetica, ab Auguſto Liuia bella tuo:

Multas inſuper arces & agros, anno 1404.

67. Ioannes Abundi, dictus Naſo, eligitur in Epiſcopum
Rhetiæ Churienſis an. Chriſti 1416. Præfuit viginti quatuor
annis. Interfuit concilio Conſtancienſi: inchoauit confœ-
derationem cum Heluetiis, ann. Chriſti 1419. Obiit anno
1440. Ab hoc Ioanna Epiſcopo petiit feudorum collatio-
nem, & inueſtituram Fridericus Auſtriacus: an. 1416.

68. Conradus à Rechberg Sueuus, præpoſitus Conſtantien- H
ſis, deſignatur Epiſcopus Churēſis an. 1440. Præfuit quatuor
annis, & reſignans, Conſtanciam ad ſuam præpoſiturā rediit.

69. Henricus Baro ab Heuvven. Epiſcopus antea Conſtan-
cienſis, aſſumitur ad gubernandam etiam Rhetiam Churien-
ſem anno Domini 1444. Præfuit Churienſi ſedi 10. annis,
Conſtancienſi vero 36. Deiectus eſt à Churienſi Epiſcopatu
an. 1454. Inueſtiuit feudis officij pincernarum, & comitatus
Tirolenſis, anno 1446. Sigiſmundum Auſtriæ Archiducem.
Obiit tandem Conſtantiæ anno Domini 1472.

70. Leonhardus prius Auſtriæ ducum Cancellarios, eligi-
tur anno 1454. Præfuit quinque annis, obiit an. Dom. 1459.

71. Ortliebo Baro de Brandis, eligitur an. 1459. Præfuit tri-
ginta duobus annis, obiit an. Dom. 1491. Is inueſtiuit feodia
officij Pincernarū & prouinciarū ad comitatum Tyrolenſem
pertinētium, Sigiſmundū, Auſtriæ, Styriæ & Carinthiæ ducē,
an. Dom. 1460. Sub eius gubernatione periit incendio, & con-
flagrauit tota Chura, ann. 1464. exceptis tribus Monaſteriis.

72. Henri

A 72. Henricus Scatus, Baro ab Heuvven, eligitur ano. 1491. Præfuit 12. annis, cum ſumma difficultate, & reſignauit, & paulo poſt, obiit Furſtembergi anno Domini 1510.

73. Paulus Ziglerus à Zigelbergo, Præfuit Epiſcopatui Churenſi inter maximas difficultates ac ſubditorum ſuorum moleſtias & iniurias infinitas, annis 38. in quibus multa indigna perpeſſus eſt à ſeditioſis ſuis, & rebellibus ruſticis, quorum furori tandem cedens ad Furſtemburgum Athaſinæ prouinciæ arcem ſeceſſit, vbi mœrore confectus, ſubitanea morte tandem ea hac vita emigrauit, anno Dom. 1541.

74. Lucius Iter, nobilis Rhetus : artium Philoſophiæ Magiſter Colonienſis, de quo non incommode dicere quis poſſet, vetus illud Poetæ :

Ingenio magnus, corpore paruus erat.

Præpoſitus antea Baſilicæ Churenſis, eligitur quinta Octob. anni à nato Chriſto 1541. in Epiſcopum Churæ Rheticæ, & Rhetiæ Churenſis. Accepit priuilegia à rege Ferdinando 27. Februarij, ann. 1543. Noribergæ. Ab eo accepit inueſtituram feudorum Diuus Ferdinandus Rom. Hungariæ & Bohemiæ rex. Diui Caroli V. Imp. frater, anno Domini 1548.

B EPISCOPI VINDONISSENSES, ET CONSTANTIENSES.

Conſtantienſis Epiſcopatus non Conſtantiæ, ſed in Ergonia apud veterem Vindoniſſam cœpit, in confluxu Araris ac Ruſæ, inſignium fluuiorum : ſub Clodoueo Galliarum rege, primo ad Chriſtum conuerſo, & S. Remigij manibus baptiſato. Eius gubernatores ac Antiſtites penè ad hæc noſtra vſque tempora hi numerantur.

1. S. Beatus à S. Petro conſtitutus.

2. S. Paternus, martyr, aliàs Paterius.

3. S. Lando, Laudo, vel Lindo : Hos nominat *Petrus de Natalibus in ſuo Diario.*

4. Bubulcus ſeu Bouleo. Is interfuit Concilio Epaonenſi, quod celebratum eſt, annum Chriſti circiter 498. ibi ſic ſubſcripſit, Bubulcus Epiſcopus Vindoniſſenſis.

5. Grammatius : interfuit Concilio Aurelianenſi, in Galliis celebrato, anno Domini 546. Is ſe etiam ſubſcripſit Epiſcopum Vindoniſſenſem.

6. S. Maximus vel Maximinus. Vixit Clotarij ſecundi & C Dagoberti magni, patris ſcilicet, & filij, potentiſſimorum Galliæ regum temporibus. Et hunc Clotarius rex tranſtulit è veteri Vindoniſſa in regiam Villam Conſtantiam, à Conſtantio primo, Imp. Aug. exitruí cœptam : id factum circa annum Domini 570. Sic Maximus iſte vltimus Vindoniſſenſis, & primus Epiſcopus Conſtantienſis dici poteſt.

7. Rudolphus alibi Rudilo dictus.

8. Vrſinus.

9. Gaudentius qui obiit anno Chriſti 618.

10. Martinus ab aliquibus *Martianus*, ab aliis *Marianus* dictus : Huius temporibus circumſcripſit certis ſui limitibus Dagobertus Epiſcopatum Conſtancienſem, vt habetur adhuc in Bulla Friderici Barbaroſſæ. Huic dedit etiam idem rex multa inſignia priuilegia, quibus hodie adhuc vtitur Eccleſia Conſtancienſis. Id factum eſt anno Chriſti 635.

11. Ioannes, propter ſummam vitæ innocentiam, Beatus appellatus, diſcipulus S. Galli Scoti Heremitæ, & concionatoris accularum lacus Acroniani, qui cum ipſe ad gubernationem Conſtancienſis Eccleſiæ vocaretur, honorem oblaD tum humillimè deprecatus, hunc Ioannem chariſſimum ſuum amicum ac ſodalem ipſe in vrbem ducens, Eccleſiæ commendauit Anno 650.

12. Obhardus Boſſo cognominatus.

13. Pictauius.

14. Seuerus, vel Seuerinus.

15. Aſtropius, vel Aſtrouius.

16. Ioannes Secundus : hunc alij Hannum appellant.

17. Ruffo aliis Buſu dictus.

18. Audonius, vel Audoinus : Huius meminit Hermannus Contractus, obiit anno Domini 736.

19. Eſnfridus aliis Anefridus & Aufridus eligitur an. 736. à rege Carolo Martello. Erat prius Abbas Diuitis Augiæ in lacu Veneto. Præfuit Epiſcopat. 10. an. & obiit an. 746.

20. Sidonius vel Sinodius accepit baculum paſtoralem anno 746. Præfuit 14. annis, obiit dyſenteria : in templo Sangallenſi, anno 760. Homo ambitioſus & auarus.

21. Ioan. Monachus Diuitis Augiæ, ſucceſſit Sidonio in gubernatione non Epiſcopatus tantum, ſed & vtriuſque abbatiæ, cui Sidonius etiam præfuerat : electus à rege Pipino. Præfuit ſapienter ac vtiliter annis pene 22. obiit an. Do. 781. E

22. Egino eligitur anno Domini 781. Præfuit annis 32. obiit anno gratiæ 813. Reliquit poſt ſe crucem habentem puri auri 30. marcas, argenti vero 35. & pretioſiſſimas gemmas, cum hac inſcriptione :

Hoc trophæum Chriſti Egino pro lace perenni,
Virgo Maria tuo ſacro dicauit honore :
Cuius prece quaſo tua tribuantur regna Polorum.

Hæc crux poſtea anno Domini 1476. ab Epiſcopo Hermanno de Landemberg, aucta & renouata, & tota aurea facta eſt, cum tali inſcriptione :

Hæc crux argenti tribuit quam præſul Egino,
Auro commutata datur, nunc ſic renouata.

23. Vvolfoleon Eginonis Epiſcopi ex fratre nepos, Monachus antea Sangallenſis, qui Epiſcopus factus. Præfuit Conſtantiæ ann. 18. obiit anno Domini 831. Stumpfius Heluetiorum Chronographus, hic Theodorum quendam inſerit, qui Baſilicam Tigurinam à Carolo Magno fundatam conſecrauit : illum ego non Epiſcopum, ſed Suffraganeum fuiſſe arbitror, Salomon, vir pius, mitis ac pacificus & bonus gubernator ; eligitur anno Domini 831. Præfuit ſumma cum laude F an. 42. obiit anno Domini 873. Conſtruxit antequam deſignatus Epiſcopus, collegium regularium Canonicorum in honorem S. Stephani, in pago ſuorum parentum, à ſe Salmonſach appellato. Id collegium poſtea Epiſcopus factus, ex Thurgouia in vrbem Conſtantienſem tranſtulit, in Parochiam S. Nicolai, quæ iam S. Stephani Cathedralis Baſilica. Ad hunc ſcripſit Epiſtolam Pontifex Max. Nicolaus primus, quæ extat in *Decreto Cap. Sciſcitatur, &c.*

25. Bathego ſuccedens Salomoni, præfuit quatuor annis quibus maxima fuit annonæ difficultas. Obiit an. Chriſtianæ ſalutis 877.

26. S. Gebhardus electus eſt poſt Bathegonem, an. Domini 878. Præfuit quietè quatuor annis : vir pius & religioſiſſimus : poſtea cum Normanni & Galliæ & Germaniæ extremam minitarentur vaſtationem, ipſe etiam pio affectu tuendæ patriæ, & pugnandi pro aris & focis, cum aliis principibus ad arcendos & prohibendos eiuſmodi graſſatores à Germania, profectus : ab hoſtibus infidelibus captus, & trucidatus eſt, anno Chriſti 885. G

27. Salomon II. Gebhardo Martyri Dei ſubrogatus eſt anno Chriſti 885. Præfuit ſex annis. Obiit anno Domini 891.

28. Salomon III. comes vel Baro à Ramſchvvag, cuius familiæ hodie adhuc nobiles heroes in Rhetia habitant, Diuo Ferdinãdo regi a ſummis conſiliis : Is primũ Monachus Sangalli fuit. Ex monacho factus eſt Imperatoris Ludouici ſecũdi Sacellanus, poſt cuius mortem ſequentibus etiam Imp. quatuor iterum, quibus omnibus longè chariſſimus fuit : Conſtituitur ab Arnolpho Imperatore Epiſcopus etiam Conſtãtienſis, an. Dom. 891. vbi vnanimi totius cleri conſenſu cum ſummo gaudio acceptus eſt : Præfuit ibi 29. annis, & laudabiliter & vtiliter. Donauit & illuſtrauit liberaliſſimè ac copioſiſſimè Eccleſiam Cathedralem, multis aureis & argenteis clinodiis, plurimis itẽ optimis libris, pretioſiſſimis veſtibus, pagiis item ſuregris & annuis prouẽtibus maximis. Impetrauit item non veterum ſolum, ab Imperatoribus priuilegiorum confirmationem, ſed & noua priuilegia. Obiit an. 919.

29. Notingus concordibus totius cleri Conſtantienſis ſuffragiis è Sangallenſi monaſterio, ad Epiſcopatus guberH nationem euocatus eſt, ſtatim poſt mortuum Salomonem. Præfuit autem 15. annis optimè. Erat Epiſcopus eximie doctus, qui & ſoluta & ligata oratione plurima ſcripſit, & omnes Euangeliſtas commentariis illuſtrauit. Fuit idem etiam multarum inſignium cantionum autor, quarum adhuc vſus eſt in Conſtantienſi Eccleſia. Obiit tandem anno 955.

30. S. Conradus à Notingo Epiſcopo educatus, & liberaliſſimè inſtitutus, poſt præceptoris ac alumni ſui mortem vnanimi totius cum cleri, tum populi Conſtantienſis conſenſu poſtulatur, & eligitur ann. 935. Præfuit ſumma cum laude annis 42. In quibus Conſtantiam plurimis præclaris ædificiis ac templis egregiè illuſtrauit, omne ſuum patrimonium in hoc vnum ſtudium conferens. Obiit tandem plenus dierum poſtridie S. Catharinæ, anno Domini 976. Othone ſecundo Imp. Rom. præſidente.

31. Gaminolphus ſucceſſit S. Conrado, præfuit bene & laudabiliter 4. annis, & valedixit vitæ mortalium anno Chriſtianæ ſalutis 980.

32. S. Gebhardus ſecundus huius nominis, aliis *Eberhardus* A tamen dictus, comes Brigantinus, poſt mortem matris ex viero cæſus: vir doctus, pius ac facundus, eligitur anno Domini 980 Præfuit laudabiliter annis ſedecim: Obiit an. 996. Fundauit Collegium etiam Canonicorum Zurzachij, quod ... annuis prouentibus dotauit.

33. Lãbertus monachus Petersbuſanus, imprimis religioſus & honeſtus, eligitur Epiſcopus Conſtantienſis vno omniũ Canonicorũ ore, an. 996. præfuit prudẽter & vtiliter 13. an. obiit Phthiryaſi an. 1009. Huius Lãberti temporibus, vixit in Sãgallenſi cœnobio Hermãnus Contractus, comes Veringenſis, VVolferadi ex Hiltrude filius, monachus eximiè doctus, Poeta, Orator, Aſtronomus, Muſicus & Chronographus inſignis.

34. Rodhardus aliis Richardus ſucceſſit Lamberto, electus à toto clero Conſtantienſi: præfuit 4. annis, S. Henrico Imp. tam charus, vt ferè ſemper eum ſecum haberet in aula ſua. Obiit peſte anno Dom. 1013.

35. Haymo eligitur ſtatim poſt auditam & perceptam mortẽ Rodhardi, præfuit pie & laudabiliter ſumma cum prudẽ- B tia an. 13. Obiit paralyſi an. Dom. 1026. decima octaua Martij.

36. VVarmannus comes Cillingenſis & Kiburgius, Diuitis Augiæ monachus, ſubſtituitur mortuo Haymoni, ann. Dom. 1026. Erat inſigni doctrina & ſapiẽtia præditus, ita vt commendaretur ei erudiẽdus Hermannus dux Sueuiæ: præfuit ille ſapienter & vtiliſſimè octo annis, deceſſit ex hac vita an. 1034.

37. Eberhardus comes à Dilligen & Kiburgk, Germanus frater Epiſcopi VVarmanni, præficitur Epiſcopatui anno Dom. 1034. bene & laudabiliter præfuit an. 12.

38. Theodoricus Cancellarius prius & Archiſacellanus Henrici Imperatoris, præpoſitus item Aquiſgrani & Spiræ: eligitur poſt fata Eberhardi, an. 1047. annuente & poſtulante Imperatore Henrico tertio, cui longè erat chariſſimus. Præfuit 4. annis: deceſſit 21. Iunij, anno 1051.

39. Rumoldus alibi Grimoldus, præpoſitus antea Goſlarienſis in Saxonibus. Eligitur impulſu Imp. Henrici III. an. ſaluris 1051. Præfuit an. 17. Erat homo natura paulo contentioſior, alioqui pietate & animi dexteritate eximia prædi- C tus: ſub hoc Epiſcopo concidit an. Dom. 1052. ſummum templum Conſtantienſe, quod ab hoc Rumoldo egregiè, & pulchrius, & fortius quam antea inſtauratum, & exædificatum ac conſecratum eſt. Extat in decreto epiſtola ab Alexandro ſecundo ad hunc Epiſcopum (quem Grimoldum vocat) ſcripta *Cap. Sollicitudo, Diſtinct.* 52. Obiit an. 1069.

40. Carolus gente Thuringus, Canonicus Magdeburgenſis, ab Henrico IV. rege conſtituitur aut intruditur potius, ſine Capituli conſenſu, an. 1069. Accuſatus ob Simoniam à Canonicorum ſuorum ſenatu Romæ apud Pont. Alexandrum II. iuſſu ac mandato eius Moguntiam vocatur, vbi in congregata Synodo, præſente IV. qui defenſurus Carolum, cum eo Moguntiam deſcenderat, exauthoratur: cum præfuiſſet 2. annis. Id factum eſt an. 1071. Menſe Aug.

41. Otho Canonicus Goſlarienſis in hac ipſa Synodo Moguntina, exauthorato Carolo ab Henrico IV. ſubſtituitur, qui habebat eum ſecum Moguntiæ. Ordinatur igitur, confirmatur & conſecratur mox in præſentia Regis & conuocatorum D Epiſcoporum à Sigefrido Archiepiſcopo. Poſt conſecrationem ablegauit eum rex Conſtantiam dicens familiaribus ſuis, Conſtantienſes noluiſſe recipere ſapientia & doctrina inſtructum Epiſcopum (Carolum innuens) haberent ergo iam fatuum iſtum. Præfuit 3. an. & Gregorij VII. mandato pellitur. Deturbatus itaque & eiectus Baſileam concedens reliquũ vitæ ibi abſoluit: vbi & mortuus & terræ mandatus eſt.

42. Gebhardus tertius huius nominis dux Zeringenſis, & monachus Hirſaugiẽſis, eligitur in Epiſcopum Conſtantienſem, an. 1081. Hanc electionem confirmabat Pontificius legatus Dominus Petrus Epiſcopus Albæ, addita etiam conſecratione. Præfuit in ſummis periculis ac difficultatibus annis decem, quibus elapſis ita ab omni parte à regiis aſſeclis ac miniſtris contumelia iniuriis ac moleſtiis affectus eſt, vt Vlrico Abbati Sangallenſi Charinthiæ ducis filio Conſtantiam obſidente, cogeretur loco cedere, & Epiſcopalem ſedem relinquere, à qua exulauit 13. annis, præſidente interim Arnolpho tum ſubſidentibus paulatim Germaniæ tumultibus, & ipſe auxilio Theodorici Abbatis Petershuſani in Epiſcopatum ſuum rediit, an. 1105. vbi tranquilliore poſtea vita, & fortuna per an. vndecim vſus eſt, quibus Eccleſiã Cathedralem à Rumoldo Epiſcopo reædificari cœptam, egregiè & fœliciſſimè abſoluit, & conſecrauit. Deceſſit ex hac vita ann. Dom. 1116.

43. Arnolphus comes Sãcti montis, monachus Sangalenſis intruditur vi per Abbatẽ Sangallenſem Vlricum tertiũ Cha- E rinthiæ ducis filium, ac Henrici IV. Imp. conſanguineum: idque fit an. Dom. 1092. cum ſummo detrimento Epiſcopatus Conſtantienſis. Præfuit annis tredecim. Tũ qua menſura ipſe erat menſus eadẽ remenſum eſt ipſi quoq; nam an. Do. 1105. inclinatis rebus Henrici IV. eiectus eſt ab Epiſcopi Gebhardi conſanguineis, & Gebhardus ſumma cum laude reſtitutus.

44. Vlricus comes à Dilligen & Kiburg, ſingulari fauore Imp. Henrici V. peruẽnit ad Epiſcopatus Conſtantienſis gubernationem, conſentiente tamen etiam & clero & populo Conſtãtienſi: confirmatur à Pontifice Gelaſio ſecundo, cõſecratur ab Archiepiſcopo Mediolanenſi. Præfuit ſumma prudentia decem annis: Incidit tandẽ in grauiſſimũ morbũ comitialem, vel Epilepſiã, qua aſſumptus obiit tandem an. Ch. 1127.

45. Vlricus ſecundus, Baro de Caſtellis: monachus apud S. Blaſium in Hiercyna, vnanimi conſenſu Canonicorum electus ſucceſſit Vlrico Dillingẽſi: præfuit vtiliter ac laudabiliter an. vndecim. Reſignauit Epiſcopatum circa an. Dom. 1138.

46. Hermannus Baro de Arbona, eligitur à toto Collegio F Conſtantienſi, confirmatur ab Innocentio II. an. Dom. 1139. Attulit omne Patrimonium ſuum ad Epiſcopatum, trecentas etiam auri marcas, ad ſummæ Baſilicæ illuſtrationem conferens. Præfuit autem Hermannus ſumma cum laude 26. annis omnibus beneuolus, & omnibus eximiè charus. Illuſtrauit multis ornamentis Baſilicam Conſtantienſem, emit Aquiſgranum Hegouiæ oppidum. Reſtaurauit an. 1142. collapſum Scotorum monaſterium. Impetrauit à Friderico Barbaroſſa confirmationem donationis ac Bullæ regis Galliarum Dagoberti, ann. 1155. obiit tandem ann. Dom. 1165.

47. Otho ſecundus, comes Habſpurgius, etſi ſint qui Zeringenſem ducem fuiſſe affirmant: præpoſitus antea Auguſtæ ad S. Mauricium, vir ſumma prudentia & optimis moribus conſpicuus, at homo valetudinarius: eligitur an. Dom. 1165. Præfuit 4. annis, ſemper ferè ægrotans: obiit an. 1169.

48. Bertholdus nobilis Baru, eligitur ab vnanimiter conſentiente clero, ſtatim per euocatum ex hac vita Othonem, vir eximia prudentia ac virtute præditus. Præfuit laudabili- G ter an. 10. obiit 20. Maij: anno redempti orbis 1179.

49. Hermannus ſecundus, ſucceſſit an. Dom. 1179. Præfuit 12. annis: pacis & tranquillitatis publicæ, vt amantiſſimus, ita cuſtos etiam diligentiſſimus, omnibus ſuis ſubditis ex animo charus obiit an. Dom. 1191. cum præcedente an. Imp. Fridericus Barbaroſſa periiſſet in quodam Armeniæ fluuio.

50. Diethelmus Baro de VViſemburg, antea à Friderico Barbaroſſa Abbas diuitis Augiæ deſignatus in Comitiis Spirenſibus: Iſti cœnobio cum ſapienter ac vtiliſſimè præfuiſſet an. 25. vocatus eſt vnanimi totius cleri ac populi Conſtantienſis conſenſu, ad gubernationem etiam Epiſcopatus, ann. Dom. 1192. cui ſumma cum laude præfuit annis duodecim, obiit tandem 12. Aprilis, an. Chriſtianæ redemptionis 1205.

51. VVernerus Baro à Stauffen, eligitur à Capituli Conſtantienſis toto Senatu. an. 1205. præfuit quatuor annis & aliquot menſibus, obiit an. 1216.

52. Conradus ſecundus, ſucceſſit VVernero: præfuit & profuit Eccleſiæ Conſtantienſi an. 14. cum ſumma omnium H hominum laude, obiit an. 1234.

53. Henricus nobilis de Thanneck, aut vt aliqui volunt de Thannen, eligitur Epiſcopus Conſtantienſis, an. Dom. 1234. præfuit prudenter & vtiliter 14. an. Deceſſit ex hac mortali vita an. Virginei partus 1248.

54. Eberhardus ſecundus, Dapifer à VValdburg: eligitur à clero Conſtantienſi, præfuit ſumma prudentia & cura, 26. an. Vir humanus & mitis erga omnes omniũ conditionum homines, idcirco omnibus etiã eximiè charus. Ampliauit & ditauit Epiſcopatum. Obiit fœliciter an. 1274. decima 19. Febr.

55. Rodolphus comes Habſpurgius, Imp. Rodolphi Habſpurgij patruelis, Canonicus Baſilienſis prius & Conſtantienſis, eligitur an. 1274. præfuit 20. an. quibus Epiſcopatum egregiè auxiſſet, & locupletaſſet, niſi à ſuis propriis conſanguineis, ad arma vltricia etiam capienda, duro neceſſitatis telo adactus & compulſus fuiſſet. Obiit an. Do. 1294. tertia Aprilis, relinquens Epiſcopatum in maximis debitis, propter geſta bella, ad quæ tamen non niſi ſumma vi pertractus eſt.

56. Fridericus comes à Zollern, præpoſitus Maioris Eccleſiæ Auguſtanæ, eligitur à maiori parte Collegij Conſtãtienſis. At cõtra hũc à paucis quibuſdã ſũmi collegij Canonicis eligitur Hẽricus nobilis à Klingẽberg legũ doctor, & Rodolphi

regia

tegis Cancellarius, vir adprimè doctus, & ſummâ prudentia
A præditus. [illegible] ſchiſma fuiſſet maximè perniciosum Epiſcopatui Conſtancienſi: niſi Fridericus tanta morum lenitate, & animi manſuetudine præditus, tamque pacis ac tranquillitatis ſtudioſus, de ſuo iure potius cedere voluiſſet. Reſeruata ergo annua ſibi penſione, poſt annos quatuor ab electione Henrico Clingenbergenſi gubernationem plene reſignauit, obiit tandem anno 1304.

57. Henricus Secundus huius nominis, eligitur eodem tempore & die, quo Fridericus comes à Zollern, diſcordi ſcilicet electione. Cum autem ei potentiori ceſſiſſet Fridericus, confirmatus & conſecratus eſt ab Archiepiſcopo Moguntino Gerhardo ab Eppenſtein, anno Chriſti 1294. Dominica *Lætare*. Præfuit vtiliſſime annis vndecim. Conſtruxit intra muros Conſtancienſis vrbis templum D. Laurentio ſacrum, obiit anno Domini 1306.

58. Eberhardus tertius huius nominis, aliis Gerhardus: Ex Auenione Galliæ natus, vir in ſacris ac prophanis eximiè doctus, præfuit 12. annis, obiit anno Domini 1318.

B 59. Rudolphus tertius huius nominis, comes à Monte forti, vir inſigni ſapiẽtia prudentiaq́; præditus: eligitur vnanimibus totius Canonicorum ſenatus ſententiis, an. Do. 1318. Præfuit ſedi Conſtantinæ laudabiliter & vtiliter annis quatuordecim, egregiè eam & augens & illuſtrans. Poſtulatus eſt etiam ad Churenſis Epiſcopatus gubernationẽ, an. 1313. quam prudentiſſimè etiam adminiſtrauit. Obiit anno Chriſti 1335.

60. Nicolaus Magiſter Curiæ cognominatus, eligitur per Schiſma, & tamen à maiori parte ſenatus Canonicorum: confirmatur a Rom. Pont. Ioãne XXII. Contra hunc eligebatur à quibuſdam Canonicis comes Albertus de Hobẽberg, patre Rodolpho furioſo homine natus. Hi duo bello etiã de poſſeſſione Epiſcopatus certarũt, ſed vicit Nicolaus auxiliis Friderici Auſtrij contra Imp. Ludouicũ electi. Præfuit Epiſcopatui annis 11. laudabiliter, vbi in ſumma Annonæ difficultate, liberaliſſimus erat, ſingulis diebus trium milliũ pauperis turbæ hominum alumnus. Obiit an. Chr. 1344. in die S. Iacobi.

61. Vdalricus III. Pfefferhart dictus, Cathedralis Eccleſiæ
C prius Decanus, ſubrogatur concordibus totius Capituli ſuffragiis, anno Dom. 1344. Præfuit ſeptem annis prudentiſſimè ac vtiliſſime: erat mitis ac ſimplex homo, ſed bonus ac circumſpectus Oeconomus. Obiit an. Dom. 1351. 6. Nouemb.

62. Ioannes III. cognomento Vvindlock, eximiè doctus & ſapientiſſimus vir, Cancellarius Auſtriæ ducis Alberti Claudi, cuius precibus obtinuit confirmationem ab Innocentio VI. Præfuit annis 5.

63. Vdalricus IV. eligitur à toto Capitulo in Epiſcopum, qui propter inſignes animi virtutes digniſſimus fuiſſet tali munere: ſed quia Pontificiam confirmationem impetrare non potuit (occuparat enim animos Pontificis & Cardinalium alius quidam, Henricus videlicet à Brandis) pacis & tranquillitatis conſeruandæ ſtudio, volens ab Epiſcopatu ceſſit. Hic aliqui etiam Leopoldum quendam Canonicum Bambergenſem, Epiſcopatui a Carolo IV. intruſum eſſe ſcribunt, qui tamen decem ſaltem præfuerit menſibus. Sed Catalogi Conſtancienſes illius non meminerunt.

D 64. Henricus III. Abbas Einſidlenſis, conſequutus eſt poſſeſſionem & clauum Epiſcopatus Conſtancienſis largitionibus. Corruperat enim Cardinales quoſdam Romæ, qui ei confirmationem apud Innocentium VI. facilè impetrarant, ann. Dom. 1356. 25. Maij. Præfuit Henricus 26. annis cùm vrbi inuiſus, quia ſummè ei moleſtus & iniurius: tum Canonicis etiam non admodum gratus, obiit an. Dom. 1383.

64. Mangoldus à Brandis eligitur ex Abbate Diuitis Augiæ in Epiſcopum Conſtancienſem, 27. Ianu. an. Dom. 1384. à nouem Canonicis: reliquis Domino Nicolao a Ryſemburg ſuffragantibus: confirmatur ab Adolpho Archiepiſcopo Moguntino. Nicolaus verò a Pontifice Vrbano confirmationem conſequutus. Conſtantiam ingreſſus, ibi ſedem ſuam habere cœpit. Mangoldus conſcripto ſuis exercitu tumultuatur. Verum moritur ſubitanea morte apud forum Tiberij ſiue Cæſaris ſolium in Ergouia, cum iam iam equum vellet inſcendere: & Schiſma illud durauit annum & dies 24. Sunt qui eum veneno affirment è medio ſublatum eſſe.

66. Nicolaus Secundus eligitur, vt ſupra dictum, anno Chriſti 1384. Præfuit 4. an. quiete & ſolus, ſublato iam Mangoldo Epiſcopo: Reſignauit Epiſcopatum quarta Maij, anno Chriſtianæ ſalutis 1388. ſpe amplioris dignitatis: qua ſpe cum fruſtraretur, rediit Conſtanciam, vbi præpoſituræ dignitatem iterum conſequutus eſt. E

67. Burcardus Bato Heuvvẽſis, & præpoſitus ſummi Collegij Conſtancienſis ſucceſſit concordi canonicorũ electione Nicolao: præfuit an. decẽ: Profectus eſt ipſe Romã pro confirmatione ad Vrbanum Pont. Ædificauit egregium ſacellum in honorẽ D. Virginis in ambitu Cathedralis Eccleſiæ, vbi & ſepulturam ſibi ipſi conſtituit & elegit, obiit poſtea an. 1398.

68. Fridericus II. comes à Nellenburg, eligitur ab vniuerſo capitulo an. Dom. 1398. in die S. Galli: moxque in præſentia parentis comitis Conradi a Nellenburg, inſigni pompa conſecratur; cum audiret autem Epiſcopatum eſſe exhauſtũ & ære alieno grauatum, reſignauit cum decimo die.

69. Marquardus ſucceſſit legitime electus & conſecratus; præfuit decem an. Deceſſit ex hac vita, an. 1408.

70. Albertus Blaurerus præpoſitus ſummi templi, deſignatur Epiſcopus propter inſignem prudentiam ſuam, an. 1408. Anno vero 1411. totius canonicorum ſenatus conſenſu reſignauit Epiſcopatum Othoni ſequenti, reſeruata ſibi tamen per omnem vitam annua & mediocri penſione. F

71. Otho III. Marchio de Hochberg & Rottelin, accepit baculum paſtoralem à reſignante Alberto Blaurero, conſenſu totius cleri Conſtancienſis, an. Do. 1411. Præfuit 23. an. Erat enim a prudentia & doctrina præditus: Extant eius ſcripta de laudibus D. Virginis, & filij Dei ex hac intemerata Virgine nati, in Bibliotheca Diuitis Augiæ Sub hoc Epiſcopo cõgregata eſt Synodus illa magna Conſtancienſis ab Imp. Sigiſmundo, cuius acta nõn eſt huius loci recitare. Ingraueſcente ſenio in Epilepſiam incidit, ac mox vltrò reſignauit Epiſcopatũ cõſenſu totius cleri, Friderico illuſtri comiti de Zollern, Canonico Conſtancienſi & Argentinenſi, retenta ſibi exigua penſione. Abſoluit periodum vitæ 15. Nouemb. An. 1433.

72. Fridericus III. comes a Zollern, canonicus Argentoratenſis. Per liberã reſignationem Epiſcopi Othonis. Erat egregius iuuenis ſummæ modeſtiæ & humanitatis erga omnes, tum ſummos tum infimos, laude inſignis, & idcirco omnibus etiam ſuis lõgè chariſſimus. Præfuit 3. annis, nec integris ta-
men. Euocatus eſt ex hac mortali vita, an. Chr. 1436. vltima G
Iulij. Anno præcedente mortem ſuam, congregauit Synodum ex vniuerſo clero ſuo Conſtanciæ, ei interfuerunt Abbates 26. Præpoſiti ſex, Canonici 40. ducenti & ſexaginta Sacerdotes, non ſupputato clero, qui intra mœnia vrbis habitaret. In hac Synodo cenſa & numerata ſunt per vniuerſam Diœceſin Conſtancienſem, trecenta & quinquaginta vtriuſque ſexus Monaſteria: mille, ſeptingentæ & ſexaginta Parochiales Eccleſiæ: Sacerdotum verò capita ſupra ſeptendecim millia.

73. Henricus IV. Bato Heuvvenſis, Præpoſitus Conſtancienſis, & Decanus Argentinenſis, eligitur ab vniuerſo clero in Epiſcopum an. Dom. 1436. quarta Auguſti. Confirmatur eiuſdem menſis octaua die, ab Eugenio quarto, P.M. Baſileæ rem exiſtente. Ingreſſus eſt Conſtanciam quingentis equis in vigilia Natalis Dominici, vt auſpicaretur gubernationem. Præfuit annis 36. Tenuit per reſignationem Conradi à Rechberg Churenſis Epiſcopi, eiuſdem etiam Epiſcopatus adminiſtrationem, 10. annis. Obiit anno 1472.

74. Burcardus II. vir humilis, ſolitudinis & tranquilli- H
tatis ſtudioſiſſimus, optimus Oeconomus: eligitur ann. 1472. Præfuit tribus annis, & aliquot menſibus, ſapienter & vtiliter, obiit anno Dom. 1475.

75. Hermannus præficitur Cathedra Conſtancienſi, antea Decanus Summi templi: vir mitè religioſus, humanus, mitis, munificus in pauperes. Eligitur an. Dom. 1475. erat ſenio confectus, & valetudine omnium afflicta, idcirco adſumpſit è canonicorum collegio quendam ſibi coadiutorem, Ludouicum nobilem à Fribergk, doctorem, virum prudentem ac valdè verſutum: is clandeſtinis machinationibus contra Epiſcopum Hermannum & totum canonicorum collegium Romæ confirmationem à ſummo Pontifice Xiſto IV. impetrauit. Quod poſt ipſius mortem Epiſcopatus poſſeſſionem facilius ſe hoc pacto retinere poſſe arbitraretur. Præfuit non integris 2. annis, obiit anno 1477.

76. Ludouicus nobilis à Freibergk, Doctor legũ, vir eruditus, callidus, & multarũ rerum experientia clarus: Canonicus Conſtãcienſis, fretus confirmatione quam aſtutè obtinuerat, iam ſe Epiſcopum arbitrabatur, non interueniente vlteriori electione. At Canonicorũ ſenatus contẽpto Ludouico alium eligebat, *Othonem* videlicet comitem Solmontanũ, qui Con-

ſtancię ſedē plena ibi gubernādi Epiſcopatus poteſtate poi-
A tus eſt. *Ludou.* nec ipſe cedere volens, in Radolphi cella ſedē ſibi elegit, & ibi ſuum etiam ſenatum, ſuum conſiſtorium habuit, ac Romam profectus lite cum altero contendere cœpit. Cum autē hæc in longum vt ſit, protraheretur, incidit Ludouicus in periculoſum morbum, quo conſumptus Romæ emigrauit, & Epiſcopali pompa honorificè ſepultus eſt, an. Dom. 1484. quo cœpit Otho quiete poſſidere Epiſcopatum. Igitur

77. Otho Conſtancienſi ſedit præfuit, durante Schiſmate, 7. annis: finito Schiſmate 8. annis, obiit Conſtanciæ ann. Chriſt. 1491.

78. Thomas Perlouerus vtriuſque Iuris Doctor, vt eximie eloquēs, prudētia vero virtute ac rerū vſu lōgè maximus: Friderici III. Imp. Orator ac Cōſiliarius intimus, & qui Maximilianū Friderici filiū, ita in latinis literis inſtituit, vt ille cū omnibus legatis latinè loqui poſſet expeditè: Primū præpoſitus ſummi Collegij Cōſtancienſis deſignatus, ita ſeſe in hoc munere geſſit, vt poſtea mortuo Epiſcopo Othone, 22. Martij, an.
B 1491. in Epiſcopū eligeretur, vbi prudentiſſimè & vtiliſſimè quinq; annis præfuit. Obiit an. Dom. 1496. viceſima Aprilis.

79. Hugo nobilis heros à Landenbergæ, Decanus ſummi Collegij, vir ita proceræ ſtaturæ, vt nullus eſſet princeps eo tēpore in Germania, qui heroica ſtatura corporis illi cōferri potuiſſet: Erat autē & prudens, humanus, ac omniū eruditione aliqua præſtantium hominum amantiſſimus, etſi ipſe non admodum doctus. Is eligitur concordibus ſuffragiis an. Dom. 1496. Præfuit ſapienter ac feliciſſimè triginta tribus annis. Sub hoc Epiſcopo Comitia habita ſunt Conſtantiæ à Diuo Maximiliano Imp. an. Chr. 1507. quibus omnes Imperij ſtatus interfuerunt, quæ Comitia durarunt per integrum annum: Anno Dom. 1527. ſeceſſit cum vniuerſo ſuo clero, propter mutatam Conſtantiæ religionem, Vberlingam, vbi honorificè à Senatu populóque exceptus, difficultate ſuorum temporum territus, Epiſcopatum ſenatui Canonicorum an. Dom. 1528. liberè reſignat, & ſibi quietem quærens, vna cum toto Capitulo Balthaſarem ſucceſſorem ſibi conſtituit.

C 80. Balthaſar Merckelius igitur tenuis fortunæ parentibus, at honeſtis & piis natus, homo ambitioſus, atque in ſtudiis literarum diligenter verſatus, & Doctor legum. Qui Diuo Maximiliano Imperatori in magnis Conſtancienſibus Comitiis anno Chriſtianæ ſalutis 1507. innotuerat ac in intimum Conſiliarium ab eo fuerat adſcitus. Maximiliano vero Imp. rebus humanis exēpto, & D. Carolo V. in ipſius locum ſubrogato etiam adhæſit, eúmq; in Hiſpanis ſequutus eſt, cuius ibi Vicecancellarius etiam deſignatus, totius Imperij negocia ſubinit, & cum laude promouit, expediuit, & adminiſtrauit. Tandem electus in Epiſcopum Conſtancienſem & Hildeſianum, Vberlingā venit, & honorificè excipitur. Reſignante ſuā dignitatem Conſtācienſem Hugone, præfuit 15. mēſibus, & in arduis Imp. Maieſt. negotiis in inferiorē Germaniā deſcenſurus, cum Treueri pernoctaſſet, & mane equum conſcendere vellet, ſubitanea morte deceſſit; in ipſo feſto S. Pētecoſtes, an. 1531. Quo audito, Canonici vnanimi conſenſu Hugonem à Landenberg ad Epiſcopatus gubernationem ſeuocarunt. Qui
D iterum ſapientiſſimè præfuit menſibus vndecim. Poſteà deceſſit plenus dierum. 7. Ianu. anni à nato Chriſto 1532.

81. Ioannes Quintus, comes à Lupffen, ſucceſſit tertia Februarij, vocatus & electus. Præfuit igitur ſex annis, & cum videret eam gubernationem habere plurimum laborum, curarum & ſolicitudinum: emolumenti vero minimum, reſignauit eam Canonicorum Collegio an. Dom. 1537.

82. Ioannes Sextus, ex Iuliæ ducatu natus, doctrina, prudentia, multarum rerum vſu, & plurimarum linguarum cognitione inſignis, & idcirco D. Carolo V. Imp. eiuſq; fratri D. Ferdinando in primis charus. Deſignatus primum à Rom. Pont. Archiepiſcopus Lūdenſis in regno Daniæ, vbi à Chriſtierno rege D. Caroli V. ſororio in tāto pretio habitus eſt, vt ille ei vnicum filium traderet erudiendum. Poſtea rege Chriſtierno miſere in regno ſuo ſæuiēte, ſubduxit ſe ex Dania, in inferiorē Germaniam cōcedens, vbi Imp. Carolo V. fuit à legationibus & conſiliis. Miſſus autem an. Dom. 1538. à D. Carolo ad fratrem Ferdinandum: in eo ipſo itinere ad gubernationem Epiſcopatus Conſtācienſis, Regis Ferdinandi conſiliis & auxiliis peruenit: conſecratus eſt Ratisbonæ in Comitiis an. 1541. Incorporauit Epiſcopatui Diuitis Augiæ cœnobium Benedictinum, & præpoſituram Oeningenſem ad lacum Venetū ſitam. Interfuit plurimis Comitiis, præcipuè vero illis quæ D. Carol. V. Rom. Im. Auguſtæ Vindelicorum, habuit an. Dom.
1547. & 1548. poſt bellum Germanicum, in quibus ſubitanea morte ex hac lacrymarum valle deceſſit, Menſe Maio. E

83. Chriſtophorus Metzlerus, Doctor legum, Canonicus Churenſis & Conſtancienſis, eligitur vnanimi conſenſu in ipſa die Viſitationis Marianæ, An. Chriſti 1548. in Epiſcopum Conſtancienſem. Præerat adhuc anno Domini 1549.

84. Marcus Siricus comes de Altemps Cardinalis.

85. Andreas Auſtriacus, Epiſcopus etiā Brixinenſis, & Cardinalis, moritur Romæ 1600. filius Ferdinandi Archiducis.

86. Ioannes Georgius obiit. 1603.

87. Iacobus Fuggerus adhuc anno 1625. præſidet.

EPISCOPI ARGENTINENSES.

Argentina vel Argentoratum potentiſſima Germaniæ ciuitas, ad Rhenum ſita, conuerſa eſt ad Chriſtum imperante Nerone & concionāte adhuc Romæ D. Petro Apoſtolo, à S. Materno Petri Apoſtoli diſcipulo, eiúſq; ſociis Valerio ac Euchario, intrepida voce, & virtute omnipotentis verbi, multa ſigna faciētibus per totā Alſatiam. At non perſtitit Argētina
diu in vero Chriſtianiſmo, nam cum circa annum Dom. 350. F
Arrius latiſſimè ſpargeret ſuos errores, etiam his ipſis Argētina grauiſſimè infecta fuit, quemadmodū aliæ etiam vrbes ad Rhenum ſitæ. Tādem tamen ab his erroribus in viam veritatis reducta ab Epiſcopis Eccleſiæ Metenſis. Templū verò primum poſtea an. Chr. 508. conditum eſt, à rege Galliarum Clodouæo, qui primus inter reges Galliæ Chriſtū agnoſcere cœpit, & à S. Remigio Epiſcopo baptizatus eſt. Epiſcopatus vero Argentinenſis fundatus eſt à Galliarū Rege Dagoberto: qui & Spirenſem, Vvormacienſem ac Moguntinum Epiſcopatus ab Attila miſerè vaſtatos, & ab Arrianis infectos, repurgari fecit, ac ampliſſimis donationibus locupletauit.

1. Primus autem in ordine Epiſcoporum hic numeratur S. Amandus in Aquitania, Vltraiectinæ Eccleſiæ Epiſcopus, euocatus ex Vltraiecto, Argētinenſi Epiſcopatui præficitur à Rege Galliarum Dagoberto, cuius filium Sigibertū in caſtro Eylemburg, baptizauit. Et miraculis clarus, concionatus eſt
Chriſtū. Verum cū populus contra veritatis verbū crudeliter G
etiam tumultuaretur, ceſſit Amandus iſti furori, & reſignato Epiſcopatu an. Chr. 640. Monaſteriū à ſe & Dagoberto fundatum ingreſſus eſt: vbi poſt aliquot annos febribus correptus, ex hac vita mortali ad immortalem fœliciter emigrauit.

2. S. Arbogaſtus Aquitanus, etſi ſint qui ex Hibernia ortum affirment: is Peregrinus & Heremita venit in Alſatiam, ibiq; in ſacro nemore eo penè loco, vbi nūc Haganoa ſita eſt, oratorium ſibi cōſtruens, Deo ieiuniis ac precibus diligēter ſeruiuit: non otioſus tamen prorſus, nam & prodibat, & accolas de vera Dei cognitione, de vero timore Dei, & vera per filiū Ieſum Chriſtum redemptione, reprehenſis Idololatricis cultibus, ac phanaticis opinionibus confutatis, diligentiſſimè erudiebat, & doctrinam confirmauit etiam miraculis, nam & immundos ſpiritus ciiciebat, & ægrotos ſanabat, & mortuos reſuſcitabat: perturbatas verò conſcientias verbo Dei erigebat. Vtebatur illo familiariter Rex Dagobertus eúmque S.
Amandi ſucceſſorem conſtituit, an. Chr. 646. addito mandato, H
vt Argentinenſes audirent hunc Doctorem, & eius voci tanquam diuinæ legi obtemperarent. Præfuit autem docendo & concionando an. 12. Suſcitauit orationibus ſuis à mortuis Sigebertum, Dagoberti Regis ex Mechtilde Saxonum Duciſſa filium, qui in venatione prope Ebersheimmunſter ab apro percuſſus poſtero die obierat. Deceſſit ex hac vita, ann. 658.

3. Rodtharius ducali origine & ſtēmate natus, à Rege Galliarū Childerico, Epiſcopus Argētinenſis cōſtituitur, ex regiæ Curiæ magiſtro, ac ſtrenuo equeſtris ordinis viro, iuxta verſ.

Ex gladio baculum dux fert Rotharius iſtum.

Præfuit is Epiſcopatui quinque tantum annis. Obiit an. Do. 663. Sunt qui alio ordine recitent ſucceſſionem Epiſcoporum Argentinenſium, ſed falli & toto cælo errare eos, & certiſſimum eſt, & vetuſtis diplomatibus etiam demonſtrari poteſt.

4. S. Florentius Scotus, ſanctorum Arbogaſti, à Deo dati & Hildolphi amicus, peregrinationum comes, & exilij & Heremiticæ vitæ ſocius: oratorium ſibi initio condidit ad Haſelum fluuiolum non procul à Bruſchio percelebri Alſatiæ amne, in denſiſſimis nemoribus.

In his latebris dabat operā ſāctus Dei vir ſtudiis Agriculturę diligēter interim Deo precibus & orationibus inſtās pro tota Eccleſia. Is ipſe Rathildim Dagoberti regis filiā cęcā ac mutā à natiuitate, ſuis ad Deum in nomine Chriſti fuſis precibus videre,

A [illegible] fecit. Ipſo loco, vbi S. Florentius oratorium [illegible] habuerat, magnificum conſtruxit S. Florentio, [illegible] pulis cœnubium Haſelachium dictum, à nomine præterfluentis riui, in quo docebat, ac legendo orandoque Deo tandem poſt Epiſcopi Rutharij mortem, Epiſcopus Argentinenſis Eccleſiæ, vnanimi totius & cleri & populi conſenſu electus fuit, anno Chriſti 663. Præfuit piè & laudabiliter annis duodecim ac obdormiuit anno 675.

5. Anſoaldus ſucceſſit S. Florentio, electus à rege Galliarum Childerico: præfuit 5. annis. Obiit an. Chriſti 680.

6. S. Iuſtus, eximie doctus & ſapientiſſimus Epiſcopus, eligitur an. Chriſti 680. Præfuit vix plenè duobus annis, piè ac ſapienter. Scripſit commentarium in Cantica Canticorū, qui in Trutenhuſio Monaſterio Canonicorum Regularium extat manu authoris ſcriptus. Deceſſit ex hac vita an. Chriſti 681.

7. S. Maximus præfuit concionando ac docendo ſex annis, vir ſumma vitæ innocentia & ſanctimonia præditus. Mortuus eſt anno Chriſti 686.

8. S. Valentinus, vir ſanctiſſimæ conuerſationis eligitur, defuncto Maximo: præfuit tribus annis. Obiit anno Chri-
B ſti 689.

9. S. Solarius venerandus & religioſiſſimus ſenex, S. Valentino ſubrogatus, præfuit tribus ferè annis, emigrauit anno Domini 692.

10. Biulphus aliis *Giulphus* præfuit annis 8. Abſoluit naturæ debitū, an. Dom. 700. Numeri tamen propter vetuſtatem corrupti, alibi aliter inueniūtur: Succeſſio autem hæc certior eſt.

11. Magnus præfuit annis ſex: obiit anno 706. inuenitur nihil de eo aliud, quam ex nobiliſſima eum proſapia natum fuiſſe. Hoc tamen certum eſt, nullum vnquam alium aſſumptum eſſe in Canonicorum Argentinenſium collegium, quam vel ex Principibus, vel Comitibus, vel Baronibus natum, quique ſedecim proauis ac atauis allegatis, honeſtum & legitimum, vel Principem, vel Comitem, vel Baronem ſe natum conteſtari poſſet. Vnde Argentina omnium Germaniæ Epiſcopatuum dicitur nobiliſſima. Adiiciam verò hic vulgare illud & vſitatum vulgo dicterium, de Platea (vt vocant)

C

Inter Sedes Epiſcopales ad Rhenum ſitas, dicitur:
- Curia ſumma: quia ad caput & fontes Rheni ſita.
- Conſtantia, Ampliſſima: dicitur enim habere ſub Diœceſi ſua, ſupra mille & octingentas Parochias, & 400. Monaſteria.
- Baſilea, Amœniſſima.
- Argentina, Nobiliſſima.
- Spira, Religioſiſſima.
- Wurmatia, Pauperrima.
- Moguntia, Venerabiliſſima, hoc eſt, dignitate & autoritate cæteras maximè antecellens: ſola enim illa poſt ſedem Romanam, *Sancta cathedra Moguntina* dici ſolet, ex dono Pontificis Gregorij tertij.
- Treueris, Vetuſtiſſima.
- Colonia, Opulentiſſima.

12. Aldus ſucceſſit antiſtiti Magno, præfuit nouem penè annis, legitur deceſſiſſe ex hac mortali vita, ad immortalem, anno ſalutis 714.

13. Gaorinus aliis *Barsinus* eligitur, Aldu mortuo: præ-
D fuit annis ſeptem. Obiit anno Dom. 721.

14. Landebertus conſtituitur Epiſc. Argentinenſis, anno Domini 721. præfuit annis ſex. Emigrauit ex hac mortali vita anno Dom. 26. Sub hoc plurima Monaſteria fondata ſunt.

Rodobaldus præfuit tribus annis Epiſcupatui & Eccleſiæ Argentinenſi, euocatur ex hac vita, anno Dom. 730.

16. Magnebertus præfuit quinque annis, & obiit anno Domini 735.

17. Vbtolus aliis *Laybolus*, præfuit ſeptem annis, obiit an. ſalutis 741. quo an. natus eſt Carolus Magnus Galliarum rex.

18. Gundualdus præfuit annis quatuor, obiit anno 749. Dicitur ab aliquibus *Sunderboldus*.

19. Gaudo vel *Gando* vir eximiè doctus & ſapiens, ſucceſſit Gundoaldo, præfuit annis 2. Obiit ann. redempti orbis 748.

20. Vtho vel *Otho* præfuit annis ſex. Obiit ann. Dom. 756.

21. VViggerus præfuit poſt *Vthonem* annis quinque. Obiit anno 761. Conſtruxit Monaſterium ad Rhenum, Monachorum Cellam appellatum.

22. Vvandelfridus ſucceſſit Epiſcopi Vviggeri, præfuit 4. annis, emigrauit ex hac vita, anno ſalutiferi partus 765.

23. Otho vel *Etho* ab aliquibus appellatus, quem aliqui Habſpurgiam comitem fuiſſe, alij verò (qui magis veriſimilia E
ſcribunt) ex Ethichonis Alſatiæ Ducis genere, natum affirmant. Ex Monacho & Abbate vocatus eſt tandem ad Argentinenſis Epiſcopatus gubernationem à rege Galliarū Pipino. Vbi 8. annis benè & prudenter præfuit. Obiit anno Do. 773.

24. Aulidulphus ſucceſſit Othoni, temporibus Caroli Magni nondum Imperatoris: præfuit laudabiliter decem annis, deceſſit an. Chriſti 783.

25. Remigius alibi tamen *Benignus* appellatus: Abbas primū per veteris monaſterij in Valle-Georgiana apud Alſatas ſiti, eligitur etiam in Epiſcopum Argentinenſem concordibus totius & cleri & populi vocibus: præfuit laudabiliter an. 20. peregrinatus eſt pedes Romam, vbi ab Adriano Pont. honorificè exceptus multiſq; ac ſanctorum reliquiis donatus, eas omnes humeris ſuis è Roma Eſchouium vſque in monaſterium recens à ſe conditum deportauit, Obiit anno Dom. 803.

26. Ratho euocatus a Carolo Mag. Imp. ex Abbatia vallis Georgianæ, ad gubernationem Epiſcopatus Argentinenſis, ſumma cum laude ibi præfuit an. 8. Obiit an. Dom. 812.

27. Vtho Argentinenſis, à quo platea (in qua parentes eius F
habitarunt Argentinæ) hodie adhuc Vthonis platea appellari ſolet: & generis & ingenij animique virtute ac nobilitate clariſſimus, aſſumitur & eligitur in Epiſcopum Argentinenſem à toto clero & populo, anno Domini 812. confirmatur à Carolo Magno: præfuit an. nouem piè, vtiliter & cum ſumma laude. Interfuit Aquiſgranenſi Concilio, quod congregauit ex omnibus Germaniæ Epiſcopis Ludouicus Pius, reformandæ Eccleſiæ ergo, mox poſt ſuam coronationem. Deceſſit ex hac lachrymarum valle, Anno Chriſtianæ ſalutis 821.

28. Eslenhardus alibi *Vrlenhardus* ſucceſſit Vthoni, præfuit piè & laudabiliter annis ſeptem. Deceſſit an. Dom. 828.

29. Adelochus eligitur mortuo Eelenhardo totius Capituli conſenſu: præfuit piè & vti bonum Epiſcopum decet, annis duodecim. Scotorum Cœnobium ad S. Thomam mutauis in Canonicorum Collegium. Obiit anno 840.

30. Bernoldus eligitur & conſtituitur Epiſcopus Argentinenſis, an. Chriſti 840. fidelis doctor & informator ſuæ plebis, vir & vitæ ſanctimonia, & eruditione inſigni præ- G
ſtans. Præfuit prudentiſſimè an. 17. Emigrauit ex huius vitæ carcere an. Domini 857.

31. Ratholdus ſucceſſit, præfuit fideliter & piè, ac plurimum etiam profuit Epiſcupatui an. octodecim. Imperante Ludouico II. Valedixit mortalium vitæ an. Chriſti 875.

32. Grimoldus aliis *Brunoldus*. eligitur vnanimi conſenſu totius cùm cleri tum populi, an. 875. Præfuit 10. octo. Deceſſit an. redempti orbis 883.

33. Regenhardus ſucceſſit Grimoldo, electus à toto clero, præfuit Epiſcupatui annis duodecim, quem diligenti ſua adminiſtratione plurimum ditauit. Migrauit ex hoc ſæculo, anno Chriſti 895. 10. Maij.

34. Baldramus gente & natione Bauarus, ſeu è Norico natus, eligitur an. Domini 805. Præfuit prudenter & vtiliter duodecim annis: fuit pius ac religioſiſſimus præſul. Obiit an. Domini 906. duodecima Aprilis.

35. Odubertus eligitur an. Domini 906. fideliter præfuit annis ſeptem: Huic cum plurimum moleſta eſſet Reſpublica Argentinenſis, ſeceſſit Epiſcopus ex vrbe in fortiſſimum quoddam caſtrum Rotenborg: ſed furens plebs ſubornauit H
in pium ac laudabilem Epiſcopum ſuum ſicarios quoſdam, qui clam in arcem irruentes, Epiſcopum trucidarunt 30. Auguſt. anno Domini 913. Eodem anno etiam Bernhardus Spirenſis antiſtes à ſeditioſis duobus Comitibus, Bernhardo & Conrado, oculis primum & viſu priuatur, poſtea crudeliter interficitur.

36. Godefridus Caroli Craſſi è ſorore nepos, legitimè electus ſucceſſit Odoberto: præfuit duobus tantum menſibus, & decima Nouembrium eiuſdem anni, quo interfectus eſt Odobertus, deceſſit etiam ipſe.

37. Richuinus dux Lotharingiæ, ſacrarum ſcripturarum inſignis Magiſter, princeps pius ac religioſiſſimus, eligitur anno Chriſti 913. præfuit laudabiliter quindecim annis, in quibus Canonicorum collegium S. Thomæ egregiè dotauit & illuſtrauit. Obiit 31. Auguſti, an. Domini 928.

38. Ruthardus natione Sueuus, præfuit annis vndecim, diligentiſſimè & vtiliſsimè. Depoſitus & exauthoratur ab Imper. Othone Magno, propterea quod cōtra ipsū adhæſiſſet quibuſdam principib. Ductus verò in Saxoniam, Corbeienſi

Cœnobio iocluditur, vbi annis vndecim detentus, ac tan- A dem vimilius, cum Argentinam rediret, obiit illic an.95

39. Vro Comes Francicus, Vtonis cuiuſdam filius. eligitur anno Chriſti 950. præfuit laudabiliter annis quindecim. Præſul eruditus & omnis generis librorum ſtudioſiſſimus collector ac peruestigator, quorum magna adhuc pars in Bibliotheca Argentinenſi aſſeruatur. Obiit an. 965.

40. Eckenbaldus vel Erekenbaldus, *Aldericus* cognominatus, humilibus, at piis & optimis parentibus natus: ſucceſſit Vthoni legitime vocatus & electus, præfuit trib. annis etſi ſint qui eum diutius præfuiſſe arbitrentur. Fuit eximiè doctus Epiſcopus, ſacrarum litterarum Magiſter: & mediocris verificator. Scripſit carmine vitas quorundam anteceſſorum ſuorum.

41. Baldus Pius & admodum religioſus, ſucceſſit Erckenboldo, ſed quo an. ignoratur. Deceſſit autem ex mortali hoc ſæculo, an. 979.

42. Wilderolfus aliquibus *Vilderoldus* dictus, præfuit an. 27. Etſi ſint, qui duobus tantum præfuiſſe ſcribans. Deuocatus eſt à muribus, arcano Dei iudicio, anno 997. duodecima Iulij.

B 43. Aldouicus vel *Alevvicus* eximiè doctus ac prudentiſſimus, Diuitis Augiæ monachus, eiuſdemque loci ab Othone III. conſtitutus etiam Abbas, & in Epiſcopatus Argentinenſis faſtigium collocatus eſt, vbi præfuit piè & prudenter 8. annis. Obiit an. 1006.

44. VVernhatius eligitur an. Domini 1007. præfuit laudabiliter ac vtiliſſimè vno & viginti annis, egregiè amplians ac illuſtrans Epiſcopatum Argentinenſem. Is ipſe VVernhatius, ſeprimo ſuæ gubernationis anno, videlicet an. 1015. D. Virginis Cathedralem Baſilicã Argentinenſem, è lignis olim & coctis exiguique valoris lapidibus, a rege Galliarũ Clodoueo Neophyto conſtructã, demoliri cœpit, & ex fundamentis renouari ac longè ampliorem & quadrato lapide, magnificentiorem & fortiorem quam antea, fieri curauit. Auxit Bibliothecam multis bonis libris. An. Dom. 1019. ingenti prælio vicit Borgundiones, Argentinenſem Epiſcopatum iniuſte deprædãtes. Obiit poſtea an. Domini 1028. Viceſima octaua Octobrium.

45. VVilhelmus eligitur ab vniuerſo clero Argentinenſi Præfuit laudabiliter an. 19. quibus S. Thomæ collegiatam C Eccleſiam incendio collapſam, & pleraſque etiam alias, obiit anno 1047. renouanit.

46. Heczelo vel *Heczelinus*, eligitur anno ſalutis 1047. præfuit fideliter & vtiliſsimè annis octodecim. Is Canonicorum S. Petri Collegio nouo, ſex adhuc Canonicatus adiecit. Obiit an. Domini 1065.

47. VVernharius II. comes Habſpurgenſis Gebizouis filius, natus anno Domini 1025. eligitur an. Domini 1065. præfuit 14. an. Obiit an. gratiæ 1078. De huius morte variæ ſunt ſententiæ.

48. Theobaldus ſucceſsit VVernhero, præfuit 5. an. & aliquot menſibus. Obiit an. Dominicæ incarnationis 1084.

49. Ottho conſtituitor Argentinenſis Epiſc. ab Imp. Henrico IV. profectus eſt cum Dom. Godefrido de Biliooe, Lotharingiæ duce, aliiſque multis Germaniæ Epiſc. & principib. ad terram ſanctam recuperandam, & S. Vrbem Hieroſolymam è manibus ac poteſtate Saracenorum liberandam, quod fœliciter factum eſt an. Chriſti 1099. quo Godefridus iſte rex Hieroſolymitanus deſignatus eſt: etſi aurea corona ſe coronari non ſit paſſus, quod Chriſtus Dei filius coronam ſpineam ibi pro peccatis mundi geſtaſſet. Obiit an. Chriſti D 1100. cùm præfuiſſet an. ſedecim cum ſumma laude.

50. Baldouinus ſucceſsit Othoni Epiſcopo, præfuit vix duobus integris menſibus, & ex hac vita mortali euocatur eodem quo electus eſt anno.

51. Chuno eligitur anno Chriſtianæ ſalutis 1101. ab Imperatore Henrico IV. præfuit viginti duobus annis, legitur primis ſuæ gubernationis annis, vnà cum quibuſdam nobilibus viris fundaſſe & conſtruxiſſe Monaſterium Boumgarten. Obiit an. Dominicæ incarnationis 1123.

52. Bruno vir ſanctiſsimæ conuerſationis, eligitur à toto Canonicorũ Argentinenſium ſenatu, an. incarnationis 1123. Eiectus eſt paucis annis elapſis ex Epiſcopatu, ab Imp. Lothario Saxone, cui ſummè inuiſus erat: etſi talis odij ratio nuſquã redderur. Reconciliatus tamen Imp. intercedentib. Imperatricis precib. priſtinæ dignitati reſtituitur. Virum, & ſanctum & pium fuiſſe vno ore confitentur, & affirmant omnes.

53. Gebehardus præfuit Epiſcopatui prudenter, ſed quot annis ignoratur: Pugnauit bis feliciſsime contra Sueuiæ ducem Fridericum, Emigrauit tandem anno Domini 1141.

54. Burchardus eligitur concordibus totius cleri ſententiis anno gratiæ 1141. præfuit bene & vtiliter 20. an. liberaliſſimè donauit & auxit Xenodochium Argentinenſe. Sub E eo conflagrauit, & iterum inſtauratum eſt templum S. Thomæ. Obiit an. Dominicæ incarnationis 1161.

55. Rudolphus conſequutus eſt Epiſcopatum, anno Domini 1165. non per legitimam electionem, ſed Simoniacis largitionibus: præfuit octodecim an. Deponitur & exauthoratur, iterum ab Alexandro Tertio Rom. Pontif. an. 1179. menſe Aprili, idque in publica Synodo factum eſt Romæ, cui 500. Epiſcopi & Abbates interfuerunt.

56. Conradus eligitur vnanimi conſenſo totius Capituli Argentinenſis, exauthorato Rudolpho, 30. Decembrium, anno Chriſti 1179. Emigrauit ex hac vita mox ſequenti an. 1180. in die S. Thomæ Apoſtoli.

57. Henricus Baro ab Haſenburg, præfuit decem an. Sub eo fundatur cœnobium Trautenbuſium ad pedem montis S. Odyliæ. Obiit an. Domini 1190. in Kalendis Aprilis.

58. Conradus II. præfuit fideliter & laudabiliter an. duodecim: obiit anno reparatæ ſalutis 1202. F

59. Henricus Comes à Veriogen, Sueuus: pius ac religioſus, pacis publicæ, & bonæ inter homines tranquillitatis author & cuſtos, promotor & conſeruator ſtudioſiſsimus. Præfuit ſapienter & vtiliſsime vno & viginti an. Deceſsit an. incarnati Verbi 1213. vndecima Martij.

60. Bertholdus princeps à Teck, Sueuus: eligitur legitimè & concorditer à toto clero Argentinẽſi, præfuit fideliter & prudentiſsimè 15. an. Erat ei pacis inter omnes homines conſeruandæ ſumma cura: diſsidiorum inter publicas & priuatas perſonas compoſitor, & diligẽtiſsimus & fœliciſsimus. Monaſteria & Canonicorum collegia, non vrbis tantum, ſed totius Epiſcopatus liberaliſsimè iuuabat, & ornabat. Obiit cũ ſumma omniũ tã ſpiritualiũ quã ſæculariũ luctu, an. C. 1230.

61. Henricus comes à Staheleck, Sueuus: eligitur anno Chriſtianæ ſalutis 1239. præfuit vno & viginti annis: fuit vir ſapiens, prudens, iuſti æquique amantiſsimus. Deceſſit autem anno Domini 1260. quarta Nonarum Martij.

62. VValterus Baro de alto Geroldiſegko cis Rhenum: eligitur vnanimi conſenſu totius cleri Argentin. vno tan- G tum aduerſante. Henrico videlicet Barone à Geroldiſſegko: Id in Vigilia Palmarum an. 1260. factum eſt: confirmatur & conſecratur ſequenti an. 1261. à VVernhero Archiepiſc. Moguntino. Ingreſſus eſt Argentinam pro veteris moris conſeruatione, ſplendida & maximè inſigni pompa, 5. die Febr. Ex hac vita emigrauit, an. 1263. paucis diebus ante Paſcha. Vide de bellis ab eo geſtis Paralipomena addita Chronicis Abbatis Vrſpergenſis Conradi à Lichtenavv.

63. Henricus Baro à Geroldiſſegko ex VVaſgouia natus: Cantor antea ſummæ Baſilicæ Argentinenſis: cui ſolo, ex vniuerſo clero contra edictum VValtheri Epiſc. de facienda receſsione, in vrbe manenti, nihil fuerat negotij cum bellicis iſtis tumultibus. Erat vir mitis, ac natura placidus, eligitur iam poſt mortem VValtheri, concordibus totius cleri populique ſuffragiis in Argentinenſis Eccleſiæ præſulem, anno Domini 1263. Obiit an. Domini 1273.

64. Conradus Baro de Liechtenberg, omni virtutum genere ornatiſsimus: eligitur an. Chriſtianæ ſal. 1273. Præfuit laudabiliter ac vtiliter an. 26. Sub eo inchoata eſt primũ à Senatu populóque Argent. inſignis illa & admirabilis Argentinẽſis Baſilicæ turris, totius Germaniæ ſpectaculum & ornamẽ- H tum eximiũ, an. Chriſtianæ ſal. 1277. ab Ervvino de Steinach ſtatuario Latomo & Architecto inſigni: abſoluta eſt an. 28.

65. Fridericus Baro Liechtembergius, Conradi Epiſcopi germanus frater, antea præpoſitus ſummi Collegij Argentinenſis, virtute, & vitæ honeſtate fratri non inferior, ac poſterior. Eligitur 15. Sept. an. Dom. 1299. etſi inuitus, & nihil tale vel ſperans vel ambiens. Erat ſacerdotum Concubinas alentium ac fouentium ſummus oſor, & grauiſsimus in eoſdem animaduerſor. Obiit an. 1306. viceſima Decembris.

66. Ioannes nobilis à Dirpheym. Heluetius, Vir eximia virtute, ſapientia & vitæ bonitate præditus: doctrina vero & in primis vtriuſq; Iuris ſcientia clariſsimus: Deſignatur primũ præpoſitus Tigurinus, & poſtea Epiſc. Eyſtetenſis ab Alberto Auſtrio, Romanorum rege, cuius diu antea fuerat Cancellarius, & intimus Conſiliarius. Præfuit Ayſtadij 2. annis. Et à Pont. Max. Clemente V. Argentinenſi Epiſcopatui præficitur, anno Dom. 1307. cum iam Argentinæ dominarentur quatuor

Epiſcopi

A Epiſcopi per diſcordiam electi. Obiit anno Domini 1328. ſexta Decembrium.

67. Bertholdus comes à Bucheck. ſapientia & morum probitate, animique erga bonos lenitate, erga ſeditioſos vero magnitudine nemini ſecundus, eligitur in Epiſc. Argentinenſem 21. Decembr. anni à nato Chriſto 1328. Fuit pacis & concordiæ per omnem vitam ſuam ſtudioſiſſimus, clero & ciuibus charus. Præfuit Epiſcopatui 25. annis optime & vtiliſſimè: condidit & erexit ſacellum D. Catharinæ, cuius feſtum in ſummis deliciis habere eſt ſolitus, quod eo die natus, & eodem ad Epiſcopatus gubernationem fuiſſet electus. Inde alium conſtituens ſimpliciotis ſepulturæ locum; in quem poſitus eſt tandem ipſo fatali ſibi die S. Catharinæ, paucis menſibus ante mortem ſuam, quæ irrepſit anno 1353. omnibus corporis viribus planè deſtitutus, Epiſcopatum reſignauit Ioanni Baroni Liechtenbergio; cuius tamen inſtinctu olim captus, & miſerè tractatus fuerat. Sub eo cœpit conſtrui à ciuibus quibuſdam Argentinenſibus Carthuſia.

68. Ioannes præpoſitus ſummæ Baſilicæ Argentinenſis, eligitur à viuente & adhuc ſuperſtite Epiſcopo Bertholdo, conſenſu totius cleri ann. Dominicæ Incarnationis 1352. in
B die S. Andreæ. Erat vir humilis, mitis, placidus, miſericors & benignus erga pauperes, nec ſuperbus, nec ambitioſus, ſimpliciſſimo habitu ac veſtitu contentus, diligens & ſeuerus religionis cultor. Præfuit vtiliſſimè 12. annis, & 15. ſeptimanis. Obiit animi mœrore conſumptus, in die S. Crucis, anno Dom. 1365. quod impunè graſſantes Anglos, Alſatiam & omnem circumiacentem regionem, miſerè videret vaſtare.

69. Ioannes comes Lutzelburgius. Imp. Caroli IV. ex Venceſlao fratre nepos, Gallus cognominatus, & comes Lyniæ. Mittitur is ex Italia à Rom. Pont. ad gubernationem Epiſcopatus Argentinenſis, cum ibi inter duos alios per diſcordiam electos, de Epiſcopatus poſſeſſione per integrum annũ diſceptarũ eſſet. Ingreſſus eſt Argentinã, & honorificè ibi eſt exceptus ab vniuerſo clero, item à Senatu populoque, 11. Iunij, an. Chriſtianæ ſal. 1366. Præfuit 5. annis, & an. Dom. 1371. Moguntinæ ſedi præficitur à Pont. Gregor. IV. & Imp. Carolo V. Præfuit ibi 2. ann. & obiit an. 1373. nõ ſine veneni ſuſpicione.

70. Lambertus nobilis à Buten, Alſata: conſtituitur & confirmatur anno Dom. 1371. Epiſcop. Argentinenſium. Fuit
C prius Monachus & Epiſc. Brixienſis, ac Spirenſis annis 9. etiã hanc cathedrã reliquit, euocatus ad Bambergenſem: cui etiã præfuit annis viginti tribus laudabiliter, ad annũ vſq; Dom. 1398. quo Bãbergenſis etiã Epiſcopatus honore ſe abdicans, Gengenbachium rediit, vbi religioni Chriſtianæ totus deditus poſt pauculos mẽſes, mortuus ac honorificè ſepultus eſt.

71. Fridericus Baro à Blanckenheim, conſtituitur à Rom. Pont. Epiſcopus Argentinenſis contra diſcordem electionem Canonicorum, qui duobus ſuffragabantur, Ioanni videl. Baroni ab Ochſenſtein, ſummi Colleg. Decano, & Georgio Comiti à Veldentz, Scholaſtico. Præfuit ſedecim annis. Geſſit graue bellum contra Argentinenſem Rempublicam, anno 1388. id eleganter & ſuccinctè deſcriptum quære & lege *in Paralipomenis Vrſpergenſi Chronico additis.*

72. Burcardus comes de Lutzelſtein, antea Summæ Baſilicæ præpoſitus, eligitur à ſenatu ſummi Collegij Argentinenſis, anno Domini 1392. in Epiſcopum. Sed cùm is deſperaret ſe poſſe retinere tantæ rei poſſeſſionem contra Guilielmum pontificia authoritate confirmatum: ceſſit Guilielmo libenter & bona pace, retenta ſibi tamen ſuperioris Manduati, oppidi videlicet Rufacenſis ac adiacentium pagorum di-
D tione: quam tamen etiam tandem reſignauit.

73. Guilielmus comes Dieſtenſis pontificia authoritate, & permutationis iure ex Vltraiectino ad Argentinenſem Epiſcopatum euectus eſt, anno Dom. 1394. geſſit grauia bella cũ ſuis ciuibus, eaque infeliciter, nã ab illis captus fuit. Præfuit Epiſcopatui Argentinenſi ante & poſt captiuitatem 44. annis, quibus parũ profuit Eccleſiæ, aut ditioni ſuæ. Obiit apud Mollesheymiũ 6. Octob. anni à nato Chr. 1439. ibid. ſepultus.

74. Conradus Baro à Buſnang ex Thurgouia natus, eligitur an. 1439. à maiori parte Capituli Argentinenſis. Sed cum iam ille in chorum Eccleſiæ ductus, & pro more in aram poſitus eſſet, canente toto clero Hymnum Diuorum Ambroſ. & Auguſtini: electus eſt interim ſumma feſtinatione, ab alia Senatus Canonicorum parte & equeſtris ordinis viris, Ioannes Baro Ochſenſtein decrepitus & omninò valetudinarius ſenex, ſurdaſter etiã. At Conradus vir natura mitis, placidus ac prudentiſſimus, vocatis ad ſe Canonicis (à quibus electus E
erat) oblato honore ſe abdicauit, & aſſumptus fuit.

75. Rupertus Rheni Palatinus, & Bauariæ dux, ingreſſus eſt Argentinam inſigni pompa, anno adhuc 1439. Præfuit fœliciter vtiliterque, & cum ſumma laude annis triginta octo, primum aliquo modo diſſolutis moribus, poſtea verò gubernator optimus, Oeconomus diligentiſſimus, Religionis cuſtos ac propagator ſtudioſiſſimus. Author concionum, quæ haberi ſub eo ſunt cœptæ in Baſilica Cathedrali. Obiit anno Domini 1478. in die S. Lucæ Euangeliſtæ.

76. Albertus Rheni Palatinus, & vtriuſque Bauariæ dux, filius Othonis ducis, antea ſummæ Baſilicæ præpoſitus: eligitur ann. Dom. 1478. Præfuit optimè & vtiliſſime annis 27. menſ. 9. diebus 5. Religionis & pietatis ſtudio nemini fuit ſecundus. Obiit cum ſummo omnium ſuorum luctu, vigeſima Auguſti, anni à nato Chriſti 1506.

77. Guilielmus comes de Honſtein, eligitur vnanimi totius Canonicorum ſummi collegij conſenſu 9. Octobris, anni à nato Chriſto 1506. Erat Princeps mediocriter doctus, eximiè prudens, facundus plurimum. Humilis apud ſe maiores: grauis verò & tamẽ placidus, ac mitis erga ſe inferiores. Omnibus pauperibus clemens, ſummè propitius ac benignus. F
Confirmatur Bononiæ à Iulio II. P. M. Conſecratur Argentinæ in Dominica *Lætare* anni 1507. ab Erneſto Archiepiſcopo Magdenburgenſi. Præfuit prudentiſſimè, ac in ſumma iſta ſuorum temporum propter diſſidium religionis difficultate, sũma animi moderatione, an. 35. Obiit an. circiter Do. 1541.

78. Eraſmus, Canonicus Argentinenſis & Bambergenſis, eximia virtute, eruditione ac ſapientia præditus: ſucceſſit concordibus totius ſummi Collegij Argentinenſis procerum ſuffragiis electus. Obiit 1568. in Decembri.

79. Ioannes comes à Manderſcheidt, ex Colonienſi, & Argentinenſi Canonico electus 1569. Collegium Religioſis S. I. Molshemij poſuit. Obiit 1592.

80. Carolus, Cardin. à Lotharingia electus 1592. & Metenſis, cõſeruati Epiſcopatus titulo inſignis. Obiit Nanceij 1607.

81. Leopoldus, Archidux Auſtriæ.

EPISCOPI SPIRENSES.

De Spirenſis ſiue Nemetum Epiſcopatus fundatione ac origine prima, nemo quicquam certi dicere aut affirmare poteſt. Eſſe autem vetuſtiſſimum, hoc teſtatur: quod anno Dom. G
348. Ieſſius quidam Nemetum Epiſcopus, Colonienſi Synodo interfuiſſe legitur, in qua Euphrates Epiſcopus Colonienſis, propterea quod Arrianis adhæreret, è gubernationis faſtigio, vnanimi omnium totius orbis Epiſcoporum conſenſu eſt deiectus & exauthoratus. Poſt hunc Ieſſium vel Iheſum nullus legitur Epiſcopus Nemetum vrbi præfuiſſe, vſque ad tempora Dagoberti Galliarum Regis Chriſtianiſſimi, qui circa annum 610. eum denuò feliciter inſtaurauit: ac S. Dei virum, Athanaſium ſacellanum ſuum, iſti ſedi præfecit.

1. Ieſſius vel *Iaſimus*: aliis *Ieſus* dictus, præfuit Nemetum populis & Eccleſiis, concionando Chriſtum, confutandoque Arrianorũ blaſphemias ante, & poſt an. Chriſti 348. is enim vt ſupra dictum, Coloniæ fuit & vna cum aliis piis Germaniæ & Galliæ Epiſcopis Euphratem Arrianæ ſectæ aſſeclam damnauit, ac à Colonienſis Eccleſiæ gubernatione amouit. Poſt huius Ieſſij ex hac vita diſceſſum, qui præfuerint iſti ſedi, Arrianorum furore præualente, incertum eſt Inſtaurante iterum Dagoberto Epiſcopatum, primus ſuffectus fuit.

2. Athanaſius à Dagoberto rege Galliarum, anno Domini 610. Præfuit iſte Nemetibus annis quadraginta ſapienter, H
piè ac fideliter. Fuit vir doctrina & vitæ ſanctimonia clariſſimus: deceſſit ex hac vita mortali anno Domini 652.

3. Principius ſucceſſit Athanaſio: præfuit ſub Sigeberto Galliarum rege, Dagoberti filio, piè & ſapienter, annis viginti quinque. Obiit anno Domini 678. Huic dedit Sigebertus rex, Decimas omnium victualium in agro Spirenſi prouenientium: quæ antea Regi dari conſueuerant.

4. Tragebodo eligitur à Childerico Francorum rege, anno 678. à quo conſequutus eſt confirmationem donationis Decimarum: Præfuit 8. annis. Obiit anno 686.

5. Baſinus vel *Baſilius* ſucceſſit Tragebodo, cum vacaſſet tamen aliquandiu Eccleſia Nemetum. Præfuit autem temporibus Caroli Marcelli annis ſeptem, menſibus octo: quando ex hoc ſeculo emigrauit, aut quo anno præſidere cœperit, ignoratur.

6. Lato aliis *Latto*, eligitur anno Domini 756. præfuit temporibus

temporibus Pipini, piè & fideliter Epiſcopi munus faciens
A annis vndecim. Obiit anno Chriſti 767.

7. Dauid pius, ſapiens ac honeſtiſſimus, eligitur à ſuperſtite adhuc Pipino rege anno 767. præfuit 8. annis laudabiliter & optimè, Carolo Magno Galliarum regi chariſſ. à quo Eccleſia Spirenſis plurimum illuſtrata, & liberaliſſimè dotata eſt. Obiit anno 775.

8. Sigeuuinus aliis Vvigevvinus, præficitur Nemetibus anno Domini 775. à Carolo Magno Galliarum rege, præfuit 27. annis. Obiit anno 802.

9. Atho vel *Otho* fidelis populi ſui concionator, ſucceſſit Sigevvino iuſſu Caroli Magni Imperatoris, præfuit laudabiliter octo annis. Obiit anno 810.

10. Freydo, Carolo Magn. Imp. imprimis charus conſtituitur Epiſcopus Nemetum anno Dom. 810. conſecutus eſt à Carolo Imp. inſignia priuilegia, quorum originalia habentur adhuc in Eccleſia Spirenſi. Præfuit quatuor tantum annis, obiit an. Dom. 814.

11. Benedictus ſucceſſit Freydoni, electus & deſignatus Nemetum Epiſc. ab Imp. Ludouico Pio. Præfuit ſanctè &
B prudentiſſimè annis 8. emigrauit ex hac vita an. Chriſti 822. Interfuit anno Dom. 810. Synodo, quam pio reformandæ Eccleſiæ ſtudio, Ludouicus pius ex omnibus Germaniæ Epiſcopis ac Abbatibus congregari petierat apud Aquiſgranum.

12. Hertinus eligitur in locum mortui Benedicti, præfuit annis octodecim, menſibus 4. etſi alij cathalogi alios habeãt annorum numeros. Obiit an. Chriſtianæ redemptionis 841.

13. Gebhardus aliis *Eberhardus*, conſtituitur Epiſcopus anno Chriſti 848. cùm vacaſſet ſedes Epiſcopalis 7. annis poſt mortem Hertini. Interfuit Concilio Moguntiæ in Cœnobio S. Albani celebrato ab Archiepiſc. Rabano, in qua damnata eſt Hæreſis Godeſchalci. Præfuit quindecim ſaltem menſibus, & captus ab aliquibus comitibus primum oculis priuatur poſtea miſerè aliquandiu tractatur, trucidatur tandem quarta Decembris anni Chriſtianorum 849. propterea quod perſuaſiſſet eorum cognato, comiti cuidam Theobaldo, vt ſua quædam prædia donaret Eccleſiæ Nemetum.

14. Godedancus eligitur an. Chriſti 881. cum vel vacaſſet Epiſcopatus annis triginta duobus, vel alij interim Epiſcop.
C etiam præfuerint, quorum nomina (vt credibile eſt) ad noſtrã notitiã non peruenerũt. Præfuit Godedancus iſte tribus tantũ annis, & emigrauit ex hoc mortali ſæculo, anno Dom. 884.

15. Aynhardus ſucceſſit, & præfuit annis ſex fideliter & vtiliter: euocatur ex hac vita ad meliorem an. Dom. 890.

16. Amelricus monachus antea Vveiſſenburgenſis, vir eximiè doctus ac religioſus, eligitur anno 890. præfuit duobus annis & quatuor menſibus. Dicuntur eius ſcripta adhuc extare in Spirenſi partim, partim verò Vveiſſenburgenſi Bibliotheca. Obiit an. Chriſti 893.

17. Bernhardus aliis *Gebhardus* ex eodem monaſterio aſſumptus, anno Domini 894. Præfuit laudabiliter ac vtiliter octodecim annis. Et anno Domini 913. à duobus comitibus Bernhardo & Conrado capitur, & primum excoculatus miſerè tandem trucidatur: Ratio verò huius facti nuſquam redditur ab Annalium ſcriptoribus.

18. Amelricus II. quem aliqui tamen *Almericum* vocant; ſucceſſit Bernbardo. Præfuit Epiſcopatui prudenter ac vtiliter, vno & triginta annis: fuit tribus Imperatoribus Conrado Saliquo, Henrico Aucupi & Othoni Magno chariſſimus, à quibus Epiſcopatus Nemetũ plurimũ auctus & locupletatus
D eſt. Obiit Epiſcopus iſte anno Chriſtianæ redemptionis 943.

19. Reginobaldus conſtituitur ab Othone Magno, tum adhuc rege, in Epiſcopum Nemetum, ex Monacho Hirſaugienſi. Erat vir doctus, præcipuè verò Sacrarum ſcripturarum inſignis Magiſter: vitæ autem innocentiſſimæ ac religioſiſſimæ. Præfuit ſumma cum laude annis quindecim. Donatur ſub eo, Eccleſia Nemetum liberaliſſimè, decimis, redditibus, vectigalibus, poteſtate item cudendi monetam, ac aliis vrbis Nemetum iurib. cum conſenſu Othonis Imperatoris, à Conrado Francorum & Sueuiæ duce. Hæc donatio facta eſt anno Dom. 946. Obiit 13. Octobris an. Dom. 958.

20. Godefridus doctus, ſapientiſſimus & laudatiſſimæ vitæ ac conuerſationis, monachus Vviſſenburgenſis, ſummis pariter & infimis omnibus chariſſimus: eligitur vnanimi totius cleri Nemetum conſenſu, præfuit menſibus 15. tantum, & aliquot diebus, & emigrauit ex hoc ſæculo, cũ ſummo totius & cleri & populi luctu, an. Dom. 959. Regino habet annum 960.

21. Odogarius euocatur ex Hornbacenſi Benedictinorum Cœnobio, ad gubernationem Nemetum Epiſcopatus, ab ipſo E
Othone Magno Imp. cui iam diu in maximis Imperij negotiis & conſilio & ſapientia ſua ſeruiuerat, ac profuerat ſummè, ac cum eo in Italiam tertiò profectus, cum multa ibi perpeſſus eſſet, rediit, & obiit anno 969.

22. Baldericus ſubrogatur conſenſu totius cleri an. Dom. 970. Etſi VVerimbaldus quidam monachus eximie doctus ac religioſus, ex Hirſaugienſi cœnobio ad gubernandum Epiſcopatum Nemetum ſummis precibus inuitaretur, qui vocanti Nemetum clero parere omnino nolens, ſic reſpondiſſe legitur: Se ſi mundo ſeruire voluiſſet, in hanc monaſticæ vitæ ſolitudinem venire non voluiſſe: eligerent ergo Epiſcopum quem vellent, ſe id onus gubernationis ſuſcipere nec velle nec poſſe. Præfuit Baldericus 17. annis & piè & laudabiliter, rerum gerendarum vſu peritiaque longè maximus. Sub hoc Epiſcopo cœperunt Canonici Nemetum (quemadmodum etiam Vvormatienſis ac Moguntini eodem tempore faciebant) monaſticæ vitæ profeſſione abiecta ſæculares fieri, ſeorſum habitare ac propria habere, & annuos prouẽtus inter ſe diſtribuere. Deceſſit ex hac vita an. Chriſtianæ ſalutis 987. F

23. Rupertus monachus VVeiſſemburgenſis & maiorum imaginibus, & propria virtute clarus, varia etiã doctrina cõſpicuus, eligitur concordibus totius ſenatus Canonicorũ ſuffragiis in Epiſcopum Nemetum, an. Domini 987. gubernauit Eccleſiã illam fœliciter & vtiliſſimè annis 18. impetrauit inſignia priuilegia ab Othone III. an. 989. mortuus eſt an. 1005.

24. Vvaltherus aliis *VValtharius*, eligitur vnanimi totius Nemetum cleri conſenſu in ſucceſſorem Epiſcopi Ruperti: præfuit prudenter & vtiliter 26. annis. Hunc an. Chriſti 1006. liberaliſſimè donauit S. Henricus Imp. primus ab Electoribus deſignatus. Obiit an. 1031.

25. Sigefridus ſucceſſit Vvalthero: præfuit vndecim ſaltem menſibus. Obiit an. Dom. 1032. Is quia confirmationem, morte præuentus non eſt conſequutus: aliqui eum non inſerendum huic Catalogo cenſent.

26. Regingerus præfuit duobus ſaltem menſibus, & ex hac vita emigrauit vigeſima Iunij, an. Dom. 1032.

27. Reginobaldus Abbas prius ad S. Vlricum in Vindelicorum Auguſta cùm doctus tum religioſiſſimus: vocatur G
vnanimi conſenſu totius Capituli ad Epiſcopatus gubernationem, an. Dom. 1032. præfuit laudabiliter ac vtiliſſimè octo penè annis. Obiit eodem an.

28. Sigebotho aliis *Sibicho* dictus, ſucceſſit an. Dom. 1039. præfuit ac profuit annis vndecim. Obiit an. Chr. 1051. decima ſexta Februarij.

29. Arnoldus, alibi *Arnolphus* eligitur à toto clero vrbis Nemetum anno ſalutis 1051. præfuit annis quatuor. Obiit an. Domini 1055.

30. Conradus eligitur à toto clero vrbis Nemetum, præfuit duobus tantum annis ac menſibus 10. Obiit an. 1058.

31. Einbardus II. huius nominis: Abbas Cœnobij Lymburgenſis, poſtulatur & eligitur à conſentiente clero vrbis Nemetum ad gubernandum Epiſcopatum an. 1058. præfuit benè & laudabiliter nouem annis, egregiè augens, illuſtrans ac amplians Epiſcopatum diligentiſſima Oeconomiæ adminiſtratione. Conſequutus eſt ab Henrico IV. omnium priuilegiorum, à priſcis Imperatoribus & regibus acceptorum confirmationem. Obiit tandem 23. Febr. an. Dom. 1067.

32. Henricus nobiliſſimo genere natus, Canonicus Goſlarienſis, commendatur Eccleſiæ Nemetum ab Imp. Henrico H
IV. cum quo à pueris erat educatus, tam ſtudioſè, vt ſenatus Canonicorũ, non poſſet ſe illi opponere. Præfuit autem 8. annis, omnia Epiſcopatus bona ſummo ſtudio ab anteceſſoribus ſuis collecta & cõgeſta, & miſerè obligurieris & prodigaliter dilapidãs, deceſſit tandẽ inopinata morte 29. Decem. an. 1075.

33. Rugkerus vir iuſtus ac pius, eligitur vnanimi totius cleri conſenſu in patriæ ſuæ Epiſcopum ac ſupremum paſtorem. Confirmatur aſſenſu Rom. Pont. ab Imper. Henrico IV. Præfuit ac profuit annis quindecim fideliter & fœliciter reſarciens quæ ab anteceſſore ſuo neglecta & dilapidata erant. Deceſſit ex hac mortali vita optimus antiſtes an. Dom. 1090.

34. Ioannes eligitur in ſummum Eccleſiæ Spirenſis paſtorẽ, an. Chriſti 1090. præfuit periculoſo equidem grauiſſimi inter Henricum IV. Imp. & Pont. ſchiſmatis tempore, prudentiſſimè laudabiliter ac vtiliſſimè annis 15. in quib. Epiſcopatũ Spirẽſẽ egregiè illuſtrauit, donauit, auxit & ditauit, obiit an. 1104.

35. Geb

[illegible] A ge[illegible]
A [illegible] ho Priore [illegible] Priore [illegible]em loci tan[illegible] laudabi[illegible] ac vtiliſſimè, magnifico S.Aurel[illegible] 14.an. & menſibus 3. Poſtea ad Epiſcopatus Spirenſis gubernationē vocatur vnanimi totius cleri conſenſu,an.Dom.1105. Præfuit 4.annis & 10.menſ.ſemper aduerſa laborās valetudine. Is Epiſc.gubernationis ſatis negligēs,multa ſibi paſſus eſt detrahi & abradi, de iuribus Epiſcopatui à vetuſtis olim Regibus ac Imperatoribus in vrbem Spirenſem conceſſis. Obiit an.Dom.1110.

36. Bruno ſapientiſſimus vir, eligitur in Gebhardi Epiſcopi locum anno Dom.1110. commendatus clero Spirenſi ab Imp. Henrico V. Is duodecim annis præfuit. Obiit 19. Octob. anni à nato Chriſto 1123.

37. Arnolphus Abbas Corbeiæ in Saxonibus Henrico V. vt plurimum vtilis, ita longè etiam chariſſimus, præficitur ab eo Abbatiæ Lauriſſenſi, vt ei ad Rhenum frequenter habitanti vicinior eſſet, & conſilio ſubinde adeſſet. Subrogatur Brunoni defuncto non tamen ſine conſenſu totius canonicorum Spirenſium ſenatus, ann.1123. Præfuit quatuor B tantum annis: obiit anno 1127.

38. Sigefridus II. comes de Leyningen: ſucceſſit Epiſcopo Arnolpho, conſenſu totius capituli Spirenſis, an.1127. Præfuit 15. annis. Obiit anno 1142.

39. Guntherus comes de Leyningen, ſucceſſit cognato ſuo Epiſcopo Sigefrido, electus vnanimi conſenſu totius canonicorum Spirenſium ſenatus: anno Dom.1142. præfuit laudabiliter ac vtiliſſimè annis 14. fuit Imperatoribus Conrado II. & Friderico Barbaroſſæ chariſſimus. Obiit 17. Septembrium, an. Dom.1156.

40. Vdalricus nobilis heros à Durmuntz, eligitur in Epiſcopum Spirenſem anno Dom.1156. præfuit 12. annis, amiſit multa Eccleſiæ priuilegia. Obiit an.Dom.1168. In Italia peſte correptus quæ horribilibus modis graſſabatur, in caſtris Imperatoris Friderici Barbaroſſæ, graui obſidione Romam cingentis.

C 41. Godefridus II. eligitur vnanimi conſenſu totius cleri poſt nunciatam Epiſcopi Vdalrici mortem. Præfuit decem annis. Obiit anno Domini 1178. Sunt qui & hunc in Italia ex hac vita emigraſſe affirment.

42. Conradus ſecundus, eligitur in ſucceſſorem antiſtitis Godefridi concordibus totius capituli ſuffragiis anno Dom. 1179. Præfuit quinque annis: valedixit iſti mortali vitæ anno gratiæ 1184.

43. Rapotho vel Rabodo vir prudentiſſimus, ſubrogatus eſt Epiſcopo Conrado vnanimibus ſententiis totius cleri: præfuit quatuor tantum annis. Migrauit ex hoc calamitoſo ſæculo, anno ſalutis 1188.

44. Vdalricus ſecundus ſucceſſit. Præfuit quemadmodum & anteceſſor eius quatuor tantum annis. Conſtruxit arcem Bruxellenſem. Obiit anno 1192.

45. Otho comes Hennenbergenſis, ſucceſſit Vlrico Epiſcopo: Præfuit ſeptem annis. Et quia ſenio planè confectus & valdè valetudinarius eſſet Epiſcopus: aſſumpſit eum totius Canonicorum ſuorum ſenatus conſenſu in coadiutorem, D prudentiſſimum Epiſcopum Metenſem. Conradum Baronem de Scharpfennegk: anno Domini 1199. Vixit poſtea annis adhuc tribus, & obiit anno gratiæ 1202.

46. Conradus III. Epiſcopus antea Metenſis, & Philippi Imperatoris Cancellarius, vir prudentiſſimus: aſſumitur in adminiſtrationem & coadiutorem ab Epiſcopo Othone: anno Dom.1199. cum conſenſu Capituli. Poſtea anno Dom.1202. decedente ex hac vita Epiſcopo Othone, in eius locum plenè eligitur & confirmatur, reſignata tamen Metenſis Eccleſiæ gubernatione. Præfuit Spiræ benè ac vtiliter annis 22. Obiit poſtea duodecima Decemb anni à nato Chriſto 1224.

47. Berengarius vel Beringerus, aſſumitur ab Epiſcopo Conrado in coadiutorem anno Dom.1220. & cum ſapienter & vtiliter præfuiſſet viuente adhuc Conrado quatuor annis, electus eſt mortuo Conrado Epiſcopo in verum Eccleſiæ Spirenſis antiſtitem anno 1224. præfuit iterum fideli & verè paterna gubernatione ac cura an.8. menſibus quinque. Deceſſit ex hac mortali vita in die S. Andreæ, anno ſalutis 1232.

48. Conradus IV. nobilis à Thann: ſucceſſit Epiſcopo Beringero anno Domini 1233. præfuit vtiliter quatuor annis. Obiit anno Domini 1237. vir admodum religioſus & Oeconomus fideliſſimus.

4[illegible] penè co[illegible]ti[illegible] [illegible]ſtis, [illegible] eo [illegible] totius E
[illegible]nicorum ſummi Collegij [illegible] S.Agnetis,an.à nato Chr.1238. Præfuit annis 8. vti[illegible]ſſimè. Obiit anno 1245.

50. Henricus II. aſſumitur in Antiſtitem Spirenſem, precibus & interceſſione Imp. Friderici II. Præfuit is cum prudentiſſimè tum vtiliſſimè viginti ſeptem annis. Obiit decima octaua Decemb. anni à nato Chriſto 1272.

51. Fridericus Baro à Bolanden: Epiſcopi Henrici è ſorore nepos, eligitur ab vnanimiter conſentiente clero ſummi collegij Spirenſis in Epiſcopum, ſtatim poſt mortem Henrici. Præfuit annis 30. Fuit Rudolpho Habſpurgio Imperatori imprimis charus. Obiit tandem decima octaua Ianuarij, anni à nato Chriſto 1302.

52. Sibotho Baro à Liechtenberg, Alſata: ſucceſſit Friderico legitime electus in Epiſcopum Spirenſem ab vniuerſo clero. Præfuit 12. annis laudabiliter: fuit iuſtitiæ & æquitatis promotor ac defenſor acerrimus, iniquitatis verò, violentiæ ac iniuſtæ Tyrannidis hoſtis etiam ac vindex ſeueriſſimus. Deceſſit ex hac mortali vita anno 1314. F

53. Emicho conſtituitur Epiſcopus Spirenſis. Deceſſit ex hac vita anno Domini 1328. decima nona Aprilis.

54. Bertholdus, ſapientia & virtute præditus inſigni: poſtulatur ad Spirenſ. Eccleſiæ gubernationē, mortuo Emichone à toto Capitulo. Præfuit 11. menſibus, & ad Argentinenſis Epiſcopatus clauū vocatus, Spirenſem Eccleſiam liberè & cum ſumma gratiarū actione Senatui eius loci Canonicorū reſignauit an.1329. De hoc Epiſcopo, plura vide *in Argentinenſib.*

55. Waldramus comes à Veldentz, eligitur à clero ſummi collegij Spirenſis in Epiſcopum an. Dom.1329. præfuit ſex annis, & aliquot menſibus. Erat homo ſemper ferè valetudinarius. Obiit autem paucis menſibus poſt depoſitum gubernationis onus, anno videlicet 1336. quinta Septembrium.

56. Baldouinus comes à Lutzelburg. Imperatoris Henrici VII. Germanus frater, Archiepiſcopus Treuerenſis, & aliquandiu etiam Moguntinus, S.Rom.Imp. Princeps Elector, Epiſcopus etiam Wormacienſis: quibus ampliſſimis dignitatibus omnibus ſumma fide & laude, præfuit vtiliſsimè. G

57. Gerhardus, canonicus omninò adhuc iuuenis, ſed eximia virtute præditus: nondum capitularis aut ſummo canonicorum Senatui inſertus, eligitur poſt mortem Waldrami, & reſignationem Archiepiſcopi Balduvini, vnanimi conſenſu totius Capituli in Epiſcopum Spirenſem an.Do.1337. Præfuit laudabiliter ac vtiliſsimè viginti ſex annis, menſe vno, diebus 4. Deceſsit ex hoc calamitatis ſeculo, vigeſima octaua Decembrium, anni à nato humani generis Saluatore 1363.

58. Lambertus nobilis à Buten, vel Burnen, Alſata: intruditur ab Imp.Carolo IV.& Pontifice Vrbano V. contra Canonicam electionem, in qua vnanimi totius cleri conſenſu, Epiſcopus Spirenſis deſignatus iam erat Eberhardus nobilis heros à Randegk, ſummi Collegij Decanus, qui venienti Lamberto cedere, & Vdenheymenſis oppidi ac aliquorum pagorum ac caſtrorum poſſeſsione contentus eſſe coactus fuit. Præfuit vtiliter annis ferè nouem, poſtea reſignata Spirenſi Eccleſia, Argentinenſi ſeſe intruſit, anno Chriſti 1372.

59. Adulphus comes Anaxnuianus à Naſſavv, eligitur H vnanimibus ſuffragiis totius Capituli, in Spirenſem Epiſcopum anno Dom. 1372. præfuit 9. annis penè, & à ſummo Canonicorum Moguntinenſium collegio ad Archiepiſcopatus gubernationem vocatus ann. Dom.1373. Præfuit Moguntinæ ſedi annis 8. mortuus eſt anno Domini 1388. in oppido Haylgenſtadt.

60. Nicolaus, vir eximiè doctus ac prudentiſsimus: ſucceſsit Adolpho, è Roma (vbi Rotæ annis 22. auditor fuerat,) miſſus, & Eccleſiæ Spirenſi à ſummo Pont. Vrbano VI. commendatus. Peruenit ad quietam gubernationem non citiùs, quàm anno Dominicæ incarnationis milleſimo trecenteſimo octuageſimo octauo, paucis menſibus ante mortem Archiepiſcopi Adolphi. Præfuit ſumma cum laude ac vtiliſsimè ann.15. quibus ita Epiſcopatum Spirenſem inſtaurauit, auxit & locupletauit, vt eius non immerito reparator, & ſecundarius fundator dici ac celebrari debeat. Obiit Bruxellæ ſeptima Iunij an. Incarnationis 1396.

61. Rabanus vir ſapientiſsimus Imperatoris Venceſlai Cancellarius: eligitur in Epiſcopum viceſima Iunij, anno Domini 1396. ſed tamen per diſcordiam: aliqua enim Canonicorum pars ſuffragia ſua Godefrido Comiti à Leyningen

dederat

d[illegible]ct[illegible] Præf[illegible] [illegible] q[illegible]dr[illegible]
A duobus, fuit Imp[illegible]um Ruperti P[illegible] ac Sig[illegible]
conſiliarius, omnibus circumiacentibus terræ [illegible] ipſi
eximiè charus. Anno Dom. 1430. eligitur idem Rabanus in Archiepiſcopum Treuerenſem, à Pont. Maximo Eugenio IV. contra alios duos per diſcordiam à ſummi collegij Treuerenſis Senatu electos, Iacobum videlicet Baronem à Scirek, & Vdalricum comitem de Mandetſchiedt: Præfuit Treuerenſi Archiepiſcopatui etſi in ſumma inquiete annis nouem, ſemper interim Spirenſi etiam Eccleſiæ poſſeſſione retenta: donec an. Dom. 1439. vtriuſque Epiſcopatus magiſtratu ſe abdicaret, & vnanimiter conſentiente vtrioſque vrbis clero, Archiepiſcopatum Treuerenſem Domino Iacobo Baroni de Siregk: Spirenſem verò Epiſcopatũ fratris ſui filio Reinhardo ab Helmſtadt Præpoſito ſummi collegij Spirenſis reſignaret. Ipſe verò eiuſdem anni decima quarta Nouembrium naturæ debitum abſoluens, Spiræ in Baſilicæ Cathedralis media parte, honorifica ſepultura donatus eſt.

62. Reinhardus ab *Helmſtadt*, ſummi templi Spirenſis præpoſitus, vir omninò religioſus, iuſti & æqui ſtudioſiſſimus:
B peruenit ad Gubernaculum Spirenſis Eccleſiæ per reſignationem anteceſſoris, & cognati ſui, Antiſtitis Rabani: Confirmatur ab Eugenio IV. Pontifice Maximo. Præfuit ſedi Cathedrali laudabiliter annis ſeptendecim, obiit anno 1456.

63. Sigefridus nobilis à Fenningen, eligitur viceſima nona Martij, an. Dom. 1456. vnanimi conſenſu Canonicorum: fuit incomparabili vitæ bonitate ac morum integritate præditus. Præfuit laudabiliter annis 3. menſ. 5. dieb. 2. Peregrinatus eſt Romam religionis ergò ad P.M. Pium II. à quo humaniſſimè acceptus & tractatus, ac multis egregiis priuilegiis donatus eſt. Cùm verò anno 1459. Heidelbergam quorundam negotiorum expediundorum ergò eques veniſſet: incidens in ſubitum morbum, poſt paucas horas non ſine veneni ſuſpicione, ſecunda Septembrium expirauit.

64. Ioannes cognomento *Nix*, eximiè doctus: eligitur in Spirenſis Eccleſiæ Epiſcopum 17. Septembrium, anni 1459. fuit vir eximiè doctus & bonus, ſed gubernator infœlix: non ſuo tamen vitio, ſed turbulentiſſimorum temporum iniquitate meliorem fortunam non ferente. Reſignauit Epiſco-
C patum anno 1462. & biennio poſt obiit. Itaque illi ſuffectus.

65. Matthias, Bauarus: Friderici Palatini Cancellarius, eximiè doctus, eloquens ac ſapientiſſimus, Principique Friderico victorioſo longè chariſſimus: cuius precibus obtinuerat nuper Canonicatum Spiræ. Præfuit Matthias iſte ſumma cum laude omnium, cum maxima item Epiſcopatus vtilitate annis quindecim, & moritur anno 1478.

66. Ludouicus vitæ integritate, pacis ſtudio ac plurimis aliis ſummis virtutibus nemini mortalium ſecundus. Oeconomus omnium optimus. Præfuit optimè ac vtiliſsimè annis 27. Maximiliano Imp. imprimis charus. Deceſsit ex hac mortali vita Vdenhelmij decima octaua Auguſti, an. Dom. 1505.

67. Philippus, ſummi Collegij Cantor, & ad S. Germanum Præpoſitus, vir doctus & Doctor Ticinenſis Gymnaſij: ſucceſsit Ludouico, communibus omnium Canonicorum ſuffragiis accitus ac electus. Præfuit annis octo, ſemper aduerſa laborans valetudine. Obiit Vdenhelmij 3. Februarij, an. 1513.

68. Georgius Rheni Palatinus & Bauariæ Dux, Philippi Electoris filius: Præpoſitus Moguntinus & Canon. Spirenſis poſtulatur ad gubernationem Epiſcopatus Spirenſis 13. Febr. anno 1513. ætatis ſuæ an. 27. Multa paſſus eſt à ſeditioſa ru-
D ſticorum ſuorum coniuratione, quam ſumma ſapientia, ſine multo ſanguine (erat enim natura clemẽs, mitis & miſericors) pacauit, fuit pacis longè ſtudioſiſſ. inter priuatos etiã homines vel cõſeruandæ vel reſarciẽdæ. Deceſsit ex hac vita 1529.

69. Philippus primùm Cantor, poſtea Præpoſ. Spirenſis, eligitur 22. Octob. an. à nata ſalute ſempiterna 1529. vnanimi conſenſu totius Collegij. Fuit enim ad Vvormacienſem Epiſcopatum adminiſtrandum accitus: ſed ſingulari modeſtiæ laude Palatino Henrico ceſſit. Præfuit 20. annis laudabiliter, concionando, ac aliis pietatis officiis: vtiliter item diligenti Oeconomiæ gubernatione: ſumma clementia & manſuetudine erga omnes omnium ordinum ac conditionum, omnibus bonis chariſſimus. Præterat adhuc prudentiſſimè an. Dom. incarnationis 1549.

70. Eberhardus à Dienheim, ex Iudice Cameræ Imper.

71. Philippus Chriſtophorus, ex Præpoſito Treuirenſi, & modò Archiepiſcopi. Elector, feliciter præeſt.

ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPI
VVORMAC[illegible] E
A PRIMO [illegible] ARCHIEPISCOPO.

Vangionum, Vverdomagenſis vel Vvormacienſis, olim Archiepiſcoparus, nunc Epiſcopatus tantũ, totius olim Germaniæ maximus ac opulentiſſimus, qui poſſedit olim quicquid hodie regionum habent Palatini Rheni, Landtgrauius Haſſiæ & Archiep. Moguntinus, cui item ſedecim alij Epiſcopatus, ſuffraganeatus titulo ſuberãt: ſcribitur vulgò cœpiſſe, annum Chriſti circiter quingenteſimum, ex liberali conſtitutione ac munificentiſſima donatione Clodouæi Galliarũ primi illius regis. Sed longè eum vetuſtiorem eſſe, Concilium Colonienſe ſatis teſtatur & probat, in quo Victor Vangionum Archiepiſcopus, anno Dom. 398. aut vt aliqui volunt an. 384. vna cum aliis totius Europæ Epiſcopis, Euphraten Archiep. Colonienſem exauthorauit & Eccleſiæ gubernatione exuit, propterea quod Arrianorum Hæreſeos labe infectus & erroribus pertinaciter inhærens, ad vnionem Eccleſiæ Chriſti redire nollet. Vrbem autem Vangionũ vetuſtiſſimã eſſe, hoc teſtatur, quod mille & quingentis annis ante natũ Chriſtum, præclarã ciuitatẽ & vrbi Treuerenſi cum aliis 4. Rhenenſibus vrbibus, Ba- F
ſilea videlicet, Spira, Moguntia & Colonia tributariam fuiſſe, in vetuſtiſſimis Treuerenſis vrbis monumentis reperitur.

1. Victor I. eligitur Vangionum vrbis & Eccleſiæ Archiepiſcopus: is interfuit Synodo Colonienſi, in qua Euphrates Arrianam hæreſim contumaciter defendens, exauthoratus & Epiſcopali officio exutus eſt.

2. Amandus, pius Eccleſiæ Vangionum Paſtor, concionando ac docendo fideliter præfuit. Ad hunc è Roma venit S. Seruatius, Tungrorum Epiſcopus.

3. Catolus.

4. *Quarti* nomen intercidit, quod eo tempore ab Attila euerſa eſſet Vvormacia, quæ iterum à Rege Galliarum Clodoueo inſtaurari cœpta, & poſtea à Brunhilde Regina pulchrè illuſtrata eſt.

5. *Quinti* nomen ignoratur: etſi ſcribat Franciſcus Irenicus, primos decem Archiepiſcopos Vvormacienſes celebratos eſſe à Ioanne quodam Monacho, in Moguntinenſium catalogo: ſed quis ille Scriptor ſit, aut in qua Vtopia ille iſtum Catalogum inuenit, ignoratur. G

6. S. Crotoldus pius ac religioſiſſ. Præſul, præfuit Vvormacienſi Sedi Cathedrali adhuc circa an. Chr. Saluator. 503.

7. *Septimi* nomen ignoratur.

8. S. Rupertus præfuit Vangionum Eccleſiæ, temporibus Hilderici Galliarum Regis: à quo procuidubio iſti officio ac dignitati præfectus eſt, cum & ipſe ex nobiliſſima Franciæ Regum ac Scoriæ Ducum proſapia ortus eſſet. Fuit vir ſingui vitæ integritate & ſanctimonia præditus: populi ſibi commiſſi, cùm doctrina tum exemplo veriſſimus Epiſcopus, qui & concionando & docendo, corripiendo ac monendo officium veri paſtoris nunquam intermiſit. Profectus in Bauariam, eius Ducem & totam familiam ad Chriſtum adduxit, & baptizauit an. 580. quo liberè, nemine prohibente, non in Bauaria tantum, ſed & Auſtria, Styria, & toto Norico doctrinam de Chriſto, vno & ſolo humani generis liberatore, intrepida voce concionans, egregiè propagauit: vnde totius Norici primus Apoſtolus dici meruit. Præfuit hic Epiſcopatui Saliſburgenſi aut Iouaniano & Monaſterio S. Petri (in quo vt in pia ſchola ſacras ſcripturas diligenter explicans, plures educabat viros pios & doctos, qui Eccleſiæ præeſſe, ſeruire & prodeſſe aliquando poſſent) ſumma cũ laude annis H
quadraginta quatuor. Obiit plenus dierum in ipſa Dominica reſurrectionis Chriſti anno Dom. 623. ſub Papa Honorio I.

9. De *Nono* Vangionum vrbis Epiſcopo nihil habetur, ne nomen quidem.

10. S. Amandus, præfuit Archiepiſcopatui Vvormacienſi temporibus Dagoberti Galliarum Regis. Huius Archiepiſcopi temporibus obtulit ac dono dedit Dagobertus iſte Galliarum Rex, in præſentia Arnolphi Metenſis, & Huniberti Colonienſis Epiſcoporum, S. Petro Apoſtolo VVormacienſis Epiſcopatus patrono comitatum Laudenburgenſem cum toto adiacente territorio, ſexto regni ſui anno. Iſte Epiſcopus Amandus tanta Religione ac tantis miraculis etiam claruit, quibus doctrinam Chriſtianam confirmauit Deus: vt ei ſenatus populúſque vrbis Vangionum mortuo templum gratitudinis ac pietatis ergo ſtatuerent, quod hodie adhuc in ſuburbio ſitum, S. Amandi Parochia appellatur.

11. Nomen

[illegible] [illegible]

A 12. G[illegible] [illegible] à C[illegible] ac Pipino fratribus, qui ei Moguntinen[illegible] etiam Epiſcopatum inter ſe[illegible] illos(qui tum Vangion[illegible]) am[illegible] gubernandum commiſerant. Erat vir prudens, callidus, ac ad maximas re[illegible] magis tamen ad ciuiles quàm Eccleſiaſticas gerendas, ſummè appoſitus & idoneus: corporis ſtatura inſigni, animo verò præditus intrepido ac longè maximo: Aulicæ vitæ ſtudioſior, quam Eccleſiaſticarum Ceremoniarum, quas parum aut omnino non curabat. Vide ſeriem Epiſcop. Moguntinenſium, quomodo hic Præſul fuerit cæcus.

13. Geruilio euectus eſt poſt mortem Gerholdi patris ad vtriuſq; etiam Sedis Vvormacienſis videlicet ac Moguntinæ gubernationem à Rege Pipino, cui admodum charus erat. Sed cum Patris ſui occiſorem ad ſe blandè pellectum, contra datam fidem manu propria trucidaſſet. Rex Pipinus grauiſſimè in eum accenſus, habita prius deliberatione cum Pontifice Maximo Gregorio III. ex vtriuſque dignitatis faſtigio deiectum, Monaſterio cuidam intruſit, cui perpetuis temporibus incluſus pœnitentiam ageret de commiſſa cæde & violata

B publica fide. Vt autem exemplum etiam omnium temporum hominibus ſtatueretur, & grauiſſima animaduerſione teſtarentur Rex Pipinus ac Pontifex Gregorius III. tale facinus ſummè ſibi diſplicuiſſe: Vvormacienſis Eccleſia Archiepiſcopali dignitate exuitur, & ea ipſa Moguntina induitur, & ad honores(quibus hodie adhuc coruſcat) euehitur. Sic Moguntinus Epiſcopatus, Archiepiſcopatus factus & Vvormacienſis Eccleſia ei ſubdita eſt, quæ ſedecim prius Epiſcopatuum ampliſſima Domina ac gubernatrix erat. Anno 729.

EPISCOPI VVORMACIENSES.

14. VVernharius I. Epiſcopus VVormacienſis, à Pipino Galliarum Rege conſtituitur: præfuit temporibus Caroli Magni, cui ab intimis fuit conſiliis, & à quo Romani aliquoties in grauibus Eccleſiæ negotiis ad Pontificem Maximum Leonem III. miſſus eſt. Erat Epiſcopus ſapientia & doctrina inſigni præditus. Migrauit Epiſcopus iſte ex hoc mortali ſæculo, imperante adhuc Carolo Magno, cum præfuiſſet laudabiliter viginti tribus annis.

C 15. Folcvvicus ſucceſſit Bernhario, conſtitutus ab Imper. Carolo Magno. Sed quamdiu ille præfuerit, ignoratur.

16. Ehrenbrechtus aliis Ehrenbrandus: legitur Vangionibus præfuiſſe An. Chriſti 798. quæ donatio Dagoberti Galliarum Regis S. Amando Epiſcopo facta, à Carolo Magno confirmata eſt.

17. Samuel eligitur ex Abbate Lauriſſenſi in VVormacienſis Eccleſiæ antiſtitem, anno Chriſtianæ redemptionis 838. imperante Ludouico Pio. Fuit ſacrarum literarum & aliarum etiam honeſtarum diſciplinarum eximiè doctus.

18. Gunezo vir ſanctiſſimæ vitæ, eligitur anno Domini 856. præfuit annis ſedecim. Obiit an. Chriſtianæ redemptionis 872. 18. Nouemb. Huius Epiſcopi temporibus coactæ ſunt duæ Synodi VVormaciæ vna anno Domini 858. altera ann. Dom. 868. Acta harum Synodorum extant in Decreto.

19. Adelhelmus & parentum imaginibus & eruditione eximia clarus Epiſcopus, eligitur anno Domini 872. præfuit vndecim ſaltem menſibus. Euocatur ex hac mortali vita anno 873. 7. Ianuarij.

D 20. Dietlacus vel Theodolachius ſucceſſit Adelhelmo: præfuit vno & quadraginta annis ſumma cum virtute ac laude: fuit Imperatoribus Arnolpho & Ludouico III. chariſſimus, à quibus multa conſequutus eſt Epiſcopatui ſuo. Obiit ſubito morbo correptus cum in Alſatiam proficiſceretur, prima Septembris, anni à nato Chriſto 914.

21. Rigovvo aliis Rigonno, aliis Richouicus eligitur ab aliqua parte Cleri ſui anno Dom. 914. Ab alia vero diſſentiente, poſtulatur ex Lauriſſenſi potentiſſimo Cœnobio, Abbas Lintherus ad VVormacienſis Cathedræ gubernationem. Sed Rigovvo confirmationem obtinuit cum à Pontifice, tum ab Imperatore Conrado I. Præfuit laudabiliter ac vtiliſſimè annis triginta ſex. Obiit tandem decima Octobr. anni à nata ſalute ſempiterna 950.

22. Anno, Heſſus patria: vir ſanctæ & innocentis vitæ, ex Abbate Epiſcopus deſignatur, anno Domini 950. Ibi laudabiliter ac vtiliſſimè præfuit viginti quatuor annis, Imperatori Othoni ſummè charus. Obiit 24. Decemb. an. Chriſtian. 974.

23. Hildeboldus germanus frater Epiſcopi Annonis, exi[illegible] [illegible] virtute, pietate ac eru[illegible] præditus, conſtituitur Vangionum Epiſcopus ab Othone II. [illegible] an 975. Deceſſit ex

E hac momentanea vita 4. Aug anno D[illegible] 993. cum præfuiſſet laudabiliter & optimè annis 1[illegible].

24. Franco, ſimplex patria [illegible] Heſſus, maiorum imaginibus clarus, vitæ verò ſanctimonia virtutiſq; vera nobilitate longè clariſſimus: fuit Othonis III. intimus Conſiliarius, qui & aulam Imp. ſemper ferè præſertim in Italiam ſequebatur: cumq; præſentia & conſilio ſuo diu profuiſſet Othoni Imperatori, donatus eſt ab eo liberaliſſimè. Inter cætera verò dedit Epiſcopatui Vvormacienſi Imperator Otho Abbatiam Lauriſſenſem opulentiſſimam. Sedit annis 3. & deceſſit anno 996.

25. Erpho deſignatur Epiſcopus Vangionum ab ipſo Impetore Othone III. Romæ: Sed tantum triduum vixit, & ſubitanea morte decedens, prope Franconem Romæ ſepelitur.

26. Razo vir nobilis & genere & virtute, qui etiam aulam Imperatoris ſequutus erat in Italiam, & de Othone III. optimè erat meritus, ſubrogatur Erphoni Epiſcopo. Qui cum in itinere & profectione eſſet verſus Vvormaciam, & Churam veniſſet, ſubito ibi morbo correptus, 14. die poſt primam electionis confirmationem moritur, vbi terræ parenti, honorifica pompa funebri eſt redditus. F

27. S. Burcardus, vel vt Gratianus in Decreto ſuo appellat Brocardus: natione Heſſus, Franconis ſupra celebrati Epiſcopi germanus frater: Monachus primum in Labacenſi cœnobio: vnde à VVilligiſo Moguntino Archiepiſcopo euocatus, præpoſitus tandem ab eo noui Monaſterij S. Victoris deſignatus eſt: cui cum aliquandiu ſapientiſſimè ac vtiliſſimè præfuiſſet, ab Othone Imp. præſente Vvilligiſo Epiſcopus, Vangionum vrbis & Eccleſiæ conſtituitur. Conſecratus igitur in reditu Hailgenſtadi ab ipſo Archiepiſcopo Vvilligiſo 8. Mart. anno 997. mox præeſſe Sedi Vangionenſium cœpit, cui ſumma cum laude ac vtiliſſimè præfuit annis viginti nouem. Deceſſit plenus dierum, viceſima Auguſti, anno Domini 1025.

28. Hazego vel Azecho comes Anazouianus eligitur & conſecratur in Epiſcopum VVormacienſem quinta Decembr. anni à nato Chriſto 1025. Præfuit annis nouemdecim ſumma cum laude ac vtiliſſimè. Fuit religioſiſſimus Princeps. Obiit anno Domini 1044. ſeptima Ianuarij.

29. Adelgerus nobilis genere, ſed nobilior virtute: Imperatoris Henrici III. (cuius diu fuerat cùm Cancellarius tum G ſupremus Conſiliarius) precibus obtinuit Epiſcopatum Vvormacienſem. Præfuit quinq; ſaltem menſibus, & qui in Martio electus erat, in Auguſto ex hac vita emigrauit an. Dom. 1044.

30. Arnoldus ſucceſſit antiſtiti Adelgero, anno Chriſti 1044. Præfuit laudabiliter annis viginti, menſibus 8. Deceſſit ex hac vita an. Domini 1065. prima Iunij.

31. Adelbertus vel Adelherus aliis Adalbero comes ab Habſpurg: ex Monacho Sangalienſi, Vvormacienſis Epiſcopus factus, & electus eſt 23. Octob. An. Dom. 1065. præfuit quinque annis vtiliſſimè & ſumma cum virtute tum omnium laude. Corpore monſtrum verius quam homo: teſte Lamberto Schaffnaburgenſi. Obiit an. Dom. 1070. 6. Aug. ſuffocatus ſtupenda corporis pinguedine, tanta enim craſſitudine fuit, vt aſpicientibus horrorem incuteret.

32. Adelbertus in veteri quodam Periſtromate, quod adhuc pendet in ſumma Baſilica Vvormacienſi, Adelbrandus dictus: Saxoniæ dux. Conſtituitur Vangionum Epiſcopus ab Imper. Henrico IV. contra quem cum ſex annis poſt adeptam dignitatem Epiſcopalem, incitatus à Rom. Pontifice, ipſe quoque H Imperatorem Rodolphum elegiſſet, deturbatus eſt & vrbe Vangionum eiectus ab Henrico IV. ſed non trucidatus in bello, vt aliqui volunt. Eſt autem priſtinæ dignitati poſt longum exilium reſtitutus ab Henrico V. Obiit anno Domini milleſimo centeſimo octauo, ſexta Iulij, cum à prima electione 38. annis nomen ac titulum Epiſcopi Vangionenſis geſſiſſet.

33. Dietmarus ſucceſſit Adelberto, præfuit duobus tantum annis. Obiit penultima Octob. anni à nato Chriſto 1109.

34. Ebbo Monachus primum Lauriſſenſis, poſtea Canonicus Goſlarienſis: conſtituitur Vangionum antiſtes an. Dom. 1110. ab Imp. Henrico V. ſedit annis quinque.

35. Buggo Bambergæ à teneris educatus ac liberaliter inſtitutus, ab Imperatore Henrico V. præpoſitus Aſchaffenburgenſis primum, mox Epiſcopus conſtituitur, accedente Canonicorum ſuffragio. Sedit vſque ad annum 1151. qui erat 35. ab Electione.

36. Conradus eligitur mortuo Buggone an. 1151. Præfuit pruden

prudenter ac [illegible]
A Dom. [illegible]

37. Conradus [illegible] Dom. 1165. [illegible] magnis temporum diffi[illegible] prudenter [illegible]biliter, annis viginti quatuor, fuit Epiſcopus Martius ac belliconſus: ſtrenue pugnauit pro Friderico Barbaroſſa, contra Gvvelphunem Henricum. Miſſus eſt ab eodem Imperatore in magnis regni negotiis ad Imperatorem Conſtantinopolitanorum: a quo munificentiſſime variis Eccleſiarum ornamentis donatur eſt, quæ ſecum Vvormaciam attulit. Deceſſit ex hoc mortali ſæculo. 18. Ianuar. an. Dom. 1187.

38. Henricus I. ex Vltraiectinu Epiſcopatu natus: ſubrogatus Conrado II. Præfuit benè ac prudenter annis nouem. Conſequitur priuilegia ab Imp. Henrico VI. Obiit viceſima tertia Decemb. anni à nato Chriſto 1196.

39. Leopoldus eligitur à toto Canonicorum Vvormacienſium ſenatu, an. Dom. 1197. ex præpoſito Neohuſiano in Epiſcopum: Erat inſigni cùm corporis tum animi robore præditus. Præfuit viginti annis varia fortuna. Deceſſit ex hac mortali vita decima ſeptima Febr. an. Dom. 1217.
B

40. Henricus II. comes Sarburgenſis: eligitur vnanimi totius cleri conſenſu ex Nouenhuſiano Præpoſito in Antiſtitem Vvormacienſem ann. Dom. 1217. Præfuit ſeptemdecim annis ſumma cum laude: obiit 12. Sept. an. 1234.

41. Landolphus eligitur vnanimibus totius Canonicorum ſenatus ſuffragiis, an. Dom. 1234. ex Decano ſummi collegij in Epiſcopum: confirmatur à Sigefrido Archiepiſcopo Moguntino; inueſtitur regalibus Haganoæ ab Henrico Rege Imp. Friderici ſecundi filio. Præfuit tredecim annis. Obiit in die S. Medardi, an. Dom. 1247.

42. Conradus III. Decanus ſummi Collegij Moguntini, eligitur vnanimi conſenſu totius cleri in Vvormacienſem Epiſcopum. fuit vir ſapientia & eloquentia inſigni præditus.

43. Richardus vir eximie doctus ac prudentiſſimus eligitur, ab vna ſummi collegij Canonicorum parte in ſucceſſorem Epiſcopi Conradi: confirmatur mox à Legato quodam Pontificio, ann. Dom. 1247. Contra hunc eligitur ab alia ac
C maiori parte Canonicorum, præpoſitus Nouenhuſianus, Eberhardus Hirſutus: is ab Archiepiſcopo Moguntino Sigefrido confirmatur. Obiit 7. Nouembris anni a nato Chriſto 1257. cum iam a prima electione decennium effluxiſſet.

44. Eberhardus Hirſutus præpoſitus Nouenſianus antea per diſcordiam etſi à maiori Canonicorum parte electus, ſed tamen Pontifice ac Cæſare non confirmatus: iam mortuo Richardo iterum ad clauum Epiſcopatus Vvormacienſis repetitur, ac ne nunc quidem ſine diſcordia, nam aliquibus Burcardus quidam ſummæ Eccleſiæ Vvormacienſis Decanus, Epiſcopatui præficiendus cenſebatur, qui conſiderans quam noxia eſſent rebus publicis ac Eccleſiis Schiſmata, exigua penſione annua contentus, facilè pacari potuit. Sic Eberhardus viginti annis laodabiliter præfuit. Obiit 22. Febr. An. Dom. 1277. apud Montem Peſſulanum, cum iter faceret miſſus à Rudulpho Imperatore in Gallias.

45. Fridericus Hirſutus Germanus frater Eberhardi Epiſcopi, eligitur poſt mortem fratris vnanimi conſenſu totius capituli an. 1277. præfuit 5. an. 4. menſ. Obiit ann. Dom. 1283.
D viceſima Maij.

46. Simon ita inſigni virtute ac vitæ morumque honeſtate præditus, vt vulgo Religioſorum omnium ſpeculum appellaretur. Eligitur an. Dom. 1283. præfuit laudabiliter ac vtiliter annis octo, menſibus tribus, diebus 14. Obiit viceſima prima Nouemb. anni à nato Chriſto 1291.

47. Eberhardus II. præpoſitus Nouenhuſianus, eligitur ab aliquibus ſummi collegij Canonicis in Epiſcopum, ab aliis verò poſtulatur Gerhardus Hirſutus Germanus frater ſuperiorum duorum Epiſcoporum Eberhardi ac Friderici, præpoſitus ad S. Paulum. At res tota compoſita fuit per Archiepiſcopum Moguntinum Gerardum ab Eppenſtein, qui interpoſita ſua authoritate, Gerhardo exiguam penſionem numerari debere, Eberhardum verò gubernationi præficiendum cenſuit, quem & confirmauit. Poſt hanc conciliationem vixit Gerardus duobus tantum menſib. Eberhardus verò ſeptimanis vna & viginti, diebus tribus. Obiit in die S. Othmari, an. Dn. 1293.

48. Enycho Hirſutus ſummi Canonicorum collegij præpoſitus, eligitur concordibus ſuffragiis totius Capituli in vigilia S. Thomæ Apoſt. an. Dom. 1293. Confirmatur à Gerar[illegible] [illegible] x, vir [illegible] natum [illegible] imus. [illegible] annis 4. ſeptim. [illegible] 23. dieb. 3. Obiit in vig. Iacobi Apoſtoli, an. Dominicæ incarn. 1299.

49. Ebevvinus eligitur vnanimi totius ſummi collegij conſenſu, in Epiſcopum Vvormatienſem, an. Dom. 1299. confirmatur in die S. Thomæ. Præfuit tribus annis & ſeptemdecim ſeptimanis. Obiit viceſima Maij, anno ſalutis 1303. Vacauit ſedes Vangionenſis quinque penè annis.

50. Emericus Germanus frater Simonis Epiſcopi ſupra celebrati: conſtituitur Epiſcopus Vvormacienſis poſt longas ſummi collegij Canonicorum altercationes. Præfuit laudabiliter ac prudentiſſimè annis decem, & clero & omnibus ciuibus ſuis longè chariſſimus. Obiit 10. Febr. An. Dom. 1318.

51. Henricus III. huius nominis præpoſitus ſummi collegij Vvormacienſis, eligitur in Epiſcopum vltima Aprilis vnanimi conſenſu totius cleri. Confirmatur in die S. Bonifacij ab Archiepiſcopo Moguntino. Gubernauit Eccleſiam Vvormacienſem per vnum tantum annum & dies tres. Obiit octaua Iun. in ipſa die S. Bonifacij, an. 1319. F

52. Chuno Decanus ſummi collegij, vir eximiè doctus eligitur in Vvormacienſis Eccleſiæ præſulem ac antiſtitem poſtridie D. Laurentij, an. Dom. 1319. Præfuit an. 10. Poſtea deceſſit ex hac lachrymarum valle Epiſcopus Chuno, 25. Iun. Dom. 1329.

53. Gerlacus mortuo Chunone ſeipſum intruſit, fretus familiæ ac gentis ſuæ potentia: cum capitulum Epiſcopatus gubernationem commendaſſet Baldouino Archiepiſcopo Treuerenſi ac Moguntino. Præfuit tribus annis, deceſſit ex hac mortali vita, an. 1332. decima octaua Iani.

54. Salomannus Vvalabmn cognominatus, ex veteri ac honeſta Moguntinæ vrbis familia natus, ſucceſſit antiſtiti Gerlaco, à Pontifice Maximo Ioanne XXII. Epiſcopatui Vvormacienſi præfectus, ſine Canonicorum conſenſu. Confirmatur à Pontifice Maximo Benedicto XII. erat vir præclarè doctus, & prudentia præditus ſingulari. Obiit an. 1349.

55. Theodoricus Bauarus cognominatus: eligitur ab vnanimiter conſentiente clero Vvormacienſi an. Dom. 1349. Imp. Carolo IV. Præfuit prudenter & vtiliter annis ſedecim. Erat Epiſcopus honeſtiſſimæ ac optimæ vitæ. Côſequutus eſt omnium priuilegiorū ſuorum confirmationē ab Imp. Carolo IV. an. Dom. 1366. quo an. ad Metenſis Epiſcopatus gubernationem auocatus, Vvormacienſem poſtea liberè reſignauit. G

56. Ioannes cognomento Schandlandius, Ordinis Prædicatorum, & ſacrarum ſcripturarum magnificus doctor. Legatus Pontificius, cuius plurima extant ſcripta: conſtituitur à Rom. Pont. Epiſcopus Culmienſis, vbi cum non diu fuiſſet. Hildeſheymenſi Epiſcopatui à Gregorio X præficitur an. Do. 1362. cui cum duob. ſaltem annis præfuiſſet, reſignata gubernatione tma Romam redijt, vbi poſt pauculos annos à Romano Pontifice quietiorem locum petens, vtramq; Auguſtanam videlicet & Vvormacienſem Eccleſiam conſequutus eſt ann. Chr. 1368. Sed cum Auguſtæ inter ſenatum clerum ac populum tumultus eſſent grauiſſimi, non diu Auguſtæ manſit, ſed Auguſtanum Epiſcopatum, an. Dominicæ Incarn. 1377. liberè reſignauit, Vvormacienſi contentus. Obiit an. Dom. 1373. H

57. Egkardus, eligitur à Capitulo Vvormacienſi an. Dom. 1377. cum ſedes Epiſcopalis vacaſſet penè quatuor annis. Sedit plerumque Ladenburgi, nuſquam prodiens quàm in templum. Præfuit annis 28. inter maximas turbas ac ſummos ciuium ſuorum tumultus. Obiit 14. Maij, an. Chriſti 1405. quo totus clerus ſeceſſione facta è Vvormacia diſceſſerat.

58. Matthæus Cracomanus ex Poloniæ regno natus, doctor ſacrarum ſcripturarum, Academiarum Pariſienſis ac Pragenſis rector: multa ſcripſit, quæ in Franckentalenſi monaſterio adſeruantur & oſtenduntur, fuit Cancellarius Imp. Ruperti Palatini, cuius interceſſione conſequutus eſt Epiſcopatum Vvormacienſem: ſumma prudentia ac vtiliſſime præfuit quinque annis. Obiit 5. Martij, an. ſalutis 1410.

59. Ioannes II. ſubrogatur Matthæo antiſtiti an. Dom. 1410. præfuit annis ſedecim. Obiit Ladenburgi 18. Maij, an. Dominicæ Incarn. 1426.

60. Fridericus II. eligitur in Epiſcopum Vvormacienſis Eccleſiæ, vnanimi conſenſu Canonicorum ipſa die S. Agathæ, an. Dom. 1427. Præfuit nouemdecim annis. Abſoluit naturæ debitum

[illegible] E

[illegible]

[illegible] ... totios [illegible] ... videret officium Epiſc[illegible] ... hebdomadas oblatam dignitatem reſignauit.

62. Reinhardus eligitur anno Domini 1446. præfuit periculoſis & difficillimis temporibus prudentiſſimè, annis integris ſex. Obiit Ladenburgi in vigilia S. Mariæ Magdalenæ anni à nato Chriſto humani generis redemptore, 1483.

63. Iohannes Tertius, eximia virtute ac doctrina longè præſtantiſſimus, trium linguarum egregie peritus, renaſcentium in Germania humanitatis ac Philoſophiæ ſtudiorum ſummus fautor ac Mæcenas: vir ſapientiſſimus, & Ludouici idcirco Palatini electoris præcipuus conſiliarius. Eligitur in Antiſtitem Vuormacienſis Eccleſiæ anno Chriſti 1482. Præfuit annis 20. & hinc emigrauit vigeſima ſeptima Iulij anno Dominicæ Incarnationis 1505.

64 Reinhardus eligitur Ladenburgi in Vuormacienſem Epiſcopum, decimanona Augusti, anno Chriſtianæ Redem-
B ptionis 1503. verum cum varij tumultus mouerentur in Diœceſi ſua tam ab incolis, quam ruſticis, eoſque componendos deſperaret; Henrico Palatino (qui iam Vltraiectina Eccleſia excideret) totam gubernationem Vuormacienſis ſedis commendat, ac ſeſe quietis ergo in familiæ ac gentis ſuæ caſtrum Riepur (quod in Marchionatu Badenſi ſitum eſt) recipiens, poſt pauculos menſes ibi naturæ debitum, annorum & dierum plenus, abſoluit 19. Aprilis, an. Dom. 1533. cum à prima ipſius electione triginta anni effluxiſſent.

65. Henricus quartus, Palatinus Rheni, & vtriuſque Bauariæ dux, Philippi electoris filius, Ludouici ac Friderici optimorum principum ac electorum frater, eximia virtute, iuſtitiæ & clementiæ ſtudio ac laude, ſapientia item & humanitate ſummus præditus deſignatur An. Dominicæ Incarnationis 1524. Epiſcopus Vltraiectinus vnanimi totius cleri conſenſu: & eodem penè tempore Vuormacienſis. Defatigatus tandem tumultibus Vltraiectinis, cum aduerſa valetudine etiam impeditus labanti Eccleſiæ ſubuenire, aut conſulere tantæ rerum difficultati non poſſet: totam eam gubernationem Ro-
C mano Pontifici ac Imperatori Diuo Carolo V. reſignauit: Vuormaciam concedens, Friſingenſem ac Mammillenſem etiam Epiſcopatum obtinuit.

66. Philippus, ex Friſingenſi.

67. Georgius Schombergicus, Ioannis Archiepiſcopi Treuirenſis frater.

68. Philippus a Rottenſtain, multarum rerum & linguarum cognitione commendabilis.

EPISCOPI AVGVSTANI VINDELICORVM.

Auguſtam Vindelicorum à B. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulis, cum is iuſſu Imperatoris Claudij cum cæteris Iudæis Roma proſcriptus in Italiæ finibus ad tempus hæreret Chriſti doctrina imbutam, *M. Verſerus lib.6. Rerum Auguſtarum* teſtatur. Conſtat certè S. Lucium ex Britanniæ Regibus an. circiter 180. hic plurimos conuertiſſe, quamvis nomina & geſta interciderint illorum qui ante hunc genti huic prædicarunt.

D Nam tempore Diocletiani S. Afram & plures alios martyrio coronatos Auguſtæ pro fidei defenſione Annales referũt.

Catalogus Epiſcoporum hic circumfertur ex MM. SS. veteri ante annos penè 600. deſcripto.

Primus adſcribitur S. Dionyſius Martyr, de quo dubitatur an idem ſit cum ſequente, paſſus tamen ſub hoc nomine an. 303. quidam Dionyſius S. Afræ auunculus, quem S. Narciſſus Gerundæ in Hiſpania Tarraconenſi Epiſcopus presbyterum ordinauit, & Epiſcopum conſtituit, conſtat *ex actis S. Afræ.*

Itaque iuxta veriorem aliorum recentiorum cenſuram Primus fuit Zozymus, qui fortè binominus erat.

2 Perewelfius alias Vuernolphus quẽ volũt ſediſſe an. 6. aut 7

3. Tagebertus ſedit annis 16. vel 17. alij Dagebertum vocant.

4 Manno huic anni 19. tribuuntur.

5. Vuicho. Sedit annis 18.

6. Prieho. Annis 30. quamdiu autem ſedes vacauerit poſt mortem horum, & quo tempore præciſè reſederint, hactenus infallibiliter sciri non potuit.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.

[illegible] ... Vuic tempore [illegible] ... atum appellant ... dinatus anno 6[illegible].

10. S. Tozzo obiit anno 676. 17. Kal. Febr. Vacauit ſedes vſque ad annum circiter 750. quando primum inſtitutus Moguntinus Archiepiſcopus, cui iſte ſubiectus fuit, vt Serrarius *lib. 1. hiſt.* Moguntinæ annotauit.

11. S. Sintpertus à Nicolao V. Catalogo SS. adſeritur, ſedit annis 30. vixit circa annum 800.

12. Hanto alij Lanto, ſedit annos 7. Baronius Santo legit, Interfuit Concilio Moguntino an. 864.

13. S. Nitgerus obiit an. 847.

14. Voldomannus, huic annos 7. tribuunt. obiit 872.

15. Vuigerus. annis 10. ſedit.

16. Lanto tranſtulit corpus S. Magni Epiſc. Hiberniæ,

17. S. Adalpertus. Obiit anno 909.

18. Hiltinus ſedit annos 15. defunctus eſt an. 923.

19 S. Vodalricus comes, ſedit vſque ad annum 973. & colitur ab Auguſtanis tanquam Patronus. F

20. Henricus etiam Comes, periit in pugna quam in Calabria iniit Otho II. anno 482.

21. Etticus. Obiit anno 488.

22. Liutolphus. Obiit anno 496.

23. Gebhardus ſedit annis 4.

24. Sigefridus. Obiit anno 1007.

25. Bruno Frater Imp. Henrici, obiit anno 1029.

26. Eberhardus, aliis Ebbo: obiit an. 1047.

27. Embricus Imbricum alij poſt S Gregorium lib. 2. regiſtri Epiſt. 29. Obiit 1077.

29. Vuigoldus, ſchiſma habuit cum Sigefrido, quem Imp. Henricus III. ſuſtinebat, ſed præualuit. Sedit vſque ad annum 1088.

30. Hermannus circa annum 1096. ſedit.

31. Vualterus electus anno 1134.

32. Kuonradus an. 1152. Obiit circa annum 1160.

33. Hartuuigus obiit anno 1183. Oct. Kal. Febr.

34. Vodoſcalcus anno 1184. vacauit ſedes. G

35. Heittuuicus electus anno 1202.

36. Siſridus, electus an. 1208. *Abbas Vrſpergenſis* obiit in Apulia an. 1227.

37. Suboto Bato, ſedit annis 25. reſignato Epiſcopatu, monaſticum habitum induit.

38. Hartmannus Comes ſedit vſque ad annum 1286.

39. Siſridus obiit anno 1288.

40. Vuolſardus obiit anno 1300.

41. Degenhardus obiit anno 1307.

42. Fredericus obiit anno 1330.

43. Vdalricus obiit anno 1336.

44. Henricus à Schoeneck depomitur à Clemente VI. anno 1348.

45. Marquardus an. 1368. electus Patriarcha Aquileenſis, reſignat Epiſcopatum.

46. Vualtherus obiit an. 1369.

47. Ioannes ex ordine S. Dominici, reſignauit dignitatem an. 1372. obiit an. 1378. H

48. Burchardus obiit anno 1404.

49. Eberhardus. Obiit an. 1411.

50. Anſelmus. Schiſma depomitur à Martino V. Pont. & ſufficitur, depoſito etiam Frederico a Graueneck electo.

51. Petrus à Schaumberg. creatus Cardin. Obiit 1469.

52. Ioannes Comes obiit 1486.

53. Fredericus Comes de Zolleren obiit anno 1505.

54. Henricus. Obiit anno 1517.

55. Chriſtophorus Stadion. Obiit Nurimbergæ 1543.

56. Otho Bato S.R.E. Card. creatur, obiit Romæ 1573.

57. Ioannes Egolphus. Obiit ante conſecrationem.

58. Marquardus obiit 19. Ianuarij 1591.

59. Ioannes Otho. Obiit Dilingæ 6. Octob. 1598.

60. Henricus de Knoeringhen electus in Decembr. anno 1598.

☞ *Ex Catalogo Epiſcoporum Auguſtanorum, edito Anno M. DC. XIV.*

EPISCOPI HERBIPOLENSES.

A H[illegible]rbipolis Ciuitas [illegible] amœ[illegible] [illegible]tate & opulentia inſi[illegible] ad Chriſtia[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]onatus, [illegible] heo [illegible]ſu, Scoti, qui [illegible] patria ſua re[illegible] has oras ab impietate & A[illegible] o repurgandas à [illegible]cto II. Pontifice miſſi perhibentur circa annum Domini DC. & LXXX. Cepit vero S. Chilanus, alij Kilianum vocant; prædicationem ſuam Herbipoli: vbi breui Gosbertum Ducem catechizauit, & vt fratris ſui coniugem quam deperibat dimitteret a conſortio ſuo, effecit. At vt genus mulierum & fallax & infidum eſt, de tollendo è medio Kiliano & ſocijs, iniuit conſilia, ac Gosberto ſuadere conata fuit. Qui cum impiis ſuæ pellicis furijs cedere recuſaret, etiam in illumme[illegible] conſpirationem domeſticorum commouiſſet. Verum adfuit iuſtiſſima Dei vindicta, quæ permiſit vt tam ipſa Iezabel, quam impietatis deliberatæ Satellites à malignis ſpiritibus poſſiderentur. Porro Epiſcopatum hic erexit inſtinctu Pipini & Caroli M. Regum Franciæ, & auctoritate Zachariæ Pontif. S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus, circa annum DCC. & L. idque in honorem SS. Kiliani & ſociorum Martyrum. Atque

B huius Eccleſiæ Antiſtites illud prærogatiuæ à prima origine obtinent, vt etiam in temporalibus, Ciuitatis & territorij Duces exiſtant: hinc dum in Pontificalibus rem diuinam faciunt, adſiſtit è nobilibus nudatum enſem manu geſtans tanquam inſigne Ducatus Franciæ orientalis. Porro SS. Kilianus cum ſocijs Martyribus iuſſu Gaylanæ trucidatis Diuorum catalogo adſcripti ſunt, eiſque Baſilica ædificata. Primus autem qui in ordine Epiſcoporum numeratur, fuit.

1. S. Burcardus, gente Britannus: vir pius ac religioſiſſimus, à S. Bonifacio conſanguineo ſuo educatus ac liberaliſſimè inſtitutus: conſtituitur ab eodem, conſenſu Pipini ac Caroli Magni Regum, primus antiſtes ac Epiſcopus Herbipolenſis Eccleſiæ: conſecratur & confirmatur à Pont. Max. Zacharia. Præfuit autem Epiſcopali officio docendo, concionando ac alijs pietatis exercitijs ac muneribus prudentiſſimè ac feliciſſimè: adminiſtratione item ac gubernatione prouinciæ vtiliſſimè, annis quadraginta integris. Conſtruxit plurima templa ac Monaſteria. Huic Epiſcopo adſeruandos & erudiendos dedit Carolus Magnus duodecim obſides à deuictis Saxoni-

C bus datos ac ſummo loco natos adoleſcentes: qui omnes ferè ad Epiſcopales dignitates tandem euecti ſunt, vt erant liberaliſſimè & optimè a Burcardo Epiſcopo inſtituti. Deceſſit plenus dierum ex hac mortali vita, anno Chriſti 791. in arce Hohenburg ad Mœnum ſita, vbi iam ſenex factus ac afflicta valetudine præditus, cum ſolo Diacono habitare ac religioſiſſimè viuere ſolitus fuerat.

2. Mayngaudus vel Megingaudus comes Rotenburgius ad Tubarum, monachus ordinis D. Benedicti & conuentualis cœnobij Fridſlarienſis in Haſſia ſiti: ab ipſo S. Burcardo ex monaſterio Herbipoli aſſumptus ac ſanctè educatus, ſucceſſit iam mortuo Burcardo, vnanimi totius cleri conſenſu electus. Præfuit laudabiliter annis tribus. Et gubernationis tantæ prouinciæ pertæſus, reſignat Epiſcopatum præſente S. Vvilibaldo Ayſtetenſe Epiſcopo, cuidam Bernolpho viro religioſo & magnanimo; anno Domini 794. Ipſe vero collectis quibuſdam diſcipulis per Mœnum ad arcem Rorbacenſem Caroli Magni venationibus ſeruientem delatus conſenſu & ſumptibus Regis cœnobium inſtituti Benedictini ibi conſtruit, quod Neoſtadium appellant. In quo cum ſacrarum literarum ac alia liberalia ſtudia ſumma cum laude inchoaſſet, primuſ-

D que eius loci Abbas fuiſſet, deceſſit an. 795.

3. Bernuvoldus vel Bernolphus, conſtituitur à Mayngaudo, in Epiſcopum Herbipolenſem anno 794. Præfuit an. 6. menſib. 4. dieb. 3. Obijt Bernolphus 19. Sep. an. Dom. 800.

4. Ludericus ſucceſſit Bernolpho: præfuit annis 3. menſibus 5. obijt viceſima ſeptima Februarij, anno ſalutis 804. Imperante Carolo Magno.

5. Aygeluvardus ſubrogatus eſt *Luderico*, præfuit annis 6. diebus 28. Valedixit huic mortali vitæ 24. Aprilis, an. Dom. 810. ſub Carolo Magno Imp.

6. Vvolgerus eligitur vnanimi conſenſu populi ac cleri, decimatertia Maij. Anno Dom. 810. Præfuit bene & laudabiliter vno & viginti annis, menſibus 6. diebus 3. Sub eius gubernatione obijt an. 814. laudatiſſimus Imp. Carolus Magnus, ſummus benefactor ac locupletator Eccleſiæ Herbipolenſis: cui ſucceſſit filius Ludouicus cognomento pius, qui ſub eo-

[illegible] V[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] celebra- [illegible] [illegible] [illegible]o. Obijt pe- [illegible]

7. Humbertus alias Hubertus eligitur pridie Calendarum Ianuarij, an. dominicæ incarnationis 832. Præfuit nouem annis, tribus menſib. 8. diebus. Obijt an. ſal. 841. menſ. Mart.

8. Godeboldus vulgo Gotsvvaldus Abbas inferioris Altachij, peruetuſti cœnobij apud Bauaros: euocatur ad gubernationem Epiſcopatus Herbipolenſis, prima Aprilis an. à nato Chriſto 841. Præfuit 11. annis, obijt in vigilia S. Matthæi, anni Chriſtianorum 852. animi in mœrore, quod eodem anno ſummum templum Herbipolenſe, fulmine tactum, cum omnibus Eccleſiæ ornamentis deflagraſſet.

9. S. Arno vel Arnu ſucceſſit Epiſcopo Godeboldo: præfuit laudabiliter an. 36. menſibus 6. diebus 12. ſub Imperatoribus Carolo Caluo, Carolo Craſſo & Arnolpho, quibus omnibus chariſſimus, plurima etiam ab ipſis inſignia priuilegia eſt conſequutus. Inſtaurauit collapſam Baſilicam Cathedralem feliciſſimè. Obijt 13. Iulij, anni à nato Chriſto 891. in expeditione Arnolphi Imperatoris, & omnium Germaniæ Principum contra Normanos inter Miſſarū ſolēnia trucidatus. F

10. Rudolphus alias Radhulfus, Thuringiæ Landgrauius præficitur Epiſcopatui Herbipolenſi ab Imperatore Arnolpho, an. Dom. 892. In cuius caſtris militauerat antea cum duobus Germanis fratribus, Conrado ac Gebehardo, contra Nordmannos. Obijt cum omnium ſuorum publico gaudio, 3. Auguſti an. Dom 908. cum præfuiſſet annis 16. dieb. 5.

11. Dietho vel Theodo eruditus ac prudentiſſimus Neoſtadiani monaſterij cœnobita, eligitur in Epiſcopum Herbipolenſem an. 908. Præfuit vtiliſſimè & ſumma cum laude ac omnium admiratione 24. annis: mortuus eſt anno 932.

12. Burcardus ex Abbate Hirsfeldenſi eligitur in Epiſcopum Herbipolenſem ab Imperatore Henrico Aucupe: præfuit annis 9. menſibus 3. diebus 23. prudenter ac vtiliſſimè. Deceſſit ex hac mortali vita, in die Annuntiationis Mariæ, anno Dom. 941.

13. Poppo primus, Burggrauij Herbipolenſis filius: Othonis Magni cognatus, conſtituitur Epiſcopus Herbipolenſis ab eodem Domino Othone Imperatore, cognato ſuo: à quo inſignia priuilegia conſequutus eſt, quod videlicet Canonicorum Herbipolenſium collegium ſemper deinceps liberam deberet habere poteſtatem eligendi Epiſcopum è ſui Capituli Canonicis, decedente aliquo antiſtite. Præfuit ſumma cum prudentia ac laude, annis 19 menſibus decem, diebus quatuordecim. Deceſſit ex hoc ſæculo 15. Februarij, an. 961. G

14. Poppo ſecundus iunior dictus patruus Popponis primi, etiam Burggrauius Herbipolenſis: quem quidam Othonis Magni Imperatoris è ſorore nepotem fuiſſe volunt. Eligitur iuxta tenorem priuilegij ab Othone dati, vnanimi Canonicorum conſenſu, ſecunda Maij, an. Dom. 961. Sedit ad clauum Epiſcopatus annis viginti tribus, menſibus quatuor, fideliter, prudenter ac vtiliter obijt anno 984.

15. Hugo Othonis ſecundi, Imperatoris Cancellarius ac ſupremus intimuſque Conſiliarius, eligitur in Herbipolenſem Epiſcopum vnanimibus totius cleri ſuffragijs anno Dom. 984. Præfuit annis quinque, menſibus ſeptem, diebus vno & viginti, obijt anno 989.

16. Bernuvardus comes à Rotenburg ad Tubarum, venit primum ex Academia Pariſienſi ad monaſterium Hirſaugienſe, in Spirenſi Epiſcopatu ſitum: inde à Leopoldo Abbate Herbipolin, in nouum S. Andreæ Cœnobium ab Hugone Epiſcopo inſtauratum miſſus, cum religioſiſſimè ac piiſſimè ſub Arnoldo abbate vixiſſet: vocatus eſt mortuo tandem Hugone, vnanimi totius Eccleſiæ conſenſu, ad Epiſcopatus Herbipolenſis gubernationem: in qua ſedit ſumma cum laude annis quinque, menſibus 8. diebus 81. Deceſſit anno 995. H

17. Henricus comes à Rotenburg ad Tubarum, propter breuem corporis ſtaturam à prima infantia Comes Hezelinus, & poſtea etiam Epiſcopus Hezelinus dictus, ſubrogatur cognato ſuo, conſenſu totius Cleri. Præfuit ſapientiſſimè ac vtiliſſimè annis viginti duobus; menſibus quinque, diebus 50. Sub hoc Epiſcopo inſtitutus fuit Epiſcopatus Bambergenſis. Obijt autem ille anno 1018.

18. Meginardus eligitur à toto clero in Epiſcopum, præfuit S. Chiliani patrimonio bene & vtiliter an. 15. menſib. 10.

dicbus

[illegible] c l aq [illegible]
A [illegible]
dæ [illegible] an [illegible]
gen [illegible] D [illegible] æ Apo-
ſtoli , an. [illegible] 1023. ſub [illegible] Conrado ſecundo.
19. S. Brono Conradi Carinthiæ ducis filius , eligitur in
Epiſcopum Herbipolenſem ab vnanimiter conſentiente cle-
ro , an. Dom.1033 præfuit ſumma cum laude annis 11. vno
menſe, dieb.14. Conſtruxit & illuſtrauit magnificentiſſimis
ædificiis, Cathedralē S Chiliani Eccleſiam: alia etiam totius
Epiſcopatus templa pulchre reficiens ac exornans , in quæ
omne patrimonium ſuum contulit, fuit Epiſcopus eximie do-
ctus,ſcripſit commentarium in Pſalterium Dauidicum,qui ex-
tat.An.Dom.1045 proficiſcitur cum Imp.Henrico Nigro , ac
multis aliis Germaniæ principibus in Pannonias, cum autem
in ſuperioris Pannoniæ caſtro quodam Boſenburgo,è regione
Ipſenſis oppidi ad Danubium ſito, pernoctaret Imperator cū
omnibus Principibus , ipſa Maij viceſima die,condidit einſdē
arcis ſublime ac trinoſum cœnaculum ſco lolatium , in quod
iam cœnandi cauſſa tota Cæſaris aula conuenerat. Imperator
B ruente cœnaculo, apprehenſa feneſtra , ſingulari Dei prote-
ctione incolumis manſit. Reliqua tota multitudo , Principes,
Epiſcopi,nobiles ac milites ſummi & infimi corruerunt, inter
quos multi ſtatim expirarunt , multi grauiter læſi & mutilati
ſunt. Ibi Epiſcopus Brono tam miſere etiam & inclementer
exceptus eſt,vt 7.die poſt hunc caſum, in eadem arce naturæ
debitum abſolueret,27. videlicet die Maij anni 1045.
20. Adelberto comes à Laymbach eligitur in S. Brunonis
ſucceſſorem , vnanimi totius Capituli Herbipolenſis conſen-
ſu, anno à Chriſto nato 1045. Præfuit laudabiliter ac vtiliſſi-
me annis quadraginta integris,fecit ex S.Stephani Canonico
rum collegio,cœnobium ordinis Diui Benedicti, vocatis in id
triginta monachis. Eiicitur ex Epiſcopatu, an.Dom.1084.ab
Imperatore Henrico IV. conſtituitur in eius locum Meginar
dus quidam. Verum paulò poſt Meginardus ex vrbe iterū eii-
citur,Adalbero reſtituitur.Sed redeunte tandem Imp.Adalbe
ro clam aufugit,& ad monaſterium ſuum rediit,an.Do.1085.
Meginhardus vero reſtituitur,qui cum tribus annis præfuiſſet,
tandem an.Do.1088.ex hac vita euocatus eſt.Poſt cuius mor-
C tem & ſi reuocaretur ab Henrico V.Adalbero, tamen dubiæ
nouercanti fortunæ non diutius fidendum eaſtimans , in ſuo
monaſterio quiete viuere, & præſentibus vti maluit , quam
alibi cum ſummis vitæ periculis ea iterum appetere , quibus
iam bis excidiſſet, & quorum poſſeſſio incertior eſſet.Sic duo-
bus annis adhuc poſt mortuum Meginardum ſuperſtes , tan-
dem 6.Octobr.an à nato Chriſto 1090.ex hac vita emigrauit.
21. Meginardus II.literarum peritia ac vitæ ſanctimonia ,
nemini mortalium ſua ætate ſecundus, eligitur eiecto ex Her-
bipoli Adalberone , ac Imperatore Henrico IV. an. Dom.
1084. Præfuit cum ſumma difficultate tribus annis ac aliquot
menſibus, ſemel iterum eiectus , ac denuo ab Imp. Henrico
IV. reſtitutus. Obiit an. 1088. vigeſima ſexta Iunij , ſuper
ſtite adhuc anteceſſore ſuo Adalberonn.
22. Ayuhardus ab aliis Emmenhardus dictus, conſtituitur
ab Henrico V. Epiſcopus Herbipolenſis.an.Dom.1088.Præ-
fuit ſumma cum laude an.15. menſibus 8. diebus tribus , &
periculoſiſſimis temporibus , quibus Imp.contra Pontificem,
D pater Henricus IV. contra filium Henricum V.& filius con-
tra patrem graſſabantur. Deceſſit ex hoc calamitoſo ſeculo ad
beatarum animarum domicilium penultima Februarij , anni a
nato Chriſto, 1104.
23. Rupertus eligitur à Rege Henrico V.ac toto clero, ex
Præpoſito ſummi Collegij , in Antiſtitem ac præcipuum gu-
bernatorem Eccleſiæ Herbipolenſis:vir & ſapientia & doctri-
na ac virtute eximia præditus,omnibuſque cum ſummis tum
infimis ex æquo charus. Præfuit duobus tantum annis,bis ab
Henrico VI. ex Herbipoli eiectus , totieſque ab Henrico V.
reſtitutus. Obiit an. Dom 1106.
24 Erlangus vel Ehrlingus Canonicus & Capitularis,hoc
eſt, vnus ex ſenatu ſummi ordinis Canonicorum , eligitur an.
1104. ab Imp.Henrico IV.contra Rupertum Canonice à toto
clero deſignatum Epiſcopum. Is viuente Ruperto ab Henri-
co V.bis eiicitur ;bis ab Henrico IV. reſtituitur:ſed ab Hen-
rico V. tertio etiam eiectus,viuente Ruperto Herbipolin non
amplius rediit. Tandem ſua virtute & morum lenitate , ſena-
tui Canonicorum reconciliatus , clementem & propicium
Henricum V.etiam habere cœpit,quandoquidem mortuo iam

[illegible] IV. [illegible] peſtater Ger-
[illegible] Epiſco- E
[illegible]
[illegible] ibi [illegible] em. S [illegible] Eccleſiæ
[illegible] prouinciæ ſumma cum laude [illegible] ciſſime, an.16. diebus
11.propter inſignem ſapientiam ſuam Henrico V.factus cha-
riſſimus, qui eius conſilio poſtea ſemper in ſummis Imperij
negotiis vti ſolebat:ad annum vſque Chriſti 1115.Deceſſit ex
hac lachrymarum valle in Natali Dom. An. Chriſtianorum
1122. cum per integrum quadriennium grauiſſime decubuiſſet.
25. Ruggerus eligitur paucis diebus poſt mortem Erlan-
gi , à toto vnanimiter ac concorditer conſentiente ſummi col-
legij clero , in Epiſcopum Herbipolenſem ac ducem Franciæ
orientalis:Oppoſuit autem ſe huic electioni Imp.Henricus V.
volens ius eligendi & conſtituendi Epiſcopum ad ſe potius
quam ad clerum pertinere:conſtituit itaq; contra Ruggerum,
iuuenem quendam Canonicum Gebehardum comitem Hen-
nenbergenſem. Hoc Schiſma paucis menſibus poſt, compo-
ſitum ac pacatum eſt in Comitiis Vvormacienſibus per legatos
Pontificios Cardinalem S. Angeli, & Cardinalem S Stephani
in monte Cælio, qui à Romano Pontifice hoc miſſi erant è F
Roma in Germaniam,vt turbæ ac motus ibi orti per eos com-
ponerentur. Ab his Cardinalibus talis lata eſt ſententia inter
duos illos Herbipolenſes Epiſcopos , vt cederet Gebhardus :
Ruggerus vero gubernatione libera potiretur.Hæc compoſi-
tio non diu valuit , finitis enim Comitiis & legatis iam Ro-
mam reuerſis, Ruggerus ab Hennebergenſi Gebhardo Hen-
rici V. auxiliis ac præſidiis vrbe iterum eiicitur,an Do.1125.
Ille vero in monaſterium Schvvarzacenſe abiens, impetrata
aliqua Epiſcopatus parte, prouincia videlicet ad Nicrum ſita ,
ea contentus quiete reliquum vitæ in cœnobio tranſegit,vi-
uens ibi an. adhuc quinque Obiit Ruggerus peſte an. 1130.
26. Hezelinus comes à Leyningen , eligitur poſt mortem
Ruggeri , & reſignationem Gebhardi à conſentiente clero
Herbipolenſi : præfuit 14. menſibus , & Bambergam profe-
ctus, ſubito ibi ex hac vita emigrauit, an. Dom. 1131. Hunc
aliqui Catalogi omnino prætereunt,quod fortaſſis morte præ-
uentus , confirmationem ex Romana Curia non conſequutus
ſit, nec conſecratus etiam fuerit.
27. Embricho vel Imbricos ſubrogatus à toto Capitulo G
Canonice ac concorditer electus an.Dom.1131.legitur fuiſſe
comes Leyningenſis. Præfuit ſumma cum laude an.16. Fuit
apud Imp. Lotharium Saxonem ac Conradum Sueuum in
ſumma exiſtimatione , ac vtriuſque intimus Conſiliarius.
28. Sigefridus eligitur an. Dom.1147. præfuit piè ac lau-
dabiliter annis ſex. Obiit peſte an.1153.
29. Gebhardus comes ab Hennenberg, ſiue ille qui antea
ab Imp. Henrico V. Canonicorum Collegio obtrudebatur
contra Canonice electum Ruggerum,ſiue alius:ſucceſſit Epi-
ſcopo Sigefrido vnanimi totius Capituli conſenſu, confirma-
tur Romæ , ab Adriano quarto clementer exceptus. Præfuit
laudabiliter an.8. menſibus ſex , diebus 15. Obiit vero anno
Dominicæ Incarnationis MCLXVI.
30. Henricus II. eligitur an. Dom.1161. præfuit an.tribus
laudabiliter ac optime , menſe item vno , diebus 14. Adfuit
Imp. Friderico Barbaroſſæ grauiſſima obſidione cingenti Me-
diolanum. Obiit an. Dom.1165.
31. Heroldus ſucceſſit Henrico Canonice ac legitime ele- H
ctus, vir ſapientia ac virtute inſigni præditus. Præfuit vtiliſſi-
me an.8.menſibus quinque,diebus tribus.Obiit an.1173. Sub
hoc Epiſcopo iterum habita ſunt ab Imp.Friderico Barbaroſ-
ſa ampliſſima comitia Herbipoli,an.Dom.1166.quo anno con-
firmauit Fridericus Imp. ſub aureo ſigillo iſti Epiſcopo priui-
legia Herbipolenſi Epiſcopatus,præſertim vero illa quæ duca-
tum Franciæ orientalis ex donatione Caroli Magni ad Epiſco-
patum legitimè pertinere conteſtantur.
32. Reimbardus , alias Rehenhardus ſubrogatur Heroldo
ab vnanimiter conſentiente Canonicorum ſummi Collegij
ſenatu. Præfuit an.10. fuit Romæ apud Pontif.Max. Lucium 3.
an. Dom.1181. Emigrauit ex hoc lugubri ſeculo,in die S.Viti,
anno Dom.1182.
33. Godefridus nobilis heros à Piſemberg,Friderici Barba-
roſſæ Cancellarius,eximia virtute doctrina & ſapientia prædi-
ditus eligitur an.Dom.1185.Præfuit an.quatuor.Conſtruxit de
nouo Cathedralem Baſilicam Herbipolenſem ex quadrato la-
pide. Comitatus Imp. verſus Syriam, moritur an.1186.
34. Henricus tertius huius nominis , eligitur concordibus

A totius [illegible] Capituli vocibus ac ſuffrag[illegible] . Præ-
fuit ſex 20. 8 menſibus & 7. diebus [illegible]
[illegible] Obiit autem anno incarnati [illegible] ex Aſia.

35. Godefridus [illegible] dos huius [illegible] dibus Capitoli ſtudus, anno [illegible] præfuit annis quinque, menſibus 4. diebus [illegible] Tritemius iterum diſſentiat. Deceſſit anno 1198.

36. Conradus eximia doctrina & ſapientia præditus, Imperatoris Henrici ſexti Cancellarius antea fuerat, cuius patrocinio & intercedentibus precibus obtinuit Epiſcopatum Hildesheymenſem in Saxonibus, cui cum aliquandiu ſapientiſſime ac vtiliſſime præfuiſſet, vocatus eſt tandem Henrici ſexti etiam patrocinio adiutus, Canoniciſque Herbipolenſibus dudum inſinuatus ac ſtudioſe commendatus, ad clauum ac gubernaculum ſedis Herbipoleoſis; an. Domini 1198. Interfectus à Sicariis quos grauioris ſceleris redarguerat, in Vig. S. Barbaræ anno 1203.

B Quomodo vero vltus ſit hanc indigniſſimam cædem Roman. Pont. Innocentius III. & quomodo Sicarios hoſce perfidiſſimos punierit, longum eſſet recenſere: legitur tota hiſtoria Herbipoli in tabula prope ſummam aram parieti chori appéſa.

37. Henricus huius nominis IV. Ex Pariſienſis Gymnaſij celeberrimo Profeſſore amore patriæ in Franciam Orientalem reuerſo, primum Canonicus, poſtea ſucceſſu temporis Decanus ſummi Collegij factus, ita laudabiliter vixit, vt poſt miſerrimam iſtam Epiſc. Conradi cædem, à Rege Philippo Eccleſiæ commendatus vnanimi conſilio & ſententia totius Capituli, eligeretur in Herbipolenſem Antiſtitem. Præfuit tribus annis & aliquot menſibus. Obiit ante adeptam confirmationem Pontificiam, anno Domini 1206.

38. Otho Myſius: vir ſumma ſapientia & prudentia præditus, eligitur in Epiſcopum Herbipolenſem, Anno à Chriſto nato 1206. Præfuit laudabiliter & prudentiſſime, & vtiliſſime an. ſedecim menſib. 5. Obiit in die S. Nicolai, an. Dom. 1225.

39. Theodoricus ſucceſſit Othoni Epiſcopo Canonicè electus: præfuit 15. menſib. euocatus eſt ex hac lachrymarum valle, anno Dom. 1224.

C 40. Hermannus Myſius: Othonis Epiſcopi ex fratre nepos, eligitur in Epiſcopum Herbipolenſem à toto ſummo clero, ſedet ad clauum & gubernaculum Eccleſiæ annis 26. Obiit anno Domini 1250.

41. Hiringus alias Eringus eligitur in Hermanni ſucceſſorem, anno Chriſti 1250. præfuit annis 16. Irrogauit maximas mulctas ſeditioſis vrbibus Herbipolenſi ac Rotemburgenſi, fuit præter omnem mediocritatem crudelis in duodecim ſtrenuos viros de veteri lapide, quos in arce Altenſtein poſt factam & firmatam Amniſtiam conuiuio ab ipſis exceptus, contra hoſpitalitatis ius, contra datam fidem, peracto prandio, euocatis ad ſe in conclaue quoddam, ſingulis capite mulctari ac trucidari iuſſit omnes: à quorum vltimo Heerdegenio equite aurato dolum tandem ſentiente, grauiter vulneratur, naſum amiſit. Obiit Hiringus iſte anno redempti orbis 1266. imperante Rodolpho Habſpurgio.

42. Conradus Comes à Trymberg, ſucceſſit Hiringo anno Domini 1267. Is confirmationem petiturus, Romam ſequen-
D te anno profectus. cum omnia ibi bene expediuiſſet, & iam Herbipolin cum diplomatibus Pontificiis redire vellet, incidit in grauiſſimum morbum, quo confectus in itinere obiit, ſed vbi aut quo loco ſepultus, id nuſquam inuenitur.

43. Bertholdus Dominus à Sternberg, ſucceſſit Conrado legitime & concorditer electus, anno 1268. Quandiu præfuerit certo dicere non poſſum. Alicubi enim anno Domini 1282. alibi vero an. 1287. eum ex hoc ſeculo emigraſſe inuenio, fuit eximia virtute ac vitæ integritate præditus, & qui ſtudio ac prudentia ſumma præfuit, & Epiſcopatui plurimum profuiſſet, ſi in tranquilliora & pacatiora incidiſſet tempora.

44. Mangoldus Archimagyrus à Nevvenburg: ex præpoſito ſummi Collegij factus eſt Epiſcopus & dux Francorum, ſed quo anno, certo dicere non poſſumus. Præfuit prudenter & vtiliſſime ad annum Chriſti vſque milleſimum ſecundum, quo legitur ex hac lacrymarū valle ad aliā patriam emigraſſe.

45. Andreas Baro à Gundelfingen, conſtituitur ex Mosbacenſis Onoldiſpachiani ac Oringanienſis Eccleſiarum collegiatarum Præpoſito, in Epiſcopum Herbipoleoſem, vnanimi conſenſu totius cleri, an. Dom. 1302. Præfuit ſumma prudentia & laude annis tredecim. Obiit an. Dom. 1315.

46. Godefridus tertius eligitur in Antiſtitem Herbipo-

[illegible] poſt [illegible]
[illegible] en[illegible]
[illegible] aliam [illegible] alii no[illegible]
[illegible]

47. Vvolframus [illegible] Godefrido præfuit in ſummis temporum difficultatibus (cum propter ingens Schiſma inter Imp. Ludouicum Bauarum ac Pont. Max. Ioannem XXII. ſubortum, tum quod iterum nouas moueret ſeditiones vrbs Herbipolenſis, nec huic Epiſcopo admodum propitia) an. 11. Obiit vltima Iulij, Anno 1333.

48. Hermannus Alſata: Canonicus Spirenſis, ac Ludouici Bauari Cancellarius, eligitur in Epiſcopum Herbipolenſem à Ludouico Bauaro Rom. Imp. & ab ea Canonicorum parte, quæ eidem Cæſari Ludouico fauebat: ab alia verò, pontificia videlicet, conſtituebatur Dominus Otho Vvolfſkelius vir nobilis, ac Herbipolenſis Cathedræ Canonicus: qui a Pontifice Ioanne XXII. ac Benedicto XI. eius ſucceſſore confirmatus, Epiſcopatus poſſeſſionem facile conſequutus eſt, non tamen citius quam poſt biennium: tum reſignauit Epiſcopatum, ac pacato animo ceſſit huic Othoni Epiſcopus Herman- F nus anno videlicet Domini 1335. Menſe Aug.

49. Otho Vvolfſkelius eligitur per diſcordiam anno 1333. contra Hermannum, & tamen à maiori parte Canonicorum ſummi Collegij: ſed durante adhuc Schiſmate inter Ludouicum Bauarum ac Pont. Max. Ioannem XXII. Hermannus aliquandiu à Cæſare defenſus eſt: qui videns Othonem pontificia authoritate confirmatum eſſe, ac ſe diu ita pacatā gubernationem retinere non poſſe: ceſſit Othoni bona pace, fuit Canonicatib. cōtentus. Venit igitur Otho Herbipolin 30. Auguſti, an. 1335. ex arce Roſenberg, in qua antea habitarat. Præfuit laudabiliter an. 10. Deceſſit Epiſc. ille Otho ex hac mortali vita, decima tertia Auguſti, an. 1345. cum conuocatos prius ad ſe Canonicos ſummi Capituli omnes, longa oratione ad ſtudium concordiæ, & fraternæ charitatis cohortatus eſſet.

50. Albertus comes ab Hohenberg Decretorum Doctor: Canonicus Conſtantienſis Eccleſiæ, cuius ab aliqua eius loci Canonicorum parte gubernator, & Epiſcopus poſt Rodolphi mortem poſtulatus erat: mittitur mortuo Epiſcopo Othone ad gubernandum Epiſcopatum Herbipolenſem à Pont. G Max. Clemente VI. Etſi ſenatus ſummi Collegij Canonicorum vnanimibus ſuffragiis elegiſſet iam Albertum Comitem de Alta flamma. Veniens autem Herbipolin à Romano Pontifice confirmatur, Alberto de Alta flamma libere ceſſit: an. Domini 1349. Sequenti an. vocatus ad Friſingenſis Epiſcopatus gubernationem, nouem ibi annis laudabiliter præfuit, valedicens huic vitæ, an. incarnat. filij Dei 1359.

51. Albertus Comes de Alta flamma, vulgo Hohenlohe: ſummi Canonicorum Herbipoleoſium Collegij Præpoſitus, vnanimi conſenſu totius Capituli eligitur an. Domini 1345. Erat vir inſigni virtute qui & prudenter & vtiliter præfuit à prima electione viginti ſex an. integris obiit an. 1372.

52. Gerhardus Guntheri Imperatoris, vt aliqui volunt germanus frater Epiſcopus Neuburgenſis, ac Citzenſis à Carolo IV. Rom. Imp. Pontifici Max. Gregorio XI. diligentiſſime commendatus, ab eodem Epiſcopus Herbipolenſis ac Francorum Dux conſtituitur ac confirmatur: à Carolo vero IV. ſtatim Regalibus ac feudis inueſtitur an. Dom. 1372. Cum Mammillenſi Epiſcopatui præfuiſſet ſapientiſſime annos 10. H deceſſit ex hoc mortali ſeculo, an. Domini 138. menſ. Nouembri: relinquens Eccleſiam & ſedem Epiſcopalem in ſumma paupertate.

53. Ioannes Egloffſtein, vir equeſtris ordinis apud Oſtrofrancos: primum viuente adhuc Epiſcopo Gerhardo ex præpoſito ſummi Collegij Coadiutor Epiſcopi Gerhardi factus: iam mortuo etiam Gerhardo ab aliqua diſſentientis Capituli parte ſubrogatur: Eligitur autem ab alia ac aduerſaria parte Eberhardus Comes à VVertheym. Hoc Schiſma ad extremam inopiam redegiſſet Epiſcopatum, niſi Imperator Rupertus Palatinus ſua auctoritate interpoſita Eberhardum cedere iuſſiſſet, & ſuo ſuffragio Ioannem Coadiutorem admiſiſſet: Præfuit autem quietè, fideliter & prudenter ac longe vtiliſſime nouem an. Obiit in Forchenheymio Epiſc. Bambergenſis oppido ſubito & ſine veneni ſuſpicione, 9 Ianu. an. Dom. 1412.

54. Ioannes eligitur vnanimi totius Capituli conſenſu, an. Dom. 1412. Præfuit, ſed non admodum vtiliter an. 29. Erat Epiſcopus eximia prudentia ſed admodum ſumptuoſus ac prodigus, & qui Epiſcopatum extremè exhauſit. Reſignauit

A [illegible] bos ac S [illegible] ætat [illegible]

57. [illegible]
Gulie [illegible] Friderici pr[illegible] tandem eo mortuo à Rom. pontifice in Epiſcopum Herbipolenſem confirmatur. Præfuit annis tribus omninò puerili-ter, & an. Dom. 1444. retenta ſibi annua penſione, Epiſcopatum Canonicorum ſenatui reſignauit, & in Saxoniam ad fratrea ſuos rediit, Imperante Friderico III.

56. Godefridus ſucceſſit Sigiſmundo Epiſcopo, electus vnanimibus totius Capituli Herbipolenſis ſuffragiis. Sedit ad clauum Eccleſiæ & ducatus ſumma fide ac prudẽtia adminiſtrãs omnia, annis duodecim. Erat Princeps ſeuerus, nemini quicquã condonans, qui ab omnibus vicinis Principibus metuebatur. Abſoluit naturæ debitũ circa Feſtum Palmarũ, an. 1455.

57. Ioannes ſucceſſit Godefrido, canonice ac legitimè electus an. Dom. 1455. Præfuit optimè ac vtiliſſime an. 11. vir mitis, placidus, & qui beneuolentia & clementia ſua omniũ
B ſibi conciliatet fauorem & amorem. Deceſſit ex hac lachrymarum valle die Veneris poſt feſtum Dominicæ reſurrectionis, an. Dom. 1466.

58. Rudolphus ſubrogatur Ioanni Epiſcopo vltima Aprilis eiuſdem anni quo anteceſſor ex hac vita emigrarat. Præfuit ſumma cum virtute ac laude an. 29. quibus Epiſcopatum ita reſtituit, auxit & ampliauit, vt eius non gubernator, ſed ſecundarius fundator dici merito debeat. Obiit Lithuaſi 29. Aprilis, anni à Chriſto nato 1495. Imperante D. Maximiliano: ætatis ſuæ anno vt aliqui volunt centeſimo, vt aliis placet 93.

59. Laurentius eligitur vnanimi conſenſu totius Capituli, 17. Maij, an. 1495. Præfuit Epiſcopatui laudabiliter an. 24. ita vt eidem ſumme etiam prodeſſet. Obiit plenus dierum, anno 1519. ipſa die S. Dorotheæ.

6[0]. Conradus Oſtrofrancus eligitur concordibus totius ſummi Canonicorum Collegij ſuffragiis, an. Dom. 1519. Præfuit annis vno & viginti laudabiliter & vtiliſſime, obſidetur à ſuis grauiter in ſeditioſa ruſticorum coniuratione. Emigrauit ex hac calamitoſa vita anno ſalutis 1540. Menſe Iunio.

C 61. Conradus à Bibra, eligitur vnanimi totius Canonicorum Senatus conſenſu prima Iulij, anno à Chriſto 1540. Præfuit laudabiliter. 4. an. 40. dieb. Obdormiuit in Domino anno gratiæ 1544. Octaua Auguſti.

62. Melchior Zobelius, corporis & animi bonis inſignis heros, ex ſummi Canonicorum Senatus Decano, in Epiſcopum Herbipolenſem, ac inclytæ Franciæ Orientalis Ducem, eligitur communi & vnanimi totius Capituli conſenſu, 19 Auguſti anni à nato Chriſto 1544.

EPISCOPI AVREATENSES.

Siue Aychstadienses.

Epiſcopus Aychiſtadianus, olim ab Aureati vetuſtæ vrbis (quam Hunni vaſtarunt) ruinis reliquiis ac ruderibus, Aureatenſis appellatus, ad Almonum vel Altmulam Norici amnem ſitus: cœpit annum Chriſti circiter 744.

1. Primus hic Epiſcopatum iniuit. Vvilibaldus Richardi Anglorum regis ex S. Bonna D. Bonifacij I. Moguntini Archiepiſcopi ſorore filius. à S Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, an. Dominicæ incarn. 745. Is excisa quereeto circa Almo-
D num amnem, primum inſtituti Benedictini cœnobium ibi condere cœpit, in quo pij Sacerdotes Deo diligentiſſimè ſeruientes, exemplo ſuo multos ſæculares etiam homines (vt eundem locum incolerent) ad ſe inuitarunt: quibus vndiquaque certatim ad religioſorum hominum conſuetudinem affluentibus ac tuguriola ſibi prope Monaſterium ædificantibus, muniuit Epiſcopus Vvilibaldus cùm Monaſterium, tum ædes illas priuatorum hominum ac Mechanicas artes exercentium muro ac foſſis, appellantiam, id oppidum, ab excisis quercubus Aychiſtadium, quaſi oppidum incisarum Quercuum loco conditum: Etſi ab aliquibus etiam Ebeſtadium appellatum fuiſſe, ex vetuſtis monumentis oſtendi poteſt. Appellabatur item in memoriam veteris ac ab Hunnis vaſtatæ vrbis Aureatum: Epiſcopatus vero vtroque vocabulo, & Aychiſtadianus & Aureatenſis, Præfuit S. Vvilibaldus Aureatenſi Epiſcopatui annis 36. ſumma cum laude ſapientiæ pietatis ac bonæ adminiſtrationis. Donatus à S. Bonifacio tali priuilegio, vt Epiſcopatus Aychiſtadianus omnium qui Moguntino Archiepiſcopatui ſuffraganeatus titulo ſubſunt, ſummus ſit ac digniſſimus. Et vt Epiſcopus eius loci ſemper ſit Cancellarius

[illegible] o In [illegible] ſis, ann. [illegible] 2. præfu[illegible] 20. conſtruxit magnificam Baſilicam Aureatenſem, dedit Eccleſiæ aram portatilem è ſolido auro. Deceſſit an 801. Imp. Carolo Magno.

3. Aganus ſubrogatur Epiſcopo Gerucho, præfuit & pie & prudenter annis 17. Emigrauit ex hoc lugubri ſæculo, ſexta Nouẽbris, anni à nato Chriſto 819. legitur fuiſſe Innocentis ab ſanctiſſimæ vitæ, nullius rei æquè ſtudioſus quam propagandæ & illuſtrandæ Chriſtianæ fidei.

4. Adelungus eligitur in Epiſcopum an. Dom. 819. Præfuit annis viginti duobus: Deceſſit ex hac mortali vita 25. Auguſti, Anno Dom. 841. imperante Lothario I.

5. Altinus ſucceſſit Adelungo, præfuit an. 17. mortuus eſt 21. Febr. an. Dom. 858. imperante Ludouico II.

6. Odgerus conſtitutus Epiſcopus Aychiſtadianus, anno
Dom. 858. laudabiliter ibi præfuit vigintitribus annis. Obiit ſeptima Iulij, an. incarnationis Dominicæ 881. F

7. Godelcalcus conſtituitur antiſtes ac præſul Eccleſiæ Aychiſtadianæ, ab Imperatore Carolo Craſſo: Præfuit annis tantum tribus & duodecima Nouembrium, anni à nata ſalute ſempiterna 884. in Domino obdormiuit.

8. Erckenvvaldus ex poſteris Caroli Magni ſummo loco natus, eligitur in præſulem Aureatenſem an. Dom. 884. Præfuit 18. annis prudentiſſimè ac vtiliſſimè. Obiit an. 902.

9. Vdalfridus eligitur vnanimi conſenſu cleri ac populi in ſucceſſorem Erckenbaldi, an. Dom. 902. Præfuit vtiliſſimè annis duo & triginta ſub Imperatoribus Ludouico III. Conrado I. Henrico Aucupe, quibus omnibus fuit longè chariſſimus, & à quibus plurima impetrauit inſignia ſuis Eccleſiis priuilegia. Deceſſit ipſis Ian. Kalendis, Annis à nato Chriſto ſeruatore 933.

10. Starchandus ſucceſſit Epiſcopo Vdelfrido, vir ob plurimas inſignes virtutes omni laude digniſſimus: S. Vlrico Auguſtano Epiſcopo coniunctiſſimus. Præfuit laudabiliter annis
triginta duobus. G

11. Reginoldus vir doctiſſimus trium linguarum egregie peritus, Muſicus eximius, tribus Othonibus Imperatoribus longè chariſſimus, à quibus multa inſignia priuilegia conſecutus eſt. Eligitur in Epiſcopum Aychiſtadianum poſt mortem Starchandi. Præfuit laudabiliter ac vtiliſſimè annis 24. Obiit quarta Aprilis, an. Dom. 989.

12. Megingoſus vel Megingaudus eligitur in Antiſtitem Eccleſiæ Aureatenſis an. ſal 989. Præfuit ei fideliſſimè an. 24. Euocatur ex hac vita 21. April. an. 1014.

13. Gundeckarus aliis Guntzo appellatus, conſtituitur Epiſcopus Aureatenſis an. Dom. 1014. ab Imp. Henrico Claudo Bebembergenſis Epiſcopatus fundatore. Obiit vigeſima Decemb. anni à nato Chriſto, 1019. Nordlingum Rhiæſæ oppidum ſub hoc Epiſcopo permutationis iure ab Epiſcopatu Aychiſtadiano ad Ratiſbonenſem deuolutum eſt.

14 Vvalthetus ſucceſſit Gundeggaro, præfuit annis duobus fideliter: Aditurus Romam propter certa quædam Epiſcopatus ſui negotia. Obiit in itinere apud Rauennates, vbi
& terræ in Archiepiſcopali templo redditus eſt, 20. Decemb. H
an. 1021.

15. Heribertus eximia doctrina ac ſapientia præditus, etſi genere etiam nobilis: tamen virtute multarumq; optimarum diſciplinarum cognitione ac vitæ integritate longè nobilior, eligitur in epiſcopum Aychiſtadianum an. Dom. 10[2]1. Præfuit laudabiliter annis vno & viginti. Condidit multos egregios Hymnos, quorum adhuc vius eſt in Eccleſia Ayſtetenſi, mortuus eſt anno 1041.

16. Gozmannus germanus frater Epiſcopi Heriberti, eligitur in fratris ſucceſſorem vnanimi conſenſu totius cleri, an. Dom. 1042. Præfuit duobus ſaltem menſibus, dedicauit & conſecrauit vna cum S. Brunone Epiſcopo Herpipolenſi magnificè conſtructum templum S. Vvalburgis: inter ea ſolennia ſubito morbo correptus poſt triduum moritur.

17. Gebehardus iuuenis quidem ætate, ſed doctrina ſapientia & morum grauitate prudentiſſimis ſenibus æquiparandus: eligitur in Epiſcopũ Aychiſtadianũ an. 1042. vnanimi totius Canonicorum collegij conſenſu, erat iſte in maxima apud omnes Imperij proceres æſtimatione: ita vt vterius eius [...]

[illegible] es iu [illegible] præp [illegible] as etiam ad [illegible] eligitur [illegible] à [illegible] Capitu [illegible] pum [illegible] 1 [illegible] præſ [illegible] vi [illegible] em

& an. D [illegible] 1. à C [illegible] mittitur Bertholdus : ſed vt erat natura placidus, mitis ac humaniſsimus, facile Albertum virum etiam quietum gubernationis conſortem tulit : donec cum Deus ea hac vita euocaret quod factum eſt in Ianuario anni à natu Chriſti 1355.

45. Bertholdus Burgrauius Norbergenſis, anno ætatis ſuæ 13. Teutunicorum dominorum ordini inſertus ; honeſtè ac laudabiliter in eo vixit, tandiu donec in orientali Francia primum, & tandem in Boruſſia etiam fieret Prouincialis commendator : His dignitatibus ac officiis præfuit laudabiliter ad annum vſque ætatis ſuæ tricesimum primum, tum an. Dom. 1351. à Pontif. Max. Clemente VI. Epiſcopus Aychiſtadianus deſignatur & confirmatur. Præfuit vtiliſſimè ſumma cum laude annis 14. atque hinc emigrauit, an. 1365.

46. Rabanus vel Rabano, qui antea aliquandiu etiam administrato fuerat, eligitur vnanimi conſenſu Capitularium

B in Epiſcopum Aychiſtadianum. Confirmatur ab Vrbano V. Pont. Max. apud Auenionem, in die S. VVillibaldi an. 1365. Præfuit ſapienter ac vtiliter an. 17. menſib. 10. Obiit in die S. Lucæ anni à nato Chriſti 1383.

47. Fridericus IV. ſucceſſit Epiſcopo Rabano, Canonicè ac legitime electus an. Dom. 1383. ætatis ſuæ an. 23. Conſequutus eſt confirmationem à Pont. Max. Vrbano VI. Præfuit ſumma cum laude ac vtiliſſimè annis triginta duobus. Obiit in Ayſteten ſi Palatio Epiſcopali decima nona Septembr. an. à nato Chriſto MCCCC.XV. quo cœpit concilium Conſtantienſe.

48. Ioannes II. Bambergenſis præpoſitus, eligitur in Epiſcopum Aychiſtadianum anno Dominicæ Incarnationis 1415. Præfuit fideliter 4. an. Obiit in die S. Eraſmi, anno Chriſtianorum 1419.

49. Albertus II. Præfuit optimè ac vtiliſſimè annis ſedecim, ob incomparabilem humanitatem omnibus ſummæ charus, pacis etiam vt cæteri ferè omnes anteceſſores ſtudioſiſſimus. ex hac ſtatione deceſſit 1445.

50. Ioannes III. Doctor ſacrarum ſcripturarum ac Pontificiarum legum, vir eloquens ac ſapientiſſimus. præfuit laudabiliter ac vtiliſſime 18. an. menſibus tribus. Fuit Alberti II.

C Imp. Cancellarius, non ipſi ſolum chariſſimus, ſed & omnibus Germaniæ principibus ; Inprimis vero Pon. Max. Pio II. qui audiens eum ex hac mortali vita emigraſſe, dixit Romæ in publico omnium Cardinalium conceſſu. Eccleſiæ merito deplorandam eſſe mortem huius Epiſcopi, quæ verè iam amiſiſſet auream ſui corporis columnam in Germanis. Fuit acerrimus cleri reformator. Pauperum vero pater longe humaniſſimus. Obiit an 1464.

51. Gulielmus præfuit ſapientiſſimè ac vtiliſſimè annis triginta tribus. Emit oppida, arces ac pagos plurimos: Meſſingum, Arnsbergum, Hoffſteinum, Reutembuchum &c. Fuit Imperatori Friderico III. & eius filio D Maximiliano longe chariſſimus, erat enim inſigni virtute, Eloquentia vero ſumma præditus : de quo non ineptè inter alia cantatus eſt verſiculus iſte, in quo & Soloni Athenienſium ſapientiſſimo legiſlatori, & Salomoni ſapientiſſimo regi aſſimilatur :

At tibi Solonis Mens, Præſul, & Os Salomonis,

Obiit 18. Nouemb. anni à nato Chriſto 1496. tale Epitaphium

D in cathedrali ſortitur.

Magnam ſi qua viro tribuit Sapientia laudem,
Hic ſumma Præſul dignus honore iacet.
Cui nihil obiicium, præter honeſtum
Crimen, quo Regi & Cæſaris amicus erat,

52. Gabriel eligitur ex Aychiſtadiano Canonico, in Epiſcopum 5. Decembr. anni à nato Chr. 1496. Fuit Epiſcopus egregiè doctus, cum ſumma laude in Germaniæ & Italiæ Academiis tandiu verſatus, donec doctoratus titulum conſequeretur præfuit Epiſcopatui Aureatenſi prudentiſſimè an. 39. Fuit pacis amantiſſimus, ac cuſtos diligentiſſimus, deceſſit an. 1535.

53. Chriſtophorus Marſallus a Pappenheym eligitur à toto concorditer conſentiente clero in ſucceſſorem Epiſcopi Gabrielis 14. Decenb. anni à nato Chriſto 1535. Præfuit annis quatuor. Obiit anno Dominicæ incarnationis 1539.

54. Mauricius eximia virtute: multiplici doctrina, incomparabili morum ſuauitate ac pluſimarum linguarum abſoluta cognitione ornatiſſimus, Præpoſitus ſummi Herbipolenſis

[illegible] ann, an. [illegible] E
[illegible] um [illegible] ut Caro [illegible]
[illegible] C [illegible]
[illegible] P [illegible] D [illegible] SES.

[illegible] ndatur ac inſti [illegible] m à Carolo Magno Galliarum rege, ac Imp. Rom cum deuicto Saxonum magno Duce VVidekindo; primus religionem Chriſtianam per totam Saxoniam plantaret, & ab Idololatricis eam erroribus ac cultibus ac veri Dei cognitionem reduceret, Cœpit vero Epiſcopatus ille non Hildeſiæ, ſed apud Elzam vel Regiam aulam amœniſſimum quendam pagum in concurſu Salæ ac Lynij piſculentiſſimorum fluuiorum ſitum : Ibi prima Cathedralis Baſilica futuro Epiſcopatui conſtructa eſt, a Diuo Carolo M. in honorē principis Apoſtolorum ſancti Petri à quo Epiſcopatus primum Aulicenſis Epiſcopatus dictus eſt. Tranſlatus eſt autem tandem ab Imp. Ludouico Pio Caroli Magni filio ex Regia iſta aula trans flumen Lynenſe in locum, quem à cœlitus miſſa niue Hildeſebne olim, nunc vero parum immutata voce Hildesheym appellamus. Ibi conditum eſt ab eodem Opt. Imp. primum templum D. Virginis ſacrum ; & hinc cœpit Epiſcopus Guntharius à Carolo Magno antea electus, primus Hildesheymenſis appellari. qui antea Aulicenſis dictus erat : factumque id eſt anno Dominicæ incarnationis 814. Præfuit laudatiſſimè annis vnu & viginti, qui antea etiam aliquandiu in Aulica concionatus fuerat, condidit templum S. Ceciliæ duabus turribus conſpicuum, prope D. Virginis anchoatum prius à Ludouico Imperatore ſacellum. Obiit an. Dom. 835. Sepelitur in ſacello areis à ſe conſtructæ.

2. Rembertus alias Frembertus, ſucceſſit Gunthero Epiſcopo ſed paucis tantum menſibus præfuit, euocatus ex hac in aliam meliorem vitam.

3. Ebo alias Eppo, Gallus natione Archiepiſcopus Remenſis primus qui ab Imp. Ludouico Pio, ac. P. M. Paſchali miſſus, Danos ad fidem Chriſtianam conuertit, in cuius abſentia cum audiret Imperator eum vnum fuiſſe ex ſuaſoribus ſeditionis, in qua ipſe à ſuo filio Lothario captus erat : deiecit eum ex Archiepiſcopatus faſtigio. Hamburgum igitur ad S. Anſgarium Archiepiſcopum confugit, qui cum virtute ac ſapientia præſtantem virum eſſe videret, mox eius miſertus, conſtituit in Epiſcopum Hildeſianum an. 835. Præfuit ibi an. 11. concionando, docendo, baptiſando, & aliis pietatis officiis ad verum Epiſcopum pertinentibus fideliſſimè. Deceſſit tandem ex hac vita an. Dom 847.

4. S. Alfridus monachus Corbeyenſis, Benedictini inſtituti, ſapientiſſimus ac doctiſſimus, ſucceſſit Epiſcopo Ebboni an. Dom. 848. Præfuit laudabiliter an. 28. Conſtruxit nouam Baſilicam Cathedralem magnificam ac robuſtiſſimam, in honorem Dei Opt. Max. ac D. Virginis: quam in forma monaſterij extructam 26. annorum ſpacio abſoluit.

5. Marquardus ſucceſſit Leutholpho: vir admodum religioſæ ac innocentis vitæ, Deo & cœlo dignus teſte Crantzio. Præfuit tribus an. fideliter ac piè. Trucidatur Hamburgi à Sclauis, Nordmannis ac Danis in tota Saxonia tum crudeliter graſſantibus. Sepelitur in monaſterio Eppkeſtorpenſi, an. Do. 880.

6. VVigebertus inſignis & animarum & corporum medicus, & cuius multi adhuc libri de Medicina ſcripti extant in Bibliotheca Hildeſiana : eligitur poſt martyrio coronatum Marquardum, an. Dom. 880. Præfuit annis quatuor ſumma cum laude, migrauit ad meliorem vitam an. 884. H

7. VValdobertus eligitur mortuo VVigeberto, præfuit ſummo propagandæ ac illuſtrandæ religionis Chriſtianæ ſtudio annis 19. Obiit an. Dom. 903.

8. Geberhardus alias Sigehardus, eligitur an. Dom. 903. Præfuit an. 15. ſumma cum laude. Ornauit ſuggeſtum ſummi templi argenteis laminis. Obiit an. Dom. 928.

9. Diedhardus ex Hirſaugienſi monacho, primum Abbas Hirsfeldenſis factus; cum Abbatiæ fideliſſimè ac ſumma cum laude præfuiſſet, deſignatus eſt Epiſcopus Hildeſianus, an. Dom. 928. Præfuit prudentiſſimè & vtiliſſimè an. 18. Obiit anno 956.

10. Othvvinus eligitur vnanimi conſenſu totius cleri ac populi Hildeſiani in Epiſcopum, ex Abbate cœnobij Pergenſis. Præfuit vtiliſſimè annis triginta, & obiit anno 985.

11. Oſdachus ex diuitis Augiæ monacho, Epiſcopus Hildeſheymenſis deſignatus eſt, an. Dom. 986. Euocarat eum antea ad Bergenſia cœnobij gobernationem ex Augienſi monaſterio

A [illegible] Orh [illegible] per [illegible] Pon [illegible] v [illegible] E [illegible] menti, [illegible] b [illegible] tnat [illegible] facundus,& ma [illegible] Phi- [illegible] man,inde [illegible] Regis Romanor [illegible] ac Sueuorum Ducis, ſummus amicus ac fidelis Cancellarius, primum Lubecenſis Epiſcopus deſerta ea Eccleſia, cum Friderico Barbaroſſa & eius filio duce Friderico, ſuſcepta noua Hieroſolymitana expeditione in Armeniam proficiſcitur, vbi cum periret Imperator abſorptus à flumine, pergens cum Friderico Sueuorum duce ſtrenuè ſeſe in Syria geſſit. Vnde reuerſus poſt aliquot annos, Bernone Epiſcopo defuncto, Hildesheymenſem Epiſcopatum conſequutus eſt. Erat vir ſumma authoritate apud omnes imperij proceres. Præfuit Hildesheymenſi Eccleſiæ per annum vnum ſaltem, ſed vtiliſſime: eam reſignans, Herbipolenſi Epiſcopatui ac Francorū Ducatui ab Imp. Philippo Barbaroſſæ filio præficitur an. Dom. 1199.

13. S. Bernuuardus [illegible] Imp. [illegible] Capellanus, ab eodem Imperatore conſtituitur Epiſcopus Hildeſianus, an. Dom. 993. Scribit eum Crantzius verbis & exemplo diligenter præluxiſſe, & tali vitæ ſanctimonia præditum fuiſſe, vt & viuus & mortuus clareſceret miraculis. Præfuit fideliſſime ac vtiliſſime annis vno & triginta. Et vita hac defunctus Anno 1024.

14. S. Gothardus genere illuſtris, virtute vero & vitæ ſanctitate illuſtriſſimus, ex Abbate Cœnobiorum Altachenſis in Bauaris, ac Hirsfeldenſis in Bnchouia ſitorum, Epiſc. Hildeſheymenſis deſignatus eſt, an. Dom. 1024. ab. Imp. S. Henrico II cognato ſuo. Præfuit an. 14. vtiliſſime: conſtituit de nouo collegia, tum Eccleſiam S. Andreæ in ſuburbio Hildesheymenſi ſitam: cœnobium item S. Mauritij in monte, monaſterium item Haldhuſenſe ordinis D. Benedicti. & Xenodochion
B pro pauperibus ac ægrotis. Obiit in monaſterio Mauritiano an. Domini 1038.

15. Dithmarus vel Tiadmarus natione Danus, Conradi Salici ſacellanus ac intimus conſiliarius, eligitur & conſtituitur Epiſcopus Hildesheymenſis, patrocinio Gunildis Danorum Reginæ anno Domini 1038. Valedixit mortali huic vitæ an. Dominicæ Incarnationis 1044.

16. Aſelmus alibi Aſelinus, Imp. Henrici III. ſacellanus, ab eodem Imp. Hildesheymenſi Eccleſiæ præficitur. Præfuit non illaudabiliter annis decem: Dedit multa ornamenta Eccleſiæ ſuæ. Obiit anno Dominicæ Incarnationis 1054.

17. Echilo alijs Hezilo ex Goſlatienſi præpoſito eligitur in Epiſcopū Hildesheymenſem. Præfuit annis viginti quinque. Certauit anno Dominicæ incarnationis 1063. de ſeſſione cum VViderado Abbate Fuldenſi, bis in templo Hildesheymenſi præſente Rege Henrico IV. non ſine multi ſanguinis profuſione: eam Hiſtoriam eleganter & copioſe deſcriptam petat ſtudioſus Lector ex Lamberti Schaffnaburgenſis Chronicis. Mortuus eſt anno 1079.

18. Vdo Comes de Aluenſleuen, conſtituitur Hildesheymen-
C ſis Eccleſiæ Epiſcopus ab Imperatore Henrico IV. an. Dom. 1079. Fideliter præfuit Eccleſiæ annum vſque Dom. 1114. quo ex hac lachrymarum valle ad æternam patriam conceſſit.

19. Bruningus ex Goſlarienſis collegij Decano in Epiſcopum Hildesheymenſem, eligitur an. Dom. 1114. Erat multis eximiis virtutibus ornatiſſimus. Præfuit per vnum tantum menſem nec conſecratus nec confirmatus: ideirco à Crantzio Saxonico Hiſtorico omiſſus. Reſignauit Epiſcopatus gubernationem, an. Dom. 1115. & in S. Bartholomæi collegium profectus, quod in Saltnis ſitum ipſe eo anno pulchre inſtaurauerat ibi reliquum vitæ exegit.

20. Bertholdus ex Præpoſito ſummi collegij Hildesheymēſis conſtituitur Epiſcopus, anno ſalutis 1115. poſt reſignationem Bruningi. Præfuit vtiliſſimè ac ſumma cum laude annis quindecim. Obiit an. Dom. 1130. Fuit acerrimus monaſteriorum reformator, claudens omnia cœnobia Virginum.

21. Bernhardus ex ſummi Collegij præpoſito in Epiſcopum electus eſt ab vnanimiter conſentientis & clero & populo vniuerſo, Anno Dom. 1130. Præfuit optimè ac vtiliſſimè annis
D viginti tribus. Obiit an. 1153.

22. Bruno Decanus eligitur in Epiſcopum an. Dom. 1153. Præfuit cum ſumma laude an. 7. Epiſcopale palatium in vrbe ſitum pulchrè renouauit & illuſtrauit: Obiit an. Dom. 1160.

23. Hermannus Præpoſitus S. Crucis, eligitur concorditer in Epiſcopum Hildeſianum an. Dom. 1161. Fuit Friderico Barbaroſſæ Imp. imprimis charus, à quo Mediolanum obſidente in Italia feudis ac Regalibus inueſtitur. Præfuit ſumma prudentia ac Eccleſiæ ſuæ eximio commodo annis tredecim: Profectus in Italiam, occubuit an. 1174.

24. Adologus Præpoſitus Goſlarienſis, eligitur vnanimi totius ſummi Hildesheymenſium collegij conſenſu in Epiſcopum poſt auditam mortem peregrinantis Epiſcopi Hermāni, an. Dom 1175. Præfuit prudentiſſime annis quindecim, ac aliquot menſibus. Obiit an. 1190.

25. Berno vir eximius ac ſapientiſſimus ex Decano in Epiſcopum eligitur, an. Dom 1190. Præfuit fideliter ac fœliciter an. 8. Inſtaurauit ac ampliſſimis prouentibus donauit Regiam

27. Harbordus vel Heribertus eligitur difficillimis temporibus, quibus ſchiſma erat grauiſſimum inter Philippum regem, ac Othonem ducem Brunſuicenſem, à toto vnanimiter
F conſentiente clero in Epiſcopum an. Dom. 1199. Præfuit annis nouem. Fundauit collegium S. Ioannis: multa impignorata redemit, multa ædificauit. Obiit an. Dom. 1208.

28. Sigefridus ex Fuldenſi cœnobio, ad Epiſcopatus gubernationem euehitur à Rege Philippo an. Dom. 1208. præfuit an. 12. feliciſſime ac vtiliſſime: obiit 12. Nouemb an 1221.

29. Conradus II. eligitur vnanimi conſenſu Capitularium ex Decano ſummæ Eccleſiæ Spirenſis, & Canonico Moguntino, propter eximiam virtutem ac ſapientiam, in Gubernatorem ac Antiſtitem Hildesheymenſem, anno incarnationis Dominicæ 1221. Erat is vir doctiſſimus, & qui diu in Pariſienſi Academia ſacras literas ſumma cum laude profeſſus fuerat. Præfuit vtiliſſime annis viginti quatuor. ferbuit ingenti zelo prouehendæ ac augendæ religionis: Primum enim Franciſcanis ac Dominicanis monachis in vrbem receptis, vtrique ordini Cœnobium ac commodiſſimas habitationes condidit. Ac meritis ornatus emigrauit an. 1248. Magdalenæ pœnitentiariarum, in vicinia ſummæ Baſilicæ. Fundauit vna cum Henrici Palatini vxore VVinhuſenſe cœnobium Monialium ad Alram fluuium: duo item alia Virginum cœnobia VVulfinghauſenſe, & Franckembergenſe ad Goſlariam ſita. Erat acerrimus
G cuſtos diſciplinæ Clericorum. Refecit ac inſtaurauit Palatium Epiſcopale, arcem item Vvinczemburgenſem, oppidum & arcē Roſarum vallis, ac caſtrum Scardecenſe maximis impenſis, quarum pars ſucceſſori ſoluenda relicta eſt. Duces Brunſuicenſes neſcio quid iuris in Eccleſiam Hildeſianam habere volentes, iudice Imp. Comitia Moguntiæ celebrante, vicit. Qua vero virtute Empnenſe oppidum expugnarit, & arces latronum receptacula ac latebras Ioſulas ac Scardetenſem vaſtarit longum eſſet commemorare An. Dom. 1245. grauiſſimo ſchiſmate inter Pontificem ac Imperatorem exorto, reſignauit Epiſcopatum libere, & quietem ſibi quærens Prædicatorū Hildesheymenſium cœnobium ingreſſus eſt, in eo reliquum vitæ acturus. Cum autem poſt ſuam reſignationem Capitulares Canonicos in eligendo ſucceſſore diſcordes, & in capitalia odia ſciſſos eſſe videret, Hildesheymij manere noluit ſed in Sconouienſe monaſterium Heidelbergenſi vrbi vicinum profectus, ibi tribus fere annis adhuc ſuperſtes debitum naturæ tandem exſoluit an. ſal. 1248.

30. Henricus præpoſitus Heilgenſtadenſis, eligitur à maio- H.
ri Capitularium parte in Epiſcopum Hildesheymenſem an. Dom. 1245. Contra hunc ab alia parte poſtulatur Hermannus quidam, præpoſitus in S. Cyriaci Bronſuicenſi Canonicorum collegio. Confirmatus Henricus ab Archiepiſcopo Moguntino, conſequitur item regalia à Rom. rege. Hæc dum ille circumequitans acquirit. Hermannus interim occupato Epiſcopatu Hildeſiæ plena eius gubernatione fruitur. Lugdunum itaque ad Rom. Pontificem Innocentium quartum profectus, & de violentia Hermanni grauiſſime conqueſtus, tandem poſt varias & longas digladiationes tantum effecit, vt excommunicationis metu perculſus Hermannus locum daret Henrico: qui laudabiliter poſtea præfuit ad annum Chriſti vſque 1275. cum iam à prima electione vndecim anni & aliquot menſes effluxiſſent. Mortuus in menſe Martio.

31. Ioannes ex præpoſito S. Mauritij, fit Epiſcopus anno Domini 1257. vir inſigniter doctus, ad Epiſcopatum enim hunc (Crantzio idem affirmante) peruenire nemo potuit niſi

[illegible] Ecc[illegible] m[illegible]

32. [illegible] Bruns[illegible] nenſi com[illegible] inſidiantium, [illegible] conſenſu [illegible] ſummi Collegij Canonicorum poſtulatur, & eligitur anno 1261 Confirmatur à P.M. Gregor. X. & conſecratur in eiuſdem, ac plurimorum Epiſcoporum præſentia Lugduni in Gallis, in congregata illic Synodo an. Dom. 1266. Præfuit prudenter & ſumma cum virtute an. 18. Obiit an. 1279.

33. Sigefridus ſecundus, Decanus ſummi collegij Magdeburgenſis; aſſumitur in Epiſcopum, & Othonis ſucceſſorem an. Dom. 1279. Confirmatur ab Archiepiſcopo Moguntino, inueſtitur feudis ac Regalibus à Rodolpho Habſpurgio Rege Rom. Vir ſumma virtute, doctrina item ac ſapientia eximia ornatiſſimus. Præfuit annis triginta, menſibus decem, cum ſumma gloria ac laude. Obiit an. 1310.

34 Henricus ſecundus conſtitutus ex Decano ſummi collegij Hildesheymenſis in Epiſcopum, anno Domini 1310.
B Præfuit octo annos laudabiliter & vtiliter. Seditioſam ac tumultuantem Hildeſiam obſidet, & ædificato contra eam caſtro Sturegvvaldenſi (quo nomine ſe Deo duce improbam ſubditorum violentiam compeſcere velle minitabatur) eò vrbem adegit, vt & ſeſe dederet, ac ſupplex Epiſcopo facta perpetuo ſeſe poſthac obtemperaturam ſanctè polliceretur. Fuit vir iuſtus, æqui obſeruantiſſimus, erga ſuos benignus ac placidiſſimus, hoſtibus vero hoſtis etiam & iniuriarum vltro magnanimus. Conſeruandæ perpetuæ caſtitatis ſtudioſiſſimus. In vſurarios animaduerſor acerrimus. Tandem à quibuſdam inuidis neſcio quibus calumniis apud Rom. Pont. traductus, nullius ſibi mali conſcius, Auenionem (vbi tum Pontificum ſedes erat) petit, vt ſe apud Pontificem purgaret; correptus itaque acuta febri, poſt pauculos dies, quibus ibi decubuit, ex mortali vita emigrauit 22. Iunij an. 1318. ſepelitur in eiuſdem vrbis monialium cœnobio ad S. Claram.

35. Otho ſecundus præpoſitus ad S. Mauricium, eligitur in Antiſtitem Epiſcopalis ſedis Hildeſianæ vnanimibus totius Capituli ſententiis ac ſuffragiis, an. Dom. 1318. Præfuit annis
C ſedecim, optimè ac vtiliſſimè. Vicit ingenti prælio primis ſtatim ſuæ gubernationis menſibus, ſeditioſos quoſdam Centuros, arma contra dominum ſuum & contra Eccleſiam ſumentes: quorum multi in eo conflictu cæſi ac interemti ſunt, reliqui omnes capti, multo auro redimere ſeſe coacti ſunt. Hoc autem omne contulit Epiſcopus ad illuſtrationem caſtrorum, templorum ac oppidorum Epiſcopatus: deceſſit an. 1334.

36. Henricus tertius, dux Brunſuicenſis; eligitur vnanimi conſenſu totius ferè ſummi cleri in Epiſcopum ac gubernatorem Hildesheymenſem, an. 1334. Contra hunc excommunicationis fulmine tactum, Rom. Pont. mittit Ericum comitem de Schavvenburg, qui à ciuibus ac nobilitate in vrbem receptus, plena ibi gubernatione potitus eſt. Hoc grauiſſimum Schiſma & implacabile diſſidium durauit per ann. 14. quibus neuter cedere voluit. Sed omnia gubernans, & omnem impietatem ac violentiam vindicans ipſe Deus: Ericum anno Dominicæ Incarnationis 1348. Lethali morbo correptum mox è medio ſuſtulit: Henricus vrbem ſupplicem ſibi factam inſigni equitatu ingreſſus, prope arcem Steutevvalde, in Erici
D aduerſarij ſui complices ac ſatellites, ad ſua ſe iam recipere volentes incidit, vbi cum ipſis acerrimè ac fœliciſſimè conflixit multos trucidans, plures capiens, quibus in vrbem reductis grauiſſimas multas irrogauit. Vrbem in gratiam recepit, ſed ea lege & conditione, vt tamdiu donec arcem Mariburgenſem nuper adeo inchoatam abſolueret, ſemper ſenatus Vrbanus artifices & opifices omnes in ea laborantes exolueret. Præfuit ſumma cum laude vſque ad an. 1362.

37. Ioannes Schadlandius Dominicaſter, è Colonia natus, doctor ſacræ paginæ à Pont. Max. Gregorio vndecimo, ſine conſenſu Canonicorum, Eccleſiæ Hildesheymenſi ſubrogatur an. Domini 1362. præfuit duobus annis: non tamen integris. Cum veniens Hildeſiam, quæſiſſet ſtatim, vbi Bibliotheca vbi libri eſſent, quibus vſi eſſent anteceſſores Epiſcopi (erat enim ipſe homo ſtudiis Philoſophiæ & ſacrarum ſcripturarum totus deditus, monaſterio & quieti aſſuetus) Aulici verò in armamentarium eum introducentes, & oſtendentes ei omnis generis arma & inſtrumenta bellica dicerent, cum talibus libris fuiſſe hactenus negotium Epiſcopis, eiuſmodi codices nunc etiam eſſe euoluendos, acriterque pugnandum

[illegible] hoc & [illegible] Epiſcoporum Alberti Crantzij & docti & diligentis Hiſtorici, ac rerum Saxonicarum annotatoris, etſi etiam ille breuiſſima tantum de Epiſcopis annotauit.

38. Gerhardus primùm Cantor, poſtea Decanus ſummi collegij Hildesheymenſis, Rodolpho tandem Epiſcopo Verdenſis Eccleſiæ ſubſtituitur: vbi cum ſapientiſſimè & ſummo cum Eccleſiæ commodo laudabiliter etiam præfuiſſet, poſt diſceſſum Epiſcopi Ioannis Dominicaſtri à Pont. Gregorio II. Hildeſiano Epiſcopatui præficitur: Reſignata itaque Eccleſia Verdenſi, Hildeſiam venit anno Dom. 1364. Fundauit idem Epiſcopus Carthuſiam; quæ eſt ante muros Hildesheymenſes magnifica: Habebatur tunc temporis Albertus Epiſcopus Halberſtatenſis pro inſigni Logico, acutiſſimo videlicet & opt. diſputatore: Gerhardus vero pro inſigni Rhetore. Cum ergo captus eſſet ab hoc bello quod ad inuicem gerebatur, Albertus, natum eſt inde Prouerbium quod totam Saxoniam peruaſit, in quo dicebatur Logica victa & ſuperata eſſe è Rhetorica. Reb. iam aliquandiu pacatis quieta gubernatione vſus eſt, donec tandem Othone & Alberto Brunſuicenſibus iterum tumultuantibus priora omnia renouata ſunt: quos tamen Dei præſidio iterum fæliciter vltus eſt. Aſſumpſit tandem in coadiutorem, Ioannem Comitem ab Hoya, antiſtitem Paderbornenſem, quærens ſibi quietem. Deceſſit poſtea ex hac mortali vita, an. 1398. cum præfuiſſet an. 34. ſumma cum laude.

39. Ioannes comes ab Hoya, ex Paderbornenſi Epiſcopo primum coadiutor Prædeceſſoris, tandem Epiſcopus, ſedit an. 26. obiit an. 1424.

40. Magnus Dux Saxoniæ inferioris, ex Epiſcopo Caminenſi primum Ioannis ignaui Epiſcopi factus coadiutor, eo defuncto poſtea vnanimi conſenſu capitularium in Hildesheymenſem eligitur præſulem, an. Dom. 1424. Fuit pacis ac belli artibus egregiè inſtructus, ac princeps optimus. Præfuit quietè, pacificè, ac vt prudentiſſimè, ſic etiam vtiliſſimè, annis viginti octo. Confœderauit ſe Othoni duci Brunſuicenſi ac Ioanni Epiſcopo Halberſtatenſi. Obiit an. Dom. 1452. G

41. Bernhardus dux Brunſuicenſis ac Lunenburgius, Friderici ducis filius, eius videlicet, qui Franciſcanorum Cellenſium fundator, reſignata filiis gubernatione reliquum vitæ in eo exegit religioſiſſimè. Is Bernhardus coadiutor primum, poſtea adminiſtrator Eccleſiæ Hildesheymenſi præficitur, an. Dom. 1452. Præfuit annis ſeptem, non admodum vtiliter, quia ſua potius quam Epiſcopatus commoda quærebat, neque vnquam animum ad Eccleſiaſticam vitam vel diſciplinam adiecit: Reſignata itaque an. Dom. 1459. Epiſcopatus gubernatione, vxorem duxit, Dominam Mechildin Comitiſſam de Schouuenburg puellam incomparabili forma ac ſpecie præditam, qua tamen non diu frui potuit, mox rebus mortalibus exemptus.

42. Erneſtus permutatione ferè facta cum Bernhardo, Hildesheymenſem Epiſcopatum conſequitur. Cœpit præeſſe an. Dom. 1459. ſedit ad gubernaculum Eccleſiæ an. 12. Venator potius, quam Epiſcopus. Infeliciter pugnauit contra H ducès Brunſuicenſes, idcirco mœrore animi conſumptus, ex hac vita conceſſit an. Dom. 1471.

43. Henningus ſucceſſit Erneſto adminiſtratori ſed multis laceſſitus difficultatibus, ob alium etiam electum, tandem an. 1481. reſignauit.

44. Bertoldus Buto à Landsberg, ex Verdenſi Epiſcopo vbi decem iam annis præfuerat, Hildesheymenſis etiam præſul factus eſt an. Dom. 1481. per reſignationem Henningi. Confirmatur à Pontifice Max. Sixto IV. vt vtrique Eccleſiæ & Verdenſi & Hildeſianæ præeſſet. Erat vir eximia prudentia præditus, nec vulgariter doctus, Eloquentiæ vero maximæ, ac pronuntiationis ſuauiſſimæ. Sedit ad clauum vtriuſque Epiſcopatus annos viginti duobus. Obiit an. 1503.

45. Ericus Inferioris Saxoniæ, Angariæ videlicet ac VVeſtphaliæ dux, Canonicus Colonienſis, eligitur in feſto Pentecoſtes, anni à nato Chriſto 1503, ab vnanimiter conſentiente clero Hildeſiano in Epiſcopum, ac ſucceſſorem mortui Bertholdi. Ingreditur vrbem paucis diebus ante Natalem Domini excipitur ampliſſimè. Præſidet per vnius anni ſpatium, &

reſignans

A [illegible] ſignans Epiſ[illegible] cum Cap[illegible] ac [illegible] etiam pont[illegible] , fratri [illegible] Vnde poſtea ad M[illegible]ſterienſis E[illegible]us gubernat[illegible] euocatus, bt diutiſſimè præfuit ſumma [illegible] vineret.

46 Ioannes Saxoniæ inferioris Dux per liberam renun[illegible]tionem fratris ſui Erici, conſentiente Capitulo ac Pontifice Max. conſequitur Epiſcopatum Hildesheymenſem, an. Domini 1504 ingreditur vrbem quingentis equis. Tertio gubernationis ſuæ anno adiit ipſe Romam pro impetranda confirmatione, quam cum eſſet conſecutus, rediens in cœnobio Mariærodenſi conſecratur. Præfuit ad annum Chriſti vſque 1527. quo reſignauit gubernationem Balthaſſari Vicecancellario imperatorio.

47. Balthaſar Merekhelius (vicecancellarius Caroli V. Imperatoris), per reſignationem Ioannia Epiſcopi conſequitur Epiſcopatum Hildesheymenſem cum conſenſu Canonicorum Venit in Hildeſianæ vrbi vicinum caſtrum Steuruuald, vbi humaniſſimè & cum ſummo gaudio & ampliſſimus muneribus exceptus, B omnia optima cum clero suo vbi pollicitus: Paucis diebus elapſis iterum diſcedens, ad Imperatorem ſeſe in Hiſpanias recepit. Cum quo poſtea ex Hiſpanii in Italiam profectus, Bononiam venit, vbi Pontificiam confirmationem conſecutus, anno ſequenti in Auguſtanis Comitiis etiam Regalium inueſtituram à Diuo Carolo V. Electus eſt anno 1528. in Epiſcopum etiam Conſtantienſem, ſed cum ſequente anno in imperatoriis negotiis ad inferiores Germanos deſcenderet, in eo itinere Treueri graui morbo correptus naturæ debitum abſoluit.

48. Otho tertius aſſumitur anno ætatis ſuæ 47. ad preces Diui Caroli V. Imp. Aug. & Guilielmi Comitis Anaxoüiani in Epiſcopum Hildesheymenſem, vnanimi conſenſu Canonicorum, an. Dom. 1551. in die S. Panthaleonis. Præfuit is annis ſex, neque conſecratus neque confirmatus. Exauthoratur à Paulo tertio Pontifice maximo.

39. Valentinus ſacræ paginæ ac legum eximius Doctor, vir ſapientiſſimus: eligitur ex Præpoſito Francofurtenſis collegij C ad D. Bartholomæum, ex Canonico item Moguntino, Magdeburgenſi ac Hildeſiano, vnanimi conſenſu Collegij Hildesheymenſis in Epiſcopum anno Domini 1537. Confirmatur & conſecratur Romæ à P. Max. Paulo tertio. Vnde in Germania reuerſus, Hildesheymium ingreditur, vbi ſummo gaudio cum cleri totius Reipublicæ exceptus, aliquamdiu ſedit. Poſtea Moguntiam reuerſus, fortaſſis ob mutatam in Saxonibus Religionem, & varios ibi conſurgentes tumultus, anno Chriſti 1549. currente, dignitatibus cõ Epiſcopatus Hildesheymenſis, cum aliis conſpicuos fulſit. Interfuit an. Dom. 1546. magnis Comitiis Auguſtanis à Diuo Carolo V. Imp. Aug. poſt bellum Germanicum habitis.

EPISCOPI PADEBORNENSES.

Paderbornenſis vrbis in inferiori Saxonia ſitæ, & ab incomparabili fonte (qui eſt ſub Cathedralis Baſilicæ ara maxima) cognominatæ, Epiſcopatus fundatus & inchoatus eſt deuictis Saxonibus à Carolo Magno Galliarum victorioſiſſimo Rege, annum Chriſti circiter 794. Erat tum Paderborna D ampliſſimus pagus, nullis adhuc foſſis, nullis mœnibus, aut munitionibus incloſus: igitur ſedem Epiſcopalem conſtituit Imperator in Heriſtellio munitiſſima arce ad Viſurgin amnem quinq, milliaribus à Paderbornenſi pago ſita & a ſe exædificata, cum ibi aliquamdiu cum toto exercitu (à quo contigit nomen id iſti loco) hybernaſſet. Huius laudabilis Epiſcopatus Doctores, Paſtores Epiſcopi ac gubernatores numerantur à Prima Carolina fundatione ſerie.

1. S. Hadumarius, aliis Harimarus, è primaria apud Saxones nobilitate natus, vnus ex duodecim obſidibus Regi Carolo Magno datis: à Burcardo primo Epiſcopo Herbipolenſi educatus & liberaliter cum in litteris tum pietate inſtitutus, Eccleſiæ item Herbipolenſi inſertus Canonicus, vir grauis & eximia vitæ ſanctimonia præditus conſtituitur à Carolo Magno primo fundatore, & S. Burcardo Epiſcopo, in primum nouellæ plantationis Heriſtellenſis vel Paderbornenſis hortulanum inſpectorem, ac gubernatorem an. 795. Præfuit doctrina & exemplo annis nouem. Donauit hunc Epiſcopum Carolus Magnus, præſente Leone tertio, arce Tryburgenſi cum adiacente territorio omni. Obiit Anno, Chriſtianæ ſalutis octingenteſimo & quarto. Sepelitur in Eccleſia Paderbornenſi.

Badu[illegible] E
[illegible]um [illegible]
ac p[illegible] h[illegible]

5. Li[illegible]hardus, præficitur Eccleſiæ Paderbornenſi in qua nobilibus genere & virtute parentibus natus erat, an. Domini 852. præfuit laudatiſſimè annis viginti quinque. Trucidatur cum aliis ſex Epiſcopis, ducibus tribus, comitibus tredecim, & magno Chriſtianorum numero à Nordmannis ac Vandalis anno Domini 877. Fuit Epiſcopus innocentiſſimæ ac optimæ vitæ. Eius ſoror erat S. VValburgis.

8. Biſo ſucceſſit Luithario: Præfuit annis viginti quinque, optimè ac vtiliſſimè, obiit an. 905.

5. Theodoricus ſubrogatur Biſoni, gubernauit Eccleſiam Paderbornenſem ſumma cum laude, annis nouem. obiit an. 911. Imperatore Conrado primo.

6. Vnivvanus eligitur in Epiſcopum Paderbornenſem an. Domini 911. Præfuit annis nouendecim. obiit an. 950. Imperante Henrico Aucupe.

7. Dudo ſucceſſit Vnivvano, præfuit annis viginti quinque piè ac prudenter, deceſſit ex mortali hac vita an. Chriſti 955. F

8. Volemarus vir Deo & Pontificio honore digniſſimus ſubrogatur Dudoni: an Dom. 956. ſedit ad clauum Eccleſiæ Paderbornenſis an. 26. Deceſſit anno Domini 981.

9. Retharius Volmarium in gubernatione Epiſcopatus ſequutus an. Dom. 981. præfuit optimè ac ſapientiſſimè annis viginti octo obiit an. 1009.

10. Meyenvvercus comes Gelricus à Deſterbant, conſtituitur Paderbornenſis Eccleſiæ Epiſcopus Goſlariæ per Chirothecarum porrectionem à S. Henrico Imperatore, cui ſumma ſanguinis propinquitate deiunctus erat, & à quo quicquid voluit priuilegium citra omnem laborem ac difficultatem eſt conſequutus. Præfuit, à VVilligiſo Moguntino conſecratus, annis viginti ſeptem ſumma cum laude & Eccleſiæ commodo, moritur an. 1056.

11. Rotho vel Rotbardus Baro à Beuren, Gelaius: ex Abbate Hirsfeldenſis in Archiepiſcopatu Moguntino ſiti cœnobij, Epiſcopus Paderbornenſis deſignatur à Conrado Saliquo Imperatore Romano, Præfuit annis ſedecim laudabiliter. Obiit an. 1052. G

12. Imadus eligitur in antiſtitem Eccleſiæ Paderbornenſis anno ſalutis M. LII. Præfuit vti Pium Epiſcopum decet optimè ac ſumma cum laude annis viginti quinque. Deceſſit ex hac momentanea ad meliorem vitam anno Domini M.LXXVII.

13. Poppo ex præpoſito Bambergenſi deſignatur Epiſcopus Paderbornenſis, an. gratiæ 1077. Præfuit annis ſeptem. Emigrauit ex hoc ſæculo, an. Dominicæ incarnationis 1084.

14. Henricus comes de Aſlovv mortuo Poppone per controuerſiam eliguntur anno Chriſtianæ ſalutis milleſimo octuageſimo quarto, Aſlouianus ab Hermanno Lutzelburgio, quem Regem ſibi conſtituerat Saxones, totoque Paderbornenſium Canonicorum ſenatu: VVerlouianus vero per Henricum IV. Imperatorem. Inter hos diu cum ſumma internecione Epiſcopatus certatum ac diſceptatum eſt: donec tandem Aſlouianus Archiepiſcopatum Magdeborgenſem H conſequeretur. Henricus VVarlouianus fœliciter poſtea ac vtiliſſimè præfuit ad annum vſque Chriſti 1126. cum quadraginta duo anni à prima illa diſcordi electione præteriiſſent. Obiit pleniſſimus dierum anno, quem dixit. Sub Imperatore Henrico Quinto.

15. Bernhardus præfuit fideliter ac ſatis vtiliter pro ratione temporum & fortunæ, annis triginta tribus. Fuit Romæ cum Lothario Imperatore, & ibi à Rom. Pont. conſequutus eſt pro ſe & ſucceſſoribus ſuis priuilegia & vſum pallij. Obiit an. 1159.

16. Euergiſus eligitur ex Canonico in Epiſcopum an. Domini 1159. Præfuit laudabiliter an. 17. Obiit an. 1176.

17. Sigefridus conſtituitur Epiſcopus ex ſummi Collegij præpoſito an. Dom. 1177. Præfuit fideliter ac prudenter nouem annis & ſex menſibus Euocatur ex hac lachrimarum valle, an. 1186.

18. Bernhardus ſecundus, nobilis ab Oyſede vel Dyſedæ: Canonicè electus Sigefrido ſucceſſit. Præfuit fideliter & fœliciter an. 16. Commutauit vitam mortalem cum immortali, anno gratiæ 1202

19. Bern.

[illegible] tem an. [illegible] Eccleſiæ Paderbornenſis. Fuit [illegible] præ [illegible] & con- [illegible] eandem Reitsan [illegible] inſignis, maiori loco digniſſimus itaque an. 1223 [illegible] Eccle. & Ratiſp. [illegible] ſtulatus eſt: vbi Cardinalis Sabinenſis deſignatus, in [illegible] tranſ [illegible] Doctorem ac Pontificij pretio fuit Palatij [illegible] itorem. Is 28. Octobrium, an. 1399. Paderbornam

21. VVillebrandus comes Oldemburgius, eligitur ex Canonicis (qui nuper ex Hieroſolymitana peregrinatione redierat) in Epiſcopum Paderbornenſem an. ſalutis 1223. vnanimi conſenſu totius Capituli. Præfuit viriliter ac prudenter annis fere duobus. Epiſcopus factus iterum ad terram ſanctam peregrinatus, fœliciter rediit. Poſtea an. 1225. ad Vltraiectinæ Cathedræ gubernationem vocatus, Paderbornenſem Epiſcopatum reſignauit. Præfuit Traiecti an. 8. quibus magnificum S. Seruatij monaſterium condidit. Obiit an. 1233.

22. Bernhardus quartus eligitur anno Dominicæ Incar-
B natiónis 1225. Præfuit ſumma cum laude annis viginti octo. Paſſus eſt vt Canonici Paderbornenſes obſeruantiam Regularem (quæ hactenus ibi viguerat) mutarent liberioris viuendi rationis cupiditate, in ſæcularium Canonicorum ſtatum, Deceſſit ex hoc calamitoſo ſæculo, an. 1254.

23. Simon ſucceſſit Bernhardo IV. Præfuiſſe legitur annis nouendecim, deceſſiſſe vero ex hac vita an. Dom. 1274.

24. Otho præfuit annis triginta. Habuit maximas controuerſias cum ciuitate Paderbornenſi, contra quam aliquoties fœliciter pugnauit. Obiit an. Dom. 1304. Poſt eius mortem vacauit ſedes duobus an.

25. Guntherus qui Magdeburgenſem Archiepiſcopalem dignitatem contempſerat, iam ad Paderbornenſis Eccleſiæ clauum poſtulatur per controuerſiam, aliqua Canonicorum parte Theodorico Baroni Yterano ſuffragante. Diſceptatur per quadriennium fere. Videns autem Guntherus pacis quam contentionum amantior, diſceptationum nullum eſſe finem, pacato animo Theodorici furori, impetrata tamen prius honeſta penſione, ceſſit, an. 1308. qui iam per biennium hone-
C ſtiſſimè præfuerat.

26. Theodoricus contra Guntherum Schvvalenbergenſem antea electus, plenam gubernaculi Paderbornenſis poteſtatem conſequutus eſt, an. Dom. 1308. Præfuit an. duodecim vtiliſſimè. Deſiit inter mortales eſſe an. gratiæ 1320.

27. Bernhardus V. eligitur in Epiſcopum Paderbornenſem, an. 1320. Præfuit prudentiſſime an. 20. fuit magnanimus ac victorioſus Princeps. Abſoluit naturæ debitum an. Dom. 1340.

28 Balduvinus, eligitur vnanimi conſenſu totius ſummi Canonicorum Collegij in Epiſcopum an. 1340. Præfuit an. etiam viginti laudatiſſimè: obiit an. 1360.

29. Henricus Spiegel à Deſſemberg ex Abbate Corbeiæ Saxonicæ Epiſcopus conſtituitur à Rom. Pont. Innocentio VI. an. Dom. 1360. Primus qui à Pontifice eligitur, aliis Epiſcopis anteceſſoribus ſemper antea per manus & ſuffragia Imperatorum Eccleſiæ datis. Primus item qui ſuffraganeum ſibi ſubſtitueret. Præfuit an. 18. prudenter & ſumma cum laude.
D Valedixit mortali huic vitæ an. redempti orbis 1378.

30 Simon ſecundus huius nominis, comes à Sternberg: ex Decano ſummi Collegij deſignatur Epiſcopus, an. 1378. ab Vrbano V. P. M. Ingreditur inſigni pompa equeſtri Paderbornam, an. Dom. 1381. Præfuit an. vndecim. An. 1389. obſidione cingens caſtrum Brobegcenſe ſagitta ex arce miſſa verberatus ad inguina, ex eo vulnere poſt vigeſimum diem moritur.

31. Rupertus Gulielmi ducis Montenſis maior natu filius, ſucceſſit Simoni ſecundo canonicè ac legitimè poſtulatus, ac vnanimi Canonicorum voce ex Patauienſi in Paderbornenſem Epiſcopum electus. Præfuit an. quinque: Deceſſit optimus Princeps peſte an. Virginei partus 1394. cum obſidione cingeret Paſbergenſem arcem. Plurimum laudatur ab Alberto Crantzio Saxonum Hiſtorico.

32. Ioannes eligitur in Paderbornenſis Eccleſiæ antiſtitem an. Dom. 1394. a toto clero: confirmatur à Bonifacio nono Præfuit fideliter ac laudabiliter an. quinque. Poſtulatus ad eandem tranſlationem Hildesheymenſis Eccleſiæ à cognato ſuo Gerhardo Barone Montenſi, eius loci Epiſcopo: relicta [illegible] Epiſcopatum Paderbornenſem Canonicis ſuis libere & [illegible] Palatij [illegible]

[illegible] veniens, literas Pontificias, Canonicorum collegio & vrbi offert. Diſceptatur diu: tandem an. Dom. 1401 duobus equis ac viginti aureis donatus Romam reuertitur, nam Saxonici Idiomatis plane ignarus omnino non erat idoneus. Præterea Gulielmus iam erat vnanimi conſenſu acceptus, qui cum præfuiſſet an. 14. quibus & monaſteria quædam reformarat & contra hoſtes fœliciter pugnarat. Reſignata an. 1415 Eccleſia Paderbornenſi Archiepiſcopo Colonienſi Theodorico, ipſe eiuſdem Theodorici Comitis à Mœrſen Archiepiſcopi è ſorore neptem egregiam puellam, duxit vxorem.

34. Theodoricus ſecundus huius nominis, comes à Mor-
ſen Colonienſis Archiepiſcopus, deſignatur per Gulielmi reſignationem, Epiſcopus etiam & adminiſtrator Paderbornenſis an. Dom. 1415. Ingreditur Paderbornam non citius quam an. 1414 & tum ſub ingenti tempeſtate, in qua ſummum Paderbornenſe de cœlo tactum legitur. Præfuit Paderbornenſi Eccleſiæ an. triginta octo Colonienſi verò an. quadraginta octo, Halberſtatenſi totidem. Obiit in die S. Valentini, an. gratiæ per Chriſtum reparatæ 1463. F

35. Simon tertius eligitur vnanimi conſenſu Capitularium Paderbornenſium in Epiſcopum an. Dom. 1463. Præfuit ſumma prudentia ac laude an. 25. temporibus longe turbulentiſſimis. Tandem an. Dom 1489 Paralyſi tactus cum conſenſu Capituli, Magiſtratu ſe abdicans, gubernationem Epiſcopatus Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo commendauit.

27 Hermannus cognomento *Pacificus* Landgraphius Heſſiæ, Archiepiſcopus Colonienſis, & Rom. Imp Elector, per reſignationem Simonis Epiſcopi, Paderbornenſis Eccleſiæ Adminiſtrator factus eſt an. Dom. 1489. Præfuit pacifice ac G
quiete ad annum Chriſti vſque 1508. cum anni viceſima ſeptima Nouembr. huic vitæ valedixit.

37. Ericus dux Brunſuicenſis & Grubenhagius: Princeps pacis ac iuſtitiæ ſtudio nemini ſecundus, Canonicus Paderbornenſis primum ad Oſnabruggenſes Epiſcopatus gubernationem poſtulatur, poſtea Hermanno Colonienſi mortuo, Paderbornenſi etiam Eccleſiæ vnanimibus totius ſummi Collegij ſuffragiis præficitur. an. Dom. 1508. Præfuit vtrique Epiſcopatui Oſnabruggenſi videlicet & Paderbornenſi fideliter ac ſtrenuè annis viginti quatuor, toti VVeſtphaliæ chariſſimus. Poſtulatur ad adminiſtrationem etiam Monaſterienſis Epiſcopatus: ſed morte præuentus eius Eccleſiæ gubernaculum Pontificia confirmatione non obtinuit. Obiit autem 14. Maij, an. Dom 1532.

38. Hermannus ſecundus huius nominis, Archiepiſcopus Colonienſis, & ſacri Roman. Imperij Elector, inclytus comes a VVida: poſtulatur & eligitur vnanimi conſenſu totius Capituli in adminiſtratorem Paderbornenſem decima tertia Iulij,
An. 1532. Præfuit ad annum Chriſti vſque 1549. laudabiliter & ſumma cum virtute. Exauctoratus propter hæreſin in quam dilapſus fuerat. Succeſſit in Colonienſi Archiepiſcopatu & Electoratu (ſed neſcio an etiam in Paderbornenſi adminiſtratione) illuſtris ac generoſus, animi, corporis ac fortunæ bonis clariſſimus comes Dominus. H

39 Adolphus a Schavvemberg Saxo, verè heroica corporis proceritate præditus.

EPISCOPI HALBERSTADIENSES.
QVI OLIM SALINGENSTADIANI ET OSTERVVICENSES.

Halberſtatenſis Epiſcopatus in Saxonibus, à Diuo Carolo Magno nunquam ſatis laudato Gallorum Rege ac Imperatore Romano, fundatus, inchoatus ac liberaliſſimè donatus eſt, anno Chriſtianæ ſalutis 780. Cœpit autem non Halberſtadii, ſed apud Saligenſtadium ſiue Oſtervvicum. vbi Carolus Magnus magnificum templum conſtrui fecit. Inde Epiſcopatus iſte Saligenſtadianus etiam & Oſtervvencis Epiſcopatus dici olim ſolitus eſt. Translatus vero eſt in con-

P. ſten

A [illegible] C [illegible]

[illegible] C[illegible] 149.

lantes Al[illegible] ſtam. Habentur & [illegible] Caroli Magni diplomata, a[illegible] 8[illegible]. data, quibus [illegible] pos huius Epiſcopatus circumſcribens egregie int[illegible] omnes. Primus ergo.

1. S. Hildegrinus Catalonienſis, pater Dietgerinb, matre vero L[illegible]burga natus: ex Catalonienſi Epiſcopo, Eccleſiæ Salingenſtadianæ Antiſtes ac præſul deſignatus eſt a Carolo Magno Galliarum Rege, an. Dom. 780. Præfuit ſumma cum pietate, docendo & concionando & gubernando commiſſam ſibi prouinciam, ſumma item integritate vitæ an. 47. Sub eius gubernatione tranſlata eſt Epiſcopalis ſedes ex Oſterwico vel Selgenſtalio ad confluentes Elboraſtadienſes: in quibus cœpta eſt ab Hildegrino Epiſcopo & Carolo Magno vrbs Elboræſtadum, quam nunc paululum immutatis literis Halberſtadum appellamus. Obiit an. Dom. 827. decima nona
B Iunij.

2. Thiagrinus vel Dietgrinus Epiſcopi Hildegrini ex fratre nepos, cōſtituitur ex Corbeienſi Abbate Epiſcopus ſecundus Elboræſtadianus ab Imperatore Ludouico Pio. an. Dom. 817. Præfuit 14. an. obiit an. Dom. 841.

3. Heymo ex monacho Hirsfeldenſi tertius deſignatur Epiſcopus Elboræſtadienſis an. 841. Præfuit an. 12. Fuit Epiſcopus doctus, cuius extant commentarij in omnia ſcripta Prophetica & Apoſtolica. Obiit an. Dom. 863.

4. Hildegrinus ſecundus, primi ex ſorore nepos, eligitur an. gratiæ 853. Præfuit prudentiſſimè ac optimè an. triginta quatuor, obiit an. ſalutis 887.

5. Euilpus alias Ewipulus ſucceſſit Hildegrino ſecundo an. Dom 886. Præfuit an nouem obiit an. gratiæ 896.

6. Sigiſmundus ex Hirſaugienſi cœnobita, Epiſcopus conſtituitur Halberſtadianorum ab Imperatore Arnolpho an. 896. Præfuit ſumma virtute an. triginta. obiit an. gratiæ 926. decima quarta Ianuarij.

7. Bernhardus Burggrauius Magdeburgenſis, electus in Epiſcopum an. Dom. 926. Præfuit an. quadraginta octo. De-
C ceſſit ex hac mortali vita an. ſalutis 974.

8. Hildewardus, eligitur ex Præpoſito in Epiſcopum an. 964. Præfuit an. viginti duobus., obiit an. Chriſtianæ ſalutis 996.

9. Arnoldus ſucceſſit Hildewardo, præfuit an. 27. obiit an. 1023.

10. Brantho vel Brandago eligitur Bambergæ an. 1023. à S. Henrico Imperatore ex Abbate Fuldenſi in Epiſcopum Halberſtadenſem: Præfuit Epiſcopatui an. tredecim, euocatur ex hac vita an. ſalutis 1036.

11. Burcardus comes à Voburg. Bauarus: eligitur an Dom. milleſimo triceſimo ſexto. Præfuit 23. an. Obiit an. Dominicæ incarnationis 1059.

12. Bernhardus Bucko ex Goſtarienſi præpoſito Epiſcopus conſtituitur ann. Domini 1059. Præfuit ſumma prudentia annis viginti octo, etſi in maximis temporum ſuorum difficultatibus. Obiit 11. Aprilis, An. Chriſtianorum 1088. ſagittæ ictu verberatus, orta ſeditione inter ciues Halberſtadenſes.

D 13. Dietmarus eligitur per diſcordiam, an. Dom. 1088. Præfuit diebus ſedecim tantum & ſubito moritur, non ſine magna porrecti veneni ſuſpicione: vir pius ac iuſtus maiorique loco digniſſimus.

14. Hartandus aliis Stephanus ſucceſſit Diethmaro: Præfuit an. tredecim Obiit 22. Octob. an. à nato Chriſto Milleſimi centeſimi primi. Vacat ſex annis, cum propter Saxonicas turbas, tum propter diſceptationes Canonicorum.

15. Renichardus eligitur an. 1107. Præfuit quindecim. Pugnauit an. Dom. 1115. contra Henricum V. Imperatorem ad VVelponis Syluam: vbi Cæſareum exercitum fudit ac profligauit. Obiit an. Dom. 1122.

16. Otho eligitur an. Dom. 1123. Præfuit 6. an. & accuſatus apud Pontificem Maximum Honorium ſecundum, quod largitionibus & Simoniacis artibus perueniſſet ad Eccleſiæ gubernaculum, exauctoratus eſt ab eo an. Dom. 1129. Sequente anno mortuo Pontifice Honorio, ab Innocentio ſecundo reſtituitur. Præfuit prudenter ac fideliter ad annum Chriſti [illegible]

8. [illegible] eccleſiæ ad D. Virginis, Epiſcopus creatur an. Dom. 1149. Præfuit turbulentiſſimis temporibus an. triginta tribus, obiit animi mœrore in cœnobio Hogshuſenſi triceſima Iulij, ao. Dom. 1182.

18. Theodoricus eligitur à quibuſdam ſuperſtitibus adhuc Canonicis ex præpoſito D. Virginis in Epiſcopum an. Dom. 1182. Præfuit tredecim an. templum incendio vaſtatum mediocriter reſtituens. Obiit an. Chr. 1195.

20. Bartholdus alias Gardolphus, eligitur ex Decano in Epiſcopum an. ſalutis 1195. Præfuit ſeptem an. Obiit in Kaldenbornenſi cœnobio 21. Auguſti, an. gratiæ 1202. F

21. Conradus conſtituitur Epiſcopus Halberſtadianus an. Dom. 1202. Præfuit ſeptem an. & reſignat Epiſcopatum an. 1209. concedens in monaſterium Sittichenbacenſe, vbi reliquum vitæ exegit.

22. Fridericus Burggrauius Kirchbergenſis ex Thuringia natus, eligitur an. Dom. 1209 ab vnanimiter conſentiente Canonicorum collegio. Præfuit vtiliter an. vno & viginti. Obiit an. 1231.

23. Ludolphus comes à Scladem, eligitur in Epiſcopum an. 1232. Præfuit an. tredecim, obiit an. Dom. 1243.

24. Meinhardus alias Moynetus Krantfeldius, eligitur an. 1245. præfuit an. 14. cum plurima laude, obiit an. 1259.

25. Ludolphus comes à Scladem, præfuit duobus annis & reſignat.

26. Volradus Kransfelderus, eligitur an. Dom. 1261. Præfuit an. nouem, valedixit vnà cum Epiſcopatu vitæ mortali, an. Dom. 1270.

27. Hermannus comes de Blanckemberg, ſucceſſit Volrado: præfuit annis vndecim. Deceſſit ex hac mortali vita, an. Dominicæ incarnationis 1281.

28. Albertus vir inſignis ex comitibus Anhaldinis natus, eligitur in Epiſcopum Halberſtatenſem an. Dom. 1281. Præfuit an. 44. Deceſſit ex hac mortali vita ad immortalem, an 1326.

29. Albertus dux Brunſuicenſis eligitur an. Chriſtianorum 1327. præfuit laborioſiſſimè in ſummis difficultatibus an. triginta & aliquot menſibus. Obiit an. Dom. 1358. G

30. Ludouicus Landgrauius Thuringiæ & Marchio Miſniæ conſtituitur Epiſcopus Halberſtatenſis an. Dom. 1358. Præfuit octo an. & poſtulatur ad gubernationem Epiſcopatus Bambergenſis an. 1366.

31. Albertus ex pago Rickmerſtorffenſi natus, patre Agricola, eximius & eloquentiſſimus doctor Pariſienſis, acutiſſimus Philoſophus cuius extant ſcripta Sophiſmata: eligitur in Halberſtatenſem Epiſcopum an. Dom. 1366. præfuit viginti quatuor an. Pugnat infœliciter aduerſ. Hildesheymenſem Epiſcopum & vincitur Logica à Rhetorica: vt ſupra in Hildesheymenſibus dictum eſt. deceſſit ex hac mortali vita an. Dom. 1390.

32. Erneſtus comes ab Honſtein eligitur an. 1390. præfuit an. fere decem, exauthoratur an. Dom. 1399. Sequente anno mortuus, ſeptem an. manſit inhumatus, ſepelitur tandem Halberſtadi ad S. Stephanum.

33. Rudolphus comes Anhaldinus ſucceſſit exauthorato Epiſcopo Erneſto, ao. Domin. 1399. Præfuit annis ſeptem, extinguitur mœrore animi anno Dominicæ incarnationis 1406. H

34. Henricus Baro vel Comes de VVerberge, eligitur an. Dom. incarnat. 1409. præfuit an. 4. & aliquot menſib. obiit ad. Dom. 1411.

35. Albertus comes de VVerningenrode, ſucceſſit Epiſcopo Henrico an. ſal. 1411. præfuit fideliter annis ſeptem, obiit an. Dom. 1418.

36. Ioannes præfuit poſt Alberti mortem, Canonicè ſubrogatus an. ſeptendecim, obiit an. Chri. 1435.

37. Burcardus Baro vel comes de VVerberges ſucceſſit in gubernatione Epiſcopatus Ioanni Hoymenſi an. 1435. præfuit varia fortuna an. 23. obiit. Dom. 1458.

38. Gebethardus nobilis Regulus de Hoym, eligitur an. gratiæ 1458. præfuit ſumma cum laude an. vno & viginti Reſignauit. 1479.

39. Erne

[illegible] tentem an[illegible]ginta quatuor. [illegible] Dom. 1514.

40. Allerus Marchio Brandenburgenſis Archiepiſcopus Magdenburgenſis & Moguntinus Cardinalis. Epiſcopus Eccleſiæ Halberſtatenſis an. Domin. 1513. Præfuit an. triginta duobus. Obiit an. Domini 1545. Vacauit poſt huius mortem Halberſtatenſis Eccleſia an. tribus.

41. Ioannes Albertus Marchio Brandenburgenſis, Archiepiſcopus Magdenburgenſis & Germaniæ Primas antea viuente adhuc Cardinale Alberto, coadiutor: conſtituitur & eligitur in Epiſcopum Halberſtatenſem an. Dom. 1548. obiit an. 1552.

42. Sigiſmundus Marchio Brandeburg. Archiepiſcopus Magdeburgenſis præfuit an. 14. vſque ad an. 1567.

43. Henricus Iulius, Iulij Ducis Brunſuicenſis filius electus an. 1566. inauguratus an. 1576.

EPISCOPI VERDENSES

Verdenſes Epiſcopatus in Orientali Saxonia. vltra Viſurgin amnem inchoatus eſt deuictis Saxonibus & liberaliſſimè dotatus a Carulo Magno Galliarum Rege potentiſſimo, ac Romanorum Imp. laudatiſſimo, an. Chriſti circiter 776. Cœpit autem primum hæc Eccleſia in honorem Beatæ Virginis Mariæ in loco Konende, aut vt alij volunt in ciuitate Bardeuicenſi: mox vero maioris commoditatis ergo ad Verdenſe clarius tum & nobilius quam eſt hodie oppidum tranſlata. Eius Epiſcopalis Eccleſiæ, vnius ex decem Epiſcopatibus à Carolo Magno in Saxonia à ſe deuicta fundatis, doctores præſules ac gubernatores à prima origine numerãtur infra ſcripti.

1. Suibertus Abbas Anglicus Benedictinæ profeſſionis, vir mira vitæ ſanctimonia præditus: audiens Saxoniam ad Chriſtum eſſe conuerſam, & ibi deſiderari paſtores qui populum in Chriſtianiſmo inſtituerent: amore propagandæ doctrinæ de Chriſto venit per mare in Saxoniam: vbi a Carolo Magno clementer exceptus, ſtatim huic nouo Epiſcopatui præfectus eſt, an. Domini 776. Præfuit teneræ adhuc & pubeſcenti Eccleſiæ ſummo ſtudio, cum doctrina, tum exemplis per annos vnum & viginti. Condidit auxilijs Caroli magni cœnobium Cathedrali Eccleſiæ Carolinæ contiguum, pro Canonicis Benedictina regula victuris: Expellitur tandem ab infidelibus quibuſdam a gubernatione Eccleſiæ diuinitus & per Carolum magnum ibi commendatæ, an. Dom. 797. Dedit vero ei domina Bertrada Pipini regis coniux, & Caroli Magni mater, pagum Kheiſerſuuuerd inſulam Rheni, non procul à Colonia ſitum, in ea domunculam ſibi conſtituens. & Deo ſummo zelo ſeruiens, reliquum vitæ ibi exegit. Obiit autem an. Dom. 807. vltima Aprilis. Sepelitur in templo quod ipſe in eo pago prope oratorium ſuum ſibi & ſuis ſtatuit & erexit.

2. S. Patto Scotus & monachus Benedictinus, & Abbas Amarbaracenſis ſucceſſit Suiberto.

3. Tanco tertius Epiſcopus ſucceſſit S. Pattoni, & ipſe Scotus.

4. Nortyna de quo nihil traditum reperitur.

5. Cerulo alibi L[illegible]lo: legitur præſediſſe Verdenſi Eccleſiæ, ſolo nomine, propter malitiam temporum & infidelium furores.

6. Cortyla Scotus.

7. Iſiogerus.

8. Harruchus Scotus & Abbas Amarbaracenſis. Sub hoc Epiſcopo Canonizati & in Diuorum numerum à Pontifice Maximo relati ſunt, S. Patto & S. Tanco Epiſcopi Verdenſes miraculis clari.

9. Heligandus vixit & præfuit Eccleſiæ Verdenſi an. Dom. 833. cum S. Anſgario Hamburgenſis commendaretur Eccleſia ab Imperatore Ludouico Pio.

10. Erluiphus ſucceſſit Heligand. Trucidatur & martyrio coronatus cum multis alijs Chriſtianis in loco Eppeckſtorp (in quo poſtea monialium cœnobium eſt conſtitutum) à Nordmannis ac Danis Saxoniam miſerè vaſtantibus, circa an. Chriſti 876.

11. Vvaltherus Saxo: cum omnes reliqui fuiſſent vel Scoti vel Angli, ſucceſſit pro martyri Erlulpho, conſtitutus à rege Ludouico ſecundo.

12. Vvigbertus dignitate cum generis tum religionis ful-

[illegible] m Ch[illegible] [illegible]ſcentiſ[illegible] [illegible] du [illegible] [illegible]plum ſuum [illegible] [illegible]ſſimè præfuit Epiſc[illegible] [illegible] Imp[illegible]bus Ludouico tertio, C[illegible]o, Henrico Aucupe, quibus omnibus eximie charus [illegible]

14. S. Adeluuardus illuſtri genere ortus: conſtituitur ab Henrico Aucupe.

15. Amelungus filius Hermanni Vvilungi ducis, conſtituitur ab Othone primo Imperatore in ſucceſſorem S. Adeluuardi.

16. Bruno Saxoniæ & Sueuæ dux, filius Othonis, nepotis Othonis magni ex Leutholpo filio, ſucceſſit Amelungo: is hereditatem ſuam paternam Deo & Eccleſiæ dedit, monaſteriúmque Vlſinenſe proprius & Deo fideliter ſeruiẽtibus puellis condidit, in honorem beatæ Virginis Mariæ & S. Ioannis Baptiſtæ. Deſignatur Romanus Pontifex ab Othone tertio an. Dom. 994. cognominatur Gregorius V. Præfuit ſedi Apoſtolicæ viginti menſibus. Coronauit Othonem tertium: cum quo ille idem Bruno Pontifex Max. author eſt Septemuirorum ſummi in Rom. imperio ſenatus, qui ſolus ius habet & poteſtatem eligendi imperatoris. Obiit Romæ non ſine veneni ſuſpicione 27. Maij, Anno incarnati verbi 996.

17. Herpo ſucceſſit Brunoni ad ſummum pontificatum electo, an. ſalutis 994 Fuit vir acutiſſimi ingenij & eruditionis ac doctrinæ maximæ. Conſequutus eſt ab Othone tertio poteſtatem cudendæ monetæ.

18. Bernharius alias Bernanus ſucceſſit Herponi. Conſequutus eſt priuilegia ab Imperatore S. Henrico ſecundo: Deceſſit ex hac vita viceſima quinta Auguſti an. Dom. 1013.

19. Vviggerus ſubrogatur Bernhario, præfuit an. quindecim Ampliauit ſummam Baſilicam Verdenſem. Obiit ſeptima Septembrium an. 1038.

20. Diethmarus eligitur poſt mortem Vviggarij in antiſtitem Verdenſem, præfuit non diu, & viam omnis carnis ambulauit ex hac miſera lacrymarum valle.

21. Bruno ſecundus, ſuffectus eſt Diethmaro. Sub huius gubernatione Vandalorum irruptio in Saxoniam Orientalem plurimum obfuit Eccleſiæ Verdenſi.

22. Sigebertus eligitur in ſucceſſorem Brunonis, fuit charus Henrico quarto & eius matri Agneti imperatrici, à quibus ſyluas ſeu Foreſtam Magdheydenſem, & arcem Hermenburgenſem conſequutus eſt. Obiit 13. Octobris, an. Domini 1060.

23. Richebertus, ducali ſtemmate natus, & cleri ſui ſub Regola Benedictina adhuc viuentis amantiſſimus. Præfuit imperatoris Henrici quinti temporibus.

24. Hadouicus ſucceſſit Richeberto, obiit imperante Lothario ſecundo.

25. Maſo alias Mazo, ex Canonico Goſlarienſi Epiſcopus Verdenſis deſignatur poſt mortem Hadouigi, obiit imperante eodem Lothario.

26. Dietmarus ſecundus ſucceſſit Maſoni Epiſcopo, an. Domini 1128. Præfuit an. 40. Deceſſit ex hac vita nona Kalendarum Octobris, an. incarnati Verbi 1168. Imperante Conrado tertio. Interfuiſſe legitur expeditioni Hieroſolymitanæ.

27. Hermannus ſubrogatur Tietmaro, fuit Imperatori Friderico chariſſimus, à quo liberaliter donatus eſt. Conſequutus eſt priuilegia ab Eugenio tertio Pontifice Maximo.

28. Hugo eligitur Hermanno ex hac vita euocato in Epiſcopum Verdenſem. Obiit in Kalendis Martiis, anni à nato Chriſto 1189. quo Padevvickum vrbs Saxoniæ vetuſtiſſima expugnata, direpta, incenſa & euerſa eſt: ex cuius ruinis nata eſt vrbs Luneburgenſis.

29. Tammo, vel Tanno ex Camerario ſummi Collegij Verdenſium Canonicorum, deſignatur Epiſcopus an. 1189. Acquiſiuit arcem Vallent Louenſem cum adiacente territorio. Dedit Eccleſiæ imaginem D. Virginis è ſolido auro concinnatam Deceſſit ex hac vita. Idib. Decemb. an. Chr. 1197.

30. Rodolphus eligitur in Epiſcopum Verdenſem, an. incarnat. Dom. 1197. Præfuit an. 11. Obiit an. Dom. 1208.

31. Iſo Comes de Vvelna, eligitur an. Chriſtianorum 1208. Præfuit an. viginti ſex. Deceſſit ex hac vita, an. gratiæ per Chriſtum reſtitutæ 1234. quinta Auguſti.

32. Ludeius ſucceſſit [illegible] Domini 12[illegible]4
A Præfuit annis 29. [illegible] anno ſalutis [illegible] 54 [illegible] ut Schernebelenſe monaſterium. Sub huius guber[illegible] capta eſt ciuitas Verdenſis a Comite [illegible] Vvelſa.

33 Gerardus comes de H[illegible], [illegible] Verdenſis anno gratiæ 1254. [illegible] annis [illegible] Domini 1270. ſub hoc vaſtata eſt incendio Eccleſia Cathedralis tota, cum Canonicorum habitationibus, quæ fuit occaſio mutatæ vitæ Regularis in Clero Verdenſi.

34. Contadus Dux Brunſuicenſis, germanus frater Othonis Antiſtitis Hildeſiani: deſignatur Verdenſis Epiſcopus anno Domini 1270. Præfuit laudabiliter, prudenter & vtiliter annis triginta tribus. Valedixit mortali vitæ, anno redempti orbis 1303. Octobrio m 15.

35. Fridericus nobilis Regulus ab Honſtetten, aſſumitur concordibus Capitularium ſuffragiis in Epiſcopum Verdenſem anno Domini 1303. Præfuit decem annis, quatuor menſibus, moritur anno Domini 1314. Vir elegantis & maximè proceræ ſupra communem hominum rationem ſtaturæ.

B 36. Nicolaus, vir ſumma prudentia, eligitur in ſummum Paſtorem Verdenſium, anno Domini 1314. Præfuit annis viginti, obiit anno Virginei partus 1334.

37. Ioannes inſignis Curiæ Romanæ Medicus à Pontifice Maximo Benedicto duodecimo Eccleſiæ Verdenſi commendatur & offertur In Epiſcopum anno Domini 1334. Non diu præfuit, quia nec regio, nec Eccleſia ei placebat. Romam igitur reuerſus, pro ſplendidiore dignitate & loco laborans, Fryſingenſem Epiſcopum anno Domini 1338. conſequitur: mortuus tamen Romæ; in Eccleſiam Fryſigenſem nunquam venit. Præfuit tamen Fryſingi annis duodecim. Obiit anno Domini 1350.

38. Daniel Carmelita, Theologiæ Magiſter, vir eximia doctrina & prudentia præditus: ex Pontificia prouiſione conſequitur Epiſcopatum Verdenſem anno Domini 1337. Præfuit annis nonendecim, primum quietè & placidè, ſed tandem Clero admodum inuiſus, à quo cum anno Dominicæ Incarnationis 1336 ad ſupplicium quæreretur, Coloniam aufugit,
C vbi in excommunicatione mortuus eſt. Sepeltur Aldemburgi. Extat de eo tale Epigramma:

Daniel Antiſtes non curat Clerus vbi ſtes:
Optans vt valeas, dummodo non redeas.

39. Vooleus ex Caroli IV. Imperatoris Cancellario, Epiſcopus Verdenſis deſignatus eſt, vir ſapientiſſimus, & omnibus Imperij proceribus ſummè charus: non diu præfuit. Moriens dedit Eccleſiæ ſuæ trecentos Rhenenſes.

40. Gerhardus Baro Montenſis, ſucceſſit Epiſcopo Rodolpho, ſed nec ille diu præfuit, vocatus enim ad Hildeſianum Epiſcopatum gubernandum mortuo Ioanne Schadlandio, Verdenſem reſignauit anno Domini 1364. Præfuit enim ibi triginta tribus annis.

41. Henricus à Langen, Lunnenburgenſis ex præpoſito monialium Lunenſium creatur Epiſcopus Verdenſis anno Domini 1364. vir pius, mitis & placidus. Præfuit annis octo. Obiit decimatertia Ianuarij, anno Domini 1380.

42. Ioannes de Seſterflict Decanus Bremenſis ſucceſſit Henrico, Præfuit laudabiliter annis octo, deceſſit ex hac mor-
D tali vita, decima Decembris anni 1388.

43. Otho Brunſuicenſium & Lunenburgenſium Dux, Magni Principis filius, eligitur anno Domini 1388. Sub eo abſoluta eſt Verdenſis Eccleſia Cathedralis quam dedicauit ille an. 1390. poſtea ad Bremenſis Archiepiſcopatus gubernationem accitus, Verdenſem, pulchrè tamen prius nudatam (vt inquit Cranzius) reſignauit.

44 Theodoricus de Niem, ſacrarum Scripturarum & legum inſignis Magiſter ſubſtituitur reſignanti Othoni à Pontifice Maximo Bonifacio nono. Rediit poſt pauculos annos Romam, vbi reſignata Pontifici Verdenſi Eccleſia, ab eodem ad Cameracenſis Epiſcopatus in Atteſia gubernationem eſt euectus.

45. Contadus nobilis heros de Vechat, eximius Iurium Doctor; præficitur Eccleſiæ Verdenſi à Bonifacio nono Pontifice Maximo, mox reſignata Verdenſis Eccleſia, Archiepiſcopatum Pragenſem conſequutus eſt.

46 Conradus è Soltovv Lunenburgius ſacræ paginæ Doctor, tertius qui à Bonifacio nono PP. Maxim. ad Verdenſem Eccleſiam gubernadam deſtinatur. Is vtiliſſimè præfuit: Scripſit librum de Sancta Trinitate: accuſatus hæreſeos; Romam [illegible] Pontifice ac toto [illegible] habita [illegible]: obiit poſtea anno D[illegible] E
[illegible]

4[illegible] [illegible] ea Decan[illegible] Epiſcopus [illegible] Canonice electus a Senatu Canonicorum: contra illum mittit Gregorius XII. Pont. Max. Vdalricum Albacenſem Canonici iuris Doctorem Ruperto Rom. Regi charum. His duobus de Epiſcopatus poſſeſſione digladiantibus per integrum annum ſententiam tandem tulit Alexander V. Pont. Max. iubens Vdalricum cedere, Henricum verò Apoſtolica authoritate confirmans. Is Henricus præfuit poſt adeptam confirmationem annis octodecim, ſed non admodum multa cum laude: Renunciauit tandem Epiſcopatum anno 2426.

48. Ioannes de Aſel Hildeſianus, Decretorum Doctor: conſtituitur Verdenſis Eccleſiæ Antiſtes à Martino V. Pont. Max. anno Domini 1417. Præfuit prudentiſſime ac vtiliſſime annis quadraginta tribus, fuit pacis maxime ſtudioſus, ſed cui pace tamen admodum diuturna frui non licuit. Reſignauit Epiſcopatum, Metallicarum rerum ſtudiis præcipuè delectatus 1470. ætatis ſuæ nonageſimo. F

49. Bertholdus inſignis Baro de Landsberg, vir mitis, placidus & humanus erga quoſuis, ex Decano ſummi Collegij Canonicorum Verdenſium in Epiſcopum eorundem eligitur anno Domini 1470. Illuſtrauit nouis ædificiis iiſdémque ſplendidiſſimis ſummam & Cathedralem Eccleſiam Verdēſem, per annos ſeptendecim integros, huic vni rei operam ſummam impendens: eam dedicauit anno Domini 1490. Collegit inſignem Bibliothecam in templo Mauriciano. Erat omnium doctorum hominum amicus ac fautor ſummus. Deſignatur anno Domini 1481. Epiſcopus etiam Hildeſianus. Præfuit vtrique Eccleſiæ annis viginti duobus, obiit in arce Rotemburgenſi in vigilia Aſcentionis an. Domini 1503.

50. Chriſtophorus Dux Brunſuicenſis Henrici iunioris, Ducis Brunſuicenſis Germanus frater, Bremenſis Archiepiſcopalis Eccleſiæ coadiutor: aſſumitur anno ætatis ſuæ decimo ſeptimo in adminiſtratorem Verdenſis Epiſcopatus, vnanimi conſenſu Canonicorum. an. Domini 1503. Præerat adhuc an Domini 1594 Eximie procera corporis ſtatura præditus. G

51. Gregorius prioris frater, obiit an. 1558.

52. Eberardus ab Hol, Epiſc. Lubecenſis. obiit an. 1567.

53. Philippus Sigiſmundus Dux Brunſ. an. 1585.

Plura de his pete ex Metropoli Krantzij.

EPISCOPI BAMBERGENSES

Bambergenſis Epiſcopatus longe amœniſſimus ac nobiliſſimus, ad Pegnetum & Mœnum, non incelebres amnes, in Francia orientali ſitus fundatus & inſtitutus eſt anno incarnati Verbi 1007. ab Imperatore Henrico ſecundo, Bauarorum & Saxoniæ Duce, quem propter ſummam vitæ integritatem Sancti cognomento Eccleſia honorauit: ab eius item honeſtiſſima coniuge, Diua Chunigunde Rheni Palatiniſſa, Sigefridi filia, laudatiſſima Imperatrice: quæ æternam cum marito pudicitiam & caſtitatem legitur conſeruaſſe: Longum eſſet commemorare, quas dignitates, immunitates, ac prærogatiuas huic Eccleſiæ contulerint, & ab omni onere exemerint. H

1. Illius primus Antiſtes fuit Eberhardus pius & religioſus vir, an. Domini 1007. à S Henrico II. Imperatore Aug. eiuſque coniuge Diua Kunigunde deſignatus. Præfuit is fideliter ac laudatiſſimè annis triginta quinque. Deceſſit ex hac lachrymarum valle, an. Chriſti 1042. decima tertia Auguſti. Sub huius gubernatione conſtruitur & fundatur anno Domini 1009. ab iiſdem Sanctis fundatoribus Eccleſiæ Bambergenſis, Benedictinū Monaſterium Montis Monachorum, cui Imperator præfecit Primum Abbatem Rapathonem, anno Domini 1015.

2. Suidegerus aliis Suiggerus, & iterum aliis Sindegerus Saxo, S. Henrici Imperatoris Cancellarius, vir eximia doctrina, ſapientia & virtute præditus: conſtituitur ſecundus Epiſcopus Eccleſiæ Bambergenſis, anno Domini 1042. Præfuit ſumma cum laude annis quatuor. Et cum eodem tempore grauiſſimū eſſet Schiſma in Eccleſia Romana, cui ſimul præerant tres Pontifices capitalibus odiis inter ſeſe diſſidentes, & concertantes: exauthoratis iſtis tribus, & è Roma eiectis omnibus. Hic Suidegerus Epiſcopus Bambergenſis Imperatori

A peratori Henrici Nigri fauore præficitur ſummo Pontificatui, & Eccleſiæ Romanæ anno incarnati Verbi 104 . Sedit is Romæ menſibus nouem tantum, non ſemper Suidgerus, ſed Clemens II. appellatus, obiit anno 1048. non ſine ſuſpicione porrecti veneni.

3. Hardouidus alibi Hezelinos & Hazechinus dictus: ex Imperatoris Henrici III. Cancellario, tertius Antiſtes Eccleſiæ Bambergenſi præficitur à Domino ſuo Imperatore, anno Dom 1047. præfuit annis ſeptem, obiit anno 1054.

4. Adalerio Comes Pogenſis, Bauarus, Conradi II. Imperatoris è ſorore nepos. Eligitur in Epiſcopum Bambergenſem Oetingi in Bauaris, in ipſo Natali Domini: an. 1054. Præfuit prudenter & fideliter ſex annis & aliquot menſibus, obiit anno 1060.

5. Gunibertus vir eloquentiſſimus ac multarum linguarum cognitione illuſtris: eligitur anno gratiæ 1060. Præfuit 6. annis vtiliſſimè. Profectus eſt anno Domini 1064. cum Sigefrido Archiepiſcopo Moguntino & multis aliis Germaniæ Eccleſiaſticis & ſecularibus Principibus ad terram ſanctam, vbi B contra graſſatores quoſdam fortiter ac magnanimiter dimicauit. Inde domum rediturus, cum in Carinthiam veniſſet, ibi morbo correptus aliquandiu decubuit & tandem etiam occubuit, an. 1066.

6. Hermannus aliis Ricimannus, Sigefridi Archiepiſcopi Moguntini prius vicetenens, conſequitur Epiſcopatum Bambergenſem an. Dom. 1066. Præfuit annis fere decem. Exauthoratus an. Dom. 1075. & excommunicatur à Gregor. VII. propterea quod intraſſet in ouile hoc Dominicum per clandeſtinos cuniculos Simoniacæ prauitatis. Erexit is ac liberaliſſimè donauit S. Iacobi Eccleſiam collegiatam in ſuburbio ſitam. Ingreſſus eſt monaſterium Schvvartzachianum Franciæ Orientalis, in quo naturæ tandem debitum exſoluit.

7. Rupertus vel Robertus, Præpoſitus Goſlarienſis in Saxonibus, & Henrici Regis intimus Conſiliarius, deſignatur Epiſcopus an. 1076. Præfuit fideliter & optimè annis viginti ſex, Obiit vndecima Iulij ann. Chriſti 1102.

8. S. Otho Bauarus, Bertholdi Comitis Andecenſis, ac Cominæ Sophiæ Ducillæ in Amberana valle filius, natus 20. C Dom. 1069. Henrici IV. Cancellarius, Henrici V. Sacellanus: eligitur & confirmatur in octauum Antiſtitem Bambergenſem, anno gratiæ 1101. anno ætatis ſuæ triceſimotertio. Conſecratus à Paſchali ſecundo P.M. Agnaniæ in feſto Pentecoſtes. Præfuit piè, prudenter & vtiliſſimè annis triginta ſeptem appellabatur propter ſingularem modeſtiæ & humanitatis laudem, cognomento humilis. Conuertit vt verus Epiſcopus fideliter concionando & docendo ad Chriſti notitiam ac profeſſionem Pomeranos anno Domini 1124. Inde hodie adhuc Pomeranorum Apoſtolus dici ſolet. Rediit ex Pomerania Bambergam, an. Dom. 1125. in Vigilia Reſurrectionis Dominicæ. Fundator ac inſtaurator multorum cœnobiorum. Obiit anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo: anno vero à Natali Domini 1139. Sepelitur in monte Monachorum ante aram maximam chori honorificè. Inteſtina in ſacello D. Virginis, ſub ara S. Catharinæ terræ ſunt reddita. Leuatus eſt de tumba & in honorificum Mauſolæum depoſitus, in Diuorúmque numerum relatus, cum Clementis Pontif. Max. conſenſu anno 1189.

D * 9. Egilbertus ſucceſſit Epiſcopo Othoni anno 1140. Præfuit ſex annis. Sub eo canonizatus eſt S. Henricus, fundator Bambergenſis anno Domini 1145. Deceſſit Epiſcopus anno ſequente.

10. Ebernhardus Dux Bauariæ eligitur anno 1145. Sedit ad Epiſcopatus clauum annis 26. Obiit decima ſeptima Iulij an. 1172.

11. Hermannus Marchio Miſnenſis, Conradi filius, eligitur an. 1172. Præfuit quinque annis obiit 12. Iunij an. Dom. 1177. Hunc Epiſcopum alij Marquardum vocant, & Abbatem Fuldenſem prius fuiſſe ſcribunt.

12. Portho alias Poppo cognomento Largus Dux Meroniæ & comes de Andech, eligitur anno 1177. Præfuit annis 15. Obiit an. Dom. 1192. ſecunda Maij. Sub eius gubernatione Otho Epiſcopus octauus Canonizatus, & in Sanctorum numerum relatus eſt, an. Dom. 1179.

13. Thimo ſucceſſit Popponi an. gratiæ 1193. Præfuit decem annis. obiit decima ſexta Octobrium anni à nato Chriſto 1202. cum præcedente anno canonizata eſſet S. Cunigundis, à Papa Innocentio.

14. C[illegible] eligitur in E[illegible] an. Dom. 1202. Obiit E ſtatim [illegible] die poſt electionem.

15. [illegible] alias Etynbertus, Stephani Hungarorum Regis frater, eligitur in Antiſtitem Bambergenſem an Salutis 1203. Præfuit laudabiliter annis triginta duobus. Geſſit bellum an. Dom. 1235. contra Bernhardum Charintiæ Ducem: cuius cùm ditionem ferro & igne hoſtiliter miſerrimè deuaſtaret, captus a Ducis miniſterialibus per totum tempus quadrageſimale detentus, & poſtea certis pacis conditionibus, iterum dimiſſus eſt. Obiit anno Domini 1235. quinta Iunij.

16. Poppo Meroniæ dux eligitur anno gratiæ 1235. præfuit annis ſeptem. Exauthoratur anno 1245. ab Imp. Friderico II. Siciliæ & Hieroſolymarum Rege.

17. Henricus de Caralonia Imperatorius Notarius, conſtituitur à Romano Pontifice Bambergenſis Eccleſiæ Antiſtes anno Domini 1245. Præfuit quindecim annis. Obiit decima ſeptima Decembrium anni à nato Chriſto 1257. in Charinthia.

18. Leopoldus Comes à Leyniergen eligitur an. Dom. 157. F Sedit 28. annis. Obiit 17. Maij, an. Chriſti 1585.

19. Arnoldus Comes à Solms, eligitur anno 1585. præſidet annis decem, obiit decima nona Iulij, annis à nato Chriſto 1595.

20. Leopoldus Comes à Grundlach, eligitur anno 1295. Præfuit nouem annis. Deſiit eſſe inter mortales viceſima ſecunda Aug an. Dom. 1304.

21. Vvulfingus conſtituitur in epiſcopum an. Dom. 1305. nobilis Baro a Stubenberg, Monachus Domini caſte. Præfuit quatuordecim annis. Deceſſit anno 1319 Martij 14.

22. Ioannes eligitur Canonicè in ſucceſſorem Vvlfingi, præſidet duobus ſaltem annis, euocatur ex hac ad aliam meliorem vitam, an. Dom. 1321.

23. Henricus eligitur an. 1322. ex Dominicaſtro Monacho & Decretorum eximio Doctore in Epiſcopum Bambergenſem. Præfuit octo annis, obiit an. 1329. 14. Aprilis.

24. Vuerntho pincerna à Richenegk, eligitur an. Dom. 1319 Præſidet annis quatuor, obiit in ipſis Kalendis Aprilibus anni à nato Chriſto 1333. H

25. Leopoldus deſignatus Epiſcopus Bambergenſis, anno Dom 1133. Præfuit annis ſeptem, obiit 20 Iulij, an. 1341.

26. Fridericus Comes de Alta flamma, vulgo Hohenlohe eligitur an. Dom. 1342. Præfuit 8. annis & aliquot menſibus. Obiit viceſima prima Decembrium, anno à nato Saluatore 1351. Habuit germanum fratrem Albertum eodem tempore Epiſcopum Herbipolenſem.

27. Lodouicus nobilis Regulus à Bebenburg doctor Pontificiarum legum, eligitur in Epiſcopum Bambergenſem anno Dom. 1352 Præfuit 10. annis, obiit ann. 1363.

28. Fridericus Baro à Truchedingen, eligitur an. 1363. præfuit tribus tantum annis. Deceſſit 19 Maij, anno redempti orbis 1366.

29 Lodouicus Marchio Miſnenſis & Landgrauius Thoringiæ Friderici Seueri Landgrauij filius ex Domina Mechtilde Imperatoris Ludouici Bauari filia natus: Canonicè & legitime eligitur vnanimi Canonicorum conſenſu, an. Dom. 1366 Præfuit fideliter & laudabiliter annis ſeptem. Conſtituitur anno Chriſti 1374. à Pontifice Maximo Gregorio G vndecimo, Archiepiſcopus Moguntinus, aduerſus electum Adolphum Anaxonianum. Sed non conſequutus eſt gubernaculum, & poſſeſſionem tantæ dignitatis ac prouinciæ, etſi auxilio Imperatoris Caroli IV. nihil non tentarit. Interim ad Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, & Eccleſiæ Halberſtatenſis gubernationem poſtulatus, à Rom. Pont. confirmatur. Præfuit itaque Eccleſiæ per annum ſaltem vnum. Obiit anno Dom. 1376.

30. Lambertus nobilis à Borne, Alſata: Vvilhelmi Equitis aurati filius, eximiè doctus. Factus eſt ex Monacho Neovvileriano Abbas Gengenbacenſis, ex Abbate Cancellarius aulæ Imperialis Carolinæ: conſequutus eſt auxilio Caroli IV. cui longè erat chariſſimus, quicquid voluit. Primum impetrauit Epiſcopatum Brixienſem, cui cum paucis annis præfuiſſet. & Eccleſiæ Spirenſis Epiſcopus Gerardus anno 1363. humanis rebus exemptus eſſet, impetrauit ei Carolus IV. Imp. à P.M. Vrbano V. Spirenſis etiam Epiſcopatus gubernaculum, contra Spirenſis cleri ſuffragia. Præfuit Spiræ 9. annis laudabiliter eius Eccleſiæ omnium priuilegiorum confirmationem

obtinuit apud Imp. Carolum IV. Accidit poſtea vt an. 1371 A vacaret Argentinenſis Epiſcopatus, reſignante eam guber nationem Epiſcopo Ioanne comite Lutzelburgio: ibi & huoc Epiſcopatum conſecutus eſt per Carolum IV. Renuncians itaque Spirenſem gubernationem, Argentinam conceſſit an. 1372. Sed nec ibi diu manſit cum eius loci clero ſe non adeò gratum eſſe intelligeret: nam animaduertens anno 1374. euacuatam eſſe Bambergenſis etiam Cathedræ ſedem per reſignationem Epiſcopi Lamberti, eam quoque ambiuit, & cum Caroli IV. tum Pontificis patrocinio adiutus, facillime obtinuit. Valedicens igitur & Argentinenſi Eccleſiæ, Bambergam ſe contulit, vbi cùm laudabiliter & ſumma fide & virtute præfuiſſet annis 23. reſignata Bambergenſi etiam ſede, an. Dom 1398. in Gengenbacenſe cœnobium Alſatiæ remigrauit: vbi reliquum vitæ abſoluit, & naturæ debitum perſoluens honorifica ſepultura donatus eſt.

31. Albertus comes à VVertheym, Oſtrofrancus: eligitur an. Dom. 1399. præfuit viginti duobus annis. Obiit in Charintia an. Dom. 1421.

32. Fridericus nobilis heros ab Aufſeſs, Oſtrofrancus: eli- B gitur in Epiſcopum Bambergenſem, an. Dom. 1421. præfuit prudenter ac vtiliſſimè annis nouendecim. Deceſſit ex hac lachrymarum valle in Charintia, decima quinta Februar. anno Chriſti 1440.

33. Antonius nobilis de Rotenhan, ſucceſſit Friderico legitimè electus anno 1440. Præfuit annis 19. Emigrauit ex hac mortali vita an. Dominicæ Incarnationis 1459.

34 Georgius comes à Schaumburg. deſignatur Epiſcopus à toto ſenatu Capitularium vnanimiter conſentiente an. Domini 1459. Præfuit annis ſexdecim. Obiit 4. Febr. Dominicæ Incarn. 1475.

35. Philippus illuſtris ac generoſus comes ab Henneberg, eligitur in Epiſcopum Bambergenſem an. Chriſtianæ ſalutis 1475. Præfuit ſumma cum laude & virtute annis 12. obiit viceſima ſexta Febr. an Dom. 1487.

36. Henricus Gros à Dorgkavv, nobilis Regulus in Oſtrofrancis, eligitur in Epiſcopum Bambergenſem anno Dom. 1487. Præfuit quatuordecim annis, obiit viceſima ſeptima Martij, an. Incarn. Dominicæ 1501.

37. Vitus Dapifer à Pommersfelden. deſignatur Epiſcopus C & gubernator Eccleſiæ Bambergenſis an. Dom. 1501. Præfuit duobus annis Valedixit huic vitæ, ſeptima Sept. an. 1503.

38. Georgius Marſallos ab Ebmut, eligitur an. Dom. 1503. Sedit ad clauum Epiſcopatus duobus ſaltem annis obiit an. Dom. 1505. vltima Ianuarij.

39. Georgius pincerna à Lymburg ſemper liber: ſucceſſit Georgio Marſallo legitimè electus anno Dom. Milleſimo quingenteſimo quinto. Præfuit annis ſeptendecim. Interfuit Anno Incarnati filij Dei, 1518. Comitiis Auguſtanis à Diuo Maximiliano habitis: obiit vltima Maij, anni à nato Chriſto Dei filio 1522.

40. VVigandus nobilis heros à RhedoVVitz, in Oſtrofrancis, qui in ipſo iuuenilium ſuorum annorum flore Religionis ergo, ad terram ſanctam peregrinatus:

Multorum mores, multorum vidit & vrbes:

Eligitur vnanimi conſenſu totius ſummi Canonicorum ſenatus, in antiſtitem ac gubernatorem Bambergenſem, anno Dom 1522. Obſidetur anno Dom. 1525. in incomparabili illa D Ruſticorum Germaniæ ſeditione à ſuis: Sed Dei opt. max. beneficio ac Sueuici fœderis robore ac fortitudine magnanimiter defenditur ac liberatur. Eſt Princeps mitis, clemens, benignus, ac Pacis ſtudioſiſſimus: ſuis omnibus charus. Interfuit omnibus ferè comitiis à C. Carolo V. Imperatore ac Ferdinando Rege, hinc inde per Germanias celebratis. Congregauit Diœceſanam ſynodum an. 1548. reformandi ſui cleri ergo.

EPISCOPI FABIANENSES, SIVE FAVIANENSES, AVT VVIGENNIENSES QVI & Viennenſes.

Ex Lazio.

1. Mamertinus, quem D. Seuerinus Norici ac ſuperioris Pannoniæ poſt Athilæ Hunnorum regis interitum, Apoſtolus ex militum tribuno, Fabianis municipio in collimitiis Pannoniæ Noricíq; Epiſcopum dedit, Gelaſio Romano Pontifice adſentiente, annum circiter ſalutis noſtræ CCCCLXVI.

2. Marcianus, ex Monacho cœnobij diui Seuerini iuxta mœnia oppidi Fabianis eiuſdem loci poſt Mamertinum Epiſcopus conſtituitur: vt diui Seuerini hiſtoria habet. E

3. Lucillus, is Fabianenſis primo cœnobij præfectus, dein Batauis Caſtris ad Oeni & Danubij confluentes à D. Seuerino Epiſcopus datus, poſt D. Seuerini ac Marciani obitum, Fabianenſem cathedram eidem cum Batauenſi auſpicijs adminiſtrauit, qui porro eiuſdem diui reliquias, Herulis à Longobardis deuictis, ac Friderico Herulorum Rege Chriſtianam pietatem exuente, iſthinc Neapolim in Italiam traduxit.

4. Poſt quæ tempora prædæ relicta Longabardis ac Auaribus fœcundiſſima Pannoniæ terra, atque in ea Fabianenſis potiſſimum cathedra, ſimul cum ſaluberrima doctrina Chriſti eſſe deſiit. Et aliquot interlabentibus poſtea annis ſimul vt diuus Rudpertus Iuuauenſem cathedram (in qua Maximus quondam ſub diuo Seuerino præfuit) in integrum reſtituiſſet, & è Laureaco ad Auares in Pannoniam Cunaldum & Giſelarium verbi diuini doctores miſiſſet, poſito diuo Rudperto in Fabianis templo, paulatim vt Chriſtiana religio apud Auares repullulare, ſic & Fabianenſis reſtitui ſedes cœpit: cui præfuiſſe à diui Rudperti ætate inuenimus. F

5. Cunaldus, à diuo Rudperto Auaribus Apoſtolus datus anno circiter à nato Chriſto DCXI. quem, diuo Rudperto in Fabianis, hoc eſt VVienna noſtra, ædem primum excitaſſe, veriſimile eſt.

6. Sodnmus, ſub Pipino Rege Francorum, anno ſalutis fere DCCXL. à Ioanne Iuuauienſi Epiſcopo, & Vnilone Laureacenſi & metropolitano, ad Auares in Pannoniam Noricúmque miſſus eſt.

7. Humo, hunc Vigilius Iuuauienſis Pontifex iam metropolitanum à Laureaco ius adeptus, ſub Zacharia Pontifice Maximo, & Pipino Francorum Rege, Odilione quoque Boioariorum duce, ad Auares, ne deficerent à Chriſtiana religione, Pannoniam eum mandato ablegant, qui in Fabiana Auaribus verbum Dei explicare haud deſinebat.

8. Poſt quæ tempora iterum recidentibus Auaribus & Hunnis ad ſolitam impietatem, ſimul cum religione Epiſcopi in Fabianis eſſe deſierunt. Donec facto à Carolo magno Francorum Rege, magno in Pannoniam aduerſus Auares G procinctu, & victi Auares, & Chriſto ſimul & Francico Imperio vendicati fuerunt. Datique rurſus Doctores fidei & veritatis. Quorum inuenimus à Caroli magni ſeculo, anno videlicet Verbi incarnati DCCC. vſque ad Caroli eiuſdem ſtirpis defectum, annum videlicet Chriſti DCCCCXIV. hos ferè, vt ſequuntur.

9. Theodoricus ab Arno Iuuauienſi metropolitano, Auaribus & Sclauinia in Pannoniam ſuperiorem & tractum terræ illi vltra Danubium appoſitum, Epiſcopus eſt datus. Cuius cathedra in Fauiania item erat.

10. Otto ab Adalramo Iuuauienſi metropolitano, Fabianis poſt Theodoricum Epiſcopus conſtituitur, & Auaricæ gentis Sclauinorúmque in orthodoxa fide doctor.

11. Oſualdus, ab Adalbino Iuuauienſi Auaribus & Sclauinis in Fabiana Epiſcopus poſt Ottonem inauguratur, circiter annum Salutis noſtræ DCCCLXV.

12. Radfridus, cuius antiquiſſimus annalium codex ſub diuo Henrico Cæſare, anno Domini milleſimo ſcriptus, ſub finem in pontificum catalogo mentionem facit: Sub hæc tempora Auares & Hunni, tertio à fide Chriſtiana deficientes H adſcita Hungarorum ſuæ originis tetra & feroce gente, non ſolum Fabianenſem diœceſim, cum Francorum in ripenſi Norico gente depopulati ſunt, ſed promotis limitibus ad Oenum vſque fluuium, magnis copiis per Rhætias in Galliam, & vniuerſam Germaniam excurrerunt non ſemel, eámque miſerè deuaſtarunt. Atque ab eo tempore in Fabianis, vix prædij frequentiam ex tanta barbararum nationum depopulatione retinente municipio, ſuos Archidiaconos Batauienſes alere cœperunt. Et demum ſub annum Salutis noſtræ MCXLIV. cum Henricus I. Dux Auſtriæ, omnibus ſanctis in Fabianis ædem poſuiſſet, à Reinbertotum Batauienſi Epiſcopo conſecratam, parochi primi in Fabianis, quæ iam prima ſyllaba detracta VVienna & Biana nuncupabatur, conſtitui cœpti ſunt, anno Domini MCXL.

CATALOGVS EPISCOPORVM *VVienenſium.*

1. Leo à Spaur nobili loco ortus in comitatu Tyrolenſi, à Friderico Cæſare quem tertium cognominant, Auſtriæ Archiduce, VViennẽſis Epiſcopus conſtitutus, veteri à Paulo II.

Pontifice

Pontifice maximo eiuſdem Eccleſiæ priuilegio impetrato,
A an. 14…

2. Bernhardus, & ipſe magno in Auſtria loco natus, Archiepiſcopus primo Salizburgenſis, à Friderico tandem Cæſare Leoni Vviennenſi Epiſcopo ſuffectus eſt, an. 1485.

3. Vrbanus Agrienſis ex Hungaria Epiſcopus, Matthiæ Hungariæ regis quæſtor & aulicus: ſimul vt is rex, expugnata Vvienna, rerum cœpiſſet in Auſtria potiri, Vviennenſem Epiſcopatum viuente adhuc Bernhardo, à ſuo rege gubernationem accepit.

4. Ioannes Veſprunienſis ante in Hungaria Epiſcopus, ab Matthia rege Hungariæ & Auſtriæ poſſeſſore, Vrbano ſubſtitutus, in Epiſcopali Cathedra manſit, donec Maximilianus Auſtriam recepiſſet.

5. Bernhardus Baro à Bolhaym, à Maximiliano Imperatore, cùm is Vviennam in fidem recepiſſet, Veſprunienſi mortuo ſuffectus eſt: ſed cum ſacris non initiaretur, Epiſcopatus Vviennenſis ſe tantum adminiſtratorem ſcripſit.

6. Georgius à Sclauonia, Maximiliano Cæſari à ſacris concionibus, Bernbardo in Epiſcopatu Vvienenſi ſuffectus eſt.

B 7. Petrus Bonomus Tergeſtinus Epiſcopus, cum mortuo Maximiliano ſcriniorum magiſtri munus per Auſtriam obiret, huius ſimul Epiſcopatus Vviennenſis adminiſtrationem habuit, vt ferunt, adhuc is viuis, Tergeſti, multo ſenio venerandus.

8. Ioannes à Reuellis, Burgundus, Ferdinando Archiduci, Maximiliani Imperatoris ex Philippo filio nepoti, ab eleemoſynis, Bonomio adhuc viuente, a Ferdinando in Epiſcopatu Vviennenſi ſubſtitutus eſt, an. Dom. 1521. obiit an. 1530.

9. Ioannes cognomento Fabri, Su…, Ferdinandi regis Romani à confeſſione, ſacræ Theologiæ doctor, in Vviennenſi Epiſcopatu ab hero ſuo ſuperiori Ioannes ſubſtituitur, an. Domini 1531. obiit an. 1541.

EPISCOPI BREMENSES.

Ex Crantzio.

1. Svvillehadus, Anglus.
2. VVillericus.
3. Leudericus.

C ARCHIEPISCOPI HAMBVRGENSES

Ab. Eod. Carolo.

1. Heridagus.

2. Anſgarius metropolitanus omnium regionum Aquilonarium. Vnio Eccleſiarum Hamburgenſis & Bremenſis inſtituta per Ludouicum Germaniæ regem an. 850.

1. Anſgarius.
2. Rembertus.
3. Adalgarius.
4. Hogerus.
5. Reginvvardus.
6. Vnni.
7. Adaldagus.
8. Libentius primus.
9. VVlranus.
10. Libentius Secundus.
11. Hermannus.
12. Becilinus.

D 13. Albertus ſiue Adulbertus.
14. Liemarus.

POSTHVNC VOCANTVR ARCHIEPISCOPI

BREMENSES.

15. Humbertus.
16. Fridericus primus.
17. Adalbero.
18. Harduuicus primus.
19. Baldevvinus.
20. S. fridus.
21. Hardvvicus ſecundus.
22. Gerhardus.
23. σχίσμα { VValdemarus. / Gerhardus Dn. de Lippia.
24. Hildeboldus, ſiue Hildebrandus.
25. Gilelbertus.
26 Henricus.
27. Florentius.
28. Ioannes.
Burchardus.

30. Otho primus.
31. Gotfridus. E
32. Albertus.
33. Otho Secundus.
34. Ioannes Slansdorp.
35. Nicolaus de Delmenhorſt.
36. Baldvvinus Secundus.
37. Gerhardus.
38. Henricus.
39. Ioannes Rodius 1500.
40. Chriſtophorus Dux Brunſuicenſis. 1511.
41. Georgius Dux Brunſuicenſis Chryſtophori frater 1558.
42. Henricus Dux Saxoniæ, Angribariæ & VVeſtphaliæ. 1567.
43. Ioannes Adolphus Dux Holſatiæ, Adolphi filius, Friderici I. Daniæ Regis nepos 1585.

ARCHIEPISCOPI MAGDEBVRGENSES

INSTITVTI AB OTHONE I.

Ex Crantzio.

1. Albertus, an. 971.
2. Othricus, & huic ſuffectus Giſelerus. F
3. VVoldardus, & huic ſuffectus Dago.
4. VValdardus.
5. Geyro.
6. Meinfridus.
7. Engelhardus.
8. VVernerus ſiuè VVeſſelus obiit in pugna 1078.
9. Ardevvicus.
10. Henricus de Aſlo Comes.
11. Adalgotus.
12. Rotgerus.
13. S. Norbertus an. 1127. Fundator Ord. Præmonſtrat. Anno 1120.
14. Conradus Comes de Querforde.
15. Fridericus.
16. VVichmannus.
17. Ludolphus de Villa Kroppendede, ruſticæ originis,
18. Albertus de Kirberge Comes.
19. Burchardus.
20. Vvulbrandus. G
21. Rodulphus de Dingenſtede.
22. Rupertus Comes de Manſfeld.
23. Conradus Comes de Sternenberge.
24. σχίσμα { Ericus de Brandeburg Marchio, Buſſo de Quarforde Comes, & huic ſuffectus Gunterus de Svvalenberge, Bernardus de VVelp Com.
25. Burchardus Comes de Blankenborg.
26. Hinricus Comes de Anhalt.
27. Burchardus Comes de Schiappelar.
28. Magiſter Hardevvicus de Erpeden. poſt hunc electus Comes de Stalberg.
29. Otho Comes Prouincialis Haſſiæ.
30. Theodoricus Stendalienſis.
31. Petrus Bohemus.
32. Ludouicus Turingus.
33. Fridericus.
34. Albertus Comes de Quaforde. H
35. Gunterus de Schvvartzaburg Comes.
36. Fridericus Comes de Bicling.
37. Ioannes dux Bauariæ.
38. Erneſtus Dux Saxoniæ 1476.
39. Albertus Marchio Brandenburgenſis: obiit 1513.
40. Ioannes Albertus Marchio Brandenburgenſis 1545.
41. Fridericus Ioachimi II. Electoris Brandeburgici filius introductus 1552. 19. Martij, eodem an. 3. Octob. Halberſtadij diſceſſit.
42. Sigiſmundus frater Friderici, 14. annorum adoleſcens 1553. obiit 1566. 14. Septembr.
43. Ioachimus Fridericus, Ioannis Gregorij Electoris Brandeburgenſis filius, Sigiſmundi ex fratre nepos 1567.

EPISCOPI RACEBVRGENSES IN SAXONIA, INSTITVTI TEMPORIBVS HENRICI IV. Ab Alberto Archiepiſcopo Bremenſi,

Ex Crantzio.

1. Ariſto Vacauit ſedes per an. 84. ob excurſiones Venetorum.

2. Euermodus obiit 1178.
A 3. Iſfridus obiit 1204.
4. Philippus obiit 1215.
5. Henricus obiit 1228.
6. Lambertus obiit eod. an.
7. Gotſcalcus obiit 1230.
8. Petrus obiit 1236.
9. Ludolphus obiit 1250.
10 Fridericus obiit 1256.
11. Vlricus de Blucher obiit 1283.
12. Conradus obiit 1291.
13. Hermannus obiit 1309.
14. Marquardus Ieſeuen cognomento obiit 1335.
15. Volradus de Dorno, Holſatus obiit. 1355.
16. Otto de Grunovv obiit 1356.
17. VVipertus Blucher obiit 1367.
18. Henricus de VVittorpe.
19. Gerhardus obiit 1388.
B 20. Detlevvus de Magnopoli obiit 1419.
21. Ioannes Trempe obiit 1431.
22. Pardauius de Knesbeke obiit 1440.
23. Ioannes VViſmarienſis obiit 1454.
24. Ioannes Pren.
25. Ludolphus Secundus.
26. Ioan. Stalkoper, Medicinæ Doctor obiit 1477.
27. Ioan. Praxentin nobilis Megapolitanus 1477.
28. Henricus Berekmeyr Hamburgenſis 1510.
29. Georgius Bloumedal I. V. D. è familia Prignicenſi 1514.
30. Chriſtophorus à Schulemburg 1541. quo reſignante.
31. Chriſtophorus Dux Megapolitanus, Alberti filius, an. 1554. exeunte electus, moritur 1592. 4. Mart.
32. Carolus Dux Megapolitanus, Chriſtophori frater. 1592.

EPISCOPI MARSVPERGENSES IN THVRINGIA INSTITVTI AVTORE CÆSARE Ottone DCCCC. LXVIII.

Ex Broturſo.

C 1. Boſo, natione Bauarus, antea Monachus Ord. S. Benedicti in Monaſterio S. Emerentiani Ratisbonæ, obiit Kalend. Nouemb. an. Chriſti 970. in itinere Bauarico, vbi amicos ſuos viſitarat. Præfuit anno vno, menſibus 10. diebus 3.

2. Giſilario exinanito Epiſcopatu Marſpurgenſi ſeceſſit Magdeburgum, ibique præfuit an. 19. mortuus anno Chriſti 1004. 6. Kal. Febr.

3. VVigbertus, alias Guilbertus, Nobilis Thuringus, obiit 1012. præfuit 5. an. 5. menſ. 5. dies.

4. Ditmarus ſiue Theodomarus, Comes Saxoniæ, obiit 1021. ætatis 41. 3. Kalend. Decemb. præfuit an. 10. menſes 7. & totidem dies.

5. Bruno Comes de VValdeck prope Helmſtadium, ſiue vt aliis placet, Comes Bauaricus, pater Henrici II. Imp. obiit 6. Idus Auguſti 1040. præfuit an. 19. & 1. menſe.

6. Hunoldus Thuringus natione, Canonicus Halberſtadienſis, præfuit an. 10. mortuus 1050.

7. Albertus aliàs Alberinus, primus Epiſcopus ab Capitulo electus, præfuit 3. an. obiit 1054.

D 8. Ecxelinus Dux Bauariæ, Capellanus Cæſaris, præfuit 5. an. obiit 1060. 6. Calend. Nouemb.

9. Offo, qui & Onofrius, antea Canonicus Eiſtenſis in Bauariam, conſtituitur ab Henrico IV. an. Chriſti 1065. præfuitque an. 5. mortuus 1070. 15. Kalend. Maij.

10. VVintherus, aliàs VVinitherus, Canonicus Herbipolenſis, Nobilis Francus, præfuit duobus an. obiitque 1073. nono Kalend. Aprilis.

11. VVernerus, Comes VVoldemburgicus, prope Hildeſhemium in Saxonia eligitur à capitulo 1073.

12. Eppo, aliàs Hippolytus, intruſus eſt ab Henrico V. eiecto Vvernero, qui Pontifici videbatur addictior, ſed vt idem Imp. ad Catulariam ſiluam Saxonibus ſuccumbit, reſtituitur Vvernerus, Eppoque nominatus Erardus ſiue Eberhardus creatur Epiſcopus Cizenſis, ordine 6. id accidit an. Chriſti 1115. 9. die Febr.

13. Albuinus Dux Bauariæ, conſecratur 1101. præfuitq; an. 16.

14. Gerardus intruditur per Epiſcopum Theodoricum Cizenſem, & Adelgorum Archiepiſcopum Magdeburgenſem: haud diu tamen vixit.

15. Ranoldus Canonicus Magdeburgenſis electus eſt à quibuſdam Epiſcopis, contra Henricum IV. ac Svvenchauiæ E non an. regiminis ſui 1123. à conſanguineis ſuis trucidatur.

16. Meingotus Canonicus Marſpurgenſis, electus à Canonicis 18. Kal. Iunij confirmatus a Lothario Imp. conſecratuſque ab Archiepiſcopo Magdeburgenſi 1126. tertio Kal. Aprilis. Præfuit an. 14.

17. Ecikelinus II. vnanimi conſenſu Capitularium creatus 1143. præfuit an. 15. obiitque anno Chriſti 1158.

18. Reinhardus conſtitutus eſt ſine electione aut poſtulatione à Cæſare erat Comes Querfurtenſis. Præfuit 18. an. obiitque 1176.

19. Ioannes Canonicus antè Marſpurgenſis, præfuit tempore Friderici I. Barbaroſſæ: conſecratus 1176 ab Vvichmanno Archiepiſcopo Magdeburgenſi.

20. Euerhardus Comes Seltrubergenſis Bauarus conſtituitur à Friderico I. conſecratore Vvichmanno.

21. Theodoricus à Capitulo eligitur, conſecrante Archiepiſcopo Vvichmanno, præfuitque an. 11. erat Marchio Miſniæ, mortuus 1184.

22. Ecxardus Equeſtri familia conſecratur item ab Archiepiſc. Vvichmanno defungitur 1194. an. regiminis 10. F

23. Rudolphus Canonicus Maſpurgenſis electus eſt à morte Eckardi præfuit 10. an. 3. menſib. 4. dieb. an. Chriſti 1204. moritur.

24. Henricus de Vvarin, Canonicus Maſpurgenſ. vtiliter præfuit 22. an. menſib. 4. dieb. 4. obiitque 1226.

25. Albertus de Born, Canonicus Marſpurgenſis paria vota habuit cum Friderico de Torgavv etiam Canonico, qui ipſi ad euitandum ſcandalum ambitionis ſententiam ſuam adiecit: præfuit ſolummodo tribus menſib. ac dieb. 14.

26. Fridericus de Torgavv præfuit 18. an. minus die. 17 hic abſtulit magiſtratui oppidano iuriſdictionem ciuilem.

27. Henricus de Amendorff, præfuit an. 18. mortuus an. Chriſti 1262.

28. Henricus, cognomento Puer, cuius familia morabatur circa Marſpurgum, pueriliter planè rexit, prodigus nimium, & qui cognati ſui arbitratu omnia gereret, vnde etiam tandem regimen cedere coactus Borchardo Magdeburgenſi G Epiſcopo.

29. Geberhardus de Schrapelavv, frater Borchardi Epiſcopi Magdeburgenſis, præfuit 24. an. 5. menſib. mortuus 1338.

30. Sigiſmundus Landgrauius Thuringiæ & Marggrauius Miſniæ, Epiſcopus VVizeburgicus, Adminiſtrator Marſpurgicus, filius Friderici I. parum curauit Epiſcopatum ſuum, ſolitus de ditione proficiſci in ditionem: præfuit an. mort. 1357.

31. Henricus Comes Stolbergenſis Canonicus Magdeburgenſis, obiit an. 1366. 4. Kal. Febr. regiminis 18.

32. Fridericus de Hoimo, Saxo natione, Decanus Naumburgenſis, præfuit 26. an. obiit 1382. 5. Idus Nouembr.

33. Burchardus Comes Querfurtenſis, electus à Capitulo, obiit ante confirmationem 1384. anno & ſexto menſe gubernationis, mortuus autem 8. die Iunij.

34. Henricus, Comes Stalburgenſis eligitur die 5. Auguſti 1384. præfuit octo annis ſine confirmatione; prohibitus ea ab Cæſare VVenceſlao. Confirmauit eum tamen Bonifacius IX. 1392. obiit die S. Ambroſij 1393.

35. Henricus cognomine *Schulmeiſter*, de Orlamunda, præfuit an. 7. pertæſuſque curarum ſubſtituit Coadiutorem, ceſſitque Lipſiam in D. Thomæ. H

36. Ortho de Hoinſtein poſtulatus 1402. conſecratur 1403. die Trium Regum, præfuit an. tribus, mort. 1407.

37. Vvaltherus è familia Koxeritziorum nobilium, electus 1407. præfuit an. 4. mort. die S. Stephani Mart. 1411.

38. Nicolaus de Lubeka, Decanus Erfurti ad D. Virginem, Cancellarius Friderici I. Ducis & Electoris Saxoniæ, electus 1411. obiit 1431. die Palmarum. Miſſus fuit veluti legatus Saxonicorum Principum ad Concilium Conſtantienſe, vbi hæſit integrum triennium.

39. Ioan. Boſo Nobilis, Canonicus Maſpurgenſis electus 1432. præfuit 32. an. mort. 1463. ex peſtilentiali morbo.

40. Ioannes VVerder, nobilitate Marſpurgica, eligitur 1463. præfuitque biennio & trib. menſibus, mortuus 1465. 24. die Iulij.

41. Tilo è nobilibus à Trote creatus 1468. rexit an. 46. defunctus 1514. die 5. Martij.

42. Adolphus Princeps Aſcaniæ, antea Canonicus Magdeburg

[illegible] an 11 [illegible] Iudæos qui ab [illegible]

43. [illegible] gitur [illegible] næ poſt [illegible] unctu Dominica Palmarum [illegible].

44. Sigiſmundus de Lindenavv, eligitur die 13. Aprilis, 1535. rexitque ſuos an. 8. eiſdem menſes, & 2. dies obiit 1544. ætatis ſuæ 60. tempore nouarum Nundinarũ Lipſienſium, adeo vt ſedes vacauit vſq; ad diem Lunæ poſt Dominicam *Lætare*.

45. Auguſtus Dux Saxoniæ, filius Henrici frater Mauritij Electoris, creatus 14. die Maij 1544. per Capitulum, præfuit an. 4. menſibus ſex, An. verò 1548. abdicauit ſeſe die Martis poſt Michaëlem, 2. Octobris.

46. Michaël iam antea Suffraganeus Moguntinus, peculiari interceſſione Caroli V. poſtulatus eſt à Collegio 1550. & 2. die menſis Decembr. iniit adminiſtrationem ſuam. Viuit adhuc anno iſto 1555.

EPISCOPI SALISBVRGENSES.
è Ioh. Alberto VVidmanſtettero.

B

1. Rudpertus (quem alij ſcribunt Rupertum) tempore Theodoperti Francorum Regis, Epiſcopus Vvormacienſis, ex regali progenie Francorum ortus, iuſſu memorati Regis ad Baios cum duodecim diſcipulis profectus eſt, ac Reginoburgij à Theodone III. quem illic primum cum filio Theodoberto ſacro fonte lauit, benigne receptus eſt, & Baios primus ad religionem Chriſtianam conuertit. Deinde nauibus delatus, vbique confluentibus certatim Baiis, myſteria Chriſtianæ fidei edidit, atque ita Lauteacum peruenit. Inde per Noricum Oetingam, quam nonnulli Vtinum appellant, perrexit, vbi Vtonem & Theodovvaldum Theodonis Fratres, ſacro lauacro abluit. Poſt hæc ædem Pontificiam prope lacum VValſerſee, vbi Viſcha amnem effundit, primo extruxit. Ruinas quoque Iuuauiæ, quæ nunc Saltzburga dicitur reſtituit, & Pontificiam ſedem eo tranſtulit. Præfuit autem Epiſcopatui annis 64. mortuus an. Chriſti 623.

2. Vitalis ſanctitate vitæ ac eruditione clarus, Monaſterij S. Petri Abbas, ſedit an. viginti tres, mortuus an. 646.

C 3. Anſologus Abbas S. Petri populum Salizburg. pauit annis 20. ſepultus ad S. Petrum anno 666.

4. Sauolus S. Petri Abbas, ſedit annis 14. humatus in Monaſterio S. Petri anno 680.

5. Ezius Abbas Eccleſiam Saltzburgenſem ann. 23. rexit, conditus in cœnobio Diui Petri anno 703.

6. Flobargiſus Abbas S. Petri, præfuit Epiſcopatui an. 37. tumulatus in æde S. Petri 740.

7. Ioannes I. morum ſanctitate & eruditione inſignis, ſedit an. 14. obiit 754.

8. Virgilius ex nobilibus Hiberniæ inſulæ natus, præfuit an. 30. ſepultus in æde Cathedrali 784.

9. Berthricus Abbas S. Petri, obiit an. 785.

10. Arno primus Archiepiſcopus, pallium à Leone III. adeptus populum Saltzburgen. an. 36. ſalubriter pauit, tumulatus in Eccleſia Cathedrali an. 821.

11. Ammilonius Abbas Archiepiſcop. obiit an. 821.

12. Adalramus, pietate & doctrina inſignis, obiit an. 836.

13. Laopramus Archiepiſcopus, mortuus an. 869.

D 14. Adalvvinus Archipræſul præfuit an. 14. mortuus 873.

15. Adelbertus vno anno præfuit Archiepiſcopatui, obiit 874.

16. Theodomarus ſiue Dietmarus primus, moderatus eſt Archiepiſcopatum annis 13. tandem ab Hungaris cæſus, anno 907.

17. Piligrinus primus præfuit an. 16. mortuus 923.

18. Olibertus ſedit an. 12. obiit an. 935.

19. Egilolphus gubernauit Epiſcopatum an. 4. mortuus 939.

20. Heroldus Archiepiſcopus, Comes de Schyem, ſedit annis 18 poſtea excæcatus & depoſitus eſt anno 958.

21. Fridericus I. Comes in Chiemge. VV. obiit 991.

22. Hartovvicus Comes à Spanheim & Artemburg, aliàs Lauental, ſedit an. 32. mortuus an. 1023.

23. Gumbertus Diui Henrici Cæſaris Cancellarius & Archiepiſcopus, obiit 1035.

24. Dietmarus II. præfuit an. 16. mortuus an. 1041.

25. Baldeuinus ſiue Beldingus ſedit an. 19. mort. 1060.

26. Gebhardus Sueuus ab Helffenſtein præfuit annis 28. & [illegible] 1188.

[illegible] fugato, an- E [illegible] onem præſe- [illegible] & per Contra- [illegible] us, tandem in Mospurg [illegible]

28. Thiemo Abbas S. Petri ex nobili Bauarorum genere natus, præfuit annis 11. poſtea à Turcis captus, poſt omnium membrorum truncationem, viſo corde proprio, apud Corozaim martyrio obiit.

29. Conradus I. de Abinſperg Henrici IV. Capellanus ſedit an. 41. mortuus an. 1147.

30. Eberhardus primus, Comes de Hiltpolſtein, Abbas Biburgenſis, amator pauperum, ſedit an. 17. mortuus anno 1164.

31. Conradus II. S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ filius, Epiſcopus Patauien. Præfuit Archiepiſcopatui anno 4. obiit 1168.

32. Adalbertus ſiue Albertus filius Labezlai ſeu Sobeſlai Regis Bohemiæ ſedit an. 6. à Friderico Oenobarbo an. 1174. expulſus eſt, & tunc Henricus Præpoſitus in Berchteſgaden adminiſtrauit Archiepiſcopatum an. 3. F

33. Conradus III. Comes à Vvitelſpach, Othonis Bauariæ Ducis frater, Cardinalis Epiſcopus Sabinenſ. quum ſediſſet an. 6. ad Eccleſiam Mogunt. tranſlatus eſt. Poſtea prædictus Adalbertus reſtitutus Archiepiſcopatum rexit annis 17. obiit 1200.

34. Eberhardus II. de Truchſen. Epiſcopus Brixinenſis pater pauperum, præfuit an. 46. & erexit tres Epiſcopatus, Chiemenſem, Seconienſ. & Lauentinenſ. mortuus an. 1246. Burchardus à Zingenhagen, licet pallio donatus fuerit, obſtante tamen capitulo, nunquam ad poſſeſſionem peruenit.

35. Philippus Bernardi Carinthiæ Ducis filius adminiſtrauit Archiepiſcopatum decem annis. Poſtea quum nollet ordinari in Sacerdotem, depoſitus eſt an. 1256.

36. Vdalricus Epiſcopus Seuienſ. quum ſediſſet an. 9. Archiepiſcopatum reſignauit anno 1265.

37. VValdiſlaus Henrici Sleſiæ Ducis filius, vir omnibus acceptus, præfuit an. quinque, mortuus 1270.

Fridericus II. Vvalhen. ſedit annis 14. obiit 1284.

36. Rudolphus de Hoheneck. Rudolphi Roman. Regis Cancellarius, præfuit Archiepiſcopatui annis 5. mortuus anno 1290. G

47. Conradus IV. de Vornſtorf & Braitenfurt, ſedit annis 22. mortuus an 1312.

41. VVichardus à Polheim præfuit an. 3. mortuus an. 1315.

42. Fridericus III. à Leibnitz ſedit an. 23. mortuus anno 1333.

43. Henricus à Piernprun, præfuit annis quinque, obiit anno 1344.

44. Ortolphus de VVeiſſeneck, ſedit annis 21. mortuus anno 1365.

45. Piligrinus II. à Pucheim rexit Archiepiſcopatum annis 32. mortuus anno 1396.

46. Georgius Schneck de Oſtervvitz ſedit an. 7. obiit anno 1403.

47. Eberhardus tertius de Neuhaus præfuit an. 24. mortuus anno 1427.

48. Eberhardus IV. de Starenberg obiit an. 1429.

49. Ioannes II. de Reichſperg tenuit Archiepiſcopatum an. 12. obiit 1441. H

51. Fridericus quartus Truchſaſs de Emerberg, mortuus an. 1452.

51. Sigiſmundus I. à VVolckenſtorf Archiepiſcopatui præfuit annis 8. & dimidio, obiit an. 1461.

52. Burchardus à VVeiſpriach Cardinalis, ſedit an. 4. obiit 1466.

53. Bernhardus à Rue quum præfuiſſet Archiepiſcopatui 15. annis, ceſſit regimini an. 1482. obiit an. 1487.

54. Ioannes III. Strigonienſis, ac deinde Archiepiſcopus Saltzburgenſis, præfuit annis 7. mortuus an. 1489.

55. Fridericus V. Comes à Schaunberg, ſedit annis ferè quinque, mortuus anno 1494.

56. Sigiſmundus II. ab Holneck, præfuit menſibus 8. obiit anno 1495.

57. Leonhardus à Keutſchach præfuit Archiepiſcopatui annis ferè 24. mortuus an. 1519.

58. Matthæus

5[illegible] Matthæus [illegible] VVe[illegible] ugu-
A [illegible], Archiep[illegible] Card[illegible]
tum in grauiſſimis temporibus [illegible] gu[illegible]
mortuus eſt anno 1540.

59. Erneſtus Comes Palatinus R[illegible] Dux A[illegible] berti & Kunegondis Frid. Imp. filiæ proles, à Ioann[illegible] Auentino viro doctiſſimo bonarum artium rudimenta hau[illegible], la orem Maanthn Tirum paucis diebus [illegible], in literis ſcientia non vulgariter profecit, Mathematicas diſciplinas amauit, & foſſilium metallicorum tantum aſſequutus eſt notitiam, quantam in tota Germania. Adeptus quoque Epiſcopatus alios, omnes laudabiliter adminiſtrauit, vt puta Salisburgenſem, & Patauienſem; omneſque ære alieno liberauit. Princeps munificus & gratus.

EPISCOPI FRISINGENSES.

1. D. Corbinianus præfuit Epiſcopatui à ſe erecto 20. annis.

2. Erimbertus frater Corbiniani geſſit Epiſcopatum 28. annis. Hic conſecrauit monaſterium Degeinſee, fueruntque ſuo æuo diœceſes Bauariæ ſuis limitibus à ſe inuicem diſcre-
B tæ, & Popinus pater Caroli Magni habitauit aliquot annis Fruxini in arce Thermons; & tandem an. 747. conſtruxit ibi Eccleſiam in honorem ſancti Stephani, quæ in hunc vſque diem appellatur Vveichenſteffan.

3. Ioſeph electus eſt ad Epiſcopatum anno 758. præfuitque annis tribus.

4. Anbo. Egit iſte Antiſtitem an. 23.

5. Otho, electus anno 782. præfuit an. 30.

6. Hitto. Hic tranſlationem ſacrorum Bibliorum in pleriſque locis corruptam pen omni vitio correxit, & conſtituit in Eccleſia Vveichenſteffan ſex Canonicos, gubernauitque Epiſcopatum annis 24.

7. Erchenbertus nepos prioris Hittonis ex fratre, adminiſtrauit Epiſcopatum an. 18.

8. Arnulphus electus eſt anno 854. ad Pontificatum. Ipſe ampliauit Eccleſiam cathedralem, mortuuſque eſt an. 21. ſui Pontificatus.

9. Vvalthon. Hic vixit in Pontificatu annis 22. paſſaque eſt Eccleſia Cathedralis ſuis temporibus graue incendium,
C anno ſcilicet 883. at donatione Arnolfi Imperatoris omnia ſunt reſarcita, conſtitutumque tunc fuit, vt deinceps nullus eligeretur in Epiſcopum niſi eſſet Canonicus eiuſdem Eccleſiæ, quam legem nec Cæſar nec Rom. Pontif. infringere poteſt.

10. Vtto ſucceſſor Vvalthonis vixit ſolum vno anno in Epiſcopatu.

11. Dracolphus electus Epiſcopus an. 898. qui nedum cathedrali, verum & aliis Eccleſiis collegiatis noxius fuit, immenſas faciens expenſas, exactiſque in officio 28. annis ſubmerſus fuit in Danubio.

12. Vvolframus. Hic quantum potuit vno anno, quo præfuit Epiſcopatui, reſtaurauit, quæ prædeceſſor ſuus dilapidauit.

13. Lampertus factus eſt Epiſcopus anno 938. functus officio ſuo annis 31. Huius tempeſtate erumpentes Vngari & omnia deuaſtantes in Auſtria atque Bauaria, Eccleſias S. Stephani & Viti combuſſerunt: Eccleſiam verò Cathedralem
D propter nebulam omnia obducentem in nullo violare potuerunt.

14. Abraham factus Epiſcopus, 37. an. cum magno commodo Eccleſiæ ſuæ præfuit.

15. Engilbertus Comes Moſpurgenſis, 34. annis Pontificatui præfuit atque ex patrimonio ſuo non parum eundem ditauit. Quin & Collegium Canonicorum in Vveichenſteffan commutauit in monaſterium ordinis S. Benedicti.

16. Nicetus functus eſt officio Epiſcopali annis 14. & Canonicos à Vveichenſteffan remotos confirmauit in Eccleſia S. Viti. Fuit homo ſæuus, obiitque ſubita morte Rauennæ.

17. Ellenhardus electus eſt anno Chriſti 1053. in Epiſcopum, fundauitque Collegium Canonicorum apud S. Andream in monte Friſingenſi haud procul à Cathedrali Eccleſia. Interfuit iſte Synodo Vvormaciæ ab Henrico IV. contra Hiltprandum Romanum Pontificem celebratæ anno 1076. & exactis 25. annis ſui Pontificatus mortuus eſt.

18. Meginuuardus electus eſt anno Domini 1078. multaque paſſus à Vvelfone, qui Brunonem Auguſtanum bello fa-[illegible] R[illegible] factus eſt
[illegible] in [illegible] m, mor[illegible]
[illegible] & [illegible] pul[illegible] quam [illegible] gen[illegible]
[illegible] an[illegible]

19. [illegible] E[illegible] Epiſcopali munere functus eſt 5[illegible] an. Sub eo Vvelfo vaſtauit ciuitatem Friſingenſem: quin & ipſe non parum incommodauit Epiſcopatum quod Henrico IV. adhæreret contra Rom. Pontif. quare omnia ſua bona quæ habuit in Eberſtorf & Gneſs legauit Epiſcopatui.

20. Otto filius diui Leopoldi Marchionis Auſtriæ factus eſt Epiſcopus an. 1108. vir doctus, & qui antea fuerat Cancellarius Imperatoris Conradi III. Hic inter Hiſtoricos ob editam Chronicam celebris habetur. Vixit in Epiſcopatu an. annis, habuitque fratrem Conradum Archiepiſcopum Salzburgenſem & Epiſcopum Patauienſem. Hic Otto ante obitum ſuum relicto lituo monachus Morimundenſis eſt factus.

21. Albertus functus eſt officio paſtorali 24. annis. Fuit ſuo tempore Eccleſia Friſingenſis ornata doctis Canonicis, excellebatque reliquas Germaniæ Cathedrales Eccleſias in diuitiis & pretioſis iocalibus, ſed orto incendio, vno quaſi momento omnia amiſit bona. Et quum Albertus Epiſcopus Eccleſiam ſuam reædificare conaretur, inuenit in fundamentis F
corpora ſanctorum Martyrum Alexandri & Iuſtini.

22. Otto III. vir pius & Canonicus Magdenburgenſis, factus Epiſcopus Friſingenſ. præfuit illi Eccleſiæ an. 38. Ipſe fabricam Eccleſiæ rurſum inſtaurauit, multaque bona in eam contulit.

23. Geroldus electus in Epiſcopum an. 1220. iuxta tenorem Epitaphij ſui, præfuit Eccleſiæ Friſingenſi vndecim annis, ſed ſine laude.

24. Conradus Tolzner non parum profuit Epiſcopatui Friſingenſi, quin & ex patrimonio ſuo quatuor inſtituit Canonicos in Sacello ſancti Pauli. Fuit autem vnà cum Rudigero Epiſcopo Patauienſi captus à Friderico Duce Auſtriæ, & Viennæ diu in captiuitate detentus. Vixit in Pontificatu annis 27.

25. Conradus II. Vvildgraſenſis præfuit an. an. Cathedræ Epiſcopali.

26. Fridericus Montalbanus factus eſt an. 1278. ex Præpoſito Epiſcopus, mortuus anno 8. poſt electionem.

27. Emicho Coſmes à Moſburg & vir ſanctus electus in G
Epiſcopum, viginti nouem annis Præſulem egit, mortuus Viennæ an. Dom. 1315.

28. Conradus III. Monacenſis Doctor Canonum factus Epiſcopus, inſtituit Eccleſiam S. Ioan. Baptiſtæ, & ſex Canonicos vnà cum Præpoſito in ea. Anno ſeptimo ſuæ adminiſtrationis veneno eſt ſublatus.

29. Gotfridus Decanus Eccleſiæ Friſingenſis factus Epiſcopus, tribus, an. Pontificatum geſſit. Ipſe inſtituit Sacellum SS. Trinitatis, & aliud Sacellum S. Catharinæ.

30. Ioannes Doctor Canonum & Canonicus Bambergenſis atque Brixenſis, poſtulatus Epiſcopus Friſingenſis, quinque duntaxat ſeptimanis officio functus eſt.

31. Conradus IV. à Clingenberg electus ad Epiſcopatum, magna illi contulit dona, præſertim infulam pretioſam & argenteam Crucem. Vngari & Bohemi ſuo tempore profecti contra Imperatorem Ludouicum IV. miſerè perdiderunt Bauariam & diœceſim Friſingenſem.

32. Ioannes ſecundus Medicus doctus, obtinuit Romæ H
Epiſcopatum an. 1337. abſenſque 12. an. poſſedit.

33. Albertus Comes Hohenbergenſis, Doctor Decretorum tranſlatus eſt, per Clementem VII. ad Friſingam, ſeptemque an. Epiſcopum egit. Ipſe in propria perſona fuit in expeditione cum Alberto Duce Auſtriæ contra ciuitatem Tigurenſem.

34. Paulus electus fuit an. 1359. Hic multa quæ erant Epiſcopatus vendidit & impignorauit, ſuſſamque ſedem, mortuus 19. an. ſui Pontificatus.

35. Leopoldus difficulter propter ſchiſma Rom. Pontificum confirmari meruit, trienniòque exacto Lactis ex ponte in ſubiectum fluuium cadens ſubmerſus eſt.

36. Bertholdus Vvechingenſis, L. Viennen. ſcholæ creatus Magiſter, electus fuit an. 1381. in Epiſcopum Friſingenſem. Egit bonum patrem familias, inſtaurauit omnia caſtra, quæ habet diœceſis in Auſtria, Carinthia, Styria & Carnia. Auxit quoque Canonicia præbendarum prouentus. Et mortuus anno adminiſtrationis ſuæ 30. in Auſtria, reliquit mitram

Ponti

[illegible]
A [illegible] Ab-
[illegible]

[illegible]
electus [illegible] Con-
dum Epiſcopum Gutt[illegible]
pro Epiſcopatu Fruſing. laborabat, [illegible] Lactis,
fuit miſere interfectus, atque poſt 20. annos [illegible]
notuit latrocinium ipſum. Siquidem antea infamauerant latrones Epiſcopum, quod ſibiipſi manus intuliſſet.

38. Hermannus Comes quidam electus in Epiſcopum, ruptus grauiter 9. anno obiit.

39. Ioannes III. Grienenvvalder dictus, factus eſt Epiſcopus an. 1422. Fuit autem Doctor Decretorum & Theologus reſtititque Iohanni Hus in Concilio Conſtantienſi. At paulò poſt Nicodemus de Seala, conſentiente Martino quinto ſe ingerens Epiſcopatui, excluſo Iohanne, viginti annis potenter illum retinuit. Eoque mortuo, Grienenvvalderus rurſum obtinuit Epiſcopatum, præfuitque decem annis.

B 40. Iohannes IV. Tulbec dictus, primum præpoſitus ad S. Vitum & Plebanus Monacenſis, factus eſt an. Chriſti 1453. Epiſcopus, adminiſtranſque Epiſcopatum 20. annis reſignauit illum Cancellario ſuo Sixto Tanbergenſi.

41. Sixtus Tanbergenſis factus eſt Epiſcopus an. Domini 1473. inſtituitque 12. Chorales, torpori Sacerdotum conſulens. Tandem an. Chriſti 1495. mortuus eſt Epiſcopus in Comitiis Vvormacienſibus, id quod ei prædixerat fatuus eius.

42. Rupertus Palatinus Rheni, electus eſt Epiſcopus poſt mortem Sixti, ſed quia nimis iuuenis adhuc erat, diſpenſatione Papali Epiſcopatus Philippo fratri eius ſeniori an. 1499. eſt collatus. Præfuitque Philippus Epiſcopatui vſque ad annum Chriſti 1540. Factus eſt quoque idem an. 1517. Epiſcopus Naumburgenſis in Miſnia.

43. Henricus Comes Palatinus, adminiſtrator diœceſis Vvormacienſis, & Præpoſitus Elvvagenſis, poſt Philippi fratris mortem, factus eſt Epiſcopus Fruſingenſis, qui adhuc an. 1550. Epiſcopatui præſidet.

C
EPISCOPI VVARMIENSES.

Ex Boruſſia Schutzenij.

1. Anshelmus Frater Ordinis Theutonici, factus poſtea Franciſcanus Monachus, & à Papa Innocentio IV. ad Infideles Chriſto lucrandos in Boruſſiam miſſus, vbi & Epiſcopus electus eſt, anno 1243. Sedem habuit Braunsbergæ; inde factum eſt, vt Epiſcopi Braunsbergenſes dicerentur. Fundauit ibi templum S. Andreæ an. 1260. ibique ſedecim Canonicos & quatuor Prælaturas inſtituit. Sed vrbe ab Infidelibus vaſtata & direpta, Elbingam ſe contulit, vbi grandæuus deceſſit, in arcis templo ſepultus.

2. Henricus Decanus Braunsbergenſis, præfuit vſque ad annum 1300.

3. Eberhardus Canonicus Frauenburgi Heisbergam ædificauit, & Gutſtat muro circumdedit. Eius temporibus Collegium Canonicorum Meelſaccum extructum eſt. Mortuus an. 1320. 28. Maij, Frauenburgi ſepultus.

D 4. Iordanus Canonicus Frauenburgicus, Heilsbergæ mortuus, Frauenburgi ſepultus an. 1329. 25. Nouembr.

5 Henricus Vvagenap Boruſſus Regiomontanus, Canonicus Frauenburgicus, mortuus an. 1334. 9. April. ſepultus Frauenburgi.

Poſt hunc ſedes vacauit per annos quatuor, duobus in Curia Romana inter ſe de dignitate contendentibus.

6. Hermannus Baro de Liebeſtein ex Morauia, vel, vt alij, Praga oriundus, Iuris vtriuſq; Doctor, Regis Bohemiæ conſiliarius, & in aula Pontificia Curiæ auditor, à Papa Benedicto XII. inauguratus an. 1338. Ædificauit hic nouam ciuitatem Braunsbergam, Seeburgum, & Biſchoffſtein. Mortuus noctu Kalend. Ianuariis an. 1350. Frauenburgenſi ſepultus. Huius temporibus bona Epiſcopatus diuiſa ſunt.

Hic interponuntur ab aliquibus alij duo, Fridericus nempe & Hermannus.

7. Ioannes Miſena, Decanus & Canonicus Frauenburgicus, Etiam Collegium Canonicorum Allenſtein ædificauit. Mortuus an. 1355. 30. Iul. Frauenburgi ſepultus.

8. Ioannes Streiffrock Lipſienſis, canonicus Frauenburgi, qui Vvartenburgum ædificauit, deiectus Epiſcopatu per Ma-
[illegible] quimob cauſam [illegible] egit cumq E
[illegible] contra
[illegible] poſt mortuus
[illegible] 13[illegible]3. ſepultus ibidem in Do-
[illegible]

9. [illegible] Elbigenſis, Caroli IV. Legatus Auenionem ad Papam Gregorium XI. à quo & Epiſcopatum impetrauit. Mortuus Heilsbergæ 1401. 13. Ianuar.

10. Henricus Heilsberg à Vogelſanck, I. V. D. Canonicus Frauenburgi, putatur veneno à Magno Magiſtro ſublatus, obiit 1415. ineunte Iunio.

11. Ioannes Abzieher Turonenſis I. V. D. Præpoſitus & canonicus Frauenburgicus, Auditor Rotæ in Concilio Conſtantienſi, vbi ſimul Collegij electio ab Archiepiſcopo Rigenſi confirmata eſt. Mortuus Heilsbergæ an. 1424. 11. Febr.

12. Franciſcus Kueſchmaltz de Reſſel. I. V. D. Præpoſitus & Canonicus Frauenburgicus, qui nec minima cauſa fuit rebellionis totius Boruſſiæ contra ordinem, ob quod etiam à populo in exilium pulſus eſt. Mortuus eſt Vratiſlauiæ an. 1457. 10. Iunij, vbi etiam ſepultus. F

13. Æneas Syluius; Italus, Senis oriundus, qui antequam Epiſcopus inauguraretur, Papa renunciatus eſt anno 1450. Pius II. dictus.

14. Paulus à Lehendorff, Nobilis Boruſſus, Canonicus Frauenburgi, veneno à Magni Magiſtri Tubicine necatus, vel, vt alij tradunt, peſte exſtinctus eſt Braunbergæ, an. 1467. vbi & ſepultus.

Interſeruntur aliàs & alij duo Vincentinus Kellebaza Polonus, & Albertus Opperovvski, qui quidem ſuffragia adepti, ad vſumfructum tamen Epiſcopatus admiſſi non ſunt.

15. Nicolaus à Tungen ex pago territorij Vvormbditenſis, qui vi Epiſcopatum Regeipſo Poloniæ inuito inuaſit. Mortuus Heilsbergæ 14. Febr. an. 1489.

16. Lucas Vveiſſelrot, aliàs ab Allen, vrbe Turonij oriundus. Ibidem mortuus non abſque ſuſpicione veneni, an. 1512. Die Dominica *Iudica*.

17. Fabianus à Luſian, Nobilis ex territorio Reſellenſi, I. V. D. Canonicus Frauenburgicus, mortuus Heilsbergæ an. 1523. vltimo Ianuarij. G

18. Martinus Ferberus Dantiſcanus, mortuus 1527. 1. Iul. ſepultus Frauenburgi.

19. Ioannes à Curiis, aliàs Flachsbinder nominatus, Dantiſcanus, ante Culmenſis Epiſcopus, factus eſt Vvarmienſis, an. 1537. Mortuus verò an. 1547. 1. Iulij.

20. Tiedemannus Gieſe Dantiſcanus, Culmenſis prius Epiſcopus, poſt Vvarmienſis factus an. 1549. Mortuus 1550. 24. Octobr.

21. Staniſlaus Hoſius Cracouienſis, antea Culmenſis Vvarmienſis poſtea Epiſcopus creatus anno 1551. Cardinalis deinde electus & Præſes Concilij Tridentini: Mortuus in Italia anno 1679. 5. Augusti.

22. Martinus Cromerus de Brietz, I. V. D. & rerum Polonicarum Scriptor, Canonicus Cracouienſis & Frauenburgicus, Epiſcopatus coadiutor. Mortuus an. 1589.

23. Andreas Bathorius Cardinalis, Regis Stephani ex fratre nepos. Præfuit an. 1598.

CVLMENSES EPISCOPI. H

1. An. 1214. conuerſus ad fidem Chriſtianam Boruſſus nomine Surbauno, in baptiſmate Paulus nominatus, primo Boruſſiæ Epiſcopo Chriſtiano, regionem Libauiam; item alius Boruſſus Vvarpodo, in baptiſmate Philippus nominatus, terram Luſaniam eodem anno donauit & exhibuit. Anno autem 1222. Conradus Dux Maſouiæ, & Epiſcopus Plolzcouenſis, omnia bona, quæ in ditione Culmenſi poſſidebant, eidem Chriſtiano attribuerunt, à quo poſtea ad ordinem Teutonicum tradncta, eique addicta ſunt. Anno 1243. miſſus à Papa Innocentio IV. à latere Boruſſia legatus Vvilhelmus Epiſcopus Mutinenſis, quatuor ordinauit Epiſcopatus: & ſic Chriſtianus hic, Culmenſis Epiſcopus primus numeratur.

2. Henricus, vel Heidenricus, Dominicanus, Baſilicam Culmenſem erexit. Mortuus an. 1254. 1. Iulij. Vacauit Sedes annos decem.

Fridericus mortuus anno 1274. 25. Martij.

4. Vvernerus Frater Ordinis Teutonici, obiit 1291. 20. Octobris.

5. Hen

[illegible]

. Nicolaus [illegible]

. Otho, Secularis, [illegible]

9. Iacobus e vita obiit a[illegible]

10. Ioannes Schodenland Dominicanus [illegible] Magiſter, factus poſtea Epiſcopus Hildeshemenſis.

11. Vvigboldus, deſecto Epiſcopo io exilio mortuus Coloniæ, an 1400.

12. Reinhardus Comes à Teitz, an. 1390. vitam cum morte commutauit.

13. Nicolaus à Bock, alias Schippenbiel, Frater Ordinis Teutonici, poſtea factus Camineoſis Epiſcopus anno 1398.

14. Ioannes Dux Oppeliæ, factus poſt Epiſcopus Leſlauiæ, anno 1402. manſit tamen iſtius Epiſcopatus adminiſtrator.

15. Arnoldus diem ſuum obiit Lobauiæ an. 1416.

B 16. Ioannes Mergenauius, cuius temporibus magnum illud bellum an. 1454. in Boruſſia excitatum eſt, qua de cauſa Epiſcopatu abdicato mortuus eſt ante exitum belli an. 1465. Toronij, vbi & ſepultus.

17. Vincentius Kelbaſſa, qui ſe magno bello ingeſſit, ſeque Culmenſem. Vvarmienſem & Pomeſanenſem Epiſcopum appellabat mortuus eſt an. 1480.

18. Stephanus à Neidemberg obiit anno 1495. ſepultus Culmenſchæ.

19. Nicolaus Crapitz Turonenſis, ſeſe Epiſcopatu abdicauit ann. 1509. defunctus Loebauiæ an 1514. In Monaſterio eius loci ſepultus.

20. Ioannes à Connepat. Loebauiæ obiit ann. 1530. vbi in ſummo templo ſepultus.

21. Ioannes à Curiis, aliàs Flachsbinde Danticanus, factus Epiſcopus Vvarmienſis, an. 1537.

22. Tredemannus Gieſe Danticanus, Canonicus Fraenburgens, factus poſt Vvarmienſis Epiſcopus anno 1549.

C 23 Staniſlaus Hoſius Cracouienſis, qui poſtea Vvarmienſis Epiſcopus factus, an. 1551.

24 Ioannes Lobodzeski Nobilis Polonus. factus Epiſcopus an. 1551. Stargardi mortuus anno 1562. vltimo Aprilis, Culmenſchæ ſepultus.

25. Staniſlaus à Sihlana Nobilis Boruſſus, Abbas prius Peblini, mortuus Loebauiæ an. 1571.

26. Petrus Koſtzka à Stangenberg, Nobilis Boruſſus, ab Henrico Rege Poloniæ, & poſtea Franciæ, Culmenſis renunciatus Epiſcopus an. 1574.

EPISCOPI SAMLANDIÆ.

DE QVIBVS NIHIL PRÆTER nuda nomina haberi potuit.

1. Henricus I.
2. Chriſtianus.
3. Sigefridus.
4. Ioannes I.
5. Iacobus. D
6. Bartholomæus.
7. Theodoricus I.
8. Henricus II.
9. Henricus III. hic ab aliquibus ponitur Ioannes, II.
10. Henricus IV.
11. Henricus V.
12. Michaël.
13. Nicolaus I.
14. Theodoricus II.
15. Ioannes II.
16. Paulus.
17. Nicolaus Schoenborn Turonenſis.
18. Guntherus.
19. Georgius, qui relicto cœlibatu doctaque vxore Duci Alberto primo Boruſſiæ Epiſcopatum reſignauit.
20. Ioannes Druſmannus.
21. Ioannes Aurifaber.
22. Ioachimus Moerlinus.
23. Tilemannus Hesbuſius.

[illegible]

[illegible] pœnib.

[illegible] 10. April.

4. Chriſtianus mortuus 1301. 14. Decemb.

5. Lucke vel Ludouicus †. 1322. Auguſt.

6. Rudolphus †. 1333. 1. Iulij.

7. Bertholdus †. 1346. 28. Nouemb.

8. Arnoldus frater Ordinis Teutonici †. 1364. 29. Ianu.

9. Nicolaus I. †. 1376. 18. Octobr.

10. Ioannes I. †. 1409 7. Martij.

11. Ioannes Kronan Theol. Doctor †. 1417. 4. Septemb.

12. Bernhardus, alius Gerardus †. 1427.

13. Ioannes ab Heilsberg †. 1440. 12. Maij.

14. Gaſpar Linckius Criſtburgenſi †. 1463. 28. Oct.

15. Nicolaus, mortuus Regiomonte an. 1473. 29. Ap.

16. Vincentius Kielbaſſa Epiſcopus Culmenſchenſis, Adminiſtrator Pomeranenſis.

17. Ioannes IV. †. 1501. 10. April. F

18. Iobus Ferrens dictus, Epiſcopus de Monte gigantum.

19. Achilles Cardinalis.

20. Gerhardus vel Eberhardus, an. 1535.

21. Paulus Speratus.

EPISCOPI POMERANIÆ, ET CAMINENSES.

S. Otho Comes ab Andechs, Pomeraniæ primus Apoſtolus, natus anno 1069. Epiſcopus factus Pabergenſis, in Pomeraniam venit, vbi homines ad Chriſtum conuertit anno 1124. Rediit Pabebergam, ibidem mortuus anno 1130. 30. Septembris.

1. Albertus Monachus Magdeburgicus S. Othonis collegæ ſocius in conuertendis Pomeranis, primus Epiſcopus Iulini, †. 1168.

2. Conradus, ſub quo Epiſcopatus, Iulino à Danis exciſo Caminum tranſlatus an. 1185.

3. Sigefridus. G

4. Sigevvinus, alij Sigiſmundus.

5. Conradus II.

6 Conradus III. Comes Gutzcouius.

7. Vvilhelmus S. Theologiæ Doctor.

8 Hermannus Comes à Gleichen. Huic Hermanno, & Eccleſiæ Caminenſi Dux Barnimus I. & Bogiſlaus III. ius omne quod in ciuitatem Colbergenſem & totum eius territorium, vendiderunt. Mortuus an. 1287.

9. Iatimarus Princeps Rugianus, obiit diem ſuum 1299.

10. Petrus Dominicanus.

11. Henricus Vvacholt Nobilis. An. 1304.

12. Conradus IV. viuebat adhuc an. 1324.

13. Arnoldus aliàs Vvilhelmus Dominicanus.

14. Fridericus ab Aichſtat, anno 1333.

15. Ioannes Dux Saxoniæ, an. 1345. obiit 1373.

16. Philippus Lompach à Rechberg.

17. Ioannes Vvilkinus, remotus.

18. Hennæus Bohemus, Cæſaris Vvenceſlai Cancellarius Remotus. H

19. Ioannes Dux Oppeliæ.

20. Nicolaus à Bock, ex Culmenſi, Pomeranorum Caminoi Epiſcopus factus, an. 1398.

21. Bugiſlaus Dux Pomeraniæ, poſtulatus ſed non confirmatus.

22. Magnus Dux Saxoniæ, an. 1403.

23. Sigefridus Bock de Stolpe, an. 1414. mortuus 1446.

24. Henningus Iuen Stolpenſis, primus Cancellarius Academiæ Gryphiſvvaldenſis.

25. Ludouicus Comes ab Ebrſteini poſtulatur, ſed Epiſcopatum reſignauit.

26. Marinus de Trigeno Italus à Papa Sixto IV. miſſus, an. 1491.

27. Benedictus à Vvalſtein, vendidit ſucceſſori Epiſcopatum.

28. Martinus Karet, Theologiæ Doctor, anno 1498. obiit 1522.

29. Eraſmus Manduel Arneshuſanus, mundo valedixit 1544.

30. Ioan.

[illegible] Svvanenus [illegible]

Butou [illegible]

32. Ma[illegible] hæ [illegible] vitam [illegible]quit an. 1[illegible]6.

33. Ioannes Dux Pomeraniæ electus an. 1556.

34. Caſimirus Dux Pomeraniæ creatus an. 1574.

MORAVIÆ SIVE OLOMVCENSIVM EPISCOPORVM SERIES.

Per Auguſtinum Morauum ſupremum Regis Vngariæ Secretarium.

Primus Archiepiſcopus Morauiæ Cyrillus, natione Græcus, prius Conſtantinus Philoſophus dictus, à Nicolao II. Pontifice Maximo, anno Chriſti 887. Eccleſiam Velegradenſem ſuſcepit, poſtquam Triballos primum, inde Svvatoplukum Morauorum regem cum vniuerſa gente (quæ Viſtula, Danobio ac Vago flumio terminabatur) in fide Chriſti initiarat. Fuere hi Marcomanni veterum quondam hiſtoriis celebratiſſimi. Hic quum Eccleſiæ quinque ferme annis præſediſ- B ſet, Archiepiſcopatui ceſſit, Adrianique pontificis nutu, Methodium fratrem Eccleſiæ Velegradenſi præfecit. Qui cum à iuniore Svvatopluko multis iniuriis ac contumeliis cum clero ſuo afficeretur, Eccleſiæ huic ſacris interdixit, Romamque conceſſit: reuocatuſque non multo poſt, quum nihilo remiſſius rex in clerum ſæuiret, omnibuſque ſceleribus & vitiis homo ſanguinarius flagraret, beatus Methodius gregis ſui perditionem ferre non valens, Romam iterum rediit, atque illic an. Chriſti nongenteſimo ſeptimo, ex hac luce migrauit in Eccleſia D. Clementis (cuius corpus Cyrillus ex Cherſona ponti Romam attulerat) ſepultus, poſt cuius obitum ſedes Epiſcopalis quinquennium ferè vacauit.

1. Ioannes ex Morauiæ Epiſcopis primus beato Methodio In Pontificatu ſucceſſit, Epiſcopalemque ſedem in oppido Poleſlovvicz, in Eccleſia ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum, an. ſexdecim ferè rexit, religioſeque adminiſtrauit.

2. Siluester Morauorum Epiſcopus ſecundus, Ioanne vita defuncto, Epiſcopales infulas, anno Chriſti quadrageſimo ſecundo ſupra nongenteſimum ſuſcepit, Epiſcopatuique C decem & nouem annos præſedit: poſt cuius mortem Epiſcopatus Ratiſponenſi Eccleſiæ (quæ tum Baioariorum erat metropolis) vſque ad annos trigintaquinque fuit vnitus: inde verò per Benedictum ſeptimum tempore beati Adalberti Pragenſis Archiepiſcopi opera Boleſlai pij, Eccleſiæ Pragenſi annexus, quæ vnio nonaginta duobus an. durauit, vſque ad Seuerum Epiſcopum Pragenſem, ac Vratiſlaum Regem Bohemiæ primum, cuius opera, annuente Alexandro Pontifice Maximo, Epiſcopus redit ad Morauos.

3. Ioannes Morauorum Epiſcopus tertius, ſancti Staniſlai Craconienſis Epiſcopi coætaneus, conſentiente Seuero, ex Canonicu Pragenſi, à Segefrido Moguntino Epiſcopo ordinatur, an. ſexageſimo tertio ſupra milleſimum Pontificatus curam ſuſcepit. Moritur an. Chriſti milleſimo octogeſimo ſexto, ſeptimo Calendas Decembris: poſt cuius mortem Epiſcopatus quinque fermè an. vacauit, occupante eum iterum Gebhardo Epiſcopo Pragenſi.

4. Andreas Morauorum Epiſcopus quartus, ex Pragenſi Canonicu Ioanni ſufficitur, an. Chriſti 1092. & à Richardo D Moguntienſi Epiſcopo conſecratur. Huius Pontificatu Vratiſlaus primus rex Bohemiæ Epiſcopalem Sedem ex Poleſlavvicz tranſtulit in Olomucz, atque illic Eccleſiam Cathedralem ſub titulo ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli in ſuburbanis erexit: cui quum Andreas quinque annis præfuiſſet moritur, atque in Eccleſia ſua ſancti Petri ſepelitur.

5. Petrus Morauorum 5. & Olomucenſium 11. Canonicus Regularis Cœnobij Strahouienſis: ex quo deinceps an. centum & quinque Epiſcopi electi fuerunt. Petrus autem moritur an. 1104.

6 Ioannes Epiſcopus, dictus Ventroſus, Canonicus in Strahovv, concordi voto Eccleſiæ Olomucenſi præficitur: non tam religione vitæque ſanctimonia clarus, quam de Eccleſia bene meritus, obiit an. 1126.

7. Henricus cognomine Zdik, illuſtris Vladiſlai Ducis Bohemiæ frater, ac Strahouienſis cœnobij profeſſus, Iohanni ſuccedit: miræ ſanctitatis ac Innocentiæ Pontifex, miſerorumque ſingulare profugium. Hinc emigrauit an. 1150.

[illegible] H c dum [illegible] ndo & E [illegible]omucenſis [illegible] & ipſe cœnobij [illegible] prudentiæ, eximiæ largitatis, ac [illegible]golaris in omn[illegible] humanitatis ac beneuolentiæ. Qui cùm [illegible] miro omnium fauore bene & laudabiliter quindecim an. præfuiſſet, an. Chriſti 1172. moritur.

10. Dietlebus ex Strahouienſi monaſterio Pontificatum iniit, beneque hone & religiosè adminiſtrauit. Moritur an. Chr. 1181. Vacat ſedes vno an.

11. Peregrinus ordinis & ipſe Canonicorum ex Strahovv, vir integer & pius. Hic nondum expleto Pontificatus ſui quadriennio moritur, & fratribus ſuis Epiſcopia in Strahovv, attumulatur. Quo mortuo ſedes biennio integro viduata eſt Præſule & Paſtore.

12. Cain, ex Strahouis procurante Conrado Marchione Morauiæ Pontificias infulas, opponentibus ſe iterum Epiſcopo & Canonicis Pragenſibus, ſuſcepit. Pontifex qualem Paulus eſſe voluit, hoſpitalis ac modeſtus, profuſæque in omnes largitatis, in clerumque ſuum potiſſimum. Hic quotieſcunque F Olomucium venit, non Canonicos ſolum, ſed totum Eccleſiæ ſuæ clerum ex menſa & quadra ſua pauit, facilem & benignum ſe omnibus exhibuit, religioni mirificè vacauit, de quo id vulgò ferebatur, quod vox eius ſonora vt tuba Dei, & quaſi vox Angelorum. Moritur pius & religioſus Pontifex an. Chriſti 1194. pridie Idus Ianuarias.

13. Engelbertus natione Brabantinus, Canonicus & ipſe regularis de Strahovv & Archidiaconus; ergo ſubditos ſuos mirificè benignus, ſciens boni paſtoris eſſe, tondere oues, non deglubere. Moritur plenus dierum XVI. Calend. Ianuarij, an. 1199.

14. Bauarus Boëmus, nobili genere natus, ex Strahouienſi cœnobio, Engelberto in Pontificatu ſufficitur: virgulæ & ventri totus immerſus, ſeditionibuſque & turbis plus quam quieti intentus: helluo & prodigus, miſerabili caſu vitam finiuit. Nam quum in monaſterio Milevvsck ſacris operaretur, intraque Canonem primam ſupra calicem benedictionem extenderet, apoplexia correptus concidit, omnique membrorum deſtitutus officio animam Kalendis Octobris exhalauit an. Chriſti 1201. poſt quem ſeries electionis Epiſcoporum ex Strahovv ceſſauit. G

15. Robertus, natione Anglicus, homo excellenti literatura, magna prudentia ac morum grauitate inſignis. Hic Sarcophagum Diui Chriſtiani auro & argento veſtitum, gemmis precioſis vndique diſtinctum, pulcherrimo opere cælatum magnis ſumptibus & impenſis Eccleſiæ ſuæ contulit, crucemque precioſiſſimam duodecim marcarum auri à Vladiſlao Marchione filio Przemiſl, ſeu Ottagari tertij Regis Bohemiæ pro Eccleſia ſimiliter dari obtinuit, omnium luctu moritur an. 1232.

16. Fridericus, Roberto vita functo, Eccleſiæ Olomucenſi præficitur. Moritur an. Chriſti 1241. poſt cuius mortem Vilhelmus quidam per Capitulum erat electus, aduerſus quem Venceſlaus Rex Bohemorum Conradum de Fridebergk violenter intruſit: tum Decanus & Capitulum, ſeptennium ferè contra Conradum in Romana Curia cauſam egerunt, quouſque an. Chriſti 1242. in Brunonem de Schœnbergk vnanimi voto fuit conſenſum. H

17. Bruno Comes de Schœnbergk, natione Saxo, præſul nunquam ſatis laudatus, cedente Vilhelmo, pontificias infulas, ac Olomucenſis Eccleſiæ moderamen ſuſcepit: Hic Eccleſiam ſuam tenuem & inopem adeo auxit & locupletauit, vt eam de nouo viſus ſit & inſtituiſſe & erexiſſe. Moritur autem an. 1281.

18. Theodoricus mortuo Brunone in Pontificatu ſucceſſit, non minus grauitate quàm religione ac vitæ innocentia clarus, obiit an. 1302.

19. Iohannes dictus Haly, Olomucenſem cathedram poſt Theodoricum obtinuit, vir magnæ prudentiæ optimeque meritus de Eccleſia ſua.

20. Petrus cognomento Brada Vvieze. Pontificales infulas poſt Iohannem ſuſcepit. Hic dum Eccleſiæ triennium laudabiliter præſediſſet, moritur Pragæ in Eccleſia metropolitana S. Viti ſepultus.

21. Conradus Comitiis publicis Eccleſiæ Olomucenſi præ

præficitur magnanimus Eccleſiæ [illegible] defenſor. Conſtitutiones ſaluberrimas clero ſuæ diœceſis [illegible] Eccleſiam ornamentis auxit. Mortuus [illegible] Auguſti anno Chriſti 326. ſupra milleſimum.

22. Henricus Berka, ex vetuſta & inſigni familia procerum de Duba, Conrado in Pontificatu [illegible] Olomucenſem Cathedram ſancte & religioſe adminiſtrauit. Moritur Pragæ quarto Calend. Ianuar. anno Chriſti 1333.

23. Iohannes cognomento Vvolko, filius Venceſlai Regis Bohemiæ, Henrico ſucceſſit, moxque religionis zelo ſuccenſus, monaſterium ſanctimonialium in Pustimir à fundamento non paruis ſumptibus erexit, copioſiſque redditibus dotauit, vaſiſque inſuper ac ſupellectili argentea magnifice ornauit.

24. Iohannes cognomento Oczko, Vvolkone vita functo ex Præpoſito omnium Sanctorum in arce Pragenſi, fauore inuictiſſimi Principis Caroli Romanorum & Bohemiæ Regis, Epiſcopatum Olomucenſem ſortitur: non multò poſt ad Metropolitanam Eccleſiam Pragenſem tranſlatus, cardineoque culmini aſcriptus, ac rubri galeri honore ſub titulo Baſilicæ duodecim Apoſtolorum à ſummo Pontifice inſignitus, magna authoritate Eccleſiam ſibi commiſſam adminiſtrauit: poſtque multa laudabiliter geſta ex hac luce feliciter migrauit: ſepultus in Eccleſia Pragenſi. Ferunt huic genitricem Dei Mariam in arce Raudinx viſibiliter apparuiſſe.

25. Ioannes de nouo Foro, Epiſcopus Lythomiſlenſis, ac Caroli Auguſti Cancellarius, ad Eccleſiam Olomucenſem poſtulatus, ipſius curam non inuitus ſuſcepit. Hic monaſterium Heremitarum S. Auguſtini in Lythomiſl. a fundamentis erexit ac liberaliter dotauit: Eccleſiam Olomucenſem per familiares Iodoci Marchionis, igni conſumptam reſtituit. Moritur anno Chriſti 380. ſupra milleſimum.

26. Petrus cognomento Gelyto, Eccleſiæ Olomucenſi præſedit, ex Chorenſi primum ſede in Magdeburgenſem Eccleſiam tranſlatus: deinde Venceſlai Romanorum & Bohemiæ Regis ductu, Olomucenſi Cathedræ præfectus: homo magni animi, deque Eccleſia ſua & religione optime meritus, obiit anno 1387.

27. Ioannes Iodoci & Procopij Marchionum Morauiæ frater germanus, ex Eccleſia Lythomiſlenſi violenter ac renitente Capitulo Cathedræ Olomucenſi præficitur, Iodoco & Procopio bona Eccleſiaſtica præter fas occupantibus, miſerabiliterque diſtrahentibus. Quo audito, Vrbanus VI. Pontifex Maximus Ioannem confirmare renuit, ſed paci & tranquillitati Eccleſiaſticæ conſulere cupiens, ad Patriarchatus apicem Aquilegienſem promouit.

28. Nicolaum verò de Pruſſia ex Eccleſia Conſtantienſi Epiſcopatui Olomucenſi, præfecit diſſipatorem Eccleſiaſticorum bonorum, magiſque Principum commodis, quam Eccleſiæ ſuæ vſibus fauentem.

29. Ioannes dictus Mraz, Iuris Pontificij Doctor, ex Præpoſito Zderaſienſi Ordinis Cruciferorum Sacri Sepulchri, ad Eccleſiam Olomucenſem poſtulatus, homo auarus, & multiplici ſacrilegio infamis, anathemate damnatus obiit.

30. Ladiſlaus, alias Laczko, ſacrilegio Mrazoni concordibus ſuffragiis ſufficitur, ac toxico (vti fertur) an. Chriſti 1408. necatur.

31. Conradus natione VVeſtphalus, humili genere natus regni Bohemiæ Subcamerarius, Laczkoni ſuccedit, homo vanus & prodigus, artibuſque necromanticis ac ſortilegiis contra profeſſionem ſuam (vti aiunt) infamis. Hic bona Eccleſiæ iterum diripuit, in duplaque quam prædeceſſores ipſius pecuniarum ſumma, oppignorauit: fauore tandem Venceſlai ad Metropolitanam Pragenſem ſedem tranſlatus: cuius bona, æque atque in Morauia fecerat, diſtraxit, in Huſſitarum inſaniam (quæ tum pullulare cœpit) non multò poſt prolapſus, poſtquam duo errorum Architecti, Ioannes Hus & Hieronymus, Patrum Conſilij Conſtantienſis decreto igni traditi fuiſſent.

32. Venceſlaus cognomento Kralick Patriarcha Antiochenus, poſt Conradum Eccleſiæ Olomucenſis curam in commendam (ſicut vulgo aiunt) ſuſcepit: mortuus ſine honore an. 1426. idibus Septemb.

33. Ioannes de Praga ex Lythomiſlenſi ſede ad Olomucenſem poſtulatus, variam fortunam expertus eſt, aduerſante ſibi Venceſlao Romanorum & Bohemiæ Rege, & factione aliquorum ab ea ſede pulſus, tandem tamen communibus ſuffragiis redeuntis & Cathedralem [illegible] Pontificem [illegible] fortiſſimo [illegible] [illegible] ſæpe [illegible] le [illegible] ſ [illegible] equo [illegible], inſtructas [illegible] aciebus [illegible] occurrere haud ſubtarit, ob id vulgo Ferreus nuncupatus. Moritur S[illegible]gonij an. 1430.

34. Conradus qui & Kunzo, ex familia procerum de Zvvola, Iohanni ſucceſſit, Pontificij Iuris profeſſus, ac ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor. Hic Eccleſiæ ſuæ cura neglecta Sigiſmundum Cæſarem paſſim per Pannoniam & Germaniam comitabatur, duorum tantum aut trium famulicio ob auaritiam contentus: quamvis præter Epiſcopatum multis ſacerdotiis abundaſſet. Mortuus Vlmæ in Sueuia, quum tribus annis Eccleſiæ præſediſſet.

35. Paulus nobili genere de Miliczin natus, ex Præpoſito Pragenſi ob memorabilem hominis probitatem Eccleſiæ Olomucenſis Pontificatum ſuſcepit. Multa hic Eccleſiæ bona ab iniuſtis poſſeſſoribus vel vindicauit, vel redemit, Eccleſiæque denuò reddidit, grauiſſimis ob hoc hæreticorum perſecutionibus attritus, quorum inſidias bis ægrè effugit: ſingulare in pauperes pietatis exemplum, quorum greges quocunque ibat ipſum conſequebantur, pro foribus hoſpitij ipſius continuè excubantes. Moritur tandem pius Pontif. ſexto Nonas Maij, Anno 1450.

36. Ioannes dictus Haz de Brunna, Paulo vita functo, Pontificatum obtinuit: quem ipſi prius quam vita excederet deſtinaſſe fertur, cùm Præpoſitus Olomucenſis fuiſſet: vir magni conſilij, iuriſque Pontificij egregiè peritus. Hic Ladiſlaum Alberti filium regio diademate impoſito in Bohemorum Regem inunxit. Mortuum non multò poſt in Muglyez oppido Epiſcopali, ac in Eccleſia ſua Olomucenſi ſepultus.

37. Bohuſſius, Epiſcopales infulas Ioanne nuper extincto ſuſcepit, iuris & ipſe Pontificij profeſſor, regique Ladiſlao (cuius Conſiliarius erat) ob rerum agendarum peritiam apprime acceptus: Pauco is tempore Eccleſiæ præfuit, hæreticorum odio, veneno Viennæ necatus.

38. Prothaſius de Czernhora, ad Pontificatum aſcitus. Eccleſiæ Olomucenſi præficitur: Erat homo excellenti ac procero corpore, facie liberali, miraque prudentia, ac ſingulari eloquentia præditus, ſacrorum curam diligentiſſimam geſſit, nihilque Epiſcopalium ceremoniarum vnquam omiſit. Moritur peſte nono Calendas Septembris, anno Chriſti 1452.

39. Mortuo Prothaſio, Eccleſia Olomucenſis longo tempore antiſtite ſuo caruit: quindecimque ferè annis apud Adminiſtratores ad hoc per Capitulum deſignatos, adminiſtratio & ſpiritualium & temporalium fuit. Interea factum, Matthia Coruino Pannoniæ & Bohemiæ Rege prouidente, vt Ioannes Epiſcopus Varadienſis eius curam ſuſciperet, Pontificemque geſſerit, quod munus ſummo omnium applauſu annis pluribus detulit. Quod ad ordinem S. Franciſci adſcripto, Apoſtolica ſedes illius Cathedræ Prouiſionem ſibi reſeruauit, eamque S. R. E. Cardinalibus aſſignauit.

40. Tamen poſt aliquot annorum decurſum, rurſus libertati reſtituta fuit Eccleſia Olomucenſis, & electio Capitulo permiſſa. Cuius ſuffragiis in Epiſcopum deſignatus fuit Staniſlaus Turzonius vir excellens, ſub annum Domini 1540. qui obiit anno.... & ſucceſſorem habuit....

☞ *Hæc fere ex deſcriptione Auguſtini Moraui, Supremi Hungariæ Regis Secretarij.*

ARCHIEPISCOPORVM ET EPISCOPORVM COLONIENSIVM SERIES CHRONOLOGICA.

Colonia Agrippina vrbs eſt celeberrima ac potentiſſima ad Rhenum fluuium, Vbiorum metropolis: Condita tempore Auguſti à M. Agrippa Auguſti genero & auo, Agrippinæ Germanici filiæ quam Cl. Cæſar in coniugem aſſumpſit. Nomen inditum ex vocabulo ipſius, atque eo tempore Colonia Agrippina, ciues verò Agrippinenſes dici cœperunt. Fuit Romanorum ſocia, ab Iulio Cæſare ob fortitudinem & exploratam fidem in S.P.Q.R. neceſſitudinem ſuſcepta. Franci autem gens Germana ac valida, collabaſcentibus Rom. virib. Rhenum tranſgreſſi, ſedibuſque in Gallia conſtitutis, dextram Rheni ripam occuparunt, & anno Chriſti 355. pertinaci obſidione Agrippinam reſerarunt & incendio deleuerunt: inde rurſus ab exercitu Rom. recuperata eſt, & contra Francorum vim muniſſime ſtabilita. Anno inde Domini 462. Childericus Rex Francorum primus Agrippinam ſuo regno ſubiecit,

&

[illegible]

reperitor, circiter an. Incarna[illegible] Maternum, & tamen propter [illegible] es ad paganiſmum relapſi fuêre, quos S. Seuerinus ad orthodoxam fidem ſub Honorio Imper. reduxit annum circiter 398. Fuit Colonia à D. Philippo ab Hemsberg Archipræſule an. Dom. 1167. ampliata, multa cœnobia, templa atque ſuburbia, quæ extra mœnia ſita erant, muris circumſcepta. Anno vero à Chriſto nato 1388. optimarum quarumque diſciplinarum Vniuerſitas ab ampliſſimo Senatu, à Romano Pontifice impetrata & inſtituta eſt. Ex hac Louanienſis pari dignitate filia, Anno Chriſti 1450. prodiit. Facta eſt Colonia Sedes Archiepiſcopalis per ſanctum Bonifacium Carolo Magno auctore, anno Dom. 745. Electoratum ſortita eſt an. 1003. & ſanctus Herebertus primus Elector fuit. In numerum Henſecarum ciuitatum in Conuentu Lubecenſi an. 1481 aſſumpta eſt. Ipſa præclariſſimis ac magnificis nitet ædificiis, non ſolum pietati Catholicæ, verum etiam priuatorum hominum neceſſitati congruis. Senatus Colonienſis in fide Catholica (licet ab Hæreticis multis inſidiis impetatur) conſtantiſſimus, in maiori ſuo ſigillo non erubeſcit talem inſcriptionem proferre: S. Colonia fidelis Romanæ Eccleſiæ filia. Habet & Archiepiſcopus ſuam hic ſedem, licet communiter Bonnæ reſideat, & domicilium ſuum obtineat. Habet & ſuos Suffraganeos ſeu comprouinciales Epiſcopos, Leodienſem, Monaſterienſem, Vltraiectenſem, Mindenſem, & Oſnaburgenſem, olim quoque Bremenſem, & omnes antiqua & vera Chriſti religione ingruentes, eamque contra Innouatores profitentur, & mordicus defendant.

S. Maternus, vt antiqui Annales perhibent, cum ſuis collegis tempore Apoſtolorum vixit, vnus D. Petri diſcipulus fuit. Hic illos Roma in Germaniam, vt Euangelium regni cœleſtis, populis, qui ignorantiæ tenebris inuoluti erant, per quod ad æternum peruenitur lumen, prædicarent, deſtinauit. Qui vbi aduenerunt, officio minime defuêre: ſiquidem nomen Chriſti in iſtis partibus longe lateque diuulgauerunt. Maternus autem III. ſymmyſtes, (de aliis duobus Euchario & Valerio agetur in Treuerenſibus) aduerſa cœpit laborare valetudine, & breui vita fungitur, quem inde D. Eucharius ex S. Petri iuſſu ac eius baculo à morte excitauit: qui primus Colonienſis factus eſt Eccleſiæ Paſtor. Hanc autem functionem diligentiſſime ac ſanctiſſime an. 40. ac totidem diebus, iuxta quod mortuus fuerat, ſub Domitiano ac aliis Imp. exercuit eſt. Vitam autem eius multis claruiſſe virtutibus geſtorum eius ſcripta commemorat. Populos Vbiorum gentili errore detentos Chriſtiana doctrina illuminauit circa an. Dom. 94. & factus eſt omnium diuini verbi miniſtrorum abſolutiſſimum exemplar. Tunc quidem temporis nondum erant prouinciæ per diœceſes & parœcias diſtinctæ, quare ipſe Agrippinenſem, Tungrenſem, Treuerenſem, quas piis & aſſiduis concionibus in viam Chriſtianæ veritatis ac fidei adduxit, pariter rexit Eccleſias. Verum Imperatorum infidelium impietas plurimum obſtitit, quo minus fidei lumen exoriri poſſit. Coloniæ Oratorium in honorem diui Matthiæ apud portam Clericorum, (antiquum retinens nomen) conſtruxit. Apud Bonnam Eccleſiam in honorem ſancti Ioannis Baptiſtæ dedicauit, quæ poſtea in virginum nobilium Collegium euaſit. Coloniæ vitæ finem facit circa an. Dom. 134. & dum de ſacro eius corpore à ſuis incolis parochianis, quibus præfuit, diſceptaretur, vbi recondi deberet, ex cuiuſdam peregrini conſilio, nauigio eſt impoſitum, & ſtatim vltro contra fluuium diuino nutu Treuerim rectà aſcendit, vt ſuis chariſſimis collegis corpore in terris, vt ſpiritu in cœlis, coniungeretur. Baculus ille, quo ſanctus Maternus fuerat excitatus à morte, cum nec Colonienſes, nec Treuerenſes ſeruare poterant, præter D. Stephani Sacellum apud Metenſes tempore S. Seruatij, in Hunnorum deuaſtatione, tandem apud vtramque Eccleſiam diſpartitus, remanſit, & vſque in hodiernum diem inter ſanctorum reliquias in veneratione habetur. Poſt mortem S. Materni Colonienſes ad paganiſmum relapſi: donec Gothi Arriani Coloniam occuparunt, & Hæreticum Epiſcopum conſtituerunt Euphratam, qui an. 20. ſedit. At anno 348. exauctoratus fuit, & proſcriptus.

[illegible]

h[illegible] vixit, vt fuerit valdè ſpectabilis in [illegible] vt [illegible] Arrianam perfidiam, diuino adminiculo ſua vigilantia conto[illegible] ac pro[illegible]. Agrippinenſem nõ duntaxat Eccleſiam, verum etiam vicinas Eccleſias ab ea hæreſi repurgauit. Coloniæ in honorem SS. Cornelij & Cypriani Eccleſiam conſtruxit, & fratrum Conuentum, quibuſcum ſanctiſſime vixit, inſtituit. Fuit coæuus D. Martini Turonenſis, ac cum illius anima in obitu ad cœlum deferretur, audiuit voces Angelorum deferentium animam ſancti viri ad cœlos. Quod cum denegatum fuiſſet eius Diacono, eo orante, & ipſe audiuit melodiam. Erant autem ambo hic Seuerinus & S. Martinus in contemptu ſeculi non diſſimiles, vt ergo in cœleſti gloria æquali fulgerent gaudio, prophetiæ ſpiritu oſtenſum eſt. Demum in ætate grauis, profectus eſt in natale ſolum, Burdegalim, vt ſuos inuiſeret. Occurrit ei S. Amandus Epiſcopus, qui eum vnà cum Clero ac populo religioſiſſime excepit. Hic aduerſa laborare cœpit valetudine & conuocans fratribus, prædixit ſe in eodem loco mortis ſoluturum debitum, & locum ſedis propriæ corporaliter amplius non viſurum. Sicque ſanctus Pontifex poſt datam benedictionem, onuſtus virtutibus quibus promeretur Deus, conſummato feliciter vitæ curſo; ad regna migrauit æetherea 23. Octobr. Præfuit autem an. 40. maximo animarum emolumento. Corpus eius à S. Amando honorifice datum eſt ſepulturæ. A morte Deus eius vitam crebris miraculis illuſtriorem reddidit.

3. S. Euergiſſus natus eſt apud Tungros, quæ & Octodora dicitur (quæ tum temporis erat ampliſſimum oppidum) S. Seuerino à puero adhæſerat, quem tandem probè inſtructum Archidiaconum ſuum ordinauit, qui & in tranſitu D. Martini cum ſuo magiſtro voces meruit audire angelorum. Defuncto autem S. Seuerino Clerus & populus Agrippinenſis cum ſibi ann. gratiæ 438. ad clauum Eccleſiæ admouere. Hac iam ornatus ſede, oues ſibi creditas, inſtituebat, & à peccandi conſuetudine retrahebat, & vrbem ad tantum prouexit ſplendorem, vt Aurea Colonia ab incolis appellaretur. Fuit autem ipſe acris ingenij, in diuinis literis eruditus, vita purus & ad Chriſtianam philoſophiam penitus expeditus, Doctor Eccleſiæ incomparabilis. Præfuit autem laudabiliter ac ſummo Chriſtianæ pietatis promouendæ & ampliandæ ſtudio ann. 5. Ob paſtoralem ſolicitudinem, profectus eſt Tungros, vt ſordes idololatriæ eliminaret, vbi cum nocte quadam ad Dei genitricis baſilicam cauſa orationis properaret, a latronibus, qui nocte iugulant homines, inuaſus, ac ictu teli 18. Kalend. Octobr. interemptus eſt.

4. S. Aquilinus qui quibuſdam Solinus, an. ſalutis noſtræ 463. ordinatus eſt Epiſcopus. Præfuit hic vtiliſſimè ac religioſiſſimè, tum concionando, tum benè viuendo an. 10. Hic ſanctam Vrſulam aliaſque ſacras virgines, ſuis ſepeliuit manibus. Siquidem circa hæc tempora an. Dom. 466. accidit illud cruentiſſimum vndecim millium Virginum martyrium ob Catholicæ fidei integritatiſque conſtantiam, tempore Martiani Imperatoris Rom. ſub Attila Hunnorum Rege tyranno truculentiſſimo.

5. Simuneus venerabilis Colon. Pontifex, præeſſe cœpit an. ſalutis 510. Hic prædicationis ac villicationis ſuæ munere fideliter completo, beatum finem adeptus eſt.

6. Carentinus optimis comparandus Pontifex ſub Iuſtino Imperatore. Nam ea tempeſtate non niſi inſigniter, doctus, & zelo pietatis inſtructus, ad eum Epiſcopatum peruenire potuit. Hic à Fortunato Epiſcopo Pictauienſi, à doctrinæ integritate, vitæ honeſtate, zelo iuſtitiæ ac aliis non vulgaribus virtutibus haud mediocriter commendatur.

7. Remidius Pontifex benè doctus, qui & alios docere potuit, an. virginei partus 914. præeſſe cœpit. Fuit ſanè talis, vt hoc Pontificatu minimè fuerit indignus. Licèt Annales de eo ſobriè ſcribant, inſignem tamen fuiſſe virum, tum locus, tum celebris religio & magnorum prædeceſſorum exempla perſuadent: ſiquidem verbo & opere vitæ, plurimum Chriſtianæ Reipublicæ profuit.

8. S. Cunibertus natus eſt apud Moſellanos. Primos ſuæ adoleſcentiæ annos in Francorum regis aula admodum

A [illegible] tranſegit, & cum Dag[illegible] ui p[illegible]udentia comes eſſe ſolet [illegible] [illegible]ctus eſt. Erat iuuenis manſ[illegible] omni honeſtate ac probitate [illegible] ditus, & huiuſmodi gratus eſt factus [illegible] loco vbi hic Cunibertus ſequi[illegible] litum, lumen, & facta die, Cunibertum a[illegible] amplectitur, ac in filij locum adoptauit, pronuncians quod vere Deus in illo fuerit: qui inde eius conſilijs plurimum ſemper delectatus eſt. Treuirorum verò Archiepiſc. eum ſibi adeſſe poſtulauit & ob multiplicia virtutum genera Archidiaconum ordinauit. Interea apud Coloniam primarius paſtor Remidius vita fungitur, quare populus vna cum Clero hunc ſibi in Archipræſulem, qui erat in Eccleſiaſticis officiis bene probatus, eligendum minime dubitarunt. Hic & optimi regis Dagoberti vrgebat autoritas, verum ſola Cuniberti humilitas obſtabat ac repugnabat. Tandem cùm videret ſe elabi non poſſe acquieuit, ac ſe eorum ſubmiſit voluntati, & Remidio defuncto annum circiter 62 a. tempore Heraclij Imper. 7. Calend. Octob. in Epiſcopatu ſucceſſit. Ad hoc promotus miniſte-

B rium, talem in eo ſe geſſit, vt omnes vere de eo dicerent, illum Dei honorem ac omnium ſalutem quærere ac toto pectore promouere. Hac autem eximia ac ſingulari pietate, in qua per quadraginta annos incubuit, apud omnes poſteros nominis immortalitatem conſequutus eſt, apud Deum vero æternam ſalutem. Cum tremendum Miſſæ ſacrificium in baſilica vndecim millium virginum peràgeret, Deus per columbam, quæ eius inſidebat capiti, ſanctitatem illius declarauit. Rex Franciæ Dagobertus filium ſuum Sigebertum, hæredem Auſtraſiæ inſtituendum hoc Coloniam tranſmiſit. Pipinus dux Brabantiæ ac maior domus Franciæ, poſt S. Arnolphum Metenſem Epiſcopum, hunc S. Cunibertum, ſanctitate illuſtrem, omnibus ſuis negotiis, intimum conſiliarium conſtituit. Tandem S. Cunibertus villicationis ſuæ completo fœliciter curſu potentionem, quam auctiorem reddidit, quamque ſemper deſiderauit, pridie idus Nouem hinc emigrans, in cœlis percepit. Corpus eius in Eccleſia D. Clementis, quam ipſe conſtituit, quæ iam D. Cuniberti dicitur, honorifice ſepultum eſt: qui poſtea multis coruſcauit miraculis.

C 9. Bocaldus vir valde pius ac doctus, an. Do. 655. præſulatum adeptus eſt. Incidit hic bonus præſul in ea tempora, quo peſtis illa nocentiſſima Mahumetana cœpit. Tuio temporis erat Eccleſiarum concordia per varias hæreſes & maxime impio dogmate Arrij diſſipata.

10. Stephanus amator & promotor religionis ſub Theodorico rege Francorum decimo, id eſt an. Dom. 660. ad Eccleſiæ gubernaculum aſcitus eſt. De quibuſdam nihil aliud icire potuimus, niſi nuda tantum nomina.

11. Abeluvinus legitime ad regimen promotus an. Do. 690. ſub Clodoueo tertio Rege Francorum: qui hoc habet laudis, quod fuerit pacis & tranquillitatis publicæ ſtudioſus.

12. Giſo vir pius ac honeſtus an. ſalutis 694. præeſſe Eccleſiæ cœpit, qui à morte apud S. Seuerinum ſepulturam habuit. Huius tempore fuit & S. Svvibertus, quo tempore & ſanctus VVillebrodus, ☞ *De quo vide in Vltraiectinis.*

13. ANNO primus, ſuccedit Epiſcopus. Hic vir vocationem ſuam ad Dei honorem & animæ ſuæ ſalutem ac proximi commodum ſempiternum perduxit. Portiones aliquot apud

D ſanctum Seuerinum ordinauit, & à morte ibidem tumulum conſequutus eſt.

14. Pharamundus an. Dom. 728. ad gubernaculum admotus eſt. Hic ſancti viri officium re ipſa declarauit: nam victu ſobrius, actu iuſtus, ſenſu pius fuit.

15. S. Agilolphus fuit ex illo ſacro collegio, quod S. Bonifacius ex Anglia in Germaniam, vt eam ad Chriſti religionem conuerteret, adduxit, qui fere omnes, vt fuerunt viri ſanctitate & eruditione inſignes, ita eius quoque conſanguinei, & amicitiæ vinculo coniuncti: Hic Agilolphus in nouello monaſterio Marmodarienſi, monaſticam vitam eſt profeſſus, inde ob egregiam pietatem eidem monaſterio præfectus in Abbatem, & cum à Rege Francorum plurimum diligeretur, Eccleſiæ Colonienſi datus eſt Archiepiſcopus anno ſalutis noſtræ 728. Fuit autem vir pius, mitis ac pacificus, & bonus gubernator Eccleſiæ. Fuit & hic Agilolphus iuſtitiæ obſeruantiſſimus & adulterorum inſectator acerrimus, qui ob ſummam probitatem (vt fieri ſolet) impiis valde fuit inuiſus: hi tandem oacta occaſione virum innocentiſſimum interemerunt.

16. Ra[illegible] d[illegible] Dom[illegible] ad [illegible] a n[illegible] n a[illegible] [illegible] regi- E [illegible] cu[illegible] nimi dotibus ornatus, & maioril[illegible] m[illegible] ſuſpiciendus. Caſu lapſus eſt de equo & corporis iacturam non mediocrem paſſus. Inde Diui Svviberti Epiſcopi beneficio, quem poſtea apud Inſulam VVerdenam è terra leuauit, conſequutus eſt ſanitatem. Cum poſtea à Pipino rege Galliæ contra rebelles Saxones mitterent pro pace facienda, apud VVeſeram fluuium pro conſtantia fidei & regni cæſus eſt, martyr Chriſti factus in bello. Delatus eſt Coloniam & apud Anteos martyres in ſacello diuæ Helenæ ſepultus. Apud eius ſepulchrum hæc inſcriptio in ſaxo inciſa eſt:

Hildebertus meritis, qui fulſit Epiſcopus almis
Aſſumptus cœlo.

Obiit Incarnationis Domini DCCCV. 4. Kalend. Iulij. Præfuit an. 26.

18. Bertholinus canonice electus ſuccedit, qui præfuit an. decem, ſub Pipino rege Caroli Magni patre. F

19. Ricolphus in ſucceſſorem eligitur anno tertio ſub Carolo Magno, qui præfuit an. 21. laudabiliter.

20. Hildeboldus, qui alibi dicitur Albericus, ea honeſto ſacerdote ob animi candorem & innocentiam, Caroli Magni authoritate conſtituitus eſt Eccleſiæ Colonienſis mirabiliter antiſtes. Præfuit hic optimus Epiſcopus vtiliſſime ac ſumma cum laude. Ludouicum Caroli Magni filium Aquiſgrani in regem Romanorum conſecrauit. D. Petri monaſterium Coloniæ, vbi modo eſt ſummum templum, in quod fere omnes Epiſcopi ſepulti ſunt, conſtruxit. Olim templum S. Eugeniæ, quod nunc eſt S. Ceciliæ, pro ſummo templo habebatur. Hic S. Luitgerum ſacerdotem ordinauit & Epiſcopum conſecrauit, & eum inde apud Friſones verbi Dei præconem conſtituit, qui Monaſterienſis primus fuit Epiſcopus. Tandem Hildeboldus huic mortali vitæ valedixit, & ad anteos martyres, id eſt, D. Gereonem ſepultus eſt vir ſanctitate conſpicuus.

21. Hartebaldus ſiue Hagebaldus vnanimi cleri & populi conſenſu conſtitutus eſt Epiſcopus. Fuit vitæ bonitate ac morum integritate præditus. Sub eo feſtiuitas omnium Sanctorum in Eccleſia celebrari cœpit. Præfuit laudabiliter ſub Ludouico Pio an. 12. G

22. Guntherus ſiue Guntharius ex nobili Francorum ſtirpe prognatus, aſſumptus in ſummum ſacerdotem circa an. Dom. 890. fuit vir in ſacris literis apprime eruditus, ac magno animo præditus. Verum cum diuortium Lotharij Lotharingiæ Ducis approbaſſet, excommunicatus fuit. Cum autem excommunicationem non curaſſet, à Romà rediret atque apud Xantos ſacra operaretur, ſacris veſtibus ab Angelo (vt ferunt) ſpoliatus ac breui mortuus eſt.

23. S. VVillibertus precibus & interceſſione Caroli III. diligenter populo Agrippinenſi commendatus, conſequutus eſt Pontificatum per legitimam electionem. Fuit antè presbyter Colonien. doctus pariter ac pius. Habuit Synodum Coloniæ, cui Moguntinus ac Treuiren. Archiepiſcopi interfuère. Statutum ibidem, vt ſacerdotes ſacris litteris operam ſedulo dent, oueſque Chriſti fideliter paſcant, neque eas malis exemplis trucident. Præfuit Epiſcopus ſub Arnulpho Imperatore H an. 20. laudabiliter, mortuus an. Dom. 889. cuius oſſa apud ſanctum Andream conſeruantur.

24. Hermannus cognomento Pius, ab vnanimiter conſentiente Clero ſummi Collegij, eligitur Ao. Dom. 890. Archiepiſcopus Colonien. In aula Arnulphi Imperatoris ſummæ erat autoritatis. Fuit vtique vir bonus, iuſtitiæ ac æquitatis promotor ac defenſor, iniquitatis ac violentiæ vindex. Præfuit an. 35. ſub tribus Imperatoribus laudabiliter, & à morte anno reparatæ ſalutis 924. in Eccleſiam D. Matthæi, quæ nunc eſt S. Andreæ Apoſtoli ſepultus.

25. VVicfredus anno ſalutis æternæ 925. creatus eſt Pontifex, ac in eo adminiſtrationis munere annis 25. ſub Henrico Aucupe inculpatè vixit. A morte bonus ac fidelis paſtor ſuperis ſpiritibus ſociatus eſt, Anno Incarnationis Chriſti 953.

26. S. Bruno ex regali ac honeſtiſſima familia Henrico Imper. ac Saxoniæ duce, matre Mechtilde, matrona religioſiſſima

[illegible] humma
A [illegible] digni[illegible] In primi[illegible] Epiſcopo Traie[illegible] ac inſtitueretur, traditus eſt. [illegible] prudentem, moderatorem, qui vere de eo teſtatus eſt, eum virum ſanctum cualuium. Tale magiſtri de diſcipulo extat teſtimonium. Sub his in ſacris litteris ac moribus honeſtis plurimum profecit. Poëtarum lectione, præſertim Chriſtianorum, valde delectatus eſt. Cumque eius frater, Otto natu maior, ad imperium poſt patrem anno Domini 937. ſublimatus eſſet, ad aulam ab eo euocatur. Hic iam pietatis ac eruditionis ſuæ mira & rara dedit ſpecimina. Bibliothecam ſuam ſemper ſecum conduxit. In diuinis officiis, quibus aſſidue intereſſe gaudebat, ſe geſſit attentiſſimum. In aula calamitoſis ac pauperibus fuit conſilio & ſolatio. VVitfridus Colon. Eccleſiæ paſtor fidus patris ac regiæ maieſtati, relictis terris, cœlum adiit: mittuntur igitur è ſanctiſſimo Colonien. Eccleſiæ Senatu,
B nondum humato prædeceſſore, quatuor ſummi viri & eodem numero laici, viri eruditione ac grauitate excellentes ad Imperatorem, petitum Epiſcopum. Sciens ac probe noſcens Imperator fratris ingenium, eis eum obtulit. Bruno vocationem hanc tanquam à Deo factam, ſubmiſſe ſuſcepit, tum Colon. ſumma animi gratitudine eum amplexi ſunt. Cum iam in ſummum ſacerdotem eſſet conſecratus, nihil tam ſibi in votis habendum arbitrabatur, quam religionem in ſua diœceſi in officio continere. Omnem vitæ luxum ac veſtium mollitiem execratus eſt, & ſuo exemplo ad hoc alios inſtigauit. Cumque naturali plurimum polleret facundia, ipſemet magno cum fructu tum prædicabat, tum prouinciam ſuam diligenter viſitabat. In conquirendis SS. reliquiis ſedulus, omniumque ſalute curanda indefeſſus extitit. Condidit teſtamentum & omnia ſua in Eccleſiæ vſum ac pauperum ſuſtentationem diſtribuit. Obiit autem an. Dom. 924. cùm ſumma cum laude ac pari vtilitate annis 12. præfuiſſet. Corpus eius exanime breui delatum eſt Coloniam, ac in ſuo monaſterio, id eſt, D. Panthaleonis, multis collachrymantibus; vt iuſſerat
C tumulatum eſt.

27. Flocmarus Brunonis Archidiaconus fideliſſimus, quo in omnibus ſuis negotiis coniunctiſſime fuerat vſus, in regimine ſuccedit, verum non in ea magnificentia excelluit. Præfuit ſub Ottone II. annis 4. mortuus eſt anno 929. Ducatus Lotharingiæ Eccleſiæ Colonienſi per Brunonem additus fuerat, verum ſub hoc Volkmaro, Imperatore annuente, per regem Franciæ ſubtractus.

28. Gero filius Marchionis Luſatiæ, ſingulari animi manſuetudine & pietate poſt eum præeſſe anno Domini 930. cœpit. Electus quidem fuerat legitime, verum Otto II. Imperator inueſtituram ægre conferre voluit donec per Angelum Cæſar admonitus libenter acquieuit, ac cum poſtea plurimum veneratus eſt. Præfuit annis 7.

29. VVarinus ſiue VValramus fuit Getonis religioſiſſimi præſulis Diaconus, at plane infidus in Dominum ſuum. Cum enim Archiepiſcop. vehementi capitis dolore, quem morbum Ecſtaſim dicunt medici laboraret, & mortuo per aliquot ho-
D ras non eſſet diſſimilis, & cum ea ægritudine corriperetur, huius fraude (vt fertur) optimus oppreſſus eſt & ſepultus. Cum iam ſublatus eſſet, VValramus Epiſcopatum ambiit & obtinuit, verum demum ductus pœnitudine de ſcelere, Romam profectus eſt, reatum ſuum ſummo Pontifici confeſſus ac ea ratione abſolutus, vt nouum inſtitueret monaſterium, aut vetus aliquod in ſua diœceſi inſtauraret: monaſterium igitur D. Martini Coloniæ reſtaurauit, ac bonis multis pro religioſis ex Scotia, quod S. Brigida, in cuius honorem Epiſcopus vicinam conſecrauit parochiam, virgo Scotia fuit, dotauit. Hic Epiſcopus baculum D. Petri, quem S. Bruno Coloniam integram tranſtulit Metis, ad petitionem Egberti Treuer. Archiep. per medium ſecuit, partem coloniæ retinuit & partem Treuiri aſſignauit. Cumque annis 9. præfuiſſet, anno Domini 975. aut circiter mortuus eſt, in monaſterium D. Martini ſepultus.

30. Euergerus anno ſalutis 988. propter inſignem probitatem & prudentiam, deſignatus eſt Epiſcopus, & annis 15. fideliter præfuit, qui à fato in monaſtrio S. Petri repoſitus eſt anno Domini 990.

Hunc decorat pietas, & ſobria vita fideſque.

Innocua, virum candidum [illegible] *vocat.*

31. S. H[illegible] in Epiſcop[illegible] Colonienſi annis E vigin[illegible] viginti [illegible]. Cœp[illegible] Ottone III. anno D[illegible]. Natus ex illuſtri [illegible] à R[illegible] ad T[illegible]um tradi[illegible] G[illegible] præceptore, viro doctiſſimo, qui [illegible] factus eſt Pontifex Romanus, & Siluester ſecundus dictus. Præfuit ſumma cum laude, & non ſine opinione Sanctitatis anno 1021. ac miraculis à morte clarnit.

32. Pilligrinus diui Hereberti ac Imperatoris Henrici decreto, ex honeſto ſacerdote anno Domini 1021. in Archiepiſcopum conſtituitur. Diœceſim annis 15. prudentiſſime adminiſtrauit, & baſilicam SS. Apoſtolorum Coloniæ quam S. Herebertus fuerat auſpicatus, & collegium ipſe fœliciter conſummauit & congregationem pro 40. Canonicis, viris modeſtis inſtituit. Clerum auxit, opeſque in eius honeſtam ſuſtentationem contribuit, & pudice viuendo norma fuit, templaque paſſim per diœceſim conſtruxit: conſecrauit in Imperatorem Conradum Sueuum Aquiſgrani. Mortuus in ſuam Eccleſiam Apoſtolorum honorifice eſt ſepultus. F

33. Hermanus II. Palatinus Rheni, cognomento Nobilis, eligitur in Archiepiſcopum vnanimi totius cleri & populi conſenſu ſub Conrado II. Imp. Qui diœceſim legitimo ac optimo iure acquiſitam, ſibique donatam, magno ſubditorum commodo adminiſtrauit. Et ſiue armis decertandum erat, ſiue pace, res turbulenta tranſigenda, ad vtrumque paratus erat. Eccleſiam S. Seuerini ex vetuſtate collapſam ipſe ſub Henrico IV. renouauit & ampliauit.

34. S. Anno ex ſuperiori Germania, habuit auunculum, qui erat Canonicus Bambergenſis, & eius diſciplina ac inſtructione talis euaſit, vt merito ſuæ familiæ, imo totius patriæ decus appelletur. Ob excellentem literarum eruditionem in Gymnaſio Bambergenſi factus eſt Rector: verum Henricus III. Imperator eum ad Palatium acceſſit, eiuſq; conſiliis plurimum delectatus eſt. Erat autem præter animi virtutes, corporis dotibus haud mediocribus ornatus, ſtatura procerus, vultu venerabilis, eloquens, inediæ patiens, erat & recti ac iuſtitiæ tenaciſſimus, nemini adulans, ad timens Deum, in pau- G peres liberalis. Imperator eum ad Archiepiſcopum Colon. Hermannum II. miſit legatum. Qui viſa prudentia & in rebus agendis dexteritate; deliberat cum ſuis, cùm videret ſibi mortem imminere, vt eum in Epiſcopatu haberet ſucceſſorem. Moritur Hermannus, & iuxta eius præſagium, vt Anno Legatus Cæſareus pro Archiepiſcopo aſſumatur omnes boni exoptant. Igitur conſecratur Epiſcopus anno Domini 1055. 5. Nonas Martij. Veſte vtebatur ſimplici, menſa quoque frugali. Multa in pauperes, in religioſos, in monaſteria eius fuit liberalitas. Goſlariæ Principum Conuentui interfuit, vbi à Victore ſummo Pontifice & Imperatore Henrico III. honorifice exceptus eſt. Cum Imperatoris vidiſſet mores, ei mortem vicinam prædixit, & filium eius educandum ſuſcepit. Apoſtoli documentum diligenter memorabat: In omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple. Suis multiiugæ eruditionis concionibus, ad quas multi confluebant, multum fructus præſtitit. Coloniæ pro pauperibus, ac languidis inſigne conſtruxit Xenodochium, & in hoc multa impendit ſubſidia. Miraculis etiam in vita claruit, multiſque laboribus defatigatus, & fractus, graui cœpit laborare morbo, & obitum H ſuum præuidit ac prædixit, ſepulturæque locum deſignat. Demum decumbens, quam diligentiſſime ſeſe ad mortem præparauit, & poſtremo anno Domini 1164. Pontificatus ſui anno 21. pridie Nonas Decembr. feliciter ex hoc mundo ad cœlum emigrauit. Corpus eius exanime per ſeptem dies Coloniæ permanſit & maximis exequiis celebratum eſt.

35. Hildolphus Canonicus Goſlarienſis, ac Henrici IV. Imperatoris Sacellanus, Archidiaconus D. Annonis anno Domini 1067. in Archipræſulem aſſumptus eſt. Præfuit annis 15. vtiliſſime ac ſumma cum virtute, tum omnium laude, vt verus Iſraëlita in quo dolus non fuit.

36. Sigeuuinus Decanus Eccleſiæ Colon. maioris, iuxta D. Annonis præſagium, vt & ſuperior, creatus eſt Archiepiſcopus. Præfuit laudabiliter adminiſtrationi ſuæ annos::: ex hoc calamitoſiſſimo ſeculo ad beatarum animarum fœlix domicilium emigrauit an. 1089.

37. Hermannus III. Diues vulgo dictus, ex Saxonia, filius Comitis Northem, an. Dom. 1089. Erat hic ſeuerus rerum Epiſcopatus inſpector & gubernator diligentiſſimus honeſtæ

 conuer

A [illegible]

[illegible] x i a ub [illegible] ra [illegible]
[illegible] cn I. M[illegible]chio [illegible]
mi [illegible] eoſi Cano[illegible]corum [illegible]
fuit. Præfuit prudenter & v[illegible]
ſapientiſſimus, multiſq; v[illegible] [illegible] in-
ceps. Hic Coloniæ Lot[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] Neapoli ob
Imperatorem vnxit. Cùm vero bello à [illegible] Sueuis im-
peteretur, parua manu ingentem hoſtium exercitum propè
Antecnacum proſtrauit, inde ipſum oppidum muris & turrib.
cinxit, quod prius pagus erat, ac plura monaſteria ædificauit.

39. Bruno II. filius Adolphi II. Comitis de Altene & Monten. an. Do. 1152. Præpoſitus S. Gereonis, magis intruſus, quam legitimè aſſumptus. Fuerat quidam alius, ſcilicet Godeſridus, Præpoſitus Xantenſis, vir bonus, electus, verum hic ob gratiam Cæſaris cuius ſequebatur caſtra, admiſſus. Fuit vir non ineptus, verum morbo comitiali laborans. Mortuus in Apulia Barræ & ibidem in templo D. Nicolai ſepultus. Præfuit an. 6.

40. Hugo ex familia Comitum Sphannemenſi, ſummi
B Collegij Decanus in defuncti locum ab Imperatore poſtulatus, & à Capitulo electus an. Do. 1158. ſuccedit. Profectus eſt Romam & ab Innocentio II. Pont. Max. conſecratus, verum antequam Coloniã veniſſet, mortuus eſt, & ob regiminis breuitatem à quibuſdam inter Archiepiſcopos non computatus.

41. Arnoldus filius Comitis Gueldriæ, ac Coloniæ Præpoſitus SS. Apoſtolorum, ſub Conrado III. an. Do. 1160. electus, qui non ita vtiliter præfuit. Leuauit hic corpus S. Heteberti in Tuitio. Per Eugenium III. Rom. Pont. apud Remos habitum eſt Concilium generale, vbi hic Arnoldus ac Moguntinus Archiepiſc. ſunt de Simonia accuſati, ac ab officio diuino ſuſpenſi. Cùm autem variè an. 11. præfuiſſet, mortuus eſt, ac apud S. Andream ſepultus.

42. Arnoldus II. de Altenæ ſummi templi Coloniæ Præpoſitus, Conradi Imperatoris Cancellarius, aſſumptus eſt ad gubernaculũ Eccleſiæ. Tum temporis Archiep. Colonienſes Imperatoris aulam fere ſequebãtur. Fuit hic vir omnino religioſus, iuſti ac equi ſtudioſiſſimus, qui violentiis reſiſtebat & Eccleſiam defendebat. An. 5. Eccleſiam ſuam laudabiliter rexit.

C 43. Fridericus II. de Daſſele (qui ſunt nobiles in Saxonia) S. Georgij Præpoſitus an. Dom. 1166. poſt mortem Arnoldi, non quidem per legitimam Canonicorum viam electus, ſed mandato Friderici I. Imperatoris ſubrogatus & ab Adriano IV. conſecratus eſt Fuerat quidam alius D. Gerardus Præpoſitus Bonnenſis à Capitulo electus. Fridericus autem non fuit improbandus Epiſcopus, qui ob ſuam vitam religioſam commendatur. Præfuit trienniu, & cum Imperatorem eſſet ſecutus in Italiam, Papiæ an. Dom. 1169. debitum naturæ ſoluit.

44. Reinoldus filius Comitis à Daſſele, ex Saxonia Veſtphaliæ, ex præclaro ſtemmate, Præpoſitus Hildesheimenſis, ac Imperialis aulæ Friderici Barbaroſſæ ſupremus Cancellarius, eligitur in Archiepiſcopum Colon. an. Do. 1165. quo tempore vna cum Cæſare rebus bellicis in Italia occupatus fuit, miſſus ab eo poſt mortem Friderici Coloniam, qui omnes in eius electionem vniformiter conſenſerunt, quod in armis eſſet exercitatiſſimus, denuò ab Imperatore poſtulatus eſt in Italiam rebellem vna cum eo proficiſci. Diſpoſitis igitur ſuæ prouin-
D ciæ negotiis, ac Præpoſito D. Philippo ab Heinsberg ſubſtituto, caſtra Cæſaris præceſſit, & ſe virum longè exercitatiſſimum in rebus imperij declarauit. Apud Tuſculanum 40. millia Romanorum parua manu proſtrauit, cepit & fugauit & triomphum ex eis retulit. Fridericum ſubſequutus, cuius opera ac Chriſtiani Moguntini Archiepiſcopi totam Italiam, Apuliam, Lombardiam ſubegit Imperio Imperator obſedit Mediolanum, cepit & expugnauit. Hic cùm omnes ſuis ſtuderent commodis, Reinoldus ſummis apud Imperatorem inſtitit precibus, vt pro ſuo labore trium Magorum poſſet pignora habere. Inductus igitur licet ægerrimè, conceſſit tandem preciosiſſima Regum Naboris & Felicis martyrum corpora, quæ Reinoldus cautiſſime an. Dom. 1164. tranſmiſit Coloniam. Pręfuit laudabiliter annis 22. & prope Romam moritur an. 1181. peſte ſublatus.

45. Philippus Comes de Heynsberg, ſummæ ædis Colonienſis Præpoſitus ac Imperatoris Cancellarius, quomodo Reinoldus in ſua abſentia diœceſeos Vicarium conſtituerat, canonice ac legitime electus eſt. Fuit ſane vir ſapiens, audax ac inſigni virtute præditus. Ante electionẽ multa egerat præclara facinora, verum cum ad clauum admotus eſſet, ſe virum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in-
[illegible] [illegible] Neapoli ob
regni negotia ageret, Pontificatus ſui anno 30. obiit: Oſſa eius Coloniam allata ſunt, ac in ſumma æde honorifice non procul à Sacello trium Regum, tumulata.

46. Bruno III. de Altenæ, Præpoſitus Colonienſis anno Dom. 1191. ad Archiepiſcopatum legitime creatus eſt. Erat autem vir prorſus religioſus & ætate venerabilis, fuit ſub Henrico VI. annis 3. gubernans. Fuerat autem alius à Lateorum nobilitate, Lotharius Bonnenſis Canonicus deputatus, verum hic Brunoni, qui à Clero electus erat, ceſſit. Anno tertio ſui præſulatus ſe vltro magiſtratu abdicauit, & conſentiente Clero, Adolpho fratri reſignauit, ipſe vitam ſolitariam in cœnobio Veteris montis, loco tranquillitati, ſimulque pietati peropportuno, amplexus eſt, & in habitu monachico mortuus & ſepultus eſt.

F

47. Adolphus de Altenæ Brunonis frater ſummæ ædis Colonienſis Præpoſitus ſub Philippo & Ottone IV. conſentiente Capitulo, poſt fratris reſignationem in Archiepiſc. aſſumptus eſt. Hic Ottonem IV. Brunſuicenſem vnà cũ Philippo Barbaroſſæ filio electum, Aquiſgrani an. Do. 1193. in ſui perniciem coronauit in Imperatorem. Ob duorum Imperatorum electionem facta eſt non parua in Imperio diſſenſio, & hoc ſchiſma plurima intulit damna. Adolphus autẽ hiẽ, alioquin non malus vir, non bene conſuluit ſuæ prouinciæ: & quod ipſe huius mali videbatur autor, ſummus Pontifex Innocentius III. eum per Siſridum Moguntinum Archiepiſcopum, & Cameracenſem deponi curauit. Depoſitus eſt Coloniæ an. 1205. in ſummo templo, coram Ottone Rege & vniuerſo Clero & populo. Præfuit turbulenter annis 12. & poſt depoſitionem numeratæ ſunt illi ex annuis redditibus 50. merces.

48. Bruno IV. Comes de Seyna, Præpoſitus Bonnenſis, in depoſiti locum vniformi conſilio & ſententiis creatus eſt Archiepiſcopus, & per Syfridum Moguntinum ac alios duos Epiſcopos ex Anglia, ſub Innocentio III. conſecratus. Præfuit triennio, & mortuus eſt anno 1218. G

49. Theodoricus Comes de Monte, Præpoſitus SS. Apoſtolorum ope Ottonis IV. Imp. occiſo Philippo æmulo Ottonis, ſuccedit, tum vnanimi Cleri conſenſu electus, initio ſui præſulatus admodum benignum ſe exhibuit, verum quod mores mutaſſet & inſolita imperaſſet vectigalia, multis inuiſus factus eſt. Adhæſit præterea excommunicato Ottoni (nam ſummus Pontifex hunc quoque ob perfidiam in Eccleſiam Romanam, excommunicauit) & cum ipſe Theodoricus eſſet anathemate notatus, nec curaret, per Moguntinum Syfridum ab officio & beneficio, amotus eſt. Præfuit an. 6. vſque ad ann. Dom. 1214. quo tempore Caſtellum Gudesburgum, vbi fuit capella S. Michaëlis, conſtruit, ære cuiuſdam Iudæi viuarij, quem captiuum tenebat.

50. S. Engelbertus liberali ingenio ac egregia corporis forma, electus eſt in præpoſitum maioris Eccleſiæ, & cum in Monaſterienſem Epiſcopum, ob inſignem ſuam virtutem, eligeretur, prorſus recuſauit, timens lubricæ ætati. Adolphus Co- H lonienſis Archiepiſc. deponitur, Bruno illi ſuccedit, Brunoni Theodoricus, qui à Syfrido Mogunt. deponitur: Engelbertus aliis amotis, legitimè, licèt reluctaretur, an. Dom. 1216. à ſuis collegis vniformiter ſub Friderico II. Imp. Archiep. creatus eſt. Imperatoris filium enutriuit, & Aquiſgrani in Imperatorẽ conſecrauit, ac ſuæ Eccleſiæ plurimum profuit. Ob ſummam probitatem innotuit multis Regibus ac Principibus, qui eius gratiam ac amicitiam etiam magnis muneribus venabantur. Confeſſarij eius tale de eo refertur teſtimoniũ: Licet Dominus meus ſecularis habeatur, non tamen intus talis eſt, qualis foris apparet. Sciatis illum multas conſolationes à Deo habere. Erat præterea in pauperes ac afflictos, valde liberalis, & famis tempore ipſe multos ſuſtentauit. Erat princeps omnino humilis, mitis, placidus, omnibus benignus: erat & aſpectu decorus, ſtatura corporis procerus, robuſtus viribus, & tantæ pulchritudinis, vt ei ſimilis nullus inueniri poſſet. In omnibus ſuis negotiis ſiue belli ſiue togæ tempore, ſe alterum Machabæum exhibuit. Colonia eo illuſtriorem præſulem (excepto primo Brunone) non habuit. Epiſcopatum in bonum ſtatum ac tranquillitatem miro artificio reſtituit.

Eccle-

A [illegible] E

[illegible] rum [illegible] derico comite [illegible] ſmptetatibus [illegible] uiſſet cedere. [illegible] laudabili[illegible] ac vtiliſſimè an.10. Fridericus eius homicida, ab Imperatore totoque regno proſcribitur excõmunicatur, & omnes eius necis conſcij breui malè mortui ſunt. Comes Leodij captus, ac Coloniam perductus, crudeliſſimo ſupplicio (qui valde de ſcelere pœnituit) 1225. interemptus eſt. Nobile corpus cornos panit. Deus verò mortẽ martyris precioſam crebris miraculis teſtatus eſt.

51. Henricus de domo Nobilium Moëllenarcken, Præpoſitus Bonnenſis, vniformi omnium conſenſu, antequam ſuus anteceſſor S. Engelbertus tumulatus eſſet, creatus eſt Archiepiſcopus Colon. an. Do. 1225. ſub Friderico II. & à Colonienſibus ſummo cum honore exceptus eſt. Erat vir eximia prudentia præditus, qui apud ſummos & imos parem gratiam iniit, bonis affabilis, malis verò & inimicis Eccleſiæ ſuæ crudelis & terrori fuit. Hic S. Engelberti prædeceſſoris ſui iniuſtam cæ-
B dem egregiè vindicauit. Comitem homicidam Leodij captum Coloniam pertrahi curauit pro duabus millibus marcarum, & extremo ſupplicio affici. Arcem Iſemberg & aliud Caſtrum deiecit, & totum Comitatum delere apud Imperatorem conatus eſt. Germani fratres eius, Bruno Oſnaburgenſis & Theodoricus Monaſterienſis, ambo Epiſcopi, velut complices aut certè conſcij, accuſatur apud ſummum Pontificem, & vt fertur, etiam conuincuntur, deponunturque: ſed gratiam conſecuti reſtituuntur. In Comitiis Noribergæ veſtem anteceſſoris cruentam, Principibus exhibuit. Imperatoris Henrici coniugem Aquiſgrani in Reginam conſecrauit. Ipſe Henricus Coloniæ à Treuiren. Archiepiſcopo in vigilia Matthæi conſecratus, præſentibus omnibus Suffraganeis cum maxima ſolennitate. Deceſſit ex hac vita an. gratiæ per Chriſtum reparatæ an. 1232. cùm præfuiſſet an. 12. laudabiliter.

52. Conradus Præpoſitus ſummæ ædis, à toto vniformiter conſentiente clero, in Archiepiſcopum an. Do. 1232. eligitur, vir litteratus, facundus magnanimus, bellator gnauus, ac tanto honore dignus: Sedit in Epiſcopali cathedra an. 34. Hic ob-
C tinuit, vt Elector Colonienſis Imperatorem nouiter electum, Aquiſgrani coronet primum, quum antea inter Electores diſceptatio ſemper de coronatione non minima fuerat. Quare ipſe elegit ac conſecrauit tres Imperatores. Eccleſiam Colonienſem amplè ſublimauit, qui priuilegiorum eiuſdem ſtrenuus fuit propugnator, qui pro temporum varietate, aduerſa æquè ac proſpera fortuna vti potuit. Romanæ quoque Eccleſiæ ſe fideliſſimum protectorem exhibuit. Conradus hic cum multis ac infinitis penè opibus ac prouentibus abundaret, magnificentiſſimam baſilicam in duorum Regum honorem tam ſerio grauis, auſpicatus eſt. Si hoc æternum opus conſummatum fuiſſet, ſimile in orbe non conſpiceretur. Erant tum temporis ob ſanctiſſimas Magorum reliquias, oblationes tã abundantes, ac vere aureum ſæculum, vt nunquam defecturas quis credidiſſet, Ad Eccleſiæ ſuæ dedicationem Electores Eccleſiaſticos, omnes ſuos Coepiſcopos, omnes Abbates, religioſorum præſides ac innumeram populi multitudinem, adeſſe voluit. In dedicatione Eccleſiæ mirabilis in aëre dæmonum auditus eſt vlulatus. Poſtremo laudatiſſimus Princeps cum
D Coloniæ apud D. Gereonem ageret, cœpit infirmari & inualeſcente vi morbi, feliciter in Dom. an. gratiæ 1216. obiit, ac poſitus eſt in veteri diui Petri Eccleſia, qui tamen poſtmodum in nouam cum ſuis anteceſſoribus, tranſlatus eſt.

53. Engelbertus de domo nobilium de Valckemburg præpoſitus S. Gereonis an. Dom. 1261. concorditer ab vniuerſo Clero eligitur. Statim ab initio ſui præſulatus Coloniæ religioſiſſimè inauguratus eſt, & omnes de hoc præſule, vt iugum paululum ſubleuaretur, quo nonnulli premebantur, ſibi bene polliciti ſunt, quamvis ſecus euenerit, quod potiſſimum in adulatorum conijciunt nequitiam. Fuit hic Engelbertus vir quidem bonus, verum in ſuis negotiis parum felix. Cùm ad reprimendas Eccleſiæ iniurias contra aduerſarios copioſum ſæpius conduxiſſet exercitum, fortuna tamen ſibi ſemper aduerſari viſa eſt. Coloniæ cum pro tribunali ſediſſet cum ſuis in aula Epiſcopali, per ciues captus eſt, & in quadam domo occultatus per dies aliquot. Ob hanc Pontifici illatam iniuriam, Ciuitas Colonia per annos ſex & vitra à

[illegible] alt[illegible] em, ideſt, Rycle, p[illegible] ipſe tandem rebus ſuis diſpoſitis poſt varios [illegible], Bonnæ, Pontificatus ſui an. 14. redempti per Chriſtum orbis 1272. in fata conceſſit, atque in monaſterio D. Caſſij, eo quod Colonia anathemate à ſummo Pontifice teneretur, tumulatus eſt.

56. Syfridus Præpoſitus Moguntinenſis, Canonicus Colonien. an gratiæ 1275. Archiepiſcopus Colonienſis, factus eſt, hic omnem fere ætatem ſuam variis bellorum exercitiis contriuerat, quare frigoris ac æſtus erat patientiſſimus. Ad vtrumque ſtatum Eccleſiaſticum & politicum erat aptiſſimus, diuina ac humana pariter ſumma prudentia, & cum applauſu ſubditorum omnium rexit. Cumque ad Eccleſiæ gubernaculum admotus eſſet, multi Principes in eum inſurrexerunt: quarum cum ſuam prouinciam defendere contra hoſtes conaretur, egregiè illis obuiauit Adolphus comes Montenſis an. 1588. eum captiuum abduxit & per ſeptennium in cuſtodia detinuit, F
& Comitatum ſuum ingenti lytro delicatiorem reddidit, optimam enim portionem à captiuo Archiepiſcopo extorſit. Verum Comes Adolphus poſtea incautus ab eodem interceptus eſt, & miſeram afflictus, in cauea ferrea interiit. Æſtate ſolitus eſt ipſum nudum caueæ ferreæ includere. melle illitæ, & hoc pacto muſcarum morſibus & aculeis obijcere, quoad vixit. Et quamvis Comes omnia illa quæ extorſerat, ſe redditurum polliceretur, & multa plura addituum, vt libertatem conſequeretur, nihil tamen impetrat. preterquam inſolens reſponſum Habere S. Petrum, quo ſuos enutrire queat nec quicquam rerum ipſius indigere, velle ipſum docere, quid ſit Archiepiſcopum tenere captiuum. Sic igitur ad mortem vſq; Comitem detinuit. Poſtremò an. 24. præfuiſſet, vt fidelis ſeruus Chriſti, valedixit vitæ mortalium, an. Do. 1298 & Bonnæ in monaſterio D. Caſſij ſepulturam ſuam conſequutus eſt: nam Colonienſes à diuinis erant ſuſpenſi.

57. Vvichboldus Vveſtphaldus, Decanus Colon. & Præpoſitus Aquiſgranenſis propter inſignem prudentiam, rerum experientiam ac ſummam eruditionem an. Do. 1298. magis ta- G
men factionem nobilium, quam Canonica ad Epiſcopatum Nuſſiæ conſtitutus eſt. Fuit vir doctus, prudens ac ætate profectus, qui profeſſionem ſuam magis rebus ſacris quam bellicis exequi ſtuduit. Sua prudentia Eccleſiam regere & erigere ſalubriter ſatagebat. Sui ſuperiores funeſtis bellis ac tumultibus Eccleſiam mire turbauerant, quare facultates valde exhauſtæ erant. Colonia ipſa metropolis iam an. 8. ferè excommunicationi & interdicto ſubiacuerat. Bonus autem hic pater & paſtor ſua vigilantia & virtute, vt abſolueretur ab anathemate, procurauit & effecit, vt apud omnes Principes bene audiret, & Eccleſiaſticum ſtatum confuſum in bonum ordinem redegit. Hic Albertum Auſtriacum Aquiſgrani coronauit, Imperatricem verò Norimbergæ. Demùm cùm an. 7. laudabiliter & vtiliſſimè præfuit, exitiali correptus infirmitate, ſaluberrimo Chriſti corpore & ſanguine myſtico munitus, ex hac lachrymarum valle Princeps optimus, migrauit, & Suſati in templo Patrocli martyris, repoſitus.

58. Henricus II. Comes de Virnenburg Præpoſitus Colon. Vvichboldo ſuccedit. Præfuit an. 26. ſub Alberto I. & Henri- H
co VII. ac Ludouico Bauaro IV. qui paucos dies vixit pacificè. Vndique inſurgebant aduerſarij, & dum Eccleſiæ iura ac priuilegia conaretur defendere, ad arma confugere compulſus eſt. Qui cùm pluimis manum confereret, tum etiam (neſcio quo fato) cum ipſa ciuitate Colon. Eccleſiæ tamen commodis & dignitati valde ſtuduit: oppida & arces ædificauit & oppignorata redemit ac comparauit. Tandem prouidus œconomus ac Princeps magnanimus, plenus dierum, viam vniuerſæ carnis an. ſal. 1331. ingreſſus eſt, & Bonnæ in Sacello D. Barbaræ, quod monaſterio contiguum ædificauit, ſepultus.

59. VValramus Gerardi Comitis Iuliacenſis filius, Præpoſitus Leodien. Theſaurarius Colon. ſub Ludouico ac Carolo IV. Imp. ad Eccleſiæ Colon. clauum admotus eſt ætatis 28. Capitularium Senatus Colon. poſtulauerat quidem D. Adolphum Epiſcopum Leodienſem, virum diuina experientia perſpicuum; verùm Ioannes XXII. Romanus Pontifex, eo poſthabito, hunc propoſuit. Inde Capitulum conſentiens,

D. Vvalramum vniformiter creant, & A[illegible] R[illegible] A co[illegible]rmationem contulit. Erat egregiu[illegible] deſtiæ & humanitatis erga omnes, cui[illegible] laude inſignis & idcircò omnibus etiam [illegible] mus. In rebus mundanis videbatur [illegible] qui iuuentutem ſuam in liberalibus ſtud[illegible] contriuerat: verum ad Eccleſiæ guberna[illegible] [illegible], ie[illegible] virum exercitatiſſimum, ac vtiliſſimum declarauit, ſucceſſitus bello ab Imperatore Ludouico deceſſit Pariſiis, eligens peregrinari, quam illas moleſtias ferre. Regimen Eccleſiæ Laïcis quibuſdam perſonis commiſit. Agebat aliquot menſibus Pariſiis, & ob animi mœrorem ægrotare cœpit pridie Aſſumptionis B. Mariæ, & inualeſcente morbo an. Dom. 1349. ibidem mortem obiit. Inde delatus eſt Coloniam & honorifica ſepultura in templo ſummo donatus eſt.

60. Vvilhelmus Canonicus Colonienſis, Præpoſitus Suſatenſis, an. ſal. 1350. ad inſtantiam ſummi Capituli ac Nobilitatis, licet inuitus, ad Archiepiſcopatum inductus eſt, ac per Clementem VI. confirmatus. Fuerat ſuperiori admodum familiaris, & diœceſeos negotia perſpecta habuit. Quare ad clauum aſcitus, eo commodius præeſſe potuit. Fuit vir valdè prudens & publicæ pacis obſeruantiſſimus, & iniurias ſibi il-B latas prudenter nouit diſſimulare, & hoc pacto de omnibus Principibus benè mereri ſtuduit. Ob rerū dexteritatem ſummæ erat apud Imperatorem ac Regem Franciæ autoritatis. Hic pro Eccleſiæ reformatione & vitiorum extirpatione omnibus viribus inuigilabat & præ nimio zelo Religionis ſeipsū viribus extenuabat. Æs alienum perſoluit & omnia admirabili induſtria ad integritatem redegit. In conſtruendis, ac ornandis caſtris ſuo anteceſſori non fuit diſſimilis. Hic ſummum altare Coloniæ in maiori Eccleſia de marmore fecit: hic quoque argenteas illas Apoſtolorum imagines, quæ adhuc viſuntur, contulit. Vitæ huius vſuram amiſit an. Dom. 1362. & Coloniæ in ſummo templo permagnificè in choro, in marmoreo ſepulchro, quod viuens erigi curauerat, eſt ſepultus.

61. Ioannes à Virnenburg ſummæ ædis Colon. Decanus, præfuit diœceſis vicarius. Præpoſitus maioris templi, quem D. Vvilhelmus moriens deſignauerat ſucceſſorē illius feſellit expectationem, Capitulares in turbis rerum motibus conſternati, electionem diſtulerunt. Tandem poſt longam vacationem, id eſt decem menſium, conuenerunt, & de ſuffragiis diſ-C ſiderunt: Laicorum votis D. Ioannes Virnenburg conclamatus eſt Archiepiſcopus. Huic violentæ acclamationi nonnulli ex Capitularium Senatu ſe oppoſuerunt, nonnulli conſenſerunt. Ioannes igitur profectus eſt pro confirmatione Romam, & à Pontifice quem hæc res non latuit, repulſam paſſus eſt. Reuerſus inde, Epiſcopatum inuaſit, relicta ampliſſima Eccleſiæ bona cœpit inuadere, ac pro ſuo libitu expendere, & ſe non paſtorem fidelem, ſed lemargum exhibere. Hic à quibuſdam inter Archiepiſcopos non numeratur, interim ſummus Pont. Vrbanus V. cùm ſibi ad ſuas manus omnia aſſumpſiſſet, ac vindicaſſet, quem præficeret, ſecum expendis.

62 Adolphus II. Comes de Marca quum Monaſterienſem Epiſcopatum per quinquennium adminiſtraſſet, ad Colon. Archiepiſcopatum per Vrbanum V. admotus eſt. Fuerat Canonicus Colon. & in iure ciuili ſatis verſatus, qui temporibus ſuis ſatis pacificè gubernauit, poſtea tamen ingruentibus malis infeſtationes aduerſariorum ſuſtinere coactus eſt. Adolphus autem promotionem ad Colon. Eccleſiam non ambierat, nec Capitulum eum poſtulauerat: ipſe n. animum ad di-D uina adiicere nunquam cogitauerat. Cùm itaq; menſibus tt. parùm vtiliter præfuiſſet, reſignato Pontificatu ceſſit ex neceſſitate faciens cōpendium, an. Dom. 1364. Fuerat ætate iuuenis & ad huiuſmodi faſtigium nulla morum grauitate præditus.

63 Engelbertus tertius Comes Marchianus, Epiſcopus Leodienſis, cui Eccleſiæ an. viginti ſub Carolo IV. ſatis ſtrenuè ac laudabiliter præfuit. Pontifex Romanus, ne quid eius deeſſe videretur voluntati, eum ad hunc Archiepiſcopatum, qui tamen maluiſſet in ſua ſede permanſiſſe, tranſtulit. Cùm iam ſenio grauaretur, ac aduerſa laboraret valetudine, Capituli conſenſu *D. Canonem à Falkenſtein*, qui diœceſim Treuerenſ. ſua vigilantia defendebat ac gubernabat, in coadiutorem aſſumpſit. Inde in Brulenſi caſtro vitæ ſolitariæ vacabat & poſt longas morborum defatigationes an. Dom. 1368. ſui Præſulatus 5. defunctus eſt & in ſummo tēplo honorificè tumulatus.

64. Cono à Falkenſtein deſignatus ac confirmatus Archiepiſcopus Treuirenſis, in coadiutorem Colon. Eccleſiæ [illegible] Capituli conſenſu [illegible]mptus [illegible] E [illegible]nc p[illegible]etate ac [illegible]nim[illegible] [illegible]ſtate es[illegible] [illegible] p[illegible] prou[illegible]is quas [illegible] u le [illegible]it. Erat [illegible] nu [illegible] tem[illegible]. Eccleſiæ [illegible]ſtatu[illegible] parum corruptum, ſua vigilantia reſtituit. Sub illo quædam exitialis ſimultas intra ciuitatem Colonien. & Clerum exurrexit, ob inſolita veſtigalia, quæ ſemper noua inducuntur, vindicante ſuas libertates ac priuilegia clero. Quare ciuitas interdicto ſubiecta eſt per biennium. Cùm autem ciuitas hoc non curaret, Clerus, relictis omnibus ſe extra Coloniam ad alio loca tranſtulit. Inde cùm extra vrbem per ſeſquiannum egiſſent: Reipublicæ Gubernatores ad cor redeuntes, eos reuocauerunt, & Conone intercedente ad concordiam venēre. Poſtquam an. 8. præfuiſſet, reſignauit dignitatem in nepotem. Igitur ei ſuccedit.

65. Fridericus III. Comes Sarvverdenſis, Canonicus, Colonienſis inſtantia D. Canonis ſui auunculi à Capitularibus in Archiepiſcopum Colonienſem an. Dom. 1370. legitimè aſſumptus eſt ac confirmatus per Vrbanum V. Carolus IV. Imperator promotionem hanc conatus eſt impedire, vt ſuum F cognatum Epiſcopum Argentinenſem ad hanc Eccleſiam promouere poſſet, verum res aliter cecidit. Poſtea cùm vidiſſet Imperator, quod impedire non poſſet, eum amplexus eſt & valdè dilexit, ac in multis expeditionibus comitem adhibuit. Cùm autem Fridericus ad Eccleſiæ regimen eſſet admotus, erat ſatis iuuenis ætate, verum doctus, ſapiens & legum Imperialium peritia clarus & morum maturitate pollebat.

Inter Fridericum autem Archiepiſcopum & metropolim incidit quædam fatalis ſimultas, quæ ſatis fuit diuturna & exitialis. Colonienſes in Epiſcopi detrimentum monaſterium D. Hereberti & Eccleſiam demoliti ſunt. Tuitienſes inde ſe an. 1364. à Colonienſibus ſubduxerunt, quum eiuſdem cum illis eſſent iuris. Hic Fridericus caſtrum Zons muniuit, & oppidū muro cinxit, cōdidit ibidem Eccleſiam, quā monaſterio Brauvveiler incorporauit, vt dicitur. Tandem laudatiſſimus Princeps, œconomus circumſpectus, cùm an. 44. laudabiliter præfuiſſet, Bonnæ ab aliis Babyloniis fluminib. ad æternæ ſalutis portum an. Dominicæ Incarnationis 1414. die 9. Aprilis ambulauit, & Coloniæ in ſummo templo iuxta D. Reinoldum H honorificè terræ, communi mortalium receptrici, mādatus eſt.

66. Theodoricus Præpoſitus Bonnenſis, an. Dom. 1414. à maiori Senatus Capitularium parte, creatur, nonnulli contra hunc elegerunt Vvilhelmum Montenſem, de Rauensburg, qui erat Epiſcopus Paderbornenſis. Verum hic reſignata illa Eccleſia, Theodorici neptem, Comitiſſam Teckhenburg duxit vxorem. Inde Thodoricus per Vvilhelmi reſignationem Adminiſtrator Paderbornenſis an Dom. 1415. per Capitularium voluntatem, factus eſt. Ingreſſus eſt cum equitatu numeroſo ac ſplendido Paderbornam & inauguratus an. Domini 1424. ſub ingenti tempeſtate. Dederat operam bonis literis Bononiæ, & iuris Pontificij magnam adeptus eſt eruditionem, erat corpore pulchro & ſtatura eminenti, animo permagno & liberali. Geſſit multa bella pro Eccleſiæ defenſione, nunquam tamen ſacerdotalia domi munia & ciuilem adminiſtrationem neglexit. Cùm præfuiſſet Archiepiſcopatui Colonienſi an. 48. Paderbornenſi 38. ac Halberſtadenſi totidem, in arce Sontina, ipſo die ſancti Valentini. an. per Chriſtum reparatæ gratiæ vitam cum morte commutauit. G

67. Rupertus Dux Bauariæ eligitur concordibus Canonicorum ac Nobilitatis ſuffragiis anno Dom. 1463. Carolus Dux Burgundiæ inſtitit pro Barone de Bourbon: inſtitit & Dux Cliuenſ. pro comite de Schvvartzenburg, ſed vterq; repulſam paſſus eſt, quod indigniſſimè tulēre. Erat autem Rupertus generis ac animi, ingeniique virtute ac nobilitate clariſſimus, Diœceſin ſuam oppignoratā ære alieno & penè oppreſſam liberare conſtituit. Erant tūc eo ſub principe verè aurea tempora & omnia, quæ ad hominum vſum ſpectant, facillimo ære redimi poterant. Præfuit huic variè ac tumultuariè an. 16. Cúmque cum ſuis capitularibus ſummi templi ſimultates exercere cœpiſſet. an. Dom. 1472. & animus illius nullo modo emolliri potuiſſet, ſeminarium fuit ingētium malorum. Capitulares ſibi proſpiciunt, & D. Hermannum Langrauiū Haſſiæ, virum inprimis nobilem & ſtrenuum, Gubernatorem prouinciæ totius contra Rupertum conſtituunt.

68. Hermannus Landgrauius Haſſiæ IV. patre Ludouico natus, Præpoſitus Aquiſgranenſis & S. Gereonis, in Archiepiſc.

A [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
xit cum in tropol[illegible] 14
Coloniæ ſplendidiſſimè inauguratus eſt. Adminiſtrationem
diœceſis Paderbornenſis à Simone de Lippia propter ſenium
& aduerſam valetudinem corporis an. Do. 1488. Capitulo ap-
probante, dimiſſam, quaſi coadiutor ſuſcepit, & an. Do. 1489.
authoritate eiuſdem Capituli, plenam omnium rerum admi-
niſtrationem ſubit. Sacra ſuarum diœceſium collapſa, aut ne-
gligentia aut vero vſu abalienata, inſtaurat & reformat. Maxi-
milianum Friderici filium in Regem Romanorum an. Dom
1492. cum aliis Electoribus elegit & Aquiſgrani conſecrauit,
apud quem poſtea ſemper vixit coniunctiſſimè. Præfuit ad-
modum tranquille ac laudabiliter (qui meritò pacificus cog-
nominatur) ad an. Chr. 1508. cuius an. 27. Sept. huic mortali
vitæ exemptus eſt in Poppelſtorp. Paderbornæ an. 10. (quibus
B nemo hoſtilem animũ auſus fuerat in illam terrã declarare)
præfuit. In cuius funere, & Coloniæ & Paderbornæ, omnia in
acerbiſſimo luctu fuêre. Sepelitur Coloniæ in ſummo tẽplo.

68. Philippus de Thuyn, Comes Oberſteineus, Decanus
Colon. omni genere optimarum virtutum illuſtris, eligitur,
vnanimi conſenſu Canonicorum, ſuperiore ad alteram vitam
euocato, an. Do. 1508. conſecratus an. ſequenti. Hic egregius
Princeps inſigni ſua prudentia ac induſtria plurimum Eccle-
ſiæ Colonienſi contulit. Cum nobiles quidam in eum con-
ſpiraſſent, conuiuio eos, cui ipſemet intereat, excepit: quære-
bat quotnam Chriſtus Saluator habuiſſet proditores, vnum
inquiunt, ignorantes quorſum hæc proponeret: At ego inquit
vos omnes proditores habeo, & ſic prudenter eorum diſſol-
uit machinamenta. Fuit vir ſumma prudentia ac humani-
tate præditus. An. Dom. 1515. mortem oppetit vir ſanè lon-
giore vita dignus.

70. Hermannus V Comes de VVeda, aſſumptus, ann. Dom.
1515. in Archiepiſcopum Colonienſem, confirmatur à Leone
C X. Pont. Max. Inauguratur Coloniæ humaniſſimè an. Dom.
1515. Conſentientibus totius Capituli ſuffragiis an. Do. 1532.
in Adminiſtratorem Eccleſiæ. Paderborn. poſtulatur, Ericóq;
Epiſcopo mortuo ſubſtituitur. Ac eodem an. 9. Oct. ipſo die
Dionyſij, vltra mille equitum benè inſtructorum apparatu,
præter aliorum Comitum vicinorum Baronum & Nobilium
ſubſidiariam manum, ciuitatem Paderborn. ingreditur. Erat
Princeps clementiæ, ſtudio & multis aliis virtutibus præclaris
præcipuè ornatus, natura vir bonus & liberalis, in litterarum
ſtudiis non ita exercitatus, Catholicam Religionem ſeruare
voluit, & diœceſis. Diœceſim ſumma prudentia ac tranquilli-
tate gubernauit, exactiones nunquam exegit, & ob eam cau-
ſam plurimum a ſubditis amatus eſt, & loco parentis ab eis
habitus. Verùm cùm annis 32. laudabiliter præfuiſſet, & Lu-
therana profeſſio (quam ipſe prius fuerat perſecutus & oppu-
gnauerat) in ſuperiori Germania graſſaretur, ac plures eam in-
conſulto amplecterentur, huic quoque adlubeſcere cœpit, iuſ-
ſúque Romani Pontificis Pauli III. & Caroli V. Imperatoris
D loco mouetur, qui inde primariò in Comitatu VVedenſi ſuper-
ſtes vixit. Mortuus an. Dom. 1552. 15. Auguſti ætatis 80. &
Binerni in villa ſepultus.

71. Adolphus III. ex illuſtri familia Comitum Schauuen-
burg natus, atque omni virtutum genere educatus eſt. Is cùm
artium & linguarum fundamenta feliciter ieciſſet, ſeſe Colo-
niam contulit & in eius Collegij Canonicum receptus fuit.
Ibi cum vitæ grauitate & rara prudentia alios anteiret, Her-
mannus Elector eum plurimum dilexit, atque ſuum Coadiuto-
rem conſtituit. Fuit & Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ Leo-
dienſis. Itaque factum, vt Romanus Pontifex cùm Herman-
num ad Lutheranorum ſectam inclinantem officio remoue-
ret, hunc Adolphum ſubſtitueret atque Archiepiſcopum ordi-
naret. Erat autem vitæ integritate, pacis ſtudio egregia corpo-
ris ſtatura, tum plurimis aliis virtutibus præditus, nemini mor-
talium ſecundus, qui breui ſua humanitate omnium princi-
pum gratiam ſibi conciliauit. Catholicæ Religioni erat addi-
ctiſſimus. Præfuit Epiſcopatui an. 9. optimè ac vtiliſſimè in
ſumma æſtimatione & moritur Brulis & Coloniæ in ſumma
Baſilica, terræ ſummo ſuorum luctu, datus eſt.

72. Antonius Adolphi frater, Præpoſitus Leodienſis atque
Traiectẽſis ſuperioris, nec non & Diui Gereonis, à Capitula-
[illegible]
[illegible] B
[illegible]
[illegible] A [illegible] ille
[illegible] & Colo-
[illegible] rec [illegible] tumulatus eſt.
[illegible] Mansfeldicis Comitibus, Præ-
poſitus [illegible] S. Georgij, electus vnanimi totius
Capituli conſenſu an. Dom. 1558. die S. Annæ: fuit quidem
natura bonus & tranquillus, pacificus & liberalis Princeps,
& verè generoſum habens animum. Licet ex Saxonia fuerit
ortus, vbi Lutheranum virus primùm egit radices, ipſe tamen
per omnem vitam fidei Catholicæ fuit obſeruantiſſimus. Fer-
dinandi inaugurationi in Imperatorem Francofurti anno
Domini 1558. interfuit. Præfuit annis quatuor menſ. quin-
que, qui anno gratiæ 1562. ipſa Animarum die, Brulis aqua
intercute, mortalium valedixit conuerſationi. Coloniæ in
ſummo templo iuxta anteceſſores in eodem tumulo repoſi-
tus eſt.

74. Fridericus IV. ex illuſtri familia Comitum de VVeda F
natu, & in omnibus virtutibus honeſtè educatus eſt. Is à
puero optimis præceptoribus commiſſus, literas feliciter di-
dicit, atque magnum rerum vſum ſibi comparauit. Aderat &
vitæ innocentia & prudentia rara. Poſtea ſe Coloniam con-
tulit & inter eius Eccleſiæ Canonicos receptus fuit. Ibi cùm
modeſtè viueret & aliis ſuis virtutibus exemplo eſſet, factum,
vt tum omnibus gratiſſimus eſſet, tum in Decanum eligere-
tur, cùm iamdudum in Traiectenſem Præpoſitum creatus eſ-
ſet. Itaque poſtea cùm præſul Iohannes Gebhardus fato fun-
geretur, ipſe omnium calculo an. Dom. 1562. in eius locum
Archipræſul & elector declaratus fuit. Eam rerum admini-
ſtrationem nactus, res ſuæ ditionis optimè diſpoſuit, & talem
ſe exhibuit, vt ab ipſis ſubditis primum diligeretur. Electio-
ni ac coronationi Maximiliani II. Imp. Francofurti interfuit.
Verùm Pontificatus ſui anno ſexto ſeipſum vltrò cum ſum-
ma gratiarum actione propter corporis difficultatem, & alia
quædam incommoda, abdicauit, tradens liberam in manus
Capituli electionem. Priuatam vitam egit per annum, & mo- G
ritur. An. 1568. Coloniæ.

75. Salentinus illuſtris Comes Iſenburgiens. Decanus
apud D. Gereonem, ac Canonicus ſummi templi, eximia vir-
tute, eruditione ac ſapientia præditus, concurdibus totius Ca-
pituli Colonienſ. procerum ſuffragiis electus an. Dom. 1567.
23. Decemb. declarauit fidei ſeſe Catholicæ ſtudioſum & de-
fenſorem, quod initio ſui Archiepiſcopatus, Eccleſiaſticum
ſtatũ per viros pios ac doctos viſitari ac profeſſionis ſuæ cũ
admoneri voluerit: declarauit ſe quoque iuſtitiæ obſeruantiſſi-
mum, quod iudicibus omnibus ſerio mandauerit, & œcono-
miis, ab ea nullo pacto declinare. Vidit quoque diœceſin ære
alieno oppreſſam & oppignoratam, quare eam liberam red-
dere, ſummis viribus incubuit. Hac autem ſedulitate nominis
immortalitatem apud omnes conſecutus eſt. Elegit Ratisbo-
næ cum aliis Electoribus Rudolphum II. in Imperatorem
Romanum anno Domini 1576. Anno Domini 1574. per Do-
minorum de Capitulo vota, in Adminiſtratorem diœceſis
Paderbornenſis die 21. Aprilis deſignatur. Anno eodem 29. H
Decemb. cum omnium diœceſis Ordinũ applauſu & iubilo,
nullo equitum numero introductus & inauguratus eſt. Cete-
rum cum annis decem laudabiliter ac vtiliſſimè diœceſi
præfuiſſet, conuocatis Nobilitate ac Oppidorum Præfectis,
Brulis anno Domini 1577. 13. Septemb. in pleno Conuentu
renunciauit. Reſignationis cauſam potiſſimum adducebat,
quòd ſtirps illa Iſenburgica, vnde ipſe originem trahebat,
maſculo careret hærede, illam ſibi prouinciam cõmendatam.

76. Gebhardus natus eſt ex ſuperiori Germania, perantiqua
& illuſtri familia liberorum Baronum VValburg, cogno-
mento Truchſes. Cùm eſſet ſummæ ſpei ac literarum cupi-
dus adoleſcens, hinc inde ſeſe ad celebria Gymnaſia ac Aca-
demias, vt animum liberalibus artibus excoleret, ac linguas
addiceret, non tulit. Apud Louanium cum Philoſophiæ præ-
ceptis haud mediocriter imbutus eſſet, Romam conceſſit.
Hanc vrbem & vidit, ibique benè vixit. Inde reuerſus in Ger-
maniã, Ottonis Cardinalis Auguſtani ſui auũculi perſuaſione
ac autoritate Eccleſiaſticorum ſeſe albo coniunxit. Factus eſt
deinde apud Auguſtã ſummi Collegij Præpoſitus, & apud Ar-
gentoratũ Cathedralis Eccleſiæ Decanus. Coloniæ quoq; cum
ſummi templi Canonicis connumeratus eſſet, ita cum eis vixit,
vt

A [illegible] numerum animum ad[illegible] tiſſimus Capituli re[illegible] ſtem ad diſcutiendam con[illegible] chipræſule deliberatum eſt. [illegible] E

Maxima pars Capitularium in [illegible] qui inde quod ſuffragiorum numero excederet, [illegible] est & declaratus Archiepiſcopus anno Domini 1577. pridie D. Nicolai, cùm trimeſtre ſupra triceſimum ætatis annum exceſſiſſet. Mox à nobilitate pariter ac ciuibus ſumma cum gratulatione inauguratus eſt. Commendabatur cùm literarum multiuga eruditione, tum linguarum peritia: commendabatur & animi modeſtia, ac ſingulari pietate. Omnes autem pij de hoc Reu. tend. ſibi benè ſibi pollicebantur, cum pro ſua ſingulari prudentia ac pietate præſtiturum, quod alij neglexerant.

Verum præter opinionem res accidit. Nam fide Catholica relicta in hæreſim prolapſus, dum in ea pertinaciter hæret excommunicatur & dignitate exutus anno 1583. menſe April.
B Succeſſo omnium ſuffragiis Maio ſeq.

72. Erneſtus Alberti Bauariæ Ducis Filius prius Canonicus Colonienſis, & Epiſcopus Leodienſis, Princeps omnibus numeris abſolutus, qui adortus hæreticum Truchſeſium, eiúſque fautores arma expedire coactus, ditionem ſuam à tyrannide illorum feliciter vindicauit, & Catholicam Religionem magna alacritate promouet, hæreſúmque extirpationi ſtrenue incubuit. Præfuit tam Colonienſi, quam Leodienſi, atque inſuper Monaſterienſi, alijſque Epiſcopatibus, prudentiſſime vſque ad annum Salutis 1611. ipſe autem annus natus 61 placidè obdormiuit.

78. Ferdinandus ex fratre nepos omnium ſuffragiis aſſumitur anno eodem, & ſequenti inauguratur etiam quinque Epiſcopatuum Præſul. De quibus vt in die rationis apud ſupremum Iudicem dignè reſpondeat, ij quos regendos ſuſcepit, expetant hoc anno 1626.

C EPISCOPI TREVIRENSES.

Ac primum

TREVERICÆ CIVITATIS ORIGO

ac encomium.

Treuiris magnitudine rerum geſtarum & vetuſtate præclara ciuitas, Galliæ Belgicæ metropolis, ante Chriſti aduentum 1947. tempore Abrahæ à Trebeta Nini filio, condita. Hic à Semiramide matre ex Aſſyria profligatus, vel vti annales Treuirorum perhibent, effrenem & iniquam matris libidinem fugiens, ex regno cum magno Aſſyriorum agmine ſeceſſit, & poſt varios errores itinerum ac ambages, in Europæ ad amœnam quandā vallem, natura loci munitam, iuxta Obſincā, quæ iam eſt Moſella, deuenit, vbi à ſuo nomine ciuitatē hanc condere cœpit. Huius ciuitatis antiquitatem trecentis & mille annis ante vrbem Romam perſcrutatus eſt Æneas Syluius. Hæc quantum olim potentia, opibus aliiſque ornamentis floruerit, præclarorum ædificiorum ruinæ ac monumenta, manifeſtò oſtendunt. Videtur etiam ibi ſtupendi operis Palatium; quod inſtar Babylonici muris ex cocto latere factum, tantæ firmitatis hodie manet, vt nulla arte frangi queat. Multi
D præclari ſcriptores huius faciunt in ſuis ſcriptis mentionem. A Iulio Cæſare, vt in ſuis *Commentar. lib. 5. & 6.* videre eſt expugnata. Habuit ſuos duces, qui in ea dominabantur: verùm poſtremus, cùm nimium libidinibus indulgeret, à Lucio Romano Proconſule occiſus eſt, & Cludoueo Francorum Regi vrbs tradita. Hæc acta referunt circa annum Dom. 485. Inde tempore Iuſtini per Gothos iterum eſt deſtructa & per Ottones ac Henricos Imperatores reſtaurata & ad Imperium redacta circa annum Dom. 382. Hæc vrbs à D. Materno quoq; ac eius ſocijs lege Christiana imbuta eſt, inde tempore Maximiani tyranni, qui fuit an. Dom. 588. agente truculentiſſimo Rictionaro Præfecto, tota ob Catholicam fidem interempta eſt tum vrbis Gubernator, ac Princeps fuit inclytus Palmachius Senator pius, qui ob Chriſti religionem cum vndecim Senatoribus ac tota ciuitate interfectus eſt. Plura *vide apud Franciſcum Irenicum.* Antiquiſſima totius Germaniæ Vniuerſitate hæc ciuitas inſignitur, Archiepiſcopum autem ſuum ordine agnoſcit Dominum. hic tres habet Coepiſcopos, Metenſem, Verdunenſem ac Tullenſem.

1. Igitur S. Eucharius ex 72. Chriſti diſcipulis, natione Græcus, Treuirim paganiſmo planè inuerſam accedens D. Pe[illegible] 25. Reſuſcitatio cuiuſdam prædiuitis matronæ Albanæ filij, Valerij vocabulo, occaſionē præbuit apud multos ſpiritualis reſuſcitationis. Mirabilem Dominus ſui Euangelij excitauit fructum: accurrit vniuerſus populus ac baptizari cupiebat: quæ ex titulo quodam, qui ex ciuitate fluebat, ordine ac magno gaudio fiebat. ibi in templa idolorū inuolabant, altaria prophana euertebant, vetus fermentum expurgabant, ac totam ciuitatem à ſuperſtitioſis cultibus emundabant. Conſtruebant Eccleſias, conuenticula ad Dei honorē & ſeruitium erigebant, & Chriſti religio per Dei digitum florere cœpit. Circa an. Do. 70. Senatrix Albana, cuius excitauit filiū donauit pro eo beneficio ſancto Dei viro, domū ſuam, ipſe mox exulla ipſa domo primata; publicum eorum (qui iam Chriſto initiati erant) templum faciens, S. Ioanni Euāgeliſtæ in primum dedicauit. In hac domo, F
& in hoc ipſo templo S. Eucharius habitauit in hac mortuus, mox ab auditoribus in ſubterraneam templi cryptam poſitus, ibiq; humatus eſt, in quem locum omnes poſtea ſucceſſores, Epiſcopi Treuirēſes vſq: ad Valentinianū 26. Amiſſi item eploeati, deportati, ibiq; decenter humati ſunt, tumulis & mauſolæis 15. ampliſſimis, parieti Cryptæ eleganter inſertis, quæ non niſi cum multa admiratione videri poſſunt. Periit incendio hæc Cella S. Eucharij circa an. Dom. 330. ſed reſtituitur paulò poſt à S. Agritio Archiep. Treuirorum 27. qui corpus S. Matthiæ Apoſtoli Treuirim afferens in eam Cellam tranſtulit, quā deinceps S. Matthiæ monaſterium appellandam conſuit. Euerſa verò tandem ab Attila Hunnorum rege (qui ſe metū orbis & flagellum Dei dicere non erubuit) tota ferè Treuiris, Cella hæc S. Matthiæ etiam ſolo æquata eſt, quam mox tamē Cyrillus 57. Treuirorum Archiep. non ſolum reparauit, ſed & auxit, & ampliauit, ſibique tumulum illic propè anteceſſores ſuos conſtituit. S. Eucharius igitur cùm Eccleſiam ſanctiſſ. gubernaſſet, anno Chr. 66. ex hac luce ad æternam migrauit.

2. S. Valerius Eccleſiam ſanctè viuendo & verbum vitæ prædicando probatiſſimè rexit. In eo ſpacio temporis multos ad Dominum populos conuertit, ſigna magna & prodigia exercendo, & ad agnitionem Catholicæ fidei perduxit. Qui etiam tam ſtudioſe verbo prædicationis inſtabat, vt iam tunc penè per Galliam & Germaniam Chriſtiani paganos & numeros ſuperarent & religione. S. Eucharius ei per viſionem apparuit, & eum de obitus ſui reſolutione certiorem fecit, & vt Maternum regiminis ſuis faceret ſucceſſorem, admonuit. Inde ipſe habita ſalubri ad fratres exhortatione, coram ſuis diſcipulis feliciter in Domino 4. Kalend. Febr. Spiritum Deo reddidit, anno ſui regiminis 15. & Chriſti 93. G

3. S. Maternus defuncto Valerio, ſub quo Gentilitatis vires valdè debilitatæ ſunt. ad clauum admotus eſt. Hic opus optimè inſtitutum, ſummo ſtudio continuare ac perficere adnixus eſt. Egit concionatorem ſtrenuum, & quod docuit, opere exercuit. Eucharius Treuir. fundauit Eccleſiam, at hic Euangelium tere longè lateq; expandit. Adiunxit & Agrippinen. & Tungrenſem an. Pontificatus ſui 10. ſub Clemente Papa ac Traiano Cæſare, & ita de tota Germania optimè meritus eſt, qui ſic vixit, vt ſuis poſteris lucidiſſimū exemplū, vel motum ſanctitatis, vel diligentiæ in rebus agendis vel doctrinæ, reliquerit. Cùm huic tā ſancto operi indefeſſo labore 40. an. præfuiſſet, operibus bonis plenus Colon. vita defecit, an. ſal. 133. H

4. S. Auſpicius Poſt D. Maternum ad clauum Eccleſiæ admotus eſt, qui ſuo officio functus eſt, quare laboris ſui glorioſum in cœlis refert præmium.

5. S. Celius poſt hunc admouetur. Fuit hic genere coram mundo clarus, apud Deum virtutibus illuſtrior quæ vera virtus eſt.

6. Felix I. re ipſa inſignis Epiſcopus, qui præfuit circa an. Dom. 142.

7. Manſuetus, qui huic nomini & vocationi ſuæ vita proba, an. Dom. 160. optimè reſpondit.

8. Clemens an. 175. alijs in ſuo munere non inferior.

9. Moyſes tempore Eleutherij, Pontif. Rom. an. 189.

10. Martinus I. Chriſti martyr ſanctus.

11. Anaſtaſius ad gubernaculum creatus, anno 216.

12. Andreas egregius ſui ouilis paſtor.

[illegible] nu. | [illegible] o nn

A [illegible] | [illegible] ſſime E

[illegible] | [illegible] tem

[illegible] | [illegible] Rex ad-

17. Marcus. De [illegible] tis, niſi tantum nuda nomina.

EPISCOPI TREVIRENSES ET TVNGRENSES.

18. Auitus fuit an. Dom. 262. Pont. Max. Sixto primo. Ad hunc ex ſuperioribus Epiſcopis 21. intra an. 50. martyrio coronati fuerunt. Nam poſt obitum D. Martini, plurimi ex Treuirenſibus ad paganiſmum redierant: quare ibi Epiſcopum agere, certum erat ſui ſanguinis diſcrimine præſidere.

19. Fuit autem hic Auitus ea regali progenie, ſcil. regis Tungrorum vltimi filius, & fuit 19 Treuir. Tungr. ſecundus à Materno Epiſc. Præfuit vtrique Eccleſiæ optimè an. qui multos ad fidem Chriſti conuertit. Obiit tandem Nonis Iulij.

20. S. Marcellus, alias Marcellinus, ſanctè & prudentiſſimè præfuit. Fuit Tungrorum tertius Epiſcopus, & huius prædicatione Rex Angliæ, id eſt Lucius, baptizatus eſt.

B 21. Metropolita. Hic cœpit tempore M. Aurelij Antonini, an. 2 & ſedit an. 19. qui plurimos ad Chriſti religionem conuertit.

22. S. Seuerinus Epiſcopus quoque Tungrenſis 5. fuit tempore Gordiani, anno eius primo, & ſedit annis 14. Hic vitæ ſuæ curſum in bonis operibus & prædicationibus feliciter terminauit.

23. S. Florentinus Tungrenſis 6. Imperij Galli & Voluſiani, vir ſanctus, & verbi Dei egregius concionator. Obiit 6. Kalend. Nouemb.

24. S. Martinus 2. Tungrenſis 7. ſedit an. 14 in vtroque Epiſcopatu. Hic magna ſanctitate conſpicuus fuit, & ſuis concionibus Hasbanos populos ad fidem Chriſti conuertit. Præfuit an. 14. qui Hasbanorum dicitur Apoſtolus.

25. S. Maximinus 8. Tungrorum, fuit Imperij Probi an 1. ſedit an. 12. Migrauit ad Dom. 12. Kalendas Iulij Theologiæ Doctor inſignis.

DESINVNT TVNGRENSES.

26. Valentinus fuit tempore Diocletiani Imp. & ſedit an. 18. C Poſt eius diſceſſum ſedes Tungrenſis vacauit per ſeptennium, videlicet vſque ad 13. an. Pontificatus Syluestri qui fuit an. Imperij Conſtantini Magni 18. Obiit autem Valentinus an. Dom 316. Poſt huius obitum ſedes Tungrenſis ſeparatur à Treuirenſi, & Treuirenſes ex ſe Epiſcopum fecerunt. Creditur à S. Materno Præſules prædictos hucuſque ſedis etiam Agrippinenſis habuiſſe curam.

ARCHIEPISCOPI TREVIRENSES.

27. S. Agritius Græcus, Antiochenæ Eccleſiæ Patriarcha, admirandæ ſanctitatis & doctrinæ vir, inſtantia optimæ Helenæ, ac B. Syluestri Pontificis iuſſu cum quibuſdam religioſis viris ex Oriente Romam peruenit. Miſſus ad Treuiros, vt eos denuò ad Chriſtum conuerteret, an. gratiæ 330. Hi enim ob diuerſa pericula & temporum iniurias Paganiſmo innexi erant. Vbi vir ſanctus, vt alter Eucharius, populum ab antiquo errore eripuit, ibi tandem in pace vitam finiuit, & in Eccleſiam, quæ modo S. Maximini dicitur, an. Chr. 345. repoſitus. Fuit hic primus Treuirorum Archiep. ac totius Germaniæ ac Galliæ Primas, Patriarcha. S. Syluester ac D. Helena D hunc pretioſiſſimis reliquiis ornatum, tunica videlicet Domini noſtri Ieſu Chriſti inconſutili, vno clauorum, cultro Chriſti, quo in cœna vſus fuerat, crucis ſanctæ parte exitua, corpore D. Matthiæ Apoſt. ac aliis quibuſdam, cùm his Treuiros miſit, qui illas in ſacras ædes diſtribuit. Agritius vir inſignis, fideles miniſtros per regionem conſtituit, conſtruxit Oratoria, & in his operibus habuit illam Imperatricem fautricem ac adiutricem, cuius etiam Palatium in D. Petri templum conuerti fecit. Emigrauit ex hac vita an. Chr. 345.

28. S. Maximinus ſecundus, ex Aquitania clariſſimis ortus progenitoribus. Habuit fratrem Maxentium: Hi admodum accurate educati ſunt, literis ſacris ac optimis moribus, futuri quandoque Chriſtiani dogmatis inſignes defenſores. Eccleſia Pictauorum Maxentium nacta eſt Pontificem, qui eam laudabiliter rexit. Maximinus ſe in Germaniam ad S. Agritium Treuirorum Archipræſulem contulit, eiúſque diſciplina plurimum profecit. Quidam Quiriacus, vir bonus ac pius, per ſomnium certior factus eſt, Maximinum Agritio ſucceſſurum. Huius rei non ignarus Agritius, cum ſucceſſorem pronunciat

[illegible] | [illegible] facti poſt ſie-

V [illegible] ſancto Maximino, teſtimonium. Habuit ſui ſimilem [illegible] aſium, Eccleſiæ vnicum fulcimentum. Ipſe Colon. & conuocari fecit contra Euphratem Pſeudo-Epiſcopum, conſilium, eúmque cum alus depoſuit, auctoritate Iulij I. Rom. Pontific. Profectus eſt cauſa peregrinationis Romam, & itineris ſui ſocium adhibuit Diuum Martinum. Inde in patriam excurrens vt ſuos inuiſeret, obiit S. Paulinus, ſucceſſor corpus eius Treuerin aduehi curauit, & in monaſterium, quod nunc eſt S. Maximini, repoſuit. Poſt mortem multis claruit miraculis. Obiit in Septembri, cùm an. 15 ſanctiſſimè præfuiſſet.

29. S. Paulinus ſuperioris diſcipulus, eruditione & pietate clariſſimus, ab omnibus eligitur, & à B. Maximino Epiſcopo in Treuirenſem conſecratur. Ea tempeſtate (Conſtantino Imperatore in Catholicos inſaniente) Treuirenſes, imo tota Germania præſtantiorem Epiſcopum & paſtorem habere non potuiſſent. Fuit Nicænæ fidei contra Arrianos propugnator vehementiſſimus. *Vide de eo Tripart. hiſt. lib. 5. cap. 15. & 16.* Ob F Catholicam fidem, quam prædicabat & defendebat, fatigatus variis exiliis ad mortem vſque tandem apud Phrygiam, (vbi à Conſtantio exilium patiebatur) beatæ paſſionis coronam à Domino an. Chr. 363. percepit, iuxta *Hieronymi Chronicon*. S. Hilarius de eo inter alia dicit, quod corpus eius ſit ab obitus loco tranſlatum Treuirim. Præfuit annis duodecim vir ſanctiſſimus. Ad hunc inuiſendum S. Ambroſius Mediolano miſit S. Albanum cum Theoneſto, qui Moguntiæ ab Arrianis interfecti ſunt. Eſt alius Paulinus martyr, cuius caput malleo ferreo pro Chriſto contritum dignoſcitur, ſicque effuſo cerebro cum pio ſanguin fœlici ter occubuit. Hic Coloniæ in Eccleſia S. Cæciliæ requieſcit.

30. S. Bonoſus, inde S. Paulino mortuo, ac ad æternam vitam tranſlatu ſuccedit. Fuit autem hic, eximia ſanctitate & egregia G eruditione conſpicuus. Præfuit an. Chr. 363. & præſedit laudabiliter, ac ſummo Chriſtianæ pietatis promouendæ ac amplandæ ſtudio. Mortuus eſt an. redempti orbis 368.

31. S. Bricto, alias Brictonus, legitimè creatus ſuccedit. Fuit autem vir ſanctus, & ſuo officio minimè defuit, an. 12. turbulentiſſimis præfuit temporibus. Apud Damaſum Pont. Rom. ob eximiam ſanctitatem & eruditionem, ſummæ fuit auctoritatis. Reliquit terras an. gratiæ 380.

32. S. Felix II. conſentientibus patribus B. Brictoni ſuffectus eſt, inde ob arctiſſimam conſuetudinem, quam cum S. Martino habuit, ab eo conſecratus eſt. Regnabant tum temporis in eo loco hæretici nonnulli, verùm hic, vt infelix illud extinguerent lolium, nullis pepercit laboribus. Poſt duodecimum autem Pontificatus ſui annum, Epiſcopali renuncians apici, in Collegio beatæ Virginis ad Martyres, quod condidit ſolitarius vacabat contemplationi, & reliquum vitæ ſuæ tempus tranſegit. Vbi paulo poſt vitam morte mutans an. Dom. 392. diem obiit extremum. Ædificauit & baſilicam in honorem S. Paulini, cuius afferri fecit oſſa, & in eam collocauit.

33. Mauricius ſecundus, poſt Felicem ad clauum Treuirenſis Eccleſiæ admotus. Præfuit an. duodecim, iis temporibus, H quibus ſancti illi doctores, Hieronymus, Auguſtinus, in Eccleſia Catholica floruerunt, id eſt, an. 398.

34. S. Legontius, defuncto priore, miniſterium Sacerdotale ſubiit. Fuit autem in Philoſophia, item diuina lege peritiſſimus, & in ea die ac nocte meditabatur, & in eu faciendo vitæ mortalis periodum abſoluit felicis, ac à morte in Eccleſia B. Mariæ an Martyr. à Felice condita, ſepultus, an. Dom. 144.

35. S. Auctor II. ex Epiſcopo Metenſi, Archiepiſcopus Treuirenſis conſtitutus eſt, vir honeſtæ atque prorſus laudabilis vitæ. Carnis debitum ſuo tempore ſoluens 13. Septemb. in Eccleſia D. Maximini tumulatur. Inde tranſlatus poſt aliquot an. in Tabenam ſupra Sarram repoſitus eſt.

36. S. Seuerus, diſcipulus S. Lupi, Trecenſis antiſtes, totius ſanctitatis exemplar. S. Hieronymus huius tempore Treuiris bonis literis incubuit. & S. Seuerum ob vitæ innocentiam plurimum amauit. Cùm enim egregius eſſet Concionator, ac verbum Dei Germaniæ populis magno fructu prædicaret, Treuericus ordinatus eſt Archiepiſcopus. Inde cum S. Germano Antiſiodorenſi, & S. Lupo Trecaſſinu Epiſcopis in [illegible],

Britan

Britanniam profectus eſt, & ha[illegible]ianam [illegible]
A derant,& exſtirparant. Mortem obiit Chriſti Conf[illegible] ann[illegible] ſalutis noſtræ 420.

37. S. Cyrillus creatus anno gratiæ 41[illegible] in Ar[illegible] [illegible]ſolo; vir oppido pius, & populi diligentiſſimus in[illegible]. Præfuit in magna rerum perturbatione.Cumque nactus eſſet paululum otij ac tranquillitatis,Cellam Diui Euchary, id eſt, S.Mathiæ Baſilicam euerſam, reparauit & ampliauit, quæ modo longe pulcherrima eſt.Inde optimus Princeps à morte in illam tumulari ad ſuos anteceſſores, voluit.

38.Iammerius ſuccedit, qui de illorum numero fuit, quorum corpora in pace ſepulta ſunt & nomina eorum viuunt in generatione & generationem.

39. Emerus,vir, qui ſe pro domo Dei tanquam murum inexpugnabilem poſuit. Plurimum aduigilauit, vt Pelagiana hæreſis extingueretur.

40. Marcus II. de eorum genere, quorum ſapientiam narrant populi, & laudem eorum nunciat Eccleſia. Collegium S. Paulini à tyrannis vaſtatum, reparauit, & à morte in illud ſepultus eſt. Peruenit ad annum Chriſti 441.

41.Voluſianus perfectus iuuentus eſt,& in tempore iracundiæ factus reconciliatio. Eccleſiarum ſuarum priuilegia tum
B defendit,tum reſtaurauit.E viuis exceſſit an Chr. 468.

41. F. Miletus & hic dilectus Deo & hominibus,qui optimè gubernationi præfuit, mortuus an.472.

43. S. Modeſtus mundi gaudia eiúſque noxia blandimenta & caduca neglexit, mortuus eſt,an.ſalutis 486. ſepultus apud S. Eucharium.

44. Maximianus fuit tempore Anaſtaſij blaſphemi Imperatoris in Trinitatem,qui ob id fulmine periit, Habuit autem Epiſcopus S.Caſtorem pium Sacerdotem Diaconum: & Epiſcopus mortuus eſt anno gratiæ 498. cum benè annis decem præfuiſſet.

45. S. Fibicius ex probatiſſimo S. Maximini Abbate Archiepiſc. conſtitutus eſt, qui Eccleſiæ Dei ſua conuerſatione minimè dedecori fuit. Mundum cum ſuis reliquit an. Dom. 500.tranſiens ad cœlum.

46.S. Abrunculus, & hic ſeculi gaudia vana reſpuit,qui iam lætus potitur cœleſtibus cum Angelis. Obiit an. Dom. 515. ſepultus eſt ad S. Paulinum, inde tranſlatus eſt in monaſterium Springenburgenſe.

C 47. S. Ruſticus II.Hic primum inter Præſules mentis lenitate vſus, vitæ mollioris blandimenta in multorum ſcandalum,ſequutus eſt.Erat quidam presbyter tunc temporis,Goar nomine,qui ex Aquitania venit, & in diœceſi Treuirenſi in pago Trigorio propè Rhenum oratorium ſibi in honorem B. Virginis conſtituerat. In hoc ipſe diuinis laudibus die ac nocte vacabat, & ſuis aſſiduis concionibus multos paganorum ad fidem Chriſti conuertit. Verum hic Epiſcopus huic pio viro non bene fauebat. Cùm autem infans, cuius ignorabantur parentes,clam eſſet expoſitus, Ruſticus de eius volens ſanctitate periculum facere ipſum Goarem virum Dei coëgit, vt qui infantis eſſent parentes adiurando proderet. Ibi Goar puerum in nomine Sanctæ Trinitatis adiuret,vt parentes ipſemet nominet ac manifeſtet. Infans reſpondit: Ruſticus Epiſcopus meus eſt pater ac Flauia mater. His reſponſionibus extortis ac auditis, Epiſcopus non parum expauit, ipſe quoque Goar,& populus valde commotus eſt. Rex Francorum & omnis populus Epiſcopatum eius Goari obtulit,verum ille conſtanter recuſauit. fuit verò Epiſcopo Suaſor, vt commiſſum
D ſcelus pœnitentia dilueret. Hanc ille in cœnobio B. Virginis, ad Martyres,per ſeptem annos peregit, & inde vitam piam ad mortem vſque perduxit, & animam Deo ſub Clotario Rege Francorum reddidit.

48.Aponoculus Archiep.Treuiricus, qui mundi gaudia vana, ac diuitias eius fallaces cœleſtibus ſemper poſthabuit.

49.S.Nicetius in omnibus negotiis ſuis coram Deo & hominibus ſuſcipiendus. A natiuitate capitis ſigno & vitæ optima educatione, Clericum agere ſemper viſus eſt. A parentibus monaſterio traditus eſt, & in eo tantum profecit vt eidē Abbas præficeretur,Regis Francorum Theodorici autoritate. an. Dom. 536. Treuirorum Archiepiſcop. conſtitutus & ordinatus eſt. Hic qui ad eius ſpectabant officium, optimè exercere & exequi conatus eſt: nam in coërcendis peccatis fuit acer non vulgarium duntaxat, verum etiam Principum, quod Theodebertus,Theodorici regis filius,qui regnum pater mortuo ambiebat, repulſo fratre Clotario,expertus eſt. Inde Clo-

ta[illegible]um regem, pro ſu[illegible] excommunicaui[illegible]m E
[illegible] exilium min[illegible]tatur, minime eſt commotus [illegible]eliò mi-
[illegible]tu[illegible] concionab[illegible] quot[illegible]e ac populum in offi-
[illegible] [illegible]tectione laborabat. Peſtis tempore [illegible]pte cladem ſuis precibus ab vrbe Treuerica auertit. Viuens miraculis adeò effulſit,vt qui eius in periculis nomen inuocaſſet,liberaretur. Gregorius Turonenſis,Fortunatus Pictonum Epiſcopus, Ardius eius diſcipulus, huius ſancti viri pietatem mirum in modum celebrant, qui cum D.Nicolao comparare non verentur. Tandem diuina viſione ad cœleſtem patriam euocatur, & modica pulſatus febri, ſpiritum ad Deum præmiſit: ſepultus eſt in baſilica D. Maximini Præfuit annis 17. cum ſummo animarum fructu:mortuus an.Dom. 551.

50.S.Magnericus poſt S. Nicetij mortem in Eccleſiæ Treuirenſis Archiepiſcopatum promotus eſt. Hic ſui prædeceſſoris fuit diſcipulus,& comes indiuiduus,& in regimine ſucceſſor digniſſimus.Erat hic Deo deuotiſſimus, tum in D. Martinum iam dudum terris ſublatum, & ſignis coruſcantem, ſingularem geſſit deuotionem, quare in eius honorem tres Eccleſias conſtruxit. Tandem optimus præſul deficiens, à morte in monaſterio D.Martini repoſitus eſt. F

51.S.Gaugericus ex Lutzemburgenſi prouinciæ, cùm eſſet Cameracenſis ordinatus Epiſcopus, mortuo ſuo magiſtro Magnerico ad Treuericam quoque Eccleſiam admonetur, & dignus qui vtrique præeſſet, habitus eſt. Gubernauit igitur vtramque laudabiliter, & cum Cameracenſem viſitaret, vita excedens ibi, Cameraci ſcilicet, ſuæ ſanctitatis in Eccleſia, quam in diuæ Virginis honorem ædificauit, nactus eſt ſepulturam.Præfuit annis 33. & circa annum Dom. 594. obiit venerabilis Magnericus.

52. S. Suhaudus ad clerum Eccleſiæ aſcitus vitam duxit tali paſtore dignam,i.e.planè ſanctam, & mortem, quam debuit creatori ſuo,& omnium noſtrûm, inuenit.

53.S.Seuerinus Archiepiſcopus Treuirenſis,vir fuit diuino cultui dedtiſſimus.zelans Dei honorem ex animo, qui vt dictis & exemplis Eccleſiæ plurimum præfuit.S. Amando Epiſcopo Aquitano in concionando fuit Collega & ſymmiſtes. Burdagali mortuus eſt: & Chriſtus eius mortem crebris miraculis pretioſam fuiſſe teſtatus eſt.

54.S Modoaldus ex inclyta Aquitanorum proſapia,ex palatio ad Eccleſiæ Treuiricæ gubernationem inuitus rapitur. H
Habuit ſororem Itam,quæ nupſit clariſſ.duci Pipino: fuerūt hi S.Gertrudis virginis parentes.Habuerunt & filiū Grimoaldū, qui duo illa præclara monaſteria, Stabulanū & Malmundariū,ex proprio pecunio conſtruxit,quæ S.Remaclo ad inſtituendam monaſticam vitam tradita ſunt. Fuit hic Modoaldus vir ſumma prudentia, tum ſingulari manſuetudine præditus.

55.S.Numerianus fidelis Doctor & informator ſuæ plebis, vir vitæ ſanctimonia & eruditione inſigni excellens, qui in æthere ſanctorum collegio connumeratur.Obiit an.Dom.715. eo tempore, quo Mahometicus furor initium ſumpſit.

56 S. Baſſinus ex nobiliſſimo Ducum Auſtraſiæ genere natus frater Lotharingiæ ducis,qui vt mundi gaudia & gloriam caducam vitaret, in D Maximini monaſterio factus eſt.Monachus,inde & vitæ probitatem Abbas 17.impulſu verò Gregorij II.Pont. Treuirorum Archiepiſcopus creatus eſt.Qui ita præfuit, vt baſis templi in domo Domini dici meruerit. In bona ſenectute obiit, & in ſuo monaſterio ſepultus.

57. S. Luitvvinus, Baſini ex ſorore nepos Belgicæ Galliæ Dux. Hic augendæ pietati ſtudio aliquot monaſteria apud Treuiros liberaliſſimè dotauit, tandem vxore legitima mortua, monaſterio ſuper Sarram fluuium Benedictini inſtituti,in ſua ditione,quod Mediolanum appellatur, conſtructo, monaſtici rigoris habitum ibidem aſſumpſit, ac vitæ prioris leuitatem, acri pœnitentia diluit. Verum auunculo ſuo Baſino ad ſuperos tranſlato, Archiepiſcop. Treuiricos legitimè electus eſt. Cui munere laudabiliter & vtiliter annis aliquot præfuit. Tandem cùm Rhemos profectus eſſet ad Concilium generale,mortuus eſt ibi & in ſuo monaſterio an.Dom.721. ſepultus, qui miraculis multis clarere dicitur. G

58.Clodolphus S.Arnulphi Metenſis Epiſcopi,qui ex Francorum regum ſtemmate fuit, legitimus filius. Pater fuit Metenſium Epiſcopus, & eo reſignato, filius aſſumitur. Cùm verò hic laudabiliter præſideret, ad Treuiricæ Eccleſiæ regimen quoque poſtulatur. Verum Milo Luitvvini filius, homo profanus,Epiſcopatum Treuirenſē quaſi Paterno iure,inuaſit & occupauit,& Clodolphum. virum iuſtum & ſanctum

mul

A [illegible]
& [illegible]
ſem E[illegible]
an obtinuit. Quanto [illegible]
bat, habuit Hildulphum Vicarium, ſpi[illegible] militiæ & vena-
tioni vacabat. Tandē à quodā apro læſus mortuus eſt, & in
Erácæ oppidulo ſepultus, qui de Eccleſia male promeritus eſt.

59. S. Hildolphus mortuo prophano Milone, legitime ad Epiſcopatum, quem annis aliquot vt Vicarius in ſpiritualibus bene adminiſtrarat, aſſumptus eſt.

60. VVeomadus Abbas S. Maximini, ſuperioris decreto ordinarie deſignatus eſt Archiepiſcopus anno Dom. 753. Hic Collegiis Paulini, Maximini, Martini & Eucharij maxima priuilegia impetrauit, quæ Carolus Magnus rata habuit & confirmauit. Tandem bonus Præſul à facie iniquitatis ſublatus eſt 6 Id. Nouemb. & in ſua baſilica anno Dom. 776. tumulatus, anno ſui Præſulatus 23.

61. Richboldus ex Abbate Monaſterij Metlacenſis, in Archiepiſcopum Treuirēſem an. Chriſti 776. aſſumitur. Fuit vir religioſus, cùm in ſe, tum in alios, moritur an. Dom. 782.

62. VVatzo, alius VVaſo, eiuſdem monaſterij Abbas, vir
B timens Deum, in Archipræſulem aſſumitur. Exceſſit autem è viuis anno 805.

63. Amalharius Fortunatus, monachus Luxouienſis, poſtea Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Græce Latineque doctiſſimus, pariterque eloquentiſſimus: ad Treuirenſis Eccleſiæ gubernaculum legitime electus eſt. Miſſus eſt à Carolo Magno Conſtantinopolim, ad Imperatorem Græciæ Michaelē, & pacem atque amicitiam inter eos conciliauit. Scripſit hic Fortunatus opera quædā de diuinis officiis, quæ à doctis teruntur. Præfuit ſumma cum laude annis 16. mortuus eſt autem an. gratiæ 812. & ad S. Paulinum vir ſanctus ſepultus.

64. Hetto cœnobij S. VVilibrodi Epternacenſis Abbas, legitime conſtitutus eſt Archiepiſcopus. Corpus S. Caſtoris ex Cardena Confluentiam tranſtulit, & in eius, omniumque Chriſto Omologetharum honorem inſignem baſilicam erexit. Præfuit annis 31. ſatis piè, & à morte apud S. Matthiam anno Chriſti 838. ſepultus.

65. Thetgaudus eiuſdem VVilibrodi monaſterij Abbas, ad Eccleſiæ Treuirenſis gubernaculum, inde electus eſt.
C Fuit homo ſimplex, in bonis literis non adeo verſatus. Præfuit an. circiter 18.

66. Bertoldus Abbas Mediolacenſis, & nepos S. Aduentij Metenſis Epiſcopi, legitime tū creatus an. Dom. 867. ſucceſſit, tum à Carolo duce Lotharingiæ deſignatus. Treuirim hoc tempore Normanni occupabant. Hic bonus pater ſanctorum reliquias, ne hoſtibus prædæ eſſent, defodit, & cum pio affectu tuendæ patriæ, & pugnandi pro aris & focis, reſiſteret, infœliciter ceſſit. Metenſis Epiſcopus occubuit, hic fuga elapſus eſt. Interfuit ſynodo Coloniēſi, & ſuarū Eccleſiarū priuilegia ſumma contentione defendit. Cum præfuiſſet Eccleſię vtiliſſimè an. 17. mortuus eſt, an. gratię Euāgelic. 884.

67. Radbodus ex Abbate Epternacenſi à Clero & toto populo in Archiepiſcopum eligitur, vir doctrina & prudentia clariſſimus, qui multum operæ in Eccleſiæ bonis amplificandis poſuit. Fuit Formoſo Pontifici Max. valde familiaris. Præfuit autem 21. annis

68. Ruotherus vir doctus & prudens, cum ad Archiepiſcopatum eſſet aſſumptus, librum Decretorum ſcripſit, & cum
D eum ſuis Suffraganeis Epiſcopis obtuliſſet, atq; ab iis approbatus, voluit eum etiam obſeruari. Cum Henricus Imp. contra Normannos bellum gerere ei auxilio fuit. Cum autem annis 12. præfuiſſet, vita fungitur, anno Chr. 934.

69. Rupertus ex Saxonum ducum ſtemmate ad Archiepiſcopatum admotus eſt. Nobilitatem ſuam vitæ probitate illuſtrauit, qui toto vitæ ſuæ tempore ad Chriſtianam religionem promptiſſimus fuit. Eccleſiam D. Maximini deuaſtatam, reparauit, & dedicauit. Tandem bonus Præſul peſte, quæ tunc vbique graſſabatur, cum 18. annis optimè præfuiſſet interemptus eſt, anno Chr. 965.

70. Henricus inde an. Dom. 965. Eccleſiæ gubernationem ſortitus eſt. Hic cum præeſſet, habuit S. VVolfgangum virum pietate conſpicuum Sacellanum, cuius in reformanda ſua Eccleſia cōſilio & opera vtebatur, & hic poſtea Ratisbonenſis Eccleſiæ factus eſt Epiſcopus. Treuiris iuxta ſummum templum, monaſterium in honorem D. Petri cōſtituit, & ibi [illegible]
[illegible] in ſuburbium, [illegible] peſte interiit [illegible]
in [illegible] Treuirenſe ordinauit, & crucem ibi admodum [illegible] ob certas cauſas conſtituit.

71. Theodoricus Præpoſitus Moguntinus, vir nobilis ac magnæ authoritatis, ſucceſſor [illegible] eſt. Sub hoc Præſule Canonici Treuirenſes maioris templi, qui Henricis anteceſſoris tempore, ad arctiorem regulæ obſeruationem aſtricti fuerant, remiſſiores facti, ſe rebus & negotiis ſecularibus immiſcere cœperunt. Obiit hic Epiſcopus an. Dom. 970. ſepultus in cœmiterio diui Eucharij. Hic anteceſſoris ſui ex Italia corpus afferri fecit, & in maiori templo ſepeliri.

72. S. Ecbertus ex comitum Hollandiæ præclaro ſtemmate ortus, virtute quoque ac eruditione inſignis, pacis ac tranquillitatis publicæ vt amatiſſimus, ita obſeruantiſſimus, omnibus ſuis ex animo charus. Multa oppida quæ Barbari deuaſtarant, reparauit. Erat eo tempore ingens terræ ſiccitas, quæ ſolum omne reddidit ſterile, quare hic ieiunium, quod
F Bannitum dicitur, inſtituit. Vir pius anno virginei partus 989. mortuus eſt, & in ſacello D. Andreæ, ſancti Matthiæ vicino, quod ipſe fundauit, ſepultus. Hic Eccleſiæ Egmundanæ inſignem crucem contulit, cuius virtutes eius loci fratres commemorare ſolent.

ELECTORES TREVIRENSES.

73. Ludolphus Saxonici Sanguinis, Epiſcopale officium & regimen accepit, anno Dom. 989. Immunitatem fratribus S. Petri (quos nunc Canonicos vocant) conſtituit, habitacula eorum muris cinxit, & voluit, vt à Laicis, tum habitaculis, tum conuerſatione differrent. Præfuit annis 10. Primus Elector Treuirenſis.

74. Alberto de Luxemburgo Præpoſitus S. Paulini genere quidem & diuitiis clarus. Archiepiſcopatum cum non potuiſſet obtinere, vi inuaſit, an. Dom. 1008. cum ab ipſo Imper. Henrico alius eſſet electus, & deſignatus.

75. Megingaudus Præpoſitus Moguntinenſis, vir bonus & iuſtus ab Henrico II. Imperatore conſtitutus eſt Archiep. Treuerenſis. Erat in Eccleſia atrox & pernicioſa concertatio,
H rex illegitimo Abelberoni aduerſabatur, & hic illi, quem rex conſtituerat, inſidiabatur & profligare conabatur. Abelberonem armis agebat, alter vero Confluentiæ ſuam tranquillus functionem piè exercebat, qui expletis 5. muneris ſui annis, mortem oppetiit, ibique ſepelitur: Abelbero vero cum videret ſe oleum & operam perdere, ceſſit, & in collegio D. Paulini vitæ colophonem impoſuit, anno Dom. 1014.

76. S. Poppo ex Auſtriæ Ducibus ortus, electus ab ipſo Imp. Henrico, tum ab omni clero & populo poſtulatus, an. Dom. 1015. Quod Daniæ regnum fidem Chriſti ſit complexū hunc autorem fuiſſe dicunt. Ob deuotionem, qua loca ſancta videre tenebatur, ad terram ſanctam profectus eſt. Ex Syria probatiſſimum monachum Simeonem, qui viarum & itinerum erat gnarus, aſſumpſit, quem Treuerim reduxit. Archiepiſcopus in honorem D. Michaëlis, egregium, & permagnificum templum conſtruxit, & cum in illud S. Simeon eſſet ſepultus, paulatim ab ipſo denominationem accepit. Demum cum ſumma laude annis 41. & menſibus 5. præfuiſſet, mortuus eſt anno ſalutis 1037. & in ſuam baſilicam, id eſt Simeonis, ſepultus, Chriſti Confeſſor ſanctus.
G
77. Eberhardus ex Comite Palatino Rheni natus, vir magnificus, ad regimen Eccleſiæ deputatus eſt. Cum autem ad illud munus eſſet admotus, prudentiſſime & religioſiſſime gubernare ſtuduit. Huius Archiepiſcopus inſtantia Leo IX. Pontif. Maximus Germanus, Treuirim cum multis Cardinalibus venit ex Italia, & Eccleſiam multis priuilegiis condecorauit. Tandem bonus Præſul pridie Paſchatis in ſacrario ſubito mortuus eſt, anno Pontificatus ſui 20. Chriſti 1067. cum à Cœna conſecratione rediiſſet.

78. S. Chono alias Conradus Sueuus, primicerius Colon. à ſancto Annone Archiepiſcopo Colon. qui tū Imperij Romani Vicarius erat, ordinatus eſt Archiepiſcopus Treuirenſis. Verum illi, præſertim Seculares, huius præſentia & præſidentia non erant contenti. Incarceratus eſt bonus paſtor aliquādiu à ſuis ſubditis; tandem anno Chriſti 1066. in *Vrezich*, ab impiis de altiſſimo monte tertio præcipitatus, cum manſiſſet illæſus, gladiis eorum interfectus, miraculis claruit.

[illegible]

A [illegible]

cuius hu[illegible]

Fuit vir valde venera[illegible] proceres. Cum annis 18. ſtrenue [illegible] rexiſſet, momentaneæ vitæ valed[illegible], an[illegible] 1077. in Eccleſia D.Petri tumulatus.

79. Ado tempore G[illegible] VII, id eſt, anno Dom. 1077. deſignatur eſt Archiepiſcopus Treuiricus, licet in eorum Chronicis [illegible] non fiat mentio, apud probatos tamen authores celebratur, & inter Archipræſules connumeratur. Fuit vir ſa[illegible]us, pariterque doctus, ait Aloyſius, qui martyrologia de ſanctis Chriſti multa doctè conſcripſit. Hic etiam, vt iuſſus erat à Gregorio Pontifice, res controuerſas inter Imperatores Heinricum IV. & Rudolphum circa annum Dom. 1057. compoſuit.

80. Egilbertus Bauarus Præpoſitus Treuirenſis an. Domini 1079. præſente Imperatore Heinrico IV. ab omnibus legitimè creatur eſt etiam abſens, cum ageret Romæ in Imperatoris negotiis.
B Cum inde in Germaniam ea auctus dignitate & confirmatus, rediiſſet, ab omnibus humaniſſime exceptus eſt, & ſuis effecit virtutibus, vt ab omnibus merito amaretur. Fuit in erogandis eleemoſynis in pauperes liberaliſſimus, & humanitate ac manſuetudine conſpicuus. Cumque annis 22. ac menſibus 8. ſediſſet, ad æternam patriam anno Dom. 1101. conceſſit; ſepultus Treuiris in maiori Eccleſia.

81. Bruno Franco, conſecratus Moguntiæ. Valuit, tum conſilio, tum auctoritate apud Cæſarem, qui eum patris loco habuit. Ob pallium ſuum ipſemet Romam profectus, & perbenignè à Paſchale II. exceptus eſt, verum accuſatus quod ea quæ ſui non eſſent officij, peregiſſet, increpatus eſt. At poſtea in gratiam receptus, Epiſcopalia obtinuit, & Galliæ Primas à ſummo Pontifice deputatus eſt. ſuit inſignis & argutus diſputator: Iudæum quendam Phyſicum diſputando conuicit, & ad baptiſmum induxit. Eccleſias aut conſtruxit, aut collapſas reparauit. Cum præfuiſſet vtiliſſimè annis 23. ex hac lachrimarum valle diſceſſit, & in maiori templo, totius ciuitatis mœrore, ſepulturam anno Chr. 1123. accepit.

C 82. Godefridus Treuirenſis Eccleſiæ maioris Decanus, vir Eccleſiaſticæ diſciplinæ obſeruantiſſimus. Cum annis tribus præfuiſſet; cum ſumma gratiarum actione vltro ceſſit. Reſignationem ſuæ duas cauſas adduxit, clericorum diſſolutam vitam, & ſenectutis ſuæ incommodum.

83. Meginherus natione Leodienſis, qui ab ineunte ætate in Eccleſia Treuirica optime fuerat inſtructus, & ſuis virtutibus omnibus conſpicuus fuit. Cúmque vir mitis ac ingenuus quorundam Clericorum zelo iuſtitiæ laſciuiam corrigere vellet, eorum morſus & odia expertus eſt. Quare vir bonus, vt Pontificis opem imploraret, Romam profectus eſt, & in itinere à quodam, quem excommunicauerat; miſere proditus, captus, luminibus priuatus, ex ingenti cruciatu vitam morte mutauit. Factum eſt anno Chr. 1130. & ab Epiſcopo eius loci Parmæ ſepultus.

84. Adelberus vir prudens, exacti iudicij an. Dom. 1132 ſuffectus eſt. Alius quidam Bruno Canonicus Treuerenſis erat antea electus, verum ille cum gratiarum actione huic lampadem tradidit. Fuit huic D. Bernardo admodum familiaris,
D qui cum Treuiris morabatur. Eduxit quoque ex Italia Eugenium, Rom. Pontif. cum 18. Cardinalibus Treuirim, quem cũ ſuis, menſibus aliquot ſuſtentauit. Tandem præſulatus ſui an. 19. Chriſti 1152. Confluentiæ diem clauſit extremum.

85. Hellinus alias Hillinus, ſummæ ædis apud Treuiros Decanus, vir prudens atque literatus, communi Cleri populique conſenſu in Archiepiſcopum, anno incarnationis Dominicæ 1152. electus eſt. Prouinciam plurimis ædificiis, quibus multum operæ & ſumptuum impendit, exornauit. Ab Imperatore Friderico ſuæ Eccleſiæ nonnulla obtinuit priuilegia. Obiit Pontificatus ſui anno 18. Chriſti vero 1170. & Treuiris in maiori Eccleſia terræ mandatur.

86. Arnoldus Coloniæ apud D. Andream Præpoſitus, Imperatoris Friderici interpellationi à Clero, populoque creatus eſt. Licet pacis eſſet ſtudioſiſſimus, cũ tamen à quibuſdã Comitibus bello impeteretur, eos deuicit, & fecit tributarios. Erat valde locuples, quare ſumptus ingẽtes ſine Eccleſiæ dãno facere potuit. Cum an. 18. laudabiliter ſediſſet, mortuus eſt an. gratiæ 1188. & Treuiris ante arã S. Trinitatis ſepultus.

[illegible] E

[illegible] copatu

[illegible] ha[illegible], [illegible]c Ioannes a [illegible] Pontifice ſub [illegible], & [illegible] [illegible]gefridum Cardinalem ſtatim confirmatus eſt. Ea ſane tempeſtate præſtantiorem paſtorem Treuiri habere non potuerunt. Ita præfuit & profuit, vt tum prouinciæ, tum ipſi ciuitati non parum contulerit, Eccleſiaſticarum rerum curam ſemper maximam habuit. Cum vero diœceſin ſumma cum laude annis 23. gubernaſſet, anno virginei partus 1213. viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt.

88. Theodoricus II. Comes de VVede, præpoſitus S. Paulini, & Archidiaconus Treuir. à Collegio Canonicorum an. 1213. legitime creatus eſt. Fuit pacis ac trãquillitatis auctor. Cum iis temporibus Colonienſes ob ſuorum Epiſcoporum diuerſitatem, excommunicati eſſent eos reconciliauit & abſoluit an. 1215. Tandẽ bonus & vigilans paſtor Confluentiæ anno ſui regiminis 30. rebus humanis valedixit. an. Do. 1242.

89. Arnoldus II. Præpoſitus Treuiricus, Comes Iſemburgius, anteceſſoris ex ſorore nepos, ab vna Capituli parte ſuccedaneus eligitur, à paucis autem Rodolpus Poutanus, Præpoſitus ſancti Paulini. Hic Arnoldo, fretus eſt Ducis Lotharingiæ & Lutzelburgenſis fauore, reſiſtit. Tandem pacificati ſunt & Rudolpho (qui tamen breui mortuus eſt) Lorbergium aſſignatur. Inde liberatus metu Arnoldus, confirmationem vna cum pallio ab Innocentio IV. Pontifice anno Domini 1243. impetrauit. Diem clauſit extremum, regiminis ſui 21. anno à Chriſto nato 1259. F

90. Heinricus II. de VVinſtigen. Decanus Metenſis, à ſummo Põtifice Vrbano IV. duobus in diſcordia creatis, proponitur. Erat ipſe tunc Romæ, & non ambienti oblatus eſt et Archiepiſcopatus. Cum autẽ cũ Epiſcopalibus inſigniis Treuirim veniſſet, ab omnib. officioſiſſime exceptus eſt. Plurimis ædificiis conſtruendis incubuit, & Confluentinos recalcitrantes ſub iugum redegit, & arcem ibi prope pontẽ conſtruxit. In ſenio podagra, quam ſoluere neſcit medicina, valde afflictabatur, & diuum Iodocum viſitare conſtituit. In reditu prope Beneuentũ infirmari cœpit, & Bononiæ ſpiritum reddidit. Præfuit annis 26. & anno Chr. 1286. in terris eſſe deſiit. G

91. Boëmundus de Vansberch, electus eſt cum alio quodam Gerardo de Eppenſtein. Verum dum capitularium examinentur ſuffragia, huic Cardinalium authoritate aſſumptus eſt, & ſtatim per Nicolaum IV. an. 1288. conſecratus. Eccleſiam ſuam hic magnificentia exornare ſtuduit. Cum autẽ an. 11. præfuiſſet, ex hac lachrymarũ valle euocatus eſt, an. 1299.

92. Dietherus Adolphi Naſſouiani Romanorum regis frater, de ordine Prædicatorum. Erat Imperatorum duorũ magna concertatio, vt aduerſus Adolphum Albertus Auſtriacus vnoculus eſſet. & hæc diuerſa electio multa & infinita peperit mala. Bonifacius igitur VIII. Pontifex Rom. hunc in Archiepiſcopum Treuirorum ſubrogauit & conſecrauit, quum Capitulũ eum minime poſtulaſſet. Præfuit igitur an. 7. & tea diœceſeos ſub eo valde debilitatæ ſunt, mortuus eſt an. 1307.

93. Balduinus Comes Lutzenburg. Henrici VII. Imperat. frater, vnanimi Canonicorum conſenſu an. Dom. 1307. aſſumitur. H Ætatis immaturitatem, morum grauitate & conſiliorum prudentia ſuperauit. Erat ſtaturæ mediocris, viuacis ingenij, memoriæ tenaciſſ. Præſtiterat ſe virũ longe expertiſſimum, & ingentem ſuæ ſapientiæ ſpem dedit, quod Mogunt. & VVormacien. atq; etiam Spirenſi Epiſcopatib. breui tempore tam dextrè proſpexerat. Quum autem ad hũc eſſet legitime promotus, ſumma tum fide tum laude præfuit. A Clem. V. Rom. Pont. conſecratur & Pallio donatus eſt. Tandẽ optimus ac laudatiſſimus Princeps ex hoc lugubri ſeculo, publico omniũ luctu an. Chr. 1354 Præſulatus 46. ætatis 68. migrauit.

94. Boemundus II. Sarapontinus, Archidiaconus Treuirenſis, à toto Canonicorũ Collegio electus, moribus ac ætate grãdæuus. ſucceſſit an. 1354. Fuit & hic laudatiſſimus Princeps, qui pacem, iuſtitiam, manſuetudinem vnice coluit. Sed eum ab impiis quibuſdã Centauris impeteretur, ob ſenij incommodum alium ſubornauit. Quare dominum Canonẽ à Falckenſtein, virũ eximiæ virtutis, & magnæ in bellis fortunæ, qui tũ Moguntinenſem & Colonienſem Archiepiſcopatus ſuo præclaro ſtudio defendebat, in Coadiutorem conſtituit. Hic rebellium vires & audaciam contriuit. Boëmundus autem cum podagræ malo & ſenio grauaretur, beatũ ſe æſtimauit

[illegible] fleret [illegible] ntium VI [illegible] cum [illegible] aſt ac hunc vidit [illegible] in [illegible] rum & eius prouen [illegible] litus eſt [illegible] que ſopeiuixit in tranquillitate & Ponti catus [illegible] Chriſti vero 13.68. valedixit vitæ miſeriis.

95. Cono de Falkenſteins Coadiutor Boëmundi, vir prudentiſſimus, qui à natura ad regimen natus videbatur. Erat vir ſtrenuus, labori aſſuetus, ingenio & conſilio acutiſſimus. Hic Eccleſiæ Colonienſi, cum ab Angelberto coadiutor peteretur, ſuo ſtudio plurimum contulit. Cum duabus ampliſſimis prouinciis præſideret, vtriſque optime proſpexit. Treuiris metropolis volebat ſe ab eius iugo ſubducere, hanc ille & iure & vi ſubiugauit. Colonienſem reſignauit ſuo nepoti Friderico, Comiti Sarnerdenſi. Gubernationis Treuiricæ 40. an. moritur Confluentiæ, id eſt, an. Chriſti 1388.

96. VVernherus à Koningſtein, à Capitularibus legitime in Archiepiſcopũ eligitur, an. 1388 Fuit Princeps clariſſimus, in conſiliis valde prouidus, & circumſpectus. an. 30. fere præfuit,
B & inde naturæ an. Do. 1418 ceſſit neceſſitati, Cõfluentiæ prope Cononem auunculum ſuum in templo S. Caſtoris ſepultus.

97. Otto Comes à Zegeheim, ad Clauam Treuirẽſis Cathedræ imponitur, qui fuit vir bonæ vitæ & ſũmæ in Deũ deuotionis. Viros literatos in ſummo ſemper habuit pretio, & hæreſicos, perditiſſimum hominum genus, odio proſecutus eſt. In amicos placidus, in hoſtes ſeuerus, in pauperes liberalis fuit. Erant eius temporib. Clericorum mores; non quales eorũ exegit profeſſio; quos cum hic corrigere, & reformare vellet, eorũ morſus ſenſit. Obiit an Chr. 1420. cum duobus an. præfuiſſet.

98. Rabanus ab Helmſtadt. Treuirenſibus in ſententiis diſſidentibus Eugenius IV. Pont. illis inuitis hunc Eccleſiæ Spirenſ. Præſulem, virum potentem ac prudentiſſimum inſtituit ac confirmauit. Capitulum autem dum non conueniret, duos elegit, & hi ambo dum ſe mutuo inſectantur, prouinciæ non mediocria damna dedẽre. Verum Rabanus, qui Eccleſiæ rationem habuit, ab armis abſtinuit, qui annis 9. etſi in ſumma inquiete, præfuit. Anno autem Dom. 1439. vtriuſque Eccleſiæ magiſtratu ſe abdicauit, & vt Iacobus de Sirck, qui reformationi Ottonis plurimum reſtiterat, eligeretur, inſtitit. Ipſe vero
C eiuſdem anni 14. Nouemb. naturæ debitum abſoluens Spiræ, in Baſilica cathedrali honorificè ſepelitur.

99. Iacobus Baro à Sirck, vir multæ eruditionis, per reſignationẽ anteceſſoris ad Eccleſiæ Treuirẽ. gubernaculũ peruenit. Confirmatur ab Eugenio IV. ſummo Pont. Verũ bonus Princeps dum diligenti & prouida diſpẽſatione, Archiepiſcopatum an. fere 7. rexiſſet, animã egit, an. Dom. 1436. qui ſepulturam conſecutus eſt in Baſilica B. Virginis, iuxta ſummum templum.

100. Ioannes II. ex illuſtri familia Marchionum Badenſium an. Dom. 1449. ad Archiepiſcopatum conſtitutus eſt Gubernator, ætatis ſuæ 22. Admotus propter ætatis lubricitatem primo negligentius adminiſtrauit: inde factus vir, tum in Eccleſiaſticis, tum in politicis negotiis ſe virum longe excellentem demonſtrauit. In omni ſuæ gubernationis tempore quod admodum fuit diuturnum, pacem & tranquillitatem habuit. Ob venerandam caniciem & rerum multiplicem experientiam, in maxima fuit apud Imperij principes æſtimatione. Vixit ad annum Chriſti 1505. & iam fere octogenarius in caſtro Eren-
D breitſtein è viuis excedens, Põtificatus ſui an. 53, ætatis 79. Sepelitur Treueris in maiori Eccleſia, in choro ſancti Nicolai.

101. Iacobus II. item ex Marchionibus Badenſibus, ſuperioris nepos, ac eius per annos aliquot coadiutor, Ioanne iam defuncto, ipſe omnium conſenſu ordinatus eſt ſuccedaneus. Erat vir ingenio, eloquio, prudentia & ſcientia multijuga commendatiſſimus: bonas enim literas à doctiſſimo Philippo Beroaldo Philoſopho abunde hauſerat. Sunt eius naturæ, tum gratiæ dotes etiam Itali Admirati. Erat Principibus omnibus charus, ipſi etiam Maximiliano Cæſari acceptiſſimus. Eius dictum ex Tiberio: Boni paſtoris eſt tondere pecus & non deglubere. Præfuit ſedi an. plus minus octo laudabiliter, ac in florida ætate annorum necdum 40. Princeps nobilis, doctus, aptus ad regimen, neceſſarius plane diœceſi: cum Coloniæ ageret ibidem mortuus eſt an. Dom. 1511.

102 Richardus ex nobili familia Gryfenclau à VVolfrats, maioris Eccleſiæ Treuirenſ. Canonicus, concorditer omnibus congratulantibus ad gubernaculum electus eſt. Ad huius promotionem, tum Clerus, tum & vniuerſus populus applaudebat, [illegible] ſpiri [illegible] E [illegible] accedente [illegible] Richardus [illegible] ulti [illegible] pius ac deuotus [illegible] matrem Dei [illegible] cepit excedente incendium [illegible] orum in ſuperiori Germania, qui primo in C[illegible]rum, inde in Principes graſſabantur, & prouinciis infinita mala dedere, vbi hic Richardus plurimum aduigilauit, vt peſtis illa nocentiſſima comprimeretur. In eo enim tumultu vltra centum millia ruſticorum an. Dom. 1525. à paucis Catholicis cæſi ſunt. Interfuit Ferdinandi Aquiſgrani an. Dom. 1531. coronationi & dum domum rediiſſet, eodem an. è viuis ceſſit, non ſine veneni ſuſpicione. Præfuit ſumma cum laude ac vtilitate an. viginti.

103. Ioannes III. ex illuſtri & perantiqua familia Metzenhauſen poſt obitum Richardi, ab omnibus legitime 6. Cal. April. electus ſuccedit. Erat vir valde prudens, & œconomus optimus. Præfuit an. 9. laudabiliter. VVaigonæ extinctus eſt 22. die Iulij, an. Chriſti 1540. ætatis 48.

104. Ioannes Ludouicus ab Hagen, legitime & concorditer F
electus ſuccedit. Erat hic vir perhumanus & mitis erga omnes omnium conditionum homines, omnib. charus. Præfuit in magna rerũ Germanicarũ perturbatione per Lutheranos excitata. Valedixit iſti mortaliũ vitę an. Do. 1547. Pontif. ſui 7. ętatis 54.

105. Ioannes IV. ex Comitib. ab Iſenburg. Canonicus Colonienſis, poſt hunc Ioannem an. Dom. 1547. Treuirẽſ. Archiep. vniformiter creatus eſt. Fuit hic cum ſuis collegis Archiep. in concilio Tridentino an Do. 1552. Deturbatus eſt inde ob improbitatem tumultuantis Alberti Marchionis Brãdenburgici. Is ſiquidem religionis prætextu, imo impietatis, Epiſcoporum fines moleſtabat; vnde Treuirenſes quoq; moleſtabat. Combuſtis igitur apud Treuiros ædibus aliquot, monaſteriis ac templis, vſque ſpoliatis, diſceſſit. Archiepiſcopi autem electores vt ſuos defenderent, diſcedere coacti ſunt. Ioannes autem Archiepiſcopus cum annis 4. in tenui valetudine præfuiſſet, in caſtro Montabutenſi obiit, & Confluentiæ conditus.

106 Ioannes V. ex nobili familia de Petra natus, & in omni genere virtutum optime educatus, à puero parentum conſilio operam literis dedit, & liberales artes fœliciter didicit. Accedebat & vitæ integritas, atque magna animi prudentia. Poſtea, G
ſe Treuirum cõtulit, & eius Collegij Canonicus receptus fuit. Ibi magna animi moderatione vixit, & ob multas corporis & animi virtutes omnibus gratiſſimus extitit. Ac primum Archidiaconus, mox omnium ſuffragiis Archiepiſcopus conſtitutus eſt, an. Dom. 155 . Maximiliani II. Imperatoris electioni Francofurti cum aliis Electoribus interfuit: erat enim vir prudens, expertus, ad res magnas gerendas idoneus. Sub eo Treuerenſes nouarum rerum cupidi, nonnullorum moti improbitate, mirè tumultuati fuẽre. Cum igitur an. 11. laudabiliter præfuiſſet, Confluentiæ fato, quinto Idus Februarij, ceſſit, ibique ad ſanctum Florinum terræ mandatus eſt.

107. Iacobus III. ab Eltz Decanus ſummi templi Treuerenſis, altero ad Superos tranſlato, omnibus congratulantibus, concordibus ſententiis ac votis anno Chr. 1567. in Aprili ad Archiepiſcopatum aſſumptus eſt. Eius promotione Clerus ac vniuerſus populus gauiſus eſt, & plurimum de eius inauguratione ſibi congratulati ſunt, & hic Reuerendiſſ. talem ſe præſtat paſtorem, & principem vt non tantum à ſubditis ſuis ac domeſticis, verum etiam ab externis ſummis laudibus celebratur, qui ſane merito ornamentum ac decus omnium Archiepiſcoporum cenſeri poſſit. Nihil ſane in eo deſiderari poteſt, quod ad optimum præſulem ſpectare queat. Rudolphi II. electioni in Regem Romanorum an. Dom. 1577. cum aliis electoribus, interfuit. Coactus eſt cum ſua metropoli Treuiri, quò ſuum defenderet ius, bellum ac controuerſiam gerere, quæ Cameræ Spirenſ. cenſuræ commiſſa eſt Obiit 1581.

108. Ioannes VII à Schomberg, electus 1581. Obiit 1599.

109. Lotharius à Metternich.

EPISCOPI MONASTERIENSES.

Carolus Magnus Imperator tertiam Epiſcopalem Eccleſiam erexit in Mediterraneis Saxoniæ, quæ nunc eſt VVeſtphalia; loco qui ab inſigni Monaſterio ibi ædificato, Monaſterium fuit appellatus. Erat autem cœnobium Virginum, & loco in quo ædificatum eſt, Memingrodæ nomen fuit, quod mox amiſit. Tandẽ Metropolis totius VVeſtphaliæ euaſit; vrbs munita ſitu & opere, quamuis nuper ab Anabaptiſtis multũ deſtructa,

[illegible] Epiſcopa[illegible]

A S. Lu[illegible]tus natione F[illegible]ſo, [illegible] b[illegible]ſte[illegible]enſis. iam enim Friſia [illegible] [illegible]ttebat aſſiduè operarios ad eas [illegible] q[illegible] ſis multa erat, & pauci qui eam [illegible]ant Do[illegible] horreum reconderent. Erat autem [illegible] inſt[illegible]ctus in omni pietate & timore Domini. Alcu[illegible] apud Carolum Magnum ſummæ authoritatis, cui [illegible] in re-bus ſacris vtebatur, hunc apud Regem commendanit: quare ab ipſo Carolo cuidam virorum Monaſterio, præfectus eſt: quibus ſanè prodeſſe non præeſſe, diligi, non timeri ſtuduit. Cogitauit de ſuo patrimonio monaſterium conſtituere, & ibi mentis ſuæ tranquillitati locum figere. Sed ecce Caroli Magni Imperatoris authoritate, euocatur, & Saxonum Eccleſiis, præſertim Mimigardenodenſi, quæ iam fidem Chriſti profiteri cœperant, inuitus præficitur. Hic quod oneris erat, ſuſcepit, quod honoris, declinauit: quod inflare poterat cauit. quod ædificare, ſubiuit. Authoritate igitur Archiepiſcopi Colonienſis Hildebaldi, licet reluctans, in Epiſcopum Mimigredenſem, quæ nunc eſt Eccleſia Monaſterienſis, conſecratus eſt. Hic

B commiſſam plebem miraculis, & doctrina ad Chriſtum plenius conuertit. Mortuus eſt vir ſanctus an. Dom. 809. & in ſuo Monaſterio in VVerdena ſepultus.

2. Gerfridus Ludgeri nepos, & dignus in tali munere ſucceſſor, præficitur an. 810. ſtuduit enim eius mores & vitam imitari. Quamdiu præfuerit, & quibus potiſſimum refulſerit operibus, ſciri vix poteſt.

3. Alfridus vir deuotionis & ſanctitatis eximiæ, ſuperiori datus eſt ſucceſſor. Functionis ſuæ exactam habuit rationem, atque Eccleſiæ ſuæ tum populo ſibi commiſſo vtiliter ac fructuoſe præfuit, Ludouico Pio Imperatore, an. Dom. 835.

4. Lobertus tempore Sergij Rom. Pont. ad clauum Eccleſiæ, vir excellentis pietatis pariſque modeſtiæ, promotus, & raptus eſt, ne malitia eius mutaret intellectum, ſatis maturè.

5. Bertoldus ſanctitate ac ſingulari prædıtus clementia, præſidere cœpit an. Dom. 895. Imperatore Arnulpho. Epiſcopus hic ſuam declarauit ſanctitatem, quod ieiunio & precibus morbum Medicis incurabilem ſanauerit.

C 6. VVilhelmus plebanus in Cathehuſen, ob incredibilem ſuam religionem, ad hanc promoueri meruit Eccleſiam. Imperator ex venatione fortè fortuna ad hunc diuertit. Cumque pro ſua ſimplicitate hoſpitem (ignorans eſſe Imperatorem) benigne tractaret, iuſſit hoſpes, vt quid ab illo poſtularet. Video inquit ille, te eſſe venatorem, percupio igitur, vt ex primo occurrente ceruo abere poſſim corrigiam, qua eiogali vice vtar. Spopondit ille, & videns viri ſanctitatem, pollicitationem factam alta mente repoſuit. Quamprimum igitur vacauit Epiſcopatus Mimigerdenſis Eccleſiæ, vocauit hoſpitem ſuum, & totis renitentem conatibus, ad eum induxit. Leguntur de hoc Epiſcopo nonnulla præclara facta. Quamdiu præfuerit, incertum. Fuit autem annus circiter Chriſti 920. quo Henricus Auceps præerat Imperio.

7. Richardus in vtroque homine vir nobilis, Inde ad hanc promotus eſt Eccleſiam. Fuit ex Regali familia ex Anglia ortus, & religione Chriſtiana conſpicuus. Maluit hic pius vir modeſtia, quàm armis in ſuos minſteriales, qui eum moleſtiis

D afficiebant, decertare. Præfuit autem ſub Ottone I. Imperatore qui incredibili vſus eſt felicitate.

8. Rainoldus ſuperiore morte ſublato, ad gubernaculum peruenit. Famam hic poſteris immortalem hac occaſione reliquit. Fuit eius tempore omnium rerum caritas maxima: quare ipſe ſua largitate profuſa, velut alter Ioſeph. multorum ſuccurrit inopiæ. His piis exercitiis vitam hanc terminauit.

9. Hildbaldus poſt hunc agere cœpit Antiſtitem. Non moueat quenquam, quod fratrum fiat hic mentio, quod olim illi qui iam gaudent vocitari Canonici. Fratres fuerint.: & ferè omnes ſub D. Auguſtini regula viuebant.

10. Dodo poſt ad gubernaculum admouetur. Datur huic teſtimonium vitæ breue, ſed bonum, quod Eccleſiam rexerit laudabiliter, id eſt, moribus bonis ac vita pia eam inſtruxerit.

11. S. Suederus inde fuit ſuccedaneus. Hic talem ſe geſſit, vt omnium opinione, Sanctorum catalogo & albo inſcribi debuerit. In initio ſui Pontificatus vidit bella, verum illi omnia Otto II. Imperator in Galliam tranſtulit, quum ſuo legitimo Regi, & Regum Regi Chriſto, ſua nollent præſtare. Ipſe Pontifex pietatis plenus & dierum, deſiit eſſe inter mortales.

[illegible] lum, tum mores, [illegible] in bonum ſtatum [illegible]gere ſtudio habuit. Vidit h[illegible] mitatum in Imperatore Henrico II. ac coniuge ſua, ſanctimoniam. Cum autem vitæ mortali impoſuiſſet colophonem locum dans alteri, deceſſit.

14. Hermannus vir valde præclarus, eius nominis primus, anno ſalutis noſtræ 1035. Hunc Epiſcopatum ſumma induſtria, hoc eſt, religione in Deum, vigilantia in populum adminiſtrauit, & an. 1050 eſſe deſiit.

15. Robertus poſt huius obitum miniſterium ſortitus eſt

16. Fridericus frater Marchionis Miſnenſis ac Magdeburgenſium fratrum Præpoſitus, quem S. Anno Archiepiſcopus Colonienſis Monſterienſ. Eccleſiæ, præfecit, & ordinauit Epiſcopum. Præfuit laudabiliter ſub annum Domini 1070.

17. Erpo ſuperioris nepos, ſanguine Magnapolenſium, vir nobilis & ſyncerus, inde creatus eſt Epiſcopus. Profectus hic F
cum aliis multis Germaniæ Epiſcopis ac Principibus exhortatione Vrbani II. cum Godefrido Duce Bullionis ingenti expeditione in Paleſtinam, vbi Antiochia ac Hieroſolyma ac aliis locis potiti ſunt: Inde reuerſus feliciter Eccleſiam ſuam multis annis optime rexit, bonum ac fidelem Chriſti militem ac paſtorem ſe declarans, qui bono fine hinc migrauit, anno Domini 1099.

18. Theodoricus de VVinzenbergeo tempore quo Imperatores & Romani Pontifices plurimum diſſidebant, ad Eccleſiæ gubernationem aſcitus eſt. Henricus Imperator eum reiecit, Ludgerus Dux Saxoniæ, & Comes de VVintzenberg eius cognatus reduxerunt. Cum autem ciues ac miniſteriales ei quoque aduerſarentur, res ad arma peruenit. In conflictatione ea ignitis iaculis Eccleſia S. Pauli incendio periit, Inde D. Theodoricus apud Eccleſiam ad vitæ terminum permanſit, Obiit an. Dom. 1127.

19. Henricus à morte Erponis fuerat electus & conſtitutus Epiſcopus, verùm à quibuſdam eiicitur, & Heinrico Regi præſentatur. Hic enim quamdiu Theodoricus ſuperſtes fuit, in G
honore ſecum retinuit, & inde cum honore ad Eccleſiam reuexit, qui templum D. Pauli conflagratum reparauit. Præfuit circa annum 1125.

20. Egbertus huius Eccleſiæ connumeratur Protomyſta. Fuit apud Lotharium Imperatorem magnæ authoritatis, qui eo Legato ad Concilium ad Clarum montem, ab Innocentio II. indictum, vſus eſt.

21. VVurnerus, vir multis conſpicuus virtutibus, ſubſtituitur. Huius tempore Comes à Cappenberg deuotionis ergo. caſtrum ſuum in Ordinis Præmonſtratenſis collegium commutari paſſus eſt.

22. Henricus I. anno redempti orbis 1184. declaratus eſt Epiſcopus.

23. Ludouicus Comitis de Texenberg, Ottonis patruus, ordinatus eſt poſt Heinricum Epiſcopus. Erat autem vir magnanimus, qui ſuam Eccleſiam amplificauit, & multis bonis ac priuilegiis illuſtriorem reddidit. Fuit autem circa annum H
Domini 1190.

24. Godeſcalcus Saxo, verum humili natus loco, qui natalium tenuitatem ſua virtute egregiè illuſtrauit. Suis enim virtutibus, Imperatoris autoritate ad Epiſcopatum promotus eſt, & eum contra omnes inſurgentes egregiè defendit, & ſumma cum laude rexit. Tandem anno Domini 1200. inter mortales eſſe deſiit.

25. Hermannus II. ſuccedit; qui ob ſummam beneuolentiam à ſubditis Pater vocitatus eſt. Secutus eſt Imperatorem in Italiam, à quo vt ipſe, & Succeſſores, Principes appellarentur, ac poteſtate gladij ſecularis vterentur, obtinuit. Obiit an. Domini 1246.

26. Otto Comes de Benthem, Præpoſitus Bremenſis, Hermanno in regimine ſuccedit. Hic omnium primus per Clerum eſt electus: ſiquidem ad ipſius vſque tempora Imperatores ibi Antiſtites conſtituerant. Aſiaticæ expeditioni cum aliis multis Principibus interfuit, & multa præclarè geſſit.

27. Theodoricus inde ad Eccleſiæ gubernationem ſuſceptus eſt. Eccleſiam D. Pauli nouam condidit, & alia memoratu digna fecit.

28. Ludo

28. [illegible] domo Nobilium de Holte, ſucceſſit. Licet [illegible] defenſionem multa & dura ab aduerſarijs paſſus [illegible] tamen pro ſua magnanimitate ſemper triumphauit. Nobiles admodum Eccleſiæ infeſtos & præfractos, ipſe domuit & extirpauit. Inde vitæ curſu ſub Rudolpho Imperatore conſummato, ad ſuperos conceſſit.

29. Otto [illegible] Lippia ſucceſſit. Fuit autem tempore Alberti Magni [illegible], Chriſti 1266. [illegible] memoriale reliquit, quod Vechtam [illegible] ſuæ Eccleſiæ magnis impenſis adiecit.

30. Vvilhelmus II. de Baronibus de Holt legitimè ſuccedit. Hic vt ſummi templi Canonici & in Belreboxe [illegible] & commodius viuerent proſpexit, de morum reformatione nulla fit mentio.

31. Gerardus ex comitibus de Marca, poſt Ottonem fit Pontifex. Hic vir tali honore, imò excellentiori dignus fuit, religionis erat amator & propagator.

32. Euerhardus de Deeſt cognomine, excellentis ingenij, præeſſe cœpit. Cum ad bella prouocaretur, ancipitem & dubiam eſt expertus fortunam.

33. Otto III. ex comitibus de Retberge, Præpoſitus Paderbornenſis. Præfuit annis ſex, & in exordio regiminis tranquillè egit, poſtea quendam aduerſarium, nempe Conradum, Præpoſitum Colonienſem expertus eſt. Otto verò maluit maiori potentiæ cedere, quàm priuato bello multis incommodare. Exulat igitur, & in exilio moritur.

34. Conradus quorundam factione Epiſcopatum obtinuit, & per annos 4. in eo vixit. Geſſit bellum, in quo tum damna intulit, tum accepit. In hac perturbatione Eccleſiæ facultas non parum diminuta eſt. Ipſe in iſtis tumultibus præ animi dolore defecit. Relictis omnibus ad Ordinem D. Franciſci in florentiſſima fortuna, conceſſit. & vixit in eo cum ſumma modeſtia ac regulari & ſingulari obſeruatione an. 14. non ſine ſanctitatis nomine mortuus eſt anno Dom. 1250.

35. Ludouicus de Haſſia, vir illuſtris & magnificus, Carnotenſis Canonicus, bonarum gnarus literarum, præfectus eſt. Originem traxerat de S. Elizabeth ſanguine, Cum eſſet per comitem Cliuenſem Ottonem ad ſuam introductus Eccleſiam, eam cum ſumma laude & vtilitate annis 49. rexit. Erat vita integra, in pauperes liberalis, bonis amabilis, malis autem formidini, in bellis fortunatus, Principibus gratus, qui aſpera æquè ac proſpera placido tulit animo.

36. Adolphus comes de Marca, anno Domini 1395. Monaſterienſis declaratus eſt Antiſtes. Fuit canonicus Colonienſis, & in iure Pontificio peritus, qui Eccleſiam hanc non ſine æmulis annis rexit 5. Pontifex Romanus Vrbanus V. eum minimè talem ſuſpicantem, ad Colonienſem Eccleſiam tranſtulit, verum ipſe poſt decimum menſem reſignauit, & contracto cum Margareta Cliuenſium Principis filia vnica matrimonio, eorum comes poſtremus factus eſt. Suſtulit 7. filios ac 9. filias. Fuit circa annum Domini 1368.

37. Ioannes de Vitneberch, in gubernaculo Eccleſiæ ſucceſſit. Hic admodum ſolemniter & religiosè eſt introductus: verum cum per annum vix præfuiſſet, ſummi Pontificis autoritate ad Traiectenſem Eccleſiam transfertur, cui annis 7. præfuit.

38. Florentius de Vvevelskofen canonicus Colonienſis per Vrbanum V. Eccleſiam viduatam ſuſcepit. Fuit non inutilis Pontifex, qui multa amiſſa bona recuperauit, & auxit rebelles Eccleſiæ perdomuit. Inde quoque (vt erat tum temporis illa tranſlatio in vſu) poſt annos aliquot ad Vltraiectenſem per eundem Vrbanum transfertur. Huic ſumma prudentia ad finem vitæ præfuit & profuit.

39. Pato homo alienus, Bohemus, Regis Bohemi ſcilicet Caroli IV. Imp. qui eum in delicijs habuit, autoritate, Antiſtes factus eſt. Ob Sedis Apoſtolicæ honorem ac Imperat. autoritatem eum religioſe ſuſceperunt. Verum ipſe ob linguæ vernaculæ imperitiam, cum videret ſe negligi, vltrò diſcedere elegit, qui ad Eccleſiam Suerinenſem tranſlatus eſt.

40. Heidenricus Vvulff, poſt Patonem tranſlatum, ad Eccleſiam hanc promotus eſt. Exercuerat hic ſumma fidelitate officia aliquot minora, nempe Paſtoris, Scholaſtici, Præpoſiti, inde ad maius & excellentius productus munus, morbo, quem tympaniten dicunt, (genus eſt hydropis) ſuccubuit.

41. Otto IV. ex comitibus de Hoia, prudens Præpoſitus Eccleſiæ, legitimus factus eſt eius Epiſcopus. Talem ſe geſſit vt ab omnibus Epiſcopatu dignus cenſeretur. Erat belli, quam cæremoniarum Eccleſiaſticarum ſtudioſior.

42. Heinricus ex Comitibus de Morſe, Theodorici II. Archiepiſcopi Colonienſis germanus frater, poſt victoriam illuſtrem Ottonem, factus eſt ſucceſſor an Dom. 1415. Fuit talis Præſul, qui huiuſmodi honore & maiori dignus habitus eſt. Præfuit ſuo tempore ſumma cum tranquillitate. Proteruos ipſe ſubiugauit, & iniquos profligauit.

43. Vvalramus item Theodorici Archiepiſcopi Colonienſis & Heinrici prædeceſſoris frater, ad [illegible] gubernaculum legitima electione aſſumptus eſt. Verum cum nonnulli clam agerent, & Ericum Oſnaburgenſem, ſua ſede pulſum præponendum huic cenſerent, Aſperum excitarunt bellum. In his tumultibus, qui per octennium durauêre, Vvalramus in fata conceſſit, locum faciens ſucceſſori.

44. Ioannes ex Ducibus Bauariæ, in Italia agens Suſcipitur cum ſummo honore introducitur, & omnia per illum pacantur. Præfuit igitur annis aliquot cum ſumma religione, & inde tranſlatus, Magdeburgenſium eſt factus Archiepiſcopus.

45. Henricus Archiepiſcopus Bremenſis, ad hanc viduatam Eccleſiam ea lege aſcitus eſt, vt hanc in Commendam habebat, & priorem quoque obtinebat. Peruenit viuendo ad annum ætatis 96. qui vitæ periodum fecit circiter annum Chriſti 1470. Præfuit huic Eccleſiæ annis 30. Bremenſi 33. Vixit circa annum Domini 1494.

46. Conradus natus ex Comitibus de Retberge, Epiſcopus Oſnaburgenſis, vir induſtrius ac perhumanus, non indoctus ad Monaſterienſem quoque Eccleſiam aſſumptus eſt.

47. Ericus Dux Saxoniæ poſt Conradum, virum nobilem, electus eſt Monaſterienſ. Epiſcopus. anno Domini 1508. & obiit an. Domini 1522. die 6. Nouemb. quo tempore Adrianus VI. Germanus Traiectenſis, præceptor Caroli Imperatoris moderatæ vitæ homo Pontificatum Romæ tenuit per 22. menſes.

48. Fridericus Comes de Vveda, legitimè Erico ſuccedit. Fuit præpoſitus Bonnenſis, & germanus frater Hermanni Archiepiſcopi Colonienſis. Reſignauit Epiſcopatum Monaſterienſem an. Domini 1532. die 22. Martij, ob tranquilliorem vitæ ſtatum. Obiit in Vveda Comitatu anno Domini 1551. die 11. Martij.

49. Ericus de Grubenhagen, Epiſcopus Oſnaburgenſis, huic per electionem poſtulatus ſuccedit, qui cum vix ſex hebdomadas poſt electionem vixiſſet, mortuus eſt.

50. Franciſcus Comes à Vvaldeck electus eſt Monaſterienſis Epiſcopus, anno Domini 1532. Fuit ſane Princeps laudatiſſimus, qui ſuæ Eccleſiæ optimè præeſſe ſummo ſtudio adniſus eſt, verum ob Anabaptiſtarum improbitatē, qui ſub eo in ea vrbe inuoluerunt, mentem ſuam declarare atque manifeſtare non potuit. Poſt varias turbas ab illis excitatas, variaque perpeſſa incommoda, obiit an. 153. in Iunio,

51. Vvilhelmus Ketteler; de nobili familia, apud Ducem Iuliacenſem Conſiliarius, ac ſummi templi Monaſterij Canonicus anno Domini 1553. electus eſt in Epiſcopum Monaſterienſ. Reſignauit anno Domini 1557. die 3. Decembr.

52. Bernhardus à Raſſfeld, electus eſt inde Epiſcopus Monaſterienſis, anno Domini 1557. die 4. Decembr. Reſignauit an. Dom. 1560. die 25 Octobr,

53. Ioannes Comes de Hoia, Epiſcopus Oſnaburgenſis, electus eſt in Epiſcopum Monaſterienſem ann. Dom. 1566. die 20. Octobr. Erat facundus, largus, illuſtris, ad omnia magnanimus, Principibus gratus. Mortuus fuit anno Domini 1574.

54. Ioannes Vvilhelmus, Ducis Iuliacenſis ac Cliuenſium, ex Maria Ferdinandi Imperatoris Romani filia, natu minor filius, ſummi templi Colonienſis Canonicorum aſſociatus Collegio, optimæ ac ſummæ ſpei adoleſcens poſt Ioannis de Hoia mortem in gratiam parentis adoptatur Eccleſiæ Monaſterienſis Adminiſtrator.

EPISCOPI OSNABVRGENSES.

Oſenburgum ſiue Oſnaburgum, eſt inſignis vrbs in Saxonia: ferunt ita dictam à bouina pelle, quibus pellibus hæc vrbs fuerat circumdata. Tradunt eam erectam à Comitibus de Engers, alij autem antiquiorem à Iulio Cæſare inceptam, perhibent. Carolus Magnus Imperator illic Eccleſiam in honorem D. Petri & ſanctorum Criſpini & Criſpiniani condidit. Decem Epiſcopatus in Saxonia inſtituit, quorum Oſnaburgēſem eſſe voluit præcipuam. Summè etiam hanc vrbem

præ cæteris coluit, cui priuilegium nonæ [illegible] concesſit
A in qua Græcæ & latinæ linguæ a vitis [illegible] ctis tradetentur.

Poſtquam autem Vvedekindum Ducem Chriſtianæ religioni valde repugnantem, vnà cum tota Saxonia deuictum, eos iugum Chriſti ſuſcipere compulit, circa an. ſalutis [illegible]. Eccleſiam igitur in loco, qui Oſnaburga dicitur, qui frequens ac celebris erat habitatoribus, quam primam eſſe ac Epiſcopalem voluit, ædificauit. Accerſiuit ad hoc diuinum opus ex Phryſia, quæ per D. Bonifacium ad Chriſti religionem accellerat, & multos habet doctos ac pios viros, hominem genere & origine Phryſium, Vvithonem virum ſanctum. Huic vt cum ſuo ſancto Collegio commodius viueret, ac populum diligentius inſtitueret, de prouinciæ prouentibus ſatis abundè proſpexit. Quare hic vir Dei omnibus modis piisſimi regis expectationi ſatisfacere conatus eſt, & multas animas benè viuendo, ſedulò docendo, Chriſto lucratus eſt. Carolus autem ſuam nouellam Eccleſiam exornare non deſiit. Vvedekindus autem Dux, ad mentem tandem rediens ſaniorem, ſe demum cum alio quodam nobili viro Carolo ſubmiſit, &
B poſt diligentem in fide inſtructionem, ſacrum, Carolo patrino, ſuſcepit baptiſmum. S. Vvitho igitur, cum huic nouellæ plantationi optimè annis aliquot præfuiſſet, & multum fructus in vinea Domini feciſſet, piè in Domino obdormiuit, an. 804. Sub eo Leo Pont. Rom. venit Paderbornam ad Carolum Imperatorem.

2. Mengardus ſiue Meingerus poſt S. Vvithonē huic Eccleſiæ datus eſt Epiſcopus. Et quia in fidei negotiis ſeſe diligentisſimum præbuerit præconem, tali præſulatu ſe dignum effecit præſulem. Qui dies ſuos poſt laudabilem finem in pace Chriſti præſulatus ſui an. 29. compleuit.

3. Goſvvinus inde ad gubernaculum promotus eſt. Præfuit an. 32. & peruenit ad an. 966.

4. Gosbertus ex ſchola S. Anſgarij præſtantisſimi Apoſtoli Sueciæ, huic Eccleſiæ datus eſt Antiſtes. Fuit quidem ſtrenuus verbi Dei concionator: verum rebus in Eccleſia turbatis, ad ſuum magiſtrum Anſgarium, qui tum temporis erat ſedis Apoſtolicæ Legatus, ſeſe contulit, & cum an. 10. præfuiſ-
C ſet, cum aliis piis viris, in Dania martyr occubuit.

5. Eggehardus, ſiue Egbertus ad Eccleſiæ regimē peruenit, cùm a Normannorum tyrannide paululum reſpiraſſet. Inuenit Eccleſiam propter prædeceſſorum diſſimulationem valde dilaceratam, præſertim in bonis temporalibus, quare ſui Protectoris Archiepiſcopi Colonienſis Vvilliberti præſidium implorauit, & eius adiutorio bonorum inuaſores eò adegit, vt veniā peterent, ac ablata reſtituerent. Annis igitur 20. ſumma prudentia parique vtilitate ſuæ Eccleſiæ præfuit. Mortem inde an. Ch. 884. ſub Carolo III. incurrit.

6. Egelmarus, vir bonus & doctus, Pontificali honore dignus, ſubſtituitur. Hic apud Arnolphum Imp. ſummæ erat authoritatis quare eius fauore, multa ablata ab Eccleſia, reſtituit, & ſingularia obtinuit priuilegia, cúmq; magna laude ac commodo an. 33. præfuiſſet, in pace vitam caducam amiſit.

7. Dodo inde an. 12. relictam rexit Eccleſiam, & apud Ottonem I. cui gratus erat, priuilegia anteceſſoris confirmari obtinuit: fuit fidelis paſtor.

D 8. Drogo deinde optimis comparandus præſulibus, ſub Ottone I. præficitur. Quòd Imperatorem habuerit ſibi fauentem, & eius merita talia eſſent, Eccleſiæ ſuæ in Vvidebringe vectigalia, adiecit. Peruenit autem viuendo ad an. Chr. 966. & 3. Id. April. occubuit.

9. Ludolphus fuit illuſtris genere, & nobilitatem ſuam virtutibus illuſtriorem reddidit. Otto Imp. II. eum valdè dilexit, & eum ſuum conſanguineum appellauit, & Eccleſiam Oſnaburgenſem, ob optimi præſulis probitatem clariorem effecit. Præfuit an. 14. & mortem an. Chr. 983. expertus eſt.

10. Dodo II. fuit ſub Ottone Imp. III. Præfuit autem Eccleſiæ annis decem. Nihil de eo ſingulare commemoratur, quod ad illius magnoperè facere poſſit celebrationem. Non eſt autem infima laus, ſine querela in Domini gregis excubiis verſatum fuiſſe.

11. Gunthardus valetudinarius, qui tandem maxima preſſus ægritudine, mortuus eſt.

12. Vvarnodus, ſiue Vvacolphus fuit duodecimus Epiſcopus.

13. Thietmarus legitimè ſuccedit, quem Albert. Crantzius bonum Epiſcopum dicit.

14. Moncherus ordinariè ſuccedit. Hic ſpatio breui, id eſt, annis 4. egit fuit tempore V. Henrici Imperatoris, quem tamen ante cum obiit. E

15. Guimarus non improbandus Epiſcopus. His temporibus Berengarij hæreſis reflorere cœpit.

16. Eluericus an. Dom. 1052. Oſnaburgenſis Eccleſiæ ſacrorum miniſter factus [illegible] Imperatore, & dum pr[illegible] commitem præbu[illegible]. Præfuit an[illegible]

17. VV[illegible]cherus [illegible] ad officium, & præfuit laudabiliter an. 15. mortuus eſt an. ſalutis 1068.

18. Bernhardus origine Sueuus, & inſignis religione, Eccleſiæ gubernationē conſecutus eſt. Ante Pontificatum Goſlariæ degebat, & ibi iuuentutem, vt Moderator ſcholæ inſtituebat, ſed & populum, vt inſignis diuini verbi præco, ſaluis doctrina ſedulo admonebat, quare Imperatori Henrico tertio innotuit: cum autem hæc vacaret Eccleſia, Cæſare authore, et præficitur. In ea exiſtens eminentia, vocationi ſuæ minimè dedecori fuit. Feriot quod glires, cum ſeruæ eſſent perniciosæ, extra prouinciam ad annos aliquot expulerit. Tandem cum optimè an. 20. præfuiſſet, an. Chriſti 1088. ad meliora tranſiit. F

19. Marquardus ex Abbate Corbeienſis Cœnobij electus eſt Epiſcopus Oſnaburgenſis. Eo tempore Romanus Pontifex & Imperator de Eccleſiæ iuriſdictione decertabant, & erant altercationes acerrimæ, & vſuuenit, vt quem hic admoneret, alter ruſus depelleret, & multa inde ſcandala exurgerent: Quare & hic bonus vir anno ſexto, quod huic vel illi impenſius fauerit, depoſitus eſt à Pontificatu. Hæc depoſitio circa an. Dom. 1093. contigit.

20. VVido amoto Marquardo, ad hanc admotus eſt Eccleſiam. Contigit, vt ſub eo vetus templum Oſnaburgæ incendio periret & ſacræ Diuorum reliquiæ, quæ ibi ſeruabantur, diſperſæ ſunt.

21. Ioannes cognomento VVidonis, huic ſuccedit, & præfuit circa an. Dom. 1100. an. 9.

22. Diepholtus Ioanne mortuo ad regimen Eccleſiæ promouetur, qui annis octo præſedit. Mortuus eſt anno Domini 1119. G

23. Diethardus ad gubernaculum eligitur. Hic in ſuo regimine multos hoſtes expertus eſt, gubernauit autem an. 8.

24. Vdo ad clauum Eccleſiæ admotus ſedit an. 4.

25. Philippus ex Comitibus de Katzenallenbogen, aſſumitur Pontifex. Hic ſuis hoſtibus egregiè nouit obuiare: nam Eccleſiam opportuno tempore, tum armis defendit, tum religione illuſtriorem fecit. Præfuit igitur prouinciæ an. 32. ſumma cum laude parique emolumento, & an. Chr. 1164. deficiens, eſſe inter mortales deſiit.

26. Arnoldus Oſnaburgenſis ex Canonico Colonienſis Præpoſitus, inde Eccleſiæ eiuſdem creatus eſt epiſcopus. Præfuit igitur cum laude & pari quoque commodo an. 22. patribus an. 1186. aggregatus eſt.

27. Gerhardus de Lippia, vir aeris & prudentis ingenij. Habuit hic bellū cum Stetingis, eo quod, male de Chriſtiana religione ſentirent, ac cultoribus Chriſti malè precarentur. Ad Bremenſem Archiepiſcopatum poſtulatus eſt, & quod ſuo Capitulo minus eſſet gratus, cui in omnibus non conſentiebat, facile acquieuit. Fuit ſub Friderico Imperatore. H

28. S. Adolphus ad Eccleſiæ clauum aſſumitur. Fuit hic Adolphus valdè religioſus, & Eccleſiam ſuam optimè viuendo, docendo plurimum ornauit. Fuit in pauperes, in leproſos valde liberalis. Eccleſiæ bona temporalia non neglexit. Cùm præfuiſſet an. 21. ſanctè obiit, & deus declarauit ſanctitatem eius.

28. Bruno comes de Iſenburg, qui fratrem habuit Theodoricum Epiſcopum Monaſterienſ. Fuit hic Bruno pacis ſtudioſiſs, & cum multa Capitulo crearentur ac obiicerentur ab aduerſariis diſſidia, ipſe omnia cópoſuit ac concordiā quæſiuit. Præfuit an. 8. & hoc ipſum tēpus rebus ſalutaribus impēdit.

30. VVidekindus Comes de VValdegge ad Eccleſiæ regimen legitimè promouetur. Ad gubernaculum aſcitus, ſe virum longè in rebus benè gerendis præſtantisſimum declarauit. Contulit Capitulo multos agros, vt cum prius frumenti inopia laborarent, ipſe improbo labore ex ſterili ſolo, fertiles agros effecit. Cùm autem an. 10. vtilisſimè præfuiſſet, ad meliora, vti confidimus, an. ſalutis 1262. emigrauit.

31. Baldevvinus ex Ruſle, vir ob animi virtutes Epiſcopatu neutiquam indignus, ſucceſſor eſt factus. Hic reliquit memoria

A moriale, quod Eccleſiæ ſuæ Oſnaburgenſis auxerit præbendas, & quod Eccleſiæ in VVidenbruggen optimè proſpexerit. Præfuit annis decem, & eſſe inter viuos deſiit.

32. Conradus Comes de Retberge, ſua nobilitate ac virtute ad hanc prouectus eſt Eccleſiam. Cumque bonus Epiſcopus annis 38. laudabiliter præfuiſſet, viam vniuerſæ carnis, ſui magno relicto deſiderio, ingreſſus eſt.

33. Ludouicus ex comitibus de Rauensberge ortus, ſuccedaneus fuit. Cum eſſet ad regimen admotus, arma contra ſæuiſſimos hoſtes arripere coactus eſt. Habuit enim impugnatores acerrimos, & contra hos ſemper triumphauit. Verùm cum in conflictu vulnus quoddam à ſuo miniſtro incautè accepiſſet, mortuus eſt, cùm an. 12. glorioſè Eccleſię pręfuiſſet.

34. Engelbertus cognomento de VVepe, poſt Ludouicum præficitur. Hic autem in VVitlage, Eccleſiæ Oſnaburgenſis fulcimentum, conſtrui fecit. In diebus quibus præfuit, ſatis grauiter Eccleſiæ proſpexit, inde gubernationis ſuæ anno 19. ex hoc mundo ad ſuperos conceſſit.

35. Gotfridus ex Comitibus de Arnsberge, heros nobilis
B Eccleſiæ præſidere cœpit. Præfuit ſanè annis triginta non ſine moleſtiis. Erat quidem pacis ſtudioſus & à marte abhorrens, ab aduerſariis tamen immunis eſſe non potuit. Tandem ad Archiepiſcopatum Bremenſem electus, cum annis decem præfuiſſet, anno ſalutis 1359. Stadij calamitoſus Pontifex deceſſit.

36. Ioannes Hoed, Decretorum Doctor, Apoſtolicæ ſedis authoritate aſſumptus eſt. Erat quidam alius, Lubertus ſacrarum legum Doctor, electus, verum ille huic ceſſit, & tranquilliorem ſtatum vitæ, in monaſtica religione, amplexus eſt. Tandem ab alienatis oppidis & arcibus ab Eccleſia, Theodoricum de Marca Canonicum Colon. Coadiutorem aſſumpſit. Cumque annis 16. varia fortuna præfuiſſet, in fata conceſſit.

37. Melchior ex Ducibus Brunſuicenſibus, neglecta Capituli electione, per Romanum Pontificem admiſſus eſt: verùm quod omnia eſſent in manu Theodorici præpoſiti Colonienſ. ipſe parum proficere potuit. Tandem in bello quodam captus eſt, & Theodorici liberalitate liberatus. Pręfuit Eccleſiæ, vt Vicarius, ſumma regiminis ad manus Theodorici de-
C lata. Ab hac abſolutus Eccleſia, ad Suernienſem eſt translatus anno Domini 1376. tandem per ſtraga, quæ nimis auidè ſuſcepit, periit.

38. Theodoricus de Marca fuit tanquam Coadiutor, in ordine 38. Epiſcopus Præpoſitus Colonienſis maioris ædis.

39. Theodoricus de Horde, Præpoſitus Eccleſiæ Oſnaburgen. vir magnanimus, per liberam electionem in Epiſcopum aſſumptus eſt.

40. Conradus III. ob vitæ integritatem Epiſcopus Oſnaburgenſ. electus fuit eo tempore, cum Baſilienſe Concil. inchoaretur. Erat autem tum Epiſcopatus ille plurimum turbatus, atque multa bona ab ea Eccleſia abalienata. Itaque Conradus partim ſua prudentia, partim armis labeſcentem eius Eccleſiæ ſtatum, egregiè reſtituit.

41. Otto Comes de Hoya, Epiſcopus Monaſterienſis, Adminiſtrator Oſſenburgenſ. Hic vtrique Eccleſiæ optimè proſpexit ac præfuit.

42. Ioannes Comes de Diepholte, vir inſignis, ſtrenuus ac
D conſtans. Hic verè perpendit illud Apoſtoli *Coloſſ.* 4. Vide miniſterium, quod accepiſti in Domino, vt illud impleas.

43. Ericus Comes de Hoya. Hic expulſus eſt.

44. Henricus Comes Morſſenſis, Epiſcop. Monaſterienſis, Adminiſtrator Oſſenburgen. Hic optimè & ſumma cum laude præfuit.

45. Albertus Comes de Hoya, Epiſcopus Mindenſis & Oſſenburgenſis, ſub quo fuit incendium Oſſenburgæ pernicioſiſſimum.

46. Rudolphus Comes de Delpholte, Epiſc. Vltraiecten. & Oſnaburgen. vir bellicoſus.

47. Conradus IV. Comes item de Delpholt, vir pacificus. Rectè D. Gregorius ait. Si Dei vocantur filij, qui pacem faciunt, proculdubio Satanæ ſunt filij, qui pacem confundunt.

48. Conradus V. Comes de Retberge, Epiſc. Monaſterienſis, à Capitulo ad hoc electus Pontificium, fuit vir inſignis, indulgens ac humanus. Obiit an. Do. 1505. die 8. Febr.

49. Ericus Dux Brunſuicenſis, de Grubenhagen, poſt hunc aſſumptus eſt in Epiſcopum Oſnaburgenſem, & ſedit in eodem Epiſcopatu annis 23. Cum ad Monaſterienſem quoque eſſet electus Epiſcopatum, poſt ſex hebdomadas, id eſt anno Dom. 1531. mortuus eſt.

50. Franciſcus Comes de VValdeck, Monaſterienſis Epiſcopus ad Oſnaburgenſ. vt protectorem haberent potentem, E
aſſumitur. Huic Anabaptiſtæ multum negotij exhibuerunt, quos tandem magnis ſumptibus, aliorumque Principum auxilio expugnarunt. Mortuus eſt optimus ac pacificus Princeps, ann. Dom. 1553. ſepultus Monaſterij.

51. Ioannes Comes de Hoya, huic in Oſnaburgenſi Eccleſia ſubſtituitur. Fuit hic Cameræ Imperialis Iudex, Princeps doctus ac paci deditiſſimus, multarum gnarus linguarum. Obiit Monaſterij an. Dom. 1574. nonis April. ac ibidem in ſummo templo, id eſt, D. Pauli, honorificè ſepultus.

52. Henricus Dux Saxoniæ, Canonicus Colonienſis, Archiepiſcopus Bremenſis, ad hanc Oſnaburgenſem aſſumptus eſt, an. 1574. Iſtis poſtremis Præſulibus cogitandum illud ex *Decretis Concil.* relinquo. Integritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum, totiuſque familiæ Domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite.

EPISCOPI MINDENSES.

Carolus Magnus Chriſtianæ religioni deuotiſſimus, & F
hanc Mindenſem Eccleſiam in Saxoniæ finibus hac ratione inſtituit. Cum ducem illius gentis VVedekindum potentiſſimum cum ſuo exercitu deuiciſſet, ac ad fidei Chriſti profeſſionem perduxiſſet, petiit tandem, diuina illuſtratus gratia Dux, vt ſacerdotem doctum ac pium, qui eum in rebus fidei plenius inſtitueret, poſſet habere. Annuit Rex ſe curaturum, vt Catechiſtam habeat, modo de habitatione digna, ac commoda ipſi prouideat. Obtulit Dux ſuam ad VVeſeram, arcem, vtriuſque capacem, & locum ædificandæ Eccleſiæ opportunum, vltrò conceſſit. Ibi igitur conſtructa eſt Eccleſia; & paulatim non ignobile Saxoniæ oppidum Mindenſe ſubſecutum. De ciuitatis magnitudine, ſplendore, & ciuium ſtudio, parum, quod hic dicere poſſumus, habemus, dolendum eam Lutherano fermento implicatam. Ferunt hoc nomen Minda, illic hac occaſione prouenisse, quod Meum & Tuum, quaſi communis duorum cohabitatio ſonat in Saxonica lingua, Myn, din. Vt autem nouella hæc Eccleſia celebrior eſſet, ei defenſores Duces & Comites, Nobiles, Miniſteriales aſſignauit, imò & G
prouentus locupletes, quibus aleretur, ordinauit & inſtituit. Hæc Eccleſia ab initio multis ordinata eſt Sanctorum reliquiis, ſcilicet Feliciani, Fulgurati Epiſcopi & Martyris, Theodori, Carpophori, & Abundij Martyrum.

1. S. Herimbertus vir pietate inſignis, Carolo admodum familiaris, huic nouellæ Eccleſiæ primus datus eſt Epiſcopus. Hic igitur ducem inſtituit, & baptizauit, & tantus populum feruor religionis inceſſit, vt plurimi confluerent ad baptiſmum. Cum autem ſanctus Herimbertus ſuo officio grauiter annis aliquot inſtitiſſet, ac plurimum fructus de ſuo concredito talento feciſſet, piè in Domino in die SS. Primi & Feliciani obdormiuit. Quàm diu autem huic Epiſcopatui præfuerit, Annales non exprimunt.

2. Hadnardus vir pietate ac religione inſignis, ſecundus Antiſtes præficitur. Impoſitam ſarcinam non detrectauit, verùm in vinea Domini, vt diligens vinitor ac agricola laborauit, & ob hanc ſolam cauſam, vt plurimæ priorum animæ Iuſtorum albo adderentur, ad mortem vſque ſeſe impendit. Cum tales animos, Saxones in ſuis Præſulibus cernerent, ſub iugum Chriſti, non grauatim ſeſe ſubmiſerunt. Non enim eos tribu- H
tis grauabant, non quærebant ſua, ſed eorum æternam ſalutem. Tandem bonus Pontifex plenus pietatis operibus, ad Deum tranſiit Idibus Aprilis: quot autem præfuerit annis, non exprimitur.

3. S. Theodoricus vir ſincerus gubernacula ſuſcepit. Hic bonus Antiſtes in illa turbulenta incidit tempora, quando Normanni per terras graſſabantur, & multa vbique damna dedère. Occubuit igitur hic glorioſus Pontifex, cum aliis quibuſdam viris piis, pro Eccleſia Dei.

4. Vuiffarius genere Saxonico, mirabilis, ſed bonus Epiſcopus. Tum temporis non niſi religione & ſanctimonia præſtantes, ad Epiſcopales vocabantur honores.

5. Drogo an. Dom. 806. præeſſe cœpit: hoc eodem tempore initium habuit monaſterium in Melebeke, Epiſcopus antem hic bonis operibus plenus, ipſis feriis Diui Bonifacij rebus humanis exceſſit, quieſcens in pace Chriſti.

6. Adelbertus Epiſcopatui myſtagogus inſtituitur. Fuerunt tum tempora turbulenta, quum hoſtes truculentiſſimi vndique irruerent: quare Eccleſiaſticis viris ad lachrymas

& feruentes preces confugiendum erat. Quotidie ferè alij atque
A
alij Barbari, vt Nordmanni, Hunni, Vngari, Tartari, Turcæ exurgebant. Sed quis tandem finis malorum? Deus per huiuſmodi Philiſtæos ſuos exercet, quos in cœlis coronare diſpoſuit.

7. Bernardus inde ad clauum admouetur Præſul. Hic Chriſti gregi, quem ad Deum ſemper aſpirare curauerat, fuit Doctor & paracletus inſignis, ſua mirabili pietate electis Dei annumerari meruit.

8. Lidericus ſub Imperatore Conrado, quo tempore Monaſterium in Viſchbeke eſt fundatum. Eius præſidentiæ anni non ſunt aſcripti, verum quod Eccleſiam fœliciter rexerit, & in tranquillitate reliquerit, ad meliora tranſiens, æſtimatur.

9. Euergiſus hanc gubernandam accepit Eccleſiam. Eo tempore Bruno Ottonis Magni frater, Archiepiſcopatui Colonienſi præfuit, qui Sanctorum corpora Patrocli, Gregorij & Eſitij cum baculo Diui Petri Roma Coloniam tranſtulit.

10. Helmvvardus poſt hunc admotus eſt. Hic cum de prioris Eccleſiæ dedicatione, ob varias rerum mutationes dubitaretur, in præſentia aliorum vicinorum Epiſcoporum, eam
B
denuò conſecrauit, & inde an. Dom. 958. præſulatus ſui an. 6. moritur.

11. Landovvardus ſucceſſor legitimus fuit. Hic inter ſuos anteceſſores Regalia, vt vocant primus de manu Ottonis Imperatoris 1. ſuſcepit.

12. Milo ſub Ottone III. gubernator Eccleſiæ an. Chr. 992. aſſumitur.

13. 14. Hic duorum Epiſcoporum nomina in archetypo deſiderantur.

15. Sigebertus ad regimen ordinariè eſt euectus: hic Eccleſiam Diui Martini Mindæ erigi curauit.

16. Bruno ex Collegio Magdeburgenſis Eccleſiæ, vir præſtantiſſimus, ſub Henrico III. præfuit. Apud Mindam fundauit, Monaſterium in honorem S. Mauritij, tranſlatis illo Fratribus de Collegio D. Ioannis Magdeburgenſi. Sedit hic venerabilis Bruno an. 18. & poſt diuturnam ægrotationem ipſo S. Scholaſticæ die obiit.

17. Engelbertus vir Bauarus, Brunoni ſuccedit, tranſlatus Imperatoris voluntate de Eccleſia Bambergenſi ad hanc. Hoc
C
tempore Imperatores per vim ſibi vſurpabant poteſtatem non ſolùm Epiſcopos conſtituendi, verùm etiam Romanos Pontifices. Sedit hic Engelbertus Præſul annis 25. menſibus octo, & à morte in Eccleſiam S. Martini quam perfecit, ſepultus eſt.

18. Reynoardus poſtea admouetur: habuit Competitorem Volmarum, qui Eccleſiæ pinguedine, id eſt, opum & honorum delitiis delectabatur: verùm ipſe repulſam ſuſtinuit. Non quæſiuit verum oſtium, qui volebat aliunde intrare. Sed ſub iſto Reinvvardo Pontifice Ordo Carthuſianorum per Diuum Brunonem, qui fuit Coloniæ ortus, an. Dom. 1082. inchoatur. Epiſcopus hic altera die D. Matthæi obiit.

19. Volmarus Canonicus Hildeſemenſis inuaſit Pontificatum, & inuitis Mindenſibus, ad annum quintum retinuit, Tandem miſerabili & terribili morte, vt ferunt, conſumptus eſt. Malè intrauerat, ſic & malè interiit. Tradunt eum nocte ſubitò in peccatis interemptum, ac Diuum Gregorium cuſtodibus Eccleſiæ apparuiſſe, oſtendiſſeque pallam cruentam &
D
nunciaſſe Pontificis necem, vt eam aliis ſignificarent.

20. 21. Hic iam iterum duo deſiderantur nomina Epiſcoporum.

22. VVitelo ad gubernaculum Eccleſiæ circa an. Do. 1114. acceſſit, quo Sanctus ille Bernardus celeberrimus Abbas, floruit. Fuit hic quidem vir pius & Sanctus, qui ſuis orationibus apud Deum, vt olim Moyſes, Phinees. Aaron, plurimum valuit. Migrauit ad meliorem, in die SS. Innocentum, an. ſalutis noſtræ 1120.

23. Sigevvardus: adductus ad clauum Eccleſiæ, ſedit in Cathedra an. 21. qui an. ſalutis 1144. in die Sancti Victoris in Domino obdormiuit. Conſecrationem ſuam per Legatum Pontificis Calixti II. qui tum temporis his erat regionibus, conſequutus eſt.

24. Henricus ex Abbate Monaſterij S. Mauritij aſſumptus eſt in Epiſcopum. Sedit annis duodecim ad initium Imperij Friderici I. ab obdormitione mortis ſepultus eſt in Borſueldenſi Monaſterio, ſicut moriturus poſtulauerat.

25. VVeneras magno ortus genere, Eccleſiæ autem huius Præpoſitus, ſubſtituitur. Sedit an. 17. pridie D. Martini ad meliora tranſlatus, an. ſalutis 1160. E

26 Anno, natus ex Comitibus Blanckenberg, ſedit an. 24. & an. incarnati Chriſti 1185. occubuit.

27. S. Diethmarus ſucceſſor legitimus fuit. Duxit hic vitam longè ſanctiſſimam, & miraculis ob virtutes claruit. Cùm enim in die Paraſceues, aquam ad potum petiiſſet, illa ſubitò in vinum commutata eſt. Sedit autem hic Pontifex in Cathedra, in maxima rerum perturbatione, dum Otto & Philippus de Imperio digladiantur, an. 21. & pridie D. Thomæ Aquinatis an. Dom. 1206. in Domino fœliciter obdormiuit.

28. Hic iam XXVIII. deſideratur.

29. Conradus de familia de Depholt, hanc gubernandam excepit Eccleſiam. Tranſiit an. 27. ſui Præſulatus, qui poſteris ſuis nomen bonum reliquit.

30. VVilhelmus admotus, ſenſit tempora dura, quare animi ſui ſententiam non valuit in hoc temporis breui ſpatio, ſex annorum, declarare. Obiit an. Dom. 1244.

31. Ioannes hanc Eccleſiam poſt VVilhelmum ſuſcepit regendam. Completis in eo munere decem annis mortuus eſt Ioannes an. Dom. 1252. & patribus ſuis aggregatus.

32. VVedekindus ex Comitibus de Hoya, per ea tempora F
regere cœpit. Hic cum controuerſiam ſenſiſſet cum vicinis principibus, adiunctis ſuis ciuibus de Minda, hoſtes ſuos eſt aggreſſus, proſtrauit eos ſubitò & prædam ex eis non exiguam tulit. Verùm non fuit longæuus illius Pontificatus, anno enim octauo eſſe deſiit.

33. Cono huic Mindenſi Eccleſiæ, cùm Romanum Imperium eſſet acephalum, præfuit. Erant tempora admodum turbulenta, cum obedientia in regno nulla eſſet. Pontifex autem hic in ſuo munere non plenos annos quinque compleuit, & mortuus eſt an. Dom. 1265.

34 Otto eius nominis primus, de Prædicatorum Ordine. Erat ad negotia ſecularia non admodum aſſuetus, quum, quæ ſuæ erant functionis ſtuduiſſet, poſteà tamen cauſa virum docuit, & temporis & rebus ſeſe maximè accommodauit. Eccleſiæ ſuæ iura egregiè defendit. Cùm autem an. 7. ſediſſet, an. Domini 1275. moritur.

35. Vulquinus ſub Rudolpho Imperatore, vir ſua conſpicuus virtute. Præfuit autem cum Romanum Imperium tranquilliora nactum eſſet tempora, quare ipſe quoque commo- G
dius præeſſe potuit. Cùm annos octo non integros compleſſet, ex hoc mundo tranſit, an. ſalutis noſtræ 1282.

36. Conradus II. inde hanc regere cœpit Eccleſiam. Hic Pontifex nihil geſſit memorabile. An. ſui regiminis 13. Chriſti 1300. è viuis exceſſit.

37. Ludolphus cognomento Roiſtetpe, fuit hic vir militaris, qui tamen Eccleſiaſtica officia non neglexit. Inſurgebant in eum nonnulli hoſtes, quibus ipſe egregiè nouerat occurrere. Huius memoria apud Mindenſes ſacroſancta eſt. Anno Domini 1324. ex hac valle lachrymarum emigrauit.

38. Godefridus Comes de VValdegge natus. Hic extruere cœpit arcē in Peteshagē, & hac occaſione nominis ſibi memoriam perpetuam conciliauit. Mortuus an. Dom. 1324. qui de omnib. benè mereri ſtuduit, magnum ſui deſiderium reliquit.

39. Ludouicus ex Ducibus Lunenburg. præfuit, qui ſua modeſtia, tempora meruit tranquilla. Cúmque Eccleſiam an. 22. gubernaſſet, in ſuo monaſterio VValfrode emigrauit.

40. Gerardus de Schavvenburg, Eccleſiam hanc inde cœpit H
paſcendam. Sub Epiſcopo hoc, fuit vndique maxima peſtis, quæ tertiam ferè hominum partem aſſumpſit. Pontifex autem hic an. 7. ſui Præſulatus, cum arcem Rode Eccleſiæ ſuæ adiecisſet, obdormiuit, & Mindæ in maiori templo ſepultus.

41. Theodoricus III. cognomento Cagelmind, Ordinis Ciſtercienſ. homo genere illuſtri. Carolus Imp. IV. hunc ob ingenij induſtriam eſt admiratus, & Pontificis Rom. autoritate ad hanc promoueri curauit Eccleſiam. Carolus autem ad maiorem, ſcil. Magdeburgenſem Archiepiſcopatum eum quoque prouexit: verùm ipſe cum videret ibi inteſtinas ſimultates, deſerere maluit, quam illis præeſſe. Præfuit tamen illi an. 7. ſuperiori 9. Tandem ad Patronum ſuum Imp. Carolum profectus eſt, & in Bohemia diem clauſit extremum.

42. Gerardus Comes de Schavvenburg, prædicti nepos ac pridie Eccleſiæ Minden. Theſaurarius. Hic cum fratre Adolpho ad terram ſanctam ſuſcepit peregrinationem, qui ambo itinere defuncti ſunt.

43. Otto II. VVertin cognomento ex Miſnia, Moguntinæ

næ

[illegible] Hic
A [illegible] pòſt
c [illegible] an. [illegible]

44. [illegible] de Monte [illegible] ſignem Ottonem, ſuccedi [illegible] bonus vi [illegible] cau a, Eccleſiæ iura deffendere, qua in re [illegible] virum præſtantiſſimum in vtroque ſtato, & in religione & in armis egregiè declarauit. Cùm autem annis 16. optimè præfuiſſet, pridie S. Dominici, id eſt, an. Chr. 1384. compatribus obdormiuit, tumulatur in templo maioris Eccleſiæ. Poſt huius obitum propter eligentium diſcordiam, Eccleſia 7. menſibus vacauit.

45. Otto III. de Minda originem habens, fuit Præpoſitus S. Mauritij extra muros Hildenſem, homo militaris. Incidit in turbulenta tempora ac periculoſa. Præfuit Eccleſiæ an. 14. mortuus, mandatus eſt Mindæ terræ in maioris templi Choro.

46. Marquardus, vir inſignis de Rindegben, per Apoſtolicæ ſedis prouiſionem, Bonifacium IX. gubernaculo admotus. Fuit genere Sueuus conſilio & manu potens. Introductus eſt admodum honorificè, vt moris eſt, ad Eccleſiam ann. 1398. multis ſtipatus equitibus. Verùm Pontificis Romani authoritate
B paucis diebus tranſlatus eſt ad Conſtantienſem Eccleſiam: ita nouo opus erat conſilio, pro nouo Epiſcopo.

47. VVilhelmus de Busbe, præpoſitus Eccleſiæ Mindenſis ad eam gubernandam Canonicorum conſenſu aſſumptus. Quid egerit, non refertur in Annalibus.

48. Otto IV. ex Comitibus de Retborg. ad Eccleſiæ regimen inopinato peruenit. Fuit quidem tali Pontificatu, imò maiori dignus, verùm per oſtium legitimæ electionis non intrauit, licet Romani Pont. authoritate peruenerit. Vtcunque ad Eccleſiam fuerit receptus, benè præfuit.

49. VVillebrandus de Hailermundt, illuſtri familia, in religione quam profitebatur, illuſtrior. Fuit Abbas Corbienſis, & à Capitulo creatus eſt Epiſcopus Mindenſ. Cùm iam plenè videret Eccleſiæ bona Principes vicinos iniuſtè ac violenter tenere, cogitauit igitur Eccleſiæ iura defendere. Egit igitur cum eis verbis amicis, vt deſiſterent, ac iniuſta bona Eccleſiæ reſignarent: cùm vero illi parum curarent, armis rem attentare viſum eſt. Conuocauit amicos & ciues, & cum eis de ſubſidio deliberatum eſt, & alea fœliciter cecidit. Quod enim aduerſarij ſponte agere detrectabant, vi coacti ſunt præſtare.
C
50. Albertus ex Comitibus de Hoya. Fuit hic priori, id eſt VVillebrando valde diſſimilis fuit ille Epiſcopus diligentiſſ. hic planè ignauus: viuebat in diem. Rem Eccleſiaſticam nihil curabat, ſummas delitias, ventri ſeruire arbitratus eſt. Tandem vt iners, obiit.

51. Henricus Comes de Schauvvenburg, vniformiter ad eam Eccleſiam electus eſt. an. Dom. 1478. & præfuit an. aliquot ſumma cum laude & vtilitate. Fuit vir tranquillus, modeſtus, pacificus, integer, & qui nulli vnquam moleſtus fuit. Huiuſmodi condidit teſtamentum, quod & religioſo & maximè Eccleſiaſtico conuenit: Corpus terræ; anima Deo, bona pauperibus, & amicis commendata ſunto.

52. Franciſcus Dux Brunſuicenſis, ſuperiore ad aliam vitam tranſlato, Eccleſiæ gubernaculum aſſequutus eſt. Præfuit non ineptè Eccleſiæ.

53. Franciſcus Comes de VValdeck, cuius iam bis facta eſt honeſta mentio, vir bonus & comis, & humanus ſimul ac ſincerus. Qui ob inſignes cum corporis tum animi dotes mirè
D celebratus eſt. Eius diligentiam in ſtructuris videre eſt. Fuit autem corpore obeſo & craſſo. Fuit huic multum negotij cum hæreticis Anabaptiſtis Monaſterij.

54. Georgius Dux Brunſuicenſ. ex Præpoſito Colonienſi, huius Eccleſiæ creatus eſt Pontifex. Inde quoque ad Bremenſem Archiepiſcopatum tranſlatus eſt. Mortuo fratre ad Verdenſem quoque aſſumptus eſt Epiſcopatum. Fuit autem vir egregius, ſiue generis nobilitatem, ſiue morum grauitatem & literarum eruditionem ſpectes. Fuit & Catholicæ fidei pacíſque obſeruantiſſimus. In omnibus ſuis officiis ad vitæ finem laudabiliter præſedit. Mortuus eſt an. Domini 1562. & Verdeni ad fratrem ſepultus.

55. Hermannus Comes à Schauvvenburg, Canonicus ſummi templi Colonienſ. ac euſdem Eccleſiæ Decani frater Germanus, poſt Georgium Eccleſiæ regimen legitimà electione ſuſcepit.

EPISCOPI BASILIENSES.

Baſilea ſeu Baſilienſium ciuitas, ad Rhenum fluuium ſita vulgò Graca cognominatur: Coloniam Rauracorum etiam

Am [illegible] ion [illegible] E
[illegible] Fribu gi Brit-
[illegible] Bal [illegible] cta, Epiſcopi
[illegible]
[illegible] pera Euphratem
c [illegible] um Epiſcopus.

Pant [illegible] hiſtoria vndecim millium Virginum memoratur.

Adelphius, in Concilio I. Aurelianenſi 507. licet alij legant Arauſicenſem, pro Rauracenſi.

Racanacarios, ex Epiſcopo Edneoſi.

Valanus 748.

Valdebertus. 760.

Valdo, 806. factus Monachus Sandionyſianus.

Hatto, vel Hetto, vel Oto, vel Aldo, Legatus imperialis Conſtantinopolim 815.

Vdalricus.

Fridebertus, 856. 859. in Concilio Tullenſi.

Adeluinus.

Rodulphus. 892. F

Irnicus, vel Inngus in Concilio Triburienſi. 895.

Richardus.

Adalbero vel Adalbertus. 1014.

Vdalricus.

Bruno.

Theodoricus. 1044.

Beroigerus. 1057.

Burchardus. 1071.

Rudolphus de Homberg. 1111.

Ludouicus de Phiretro Comes.

Bertholdus vel Bertulfus de Nouocaſtro 1125.

Adelberto de Hombourg, Comes. 1140.

Hanno, ex Abbate Luneburgenſi.

Ottolerius, vel Orchetus de Hombourg. 1156.

Ludouicus, priuatus ab Alexandro 3. in Concilio Lateranenſi 1179. ob Simoniam.

Hugo de Haſembourg.

Henricus de Hombourg. 1160. G

Hugo. 1172.

Lupoldus, vel Lutoldus vel Lutolfus 1207.

Valterus, vel Valdericus, depoſitus in Concilio Lateranenſi, ab Innocentio III. 1215.

Henricus de Thun, Comes 1238. Obiit quo tempore recepti Baſileæ Dominicani & Franciſcani.

Ludoldus, Obiit 1248.

Bertoldus de Phiretro Comes. Obiit 1252.

Henricus de nouo Caſtro, emit Porentrutum, & obiit 1274.

Henricus, ex Minorita.

Petrus Rich. 1288.

Petrus de Aſphelt Medicus, poſtea Moguntinus Archiepiſcopus.

Oto de Grandiſono, Granſon, quod oppidum celebre in Heluetia clade Caroli Burgundiæ Ducis.

Gerardus de Vipinghen. Obiit 1325.

Ioannes de Cabilone.

Ioannes Senen. Obiit 1365.

Ioannes de Vienna Burgundus.

Himerius de Ranſtein. H

Fridericus de Blanchenen & Argentinenſis & Vltraiectenus Epiſcopus.

Conradus, qui poſt Viennium abdicat.

Humbertus de nouo Caſtro.

Harthmannus. Obiit 1423.

Ioannes, ex Abbate Salerienſi, vulgo Seltz. Obiit 1246.

Fridericus. Obiit 1451.

Arnaldus de Rothberg. Obiit. 1458.

Ioannes de Vectioghen, ex Decano Baſilienſi & Spirenſi: quo ſedente fundatur Academia à Pio II. 1460.

Gaſparus. Obiit 1502.

Chriſtophorus ab Vtheoin, abdicauit 1527. Quo tempore hæreſis inducitur in vrbem, ablegata impie verà & antiqua Religione Romana.

Philippus Gondolphein, Collegio Canonicorum migrante Friburgum Briſgoiæ, ſeceſſit ipſe Porentrutū, ibiq; obiit 1553.

Melchior à Liechenfels. Obiit 1575.

Iacobus Chriſtophorus Blannerus, electus 1575.

EPISCO

EPISCOPORVM SILESIÆ CATALOGVS.

A *Ex Annal.* [illegible]

Sileſia vnum habet Epiſcopum [illegible] Nyſſæ reſedit, poſtea Vratiſlauiæ quæ R[illegible] alijs Germaniæ ciuitatibus decore, [illegible] amœnitate & [illegible] dore non cedit. Hic igitur Eccleſia Cathedralis & [illegible] rum Collegium erectũ fuit. Cœpit autem Chriſtiana Religio in his Prouinciis ſub tempore Micilai Principis qui gente Polonus erat, & nouem Eccleſias in ſuo Regno Poloniæ condiderat, quibus amplos prouentus attribuit: iiſq; de Paſtorib. quos à Ioan. XIII. Põtifice poſtulauerat circa an. 966. prouidit.

Ex his autem Sileſiis velut Catechiſta & Apoſtolus datur.

1. S. Godefridus Ciuis Romanus. Hic in templo quod S. Ioanni Baptiſtæ dedicatum erat, reſedit. Paſtor ſedulus Dominici gregis, vt qui concionibus vitæq; exemplo paulatim Ethnicam ſuperſtitionem ſuorum animis euellebat. Quod laboribus an. 17. perfunctus, verus Godefridus, quod idiomate illorum ſonat Dei gloria; vita hac defungitur an. 981.

Succedit huic poſtulante rurſus ex Vrbe paſtorem Rege

B Boleſlao cum in Sileſia nulli eſſent viri eruditi.

2. Vrbanus Canonicus Romanus, a quo Sileſia vere vrbanitatem edocta, ſtudiis quoque imbui cœpit. In hunc enim ex Italia hic ſecum adduxerat viros doctos & librorum vtilium copiam, Scholaſq; Eccleſiæ ſuæ Smoſgrenſi, eo enim tempore hic manebant Epiſcopi, communiit: in quibus & fidei & humanitatis fundamenta per idoneos pædagogos iaciebantur. Præfuit Eccleſiæ ſuæ an. 22. mortuus autem an. 1005. In cuius locum ſufficitur electus à populo Smogrenſi.

3. Clemens Collega prioris, vir doctrinæ & morum, qui Sclauonico etiam populo adfuit prædicator. Deceſſit an. 1027.

4. Lucius inſuper Italus, vir doctus & Zeloſus, atque in docendo ac clero reformando aſſiduus. Inſtruxit elegantem Bibliothecam, quam moriens Collegio ſuo reliquit an. 1036.

5. Leonardus ei ſufficitur, his autem temporibus turbulenta & periculoſa, ſic vt migrare debuerit ad oppidum vicinum, vbi obiit an. 1045.

6. Timotheus etiam Italus à Collegio electus, erat iuris ſacri peritus vitæque laudabilis. Præfuit vſque ad an. 1051.

C 7. Hieronymus primo ſuffectus eſt, & tranſtulit ſedem Vratiſlauiam relicta ciuitate Smogrenſi (quæ ab Abrahamo Ortelio fortaſſis Nyſſa appellatur) multa hic à Caſimiro Rege donaria Eccleſiæ ſuæ obtinuit, verum primitus lignea Eccleſia erat, vti & ligneus baculus paſtoralis quo Epiſcop. vtebatur: ſed mores illius aurei erant, profecti ab ignito illo auro quod nos emere ſuadet Apocalypſis, vt locupletes fiamus. Moritur ex dyſenteria an. 1062.

8. Ioannes poſtulante Rege Boleſlao præficitur huic ſedi, erat è nobili ſtirpe Polonica, & præfuit vſque ad an. 1071.

9. Zyroſlaus Polonus, Eccleſiæ Vratiſlauienſis Præpoſitus, magno zelo incubuit vt officium diuinum qua par eſt decentia & ritibus peragerentur. Deceſſit an. 1120.

10. Imiſlaus alij Heimo vix annis 6. reſedit. Ipſius hortatu inſtitutũ eſt Collegium Canonicorũ Glogouiæ à Boleſlao R.

11. Rupertus rexit Eccleſiam an. 17. & transfertur Cracouiam, eique hic ſubſtituitur.

12. Magnus, regni Cancellarius, vir eruditus. Obiit an. 1146.

13. Ioannes II. pietate præ aliis excelluit, condidit cœnobium ord. Ciſtercienſis propè Cracouiam. Et tandem euocatus Gneſnam, regni Archiepiſcopus euaſit.

D 14. VValterus etiam Cancellarius Boleſlai, conſtruxit nouum templum Cathedrale totis an. 22. quibus ſedit. Mortuus eſt autem an. 1176.

15. Zyroſlaus II. moritur anno 1181.

16. Franciſcus gente Sileſius, valetudine afflicta fuit, & debili, vir alioquin ſedulus, & paſtor bonus. Obiit. an. 1198.

17. Iaroſlaus Sileſiæ Princeps Boleſlai proceri filius. Fuit homo crudelis in parentes & auarus. Obiit an. 1201.

18. Cyprianus ex Epiſcopo Lubuſienſi & Abbate cœnobij S. Vincentij, factus Vratiſlauienſis, apoplexia interiit an. 1217.

19. Laurentius rexit Eccleſiam an. 15. obiit catarrho an. 1232.

20. Thomas Polonus multas paſſus eſt difficultates, propter nimiam auaritiam moreſque ſatis dyſcolos. Eius tempore Schytæ inuaſerunt Sileſiam. Ipſe multas calamitates etiã hoc nomine ſuſtinuit, & obiit poſt an. 35. regiminis, an. 1267.

21. Thomas II. nepos prioris, etiam hic communem cum illo ſortem expertus, varia incommoda habuit cum Principi-[illegible]

[illegible] bus [illegible] rex [illegible]

[illegible] æ, quod [illegible] nam p[illegible]

[illegible] Eccleſiam an

[illegible] Principum Vratiſlauienſium, magnificum [illegible] faſtuoſus, obiit inops an. 1319.

24. Vitus electus cum alio Lutoldo Polono, ſed à Pontifice confirmatus, poſtquam ſeptennio litigaſſet, octiduum tantum pacificè præfuit. Mortuus anno 1326.

25. Nancerus relicta Cathedra Cracouienſi, eo quòd Lochico Poloniæ Regi inuiſus eſſet; huc euocatur. Diſceſſit an. 1341.

26. Preciſlaus Sileſius natione eligitur in Academia Bononienſi. Caſimirus Poloniæ rex omnibus modis agebat quatenus Poloni dumtaxat ſufficerentur in hac Cathedra. Verum iſte Romæ obtinuit confirmationem. Fuit aſſiduus in promouendo Eccleſiam & Epiſcopatum ſuum, vt quem multum locupletauit. Rexit feliciter an. 35. exemptus rebus humanis an. 1376. Ab hoc tempore Epiſcopi Sileſiæ etiam ad gubernationis politicæ clauum adſciti fuère.

27. Theodoricus electus, ſed non confirmatus.

28. Venceſlaus Princeps Lignicenſis, & Epiſcopus Lubuſianus, erexit Collegium Canonicorum Ottmachouij, reſignauit Epiſcopatum, & obiit anno 1417. E

29. Conradus Princeps Oluſcenſis ex commendatione Sigiſmundi Imp. ſufficitur, erat ingenio amœno, & ad hilaritatem omnem probitate temperatam compoſito. Cantus Eccleſiaſtici mirus amator. Exceſſit an. 1447.

30. Petrus II. cognomento Noиack ruſticis parentibus prognatus, Præpoſitus Vratiſlauienſis, & Canonum Doctor. Vir prudens, induſtrius, & frugalis, qui omnia ab Anteceſſoribus oppignorata redemit, aliaque adiecit, Sedulus circa ritus ſacros. Obiiſſe traditur an. 1456.

31. Iodocus ex commendatione Ladiſlai creatur Epiſcopus. Erat ſingulari facundia, doctrinâ, & prudentia, eius auſpiciis pax cum Bohemis coaluit. Dicitur in Eccleſia ſua cum interprete concionatus, cum ignarus eſſet Idiomatis Sileſij. Obiit nephritide 1467.

32. Rodolphus Moguntinus, & auditor Rotæ Romanæ per eruditionem & virtutem euectus, duobus Pontificibus Pio II. & Paulo II. extitit percharus, vti & Canonicis ſuis, qui eum ſuis humeris extulerunt vita defunctum ann. 1482. Sedauit bellum Pruteticum, miſſus hoc fine ab Apoſtolica ſede Legatus, & ſub extremam ſenectutem, omnibus curis ſe abdicauit, moritur apoplexia, magno ſui deſiderio relicto. G

33. Ioannes IV. dictus Roth, vir admodum eruditus, & facundus, & ſcriptis clarus. Fuit Ladiſlai Regis conſiliarius, item Friderici Imp. ac Epiſcopus Lauentinus. Erat vitæ continentis & probatæ, qui omne tempus quod ſupererat negotiis, ſtudiis impendebat, diſciplinæ Eccleſiaſticæ quæ collapſa multum erat reducendæ ſedulo inuigilabat. Cantus Gregoriani amantiſſimus, modos Muſicos è ſua Eccleſia ſuſtulit. Cumque otij & quietis cupidus eſſet, petiit coadiutorem ſui regiminis, qui tandem ceſſit.

34. Ioannes Turſo Cracouienſis, ac mortuo Prædeceſſore an. 1056. ei ſucceſſit. Erat ingenio miti, pacis cupidus, humanus, & conſuetudine Doctorum delectabatur. Mortuus autem anno 1520.

35 Iacobus à Salza Præſes Ducatus Glogonienſis ſuccedit, & præſedit vſq; ad an. 1539. An autẽ hic Catholicus permanſerit, aut Catholicos Succeſſores habuerit, nõ cõſtat ex hiſtoria Curæi. Illud tamẽ pro cõperto eſt, fuiſſe ſub ſucceſſore huius qui H erat Balthazar Primicius eques, factã circa Religionẽ magnã mutationem, & Lutheri virus etiam hic mentes factioſorum imbuiſſe, vixit autẽ præfatus Primicius vſq; ad initiũ an. 1561.

EPISCOPI, ET ARCHIEPISCOPI PRAGENSES.

Ex Ioannis Dubrauij hiſtoria Bohemicâ.

Praga Regni Bohemiæ caput & Metropolis, vrbs ampliſſima, Imper. Regum, & Antiſtitum inclyta ſedes, loco amœno & ſalubri ſita, tres ciuitates complectitur, Veterem, Nouam, & Paruam. Hic autẽ primũ Eccleſiam ſiue Baſilicã ad honorem S. Viti Martyris ædificauit an. 923. S. Venceſlaus Patriæ Dux & Martyr, quã S. VVolgangus Epiſc. Ratisbonenſis conſecrauit: & demum an. 968. Epiſcopalem ſedem eſſe voluit Boleſlaus pius. Igitur qui primus hic cathedram tenuit Rege annuente.

1. Dethmarus fuit, gente Saxo, Canonicus Magdeburgenſis, quem Archiepiſcopus Moguntinus conſecrauit, cui &

[illegible] Caſar [illegible] Sclanonic [illegible]
V [illegible] vt [illegible] exem-
plo [illegible] Magiſtrum [illegible]
doce [illegible] potens [illegible]
locum Boleſlai eiuſdem patrocin [illegible]

2. Voytychios, coi nomen Adelbe[illegible] impoſuit A[illegible] primos Magdeburgenſium Archiepiſcopus; vir Zeloſus, qui omnem ſuperſtitionem eliminare ſummo ſtudio contendebat. In taxandis criminibus rigidus: qoo factum vt nobiliores aduerſus ſe concitaret, magnaſque difficultates in dies ſuſtineret ab illis, qui aduerſus pietatis exercitia ſe contomaces præbebant. Hinc dignitatem ſuam in Strachiqoatum Boleſlai fratrem transferre laborat, quam tamen ille tone renuit acceptare. Pergit deinde Romam, & Bohemos Chriſti iugum excutere volentes excommunicari iobet: quare exacerbati, in fratres illius manos iniiciunt violentas, &

3. Strachiqnatus qui ante renonciaoerat, Epiſcopi abſentis munus ambit. & ab Imperatore & fratre impetrat, verumdum iam conſecrandus coram Moguntino, aliiſq; Præſulibus, ſtrangulatur, vnde miſſi Romã qui Adalbertom reuocarent quibus
B licet auſcultare abnueret, tamen Pontificis imperio ceſſit, & ad Eccleſiam ſuam rediit. Qua in fide confirmatã, ad Polonos & Pruſſios prædicandi Euangelij cauſa deceſſit, vbi bruta ipſa arrectis aoribus adſtiterunt concionanti, hominibus in virum ſanctum irruentibos, eumq; ſeptem ſpiculis confoſſum miſerè trucidantibos circa an. 997. aliis tamen placet dumtaxat fuiſſe 988. Boleſlaus cadauer ingenti pretio, pari ſcilicet auri pondere à Barbatis redemit, quod ocius maximis illuſtribuſque miraculis coruſcauit, & ad illius honorem Stephanus Rex Pannoniæ Strigonij primus templom in arce condidit.

4. Succedit ad poſtulationem Boleſlai Theodatus Saxo, Otthonis Cæſaris ſcriba & Secretarius.

5. Heliehardus hoic ſubrogatur, vir admodum prudens baptizauit & confirmauit Bratiſlaum filium Vdalrici Principis & grauiſſima diſſidia inter præfatũ Vdalricũ & fratres cõpoſuit.

6. Iſo genere & vita clarus, ac canitie veneraodus etiam ad huius Eccleſiæ clauum adſciſcitor circa an. 1242.

7. Seuerus huic cooptatus omnium votis, reliquias, ſacramque ſupellectilem Eccleſiæ Gneſnenſis, vrbe capta à Bretiſlao,
C Pragam transtolit, & ipſum Principem Cæſari reconciliauit. Erat vir maturo iodicio & conſilio, gratus ſummis & imis, redarguendis criminibus abſque perſonarum acceptione rigidus. Interpretationis ſomniorum gratia donatos. Cumque Epiſcopi Pragenſes hactenus etiam Olomucenſem Eccleſiam rexiſſent, ad inſtantiam Vdalrici, hanc reſignat in Ioannem, retenta ſibi Pragenſi. Moritur an. circiter 1064.

8. Iacomirus Frater minimus Vdalrici ſubſtituitur, & inaugnratur fauente Henrico Cæſare, & in inauguratione nomen Gerardi accipit. Admodum infeſtus fuit magicis ſuperſtitionibus, & Iudæos qnoque ad certas metas deduxit. Cumque grauis diſſidij cauſa Romam pergeret, Strigonij deceſſit. Eo mortuo Vratiſlaos nihil prius habuit, quam diſiungere Olomucenſem Epiſcopatum à Pragenſi, atque hic nouinaoit.

9. Coſmam Decanum, virum ſenio & diſciplina venerabilem, facta Olomucenſibos facultate Pontificem ſibi eligendi ex gremio Collegij ſui. Erat autem Coſmas ſedulus ouilis ſibi crediti Paſtor, in eliminanda ſuperſtitione Ethnica aſſiduus.
D Obiit autem in ſoa reſidentia.

10. Hermannus à Rege inſtituitur, & inauguratur. Fuerunt eo ſedente inter Principes graues ſimultates, quas ille declinãs Bambergam ad tempus ſeceſſit. Taxatur quod plus in aula quã Eccleſia ſua verſaretur, potuiſſetq; pluribus difficultatib. mederi, ſi non per adulationem & ambitionem magis Principib. gratus, quam ſeuerus extitiſſet. Obiit autem circiter an. 1115.

11. Mainardus Germanus ſuccedit refragante nobilitate, qoæ Bohemum deſiderabat. Ex Eccleſia ſua eiicitur ob crimen conſpirationis falſo illi impoſitum: ſed fraode detecta abſoluitur, & reſtituitur, mox an. 1135. Ludibundus, & vt erat ingenio amæno, Æſopi Apologis ſe oblectans, moritur.

12. Ioannes Eccleſiæ Vicegradenſis Præpoſitos eligitur paucis annis præfuit, moritur ſub an. 1144.

13. Otho ſuccedit, cuius vnica cura erat ſummã cleri licentiam refrenare, & leges ei ſaluberrimas condere. Obiit ao. 1152.

14. Daniel Lyppanus clano admouetur. Eius tempore inter Imp. Fredericum Barbaroſſam & Pontificem graues ſimultates exortæ, reipublicæ ſtatum non parum turbarunt, qoibus

[illegible] quoque [illegible] in [illegible]
[illegible] pelle E
15. [illegible]
[illegible] perunt.
16. [illegible] diu ſuper-
[illegible]

17. [illegible] Regis frater, à pueritia bonis litteris deditus & in Pariſienſi Gymnaſio educatus eligitur. Eo ſedente, ad bellum ſacrum annuente Pontifice Clerum Legatus illius adhortabatur, atque ad ſeruandam exactius cælibatum incitabat, eratque Henricus vtriuſque decreti non ſolum promotor, ſed & Anteſignanus. Poſtquam autem & paſtoris boni, & Principis clementiſſimi partes ſoſtinuiſſet an. 15. moritur Egræ, in finibus Bohemiæ, an. 1197.

18. Daniel à Clero commendatos ab Vladiſlao ſuſficitur. Præeſt vſque ad an. 1218. quando ei ſuccedit.

19. Andreas qui regi infenſos euaſit, quod pro officio ſuo eũ ad expiandam ſacrorum negligentiam cohortatus fuiſſet; nam grauibus exactionibus clerus euiſcerabatur, quo factũ vt Rex excommonicaretur, Epiſcopo Romam profecto, vnde redux in gratiam com Rege reuertitur, at mox rurſos ab ea excidit quod libertatis Eccleſiaſticæ ſe vindicem atrociorem exhibe- F
ret. Andreas a. iteratò Romam fugit, & ib. diem ſuum obiit.

20. Ioannes Scholaſticus calculo Collegij & Regis obtinet præſulatom, quamvis plures ad eum competitores eſſent, eiuſque electionem Gregorius Pp. probauit, an. circiter 1275.

21. Succedit Nicolaus, qui tandem Regi ſuſpectos de coniuratione, apud eum ſe purgauit.

22. Ioannes Georgij Draſitij F. fit Epiſcopus, vir prudens & magnanimus, aoxit emolumenta ſuæ Eccleſiæ.

23. Tobias præfuit & Cathedræ & Regno ſatis feliciter, vnde & Poloniæ adminiſtrationem conſequitur, donec hæres adoleuiſſet, quod factum traditur circa an. 1292. Ipſe autem humanis rebos eximitur ſub an. 1306.

24. Ioannes III. ſuſficitur, qoi in ordine Epiſcoporum vltimus fuit, nam illo mortoo, Carolus xxxi. Rex, Eccleſiaſticam dignitatem Metropolitæ prærogatiua commendandam ratus, annuente Romano Pontifice Clemente VI. Epiſcopum Pragenſem à Moguntini Iuriſdictione exemit, & Gymnaſium publicum ad æmulationem Pariſienſis erexit ſub an. 1340.

Archiepiscopi Pragenses. G

25. Igitur confirmatã à Rom. Pont. dignitatis prærogatinã, Erneſtus inſtitoitur, à quo etiam Rex ipſe coronatur, apud quem plurimum pollebat. Præfuit ad an. circiter 1368.

26. Ioannes ei in munere ſuccedit, qoi Venceſlao Regi percharus erat, vt cui vni benè monenti ſolitus auſcultaret, erat prius Epiſcopus Olomucenſis, mox S. R. E. Cardinalis, obiit autem an. circiter 1363. Soccedit.

27. Sbineo III. Archiepiſcopus, dictus à Leporibus. Sub hoc Ioannes Huſs ſuum viros ſpargere audacter cœpit, & aduerſus Eccleſiaſticas ſanctiones debacchari: ac Vvicleffi damnatas propoſitiones proponere. Quibos conatibus Præſul pro virili ſe oppoſuit, & librum Vicleffi palam comburi iubet, ſupra 200. Exemplaribus conquiſitis, qoorum tonc pretium inæſtimabile apud nooos iſtos hæreticos: verum dum à Sigiſmundo Rege Hungariæ aduerſus Huſſitarum turbas auxilia depoſcit Sbineo, moritur Poſonij, veneno vt timebatur ſublatus: corpus Pragam delatom. Circa an. 1406. At præſtantiſſimo Antiſtiti, fauente Venceſlao, ſordidiſſimus ſuffieitur, qui commo- H
ni nomine 28. Magiſter Albicus appellabatur, profeſſione Medicus, homo omnino mechanicus & tenax, ſic vt clauem ipſe à penu & cella vinaria ſibi retineret, vnde ab eqois quod nocte etiam vorarent, alendis ita auerſus erat, vt diceret ſe libentiùs ferræ ſtridorem audire, qoam equos dentibus de nocte auenam confringentes, vnde ab omnibus deſpectui habitus fuit: captaque eã occaſione, Ioannes Huſs Pragam vnde pulſus fuerat rediit, & loliom ſuum inſpargere vti cœperat adlaboranit. Interea Concilium Conſtantienſe celebratur, in quo Huſs cum ſoo Collega Hieronymo condemnatur, an. 1415. Albicus vero videns res Bohemorum in peius ruere, tempeſtiue de Epiſcopatu ſuo diſpoſuit, eumque vendidit.

29. Contrado Beſtuallo Regio ſubcamerario & Epiſcopo Olomucenſi.

30. Poſt hunc Rokiczano homini nefario & hæretico ſuorum factione ad hanc dignitatem ſpes alebatur, at cognita illius perfidiã & proteruiã euanuit: eum inſectabatur Imp. Sigiſmundus, ſic vt fuga ſibi conſuleret, & Chriſtianus pius ac eruditus

etiā … P… [illegible]
A qui ad … [illegible]
autem Roc… [illegible]
lentiora cœnobia … [illegible]
Infamis, anno 147… [illegible]

ARCHIEPISC… [illegible]

S… [illegible]

Summam in Catholica Religione hic concordiam per vniuerſam Europam, Leone X. Eccleſiam, & Maximiliano I. occidentis Imperij gubernacula tenente, Annalium monumentis conſtat. Turbauit hanc primitus impuri cuiuſdam & pertinacis Monachi, quem ipſa nominis ſordities inquinat; inſolens temeritas circa annum M. D X V II. qui fouente eum Ioanne Saxoniæ Duce Germaniam variis erroribus quorum plerique diu ab Eccleſia damnati, imbuere cœpit, virusque ſuum longè lateque ſpargere. Quo fonte clades & deliquium omnis pietatis & auitæ religionis in vicinas Prouincias fluxit, & ſuppoſitum doloſo cineri libertatis nomen, Belgas ſecundis fortunę opulentioris flatibus plus æquo elatos inuoluit,
B eoque dementiæ adegit, vt non Deo tantum, ſed & Principibus ſuis datam fidem peſſundare inciperent, nouo & inaudito hactenus noui Euangelij fructu. Cui malo opportunam medicinam adhibere ſumma contentione laborauit. Carolus V. Imp. eamque Philippus II. Hiſpan. Rex eiuſdem Filius præſentiſſimam cenſuit, ſi Belgica Ditio quæ XVII. Prouincias vrbibus & populis abundantes complectitur, & ante hac proprios Epiſcopos non habuerat, ſed longè diſſitos, & peregrini plerumque Idiomatis, in varias Diœceſes diuideretur, & cuique ſuus præficeretur Epiſcopus, qui gregi ſuo adeſſet, & potens exhortari in doctrinâ ſuâ, illos qui contradicebant, quales iam multos paſſim inuenire erat, argueret, ac verbo & exemplo præeſſet.

Igitur ad inſtantiam piiſſimi Regis arduum hoc negotium apud Paulum IV. Pont. tractari cœptum, qui vbi illud excutiendum ſeptem S.R.E. Cardinalibus commiſiſſet, ac pleriq; viri excellentes eidem inſudaſſent, non obſtante grauiſſimo multorum cùm Eccleſiaſticorum, tum Secularium principum molimine, criminatione, & obiectis, vniuerſum Belgium
C per Diœceſes diſtribuit, & loca pro Epiſcopatibus vnà cum dote aſſignauit, nouoſque in Belgio Epiſcopatus inſtituit an. 1559. 4. Id. Maij ac paulo poſt Epiſcopos in iis à Rege nominatos confirmauit, exemtis deinceps & liberatis Belgicarum Prouinciarum Eccleſiis, ab auita Rhemenſis, Colonienſis, & Leodienſis Epiſcoporum Iuriſdictione, & veteres Cameracenſium ac Vltraiectenſium Cathedrales Eccleſias, in Metropolitanas erigens, nouamq; Mechlinienſem cum Primatus titulo adiiciens, cuiq; ſuos ſuffraganeos cum certis limitibus & dote aſſignauit, quorum omnium Notitia & diuiſio ſuprà in Notitia Epiſcopatuum per Aubertum Miræum vulgata diſtinctim habetur. Nos hic Archiepiſcoporum & Epiſcoporum qui nouas has Cathedras inierunt, ex ordine Catalogum dabimus, vnà tamen cum illis, qui ab antiquo eodem munere in Belgio perfuncti, vt puta Epiſcopos Cameracenſes, Atrebatenſes, Tornacenſes, & Vltraiectenſes, &c.

EPISCOPORVM, ET ARCHIEPISCOPORVM CAMARACENSIVM ORDO,
D & ſucceſſio.

Ex Hiſtoria Gazeti & aliis.

Cameracum à Cambro Cimbrorum & Tungrorum Rege nomen primatus accepiſſe, tradunt plures. Ciuitas eſt ad Scaldum fluuium ſita, vt cuius prima origo haud procul hinc viſitur. Amænitate, fortitudine, ædificiorum ſplendore, Atrium quæ ſub poteſtate Regis Catholici contra Gallos manent, nobore nulli ſecundum. Fuit hic antiquitus ſedes Epiſcopalis, & Epiſcopus olim temporalem & ſpiritualem iuriſdictionem, ceu verus ciuitatis & territorij, quod Cameracenſium vocatur, Dominus, vſurpauit. Hinc etiam hodie S. Imperij Princeps, Dux Cameracenſis, & Comes Cameracesij nuncupatur.

Primus igitur qui Cameracenſi populo veritatis Euangelicæ viam aperuit, fuiſſe perhibetur.

1. S. Diogenes Martyr, natione Græcus, conſecratus Epiſcopus ab Archiepiſcopo Rhemenſi, tempore Xiſti II. & Dionyſij Pont. circa ann. CCCLXX. qui ſedulo incumbens Apoſtolico muneri, à Vandalis trucidatur in Eccleſia B. Mariæ Atrebatenſi, poſtquam ſediſſet annis XX. Donauit autem gra- … [illegible]

… perſecu… [illegible]
… aut … [illegible]
… & A… [illegible]
V… aſt… ſub ann… [illegible] … Atrebatum,
… ſt … [illegible] … cæcum & claudum … nomine IESV
… annonæ ab … integritati reſtituit. Conſtruxit hic Eccle-
… in honorem B. Virginis, in qua poſt quadriennales labores in vinea Domini obitos tumulatus fuit, quamuis eius corpus per S. Aubertum tranſlatum ſit ad Abbatiam, quæ nunc omnium Belgicarum opulentiſſima, in honorem & memoriam illius excitata. Obiit ille an. D XL.

3. S. Dominicus ex Archidiacono Epiſcopus, ſedit an. X. aut paulo amplius, meritorum plenus obiit.

4. Vedulphus circa annum D. LXXXIII. electus, Cameracenſem reſidentiam Atrebatenſi vbi rarior populus, prætulit, relicto tamen ibidem in ſpiritualibus vicario.

5. S. Gaugericus omnium votis ſuffectus, ob vitæ ſanctitatem, qua eminebat, conſecratus fuit an. D. XCIV. aſſiduus fuit in catechizando rudioribus, omnibuſque verbi diuini panem frangendo. Sic vt etiam Clotarium Regem adhuc in fide nutantem confirmauerit, cæco in itinere viſu donato. Conſtruxit varia cœnobia Benedictorum. In pace quieuit anno. DC. XXXIII. poſtquam XXIX. rexiſſet binas Eccleſias. *Sg. in Clem.* F

6. Bertholdus alij Bertrandus, ex conſanguineis Regum Galliæ, ſedem tenuit an eodem quo prior defunctus eſt. Interfuit concilio Rhemenſi.

7. S. Ebertus alij Aldebertus Brabantus, ſucceſſit an. DC. XXXVIII. tres habuit ſorores in canonem Sanctorum relatas. Reynaldum Gudulam & Pharaildem, eius corpus Mabuſij conditus in Eccleſia Cannnicatum.

8. S. Aubertus fuit conſecratus an. DC. XLIV. ſedulus ſpeculator pro domo Dei, plures vigilantia ſua Chriſtianis moribus & diſciplinis imbuit, & variorum cœnobiorum auctor exſtitit. Succeſſit eidem.

9. S. Vindicianus, an. circiter DC. LXXXVII. magno zelo Chilpericum Regem ob cædes quaſdam perpetratas ad pœnitentiam permouit, eumque ad dotandas plures Eccleſias & immunitatibus decorandas incitauit. Rexit vtramque Eccleſiam miro cum fructu, vſque ad annum DCC. & IV. quando ſubſequente anno eligitur, & conſecratur G

10. Hildebertus, qui ſedit annis ſeptem.

11. Hunaldus ſucceſſit an. DCCXII. ſub Pepino Heriſtelio Comite ſtabuli Franciæ.

12. S. Hadulphus filius S. Ranulphi Martyris, ex a. Abbate Vedaſtino, Epiſcopus conſtituitur an. DC. XVII. in vtroque munere ſtrenuum ſe exhibuit, & operarium inconfuſibilem, in Abbatiali quidem XIX. in Epiſcopali an. XII. Poſt mortem miraculis claruit. Eius corpus in Eccleſia S. Vedaſti iungitur eiuſdem S. reliquiis. Succedit.

13. Tevvardus vel Tranardus, Tragardus, & Turonus, interfuit Synodo Moguntinæ celebratæ per S. Bonifacium Archiepiſcopum ibid. an. DCC. XLVIII. legatur *Baron. tom. 9. ad eum annum*, huius tempore & impulſu pleraq; Monaſteria excitarunt Gerardus Burgundiæ Comes, eiuſque coniux Bertha.

14 Godofredus filius S. Arnulphi Martyris, electus fuit anno DCC. LIII.

15. Albericus ſedit anno DCC. LXXVII.

16 Heduardus aliis Hilduardus, præfuit an. DCC. XCVIII. H exſtitit charus Carolo Magno Imp. & ab eo multas Eccleſiæ immunitates obtinuit. Interfuit concilio Nouioduni per Vulfarium Remenſem Epiſcop. celebrato.

17. Alitgerus, vel Alicarius & Halcarius conſecratur ann. DCCC. XVII. Scripſit varia Opuſcula, quæ Ebони Rhemenſi Archiepiſcopo inſcripſit. Eleuauit corpus S. Vrſmerij Confeſſoris in Abbatia Lobienſi an. 823.

18. Theodoricus an. circiter DCCC. XXXII. ſacratur Præſul. Anxit dotem Abbatiæ Lobienſis, eleuauit corpora SS. Liuini & Brixij martyrum. Interfuit Synodo quam Hincmarus Rhemenſis Archiep. Sueſſonæ celebrauit: vacauit poſt mortem illius ſedes an. III. eo quod Lotharius Imperator in ea Epiſcopum ſubſtituere intenderet, non attentis ſuffragiis cleri, cuius conatibus ſe oppoſuit Hincmarus.

19. S. Ioannes an. DCCC. L. conſecratus. Præſul fuit ſummæ pietatis, prius Cantor Eccleſiæ Cameracenſis, eius hortatu Macarius Comes multa prædia donauit Eccleſiæ Cathedrali. Cameraci Sanctiſſimè vixit, & deceſſit, quod crebra miracula ad illius inuocationem patrata teſtantur. Succedit in dignitate;

20. Rotat

[illegible] A[illegible]bat[illegible] [illegible]ſis. Sedit [illegible] nis [illegible]pus ſub [illegible], verum Camera[illegible] S. Auberti [illegible]entico IV.

21. [illegible] Monachus S. Vedaſti [illegible] ad [illegible] ſeceſſit, ibique Epiſcopus [illegible] an. DCCCLXXXVII. [illegible] ab Imp. Arnoldo confirmationem omnium priuilegiorum, & immunitatum, quas indulſerant illius prædeceſſores Eccleſiis Cameracenſi & Atrebatenſi, & ciuitatem Cameracenſem ampliorem reddidit, multiſque ſuæ virtutis monumentis relictis diſceſſit anno DCCCXCV.

22. Stephanus natione Holſatius, vir magnæ eruditionis, ſuccedit anno inſequenti. Eccleſiam Cameracenſem hæredem moriens nominauit an. DCCCCXXIV.

23. Fulbertus filius Ducis Brabantiæ eligitur anno proximè ſequente obitum Stephani. quo ſedente Iſaac Comes Cameracenſis vrbem valde afflixit, cuius improbitati hic reſtitit pro virili. Etiam Hunni circa hæc tempora Galliam innaſerunt, & Cameraco inſidiati ſunt: ſed ſolertia & vigilantia Antiſtitis nihil mali paſſum. Recuperauit corpus S. Hermetis mart. ab Epiſcopo Colonienſi apud quem depoſitum fuerat propter perſecutionem Normandorum: & reſtituit Eccleſiæ Rhemenſi.

24. Berengarius, non ille Sacramentarius, ſed zeloſus Verbi Dei præco. Othonis Imp. conſanguineus, eligitur anno 950. præfuit annis circiter octo. Cum enim eſſet moribus ſatis incompoſitus, clero & populo exoſus, receſſit Coloniam vbi in S. Gereone quieſcit.

25. Ingiramnus ex Monacho factus Epiſcopus, doctrina & pietate famam primum, deinde honorem comparauit. Fuit humilis & gratus ſuis, apud quos non exiguum ſui deſiderium reliquit.

26. Anſbertus Monachus Vedeſtinus, Epiſcopus creatur an. 961. & ſuccedit ſexennio poſt.

27. VVibaldus Archidiaconus Nouiodunenſis. Hic ab Imperatore obtinuit dominium ciuitatis Cameracenſis, non niſi integro anno illius beneficio vſus, cum ex Italia, quo negociorum cauſa præfectus fuerat, reuertitur. diem ſuum obiit.

28. Theodatus Præpoſitus S. Seueri Coloniæ ſuccedit anno 969. vitæ ſanctitate excelluit. Ita vt celebrante aliquando miſſam, ſacra hoſtia in aërem ſublata fuerit, & ita ad os illius inuiſibiliter delata. Moritur Coloniæ, & ſepelitur in præfato templo.

29. Rotardus II. poſtquam annis aliquot ſedes vacaſſet. electus omnium votis fuit. Perfecit ille Eccleſiam cathedralem Cameracenſem.

30. Herluinus ex Archidiacono Leodienſi Epiſcopus renonciatus anno 995. Ædificauit palatium Epiſcopale, eique Henricus II. Imp. & ſucceſſoribus illius ceſſit comitatum Cameraceſij.

31. Gerardus Sacellanus Imp. Henrici ingenio ſagaci, & eruditionis non vulgaris, conſecratur an. 1014. Fundauit Cameracenſij Abbatiam S. Andreæ, quam opibus ſuis auxit anno 1025. Interfuit Synodo Moguntinæ, quam celebrauit Bardoo Archiepiſcopus an. 1032.

32. Libertus Brabantus, à Prædeceſſore velut à teneris educatus, ad tanti muneris dignitatem ſenſim conſcendit, nam Præpoſitus & Archidiaconus Cameracenſis, in demortui locum ſufficitur, etiam annuente Henrico III. Imper. an. 1049. voti ergo in Palæſtinam ſeceſſerat, in quo itinere plura miracula patrauit, victu & veſtitu fuit valde exemplari & tenui, ſolum intentus quomodo luculentam meſſem in horreū dominicum congereret; vnde cum exultatione manipulos ſuos deferens deceſſit a. 1076. Sedente Romæ Gregorio VII.

33. Gerardus II. nepos defuncti, ſuccedit. Reſtaurauit Eccleſiam primariam Cameracenſem, quæ inopinato incendio conflagrauerat. Obiit an. 1093.

Poſt mortem huius, Clerus, Atrebatenſis apud Vrbanum II. multa egit, tandémque peregit, vt proprium Epiſcopum haberent, & à Cameracenſi deinceps eximerentur. Itaque impetratis iis quæ poſtulauerant, factaque huiuſmodi ſeparatione, datus eſt Atrebatenſibus Epiſcopus. Cameracenſi vero Eccleſiæ ita vt præmittitur, ſeparatæ, præficitur.

34. Manaſſes, primus Archidiaconus Rhemenſis: inſtauratus anno 1095. & factus mox Epiſcopus Senenſis. In cuius locum ſuccedit

35. Burchardus omnium voti electus an. 1114. ſed quia non conueniebat inter Pontificem & Imperat. ſuper iure electionis, tantum poſt biennium conſecratus fuit. Erat Antiſtes ſumma vitæ ſanctitate, & in rebus agendis moderatione, qui Epiſcopatus ſui prouentu multum auxit. Familiaris erat Norberto Præmonſtratenſium Patriarchæ, ſuaſorque extitit Præpoſito & XII. Canonicis S. Michaelis Antuerpiæ, vt eundem Norbertum virum ſanctiſſimum conuocarent, & hæreſi Sacramentariæ quæ ibidem vigebat, ſe opponeret, eamque eloquio quo valebat opprimeret. Idem ratam habuit donationem memorabilem, quam eidem Norberto, & ſociis eius liberaliter præfati canonici fecerant, iiſdem Eccleſiam ſuam cum villis & emolumentis IV. præbendarum in perpetuum conſignantes, & cœnobij S. Michaëlis quod etiamnum hic viſitur, fundamenta certiſſima iacientes. quæ omnia parent ex Diplomate cuius copiam habes *apud Baronium Tom. 12. Annal. in Append. ad annum* 1124. quo etiam idem Epiſcopus conſecrauit Eccleſiam B. Mariæ in eadem ciuitate Antuerpienſi, ad quam paulo ante canonici præfati cum octo Præbendis migrauerant. Multis tandem præclare geſtis, hinc emigrauit anno 1130.

38. Lietardus importunè ab Imper. Lothario poſtulatus, Pontifice inuito aſſenſum præbente, anno 1131. ſatis moroſum & muneri ſuo indignum ſe præbuit, ſic vt Diœceſis collaberetur eo ſedente. Quare delatis ad Pontificem querelis deponitur, & ſubſtituitur anno 1137. è gremio Canonicorum ibidem.

36. Nicolaus Claret vir eruditus, & vitæ integer, vixit in Epiſcopatu ſumma cum modeſtia & tranquillitate. Huius tempore ædificari cœptum monaſterium Cambronenſe, anno videlicet 1148.

40. Petrus Elſaſius filius Comitis Flandriæ, frater Philippi Comitis Hannoniæ. Habuit duntaxat dignitatem & nomen Epiſcopi, cum nullis ſacris ordinibus initiaretur, & minus ordini incumbens per ſuffraganeum expleuit. Anno vero 1170. abdicauit ſe etiam dignitate, & ad ſæcularia vota tranſiuit ducta vidua Ducis Niuernenſis. Succedit.

41. Robertus ex humili genere, at virtute & ſcientia præaltus, quæ eum per varios gradus Eccleſiaſtici honoris ad hunc apicem euexerunt. Tamen cum eſſet ſummæ apud Principes authoritatis, multorum odiis expoſitus fuit, quorum conatu per nefarios aliquot Valencenis trucidatur. Corpus Atiam delatum, vbi aliquamdiu Præpoſitum egerat.

42. Alardus prius Archidiaconus & Theſaurarius, conſecratus an. 1175. obiit plenus dierum: & ſuffectus

43. Rogerius de VVaurin, conſecratus in Vrbe per Guilielmum Rhemenſem Archiep. Cardinalem S. Sabinæ an. 1179. Redux ad Epiſcopatum nonnihil ſimultatis habuit cum ſubditis, quo factum vt in terram ſanctam deuotionis ergo concederet: & in itinere perfecta iam peregrinatione, melioris Hieruſalem, ita ſperamus, ciuibus adſcriberetur an. 1190. ſepultus fuit in habitu regulari.

44. Ioannes II. Decanus Atrebatenſis primum, deinde Epiſcopus Cameracenſis, iuuenis ætate, at maturus iudicio & experientia, obiit quinque ſeptimanis ab electione Niuellis in Brabantia.

45. Ioannes III. ea conſanguinitate Frederici Regis & Imperat. à quibus Eccleſiæ ſuæ immunitates ab aliis datas confirmari curauit.

46. Hugo conſecratus an. 1196. Præmittunt huic quidam Nicolaum II. at non reperitur in antiquis Schedulis.

47. Petrus de Corbelio an. 1200. ſufficitur. ex commendatione Innocentij Papæ. Habuit duos fratres etiam Epiſcopos Tandem factus Archiepiſcopus Senonenſis, diſputauit contra hæreticos Albigenſes.

48. Ioannes Bethunienſis locum Petri & Sedem occupauit anno circiter 1210. & obiit anno circiter 1218.

49. Godofridus de Fonteyne nominatus Bonus Epiſcopus, propter morum ſuauitatem, & in pauperes beneficentiam

[illegible] am. M [illegible]
A [illegible] ges [illegible]
E [illegible] uitat [illegible]
mortem [illegible]
quadriennio poſt [illegible]

50. Guido de Laon [illegible] E[illegible] ſia, in ſcientia diuinarum rerum verſat[illegible] vt [illegible] nomen titulumque eonſequtus. Moritur A[illegible]genij in Flandria, an. 1250. & ſucceſſit.

51. Nicolaus de la Fontaine anno ſequenti, vir conſilij & zeli. Sub huc cepit anno 1267. deuotio & cultus circa B. Virginem in oppido Hallenſi. Obiit an. 1274.

52. Engeramus de Querquy inauguratus annis 1275. rexit annis 4.

53. Guilielmus de Hannonia filius Comitis Ioannis. Mortuus in itinere Paleſtinæ an. 1296.

54. Guido de Colomedio vir doctiſſimus, & Piiſſimus ſcriptis etiã eruditiſſimus clarus. Habuit nepotem ſibi cognominem Epiſcopum Rhotomagenſem an. 1236.

55. Philippus de Marignij ex Canonico fit Epiſcopus an-
B no 1398. celebrauit Synodum an. 1307. & biennio poſt renunciatus Archiepiſcopus Senonenſis, obiit anno 1325.

56. Petrus de Mirepoia ex Montiſ-peſſulani Epiſcopo huc euocatus, poſtquam Eccleſiæ Cameraceoſi libertatem quam ademerat Ioannes Comes Namurcenſis reſtituiſſet, factus Epiſcopus Baiocenſis an. 1324.

57. Guido de Bologne frater Comitis Bononienſis, & auunculus Roberti Geneuenſis, qui etiam fuit Epiſcopus Cameracenſis, xaii. Fuit prius hic Tornacenſis, & adminiſtrauit Diœceſin Cameracen. per vicarios aliquamdiu, & inauguratus duntaxat anno 1350. Factus Card. & Archiepiſcop. Lugdunenſis.

58. Guilielmus Ancomitanus Fil. Ioan. Comitis D. Aueſnes in Hannonia. Rexit difficillimis temporibus, quibus diœceſim Cameracenſem affligebat Comes Hannoniæ, & Angliæ ac Franciæ Reges. Vide *Belleforeſtum lib. 5. hiſtor. cap. 7.* Extitit fundator Collegij Cameracenſis Lutetiæ.

59. Guido de Ventadours Lemouicenſis, ex commendatione Clementis VI. renunciatus Epiſcopus, anno 1342. Ha-
C buit graues difficultates cum ſuo Capitulo, quo factum vt nunquam reſederit, ſed renunciatus Epiſcopus Vabrenſis, habuit ſucceſſorem, cui nomen.

60. Ioannes Lanſonus Frater Comitis Hannoniæ. & Guidonis xaii. Epiſcopi Vltraiectenſis, formam habuit imperio dignam, mentem etiam excelſam. Præfuit ſeſquiannum, & hinc abiit anno 1349.

61. Petrus Andreas ex Nouiodunenſi factus Cameracenſis Epiſcopus an. 1350. Ædificauit Curiam, & Horologium Palatij, moritur an. 1368.

62. Robertus de Geneue cuius ſupra meminimus: prius Morinenſis, tandem S. R. E. Card. & Pontifex electus in ſchiſmate contra Vrbanum VI. vocatus Clemens VII. Auenione ſedit vſque ad annum 1394 quo obiit. Succeſſit in hac Cathedra Cameracenſi anno 1372.

63. Gerardus III. dictus Dainuille, Arthefius genere, prius Epiſcopus Attrebatenſis, poſtea Morinenſis, & deinde Cameracenſis. Vitæ ſanctitate nulli ſecundus, moritur anno 1378.

64. Ioannes Cetelais Bruxellenſis, magnus Eleemoſynarius dictus, ob charitatem erga egenos, poſt laudabilem huius
D Eccleſiæ gubernationem, moritur anno 1389. & fauor Clementis VII. eligitur.

65. Andreas Luxemburgenſis frater Comitis S. Pauli, an. 1389. de quo legitur in tumulo eiuſdem. *Pace gregem pauit, annis ſeptemque beauit.* Obiit anno 1396.

66. Petrus de Alliaco S. T. D. Franciæ Cancellarius, & magni Gerſonis magiſter, Regiſque Eleemoſynarius, tandem Cameracenſium Epiſcopus. Interfuit Concilio Piſano anno 1409. factuſque Cardinalis tit. S Chryſogoni an. 1412. multa reliquit eruditionis ſuæ monumenta. Obiit in Germania circa annum 1425. corpus, ita voluerat adhuc ſuperſtes, tranſlatum Cameracum.

67. Ioannes de Gaure rexit laudabiliter ab an. 1413. vſque ad annum 1438. & biennio poſt electus.

68. Ioannes de Burgundia, filius naturalis Philippi Boni Burgundiæ Ducis, reſedit notiſſimum Bruxelle in Curia Principis, Vicariis in Epiſcopatus regimine vſus. Obiit

[illegible] *CVIt Deo.* [illegible] terræ Sanctæ, & ab Innocentio VIII. [illegible] ce exceptus Romæ, ac in Hiſpaniam profectus anno 1501. in Comitatu Regis Caſtiliæ aliorumque Principum. Reuerſus ad Eccleſiam ſuam febri corripitur, & rapitur an. 1502. Chronicon mortis continetur verbis præmiſſis, additis his

& IuVentVs eſt IVſtVs.

Poſt mortem huius inter Canonicos diu agitatum quem tandem in demortui locum ſubſtituerent. Igitur paulo poſt electus, aſſentiente Alexandro VI. Pont.

70. Iacobus de Croy anno 1502. ſed noluit eum recipere Clerus aut Magiſtratus, occaſione cuiuſdam diſſidij quod erat inter ipſum & Archiducem Auſtriæ, quod tandem compoſitum fuit Gandaui an. 1504. mortuus eſt an. 1516. ipſo die Aſſumptionis Deiparæ.

71. Guilielmus de Croy nepos Prædeceſſoris, ſedit annis tribus, & euectus fuit ad Archiepiſcopatum Toletanum in F
Hiſpania, eique in hac cathedra per reſignationem ſucceſſit.

72. Robertus eius frater anno 1519. hoc ſedente Pax inter Carolum V. Im. & Franciſcum I. Cameraci coaluit. Fuitque ædificata arx Cameracenſis, hinc exceſſit anno 1556. vlt. Auguſti, & ſucceſſit menſe Septembri, poſt inſtitutos nouos in Belgio Epiſcopos.

73. Maximilianus à Berger, electus in Epiſcopum, & inauguratus 22. Octob. 1559. comitante eum Epiſcopo Leodienſi, & Tornacenſi, aliiſque Principibus. Archiepiſcopatus verò honore inſignitus fuit 22. Martij 1561. illuſtri Principum coronâ ſtipatus. Conuocauit Synodum Prouincialem anno 1565. ad reformandum Clerum, in qua multa ſalubriter ordinauit: cui ſucceſſit alia Diœceſana anno 1567. meritorum plenus deceſſit exeunte Auguſto anni 1570. quando menſe Septembri eligitur Epiſcopus xxxv. Archiepiſcopus vero II.

74. Ludouicus Barlamontius filius comitis Barlamontij, Eques aurei velleris. Inſtitit veſtigiis Prædeceſſoris. Sed cum tempora propter rebellionem multorum aduerſus Regem Ca- G
tholicum eſſent maxime turbida, etiam Cameraci omnia in peius ruere cœperunt, occupante arcem illius loci Domino, & fugante ipſum Archiepiſcopum, & nobiliores ex Clero & populo, ac Francorum poteſtatis ciuitatem ipſam faciente, ſic vt Balignius illi daretur gubernator, donec Comes Fontanus Belgicæ Prorex anno 1595. pro Rege Catholico eam recepit. Ipſe interea Ludouicum Synodum Prouincialem conuocauit Montis Hannoniæ, vbi velut in exilio vixit vſque ad 15. Febr. anni 1596.

75. Ioannes Sarazinus martio inſequente ſuffectus, ex Abbate S. Vedaſti. & Conſiliario Regio, quæ munera cum laude detulerat: conſecratur Bruxellæ in Capella Palatij, præſente Alberto Cardinale, & Belgicæ Prorege, 15. Decemb. anni eiuſdem. Vbi etiam diem extremum clauſit menſe Martio an. 1598. Cui ſuccedit annuente eodem Alberto.

76. Guilielmus de Berges & Baronibus de Grimberhæ in Brabantia, ex Antuerpienſi Epiſcopo ad hanc Cathedram euectus. Vir pius & pacificus, quas dotes vtraque dignitate omnium applauſu exhibuit. Ita vt magno ſui deſiderio relicto tanquam communis aliquis parens, exceſſerit ex hac ſtatione, quod euenit 25. Aprilis 1609. Moriens bonam par- H
tem ſubſtantiæ in pia legata reliquit. Chronicon obitus verſus hic indicat:

bonVs à BergIs MarCI DIe obIt.

77. Ioannes Richardotus primum Attrebatenſis; conſecratur Archiepiſcopus V. Cameracenſis anno eodem. Vir pius, eruditus, & longo rerum vſu valens. Sereniſſ. Belgarum Principibus charus, & ad magna natus. Verum inuidit mors fœlicibus illius ſucceſſibus, & emeritum iam de vtraque Republica rapuit anno Domini 1615.

78. Henricus Franciſcus Vander Burch ex Decano Mechlinienſi conſecratus Epiſcopus Gandauenſis anno 1613. menſe Februario, tandem à Capitulo Cameracenſi ſucceſſor Richardoto poſtulatus anno 1616. hodie Cameracenſem Cathedram adminiſtrat, cuius piis conatibus vt aſpiret Paſtorum princeps, optant boni omnes.

EPISCO

A [illegible] ENSIVM [illegible]
S [illegible]

[illegible] antiqua, n[illegible] [illegible] ter munita eum ſit Franciæ [illegible] [illegible] quæ demum erecta [illegible] in Cath[illegible] prius vnita f[illegible] ſet Cameracenſi, ac vnus vtriuſque e[illegible] Epiſcopus, [illegible] an. M XCV. ſub Vrbano II. qui eandem à Cameracenſi auulſit, ex eo vt referunt annales; quod Cameracenſes ſtarent à partibus Henrici IV. Imp. Eccleſiæ Rom. perduellis: deditque illi primum Epiſcopum ſingularem, antehac enim communis fuerat: Lambertum Archidiaconum Morinenſem.

Mortuo igitur Gerardo II. Cameracenſium & Atrebatenſium Epiſcopo facta Eccleſiarum ſeparatione, auctoritate Apoſtolica conſtituitur Epiſc. Atrebatenſis prænominatus.

1. Lambertus, quem cum renueret conſecrare Archiepiſcopus Rhemenſis, quod Cameracenſium ſtudiis plus æquo faueret, Vrbanus II. Romam euocatum ſacrauit, eique diœceſis diuiſionem commiſit. Qui reuerſus tanto omnium applauſu exceptus fuit, tantaque cum laude & fructu Epiſcopatum

B ſuum adminiſtrauit, vt tanquam Propheta à Deo miſſus à clero & populo haberetur. Multa pro reformatione cleri decreuit, ſeque verum Epiſcopum, qualem in Tito & Timotheo requirit D. Paulus, exhibuit. Mortuus eſt autem an. 1115. huic apparuit Virgo Deipara in graui ciuitatis afflictione, dans ei candelam quæ hodie adhuc ſine diminutione ardere conſpicitur, per quam igniti morbi vis ſe remittebat. Vide *locum de Maria Virgine*.

2. Succeſſit Robertus Archidiaconus & ciuis Atrebat. prædeceſſoris ſui ſanctitatem & virtutem æmulatus. Huius tempore floruerunt S. Bernardus, Hugo, Richardus Victorinus, item Nobertus fundator Ordin. Præmonſtratenſis. Obiit non ſine opinione ſanctitatis 1131.

3. Aloyſius ex Religioſo monaſterij S. Bertini Epiſcopus Atrebatenſis, vir eruditus, & diſciplinæ tum monaſticæ, tum Eccleſiaſticæ obſeruantiſſimus. Religionis propagandæ zelo æſtuans, ſocium ſe adiungebat Comiti Flandriæ Theodorico verſus terram Sanctam, at in itinere obiit Philippis in Macedonia, an. 1148.

C 4. Godſcbalcus Brabantiâ oriundus, & Abbas ſancti Martini erga pauperes liberalis, & in Eccleſiam munificus exſtitit. Sedit annis 10. & moritur dierum plenus an. 1170. poſtquam ſe Epiſcopatu abdicaſſet anno 1157. quem tunc iniuit.

5. Andreas Abbas S. Seruatij Ord. Ciſtercienſ. Pariſiis. Huius æuo S. Thomas Archiepiſc. Cantuarienſis venit Atrebatum exilio proſcriptus, ſecedens in Galliam. An. autem 1173. vita hac defungitur, & ſuccedit.

6. Fremondus, alij Fremandus, vir ſedulus & liberalis, qui Eccleſiam ſuam variis prædiis & decimis locupletauit. Deceſſit circa an. 1189.

7. Petrus Abbas Ciſtercienſis fuit conſecratus per Guilielmum Archiep. Rhemenſem Veronæ in Italia, quo ille euocatus fuerat ad concilium à Lucio Papa coactum an. 1191. Interfuit coronationi Engelberti filij Regis Daniæ cum aliis Præſulibus, & mortuus eſt an. 1204.

8. Radulphus Viennæ natus, primum hic Archidiaconus,

D mox Epiſcopus, conſecratur Romæ per Innocentium III. Pp. Rexit Eccleſiam ſuam ſummo zelo, multiſque priuilegiis & immunitatibus à Franciæ Rege obtentis eam auxit, ac varia ſupellectili ſacra locupletauit. Poſtquam rexiſſet an. 17. in Domino obdormiuit, ſub finem an. 1220.

9. Pontius etiam Archidiaconus vir prudens, humilis, & omnibus gratus, ſuffectus eſt. Ac relictis variis ſuæ virtutis monumentis moritur an. 1231. Succedit.

10. Aſſon, vir eleganti facundia, ſic vt prædicatione ſua extirparet ſuorum animis hærentes adhuc fibras hæreſis Albigenſis. Diſtributiones vt vocant quotidianas Eccleſiæ ſuæ auxit, recepit Religioſos S. Dominici circa an. 1233. multaque præſtitit memoria & laude digna, præfuit an. 14. & obiit an. 1245.

11. Furſinus biennio duntaxat ſedit, & ſuccedit.

12. Iacobus de Dinant an. 1247. Exſtruxit hic Eccleſiam S. Nicolai, & in Parochialem erexit an. 1245. Vita vero defungitur an. 1260.

13. Petrus II. rexit Eccleſiam hanc an. 20. fuitque admodum munificus. Verum laboribus & ſenio confectus, ſe re[illegible] [illegible] vacauit cathe- E
[illegible] à Martino V.
[illegible]

14. [illegible] Aur[illegible]anenſi, an. [illegible] S. R[illegible] quam [illegible] ſuæ donauit, [illegible] ſuo[illegible] inſigne [illegible] adornari [illegible]

15. Gerardus Pigaloti Italus ex comitibus de Paliano fundauit binos canonicatus in Eccleſia S. Nicolai, mortuus eſt autem an. 1304. ſepultus apud Dominicanos.

16. Bernardus. Sedit an. circiter 9.

17. Petrus III. dictus de Capis, quem volunt pleriquo factum Cardinalem, conuenit tamen inter omnes, eum obiiſſe an. 1320. quodque eius ſucceſſor fuerit.

17. Ioannes II. de Mandeuille, cuius anniuerſarium celebratur menſe Martio.

18. Theodoricus de Heriſon Burgundus, prius Conſiliarius Roberti Comitis Artheſiæ, & Præpoſitus Arienſis. Adminiſtrauit hanc cathedram ſumma prudentia vnico duntaxat an. & obiit an. 1328.

19. Petrus Rogerius Abbas Ord. S. Benedicti. Ex Epiſcopo Atrebatenſi euectus ad cathedram Rhotomagenſem, factuſque Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei, per Benedictum XII. Cui etiam in Pontificatu ſucceſſit ſub nomine Clementis VI. obiit Auenione an. 1352. an. 18. poſt relictam cathedram Atrebatenſem, quam obtinuit an. 1331. F

20. Andreas Ghinni de Florentia, qui poſtea ad Tornacenſem Eccleſiam deceſſit; factuſque Cardinalis tit. S. Suſannæ, à Clemente VI.

21. Ioannes III. dictus Galuan. an. 1333. ſucceſſit, qui inſuper Cardinalatum tit. S. Praxedis conſequutus fuit.

22. Petrus Bertrandus an. 1341. Atrebatenſium Epiſcopus inauguratus, tandem Cardinalis & Epiſcopus Oſtienſis renunciatus, ceſſit an. 1355. eique.

23. Aymericus ſufficitur, qui vſque ad an. 1361.

24. Gerardus Daimuille prius Atrebatenſis, poſtea Morinenſis, & ad extremum Cameracenſis Epiſcopus, vbi obiit.

25. Petrus Maſoetius ſubrogatur an. 1370. Legum Doctor, & Archidiaconus Antuerpienſis in Eccleſia Cameracenſi, fuitque pædagogus Gregorij XI. Papæ. Obiit autem anno 1391. G

26. Ioannes Canardus, Cancellarius Philippi Ducis Burgundiæ primum, dein Epiſcopus, ſacram Eccleſiæ ſuæ ſupellectilem mirificè auxit, & chorum cathedralem ſedibus ſuo ære inſtruxit. Fundauit Xenodochium extra muros. Expletis 15. ſui regiminis an. defungitur an. 1407.

27. Martinus Pore Dominicanus Senonenſis, S. T. D & Ioan. Burgundiæ Ducis à Confeſſionibus, interfuit Concilio Piſano an. 1409. & Conſtantienſi Oecumenico 1416. Rexit fideliter Eccleſiam ſuam an. 18. deceſſit an. 1426.

28. Hugo de Cayeta ex Præpoſito Oodomarenſi Epiſc. adminiſtrauit hanc cathedram vſque ad an. 1438.

29. Fortigarius de Placentia Brugenſis, prius Archidiaconus Atrebat. & Præpoſitus Leodienſis, Conſiliarius & eleemoſynarius Philippi Boni Burgundionis, omnium ſuffragiis electus, & confirmatus per Eugenium IV. ſedit an. 13. obiit an. 1452. 25. Februarij.

30. Iacobus de Coimbres ex conſanguineis Regum Portugalliæ, poſtquam an. 4. menſibus 8. Cathedræ huic præſediſſet, ad ampliorem Vlyſſiponenſem in Luſitania euectus fuit, eique hic ſubrogatur. H

31. Ioannes Ioffroy Legum Doctor factus S. R. E. Cardinalis per Pium II. rexit Atrebatenſem Eccleſiam an. 10. Factuſque deinde Epiſcopus Albienſis, diſceſſit in Franciam an. 1461. & ſucceſſit.

32. Petrus de Ranchicourt, conſecratus Romæ, prudenter & ſedulo adminiſtrauit Epiſcopatum ſuum an. 37. quorum plerique fuerunt turbulenti propter inteſtina diſſidia, moritur autem an. 1499.

33. Nicolaus Ruyſtrius Lucemburgenſis ſucceſſit anno 1501. prius Conſiliarius Caroli Ducis, & Philippi Regis Caſtillæ, dein Præpoſitus Louanienſis. Fundauit Collegium Atrebatenſe Louanij, & ergà Carthuſianos ibidem munificum ſe exhibuit. Deceſſit poſtquam annis 9. præfuiſſet, 5. Nouemb. Anni 1509. Mechliniæ. Eius corpus tranſlatum ad Ædem Sancti Petri Louanium, vbi & tumuli honore decoratus.

34. Franciſcus de [illegible] A ſit an.15[illegible]. Factuſque Epiſcopus [illegible] 6 a[illegible] ſuccedit h[illegible]c.

35. Philippus de Lucemburgo, [illegible] us & p[illegible] tutis clarus, qui mortuus an.1[illegible]9. [illegible] Lutetiæ vbi Bina colleg[illegible] exci[illegible] & A[illegible]

36. Petrus Anconitanus Cardinalis [illegible] mæ manens, Epiſcopatum Attrebatenſem [illegible] Vodaſtinum, quem Vicarium ſuum nominauit. Obiit ibidem an.1523.

37. Euſtachius de Coy Filius Comitis Henrici Croij. Præpoſitus antea Audomarenſis & Atienſis. Obiit an.1538. cum vix an.33. ætatis exceſſiſſet.

38. Antonius Perenottus Burgundus ei ſufficitur in hac Cathedra, Decemb.1545. Iuuenis adhuc, ſed in omni diſciplina exacultus, moribus etiam maturus, quem poſtmodum Pius IV. Cardinalatus honore inſigniuit, & Philippus II. Rex Catholicus, inſtitutis per Belgium nouis Epiſcopatibus, Primatis titulo & honore, ad Cathedræ Mechliniensis dignitatem euectum, decorari fecit. Fuit vir acri ingenio, longoque B rerum vſu valens, ſic vt in intimum Conſiliarium rerum Belgicarum adſcitus fuerit, quamuis plerique ſatis ſiniſtram de illo opinionem conceperint, quaſi turbarum omnium & rebellionis ſubſecutæ fomitem ſubminiſtraſſet. Euocatus tandem in Hiſpaniam, magnam illam Catholici regis Monarchiam ſuo conſilio aliquandiu rexit, plenuſque dierum, ac deſiderio ſui relicto deceſſit an.1586. Porro Attrebatenſibus Epiſcopus datur.

39. Franciſcus Richardotus etiam Burgundio, S.T.D. vir omni eruditionis genere excellens, orator diſertiſſ. & Eccleſiaſtes eximius. Summis & imis ob comitatem & inſignem morum ſuauitatem acceptus, pauperum verus pater, & Duacenſi Academiæ apud Catholicum Regem promotor & auctor. Qui licet tempora difficillima nactus eſſet, ea tamen prudentia & ſagacitate diœceſim ſuam adminiſtrauit, quâ maior ſperari non potuit, an. 13 Atque hinc euocatus anno 1574. in pace quieuit.

40. Matthæus Molaert ſuccedit, prius Abbas S. Giſlini in Hannonia, vir acri iudicio, & eruditione non vulgari, qui res Belgicas conſilio ſuo moderatus aliquamdiu feliciter fuit: ſic C vt non nemo ea eo genere quos tanquam nigros Romano cauendos præmonet Lyricus, per ſummam iniuriam eum appellet *in ſua hiſtoria Flandrica, magnum ventilabrum ſeditionis.* Sedulo adminiſtrauit Eccleſiam ſuam vſque ad 2. Iulij anni 1600. quo obiit meritis erga Rempublicam gratus Fundauit Collegium pro 20. ſtudioſis in Academia Duacenſi.

41. Ioannes du Ploich nobilis Atienſis, à iuuentute liberalibus diſciplinis inſtitutus, per honorum gradus viam ſibi ad hunc apicem aperuit. Vicariam operam antea quam hic Epiſcopus renuntiaretur, in Diœceſi Audomarenſi cum laude præſtiterat, miſſus quoque à Principe Alberto poſtquam is Ambianum occupaſſet an.1597. ad Cleri iſtius regimen. Factus vero Epiſcopus Attrebatenſis anno 1602. inauguratus eſt Ianuario ſubſequenti, & phthiſico aſthmate extinctus an. ætatis 47. poſtquam paucis menſibus præfuiſſet, nempe vſque ad primam Iulij an. eiuſdem 1602.

42. Hermannus Ottemburgius Nouiomagus, Legum Doctor, ex Auditore Rotæ Romanæ, deſignatus Epiſcopus D huius Eccleſiæ, conſecratus fuit in Decemb. an.1611. Rexit Eccleſiam ſuam pene 14. annis, factuſque debilioris viſus, vitam hanc cum meliori commutauit menſe Maio an. 1626. Bonorum ſuorum quæ victus parſimonia coacerauerat ſatis luculenta, velut hæredem nominauit congregationem Oratorij inſtituendam & erigendam in vniuerſitate Duacenſi.

EPISCOPORVM TORNACENSIVM Sanſas.

Tornacum vrbs vetuſta, ante redemptum orbem 640. annis condita creditur. Olim Neruiorum metropolis, eiuſque meminit Cæſar. Poſita eſt loco opportuno ad Scaldim fluuium. Eccleſiam habet Cathedralem inſignem D. Virgini ſacram, dotatam ampliſſimo cenſo à Chilperico Rege Francorum Circa annum 260. à Chriſto nato, conterminoi fide Euangelica imbuti traduntur per illos quos ex Gallia velut Apoſtolos miſerat S. Petrus, & circa eadem tempora etiam Tornacum quod prius Mineruæ belli Deæ dedicatum erat, fidei E C[illegible]ſtianæ lum[illegible] [illegible] [illegible]no plus æquo ſæu[illegible] [illegible] [illegible] ſubducti v[illegible] paucas [illegible]ius [illegible] [illegible] vrgente Ma[illegible] I[illegible]peratore [illegible] pie [illegible] [illegible] iubem Euangelicæ veritatis ipſe [illegible] [illegible]rante & ſe totum impendente [illegible] [illegible]ſſimo, qui tamen metuens edicti dirioris [illegible] ad [illegible] beſtianos ſeueritatem, ſeceſſit in locum B[illegible] nuncupatum, comitatus propè infinita fidelium multitudine. Interea Tornacenſes, nè fidei ſemen denuo infidelitatis ſuppreſſæ lolio opprimeretur, Epiſcopum & paſtorem habuerunt.

1. Theodorum quendam Eleutherij comitem, & in functione Apoſtolica ſocium, à quo proinde ſeriem Epiſcoporum hic ordimur, quamvis alij ab illo qui proxime ſequitur, communiter eam auſpicentur. Hic igitur magno zelo ſaluti ouilis nouitij Chriſto lucrandi incubuit, ſed duntaxat annis quatuor ſancto huic operi impendit, à Deo euocatus ad meliorem vitam, ſub annum ab Incarnato verbo 484. Succeſſit.

2. S. Eleutherius à Papa Simplice re & nomine, conſecraF tus Romæ anno eodem 484. Qui reuerſus Euangelizauit Ieſum, & deſtructis Idolorum templis, alia vero Deo eiuſque Sanctis conſtituit, & innumeros per Euangelium Chriſto peperit. Sic vt meritò primus Tornacenſium Apoſtolus memoretur. Deceſſit autem dierum & meritorum in Eccleſiam plenus, poſtquam annis 45. ſediſſet, ſub annum Chriſti 529. Eiuſque corpus primum reconditum Blandini, at poſtmodum anno 1064. tranſlatum ad Eccleſiam ſuam Cathedralem. Porro illius ſedem omnium calculis conſequitur.

3. S. Medardus Nouiodunenſium Epiſcopus, raræ virtutis & ſanctitatis Antiſtes, vtramque Diœceſin annuente Pontifice ſumma cum laude adminiſtrauit annis 16. & manipulos collectæ in horreum Dominicum meſſis repoſiturus hinc emigrauit anno 556. alij vero duntaxat annum 545. tradunt.

4. Auguſtinus ſufficitur, ſed cum vtrique Eccleſiæ præeſſet, ad aliam ſe contulit, ibique remanſit. Succedit.

5. Condulphus in vtraque Sede, & poſt hunc.

6. Brulphus vti priores, annuente Romano Pontifice. G

7. Graſmarius an.678. conſecratur, quo tempore Chilpericus frater Sigeberti Franc. Regis Tornacum ſe recepit à fratre fugatus, at comiter exceptus ab Epiſcopo & Capitulo, multas terras Eccleſiæ liberaliter dedit, extat Inſtrumentum donationis de an.578.

8. S. Acherius, Acharius alij; circa annum 610. Nouiodunenſis Eccleſiæ Antiſtes, hanc adminiſtrauit per Amandum Epiſcopum Traiectenſem; qui ſubſtituto in ſuum locum alio, ſeduli Paſtoris munus obiuit, Tornacenſibus non modo, ſed & Gandenſibus, vbi & S. Bauonis in media Ciuitate, & S Petri in colle Blandinio Cœnobia fundauit: Dei verbum aſſiduè prædicando. Obiit vero Acherius 27. Nouemb. quo die illius memoria ibidem celebratur quotannis: an.648.

9. S. Eligius ſuccedit an.649. & Tornaci vbi nondum plenè extirpata erat Idololatria, ſedem fixit, & non modo Diœceſanis, ſed & finitimis populis Euangelium Prædicauit, ſic vt Aduaricos etiam, qui hodie Antuerpienſes, eius rei gratia ſeceſſerit. Fundauit monaſterium S. Martini Tornaci, & conſecrauit Eccleſiam in oppido Corriacenſi. Multiſque ſuæ ſanH ctitatis & virtutis teſtimoniis relictis Deo & hominibus dilectus hinc emigrauit an.665.

10. S. Mommelinus vir pius & eruditus, Socius Beati Bertini & Bertrandi, magnus animarum zelator, miraculis in vita clarnit. Rexit vtramque Eccleſiam annis 26. & ſucceſſit.

11. Goduinus an.691. quem ſecuti.

12. Geralphus.

13. Framengerus.

14. Humanus.

15. Guido Fil. Comitis Bononienſis, quorum ſola nomina litteris conſignata reperiuntur.

16. Eunuchius, cuius memoria celebratur 4. Septem. Tornaci, & Nouioduni 10. eiuſdem.

17. Elizeus interfuit Synodo Moguntinæ tempore S. Bonifacij, an.748. Vide *Baronium Tom.9. Annal.*

18. Adelfridus.

19. Didonus.

[illegible]

[illegible] fuit Sy [illegible] an. [illegible] ſeden[illegible], [illegible] otn [illegible] eſt [illegible] donicum [illegible] h uni Franciæ [illegible]

3. Berengarios alijs Ralgarius.

24. Richardus alijs Foltadus.

25. S Æ[illegible]lius, alijs Ennios, electus an. 35[illegible]. [i]nterfuit Synodo Sueſſonenſi an. 853. hoc ſedente Normanoi vaſtarunt vrbem, & Eccleſiam Tornacenſem an. 860.

62. Ramelinus, alij Raucelinus, eligitur an. 861.

27. Edilon conſecratur an. 880. Elcoauit corpus SS. Eleutherij & Eligij, ac loco honorifico condidit.

28. Rembertus, quem Lambertum alij appellant, conſecratur an. 897.

29. Aynardos an 913. eligitur.

30. Gualbertus Abbas S. Petri Corbicenſis, ſedit annis tribus, & moritur an. 935.

31. Tranſmaitus religioſos Cœnobij S. Vedaſti Atrebati, B auctor fuit vt cœnobium S. Petri in Blandino à Normanpis incenſum reſtauraretur. Dedicaui quoque & conſecrauit Gandani Eccleſiam, quæ nunc Cathedralis.

32. Radulphus, alijs Rodolphus, Archidiaconus primum Nouiodunenſis, moritur Tornaci, an. 953.

33. Folcherus ſuccedit an. ſequenti, eratque filius naturalis coci cuiuſdam Ludouic. Franc. Reg. 2. & vt erat intruſus via extraordinaria, malè etiam adminiſtrauit Epiſcopatum. Moritur autem phthiriaſi poſt octodecim menſes regiminis.

34. Londulphus Comitis Alberti filius, ſacratur anno 979.

35. Raboldus, conſecratur an 990.

36. Harduinus vir doctrinæ excellentis, conſecratur anno 998.

37. Hymbaldos an. 1030. eligitur.

38. Balduinus an. 1044. egregius prædicator exſtitit, conſecrauit Eccleſiam primariam Inſulis an. 1066.

39. Ratbodus II. vir ſummæ eruditionis & ſanctitatis, qui reſtaurauit Abbatiam S. Martini Tornaci, euerſam furore C Normannorum, magnuſque animarum zelator fuit, cumque [i]gani morbo populus affligeretur an. 1092. preces aliaque pietatis opera inſtituit, quibus Dei iram placauit, & annalis proceſſionis quæ Tornaci in die exaltationis S. Crucis celebratur auctor fuit, moritur ſub an. 1095.

40. Baldericus Archidiaconus Nouiodunenſis, poſtquam an. 2. ſedes vacaſſet, ſufficitur in vtraque Cathedra: licet Tornacenſes diu omnem lapidem mouiſſent, vt particularem haberent Epiſcopum. Pacificè vtramque adminiſtrauit.

41. Lambertus II. Archidiaconus Tornacenſis, qui etiam vtrique Eccleſiæ cum laude præfuit vſque ad an. 1122.

42. Simon Antiſtes conſecratur an. 1123. At Tornacenſes non deſiſtebant apud Apoſtolicam Sedem, & Comitem Flandriæ inſtare, quatenus proprium in Eccleſia ſua Epiſcopum conſequi poſſent, cuius voti tandem compotes redditi, patrocinio etiam S. Bernardi Clareuallenſis apud Eugenium Papam III. cuius auctoritate Eccleſiarum harum, quæ ann. 600. combinatæ fuerant; ſeparatio facta eſt an. 1139. aut vt tradit Meyerus, 1141. Igitur Simon ſe Tornacenſi Eccleſia D abdicauit, ac comitatus Thitæum Comitem Flandriæ contra Sarracenos cum exercitu properantem, apud Seleuciam occubuit an. 1148.

Porro priores qui Cathedram Tornacenſem occuparunt.

43. Anſelmus Abbas D. Vincentij Laudonenſis fuit, & conſecratus Romæ ab Eugenio III. an. 1147. humaniter exceptus à Tornacenſibus, ſumma cum laude Eccleſiam illam gubernauit, familiaris erat S. Bernardo.

44. Gerardus alij Girardus, an. 1149. conſecratur.

45. Vvalterus alijs Gualterus, ex Decano fit Epiſcopus an. 1166. fundauit vicariorum Collegium in Eccleſia ſua pro Vicariis quadraginta an. 1170.

46. Euerhardus Archidiaconus primum Cameracenſis, fit Epiſcopus an. 1173.

47. Stephanus primum Abbas S. Genoueſæ Pariſiis, vir magnæ eruditionis, vt cuius rei monumenta varia extant.

48. Goſuinus Archidiaconus Tornacenſis, conſecratur an. 1204. biennio poſt Ferdinandus Comes Flandriæ expu-

[illegible] tatis partem [illegible] communi E [illegible] co[illegible] [illegible] Tornacen. [illegible] aduerſus il[illegible] [illegible] Eccleſia[illegible] moliebantur, [illegible] in pauperes, [illegible] Deum pius, erga omnes benig[illegible] Va[illegible] monaſteria fundauit. Obiit autem anno 1[illegible].

5[illegible]. Gualterus alij Vvalterus de Cruce vel à Mandra ſuccedit, & an. 1253. mittitur orator ad Guilielmum Hollandiæ Comitem, Romanorum Regem. Multa & eleganti ſupellectile ſacra Eccleſiam decorauit, ac memoria ſui relicta interiit an. 1259.

51. Ioannes de Buchel ex Paſtore S. Qointini huius Eccleſiæ Præſul, conſecratur anno 1262. ſedit annos octo.

52. Ioannes Angianus S. T. D. ſedit annis quinque & transfertur Leodium an. 1274. Succedit.

53. Philippus Meuſe Gandenſis, conſecratus 1274.

54. Michael de Vvarenberghen ſuccedit an. 1286. & Scholaſtico ſuæ Eccleſiæ imponit onus docendi S. Theologiam, aucto illius emolumento. F

55. Ioannes de Vvaſone Archidiaconus Brugenſis territorij, moritur an. 1300.

56. Guido Bononienſis conſecratur an. 1301. & 23. an. poſt transfertur Cameracum.

57. Andræas Chini Florentinus primum Franciæ Regis 2. Conſiliarios, & Atrebatenſis Epiſcopus, hic conſecratur an. 1333. Vir prudens in componendis Principum diſſidiis. Tandem creatus Cardinalis Titulo S. Suſannæ, an. 1342. moritur Florentiæ.

58. Ioannes Deſprez Pratanus vel de Pratis Epiſcopus Lontriguerenſis in Francia, verè Paſtor bonus. Obiit 1349.

59. Petrus de Foreſta Conſiliarius Ducis Normanorum, poſtulatur exhinc Epiſcopus Pariſienſis, & deinde Rothomagenſis an. 1351.

60. Philippus d'Arbois Eleemoſynarius & Conſiliarius Lodouici Mali Comitis Flandriæ, & Epiſcopus Nouiodunenſis, conſecratur an. 1351. & multis præclarè geſtis exceſſit anno 1378. G

61. Petrus d'Auxi S. T. D. Canonicus Tornacenſis, incidit in tempora turbida, quibus dum ſe ſubtrahere conatur, moritur Pariſiis 1384.

62. Ludouicus Tremoillius Conſiliarius Philippi Audacis Burgundiæ Ducis, annuente Clemente VII. ordinatur hic Epiſcopus. Obiit etiam Pariſiis circa annum 1399.

63. Ioannes de Thoiſy Conſiliarius vti prior, & Epiſcopus Altiſſiodorenſis, conſtituitur per Ioannem XXIII. Pontif. Epiſcopus an. 1400.

64. Ioannes de Haricourt primum Ambianenſis, mox Tornacenſis Epiſcopus Romæ exiſtens nominatur ab Eugenio IV. at mox Archiepiſcopatu Narbonenſi donatus, ſuccedit.

65. Ioannes Cheuerot, primum Archidiaconus Rothomagenſis, multa hic elargitus eſt Eccleſiæ Tornacenſi, moritur Inſulis an. 1460.

66. Guilielmus Fillatre Monachus Benedictinus, Epiſcopus Verdunenſis, & Abbas S. Bertini, mox Tornacenſis Eccleſiæ Præſul, & Ordinis Aurei Velleris Cancellarius. Moritur Gandaui an. 1473. H

67. Ferricus de Clugny Legum Doctor, & Caroli Burgondiæ Ducis Conſiliarius, per Sixtum IV. huic Cathedræ datus anno 1473. miſſus Romam propter diſſidia Principum quorundam, creatur Cardinalis Titul. S. Vitalis, at mox interiit anno 1483. & per eundem Pontificem deſignatur.

68. Ioannes Moniſſaert Epiſcopus Tornacenſis, primum Decanus Morinenſis, qui etiam moritur Romæ an. 1484. & ſubſtituitur.

69. Antonius Palauicinus Genuenſis, Cardinalis tit. Sancti Anaſtaſij, qui cum per Vicarium Eccleſiam ſuam adminiſtraret annis 12. euolutis ad petitionem Alexandr. VI. reſignauit. &

70. Petrus Ryequius vel Knickius Gandenſis, Abbas

S A[illegible], commen[illegible]atus à Phili[illegible] A[illegible] Arc[illegible]
A fi[illegible]tur, [illegible]nſecratu[illegible] copu[illegible] 4[illegible] [illegible]ur au-
t[illegible] anno [illegible].

71. Ca[illegible]us de Alta Silua etiam A[illegible] com infirma[illegible] et val[illegible] nu[illegible] a[illegible] [illegible]æ a[illegible] 1513. eamque tranſlu[illegible] in [illegible]

72. Ludouicum Gui[illegible] anno [illegible] ſubiniſta regiminis ipſiu[illegible]gis T[illegible] paululum ſubduxit in Franciam vſque ad annum 1518. quo ſedit, & reſedit vſque ad annum 1554. quando per reſignationem Euerardi de Marka ſis Epiſcopus Carnotenſis: ac Tornacenſem præſulatum ſalua canonica penſione, tranſfert in

73. Carolum de Croy Abbatem Affligenienſem, qui Tornaci inauguratur anno 1539. moritur autem anno 1564. Quo tempore Epiſcopatus Tornacenſis territorio diminutus fuit, Ciuitatibus Brugenſi & Gandauenſi in Epiſcopatus de nouo erectis.

74. Guilbertus Dognyes magni Conſilij & auctoritatis Præſul, ſummo ſtudio laborauit vt decreta Canonum Apo-
B ſtolicorum, & Oecumenici Concilij Tridentini examuſſim obſeruarentur. In pauperes munificus extitit & liberalis S[illegible]dit annos 9. & peſte extinguitur Cortraci anno 1574. die. 25. Auguſti.

75. Petrus Pintaflour, Decanus Tornacenſis homo benignus & comis, per Regem Catholicum nominatus, & conſecratus anno 1575. quem annum ætatis penè attigerat. Moritur anno 1580.

76. Maximilianus Morillon Louanienſis, IV. Licentiatus, annorum 64. ſuccedit anno 1583. Fuerat Vicarius Cardinalis Granuellani in Prouincia Mechlinienſi, multaſque dignitates virtutis merito fuit conſequutus. Porro cum rerum vſum quo pollebat, ſummamque ſemper prudentiam in grauiſſimis negotiis exhibuiſſet, meritorum & dierum plenus hinc abiit an. 1586.

77. Ioannes de Vendeuille I. V. D. Conſiliarius Regius, vir ad magna natus, quæ etiam ſæpè cum laude pertractauit: huius Eccleſiæ Epiſcopus conſecrator anno 1588. poſtquam annis integris 53. vnius vxoris vir fuiſſet. Ea enim de-
C functâ verè ſe viduum exhibuit, ac velut mundo valedicens, Deo & Patriæ quæ valde afflicta hoc tempore erat, ſe dedicauit. Epiſcopatus ſui tempore varias legationes cum ad Pontificem, tum ad Catholicum Regem obiuit, atque huic auctor extitit, vt Louanij & Duaci Seminaria Paſtorum erigeret. Igitur variis ſuæ vigilantiæ & virtutum monumentis relictis tandem ad meliorem vitam tranſiuit anno 1592.

78. Ludouicus Barlamontius ſuccedit in adminiſtrationem huius Sedis, à Rege Catholico poſtulatus dum ipſe alioquin Cameracenſis Archiepiſcopus, Sede ſua exulabat. Verum ſua Sanctitas hoc munus ad triennium arctauit, ne hæc Eccleſia diutiùs Paſtore careret. Eoque euoluto Cameracum ſub Regis Catholici obedientiam adeoque Archiepiſcopi ſui ſubiectionem redigitur, quo ad Sedem ſuam redeunte, Tornaci ſubrogatur.

79. Michaël d'Eſne, nominatus 19. Nouembris 1596. conſecratur anno ſubſequente. Vir & genere & moribus il-
D luſtris, qui poſtquam Eccleſiam ſuam magna ſedulitate & prudentia an. 18. rexiſſet, à Principe Paſtorum euocatus hinc emigrauit ann. ſalut. 1614. in cuius demortui locum Alberti Archiducis nominatione deuenit.

80. Maxilianus de Gand.

EPISCOPORVM ET ARCHIEPISCOPORVM VLTRAIECTENSIVM SERIES Chronologica.

Inter veteres Eccleſiæ Belgicæ Antiſtites, non infimi numerantur illi qui Vltraiecti ſederunt. Eſt autem Vltraiectum ciuitas antiqua & ampla ab Antonio ciue Romano tempore, Neronis, vt volunt quidam, ædificata; vnde & nomen Antoniæ accepit, niſi dicamus id nominis ſumpſiſſe à M. Antonino Pio Imp. qui collapſam reſtaurauit. Poſtea quod ibi frequens eſſet commeantium tranſitus, Vltraiectum appellarunt, ſiquidem ad veterem alueum Rheni ſitum eſt. Hoc autem memoratu dignum, eo loco hoc oppidum ſitum eſſe, vt ab eo vnus diei ſpatio ad quinquaginta alia perueniri poſſit. Habet hæc vrbs quinque Canonicorum Collegia, & [illegible] Cathedrale, [illegible] a[illegible] x[illegible] [illegible]que [illegible]ſtentat.

[illegible] do E[illegible] ſed & A[illegible] pal[illegible] [illegible] and æ [illegible] eem territorio [illegible] [illegible] qui h[illegible] A[illegible] tus munere per-[illegible] ſaniorem Euangelij doctri[illegible]

[illegible] V[illegible], ex Hybernia cum XI. aliis ſanctiſſimis [illegible] animarum zelo æſtuantibus presbyteris, in has Regiones prædicandi Euangelij cauſa per S. Egebertum ablegatus, qui huc euocatus à Pipino religioſiſſimo Principe Romam ad Sergium proficiſcitur, vt ab eo territorij huius curam, & iuriſdictionem obtineret. Igitur ab eodem Pontifice conſtituitur Epiſcopus, & accepto nomine Clementis redit, totiuſque illius populi prædicator extitit, ſic vt etiam Brabantia eundem Epiſcopum Paſtorem, imo & Apoſtolum ſuum meritò agnoſcat. Facta hæc fuêre ſecundum Bedæ hiſtoriam, an. 636. iuxta alios, an. 696. quód veriſimilius videtur, cum conſtet hunc ſanctum Epiſcopum obiiſſe, poſtquam an. 40. prædicando, & animarum ſaluti incumbendo has Prouincias luſtraſſet ſub an. 736. aliis 739. Claruit tam viuus quam mor- F
tuus miraculis, atque in Diuorum ſeriem relatus, feſtiuitate propriæ honore decoratur in Nouembri. Succedit viro huic ſanctiſſimo eiuſdem virtutis Antiſtes.

2. S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus, à Gregorio II. Moguntinenſibus datus Epiſcop. qui audita morte S. Vuillibrordi, B. Lullo ſuæ Eccleſiæ adminiſtratione relicta, ad hanc euolauit, ne ſemen à primo illo Satore iactum interiret: & ad ann. 16. paſtorale munus ſummo labore extendit. Porrò cum circa partes Friſiæ paſcendis ouibus recens acquiſitis inuigilat, à nefariis Idololatris trucidatur vnà cum aliis 50. quos in partem ſolicitudinis ſuæ adſciuerat, ann. 755.

3. Succedit Bonifacio Gregorius Germanus natione, qui prædeceſſori ſuo adhæſerat adhuc iuuenis, & in Abbatem S. Martini electus ib. fuerat. Sedit autem an. 19. & obiit 784.

4. Adelbertus Anglus moritur an. 794.

5. S. Theodardus Friſius, vir Deo & hominibus dilectus, moritur anno 800.

Ferunt occiſo Bonifacio Eccleſiam & Ditionem Vltraiectinam grauiter à Normannis fuiſſe afflictam, adeoq; Metropo- G
litanæ dignitatis prærogatiuam de ipſorum aſſenſu ad Colonienſes tranſiuiſſe, apud quos adhuc retinetur.

6. S. Harmacarus Anglus, ſedit annis 27. obiit anno 817.

7. Ricfredus monachus S. Saluatoris ibidem obiit anno 836.

8. S. Fredericus Friſius, omnium ſuffragiis etiam Ludouici Imp. electus, cuius tamen vxor Iudith, quod adulterij ab illo reprehenſa fuiſſet, eundem per Aſſaſinos crudeliter interfici imperauit, poſtquam vix biennium præfuiſſet.

9. S. Afridus, aliis Albericus, qui ſummo cum plauſu annis ſeptem hanc Eccleſiam adminiſtrauit. Obiit anno 845.

10. S. Ludgerus inuitus ad hunc honorem, raro hodie exemplo; eleuatus, an. 11. munus ſuum obiuit.

11. S. Hungerius perſecutione Normannorum profugit ad Lotharium Imper. & moritur extra Diœceſim an. 866.

12. Odibaldus alij Adelbaldus, interfuit Synodo Colo- H
nienſi ſub Carolo Magno Imp. an. 887. rexitque hanc Eccleſiam vſque ad an. 900. Huic à Carolo Imp. eiuſque Succeſſoribus perhibent attributam temporalem ditionem vnà cum Eccleſiaſtica, totius Ciuitatis, & Territorij Vltraiectenſis, quo ſe melius aduerſus Danos & Friſones tueri valerent, eaque poteſtate vſque ad noſtra tempora præfulſerunt Epiſcopi huius Diœceſis. *Vide infra in Epiſcopo 59.*

13. S. Gilbertus aliis Egileodus, decem menſibus ſedit.

14. S. Rabodus hic Danis omnia vaſtantibus, Dauentriam receſſit, ibique deceſſit an. 817.

15. Balotieus, qui Eccleſiam & Sedem Vltraiectenſem multis priuilegiis, immunitatibus, & emolumentis ab Imperatore obtentis locupletauit. Obiit autem an. 967.

16. Volmarus egregius & ſtrenuus Eccleſiaſtes, ſedit annis 55.

17. Balduinus moritur an. 994.

18. Aufridus Comes Louanienſis, qui annuente coniuge ſua Hilmonda, relicta ſeculari militia, ſpirituali ſe dedit, & huic Cathedræ ſuffectus, multa in eam contulit beneficia,

mort

[illegible] Eccleſiæ [illegible] ca cele-
A brati [illegible]
19. [illegible] Benedictinus ſed [illegible]
an. [illegible]
20. S. B[illegible] Pater poſtea Epiſcopus, [illegible] Eccleſias ſuu[illegible] 1[illegible]4.

21. Guillelmus [illegible] Pont mo[illegible]tur an. [illegible]

22. Conradus Pædagogus Imp. Henrici IV. cuius etiam fauore ad hanc dignitatem euectus fuit è viuis exceſſit anno 1099.

23. Burchardus vir ſimplicitate columbina, at prudentia ſerpentina mortuus eſt an. 1112.

24. Godoualdus à Clero electus Epiſcopus, multa cœnobia paſſim ædificauit. obiit an. 1128.

25. Andreas primum Præpoſitus Leodienſis, an 10. huic ſedi præfuit, & profuit, obiit an. 1138.

26. Hereberdus ſuccedit. Eius tempore Comes Hollandiæ Theodoricus Vltraiectum obſederat, iamque ad deditionem compulerat, quando hic Præſul indutus Pontificalibus, vti
B alter Leo qui Attulæ ſimili habitu occurrit: portis patentibus coram illo ſe ſiſtit, qui eo conſpecto, mente à Deo mota vt creditur, equo deſcendit, eumque amplexus caſtra ab vrbe amouit. mortuus eſt an. 1150.

27. Hermannus primum Præpoſitus S. Gereonis Coloniæ ſedit tantum an. circiter ſex.

28. Godofredus de Rhenen ex Archidiacono Epiſcopus, ſtrenuè & religioſè Eccleſiam gubernauit vſque ad annum 1178. Ædificauit ad vrbis tutelam quatuor arces.

29. Balduinus II. Frater Florentij Comitis Hollandiæ, vir manſuetus & miſericors, obiit an. 1169.

30. Arnoldus Præpoſitus Dauentrienſis, Comes de Iſemburg. cui grane & diuturnum diſſidium fuit occaſione huius electionis, cum Theodorico Archidiacono Vltraiectenſi. Sed cauſa illa per Innocentium III. terminata in fauorem huius, moritur an. 1198. & competitor illius.

31. Theodoricus Frater Balduini II. ſubrogatur, qui Roma
C redeundo, in itinere exceſſit an. eodem.

32. Theodoricus de Are Præpoſitus ſancti Ioannis in eadem ciuitate, abſens in Sicilia, vbi negotia Imperatoris tractabat, conſtituitur Epiſcopus. Redux Eccleſiam ſuam an. 12. adminiſtrauit, & obiit Dauentriæ an. 1210.

33. Otho I. Comitis Geldriæ F. octodecim annorum Iuuenis, qui obtenta ſuper defectu Ætatis diſpenſatione, triennio in regimine exacto obiit.

34. Otho II. Domes Lippienſis, vir pius præeſt annis 13, periit in obſidione arcis Cœuœrden ſibi rebellis, anno 1227. Floruere hoc tempore SS. Odulphus. & Pechalmus.

35. VVilibrandus Comes de Oldemburg, reſignato Epiſcopatu Paderbornenſi, hic reſedit annis octo. Hic Traiecti magnificum monaſterium S. Seruatij ædificauit, ac ſecundo ad terram Sanctam profectus fuit moritur autem anno 1233.

36. Otho III. Hollandiæ Comes, cuius tempore Mechtildis filia Florentij IV. Comitis Hermanni vxor, enixa fuit vnico
D partu 365. pueros, quos Otho Epiſcopus baptizauit. Præfuit an. 16. magnoque ſui deſiderio relicto in Domino obdormiuit an. 1249.

37. Goſvvinus de Aemſtel vir nobilis & locuples, prius D. Ioannis Præpoſitus, qui cùm nihil ſolutis eſſe beatius curis æſtimaret, Epiſcopatum reſignauit, & ad eundem commendauit.

38. Henricum Præpoſitum Eccleſiæ Cathedralis Colonienſis. hic multa ſtrennè geſſit, ac victoria non parua potitus aduerſus Dominos de Aemſtel, obiit anno 1277. Suedit.

39. Ioannes Anaſſonianus miræ integritatis, at exiguæ eruditionis, cumque ob eam cauſam ab Apoſtolica Sede confirmationem obtinere non poſſet, an. 20. magno Eccleſiæ incommodo reſignauit. Succeſſit autem.

40. Ioannes de Zerick, qui Eccleſiam hanc annis 9. rexit, & conſtituitur Epiſcopus Tullenſis à Bonifacio VIII.

41. Guilielmus nobili Mechlinienſium ſtirpe prognatus, primum Rotæ Rom. Auditor. Grauia bella geſſit cum vicinis, ac an. 1301. interemptus fuit.

42. [illegible] Leodienſis. [illegible]
ſuit [illegible] à Clemente V. F
[illegible] atque hinc [illegible]

43. [illegible] de Z[illegible] Præpoſitus [illegible], deinde Præſul [illegible] Eccleſiæ [illegible]

44. [illegible] hotem v[illegible] an. [illegible] præeſt.

45. [illegible] de Bru[illegible] etiam Præpoſitus Vltraiectenſis [illegible] electus anno 1313. verum cum inſcio Capitulo deſignatus eſſet Epiſcopus Aueniones Ioan. XXII. Pont. quidam

46. Ioannes Dieſtenſis violenter Cathedram occupauit, priore expulſo, magno Eccleſiæ huius damno, quam tamen an. 18. gubernauit: mortuus an. 1340.

47. Nicolaus Capucius nobili Romanus, à Benedicto XII. deſignatus Epiſcopus poſt annum factus Cardinalis, ceſſit.

48. Ioanni de Arkella, quem Clemens V. confirmauit, at varias fortunas expertus, tandem an. 1364. Laodium transfertur, vbi poſt an. 14. moritur.

49. Ioannes de Veonenburch prius monaſterienſis Epiſcopus, vixit in hoc præſulatu an. 7. obiit an. 1372. E

50. Arnoldus de Hoem per Vrbanum V. deſignatur hic Epiſcopus, & poſt an. 7. regiminis transfertur Leodium, vbi decimo exacto occubuit, an. ſcilicet 1389.

51. Florentius de Veuelickhoſen prius Monaſterienſis Epiſcopus, rexit hanc Eccleſiam ſtrenuè & prudenter an. 16 & menſibus 6. obiit an. 1395.

52. Fredericus de Blanckenheim permutauit Epiſcopatum Argentinenſem cum iſto, aſſenſu Rom. Pont. an. 30. huic Eccleſiæ præfuit, multumque profuit, ſic vt omnium mœrore hinc exceſſerit an. 1463.

Eo mortuo, duo potentiſſimi competitores hanc Cathedram ambiebant, ſuffragiis in diuerſa abeuntibus. Interea per pontificem conſtituitur Rabanus Epiſcopus Spirenſis, qui vt erat annis grauis, omnia hic tumultibus plena conſpicatus, recuſauit, & Pontifici commendauit Eccleſiæ Vltraiectenſis Præpoſitum.

53. Zvvederum de Culenborch, qui vix an. integro dignitate potitus, ab aduerſæ fectionis ciuibus pellitur, ac Dordracum profugiens poſt quinque an. per Eugenium IV. Pp. Cæ- G ſaream transfertur, huic ſufficitur

54. Rodolphus Diepholdius, qui an. gubernationis ſuæ 23. Chriſti 1455. deceſſit. quo tempore graues etiam tumultus exorti fuerunt, nunc hoc, nunc illo hanc Cathedram ambitioſè poſtulante. Electus tandem

55. Gilbertus à Brederode Præpoſitus Vltraiecten. à Caliſto III. confirmatus, qui prudenter hanc ditionem adminiſtrauit, & an. ac 4. menſibus exactis id effecit, vt Epiſcopatus iſte Dauidi filio naturali Ducis Burgundiæ Morienſi Epiſcopo conferretur: ac paucis menſibus vniuerſam ditionem eidem vi & armis ſubiecit.

56. Dauid ergo confirmatur an. 1456. & gratus omnibus, ac Reipublicæ ſuæ vtilis, an. 40. Eccleſiam & Ditionem hanc ſumma prudentia & tranquillitatis gubernauit. In pauperes benignus, ſtudioſorum & doctorum hominum verus mœcenas, erga Templa Dei & cœnobia Religioſorum munificus, interiit ſenex an. 1496.

57. Fredericus Marchio Badenſis, ſumma omnium exſpectatione ſufficitur. At variis bellorum motibus cum Carolo H Geldrorum Duce excitatus, poſtquam an. 20. rexiſſet, ſibi & patriæ conſulens, ac Liram in Brabantia vbi diem extremum clauſit ſecedens, Epiſcopatum hunc ceſſit annuente Pontifice, & Imperatore.

58. Philippo à Burgundia, Maximiliani & Caroli V. Imp. nepoti Principi pio, prudenti, & ſtrenuo, qui pleraque in Ditione ſua labefactata reſtaurauit, ſuique memoria in benedictione relicta diem ſupremum clauſit an. 1524.

59. Heinricus F. Bauariæ Ducis ſucceſſit, omniumque votis ſuſcipitur. Verum poſt quinque annos, cum videret ſe factioſorum hominum machinationibus parem non eſſe, ac ſubditos ſuos à vicinis opprimi, adeoque labanti Eccleſiæ & Reipubl. ſubuenire ſe neutiquam valere, ad Cæſaris Caroli V. opem implorandam redactus, annuit de Conſilio Ordinum, & Romani Pont. auctoritate interueniente, vt ius temporale ditionis Vltraiectenſis ad Burgundiæ Domus principatum transferretur, & Comitatu Hollandiæ ac Brabantiæ Ducatui incorporaretur, ſeruata deinceps Epi-

[illegible] op. interg[illegible] one ſua [illegible] Qu[illegible] fa-
A liciter tranſacta [illegible] ticus tran[illegible] V Vor[illegible] a-
tiam ſeceſſit, factus Epiſcopus F[illegible]

Igitur an. Dom. 1529 cedente [illegible] Car[illegible]
V. eidem in hac Cathedra ſuffectus [illegible]

60. Guilielmus ab Incke[illegible] [illegible]
lis, & Epiſcopus Dertuſenſis in [illegible]
oeliſtratanum abſens declaratus. [illegible]
mæ egerat, ſuffraganei tamen i Hiſpanis quam [illegible] us
annis ſeptem, quibus in hac dignitate tranſactis, ad melio-
rem vitam tranſiuit an. 1535. Eius locum nominatione ſupra-
dict. Imperatoris Caroli excepit.

61. Georgius F. Comitis Egmundani, Adminiſtrator Abba-
tiæ S. Amandi in Diœceſi Tornacenſi. Præſul omnibus cha-
rus, comis, & benignus: Eccleſiæ huius clauum tenuit ao. cir-
citer 25. Obdormiuit an. 1559. in monaſterio S. Amandi, die.
26. Septemb.

62. Fredericus Schenck ex Præpoſito S. Petri Vltraiect. &
Præſide Cameræ Imperialis Spirenſis, raræ virtutis & omni-
genæ doctrinæ merito, conſtitutus Epiſcop. an. Dom. 1561.
die 13. Nouemb. In ſummam temporum calamitatem inci-
B dit, Geuſyorum factione aduerſus ſuum Regem nouam re-
bellionem concitante, & in Eccleſiam ſæuire incipiente. Ipſe
interea & conſilio & prædicatione ſua Eccleſiæ populóque
adeſt, eoſque in fide ac religione continere adlaborat, iam
octogenario maior: verum creſcente Factioſorum tumultu,
animi mœrore confectus interiit.

Fuit autem is Schenckius, primus huius Eccleſiæ Archie-
piſcopus, poſt reſtitutam illi priſtinæ dignitatis prærogatiuam
qua ante aliquot ſæcula ſe abdicauerat, & Coloniam tranſtu-
lerat, vt ſuprà inſinuauimus. Verum non diu tranquillitate
hic vſus, omnibus rebus in Belgio turbatis. Conuocat nihilo-
minus Concilium Prouinciale, conuocatis ſuis ſuffraganeis ſine
compromiſſionalibus, vna cum Abbatibus, aliſque primi Or-
dinis viris, quod terminatum fuit in Octob. an. 1565.

63. Defuncto autem Schenckio, nominatus fuit à Philip-
po II. . . . . . Comes de Renebergh. Sed illo mox defuncto
deſignatur eiuſdem Regis calculo.

64. Ioannes Bruchelius Iuris vtriuſque D. Decanus Eccle-
ſiæ maioris ibidem, vir ſummæ prudentiæ, & longo rerum
vſu valens, qui cum res Belgicas in peius ruere cerneret, &
C indomitæ plebis iræ nec arte nec marte obſiſtere poſſet, &
de adeiſcendo Gulielmo Auriaco in Hollandiæ Guberna-
torem conſilia habentetur, relicto Vltraiecto Embricam di-
uertit, inde Coloniam, vbi Canonicam etiam dignitatem in
Metropolitana conſecutus eſt. Et ita velut è longinquo præ-
ſentem Eccleſiæ ſuæ neceſſitatem conſpicatus, & ab ea vnà
cum Catholicis reliquis proſcriptus, diem extremum obiit
10. die Septemb. an. 1600.

Illo mortuo Saſboldus Archiepiſcopus Philippenſis legá-
tione Apoſtolica nomine Pontificis in his locis perfunctus
fuit, quod munus cum vita depoſuit iam pridem an.

Et ſucceſſit eodem titulo inſignitus Philippus Rouenius,
qui et Sedem Vltraiectanam aliquando canonicè & pacificè
conſequatur, ſummis votis optandum.

EPISCOPORVM TVNGRENSIVM, TRAIECTENSIVM, ET LEODIENSIVM Series.

AC PRIMVM EPISCOPI TVNGRENSES

D Tungri Germaniæ populi antiquiſſimi & belliceſſimi,
qui etiam tempore Iulij Cæſaris non exigua virtutis ſuæ do-
cumenta præbuerunt. Horum ciuitas nomen gentis accipit,
fuitque amplíſſima olim, omniúmque finitimarum caput. Ab
hac originem duxere Pipini illi Duces fortiſſimi, è quorum
poſteris Carolus magnus, aliique non exigui nominis Prin-
cipes. Ferunt Annales hanc Ciuitatem omnium vniuerſæ
Galliæ & Germaniæ primam, fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe,
eiuſque ſemen per omnes vicinias ſparſiſſe. Cæterum vrbis
huius ſplendorem & amplitudinem, Dei flagellum Attila
Rex Hunnorum obtriuit, ciuibus fortunis & vita ſpoliatis, &
ſupra centum Eccleſiis & oratoriis euerſis. Deinde quod re-
liquum ſuperfuerat, Normanni tempore Caroli Calui Im-
peratoris ſuſtulerunt. Habuit olim reges ſuos potentiſſimos,
eiuſque opulentiam & commercia, arguit via illa lapidibus
conſtrata, quæ hinc Lutetiam vſque ad octoginta circiter
Leucas dirigitur.

[illegible] p[illegible]
[illegible] us S.[illegible]
[illegible] an[illegible] ar[illegible]
[illegible] em [illegible] R[illegible]
[illegible] ut fuit ad
[illegible] Verum Materno febri correpto,
[illegible] m regrediuntur, de infortunio ſuo
[illegible] em [illegible] m queſtuti. Qui eos conſolatus,
[illegible] ſent animauit, & baculum ſuum paſtoralem deferre
ſecum iuſſit, atque ad illius contactum, Maternum illum 40. die-
bus vitâ defunctum, illi reſtituendum prædixit. Qui egreſſi,
dictóque audientes, virgam cadaueri admouerunt, & colle-
gam à morte excitarunt, quam rem teſtatam faciunt omnia
iſtius æui chronica.

Igitur viam quam ceperant ingreſſi in Tungrenſem &
Treuirenſem ditionem deuenerunt, & Ieſum ocius euange-
lizarunt, Domino cooperante, & ſequentibus ſignis ſermo-
nem ipſorum confirmante. Baculus autem ſignorum admi-
randus patrator, cuius paulo ante meminimus, adhuc oſten-
ditur quoad partem illius ſuperiorem Coloniæ, quoad infe-
riorem Treuiris. F

1. S. Maternus ergo primus Tungrenſium Apoſtolus meri-
to prædicatur, vt qui miniſterio verbi ſedulo inſiſtens, nihil
potius habuit quam plures Chriſto filios, reiecta Idololatræ
ſuperſtitionis dementia, per Euangelium parere. Potens in
opere & ſermone. Inter alia autem ædem Deiparæ virgini
ibid. conſecrauit, quam primam eſſe volunt infra Alpes. Me-
moriæ datum, eum in prouincia Tungrorum (quæ tum, am-
pliſſima erat) ſeptuaginta duas ædes conſecraſſe. Habuit diſ-
cipulos laudatiſſimos. Habuit Collegam Menolum Catalen-
ſem Epiſcopum, quem ſingulari amore proſecutus eſt, quod
vterque ſortaſſe è 72. Chriſti diſcipulis fuerit, præfuit tot an-
nis quot dicbus in ſepulchro fuerat, nempè 40.

2. S. Auitus Galliarum ducis filius, & Tungrorum vltimi
regis ex fratre Nepos, qui omnium ſuffragiis adminiſtratio-
nem an. ſalut. 161. alij 171. an 30. poſt mortem S. Materni ob
tinuit Fuit in docendo vehemens, & plurimos à vitiis auoca-
uit, & Treuirenſes, qui à fide ſui magiſtri deſciuerant, reuoca- G
uit, & vt eum in ſuum Paſtorem & Epiſcopum requirerent,
effecit. Verum ſua legatione fideliter completa, migrauit ad
Chriſtum. Succeſſit

3. S. Marcellus Tungares, vir tum ſpectatæ Nobilitatis,
tum ſanctimoniæ inſignis, Tungarum quatuor ſacris ædibus
auxit. Hic prætetquam quod ſuum oxile perrigili cura à lu-
porum rabie tutatus eſt, exterioos etiam reges Chriſto lucri-
fecit. Nam Lucium Britanniæ Principem cum tota gente, ſua
prædicatione ad Chriſtum conuertit. Præfuit an. 29.

4. S. Metropolus filius ducis Lotharingiæ, Epiſcopus ac-
clamatus eſt. Qui aſſiduè multa diligentia concionari ſolitus
erat, tam domeſticos quam externos in ſpem ſalutis ſempi-
ternam cum fiducia aſpirare docuit. Obiit an. ſalut. 239. ad-
miniſtrationis ſuæ 18.

5. S. Seuerinus filius Comitis Louanienſis, alias ab eo, qui
fuit tempore S. Seruatij Epiſc. Colon. Pontificio decoratus
eſt. Sanctitatis epitheton, ob aſſiduum munus docendi po-
pulum, ſortitus eſt. Obiit adminiſtrationis ſuæ ao. 18. qui
Chriſti a 257. H

6. Florentius velut oraculo exceptus eſt, Qui ſacris lectio-
nibus, boniſque operibus operam dedit diligentiſſimam.
Tungris duas ſacras ædes dedicauit. Obiit pontificatus ſui
an. 15. vir ſanctus & prædicator in ſignis.

7. S. Martinus diaconus, filius Comitis Namurcenſis. Hic
Haſbanorum dicitur Apoſtolus, nam ipſos Haſbanos ad fi-
dem Chriſti perduxit. Cum adminiſtraſſet annis vndecim
officium, pie mortuus eſt.

8. Maximinus cuiuſdam pagani ex Chriſtiana muliere, fi-
lius; omnium calculis deſignatus eſt antiſtes. Fuit hic Theo-
logiæ doctor inſignis. Euangelium Chriſti toto animo com-
plexus: Obiit ſuæ functionis an. 13. qui duabus ſacris ædibus
Tungrim adornauit.

9. S. Valentinus Pontificem egit tempore Diocletiani, qui
ſemper ſumma habitus eſt auctoritate, cuius fulmina, vel poſt
mortem nemo non reformidabat. Mortuus eſt an. gratiæ. 327.
functionis ſuæ 17. Hic Treuirenſes à Tungrenſibus ſe diſſol-
uerunt, qui inde ſibi peculiarem Epiſcop. conſtituerunt. Sedes
Tungrenſis per ſeptennium vacabat, id eſt, vſque ad an. deci-
mum tertium S. Silueſtri, qui fuit Conſtantini Magni 18.

EPISCO

[illegible] SES.

A [illegible] s. Ex Angeli [illegible] Tungrenſi. in q[illegible] ieiunabat & magis An[illegible] dua [illegible] tam, Spiritu Pr[illegible] herc[illegible] et. Dei per multa ſigna & miracula eius ſan[illegible] tatem crebro teſtatus eſt. Cum Dei verbū prædicaret, ſiue confeſſiones exciperet, in ſua vernacula lingua, ab omnib. intellectus eſt: cum vero de tēporalibus tractaret, aut loqui vellet, ſine interprete intelligi non potuit. Ad extremam & diuturnam peruenit ſenectam, & cum finem vitæ ſuæ præſciret, fœliciter an. 403. 5. Idib. Maij obiit. Poſt mortem, ſicut & in vita, miraculis multis claruit. Sedit in Epiſcopatu an. 76. obiit ætatis ſuæ (vt volunt) 373. An. enim Dom. 125. congregatis Clericis ad eligendum Epiſcopum, & in Eccleſia orantibus pro paſtore, adducitur ex Armenia, ab Angelo, S. Seruatius annos iam natus 298. & baculus paſtoralis de altari in quo moriens eum poſuerat S. Valentinus, datur ei, & recipitur in Epiſcopum. Repellitur autem ab ingratis & ſuperbis Tungrentibus, an. Epiſcopatus ſui 8. Et tunc

B tranſfertur Epiſcopalis ſedes à Tungris Traiectum ſuperius, vbi manſit vſque ad tempora D. Huberti, qui eam tranſtulit Leodium. Poſt S. Seruatij mortem ſedes Tungrenſis vacauit annis centum & octo, menſibus 7. diebus 18. videlicet vſque ad 20. annum Anaſtaſij Imp. qui fuit an. ſalut. 512. quo anno Synodus a Frācis iuſſu Cludouei regis Aureliæ habita eſt, in qua Prælati Galliarum comparientes Eccleſiæ Tungrenſi, ſanctum Agricolaum conſtituerunt Epiſcopum eorum. Inter id tempus vacationis, venit quidā Epiſcop. Candidus, cauſa orationis Traiectum ad ſepulchrum S. Seruatij, qui ibidem permanſit toto tēpore vitæ ſuæ, ſupplens officium Epiſcopi.

2. S. Agricolaus filius Comitis Flandriæ, qui clero & populo placuit, & cum Traiectum veniret, magno apparatu ei obuiam proceſſerunt. Hic templum ſancti Seruatij condidit, & cum ab Hunnis eſſet conflagratum, reſtaurauit. Fuit vita honeſta præditus, & bonis exemplis plurimos ad religionem Chriſti perduxit, qui tandem in mortem pretioſam deſiit, cum officio ſuo laudabiliter functus fuiſſet an. 19.

3. Viſicius ſacra infula anno ſalutis 519. inſignitus eſt, anno Iuſtini 2. & ſedit annis 4. migrauit à præſenti ſæculo

C an. Chriſti 523.

4. Deſignatus Dalenſis Ducis filius, Pontificio præfectus eſt an. Domini 523. vir charitate plenus. Tres nobiles ad lucem reuocaſſe dicitur, quorum opibus Collegio multum acceſſit. Præfuit an. 3.

5. Reſignatus regis Neuſtriæ filius, poſt Deſignatum, à Clero & populo an. ſalut. 526. præfectus eſt. Cum vero Eccleſiam laudabiliter & ſumma virtute gubernaſſet an. 3. correptus morbo, interiit.

6. Sulpinus filius cuiuſdam Principis Galliarum. conſecratus eſt antiſtes an. gratiæ 529. Vixit hic & præfuit magna pietate an. 4. & obiit.

7. Quitillus ex Decano Traiectenſis Eccleſiæ in Epiſcopum conſtitutus eſt, an. Dom. 533. Hic religionem, quæ iam aliquantulum labefactata fuerat, ſua diligenti prædicatione, & vitæ honeſtate, reuocauit. Præfuit an. 2.

8. Eucherius valde modeſtus, & diuini verbi prædicator inſignis, aſcendit Epiſcopalē Cathedram an. ſalut. 535. Præfuit autem magno pietatis fructu an. 8.

D 9. Falco antedicti Eucherij Germanus frater, Epiſcopus Traiectenſis, omnium conſenſu factus eſt. Cum autem Eccleſiam ſuam ad Dei honorem & proximi ſalutem annos quatuor bene rexiſſet, à ſeculo migrauit.

10. Eucherius II. pius ac iuſtus vir, ac in omni virtutum genere nobilis, inſtitutus eſt Traiectenſium Epiſcopus, anno Dom. 541. Præfuit an. 5.

11. Domitianus, ex Galliæ partibus & honeſtis & præclaris parentibus procreatus, cœpit an. Dom. 544. Hic cum in Galliarum prouinciis, & præcipue Aquitanicis regionibus, Paganis verbum vitæ prædicaret, & diuerſis polleret virtutibus, ab omni Clero & populo vnanimiter eligitur in Epiſcopum Traiectenſem, ipſo tamen renitente. Hic multis bonis tempore ſuo ditauit Eccleſiam. Hæreticorū fuit malleus inſignis. Duobus regiis Franciæ Comitiis interfuit. An. Pontificatus ſui decimo ſexto, Chriſti 559. ad Dominum migrauit.

12. S. Monulphus Canonicus apud S. Seruatium, cœpit an. Domini 560. ſedit autem an. 33. Hic cum hæres eſſet oppidi Dinantenſis [illegible] diorum ſuorum, E [illegible] S mat [illegible] [illegible] Epiſcopus [illegible] migrauit ad Chriſtum [illegible] ſeptem [illegible]

13. S. Gondulphus duci[illegible] cœpit an. Domini 6[illegible] an. [illegible] obiit. 6[illegible] ſepultus eſt iuxta [illegible] ſuum [illegible] S. Monulphum. Carolus Magnus Chriſtiani[illegible] cum ad dedicationem ſuæ magnificentiſſimæ baſilicæ Aquiſgranenſis, tot adeſſe voluit Epiſcopos, quot in anno dies, id eſt 365. & duo deeſſent, Monulphum & Gangolphum (aiunt) è ſuis ſepulchris ſeu latebris emerſiſſe, & illic ingenti gaudio adfuiſſe. Peracta autem dedicatione, & à Leone 4. Summo Pontifice præſente, accepta benedictione, omnibus admirantibus receſſerunt, & ſua mauſolea repetierunt. Teſtatur *D. Petrus Caniſius in ſuo Martyrologio* ex aliis ſacris hiſtoriis.

14. S. Perpetuus, ducis cuiuſdam filius, cœpit anno Domini 608. agere Eccleſiæ myſtagogum, & præfuit annis tredecim. Gubernauit ſumma cum laude & pietate. Obiit pridie Nonarum Nouembr. multis atque magnificis claruit miraculis. F

15. Ebrigiſius ſiue Ebrigiſus, ad Eccleſiæ gubernaculum aſcitus eſt an. Dom. 621. & præfuit an. quatuordecim.

16. Ioannes Epiſcopus, qui ob nimiam manſuetudinem & animi lenitatem, dictus eſt Ioſeph, cœpit an. Dom. 635.

Cum gens Traiectenſis vna cum Dagoberto rege eſſet congregata, hic diuinitus eligitur in Epiſcopum, qui in eo præſulatu ſanctè & laudabiliter annos ſex vixit.

17. S. Amandus Ducis filius apud Aquitaniam, cœpit an. Domini 641.

Huius tempore fuit Bauo ille, ex illuſtri ducum Auſtraſiorum familia. Cum autem è religione Chriſtiana eſſet alienus, S. Amandus eum conuertit, qui tandem eum omnia Chriſtiano more deſerere, docuit. Factus eſt eo auctore, Clericus, qui inde reliquit mundum, & ſolitariæ vitæ factus eſt ſectator à Sancto Amando deuotè ſuſcepit Sacramenta Eccleſiæ, & in eius præſentia ac aliorum bonorum virorum, ſanctam animam exhalauit. In exitus ſui hora S. Gertrudæ virgini apparuit, petens, vt corpori condiendo linteamina ſubminiſtraret neceſſaria. Gandaui eius ſumptibus atque impenſis fundatum eſt monaſterium, Amandus Dagoberti baptizauit filium, & huius regis authoritate factus eſt Traiectenſis Epiſcopus, & à Martino ſummo Pontifice, cui multum erat familiaris, confirmatus. Cum huic Eccleſiæ ſumma laude per triennium præfuiſſe, & populum, tum quoque Clericos ſuos videret incorrigibiles; alium in locum ſuum ſcilicet. G

18. Laudoaldum virum bonum & ſanctum ſubſtituit, ipſe ad monaſterium Elmonenſe ſe contulit, & ætatis ſuæ nonageſimo, in Domino fœliciter obiit.

19. S. Remaclus; Educatus eſt à beato Sulpitio, inde B. Eligij optimi viri diſciplina in Eccleſiaſticis ac monaſticis ritibus eruditus. In his ſemper fœliciſſimè proficere viſus eſt. A rege Francorum poſt S. Amandum ad Traiectenſem ſedem inuitus compulſus eſt. Huic Chriſtus tantam verbi ſui gratiam largitus eſt, vt omnes ei promptiſſimos ſeſe ad obtemperandum exhiberent, & nemo eſſet, qui non ex animo eum diligeret, & omnes ſe ad eius doctrinam conformare pro viribus ſatagebant. Multorum fuit cœnobiorum fundator, & Rector, in quibus multos inſignes viros Eccleſiæ ſummè H vtiles inſtituit & promouit. Sanctum Trudonem generoſum per Clodolphum Epiſcopum Metenſem inſtitui pleniſſimè in pietate curauit, obiit an. ætat. 65. qui Chriſti 628.

20. S. Theodardus natus in Gallia, arctam vitam, cuius fructus eſt æterna merces, ſibi ſequendam propoſuit. Sigibertus rex Franciæ 12. condidit monaſteria, & his omnibus S. Theodardum præfecit. Inde S. Remaclus eius præceptor, abdicato Epiſcopatu, vt tranquilliorem haberet vitam, ſe ad Stabulanum contulit monaſterium. Conſenſu igitur totius Eccleſiæ hic Theodardus diœceſeos illius Tungrenſ. ſuſcipere coactus eſt gubernaculum, & à ſancto Cuniberto Colon. Archiepiſcopo conſecratur. Hic quod verbo docebat, exemplo vitæ ipſemet declarauit. Dum autem ſtrenuè munus ſuum exequitur, improbi nebulones virum ſanctum aggrediuntur luporum inſtar prope pagum Alſatium, haud procul à Spira eum contumeliis afficiunt, proſternunt, caput in fruſta ſecant, dilaniant, ac miſere trucidant.

21. S. Lam

11. S. Lanbertus ex Traie[illegible] [illegible] [illegible]dardo per martyrij palmam ad [illegible] hic [illegible] eſt ablatus, quo [illegible] [illegible] iuſſit. Perductus hic [illegible] inuitus & plurimum [illegible] Epiſcopatum. Ad eum igit[illegible] adm[illegible], vi[illegible] Fuit [illegible] omnibus, tum ipſi Childerico Regi Franc[illegible] Verum rege interfecto, Lanbertus ab [illegible] qu[illegible] [illegible] dia diaboli, miro modo [illegible] eſt & [illegible] ſine cauſa deturbatur: quidum inuitus exulat, Pharamundus quidam, homo flagitioſus, data pecunia, Pontificatum, multum dolente populo, conſecutus eſt. Verum Lambertus omnia ferens moderatè, ad Stabulanum monaſterium, ad ſanctum Remaclum conceſſit; verum poſt ſeptem annos, Lambertus omnium congratulatione ad ſuam Eccleſiam reuocatus eſt, & Pharamundus infelix, tota ditione profligatur. Profectus eſt autem Lanbertus in Teſandriam, & totam illam prouinciam planè ad Chriſti fidem conuertit. Pipinus princeps Plectrudi legitimæ vxori ſuperduxit pellicem Alpaidem, & huius ſceleris eum admonuit ac redarguit Lambertus: quare Dodo frater ipſius Alpaidis ei inſidiatus eſt, & cum aliis quibuſdam eum inuaſit, & intra domum Eccleſiæ interfecit. Hoc quoque tempore Friſij ad Chriſtianiſmum inducti ſunt.

EPISCOPI LEODIENSES.

Leodium quod Leodicum appellat I. Lipſius: ante vocabatur Legia, vrbs vetuſtiſſima eſt, & Eburonum olim Sedes, qui eo loci Cottam, Sabinum, & Cæſaris legatos vnà cum Legione & Cohortibus quinque Romanorum internecioni dederunt. Ciuitas eſt Imperialis, ſed nihilominus tam in temporalibus quam ſpiritualibus agnoſcit Principem ſuũ Epiſcopũ pro tempore ſedentẽ. Fuit olim florentiſſima, & in qua bonæ literæ vna cũ muſis domicilium fixerint, ſic vt vno tẽpore hic illis incumberent 9 filij Regum, 14. Ducum, 29. Comitum. Habet octo collegia Canonicorum, Abbatias 7. Paroch. 32.

Primus autem qui huc cathedram Epiſcopalem tranſtulit, fuit.

1. S. Hupertus Bertrandi Ducis Aquitaniæ filius In ordine Epiſcopali 30. vel 31. tempore Theodorici Regis Francorum. Fuit autem à fide prophanus, verùm vita integer & in pauperes velut alter Cornelius Centurio beneficus. Cum ſuo more die Paraſceues venatione eſſet occupatus, Chriſtus ei in forma crucifixi, inter cuiuſdam cerui cornua apparuit. Hac occaſione Hupertus ad veri Dei notitiam eſt conuerſus. Conceſſit ad ſanctum Lambertum Epiſcopum Traiectenſem, qui eum in fide Chriſti & vera religione diligenter & perfectè inſtruxit. Inde bona ſua in pauperes diſtribuit, & in eremum ſeceſſit, & vitam ſatis arctam annis aliquot duxit. Contulit ſe Angelica admonitione Romam, & è ſancto Sergio Pont. Max. diuina manifeſtatione Lamberto iam martyrio coronato) Traiectenſis Eccleſiæ eſt ordinatus Epiſcopus. Antea clauis & ſtola ei data eſt, quaſi ſymbolum poteſtatis ſoluendi & ligandi. Cœpit igitur anno Domini 700 præeſſe. Verum poſt regimen Paucorum annorum, nempe 713. aut 14. vna cum corpore S. Lamberti. ſedem Epiſcopalem à Traiecto Leodium tranſtulit. Eccleſiam ſancti Petri ædificauit, & in ea monachos ex Stabulenſi monaſterio poſuit. Eccleſiam beatæ Mariæ primariam & Cathedralem in honorem D. Lamberti conſtruxit, & in ea viros doctos ac modeſtos, reſidere voluit. Dicitur reliquiſſe huic ciuitati publicum ſigillum quo etiam hodie vtuntur, cum hac inſcriptione *Legia Romana Eccleſia filia*. Præfuit annis 30. cum ſua pietate, & fœliciſſime ad Dominum migrauit. Furæ in Brabantia, anno Domini. 735.

2. S. Florbertus D. Huperti filius tam carnalis, quam ſpiritualis, & in cathedra ſucceſſor. Fuerat antea Abbas Stabulanus, & D. Petri monaſterij adminiſtrator, Collegij ſummi Præpoſitus Leodienſis, cœpit anno Domini 735. Hunc diuus Remaclus in ſuo monaſterio educarat ac optimè inſtituerat, Remacli pietatis formula multus etiam nobiles ex aliis nationibus adduxit. Poſtremo plenus ſanctitate an. Dom. 755. in Maio ex hac vita diſceſſit.

3. Fulcarius filius Comitis Louanienſis, antea ſummi Collegij Præpoſitus, anno Domini 755. adeptus Pontificatum Leodienſem, annis nouendecim ſub Carolo magno religioſiſſime præfuit.

4. Agilfridus vir præclarus ac nobilis, Burgundionum Ducis filius, qui in palatio Caroli Magni fuerat diu conuerſatus, anno gratiæ 774. in Epiſcopum legitimè aſſumptus eſt. R[illegible] D[illegible] ex [illegible] L[illegible] hoſpitio ſuſcepit. [illegible] Leodienſi & bona multa [illegible] Anno Dom. 84. m[illegible] incurit

5. [illegible] Gerbaldus [illegible] Bauariæ filius, anno Dom. 785. præfuit ac an. 26. gubernauit. Interfuit Concilio Aquiſgranenſi. Ordinatus eſt Cardinalis, & Leonem tertium venientem in Germaniam humaniſſime excepit. Obiit autem anno ſalutis 809.

6. Vvaltandus Adolredi comitis Ardenniæ filius incepit præeſſe anno Dom. 811. Sedit ad clauum Eccleſiæ 18. annis. Hoc illud monaſterium celeberrimum, in Ardennia, quod modo eſt S. Huberti, conſtruxit, & religioſis monachis de Ordine D. Benedicti, annuente Leone Pontifice ac Hildebaldo Archiepiſcopus Colon. commendauit anno Dominicæ incarnationis 825.

7. Piratdus anno Dom 8 9. præeſſe cœpit, & gubernauit annis duobus: Eccleſiam S. Captaſij martyris fundauit, propè Eccleſiam D. Pauli Leodij, atque duodecim ibi religioſos reſidere voluit.

8. Hircharius ad Eccleſiam Leodienſem Epiſcopus promotus eſt, anno Dom. 831. & an. 25. optimè præfuit ſiquidem vir fuit in Deum valde religioſus. Huius tempore feſtiuitas omnium ſanctorum in Eccleſia celebrari cœpit, quam ipſe in ſua diœceſi primus celebrari iuſſit.

9. Franco monachus Lobienſis, doctrina & religione conſpicuus, Theologiæ profeſſor, an. Dom. 786. iniit Pontificatum. Sub hoc fuerunt Nortmanni qui, totam Germaniam vaſtabant miſere, & huic Eccleſiæ non parcebant. Franco hic aliorum principum præſidio eis reſtitit, deuicit, atque ex ſua ditione profligauit. Præfuit an. 48. ſumma cum laude.

10. Stephanus, Theol. profeſſor. ac Poëta inſignis, ex Canonico Metenſi factus eſt Epiſcopus Leodienſis, anno. Dom. 904 Sedit ad gubernaculum Eccleſiæ an. 18.

11. Richarius Hannonienſis Comitis filius, Abbas Prumienſis & Stabulanus, à Carolo Simplice rege Francorum per auctoritatem ſummi Pontificis Ioan. 10. ordinatur Epiſcopus Leodienſis, repudiato Hilduino, qui data pecunia Duci Giſleberto Bullonienſi, ab eo ſibi Epiſcopatum ambiebat. Cœpit autem hic an. Chriſti 922. & an. 22. Præfuit laudabiliter an. 24. & inter mortales eſſe deſiit.

12. Hugo ex Abbate D. Maximini apud Treuiros, quod officium an. 12. optimè geſſerat, an. Dom. 946. factus eſt legitimè Epiſcopus Leodienſis, præfuit huic Eccleſiæ annis tribus. Erat ſingulari ingenij dexteritate, & prudentia præditus.

13 Farabertus S. Pauli Comitis filius, fuit ante Abbas Prumienſis, & ann. Dom 946. ad Eccleſiæ Leodienſis faſtigium promotus eſt. Conſtruxit nonnullas Eccleſias Leodij, nempe D. Andreæ iuxta forum, S. Georgij, & S. Catharinæ ab aliis conſtructas & demolitas, ipſe reparauit. Præfuit an. 6. & ſepultus in crypta S. Lamberti Leodij.

14. Rathenus monachus Lobienſis, ex Epiſc. Veronenſi per D. Brunonem Archiepiſc. Colonienſ. ad hanc Leodienſem an. gratiæ 954. conſtitutus eſt. Erat vir doctus, at dum nimium eſſet mordax, & hominum vitia traduceret, imò nec potentibus parceret, factus eſt odioſus. Anno ſecundo ab Epiſcopatu expulſus eſt, & apud ſuos monachos fratres vixit piè an. 9. Eccleſiæ redditibus ſuſtentabatur. Scripſit nonnulla opuſcula, de Corpore & Sanguine Chriſti, de Prædeſtinatione & Sermonum opus. Claruit Henrici Imperatoris primi temporibus. Variam fortunam expertus eſt.

15. Bardricus filius Comitis Montenſis, & Doctus inſignis cœpit an. Dom. 956. Præfuit tribus annis.

16. Eraclius Præpoſitus Bonenſis an. Dom. 959. & præfuit an. 12. Hic multas ſcholas in ſua prouincia inſtituit, tum quoque in monaſteriis religioſos, D. Brunonis Colonienſis Archiepiſcopi exemplo bonis ſtudiis vacare voluit.

17. Rogerus ſiue Notgerus Sueuus, ſcientia & moribus clarus, à D. Gerone Colonien. Archiepiſcopo conſenſu Leodienſis Capituli an. Dom. 972. conſecratus eſt, & præfuit ſumma cum laude annis 30. Eccleſiæ bona in tres diuiſit partes, vnam ſibi retinuit, alteram Eccleſiæ, ac monaſteriis, tertiam militibus, qui armis Eccleſiam defenſarent, aſſignauit. Eius tempore cum Gandauenſes in ſuum Principem inſurgerent, vt pareret author fuit. Tandem qui de omnibus fuerat optimè meritus, 5. Id April. piè obiit. Sepultus eſt in Eccleſia S. Ioannis Euangeliſtæ, an. ſalut. 1007.

[illegible] Comitis [illegible], Arch-
A [illegible] conſecratus eſt in Epiſcopum Leod. ab
An[illegible] Coloniēſi S. Heriberto an. ſalut. 1008. Fuit
vir [illegible] monaſteria ac Eccleſias [illegible] liberalis.

19. S. Vv[illegible] Comitis [illegible] Doctor, Decanus D. Martini Vltraiectenſis, ab Henrico S. Imp. ex monaſterio abſtractus, factus eſt eiuſdem aulæ Cancellarius, & ab eodem poſtea Leodienſis Epiſcopus an. Domini 1018. conſtituitur. Præfuit admodum diligenter an. 7. & cum iam vicinam cognoſceret mortem, petiit multos adeſſe honeſtos Sacerdotes, eorum preces expetiit.

20. Durandus Henrici II. Imperator. Cancellarius, incepit an. Dom. 1025. Fuerat alius quidam Godeſcalcus nobilis à Capitulo deſignatus, verum hic, quod videret Imperatorem in Durandum propenſiorem, ceſſit. Cum an. 3. præfuiſſet, & non ſatis proſpexiſſet Eccleſiæ, vitam hanc amiſit, ſepultus eſt apud Sanctum Lambertum.

21. Reginaldus cœpit an. Domini 1027. ſub Ioanne Pontifice maximo 20. ſedit autem ad gubernatinem an. duodecim. Anno autem Domini 1036. bonus & fidelis Domini ſeruus diem extremum clauſit.

B 22. Richardus fuit maioris ædis Leodienſis cuſtos, Cleri ac populi ſuffragiis electus eſt antiſtes, qui cœpit an. Domini 1037 Præfuit an. 5.

23. Vvaso filius Comitis Iuliacenſis, qui an. Chriſti 1042. præeſſe cœpit ann. 6. Fuerat Præpoſitus & Archidiaconus Leodienſis, & iam capitularis ſenex, ſcilicet centum & quinque annorum, à Clero & populo electus. Præbendas tenues ipſe auxit, & probitatis ſuæ non exigua ſigna reliquit, cum an. 6. præfuiſſet.

24. Theodoricus ducis Bauariæ filius, iuris vtriuſque Doctor Henrici III. Imper. conſanguineus, ab eodem Leodienſis Epiſcopus eſt conſtitutus, an. Dom. 1048. ſub Clement. II. & præfuit vtiliſſimè an. 28. An. Dom. 1075. viam vniuerſæ carnis eſt ingreſſus, & Hoy ſepultus.

25. Henricus dictus pacificus. vita & genere nobilis, Archidiaconus Virdunenſis ortus ex Tullo. Sanctus Hanno Archiepiſcopus Colonienſis, hunc an. Domini 1075. conſecrauit. Præfuit an. 17. Fuit vir valdè manſuctus, & ſuo munere egregie functus eſt.

C 26. Otbertus præpoſitus ſanctæ Crucis, electus eſt canonice an. Dom. 1092. Præfuit autem an. 28.

Alexander Comitis Iuliancenſis filius Archidiaconus Leodienſis, inuito Capitulo inſignia Epiſcopalia arripuit, & ab Henrico V. Imperat. inueſtituram accepit. Renerſus Leodium, à duobus Collegiis, quorum fuerat Præpoſitus, ſuſcipitur. Verum Fridericus Colonienſis Archiepiſcopus Apoſtolica autoritate mandat, ne ſuſcipiatur.

27. Poſtea Fridericus maioris Eccleſiæ Præpoſitus, frater comitis Namucenſis, electus Rhemis in Concilio. à Calixto II. conſecratur, an. Chriſti 1120. Venit hic Leodium, & nudis pedibus intrans ciuitatem, cum magna lætitia excipitur. Alexander autem è ciuitate eiectus, vltro ceſſit ab Epiſcopatu, & in poſterum priuatus & quietus vixit. Fridericus anno 2. gubernationis obiit. Sedes per biennium ferè vacauit.

28. Albero ex comite Louanienſi natus, è Canonico Metenſi, electus eſt Epiſcopus Leodienſis an. gratiæ 1125. Præfuit an. 6. Obiit an. 1128. poſtquam primum cœnobium re-
D ligioſos Ordin. Præmonſtratenſis ædificaſſet

29. Alexander Iuliacenſis, qui ambierat Epiſcopatum, iam tandem voti compos effectus eſt, & à Leodienſibus inauguratus. Geſſit hic bellum ſatis cruentum, qui vbique victor euaſit. Eius tempore ſummus Pontifex Innocentius II. venit Leodium, & eximiis honoribus exceptus eſt. Collegium ſancti Lamberti erat tum Regum ac Ducum filiis, Comitibus ac Doctoribus illuſtriſſimum. Regum enim filij 9. ibi reſidebant, Ducum filij 24. Comitum 29. Baronum ac nobilium virorum 7. Ab his ſummus Pontifex religioſiſſimè exceptus eſt. Papa Lotharium II. Romanorum regem & reginam ibi debitis cæremoniis coronauit. D. Bernardus Abbas Clareuallis huic inaugurationi interfuit. Cúmque Pontifex Romanus diſcederet. Alexander à canonicis apud Innocentium accuſatus eſt, qui eum vocatum in concilio Piſano ab officio remouit: quod ille tam indigne tulit, vt octauo menſe defecerit. Præfuit annis 8. & in monaſterio ſancti Ægidij ſepultus.

30. Albero II. ex [illegible], è [illegible] Me-
tenſi [illegible] Epiſcopus Leodienſis. Contra [illegible] E
[illegible] ſole
[illegible], & [illegible] Die plena
[illegible], præbendis [illegible] cenſentur, ciues
[illegible] Lucis dabant
v[illegible] in die bis celebrabant. Hæc videns Capitulum, D. Henricum à Loe, Præpoſitum ſancti Lamberti ad Pontificem Romanum miſit, qui Alberonem Romam citauit. Dum autem Epiſcopus pergeret Romam; in itinere correptus morbo. anno ſuæ adminiſtrationis 15. interiit. Mortuus eſt Otrinæ acuta febre, id eſt peſte.

31. Heinricus II. comes Lyburgenſis, Præpoſitus Eccleſiæ ſancti Lamberti, à capitulo legitimè creatus anno ſalutis humanæ 1146. Præfuit honeſte & vtiliter an. 19. Redditus Epiſcopatus auctiores reddidit, & caſtra nonnulla conſtruxit. Obiit peſte in Italia, & oſſa allata, in Eccleſia ſancti Lamberti tumulata ſunt.

32. Alexander II. Præpoſitus S. Lamberti à toto capitulo ordinarie creatus eſt an. Dom. 1165. Præfuit laudabiliter an. tribus, obiit in Italia. Circa hoc tempus corpora SS. Magorum Coloniam tranſlata ſunt, id eſt, anno 1163. F

33. Rudolphus Lotharingiæ Dux: fuerat à quibuſdam Moguntinus creatus Archiepiſcopus, verum ciues expulerunt illum, & eius dominium recuſarunt. Ad Leodienſem Eccleſiam adiutorio comitis Namurcenſis ſui auunculi admotus, cuiuſdam inſignis concionatoris concionibus ipſe & alij plurimi conuerſi ſunt, & reſipuerunt à labe Simoniæ. Profectus eſt cum Friderico Imperatore contra infideles in Aſiam, & in itinere obiit anno ſalutis 1189.

34. Albertus Dux Brabantiæ, doctor inſignis, Archidiaconus S. Lamberti, electus eſt Epiſcopus Leodienſis vniformiter an. Domini 1189. profectus eſt Romam & à Caliſto contra Imperatorem confirmatus eſt. Dum autem in patriam redire maturaret, & per Remenſem Archiepiſcopum eſſet conſecratus, inde in itinere inuaſus eſt & occiſus.

35. Albertus II. de Chyck. Præfuit an. 4. Erat cum eo & alius electus, ſcilicet Simon, qui erat conſobrinus Alberti nuper defuncti. Ambo profecti ſunt Romam ad curiam: Simon ibidem Cardinalis factus eſt. qui non longè poſt veneno accepto ab æmulis, mortuus eſt. G

36. Hugo II. de Petraponte, præpoſitus ſummi templi, doctus, prudens & magnanimus, interceſſione Ottonis regis eligitur & conſecratur à Cardinale Legato Guidone, an. Domini 1200. Præſcripſit ſuis canonicis optimas leges, quibus vitam luxu perditam reformare & vitia extirpare curauit; quas Romanus Pontif. approbauit. Concilio Lateranenſi interfuit. Condidit teſtamentum, & egenis optimè prouidit. Hoyanos rebelles ad obedientiam redegit. Cum eſſet in Archiepiſcopum Remenſem per Innocentium exaltatus, breui obiit adminiſtrationis ſuæ an. 29 Dom. 1229.

37. Ioannes de Eppa, maioris Eccleſiæ Leodienſis præpoſitus, electus eſt omnium communi conſenſu, & conſecratus à Remenſi Archiepiſc. an. Dom. 1229. præfuit laudabiliter an. 9. Mortuus eſt Dionanti, anno Chriſti 1238.

38. Vvilhelmus frater comitis Sabaudiæ, Valentiæ, anno Dom. 1238. electus. Erat ſimul cum eo alius quidam Otto præpoſitus Vltraiectenſis electus, qui licet habuerit potentiſſimos defenſores, nempe filium Friderici Imperatoris: Gregorius tamen Pontifex Max. 9. repudiato illo, hunc Romæ confirmauit, qui eodem anno in ſuo reditu obiit, in Sabaudia, in patria iuxta parentes ſepultus eſt. Vacauit inde ſedes per annum. H

39. Robertus Epiſcopus Lingonenſis, tribus in diſcordia electis præfertur, & ſucceſſor legitimus declaratur. Erat Theologiæ doctor. Iacobi Legati Pontificis hortatu, Lingonenſibus Epiſcopatum reſignat. Præfuit in magna pace ac tranquillitate an. 7.

40. Heinricus frater comitis Geldrenſis, creatus eſt Epiſcopus adhuc adoleſcens. S. Engelbertus Archiepiſcopus Colonienſis eum in Abbatem Stabulanum conſecrauit. Verum vtrique muneri ſe propter iuuentutis temeritatem, inutilem reddidit. Præfuit, non vt Epiſcopus, verum vt miles, & inuitis omnibus per 26. an. ſuſtinetur. Poſtremo à Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi depoſitus eſt.

41. Ioannes de Angonnis Epiſcopus Tornacenſis, Profeſſor Theologiæ, qui egerat anno ſalutis 1274. Abbatem in Stabu

Stabulano mon[illegible] A conſtitutus eſt. T[illegible] equo, ab eo captus, [illegible] an. Chr. 12[illegible] mortuus eſt, cum an.[illegible]

42. Ioannes V. [illegible] Flandriæ, M[illegible] ſter in decretis Præpoſitus [illegible] Epiſcopus [illegible] tenſis, demum electus eſt [illegible] Leod[illegible] an. Dom. 1282. & ſedit annis vndecim. [illegible] ſuæ adminiſtrationis 10. Chriſti 1291. ſepultus in Flandria paterno tumulo. Poſt eum ſedes vacabat quatuor annis.

43. Hugo de Cabillone Burgundiæ ducis conſanguineus, an. Dom. 1296. in Epiſcopum Leodienſium per Bonifacium 8. confirmatus eſt. Fuit nobilitate ac ſapientia inſignis, verum animum magis ad ſeditiones & domeſticorum præliorum turbas, quam ad pacem habuit. Transfertur poſt an. 7. Biſuntium.

44. Adolphus Comes de Veldeck, præpoſitus Traiectenſis, amoto Hugone ab Epiſcopatu, legitimè ad eum, tum per capitulum, tum per Bonifacium 8. an. Dom. 1301. inſtituitur. Veneno periſſe dicunt. Præfuit vix biennio.

B 45. Theobaldus Comes Barcenſis, cum Romæ ageret Dictitorem apud Pontificem Benedictum 2. à Capitulo, conſentiente Pontifice, electus & confirmatus eſt Epiſcopus Leodienſis. Fuit vir multæ doctrinæ & facundiæ, qui lites omnes, tumultus, Leodij ſedauit, & omnia in bonum ſtatum redegit. Cum Henrico 7. Imperatore profectus eſt Romam, & introitu vrbis, cum ingens eſſet concurſus, ſagitta incautè iacta, transfixus mortuus eſt, cum annis 17. laudabiliter præfuiſſet.

46. Adolphus comes de Marca, factus eſt Epiſcopus Auenione à Clemente 5. cum vacaſſet Epiſcopatus per integrum an. Fuit vir ſumma ſapientia & manſuetudine præditus, ad arma tamen impulſus eſt inuitus. Hic Epiſcopus Mechliniam conſentiente Capitulo, vendidit Ludouico comiti Flandriæ pro centum millibus florenis auri regalis, eo quod duci Brabantiæ plus fauebant, quam Leodienſibus. Mortuus eſt optimus Princeps, anno Pontificatus ſui 32.

47. Engelbertus comes Marchianus, præpoſitus S. Lamberti Auenione in Epiſcopum Leodienſem à Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ, poſt mortem Adolphi electus eſt, an. Chr. C 1345. & à Clemente VI. confirmatus. Præfuit an. 19. Poſtea tranſlatus eſt per Vrbanum V. ad Archiepiſcopatum Colonienſem, cui annis quatuor obſcurum non ita benè præfuit.

48. Ioannes ab Archkel. Fuit Epiſcopus Vltraiectenſis, vir doctus, & ab Vrbano V. in curia Aueniouenſi, ordinatur Leodienſis Antiſtes, an. Chr. 1364. Præfuit ſumma cum laude an. 15. Fuit vir timens Deum, valdè potens ac locuples, qui ſeditionibus confuſum ſtatum ad pacem redegit. Obiit an. 1378. A morte ipſius ſedes Leodienſis vno anno vacauit.

49. Arnoldus comes Hortenſis, Epiſcopus quoque Vltraiectenſis, Euſtatio de Forti-rupe, quem canonici Leodienſes elegerant, poſthabito, Leodienſem Paſtoratum conſequutus eſt. Habuit aduerſarium Ioannem Rodemacum, quem Leodienſium adiutorio, ſuppreſſit. Hic Epiſcopus Leodio viginti duos Iudices præeſſe voluit, qui etiam in Pontificis ſententiis & ciuitatum determinationibus cenſuram ferrent. Præfuit benè circiter annos decem, tandem an. Chr. 1389. in Leodienſi palatio obiit.

50. Ioannes Bauariæ ducis filius, ad Epiſcopatum Leodien- D ſem an. Chriſti 1400. ſuæ vero ætatis decimooctauo promotus eſt. Præfuit annis aliquot, & quum Leodienſes in eum odium aliquod concepiſſent, Epiſcopatui renunciauit, & ſub tempore concilij Conſtantienſis vxorem duxit, ſcilicet viduam Lutzenburgenſem Duciſſam. Præfuerat Epiſcopatui annis viginti octo.

51. Ioannes de Vvalenrode Iuris doctor, qui fuit natione Franco, cum eſſet Rigenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ad Leodienſem poſt reſignationem Ioannis de Bauaria, auctoritate Martini 5. Pontificis, an. Dom. 1418. promotus eſt. Præfuit breui tempore, mortuus eſt morte inopinata, an. 1447.

52. Ioannes comes de Heynsberg, ac Lovvenburch, vir valdè magnificus, electus eſt legitimis ſuffragiis an. Domini 1419. cum eſſet an. 23. an. ſequenti, ſacerdotio eſt initiatus. Profectus eſt Hieroſolymam. Verum quum in Syriam veniſſet, & ſaluum conductum à Turcis petiiſſet, illi ſuſpectum habentes nomen Bullonenſis ducatus (eſt enim Godefridi Bullonenſis victoria celebris) poteſtatem procedendi minimè con[illegible] [illegible] Vxor[illegible] ſſit ab E[illegible] an. Dom. 145[illegible] eius adminiſtrationem.

53. Ludouicus Borbonius à Materno 82. Præpoſitus ſancti Donatiani Brugenſis, Philippo duci Brabantiæ chariſſimus, an. 14. an. Domini 1456. ſuſcepit. Erat vir prudens, doctus ac eloquens, & corpore præſtans. Cogitabat hic omnibus patrocinari, & de omnibus pro viribus optimè mereri ſtuduit: Verum quo plus hic optimus princeps eorum animos ſibi demulcere ſtuduit, eo duriores & ingratiores facti ſunt, ita vt quaſi canes ſaeuiendi in benefactorem inſurgerent. In quodam prælio contra Atemburgum concluſus, cuiuſdam militis ſacrilega manu interficitur.

54. Ioannes comes Hornenſis à Senatu canonicorum Leodienſ. Lonquij vna cum Iacobo Croyo electus eſt, qui tandem hac lege Pontificatum obtinuit, vt Iacobo quotannis tria millia aureorum penderet. Hac electione Atemburgius, qui filium ſuum Epiſcopum eſſe voluit, valde exaſperatus eſt, F quare comitatum Hornenſem deuaſtauit & attriuit. Præfuit igitur in magna rerum perturbatione. Obiit an. ſalutis 1505. 16. Calendas Febr. anno ſui regiminis 25. eximius antiſtes. Sepultus eſt in veſte Franciſcana in promontorio ciuitatis Traiectenſis, in Vveert, in conuentu Minorum Fratrum de Obſeruantia.

55. Erardus de Marca Principis Roberti, Cliuiæ, Marcæ & Atemburgi imaginibus clariſſimi filius, ad res arduas natus, an. Dom. 1506. pridie Ianuarias, Iacobo Croyo, omnium capitularium calculo antepoſitus eſt. Peropportune hic diœceſeos habenas agere cœpit, à bellis enim ceu extrema pernicie ſemper abhorruit, eratque literarum, iuriſque ciuilis peritus, & animi ac corporis dotibus inſignis. Patriam Leodienſem pacificè an. 33. rexit, ac Leodium inter cætera beneficia elegantiſſimo Palatio decorauit, cui ſi extrema artificum manus adiecta fuiſſet, ſententia D. Caroli V. Imp. in toto mundo ſimile non eſſet. Fuit Princeps ad vindictam lentiſſimus, ad beneficentiam autem promptiſſimus: In proſperis æquè ac aduerſis eodem ſemper animo præditus. Apud Carolum G V. fuit magnæ autoritatis cuius fauore adeptus eſt in Hiſpaniis Archiepiſcopatum Valentinum, & Cardinalitiam dignitatem, Eccleſiam ſuam ab hæreſeon folle & peſte incorruptam ſummis ſemper viribus tutatus eſt. Templa autem, velut alter Dauid & Salomon, ornamentis pretioſiſſimis exornauit.

56. Cornelius de Berghes, non minoris pietatis quam eruditionis, in locum anteceſſoris legitimis Capitularium ſententiis ſubſtituitur. Fauſtiſſimè ab omnibus ei diœceſi ſubiectis ciuitatibus, per eas, aſſumpto Epiſcopatu cum ſua pompa circumuectus, acclamantibus excipitur, An. Domini 1538. die 16. Iunij, reſignauit, & cælebs permanſit.

57. Georgius Auſtriaci ſanguinis, Maximiliani Imperatoris illegitimus, ex Epiſcopo Brixienſi, interceſſione & autoritate Caroli V. ſui conſanguinei, in Leodienſem Præſulem conſtitutus eſt: intrauit ciuitatem, an. Dom. 1544. Auguſt. die 17. ad pietatem ac tranquillitatem propenſiſſimus, ac ſummè ſyncerus, expleta mortalis vitæ periodo, ad animarum fœlix domicilium, an. ſalutis 1557. in optima ſenectute obdormiuit. H

58. Robertus Bergiacus: dederat Louanij operam literis, & eo eruditionis euaſit, vt crebro publicè in magna ſtudioſorum corona peroraret. Inde Georgius ab Auſtria, ſenio grauis, hunc excelſi muneris conſortem optat. Fuit hic pietatis parens, & commiſſi ſolers paſtor ouilis, fuit pater patriæ, & quæ agenda, manu & mente expreſſit, literarum patronus ſingularis. Fuit in eo ſumma mentis lenitas & manſuetudo, & pacis atque concordiæ ſtudium ſingulare. Verum dum talibus exercitiis toto animo & viribus incumberet optimus Antiſtes, morbo & obitu inexpectatiſſimo, ſublatus eſt. Qui obiit apud ſuos & Bergis ſepultus eſt, an. ſalutis 1564.

59. Gerardus natus ex nobili familia apud Geldrienſes à Groisbeck. Ob ſummam morum integritatem, omnium calculis in Decanum electus eſt. Poſtea cum hunc gradum benè adminiſtraſſet, & omnibus eius ſingularis eruditio rataque pietas perſpecta eſſet, defuncto præſule ſuperiore, omnium ſuffragiis in Eccleſiæ illius Epiſcopum an. Dom. 1564.

rr. die

A [illegible] Aprili. ex Adminiſtratore creatus eſt. Quam functionem [illegible] magna dexteritate perfecit, & ab omnibus plurimū [illegible] dilectus. An. Dom. 1572 vbi omnia ad interitum [illegible] ſpe[illegible]bantur, ipſe ſua prudentia ſuæ diœceſis [illegible] [illegible]odo ab hæreſis improbitate [illegible] verū [illegible]gio Catholica conſeruaretur, & vitus [illegible] ſeos, [illegible] cum fixiſſe & debitum, [illegible] ſummus [illegible] aduigilauit. Quare Gregorius 13. [illegible] ambientem galero Cardinalitio donauit, an. Dom. 1578, quo tempore & Abbatiam Stabulenſem obtinuit. Cum grauis Prouinciam ſuam temporibus difficillimis, exoriente rebellione aduerſus Catholicum Regem, ſumma prudentia animique fortitudine rexiſſet, an. totis 16. ipſo Innocentium die animam creatori reddidit anno 1589. qui ætatis illius erat 62. Defunctum regali pompa tumularunt, & hoc diſticho decorarunt.

Quem tegat hic tumulus quondam ſi Legia quæres.
Tierſis vſque licet maxima, maior erat.

Vidnata prudentiſſimo Antiſte Leodienſis Prouincia, de ſucceſſore ſolicita erat. Adoptatus erat paulo ante in numerum Canonicorum S. Lamberti.

B 60. Erneſtus Alberti Bauariæ Ducis F. Guilielmi Frater, Princeps vti genere, ita & moribus, & rerum vſu illuſtris, ac virtutum ſuæ gentis æmulus. Igitur in hunc omnium ſuffragia conferuntur, & an. 1581. menſ. Febr. Epiſcopus conſtituitur. Electionis Eteoſticon hic verſus exprimit.

TrIſtIa peLLIſe preCVL preſtans EbVronICa teLLVs,
TVta ſVb Erneſto PrInCIpe ſeMper erIs.

Inauguratur die 15. Iunij, & Comitia inducit paulo poſt, in quibus multa ad patriæ tranquillitatem decreta fuere.

Menſe verò Aprili an. 1583. Truchſeſio Archiepiſcopo Colonienſ. in hæreſim prolapſo, & reſipiſcere renuenti, iamq; excommunicato, & dignitate exuto, Maio inſequente ſufficitur omnium votis expetitus Colonienſis Cathedræ Præſul, quando ocius aduerſus Truchſeſium, eiuſque fautores arma ſumere, Caſimirum fugare, loca omnia occupare, & Ditionem ſuam forti præſidio firmare aggreditur. Sed & menſe Maio an. 1585. mortuo Ioanne Adminiſtratore Monaſterienſis Epiſcopatus, Canonici Erneſtum etiam in ſuum Epiſcopum elegerunt. Fuit princeps alto & liberali ingenio, hone-
C ſtioribus ſtudiis, & artium quarumuis culturæ deditiſſimus: qui an. 62. natus, ex quibus 50. in præclara hac functione ſumma cum omnium expectatione peregerat; ex hac ſtatione euocatus, piè obdormiuit 17. Februarij an. 1611. poſtquam quinque Epiſcopatuum onera vnus diu ſuſtinuiſſet; idque in arce ſua Arnsbergenſi in Vveſtphalia.

Succedit autem Erneſto in Epiſcopatum & Principatum Leodienſem ac reliquas, Sereniſſ. Ferdinandus ex fratre Germano Nepos, iam pridem illius Coadiutor, qui 160. equis ſtipatus 16. Martij Leodium venit, poſtridie Epiſcopus renuntiatur, & Ianuarij 17. an. 1612. inauguratur. Quem vt Deus conſeruet, & beatum in terra faciat, optandum.

EPISCOPORVM.

Noviſſime ad Inſtantiam Philippi II. Regis Catholici in Belgicis Prouinciis à Paulo IV. Pp. Inſtitutorum Series & Ordo.

Ac Primum.

ARCHIEPISCOPI MECHLINIENSES.

D

Iuxta ea quæ huic Belgiorum ſiue inferioris Germaniæ Antiſtitum Catalogo ceu præludia quædam prælibanda dedimus. Mechlinia oppidum amœnum, & velut in corde Brabantiæ ſitum, ædibus, nitore platearum, incolarum comitate, ac Catholicæ Religionis integritate celeberrimum, præter Parlamentum regium quod hic conſtituerat an. 1473. Carolus Imp. nuper Archiepiſcopali Sede decoratus fuit, Eccleſia Collegiata D. Rumoldo illius loci tutelari dedicata, in Cathedralem ſiue Metropolitanam erecta. Habetque ſub ſe Comprouinciales Epiſcopos Antuerpienſem, Gandauenſem, Syluæducenſem, Brugenſem, Iprenſem, & Ruremundenſem.

Primus autem qui Cathedram Mechlinienſem occupauit, à Rege Catholico Pontifice annuente nominatus fuit.

1. Antonius Perenottus S.R.E. Cardinalis Granuellanus, prius Epiſcop. Atrebatenſis, qui tandem Neopolitanis cum titul. Proregis præfuit, erat vir ſummi conſilij, cui res maximas credidere Carolus V. Imp. eiuſque filius Philippus, ita vt in Belgio ad rerum ſtatus Senatum adlegeretur. At exorto funeſto ciuilique apud nos bello, in Hiſpaniam euocatus, vbi ſummis [illegible] perfunctus, tandem ſeptuagenario maior
Archiepiſcopus Veſ[illegible] creatur, & plenus dierum E
obiit Madriti 15[illegible] Septembris.

2. Succeſſit autem illi in Hiſpaniam euocato vir pius & eruditus Ioannes Hauchinus, primus Decanus S. Gudulæ Bruxellenſis, conſecratus Tornaci an. 1583. penultima Octobris, qui propria virtute per omnes ſacræ militiæ gradus ad hunc apicem deuenerat, an. 6. quibus in eo conſedit egregieque credito muneri incubuit, donec an. 1589. ab Epiſcopo animarum noſtrarum condignam meritis iuſtitiæ coronam accepturus hinc euocatus, annum agens 92. Subrogatur nominatione Regis Catholici an. 1590.

3. Guilielmus Alanus S. T. D. & Profeſſor, quem ex Anglia pulſum Sixtus in Vrbem venientem in numerum Cardinalium cooptauit, cumque illius conſilia in pluribus magnæ molis rebus vtiliter adhiberet, non eſt paſſus vt ocius in Belgium regrederetur ad Cathedræ ſuæ poſſeſſionem ineundam, verum Deus ad meliorem ſortem eum interea euocauit, priuſquam illum Mechlinia diu deſideratum amplecti potuiſſet; anno 1595.

4 Lævinus Torrentius II. Epiſcopus Antuerpienſis huic F
Cathedræ deſtinatus, priuſquam omnia ad poſſeſſionem obtinendam parata eſſent & expedita, moritur an. 1595. vide ſeriem Epiſcoporum Antuerpienſium. Cæterum an. inſequenti.

5. Matthias Houius, Mechlinienſis, ex Paſtore, Canonico, & Archidiacono ibidem quæ munera cum laude obierat; deſignatus, & confirmatus Archiepiſcopus, tanta vigilantia & fidelitate Boni Paſtoris partes ſuſcepit, & expleuit, vt neſcias an in ſacro illo ordine poſt tempora Apoſtolorum ſuperiorem inuenias. Nihil autem prius habuit, quam ædificare muros Hieruſalem i. e. Eccleſiam moreſque reformare, ouibus ſibi creditis de idoneis paſtoribus proſpicere, decori domus Dei, & officiorum Eccleſiaſticorum deuotè perſolutioni ſedulo inuigilare. Quorum omnium nomine Clemens VIII. Pont. per Breue ei gratulatus fuit. Sereniſſ. Principi Alberto adeo charus extitit, vt ad conſilia rerum ſtatus eum adhiberet; & quia ſciebat induſtrium ingeniorum ſcrutatorem, non niſi illo conſcio quenquam ad Eccleſiaſticas dignitates euehebat, erat prudens, grauis, modeſtus, hoſpitalis, quas virtutes tamen inſigni comitate condiebat, verus ſtudioſorum G
Mæcenas. Erexit in ſua ciuitate ſeminarium, quod & moriens dimidiata bonorum portione locupletauit: altera ad officij Eccleſiaſtici in Metropolitana decentiam deſtinata. Anno 1607. Synodum celebrauit Prouincialem, cuius decreta & Paulus V. Pontifex, & Albertus Archidux confirmarunt, & obſeruari præcepit. Verum vt in humanis nihil quod perennet, Epiſcopatu ſuo crebris viſitationibus, nam quotannis aliquam illius partem obire conſueuerat, ad debitum ordinem redacto omnibuſque rite compoſitis meritorum in Rempublicam & Eccleſiam, & vti dictum plenus dum ſolitæ luſtrationi vigilantiſſimus Speculator intendit, febri corripitur, quæ eum rapuit die 30 Maij an. 1620. in cœnobio ſuo Affligemenſi, vbi eum pro functo laudauit Laurentius Beyerlinck, et eundem viueret admodum charus.

6. Iacobus Boonem, ex Decano & Conſiliario Mechlinienſi conſecratus Epiſcopus Gandauenſis, huc tranſlatus, poſtquam Gandauenſem Cathedram prudenter & ex omnium votis adminiſtraſſet. Det ei Deus verbo & exemplo quibus H
præeſt proficere.

EPISCOPI ANTVERPIENSES.

Antuerpiæ quam merito ocellum, imo & Vrbem Vrbium appellare voluit I. Lipſius; poſt erectos in Belgio Epiſcopatus, deſignatus à Rege Catholico fuit in Epiſcopum Philippus Nigri I. V. D. Cancellarius Aurei velleris, Archidiaconus Morinenſis, atque ad D. Gudulæ Bruxellis Decanus. At morte præuentus, ſimul ea dignitate non potuit. Igitur Eccleſiam Antuerpienſem regendam ſuſcepit anno 1570. tranſlatus à Sede Buſcoducenſi, quam annis ſeptem & vltra adminiſtrauerat.

Franciſcus Sonnius S. T. D. Campinia Brabantina oriundus, vir prudens, magnoque ingenio & eruditione non vulgari, vt quam doctiſſima illius ſcripta in fidei controuerſiis teſtantur, ac potiſſimum quod conſilium de conſtituendis in Belgio pluribus Epiſcopis Religioni tuendæ aut firmandæ olim Carolo V. ſuggeſtum, apud Philippum II. eius Fil. promouerit, & ad effectum coram Paulo IV. Pontifice deduxerit.

rit. Celebrauit Synodum Diœceſanam Antuerpiæ an. 1576. A erat egregius prædicator, ac ſtrenuus ouilis Domini aduerſus tam enim nouorum Geuſiorum ſpeculator Reipublicæ & Eccleſiæ illi gratus & vtilis, Nunc debitum exſoluit ſenex vltima Iunij anni 1576 vacauit Sedes, donec anno 1582.

Leuinus Torrentius Gandauenſis, ex humili proſapia, litteris ac legationibus domi foriſque clarus, ex Archidiacono & Leodienſis Principis Vicario, ad hanc Sedem deſignatur. Cuius quidem muneris vt tempora illa erant, difficultatem & anfractus ita ſuſtinuit; vt permanens voluptatis conſuetudine, eruditos & miræ pietatis verſus effuderit Chriſtianæ Lyræ Princeps habitus, quod & erudita ipſius in Horatium commentaria docere poſſunt. Deſignatus ad extremum fuerat à Rege Catholico Archiepiſcopus Mechlinienſis III. verum morte ſublatus, iam ſeptuagenarius, fractus viribus, animo infracto, deceſſit Bruxellæ 9. Calendas Maij, an. 1595.

Guillelmus ex Baronib. de Grimberchen, Eccleſiæ Leodienſis S. Lamberti Decanus, deſignatur an. 1596. At demum conſecratur 10. Martij an. 1598. Præſul pacificus, & erga omnes B benignus, verum haud diu hic præfuit, nam an. 1601. ad inſtantiam Archiducis Alberti transfertur ad metropolitanam Eccleſiam Cameracenſem, vbi etiam diem extremum obiit. Succedit an. 1604

Ioannes Miræus Bruxellenſis, prius Paſtor Eccleſiæ S. Iacobi in Frigido Monte, vir blandus & aſſiduus, qui multa in Eccleſia & Diœceſi Antuerpienſi collapſa reduxit, veriſque Speculatoris partes, etiam cum ſummo vitæ diſcrimine, ac ceptis ab hoſte tutelaribus litteris egit. Eius auſpiciis ſurrexit ſeminarium Clericorum à prædeceſſoribus vix conceptum. Sed dum plura meditantem Catarrhi ac gutturis defluxus ex inopinato Bruxellæ oppreſſit 12. Ianuarij an. 1611. vixerat an. 50. non tam dierum, quam meritorum plenus.

Dum autem Antuerpia animo ſollicita pendet in quem amiſſi Præſulis dignitas virtuſque eſſent tranſitura, excepit vtraque Principis deliberato ſuffragio, menſe Februario.

Ioannes Malderus Lebis municipio Brabantiæ oriundus S. Theologiæ in Academia Louanienſi Doctor, & Profeſſor, ac Seminarij Regij moderator an. eodem. Quem vt Deus Ec- C cleſiæ huic diu Incolumem præeſſe faciat, omnes vouemus. Prodiere iampridem doctiſſimæ illius lucubrationes in Theologia Typis Plantinianis.

EPISCOPI BVSCODVCENSES.

Boſcumducis, ſiue quod idem ſignificat Sylua Ducis à Gallico nomine *Bois le Duc*, appellationem ſortitur; quod olim hic fuiſſe tradatur amœniſſimum Brabantiæ Ducis nemus quod tamen mirandum eſt, cum ſita ſit in loco paludoſo, quem aquæ ſuperæſtuantes toto penè an. ambiunt, & inexpugnabilem hoſti faciunt, vt qui tertio fruſtra hanc ciuitatem tentarunt. Eſt autem ſatis ampla & potens, ac præter alias Belgicæ Catholica, vt quæ nunquam Geuſiorum ac rebellium iugum paſſa ſit, ſed vſque hodie in fide ſui Principis perſiſtit. Inſignitur eleganti Eccleſia D. Ioanni ſacra, quæ in Cathedralem erecta an. 1559. Porrò primus Epiſcopatum Rege Catholico annuente hic tenuit.

1. Franciſcus Sonnius S. T. D. in Academia Louanienſi, qui nouas has Cathedras à Regia maieſtate miſſus orator apud Pontificem promouit, & limitib. iiſdem deſignandis præfuit. D Cepit autem poſſeſſionem huius Eccleſiæ, menſe Nouembri an. 1562 & intra ciuitatem duntaxat & ſuburbia Iuriſdictionem Epiſcopalem exercuit, donec anno 1565. præſentibus Commiſſariis regiis, limites Diœceſis publicati fuerunt. Vnicam autem Parœciam quæ hactenus hic fuerat in quinque partitus eſt, ac territoriis diſtinxit, ac multa pro munere ſui dignitate meditantem Rex Catholicus Antuerpiam tranſtulit an. 1570. & ſubſtituitur.

2. Laurentius Metzius Bruxellæ an. eodem conſecratus, vbi Decani dignitatem obtinebat. Erat in illo egregia oris facondia, & comitas grata ſummis & infimis; ac memor creditæ ſollicitudinis, magna ſedulitate Diœceſin, & cœnobia, ac collegia Canonicorum illi ſubiecta viſitauit, & ſalutaria præſcripſit, ac menſe Maio an. 1571. primam Synodum celebrauit, verum cum factiones rebellium Geuſiorum indies incrementum ſumerent, & in Guilielmum Orangium verſipellem & ſeditioſum Principem vota omnium an. 1577. deferrentur, ad Prouinciarum gubernacula Namurcum ſe recepit, vbi & Pontificalia exercuit, eadem mandante Gregorio XIII. nam & ea Sedes Antiſtite viduata erat, & nouum Epiſcopum conſecrauit, ac tandem morbo oppreſſus, poſtquam om- E nibus Eccleſiæ præſidiis munitus eſſet, obdormiuit 18. Septemb. anni 1580. vacat Sedes an. quatuor & menſibus tribus, interea Turris Eccleſiæ maioris fulmine abſumitur.

3. Clemens Crabellius S. T. Lic. Louanienſis, conſecratur Ipſo Epiphaniæ an. 1585. Tornaci. Fuerat ante Vicarius & officialis Gandauenſis. Rexit Eccleſiam Syluæducenſem vſque ad an. 1592. veſtigia prædeceſſorum ſuorum ſectatus, in viſitando, monendo, prædicando aſſiduus, & moritur 21. Octobr. Succedit an. 1594.

4. Giſbertus Maſius Bommelenſis, etiam S. T. L. & Paſtor Eccleſiæ S. Ioannis Sylueducis. Vir rara facundia præditus; qui cum ſibi dictum etiam timeret, Speculatorem dedi te domus Iſrael, vt ædifices, & plantes; nunquam prædicationis munus intermiſit, quin omnibus per an. Dominicis, niſi grauiora negotia aut inualetudo obſtarent; in Cathedrali ſua, ouibus, & vocem, & cœleſte pabulum impartiretur. Erat in cultu & ſermone ſuo humilis, clero & populo gratus, moribus blandus, & benignus omnibus, qui & ciuitatem illam ad fidem Deo & Regi ſeruandam verbo & exemplo roborauit, F veriuſque Paſtoris & patris officiis cum laude perfunctus, viuere deſiit.

5. Suffectus illi in dignitate hac ſuffragio Alberti Archiducis fuit Nicolaus Soes Amorſfortius, qui ex Canonico & officiali Tornacenſi conſtitutus Conſiliarius in Regio Parlamento Mechliniæ, cum in rebus gerendis induſtriam ſuam non ſemel teſtatam feciſſet; Sylueducenſibus Præſul datus fuit, & quamvis ſumma cum prudentia crediti muneri incumberet, nihilominus Sylueducenſibus ad vocem ſui Paſtoris antehac confertis ſubſelliis concurrere aſſuetis, ſans nouum videbatur habere Epiſcopum inſtar canis muti nunquam latrantem. Tanti intereſt quis cui Succeſſor detur, cum interim partes Concionatoris cum plauſu & fructu obiret *Robert. Swveertius* eiuſdem Ciuitatis Plebanus. Ipſe vero dum fortè Louanium excurrit an. 1625. in febrim incidit, quæ eum 22. Septembr. abſtulit. Bonorum hæredem inſcripſit Collegium quoddam ibidem à ſe nuper erectum.

6 Succeſſit exoptatus omnium votis P. Michaël Ophanius G & ipſe Sylueducenſis, ex ordine Prædicatorum Conuentus Antuerpien. cui cum dignitate Prioris, vti reliquo ordini per Belgium, cum poteſtate Prouincialis præfuit, & mirificè profuit, ab eruditione, rerumque vſu fama notiſſimus, concionator non vulgaris, conſecratus & inauguratus fuit Antuerpiæ in Eccleſia Cathedrali, menſis Septemb. die XIII. Anni M. D. C. XXVI. Syluamducis verò ingreſſus fuit ſub finem Octobris. An eodem. Cui vineæ vt diu operarius adſiſtat, ſummopere optandum.

EPISCOPI GANDAVENSES.

Gandauum Flandriæ Metropolis, vrbs vetuſta & ampla Iulium Cæſarem Conditorem, & Carolum V. Imp. ciuem & alumnum ſuum agnoſcit. A Normannis hoc nomen accepiſſe tradunt cum tempore Romani imperij Odnea vel Clarinæa appellata fuerit, alijs tamen Gaida, ab Arce cuius adhuc ſtructura vetuſtatem arguit, & comitis arx nuncupatur. Ciuitas eſt ambitu capaciſſima inter alias Europæ, mœnibus & natura loci munita, Fluuiis inſignibus tribus interſecta, ſic vt viginti ſex inſulæ eorum beneficio intra ipſum murorum H pomerium hortis vel paſcuis occupatæ canalibus riuiſque cinctæ reperiantur. Eſt hic Eccleſia primaria S. Ioanni dedicata, inſignis admodum, quæ nunc D. Bauonis appellatur, ex quo Cœnobium S. Bauonis, exædificata arce iuſſu Caroli V. Imperator. in fundo eiuſdem, huc tranſlatum fuit, & in collegium Canonicorum Præpoſituram tranſiuit. Cui acceſſit etiam nuper dignitas Epiſcopalis, cum antea Tornacenſi Præſuli ſubeſſent. Primus autem a Rege Catholico ad hanc erectus fuit.

1. Cornelius Ianſſenius Hulſtanus. S. T. D. in Academia Louanienſi, & ibidem colleg. Eccleſiæ S. Iacobi Decanus, qui eximiæ eruditionis laude ad Synodum Tridentinam euocatus, egregiam apud omnes omnigenæ doctrinæ famam nomenque obtinuit. Conſecratur autem in Epiſcopum Gandauenſem anno 1568. Louanij, in Sacello Collegij Sabaudiæ captaque menſe Auguſto poſſeſſione, Septembri ad Eccleſiam ſuam venit, quam magna prudentia & fidelitate adminiſtrauit, nihil intermittens quod ad vigilem Paſtorem quoquo modo ſpectare videbatur. An 1570. primum Synodum celebrauit, ac ſexennio poſt, menſe Aprili vitam cum dignitate exuit,

erat, doctiſſimis in concordiam Euangelicam & Pſalmos A Dauidicos commentariis, aliiſque lucubrationibus nunquam interituris poſt ſe relictis.

Demortuo cum occupaturus fuerat ex Regis nominatione Ioannes Fouc Præſes Conſilij Belgici in Hiſpania: & poſt illum Matthæus Rucquebuſch Canonicus Cameracenſis, ſed morte præuenti, terrenos honores cum cœleſtibus commutarunt itaque Sedes vacauit vſque ad annum 1586. quando

2. Gulielmus Damaſus Lindan. Ruræmunda huc transfertur, à Romano itinere reuerſus. Fugiens enim patriæ ſuæ turbas, poſtquam variis honoribus perfunctus fuiſſet, in vrbem conceſſerat, vbi eruditionis ſuæ non pauca teſtimonia præbuerat, quæ ad has Inſulas iter aperuerunt. Scripſit plura, quod de Varrone D. Auguſtinus ait, quàm vt legere cuiquam vacaret. Vnde non diu Epiſcopales labores ſuſtinere potuit, corpore multis legationibus & ſtudiis extenuato, annos enim natus 63. cum vix tribus menſibus Gandaui ſediſſet, emigrauit, communem tumulum cum Ianſenio in cathedrali ſortitus, cui hic verſus adſcriptus legitur:

Vnicus eſt Phœnix: Cineres hæc tumba duorum
B *Phœnicum veræ religionis habet.*

3. Petrus Damant. Mechlinienſis, I. V. D. anno 1590. conſecratur. erat prius Præpoſitus S. Saluatoris Vltraiecti, & Decanus Gandauenſis, qui poſtquam hanc Eccleſiam pacificè & ſedulo gubernaſſet, anno 1609. ſenex & meritis ſpectatis exceſſit, magno ſui deſiderio relicto. Succedit annuente Alberto Archiduce.

4. Carolus Maſius ex Yprenſi Eccleſia, vbi annis tribus Epiſcopus reſederat; tranſlatus menſe Nouembri anni 1610. de quo plura inter Epiſcopos Yprenſes. Vir fuit prælato ingenio, & ad magna atque ab aliis intentata audendum promptus. In conuerſando ſeuerior erat, quo factum vt non ex æquo ſuorum animos ſibi deuinctos haberet, & nonnunquam aliquid diſſidij intercederet. Porrò noua quædam moliente morbus inuaſit, qui eum opinione omnium citius oppreſſit die 31. Maij anno 1612.

Succeſſit Henricus Franciſcus Van-der-Burch, ex Decano & Vicario Mechlinienſi, qui an. 1613. in Februario conſecratus, poſt annos tres laudati, atque exoptati regiminis, poC ſtulatus à Capitulo Cameracenſi in locum Ioannis Richardoti Epiſcopi paulo ante defuncti, eo migrauit an. 1616. atque hac Sede Præſul per Principem Albertum deſignatur V. C. Prædeceſſoris in Decanatu Mechlinienſi ſucceſſor, ac Parlamenti Regij ibidem Senator.

6. S. Iacobus Boonen. qui Gandaui conſecratur an. 1617. verum poſtquam Eccleſiam hanc ſummo totius cleri populique applauſo, magna benignitate & ſedulitate annis quatuor rexiſſet, à principe Alberto ad Cathedram metropolitanam Mechlinienſem, quam paulò ante reliquerat Matthias Houius verè Sacerdos Magnus, ſi non Sacerdotum gemma; conuocatur, quam excepit die 31. Menſis Octobris anni 1621. atque in illius dignitatem hic ſubrogatur.

7. Antonius Trieſt, qui Sereniſſ. Principi Alberto à Sacris Oratorij, & Decanus Gandauenſis, ad Cathedram Brugenſem virtutis merito conſcendit. Verum & hic dum clauo manum nauclerus admouet, in patriam Sedem transfertur 22. Martij anno 1622. Cuius dies & actus vt in ſua pace diſpoD nat bonorum omnium largitor exoptant omnes, quos regendos paſcendoſque ſuſcepit.

EPISCOPI BRVGENSES.

Brugæ à multitudine pontium lapideorum, qui ibi & frequentiſſimi, & pulcherrimi, ſiue vt aliis placet, ab vno aliquo qui hoc loco olim Ardenburgo ciuitate tum maritima, & mercibus deſtinata, iter præbebat euntibus in reliquam Flandriã, nominis appellationem ſortitur. Eſt vrbs ampla, amœna, & potens, egregiis ædificiis & plateis, ac variis aquæ ductibus per quos in mare deuenitur abundans. Templum habet Cathedrale, prius collegiatum duntaxat, S. Donatiano, & alterum B. Virgini ſacrum, etiam collegiatum. Floruit mirum in modum hæc vrbs ante ſeculum 1500. exterorum mercatorum commerciis huc commeantibus, ſic vt Pipinus Pulcher Franc. Rex. an. 1301. in Flandriam pergens cum Ioanna vxore intuitus vrbis ſplendorem, & matronarum cultum, indignatione commota Ioanna exclamauerit. *Proch! me vnicam Reginam exiſtimaui hactenus. Atqui hic Reginarum centuria.* Epiſcopatum vero huius Ciuitatis, poſtquam poſtulante Philippo II. Rege erectus fuerat anno 1559. an.

deinde 1561. obtinuit virtutis & eruditionis merito.

1. Petrus Curtius Brugenſis, S. T. D. Profeſſor Louanij E conſecratur menſe Februario, annorum 71. vnde longo rerum vſu valens, ſumma prudentia Eccleſiæ ſuæ gubernacula moderabatur, & auctiorem hæreticorum inſolentiam, cuius ea tempeſtate erant primordia, virum & malleum ſe præſtitit, donec dierum ſatur, poſt quinquennij & menſium octo regimen obdormiuit an. 1567. prima Octobris. Succedit an. 1569.

2. Remigius Driutius Caſſellenſis, prius officialis pro Archiepiſcopo Mechlinienſi Bruxellæ, & Senator Parlamenti Regij Mechliniæ, ac tandem præpoſitus B. Mariæ Brugenſis incidit in tempora turbulenta, ſic vt populi indomitam licentiam etiam in ſe expertus, aliquandiu in vinculis Gandaui, aliquo etiam tempore Tornaci quo ſe receperat, hæſerit. Præfuit autem annis 24. menſibus 6. & expletis vitæ ſuæ annis 75. caducam hanc cum meliore commutauit.

3. Matthias Lambertus Archipresbyter prius & Archidiaconus huius Eccleſiæ, conſecratur biennio poſt mortem Druitij, anno videlicet 1596. menſe Iulio. At rebus in Flandria turbatiſſimis, recepit ſe ad tempus Duacum, vbi & Catechiſticæ Lectionis, ac mox alterius in S. Theologia cuius lauream iam olim inſignitus fuerat, profeſſionem accepit. Reuerſus F poſtquam res Flandriæ componi vidit ad Diœceſin ſuam, boni Paſtoris munus prudenter & zeloſè executus fuit vſque ad annum 1602. quo ipſis menſis Iunij calendis viuere, & præeſſe deſiit. Erat hoc tempore in Epiſcopum Middelburgenſem denominatus Eccleſiæ Gandauenſis Decanus, vir nobilis.

4. Philippus de Rodoan. qui cum ad propriam Sedem Rebellibus hæreticis eam cum ipſa Prouincia per vim ſibi vendicantibus deuenire non poſſet, ad hanc an. Sal. 1604. transfertur. Sedit in ea annis 12. eamque anno 1616. vna cum vita, reliquit poſſidendam.

5. Antonio Trieſt Decano etiam Gandauenſi, viro genere & virtute prænobili, qui Principi Alberto à ſacris oratorij, eiuſdem nominatione huic Cathedræ præficitur, & in ea conſecratur an. 1617. menſe Iulio, verum vacante haud diu poſt per tranſlationem Iacobi Boonen Sede Gandauenſi, ad eandem migrauit anno 1621. menſe Martio, cum priorem illam magna ſedulitate & prudentia adminiſtraſſet annis vix ſeptem. Eique in functione ſuffectus eſt. G

6. Dionyſius Chriſtophori Antuerpienſis, S.T.L. qui nuper anno 1606. deputatus à Concilio Prouinciali Mechlinienſi ad Paulum V. Pont. commiſſarius, vt illius Decreta calculo Apoſtolicæ Sedis firmarentur, quod etiam feliciter & ex voto omnium præſtitit. Redux ad Eccleſiam in qua Canonicam dignitatem paulo ante conſequutus fuerat, eiuſdem Decanus & Antonio Trieſtio Gandauum tranſlato, Epiſcopus conſtituitur ex nominatione Alberti Principis. Conſecratur autem menſe Maio 1623. qui vt credito ſibi gregi diu incolumis adſit, vouemus.

EPISCOPI YPRENSES.

Ypræ conditæ perhibentur à Balduino Comite, ſub annum 960. oppidum eſt non tam arte, quam ſitu & natura loci munitum, nec adeo capax inſigne nihilominus, ac eleganti Eccleſia, ſuis plateis & ædibus ornatur. Primus autem à Rege Catholico ad hanc Cathedram regendam deſignatus fuit an. 1562. eiuſque poſſeſſionem accepit.

1. Martinus Rythouius S. T. D. & in Vniuerſitate Louanienſi, ac noua Dilingenſi Profeſſor eximius, nuper eruditionis merito ad Concilium Tridentinum, & colloquium Vormacienſis inſtante Ferdinando Rom. Rege, & Philippo II. cum nonnullis aliis miſſus. Ad hanc autem Cathedram ſublatus, quod ſui muneris erat, verbo & exemplo ſtrenue exequebatur, patriæque tempeſtatem magno animo ſuſtinuit, à perduellib. Gandaui immerito carceri traditur. Moritur tandem lue peſtifera, quæ vniuerſam Flandriam miſere depaſcebatur, in S. Audomaro, quo ſeceſſerat menſe Octobri an. 1583. corpus vero ad Eccleſiam ſuam tranſlatum fuit. H

2. Petrus Simonis S.T.L. vir pius & eruditus, primum Archipresbyter Gandauenſis, & Paſtor Cortracenſis, poſtquam ea vrbs ad obedientiam Regiam fuit redacta fuit; denique huius Eccleſiæ Epiſcopus, conſecratur Tornaci an. 1585. in Ianuario vir erat prudentiæ ſingularis vt quam non ſemel in Reip. adminiſtratione, caram Alberto Archiduce exhibuit, in concionibus ſacris aſſiduus inſtabat opportune importune arguens nominatim hæreticos, & obſecrans in omni patientia & doctrina. Laboribus fractus deceſſit an. 1605. relictis ingenij & lu-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. III. X 2 cubra

cubrationum ſacrarum egregiis monumentis, æmulans in eo A Prædeceſſorem Rithouium, cum quo etiam tumulum communem accepit.

3. Demortui locum & dignitatem fauore Principum excepit Carolus Maſius iiſdem a Sacris oratorij, & Eleemoſynis, ac Decanus Antuerpienſis, qui tranſactis in hac functione annis tribus, Gandauum transfertur anno 1610. prout latius ſupra; & eidem ſubrogatur.

4. Ioannes Viſcherius Theologus, & in eadem Ciuitate ad D. Martini Parochus, verus hominum piſcator, quod cognomen ipſius ſonat; ac bonus etiam Paſtor, in medio laborum curſu, ad Principem Paſtorum immarceſſibilem coronam accepturus euocatur.

5. Antonius de Hennin, prius Paſtor S. Nicolai, & Canonic. graduatus in Eccleſia Cathedrali, vir munificus in pauperes, ac potiſſimum ſtudioſos: quibus inſigne Collegium erexit, & dotauit, in Academia Duacenſi. Adſpiret reliquis ipſius conatibus magnus Deus.

EPISCOPI RVREMVNDENSES.

B Ruremunda Gueldriæ Ciuitas, Moſæ adiacens, & ad oſtium Ruræ fluuij, vnde & nomen accepit, ſita, non inter minimas Belgicæ numeranda venit, nam & populo frequens, & mænib. valida, ædificiis & plateis concinna, agro vicino fertili & fœcundo cingitur. Eccleſiam habet Parochialem ad latus, aliam minorem in interiore ſui parte, quæ niſi fallor Spiritui ſancto dedicata, Cathedralis euaſit in nupera Cathedrarum erectione. Eam autem primus regendam ex deſignatione Regis Catholici ſuſcepit.

1. Gulielmus Damaſi Lindanus, an. 1569. receptus; qui vt erat egregius animarum Zelator, nihil intermittebat quod ad ipſarum ſalutem, præſertim exorientibus hæreſibus; quoquo modo pertinere videbatur, in ſcribendo & prædicando indefeſſus, verum an. 1572. Geuſiis vrbem inuadentibus ſub ductu Guilielmi Naſſouij, magnam illa Eccleſia cladem perpeſſa fuit, pleriſque è clero trucidatis, & Epiſcopali palatio direpto & Bibliotheca Epiſcopali variè diſſipata, ipſe etiam eorum furori ſe ad trimeſtre ſubtraxit, poſt quod reuerſus, dum iterato anno 1577. fugatur Romam, & deinde in Hiſpaniam C pro Eccleſiæ ſuæ negotiis magna alacritate proficiſcitur. Dumque rebus proſpere peractis reuertitur, tandem anno 1588. voto Pontificia & Catholicæ Maieſtatis ad Cathedram Gandauenſem euocatur, in qua vix trimeſtri ſeſſione completa, diem extremum obiit menſe Nouembri, ſcriptorum multitudine & præſtantia vix vlli ſecundus.

2. Henrichus Cuyckius, S.T.D. in Academia Louanienſi, & D. Petri ibidem Decanus, poſtquam annis Octo Eccleſia Ruremundenſis paſtore viduata fuiſſet, inuitus & ſexennio renitens, ad eam regendam deſignatur, & conſecratur an. 1596. vir eruditionis ſummæ, habens zelum ſecundum ſcientiam, ac potens exhortari in doct. ſana & eos qui contradicunt arguere, quæ ſanè munera maximo cum animarum fructu, & ſubditorum plauſu, ſedulo, & incunctanter quoad per corporis firmitatem licuit, obiuit. Siquidem Eccleſiæ huius habenas moderatus eſt vſque ad ſeptembrem anni 1609. quando eas annuente Alberto Archiduce, & Matthia Houio Archiepiſcopo, inuitus ſuſcepit menſe Maio anni ſequentis.

3. Iacobus à Caſtro Amſterodamenſis, S.T.D. eximius in D Louanienſi Academia, & maioris Collegij Theologorum Præſes, qui exantlatis tam docendo, quam ex deputatione Matthiæ Archiepiſcopi, Eccleſias illius territorij vt ruralis Archipresbyter obeundo, variis laboribus, ad hoc munus merito adſcitus fuit, in eoque etiamnum deſudat, quod vtinam diu Eccleſiæ ſuæ bono præſtet.

EPISCOPORVM PROVINCIÆ
CAMERACENSIS SERIES.

De Tornacenſibus & Atrebatenſibus ſupra à nobis actum, ex quo inter Veteres ante erectionem Nouorum Epiſcopatuum veniunt numerandi.

EPISCOPI NAMVRCENSES.

Namurcum Hanniæ oppidum ſatis munitum, arcem habens in rupe vrbi imminentem, Comitatus titulo gaudet, ac vnam è 17. Belgicæ Prouinciis conſtituit. Eccleſia primaria S. Albino dedicata nuper etiam Epiſcopali Cathedra fuit decorata. Primus qui hanc à Rege Catholico obtinuit fuit an. 1563.

1. Antonius Hauetus S.T.D. ex ord. Dominicanorum, re & profeſſione Prædicator Gubernatrici Mariæ Hungariæ Reginæ, ob ſummam eloquentiam Principibus charus, & vt Concilio Tridentino intereſſet poſtulatus. Erat in functione Epiſcopali maximè ſedulus, ad omnem actionem ſolitus hanc gnomam efferre, *Hoc age*. Dumque reformando Clero & Eccleſiæ ſibi creditæ intendit, euocatur ex hac vita anno 1578. magno ſui deſiderio relicto. Succedit alius Concionator, ex ord. Minor. an. 1580. E

2. Franciſcus VVallonçapellius, qui periculoſis temporibus dignitatem hanc conſequutus, ſumma prudentia & fidelitate illius munera expleuit totis annis duodecim, mortuus enim fuit Menſe Februario anni 1592.

3. Ioannes Dave Præpoſitus Namurcenſis, & Parlamenti Regij Mechlinienſis Senator anno 1593. per comitem Manſfeldium Belgij Proregem ad regis nominationem denuntiatur Epiſcopus vir magno in pretio apud omnes bonos, & viros potiſſimum primarios. Vixit annos 64. & deuixit 5. Martij anni 1695.

4. Iacobus Blaſæus Prouincialis Franciſcanorum, Menſe Maio anni ſubſequentis conſecratur. Fuit is quoque fecundus & zeloſus Eccleſiaſtes. Qui poſtquam hanc Eccleſiam rexiſſet penè annis quinque ad Audomarenſem transfertur. F

5. Franciſcus Buiſſeret I.V.D. prius Archidiaconus & Decanus Cameracenſis, conſecratur Montibus in patria 10. Februarij anni 1605. vir magni conſilij, & rerum omnium tam ciuilium quam Eccleſiaſticarum gnarus.

6. Ioannes Dauvaing, d'Auuain.

EPISCOPI AVDOMARENSES.

Audomarum Ciuitas eſt munita & elegans, atque à S. Audomaro Morinenſium Epiſcopo, qui anno 660. poſt Chriſtum natum hic elegantiſſimum Cœnobium extruxit; nomen ſuum obtinet. Reſedit hic quoque circa ea tempora S. Bertinus, qui inſuper egregium ſui ordinis & cognominis monaſterium fundauit, quod nunc elegantiſſimi operis Eccleſia, aliiſque ædificiis ſplendet, atque adeo luculentis prouentibus cenſuque dotatur, vt merito inter primas Belgicæ noſtræ Abbatias recenſeatur. Acceſſit autem inter alias huius Ciuitatis prærogatiuas nuper etiam Sedes Epiſcopalis, ad quam nominatus fuit à Rege Catholico Guilielmus à Pictauia Archidiaconus Eccleſiæ Leodienſis, ſed morte præuentus conſecrari non potuit, vnde ſuffectus illi fuit anno 1563. G

1. Gerardus Hamericortius. Abbas S. Bertini ibidem, qui magnus litteratorum Mœcenas & pauperum pater vtriſque de prouentibus in Collegiis & domibus à ſe fundatis luculenter prouidit. Mortuus eſt autem anno 1580. Dos autem huius Cathedræ obuenit pro maiori parte ex illa quam habuit olim Epiſcopus Morinenſis, cuius prouentus Deletis per Carolum V. Imp. Morinis, ex pacto ceſſerunt dimidiatim Epiſcopo Bononienſi, & pro altera Audomarenſi, & Yprenſi.

2. Ioannes Six S. T. L. Paſtor primum Inſulenſis, Archidiaconus territorij Aldenardenſis ſub Epiſcopo Cameracenſi, conſecratur an. 1581. magno Zelo incubuit reformando clero & Diœceſi ſua ab hæreſi nouitia expurgando. Dum autem ad Concilium Prouinciale Montes Hanoniæ proficiſcitur, Inſulis in patria obdormiuit annos natus 53. regiminis 6. & Salut. hum. 1586. Menſe Octobri.

Demortui locum anno ſequenti ne occuparet V. Reuer. Iacobus Pamelius, S. Saluatoris Vltraiecti Præpoſitus; & Archidiaconus huius Eccleſiæ, mors intempeſtiua vetuit. H

3. Ioannes de Vernois igitur Farneſij Principis concionator diſertiſſimus, opportunè ſufficitur, qui vt erat S. T. D. Sorbonicus, & ex ordine Dominicanorum, magna ſedulitate in gregem, liberalitate in pauperes, humanitate erga omnes, vt de eximia in Deum pietate ſileam, enituit, conſecratur autem anno 1590. ac nouem regiminis ſui annis euolutis, magno omnium mœrore obiit.

4. Iacobus Blaſæus ex ordine Minor. annuente Alberto Archiduce, an. 1600. Namurco vbi dignitatem Epiſcopalem ſupra annos 4. detulerat ad hanc Eccleſiam transfertur. Erat quoque concionator admodum eruditus & facundus, qui Eccleſiam ſuam prudenter adminiſtrauit, eamque inſigni librorum ſupellectile moriens dotauit.

5. Paulus Boudot S. T. D. Sorbonicus, Archidiaconus in Eccleſia Metropolit. Cameracenſi, & eidem Principi à ſacris Oratorij, qui huic clauo aſſidere cœpit, vtque diu ſtrenuè aſſideat optandum.

EPISCOPORVM PROVINCIÆ VLTRAIECTINÆ SERIES.

EPISCOPI HARLEMENSES.

Harlemum egregium & amplum Hollandiæ oppidum, ædificiis & ſitu inſigne, ac munitum, cui plerique tribuunt, i. e. primam inuentionem characterum, quorum vſus eſt in Typographia de qua te vide quæ in hoc opere ſuo loco in medium adſeruntur, nominis appellationem à Conditore qui Lemus vocabatur, ſortitum volunt. Eccleſia Parochialis admodum elegans, S. Bauoni conſecrata, in Cathedralem cum aliis in Belgio erecta eſt, atque ad eam an. 1563.

1. Nicolaus de Villa Noua ſuffraganeus Archiepiſcopi Vltraiectenſis nominatur, ſed nunquam conſecrationem conſecutus, ceſſit viuo hanc dignitatem, & eam ſuſcepit.

2. Guilielmus de Mierle S. T. D. Dominicani ordinis prouincialis, & Eccleſiaſtes ſummus, verùm exorientibus turbis, & factioſorum conatibus præualentibus, Sede ſua excedere compulſus, factus eſt ſuffraganeus Monaſterienſis in VVeſtphalia, & ſub finem vitæ Dauentriam euocatus, ibidem diem extremum clauſit 28. Iulij an. 1587. nec vllus ei hactenus ſubrogatus, occupata à perduellibus ciuitate & territorio.

EPISCOPI DAVENTRIENSES.

Dauentria Tranſiſalaniæ Metropolis, Ciuitas eſt ad Iſalam fluuium ſita, ampla, ciuibus abundans, & munita, à quodam Dauone nomen accepit, qui familiaris erat S. Lebuino confeſſori, qui hanc gentem Chriſti fide imbuit. Ei Eccleſia maior dedicata fuit, quæ ſuperioribus annis Epiſcopali cathedra decorata, primum Antiſtitem ex nominatione Regis Catholici ſortita eſt.

1. Ægidium de Monte ex ordine Minorum Prouincialem & Eccleſiaſtem diſertiſſimum, qui conſecratur die 29. Octob. an. 1570. Ante hunc autem deſignatus fuerat Ioannes Mahuſius ex eodem ordine, qui cum eſſet corpore ob frequentes infirmitates debilior, vltrò ſe abdicauit, & Aldenarbæ à Geuſiis miſerè trucidatus interiit an. 1572. Verum Ægidius an. ſeptem Eccleſiæ huic præfuit, ſublatus an. 1577. Poſt cuius obitum Ciuitas etiam à fide & Rege defecit, donec anno 1589. ad obedientiam reducta.

2. Godofridus de Mierlo Harlemienſis Epiſcopus aliquo tempore hic ſubſtitit, & profanatas Eccleſias reconciliauit. Quandò etiam menſe Nouembri anni eiuſdem.

3. Gisbertus Coëtinex S. T. L. & Eccleſiæ Buſcoducenſis Decanus, vir integri nominis & vitæ Epiſcopus à Rege deſignatur: & quamvis multa apud Principem Parmenſem, quo onus illud humeris excuteret, pro ſe adferret, nihil proficiebat, quin inuitus admitteret nominationem. Iamque ad confirmationem à Sede Apoſtolica impetrandam animum intenderat, dum an. 1590. rebelles Geuſij ciuitate potiuntur: ipſe interim deſignatus manſit in priori reſidentia, quam ſolum à paucis an. plane ſenex vna cum vita dimiſit.

EPISCOPI LEVVARDENSES.

Levvardia Friſiæ ampliſſima & munitiſſima ciuitas, Eccleſiam iam olim habuit S. Vito ſacram, quæ poſtquam in Cathedralem eleuata fuit, ad illius gubernacula an. 1570. eruditionis & pietatis merito deuenit.

1. Conerus Petri Zelandus S. T. D. & Profeſſor in Louanienſi Academia, & S. Petri ibidem Plebanus, qui poſt exantlatos docendo & ſcribendo labores, huic Cathedræ præficitur. Celebrauit Synodum Diœceſanam anno eodem, nec quidquam intermiſit quod ad bonum paſtorem exigitur, quoad per rebelles licuit. Quibus Ciuitatem occupantibus, ipſe Coloniam ſe recepit, vbi intermiſſum ſcribendi aduerſus hæreticos munus reſumpſit; & de Chriſtiana Republica optime meritus, in Domino cui ſemper ſeruierat, obdormiuit 10. Februarij an. 1580. Fuerat ante eum deſignatus à Rege Remigius Drutius, qui Louanij collegium ſui nominis fundauit; ſed nunquam poſſeſſionem inierat, factus mox II. Brugenſium Epiſcopus.

EPISCOPI MIDELBVRGENSES.

Middelburgum quaſi Burgum, ſiue Arx ſita in meditullio Zelandiæ, vrbs eſt munitiſſima tam ſitu quam arte, amœna, potens, & magnifica: in hac, Eccleſia eſt admodum inſignis Apoſtolorum Principi dedicata, quæ Cathedrali honore inſignita, primum Antiſtitem habuit an. 1561. ex nominatione Regis.

1. Nicolaum à Caſtro, Eccleſiæ S. Ioannis Vltraiecti Canonicum, virum ſtrenuum, qui etiam pleriſque conatibus Ducis Albani viriliter reſtitit. Adminiſtrauit Eccleſiam ſuam magno zelo, & Concilij Tridentini decreta non modo publicauit, ſed & obſeruari fecit. Nouitios circa fidem errores ſedulo inſectatus fuit, ſed in medio laborum curſu abreptus, an. 1575. menſe Iunio obdormiuit.

2. Ioannes Stryen S. T. L. & Primus Seminarij Regij Præſidens Louanij, in locum & Sedem defuncti ſubrogatus, conſecratur Namurci menſe Auguſt. an. 1581. verum Ciuitate & vniuerſa Prouincia à fidei hoſtibus occupata nunquam reſedit, ſed partim Ruremundæ partim Colnoiæ exulauit. Donec à Rege Catholico ad Seminarij à ſe Louanij erecti primam inſtitutionem euocatus fuit, cui etiam functioni immortuus, an. 1594. menſis Iulij die 8. deceſſit.

3. Carolus Philippus de Rodnan Decanus Gandauenſis & Præpoſitus Montenſis, conſecratus fuit tertius huius Eccleſiæ Epiſcopus in Eccleſia Aloſtenſi an. 1600. Sed cum ad Diœceſin ſuam omnis illi aditus, hoſte eam occupante, præcluſus eſſet, apud Flandros ſe continuit, tandem ad Brugenſem cathedram Principis Alberti ſuffragio euectus fuit.

EPISCOPI GROENINCHES.

Groëninca dicta à Grunio illo Troiano, eſt Friſeæ contermina, Metropolis tamen certæ ditionis, quæ ab hac appellationem etiam ſortitur Ciuitas eſt potens & munita, ac ſplendide ædificata. Templum eius primarium S. Martino ſacrum atque olim Monaſterienſi Epiſcopatui ſubiectum, at modo Epiſcopali faſtigio inſignitur, quod primus Rege Catholico poſtulante.

1. Ioannes Knif. Prouincialis ordinis Minorum conſcendit, atque in eo reſedit vſque ad an. 1578. quo obiit. Subrogatur defuncto Ioannes Bimeſenius, verum priuſquam ab Apoſtolica Sede Confirmationem conſequeretur, electus fuit in Archiepiſcopum Vltraiectenſem, & ceſſit hanc cathedram annuente Rege.

2. Arnoldo Nylen. S. T. D. & Priori Dominicanorum ibidem, qui etiam priuſquam confirmatur, propter iſtius Prouinciæ turbas quæ hanc etiam Ditionem inuoluerunt, in exilium ceſſit Bruxellas, vbi in conuentu ſui ordinis defunctus eſt.

Et hæc quidem de Epiſcopis tam Veteribus quam Nouis in Belgicis Prouinciis, adeoque Germania inferiore ſuffecerint.

ARCHIEPISCOPORVM GALLIÆ CHRONOLOGICA SERIES.

QVA ORDO EORVMDEM A TEMPORIBVS Apoſtolorum inceptus, ad noſtra vſque per traducem ſuccedentium ſeruatus, oſtenditur.

Ex Lucubrationibus Ioannis Chenu. I.C. Parienſ. Et Claudij Roberti Gallia Chriſtiana.

PRIMVM.

NOTITIA ARCHIEPISCOPATVVM ET EPISCOPATVVM GALLIÆ.

Archiepiſcopatus Metropolitani ſunt. XIV.

Lugdunenſis:	*Lyon.*
Rothomagenſis:	*Rouen.*
Turonenſis.	*Tours.*
Senonenſis.	*Sens.*
Rhemenſis.	*Rheims.*
Bituricenſis.	*Bourges.*
Burdigalenſis.	*Bourdeaux.*
Auxitanenſis.	*Auſchx.*
Narbonenſis.	*Narbonne.*
Toloſanus.	*Toloſe.*
Aquenſis.	*Aix.*
Viennenſis.	*Vienne.*
Ebrodunenſis.	*Ambrun.*
Arelatenſis.	*Arles.*
Pariſienſis.	*Paris.*

PROVINCIA LVGDVNENSIS, PRIMA IN GALLIA CELTICA.

METROPOLIS CIVITAS LVGDVNENSIVM Ad Rhodanum.

Cuius Archiepiſcopi Comitum & Primatum Galliæ Cel-
A ticæ honore decorantur à Gregorio Epiſcopo Turonenſi, Patriarchæ & à *Gregorio 7. Papa l.6. Epiſtol. epiſt. 14.*

Rotomagenſis,
Archiep. Turonenſis.
Senonenſis.

Epiſcopi Suffraganei IV.

Eduenſis, vel Auguſtodunenſis: *Autun.*
Lingonenſis Dux & Par Franciæ. *Langres.*
Maiſconenſis. *Maſcon.*
Cabilonenſis. *Chalon ſur Saone.*

PROVINCIA LVGDVNENSIS

SECVNDA.

Metropolis Ciuitas Rotomagenſium ad Sequanam.

Ei ſubſunt Epiſcopi Suffraganei VI.

Baiocenſis. *Bayeux.*
Ebroicenſis. *Eureux.*
Abrincenſis. *Auranches.*
Sagienſis. *Saiz.*
B Lexouienſis. *Lizieux.*
Conſtantienſis. *Conſtance.*

PROVINCIA LVGDVNENSIS

TERTIA.

Metropolis Ciuitas Turonenſis ad Ligerim.

Ei ſubſunt Epiſcopi Suffraganei XI.

Cenomanenſis. *Le Mans.*
Redonenſis. *Rones.*
Andagauenſis. *Angers.*
Nannetenſis. *Nantes.*
Curoſopitenſis vel Coriſopitenſis. *Cornouaille.*
Venetenſis. *Vannes.*
Briocenſis. *Saint Brieu.*
Maclouienſis. *Saint Malo.*
Leonenſis. *Leon.*
Tricorienſis. *Triguir, aliàs Triguet.*
Dolenſis. *Dol.*

PROVINCIA LVGDVNENSIS.

C QVARTA.

Metropolis Ciuitas Senonenſis.

Ei ſubſunt Epiſcopi ſuffraganei VII.

Carnotenſis. *Chartres.*
Antiſſiodorenſis. *Auxerre.*
Tricaſſenſis. *Troyes.*
Aurelianenſis. *Orleans.*
Pariſienſis. *Paris.*
Meldenſis. *Meaux.*
Niuernenſis. *Neuers.*

METROPOLIS CVITAS RHEMENSIS,

IN GALLIA BELGICA SECVNDA.

Cuius Archiepiſcopus Dux eſt, & primus Par Franciæ Eccleſiaſticus, S. Sixtus fuit primus Epiſcopus: quorundam Antiſtitum hiſtoriam deſcripſit *Flodoardus, Hiſtor. Eccleſiæ Rhemenſis lib. 4.* Lutetiæ 1611.

Ei ſubſunt Epiſcopi ſuffraganei VIII. in Campania & Picardia Belgica ſecunda dicta.

Sueſſionenſis. *Soiſſon.*

Comitatus titulo gaudet ad Barboniam gentem ſpectantis.

D Catalonenſis. *Chaalon ſur Marne.*
Laudunenſis, Dux & Par Franciæ. *Laon.*
Siluanectenſis. *Senlis.*
Bellouacenſis, Comes & Par Franciæ. *Beauuais.*
Ambianenſis. *Amiens.*
Nouionenſis, Comes & Par Franciæ. *Noyon.*
Bolonienſis. *Boloigne ſur la mer.*

Huic Archiepiſcopatui Epiſcopatus Morinenſis, Cameracenſis, Atrebatenſis, & Tornacenſis, *Teroane Cambray, Arras & Tournay*, ante tractatus inter Madriti in Hiſpania & Cameraci, an. 1529. inter Franciſcum primum Francorum Regem, & prædictum Carolum V. Imperatorem, & Hiſpaniæ Regem, vulgò *les Traictez de Madrid, & de Cambray*, ſubiiciebantur. Nunc verò tres poſteriores Hiſpaniæ Regi parent, de quibus vide quæ ſcripſit *Martinus de Bellay*, qui geſta Franciſci I. ſcripſit, & Epiſcopatus Cameracenſis in Archiepiſcopatum erectus à Paulo 4. an. 1559. rogante Philippo 2. Hiſpaniarum Rege, Belgarumque Principe, cui ſubſunt in Gallia Celtica. E

Tornacenſis.

Erectus in Epiſcopatum ab Eugenio 3. Pp. 1147. ad inſtantiam Ludouici VII. Gallorum Regis, cum per 600. an. antea ex Diœceſi Nouiomenſi fuiſſet, *Tilio referente in Chronic.*

Atrebatenſis. *Arras.*
Audomarenſis. *S. Omer.*
Namurcenſis. *Namur.*

METROPOLIS CIVITAS BITVRICENSIS, IN GALLIA AQVITANICA PRIMA.

Ei ſubſunt ratione Primatialis dignitatis.

Burdigalenſis.
Archiep. Auxitanenſis.
Narbonenſis.
Tholoſanus.

Hi Archiepiſcopi vocati ad Concilium Prouinciale celebratum Biturigibus menſe Septembri 1584. tanquam huic Primatiæ ſubditi non adfuerunt, vt in fine Concilij notatur.

Ratione verò Metropolitanæ dignitatis Epiſcopi XI.

Claromontenſis. *Clairmont.* F
Sancti Flori. *S. Flour.*
Ruthenenſis. *Rhodez.*
Vabrenſis, vel Vabricenſis. *Vabres.*
Cadurcenſis Baro & Comes. *Cahors.*

Lemouicenſis Eccleſia Cathedralis S. Stephano dicata eſt, ab Vrbano 2. Pp. conſecrata. *Limoges.*

Tutellenſis Epiſcopus Vicecomitis titulo decoratur, Dominus temporalis Vrbis. *Tulle.*

Mimatenſis, qui Comes Gabalorum. *Mende.*
Albienſis. *Alby.*
Caſtrenſis. *Caſtres.*

Paulus 3. Pp. Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Regulares in ſtatum ſæcularem mutauit 22. Nouemb. 1536.

Anicenſis, aliàs Auicenſis, ſeu de Podio. *Le Puy*, vulgò *le Puis, Comte de Velay.*

Exempta à Iuriſdictione Archiepiſcoporum Bituricenſium Soli Romano Pontifici ſubiicitur.

Ita hunc ordinem Epiſcoporum Suffraganeorum reponendum cenſeo, licet alius ſit in manuſcriptis & antiquis ſtylis Curiæ Archiepiſcopalis impreſſis, an. 1499. & 1529. G

METROPOLIS CIVITAS BVRDIGALENSIS AD GARVMNAM IN AQVITANIA SECVNDA.

Ei ſubſunt Epiſcopi Suffraganei IX.

Agennenſis. *Agen.*
Eogolimenſis, ſeu Eccolimenſis. *Angouleſme.*
Santonenſis, ſeu Mediolani Santonum Antonini itinerarium. *Saintes.*
Pictauienſis, olim Auguſtoriti Pictonum. *Poictiers.*
Petracoricenſis. *Perigueux.*
Condomienſis. *Condom.*
Mallcacenſis, vel Molacenſis. *Malrez.*
Lucionenſis Baro. *Lucon.*
Sarlatenſis. *Sarlat.*

Poſteriores quatuor à Ioanne 22. ſunt creati, anno 1333. è Monaſteriis S. Benedicti, & Delibati ex Epiſcopatibus Agennenſi, Pictauienſi, & Petracorienſi. *Platina in eius vita.*

METROPOLIS CIVITAS AVSCORVM, SIVE AVSCIORVM, HODIE AVXITANENSIS IN Aquitania tertia.

Ei ſubſunt Epiſcopi Suffraganei X. H

Aquenſis, ſiue Aquæ Auguſtæ. *Aqs.*
Lectorenſis. *Lectoure.*
Conuenacenſis, ſiue Conuenarum. *Comingés.*
Conſeranenſis. *Conſerans.*
Aturenſis. *Aire.*
Baſatenſis. *Baſats.*
Tarbenſis. *Tarbe en Bigorre.*
Eloronenſis. *Oloron en Bearn.*
Baionenſis. *Baione.*

NARBONENSIS PRIMA SIVE SECVNDA VIENNENSIS ISIDORO.

Metropolis Ciuitas Narbonenſis.

Ei ſubſunt Epiſcopi Suffraganei IX.

Biterrienſis. *Beziers.*
Agatenſis. *Agde.*
Carcaſſonenſis. *Carcaſſone.*

Nemau

Nemauſenſis. *Niſmes.*
A Lodouenſis. *Lodeue.*
Montis Peſſulani. *Monpellier.*

E Magalona Inſula Maris Mediterranei Sedes Epiſcopalis ob prædonum iniurias tranſlata eſt in Montem Peſſulanum authoritate Pauli III. cui aſſenſit Franciſcus Gallorum Rex, 1536.

Sancti Pontij Tomeratum. *S. Pons de Tomiers.*
Alectenſis. *Alet.*
Vſetienſis. *Vzets.*

Quorum quatuor poſteriores è Monaſterijs à Ioanne 22 Pp. Eccleſiæ Cathedrales conſtitutæ ſunt. Sed & Eluenſis vel Elucenſis Epiſcopatus *Elne* olim ſuberat Archiepiſcopo Narbonenſi, ſed nunc ditionis eſt Regis Hiſpaniæ, tranſlata ſede Perpinianum in Comitatu Roſilionis, ſube rat etiam Epiſcopatus Toloſanus, vt infrà dicitur.

METROPOLIS CIVITAS TOLOSANA AD GARVMNAN FLVMEN.

Ei ſubſunt Epiſcopi Suffraganei VII.

B Apamienſis ſiue Apamiarum. *Pomiers au Comté de Foix.*
Mirapicenſis. *Montauban.*
Vaurenſis. *La Vaur, le pays de Louragois.*

Eccleſia erat ſæcularis, Diœceſis Cadurcenſis, ſex reliquæ erant Diœceſis Toloſanæ. *V. Chopp. lib. 2. de Sacr. Pol. cap* 4.

Lomberienſis. *Lombez.*
S. Papuli. *S. Papoul.*
Riuenſis. *Rious vulgò Rieux.*

NARBONENSIS SECVNDA, id eſt, VT ISIDORVS NARRAT, VIENNENSIS tertia.

Metropolis Ciuitas Aquenſium, ſiue Aquarum Sextiarum Colonia Romana, vrbs Galliæ Narbonenſis.

Ei ſubſunt Epiſcopi Suffraganei V.

Aptenſis, ſeu Apta Iulia vrbs Romani operis in Gallia Narbonenſi. *Apt.*
Reienſis. *Ries.*
Foro-Iulienſis. *Freius.*

Epiſcopus eſt Dominus Temporalis, & profano Domini
C Iure præeſt Ciuitati, & in vrbe omnem habet Iuriſdictionem exempta truncatione Capitis & mutilatione membrorum, ex donatione Hildefonſi 5. Comitis. *Choppinus lib.* 2. *de Sacr. Politia, Tit.* 1. *num.* 10

Vvapienſis. *Gap.*
Siſtarienſis, ſeu Siſterienſis. *Siſteron.*

PROVINCIA VIENNENSIS PRIMA, SVPER RODANVM FLVMEN SITA, HIC ARCHIEPISCOPATVS Comitis titulo honoratur.

Metropolis Ciuitas Viennenſis.

Huic autem Archiepiſcopo ſubſunt Epiſcopi Suffraganei VI.

Geneuenſis, vel Gebennenſis. *Geneue.*

Geneua occupata ab Hæreticis, Sedes Anitium Sabaudiæ Oppidum, tranſlata eſt.

Gratianopolitanus. *Grenoble.*
Albenſis nunc Viuaria. *Viuiers.*
D Dienſis Epiſcopus & Comes. *Die.*
Valentinenſis. *Valence.*

De vnione Epiſcopatus Dienſis cum Valentinenſi, tractatum fuit in Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. Pp. anno 273. vnio tamen perfecta in Archiepiſcopatu Viennenſi ante annum 1275. ſic vt vnus tantum ſit vtriuſque Epiſcopus qui Dominus eſt temporalis & Iuriſdictionis vrbis Valentiæ.

Maurianenſis. *Sainct Iean de Morienne.*

METROPOLIS CIVITAS ARELATENSIS, SEV VIENNENSIS SECVNDA.

Ei ſubſunt Epiſcopi Suffraganei IV.

Maſſilienſis. *Marſeille.*
Tricaſtinus. *S. Paul de Tricaſtin en Dauphiné.*
Telonenſis. *Telon.*
Arauſienſis. *Aurenge.*

De Epiſcopo ad Arelatenſem eius Metropolitanum ſcripta eſt *Decretalis Innocentij* 3. quæ extat *in cap. ex parte, de Clerico Ægrot.*

VIENNENSIS QVARTA.

Metropolis Ciuitas Ebrodunenſis in Prouincia Alpium Maritimarum cuius ciuitas Ebrodunum appellatur. E

Is Archiepiſcopus plurimis donatus eſt priuilegiis à Regib. veluti Iure cudendæ monetæ, vt Guido Papa notauit *Deciſ.* 498. cum Ciſtercienſis Ordinis Priuilegiorum Vindicem ſeu Conſeruatorem fecit Ioannes 22. Pp. Diplomate, an. 1308. cui ſubſcripſit Martinus V. an. 1417.

Ei ſubſunt Epiſcopi Suffraganei VI.

Dinienſis. *Dine.*
Graſſenſis. *Graſſe.*
Vencienſis. *Vences*

In Graſſenſem ab Antiba vrbe in Prouincia ſita propter periculum Pyratarum qui in portu graſſabantur tranſlata Sedes. Hi duo Epiſcopatus *Graſſe & Vences*, vniti fuerant Bulla 18. Febr. 1529. in gratiam G. le Blanc Epiſcopi, verum Stephano Boucicaut poſtea intercedente, vnionem irritam & contra Regni priuilegia ſanxit Conſilium Regium Senatus Conſulto 21. Nouembr. 1601.

Glandeuenſis. *Glandeue.*
Senetenſis. *Senez.* F
Nicienſis. *Nice.*

IN PROVINCIA METENSI

METS

Metenſis. *Mets.*
Tullenſis Comes. *Toul.*
Virdunenſis. *Verdun.*

Comes ex donatione Friderici Comitis facta Haymoni Epiſcopo, an. 997. *Chopp. lib.* 2. *de Sacr. Polit. cap.* 1. *num.* 11.

Adde Epiſcopatum Bellicenſem de *Bellay*, qui in Ducem Sabaudiæ erat, & Suffraganeus Archiepiſcopi Biſuntini in Burgundia, ſed ab an. 1601. Breſſia facta ditionis Regis Chriſtianiſſimi ei paret.

Sed & Epiſcopatum Bethleemitanum *de Bethleem*, in Niuernenſi Ducatu, (cui perpetuò vnita Eccleſia S. Mariæ Bethleemitanæ in ſuburbiis oppidi Clamecienſis immediatè ſubiecta S. Sedi Romanæ) fundatum à Guidone Comite Niuernenſi in honorem cuiuſdam Epiſcopi Bethleemitani in Iudæa à proprio Epiſcopatu ab Infidelibus Religioni Chriſtianæ aduerſariis expulſi. anno 1223. vti Hiſtoriographus Ducatus Niuernenſis *Guido Coquille* ſcripſit, cuius eſt hodie 1615. G
Epiſcopus R. P. D. Ioannes B. Mariæ de Charitate ad Ligerim Prior, & Dominus Temporalis.

Et ita ſub ditione Chriſtianiſſimi Regis Francorum ſunt Archiepiſcopatus 14. Epiſcopatus 108. Diœceſis 122. ſed & aliæ ſunt quatuor intra fines Imperij Gallicani, quæ tamen ſunt extra ditionem Regis, & ſub ditione Pontificis Romani in Comitatu Auenionenſi.

Comitatus Auenionenſis Diœceſes habet quatuor ſub ditione pontificis Romani ex quibus eſt.

Archiepiſcopatus vnus.

Auenio Cauarum, vrbs ad Rhodanum fluuium in Gallia, noua Metropolis quam Pontifices inſtituerunt cum antea ſuffragaretur Viennæ, vt & tres reliquæ Ciuitates *Auignon.*

Epiſcopatus tres.

Carpentoractenſis. *Carpentras.*
Vaſionenſis. *Vaiſon.* H
Cauallicenſis. *Cauaillon.*

☞ *His præmiſſis breuiter Archiepiſcopos Galliæ enumeramus ne in aliorum Epiſcoporum & ſuffraganeorũ ſerie deducenda ob nimiam prolixitatem & paruam vtilitatem beneuolum Lectorem detineamus, cum fusè ſatis illo & differenter à Claudio Roberto in ſua Gallia Chriſtiana. & Iacobo Seuertio Chronologicè ſuppeditentur.*

SERIES ARCHIEPISCOPORVM ET PRIMATVM PROVINCIÆ LVGDVNENSIS

Deſumpta ex Chronologia Hiſtoria DD. Antiſtitum.

Auctore IACOBO SEVERINO Theol. Pariſienſi Eccleſiaſta Lugdunenſi.

LVGDVNVM antiquam Coloniam nominat *Tacitus lib.* 1. *Hiſt. & Plinius lib* 4. *cap.* 18. *Natural. Hiſt* à Lucio Numatio Planca Nobili Ciue Romano olim deductam, in veteri quadã inſcriptione legitur, *Col* AVG. LVG. Strabo poſt Narbonam iudicauit omnium penè Galliæ vrbium eſſe Nobiliſſimam & populoſiſſimam, Tacitus, Plinius, Antoninus, ampliſſimam,

ornatiſſimam, & florentiſſimam vrbem: Ornamentum Prouinciarũ à Plinio in Epiſtolis, à Gregorio Turonenſi Archiep. nobiliſſimam, eo quòd, inquit, Martyrum ſanguine fuerit il luſtrata, fuiſſe enim dicuntur 18. millia, eorumque laniena facta. De Lugduno ita Iulius Cæſar Scaliger cecinit.

Fulmineis Rhodanus qua ſe fugat incitus vndis
Quaque pigro dubitat flumine mitis Arar,
Lugdunum iacet, antiquo nouus orbis in orbe
Lugdunumque vetus orbis, in vrbe noue.
Quod nolis alibi quæras, hic quære quod optas;
Aut hic aut nuſquam vincere vota potes.

1. B. Photinus. alias Photinus primus Lugdunenſis Eccleſiæ creditur Præſul ab *Euſebio l. 5. c. 1. Baronius in Annalib. Tom* 2. ſcribit an. 179. Sotheris Pontificis Maximi V. ac M. Aurelij Imp. 17. cum aliis 48. Martyrib. ſecundum *Gregor. Turonenſ. de Gloria & miraculis Martyr. lib. 1. c.* 49.

2. Ireneus, cum Lugdunenſis Eccleſiæ Presbyter eſſet, mittitur ad Eleutherium Roman. Pont. eum conſulturus de quibuſdam Eccleſiæ quæſtionibus, vt ſcribit *Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap* 4. & poſt reditum ſuffectus eſt Epiſcopus ann. 180. non 173. vt quidam ſcribunt. *S. Hieronym.* ad Theodor. quod Diſcipulorum Apoſtolorum tempore fuerit, eundem appel
B lat, virum Apoſtolicorum temporum; *& Epiphanius hæreſ.* 24 31. Apoſtolorum ſucceſſorem priſcúmque Theologum. *Tertullianus* autem aduerſus Valent. *c.* 5 ob multiplicem ipſius doctrinam, omnium doctrinarum curioſiſſimum exploratorem. De Irenæo p'ura Card. *Baron. in Annal. Eccleſ.*

3. Zacharias, præerat Lugduni, anno 235. vt ſcripſit *Ado in Chronico,* & ſedit an. 23. ſub Seuero, Caracalla, & Alexandro Imperatoribus: Pontificibus Romanis Zephyrino, Calixto I. Vrbano I. & Pontiano ad annum 6. ſuæ ſedis, *B. Baronius*

4. S. Helius, ſeu Helias Confeſſor & Venerandus ſenex, magnus Sacerdos, *à Gregorio Turonenſi* appellatur, *lib. de Gloria Confeſſor. c.* 60. de quo ibidem mirabilem narrat Hiſtoriã, de quodam Pagano, qui lapidem Sarcophagum tegentem reuoluens, animo furandi annulum paſtoralem à S. Helio ita amplexus fuerit, vt non dimiſerit, donec die illuceſcente omnibus palam illud ſacrilegium innotuiſſet, & iudicibus apprehenſus & ligatus fuerit. Sedit autem ad. an. 241. & 251.

5. Fauſtinus, *Baron. Tom.* 2. eum elaboraſſe contra Nouatianos an. ſalut. 258. quo tempore eo fine habitum fuit Con-
C cilium Lugduni, de quo *D. Cyprian. Tom. 1. epiſt. 67. ad Stephanum Papam.*

6. Verus.

7. Iulius.

8. Thomæus, ſeu Thelomæus.

9. Vocius.

10. Maximus, fortè is, de quo Eucherius in Homilia inter eas, quæ Emiſſeno tribuuntur.

11. Tetradius.

12. Veriſſimus, iuſſu Iulij I. Pont. Max. interfuit generali Synodo Sardicenſi celebratæ an. 345. ſecundum alios, an. 351. vt Euſebianorum error conuinceretur.

13. S. Iuſtus, vir ſummæ humilitatis ac miræ ſanctitatis, floruit ſub anno 379. ex Adone Viennenſi, & Prophetico ſpiritu donatus ex Beda comparuit, vocatus ad Concilium Aquileienſe, ibique Gallorum Legatus nuncupatus, dicti Concilij *cap.* 381. cui etiam interfuit D. Ambroſ. Mediolan. Epiſc. anno 381 *Baron. Tom.* 1. ſub eodem anno.

14. S. Albinus, ſeu Alpinus, fundator Eccleſiæ S. Stephani
D hodie Cathedralis, eius corpus humatum eſt in Eccleſia ſui nominis ſecundum quoſdam, cuius Officium celebratur 17. Kal. Octob. creditur ſediſſe ad an. 390.

15. S. Martinus. prius Abb. inſulæ Barbaræ, fuit diſcipulus Gregor. Turonenſ. Epiſc. Paradino referente. Sediſſe ad an. 412. ſcripſit *Baron. in Martyrolog.*

16. S. Anthiocus. Obiit Id. Octob. & ſepultus in Eccleſia Sanctorum Machabæor. 430. eiuſque dies feſtiuus celebratur 15. eiuſd. menſ.

17. S. Elpidius Confeſſor, pluribus miraculis effloruit. Obiit 4. Non. Septemb. 424. iacet in prædicta Eccleſia SS. Machabæor. ex *Petro de Natalib. lib.* 8. *cap.* 57.

18. S. Sicarius Confeſſor, de eo officium celebre fit in Eccleſia S. Niceti Lugduni, in qua extat Capella eius nomini dicata, vbi eius corpus iacet ex *Baron. tom.* 6. *part.* 10. eius memoria recolitur 3. Id. April.

19. Senator, Eccleſiam regebat circa an. 434.

20. S. Eucherius ex Senatorio ordine oriundus, is cum Galla vxore caſtitatem vouit, & in eremum ſeceſſit, poſtea E
verò viduata Cathedra, ad eam regendam electus fuit circa annum 44. ſecundum Geſnerum & Paradium, & obiit an. 451. *Ado in Chronico:* eius feſtum adnotatur in Breuiar. Lugdunenſi 16. Kal. Decemb. Eum *Epiſt. ad Valerian. Cognatum.* ſuiſque libelli & Homiliæ immortalem reddiderunt.

21. S. Veranus ſub anno 465. ex Epiſtola Hilarij Pontif. Max. *in Martyrolog. Beda atque Vſuardi* inſerunt feſtum Verani Lugdunenſis Archiep. 3. Id Nouemb.

22. S. Patiens. Sedit ad annum 468. 470. 475. *ex Baron.* ad annum 509. de eo *Sydonius lib.* 2. *Epiſt.* 10 *& lib.* 4. *epiſt.* 25. *& lib.* 6. *epiſt.* 12. eum mirificè laudat. Eius memoria celebratur 11. Nouemb.

23. S. Africanus, ſeu Affricanus. Claris ortus natalibus nempe Ducis Burgundiæ. Lugdunenſ. Eccleſiæ, poſt obitum Patientis, regimen obtinuit, & rexit 4. an. tantum.

24. S. Ruſticus: cœpit ſedere anno 494. eius feſtum celebratur 7. Kal. Maij, *ex Breuiar. Lugdun.*

25. S. Stephanus 495. Martyrium paſſus eſt Lugduni cum Iuliano, pridie Id. Februarij, licèt eius officium celebretur F
Idib. eiuſd. menſ. vti denotant Martyrologia, Romanum, Bedæ, Vſuardi, & etiam notauit *Baron.*

26. S. Lupicinus Confeſſor, *ex Petro de Natalib. lib.* 11. *c.* 130. *art.* 49. Martyrium paſſus eſt Lugduni 3. Non. Febr. quo die habetur eius memoria, requieſcit in templo S. Iuſti.

27. S. Viuentiolus, alias Viuentius, Concilio Epaunenſi celebrato per Gelaſium Papam, an. 497. *ex Vignerio in ſua Biblioth.* interfuit etiam Synodo Prouinciali Belnenſi: in Diœceſi Eduenſis Prouinciæ, & in Archiepiſcopatu Lugdunenſi collocatus, anno 509. feſtum ex omnib. Martyrologiis celebratur 4. Id. Iulij.

28. S. Lupus. Sedis exordium habuit, anno 526. & iuſſu Vigilij Pontificis Max. Præfuit Concilio Aurelianenſi. 3. eius feſtum recolitur 7 Kal. Octob.

29. Leontius, ſeu Leonſius Alius huius nominis Leontij fuit Archiepiſcopus Burdegalenſis.

30. S. Sacerdos. Sedit ab anno 546. præfuit 5. Aurelianenſi Prouinciali Concilio, anno 552. quintum Pariſiis, an. 553. pridie Id. Septembr. *Petrus de Natalib.* conſtruxit Eccleſias S. G
Pauli & S. Eulaliæ, quæ nunc eſt S. Georgij, à qua vna portarum vrbis denominatur.

31. S. Nicetius. Florentini Senatoris filius & prædicti Sacerdotis nepos, cœpit regere Eccleſiam, an. 553. Sedit an. 22. ætatis ſuæ an. 60. videlicet an 575. obiit: eiuſdem feſtum recolitur 4. Non. April. Lugduni in Collegiali & Parochiali Eccleſia, vulgò *S. Niſier*, de eo *Gregor. Turonenſ. Hiſt. lib.* 5. c. 20. *& de Gloria Confeſſ. c.* 60. *multa notatu digna.*

32. S. Priſcus. Sanctum vocat Ado, ætate 6. anno 573. primum Capellanus fuerat S. Nicetij, *à Gregorio Turonenſi* Patriarcha nuncupatur. Quinque Synodos prouinciales conuocauit, primam Matiſconij ſub Ioanne 3. Pont. Max. an. 12. Guntrami Regis anno 581. ſecundum *Baronium*: quintam Lugduni. an. 593.

33. Ætherius. Interfuit Synodo Pictauienſi, anno 594. *Baron. Tom.* 8. ſub eodem anno. De eodem loquitur etiam ſub anno 596. cum S. Gregorius Magnus Pont. Max. literis quæ H
leguntur lib. 9. epiſt. monuit vt auaritiam & ſimoniam Eccleſiaſticorum extirparet. *Gregor. Turon.* videtur referre obitum Ætherij, an. 8. Regni Theodorici in Burgundia, filij Childeberti Francorum Regis, circa an. 608

34. Secundinus. Gregor. Tur. citato proximo loco, eo anno inquit, Ætherius Epiſc. Lugdunenſ. obiit ordinatur loco ipſius, Secundin. Epiſc.

34. Delfinus. Familiaris fuit venerabili Bedæ, apud quem Roma rediens, Lugduni per tres annos commoratus eſt, donec violenter occiſus fuerit iuſſu Brunechildis Reginæ, anno ſalutis 614. *Secundum Baron. tom.* 8. *pag.* 229. *& anno* 615. *ſecundum Genebrard. Beda in Hiſt gentis Anglor lib.* 5. *c.* 20.

36. Chagnoaldus, Diſcipulus S. Columbani. Sub an. 616 ſecundum *Baron. tom* 8, vnus huius nominis fuit Laudunenſ. Epiſc apud *Flodoardum. lib.* 2. *c.* 5. de quo infra in ſene.

37. Andius, ſeu Arigius. Circa annum 624. fundauit & conſtruxit Eccleſiam Parochialem S. Crucis Lugduni.

38. Tetricus. Circa annum 625. alter eiuſdem nominis fuit Epiſcopus Lugdunenſis 17. ordine, de quo *Flodoardus lib.* 2. *cap.* 5.

39. Viucutius. Prius Abbas ſancti Iuſti. Sedit ad an. 626.
A eſt & alius eiuſdem nominis Rhemenſis 8. Archiepiſcopus de quo *Molanus ad Vſuardum 7. Septemb.*

40. Gaudericus. Interfuit Concilio Cabillonenſi 1. ſub Clodoneo 2. & Eugenio 1. Pontifice Maximo, ad ann. 655. *Genebrardus Chrono.*

41. S. Annemundus. Clodouei 2. Francorum Regis dilectiſſimus & à Secretis ob ſingularem virtutem Lugdunenſis Præſul factus fuit, an. 660. in itinere innocens interfectus fuit, *Gaguinus lib. 3. hiſt.* § 41.

42. S. Geneſius. Prius Abbas Fontinellæ ſeu Vvandreſigilli in Normania, vti ſcripſit *Tritemius de viris illuſtrib. libr. 4. cap.* 61 1. eius feſtiuitas habetur Kal Nouemb. in Breuiario.

43. S. Lambertus, ſeu Lamtbertus, Religioſus S. Vvandreſigili in Normania. deinde Lugdun. Archipræſul. Sedit ab an. 670. *Baron. in Martyrolog.* Anton. Hiſtoriam integram Lamberti deſcripſit, *part. 2. Hiſt.* 15. t. 6. §. 1.

44. Iſaac. circa an. 687.

45. Leboynus, circa an. 690.

B 46. Gadinus, alias Godinus, ſeu Godinus, circa an. 694. *Bibliotheca Floriacenſ. 1 parte de eo.*

47. Fraldus, alias Fealdus, Focoaldus. vel Eraldus.

48. Maldabertus, ſeu Nadalbertus, circa an. 730.

49 Abbo. Tempore Caroli Magni, circa ann. 769. Ado Viennenſis Archiep. meminit Addonis Archiep. Lugdun. ſub an. 792.

50. Liduinus. Elduinus, ſeu Heldoinus. Nepos Addonis, qui Epiſcopatu renuncians Lyrini inſulæ Monaſterio, monachalem habitum ſuſcepit circa an. ſalut. 796. vt ſcripſit *Ado Viennenſ. in 6. ætate.*

51. Leidradus, alias Ledradus. Ante adeptum Archiepiſc. Bibliothecarius erat Caroli Magni doctiſſimus. Sedit ad an. 799. ad an. 814. ex Adone.

52. S. Agobertus, ſeu Agobertus, ann. 815. ad ann. 840. qui obiit od Sanctonas in expeditione Regia, *ex Adone.*

53. Amulo, vel Hamuius, ſub anno 845. *Flodoardus lib. 3. cap.* 21.

C 54. S. Remigius. Doctiſſimus fuit & ſummus ſacri Palatij Lotharij Imperatoris Capellanus, ſeu Magiſter Regiæ Capellæ eúmque auctorem fuiſſe Commentarior. in epiſt. Pauli quæ S. Ambroſ. tribuuntur, Maldonatus exiſtimat. Interfuit Synodo Tullenſi.

55. S. Aurelianus. Ex nobili genere ortus, antea Abbas Athanatenſis Lugduni, tempore S. Remigij, ſed 1 ab ann. 869. in Martyrolog Rom. Lugduni depoſito B. Aureliani Epiſc. 16. Kal. Iulij. Fertur obiiſſe 4. Non. Iulij, abſque anni nota.

56. Alvvalonus, circa an. 895.

57. Auſterius. Habuit Prouinciale Concil. Cabilunl ad poſtulationem Giradi Epiſc. Mariſconenſ. an. 915.

58. Aucherius, vel Encherius. Sedit ab an. 927.

59. Guido, ſeu Vvido, circa an. 935.

60. Beroardus, circa an. 946.

61. Amblardus, vel Ambladus, Abbatiam Athanatenſem, an. 956. ruinis lapſam priſtino ſplendori reſtituit.

62. Burchardus, à quibuſdam Brochardus, rectius Burcardus. Oriundus ex illuſtri Saxon. Principum ſanguine, erat
D enim Conradi Imp. filius, huius nominis 2. Sedit ab an. 979, ad an. 1025.

63 Odelricus, ſeu Odolricus. Fertur ſediſſe circa an. 1041. de cuius electione controuerſa ſcripſit *Baron. tom.* 10. *Annal.*

64 Alinardus. Ex Abbate S. Benigni Diuionenſis, à Clero Archiep. electus, & à Gregorio VI. Pont. Max. an. 1045. confirmatus. Romæ Concilio habito interfuit, & ibidem veneno obiit 4. Kal. Auguſti an. 1052.

65. Hombertus. Eius ſumptibus Pons Araris Lugdun. conſtructus eſt an. 1050. Obiit 3. Id. Maij Humberto Lugdun. Agnoni Auguſtodunenſi 49. & Rodulpho Matiſconenſi Epiſcopis, vti ſcripſit *Gregor. 7. lib. 2. epiſt.* 15.

66. Gaufredus, circa an. 1071. memoratur in *vita S. Hugonis ſcripta ab Hugone Monacho in Bibliotheca Cluniacenſi.*

67. Hebninus, alias Gebuinus, & Gibuinus. Cuius Primatum confirmauit Gregor. Pp. 7. an. 1076. vt diſcitur *ex lib. 7. epiſt. 34 & apud Baron. to. 10. hiſt. an.* 1079. obiit 14. Kal. Iun.

68. Hugo. Cum Dienſis eſſet Epiſc. & S. R. Eccleſiæ Cardinalis ſub Alexandro 2. Pp. euectus eſt ad Lugdunenſem Archiepiſcopatum, de quo *Vincentius Speculi*, lib. 26. cap. 85 obiit in Vrbe Salamina, 12. Kal. April.

69. Ganteranus, ſeu Guzoranus, Ioſſeranus. Prius Abbas Athanatenſis, Paſchalem Pp. 2. ex. Italia veniens ſuſcepit Lugduni an. 1112. & ſequenti an. idem Sum. Pont. Oecumenicam Synodum Trecis celebrauit. E

70. Vmbaldus, alias Vmbaudus quondam Heduenſis Archidiaconus, Calixtus 2. Pp. in eius gratiam confirmauit Primatiam an. ſalut. 1121.

71. Aldadus à Platina, Alnulphus, ſeu Arnulphus, circa an. 1128. Romæ noctu ab impiis Sicariis extinctus eſt, ob diuinas Conciones aduerſus ſceleratos, ætatis ſuæ 64. De eo Antonin. *part. 2. tit. 17. cap. 5. §. 1. & 2.*

72. Petrus antea Epiſc. Vitarienſis. Sedit ab an. 1131. Innocentij 2. tempore, vt ex S. Bernardi primi Abbatis Clareuallenſis, ep. 171. conſtat. Obiit an. 1136. Anconæ, Legatus in Syria vt *Baron. tom. 12. ſcripſit ex Guil. Tyrio, lib 5. Belli Sacri, c. 15.*

73. Fulco. Primo Decan. Eccleſiæ Lugdunenſis, vt ex *epiſt. S. Bernardi* ſupra citata conſtat. *& epiſt.* 165. Sedit ab an. 1136. an. 1142. obiit 4 Kal. Februar.

74. Amedeus. Primas renunciatus an. 1144. à Cœleſt. Pp.

75. Hombertus 2. Creditur ſediſſe ad an. 1151.

76 Eraclius. Apoſtolicæ Sedis Legatus. frater Petri Venerabilis Abbatis Cluniac. vterque magni nominis in doctrina & vitæ ſanctitate, vt conſtat epiſt. prædicti *Petri 5 lib. 3.* circa an. 1158. regebat Eccleſiam. F

Gregorius dictus electus, ſed quia non inauguratus: videtur omittendus.

77. Drogo, circa an. 1164.

78. Guichardus, circa an. 1168.

79. Ioannes I. *Belliſemus, ſeu Bellemenſis.* Primo Epiſcopus Pictauienſis ad an. 1181. quo ad Archiepiſcopatum Lugdun. prouectus eſt.

80. Raynaudus de la Tour, à quibuſdam Renaudus, ſeu Renaldus, ſedem Archiepiſc. aſſecutus eſt, an. 1189. quam rexit 33. an. ſic obiit, an. 1222. 11. Kal. Nouemb.

81. Robertus de la Tour. Primum an. 1195. Epiſc. Aruerniæ 61. poſtea circa an. 1230. Archiepiſc. Lugdun. Obiit 6. Iannar. 1232.

82. Rodulphus, alias Radulphus. Primo Monachus Ciſtercienſis, deinde Epiſc. Agenenſis, tandem Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſc. an. 1235. quam vno menſe tantum rexit. Obiit 5. Non. Martij 1236. G

83. Æmericus, alias Aymericus, Roberti de la Tour nepos, ex Pariſienſis Eccleſiæ Archidiacono, electus eſt Archiepiſcopus Lugdunenſis, Eccleſiæ præfuit ab anno 1236. ad annum. 1246.

84. Philippus de Sabaudia. Creatus ab Innocentio Pp. IV. an. 1246. quo Lugduni Concilium generale initum eſt à prædicto Innocentio Pp. IV. Sedit Philippus an. 12. & ad annum 1268. quo anno ceſſit Archiepiſc. & hæreditario iure factus eſt Comes Burgundiæ, atque Sabaudiæ.

85. Petrus, cognomine de Tarenteſia, Religioſus Ordinis Dominicanorum, & eiuſdem ordinis Generalis, poſtea Archiepiſc. Lugdun. &c. S. R. E. Cardinalis in Concilio Lugdunenſi, magnus Pœnitentiarius, & ad Eccleſiam Hoſtienſem tranſlatus fuit: tandem Summus Pontifex dictus Innocentius V. 1276.

86. Aymardus de Roſſilon, Cluniacenſis Monach. Gregorij Pp. X. dilectus poſt Petri adeptam purpuratam Cardinalatus dignitatem, & Hoſtienſis Eccleſiæ adminiſtrationem, euectus ab eodem Pp. fuit ad Archiepiſc. Lugdun. an. 1274. quem rexit ad an. 1283. H

87. Rodolphus de Terreta, ex Cluniacenſi Monacho Archiepiſc. Lugdun. creatus, an. 1284. obiit an. 1287.

88. Ioannes II. ſedit an. 1289.

89. Beraldus de Bloco, alias Bertradus Delgel, ſeu Delgoth Vaſco.

90. Henricus de Villariis, ex Camerario Eccleſiæ Lugdun. electus fuit Archipræſul, an. 1296. poſt Pentecoſt. Obiit Romæ, 15. Kal. Auguſti 1301. Interfuit coronationi Ludouici Pij Franc. Reg.

91. Ludouicus de Villariis. Obiit 5. Id. Iunij 1308.

92. Petrus III. de Sabaudia. Subſtitutus in locum Ludouici ſtatim poſt mortem nempe menſe Decembri eiuſdem an. 1308. Obiit an. 1332.

93. Guilielmus de Sura. Antea Cantor Eccleſiæ Lugd. deinde Archidiac. tandem Archiepiſ. an. 1333. Obiit an. 1340.

94. Guido de Bolonia. An. 1340. 3. Id Septemb.

95. Hen

95. Henricus 2. de Villariis, primo Epiſcopus Viuarenſis A deinde Valentinianus, tandem Archiep. Lugdun. 24. Decembris 1342. a Clemente Pp. 6. poſſeſſionem adeptus an. ſequenti. Obiit Lugdun. 7. Kalend. Decembris 1355.

96. Raymundus Saguetius, vel Sagueti. prius Epiſcopus Morinenſis, hodie Bolonienſis, numer. 42. circa annum 1346. tandem anno 1356. ab Innocentio 6. Pp. creatus fuit Lugd. Archiep.

97. Guillermus 2. de Turreio. Archiepiſc. an. 1357. Obiit 4 Id. Maij, an. 1365.

98. Carolus Alanconius. Primò Religioſus Ord. Prædicatorum in Conuentu Lutetiano, procurante Rege Carolo V. Religioſi Conſanguineo, per Gregorium XI. Pp. Gallum, inuitus & reluctans Archiepiſcopus Lugdu. & Galliarum Primas ordinat. fuit 3. Id. Iulij an. 1366. quem rexit ad an. 1375. quo 3 Non. Iulij. in Caſtro Petræ Sciſſæ Lugduni obiit, *ex hiſtor. Comitum Alenconij.*

B 99. Ioannes de Talaru, primo maior Cuſtos Eccleſiæ Lugdun. poſtmodum Decan. tandem Archiepiſc. Lugdun. ſubſtitutus Carolo initio an. 1366. obiit 8. Kal. Octob. an. 1392. tunc S.R.E. Card.

100. Philippus de Thurreio. Ex Canonico Lugdun. eiuſdem Eccleſiæ Præſul electus fuit initio an. 1393. Obiit 4. Kal. Decemb. 1415.

101. Amedeus 1. de Talaru. Archidiac. Ecc. Lugd. à Clero elect. ad Concil. Vniuerſale Conſtantienſe an. 1414. eo abſente electus fuit à Capitulo, 9. Decemb. an. 1415. Archiepiſc. Exceſſit è viuis 3. Id Febr. an. 1443.

102. Carolus 2. à Borbonio ex Cantore & Canonico Eccleſiæ Lugd. Archiepiſc. fact. an. 1466. ex reſignatione Ioan. Borbonenſis auunculi Epiſcopi Anicenſis, ante à Capitulo electi, non inaugurati, Obiit Lugdun. 13. Septemb. 1488.

103. Andreas d'Eſpinay, an. 1493. menſ. Aprili Archiepiſc. Regis Ludouici XII. præceptor factus, cum eſſet Archiepiſcop. Burdigalenſis ab an. 1480. Prior S. Martini Pariſienſis 29. creat. Cardinalis a b Innocentio VIII. an. D. 1498. Obiit C Lutetiæ 10. Nouemb. 1500.

104. Franciſcus de Rohan, Epiſcop. Andegauenſis, & Abbas S. Albini elect. à Capitulo, 3. Id. Februarij, an. 1501. Obiit 3. Id. Octobr. an. 1536.

105 Ioannes 2. à Lotharingia, antea Metenſis Epiſc. Abb. Cluniacenſis, Card. Diac. à Leone X. Pp. 1518. creat. primus ex nominatione Regis Franciſci primi in vim Concordatorum Archiep. Lugdun. poſſeſſionem adeptus eſt, 3. Nonas Auguſti, anno 1539. Obiit 6. Idus Maij 1550. ante videlicet anno 1539. reſignauerat Hippolito Eſtenſi Cardinali Ferrarienſi.

106. Hippolitus Eſtenſis. Cardinalis Ferrarienſis dictus, S. Rom. E. Cardinal. à Paulo 3. creatus, & ex reſignatione prædeceſſoris factus fuit Archiepiſcop. Lugdun. 4. Kalend. Martij 1539. poſtea Archipræſul Mediolanenſis. Obiit Romæ an. 1572.

107. Franciſcus 2. à Turnone, primo Ebredunenſis Archi-D epiſcop. deinde Bituric. ann. 1525. poſtea Lugdun. 1551. & ab anno 1533. Abbas ſancti Germani à Pratis 68. Obiit in Caſtro Regio D. Germani in Laya Silua 22. April. an. Chriſti 1562.

108. Hippolitus Eſtenſis, Card. Ferrarienſis, rurſus Archiepiſcop. adeptus eſt, poſt mortem Card. à Turnone, an. 1562. quem rexit ad annum 1571. quo anno reſignauit Antonio de Albone.

109. Antonius de Albone, Sauignij Abbas ann. 1562. ad an. 1574.

110. Petrus Depinac. Doctiſſimus & eloquentiſſimus Orator, Archiepiſc. adeptus eſt menſe Septemb. ann. Dom. 1574. Obiit Lugd. ætat. ſuæ 59. 9. Ian. 1599.

111. Albertus De-Bellieure, ex Regis Henrici 4. nominatione à Clemente 8. Bullatus eſt 4. Kalend. April. an. 8. id eſt an. 1599.

112. Claudius De-Bellieure. Frater Alberti prædeceſſoris ex cuius reſignatione Archiep. factus fuit, & à Clemente 8. Romæ confirmatus apud S. Marcum 8. Kal. Octob. an. 1604. cum eſſet Senator Pariſienſ. obiit an. 1612.

113. Dionyſius Simon de Marquemont, ex Auditore Sacri Palatii, ſeu Rotæ Romanæ Archiep. Lugdun. & Galliarum Primas factus, poſſeſſionem adeptus eſt 9. menſ. Martij an. 1613. Iterata Legatione Romam à Ludouico 13. demandatus ab Vrbano 8. Rom. Pont. pileo Cardinali donatur, an. 162 obiitque poſt 7. menſ. Romæ in Palatio eod. an. E

114. Carolus 3. Miron, antea Regis à ſecretioribus Conſiliis, ſelectus eſt Romæ abſens, & in Gallijs degens, ab Vrban. 8. Pp. & in poſſeſſionem realem miſſus an. 1627. 2 Febr.

SERIES ARCHIEPISCOPORVM ROTHOMAGENSIS Eccleſiæ

Rothomagus Normaniæ Metropolis à verbi Roth nomen ſumit, quæ ſtatua eo loci antiquitus adorabatur; deinde à S. Melone 2. Archipræſule Rothomagenſi euerſa eſt. In ipſius loco templum ad veri Dei cultum & honorem conſtructum, & in Prioratum Canonicorum Ordinis S. Auguſtini erectum, cui nomen S. Lo indictum eſt. Ex his autem vocabulis Roth & Magi filij Samothei primi Celtarum & totius Galliæ, Rothomagenſis Vrbis fundatoris, nomen Rothomagum emanauit.

1. B. Nicolaus, Rothomagi fuit primus Epiſc. de quo *Orderic. Vitalis Angligena* Cœnobij Vticenſ. Monach. *in hiſt. ſua Eccleſiaſt.* ab Incarnatione Saluatoris ad an. 1140. l. 5. de vrbe Rothomagenſi & eod. Nicaſio primo Antiſtite ſcripſi. Martyrio coronatus eſt tempore Domitiani Imp. Poſt cuius Martyrium vacauit ſedes ad an. 265. quo S. Mello ſucceſſit. F

2. S. Mello, ſeu Mallonus. Volente Deo Pont. Cathedram obtinuit tempore Euſebij Pp. & Melchiadis claruit: 11. Kal. Nouembr. ad Dominum migrauit, & in Cripta in Baſilica S. Geruaſij Mart. extra vrbem ſepultus diu iacuit.

3. Auidianus, ſiue Auicianus. In Concilio Arelatenſi 2. ſubrogatur, quod factum eſt tempore Syluestri Papæ ſub Conſtantino Auguſto qui cœpit imperare anno ab vrbe condita 1051. tunc Nicena Synodus 318. Patrum celebrata eſt: inter quos Nicolaus Myrrheorum, Liciæ, aliique excellentiſſimi Præſules micuerunt.

4. Seuerus. Subrogatur 325. 15. an. tempore Conſtantini & Conſtantij ſub Marco Pp. & Iulio floruit. Hoc tempore Maximus Treuerorum, & Hilarius Pictauorum, Athanaſius Alexandrinorum, Euſebius Vercellenſium, & Dionyſius Mediolanenſium Præſules vt aſtra claruerunt. G

5. Euſebius, in Concil. Agrippinenſi fuit, ſubrogatur 341.

6. Marcellinus. Subrogatur 366.

7. Petrus 385.

8. S. Victricius, Familiaris fuit Innocentio ſummo Præſuli, vt eius Epiſtolæ teſtantur: ad hunc ſcribit Paulinus Epiſcop. Nolanus, per quem dicit Morinos & Neruios ad fidem conuerſos fuiſſe, ſubrogatur an. 405.

9. S. Innocentius, ſubrogatur 417. 9. an. tempore Paparum Zozimi, Bonifacij, & Cœleſtini, ſub Honorio & Theodoſio Archadij filio viguit. Tunc Synod. Epheſina 200. Epiſcoporum (cui Cyrillus præfuit Alexandrinus) aggregata eſt. Ad Scotos in Chriſtum conuertendos, ordinatus a Papa Cœleſtino, Palladius primus Epiſcop. mittitur.

10. S. Euodius 426. ſubrogatur, 7. an. tempore Cœleſtini & Sixti Paparum floruit.

11. S. Syluester 430. ſubrogatur, 8. an. tempore Leonis Pp. Clodione & Mereueo regnantib. in Francia, claruit. H

12. Malſinus, ſeu Malſonus, 442. ſub Martiano & Valentiniano 9. an. viguit, quando Leo Pp. contra Eutichem & Dioſcorum, apud Chalcedonem, Synodum 130. Epiſcopor. celebrauit.

13. Germanus, ſiue Guyanus 451. in Concil. Chalcedon. & Turonenſi 1.

14. Creſcentius, ſubrogatur 459.

15. S. Gidardus frater S. Medardi Epiſcopi Nouionenſis ambo eadem die nati, eadem ſacrati Epiſcopi, eadem vita functi. de his nempe Audoënus ſic cecinit.

Hi ſunt Hildardus fratres gemini atque Medardus,
Vna dies natos vtero viditque ſacratos
Albis indutos & ab iſta carne ſolutos.

Nectardo Nouionenſi patre, & Protagia matre nati ſunt, ambóque 6. Id. Iunij an. 488. ad Dominum migrarunt, an. 4. Pontificatus.

16. S. Flauius, an. 35. tempore Symmachi Hormiſdæ, Ioannis, Fœlicis, Bonifacij, Ioannis, & Agapiti Pp. ſub Anaſtaſio & Iuſtino ſeniore ac Iuſtiniano floruit. Interfuit Concilijs Aurelianenſi 1. & 2. 498.

17. S. Præ

17. S. Prætextatus, an. [illegible] tempore [illegible] Siluerij, V[illegible]
A li[illegible] & Ioannis Pp. ſub Iuſtino, Tyberio & Conſtan-
tino [illegible] an 34. interfuit Concilio Turonenſi 2. Pariſien.
2. [illegible] Antearan. [illegible]

18. [illegible], an. 582. an. 12. rexit Eccleſiam tempore Pelagij, Benedicti, & Gregorij Magni Doctoris, Mauricio 1. Græcorum Romanis imperante, ſed indignè, quia proditor Prætextati (vt ferunt) Magiſtri ſui fuerat, quem Fredegondis vxor Chilperici Regis occidi fecerat.

19. Hildulphus, an. 594. 28. annis rexit Eccleſiam tempore Gregorij Magni Doctoris, Sauiniani, Bonifacij, Deus dedit, Bonifacij & Honorij Pp. Imperantibus Mauricio, Focate & Eraclio claruit.

20. S. Romanus, an. 622. rexit Eccleſiam 13. annis tempore Honorij, Seuerini & Ioannis Pp. Eraclio regnante miraculis coruſcauit, decimóque Calend. Nouembris ad Dominum glorioſè tranſiit.

21. S. Odœnus Dado vulgò S. Ouen, an. 635. Regis Dagoberti Cancellarius, à quo priuilegium prædictum S. Romani,
B vulgò *de la Fiert de Rouen*, obtinuit, Rexit Eccleſiam 43. an.

22. Anbertus 677. 18. annis claruit.

23. Grippo 695. an. 24. tempore Ioannis, Siſinij, Conſtantini & Gregorij Pontif. floruit.

24. Rolandus, ſiue Batilandus 719. 3. an tempore Gregorij II. floruit.

25. S. Hugo Conſobrinus Pippini Regis Francorum, præfuit Eccleſiis Pariſienſi & Baiocenſi. An. 722. electus eſt Archiepiſcopus Rothomagenſis.

26. Robertus, ſiue Rothbertus. 4. an tempore Gregorij II. Pp. imperante Conſtantio floruit.

27. Grimo, ſubrogatus an. Dom. 733. 4. an. tempore Gregorij Pp. 3. viguit.

28. Ragenfridus, ſiue Raginfridus, ſubrogatur an. Domini 738. Epiſc. Zachariæ Pp. 3. nominatur.

29. Remigius, patruus Caroli Magni 745. hunc *Æmilius* vocat Caroli filium *lib.* 2.

30. Mattelli, ſeu Medardus. 772. an. 8. tempore Adriani
C Pp. claruit.

31. Gilbertus, 780. 48. an. tempore Adriani, Leonis, Stephani, & Paſchalis Pp. claruit.

32. Ragnoardus. 829. an. 10. tempore Eugenij, Valentini & Gregorij 4. Pp. ſub Theophilo Auſto floruit.

33. Gumbaldus, 838. 11. an. tempore Greg. & Sergij Pp. Michaële Auguſto Theophili filio imperante viguit.

34. Paulus, 849. 5. an. tempore Sergij. Pp. ſub Michaële Auguſto claruit.

35. Vuanilo, 859. 11. an tempore Leonis Benedicti. & Nicolai Pp. floruit.

36. Adalardus, nepos Gumbaldi 868. 2. an. tempore Nicolai Pp. viguit.

37. Riculfus, 869. 3. an tempore Nicolai & Adriani Pp. floruit.

38. Ioannes, 872. 2. an. Rothomagenſibus præfuit.

39. Victo, ſeu Vuito, 875 vno an. Eccleſiam rexit, tempore Adriani Pp. & Baſilij Auguſti.

D 40. Franco, hic Rollonem Baptizauit 875. 44. an. tempore Ioan. Martini, Adriani & Stephani Pp. floruit.

41. Guntharius, 919. an. tempore Romani Armeniaci, Auguſti, & Conſtantini claruit.

42. Hugo, Monachus S. Dionyſij habitu non opere 942. 47. an. Præſulatu functus eſt.

43. Robertus, Richardi primi filius 989. 48. an. Archiepiſcopatum Rothomagẽſem, & Comitatum Ebroicenſem tempore Roberti Regis Franciæ & Henrici filij eius rexit.

44. Malgerius, eius nepos 1037. ob culpam deponitur.

45. Mauritius, ſeu Maurilius, 1055. Depoſito Nalgerio, Metropolitanum apicem aſcendit. & 12. an. tempore Victoris Stephani, Nicolai & Alexandri Pp. floruit.

46. Ioannes, prius Epiſc. Abrincenſis an. 1067. inde ad Archiepiſcopatum aſſumptus eſt an. ab Incarnatione Dom. 1069. & 8. an. regimine ſuo functus fuit.

47. Guillelmus Cadomenſis, ad tutandam Rotomagenſem Eccleſiam è monaſterio adductus, & à magno Gilberto Ebroicenſi Epiſcopo conſecratus eſt, gregem ſibi commiſſum 32. an gubernauit.

48. Guafridus, ſeu Goiffredus, an. 1110. Eccleſiam 17. an. rexit

Huc v[illegible] Or[illegible] icus Vitalis Vticenſis Monachus qui aliter l. 12. f[illegible] [illegible]ſit Goiffridum, an. ab Incarnat. D. 1128. ægrotaſſe, [illegible] p[illegible] diuturnam ægritudinem 7. Cal. Sept [illegible]mb. hominem exui[illegible]ſe. E

49. Hugo, Ambianenſis, Monach. Cluniacenſis, Abbas Radingendis, factus eſt Archiepiſc. an. 1130. Idem Oldericus eodem lib. 12.

50. Rotrodus, Epiſc. Ebroicenſis prius 1164. Sigebert. 1166. adfuit leuationi corporis S. Firmati 1157. Sigeb.

51. VValterus, 1183.

52. Robertus Pullus, 1207. Reginaldus contra Albigeos iuit 1207. Guagnin.

53. Theobaldus, 1222.

54. Mauricius, Amea Sitenſis, deinde Epiſc. Cœnomanenſis per an. 16. tandem Archiep. Rothomagenſis 1231.

55. Petrus de Collomedio, eligitur 1236.

56. Odo, Abb. S. Dionyſij 1247.

57. Odo Riganli. Ord. Frat. Minot. 1248. *Antonin. cap. 9 tit. 24. part. 3. Hiſtor.*

58. Guillelmus de Flaua Curia, 1278. Lingonenſ. Epiſc.

59. Bernardus de Vaſconia, 1306. hic Clementis VI. ſummi Pont. nepos. F

60. Ægidius Aſſalini De bellamera, Aruern. 1307. Cardinalis ab Innocentio VI. antea Epiſc. Morinenſis tandem Archiepiſc. Auenionenſis.

61. Guillelmus de Duro Forti, Vaſco, ſubrogatur 1318.

62. Petrus Rogerij de Malo-Monte, de Malmont. Monach. profeſſ. Lutetiæ Theol. Magiſt. aſſumpto, primò Archiep. Arelatenſis, poſtea Senonenſis, tandem an. 1340. Rothomagenſis conſtitutus fuit. Cùm à Benedicto 12. Pp. Presb. Cardinalis TT. S. Nerei & Achilei creatus fuiſſet an. 1337. tandem Pont. Max. anno 1342. renunciatus eſt 5. Mai, & Clemens VI. dictus eſt, à Petrarcha liberaliſſimus Pont. dicitur Obiit Auenione 6. Decemb. 1351.

63. Aymericus Guenaut. Turonen. prius Epiſc. Antiſſiodorenſis 1338.

64. Nicolaus Rogerij, Nepos ſupradicti Petri Rogerij 1342. Pp. Clementis VI.

65. Ioannes de Marigniaco, A Clemente prædicto Pp. de Epiſc. Beluacenſi transfertur 1347. ad Archiepiſc. Rothomag. G

66. Petrus de Foreſta, monach. & Abbas S. Dionyſij prius Epiſc. Tornacenſis. Franciæ Cancellarius Regis Ioannis anno 1355. ab Innocentio Pp. VI. Presbiter Cardinalis T. 12. Apoſtolorum factus, peſte Auenione moritur menſe Iunij anno 1361.

67. Guillelmus de flaua-Curia. Auxitenſ. Archiep. 1356.

68. Philippus de Alenconio, prius Bellouacenſ. Epiſc. fuit etiam S.R.E. Card. Patriarcha Aquileienſis, & Epiſc. Oſtienſ. obiit an. 1401.

69. Petrus Iudicis Archiepiſc. Narbonenſ. prius 1376.

70. Guillelmus de Leſtrangiis 1376.

71. Guillelmus de Vienna, in Concil. Conſtant. 1378.

72. Ludouicus de Harieurta. 1386.

73. Ioannes de Rupeſciſſa V. I. D. ab officiali Rothomagenſi ad Epiſcopatum S. Papuli, & Patriarchatum Aquileienſem promotus eſt in Concil. Conſtantienſi, circa annum 1415. poſtea Epiſc. Pariſienſ. & paulò poſt ad Rothomagenſem Eccleſiam Metropolitanam euectus eſt à Martino V. Obiit Bononiæ in Legatione an. 1437.

74 Hugo de Orgiis. Prius Epiſc. Cabilonenſis 1432.

75. Ludouicus de Luxemburgo, prius Epiſc. Morinenſ. Concil. Baſilienſi interfuit 1436. Presbyt. Card. 44. SS. quatuor Coron. an. 1439. ab Eugenio 5. obiit 1443. H

76. Radulphus Rouſſel, Canonic. Rothomagenſis electus à Capitulo 1443.

77. Guillelmus d'Eſtouteuilla, Decretorum Doctor, Monachus & Prior Monaſterij. S. Martini à Campis Pariſ. Epiſc. Morinenſis, poſt Andegauenſis, deinde Biterrenſis, poſtremo Archiep. Rothomagenſis. Romæ mortuus eſt octuagenario maior, cùm vixiſſet in Cardinalatu 38. an Cardinalium Collegij Decan. S. R. E. Camerarius, & Archipresbyter S. Mariæ Maioris an. Dom. 1482. 11. Kal. Febr.

78. Robertus de Croiſmare, Canonic. Rothomagenſ. electus à Capitulo Archiep. an. 1482.

79. Georgius de Amboiſa, priùs Archiep. Narbonenſ. poſtremo an. 1594. Rothomagenſ. S.R.E. Card. creat. an. 1498. ab Alexand. 6. tit. S. Xyſti. Obiit Lugduni Idib. Maij 1511. ibique ſepultus.

80. Go

80. Georgius de Amboſia. Prædict[illegible]
A no Archiepiſcopus effectus eſt, an. 15[illegible]

81. Car[illegible]us à Borbonio Princeps, prius Epiſcopus Niuernenſis deinde Bellouacenſis, S.R.E.Card. [illegible] S[illegible] yſogoni, & Abbas S. Germani à Prans Pariſienſis. Obiit in Carcere Fontaneti Comitis, Oppidi Pictauorum 9. Maij 1590. propter bellum ciuile natus 67. annis.

82. Carolus à Borbonio S. R.E. Cardinalis Vindomenſis dictus, prædicti Caroli nepos, Poſſeſſionem perſonalem adeptus eſt 23. Maij an. 1599.

83. Carolus à Borbonio, Henrici 4 Galliarum & Nauarræ Regis frater naturalis, antea Epiſcopus Lectorenſis. Obiit an. 1610.

84. Franciſcus. S. R. E. Cardinalis à Ioyeuſa nuncupatus creat. à Gregorio Pp. 13 9. Decemb. 1583. Collegij Cardinalium Decan. & Galliæ Romæ protector vitam finiuit 7. Auguſti an. 1615. cui ſucceſſit.

85. Franciſcus Harleus de Chanualun, nobilis genere, ſed nobilior virtute, hoc an. 1525. feliciter cedit.

SERIES.
B ## ARCHIEPISCOPORVM TVRONENSIS ECCLESIÆ.

Vrbs Turonenſis, vulgò Tuto, à Ptolomeo Cæſarodunum dicta, in terra Lugdunenſi trans Ligerim ſita eſt, omnibus facultatibus & diuitiis referta eſt, ædificiiſq; ſuperbis adornatur.

1. S Gatianus vel Gratianus Epiſcopus, an. Imperij Decij primo à Romanæ ſedis Papa tranſmiſſus eſt: in qua vrbe multitudo Paganorum idololatriis dedita commorabatur: de quibus nonnullos prædicatione ſua conuerti fecit ad Dominum. In hac vrbe tali conditione, vt ferunt, an. 50. commoratus, obiit in pace, & ſepultus eſt in ipſius vici Cœmiterio, quod erat Chriſtianorum. Obiit an. 308. poſt, cuius obitum ſedes Epiſcopalis vacauit an. 37.

2. S. Lidorius. An. Imperij Conſtantis primo, ordinatur Epiſcopus. Hic ædificauit Eccleſiam, primam intra vrbem Turonicam, cum iam multi Chriſtiani eſſent: primáque ab eo ex domo cuiuſdam Senatoris, Baſilica facta eſt. Huius tempore S. Martinus in Gallis prædicare exorſus eſt: Sedit autem an. 33. & obiit in pace, ſepultuſque eſt in ſuprascripta
C Baſilica, quæ hodiéque eius nomine vocitatur.

3. S. Martinus. Anno 8. Valentis & Valentiniani Epiſcopus ordinatus, egregius SS. Trinitatis prædicator extitit. Quare ab Hæreticis, eò quod ſanctam trinitatem intrepidus prædicaret, virgis cæſus, atque expulſus de Italia, in Gallias acceſſit: multos paganorum conuerti fecit, templa eorum, ſtatuaſque confregit, fecitque multa ſigna in populo, ita vt ante Epiſcopatum duos ſuſcitaret mortuos: poſt Epiſcopatum autem, vnum. Conſummato præſentis vitæ curſu, obiit apud Candatenſem Vicum Vrbis, ſuæ anno 81. ætatis: de quo vicu nauigio ſublatus, Turonis eſt ſepultus, in loco, quo nunc adoratur ſepulchrum eius: de cuius vita tres à Seuero Sulpitio libros conſcriptos legimus. ſedit an. 26. menſ. 4. & vacauit Sedes an. 20.

4. Briccius. Ordinatus Epiſcopus an. Arcadij & Honorij 2. cùm pariter regnarent; Fuit autem Ciuis Turonicus cui 33. Epiſcopatus an. crimen adulterij eſt impactum à ciuibus Turonicis, qui expulſo eo Iuſtinianum Epiſcopum ordinauerunt: Briccius verò ſe ad Papam dirigit: Iuſtinianus autem poſt eum abiens apud Vrbem Verſellenſem obiit. Toronici iterum malignantes, Armentium ſtatuerunt; Briccius verò ſeptem
D apud Papam an. degens, immunis inuentus à crimine, ad Vrbem ſuam redire iuſſus eſt. Fueruntque omnes an. Epiſcopatus eius 37. Obiitque & ſepultus eſt in Baſilica quam ſuper Sanctum Martinum ædificauit.

5. Euſtochius ordinatur Epiſcopus vir ſanctus & timens Deum, ex genere Senatorio. Sedit autem an. 17. & ſepultus eſt in Baſilica, quam Briccius Epiſc. ſuper ſanctum Martinum ſtruxerat.

6. Perpetuus. De genere & ipſe, (vt aiunt) Senatorio, diues valde, & per multas Ciuitates habens poſſeſſiones.

7. Volſianus. Ordinatur Epiſcopus, vir ſanctus, & valde diues, propinquus & ipſe Perpetui Epiſcopi deceſſoris ſui ſedit autem an. 7. menſ. 2.

8. Virus. Epiſcopus creatur, & ipſe pro memoratæ cauſæ zelo ſuſpectus habitus à Gothis, in exilium deductus vitam finiuit, facultates ſuas Eccleſiis & bene meritis dereliquit. Sedit autem an. 11. d. 8.

[illegible] C[illegible] ob[illegible] D[illegible] Sancta[illegible] [illegible] 2. m[illegible]

10. Theodorus & Proculus. Iubente beata Chrotechilde Regina ſubrogantur, eo quod de Burgundia iam Epiſcopi ordinati, ipſam ſecuti, & ab hoſtilitate de Vrbibus ſuis expulſi fuiſſent. Erant autem ambo ſenes valde: rexeruntque Eccleſiam Turonicam ſimul an. duobus, & ſepulti ſunt in Baſilica S. Martini.

11. Dinifius. Per electionem præfati regis ad Epiſcopatum acceſſit. Sedit autem menſ. 10. & ſepultus eſt in Baſilica S. Martini.

12. Ommatius. De Senatoribus Ciuibuſque Auernis. Sedit an. 4. menſ. 5. obiitque.

13. Leo Ex Abbate Baſilicæ S. Martini ordinatur Epiſcopus; Fuit autem Faber lignarius, faciens etiam turres Holochryſotectas. Sedit autem menſ.

14. Francilio. Ex Senatoribus ordinatus Epiſcopus, Ciuis Pictauus, habens Coniugem, Claram nomine, abſque Libe- F
ris tamen. Sedit autem an. 2. menſ. 6. obiitque & ſepultus eſt Baſilica eadem.

15. Iniurioſus. Ciuis Turonicus. Hic inſtituit Tertiam & Sextam in Eccleſia dici, quod modò in Dei nomine perſeuerat. Sedit autem an. 16. menſ. 11. d. 26. obiitque & ſepultus eſt an. Baſilica S. Martini.

16. Baudinus. Ex Referendario Clotharij Regis, ordinatur Epiſcopus, habens & filium; multis Eleemoſynis prædiuus. Sedit autem an. 5. menſ. 10. obiitque, & ſepultus eſt in Baſilica ſupradicta.

17. Guntharius. Ex Abbate monaſterij. S. Venantii ordinatur Epiſc. Sedit autem an. 2. m. 10. d. 22. ceſſauitque Epiſcopatus an. vno.

18. Eufronius. Presbyter conſtituitur Epiſc. vir egregiæ Sanctitatis, ab ineunte ætate Clericus. Sedit autem aun. 17. Obiitque ætatis 70. ceſſauitque Epiſcopatus d. 19. Ad eum ſcripſit *Fortunat. proœmium lib. 3. Poematum.*

19 Gregorius. Creatus ordinatuſque fuit Epiſcopus ſub Chriſti annum 575. vt ipſe de ſe prodidit *Miraculor. S. Mar-* G
tini c. 1. anno, inquit 172. *poſt tranſitum S. Martini Antiſtitis, Sigeberto glorioſiſſimo Rege 12. anno regnante, poſt exceſſum S. Euphronij Epiſcopi, &c. onus Epiſcopale indignus accepit.*

20. Peladius. Archiepiſcopalem ſedem tenuit an. 7. menſe vno.

21. Leupicanius, vel Leupicarius, an. 610. ſedit an. 12. m. 3.

22 Agiricus, alias Aigiricus, ſedit an. m. 2.

23. Ginadus, vel Giualdus, an. 626. ſedit an. 1. m. 3.

24. Sigiliacus, alias Sigilaicus, an. 628. ſedit an. 2. m. 8.

25. Lebardus, vel Leobaldus, an. 629. ſedit an. 6.

26. Medeſgiſilius, vel Medegiſgidus, ad. 635. ſed. an. 12.

27. Latinus, ſedit an. 13.

28. Congiſilus, ſedit an. 1.

29. Ragobertus, ſedit an. 21.

30. Papolenus. ſedit an. 5. m. 2.

31. Crotbertus, ſedit an. 25. m. 11. an. 675. Eccleſiam B. Martini libertate donauit, vt notant Chartæ einſd. Eccleſiæ,

32. Bertus, an. 695. ſedit an. 15. m. 11.

33. Peladius 2. an. 710. ſedit ad. 4. m. 3. d. 11.

34. Euartius, an. 713. ſedit an. 9.

35. Ibo, an. 721. ſedit an. 8. H

36. Gunthrannus, an. 728. ſedit an. 11. m. 2.

37. Dido, alias Vido, an. 738. ſedit an. 1. m. 1.

38. Ringambertus, vel Ragobertus, an. 744. ſedit an. 28. menſ. 5.

39. Aubertus, an. 752. ſedit an. 15. d. 5.

40. Oſtaldus, an. 767. ſedit an. 12.

41. Eutehius, ſedit an. 20.

42. Herlingus, an. 793. ſedit an. 27.

43. Ioſeph, an. 820. ſedit an. 23. m. 5.

44. Laudrantius, vel Landracinus, alias Landramius: an. 844. ſedit an. 14. m. 6. tempore Ludouici Pij Caroli Magni filij; vt videre eſt *lib. 2. cap. 25. Anſegiſi Abbatis.*

45. Viſinarius, an. 847. ſedit an. 11. m. 6.

46. Landramus, ſedit an. 4. ſub Carolo Caluo Rege. De eodem Landramo, Vide *Lupum Ferrarienſem Abbatem in Epiſt.*

47 Amal

[illegible] Amalricus, an. 853. Intertuit [illegible] habitæ apud [illegible]
A [illegible] Medardi & Sebaſtiani Monaſterium prope Sueſſionum V[illegible] præſente Carolo Caluo Rege, Sedit an. 4. menſib. 11.

48. Herard[illegible] an 858. Interfuit & ſubſcripſit Synodo à Pontifice habitæ, [illegible] H[illegible] Herardus cum Nannetenſi & Cœnomanenſi [illegible] ordinauit & [illegible] ſedem [illegible] Eccleſiæ con[illegible]. Se[illegible] an. 15. menſib. 3.

49. Actardus, an. 871. ſed. an. 3. menſ. 2[illegible]

50. Adalaudus, an. 874. ſedit an. 16. menſ. 2. De eo vide *Tractat. Odonis Cluniacenſis Abbatis, de reuerſione B. Martini à Burgondia.*

51. Hebernus, an. 887. ſedit an. 27. menſ. 4.

52. Robertus, an. 916. ſedit an. 3. menſ. 3.

53. Therolus, vel Theotolus, vir ſanctiſſimus, miraculis poſt mortem clarus. Sedit autem an. 13. menſ. 4. obiit an. 945. *Plodardus.*

54. Ioſeph 2. Sedit an. 11. menſ. 5. dies 28. de eo fit mentio
B in Catalogo Archiepiſcoporum, quæ eſt inter chartas Capituli S. Martini Turonenſis.

55. Frotmus, vel Froterius, an 965. ſedit an. 3.

56. Hardoinus. Sedit an. 17. menſ. 10.

57. Archombaudus, ſiue Archambaldus. Sedit an. 986. & Archiepiſcopalem ſedem tenuit an. 18.

58. Hugo, an. 1004. Religioſus Ord. S. Bened. infirmitate graui detentus Epiſcopatum abdicauit, & receptus in Monaſterio Cluniacenſi à S. Petro Abbate, vt videre eſt *lib.* 10. *Epiſt.* 11. *eiuſdem Abbatis*, ſedit an. 18. m. 3.

59. S. Arnulphus. an. 1018. ſedit an. 31. m. 10.

60. Bartholomæus de Faya, an. 1058. ſedit an. 13. m. 6 Interfuit coronationi Philippi I. Franc Reg. 23. Maij an. 1059.

61. Radulphus, an. 1094. ſedit an. 21. m. 10.

62. Radolphus 2. ſedit an. 17. m. 8.

63. Gilbertus an. 1119. Sedit an. 7.

64. Hildebertus, monachus Cœnobij Cluniacenſis, & S. Hugonis Abbatis Diſcipulus, ex Epiſcopo Cœnomanenſi,
C quem Epiſcopatum rexerat 29. an. Turonenſ. Archiepiſc. electus eſt an 1127. Epiſt. ſcripſit ad Honorium 2. Pp. & alios, & alia opera, quæ extans in Bibliotheca Cluniacenſi nuper edita. Sedit an 6. m. 6.

65. Hugo 2 an. 1134. ad an. 1149. Sedit an. 14. m. 6.

66. Engelbaldus, vel Emolandus. Sedit an. 1149. obiit 1157. ſedit an 9. m. 3

67. Ioſcinus, aliàs Ioſue, an. 11. Eo ſedente an. 1163. Alexander 3. Pont. Max. Turonum profectus eſt, vbi Concilium habuit in Eccleſia S. M[illegible] nunc S. Gatiani dicta, cui interfuerũt 17. Cardinales, multi Archiepiſc. Epiſc. Abbates, & alij Antiſtites, inter quos numeratur ipſe Ioſcinus, ſed. an. 16.

68. Bartholomæus Vindocinenſis, qui interfuit Concilio Rhemenſi an. 1174. ſedit an. 32. menſ. 6. d. 15.

69. Gaufridus de Lauda, ſedit an 1. m. 5. d. 3.

70. Ioannes de Faya, nepos Bartholomæi, ſed an. 1211.

71. Iuelius de Mateſelon, poſtea Archiepiſc. Remenſis, qui an. 1244. poſt Concilium Lugdunenſe ad bellum ſacrum
D profectus eſt.

72. Mattellus.

73. Petrus de Lambalia.

74. Vincentius de P[illegible]em.

75. Ioannes de Montesorelli.

76. Bucardus Dijn.

77. Ragus de Monte Baſonis.

78. Gaufridus de H[illegible].

79. Stephanus de Burg[illegible], Andegauenſis, an. 1334. fundauit Collegium, quod vulgò Turonenſe dicunt, Lutetiæ Pariſiorum, & obiit an. 1336.

80. Petrus Fretaudi.

81. Philippus Blanche.

82. Simon Renulfi viuebat an. 1377.

83. Seguinus, patriarcha Antiochen ſedebat an. 1386.

84. Alſelinus Bœſtel.

85. Guido de Roya.

86. Seguinus d'Authon, fuit etiam Patriarcha Anthiochen. & ſedit regnante Carolo 6.

87. Amalrius de Mallio, alias de Brolio.

88. Iacobus Gelu. vnus ex Electoribus Martini V. Pp. interfuit Concil. Conſtantienſi an. 1417.

89. Philippus de Coëtquis. Priùs Epiſcopus Leonenſis in Britannia vbi natus erat, literis tum ſecularibus, tum Iuris vtriuſque, ac diuinis Eccleſiæ eruditus & eloquentiſſimus, Regis Caroli VII. multoties Orator & Legatus ad ſummum Pontificem & Germaniam aliaſque nationes exteras maximè ad Concilium Baſilienſe, in quo à Felice [illegible] Nouemb. an. 1440. in 5. creatione Cardinalium Preſbyter [illegible] creatus, [illegible] fuit [illegible], vt Romæ Gallus Gallorum vocaretur. De eo amplius *Bartranum Argentraum in Hiſtoria Britanniæ Armoricæ.* B

90. Ioannes Bernardi Turonenſis, ſedebat an. 1448.

91. Gerardus de Gruſſol. Anno 1466. anno ſequenti interfuit generalibus regni Comitiis Turoni habitis, ſub Ludouico XI.

92. F. Elias de Bourdeille Religioſus Ordinis Minorum Maximus Theologus, primo Epiſcopus Petragoricenſis, poſtea Archiepiſcopus Turonenſis & Presbyter Cardinalis TT. S. Luciæ in Silice an. 1483. a Xiſto 4. creatur. Obiit Menſe Iulio anni ſequentis Poſt mortem clarus miraculis.

93. Robertus de Lenoncourt. Poſtea fuit Archiepiſcopus Rhemenſis, an. 1508. obiit an. 1533

94. Carolus de Caretto S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus, Thebanus, Romæ mortuus an. 1514. 14. Kal Dec. F

95. Chriſtophorus de Bulac. an. 1504. Epiſcopus Aurelianenſis ex reſignatione Franciſci amunculi, tandem Archiepiſcopus Turonenſis.

96. Martinus de Beaune. Turonenſis an. 1520. Iacobi de Beaune, Baronis de S. Blanſay, Vicecomitis Turonenſis, & I[illegible] Ruffæ vxoris filius fuit.

97. Antonius dela Barre, an. 1534.

98. Georgius, Cardinalis de Armeniaco. ☞ De eò vide ſeriem Archiep. Voloſanorum.

99. Stephanus de Poncher, an. 1551. ☞ Vide *Ioan. Tillium in Commentariis præcipuè in tractatu de ſ[illegible]one Magnatũ Fr.*

100. Alexander, Cardinal. de Farneſio, Petri Aloyſij Parmæ & Placentiæ Ducis filius, Paulo III. Pontifice eius auo Diacon. Card. S. Angeli pronunciatus an. 1534. obiit anno 1569. ætat 69.

101. Simon de Maillé de Brezé Monach. Ord. S. Benedicti Abb. de Oratorio, de Loroux, Archiepiſc. creatur an. 1560 vir fuit vt natalibus, ſic rara eruditione inſignis, à quo, menſe Maio an. 1583. Cæſarodunoi Turonum Synodus Prouincialis inchoata, & Septembri proximo Andegaui perfecta fuit. Obiit an. 1597 Eius elogium ſcripſit *Scæuola Sammarthan. Quæſtor. Franciæ lib 4. Elogiorum.* G

102. Franciſcus de le Gueſl[illegible]. Senator Pariſienſis, Conuentus ſacri Ordinis permiſſu Regis Henrici magni Lutetiæ habitus eſt, à quo delegatus ad [illegible] idem Franciſcus de la Gueſle in comitatus multorum Antiſtitum, qua erat facundia & doctrina præditus, grauem habuit orationem. Obiit anno 1614.

103. Sebaſtianus de Galigai. Italus, poſt obitum parentis, Franciæ Mareſchalli, omnibus honoribus deſtitutus eſt, & ei ſuffectus.

104 Bertrandus Deſchaux (antea Baionenſis Epiſc.) anno 1618. Archiepiſc. Turonenſis à Rege Ludouico Iuſto, cui à Conciliis eſt, & primus Eleemoſynarius creatur, an. 1619. Ab eodem Rege cum aliis tribus Antiſtitibus Ord. S. Spiritus Commendator, vt vulgò vocant, creatus eſt. Sedere pergit hoc an. 1625. H

SERIES
ARCHIEPISCOPORVM
ECCLESIÆ SENONENSIS
Metropolitanæ. Sens.

Ptolomeus in deſcriptione Galliæ ſcribit ſub finem; Senonenſem Ciuitatem Ethnicæ tunc Galliæ, quæ deinde Chriſtianis habita eſt, totius Franciæ Metropolim & Caput, eam Euangelij ſplendore illuſtrata Sanctorum Chriſti Diſcipulorum Sauiniani & Potentiani, atque Altini miniſterio quos B. Paulus ad Senonenſem populum ad eum ab errore reuocandum gentilitatis, ab vrbe Romana delegauit, ſub medium Imperij Claudij Cæſaris circa an. 45. Atque ideò à prædicto Paulo Apoſtolo S. Sauinianus primus Senonum Antiſtes Primatis titulo decoratus fuit, vt ſcripſit *Antonin. 1. parte Hiſt. tit. 6. c. 25.* ac poſtea Anſegiſus 51. Præſul. tit. Primatis Galliarum & Germaniæ vindicauit. an. 876. legatur *Baron. tom. 1. Annal. An. 69.*

1. S. Saluinianus. Ex Chriſti diſcipulis, à B. Petro miſſus
A eſt in Galliam ſub medium Imperij Claudij Cæſaris, & circiter annum à Chriſto nato 45. vt eam Idololatriæ deditam ad Chriſtum & veri lumen adduceret: ab eodémque Primatem Galliæ conſtitutum eſſe, refert *Antoninus c. 25. tit. 6. primæ partis Hiſtoriarum.* Capite truncatur pridie Calendas Ianuarij an. 74. cui S. Potentianus ſucceſſit. V. *Baronium Annal. Tom. 1. an. 69.*

2. S. Potentianus Martyr an. 75. paſſi ſunt etiam cum illo Altinus, Erdaldus & Serotinus, ſocij in vita, morte, & ſepulchris: quorum corpora an. Dom. 840. tranſlata ſunt ab Antiſtite Genilone huius Ciuitatis ad Baſilicam B. Petri vicinam, vbi auditæ ſunt voces Angelicæ vt chori pſallentes, vt ait *Petrus de Natalibus lib. 2. c. 25. in Catalogo Sanctorum.*

3. Leontius præfuit an. 28. qui ſedem ſuſcepit an. Do. 78.

4. Seuerinus, ſiue Seuerus, in Concilio Agrippinenſi adfuit an. 20. ſedem ſuſcepit 103.

5. Audatus præfuit an. 32. ſub Sixto Pontifice ſedem ſuſcepit 126.

6. Eraclius præfuit anno 40. obiit anno 201. ſedem ſuſcepit 161.
B

7. Lunatius, ſiue Lucianus, præfuit 36. obiit 239. electus 201.

8. Simplicius, præfuit 42. obiit 279. eligitur 238.

9. Polycarpus, fit Epiſcop. 270. Monaſterium conſtruxit in honorem SS. Geruaſij & Prothaſij iuxta Regulam S. Baſilij conſocij & amici cum exularet in Phrygia.

10. S. Vrſicinus, ann. 310. cuius feſtum 24. Iulij celebratur.

11. Theodorus, creatur 356. obiit 349. præfuit 29.

12. Siclinius, ſiue Sindinus, præfuit 28. obiit 421. Sepulti ſunt in Monaſterio Sanctorum Geruaſij & Prothaſij Martyrum, lapſu & bellorum iniuria ſolo æquato.

13. S. Ambroſius, præfuit 35. obiit 455. cuius feſtum 3. Septem. celebratur.

14. S. Agræcius, ſeu Agræcius, obiit 487. cuius feſtum 13. Iulij, ad eum Sydonius Apollinaris ſcripſit Epiſt. 7. lib. 5.

15. Eraclius, obiit 520. adfuit tempore Clodouæi in Concilio Chalcedonenſi: hic Eccleſiam in ſuburbio conſtruxit in
C honorem S. Ioannis Euangeliſtæ, vbi Moniales poſuit, ibique ſepultus eſt.

16. S. Paulus, Eraclij frater, obiit 569. cuius feſtum 9. Iulij celebratur, iacet in ſepulchro fratris.

17. Leo, præfuit 23. interfuit Conciliis Aurelianenſi 2. & 3. an. 536. 540.

18. Conſtitutus, ſiue Conſtantinus. In Concilio Pariſienſi, circa an. 559.

19. S. Arthemius, in Concil. Matiſconenſi an. 589.

20. S. Lupus. Illuſtribus parentibus ortus floruit 613. auunculos habuit Auſtrennium Aurelianenſem, & Authmarium Antiſſiodorenſem epiſc. omnia bona ſuæ Eccleſiæ paterna legauit. Obiit 631.

21. S. Sceucius, tempore Clotharij Regis, obiit 623.

22. S. Amatus 672. à Theodorico Rege affligitur, & ab Ebroino pellitur, *Sigeb.* & obiit in Flandria an. Dom. 690. diu in exilio vexatus.

23. Medericus ſiue Medericus, qui rexit 5. an. ædificaſſe S. Symphoriani Eccleſiam in Senonenſi ſuburbio fertur, & in ea ſepultum fuiſſe an. 631.

D 24. Hildegarius

25. Auripertus. obiit 647.

26. Ermentarius, in Concilio Cabilonenſi Armentarius ponitur, obiit 650.

27. Arnulphus.

28. Lamdebertus, ſiue Lambertus Monach. Monaſterij Fontanellæ Ord. S. Benedicti doctrina & morum grauitate venerabilis, floruit an. 700. *Tritemius lib. 4. c. 71. de viris Monach. Ord. S. Bened.*

29. S. Haymo, ſiue Emno.

30. S. VVlfrannus, ſiue Vulphronius, *Meyer in Chron.* Religioſus eiuſdem Ord. Vaſco, *Tritemius* ſcribit eum Coronam accepiſſe æternam an. 720. *eod. lib. c. 73.*

31. Gericus, præfuit tribus an.

32. S. Ebbo, vel Obbo, Monachus & Abbas S. Petri Viui, Senonis Gerici, cuius fuit ſucceſſor nepos, an. 735. vir ſanctiſſimæ & vitæ religionis eximiæ obiit an. 750. Pontific. an. 15. *Tritemius.*

33. S. Honobertus. obiit 755. qui ſedem ſuſceperat anno 750. E

34. S. Honulphus, ſuperioris pater moritur 761. qui præfuit 6. an.

35. Menulphus, ſeu Merulphus, an. 761. quo receptus eſt, transfertur ad Eccleſiam regendam.

36. Otberius ſiue Od[illegible]bertus. S. R. E. Card. 76[illegible]

37. Lupus II. creat. 762.

38. VVilarius, fit Epiſcopus 764. obiit 769. qui & VVituarius dicitur.

39. Goteſcalus, præfuit an. 4. obiit 773.

40. Gombertus, 773. obiit 778. ſub Carolo Magno.

41. Serenus, incœpit 778. præfuit an. 7.

42. Petrus, conſtituitur 784. præfuit an. 3.

43. VVinnebaudus, cœpit an. 786. præfuit an. 7. qui & Guillebodus dicitur.

44. Venerandus, vel Bernardus, 792. præfuit an. 3.

45. Renobertus, ſiue Roymbertus, ordinatur Epiſcop. an. 795.

46. S. Magnus 804. tempore Caroli Magni præfuit 14. F

47. Hieremias, Monachus Epiſcopus 819. obiit circa an. 830.

48. S. Aldricus, Monachus Abbas Ferrarienſis Cœnobij, obiit 842. cuius feſtum 8. Iunij celebratur, ſanctitate ac miraculis hoc vſque claruit.

49. Genilo SS. Sauiniani, Potentiani, Altini, Martyrum corpora in Eccleſiam S. Petri tranſtulit, obiit an. 865.

50. Egilus Monach. & Abbas Monaſterij S. Saluatoris de Prumia in agro Trenirenſi creatus Archiep. an. 865. an. 6. rexit Eccleſiam, obiit 871. *Tritbemius vbi ſupra.*

51. Anſegilus, Monach. & Abb. Laubienſis in Hannonia à Ioanne 8. Summo Pont. primatum Galliarum & Germaniæ ſibi vindicauit an. 872. obiit 878. rexit Eccleſiam an. 8. *Tritbem. lib. 5. c. 86.* ſcripſit multa opera.

52. S. Eurardus Monachus, obiit an. 887.

53. Galterus, obiit 923. hic Eudonem conſecrauit Roberti Andegauenſis filium. *Guaguinus.*

54. Galterus 2. obiit 927.

55. Odaldus, ſeu Adaldus, obiit 933. G

56. Guilielmus, Monachus S. Petri Viui, creatus an. 933. obiit an. 938.

57. Gelanus, ſiue Gerlandus, Monachus S. Germani Antiſſiodorenſis, obiit 946.

58. Vindemanus, ſeu Hildemannus, Monach. S. Dioniſij rexit Archiepiſcopatum an. 13. obiit 959.

59. Archambaudus, obiit an. 966.

60. Anaſtaſius præfuit an. 2.

61. Seuinus, vel Seginus, aut Senuinus, Præfuit 22. an. temporibus Hugonis Capeti, obiit an. Dom. 998.

62. Leotoricus, obiit 1031. qui ſedem ſuſcepit an. 1000. hic Ciuitatem à Bernardo Tyranno libera, in quam Robertus Rex intrauit. *Guaguinus.*

63. Gilduinus, obiit 1050. ſeu Gelduinus, Pariſienſ. genere creatur 1033.

64. Maynardus, Epiſc. prius Trecenſis, deinde Archiepiſc. Senonenſis, rexit Eccleſiam 12. an. obiit 1062.

65. Richerius obiit 196. poſt cuius obitum vacauit ſedes trib. an.

66. Dimbertus, an. 1099. Epiſc. creatur, *Baronius amplè Tomo 11. an. 1099. num. 67.*

67. Gilbertus conſtituitur 1110. Huius temporibus fundata eſt Clara-vallis Abbatia Ordinis Ciſtercienſis, cuius primus extitit Abbas B. Bernardus, vnxit Aureliis Regem H Ludouicum Groſſum an. 1109. Obiit 1144. *Iuo Carnotenſis Epiſt. 170. de eo.*

68. Hugo. Hic Reginam conſecrauit inuito Samſone Remenſi Archiepiſc. rexit Eccleſiam 26. an. obiit ætate confectus 3. Nou. Februar. 1169.

69. Guillelmus, primò Sanctonenſis Epiſcopus S. R. E. Card. ab Alexandro 3. & S. Sedis per Galliam Legatus conſtitutus eſt tandem Archiepiſc. Rhemenſis.

70. Guido, rexit Eccleſiam 17. annis, obiit 1194. Reginam vxorem Philippi Regis vnxit apud Sanctum Dionyſium, Obiit 1193.

71. Michaël, Decanus Eccleſiæ Pariſienſis, Frater Rexinaldi de Corbelio Epiſcopi Pariſienſis, obiit 1199. poſtquam 5. an. rexit Eccleſiam.

72. Pe

[illegible]

Senonis conſtruxit 1134. [illegible] nit.19.an. Eccleſiam rexit O[illegible] 1.Kal.Maij 1241.

74 Gilo, qui & Egidius Cornutus dictus, fuit frater ſuperioris, rexit Eccleſiam 8.an. Obiit an. 1254.

75. Henricus Coronius, Gilonis nepos ex Archidiacono Archiepiſcopus Senonenſis electus eſt. Obiit 1258.11. Kal. Nouemb. veneno à coquo ſublatus.

76. Gulielmus de Burcia. ceſſit Epiſcopatum Petro de Charny.an.1267.& obiit an. 1269.

77. Petrus 3. de Charny.primo Canonicus, poſtea Decanus Eccleſiæ Senonenſis, & Diœceſis Officialis, ab Vrbano IV.Pp.Gallo, cuius erat Camerarius, Archiepiſcopus creatus fuit. Obiit an. 1274.

78. Petrus 4. de Aniſiaco, prius Canonicus Antiſſiodorenſis Eccleſiæ,& Senonenſis Theſaurarius. obiit 1273.

B 79 Gilo Cornutus 2.qui & Egidius dicitur, Galteri & Gilonis nepos,ſedit 18. an. Obiit 1291.

80.Stephanus Becard.peractis in Epiſcopatu annis 18.Obijt 1309.

81.Philippus. frater Engerrani de Marigny,Franciæ Quæſtoris ſeu Theſaurarij, prius Epiſcopus Cameracenſis. Obiit Lutetiæ 1325.

82. Guillelmus de Melduno.ſedit 4. annis tantum. Obiit 1329.

83. Guilelmus 2.de Brucia. antea Archiepiſcopus Bituricenſis, ſcripſit contra Petrum de Cuneriis pro iuriſdictione Eccleſiaſtica. Obiit 1338.

84. Petrus Rogerij de Malemonte.Læmouicenſis,Religioſus Ordinis S.Benedicti,prius Abbas Fiſcanenſis, deinde Epiſcopus Attrebatenſis, poſtea Philippi Vallæſij Regis poſtulatione (cuius erat à Conſiliis) Archiepiſcopus Senonenſis, creatus an.1338. paulò poſt Rothomagenſis Archiepiſcopus, tandem Summus Pontifex electus Clemens VI. dictus: De eo plura in *ſerie ſummorum Pontificum inter Epiſcopos Italiæ.*

C 85, Philippus de Meloduno frater Guilielmi, priùs Catalaunenſis Epiſcopus, ſedit 4.an.Obiit 1345.

86. Gulielmus de Meloduno. Philippi nepos, obiit anno 1375.

87.Audemarus, ſiue Adomarus Robert,Læmouicus. Attrebatenſis antea Epiſcopus, deinde Morinenſis, Obiit 1384.

88. Gonterius de Baignaux Caroli V.Regis à Secretis fuit, poſtea Epiſcopo. Cœnomanenſis Obiit 1386.

89 Guido de Roya tandem Rhemenſis Archiepiſcopus à Gregorio XI. Papa(qui antea Senonenſis Eccleſiæ Archidiaconus fuerat) Obiit 1390.

90 Guilielmus de Dormano(des Dormans) priùs Epiſcopus Meldenſis, Regis Caroli VI.poſtulatione & Imperij Archiepiſcopus Renonenſis creatus, primò fuerat ſummæ Pariſienſis Curiæ Regius Patronus,tum Regis à Conſiliis & Curiæ Iouaminum ſeu Vectigalium præſes, qui Obiit 2.Octobris 1405.

91. Ioannes de Monteacuto.Priùs Carnotenſis Epiſcopus, poſt Gerardi fratris ſupplicium arma cepit contra Regem

D in prælio Azineurciano contra Anglos occiſus an.1413.

92. Henricus de Samoyſi Eccleſiæ Senonenſis Canonicus, Lingonenſis Decanus, Curiæque Iouaminum Præſes. Obiit an. 1422.

93. Guillelmus de Nanton. Abbas S. Germani Antiſſiodorenſis, Obiit an. 1431.

94. Ludouicus de Melun.Henrici de Samoyſi ex ſorore nepos. Obiit 1474.

95. Triſtandus de Sallazard. Antea Meldenſis Epiſc.

96. Stephanus de Poncher,natus Toronis,prius Epiſcopus Pariſ. dein, Galliæ Procancellarius ſeu Sigilli magni Cuſtos 1514. Ordinationes Synodales edidit ad Cleri ſui reformationem an. 1524 quo anno moritur.Rexit Eccleſiam 42. an.

97. Antonius à Prato Epiſcopus Albienſis,deinde Archiepiſcopus Senonenſis Regis Franciſci 1.nominatione, Regis Franciſci 1. Cancellarius ab an.1514 Obiit an.1535.

98. Ludouicus de Borbonio. Cardinalis Præneſtinus Re-

[illegible] E

[illegible] R.E. [illegible]

[illegible] L[illegible], cum S. R. [illegible] Cardinalis [illegible] S.Nicolai in c[illegible] Tulliano, Cardinalis Guiſius, vulgo dictus eſſet, Archiepiſcopatum Senonenſem regia nominatione adeptus eſt an. 1560. atque factus Albienſis Epiſcopus, Archiepiſcopatu ceſſit poſt duos an. in fauorem D. Nicolai de Pelleuè tunc Ambianenſis Epiſcopi, retenta penſione. Mortuus eſt Ludouicus 28 Martij 1578.

101. Nicolaus Pelleueus, prius Epiſcopus Ambianenſis, deinde an. 1561. Archiepiſcopus factus Senonenſis, & S.R.E. Cardinal. tandem Rhemenſis Archiepiſcopus. Obiit Lutetiæ an. 1594.

102. Reginaldus Belnenſis egregiè à puero literis Græcis & Latinis inſtitutus fuit:Minatenſis Epiſcopus creatus: primum deinde an. 1581. Archiepiſcopus & Patriarcha Bituricenſis & Aquitaniæ Primas, an.1588. in Bleſenſibus Comitiis pro ſacro Ordine verba fecit, & tempore belli ciuilis conſtantiſſimè fidem Henrico 3. vt & Henrico 4. quem piis & ſalutaribus monitis inſtruxit, cum ad Catholicam Eccleſiam rediit an. 1593. & in Eccleſia S.Dionyſij Sacrum ſolemne audiuit: & an.1598. dimiſſo Archiepiſcopatu Bituricenſi, Senonenſis Archiepiſcopus & magnus Regis Eleemoſynarius factus eſt: tandem Lutetiæ obiit an. 1606.& in Eccleſia Cathedrali ſepultus tumuli honore decoratur. F

103.Iacobus Cauy,antea Epiſcopus Ebroicenſis,Presbyter Cardinalis S. Agnetis titulo in Agone, vulgo Cardinalis du Perron dictus, creatus 9. die Iunij an. 1604. à Clemente 8. fuit etiã ſupremus Regis Eleemoſynarius. Veſtigia deceſſoris ſecutus difficillimis bellorum ciuilium temporibus Regem Henricum magnum ſecutus eſt,& an. 1595. Romã miſſus vt ei abſolutionem ab eodem Clemente 8. Pontifice obtineret, quod feliciter confecit.Quinquennio poſt an. videlicet 1600. celebris inter eum & Philippum Mornæum Pleſſeium qui librum de Sacra Euchariſtia & in vetere Eccleſiæ ſacrificio Gallicè ediderat ad Fontenbellaquam, coram ipſo Rege G Henrico Magno diſputatio habita in qua Mornæus tanquam falſarius conuictus eſt, quod magnam eidem Illuſtriſſimo Cardinali famam attulit, ita vt flagellum hæreticorum dictus ſit:vita hac defunctus eſt Menſe Septemb. an.1618.

104. Ioanes Dany. Ex reſignatione Fratris Cardinalis du Perron: cuius exemplo multa edidit pro Religione Catholica ad immortalitatem victura monumenta. Fuit vnus ex delegatis Regiis an. 1620. ad Chriſtianiſſ. Reginam Mariam Medicæam, cuius ampliſſimi Antiſtitis interuentu res feliciter & bono publico tranſacta eſt.Obiit 1621.

105. Octauius de Bellegarde. Ex Epiſcopo Conſeranenſi & Abbate S Germani Antiſſiodorenſis,1623.

SERIES EPISCOPORVM PARISIENSIVM.

Ex Lib. Antiquit. Pariſienſ. Iacobi Byl.

Lutetia in Pariſienſi agro ſita ſolo omnium rerum abundantiſſimo medio ferè fluuio Sequana ſecatur; & cum inſola olim eſſet,nunc in vtroque littore Sequanæ in dextero Quidem Vrbs valla atque ingens, in ſiniſtro Vniuerſitas appoſita eſt. Cæſar lib. 7. Comment. Lutetia (inquit) oppidum eſt Pariſiorum poſitum in inſula fluminis Sequanæ. H

1.S. Dionyſius Areopagita, qui ab Apoſtolo Paulo inſtructus, primò Athenis ab eodem Apoſtolo Epiſcopus eſt ordinatus.At ibi ſtabilita religione Chriſtiana, à B Clemente 4. Romano Pontifice in Gallias miſſus ad prædicandum Euangelium Dei, & fidem Orthodoxam promulgandam; primò Meldenſem vrbẽ appulit:ibique religionis Chriſtianæ fundamentis iactis Lutetiam peruenit, in qua S. Dionyſius Gallorum Apoſtolus nuncupatus, verbum Dei prædicauit populis à fide Chriſti alienis.At poſtquam per an. aliquot ſanctum opus fideliter & ardenter executus eſt, nonageſimum an agens, comprehenſus, & cum eo SS. Presbyter Eleutherius & Ruſticus Diaconus gladio & ſecuri martyrium complentur 7 Idus Octob. an.109. Euariſtæ Papæ, Adriani Imperatoris I.*Baronius in Annalib.*34.5 2.*&* 120.

2. Mallo.

A 3. Mallus, hunc ſcripſiſſe martyria SS. Dionyſij. Ruſtici & Eleutherij refert *Demochares lib. 2. de Sacrificio miſſæ, c.* 18. quæ non extant.

4. Marcus.

5. Aduentus.

6. Victorinus, an. 359. Concilio Agrippinenſi inter[illegible] & poſt etiam Sardicenſi.

7. Paulus.

8. Prudentius, ſepultus eſt in Crypta S. Genouefæ: vt apparet ex eiuſdem hiſtoria Gallicè ſcripta: fit memoria eius, in vita S. Marcelli ſucceſſoris, die 1. Nouemb.

9. S. Marcellus: obiit an. Dom. 436. Vitam eius à Fortunato Epiſcopo deſcriptam habes *tom. 6. Surij de ſanctis die 1. Nouemb.*

10. Viuianus.

11. Fœlix.

12. Flauianus, ſedebat circiter hunc an. quo S. Germanus Antiſſiodorenſis Epiſcopus, Britanniam petens, Nanmethodoro vico Pariſino hoſpitatus eſt, S. Genouefæ natali ſolo

13. Vrſicinus.

B 14. Apedinius, ſedebat circa an. 450.

15. Eraclius, interfuit Concilio Aurelianenſi primo.

16. Probatus.

17. Amelius. Hic Concilio Aurelianenſi 2. & 3. ſubſcripſit, vt videre eſt *tom. Conciliorum*: Et ſecundum quidem celebratum eſt ſub Vigilio Pp. an. 22. Childeberti Regis, tertium ſub eodem Pp. an. 26. dicti Regis.

18. Libanus. Hic teſte *Demochare*, Miſſam celebrans, Annæ vxori Ebroini, facie coruſcante diuinitùs apparuit.

19. S. Germanus Æduenſi, ſeu Auguſtodunenſi oriundus, primò Abbas S. Symphoriani in vrbe Eduenſi, deinde S. Germani à Pratis Pariſiis, quæ Abbatia antea S. Vincentij olim dicebatur, & poſtea ab eodem Germano Abbate nomen accepit, tandem Epiſcop. Pariſienſis. Interfuit Concilio Turonico 2. an. 577. Senio confectus Hieruſalem profectus, inde reuerſus, vita functus eſt, an. Chr. 578. die 5. Kal. Iunij, quæ incidit in 28. Maij *Gregor. Turon. Hiſtor. Franc. lib.* 4. *c.* 51. *lib.* 8. *c.* 3. de miraculis poſt mortem eiuſdem S. Germani, *& de gloria Confeſſorum.* Capitib. 90. & 92.

C 20. Rhagnemodus: eius meminit *Gregorius Turon. lib. 5. hiſt. c.* 14. interfuit Concilio Matiſconenſi 2. tempore Chilperici Regis, & obiit an. 595.

21. Euſebius de eo *Gregor. Turonenſ. lib. 10. hiſt. Franc. c.* 26. Euſeb. quidam negotiator, genere Syrus, datis multis muneribus Rhagnemodi in locum ſubrogatus eſt.

22. Faramundus

23. Saphoratus, aliàs, Saphoracus: ſubſcripſit Concil. Aurelianenſi 5. an. Dom. 552. & Vigilij Papæ 13. celebrato. Hic in Concilio Pariſienſi 2. ob crimen admiſſum, & confeſſum depoſitus fuit, & in Monaſterium ad vitam detentus ſub Pelagio Pp. I. & Childeberto 1. Rege Francorum: *Vide tom. 2. Conciliorum Coloniæ, an.* 1606. *impreſſorum.*

24. Simplicius.

25. S. Cerannus, claruit tempore Dagoberti 2. Francorum Regis an. ſal. 717. *Ex additionib. Io. Molani ad martyrologium Vſuardi.*

26. Leutheritus.

27. Autbertus, aliàs Audobertus. Hic fuit tempore Clodo-

D uei 2. filij Dagoberti Regis: fitque de eo ſæpiſſimè mentio in vita *S. Baboleni Abbatis.*

28. S. Landericus, an. 15. Coldouei 2. filij Dagoberti, ætat Chriſti 660 ☞ *Vide Molanum ſuprà.*

29. Robertus, *Tomo 7. Surij, die 27. Ioan. c. 2.* vitæ S. Bathildis, appellatur Chrodobertus: fuitque contemporaneus eius S. Audeonus Rothomagenſis Archiepiſcopus, regnante Clotario 3. Clodouei 2. filio, *Tom. 6. Surij de Sanctis die prima Decembris.*

30. Sigtobandus.

31. Importunus.

32. Agelbertus, alias Agilbertus. Monachus Ordin. ſancti Bened. de quo loqui videtur *Venerabilis Beda lib. 3. Hiſt. Anglæ.* 7 Electus fuit an. Dom. 661. ſecundum *Tritem. lib. 4. viris illuſtribus. Ordinis ſancti Benedicti. c.* 142.

33. Sigofridus.

34. Turnaldus.

35. Adolphus.

36. Bernecharius.

37. Hugo I. Huius geſta ſcri[illegible] ex [illegible] Pariſienſis Eccleſiæ, an. 722. factus eſt Archiepiſ[illegible] [illegible]is.

38. M[illegible]

39. [illegible]

40. R[illegible]

41. D[illegible]ndus

42. En[illegible]radus I. Sedebat an. 822. perdurauitque vſque ad an. 830.

43. Ermanfredus.

44. Ynchadus. Hic dicitur lumen oculorum perdidiſſe præ nimia ſenectute, & an. 839. obiiſſe, qui fuit vltimus Ludouici Pij Imp.

45. Erkanradus 2. an. 845. nam interfuit electioni Hincmari Epiſcopi Rhemenſis hoc an. factæ, vt ſcribit *Flodoard. lib. 3. Hiſt. Eccleſiæ Rhemenſis c. 1. pag.* 98. Adfuit etiam Concilio Aquenſi

46. Æneas. De eius electione agit *Lup. Ferrarienſ. Epiſt.* 98. Hic corpus S. Mauri è Glanna folio ad Foſſatenſem locum an. 868. allatum ſuſcepit, propriiſque humeris vſque ad præcipuum altare tulit.

47. Angelinus

48. Gozlinus. Epiſcopatum adeptus an. 885. Obiit *teſte Reginone lib 2. Chron. an. Dominicæ Incarnationis* 887. inter ipſas Pariſiacæ obſidionis preſſuras.

49. Anchericus, aliàs Anſchericus, Monachus S. Germani *lib. 2. Bellor. Pariſiacæ vrbis*, quibus ipſe interfuit. *Regino lib. 2. Chronic. ſub an. Dom.* 887. *legit Haſchiricus*

50. Theodolphus, claruit tempore Caroli Simplicis Francorum Regis an. 911. vt notat *Demochares*

51. Fulradus: Præſidebat an. 922.

52. Adelelinus, ſedit an. 16. Obiit 977. fuit filius Balduin. Calui Flandriæ Comitis.

53. Galterus.

54. Albericus.

55. Conſtantius.

56. Garinus.

57. Lyſiardus, ſiue vt alij Elyſiardus de eo *Iuo Carnotenſis Epiſt.* 58.

58. Raynaldus, Melius Reginaldus, an. Dom. 988. erat duntaxat Cancellarius Franciæ, ſed non multò poſt, Epiſcopatum eſt adeptus. G

59. Albertus, alio nomine dictus Aſcelinus. Obiit an. 1020. 9. Kal. Septemb.

60. Franco, prius Decan. Pariſienſis Eccleſiæ, obiit 8. Kal. Auguſti

61. Ymbertus, an. Dom. 1030.

62. Gaufredus, ex Cancellario Franciæ renunciatus Epiſcop.

63. Guillelmus I. electus fuit an. Dom. 1097.

64. Fulco I. Ex Decano Eccleſiæ Pariſienſis, factus eſt eiuſdem Epiſcop.

65. Galo. Prius fuit Abb. S. Quintini Beluacenſis. Obiit 7. Kal. Martij, ordinatus fuit Epiſcopus Pariſienſis anno Domini 1105

66. Gilbertus.

Poſt hunc Epiſcopum fortè in Epiſcopatu ſucceſſit Guillelmus 2. Vmberti Comitis Maurienna filius & Adela Reginæ Francorum Ludouici Craſſi vxoris frater qui obiit an. 1130. H *Vide Iuonem Carnot. Epiſc.*

☞ 67. Stephanus, Philippi I. Francorum Regis Cancellarius an. 1107. ſed & Ludouici Groſſi, cuius impulſu Canonici à Rege, Eccleſiæ Pariſienſis immunitatem & iuriſdictionem intra clauſtra impetrarunt, obiit an. 1140. 4. Kal. Auguſti.

68. Theobaldus, Monach. Cluniacenſis, præeſſe cœpit Eccleſiæ Pariſienſi. an. 1143.

69. Petrus Lombardus, Epiſc. Pariſ. Poſſeſſionem adeptus eſt an. Do. 1159. ex ceſſione Philippi Eccleſiæ eiuſdem Archidiac. Regis Ludouici 7. fratris. Inter Theologos huius temporis primus, ex ſelectis Otthodoxorum Patrum, ac præſertim D. Auguſtini ſententiis compendioſum Theologiæ opus contexuit, quod Sententiarum libros vocant. Vnde & ipſe Magiſt. Sentent. appellatus Obiit 13. Kal. Auguſti an. 1164.

70. Mauritius de Soliaco, parentib. ita & pauperib. & indigenis natus, vt coactus fuerit mendicare. Sic tamen Eleemoſynis viuendo operam ſtudiis nauauit, vt inter Theologos Pariſien

d

1\. [illegible]
Sol [illegible] B [illegible] fratre ſuo Henrico, Bituricenſi [illegible] pus Pariſienſis, ſui conſan[illegible] H [illegible] gliæ: indeque Francorum Reg[illegible] a g oetis propinquiote contigit. *Petrus Bleſenſis Epiſt.126.*

Inter alia illius elogia, illud Epitaphio inſeritur:

Præſulis huius erat quod habent hæ tempora raro,
Mens pura, manus munda, pudica caro.

72\. Petrus Camb. 2. Epiſcopatum, in Saracenos proficiſcens, reliquit an. Domini 1217. & triennio poſt anno ſcilicet 1220. obiit.

B 73. Guillelmus de Caſtro, Silligiaco. Altiſſiodorenſis Epiſc. editus an. 13. deinde Epiſc. Pariſienſis, iuſſu Honorij 3. Pp. æ n. 1230. ad Epiſcopatum Pariſienſem tranſmigrauit vti ſcripſit *Robertus Altiſſiodorenſis Monach. in ſuo Chronico.* Fuit libertatis Eccleſiæ mirabilis defenſor. Obiit vt refert *F. Petrus Ruereau Cæleſtinus Cenomenſis* an. Dom. 1221. *Demochares in l. de ſacrificio Miſſæ,* ſcripſit eũ obiiſſe an. Dom. 1223.

74\. Bartholomæus, obiit an. Dom. 12 [illegible] c Cartulario Foſſatenſi. Et vacabat ſedes adhuc menſe Septembri.

75\. Guillelmus 3. fuit primus Aruernenſis Epiſcopus, rigidus, multorum librorum ſcriptor. Obiit Calend. April. an. Dom. 1148. feria 3. poſt ramos Palmarum.

76\. Galterus 2. de Caſtro Terrici (forſan Theodorici) vulgò Chaſteau-Thierry.

77\. Reginaldus de Corbolio, Frater Petri Senonenſis Archiepiſcopi. Huius animam cœlos aſcendiſſe, Odo Baiocenſis Epiſc. vidit. Obiit an. 1258. 8. Idus Iunij.

78\. Stephanus 2. dictus Tempier, præeſſe cœpit an. Dom. 1258. & obiit an. 1279.

79\. Raulpus, alias Ranulphus, Normannus ſ[illegible] audum Democharem. Obiit an. Dom. 788.

C 80. Simon Matiphas de Bucy. Antea Sueſſionenſis Epiſcopus. Obiit an. Dom. 1304. 4 Kal. Iunij.

81\. Gulielmus 4 dictus Bauſeti de Aurelliaco, in Aruernia oriundus. Obiit an. Dom. 1320.

82\. Stephanus 3. de Borreto eodem an. inſtitutus, obiit an. 1326.

83\. Hugo 2. de Biſoncio (de Beſançon) via Spiritus S. electus eſt Epiſc. an. Dom. 1326. obiit 29. Iulij 1332.

84\. Guillelmus 5. de Chanaco dictus, ex Archidiacono Maiori Eccleſiæ Pariſienſis creatur a Ioanne 22. Pp. Epiſc. Pariſienſis an. Dom. 1332. Die 18. Auguſti. Collegium Michaelis alias de Chanaco & de Pampadour fundauit, quod quidem Guillelmus de Chanaco Cardinalis & Epiſcopus Miniatenſis redditibus auxit. At an. 342. Patriarcha Alexandrinus factus, Fulconi Nepoti ſuo, Pariſienſem Epiſcopatum reſignauit. Mortuus 3. Maij 1348.

85\. Fulgo de Chanaco, ex reſignatione auunculi Guillelmi à Pp. Clemente 6. Epiſcopus Pariſienſis factus anno 1342.

86\. Audonius, alias Audoinus, præeſſe cœpit an. 1349. ſub
D Clemente 6. fit Epiſcopus Altiſſiodorenſis an. 1350. vt notat *Demochares.*

87\. Petrus 3. de la Foreſt, priùs Tornacenſis Epiſc. cœpit præeſſe 1350. Cardinalis Galliæ Cancellarius & Archiepiſc. Rothomagenſis, obiit an. 1353.

88\. Ioannes 1. de Meulant, prius Nouiomenſis Epiſc. poſſeſſionem adeptus eſt an. 1350. Obiit an. 1363.

89\. Stephanus 4. de Parij. Poſſeſſionem adeptus eſt an. 1363. ſub Vrbano 5. Obiit 1373. 16. Kal. Nouemb.

90\. Aymericus de Magnaco (de Maignach) Cardinal. tt. S. Euſebij factus an. 1383. à Clemente 7. obiit Auenioni anno 1385. 22. Kal Apr.

91\. Petrus 4. d'Orgemont, Pariſienſis, prius Epiſc. Morinenſis, tandem Pariſ. obiit an. 1409.

92\. Gerardus 1. de Montecuto, Pariſ. Epiſcop. prius Pictauienſis.

93\. Ioannes 2. Breuiſcope, alias Breuis coxæ S. Theo. D. Receptus fuit Epiſc. Pariſ. 1421. poſtea fit Ep. Gebennenſ. 1422. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.*

[illegible] S. [illegible]

[illegible] e fuit etiam Patriarcha Antiochenus, quem conſecrarunt Laudunenſis, Nouiomenſis, & Albigenſis Epiſcopi. Natus Meldis obiit Tholoſanus Archiepiſcop. 1447. 15. Sept.

98\. Guillelmus 6. Chartier, prius Epiſc. Baiocenſis, conſecratus an. Dom. 1447. obiit autem an. 1482.

99\. Ludouicus de Beaumont, Epiſcopatum Pariſienſem per obitum Guillelmi Chartier vacantem, abſens nec expetens à Ludouico XI. Francorum Rege (cuius erat Conſiliarius) habuit, eumque piè & laudabiliter an. 20. rexit, moriens die 4. Iulij, anni 1492.

100\. 2. Gerardus Goballe, prius Epiſc. Sueſſionenſis: Obiit an. Dom. 1494.

101\. Ioannes 5. cognominatus Simon, Pariſienſis. Obiit an. Dom. 1502. F

102\. Stephanus 5. de Ponchet. Turonenſis, poſtea Archiepiſc. Senonenſis, ſigilli magni Regis cuſtos ſiue Procancellarius ad an. 1514. at an. 1519. Archiepiſc. Senonenſis electus eſt, vltima menſis Iulij, obiit an. 1524.

103\. Franciſcus de Ponchet Turonenſis, Stephani nepos, obiit Vicennis.

104\. Ioannes 6. du Bellay. S.R.E. Card. Presbyt. tit. S. Ceciliæ, poſt S. Adriani, deinde S. Chryſogoni, à Paulo 3. an. 1535. & a Iulio 3. tit. S. Chryſogoni Romæ mortuus an. 1533.

105\. Euſtachius du Bellay, in Epiſcopum Pariſienſem vnctus eſt. an 1551.

106\. Guillelmus 7. Violle. Ex Conſiliario Parlamenti Pariſienſis eiuſdem vrbis Antiſtes factus eſt. Nondum integris duobus menſibus, totidemque annis expletis, animam in tuo Epiſcopo egit, die Martis 4. Maij, an. 1567.

107\. Petrus de Gondy, prius Epiſcopus Lingonenſis, poſtea Epiſc. Pariſienſis 19. Martij 1570. Card. Presbyter tit. S. Trinitatis in Monte Pincio, Prior Cardinalium Presbyterorum Florentin. creatus à Sixto 5. 18. Decemb. 1587. Obiit 7. die Martij, an. 1616. Lutetiæ, octogenario maior. G

108\. Henricus de Gondy, per reſignationem patrui ſui Petri de Gondy factus eſt Epiſc. anno Dom. 1598 à Paulo V. Pontifice S.R.E. Card. creatur, de Retx nuncupatus, Regis Ludouici XIII. beneficio, qui propria manu in Eccleſia Cathedrali die Dominica 19. Maij. 1618. Cardinalitia inſignia ei tradidit, anno ſequenti prid. Kalend. Ian. ab eodem Rege allectus eſt in ordinem S. Spiritus, cum quatuor aliis Antiſtibus. Obiit 1622. 3. Auguſti.

109\. Ioannes Franciſcus de Gondy, Henrici frater ex Decano, & Abbate S. Albini primus ſedis huius Archipræſul factus à Gregorio XV. inſtante Ludouico XIII. Franciæ Rege 1622. attributis ei Suffraganeis tribus, Carnotenſi, Aurelianenſi, & Meldenſi antiquæ Senonum Metropoli detractis. Conſecratusque 1623. 19. Feb. Pariſiis.

SERIES.
ARCHIEPISCOPORVM REMENSIVM.

H

Ciuitas Remenſis eſt antiquiſſima & celeberrima, Durocorum vulgò dicta ab Æthico in ſuo Itinerario, & Flodoardo in Hiſtoria Eccleſiæ Remenſis. Strabo illam ditiſſimarum & feraciſſimarum Galliarum Metropolim teſtatur. Huius vrbis fundamenta an. mundi 215. à Rhemo 13. Celtarum Rege iacta fuere, quibus temporibus Priamus Troiæ regnabat. Tempore verò Apoſtolorum eam S. Sixtus S. Petri diſcipulus ad fidem conuertit. Archiepiſcopalis ſedes eſt in qua Galliæ Reges ſacro oleo ſeu Ampulla vnguntur & conſecrantur. Eccleſia Cathedralis B. Mariæ Virgini dicata. Archiepiſcopus verò eſt Dux & primus Par Franciæ. In hac S. Nicaſius Rhemenſis Archiepiſcopus an. 454. ſemin confectus, vnà cum ſorore Eutropia, nec non multis aliis fidelibus, ab Hunnis trucidatus fuit. Georgius Coluenerius S. Theol. D. & Profeſſor, in Academia Duacenſi nuper vulgauit Hiſtoriam Remenſis Eccleſiæ per Flodoardum Presbyterum, & Catalogum Archiepiſcoporum ibidem.

1. S. [illegible] rus, [illegible]
A R[illegible] gatus an. [illegible]
[illegible] tus Kal. [illegible]

2. S. S[illegible], etiam R[illegible] eodem Apoſtolo o[illegible]d natu[illegible] ſun[illegible] autem S. S[illegible], E[illegible] [illegible] occubuit Kal. Se[illegible] an. [illegible]

3. S. Amanſius, [illegible] ordinatur Archiep. an. 68. annis 21. & obijt 4. Nouembris an. 89.

4. Betauſius, Græcus, S. Euſebij Pp. nepos ordinatus Archiep. à Miltiade P. an. 312. ſedit ann. 14. Obijt an. 327. die 1c. F-br.

5 Aper s. ſeu Aſ-t, ſedit an. 25. obijt Remis an. 330.

Dioſcolius, hunc Demochares inſeruit ex Synodo Agrippinenſi, nam omittitur à Flodoardo, & in antiquis Catalogis

6. S. Maternianus, huius corpus à Ludouico Rege in Alemanniam tranſlatum eſt.

7. S. Donatianus, ſedit an. 29. Obijt an. 399. 14. Octob quo die feſto duplici eum celebrat Eccleſia Cameracenſis
B Eius corpus a! Brugas in Flandria tranſlatum eſt.

8. S. Viuentius, hic Braquis ſuper Moſam requieſcit.

9. S. Seuerus, obiit 15. Ian.

10. S. Nicaſius Martyr. Hic ædificauit Eccleſiam B. Mariæ, eamque fecit Cathedralem, quam & ſanguine ſuo conſecrauit. Martyrium paſſus eſt die 14. Decemb. an. 407.

11. Baruch, antea Præpoſitus Eccleſiæ Remenſis, ſepultus iacet in Eccleſia Cathedrali.

12. Barucius, Frater prædeceſſoris Cognominis, ſedit an. vno, moritur Romæ apud S. Leonem Pp. an. 459.

13. Barnabas, ordinatur Romæ, & à S. Leone accepit pallium an. 460. quo etiam obiit in Synodo Venetica.

14. Bennadius, ſeu Bennagius, an. 462. Germanus S. Hilarij Arelatenſis Epiſc. ſedit an. 8. Obiit 469.

15. S. Remigius, Francor. Apoſt. nominatus, an. 22. natus electus eſt an. 471. Clodouæum Regem ad fidem conuerſum baptizauit, ſedit an. 74. migrat in cœlum 13. Ian anno 544. ætatis ſuæ 96. De eo Hincmarus eius ſucceſſor ſcripſit, vt &
C Sidonius Apollinaris *lib. Epiſt. 7. Gregor. Turon. lib. 2. hiſtor. cap. 31. & de gloria Confeſſ. cap. 79.*

16. Romanus, Monachus Iurenſis & primus Abb. Cœnobij Mentuniacenſis in Diœceſi Trecenſi, creatur Archiep. an. 545. ſedit an. 18. moritur an. 563.

17. Flauius, Aruernenſi Concil. ſubſcripſit, celebrato 9. Id Nouemb. ſub Honorato Archiep. Bituric. an. 545.

18. Mapinius, ſeu Mapihus, ſedit an. 7. obiit 572.

19 Ægidius, Rhemorum Archiepiſc. præcipuum in Auſtraſiæ Regno locum gratiæ & auctoritatis conſecutus eſt, iis virtutibus, & ingenij ornamentis, quæ magnoperè celebrat *Fortunat. lib. 3. c. 20.* Verum deditus huius vitæ bonis, apud Reges pro gratia collegit inuidiam, apud populum gratiam collectam effudit. Igitur de multis accuſatus, & tandem ad eum condemnandum acceſſitis Epiſcopis, Argentoratum, in exilium relegatus eſt. *Gregor. lib. 10. cap 19.*

2. Romulphus, filius Lupi Ducis Aquitaniæ vlterioris an. 597. hic permulta bona contulit Eccleſiæ Rem, ſedit an. 3. obiit 599.

D 21. S. Sonnachius, Archidiac. Remenſis, Archiep. creatur an. 600. Synodum celebrauit cum 40. vel eò amplius Galliarum Epiſc. Mortuus eſt in magna ſenectute die 20. Octob.

22. Leudegiſelus.

23. Engilbertus, alias Angelbertus, ſeu Angelbertus, ordinatus an. 649. Pallium accepit à S. Martino Pp. ſedit an. 3. moritur an. 651.

24. Lando ordinatur an 651. huius Pontificis hortatu S. Sigebertus R. Auſtraſiæ 12. ſtruxit Monaſterium ordinis S. Benedicti, ſedit an. 4. obiit 14. Martij, an. 655.

25. S. Niuardus Monaſterium Altumuillare condidit vbi quieſcit, *Vincent. in ſpeculo lib. 23. cap. 15.*

26. S. Reolus, ſeu Regulus, Orbacenſe Monaſterium fundauit: in quo ſitus, eſt in fundo quem Theodoricus Rex ipſi donarat.

27. S. Rigobertus, Comes, ex Mon. Benedictino creatus Archiep. an. 696. Sacrauit Dagobertum 2. Chilperic. 2. & Theodoricum 2. Reges, & Carolum Martellum de ſacro fonte ſuſcepit, à quo tamen poſtea, de ſede eſt eiectus, & in eius

[illegible] s il-
[illegible] fecit M[illegible] Eccleſia
[illegible] b. an. [illegible].

[illegible] n [illegible] henis habuit an 813. & aliam Nou[illegible] multa obtinuit Eccleſiæ Rhemenſi beneficia ab Imp. Ludouico Pio, cui erat Cancellarius, ſedit an. 10. Obiit 5. Iunij 822.

30. Ebo ſeu Ebbo, anno 855. ex conceſſione Paſchalis Pp. ad Danorum conuerſionem profectus eſt, eique Halitgarius Cameracenſis Epiſc. adiunctus eſt, in Synodo apud Theodonis villam an. 841. depoſitus, quia in Ludouicum Pium cum aliis conſpirauerat.

Fulco Abbas, & poſt eum Notbo, Remenſem Eccleſiam Ebbonis loco regunt.

31. Hincmarus, an. 845. electus, antea Monach. Carolum Caluum Regem conſecrauit, menſe Septembris 869. Duillet. F

32. Fulco. an. 881. Carolum Simplicem, à quo toti Regno Cancellarius & adminiſtrator præficitur, coronauit, ſcholas Remenſes reſtituit, vrbem muris cinxit, ſedit an. 17. 3. menſ. & 10. diebus, à VVinemaro, Balduini Comitis Fraude, cæſus eſt die 17. Iun. an. 901.

33. Herineus, an. 900. Caroli Simplicis Sum. Cancellar. Robertum Seniorem inunxit, ac triduo poſt obiit, an 922.

34. Seulfus, Archidiac. Eccleſiæ Remenſis Synodum habuit apud Troſleum, immunitatem clauſtri Canonicis dedit, veneno Heriberto Comitis extinctus eſt, an. 925.

35. Hugo à Veromandia, Heriberti Comitis filius quinquennis, electus in Archiepiſc. Remenſem, de quo ad eundem annum 925. *Vide Baron. tom. 10.*

36. Artoldus, ſeu Artaldus, Monach. S. Remigij. an. 931. huic Monetam & Comitatum Remenſem conceſſit Ludouicus Tranſmarinus, quem conſecrarat Lauduni 20. Maij, an. 936.

37. Odalricus, Hugonis Comitis filius Præpoſ. & Canonic. Eccleſiæ Rom Odalrici Epiſc. Aquenſis nepos ordinatus G eſt an 962. & 968. Vindeniſſam illam Canonicis dedit.

38. Adalbero, ſiue Albero, Godefredi Comitis filius, & frater Henrici Comitis Lutharienſis, an 971. Hic Synodum habuit menſe Maio. Moſomenſe Cœnobium, pro Canonicis ſubſtituendo Monachos, reformauit, & Hugonem Capetum in Regem Remis vnxit 987.

39. Arnulphus, Lotharij Regis naturalis filius, ab Hugone Capeto Rege deſtitutus, & in eius locum,

40. Gerbertus, Agilberti filius, Aquitanus, Philoſoph. Monach. Floriacenſis & Abb. Bobienſis contra Arnulphum electus an. 992. poſtea reiectus, & Rauennas Archiep. effectus, Rom. Pontifex 998, Syluester II. dictus.

41. Ebalus, ſeu Ebulo, ex laico electus, vir ſacris litteris eruditus, Bitiniacum villam dedit Canonicis, an. 1022. Remis Synodum celebrauit, an. 1029. in regem Francorum vnxit Henricum filium Roberti, ſedit an. 23. Obiit 1035.

42. VVido, ſeu Guido Barbet, ſedit an. 25. menſ. 2. obiit an. 1053. H

43. Geruaſius Barbet antea Cœnomanenſis Epiſcop. Philippum Regem Pariſiis ſacrauit an. 1059. *Tillerus.*

44. Manaſſes I. alias Manahen Marnus, ab Hugone Dienſi, Gregorij 7. Legato depoſitus in Synodo Lugdunenſi, anno 1080.

45. Rainoldus, ſeu Rainaldus Contractus, Gal. *Reitrè*, ordinatus an. 1080. obiit Atrebati 21. Ian. 1095. quo die obitum eius celebrat Atrebat. Eccleſia.

46. Manaſſes Dauſtay II. an. 1093. Exſtant ad eundem Iuonis Epiſtolæ 85. 102. 145. Adfuit Synodo Trecenſi habitæ, an 1104. 4. Non Apr. indict. 12.

47. Geruaſis de Lortain, Hugonis de Reteſt, Balduini Hieroſolymorum 3. Regis frater, abdicauit an. 1114.

48. Radulphus, ſeu Rodulphus Viridis, Gal. *le Vert.* anno 1114. ſub eo celebratum eſt Concil. Remenſe, à Calixto 2. Pp. menſe Octob. 1119. in quo inter cætera, errores Gilberti Porretani damnati ſunt, obiit 1124.

49. Rainaldus, Deſprets, ex Andegauenſi Epiſcop. fit Arch.

[illegible]

... Ma-
... [illegible] culat
... [illegible] larum.

genius [illegible] P. [illegible] 148. 11. [illegible] bert Porretam & [illegible] quendam [illegible] Sedit an. 22. Obiit 11. Auguſti 1160.

51. Henricus Magnus, filius Philippi Regis, & Ludouici 7. frater, Relig. Ord. Ciſtercienſis, Epiſc. antea Bellouacenſis, an. 1161. tandem Archiepiſc. Remenſis an. 1193. Ad hunc ſcribit *Alexander 3. Ppa xt. de Appellationib. c. 2. 5. 6. & 7. De decimis c. 14. Qui Clerici vel vouentes c. 1. de Hæreticis c. 7.*

52. Guillelmus ad Abbas Manus, Philippi Auguſti Regis ex ſorore auunculus, qui eum conſecrauit in Regem Archiepiſc. Remenſis die omnium Sanctorum an. 1179. renonciatus eſt, *Tilleto teſte*, antea Sononcuſis, Tit. S. Sabinæ Card. & Legat. Obiit an. 1202.

53. VVido a Pare Card. Epiſc. Præneſtinus, Legat. olim
B Abbas Ciſtercienſis: obiit Gandam an. 1206.

54. Albericus de Humbert. Eccleſiam Cathedralem incendio deformatam miro ſcemate ædificare cœpit: Hieroſolymis rediens, Papiæ in Italia obiit.

55. Guillelmus 2. de Ianuilla, an. 1220. Epiſc. antea Lingonenſis, hic an. 1223. 6. Id. Auguſti Remis ſacrauit Ludouicum patrem S. Ludouici cum vxore ſua Blancha: Ad hunc etiam ſcribit *Honorius 3. Papa ext. de filiis Presb.* c. 7. ſedit an. 8. obiit die 6. Nouemb. 1226.

56. Henricus 2. de Brenna, an. 1227.

57. Yuellus de Sanct Martin, ex Archiepiſc. Turonenſi an. 1244. ab bellum factum poſt Concilium Lugdunenſe profectus eſt.: ſedit an. 14. obiit Damiatæ 1249.

58. Thomas de Baumets. Latine de Bellomanſo, vel Bellomeſo, an. 1250. ſedit an. 12. obiit an. 1261. 17. Febr.

59. Ioannes de Courtenay, obiit an. 1271. die 20. Auguſti, ſedit an. 8.

60. Petrus Barbet, obiit an. 1300. Remis ſepultus eſt.

61. Robertus de Gourtenay, an. 1302. Remis an. 1320. 9.
C Kal. Martij conſecrauit in Regem Carolum Pulchrum, obiit an. 1325. præfuerat Synodo Compendij habitæ, Prouinciæ Remenſis an. 1303.

62. Guillelmus 3. de Tria; Philippi Valeſij Regis, quem coronauit auunculus, antea Epiſc. Baiocenſis, obiit an. 1334.

63. Ioannes 2. de Viena Epiſc. antea Morinenſis, obiit an. 1351.

64. Hugo de Arceis, Monac. Floriacenſis, antea Lugdunenſis Epiſc. fit Archiep. Rem. an. 1350. ſedit an. 2. obiit 1352.

65. Humbertus, Primus Delphinus Viennæ, deinde relicto principatu (quem Regi Philippo Valeſio dedit ea lege, vt deinceps primogenitus Regis Francorum qui in regno ſucceſſurus erat, Delphinus diceretur, & eundem principatum obtineret) extitit Religioſus Ord. Prædicator. & Prior Conuentus Parienſis, ac demum Patriarcha Alexandrin. Obiit Lucetiæ an. 1345. 22. Maij.

66. Ioannas 3. de Craon, antea Epiſc Cenomanenſis, obiit Pariſiis anno 1374. vel ſecundum alios 1378. menſe Martio.

67. Ludouicus Theſart, alias Chetart, prius Epiſc. Baiocen-
D ſis, electus Archiep. an. 1374. obiit an. 1375.

68. Richardus de Picque, alias l'Agache, Burgondus, prius Epiſc. Biſontini, ordinatus Archiep. 1377. obiit 1389.

69. Federicus Caſſinel, obiit an. 1390.

70. Guido 3. de Roya. Epiſcopus antea Virdunenſis, Collegium Remenſe Pariſiis fundauit., Archiepiſc. Senonenſis poſtea factus.

71. Simon de Cramado, primo Epiſcopus Pictauienſis. Patriarcha Alexandrinus S. Laurentij in Lucioia Presb. Card. à Ioan. Pp. 22. an 1413. obiit an. 1429.

72. Petrus Trouſſeau 1. Bituricus, prius Epiſc. Pictauienſ. in Capella ab eo fundata in Eccleſia Bituricenſi ſepultus eſt 20. Decemb. 1430.

73. Reginaldus 3. de Carnoto (de Chartres) Caroli 7. Regis Cancellarius, Tit. S. Stephani Card. obiit 1446.

74. Iacobus Iuuenalis de Vrſinis, obiit an. 1448.

75. Ioannes Iuuenalis des Vrſins, primum Epiſc. Beluacenſis & Laoducenſis, tandem ab anno 1444. ad an. 1473.

[illegible] Guillelmus [illegible] Briçonnetus, ao. 1497. Archiepiſc. Remenſis, Abb. S. Germani à Pratis 1504. & ab Alexandro 6. Presb. Card. Tit. S. Pudentiæ creatus 1495. Regem Ludouicum 12. vnxit Remis 24. Maij an. 1498. At poſtquam ſediſſet an. 10. Archiep factus eſt an. 1507. tandem à Iulio 2 Pp. Epiſc. Card. Albanus. poſt Tuſculanus, deinde Præneſtinus creatus fuit, obiit Narbonæ an. 1514.

79. Carolus de Correcto, Card. an. 1507. obiit Romæ.

80. Robertus 2. de Lenoncourt, Vnxit in Regem Franciſcum de Valios, obiit 25. Septemb. 1533.

81. Ioannes 5. à Lotharingia, Renati Ducis Lotharingiæ filius, prius Narbonenſis Archiepiſc. poſtea Remenſis, & Abbas totius Ord. Cluniacenſis, & Card. Diacon. S. Onuphrij, obiit 7. Id. Maij 1550. F

82. Carolus 2. à Lotharingia. Card. filius Claudij Ducis Guiſiæ, S.R.E. Card. Tit. S. Cæciliæ & Abbas Cluniacenſis adfuit Concilio Tridentino & Colloquio Poiſſiaco de religione habito 1561. mortuus Auenione 10. Decemb. 1574.

83. Ludouicus 2. à Lotharingia, S.R.E. Presb. Card. Tit. S Thomæ, Card. à Guyſia nuncupatus: Bleſis interfectus menſe Decemb. 1587.

84. Philippus de Lenoncourt, S.R.E. Card. an. 1592.

85. Nicolaus de Pelleué, Cardin. ab ann. 1563. Archiepiſc. Senonenſis, tandem Archiepiſcopus Remenſis, obiit anno 1594.

86. Philippus du Bec antea Epiſcopus Nannetenſis. obiit an. 1605.

87. Ludouicus à Lotharingia Henrici Ducis Guyſiæ filius S.R.E. Card. à Guyſia dictus, obiit an. 1621. Iunij.

88. Gabriel à S. Maria de Giffard, Ord. Benedictini, Anglus, ſed cuius maiores olim a Gallia orinodi, Theologos inſignis, prædeceſſoris ſui ſuffraganeus. G

SERIES
ARCHIEPISCOPORVM
Et Patriarcharum Bituricenſium,
Aquitaniæ Primatum.

Num. Archi.	*Anno Chriſ.*		*Anno Pont.*	*Anno obiit.*
1	235	S. Vrſinus.	28	252
2	280	S. Senecianus	16	296
3	296	S. Ethetius.	14	310
4	307	Tecretus.	23	330
5	310	S. Marcellus.	7	337
6	337	Viator.	18	355
7	354	Leotherius.	9	363
8	363	Pauper.	14	377
9	377	S. Paladius I.	7	384
10	384	Vilicius.	18	402
11	412	Auitus.	19	431
12	431	S. Leo.	21	448
13	448	S. Paladius II.	13	461
14	461	Eulodius.	9	470
15	470	S. Simplicius.	7	477
16	477	S. Thetradius.	19	489
17	496	Rotterius.	12	508
18	508	S agnus.	20	528
19	527	Humatos.	6	533
20	531	S. Honoratus I.	6	537
21	537	S. Honoratus II.	3	540
22	540	S. Archadius.	5	545
23	545	S. Deſideratus.	9	554
24	554	S. Probianus.	8	562
25	562	S. Fœlix.	14	576
26	576	S. Remigius.	12	588
27	588	S. Sulpicius Seuerus.	7	600
28	596	Euſtachius.	12	618
29	607	S. Apollinaris.	9	616
30	615	S. Auſtreſilus,	12	627
31	628	S. Sulpicius Pius.	13	641

H

	Num. Arch.	Anno Chriſ.		Anno Pont.	Anno Chriſt.
A	32	641	V[illegible]us, [illegible]	41	[illegible]
	33	661	Ado, [illegible]	[illegible]	[illegible]
	34	682	Agolenus, [illegible]	12	[illegible]
	35	696	Roc[illegible]	7	[illegible]
	36	730	Siginus.	14	[illegible]
	37	760	Landoatius.	4	[illegible]
	38	764	Deodatus.	9	775
	39	775	Segolenus.	5	778
	40	778	S. Dauid.	30	808
	41	808	Beolamnus,	12	820
	42	820	Ermenarius.	7	827
	43	827	S.Stephanus.	8	835
	44	835	Ermembertus.	5	840
	45	840	Ebroinus.	t. men.	840
	46	840	S.Aigulphus, alias Anilſus.	1	842
	47	842	S.Radulphus.	25	867
	48	867	S. VVlfadus.	9	876
B	49	876	Frotarius.	3	879
	50	879	Adacius.	19	898
	51	898	Madabertus.	3	903
	52	903	Gernutius, alias Geruncus.	40	943
	53	943	Launo.	7	950
	54	950	Richardus :	9	959
	55	959	Hugo.	25	984
	56	987	S. Dagobertus.	25	1013
	57	1013	Gazlinus, alias VVazlenus.	17	1030
	58	1030	Aymo de Borbonio.	41	1071
	59	1071	Richardus II.	21	1 [illegible] 9
	60	1093	Aldebertus.	4	1098
	61	1098	Leodegarius.	22	1120
	62	1120	VVlgrinus.	15	1136
	63	1136	Albericus.	2	1138
	64	1141	Petrus à Caſtro.	30	1171
	65	1171	Stephanus II.	2	1173
	66	1174	Guarinus de Giratdo.	3	1181
C	67	1183	Henricus de Soliaco.	17	1200
	68	1200	S. Guillelmus.	10	1209
	69	1209	Gerardus, ſiue Girardus.	7	1218
	70	1219	Simo de Soliaco.	14	1237
	71	1236	S. Philippus de Berruiet.	24	1263
	72	1261	Ioannes de Soliaco.	11	1275
	73	1276	Guido de Soliaco.	4	1280
	74	1282	Simon de Belloloco.	14	1296
	75	1296	Ægidius de Roma.	19	1316
	76	1316	Reginaldus de Poma.	4	1320
	77	1320	Guillelmus de Brueia.	10	1330
	78	1330	Fulcaudus de Rupe Cauardi.	12	1343
	79	1343	S. Rogerius.	24	1368
	80	1368	Petrus de Stagno.	2	1370
	81	1370	Petrus de Croſſo.	4	1374
	82	1374	Bertrandus de Chanaco.	12	1386
	83	1386	Ioannes de Rupe-Cauardi.	5	1391
	84	1391	Petrus Aymericus.	9	1400
D	85	1400	Guillermus Boiſraterius.	12	1421
	86	1421	Henricus d'Auaugourdus.	25	1446
	87	1446	Ioannes Cordis.	26	1483
	88	1483	Petrus Cadouetus,	10	1492
	89	1492	Guillelmus Cambrayus.	13	1505
	90	1505	Michaël de Buciaco.	6	1515
	91	1514	Andreas Formæus.	1	15.5
	92	1515	Antonius B[illegible]erius.	4	1519
	93	1519	Franciſcus Buellius.	4	1525
	94	1525	Franciſcus à Turnone.	12	1537
	95	1537	Iacobus Regius,	35	1572
	96	1572	Antonius Vialardus,	4	1576
	97	1581	Reginaldus de Beaune.	16	1602
	98	1604	Andreas Fremiot.		

SERIE[illegible]
ARCHIEPISCOPORVM [illegible]
[illegible]
E[illegible]

[illegible] Garumnæ flumine, per [illegible] acceſſus & receſſus per leucas plus [illegible] eſt in *Itinerario Antonini* Vniuerſitas anti[illegible] ipſam erexit & reſtituit Rex Carolus 7. ad inſtar T[illegible] omnium ſcientiarum; quam Eugenius 4. Pp. Bulla data 7. Idus Maij 1430. confirmauit. Celebre, & frequens Emporium. Patria Auſonij viri Conſularis, qui in huius laudem hos cecinit verſus.

Burdigala eſt natale ſolum, Clementia cœli
Mitis, vbi & rigua larga indulgentia terræ,
Ver longum brumæque breues, iuga frondea ſubſunt.

S. Gilbertus, an. 71. circa principatum Veſpaſiani Imperatoris.

....

Orientalis, Concilio Arelatenſi 2. interfuit ſub Syluestro Pp. cui ſubſcripſit, elect. Epiſcopus circa an. 326.

Auſonius, in Concilio Treuerenſi. *De eo Gualterius in tab. Chronol. ſeculo 5.* F

....

S. Delphinus, an. 386. is Priſcillianum hæreticum & ſectatores Burdigala expulſit, Paulinum Epiſcopum de Nola in Italia ſacro lauacro regenerauit. Intereſt 381. Concilio Cæſaraugustano.

S. Amandus, 389. ad eum Paulinus Presbyter multas Epiſtolas ſcripſit: de eoque *Gregor. Turon. lib. 2. c. 3.* Ciuitas Burdegalenſis ei die 12. Iunij conſecrauit.

S. Seuerinus, 399. primo Archiepiſcopus Senonenſ. ordine 4. poſtea ex Angelica prophetia apud Agrippinam, Patrum decreto ordinatus eſt ibidem Epiſcopus. Coloniæ in honorem S.S. Cornelij & Cypriani Eccleſiam conſtruxit. Fuit coæuus D. Martini Turonenſis, erant ambo in contemptu ſæculi non diſſimiles: tandem in ætate graui (præfuit enim 40. annis Eccleſiæ Colonienſi) profectus Burdigalam natale ſolum, vt ſuos inuiſeret: occurrit ei S. Amandus Epiſcopus, qui eum vna cum Clero religioſiſſime excepit. At eodem tempore Amando vita functo, in eius locum ſubſtitutus eſt S. Seuerinus. G

S. Amandus II.

....

Gallicinius.

Amelius. De quo *Fortunatus Poëmatum lib. 1. c. 1.* qui domum dedit ad Eccleſiam ædificandam, quam poſtea Leontius ſucceſſor erexit.

Leontius maior, templorum conditor & inſtaurator, Concilio Aurelianenſ. 4. interfuit: prius fuerat Epiſcop. Foroiulienſis.

Cyprianus, 514. adfuit Concilio 1. Aurelianenſi.

Leontius Iunior, factus Archiepiſcopus 515. interfuit Concilio Aurelian. 4. & Pariſienſi 1. quibus ſcripſit. Fortunat. Poëmatum librum ei dedicauit.

....

Berteramus, ſiue Bertechramnus & Bertrandus, an. 585. Regis Guntrani Conſobrinus, in concilio Matiſcon. 2. & Pariſien. contra Prætextatum Archiepiſcopum Rothomagenſem, habito. De eo *Gregor. Turon. hiſt. lib. 7. c. 31. & lib. 8. c. 20. & 22. Fortunat. Poëmatum lib. 3. c. 22.* H

Gondegiſilus Dodo, Comes Santonenſis, Childeberti Regis nominatione in Archiepiſcopum electus an. 591. *Gregor. Turon. lib. 8. hiſt. c. 22.*

....

....

....

....

Frotarius, 870. Archepiſc. Burdegalenſis: poſtea Epiſcop. Pictauienſis, demum Archiepiſ. Bituricenſis 49. an. 876. ac tandem ad Eccleſiam Pictauienſem reuertitur.

Amatus, S. R. E. Legatus Eccleſiam Cathedralem dedicauit an. D. 1026.

Gothefredus de Loriola, prius Iuris Profeſſor Pictauiſ, deinde Abbas, ac tandem Archiepiſcopus, eligitur an. 1027.

Gombaldus.

Andro,

Goſ.

G[illegible]linus. [illegible] ade [illegible] ſui officij [illegible] & Religionis
A [illegible] certimu Vindex, vt tres ſuæ Prouinciæ ſynodos co[illegible] Mortuus ſub [illegible]um.princ[illegible] Guillelmi vltimi Aquitaniæ Duci.

Arnauldus 111[illegible].

Gaufridus, Geofridus, ſeu Hunſ[illegible]dus. Moritur an. 1157. vir religioſus, & verbi Dei ſeminator egregius.

Bertrandus 2. an. 1157.

Geofridus 2. an. 1158.

Harduinus, cùm Decanus eſſet Eccleſiæ Cathedralis Cemanenſis, Archiepiſc. eligitur an. 1160.

Bertrandus 3. cum eſſet Epiſc. Lectorenſis in locum prædicti eligitur 1163. item à ſummo Pontifice fit ſedis Apoſtolicæ Legatus in Aquitaniam.

Guillelmus Anglus Monachus & Abbas Radingæ in Anglia, creatur Archiep. 1173.

Elias. an. 1183.

Guillelmus 2. circa an. 1224.

Gerardus de Malemort. temporibus S. Ludouici Francorum Regis anno 1227. eo an. à Rege Legatus in Angliam
B mittitur.

Petrus an. 1260.

Simon de Rochechouart. aliis Rochechanatd 1271. eiuſdem nominis vnus fuit Archiepiſcopus Bituricenſis, & duo Epiſcopi Sanctonenſes.

Robertus. Regis Angliæ Cancellarius 1287.

Henricus, an. 1294. cum ſedes vacaſſet ab an. 1289.

Bertrandus Goth. natione Burdigalenſis, primo Epiſcopus Conuenarum à Bonifacio 8. poſtea an. 1300. Archiepiſcopus Burdigalenſis creatur: At an. 1305. Peruſij à Collegio Cardinalium abſens ſummus Pontifex eligitur Clemens V. dictus Author Clementinarum. Obiit in itinere Auenione Burdigalam proficiſcens, an. 1314. hæreticis euerſus fuit.

Arnaldus de Canteloup, alias de Pelegruè. Nepos Clementis V. in locum auunculi ſubſtituitur an. 1307. Poſtea Cardinalis Tituli S. Marcelli, & S. R. Eccleſiæ Camerarius, Concilium Prouinciale apud Roffiacum Pictauienſis Diœceſis habuit an. 1326. regnante Carolo V.

Richoaldus à Porta Lemouix, à Ioanne XXII. Pp. creatus
C Presbyter Cardinalis TT. SS. Nerei & Achillei an. 1320.

Petrus 2. 1332.

Amaniu de Morte, ſeu de Caſſis 1348.

Bernardus, alias Beroaldus 1357.

Henricus 1365.

Elias 2. 1372.

Vrbanus 1382.

. . . . . .

Franciſcus 1389. S. R. E. Cardinalis ab Innocentio VII.

Dauid. de Monteferrando 1416.

Petrus Berlandus. Archiepiſcopus eligitur an. 1430. eius tempore videlicet an. 1441. Vniuerſitas Burdigalenſis inſtituta adinſtar Vniuerſitatis Tholoſanæ, confirmata ab Eugenio VII. ſummo Pontifice. Cum per viginti quinque annos Eccleſiam rexiſſet, beneficus & Eleemoſynarius obiit 26. Ianuarij Menſis an. 1455. cùm ita piè vixiſſet, vt à quibuſdam Sanctus vocetur.

Blaſius de Grele 1455.

Artus de Montauban. Religioſus profeſſus Monaſterij Cæleſtinorum Pariſiorum an. 1466.

Andreas d'Eſpinay Brito, Arelatenſis primo Archiepiſco-
D pus, poſtea anno 1480. Burdigalenſis Archiepiſcopus, tandem Lugdunenſis Archiepiſcopus & primas Galliæ ab Innocentio 8. S. R. E. Cardinalis creatur T. S. Syluestri Menſe Martio 1589. Exceſſit an. 1500.

Ioannes de Foix, de Candalle 1501. filius Ioannis Comitis de Candalle, & Catharinæ Gaſtonis 4. de Foix & Eleonoræ Nanarræ Reginæ filiæ.

Carolus de Grandmont 1529. fratrem habuit Gabrielem S. R. E. Cardinalem, quem Gabriel de Lurbe in Elogio eiuſdem Cardinalis: ait Archiepiſcopum Burdigalenſem fuiſſe, dein Toloſanum.

Ioannes de Bellay, Cardinalis 1544. De eo plura *in ſerie Epiſcoporum Pariſienſium.*

Franciſcus de Manny 1553. per ceſſionem Ioan. du Bellaz.

Ioannes du Bellay, morte præfati de Mauny fit iterum Archiepiſcopus an. 1558.

Antonius Preuoſt de Sanſac, rexit Eccleſiam 31. annis: Concilium Prouinciale conuo[illegible] 1582. cui interfuerunt plures Epiſcopi, cum delegatis [illegible]. Obiit 17. Octo- E
bris 169[illegible]. Poſt eius mortem vaca[illegible] quibuſdam annis tandem.

Franciſ[illegible] Eſcoublean dictus de Sou[illegible], à Clemente 8. Archiepiſcopus ex Regis nominatione inauguratus fuit an. 1590. à quo etiam S. R. E. Car[illegible]s Tit. S. Marcelli 3. Menſis Martij eiuſdem anni creatur. An. 1600. eius Concilio Capucini Patres in vrbem admiſſi ſunt, & Eccleſiam conſtruxerunt; etiam fundauit Carthuſianorum Conuentum. Interfuit Comitiis Pariſienſibus 1615. habuit Concilium Prouinciale Burdegalæ 1624.

SERIES. ARCHIEPISCOPORVM AVSCENSIS SIVE AVXITANENSIS ECCLESIÆ. AVSCHI.

Auguſta Auſcorum, Auſchs, inter Garumnam fluuium & montem Pyreneum ſita eſt. Auſcos Iulius Cæſar & Pomponius Mela nominauit, inter Aquitaniæ populos qui Galliæ Narbonenſi eſſent proximi, numeratur. Auſcienſis vrbs à *Gregorio Turonenſi lib.* 10. *cap.* 20. vocatur. Nouempopulania
vero ab *Ammiano Marcellino lib.* 15. Eſt autem hic ſedes Ar- F
chiepiſcopatus, & Archiepiſcopus ſub ſe nouem habet Epiſcopatus: Parua vrbs in faſtigio montis, in quo Cathedralis Eccleſia dicata B. Mariæ Virgini ſita eſt.

1. S. Ceracius, ſedem obtinuit anno 148. rexit Eccleſiam an. 43.
2. S. Paternus, an. 186. 49.
3. Seruiundus ſeu Seruandus 235. 23.
4. Luperculus 263. 16.
5. Optatus 279. 12.
6. Pompidianus 291. 30.
7. S. Taurinus 321. 19.
8. Citerius 340. 26.
9. Afronius 366. 12.
10. Aprunculus. 378. 13.
11. Vrſinianus 382. 11.
12. S. Orientius 392. 11.
13. Armetarius 403. 4.
14. Minerius, ſeu Armerius, an. 407. ſedit 10. G
15. Iuſtinus 425. 17.
16. Nicetius 442. 10.
17. Minerinus 452. 13.
18. Aletius 465. 10.
19. Amelius 16.
20. Saluius, ſeu Sorbinus 491. 11.
21. Porcarius 492. 13.
22. Porculeianus 505. 7.
23. Priſcus 512. 7.
24. Proculinus 519. 10.
25. Marcellus 529. 19.
26. Vigilius 548. 11.
27. Polemius 559. 3.
28. Alecius 562. 7.
29. Eonius 569. 17.
30. Paulinus 586. 12.
31. Fauſtinus aliàs Fauſtus, an. 598. an. 15. Baſilicæ S. Martini Turonenſ. de quo *Gregor. Turon. lib.* 8. *Hiſtor. cap.* 22. *& Fortunat. Poëmatum lib.* 1. *cap.* 4.
32. Creorius 613. 12. *Idem Gregor: vbi ſupra ſcribit Fabium Fauſto ſucceſſiſſe.* H
33. Thitonius 625. 7.
34. Dracoaldus 632. 18.
35. Perpetuus 650. 17.
36. Audicius 667. 29.
37. Diacoaldus 696. 24.
38. S. Leotadius 720. 27.
39. Patricius 747. 18.
40. Tontonius 765. 16.
41. Auerius 781. 7.
42. Armaldus, ſiue Brinaldus 788. 15.
43. Lupus 803. 8.
44. Aſtes 811. 4.
45. Aſuarius 815. 8.
46. Renelius, an. 823. an. 15.
47. Saluinus, ſeu Galuius 838. 22.
48. Heliſeus 860. 21.

49. Ioan.

4. Ioan[illegible]

A 5. Aul[illegible]

[illegible]

52. Ai canu[illegible]

53 O[illegible] 91[illegible]

54. Bernaldus 9[illegible]

55. Seuipus ſeu H[illegible]

56. Odo 979 3.

57. Guarcias 982. 18.

58 Otto ſeu Olo 10[illegible] 40.

59. S. Authindos 1040. 39.

60. Guillelmus Bernardus, an. 1079. an. 30.

61. Raymundus 1109 18.

62. Bernardus 112[illegible]. 7.

63. Guillelmus 1134 48.

64 Geraldus 1182 21.

65. Bernardus 1203. 9.

66. Guarcias de Lott, aliàs de Loid 1212. ſedit 12.

67. Amaneus 1227. 13.

B 68. Hiſpanus 1241. 16.

69. Amaneus de Armaniaco 1257. 47.

70. Guillelmus de Flauacourt 1314. 35. poſtea Archiepiſc. Rhotomagenſis.

71. Arnaldus Alberti, Lemouicenſis an. 1346. texit Eccleſiam 15. an. & 6. menſib.

72. Ioannes Rogerij, Lemouicenſ. 1361. an. 4. & 2. menſ. deinde tranſlatus ad Eccleſiam Narbonenſem.

73. Philippus de Alenconio, de ſtirpe Reg. Franc. 1365. 4.

74. Ioannes Flandrini, Viuarienſis Diœceſis Presbyter Cardinalis TT. SS. Ioannis & Pauli à Clemente 7. creat. anno 1390. an. 11.

75. Ioannes de Armoniaco, filius Comitis Ioannis Perpiniani, obiit an. 1408.

76. Berengarius Guilloti, Caſtrenſis Diœceſis antea Officialis & Vicarius Ioannis de Armoniaco, electus die 3. Nouemb. an. 1408. texit Eccleſiam 16. an.

77. Philippus de Leuis, primus Archiepiſc. Arelatenſis, poſtea Auxitanenſis an. 1425. Presbyter Cardinalis TT. SS.

C Marcelli & Petri ſub Xiſto 4. an. 1473. obiit Romæ an. 1475.

78. Ioannes de Armoniaco, 1470. texit Eccleſiam 23. an. 1493. die 28. Auguſti.

79. Franciſcus de Sabaudia 1493. 7.

80. Ioannes de Trimollia 1500. S. R. E. Card. ſedit an. 7. Obiit an. 1507.

81. Franciſcus de Claromonte, antea Archiepiſc. Narbonenſis & S. R. E. Card.

82. Franciſcus à Turnone, antea Archiep. Bituric.

83. Hypolitus Eſtenſis Deſt Alfonſi I. Ferrarienſis Ducis filius prius Archiepiſcopus Narbonenſis, Diaconus Cardinalis SS. Luciæ & Siliciæ à Leone X. Pp. creatus, deinde Archiepiſc. Lugdunenſis, tandem Auxitanenſis. Obiit Ferrariæ menſe Septemb. an. 1520.

84. Ludouicus Eſtenſis, S. R. E. Cardinal. Ferrarienſis nuncupatus, Hypoliti nepos, Herculis 2. Ferrariæ Ducis F. poſt eius mortem vacauit ſedes ab an. 1586. ad an. 1599.

85. Leonardus De ſtapes 1599. Nioctnenſis, antea Senator Pariſienſis. Sedit an. 1650.

D

SERIES.
ARCHIEPISCOPORVM VIENNÆ
ALLOBROGVM GALLICORVM.

Ex Ioanne Marquiſio, & Ioanne à Boſco.

Vienna olim Bienna dicta, quia biennio perfecta fuit, & Ciuitatis formam adepta, poſtmodum mutata fuit litera B. in V. Celebris eſt Allobrogum ciuitas, nobiliſſima Prouinciæ Metropolis, & antiqua Iuris Italici Colonia, inquit, *Paulus in l. vlt. D. de Cenſib.* vrbs olim Senatoria, quam Venerius quidam Africæ exul condidit, anno à mundi creatione 4247. ante conditam Romam annis ſcilicet 70.

Illius meminit Martialis Poëta, qui Domitiano Cæſare vixit.

Fertur habere meos, ſi verum eſt fama libellos
Inter delicias pulchra Vienna ſuos.

Eccleſia Cathedralis S. Mauritio dedicata eſt.

1. S. Creſcens, Pauli Apoſt. Doctor gentium, dum in Hiſpaniam proficiſceretur: Eccleſiam Viennenſem inſtituit, primaque in ea fundamenta fidei, ac inde decedens, in ea

[illegible]

[illegible] Gal[illegible]ctiam profecto [illegible] [illegible]ma rediens, Zachariam Chriſti [illegible] [illegible]cipulum ſub[illegible] [illegible] qui cum Dominicæ interfuiſſet [illegible] Magnæ ipſi Sacroſanctæ refectionis, ſuper quam panem [illegible] in ſuum corpus & ſanguinem, ipſe ſummus ſacerdos Chriſtus tranſubſtantiauerat, Viennenſibus noſtræ Chriſtianæ ſoli[illegible] gratia contulit. Atque deinde Viennæ pro fide, morte violenta occumbens, Protomartyr Galliarum effici promeruit: Cuius ſacrum corpus longo tempore apud Eccleſiam Sanctorum Apoſt. ad Viennæ muros cum quieuiſſet, tandem Innocentij 4. Pp. mandato, celebri pompa per Hugonem Tituli SS. Sabinæ, & Guillelmum Tit. Baſilicæ duodecim Apoſt. S. R. E. Presbyteros Card. es humatum fuit.

3. S. Martinus, hunc poſt B. Zachariam S. Apoſtoli tertium Epiſcopum ditexerunt, qui propriis Chriſtum in Cruce pendentem ac patientem viderat oculis, quique poſt demandatum ſibi Euangelicæ prædicationis ſtrenuè decurſum munus: tandem ſub Veſpaſiano obdormiuit, annua à ſucceſſoribus memoria Kal. Iunij honoratus. F

4. S. Verus, cùm Coadiutor datus ab ipſis Apoſtolis fuiſſet S. Martino; eo mortuo, Viennenſem ipſe ſedem capeſſit, Qui poſtea Kal. Auguſti ſub Nerua Imperatore ſanguine ſuo Viennenſem Eccleſiam purpurauit.

5. S. Iuſtus S. Vero ſucceſſit, & eum in Pontificali Cathedra Viennenſi eſt ſequutus, cuius ſolemnitas recenſetur 2. Non. Maij. Ad hunc ſub initio ſuæ electionis, S. Pius Papa ſcripſit.

6. Deſiderius Beatiſſimo Iuſto ſucceſſit, cuius nominis ſola durat memoria *ex Epiſt. Victoris Pont. Romani ad ipſum.*

7. S. Dionyſius, à Deſiderio ad apicem Epiſcopatus Viennenſis ſublimatur, qui vt morum integritate, ita doctrinæ ſplendore refulſit: temporibus Commodi, ac Marci Antonini Veri Imperatorum, eiuſque feſtum colitur 7. Idib. Maij. G

8. S. Paracodas, natione Græcus vti fuerat Dionyſius, S. Dionyſio ſucceſſit, & Præſulatum geſſit ætate Antonini, Caracallæ, Aurelij, Alexandri, & Maximini Imperatorum ad quem Victor Pp. ſcripſit.

9. S. Florentius, eius tempore Nouatus Presbyter Romam veniens, Nouatianam hæreſim condidit. Anniuerſaria eius dies eſt 3. Non. Ian. quando poſt exilium mortem pro Chriſto pertulit.

10. Lupicinus Martyr ſucceſſit Florentio qui Cathedram rexit, dum Valerianus & Galien. in humanis degebant, ſub quib. S. Cyprianus martyrio enituit, attigit etiam tempora Claudij, ſub quo Paulus erat Hæreſiarcha, & deuenit vſq; ad Aurelianum. Colitur 8. Kal. Ian. cui Cornelius Pp. litteras miſit.

11. S. Simplides, ſeu Simplidas ſequitur, qui vixit temporib. Taciti, Probi, & Cari Imp. ipſiuſque ætate, hæreſis Monothelitarum initium ſumpſit, colitur 3. Id. Februarij.

12. Paſchaſius, vir diſertiſſimus atque ſanctiſſimus: qui temporibus Diocletiani & Valerij vixit, cuius ſolennitas feſtiua habetur 8. Kal. Martij, cuiuſque ætate, S. Thebea Legio, Mauritio adhortante, martyrio coronata fuit, circa an. Chriſti 305. & Sylueſter Pp. pro Viennenſi Eccleſia reſcripſit. H

13. S. Claudius, poſt Paſchaſium Viennæ Antiſtes emicuit, cuius tempore, admiranda Nicæna Synodus ob tuitionem Catholici dogmatis coacta fuit, cuius adeò tenax aſſertor fuit Claudius, vt inter Antiſtites Arelatenſes ducentos cōcilij primas merito obtinuerit, qui ad meliorē vitam tranſiuit Kal. Iun.

14. S. Nectarius, tempore Conſtantij, Iouiniani, & Iuliani Imperatorum Eccleſiam hanc rexit, dum emicarent Athanaſius Alexandrinus, & Hilarius Pictauienſis, & Antonius Monachus. Obiitque Kal. Auguſti, atque Synodo Vaſenſi interfuit, ſemperque contra Arianam perfidiam, publicè Trinitatis conſubſtantialitatem docuit ac prædicauit.

15. S. Nicetius, à SS. Paſchaſio atque Claudio Viennenſibus Epiſc. educatus, adeò vt etiam B. Claudij extiterit Diaconus. Floruit verò S. Nicetius, temporibus Gratiani & Theodoſij Auguſtorum. Obiit 5. Non. Maij.

16. S. Simplicius, ſucceſſit Nicetio in Viennenſi Cathedra, ad quem Zozymus Pp. ſcripſit.

17. S. Ma

17. S. Mamertus, vel Mamercus, eruditione & pietate A fulgidus. Hic à S. Anniano Epiſcopo Aurelianenſi ab ipſis mortis faucibus ereptus, poſtea mirum in modum ſanctitate [illegible]cluit, & ob imminentes Eccleſiæ ſuæ clades, Rogationes [illegible] quæ ante feſtum Aſcenſionis Domini celebrantur, in[illegible]ns deceſſus recolitur 5. Id. Maij. De eo *Synodius Aui[illegible] lib. 4. epiſt. 1. & lib. 5. Epiſtola 14. & lib. 7. Epiſtol. 1. & Gregorius Turonenſis lib. 2. hiſtor. c. 34.*

18. S. Yi[illegible]us. Senatoriæ [illegible] primum dignitatis, nempe Apollinaris Valentinæ vrbis An[illegible] A[illegible]itus, qui Yicio patri in Viennenſi Archiepiſcopatu ſucceſſit. Floruit regnante in Francia Clodouæo I. qua etiã ætate corpus B. Barnabæ cũ Euãgelio manu B. Matthæi Euangeliſtæ ſcripto, ipſo [illegible]te repertum fuit. Memoria eius celebratur 11. Idus Nouemb.

19. S. Alcimius Auitus. Viennæ Archiepiſcopus ordinatus, Apoſtolicisque moribus inſignis, aduerſus hæreſim Arianam, quæ tunc non ſolùm Africam, ſed & Galliam, Italiamq; ex parte occupauerat magno ſudore decertauit; quod eius clariſſima indicant ſcripta. Illius memoriam recolit Martyrol. Lugdun. antiquiſſimum, & S. Agobardus Lugdun. Antiſtes *lib. de Duello ad Imperatorem Ludouicum*, obijt circa ann. B Dom. 500. Fratrem habuit Apollinarem Epiſcopum Valentiæ etiam ſanctum, de eo *Gregor. Turonenſis lib. 11. hiſtor. c. 24.*

20. S. Iulianus ſub Iuſtiniano Imperatore floruit, quo tempore Ioannes Pontifex Romanus atque B[illegible]ius & Symmachus Conſulares viri, a Theodorico Rege Ariano necantur.

21. S. Domnin[illegible]us Eccleſiam Viennenſem rexit, quando Hildericus Rex VVandalorum Epiſcopos ad Eccleſias reuerti, eaſque inſtaurare præcepit, & Benedictus Abbas virtutibus refulſit: ipſe Dominus doctiſſimus in diuinis mundanis que ſcientiis eſt habitus, amator etiam pauperum, ac captiuorum redemptor, nec non innocentiſſimæ vitæ fuit.

22. S Pantagatus, claruit Iuſtiniani II. tempore, quinquennio Epiſcopalem ſedem fœliciſſime rexit, ſub coniuratu Paulini Iunioris, & Baſilij vita ſunctus in Aurelianenſi 2. Synodo, cum B. Lupo Lugdunenſi reſidens 36. Capitula omni ſtatui Eccleſiæ pernecceſſaria promulgauit.

23. S. Yiicius 2. ſub Iuſtiniano reſedit in tertia Aurelianenſi Synodo cum Aureliano Arelatenſi, & Sacerdote Lugdunenſi Epiſcopis, in qua de Dogmatibus Eccleſiaſticis ſunt C 23. edita Capitula.

24. S. Naamatius vel Naamatus, fulſit ſub Iuſtiniano & Iuſtino Imperatoribus.

25. S. Philippus. Cathedram Viennenſem adeptus eſt temporibus Tiberij Imperatoris, obijt Philippus 3. Non. Febr.

26. S. Euancius vel Euantius, cum S. Priſco Lugdunenſi & Arcennio Senonenſi, atque Remigio Bituricenſi Epiſcopis, in Concilio apud Matiſconem reſedit, vbi Idibus Ianuarij diem obiiſſe anno 11. Childeberti Auſtraſiorum, teſtatur *Ado lib. ætat. 6. & Baronius ad annum* 588.

27. S. Virus vel Verus Eccleſiam Viennenſem rexit Imperatoribus Tiberio, & deinde Mauritio, quando Ermenigildes Regis Rothorum filius, ob Catholicam fidem Regno priuatus, atque in carcerem coniectus, nocte Sancta Dominicæ reſurrectionis, ſecuri demum in capite percuſſus: Martyr regnum cœleſte intrauit. Hic B. deſiderium habuit Diaconum atque poſtea in Præſulatu ſucceſſorem. Vita functus eſt 10. Kalend. Iunij.

28. S. Deſiderius 2. à Naamatio Sanctorum Eccleſiaſticis di- D ſciplinis eruditus, poſtea B. Vito adhærens, atque eo mortuo Epiſcopus Viennenſis factus, tempore Childeberti Regis Francorum tandem martyrium paſſus eſt in territorio Lugdunenſi, & iuſſu Brunichildis lapidatus fuit, ſub ipſius filio Theodoberto Rege. Iacet ſepultus retro altare Apoſtolorum extra Viennam 11. Kalend. Iulij. *Sigibertus in Chronicis. Beda in Martyrologio 11. Iulij.*

29. Damnolus, inſtigante Aridio Lugdunenſi Epiſcopo & Brunichilde, fuit vir ſtrenuus & redimendorum captiuorum ſollicitus, *Gregorius Turon. hiſt. lib. 30. 11. c. 12.*

30. S. Etherius, factus eſt Viennenſis Epiſcopus Eraclio Romanis Imperante: & Francis Clothario: Sepultus eſt in Eccleſia S. Georgij 18. Kal. Iunij.

31. S. Clarentius. S. Etherio ſucceſſit tempore Conſtantini Imper. Atque Dagoberti Francorum Regis. Obijt 7. Kal. Maij.

32. S. Syndulfus Clarento. Conſtantini atque Dagoberti ætate Viennæ præfuit. Migrauit 4. Idus Decembris.

33. S. Editus ſiue Hecdicus Sindulfo ſucceſſit, vir fuit magnæ religionis, regnantibus Conſtantino filio, & Dagoberto Rege. E

35. S. Edaldus ſeu Ezaldus vel Cadroldus aut Cadeolus. Monachus Ord. S. Bened. & Abbas Grimonenſis Viennæ, 10 Epiſcopatu Viennenſi ſuffectus eſt, ad quem S. Ioannes Papa precioſa [illegible] in Codice [illegible] n. 65[illegible] ſubſcripſit, vixit tempore [illegible] F

36. S. Dolom[illegible] vel Dolo[illegible]dus. Viennæ præfectus eſt Pontifex, Leone vel Leoncio Romanis Imperante, & Theoderico Francia, deceſſit Kalend. April.

37. S. Bodo vel Bobulinus, S. Dolino Bobo Beotus ſucceſſit moritur 18. Kalend. Iulij.

38. S. Georgius magnæ virtutis homo S. Bobonem rexit Viennenſem Eccleſiam Philippo Imperante hæretico, ad cœlum tranſiuit 3. Nouemb.

39. S. Deodatus Epiſcopus Viennenſis fuit vir omnino abſtemius, Imperante Anaſtaſio, & regnante adhuc Theodorico. Migrauit Idibus Octobris.

40. S. Blidrannus ſucceſſit: Theodoſio Imp. & Clodoneo Iuniore, ac poſt eum ipſius fratre Childeberto. Obijt 11. Kal. Feb. F

41. S. Agratus ſuffectus eſt B. Blidranno, regnante Childeberto Francorum Rege. Obijt Idib. Octob.

42. Eobaldus ſeu Eoldus, præclarus Pontifex; cum Regio Francorum ſanguini eſſet affinis, Eccleſiam Viennenſem rebus adauxit, nec non Baſilicam in honorem Thebæorum Martyrum, adductis ipſorum & aliis plurimis reliquiis, intra Ciuitatem ædificauit: atque ab ipſius tempore Viennenſis Eccleſiæ res, dici S. Mauritij cœpêre.

43. S. Bobolinus, mortuo B. Eoaldo S. Bobolinus Viennæ Archiepiſcopus præfuit, Leone adhuc Imperatore, & Dagoberto Rege.

44. S. Auguſtobertus Bobolino ſuffectus eſt temporibus Michaelis Imperatoris & Danielis Francorum Regis.

45. V. Vilicarius Martyris Ferreoli oſſa, nec non caput S. Iuliani intra Viennam tranſtuliſſe, ipſorum Baſilica vltra Rhodanum à Mamerto conſtructa, à Sarracenis incenſa.

46. Proculus. Viennenſem ſedem rexit, toto Pipini Regno, & Caroli initio, ad quem Stephanus Papa de afflicta Viennenſi Eccleſia ſcripſit. G

47. Berterius, vir bonus & ſimplex, qui obijt 6. Idus Iunij ad quem B. Adrianus primus Papa ſcripſit.

48. Volſerius, mortuo Berterico, Archiepiſcopus Viennenſis creatur.

49. Vrſus, ordinatus eſt Viennenſis Antiſtes, qui vir ſimplex fuit, & obijt 10. Kal. Martij.

50. Vlerata, Vrſo adhuc viuente, ſenioque grauato ſubrogatur, cuius pio ſtudio & fauore Caroli Magni, partem ſacrarum rerum Viennenſis Eccleſia recuperauit.

51. S. Bernardus, licet Quidam Baronarum interponant Epiſcopi in ſedem ſublimatus eſt. Vir ſolers, ingenuus & eruditus, ardenti ſtudio Viennenſem Eccleſiam bonis & Clero amplificauit; & dotauit monaſterium ſuper Iſaram fluuium. Ceterum Viennenſem Eccleſiam annis 36. rexit. Sepultus in Monaſterio ſuo Romanenſi, ad quod SS. Martyrum Seuerini & Feliciani corpora tranſtulerat.

52. Agilmarus, ſeu Angilmarus rexit Viennenſem Eccleſiam annis 8.

53. S. Ado, ab Angilmaro, ſedem Viennenſem obtinuit H anno ſcilicet ab incarnatione Domini 875. indict. 8. rexit 16. Hiſtoriam Viennenſem & Eccleſiam Archiepiſcopalem ad ſua vſque tempora ſcripſit.

54. Ottramnus gubernauit annis 8. & 9. In pace quieuit 16. Kal. Octob.

55. Bernoinus, præfuit annis 13. Obiitque 14. Præſulatus anno in. 7. Kal. Feb.

56. VVolfericus, ſucceſſit Bernonio, cuius tempore Viennenſis Eccleſia maximum priuilegium obtinuit.

57. Ragaufredus, Eccleſiæ Viennenſi præfuit annos 8. defunctus 25. Kal. Maij.

58. Alexander, rexit annis 24.

59. Sabo, Epiſcopatum geſſit annis 21. menſibus 5. dieb. 8. Hic contulit Cœnobio S. Petri Viennenſi vineam ſuiuriis.

60. Theobaldus poſt Sabonem: Viennæ Archiepiſcopus extitit.

61. Burchardus rex 30. annis.

62. Leo

61. Leodegarius, Burchardo ad Chriſtum migrante Præ-
A ſul Viennen. creatur, Henrico I. Galliarum Rege, ſanguini ac pro- nitate proximus.

63. VVarmundus. De huius electione videtur *Epiſt. Gregorij 7. ad Clerum & populum Viennenſ.* Quis verò huic ſucceſſerit non ſatis con[illegible].

64. [illegible]

65. Guido, [illegible] Burgundiæ Comitis filius [illegible] onach. [illegible] A[illegible] p[illegible]. Vi[illegible], Cardinal. demum ad [illegible] aſſumptus fuit, Calixtus Pp. 2. nomine, obiit Romæ an. 1124.

66. Petrus.

67. Stephanus.

68. Humbertus.

69. Hugo.

70. Stephanus II.

71. Guillelmus.

72. Robertus.

73. Aynardus.

74. Vbertus.

B 75. Burno.

76. Ioannes de Burnino.

77. Guido de Aluernia.

78. Raymundus Franciſcus.

79. Guillelmus de Valentia.

80. Briandus de Lagniaco.

81. Simon.

82. Guillelmus.

83. Bertrandus de Capella.

84. Petrus de Gratia.

85. Bernardus.

86. Humbertus de Montecaluo.

87. Theobaldus de Rubeomonte.

88. Ioannes de Nanto.

89. Ioannes de Nuiry.

90. Guillelmus de Landuno.

91. Gaufridus Vaſalli.

92. Ioannes de Pictauia.

93. Antonius de Poiſſiaco.

C 94. Guido de Poiſſiaco.

95. Auſtrius Americus.

96. Angelus Cato.

97. Antonius de Claromonte.

98. Federicus de S. Seuerino.

99. Alexander de S. Seuerino.

100. Petrus Palmier.

101. Carolus Marillac. Aruernus, Bertrandi Epiſcopi Rebonenſis frater 1560. Ann. menſe Decembri deceſſit. Paulò ante obitum Conuentui ad Fontem bellaquam habitu interfuit, & grauem habuit orationem, quam refert *Iac. Auguſt. Thuanus Hiſtor. lib.25. & lib. ſequenti*, eiuſdem piiſſimi Antiſtitis obitûs cauſam commemorat.

102. Ioannes de Broſſe.

103. Veſpaſianus Gribaldus

104. Petrus Villarius de Vilars. Poſt varios honorum gradus in Regno Gall. obitos, in regenda & adminiſtranda Eccleſia & Diœceſi primum Mirapicenſi, poſtea Vienenſi ab
D an. 1561. curis, laboribuſque & itineribus feſſus, viuæ & efficacis fidei in Deum, & ſpei plenus placidè in Chriſto obdormiit. An 1592. ætat 71.

105. Petrus Villarius, primum in Epiſc. Mirapicenſi, deinde in Archiepiſc. Viennenſi patruo ſucceſſit, S. Theologiæ Doctor Pariſ.

106. Hieronymus Villarius, inter per decennium Conſiliarius Regius, Viennenſis Archiepiſcop. conſtituitur, an. 1601. Qui cùm totos 24. an. in duabus Prælaturis, Epiſcopatu ſcilicet Mirapicenſi, & Archiepiſcopatu Vienneoſi operam indefeſſam nauaſſet, à Clemente VIII. Pontifice Max. & Henrico IV. Rege Chriſtianiſſ. facilè impetrauit, vt fratrem (dignum profectò ſucceſſorem electum) in locum ſuum ſubſtitueret.

SERIES
ARCHIEPISCOPORVM ARELATENSIS
ECCLESIÆ. Arles.

Metropolis Ciuitas Arelatenſis ſeu Viennenſis ſecunda, ſita ſuper Rhodanum flumen, clariſſima Colonia Romana in Gallia a Tiberio Nerone, patre Tiberij Auguſti deducta, vt Sueton. ſcripſit, quam Romam Gallulam, id eſt, paruam Romam inter Gallias, Auſonius de claris Vrbibus nominat. Vrbs autem Arelatenſis à S. Trophimo BB. Petri & Pauli diſcipulo (cui Templum Archiepiſcopale dicatum eſt) primitias noſtræ religionis ſuſcepit, qui primus fuit Epiſcopus miſſus ad prædicandum Dei Euangelium, & ex cuius prædicationis fonte (vt Zozimus Papa ſcribit) omnis Gallia fidei riuulos accepit. Prædicaſſe eum in Galliis ab an. Dom. 59. memoriæ reliquit *Ado, in Chronico & in ſuo Martyrol. 4. Cal. Ianuarij.*

1. S. Trophimus, BB. Petri & Pauli Diſcipulus fuit, ab eiſque ad prædicandum miſſus, Arelatem peruenit, ibique primitias religionis Chriſtianæ collegit. Prædicaſſe eum in Galliis ab an. Domini 59. memoriæ reliquit *Ado in Chronicis, & in Martyrolog. 4. Calend. Ianuarij.* Item apud Arelatem Natalis S. Trophimi Epiſcopi & Confeſſoris, Diſcipuli Apoſtolorum Petri & Pauli. E

2. S. Regulus, deinde Siluanectenſis Epiſc.

3. Feliciſſimus.

4. Felix.

5. S. Honoratus.

6. Martianus, hic Nouatianus fuit, vt ſcribit *B. Cyprian. Epiſt. 13. lib. 3.* ad Stephanum ſummum Pont. an. 254.

7. Heras, pius Paſtor à populo expellitur.

8. Marinus, in Concilio 1. & 2. Arelatenſi interfuit, tempore S. Silueſtri 326.

9. Valentinus, hic Conc. Agrippin. 348.

10. Saturninus, Arrianus, huius factione exul factus eſt B. Hilarius Epiſcopus Pictauienſis anno 361. *Hieronymus in Chronic.*

11. S. Patroclus, hic occiditur à quodam Barbaro an. 426. *Proſper in Chronic.*

12. Hilarius, Clarus habetur 435. hic ad Eucherium Lugdunenſem ſcripſit, de quo & *Leo Pp. 1. Epiſt. 67.* G

13. Rauennus, ad hunc ſcribit Epiſtolam 88. Leo ſummus Pontifex.

14. Sabaudus, in Conc. Matiſcon. ſecundo interfuit.

15. Etherius, hic Auguſtinum Anglorum Archiepiſcop. iuſſu B. Gregorij ſummi Pont. ordinauit.

16. Virgilius, ad hunc ſcripſit B. Gregorius, Monachus Lerinenſis & Ab. Auguſtodunenſ. Archiep. an. 591. obiit 5. Martij 648. *Gregor. Turon. de 10 lib. Hiſtor. cap. 23.*

17. Germanus, anno 640.

18. Fœlix, in Synodo Romæ habita ſub Agathone cum 125. Epiſcopis Occidentalib.

19. Ioannes, in Concilio Arelatenſi ſub Carolo Magno.

ALTERA SERIES
ARCHIEPISCOPORVM
Arelatenſium. I

Deprompta ex Hiſtoria Prouinciali, authore Cæſare Noſtrodamo.

S. Cæſarius.

Præſidius. H

Aurelianus.

Hyterius.

S. Virgilius. Priùs Abbas Lerinenſis, elect. Archiepiſcop. an. 591. vixit ad an. 640.

Theodoſius.

Ioannes.

Auſtrobertus.

S. Aurelius.

Martinus.

Ionodius.

Robertus.

Virimarius.

Arladius.

Lopus.

Notus.

Roſtagnus.

Iterius.

Pontius.

Aycardus.
A Aio.
Guillelmus.
Raymundus.
Ysibertus.
Ho
Ioan
Florentius.
Bertrandus.
Arnaldus.
Gaillardus.
Ioannes.
Stephanus.
Auxanius.
Sapandus.
Paſchaſius.
Florianus.
Ioannes.
Anaſtaſius.
B Vlbertus.
Polycarpus.
Prothaſius.
Georgius.
Gauilarius.
Virgarieh.
Alephantus.
Ioannes.
Rothlandus.
Manaſſes.
Aymonius.
Raimbaldus.
Gibillinus.

Bernardus, Liciniensis Abbas & Caſinenſis ex Archiepiſcopo Arelatenſi Cardinalis, ſcripſit, vt refert Vuion, Speculum Monachorum, & Regeſtum collationum beneficiorum, officiorum, iurium & bonorum Monaſterij Caſinenſis, *Tom. 2.*

Raymundus.
C Petrus.
Michaël, annu 1205.
Hugo.
Bertrandus.

Bernardus de Anquiſceſlu, S.R.E. Cardinalis tit. Portuenſis, & S. Ruffinæ, creatus à Martino IV. Pontifice Maximo ann. 1280.

Beatus.
Roſtganus
Capra.
Gallardus.
Galierius.
Stephanus.
Guillelmus.

Ludouicus Alemannus (Alemand) prius Epiſcopus Magalonenſis, dein S. R. E. tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Arelatenſis vulgò nuncupatus, interfuit Concilio Baſilienſi. Obiit 16. Septembris 1450. miraculis clarus.

Petrus de Foix, Cardinalis.

Philippus de Leois, Presbyter Cardinalis TT. SS. Marcelli & Petri ſub Xiſto IV. an. 1473. Romæ obiit 1475. D

Eſtachius de Leuis, deceſſoris frater & ipſius ſucceſſor, obiit Romæ annu 1484.

Ioannes Ferrier, Hiſpanus S. R. E. Cardinalis: Maſſiliæ obiit anno 1515.

Ioannes Ferrier, præcedentis Archiepiſcopi nepos.

Robertus de Lenoncourt, Cardinalis, primò Cathalanenſis Epiſcopus; deinde Metenſis, & Bellouacenſis, tandem Tholoſanus Archiepiſcopus in Metenſi ciuitate extremum vitæ ſpiritum efflauit an. 1561.

Proſper de Sancta Cruce S. R. E. Cardinalis; Romæ obiit anno 1589.

Siluius de Sancta Cruce. Nobilis etiam Romanus.

Horatius Montanus, Neapolitanus.

Gaſparus de Laurens, primò Abbas Sancti Petri Vienenſis.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.

TERTIA
ARELATENSIVM E
ARCHIEPISCOPORVM
SERIES.

Subminiſtrante V. Clariſſ. Ioanne Sauaro, Prætore Claromontenſi.

Sanctus Trophimus.
S. Dionyſius.
S. Regulus.
S. Secondus.
S. Fœliciſſimus.
Marinus.
Martinus.
Hilaſius.
Creſcentinus.
Iratius.
Ambroſius.
Martinus F
Ingenuus.
Auguſtinus.
Hieronymus.
Valentinus.
Saturninus.
Heros.
Artemis.
S. Patroclus.
Honoratus
S. Hilarius.
Rauennius.
Leontius.
Lonius
S. Cæſarius.
Auxianus.
S. Aurelianus.
Hapandus.
Virgilius, ſeu Vigilius.
Etherius, ſiue Eleuterius. G
Licerius
Theodoricus.
Eucherius.
Rotlandus.
Roſtagnus.
Mannaſſes.
Iſerius.
Aimo.
Poncius, ſeu Pontionus.
Nairrabaldus.
Aycardus.
Gibelinus.
Attomis
Bernardus.
Guillelmus.
Raymondus de Monte.
Raymondus de Abalena.
Petrus.
Imbertus de Aqueria.
Michaël. H
B. de Sancto Martino.
Hugo Boardi.
Ioannes.
Bertianus.
Ioannes.
Florentinus Card.
B. Card.
B. de Augoſtelo Car.
B. Almaricus, ſeu Amalricus.
D. Gapra.
L. de Ferreriis.
Arnaldus de Faltieriis Card.
Gaſiardus.
Iasbetus.
Ioannes.
Stephanus.
Guillelmus de Sardis Patriarcha Hieroſolymitanus.
P. de Croſu Card.

2 Ioannes

Ioannes.
A Artaudus.
Ioannes Card. Oſtienſis.
Ludouicus Alamandi Card. Arel.
Petrus de Fuxo Card. Arel.
Ph. de Leuis Card.
Euſtachius de Leuis.
Z. de Leſpinat.
Nicolaus de Sibo Card.
Ioannes Ferreriu.
Ioannes Ferrerius, nepos præcedentis.
Iacobus de Broulat.
Robertus de Lenoncourt.
Proſper de Sancta Cruce Card.
Siluius de Sancta Cruce.
Horatius Montanus.

SERIES EPISCOPORVM & ARCHIEPISCOPORVM

B AVENIONENSIS ECCLESIÆ.

Auenio, quam Cauarum Mela eſſe ait, ſita eſt ad Rhodanum in Comitatu Veneſino, prouinciis Galliæ incluſa eſt, ſed Pontifici Romano parere cœpit anno 1369. cùm à Ioanna eius nominis prima Siciliæ Regina & Prouinciæ Comitiſſa eum emiſſet, fuitque exinde Pontificum Sedes annos totos 60. Ioanne 22. Pontif. Maxim. Curiam Romanam eò transferente. Vrbs hodie potens, nobilis, amœna, antiqua: vtramque Rhodani ripam longiſſimo pulcherrimoque ponte connectit. Templum Archiepiſcopale Sanctæ Mariæ de donis dicatum eſt. Epiſcopatus olim erat, Arelatenſis Archiepiſcopo Suffraganeus, tunc autem Archiepiſcopi dignitate gaudet. De eadem Ciuitate ita cecinit Iulius Cæſar Scaliger, in Vrbibus:

Viuendi ratio cum libertate recepta;
Efficium vt ſis altera Roma tibi.
Templa, forum, celſo ſubducta palatia cœlo,
C *Magna hæc, te plus eſt dicere poſſe tuam.*

Petrus de Corbario 1226.
Fr. Nicolaus de Corbeia.
Bernardus.
Goëm.
Robertus de Vcetia.
Andreas de Angoleſmo.
Bertrandus Aymini.

Guilielmus de Mandagoſo, Iuris enarrator & ſublimis interpres, ſcripſit nonnulla opera referente *Trithemio.* Obiit Auenione circa annum 1324. Fuit & Archiepiſc. Ebredunenſis.

Iacobus de Euza, Caturcenſis, humili loco natus, Roberti Siciliæ Regis Cancellarius, dein Foroiulienſis Epiſcopus, dein Auenionenſis anno 1310. & anno 1312. creatus Cardinalis, tandem ſummus Pontifex electus anno 1316. & Ioannes 20. vel vt aliis placet 22. dictus. Obiit anno 1334.

D Arnaldus de Veza ſeu via. Obiit Auenione 1338. Pia quædam opera in laudem B. Mariæ Virginis edidit.

Vacat.

Ioannes Mirapicenſis.

Vacat.

Angelicus Grimaldi à Griſaco. Cardinalis nepos Vrbani V. Papæ. Obiit Auenione 16. Cal. Aprilis 1387.

Fayditus de Agrifolio.
Petrus Girardi.
Ægidius Bellamerius.
Guido de Bochagio.
Guido Spieſam.
Guido de Roſſillono.
Marcus de Condelmeriis.
Alanus de Coëtiui, Cardinalis obiit anno 1474. ætatis 66.
Iulianus de Rouere, primus Auenionenſis Archiepiſcop.
Antonius Flores.
Orlandus Carettus.

Hyppolytus de Medicis Leonis X. & Clementis 7. nepos Cardinalis, morte ſublatus Anno 1535. annos ſolum natus 24. E

Alexander Farneſius.
Annibal Buzutus.
Alexander Farneſius, iterum.
Felicianus Capitonus.

Georgius de Armaniaco, Cardinalis, de quo *Ioannes Antonius Petramellarius in continuatione ad Onuphrium Panuinium de ſummis Pontificib. & S. R. E. Cardinalibus.*

Dominicus de Grimaldis.

Franciſcus Maritia Tauruſius, Politianus, Cardinalis Annalium Eccleſiaſticorum Cardinalis Baronij priores Tomos Italicè reddidit. Obiit an. 1608. Romæ.

Ioannes Franciſcus Bordini, ſcripſit hiſtoriam ſummorum Pontif. impreſſam Pariſiis an. 1621. poſtquam vno circiter anno obiiſſet.

Stephanus Dulcis ſucceſſit, & anno 1621. cathedram adminiſtrat.

SERIES ARCHIEPISCOPORVM F

EBRODVNENSIS ECCLESIÆ.

EMBRVN.

Ebrodunum Alpium maritimarum, Eberodunum veteribus Geographis appellatur. Aliud eſt Ebrodunum in finibus Heluetiorum. Sed id, de quo nunc agimus, Archiepiſcopali dignitate ornatum eſt, & templum Cathedrale S. Mariæ de Donis dicatum.

Gallurinus, interfuit Concilio Aurelianenſi quarto.

Emeritus, in concilio Matiſconenſi 2. & Herius in concilio Cabilonenſi.

Gertumacus, aliàs Berdmundus. Sedebat circa annum 876. & interfuit Comitiis quæ ſub Carolo Caluo Imperatore Ticini habita ſunt eodem anno, vel vt aliis placet, anno 877.

Guillelmus, ad quem ſcripſit aduerſus Petrobruſianos hæreticos Petrus Abbas Cluniacenſis, tanquam Catholicum & Miſſæ obſeruatorem, vt videre eſt *Epiſtola 12. libri 1. Epiſtolarum eiuſdem Abbatis.* G

Henricus de Seguſia, S.R.E. Cardinalis Oſtienſis creatus à Papa Vrbano 3. circa an. 1162. Guillelmum Durandum Speculatorem dictum auditorem habuit, & præter eximiam in vtroque iure ſcientiam, Theologicâ claruit: ſcripſit ſuper quinque libros Decretalium.

Item Summam vtriuſque iuris, quæ vulgò ſumma Oſtienſis vocatur. Obiit Lugduni an. 1281.

Guillelmus, S.R.E. Cardinalis factus an. 1298. à Papa Bonifacio VIII. quem multum adiuuit, cùm librum Decretalium compoſuit.

Guillelmus, de Mandagoſo, ex Archiepiſcopo Ebredunenſi S. R. E. Cardinalis creatus, fuit Iuris enarrator & ſubtilis interpres. De eo fit mentio *in proœmio ſexti Decretalium.* Scripſit multa opera. Obiit Auenione circa annum 1324. dein Archiepiſcop. Auenionenſis extitit.

Paſtor de Albenaco (Aubenas) Gallus, Ordinis Minorum ex Archiepiſcopo Ebredunenſi S.R.E. Cardinalis ſub Papa Clemente VI. multa in ſacros prophanoſque libros Commentaria ſcripſit. Obiit Auenione an. 1354. H

Bertrandus de Deucio, Legum Doctor, ex Archiepiſc. Ebred. Presb. Card. TT. S. Marci & S.R.E. Vice-Cancellario ſub Benedicto XII. Obiit Auenione.

Petrus Sarcenacus (de Sarcenats.) Ex Archiepiſcopo Ebredunenſi Cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tyberim TT. S. Calliſti in creatione prima Cardinalium Clementis VII. anno 1378.

Roſtagnus, de Anceduna 1505.
Nicolaus de Fliſco, Cardinalis.
Iulianus Medices, Cardinalis.
Franciſcus de Tournon, Card.
Antonius de Leuis.
Baltazar Hercules.
Robertus de Lenoncourt, Card.

Guillelmus d'Auançon, interfuit generalibus Comitiis Blæſis habitis an. 1588. à Clero ſuo delegatus.

Honorarius de Laurentiis, orationem funebrem dixit Reginæ

ginæ Hiſpaniæ anno 1611. & anno ſequenti, 24 Ianuarij
A mortuus.

Fratrem habuit Gaſparem Atrebatenſ. Epiſcopum.

...ceſſit quidam ex ordine S. Franciſci, ſiue Minorum, qui ante totius Ordinis Generalis fuit.

SERIES
ARCHIEPISCOPORVM
NARBONENSIS
Eccleſiæ.

Narbona Galliæ Narbonenſis oppidum [illegible], cognomento Martium, ex eo quod Cæſar ex Martia legione Colonos deduxerit, antiqua Colonia populi Romani.

Sanctus Paulus, Apoſtolorum diſcipulus, primus Narbonenſis Epiſcopus, Narbonam aduenit, vt teſtatur vetus Martyrologium Romanum 11. Kalend. Aprilis Narbonæ Sancti Pauli Epiſcopi diſcipuli Apoſtolorum, idem habet Martyrologium Adonis Viennenſis 11. Kalend. Aprilis.

Hilarius, ad eum extat *Epiſtola Bonifacij Papæ* 1. *Tomo* 1. *Conciliorum Baronius in Annalibus ad an. Christi* 420. 419.

B S. Ruſticus *ex epiſt.*91. *Leonis Papæ.*

Migetius, in Concilio Narbonenſi anno 599. *apud Baronium.*

Sergius, anno 600.

Salua, ſeu Selua, aliàs Sylua, in Concilio Toletano 4. 5. & 6. an. Chriſti 633. 638. quibus ſubſcripſit.

Fœlix, ex Manuſcripto Codice.

Argebaudus.

Sunifredus, in Concilio Toletano 13. interfuit per Peccatum Abbatem Procuratorem ſuum, & Concilio 14. & 15. id eſt anno Chriſti 684. 683.

....

Deſunt hic.

....

Bartholomæus Nebridius, fuit in Concilio Arelatenſi 5. à Carolo Magno an. 813. *Baronius anno* 813.

Bartholomæus, circa an 838. cuius meminit, vt & Nebridij, Agobertus Lugdonenſis Archiepiſcopus.

Sigebodus, circa an. 858. de quo *Iuo Carnotenſis Epiſco-*
C *pus epiſt. Decreti. part.*3. *c.*98.

Agius, circa an. 883.

S. Theodardus 887.

Arimſtus.

Aymerius.

Hermindaudus de Narbona 974.

....

Deſunt hic, temporum calamitate & iniuria.

....

Vvefridus, Concilio Tholoſano interfuit anno 1056. *Baronius.*

Dalmatius 1081.

Bertrandus 1085.

Theobaldus, excommunicatus à Gregorio VII. in concilio Romæ habito 1096.

Arnaldus de Leueſio 1121.

Berengarius de Narbona.

Pontius de Arſatio 1165.

Petrus Anselli 1176.

Ioannes primò Epiſcopus Pictauienſis 63. numero, poſtea Narbonenſis Archiepiſcopus, an. 1181. tandem Lugdunenſis
D à Lucio 3. Pp. & Legatus in Franciam miſſus.

Bertherandus Ganſellus 1191.

Arnaldus, Abbas Ciſtercienſis XVI. ordine circa annum 1213.

Guillelmus de Broſa 1249.

Guido Groſſus Falcandi, natione Narbonenſis, prius Epiſcopus Anicenſis ſeu de Podio anno 1259. mox Narbonenſis S. Rom. Eccleſiæ Cardinalis dictus, Sabinenſis Cardinalis, tandem Summus Pontifex Clemens Quartus dictus. Scripſit multa volumina in Bibliothec. Vaticana ſeruata.

Maurinus 1272.

Petrus 1282.

Ægidius Ancellio, vel Aucellini, an. 1309. patruus Auberti Ancellin Claro-Montenſis Epiſcopi 67.

Bernardus de Fargit 1312.

Ioannes Rogerij, Lemouicenſis, anno 1365. at anno 1375. à Gregorio X. Pp. in creatione Cardinalium Presbyter Cardinalis creatur. E

Franciſcus de Caſtelnau, Archiep. Narbonenſis & Cardinalis.

Raynaldus Borbonius 1480. Caroli I. Ducis Borbonij filius naturalis.

Franciſcus de Hallé 1490.

Georgius de Ambaſia Cardinalis, tandem Rhotomagenſis Archiepiſcopus an. 1498.

Franciſcus Guillelmi 1505.

Guillelmus Briçonetus, Turonenſis S.R.E. Cardinalis Prænestinus, prius Remenſis Archiepiſcopus, poſtea Narbonenſis. Obiit Narbonæ menſe Ianuario 1514. ibique ſepultus.

Hippolitus Eſtenſis, Herculis I. Ferrariæ Ducis filius, Cardinalis Ferrarienſis dictus, creatus Archiepiſc. Narbonenſis anno 1516. poſtea Lugdunenſis, tandem Auxitanenſis. Obiit 1520.

Ioannes Lotharingius, Cardinalis, prius Archiepiſcopus Narbonenſis: & totius ordinis Cluniacenſis Abbas, tandem Remenſis Archiepiſcopus, obiit an. 1550. F

Franciſcus de Piſanis 1561.

Simon Vigor, Doctor Theologus Pariſienſis; reuerſus à Concilio Tridentino à Rege Legatus an. 1563. Archiepiſcopus Narbonenſis creatus eſt.

Franciſcus à Ioyeuſa, poſtea Tholoſanus Archiepiſcopus, tandem Rotbomagenſis, Cardinalium Decanus, obiit anno 1615.

Ludouicus de Vertuns, anno 1620. Cathedram tenet feliciter.

SERIES.
ARCHIEPISCOPORVM
THOLOSANÆ
Eccleſiæ.

Tholoſa Galliæ Narbonenſis vrbs, Occitaniæ vulgò *Languedoc* caput, antiquiſſima, tradunt enim nonnulli Tholoſam ante bellum Troianum ædificatam fuiſſe, in eaque multa ſuperſunt veſtigia Romanæ antiquitatis, & Gothorum qui olim eam habitarunt, teſte *Gregorio Turonenſi lib.*8. *Hiſtor. cap.*30. G

Cùm verò hic videretur meſſis multa, operarij pauci, factum vt fauore Ioannis XXII. Pp. Eccleſia quæ antea erat Prioratus Regularis Ordinis S. Auguſtini, in Epiſcopalem 8. Kalend. Martij anni 2. eiuſdem Pontificatus, id eſt, an. 1318. erigeretur.

Eccleſia Cathedralis D. Stephano dicata: tutelaris verò Patronus S. Saturninus, cuius nominis eſt Eccleſia Abbatialis ſæcularis.

In ea Sanctorum Iacobi, Simonis & Iudæ, Philippi & Iacobi, Barnabæ & Bartholomæi, Saturnini & Exuperij, Papilij, & Ægidij, Georgij, Claudij, Nicoſtrati, Simphoriani, Caſtoris & aliorum corpora & reliquiæ aſſeruantur, ideoque in ea ſequentes verſus litteris aureis exarati leguntur:

Omnia ſi luſtres aliena climata terræ,
Non eſt in toto ſanctior orbe locus.

1. Sanctus Saturninus, (S. Sernin) Martyr, 3. an. ſedit, & ſub Decio ſeptima perſecutione paſſus eſt: cuius corpus in Eccleſia eius nominis quieſcit, *Gregorius Turonenſis lib.*1. *hiſt. c.*30. *lib.* 6. *c.* 112. *& lib.* 10. *cap.*29. *& lib.*1. *de Miracul. c.*31. In eum maximam Ciuium ac plebis iram concitatam fuiſſe ſcripſit Maldonatus: quod Tholoſanum Capitolium, id eſt, Officinam Idololatriæ, quoties tranſiret, reſponſis Dæmonum, quæ dari iſthinc, petique ſolebant, ſuppreſſis, velut conticeſcere falſos ipſos Deos cogeret. Igitur veſtigiis per gradus Capitolij præcipitatus vitam finiuit, religatus ad pedes petulci bouis, vt memorat *Greg. Turonenſ. l.*1. *c.*30. *miracul.* eius Sidonius Apollinaris Martyrium *lib.* 9. *Epiſtol. Epiſtol.*16. deſcripſit. H

2. S. Honoratus, Confeſſor prædicti S. Saturnini diſcipulus; in prædicta Eccleſia quieſcit retro altare.

3. Diuus Papulus, Martyr, iacet in prædicta Eccleſia S. Saturnini familiaris, cui commendauit Tholoſam, cùm in Hiſpaniam perrexit ad verbum Dei prædicandum.

4. Diuus Syluius, Confeſſor, Eccleſiæ D. Saturnino dicatæ, iecit fundamenta, in qua iacet. Eius Natalis recolitur pridie Kalend. Iunij.

5. Diuus Exuperius, Confeſſor: inceptam Eccleſiam D.
A Saturnini perfecit, in qua etiam iacet. De eo *Gregorius Turon. hiſtor. lib. 2. cap. 13.*

6. Diuus Germerius, Confeſſor, Sepultus in Eccleſia Parrochiali D. Iacobi de Muello in eadem Diœceſi, vbi à populo ſumma veneratione colitur.

7. Maximus ex Palatino inuitus renitenſque coactus eſt à populo fieri Epiſcopus, de cuius egregia ratione viuendi agit *Sidonius lib. 4. epiſt. 24. ad Turnin.* Claruit circa annum 440.

8. Leontius, Tholoſanus Epiſcopus, ſubſcripſit primo Concilio Aurelianenſi anno Chriſti 512. ſub Clodoueo primo Rege.

9. Magnulphus, anno 50 Childeberti Regis, id eſt circa annum 524. vt teſtatur *Gregorius Turonenſis hiſtoria lib. 7. cap. 27.*

10. Diuus Hilarius ſeu Hylaris, Confeſſor quieſcit in eadem Eccleſia S. Saturni. Eius Natalis dies colitur Calend. Iunij.

11. Bernardus, bonus homo.

B 11. Amelius, vixit ſedente Paſchali 2. Papa & regnante Ludouico Craſſo rege Francorum.

13. Arnaldus, eius tempore Toloſæ habitum fuit Concilium auctoritate Victoris 2. Pontificis Maximi anno 1056 cui Arnaldus ſubſcripſit.

14. Raymundus, ſubſcripſit cum Viuiano Epiſcopo Ruthenenſi ſententiæ condemnatoriæ latæ ab Inquiſitoribus fidei, contra B. Ottonem, & alios 6. Cal. Ianuarij 1047.

15. Hugo.

16. Petrus Rogerius.

17. Durandus.

18. Yſarnus, Yſarnus, quondam dominus vrbis Vaurenſis, cum quibuſdam aliis ſuis conſanguineis ann. 1098. vrbem cum reditibus donarunt Flotardo Abbati ſancti Pontij de Thomeriis, vt Prioratum Ordinis D. Auguſtini in eadem vrbe inſtitueret, poſtea in Epiſcopatum erectus à Ioanne XXII. Pp. anno 1318.

19. Rogerius.

20. Amelius.

C 21. Raymundus II.

22. Guillelmus.

23. Geraldus de Bertha, aliàs de Baria.

24. Hugo II.

25. Fulcrandus, obiit 14. Aprilis 1200.

26. Raymundus III. de Rebaſtens.

27. F. Folco, Maſſilienſis Religioſus & Abbas Floragiæ Ord. Ciſtercienſis, à Comite Tholoſano Albigenſium Hereticorum Duce & Principe Epiſcopatu expulſus eſt. Obiit die Natalis Domini 1231. vel an. 1213.

28. Raymundus IV. de Falquerio, ex Priore Monaſterij fratrum Prædicatorum Tholoſæ, Epiſcopus electus fuit, anno 1231. fundauit & ædificauit Eccleſiam & Conuentum fratrum Prædicatorum Tholoſæ. Rexit annis 39. obiit anno Domini 1270.

29. Bertrandus de Inſula, hic ædificari iuſſit Chorum, & vndecim Capellas in circuitu præfati Chori. Fundauit, atque dotauit 12 Presbyteros præbendatos in eadem Eccleſia, qui vocantur Præbendati de duodena. Obiit in dicto Caſtro de Balmatio, vltima Ianuarij 1280.

30. Hugo Maſcarius, Obiit Romæ 6. Decemb. 1296.

D 31. Ludouicus, filius Caroli ſecundi Regis Siciliæ Ordinis fratrum Minorum, cuius corpus requieſcit in Eccleſia fratrum Minorum Maſſiliæ: miraculis claruit, quem inter ſanctos Confeſſores retulit Ioannes XXII. Pp. anno 1313. *Platina.* Vno anno tantum rexit Eccleſiam.

32. Arnaldus Rogerius de Conuenis, filius Domini Bernardi Comitis Conuenarum.

33. Petrus d'Arrablay D. de Capella Tailleſer, Lemoula S.R.E. Presbyter Cardinalis anno 1305. & Galliæ Cancellarius anno 1316.

34 Gaillardus de la Mothe; aliàs de Preſſage, nepos Clementis Papæ V. primo Epiſcopus Tholoſanus, tandem Vaſatenſis. Hic vltimus fuit Epiſcopus, nam Epiſcopatum in Archiepiſcopatum erexit Ioannes 22. Pp. anno 1317. attributis ei 7. Epiſcopis Suffraganeis.

35. Ioannes Raymundi de Conuenis, (de Comminges) filius Comitis Conuenarum, primuſque Archiepiſcopus Tholoſanæ ordinatus à Ioanne Pp. 22. cùm eſſet Epiſcopus Magalonenſis menſe Iulio 1317. quo anno Epiſcopatum erexit in archiepiſcopatum. abnuit Pontificatum Romanum, dum Benedictus 12. electus fuit 1334. Obiit Aueniones 1349. E

36 Dominus de Vayraulis [illegible]

37. Guillelmus de Laudimo, ordinis fratrum Prædicatorum: quatuor præbendas ſeu Capellas S. Dominici fundauit in eadem Eccleſia, an. 1340.

38. Stephanus Cambaruti, aliàs Albranti, Religioſus ſancti Benedicti, Clementis Papæ VI. magnus Camerarius anno 1350.

Raymundus de Viſſ. alij de Canillac Canonicus regularis S. Auguſtini à Clemente VI. Cardinalis S. Crucis in Hieruſalem, anno 1349.

39 Ioannes Cardailhaco, an. 1370.

40. Franciſcus de Sernaio 1390.

41. Petrus de S. Martiale, anno 1401. hic fundauit 4. presbyteros Præbendatos, ſeu Capellanos cum vno Clerico, qui vocantur præbendati S. Martialis, & S. Catharinæ in eadem Eccleſia. F

42. Vitalis de Caſtro Mautano 1410.

43. Dominicus de Florentia, Ordinis Prædicatorum, primò Epiſcopus Albienſis anno 1379. ſecundò S. Pontij Thomeriarum anno 1382. rurſus Epiſcopus Albienſis, quem anno 1407. reliquit, creatus Archiepiſcopus Tholoſanus. Obiit anno 1412.

44. Dionyſius de Molendino (du Moulin) Meldenſis à Libellis regia Caroli VII. ac vitam Eccleſiaſticam ſequi deſiderans, primò Epiſcopus Pariſienſis 1439. Deinde in Patriarcham Antiochenum electus, tandem obiit Tholoſanus Archiepiſcopus 15. Septembris 1447.

45. Petrus de Molendina, præfuit Archiepiſcopatui 12. annis.

46. Bernardus de Roſſergio, Ius ciuile & Canonicum per annos 20. in Academia Tholoſana profeſſus eſt, Eugenij Papæ IV. & Nicolai V. Referendarius ſedis apoſtolicæ, poſtea Epiſcopus Vaſatenſis, tandem Archiepiſcopus Tholoſanus, multa opera ſcripſit ſacræ Theologiæ, iuris Ciuilis & Canonici. G

47. Petrus de Leone.

48. Hector de Borbonio; antea Epiſcopus Vaurenſis eiuſdem Prouinciæ.

49. Ioannes de Aureliano, filius Franciſci Ducis de Longauilla, Princeps Dunenſis, poſtea Epiſcopus Aurelianenſis anno 1521. Ex Archiepiſcopo Tholoſano tandem S. Rom. Eccleſ. Cardinalis à Clemente VII. factus eſt ann. 1533. obiit 1534.

50. Gabriel Cardinalis de Gondimonte, prius Pictauienſis Epiſcopus, tandem Tholoſanus Archiepiſcopus, Regis Legatus in Hiſpaniam, in qua legatione vita functus eſt anno 1534.

51. Odo Collineus à Caſtillione, priùs Epiſcopus Bellouacenſis anno 1530. Diaconus Cardinalis, S. Adriani à Caſtellione nuncupatus, tandem Archiepiſcopus Tholoſanus. Mortuus in Anglia an. 1571. quo profugerat vt hæreticis hæreticus patrocinaretur.

52. Antonius Sanguin. S. R. E. Presbyter Cardinalis à Medone, dictus à Paulo III. anno 1539. Titul. S. Mariæ, ab anno 1533. Epiſcopus Aurelianenſis. Obiit menſe Nouembri. H

53. Robertus de Lenoncourt, Epiſcopus Cathalaunenſis, deinde Metenſis, poſtea Archiepiſcopus Arelatenſis & Turonenſis, tandem Tholoſanus, & S. R. E. Cardinalis. Moritur an. 1561. Metis.

54. Georgius S. R. E. Cardinalis Armeniacus anno 1572. antea Epiſcopus Vabrenſis, poſtea Ruthenenſis, tandem Archiepiſcopus, & Vicelegatus Aueniononenſis Presbyter Cardinalis TT. Pammachij, poſtea TT. ſancti Laurentij in Lucina à Paulo 4.

55. Paulus Foixius, de Foix) poſt multas in Anglia Scotia Italia de grauiſſimis rebus legationes Henrici III. Galliarum Regis, apud Gregorium XIII. R. Pontificem orator. Dum Romæ ageret, inter ſacra morbo repentino correptus, optimè meritam de Patria & Rege animam Deo reddidit cadente Maio anno 1584. ætatis 56. *Iac. Auguſtus. Thuanus lib. 8. Hiſtoriarum ſui temporis.*

56. Fran

56. Franciſcus à Ioyeuſa, S. R. E. Cardinalis Epiſcopus A Oſtienſis, & Cardinalium Collegij Decanus, Galliæ Protector, primò Archiepiſcopus Narbonenſis tandem poſt reſignationem factam Ludouico de la Valette Archiepiſcopus Rothomagenſis factus eſt. Mortuus anno 1615.

Ludouicus de la Valette.

SERIES
ARCHIEPISCOPORVM
AQVENSIS
ſiue
AQVARVM SEXTIARVM
ECCLESIÆ AIX.

Aquæ Sextiæ, quas ſyllabis quinque hodie in vnam contractis Galli (Aix) appellant, ab aquis & ſcaturiginibus quæ multa ſunt, calentibus, & à Sexto Caluino, qui apud eas Salios deuicit, nomen ſumpsêre, vt auctor eſt *Paterculus poſteriori volumine.* Archiepiſcopali Cathedra & Curia ſuprema decoratur. Templum autem Cathedrale dicatum S. Saluatori trans- B figurato, cuius feſtum diem celebrant ſexto Augusti.

S. Maximus, aliàs Maximinus, Chriſti diſcipulus, qui cum ſanctis Lazaro, Maria Magdalena, Martha ſororibus, & Cedonio poſt aſcenſum Chriſti in cœlum claſſe Maſſiliam appulis, Aquenſis Epiſcopus (vt quidam ſcripſerunt) morienti ſanctæ Magdalenæ, poſt Miſſarum ſolennia ſacroſanctam Euchariſtiam adminiſtrauit.

S. Cedonius, Chriſti diſcipulus, qui cæcus natus, Chriſti beneficio lumen percepit.

Maximus II. Concilio Arelatenſi IV. interfuit anno 556.

Iulius in Concilio Aurelianenſi V. anno 568.

Pientius, in Concilio Matiſconenſi ſecundo an. 588.

Pontius, cum Rambaldo Arelatenſi Archiepiſcopo, fuit Vicarius Victoris II. Pontificis Maximi in Synodo habita Toloſæ anno 1056. vt refert *Cæſar Baronius Cardinalis ſub eodem anno.*

Hugo, ſedebat an. 1257. temporibus Caroli à Francia comitis Andegauenſis & Prouinciæ, poſtea Siciliæ Regis ſancti Ludouici Francorum Regis frater, de quo videndus *Cæſar* C *de Noſtre-Dame in hiſtoria Prouinciæ parte 3.*

Vicedominus, vel Biſdominus, eundem Carolum comitem Andegauenſem ſequutus, cùm in Siciliam profectus eſt anno 1265. eam in poteſtatem redigeret, quod feliciter euenit.

Petrus du Pré, Caturcenſis diœceſis S. Rom. Eccl. Cardinalis creatus à Ioanne 20. dicto 22. Pontifice Maximo anno 1330.

Sub eodem tempore, vel paulò poſt claruit.

Petrus Aureoli Verberius: Ordin. Minorum Gallus, Doctor facundus nuncupatus, ex Archiepiſcopo Aquenſi, Cardinalis ab eodem Ioanne 20. aut 22. Pp. creatus.

Guillelmus Amici, Lemouix Rotæ Rom. auditor, poſtquam Archiepiſcopatum Aquenſem per aliquot annos rexiſſet, factus eſt Carnotenſis Epiſcopus 80 an. 1341.

Oliuarius, in cuius manibus Carolus IV. Andegauenſis Rex Siciliæ, & comes prouinciæ, qui obiit anno 1481. teſtamentum Ludouici II. Andegauenſis Regis Siciliæ depoſuit, vt pluribus verbis refert *Cæſar de Noſtre Dame, parte 6. hiſtoria Prouinciæ.*

D Philippus, ſedebat in Archiepiſcopatu Aquenſi anno 1487.

Petrus Filhol, Borbonenſis, obiit anno 1540.

Laurentius Strozius, Regis Francorum exercitui præfectus In Gallia Narbonen. diuerſa hæreticorum loca armata manu expugnauit, & ad fidem Catholicam reduxit, ob quæ & alia præclarè geſta priuati conſiliarij Regij nomine, & Epiſcopali Biterrenſis Eccleſiæ dignitate meruit condecorari. Hunc Paulus IV. in gratiam Petri Strozij illius fratris, Preſbyterum Cardinalem tit. ſanctæ Balbinæ pronunciauit. Ex Biterrenſi ad Albienſem, mox ad Aquenſem Eccleſiam tranſlatus, in Gallis ad meliorem vitam euocatus eſt Auenione 29. Kalend. Ianuar. anno 1571. Vide continuatorem Onuphrij.

Iulianus de Medicis Florentinus, ex Biterrenſi Epiſcopo ad Archiepiſcopatum Aquenſem euectus eſt poſt Laurentium Strozium Cardinalem: poſtea fuit Epiſcopus Albienſis an 1574. Obiit in Caſtro de Aureol. anno 1588.

Alexander Canigiani, interfuit generalibus regni Comitiis Bleſis habitis anno 1588. à Clero ſuo delegatus.

Gilbertus Genebrardus Aruernus, Benedictinus, primùm B ſanctæ linguæ apud Pariſios regios Interpres, Hebraicæ antiquitatis arcana plurima, & ea maximè quæ ad rationes temporum ſubducendas, pertinent, perquiſiuit, & publicauit ſub titulo *Chronologia.* Multa eruditionis plena ex Hebræis & Græcis accurate tranſtulit, multaque commentatus eſt: his ſtudiis ſeneſcentem, Aquenſi Archiepiſcopatu donauit Gregorius XIV. anno 1593. ſexagenario maior, obiit Semuri in Heduis, vbi optimum ſacerdotium poſſidebat anno 1597. Hæc & plura *Iacob. Auguſtus Thuanus in hiſtoriarum ſui temporis lib. 119.*

Paulus Huraltus Hoſpitalius.

Guido Huraltus Hoſpitalius, Pauli nepos, & ex eius reſignatione Epiſcopus factus, in Aprili 1618. poſſeſſionem adeptus anno 1619.

SERIES
EPISCOPORVM
METENSIS ECCLESIÆ F
IN LOTHARINGIA.

Ciuitas Metenſis antiqua in Galliarum prouincia primæ Belgicæ, vinearum ac nemorum vberrima, montibus conſpicabilis, venis ſalinarum illuſtrior, cæteris ciuitatibus ſalubrior, ſita ſuper flumina Salam & Moſellam. Diuodurum nuncupatur, quaſi Diuum; id eſt mons Deorum, eò quod è regione aduenientibus eminere cernuntur turribus & ædificiis: Mediomatricum etiam vocatur à circumuicinarum vrbium ſitu, habet namque Treuiros Metropolim ab aquilone: Tullum à meridie: Virdunum ab occidente; inter quas floret quaſi media mater: Metis etiam à quodam Victore Metio nomine appellatur: vnde illud:

Sufficius dederat nomen cui Metius vrbem,

Eccleſia Cathedralis D. Stephano dicata eſt,

De Metenſibus Epiſc. ſcripſit nonnulla *Richardus de Vaſſebourg Virdunenſis Eccleſia Archidiaconus lib. Antiquitatum eiuſdem ciuitatis.*

1. Sanctus Clemens; B. Petri diſcipulus, & ab eo Roma Metim miſſus, vt Pontificali dignitati præeſſet, aduenit au- G tem quinto Claudij anno, & ſedit 25. annis, videlicet ſub Claudio II. & ſub Nerone XIV. Obiit tempore Veſpaſiani Imperatoris.

2. S. Celeſtinus, alias Celeſtis, rexit Eccleſiam annis 15.

3. S. Felix 42.

4. S. Patiens 20. natione Græcus.

5. Victor, 9. adfuit Concilio Agrippin.

6. Victor II. annis 3.

7. Simeon 30. obiit 14. Kalend. Martij, ſepultus in Eccleſia S. Clementis.

8. Sambatius 18. ſepultus in Eccl. S. Clem.

9. Rucellus, ſiue Rufus, ſedit 29. ob. 6. Kal. Sept. ſepultus in eadem Eccleſia.

10. S. Adulphus 17.

11. Firminus Græcus, an. 488. ſedit anni 45.

12. Legontius 14. ob. 12 Kalend. Martij.

13. S. auctor 49. ob. 4. Id. Auguſti.

14. Epleccius 16.

15. Vrbicus, ſiue Vrbicius 29. H

16. Rynolus, ſiue Bonolus. 3. obiit 8. Id. Octob.

17. Therentius 10. obiit 14 Kalend. Nou.

18. Goſelinus 18. obiit 2. Kalend. Aug.

19. Romanus 30. obiit Id. Aprilis.

20. Frominus, ſedit 8. an. obiit 6. Kalend. Auguſt.

21. Grammacius 25. adfuit Concil. Aurel. obiit 6. Kalend. Maij

22. Agatimbirus 12. obiit 4. Id. Maij.

23. Sperus 17. ob. 10. Kalend. Sept.

24. Vvilliccus 25.

25. Petrus 10. ob. 5. Calend. Oct.

Brouuerius Societatis Ieſu Presbyter, in Notis ad Fortunatum *lib* 3. *cap.* 16. ſcribit Vilicum Metenſem fuiſſe Epiſcopatum 25. numero, & ad ipſum Fortunatum ſcripſiſſe ibidem, quod etiam probat quodam exemplari, ſiue Codice manuſcripto Epiſcoporum Metenſium: Sediſſe notat annis 25. ſub Pelagiano I. Ioanne III. Benedicto I. & obiiſſe diem Calendis Maij, nec tamen reperitur in Demochare.

26. Aygulphus, ortus ex filia Clodouei Francorum Regis, Epiſcopatum magnis reditibus ampliauit, ſedit 12. an. Obiit 10. Cal. Dec. ſub Gregorio I. Papa.

27. S. Arnulphus, ſiue Arnoaldus, ſedit ann. 8. Obiit 7. Idus Octobr. ſuperioris nepos & Dagoberti Regis præceptor.

28 Papolus præfuit an. 14. obiit 11. Calend. Octobr. Eccleſiam in honorem S. Symphoriani prope muros vrbis conſtruxit.

29. S. Arnulphus, annis 15. filius Arnoldi Filij Clotarij 2. Regis anno 619 Auſtraſiæ Moſellanicæ Dux; ducatu, vxore & liberis relictis, Monachus Lyrinenſis factus eſt 623. poſtmodum Epiſcopus populum ſibi commiſſum annis 15. Gubernauit. Obiit anno 641. die 15. Kalend. Auguſt.

30. S. Goëricus Albo 648. prius comes, deinde Aquitaniæ Rex, opibus plurimis ditauit Eccleſiam Cathedralem: Baſilicam S Petro dicatam conſtruxit. Sed an. 17. ob. 18. Kalend. Octob. 667. ſepultus in Eccleſia S. Symph. & inde tranſlata fuêre eius oſſa ad Caſtrum Spinal. dictum an. 657. vbi cum reuerentia recondantur.

31. Dodo 10. 2. menſ. ob. 8. Id. Maij.

32. S. Glodulphus n. Arnulphi Ducis Auſtraſiæ poſtea Epiſcopi 29. filius, exemplo patris, Monachus, poſt Epiſcopus anno Dom. 665. tandem Treuirenſis Archiepiſcopus. Obiit 675. die 6. Iunij. Sed. an. 42. d. 25.

33. Albo 10. ob. 17. Calend. Maij.

34. Aptadius 13. ob. 12. Calend. Febr.

35. Felix 2. menſibus 9.

36. Sigibaldus, an. 25. per omnia Eccleſiæ ſanctæ Dei deditus, duo monaſteria conſtruxit & fundauit Clauſtriacum & Nouum Vilare Croſtlos & Neufuillier. Obiit 7. Calend. Nouemb. Stephano & Paulo Pp. Conſtantino & Leone IV. Imper.

37. S. Godegrandus, ſeu Chrodegrandus, Pipini nepos, in palatio Caroli Marcelli educatus, eiuſque Referendarius, eloquio facundiſſimus, orphanorum viduarumque pater & tutor extitit. Rexit an. 15. obiit an. 800.

38. Angelramus, Archicapellanus palatij Caroli Magni, rexit annis 53. Nouæ Cellæ monaſterium conſtruxit, in quo quieſcit, obiit 8. Calend. Nouemb. 800.

39. Gondulphus, an. 26. obiit 7. Idus Septemb.

40. Drogo, Caroli Magni filius naturalis, Monachus Luxouienſis, creatur Epiſcopus 823. præfuit 32. annis. Obiit ann. 855. 6. Idus Nouembr. Metis ſepultus. *Trithemius lib. 4. cap. 225.*

41. Aduentius 17. annis præfuit, antea Monachus Ordinis S. Benedicti & Abbas S. Arnulphi Metenſis Carolum cum Hincmaro Archiepiſc. Remenſi Metis vnxit & coronauit. Obiit anno 872. *Trithemius in Chronico Hirſogia.*

42. Vallo, ſiue Gualo, ſedit ann. 6. dieb. 15. à Normannis hoſtibus interficitur 884. 3. Non. Aprilis 891.

43. Robertus 34. in Conc. Triburnenſi 895. Cœnobiorum reformator, Pallium à PP. promeruit.

44. VVigericus ſiue Diegerus, Germanus Monachus Sancti Auselij Hirſogiæ & Abbas Monaſterij S. Georgij in nigra Sylua, creatus Epiſcopus 921. Præfuit annis 10. an. 931. obiit.

45. Benno, eremita, inuito Clero factus Epiſcopus, à ciuibus Metenſibus vtroque lumine priuatus, præfuit 2. an. & rediit ad eremum an. 925.

46. Adelbero, Epiſcopus factus anno 926. Monachos in Abbatiam ſancti Arnulphi Metenſis, anno 939. introduxit: rexit Eccleſiam 36. annis 9. menſibus, 25. diebus. Obiit 964. 7. Kal. Maij.

47. Theodoricus 19. Othonis Imperatoris conſobrinus. Hic 684. multa ſanctorum corpora ab Italia tranſtulit in Eccleſiam ſancti Vincentij Martyris 970. fundator Eccleſiæ Cathedralis S. Stephano dicatæ. Eccleſiam rexit 47. annis. *Sigebertus.*

48. Adelbero 2. filius Frederici Ducis, creatur 985. ſedit an. 28. obiit 18. Kal. Ianuarij.

49. Herimannus, ſeu Germanus 19. 1000.

50. Popo 8.

51. Adelbero 22.

52. S. Theogerus 2. an. Eccleſiam rexit, Comitis Metenſis filius: pontificatu ſe abdicans an. 2. Cluniacenſe clauſtrum ingreſſus. Vixit an. 1109.

53. Stephanus 43. S.R.E. Cardinalis, an. 11[illegible] Pp. nepos ex ſorore, & frater comitis Barenſis, Obiit 3. Kalend. Ianuarij an. Dom. 1164.

54 Theodoricus 9. nepos prædeceſſoris.

55. Fericus 2.

56. Bertrandus, Sax. an. 118[illegible]

57. Theodoricus 6.

58. Conradus [illegible] Spirenſis Epiſcopus, & Imperatoris Cancellarius [illegible] an.

59. Ioannes, [illegible] Virdunenſis Epiſcopus, clarus genere, ſed clarior virtute [illegible] 15. an.

60. Iacobus 22. annis filius Friderici Ducis Lotharingiæ, Abbatias, Monaſteria & Epiſcopatum maximo reditu auxit: & poſtquam rexit Eccleſiam 22. ann. obiit plenus dierum, menſe Octobr. an. 1260.

61. Philippus, præfuit annis 3. ex ſtirpe Imperiali & Ducis Lotharingiæ an. 1260.

62. Guillelmus de Tregnel 6. 1265.

63. Laurentius 10.

64 Ioannes Guidonis 2. filius comitis Flandrorum, deinde Epiſcopus Leodinus 1281.

65. Bouchardus de Faneres, fit Epiſcopus 1283. frater Comitis Hannoniæ, rexit 14. ann. obiit pridie Kalend. Decemb. 1296.

66. Gerardus de Relanges 5.

67. Reginaldus de Bar, communi omnium ſuffragio electus Epiſcop. 1302. frater Ducis de Bar, bellauit contra Ducem Lotharingiæ ad defenſionem iurium Epiſcopatus; at poſtquam Eccleſiam per 14. annos rexit, veneno necatus eſt ann. 1316. poſt cuius obitum vacauit ſedes 3. ann. ob litem motam in Curia Roman. inter duos electos à Capitulo, qui poſteaquam renunciarunt, Pontifex Ioannes 22. Epiſcopatum conceſſit Henrico Dalphin an. 1319.

68. Henricus Dalphin 6.

69. Ludouicus Pictauienſis, 3. an. 1325.

70. Ademar, ſeu Ademarius Demontil. Epiſcopus factus 1328. antea Eccleſiæ Rhemenſi Archidiaconus, rexit Eccleſiam 33. annis. Obiit 8. an. Innocentij Papæ 6. id eſt an. 1360. iacet in Capella S. Ioannis quam fundauerat.

71. Ioannes de Vienna 4. an. 1361.

72. Theodorus de Bopard. an. 1365. rexit 38. an.

73. Petrus de Luxemburgo, anno 1384. obiit Auenione die 2. Iulij 1387. ſic 3. annis ſedit.

74. Radulphus de Couſſy, an. 1387. rexit 28. ann. tandem Epiſcopus Nouiomenſis 80.

75. Conradus Bayer, anno 1416. rexit Eccleſiam an. 42. Conuentus fratrum Prædicatorum & Carmelitarum conſtruxit, obiit 21. Aprilis 1459.

76. Georgius de Baden, 3. annis.

77. Henricus de Lotharingia, frater Ducis Lotharingiæ.

78. Ioannes à Lotharingia, priùs Morinenſis Epiſcopus S. Roman. Eccleſ. Cardinal. Diaconus, Henrici nepos. Is anno 1530. reſignauit Epiſcopatum Nicolao à Lotharingia nepoti, & creatus eſt Epiſcopus Albienſis & Archiepiſcopus Narbonenſis, tandem Rhemenſis, obiit ann. 1550.

79. Nicolaus à Lotharingia 1539.

80. Robertus de Lenoncourt, prius Cathalaunenſis Epiſcopus, poſtea Archiepiſcopus Arelatenſis Tholoſanus, tandem Rhemenſis, S. Roman. Eccleſ. Cardinal. mortuus 25. Septembris 1535.

81. Franciſcus de Beauquere, interfuit Concilio Tridentino.

82. Carolus à Lotharingia, S. Rom. Eccl. Cardinalis, Archiepiſcopus quoque Rhemenſis. Obiit 10. Decemb. 1574.

83. Carolus à Lotharingia, S. R. E. Cardinalis, obiit 24. Nouemb. 1607.

84. Annas d'Eſcars de Giury, primus Epiſcopus Lexouienſis S. R. E. Cardinalis à Clemente 8. creatus, filius Franciſci Domini d'Eſcars, & Franciſcæ de Longuy. Obiit menſe April. anno 1612.

85. Henricus, antea Gaſto Foxius nominatus, Regis Henrici IV. filius naturalis.

SERIES

A SERIES EPISCOPORVM VIRDVNENSIS ECCLESIÆ

Qui Comitum dignitate illuſtrantur.

Virdunum vrbs Belgicæ primæ peramœna ad Moſam ſita, à Fortunato Virdunensi ... Monaſterijs, templiſque egregijs inſtructa, Prouincialis Treuericæ Metropolis, olim in Lotharij regno eſita, poſtea etiam in Imperio Germanico, Comitatus titulo, quo pollet Epiſcopum loci non obſcura, ſed regno Galliæ Henricus 2. Rex adiecit an. 1552. Eccleſia Cathedralis B. Mariæ dicata.

1. S. Sanctinus S. Dionyſij diſcipulus, & Meldenſis Epiſcopus, obiit 118.

2. S. Maurus, obiit 150.

3. S. Saluinus 222.

4. S. Arator.

5. S. Polchronius S. Lupi diſcipulus, ſiue Polychronius, hic Concilio adfuit Chalcedonenſi 630. in quo ordinatum eſt hoc elogium, *Gaude Maria virgo cunctas hæreſes, &c.* in Eccleſiis debere cantari, & Eccleſiam S. Mariæ conſtruxit, in quam tranſlatis ſuos Canonicos.

B 6. S. Poſſeſſor, eligitur 470.

7. S. Firminus 480.

8. S. Videnus, ſeu Vitonius 502. Concilio Aurelianenſi 1. tempore Clodouæi interfuit.

9. Deſideratus. Concil. Aruernenſi 519. *Gregorius Turonenſ. hiſt. lib. 3. c. 34.*

10. S. Agericus 554. de eo *Greg. Turon. hiſtor. lib. 3. c. 37. Sigebertus*, ad an. 542. Childebertum Regem ex ſacro fonte ſuſcepit, eiuſque in primis gratia & amicitia floruit. Idem *Gregorius lib. 9. c. 8.*

11. Carimeris 595. referendarius Childeberti Regis, *Gregorius Turon. lib. 9. c. 23.*

12. Harmenſredus. Monachus Luxouienſis Ordinis S. Bened. mox Virdunenſ. Epiſc. an. Dom. 609. præfuit an. 12. Obiit an. 621.

13. Paulus 621. Nepos S. Germani Pariſienſis Epiſcopi. Eremita primùm apud Vanzagum montem, deinde Monachus Monaſterij Tollegij Diœceſis Treuerenſis. Obiit an. 648. Pontificatus an. 27. die 7. Idus Februarij.

C 14. Giſloadus 648. Monachus Theolopienſis. præfuit Epiſcopatui an. 17. Obiit an. 665.

15. Gerebertus 665. Monachus & Abb. Theologienſis, Tyrannidi Ebroini Eccleſias Dei immenſis vectigalibus opprimentis conſtanter reſtitit anno 14. Pont. Chriſti 679. obiit.

16. Armonius 689. Pipini Ducis Brabantiæ conſanguineus; Monachus & Abb. Theologienſis, rexit 12. an. Obiit an. 701.

17. Agrebertus 701.

18. Bertalemius 708.

19. Abbo 709.

20. Pepo 716.

21. Volchiſus 722.

22. Agronius 729.

23. S. Magdalueus 735.

24. Amalbertus 761.

25. Petrus Italicus 774.

26. Auſtrannus 799.

27. Herilandus 805.

D 28. Hilduinus 819. de eo *Fauchetus de Magiſtratibus Franciæ c. 7 Hincmarus Epiſt. 3. c. 15.*

29. Hatto 859.

30. Berhardus 869.

31. Dado. Conc. Tribarienſi 880. interfuit.

32. Barnonius 920.

33. Bereogarius 939.

34. VVlgifridus 962

35. Hugo 986.

36. Adelbero 987. Fil. Com. Verdunen. Cuius meminit *Sylueſter Pp. 2. Epiſt. 58.*

37. Addalbertus 988.

38. Haymo 992.

39. Rambertus 1027.

40. Richardus I. 1041.

41. Theodoricus 1042. hic S. Cononem, qui & Contardum Primicerium Colonienſem ab Imperatore Henrico ad ſuſcipiendum Archiepiſcopatum Treuerorum miſſum, & interfectum à Comite, & tranſportatum ad Tollegium Monaſterium ſepeliuit an. 1067. *Sigeb.*

42. Richerus 1098.

43. Richardus 2. 1107. E

44. Henricus I 1117. ad eum S. Bernardus ſcripſit *Epiſtolam 62. ſuarum Epiſtolar.*

45. Vrſio 1129. Monachus & Abbas ſancti Dionyſij Remenſis, Ord. S. Bened. vir admodum puſillanimis, an. 3. Epiſcopatus oneribus renuncians, ad ſuum Monaſterium recipitur 1131.

46. Albero de Chini 1131 pro iſto B. Bernardus cùm cantaret Miſſam, mutaſſe collectam defunctorum in Collectam confeſſorum traditur.

47. Albertus de Marcy 1156.

48. Richardus 3. 1163.

49. Arnaldus de Chini 1171.

50. Henricus de Caſtres 1181.

51. Albertus de Hirgis 1186.

52. Robertus de Grandi prato 1208.

53. Ioannes d'Aſpremont 1217.

54. Radulphus de Teſta 1224.

55. Guido de Triſguel 1245.

56. Guido de Meloto, eligitur 1245. poſtea Epiſcopus Antiſſiodorenſis. F

57. Ioannes d'Aſſa 1247.

58. Iacobus Pantaleon. Doctor Iuris Canonici & Theologus, Laudunenſis Archidiaconus ſub Innocentio 4. deinde Epiſcopus Virdunenſis, poſtea Patriarcha Hieroſolymitanus, tandem Papa Vrbanus 4. dictus, qui feſtum SS. Sacramenti inſtituit an. 1260. hic natione Trecenſis fuit filius Cerdonis, vt ait *Antoninus.*

59 Robertus Mediolanenſis 1257.

60. Vlricus de Sarnayo 1271.

61. Gerardus de Grandiſono 1277.

62. Henricus de Grandiſono, huius frater 1278.

63. Iacobus de Renigny 1290.

64. Ioannes de Richerecourt 1296.

65. Thomas de Blammont 1302.

66. Nicolaus de Nouauilla 1305.

67. Henricus d'Aſpremont 1312.

68. Otho Prixsutenſis 1350.

69. Hugo de Bar, à Clemente 1352. G

70. Ioannes Borbonius 1361.

71. Ioannes de Sancto Deſiderio 1371

72. Guido de Roya, poſtea Archiepiſcopus Remenſis à Gregorio XI. 1376.

73. Leobaldus de Conſancenſi, ſub Clem. 7. 1378.

74. Ioannes de Sarebruche ſiue de Saraponte 1405.

75. Ludouicus de Bar, permutatione 1419.

76. Ludouicus de Harancourt 1430.

77. Guillelmus de ſancto Tierry 1437.

78. Ludouicus de Haraucourt, pro ſecunda vice 1445.

79. Guilhelmus de Haraucourt, ſuperioris nepos 1456.

80. VVaricus Dompmartin, recipitur 1500.

81. Ludouicus à Lotharingia 1508. prius Albienſis Epiſc. poſtea Senonenſis Archiepiſcopus.

82. Ioannes Lotaringius. Cardinalis per reſignationem fratris 1523.

83. Nicolaus à Lotharingia, per reſignationem ſuperioris 1544. H

84. Nicolaus Pſalmæus, Religioſus Ordinis Præmonſtratenſis 1548. Iuris Canonici Doctor, ſtudioſorumque amator præclarus, & interfuit Concilio Tridentino.

85. Carolus à Lotharingia, card. de Vaudemont nuncupatus.

86. Nicolaus Bouſmard.

87. Nicolaus Bouche.

88. Ericus à Lotharingia de Vaudemont. reſignauit Carolo nepoti.

89. Carolus à Lotharingia, filius Henrici Comitis de Chaligny, an. 1610. fœliciter regit Eccleſiam, verbum Dei prædicans. Quam functionem quamuis diuino iure ſibi incumbere non poſſint ignorare, admodum parcè tamen Epiſcopi hoc tempore exercent. Et licet huic muneri & dignitati maxima cum laude præeſſet & prodeſſet, pacatioris tamen, tranquillioriſque vitæ amans, Religioſæ Societatis Ieſu ſeſe addixit, Gregorio XV. Pontifice conſentiente.

90. Franciſcus à Lotharingia, ex Decano Colonienſi, & Abbate medij-monaſterij ad hanc ſedem promouetur, per ceſſionem Caroli fratris 1623.

SERIES EPISCOPORVM TVLLENSIS ECCLESIÆ TVLI

A Tollus & Tullenſis ciuitas, cuius ciues à Caſare, & Lucano hoc nomine Leuci deſignantur,

Optimus excuſſo Remus Leucúſque lacerto.

Eccleſia Cathedralis D. Stephanus dicata.

Sanctus Mansuetus Diſcipulus ſancti Petri, ſocius S. Clementis Epiſcopi Metenſis natione Scotus.

2. S. Amoo.

3. S. Aica, ſiue A[illegible]

4. Celcinus.

5. Aſpicius, ſiue Auſpicius.

6. Vrios.

7. Aper, ſiue Eprus. Obiit 140.

8. Albinus 245.

9. Triforicus.

10. Dulcitius.

11. Premon.

12. S. Antimundus. Martyr 273. vacauit ſedes trecentis annis

B 13. Eccularius.

14. Teufridus, tempore Dagoberti 631.

15. Leudinus, vel Leubinus.

16. Ebortinus Eborachius vel Eburtus.

17. Adeodatus Leucorum Epiſcopus.

18. Bodo.

19. Ebornus.

20. Ermetus, vel Ermencheus.

21. Magoldus, vel Magoaldus.

22. Dodo

23. Godo, tempore Pipini.

24. S. Bodo.

25. Gribualdus, ſiue Garibaldus. Cœnobij diui Michaelis author & dotator, & ibidem poſtmodum ſpretis mundi delitiis Monachus, deinde ob pietatem Tullenſis Epiſcopus electus.

26. Iacobus, relicto Epiſcopatu Monachus efficitur in Monaſterio S. Benigni. Diuionenſis, ibique quieuit. Floruit an. 750. de Rozieres *Tom. 3. Hiſtoria Lotharingia c. 53.*

C 27. Berno, Borno, Bono, vel Boun.

28. Vnanimicus.

29. Frotarius.

30. Arnulphus, in Concilio apud Saponarias 859. prope vrbem Tullenſem.

31 Arnaldus ſuperioris nepos, in coronatione Caroli Calui Metis in Regem Auſtraſiæ, 869. & Synodo Pontigonenſi 876. & Tricaſſina 878. Obiit 894.

32. Lugdelinus vel Ludolinus.

33. Drogo. Obiit 922.

34. Gauſelinus vel Goſlinus.

35. S. Gerardus Colonia Agrippina oriundus.

36. Stephanus.

37. Robertus ex monacho Metelochienſi, via anno præfuit.

38. Bertoldus.

39. Herimannus. Coloniæ natus & ſepultus 1026.

40. S. Bruno qui poſtea Papa factus Leonis 9. nomine; retulit Gerardum ſuperiorem inter Sanctos. Titulum etiam
D priorem Tullenſis Epiſcopi quoad vixit retinere voluit: diem ſuum obiit 1054.

41. Humbertus Siluæ Candidæ, Epiſcopus Cardin. Gallus, Monachus Tullenſis, Ordinis ſancti Benedicti, à Leone Papa IX. 1054. Conſtantinopolim delegatus, coram Imperatore, & Patriarcha tanta facundia aduerſus Græcorum errores diſſeruit, vt Nicetas pectoratus Monachus librum quem contra Romanam Eccleſiam Attico ſupercilio conſcripſerat, ſua manu flammis deuouerit. Eius velitationis acta quædam *Epiſcoporum Virdunenſium hiſtoria.*

42. Vdo vel Odo. hunc Leo 9. ſibi ſucceſſorem elegit. Obiit 1070.

43. Bibo vel Pibo, fit poſtea monachus Diuinenſis. Intereſt Concilio Claromontano 1095. & obiit 1107.

44. Riguinus, Obiit 1124.

45. Henricus, filius Theodorici Lotharingiæ Ducis. Sequutus eſt Ludouicum 7. Regem Franciæ in expeditione Ieroſolymitana A.C. 1147. Obiit 1165.

46. Petrus de Brixeio. Obiit 1191. in peregrinatione Ieruſalem.

47. Odo, vel Oto de Sorceio, Sorcey, obiit 1197. E

48. Matthæus.

49. Gerardus de Pulligny.

50. Odo de Vodemont.

51. Garinus.

52. Rogerius de Marcy.

53. Ægidius, vel Gilo.

54. Conradus à Tobinga minorita. 1276.

55. Probus, ex Prouinciali Alemaniæ Ordin. Franciſc. an. 1287.

56. Ioannes à Ziereick, vel Sierck, obiit 1305.

57. Guido, obiit ante adeptam poſſeſſionem Roma rediens.

58. Odo de Grandſon.

59. Otto, de Columna Romanus, poſtea Papa Martinus V.

60. Ioannes ab Arzileyo d'Arzilliers.

61. Amedeus Comitis Gebennenſis filius.

62. Thomas Bolamont.

63. Bertrandus à Turre.

64. Petrus à Barreria, Aquitanus, poſtea Cardin.

65. Ioannes à Hoyo de Heu. F

66. Ioannes à Nouocaſtro, Cardin.

67. Philippus de Ville ſur Tron.

68. Henricus de Ville ſur Tron Philippi ſuperioris frater; intereſt Concilio Conſtantienſi 1414.

69. Ludouicus Haracurius.

70. Guillelmus Filatre.

71. Antonius à Nouo-Caſtro. obiit 1490.

72. Olricus de Blammont. obiit 1509.

73. Hugo des Harards. obiit 1517.

74. Ioannes à Lotharingia.

75. Hector de Ailly, Aruernus, ex ceſſione Io. Lotharingi.

76. Antonius Peregrinus.

77. Tuſſanus d'Hocedy. Huius tempore 1552, vrbs venit in poteſtatem Regis Franciæ. obiit 1565.

78. Petrus de Caſtelleto, du Caſtelet obiit 1580.

79. Carolus à Lotharingia, Cardinalis de Vaudemont electus Tullenſis & poſtulatus Virdunenſis, litteris, pietate, & ætate florens, obiit 1588.

80. Chriſtophorus à Valle, de la Vallee. obiit 1607. G

81. Ioannes Porcelletus.

82. Carolus à Lotharingia.

☞ *Particulariorem vel accuratiorem omnium penè Galliæ & confinium Epiſcoporum, Suffraganeorum, Diaconorum & Abbatum enumerationem videat Lector in Claudij Roberti Gallia Chriſtiani & Iacobi Seuertij.*

EPISCOPI GENEVENSES.

Geneua vel Genabum Allobrogum Ianua, & Aurelia, Ianaus, Genua & Genaua dicitur extremum oppidum Allobrogum eſt, proximumq; eſt Heluetiorum finibus, qua Rhodanus præceps rapitur genitore Lemano lacu, qui in longitudinem ſtadiis 400. in latitudinem 150. extenditur, vbi & truttæ centum librarum capiuntur, vt *Greg. Turon. lib. 1. miraculi c. 75.* Epiſcopi (qui & Princeps memoratur) ſedes pro tempore Aniſij, vel Anicij. ad alterum lacum in Ducatu Gebennenſij (Geneucus) poſita eſt, occupata per vim & fraudem Geneua à nouatoribus perfidis, & à veræ Eccleſiæ caſtris transfugis iam ab an. 1535. cum vera Religio hic perſeuerat à H prædicatione S. Nazarij, qui inter cæteros ciues Genebenſes S. Celſum adhuc iuuenem ad fidem conuertit, poſtea martyrij ſocium habuit Epiſcopi autem hic maximè reperiuntur

S. Paracodus vel Paragodes.

Donatianus.

Maximus.

Salonius.

Cariarbo.

Paulus vel Papulus.

Apelinus.

Ataldus.

Optandus.

Hugo.

Fidericus.

Guido.

Humbertus cum Aymone Comite litigauit de vrbis imperio 1124.

Arditius.

Artus

Artus vel Artuſius.

A Bernardus. 1212.

Ioannes de Minolis, vel Mutelis Cardinalis 1385.

Ioannes de Broniaco, poſteà Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, S.R.E. Vicecancellarius ob. Romæ 1426.

Ioannes

Ioannes Breuiſcope, ſeu Breuiſcoxa, Epiſcopo Pariſienſi nominatus 1422. qui eſt annus primus huius cathedræ.

Franciſcus, poſtea Cardinalis titulo S. Marcelli 1440.

Antonius Campanus, Sabaudiæ Cancellarius.

Ludouicus, filius Ludouici Sabaudiæ Ducis.

Ioannes de Sabaudia.

Philibertus de Rie.

Petrus de Balma, de la Baulme, vi & fraude hereticorum Geneua expulſus 1535. fit poſtea Cardinalis a Paulo III. & Archiepiſcopus Veſuntinus.

Franciſcus Bachodius, cuius tempore 1564. Geneuæ Caluinus miſere moritur, cum Nouioduni Picardiæ 1509. publico Chriſtianæ Reipublicæ malo natus eſſet.

Angelus Iuſtinianus, Minorita Nominatur 1569.

Claudius Granier. Obijt 1602.

Franciſcus de Sales anno eodem ad hanc ſedem euectus, B poſt ingentes, aſſiduaſque ſuper gregem ſibi commiſſum vigilias tranſactas, ætatis 56. & Præſulatus an. vigeſimo, feliciter in Domino obdormiuit Lugduni 1623. Emiſit ab eo in lucem fuere libri pietate & doctrina inſignes, nec vnquam prodeſſe ceſſauit & libris & viuæ vocis oraculo, habitis pluſquam quatuor millibus concionum, conuerſis ſex millibus hæreticorum & amplius, & infinito cæterorum hominum numero in fide vera, & recta viuendi ratione confirmato. Faxit Deus, vt huius Præſulis curatione & interceſſione pia, tandem aliquando lucem auream veri Solis, poſt fallaces tenebras cæcutiens & plagiaria modo illa Geneua reſpiciat & reſipiſcat, ac in caulam Petri tutiſſimam reducatur!

EPISCOPORVM HISPANIÆ CATALOGVS.

Hiſpaniæ Regnū XI. Archiepiſc. habet: Videlicet Toletanū, Burgenſem, Compoſtellanū, Hiſpalēſem, Granatenſē, Cæſaraugustanum, Tarraconenſem, Valentinū, Bracarenſem, Oliſiponenſem & Eborcenſem. Quib. Suffraganei plures ſubſunt.

Particularem porro enumerationem, tam Archiepiſcoporum quam Suffraganeorum hic omittere duximus, cum abundè illam in Hiſpania illuſtrata C *Scriptores, & Ioan. Vaſæus, Hieron Blanca Anton. Auguſtinus & alij ſuppeditent. Notitiam quoque omnium Epiſcopatuum Hiſpaniæ, eorúmque deſcriptiones, in eo volumine folio 117. adduximus.*

EPISCOPORVM ANGLIÆ CATALOGVS.

Ex Polydoro, Guilhelmo Malmesburienſi, Balæo & Franciſco Goduvino.

Anglia habet Archiepiſcopatus III. videlicet Cantuarienſem. Glaſcuadenſem, Eboracenſem, Quibus ſubſunt iam olim plures Suffraganei; quamuis Henricus VIII. Rex Schiſmaticus etiam nonnullos adiecerit, eiuſdem cum Inſtitutore valoris. Nos hic illos damus, in quorum notitiam deuenire per aliorum labores, neque id tamen ſine labore, potuimus.

ARCHIEPISCOPI CANTVARIENSES. Qui & DOROBERNENSES.

Cantuarium vrbs peruetuſta & ſæculo Romanorum non ignobilis, olim regni Cantij caput, donec Ethelbertus Rex eam cum iure regali ceſſit S. Auguſtino primo Anglorum Apoſtolo, & Archiepiſcopo, quem Gregorius magnus Pont. ad Gentis huius conuerſionem miſit, Vtinam etiam modo aliquis Auguſtinus adueniret, qui deuios à doctrina primorum ſuorum Antiſtitum, ad gremium vnde ſua ſponte exciderunt, D reduceret: Igitur Gregorius ante Pontificatum viſis Anglicæ gentis mancipiis, eorúmque venuſtate & Indole perſpecta, ſtatim cogitauit ex Anglis Angelos efficere, eóſq; fidei Chriſtianæ doctrina imbuere. Vnde ad Pontificatum euectus, eò Auguſtinum & Miletum monachos vitæ integerrimæ deſtinauit. Qui in Cantium delati, à Rege perbenignè accepti ſunt, & ſemen religionis ſpargere in ea Gente cœperunt circa annum 1600. Iuxta Polydorum *lib. 4. Anglic. hiſtoriæ, c. 1.* & ſedem Epiſcopalem in Cantij regia Ciuitate poſuerunt.

Primus ergo Cantuariæ Archiepiſcopus nominatus.

1. S. Auguſtinus monachus, Gregorij M. diſcipulus, circa annum Dom. 600. huius prædicatione Gens Anglorum primum religionis Chriſtianæ dogmata amplexa fuit. Præſedit an. 15. alij 16. Illius tempore Ædes ſacræ ædificari cœptæ liberalitate Ethelberti Regis iam ad Chriſtum conuerſi. Adlegit autem qui ſibi defuncto ſuccederet alium, cui onile iſtud credidit, laboris ſocium. Fuit is autem

2. Laurentius. Ad quem ita locutus fertur: Laurenti cunctis poſthabitis rebus, quæſo vt orando & concionando ſicut bonum decet Epiſcopum, ſaluti hominum tibi conſulendum E conſtitua. Is tur mortuo Auguſtino ſucceſſit, & ſimul Rex fato functus, filium Edbaldum degenerem reliquit, cum quo Laurentius graues moleſtiæ, ſic vt excedere regno cogitaret, niſi per quietem à S. Petro increpitus fuiſſet. Eius virtutes ven. Beda commemorat. Sedit an 5. & obiit an. 619.

3. Miletus primū in Galliam relatus furore Siberti Orient. Saxonū Regis, & ab Edelberto Rege iam reſipiſcente reuocatus, Laurentio ſucceſſit, & cathedræ præſedit annis etiam quinq;

4. Iuſtus an. 5. alij 10. Antiſtes vt nomine, ita moribus iuſtus plures Epiſcopos alibi conſtituerat. Eius locum occupauit.

5. Honorius ab Honorio Pontifice pallio donatus, & confirmatus. Qui magno zelo Eccleſiam adminiſtrauit annis 26. alij 20. defunctus an. 653.

6. Theodatus an. 10. ſedit. Et ſucceſſit an. 664.

7. Theodorus, qui primus conuentum Epiſcoporum coëgit, & multa ſalubriter ordinauit, de quibus *Beda lib. 4. cap. 5. hiſtoria Anglor.* Ac primus etiam primatis munus toto regno exercuit. Sedit an. 22.

8. Berctualdus vir ſanctus, & miraculis clarus vixit in Epiſcopatu an. 37. alij Brituraldum vocant. F

9. Tatuinus ſiue Taduinus etiam ſanctitatis gloria coruſcus, an. 3. Sede potitus. Obiit an. 734.

10. Nothelmus & Notelinus Presbyter Londinenſis ob vitæ integritatem electus an. 5. rexit, obiit an. 741.

11. Cuthbertus Merciorum apud Herefordum Epiſcopus qui impulſu Bonifacij Pont. Concilium Angliæ coegit anno Dom. 747. Indict. 15. cuius acta vide apud *Gul. Malmesburienſem lib. 1. de geſt. Pont. Angliæ.*

12. Bredwinus poſt an. 17. quibus ſederat prædeceſſor, ſubſtitutus, ſedit an. 3. graues difficultates ſuſtinuit cum Offa rege Merciorum, qui Cantuariam Primatus honore ſpoliare moliebatur. Obiit 762.

13. Lambritus ſiue Lambertus, qui nec labori, neque ſumptibus pepercit pro dignitate tuenda. Sedit an. 27.

14. Succeſſit Ethelardus vel Alardus VVinthonienſis Epiſcopus, vir excellentis ingenij & gratiæ apud Magnates, Offam ad meliorem mentem perduxiſſet, niſi fato præuentus fuiſſet. Vixit an. 13. in Pontificatu. Obiit an. 806. G

15. VVilfredus ſedit an. 18. ob. an. 830.

16. Egeldus aliis Theogildus menſibus tribus.

17. Celoothus alij Cheletus. an. 5. menſ. 5.

18. Etelredus alij Athalredus an. 18. multa geſſit.

19. Plemundus Elfredi Regis Inſtitutor, 7. Epiſcopos ordinauit vno die. E quibus vnus ei mortuo ſucceſſit.

20. Athelmus VVellenſis Eccleſiæ Antiſtes. Qui ob. an. 924.

21. VVilfelmus prioris in vtroq; Epiſcop. ſucceſſ. ſed. 10. an.

22. Odo Danus. Miræ ſanctitatis præſul omnium ſuffragio electus, multa pro Eccleſiæ ſuæ decore, & regni firmitate decreuit. Edvvini regis libidines compeſcuit, miraculis ſanctitatem illius Deus probatam eſſe voluit. Annis 20. in functione ſua perdurauit. Moritur autem an. Chriſti 957.

23. S. Dunſtanus Athelmi ex fratre nepos, Abbas Glaſtonienſis Monaſterij, & Epiſc. Londinenſis. Regi Edgaro charus, vt cuius monitis hic auſcultabat. Miraculis clarus, inter quæ illud memorabile, quod cum diuinū miniſterium aqua indigeret, ex natiuo ſilicis ſinu aquam produxerit, qui perenniter deinde fluit vſque in præſens. Audiuit non ſemel concentum Angelicum. Deíque matrem in imagine ſibi oſtenſam habuit. H Sedit an. 28. obiit an. 988. Catalogo SS. an. numeratus.

24. Ethelgarus. an. vno præfuit, & menſ. 3.

25. S. Siricius VVintonienſis primum Epiſcopus, an. 5 ſedit.

26. Ælphegius vtraque in Cathedra ſuffectus, quod indomitis exactionib. Regiis ſe opponeret, à Danis lapidatus, occubuit poſt an. 6. & menſ. 7. ſui regiminis, martyrij palmā conſecutus. Scripſit illius vitā Oſbernus. Corp. eius adhuc recentis cruoris veſtigia retinens, vſq; ad hunc diem putredinis labem ignorat. Ante hunc quēdam Alſricum interſerit Goduinus.

27. Liuingus, qui & Ethelſtanus, an. 7. præſedit.

28. Achelnotus alius Egelnodus. an. 18. obiit an. 1038.

29. Edſius ſiue Edſinus an. 11. reſignauit.

30. Robertus ex monacho Gemmeticenſi Epiſcopus Londinenſis, & Regis Eduardi fauore Archiepiſcopus Cantuarienſis, an. duobus præfuit.

31. Stigandus, poſt inuaſū VVitonienſem Epiſcopatū, à Rege poſtulante quem circumuenerat, in hac cathedra ſuffectus, an. 17. rexit, & ingloriùs emigrauit è vita, circa annum 1069.

32. Lan

32. Lanfrancus Cadomenſis Abbas, In litteratura & A religione, ſub annum 1.&c 1 1 2. qui rebus Anglorum componendis ſe grauiter impendit, magnoque ſui deſiderio ... deceſſit. Febri correptus poſt annos 19. reginiinis. Fertur enim per ... Deo poſtulaſſe, vt vel dyſenteria, vel febre ... quod in morbi memoriam vel linguam non ita ... baec. Scripſit contra Berengarij errores. Vacauit ſedes an. 4.

33. S. Anſelmus Abbas Beccenſis, vir longe doctiſſ. Cantuarienſis Archiepiſcopus, magno zelo Ruſo Regi pro Eccleſiæ immunitate reſtitit, quam ille enormi exactionum cenſu tollere moliebatur. Etiam pro primatu Pontificis ſtabiliendo decertauit, eique Rege inuito obedientiam detulit. Proſcriptus, omnibus ſpoliatus, verſus Flandriam ſe contulit, unde per Galliam deuenit Romam. Vbi paulolum otij nactus libris ſcribendis animum appulit, Cõcilio Barenſi interfuit, & multa in eo ſapientes dixit. Mortuo autem Rege Henricus illius ſucceſſor eum reuocauit, omnique honori reſtitutus, exceſſit e viuis an. 1109. ætatis ſuæ 76. Pontificatus XVI. alij XIX. Tanta fuit morum integritate, vt ex quo habitum monachalem B accepit, aſſereret ſe nullum vnquam verbum prolocutum, cuius memoria conſcientiam extimularet. In Diuos relatus poſt annos penè 400. Vacauit an. 5.

34. Rodulphus ſiue Rodolphus Abbas, omnium vota ad Epiſcopatum meruit. Eruditione, pietate, comitate pollens. Paralyſi obiit anno Sal. 1121. 13. Kal. Nouemb. an. Epiſcopatus 9. circiter. In cuius locum venit an. 1121.

35. Gulielmus qui an. 15. regiminis è vita migrauit.

36. Theobaldus Abbas Beccenſis. Doctrina & vitæ ſanctitate clarus ſacrauit Henricum Regem anno 1163. Romam vero profectus & pallio donatus ab Innocentio II. Legati quoque dignitatem obtinuit, & poſt illum deinceps, Archiepiſcopi Legati Apoſtolici nati vocati fuerunt. Obiit an. 1160. Fouit viros doctos, è quibus fuit.

37. S. Thomas Bekettus illius ſucceſſor. Ciuis Londinenſis, ex Archidiacono factus Epiſcopus, & regni Cancellarius primum. Sedit Prædeceſſor annos 22. & vacauit Cathedra pluſquam anno. Thomas vero Henrici Regis furore exulare cogitur. At mox poſt ſexennium in gratiam rediit: nec ita multo C poſt inuidia quorumdam Epiſcoporum rurſus in odium trahetur apud Henricum II. ſic vt ille quereretur ſe cum vno Sacerdote pacem in ſuo regno habere non poſſe. Ex qua voce nefarij Satellites ſperantes ſe gratam rem facturos Regi, ſanctum Epiſcopum veſpertinis horis intentum adoriuntur. Qui ſumma conſtantia caput præcidendum obtulit 4 Kal. Ianuarij an. 1171. Alexander Pontifex miraculis clarum Sanctis adſcriptum. Eius ſepulchrum tanta in veneratione habitum fuit, vt templum ipſum auro & donis ampliſſimis præfulſerit. Atque tot ſæculis agglomeratas opes alterius Henrici Regis Octaui impietas abſtulit. ☞ Vide de hoc Pontifice quædam notatu digna in *Loco de Anglis. Tit. an. candati. Hoc eodem Opere.*

39. Richardus S. Thomæ ſucceſſit, præfuit annis 10.

40. Balduinus Vigornienſis Epiſcopus electus in locum Richardi. Conſecrauit Richardum Regem anno 1179. quem in Syriam ſecutus, vitæ periodum confecit.

41. Hubertus Sariſbarienſi Cathedra relicta, hanc iniuit. Auctor fuit vt Ioannes in Regem inaugoraretur, quem poſtmodum promouiſſe puduit dum expilationi populi animum D intenderet. Vnde mœrore animi extinctus dicitur, poſtquam ſediſſet an. 11. menſ. 8. dies. 6. & vacauit ſedes vltra biennium, litigantibus pro illa Reginaldo, & Ioannes Nordouicenſi Epiſcopo. Verum Pontifex tantum effecit, vt eligeretur.

42. Stephanus Langtonus D. Chryſologi Card. at Rege indigne id ferente, qui Ioannem expoſcebat. Quo factum, vt nec minis, nec monitis Pontificiis ad id inclinari potuerit, quin potius omnia ſacra euertere moliretur, quibus interdictus erat. Tandem cum in Galliam traiicere cum exercitu parat, an. 1223. Stephano libertatem facit cathedram ſuam ineundi, quam ann. 22. tenuit. Eáque cum vita demum defunctus fuit menſe Iulio 1228.

43. Ricardus Magnus. Romam rediens moritur in itinere anno primo regiminis.

44. S. Edmundus Teſaurarius Sariſbarienſis Collegij prius. Vir ſanctiſſimus, propter improbas leges Henrici III. ſponte in exilium ſeceſſit, vitamque monaſticam duxit in Pontiniaco cœnobio. Vbi paucis menſibus moratus, obiit an. 1242. miraculis poſt mortem coruſcum Innocentius IV. in ordinem Sanctorum retulit. Sedit annos 8. vacauit Cathedra annis tribus. Quibus euolutis, iuſſu Regis electus.

45. Bonifacius natione Sabaudus, Aleonoræ Reginæ auunculus, ſedit anni 17. & obiit an. 1271. vacat an. 3. E

46. Robertus Kilvverday à Gregorio Pont. ſuffectus, poſtea Card. & Epiſcopus Portuenſis: atque in illius locum

47 Ioannes ... ab eodem Pontifice præficitur. Et poſt annum 3. regiminis moritur. Cui ſucceſſit

48. Robertus Vynſalſeius ſub Eduardo Rege II. init Pontificatum, cuius mores perditos, coacto Senatorum collegio, conſtitutis ... Conſiliariis, emendauit. Multiſque præclarè geſtis vita hac excedit an. 1312. qui à regimine illius erat 19. Subſtituitur.

49. Gualterus Raynod. Cathedram obtinuit an. 15. alij tantum 13. menſ. 9.

59. Simon Mepeheam. S.T.D. conſecratus Auenione, moritur anno 1333.

51. Ioannes Stretfordius ex Epiſcopo Vintonenſi factus Cantuarienſis, vir vtriuſque Iuris peritiſſimus. Valde deſudauit in componendo diſſidio inter Edouardum III. Philippum Galliæ Regem. Deceſſit an. Sal. 1348.

52. Ioannes Offordius raræ virtutis antiſtes qui 10. menſibus ſuperſtes, obiit ante conſecrationem. F

53. Thomas. Vixit vnico dumtaxat anno.

54. Simon Iſlebbus à Clemente VI. creatus Epiſcopus, præfuit annis 17. Optimus Antiſtes, & de pube Anglica benè meritus, collegij Cantuarienſis Oxonij auctor fuit.

55. Simon Langman prius Epiſcopus Elyenſis: at biennio poſtquam Archipræſul renontiatus fuit, ab Vrbano V. Pont. Cardinalis creatus an. 1367. ſe abdicauit, & cathedram occupauit illius loco

56. Guilhelmus I.V.D. prius Epiſcopus Vigornienſis, eligitur & conſecratur anno 1366. moritur autem octo annis poſt

57. Simon Sodbury, Londinenſis primum, dein Cantuarienſis Epiſcopus, Pontificia Regiaque auctoritate conſtituitur, cum tamen olim Sacerdotum ſuffragiis eligerentur Epiſcopi. Occiſus crudeliter à Cantianis, tumultuantibus ob quandam exactionem, dum ad eos pacificandos à Rege cum duobus inſuper primariis mittitur. Sedit an. 7.

58. Guillielmus Cortenetus. Moritur an. 1396. G

59. Thomas Harundellus prius Eboracen. Epiſcopus, vir ſummæ induſtriæ, & amans bonum publicum, multum conſilio Reipub. profuit, & varia Regni negotia obiuit. Præfuit autem annis 33. iuxta Godibinum 17. an. 1415. moritur, eique ſuccedit

60. Henricus Chilebeleius Meneuenſis Epiſc. Sedit annis 29. Ædificauit Oxonij bina collegia pro litterarum ſtudioſis, eaque amplis cenſibus dotauit & vnum memoriæ fidelium animarum, alterum D. Bernardo dedicauit. defunctus traditur an. 1443.

61. Ioannes Staffordius, prius Epiſcopus Bathonienſis & VVellenſis. Moritur an. 1453.

62. Ioannes Chempius ex Eboracenſi Cantuarienſis Archiepiſcopus. Tandem à Nicolao V. Cardinalis creatur. Vix triennio Pontificatus expleto moritur.

63. Thomas Bulcherius Elyenſis Epiſcopus. Et. mox Cardin. tit. S. Cyriaci renuntiatus. Vir moribus & doctrina clariſſimus, vixit ſub quatuor Regibus, & omnibus æquè amabilis exſtitit, & in Deo pius moritur an. 1486. die 30. Martij H

64. Ioannes Mortonus ex Elyenſi Epiſcopo, deſignatus Cantuarienſis, & ab Alexandro VI. Cardinalis, ac ſuffragio Henrici VII. Cancellarius Regni conſtituitur, Vir excellens virtute, & prudentia in rebus agendis. Mortuus eſt an. 1500.

65. Succeſſit Henricus Deneus, aliis Deanus, prius Epiſcopus Sariſbarienſis, præſedit.

66. Gulielmus Varamus epiſcopus Lundinenſis, omnium punctum ad hanc prælaturam tulit, mortuo Henrico. Vir acri iudicio, vnde ab Henrico VII. Rege in Cancellarium, ab Henrico deinde octauo adhuc iuuene 18. annorum, in conſiliarium cooptatur. Coronauit autem eumdem in Regem Gulielmus an. 1509. ac ſponte ſe Cancellariatu paulo poſt abdicauit. Incidit autem in difficillima illa tempora, quando Henricus VIII. iam venondatus ſub peccato, ambitioſe primatum Eccleſiæ Anglicanæ per vim vſurpare cœpit, Pontificis auctoritate, quam hactenus ſartam tectam voluerat, contempta; cunctaque pro libidine aduerſus Eccleſiæ immuni-

tatem

tatem decreuit, repudiata Catharina vxore ſua legitima & A ſanctiſſima, ac pellice cum qua iam conſueuerat, quam hi annuam extitiſſe tradunt Annales, ex coniuge Thomæ Bolen ab eo procreatam, in [illegible] impie traducta. Igitur & [illegible] qui Regis tam nefandis [illegible] animum fruſtra ad ſaniora conſilia reducere mol[illegible] apud eum indignationem incurriſſet, [illegible] vt iam ſenio etiam grauis, vita deſungitur 23. Auguſti anno 1532. Quo mortuo, rebus omnibus turbatus, palam [illegible] Romani Pontificis, & Romanæ Eccleſiæ obedien[illegible] improbitatem varijs argumentis confirmare, & [illegible] ratet Thomas Crammerus homo verſipellis, a Rege deſignatus eſt Archiepiſcopus Cantuarienſis, non obſtante quod coniugatus eſſet, & bigamus. Rege, qui iam caput Eccleſiæ iſtius renunciatus ab ipſo Crammero erat, deſuper diſpenſante. Atque hic fuit primus fructus Anglicani ſchiſmatis, de quo conſule Nicolaum Sanderum, & alios. Porro vt hanc, ita & cæteras Angliæ cathedras hæretici hodie que occupant.

LONDINENSIVM EPISCOPORVM SERIES.

B Londinum ciuitas Angliæ nobilis, modo Regni caput, in qua ſedes Regia, ad Tameſim Fluuium celeberrimum ſita, opibus & populorum frequentia ac commerciorum opulentia abundans. Hic cum adhuc Idololatria vigeret, poſtquam B. Auguſtinus in Angliam a B. Gregorio miſſus Euangelij prædicandi cauſa fuerat, iubet illuc Miletus, & Iuſtus Presbyteri, quos Orientalium Saxonum Regulus abire iuſſerat, regnóque excedere. Igitur Auguſtino apud Cantios in Principe Ciuitate verbi diuini ſemen iaciente, mittitur Londinum eandem ob rem

1. Miletus, ceu primus illius populi paſtor, & Epiſcopus. Qui ſedit in Eccleſia S. Pauli, quam Ethelbertus Canciæ Rex conſtruxerat. Ædificauit, autem Miletus alteram in honorem S. Petri, cuius dedicatio miraculo probata fuit, ipſo Apoſtolorum Principe ſe per viſionem in imagine exhibente. Verum mortuo Rege, Londinenſes adhuc Idolis dediti Antiſtitem ſuum pellunt. Qui in Galliam profugus tandem Cantuariam venit, vbi in cathedra Laurentio II. Præſuli ipſe III. ſucceſſit.

C Durauit ea perfidiæ labes vſque ad tempora Regeberti, qui hortatu Oſibij Northanimbrorum Regis, a Finano Epiſcopo baptizatus, gentem ſuam ad fidem quam cum Mellito expulerant, reduxit, & Ceddum virum ſanctiſſimum ad id munus adhibuit: ☞ Vide *Bedam lib. 3 hiſt. c. 22. & 23.*

2. Ceddus itaque ſiue Ceddas Polydoro, Sancti Cedde frater, Epiſcopus conſtitutus, poſt annos vt quidam ſupputant penè 40. Succeſſit an 666.

3. Vvinas inſtantia Vulferij Regis Merciorum quem pecunia corruptum memorant Annales; Sedem vacantem occupauit. In cuius locum poſtquam aliquamdiu vacaſſet, venit

4. Erkenvvaldus tempore Theodori Cantuarienſis Archiep. Præſul ſanctiſſimus, qui in vita, & poſt illam miraculis claruit. Nam eius attactu multos infirmos curatos Beda commemorat: ac fluuium rapidiſſimum, oberranti Parœcias ſuas lectica, cum eſſet æger pedibus; ceſſiſſe, iterque præbuiſſe, Guil. Malmesburienſis tradit. Duo monaſteria ædificauit, ſanctéque obijt. Illius memoriam celebrat quotannis Eccleſia D Londinenſis. Qui proinde ſubſecuti fuerunt Antiſtites adeò tenebris ignorantiæ & calamitoſi temporis obuoluti iacent, vt præter nomen nihil reliquum manſerit. Sedit autem Erkenvvaldus circa annum 680. *Polydorus in hiſtoria ſua lib. 7.* meminit poſt ſuperiorem, Dunſtani, qui poſtea fuit Cantuarienſis Archiepiſcopus ordine 23, verum Malmesburienſis hos interſerit, quorum nomina.

5. Vvalderus circa annum 690.
6. Ingnaldus.
7. Egulfus.
8. Vvigethus.
9. Edhithus.
10. Eadgarus.
11. Kenvvalkus. Circa annum 775.
12. Eadhaldus.
13 Hecbertus. Circa annum 802.
14. Oſmundus. Circa annum 833.
15. Ethelnothus.
16. Celbertus. Alij Geolbertus ad annum 838.
17. Ceruulfus, ſiue Ceonulfus, anno 841.
18 Svvithulfus qui vixit [illegible] 852.
19. Eſt[illegible]nus, circa annum 860.
20 Vulſius, ſub annum 870.
21. Ethelvvardus.
22. Elſtanus, ſiue Ealſthanus ad annum 896.
23. Theodredus cuius non penitus extincta eſt memoria, & dicitur floruiſſe tempore Ethelſtani Regis, ac nomen Boni conſecutus ob virtutum, præſtantiam. Floruit autem ſub annum Domini 900 Succeſſit [illegible]
24. Vvlſtanus.
25. Brithelmus, obiit anno 958.
26. S. Dunſtanus, de quo in ſerie Archiepiſcop. Cantuarien.
27. Elfſtanus, vixit vſque annum 996.
28. Vvlſtanus II.
29. Elfhunus, alij Alfhunus. Sub annum 1014.
30 Elſnothus,
31. Elfuvardus, quorum omnium nulla mentio apud Polydor.

F 32 Robertus ex monacho Gemmeticenſi, fauore Eduardi Regis creatus Epiſcopus Londinenſis, mox Cantuarienſis. Circa annum 1049. Hic diſſentit in Chronologia Polydorus, eóque auctore ſucceſſit ei, cuius alij non meminerunt, in locum Roberti.

33 Guilhelmus, qui poſtea Cantuarienſis. Obiit an. 1070.
34. Hugo de Orival, qui in lepram incidit. Obiit an. 1085.
35. Mauritius Gulielmi Regis Sacellanus, conſecratus biennio poſt obitum alterius.
36. Richardus de Beaumes ſtructuræ Eccleſiæ ſuæ admodum intentus fuit. Moritur Paralyſi anno 1127.
37. Gilbertus Vniuerſalis cognomento dictus, ob ſcientiam variarum diſciplinarum, ait Platina. Scripſit ad illum S. Bernardus varias Epiſtolas. Obiit anno 13[illegible].
38. Robertus de Sigillo ſuffectus Anſelmo Burienſi Abbati, nepoti S. Anſelmi, qui electus, at de criminibus varijs accuſatus, inaugurari non potuit. Vacat igitur ſedes annis 7. Robertus autem annis 10. præfuit, quem S. Bernardus amicum ſuum, & deuotum filium appellat *Epiſt.* 211.
G 39. Richardus Beaumes nepos ſuperioris Richardi, renunciatus Epiſcopus. Obiit ann. 1161.
40 Gilbertus Foliot. Abbas Gloceſtriæ, conſecratus anno 1149. præfuit annis 12. Eccleſiæ Herefordienſi tum Londinenſi. Exceſſit è viuis anno 1187.
41. Richardus Nigellus ex Elienſi Londinenſis Epiſcopus, annis 9. ſedit atque anno 1198 hinc emigrauit.
42. Guilielmus de S. Maria Richardo Regi à ſecretis. Abdicauit Epiſcopatum anno 12[illegible]
43. Euſtachius de Fauconbridge eodem anno nominatus, multum Eccleſiæ ſuæ profuit Et obiit anno 1228.
44. Rogerius Niger ſucceſſit. Vir omnibus numeris abſolutus. Deceſſit anno 1241.
45. Fulco Baſſet ex Decano Eboracenſi, Rege abnuente fit Epiſcopus, & is quidem prudens, pius vigilans. Peſte ſublatus anno 1258.
46. Henricus de Vvingham ex Angliæ Cancellario Epiſcopus, triennio præfuit.
H 47 Richardus Talbot dies paucos vixit in Epiſcopatu. Obiit enim menſe Septembri anni 1261.
48. Henricus de Sandvvich primum Archidiaconus Oxonienſis, rexit vſque ad annum 1273
49. Ioannes de Cheshul obiit anno 1274.
50. Richardus de Graueſend fundatus monaſterij Carmelitarum Maldoniæ. obiit anno 1303.
51. Rudolphus de Baldock ex Decano electus Epiſcopus, annis 10. circiter ſumma prudentia rexit.
52. Gilbertus Segrauus vir doctus & ſcriptis clarus. Annos tres ſedit.
53. Richardus Nevvport obiit anno 1317. Succeſſit.
54. STEPHANVS Graueſend, deceſſit anno circiter 1336.
55. Richardus Bintvvord. obiit biennio poſt.
56. Radulphus Stratford ſedit annis 14. obiit circiter annum 1349.
57. Michael Northbrook Legum Doctor. Fundauit Cœnobium Carthuſianorum. Peſte correptus obiit anno 1361.

58. Simon

58. Simon Sudburius dictus [illegible], Anglus, [illegible]
A Tranſlatus ad Cantuarienſem C[illegible]am, poſt annos 15. regiminis.

59. Gulielmus Courtneus prius Herefordienſis Epiſc. Cardinalium in numerum cooptatus. Fuit Archiepiſcopus Cantuarienſis.

60. Robertus Brayboock Cancellarius Angliæ. Obiit 1404.

61. Rogerus Vvaldem ex commendatione Pontificis ſuffectus, virtute ſua emerſit. Vix an. præfuit.

62. Nicolaus Bubvvith. Tranſlatus Bathoniam an. 1407.

63. Richardus Glifford. Ex Vvigornienſi Cathedra huc tranſlatus ſedit vſque ad annum 1441.

64. Ioannes Kemp. Prius Roffenſis præſul. Poſtea Cardinalis, & Archiepiſcopus Cantuarienſis.

65. Gulielmus Graius Lincolniam tranſlatus an. 1431.

66 Robertus Fitzhugh. Doctor legum, vir legationibus variis cum laude perfunctus. Poſtulatus autem ad Elienſem cathedram, moritur an. ſal. 1435.

67 Robertus Gilbertus S.T.D. Decanus Eboracenſis, moritur anno 1448. B

68. Thomas Kemp à Nicolao V. nominatus, magnus ſtudiorum & ſtudioſorum fautor extitit. Obiit an. 1489.

69. Richardus Hilli Sedit annos 6.

70. Thomas Sauagius, à Roffenſi Eccleſia huc tranſlatus: poſtea Eboracum tranſmigrauit an. 1505.

71. Gulielmus Vvarham Legum Doctor, Cantuariam tranſlatus. Succeſſit an. 1505. atque eodem etiam an. obiit.

72. Gulielmus Barnes.

73. Richardus Fitziames legum D. prius Roffenſis Epiſcopus. Obiit an. 1521.

74 Cuthbertus Tondſtallus I.V.D. vir clariſſimus ad Dunelmenſem Eccleſiam tranſlatus fuit.

75. Ioannes Stokelſeius. Moritur 1539. ſub Henrico VIII.

76. Edmundus Bonerus multis functionibus præclarè obitis celebratus, per varios honorum gradus conſcendit. At cum Fautores Henrici VIII. eum vt contra conſcientiam illius in Eccleſia primatum, aliaque impietatis dogmata pro concione C aſſereret, imperarent, detrectantem in vincula coniiciunt, & Epiſcopatu exuunt. At Maria poſtea regnante reſtitutus, egregie de nebulonibus iſtis ſupplicium ſumi curauit. Ipſe vero mortuus eſt anno 1569. In carcere, in quem eum denuo coniici fecerat ſuncta illa Iezabel, quæ Mariæ R. inſidias ſtruxerat, vt ſecurius regnaret. Ex hinc Londinenſem cathedram Caluiniſtæ occupant, donec Deo aliter viſum.

EPISCOPI VVITONIENSES.

Ex Occidentalium Saxonum ſerie.

Hic etiã diſſentiũt Polydorus, & Malmesburienſis & Godiuinus.

Quo tempore regnum Vveſt-Saxonicarum potiebatur Quincelmus, Honorio Papa hortante, quidam Birinus, munus diſſeminandi Euangelij ſuſcepit, & in Britanniam traiecit, ordinatúſque à Genuenſi Epiſcopo Aſterio, venit an. 40. poſt primum aduentum B. Auguſtini primi Anglorum Apoſtoli. Narratur de illo, quod nautis vrgentibus venti opportunitatem, cum corporale ſarcinis non impoſuiſſet, iam in altum euectus, in mare deſcenderit, & pedibus ſuper illud ambulauerit, & D corporalibus acceptis redierit ad ſocios. Quo miraculo obſtupefactis, ſuæ prædicationis ille teſtimonia exhibere, incredulis alioquin, cœpit: & Regem baptizauit, qui Birinũ reſidere Dorceſtriæ, quæ nunc vicus dumtaxat, iuſſit. Fuit ibi Merciorum Antiſtitum ſedes, quæ poſt Lincolnij.

1. Birinus itaque annis 15. Dorceſtriæ Epiſcopus, vitam ibidem finiuit, & in Eccleſia à ſe ædificata tumulatur, ſub an. 625. Poſterioribus annis Vveſt-Saxonum Epiſcopus in Vvintonia confirmatus fuit, eóque tranſlatus ab Hedda, qui illius ciuitati Diuus tutelaris habetur.

2. Angilbertus natione Gallus, Birino ſuffectus eſt. Meminit illius Beda, Sed intruſo quodam Vvine Anglo, qui Epiſcopatum à Rege emerat, profugit in Galliam, vbi Pariſiorum cathedram obtinuit, Vnde à Rege vt rediret enocatus, ſe excuſauit. Eiuſdem tamen aſſenſu miſſus eſt ad Vveſt Saxones regendos.

3. Lutherius alijs Eleutherius, eius nepos, interſerit hic Godiuinus Vvinam, (qui comiter exceptus, annis 7. Eccleſiam rexit. Vacauit annis 30.

4. Hedda monachus & Abbas ſucceſſit. Vir vitæ innocentis, at tenuioris literaturæ, verè Apoſtolicus, & inter Diuos relatus. obiit anno 705. Quo defuncto, Diœceſis propter limitum extenſionem [illegible] eſt in duas. Vna ceſſit Danieli, altera cuius Vvintoniam etiam caput & ſedes, occupauit

[illegible]. Aldelmus, cui defuncto Danieli ſuperſtes mortis, [illegible] annos in Epiſcopatu triniagit: at in ſenectute Epiſcopatu ſe abdicauit, & Melduni vitam religioſam egit. Moritur autem anno 745. B

7. [illegible], cuius memoria fit in vita Cuthberti Archiepiſcopi Obiit an. 754.

8. Kuebardus, alijs Kinchardus.

9. Athelardus ex Abbate Melduni Epiſcopus: & Archiepiſcopus poſtea Cantuarienſis an. 794.

10. Athelardus II.

11. Duldæus, Duddas alijs.

12. Cinebertus, qui Romam profectus an. 799.

13. Almundus.

14. Vvicbiunus, alijs Vvichtenius.

15. Herefritus à Danis in prælio cæſus, an. 834.

16. Eadmundus, vel Edmundus.

17. Helmſtanus tempore Regis Ebriti an. 837.

18. Suuitunnus ab Helſtano ordinatus. Inſtitutor fuerat Adulphi filij Regis. Vir ſimplicitatis columbinæ & prudentiæ ſerpentinæ. Obiit an. 862. F

19. Alfridus. Hic Cantuariæ poſtea præſul ſub nomine Athelredi.

20. Dunbertus. Obiit ſub annum 879.

21. Deneuulfus. Ex ſubulco euaſit ad hunc gradum. Hic Vveſtmonaſterienſis interſerit Athelmum alijs ignotum.

22. Firteſtanus, Huius dumtaxat primum meminit Polydorus floruiſſe ſub annum 926.

23. Birſtanus Eduardo Regi percharus 4. an. rexit. Obiit autem an. Chriſti 931. Hic interſerit Godiuinus tres alios.

24. S. Etheluuldus illius in cathedra ſucceſſor, vir excellentis ingenio, & eruditione ſingulari an. 1016. floruit. Ædificat duo cœnobia monachorum, & poſt mortem Sanctis aggregatus fuit. Obiit an. 963.

25. Elphegius ſucceſſit omnibus virtutibus ornatus. Qui poſtea Cantuarienſis Archiepiſcopus, dũ capta à Danis vrbe, barbaros ad fidem perducere laborabat martyr occubuit, an. 1012. Hic plerique interſerunt Elfiium, & Brithelmum. Niſi ille ſit, cuius meminit Polydorus, nempe

26. Briiouuoldus monachus Glaſconienſis vir ſanctiſſimus. Qui moritur an. 1015. G

27. Admnus, alijs Alvvinus, qui per iniuriam accuſatus de crimine violatæ pudicitiæ, dum matrona per ignitos vomeres innocentiam probaret, cum gloria abſolutus fuit. Obiit an. 1047.

28. Stigantus etiam Cantuarienſis præſul, de criminibus accuſatus, in carcere periit. Sedit an. 17.

29. Lanfrancus in Cantuarienſi, at in Vintonienſi iuxta Godiuinum, quidam Vvan kelmus, at ſecundum alios Gulielmus Gyffardus in cathedra ſufficitur. Sed cum nollet ad nominationem Henrici I. à Thoma Eboracenſi Archiepiſcopo conſecrari, in exilium relegatur. Tandem fit Archiep. Cantuarienſis. Sedit an. 21. diſceſſit an. 1128.

30. Henricus comitis Bleſenſis F. ſingularis modeſtiæ præſul, ex Abbate Glaſconienſi. Obiit an. 1171.

31. Ricardus Morus, diuinis ac humanis litteris eruditus. Sub Henrico II. Rege præfuit. Moritur an. 1189. H

32. Petrus de Rupibus, antea Abbas Redingienſis. Profectus in Terram ſanctam an. 1226. poſt quinquennium redit. Obiit an. 1238. Ante hunc interſerit Godiuinus Godfridum de Lucy. Alijs ignotum eúmque ſediſſe ait an. 15.

33. Gulielmus de Raley Henrico III. Rege inuito ſubrogatur. Quare offenſus terras Epiſcopatus deuaſtat. Quapropter ad aliam electionem proceditur, quæ etiam Regi diſplicuit. Tandem reſumitur Raley antea Epiſcopus Norbicenſis, ac in Galliam profugus, tarde in gratiam Regis reuerſus obiit Toronis ann. 1249.

34. Ethelmarus ſucceſſit, frater Regis Vterinus. Homo caſtris quam Eccleſiæ magis aptus: metu Regis electus, ingratus ſuis, obiit cum gaudio multorum an. 1261.

35. Ioannes Oxonienſis vel de Gernſey, Cancellarius antea Eboracenſis. Ab executione ordinis ſuſpenſus, dum Romam cauſa obtinendæ abſolutionis pergit, moritur Viterbiæ anno 1268.

36. Nicolaus Elienſis prius Vvigornienſis præſul. Sedit his an. 12. & obiit an. 1280.

[illegible] Cantuariens [illegible] Anglorum [illegible]
A [illegible] llarius, [illegible] et an [illegible]

[illegible] nricus Vvoldlock [illegible] II in Regem [illegible] 1507 & nouennio [illegible]

39. Ioannes [illegible] caudatus alii [illegible] Angliæ Cancellarius & Theſaurarius. Ob. [illegible]

40. Reginaldus Aſſerius ſedit ann. [illegible] & m [illegible] anno 1323.

41. Ioannes de Stradfort legum D. qui poſtquam [illegible] hic ſediſſet, tranſlatus Cantuariam an. 1333. Cui.

42. Adamus de Orrlon ſubſtituitur, primum Epiſcopus Herefordienſis in patria, pauca præſtitit quæ laudem merentur. Diu oculis captus vixit, mortuus an. 1345.

43. Gulielmus Edendon primum Angliæ Theſaurarius obiit an. 1366. poſtquam Eccleſiam ſuam cum laude rexiſſet, & Cantuarienſi ſibi oblatæ renuntiaſſet. Neſcio an hic ſit ille Odomarus, cuius meminit Malmesburienſis, & Polydorus.

44. Gulielmus Vvykham ex conſilio Regia, creatur Epi-
B ſcopus. Fundauit collegium Oxonienſe, ac variis muneribus perfunctos, obdormiuit an. 1404. octogenario maior.

45. Henricus Tit. S. Euſebij Card. ſub Henrico VI. mortuus eſt an. 1447. poſtquam annis 47. ſediſſet; magno ſui relicto deſiderio, vt cuius viuus conſilia & auctoritas Henrico IV. Regi præſidio fuerant. Succeſſit 30. Iulij an. 1447.

46. Guilielmus Vvanfletus, vir iuſtus, & æqui amans, diu Regni Cancellarius fuit. Et vt erat literatorum amantiſſimus Oxoniæ Collegium pro iis inſtituit, & vectigalibus aliiſque neceſſariis inſtruxit. Obiit an. 1486.

47. Petrus Goortneius Legum Doctor, prior Epiſcopus Oxonienſis, tranſlatus ad hanc ſedem ſub exitum ann. 1486. quam tenuit annis ſex. Obiit anno 1492.

48. Thomas Lantgonus, poſtquam vno anno ſedes vacaſſet ab Eccleſia Sariſburienſi ad iſtam deuenit. In qua poſtquam annos 7. ſediſſet, vita hac defunctus eſt an. 1500. peſte correptus, & Cantuarienſis Archiepiſcopus deſignatus.

49. Richardus Fox ſummo ingenio vir, & virtute ſua ad ſummos honores conſcendit. Oxonij etiam Collegium pro
C Iuuentute in bonis literis educanda dotauit. Tanti apud omnes valuit eius æſtimatio, vt Apoſtoli Pauli titulo decoraretur. Floruit tempore Henrici VII. ſub an. 1500. & obiit an. 1526.

50. Thomas Lantgonus pauco tempore præfuit. Vir alias excellens, & longiori vita dignus. Meminit huius Polydorus & Malmesburienſis, at Godwini opinione, ſucceſſit Richardus.

51. Thomas Volſeius, qui ſub Henrico octauo Tornacenſem Eccleſiam in Belgio, occupata ab illo Ciuitate, aliquamdiu adminiſtrauit. Poſtea Eboracenſis Archiepiſcopus, & Vvintonienſis, deinde S. R. E. Cardinalis, morte tandem ſublatus an. 1530.

52. Stephanus Gardinerus Legum Doctor, regis fauore ſuccedit anno 1534 Cuius impietati cum poſtea aſſenſum præbere recuſaret, & erronea dogmata pro concione dicere detrectaret, vinculis traditur an. 1548. quibus eductus regnante Maria, Sedi reſtituitur an. 1553. Angliæque & Academiæ Cantabrienſis Cancellarius renunciatur. Podagra abſumptus 12. Nouemb. an. 1555.

53. Succeſſit Ioannes Vvittus Lincolnienſis Epiſcopus. At
D à Regina Elizabetha exauctoratus, locum deinceps hæreticis præbuit.

EPISCOPI ROFFENSES.

Roffenſis Eccleſia ab vberibus Cantuarienſis primum Chriſtianæ doctrinæ lac accepit, matremque æquis paſſibus ſequuta eſt. Eſt autem Roffa oppidum anguſtum, alluitur flumine rapidiſſimo, vnde hoſti non facilem acceſſum præbet.

Primus quem hic B. Auguſtinus conſtituit ſub an. 622.

1. Iuſtus fuit, qui cum Mileto ex Gallia in Britanniam traiecerat. Mox eidem in Cantuarienſi cathedra ſuffectus.

2. Romanus Iuſto ſubſtituitur. Et ad Honorium PP. legatus dirigitur, at procellis abſorptus miſere perijt.

3. Paulinus in Angliam à B. Gregorio primitus miſſus, natione Romanus: etiam id beneficij Anglis præſtitit, vt non infimum inter illorum Apoſtolos locum ſibi vendicauerit. Sedit annis 19. menſ. 11. diebus 21. Tumulatus in Eccleſia S. Andreæ.

4. Ithamar ſuccedit. Quo viro nihil ſanctius, ſi vitam: Nihil perfectius, ſi eruditionem ſpectes, habitum fuit.

5. Damianus à Theodoro Cantuarienſi ordinatur.

[illegible] Fugatus [illegible]
[illegible] Prouinciæ Ep [illegible] E
[illegible] & agello, [illegible]
[illegible] omn [illegible] Cantus Eccleſi [illegible]

[illegible] neceſſariis alimentationis; [illegible] eandem [illegible] an. 681.

[illegible] mundus. Cui ſucceſſit [illegible] Beda; an. 693.

9. [illegible] hohius. Vir Latinè & Græcè doctiſſimus, an. 726.

10. Alduſus poſtremum apud [illegible] in ordine Roffenſium Præſulum, obiit an. 7[illegible]. Nomina quorundam aliorum ex Malmesburienſi, & Godwino dabimus.

11. Dunus. Interfuit Synodo Roffenſi an. 747.

12. Eduulfus. Multis a Rege donatur pro Eccleſia muneribus.

13. Deora. Qui tantum agrorum accepit à Rege Egberto, quantum decem aratra colerent.

14. Vvetemundus. Obiit an. 800.

15. Beornodus. Obiit an. 804.

16. Tadnoth. Hunc ponit Godwinus. F

17. Surrichus.

18. Alſtanus. Horum duorum Godwinus non meminit.

19. Godvvinus I. Pleri que hic alios interſerunt, num. 9.

20. Sivvardus. Hic eo tempore ſedebat, quo Normanni in Angliam populaturi traiecerunt. Reliquit Eccleſiam inopem, & omnibus ſpoliatam. Obiit an. 1075.

21. Arnoſtus a Lanfranco Archiepiſcopo ſubſtitutus. Qui præcoci morte ereptus, habuit ſuccedentem ſibi circa annum 1077.

22. Gundulſum monachum, vti & prior fuerat. Sub hoc res Eccleſiæ incrementum cepêre. Erat religioſæ vitæ in rebus forenſibus acer, ac non niſi diuina electione hunc honorem conſequutus exiſtimabatur.

23. Radulfus Sagienſis Abbas primum. Poſtea Archiepiſcopus Cantuarienſis. Succeſſit an. 1114.

24. Ernulfus Gallus monachus Belluacenſis. Vir grauis & circumſpectus. Rexit Eccleſiam ſuam multa fide & probitate, omniumque ſucceſſorum diligentiam viuacitate ingenij præuenit. Sedit annis nouem & diebus aliquot. Natus an- G
nos 84 diſceſſit meliori ſorte beatus, præclara ſui regiminis monumenta relinquens. Mortuus exiſtimatur in Martio anni 1124.

25. Ioannes Archidiaconus Cantuarienſis. Eius tempore Eccleſia Roffenſis incendio deflagrauit. Obiit an. 1137.

26. Ancelinus alij malè Ancelmus. Ad hunc legitur Epiſtola 203. Bernardo ſcripta.

27. Vvalterus Archidiaconus Cantuarienſis, electus à canonicis Eccleſiæ Roffenſis, cum antehac Archiepiſcopus Cantuarienſis huic Cathedræ de ſucceſſore prouideret. Quo iure ſe abdicauit Theobaldus Archiepiſcopus. Mortuus eſt autem Vvalterus an. 1182 qui erat 35 regiminis.

28. Gualeranus Archidiaconus Baionenſis, obiit anno 1184.

29. Gilbertus Granuili Archidiaconus Lexouienſis, graues lites habuit cum ſuis clericis, quas mors terminauit anno 1214.

30. Benedictus ex Præceptore Eccleſiæ S. Pauli Londini; electus ob morum integritatem an. 1215. obiit an. 1226. H

31. Henricus de Santuurd. Archidiac. Cantuarienſis. Hic reuelationem habuit animarum Purgatorio ſolutarum. Interiit an. 1233.

32. Richardus de Vvendouer primum Parochus, deinde merito ſuo Epiſcopus, iuſſu Pontificis conſecratur. Vitæ & ſanctimonia excelluit. Moritur autem an. 1238.

33. Laurentius de S. Martino exceſſit è viuis an. 1274.

34 Vvalterus de Merton Angliæ Cancellarius, & nobiliſſimi Collegij Oxoniæ fundator, ſub Henrico III. & Eduardo I. RR.

35. Ioannes de Bradfeild Cantor Eccleſiæ Roffenſis. Hunc alij appellant Ioannem de Ho. obiit in Aprili an. 1285.

36. Thomas Incletorp. Eccleſiæ S. Pauli Decan. ob. 1291.

37. Thomas de Vvuldham. Obiit an. 1316.

38. Haymo de Heath Regi Eduardo II. à Confeſſionibus in pauperes munificus, abdicauit ſponte Epiſcopatum an. 1352.

39. Ioannes de Shepey Angliæ Theſaurarius, ob. an. 1360.

40. Guilielmus Vvitleſey. Vvigorniam, & inde Cantuariam tranſlatus.

41. Thomas Trill [illegible] an. [illegible]

A 42. [illegible] B[illegible] monachu[illegible]

[illegible] Romæ hoſpitij Ang[illegible]

[illegible] autem an.1389.

43. Guilielmus de Sotlesham [illegible] voc[illegible] minicanus, S.T.D. tranſlatus ad var[illegible]

44. Ioannes de Botleſham Academiæ Cantabrigenſis [illegible] nefactor exceſſit an.1401.

45. Richardus Yong in carcere obiit an.14[illegible]

46. Ioannes Kemp Legum Doctor, & Archidiaconus Dunelmenſis, tranſlatus Londinum, ac poſtremum Cantuariam.

47. Ioannes Langdon monachus Cantuarien. Interfuit concilio Baſileenſi, & fato functus eſt an 1434.

48. Thomas Brovvn Vicarius Epiſcopatus Cantuarienſis, hinc tranſlatus fuit ad cathedram Norbicenſem.

49. Guilielmus Vvels ſucceſſit. Et deceſſit in Maio. an.1443.

50. Ioannes LoVVe Auguſtinianus, mortuus eſt an.1467.

51. Thomas Rotheram Lincolniam huc venit, & obiit Epiſcopus Eboracenſis an.1500.

B 52. Ioannes Alcock tranſlatus ad Vvigornien. & Elienſ. ſedē.

53 Ioannes Ruſſel inſtitutor fuit Eduardi R. & Lincolniam tranſlatus eſt an.1480.

54 Edmundus Audley, Herefordiam, & Sariſburiā trāſlatus.

55. Thomas Sauage Londinum ac dein Eboracū tranſlatus.

56. Richardus Fitzames ſuccedit, & Londinum transfertur.

57. Ioannes Fiſcherus omnium Epiſcopalium virtutum ſplendore coruſcus, vir ſumma facundia, & literatorum amans. Incidit in tempora quibus Lutherana hæreſis virus ſuum ſpargere cœpit, verum aduerſus illam ſe oppoſuit pro domo Iſrael inſtar muri, veri paſtoris munus exercens. Henrici VIII. primatum vnà cum Thoma Moro Cancellario, nunquam adduci potuit, vt profiteretur, vnde à barbaro Rege ſenex vinculis traditur, quando eundem rubeo galero decorandum Paulus III. cenſuit. At mox capitis ſupplicium fortiter tulit 22. Iunij an.1535. Ac cum illo deſiit ſucceſſio Orthodoxorum in Eccleſia Roffenſi Antiſtitum.

EPISCOPI VVELLENSES.

VVeſt Saxonum Epiſcopatus etiam fuit olim Vvellenſis,
C à Vvella in pago ſiue vico Somerſetenſi. Ibi à tempore regis Edvvardi, vſque ad Vvihelmum Iuniorem hi fuerunt Epiſcopi. Ab an. circiter 704.

1. Athelmus. Sedit an.10. factuſque Archiepiſc. Cantuar.
2. VVlfelmus. Poſtea Archiepiſc. Cantuar.
3. Elſech.
4. Vvlſelmus.
5. Bi[illegible]helmus. Monachus Glaſtonienſis, obiit an.975.
6. Kinc[illegible]ardus Abbas Middeltonenſis, deceſſit an.985.
7. Zigarus. Abbas Glaſtonienſis, obiit an.995.
8. Eluinus.
9. Burnuoldus.
10. Liuingus qui poſtea an. 1002. Cantuariæ Archiepiſc.
11. Eluinus ex Abbate Epiſcopus, tandem eiectus.
12. Brituuinus. Qui etiam pulſus, prædeceſſori locum fecit quem reliquerat. At hoc iterum eiecto, ille reſtituitur, dies 13. ſuperſtes.
13. Succedit Merunith.
14. Et poſt illum quidam Lotharingus, & hi omnes Vvel-
D lis Sedem habuere.
15. At Ioannes de Villula Turonicus, profeſſione medicus, nolens in villa reſidere, thronum Bathoniam tranſtulit, vbi inſignē Abbatiā rex Offa fundauerat. Obiit grādęuus, ſepultuſq; fuit in Eccleſia S. Petri, quam à fundamentis erexerat an.1122.
16. Godefridus Belga natione, olim Angliæ Cancellarius. Sedit annis.12. & obiit an.1135.
17. Robertus Monachus Lelbenſis, qui Eccleſiam ſuam Bathonenſem incendio deturpatam reſtituit. Obiit.an.1163.
18. Reginaldus ex Archidiacono Sarisburienſi, poſt quam annis 9. vacaſſet Cathedra, Epiſcopus ſucceſſit, & an.1191. Cantuariam tranſlatus, ac mox obiit.
19. Sauaricus Archidiaconus Northamtonienſis, Romæ conſecratur an.1192. ſedit annos 13. & moritur an.1205. Epitaphium hoc Bathoniæ conſequutus eſt.

Hoſpes eram mundo, per mundum ſemper eundo,
Sic ſuprema dies ſit mihi prima quies.

20. Iocelinus de Vvelles. Conſecratus an.1205. ob an.1242.
21. Rogerus ex Cantore Eccleſiæ Sarisburienſis hic Epiſcopus, ſedit annos 3. menſ.4. ſuccedit.

[illegible]

[illegible] Vvalt[illegible]

[illegible]

[illegible] Burnel Eduardi [illegible] chatus, vir magni ingenij [illegible]

[illegible] de Marchia Theſaurar. Angliæ. Sed an.10.

[illegible] Vvalterus Haſelſhavv Decan. Vvellenſis, præf.an.9.

[illegible] Ioannes Drokensford multa ſedi priuilegia comparauit, ſeditque annis 19. & ſucceſſit an.1329.

29. Radulphus de Salopia qui collegium vicariorum ibidem fundauit, multaque Eccleſiæ bona præſtitit, & obiit poſt 34. annos Præſulatus.

30. Ioannes Barnet ſurrogatur an.1363. à Vvigornia euoc.

31. Ioannes Harevvel Eduardi III. Sacellanus, ob.an 1386.

32. Vvalterus Skirlavv prius Epiſcopus Conuentenſis, poſt Dunelmen.

33. Radulphus Erghū, L. D. fundauit collegiū 14. Sacerd.

34. Henricus Dovvet anno 1401. conſecratur, & Eboracum transfertur. F

35. Nicolaus Bubvvith ſuccedit an.1408. antea Epiſ. Sarisb.

36. Ioannes Stafford hanc Eccleſiam rexit annis 18. Cantuariam euocatus an.1443. quando hic deſignatus.

37. Thomas de Bekinto vir erudit⁹, pius, & liberalis, ob.1454.

38. Robertus Stillington ab Eduardo 6. cōprehenſus, moritur in carcere in Octob.an.1487. & quinquēnio poſt ſuccedit.

39. Richardus Fox. Epiſc. Exonienſis, tranſlatus huc an.1491.

40. Oliuerus King. Primus Secretarius Regius ſub Henrico 7. cœpit inſignem fabricam Eccleſiæ Bathonenſis, quoq; minus perficeret, morte fuit interpellatus, quæ incidit in an.1503.

41. Hadrianus de Caſtello miſſus ab Innocent. VIII. Papa in Scotiam ad res quaſdam ibi componendas. At vbi intellexit Regem Scotiæ in prælio occubuiſſe & Londini hæreret, ob præclaras animi dotes ab Archiepiſcopo Cantuarienſi Mortono Regi Angliæ commendatur, & Herefordenſi cathedra donatur primum, & ab Alexandro VI. Cardinalis creatur. Præfuit huic ſedi annis 12. eaq; vti & reliquis dignitatib. excidit ob coniurationem aduerſus Leonē X. Pōtif. cuius accuſabatur. G

42. Thomas Vvolſey Cardinalis & Eboracenſis Archiepiſ. Adriano exauctorato ſuffectus, ſponte an.1518. ſe abdicauit.

43. Ioannes Clerk S.T.D. conſecratur an.1523. & per illius manus Henricus VIII. librum quem aduerſus Lutherum ſcripſerat, miſit: & ad Cliuiæ Ducem delegatus ab eodem Rege, vt repudiatæ ſororis ſuæ Catharinæ cauſas explicaret, veneno infectus, æger rediit, & extinguitur an.1540. ac ſimul cum eo orthodoxi Antiſtites eſſe deſierunt. Niſi quod mox an.1554.

44. Maria Regina Gilbertum Burn deſignauerit prius Archidiaconum Londinenſem, quem Elizab. recuſantem impietatis dogmata ſuſcipere, exauctorauit.

EPISCOPI CREDITONENSES, CORNVBIENSES, & tandem EXONIENSES.

Occidentalibus Saxonibus ad fidem conuertendis, ſtrenuè incubuerunt Vverſtanus, & Athelſtanus, circa an. Dom.700. quādo Sedes & Eccleſiæ Cathedrales primū Dorceſtriæ haud procul ab Oxonia, & Vvintoniæ, & Bodibinæ ſunt cōſtitutæ.

1. Athelſtanus igitur Cornubienſib. datus Præſul. Triantonæ primum, deinde Creditonam migrauit, quæ hodie Kirton. H eiuſque ſucceſſores Cornubiorum Epiſcopi hi traduntur.

2. Conanus.
3. Ruydocus.
4. Aldredus.
5. Brituuinus.
6. Athelſtanus II. qui vixit anno 966.
7. Vvolfus.
8. Vvoronus.
9. Vvolocus.
10. Stidio.
11. Adelredus.
12. Burvvoldus.

Circa annum autem 1040. Eccleſia S. Petri Exoniæ, coaleſcentib. in vnum his diœceſibus, vtriq; communis conſtituta eſt Sedes. In qua per ordinē ſederūt Pontifices qui ſequuntur.

1. Edulphus, alij Eadulphus Sedit an.905.
2. Putta.
3. Eadulphus II. annos 22. præſulatum tenuit. Ob.an.932.
4. Ethelgarus. Obiit anno 942.

5. Elfvvodus.

5 Elfvvodus. Sedit annis [illegible] an 962.

A 6 Agatus annis 10 ſedit. Obiit an. [illegible]

7. Sideruanus. Obiit an. [illegible]81.

8. Alfvvolfus poſt nouem annos regiminis, obdormiuit anno 99[illegible].

9. Alfridus. Abbas Malmesburienſis, præſedit vſque ad annum 999.

10. Elfvvodus præfuit annis 15.

11. Ednodus. Hic ab aliis omittitur. Vti & ſuperiores 1.3 6.8.

12. Liuingus ex monacho Vvintonienſi Epiſcopus Cridienſis, Regi Cnutoni familiaris, & peregrinationis Romanæ comes. Ab eodem impetrauit vt cum ſuo Cridienſi etiam Cornubienſem Cathedram vniret, poſtquam auunculus ipſius Britvvoldus eum per mortem reliquiſſet. Erat ambitioſus & proteruus. Ferunt cum ille animam efflaret, tantum crepitum tota Anglia auditum, ac ſi totius huius molis ruina impendiſſet. Sequuntur *Epiſcopi Exonienſes*.

Vacauit ſedes vſque ad tempora Edouardi, qui ſubſtituit ca-

B dem perfuncturum, virum doctum, cui nomen.

1. Leſricus, aliis Leofricus, qui Sedem tranſtulit Exam, quæ ciuitas fluuio eius nominis alluitur, & Exceſtria appellatur. Conſtituit hic collegium 24. Canonicorum in communi viuentium, eiectis Sanctimonialibus, & obiit an. 1073.

2. Osbernus è proſapia regia, liberalis, & moribus caſtiſſimis. Vixit ad quartum annum Henrici primi.

3. Guilielmus Vvarelmaſt Normannus, Henrico I. à ſacris Oratorij, vir prudens ac diſertus. Ferunt eum luminibus orbatum ex ægritudine, nihilominus Romam miſſum à Rege ad pontificem, & ſimultatem quandam ſatis grauem compoſuiſſe.

4. Robertus Chiceſter Decanus Sariſburienſis an. 1128. conſecratur Epiſcopus Exonienſis. Præfuit an. 22.

5. Robertus Vvarelvvaſt, frater ſuperioris Guilielmi. Sedit annos 9.

6. Bartholomæus Iſcanus in vtraque Philoſophia humana & diuina verſatiſſimus. Opinione ſanctitatis mortuus poſt an. 14. regiminis.

C 7. Ioannes Cantor Exonienſis, conſecratus an. 1186. morte immatura abreptus an. 1191.

8. Henricus Marshael. Staffordienſis Archidiaconus. Structuram Eccleſiæ ab aliis inchoatã perfecit. Deceſſit an. 1206.

9. Simon de Apulia. Decanus Eboracenſis vir eximiæ prudentiæ & litteraturæ, ciuitatem Exoniam in Parochias diſtribuit. Obiit an. 1223.

10. Guilielmus Brevver Fredericũ Imp. aduerſus Saracenos in terrã ſanctã ſecutus traditur. Et reuerſus Decanũ in ſua Eccleſia primũ inſtituiſſe & 24. Præbendas dotaſſe. Ob. an. 1244.

11. Richardus Blondy conſecratus eſt an. 1245. ſedit an. 12.

12. Vvalterus Broneſcomp Archidiaconus Surreienſis primũ, deinde Epiſcopus collegij Perimenſis in Cornubia exſtitit fundator. Præfuit annos plus minus 23. & diſceſſit an. 1280.

13. Petrus Quiuij Canonicus Exonienſis, auxit multiplici dote Eccleſiam ſuam, pro variis in ea officiis erigendis. Obiit an. 1292. ſyrupo quem deglutire volebat ſuffocatus.

14. Thomas Button Decanus Vvellenſis, qui morit. an. 1307.

15. Vvalterus Stapledon vir doctus & prudens, variis quo-

D que legationibus perfunctus fuit. Cumq; Londinenſis ciuitatis cuſtodiam ſibi demandatam haberet à Rege Eduardo, tumultuantium ciuium furore ſecuti trucidatur an. 1326.

16. Iacobus Barkley inconſulto Pontifice elect. ob. an. eod.

17. Ioannes Glandeſſonus electus à Canonicis, conſecratus Romæ an. 1127. Scripſit vitas SS. & conciones, fuitque ſummæ parſimoniæ, fic vt ingentes in publica opera diuitias relinqueret. Exceſſit è viuis anno 1369.

18. Thomas Brentingam vir doctus & gnarus multarum rerum, ſedit annos 24. obiit anno 1398.

19. Edmundus Stafford Cancellarij munere ſub duobus Regibus perfunctus, obiit an. 1419.

20. Ioannes Keterich ex Meneuenſi Epiſcopus huius Eccleſiæ.

21. Ioannes Cary. Vterque hic exiguo tempore præfuit.

22. Edmundus Lacy S.T.D. Epiſcopus Herefordienſis, huc euocatus an. 1420. magna pietate Antiſtes, ſedit annos 35.

23. Georgius Neuelius poſt 10. annos regiminis Eboracum deceſſit.

24. Ioannes Boothe vir pacis amantiſſimus, obiit an. 1478.

25. Petrus Courtenæus ex A[illegible] Epiſcopus, & anno [illegible] Vvintonienſi cathedræ præficitur. E

26. Richardus Fox qui 5. annos [illegible] Vvellenſem, deinde Vvintoniam [illegible] cathedras illas adminiſtrauit.

27. Oliuerus King, prior in omnibus cathedris ſucceſſit.

28. Reginaldus Redman S.T.D. prius Epiſcopus Aſſaucnſis Tandem ad Eliẽſem cathedram transfertur an. 1501. Subrogatur.

29. Ioannes Arundeel Conuentrenſis & Lichfeldienſis Epiſcopus, obiit menſe vno à conſecratione.

30. Hugo Oldham S.T.D. homo pius & zeloſus, quamvis verbis aſperior. Immunitatem Eccleſiæ pro virili defendit, & auxit dotem collegij Vicariorum in Eccleſia ſua. Ob. an. 1519.

31. Ioannes Voyſey alias Harman, Legum D. & Henrico VIII. à ſacris oratorij, vir eruditionis raræ & magnæ experientiæ. Qui dum conatibus impiis Henrici Regis obſiſtit, honore exuitur: quem reſumpſit paulò pòſt Maria rerum potiunte, eiecto illo quem ſchiſmaticus Rex deſignauerat. Interiit grandæuus an. 1555. qui erat 36. à conſecratione. Ac poſt hunc Cathedra Exonienſis peſtilentiæ cathedra euaſit; vt ceteræ huius Regni. Succeſſit enim, vel potius eam occupauit, F Apoſtata Auguſtinianus.

EPISCOPI HEREFORDENSES.

Herefortum exiguum oppidum trans Sabrinam, non procul à Vvellenſibus, quod tamen ruinæ ſuperſtites amplius fuiſſe demonſtrant. Huius ab initio exſtitere Epiſcopi, nempe ab anno 680.

1. Puttas.

2. Tirtellus.

3. Torterus.

4. Vvaſtoghus, qui elegantem Crucifixi imaginem conſtruxit.

5. Cuthbertus, qui poſtea Cantuarien. Archiepiſc. in vtroque munere ſe ſtrenuum ſpeculatorem, & murum pro domo Iſraël oppoſuit. Anno Dom. 740.

6. Poddas.
7. Ecca.
8. Cedda. Obiit an 857.
9. Albertus.
10. Eſne ſiue Elne. an. 855.
11. Celmundus.
12. Vrel.
13. Vvlfeardus.
14. Benna.
15. Edulfus.
16. Gutulfus.
17. Mutel.
18. Deorlaf.
19. Cuemundus. G
20. Edgarus.
21. Tirdhelmus.
22. Vvlfelmus.
23. Alfricus.
24. Athulfus.

25. Ethelſtanus, cæcus annis 13. obiit an. 1055.

26. Leonagarus, quem tempore Regis Eduardi Rex Vvalenſium vrbe capta, ſede & vita expulit. Sub an. 1056.

27. Vvalterus ſucceſſit à Nicolao Papa Romæ conſecratus, an. 1060. qui vitam cum ſumma infamia finiuit, à muliercula cui vim inferre conabatur forcipe in inguine ſuffoſſus: anno circiter 1076. *Malmesburienſ. lib.* 4. vacauit Sedes annis 4. quam pòſt iniit an. ſcilicet 1079.

28. Robertus Loſinga, Lotharingus, qui ibidem Eccleſiam ædificauit. Multaque præclarè geſſit.

29. Geraldus ſtatim à conſecratione Eboracum transfertur.

30. Rogerius Lardarius ante inaugurationem obiit.

31. Rainaldus Reginæ prius Cancellarius. Hic à Rege baculum & annulum accepit. At mox ea retulit, agnoſcens inſcitiam ſuam: quare Regi aliquamdiu infenſus, poſtea ſummo cum honore introductus & conſecratus fuit. Erat præſul pius ſic vt inter miſſarum ſolemnia ſæpè illachrymari viſus fuerit. Deceſſit ex podagra. Vacat annis aliquot 1. Et ſuccedit iuxta Malmesburienſem. H

32. Gaufredus Diua, qui Galfridus de Cliua aliis: ſumma inedia vitã protraxit, & nullo ſui deſiderio relicto, ob. an 1119.

33. Richardus qui Henrico I Regi à ſigillo fuit, ſuccedit illius fauore, paucíſque annis ſuperfuit. Ob. an. 1127.

34. Robertus de Betun, prior Canonicorum Lantonenſium ſufficitur, vir abſtemius, & in victu ac veſtitu continens gratus ſummis & imis. Deceſſit anno 1148.

35. Gilbertus Foliot Abbas Glocceſtrenſis, ſedit annis 12. & Londinum transfertur an. 1163.

36. Robertus de Melun obiit an. 1167. vacat Sedes an. 6.

37. Robertus Foliot. Ex Archidiacono Oxonienſi. Obiit anno 1186.

38. Guilielmus Verus multis ſui monumentis relictis obiit anno 1199.

[illegible] Æ[illegible]us de Binſe. Ad [illegible] Regem
A [illegible] ll [illegible]tus, lulu [illegible] ande[illegible]
[illegible] Martinus [illegible] b[illegible]in.
40. Hugo de Mapenore [illegible] ſn diæ m[illegible]
tur 1219.
41. Hugo Foliot Archidiacon[illegible] Salop[illegible] moritur an [illegible]
42. Radolfus de Meyndeſteyn Theologus [illegible]
qui multis beneficiis Sedi collatis; [illegible] poſt[illegible]
abdicato honore, Franciſcanis ſe aggregaſſet, an.1244.
43. Petrus de Egueblanck electus an. 1239. fertur hic magno ære dato ambiuiſſe Archiepiſcopatum Bordegalenſem, ac de illo iactatus verſiculus, qui olim Lãbino cuidã adſcript⁰.

Ære dato muto, necdum Paſtore ſepulto,
Lambit ad optatum Lambinus Pontificatum.

Anno deinde 1263. à ſeditioſis capitur, cuiuſque opes congeſtæ diripiuntur, ipſe variis languoribus cruciatus interiit an.1268 relictis in pauperes diſtribuendis 190. modiis frumenti & condito Cœnobio ad Aquam bellam in Sabaudia.
44. Ioannes Breton Legum D. quas etiam cuu'gauit, moritur an.1275. menſe Maio.
B 45. S. Thomas Cantilupus Archidiaconus Staffordienſis primum, dein Angliæ & Oxonienſis Academiæ Cancellarius, I. V. Doctor, & Theologus eruditus, miraculis claruit in vita, & à Ioanne XXII. Sanctis annumeratus poſtquam obuſſet an 1281. vel ſecundum nonnullos 1287.
46. Richardus Svvinfeild S. T. D. homo diſertus, & aſſiduus. Præfuit annis 24. & deceſſit in martio anni 1316.
47. Adam de Orton, Doctor Legum, tranſlatus Vvigorniam an.1327. & ſuccedit.
48. Thomas Charron etiam Doctor, Canonicus Eboracenſis, & Angliæ Theſaurarius. Tandem an.1337. Hiberniæ Cancellarius inſtitutus, eò migrauit. Reuocatus anno 1340. triennio poſt obiit.
49. Ioannes Tvlleck ſedit annis 16. & moritur an. 1360.
50. Ludouicus Charton S.T.D. Oxonienſis Cancellarius, vir multarum diſciplinarum peritus, ſedit annos octo, mortuus an.1369.
51. Guilielmus Courtney poſt an. 5. Londinum transfertur.
52. Ioannes Gilbertus Dominicanus à Bangorenſi Eccleſia
C huc tranſlatus, atque hinc Meneueſium an.1389. & ſuccedit.
53. Ioannes Trefant in Romana Curia Auditor Rotæ conſecratur an.1389. & an.1400. à Rege Henrico IV. Legatus ad Bonifacium IX. mittitur, vnde reuerſus moritur an.1404.
54. Robertus Maſca Carmelita, vir doctus, & diſertus: vita hac defunctus an.1416.
55. Edmundus Lacy S.T.D. Capellæ regiæ Decanus tranſlatus an.1420. Exoniam.
56. Thomas Polton ex Decano Eboracenſi hic Epiſcopus tranſlatus Vvigorniam, & ſuccedit an.1420.
57. Thomas Stofford Abbas, qui poſt annos 26. Epiſcopatu ſponte ſe abdicauit, vitæ tranquillioris amans.
58. Richardus Beauchamp, Archidiaconus Suffolſiæ an. 1450. Sarisburiam transfertur.
59. Reginaldus Buller Abbas Gloceſtrenſis, tranſlatus Lichfeldiam.
60. Ioannes Stanbery multa ſcripſit. Obiit an.1474.
61. Thomas Milling monachus Vveſtmonaſterienſis, S.T.
D D. primum Abbas ibidem, mox Epiſcopus, moritur an.1491.
62. Edmundus Audley primus Roffenſis, dein huius Eccleſiæ Præſul, tandem ad Sarisburienſem migrauit an.1502. & ſubrogatur.
63. Adrianus Caſtellenſis Hetruſcus, miſſus ab Innocentio Papa in Scotiam diſſidiorum componendorum gratia, cum in Anglia maneret aliquamdiu, eam apud Henricum VII. gratiam inuenit ſua comitate & recte agendi conſuetudine, vt ab eo cathedram hanc, & deinde Vvellenſem obtinuerit. Romam reuerſus Collegio Cardinalium aſſociatur. Erat alter ſui ſæculi Cicero, ſi puritatem ſermonis & ſcriptionis ſpectares. Igitur Romam digreſſo, ſucceſſit an.1504.
64. Richardus Mayo prius Oxonienſis Academiæ Cancellarius. Miſſus fuit in Hiſpaniam vt Catharinam Arthuro Vvalliæ Principi in matrimonium ducendam, comitaretur. Et poſt reditum huic cathedræ præficitur, quam tenuit annos pene 21. Exceſſit autem an.1516.
65. Carolus Bouthus ſuccedit, S. T. D. & Vvaliæ antea Cancellarius, præfuit annis 18. menſ.5.
66. Edvvardus Fox S.T.D. & Henrico VIII. ab eleemoſy-

[illegible] Conſecratus [illegible]
[illegible]
R[illegible] b[illegible]
[illegible] ſtur [illegible] numero
[illegible] Epiſco[illegible] nandus.

EPISCOPI ELIENSES.

[illegible] Angliæ Orientalis, ſtatim poſt Auguſtini primi Anglorum Apoſtoli tempora, ad fidem conuerſa fuit, eaque Ethelbertus Cantiæ R. Eccleſiam ædificauit, quam ampliorem & ſplendidiorem conſtruxit Etheldreda Regis filia anno 677. & in monialium cœnobium conuertit, ampliſſimo cenſu relicto. Verum per Danos monaſterio euerſo, & inſula deleta, vniuerſum illum locum emit ab Edgaro Rege Ethelboldus Epiſcopus Vvintonienſis, & monaſterium reædificauit, Abbatemque conſtituit, & vſque ad annum 1109. eá dignitas hic perdurauit. Donec creſcentibus opibus, dum Lincolnienſi Epiſcopatui ſubeſſe vltra detrectarent Elienſes, Heruæus Bangorenſis Epiſcopus, Henrico I. Rege annuente, & de Romani Pontificis aſſenſu primus illis Epiſcopus deſignatur. Igitur. F
Heruæus hoc tranſlatus perhibetur an.1109. feditque annos 22. & anno 1131. hanc vitam reliquit.
Nigellus ſubrogatur exacto à morte prioris biennio: & multa ſolicitudinis Epiſcopalis teſtimonia exhibuit annis 46. quibus præfuit. Obiit Paralyſi an.1169.
Galfridus Ridally. Obiit anno 1189.
Guilielmus Longchamp Angliæ prius Cancellarius vir gratus Richardo I. Regi, ac Deo & hominibus dilectus. Miſſus ad Pontificem legatus an.1197. obiit Pictauiæ.
Euſtachius poſtquam plus quam anno vacaſſet Sedes, ſubrogatur. At in exilium ſeceſſit propter offenſam Regis. Vnde reuocatus, diſceſſit Redingi an.1214.
Ioannes de Fonóbus Abbas primum, conſecratus Epiſcopus anno 1219. cum intermedio tempore inter duos electos contenditur, quorum vterque exauthoratus; ſuit obiit anno 1225.
Galfridus de Burgo. Qui prius fuerat electus, rurſus poſtulatus, Sedem tenuit annis 4. mortuus an.1229.
Hugo Norvvold S. Edmundi Abbas, erga pauperes munificus, erga omnes benignus, & in Eccleſiam quam ædificauit liberalis. Deceſſit ao.1254. 9. Auguſti. G
Guilielmus de Kilkenny Archidiaconus Conuentrenſis, primum Angliæ Cancellarius, ſedit an.1. menſ.1.
Hugo Balſam vel Bedeſale monachus, deuotus & ſimplex, Henrico III. renuente electus, at per Pontificem confirmatus, ſedit annos 28. Collegium inſtituit Cantabrigæ, & deceſſit 16. Iunij anni 1286.
Ioannes de Kirkby Decanus ante Vvinburnenſis, & Angliæ Theſaurarius. Extinctus anno 1290. in Martio.
Guilielmus de Luda Dunelmenſis Archidiaconus, vir magnificus & eminentis ſcientiæ, ſedit annos 7.
Radulphus Vvalpoole ſedit annos 3.
Ropertus Olfusd monachus Elienſis, ſedit annos 7.
Ioannes de Keeton, etiam annis 7. expletis, obiit 1316.
Ioannes Hotham ſacellanus Eduardi II. paralyſi correptus deceſſit an. 1336.
Simon Montacutus à Vvigornenſi ſede huc transfertur. H
Ædificauit Capellam honori B. Mariæ. Seditque annis plus minus 7. mortuus an.1344.
Thomas Lyldus Dominicanus, Auenione conſecratus, Theologus eximius, concionator aſſiduus, multa etiam euulgauit, quorum ſeriem Balæus enumerat. Obiit 1361.
Simon Langham Abbas Vveſtmonaſterienſis, mortuo inopinata morte Reginaldo Briam hic ab Innocentio Pp. inſtituto Epiſcopo, eligitur. & an.1366. Cantuariam euocatus. De quo circumferebatur ille verſiculus,

Lætentur cæli, quia Simon tranſit ab Ely,
Cuius in aduentum flent in Kent millia centum.

Ioannes Barnet prius Vvellenſis Epiſcopus. Mox Angliæ Cancellarius, diem ſuum obiit an.1373.
Thomas Arundellus annuente Pontifice electus, Eboracum, ac tandem Cantuariam tranſlatus fuit.
Ioannes Fordham Dunelmenſis antea Epiſcopus, obiit an.1425. cum totis 37. ſediſſet.
Philippus Morganus ex Vvigornienſi, hic conſtitutus Epiſcopus, vir prudens, ſedit annos 8. & menſ.6.

Ludouicus

A [illegible]

[illegible] Sedit ann [illegible]

Ioannes Morton vi [illegible] annis 8. [illegible] ad extremum Archiep [illegible] an. 14 [illegible]

Ioannes Alcock ſucceſſit, poſtquam triennio [illegible] vacauit. Tranſlatus huc ab Eccleſia Vvigornienſi, Angliæ Cancellarius ab Henrico VII. deſignatus. Deceſſit anno 1500. poſtquam annis 14. præſediſſet.

Richardus Redman S. T. D. defunctus anno 1505.

Iacobus Standley S. T. D. poſt annos 8. obiit.

Nicolaus Vveſt, S.T.D. Decanus primum Vvindeſorenſi. Hic in ſua familia famulos 100. & pauperes deinde 200. aluiſſe traditur, & amicos tot feciſſe ſibi ex mammona iniquitatis. Præfuit annis 17. exceſſit in Aprili anni 1533.

Thomas Goodrich conſecratur an. 1534. & annis 20. in functione Epiſcopali cum laude, non ſine graui difficultate,
B quod Regis primatum Eccleſiaſticum nollet agnoſcere; tranſactis extinctus eſt an. 1554. ſucceſſore milhodoxo deſtitutus. Niſi quod Maria Regina Thomã Thirblyum S.T D. ex Norbicenſi Sede huc tranſtulerit. Quem Iezabel mox exauctorauit, & vinculis tradidit. Deceſſit Lamethæ 26. Aug. anni 1570.

EPISCOPI LINCOLNIENSES.

Cathedra Epiſcopalis quæ nunc Lincolniæ, ab initio Doceſtriæ exiſtimatur conſtituta fuiſſe, maximoque territorio inſignitam, late imperitaſſe. Primus antiſtes creditur Birinus è Gallia oriundus, eique ſucceſſiſſe.

Agilbertus etiam Gallus. Quo defuncto pluribus annis caruit hæc ſedes præſule, ſaltem vſque ad annum 678.

Edgarus.

Kinebertus. Beda Embertum vocat. Obiit an. 733.

Alvvigh. Interfuit Synodo Cantuarienſi an. 747. ob. 751.

Eadulfus Archidiaconus Anteceſſoris, moritur an. 764.

Ceolulfus obiit an. 787.

Eadulfus. Vacauit ſedes multo tempore.

Brightredus tandem an. 872. fit Epiſcopus. Poſtquam diu
C ante anno ſcilicet 737. Legeceſtriæ alia Cathedra fuit erecta, ſed mox Doroceſtriam tranſlata. In qua ſederunt.

Tota.

Edbertus, conſecratus anno 764.

Vvetenbertus qui obiit ao. 768.

Vnvvona. Vixit anno 806.

Reibunus Abbas, moritur anno 851.

Aldredus conſecratur an. 861. Primatur an. 873.

Ceulredus conſecratur anno eodem.

Halardus defunctus an. 897.

Renulfus anno 905. conſecratus.

Leofuuinus an. 959. defunctus.

Ailnothus conſecratur anno 960.

Aſcuuinus.

Alshelmus.

Eadnothus prælio cæſus à Danis an. 1016.

Eadhericus, 1004. anno obiit.

Eadnothus II. occubuit anno 1050.

Vlfius Normannus, homo indoctus, cum ſua gente ex-
D pulſus, mœrore contabuit.

Vvulfinus conſecratus anno 1053. & deceſſit Vvintoniæ anno 1067. Atque omnes iſti Doroceſtriæ & alibi conſederunt. Donec Gulielmo Rege ſuadente Sedes Epiſcopales tota paſſim Anglia ex vrbibus minoribus ad celebriores tranſlatæ fuerunt. Igitur Lincolniam relicta Doroceſtria Cathedram ſuam fixit anno 1070. aut circiter.

Remigius de Feſcam monachus, à Gulielmo Rege ſuffectus Vvolſino. Qui collegium hic inſtruxit 21. Præbendariis multaque memorabilia, cum eſſet corpore ad ſtuporem perpuſillo, præſtitit. Maiora facturus niſi morte fuiſſet præuentus, quæ eum abſtulit anno 1092. menſis Maij die 9.

Robertus Bloettus Cancellarius Angliæ. Fuit vitæ incontinentis, & indoctus. Nihilominus Anteceſſoris veſtigia ſectatur, 21. & præbendariis alios 31. adiecit. Occubuit an. 1122.

Alexander Henrici R. fauore deſignatus, Eccleſiam ſuam fortuito incendio deturbatam reſtaurauit. Romam bis miſſus legatus, an. 1147. morbo correptus obiit.

[illegible] Conſecr [illegible] A [illegible] ono Leyceſtr [illegible]
F

[illegible] R [illegible] Hen- [illegible] R [illegible] an. 1 [illegible] 4. vacat [illegible]

[illegible] eiuſdæ ſuffi- [illegible] inclinat [illegible] quam eiuſdem ve- [illegible] D [illegible] cathedra illatus eſt. In- [illegible] mandat ciphi Eccleſiaſticæ quæ multum erat [illegible] tota vita cilicium quod etiam ægritudine [illegible] nunquam depoſuit. Obiit autem 17. Nouemb. anni 1200. & vigeſimo à morte anno in Canonem SS. relatus fuit: eiuſque oſſa in capſulam pretioſam tranſlata, & venerationi expoſita 1282.

Gulielmus Bleſenſis Cantor eiuſdem Eccleſiæ electus in Epiſcopum an. 1201. obiit quinquennio poſt.

Hugo Vvallis prius Cancellarius Angliæ, & Archidiaconus Vvellenſis. Bona ſua in pios vſus deſtinauit, rexitque Eccleſiam ſuam vſque ad annum 1234.

Robertus Groſtehead ſiue Groſſe-teſte, quod maximum
F caput haberet, homo ob inſignes animi virtutes celeberrimus Theologus orator, prædicator ſummus. Libros ſcripſit fere 200. quos Balæus enumerat. Deceſſit dierum & meritorum plenus ao. 1253.

Henricus Lexinton ex Decano Epiſcopus, annis quinque ſedit, & obiit an. 1258.

Benedictus de Graueſend etiam Decanus, qui nonnullis Richardus dicitur, obiit an. 1279.

Ioannes de Aldebry poſt annum ſuccedit, & in vinario forte demergitur, poſt vitam ſanctè & religioſe inſtitutam, 5. Ianuarij 1319.

Thomas Beak Cancellarius Lincolnienſis, & Theſaurarius Angliæ, pauco tempore præſedit.

Henricus Burvvaſch ſub Eduardo II. magni nominis & potentiæ, inauguratus Epiſcopus an. 1350. moritur Gandaui in Flandria, quo profugerat ob quandam Regis indignationem declinandam, an. 1340.

Thomas de Beck, nihil de hoc memoratur.

Ioannes Sinvvel, ſedit vſque ad annum 1362. quo obiit.

Ioannes Bukingam cuſtos ſigilli Regij, Theologus non G
vulgaris, qui abdicato Epiſcopatu, monachus effectus, vitam hanc religioſe finiuit Cantuariæ.

Henricus Beaufort, Frater Henrici IV. Regis, S.R.E. Cardinalis, ſuccedit an. 1397. & poſt ſeptennium Vvintoniam transfertur.

Philippus Repindon S. T. D. prius Abbas Leceſtrien. & Oxonienſis Academiæ Cancellarius, errores Vvicleffi inſigniter confutauit. Creatus tandem à Gregorio XII. Cardin. Tit. SS. Nerei & Achillei, ac anno 14.0, Epiſcopatum renunciauit, & deſignatus in eius locum.

Richardus Flemming S. T. D. qui oſſa Vvicleffi hæreſiarchæ exhumari, rogoque inici & comburi iuſſit, ac collegium Lincolnienſe Oxonij fundauit.

Gulielmus Grayus Londino Lincolniam transfertur anno 1431. ſedit hic annis 4.

Gulielmus Alnevvicus legum Doctor, Norbico huc tranſlatus, anno 1436. obiit an. 1449. ſolet à confeſſionibus ſacris Henrico VI. quem Regum ſanctiſſimum vocant.

Marmaducus Lumley ex ſede Carliolenſi quam 20. annis rexerat, huc euocatus an. 1450. vix anno præfuit. H

Ioannes Chadvvord, ſedit annis 18. vſque ad annum 1470.

Thomas Scotus quem Roteram alij, primum Roffenſis, dein Lincolnienſis Epiſcopus, ac poſt 9. annos Eboracenſis, & Angliæ Cancellarius ſub Eduardo IV.

Ioannes Ruſſel S.T.D. & Archidiaconus Berkenſis. Cuius eruditionem, pietatem, & ſingularem zelum Thomas Morus ſummis effert laudibus. Obiit anno 1490.

Gulielmus Smith prius Conuentrenſis Antiſtes, Vvalliæ primus Præſes, Oxonienſis Academiæ Cancellarius, Lincolniæ factus Epiſcopus ao. 149 moritur an. 1513.

Thomas Vvolſey, vix anno præſederat, cum in numerum Cardinalium cooptaretur, & Eboracum transferretur.

Gulielmus Atvvater conſecratus anno 1514. ſeditque annos quinque.

Ioannes Longland, S. T. D. Henrici VIII. confeſſor, conſecratus anno 1521. obiit vero anno 1547. ac cum eo extinctæ

Aa 3 Catholic-

Catholicæ ſucce[illegible] ante Mar[illegible] us [illegible] Ma[illegible]p A[illegible]
A ſignatur in [illegible] e cathedra [illegible] Vv[illegible] .an[illegible] ob[illegible] poſt noue [illegible] anno [illegible]
1555 & Vvintoniam tr[illegible] cu[illegible] [illegible] Gray, V[illegible]g[illegible]
Thomas Vvatſon etiam [illegible] Theol[illegible] [illegible]
mortua Maria, Parlamenti [illegible], qu[illegible] [illegible] Arch[illegible] ondonenſis. O[illegible]
tiæ deſ[illegible] adverſaretur [illegible] tande[illegible] 4 d[illegible]
tremum obiit.

[illegible] nibr[illegible] omnigenæ ſcientiæ Præſul, F[illegible] [illegible] extu[illegible], obiit an. 1258.

Hugo de Pat[illegible] Angliæ Cancellarius & Theſaurarius, poſtquam annis 3. ſed[illegible] ſub[illegible]tus an. 1243.

Rogerus de Vveſecham conſecratus Lugduni anno 1245. grandævus ſponte Epiſcopatu ceſſit, & paralyſi deceſſit anno 1256.

Rogerus de Moleno, Henrici III. Regis nepos. Initio iners & parum intentus functioni Epiſcopali. Mox hortatu Archiepiſcopi Cantuarienſis, animo ſumpto, in diœceſi ſua reſedit, & poſt annos 38. regiminis obiit an. 1295.

Vvalterus de Langton Angliæ Theſaurarius, ab Eduardo II. multis iniuriis laceſſitus, biennalis carceris ſqualorem pertulit. Cauſa iracundiæ regiæ erat, quod adhuc iuuenem apud patrem de variis inſolentiis corripuiſſet, & apud Patrem à quo etiam caſtigatus fuerat, detuliſſet. Itaque liberatus paulo poſt, aulæ valedixit, & reliquum vitæ in ſumma tranquillitate exegit, ac relictis ſuæ probitatis variis teſtimoniis, defunctus eſt anno 1321. F

Rogerius Northbreuch prius magni ſigilli cuſtos, à Scotis in prælio captus. Sedit annos 38. & obiit an. 1360.

Robertus Stretton Vvalliæ Principis Sacellanus, illiteratus & inhabilis, Rege poſtulante electus, vix tandem conſecrationem obtinuit. Sedit annis 25.

Vvalterus Sutlavv Legum Doctor, transfertur hinc ad Vvallenſem, & mox ad Dunelmenſem Epiſcopatum.

Richardus Scroobe Angliæ Cancellarius annis 10. hic ſedit, & transfertur Eboracum an. 1386.

Ioannes Burghili D[illegible] ex Landauenſi fit Epiſcopus Lichfeldenſis, obiitque in Iunio ann. 1414.

Ioannes Keterich Notarius Curiæ Romanæ, prius Menevenſis, tandem huius Eccleſiæ Epiſcopus an. 1415. Interfuit biennio poſt Concilio Conſtantienſi, vbi conſtitutus eſt vnus ex 30. electoribus, qui Martinum V. Pontificem elegerunt. Tandem Exoniam migrauit, 1419. G

Iacobus Cary obiit in Italia ante inaugurationem.

Guillelmus Heivvorth S. Albani Abbas, obiit anno 1448. poſtquam ſediſſet annos plus quam 27.

Guillelmus Bouthe Eboracum migrauit hinc an. 1453.

Nicolaus Cloſe S. T. D. & Academiæ Cantabrigenſis Cancellarius, ex Carlione huc deuenit anno 1453. & eodem occubuit.

Reginaldus Butler Abbas Gloceſtrenſis, primum Herefordenſis Epiſcopus, huc venit an. 1453. ſedit an. 6.

Ioannes Hales, ſedit annos 31. obiit 1490.

Guillelmus Smith ſedit annos 4. Lincolniam transfertur an. 1492. ſuccedit.

Ioannes Arundeel. Qui Exoniam conceſſit an. 1502.

Galfridus Blythe Legum D. obiit an. 1524.

Rolandus Lee qui matrimonium celebrauit inter Henricum VIII. & Annam Bolenam. Deceſſit an. 1543.

Richardus Sampſon Legum etiam Doctor conſecratus Epiſcopus Ciceſtrenſis an. 1537. inde Linsfeldiam transfertur an. 1543. verum an. 1539. In Arcem Londinenſem coniicitur, quod primatum Eccleſiaſticum in Rege non agnoſceret. Obiit an. 1554. Succeſſit illi. H

Radulphus Baynus S. T. D. quem Eliſabetha exauctorauit poſt quinquennium, ſic vt mortuus fuerit an. 1559.

EPISCOPI COVENTRENSES ET LICHFELDENSES.

Lichfeldia in Epiſcopatum erecta fuit ab [illegible] Rege Merciorum, eiuſque inſtinctu primus illius Epiſcopus anno Chriſti 656. inſtitutus traditur.

1. Duinas, qui ſedit annis duobus. Et ſuccedit.

Ceolach Scotus, qui ſe Epiſcopatu abdicauit.

Trumherus Abbas primum, ſub annum 656.

Iarumannus Orientales Saxones iam à fide deuiantes, reduxit. Illo ſedente, Eccleſia Lichfeldiæ primum conſtrui cœpta anno 666.

Cedda, Archiepiſcopatum Eboracenſem obtinuit. Mox huc tranſlatus, obiit anno 672.

B Vvinfridus à pietate & modeſtia laudatus à Beda, tamen per iniuriam Cathedra exutus, in cœnobio vitæ reliquum religioſè exegit.

Saxulfus exauthorato priore ſucceſſit an. 672. ſed Diœceſis hæc in binas partita fuit. Saxulfus hic continuauit, alteram vero partem Eadheadus quidam obtinuit, & Sidnaceſtriæ reſedit, cuius ſucceſſores, *quære inter Epiſcopos Lincolnienſes veteres ſuprà*. Obiit Sixulphus anno 705.

Ethealdus alias Eatheaſdus. Qui deceſſit an. 721.

Alduuinus Bedæ contemporaneus, deceſſit an. 737.

Vvitta. Ante huius electionem Merciorum Regno tres ſuſcepit Epiſcopatus, quorum vnus Leceſtriæ 2. Dorceſtriæ, tertius manſit Lichfeldiæ, quem tenuit Vvitta, an. 739. Succeſſit eidem in eodem ordine & functione.

Hemel qui moritur anno 764.

Cuthfridus.

Berthunnus, qui extinguitur an. 785.

Higbertus.

Aldulphus qui creatus Archiepiſcopus ad petitionem Pontificis. Vixit in Iunio anni 793.
C

Humbertus ſucceſſit, ſed dignitas metropolitana in prædeceſſore extincta manſit. Obiiſſe traditur an. 795.

Herevvinus vixit anno 833.

Higbertus.

Ethelvvoldus obiit an. 857.

Humbertus II. deceſſit an. 864.

Kinebertus exceſſit anno 872.

Cumbertus.

Tunbrithus moritur an. 928.

Cæterum aliam horum ſeriem videre eſt apud Florentium Nos ſuperiore contenti, eandem proſequemur. Igitur.

Ella Tunbritho ſucceſſit anno 929.

Alſgar.

Kinſy. Qui vixit an. 948. vſque ad an. 966.

Vvinſy.

Ealſeagus. Elſeth alij.

Godvvinus.

D Leofgarus.

Brithmarus. Obiit 1039.

Vvlſius obiit 1054.

Leofuvinus Abbas Couentrenſis. Eodem anno.

Petrus. Hic ſedem Epiſcopalem tranſtulit exhinc Ceſtriam anno 1075. defunctus ibidem an. 1086.

Robertus de Limeſey conſecratus an. 1088. & tranſtulit Sedem Couentriam, vbi obiit an. 1116.

Robertus Peccam Sacellanus Henrici I. obiit 1127.

Rogerus de Clinton Archidiaconus Buchingamen. Hieroſolymam profectus obiit Antiochiæ anno 1148.

Vvalterus Durdent Cantuarienſis Eccleſiæ Prior obiit anno 1161.

Richardus Peche Archidiaconus Couentrenſis primum, fundator extitit Cœnobij Staffordienſis. Obiit 1181.

Girardus Poella vir magnæ litteraturæ & probitatis, electus anno 1182. Obiit an. 1184.

Hugo Nunant Normannus, vir ſpectatæ eruditionis & prudentiæ, qui moriens ann. 1199. omnia ſua domibus religioſis & pauperibus erogauit.

EPISCOPI SARISBVRGENSES.

Mortuo Headda Vvintonienſi Præſule, viſum fuit Inæ Occidentalium Saxonum Regi, duos in ſua Prouincia conſtituere Epiſcopos, adeoque præter Vvintonienſem, aliam cathedram erigere. Primus itaque illi præfectus traditur an. 705.

Aldhelmus monachus & Abbas Malmesburienſis, quo munere poſtquam annis 34. perfunctus eſſet, factus Epiſcopus, ſedit annis 2. ſcriptiſque clarus migrauit anno 709. Maij 25.

Fordherus ſuccedit Bedæ contemporaneus, in ſcriptura S. verſatiſſimus. Qui Reginam Occidentalium Saxonum Romam comitatus fuit anno 738.

Herenaldus

Her[illegible] an. [illegible] interf[illegible]
A [illegible]
[illegible], deceſſit.
[illegible]
Vv[illegible]
Eaſt[illegible] orbe[illegible]
orientalium Saxonum E[illegible]
Pagnauit. Deceſſit an. 8[illegible]
Eadmondus à Danis prælio occiſus an. [illegible]
Ethelea[illegible], nihil de hoc reperitur.
Aſſer, dicitur hic ſcripſiſſe res Britanniæ, & apud Regem multum ſolicitaſſe, vt Academiæ Oxonienſis Profeſſoribus ſtipendia largè penderentur.
Suuithelmus, hic in exteriores Indias penetrauit, vbi S. Thomæ Apoſtoli corpus tumulatum creditur. Atque inde reuerſus multis gemmis dotatus redijt, vixit circa an. 883.
Ethelvvaldus, ſiue Ethelvvardus filius Alfredi Regis obiit an. 898 vacauit ſedes an. 7.
Vvfriſtanus à Danis cæſus in prælio. an. 918.
Ethelbaldus.
Sigelmus etiam in prælio contra Danos occubuit, anno 934.
B Vvulſſinus Abbas Vveſtmonaſterienſis, de quo memoratur quod moriens exclamauerit, video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei, atque ocius exſpirauerit an. 958.
Alfuuoldus moritur an. 978.
Ethelricus.
Ethelſius.
Brituuinus aliàs Brithricus obiit an. 1009.
Brituuinus.
Elfuuoldus, fuit vir raræ frugalitatis & temperantiæ, illo defuncto Vviltonienſis Eccleſia rurſus Sherbonenſi à qua exempta fuerat, adiecta & reſtituta fuit. Sic vt vtramque tenuerint, qui ſequuntur Epiſcopi.
Ethelſtanus Vviltonienſis comitatus Epiſcopus ſedem tenuit Ramsburiæ.
Odo ibidem conſedit, atque tranſlatus Cantuariam an. 934.
Oſulcus Vviltoniæ Cathedram habuit, & obiit an. 970.
Alfſtanus Abbas Abindonenſis, obiit an. 981.
Alfgarus alij Vvolfgarus.
C Siricius tranſlatus ad Cantuarienſem, an. 989.
Alfricus vtrique ſedi ſucceſſiuè ſuffectus an. 995.
Brithuuoldus monachus Glaſtonien. moritur an. 1045.
Hermannus Flander, vltimus fuit Epiſcoporum huius Eccleſiæ, cuius cathedram cum fruſta laborat Malmesburiæ collocare, relicto Epiſcopatu monachus euaſit S. Bertini in Gallia. Poſtea tamen Elfvvodi morte renunciata, rediit ad intermiſſum munus omnique conatu tandem effecit, vt ſedes transferretur Salisburiam, ſiue rectius Sarisburiam. Igitur primus hic ſedem fixit.
Hermannus iam memoratus. Eſt autem Sarisburia caſtellum in edito ſitum, muro vallatum, aquæ penuria laborans, hic Hermannus Eccleſiam ædificare cœpit, at morte præuentus illius dedicationem non vidit.
S. Oſmundus vir probatæ fidei, morúmque quales in Epiſcopo requiras, dedicauit Eccleſiam ſuam ann. Chriſti 1092. & ſeptimo deinde anno moritur. Sanctorum catalogo adſcriptus eſt.
Rogerus prudens in rebus agendis, ſibi ad hunc honorem
D viam ſtrauit. Factúſque regni Cancellarius, an. 38. in Epiſcopatu euolutis, mortuus eſt an. 1139.
Iocelinus, poſtquam hæc ſedes aliquandiu vacaſſet, ſucceſſit, qui factus monachus Ciſtercienſis obiit an. 1184.
Hubertus Vvalterus Decanus Eboracenſis prius, Richardum 1. Regem comitatus fuit in expeditione celeberrima aduerſus Saracenos an. 1191. ipſe autem Cantuariam tranſlatus an. 1193. Subrogatur.
Herebertus pauper prius Archidiacon. Cantuarien.
Richardus Poore ex Ciceſtria Sarisburiam euocatus anno 1217. Fundamenta iecit elegantiſſimæ Eccleſiæ, quæ hodie inter primas Angliæ habetur. Tranſlatus tandem Dunelmum an. 1225.
Robertus Bingham Canonicus Sarisburien. præfuit an. 30. obiit in Nouemb. an. 1246.
Guilielmus Eboracenſis Eccleſiæ ſox ſtructuram mirificè promouit, vir dilectus Deo & hominibus. obiit an. 1256.

A[illegible] prius Decanus Vve- E
[illegible] b. ar [illegible]
V[illegible]
R[illegible] eiuſdem huius Eccleſiæ Epiſcopu[illegible]
V[illegible] eodem anno moritur
[illegible] eodem tempore deceſſit.
[illegible] conſecratus an. 1289.
[illegible] de Longeſpe Henrici II. Regis nepos, homo gran[illegible], obiit 1297.
Simon de Gandauo maximus Theologus, circa an. 1298,
Robertus de Mortiual deceſſit an. 1329.
Robertus Vvinij homo indoctus & deformis nihil dignum memoria geſſit annis 45. quibus præfuit.
Radulphus Ergum Doctor Legum, tranſlatus ad Cathedram Vvallenſem an. 1388. Succedit
Ioannes Vvaltham priuati ſigilli cuſtos, poſtea Angliæ Theſaurarius, emigrauit an. 1395.
Richardus Meford Ciceſtrenſi huc tranſlatus, & an. 1407. naturæ debitum exoluit.
Nicolaus Bubvvith Londino huc euocatus, inde ad Sedem Vvallenſem.
F Robertus Halam Archidiaconus Cantuarienſis tandẽ Cardinalis, interfuit an. 1415. concilio Piſano, & anno 1417. Conſtantienſi, obiit anno eodem.
Ioannes Chaundler Decanus Sarisburienſis, obiit anno 1427.
Robertus Neuillus Præpoſitus Beuerlacenſis, tranſlatus Dunelmum an. 1438.
Guilielmus Aiſcoth Doctor Legum, Regiſque ab Epiſtolis, & mox à confeſſionibus, orta Ruſticorum ſeditione trucidatur cum ſacris operaretur, an. 1450.
Richardus Beaucamp Herefordia huc euocatur, factúſque Cancellarius ordinis Garterij, ſub Henrico VI.
Leonellus Vvoodull abdicauit ſe Epiſcopatu.
Thomas Langton prius Meneuenſis Epiſcopus, poſtea Sarisburienſis, ad extremum Vvintonienſis an. 1493.
Ioannes Blithus Cantabrius, Academiæ Cancellarius, anno voico ſedit.
Henricus Deane S.T.D. Abbas Lanthonienſis, & Epiſcopus Bangorenſis, poſtea Cantuarienſis.
G Edmundus Audley prius Epiſcopus Roffenſis, conſecratur hic an. 1502. rexit an. 22. Succedit an. 1524.
Laurentius Campegius Rotæ Rom. Auditor, Cardinalis Tit. S. Thomæ, adminiſtrauit hanc Eccleſiam aliquot annis & ab Henrico VIII. exauctoratus, deceſſit Romæ an. 1539.
Succeſſit Nicolaus Shaxton, at etiam paulò poſt quod Regio primatui Eccleſiaſtico obſiſteret exauctoratus fuit.
Sub Maria autem ſedit Ioannes Ievvellus, quem deinde amouit Elizabetha Caluini fæcibus imbuta, & ſuæ farinæ homines ſubſtituit, qui vſque modo hic ſedent.

EPISCOPI NORVVICENSES.

Sigebertus Orientalium Saxonum Rex, potius regno quod Corpibaldus poſſederat Fœlicem quendam Burgundum gente, cum quo familiariter diu vſus fuerat, in eo Præſulem conſtituit, vt ſubditos ſuos tanto promptius à Gentiliſmo ad fidem Chriſtianam perduceret.
Fœlix itaque feliciter ſedem fixit Dunibiel, quæ ciuitas eſt Suffolciæ, circa an. 630. ſedítque an. 16. & an. 647. vitam cum morte commutauit. Succeſſit.
Thomas eius Diaconus, & præfuit an. 5. H
Brigilſus (aliis Bonifacius) ſedit an 17.
Biſus vir grandæuus, & laboribus impar, Diœceſin quod amplior eſſet diuiſit in duas, conſtituta altera in Northhellam oppidulo. In quo hi ordine ſederent.
1. Bedvvinus.
2. Norbertus
3. Headulcus.
4. Edilfridus.
5. Lanferthus.
6. Athelvvolfus.
7. Alcarus.
8. Sibba.
9. Alherdus.
10 Humbirctus.

EPISCOPI DVNVVICENSES verò fuerunt.

1. Acca.

1. A[illegible]vvolphus.
A [illegible] anno [illegible]4.
4. [illegible]vinus.
5 A[illegible]
6 [illegible] vel Alg[illegible]us.
7. He[illegible]aretus anno [illegible]
8. Kelphanus[illegible]
9. Tidferthus, alis Te[illegible]
10. VVeremundus.
11. VVilredus.

His vita functis, Diœceſis vtraque à Danis vaſtata an. [illegible] deſolata permanſit, donec an 955. Edibyno Cantuariæ regnante totius Prouinciæ orientalis Anglorum regimen ſpirituale accepit.

1. Athelphus, qui ſedem collocauit Elmhanæ.
2. Alfridus.
3. Theodredus,
4. Theodredus II.
5. Athelſtanus.
6. Algatus, qui obiit an. 1021.
7. Alvvinus.
B 8. Alfricus, qui obiit an. 1038.
9. Aliſteius, alius Alfricus.
Succeſſit tandem Aliſredo vir inſigni pietate.
10. Stigandus, hunc verò eiecit via electum.
11. Grinketellus, qui & ipſe deiectus, quod Simoniace cathedram impetraſſet, ac denuo Stigandus in ea collocatus fuit. Tranſlatus poſtea Vvintoniam, & deinde Cantuariam.
Egelmarus, an. 1047. electus, ac exautoratus.
Herfactus Sacellanus Guilielmi I. Regis, qui ſedem tranſtulit Thetfordam. Cui in ea ſuccedit
Guilielmus Galſaghus, qui ornandæ nouæ ſedi incubuit vel maximè.
Herebertus Loſinga, qui magno ære hunc ſibi honorem, patri vero Abbatiam coëmiſſe traditur. Vnde de illa vetus poëmâ inter alia habet:

Filius eſt Præſul, pater Abbas, Simon vterque,
Proh dolor! Eccleſia nummis venduntur & Ara.

Verum poſtea pœnituit, & depoſito honore ad pedes Romani Pontificis, eum denuo ſibi oblatum recepit, domúmque
C reuerſus ſedem tranſtulit.

1. In Norvvich oppidum mercimonia & opibus non ignobile, vbi percelebre monaſterium inſtituit. Exceſſit è viuis 22. Iulij an. 1119. Fuit igitur hic primus Epiſcopus à quo ſeries Norbicenſium Antiſtitum exordium habet.
2. Euerardus ſuccedit an. 1121. ſedit an. 26,
3. Guilielmus Turbus Monachus Norbicenſis, præfuit annis 25. obiit an. 1175.
4. Ioannes Oxonienſis, prius Archidiaconus Sariburienſis, & Ciſtercienſis Præſul iuxta Balæum, defunctus an 1200.
5. Ioannes Grey, opera Ioannis II. Regis electus. I.V.D. & in rebus gerendis dexterrimus. Sedit ann. 14. miſſúſque ad vrbem orator, in reditu obiit an. 1214.
6. Pandulphus Maſca, poſtquam annis 7. vacaſſet ſedes, ſucceſſit, erat S. R. E. Card. creatus à Lucio III. compoſuit diſſidium inter Regem & Optimates, variiſque legationibus perfunctus cum laude fuit obiit poſt annum quintum conſecrationis ſuæ.
D 7. Thomas de Blundeuil poſt annos tres vacationis, eligitur an. 1226. obiit autem 1236.
8. Radulphus anno vnico recedit, & ſecedit, vacat an. 2.
9. Guilielmus de Raleigh Canonicus S. Pauli, qui poſtea Vvintonienſem Eccleſiam rexit.
10. Vvalterus de Sufeild, vir vtriuſque Iuris peritiſſimus, qui & Xenodochium Nordibici fundauit & dotauit, in pauperes munificus, ſic vt ſupellectilem ſuam argénteam comminueret, quam iiſdem erogaret, annis 11. præfuit, & moritur an. 1257.
11. Simon de Vvanton, Sacellanus Regius, ſedit annos 8.
12. Rogerus de Skervving Prior monaſt. Norbycenſis. Eius tempore ortus fuit grauis tumultus inter Clerū & Ciues Norbicenſes, qui vix an. 1178. quo ille obiit, ſedatus fuit.
13. Guilielmus Middleton Archidiaconus Cantuarienſis, vir peritus in vtroque Iure, qui Eccleſiam ſuam igne conflagratam reſtaurauit, obiit an. 1288.
14. Radulpus Vvalpoole Archidiaconus Elienſis 11. annis ſumma cum prudentia præfuit, obiit an. 1299.

[illegible] an [illegible] S[illegible]mon [illegible]
[illegible] Aye[illegible] poſtea A[illegible] Ca[illegible]
[illegible]
[illegible] B[illegible] S.T. D. domeſt[illegible]mo[illegible]
[illegible]us Bateman, [illegible] D. [illegible]gatione ad Pontificem [illegible] unans, deceſſit Auenione an. ſalutis 1354. [illegible] graſſata eſt peſtis horrenda in Anglia, vt deci[illegible] vix impleuerit.
19. Thomas Percy, migrauit an. 1369.
20. Henricus Speoſer, qui ex militia ſæculari ad principatum Eccleſiaſticum euectus, ad multorum certaminum contra ſeditioſos aliόſque victor, tandem victus morti ſuccubuit, an. 1406. ſedit an. 37.
21. Alexander Eccleſ. Norbiſc. Prior, inuito Rege ſuffectus carceris ſqualorem vno anno detulit, tandem libertatem conſecutus cum dignitate, annis 5. præſedit.
22 Richardus Courtneius Cancell. Acad. Oxonien. vir generis nobilitate & morum ſanctitate inſignis, obiit Dyſenteria an. 1415. menſe Septemb.
23. Ioannes Vvakering, Archidiaconus Cantuarien. interfuit concilio Conſtantienſi, ſedit annis 9. F
24. Guilielmus Alnvvike Doctor Legum, conſecratus an. 1426. & decennio poſt tranſlatus Londinum.
25. Thomas Brovvn Epiſcopus Roffenſis, in concilio Conſtantienſi ad hanc cathedram transfertur, ſedit annis 9. & obiit an. 1445.
26. Gualtherus Hart S.T.D. vir prudens & pacis amantiſſimus, ſuiſque gratus, exceſſit an. 1472.
27. Iacobus Goldvvel Secretar. Regius, defunctus an. 1448.
28. Thomas Ian qui primo anno conſecrationis obiit.
29. Richardus Nix, quem tamen parum candoris, aut nineæ virginitatis in pectore habuiſſe tradunt Annales. Deceſſit cæcus an. 1536. cùm ſediſſet an. 36.
30. Guilielmus Ruch, aliàs Reeps S.T. D. anni 14. cum laude præfuit, & an. 1560. defunctus eſt.
31. Thomas Thirbley à Vveſtmonaſterienſi Eccleſia huc tranſlatus, atque hinc ad Elienſem poſtulatus, obiit an. 1556. & ſufficitur fauore Mariæ Reginæ.
32. Ioannes Hoptonus S.T.D. Oxonien. at paucis menſibus Reginæ ſuperſtes, deceſſit anno circiter 1559. factâque deinceps hæc cathedra malignantium nouatorum ſedes. G

EPISCOPI VVIGORNIENSES.

Sub Ethelredo Merciorum rege, Ditio iſta quæ vnum prius Antiſtitē habuerat Liechfeldiæ reſidentem, in quinque Diœceſes partita fuit, quarum vna fuit Vvigornienſis, & quidem in hac primus fuit Epiſcopus.

1. Tathfridus vir excellentis ingenij, ait Beda; ſed immaturo fato præreptus conſecrari non potuit, & deſignatus.
2. Boſelus primus conſecratus Epiſcopus Vvigornienſis, circa an. 679. at cum ob corporis debilitatem non poſſet munere ſuo debite perſungi, ſubſtitutus eſt adhuc viuenti.
3. Oſtforus, vir Græcæ linguæ peritiſſimus, ac indefeſſus verbi diuini prædicator, potens in opere & ſermone, meminit illius Beda. Reliqui poſt ſe homilias ſacras aliaque ingenij monumenta, quæ ſæuiente Danica barbarie incendio perierunt. Ipſe verò moritur an. 693.
4. Edvvinus conſecratur anno eodem, regio genere ortus, H qui Eccleſiam locupletauit multis prædiis, ac cœnobiorum quorumdam extitit fundator, obiit autem an. 716.
5. Vvilfridus Bedæ contemporaneus, obiit. 743.
6. Milredus, moritur an. 775. alij interſerunt quendam Denebertum. Cuius tamen alij non meminerunt.
7. Vveremundus obiit an. 778.
8. Tilherus, moritur an. 781.
9. Eathordus deceſſit an. 798.
10. Denebertus obiit an. 821.
11. Ealbertus aliis Hubertus an. 845. defunctus eſt.
12. Alvvinus mortuus an. 872.
13. Vvereſtidus aliàs Vverebertus vir eruditus, multa geſſit memoria digna, obiit anno 911.
14. Vvilſredus, moritur an. 915.
15. Ethelunus Abbas Barkienſis, obiit an. 922.
16. Vvilferthus obiit an. 929.
17. Kinevvoldus humilis & raræ pietatis.
18 Dunſtanus, qui SS. catalogo adſcriptus, Londinum ac deinde Cantuariam transfertus. Succeſſit an. 972.

19. Oſvval

[illegible]

21 [illegible] ſcripſit [illegible]

22. Toſtius Abbas Thornenſis [illegible] & dellæ Præſul moritur an.1033.

23. Britteagus etiam Abbas moritur an.1038.

24 Leningus Abbas, mox Epiſcopus huius Sedis, moritur anno 1049

25 Aldredus, qui poſtea Eboracum transfertur.

26. Vvulſtanus, qui & SS. numero cooptatus, prius monachus, concionatur non tam ad plauſum concitandum, quàm ad lachrymas auditoribus excutiendas ſolertiſſimus, verus Doctor verbo & exemplo, ac magnus animarum zelator, exceſſit è viuis nonagenarius, in Ianuario an.1095.

27. Samſon Canonicus Baiocenſis, vir magnæ litteraturæ, & eximiæ facundiæ obiit an.1115 quinta Maij.

28. Theulphus & Canonicatu & moribus prædeceſſori par
B obiit an.1125. & tumulo Anteceſſori ſuo coniunctus fuit.

29. Simon Capellanus primum ac Cancellarius Adelicæ Reginæ vxoris Henrici I. affabilitate ac comitate celebris, obiit anno circiter 1133.

30. Alfredus, de cuius obitu & geſtis nihil conſtat.

31. Ioannes Pagham, de quo etiam nihil memoratur.

32. Rogerus obiit Turonis in Gallia an.1179.

33. Baldumus Abbas Fordenſis, Cantuariam ſeceſſit anno 1184

34 Gulielmus de Northale obiit an.1190.

35. Robertus prius Canonicus Lincolnienſis mortuus an.1191.

36. Henricus Abbas Glaſtonienſis, obiit an.1195.

37 Ioannes de ConſtantijsDecanus Rothomagenſi [illegible] ritur an.1198.

38. Maugerus Decanus Eboracenſis qui iram metuens Ioannis Regis, in quem ſententiam excommunicationis à Pontifice latam declarauerat; in Galliam profugus, deceſſit an.1212.

C 39. Vvalterus Grai Lichtfeldiâ tranſlatus obiit anno 1216.

40. Silueſter ex monacho Epiſcopus, exceſſit an.1218.

41. Gulielmus de Bleus Archidiaconus Buckingamiæ deceſſit an.1236.

42. Vvalterus de Cantilupo, vir non minor virtute, quam natalibus, multa pro Eccleſiæ ſuæ immunitate præſtitit, mortuus eſt an.1267.

43. Nicolaus de Ely, Angliæ Cancellarius, tranſlatus eſt Vvintoniam, anno eodem quo conſecratus fuit.

44. Godifridus Giffardt etiam Cancellarius, Regi Henrico III. conſanguineus, ſedit an.34. menſ.4.

45. Gulielmus de Geynsborough, videtur ante hanc alius fuiſſe nominatus de cuius conſecratione non conſtat, hic autem poſtquam Romæ S. Palatij lector fuit renunciatus, huic Cathedræ præficitur an.1302.

46. Vvalterus Reynald ſub rege Eduardi II. ſuccedit an.1308. & poſt annos quinque Cantuariam transfertur.

47. Vvalterus Maydenſton, cuius vix vlla memoria.

D 48. Thomas Cobham S.T.D. inauguratus an.1317. vir & eruditione & ſanctitate percelebris, ſic vt *boni clerici* nomen titulúmque deferret, exceſſit an.1327. inſtruxit inſignem bibliothecam.

49. Adamus de Orlon Herefordâ huc tranſlatus 1327. & an.1333. Vvintoniam.

50. Simon Montacutus ad Elienſem tranſlatus an.1336.

51. Thomas Hennibal conſecratur an.1337.

52. Vvlſtanus de Braunsfordt, moritur an.1349.

53. Ioannes Tursby Epiſcopus Meneuenſis primum, huc

54. Tranſlatus an.1349. deinde Eboracum an.1352.

55. Reginaldus Brian ex Meneuenſi huc transfertur eodem anno. Renunciatus autem Epiſcopus Elienſis peſte interiit, antequam ſe eò tranſtuliſſet an.1361.

56. Ioannes Barnet Theſaurarius Angliæ, tranſlatus Bathoniam an.1363. & tandem Eliam.

57. Gulielmus Vvittleſey ex Roffenſi Vvigornienſis Epiſcopus, ac poſtremum Cantuarienſis an.1368.

[illegible]

[illegible] Vv[illegible] M[illegible] moritur [illegible] 1395.

61 [illegible] Archidiaconus Cantuarienſis creatus [illegible] tranſfertur an.1407.

62. Thomas Peuerell Carmelita, S.T.D. ſedit annis 10. & corpus eſt iis emigrauit an.1417.

63. Philippus Morgan Normanniæ Cancellarius, tranſlatus ad Eccleſiam Elienſem an.1425.

64. Thomas Polton primum Herefordenſis, dein Ciceſtrienſis & Vvigornienſis Epiſcopus an 1426. tandem Romam abiit, & obiit, an.1434.

65. Thomas Bourchier hinc ad elienſem, & inde ad Cantuarienſem Cathedram deuenit, an.1454.

65. Ioannes Carpenter S.T.D. Oxonienſis Academiæ Cancellarius, poſt mortem clarus miraculis, moritur autem anno 1443.

F 66. Ioannes Alcock Epiſcopus prius Roffenſis, huc deuenit an.1476. & dilectus ad Elienſem ſedem.

68. Robertus Moorton an.1486. ſuccedit

69. Ioannes Gigles gente Italus, obiit 1498.

70. Silueſter Gigles nepos prioris Romæ obiit an.1521.

71. Iulius Medices Cardin. qui Hadriano VI. ſub nomine Clementis VII. Pontificatu ſuffectus fuit, hanc Eccleſiam adminiſtrauit aliquot annis, donec ſe abdicanti ſuccederet an.1522.

72. Hieronymus de Negotiis etiam Italus, qui præfuit an.12. Eo autem ſublato cæpit gliſcere ſchiſma illud aduerſus Pontificem, adeóque deſiit hic ſeries Catholicorum Epiſcoporum aliquandiu, donec

73. Nicolaus Heath prius Roffenſis Epiſcopus Vvigorniam transfertur. Hic cum nouo illo ſchiſmati adhærere renuiſſet, libertate & honore exuitur, at mox Maria regnante reſtituitur & ad ſedem Eboracenſem transfertur.

Reuocatur autem ad Vvigornienſem quidam

G 74. Richardus Pates, quem volunt ab an.1534 renuntiatum Præſulem, nunquam voluiſſe ad Cathedram ſuam reuerti ab vrbe quo miſſus orator fuerat, atque in ex[illegible] velut exauctoratum tandem ſub Maria Regina eam poſſediſſe, donec per Iezabelem impiiſſimam fugatus ad oras tranſmarinas abiit, & vitam exul pro Chriſto finiuit.

EPISCOPI CICESTRIENSES.

Sub Edelvvaleo Auſtralium Saxonum Rege fidei lumen affulgere in illa Regione & gente cœperat, magnam illi facem præferente Vvilfrido Archiepiſcopo Eboracenſi huc in exilium pulſo à Rege Northumbriæ Egfrido, de qua re latius in ſerie Eboracenſi. Igitur primus huius populi Epiſcopus numeratur.

1. Vvilfridus Archiepiſcopus Eboracenſis, circa an. 670. ſedit annis quinque, quibus euolutis reuocatur Eboracum, vacatque hæc ſedes annis non paucis, donec an.711. ibidem conſtituitur.

2. Eadbertus ſiue Edbertus Abbas Selſeienſis.

H 3. Eolla ſuccedit, vacatque Cathedra vſque ad mortem Bedæ.

4 Sigelmus alias Siga ſubrogatur, qui interfuit Synodo celebratæ Cantuariæ an.746 poſt quem ſederunt

5. Alubrith.

6 Oſa vel Boſa.

7. Giſelherus.

8. Tota.

9. Vviothgum alias Peletun.

10. Ethelulphus.

11. Beornegus.

12. Cœnredus.

13. Gutheardus obiit an.960.

14. Alfredus obiit an.970.

15. Eadhelmus.

16. Ethelgarus Abbas monaſterij Vvintonienſis Cantuariam transfertur an. 988.

17 Ordrighus.

18. Elmarus moritur an.1019.

19 Ethelricus alias Agelricus, obiit an. 1038.

20. Grimketellus Simoniacus, deceſſit an.1047.

a [illegible] obiit 1[illegible] [illegible] magn[illegible] [illegible] eat er[illegible] patum b quo [illegible] V [illegible] obiit ve[illegible] boc [illegible] Se[illegible] ſiæ vel Seol[illegible] at[illegible] ala, [illegible] abſorpta, vir illius [illegible]

§ [illegible] Epiſcopi Ciceſtr[illegible]

Mortuo in carcere Agelrico, tranſtulit ſedem hanc Ciceſtriam circa an. Dom. 1070.

1. Stigandus Gulielmi I. Regis Sacellanus, eamque tenuit vſque ad an. 1087.

2. Gulielmus ſucceſſit, de quo nihil ſcriptum reperitur.

3. Radulphus proceru corpore, ſed nec minori animo ingenióque antiſtes, Regum iniuſtis minis, & improbitatibus pro virili reſtitit, multaque bona in Eccleſiam ſuam contulit. De quo memoratur, quod ter anno quolibet diœceſin ſuam obierit, cauſa prædicandi verbum Dei.

4. Seffridus Abbas Glaſtonienſis, obiit an. 1132.

5. Hilarius, cuius ſolius nomen traditum reperitur.

B 6. Ioannes de Greenford ex Decano Epiſcopus, moritur anno 1180.

7. Seffridus II. qui Eccleſiam fortuitu igne abſumptam, & palatium Epiſcopale reſtaurauit.

8. Simon de Wells electus an. 1198. obiit 1207.

9. Nicolaus de Aquila, conſecratus an. 1209

10. Richardus Poure Decanus Sariſburienſis, quo etiam tranſlatus fuit an. 1217. & inde Dunelmum.

11. Radulphus de Warham, obiit an. 1222.

12. Radulphus Neuilli prius Angliæ Cancellarius, omnium applauſu electus, & mœrore defunctus an. 1244.

13. Richardus de Wich ſuffectus in locum cuiuſdam Roberti Paſſeleu hominis ſtolidiſſimi antea electi, & repulſi, & conſecratus à Roman. Pontifice an. 1245. & munus ſuum magna ſedulitate eſt executus, vitámque ita ſanctè & religioſè inſtituit, vt SS. Catalogo meruerit aggregari, obiit autem in Aprili an. 1253.

14. Ioannes Clipping Canonicus Ciceſtrienſis.

C 15. Stephanus de Berkſtead, excommunicatur, & à ſede ſua pulſus, eáſque, Romam profectus, tandè in gratiam receptus obiit an. 1287.

16. Gilbertus de Sleufard, Officialis Cantuarienſis, diſceſſit anno 1305.

17. Ioannes de Langton prior Angliæ Cancellarius, quam diu ſederit, non comperitur.

18. Robertus Stradford Frater Archiepiſcopi Cantuar. prius Angliæ Cancellarius, deceſſit in Aprili 1361.

19. Gulielmus de Len alias Lulimere. ex Decano Epiſcopus tranſlatus Vigorniam an. 1368.

20. Gulielmus Reade S. T. D. exædificauit inſignem bibliothecam, & libris vndequaque conraſis locupletauit. Obiit an. 1385. relictis pleriſque ſui ingenij monumentis.

21. Thomas Rothook Dominicanus, Ricardo II. Regi à confeſſionibus, à Landauenſi ſede tranſlatus an. 1385.

22. Richardus Mitford, Sariſburiam transfertur an. 1395.

23. Robertus Waldby ex Hybernia huc transfertur anno eodem, & poſtea Eboracum.

24. Robertus Reade Dominicanus, Ciceſtriam venit, re-

D licto Epiſcopatu Carlilenſi, defunctus an. 1417.

25. Stephanus Patington Meneuenſis Epiſcopus, huc migrauit anno eodem, & ſtatim emigrauit.

26. Henricus Ware Doctor legum, conſecratus an. 1418.

27. Ioannes Kemp, Roffenſis primum Epiſcopus, atque hinc Londinum tranſlatus, tandem Cantuariam, factúſque Cardin.

28. Thomas Polton ex Herefordenſi Epiſcopo Ciceſtrienſis, & an. 1426. Vigornienſis.

29. Ioannes Rine kingale S.T.D. obiit an. 1429.

30. Simon Sidenham Decanus Sariſburienſis, electus an. 1430.

31. Richardus Praty Academiæ Oxonienſis Cancellar. ob. 1445.

32. Adam Molins Amanuenſis regius, & cuſtos ſigilli, à nautis ſubornatis per Richardū Eboracenſium Ducem occiſus 9. Iunij an. 1449.

33. Reginaldus Peacock excellentis eruditionis, & facun- [illegible] Paul[illegible] [illegible] [illegible] 4 [illegible] Ioannes [illegible] næ T[illegible] [illegible] prius Carl olenſis, & poſt an. 9. [illegible] oc tran[illegible], moritur an 147[illegible] [illegible] hardus Fitziame prius Roffenſis, exceſſit Londini, [illegible] fu[illegible] ar tranſlatus an. 1506.

3[illegible]. Robertus Sherborn prius Meneuenſis, ſummæ prudentiæ & ſedulitatis Antiſtes, ſedit ann. 28. obiit 1536. erga pauperes beneficentiā, & in Eccleſiam munificentiā clarus.

38. Richardus Samſon Lichtfeldiam transfertur anno 1543.

39. Georgius Dayus S.T.D. conſecratur an. 1543. ſed ſub Eduardo VI. quod illius primatui vſurpato in Eccleſiam refragaretur, exauctoratur, & carceri traditur, vnde eum exemit Maria regina, & dignitati reſtituit an. 1553. diſceſſit autem an. 1556. die 2. Auguſti.

40. Ioannes Chriſtofetſonus S.T.D. per eandem Reginam Dayo ſucceſſor deſignatur, vir græcè & Latinè eruditus, qui Philonis & Euſebij ſcripta Latinè reddit: at ab Elizabetha notha repulſus, quod eam Papiſſam nollet confiteri, ex quo Chriſtus mulieres non ordinaſſet, aut paſtores conſtituiſſet. Bibliothecæ ab aliis erectæ egregiam ſupellectilem librorum contulit, quos in ſui mnemoſynon reliquit an. 1559. F

§ Epiſcopi Oxonienſes, Gloceſtrienſes, Petroburgenſes, Briſtolienſes, Weſtmonaſterienſes, à nobis hîc prætermittuntur, vt qui ſub Henrico VIII. poſtquam à Romana Eccleſia deſciuerant, primum conſtituti abſque Apoſtolicæ Sedis aſſenſu fuerant, quamuis primi inter illos, vti etiam qui ſub Maria Regina ſederunt, catholicis Epiſcopis annumerandi veniant.

EPISCOPI MENEVENSES.

Ex quo Anglia fidem ſuſcepit, XXVIII. Sedes in ea Epiſcopales conſtitutas perhibent. E quibus vna metropolitana Carlegione fuit quam occupauit Dubritius quidam, primum G Landauenſis Eccleſiæ Præſul, qui ſedem huc tranſtulit & ætate iam maturus diſcipulum quondam ſuum nomine Dauid ſibi in munere ſubſtituit.

1. Dauid igitur primus in ſerie horum Antiſtitum ſub annum 522. quo prior defunctus eſt, hic vero ſedit an. 65. & annos ætatis 146. expleuit, ac tandem à Calixto II. poſt annos D. Sanctis annumeratus fuit.

2. Kinotus tranſlatus à Sede Paternenſi.
3. Eliud. qui & Telians.
4. Ceneu.
5. Morueal.
6. Hernunen.
7. Elued.
8. Gutnuen.
9. Lendiuord an. 810.
10. Gorunyſe.
11. Gogan.
12. Cledauc.
13. Aniau obiit 874.
14. Eluned. H
15. Ethelmen.
16. Elane.
17. Maſeoëd.
18. Sadermen.
19. Catellus.
20. Sulhathnay.
21. Nouis.
22. Etuual.
23. Aſſer.
24. Arthual.

Hunc Catalogum habet Giraldus, alium ex archiuis Meneuenſis Eccleſiæ lubet attexere.

1. Dauid.
2. Eliud.
3. Thelianus.
4. Kenea.
5. Moruaël.
6. Maërnutier.
7. Elueath.

8. Guernel.

A [illegible]

[illegible]

14. [illegible]dgal.
15. Elduned.
16. Elnaoth.
17. Malſcuuyth.
18. Madeneu,
19. Catulus.
20. Syluay.
21. Nanis.
22. Sathueney.
23. Doythuual.
24. Aſſer qui obiit an. 906.
25 Athnaël.

Horum autem omnium præter nuda nomina nihil habemus.

26. Succeſſit Sampſon, quo ſedente huius diœceſis Antiſtites ſeptem ſuffraganeos habuiſſe ea Atchiuis, docetur At peſte [illegible] valde graſſante, Clerus cum Epiſcopo Dolam
B profugit, vbi ad tempus morati ſunt. Succeſſerunt

27 Ruelinus.
28. Rodericus, quem tamen alij omittunt.
29 Elgunt.
30. Lunuerd, alias Lyvvarch.
31. Nergn alias Vergo.
32. Suthidit alias Hybertus, obiit an. 942.
33. Eunuis alias Enerus, obiit an. 944.
35. Morgeneu, hunc Giraldus ait vnum inter Epiſcopos carnem deguſtaſſe, ideoque à pyratis occiſum contendit.
35 Nathan.
36. Iuvan, qui vnico die Epiſcopus fuit.
37. Arguſtel.
38. Morgeney occiſus à Danis an. 998.
39. Heruin homo doctus & pius obiit an. 1038.
40. Tramerin Herefordia huc tranſlatus, obiit anno 1055.
41. Ioſeph.
41. Bleithud obiit an. 1070.
43. Sulgheim ſponte abdicauit an. 1076.
C 44 Abraham, ægritudine animi extinctus, quod vrbem ſuam deuaſtari cerneret. Reſumpſit populi precibus exoratus Præſulatum Sulgheim, quem an. 1085. denuo reliquit, & triennio poſt obiit.
45. Rithmarb ſuccedit, nulli pietate ſecundus.
46. Vvilfridus obiit an. 1115
47 Bernardus Henrici I. Reg. Capellanus, gente Francus, vir magni ſpiritus, ſedit annos 31. obiit an. 1148.
48. Dauid Fits Gerald deceſſit an. 1176.
49. Petrus Benedictinorum prior, Eccleſiam à Danis euerſam refecit. Interfuit coronationi Richardi I. an. 1189.
50. Galfridus Canonicus Regularis, obiit an. 1198.
51. Silueſter Giraldus Theologus eximius, & multa rerum experientia pollens, ſcripſit variam quorum meminit Balæus, & ſeptuagenario maior obiit.
52. Ioroperth alias Edibard, vir pacis amantiſſimus, deceſſit an. 1239. vacauit ſedes annis aliquot.
53. Alſelmus, qui ob vaſtatam patriam dolore contabeſcens,
D an. 1247. exceſſit è viuis.
44. Thomas Vvallenſis eligitur tempore turbido, & ſumma prudentia præfuit vſque ad annum 1255.
55. Thomas Carren de quo præter nomen, nihil.
56. Thomas Beex conſecratus an. 1269. Fundauit bina collegia, ſedit annos 13.
57. Dauid de S. Edmundo, qui vixit vſque ad annum 1320.
58. Henricus Govver, deceſſit an. 1347.
59. Ioannes Thorsby Angliæ Cancellarius, Vigorniam, ac Eboracum tranſlatus fuit 1352.
60. Reginaldus Briam, hinc Vvigorniam decedit anno 1352.
61. Thomas Faſtolf. obiit an. 1361.
62. Adam Houochton, Angliæ Cancellar. obiit an. 1389.
63. Ioannes Gilbert, à Bangorenſi, & Herefordenſi deinde Sede huc deuenit an. 1397.
64. Guido de Mona Sigilli priuati regij cuſtos, Angliæ theſaurarius, deceſſit an. 1407

[illegible] conſecratus an- E
[illegible] Eccleſ[illegible]
[illegible] & Carmelita-
[illegible] & Cice-
[illegible]
[illegible] Nicolaus Bangoronne huc tranſlatus anno 14[illegible]
69. Thomas Rodburn, vir multiplici eruditione inſtructus Theologus, & Mathematicus inſignis.
70. Guilielmus Linvvood Doctor Legum, variis muneribus & legationibus perfunctus Scripſit conſtitutiones Angliæ & mortuus eſt an. 1446.
71. Ioannes Langton Academiæ Cantabrius Cancellarius, conſecratus an. 1446. & 15. poſt diem obiit.
72. Ioannes de Labete Decanus Vvellenſis, hic ponte Tameſim coniunxit Dorceſtriæ.
73. Robertus Tully Monachus Glouceſtrenſis obiit an. 4. Eduardi R.
74. Richardus Martin, Regi ab arcanis conſiliis,
75. Thomas Langton Sariſburiam, deinde Vvintoniam F transfertur.
76. Hugo Pauz, Eccleſiæ ſuæ egregius benefactor.
77. Ioannes Morgan Legum Doctor, deceſſit an. 1504.
78. Robertus Sherborn tranſlatus Ciceſtriam 1508.
79. Eduuardus Vaughan obiit an. 1523.
80. Richardus Raulins conſecratur eodem an.
81. Guilielmus Barlovv Aſſapheoſis Epiſcopus, & poſt annos 13. transfertur ad Vvellenſem Cathedram.
82. Robertus Ferrar vir doctus & pius initio tamen degenerauit, & in hæreſim prolapſus, viuus exuſtus fuit, poſtquam pertinaciter errorem ſuum tueri voluiſſet, 30. Martij anno 1555.
83. Henricus Morghan illi exauctorato ſufficitur: ac ſtatim pòſt Elizabethâ impiâ Angliæ habenas tenente profligatus, interiit an. 1559. ſedemque hæreticis deinde reliquit.

EPISCOPI LANDAVENSES

Cathedralem Eccleſiam Landauenſem erectã à Lucio rege perhibent Annales, verum non comperitur vllum hic extitiſſe Epiſcopum, antequam ſedem occuparet. G

1. Dubritius, qui Meneuiam ſuam ſedem tranſtulerat, vt ſupra à nobis relatum, abdicata Landauenſi.
2. Telianus alias Eliud, qui terram ſanctam viſitauit, & opinione ſanctitatis obiit.
3. Oudoceus Procerum & populi plauſu electus, quo anno non comperitur.
4. Vbiluuinus.
5. Aidanus.
6. Elgiſtil.
7. Lunapeius.
8 Comergninus.
9. Arguuiſtil.
10. Gurnair
11. Guodlion.
12. Edilbinus.
13. Grecielus.
14. Berthuuingus.
15. Trychanus.
16. Eluocus. H
17. Cathuuaert.
18. Cerenhir
19. Nobis.
20. Gulfridus.
21. Nuddus.
22. Cimelianc.
23. Libiau.
24. Marchluith.
25. Pater ſub annum 955.
26. Gucan conſecratus an. 982.
27. Bledri conſecratus an. 993.
28. Ioſeph conſecratus an. 1022. multa huius fauore prædia Eccleſiæ acceſſerunt.
29. Hereuualdus obiit anno 1103 natus plus quam annos centum, ex quibus 48. Pontificatu hic perfunctus fuit.

33. Vrbanus [illegible]
A craxos [illegible] B. A[illegible]
31. Vhtre[illegible]
tuu[illegible] eſt an. [illegible]
32. G[illegible]fridus [illegible]
33. [illegible] colaur à G[illegible]
34. Gulielmus de [illegible]
35. Henricus inte[illegible] [illegible] egit [illegible]
exceſſit an. 1218.
36. Gulielmus Prior Hoſeliuenſis, deceſſit an. 122[illegible]

37. Gulielmus de Burgo Sacellanus Regius, vocatus ad concilium Lugdunenſe an. 1345. ante mortem cæcus effectus, obiit an. 1253.

38. Ioannes de la VVare Abbas Margamenſis, deceſſit anno 1256.

39. Guilielmus de Radnor obiit an. 1265.

40. Guilielmus de Brevves deceſſit an. 1287.

41. Ioannes Monumetbenſis S.T.D. obiit an. 1323.

42. Ioannes de Eglieſcliſſ Dominicanus ex Hybernia huc
B tranſlatus an. 1323. obiit an. 1346.

43. Ioannes Paſchal S.T.D. Carthuſianus Iſibicenſis, vir doctus, & in concionibus diſertus & aſſiduus, exceſſit è viuis an. 1261.

44. Rogerus Cradock ex ordine Minorum, obiit an. 1382.

45. Thomas Rushook Dominicanus S.T.D. obiit an. 1385.

46. Guilielmus de Bothleshan, tranſlatus Roffam.

47. Edmundus Bromueld monachus, vir valdè eruditus, ſed in rebus agendis ſatis factioſus & audax, vnde pleriſque inniſus extitit, & vix biennio præfuit.

48. Tidemannus Abbas Beaulienſis, qui an. 1345. Vvigorniam poſtulatus, huic ſuccedit.

49. Andreas Barret Doctor Legum.

50. Ioannes Burghill Dominicanus, & confeſſor Regis, Lichfeldiam tranſit an. 1398.

51. Thomas Beuerel Carthuſianus, S.T.D. Epiſcop. prius. Oſſerienſis in Hibernia, tranſlatus Vvigorniam an. 1407.

52. Ioannes la Zouch Minorita, S. T. D. conſecratus an-
C no 1408.

53. Ioannes Vveller etiam Minorita Theologus, obiit an. 1440.

54. Nicolaus Ashby monachus Vveſtmonaſterienſis, deceſſit an. 1458.

55. Ioannes Hunden, Minorita & Theologus, conſecratur an. 1458. ſponte abdicauit quietis amans.

56. Ioannes Smidth, S.T.D. obiit an. 1478.

57. Ioannes Marshall S.T.D. ſedit annis 18.

58. Ioannes Ingleby Carthuſianus, ſedit an. 1499.

59. Milo Salley Abbas Abendonenſis, obiit an. 1516.

60. Georgius Catharinæ Dominicanus, gente Hiſpanus, Sacellanus Catharinæ Reginæ, conſecratus anno eodem.

61. Robertus Holghate S.T.D. tranſlatus Eboracum.

62. Antonius Kitghin aliis Cunſtan ſuccedit an. 1545. monachus olim Vveſtmonaſterienſis, & Abbas Einſamenſis, quem Godibinus Pſeudo-Epiſcopus huius Eccleſiæ hoc tempore dicit parum fauſto omine hanc cathedram occupaſſe,
D eo quod omnia prædia Epiſcopalia diſſipauerit, & ſedem ad extremam paupertatem redegerit. Et quamuis inquit, eſſet Pontificæ doctrinæ (quaſi hæc ſingularis aliqua foret, & Anglis antehac ignota) addictiſſimus, tamen omnium ſui temporis Epiſcoporum (notet Lector quanta fuerit erga Apoſtolicam ſedem Antiſtitum illorum obſeruantia) primus & ſolus iuramentum præſtitit de primatu Regio ſub Elizabetha. Ecquid mirum, qui patrimonium Chriſti diſſipauerat, eius etiam fidem & religionem peſſundaret? ſic verum illud Auguſtini ſemper deprehenditur, hæreſin nunquam eſſe primum peccatum: & bonos ab Eccleſia non diſcedere. Igitur Epiſcopatum ad mortem vſque retinuit, quàm perfidus obiit 31. Octobris an. 1563.

EPISCOPI BANGORENSES.

Quis primus Bangoræ Cathedrali honore præfulſerit, hiſtorici adhuc certant. Probabile eſt ante Normannorum tempora nullum extitiſſe. Poſt quæ.

1. Heruæus quidam ſedit, ſed relicto hoc Epiſcopatu, ſub annum 1109. Elienſem Eccleſiam obtinuit. Succedit.

2. Dauid, conſecratus anno 1120. Scotus natione, & à iuuentute bonarum artium ſtudiis imbutus, & Henrici V. Imp. Sacellanus.

Maur[illegible]
[illegible]
[illegible] Ar[illegible]
[illegible] per [illegible]
[illegible]
[illegible] Hieroſolymit. obiit an. 1196.
[illegible] Sa[illegible] ecratur an. 114[illegible] & moritur
[illegible]
[illegible] Landucanus Abbas Landefidenſis, an. 1236. onus Epiſcopale excuſſit, & monachalem vitam iniuit.

9. Houuellus conſecratus an. 1236.

10. Richardus, qui an. 1248. Epiſcopatu per bellum deſtructo ad S. Albani cœnobium cum clericis ſeceſſit.

11. Anianus circa annum 1300.

12. Caduganus circa an. 1306. electus, obiit an. 1319.

13. Ludouicus conſecratus eſt an. 1320.

14. Matthæus obiit an. 1357.

15. Thomas de Ringſtead deceſſit an. 1365.

16. Geruaſius de caſtro Dominicanus S. T. D. F

17. Houuellus obiit an. 1370.

18. Ioannes Gilbert Dominic. tranſlatus Herefordiam, & Meneuetum.

19. Ioannes Epiſcopus Clonenſis, huc tranſlatus an. 1376.

20. Ioannes Svvaffam Carmelita. à Gregorio II. declaratus Epiſcopus, propter frequentia cum Vvicleffitis certamina.

21. Richardus Ioner, ac Eccleſiam Roffenſem transfertur an. 1404.

22. Ludouicus exiguo tempore ſedit.

23. Benedictus Nicols, tranſlatus Meneuiam 1417.

24. Guilielmus Barrovv Canon. Lincolnien. transfertur Carleolum an. 1423.

25. Nicolaus ſucceſſit. at nihil de eo reperitur.

26. Thomas Cheriton conſtituitur Epiſcopus an. 1436.

27. Ioannes Stanbery tranſlatus Herefordiam an. 1452.

28. Iacobus Tuamenſis in Hybernia Epiſc. obiit. 1464.

29. Thomas Ednam conſecratur an. 1474.

30. Henricus Dean Abbas Lantonienſis, transfertur Satiſburiam an. 1500. & poſtea Cantuariam. G

31. Thomas Pigot, obiit 15. Auguſt. 1504

32. Ioannes Penny Legum Doctor an. 1509. Carleolum transfertur.

33. Thomas Skeuington conſecratur an. 1509. & moritur an. 1534.

34. Ioannes Capon alias Salcot, Legum Doctor, & Hildenſis Abbas, tranſlatus Sarisburiam an. 1539.

35. Ioannes Bird Doctor Theologus: & Oſſerienſis in Hibernia Præſul, huc venit an. 1539. inde Ceſtriam poſt biennium transfertur.

36. Arthurus Bulkley Legum Doctor, de quo narratur quod Eccleſiam ſuam ſacra ſupellectili & campanis expoliarit, quas cum naui impoſuiſſet, & ipſe ad mare deſcenderet, vt eas videret auferri, rediturus ſtatim lumine orbatus eſt, & ita oculis quos ſacrilegio paſcere geſtiebat; vita autem priuatur an. 1555.

37. Guilielmus Glyn S.T.D. ſuccedit, & vltimo anno Mariæ Reginæ decedit, ac Cathedram hanc vltimus inter Catholicos Antiſtites occupauit. H

EPISCOPI ASAPHENSES.

Aſaphenſis Epiſcopatus initia transferunt Annales in annum Sal. 560. quo Kentigernus Glaſcuenſis in Scotia Epiſcopus à popularibus expulſus, conſedit inter fluuios Eltbyd & Eliby, ibi innumeram turbam prædicatione ſua ad ſe confluere fecit, ſic vt paruo tempore ingens eodem loco populus ſedem figeret. Itaque extructa hic Eccleſia, Rege annuente, Epiſcopalis Cathedra etiam erecta fuit, quam tenuit prædictus.

1. Kentigernus, quamdiu non conſtat, quia reuocatus in Scotiam aſſeritur, ibique obiiſſe poſt annos 185. ætatis expletos, verum ante diſceſſum ab eodem ſubſtitutus erat

2. Aſaphus, virtute & multiplici eruditione ornatus, quo autem an. ſederit vel obierit, non conſtat. Veriſimile eſt autem hanc ſedem diu Antiſtite caruiſſe, nam primus qui in ea poſt Aſaphum occurrit, fuit

3. Galfridus, aliis Arthurus ex monacho Benedictino an. 1151. hic eſt qui hiſtoriam Britannicam vſque ad annum 689. à redempto orbe conſcripſit, obiit circa annum 1170.

4. Adam ſucceſſit, nequidquam hanc Cathedram ambiente quodam Guilielmo Paruo: & moritur an. 1180.

5. Reine

A [illegible] anno [illegible]
[illegible] an 1325.
[illegible] ab [illegible] Epiſcopus anno [illegible] & 13. anno præfuit.

8. Amianus I. conſecratus anno [illegible].

9. Amianus II. vocatus de Sch[illegible] [illegible]canus deceſſit anno 1241.

10. Leonellus de Bromfeld Canonicus, legauit Eccleſiæ ſupellectilem & librorum copiam. obiit anno 1315.

11. Dauid à Blethen, deceſſit anno 1345.

12. Ephraem. obiit anno 1352.

13. Henricus ſedit Eduardo III. regnante.

14. Ioannes Treuar prioribus tempeſtiue defunctis ſubrogatur, anno 1356. diem clauſit extremum.

15. Leoninus ab Madoc ab Innocentio VI. Auenione renuntiatus Epiſcopus, deceſſit anno 1376.

16. Guilielmus de Spridlinton ex Decano Epiſcopus conſecratur anno 1376. menſe Maio obiit An. 1382.

17. Laurentius Child monachus, obiit an. 1389.

18. Alexander Bach. Dominicanus S.T.D. obiit 1395.

B 19. Ioannes Trenant deceſſit anno 1406.

20. Robertus obiit anno 1433. vacauit ſedes.

21. Ioannes Lovv S. T. D. Henrici IV. opera Epiſcopus anno 1439. & anno 1443 ad Roffenſem Cathedram euectus.

22. Reginaldus Peacock S. T. D. Ciceſtriam transfertur anno 1450. & ſuccedit

23. Thomas qui annis ſupra 12. præfuit.

24. Richarus Redman Epiſcopus fuit ann. 1485. tranſlatus Exouiam, poſt Eliam.

25. Dauid ab Omen homo munificus & liberalis, deceſſit anno 1512.

26 Etmundus Birkhead S.T.D vita functus an. 1518.

27. Henricus ſtandish S.T.D. præfuit annis 16.

28. Guilielmus Barlovv Canon. Regularis, Meneuiam tranſlatus, & poſtea Vvellam.

29 Robertus Parfevv, alias Vvarton, Abbas Bermonſienſis, conſecratus anno 1536. ſedit annis 18. & Mariæ Reginæ fauore Herefordiam transfertur anno 1554. ſuccedit

C 30 Thomas Goldvvel vir apprimè eruditus, & virtutis non vulgaris. qui Catholicæ veritatis tenaciſſimus, primatum Eccleſiaſticum noluit confiteri in Regina reſidere, quare ſolo mutatu, exul occubuit ſub annum Domini 1559.

ARCHIEPISCOPORVM EBORACENSIVM SERIES.

Secundæ poſt Cantuariam dignitatis Eboracum eſt, vrbs ampla & potens, Vuſæ Huuio adiacens, in qua cum olim metropolitana ſedes conſtituta eſt, quam inimit.

1. Paulinus, qui ab Honorio Pp. pallio donatus fuit. Vult Godebinus ante Paulini prædicationem hic quatuor alios extitiſſe Epiſcopos, verum alij diſſentiunt, & à Paulino hunc catalogum ordiuntur, cuius labore Edibinus Rex Northumbrorum aquis ſalutarib. tinctus, Chriſtianam fidem amplexus fuit, ac multa millia ad Chriſtianiſmum conuerſa. Poſtmodum exorientibus turbis, Roffenſi cathedræ præficitur, & in octobri anni 644. hinc euocatur laborum præmia accepturus, poſt 19. ann. regiminis. Vacauit ſedes plus quam viginti annis, &

D ſuccedit

2. Cedda vir ſanctus, vit Beda, modeſtus, & in Scriptura S. Inſtructus. Qui à Rege compellitur hanc ſedem, ad quam alias erat nominatus Vvilfridus, ſed diutius quam par erat deliteſcens in Gallia; occupare. Verum is reduci prius dominatu ceſſit, & Lichtfeldiam transfertur.

3. Vvilfridus igitur vir ab ætatis primordiis bene inſtructus, multa in vineæ Dominicæ cultura pietatis & ſedulitatis exhibuit obſequia. Verum multas à Rege iniurias perpeſſus, annos natus 73. obiit, anno ſcilicet poſt Incarn. Verb. 711. die 12. Octobris, Vide *Bedam hiſt. Eccleſ. lib. 5 cap.* 20.

4. Boſa vir manſuetus & prudens, ſedit annis 10.

5. Ioannes Beverlacenſis liberalibus diciplinis inſtructus, & vitæ ſanctitate celebris, defunctus anno 721.

6. Vvilfridus priore viuente aſſumptus in coadiutorem, ſedit annos 15. & deceſſit anno 731.

7. Eobertus vir prudens & ſummæ experientiæ: qui Epiſcopatum hunc in ſtatum priſtinum reſtituit.

8. Cœna alij Abertum appelant ſedit annis 14. deceſſit anno 781.

9 Eanb[illegible] [illegible] dintur, anno [illegible] *præſedit* [illegible] anno 796.

E 10. Eanbaldus II. conſecratus anno ſequente

11. Vvulfius alias Vvlfridus obiit 831

12. Vvimundus ſedit annos [illegible]. & obiit anno 854.

13. Vv[illegible] ſuccedit & 46 annis ſedet anno 8[illegible]. à Cimbus ſuis pulſus, at poſtmodum reuocatus fuit, & defunctus creditur circa annum 900.

14. Ethelbaldus, de hoc nihil traditur.

15. Redevvardus, & huius fama tenebris obuoluitur

16. Vvulſtanus I. in vincula coniectus, quod Danorum partibus plus æquo faueret, tandem liberatus morte ſublatus eſt anno 955.

17. Oskitellus vitæ innocentiſſimæ, & eruditionis eximiæ annis 16. munere ſuo cum laude perfunctus, obiit anno 971.

18. Anthelvvodus quietis amans, ſponte ſe ociis abdicauit.

19. Oſuualdus vir integerrimus, ſummúſque continentiæ virginalis aſſertor, quam ob rem male audit apud Pſeudo Epiſcopum & vxorium Godibinum: ſedit annis 32. deceſſit 992. F

20 Adulphus Abbas Peterburgenſis, vir ſanctus & tenerendus. Sedit vſque ad annum 1003.

21. Vvulſtanus II. ſedit annis 20. obiit anno 1023.

22. Alfricus alijs Putat Præpoſitus Vvintonienſis, vir munificus in pauperes, & Eccleſiam. Obiit anno 1050.

23. Kinſius Eduardi Regis confeſſarius, deceſſit 1060.

24. Alfredus Monachus Vvintonienſis, ſedit annis 10.

25. Thomas I. Canonicus Baiocenſis, vir in omni vita integer, niſi quod cum Archiepiſcopo Cantuarienſi de primatu côtendebat. Inaugurationi Henrici I. Regis interfuit in Auguſto anni 1100. ac menſe Nouembri poſt deceſſit.

26. Girardus præfuit Herefordienſi Eccleſiæ homo literatus & facundus, caſtitatis amans, & promotor Balæo & Godibino fœmininis deformatæ Eccleſiæ presbyteris ob id non probatur.

27. Thomas II. prioris nepos, piis legatis celeberrimus, deceſſit anno 1114.

28. Thurſtanus Sacellanus Regius, annis 26. præfuit, ætate autem ingrauescente, ſponte præſulatu ſe cauit, & monachus factus, vitam in pace tranſegit, anno 1140. G

29. Henricus Murdac, rexit annis 10. emigrauit anno 1153.

30. S. Guilielmus ingenti plauſu à clero populo ſuſceptus, è quo ante decennium pulſus fuerat, tot ſuæ ſanctitatis exhibuit teſtimonia, vt merito inter ſanctos relatus fuerit. Periiſſe exiſtimatur veneno, quod illius innocentiæ hoſtes propinarant; anno 1154.

31. Rogerus ſuccedit, & moriens omnem pecuniam pauperibus diſpenſandam commiſit. anno 1181

32. Galfridus Plantagenet Filius nothus Henrici II. Reg. ex Lincolnienſi Cathedra huc poſtulatus, anno 1191. conſecratur. Præfuit annis 22. & moritur 1213.

33. Vvalterus Gray poſtquam annis 4. Sedes vacauerat, eligitur, rexit ſtrenue Eccleſiam ſuam annis 40. & vitam hanc cum meliore commutauit anno 1255.

34. Seuuallus Decanus primum, omnium calculis electus anno 1256. multa ſuſtinuit incommoda & labores in ſuo præſulatu, quod quibuſdam exactionibus ſe opponeret, multa viriliter decreuit. obiit anno 1258. H

35. Godefridus de Kinton ſedit annos ſex, menſ. 3.

36. Vvalterus Giffard Vvellenſis prius Epiſcopus, & Capellanus Pontificius ſedit annis 13. menſibus 6. & obiit in Aprili, an. 1279.

37. Guilielmus Vvickvvane (cuius in locum Onuphrius contendit S. Bonauenturam deſignatum à Pontifice) Romæ conſecratus, annis 6. Præfuit. Miraculis poſt mortem claruit.

38. Ioannes Romanus prius Eboracenſis Theſaurarius, doctus, vitæque integritate celeberrimus, ſedit annis decem, & deceſſit anno 1295.

39. Henricus Nevvcrck ex Decano Archiepiſcopus, deceſſit anno 1299.

40. Thomas Cordbridge eximius Theologus, obiit anno 1303.

41. Guilielmus de Greinfeild Angliæ primum Cancellarius, eloquentia & conſilio clarus. Magnus fautor Templariorum extitit, interfuit concilio Viennenſi an. 1311. ſedit annos 10. & mortuus eſt an. 1315.

42. Guilielmus de Melton, qui Biennio hæſit Auenione antequam conſecraretur. Ornauit feretrum in quo recondita ſeruabantur oſſa S. Guilielmi, deceſſit an. 1340.

43. Guilielmus de Zouch Decanus primum, conſecratus Auenione an. 1342. ſublatus an. 1352.

44. Ioannes Thursbey Meneuenſis Epiſcopus. Vvigorniam transfertur, factuſque Angliæ Cancellarius, circa Octobrem anni 1353 huic Sedi præficitur. Fuit magnus Theologus & iuriſconſultus, nec pauca reliquit ingenij ſui monumenta. obiit an. 1373.

45. Alexander Neuill Regi Richardo charus, at mox neſcio quid molitus aduerſus Pontificem, ſede ſua pellitur. Vnde primum in Scotiam, inde Louanium in Brabantiam deuenit, vbi curáque Eccleſiæ cuiuſdam Parochialis ſuſcepta, deceſſit anno 1391.

46. Thomas Arundel Exauthorato Neuillo ſufficitur, qui prius Elienſis Epiſcopus fuerat. Tandem omnium primus Eboraco transferri ſe paſſus fuerat an. 1396. Succedit

47. Robertus Vvaldby vir titulo ſcientiæ clarus, ac inſignis concionator fuit ante varijs honoribus perfunctus, huic Eccleſiæ vix anno præfuit.

48. Richardus Scrobe I. V. Doctor, vitæ ſanctitate emicuit, cunctiſque amabilis, iniuſtè accuſatus & condemnatus, capitis ſupplicium tulit an. 1405.

49. Henricus Bovvet, poſtquam menſibus 30. Sedes vacauit, ſufficitur: à Bathonienſi Eccleſia tranſlatus an. 1406. annis ſedit 17.

50. Ioannes Kemp Ex Roffenſi, Ceſtrienſi, & Londinenſi ſucceſſiue Epiſcopo, conſecratur Eboracenſis ann. 1425. quando ſedes biennio vacauerat, præfuit annis 28. & creatus Cardinalis tit. S. Balbinæ & Ruffinæ, & tandem Cantuariam migrauit.

51. Guilielmus Boothe, ex Lichfeldenſi & Couentrenſi Epiſcopo, poſt ſex annos regiminis, Eboracenſis Præſul declaratur, & præeſt annis 12. ac decedit menſe Septembri an. 1464.

52. Georgius Neuill, Comitis Richardi frater, Cancellarius Oxonienſis, deportatus ad Cathedram hanc, cum Eduardo V. Rege grauia diſſidia habuit, vt à quo incarceratus annis aliquot, vix tandem euaſit ann. 1476 quo etiam mœrore confectus obijt. Nihil de illo memoria dignum memoratur, quam quod in ſua inauguratione tam ſplendidum conuiuium inſtruxerit, tot miſſus apponendo, vt neque iſto, neque hoc ſæculo ſimili magnificentia aliud exhibitum credatur. Vide *in hoc Opere locum de conuiuiis*, *vbi de eorum luxu.*

53. Laurentius Boothe Epiſcopus primum Dunelmenſis anno 1456. poſt annos 20. huc migrauit, & Angliæ Cancellarius conſtitoitur, obiit poſt triennium hic exactum, anno 1480.

54. Thomas Roteram alias Schot, primum Roffenſis, dein Lincolnienſis, vbi Bibliothecam & Collegium pro pauperibus ſtudioſis inſtruxit; tandem Eboracenſis Archiepiſcopus euaſit, mitram hic pretioſam reliquit ſucceſſoribus. Peſte extinguitur an. 1500. anno natus 76.

55. Thomas Sauuage, & Roffenſis, & Londinenſis extitit Epiſcopus primum, tranſlatus Eboracum an. 1501. Regi Henrico 7. antea charus, cum aliorum negotiorum eſſet peritiſſimus, & venationi deditiſſimus. Epiſcopus deſtinatus, exceſſum ſumptuum qui hactenus inſtallatione fieri ſolebant, amputauit. Sedit annos 7.

56. Chriſtophorus Bambridge legum Doctor, & Decanus Eboracenſis. Mox Dunelmenſis, ac tandem Eboracenſis Eccleſiæ antiſtes renunciatur, an. 1508. Miſſus orator ad Vrbem, quando bellum exarſit inter Ludouicum XII. Galliarum Regem, & Iulium Pontificem, cui Rex Angliæ Henricus VII. homa conſilio ſuppetias tulit Quare cooptatus in numerum S. R. E. Cardinalium. menſe Martio anno 1511. veneno quod œconomus præbuerat, qui forte ab eo caſtigatus fuiſſet, interiit *Lege Paulum Iouium.*

57. Thomas Vvolſæus humili loco & patre natus, bonarum artium ſtudiis à puero imbutus fuerat. Henrico VI. charus, imò intimè familiaris ac velut moderator, aſtutè rem ſuam promouit, homo ambitioſus, inquit Godibions, qui etiam ſummum Pontificatum ſpe deuorabat; Henrico VIII. ſualor primum aliquouſque caſtitiji infamis illius & cum aulis repudij. Creatus Cardinalis paulò ante; multa per diſſimulationem moliebatur, tandémque Regi exoſus factus, omnium inuidiam incurrit, & varijs dignitatibus quibus præſulerat cauitur, ac Eboracum relegatur. Vbi mox ad læſæ maieſtatis cauſam dicendam comprehenditur, & in itinere abreptus, multa ante mortem pro innocentia ſua & Regia maieſtate præfatur. Reliquit pleraque ſuæ liberalitatis teſtimonia Oxoniæ & alibi: cum prius in ſplendida fortuna fuiſſet. Obiit ergo ſub annum Dom. 1530. vacat anno integro.

58. Edvvardus Leen Henrici VIII. Eleemoſynarius ſuccedit. Qui poſt obitas varias legationes, & Epiſcopatum annis 13. adminiſtratum. Obiit in Septembri an. 1544. Scripſit aduerſus Eraſmum

59. Robertus Holghat à Landauenſi Sede huc transfertur, fuerat monachus Sempringamus. Verum libidini fræna relaxans, dum inceſtuoſis nuptiis ſe polluit, à Maria Regina exauctoratur, & vinculis traditur. Succedit

60. Nicolaus Heat S. T. D. & Roffenſis, ac Vvigornienſis Epiſcopus, quamuis ab Eduardo VI. exauctoratus. Maria enim ſuccedente reſtitutus, ac Vvalliæ etiam Præſes conſtitutus, anno 1553. Eboracum transfertur, & Angliæ Cancellarius renunciatur. Quibus honoribus vſque ad tempora Elizabethæ Reginæ cum laude perfunctus, dum eam Papiſſam in Anglia non agnoſcit, deponunt, & reliquo vitæ Deo & ſtudiis conſecrato, moritur ſenex, & plenus dierum ac meritorum.

EPISCOPI DVNELMENSES.

Oſvvaldo Northumbrorum Rege habenas tenente circa annum Domini 634 iuxta Godibinum, cum anxiè pro ſalute ſubditorum incumbit, & de ſalutaris doctrinæ pabulo ſedem proſpicere satagit, vicinos Scotos qui veritatem Euangelicam amplexi iam fuerant, per oratores ſolicitabat vt virum aliquem ad ſe mitterent, qui paruulis panem verbi Dei frangeret, igitur conſilio deſuper habito, ablegarunt virum pium ac zeloſum Aidanum, in locum alterius. Sacerdotis antea miſſi, qui cum durioris eſſet ingenij, ægrè diſcernere potuerat, quibus lacte, quibus ſolido cibo opus eſſet.

1. S. Aidanus ergo illi ſubſtitutus, totis annis 14. nihil intermiſit officij, quo minus Chriſti ouile fœcundaret, nec aliud nocebat, ait Beda, quam quod exemplo ſuo coram præſtaret. Sæculi & honorum contemptor extitit, vt Chriſto plures lucraretur. Miraculis clarus poſt mortem, quæ incidit in 31. Auguſti, an. 651. Legatur *Beda hiſt. Anglic. lib. 3. cap. 3. 5. 14. 15. 16 & 17.*

2. Finanus eidem Aidano Scotorum fauore rurſus ſufficitur, qui annis circiter 10. Epiſcopali munere perfunctus, obiit 661.

3. Colmannus etiam Scotus, grauem habuit ſuo tempore controuerſiam de obſeruatione Paſchæ, & nonnullis alijs, de quibus *Beda lib. 3 c. 25.*

4. Tuda prioris Comes, & ſucceſſor fuit deſignatus, vir ſummæ prudentiæ, ac in concionibus aſſiduus, ſedit vix an.

5. Eata, & hic comes Anteceſſorum, ſedit vſque an. 684. eiuſque tempore ſedes bipartita euaſit, vna quidem Haguſtaldi, quod nunc Hexha, Axelodunum Romanis; vbi & nouem ex ordine Epiſcopi reſederunt, deſiitque hic cathedra poſt an. 820.

6. Cuthbertus vero Eatæ ſucceſſor, vir ſtrenuus & zeloſus, at biennio in Epiſcopatu tranſacto ad eremum ſe contulit, ac cum ſanctitatis opinione, quam miracula aſſeruerunt poſt mortem; obiit. Videatur *Venerabilis Beda*, vacat ſedes anno 1.

7. Eadbertus vir, ait Beda, ſcientia diuinarum ſcripturarum, & cœleſtium præceptorum obſeruantia inſignis, Sedit annis 10. deceſſit an. 698.

8. Egbertus alias Egfridus, vir eruditus, ac ſenior in munere paſtorali: vertit Biblia in linguam Anglo-Saxonicam obiit 721.

9. Ethelvvoldus Abbas Mailroſenſis. obiit an. 738.

10. Kenulphus ab Adelberto Rege in vincula coniectus an. 750. deceſſit an. 781. vacat aliquot annis.

11. Hibbal

[illegible] dus præfuit annos 13. & anno 813. defun-
A ctus.

12. Eb [illegible] titur anno 819.

13. Egredus moritur anno 84 [illegible] nderſcanenſis Epiſcopus.

14. Eadbertus moritur anno 854.

15. [illegible] dunſus, circa annum 874.

16. Cuthe [illegible], obiit anno 915.

17. T [illegible] obiit anno 927.

18. VVihtredus obiit anno 944.

19. Vihtredus.
20. Sexhelmus } nihil de his præter nomina traditur.

21. Aldredus deceſſit anno 968.

22. Aldunus alij Aldhunus circa annum 990. conſecratur. Præfuit annos circiter 29. & obiit anno 1019.

23. Edmundus electus anno 1020. conſecratus poſt [illegible] annum. Sedit annis 23. & moritur anno 1048.

24. Edredus 10. menſibus rexit hanc Eccleſiam.

25 Egelricus Monachus Petroburgenſis, Abdicauit ſe Epiſcopatu anno 1056. at apud Gulielmū Regē maieſtatis læſæ [illegible] tolatus, in carcere obiit anno 1068. 15 Oct.

B 26. Egelvvinus exul ſponte ab Anglis in Germaniam contendens, ſed tempeſtate in Scotiam repulſus, exhibitis ſuæ fidelitatis & ſanctitatis teſtimonijs non vulgaribus. Epiſcopus [illegible] At [illegible] R gi [illegible] in carcere hanc vitam deſ [illegible]. Exanctoratu autem & adhuc ſuperſtiti ſuffectus fuit.

27. VValcherus ſoſtrusitate Regia patria Lotharingus, qui conceptis in ſe odijs popularium, tandem cæſus eſt vna cum plurbus alijs qui eum comitati, anno 1080.

28 Gulielmus de S. Carileſo Abbas S. Vincentij, qui etiam Regi charus, tandem ab illius amicitia excidit, vita verò anno 1099. excedit. vacat annos 3. menſes 4.

29. Ranulphus Flambard Capellano Mauritij Londinenſis Epiſcopi, homo vafro ingenio, in exiliū profugus interit, poſtquam tempus fuiſſet ad Cathedram. quam annis 29. poſſederat. Deceſſit autem menſe Septembri 1128.

30. Galfridus Rufus Angliæ cancellarius, cum ſediſſet annis 12. naturæ debitum exſoluit anno 1140.

C 31. Gulielmus de S. Barbara Decanus Eboracenſis, homo ad pietatem & religionem compoſitus, obiit anno 1152.

32. Hugo Puſar VVintonienſis Archidiaconus, præfuit annis 42. hoic Eccleſiæ, & obiit circa annum 1196.

33. Philippus Pictauienſis, à Pontifice excommunicatus, obiit anno 1207. Hic cudendæ monetæ Dunelmi facultatem à Richardo Rege accepit, & vſurpauit.

34 Richardus de Mariſco Angliæ Cancellarius. poſt annos decem eligitur. Erat prodigus & nimium profuſus, ac litibus multis implicitus, obiit morte inopinata.

35. Richardus Poore repulſo Luca Sacellano Henrici III. ſubrogatur, Sariburia tranſlatus. & ob plurimas animi virtutes merito celebrandus. Præſciuiſſe videtur diem reſolutionis ſuæ, vt quem conuocato ad ſe populo ſuo indicauit, omnibusque ſalutaria monita dedit, legeſque completorium ad verſum iſtum, In pace in idipſum &c. expirauit 15. Aprilis anni 1236.

36. Nicolaus de Fernham, repulſo Thoma Prior Eccleſiæ
D Dunelmenſis iniuſſu Rege electus, conſecratur anno 1241. rege & regina præſentibus, abdicauit Epiſcopatū octennio poſt & anno deinde 1257. migrauit ad Dominum.

37. VValterus de Kirkam ſedit annos 10. obiit anno 1260.

38. Robertus Stuchell. annis 14 præfuit, obiit a. 1274.

39. Robertus de Inſula annis 9. ex pletis, moritur.

40. Antonius Beck magni nominis Præſul fuit, & cum annos ſediſſet 28. defunctus fuit anno 1311.

41. Richardus Kelovv ſedit annis quinque.

42. Ludouicus Beaumont ex ſanguine Regio Gallorum, à Pontifice conſtitutus Epiſcopus. vtroque pede claudus, quem Godibinus ita indoctum Latinè ſcribit, vt bullas ſuas legere vix poſſet, multa tamen præſtitit memorabilia. Interiit an. 1333.

43. Richardus de Bury, per honorum gradus ad hunc apicem conſcendit. Inſtruxit egregiam Bibliothecam Oxoniæ ad vſum ſtudioſorum. Sedit annis 12. deceſſit anno 1345.

44. Thomas Hatfield ſedit vſque ad annum 1381.

45. Ioannes Fordham Decanus VVellenſis, ſedit annos 7.

46. VVal [illegible] Skirla [illegible] ex Lichfeldenſi & Couentr [illegible] Epiſcopus [illegible] Dunelmenſis anno [illegible] Eboracum ad [illegible] E
[illegible] vibe & [illegible] præfuit autem annis 28 & ſub [illegible] anno 1406 [illegible].

47. [illegible] Thomas Langley Cancellarius Angliæ, & per [illegible] jam Cardinalis creatus, ſedit hic annos 31. & an- [illegible] 14 [illegible] ...

48. Robertus Neuill. Sariſburienſis primum, & deinde Dunelmenſis Epiſcopus, deceſſit anno 1457.

49. Laurentius Bouthe conſecratus anno eodem, & Eboracum tranſfertur anno 1476.

50. Gulielmus [illegible] VVindeſorienſis Decanus, obiit anno 1483.

51. Ioannes Shervvod vir doctus & induſtrius, ſedit annis 11. deceſſit anno 1494.

52. Richardus Fox primum Exonienſis, deinde Bathonenſis, ad extremum huius Cathedræ renuntiatur Epiſcopus anno 1494. Tandem VVintoniæ conſedit, & ſucceſſit anno 1502.

53. Gulielmus Seuerus cribrorum opifice natus, ex Carleoli Epiſcopo huc tranſlatus, ſedit vſque ad annum 1505. vacans annis duobus.

54. Chriſtophorus Bambridge poſt anni vnius regimen F
Eboracum tranſiit anno 1508 poſtea creatus Cardinalis.

55. Thomas Ruthal propter varias animi dotes ad hanc cathedram deuenit, Regis Henrici VII. Secretarius, exceſſit è viuis anno 1524.

56 Thomas Volſæus Cardinalis, qui plurium Epiſcopatuum adminiſtrator fuit, etiam hanc dimiſſo Bathonenſi habuit, de quo vide Epiſcopos Eboracenſes, nam & inter illos cooptatus fuit.

57. Cuthbertus Tonſtali Epiſcopus Londinenſis priori ſuccedit. de quo Thomas Morus Epiſtola ad Eraſmum, Tunſtalo vt nemo eſt bonis litteris inſtructior, nemo in vita moribuſque ſeuerior: ita nemo vſquam in conuictu iucundior. Itaque hic conſecratus anno 1530. ſumque præfuiſſet annos 21. ſub Eduardo VI. ob irreligioſam religionem captus menſibus 19. ſtatim eo defuncto ſub Maria reſtituitur. At paulo poſt eadem ſublata, cum primatum Eccleſiaſticum nollet profiteri, honore cauitur anno 1559. & in libera cuſtodia habitus moritur octogenario maior, anno Domini 1560. vir memoria ſæculorum dignus. Defecit in hoc linea Catholicorum G
Antiſtitum.

EPISCOPORVM CARLEOLENSIVM SERIES.

Carleolum vrbs antiquiſſima, Lugubalia Romanis dicta, funditus euerſa à Danis circa annum Chriſti 900. At poſt annos 190. Gulielmus II. Rex in Scotiam pergens, viſa loci opportunitate, eum muniuit, caſtrumque excitauit, ac ex Belgis primas eò colonias tranſtulit. Igitur iam in ordinem hic populus redigi cœpiſſet circa annum 1093. annuente Rege Eccleſia cœpta ædificari, & Euangelij ſemen diſpergi & collegium Canonicorum inſtitutum eſt, ac terminatæ diœceſes variæ, quarum annuente Pontifice, & Rege inſtante, primus Antiſtes conſtituitur ſuus;

1. Adelvvaldus Canonicorum Prior anno 1133.

2. Bernardus mortuo ſucceſſit anno 1186.

3. Hugo Abbas de Bello, viuere deſijt anno 1223. H

4 VValterus Malclerk anno eodem Cathedram hanc obtinuit, eoque anno 1246. ſe abdicauit, factus ex ordine Prædicatorum, cuius tunc initia feruebant.

4. Silueſter de Eueridon Angliæ Cancellarius, prolapſus ex equo laſciuo, periit anno 1255

5. Thomas Vipont ſedit anno vnico, obiit anno 1256.

7. Robertus Chaure Capellanus Reginæ, conſecratur anno 1258. moritur anno 1278.

8. Radolphus de Ireton Prior Hisburnenſis.

9. Ioannes de Alton Canonicus, eligitur anno 1288. ſedit annis 32.

10. Ioannes de Roſſe. præfuit annis 13.

11. Ioannes de Kirby Canonicus ſedit annis 20. vir bellicoſus, Scotos qui vrbem ſuam incenderant perſecutus, coëgit iniquo loco dimicare, & ſpoliis graues inopinato oppreſſit circa annum 1353.

12. Gilbertus de VVelton Leg. D. obiit anno 13 [illegible]

13. Thomas de Appebley ſedit annos 33. obiit [illegible]

14. Robertus Reat. Dominicanus tranſlatus Ciceſtriam
A an. 13[illegible]7. & infectus eſt.

15. Thomas Markes monachus VVeſtmonaſterienſis, conſecratus inuitis Canonicis an. 1397. attamen ſe virum oſtendit eo munere non indignum, graues tamen difficultates ſuſtinuit, vt cuſtodiæ traderetur, & inuitus exueretur dignitate. vixit vſque ad an. 1400.

16. Guilielmus de Sutland, qui ſedit an. 19.

Roghetus Vvheltadle Sacræ Theol. D. conſecratus an. 1419. Sedit [illegible] Obiit an. 1422.

17. Guilielmus Barrow Epiſcopus Bangorenſis primum, deceſſit an. 1429.

18. Marmaducus Lumley, poſtquam hic annis xx ſediſſet, Lincolniam transfertur an. 1450.

19. Niculaus Cloſe poſt biennium Lichfeldiam migrauit.

20. Guilielmus Percy præfuit annis 10.

21 Ioannes Kinſchute Doctor legum, ſedit annum vnum.

22. Richardus Schroope deceſſit in Malu an. 1408.

B 23 Edvvardus Storey S.T.D. poſt annos 9. Ciceſtriam tranſlatus eſt.

24. Richardus ſedit annis 18.

25. Guilielmus Senex Abbas Eboracenſis, Dunelmum transfertur an. 1503.

26. Rogerus Layburn Sacræ Theol. Doctor ſedet annos 6.

27. Ioannes Penny legum Doctor. Epiſcopum primum Bangorenſis, huc tranſfertur anno 1509. obiit autem anno 1519.

28. Ioannes Kite anno 1520. conſecratur, & moritur anno 1537.

29. Robertus Aldrich Sacræ Theologiæ Doctor quem Eraſmus vocat blandæ eloquentiæ iuuenem, obiit anno 1555.

30. Ovvinus Oglethorp S.T.D. VVintonienſis Decanus Elizabethæ Reginæ ſolennia impendit in inauguratione: neque tamen idcirco illius primatum agnouit, aut ab Apoſtolicæ Sedis prærogatiua deflectere ad latum vnguem voluit. Eaque propter exauthoratus an. 1559. & paulo poſt apoplexia
C extinctus eſt.

EPISCOPI CESTRENSES.

Fuit olim Ceſtriæ Cathedra Epiſcopalis, tranſlata per Petrum Lichtfeldenſem Antiſtitem Lichtfeldia huc. Porrò Couentriam deinde deuenit, ac ad extremum Liechfeldiam reducta eſt. Henricus vero VIII. inter alias nouitates huic ciuitati honorem priſtinum tanquam Eccleſiæ ſuæ caput reſtituit & primum, Epiſcopum dedit erroris ſui ſocium, monachum Carmelitam, qui nihil minus quam vitæ ſolitariæ, quam nomen Monachi importat; amans, voti immemor, inceſtuoſas nuptias Aſmodæi impulſu iniuit. Regnante Maria exauthoratus, infelicem animam exhalauit anno 1556.

Succeſſit eadem Regina annuente Ioannes Cotes, ſed immatura morte præreptus, & ſubſtituitur Cutbertus Schot, vir integerrimus, & Catholicæ fidei propugnator acerrimus. Ab Elizabetha quod illi honorem Papiſticæ deferre abnueret, profligatus, & incarceratus, tandem elabitur, & Louanium profugus, diem ibi ſupremum obiit. Atque ab hoc tempore tota paſſim Anglia abominatio deſolationis ſtat in
D loco Sancto.

Hæc de Epiſcoporum Angliæ origine, ſucceſſione, & occaſu quantum ad nos ex aliorum Scriptis deuenire potuit, ſufficiant. Vtinam Deo viſum, interruptas illorum ſeries aliquando Orthodoxorum Antiſtitum, quales fuere illi quos dedimus; continuatione perficere! & Regnum iſtud olim præ aliis Catholicum & Religioſum, deterſa nouitiæ deformationis nube, rurſus Apoſtolicæ Cathedræ tributarium, & vt par eſt ſubditum videre poſſe.

Epiſt[illegible]. E

Pete nonnulla ex Titulo de voce, vox ſcripta. Item de proditione, Ibi proditi per Epiſtolam, regno exuti. Item ex loco de literis, vbi multa ex profeſſo de earum varietate.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, APPELLATIO VARIA.

Epiſtola Græcanica vox ἀπὸ τοῦ [illegible], quaſi Miſſoria: Miſſam interpretatur *Iſidorus* & *Plautus* etiam vſurpat. Politianus Epiſtolam ſcribit, quod ita à Veſpaſiani æuo lapidibus inſcriptum reperiatur; rectius tamen Epiſtolam dicis. Miſſiuæ nomen apud Caſſiodorum reperitur. Appellarunt alius nominibus Priſci, Litteras, Tabulas, Tabellas, Codicillos. Imo & Litteram Poetæ, vt videre eſt apud Ouidium frequenter. Litteræ ob eminentiam dictæ, quia earum inter omnes litteras crebertimus vſus. Tabulæ, Tabellæ, Codicilli, quod ante chartæ & membranarum vſum in dolatis ex ligno codicellis epiſtolarum colloquia ſcribantur, vt obſeruauit *Iſidorus lib. 7. orig.* Quo fit, vt portitores vocemus Tabellarios. F

Itaque veteres per tabellas vltrò citróque miſſas, certiores faciebant abſentes. Vnde Plautus Pſeudolo ſcribens ait:

Per ceram & lignum, literaſque interpretes.

Sic apud *Homerum illiad. ζ. verſ. 169.* Prætus literas tradit Bellerophonti ſcriptas in [illegible] [illegible] in tabella duplici, ſeu duplicata. Fieri autem ſolitæ ioducta cera, ex fago, abiete, buxo, citro, ebore, aliiſque id genus.

Vſi tamen etiam charta, ita *Martialis* vocat Epiſtolares chartas. quod nomen hodie Hiſpani obſeruant. Hic iterum tamen ex *Suetonio c. 59. in Iulio*, nota, Publicas literas tranſuerſa charta datas: Iulium tamen ad Senatum Epiſtolas conuertiſſe ad paginas, & formam memorialis libelli. G

DEFINITIO ET PARTES.

Epiſtola eſt animi nuntium ad abſentes: aut quaſi abſentes ſcriptum. eſt enim Epiſtolæ finis, affectus teſtatio, aut ſignificatio alicuius rei quam abſentes ſcire volumus, quod aut noſtra, aut ipſorum interſit. Dictum eſt (quaſi abſentes) quia ad præſentes quoque vſurpatur. Auguſtus Cæſar ſermone grauiores cum Liuia ſua, non niſi in ſcriptis, & è libello habebat. Idem Iuliam ſuam in Amphitheatro, ſcripto admonuit. Iulius Cæſar id adinuenit, vt cum per occupationes vrbiſque magnitudinem non ſemper liceret amicos aut peregrinos alloqui, per literas conuenirentur, eóſque Codicillos propriè *Seneca* appellat. *Epiſt. 66. ad Lucil.*

Partes Epiſtolarum ſunt materia, & Sermo. Illa rem continet quæ perſcribenda eſt, quidquid enim ſermone communicamus, & litteris poſſumus. Sic alia materies ſit ſeria, docta, familiaris, publica deinde, & priuata. Inter eas, monitoriæ etiam ſunt, inſtructoriæ, conſolatoriæ, comminatoriæ.

Sermo quo breuior, eo & gratior, nihil enim ſuperuacuum admiſcendum, & periodi ſuccinctiores inferendæ, odioſa eſt H enim in Epiſtolis garrulitas, lepóres interea nonnunquam admiſcendi cum decore, & venuſtate.

SCRIPTORES, ET ENCOMIVM.

Scriptionem Epiſtolarem poſt Ciceronem, Libanium, Plinium iuniorem, Senecam, Apoſtolos Chriſti, & antiquiores, commendarunt & in ea cum laude verſati fuerunt, Rocens Peruſinus, Aldus Manutius, Eraſmus Roterodamus, Ludouicus Viues, Ioannes Niger, Paulus Sacratus. Iuſtus Lipſius. Ex ſacris verò & Eccleſiæ Doctoribus, præter Apoſtolos SS. Baſilius, Nazianzenus, Ignatius, & Ambroſius, ac Auguſtinus, & Theodoretus.

Epiſtulam autem Libanius cum Cicerone, vocat congreſſum abſentis cum abſente. *D. Baſilius Epiſt. 55.* cenſet

rupa

A repetandum inter ma[illegible] D[illegible] bona, quod quam longiſſimè propter diſtantiam l[illegible] ſeiunctis per alloquium litterarum mutuo coaleſcere facit. *Theodoretus* plura habet in eum ſenſum, addens ſermonis vehiculum fieri hoc m[illegible]o, non per linguam ſed per manum.

Athenæus refert lib 10.c.17. Naturam à Poëtis conſtitui fœminam; cuius filiæ ſint litteræ quamuis mutæ loquuntur tamen abſentibus, quibus optamus felicia, &c.

Sic & Ignatius nominat Epiſtolam portum ſecundum, & commodam ſtationem. *Epiſt 4. Ambroſius* verò hunc vſum earum ait, vt diſiuncti locorum interuallis affectus adhæreamus vbi inter abſentes imago refulgeat præſentiæ, & collocutio ſcripta copulet ſeparatos, mentémque amico abſentis infundamus, quod Pauli exemplo confirmat, qui etiam remotiſſimis populis fidem ſcripto infudit.

FORMVLÆ ET QVÆ OBSERVANDA.

Olim Epiſtolæ præloquium erat, Nomen videlicet & Salus In nominibus obſeruatum, vt in fronte bina ponerentur. Eius qui mittebat Epiſtolam, & Alterum ab illo quidem præpoſito, quod primum legentis deſiderium ſit ſcire quid ſcribat. Idetiā
B obſeruarunt Apoſtoli ex Concilio Hieroſolymitano ſcribentes ad reliquos diſcipulos qui erant Antiochiæ, Syriæ, & Ciliciæ. Et Paulus paſſim in Epiſtolis ſuis vſurpat. B. Auſonius Paulino ſcribens, ſe excuſat, quod nomē ſuum non præpoſuiſſet, id factum ob carminis rationem, Ita enim ſcribit. *Epiſt*. 20.

Paulino Auſonius, metrum ſic ſuaſit, vt eſſes
Tu prior, & nomen prægrederere meum.

Variant tamen ſubinde, vt exemplis conſtat, Ambroſij & aliorum, qui ad æquales & inferiores ſcribendo, ſuum nomen pleramque poſtponunt; præponunt, ſi ad ſuperiores ſcribunt, vt notat *Lorinus in cap* 15. *Actor. verſ.* 23.

Ponebantur autem nuda nomina nec blandientia, aut laudantia, niſi in Imperio forent aut magiſtratu tam verbo inſinuabatur. At Epitheta nulla, niſi ad vnicè charos, aut domeſticos, quos & ſuos appellabant Hinc Martialis. *lib.* 14.

Seum leuiter noto, ſeu caro miſſa Sodali,
Omnes iſta ſolet charta vocare SVOS.

Cæterū accōmodāda hæc aūt iuxta æui varietatē & mores. Salus nominibus ſubiecta ſiue per notas, S.P. ſiue S. ſolitariè,
C quomodo Græc. χαίρειν, precari, in vſu fuit, aut εὖ πράττειν quæ Epicuri erat ſalutario. Horatius ita exprimit.

Celſo gaudere, & bene rem gerere Albinouano.
Muſa rogata refer.——

ET. Ouidius.

Vade ſalutatum ſubito perarata Perillam
Littera Sermonis fida miniſtra mei.

Interim Certum fuiſſe epiſtolarum initium, certam item clauſulam conſtat. Initium Plantoni fuit antiquiſſimum χαίρειν, gaudere; vel benè agere εὖ πράττειν, vt patet ex epiſtola eius tertia ad Dionyſium, aliiſque pluribus exemplis quæ colligit Lucianus, quam formulam Pythagoras, & Archytas, mutarunt in ὑγιαίνειν; hoc eſt ſaluare, Cleon primus, pro initio ſcripſit χαίρειν, auctore *Luciano de ſalutat.*

Iam vulgò, ſaluere, & ſalutem plurimam dicere, item ſuo, vel ſuis, teſte Martiale, dicimus:

Omnes iſta ſolet charta vocare Suos.

Clauſula Græcis, pax; quæ item adhibita omnibus ferè rebus finiendis. *Auſonius in Verſibus monoſyllabis:*

D *Totum opus hoc ſparſum crinis velut Amphibila. Pax.*

Hanc tamen præpoſterè aliam fecit ſcribendo in extrema epiſtola χαίρειν Ptolomæus Legi, ad Seleucum. Latinis clauſula eſt. Vale, vt in omnibus Ciceronis epiſtolis. Amplius verò Auguſt. Cæſ. ad epiſtol. omnes, etiam horarum momenta, nec dies modo ſed & noctis, quibus datæ ſignificarentur, addebat. *Suetonius Auguſt cap.* 1. Vnde datum, à barbaris vſurpari cœptum vice clauſulæ illius Ciceronianæ A.D. id eſt, Ad diem, vel ante diem, vt interpretatur *Simeon Boſius Commentarius in epiſtola* 1. *ad Atticum.*

Pertinebat quoque ad Præloquium vetus ordiendi formula: S.B. E.E.V. id eſt ſi vales bene eſt ego valeo, quæ in litteris publicis perpetua eſt, in priuatis frequens apud Ciceronem in fine ſiue clauſula Epiſtolæ, ſolemnis erat primum valedictio, ex ſermonis titu adſerta. ſic Ouid.

Accipe quo ſemper finitur Epiſtola verba,
Atque meis diſtent vt tua fata, VALE.

Interdum cum adiecto, mi amice, &c. cum voto, Deus te ſeruet II. Locus adiectus vnde miſſa epiſtola, Tempus quoque annum intel[illegible] & diem. III. Subſcriptio erat, priſcis tamen ignota, quia præmitte[illegible] ſuum nomen. Superſcriptio etiam. B veteribus pertatis viſitata, mittebant enim per pueros, aut Tabellarios noto [illegible] præterea vinculo lineo obligabant ad[illegible] ta, cui imag[illegible] ſuam aut ſignum imprimebant. *Plautus* id [illegible]t

Cede tu ceram, ac linum. age oblig. obſigna cito.

Sic & *Saluſtius*: Perlectis litteris cum primo omnes ſua ſigna cognouiſſent

Remittimus Lectorem ad inſtitutionem Epiſtolicam, quam v.c.l. *Lipſius*, aliquando in Academia Louanienſi tradidit, calamo excipiendam. Euulgauit eam poſtmodum Auctor, vt vſui alus eſſe poſſit, atque eandem è dictantis ore exceptam minore cum fructu legendam fore inſinuat, quam ſi haberetur prout dicta, multa enim veluti interfatus ſon, & miſeuit hic omiſſa, rei illuſtrandæ aut firmandæ gratia.

GENERA, ET NOMINA VARIA.

Vti non vnum Epiſtolarum eſt genus, ſic neque vna appellatio, plura de hoc argumento reperire eſt apud *Card. Baronium Tom.* 11. *Annalium Eccleſiaſticarum.* Collegit & alia *Hermannus Hugo* Societ. Ieſu, peculiari ſuo *libello de Antiq ire Scriptoria cap.* 13 ex quo ſequentia adſcripſimus. F

Apoſtolicæ literæ, quas item Breuia Apoſtolica vocamus, epiſtolæ ſunt à Romano Pont. Apoſtolica auctoritate ſcriptæ.

Clericæ literæ à Diuo Cypriano vocantur epiſtola quarta editionis Pamelianæ, illæ quæ à Clero ſcribi ſolent Sede vacante.

Canonicæ, vt ſcribit Atticus *Tom.* 11. *Conciliorum* poſt Concilium Chalcedonenſe eadem ſunt quæ Communicatoriæ, ſeu Formatæ, de quibus mox.

Caballicatæ ſunt, quas curſores in caballatione, hoc eſt in curſu publico deferunt. Ita Luitprandus Ticinenſis appellat apud Lazium lib. 11. de Repub. Rom cap. 14.

Circulares ſeu Encyclicæ, quæ à Synodo vel Papa ſcribuntur ad totam Eccleſiam, & hæ etiam vocantur Catholicæ.

Captiuorum literæ nominantur in concilio Lugdunenſi Secundo *cap.* 12. quæ ab Epiſcopis dabantur pro redemptione captiuorum.

Confeſſoriæ, quæ ab incarceratis ad Epiſcopos ſcribebantur pro lapſis: Fit earum mentio in Conciliis Elberitano & Arelatenſi Primo.

Commendatoriæ, quæ Clericis peregrinantibus dabantur a ſuo Epiſcopo, quemadmodum & Romani magiſtratus dabant commendatitias ſuis mercatoribus proficiſcentibus in Prouincias, vt *Freigius* notat ad aliud *Verrina*. 4. Apud illos non tabulat commendatitiat ſed tributaries multum valuiſſe. Tributariæ autem ſunt quibus Magiſtratus imperabat tributā Prouincialibus. G

Formatæ ſeu Formales, vt eas *Suetonius*, nominat Domitiano *c.* 13. dictæ quod certa formula conciperentur, quia in legem erant tranſituræ, ita Torrentius docet ex illo *Suetonij capite* 20. *Domitian.* Epiſtolas alieno formabat ingenio. Dabantur Epiſcopis ad Parochias ſuas redeuntibus Roma, quo fuerant euocati, vt conſtaret ſcilicet de eorum cum Romana Eccleſia conſenſu & vnitate: quod ſcribunt Aug *Epiſtola* 163 *ad Eleuſ. Epiſt.* 152. ad Glorium; & Optatus *lib.* 1. contra Parmenianum.

Igitur ne qua fraus hæreticorum intercederet, Formatarum ſcribendarum formola certa concepta eſt à Synodo Nicena *cap.* 8. eaque expreſſa eſt apud *Iuonem parte* 6. *cap.* 434. & 435. item apud *Burchardum lib.* 12. *Titulo* 127. hoc exemplo quod tranſcripſit *Petrus Gregorius lib* 15. *de Rep. cap.* 12. H

π 80. id eſt, πατὴρ. υ 400. id eſt, υἱός.
α. 1. id eſt, ἅγιος. π. 80. id eſt, πέτρος.

Debebant enim quatuor primæ literæ ſignificare Patrum, Filium, Spiritum ſanctum, & Petrum Apoſtolum, ziffræ autem adiectæ notant numerum quem quæque litera Græcis ſignificat. Mox ſubiungebatur litera initialis quæ inchoabat nomen vel Pontificis, vel Epiſcopi mittentis ſuum ſubditum verbi gratia: ſi Epiſcopus vocabatur Petrus, vel Ratboldes:

π. 80. id eſt, πέτρος ρ. 100. id eſt, [illegible]. Deinde poſt nomen Epiſcopi mittentis, ſcribebatur ſeconda littera ex nomine Epiſcopi ad quē ſubditus mittebatur, verbi gratia: ſi vocabatur Robertus, ο. 70. id eſt. [illegible].

Denique tertia littera ex nomine ipſius ſubditi miſſi verbi gratia: μ. 40. Θωμᾶς,

Tum iterum quarta littera ex nomine loci ad Quem mittebatur: v.g. ω. 800. id eſt, Τρώτες.

Rurſum numerus Indictionis quæ erat illius anni 906.
A quo tempore Borchardus miſit hanc formulam θ. 9.

Extremæ verò Epiſtolæ ſemper adiicebatur.

α. 1.
μ. 40. } 99. id eſt, ἀμήν.
η. 8.
ν. 50.

Ad ſingulas autem literas adiiciebatur is numerus quem quæque literæ ſignificant Græcis; forte ad maiorem obſcuritatem ignorantium, tamen has formatas, ad illudendum Catholicis Epiſcopis Iulianus Cæſar imitari cœpit, vt ſcribit *D. Nazianzenus contra Iulianum*; & ex eo *Sozomenus lib. 4. c. 17. & lib. 8. c. 3.*

De formatis autem varij generis, Pacificis, Commendatitiis, Dimiſſoriis, &c. libellum integrum conſcripſit Gerardus Rodulphus Gramenſis. Obſeruat verò *Budæus in Commentariis linguæ Græcæ.* Formatam intellectam eſſe à *D. Hieronymo*, cum ſic ſcripſit *epiſt. ad Iulianum.* Iam dimiſſo ſynthemate equus publicus ſternebatur, quamquam ſunt nonnulli qui σύνθημα putant eſſe vexillum, vel teſſeram aliquam curſorum.

Decretales, quibus Romani Pontifices ad interrogata Re-
B ſpondebant, & vitanda ſequendave decernebant.

Dimiſſoriæ, ἀπολυτικαὶ ἢ ἀπόλυσαι etiam dicebantur, vt Lazius notauit de Repub. Romana erant autem literæ quibus ſcribebatur Clericum de voluntate ſui Antiſtitis aliquo eſſe profectum.

Laureatæ, quæ lauro inuolutæ in victoriæ ſignum à Romanis Imperatoribus mittebantur ad Senatum. De his *Liuius lib. 5.* Literæ à Poſthumio laureatæ, ſequuntur victoriam populi Romani. *Claudianus* item *De bello Gildonico*; & *Panegyr. in 6. Conſulatum Honorij.*

—— *laurea belli.*

Memoriales ſeu Commonitoriæ, quibus inſtruebantur Legati de ſingulis ad quæ mittebantur agenda.

Metatoria Epiſtola à Sidonio nominatur *lib. 8. ad Lupum Papam*, quæ nihil eſt aliud interprete Baptiſta Pio, quã Odœporicon, hoc eſt itinerarium. Scaliger autem *in Lectionibus Auſonianis* ait metatoriam eſſe id quod Auſonius vocat ἀπαντητικὸν, & Martialis Aduentoriam. De qua docet *Turnebus lib. 30. c. 38. & cælius lib. 28. cap. 3.* eſſe epiſtolam quæ obuiam
C mittebatur aduentanti amico; id quod eruditè confirmant.

Paſtorales, quæ pro inſtructione ad diuerſas Eccleſias mittebantur; quales Paulinæ aliquot, & Ignatianæ.

Synodicæ, quæ ad Synodus ſcribebantur, vel ab ipſis Synodis mittebantur.

Syſtaticæ literæ, quandoque pro Commendatitiis, alias pro literis commeatus ponuntur, vt obſeruat *Petrus Gregor. lib. 16. de Repub. c. 11.* Pro Commendatitiis, *c. 3 a.* Apoſtolorum: Nemo Epiſcoporum peregrinorum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum ſuſcipiatur ſine literis ſyſtaticis. Pro litteris commeatus. *Nouell. Iuſtinian. 6. c. 3.* Non autem aliter aliquem præſumere dirigere ſe ad hanc ciuitatem ſtatuimus, priuſquam literas acceperit, quæ ſecundùm diuinas regulas συστατικὰ γράμματα teſtimonium perhibentia neceſſitata, &c.

Pragmaticæ, quibus aliquid faciendum præſcribitur.

Tractatoriæ, quibus Epiſcopi certiores faciebant alios rerum geſtarum *Auguſtinus Concione 11. in Pſalmum 36.*

Tractoriæ, eædem quæ olim Commendatoriæ. Iis euoca-
D bantur Epiſcopi ad Concilium cum auctoritate vtendi curſu & ſtationis publicis, inquit *Baronius Tom. 3. ex epiſt. Conſtantini ad Ablauium*, eſt item titulus de Tractoriis & Statiuis *lib. 8. c. 6. Cod. Theod.* Vide Cuiacium *C. lib. 12.*

Denique, ne longum faciam, communia alia epiſtolarum nomina qui omnia ſcire volet, legat libros *Eraſmi & Lippi Birandolini De conſcribendis epiſtolis*, & libellum qui inſcribitur Ἐπιστολικοὶ τύποι, quem Aldus præfixit epiſtolis Syneſij in volumine Epiſtolarum Græcarum, vbi de Laconicis, eroticis, conuiualibus, familiaribus &c. diſſeritur copioſè.

Sunt & quædam epiſtolæ, quæ quo nomine appellari, aut qua in claſſe cenſeri debeant, non ſcio. Tales ſunt illæ Theodoſij Iunioris literæ ſcriptæ ad Chryſoſtomum mortuum; quæ ſtatim atq; impoſitæ fuêre ſancti cadaueris pectori, cadauer quod antè nulla vi poterat loco moueri, vectoribus ſuapte ſponte quaſi mortem geſſit. Quidam etiam è Societate Ieſu, narrauit collegæ ſuo, Hermanno Hugonis, ſororem ſuam, decennem puellulam, quo neſcio inſtinctu, epiſtolium ſcripſiſſe patri iam demortuo, in cœlum; & paucis pòſt diebus eam abiiſſe è viuis ad patrem. Sed & *[illegible] cap. 21.*
E meminit literarum, quas Elias [illegible]
in cœlum fuerat, miſit ad Ioram R[illegible] ab [illegible]rata, & eorum punitionem a [illegible] decretam proponit [illegible] & plerique Scriptorum Eccleſiaſticorum, eas [illegible] cœl[illegible] datas, aut loco in quo Elias detinetur miſſas exiſtimant videatur *Theodoret. & Nicol. de Lyra in illum locum.*

Illæ verò literæ D. Taumaturgi admirabiles ſunt, quas dæmoni his verbis inſcripſit: Gregorius Satanæ. Ingredere, & ingreſſus denuò eſt dæmon in locum vnde fuerat depulſus.

Stultiſſima autem & riſu digna Xerxis epiſtola, quam neſcio quo ita accenſus, ſcripſit ad montem Athos.

Quid quod mortui ſubinde reſpondiſſe & ſcripſiſſe leguntur; *Apud Niceph. lib. 8. c. 23.* vbi Chryſanthus & Muſonius Epiſcopi defuncti in Synodo Nicæna nomina ſua Synodalibus Actis poſt mortem inſcripſerunt.

Vriæ literæ, abierunt in Prouerbium; de iis quæ ab eo in quem ſcriptæ ſunt deportantur; ſicut Vrias ferebat literas Dauidis, quibus ipſemet iubebatur necari, *2. Reg. 2. c. 5.*

EPISTOLARVM MISSIO. TRADITIO. PRIMVM APERTA VVLGARIS, ORDINARIA.

Vbi de Nuntiis, Curſoribus, Veredariis. Eorundem diſcrimine, vſu vario, &c. ac politia.

Quoniam res grauiſſimæ ſolent epiſtolis commendari, pro iis vltrò citrò mittendis celeriter ac tutò, excogitata ratio eſt; de quâ, quia hucuſque quòd ſciam non eſt omnino in lucem protracta, & maximè facit ad rem ſcriptoriam & Epiſtolicam, duxi neceſſariò aliquid de illo eſſe tractandum. Igitur ad eam rem variæ excogitatæ ſunt artes. Nuntij pedites, equites, curules, nauales.

De pedeſtribus nuntiis, exempla ſunt Heraclitus, Indagus, & Philippides, homines velociſſimi curſus, Apud Suidam: adeòque ipſe deorum nuntius Hermes ſeu Mercurius, qui ad velocitatem talaribus vti fingitur; & Ladas, quem *Solinus, c. 6.* ſcribit, inter currendum ne veſtigia quidem arenæ impreſſiſſe, Aniſtius item Lacon & Philonides, Alexandri Magni curſores, à Sycione Elin vſque mille ducenta ſtadia vno die tranſierunt. O Græca fides!

Eſt item de pedeſtribus curſoribus facetum illud Veſpaſiani reſponſum apud Suetonium: Veſpaſianus enim Claſſiarios qui ab Hoſtia & Puteolis Romam pedibus curſitant, pe- G
tentes conſtitui ſibi aliquid calcearij nomine; quaſi parum eſſet ſine reſponſo abegiſſe, iuſſit poſt hæc excalceatos curſitare. & ex eo ita curſitant.

De equeſtribus curſoribus, *Martialis:*

Parcius vtaris, moneo, rapiente veredo.

Auſonius.

Vel celerem mannum, vel ruptum terga veredum.

Iſidorus verò ait, veredos dictos, quod currant per publicas vias, per quas rhedis etiam curri eſt ſolitum, & Græcis ſanè equi veredi, à curſu, Dromanarij, vt etiam *Caſſiodorus* eos vocat *lib. 4. Variar.* qui ibidem eos quoque appellat equos curſuales, epiſtola *ad Godiſcalcum Saionem.* Iuriſconſultis dicuntur ſubinde Parauetedi, & Parangari, quemadmodum à quodam curſore Palladio, equi Palladij ſunt denominati. Is enim, authore *Caſſiodoro lib. 14. hiſt. ſacra.* tanta velocitate veredos egit temporibus Theodoſij, vt tribus diebus veniret ad terminos Perſarum & Romanorum, & rurſus totidem remearet H
ad Conſtantinopolim.

Curribus vſos ſubinde eſſe curſores, teſtes ſunt, *Iſidorus* ſupra citatus de Rhedis, *Iulianus* qui ſic in epiſtolis ſcribit: Ducet te publico curſu vno vtentem vehiculo. *Suetonius in Auguſto:* Iuuenes primo modicis interuallis, dehinc vehicula diſpoſuit. *Herodianus lib. 2.* Commilitones ingenti ſtudio vehicula vehebant, quaſi Macrino adhuc rerum potiente, de magnis rebus mitterentur.

De nauigiis curſorum, *Sidonius Apollinaris:* Typhin curſoriam nauim conſcendi. *Seneca epiſt. 78.* Tabellarias naues vocat, quæ aduentum vicinæ iam claſſis prænuntiabant.

Hæcce quadruplex curſorum vſurpatio, vocata curſus publicus, item caballatio *lib. 12. Cod. titul. De annona militari.* Curſus fiſcalis, quod eius cautio ad quæſtorem fiſci pertineret, *in Hadriano Lamprid.* Curſus clauicularis, apud *Ammianum li. 20. & leg. 2. & v. C. Theod.* pro quo in Cod. Iuſtinianeo mendoſe legebatur Ambularis curſus, obſeruante Cuiacio, qui ait Clauicularem, ſeu Clabularem dici à clabola, quod eſt vehiculi genus. *Briſſonius in Caluini Lexico*, fatetur neſcire ſe quid ſic

fit Clauularis curſus;putaique non grauiter aberratarum eum, qui legeret Caballarem curſum; nam & Caballicationes & Caballicatas legimus, inquit. apud *Luitprandum in Hiſtoria ſuorum temporum. Turnebus lib. 6. Aduerſ. 34.* Clauularem curſum vocat curſus publici genus, quod militib. caligatis concedebatur; eorum enim caligæ erant clauulis confixæ.

Parangaria apud Perſas, quia Angari Perſis nuntij, auctore *Lazio;* qui id habet ex Suida. Hoc publico curſu primis temporibus ſoli Magiſtratus vtebantur: neque poterant Tabelliones operam dare perferendis farcinulis aut literis vulgi. Ita perſuadeor, quia apud *Caſſiodorum lib.4.* Theodoricus Rex Epiſtola ad Godiſcalcum prohibet curſoribus plures res vno ſimul curſu peragere. Nullum, inquit, præterea Saionum diſcurſus facere patiaris, ſed ad cauſſam ad quam directus fuerit, vno tantùm itinere permittatur accedere, vel redire, & paulò ſuperius: Noſtrorum ſuggeſtione comperimus curſuales equos frequenti vſurpatione fatigari. Docet autem eam ſententiam clariſſimè *Ioann. Corraſ. lib.1. Miſcellan. Iuris ciuil. c.11.* Solis Imperatoribus licebat vti veredariis in Epiſtolis tranſuehendis: aliis tantùm impetrata facultate, quam

B vocant Tractoriam. Et certa omnino res eſt; nam nec Eccleſiaſtici iis vti poterant, ſed nunciis tantùm Eccleſiaſticis. Verba ſunt *D. Ignatij Epiſtol.11.* Decet, beatiſſime Polycarpe, concilium cogere Sacroſanctum, & eligere, ſi quem habetis, qui poſſit diuinus curſor appellari, quibus gemina ſunt illa *D. Cypriani, Epiſt.24.* Quoniam oportuit me per clericos ſcribere, &c. neceſſe fuit nouos aliquos conſtituere, qui mitterentur, & rurum hunc alibi obſeruauit *Cardinalis Baronius Tomo 1. Annal. Eccl.*

Igitur populo curſus publici copia fiebat per facultatem Tractoriam, quæ (vt eam definit *Cælius l.21.c.24.*) eſt licentia vtendi equis publicis curſorum. Dabatur porò hæc licentia ſcriptis tabellis teſtimonialibus, vt *Vegetius* loquitur *l.2. c.3.* à quibus curſores inuenerunt nomen Tabellionum & Tabellariorum. Communis verò ex tabellæ apud Scriptores vocantur diplomata, hoc eſt duplices tabellæ. Cicero *lib.2. ad Atticum:* De diplomate admiraris: &c. ego autem quia ſcripſeras te proficiſci cogitare (etenim audieram nemini aliter licere) eò te habere cenſebam, & quia pueris diploma ſumpſeras.

C *Capitolinus in Pertinace:* Præfectus cohortis à M. Aurelio Imperatore &c. quòd ſine diplomate curſum vſurpauerat, ab Antiochia ad legatum ſuum ire coactus eſt. Et rectè Capitolinus de pœna non accepti diplomatis: nam & grauiſſimam eam fuiſſe docet *Caſſiodorus lib.5.* his verbis: Excedentium improbam præſumptionem tali te præcipimus diſtrictione reſecare, vt ſiue Gothus ſiue Romanus, qui ſine noſtra auctoritate eorum quorum intereſt euectione, veredum præſumit attingere per vnum equum, centum ſtatim ſolidos à te cogatur exſoluere. Et de illis pari quoque ſeueritate cenſemus, qui ſupra euectionum numerum curſuales equos vſurpare præſumunt. Hæc igitur ineunda erat ratio, accipiendum à Principe aut Præfecto fiſci diploma: hoc oſtenſo, parochi apud quos per viam diſpoſiti ſtabulabantur equi, ſtatim nouos equos recentesque ſuppeditabant ad conficiendum curſum; vt tradit *Lazius lib.2. de Repubĺ. cap.14.* & hæc erat auctoritas publica, ſine qua nemini licebat vti publico curſu, aut eſſe Tabellario. Adhæc autem omnia ritè obſeruanda, talis fuit inſtituta Oeconomia.

OECONOMIA CVRSORVM. PRÆFECTVS.

D Præerat curſoribus omnibus Præfectus fiſci, quem corrupto ſæculo vocarunt Curioſum, quod curam gereret curſus publici, & ad Curiam nuntios omnes referret, auctore Lazio; cuius meminit etiam *Tertullianus lib. De fuga, c.13.* quem in locum Pamelius ex Notitia Orientis & Occidentis ſcribit, ſub Magiſtro Officiorum, Curioſum curſus publici fuiſſe vnum: & curioſos per omnes prouincias. Extat item *Titul. de curioſis & Stationariis lib.12. Cod. Iuſtinianei, & titul.10. lib.12. Theodoſiani.* Porrò quem illi Curioſum olim, nos nunc appellamus Magiſtrum generalem Poſtarum: Græci eleganter, λογοθέτην τοῦ δρόμου. Huic generali Magiſtro, ſeu fiſci Præfecto, ſuberant alij minoris auctoritatis, per ſingulas prouincias diſtributi, quos *Theodoricus Rex in Epiſt. ſuis apud Caſſiodorum* vocat Saiones. Hi Saiones rurſum per certa viarū interualla ſtabulis ſingulis aſſignabant ſuos Hippocomos ſeu Parochos. Sunt autem Parochi, ij qui ſalem, & ligna, & extera præbere debebant proficiſcentibus pro Repub. ait Porphyrio ac illud *Horatij:* —— *& Parochi qui debent ligna ſalemque:* nam & equos & fœnum, & annonam curabant, curſores fatigatos hoſpitio accipiebant; recentes recentibus equis imponebant, Hippocomi verò nomen habetur *Leg. Non patimur; lib.12. Codicis.* Iam denique Curſores non poterant hippoperas ſuas (vt Seneca loquitur) implere onere maiori quàm centum librarum, ex conſtitutione Theodorici apud *Caſſiodorum lib.4.* E

CVRSORVM ANTIQVITAS.

Xenophon l.4. Pædia narrat Cyrum, captandis orbe toto rumoribus, diuini itineris intercapedine ſtabula conſtituiſſe, & equorum curatores, certoſque homines, qui literas eò perlatas inde ad proximum ſtabulum deferrent; ex quo ad vicinum denuò transferrentur; neque vllum hoc Rege anteriorem inuenio. Quare exiſtimandum ab aliis quibus ea inuentio tribuitur, forte curſus rationem factam tantùm fuiſſe magis expeditam, vt à Xerxe, quod ſcribit *Herodotus l.8. in Vran.* ab Auguſto, quod ſcribit *Tranquillus*: nam de ſeipſo ſcribit *Iulius Cæſar lib.3.* qui Auguſtum præceſſit: Niſi nuntij de victoria Cæſaris per diſpoſitos equites eſſent allati. De aliis item ante Cæſarem Dictatorem, *Liuius Decad.4. lib.7.* Titus Sempronius per diſpoſitos equos propè incredibili celeritate, die tertio ab Amphiſſa Pellam peruenit. *Decad.5. lib.2.* Legati F qui repentè aliquò mitterentur, ſingula iumenta per oppida quà iter faciendum erat, imperabant. *Decad.3. lib.6.* Tragillanus nuntius, diem noctemque itinere continuato. Ergo ante vtrumque Cæſarem Romæ Curſus publicus notus; & poſt vtrumque non adeò neglectus: ſeruatus ſub Macrino, vt *Herodianus lib.2.* ſub Conſtantio, vt *Ammianus* extremo *lib.21.* ſub Conſtantino, vt *in eius Vita Euſebius*; ſub Zenone, ſub Anaſtaſio, vt *Caſſiodorus l.5. Variar.* inſtauratus denique perfectiſſimè ſub Maximiliano Imperatore, vt in eius Vita.

NOMINA ET CVLTVS.

Iam obiter de Curſorum nominibus & cultu, hoc obſeruatu. Perſæ vocarunt eos Angaros & Aſtandas, auctore Suida; Poſtea vox etiã integra ad Græcos tranſiit. *Euſtathius in Ælio Dionyſ.* ἄγγαροι ſunt οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι: qui ex ſucceſſione literas perferunt. Poterant autem hi, inquit, *Stephanus,* obuios quoſque viatores, aut etiam eorum equos vel naues ad vſus ſuos deriuare, ſicut etiamnum poſſunt Zauſij ſeu Poſtæ Turcorum, quando ita res ferunt. Id quod apud nos non fit ab ipſis Poſtis ſeu Curſoribus, ſed iure cuiuſdam vectigalis quod ἀγγαρεία vocatur, inquit *Briſſonius de ſignific. verb.* quo certi aliqui cogi poſſunt ad præſtandos angaros ipſi Reipublicæ, quando eſt vſus. De quo vectigali Pandectæ *lib.50. De vacat. & excuſation muner. & Herodotus lib.8.* Latinè vulgò curſores vocantur: Martialis: G

Curſorem ſexta tibi Rufe remiſimus hora.

Tabellarij & Tabelliones paſſim; ſicut & Veredarij. Olim verò Gerones à gerendis Epiſtolis; apud *Feſtum,* & Bruttiani gerones, in quæ verba *Ioſephus Scaliger*: Hæc eſt prima noſtra coniectura de Bruttianis, ſed vt ingenuè fateamur, putamus potius dictos, quia gerones literarum, & publici curſores erant. Scribit verò *Gellius lib.10. cap.3.* Bruttios Italiæ populos primos deſciuiſſe ad Hannibalem: eoque Italiã depulſo, eos ſemper à Romanis habitos pro ſeruis & apparitoribus; & per contemptum vocatos Bruttianos.

Caſaubonus in Notis Suetonij, vbi de Claſſiatiis Veſpaſiani: Claſſiatij, non idem qui Dromonarij, ſed omnino ſimiles tamen.

Mittendarij, *in Epiſtola Theodorici Regi* apud *Caſſiodorum lib.4.* Expeditos properate mittendarios volumus. H

Poſtæ, quòd certis locis poſiti ad mutandos equos.

HABITVS.

Habitus olim erat ſingularis. Scribit *Budeus* eos geſſiſſe quoddam inſigne, quod ipſe armillam vocat: Noſtrates caduceatores, inquit, ſpinthere vtuntur quæ armilla dici poteſt: Blaſonum lingua vernacula vocant. Neſcio quid velit Budæus, niſi dicat ſcutulum æreum aut argenteum, cui gerunt incalptum vrbis ex qua veniunt inſigne, quod iuxta ſiniſtrum humerum in pectore ſuſpendunt. Noſtrates verò curſores præterea lituum gerunt è cornu bubulo, cuius cantu prænuntiant aduentum ſuum; vt intereà temporis recentes equi apparentur. Gerunt & ſcuticam capulo cauo & fiſtulato, quo veluti per canalem ne exſcendere cogantur, detinant vrinam. Olim pinnas in capite geſtabant, teſte *Dione Caſſio*; idque etiam velut quidam commentator obſeruat ad illud *Iuuenalis Satyra 4.*

Anxia præcipiti venisset Epiſtola penna.

A & hioc Πτερόποδες Græci curſores vocatunt; vt *Dionyſius Halicarnaſſ. & Plutarch. in Othone.* Mos ductus fortè à Mercurij Deorum nuntij exemplo; quem non ſolùm ita depingere audent, verùm etiam inter Poetas *Plautus* ita loqui facit *Prologo ſuæ Amphytrionis*:

Ego has habebo hucuſque in petaſo pinnulas.

quo loco ita Lambinus: Pinnulas, id eſt, penulas, pictores enim non ſolùm in pedibus, verùm etiam capite, pennas tribuebant Mercurio. *Arnobius lib.6.* Mercurius pinnatus. *Auguſtinus lib.7. De Ciuit.* Ideò alas Mercurio in pedibus & capite ponunt, &c. *Apuleius lib.10. De Aſino*: Inter comas eius aureæ pinnulæ, & fortè huc Cicero adſpexit, cum Tabellarios Pegaſos appellauit, certè Ælius Verus Imperator curſoribus pennatas alas impoſuit; & varijs eos ventorum nominib. appellauit pro curſus pernicitate, vt *Spartian.* ſcribit *in eius vit.*

Galerus curſorum, Petaſus, à lata extenſione dictus contra cœli iniurias, vnde *Suetonius* Augoſtum *cap.8* petaſatum ſcribit ſolitum ambulare, nunc bardocucullis vtuntur, imò & vaginis quibuſdam laneis & ſpecillis ad oculos contra arenarum volatum, & nares vultumque contra hybernum frigus

B vindicanda.

Corona ſubinde redimiti currebant, cùm lætos adferebant nuntios: ita apud Sophoclem Trachinijs Chorus viſo nuntio fauſta adferente Deianiram alloquitur:

Εὐφημίαν νῦν ἴσχ᾽ ἐπὶ ....
Στείχοντ᾽ ὁρῶ τιν᾽ ἄνδρ᾽ ἐς σὲ χαρὰν λόγων.

cui geminus locus eſt apud *Ariſtidem in Panathenaico.* Illud verò facetiſſimum eſt veſtimenti genus, quo Menippum Cynicum Inferorum nuntium indutum facit *Suidas* voce φαιός: Furiali habitu vtebatur, inquit, & ſe ab inferis inſpectorem eſſe delictorum miſſum, eaque illo renuntiaturum eſſe dicebat: fuit autem illa veſtis pulli coloris ad talos vſque demiſſa; aſtricta cingulo Perſico: pileus Arcadicus in capite duodecim elementa (Zodiaci ſigna) habens intexta: calcei Tragici, barba ingens, baculus in manu fraxineus.

MISSIO. ET TRADITIO OCCVLTA
ASTVTA. TECTA.
IN GENERE.

Duplici artificio occultatæ Epiſtolæ; clancularia miſſione,

C vel ſcriptione clandeſtina. Miſſionis occultæ iſthæc ferè ſunt exempla, ordine per tabellam digeſto, quã Anonymus quidam adiunxit operibus *Ioannes à Porta* Neapolitani, quam etiam exemplis aliquot nondum obſeruatis auxit. *Herm. Hugo ſupra.*

D Occulta fit epiſtolarum miſſio triplici modo: vel

- Ratione materiæ occultæ, cui includuntur vel inſcribuntur epiſtolæ.
  - lignum
    - Excauatione viridis corticis.
    - Excauatione ſicci ligni, eiuſque iterata oppletione.
  - ouum.
  - marmor.
  - pomum, in quo
    - ſcriptura inciſa.
    - charta incluſa.
  - panis.
  - placenta.
  - lepus exenteratus.
  - faſciæ pectorales
  - thorax, calceus, baltheus.
  - vaginæ.
  - cutis humana.
  - caput nuntiorum ſub capillis.
  - candela cerea.
  - tabella noua, mox cera oppleta.
  - viſcera canis.
  - ſcytale.
  - fungus.
- Tabellarij occulti tecta veſte,
  - venatoris
  - mendici.
  - animantis alicuius.
- tecta ratione itineris,
  - terra, per canem.
  - mari
    - per vrinatores.
    - per milites vectos vtribus.
  - aëre
    - per ſagittas.
      - litteris inciſis telo, epiſtolis telo alligatis.
    - per aues
      - columbas.
      - hirundines.
      - cornices.

PRIMVM RATIONE MATERIÆ ... Scriptæ Epiſtolæ.

Viridi cortice introrſum excauato, quantum ad Epiſtolam abdendam ſatis eſt, occuluntur ita literæ intra arbores, vt ſucceſſu temporis cortex denuò cum reliqua arbore concreſcat. *Cardan. De variet. rerum lib.12. c.61.* ex Theophraſto.

Intra ſiccas tabellas, aliquantulum excauatas, & glutine denuò compactas, recte ſane poſſunt literæ abſcondi. *Ioannes à Porta lib.11. De notis, c.22.*

Ouo perforato, & rurſum occluſo agglutinatione chartæ, glutine confecto ex albumine oui, cui ceruſſa & cera. *A Porta ibid.*

In marmore fracto, partibus iterum iunctis, *ibid.*

Pomo inſcriptæ literæ, ab Acontio, vt Cydippen deciperet:

Iuro tibi ſacra per myſtica ſacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem ſponſamque futuram.

Pomo includi poſſunt Epiſtolæ paruo facto hiatu, qui mox ſuapte ſponte claudatur.

Pani incoxit codicillos arbitrarijs notis ſcriptos Laurentius Medices Florentinæ Reip. Princeps; & per nobilem quendam mendici habitu tectum, miſit ad Regem Ferdinandum Neapolitan. iiſque eum de filij ſalute certum faciebat. *Brutus lib.8. Hiſt. Florent.* F

Placentæ plumbeam Epiſtolam inſeruit Polycrete capta à Diogneto Duce Erythræorum, miſitque ad fratres ſuos. *Polyænus lib.8.*

Lepori incluſit Epiſtolam Harpagus ad Regem Cyrum, quæ eum incitauit ad oppugnandos Medos. *Polyænus lib.7. Herodotus lib.1. & Iuſtinus.*

Faſcijs pectoralibus abdi poſſe indicat *Ouidius*:

Conſcia cùm poſſit ſcriptas portare tabellas
Quas tegat in tepido faſcia lata ſinu.

Calceis. *Ibidem*:

Cùm poſſit ſolea charitas celare ligatas.
Et vinclo blandas ſub pede ferre notas.

In Calceo item è ramis arboris appenſo, Ioannes Nouius à Luſitano Rege Calecutum miſſus, litteras inuenit Petri Atardæi admonentis Luſitanos omnes, vt Calecutanum portum declinarent ob Regis perfidiam. *Oſorius libr.11. Emanuel.* G

Thorace Tabellariorum abdidit Epiſtolas ſuas Andronicus ſenior ad Cralem Sueuiæ Præfectum. *Gregoras lib.9.*

Baltheo abdidit transfuga quidam qui à Campanis per Romanorum caſtra veniebat ad Pœnos. *Frontinus lib.1 11. cap.13.*

Vaginarum interiora à quibuſdam fuiſſe inſcripta narrat. *Frontinus lib.1 11. c.13. & Marcellin. Ammian. lib.18.*

Cutis humana quomodo pro epiſtola eſſe poſſit, docet Ouidius.

Hoc caueat cuſtos pro charta conſcia tergum.
Præbeat, inque ſuo corpore verba ferat.

de quo ritu latè *in loco deſcriptione*, vbi de Notis encauſticis.

Capiti humano ſub capillis inſcriptæ literæ, ab Hiſtyæo Mileſio, qui mancipio ſuo ægro, facta curationis ſpe, capillos raſit, & capiti eius ſtigmata inſcripſit; itaque poſtquam crines excreuiſſent, ad Ariſtagoram miſit, hoc dato imperio, vt ad reliquam ſui curationem ſe raderet. Raſit mancipium Ariſtagoras, & capiti eius inſcriptam reperit hanc ſententiam: Hiſtyæus Ariſtagoræ, Ioniam ad defectionem ſollicitat. H *Polyænus lib.1. Gellius lib.17. c.9.*

Cereæ candelæ incluſam Epiſtolam miſerunt ad Buciacium Cameneciæ vrbi præfectum Tencinius & Dzoicius Poloni per puerulum eum hoc mandato, vt quando Cameneciam puer veniſſet, iuberet verbis ſuis Buciacium ex ea candela accipere lumen. Buciacius ſuſpicatus quod erat, diſſecta candela Epiſtolam inuenit, quæ magnam rebus eius lucem adferebat. *Cromerus lib.20.*

Tabellæ nouæ inſcripſit literas Demaratus exul ad Spartiatas; & mox eius ſulcis vacuam ceram induxit. *Polyænus lib.11.* qui geminum ſtratagema cuiuſdam alterius refert. *Gellius lib.17. c.9.*

Canibus deglutiendas cum eſculento quopiam literas obijciunt quidem tempeſtate noſtra, vt ex eorum interfectorum viſceribus poſtmodum nuntius exigatur. *A Porta lib.13. c.31.*

Scytale Laconica ſecretiſſima quæque olim indicata ſunt. De hac ita *Gellius lib.17. c.9. ex Lyſandro Plutarchi*: Surculi

duo

duo erant teretes, ſcytales vocant, oblongi, pari craſſamen-
A tis, eiuſdemque longitudinis. Vnus Imperatori in bellum pro-
ficiſcenti dabatur, alterum domi Magiſtratus cum iure atque
cum ſigno habebant, &c. circum eum ſurculum lorum im-
plicabant, volumine rotundo & ſimplici, ita vt oræ ad nectæ
vndique & cohærentes lori quod plicabatur, coirent. Literas
deinde in eo loro per tranſuerſarum oras verſibus a ſummo ad
imum proficiſcentibus inſcribebant. Id lorum literis ita per-
ſcriptis revolutum ex ſurculo, Imperatori commentis illius
conſcio mittebant. Reſolutio autem lori literas truncas at mu-
tilas reddebat, membraque earum & apices in partes diuerſiſ-
ſimas ſpargebat. Propterea ſi id lorum in manus hoſtium in-
ciderat, nihil quidquam coniectari ex eo loro quibant. Sed
vbi ille, ad quem erat miſſum, acceperat, eumpari ſurculo,
quem habebat, capto, ad finem perinde, vt debere fieri ſcie-
bat, circumplicabat: atque ita literæ per ambitum eundem
ſurculi coaleſcentes, rurſum coibant, integramque & incor-
ruptam epiſtolam & facilem legi præſtabant. Ridet meritò
hanc artem *Iulius Scaliger, & exercitat. CCCXXVI. ad Car-
dan.* vocat Laconica nugalia. *Athenæus l.10.c.17.* ait ex Achæo
B Erythrienſi vocat fuiſſe Cyabum Spartanam: hoc eſt, in-
quit *Iunius lib.4. Animadu. cap.14.* quia quemadmodum in
κύρβεσι, publicis videlicet tabulis, Leges exaratæ erant; ita
in ſcytale, præcepta ad Duces & Imper. militiæ ſcribeban-
tur: Spartanam verò à ciuitate. Sunt denique de ſcytale ele-
gantiſſimi illi *Auſonij* verſus, *ep. ad Paulinum:*

Vel Lacedæmoniam ſcytalem imitare, libelli
Segmina pergamei tereti circumdata ligno
Perpetuo inſcribens verſu; qui deinde ſolutus,
Non reſpondentes ſparſo dabit ordine formas,
Donec conſimilis ligni replicetur in orbem.

De fungo, *Xiphilinus in Traiano*: Fungus ingens ad Traia-
num allatus eſt, in quo ſcriptum erat Latinis literis; Burros
ſociosque omnes à Traiano petere, vt pace facta domum re-
mitteretur.

ASTV TABELLARIORVM.

Harpagus non contentus literas ſuas in leporem exentera-
tum abdidiſſe, miſit eas præterea per domeſticum ſuum ali-
C quem indutum habitu venatoris, ad Cyrum regem; auctori-
bus *Iuſtino*, *Herodoto*, *& Polyæno*.

Mendici ſimulato habitu nobilis quidam pertulit Epiſtolas
Laurentij Medicæi ad Regem Neapolitan. Ferdinandum.
Brutus ſupra.

Caprarum pellibus veſtitos, canatimque reptantes per no-
ctem Ioſephus Galilæus à Veſpaſiano in vrbe Iotapata ob-
ſeſſus, tabellarios cum literis miſit per vigilum cuſtodias,
neque ea res, niſi ſerò obſeruata eſt. *Ioſephus lib.3. De bello
Iud. cap.8.*

ITINERVM OCCVLTATIONE.

Vt puta quadrupedum miniſterio, &c.

Denique etiam itineribus occultandis adhibita cautio eſt.
Terreſtri in primis itinere. Catellam à Tingitano ciue in op-
pido Arzilæ relictam, Meneſius ad præfectum Tingitanum
alligatis inter pilos literis, miſit, hoc aſtu: In litore catellam
verberibus multis multauit, fecitque vt ab ſe velociſſimè dif-
fugiens, poſtridie ante crepuſculum ſtaret cum literis ad por-
D tas Tingitanas, atque ita terreſtri itinere tutò nuntium miſit.
Oſorius lib.2. De reb. Emmanuelis.

VRINATORVM.

Scoltellæ flumine per Vrinatores Hirtius Conſul ad De-
cium Brutum Mutinæ obſeſſum ab Antonio, plumbeas lite-
ras eorum brachiis alligatas miſit. *Frontinus lib.3. cap.13.*
Addit *Dio Caſſius libro 46. eadem via à Decio literas re-
miſſas.*

VTRVM.

Vtribus verò quibus inſutæ erant literæ, Lucullus grega-
rios milites impoſuit, qui marinorum monſtrorum ſpecie ve-
lut portento quodam ſtationarios terrerent, itaque ad Cyzi-
cenos à Mithridate obſeſſos nuntium perferrent. *Frontinus
lib.3. cap.13.*

TELORVM.

Per aërem Epiſtolæ miſſæ; telis inſcriptæ vel alligatæ. In-
ſcriptæ; à Cleonymo Lacedæmonum Rege, dum Trœze-
nem obſideret, hac ſententia: venio vt ciuitatem in liber-
tatem aſſeram. *A Porta lib. 8. cap.21.* Alligatæ telis ab Arta-
bazo & Timoxeno, apud *Herodotum lib 8.* à Cæſare cùm
ſcriberet ad C[illegible] obſeſſum his verbis: *Cæſar C[illegible]*
fiduciam optat, [illegible] ſpecta auxilium apud *Polyænum lib 8. &* E
Dionem lib.39. [illegible] proditum Zeuminum eſt Romano exerci-
tui a propriis inſulibus & ciuibus. *Nicetas Choniates in An-
nalibus.*

AVIVM.

Auium denique volatu perlatæ per aërem literæ non infre-
quenter. De hirundinibus id ſcribit *Plinius lib.10. cap.24.* Cæ-
cinna Volaterranus equeſtris ordinis quadrigarum Dominus,
comprehenſas hirundines in vrbem ſecum auferens, victo-
riæ nuntias amicis dimittebat, in eundem nidum remeantes, il-
lito victoriæ colore.

De Cornice qua vſus eſt Marrhes Ægypti Rex pro curſo-
re; *Alexander Neapolitan. lib.1.c.27. ex Æliani hiſtoria ani-
mal. l.6. c.7.* cuius hæc verba: Marrhæ Ægyptiorum regis
cornix fuit animal oppido manſuetum & cicur, ita vt Epiſto-
las quò ille vellet, facile perferret, eſſetque omnium nuntio-
rum multò celerrima, &c. eam itaque pro huiuſmodi officiis,
defunctam Marrhes & columna & ſepulchro honorauit.

De columbis, *Plinius lib.10. c.37.* Magnis in rebus fuere F
internuntiæ, &c. Quid vallum, & vigil obſidio, atque etiam
retia amne prætenta profuere Antonio per cœlum eunte
nuntio? Loquitur Plinius de Hirtio, qui ad Decium Brutum
Mutinæ ab Antonio obſeſſum literas mittebat per columbas,
quas fame & tenebris confectas vicino mœnibus loco emit-
tebat, vt facilius ad eſcam à Decio rerum conſcio expoſitam
aduolarent, atque ita Decius literas eis demeret; auctore *Fron-
tino lib.3. cap.13.* Columbam item cum literis Sultanus dum
à Gallis Venetiſque obſideretur Ptolemaïs, eò miſit, quibus
ſignificabat ſe tridui interuallo cum copiis adfuturum. Sed
Veneti columbam conſpicati, militari clamore ita eam de-
terruerant, vt ex aëre delaberetur; moxque ei alligatis fictis
epiſtolis, Soltani nomine ſcriptis, quibus indicabat ſcilicet ſe
obſeſſæ vrbi opem ferre non poſſe, miſerunt Ptolemaïdem;
quæ deſperato auxiliorum aduentu, ante triduum ſe hoſque
hoſti dedidit in poteſtatem. *Sabellicus libr.6. cap.6. Egnatius
lib.7. cap.4.*

Columba etiam, dum Godefredus Bullonius Ieroſolymam
obſideret, à Barbaris in vrbem cum epiſtolis miſſa, ab Acci- G
pitre ſupra ipſa Bullonij caſtra in terram deturbata eſt, lite-
ræque ſub eius ala repertæ. *Æmilius l.4.* De Iani Douzæ co-
lumba, quam ille ex obſeſſa Leida demiſit, Philologus &
Poëta, ſcripſit *Daniel Heinſius in manibus Douzæ*, hoc Epi-
gramma:

Martius ingentem glomerato milite Leidam
Cinxerat, & vaſto robore, miles Iber:
Terra Salumque inquit, mea ſunt; via nulla Saluti,
Nulla patet pappi ſemita, nulla viro.
Douſa meus, medio ſpe libertatis in hoſte
Liber, & inuicto pectore tutus erat.
Ille polus, dixit, dominum non nouit Iberum;
Et tua tota mihi, Iupiter aula vacat.
Hinc quoque fas nobis patria ſperare Salutem:
Ille mihi minor hac fugiendus erit.
Quid patria non præſtat amor, qui falleret hoſtem.
Douza virum nequit mittere, miſit auem.

LITERARVM COMMVNICATIO. *Item* LITTERÆ H
COMMENDATITIÆ, CREDENTIALES, &c.

☞ *Reperiet lector in loco de Literis, & Scriptione, quæ com-
modè ad præſentem tractationem reducentur. De columbis Tabel-
lariis, vide locum de Nuntiis.*

* Epitaphium.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Epitaphium eſt Inſcriptio quam ſepulchris incidimus, aut
appendimus, in laudem & memoriam defunctorum. In
hoc diſtans ab Epicedio, quod illud humato necdum cada-
uere pronuntiabant. Dictum Epitaphium, quod corpore tu-
mulato, ἐπὶ τῷ τάφῳ, id eſt, In ſepulchro ſoleat inſcribi.

ANTIQVITAS.

EX SACRA SCRIPTVRA.

Epitaphiorum vſus antiquus, & velut cum mundo natus fuit.
Primus qui ea adhibuit exiſtimatur Iacob, qui mortua Rachel
vxore & tumulo illata, erexit titulū ſiue monumentum, quod
Burchar

A Burchardus arbitrabatur fuiſſe Pyramidem , ex elegantem , in cuius [illegible] erant diſpoſiti XII. lapides prægrandes iuxta numerum XII. filiorum Iſrael.

Eſt interim primum monumentum, cuius ſcriptura meminit. *Geneſ.* 35.

Simon Machabæus magnificum tumulum erexit ſuper corpora & ſepulchrum patris ac fratrum, *lib.1. Machab. c.13.*

S. Hieronymus ſcribit *Epiſt. ad Marcell.* ſe totium deprecari ad Mauſoleum Regis [illegible] De quo *S. Petrus* [illegible] Et ſepulchrum eius apud nos eſt vſque in hodiernum diem. *Hiſtoria Regum l.3.c.2.* ſepulchrum hoc conſtructum in Ciuitate Dauid. Fuit autem celeberrimum propter ædificia adiuncta , & reconditos in eo theſauros,quos partim Ioannes Hircanus exhauſit,dum obſideretur ab Antiocho Pio,auferens tria millia talenta auri,id eſt, duos milliones vt vocant, quibus totius populi vexationem redimeret, partim Herodes, magnam vim reperiens mundi pretioſi , & aureorum ornamentorum : niſi quod vbi perueniſſet ad reconditoria Dauidis & Salomonis , quia ab hoc etiam denominatum fuit ſepulchrum , erumpen-
B te ex aditis flamma , duo, milites ſepulchri ſcrutatores conſumpti ſunt. Herodes vero vt ſe expiaret , è candido marmore monumentum maximis impenſis condidit. De quo fusè *Ioſephus lib.7. Antiq. c. vlt. lib.16. c.11.*

EX SCRIPTORIBVS PROFANIS.

Tempore Troianorum , fuiſſe morem apud Ethnicos faciendi ſepulchra mortuis, tituloſque ſepulchrales, non obſcure indicat *Homerus* , cuius ſunt illi verſus latinè redditi:

Vt te ſepeliant fratres. & ſodales
Sepulchro & titulo . eſt enim & præmium morientium.

Hodieque dicuntur Iudæi ſimile quid facere in ſepulchris ſuorum , inſculpentes ea verba, quæ Abigaïl dixit Dauidi *1. Regum c. 25.* Si anima tua ligata in faſciculo viuentium apud Dominũ Deũ tuũ. *Prudẽtius in paſſione Hyppol. mart.* ita canit:

Plurima litterulis ſignata ſepulchra loquuntur
Martyris aut nomen , aut epigramma aliquod.

Poetis quoque admodum familiare Epitaphia vſurpare , & ſcribere. Sic eſt illud *Virgilij in Daphnide* :

Daphnis ego in ſyluis hinc vſque ad ſydera notus ,
Formoſi pecoris cuſtos . formoſior ipſe.

C Et *Ouidius in Epiſt. Phyllidis.*

Phyllida Demophoon letho dedit , hoſpes amantem.
Ille necis cauſam præbuit , illa manum.

Quin ille ipſe ad vxorem ſcribens , mandat ſibi mortuo extrui ſepulchrum , & huſce verſus inſcribi. Verba ipſa dabimus *ex lib. 3. Triſt. Elegia 3.*

Quoſque legat verſus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore cæde notis.
Hic ego qui iaceo tenerorum luſor amorum ,
Ingenio perij Naſo Poeta meo.
At tibi qui tranſis , ne ſit graue , quiſquis amaſti ,
Dicere : Naſonis molliter oſſa cubent.

Cæterum poſterioribus ſæculis multò amplius inualuit conſuetudo, mortuorum memorias, erectis tumulis & inſcriptionum monumentis celebrandi,ſic vt ad viliſſimos quoſque deuenerit,nihilq; tam vſitatum hoc æuo,quam templa & cæmeteria vndiq; Epitaphiis adornare,non modo quæ defuncti memoriam referent , ſed quæ ſubinde totum vitæ decorſum & elogium complectantur. Exemplorum infinitus numerus, ſic vt copia inopiam pariat. Collegit plurima *Nathan Cythræus*,in ſuo libro,qui inſcribitur, *Deliciæ itinerum.* Nec pauca congeſſit
D *Fr. Sibertius* Philologus Antuerpienſis,in delicus ſuis ſelectioribus : qui etiamnum meditatur aliquid de hoc argumento.

EPITAPHIA, QVALIA, VT PVTA SERIA, IOCOSA,&c.

Seria plerunque ſunt Epitaphia, cum defunctum ad poſteros tranſmittant,ac nomini eorum velut monumentum æternum ſtatuant. In quo ludere,minus decorum:detrahere,ignominoſum eſt , niſi eam ignominiam defuncti dum viueret ſibimet male factorum nota peperiſſet. Quo caſu laudabilem inſcriptionem non conſequetur , quam vt mortuus careret , malè viuendo effecit. Sic Caluini hæreſiarchæ tumulo , non nemo adſcripſit hunc verſum :

Sic Caluine quieſcas , atque leuis tibi Terra
Sit , tua quo poſſint eruere oſſa canes.

☞ *Vide infrà Tit. Succincta , Pia, venuſta, dogmatica.*

IOCOSA.

☞ *Quære nonnulla in loca de Scurrilitate, in fine.*

Bibacis , & Potoris.

Refert *Athenæus lib.16. Dipnoſoph. c. 12.* Bibaci cuidam , Incertum an Philippo Regi defuncto ? tale à Polæmone obtigiſſe Epigramma.

E *[illegible] ... hic ... illic ... poſuerunt ... eſt*

Romæ Epitaphium cuiuſdam Pariſini extra portam Capenam , vbi olim ſepulturarum monumenta apud veteres Romanos poſita erant, repertum ſuit huiuſmodi.

Hic ... bic ſunt oſſa ... Bubulus,bibulus : qui dum
Vixit,aut bibit, aut minxit. Abi præceps.

Tale eſt Epitaphium TIMOCREONTIS ex eodem Athenæo, à Symphio deſumptum.

Πολλὰ πιών, καὶ πολλὰ φαγών, καὶ πολλὰ κάκ' εἰπών
Ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.
Multa bibens, & multa vorans, mala multaque dicens
Ipſe viris : iaceo Timocreon Rhodius.

Referri huc etiam poſſet,quod VVolfango Bipontino duci nimia ingurgitatione extincto , Schola Pariſienſis inſcripſit, eſtque tale ;

Pons ſuperauit aquas,ſuperarunt pocula Pontem :
Febre tremens periit,qui tremor orbis erat.

Aliud quod Senis legitur.

F *Vina dabant vitam, mortem mihi vina dedere ;*
Sobrius auroram cernere non potui.
Oſſa merum ſitiunt : vino conſperge ſepulchrum.
Et calice epoto, chare Viator abi.

Romæ quoque illud viſitur. Valete POTATORES.

RANALDO BONONIENSI.

Qui à Pictura Tyrocynio ad epulares trabeas tranſductus,nouies ſecis bis ſalibus annos L. Principum menſis ſupparaſitatus eſt; Familia quoad potuit , honeſtè habita, & locupletata. Senex podagricus & tripes,nè & mortuus eſuriret ,ad cœnas Elyſias tranſmigrauit.

Biberius Vafer , & Cornelius Spurius Compotores , ſocio bene bibendi. PP.

Itidem Senis in templo S. Dominici , GERMANO cuidam inſcriptum.

Vina dedere neci Germanum, vina ſepulchro
Funde, ſitim nondum ſiniit atra dies.

Legitur & carmen Antonij Mureti in tumulum Ottonis cuiuſdam, hominis voraciſſimi.

Conditus hac ſub humo eſt gurges vaſtiſſimus Otho,
Cui nunc officium iuſta rependit humus.
G *Condidit in ventrem terra tot iugera vinas,*
Hunc ſub ventre ſuo nunc quoque terra tegit.

PEREGRINI.

Heliodorus Carthaginenſis in Hiſpaniam deuenerat, peragrata orbis non minima portione , tandem ad Hades , vbi plim Herculis columnæ & templum, ſubſtitit, ibique defunctus tale monumentum conſecutus fuit.

D. M. S.

Si Lubet , Legito.

Heliodorus inſanus Carthaginenſis ad extremum orbis ſarcophago Teſtamento me hic iuſſi condier. Vt viderem , ſi quiſpiam me vnquam inſanior , ad me viſendum ad hæc vſque loca penetrauerit.

ALIVD SIMILE.

Hoſpes eram mundo. per mundum ſemper eundo,
Sic ſuprema dies ſit mihi ſumma quies

Alterius qui nè hæres de ſepulchro eſſet ſollicitus,ante fores tumulari voluit Neapoli.

Inferri ſanctos Manes quia turpe putaui ,
Idcirco ante fores conditus hic iaceo.

INCERTI POETÆ. H

P. Ioannis Foſſæ , quod ſibi ſcripſit.

Hac ſunt in foſſa FOSSÆ mirabilis oſſa ,
Qui ſibi condendo verſus cere-commimuit-brum.

ANONYMI GRAMMATICI.

Grammaticam multos ſciui, docuique per annos.
Declinare tamen non potui tumulum.

MATRONÆ *defuncta in Anglia.*

Hic iacet Eliſabeth : Si benè fecit,habet.

COCI. *Romæ.*

Hic iacet Iodocus ,
Qui fuit Romæ Coquus.
Doctor in Partibus.
Magiſter in Artibus.
Di gratia ſpeciali ,
Mortuus eſt in hoſpitali.

DVRANDI *cuiuſdam in Anglia.*

Hic eſt DVRANDVS poſitus ſub marmore duro ,
An ſit ſaluandus,ego neſcio,nec ego curo.

BAIVLI *cuiuſdam Romæ.*

Guſtinus Tonelli F. à valle Motana , Pentobauilo robuſtiſſimo , ab ætatis ſuæ primordiis ſportifero , digitorum dimi-

catio

catione inuicto, anru... ...ſſom arm... ...niſero perpe-
A tuo, ...umpto vin... ...o boar... ...uto &. nodeto lce-
p... ...nato, ſt... ...coronato, ...alligandis, circum-
gandis, ſublenandi... ...ſuoluend... ...reliquis dexte-
rior. Nolens obiit, cum vini cadum intus & extra gereret.

Vixit, quantum potuit: vixit quantum voluit.
Hoſpes, ſi pius es, non ...candi... ...is lachrymis,
Sed ſubicũda Taberna... ...hunc tumulũ aſpergito.

Bauloru... ...ſodalitas bene mero herens Pa...
Comitis cuiuſd. Flandriæ.
Hic iacet Henricus. Rodericus, vel Fredericus,
Non bene recordor, nomen tamen ibat in ICVS.

DIALECTICI.

Hic iacet Magiſter Dauid.
Qui ſatis Philoſophauit.
In Barbara, & Celarent,
Vt omnes admirarent,
Et in Friſiſomorum,
Requieſcat in ſecula ſeculorum.

ALIVD CERTI PRESBYTERI.

Ganaros aurilla... ...quia protinus occidit ille
B *Presbyter ANDREAS qui capiebat eas.*

ARNVLPHI CORNIBOVTII.

In Cœnobio Villarienſi.

Pauſo... ...bat tumba... ...implicitate... ...mia,
Qui leo virtute... ...ſimilatur alauda
Qui turtur gemitu, viſa ſimul atque volare
Par aquila, Salamandra noua qui vixit in igne.
Vis breuius laſis laudes in ſine probare?
Nunc canit de la SOL, qui quondam fleuit in Ave.

Pariſiis, IOANNIS DE SACROBOSCO.

De Sacrobuſco qui computiſta Ioannes
Tempora diſcreuit, iacet hic à tempore raptus.
Tempore qui ſequeris, memor eſto quod morieris:
Si miſer es, plora: miſerans pro me precor ora.

Ibidem. PETRI COMESTORIS.

Petrus eram, quem petra tegit: dictuſque Comeſtor
Nunc comedor. Viuus docui, nec ceſſo docere
Mortuus, vt dicat qui me videt incineratum,
Quod ſumus, iſte fuit, erimus quandoque quod hic eſt.

NEARCHI IMPROBI.

Te puluis tegat exiguus miſerande Nearche,
Quo citius poſſint te lacerare canes.

C *Zozima ſerua.*

Zozima cum ſolo prius eſſet corpore ſerua,
Libera nunc etiam corpore facta ſolo.

CAROLI V. Imp.

Hic iacet intus Carolus Quintus,
Dic pro illo bis aut ter, Aue Maria & Pater noſter.

CVIVSDAM SORDIDI VVALONIS.

Pediculi, Cimices, culices mala turba valete,
Sus vobis nimiumque datum, iam nutrio vermes.

M. LVTHERI.

Hic iacet ille Aſinus qui pro meretrice cucullum
Exuit, & totum repleuit ſchiſmate mundum.

ADVLTERI CVIVSDAM.

Si non fuiſſem arrogans,
Et cornuum nimis amans,
Non eſſem ſeruus vermibus,
Nec iacerem hic cum cornibus.

FRANCISCI MOLZÆ. Mutinæ.

Si animarum auctio foret
Franciſcum Molzam.
Licitarentur virtutes, Patria, & vxor.
Quo ſibi & ille hoc MON Poſuit.

D SERIA. EAQ. DOGMATICA.

Eſt illud REGIS Galliæ cuiuſdam, quod poſteris dedit
P. Camerarius Horar. ſucciſiu. cap. 38. Cent. 1

Riſi, ploraui: Fui, non ſum: ſtudui, requieſco:
Luſi, non ludo: cecini, nunc mutio: paui
Corpus, alo vermes: vigilaui, dormio: dixi
Salue, dicoque vale: Rapui, capior, ſuperaui,
Vincor. Certaui, pace vtor: Iure ego vixi,
Iure etiam morior, non obſto, obſtare nequirem.
Terra fuit quondam, rurſus ſum terra. Nihil ſum,
Terra caduca vale; vermes ſaluete, ecce venio.

Tale quoque eſt illud Atulij Grammatici Comenſis: quod tumulo adſcriptum legitur:

Morborum vitia, & vitæ mala maxima fugi:
Nunc careo pœnis, pace fruor placida.

Huc referatur illud Feliciani cuiuſdam Veronenſis, quod eſt tale: *Mihimet Felicianus Veronenſis ſacrum conſt. Qui inquietus viuus, nunc tandem mortuus, non lubens quieſco. Solus cur ſim quæris? vt in die conſortio ſine impedimento facilius reſurgam.*

Et alterum T. Lupati Patani, Paduani, qui obiit Anno M.CCC.XCIX.

Id quod e... ...quid ... ſato requiri...
Quod ſu... ...id... tu quoque ... ...lber eſt.
E *Igne... pars cœlo, ca... pars oſſa tuetur,*
Lector ceſſit nomen inane LVPI.

Tale etiam eſt Pacuuij Poëtæ, cuius fit mentio in *loco de Gloria, Tu... ...oria ſiue honoris ſtudium reſpectu præmij, §. Epitaphij.*

Accenſeri his merito debet, quod ſuus ſibi defuncto inſcribi, ſupremis teſtamenti tabulis voluit V. C. Iuſtus Lipſius, & legitur Louanij apud Franciſcanos.

Quiſ... ...quæris: ipſe ... ...
Nuper locutus ... lingua, & ſtylo ...
Nunc alter ... ...ſum ...
Cui littera dant nomen, ... inde ſauor.
Sed nomen ipſe abijt abibit hoc quoque.
Et nil hoc orbis quod perenne poſſidet.
Vis altiore voce me tecum loqui?

HVMANA CVNCTA FVMVS, VMBRA, VANITAS,
ET SCENÆ IMAGO, ET VERBO VT ABSOLVAM, NIHIL.

Extremum hoc te alloquor:
Æternum vt gaudeam, tu ad precare.

Lipſio Abrahamum Ortelium adiungo, quem vita functum ille hac inſcriptione ſuperſtitem eſſe voluit, quam Tu-
F mulo quem Antuerpiæ in Abbatia S. Michaelis elegit; hæredes adſcripſerunt.

ABRAHAMI ORTELII.

Quem vrbes vrbium Antuerpia edidit,
Rex Regum Philippus Geographum habuit,
Monumentum hoc vides.
Breuis terra eum capit.
Qui ipſe Terrarum orbem cepit,
Scripto & tabulis illuſtrauit,
Sed mente contempſit,
Qua cœlum, & alta ſuſpexit.
Conſtans aduerſus ſpes, aut metus.
Amicitiæ cultor, candore, fide, officiis.
Quietis cultor, ſine lite, vxore prole.
Vitam habuit, quale vllius votum,
Vt nunc quoque æterna ei quies ſit,
Votis ſaue LECTOR.

Romæ propè Templum S. Mariæ maioris in Sacello Pontani. *Quid agam requiris? Tabeſco. Scire quis ſim cupis? Fuit Vita quæ fuerint condimenta rogas? Labor, dolor, ægritudo, luctus, ſeruire ſuperbis Dominis. Iugum ferre ſuperſtitionis, quos caros*
G *habeas ſepelire, patria videre excidium. Nam vxorias moleſtias nunquam ſenſi.*

Petro compatri, viro officioſiſſ. Pontanus Poſ.
Conſtantem ob amicitiam M.D.LXXV.

Ibidem. AMASII.

Quiſquis Lecturus accedis, caue ſi amas, at ſi non amas, periculũ miſer, qui ſine amore viuit, dulce erit nihil. At ego tam dulce anhelans me incautè perdidi, & amor fuit equo dum aſpectui formoſiſſ. Dormientis puellæ virguncula ſumma poluerea placere cuperem, caſu deſiliens pes haſit ſtapia tractus interij.

AVARI etiam Romæ. Patris, & filij.

Qui dum vita datu eſt, ſemper viuebat auarus
Hæredi parcens, inuidus ipſe ſibi.
Hic accumbentem ſculpi genialiter arte
Se iuſſit docta poſt ſua fata manu.
Vt ſaltem recubans in morte quieſcere poſſet,
Securaque iacens ille quiete frui.
Filius à Dextro reſidet qui caſtra ſecutus
Occidit ante patris funera muſta ſui.
Sed quid defunctis prodeſt, genialis imago?
Hoc potius viui viuere debuerant.

Aliud.

H PONTIA *Titi Pontij filia hic ſita ſum. Quæ duobus natis à me veneno conſumptis, auaritiæ opus, miſera mihi mortem conſciui*
Tu quiſquis es qui hac tranſis, ſi pius es, quæſo à me oculos auerte.

PVERI. *Quod habetur Tergeſtu in Iſtria.*

Me longe effigie venuſtiorem
Nerei ſei, vel Apollinis comati,
Parcarum Lacheſis ſoror ſeuera,
Iſti Quinterinam dedit ſepulchro.
Cur non floſculus exeam requiris?
Cum tantum fuerim puer decorus?
Hæc tellus nimis, arida eſt viator,
Noſtri facta peruſtione amoris
Nam terram quoque læſimus decore.
Quod ſi lachrymulis tuis madeſcet;
Forſan flos nouus ibit è ſepulchro.

MONSTRI. Florentiæ.

Hac Petrus Paulusque vno ſub corpore bini.
Fabrica Naturæ mira iacemus humo.

GEMMELLORVM. Romæ.

Vna dies animo ſimiles, vultuque gemellos,
Vna dies fecit funere diſſimiles.
Æmula ſed noſtra fuerint cum fata Iuuentæ:
Vna meos cineres condet & vrna tuos.

Pierea ... [illegible]
A [illegible]
[illegible] aquam ... [illegible] ab angue cadet
[illegible], natum complexa iacentem
O ... angus puer; victa dolore parens.

Perelegans eſt Epitaphium, quod marmori inciſum aſſeruatur etiam Romæ, in periſtilio ædium Cardinal. Alexandrini, poſitum olim Donis.

Homonææ matronæ caſtiſſimæ, in quo ipſa cum marito loquitur.

HOMERVS.

Tu qui ſecura procedis mente, parumper
Siſte gradum, quæſo, verbaque pauca lege.
Illa ego quæ claris fueram prælata puellis,
Hoc Homonæa breui condita ſum tumulo.
Cui formam Paphia Charites tribuere decoram,
Quam Pallas cunctis artibus erudiit.
Nondum bis denos ætas mea viderat annos,
Iniecere manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror: hoc morte eſt mihi triſtior ipſa
Mæror Atimeti coniugis ille mei.

ATIM.

B *Sit tibi terra leuis, mulier digniſſima vita,*
Quæque tuis olim perfruerere bonis.
Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus:
Quantulacunque meæ debentur tempora vitæ,
Penſarem pro te chara Homonæa libens.
At nunc, quod poſſum, fugiam lucem que deoſque,
Vt te matura per ſtyga morte ſequar.

HOMERVS.

Parce tuam coniux fletu quaſſare iuuentam,
Fataque mœrendo ſollicitare mea.
Nil proſunt lacrymæ, poſſunt fata moueri,
Viximus: hic omnes exitus vnus habet.
Parce, ita non vnquam ſimilem experiare dolorem,
Et faueant votis numina cuncta tuis.
Quod mihi præripuit mors immatura iuuentæ,
Id tibi victuro proroget vlterius.

INFANTIS NONDVM NATI
MATRE MORTVA.

Hic tumulus matrem, natum tegit illa: ſepulchrum
Terra ſua matri eſt, nec ſed illa tibi.
Mortuus in tumulo es quo vixti molliter ante:
Eſtque tibi tumulus, qui fuit ante domus.
C *Sic tumulus que domus fuit tibi mater, & ante*
Quam poteras natus eſſe, ſepultus eras.

Legitur inter Epigrammata Daniel. Heinſij.

EPITAPHIA HEROVM QVI BELLO TROIANO
INTERFVERVNT.

Ex verſione Auſonij Burdegalenſis, viri conſul. & Poëta.

AGAMEMNON.

Rex Regum Atrides, fraterna coniugis vltor,
Oppetij manibus coniugis ipſe meæ
Quid prodeſt Helenæ raptum puniſſe dolentem,
Vindicem adulterij quum Clytemneſtra necet?

MENELAO.

Felix ô Menelae, Deum cui debita ſedes:
Decretumque piis Manibus Elyſium.
Tyndareo dilecte gener, dilecte Tonanti,
Coniugij vindex vltor adulterij.
Æterno pollens æuo, æternaque iuuenta,
Nec lethi paſſus tempora, nec ſenij.

AIACI.

Aiacis tumulo pariter tegor obruta virtus,
Illacrymans buſtis funeris ipſa mei:
D *Inconſtans, lacerata comas, quod praui Atridæ*
Cedere me ſtructis compulit inſidiis.
Iam dabo purpureum claro de ſanguine florem,
Teſtantem gemitum crimina iudicij.

ACHILLI.

Non vna Æaciden tellus habet oſſa teguntur
Littore Sigeo crinem Lariſſa cremauit.
Pars tumuli ſupereſt, periit pars maxima quondam?
Orbe ſed in toto viuum me fecit Homerus.

VLISSI.

Conditus hoc tumulo Laertia natus Vliſſes.
Perlege Odyſſeam, omnia noſſe voles.

DIOMEDI.

Conditus hic genitore bono melior Diomedes.
Crimen ob vxoris pulſus dotalibus agris,
Argyripam Clareſque viris qui condidit Argos:
Clarior vrbe noua, patria quam ſede vetuſta.

ANTILOCHO.

Conſiliis belloque bonus, quæ copula rara eſt,
Carus & Atridis, carus & Æacidis.
Præmia virtutis ſimul & pietatis adeptus,
Seruato Antilochus Neſtore patre obij.

[illegible]

Hectoris ... [illegible]
Ne... [illegible]
Oblecti ... [illegible]
Fitmi & ... vulnere ... pa...
Eheu, cur fatis diſponer... annum,
Tam longum, ... mihi, tam breue, vt Antilocho!

PYRRHO.

Orbe tegor medio maior virtute paterna,
Quod puer, & Regis Pyrrhus opima tuli.
Impius ante aras quem perimit Oreſtes,
Quid mirum caſa iam genitrice furens?

EVRYALO.

Nec me non dignum titulo Pleuronia credit?
Cui communis erat cum Diomede domus:
Euryalo & Stenelo. Nam tertius hoc ego regnum
Poſſedi; de quo nunc ſatis eſt tumulus.

GVNEO.

Gunea pontus habet, tumulus ſine corpore nomen;
Fama hominem inter, cælum animus repetit:
Cuncta elementa duci tanto commune ſepulchrum. F
Quæ? cælum, & tellus, & mare, & ora virum.

PROTESILAO.

Fatale adſcriptum nomen mihi Proteſilao,
Nam primus Danaum bello obij Phrygios
Audaci ingreſſus Sigeia littora ſaltu.
Captus fallacis Laertiadæ inſidiis.
Qui ne Troiana premeret pede littora terra,
Ipſe ſuper proprium deſiliit clypeum.
Quid queror? hoc lethum iam tum mea fata canebant,
Tale mihi nomen cum pater impoſuit.

DEIPHOBO.

Proditus ad pœnam ſcelerata fraude Lacænæ,
Et deformante corpore Deiphobus.
Non habeo tumulum, niſi quem mihi voce vocantis
Et pius Æneas, & Maro compoſuit.

HECTORI.

Hectoris hic tumulus, cum quo ſua Troia ſepulta eſt,
Conduntur pariter, qui periere ſimul.

ASTYANACTI.

Flet Aſia, tumuque vnus de gente ſuperſtes,
Paruulus Argiuis, ſed iam de patre, timendus, G
Hic iacet Aſtyanax, Scæis deiectus ab altis.
Pro dolor! Iliaci Neptunia mœnia muri
Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.

SARPEDONI.

Sarpedon Lycius, genitus Ioue, numine patris
Sperabam cælum. Sed tegor hoc tumulo
Sanguineis fleuit lachrymis, pro ferrea fata!
Et patitur luctum, qui prohibere poteſt?

NASTI ET AMPHIMACO.

Naſtes, Amphimacuſque Nomionis inclyta proles,
Ductores quondam, puluis & vmbra ſumus.

TROILO.

Hectore proſtrato, nec Diis nec viribus æquis
Congreſſus perij Troilus. Æacida
Raptatus bigis, fratris coniunger honori,
Cuius ob exemplum nec mihi pœna grauis.

POLYDORO.

Cede procul, myrtumque iſtam fuge neſcius hoſpes.
Telorum ſeges eſt ſanguine adulta meo.
Confixus iaculis & ab ipſa cæde ſepultus.
Condor in hoc tumulo bis Polydorus ego.
Scit pius Æneas, & tu rex impie, quod me
Thracia pœna premit, Troiaque cura tegit.

EVPHEMO. H

Euphemum Ciconum ductorem Terica tellus
Condidit haſtati Martis ad effigiem.
Nec ſatis eſt titulum ſaxo incidiſſe ſepulchri,
Inſuper & frontem molo & onerant ſtatua.
Ocyus iſta ruunt, quæ ſic cumulata locantur,
Maior vbi eſt cultus, magna ruina ſubeſt.

HIPPOTHOO, ET PYLEO IN HORTO
SEPVLTIS.

Hippothoum, Pyleumque tenet gremio infima tellus.
Caulibus & maluis terga ſuprema virent.
Nec vexat cineres horti cultura quietos,
Cum parcente manu molle olus excolitur.

EVNOMO ET CHROMIONI.

Eunomus hic. Chromiuſque iacent, queis Myſia regnum,
Queis pater Alcimus, Oceanuſque atauus.
Nobilitas quid tanta iuuat? quo clarior iſtis
Eſt genus, hoc mortis conditio grauior.

PRIAMO.

Hic Priami non eſt tumulus, nec conder in iſta
Sede; caput Danai diripuere meum.
Aſt ego quum lacerum ſine nomine funus haberem,
Confugi ad cineres Hectoreos genitor.

Illa

A *Illic & nati, Troiamque Aſiamque ſepul am*
Inueni: & noſtrum quidquid [illegible] iacet:

Idem PRIAMO.

Qui tumulum Priami quærit, legat Hectoris ante:
Ille meus nato quem prius ipſe dedi.
Hectoris & patris ſimul eſt commune ſepulchrum.
Amborum quoniam iuncta ruina fuit.

HECVBÆ.

Quæ regina fui: quæ clare nata Dymante
Quæ Priami coniux: Hectora quæ genui:
Hic Hecuba iniectis pretij ſuper obruta ſaxis,
Sed rabies linguæ me tamen vlta prius.
Fidite ne regnis, & prole & ſtirpe parentum,
Quicumque hoc noſtrum dum vides legitis.

POLYXENÆ.

Troias Achillæo coniuncta Polyxena buſto,
Malueram nullo ceſpite functa tegi.
Non bene diſcordes tumulos miſcetis Achiui,
Hoc violare magis, quam ſepelire fuit.

ALIORVM PRINCIPVM, ET HEROVM:

Ex Varrone.

Littore diuerſo Libya clariſſima longe
Nomina, vix vllo condita ſunt tumulo.
Magnus & humanæ maior Cato, qui procul à te
Reſpicis, heu, cineres, Roma iacere ſuos.
B *Marmoreo LICINVS tumulo iacet, at Cato paruo,*
Pompeius nullo; credimus eſſe Deos?

De iiſdem Incertus.

Iunxit magnorum cuſus fortuna virorum,
Hic paruo, nullo conditus ille loco eſt.
Ite nouas toto terras conquirite mundos,
Nempe manet magnos paruula terra duces.

De ALEXANDRO magno.

Sufficit huic tumulus, cui non ſuffecerat orbis,
Res breuis huic ampla eſt, cui fuit ampla breuis.

De CATONE Incertus.

Ne mirere ſacri deformia buſta Catonis,
Viſuntur magni parua ſepulchra Iouis.

De SCIPIONE Africano.

Deuicto Hannibale, & capta Carthagine, & aucto
Imperio, hoc cineres marmore tectus habes.
Cui non Europe, non obſtitit Africa quondam,
Reſpice res hominum, quam breuis vrna tegit.

Auſonius de Euphemo.

Euphemum Ciconum ductorem Thracia tellus
Condidit huſtati Martis ad effigiem.
C *Nec ſatis eſt titulum ſaxo incidiſſe ſepulchri,*
Inſuper & frontem mole onerant ſtatuæ.
Ocyus iſta ruunt, quæ ſic cumulata locantur?
Maior vbi eſt cultus, magna ruina ſubeſt.

ALEXANDRI FARNESII PARMÆ P.

Francia quem metuit, Belga coluere fideles.
Martis honos, nullo conditur in tumulo.
Gloria quæ toto latè ſe fundit in orbe,
Orbem pro tumulo non locus arctus habet.
Tot domitis tumulos victori Belga triumphos
Erige nam viuit gloria, nec moritur.

ERNESTI POMERANIÆ PRINCIPIS.

Qui Princeps iuſtus fui, & patriæ pater almus,
Magnanimus, fortis, munificuſque dator,
Conditur Erneſtus tumulo Ludouicus in iſto,
Si condi cuiuis gloria viua poteſt.
Fœlix in vita: fortuna, coniuge, natis,
Sed laudandus magis morte beatus, habet.
Ergo ſit hic titulus teſtis vitaque neciſque:
Hæc immortalis ſunt monumenta Ducis.

HENRICI IV. FRANC. REGIS.

GaLLICI Corona regni CoronanDo heV CeCIDIt.

Aliud Maxemiſ. Vrintij.

D *OCCIDIt à SICa Mars gaLLVs, LILIA taLLent.*

CAROLI BVCQVOI FORTISS. DVCIS.

CAROLO BVCQVOIO
HEROI MAGNO.

Belgarum Marti, Germanorum Herculi.
Quem timere, non odiſſe hoſtes poterant,
Quem amare, non timere Milites debebant.
Qui mori potuit, vinci non potuit.

H. T. S. E.

ALBERTO ARCHIDVCI. BELGARVM
Principi.

Cæſareis prognatum atauis, & Cæſare patre,
Magnanimum tegit hic terra ſuperba Ducem,
Auſtriadem Albertum; qui non ſeruantior æqui
Belgiadum inuictis iura dedit populis,
Nec minus Odriſiis fortem ſe præbuit armis,
Dum conitantius poſceret arma furor:
Hoc Valachi ſenſere feri, ſenſere Batuui,
Senſerat & damno Gallica terra ſuo.
Hinc deſiderium populis hærede beari,

Quod tamen, heu [illegible] ſtri [illegible]
Infauſtum eſt [illegible] alumnum, ſed [illegible] E
Heſperij nata Principis ELVGENIA [illegible]
Queis ſi per Superi germen, ſobolemque [illegible]
Perpetua poteras Belga quiete frui.

INDECORA ET IMPIA.

BRIXIÆ tale legitur.

D. M. [illegible]

Qui me vidit [illegible] matreſque familiat.
Viui, & vltra vitam [illegible] tradidi me Veneri alumna addixi.
Quos potui pelloxi [illegible] viro humato non vidua fui, nec mariti nomen adepta. Quaſo non inuidete.
Portia familia eſt Veneris domus illicium Cupidinum,
Caue viator, ne me diu cubentem calces.

In vrbe ARAGONIÆ, ad Appiano refertur extare tale.

Quo vndum neſcio: Inuitus morior.
Valete Poſthumi. M. Poſthumius Eques.

Simile ROMÆ in domo Petri Chiauelucij Notarij legitur.

DIIS MANIBVS
Sixti Perpennæ Firmi.
Vixi quemadmodum volui, quare
Sim mortuus, neſcio.

IBIDEM non procul à foro Iudæorum
Iulia B. Priſca vix. an. XXVI.
Q. Clodius Hilarius vix. an. XLV.
Nihil vnquam peccauit, niſi quod mortua eſt.

Rauennatis fœminæ ſpurciſſimæ, inſolitum mortis genus, non ſine ipſius perpetua infamia poſteritati traditum eſt, cuius monumentum Rauennæ talem habet inſcriptionem.

F. I. Dicat.

Cineres & oſſa Laodiceæ Philocaptæ hic ſita ſunt, perpetuæ memoriæ facti & infamiæ cauſa. Quæ inſatiabili venere exhauſta, ſubter viro vino mortua eſt, vixit an. XXIII. menſ. VIII. d. IV.

Infeliciſſ. Parentes tacito nomine extra ſortem ad rudera poſuere ô voraginem exurientem. ———

Neque minus impium eſt, quod Sardanapalo Aſiæ Regi potentiſſimo, & effeminatiſſimo obtigit Epithaphiũ, belluinæ vitæ ipſius teſtis. Quippe tumulo illius inſculpta erat manus dextra coniunctis digitis, velut ad elidendum ſonum, in eoque litteris Aſſyriis hoc inſcriptum, vti ex Athenæo Ariſtobolus tradit:

Sardanapalus Anacyndaxis filium, Anchialem & Tarſum Vno die condidit. Ede, bibe, lude Reliqua ne digitorum quidem ſtrepitu digna ſunt.

Strabo autem ex Cherilo Poëta ſubiicit hos verſus. *libr. 4. Geograph.* G

Cum te mortalem noris præſentibus exple
Deliciis animum, poſt mortem nulla voluptas.
Namque ego ſum puluis, qui nuper tanta tenebam.
Hæc habeo, quæ edi: quæque exſaturata libido
Hauſit: at illa manent multa & præclara relicta.
Hoc ſapiens vitæ mortalibus eſt documentum.

Sane cum Ariſtoteles in hoc monumentum incidiſſet, primamque Epitaphij partem legiſſet, Ecquid ait, aliud in bovi tumulo ſcripſiſſet? ac poſteriores deinde verſos legens; riſit, & dixit: hic ea ſe mortuum habere dicebat, quæ ne viuus quidem habuit, niſi quamdiu deglotiebat.

Petri Pomponatij Mantuani Epitaphium eſt: *Hic ſepultus iaceo. Quare? neſcio, nec, ſi ſcis, aut neſcis, curo. Si vales, bene eſt. viuens valui. Fortaſſis nunc valeo. Si, aut non, dicere nequeo.*

SVPERBA.

Selymus Turcarum Imperator X. Conſtantinopoli ſepultus, tumulo ſuo, Græca, Turcica, & Sclauonica lingua, adſcribi voluit, quæ ſequuntur. H

Hic maximus adſum Selym, qui orbem domui:
Non bella relinque, ſed perge inquirere.
Nec vlla me fortuna potuit euertere.
Licet oſſa iaceant, animus bella quærit.

SOLYMANNI TVRCAR. IMP.

Terror Germanis, Italis tremor, horror Iberis,
Ingentes fregi Rex Orientis opes.
Mater erat Bellona, pater Mars Thracius, hinc quod
Arma puer, iuuenis, virque ſenexque tuli.
Viuenti pelagus fuerat mihi non ſatis amplum,
Defuncti modicis ad Styga claudor aquis.

ATTILÆ HVNNORVM REGIS.

Quid tot conſpiceris, Viator, altum,
Erecta ad tumulum trophæa, totque
Victorum exuuias, Ducum Vrbiumque.
Tot cadauera, totque de ſubactis
Triumphos populis, ſtupes, anhelus?
Rex ille Attila, Numinum flagellum,
Tu neſti reliqua, hic iacet, Viator,
Cerne, vt nunc etiam cinis ſuperbus

Spira

... imperium, minas furorem:
A *Hunc caſ... nar om ſoluta*
... dum thalamos atque apta.
Indulges almis, abſtuliſſes: orbis
Buſi... ſtulos ... ſque monſtro
Fa... gemulares & ... ea.

SVCCINCTA, ET VENVSTA.

Plerǽque inſcriptiones ſepulchrales à breuitate & acumine venuſtatem habent, & elegantiam, ... appo... bimus in exemplum. Ac primum ſeſe offert inſcriptio decho... ta tumulo Roſimundæ Henrici II. Anglorum Regis amaſiæ, quæ viſitur in Cœnobio Godſtouueio.

Hac iacet in tumba Roſa mundi, non roſa munda:
Non redolet, ſed olet, quæ redolere ſolet.

Præfectus militum Adriani Imp. nomine Similis, tali inſcriptione poſt obitū legitur decoratus. *Similis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit; ſeptem tamen duntaxat vixit* quia totidem in otio & quiete vixerat. *Dio in vita Adriani.*

CICERONIS, In Zazyntho.

M. TVLLI CICARO HAVE. ET TV TERTIA. ANTONIA.

Ouidij Naſonis tumulus, cum hac inſcriptione inuentus fuit non ita diu, in finibus Græciæ & VValachiæ, haud procul à
B Ponto Euxino, circa annum Dom. M. D. LXXXI. ruderibus aliiſque obſitus, habens ingentem ſarcophagum fonti limpidiſſimo imminentem. Inſcriptio ita ſe habet

Hic ſitus eſt vates quem Diui Cæſaris ira
Auguſti, Latia cedere iuſſit humo.
Sæpè miſer voluit patriis occumbere terris,
Sed fruſtra: hunc illi fata dedere locum.

L. Beyerlinck in opere Cronographico.

FELIS MVREV MORTVI

Hoſpes diſce nouum mortis genus, improba felis
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo Legitur Romæ.

Etiam Harmolai Barbari in eadem vrbe, tale eſt.

Barbariem Hermolaus Latio qui depulit omnem,
BARBARVS hic ſitus eſt, vtraque lingua gemit.
Vrbe Venetum vitam, mortem dedit inclyta Romæ:
Non potuit nobili, nobilius ve mori.

Laurentio Vallæ tale Epitaphium obuenit, Romæ in Æde S. Ioannis.

C *Tandem Valla iacet, ſolitus qui parcere nulli eſt.*
Si quæris, quid agat: nunc quoque mordet humum.

Dum vero Bartholomæus Facius, Vallæ inuiſus, hinc etiam paulò pòſt diſcederet, quidam vtrumque hoc diſticho notauit.

Ne vel in Elyſiis ſine vindice Valla ſuſurret,
Facius haud multos poſt obit ipſe dies.

Aliud Iulij Portiæ, ibidem.

Patria Roma fuit, gens Portia, nomen Iulus,
Mars puerum inſtituit. Mors puerum rapuit,

Cremonæ In Eccleſia S. Angeli.

Hic Pietas in Patriam & pauperes prompta, monumento eſt vobis Poſteri, vbi iaceo. Antonius Laſſitatus, nulli vnquam noxius, Deo proximus. Vale.

Mutinæ in æde Dominicanorum, Gaſpar Petrazanus hanc inſcriptionem defunctus meruit.

Flamma ſacri iuris, Flamen Iouis, optimus oſſa
Petrazanus habet, Gaſpar in hoc tumulo.
Mactatas ſoteris ſecuidis mactatas ad aras,
Vt cecidit pro diis, ſtat Deus ante Deos.

Florentiæ in Templo D. Marci.

Hic ſitus eſt Picus Mirandula: cætera norunt
D *Et Tagus, & Ganges, forſan & Antipodes.*

Patauij duorum Iuuenum diuerſo mortis genere interemptorum, tumulus hoc verſu decoratur.

Siſte, legas nunquam crudelia fata duorum:
Alter aqua periit turpiter, alter equo.

Viennæ, in Auſtria.

Maximilianus *Cæſar ſemper Auguſtus:*

Demiſſus cælo,
Redditus cælo,
Non obiit, ſed abiit,

Louanij in æde S Petri tumulo Ioannis VVameſij, Iuſtus Lipſius hæc adſcripſit.

Iſte vir fuit Lector, ſed fuit.
Tu quoque quod es, non eris.
Alias alias. Sed omnes huc imus.
Cogita, & huic bene apprecare.
Ita poſteri tibi.

Epitaphium Baldi *Iuriſconſ.* Papiæ:

Filius Alrea. Iurium pater, artis alumnus
Cæſareæ, verus Religionis honos.

B... dat ... cognomen ab ...
... ſumma E

Item Raphaelis Fulgoſi. Patauij.

Fulgoſius Raphael viuentum Roſſi..., vt eque
Iure ſtupor tantus, quantus & orbis,
Scripſit morte vacat, tum parue clauditur vrna.

Floridi Romæ.

... Lapis hoc mihi nomen.
... ſatis eſt ...

VALERII CORDI, ibidem

Ingenio ſupereſt Cordus, mens ipſa recepta eſt.
Cælo, quod terræ eſt maxima Roma tenet.

SANNAZARII. Neapoli,

Da ſacro cineri flores, hic ille Maroni
Sincerus Muſa proximus, vt tumulo.

Louanij GEMMÆ FRISII Medico inſcriptum.

Quis lapis hic? Gemma. Gemmam lapis an tegit? inquis,
At condi in gemma debuerat potius.

CAROLI VIRVLI.

Hic Carolus ſitus eſt, VIRVLVS cognomine dictus.
Sed Pietas Magnum quem probat eſſe VIRVM.

ALAERDI AMSTERODAMENSIS. F

Nunc tota terra tegit, qui TOTA TERRA fuit. Alludit autem ad etymon Belgicum nominis, ALAERDI.

Venatoris, qui dum aprum figit, à ſerpente quem calcabat mordetur.

Anguis, aper, Iuuenis, pereunt vi, vulnere, morſu,
Hic fremit, ille gemit, ſibilat hic moriens.

CVIVSDAM STEPHANI COMITIS.

Cui COMES in terris non omnibus eſſe volebat,
Gaudet apud ſuperos omnibus eſſe COMES.

LINÆ ANVS.

LINA anus hic iacet mutetur proxima prima
Littera in E: ſet vita peracta palam.

IOANNÆ ANGLOR. REGINÆ.

Phœnix IOANNA iacet, nato Phœnice, dolendum
Sæcula Phœnices nulla tuliſſe duos.

S. VTHONIS PRIMI ABBATIS COENOBII METENSIS.

Abbas hic primus, VTHO nec laudibus imus,
Iam iacet vt limus, cælo requieſcit opimus.

Lapidi ſepulchrali Iuſto Lipſio poſiti inſcriptio, ibidem G apud Minoritas, ita ſe habet.

Quod claudi potuit,
Hic iacet.
S. P. Q. Antuerpienſis.
Inclyti viri.
Fama orbi nota.
Virtuti cælo recepta
H. M. P.

Aliud incerti auctoris, PARISIIS.

Præſulis huius erant, quod habent hæc tempora rarò
Mens ſincera, manus larga, pudica caro.

Huc adduci nonnulla poterunt ex loco de Epiſcopis, *Titul. Epiſcopi Belgij.* Ex multis enim pauca aliquot ſelegimus, plura Lector reperiet palato ſuo non ingrata, apud Auctores, qui monumenta & inſcriptiones variarum Regionum poſteritati conſecrarunt. Inter quos F. Svveertius Antuerpianus, non infimum locum aſſequitur, vt qui exquiſita vndique monumenta nuper euulgauit.

ÆNIGMATICA OBSCVRA.

Exſtat Ænigma inciſum lapidi ſepulchrali, in Cathedrali HAMBVRGENSI. H

O, Mors Cur, Deus, negat, vitam.
Super.
Be, Te, Bis, Nes, Bis, Nam.
Ordine da primam mediæ, mediamque ſequenti,
Debita ſic noſces fata, ſuperbe, tibi
Quid mortalis homo iactas te? quid ve ſuperbis?
Cras forſan ſies puluis, & vmbra breuis.
Quid tibi opes proſunt? quid nunc tibi magna poteſtas?
Quidue honor? aut præſtans quid tibi forma? nihil,

Viſitur BONONIÆ talis inſcriptio ſepulchralis.

AM. PP. D.

Ælia. Lelia Criſpis, nec vir, nec mulier, nec Androgyna, nec puella, nec Iuuenis, nec anus, nec meretrix, nec pudica.

Sed omnia.

Sublata neque fame, nec ferro, nec veneno,

Sed omnibus.

Nec cælo, nec aquis, nec terris,

Sed vbique iacet.

Lucius Agatho Priſcius, nec maritus, nec amator, nec neceſſarius, neque mœrens,

marens, neque gaudens, neque flens, hinc nec molem, nec pyra-
A *midem, nec ſepulchrum.*

Sed omnia.

Scit, & neſcit quid poſuerit.
Hoc eſt ſepulchrum intus cadauer non habens.
Hoc eſt cadauer ſepulchrum extra non habens.
Sed cadauer idem eſt, & ſepulchrum ſibi.

Ex monumentis editis per Sigefridum Rybiſch. Francofurti. Anno 1589. Georgius Remus I C. ſic vertit Carmine

Nec vir, nec mulier fuit AELIA LAELIA CRISPIS.
Non Nerva & Veneris proles, verum OMNIA. Porrò
Non anus, aut vxor, iuvenisve [illegible] aſtans (omnium)
OMNIA enim fuerat ſimul & ſemel. Nec neque ferro
Eſt ſublata fameve, veneneve; OMNIBVS illis
(Non) periit, nec aquis, neque terris, nec iacet aſtris
Condita, ſed quacumque locis nempe OMNIBVS illa eſt.
Non molem, non pyramidem, non pulchrum,
(Narro vera, mendacia) at OMNIA. Eique
Neſcio quis ſtruxit, non marens, ſed neque gaudens.
OMNIA quippe ſimul. Nodus non Gordius hic eſt?

De hoc ænigmate verè illud Maronis dici poteſt,

cui non dictus Hylas?

Pœna omnium namque nationum ingenia in eo enodando detinuerunt. Primus Marius Michaël Angelus, Italus, Philoſophus Patauinus, de aqua pluuia intelligendum dixit. Ioannes Turrius Brugenſis, Belga. I. C. de materia prima eſt interpretatus. Hos ſecutus Richardus Vitus Anglus C. I. de
B Niobe primum, poſt de anima, mox de Idea explicandum cenſuit. Poſtremo Nicolaus Bernaudus, Medicus, Gallus, de Mercurio Chymico interpretatus eſt. I. Caſperius Gevartius Antuerpienſis *lib. 3. Elector*, in ea opinione eſt, Amoris hic deſcrib. Epitaphium.

IMITATIO PRIORIS INSCRIPTIONIS

Viator
Mane, Lege, ambula.
Hic iacet.
Ander. Vertumnus, nec femina, nec
Miles, nec Medicus.
Nec Laniſta, nec Sutor, nec Fur,
Nec Cauſidicus.
Nec fœnerator. Sed OMNIA.
Nec in vrbe vitam egit, nec ruri.
C *Nec domi, nec foris.*
Nec in mari, nec terra. Neque
Hic, nec alibi.
Sed vbique.
Nec fame, nec veneno, nec ferro.
Nec capiſtro.
Nec morbo ſublatus.
Sed omnibus.
Poſui H. I. illi, nec debitor, nec
Heres, nec cognatus,
Nec vicinus, nec neceſſarius.
Hanc neque molem, nec lapidem.
Nec tumulum.
Nec caſtrum doloris.
Sed omnia.
Nec tibi, nec illi, mihi, nec
Malè, nec benè volens
Sed omnibus.

EPITAPHIA BRVTORVM.

Inſcriptionum Honor etiam ad Bruta ab hominibus tranſiuit, & quæ illis natura ſuprà alia ſui generis largiter indulſit, litteratum monumentis conſignata a variis, qui eorum lepores ac ingenium, tanquam beneficæ naturæ munera variè experti, ſuam velut gratitudinem erga illa memorabili inſcriptione teſtati ſunt. Ordiemur ab Equis.
D

EQVORVM.

Extat Florentiæ ſepulchrum ad ripam Arni, infra nouum palatium equi, cui Carolus Capellanus Venet. Legatus inſederat, in eoque hoc Diſtichon legitur.

Non ingratus Herus, Sonipes memorande ſepulchrum
Hoc tibi pro meritis, hac monumenta dedit.

Obſeſſa vrbe Anno 1530 3. Id. Martij.

Apud Dionem de Boryſthene Equo Adriani Cæſaris legitur, quo ei venando plurimum vtebatur, quod mortuo ſepulchrum fecit, columnam erexit, & Epigramma adſcripſit.

Iulius Capitolinus memoriæ prodidit Verum Imperatorem equo ſuo Volucri, quem ita amauit vt ei aureum fecerit ſimulachrum, & vuas paſſas, nucleoſque in vicem hordei in præſepe imponeret ſepulchrum in Vaticano fieri curaſſe.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.

Sic fortiſſimus Rex Poloniæ Stephanus qui annis ſuperioribus regnauit equo ſuo generoſiſſimo, qui eodem quo frater eius Dominus Tranſyluaniæ extinctus fuerat, in loco qui haud procul ab arce Vilnen. tumulatus eſt, monumentum erexit, his verſibus celebratum. E

Regis [illegible] Stephani [illegible] formoſus [illegible] ſuper [illegible],
[illegible]
Qui moriens, Regi fratrem præfugiſſe
Subiatum è viuis docuit quod fama ſecuta.
Hunc ſtat in erecto eſt monumentum teſtis equini.

Archidux Albertus, Sereniſſimus Belgarum Princeps equum quendam ſuum mire generoſum, cognomento Nobilem, impenſe adamauit. Qui & anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſaluum eum atque incolumem ex conflictu illo Flandrico, in quo admirantibus hoſtiles incidit manus, ad ſuos reduxit. Sequenti vero anno, eodem recurrente die, cum expiraſſet, Bruxellis in Archiducis equili hac ſunt contumulatus eſt verſib.

Siſte gradum ſpectator, ego de nomine dicor
NOBILIS at preſto nobilitate rei.
Archiduci ALBERTO ſubſtraui tergora quondam,
Quando propè OSTENDAM Martia Erynnis erat.
Illumque eripui pugnantem hoſtilibus armis
Cùm vel ei, mihi vel, mors ſubeunda fuit.
Me magis ardebat miles, quia virginis haſtas,
Cernebat nimea oreſ oreſ[illegible] iubam: F
Hinc vt me raperet, crebro ſua ſpicula & raſa
In caput ignoti ſtrinxerat Archiducis
Euaſi, eduxique virum, meque ipſe reduxit
Incolumem, noſtra non erat hora necis
Aſt anno veniente die quo euaſimus ambo,
NOBILIS interiit, comite qualis eram.

Franciſcus Sweertius Antuerpienſis in ſelectis Chriſtiani orbis delitiis.

MVLÆ.

Ab Equis ad Aſininum genus deſcendimus Romæ in hortis Cardin. Sermonettæ, monumentum Mulæ conſpicitur, vt ſcribit *Porcatius in ſuo libello*, cui titulus *Funerali Antichi* inter Romam & Tibur, cui inſcriptio huiuſmodi adhæret aut inhæret. Dis pedibus ſaxum.

Chinchia dorſifera & clunifera, ac peſſueta & mānſueta, cuius vt inſultura deſultura commodetur. Pub. Craſſus mula ſua Craſſa, beneferenti. ſuppedaneum hoc cum riſu poſuit. G

VIXIT ANN. III. MENS. XV. Dies noct Secundò

Tumulus Caballa Philippi Cageſſi. Romæ.

Miraris tumuli viator amplam
Molem? perlege carmina Neſpotiſta
Non vir, non mulier iacet ſepulchro.
Nec Rota non Ari [illegible] Aſellus,
Sed rurſi Deini, atque Ruſticorum
Caballa hic tegitur ſenis Cageſſi.
Quam plus coniuge plus Nato Philippus
Plus vita, atque oculis ſuis amabat.
Nam. cum pede claudicaret vno,
Ægre & dutore ſpretum valerat.
Lethalis quoque cancer occupauit,
Æ. ertte & miſeram dedit ſopori.
Quare mœſtus eam ſenex Philippus
Defunctam decorauit hoc ſepulchro
Ingens gloria lumine vt carrante
Ad ſeros quoque transferat Nepotes.

CANVM.

Frequentia illa ſunt, & quæ bruti iſtios indolem minimè brutam, fidem quoque & lepôres teſtentur. Xantippus canem qui iuxta triremem Athenis Salamina enatauerat, in promontorio, humauit, quod adhuc Cynoſſema, id eſt canis monumentum nominatur. H

Multa huius generis dedimus, *Loco de Canib. Tit. Epitaphia.* quæ alias loco huic ſunt propria, & huc referri poterunt. Quibus pauca adiicimus, quæ cum Romæ, tum alibi leguntur

CATELLÆ. S.

Quod potui, tibi fida Catella ſepulchrum
Digna magis cœli munere, quam Tumuli.

Aliud.

Candenti è lapide tibi tumulus vrna. fuiſti
Candida tota pile, candida tota fide
Si cœlum vt quondam canibus patet, haud tua Terrae
Iucunda, ſeu Ver ſtella perenne dabit.

Item aliud. Romæ

Parue canis, tibi parua domus, & corpore paruus
Et breuis eſt tumulus, & breue carmen habe.

PERDICIS.

Non te iam miſeram ſcopulorum erratica Perdix,
Viminibus lentis texta tenet canea.
Nec mihi Matara roſeam venientis ad ortum
Alarum excutiet nobile plumis iam.

Nam tibi iam felis caput abſtulit, omniaque vna
Abſtulit, & ſana vix ſatis illud erat.
E *Quare ne tibi terra leuis ſit, ſed grauis, opto.*
Ne mox reliquias eruat illa tuas.

LOCVSTÆ

Exiguus quo mihi ipſoque in limine noctis
Pro tumuli inſectus tendet honore datus.
At [illegible]
Illum quod ſplendi[illegible]
[illegible] gemmis dilexit ab annis
Nam poſtquam ſeris ſum vidaata ſonis
Impoſuit tumulo, nec ſpreuit iure carentem.
Eductaque diu parua ſepulchra dedit.

PORCELLI

M. Grunnius Corocotta Porcellus
Vixit Annos D. CCCC. XCVIIII.
Quod ſi ſemis. vixiſſet
Optimi amatores mei, vel Conſules
Vita rogo vos. vt corpori meo
De bonis condimentis
Nuclei, piperis, & mellis
Vt nomen meum in ſempiternum
Nominetur.

F PSITTACI

Qui fuit Franc. Svveertij Antuerp. quem ei mercator Batauus, pro ſumma IV. mille floren. Brabantic. quam debebat, cuique exſoluendæ impar erat; vt aliquid dediſſe videretur, miſerat:

ERYCII PVTEANI EPIGRAM.

Rara auis interiit, dragmarum millibus empta
Bis ſenis, domino flebile delicium
PSITTACVS interiit SVVEERTII, ſunt funera nummi:
Tanto pro pretio nil niſi verba dedit.
Ne tumulo careat vacua condatur in arca
Ne titulo, Hic, ſcribam, Millia multa iacent,
Plenam ſic rurſus contrahet SVVEERTIVS arcam?
Plumas ſic numerat, qui numerabat opes.

SVIS INDICÆ Romæ.

Gregis me doctis vnicum ſuilli
[Non iis de ſuibus loquor lutoſis
Immundis, olidis, & inuenuſtis
Quos turpi iuuat incubare cœno:
Sed quos vel benè delicata Virgo
G *Molli non neget in ſinu fouere:*
Quos Indus creat, auriferque Ganges]
Huic Lucina puerperam ſepulchro
Enixam geminos dedit catellos.
Quorum alter miſera comes parenti,
Mecum per ſtygias vagatur vmbras.
Alter qui mihi ſolus eſt ſuperſtes.
Si valeat pia vota meruerunt.
Montes flectere Caliam precamur.
Cerui ſæcula longiora viuat.

PHILOMELÆ ibidem.

DIS AVIBVS.

Luſcinia Philomela, ex Auiario Domitiorum ſelecta, verſicolori, Pulcherrima, Cantrici ſuauiſſ. omnibus gratiis ad digitum pipilanti, in poculo murrhibo caput abluenti, infeliciter demerſa. Heu miſella Anicula. Hinc inde volitabas tota garrula, tota feſtina. Latitas modo inter pulla Lepeynis loculamenta, implumis, frigidula, clauſit ocellis. Luſcinia Philomela delicia ſua quam in ſinu poſtillis alebat, in proprio cubiculo Alumna cariſſ. cũ lacrymis Pos. Vale, & vola per Elyſium.

In cauea picta ſaltans quæ dulce canebat
Muta tenebroſa nunc tacet in cauea.

H MVSCÆ IN PATERA DEMERSÆ.

Et legitur Bredemburga in Cimbria.

Guſtatrix iacet hic lauterum MVSCA ciborum
Et nomina frequens Principis in tabula.
Non volucris roſtro, ſtimulis nec aranea adunci,
Cratica ſed guſtans pocula, pota cadit.
Nil opus eſt luctu: quis enim tam nobile fatum
Lugeat? Eſt auro condita, merſa mero.

SYLLABVS ILLORVM QVI PVBLICARVNT EPITAPHIA, INSCRIPTIONES, &c.

Adolphus Occo Medicus.

Aldus Manutius in lib. de Orthographia.

Bernardus Briſſonius lib. VII. de Formulis multa vetera recenſet Epitaphia & de tumulis doctiſſimè ſcribit.

Balthaſar Mentzius Saxo, Epitaphia VVittenbergenſia.

Bernardinus Scadeonius Epitaphia Patauina.

Cæſar Baronius S.R.E. Card. in annalibus Eccleſ.

Franciſcus Bernardinus Ferrarius de funere Chriſtianorum patat legitimum & iuſtum opus Mediolani in Coll. Ambroſiano excitato à Frederico Borromeo Cardin. & Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Franciſcus Svveertius F. Deliciis Chriſtiani orbis vbi dedit. A

Ianus Gruterus in inſcriptionibus Romanorum poſt Smetium.

Ioannes Kirchmannus Lubenenſis de funeribus Romanorum lib. IV.

Ioannes Meurſius de funere.

Iuſtus Lipſius dedit & auxit Inſcriptiones Romanorum M. Smetij.

Laurentius Schaderus Saxo monumentorum Italiæ lib. 4.

M. Smetius Inſcriptiones Roman.

Nathan Cythræas Delicias itinerum in Europa euulgauit.

Pantaleon Candidus, antiqua & recentia epit.

Petrus Andræas Canonherij Genuenſis flores Epitaphiorum.

Petrus Apianus Mathematicus Inſcriptiones Sacroſanctæ vetuſtatis.

Simon Grunæus Antigrapha monumentorum Baſilienſium.

Tobias Fent pictor Vratiſlauienſis monumenta clarorum doctrina præcipuè toto orbe terrarum virorum cum Iconibus.

Reges, Reginæ, Nobiles, & alij in Eccleſia Collegiata B. Petri VVeſt-monaſterij ſepulti vſque ad annum CIↃ.IↃC. Excuſ. Londini abſque nomine auctoris. B

Epulæ.

☞ *Sacra, funebres, honorifica, victoriales, & ſimiles, quære ſub Tit. de Magnificentia.*

☞ *Videatur etiam Locus de Conuiuiis*

---

* Equus.

☞ EQVI VBI *quære Tit. de Loco formaliter conſiderato quod locatum Vbi multa de Regionibus in quibus equi præſtantiores.*

☞ EQVORVM PVTA *Putaeos paſcere, inſtruere, cicurare, excitare. Vide en Loco de Operis Mechanicis Tit. opera mechanica verſantes circa materiam inanimatam.*

§. Equorum &c. C

☞ AB EQVIS NECATI, *excuſſi, alliſi, &c. Pete fusè ex Titulo de Morte. ibi. à Brutis Necati. multa his in eandem rem.*

☞ IN EQVOS PRODIGI, *quære Prodigalitas.*

☞ *Equorũ certamina, domitores, Diuinatio, amor. pete ex titulis propriis, & vide ea quæ in gratiam Lectoris ſubiiciemus.*

☞ *Equis diuites. vide Diuitia.*

EQVORVM COMMENDATIO ET ELOGIVM.

Georgius Buchananus Poëta ſui ſæculi excellens, quamuis religione à Catholicis diſſenſerit, elegantiſſimum Equi elogium expreſſit his verbis.

Cetera rerum opifex animalia finxit ad vſus
Quæque ſuos. Equus ad cunctos ſe accommodat vſus.
Plauſtra trahit, fert clitellas, fert eſſeda, terram
Vomere proſcindit, dominum fert, ſiue natatu
Flumina ſeu foſſam ſaltu ſeu vincere curſu.
Eſt ſalebras opus, aut odìbus circumdare ſaltus
Aut molles glomerare gradus, aut flectere gyros. D
Libera ceu vacuis ludit laſciuia campis.
Quod ſi bella vocent, tremulos vigor acer in artus
It, domino & ſocias vomat ore & naribus iras,
Vulneribuſque offert generoſum pectus, & vnà
Gaudia, mœrorem ſumit peritque viciſſim
Cum Domino ſortem ſic officioſus in omnem.
Vt veteres nobis tam certo fœdere iunctum
Crediderint mixta coaleſcere poſſe figura.
Inque Pheretroniis Centauros edere ſyluis.

Certè antiquitas Centaurus ex equo inferne, & ſuperne homine finxit, vt equorum ingenium, Indolem, & docilitatem indicares. Exempla pauca ſuggeram, quæ id doceant.

Etiam *Claudianus* Equum HONORII Imp. hoc carmine extollit.

O felix ſonipes, tanti cui frena mereri,
Numinis, & ſacris licuit ſeruire lupatis,
Seu tua per campos vento iuba iuſſit liberos.
Seu te Cappadocum gelida ſub valle natantem
Argæo lauere amnes, ſeu lata ſolebas
Teſſalio rapido perſtringere paſcua ſaltu,

Accipe

Accipe regales cultus, & crine ſuperbo
A *Erecto virides ſpumis perfunde Smaragdos.*
Luxurient tumido gemmata monilia collo:
Nobilis auratis iam purpura veſtiat armos
Et medium te zona liget variata colorum
Floribus, & caſta manibus ſudata Serena.
Perſarum gemile decus ſic quippe laborat,
Maternis ſtudiis, ut deſignatur equeſtre
Molire phaleras, genero latura decorem.

☞ *Pete nonnulla ex Epitaphiis. Vbi Epitaphia quædam equorum.*

DOCILITAS.

Dio Caſſius Author, Traiano cum in fines Parthorum veniſſet, oblatum à Satrapis equum, doctum venerari hominem ritu adorantis, flectere anteriora genua, capite ante pedes antecedentis ſubmiſſo.

Quid, & geſticulari, conuiuari, decumbere ſoliti, Ideoque olim in theatris equos adhibuerunt, Sybaritæ luxu & deliciis perditi, ſi vera ſunt quæ de illis fama vulgauit; equos aſſueſaciebant in conuiuium venire, ad tibiam ſaltare, pedes tollere, geſtuſque & vocem ad chordas edere.

Ferunt fuiſſe tibicinem equorum magiſtrum, qui à Sybaritis fugerat ad Crotoniatas eorum tunc hoſtes. Defert ingenium
B & operam, effecturum ſe vt Sybaritas vincant, Copiæ colliguntur, & coëunt, tibicen ille has ducit, qui & plures inſtruxerat ea arte & aſtu. Egrediuntur Sybaritæ, & fiducia pleni: nam & equitatu præualebant, congrediuntur. Et ecce tibicines modulari certis formulis, quas dum exceperunt equi Sybaritarum, dum ſe ad conuiuia, non ad prælium accendi autumant, excuſſis ſeſſoribus, ſolenne domi tripudium ineunt, & acie turbata cæduntur. Sed & Circo, ſpectante Claudio Cæſare, excuſſis aurigis, viſi ſunt currere, circa metam ſe flectere, oppoſitos vitare, præmium depoſcere quod meruerant, indignantibus omnibus, verba ſunt Plinij; artes hominum ab equis victas.

Iulius Cæſar Scaliger narrat tanquam oculatus teſtis, Agyrtam quendam equum puſillum, & deformem circumduxiſſe, cuius iuſſu, imo & nutu, ambulabat, properabat, currebat, ſaltabat, vel bipes vel quadrupes. Vinum inquit, bibere vidimus, in clunibus ſedentem anteriores pedes ad pateram ferre, pel-
C uim cruribus ſuſtinere, quaſi à tonſore lauaretur. Refert *Lipſius Cent. 3. Epiſt. ad Belg. Epiſt. 56.* Et peculiare caput de equorum docilitate, inſeruit in ſuum librum de venatione Beliſarius Neritinorum Dux.

Cæterum ſimilem hiſtoriam illi quæ eſt de victis Sybaritis, narrat de Cardianis equitibus a Biſaltis ſimili aſtu deuictis, *Athenæus lib. 12. Dipnoſoph. c. 6.*

QVALITAS A QVA COMMENDENTVR.

☞ *Vide quæ in progreſſu huius loci adducemus ex Oppiano Tit. Equorum qualitas, color, &c.*

FIDES FIDELITAS

Erga magiſtros, Heros, Directores.

De equo Alexandri magni refert *Agellius*, & verbis illius *Lipſius*, quod capite & nomine Buchephalus fuerit emptus ita Chares ſcripſit; talentis XIII. & Philippo Regi donatus. Super hoc equo, vbi phaleris ornatus, & ad prælium armatus fuerat, nullus excepto Rege inſedit, nec vt quis inſideret patiebatur. Id vero de equo illo memorabile, quod cum eo vectus Alexander bello Indico, in hoſtium cuneos incautius penetraſſet, coniectiſque vndique telis equus confuſſus eſſet
D nihilominus moribundus penéq; exanguis, è mediis hoſtib. curſu viuaciſſimo Regem retulerit, atq; extra telorum iactum extulerit, ac quaſi Domini iam ſuperſtitis ſecurus, cum ſenſus ſolatio animam exhalauerit. In cuius rei gratam memoriam Alexander eo bello victor, vrbem eo loco condidit, quam de Equi ſui nomine Bucephalon appellauit. ita Agellius.

SEVERVS Imperator, cum Prætorianos aſtu circumuentos exarmaſſet, quod Pertinacem deſeruiſſent, & occidiſſent: & qui inter eos equites iuberentur deſerere equos: fuit vnus, cuius equus teneri & ſiſti non potuit, quamuis ille repelleret, Dominum adhinniens & ſequens, quem ita permouit, vt educto gladio ſe & hunc interficeret, & addit Dio qui hæc ſcribit; equus ille ſpectantibus viſus eſt libens, lætuſque cum Domino mori.

In bello Punico ſecundo, graui illa Cannenſi clade, eques Romanorum Clælius fuit vulneribus confectus, & inter mortuos relictus, Mane facto, Annibal pugnæ locum petit, vt oculos tam immani cæſorum ſpectaculo paſceret. Clælius moribundus, ad ſtrepitum caput & linguam mouens, extremam vocem animamque cum gemitu effudit. Agnouit vo- E
cem Domini ſui equus, cui Numida iuxta Annibalem inſidebat, aures erigit, ſeſſorem proſternit, currit per cadauera, & ante Dominum iam mortuum conſiſtit, colloque & armis ſubmiſſis inuitat ad ſcandendum, duo illo Annibale fidem animantis demirante.

De equis Dominos per multa milliaria natando inſequentibus, donec Mogontiam cuum iiſdem deuenirent, ſcribit etiam memorabilem hiſtoriam I. *Lipſius ſuprà.*

Vergilius de Pallantis occiſi equo:

——Poſitis inſignibus Æthon.
It lacrymans guttiſque humectat grandibus ora.

Homerus Patroclo trucidato canit:

Ἵπποι δ' Αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες
Κλαῖον ἐπειδὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο
Ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο
Æacidæ ſed equi paulum à pugna inde remoti
Flebant, vt primum aurigam audiere peremptum
Hectoreis manibus deiectum in puluere fœde.

Teſtis eſt, *Plinius*, Antiochum Regem cum prælio Gallos fudiſſet, Centareti Ducis equum cæſo Domino conſcendiſſe:
F eſt hunc indignatione commotum, ſpretis lupatis ſe in abrupta dediſſe, non ſine graui & ſuimet & equitis diſcrimine.

Idem Occiſo Scytharum quodam Regulo, ſingulari pugna, & ea prouocatione, cum victor ad ſpoliandum hoſtem accederet, ab equo eius morſibus & calce confectus fuit.

Solinus Polyhiſtor. c. 43. varia huius virtutis equinæ exempla refert, ac inter alia, equos commemorat, qui non niſi primos Dominos cognoſcerent, obliuiſcebantur manſuetudinis.

De equis Mamalucorum in Ægypto, ſcribit *P. Iouius*, quod inter prælia hoſtes morſu petant.

Sed in magis admirandum, quod rectoribus perditis quos diligunt, fame mortem arceſſunt. Id quod de Soclis Atheinienſis equo tradidit Ælianus. A quo cum amaretur ardentius Socles, veritus ignominiam, equum vendidit. Qui amaſio Domino deſtitutus, voluntariam ſibi mortem inedia conſciuit. *Phil. Camer. Cent. 1. hor ſucciſ. c. 21.*

Alexio Imp. Græcorum equus fuit Arabicus, inquit Nicetas, fului coloris, qui tyrannum fratricidam, ab Iſacij fratris
G cæde redeuntem, id eſt, ſagacitate cognouit, dorſo excuſſit, calce impetiit.

Quod paulò ante de Bucephalo Alexandri Magni equo, nullum præter eum ſeſſorem admittente diximus, idem de equo Iulij Cæſaris, qui fiſſis in duas partes prioribus vngulis natus illi erat; ſcribit Dio *lib. 37. Rom. Hiſtoria*, quod præter Iulium, nullum ſeſſorem admitteret.

Equitem Francum memorat *Camerarius*, præſepe equi ſui beneficio hoſtium inſidias euaſiſſe, quas is velut ſubodorabatur, eiuſque rei binas hiſtorias narrat *cap. 23. Cent. 1 horar. ſucciſiu.*

PIETAS, ET PROBITAS IN GENITORES.

Ariſtoteles memoriæ prodidit. Scytharum Regi equum generoſum fuiſſe, & pulcherrimæ ſoboli ſemper matrem, ea cauſa motum Regem, vt filium generoſum matri admiſceret, & ita ſtirpem augeret; ſed illum recuſaſſe. Cum nunc placuiſſet Regi tegi matrem, vt imprudens ſuperueniret; factum quidem, vt mox vt agnouit, facti indignatione motus, per abrupta fugiens ſe præcipitauit.

Simile in Hiſpania Bœtica, noſtro ſeculo. Equus inter optimos inductus ad matrem inceſtandam lenociniis & vnguen-
H tis cognito crimine, morſu ſibi ipſe genitalia, demirantibus cunctis abrupit. Alibi, inquit Lipſius ſuprà, prorigam ipſum inſtiture vindicta legimus ab ipſis interſectum.

Sed & erga ſorores notitia & amor, atque in comitatu earum libentiùs iugum ducunt.

DIVINATIONES ET PRÆSAGIA.

Homerus Xanthum Achillis Equum, velut mortem, ei præſari inducit. *Iliad. 7.*

Cæſaris equos, quos ad Rubiconem fluuium liberos dimiſerat & ſacrauerat, inſidiis in eum paratis, per aliquos ante & poſt dies cibo abſtinuiſſe, compertū fuiſſe, Ammianus ſcribit.

Valentinianum Principem pridiè quam periret, familiaris equus non admiſit; ſed præter mortem repellabat. *Idem.*

Narrat de ſeipſo Iuſtus Lipſius, quod Anno M.D.LXXI. equi cui inſidebat, beneficio & præſagio, à ſummo vitæ quod ſibi inopinato imminebat, diſcrimine fuerit ſeruatus, equo fluminis qui peruadendus erat, tutiora loca, etiam in aduerſa impulſus & obluctans, ineunte, & tranſeunte.

EQVORVM CVRATORES. EOS

A *Paſcendo.*

Exeæcant Sdlıythæ Nomades ſernos omnes lactis gratia, quod ita parant. Sufflatoria oſſea fiſtulis ſimillima ſumuntur, eaque genitalibus equarum impoſita, ore inſlantut, interea dum alij equas emulgent. Hoc ideo ſe facere aiunt, quod venæ equatum ſufflatæ implentur, & mammæ deſcendunt. Poſteaquam emulxere lac, in concaui vaſa lignea diffunduntur His circumpoſiti exci ſerui, lac agitant, Cuius quod ſummum eſt delibatur, precioſiuſque habetur: vilius autem, quod lubſidet. Huius rei gratia Seythæ quemcumque capiunt, viſu orbant. *Herod. lib.4*

Curando.

Riſaees equiſo ſimnlata defectione Perſas ſiti perdere conatur. ☞ *Vide Titulum commeatum hoſtium perdere, inficere, potui incommodando.*

Oebares equiſo cuius aſtu Darius regnum Perſarum adeptus eſt. Nam cùm interfectis Magis, qui imperium inuaſerant, Perſarum proceres inter ſe eo pacto conueniſſent, vt in B cuius equus primus hinniret, regno potiretur: Oebares manum vulnæ equinæ prius admoram naribus equi præbuit olfaciendam. Quo odore irritatus equus, primus dedit hinnitum *Herod. lib. 2.*

Cùm Scipio Numantiam obſidens ſtatuiſſet inſpicere non arma modo militum, verum etiam equos, mulos & currus, quo pacto hæc quiſque ſibi haberet exercitata atque apparata: M. Marium tradunt produxiſſe equum pulcherrime ab ipſo nutritum, prætereà mulum habitudine corporis, manſuetudine ac robore longè cæteris antecellentem: itaque cùm Imper. Marij iumentis delectaretur, ac ſubinde horum faceret mentionem, tandem factum eſt, vt iocoſa laude, qui in officio ſe præſtaret aſſiduum, patientem ac induſtrium, mulus Marianus diceretur. *Eraſ. in Adagiis ex Plut. Mario.*

Fricando.

Ateas Thracum Rex. fricans. equum, legatos Philippi rogauit, Num id faceret Philippus; *Plut. in Apoph.*

Inſtruendo Stratores.

☞ *Αναβολεὺς Strator, qui equos ſternit, & in eos attollit reges Etſi quoque pro inſtrumento ſumitur*

C Conſtantinus quidam ſtrator Artagaſdi, videns imaginem Dei Genitricis ſtantem, apprehenſum lapidem aduerſus eam proiecit, & contriuit, & cùm cecidiſſet, calcauit. Et vidit in ſomnis aſtantem ſibi & dicentem: Noſti quam fortem cauſam in me operatus fueris; nempe contra caput tuum hoc feciſti. Poſtridie Saracenis murum oppugnantibus, tormenti lapide caput ei facieſque contrita fuit. *Paul. Diac. lib. 21. Rerum Rom. & Cedrenus.*

Agitando.

☞ *Agitatores, curruum in ſacris certaminibus rectores.*

Incitando.

☞ *Huc illi qui aquam equi ſpargunt. A quo officio prouerbium, Frigidam ſuffundere.*

ERGA EQVOS GRATI.

☞ *Conſule Titulum de Gratitudine & Prodigalitate.*

M. Portium Catonem virum alias dignum laude, reprehenſum legimus, quod Equū quo conſularis vſus fuerat in Hiſpania, demiſiſſet, & vendidiſſet.

Fuerunt Athenienſes equam è publico aluiſſe, quod cum D templum Mineruæ, cui hecatompedon nomen, ædificarent, hæc reliqua iumenta quæ ſarcinas trahebant, vltro comitata fuerit & velut ad laborem adhortata.

C. CALIGVLA equum nomine Incitatum ad cœnam adhibebat, eique in auro hordeum opponebat; nec non aureis vaſis vinum propinabat. *Dio lib. 59. Rom. hiſt.*

SELYMVS Turcarum Imperator fertur, equum ſuum quem ſpadicei coloris ferunt fuiſſe, & Caroboulick à Turcis vocatum; liberum dimiſiſſe, & pabuli libertatem ad vitam impendiſſe, quod eius pernicitate, ex prælio, in quo à Baiezete patre ſuo prope oppidum Chiuili victus fuit, fuga ſaluus euaſiſſet. *Camerar. Cent. 1. hor. ſubcis.*

Scribit *Petrarcha Dial. 31. de remed. vtriuſque fortunæ*, nouiſſe ſe in Italia Quendam, virum alioquin non vulgaris conſilij, & magni animi, qui ęgrotanti equo quem amabat, aureum puluinar, ſericumque cubile ſubſternebat, & quamuis podagricus ipſe, equum nihilominus per dies tertio aut quarto inuiſebat, eumque blando murmure ſolabatur, nullumque non beneuolentiæ, ne dicā ſtultitiæ genus infirmo illi: & languenti amico impendebat: extinctumque mox luxit, ceu filiorum aliquem. Quod vt homini mentis ſanæ indignum eſt: ita & humanitas erga bruta, laude ſua carere non debet. E

EQVORVM POSSESSIO.

Equis diuites. Conſule locum de Diuitiis

EQVORVM FEROCIA.

Solere equos ferociam denuntiare, diductis naribus, experientia docet, quod & *Claudianus* expreſſit. amantis Equi furorem deſcribens:

Nobilis haud aliter Sonipes, quem primus amoris
Sollicitauit odor, tumidus, quatienſque decoras
Curuata ceruice iubas, Pharſalia rura
Peruolat, & nodos hinnitu flagitat amnes
Naribus accenſis.

Scribit *Cenzo in hiſt. noui orbis lib. 2. cap. 8.* Indos occidentales habere equos, quos Pachos vocant, adeo formidabiles, vt mille pedites eorum, etiam à tribus equitibus in fugam coniiciantur. Et addit. Eos magis formidare illud animal, quam omnia Hiſpanorum arma. Imo ſolere illorum ferociæ adſcribere, quod à Chriſtianis ſuperentur.

Quin ante Hiſpanorum aduentum, equos Indis pleriſque ignotos fuiſſe fama eſt, vnde equites conſpicati, Hypocentauros æſtimabant, & turmatim in fugam coniiciebant, inſolito F illo nouorum portentorum ſpectaculo terrefacti.

EQVÆ EQVIS MASCVLIS FORTIORES ET VELOCIORES.

Equas maſculis præualere compertum eſt, earumque vſum apud veteres Germanos celeberrimum. Emittunt enim inter currendum vrinam, quam equi niſi ſubſiſtant, detinent, & ſtranguriæ morbo exanimantur, quod obſeruauit *F. Patricius l. 3. tit. 2. de Reg. hiſt.*

Non ignorauit id Baiazetes Turcor. Imp. in prælio illo quod acerrimum geſſit cum Tamire Tartaro, quem Tamerlanem nuncupant. Cùm enim ſtragem ſuorum cerneret & fugam, protinus equam conſcendit, & velociſſimo curſu fugit, at fugientem inſecuti hoſtes nunquam in ſuam poteſtatem redegiſſent, niſi equa intoleranda ſiti extimulata, è proximo flumine bibiſſet, & de pernicitate ſua nonnihil remiſiſſet.

Felicius Dario Regi Equæ aſcenſus obtigit, vt qui profectus contra Alexandrum Magnum in Ciliciam, & prœlio ingenti ſuperatus, equæ inſidens, periculo ereptus fuit, quod illa pulli recordaretur quem domi reliquerat, & ad quem ſumma pernicitate cum ſeſſore properabat. G

EQVORVM QVALITAS. COLOR. PRETIVM. ÆTAS.

☞ *Huc transferri poſſunt quadam ex Titulo de Loco. Videlicet Loca propria equorum &c.*

Celebrantur Equi Marones, quorum naturam bonam indicant albi & nigri, atque fuluit pili, ob temperatam quandam miſtionem, humorum.

Huc referuntur etiam ij, qui albi ſunt ac maculoſi, quos Itali à muſcarum ſimilitudine, muſcatos vocant.

Albi, albicantes, & nigri vnicolores improbantur, niſi pede, fronteve, aut iuba, aut aliqua corporis parte notam habeant, è contra, magno pretio rubri inſigniti præter alios cenſentur, quos Virgilius Spadices, & Baios Itali vocant.

Solinus indicia generoſi equi, in potando ex naribus ſumit, quo quis, inquit, acrior fuerit, ſpeique maioris, eo profundius merſitat nares in bibendo.

Inter Europæos equos Hiſpani reliquis præſtant, vnde ex eos Hiſpania equi pecoris alumna celebratur H

Engomia equorum variorum generum, recenſet fusè Petrus Quinqueranus *de laudibus Prouinciæ fol. 29.*

Conſtat ex ſacris Literis, quale fuerit pretium Equorum Ægyptiorum, tempore Salomonis Regis qui aluit copioſum equitatum. Ita legimus *in lib. Regum.* Egrediebatur quadriga ex Ægypto, ſexcentis ſiclis argenti, & equus centum quinquaginta, *lib. 3. c. 10.* Centenos autem quinquagenos ſiclos in ſingulos equos, pretium computat Budæus nummo noſtro: ſexagenos aureos coronatos, quo fit, vt quadriga id eſt quaterni equi iugales XXIV. libris conſtiterint, quæ ducentis & XL. coronatis æſtimatæ ſunt.

De pretio quod pro Bucephalo exſolutum eſt, diximus ſupra. Porrò Equorum & Equarum vitam longæuam, ad quinquageſimum vſque annum Plinius extendit, vt obſeruauit *F. Patricius lib. 8. c. 41.* Additque. Ea vero optanda non eſt: fiunt enim inutiles non modo rei bellicæ, ſed & vectandis ſarcinis, &c.

Vltra quidem vigeſimum annum non poſſe generare equū nec equam vltra decimum concipere, naturales affirmant.

Oppia

A *Oppianus lib.* 1. *de Venat.* v. 173. Equorum præſtantiam deſcribit his verſibus.

Equum inter omnes præſtantiſſimum obſeruarunt
Gnari equeſtrium curſuum, & armentorum magiſtri.
Formoſus qui talibus toto corpore cinctus ſit:
Argutum ſupra ceruices, arduum ſublime caput
Erigat magnus ipſe teretibus membris
Alto capite: extremam autem genam ad c... declinet:
Amplum ſit, latúmque intercilium: Ex... autem
Circa frontem capillorum denſi quaſi ... :
Oculus ei ſit tornus, flammeus ſuperciliis truculentus:
Latæ nares, os autem amplum, aures breues:
Reflexum collum ſit ceruices hirſutas habentis equi,
Perinde quaſi ſetoſa criſtam mouet galea:
Latum ſit pectus, oblongum corpus, lata terga,
Et ſpina gemina in medio coxas pinguefaciens:
Procurrat vero prolixa à tergo & piloſa cauda,
Femora autem bene compacta, ac muſculoſa ſint vt inferiora
Rectè prolixaque ſint pedum longa tibia,
Et valde graciles, & carne deſtituta crura
Qualia ſunt longa cornua habentibus, & pernicibus ceruis,
Et talum inclinet, currat verò rotunda vngula.
Alta admodum à terra, denſa, cornua, firma.
B *Talis mihi pergat ad acre ferinum prælium,*
Animoſus, ſocius laborum, Martius ſtrenuus equus.
Tyrrheni tales, atque Armeni), & Achini,
Cappadocesque incliti anti ante Taurum paſcuntur.
Miraculum verò in Cappadocibus ingens vidi pernicibus;
Quoad quidem tenellum in ore dentem,
Et lacteum ſeruant corpus, ſunt imbecilli,
Celeriores autem ſunt, quanto magis ſeneſcunt.
Illos ad bellum acre armaueris,
Diraſque in feras: quia admodum ſunt audaces
Ad arma occurſandum, confertamque perrumpendam cohortem,
Atque aduerſum feras Martias depugnandum, &c.

*EQESTRIVM RERVM AC EQVORVM COMMENDATIO, VSVS, DIRECTIO, IN EXERCITV ET BELLO.

ITEM EQVITVM PRÆCEPTA ET EXERCITIA.

MAGISTERIVM QVOQVE ET PRÆFECTVRA

Ex Xenophonte, & Philoſtrato.

C Et quidem *Xenophon* vt cætera omnia, ſic etiam de hac re luculenter ſcribit, dum Cyrum Regem inducit ita loquentem: Quandoquidem ex eo, quod rem equeſtrem diu nobis exercere contigit, vſum eius aliquem adſequuti videmur, licet amicis iunioribus indicare, quare futurum ratione putemus, vt equos rectiſſimè tractent. Scripſit quidem & Simo de re equeſtri, atque idem conſecrauit equum aheneum Athenis in Eleunnio, ad cuius baſim ab ſe præſtita effinxit. In eius libro quæcunque reperimus ſententiæ noſtræ conuenientia, nequaquam ex his noſtris delebimus, ſed eo lubentius eum amicis communicabimus, quo maiorem illo quoque nomine fidem habitura ducimus, quod vir equeſtris rei peritus nobiſcum conſentiat. Quæcunque idem prætermiſit nos indicare conabimur. Primum vero perſcribemus, quo pacto quis in equorum emptione quam minimum circumueniatur. Itaque pulli adhuc indomiti corpus explorandum eſſe, manifeſto patet. Nam animi non admodum certa præbet indicia, qui necdum conſcenditur. At in ipſo corpore primum pedes inſpiciendos dicimus. Sicut enim domus nulli fuerit vſui, ſi ſuperioribus egregiè inſtructis, non etiam fundamenta conuenientia ſubiiciantur: ita nec equi bellatoris vſus fuerit vllus, ſi pedes vitioſos habeat, licet alia ſint in eo præclara omnia. Nec enim vllis dotibus ſuis vti poterit. Pedes autem exploret quiſpiam, primum vngulas inſpiciendo. Nam hæ ſpiſſæ longe tenuibus ad bonitatem pedum præſtant. Deinde nec illud negligendum, ſintne ſublimes vngulæ tam anterius, quam poſterius, an depreſſæ vel humiles. Nam ſublimes longè à ſolo remotam habent teſtitudinem, quam vocant, quum depreſſæ vel humiles, ſic comparatæ ſint vt Valgorum more tam firmioribus, quam teneris pedum partibus in inceſſu vtantur. Etiam de vngularum ſonitu bonis præditos pedibus agnoſci, tradit Simo, ac rectè quidem. Nam vngula concaua ſolo impacta, non aliter, atque cymbalum aliquod reſonat *cap.* 1.
D
Et quoniam hinc orſi ſumus, indidem ad reliquum corpus adſcendendo progrediemur. Oportet igitur oſſa, quæ ſupra quidem vngulas exiſtunt, infra callos tamen caninos, quos vocant, ſeſe porrigunt, neque nimis eſſe recta, veluti capræ, (quippe quum ſolidiora ſint, equitem ſuccutiunt, & huiuſmodi crura citius etiam inflammantur) neque nimis, eadem depreſſa. Nam calli denudarentur, & exulcerarentur, ſiue per glebas, ſeu per lapides equus ageretur. Oſſa tibiarum ſpiſſa debent eſſe. Quippe corporis hæc fulcra ſunt. Non tamen venas, neque carnes craſſas habeant. Etenim alioquin dum in aſperis locis equus agitur, hæc ſanguine impleri neceſſe ſit, & callos ex..., atque ipſa quidem crura intumeſcere, cutem vero abſcedere: quæ laxior ſit, vſu venire ſæpius ſolet, vt etiam ſura laxata claudicet equus. Cæterum ſi genua pullus in inceſſu molliter inflectat, exiſtimare liceat, eundem habiturum crura mollia, quam adequitationis vſum idoneus erit. Omnes enim progreſſu temporis, flexus genuum molliores conſequuntur, & qui ſane non abs re probantur. Nam equus huiuſmodi minus & offendit, & fatigatur, quam cruribus rigidis præditus. Femora ſub ſcapulis ſi craſſa ſint, & robore præſtabunt & elegantia, ſicut in virili quoq; corpore. Pectus ſi paulo ſit amplius, magis erit aptum, ſiue ſpectes venuſtatem, ſeu robur, ſiue non per interualla, ſed longo temporis tractu mouentem crura velis equum. A pectore ceruix non vt verris, prona & præceps enata ſit, ſed ita recta tendat ad verticem, vt gallinacei: nihilominus in ipſo flexu incurua, *cap.* 2. E F

Caput oſſeum paruas habeat maxillas. Sic enim fiet, vt equi ceruix ante ſeſſorem ſit, oculus ante pedes ſpectet. Nec item contumax eſſe poſſit equus huiuſmodi, licet admodum ſit animoſus. Nam equi quoties eſſe contumaces volunt, non ceruicem & caput inflectunt, ſed extendunt. Conſiderandum etiam, teneræ ſint ambæ buccæ, necne, an harum alterutra. Quippe quorum buccæ diſſimiles ſunt, alterutra plerumque tractabiles duntaxat euadunt. Si exſtantes habeat oculos, magis eſſe videtur vigilax, quaſi concauos, ac longiori ex interuallo proſpicere. Nares patulæ perſpirabiliores ſunt compreſſis & equo formam terribiliorem præbent. Etenim quum vel equus equo ſuccenſet, vel in equitatione commouetur, nares magis ſolito diducit. Vertex maior, & aures minutæ, ſpeciem capitis equini magis honeſtam efficiunt. Armorum eminentium ſublimitas & ſellam equiti tutiorem, & armis atque corpori firmiorem compagem tribuit, eademque duplex ſimplici commodior eſt ad inſidendum, & delectabilior adſpectu. Latera dimiſſiora, ventriſque reſpectu turgiduſcula, pariter efficiunt, vt equus & ſedem præbeat aptiorem, & robuſtior ſit, & pabulo melius fruatur. Lumbi quo latiores & ſuccinctiores erunt, eo facilius partes equus anteriores adtollet. ac poſteriores adtrahet. Eadem ratione fiet, vt aluus eſſe minime vaſta videatur, quæ ſi magna ſit, partim deformat equum, partim debiliorem, & minus oneri geſtando reddit idoneum. Coxas latas eſſe conuenit, & carnoſas, vt lateribus & pectori reſpondeant. Quod ſi ſolida ſint omnia, magis expeditus ad curſum, & acrior equus erit. Femorum partes ſub cauda ſi latiore linea diſcretas habeat, ſane fiet, vt crura poſteriora longiore tactus interuallo collocet: quod ipſum efficiet, vt inceſſus equi ſub inſeſſore terribilior ſit, atque firmior, & omnia ſeipſis meliora. Licet hoc vel ex hominibus deprehendas. Nam quum aliquid de terra tollere volunt, nemo non id potius cruribus diuaricatis, quam compreſſis, facere conatur. Teſtes equus non magnos habere debet, quod in pullo perſpici non poteſt. De poſterioribus talis ſiue tibiis, & callis, & vngulis, eadem dicimus, quæ de anterioribus, *cap.* 3. G

Lubet etiam ſcribere, quibus indiciis de magnitudine coniecturam aliquis facere poſſit, vt minimè fallatur. Nam cui pullo recens in lucem edito prælatæ fuerint tibiæ, is maximus euadit. Omnium quippe quadrupedum vt tibiæ, progreſſu temporis, in magnitudinem non admodum excreſcunt: ita reliquum corpus ea ſumit incrementa, quæ tibiis reſpondeant. Atque hoc modo qui pulli formam examinant, maxime nobis aliquem poſſe conſequi videntur, qui & bonos habeat pedes, & robuſtus ſit, & iuſta carnis, habitudinis, ſtaturæ proportione præditus. Quod ſi maxime quidam in ipſo mutantur incremento nihilominus hac confidenter vtendum exploratione. Nam longe plures egregia corpora, quum initio turpes ſint, adipiſcuntur, quam fœdi de pulchris euadunt, *cap* 4. H

Cæterum quo pacto pulli tractandi ſint, perſcribendum nobis videtur. In vrbibus quidem equeſtris rei cura mandari ſolet iis, qui & copiis locupletiſſimi ſunt, nec in parte reipublicæ poſtrema verſantur. Longè verò ſatius eſt, tum adoleſcentem bonæ corporis conſtitutioni, ac rei equeſtri, vel hac iam percepta, eiuſdem exercitiis operam dare, quam pullis domandis intentum eſſe, tum hominem ætate prouectiorem

rem familiæ amicorum ciuilium, bellicarumque rerum cu-
A ram potius gerere, quam pullis tractandis occupari. Quod ſi quis de pullorũ educatione mecũ in eadẽ ſententia eſt, haud dubiè pullum domandum locabit. Sic tamen locandus erit, vt quaſi quum puer alicuius artificij diſcendi cauſa magiſtro traditur, litteris ipſe conſignes, quibus rebus inſtitutum pullum reddi tibi velis. Nam iſta pullorum domitori pro indicijs erunt, quæ ad res equum exercere debeat, ſi mercedem accipere velit. Id tamen ante curandum, vt pullus domitori manſuetus, & tractabilis, & hominum amans tradatur. Etenim horum pleraque domi à curatoribus ſuis diſcunt, ſiquidem hi conſiderent pullum etiam quieſcente eo poſſe peruenire, vt eſuriat, & ſitiat, & iracundus ſit: ad idem vt comedat, vt bibat, vt moleſtis à rebus liberetur, nonniſi per homines fieri poſſe. Quippe ſi hæc eis euenerint, non diligi duntaxat homines à pullis, verum etiam expeti neceſſe eſt. Præterea contrectandæ partes corporis, quas imprimis equo iucundum eſt palpari. Sunt autem illæ, quæ pilos denſiſſimos habent, & quibus ſi moleſti quid accidat, equus ipſe nullam ferre poſſit opem. Iubeatur quoque curator ducere pullum per hominum turbam, & ad
B ſpecies omnis generis omnigenoſque ſtrepitus admouere: quorum ſi quos pullus reformidet, non ſæuiendo, ſed mitigando demonſtrari debet, res minimè duras eſſe. Ac de pullorum quidem inſtitutione ſufficere mihi videtur, hæc imperito faciẽda præſcripſiſſe, *cap.* 5.

Quum vero equum aliquis homini ferendo iam idoneum ſibi comparat, quas tenere commonefactiones debeat, ne in emptione decipiatur, litteris prodemus. Primum non ignoret, quæ ſit ætas equi. Nam qui dentes, quos Indices vocant, nullos amplius habet, is neque ſpe delectat, nec item diſtrahi facilè poteſt. Quum certo de ætate conſtat, ignorari rurſum non debet, quo pacto frænum ore, lorum, verticale circum aures admittat. Ea vero haudquaquam ignorari poterunt, ſi emptore ſpectante frænum immittatur, & eodem ſpectante eximatur. Secundum hæc animaduertendũ, qui tergo ſeſſorem accipiat. Nam equi plerique difficulter admittunt ea, quibus admiſſis, ad laborandum ſe coactum iri perſpiciunt. Conſiderandum quoque, num conſcenſus, ab alijs equis digredi velit an ad eos adſtantes reſpectans ſeſe deflectendo conuertat. Sunt
C etiam nonnulli, qui propter educationem malam ex ipſis exercitijs equeſtribus ad receſſus domeſticos aufugiunt. Altera duntaxat maxilla tractabiles, tum ea prodit equitatio, quam compedem vocant, tum longe magis ipſius in equitatione curſus mutatio. Nam plerique deflectere nolunt ab inſtituto curſu, niſi maxilla contumax cum inflexione domum verſus tendente conueniat. Sciri quoque debet, an equus laxatus ad celerem curſum cito inhibeatur, & an reuerti velit. Expedit etiam non ignorari, num ictu excitatus, eodem modo velit obtemperare. Nam famuli quidem, & exercitus immorigeri, nullus vſus fuerit; at equus inobediens non tantum inutilis eſt, verum etiam ſæpenumero facit quod proditor ſolet. Et quoniam equum bellatorem inſtituimus emere, periculum eorum omnium faciendum erit, quorum in bello periculum fieri ſolet. Ea ſunt, tranſilire foſſas, muros ſuperare, in prærupta euadere, de præruptis deſilire. Periculum quoque faciendum equitationi, adcliuis, & decliuis, & obliquæ. Nam hæc omnia tum animum equi, tum laborum tolerans, tum corpus, an ſa-
D num ſit, explorant. Neq; tamen reijci debet, qui non valde inſigniter hæc præſtat. Etenim plerique, non eo deficiunt, quod præſtare nequeant, ſed quod aliarum rerum rudes ſint: quas ſi didiciſſent, & conſuefacti eſſent, & exercuiſſent, egregiè præſtarent omnia modo ſani ſint, minimeque vitioſi, *c.* 6.

A meticuloſis quidem equis cauendum. Nam qui valde trepidi ſunt vt hoſtibus de ſe damnum dari non ſinunt, ita ſæpenumero ſeſſorem quoque fruſtrati, grauiſſimas in difficultates conijciunt. Cognoſcendum etiam num aliqua ſit in equo vel aduerſus equos, vel aduerſus homines ſæuitia, numque ſit implacabilis. Nam iſthæc omnia dominis moleſtiam creare ſolent. Cæterum in frænum admittere, vel accipere ſeſſorem detrectet equus, cum moribus alijs, multo magis etiam perſpicere quiſpiam poſſit, ſi equo iam defatigato, rurſus facere conetur, quæ ante equitationem fecerat. Quotquot ſane laboribus ſemel obitis, alios deinde ſubire non recuſant, argumenta ſatis idonea tolerantiæ animi de ſe præbent. Ad ſummam, pedibus bonis præditus, & mitis, & ſatis ad curſum celer, & qui tum velit, tam poſſit ſuſtinere labores; ac lubenter pareat, cum verò credi par eſt, minimum exhibiturum moleſtiæ, ac imprimis equiti ſalutis auctorem [illegible] rum. Quibus autem vel propter ignauiam ſ[illegible]
E incitatione, vel propter animoſitatem nimiam [illegible] dimento, & operoſa tractatione: hi & manibus [illegible] negotium faceſſunt, & in periculis animum perturbant, *cap.* 7.

Enimuero quum quis equum iam ſibi probatum emerit, domumque deduxerit, ſtabulum quidem ea parte domus eſſe conueniet, vbi domino equus frequentiſſimè ſit conſpectus: nec minus vt, ſi equile ſtructum eſſe, vt non magis equi pabulum de præſepi, quam domini cibus è penu ſubtrahi furto poſſit. In hoc qui negligens eſt, mihi quidem ſeipſum negligere videtur. Etenim manifeſtum eſt, dominum in periculis equo corpus ſuum credere. Neque duntaxat habere prodeſt munitum equile propterea, ne furto pabulum auferatur: verumetiam quod ſtatim deprehendatur, ab equo pabulum non egeri. Quod vbi quis animaduerterit, vel os abundans humore, curationis indigere ſciat, vel equum fatigatum, requietem poſcere; vel crithiaſin aliumve quempiam morbum ſubrepere. Sunt autem vt in homine, ſic etiam in equo ab initio ſanabiliora omnia, quam vbi occalluerint; neglectique per errorem morbi fuerint, *cap.* 8. F

Quemadmodum vero pabuli & exercitiorum equi gerenda eſt cura, quo robuſtum ſit corpus: ſic etiam pedibus adhibenda diligentia. Stabula quidem humida, leuiaque bonas etiam à natura corrumpunt vngulas. Oportet verò, ne humida ſint, deflexum habeant, néve ſint læuia, lapides coniunctim defoſſos contineant, vngulis magnitudine reſpondentes. Nam ea ſtabula, præter indicatos vſus, equorum inſiſtentium pedes quoque ſolidiores efficiunt. Deinde curatoris erit, vt equum è ſtabulo educat, vbi diſtringendus erit: & à prandio religet à præſepi, quo maiori cum voluptate veſpertinum ad pabulum accedat. Rurſus vt ſtabulum externum quam optime comparatum ſit, & equi pedes reddat robuſtiores, rotondorum lapidum in vijs iacentium, libræque pondus habentium; plauſtra quatuor aut quinque paſſim ſubſternat, & ferro conſtringat, ne diſiungantur. Super hos inſiſtendo, tanquam in via lapidea, ſemper aliqua diei parte obambulet. Neque vero fieri aliter poteſt, quin vngulis perinde vtatur, ac in inceſſu, ſiue diſtringatur, ſeu pungatur. Ipſæ præterea pedum teſtudines à ſubſtratis hoc modo lapidibus ſolidiores redduntur. G
Quemadmodum autem vngularum haberi ratio debet, vt ſint firmæ: ſic etiam oris, vt tenerum ſit, eadem vero res & homines carnem, & os equi tenerum efficiunt, *cap.* 9.

Cæterum & illud equeſtris viri nobis eſſe, videtur, vt equorum curatorem habeat, ea callentem, quæ tractando ſint equo. Primum igitur huic ſciendum, nunquam eius loci, quo equus ad præſepe ligatur, nodum id loci faciendum, vbi verticale fræni lorum applicatur. Quippe quum frequenter equus ad præſepe caput moueat, niſi lorum hoc abſque noxa circũdatum ſit auribus, cauſam vlceribus ſæpenumero præbebit. Si verò hæ partes exulcerentur, tam ad frænandum, quam diſtringendum ſe difficiliorem vt præbeat equus; neceſſe eſt. Expedit etiam, curatori datum hoc eſſe negotij, vt equi ſtercus atque ſtramenta quotidie in vnum locum exportet. Etenim ſi hoc faciat, & ipſe moleſtia facile liberabitur, & eadem opera commodum equo adferet. Sciendum vero, debere curatorem equo capiſtrum quoque circumdare, ſiue ad diſtinctionem, ſiue ad volutabrum educat. Immo ſemper, quoties equum ſi- H
ne fræno ducit, capiſtro eum conſtringet. Quippe capiſtrum vt reſpiratione non impedit, ita mordendi facultatem adimit, adeoque circumdatum, equos ab inſidijs faciendis reuocat. Etiam ſupra caput adligandus eſt equus. Nam quidquid tandem ob os moleſtum equo accidat, ſurſum iactare caput ductu naturæ ſolet. Itaque ſi caput ſic adligatum iactet, magis laxat vincula, quam diſrumpit, *cap.* 10.

Quum diſtringit equum curator, à capite quidem, & à iuba incipiat, quod fruſtra purgẽtur inferiora, ni partes eæ ſuperiores mundæ ſint: deinde reliquo corpore cunctis ad detergendas ſordes comparatis inſtrumentis ſit vtendum, vt erigantur pili, & pro ſitu eorum naturali puluis excutiatur. Spinæ verò pili nullo tangendi ſunt inſtrumento, ſed manibus fricandi, mollioreſque reddendi, prout natura ſe inclinant. Sic enim hanc ipſam velut equi ſellam nemine curator læſerit. Caput aqua debet ablui. Quippe quum ſit oſſeum, ſi ferro vel ligno purget, equum dolore adfecerit. Iuba quoque anterior humectanda eſt. Nam quum prolixiores hi pili ſunt, vt equo cernendi facultatem non impediunt, ita repellunt ab oculis,

oculis quæ moleſtiam creare poſſent. Dñs quidem ip os exi- A ſti... uent. equo pilo hoice ded e, magnatum aurium ... at ... & mulis, ad oculos tuendos, conceſſerunt. Euenda ... cauda cum iuba, quum omnino effici oporteat ... cauda quidem, vt equus hanc quam longiſſime ... moleſtias abigat, colli vero, vt ampliſſimum conſcendenti adminiculum præbe... Quo n etiam elegantiæ cauſa conceſſæ ſunt à dijs equo tam colli, quam ... ciores iubæ cum cauda. Argumento eſt, quod equ... non perinde ad coitum aſinos admittunt, ... integras habent. Ideoque ... equas, quæcunque cum eis aſinos coire volunt. Cæterum eius crura uolumus. Etenim vt nihil habet vtilitatis, ſic noxia eſt vngulis humectatio crurum quotidiana. Nimis quoque ſub aluo nonnunquam intermittenda ſordium abſterſio. Nam hæc imprimis equo dolorem adfert: & quanto mundiores eæ partes fuerint, tanto plura moleſtiam equo parientia ſub aluo ſeſe colligunt. Imo tametſi magnopere quis laboret in his expurgandis, vix tamen educi poteſt equus, quin mox immundus ſit ſimilis. Quapropter hæc committenda ſunt. Crura quoque manibus ipſis diſtringi, ſatis eſt. c. 11.

B Indicabimus etiam, quo pacto quis cum minimo diſcrimine ſuo, & equi commodo maximo, diſtringere poſſit. Quippe ſi eandem in partem cum equo ſpectans, crura detergat: erit in periculo, ne tum genu, tum vngulam equus ori eius impingat. Sin aduerſam in partem oculos dirigat, & inter abſtergendum, extra crus ipſum, propter ſcapulam procumbens, defricet, nec mali quid ipſe patietur, & vngulam equi aperiens, habere teſtudinis curam poterit. Eodem modo poſteriora quoque crura detergat. Scire vero debetis qui propter equum verſatur, tam hæc, quam alia, quæ fieri debent, minime ſic facienda, vt vel in equum aduerſum vel auerſum eatur. Nam ſi conetur improbus eſſe, plus vtroque modo poterit equus, quam homo. Verum ſi quis à latere accedat, nullo cum diſcrimine ſuo equum tractare prolixè poterit, *cap.* 12.

Quum docendus eſt equus, vt cum a tergo ſequens ducas, propterea non probamus; quod qui ducit equum hoc modo, minime ſibi ab eo cauere poſſit, quum equo maxima facultas ſit, quidquid velit, agendi. Rurſus equum ſic condocefacere, vt ad longum locum te præcedente pone ſequatur, has ob C cauſas improbamus. Poteſt enim equus, in vtram partem velit, nocere: ſimulque poteſt ita ſe conuertere, vt aduerſum ſeſe ducenti obiiciat. Et vero ſi plures equi hoc modo ducantur, qui fieri poſſit, vt à ſe inuicem abſtineant; at equus à latere duci conſuefactus, vt minime vel equis, vel hominibus nocere poterit, ſic etiam aptiſſimè comparatus erit equiti, ſi quando conſcēſionem celerem vſus poſtulet. Vt autē rectè curator etiā frænum immittat, primū ab equi latere ſiniſtro accedat, deinde habenas capiti circumiectas ſummis humeris imponat, & lorum verticale dextra ſuſtollat, ſiniſtra lupos admoueat. Quod ſi equus admittet, manifeſtum eſt, applicanda eſſe fræni lura. Sin os minime diducat, admoto dentibus fræno, maior ſiniſtræ manus digitus equi maxillæ inferendus erit. Nam plerique, ſi hoc fiat, os pandunt. At vero ſi ne ſic quidem frænum admittat propter eum dentem, qui caninus dicitur, labrum premat. Etenim perpauci frænum non admittunt: ſi hoc eis accidit, ſciat hæc quoque curator. Primum, ne vnquam ducat equum habenis. Hoc enim efficit, vt equi alterutra maxillarū intractabiles euadant. Deinde, quantum à maxillis frænum diD ſtare debeat. Nam frænum ſi nimis ſtringat maxillas, ſic orcallum obducit, vt ſenſum omnem amittat. Idem ſi nimis ad extremum os vſq; demittatur, equo facultatem præbet, vt lupatum mordens, parare nolit. Et nequaquam equus eiuſmodi reb. exacerbandus eſt, quum laborē ſubire debet. Quippe tantum in eo momenti ſitū eſt, vt equus frænū libenter accipiat, vt nulli ſit prorſus vſui, qui non admittit. At vero ſi non ſolum frænetur, quum ſubiturus eſt laborem, verumetiam quum ad pabulum, & quum ex equitatione domum abducitur: non mirum erit, ſi ſponte ſua frænum oblatum arripiat *cap.* 13.

Expedit etiam, ſcire curatorem hominis in equum ſubleuandi rationem more Perſico: vt tum ipſe dominus, ſi morbo debilitetur, aut ætas eius ingraueſcat, hominem habeat à quo facile in equum attollatur, tum alteri, ſi cui velit, eiuſdē opera gratificetur. Vnū hoc præceptū ad equos vnus hic mos optimus eſt, equus iracunde nunquam tractetur. Nam ita nihil prouidet. Ideoq; ſæpenumero deſignat ea, quorum neceſſe eſt aliquem pœniteat. Itidem quum equus aliquid ſuſpicando veritus, adire non volt, quoniam oſtendendum eſt ei, nihil eſſe terribile, præſertim ſi æquus ſit animoſus. Sin autem contrectet equus ipſe rem ſpecie terribilem, & leniter equum adducat. A qui verberibus cogunt, maiorem adhuc metum incutiunt. Putant enim equi, ſi quid moleſti tunc eis accidat, idipſū a rebus, quas ſuſpectas habent, proficiſci. Cæterum vbi curator equum tradit equiti conſcenſuro, non improbamus id quidem, ſi poſſit equum ita ſummittere, quo facilis ſit adſcenſus: ſed ipſi tamen equiti ... amus in hac incumbendum exercitatione, vt ... non præbente poſſit aſcendere. Nam ... curator alias alij ſeruit, c. 14.

... eques acceperit equum, ſeu conſcenſurus, quid agere debeat, vt in equitatione tam ſibi quam equo plurimum commodet, litteris deinceps complectemur. Primum ergo lorum ductorium, ab inferiore fræni parte, vel ab annulo religatum, ſiniſtra manu apte prehendet, ea quidem laxitate, vt nec ad conſcendendum ſeſe ſubleuans, arreptis propter aures pilis nec de haſta ſubſiliens, equum retrahat. Inde dextra prebendat habenas in ſummis humeris depoſitas, vna cum iuba: ne quoquomodo conſcendens, os equi fræno torqueat. Poſteaquam ſeſe ad conſcenſionem adleuarit, ſiniſtra corpus libret, ad dextram porrigendo ſemet adtollat. Quippe ſi hoc modo conſcendat, ne à tergo deformate ſpectaculū præbebit. Et F faciet hæc inflexo crure, nec in equi ſpinā imponet genu, ſed in dextrum latus tibiam tranſiliet. Vbi pedem iam circumegerit, tum deinde nates etiā in equū imponat. Sin eques forte ſiniſtra ducat equum, dextra teneat haſtam: vtile nobis eſſe videtur, vt etiam à latere dextro ſtudeat in equum inſilire. Nec aliud ſane quidquā hic diſcendū venit, quam quæ dextris antea corporis partib. faciebat ea nūc vt ſiniſtris peragat: quæq; tunc ſiniſtris, modo dextris faciat. Atque hanc conſcendendi rationem propterea laudamus, quod ſimulatque conſcenderit, mox omnino ſit paratus, ſi forte ſubito cum hoſtibus ſit dimicandum c. 15.

Poſteaquam ſiue nudo in equo, ſeu in ephippio conſederit, non ſeſſionem velut in curru laudamus, ſed eam quæ cruribus diuaricatis equitem quaſi erigit. Sic enim femoribus equi firmius adhærebit. Et erectus, ſi quidem vſus ita poſcat, tum iacula validius emittere, tum ex quo ferire poterit. Debet etiam tibia cum pede remiſſius à genu demitti. Nam qui rigidū crus gerit, ſi quam in rem illud impegerit, mox fractū erit. At vero ſi fluxa ſit tibia, tametſi aliquid in eam irruat, ita cedere poterit, vt femur haud quaquā loco moueatur. Propterea ſui corG poris eā partē vniuerſā, quæ ſupra coxas eſt, ita conſuefacere debet eques, vt quam maxime ſit agilis. Nam hoc modo magis ad agendum aliquid comparatus erit, & ſi quis eum detrahere, vel impellere volet, minus titubabit. Cæterum vbi reſederit, primo conſuefaciendus eſt equus, vt tantiſper quietus ſit, dum ſi quid erit opus, eques adtraxerit, & habenas æquales reddiderit, & haſtā ita ſūpſerit, vt geſtari quā aptiſſime poſſit. Deinde brachiū ſiniſtrū lateri admoueat. Hoc n. modo pulcherrime cōpoſit9 erit equ9 & maximū man9 ipſa robur habebit c. 16.

Habenas laudamus eiuſmodi quæ ſint æquales, non fragiles, neq; lubricæ, neq; craſſæ: vt haſtā quoq; ſi ſit opus, excipere manus ea poſſit. Quum equo ſignificatū erit, vt progrediatur, pedetentim id facere incipiat, quod in eo minimum perturbationis ſit. Habenas, ſi quidem equus caput paulo demiſſo geret, manibus eques ſurſum teneat: ſin erectius fuerit, deorſum. Sic enim formam equi quam ornatiſſimam efficiet. Secundum hæc ſi pergat equus inceſſu ſibi à natura indito, abſque vlla prorſus moleſtia laxabit corpus, & lubentiſſime ſe conferet ad virgæ directæ curſum. Et quoniam à læua initium fieri magis H probatur, ſic inde potiſſimū incipietur, ſi poſt conſcenſionem, equo dextrum ordiente greſſum, eques ei ſignificaret, ad virgā directā currendū eſſe. Quippe læuum ſublaturus, ab eo curſus initium faciet: quumq; ad ſiniſtrā conuertetur, inflexionē quoque ſic incipiet. Nam ita comparatus à natura eſt equus, vt ſi conuertatur ad dextram, à dextris initium faciat: ſin ad ſiniſtram, à ſiniſtris. Equitationis id exercitiū laudamus, quod cōpedem vocant. Equos enim conſuefacit, vt vtraq; maxilla conuertantur. Prodeſt etiam, curſum equitationis mutari, vt ambæ maxillæ pariter ad equitationis vtrumque latus reddantur idoneæ. Laudamus & porrectam in longum compedem potius, quam circularem. Hoc enim modo lubentius ſe conuerterет equus, iam recti curſus ſatur: pariterque fiet, vt ad curſum directum, & ad inflexionem ſemet exerceat, *cap.* 17.

Sunt etiam in conuerſionibus equi retinendi: Quippe nec equo facile, nec tutum eſt, in illa curſus celeritate paulo momento ſemet inflectere: præſertim ſi paruum ſit, lubricumve ſolum. Quum equum inhibebit, vt eum fræno quam minime

in

in obliquum adiget, ſic ipſemet cauebit in primis, ne in obli-
A quum propendeat. Abſque quo ſit, leuem occaſionem ſuffe-
ctiam ſciat, vt humi tam ipſe, quam equus procumbat. Po-
ſteaquam conuerſione facta, directo proſpiciet equus, ad ce-
leritatem eum excitet. Quippe manifeſtum eſt, in pugnis quo-
que conuerſiones vel perſequendi, & abſcedendi cauſa fieri.
Quapropter expedit, vt conuerſus ad celeritatem adſueſcat.
Vbi iam equus habere ſatis exercitij videbitur, vtile quoque
fuerit, quiete reuocatum ſubito ſummam ad celeritatem in-
ſtigari, ab equis tamen auerſum, non verſus equos; ac rurſus
à celeri curſu, loco proximo quiete refici: quumque conſti-
terit aliquandiu, denuo conuerſum incitari. Nam manifeſto
pateat, futurum aliquod aliquando tempus, quod horum
vtrumque requirat. Quum deſcendendum erit, nec inter equos
vnquam id fiat, nec in hominum cœtu, nec extra curſus eque-
ſtris ſpatia: ſed vbi laborem equus ſubire cogitur, ibidem &
quietem conſequitor. Et quia nonnunquam equo currendum
erit per loca decliuia, montuoſa, obliqua, nonnunquam tranſ-
ſiliendum, nonnunquam exiliendum, alicubi deſiliendum, ad
hæc prorſus omnia tam ipſe, quam equus inſtitui debet, &
exerceri. Nam alter alterutrius hoc modo ſaluti conſulet, ac
B maiori eſſe vſui videbitur, *c.* 18.

Si quis autem bis à nobis eadem dici putat, qui prius ex-
poſita nunc repetamus, non hæc bis dici ſciat. Etenim in em-
ptione periculum fieri iubebamus, an hæc præſtare poſſet
equus, nunc quemque dicimus inſtituere debere ſuum, adeo-
que literis prodemus qua ratione ſit inſtituendus. Debet. n.
eques, ſi rudis omnino ſit equus tranſſiliendi, prehenſo loro
ductorio deorſum abiecto, prior ipſe foſſam tranſire, deinde
lorum adducendo, equum vrgere, vt tranſiliat. Si nolit, cum
flagello quiſpiam, vel baculo, verbera ſummis viribus inferat:
quo fiet, vt non ipſum duntaxat ſpatium tranſiliat, ſed etiam
vlterius quam oportet. Neque deinceps vllis opus erit verbe-
ribus, ſed ſi quem à tergo tantum viderit accedentem, ſalta-
bit. Poſteaquam in hunc modum conſueſactus fuerit ad tran-
ſiliendum, etiam equo conſcenſo pergendum ad foſſas, primò
minores, mox ampliores. Quumque inſaliturus eſt, eques ei
ſubdat calcaria. Conſimili modo, quum eum conſueſaciet, vt
ſurſum deorſumve ſaltet, calcaribus feriat. Quippe ſi hæc
omnia totius corporis impulſu faciat, cum maiore tam ipſius
C equi, quam ſeſſoris ſecuritate res ſuccedet, quam ſi vel in tran-
ſiliendo, vel ſurſum ſaltando, vel deſiliendo, poſteriore parte
corporis deficiat. Ad decliuia primum equus in ſolo mollio-
re conſueſaciendus eſt, ac tandem quum, eius vſum habue-
rit multo libentius per decliuia, quam accliuia curret,
c. 19.

Quod autem nonnulli metuunt, ne, ſi agantur equi per de-
cliuia, rumpant armos, animo ſint otioſo licet, præſertim vbi
cognouerint, Perſas & Odryſas vniuerſos, per decliuia curſu
certantes, equos non minus ſanos habere, quam Græcos. Nec
item omittemus, qualem eques ad hæc ſingula ſemet exhibere
debeat. Etenim ad primum equi repente prorumpentis impe-
tum anterius ei prorumpendum eſt. Nam minus hoc modo
tergiuerſabitur equus, ſeſſoremve ſurſum iactabit. Mox quom
equus à curſu reuocatur, ſemet erigat. Sic enim minus ipſe
quaſſabitur. Quum tranſilienda eſt foſſa, vel in locum accli-
uem pergendum, non malum fuerit, iubam arripere, ne ſimul
equus & iniquitate loci, & fræno grauetur. Verſus decliuia ſe
reſupinet eques, ne præceps tam ipſe, quam equus, deorſum
D feratur. Rectum quoque fuerit, alias in aliis locis, modo lon-
giores, modo breuiores decurſus equeſtres inſtitui. Nam mi-
nus & hæc ingrata ſunt equo, quam ſi ſemper in eiſdem locis
conſimilique modo fiant equitationes, *c.* 20.

Et quoniam eum, qui omnimodo diuerſis in locis equum
citato curſu agit, neceſſe eſt eius recte tractandi peritum eſſe
nec minus, vt armis ex eo commode poſſit vti: nequaquam
vituperanda venit rei equeſtris inter venandum exercitatio
locis iis, quæ tam idonea ſunt, tum feras habent. At vbi hæc
conſiderantur, bonum quoque fuerit exercitium, ſi ex con-
uento de duobus equitibus alter in equo per loca varia fu-
giat, haſtamque auerſam tenens ſeſe ſubducat, alter rotundis
iaculis inſtructus, & haſta ſimilem in modum facta, perſequa-
tur: ac ſicubi fugientem attingat ex interuallo iaculis reſpon-
dente, iſtæc in eum rotunda coniiciat, ſin intra ictum haſtæ,
feriat, ita deprehenſum. Bonum etiam, quum aliquando alter
in alterum irruerit, tracto ad ſe aduerſario, mox eundem ab ſe
repentè protrudere. Nam ad hominem ex equo deiiciendum
hoc pertinet. Faciet etiam is recte, qui trahitur, ſi equum abi-
gat. Id enim faciens, citius trahentem deiecerit quam ipſe ce-
cideri. Quod ſi aliquando contingat, vt dum caſtra caſtris ob- E
uertuntur, equites altera aduerſus alteros [illegible] ad-
uerſarios perſequantur ad hoſtilem vſque [illegible] ad
ſuam vſque refugiant: hic etiam ſcire prodeſt, quam qui-
dem diu quis haud procul a ſuis abeſt, recte ac tuto facturum
ſi equo inter primos conuerſo, totis hoſtes viribus vrgeat;
verum vbi propius ad eos acceſſerit, equum in poteſtate reti-
neat. [illegible] par eſt, eum hoc modo maximum habiturum
[illegible] lædendi hoſtes, a quib. ipſe [illegible] lædi nequeat.
Enim verò Dij conceſſerunt hominibus vt ab homine, quæ
fieri debeant, oratione doceantur. Eadem ratione conſtat
equum doceri non poſſe. Verum ſi viciſſim ei rem gratam fe-
ceris, vbi quid ipſe tui ex animi ſententia peregerit, ac rurſus,
equum inobediens fuerit, caſtigaueris: hac in primis ratione
didicerit iis obſequi, quæ fieri oporteat. Ac breue quidem
iſtud eſt dictu, ſed per vniuerſam ſeſe rem equeſtrem porrigit.
Nam frænum equus accipiet lubentius, ſi eo admiſſo, commo-
di quidpiam ſubſequatur. Idem & tranſiliet, & ſaltabit ſur-
ſum, & in omnibus aliis obſequetur ſi quum imperata fece-
rit, aliquam requietem exſpectabit, *cap.* 21.

Et hactenus quidem expoſuimus, qui fieri poſſit, vt mi- F
nimè circumueniatur, qui pullum & equum emit, eundem-
que tractando, minimè corrumpat: præſertim ſi exhibendus
ſit equus, iis dotibus præditus quas eques ad pugnam deſide-
rat. Opportunum verò fortaſſe fuerit, hoc quoque perſcribi,
ſi cui contingat animoſiore vti equo, vel ignauiore, quam
oporteat: quonam modo poſſit vtroque rectiſſime vti. Pri-
mum ergo ſciendum, id animum in equo eſſe, quod ira ſit
in homine. Quemadmodum igitur hominem minime quis ad
iram commoueat, ſi neque verbis proferat aliquid rei moleſtæ,
neque faciat: ita nec equum animoſum irritabit vllo modo,
qui eum non læſerit. Ac ſtatim quidem in ipſa conſcenſione
danda eſt opera, vt in aſcendendo nulla quis equum adficiat
moleſtia. Poſtea vero, quam conſcenderit equo longius ad
temporis ſpatium ſubſiſtere iuſſo, quàm fieri cæteroquin ſo-
leat, ita deinde placidiſſimis ſignis eum promoueat. Hinc ab
inceſſu lentiſſimo primordia capiens, ad celeriorem ea ratio-
ne perducet, vt equus ipſe minimè ſentiat, incitatiore ſe
motu progredi, *cap.* 22.

Si quid equo repente velis imperare, ſciat equum animo- G
ſum repentinis rebus haud aliter perturbari, ac ſoleat homo,
qui repente aliquid vel adſpexit, vel audiuit, vel ſenſit. Quod
ſi pergentem celerius equum animoſum à progreſſionis im-
petu reuocare volueris, non eum ſubitò retrahere debes, ſed
placidè frænum adducens, vt conſiſtat, non cogendo ſed mi-
tigando efficies. Prolixis etiam agitationibus manſuetiores
euadunt equi, quam crebris conuerſionibus: eædemque ſi
placidæ conficiantur, equum animoſum longiore ſpatio de-
mulcent ac mitigant, ſine vlla concitatione. Si quis autem
exiſtimat, equum ſe mitem redditurum, ſi eum celeri & pro-
lixa equitatione fatiget: contrarium ſtatuit ei, quod conſen-
taneum eſt. In talibus enim vim adhibere nititur equus ani-
moſus, & in hac ira, inſtar hominis iracundi, ſæpenumero ſe-
ipſum & equitem grauiſſimis malis adficit. Retrahendus etiam
equus animoſus à velociſſimo curſu, nec vllo modo permitten-
dum, vt propter alium equum ad certamen adigatur. Nam fe-
rè qui maximè contentioſi ſunt, ferociſſimi euadunt. Leuia
quoque fræna his aptiora, quam aſpera. Si tamen & aſperum
immittatur, efficiendum erit laxitate, vt leui ſimile videatur,
expedit etiam, vt aliquis ſeſe conſueſaciat, in primis ad inſi- H
dendum equo feroci, abſque corporis motu, atque vt equum
alia parte nequaquam attingat, quam quibus partibus eum
tutioris inſeſſus cauſa contingimus, *cap.* 23.

Sciri autem debet hoc quoque præceptum, (ποππυσμὸς
hic eſt) compreſſorum quidem labiorum ſono equus mitiga-
ri: clocitatione (κλωγμὸς) verò excitari. At ſi quis ab initio poſt
clocitationem gratiora, poſt edium ore compreſſo ſonum
moleſta quædam exhibeat: ſic conſueſiet equus, vt ad oris
compreſſi ſonum excitetur, clocitatione mitigetur. Eadem
igitur ratione tam ad clamores, quam ad tubæ ſonitum, ſic
accedere debes, vt nequaquam equo ſpeciem perturbati præ-
beas, nec eidem turbulenti quiddam offeras. Immo quantum
eius fieri poterit, & quieſcere id temporis, & matutina veſper-
tinaque pabula, ſi quidem id fieri liceat, offeres. Optimum verò
conſilium hoc fuerit, ne quis equum nimis ferocem ad bel-
lum ſibi comparet. De ignauo autem equo ſatis equi-
dem arbitror hoc fore, ſi huic omnia contraria facienda

ſcribam [illegible] quæ anim[illegible] [illegible]mus. At ſi quis A equo ad bellum id[illegible]neo ſic vti voluerit, ut etiam magnificentior ſit & ſpectabilior inceſſus: is ſe ea co[illegible]bere debet, ne vel os fræno contor[illegible]eat, [illegible]l calcaria ſubdat, vel equum flag[illegible]lo cædat: quibus pl[illegible]rique faciundis magnam ſe gloriam adipiſci putant. Iſti autem homines animi [illegible] ſententiæ contraria faciunt omnia. Quippe dum ora ſurſum trahunt, equos, qui ante ſe proſpicere debebant, cæcos reddunt: dum calcaria ſubdunt, & flagellis cædunt, eum terrorem incutiunt, vt non ſine periculo perturbentur: quæ ſanè ab iis equis fieri ſolent, quibus equitatio maximè moleſta eſt, quique fœda viſu, non præclara quædam faciunt. Verum ſi quis equum ita conſuefecerit, vt laxiore fræno incedat, & ceruicem adtollat, & eandem a capite recuruet: is facilè ab eo impetrabit, vt faciat, quæ cæteroquin cũ voluptate, & quidem exſultans fecit. Equum autem iſta voluptate facere, hoc intelligi argumento poteſt. Mox enim, quum ad alios equos acceſſerit, ac præſertim ad equas, ſublimem admodum ceruicem gerit, & maximè caput, truci cum adſpectu, incuruat: crura mollius attollit, caudam B ſurſum porrigit. Quamobrem quum equum ad ea præſtanda perducit, quæ ipſemet equus effingendo repræſentat, quoties pulcherrimum ſeſe ſpectandum exhibet: is nimirum efficiet, vt cum voluptate incedat equus, & magnificentiam præ ſe ferat, & terribilis ſit, & ſpectabilis. Quæ ſane quonam modo poſtemus effici poſſe, nunc commemorare conabimur. c. 24.

Primum ergo non pauciora duobus habere fræna conuenit. Eorum alterum leue ſit, & rotulas habeat grandiores, alterum rotulas graues ac depreſſas, cum echinis acutioribus: vt quum hoc prehenderit, aſperitatem moleſtè ferendo, dimittat, quum viciſſim leuius illud acceperit, voluptatem ea e[illegible]us leuitate percipiat, & prorſus eadem immiſſo leui præſtet, ad quæ præſtanda fræna aſperiori adſuefactus erat. Sin leuitate contenta, frequenter in ipſum frænum incumbere velit: non abs re maiores addimus leni rotulas, vt dum per eas os pandere cogitur, lupatum admittat. Poteſt etiam frænum aſperum variari tum implicando, tum extendendo. Quotquot autem fræna fuerint, omnia mollia ſunto. Quippe rigidum C quacunque parte prehenderit equus, totum maxillis tenet; quemadmodum ſi veru quiſpiam quacumque ſui parte prehenderit, totum ſuſtollit. Alterum verò non aliter atque catena, qua parte tenetur, ea ſola non flectitur, quum reliquum penſile ſit, atque id loco cedens, dum ſemper in ore captat equus, lupatum à maxillis dimittit. Eam ob cauſam in medio quoque de ipſis axibus annuli ſuſpendi ſolent, vt hos lingua dentibuſque prenſans, frænum maxillis corripere negligat. Quod ſi quiſpiam ignorat, quidnam mollities, quidve rigiditas fræni ſit, hoc ipſum quoque perſcribemus. Eſt.n. molle, quum axes commiſſuras ita latas ac leues habent, vt facile flecti poſſint. Adeoque omnia quæ axibus circumponuntur, ſi patula ſint, & non condenſa, pro mollibus haberi debent. Si verò quælibet fræni partes difficulter & diſiungantur, & viciſſim in ſe redeant, hoc ſcilicet eſt, frænũ eſſe rigidum. Qualecũque verò ſit, cuncta quidem hæc cum eo præſtari oportet, ſi talem quis equum exhibere velit, qualem diximus, c. 25.

Os equi ſurſum impellendum, neque nimis duriter, vt caput ſurſum iactet, neque nimis remiſſe, vt non ſentiat. Poſteaquam excitatus hoc impulſu, ceruicem attollit; mox frænum D ei remittendum, atque in rebus etiam cæteris, quemadmodum perpetuo monemur, ſicubi rectè obſequatur equus, viciſſim ei gratificandum. Vbi quis equum animaduertet delectari tum ceruicis elatione, tum illa laxitate: nihil ei moleſti exhibebit, quaſi ſi quietem ei ſit conceſſurus. Sic enim animo confidentiſſimo ad agitationem celerem accedet. Ac delectari celeritate curſus equum, hoc argumento eſt. Quippe ſi fuga euaſit, non pedetentim pergit, ſed currit. Sic enim à natura cõparatus eſt, vt voluptatem hinc capiat, niſi quis forte cogat vltra, quam cõmodum ſit, currere. Quod ſi modum aliquid ſuperet, quodcumque tandem illud ſit, nec equo, nec homini gratum erit. Cæterum vbi cum ſplendore quodam productus fuerit ad decurrendum, par eſt credi, ſic eum priori exercitatione conſuefactum, vt poſt inflexiones maiore cũ impetu prorũat. Verum ſi quis equo ad hoc inſtituto, pariter & frænum adducat, & ſignum quoddã inſtigationis edat fræno quidem preſſus ..... at inſtigationis imperio concitatur. Ac pectus quidem anterius protendit, crura verò præ iracundia ſuſtollit altius, non mollia tamen. Nequaquam enim excandeſcentes equi crura magis habet mollia. Si verò quis equo in hunc modum exciſato frænum remittat, ibi præ [illegible] qu[illegible] reſpectu laxitatis lupato ſe liberatum putet, ſpecie quadam exultabunda, E cruribus que mollibus ſuperbiens fertur, omnino repræſentans eam venuſtatem, quam erga equos alios præ ſe ferre ſolet. Ac talem, qui ſpectant equum, & liberalem appellant, & ſpontaneum, & equeſtrem, & animoſum, & ſuperbum, adſpectuque tam iucundum, quam trucem. Et hactenus quidem illis, qui fortaſſis ea deſiderabunt hæc præſcripta ſunto, c. 26.

Si quis autem equo ad pompam idoneo, & erigendi ſe perito, & ſplendido velit vti; ſciat non abs quouis equo poſſe talia præſtari, ſed requiri, vt magnus in tali ſit animus, cum corpore valido. Quod autem pleri que putant eum, cui crura ſint mollia corpus etiam poſſe facilius attollere, minime ſic comparatum eſt: ſed potius qui molles, ſuccinctos, validos lumbos habet, & lumbos hoic dico non caudam verſus porrectos, ſed qui exſtunt inter latera & coxas, ad ilia:) ſub anterioribus non exiguo ſpatio collocare poſteriora crura poterit. Si quis igitur equum pedes ita ſubiicientem fræno ſurſum impulerit, partibus illi poſterioribus in talos ſeſe flectit, & corpus anterius ſic erit, vt è regione conſiſtentes & aluum, & pudenda conſpiciant. Quæ ſane quum facit, frænum ei remittendum erit: vt quæ ab equo pulcherrima præſtantur, ea tum faciat lubens, tum ſpectatorum iudicio F facere videatur. Sunt quidem nonnulli, qui equos ad hæc quoque conſuefaciunt, dum partim eos virga ſub talos feriunt, partim aliquem ad latus currentem baculo femora verberare iubent. Verum nos optimum hoc eſſe præceptum arbitramur, vt, quod ſemper dicimus, vbicumque voluntati equitis paruerit, viciſſim id perpetuo ſequatur, vt equo requieſcendi copia fiat. Nam quæ per coactionem facit equus; vt Simo quoque tradit, ea neque nouit ipſe, neque magis decora ſunt, quam ſi quis hiſtrionem flagris, atque ſtimulis exercitet. Quippe multò plura præter decorum, quam cum laude faciet, tum equus, tum homo, cui quid eiuſmodi continget. Proinde quas dotes omninò pulcherrimas & ſplendidiſſimas habet equus, eas ſignis datis exhibere debet. Quod ſi etiam tum, dum exercetur, ad ſudorem vſque copioſum agitetur, quum verè, quam honeſtè ſemet erexerit, ſtatim deſcenſio fiat, G & frænum detrahatur: omnino futurum ſciri debet, vt deinceps ad erigendum ſeſe non inuitus accedat, c. 27.

Atque in equis huiuſmodi ſane tam dij quam heroës equitantes pingi ſolent: & homines, qui eis decentè vtuntur, magnificentiam quandam præ ſe ferunt. Et vero is equus, qui ſemet erigit, tantopere ſane pulchrum quiddam eſt, ſeu admirabile, ſeu ſuſpiciendum; vt oculos omnium ſpectatorum, tam iuuenum quam ſenum, in ſe coniectos detineat. Nemo quidem certo vel ab eo diſcedit, vel ſpectando defatigatur, dum præclaram hanc ille ſpeciem ſuam exhibet. Cæterum ſi cui talem equum habenti vſuueniat, vt vel tribui cum imperio præſit, vel equitum magiſter fiat: illi non in hoc erit incumbendum vt ipſe ſolus ſit ſplendidus, ſed multo magis vt vniuerſum agmen, quod eum ſequitur, ſpectatu dignum appareat. Quamobrem ſi, quod in equis eiuſmodi maxime laudatur, præcedat equus quiſpiam, qui corpus ad inſignem altitudinem motu creberrimo ſuſtollens, lentè tamen admodum progrediatur: nimirum eueniet, vt equi cæteri pedetentim hunc ſequantur. Ex hoc autem ſpectaculo quid conſequi ſplendidum poſſit? Sin equo concitato, neque nimis celeriter, neque H nimis tarde præcedat, ſed ea ratione qua equi maxime fiunt alacres, & truces, & ſpeciem ad laborem obeundum maxime decentem induunt: tum vero neceſſe eſt, vt ingens ſtrepitus, ingens equorum hinnitus, & narium flatus adſit. Ideoque non ipſe tantummodo, ſed vniuerſus etiam comitatus haud abs re ſpectabilis erit. Enim vero ſi quis equum feliciter emerit, & ſic educet, vt labores ſuſtinere poſſit, & eodem recte vtatur in exercitiis ad rem militarem conſuefacientibus, in equitationibus oſtentationis cauſa comparatis, in certaminibus denique bellicis: quid hunc impedimento ſit, quo minus equos maioris efficiat pretij quam eos acceperit, neque dumtaxat equos bonitate celebres habeat, verum etiam ipſe propter equeſtris rei cognitionem in ore ſit omnibus, niſi diuina quædam vis obſtet, cap. 28.

Placet etiam perſcribere, quonam modo armatus eſſe debeat, qui id quod in equo periculum ſit aditurus. Primum dicimus, debere loricam ſic eſſe factam, vt corpori reſpondeat. Aptam quidem hanc corpus ipſum geſtat, nimis vero laxam, humeri ſoli ferunt. Sin valde ſit anguſta, non armatura,

sed

ſe carcer ſt. Et [illegible] p[illegible]
A me eſt, quæ [illegible]
ncutum [illegible] orica ſe po[illegible] q-
ceru ci reſpondeat. Idem [illegible] nan [illegible] ſi itea
fabricatum in equitis ipſis [illegible] m ad nates vſque, quum [illegible] a
lihuctit excipiet. Galeam ducimus optimam, quæ Bœot[illegible] ſit
operis: Hæc enim maximè [illegible] git, quidquid extra loricam emi-
net, hæc proſpectum impedi[illegible] lori[illegible] ſic f[illegible] bricata ſit, ne v[illegible]
feſſioni, vel inclinationi ſit impedimento. Ad inguem & pu-
denda, & vicinas vndique partes, tales ac tot pinnæ ſunt, vt
illhæc membra tegant. Et quoniam ſiniſtra quoque ſi potis in-
utilem reddit equitem, ſi læſa fuerit: inuentam & hoſte proba-
mus armaturam, quam manum vocant. Nam & humerum
hæc obteg[illegible], & brachium, & cubitum, & quidquid habenis eſt
contiguum: eademque tum extendi, tum contrahi flexo loo
poteſt. Præterea partem illam ſub alis, qua loricæ deficit, tegi.
Dextram ſuſtolli neceſſe eſt, ſiue quis telum emittere, ſiue pla-
gam inferre velit. Quapropter auferri debet à lorica, quidquid
huic impedimento futurum eſt, eiuſque loco pinnæ in ncar-
bus adplicatiles ſint, quæ cum manu exporrecta ſimiliter &
B ipſæ explicentur, cùm reducta, claudantur. Quod brachiu in-
ſtar ocreæ ſolet adponi, rectius ita nobis luſt[illegible]ctorum videtur,
quam ſi ad ipſam armaturam ſit relegatum. Pars dextræ, quæ
hac ſublata nudatur, iuxta loricam munienda vel loreo, vel
æreo integumento: abſque quo ſit, periculoſiſſima ſui parte
præſidij nihil habebit. *c.* 59.

Quia verò ſi quid equo mali accidat, eques ipſe totius pe-
riculi ſit particeps, neceſſe eſt equum etiam frontis, & pectoris
& laterum integumentis armari. Simul enim hæc femoralium
equiti vicem præſtant. Omnium verò maxima tegenda equi
ſunt ilia, quod eorum, cæteroquin etiam tenerrimorum, valde
lethalia ſint vulnera. Poſſunt autem ephippio tegi. Debet il-
lud etiam, quod ephippium conſtringit & continet, ſic eſſe
conſutum: vt tutius eques ipſe ſedeat, & equi tamen ſella non
lædatur, ac partibus quidem cęteris hæc tam equi quam equi-
tis armatura fuerit. Tibias verò, ac pedes, cōſentaneum eſt ex-
tra femoralia propendere: quibus ſua non deerit armatura, ſi
ocreæ de corio factæ fuerint, ex quo ſoleæ conficiuntur. Sic
enim pariter & tibias armabunt, & calceorum loco pedibus
erunt. Et hæc quidem arma ſunt, quæ nos ita muniunt, modo
C deos propitios habeamus, vt non lædamur. Verum ad hoſtes
lædendos, potius machæra nobis, quam enſis probatur. Nam
quum eques in ſublimi ſit, maior vis erit in plaga copidis,
quam enſis. Haſtæ perticalis loco, quum ea fragilis ſit, nec
commode geſtetur, potius corneas tragulas duas probamus.
Nam harum alteram peritus eques eiaculari, altera ſicuti po-
teſt, vt eam vel in aduerſum, vel ad latera, vel à tergo contor-
queat. Præterea firmiores ſunt, quam haſta, magiſque portati-
les. Eiaculationem teli probamus eam quæ longiſſimo ſit ſpa-
tio. Sic enim tempus ipſum magis permittit, vt temet auertas
aliúdque telum ſumas. *cap.* 30.

Paucis etiam perſcribemus, quænam optima ſit emittendi
teli ratio. Quippe ſi quis partes lævas anterius protendens,
dextras autem reducens, ex ipſis femoribus ſemet erigendo,
cuſpidem nonnihil attectam emiſerit omnino fiet, vt impetu
vehementiſſimo, longiſſiméque telum feratur: atque idem
rectiſſime ferret, ſi dum emittitur, ipſa cuſpis ſcopum ſemper
ſpectet. Atque hæc quidem equiti vulgari à nobis monumen-
ta, præceptiones, exercitia, præſcripta ſunto. *c.* 31.

D PHILOSTRATVS Apollonius viſo puero tredecim annorum,
qui elephanto inſidens acriter ſtimulis belluam vrgebat, inter-
rogauit Damidem, quodnam boni equitis præcipuum munus
eſſe cenſeret? Tum ille: quid aliud quam equo rectè inſidere,
atque illi fortiter dominari, & frenis in quantamcunque vo-
luerit partem, circumducere? non parentem autem verberi-
bus plectere: cauere inſuper ne in foueam aut voraginem,
aut hiatum aliquem deferatur, dum paludem cœnumve ni-
titur euitare? Num aliud ab optimo equite expectemus, ô
Damis? Imò & hoc, per Iouem, inquit Damis, vt decliuem
locum aſcendenti equo moderatè frena remittat: præcipitem
verò ac decliuem eum non deſerat fræna, ſed magis contra-
hat. Interdum quoque crines aut aures manu demulcere, nec
ſemper in ipſum flagellis vti, ſapienti equitis eſſe duco, &
eum laudo qui hoc pacto ſciat equitare. Bellatorem verò
equitem, Apollonius, inquit, & qui in prælio verſari debeat
quibuſnam artibus diceres indigere? Eiſdem, inquit Damis,
& aliis etiam quibuſdam: vt ſciret hoſtem ferire & ſe protege-

[illegible] E

ib. 2 [illegible]

EQVITVM [illegible] A[illegible]VM

[illegible] PRÆFECTI[illegible] IN EXERCIT[illegible].

XEnophon [illegible]bro alleg[illegible] ita proſequitur: Primum rem
[illegible] faciens, deos precaberis, vt ea tibi concedant &
intelligere, & proferre, & agere, de quibus & diis gratiſſimum
ſit imperium tuum, & tibi, amicis, reique publicæ comprimis
acceptum, & glorioſum, & longè vtiliſſimum. Diis placatis,
equites inſtruendi tibi ſunt, tum vt numerus lege præſcriptus
compleatur, tum ne iam ante collectæ copiæ minuantur.
Quippe ſi non accedant equites ad priores alij, pauciores
ſemper euadent. Nam alios ob ſenectutem abdicare te neceſſe
eſt, alios aliis de cauſis deficere. Poſtquam equitatem com-
pleueris, adhibenda cura, ſic vt equi alantur, quo perferre la-
bores poſſint. Quippe ſi laboribus impares ſint, nec adtollere F
ſe, nec euadere fuga poſſunt. Id quoque curandum, vt ad vſum
idonei ſint. Nam contumaces potius hoſtes, quam ſuos in præ-
liis iuuant. Etiam illi remouendi ſunt, qui calcitrant, poſtquam
equitem ſuſceperunt. Qui enim tales ſunt, ſæpenumero plus
mali, quam hoſtes, inferunt. Haberi debet & pedum ratio, vt
etiam in aſpera regione agitari poſſint, quum eſſe conſtet in
iis locis inutiles, vbi dolorem in agitatione ſentiunt. *c.* 1.

Quum equi tales exiſtunt, quales eſſe debent, exercendi &
equites, ac primum, vt in equos inſilire poſſint. Nam pleriſque
iam ſalus hinc parta. Alterum eſto, vt in locis omnigenis equi-
tare norint, quandoquidem & hoſtes alias in alijs locis exi-
ſtunt. Vbi iam firmiter equis inſederint, eius etiā habenda ra-
tio, vt ex equis iacula quam longiſſime vibrent, & alia facere
poſſint, quæ facere viros equeſtres oportet. Secundum hæc
armandi tum equi, tum equites, vt ipſi minimè vulnerentur, &
hoſtes damnis adficere maximis poſſint. Hinc efficiendum, vt
equites morigeri ſint. Nam abſque hoc nec equorum hono-
rum, nec equitum his rectè inſidentium, nec armorum ele- G
gātium vſus vllus fuerit. Atque his quidem omnibus vt egre-
giè fiant, præeſſe cum imperio magiſtrum equitum par eſt. Et
quia ciuitas rata difficilè quiddam eſſe, perfici hæc à ſolo ma-
giſtro equitum omnia, tribunos ei deligit adiutores, & conſi-
lium adiungit, cum mandato, vt equitatus curam vnà cum
ipſo gerat: rectè mihi facturus videris, ſi tribunos ſic inſtruas,
vt tecum ea velint, quæ ad equitatus commoda pertineant, &
Oratores idoneos habeas in conſilio, qui & dicendo terro-
rem equitibus incutiant, melioribus in metu futuris, & eos in
conſilio mitigent, qui forte plus equo difficiles ſe præbituri
ſint. Ac iſtæ quidem admonitiones ad ea ſpectant, quæ dili-
gentiam tuam requirunt. Quo autem modo hæc ſingula re-
ctiſſimè peragantur, nunc dicere adgredior. *c.* 2.

Equitum in numerum ex legis præſcripto referes eos, qui &
facultatibus, & viribus corporis præſtent, idque vel in ius vo-
cando, vel perſuadendo. Sum autem in hac ego ſententia, vt
hos in ius vocandos exiſtimem; quos niſi quis vocet, id quæ-
ſtus cauſa facere videatur. Nam minus potentes ſtatim à re- H
cuſando dimoueris, ſi primos cogas, qui plurimum poſſint.
Præterea videtur hoc modo mihi quiſpiā & iuuenes ad equi-
tationis ſtudium adducturus, ſi ſplendorē equeſtris rei prædi-
cet, & illos, quorum in poteſtate ſunt, minus aduerſātes habi-
turus, ſi planè futurum oſtendat, vt propter opes alere cogan-
tur equos, ſi non abs te, ſaltem ab alio quopiam. Quod ſi tuis
auſpiciis rei ſe dent equeſtri, te filios eorum à ſumptuoſis &
inſanis equorum emptionibus auocaturum, & operam datu-
rum, vt equeſtris rei peritiam quam primum conſequantur.
Hæc verò quum dicer, etiā præſtare conaberis. Equites, quot-
quot operam nauant in præſentia, ſic excitatum iri arbitror, vt
melius & alant & curent equos, ſi conſilium eis futurum de-
nontiet, vt equitationes impoſterum duplicentur, & renuncian-
tur, qui pares in itinere aliis eſſe non poterunt. Etiam hoc vti-
le futurū arbitror, vt denuncietur, retractum iri equos violen-
tos. Nam hæc eos impulerit comminatio, tales vt equos di-
ſtrahant, & alios prudentius emant. Bonum quoque denuncia-
ri, futurum, vt calcitrantes in agitationibus equi reiiciantur.
Nequeunt enim tales in acie collocari, ſed vbi ducendum in
hoſtem, hos vltimos ſequi neceſſe eſt. Itaque propter impro-
bitatem equi, nec equitis vſus aliquis eſt. *c.* 3.

Vt

[illegible] à præci pi[illegible] ingredi deſinat, [illegible] huius rei fecerit, tum alia, q[illegible] des equi ceteras effici conſpici[illegible] eſſe oportet, quonā modo equites [illegible] ut ſint optimi, nunc commemorabo. Iunioribus quidem inter eos auctores ſumus, vt in equos inſilire diſcant: Laudem verò iure merebeis, ſi quem eis adhibueris qui doceat. Ætate prouectioribus haud parum profueris, ſi conſueſceceris eos, vt more Perſico ab aliis in equos ſubleuentur. Ad hoc autem, vt equites omnigenis in locis firmiter equis inſidere poſſint, frequenter educere, quum bellum non geritur, fortaſſe moleſtum fuerit. Itaq; conuocatis equitibus conſulere debes, vt exercitiis vtantur, ſiue rus in equis prouehantur, ſeu alio pergant, è viis declinando, & omnigenis in locis equos celeriter agendo. Nam hoc & parē cū

B educendo habet vtilitatē, nec moleſtiæ tantum exhibet. Conmodum id etiam eis in memoriam reuocari quod ciuitas in equitatū ad XL. talenta (XXIIII cIↃ. *aureorum coronatorum*) propemodum quotannis impendere cogatur: vt ſi bellum exiſtat, equitatus ei quærēdus non ſit, ſed in promptu habeat, quo inſtructo poſſit vti. Nam vero conſentaneum eſt, equites hæc cum animis ſuis expendentes, rem equeſtrem diligentius exercituros: vt bellum ſi moueatur, non inexercitatis de patria, de honore ac gloria, de vita ſit dimicandum. Bonum quoque denunciari equitibus, te nonnunquā eos educturum, ac per omnigena loca præiturum. In exercitiis etiam contrariarum prouectionum in alia atque alia loca nonnunquam educere prodeſt. Hoc enim & equitibus & equis vtilius. *c.4.*

Ex equis iaculari mea quidem opinione ſic plurim conſueſcent, ſi tribunis futurum denunciaueris, vt ipſi duces cogantur cuiuſque tribus iaculatores ad exercitia iaculandi adigere. Nam excitabuntur ambitione quadam, ceu videtur, vt quiſque iaculatores ciuitati quamplurimos inſtruat. Ad id quoque tribuni plurimum mihi videntur momenti adlaturi, vt equites egregiè ſint armati, ſi perſuaſum eis fuerit, multò

C ad ciuitatem eſſe glorioſius, ſplendore tribus ornari, quam ſuo duntaxat indumento. Nec difficulter hoc ipſis perſuaderi poſſe crediderim, quum honoris & gloriæ ſtudio tribunatum ambiuerint. Poterunt autem ſuis armaſecundum legem imperare, ſineque ſuis impenſis equites adigere de præſcripto legis vt arma ſibi de ſtipendio ſuo comparent. *c.5.*

Vt verò qui reguntur abs te, libenter pareant, non leue quiddam, verbis oſtendere, quam multa commoda contineat obedientia, ſed magnum aliquid in hoc quoque, ſi ſecundum legem reapſe potior efficiatur morigerorum conditio, contraque deteriori loco in omnibus ſint contumaces. Vis autem in hoc mihi maxima videtur eſſe ad impellendos tribunos, vt ambitioſè dent operam, quo ſuam quiſque tribum egregiè inſtructā ducant, ſi quos circū te præcurſores habebis, pereleganter armis ornaueris, maximeq; iaculationum ad exercitia coëgeris, & auctor ad iaculandum fueris, ipſemet in hoc genere plurimum exercitatus. Quod ſi quis etiam tribubus eorum omnium præmia proponere poſſit, quæcunque in ſpectaculis exercere ab equitatu præclare ſolent, eum ego facillimè cunctos Athenienſes ad ſtudia contentionum excitaturum arbitror. In indorum id quidem apparatu percipitur

D quam modicorum præmiorum cauſa multi labores, magnique ſumptus impendantur. Iudices eiuſmodi reperiendi ſunt apud quos ſi victoria potiantur, inprimis exultent *c.6.*

Vbi iam equites in omnibus exercitati fuerint, etiam ordinis eſſe peritos oportet, cuius obſeruatione fiet, vt pulcherrimas diis pompas agant in equitationibus, cum laude ſe gerant fortiſſimè ſic vſu poſcente dimicent, expeditiſſimè ac minima cum perturbatione itinera conficiant, tranſituſque difficiles ſuperent. Quo autem ordine vtendo hæc mihi rectiſſimè perfectum videantur, eum declarare nunc aggrediar. Diſtinctæ ſunt in ciuitate tribus. In his inquam ego debere primum nō ſine tribunorum ſingulorum iudicio & ſententia decuriones ex illorum numero conſtitui, qui & ætate vigeant, & ambitione maxima quadam in hoc ferantur, vt aliquid egregium & peragant, & audiant. Hi principes in ordine collocantur. Secundum eos totidem numero de prouectioribus & imprimis

[illegible] illum adſiſtem [illegible] idoneum conſtituen[illegible] pergendum aliquando in[illegible] ratione ſua robur anterioribus inder, ſeu recipiendi ſe tempus adſit, prudenter abducendo tribules haud abs re melius conſtituturi videtur. Iam ſi decuriones numero pares fuerint, plures partes æquales efficient diuidendo, quam ſi fuerint pares. Hic ordo mihi de cauſis hiſce probatur, quod ita primum omnes principia conſtituti loco cum imperio futuri. Iidem verò, qui cum imperio ſunt, magis ad ſe quodammodo pertinere putant, vt egregium aliquid gerant, quam ſi priuati ſint. Deinde quum aliquid agendum eſt, multò efficacius eſt, quod per eos denunciatur, qui cum imperio ſunt, quam quod opera priuatorum, *c.7.*

His hoc ordine collocatis, quemadmodum ab equitum F magiſtro prædici tribunis ſolet, quo prouehi loco quiſque debeat: ſic & decurionibus denunciatum à tribunis eſſe oportet, quo loco ſingulis pergendum. Nam hæc ſi prius indicata fuerint, longè meliori ordine fient omnia; quam ſi perinde, ac de theatro, temerè ſeruntque diſcedentes, mutuo ſemet offenderint. Etiam paratiores animis ad pugnam ſunt anteriores, ſi ea aduerſo quid irruat, vbi locum hunc ſuum eſſe norunt: nec minùs vltimi, ſi à tergo fiat in eos impetus, quum ſciant eſſe turpe locum in acie ſuum deſerere. Sin ordo nullus ſeruetur, ſeipſos & anguſtiis in itineribus, & locis difficilibus ſuperandis perturbant: nec quiſquam eſt, qui ſponte ſua ſe ad pugnandum cum hoſte componat. Et in bis quidem omnino equites vniuerſi prorſus eſſe debent exercitati, ſi modò duci operam ſine recuſatione nauaturi ſunt. At ipſi equitum magiſtro hæc eſſe curæ debent. Primum, vt pro equitatus incolumitate diis rite liceet. Deinde, vt feriis pompas ſpectatu dignas exhibeat. Præterea & alia, quæ ciuitati exhibenda ſun, vt quam pulcherrimè pro virili exhibeat; tum in Academia, tum Lyceo, & phalero, & hippodromo, quæ quidem G admonitiones aliæ ſunt. Quo autem modo hæc ſingula pulcherrimè peragi poſſint, nunc dicam. *cap.8*

Pompas & diis & ſpectatoribus fore gratiſſimas arbitror, ſi quotquot deorum tam fana, quam ſigna ſunt in foro, Mercurialibus à ſtatuis exorſi, vndique in honorem deorum cum ipſo foro ac fanis, circumequitent. Liberalibus autem choris præterea gratificari ſolent tum aliis, tum duodecim diis tripudiando. Vbi iam circumuecti rurſus ad ſigna mercurialia peruenerint, tum deinde pulchrum mihi fore videtur, ſi per tribus equi celerius vſque ad Eleuſinum incitentur. Nec de haſtis omittam, quomodo illæ neutrā in partem minime ſibi mutuo illidantur. Debent enim ſinguli ſuas haſtas inter aures equi tenere, ſiquidem & terribiles, & diſtinctu faciles futuræ ſint, & ſpeciem multitudinis exhibituræ. Poſtquam celerior iſthæc agitatio finem habuerit, pulchrum rurſus eos mutata ratione procedendi, eadem via, qua prius, ad fana pedetentim reuehi: quo quidem modo fiet, vt quidquid eſt in equo, cui eques inſidet, & diis & hominibus exhibitum ſit. Nec equidem ignoro minime ad iſta facienda equites adſuetos eſſe: ſed nihilominus hæc & egregia, & pulchra, ſpectatoribus iucunda fore video. Quin & alia quædam ac equitibus inſtituta certamina noua intelligo, poſtquā magiſtri equitum eis perſuadere potuerunt, quæ voluiſſent. Quotiens quidē in Lyceo āte iaculationem agitationes inſtituunt equites, ſane pulchrum H quiddam fuerit, vt aſque tribus quinque tanquam ad prælium à fronte prouehi, ducente magiſtro equitum & tribunis ordine tali, quo ſpatij latitudo expleatur. Vbi vero cardinem aduerſi theatri ſuperauerint, vtile viſum iri arbitror, ſi tot ſimul equites, quot modice ſatis erit, per decliuia prouehi poſſe celeriori curſu oſtenderis. Neque me fugit, libenter eos hæc exhibituros, ſi concitatius equos agere ſe poſſe confidant. At vero ſi maneant inexercitati, videndum ne hoſtes hæc eos aliquando facere cogant. Dictum de ordine in luſtrationibus, quo pulcherrima inſtitui equitatio poſſit. Si vero ductor à valido inſtinctus equo, in exteriore ſemper ſerie circumuehatur; Ita fiet, vt ſemper ipſe celerius equum incitet. & qui exteriora cum eo ſunt, concitatius itidem ferantur. Itaque conſilium ſempe e

... et imperium, minas furorem
A *... ne caſ ... niſi . aur um ſoluta*
..., dum thalamos coniuge nupta,
Indulges nimis, abſtuliſſet : orbis
Euerſor, ... decuſque monſtro
Fatali ſimulavit & trophæa.

SVCCINCTA, ET VENVSTA.

Plures quæ inſcriptiones ſepulchrales à breuitate & acumine veniſt item habent, & ei gaudiant, ... pauca ... bimus in exemplum. Ac primum ſeſe offert inſcriptio dedicata tumulo Roſimundæ Henrici II. Anglorum Regis amaſiæ, quæ viſitur in Cœnobio Godſtouuio.

Hac iacet in tumba Roſa mundi, non Roſa munda:
Non redolet, ſed olet, quæ redolere ſolet.

Præfectus militum Adriani Imp. nomine Similis, tali inſcriptione poſt obitū legitur decoratus. *Similis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit; ſeptem tamen duntaxat vixit* quia totidem in otio & quiete vixerat. *Dio in vita Adriani.*

CICERONIS, In Zazyntho.

M. TVLLI CICERO HAVE. ET TV TERTIA. ANTONIA.

Ouidij Naſonis tumulus, cum hac inſcriptione inuentus fuit non ita diu, in finibus Græciæ & VValachiæ, haud procul à Ponto Euxino, circa annum Dom. M. D. LXXXI. ruderibus
B aliiſque obſitus, habens ingentem ſarcophagum fonti limpidiſſimo imminentem. Inſcriptio ita ſe habet:

Hic ſitus eſt vates quem Diui Cæſaris ira
Auguſti, Latia cedere iuſſit humo.
Sæpè miſer voluit patriis occumbere terris,
Sed fruſtra: hunc illi fata dedere locum.

L. Beyerlinck in opere Cronographico.

FELIS MVRSV MORTVI

Hoſpes diſce nouum mortis genus: improba felis
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo Legitur Romæ.

Etiam Harmolai Barbari in eadem vrbe, tale eſt.

Barbariem Hermolaus Latio qui depulit omnem,
BARBARVS hic ſitus eſt, vtraque lingua gemit.
Vrbs Venetum vitam, mortem dedit inclyta Roma:
Non potuit naſci, nobilius que mori.

Laurentio Vallæ tale Epitaphium obuenit, Romæ in Æde S. Ioannis.

Tandem Valla iacet, ſolitus qui parcere nulli eſt,
C *Si quæris, quid agat, nunc quoque mordet humum.*

Dum vero Bartholomæus Facius, Vallæ inuiſus, hinc etiam paulò pòſt diſcederet, quidam vtrumque hoc diſticho notauit.

Ne vel in Elyſiis ſine vindice Valla ſuſurret,
Facius haud multos poſt obit ipſe dies.

Aliud Iulij Portiæ, ibidem.

Patria Roma fuit, gens Portia, nomen Iulus,
Mars patrum inſtituit, Mors puerum rapuit.

Cremonæ In Eccleſia S. Angeli.

Hic Pietas in Patriam & pauperes prompta, monumento eſt vobis Poſteri, vbi iacet. Antonius Laſſitatus, nulli vnquam noxius, Deo proximus. Vale.

Mutinæ in æde Dominicanorum, Gaſpar Petrazanus hanc inſcriptionem defunctus meruit.

Flamma ſacri laris, Flamen Iouis, optimus oſſa
Petrazanus habet, Gaſpar in hoc tumulo.
Mactatas ſateorit, recidit mactatus ad aras,
Vt cecidit prodiit, ſtat Deus ante Deos.

Florentiæ in Templo D. Marci.

Hic ſitus eſt Picus Mirandula: cætera norunt
D *Et Tagus, & Ganges, forſan & Antipodes.*

Patauij duorum Iuuenum diuerſo mortis genere interemptorum, tumulus hoc verſu decoratur.

Siſte, legas iuuenum crudelia fata duorum:
Alter aqua periit turpiter, alter equo.

Viennæ, in Auſtria.

Maximilianus *Cæſar ſemper Auguſtus:*

Demiſſus cælo,
Redditus cælo,
Non obiit, ſed abiit.

Louanij in æde S Petri tumulo Ioannis VVameſij, Iuſtus Lipſius hæc adſcripſit.

Iſte vir fuit Lector, ſed fuit.
Tu quoque quod es, non eris.
Alius alias. Sed omnes huc imus.
Cogita, & huic bene apprecare.
Ita poſteri tibi.

Epitaphium Baldi *Iuriſconſ.* Papiæ:

Filius Adrea. Iurium pater, artis alumnus
Cæſareæ, verus Religionis honos.
Baldus ... decutit cognomen ab ... E
Clauditur hic ... aureus ſidere ...

Item Raphaelis Fulgoſi. Patauij.

Fulgoſius Raphael viuentum ſuſpes vtroque
Iure ſtupor tantus; quantus & orbis.
Scorpius morte vacat, tam paruo clauditur antro.

Flori ... Romæ.

... ſeruat Lapis hic ... nomen,
Nolo Dei mundi: Flos ſatis eſt ...

VALERII CORDI, ibidem

Ingenio ſuperest Cordus, mens ipſa recepta eſt.
Cælo, quod terra eſt maxima Roma tenet.

SANNAZARII. Neapoli.

Da ſacro cineri flores. hic ille Maroni
Sincerus Muſa proximus, vt tumulo.

Louanij GEMMÆ FRISIO Medico inſcriptum.

Quis lapis hic? Gemma. Gemmam lapis an tegit? inquis,
At condi in gemma debuerat potius.

CAROLI VIRVLI.

Hic Carolus ſitus eſt, VIRVLVS cognomine dictus.
Sed Pietas Magnum quem probat eſſe VIRVM.

ALAERDI AMSTERODAMENSIS. F

Nunc tota terra tegit, qui TOTA TERRA fuit. Alludit autem ad etymon Belgicum nominis, ALAERDE.

Venatoris, qui dum aprum figit, à ſerpente quem calcabat mordetur.

Anguis, aper, Iuuenis, pereunt vi, vulnere, morſu,
Hic fremit, ille gemit, ſibilat hic moriens.

CVIVSDAM STEPHANI COMITIS.

Cui COMES in terris non omnibus eſſe volebat,
Gaudet apud ſuperos omnibus eſſe COMES.

LINÆ ANVS.

LINA anus hic iacet mutetur proxima prima
Littera in E: ſiet vita peracta palam.

IOANNÆ ANGLOR. REGINÆ.

Phœnix IOANNA iacet, nato Phœnice, dolendum
Sæcula Phœnices nulla tuliſſe duos.

S. VTHONIS PRIMI ABBATIS COENOBII METENSIS.

Abbas hic primus, VTHO nec laudibus imus.
Iam iacet vt limus, cælo requieſcat opimus.

Lapidis ſepulchralis Iuſto Lipſio poſiti inſcriptio, ibidem G apud Minoritas, ita ſe habet.

Quod claudi potuit,
Hic iacet.
S. P. Q. Antuerpienſis.
Inclyti viri.
Fama orbi nota.
Virtuti cælo recepta
H. M. P.

Aliud incerti auctoris, PARISIIS.

Perſulis huius erant, quod habent hæc tempora rarò
Mens ſincera, manus larga, pudica caro.

Huc adduci nonnulla poterunt ex locis de Epiſcopis, *Titul. Epiſcopi Belgij.* Ex multis enim pauca aliquot ſelegimus, plura Lector reperiet palato ſuo non ingrata, apud Auctores, qui monumenta & inſcriptiones variarum Regionum poſteritati conſecrarunt. Inter quos F. Svveertius Antuerpianus, non infimum locum aſſequitur, vt qui exquiſita vndique monumenta nuper collegit.

ÆNIGMATICA OBSCVRA.

Exſtat Ænigma inciſum lapidi ſepulchrali, in Cathedrali H HAMBVRGENSI.

O, Mors Cur, Deus, negat, vitam.
Super.
Be, To, Bis, Nos, Bis, Nam.
Ordine da primam mediis, mediámque ſequenti,
Debita ſic noſces fata. ſuperbe, tibi
Quid mortalis homo iactas te? quidve ſuperbis?
Cras forſan fies puluis, & vmbra breuis.
Quid tibi opes proſunt? quid nunc tibi magna poteſtas?
Quidve honor? aut præſtans quid tibi forma? nihil.

Viſitur BONONIÆ talis inſcriptio ſepulchralis.

AM. PP. D.

Ælia. Lælia Criſpis, nec vir, nec mulier, nec Androgyna, nec puella, nec Iuuenis, nec anus, nec meretrix, nec pudica.

Sed omnia.

Sublata neque fame, nec ferro, nec veneno.

Sed omnibus.

Nec cælo, nec aquis, nec terris,

Sed vbique iacet.

Lucius Agatho Priſcius, nec maritus, nec amator, nec neceſſarius, neque mœrens,

mærens, neque gaudens, neque flens, hunc nec molem, nec pyra-
A *midem, nec ſepulchrum.*

Sed omnia.

Scit, & neſcit quid poſuerit.

Hoc eſt ſepulchrum intus cadauer non habens
Hoc eſt cadauer ſepulchrum extra non habens
Sed cadauer idem eſt, & ſepulchrum ſibi.

Ex monumentis editis per Sigefridum Rybisch. Francofurti. Anno 1589. Georgius R[illegible] I. C. ſic vertit Carmine

Nec vir, nec mulier fuit AELIA LAELIA CRISPIS.
Non Herma & Veneris proles. Verum OMNIA. Porrò
Nec anus, aut vxor, iuuenisſue, aſtane (amicam)
OMNIA enim fuerat ſimul & ſemel. Hac neque ferro
Eſt ſublata, famene, veneneve; OMNIBVS illis
(Heu) periit, nec aquis, neque terris, nec iacet aſtris
Condita, ſed quacunque locis nempe OMNIBVS illa eſt,
Non molem, non pyramidem, non pulchrum,
(Narro vera, mendacia) at OMNIA. Eique
Neſcio quis ſtruxit, non mærens, ſed neque gaudens.
OMNIA quippe ſimul. Nodus num Gordius hic eſt?

De hoc ænigmate verè illud Maronis dici poteſt,
cui non dictus Hylas?

Pœna omnium namque nationum ingenia in eo enodando deſudarunt. Primus Marius Michael Angelus, Italus, Philoſophus Patauinus, de aqua pluuia intelligendum dixit. Ioannes Turrius Brugenſis, Belga, I. C. de materia prima eſt in-
B terpretatus. Hos ſequens Richardus Vitus Anglus C. I. de Niobe primum, poſt de anima, mox de Idea explicandum cenſuit. Poſtremo Nicolaus Bernaudus, Medicus, Gallus, de Mercurio Chymico interpretatus eſt. I. Caſperius Geuartius Antuerpienſis *lib. 3. Elector.* in ea opinione eſt, Amoris hic deſcribi Epitaphium.

IMITATIO PRIORIS INSCRIPTIONIS

Viator
Mane, Lege, ambula.
Hic iacet.
Ander. Vertumnus, nec ſeruus, nec
Miles, nec Medicus.
Nec Laniſta, nec Sutor, nec Fur,
Nec Cauſidicus.
Nec funerator. Sed OMNIA.
Nec in vrbe vitam egit, nec ruri.
Nec domi, nec foris.
C *Nec in mari, nec terra. Neque*
Hic, nec alibi.
Sed vbique.
Nec fame, nec veneno, nec ferro.
Nec capiſtro.
Nec morbo ſublatus.
Sed omnibus.
Poſui. H. I. illi. nec debitor, nec
Hæres, nec cognatus,
Nec vicinus, nec neceſſarius.
Hanc neque molem, nec lapidem.
Nec tumulum.
Nec caſtrum doloris.
Sed omnia.
Nec tibi, nec illi, mihi, nec
Malè, nec benè volens
Sed omnibus.

EPITAPHIA BRVTORVM.

Inſcriptionum Honor etiam ad Bruta ab hominibus tran-
D ſiuit, & quæ illis natura ſuprà alia ſui generis largiter indulſit, litterarum monumentis conſignata à variis, qui eorum lepores ac ingenium, tanquam beneficæ naturæ munera valdè experti, ſuam velut gratitudinem erga illa memorabili inſcriptione teſtati ſunt. Ordiemur ab Equis.

EQVORVM.

Extat Florentiæ ſepulchrum ad ripam Arni, infra nouum palatium equi, cui Carolus Capellanus Venet. Legatus inſederat, in eoque hoc Diſtichon legitur.

Non ingratus Herus, Sonipes memorande ſepulchrum
Hoc tibi pro meritis, hæc monumenta dedit.

Obſeſſa vrbe Anno 1530 3. Id. Martij.

Apud Dionem de Boryſthene Equo Adriani Cæſaris legitur, quo in venando plurimum vtebatur, quod mortuo ſepulchrum fecit, columnam erexit, & Epigramma adſcripſit.

Iulius Capitolinus memoriæ prodidit Verum Imperatorem equo ſuo Volucri, quem ita amauit vt ei aureum fecerit ſimulachrum, & vuas paſſas, nucleoſque in vicem hordei in præſepe impoſuerit ſepulchrum in Vaticano fieri curaſſe.

Sic fortiſſimus Rex Poloniæ Stephanus qui annis ſuperio-
E ribus regnauit equo ſuo generoſiſſimo, qui eodem quo frater eius Dominus Tranſyluaniæ extinctus fuerat; in loco quo haud procul ab arce Vilnenſi tumulatus eſt, monumentum erexit, his verſibus celebratum.

Regis [illegible] Stephani [illegible] quoque ſuperbus,
Et [illegible] prœ[illegible]
Qui moriens, Regis fratrem præſe[illegible] eſſe
Sublatum e viuis, docuit quod fama ſecuta,
Hunc ſtatua erecta eſt monumentum teſtis equini.

Archidux Albertus, Sereniſſimus Belgarum Princeps equum quendam ſuum mirè generoſum, cognomento Nobilem, impenſe adamauit. Qui & anno Domini milleſimo ſexcenteſimo talorum eum atque incolumem ex conflictu illo Flandrico, in quo admirantius hoſtiles incidit manus, ad ſuos reduxit. Sequenti vero anno, eodem recurrente die, cum expiraſſet, Bruxellis in Archiducis equili hiſce contumulatus eſt verſib.

Siſte gradum ſpectator, ego de nomine dicor
NOBILIS, at preſto nobilitate rei.
Archiduci ALBERTO ſubſtraui terga quondam,
Quando propè OSTENDAM Martio Erynnis erat.
Illumque eripui pugnantem hoſtilibus armis
F *Cum vel ei, mihi vel mors ſubeunda fuit.*
Me magis ardebat miles, quia virginis inſtar,
Cernebat niuea croſ cro fronte iubam:
Nunc vt me caperet, crebro ſua ſpicula & enſis
In caput ignoti ſtrauerat Archiducis
Euaſi, eduxique virum, neque ipſe reduxit
Incolumem noſtra non erat hora necis
Aſt nunc vertente die quo euaſimus ambo,
NOBILIS lateris cernite qualis eram.

Franciſcus Sweertius Antuerpienſis in ſelectis Chriſtiani orbis delitiis.

MVLÆ.

Ab Equis ad Aſininum genus deſcendimus Romæ in hortis Cardin. Sermonetæ, monumentum Mulæ conſpicitur, vt ſcribit *Porcatius in ſuo libello*, cui titulus *Funeroli Antichi*; inter Romam & Tibur, cui inſcriptio huiuſmodi adhæret aut inhæret. Dis pedibus ſaxum.

Chinchia dorſifera & cluniſera, ac peſſueta & mãſueta, cuius vt
G *inſultura deſultario commodetur. Pub. Craſſus mula ſua Craſſa, beneferenti, ſuppedaneum hoc cum riſu poſuit.*

VIXIT ANN. III. MENS. XV. Dies noct. Secundò

Tumulus Caballo Philippi Cogeſſi. Romæ.

Miraris tumuli viator amplam
Molem? perlege carmen Neſpes iſto
Non vir, non mulier iacet ſepulchro.
Non Bos, non Auis ſuis, non Aſellus,
Sed raris Decus, atque Ruſticorum
Caballa hic tegitur ſenis Cogeſſi.
Quam plus coniuge plus Natis Philippus
Plus vita, atque oculis ſuis amabat,
Nam, cum pede claudicaret vno,
Ægre & ducens ſpiritum valeret,
Lethalis quoque tumor occupauit,
Æ erat & miſeram dedit ſopori.
Quare mœſtus eam ſenex Philippus
Defunctam decorauit hoc ſepulchro,
Ingens gloria lumine vt careatis
Ad ſeros quoque tranſeat Nepotes.

CANVM.

Frequentia illa ſunt, & quæ bruti iſtius indolem minimè
H brutam, fidem quoque & lepôres teſtentur. Xantippus canem qui iuxta triremem Athenis Salamina enatauerat, in promontorio, humauit, quod adhuc Cynoſſema, id eſt canis monumentum nominatur.

Multa huius generis dedimus, *Loco de Canib. Tit. Epitaphia.* quæ alias loco huic ſunt propria, & huc referri poterunt. Quibus pauca adiicimus, quæ cum Romæ, tum alibi leguntur

CATELLÆ. S.

Quod potui, tibi fida Catella ſepulchrum.
Digna magis cœli munere, quam Tumuli.

Aliud.

Candenti è lapido tibi tumulus vno, fuiſti
Candida tota pilo, candida tota fide
Si cœlum vt quondam canibus patet, haud tua Terros
Iacentes, ſed Ver ſtella perenne dabit.

Item aliud. Romæ

Parue canis, tibi paruo domus, & corpore paruus
Et breuis eſt tumulus, & breue carmen habe.

PERDICIS.

Non te iam miſeram ſcopulorum erratica Perdix,
Viminibus lentis texta tenet cauea.
Nec mihi Matura roſeum venientis ad ortum
Alarum excuties nobile plauſitum.

Nam tibi iam ſolis caput abſtulit, omniáque vna
Abſtulit, & ſana vix ſatis illud erat.
E *Quare, ne tibi terra leuis ſit, ſed grauis, opto.*
Ne mox reliquias eruat illa tuas.

LOCVSTÆ

Exiguæ quamuis ipſoque in limine noxis
Pro tumuli inſectus pendet honore lapis.
At [illegible] tamen [illegible]
Nam quæ ſpinoſæ ante Locuſta locis
[illegible] ſpinis dilexit ab annis
Nunc poſtquam ſeris ſum viduata ſonis
Impoſuit tumulo, nec ſpreuit luce carentem.
Eductaque diu parua ſepulchra dedit.

PORCELLI

M. Grunnius Corocotta Porcellus
Vixit Annos D. CCCC. XCVIIII.
Quod ſi ſemis. vixiſſet
Optimi amatores mei. vel Conſules
Vita rogo vos, vt corpori meo
De bonis condimentis
Nuclei, piperis, & mellis
Vt nomen meum in ſempiternum
Nominetur.

PSITTACI

F *Qui fuit Franc. Svveertij Antuerp. quem ei mercator Batauus, pro ſumma IV. mille floren. Brabantic. quam debebat, cuique exſoluenda impar erat; vt aliquid dediſſe videretur, miſerat:*

ERYCII PVTEANI EPIGRAM.

Rara auis interiit, dragmarum millibus empta
Bis ſenis, dominæ flebile delicium
PSITTACVS interiit SVVEERTII, ſunt funera nummi:
Tanto pro pretio nil niſi verba dedit.
Ne tumulo careat vacua condatur in arca
Ne titulo. Hic, ſcribam. Millia multa iacent,
Plenam ſic rurſus contrectet SVVEERTIVS arcam;
Plumas ſic numerat, qui numerabat opes.

SVIS INDICÆ Romæ.

Greſſis me dr[illegible] vnicum ſuilli
[Non his de ſuibus loquor lutoſis
Immundis, olidis, & inrenaſtis
Quos turpi iuuat incubare cæno:
Sed quos vel bona delicata Virgo
G *Molli non neget in ſinu fouere:*
Quos Indus creat, auriferque Ganges]
Huic Lucina puerperam ſepulchro
Enixam geminos dedit catellos.
Quorum alter miſeræ comes parenti,
Mecum per ſtygias vagatur vmbras,
Alter qui mihi ſolus eſt ſuperſtes.
Si valeat pia vota mortuorum,
Mentes flectere Cælitum precamur.
Cerui ſæcula longiora viuat.

PHILOMELÆ ibidem.

DIS AVIBVS.

Luſcinia Philomela, ex Auiario Domitiorum ſelecta, verſicolori, Pulcherrima, Cantrici ſuauiſſ. omnibus gratiis ad digitum pipilanti, in poculo murrhino caput abluenti, infeliciter demerſa. Heu miſella Auicula. Hinc inde volitabas tota garrula, tota feſtiua. Latitas modo inter pulla Lepeymis loculamenta, implumis, frigidula, clauſis ocellis. Licinia Philomela delicia ſua quam in ſinu poſtillis alebat, in proprio cubiculo Alumnæ cariſſ. cũ lacrymis Pos. Vale, & vola per Elyſium.
In cauea picta ſaliens quæ dulce canebat.
Muta tenebroſa nunc iaces in capſa.

H MVSCÆ IN PATERA DEMERSÆ.

Et legitur Bredemburga in Cimbria.

Guſtatrix iaces hic lautorum MVSCA ciborum
Et conuiua frequens Principis in tabula.
Non volucris roſtro, ſimulis nec aranea adunci,
Cratera ſed guſtans pocula, pota cadit.
Nil opus eſt luctu: quis enim tam nobile fatum
Lugeat? Eſt auro condita, merſa mero.

SYLLABVS ILLORVM QVI PVBLICARVNT EPITAPHIA, INSCRIPTIONES, &c.

Adolphus Occo Medicus.

Aldus Manutius in lib. de Orthographia.

Bernardus Briſſonius lib. VII. de Formulis multa vetera recenſet Epitaphia & de tumulis doctiſſimè ſcribit.

Balthaſar Mentzius Saxo, Epitaphia VVittenbergenſia.

Bernardinus Scadeonius Epitaphia Patauina.

Cæſar Baronius S.R.E. Card. in annalibus Eccleſ.

Franciſcus Bernardinus Ferrarius de funere Chriſtianorum parat legitimum & iuſtum opus Mediolani in Coll. Ambroſiano excitato à Frederico Borromeo Cardin. & Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Franciſcus Svveertius F. Deliciis Chriſtiani orbis dedit. A

Ianus Gruterus in inſcriptionibus Romanorum poſt Smetium.

Ioannes Kirchmannus Lubecenſis de funeribus Romanorum lib. IV.

Ioannes Meurſius de funere.

Iuſtus Lipſius dedit & auxit Inſcriptiones Romanorum M. Smetij.

Laurentius Schaderus Saxo monumentorum Italiæ lib. 4.

M. Smetius Inſcriptiones Roman.

Nathan Cythræus Delicias itinerum in Europa euulgauit.

Pantaleon Candidus, antiqua & recentia epit.

Petrus Andreas Canonherij Genuenſis flores Epitaphiorum.

Petrus Apianus Mathematicus Inſcriptiones Sacroſanctæ vetuſtatis.

Simon Grynæus Autigrapha monumentorum Baſilienſium.

Tobias Fent pictor Vratiſlauienſis monumenta clarorum doctrina præcipuè toto orbe terrarum virorum cum Iconibus.

Reges, Reginæ, Nobiles, & alij in Eccleſia Collegiata B. Petri VVeſt-monaſterij ſepulti vſque ad annum CIↃ.IↃC. Excuſ. Londini abſque nomine auctoris. B

Epulæ.

☞ *Sacra, funebres, honorifica, victoriales, & ſimiles, quære ſub Tit. de Magnificentia.*

☞ *Videatur etiam Locus de Conuiuiis*

---

* Equus.

☞ EQVI VBI *quære Tit. de Loco formaliter conſiderato quod locatum Vbi multa de Regionibus in quibus equi præſtantiores.*

☞ EQVORVM PVTA *Putà eos paſcere, inſtruere, cicurare, excitare. Vide in Loco de Operis Mechanicis Tit. opera mechanica verſantes circa materiam inanimatam.*

§. Equorum &c. C

☞ AB EQVIS NECATI, *excuſſi, alliſi, &c. Pete fusè ex Titulo de Morte. ibi. à Brutis Necati. multa hic in eandem rem.*

☞ IN EQVOS PRODIGI, *quære Prodigalitas.*

☞ *Equorũ certamina, domitores, Diuinatio, amor. pete ex titulis propriis, & vide ea quæ in gratiam Lectoris ſubiiciemus.*

☞ *Equis diuites. vide Diuitia.*

EQVORVM COMMENDATIO ET ELOGIVM.

Georgius Buchananus Poëta ſui ſæculi excellens, quamuis religione à Catholicis diſſenſerit, elegantiſſimum Equi elogium expreſſit his verbis.

Cetera rerum opifex animalia finxit ad vſus
Quæque ſuos, Equus ad cunctos ſe accommodat vſus.
Plauſtra trahit, fert clitellas, fert eſſeda, terram
D *Vomere proſcindit, dominum fert, ſiue natato*
Flumina ſeu foſſam ſalire: ſeu vincere curſu.
Eſt ſalebras opus, aut canibus circumdare ſaltus
Aut molles glomerare gradus, aut flectere gyros,
Libera ceu vacuis ludit laſciuia campis.
Quod ſi bella vocent, tremulos vigor acer in artus
It, domino & ſocius vomat ore & naribus iras,
Vulneribuſque offert generoſum pectus, & vnà
Gaudia, mœrorem ſumit ſentitque viciſſim
Cum Domino: ſortem ſic officioſus in omnem.
Vt veteres nobis tam certo fœdere iunctum
Crediderint mixta coaleſcere poſſe figura.
Inque Pheretroniis Centauros edere ſyluis.

Certè antiquitas Centauros ex equo infero, & ſupero homine finxit, vt equorum ingenium, Indolem, & docilitatem indicaret. Exempla pauca ſuggeram, quæ id doceant.

Etiam *Claudianus* Equum HONORIS Imp. hoc carmine extollit.

O felix ſonipes. tanti cui frena mereri.
Numinis, & ſacris licuit ſeruire lupatis,
Seu tua per campos vento iuba luſit liberos.
Seu te Cappadocum gelida ſub valle natantem
Argea lanore nines, ſimulata ſolebas
Teſſalia rapido perſtringere paſcua ſaltu.

Accipe

Accipe regalis cultus, & crine ſuperbo
A *Erecto virides ſpumis per vnde Smar*
Luxurient tumido gemmata monilia collo;
Nobilis auratis tam purpura veſtiat armos
Et medium te zona liget variata colorum
Floribus. & caſta manibus ſudata Serena.
Perſarum gemelo de..us.ſit quippe laborat,
Maternis ſtudiis, vne dedignatur equeſtre
Moliri phaleras, genero latara decorem.

☞ *Pete nonnulla ex Epitaphiis. Vbi Epitaphia quidam equorum.*

DOCILITAS.

Dio Caſſius Author, Traiano cum in fines Parthorum veniſſet, oblatum à Strapia equum, doctum veneratu hominem ritu adorantis, flectere anteriora genua, capite ante pedes anteſtantis ſobmiſſo.

Quid, & geſticulari, conuiuari, decumbere ſoliti, Ideoque olim in theatris equos adhibuerunt, Sybaritæ luxu & deliciis perditi, ſi vera ſunt quæ de illis fama vulgauit; equos aſſueſaciebant in conuiuium venire, ad tibiam ſalutare, pedes tollere, geſtuſque & vocem ad chordas edere.

Ferunt fuiſſe tibicinem equorum magiſtrum, qui à Sybaritis
B fugerat ad Crotoniatas eorum tunc hoſtes. Defert ingenium & operam, effecturum ſe vt Sybaritas vincant, Copiæ colliguntur, & coeunt, tibicen ille has ducit, qui & plures inſtruxerat ea arte & aſtu. Egrediuntur Sybaritæ, & fiducia pleni: nam & equitatu præualebant, congrediuntur. Et ecce tibicines modulari certis formulis, quas dum exceperunt equi Sybaritarum, dum ſe ad conuiuia, non ad prælium accendi autumant, excuſſis ſeſſoribus, ſolenne domi tripudium ineunt, & acie turbata cæduntur. Sed & Circo, ſpectante Claudio Cæſare, excuſſis aurigis, viſi ſunt currere, circa metam ſe flectere, oppoſitos vitare, præmium depoſcere quod meruerant, indignantibus omnibus, verba ſunt Plinij: artes hominum ab equis victas.

Iulius Cæſar Scaliger narrat tanquam oculatus teſtis, Ægyptum quendam equum puſillum, & deformem circumduxiſſe, cuius iuſſu, imo & nutu, ambulabat, properabat, currebat, ſaltabat, vel bipes vel quadrupes. Vinum inquit, bibere vidimus, in clunibus ſedentem anteriores pedes ad pateram ferre, pel-
C nim cruribus ſuſtinere, quaſi à tonſore lauaretur. Refert *Lipſius Cent. 3. Epiſt. ad Belg. Epiſt.* 56. Et peculiare caput de equorum docilitate, inſeruit in ſuum librum de venatione Beliſarius Neritinorum Dux.

Cæterum ſimilem hiſtoriam illi quæ eſt de victis Sybaritis, narrat de Cardianis equitibus à Biſaltis ſimili aſtu deuictis, *Athenæus lib. 12. Dipnoſoph. c. 6.*

QVALITAS A QVA COMMENDENTVR.

☞ *Vide quæ in progreſſu huius loci adducemus ex Oppian. Tit. Equorum qualitas, color, &c.*

FIDES FIDELITAS

Erga magiſtros, Heros, Directores.

De equo Alexandri magni refert *Agellius*, & verbis illius *Lipſius*, quod capite & nomine Buchephalos fuerit emptus ita Chares ſcripſit; talentis XIII. & Philippo Regi donatus. Super hoc equo, vbi phaleris ornatus, & ad prælium armatus fuerat, nullus excepto Rege inſedit, nec vt quis inſideret patiebatur. Id vero de equo illo memorabile, quod cum eo vectus Alexander bello Indico, in hoſtium cuneos incautius penetraſſet, coniectiſque vndique telis equus confoſſus eſſet
D nihilominus moribundus peneq; exanguis, è medijs hoſtib. curſu viuaciſſimo Regem retulerit, atq; extra telorum iactum extulerit, ac quaſi Domini iam ſuperſtitis ſecurus, eum ſenſus ſolatio animam exhalauerit. In cuius rei gratam memoriam Alexander eo bello victor, vrbem eo loco condidit, quam de Equi ſui nomine Bucephalon appellauit. ita Agellius.

SEVARVS Imperator, cum Pretorianos aſtu circumuentos exarmaſſet, quod Pertinacem deſeruiſſent, & occidiſſent: & qui inter eos equites iuberentur deſerere equos: ſuis vnus, cuius equus teneri & ſiſti non potuit, quamuis ille repelleret, Dominum adhinniens & ſequens, quem ita permouit, vt educto gladio ſe & hunc interficeret, & addit Dio qui hæc ſcribit; equus ille ſpectantibus viſus eſt libens, lætuſque cum Domino mori.

In bello Punico ſecundo, graui illa Cannenſi clade, eques Romanorum Clælius fuit vulneribus confectus, & inter mortuos relictus, Mane facto, Annibal pugnæ locum petit, vt oculos tam immani cæſorum ſpectaculo paſceret. Clælius moribundus, ad ſtrepitum caput & linguam mouens, extremam vocem animamque cum gemitu effudit. Agnouit vo- E
cem Domini ſui equus, cui Numida iuxta Annibalem inſidebat, aures arrigit, ſeſſorem proſternit, currit per cadauera, & ante Dominum iam mortuum conſiſtit, colloque & armis ſubmiſſis inuitat ad ſcandendum, diro illo Annibale fidem animantis demirante.

De equis Dominos per multa milliaria natando inſequentibus, donec Mogontiam cum iiſdem deuenirent [...] ſcr. [...] etiam memorabilem hiſtoriam I. *Lipſius ſupra.*

Virgilius de Pallantis occiſi equo:

——— poſitis inſignibus Æthon.
It lacrymans, guttiſque humectat grandibus ora.

Homerus Patroclo trucidato canit:

Ἵπποι δ' Αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες
Κλαῖον, ἐπειδὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο
Ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.

Æacidæ ſed equi paulum à pugna inde remoti
Flebant, vt primum aurigam nouere peremptum
Hectoreis manibus deiectum in puluere ſœdo.

Teſtis eſt, *Plinius*, Antiochum Regem cum prælio Gallus fudiſſet, Centareti Ducis equum cæſo Domino conſcendiſſe: eſt hunc indignatione commotum, ſpretis lupatis ſe in abru- F
pta dediſſe, non ſine grauj & ſuimet & equitis diſcrimine.

Idem Occiſo Scytharum quodam Regulo, ſingulari pugna, & ex prouocatione, cum victor ad ſpoliandum hoſtem accederet, ab equo eius morſibus & calce confectus fuit.

Solinus Polyhiſtor. c. 43. varia huius virtutis equinæ exempla refert, ac inter alia, equos commemorat, qui non niſi primos Dominos cognoſcerent, obliuiſcebantur manſuetudinis.

De equis Mamalucorum in Ægypto, ſcribit *P. Iouius*, quod inter prælia hoſtes morſo petant.

Sed in magis admirandum, quod rectoribus perditis, quos diligunt, fame mortem accerſant. Id quod de Soclis Athenienſis equo tradidit Ælianus. A quo cum amaretur ardentius Soclea, veritus ignominiam, equum vendidit. Qui amaſio Domino deſtitutus, voluntariam ſibi mortem inedia conſciuit. *Phil. Camer. Cent. 1. hor. ſucciſ. c.* 21.

Alexius Imp. Græcorum equos fuit Arabicus, inquit Nicetas, fului coloris, qui tyrannum fratricidam, ab Iſacij fratris cæde redeuntem, id eſt, ſagacitate cognouit, dorſo excuſſit, G
calce impetiit.

Quod paulò ante de Bucephalo Alexandri Magni equo, nullum præter eum ſeſſorem admittentem diximus, idem de equo Iulij Cæſaris, qui fiſſis in duas partes prioribus vngulis natus illi erat; ſcribit Dio *lib. 37. Rom. Hiſtoriæ*, quod præter Iulium, nullum ſeſſorem admitteret.

Equitem Francum memorat *Camerarius*, præſepe equi ſui beneficio hoſtium inſidias euaſiſſe, quia is velut ſubodorabatur, eiuſque rei binas hiſtorias narrat *cap. 23. Cent. 1 horar. ſucciſiu.*

PIETAS, ET PROBITAS IN GENITORES.

Ariſtoteles memoriæ prodidit. Scytharum Regi equum generoſum fuiſſe, & pulcherrimæ ſoboli ſemper matrem, ea cauſa motum Regem, vt filium generoſum matri admiſceret, & ita ſtirpem augeret; ſed illum recuſaſſe. Cum nunc placuiſſet Regi tegi matrem, vt imprudens ſuperueniret: factum quidem, vt mox vt agnouit, facti indignatione motus, per abrupta fugiens ſe præcipitauit.

Simile in Hiſpania Bœtica, noſtro ſæculo. Equus inter optimos inductus ad matrem inceſtandam lenocinijs & vnguentis cognito crimine, morſu ſibi ipſe genitalia, demirantibus H
cunctis abrupit. Alibi, inquit Lipſius ſuprà, progignam ipſum iuſtiore vindicta legimus ab ipſis interſectum.

Sed & erga ſorores notitia & amor, atque in comitatu earum libentius iugum ducunt.

DIVINATIONES ET PRÆSAGIA.

Homerus Xanthum Achillis Equum, velut mortem, ei præfari inducit. *Iliad.* γ.

Cæſaris equos, quos ad Rubiconem fluuium liberos dimiſerat & ſacrauerat, inſidiis in eum paratis, per aliquos ante & poſt dies cibo abſtinuiſſe, compertū fuiſſe, Ammianus ſcribit.

Valentinianum Principem pridiè quam periret, familiaris equus non admiſit; ſed præter mortem repellabat. *Idem.*

Narrat de ſeipſo Iuſtus Lipſius, quod Anno M.D.LXX. equi cui inſidebat, beneficio & præſagio, à ſummo vitæ quod ſibi inopinato imminebat, diſcrimine fuerit ſeruatus, equo fluminis qui peruadendus erat, tutiora loca, etiam in aduerſa impulſus & obluctans, ineunte, & tranſeunte.

EQVORVM CVRATORES. EOS

A *Paſcendo.*

Eaecæcant Sdhythæ Nomades ſeruos omnes lactis gratia, quod ita parant. Suflatoria oſſea fiſtulis ſimillima ſumuntui, eaque genitalibus equarum impoſita, ore inflantur, interea dum al j equas emulgent. Hoc ideo ſe facere aiunt, quod venæ equarum ſufflatæ impleantur, & mammæ deſcendant. Poſtquam emulxere lac, in concaua vaſa lignea diffunduntur. His circumpoſiti cæci ſerui, lac agitant, Cuius quod ſummum eſt dehbatur, precioſiuſque habetur: vilius autem, quod lubſidet. Huius rei gratia Scythæ quemcumque capiunt, viſu orbant. *Herod. lib.4*

Curando.

Riſaces equiſo ſimulata defectioue Perſas ſiti perdere conatur. ☞ *Vide Titulum commeatum beſtium perdere, inficere, potui incommodando.*

Oebares equiſo cuius aſtu Darius regnum Perſarum adeptus eſt. Nam cùm interfectis Magis, qui imperium inuaſerant, Perſarum proceres inter ſe eo pacto conueniſſent, vt in B cuius equus primus hinniret, regno potiretur: Oebares manum vuluæ equinæ prius admotam naribus equi præbuit olfaciendam. Quo odore irritatus equus, primus dedit hinnitum *Herod.lib.2.*

Cùm Scipio Numantiam obſidens ſtatuiſſet inſpicere non arma modo militum, verum etiam equos, mulos & currus, quo pacto hæc quiſque ſibi haberet exercitata atque apparata: M.Marium tradunt produxiſſe equum pulcherrime ab ipſo nutritum, præterea mulum habitudine corporis, manſuetudine ac robore longè cæteris antecellentem: itaque cùm Imper. Marij iumentis delectaretur, ac ſubinde horum faceret mentionem, tandem factum eſt, vt iocoſa laude, qui in officio ſe præſtaret aſſiduum, patientem ac induſtrium, mulus Marianus diceretur. *Eraſ. in Adagiis ex Plut. Mario.*

Fricando.

Ateas Thracum Rex. fricant. equum, legatos Philippi rogauit, Num id faceret Philippus; *Plut. in Apoph.*

Inſtruendo Stratores.

☞ *Ἀναβολεὺς Strator. qui equos ſternit, & in eos attollit reges Etſi quoque pro inſtrumento famitur*

C Conſtantinus quidam ſtrator Artagaſdi, videns imaginem Dei Genitricis ſtantem, apprehenſum lapidem aduerſus eam proiecit, & contriuit, & cùm cecidiſſet, caleſcit. Et vidit in ſomnis aſtantem ſibi & dicentem: Noſti quam fortem cauſam in me operatus fueris; nempe contra caput tuum hoc feciſti. Poſtridie Saracenis murum oppugnantibus, tormenti lapide caput ei facieſque contrita fuit. *Paul. Diac. lib. 21. Rerum Rom. & Cedrenus.*

Agitando.

☞ *Agitatores, curruum in ſacris certaminibus rectores.*

Incitando.

☞ *Hac illi qui aquam equi ſpargunt. A quo officio prouerbium, Frigidam ſuffundere.*

ERGA EQVOS GRATI.

☞ *Conſule Titulum de Gratitudine & Prodigalitate.*

M.Portium Catonem virum alias dignum laude, reprehenſum legimus, quod Equũ quo conſularis vſus fuerat in Hiſpania, demiſiſſet, & vendidiſſet.

Fuerunt Athenienſes equam è publico aluiſſe, quod cum D templum Mineruæ, cui hecatompedon nomen, ædificarent, hæc reliqua iumenta quæ ſarcinas trahebant, vltro comitata fuerit & velut ad laborem adhortata.

C.CALIGVLA equum nomine Incitatum ad cœnam adhibebat, eique in auro hordeum opponebat; nec non aureis vaſis vinum propinabat. *Dio lib.59. Rom. hiſt.*

SELYMVS Turcarum Imperator fertur, equum ſuum quem ſpadicei coloris ferunt fuiſſe, & Caraboulie à Turcis vocatum, liberum dimiſiſſe, & pabuli libertatem ad vitam impendiſſe, quod eius pernicitate, ea prælio, in quo à Baiezete patre ſuo prope oppidum Chiurli victus fuit, fuga ſaluus euaſiſſet. *Camerar. Cent. 1. hor. ſubciſ.*

Scribit *Petrarcha Dial. 31. de remed. vtriuſque fortunæ*, nouiſſe ſe in Italia Quendam, virum alioquin non vulgaris conſilij, & magni animi, qui ægrotanti equo quem amabat, aureum puluinar, ſericumque cubile ſubſternebat, & quamuis podagricus ipſe, equum nihilominus per dies tertio aut quarto inuiſebat, cumque blando murmure ſolabatur, nullumque non beneuolentiæ, ne dicã ſtultitiæ genus infirmo illi: & languenti amico impendebat: extinctumque mox luxit, ceu filiorum aliquem. Quod vt homini mentis ſanæ indignum eſt: ita & humanitas erga bruta, laude ſua carere non debet. E

EQVORVM POSSESSIO.

Equis diuites. Conſule locum de Diuitiis

EQVORVM FEROCIA.

Solere equos ferociam denuntiare, diductis naribus, experientia docet. Quod & *Claudianus* expreſſit. amantis Equi furorem deſcribens:

Nobilis haud aliter Sonipes, quem primus amoris
Sollicitauit odor, tumidus, quatiensque decoras
Curuata ceruice iubas. Pharſalia rura
Peruolat, & notos hinnitu flagitat amnes
Naribus accenſis.

Scribit *Cenzo in hiſt. noui orbis lib. 2. cap. 8.* Indos occidentales habere equos, quos Pachos vocant, adeo formidabiles, vt mille pedites eorum, etiam à tribus equitibus in fugam conijciantur. Et addit. Eos magis formidare illud animal, quam omnia Hiſpanorum arma. Imo ſolere illorum ferociæ adſcribere, quod à Chriſtianis ſuperentur.

Quin ante Hiſpanorum aduentum, equos Indis pleriſque ignotos fuiſſe fama eſt, vnde equites conſpicati, Hypocentauros æſtimabant, & turmatim in fugam conijciebant, inſolito illo nouorum portentorum ſpectaculo terrefacti. F

EQVÆ EQVIS MASCVLIS FORTIORES ET VELOCIORAS.

Equas maſculis præualere compertum eſt, earumque vſum apud veteres Germanos celeberrimum. Emittunt enim inter currendum vrinam, quam equi niſi ſubſiſtant, detinent, & ſtranguriæ morbo exanimantur, quod obſeruauit *F. Patricius l.3. tit.2. de Reg. hiſt.*

Non ignorauit id Baiazetes Turcor. Imp. in prælio illo quod acerrimum geſſit cum Tamire Tartaro, quem Tamerlanem nuncupant. Cùm enim ſtragem ſuorum cerneret & fugam, protinus equam conſcendit, & velociſſimo curſu fugit, at fugientem inſecuti hoſtes nunquam in ſuam poteſtatem redegiſſent, niſi equa intolerãda ſiti extimulata, è proximo flumine bibiſſet, & de pernicitate ſua nonnihil remiſiſſet.

Felicius Dario Regi Equæ aſcenſus obtigit, vt qui profectus contra Alexandrum Magnum in Ciliciam, & prælio ingenti ſuperatus, equæ inſidens, periculo ereptus fuit, quod illa pulli recordaretur quem domi reliquerat, & ad quem ſumma pernicitate cum feſſore properabat. G

EQVORVM QVALITAS. COLOR. PRETIVM. ÆTAS.

☞ *Huc transferri poſſunt quædam ex Titulo de Loco. Videlicet Loca propria equorum &c.*

Celebrantur Equi Matones, quorum naturam bonam iudicant albi & nigri, atque fului pili, ob temperatam quandam miſtionem, humorum.

Huc referuntur etiam ij, qui albi ſunt ac maculoſi, quos Itali à muſcarum ſimilitudine, muſcatos vocant.

Albi, albicantes, & nigri vnicolores improbantur, niſi pede, fronteve, aut iuba, aut aliqua corporis parte notam habeant, è contra, magno pretio rubri inſigniti præter alios cenſentur, quos Virgilius Spadices, & Baios Itali vocant.

Solinus indicia generoſi equi, in potando ex naribus ſumit, quo quis, inquit, acrior fuerit, ſpeique maioris, eo profundius merſitat nares in bibendo.

Inter Europæos equos Hiſpani reliquis præſtant, vnde ex eis Hiſpania equini pecoris alumna celebratur H

Encomia equorum variorum generum, recenſet fuſè Petrus Quinqueranus *de laudibus Prouinciæ fol. 29.*

Conſtat ex ſacris Literis, quale fuerit pretium Equorum Ægyptiorum, tempore Salomonis Regis qui aluit copioſum equitatum. Ita legimus *in lib. Regum.* Egrediebatur quadriga ex Ægypto, ſexcentis ſiclis argenti, & equus centum quinquaginta, *lib. 3. c. 10.* Centenos autem quinquagenos ſiclos in ſingulos equos, pretium computat Budæus nummo noſtro: ſexagenos aureos coronatos, quo fit, vt quadriga id eſt quaterni equi iugales XXIV. libris conſtiterint, quæ ducentis & XL. coronatis æſtimatæ ſunt.

De pretio quod pro Bucephalo exſolutum eſt, diximus ſupra. Porrò Equorum & Equarum vitam longæuam, ad quinquageſimum vſque annum Plinius extendit, vt obſeruauit *F. Patricius lib. 8. c. 41.* Additque. Ea vero optanda non eſt: fiunt enim inutiles non modo rei bellicæ, ſed & vectandis ſarcinis, &c.

Vltra quidem vigeſimum annum non poſſe generare equũ nec equam vltra decimum concipere, naturales affirmant.

Oppia

A *Oppianus lib. 1. de Venat. v. 173.* Equorum præſtantiam deſcribit his verſibus.

Equum inter omnes præſtantiſſimum obſeruarunt
Gnari equeſtrium curſuum, & armentorum magiſtri,
Formis ſi talibus toto corpore cinctus ſit:
Argutum ſupra ceruices, arduum ſublime caput
Erigat magnum ipſe teretibus membris
Alte capite: extremam autem genam ad [illegible]
Amplum ſit, latúmque interce[illegible]
Circa frontem capillorum denſ[illegible]
Oculus ei ſit ternus, flammeus ſuperciliis tremulentus:
Lata nares, os autem amplum, aures breues:
Reflexum ſolum ſit ceruices hirſutas habentis equi,
Perinde quaſi ſetoſa criſtam mouet galea:
Latum ſit pectus, oblongum corpus, lata terga,
Et ſpina gemina in medio coxas pinguefaciens:
Procurrat vero prolixa à tergo & piloſa cauda,
Femora autem bene compacta, ac muſculoſa ſint vt in forma
Rectè prolixaque ſint pedum longa tibia,
Et valde graciles, & carne deſtituta crura
Qualia ſunt longa cornua habentibus, & pernicibus ceruis,
Et talum inclinet, currat verò rotunda vngula.
Alta admodum à terra, denſa, cornua, firma.
B *Talis mihi pergat ad acre ferinum prælium,*
Animoſus, ſocius laborum, Martius ſtrenuus equus.
Tyrrheni tales, atque Armenii, & Achiui,
Cappadoceſque incliti anti ante Taurum paſcuntur.
Miraculum verò in Cappadocibus ingens vidi pernicibus,
Quoad quartum tonellum in ore dentem,
Et lacteum ferunt corpus, ſunt imbecilli,
Celeriores autem ſunt, quanto magis ſeneſcunt.
Illos ad bellum acre armaueris,
Diraſque inferas: quia admodum ſunt audaces
Ad arma occurſandum, confertamque perrumpendam cohortem,
Atque aduerſum feras Martias depugnandum, &c.

*EQESTRIVM RERVM AC EQVORVM COMMENDATIO, VSVS, DIRECTIO, IN EXERCITV ET BELLO.

ITEM EQVITVM PRÆCEPTA ET EXERCITIA.

MAGISTERIVM QVOQVE ET PRÆFECTVRA

Ex Xenophonte, & Philoſtrato.

C Et quidem *Xenophon* vt cætera omnia, ſic etiam de hac re luculenter ſcribit, dum Cyrum Regem inducit ita loquentem: Quandoquidem ex eo, quod rem equeſtrem diu nobis exercere contigit, vſum eius aliquem adſequuti videmur, licet amicis iunioribus indicare, quare futurum ratione putemus, vt equos rectiſſimè tractent. Scripſit quidem & Simo de re equeſtri, atque idem conſecrauit equum aheneum Athenis in Eleuſinio, ad cuius baſim ab ſe præſtita effinxit. In eius libro quæcunque reperimus ſententiæ noſtræ conuenientia, nequaquam ex his noſtris delebimus, ſed eo lubentius cum amicis communicabimus, quo maiorem illo quoque nomine fidem habitura ducimus, quod vir equeſtris rei peritus nobiſcum conſentiat. Quæcunque idem prætermiſit nos indicare conabimur. Primum vero perſcribemus, quo pacto quis in equorum emptione quam minimum circumueniatur. Itaque pulli adhuc indomiti corpus explorandum eſſe, manifeſto patet. Nam animi non admodum certa præbet indicia, qui necdum conſcenditur, At in ipſo corpore primum pedes inſpiciendos dicimus. Sicut enim domus nulli fuerit vſui, ſi ſuperioribus
D egregiè inſtructis, non etiam fundamenta conuenientia ſubiiciantur: ita nec equi bellatoris vſus fuerit vllus, ſi pedes vitioſos habeat, licet alia ſint in eo præclara omnia. Nec enim vllis dotibus ſuis vti poterit. Pedes autem exploret quiſpiam, primum vngulas inſpiciendo. Nam hæ ſpiſſæ longe tenuibus ad bonitatem pedum præſtant. Deinde nec illud negligendum, ſintne ſublimes vngulæ tam anterius, quam poſterius, an depreſſæ vel humiles. Nam ſublimes longè à ſolo remotam habent teſtitudinem, quam vocant, quum depreſſæ vel humiles, ſic comparatæ ſint vt Valgorum more tam firmioribus, quam teneris pedum partibus in inceſſu vtantur. Etiam de vngularum ſonitu bonis præditos pedibus agnoſci, tradit Simo, ac recte quidem. Nam vngula concaua ſolo impacta, non aliter, atque cymbalum aliquod reſonat *cap.* 1.

Et quoniam hinc orſi ſumus, indidem ad reliquum corpus adſcendendo progrediemur, Oportet igitur oſſa, quæ ſupra *quidem* vngulas exiſtunt, infra callos tamen caninos, quos vocant, ſeſe porrigunt, neque nimis eſſe recta, veluti capræ, quippe quum ſolidiora ſint, equitem ſuccutiunt, & huiuſmodi crura citius etiam inflammantur (neque nimis, eadem depreſſa. Nam calli denudarentur, & exulcerarentur, ſiue per E
glebas, ſeu per lapides equus ageretur. Oſſa tibiarum ſpiſſa debent eſſe. Quippe corporis hæc fulcra ſunt, Non tamen venas, neque carnes craſſas habeant. Etenim alioquin dum in aſperis locis equus agitur, hæc ſanguine impleri neceſſe ſit, & c[illegible] atque ipſa quidem crura intumeſcere, cutem vero abſcedere: quæ laxior ſit, viu venire ſæpius ſolet, vt etiam ſura laxata claudicet equus. Cæterum ſi genua pullus in inceſſu molliter inflectat, exiſtimare liceat, eundem habiturum crura mollia, quam ad equitationis vſum idoneus erit. Omnes enim progreſſu temporis, flexus genuum molliores conſequuntur, & qui ſane non abs re probantur. Nam equus huiuſmodi minus & offendit, & fatigatur, quam cruribus rigidis præditus. Femora ſub ſcapulis ſi craſſa ſint, & robore præſtabunt & elegantia, ſicut in virili quoq; corpore. Pectus ſi paulo ſit amplius, magis erit aptum, ſiue ſpectes venuſtatem, ſeu robur, ſiue non per interualla, ſed longo temporis tractu mouentem crura velis equum. A pectore ceruix non vt verris, prona & præceps enata ſit, ſed ita recta tendat ad verticem,
vt gallinacei: nihilominus in ipſo flexu incurua, *cap.* 2. F

Caput oſſeum paruas habeat maxillas. Sic enim fiet, vt equi ceruix ante seſſorem ſit, oculos ante pedes ſpectet. Nec item contumax eſſe poſſit equus huiuſmodi, licet admodum ſit animoſus. Nam equi quoties eſſe contumaces volunt, non ceruicem & caput inflectunt, ſed extendunt. Conſiderandum etiam, teneræ ſint ambæ buccæ, necne, an harum alterutra. Quippe quorum buccæ diſſimiles ſunt, alterutra plerumque tractabiles duntaxat euadunt. Si exſtantes habeat oculos, magis eſſe videtur vigilax, quaſi concauos, ac longiori ex interuallo proſpicere. Nares patulæ perſpirabiliores ſunt compreſſis & equo formam terribiliorem præbent. Etenim quum vel equus equo ſuccenſet, vel in equitatione commouetur, nares magis ſolito diducit. Vertex maior, & aures minutæ, ſpeciem capitis equini magis honeſtam efficiunt. Armorum eminentium ſublimitas & ſellam equiti tutiorem, & armis atque corpori firmiorem compagem tribuit, eademque duplex ſimplici commodior eſt ad inſidendum, & delectabilior adſpectu. Latera dimiſſiora, ventriſque reſpectu turgiduſcula,
pariter efficiunt, vt equus & ſedem præbeat aptiorem, & robuſtior ſit, & pabulo melius fruatur. Lumbi quo latiores & G
ſuccinctiores erunt, eo facilius partes equi anteriores adtollet. ac poſteriores adtrahet. Eadem ratione fiet, vt aluus eſſe minime vaſta videatur, quæ ſi magna ſit, partim deformat equum, partim debiliorem, & minus oneri geſtando reddit idoneum. Coxas latas eſſe conuenit, & carnoſas, vt lateribus & pectori reſpondeant. Quod ſi ſolida ſint omnia, magis expeditus ad curſum, & acrior equus erit. Femorum partes ſub cauda ſi latiore linea diſcretas habeat, ſane fiet, vt crura poſteriora longiore tactus interuallo collocet: quod ipſum efficiet, vt inceſſus equi ſub inſeſſore terribilior ſit, atque firmior, & omnia ſeipſis meliora. Licet hoc vel ex hominibus deprehendas. Nam quum aliquid de terra tollere volunt, nemo non id potius cruribus diuaricatis, quam compreſſis, facere conatur. Teſtes equus non magnos habere debet, quod in pullo perſpici non poteſt. De poſterioribus talis ſiue tibiis, & callis, & vngulis, eadem dicimus, quæ de anterioribus, *cap.* 3.

Lubet etiam ſcribere, quibus indiciis de magnitudine coniecturam aliquis facere poſſit, vt minimè fallatur. Nam cui
pollo recens in lucem edito præaltæ fuerint tibiæ, is maximus H
euadit. Omnium quippe quadrupedum vt tibiæ, progreſſu temporis, in magnitudinem non admodum excreſcunt: ita reliquum corpus ea ſumit incrementa, quæ tibiis reſpondeant. Atque hoc modo qui pulli formam examinant, maxime nobis aliquem poſſe conſequi videntur, qui & bonos habeat pedes, & robuſtus ſit, & iuſta carnis, habitudinis, ſtaturæ proportione præditus. Quod ſi maxime quidam in ipſo mutantur incremento nihilominus hac confidenter vtendum exploratione. Nam longe plures egregia corpora, quum initio turpes ſint, adipiſcuntur, quam fœdi de pulchris euadunt, *cap* 4.

Cæterum quo pacto pulli tractandi ſint, perſcribendum nobis videtur. In vrbibus quidem equeſtris rei cura mandari ſolet iis, qui & copiis locupletiſſimi ſunt, nec in parte reipublicæ poſtrema verſantur. Longè verò ſatius eſt, tum adoleſcentem bonæ corporis conſtitutioni, ac rei equeſtri, vel hac iam percepta, eiuidem exercitiis operam dare, quam pullis domandis intentum eſſe, tum hominem ætate prouectiorem

rem

A tem ſamiliæ amicorum ciuilium, bellicarumque rerum curam potius gerere, quam pullis tractandis occupari. Quod ſi quis de pullorũ educatione mecũ in eadẽ ſententia eſt, haud dubiè pullum domandum locabit. Sic tamen locandus erit, vt quaſi quum puer alicuius artificij diſcendi cauſa magiſtro traditur, litteris ipſe conſignes, quibus rebus inſtitutum pullum reddi tibi velis. Nam iſta pullorum domitori [illegible] exerceri debeat, ſi mercedem accipere v[illegible]. Id tamen ante curandum, vt pullus domitori manſuetus, & tractabilis, & [illegible] tradatur. Etenim horum pleraque domi à curatoribus ſuis diſcunt, ſiquidem hi conſiderent pullum etiam quieſcente eo poſſe peruenire, vt eſuriat, & ſitiat, & iracundus ſit: ad idem vt comedat, vt bibat, vt moleſtis à rebus liberetur, nonniſi per homines fieri poſſe. Quippe ſi hæc eis eueniant, non diligi duntaxat homines à pullis, verum etiam expeti neceſſe eſt. Præterea contrectandæ partes corporis, quas imprimis equo iucundum eſt palpari. Sunt autem illæ, quæ pilos denſiſſimos habent, & quibus ſi moleſti quid accidat, equus ipſe nullam ferre poſſit opem. Iubeatur quoque curator ducere pullum per hominum turbam, & ad
B ſpecies omnis generis omnigenoſque ſtrepitus admouere: quorum ſi quæ pullus reformidet, non ſæuiendo, ſed mitigando demonſtrari debet, res minimè duras eſſe. Ac de pullorum quidem inſtitutione ſufficere mihi videtur, hæc imperito facienda præſcripſiſſe, *cap.* 5.

Quum vero equum aliquis homini ferendo iam idoneum ſibi comparat, quas tenere commonefactiones debeat, ne in emptione decipiatur, litteris prodemus. Primum non ignoret, quæ ſit ætas equi. Nam qui dentes, quos indices vocant, nullos amplius habet, is neque ſpe delectat, nec item diſtrahi facilè poteſt. Quum certo de ætate conſtat, ignorari rurſum non debet, quo pacto frænum ore, lorum, verticale circum aures admittat. Ea vero haudquaquam ignorari poterunt, ſi emptore ſpectante frænum immittatur, & eodem ſpectante eximatur. Secundum hæc animaduertendũ, qui tergo ſeſſorem accipiat. Nam equi plerique difficulter admittunt ea, quibus admiſſis, ad laborandum ſe coactum iri perſpiciunt. Conſiderandum quoque, num conſcenſus, ab aliis equis digredi velit an ad eos adſtantes reſpectans ſeſe deflectendo conuertat. Sunt
C etiam nonnulli, qui propter educationem malam ex ipſis exercitiis equeſtribus ad receſſus domeſticos aufugiunt. Altera duntaxat maxilla tractabiles, tum ea prodit equitatio, quam compedem vocant, tum longe magis ipſius in equitatione curſus mutatio. Nam plerique deflectere nolunt ab inſtituto curſu, niſi maxilla contumax cum inflexione domum verſus tendente conueniat. Sciri quoque debet, an equus laxatus ad celerem curſum cito inhibeatur, & an reuerti velit. Expedit etiam non ignorari, num ictu excitatus, eodem modo velit obtemperare. Nam famuli quidem, & exercitus immorigeri, nullos vſus fuerit; at equus inobediens non tantum inutilis eſt, verum etiam ſæpenumero facit quod proditor ſolet. Et quoniam equum bellatorem inſtituimus emere, periculum eorum omnium faciendum erit, quorum in bello periculum fieri ſolet. Ea ſunt, tranſilire foſſas, muros ſuperare, in prærupta euadere, de præruptis deſilire. Periculum quoque faciendum equitationi, accliuis, & decliuis, & obliquæ. Nam hæc omnia tum animum equi, tum laborum tolerans, tum corpus, an ſa-
D num ſit, explorant. Neq; tamen reiici debet, qui non valde inſigniter hæc præſtat. Etenim plerique, non eo deficiunt, quod præſtare nequeant, ſed quod aliarum rerum rudes ſint: quas ſi didiciſſent, & conſuefacta eſſent, & exercuiſſent, egregiè præſtarent omnia modo ſani ſint, minimeque vitioſi, *c.* 6.

A meticuloſis quidem equis cauendum. Nam qui valde trepidi ſunt vt hoſtibus de ſe damnum dari non ſinunt: ita ſæpenumero ſeſſorem quoque ſtudant, grauiſſimas in difficultates coniiciunt. Cognoſcendum etiam, num aliqua ſit in equo vel aduerſus equos, vel aduerſus homines ſæuitia, numque ſit implacabilis. Nam iſthæc omnia dominis moleſtiam creare ſolent. Cæterum in frænum admittere, vel accipere ſeſſorem detrectet equus, cum moribus aliis, multo magis etiam perſpicere quiſpiam poſſit, ſi equo iam defatigato, rurſus facere conetur, quæ ante equitationem fecerat. Quotquot ſane laboribus ſemel obitis, alios deinde ſubire non recuſant, argumenta ſatis idonea tolerantis animi de ſe præbent. Ad ſummam, pedibus bonis præditus, & mitis, & ſatis ad curſum celer, & qui tum velit, tum poſſit ſuſtinere labores; ac lubenter pareat, cum verò credi par eſt, minimam exhibiturum moleſtiæ, ac imprimis equiti ſalutis auctorem in rebus bel[illegible]
E [illegible]. Quibus autem vel propter ignauiam frequenti incitatione, vel propter animoſitatem nimiam frequenti blandimento, & operoſa tractatione: hi & mani bus equitis negotium faceſſunt, & in periculis animum perturbant. *cap.* 7.

Enimuero quum quis equum iam ſibi probatum emerit, domumque deduxerit, ſtabulum quidem ea parte domus eſſe conueniet, vbi [illegible] minus equum frequentiſſimè ſit conſpecturus: nec minus vt [illegible] equile ſtructum eſſe, vt non magis equi pabulum de præſepi, quam domini cibus è penu ſubtrahi furto poſſit. In hoc qui negligens eſt, mihi quidem ſeipſum negligere videtur. Etenim manifeſtum eſt, dominum in periculis equo corpus ſuum credere. Neque duntaxat habere prodeſt munitum equile propterea, ne furto pabulum auferatur: verumetiam quod ſtatim deprehendatur, ab equo pabulum non egeri. Quod vbi quis animaduerteret, vel os abundans humore, curationis indigere ſciat, vel equum fatigatum, requietem poſcere; vel crithiaſin aliumve quempiam morbum ſurrepere. Sunt autem vt in homine, ſic etiam in equo ab initio ſanabiliora omnia, quam vbi occalluerint; neglectique per errorem morbi fuerint, *cap.* 8. F

Quemadmodum vero pabuli & exercitiorum equi gerenda eſt cura, quo robuſtum ſit corpus: ſic etiam pedibus adhibenda diligentia. Stabula quidem humida, leuiaque bonas etiam à natura corrumpunt vngulas. Oportet verò, ne humida ſint, deflexum habeant, néve ſint læuia, lapides coniunctim defoſſos contineant, vngulis magnitudine reſpondentes. Nam ea ſtabula, præter indicatos vſus, equorum inſiſtentium pedes quoque ſolidiores efficiunt. Deinde curatoris erit, vt equum è ſtabulo educat, vbi diſtringendus erit: & à prandio religet à præſepi, quo maiori cum voluptate veſpertinum ad pabulum accedat. Ruſus vt ſtabulum exterius quam optime comparatum ſit, & equi pedes reddat robuſtiores, rotundorum lapidum in viis iacentium, libræque pondus habentium; plauſtra quatuor aut quinque paſſim ſubſternat, & ferro conſtringat, ne diſiungantur. Super hos inſiſtendo, tanquam in via lapidea, ſemper aliqua diei parte obambulet. Neque vero fieri aliter poteſt, quin vngulis perinde vtatur, ac in inceſſu, ſiue diſtringatur, ſiu pungatur. Ipſæ præterea pedum teſtudines à ſubſtratis hoc modo lapidibus ſolidiores redduntur. G
Quemadmodum autem vngularum haberi ratio debet, vt ſint firmæ: ſic etiam oris, vt tenerum ſit, eadem vero res & homines carnem, & os equi tenerum efficiunt, *cap.* 9.

Cæterum & illud equeſtris viri nobis eſſe, videtur, vt equorum curatorem habeat, ea callentem, quæ tractando ſint equo. Primum igitur huic ſciendum, nunquam eius lori, quo equus ad præſepe ligatur, nodum id loci faciendum, vbi verticale fræni lorum applicatur. Quippe quum frequenter equus ad præſepe caput moueat, niſi lorum hoc abſque noxa circũdatum ſit auribus, cauſam vlceribus ſæpenumero præbebit. Si verò hæ partes exulcerentur, tam ad frænandum, quam diſtringendum ſe difficiliorem vt præbeat equus; neceſſe eſt. Expedit etiam, curatori datum hoc eſſe negotij, vt equi ſtercus atque ſtramenta quotidie in vnum locum exportet. Etenim ſi hoc faciat, & ipſe moleſtia facile liberabitur, & eadem opera commodum equo adferet. Sciendum vero, debere curatorem equo capiſtrum quoque circumdare, ſiue ad diſtinctionem, ſiue ad volutabrum educat. Immo ſemper, quoties equum ſine fræno ducit, capiſtro eum conſtringet. Quippe capiſtrum H
vt reſpirationem non impedit, ita mordendi facultatem adimit, adeoque circumdatum, equos ab inſidiis faciendis reuocat. Etiam ſupra caput adligandus eſt equus. Nam quidquid tandem ob os moleſtum equo accidat, ſurſum iactare caput ductu naturæ ſolet. Itaque ſi caput ſic adligatus iactet, magis laxat vincula, quam diſrumpit, *cap.* 10.

Quum diſtringit equum curator, à capite quidem, & à iuba incipiat, quod fruſtra purgẽtur inferiora, ni partes eæ ſuperiores mundæ ſint: deinde reliquo corpore cunctis ad detergendas ſordes comparatis inſtrumentis ſit vtendum, vt erigantur pili, & pro ſitu eorum naturali puluis excutiatur. Spinæ verò pili nullo tangendi ſunt inſtrumento, ſed manibus fricandi, mollioreſque reddendi, prout natura ſe inclinant. Sic enim hanc ipſam velut equi ſellam nemine curatos læſerit. Caput aqua debet ablui. Quippe quum ſit oſſeum, ſi ferro vel ligno purget, equum dolore adfecerit. Iuba quoque anterius humectanda eſt. Nam quum prolixiores hi pili ſunt, vt equo cernendi facultatem non impediunt, ita repellunt ab oculis,

oculis quæ [illegible] leſtiam creare poſſunt. D[illegible] quidem ipſo ex-
A ſtis a c [illegible] equo pilos hirce ded[illegible]e, magnarum aurium
l[illegible] quas a[illegible] & mulis, ad oculos tuendos, conceſſerunt.
E[illegible]enda [illegible] cauda cum iuba, quum omnino effici opor-
teat [illegible] orum. caudæ quidem, vt equus hanc quam
longiſſime p[illegible] moleſtias abigat, colli vero, vt ampliſ-
ſimum conicen[illegible] [illegible] praebeat. Quin etiam ele-
gantiæ cauſa conceſſæ ſunt à dijs equo tam coll[illegible], quam ante-
riores iubæ cum cauda. Argumento eſt, quod equæ [illegible]
non perinde ad coitum aſinos admittant, dum [illegible]
integras habent. Ideoque [illegible] tondent equas, quicun-
que cum eis aſinos coire volunt. Cæterum eius crura lolu-
mus. Etenim vt nihil habet vtilitatis, ſic noxia eſt vngulis
humectatio crurum quotidiana. Nimia quoque ſub aluo non-
nunquam intermittenda ſordium abſterſio. Nam hæc impri-
mis equo dolorem adfert: & quanto mundiores eæ partes
fuerint, tanto plura moleſtiam equo parientia ſub aluo ſeſe
colligunt. Imo tametſi magnopere quis laboret in his expur-
gandis, vix tamen educi poteſt equus, quin mox immundus
ſit ſimilis. Quapropter hæc committenda ſunt. Crura quoque
manibus ipſis diſtringi, ſatis eſt. *c.11.*

B Indicabimus etiam, quo pacto quis cum minimo diſcrimi-
ne ſuo, & equi commodo maximo, diſtringere poſſit. Quippe
ſi eandem in partem cum equo ſpectans, crura detergat: erit
in periculo, ne tum genu, tum vngulam equus ori eius impin-
gat. Sin adverſam in partem oculos dirigat, & inter abſter-
gendum, extra crus ipſum, propter ſcapulam procumbens, de-
fricet, nec mali quid ipſe patietur, & vngulam equi aperiens,
habere teſtudinis curam poterit. Eodem modo poſteriora
quoque crura detergat. Scire vero debetis qui propter equum
verſatur, tam hæc, quam alia, quæ fieri debent, minime ſic fa-
cienda, vt vel in equum adverſum vel averſum eatur. Nam ſi
conetur improbus eſſe, plus vtroque modo poterit equus,
quam homo. Verum ſi quis à latere accedat, nullo cum diſcri-
mine ſuo equum tractare prolíàe poterit, *cap.12.*

Quum ducendus eſt equus, vt eum à tergo ſequens ducas,
propterea non probamus; quod qui ducit equum hoc modo,
minime ſibi ab eo cauere poſſit, quum equo maxima facultas
ſit, quidquid velit, agendi. Rurſus equum ſic condocefacere,
vt ad longum lorum te præcedente pone ſequatur, has ob
C cauſas improbamus. Poteſt enim equus, in vtram partem ve-
lit, nocere: ſimulque poteſt ita ſe convertere, vt adverſum ſeſe
ducenti obiiciat. Et vero ſi plures equi hoc modo ducantur,
qui fieri poſſit, vt à ſe invicem abſtineant; at equus à latere
duci conſuefactus, vt minime vel equis, vel hominibus nocere
poterit, ſic etiam aptiſſimè comparatus erit equiti, ſi quando
conſceſſionem celerem vſus poſtulet. Vt autẽ recte curator etiã
frænum immittat, primũ ab equi latere ſiniſtro accedat, deinde
habenas capiti circumiectas ſummis humeris imponat, & lo-
rum verticale dextra ſuſtollat, ſiniſtra lupos admoveat. Quod
ſi equus admittet, manifeſtum eſt, applicandæ eſſe fræni lora.
Sin os minime diducat, admoto dentibus fræno, maior ſini-
ſtræ manus digitus equi maxillæ inferendus erit. Nam pleri-
que, ſi hoc fiat, os pandunt. At vero ſi ne ſic quidem frænum
admittat propter eum dentem, qui caninus dicitur, labrum
premat. Etenim perpauci frænum non admittunt: ſi hoc eis ac-
cidit, ſciat hæc quoque curator. Primum, ne vnquam ducat
equum habenis. Hoc enim efficit, vt equi alterutra maxillarũ
intractabiles evadant. Deinde, quantum à maxillis frænum di-
D ſtare debeat. Nam frænum ſi nimis ſtringat maxillas, ſic or-
callum obducit, vt ſenſum omnem amittat. Idem ſi nimis ad
extremum os vſq; demittatur, equo facultatem præbet, vt lu-
pxtum mordens, parere nolit. Et nequaquam equus eiuſmodi
reb. exercebandus eſt, quum laborẽ ſubire debet. Quippe tan-
tum in eo momenti ſitũ eſt, vt equus frænũ libenter accipiat,
vt nulli ſit prorſus vſui, qui non admittit. At vero ſi non ſolum
frænetur, quum ſubiturus eſt laborem, verumetiam quum ad
pabulum, & quum ex equitatione domum abducitur: non
mirum erit, ſi ſponte ſua frænum oblatum arripiat *cap.13.*

Expedit etiam, ſcire curatorem hominis in equum ſuble-
vandi rationem more Perſico: vt tum ipſe dominus, ſi morbo
debilitetur, aut ætas eius ingraveſcat, hominem habeat à quo
facile in equum attollatur, tum alteri, ſi cui velit, eiuſdẽ opera
gratificetur. Vnũ hoc præceptũ ad equos vnus hic mos opti-
mus eſt, equus iracunde nunquam tractetur. Nam ita nihil
promidet. Ideoq; ſæpenumero deſignat ea, quorum neceſſe eſt
aliquem pœniteat. Itidem quum equus aliquid ſuſpicando
veritus, adire non vult, quoniam oſtendendum eſt ei, nihil eſſe

terribile, præſertim ſi equus ſit [illegible]oſus. Sin autem contre-
ctet equus ipſe rem ſpecie terribilem, & leniter equum addu- E
cat. At qui verberibus cogunt, maiorem adhuc metum incu-
tiunt. Putant enim equi, ſi quid moleſti tunc eis accidat, idipſũ
a rebus, quas ſuſpectas habent, proficiſci. Cæterum vbi cura-
tor equum tradit, quo ſi conſcenſuro, non improbamus id qui-
dem, ſi poſſit equum ita ſummittere, quo facilis ſit adſcenſus:
ſed ipſi tamen equiti putamus in hac incumbendum exercita-
tione, [illegible] præbente poſſit aſcendere. Nam
[illegible] curator alias alij ſeruit, c.14.
[illegible] Quum eques acceperit equum, ſeu conſcenſurus, quid
agere debeat, vt in equitatione tam ſibi quam equo plurimum
commodet, literis deinceps complectemur. Primum ergo lo-
rum ductorium, ab inferiore fræni parte, vel ab annulo religa-
tum, ſiniſtra manu apte prehendet, ea quidem laxitate, vt nec
ad conſcendendum ſeſe ſublevans, arreptis propter aures pilis
nec de haſta ſubſiliens, equum retrahat. Inde dextra prehen-
dat habenas in ſummis humeris depoſitas, vna cum iuba: ne
quoquomodo conſcendens, os equi fræno torqueat. Poſtea-
quam ſeſe ad conſcenſionem adlevarit, ſiniſtra corpus libret,
ad dextram porrigendo ſemet attollat. Quippe ſi hoc modo
conſcendat, ne à tergo deformate ſpectaculũ præbebit. Et fa- F
ciet hæc inflexo crure, nec in equi ſpinã imponet genu, ſed in
dextrum latus tibiam tranſiliet. Vbi pedem iam circumegerit,
tum deinde nates etiã in equũ imponat. Sin eques forte ſiniſtra
ducat equum, dextra teneat haſtam: vtile nobis eſſe videtur, vt
etiam à latere dextro ſtudeat in equum inſilire. Nec aliud ſane
quidquã hic diſcendũ venit, quam quæ dextris antea corporis
partib. faciebat ea nũc vt ſiniſtris peragat: quæq; tunc ſiniſtris,
modo dextris faciat. Atque hanc conſcendendi rationem pro-
pterea laudamus, quod ſimulatque conſcenderit, mox omnino
ſit paratus, ſi forte ſubito cum hoſtibus ſit dimicandum *c.15.*

Poſteaquam ſive nudo in equo, ſeu in ephippio conſederit,
non ſeſſionem velut in curru laudamus, ſed eam quæ cruribus
divaricatis equitem quaſi erigit. Sic enim femoribus equi fir-
mius adhærebit. Et erectus, ſi quidem vſus ita poſcat, tum ia-
cula validius emittere, tum ex equo ferire poterit. Debet etiam
tibia cum pede remiſſius à genu demitti. Nam qui rigidũ eius
gerit, ſi quam in rem illud impegerit, mox fractũ erit. At vero
ſi fluxa ſit tibia, tametſi aliquid in eam irruat, ita cedere po-
terit, vt femur haud quaquã loco moveatur. Propterea ſui cor-
poris eã partẽ vniverſã, quæ ſupra crura eſt, ita conſuefacere G
debet eques, vt quam maxime ſit agilis. Nam hoc modo magis
ad agendum aliquid comparatus erit, & ſi quis eum detrahere,
vel impellere volet, minus titubabit. Cæterum vbi reſederit,
primo conſuefaciendus eſt equus, vt tantiſper quietus ſit, dum
ſi quid erit opus, eques aptaverit, & habenas æquales reddi-
derit, & haſtã ita ſumpſerit, vt geſtari quã aptiſſime poſſit. De-
inde brachiũ ſiniſtrũ lateri admoveat. Hoc n. modo pulcherri-
me cõpoſit⁹ erit equ⁹ & maximũ man⁹ ipſa robur habebit. *c.16.*

Habenas laudamus eiuſmodi quæ ſint æquales, non fragiles,
neq; lubricæ, neq; craſſæ: vt haſtã quoq; ſi ſit opus, excipere
manus ea poſſit. Quum equo ſignificatũ erit, vt progrediatur:
pedetentim id facere incipiat, quod in eo minimum perturba-
tionis ſit. Habenas, ſi quidem equus caput paulo demiſſo geret,
manibus eques ſurſum teneat: ſin erectior fuerit, deorſum. Sic
enim formam equi quam ornatiſſimam efficiet. Secundum
hæc ſi pergat equus inceſſu ſibi à natura indito, abſque vlla
prorſus moleſtia levabit corpus, & lubentiſſime ſe conferet ad
virgæ directæ curſum. Et quoniam à læua initium fieri magis H
probatur, ſic inde potiſſimũ incipietur, ſi poſt conſcenſionem,
equo dextrum ordiente greſſum, eques ei ſignificaret, ad virgã
directã currendũ eſſe. Quippe lævum ſublaturus, ab eo curſus
initium faciet: quumq; ad ſiniſtrã converteretur, inflexionẽ quo-
que ſic incipiet. Nam ita comparatus à natura eſt equus, vt ſi
convertatur ad dextram, à dextris initium faciat: ſin ad ſini-
ſtram, à ſiniſtris. Equitationis id exercitiũ laudamus, quod cõ-
pedem vocant. Equos enim conſuefacit, vt vtraq; maxilla con-
vertantur. Prodeſt etiam, curſum equitationis mutari, vt ambæ
maxillæ pariter ad equitationis vtrumque latus reddantur ido-
neæ. Laudamus & porrectam in longum compedem potius,
quam circularem. Hoc enim modo lubentius ſe converteret
equus, iam recti curſus ſatur: pariterque fiet, vt ad curſum
directum, & ad inflexionem ſemet exerceat, *cap.17.*

Sunt etiam in converſionibus equi retinendi: Quippe nec
equo facile, nec tutum eſt, in illa curſus celeritate paulo mo-
mento ſemet inflectere: præſertim ſi parvum ſit, lubricum ve
ſolum. Quum equum inhibebit, vt eum fræno quam minime

in

in obliquum adiget, ſic ipſemet cauebit in primis, ne in obliquum propendeat. Abſque quo ſit, leuem occaſionem ſuffecturam ſciat, vt humi tam ipſe, quam equus procumbat. Poſteaquam conuerſione facta, directo proſpiciet equus, ad celeritatem eum excitet. Quippe manifeſtum eſt, in pugnis quoque conuerſiones vel perſequendi, & abſcedendi cauſa fieri. Quapropter expedit, vt conuerſus ad celeritatem adſuefiat. Vbi iam equus habere ſatis exercitij videbitur, vtile quoque fuerit, quietè reuocatum ſubito ſummam ad celeritatem inſtigari, ab equis tamen auerſum, non verſus equos, ac rurſus à celeri curſu, loco proximo quiete refici: quumque conſtiterit aliquandiu, denuo conuerſum incitari. Nam manifeſto pateat, futurum aliquod aliquando tempus, quod horum vtrumque requirat. Quum deſcendendum erit, nec inter equos vnquam id fiat, nec in hominum cœtu, nec extra curſus equeſtris ſpatia: ſed vbi laborem equus ſubire cogitur, ibidem & quietem conſequitor. Et quia nonnunquam equo currendum erit per loca decliuia, montuoſa, obliqua, nonnunquam tranſiliendum, nonnunquam exiliendum, alicubi deſiliendum, ad hæc prorſus omnia tam ipſe, quam equus inſtitui debet, & exerceri. Nam alter alterutrius hoc modo ſaluti conſulet, ac maiori eſſe vſui videbitur, c.18.

A

B

Si quis autem bis à nobis eadem dici putat, quæ prius expoſita nunc repetamus, non hæc bis dici ſciat. Etenim in emptione periculum fieri iubebamus, an hæc præſtare poſſet equus, nunc quemque dicimus inſtituere debere ſuum, adeoque literis prodemus qua ratione ſit inſtituendus. Debet. n. eques, ſi rudis omnino ſit equus tranſiliendi, prehenſo loro ductorio deorſum abiecto, prior ipſe foſſam tranſire, deinde lorum adducendo, equum vrgere, vt tranſiliat. Si nolit, cum flagello quiſpiam, vel baculo, verbera ſummis viribus inferat: quo fiet, vt non ipſum duntaxat ſpatium tranſiliat, ſed etiam vlterius quam oportet. Neque deinceps vllis opus erit verberibus, ſed ſi quem à tergo tantum viderit accedentem, ſaltabit. Poſteaquam in hunc modum conſuefactus fuerit ad tranſiliendum, etiam equo conſcenſo pergendum ad foſſas, primò minores, mox ampliores. Quumque inſaltaturus eſt, eques ei ſubdat calcaria. Conſimili modo, quum eum conſuefaciet, vt ſurſum deorſumve ſaltet, calcaribus feriat. Quippe ſi hæc omnia totius corporis impulſu faciat, cum maiore tam ipſius
C equi, quam ſeſſoris ſecuritate res ſuccedet, quam ſi vel in tranſiliendo, vel ſurſum ſaltando, vel deſiliendo, poſteriore parte corporis deficiat. Ad decliuia primum equus in ſolo molliore conſuefaciendus eſt, ac tandem quum eius vſum habuerit multo libentius per decliuia, quam adcliuia curret, c.19.

Quod autem nonnulli metuunt, ne, ſi agantur equi per decliuia, rumpant armos, animo ſint otioſo licet, præſertim vbi cognouerint, Perſas & Odryſas vniuerſos, per decliuia curſu certantes, equos non minus ſanos habere, quam Græcos. Nec item omittemus, qualem eques ad hæc ſingula ſemet exhibere debeat. Etenim ad primum equi repente prorumpentis impetum anterius ei prorumpendum eſt. Nam minus hoc modo tergiuerſabitur equus, ſeſſoremve ſurſum iactabit. Mox quum equus à curſu reuocatur, ſemet erigat. Sic enim minus ipſe quaſſabitur. Quum tranſilienda eſt foſſa, vel in locum adcliuem pergendum, non malum fuerit, iubam arripere, ne ſimul equus & iniquitate loci, & fræno grauetur. Verſus decliuia ſe reſupinet eques, ne præceps tam ipſe, quam equus, deorſum
D feratur. Rectum quoque fuerit, alias in alijs locis, modo longiores, modo breuiores decurſus equeſtres inſtitui. Nam minus & hæc ingrata ſunt equo, quam ſi ſemper in eiſdem locis conſimilique modo fiant equitationes, c.30.

Et quoniam eum, qui omnimodo diuerſis in locis equum citato curſu agit, neceſſe eſt eius rectè tractandi peritum eſſe nec minus, vt armis ex eo commode poſſit vti: nequaquam vituperanda venit rei equeſtris inter venandum exercitatio locis iis, quæ tam idonea ſunt, tum feras habent. At vbi hæc conſiderantur, bonum quoque fuerit exercitium, ſi ex conuento de duobus equitibus alter in equo per loca varia fugiat, haſtamque auerſam retro ſeſe ſubducat, alter rotundis iaculis inſtructus, & haſta ſimilem in modum facta, perſequatur: ac ſicubi fugientem attingat ea interuallo iaculis reſpondente, iſtæ in eum rotunda conijciat, ſin intra ictum haſtæ, feriat, ita deprehenſum. Bonum etiam, quum aliquando alter in alterum irruerit, tracto ad ſe aduerſario, mox eundem à ſe repente protrudere. Nam ad hominem ex equo deijciendum hoc pertinet. Faciet etiam is rectè, qui trahitur, ſi equum abi-
gat. Id enim faciens, citius trahentem deijecerit, qu[illegible] ciderit. Quod ſi aliquando contingat, vt dum ca[illegible] ſidentium, equites alteri aduerſus alteros [illegible] uerſarios perſequantur ad hoſtilem vſque p[illegible] ad ſuam vſque refugiant: hic etiam ſcire prodeſt, quam quidem diu quis haud procul à ſuis abeſt, recte ac tutò factum ſi equo inter primos conuerſo, totis hoſtes viribus vrgeat: [illegible] propius ad eos acceſſerit, equum in poteſtate retinere. Nam credi par eſt, eum hoc modo maximam habiturum facultatem lædendi hoſtes, à quib. ipſe noxiſſime lædi nequeat. Enim verò Dij conceſſerunt hominibus vt ab homine, quæ fieri debeant, oratione doceantur. Eadem ratione conſtat equum doceri non poſſe. Verum ſi viciſſim ei rem gratam feceris, vbi quid ipſe tui ex animi ſententia peregerit, ac rurſus, equum inobediens fuerit, caſtigaueris: hac in primis ratione didicerit iis obſequi, quæ fieri oporteat. Ac breue quidem iſtud eſt dictu, ſed per vniuerſam ſeſe rem equeſtrem porrigit. Nam fræ num equus accipiet lubentius, ſi eo admiſſo, commodi quidpiam ſubſequatur. Idem & tranſiliet, & ſaltabit ſurſum, & in omnibus alijs obſequetur ſi quam imperata fecerit, ad quam requiem expectabit, cap.21.

F Et hactenus quidem expoſuimus, qui fieri poſſit, vt minimè circumueniatur, qui pullum & equum emit, eundemque tractando, minimè corrumpat: præſertim ſi exhibendus ſit equus, iis dotibus præditus quas eques ad pugnam deſiderat. Opportunum verò forſaſſe fuerit, hoc quoque perſcribi, ſi cui contingat animoſiore vti equo, vel ignauiore, quam oporteat: quonam modo poſſit vtroque rectiſſime vti. Primum ergo ſciendum, id animum in equo eſſe, quod ira ſit in homine. Quemadmodum igitur hominem minime quis ad iram commoueat, ſi neque verbis proferat aliquid rei moleſtæ, neque faciat: ita nec equum animoſum irritabit vllo modo, qui eum non læſerit. Ac ſtatim quidem in ipſa conſcenſione danda eſt opera, vt in aſcendendo nulla quis equum adficiat moleſtia. Poſtea verò, quam conſcenderit equo longius ad temporis ſpatium ſubſiſtere iuſſo, quàm fieri exteroquin ſoleat, ita deinde placidiſſimis ſignis eum promoueat. Hinc ab inceſſu lentiſſimo primordia capiens, ad celeriorem ea ratione perducet, vt equus ipſe minimè ſentiat, incitatiore ſe motu progredi, cap.33.

G Si quid equo repente velit imperare, ſciat equum animoſum repentinis rebus haud aliter perturbari, ac ſoleat homo, qui repente aliquid vel adſpexit, vel audiuit, vel ſenſit. Quod ſi pergentem celerius equum animoſum à progreſſionis impetu reuocare volueris, non eum ſubitò retrahere debes, ſed placidè frænum adducens, vt conſiſtat, non cogendo ſed mitigando efficies. Prolixis etiam agitationibus manſuetiores euadunt equi, quam crebris conuerſionibus: eædemque ſi placidæ conficientur, equum animoſum longiore ſpatio demulcent ac mitigant, ſine vlla concitatione. Si quis autem exiſtimat, equum ſe mitem redditurum, ſi eum celeri & prolixa equitatione fatiget: contrarium ſtatuit ei, quod conſentaneum eſt. In talibus enim vim adhibere nititur equus animoſus, & in hac ira, inſtar hominis iracundi, ſæpenumero ſeipſum & equitem grauiſſimis malis adficit. Retrahendus etiam equus animoſus à velociſſimo curſu, nec vllo modo permittendum, vt propter alium equum ad certamen adigatur. Nam ferè qui maximè contentioſi ſunt, ferociſſimi euadunt. Leuia quoque fræna his aptiora, quam aſpera. Si tamen & aſperum immittatur, efficiendum erit laxitate, vt leui ſimile videatur. H
Expedit etiam, vt aliquis ſeſe conſuefaciat, in primis ad inſidendum equo feroci, abſque corporis motu, atque vt equum alia parte nequaquam attingat, quam quibus partibus eum tutioris inſeſſus cauſa contingimus, cap.23.

Sciri autem debet hoc quoque præceptum, (ποππυσμὸς hic eſt) compreſſorum quidem labiorum ſono equos mitigari: clocitatione (κλωγμὸς) verò excitari. At ſi quis ab initio poſt clocitationem grauiora, poſt eiuum ore compreſſo ſonum moleſta quædam exhibeat: ſic conſueſiet equus, vt ad oris compreſſi ſonum excitetur, clocitatione mitigetur. Eadem igitur ratione tam ad clamores, quam ad tubæ ſonitum, ſic accedere debes, vt nequaquam equo ſpeciem perturbati præbeas, nec eidem turbulenti quiddam offeras. Immo quantum eius fieri poterit, & quieſces id temporis, & matutina veſpertinaque pabula, ſi quidem id fieri liceat, offeres. Optimum verò conſilium hoc fuerit, ne quis equum nimis ferocem ad bellum ſibi comparet. De ignauo autem equo ſatis equidem arbitror hoc fore, ſi huic omnia contraria facienda

ſcriba

ſet bami[illegible], quæ animo[illegible] hend[illegible] co[illegible] ulimus. At ſi quis
A equo a[illegible] v[illegible]rit, ut etiam imago ſic i[illegible]tior ſit & [illegible] ſpectabi[illegible] exhibere debet, ne vel os fræno [illegible] torqueat, vel calcaria ſubdat, vel equum flagello cædat: qu[illegible] ue faciundis magnam ſe gloriam adipiſci putant. Iſti autem homines animi ſui ſententiæ contraria faciunt omnia. Quippe dum ora ſurſum trahunt, equos, qui ante ſe proſpicere debebant, cæcos reddunt: dum calcaria ſubdunt, & flagellis cædunt, eum terrore conſternunt, vt non ſine periculo perturbentur: quæ ſanè ab iis equis fieri ſolent, quibus equitatio maximè moleſta eſt, quique fœda viſu, non præclara quædam faciunt. Verum ſi quis equum ita conſuefecerit vt laxiore fræno incidat, & ceruicem attollat, & eandē mox à capite recuruet: is facilè ab eo impetrabit, vt faciat, quæ cæteroquin cū voluptate, & quidem exſultans fecit. Equum autem iſta voluptate facere, hoc intelligi argumento poteſt. Mox enim, quum ad alios equos acceſſerit, ac præſertim ad equas, ſublimem admodum ceruicem gerit, & maximè caput, truci eum adſpectu, incuruat: crura mollius attollit, caudam
B ſurſum porrigit. Quamobrem quum equum ad ea præſtanda perducit, quæ ipſemet equus effingendo repræſentat, quoties pulcherrimum ſeſe ſpectandum exhibet: is nimirum efficiet, vt cum voluptate incedat equus, & magnificentiam præ ſe ferat, & terribilis ſit, & ſpectabilis. Quæ ſane quonam modo putemus effici poſſe, nunc commemorare conabimur, c. 54.

Primum ergo non pauciora duobus habere fræna conuenit. Eorum alterum leue ſit, & rotulas habeat grandiores. alterum rotulas graues ac depreſſas, cum echinis acutioribus: vt quum hoc prehenderit, aſperitatem moleſtè ferendo, dimittat, quum viciſſim leuius illud acceperit, voluptatem ex eius leuitate percipiat, & prorſus eadem immiſſo leui præſtet, ad quæ præſtanda fræno aſperiori adſuefactus erat. Sin lenitate contenta, frequenter in ipſum frænum incumbere velit: non abs re maiores addimus leui rotulas, vt dum per eas os pandere cogitur, lupatum admittat. Poteſt etiam frænum aſperum variari tum implicando, tum extendendo. Quotquot autem fræna fuerint, omnia mollia ſunto. Quippe rigidum
C quacunque parte prehenderit equus, totum maxillis tenet, quemadmodum ſi veru quiſpiam quacumque ſui parte prehenderit, totum ſuſtollit. Alterum verò non aliter atque catena, qua parte tenetur, ea ſola non flectitur, quum reliquum penſile ſit, atque id loco cedens, dum ſemper in ore captat equus, lupatum à maxillis dimittit. Eam ob cauſam in medio quoque de ipſis axibus annuli ſuſpendi ſolent, vt hos lingua dentibúſque prenſans, frænum maxillis corripere negligat. Quod ſi quiſpiam ignorat, quidnam mollities, quidve rigiditas fræni ſit, hoc ipſum quoque perſcribemus. Eſt.n. molle, quum axes commiſſuras ita latas ac leues habent, vt facile flecti poſſint. Adeoque omnia quæ axibus circumponuntur, ſi patula ſint, & non condenſa, pro mollibus haberi debent. Si verò quælibet fræni partes difficulter & diſiungantur, & viciſſim in ſe redeant, hoc ſcilicet eſt, frænū eſſe rigidum. Qualecūque verò ſit, cuncta quidem hæc cum eo præſtari oportet, ſi talem quis equum exhibere velit, qualem diximus, c. 55.

Os equi ſurſum impellendum, neque nimis duriter, vt caput ſurſum iactet, neque nimis remiſſe, vt non ſentiat. Poſteaquam erectus hoc impulſu, ceruicem attullit; mox frænum
D ei remittendum, atque in rebus etiam cæteris, quemadmodum perpetuo monemus, ſicubi rectè obſequatur equus, viciſſim ei gratificandum. Vbi quis equum animaduertet delectari tum ceruicis elatione, tum illa laxitate: nihil ei moleſti exhibebit, quaſi ſi quietem ei ſit conceſſurus. Sic enim animo confidentiſſimo ad agitationem celerem accedet. Ac delectari celeritate curſus equum, hoc argumento eſt. Quippe ſi fuga euaſit, non pedetentim pergit, ſed currit. Sic enim a natura cōparatus eſt, vt voluptatem hinc capiat, niſi quis forte cogat vltra, quam cōmodum ſit, currere. Quod ſi modum aliquid ſuperet, quodcumque tandem illud ſit, nec equo, nec homini gratum erit. Cæterum vbi cum ſplendore quodam productus fuerit ad decurrendum, par eſt credi, ſic eum priori exercitatione conſuefactum, vt poſt inflexiones maiore cū impetu prorumpat. Verum ſi quis equo ad hoc inſtituto, pariter & frænum adducat, & ſignum quoddā inſtigationis edat fræno quidem preſſus . . . . . at inſtigationis impetu concitatur. Ac pectus quidem anterius protendit, crura verò præ iracundia ſuſtollit altius, non mollia tamen. Nequaquam enim excandeſcentes equi crura magis habent mollia. Si verò quis equo in hunc modum exci-tato frenum remittat, ibi præ gaudio quod ſe reſpectu laxitatis lupato liberatum putet, ipſa ſe quadam elatione abunda, B
cruribus que mollibus ſuperbiens fertur, omnino repræſentans eam venuſtatem, quam erga equos alios præ ſe ferre ſolet. Ac talem qui ſpectant equum, & liberalem appellant, & ſpontaneum, & equeſtrem, & animoſum, & ſuperbum, adſpectuque tam iucundum, quam trucem Et hactenus quidem illis, qui fortaſſis ea deſiderabunt hæc præſcripta ſunto, c. 56.

Si quis autem equo ad pompam idoneo, & erigendi ſe perito, & ſplendido velit vti; ſciat non abs quouis equo poſſe talia præſtari, ſed requiri, vt magnus in tali ſit animus, cum corpore valido. Quod autem plerique putant eum, cui crura ſint mollia corpus etiam poſſe facilius attollere, minime ſic comparatum eſt: ſed potius qui molles, ſuccinctos, validos lumbos habet, & lumbos hic dico non caudam verſus porrectos, ſed qui exiſtunt inter latera & coxas, ad ilia: is ſub anterioribus non exiguo ſpatio collocare poſteriora crura poterit. Si quis igitur equum pedes ita ſubiicientem fræno ſurſum impulerit, partibus illi poſterioribus in talos ſeſe flectit, & corpus anterius ſic erit, vt è regione conſiſtentes & aluum, & pudenda conſpiciant. Quæ ſane quum facit, frænum ei remittendum erit: vt quæ ab equo pulcherrima præſtantur, ea tum faciat lubens, tum ſpectatorem iudicio facere videatur. Sunt quidem nonnulli, qui equos ad hæc F
quoque conſuefaciunt, dum partim eos virga ſub talos feriunt, partim aliquem ad latus currentem baculo femora verberare iubent. Verum nos optimum hoc eſſe præceptum arbitramur, vt, quod ſemper dicimus, vbicumque voluntati equitis paruerit, viciſſim id perpetuo ſequatur, vt equo requieſcendi copia fiat. Nam quæ per coactionem facit equus, vt Simo quoque tradit, ea neque nouit ipſe, neque magis decora ſunt, quam ſi quis hiſtrionem flagris, atque ſtimulis excitet. Quippe multò plura præter decorum, quam cum laude faciet, tum equus, tum homo, cui quid eiuſmodi continget. Proinde quas dotes omninò pulcherrimas & ſplendidiſſimas habet equus, eas ſignis datis exhibere debet. Quod ſi etiam tum, dum exercetur, ad ſudorem vſque cupidum agitarit, quum verè, quam honeſtè ſemet erexerit, ſtatim deſcenſio fiat, G
& frænum detrahatur: omnino futurum ſciri debet, vt deinceps ad erigendum ſeſe non inuitus accedat, c. 57.

Atque in equis huiuſmodi ſane tam dij quam heroës equitantes pingi ſolent: & homines, qui eis dextrè vtuntur, magnificentiam quandam præ ſe ferunt. Et vero is equus, qui ſemet erigit, tantopere ſane pulchrum quiddam eſt, ſeu admirabile, ſeu ſuſpiciendum: vt oculos omnium ſpectatorum, tam iuuenum quam ſenum, in ſe coniectus detineat. Nemo quidem certo vel ab eo diſcedit, vel ſpectando defatigatur, dum præclaram hanc ille ſpeciem ſuam exhibet. Cæterum ſi cui talem equum habenti vſuveniat, vt vel tribui cum imperio præſit, vel equitum magiſter fiat: illi non in hoc erit incumbendum vt ipſe ſolus ſit ſplendidus, ſed multo magis vt vniuerſum agmen, quod eum ſequitur, ſpectatu dignum appareat. Quamobrem ſi, quod in equis eiuſmodi maxime laudatur, præcedat equus quiſpiam, qui corpus ad inſignem altitudinem motu crebertimo ſuſtollens, lentè tamen admodum progrediatur: nimirum eueniet, vt equi cæteri pedetentim hunc ſequantur. Ex hoc autem ſpectaculo quid conſequi ſplendidum poſſit? Sin equo concitato, neque nimis celeriter, neque H
nimis tarde præcedat, ſed ea ratione qua equi maxime fiunt alacres, & truces, & ſpeciem ad laborem obeundum maxime decentem induunt: tum vero neceſſe eſt, vt ingens ſtrepitus, ingens equorum hinnitus, & narium flatus adſit. Ideoque non ipſe tantummodo, ſed vniuerſus etiam comitatus haud abs re ſpectabilis erit. Enim vero ſi quis equum feliciter emerit, & ſic educet, vt labores ſuſtinere poſſit, & eodem rectè vtatur in exercitiis ad rem militarem conſuefacientibus, in equitationibus oſtentationis cauſa comparatis, in certaminibus denique bellicis: quid hunc impedimento ſit, quo minus equos maioris efficiat pretij quam eos acceperit, neque dumtaxat equos bonitate celebres habeat, verum etiam ipſe propter equeſtris rei cognitionem in ore ſit omnibus, niſi diuina quædam vis obſtet, *cap.* 58.

Placet etiam perſcribere, quonam modo armatus eſſe debeat, qui ad quod in equo periculum ſit aditurus. Primum dicimus, debere loricam ſic eſſe factam, vt corpori reſpondeat. Aptam quidem hanc corpus ipſum geſtat, nimis vero laxam, humeri ſoli ferunt. Sin valde ſit anguſta, non armatura,

ſed

[illegible]

à præcep[illegible] ingredi deſinat, ſiue [illegible] huius rei fecerit, tum [illegible] des equi teſetes effici conſpicie [illegible] eſſe oportet, quonā modo equites [illegible] ſint opti[illegible] commemorabo. Iunioribus quidem ſtet eos auctores fore, vt in equos inſilire diſcant: Laudem verò iure merebetis, ſi quem eis adhibueris qui doceat. Ætate prouectioribus haud parum profueris, ſi conſueſceris eos, vt more Perſico ab aliis in equos ſubleuentur. Ad hoc autem, vt equites omnigenis in locis firmiter equis inſidere poſſint, frequenter educere, quum bellum non geritur, fortaſſe moleſtum fuerit. Itaq, conuocatis equitibus conſulere debes, vt exercitiis vtantur, ſiue rus in equis prouehantur, ſeu alio pergant, è viis declinando, & omnigenis in locis equos celeriter agendo. Nam hoc & pare eū educendo habet vtilitatē, nec moleſtiæ tantum exhibet. Con-

B modum id etiam eis in memoriam reuocari quod ciuitas in equitatū ad XL. talenta (XX ferè millia aureorum coronatorum) propemodum quotannis impendere cogatur: vt ſi bellum exiſtat, equitatus ei quærēdus non ſit, ſed in promptu habeat, quo inſtructo poſſit vti. Nam vero conſentaneum eſt, equites hæc cum animis ſuis expendentes, rem equeſtrem diligentius exercituros: vt bellum ſi moueatur, non inexercitatis de patria, de honore ac gloria, de vita ſit dimicandum. Bonum quoque denunciari equitibus, te nonnunquā eos educturum, ac per omnigena loca præiturum. In exercitiis etiam coortatimm prouectionum in alia atque alia loca nonnunquam educere prodeſt. Hoc enim & equitibus & equis vtilius. c. 4.

Ex equis iaculari mea quidem opinione ſic plurimi conſueſcent, ſi tribunis futurum denunciaueris, vt ipſi duces coganturr cuiuſque tribus iaculatores ad exercitia iaculandi adigere. Nam excitabuntur ambitione quadam, ceu videtur, vt quiſque iaculatores ciuitati quamplurimos inſtruat. Ad id quoque tribuni plurimum mihi videntur momenti adlaturi, vt equites egregiè ſint armati, ſi perſuaſum eis fuerit, multò

C ad ciuitatem eſſe glorioſius, ſplendore tribus ornari, quam ſuo duntaxat indumento. Nec difficulter hoc ipſis perſuaderi poſſe crediderim, quum honoris & gloriæ ſtudio tribunatum ambiuerint. Poterunt autem ſuis arma ſecundum legem imperare, ſtruēque ſuis impenſis equites adigere de præſcripto legis vt arma ſibi de ſtipendio ſuo comparent. c. 5.

Vt verò qui reguntur abs te, libenter pareant, non leue quiddam, verbis oſtendere, quam multa commoda contineat obedientia, ſed magnum aliquid in hoc quoque, ſi ſecundum legem reapſe potior efficiatur morigerorum conditio, contraque deteriori loco in omnibus ſint contumaces. Vis autem in hoc mihi maxima videtur eſſe ad impellendos tribunos, vt ambitioſè dent operam, quo ſuam quiſque tribum egregiè inſtructi ducant, ſi quos circū te præcurſores habebis, perelegantet armis ornaueris, maximeq; iaculationum ad exercitia coëgeris, & auctor ad iaculandum fueris, ipſemet in hoc genere plurimum exercitatus. Quod ſi quis etiam tribubus eorum omnium præmia proponere poſſit, quæcunque in ſpectaculis exercet ab equitatu præclare ſolent, eum ego facillimè cunctos Athenienſes ad ſtudia contentionum excitaturum arbitror. In indicium id quidem apparatu percipitur

D quum modicorum præmiorum cauſa multi labores, magnique ſumptus impendantur. Iudices eiuſmodi reperiendi ſunt apud quos ſi victoria potiantur, inprimis exultent. c. 6.

Vbi iam equites in omnibus exercitati fuerint, etiam ordinis eſſe peritos oportet, cuius obſeruatione fiet, vt pulcherrimas diis pompas agant in equitationibus, cum laude ſe gerant fortiſſimè ſic vſu poſcente dimicent, expeditiſſimè ac minima cum perturbatione itinera conficiant, tranſituſque difficiles ſuperent. Quo autem ordine vtendo hæc mihi rectiſſimè perfectum iri videantur, eum declarare nunc aggrediar. Diſtinctæ ſunt in ciuitate tribus. In his inquam ego debere primum vo ſine tribunorum ſingulorum iudicio & ſententia decuriones ex illorum numero conſtitui, qui & ætate vigeant, & ambitione maxima quadam in hoc ferantur, vt aliquid egregium & peragant, & audiant. Hi principes in ordine collocantur. Secundum eos totidem numero de prouectioribus & inprimis [illegible]

[illegible] pergendum aliquando in[illegible] ſtat one ſua robur anteſtoribus videt, ita re[illegible] tempori aſſit, prudentes abducendo tribules haud abs re melius conſeruaturus videtur. Iam ſi decuriones numero pares fuerint, plures partes æquales efficient diuidendo, quam ſi fuerint pares. Hic ordo mihi de cauſis hiſce probatur, quod ita primum omnes principia conſtituti loco cum imperio ſunt. Iidem verò, qui cum imperio ſunt, magis ad ſe quodammodo pertinere putant, vt egregium aliquid gerant, quam ſi priuati ſint. Deinde quum aliquid agendum eſt, multò efficacius eſt, quod per eos denunciatur, qui cum imperio ſunt, quam quod opera priuatorum. c. 7.

His hoc ordine collocatis, quemadmodum ab equitum magiſtro prædici tribunis ſolet, quo prouehi loco quiſque debeat: ſic & decurionibus denunciatum à tribunis eſſe oportet, quo loco ſinguli pergendum. Nam hæc ſi prius indicata fuerint, longè meliori ordine fient omnia; quam ſi perinde, ac de theatro, temerè ferentoque diſcedentes, mutuo ſemet offenderint. Etiam paratiores animis ad pugnam ſunt anteriores, ſi ex aduerſo quid irruat, vbi locum hunc ſuum eſſe norunt: nec minùs vltimi, ſi à tergo fiat in eos impetus, quum ſciant eſſe turpe locum in acie ſuum deſerere. Sin ordo nullus ſeruetur, ſeipſos & anguſtis in itineribus, & locis difficilibus ſuperandis perturbant: nec quiſquam eſt, qui ſponte ſua ſe ad pugnandum cum hoſte componat. Et in his quidem omnimo equites vniuerſi prorſus eſſe debent exercitati, ſi modò duci operam ſine recuſatione nauaturi ſunt. At ipſi equitum magiſtro hæc eſſe curæ debent. Primum, vt pro equitatus incolumitate diis rite litet. Deinde, vt feriis pompas ſpectatu dignas exhibeat. Præterea & alia, quæ ciuitati exhibenda ſunt, vt quam pulcherrimè pro virili exhibeat; tum in Academia, tum Lyceo, & phalero, & hippodromo, quæ quidem admonitiones aliæ ſunt. Quo autem modo hæc ſingula pulcherrimè peragi poſſint, nunc dicam. cap. 8.

Pompas & diis & ſpectatoribus fore gratiſſimas arbitror, ſi quotquot deorum tam fana, quam ſigna ſunt in foro, Mercurialibus à ſtatuis exorſi, vndique in honorem deorum cum ipſo foro ac fanis, circumequitent. Liberalibus autem chori præterea gratificari ſolent tum aliis, tum duodecim diis tripudiando. Vbi iam circumuecti rurſus ad ſigna mercurialia peruenerint, tum deinde pulchrum mihi fore videtur, ſi per tribus equi celerius vſque ad Eleuſinium incitentur. Nec de haſtis omittam, quomodo illæ neutrā in partem minime ſibi mutuo illidātur. Debent enim ſinguli ſuas haſtas inter aures equi tenere, ſiquidem & terribiles, & diſtinctu faciles futuræ ſint, & ſpeciem multitudinis exhibituræ. Poſtquam celerior iſthæc agitatio finem habuerit, pulchrum turſus eos mutata ratione procedendi, eadem via, qua prius, ad fana pedetentim reuehi: quo quidem modo fiet, vt quidquid eſt in equo, cui eques inſidet, & diis & hominibus exhibitum ſit. Nec equidem ignoro minime ad iſta facienda equites adſuetos eſſe: ſed nihilominus hæc & egregia, & pulchra, ſpectatoribus iucunda fore iudico. Quin & alia quædam ac equitibus inſtituta certamina noua intelligo, poſtquā magiſtri equitum eis perſuadere potuerunt, quæ voluiſſent. Quotiens quidē in Lyceo āte iaculationem agitationes inſtituunt equites, ſane pulchrum quiddam fuerit, vtraſque tribus quinque tanquam ad prælium à fronte prouehi, ducente magiſtro equitum & tribunis ordine tali, quo ſpatij latitudo expleatur. Vbi vero ſtadinem aduerſi theatri ſuperauerint, vtile viſum iri arbitror, ſi tot ſimul equites, quot modice ſatis erit, per decliuia prouchi poſſe celerioni curſu oſtenderis. Neque me fugit, libenter eos hæc exhibituros, ſi concitatius equos agere ſe poſſe confidant. At vero ſi maneant inexercitati, videndum ne hoſtes hæc eos aliquando facere cogant. Dictum de ordine in luſtrationibus, quo pulcherrima inſtitui equitatio poſſit. Si vero ductor à valido inſtructus equo, in exteriore ſemper ſerie circumuehatur; ita fiet, vt ſemper ipſe celerius equum incitet, & qui exterius cum eo ſunt, concitatius itidem ferantur. Itaque conſilium ſemper

A [illegible]

[illegible] gantur. [illegible] ne ſemota [illegible] & [illegible] tum tribus quinq; [illegible] mutu[illegible] quitent. In hoc enim ſpectacul[illegible] teri[illegible] aduerſis frontibus contra ſe prouehantur, & p[illegible] ſplendo-ris quod hippodromo perequitato, rurſus aduerſi contra ſe conſiſtant. Itidem pulchrum, ad alterum tubæ ſignum celerius eos contra ſe ferri. Quum vero iam conſtiterint, tertia vice rurſus poſt tubæ clangorem celerrime prouehi contra ſe mutuo debent; & vbi perequitauerint, fine iam ludis imponendo, in phalange cuncti conſtituti, qui vobis mos eſt, ad conſilium equis adueh[e]batur. Horum ſpeciem magis exiſtimo bellicoſam, magiſque nouam viſum iri. Minime vero dignum munere magiſtri equitum, vt ipſe tardius tribunis incedat, & eodem modo cum ipſis equitet. *Cap.* 10.

B Quum autem in academia, loco patrio, inſtituendæ erunt equitationes; hæ quæ moneam, habeo. Ne ipſi deiiciantur aliquando ex equis, reſupinare ſe inter agitandum debent: vt equi non cadant in reflexionibus inhibendi & retinendi ſunt. In curſu recto celeriter eos agi oportet. Ita conſilium & tutã & pulchram agitationem inſpiciet. In itineribus vero proſpicere ſemper debet equitum magiſter, vt & equorum ſedilibus in dorſo quiete conſulat, & equites pedibus incedẽtes reficiat: quod equitatione mediocri, & pedeſtri inceſſu mediocri fiet. Quod ſi curæ tibi mediocritas erit, haud aberrabis. Nam quiſque ſibi modum ſtatuit, ne imprudentes nimio labore grauentur. *Cap.* 11.

Quum iter facis, & obſcurum eſt, an hoſtibus ſis occurſurus? per vices quiete tribus reficiendæ. Periculoſum enim fuerit, tunc aduentare propius hoſtes, vbi ex equis omnes deſcenderint. Quod ſi per anguſtas vias tibi tranſeundum ſit, ita duces, vt aciem in cornu protendi iubeas: ſin latas in vias incidas, rurſum iubebis tribus vniuſcuiuſq; frontẽ dilatari, vbi denique perueneritis in planiciem, trib. omnes in phalangẽ conſti-

C tuendæ. Hæc enim & exercitij cauſa facere bonũ eſt, atq; etiã iucundius, ſic itinera conficere; vt profectiones ordinum equeſtrium varietate condiantur. Quũ extra vias per loca difficilia prouehimini, per quã vtile fuerit iã in hoſtili, quã pacata regione quoſdã ex apparitorib. cuiuſq; tribus antecedere; qui ſi forte in ſaltu inuios inciderint, ad peruia tranſeuntes equitibus indicent, qua equi agendi ſint, ne toti ordines oberrent. *Cap.* 12.

Si periculoſum alicubi ſit iter, prudentis erit equitum magiſtri curare, vt ante præmiſſos etiam præmiſſi quidã alij præcedant, qui res hoſtium perquirendo explorent. Etiam vtile iã ad inuadendum, quã ad cauendum, vt vbi difficiles ſunt tranſitus, alteri alteros expectent: ne poſtremi dum itineris ducem inſequuntur, verberibus equos concidant. Ac norunt quidem propemodum hæc omnes, ſed pauci curæ laborem tolerare volunt. Oportet item equitum magiſtrum adhuc tempore pacis in hoc incumbere, vt peritus ſit iam hoſtilis, quam ſuorum regionis: ac ſi nullam earum notitiam ipſe habeat, ex aliis ſibi ſingulorum locorũ maxime gnaros adiungat. Magnum enim diſcrimen eſt inter ducem peritum viarum, & imperitum: vt etiam is, qui hoſtibus inſidias ſtruit locorum peritus, multum ab imperito differt. Curæ ſint & exploratores ante bellum ſuſ-

D ceptum, vt haberi poſſint & ex ciuitatibus vtriſq; amicis, & ex mercatoribus. Omnes enim ciuitates admittere ſemper eos vt beneuolos, ſolent; qui aliquid important. Vtiles ſunt nonnunquã & ficti transfugæ. Nec tamen ſic exploratorib. fidendũ, vt omittatur cautio; ſed ita paratũ ſẽper eſſe oportet, quaſi ſi iã nunciatũ ſit, hoſtes aduentare. Licet enim valde fideles ſint exploratores, in eo tamen difficultas eſt, vt aliquid in tempore nũcient, quũ multa in bello accidere impedimẽta ſoleãt. *C.* 13.

Eductiones equitatus minus hoſtes ſentient, ſi potius ex denuntientur, quam ſi præconis voce vel per edictum imperentur. Ad hoc igitur, vt eductiones denuntiando fiant bonũ erit conſtituere decuriones, & cum decurionibus quinionum quoque duces: tum vt pauciſſimis vnuſquiſque denunciet, tum etiam vt duces hi quinionum ſuo tempore procedentes, abſque perturbatione frontẽ aciei exporrigant. Vbi præcauendũ eſt, equidem occultas ſemper & ſpeculationes & excubias laudo. Sic enim & excubiæ ſimul pro amicis habentur, & hoſti

[illegible] peri-[illegible] pertas [illegible]. Præterea licebit [illegible], vt cum paucis manifeſtis ante [illegible] in inſidias pertrahere conetur, [illegible] oneum minus venãdis hoſtibus, etiam poſt occultos cũ aliis manifeſtis nonnunquã excubare. Nam hac quoq; ratione non aliter circumueniuntur hoſtes, ac prius indicata. *C.* 14.

Prudentis etiam ducis eſt, in periculum vltro ſe non conficere, niſi quum manifeſtum eſt, potiorem ipſius; quam hoſtiũ, conditionem futuram. At hoſtibus ſuppeditare cauſam voluptatis maximæ, multo iuſtius eſſe proditio ſociorũ, quam fortitudo, iudicabitur. Prudens id quoque facinus, illuc progredi, vbi vires hoſtium debiles ſunt, licet interuallo magno diſtent. Nam minus eſt in vehementi labore periculi, quam ſi prælio cum prioribus decertandum ſit. Quod ſi medias inter munitiones & caſtella ſuorum penetrauerint hoſtes licet longe viribus ſuperiores ſint; pulchrum tamen eos hinc aggredi, quacunque tandem à parte clam hoſtibus adſis; nec minus honeſtum, id ſimul ab vtraque parte fieri. Quum enim alij ſe recipient, adequitantes, ab alterutro latere rui, tũ perturbabunt hoſtes, tum ſaluti ſuorum conſulent. *Cap* 15. F

Dictum iampridem, bonum eſſe, dari operam, vt res hoſtium per exploratores cognoſcantur. Ego vero eſſe omnium optimum exiſtimo, vt aliquis ipſe, ſi de tuto quopiam loco liceat hoſtes alicunde contemplari, num in aliquo peccent, inſpicere conetur. Ac ſiquidem aliqu d eis furtim adimi poterit, ad hoc furtum peragendum idonei quidam mittendi, quod autem rapinæ expoſitum, mittendi qui rapiant. Si hoſtibus aliquò proficiſcentibus, pars quædam copiarum hoſtilium debilior à tergo maneat, quã ipſe ſit, aut ſumpta fiducia palari auſit: ne hoc quidem ignorare debet, ſic tamen, vt manu validiore venetur id quod eſt debilius. Poteſt autem hæc animaduertere, qui mentem eis adhibet; quandoquidem & beſtiæ, quibus intelligentia minor eſt quam homini, puta milui, ſi quid incuſtoditum ſit, rapere norunt, & prius in tuta ſe recipere, quam capiantur: & lupi, quæ cuſtodia deſtituuntur, venari ſolent, & in obſcuris abdita furantur. Idem lupus, ſi canis inſequens ſuperueniat viribus inferiorem aggreditur: ſin ille ſuperior ſit iugulatis iis, quæ nactus eſt, diſcedit. Vbi vero lupi cuſtodiam contemnere auſi fuerint, ordinatis ſuis partim ad abigendos cuſtodes, partim ad rapiendum, ita neceſſaria ſibi acquirunt. Quum igitur beſtiæ prudenter in agendis hiſce prædis ſe gerant, quomodo nõ par fuerit eum, qui homo ſit, ſapientiorẽ ſe declarare beſtiis, quæ ipſa capi arte ab homine ſolent? *Cap.* 16. G

Hoc quoque ſcire vir equeſtris debet, quonam ex interuallo peditem ceperit eques, & quantum ad interuallum equi tardi celeres effugerint. Iidem ad equitum magiſtri munus pertinet ſcire loca quibus in locis pedites equitib. ſuperiores ſint, ac viciſſim peditibus equites. Etiam ſolerti artificio moliri debet, vt pauci equites, multi eſſe videantur; & multi viciſſim, paucorum ſpeciem habeant: itemque ſi præſens ſit, vt adeſſe videatur; ſi abſit, adeſſe: neque tantũ vt norit hoſtib. ſua furtim præripere, verum equites etiam ſuos furtim circumueniendo, adoriri hoſtes de improuiſo. Egregium & hoc artificiũ, ſi poſſit, quom ipſe viribus inferior eſt, metum hoſtibus incutere, ne ſe adoriantur: quum prior ipſe viribus, eorundẽ animis indere fiduciã, vt aggrediãtur. Sic enim & ipſe minimũ detrimẽti acceperis, & inprimis hoſtes in errores deprehendere poſſis. *C.* 17. H

Ne vero, quæ fieri nequeant, præcipere videar: prodam ſane literis, quomodo & illa fiant, quæ in his difficillima videntur. Itaque ne quis in conatu vel inſequendi, vel abſcedendi, offendat: ex eo conſequetur, ſi vires equorũ perſpectas habeat. Quonam vero modo perſpectas habere poſſit, ſi animum adtentat in aduerſis prouectionibus, quæ cum beneuolentia fiunt quales & è perſequendo, & fugiendo diſcedant. Quum vero volueris equites multorum habere ſpeciem: vnum hoc primum eſto, ſi liceat, ne prope hoſtes fraudem aliquã moliaris. Tutius enim, quod è longinquo fit & ad fraudem aptius. Deinde ſciẽdum, equos catervatim incedentes ſpeciem multorum habere propter ipſius animalis magnitudinem: quum diſperſi, facile numerari poſſint. Præterea tibi copioſior equitatus adeſſe videbitur, quam ſi reapſe, ſi curatores equorum inter equites

consti

A [illegible]

aperi [illegible] tractione numeru [illegible] oculis expoſitus ſit, ordinata [illegible] uallo tradüces; & equites qu[illegible] cu uiq; [illegible] ante oculos ſunt, haſtas tenere rectas debent ca[illegible] & minime ſupereminentes. Liber quam terrorem hoſtib. incutere, tum fictas inſidias, tum auxilia facta, fictoſq; rumores excogitando. Tū vero confidentiſſimi ſunt hoſtes, quum aduerſarius multa negocia, multas occupationes exhibere audiūt. c. 18.

His ita deſcriptis, ipſius iam ducis fuerit id moliri, vt pro re præſenti ſemper aliquam fallaciam ſtruat. Nam reuera nihil adeo fructuoſum in bello, atque fallacia. Qnū vero etiam pueri quoties ludunt, prætextu fallendi faciant quæcumque poſſunt, vt paucos habentes, multos habere videantur; & mul-B tos habere ſe præferentes, ſpeciem paucorum exhibeant: quid vetet, quo minus etiam viri, ſi fraudib. animum adiiciant, huiuſmodi artificiis vti poſſint? Nam ſi cum animo ſuo meliores in bello conditiones aliquis expendat, is maiorem earū partem & quidē inſigniores fraude captatas, & partas inueniet. Quapropter vel non capeſſendum imperium, vel vt hoc quoque præſtare poſſit diuinitus præter alia petendum, & ipſimet in hoc adnitendum. Qui mare vicinum habent, iis ad fraudem hoc quoq; commodum, vt dum naues inſtruunt, aliquid terra gerant, ac viciſſim, dum terra inſidias ſe moliri ſimulant, mari rem aggrediantur. Etiam hoc equitum magiſtri eſt, docere ciuitatem, quā debile quiddā ſit equitatus à peditatu deſtitutus; vt vna cum equis, & pedites habeat. Nec minus ad officium magiſtri equitum pertinet, vt peditibus acceptis vti poſſit. Ac licet pedites non tantum certis locis, ſed etiam poſt equos occultare. Nam longe grandior eſt eques homine pedeſtri. c. 19.

Hæc vero equidem vniuerſa & ſi qua moliri aliquis præterea volet in conatu hoſtis, aut vi, aut arte ſuperandi, diuina cum ope ſuſcipienda conſulo: vt numine ſibi placato ac propitio C fortunam quoq; proſperam prædicare poſſit. Nonnunquam & illud aptiſſimū ad fraudem, ſi nimis ſe cautū quiſpiam ſimulet, aleæque belli tentandæ nequaquam cupidum. Hoc enim hoſtes eò ſæpius adigit, vt omiſſo cauendi & excubandi ſtudio magis delinquant. Si quis ſemel viſus fuerit adeundi periculi cupidus eſſe, poteſt hoſtib. etiam quieſcendo, dum aliquid ſe facturum ſimulat, negotia faceſſere. Sed enim ea animi ſui arbitrio nihil formare quiſpiam poſſit, ſi non ea, de quibus aliquid fingendum, ita comparata ſint, vt artificis voluntati cedant; nec item ex hominib. abſq; numinis ope ſic aliqui vnquā inſtructi erunt, vt amore proſequantur illum, qui eis cum imperio præeſt, niſi eum ſe prudentiorem iudicauerint in iis, quæ ad certamina cum hoſtibus ineunda pertinent. Hinc quoque conciliari beneuolentiam illorum, qui reguntur, conſentaneū eſt; ſi comiter aliquis eos complectatur, ac proſpicere ſe declaret, vt & victum habeant, & tuto ſe recipiant, & idonea muniti cuſtodia quieſcant. In præſidiis manifeſta debet eius eſſe cura de pabulo, & tentoriis, & aquis, & excubiis, & aliis rebus neceſſariis; itemque prouidentia ipſius & vigilantia pro D iis, quos regit. Vbi copia quadā rei alicuius abūdat is, qui aliis præeſt, lucroſū erit, id ſuis impertiri. Minime vero contemnent eū, qui cum imperio eſt, ſi quæcunq; vt paucis rem cōplectar, ſuos facere iuſſerit, ea rectius ipſis facere viſus fuerit. C. 20.

Quapropter exordiens ab inſcendendis equis exercere omnia debet ad rem equeſtrem pertinentia; quo præfectum ſuum poſſe videant in equo & foſſas tuto traiicere, & muros ſuperare, & de tumulis ſe demittere, & idoneè iaculari. Nam hæc omnia nonnulli ad hoc conferunt adiumenti, ne contemptui ſit. Iam ſi rerum gerendarum peritum eſſe norint, & idoneum ad efficiendum, vt hoſtibus ipſi potiore loco ſint; & animis præterea impreſſerint, eū nec temere, nec abſq; numinis ope, nec exeis aduerſantibus in hoſtes ducturum: hæc ſcilicet eiuſmodi ſūt omnia, magis vt morigeros præfecto reddāt illos qui eius imperio continētur. Ac prudentem ſane quēvis eſſe conuenit, qui cum imperio ſit at populi Athenienſis equitum magiſtrum longe aliis præſtare tum cultu deorū immortaliū, tū vſu rei militaris oportet; quum ei finitimi ſint aduerſarii, iam equites numero pares, quā pedites ſaue multi. Si agrū hoſtilem ſiue reliquæ ciuitatis auxiliis inuadere conetur, aduerſus illos

[illegible] meliores [illegible] gerat, [illegible] pedites numero [illegible] um quidem nec corpora deteriora [illegible] audiores, ſi Deo propitio rectè fuerint ex[illegible] Maiores ſane quod attinet, non minus Athenienſes eorum nomine, quam Bœoti, ſemet efferunt. Cap. 21.

Si vero ciuitas ad rem naualem ſe conuerterit, & mœnia tueri ſatis ſibi duxerit, vti tum quoq; factū, quum Lacedæmonii Græcis vniuerſis ſibi adiunctis Atticam inuaſerunt, equitesque ſuos extra muros eſſe ſubſidio voluerit, ac ſolus contra copias aduerſariorum omnes periclitari: tum vero primū, mea ſane ſententia, diuino erit opus auxilio firmo, atq; ipſū deinde magiſtrum equitum eſſe virum prorſus abſolutum conueniet. F Nā & prudentia magna contra longe plures, & audacia requiritur, quū occaſionis ſe opportunitas obtulerit. Itidē arbitror eū laboribus perferendis idoneum eſſe debere. Si enim exercitu tali præſente, cui ne tota quidem ciuitas ſe putet obiiciendam, periclitari velit: nimirum feret, quidquid illi viribus ſuperiores faciendum ſtatuerint, nullam ad rem peragendam ſatis ipſe idoneus. At vero ſi extra muros ſita tot equitib. cuſtodiat, quod hoſtiū reb. ſpeculandis ſufficient, & iis maiori ex parte in totū ſubducendis, quib. hoc opus eſt? ſicq; non minus idonei ſunt ad proſpiciendum pauci, quā plures: ſane tū ad cuſtodiendum, tum ad ſubducendum in loca pacata non minus erunt opportuni, qui nec ſeipſis, nec equis ſuis ſatis fidunt. Nā metus in cuſtodiendo ſocius acer eſſe videtur. Itaque rectum conſilium capiet, qui de his cuſtodes ac præſidiarios efficiet. Eos vero, qui cōſtitutā iā cuſtodia ſuperfuerint, ſi quis vt exercitum habere ſe duxerit, ſane perexiguus hic ei videbitur. Nā in vniuerſū erit inferior ad pugnæ periculū aperto marte ſubeundū. Sin eis vt prædonib. vtatur, ſatis ſuperq; magnas ad hoc inſtitutū copias habebit, vtiquidē apparet. Debet autē, meo iuG dicio, paratos ſēper habere ſuos, & occultādo ſuas actiones & cōſilia, nū in aliqua re delinquat hoſtilis exerc. obſeruare. c. 22.

Solent vero plerunq; milites, quanto plures ſunt, tanto magis peccare ac labi. Nam vel ob curam parandi res neceſſarias, hinc inde diſperguntur; vel iter abſq; ordine facientes, alij præcedunt, alij longius, quam par & opportunum ſit, à tergo manent. Huiuſmodi errores & peccata minime relinquenda ſunt impunita, niſi quis regionem totam caſtra diſperſi militis eſſe velit: & hoc recte prouidē ſū, vt debere ſe ſciat, facinore quodam edito, prius abſcedere, quam maiores hoſtium copiæ ferendi auxilij cauſa ſuperueniant. Sæpius etiam, dum iter facit exercitus, ad eas vias peruenit, in quibus multi plus efficere, quam pauci, minime poſſent. Itidem ad loca tranſitu difficilia licebit animum attendenti, ac tuto ſubſequenti, ſic arbitratu ſuo rem gerere; vt quam multos ex hoſtibus velit inuadat. Nonnunquam commodum & caſtra metantes, & prandentes, & cœnantes, & è cubili ſurgentes aggredi. Sunt enim milites in his omnibus inermes, ac breuiori quidem tempore pedites, equites diutius. Speculatoribus & excubiis nunquam inſidiari H deſinet. Nam pauci ſemper ad hoc cōſtituuntur, & interdum ab exercitus robore procul abſunt. Vbi vero ſatis hoſtes in his ſibi cauere, recte facies, ſibi ope diuina fretus in hoſticum occulta contendet, vbi prius ei curæ fuerit, quotnam ſingulis in locis, & qua parte regionis excubias agant. Quippe nulla tam pulchra præda eſt, vt captarū excubiarū. Et decipi facile poſſūt excubitores. Nā quidquid exiguo numero viderint; perſequūtur: idq; ſibi mandatum exiſtimant. In receptu conſiderandū, ne fiat in eā partē, qua ſuis opem laturi hoſtes occurrant. c. 23.

Qui vero facultatem habituri ſint afficiendi detrimento copias longe ſe potiores abſq; diſcrimine ſuo, eos haud dubie neceſſe eſt adeo præſtare cæteris, vt ipſi quidē in equeſtris rei bellicis operib. exercitati athletæ, hoſtes vero rudes eſſe videātur. Poſſit autem hoc primum ita fieri, ſi ad prædā exituri, ſi equitationi laborando adſueuerint, vt tolerare labores militares queant. Qui enim ad hæc & equi & equites ſtudioſe non adſuefiunt, haud dubie non aliter ac fœminæ contra viros in certamen deſcendent. Edocti vero & adſuefacti tranſilire foſſas, ſuperare muros, in tumulos ſalin euadere, de locis ſublimib. tuto deſcendere, aduerſus accliuia celeriter agere, hi ſcilicet

[illegible]
A [illegible] ipſ[illegible]
[illegible] al[illegible]
q. oc [illegible]
præſtit[illegible]
equos [illegible]
in laboribus [illegible]
[illegible]ane. Et quia [illegible] ſunt & refecta; nunqu[illegible] ma[illegible] exiguo ſumptu deſtitutus ab his [illegible] exiſtimet, multis ſe negotiis oneratum iri, ſi res eque[illegible] exercēda ſit: is eum animu ſuō cogitet illos, qui ad ludos gymnicos exercētur, multo plus laboris ac moleſtiæ ſuſtinere, quā eos, qui rem equeſtrem ſtudio maximo tractant. Etenim exercitia pleraq; gymnica cum ſudore ſuſcipiuntur, quum maior equeſtris rei pars cum voluptate coniuncta ſit. Quippe quod optare quiſpiam fortaſſe poſſit, vt aliis inſtar volet: ei nihil in rebus humanis equitatione ſimilius eſt. Quinetiam in bello victoriam adipiſci, multo glorioſius eſt, quam in lucta. Nam ad ipſam quoq; ciuitatem eius gloriæ pars aliqua manat. Ac
B pleruſque dij per victoriam, feliceſque ſucceſſus in bello, coronare ciuitates ſolent. Itaque ſcire equidem nequeo, quænam aliæ res potius exerceri, quam bellicæ, debeant. *Cap.* 24.

Hoc quoque cogitandum, prædones maritimos propterea quod ad labores adſueſacti ſint, victum ab iis ſibi parare poſſe, qui viribus lōge ſunt ipſis potiores. Conuenit & terra prædas agere, non eos, qui fructus è rebus ſuis percipiunt: ſed qui victu carent. Nam aut opus faciendum, aut victitandum ex iis, quæ labor alienus excoluit. Aliter nec viuere, nec pace potiri, facile. Reuocandum & hoc in memoriam, ne quis in ſuperiores ſe viribus ſic inuehatur; vt à tergo receptum equis difficilem ob locorum aſperitatem habeat. Quippe non par in fuga, & in perſequendo impingenti, periculum propoſitum eſt. Munere liberi, in eo quoq; cautionem adhibendā. Etenim quidam in eos pergentes, quibus ſe ſuperiores eſſe putant, tam infirmas omnino copias ſecum ſumunt, vt ſæpenumero patiātur, ea quæ aliis ſe illaturos exiſtimant: at illos inuadentes, quibus ſe certo ſciunt inferiores eſſe, vires omnes, quas habent adducunt. Ego vero bis adſero contraria plane faciun-
C da, vt quum in opinione ac ſpe victoriæ copias aliquis educit exercitui ſuo non parcat, quantuſcunque is fuerit. Nunquam enim magnæ victoriæ quemquam pœnituit. Quum autem ſe multo ſuperiores aggreditur, ac futurum proſpicit, vt tametſi pro viribus omnia geſſerit, fugere tamen cogatur: tum longe ſatius eſſe aio, paucos potius quam multos adduci, ſed omnino ſelectos equos, & viros præſtantiſſimos. Tales enim & efficere aliquid, & tutius ſe recipere poterunt, Ac ſi contra ſe potiores adductis ſuis omnib. recipere ſe velit: neceſſe eſt tardiſſimis, equis victes capi, alios ob rei equeſtris imperitiā labi alios ob locorum difficultates intercipi. Non enim facile eſt ad magnum aliquod ſpatium talem inuenire locum, qualē aliquis optet. Quinetiam fiet, vt ob equorum multitudinē in ſeipſos corruant, & mutuo ſe non parum impedientes, dānis afficiantur. E diuerſo & equi, & equites boni, è manibus hoſtiū diffugere poſſunt; præſertim ſi quis arte quadā per equites, quos ſuperſtites habet, formidinem perſequentibus incutiat. Sunt
D autem ad hoc vtiles inſidiæ factæ. Nec minus hoc quoq; cōmodum, inuenire viam aliquam, vnde ſe noſtri tuto conſpiciēdos hoſtibus exhibentes, impetum perſequentium reprimant. Manifeſtum & illud, multo citius paucos pluribus ſuperiores euadere tum laborando, tum accelerando, quam multos paucis. Neq; tamen hoc equidem dico, poſſe aliquos propterea quod pauci ſint, & laborib. magis ſufficere, & celeritate vincere: ſed eſſe facilius inuenire paucos, quam multos, qui & curam equis debitā adhibeant, & ipſi rē equeſtrē prudenter exerceāt. *c.* 25.

Quod ſi aliquando vſu veniat, vt certamen aduerſus equites pares ineundum ſit: mea ſane ſententia non male quis egerit, ſi cohortes ea vna tribu duas fecerit, quarum vni tribunus ipſe præſit, alteram ducat aliquis hominum opinione præſtantiſſimus. Hic vero tribuni cohortem aliquantum à tergo ſequatur; atq; vbi iam propius aduentum fuerit, re ſuis denūciata, in aduerſarios curſu præteruehatur. Sic enim futurū opinor, vt maiori hoſtibus terrori ſint, & pugna ſuperari difficilius poſſint. Sin vtriq; pedites habeant, etiam hi poſt equites occultari, ſubitoq; prodeuntes, & hoſtem cominus inuadentes, maius mihi momentum ad victoriam adlaturi videntur. Nam inopinata pleraque, ſi bona ſint, maiorem hominibus lætitiam

[illegible]
[illegible] hæc
[illegible] e,
[illegible] & [illegible] noce pro-
[illegible] a tum magiſtri. Nam & di-
[illegible] e oportet, & ea faciendi, de
qu[illegible] quos imperi[illegible] contineat; tum bonum eſſe eo-
g[illegible] parere[illegible] c, & ducentem ſequi, & cominus hoſtes inuadere; tum etiam cupidi ſint laudis & celebrationis, ac in ſententia conſtanter perſeuerare poſſunt. *Cap.* 26.

Iam ſi aliquando vel aciebus ex aduerſo inſtructis, vel locis amborum copiis interiectis; faciundæ ſint equitibus conuerſiones, & inſequutiones, & receptus: ſolent quidem vt plurimum in his vtrique lentius poſt conuerſiones prouehi, medium que ſpatium celerrimo cum impetu conficere. Si quis autem bis ita primis oſtenſis, deinde facta conuerſione celeriter inſequatur, & celeriter ſe recipiat: plurimum ſane damni hoſtibus hoc modo inferre poterit, & imprimis ſecuritati ſuæ
F proculdubio conſulet, dum celeriter inſequetur, robori ſuorum vicinus: & viciſſim celeriter ab hoſtium robore ſe recipiet. Si quis vero de cohortibus ſingulis occulte vel quatuor, vel quinque præſtantiſſimos equos, & viros, relinquere poſſet, longe hi potiori eſſent conditione ad irruendum in hoſtes ſe conuertentes. Hæc vt vicibus non multis legiſſe ſufficit, ita quod plerunque ſe offert exſequendum; & eius habita ratione, quod adeſt, quidquid expedit elaborandum. Omnia vero, quæ fieri oporteat, non magis prodi literis poſſunt; quam omnia futura ſciri. Hoc autem inter omnes has admonitiones & præcepta mihi quidem optimum eſſe videtur, vt quod aliquis bonum eſſe cognouerit, id vti fiat, diligenter enitatur. Nam quæ recte intelliguntur, ea neque in agricultura, neque nauicularia, neque imperandi munere fructum aliquem pariunt; niſi quis ſtudium adhibeat, vt perficiantur. *Cap.* 27.

Ego vero futurum adfirmo, vt diis bene iuuantibus hoc modo totus equitatus ad mille compleatur longe citius, & minore ciuium moleſtia: quam ſi ducentos equites externos
G ſtipendio conducerent. Videntur tamen & hi mihi, ſiquidem acceſſerint, tum dicto magis audiendum equitatum effecturi, tum virtutis in certamine mutuo laudis & honoris auidiorem. Nec me latet, equitatū apud Lacedæmonios in exiſtimatione tum eſſe cœpiſſe, quum equites ſuæ externos adiunxiſſent. Itidem vbiq; probari video, & in aliis ciuitatib. equites externos. Nam vſus atque neceſſitas ad alacritatem non parū confert. Ad equorum vero pretia pecuniam habituros arbitror & ab iis, qui vehementer ab equitando abhorrent, quandoquidē illi pecuniam pendere malunt, ad quos munus equeſtris rei pertinet, vt equitare non cogantur; & conſimiliter à locupletibus, ſed robore corporum deſtitutis; nec minus à pupillis, mea quidem opinione, quibus opima domi res familiaris eſt. Aduenarum etiam pleroſq; ſi referantur inter equites, liberaliter ſe geſturos arbitror. Nam in aliis quoque muneribus honeſtis, ad quorum ſocietatem à ciuibus admittuntur, ambitioſe nonnullos imperata facere velle video. Peditatus item adiunctus equitatui plurimum mihi videtur effecturus, ſi talibus è viris inſtitutus fuerit, qui hoſtibus maxime ſint contrarij. Poterunt au-
H tem hæc omnia fieri, ſi diuinum ſuffragium acceſſerit, *c.* 28.

* Equeſtrium.

SIVE MILITARIVM ORDINVM SYMBOLA, INSIGNIA, ET ORIGINES.

Per Franciſcum Menneus Canon. Liranum euulgata: cuius lucubrationes in hoc opere & argumento adhibuimus.

Ac primum quidem

DE EQVESTRIBVS ORDINIBVS Sæcularibus.

DEFINITIO, PARTITIO. FORMA CREATIONIS. GENERA VARIA.

EQuites Latinè, Milites communiter Iuriſconſultis, apud omnes ferè gentes, nomen ab equis inuenerunt. Cauallieri enim Italis, Caualleros Hiſpanis, Cheualier Gallis, Riter Germanis, & Belgis, Marcogh Cambro Britannis ab equitando dicuntur, Anglis ſolummodo Knightes vocantur, vocabulo, quod antiqua Anglorum, vti Germanorum lingua mini

A [illegible]

Cam[illegible] equis in[illegible] is remanſit e ex[illegible] nat [illegible] beneficiaria ſiue feuda tenuera[illegible] taria dicti fuerunt, & qui alij [illegible] bantur: vt milites Regis, Archiepiſc[illegible] tis Rogeri, Comitis Hugonis &c. quod ea lege [illegible] lis accepiſſent, vt illis militarent, ſi denique & [illegible] præſtarent, cum alij qui pro ſolidis militarent, Solidarij & ſeruientes appellarentur.

EQVITES AVGVSTALES, COMMENTARIENSES, Clauicularij, Cornicularij, Torquati, Duplares.

Adde quæ de iis luculenter ſcripſit *Vigilius in Rubr Inſtit. de Teſt. milit.* Verum hi, ſiue milites ſiue Equites appellare libet, Auratorum nomen hodie ab auri præcinctura vel auratis calcaribus inuenere: exemplo nempe Romanorum, apud B quos milites Corniculatios, Monozonos, Rudiarios & Commentales paſſim (vt Ramnenſium, Tatienſium, & Lucerum centurias à Romulo: Equitum item Auguſtalium à Tiberio Cæſare inſtitutas, quibus Druſum filium, T. Claudium & Germanicum nepotes adſcripſit, omittam) obſeruamus, non aliunde quam ab ornamentorum inſignibus, quibus ob emeritam militiam decorati fuerant, denominatos. Quo pertinet & illud *Veget. lib. 2. de Re militari.*

Primi generis *Commentarienſes* & *Clauicularij* dicebantur: ſecundi generis *Cornicularij*, qui emeriti milites erant armillis corniculiſq; virtutis ergò donati. Quod hodie etiamnum aliquot Germaniæ Principes in more habere tradit *Lazius*, vt aulicos ſuos multo tempore cognitos, & in variis miniſteriis vſurpatos ſimiliter corniculis argento comprehenſis, & ex humeris ſuſpenſis donent. Qualiter *Petrus Belaius* ſcribit Henricum II. Gallorum Regem Aurelianenſium adhuc ducem exiſtentem, poſt liberatam obſidione Landreſij vrbem Cornicularios Equites creaſſe, quo nomine ſcilicet appellari ius eſſet eos, qui prælij tempore in nauatæ virtutis præmium C ad id dignitatis cooptarentur.

Torquati ſimiliter & *duplicati* erant milites, torquium ornamentis, vt illi corniculis decorati quibus & duplex plerumque ſtipendium dabatur, vnde Duplares dicti ſunt. Quo ex euentu Manlio Torquato memoria apud poſteros manſit, quam hiſtoriam ſcribit. *Liuius lib. 7. primæ Dec.*

Porrò manet & Germanis hoc militum genus, torquatique ac ampliori ſtipendio incedunt, qui aut aliquot annos ſtipendia fecerunt, aut loco nobili nati cæteris in acie præferuntur. At neque nomen vetus omnino obiit, gentilitia lingua Doppolſoldner, vulgò nuncupamus. De torquium donis, ſiue inſignibus. *Liuius lib. 4. Dec. 3.*

EQVITES MONOZONI, QVI ET AVRATI. Et de eorum Creatione nonnulla.

Monozoni, illuſtres olim cingulo militari ſiue Baltheo, fuerunt etiam honorati inter milites; de quibus Iureconſultis fit mentio *in lege Valentis.* Quem à priſcis temporibus ad Germanos morem eſſe deuolutum inuenimus: apud *Herodianum l. 4. & 5.* vt ſicut apud Romanos ob egregia facta miles D Baltheo donabatur, ita vetuſtiori adhuc in militia Germanorum cingulo ac gladio (quæ hodie ornamenta in calcaria ſunt verſa, & auri præcincturam) miles emeritus publicè ornabatur. Hinc cingulo donare elegantius, & priſco ex more dicimus, quod hodie mutata conſuetudine gladio percuti, & auratum fieri Equitem dicere ſolemus. De Baltheorum ornamentis *Iulius Capitolinus in Maximinis & Gordianis*, & *Caſſiodorus inclinantis Imperij auctor in epiſt. ad Coloſſum Comitem*, aliique fusè meminêre. Ad quæ alludens *Otho Friſingenſis lib. 1. de rebus à Friderico I. Cæſare geſtis c. 32.* cum de Geyſa Hungariæ Rege bellum Auſtriæ inferente loquitur: Altero die Rex in prædicto campo ad quandam ligneam Eccleſiam accedit, ibique ab Epiſcopis (nam eo vſque in puerilibus annis conſtitutus nondum militem induerat) accepta ſacerdotali benedictione ad hoc inſtituta, armis accingitur. Sic de Auſtriæ principibus veteribus annales antiquiſſimi à *Lazio* citati referunt, An. 1104. Leopoldus Marchio Sanctus accinctus eſt gladio. Anno 1180. Otacher ex Marchione Styrienſi,

A [illegible] in bello aut prælio egiſ[illegible] à Principe accingebatur. Ex qu[illegible] Græca Origine, hiſtorici ver[illegible] nuncupati, hodie Equites aurati, quod aurum in calcaribus ſcilicet & gladio geſtare poſſint appellantur. Hinc legimus in *Annalibus peruetuſtis Auſtriæ* Anno Domini 1245. Fridericus Dux Auſtriæ auro plenus & argento in feſto S. Georgij, 140. iuuenes de terra ſua nobiles apud Viennam honorificè donauit gladio & cingulo militari. Equidem in peruetuſtis picturis & ſculpturis licet talem cincturam videre; cingulum ſcilicet bullis aureis graue ac denſum, in lumbos ac ventrem demiſſum: vnde pugio ex vno, & ex altero latere gladius pendent. Cuius porrò figuræ Romanis cingulum, F & præcipuè Principibus fuiſſe oſtendit *Claudius Panagyr. 2. Stilicanis.*

Quin & Sydonias Chlamydes, & cingula baccis
Aſpera, gemmataſque togas, &c.

Licet autem illi Milites ſimpliciter armati, noſtra ætate ordine poſtremi, inſtitutione tamen ante cæteros ordines militares, ſunt primi & antiquiſſimi. Vt enim Romana gens togata, virilem ætatem ingredientibus, virilem & puram togam donauerunt: ita maiores noſtri Germani ſuis iuuenibus, quos armis tractandis idoneos iudicarunt, arma donauerunt, quod ſuis verbis docebit *Corn. Tacitus.* Arma ſumere non ante cuiquam moris eſt, quam ciuitas ſuffecturum probauerit. Tum in ipſo concilio vel Principum aliquis, vel pater, vel propinquus ſcuto frameaque iuuenem ornant. Hæc apud illos toga, hic primum iuuentæ honos, ante hoc domus pars videntur, mox Reipublicæ. Cum autem huiuſmodi iuuenes militares ſua lingua, vti & Belgæ, & Angli Knechts vocarint; hinc & nominis & inſtitutionis originem repetendam cenſent. Hæc prima & ſimpliciſſima creandi Militis ratio; hac Longobardi, hac Franci, hac Belgæ, hac Angli, qui omnes è Germania profecti, G olim vſi ſunt.

Prodit *Paulus Diaconus lib. 1. cap. 22.* apud Longobardos conſuetudo eſt, vt Regis filius cum patre non prandeat, niſi prius a Rege gentis exteræ arma ſuſcipiat. Nec prius Aragoniæ Regibus imperij inſignia capeſſere ius erat, quam Equeſtri auctoramento (quod de Petro Aragonum Rege, qui ab Innocentio III. P. M. militare cingulum accepit, anno 1204. teſtatur *Hier. Blanca*) eſſent decorati. Carolo verò Magno (qui Deſiderium vltimum Longobardorum Regem regno eiecit) imperante militum inaugurationi, colaphi vſum adhibitum fuiſſe, docent manifeſtè eiuſdem tabulæ, quibus Friſonibus libertatem & aliud id genus priuilegia, ob fortiter nauatam contra Saxones operam concedere dignoſcitur; & ob rei antiquitatem hic recitare pro parte operæ pretium duxi, ita enim inquit. Inſuper ſtatuimus vt ſi qui ex ipſis ſuſtentationem habuerint vel militare voluerint, dicta poteſtas (quod Friſonum Principi Regij loco tum nomen erat) eis gladium circumcingat, & dato eiſdem, ſicut conſuetudinis eſt manu colapho, ſic Milites faciat, eademque firmiter iniungendo præcipiat, vt deinceps H more Militum ſacri Imperij aut Regni Franciæ armati incedant: eo quod conſideramus, ſi prædicti Friſones ſecundum ſtaturam corporis & formam eis à Deo & natura datam ſic militauerint, cunctis in orbe terrarum militibus ſua fortitudine, ingenio & audacia (dummodo vt prædictum eſt, ſint armati) facile præcellent & præualebunt. Qui Friſones ſignum ſuæ militiæ à dicta Poteſtate recipere debent, in quo corona Imperialis in ſignum ſuæ libertatis à nobis conceſſæ debeat eſſe depicta &c. Datum Romæ in Lateranenſi palatio. Ann. Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſecundo Nulli enim etiamſi Magnates & ad bella ſacra proficiſcentes militum nomine, cenſebantur, niſi per militaris Regulæ profeſſionem inaugurati, ac ſacræ veluti militiæ adſcripti fuiſſent. Cæteri etiam Comites, Duces, Reges, & Imperat. *vt Molanus tradit*, Armigeri non milites dicebantur. Huc pertinet illud quod in *vetuſtis Brabantiæ noſtræ Annalibus* ſcribitur, Godefridum Brabantiæ Ducem iter Ieroſolymam verſus inſtituiſſe, eiuſque filium

[illegible]

rum Ch[illegible]
Aquiſgrani diade[illegible]
Miſſæ officio Euang[illegible]
Rege Bohemiæ coram Petro [illegible] S.
ad velum aureum productus fuiſſet, Bohemiæ Rex qui eum ſiſtebat, hæc ad Illuſtriſſimum Cardinalem verba deprompſit. Veſtræ Reuerentiæ Patri almiſſue præſentamus hunc electum Armigerum deuotiſſime ſupplicantes, quatenus veſtra paternitas votiuam eius profeſſionem ſuſcipiat, vt militari noſtro Collegio inſcribi valeat. Tum vero Cardinalis, præmiſſa munitione, qua electum Imperatorem inſtruebat, quod Miles debeat eſſe,

Magnanimus in aduerſitate.
B *Ingenuus in conſanguinitate*
Largiſſimus in honeſtate
Egregius in curialitate, &
Strenuus in virili probitate.

Prælegit Militaris regulæ iugum, cuius hoc exordium eſt. Hæc eſt regula Militaris ordinis. Imprimis cum deuota recordatione Officium Dominicæ paſſionis diurnatim audire pro fide Catholica audacter corpus exponere, Sanctam Eccleſiam, eiuſque miniſtros à quibuſcunque graſſatoribus liberare. Viduas, pupillos, & orphanos in eorum neceſſitate protegere. His & iis quæ ad finem regulæ ſequuntur, lectis, dixit Dominus Cardinalis. Vir militarem ordinem in nomine Domini deuotè ſuſcipere & regulam tibi verbotenus explicatam pro tua poſſibilitate profiteri, reſpondit Electus, Volo. Et mox accepta regula legit in hæc verba. Ego Guilielmus Hollandienſis Militiæ princeps, Sacri imperij Vaſſallus, liber, iurando profiteor Regulæ Militaris obſeruantiam, in præſentia Domini mei Petri ad velum aureum, Diaconi Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Legati, per hoc ſacroſanctum Euangelium, quod manu tango. Cui Cardinalis, hæc deuota profeſſio
C ſit peccatorum tuorum vera remiſſio. Amen.

Quibus peractis Rex Bohemiæ grandem colaphum in collum tyronis dedit dicens. Ad honorem Dei omnipotentis te Militem ordino ac in noſtro Collegio te gratanter accipio. Et memento quoniam Saluator mundi coram Anna Pontifice pro te colaphizatus, & illuſus eſt; coram Pilato præſide flagellis cæſus, ac ſpinis coronatus coram Herode chlamyde veſtitus & deriſus eſt, & coram omni populo nudus ac vulneratus in cruce ſuſpenſus eſt. Cuius opprobria memorari te ſuadeo, cuius crucem acceptare te conſulo, cuius etiam mortem Chriſti vlciſci te moneo.

Nec non Godefridus Bullonius in Antuerpienſi Marchionatu ſuo, exercitus ducendi in Aſiam primitias roboraque deligens, ac in ipſa adeo vrbe, Equeſtri titulo ciues duodecim, duodenario Apoſtolorum numero pronocatus decorauit maximæ rei magna in hoc Apoſtolico delectu initia dans, dum felici omine ex vna hac vrbe ſecuturarum victoriarum prænotionem quandam, ſpe plenus è ſacrato hoc numero ominatur, & ſpem acti de Turcis Saraceniſque ſuperarunt
D triumphi. Priſci autem Franci, (qui formulas & cæremonias in rebus plurimis obſeruabant, vt Lex Salica teſtatur) inſtituendis Equitibus multas adhibuerant, vt prius vigilarent diu, blandiſque & aliis rebus vterentur, quibus docerent, qui ordinem hunc ſuſcipiunt, eos corde animoque mundo & honeſtis conditionibus venire oportere, virtutis cauſa omnes labores & difficultates ſtrenuè perferre, prudentia in ſermone & operibus vti, imprimis vero fidem veritatemque colere, quarum cæremoniarum vſus quondam in Hiſpania celebris in Regum & Equitum inauguratione: cuius rei exemplum profert *Curita & Blanca* de Ferdinando Ioannis I. filio, qui pridie ſublimationis in regnum Aragoniæ facta peruigilatione in Cæſaraugustana Eccleſia maiori, à Duce Gandiæ Militari baltheo cinctus, & Bandæ in Hiſpania milites iiſdem ſolemniis inaugurati ab auctoribus memorantur. Et memoria noſtra mos idem præſtat in Anglia, quæ viros eiuſmodi vocat Balneorum Equites, quorum ſolemnia infra ſuo loco celebraturi ſumus.

A[illegible]

[illegible]
[illegible] cat[illegible] nem fa-
[illegible] us in Eccl[illegible] perpectaret,
[illegible] uditurus, gladios ſuper altare
[illegible] el[illegible]m ſacerdos benedictum gladium
[illegible] cum benedictione impoſueret: & communicatus
[illegible] Chriſti myſteriis denuo legitimus miles permaneret. Hæc ſtatim ſub Normannis exoleuit, ſcribit enim *in Polycratico Ioannes Saliſburienſis*, inoleuit conſuetudo ſolemnis, vt ea ipſa die, qua quiſque militari cingulo decoratur, Eccleſiam ſolenniter adeat, gladioque ſuper altare poſito, & ablato, quaſi celebri profeſſione facta, ſeipſum obſequio altaris deuoueat, & gladij, id eſt officij ſui iugem Domino ſpondeat famulatum *Petrus* enim *Bleſenſis, epiſt. 94.* Hodie tyrones enſes ſuos recipiunt de altari, vt profiteantur ſe filios Eccleſiæ, atq; ad honorem ſacerdotij, ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum & patriæ liberationem gladium accepiſſe. Porro res in contrarium verſa eſt, nam ex quo hodie militari cingulo decorantur, ſtatim inſurgunt in Chriſtos Domini, & deſæuiunt in patrimonium crucifixi. Atque hoc modo gladio F cingi voluerint, deductum proculdubio, vt diximus, à militari Romanorum diſciplina, vt habet *Cic. lib. 1 off. de Catonis filio.*

Quia vt illi priuſquam ſacramento militari gladio ſtricto obligati fuerant, pugnare cum hoſtibus nefas exiſtimarunt: ita Chriſtiani, non ſibi legitime militare licere opinati ſunt, priuſquam hac ceremonia legitimæ militiæ conſecrarentur; qua Fridericum I. Imper. (apud Othonem Abbatem Friſingenſem) & Guilielmum Ruſum Angliæ Regem à Lanfranco Archiepiſcopo Militem factum legimus. Sed hæc conſuetudo paulatim in deſuetudinem abiit: ex quo Normanni, vt habet *Ingulphus* irriſerint & exploſerint, ac Synodo habita Weſtmonaſterij in Anglia anno 1102. ſancitum fuerit, ne Abbates faciant Milites, quod nonnulli tamen exponunt: ne Eccleſiæ prædia militari feudo tenenda Abbates concederent.

Eaindè ad Principes vicinos, Reges, filios mittere ſolebant G vt Equeſtrem ab illis dignitatem acciperent; ſic Henricus II. Anglorum Rex ad Dauidem Regem Scotorum, & Malcolmus Rex Scotorum ad Henricum II. ſic Alexander Guilielmi Scotorum Regis filius anno 1212. in Angliam, & Eduardus I. ad Alfonſum XI. Regem Caſtellæ profecti ſunt, vt acciperent ab iis arma militaria ſiue virilia. His enim loquendi formulis pro creatione Equitis eo ſeculo vſi ſunt. Tunc etiam ad ornamentum præter gladium & cingulum calcaria aurata etiam acceſſerunt: vnde Milites & Equites aurati hodie vocantur. Ius etiam ſigilli additum. Antequam enim Baltheo militari cincti erant, vt colligunt ex Abundunenſi libro ſigillo vti non licuerat, quod deſcriptum, inquit Richardus Comes Ceſtrenſis ſigillo matris Ermentrudis ſignare conſtituit, cum (nondum enim militari Baltheo cinctus erat) literæ quælibet ab eo directæ materno ſigillo includebantur. Et in Burgundia in decreto Iacobi, & Guilielmi iuſti ſexto Auguſti 1576. dicitur armiger cum Equeſtrem ordinem ſuſcipit, ſigillum mutare.

ORDO MILITVM SIVE EQVITVM Ex Censv. H

Subſequenti ætate ex Cenſu, vt colligit *Candenus* ſcriptor Anglicus, facti fuerunt milites; qui enim feudum magnum militare, id eſt (ſi antiquis ſchedis vlla fides) 680. acras terræ habebant, ordinis militaris ornamenta ſuo quaſi iure poſtularunt. Imo ſub Henrico III. quodammodo coacti fuerunt Milites fieri, quotquot libras quindecim ex annuis terrarum redditibus collegerunt; iam titulus potius oneris, quam honoris videretur: Ita enim habet *hiſtoria minor Matthæi Pariſy*, qui ante 350. circiter annos in Anglia nec infideliter ſcripſit. Anno 1256. exiit edictum Regium, præceptumque eſt & declamatum per totum regnum, vt qui haberet XV. libras terræ & ſupra armis redimitus tyronico donaretur vt Anglia ſicut Italia militia roboraretur, & qui nollent, vel qui non poſſent honorem ſtatus Militaris ſuſtinere, pecunia ſe redimerent. Vnde in archiuis regni toties occurrit pro reſpectu militiæ A. de N.I.H. &c. huc vſque & vlterius. vti innuere videtur dictus *Candenus in formulis iuris Anglici*, vbi duodecim viri, ſiue

iura

A [illegible] R [illegible] ab [illegible] dimitus [illegible] lidos p[illegible] præ [illegible] etiam Comites eo ſeculo [illegible] auctos, quomodo Gloceſtriæ V[illegible] prodclamato Torneamento; & Simon de Mont[illegible] Leiceſtriæ Gilbertum de Clara Baltheo eiuſmodi militari. Vt in Gallia, quod ex formula literarum nobilitationis conſtat; qui nobilitatis eiuſmodi literas obtinuit, à quocunque milite voluerit, valeat militiæ cingulo decorari, & in Hiſpania vti *Hieron Curita* teſtatur, in coronatione Alfonſi IV. Aragonum Regis, qui Cæſaraugustæ, à Petro Luna Antiſtite ſacro oleo perunctus, facto Reſurrectionis Domini die anno 1328. Militari auctoramento à Rege in maximis illa celebritate, honoribus, præmiis atque ſummo ſplen-

B dore hi proceres decorantur; Iacobus Exerica, Petrus Arborenſis, Radmundus Folchius Cardonenſis Vicecomes, Arnoldus Rogerius Comes Palliarenſis, Lupus Luna, Alfonſus Ferdinandis Ixeritanus, Guilielmus & Berengarius Angleſolæ, Ioannes Simenius, Vrrea, Petrus Cornelius Guilielmus Ceruilionius, Otho Moncada & Atho Focius. Celebrata peruigilatione ſinguli eorum procerum militari auctoramento ad CLXXX. alios virtute & nobilitate præſtantes viros cohoneſtauere. Præterea Petrus Regis frater Caſtellinoui & Vilanoui Vicecomites Guilielmum Enlium, & Gilabertum Crulliam, & Raymundus Berengarius Regis itidem frater alios eiſdem inſignibus legúmque militarium ſocietate deuinxere, & à Raymundo Folchio Vicecomite Raymundus Cardona eius frater, Amoroſius Rebellius, & Petrus Aragal eodem auctoramento obſtricti ſunt. Ad CCL. auctoratorum *Raymundus Montanerius* perquam grauis illius ſeculi ſcriptor, qui ſe huic rei præſentem fuiſſe perhibet, & triginta millia Equitum, qui Regem ex arce Alla-

C feriæ in ædem maximam Saluatoris ſecuti, numerum extitiſſe prodit.

Verum honore illo, qui virtuti ac meritis prius tanquam eximium operæ nauatæ militaribus ſtudiis in ſumpræ pretium ac præmium dabatur, ſenſim vileſcente, ob nobilium indignis eundem conferentium multitudinem, Reges poteſtatem militaris auctoramenti ſibi reſumpſere: adeò vt nemo miles crearetur, niſi vel ab ipſo Rege, vel Regis primogenito, accepta prius à patre auctoritate; vel à Regis Legato, ſiue præfecto in exercitu, iſque vel ob res fortiter geſtas, vel gerendas, aut togatam prudentiam. Et hoc ſane à Regibus Angliæ prudentiſſime inſtitutum, cum feuda iam non ſibi eſſent, quæ donarent.

Nihil ſane valentius ad excitandos viros ſtrenuos atque adſtringendos ſibi optimos benèque meritos, qui elato loco nati, & à ſe inſtructi, quam illos hoc titulo Militum honorare (qui ante honoratæ tantùm functionis nomen erat) benignè & beneuolè exornare. qui cum à Principe conſoluto, meritó-

D que deferebatur, ampli ſanè præmij beneficijque loco & inter inſignia honoris habebatur. In hoc enim virtutis mercedem, familiæ laudem, generis & nominis memoriam collocatam, qui ſic milites facti exiſtimarunt. Adeo vt Iuriſconſulti nonnullis ſcripſerint, quod Miles ſit nomen dignitatis, non item Baro; olim enim Baro, ſi non ex hoc ordine eſſet Equeſtri, ſimpliciter ſuo prænomine & nomine ſine aliquo adiuncto, niſi Domini (quod etiam militibus competit) ſcribebatur. Militis autem nomen honorarium videatur adiunctum, cum Reges, Duces, Marchiones, Comites & Barones dignitatem vna cum nomine expetierint. Obſeruationéque dignum eſt Equeſtris ordinis nobilis tanti fuiſſe olim, quanti nunc ferè ipſi Comites: habebant enim ſuos clientes, armigeros, ephebos, ſatellites, miniſtros concolore ſecum veſte amictos: cuius rei exempla profert *Hembricourtius in ſuo Nobilitario*. Adeóque in diplomatibus antiquis videbis etiam Baronibus præponi Equitum nomina, extátque veteris ritus veſtigium in archiuis Louanienſibus. *In actis oppidi, anni* 1260. vbi cauetur ne quis Equeſtri Baltheo cingatur, niſi tertiò cum duce ad bellum profectus eſſet, vnde toties in collatæ dignitatis tabulis numerus expeditionum in primis ſacrarum adſcribi ſolet, quod de Guilielmo de Rode ſpectatiſſimæ vir-

[illegible] loui, hic [illegible] nardi [illegible] E [illegible] Ad [illegible] profecti [illegible] p[illegible], vt [illegible] & qui [illegible] apud [illegible] mi- [illegible] R[illegible] tuba. Confluentes [illegible] iuue[illegible] Baronum & [illegible] purpura, Byſſinæ Syndones, cyclades [illegible] texta [illegible], prout cuique competebant. Et quia Palatium regale etſi amplum, tamen ad tot occurrentium turbam anguſtum fuit, apud nouum templum Londini, ſucciſis lignis pomiferis, proſtratis muris, erexerunt papiliones & tentoria, in quibus tyrones deauratis veſtibus ſe ſinguli decorarent, ipſa autem nocte in templo prædicti tyrones, quotquot poterat capere locus ille, ſuas vigilias faciebant, ſed Princeps Vualliæ præcepto Regis patris ſui, cum præcelſis, tyronibus fecit vigilias ſuas in Eccleſia Vueſtmonaſterij. Ibi autem tantus clangor tubarum & tibicinum & exaltatio vocum præ gaudio eadem clamantium, quod conuentus de

F choro ad chorum non audiretur iubilatio. Die autem craſtino cinxit Rex filium ſuum Baltheo militari, in palatio ſuo, & dedit ei Ducatum Aquitaniæ. Princeps ergo factus miles, perrexit in Eccleſiam Vueſtmonaſterij, vt conſocios ſuos militari gloria pariter venuſtaret. Porro tanta erat ibi preſſura gentium ante magnum altare, quod duo milites morerentur, quàmplures ſyncopiſarent, etiam cum quilibet ad minus tres milites ad ſe ducendum & tuendum haberet. Princeps autem propter turbam comprimentem non ſecus, ſed ſuper magnum altare diuiſa turba per dextrarios bellicoſos, ſocios ſuos cinxit.

Apud Gallos item exteráſque Europæ nationes obtinuit vt à parentibus filij equeſtri inſigniantur honore: ſic Philippus Auguſtus Ludouicum Leonem filium alióſque cenſum nobiliſſimos viros Compendij ad Eſiam Baltheo militari donauit, paríque honore S. Ludouicus Philippum III. hic Philippum Pulchrum, Pulcher tres alios ſuos filios præſente

G Eduardo genero Anglorum Rege affecere, vt notauit *Papyrius Maſſonius lib. 3. Annal.* hic mos ſatis antiquus videtur, à Græciſque Cæſaribus & in Italia à Theodorico Rege olim obſeruatus. Athalaricus enim Eutharicum patrem à Græco Cæſare Anaſtaſio filium, per arma adoptatum prædicat, & Theoderici apud Caſſiodorum epiſtolæ aliquot leguntur, quibus Reges & priuatos quoſdam per arma filios adoptat, hoc enim ſermonis genere vtitur.

Fiebant ait *Philipp. Comminens, l. 3. de bello Neap.* olim nonnunquam Equites ante irruptiones & prælia; quæ conſuetudo in eiuſmodi periculis & anguſtiis obtinebat, quod eos hac re animatos, Officium magis facturos cogitarent, & ſi morerentur, Equeſtrem honorem habituros; nam Equeſtris dignitas in acie quæſita nullis omninò aut factis aut maiorum imaginibus claros nobiliſſimos reddit, qua etiam ornari ipſi Reges à Vaſallis & ſtrenuis viris non dedignantur. Ludouicum XI. à Philippo Bono Burgundiæ Duce, Henricum II. à Mareſcallo Biſienſi, Franciſcum I. Gallorum Reges

H memorabili illa pugna Meligniacenſi à Petro Baiardo, Eduardum IV. à Comite Deuoniæ, Henricum VII. à Comite Arundeliæ, Eduardum VI. à Duce Somerſetti, alióſque ab aliis Equeſtris ordinis ornamenta accepiſſe legimus. *Froiſſardus* ridiculam narrat hiſtoriam in caſtris Philippi Valeſij ac Eduardi III. Regis Anglorum factam, cum prope eſſet vt die condicto dimicarent inter Viroly foſſam & Flamengneriam, lepus ante caſtra Gallorum excurrens tantum barritum excitauit, vt poſtremi audientes & pugnæ initium eſſe cogitantes, ſeſe ad arma compararent, quidam autem hippocomi optimè animati Equeſtrem ordinem poſtularunt; cúmque non dimicaſſet exercitus, ſed rebus infectis Rex Eduardus diſceſſiſſet, hi ſemper ex eo tempore Equites Lepores ſunt appellati.

Sæpius etiam poſt pugnam fortibus viris, quorum bello ſpectata virtus extitiſſet, ſpectante omni multitudine patentibus campis militaris honos delatus, iſque ſolemnis Rodericum Diam de Biuar cognomento Cidum (cuius nomen Mauris in Hiſpania maxime fuit terribile) à Ferdinando I. poſt captam Coymbram, equitem creatum tradunt Hiſpani, ſic heroicæ fortitudinis viros à

Carolo VI. G[illegible]
A à Carolo V. Imperat[illegible]
m[illegible] conſtat,[illegible]
tu[illegible], vt cum omnibu[illegible]
ferre non [illegible] vulgari [illegible]
[illegible] Sic varios [illegible]
principi[illegible] auct[illegible] tamento [illegible]
cos inuenias. Mitto quanto huius ordi[illegible]
ficentia Imperatores & Reg[illegible] qoa[illegible]
tet ſe & genuina nobilitatis [illegible] ſtemulæ, vtrug[illegible]
te, alterutrius ſubditis & legatis decus hoc militiæ contulĕ-
rint, cúque honore ornatos dimiſerint.

EQVITVM FIDES.

Cætera quæ ad hunc ordinem ſpectant, quam præclarus, glorioſus, & quam ſplendidum præmium altiſſimis animis gloriæ, honoriſque cupidis, Equeſtris hic ordo apud maiores noſtros habitus fuerit, quam ſtudioſè fidem & veritatem coluerint, cum ſatis fuerit, ſi vt fideles Equites vel Equeſtri fide aliquid ſponderent. In litteris obligationis Hugonis Comi-
B tis Sancti Pauli, Guidonis & Iacobi fratrum, quæ Philippo Pulchro Rege conſcriptæ ſunt in Aprili 1289. de comparato agro Auenati, in Hannonia ſpondent illi fide ſuorum corporum vt fideles Equites. In litteris quoque Ioannis Grellij moderatoris Bucenſis bello capti, quibus ſpondebat Septembri 1364. Regi Carolo V. ſe in vinculis manſurum, voluit, ſi contra veniret, haberi pro falſo improbo perfidóque Equite, & ad ſignum rei ſtemma ſuum inuerti ſurſum deorſum atque ita apud omnes iudices reum peragi. Ioannes Dux Britanniæ inita cum Rege Carolo VI. pace XV. Ianuarij 1380. iurauit XVI. Aprilis ſequentis, ſe conuentiones eas obſeruaturum, mandauitque Perceuallum Chabotum Equitem (qui propterea in vincula fuerat coniectus, quod decreto cuidam reſtitiſſet) ſolui ea vinculis, modo daret fidem ſe decreto illi pariturum Equeſtri fide. Et Carolus V. ſummi animi Imper. cum aliquid affirmaret, id fide nobilis & Equeſtris viri ſe affirmare aiebat.

Adde & Equites in tabulis Ducum Brabantiæ vocari ſem-
C per fideles & amicos, alios necdum militari Baltheo cinctos fideles miniſtros, gettevve Knaben, intellige Schiltknaben, id eſt armigeros. Hæc fuit æſtimatio, hæc Belgarum & Gallorum Equitum fides, quam Cicero appellat omnis iuſtitiæ fundamentum.

Cum Reges Galliæ, filij aut fratres fiebant Equites, ſolennitates plurimæ obſeruabantur, vbi Reges inſidebant coronati, & publicum omnibus epulum exhibebant. Docet *Ioinuillanus in Sancti Ludouici vita*. Regem illum cum Alfonſus frater, Pictonum Comes, & Diuidenſis Comes Equeſtrem ordinem acciperent, ſolemne epulum habuiſſe Salmurij, tam magnifico apparatu, quàm videri vnquam potuerit, rebus omnibus opibuſque circumfluentibus.

Atque hæc vna ex cauſis quatuor, quibus pro conſuetudine ſubditis regalis Dominij Vaſalliſque indicitur penſitatio, ex quo apparet fuiſſe in ſolemnitate hac ſumptus aliquos ex vſu & conſuetudine, cuiuſmodi etiam penſitatio feudis Militaribus indici ſolita; cum princeps primogenitus Regis Angliæ filius hoc honore ornaretur, ſcribant alij.

EQVITVM INSTITVTIO, ET DIGNITAS, an vbique, & apud omnes fieri
D poſſit?

Ex Iureconſultorum ſententia Equites vbique & in Imperio & in alieno dominatu inſtitui poſſunt, vt in collocutione Friderici II. Imperat. & Sancti Ludouici, *Abbas Trithemius* ſcribit, Comitem Prouinciæ ab eodem Imperatore Equeſtri dignitate ornatum, & Sigiſmundus Cæſar in Martio 1415 Parlamentum habuit Pariſiis, & liti præfuit inter Dominum Peſtellanum & Signellum agitatæ de officio Seneſchalli Belcatienſis, Signellus autem fuerat ipſi commendatus; cum itaque audiret ab aduerſario obiici Signellum non eſſe Equitem, eum aduocauit, dicens ſui iuris eſſe vt faciat Equitem, ita arrepto vnius è ſuis nobilibus gladio ter Signelli in genua procidentis dorſum percuſſiſſe, deinde ademptum vnum ex aureis calcaribus ſuis illi induiſſe, ac poſtremò zonam accinxiſſe, cui magnus culter pro gladio appendebat. Hoc autem facto nihil contra maieſtatem aut ius Regis tentatum eſſe definit *Vilius in Rebus ſuis Gallicis*. Et *Cuſpinianus* tradit Ro-

[illegible]
l[illegible]
[illegible]
[illegible] u, vna manu [illegible] onem hu[illegible]
[illegible] igi e e excipetĕt, E[illegible] ueſtris [illegible]
[illegible] iol[illegible] tat[illegible] a patre arguit.
[illegible] u [illegible] m, in quæſtionibus a Parlamento Pari-
[illegible] [illegible] catio u eſt, Laurentium, qui cubicu-
[illegible] [illegible] ccl[illegible] tnt, nobilem a patre ac nomĕ ma-
[illegible] poſt Similiter aliis quæſtionibus ineunte
Nouembri 1285. Iudicium factum de Hugone Querneo: hoc verò ita accipiendum eſt, ſi mater eſt libera; nam ſi ſerua fuerit aut nata, etiam ex patre nobili ſerui erunt filij, in ſeruum autem non cadit Equeſtris dignitas. *Philippus* tamen *Belmanerianus* præfectus Claromontanus apud Bellouacos, in ſuo (vt vocant) conſuetudinario compoſito 1283. narrat Filium nobilis cuiuſdam & ſeruæ fuiſſe, Equitem ab eo factum cuius erat ſerua, retecta verò ſeruili conditione eius, voluiſſe filium in ſeruitutem aſſerere, dicendo eum à ſe cum ſeruitutem ignoraret. Equitem fuiſſe factum, ſed fauore libertatis liberum illum ac Equitem permanſiſſe, quia Equeſtris Ordo à ſeruitute vindicat. Si alius quàm Dominus fecisset, Equitem, ordo cum libertate filio periſſet, quia non fuiſſet penes eum, qui inſtituiſſet Equitem, facultas à ſeruitute vindicandi, nobilitas à matre ſola ſine beneficio Principis, non facit F
Equitem: nam moris eſt, ſi quis patre & matre ignobili natus eſt, cum à Rege cum Equeſtri Ordini accenſetur, in Gallia fieri nobilem. Quamobrem nolunt multi, vti & in noſtris partibus, ab vno parentum nobilitatem ſibi aſſumere, ne ludibrio ſint, ſed Equites fieri à Rege curant: Litteræ enim Equeſtris Ordinis nobilitatem confirmant & ab ignobilitate vindicant. Quod ſi quis præter regem, penes quem ius eſſe non poſſit nobilitatis conferendæ, ex ignobili Equitem fecerit, vterque culpam præſtat, Philippus Borbonius (qui ex loco vbi natus eſt aut parens ipſius cognomen habuit) ignobilis duos habuit filios, quorum vni equeſtrem Ordinem Comes Flandriæ, alteri Niuernenſis Flandri filius contulerunt,
itaque mulcta Comitibus irrogata eſt, decretis factis ineunte Nouem. 1269. & ſub Pentecoſten 1280. & fratres mulcta G
librarum mille in Rege damnati, quique, decreto facto ſub medium Nouembrem 1281. etſi beneficio Regis Equeſtrem ordinem tenuerunt. Hæc iis locis obtinent, vbi non aduerſatur conſuetudo, nam Bellcaſij, & in Prouincia non exotata à Regni venis ciues in ordinem Equeſtrem cooptari, & Antiſtes in Baronum nobiliúmque album referri poſſunt. Ita *Tilius lib. 2. de Rebus Gallic.*

EQVESTRIS SIVE MILITARIS RATIO Apud Hiſpanos. Vbi de Ricis, Meſnadariis, &c.

Ne autem quidquam eorum quæ ad dignitatis Equeſtris ſplendorem vbicumque gentium reperire potuimus, peregrinos lateret, nonnulla de militari apud Hiſpanos ratione (quam gentem inſtaurandis reparandiſque bellis natam dedit *Liuius*) ſubnectere libuit. Et Eximinus Petri Salanoua Iu- H
ſtitia Aragonum, qui ciuilis legis ſcientiam cum Equeſtris ordinis claritate habuit coniunctam, cum de priuilegiis Baronum & Ricorum hominum ſe fore dicturum profitetur, ita fere orditur.

Notandum eſt quod in Arragonio omnis homo deſcendens de gente militari per lineam planam, eſt Infancio, id eſt nobilis, ſiue ſit legitimus, ſiue illegitimus, ſiue maſculus ſiue femina. Tamen quamuis ex parte matris veniat ex linea militari non eſt Infancio, ni habeat patrem Infancionem *in C. videlicet de Proclam. in ſeruit. lib. 6.* & hoc ſeruatur. Et per Foros habetur. Quod quilibet Infancio poteſt eſſe miles in Aragonia, alij vero non. Et ſi fortè non Infancio promoueatur per Ricum hominem ad militiam, perdit honorem quem tenebat Ricus homo, vel ſi non tenebat, nunquam tenere debet. Et ille promotus ſemper remanet villanus ſublato ſibi quo & armis vt de re militari *C. fin. lib. Ext* Et quia multæ ſunt ſpecies iſtorum Infancionum in Arragonia, ſciendum eſt, quod Infancionum alij ſunt Rici homines & non milites, alij Rici homines (quos Vitalis & Salanoua nonnunquam Barones nuncupant) & Milites, alij Meſnadarij milites, alij non milites, alij
ſunt

A [illegible]

præter [illegible] Re[illegible] deſcendentem, [illegible] à dictis perſonis militari[illegible] [illegible] differentiæ nota-nes deſcendentes à tali per[illegible] [illegible], ſe cum alioquin milites computantur.

Infancio ſimplex eſt qui[illegible] non ſit [illegible] ha-bet accipiendi militiam, ſi poſſibilitas, voluntas & opportu-nitas ſe offerrent.

Ricus, homo Miles habet omnia priuilegia quæ habent Infanciones, & omnia quæ habent milites & vltra, quia ter-ram pro honore non debet dare dominus Rex, niſi illi qui ex natura debet eſſe Ricus homo, & qui non ſit de alieno regno &c. Vt ex dicto Salanoua prodit *Hier. Blanca* Vitra commu-nia priuilegia Infancionum habent milites iſta. Nam non te-nentur, nec eorum filij aut nepotes facere ſaluam. Item nullus
B poteſt aliquem ſaluare pro Infancione niſi duo Milites. Item equus militis quo ipſe equitat non pignoratur. De ſatis *cap.* 1. Item in Aragonia nullus filius militis in menſa militis ſedet, donec fuerit factus miles; hac namque educatione & doctrina maiores ipſi filios ſuos liberaliter inſtituebant, poſtquam eos è ludis & pueritiæ diſciplina profectos apud ſe in exercitu militiaque diutius, facerant commorari. Qua in re videntur fuiſſe elegantem illam Romanorum conſuetudinem imitati, quorum more nec cum parentibus puberes filij, nec cum ſoceris generi lauabantur. Militum autem vox & Infancio-num id ſonat, vt priori Equeſtris ordinis viros nuncupemus, quos vulgari ſermone Caualleros; Poſteriori verò quos vo-care ſolemus Hijodalgo. Ipſiſq; Militibus plerumque ſole-bant ſingulæ eorum ſtipendiariæ portiones in agris, domibus ac vacuis tandem poſſeſſionibus aſſignari, quibus & aliis ve-ctigalibus in ciuitatibus atque oppidis omnibus Rici homines donabantur à regibus, quæ vocabantur honores, quia in ho-norem, conferebantur. Quo autem illæ firmæ ac ſtabiles, mi-
C litibus ac poſteris remanerent, ſolemnes adhibebantur inter-dum contractuum & inſtrumentorum ſtipulationes. Quale il-lud exemplum eſt quod in Tabulario Eccleſiæ de Pilari con-tinetur, & à dicto Blanca in lucem profertur, quo Vicecomes Gallo Senior, vt inſcribitur, in Caragoca ſubdititium ſibi Mi-litem quod ſtrenuè in expugnatione illius vrbis dimicaſſet, af-ficiebatur quibuſdam domibus & agris, quos quondam poſ-ſediſſet Arabs præcipuus Alchayde Aben Almen vt idem perhibet vocitatus. In extremo autem ipſius donationis hæc verba ſubiunxit, Do tibi omnia ſupradicta bona, ſalua mea fi-delitate & de meo Domino Ildefonſo Rege, qui nobis ea de-dit. Alia enim ſimillima extant nonnulla, quæ Militibus irro-gabantur, quod ſe in medios hoſtes, vt in eis commemora-tur, ad perſpicuam mortem pro ſalute exercitus iniecissent. Quæ omnes huiuſmodi ſtipulationum formulæ, non loqui ſolummodo, ſed perſonare etiam videntur priſtinam illam & Ricorum hominum in Reges, & Militum in Ricos homines fidelitatem præſtandam, quaſi non ſat docerent futurum vt eorum omnium integra ac fidelis mens in factis ac commiſſis,
D ſi non in iiſdem ipſis ſcriptis ſpiraret.

Hi igitur Milites illius Rici hominis cogebantur ſequi, cuius ſtipendia merebantur. A quo ſi deficiebant, poterant ſtatim iiſdem omnibus ſtipendiis mulctari. Propterea vulgari ſermone Caualleros vaſallos de los Ricos hombres voca-bantur. Ipſæ vero ſingulæ eorum ſtipendiariæ portiones Ca-uallerias de honor.

Cæterum Reges ipſi pro rata eorum portione tenebantur de ſubſidiis Regij patrimonij, alios quoque milites ſuſtenta-re, ſiue ij eſſent nobiles, ſiue etiam Milites, ſiue Infantiones. Triplex enim ea Militum ratio quondam fuit. Hi quia Pala-tini id eſt de Regis domo erant, quam veteres Meſnadam ap-pellabant Meſnadarij Milites (quorum familiæ gentilitiæ à Curita & Alpartillo cæteriſque Hiſpaniæ antiquariis deſcri-buntur) ſunt vocati, vt diuerſis hiſce nominibus, diuerſi ipſo-rum Militum notarentur ſtatus. Quamquam enim omnes ge-nere idem erant, parte tamen ſpecie differebant multum: Ricorum namque hominum dignitati proximus erat Meſna-deriorum iſte militaris ſeu equeſter ordo, ſic alij aliis illu-ſtriores. Quibus quæ dabantur à Regibus ſtipendia, vt à prio-ribus etiam nomine different: Cauallarias de Meſnada ſeu [illegible] [illegible] oppidorum [illegible] pariter, quaſi ea ſibi ac maioribus ſuis eo pa-cto [illegible] ad Regum nutum, vt Meſnaderiis conferri [illegible], ſed in honorem fuiſſe, Ricorum hominum more [illegible]. Quæ enim re differebant, nomine etiam diſtare voluerunt. Hinc autem fiebat, vt cum certiſſima hæc eſſent Militibus iſtis propoſita præmia non dubitarent quibuſuis ſe offerre pro patriæ periculis, eàtque omninò dum præbaban-tur, illud ipſum in eis aut vincere aut emori: quod ſi bellige-gerando necabantur, in meliori erant cauſa & conditione quam ſi domi locupletes ſenes remanſiſſent. Eorum vero qui Imperatores, Duces, aciem præfecti nauarchive fuerant,
F ſepelire corpora nequaquam licebat, quin prius declararet Rex officio ac muneri, quod quiſque illorum ſuſtinuiſſet, ſatisfa-ctum eſſe præſtitámque ſibi in eo ab vnoquoque fidem, ſo-lemni decreto interpoſito, liberaret, nimirum, vt qui fraudem aut ſcelus commiſiſſet, honore ſepulturæ careret.

Quapropter ita tunc æqualiter omnes omni genere virtu-tum floruere, vt egregia hæc laus videatur non hominum ſo-lùm, verum illorum etiam temporum fuiſſe: Rici homines ergò ſuis Militibus ſtipati tanta auctoritate incedebant, vt Regibus penè viderentur æquales. Signiferos enim ante ſe ipſorum Regum more geſtabant, ſingulos quos vocabant Pendones aut Seneras ampliſſima ſummæ eorum dignitatis inſignia præferentes, Vnde & ipſos Ricos homines videas in antiquis monumentis paſſim Ricos Hombres de Senera, vul-gari lingua nuncupatos. Eorum autem filij Infantes inter-dum, quemadmodum & filij Regum appellati cernuntur. At-que inde credit *Blanca* ipſorum Infancionum nomen dima-
G naſſe, & ab iis Infantibus Infanciones quaſi Infantes inferiores dictos fuiſſe ipſorum Militum filios; hi enim eorúmq; poſteri apud Aragones vocãtur Infanciones, vti apud Belgas noſtros Militum filij Ionckheers, quaſi iuniores domini appellantur. Militibus enim, cuiuſcunque ordinis ſint, ſiue Ricorum ho-minum ſiue etiam Meſnaderiorum, ij dicuntur tantùm qui ſunt militiæ exauctoramento honeſtati, atque vt vulgò loqui-mur, *los que actualmente son armados caualleros*, Vnde illud *Michaëlis Molini in verbo Infantio* infãciones naſcũtur apud nos; Milites verò fiunt ſeu creãtur. Qui ſine creatione actua-li ſeu promotione ad militiam nullus poteſt eſſe miles. Vt in foro de creatione Militum. Cæterum ſubſequenti ætate Ri-corum hominum nomen fuit antiquatum, nobileſque vocari conſueuerunt. Nam qui modò nobiles dicuntur multis in re-bus præ ſe ferunt Ricorum hominum dignitatem, in ea præ-ſertim cuius ſupra meminit *Molinus*. De quo idem alibi: no-biles Aragonum pro delictis eorum non puniuntur pœnis corporalibus, vt *in obſeru.* 2. *de pace fol.* 24. *Et in For.* 1. *tit.*

Hæc itaque in veteribus Salanouæ monumentis, quæ de Re-gis ac regni conſenſu è lingua vernacula in Latinam, ab eodem verſa extant, vulgóque obſeruantiæ illius appellantur, de Ri-
H cis hominibus Militibus ac Infancionibus tradita fuſius re-periuntur. A quibus nequaquã diſſentire viſus eſt *Iacobus Ho-ſpitalis* præclarus iuris Aragonici interpres; in iis, quos ſexa-ginta ferme annis poſt Salanouam *de legibus Aragonicis* edi-dit commentariis *Ioannis Lupi Seſſeſ.* Iuſtitiæ Aragonum tem-poribus, cuius locũ retuliſſe proditur. Quos omnes ſecutus eſt *Bages* qui noſtrorum memoria eandem quæſtionem iiſdem om-nino verbis pertractauit. Veruntamen hæc omnia ab illo fonte & capite fluxerunt, Vitali ſcilicet Epiſcopo, è cuius ſcriptis cæ-teri quæ digna iudicarunt ſelegerunt, & *Hier. Blanca in com-mentariis ſuis* planius & apertiùs expreſſit.

MILITES BANERETTI IN ANGLIA.

Baneretti alias Baroneti, Milites, qui Auratis hodiéque in Anglia digniores habentur nomen habent à vexillo: conceſ-ſum enim illis erat militaris virtutis ergò quadrato vexillo perinde ac Barones vti, vnde & Equites vexillarij verè à non-nullis vocãtur, & à Germanis Banner Heirs, horum Antiquita-tem vltra Eduardi III. tempora, cum Angli bellicis laudibus

abun-

A [illegible] tulo [illegible] pu[illegible] ra [illegible] d ar [illegible] ni Gonplaſtl, Banet [illegible] uod Dau[illegible] Regem in prælio ap[illegible] xit, Volentes ipſum Ioann [illegible] gratanter nobis, liberauit [illegible] ipſi [illegible] nuitatis merita taliter præmiare, quod alij pe[illegible] capiant nobis temporibus futuris fideliter obſequen[illegible] eundem Ioannem in ſtatum Baneretti poſuerimus, & pro eodem ſtatu manutenendo conceſſerimus pro nobis & hæredibus noſtris eidem Ioanni quingentas libras percipiendas ſibi & hæredibus ſingulis annis, &c. Memoria dignum eſt hic formulam adnotare ex *Froſſardo*, qua Ioannes Chandos vir ſuo tempore militari laude florens, factus ſit Banerettus. Cum iam Eduardus Vvalliæ Princeps belli aleam experturus erat pro Petro Caſtellæ Rege contra Henricum nothum & Gallos, B Ioannes Chandos principem acceſſit, vexillumque ſuum complicatum illi in manus tradidit, ſic affatus. Domine mi hoc meum eſt vexillum, placeat vobis explicare, vt hodie efferam. Sunt enim mihi fauente Deo ad hoc prouentus ſatis magni, Princeps verò & Petrus Rex Caſtellæ, qui adſtitit, acceperunt in manus vexillum, & illi reddiderunt explicatum cum huiuſmodi verbis: Domine Ioannes, quod felix fauſtúmq; tibi ſit, & in gloriam cedat, viriliter agas, & oſtendas, qui vir ſis. Ille accepto vexillo alacris ad ſuos ſe contulit, & attollens, Commilitones, inquit, ecce vexillum meum & veſtrum, ſi vt veſtrũ animosè propugnetis. Poſterioribus temporibus, qui ad hunc honorem euchendus, vel ante prælium vt animi excitarentur, vel poſt prælium, vt virtuti ſuus conſtaret honos geſtans ſignum oblongum, Pennom vocant, in quo ſua depinguntur inſignia inter duos ſeniores Equites præeuntibus tubicinibus & Heraldis coram Rege vel Prorege adducitur, qui bene ominatus iubet ſigni extremitatem abſcindi, vt ex oblongo, vexillum fiat quadratum.

C

MILITES BACCALAVREI.

Baccalaurei milites Knights Bacchallers fuere illi, qui tamquam tirones electi medij inter Equites auratos & Armigeros. In archiuis enim leguntur nomina militum Baccalaureorum & Valectorum Comitia Gloceſtriæ; vnde ſunt qui Bachallers, quaſi Bas Cheualiers dictos volunt, licet alij à Gallico Battallier quod depugnare ſignificat, deducunt. Antequam ordines Equitum à Carolo Rege VII. fuiſſent in Gallia diſpoſiti, duo erant equitum genera, Vexillarius qui Vaſallos ſuos habebat elato vexillo, & baccalaureus qui ſub alieno vexillo procedebat. In decreto Ioannis Ponthiuani, facto 23. Febr. 1385. Thoarienſis Vicecomes ſummus, & primus Comitis Pictonum Vaſallus dicitur, triginta duo vexilla habens in ductu ſuo. In decreto facto tertio Iunij 1400. Comes Vallenſis contendit Rodulphum Comequanum Vexillarium ſolummodò ac non Baronem eſſe, extuliſſe vexillum, quod ludibrio fuerit, eúmque fuiſſe dictum Equitem quadrati vexilli: Comequanum verò ſe aſſeruiſſe Baronem, qui Vaſallos ferè D quinquaginta & prouentum magnum haberet. Statuit conſilium ſtrictum Caroli VI. Regia comitatum Iſabellæ filiæ Regis in Angliam profecturæ, vt nuberet Richardo II. Regi fore duorũ equitum Vexillariorum & quinq; Baccalaureorum, vt miniſtrarent ei: itaque delegati ſunt Almontenſis & Gatenſcrianus vexillarij, & Reginaldus Ioannéſque Triani. Galoſius Annoius, Carolus Chambellius, & dominus S. Clari baccalaurei. Vexillarius in bello, eques duplaris erat ad Armigerum. In ſponſione clientelæ quam Philippo Valeſio fecit Godefridus Comes Lemouicum Septemb. menſe 1337. ducentenis libris prouentus ad vitam ex ærario Regis, & quinquaginta libris ſemel numerandis promittit ſe miniſtraturum Regi cum ducentis viginti Equitibus ordinario ſtipendio vicenum ſolidorum in vexillarium denum in Equitem, quinum in Hippocomum, diebus ſingulis, cuiuſmodi ſponſiones in chartophylacio regio extant innumeræ.

FORMA CREATIONIS EQVITVM Vſitatior.

Cæterùm miles nemo naſcitur, ſed noſtris temporibus, vt alibi delibauimus à Principe vel eius legato, habita aut generis, aut virtutis. Fortunæ rerum domi foriſque benè geſtarum ratione, dignitatem equeſtrem (quæ non niſi cum vita tollitur [illegible] lſtra [illegible] matia tyrones equeſtri [illegible] adoptare ſolet. [illegible] lato enſe, addito nomini[illegible] ulo in Gallia [illegible] Anglia Sir ad vitam vbiuis (more Gallico in regibus [illegible] llandis) ab alijs diſtinguuntur. Formam etiam cum ritibus antiquam Anonymi cuiuſdam Angli ex veteri chronico addam, Anno inquit 1316 Dominus Richardus de Rodneij factus fuit miles apud Keynſham die tranſlationis S. Thomæ martyris in præſentia Domini Amadrici Comitis de Penbroke, qui cinxit eum gladio, & Dominus Mauritius de Barckleij, ſuper pedem dextrum poſuit vnum calcar & Dominus Bartholomæus de Badehſmer (Baro vterque) ſuppoſuit aliud ſuper pedem ſiniſtrum, in aula, & hoc facto receſſit cum honore.

IVRAMENTVM MILITARE F

Iuramentum militare antiquum colligimus ex *Liuij & Vegetij verbis lib.* 2. *de Re militari*. per eos factum, cum deuotione capitum ad quæuis infortunia pro Romana Rep. quæ conſuetudo adhuc manet, ſed ritu veteri in religionem noſtrã detorto; ſub finem enim militaris & ciuilis iuramenti adijciuntur hæc verba: Sic me Deus adiuuet & omnes Sancti.

MILITVM EXAVCTORATIO.

De exauctoratione verò militum (quæ ignominiæ militaris nota erat) alijs diſquirendum relinquo. Scribunt de ea *Herodianus lib.* 2. *in oratione Seueri Septymi. Tacitus lib.* 15. Vti etiam cum ita deliquiſſent, vt capitali ſupplicio afficiendi, ſuis inſignibus fuerint exuti, baltheo militari diſcincti, gladio adêpto, abſciſſis ſecuri calcaribus, chirothecis ablatis & clypeo gentilitio inuerſo, perinde ac in degradandis cœleſti militiæ militibus Eccleſiaſtica ornamenta, liber, calix, & ſimilia auferuntur. Simul perpendant, ſi hæ dignitates equeſtres, quæ olim tam fuerint glorioſæ, dum rariores, dum quaſi præmia virtuti conſtitutæ, non exileſcant, cum ſint effoſiores & cuiuslibet ambitioni proſtitutæ iaceant. quod in ſe ſimile olim conqueſtus erat apud Romanos Æmilius Probus. G

ARMIGERI MILITES.

His militibus proximi fuere Armigeri, qui & Scutiferi, homineſque ad arma Gothis Schilpor, à Scuto ferendo vt olim Scutarij à Romanis dicti, qui vel à clypeis gentilitijs, quos in nobilitatis inſignia geſtant, vel quia principibus & maioribus illis nobilibus ab armis erant, nomen traxerunt. Olim enim ex his duo vnicuiq; militi inſeruiebant, galeam clypeúmq; geſtabant, vt indiuidui comites adhærebant, eo quod à milite domino ſuo terras reliquas in Scutagio tenebant, vt ipſe Miles à Rege in feudo militari. qui iam non ſunt amplius in vſu. Armigeri primarij hodie cenſentur, qui ſunt pro Principis corpore selecti: ſecundò Equitum Auratorum filij natu maximi, & eorum itidem filij maximi ſucceſſiuè: tertio in loco habentur filij natu maximi minorum filiorum Baronum & aliorum ſuperioris ordinis, quando autem primogeniti maſculi deficiunt, deficit vna cum illis titulis: quarto in Anglia ordine ſunt, quibus Rex ipſe cum titulo inſignia donat, aut Armigeros creat collum torque S.S. vel ſigmatico argenteo, & candidis & argentatis calcaribus exornans, vnde hodie in occidentalibus regni illius partibus vocantur vulgò *VVhitesperres* ad H diſcrimen militum ſiue Equitum auratorum, qui auratis calcaribus vti ſolent. Eorúmq; primogenitis titulus ſolummodo competit. Quinto loco Armigeri ibidem habentur quicunque aliquo ſuperiori in Rep. munere funguntur, vel Principi honeſtiori conditione famulantur, Sed hoc officij nomen, quod olim officij tantum fuit, inter dignitatis titulos regnante Richardo II. primum irrepſiſſe tradit *Camdenus*. Verum vti in quibuſdam Italiæ locis Equites ſunt hæreditarij, multi vbiuis etiam Armigeri naſcuntur, quod *ex tabulis militaribus Marci Antonij Porezij* Antiquæ nobilitatis Equitis Sereniſſimo Eburonum Principi à Cõſilijs & Cubiculis, viri ſupra naraliũ ſplẽdorẽ magnitudine animi, virtute ad literarum gloria illuſtriſſimi (quæ ſcilicet M. Ludouicum, Perezium filium armigerum natum, peculiari Principis indultu prædicant) alijſque publicis archiuis didicimus. Sic & præter Equitum primogenitos. Armigeri titulo ſæpius habentur hæreditarij, Angliæque Regib

ſuus

[illegible] E

[illegible] pro, in [illegible] capucio, & [illegible] Cruces rubeas in [illegible] Domini noſtri Ieſu Chriſti: vel

paratu... [illegible]

ORDINES EQV[ESTRES] [illegible] EORVMQVE IN[STITVTA] [illegible] Prærogatiuæ.

ORDO EQVESTRIS SANCTISSIMI SEPVLCHRI DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, IN REGNO Hieroſolymitano.

Non in Sacerdotibus tantùm, monachis, & Virginibus ſapientiſſimum diuinæ prouidentiæ ordinem iam à naſcentis Eccleſiæ exordiis eluxiſſe apparet: verùm etiam in militantibus viris, qui cœleſti fortitudine armis ſolidioribus quàm ſint ferrea, opus eſſe intelligentes, voto ſe ac regulis piorũ, quantũ arma tractantis pro fide Chriſti ſat erat, obſtrinxêre. Et non ſecus ac in veteri lege Machabæi, Propheta Regius, aliiq; Iſraelitarum Duces præliabantur, prælia domini: ita citra Conſtantinum Magnum, qui præter duos Philippos A A. patrem & filium, imperium Chriſto nuncupauit, ſemper extitêre ordines quidam non tantùm dilatandæ, verùm etiam armis tuendæ Religioni, ii verò cuncti initio Conſtantini Magni, Ioniniani, Valentinianorum, Theodoſiorum, cæterorumque Principum Catholicorum, crucem geſtabant, ſed diſcolorem: alii rubeam, alii viridem, alii albam, alii aliam (qualem Conſtantino Magno contra hoſtes dimicaturo primùm in cœlo apparuiſſe, auctores, numiſmata, & pyramides teſtantur) præferebantur. His omnibus antiquiorum ſtatuunt ordinem Sanctiſſimi ſepulchri Domini noſtri Ieſu Chriſti, quinque rubei coloris crucibus inſignem, nec deſunt qui originem eius ad S. Iacobum fratrem Domini Epiſcopum Hieroſolymitanũ Anno 63. pro Chriſto cæſum, referre contendant: quo nomine etiã huius inſtituti milites, Hieroſolymorum vrbis Patriarchæ fuerint ſubiecti: alii ad Conſtantini Magni Imperium reiiciũt. Huius enim piſſimi Imper. mater S. Helena cum Crucem & monumentum Dominicum diuino monſtrata numine feliciter repeiiſſet, ſumptuoſas in honorem Sanctiſ. Reſurrectionis C erexit ædes quibus conſequenti ætate Canonicorum regularium D. Auguſtini fuit adiunctum collegium, eiúſque Sodalibus S. Sepulchri cuſtodia demandata, Saracenis interim & Turcis (qui rerum ibi potiti totum Orientem, & præcipuè Paleſtinam diutiſſimè afflixerunt) id ægrè tributo annuo perſoluto, indulgentibus. Quo factum, vt Carolus Magnus Imperii Occidentalis conditor, Chriſtianorum tranquillitati iis partibus ſtabiliendæ, cum infidelium Rege Aarone fœdus inierit, cæteriſque poſterioris ſæculi Principibus ex ritu inter Chriſtianos ſuſcepto, certis vrbis Sanctæ attributis locis, ſacra peragere poſſent, eſt datum. His pene Barbarorum vinculis, per tot annorum decurſus S. Sepulchri Sodalium detenta virtus, felicibus Godofredi Bullonii, & Balduini fratris auſpiciis, quaſi relaxata in apertum tandem prodiit, ii Canonicos regulares S. Sepulchri cuſtodes Militiæ ſuæ ad honorem Sanctiſſ. Reſurrect. ſuſceptæ, vnum voluere: quorum incredibili virtute muniti, id perfecere, vt Chriſtianorum regna, prouincias, vrbes tam in Oriente, quam in Occidente aduerſus Barbarorum & infideliũ incurſiones, vel fortiſſimè tutati fuerint, vel etiam recuperauerint, & Chriſtianum nomen per floren-D tiſſimas terrarum partes admodum propagarint, idque eo ſolo intuitu & fine, vt Chriſtiana religio aut ſarta tecta conſeruaretur, aut à Barbaris oppreſſa, in integrum reſtaurata refloreſceret. Eius rei fidem faciunt tot belli ſacri expeditiones in terram Sanctam ſuſceptæ, quæ Cruciatæ aut viæ S. Sepulchri nomine, ab auctoribus commendantur. Docent tot Principum & fortiſſimorum Ducum, (qui Militiæ S. Sepulchri nomina dederunt) ad Summos Pontifices de rebus in Syria geſtis, perſcripta teſtimonia, necnon ſumptuoſiſſima, titulo S. Sepulchri per orbem Chriſtianum erecta cœnobia, in quibus hodieq; videre licet militum illorum imagines & monumenta, tibiis in crucem tranſuerſis, ſic enim ſepulti fuerunt quotquot illo ſæculo nomina bello ſacro dediſſent; vel qui, vel tunc temporis ſunt locuti, Crucem ſuſcepiſſent. Verum peſſum iam eunte Hieroſolymitano regno, & per inteſtina mala diſtractis Chriſtianorum animis, domeſticorum perfidiæ ceſſit bellicoſorum Sodalium deſtituta virtus. In Italiam itaque ſe-

[illegible] vti *E[quitum] [illuſ]tres tabula Petri Menenii* indicãt, S. Crucis Sanctiſſimique Chriſti Sepulchri ac S. Georgii inſignia deferre. Leges iam Conſtitutiones, quas vocant, ipſis Latinè à Carolo Magno, Ludouico Pio, Philippo Sapiente, & Ludouico S. Gallorum Regibus, & Godefredo Bullonio præcipuo ordinis inſtauratore præſcriptas, ex autographo recitat *Iacobus Villamontius*: priuilegia verò & cæremonias *Bartholomæus à Saligniaco, Ioannes Zuallardus, Nicolaus Hautius* Fremõtii regulos, eiuſdem Inſtituti Equites; nec non *Nicolaus Chriſtophorus Radziuillius Dux Olizenſis & alii in ſuis de Terra Sancta* conſcriptis libris recenſent. Quæ breuiter ab *Abrahamo Ortelio* ea fidem fere concinnata, ob virtutis famam & præcipuum F belli aduerſus Saracenos gerendi (cui militer illi deſtinati erant) ea ætate ſtudium, quodque in ipſa vrbe Hieroſolymitana à Summi Pontificis Vicario ad Sanctiſſ. Sepulchri monumentum militaria inſignia Religionis ergo, hodiéque ſuſcipere ſoleant, breuiter hic referre haud incongruum duxi.

FORMA CREANDI EQVITES HIEROSOLYMITANOS.

In nomine Domini Amen. Incipit modus præficiendi ſiue ordinandi Militem Sanct.ſ. Sepulchri Domini N. Ieſu Chriſti.

Ante omnia ordinandos Miles præparet ſe ad deuotionem, vt valeat percipere gratiam officii ſacræ militiæ, ac præmiſſa confeſſione, auditaque Miſſa, & percepta Dominica communione, introducatur in atrium Sanctiſſimi Sepulchri, & tunc incipiatur iuxta modum qui ſequitur. Primò congregatur omnibus intra ſanctiſſimum Sepulchrum, cantetur hymnus, ſcilicet Veni creator Spiritus, &c. Deinde *Verſ.* Emitte Spiritum tuum & creabuntur.

℟. Et renouabis &c. ℣. Domine exaudi orationem &c.

℟. Et clamor. ℣ Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo. G

Oremus Deus qui corda fidelium S. Spiritus, &c.

Deinde debet interrogari à Patre Guardiano. Quid quæris?

Reſponſio flexis genibus. Quæro effici miles ſanctiſſimi Sepulchri Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Interrogatio. Cuius conditionis es?

℟. Nobilis genere & parentibus generoſis natus.

Interrog. Habeſne vnde honeſte manutenere poſſis ſtatum, & militarem dignitatem abſque mercibus & arte mechanica?

℟. Habeo Dei gratia bonorum ſufficientem copiam.

Interrogatio. Es ne paratus corde & ore iurare pro virili militaria ſacramenta eaque ſeruare quæ ſequuntur?

Primò. Miles ſanctiſſimi Sepulchri, omni die opportunitate habita Miſſam audire debet.

Secundò, Cùm neceſſe fuerit bona temporalia, & vitam exponere debebit, ſcilicet, quando eſt bellum vniuerſale contra infideles, & venire in propria perſona vel mittere idoneum.

Tertiò eſt obligatus ſanctam Dei Eccleſiam, & eius fideles miniſtros ab eorum perſecutoribus defendere, & pro viribus liberare. H

Quartò Debet iniuſta bella, turpia ſtipendia & lucra, haſtiludia, duellum, & huiuſmodi (niſi cauſſa militaris exercitii) omninò vitare.

Quintò, Debet pacẽ & concordiam inter Chriſti fideles procurare, Rempublicam exornare, & augere, viduas & orphanos protegere, iuramenta execrabiliã, periuria, blaſphemias, rapinas, vſuras, ſacrilegia, homicidia, ebrietatem, loca ſuſpecta, & perſonas infames atque vitia carnis vitare, & tamquam peſtem cauere, & ſe apud Deum hominéſque irreprehenſibilem exhibere, ac etiam verbo ac facto ſe dignum tanto honore demonſtrare, Eccleſias frequentando, & cultum diuinum augmentando. Quæratur ergo ſi eſt paratus corde & ore hæc omnia proteſtari, iurare & facere.

℟. Ego N. profiteor & promitto Deo Ieſu Chriſto & B. Virgini Mariæ hæc omnia pro virili me obſeruaturum. His

per

per[illegible]
A [illegible]tus p[illegible]ſitam, ſi [illegible]
eſt, v[illegible] poſt bened[illegible]
genu flexo ante [illegible]
nat [illegible] ſuper caput [illegible] Dominus v[illegible]
mus bonus & robuſtus [illegible]
ſanctiſſimi eiuſdem Sepulch[illegible] omnipotens æterne Deus,
tia ſua collocare dignetur. Amen.

Hoc finito Guardianus porrigit m[illegible] calca[illegible] naut[illegible] quæ pedibus ſuis accommodabit in terra exiſtens. [illegible] enſem nudum Christi militi, dicens: Accipe N. ſanctum gladium in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen, (ter ſignum Crucis exprimens) & vtaris eo ad defenſionem tuam & ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ad confuſionem inimicorum crucis Chriſti ac fidei Chriſtianæ, & quantum humana imbecillitas permiſerit, eo neminem iniuſte lædas: quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre & Spiritu S. regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

B Deinde enſis in vaginam reponitur, & à Guardiano prædicto enſe cingitur, dicendo, Accingere N. gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & attende quod ſancti non in gladio ſed per fidem vicerunt regna. Enſe accinctus miles ſurgit, & genibus nixis, inclinatóque capite ſupra ſanctum Sepulchrum à Guardiano ordinatur, percutiendo ter enſe prædicto ſcapulas militis, & dicendo ter, videlicet; Ego conſtituo & ordino te N. militem ſanctiſſimi ſepulchri Domini noſtri Ieſu Chriſti in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen: faciens ter ſignum crucis. Deinde oſculetur eundem, ponens more maiorum torquem aureum cum cruce pendente, in collo eius, & ordinatus deoſculetur ſanctum ſepulchrum, poſtea diſcedat & reſtituat omnia, & vocato alio iiſdem ceremoniis in numerum militum ſancti ſepulchri cooptatur: ordinatus interim in atrio ſancti ſepulchri remaneat, quouſque omnes ad hunc honorem promouendi, ſint promoti. Poſt quorum vel cuius ordinationem Te Deum laudamus, &c. à monachis decantatur, & ad ſacellum fratrum minorum itur, vel ibidem ſtatur, prout voluerit vel ordinauerit Guardianus: deinde dicuntur hæc in ſingulari, ſi vnus eſt: ſi verò plures, in plurali.
C In ſingulari dicitur; Specioſe forma præ filiis hominum, accingere N. gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè: & ſi plures, dicitur in plurali.

Verſ. Domine exaudi, &c.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum: Et cum Spiritu tuo.

Oremus. Da Eccleſiæ tuæ miſericors Deus, vt ſancto Spiritu congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur.

Omnipotens ſempiterne Deus ſuper hunc N. (vel hos) famulum tuum, qui eminenti mucrone circumcingi deſiderat, gratiam tuæ benedictionis infunde, eundémque dexteræ tuæ virtute munitum, fac contra cuncta aduerſantia cœleſtibus armari præſidiis, quibus nullis in hoc ſeculo tempeſtatibus bellorum turbetur. Per Dominum noſtrum, &c. Ad extremum amplectitur illum Guardianus & alij, ſi qui volent.

BENEDICTIO ENSIS.

Is qui benedicit, teneat enſem nudum ante ſe, & dicat: Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, &c.

Oremus, Exaudi quæſumus Domine preces noſtras, & hunc enſem, quo ſe famulus tuus hic cingi deſiderat, maieſtatis tuæ dextra dignare benedicere, quatenus poſſit eſſe defenſor Eccleſiarum, viduarum, orphanorum, omniumque Deo ſeruientium contra ſæuitiam paganorum, aliiſque ſibi inſidiantibus ſit terror & formido, præſtans ei æquæ perſecutionis, & iuſtæ defenſionis effectum, per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Oremus. Benedic Domine, ſancte pater omnipotens æterne Deus per inuocationem nominis tui, & per aduentum Chriſti Filij tui Domini noſtri: & per Dominum Spiritus S. hunc enſem, vt hic famulus tuus, qui hodierna die, tua concedente pietate, præcingitur, viſibiles & inuiſibiles inimicos proſternat & conculcet, victoriáque potitus, maneat ſemper illæſus, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, miſericordia mea & refugium meum, ſuſceptor meus & liberator meus, protector meus & in ipſo ſperaui, qui ſubdit populum meum ſub me Gloria Patri & Filio, &c.

[illegible]
[illegible] omnipotens æterne Deus,
[illegible] diſponis, qui ad coërcendam [illegible]tatem malorum, & tuendam iuſtitiam, [illegible] in terris hominibus tua ſalubri diſpoſitione permiſiſti, & militarem ordinem ad populi protectionem inſtitui voluiſti, quique per beatum Ioannem militibus ad ſe in deſerto venientibus, vt neminem concuterent, ſed propriis contenti eſſent ſtipendiis, dici feciſti: clementiam tuam ſuppliciter exoramus, vt ſicut Dauid puero tuo, Goliath ſuperandi largitus es facultatem, & Iudam Machabæum de feritate gentium nomen tuum non inuocantium triumphare feciſti: ita & huic famulo tuo N. qui nouiter iugo militiæ colla ſupponit, pietate cœleſti vires ac robur ad fidei & iuſtitiæ defenſionem tribuas, præſteſque ei fidei, ſpei, & charitatis augmentum, & tui timorem pariter & amorem, humilitatem, F
perſeuerantiam, obedientiam & patientiam, cunctáque in eo rectè diſponas, vt neminem cum gladio iſto vel alio iniuſtè lædat, & omnia cum eo iuſta & recta defendat, & ſicut ipſe de minori gradu ad nouum militarem promouetur honorem, ita veterem hominem deponens, cum actibus ſuis nouum induat hominem, vt te timeat & rectè colat, perfidorum conſortia vitet, & ſuam in proximum charitatem extédat, præpoſito ſuo in omnibus rectè obediat, & ſuum ineunctis iuſtè officium exequatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Multa alia ad illuſtrationem ordinis piè decenterque inſtituta, quæ commemorare longum eſſet, nec non & tabulas prælo digniſſimas, hactenus nunquam editas, quibus Philippus II. Hiſpaniarum Rex Catholicus in ſummum ordinis Magiſtrum eiuſque ſucceſſores à militibus Hieroſolymitanis, præſertim Belgia ibidem nominatis Anno 1558. in Eccleſia Hochſtratana ditionis Brabantiæ ſunt electi. Vide & Marianum Scotum & Lambertum Schaffnaburgenſem, qui de piis boniſque Principibus & Epiſcopis, qui anno Domini 1063. Hieroſolymam peregrinati ſunt ſcripsêre. Ad horum fere Equitum normam creari ſolent Equites S. Catharinæ ad G
montem Sinai, eiuſdem Virginis ſacratiſſimo corpore celeberrimum, & mediam rubei coloris rotam gladio transfixo pro inſignibus præferre.

ORDO EQVITVM S. MAVRITII.
ET S. LAZARI APVD
Sabaudos.

Initia Ordinis S. Lazari repetuntur à temporibus S. Baſilij Magni Cæſarienſis Epiſcopi, quem Gregorius Nazianzenus tradit hoc titulo Noſocomium excitaſſe. Atque eius antiquitatis pariter fidem facere aiunt, tot ptochotrophia, noſocomia ſeu hoſpitalia, vt vulgò loquuntur Sancti Lazari nomine per orbem Chriſtianum ſparſa. Sed prima inſtitutio per Barbarorum incurſiones, atque iniuria temporum collapſa cum eſſet, ea ipſa velut renata eſt felici illo æuo, quo Chriſtiani Europæ Principes Ieroſolymorum vrbem, cæteráq; Terræ Sanctæ loca barbaris eripuerunt. Itaq; vt Templarij Hoſpitalarij, & Teutonici, ſic & Lazarini Equites illo ſeculo, homines Chriſtianos ex Europa aduentantes, non modo hoſpitiis exceperunt, ſed & ſtrenuè Saracenis aliiſque barbaris arma intulerunt. Quo factum vt Balduinus II. Fulco, Amalricus Balduin. III. & IV. Reges Ieroſolymitani, itémque Theodora & H
Meliſindis Reginæ, aliique Principes ipſum ordinis Magiſtrum, & domicilia in Syria eidem dicata, ac propria, non paucis beneficiis affecerint; quorum teſtes tabellæ publicæ etiamnum Boniaci vulgò Boignij, in diœceſi Aurelianenſi in Gallia aſſeruantur. Quem quidem locum equitibus ipſis Lazarinis Lodouicus Galliæ Rex aſſignauit, diplomate Anno CIↃ. CL V. dato, & Hugonis Cancellarij manu ſignato, Matthæo Montmorentio Galliæ Coneſtabili præſente, Pulſis demum per Saracenos è Syria Chriſtianis, Boniaci domiciliũ Magiſtri ordinis Lazarini eſt conſtitutũ, ibiq; comitia ſeu conuentus à Sodalibus quotannis haberi ſolent, Commẽdatoribus, vt vocant, ex Italia, Sicilia, Sabaudia, Anglia, Scotia, Hungaria, aliiſq; prouinciis eodem confluentibus: id quidem ad annum vſq; ſuperioris ſeculi octauum & quinquageſimum obtinuiſſe conſtat, quo anno Boniaci comitiis interfuêre

Commen

A Commendatores S. Eligij Lundinenſis, Bandartæ in Hungaria, Agreſolij in Sabaudia, & alij complures à Ioanne Leuyo Magiſtro ordinis euocati. Vt mirum nemini videri debeat Philippum Auguſtum S. Ludouicum, Philippum Pulchrum, Philippum Longum, Ioannem, Carolum VII. Ludouicum XI. Carolum VIII. Ludouicum XII. Franciſcum I. Henricum II. & Henricum III. Galliæ Reges, Henricum item Angliæ Regem, Aquitaniæ Normanniæque Ducem, Theobaldum Comitem Blæſenſem, alioſque Galliæ Principes multis ſodalitium Lazarinum vectigalibus annuis ac priuilegiis honoraſſe vt fusè *Petrus Beloyus Cōſiliarius Toloſanus in ſuo de Equeſtribus ordinibus libello* cōmemorat. Idem præſtitit Fridericus II. Imp. & Siciliæ Rex, qui in ea ipſa inſula itemque in Calabria, Apulia, Campania, aliiſque Italiæ locis ampliſſima, iiſdem prædia attribuit, Quas donationes poſt Alexander IV. Nicolaus III. Clemens IV. Ioannes XXII. Gregorius X. aliique Pontifices Romani ſuis diplomatibus ſtabiliuerunt. So- B lent autem Lazarini milites Crucem viridem pro ordinis teſſera præferre, & S. Auguſtini regulam profiteri, quæ omnia Gregorius IX. diplomate edito probauit. Temporum porro decurſu, cum inſtituti huius dignitas iaceret, Equites Rhodii ab Innocentio VIII. P.M. an. cIↃ. CCCC. XC. impetrarunt vt cum Rhodio ſeu Ioannitico confunderetur. Sicque paulatim Sodalitij Lazarini memoria, dum apud Gallos, tum apud Italos eſt obſcurata, At pius IV. Pontifex id ipſum an. cIↃ.IↃ. LXV. excitauit, ampliſſimiſque priuilegiis, honoribus, immunitatibus ad inſtar aliarum militiarum dotauit, Ioannoto Caſtellionæo, viro nobili, Mediolanenſi, ordinis magiſtro creato, & diplomate ea de re IV. Non. Maias promulgato. Quod diploma Pius V. ſucceſſor altero Pontificatus ſui anno, conſtitutione VII. Kal. Febr. altera III. Idus Sextiles partim reuocauit, partim moderatus eſt. Cumque Vercellis anno eiuſdem ſeculi LXXII. Caſtellionæus vita diſceſſiſſet, Gregorius XIII. quo maiorem huic militiæ dignitatem conciliaret, eius principatum ſeu magiſterium in Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, atque illius ſucceſſores anno proximè inſe- C quente contulit. Philibertus autem conuentu Equitum Nicæam indicto, eos ſacramento ſolenni tamquam Magnus, vt vocant, Magiſter, in fidem adegit, & nouas, ordini decorando atque amplificando leges ac ritus eiuſdem Pontificis auctoritate confirmatos condidit, coniunctis atque in vnum confuſis S. Mauritij & S. Lazari ordinibus. Idem duo præterea domicilia ſiue hoſpitia, vnum, Nicææ, alterum Auguſtæ Taurinorum excipiendis equitibus à fundamentis ſuo ære excitauit, ſtatuitque vt in poſterum militia S. Mauritij, & S. Lazari nuncuparetur: Equiteſque crucem viridem limbo candido concluſam: in cuius medio altera D. Mauritij ſuperpoſita eſſet, in veſtibus gererent. *Paulus Maurigius* tradit Ciſtercienſium regulam Benedictinam iiſdem Equitibus à Gregorio XIII. fuiſſe præſcriptam. *Vide & Iac. Aug. Thuanum l. hiſt. 38.*

ORDO EQVITVM S. MAVRITII.

Ad S. Mauritij Equites quod attinet, præferunt ij etiamnum crucem albam, florigeram Gallis dictam, & à S. Martyre in D bello Chriſtianis pro teſſera obtendi ſolitam. Fuit is Mauritius Thebææ Legionis Dux & anteſignanus, apud Agaunum, in confinibus Heluetiorum atque Allobrogum (locus hodie S. Mauritij nomen retinet, ſpectatque ad Cantonum, vt vocant, ſiue Heluetiorum ditionem) pro Chriſto cum ſuis à Maximiano Imperatore cæſus. Hunc vt viuum tutelarem ac præſidem Allobroges venerantur, & ſunt qui Sabaudiæ Ducum ſtemma ab eo deducere conantur: hoc conſtat S. Mauritij gladium & annulum à Ducibus iſtis magno cum honore adſeruari, atque vt pignus imperij, cum inaugurantur, iiſdem ſolemni ritu tradi.

Eremiticum porrò ordinem S. Mauritij ſub regula S. Auguſtini ab Amadeo I. Sabaudiæ Duce inſtitutum fuiſſe ſcribit *P. Matthæus & P. Beloyus*, noſtræ ætatis ſcriptores. Vetuſtiores rerum Sabaudicarum annales tradunt Amadeum, (qui poſtea ad Pontificatum vocatus Felicis V. nomen induit) relictis omnibus Ripallium ad lacum Lemanum ſe contuliſſe, atque ibidem primo lapide à Tonone oppido cum viris nobilibus è Equitibus decem eremiticum vitæ genus ampleſum eſſe, in monaſterio D. Mauritij memoriæ atq; honori à maioribus ipſius dedicato, cinerea veſte oblonga adſumpta cingulo aureo, atq; cinerei coloris chlamyde, cui crux aurea foret inſuta; tradit que *Franciſcus Modius in Pandectis triumphalibus*, Eremitas Ripalliæ (quos milites S. Mauritij vocant) Felicis Papæ ſolenniis inauguralibus ann. 1440. interfuiſſe, qualiſque habitus & religio illius antea fuiſſet, veſtibus ſuis præmonſtraſſe. E

ORDO EQVITVM S. MARIÆ DE MONTE CARMELO ET S. LAZARI in Gallia.

Dictum hactenus, quorum opera apud Italos & Sabaudos inſtitutum Lazarinum in vſum ſit reuocatum; reſtat vt videamus, quibus ea gloria apud Gallos obtigerit. Dixi ſupra Equites Rhodios ſeu Ioannitas ab Innocentio VIII. impetraſſe, vt Lazarinum ſodalitium ipſis adiungeretur. Quo quidem factum eſt, vt Ioannitæ ordinis illius principatum ac præfecturam penes ſe retinuerint vſque ad Aimarum Caſtum, virum natalibus, multiſque virtutibus clariſſimum. Is quamquam Melitenſis eques, militiam Lazarinorum, cuius princeps ac magiſter erat, in Gallia inſtaurare primus ſerio noſtrâ memoria in animum induxit, & bona patrimonialia primis poſſeſſoribus reſtituere conatus eſt. Quo laudabili in opere cum defeciſſet, Philibertus Nereſtanus, vir modeſtia ſimul & F fortitudine præſtans (quæ duo in homine militari rarò coniuncta reperias) demortui locum ſe magiſterium excepit, profeſſione tamen aut vitæ genere Melitenſibus non obſtrictus. Itaque Romam profectus à Paulo V. obtinuit, vt Lazarini Equites Galli in poſterum Equites S. Mariæ de Monte Carmelo & S. Lazari nuncuparentur, & violacei coloris crucem Virginis Matris effigie inſignem, ex collo pendentem, iteroque chlamydi adſutam, exemplo Melitenſium præferrent. Vſus eſt idem Romæ conſilio & opera R.P. Petri à Matre Dei Carmelitæ diſcalceati, qui Paulo Pontifici à ſacris tunc erat concionibus, eidemque ob ſingularem morum integritatem vitæque ſanctitatem longè gratiſſimus, quo nomine & à Baronio in Annalibus eximie commendatur. Faxit autem Deus, vt ſicut Carmelitarum diſcalceatorum ſocietas magno Eccleſiæ bono per vniuerſum orbem, mirificè effloreſcit, ſic & Carmelitanorum Equitum collegium paulatim maiora, Reipubl. Chriſtianæ commodo ſumat incrementa. Cæterum ann. cIↃ.IↃ.IX. Nereſtanus Pariſiis in Suburbano S. Lazari mo- G naſterio, quod eſt Canonicorum, vt vocant, regularium Auguſtinianorum, ſolenni ritu Equites aliquot creauit, dictaque teſſera inſigniuit, adhibitis iiſdem ferè ceremoniis, quibus Melitenſes inaugurantur. Hoc tamen diſcrimine, quod Carmelitani, vt nec Mauritiani, in Sabaudia equites à nuptiis non arceantur. Ex his itaque patet, Lazarino ordine velut in duo Sodalitia, Mauritianum & Carmelitanum partito, ex his alterum Sabaudis, atque Italis, alterum Gallis velut proprium hodie cenſeri.

ORDO EQVESTRIS CANIS ET GALLI GALLINACEI APVD FRANCOS.

Monmorentiadum gentis ſtemma, quo Liſbio à Lybiæ Regibus oriundo, magno Areopagitæ commartyri adparentat: origine antiquiſſimum Francis & Belgis perilluſtre, ſummum Chriſtiani nominis columen vel ab incunabulis regni Gallici ſemper extitiſſe conſtat. Primumque eorum parentem Protochriſtiani & Archi-Baronis nomen (quod moræ H impatiens & zelo Chriſtianiſmi incenſus, eidem Lauacro, quo Rex Clodoueus primus inter Gallo-Francos ſacro baptiſmate ablutus eſt, ſe immerſerit) commeruiſſe tradit *Robertus Canalis*. Nec his contentus auctor & ipſe fuit primus, vt Aureliis in media Gallia prima ſacra Comitia celebrarentur. Vnde Monmorentiacos primos Chriſticolas & Franciæ Barones veteri elogio nuncupari, eiuſque nominis teſſeram præliis merito inclamari, in hunc vſque diem obtinuerit, Fidei inſuper memorabile exemplum in Chriſtianam rempublicam extare voluit, illuſtre ordinis Equeſtris collegium, Canis nimirum, notiſſimo fidelitatis ſymbolo inſignitum, & religioni maiorum propagandæ, in hac familia fundatum, nullo certo quod equidē ſciam, hactenus auctore, qui principatum & Magiſterium, vt loquuntur, ei planè attribuat, & ſi non vanâ ratione coryphæum egregij huius Inſtituti fuiſſe, ex Canis inſigniis, quæ in Caſſide ſtirps illa pro criſta geſtare ſolet, augurari liceat. Cuius rei fidem augere videtur *Philippus Moreaus in tabula ſua inſignorum Franciæ* vulgari ſermone conſcripta: Vbi inter alia gentis huius decora prodit, Buchardum Montmorenciscum ad aulam Philippi I. multis comitantibus Equitibus veniſſe, qui omnes, vt & ipſe Buchardus, baltheum ſeu torquem equeſtrem capitibus ceruorum diſtinctum, caniſque effigie ex imâ parte pendente exornatam, geſtarent. Id exemplo multorum Principum, quos Canis inſigniis delectatos

fuiſſe in aperto eſt, factum reor. Ita enim Sergius galba Im- A perator raoi ſua, quam maiorum acta & inſignia hoc ſymbolo notauit. Canis erat a prora deſulturienti ſimilis, quod vigilantiam aſfirmat; excobias aduerſus tempeſtates conferre deſignauit, & Ægypıj ſub forma Canis copula teligati militis officium exhibuerunt, & milites Plato cuſtodes, & canibus ſimiles appellat, hodieque apud Belgas Croyorum regia proſapia, canem inter duas alas auitis Hungariæ tegni inſignis, ſuperimponere conſueuit: Canes denique fidei & nobilitatis apud omnes gentes indicia haberi, I. *Lipſius* aliique rerum illarum curioſi produnt auctores.

Ordinis porrò, qui Galli gallinacei titulo circumfertur, Equitem nobis prædicant Petrum quendam Montmoreneiacum, genealogici eiuſdem ſtirpis commentatores, minimè verò edocentes erectionis tempus vel auctorem, quod *Petrus Beloyus in originibus* ſuis maximè conqueritur: ea iis tamen colligi ait, gallos Principes pugnacis adeò animalis hieroglyphico ductos, ſodalitium equeſtre inſtituiſſe, quod B martis pullum eum vocet *Ariſtophanes & Eucherius* imperij doceat eſſe ſymbolum. In augurali verò diſciplina, Gallus eſt victoriæ ſignum, propterea quod auis illa victa ſilere ſoleat, canere, ſi vicerit, & recte Romani poſterioribus ſeculis belli indicis haſtæ in fines hoſtium coniiciendæ ritu obſoleſcéte bellico Gallinacei ſigno vſi ſunt, cum ea eo etiam Agoniſtica ſibi milites pararét. Ita ferunt Socratem Iphicrati duci animos adieciſſe, cum Gallinaceos coram Gallia pennis & roſtro dimicantes ei præmonſtraſſet, quod & Themiſtocles ad ſuos animandos fecerat, cum oſtenderet, eos non pro patria, neque pro penatibus, neque pro maiorum ſepulchris vxoribuſque aut liberis id incommodi aggreſſos, ſed ea tantum de cauſa, ne vincerentur, nolle alterum alteri cedere. Eo exemplo ſuperatis Perſis, Themiſtocles Athenis ſpectaculum Gallorum quotannis celebrandum inſtituit, teſte *Æliano*, idque Pergami etiam edi ſolitum ſcribit *Plinius*, cuius rei veſtigium hodieque apud Ebutones iouenias: quanquam ea lu- C diero fieri apud *Lucianum & Herodianum* legas. Quod ſi in nummum incideris Gallinaceorum conflictu notatum, ſcias eam fuiſſe Dardanorum pecuniam *Polluce* teſte, nam illi magnum pugnacitatis decus, vt & gallo-Franci ſibi antiquitus vſurpauêre: quo honore Dardani ſemper apud Maronem, cum ſecus Phryges ferè, vt imbelles notentur. Perſarum porrò milites Galli nuncupabantur à Caribus ob conos quibus galeas ornatas habebant; eaque de cauſa Artaxerxes hominem à Caria qui Cyrum Galli ſignum prætendentem vulneraſſe creditus eſt, eo honeſtauit præmio, vt gallum aureum in lancea præfixum ante aciem ferret, auctore *Plutarcho*: & *Pauſania* Idomenei clypeum gallo gallinaceo inſignitum fuiſſe tradit, propterea quod is à Minoë & Paſiphaë duceret originem, quæ Solis filia fuerit; cui Gallus dedicari ſolitus, quia ortum eius præſentiat, & cantum indicet mortalibus: à mediæ enim noctis inclinatione explaudentibus, vt *Lucretius* ait, alis Aurotam clara conſuetus voce vocare, & matutinis aſtris D (nam & ſydera nouit & æternas diſtinguit horas) quotidie commodulatur: Chriſtianiſque in ſummo turrium faſtigio diuinitatis ſimulachrum ob oculos ponere conſpicitur. Similia multa Gallos Principes ad inſtituendum ordinem militarem, heroica Galli alitis eiuſdem nominis gentem interpretantis teſſera inſignem ſpectaſſe, innuere videtur *Petrus Beloyus*.

Cæterum quod Montmorenciacam proſapiam hiſce duobus ordinum militarium inſignibus nobilitatam reperiamus, haud erit incongruum inſignia gentilitia, eiuſmodi ſymbolis condecorari ſolita, ob gentis (quam & Reges affinitate ſua dignati ſunt) apud Francos ac Belgas clariſſimæ, dignitatem hic inſerere. Ea à multis retrò ſeculis ea cruce cádida & aquilinis pullis cyanei coloris in campo aureo compoſita fuiſſe, oſtendunt anni 1179. tabulæ Matthæi de Montemorenciaco Equitum magiſtri (qui ſacro contra Albigenſes bello, cum Ludouico Philippi Galliæ Regis filio primogenito, interfuit, & inter Gallos Bizantij expugnatores emicuit, magnamque inde gloriam retulit) ac fratrum eius Theobaldi Bochardi & Eruei, quas ex armario Vicenatum, rei teſtandæ gratia producit *Papyrius Maſſonus in rebus ſuis Gallicis, l. 3. Annal.* Illæ enim, vti ibidem ſubindicat; cereum ſignum integrum adhuc & incorruptum habent, in quo crux & locis diſtincti aquilini pulli quatuor tantum ſpectantur, & inſcriptio huiuſmodi. Sigillum Matthæi de Montemorenciaco. Idem planè in æreo eiuſdem gentis ſigillo ſe vidiſſe teſtatur. Ioannes Feronius, E ſuiſque diſtinctum coloribus hodieque ſpectari affirmat, in baſilica Calidi montis, vulgò Chaumontel, apud Luzarchum in ditione dicti Matthæi. Subſequenti verò gente Othonis Imp. mutatum comprobat idem auctor ex Dani hiſtoria; cum alter eiuſdem nominis Matthæus Buchardi Barbati parens, & belli contra infideles Dux in Terra ſanguinis (locus eſt vbi hodie Lugdunum ſitum, cui à memorabili Maurorum ſtrage manſit nomen) deuictis hoſtibus, cæſóque Amorreorum Principe, Aquilas triumphatrices exinde ſexdecim, totidem quot ceperat ſigna, cum cruce rubea (quæ candida Franciæ gentis more vti conſuêrat) antiquis inſigniis in perpetuum rei geſtæ teſtimonium, quaſi Memor enſis immiſcuit: quæ ad ſucceſſores continuata ſerie tranſlata, adeóque ad ipſū Annam Montmorentiorum Ducem maioribus militari laude haud inferiorem (quod ſymbolum eius ex armato brachio magnóque liliatum ſeu Francicum gladium prætendente cum voce ΑΠΛΑΝΟΣ abunde indicat) devenère. Omnibus ille honorum gradibus glorioſiſſimè decurſus, clariſſimus, F regni gallici defenſor acerrimus, & regiorum liberorum nutor, & quaſi alter parens eſt habitus, cum in Herculis Alençoniorum Ducis deſtinati (qui mutato nomine Franciſcus appellatus eſt:) ſacro luſtrico fideiubere eſt datum: cui Franciſco pacem, vti gallia, bis in regno ſancitam, nos hoc æternum debebimus, quod in ſacro noſtro lauacro, hæreticis nequidquam frementibus ſpoponderit, noménque quod cum auo Franciſco I. commune habebat, impoſuerit. Quantum verò huius Annæ Montmorentiadum merhis, ſummæque in patriam & galliæ nomen charitati ſeſe obſtrictam ſenſerit ipſa gallia, tunc demum commonſtrauit, cum viri tot ad reis macti orbi, quaſi in funere publico conſtituta, ad cuius patrocinium ſe verteret, ignoraret: & iuſta regali, ferè pompa dedocta nempè ipſius effigie, qui honos ſolis Regibus ac Regum filiis in eo regno habetur, perſolueret.

ORDO EQVITVM GENETÆ SEV Aſturconis in gallia. G

Carolus Tudes ſiue Martellus, à Martello & martialibus quodammodo geſtis, nomen ſortitus, Equeſtris ordinis in primis fuit ſtudioſiſſimus, adeoque annulorum vſum Romanis Equitibus olim proprium in imperio gallico renouauit, nobilémque collegit Equitum manum, cui genetæ ſymbolum annulis & torquibus inſculptum cæteriſque corporis ornamentis præferendum dedit, morémque ad tempora vſque S. Ludouici tranſmiſit. Huius inſtituti varias ab auctoribus afferri rationes tradit *Bernardus Girardus* Dominus Hallianus galliæ Regis hiſtoriographus: Dominus tamen Hayenſis præfectus Pictauienſis ad coniugis dicti Caroli etymon, quam veteri lingua Iaueram aut Ioannem vocare ſolitus erat, cauſam refert. Petri verò Beloij Præſidis Toloſani ſententia nobis haud improbanda videtur. Is à memorabili illa, per Carolum regnique proceres de Saracenis (qui ex Hiſpania in galliam deſcenderant) apud Turonium partâ victoriâ Anno circiter 738. non incógruè deſumit, quod nobiliſſimos quoſ- H que, qui ei prælio interfuiſſent, genetæ titulo & inſigni maculis nigris interſtincto, donaſſet, teſtandæ vtique poſteritati eam ſe gentem (quæ partibus illis Hiſpaniæ, genetæ copia nobiliſſimæ, in Chriſtiani nominis perniciem exinerat) ad interitum deleuiſſe. Eſt autem geneta in Hiſpania muſtelæ aut vulpis genus potius (quod varium apud Iulium Cæſ. Scaligerum legas, pellem habens partim nigram, partim ſubcinericiam, maculis præſertim nigris inſigni ordine reſperſam, ob odorem, pulchritudinis raritatem, aliaſque dotes principibus viris commendabilem: *teſte Cardano*, quod ex Hiſpania illud ſubmitti affirmat, etſi non ignoremus eiuſdem etiam nominis præſtantiſſimos equos) quos genetas appellare ſolent) à Regibus Hiſpaniæ, muneris (ob excellentiam) vice, ad externos cohoneſtandos Principes, non rarò adornari, & geneta vehi (quod Maurorum more equitare eſt) inter nobilitatis decora apud Hiſpanos haberi: quorum curſu in Hippodromis maximè oblectantur, dum Equeſtres inſtituunt pugnas in quibus arundinibus & cannis haſtarum loco ſe mutuo exercent, eum ad modum, quo Mauri haſtas torquere & in hoſtes iacere ſolent: quos ludos, Iuegos de Cannas, patria lingua nominant. Et genetæ Equitibus nomen inde manſiſſe, & quod nonnulli referant, haud adeò abſurdum duxerim.

Sunt qui ſcribant Carolum VI. Regem, auctorem Ordinis Geniſtæ, aut Sparti, vulgò Coſſe de geneſte extitiſſe. Verum

vt à

vti dicto Beloyo placet, non fuit illud Equeſtrium virorum honorarium, ſed ſolummodò eorum, quos Seruitores ad arma aut Scutiferos vocamus, qui nobili eſſent ſanguine procreati, cuſtodiam corporis Regij agentes, quoſque Rex ipſe (Ioannis I. Caſtellæ Regis exemplum ſecutus qui Armigeros inſigni Rationis donauit) armigerorum titulo gaudere, & opera eorum, tanquam voluntatis ſuæ & mandati interpretum apud Principes vti voluit: inſolentiæ nimirum vitandæ, qua per vulgares illos apparitores humili plerumque loco natos, apud eminentioris notæ proceres, qui ſuperiorem excepto Rege neminem agnoſcunt, peccari ſæpè eſſet indignum. Eius rei tabulas producit Petrus de S. Iuliano in antiquitatibus ſuis Burgundicis, quibus Carolus VI. Robertum margnyum, huius ſodalitij Armigerum, quod non niſi in verum nobilem cadere poteſt, nuncupauit, veſtigiúmque eius rei hodiéque apud Normannos exſtare produnt Gallici annales.

B EQVITVM LILII ORDO IN REGNO NAVARRÆ.

Sanctius Hiſpaniarum Imp. & IV. Nauarræ rex anno 1025. eam maieſtatis ac potentiæ amplitudinem conſecutus, qua nulla maior nec æqualis Guthici regni euerſione in Hiſpania viſa fuerat, tot amplorum regnorum facta inter filios ſuos diuiſione: Nauarram Garciæ ordinis huius Equeſtris fundatori, Caſtellam Ferdinando, Soprarbiam ac Ripacurtiam Gundiſaluo, Arragoniam denique Ranimiro (qui primus omnium Arragonenſem titulum gentibrij nominis loco ſibi ac poſteris vendicauit) attribuit. Huius Garciæ VI. Nauarræ regis ætate, qui Nagerenſis, ſiue de Nagera (locus is erat in cunabulis, domicilio, & ſepulchro regis euiſdem clariſſimus) cognominatus fuit; Hiſpani ſcriptores diuino numine inuentam tradunt, ſacratiſſimam diuæ Virginis regalis monaſterij in vrbe Nagerenſi imaginem, cuius honori, Garzias rex & coniux Stephana ſtirpis Foxicoſis, filia nimirum Comitis Carcaſſonæ (cui originem ſuam debent Foxij &

C Candalæ Comites, qui poſtea quingentos plus minus annos dominiis iis præfuère) opimum religioſorum ordinis D. Benedicti conuentum dedicarunt: ipſéque rex ordinem Equitum Liliiquem ante omnes in Hiſpania auguſtiſſimum reperio: certo conſcripto numero, vaſculum liliis candidis inſigne, & memoratæ Virginis imagini appictum, rei præbuit auſpicium *teſte P. Beloyo cap.* 12. Eius namque aſſumpto emblemate, Rex Equitum allectorum veſtes liliis acu vel alia nobilioris manus opera elaboratis, inſigniri mandauit. Cui etiam ſodalitio Infantes Regij adſcripti, magnóque Nauarrorum cæterorúmque procerum (quibus res antiquorum erga Nauarræ regis meritorum contemplatione, priuilegia Equitum Roncisuallis anno 1045. confirmauit) adnumerata ſeries Lege etiam actuit, quibus Chriſti nomen aduerſus fidei hoſtes defendere, & propagare, certáſque orationes Dominicales & ſalutationes Angelicas quotidie recitare tenerentur: eóque fulcro ſubnixum laudatiſſimum hoc inſtitutum rebus domi militiæque geſtis clariſſimum, ad ſtirpis regiæ poſteritatem longâ ſerie tranſmiſſum, multiſque ſeculis conſeruatum per-

D durauit: extantibus id maiorum regiis inſignibus, quibus inſcriptum etiam hodie legatur, Deus primum Chriſtianum ſeruet.

Liliatorum Equitum ordinem honori D. Virginis à Ferdinando Arragonio (quem Infantem de Antiquera dixère) anno 1403. dedicatum prodit *Hieronymus Zurita, l.* 12. *c.* 30. *in Reb. Aragoniæ*, cuius teſſeram ipſe rex, cum aliquot aliis, non tam ſplendore natalium, quàm virtute illuſtribus viris in Eccleſia S. Mariæ Antiquæ oppidi Methymnæ Campenſis: ritu ſolemni ſuſcepit. Erat ea ex vaſe liriis & grypho confecta. Lirium autem flos propriè eſt, quem *Theophraſtus libro de plantis* narciſſum eſſe dicit; alij lilium, pulchritudinis candoris; & puritatis, adeóque Deo & Angelis pergratum ſymbolum. Qui & flos regius ſolet appellari, à regia qua præſtat celſitudine, quod tanta proceritate ſuper flores alios attollitur, vt ad tria interdum cubita ſurrigatur. Et gryphus ex aquila & Leone confectum animal, vt fabulantur, ſimulachrum eſt generoſi & magni animi, ideóque non ineptè Appollini ſapientiæ præſidi dedicatum antiqui. Hieronymus verò Romanus hunc ordinem vulgo vocitatum refert, Laorden de la Terraca odelas Açucenas, ò Iarra de S. Maria, quod idem ſonat quod Ordo Liliorum aut Vaſculum S. Mariæ. *Vide eundem lib. 7. de Rep.*

& infra ordinem equeſtrem, Cardui B. Mariæ Virginis, in familia Borboniorum fundatum. E

ORDO EQVITVM HOSPITALARIORVM S. IOANNIS HIEROSOLYMITANI, QVI POST Rhodij, nunc Melitenſes dicuntur.

Quo tempore Tota Sancta Catholicorum Principum expeditionibus celebrari cœpit, Chriſtiquos nomini recuperati, quatuor præcipuè ſacri militiarum ordines Hieroſolymis aut exorti, aut reſtituti auctique fuère: Hoſpitalariorum qui & S. Ioannis dicti ſunt à Gerardo quodam; Templariorum ab Hugone & Gotifredo; S. Mariæ Teutonicorum à Germanis; & ordo S. Lazari origine antiquiſſimus, & diu ante à D. Baſilio conditus; quos inter ſemper excelluiſſe produnt ordinem Militum S. Ioannis, à Ioanne Hircano Machabæo trahentium originem, aut certè à Ioanne Eleemoſynario, Patriarchæ Alexandrino, benignitatis cognomine in pauperes celeberrimo, vota licet Ioanni Baptiſtæ vt patrono nuncuparent. Quorum ab initio ſedes primaria fuit Hoſpitale S. Ioannis in Hieruſalem (quod militibus Hoſpitalariorum no- F men dedit) à Gerardo quodam loca Chriſti pedibus calcata, & ſanguine reſperſa viſente, nouo feruoris genere exædificatum, attractiſque in conſilij ſocietatem nobilibus aliquot, inſtituti ſui probatorem habuit Gelaſium Papam II. & viuendi rationem: Veſtem nigram crucemque in ea candidam, commilitonibus Honorio II. P. M. annuente attribuit; Leges autem auctiores attulit Raymundus de Rhodio primus ordinis formati magiſter, qua ſe inibi vocat ſeruum pauperum Chriſti, & hoſpitalis Hieruſalem cuſtodem, addítque de Conſilio capituli fratrum ſe ibi digeſtas ſanctiones conſtituiſſe, quæ variæ & chriſtianæ pietatis plenæ in codice ſtatutorum, cui 88. Pontificum præfixa viſuntur priuilegia, quibuſuis ob oculos ponuntur. Cœnobia ordinis rariora ſunt, bona & cenſus in omnibus ferè prouinciis. Quod nihil mirum ei videbitur, qui ſciet eos Innocentij Papæ & aliorum munitos diplomatе olim, omnia Chriſtianis ferè habitata loca obtinuiſſe, & pro Confratris ſuis ſic Sodalitij bulla vocat eleemoſynis vn- G dique Chriſtianorum liberalitate dotatos fuiſſe, vti copioſè *apud Tyrium lib.* 18. *c.* 5. *Vitriacum c* 64. *& Marinum Sanutum Torſellum. lib.* 3. *par.* 8. *belli ſacri* ſcriptores eſt reperire; quibus vnanimiter placet, Equitum illorum profeſſionis, ex voto Religionis, finem fuiſſe, peregrinis ad loca ſacra confluentibus genus omne officij ac pietatis ſollicitè exhibere, ad hæc itinera à latrociniis, & incurſionibus barbarorum tuta reddere: quod adeò fortiter præſtitère vt Chriſtianorum etiam Principum auxiliis ſubnixi, feliciſſimè ſæpius exercitum in Saracenos duxerint, idque incrementi, quod hodie cernere eſt, ſumpſerunt. Chriſtianorum porro rebus in Syria perditis Rhodij inſulæ ius omne à Clemente V. Pont. max. iis attributum atque confirmatum teſtatur *Paulus Æmilius, Blondus &* alij. Non tardè poſtea inſula illa ab Infidelibus tentata, & Mahumetem quidem ipſum Turcarum Imp. victrici ſemper manu, an. ſcil. 1460. & 1481. à ſe repulit. Quamuis conſequentis ſeculi an. 23. à Solimanno XI. Turcarum Imper. non tam vi- H cta, quam proditione (quæ fortiſſimos quoſque perdere poteſt) ſuperata, in barbarorum manus deuenire coacta eſt. Melitam ad extremum à Carolo V. & Clemente VII. dono acceptam Rhodienſes occeſſere. Inſula ea eſt non procul à Pachino promontorio, Sparta quaſi Chriſtianorum aduerſus inſultus Turcicos, obex, & inſuperabile munimentum. Vnde cum Teutonici ordinis ſodalibus ſoluentes, publicos fidei hoſtes indeſinenter fatigant, & à Siciliæ atque Italiæ ingreſſu fortiſſimè abarcent, honorifico adeo ſimul & formidabili per totum Orientem comparato nomine, vt Crucigeri ab infidelibus terroris ergò inclamantur: ab eo nimirum tempore, quo Solymanum, & noſtra memoria Amurathem, clauſtrum illud Italiæ imo Europæ effringere conantes memorabili clade, ſuorum nunquam interiturâ gloria affecere an. 1565. Præclara huius ordinis ſtatuta à Raymundo Podio, cæteriſque omnibus Magiſtris præſcripta, & per nonnullos S.R.E. Cardinales diligenter examinata, cùm Paul. III. approbaſſet, eadem in Comitiis Melitenſibus aucta an. 1584. & in vnum volumen redacta ſub nomine Hugonis Lupi Verdalæ Vaſconis (qui Ioanni Epiſcopo Caſſerio proximè ſuccedens ſupremū magiſtratum cum corona, quæ Principatus à Pontificib. adiecti, inſigne eſt, ſuſcepit, & meritis ſuis Cardinaliū collegio poſtea adſcriptus.) Sixtus V. an. 1586. Pontificatus ſui primo confirmauit. Vetant autem ſtatuta quemquam niſi nobili loco natum, ad

A Equeſtris huius dignitatis faſtigium promoueri, ad quæ etiam
feminæ, iuxta magiſtri Hugonis aeuelij tabulas admittuntur;
nec mirum, cùm & Agneti cuidam nobiliſſimæ feminæ
ordinis initia accepta referantur. Diuiduntur que hodie omnes
ferè io octo linguas, vt vocant, ſiue prouincias, quibus ſingulis
datus eſt. Prior, omnibus autem præeſt magiſter magnus,
olim Hieroſolymis, nunc Melitæ poſt amiſſam Rhodon reſidens.
Ille reliquorum militum ſuffragiis Priores, & Balliuos
quaquauerſum coſtituit: Priores io ſuo tractatu. Præceptores
conſilij membra ſunt maioris, magnus Præceptor mareſcallus,
ſiue equitum Tribunus, penes quem ius armorum eſt, Hoſpitalarius,
Admiratus, qui claſſi præeſt, Draperius, turcupulerius,
qui Balliui conuentuales dicuntur, & Cancellarius. Atq. hanc
quidem ordinis totâ Europâ ſpectatiſsimi rationem exquiſitiſsimè
perſequitur, (*Iacobus Boſius, Ioannes Azorius*) & *Boyſatius*,
dominus Licienſis, & Chriſtianiſsimi regis Cõſiliarius,
in hiſtoria illa, quam nuper de huius militiæ progreſſu, de pri-
B uilegiis eidem à ſummis Pontificibos conceſſis, magiſtrorum
ſeu Præfectorum generalium rebus domi militiæque præclarè
geſtis, vniuerſè commentatus eſt, & Adolfo. Vignacurtio
Principi Meliteoſi & Goxenſi inſcripſit.

Cæterum ceremonias (plenæ enim ſunt Chriſtianæ pietatis
& militaris ornamenti) quæ adhibentur cum aliquis in
Equitum Melitenſium collegium adoptatur, & quæ inſtar cæterarum
erunt, præſtat hic breuiſſimè ex *Antonio Poſſeuino*,
adſcribere.

Ceream primò & candidam facem (quæ charitatem deſignat
geſtans tyro, atque ante altare procumbeos, in genua ſtalarem
indutus veſtem) libertatis ſignum) minimè præcinctam
petit ab eo cui facultas ſit, vt ſe admittat. Dum in nomine Patris,
& Filij, & Spiritus Sancti, deauratum enſem eo nomine
accepit, vt Catholicam Eccleſiam tueatur, hoſtes abigat &
domet, parcat ſubiectis, morti, ſi fuerit opus, ſeipſum pro fide
exponat, ea omnia in virtute Crucis faciat, quæ capulus tranſuerſo
ferro ſignificat.

C Deinde cingitur baltheo, vt ſciat ſibi caſtitatem eſſe ſeruandam.
Euaginato enſe ter percutitur, in humero, vt meminerit
ſibi grauia ob Chriſti honorem eſſe toleranda. Eundem
ipſe mox enſem de manu equitis capiens ac ſtringens, terque
aërem punctim feriens, hoſtes Catholicæ fidei in nomine SS.
Trinitatis iis geſtibus ſe prouocare oſtendit. Rurſus deterſum
brachio enſem imponens in vaginam, indicat ſe fore poſthac
ab omnibus vitiis mundiſſimum, quem prudentia in cunctis
rebus comitetur, iuſtitia compellat ad conſeruandas reſpublicas,
fortitudo muniat, temperantia moderetur. Tum manu
tradentis militarem ordinem humeris admota excitatur, monetur,
ne in peccatis torpeſcat, aut dormiat; vigilet autem in
fide Domini, adſpiret ad verum decus, res gerat inſignes, quas
ſtrenuè tractet. Vbi aurata calcaneis calcaria à duobus equitibus
admonentur, docetur, vt ſtimulos continenter ad quælibet
laudabilia gerat in animo, aurum pedibus conculcet tanquam
lutum, nec vnquam agat quidquam animo indignum
liberali, quantocumque ab hoſtibus auro ad id inuitaretur.

D Cerea iterum face accenſa in manibus acceptâ, & diuino verbo
publicè, ac ſacro Miſſæ audito, operibus autem pietatis atque
huſpitalitate, quin etiam redemptione captiuorum ei
commendata, narratis item laboribus, quos in eo ſubiturus
eſt ordine, in quo ſuam libertatem euilibet equiti ſuo ſuperiori
traditurus ſit. Interrogatus demum num graui ære alieno
obſtrictus, vel matrimonio ſit iunctus, nómve in altero ordine
regulari victurum ſe vouerit, aut profeſſionem ediderit, an
vero inter Rhodios Equites viuere decreuerit, vt iniurias aliquas
vlciſcerentur, atque à ſeculari magiſtratu eſſet immunis.
Vbi quæ opus ſunt, reſpondit, profeſſionem edit, atque in aliorum
ordinem adſciſcitur. Hæc vbi acta ſunt, miſſale ſuper quo
ſolenniter tria vota profeſſus eſt, portat ad altare, & inde illud
reportans ad eum, à quo accipit inſignia equitum, fit particeps
priuilegiorum & condonationum, ſiue indulgentiarum, quas
Sedes Apoſtolica Rhodiis equitibus conceſsit. Tum indictis
(quæ ſingulis diebus ei recitandæ ſunt orationes Dominicæ,
& ſalutationes Angelicæ centum quinquaginta) vel
precibus horariis B. Virginis, aut pro defunctis, totidem item
precationibus dominicis, ac ſalutationibus Angelicis, pro ſingulis
qui ex hac vita inter eos diſcedunt; Pallium quo equites
indui ſolent, oſtenditur; ſublata in altum eius parte vel
limbo ac manicis, vt aſperrimæ vitæ meminerint, quam duxit
Ioannes Baptiſta vir ſanctus, quem tutelarem ideo equites

habent, vt imitentur. Manicas induens obedientiæ legis in- E
duat Octogonam crucem, eamque ex pura linea tela candidâ
accipiés moneatur ſanguinis, quem profundere libens debeat,
& à Chriſtianorũ finib. hoſtes repellat. Monetur item puritatis,
atq; octo beatitudinum, quas conſequentur, qui ſequútre eã
geſtãtes crucem militauerint. Ad extremum fune collo impoſito,
vt dominici iugi, quod ſubire, debet, recordetur, in pace
dimittitur. Profeſſionis autem hæc forma eſt. Ego N. Voueo
Deo omnipotẽti & eius matri immaculatæ Virgini Mariæ
& S. Ioanni Baptiſtæ, me obſeruaturum perpetuò, Deo
iuuante veram obedientiam cuilibet Superiori, qui mihi à
Deo, & ab ipſo ordine dabitur, item me victurum abſque proprio,
& caſtitatem ſeruaturum. Hæc igitur illi.

TEMPLARIORVM EQVITVM ORDO.

Bello ſacro Vrbani II. P. M auſpiciis, & Godofredi Bullonij
Ducis Lotharingiæ ductu feliciſſimè confecto, ad ea conſeruanda
quæ fortiſſimè recuperata erant, Hoſpitaliorum
exemplo; Templariorum Ordo, cuius originem Pontacus ad
Gelaſij II. tempora refert, à Gallis Principibus erectus fuit, F
quia Gallorum maximè opera recuperata Hieroſolyma fuerat,
cuius inſtituti præcipui exſtitère Principes, Hugo de Paganis,
Gaufredus à Sancto Audomaro, equeſtri ambo dignitate
inſignes, vt notat *Baron. an.* 118. Et quoniam iuxta templum
Domini loco à Balduino Rege conceſſo, commorarentur:
Fratres militiæ Templi ſeu Templarij ſunt appellati.
Steteruntque adeò numero nouem toto nouennio, more Canonicorum
Regularium (quod in mano Guarimundi Patriarchæ
Hieroſolymitani ita profeſſi eſſent) viuentes, & peregrinos
per loca ſacra contra latronum & Barbarorum inſidias
ducentes, ac reducentes, *teſte Guil. Tyrio l.* 1 *s. de bello ſacro c.* 7.
Donec an. 1118. de mandato Honorij Papæ & Stephani
Hieroſolymitani Patriarchæ, inſtituta eſt eis regula, (quam à
D. Bernardo conſcriptam affirmant, *Serm. ad milites Templi.*)
& albus habitus: Eugenij demum Pontificis auctoritate crux
rubea attributa. Vt ſcilicet veſtes albas in ſignum innocentiæ
deferentes, per cruces rubeas martyrium ob Chriſti nomen G
non ſubterfugiendum deſignarent; eò quod ſanguinem proprium
ſecundùm inſtituta regulæ, pro defenſione terræ ſanctæ
effundere eſſent obſtricti; & Chriſti crucis inimicos viriliter
expugnando à Chriſtianorum finib. propellere. Vnde, vt
Vitriacus inquit *in Hiſt. Orient. c.* 65. & 66. Adeo formidabiles
facti ſunt fide. Chriſti aduerſariis, quod vnus perſequebatur
mille & duodecim millia, non quot eſſent, ſed magis vbi
eſſent dum ad arma clamaretur, interrogantes. Leones in bello,
agni manſueti in domo, in expeditione milites aſperi, in
Eccleſia velut Eremitæ, & monachi, inimicis Chriſti duri &
feroces; Chriſtianis autem benigni & mites: Vexillum bipartitum
ex albo & nigro, quod nominãt Beauceant (quaſi Beauſeant)
præmium habentes: eò quod Chriſti amicis candidi
ſunt, & benigni; nigri autem & terribiles inimicis. Crucem
verò ordinis teſſeram fuiſſe volunt octogonam, illius inſtar,
quâ hodie Equites Melitenſes inſigniuntur; & quaſi Iacobi
Molæ vltimi Templariorum magiſtri effigies in Gallia com- H
muniter exhibetur. *Hieronymus* tamen *Romanus Hiſpanus l.* 7.
contendit fuiſſe duplicem, & quaſi Patriarchalem; qualem
inſignia antiqua præferunt Hungariæ, & in Republ. ſua Mundi
ob oculos expreſſam ponit. Multis tandem exantlatis pro
Repub. Chriſtiana laboribus, antiquiſſimus iſte ordo Viennæ
in Concilio Patrum decreto damnatus, & totaliter extinctus
eſt, bonáque Hoſpitalariis addita; quo illi tempore Rhodiam
inſulam Turcis eripuerunt: necnon Spathiferi, Calatrauenſes,
Monteſiani, Chriſti opimo ex iis detracto cenſu aucti
fuère. Iure ne an iniuria, variant annales, fama tamen frequentior
& ſenſus prope omnium damnat. Diuitias, quibus
aucti in immenſum fuerant, malo fuiſſe, fateamur neceſſe eſt:
ſiue virtutum indole, quibus res tantas terrâ marique perfecerant,
voluptatibus extincta: ſiue ex ea re inuidia apud populum
conflata apud Principes ſpe lucri excitata. Tam cito in
omne improbitatis genus degeneraſſe vix eſſet credibile, niſi
Clementis V. Pont. Maxim. diplomata, quæ inter tabulas ædis
Toleranæ omnium maximæ, (vti *Ioannes Mariana l.* 15. *Rer.
Hiſp. cap.* 10. teſtatur) plura extant, indicio eſſent: Famam
haud quaquam vanam fuiſſe, affirmantis duos & ſexaginta ex
eo ordine, ſe coram quæſtione habita, ſcelera nefandiſſima
faſſos, veniam petiiſſe. Huius porro abolitionis diſquiſitionem
in vtramque partem fusè admodum reperire licet apud
dictum *Marianã loco citato; Villaneum, Antoninum, Platinam
Clement.*

A *Clemente V. Rob. Gaguinum in Phillippa Pulchro, Papyrium Maſſonum lib. 3. Annal. Ioann. Azorium l. 13 Inſtitut. Moral. c. 6.* (qui de Commendis, Beneficiis, precibus itorariis, votis variorum Ordinum docte admodum ſcripſit) & alios.

ORDO EQVITVM TEVTONICORVM HOSPITALIS S. MARIÆ IN HIERVSALEM, qui alio nomine Crucigeri & Mariani dicti.

Eadem penè tempeſtate, Friderico I. Imper. à Gregorio VIII. litteris ac legationibus impulſo, copias quoque ampliſſimas in Syriam ducente, ex ædificata Hieroſolymis S. Mariæ æde (quæ nomen Equitibus S. Mariæ Teutonicorum in Hieruſalem peperit) Ordo Teutonicorum Celeſtino III. P. M. ſub regula D. Auguſtini approbante, aduerſus fidei Chriſtianæ hoſtes inſtitutus etiam fuit. Cuius quidem inſtituti milites Templariorum & fratrum S. Ioannis normam ſecuti, B & in vnam quaſi conflatam ſolemni voto profeſſi; ad diſcrimen crucis nigras albis chlamydibus appoſuère; vt fusè citatis locis edocent Tyrius, Vitriacus, & Marinus Sanutus Torſellus Patricius Venetus in Secretis fidelium Crucis. Henricus Vvalpot, vir fortiſſimus primus ordini magiſter datus, æquatâ cum Regibus poteſtate creandi Equites & à dicto Celeſtino, ſacra in armis operandi facultate, vt de iiſdem verè dicere liceat, quod Rodericus Archiepiſcopus Toletanus de ſuis prodit Equitibus. Qui laudabant in canticis, accincti ſunt enſe; & qui gemebant orantes, ad defenſionem patriæ, &c. Adeo vt Religioſa quadam ſocietate inter ſe deuincti non minorem orationibus, quam armis nauarent operam, & Mariam Virginem cuius ſeſe patrocinio deuouerant. Roſarium nempe cuius teſſeram & in Scuto cum dicta cruce Mariæ Burgi poſtea aſſumpſerunt, quotidie recitando inuocarent, vnde etiam Mariani & Crucigeri hodieque ſunt appellati. Capta autem vrbe Hieroſolymitana à Saladino Saracenorum Duce; Sodalitium Teutonicum Aconem ſeu C Ptolomayda tranſlatum. Inde, vt ex tota item Syria cum cæteris Chriſtianis expulſum Fridericus Secundus in Germania collocauit, quod vbi ad Pruſſiæ prouinciam à Chriſti fide tunc alienam, & Polonis Chriſtianis infenſam ſubigendam, Chriſtique religione imbuendam, ſola interueniente Gregorij IX. auctoritate deſtinaſſet, vt latè narrat Cromerus, & ex publicis actis contra Naucler um & alios probat, inter vicinos Principes Chriſtianos, & iſtos Teutonicos milites, mirum, quàm variæ ſimultates & contentiones; quæ ad arma prorumperent, exortæ ſint, Ad quas aſſiduè componendas ne ordinis illius præclari ad fidem dilatandam progreſſus, quibus Satan inuidebat, impedirentur, Romani Pontifices inceſſanter aduigilarunt, eoque factum vt Conradus Mazouiæ Dux à Boruſſis (qui hodie Pruſſi) tunc Chriſti hoſtibus bello attritus, ordinem hunc ſibi coniunxerit, & Culmenſi agro conceſſo totam Pruſſiam & omnem eam ditionem, quæ trans Viſtulam ad mare Balticum porrigitur, occupandam dederit, annoque deinceps LIII. ac ſalutis D noſtræ cIↄ. CC. LXXIX. debellata prouincia Chriſti nomen à Teutonicis in ea ſit conſtitutum ductore Hermanno Salza Magiſtro, ſpectatæ virtutis Duce, qui primus ſacræ Domus vexillum in Pruſſiam traduxit, quo officio, non plebis tantum animos; ſed etiam principum voluntates ſibi conciliarunt. Deinde ab iiſdem acerrima bella contra Lithuanos & Tartaros pro Polonis pugnata; arctiſſima tunc inter illos & Poloniæ Reges amicitia coit, donec extincta vetere Regum ſtirpe & Chriſti nomine è Lithuanis ſuſcepto, Iagello Lithuaniæ princeps à Polonis in Regem acceptus eſt, coniuncta cum Polonia Lithuania. Eius progenies, quæ multas tot clades, à Teutonico ordine illatas ad ſuum dedecus pertinere exiſtimabat, nihil non ab eo tempore fecit, quo Teutonicos aſtu, ſeu vi antiquos poſſeſſione depelleret, infelici quidem per initia ſucceſſu vti & iniuſto conatu Ingenti tandem clade affecti Equites prope Tannebergam anno 1400. X. Idus Quintiles ſub Vvenceſlao Iagellone amiſſis L. hominum millibus, vix tandem adducti, vt quieſcerent: ſed pro inueterata generis gloria, pro militari ſacramenti Religione, extrema potiùs tentare, quàm tot laboribus parta ignauè deſererent; donec Boruſſis ac LXX. circiter oppidis & arcibus vna die quaſi conſpiratione facta deficientibus, Caſimirus Sigiſmundi I. parens occaſionem arripuit, ordinemque in eas anguſtias redegit, vt Ludouicus Erlinſuſius eum de vniuerſis fortunis periclitaretur, metu, quo in conſtantiſſimum cadere poteſt, adigente, nulla Cæſaris aut Imperij interueniente auctoritate, in eas conditiones cum Polono tranſegit, vt ſinguli deinceps ordinis Pruſſiæ Magiſtri intra ſextum ab inito Magiſtratu menſem, Poloniæ Regem adire, & eum pro ſupremo Domino per iuſiurandum agnoſcere tenerentur. Iis conditionibus poſtea cum ſtare nollet Fridericus Saxo, atque poſt eum Albertus Brandeburgicus Sigiſmundi ſororis F. rurſus graui bello ſe implicuit, cui gerendo cum auxilia à Cæſare & Germanis, quorum de maieſtate & iure agebatur, E expectarentur, deterioribus longè conditionibus imminentem belli procellam pace cum auunculo contracta, in occaſionem ſibi priuatim conſulendi vertit, nam ex ordinis Magiſtro à Polono, cuius ſe clientelæ credidit, Pruſſiæ Dux creatus eſt, ſtatimque mutatâ religione voti vinculum ſoluit, ductâ vxore Dorothea Friderici Primi Daniæ Regis F. & Prouinciam, quam antea vſusfructus tantum titulo obtinebat, iure proprietatis poſſidendam ad hæredes tranſmiſit, Cuius F filius Fridericus eadem, quâ patens ceremonia tanquam regni beneficiarius in Boruſſiæ principem, Lublini tradito vexillo, & accepto à Rege enſque aureo, inauguratus eſt Anno 1568. Adeo vt ſenſim Illuſtriſſimus ille ordo non paruo Germanicæ nationis dedecore in iis partibus extinctus fuerit, cum tribus ferè ſeculis in Pruſſia, maximo Reipublicæ Chriſtianæ bono floruiſſet, magnaque inde regnis Germanicis deceſſio facta; quod Tilmannus Bredenbachius edito ea de re libello, & Cromerus latè exponunt. Vnde apparet maximam huic ordini iniuriam ab Alberto, Polonorum ope, pro quibus tot bella Crucigeri pugnauerunt, factum fuiſſe, atque adeò Cæſari & Imperio in quorum tutela iam ab initio, continuata poſſeſſione equites Teutonici ſemper extitiſſent. Quamobrem Albertus iure ab Imperio proſcriptus, cauſa eius magna contentione agi cœpit in Comitiis anni 1548. inter Staniſlaum Laſcum à Sigiſmundo Poloniæ Rege miſſum, & Volfangum Melchingum, quem Cæſar ante quadriennium in ordinis Teutonici magiſtrum inaugurauerat. G Re cognita exitus illius actionis fuit, vt ſententiam contra Albertum pronuntiatam tuendam eſſe cenſerent: cætera, in quibus maior difficultas, ad Cæſarem reiicerent. Hodie totius ordinis Teutonici magiſter eſt Sereniſſimus Maximilianus Auſtrius, qui inſignia Auſtriaca & Imperij cum Cruce ordinis (quæ nigra alteram auream complectens etiam collegij teſſera habetur) coniunxit. milites autem & ſacerdotes crucem nigram limbo argenteo inſignem chlamydi adſutam, & alteram ex collo pendentem præferre ſolent. Quæ & alia fuſius *apud Seb. Munſterum libro tertio*, de Germania, qui ſeriem magiſtrorum & res illuſtriores ab iis geſtas recenſet, *& apud Belforeſtum libro tertio, de Coſmographia & Iac. Aug. Tuanum hiſtoriarum lib. 1. 5. & 43.* prudens Lector reperiet.

Et quamuis Pruſſia, quam equites annis anteactis poſſidebant, modò Regi Polonorum pareat, nihilominus eligitur hodie magnus magiſter, qui illius ordinis bona in Germania ſita etiamnum poſſidet, quibus Germanorum pleraque nobilitas, & Principum filij deuinciuntur. H

ORDO EQVESTRIS S. IOANNIS ACCONENSIS ET S. Thomæ.

Imitatione dictorum ordinum militarium, erecta ſunt & alibi eiuſdem generis collegia. Quorum è numero fuit illud Militum Sancti Ioannis Acconenſis, ab Accone vna ex quinque, quæ in ſacra ſcriptura memorantur, ciuitatibus, inuento nomine. Ab initio infirmis ac peregrinis loca ſacra viſentibus, piam operam impendere commilitones illi profeſſi ſunt, mox & arma fratres hoſpitalis S. Ioannis æmulati aduoaère, exinde inter militares ordines connumerati. Hieronymus Romanus regnante in Hiſpania Alfonſo cognomento Sapiente, floruiſſe eos tradit, & ab eodem teſtamento condito, ſupellectilibus, vt lecto & ſimilibus, pecuniiſque donatos; Toſtati porrò ætate nullam quaſi extitiſſe memoriam, qui & periiſſe paulatim ordinem Acconenſem teſtatus *cap. 15. & 19. ſuper Ioſue.* Cæterùm S. Auguſtini normam ſequuti S. Thomam pro numine habuiſſe videntur, vt idem Romanus ſe edoctum innuit, quod Alexandro IV. P. M. res ſacras moderante, Ordo titulo S. Thomæ & S. Ioannis Acconenſis coniunctim fuerit indigitatus. Verùm in Prouincia-

A li Romano inter cæteros militares ordo S. Thomæ quaſi alius & proprius, enumeratur, docentibus id Bullis Pontificum.

Magiſtro & fratribus militiæ hoſpitalis S. Thomæ Martyris Camarien. Accon.

Item in bulla Alexandri IV.

S. Thomæ Magiſtro. Et fratribus hoſpitalis S. Thomæ Martyris Acconen. In bulla Ioannis XX.

Protulit & alios equeſtres ordines Paleſtina, quorum alter Sancti Blaſij nuncupabatur, dictus de Sancta Maria, alter Pœnitentiæ SS. Martyrum cuius inſtituti fratres ſe vidiſſe adfirmat Hieronim. Romanus, crucem ſcilicet rubram præferentes, & D. Auguſtini regulam profitentes. De quibus & mentionem faciunt regulæ ſeu practica Cancellariæ Romanæ.

ORDO EQVITVM S. SALVATORIS IN ARRAGONIA.

Anno circiter 1118. Alfonſus Hiſpaniarum Imperator B dictus, Rex Nauarræ & Arragoniæ, itemque Legionis Caſtellæ & Toleti ex parte vxoris Vrracæ, quo Mauro Cæſarauguſta, totaque Arragoniæ ditione facilius deturbaret; cum nihil non virtute ſuperabile cenſeret, & quo maiores difficultates propoſitas intelligeret; eò maius re bene geſta decus, & feliciores deinde ſucceſſus ſecuturos confideret: Ex proceribus tam Hiſpanis quam Gallis, qui operam ſuam (teſte Belloyo primarios ex iis Duces enumerante) ſæpiſsimè Chriſtianis probarant, in vrbe Montis Regalis poſt captam Calaraiubam, hoſtibus fidei finitimam, Sodalitium Equeſtre S. Saluatoris, quod virtutis præmium foret, conſtituit. Et ad imitationem militum Templariorum cenſu opimo & prædiis dotauit, quibus opitulantibus feliciter ei adeo inſtitutio illa ceſsit vt Mauri omnes toto illo tractu, quo regnum Arragoniæ hodie circumſcribitur, an. 1120. extirpati ſint, ipſeque Rex nomen Pugnacis ſeu Præliatoris adinuenerit, quod vicies & nouies collatis ſignis manus cum hoſte conſeruiſſe feratur, felici ſemper ſucceſſu & triumpho ſemper ducto, exceptis duobus C præliis poſterioribus.

ORDO EQVITVM DE MONTE GAVDIO IN SYRIA, QVI IN REGNO CASTELLÆ DICTI SVNT de Montfrac, in Catalaunia verò & Valentia de Mongoia.

Item Ordo Equitum Truxillenſium.

Ordinem Equeſtrem montis gaudij in regno Hieroſolymitano originem ſumſiſſe tradit Hieronymus Romanus, eadem ipſa tempeſtate, qua principes Chriſtiani in Syria rerum potiti ſunt, à loci extra vrbem Hieroſolymorum ſiti (vbi militia illa incboata) etymo aſſumpta appellatione. Approbationis diploma ſubmiſit Alexander III. anno 1180. quod in archiuo Calatrauenſi aſſeruari ait Franciſcus Radeſius, oppidaque & prædia, quibus huius ordinis Equites, ob nauatam Terræ ſanctæ recuperatæ fortiter operam, donati ſunt, ibidem exprimi, quæ & ipſe in Chronicis ſuis militaribus enumerat. Studio quidem rei bellicæ & pietatis, cæteros in Syria equites adeò laudabili progreſſu æmulati ſunt, vt multis à Chriſtia- D nis principibus poſſeſsionibus aucti, etiam in Caſtellæ regno (vbi Equites de Monfrac à præcipua conuentus ſede appellati ſunt) opimos cenſus & prædia obtinerent, qualia & ipſe Alfonſus IX in tractu Maganenſi iis attribuit, hiſce verbis, A vos Don Rodrigo Gonçales maeſtre de Monfrac, de la orden de Monte gaudio, &c. Id & ex aliis monumentis quæ in dicto archiuo reperire eſt, colligitur, hoc præeunte titulo: Hæc eſt memoria del hauer que perdieron los freyles de Mógolay los caſtellos, que les tomaron los frayles del Templo, Alhambra o vaxe el cuerpo del Conde Don Rodrigo, Maluezino, Eſcoriola, &c. In Catalaunia enim & Valentia de Mongoia cognominati fuère, quod idem ſonat, quod mons gaudij, Anno demum 1221. Rex Ferdinandus cognomento Sanctus, caſtrum de Monfrac conceſſit, Gonſaluo Yannezio magiſtro Calatrauenſi, docetque donationis exemplar, fuiſſe id caſtrum ordinis de Monfrac, adeoque Rex ipſe eandem militiam, quod multum de Priſtino ſplendore amiſiſſet, in vnam quaſi cum Calatrauenſi, contrahi & vniri voluit.

Militiæ Truxillenſis, idem *Hieronymus Romanus in Republica ſua & Franciſcus Radeſius de Andrada Eques Calatrauæ, in chronico ſuo Alcantarienſi* fusè meminerunt, & in ciuitate Truxillo ſibi cognomine circa annum 1227. ſedem Equites habuiſſe ferunt, quibus conſequenti tempore Alfonſus Rex diplomate condito, oppida & prædia ditiſſima, hæreditario acquiſita, Truxillum ſcilicet, S. Crucis: Zoferolam, Cabanam & Albalam conceſſit, Era Cæſaris 1233. ad quorum pleniorem cognitionem adeundi ſunt prædicti Authores. E

ORDO GLADIFERORVM SEV MILITVM CHRISTI IN LIVONIA.

Inter Pruſſos, Samogitos, Lithuanos & Ruſſos, ſeu Moſcos, poſita eſt Liuonia, quæ ſub ſe habet Curones, Lettos, & Eſthenos, præcipuas nationes, vt moribus, ſic & lingua diuerſos, quæ tamen ferè Saxonica eſt. Cum indigenis & Liuis, commercij cauſa Germani vicini; atque vt eorum Annales teſtantur, Bremenſes tempeſtate forte in ſinum Liuonicum delati, amicitiam iunxère, immunitatem ac mercatoribus, quos adducturi erant, icto fœdere pacti: qui & in Inſula, in Duinæ oſtio, ſacellum extruxerunt, in quo, ritu inter Chriſtia- F nos recepto, ſacra peragebant. Horum exemplo ac monitis, pleríque Prouinciæ reguli, veræ religioni nomen dederunt, & à Bremenſibus petierunt, vt virum pietate conſpicuum ad ſe mitterent, qui ſacris in ea regione præeſſet. Is fuit Menardus Segebergenſis monachus, à Bremenſi Archiepiſcopo in Liuonienſem Epiſcopum conſecratus, Friderici Ahenobarbi & Alexandri III. P. M. temporibus, per quem Religio iis locis propagata fuit. Huic ſucceſſit Benoldus ex B. Pauli cœnobio, iidem Bremaniſſus, qui à Paganis illis occiſus an. 1197. vt perſcriptum eſt in hiſtoria Archiepiſcoporum Bremenſium. Huic ſubrogatus eſt Albertus ex collegio Bremenſi euocatus, qui Rigam ciuitatem condidit ac mœnibus cinxit. Is Engelberto & Theodorico, Tiſenbuſenenſibus adiutoribus ſibi cognatis, cautius rem geſſit, quorum ex conſilio in ſocietatem Teutonicos Equites aſciuit, qui à Templanis olim orti, ad fidei Chriſtianæ amplificationem in ſeptentrionales regiones allegati fuerant. Illius & auſpiciis inſtitutum eſt Equitum in Liuonia collegium, ab Innocentio III. confirmatum, enſis rubri ſignum cum cruce pallio inſuta præferens G teſte Cromero, & Arnoldo Abbate Lubecenſi, aut verius binos gladios forma crucis decuſſatim poſitæ rubeſcentes; Primuſque ordinis dux ac magiſter Vinno creatus eſt. Eo principe, coniunctis viribus magni progreſſus per eas regiones facti capta à Volquinio Equite Torpæ arce, antea Ruſſis ſubiecta, & Cocenhuſia occupata, finibuſque ob perfidiam, Ruſſis omnino exactis. Alberto Epiſcopo Nicolaus, & Nicolao Albertus alter ſucceſſit, cum Volquinius Vinnoni per proditionem occiſo ſuffectus fuiſſet. Tum Rigenſis ſedes Archiepiſcopali dignitate ornata eſt, & Boruſſiæ Epiſcopi, Varnienſis Culmenſis, Pomeſanenſis & Samberenſis, ſe Rigenſi præſuli tanquam metropolitano ſubiecère, vnito fratrum Liuonienſum collegio cum Equitum Teutonicorum ordine. Ita Volquinio à Lithuanis cæſo, Hermannus Valkius ordinis Teutonici Eques, qui Boruſſiæ iam ſeptennium præfuerat, ſufficitur primus Liuonici ordinis Magiſter, ex ordine Teutonico à H Funccio (apud quem cæteros eiuſdem collegij, itemque Teutonici Magiſtros ex ordine reperire eſt) numeratus. Is Reualiam à Valdemaro II. Daniæ Rege, vt & Veſebergam, & Naruam miſſis in Liuoniam borealem ante viginti annos copiis, conditas Danis reſtituit. Ab eo tempore fida inter ſe ſocietate, Antiſtites & ordinis principes amicitiam coluère, quamdiu externis bellis cum Lithuanis, Ruſſis, Samogitis, Semigallis res illis fuit. Foris pacatis rebus, ſtatim ex æmulatione bella ciuilia inter eos exarſerunt. Cum Equites tot victoriis claros & armatam militiam, quam religioſo voto profitentur, togatorum ac pacificorum hominum imperij tæderet, cumque nuper capta à Melecho Sultano Ptolemaide, vbi ſedem antea Teutonici ordinis Magiſter habebat domicilium primò Marburgum, deinde Mariaburgum tranſlatum eſſet. Ibi tanquam in aula & ſub Principatu degentes, ægrè Sacerdotum iugum ferebant, vti narrat *Arnoldus Lubecenſis Abbas lib. 7. cap. 9.* Igitur Ioannes Svverinenſis comes Romam, & poſt eam Iſaurus in Daniam, ab Equitibus exacti, conceſſere, Fridericus denique Boemus totos XXXIX. annos Romæ vixit, quo abſente Rigenſes ab Equitibus Teutonicis oppugnati, aſcitis Lithuanicis, vario euentu ſæpius conflixère. Tandem poſt, longam diſceptationem cauſa coram Carolo IV. & Clemente VI. P. M. agitata, cum ſecundum Rigenſem Antiſtitem pronunciatum eſſet: Fromildus qui tunc ſedem tenebat,

& Bo r

& Borniſſiæ princeps, cum ſub id tempus Naruam, Reualiam,& Veſenbergam à Valdemaro IV. Daniæ Rege, XIX. c[illegible] argenti marcis redemiſſet, & Liuoniæ adiunxiſſet, Gedani amicè conuenerunt Non. Maij anno M. CCC. XL VIII. vti remanentre penes Archiepiſcopum integrâ ciuitatis iuriſdictione, viciſſim ordinis principes, fide & obſequio, hactenus Archiepiſcopo,ab ordinis magiſtro præſtari ſolitis, impoſterum ſolueretur. Hic minimè diſſidiorum finis inter eos fuit, ſed gradus per iſtam tranſactionem ad maiora ab hominibus armatis contra inermes audendi factus. Inter hæc anno illius ſeculi XCV. exortus eſt Valterus Pletenbergus, vir excellenti virtute, poſt Vinnonem primum Equitum Liuoniæ Magiſtrum & Hermannum qui ordinem Liuonicum cum Boruſſiano coniunxit, alter ordinis inſtaurator, ſupra omnem inuidiam & æmulationem poſitus, diſſidia inter Equites ac Rigenſes compoſuit, arce, quæ ab Rigenſibus deſtructa,& rurſus ab iiſdem ædificata fuerat, vrbi adiunctâ: & Moſcos duobus ingentibus prælijs ineunte hoc ſeculo, primo in Liuoniam, altero ad Pleſcouiam ſuperauit; & Moſco L. annorum pacem, tam ſibi honorificam, quam Liuoni fructuoſam extorſit. Quibus rebus confectis, Liuonicum ordinem Pruſſiæ Magiſtro,ſiue coniunctum, ſiue ſubiectum, ex ſolutâ pecuniæ ſummâ, ab Alberto, de quo ſuperius locuti ſumus, liberauit: & princeps Imperij effectus, Liuoniæ florentibus bello & pace rebus, vſque ad annum 1535. præfuit: ſed xx. poſt annis, cum inter Guilielmum Brandeburgum Archiepiſcopum, Chriſtophorum Megalopenſem, & Henricum Galenium Equitum principem, antiqua denuò diſſidia recrudiuiſſent, Guilielmus & Chriſtophorus à Guilielmo Furſtenbergio Ordinis magiſtro capti ſunt;ac biennio poſt à Sigiſmundo Poloniæ Rege, cuius petenti exercitu aduentante liberati, & in priſtinam dignitatem reſtituti, adacto in conditiones minus honeſtas ordinis Magiſtro. Toties renouata diſſidia, vicinis potentioribus moleſta, ex quorum occaſione Moſco ad inuadendas illas regiones, & Poloniam vaſtandam via aperiebatur, vt Epiſcopis primo damnoſa, ſic & Equitibus poſtremò exitioſa fuere. Nam quemadmodum ſalutari,vt ſibi videbatur conſilio, Sigiſmundus, abolito ordine Teutonico, ante xxxIII. annos, Boruſſiam perpetuis bellis cum Polonis hactenus conflictatam, iuris Polonici fecerat: beneficiario eius Principe Alberto Brandenburgico, ſororis filio creato, ſic & Sigiſmundus Auguſtus, paternum exemplum ſecutus, poſtremo Liuonicum ordinem extinxit, & Gotardum Ketlerum Anno 1561. poſtremum ordinis Magiſtrum, ordinem eierantem (vti & à Religione Orthodoxa turpiſſimè defecerat) traditâ cruce, ſigillo, literis ac diplomatis omnibus, quæ ordo Liuonicus à Pontifice ac Cæſare acceperat, Curlandiæ & Semigalliæ ducem creauit; Chriſtophoro Magalopolenſi Archiepiſcopalem dignitatem pariter abrogauit, illius Iuriſdictione omni Poloniæ Regibus addicta; adeóque totam Liuoniam iuris Polonici effectam, ſed inde à Suecis, inde à Moſcis miſerè laceratam Stephanus Rex poſtea aſſeruit, & imperio firmauit. Quod extinctæ Militiæ Teutonicæ, CCC. LVII. poſtquam cœperat anno, triſte ſpectaculum, quicumque Germanici nominis ſtudioſi erant, non ſine lacrimis intuebantur. Atque ita ordo iſte militum in Liuonia, cum floruiſſet annos 357. abrogatus deſiit.

ORDO EQVITVM D. IACOBI APVD HISPANOS.

In Hiſpania peculiares ſub auſpiciis diuinalibus exorti ordines militares, voto ſingulari ad profligandos Mauros, eximendóſque eorum ſeruitute Chriſtianos, obſtricti, quos inter, S.Iacobi Militia, quæ vulgò S.Iacobi de Sparha nuncupatur, primarium obtinet locum, eiuſque originem alij ad Alfonſi Caſti, alij ad Ramiri Caſtellæ Regis ætatem referunt. Huic enim Ramiro cum an. DCCCXLVI. commiſſo, ad Clauigium prælio, intercedente. D.Iacobo Apoſtolo, in equo candido niueum vexillum rubeæ crucis figura diſtinctum præferente, de innumera barbarorum multitudine, victoria eſſet conceſſa: cœptum eſt in prœliis nomen * Dios aiuda y S.Iago. Patrociniumque implorari, victorque exercitus vniuerſam Hiſpaniam voto obſtrinxit, vt ex ſingulis agri vineæque iugeris, Compoſtellano templo, corporis D.Iacobi cuſtodiâ celeberrimo, frumenti modium, aut vini amphoram, quotannis omnes penderent. Exinde Lucas Tudenſis, Ioannes Vaſæus, Diegus Valera & Antonius Morales ordinem huius militiæ initium cepiſſe aiunt. Quibus haud diſſentire videtur, Franciſcus Radeſius Calatrauenſis Eques, qui de hoc ordine eiuſque rebus domi militiæque præclarè geſtis fuſe admodum eſt commentatus, ſiue quod iuſta rum inſtituendi cauſa fuerit, ſiue quod in diplomate Regis Ferdinandi, In inſtitutione monaſterij S.Spiritus Salmanticæ, huius ordinis Magiſtri, & Commendatariorum multa fiat mentio. Falſi tamen id ab eruditioribus accuſari, nonnullis argumentis contendit *Ioannes Mariana*, modernus alioqui non inelegans & prudens hiſtoriæ Hiſpanicæ ſcriptor *l.11.c.13.*& Fr.Alfonſus Venerius principium huius militiæ ponit circa ann. Dom.1160, in qua opinione eſt & Raphaël Volaterranus, & poſt illum Antonius Nebriſſenſis. Quo ab initio ſumptum, certum, eſt ſub Alfonſo IX. Caſtellæ Rege (qui Enſiferis adiutoribus, memorabili ad Nauas Tholoſanas victoria potitus eſt, & S.Crucis feſtum, teſte Roderico Archiepiſcopo Toletano, qui prælio illi interfuit, primus inuexit) nonnullos ea tempeſtate viros militares nobiles atque copioſos, priuatis rebus in commune collatis, ſe ſuaque omnia Chriſti militiæ contra Chriſtiani nominis hoſtes deuouiſſe, Hyacinthi Cardinalis induſtria cum D.Eligij) qui D. Auguſtini normam amplexi domicilium prope Compoſtellam peregrinis excipiendis habebant) Canonicis vires ſociaſſe, & ab Alexandro III. Pont. Max. opera Petri Ferdinandi à Ponte Encalato, primi ordinis magiſtri diplomata impetraſſe, III. Non. Iulias 1175. quo militibus viuendi ratio ſub eadem D. Auguſtini regula præſcripta eſt & optimis inſtitutis temperata; quibus obligabantur & vias publicas peregrinorum concurſu frequentatas, & limites à Maurorum incurſionibus, qui totam prope Bœticam, magnámque Tarraconenſis prouinciæ partem occupauerant, tenerentque per annos circiter quadringentos, tueri, bellumque iis quod viuerent inferre: Redegit ea in ordinem cum monitorio pœnali Magiſter Albertus S.R.E. Cardinalis, vir eiuſdem militiæ admodum ſtudioſus, quæ noſtra quoque ætate recenſuit & confirmauitque Iulius II. P. M. anno ſeptimo ſupra milleſimum quingenteſimum. Fuerunt autem ſub initium equitum illorum facultates, per quam tenues, vt ferè ſolet in rebus magnis; quippe qui non adeo multa caſtella, & ea quidem minutiſſima, quæ ſub obſcuris nominibus in ipſo priuilegio numerantur, poſſiderent. Verum Regibus inſigni eorum operâ in bellis, quæ contra Mahumetis cultores geſta ſunt, vtentibus, eo potentiæ deuenere, vt magnis opibus & vectigalibus aucti, ex ſpoliis hoſtium, regumque beneficio, & Pontificum benignitate nullos cataphractos Equites armare potuiſſe ſuo ſeculo teſtetur *Ælius Antonius Nebriſſenſis, Decad. 1. lib. 2. cap. 9.* crebroſque reportaſſe triumphos doceat Radeſius. Cæterum ex omni militum numero tredecim omnino viros, vulgò *los Trezes*, deligere iuſſum: qui à Magiſtri latere non decederent, & cum eo, vel cum Priore quotannis loco deſignato conuentus generales agerent. Domicilium primarium domus Voleſij in Caſtella, Xenodochium verò D. Marci Legione deſignatum, duobus Præfectis ſeu Commendatoribus (quos à regni cognomine, Caſtellenſem, & Legionenſem nuncupant) maioribus conſtitutis; Multa alia præterea, quæ pro ordinis dignitate è dicto Radeſio memorantur, conſtituta. Inſigne hodieque militibus in veſte ſuperiori eſt crux rubra in gladij militaris modum conformata, cui præterea antiquitus Veneria) conchulæ ſpecies eſt, quod Venus in iis vecta forte dicta) quæ in Hiſpania pro teſſera D.Iacobi ſemper eſt habita, apponeretur. Vti ex diplomate Alexandri Papæ,& archiuis Voleſij colligere licet, quod quidem diploma non niſi Equitibus & Sacerdotibus Veneriam geſtare permittit, & Sanctimonialibus (nam ad id vitæ genus fœminæ etiam admittuntur, coniugij ſublata facultate, niſi conſenſu Magiſtri) nobili loco natis. Et ſigilla antiqua tam Magiſtri quam conuentus pro inſigniis exhibent gladium & infra capulum Veneriam; etſi aliquo diſcrimine. Quod illud ad dextram Solis ſignum, ad ſiniſtrâ ſemilunæ contineret, cum inſcriptione Sello de la caualleria de Santiago. Hoc autē loco Solis & Lunæ ab vtraque parte crucem minorē cū inſcriptione: Sello del Capitulo de la orden de Santiago. Et vexillum militare Magiſtrorum ætate in Campo aureo crucē rubrā cum Calatrauenſibus communem, in eaque quinque Venerias diſcriminis ergo præferebat. Noſtra verò ætate Sigillum ordinis Cruce grandiuſcula arma Regia cōplectente (quod ad Reges adminiſtratio ordinis Pontificum auctoritate an. 1493. Alfonſo Cardena eius militiæ Magiſtro è viuis ſublato deueniſſet)& intra tamorum angulos quatuor gladiis formidab li

A exornatur hoc addito elogio,Philippus Dei gratia Hſpania-
rum Rex,adminiſtrator perpetuus ordinis & militiæ S.Iacobi
de Spatha. Huius ordinis commilitones,qui in Luſitania de-
gebant Dionyſio Rege procurante & auctoritate P.M. inter-
cedente, magiſtri Caſtellenſis iuriſdictione ſeſe eximente,
Alcacaris ad Salam, immutatà ordinis teſſerâ, laminam enſi-
feræ crucis nonnihil breuiorem geſtantes, Palmeram deinde
tanquam ordinis caput conceſſere. Vnde in errorem fortè
abiit, vt à nonnullis Equites Palmerani, planè alii putarentur,
cum tamen iis eadem ſint veſtimenta & digmata, quæ S. Ia-
cobi Equites toto Hiſpaniæ regno geſtare ſolent. Plura qui
volet dictum Radeſium, M. Iſtam Philippo II. à ſacris, &
Antonium Moralem, qui iuſſu eiuſdem Regis, cum capitu-
lum Toleti anno 1560.celebraſſet & Madriti 1562. abſoluiſ-
ſet,omnia quæ ad dignitatem huius ordinis pertinent, exqui-
ſitè perſecutus eſt,conſulat.

B

Ordo Equitum Calatravæ in Regno Toletano.

Calatraua non obſcuri nominis oppidum,ad flumen Anam
ſitum,& ſacræ huius militiæ nomine præcipuè clarum, Pto-
lemæo,qui M. Antonini temporibus ſcripſit, Oretum Germa-
norum dictum, *teſte Dar. Cluſio. Ioſ. Meletio & Tarapha* inter
Oretanos ſitum, & Calatrauæ militibus à Rege Sanctio III.
cognomine Deſiderato datum fuit, circa annum cIɔ. C.
LVIII. Cuius militiæ primordia, non pigebit, ab ouo, quod
aiunt, breuibus enarrare. Quo tempore Mauris erepta fuit
Calatraua, Templariis militibus (quorum magna tunc tem-
poris erat virtutis opinio) munienda data eſt, vt firmum ad-
uerſus barbarorum inſultus propugnaculum eſſet: illi, quod
Mauros magnis copiis eò venturos fama erat, oppido diffiſi,
Regi id reſtituere, nec erat inter proceres, qui ſe periculo ex-
poneret.

Aderant fortè Toleti duo Ciſtercienſes Monachi, Ray-
C mundus Fiterij ad Piſoricam Abbas, & Didacus Velaſcus
ſpectatæ virtutis miles nunc Chriſto militabat (qui monen-
do, ſuadendóque Abbatem tandem impulit vt oppidi mu-
niendi in ſe curam ſuſciperet, glorioſum id illi, Reip. Chri-
ſtianæ vtiliſſimum futurum. Conſilium ſpecie temerarium
erat, annuit tamen Regi Sanctio id gratiſſimum fuit, Ioanni-
que Præſuli Toletano qui quoniam eius ditionis eſſet, pecu-
niam de ſuo ſuppeditauit, & auctoritate ſua, orationéque,
multos tum nobiles tum populares exciuit, vt vnà cum Ab-
bate pro Chriſtiana Rep. diſcrimini ne obiicerent. Multi vn-
dique eò mortales confluxêre, omnes libenter difficultates
ſubituri, diligentiâ hoc oppidum aduerſus omnes hoſtium
iniurias, egregiè munitum fuit. Mauri ſpe deiecti, an aliis dif-
ficultatibus impliciti, obſidionem non tentarunt. Id fauſtum
militiæ eius omen fuit. Rex in laboris præmium, oppidum
Abbati & ſociis iure perpetuo, nomine B. Mariæ Ordinis Ci-
ſtercienſis patronæ, dono dedit, 1158. Is militibus ſuis veſtem
& regulam Ciſtercienſem attribuit. Equitum Magiſtro qua-
draginta millia aureorum quotànis cedunt. His initiis ſacram
D hanc militiam, in hoc quod videre eſt ad faſtigium erectam
Alexander III. P.M. ſuo diplomate approbauit, 1164. in quo
quidam Garzias primus Magiſter nominatur, & Innocentium
III. altero confirmauit: 1199. Ita ferè Ludouicus Nonius,
Io Mariana, & Franciſcus Radeſius huius ordinis miles.
Equites porrò qui cruce rubea in inſigniis, vexillis, ſigillis à
primordiis vſi ſunt, veriſimile eſt crucem quoque in pectore
prætuliſſe; quamuis minimè negandum, quin ſemper ſit (vt
tria apertè docent approbationis diplomata) fuerit Scapulare
pro habitu Religionis. Quouſque Benedictus XIII. crucem
rubram quatuor liliis inſignem, eadem, qua in bulla appingi-
tur figura, cuculli loco deferendam aſſignauit: & Paulus III.
vt vnicam quiſque vxorem poſſet ducere, ſecundis nuptiis
excluſis, indulſit; hodieque ſolemni comitiorum lege can-
tum tradit Radeſius, vt vexillum ordinis citra crucem ru-
bram, duabus compedibus, Trauas vulgò dictis, alluſione ad
Calatrauam, ordinis caput, facta, ab vna parte; ab altera vero
effigie D. Virginis notatum bello & pace præferatur; imita-
tione cæterorum ordinum id factum, S. Iacobi enim Militis
Veneriis, Piratij ſiue Alcantaræ Pyro, Auiſiorum duabus
Auibus; præter crucem in vexillis diſcriminis ergò vtuntur.
Iure autem Magiſterij Innocentij VIII. beneplacito, ad Hiſ-
paniæ Reges delato, & Garzia Lopezio Padilla Calatrauæ

Magiſtro defuncto, anno ſalutis 1489. eius locum Ferdinan- E
dus Rex excepit, & titulos, commendas vocant, inter milites
diuidere cœpit, nullo amplius Equitum ſuffragiis, vti moris
erat, Magiſtro ſubſtituto a quo tempore, ſigillum ordinis, in
quo hodieque videre eſt dictam crucem cum inſcriptione,
Philippus Dei gratia Hiſpaniarum Rex adminiſtrator perpe-
tuus ordinis, & militiæ Calatrauæ, mutari conſueuit. Habet
hic Ordo, vti & Alcantarenſis, ſuum Commendatarium
Maiorem, & ſuum Clauigerum; ſub quo ingens Commenda-
tariorum equitum eſt numerus; quorum omnium magni ſunt
cenſus, vti *Damianus à Goes in Hiſpania ſua & Lucius Mari-
neus Siculus lib. 4. Hiſp. Auguſtinus Florentinus in hiſtoria Ca-
maldulenſi* deſcribunt.

Ordo Equitum Alcantaræ in Regno Legionis.

Gomesius Ferdinandus ſummæ nobilitatis apud Legio- F
nenſes Eques, ordinem militum S. Iuliani de Pirario, ſic di-
ctum; quod in eius nominis oppido decem milliaribus à Ro-
derico ciuitate ad Coam fluuium diſtante, primum ordinis
cœnobium extructum ſit; auſpiciis Ferdinandi Legionis &
Galitiæ Regis, primus contra Mauros exciraſſe traditur: eiuſ-
que ſodalitij & fratrum protectorem, condito diplomate
anno 1176. ipſe Rex ſe nuncupauit. Alexander autem III.
P.M. altero ſuo diplomate (quod à Franciſco Radeſio, qui
inſtitutionem ordinis Alcantaræ S. Iacobi & Calatrauæ ge-
ſta, & ſeriem magiſtrorum, ſummorumque militiæ præfecto-
rum Hiſpano ſermone dilucidè complexus eſt recitatur)
anno 1177. probauit; Lucius deinde III. anno 1183. confir-
mauit, & à diœceſanis exemit, dictúmque Priorem Gome-
ſium primum S. Iuliani de Pirario Magiſtrum ibidem nomi-
nauit. Inſigne tum ſodalibus fuiſſe arborem Pirum viridem
in campo aureo docent litteræ Fraternitatis, ſeu amicitiæ
cum militibus S. Iacobi contractæ anno 1202. quarum ſigil- G
lum, Pirum arborem cum inſcriptione, Sigillum ordinis S. Io-
liani de Pirario, præfert; facta inibi mentione Benedicti Sua-
rez ſecundi ordinis magiſtri, qui tertium confirmationis di-
ploma ab Innocentio III. anno 1205. impetrauit: hodiéque
tabulæ illæ in archiuis Voleſij curioſè aſſeruantur. Manſit
militibus S. Iuliani de Pirario nomen, donec Alcantaræ op-
pidi, quod ad Tagi ripas ſitum & mirandi operis ponte præ-
cipuè ſpectandum) poſſeſſione aucti. Id factum ea ratione,
quod ab Alfonſo VIII. Rege Mauris ereptum, anno circiter
cIɔ. CCXIII. Martino Ferdinando de Quintana Calatra-
uenſi Magiſtro XII. cum dono datum eſſet, ruſſus id quin-
quennio poſt ab eodem Calatrauæ, Magiſtro, communicatis
cum dicto Rege conſiliis, attributum fuit. Nonnio Ferdinan-
do III. Piratij Magiſtro, eiuſque ſociis. Vnde tanquam
ex munitiſſima arce in hoſtium fines incurrerent, & propu-
gnaculum eſſet ad hoſtiles impetus eludendos; pactis condi-
tionibus: vt in poſterum huius ſodalitij factâ vnione, legi-
bus & imperio Calatrauenſium ſubiaceret. Inde ſede Al- H
cantaram tranſlata, Didacus Sanctius IV. ordinis Magi-
ſter, aſſumpto titulo Magiſterij Alcantarienſis inſigniis Pi-
ri duas compedes, Trauas vulgò vocant, & quas Calatra-
uenſes diſcriminis ergò cum cruce rubea geſtare ſolent, in
ſignum vnionis adiunxit: & à nouo domicilio Sodales Alcan-
taræ Milites, quod vſque in hodiernum diem manet, dixit.
Beneficio demum Lucij II. P. M. Calatrauenſium poteſtati
ſe eximentes, anno 1411. à Calatrauæ militibus, auctorita-
te Benedicti XIII. Crucis viridis figurâ floridâ in candido ſca-
pulari, ad læuam, ſe diſtinxêre: cum antea cucullo & ru-
brâ faſciâ tantum diſtincti eſſent, Et Calatrauæ Equites,
quibus anteà ſubfuêre, eandem crucem rubeam in veſte can-
didâ & clypeo; Auiſij verò idem crucis inſigne in ſcuto au-
reo præferrent. Caſtitatem ad normam D. Benedicti à prima
ordinis inſtitutione profeſſi ſunt. Paulus III. anno 1540.
matrimonium, vti Calatrauenſibus indulſit. Forma profeſſio-
nis apud Iuan. Petrum Gutierrez eiuſdem ordinis Equitem, &
Philippi II. Hiſpaniarum Regis Sacriſtam maiorem, qui &
de militiæ huius origine lingua vulgari ſcripſit, talis repe-
ritur.

Domine Frater N. Ego frater N. miles Ordinis Alcantaræ
profeſſionem facio Deo & Domino magiſtro & vobis qui eius
nomine hic eſtis; & promitto vobis obedientiã, caſtitatẽ con-
iugalem, & conuerſionem morum meorum de bene in melius
omni,

A omni tempore vitæ meæ vſque ad mortem, ſecundum regulam S. Benedicti, & modum viuendi conceſſum huic Ordini de Alcantara: Sublatis porro trium dictorum ordinum Magiſtris, cum Præfecturæ Ferdinando & Iſabellæ Regibus Innocentio VIII. P. M. diploma ſubmitteret (quo omnis eorum adminiſtratio, procuratióque Caſtellæ ac Legionis Regibus credebatur) ceſſiſſent anno 1494. à Ioanne Alcantaræ Magiſtro impetratum eſt, vt honorem illum in eiuſdem Ferdinandi Regis nomen transferiberet; quod factum eidem poſt annos aliquot, Archiepiſcopalis & Cardinalitiæ dignitatis conciliauit inſignia, Pontificis quidem auctoritate, at Regis primis gratia atque beneficio. Alexander demum VI. Leo X. Hadrianus item VI. in alumni Caroli V. Imper. gratiam, ipſi & ſucceſſoribus tres iſtos ordines in omne tempus adminiſtrandos tabulis conditis, conceſſere.

ORDO MILITVM IESV CHRISTI A S. DOMINICO CONTRA ALBIGENSES hæreticos inſtitutus.

B Inſtituti huius initia & cauſam habe ex Antonini Chronico. Cum partes Toloſanæ & Lombardiæ planæ eſſent hæreticis, Dominicus prædicans contra illos dicitur conuertiſſe ex illis 100600. Et in adiutorium ſumpſit, quaſdam deuotas perſonas, quæ corporaliter illos hæreticos gladio materiali expugnarent, quos ipſe gladio verbi Dei amputare non poſſet, quibus & tradidit tertium modum viuendi ſpiritualem, vltra communem morem laicalem, & citra ſtatum completæ Religionis: & dicebantur tunc Fratres de militia B. Dominici. Extirpatis demũ hæreticis in partibus illis, cum nõ oporteret amplius gladio pugnare, remanſerunt in illo modo partim religioſo cum vxoribus ſuis, quæ mortuis viris continenter viuebant, & alij vtriuſque ſexus; viduæ, & virgines & coniugati illis adhæſerunt. Vocati ſunt poſtea, Fratres ſeu Sorores de Pœnitentia B. Dominici: quorum regulam approbauit Innocentius VI. circa annum Chriſti 1360. Et Ioannes XXII. declarauit illos C & illas non eſſe intelligendas de numero eorum: qui dicuntur in Clement. Ad noſtram deberet Begardi & Beginæ. Et Honorius cõceſſit, quod tempore interdicti poſſint, intereſſe diuinis officiis in Eccleſiis Prædicatorum. Hic ordo neminem adſtringit ad paupertatem, & obedientiam totaliter.

ORDO S. MARIÆ DE MERCEDE, ET REDEMPTIONE CAPTIVORVM apud Aragonios celebris.

Eo ipſo Anno ƆIↃ. CC. XVIII. quo S. Dominicus in Hiſpaniam venit, vt refert *Io. Mariana ad ann.* 1218. Barcinonæ noua piorum hominum inſtituta eſt Sodalitas, nomine D. Mariæ de Mercede & de Redemptione captiuorum inſignis; quod multi terra marique à Mauris capti Chriſtiani, & in ſeruitutem abacti, vitæ acerbitate à Chriſto datâ fide moreretentur. Magnũ id dedecus Religionis erat Chriſtiani nominis probrum maximum; cuius declinandi ſtudio Iacobus I. Aragoniæ Rex, D cognomento Expugnator) tria enim regna, Balearicum, Valentinum, & Murtienſe è Saracenorum manibus eripuit) prima ordinis iecit fundamenta 1230. Gregorius autem Papa IX. anno poſt duodecimo approbauit, vt Hieronymus Zurita, Blãca Romanus, Ioannes Mariana, aliique hiſtoriographi Hiſpani commemorant. Facit id Iacobus Rex ſeu voti reus, vt quidam ſcribunt, quod Moutione in Gallia, dum captiui inſtar à Simone Comite Montfortio teneretur, Virgini Matri nuncuparat: ſeu vſu edoctus, quàm miſera captiuorum conditio, quamque deplorandus eorum ſtatus foret, quibus barbari adeò ſeueras leges, & iugum imponerent. Vſus eſt autem hac in re conſilio Raymundi Pennafortij monachi Dominicani, qui à ſacris illi confeſſionibus erat; itémque Patri Nolaſci viri nobilis Galli è diœceſi S. Papoli oriundi. Raymundum hunc noſtra memoria Clemens VIII. Diuorum muneris adſcripſit: fuit vir admodum eruditus, vt libri quinque decretalium epiſtolarum ab ipſo digeſti, & varia ingenij monumenta annis ſuperioribus Romæ edita comprobant. Cæterum Nolaſcus ſecundum Regem Iacobum naſcenti familiæ Ducem ſe præbuit, eademque optimis legibus temperauit. Idem Barcinonæ in cathedrali S. Crucis Baſilica, coram eodem Rege, Itemque Raymundo Pennafortio, & regni proceribus, veſtem candidam religionis notâ inſignem, de manu Berengarij Paluicini Epiſcopi Barcinonenſis ſuſcepit. Eſt autem religioſi huius ordinis nota ſeu teſſera, (quam Rex ipſe manu propria ſodalibus diſtribuit) Crux argentea D. Eulaliæ Barcinonenſis E rubro in clypeò gentilitiis Cataloniæ principum inſignibus, quæ aureo ſcuto quatuor teniis ſeu palis, vt fecialibus placet, puniceis virgato, præfulgent; & deinde cùm Raymundus Berengarius regnum Aragoniæ dotali iure adeptus eſt, Regibus Aragoniis propria, manſerunt, ſuperimpoſita, ipſis porrò mercenariis ſodalibus incumbit corrogatis eleemoſynis ſtipem colligere, Chriſtianos homines à Saracenis, Mauris, aliiſque barbaris captos, aut in ſeruitutem abductos redimere, priſtinæque libertati reſtituere; diſcriminis ergo ad memorata inſignia præterea, ſiue limbum aureum cum faſcia aurea in vmbonis medio præferre.

Sunt autem duplicis generis in hac familia Sodales. Alij milites ſiue Equites; alij monachi: vtriſque vnus hodie præeſt Magiſter generalis Barcinone reſidens, & quidem Sacerdos; idque ex decreto Clementis V. & Ioannis XXII. Pontificum Romanorum, etſi ſuum olim ſinguli habuerint præfe- F ctum ac moderatorem. Regulam S. Auguſtini à Gregorio IX. ipſis præſcriptam fuiſſe, Hieronymus Romanus, aliique referunt. Nec mirum, cum initia ſua Raymundo Pennafortio Dominicano, cuius ordinis Sodales eandem regulam ſequuntur, familia iſta mercenariorum, magna ex parte debeat, vt ſupra commemorauimus. Arnoldus VVionus tradit Milites hodie mercenarios ſecundum regulam S. Benedicti viuere, idque ex ſolenni profeſſionis ipſorum formula ſibi conſtare ait, quod aliis rerum Hiſpanicarum magis peritis diſcutiendũ relinquo.

Cæterùm dum in Hiſpania verſaremur contigit nobis coram aliquando non exiguum captiuorum ſeruitute exemptorum numerum magno noſtro gaudio ſpectare, & ſolenni ſupplicatione ipſis ſubſequentibus mercenariis, & ab Equitibus libertati reſtitui, ad propinqua ſubminiſtrato viatico decenter remitti; quod non ſine magno Chriſtiani nominis bono, tam laudabile inſtitutum iis in partibus auctum fateamur neceſſe eſt, adeoque id Martinus V. & Nicolaus IV. Pontifices tabulis ſuis inter auſteriores, excepto Carthuſienſium, ordi- G nes commemorauère: quod eius ſequaces, quandocumque periculum eſſet, fidem per captiuos, ob intolerabile Saracenorum iugum, abnegatum iri, eorum ſe loco ſiſtere ex voto teneantur, donec redemptionis pretium ſit perſolutum.

ORDO EQVITVM S. MARIÆ GLORIOSÆ Apud Italos.

Fuerunt & alia Equeſtria ornamenta apud alias orbis Chriſtiani nationes excogitata; vti Ordo militaris titulo S. Mariæ glorioſæ: ad pacificandas Italiæ ciuitates, anno ferè 1233. excitatus eſt, auctore Bartholomæo Vicetino ordinis Prædicatorum eius poſtea vrbis Epiſcopo. Quod inſtitutum Vrbanus IV. Papa circa ann. 1262. approbauit: leges vero attulit Rofinus Gorgo, Placentinus Pontificis Pœnitentiarius, quas ſcripſerant huic ordini ſeſe dicantes viri aliquot, diuitiis ac nobilitate præſtantes Catellanus, Malauolta, Loderengus, Andalus, Gruamons, Caccianimicus, & Hugolinus Lambertinus Bononienſes, Sclania Lizzarius Regienſis & H Rainerus Adelardus Mutinenſis. Erant autem iſtæ, vt tunicam albam, & ſubcinericiam togam induti, crucem purpuream in campo albo duabus ſuprapoſitis ſtellis, præferrent: atque viduarum & pupillorum tutelam ſuſciperent, parique & concordiæ inter homines conciliandæ ſtuderent. Franciſcus Sanſouinus iiſdem crucem rubeam cum limbo aureo in pectora attribuit. Quoniam autem ſuis quiſque in ædibus cum vxoribus & filiis vitam agebat, volgò Fratres gaudentes vocati ſunt vt Ioannes Villarius & Salimbenus in ſuis chronicis prodiderunt. Huius ordinis primus magiſter ipſe Loderengus eſt conſtitutus, vir multis nominibus laudandus, hæc ferè *Carolus Sigonius, lib.* 17. *&* 19. *de regno Italiæ.* Floret hodieque militare hoc inſtitutum Bononiæ, Mutinæque, & in aliis Italiæ ciuitatibus ſub titulo S. Mariæ matris Domini vt tradit *P. Beloyus* ſcriptor modernus *cap.* 18.

ORDO EQVITVM MONTESIÆ IN Regno Valentiæ.

Templarij ordinis theſaurum, fœcundam quaſi aliorum ordinum extitiſſe matriculam, tradunt auctores Hiſpani, cum maximè Gonſaluus Argotes de Molina & Gonſaluus Illeſcas

A Illeſcas in hiſtoria ſua Pontificali; qui à Ioanne XXI. Pontificatus ſui anno III. nati Chriſti 1 1 7. 1 0 g tu [illegible] obs [illegible] gonıæ & Valentiæ Regi, collegium militum Monteſiæ quod oppidum ſedem præcipuam & nomen ris dedit, inſtaurtarum produnt. Templarıis enim ad immenſas opes euectis & vno omnes tempore ad internecionem ferè deletis, variis hinc inde ſocietatibus natis ex horum patrimonio proſpectum, & ſicut in Galliis & alibi in locum & opes ferè Templariorum ſucceſſerunt Melitenſes; ita in regno Valentino ordo Monteſiæ, in Luſitania Chriſti, ſub idem ferè tempus exortus. Calatrauenſibus quidem Monteſiani per initia ſubiecti, proprio tamen magiſtro Guilielmo Erilio ordinis primo in conuentu S. Mariæ & S. Georgij conſtituto, vti Hier. Zurita teſtatur *lib. 2. Reg. Arag* gauiſi ſunt: Habitu candido iuxta D. Benedicti normam cruce rubra ſimplici plenáque in veſta candida; & prædiis, quæ Templarij eo in tractu obtinuerant) adſcriptis, quæ omnia Benedictus XIII. & Martinus V. tabulis ſuis confirmarunt. Cenſu iſte Equites, etſi cæteris impares, virtute cer-
B tè bellica aduerſus Mauros littora Valentina infeſtantes, non inferiores extitère, caſtitatemque omnes profeſſos ad ſua vſque tempora affirmat Hier Romanus: Primuſque qui illam infregit, fuit Cæſar Borgia magiſter ordinis XI. vt ſcribit *Io. Azorius lib. 1 3. cap. 3. 4 5.* Summis Pontificibus certas ob cauſas indulgentibus. Solet autem, vt idem Romanus ait, magiſter ordinis, decori & prærogatiuæ augendæ; Crucem quidem rubeam in veſte, ſed maiorem certis ad brachia punctis diſtinctam: ipſum verò collegium in vexillis militaribus cruces viridi nigróq; colore exornatas præferre, etſi in clypeis aureis ſimplicem & planam illam crucem retinere conſpiciatur.

EQVITVM CHRISTI ORDO APVD LVSITANOS.

Dionysivs cognomento Perioca Portugalliæ Rex, Alfunſi X. Caſtellæ Legioniſque Regis nepos, nouam militiam
C de Portugallo vulgò nuncupatam, & cui à Chriſto nomen eſt, eoque regni hodie nobiliſſimam & cruce rubra alia candida interſecante diſtinctam, in atro amictu conſtituit Ann. 1 3 2 0. Ioannes verò XXII. Papa D. Benedicti regulam ann. 1 3 2 0. præſcripſit, Legeſque quibus ſub Chriſto militare tenerentur, conditas, vulgari poſtea Luſitanorum lingua cum reliquis ordinis priuilegiis, edidit Dominus Damianus conuentus Tomarienſis Prior & eiuſdem ordinis Præfectus generalis. Primo autem Equitum Magiſtro Ægidio Martinio, Auiſiorum quondam inſtituti militi ad Caſtrum Marinum, Eluenſis diœceſis oppidum, ſedes attributa; exinde Tomarium migratum, militibuſque omnia bona Templariorum nuper ſublatorum, annuente Rege & Pontifice, quò liberius militiæ Chriſti contra Mauros Bæticam incolentes vacare poſſent, ceſsère. Quorum incredibili virtute factum, vt Luſitanorum imperium in Oriente fundatum, omnes prouinciæ & oppida iuxta *Hier. Oſor. lib. 1. de Reb. Emanuel.* tam in Aſia, Africa, Braſilia & aliis Occidentis partibus (quo nomine Reges Portugalliæ Sphæram in inſignibus prætendunt, vt regnum ſuum in qua-
D tuor orbis angulos extendi ſignificent) Chriſtiano nomini acquiſita, & huic ordini annexa, Magiſtri vectigal quotannis centum aureorum millibus augerent. Is quotieſcunque ordo moderatore & præfecto careret à tredecim præcipuis Equitibus electus conſcribendi & exauctorandi milites facultatem habebat, quouſque magiſterium ordinis perpetuo iure ad ipſos Luſitaniæ Reges, & ſucceſſores; adeoque ad ipſum Philippum III. Hiſpaniarum Regem auguſtiſſimum Pontificum auctoritate delatum. Militibus porrò Alexandrum VI. P. M. poteſtatem ducendi vxores conceſſiſſe ſcribit *Hieronym. Coneſtaggius in tractatu ſuo de Portugallia coniunctione, cum regno Caſtella.*

MILITIA BANDÆ, ET SCAMÆ APVD HISPANOS, ET CALZÆ APVD VENETOS.

Obtinuit & olim mos in Hiſpania inter equites tyrones vigilandi, antequam ad id dignitatis cooptarentur; vti teſtatur Hieronymus Romanus, de inſtitutione militum Bandæ, ab Alfonſo XI. Caſtellæ Rege in ciuitate Victoria, antequam regni inſignia capeſſeret, erecta; & non multò pòſt in Vrbe Burgenſi celebrata an. 1 3 3 2. Vbi pridie ceremoniarum in monaſterio S. Mariæ Regalis, quiſque tyronum à Rege condu-

ctus, ad altare [illegible] armis totam noctem vigiliis, E [illegible] quæ traditur poſteroque die ſub Miſſarum ſolemnibus ab eodem tanquam ab ordinis præſide militari baltheo, ſeu tænia rubra Banda vulgo dicta, & quatuor lata digitos, quæ à dextro humero [illegible] ſiniſtro brachio corpori circumduceretur, honoris ergo donatus eſt. Quam & pardi nonnunquam fuiſſe coloris, apparet ex hiſtoria Regis Ioannis II. vulgari lingua conſcripta. In eumque numerum iuuentutis excitandæ gratiâ ſolummodò allecti nobiles natu minores, & armigeri, qui adeò opima patrimonia non poſſiderent, quique decem minimum annis in caſtris, aulaque verſati eſſent, excluſis filiis maioribus. Et quia reges ipſi honoris id inſigne geſtare non dedignabantur; eò fiebat, vt nobilitas ad res arduas capeſſendas incenderetur, magnoque in pretio ordo ille dudum haberetur; ob heroicas nempe quibus fulciebatur, conſtitutiones. Quas recitat Antonius Gueuarra Mondonedi Epiſcopus (qui de Equite, ac de officio ducis in bello luculentum conſcripſit librum (in epiſtola ad Petrum Pi- F mentelium Comitem Beneuentanum: & Franciſcus Sanſouinus, qui ſeriem etiam Equitum primis auſpiciis allectorum, ex ordine recenſet.

Subſequenti verò ætate, in deſuetudinem abiiſſe prodit *Antonius Garibaius lib. 4. c. 7.* Regnante attamen Rege Ioanne, adhuc floruiſſe ex eiuſdem conſtat hiſtoria. Cum enim Sigiſmundus Imper. ſchiſmatis cauſa Perpinianum veniſſet, nonnulli ex eius comitatu Principes Luſitaniam, Caſtellam, vicinaſque prouincias viſendi deſiderio adière: Comes nimirum Armeniacus: Vicecomes Saonenſis, Dux Brien a Polonus, & Tribunus Equitum Pannoniæ, qui omnes à Rege Ioanne honorario Bandæ inſigni condecorati ſunt.

Excitauit & Ioannes II. Caſtellæ Rex ordinem Equitum de La Scama, cuius inſigne, aut quid eſſet La Scama, diligenti habita inquiſitione curioſè ſe indagaſſe, nec tamen eius potuiſſe reperire rationem, teſtatur Hyeronymus Romanus: etſi non diffiteatur eundem Regem, Moyſem Didacum de Valera rebus in Germania geſtis illuſtrem hoc militari ſigno G donaſſe, itemque Ciliæ Comitem in Boemia, cui & alia quatuor eiuſdem notæ collaria, inter primarios ſuos nobiles diſtribuenda, elargitus eſt.

EQVITES CALZÆ APVD VENETOS ET S. MARCI.

Exemplo Sodalitij militum Bandæ erectum eſt eadem ætate apud Venetos, collegium Equitum *de la Calza*, iiſdem planè, quibus Bandæ, conditis legibus nobile, in quod non niſi ingenuos & illuſtri ſanguine natos à Duce, Senatuque cooptari fas eſſet. Hoc porrò inſtitutum anno 1 5 6 2. renouatum, priuilegiis, aliiſque ad decorem rebus, illuſtratum, ait *Leonardus Florauantius in ſpeculo ſuo ſcientia vniuerſalis*; Magiſtrumque ordinis præeminentiæ dignitate Dominum appellari ſolitum. Cuius quidem inſigne hactenus noſcere non potuimus; hoc conſtare ſcimus, vti & nobis retulit doctiſſimus Andreas Ettenius, politioris omnis litteraturæ tum rei anatomicæ ioptimis, adeoque vtriuſque medicinæ laude or- H natiſſimus, præſtantes pleroſque viros, rebus domi militiæque geſtis inſignes à Duce, Senatuque Veneto in equeſtrem dignitatem adſcribi; & torque aureo cui D. Marci (numen illius Veneti præcipuum habent) ſiue Leonis alati effigies, cum elogio: Pax tibi Marce, cæteriſque Principatus eius inſignibus ineſt, donari. Vti & apud Genuenſes honorarij Reipublicæ illius Equites, D. Georgij tutelaris teſſerâ (quæ crux plana eſt rubei coloris) inſigniri ſolent. Lege ordinem D. Georgij à Friderico III. Imper. inſtitutum.

ORDO EQVITVM AVISIORVM VVLGO DE AVIS IN LVSITANIA.

Chriſtiania Eborenſi vrbe, frequenti Regum Portugalliæ domicilio celeberrima, poſitis, quod ſitu naturaque aptus locus videretur Mauris debellandis, placuit Alfonſo Regi Luſitaniæ huius nominis primo, caput hic magiſtrumque Equeſtris militiæ, quæ in Caſtellæ regno Calatrauenſium, in Luſitania vero Auiſenſium nuncupata eſt, conſtituere. A primario tamen ordinis initio, Eborenſes dicti ab vrbe Beatæ Mariæ ordinis Ciſtercienſis patronæ; atque eius nomine Ferdinando Monteyro, primo militiæ magiſtro donata, aſſumpto titulo. Eo conſilio id factum, vt inde crebris excurſionibus fidei noſtræ hoſtes acerrimos pro

viribus

A viribus paolarim expellerent. [illegible] des fuiſ horum mi-lium, qui gallica voce, ſ:eres h[illegible] fratres dict, vbi hodie it, locus ille Freiria appell tur: & in ipſa vrbis arce, quæ muro & turribus ab vrbe ſecluſa erat, vt etiam hodie appatet, in ſitu ædium Didaci Caſtri, dictæ vrbis Tribuni militum. Iuxta ædes item Comitis Portalegrij ſacellum tenebant D. Michaeli Archangelo ſacrum, vbi ſtatis horis res diuina peragebatur. Tres verò Eboræ magiſtri Equitum fuiſſe memorantur. Primus Ferdinandus Roizius Mentellus, ſummæ vir vir auctoritis, cui Alfonſus Henriquez Rex Mafaram oppidulum Mauri ademptum donauit: alter frater Gundiſalonis Viegas: tertius Alfonſus Auenſis, quo magiſtro ad Auiſio caſtrum à dicto Alfonſo expugnatum, eique ſodalitio attributum, milites commigrarunt; quo propiùs à Mauris abeſſent, aut vt citius debellare eos poſſent. Manſit inde ordini Auiſenſium nomen, quem Innocentius III. qui Celeſtino ſucceſſit, Pontificatus ſui anno IV. Chriſti vero nati 1204. regnante Sanctio, qui Alfunſo parente mortuo regnum hæres proximè. excepit, confirmauit. Cæterum cum Rodoricus Garzias VII. Calatrauæ Magiſter, Auiſios multis bonis, (quæ in prima & ſecunda Calatrauenſis ordinis approbatione declarantur) locupletaſſet, illi ſe Calatrauenſium legibus & reformationibus, vt vocant, in grati animi ſignum perpetuum permiſère, eorumque imperium agnouère, vſque ad tempora Ioannis VII. Auiſiorum magiſtri, qui naturalis fuit filius Petri VIII. Regis Luſitaniæ. Idem Rex Petrus, poſt victoriam Aliubarotæ obtentam, Auiſios ſuos à Calatrauenſibus ſeiunxit: crucem viridem, inferiori ſtipite paululum longiori, ſublata pyro arbore: ad Alcantarienſium diſcrimen geſtantes, cum antea rubeam & eandem cum Calatrauenſibus vt ex antiquo ordinis ſigillo, quod duas aues ad baſim crucis oſtentare teſtatur Franciſcus Raduſius, colligere licet, præferrent. Inſtituta tamen Ciſtercienſium, ſequuntur. Rectè itaque Radeſius Auiſios cum Calatrauenſibus confundit, quod ſuccedente tempore in vnum Calatrauæ ordinem coaluerint. *Volaterra-*
C *nus* vetú errore deceptus, cum Alcantarenſibus iungit. At diuerſos eſſe & poſtmodum ſeiunctos egregiè docent *Hier. Romanus lib. 7 de Republica. & Gonſaluus Argotes de Molina, l. 1. cap. 32 de nobilitate Hiſpania.*

ORDO EQVITVM PERISCELIDIS QVAM VVLGO GARTERII NVNCVPANT in Angliæ ſiue Magnæ Britanniæ regno.

EDVARDVS III. Anglorum Rex inuictiſſimus, vt Arturi Regis qui orbicularis menſæ Equitum Sodalitium toto adeo terrarum orbe decantatum, inſtituerat, memoriam refricaret, quum de Gallis atque Scotis, capto Ioanne Rege Galliæ, & Dauide Scotiæ ſæpius triumphaſſet, nobiliſſimam conſcripſit Equitum auratorum ſocietatem: Quos, vt aliqui produnt, ob periſcelidem ſuam in prælij quod feliciter ceſſerat, teſſeram datam, Garterij ſiue Periſcelidis Equites nominauit,
D & S. Georgij Cappadocis tutelæ, ad cuius honorem in caſtro ſuo VVindeſori templum extruxerat auguſtiſſimum, dedicauit. Hi cæruleo ſubligari aureis literis Gallicæ inſcripto. *Hony ſoit, quid mal y penſe*, id eſt, Malè vertat ei qui malè cogitat, & quod peculiare ordinis ſymbolum eſt, ſiniſtram tibiam paulo infra genu ſubſtringunt, aureâ fibulâ in concordiæ ſymbolum tanquam vinculo arctiſſimæ ſocietatis, connectunt. Vt eſſet inter eos quaſi quædam conſociatio, & communitas virtutum; chlamydique ſcutum album D. Gregorij rubra cruce perinſigne adpictum, teſte Polydoro Virgilio, geſtauit. Collare verò, quod magnum vocant, & quo ſolennibus inaugurationis diebus ſodales inſigniri mos eſt, ex eadem crurali faſcia, ſiue corrigia, ſæpius iterata, & roſis alternatim rubris & albis, quod Lancaſtriæ, & Eboracenſis familiæ iampridem extitit ſymbolum, diſtinguitur; appenſâ D. Georgij Bellatorum præſidis effigie. Nonnulli tamen ad Periſcelidem ſiue Garterium reginæ vel potius Ioannæ Comitiſſæ Sariſburiæ eximiè pulchritudine feminæ, referunt, quod ipſi choreas agitanti decidit, & rex è terra ſuſtulit, ridente multitudine nobilium adſtante, & illo reſpondente futurum, vt breui ſummus honor eiuſmodi Periſcelidi haberetur. Hæc vulgus perhibet, nec vilis ſane hæc videatur origo, cum vt ait ille, Nobilitas ſub amore iacet. Sunt etiam qui huius ordinis inuentionem multò antiquiorem faciunt, inter quos *Bern. Gerardus lib. 15.* eum ad Regem Richardum I. referunt, Eduardumque tandem reduxiſſe credunt; quam verè ignorare ſe dicit, Guilielmus Camdenus Britannicarum Rerum ſcripto
E ſtudioſiſſimus, etſi fidei adſtruendæ antiquum eius inſtitutionis exemplar facialis cuiuſdam libro deſumptum producere non grauetur. Cæterum Garteriani collegij ſolennia Vindiſoriæ quotannis ſtato die D. Georgij Equitum tutelari ſacro, præſidente Rege celebrantur; Moſque eſt, vt commilitones galeam & ſcutum cum gentilitiis inſignibus (vti tradit Paulus Iouius) imitatione cæterorum ordinum conſpicuo templis loco ſuſpendant. In quorum ſocietatis potentiſſimi quique orbis Chriſtiani Principes cooptari, inſtar maximi honoris duxerunt, & iam à prima inſtitutione in hunc ordinem, qui è XXVI. Equitibus conſtat, reges adſcripti fuerunt, plus minus XXII. præter Angliæ Reges, qui eiuſdem Præſides ſiue, vt vocant, Supremi habentur, vt duces & alios maximi nominis taceam plurimos. Eorum verò nomina qui primi in hunc ordinem adſciri, & vulgò fundatores ordinis dicuntur, adiungere libuit, nec enim eorum fama obliteranda eſt, qui illâ tempeſtate, animo, & virtute militari in pauciſſimis erant, eoque nomine D. Georgij & Garteriano inſigni amplificati. F

EQVITES MENSÆ ROTVNDÆ.

EDVARDVS III. Angliæ Rex; Eduardus filius eius natu maximus: Princeps VValliæ; Henric. Dux Lancaſtriæ; T. Comes VVaruvici: Capdall de Buche, Radulphus Comes Staffordiæ; Guilielmus de Monta acuto Comes Sariſburiæ, Rogerus de mortuo mari Comes Marchiæ; Ioannes de inſula; Bartholomæus Burgvvaſch; Ioannes de Bello campo; Ioannes de Mohun; Hugo Courneus. Thomas Hollandus; Ioannes Greij; Richard. Fitz Simon; Milo Stapleton; Thomas VValle; Hugo VVrotheſlej, Nigellus Loring; Ioannes Chandos Iacobus de Andleij, Otbu Hollandus, Henricus Emes Zanchertus Dabridgecourt; Guil. Paganellus. Ritus atque ceremoniæ, quibus maximâ ſolemnitate pro ordinis eminentiâ, Equites eliguntur, & VVindeſori inſtallantur: ſtatutaque quibus viuunt, huiuſmodi commilitones, quum iuſtis via continentur voluminibus, hic anguſto ſermonis filo perſtringi G nequeunt, ad Franciſcum Sanſouinum & Thomam Milleſium, *lib. de nobilitate Politica*, apud quem omnes ab inſtituto ordine Equites & ad noſtram vſque ætatem ſub ſingulis Regibus electi recenſentur, lectorem remittere libuit.

Ad orbicularis autem verſatiliſque menſæ inſtitutum quod attinet, ſcribunt Arturum Britanniæ Regem quatuor ſupra viginti athletas equeſtris ordinis (quòd rei bellicæ gloria præſtabant inſignibus nobilitaſſe, ac rei militaris ſcientiâ gloriæque magnitudine pares pari omnes amore complexum. Cum omnes ſimul accumberent, ne quis fortè ſe primo in loco conſtitutum glorioſè prædicaret, aut ad infimum locum deturbatum Inuidè cogitaret, menſam rotundam ad coronæ formam effingendam curauit. Locum in quo ij omnes accumbere ſolebant, rotundam Arturi Tabulam, & Britanni & Scoti appellant. Quam vulgus menſam (ſi falſa quadam maiorum ſuperſtitione conflictatum, vt ait Ioan. Leſleus. *De Rebus geſtis Scotorum lib. 4.* non errer) in VVintonienſi caſtro ad æter- H nam rei memoriam ſolenniter conſeruatam, militumque equeſtrium nominibus vndique notatam, tanquam Arthurianam ſuſpicere ſolet. At recentioris eſſe ætatis autumat Guil. Camdenus. Superioribus enim ſeculis, cum virtutis bellicæ exercendæ gratia, militares decurſiones, (Torneamenta vocant) frequenter haberentur, huiuſmodi menſis vſi erant, ne quod diſcrimen inter magnates nobileſque ex ambitione exiſteret. Et veteri ſanè, vt videtur, inſtituto: Gallos enim antiquos circularibus menſis circumſediſſe, armigeroſque eorum ſcuta ferentes à tergo adſtitiſſe, memorat 4. *Athenæus in lib. Deipnoſoph.*

EQVITES BALNEI IN ANGLIA.

De Militibus, ſiue Equitibus Balnei, nihil antiquius mihi legenti hactenus occurrit; quam in vſu fuiſſe apud veteres, Francos; & Henricum IV. Angliæ Regem, eâ die quâ inauguratus eſt in arce Londinenſi, quadragiota ſex armigeros, qui præcedente nocte vigilaſſent, & balneo vſi eſſent, Equites creaſſe, ſingulis tunicas virides ad talos demiſſas cum manicis ſtrictis & Mineueria pellita, donaſſe: eoſque geſtaſſe ad humerum ſiniſtrum duplicem funiculum ex albo ſerico cum coculis dependentibus. Hi ſuperiori ſeculo ex flore nobilitati qui

qui nondum gradum Equeſtrem accepiſſent, ſeligi regum
A & Reginatum inauguratione & nuptiis ſolebant. Aliquando etiam cum eorum filij in Principes Vualliæ vel Duces inueſtirentur, aut militari balheo cingerentur, plurimis adhibitis ceremoniis, Qui ad hunc ordinem ſuſcipiendum à Rege euocantur (nec hâc rem exquiſitè perſequar) pridie quam creantur, heremiticam veſtem cinericiam cum cucullo, pileolo lineo, & ocreas indori, ſacra deuoti accedunt, vt militiam ſuam quaſi Deo in primis militaturi, auſpicentur, vnà cœnant, ſingulisque miniſtrant duo armigeri, & puer aſſecla: A cœna in cubiculum ſe recipiunt, vbi paratur ſingulis lectulus cum velariis rubris armiſque ſuis gentilitiis affixis, & iuxta vas balneatorium, linteis opertum, in quo cum ſe Deo commendauerint, ſe abluunt; vt deinceps corpore animóque mundo eſſe admoneantur. Poſtridie deinde benè mane, inſtrumentorum muſicorum ſono excitantur, eaſdémque veſtes induunt. Tunc Angliæ Conestabularius, Mareſcallus & alij, quos Rex conſtituit, eos accedunt, nominatim ſuo ordine euocant? & iuſiurandum proponunt: ſcilicet, vt Deum, ante omnia colant, Ec-
B cleſiam defendant, Regem honorent, eius iura propugnent, viduas, virgines, orphanos tueantur, & iniuriam, quantum poterunt, propulſent. Hæc cum tactis Euangeliis iurauerint, ad ſacra matutina Regiis muſicis & Heraldis præeuntibus deducuntur, atque ab iiſdem in cubicula reducuntur, vbi heremiticas veſtes exuri, chlamydem holoſericam rutilo Martis fulgore relucentem, & galerum candidum, candidis plumis ſuper pileum lineum induunt, chirothecas candido funiculo chlamydis colligunt. Equos ſella & ephippiis ſcorteis nigris albo interſtinctis, & cruce fronti præfixa inſtructos, conſcendunt. Ante ſingulos ſuus aſſecla Eques geſtat gladium capulo inaurato, ad quem dependent aurata calcaria, vtrinque armigeri obequitanti. Hac pompâ tubis ante clangentibus ad aulam regiam itur, vbi cum ad Regis præſentiam à duobus ſenioribus Militibus deducuntur, Regis Camerario aſſecla baltheum cum gladio dependenti tradit. Ille ſumma cum reuerentia Regi, qui Militem tranſuerſum
C eo cingit, iubétque duos ſeniores Equites calcaria imponere, qui olim creandi militis genua, benè precantes, oſculari ſoliti. Iámque Milites creati, olim Regiæ menſæ fercula inferebant, inde omnes vnà prandent, ad idem menſæ latus aſſidentes, ſub vno cuiuſque clypeo gentilitio affixo. Ad preces veſpertinas ſacellum adeunt, gladios ad altare offerunt, datóque pretio redimunt. Redeuntes verò primarius Regis coquus oſtenſo cultro, vt ſe probos & fideles præſtent Milites admonet, alioquin ſe calcâria ignominioſè abſciſſurum. Die autem Coronationis in pompa ſuo loco Regem comitantur gladio ac cincti, calcaribus induti, chlamyde cærulea Iouis ſcilicet æquicolore amicti, & nodo ex albo ſerico in formam crucis efformato, cum capitio ad humerum ſiniſtrum. Ita ferè Guilielmus Camdenus in deſcriptione Britanniæ. Huius autem inſtituti Equites pro teſſera ſolent tres aureas coronas in orbicello aureo expreſſas additâ hac circumſcriptione, Tria in vnum, laciniæque ex byſſo Tyrij coloris appenſas, præferre.

D ORDO EQVITVM STELLÆ IN
RAONO GALLIÆ.

IOANNAS VALESIVS Gallorum Rex prælio Pictauienſi, ſua & regni calamitate notiſſimus, Epiphaniæ ſeu Stellare Equitum Sodalitium Anno 1352. menſe Octobri auſpicatus eſt, Sodaléſque dicti fuère D. Virginis de nobili domo D. Audoëni. Ita enim vocabatur caſtrum illud, quod plus minus duobus millibus abeſt ab vrbe Pariſienſi, palatij Clichiani nomine olim appellatum, vbi ſedes primaria ordinis conſtituta, ædeſque ſacræ Equitibus eum omnibus publicatis bonis, & ſportulis futuris attributæ. Proceribus ordini initiatis ſignum ſtellæ collari aureo, (quali Ioannes Aurelianenſis primus Comes Dunenſis, filius Ludouici Ducis, Caroli VI. fratris in patris in palatio Longo-vallorum Principum inſigniens conſpicitur) appenſum, ſeu togæ capitio locove conſpicabiliori præferre eſt datum, addito ſymbolo *Monſtrant Regibus aſtra viã.* Vnde tam honorificam ſtellæ celebritatem credibile eſt ortam fuiſſe à commemoratione diuini illius ſyderis, non fabuloſi illius Tyndaridum, ſed noui illius, &, vt Theologi volunt, recens cum Chriſto nato ad cunas eius illuſtrandas creati, quod Magos ab Oriente præuij Ducis inſtar, in partus locum nati filij Dei perduxit. At multitudine gregariorum, qui falſis titulis irrepſerant, cum vileſcere paulatim hic ordo

cœpiſſet, & Carolus [illegible] palatij cuſtodibus ſignum E
[illegible] defendendum tradidiſſet [illegible] Ita fere res humanæ a præclaro initio degenerare conſueuerunt in eius locum D. Michaëlis ordo, quod Gallia peculiari tutela genium illum cuſtodem imperij ſui agnoſcat, ſuffectus eſt. Stellæ porrò inſignia vti ea Equites differre ſolent, nec non vaſis Liliorum, Danis, Galli, Draconis præcipitati, Coronæ Spiceæ, Hyſtricis: Leonis alati (qui Venetorum Equitum teſſera eſt) alibi exprimuntur.

ORDO EQVITVM ANNVNTIATIONIS
ANGELICÆ APVD SABAVDOS.

Equeſtri ordini Annuntiatorio magnificum nomen ex ſuo ab ſe inſtituto fecit *Amadeus VI. Sabaudiæ Comes*; idque in honorem Angeliæ Annunciationis. Vt meminit *Hier. Ruſcellus in Emblemat.* Quem inſigniri voluit aureo torque, figura collaris canis Alam (vt diploma inſtitutionis ſeu confirmationis anni 1409. à Franciſco Sanſouino citatum docet) ef- F
formato, ex quo laciniæ ſeu laminæ quatuor catenulis aureis connexæ pendentes, modis inſuper Sabaudicis, quos ab amoribus nuncupant, ſubtilibus, & arte implexis, quatuor literatios characteres FERT æque diſtanter inſertos referrent, imagine & hiſtoriâ Virginis Mariæ ab Angelo ſalutatæ (quæ ſodalitio nomen dedit) adpenſa. Quo quidem Elogio magnitudinem gloriæ Amadeo magno primo Sabaudiæ Comiti partæ, ſymbolúmque Fortitudo eius Rhodum tenuit, à Rhodienſi vrbe Turcis erepta ſeu deſcoſa, Chriſtóque adſerta natum, explicari Sabaudici annales teſtantur. Ab eius enim tempore, vt ex iiſdem patet, Sabaudiæ inſignia, quæ eadem & imperij erant (Saxoniæ ducum ex quibus Sabaudici proceres orti, inſignibus hactenus interſtincta) ſcuto Equitum Hieroſolymitanorum S. Ioannis cruce ſcilicet argentea in rubri coloris clypeo ipſis petentibus equitibus (qui Rhodo inſula ab Imp. Conſtantinopolitano tunc donati, Rhodij poſt Equites dicti fuère) in nauatæ virtutis præmium ſunt decorata, & Sabaudiæ ſucceſſoribus Regis cum quadrilit- G
terario ſymbolo FERT, exinde propria manſère. Huius porrò militiæ ſedem idem Amadeus in Petra Caſtella conſtituit, ibique anniuerſarium & ceremonias nouis Equitibus à Principe eligendis, feſto Annunciationis Deiparæ die, celebrari voluit, legibus itidem ab Amadeo primo Sabaudiæ Duce poſtmodum auctis, iuxta tabulas ea de re anno 1434. conſcriptas. Igitur & auctor ipſe primis huius ſodalitij auſpiciis in equeſtrem catalogum ſe nuncupans, alios quatuordecim primæ nobilitatis viros, quibus ipſe præſideret, in honorem XV. myſteriorum ſacratiſſimæ Virginis connumerauit, ſtaturaque variis inſcripta libellis quæ à Franciſco Sanſouino in Originibus recitantur, vnà cum torque ſingulis donari iuſſit. Primique præter ordinis conditorem, commilitones fuere Amadeus Geneuæ Comes, Antonius Beauienſius, Hugo Chalonius Arlaij regulus, Almondus Geneuenſis, Ioannes Viênenſis Franciæ Archithalaſſus, Guil. Granſſonius, Guil. Chalamonius, Rolandus Verſijus Borbonius, Stephanus Baumeus nothus, Gaſpar Mommeurius, Barleus Foraſius, Theunardus Menthouus, Amadeus Bonnardus, & Richardus Muſar. H

ORDO EQVITVM VELLERIS AVREI
APVD BVRGVNDOS ET
Auſtriacos.

PHILIPPVS cognomento Bonus Dux Burgundiæ; iure meritiſſimo auctor magnitudinis Burgundicæ, imperiique Belgici conditor nuncupatus, præter varias virtutes, quæ illum Principem exornabant, quæque Boni nomen viuo, mortuoque dederunt; tum iis rationibus res ſuas suebatur, vt opes ſine ſubditorum iniuria ampliſſimas ſibi compararet; vt ſplendidiſſimè ad retinendas hominum voluntates legatis ſuſcipiendis, peregrinis Principibus ſubleuandis, amicis colendis, ludis conuiuiiſque magna cum laude vteretur. Eo in genere fuit hoc auguſtiſſimum Aurei Velleris collegium, quod iis cum Elizabetha Ioannis Luſitaniæ Regis filia nuptiis, menſe Ianuario Anno 1430. Brugis Flandrorum inſtituit, propter amorem (vt ait in diplomate ea de re cõdito, & à Ponto Heutero *Rerum Burgund. lib.* 4. & Florentio Haræo. *De initiis Tumultuum Belgic. lib.* 1. recitato) erga nobilem ſtatum & ordinem dignitatis Equeſtris ad gloriam Omnipotentia creatoris & redemptoris, laudemque virginis eius matris

&

A & ad honorem domini Sancti Andreæ glorioſi Apoſtoli, & martyris ad exaltationem fidei, & ſanctæ Eccleſiæ & excitationem virtutum, & bonorum morum. Exemplo vtique Gedeonis fortiſſimi Iſraelitarum Ducis, cuius hiſtoriam de vellere ſicco, tot lentoque ſe ſpectaſſe innuit Philippus, tapetibuſque illis antiquiſſimus (qui ab eius vſque ætatis in ordinis huius anniuerſariis & B. Andreæ Apoſtoli feſto die in ſacello Principum Belgij ſpectandi exhiberi ſolent, poſteritati teſtatum reliquit. Et ſunt qui Cryſomalli, ſiue aurei velleris inſigne inſtitutum iam olim in ſacra Thebæorum Legione floruiſſe contendant. In hoc porrò ſodalitio viros nobiles, vita, nomine, armiſque, vt loquitur ordinis præſes, irreprehenſibiles purpuratos accenſuit, quorum ipſe atque ſucceſſores coryphæi eſſent: quibus ſingulis togam coccineam laneam (quam filius Carolus Audax Valincenenſibus comitiis in holoſericam commutauit) & aureum torquem inſerto paterno emblemate, ignitabuli ſcintillas ex ſilice extundentis ſpecioſum attribuit, vnde vellus aureum dependet, poſt cuiuſque mortem rediens ad collegium, vt alij benè merito offeratur.

B Quem torquem Claudius Paradinus, ita quidem eſt interpretatus, vt ſilicibus ferroque adſcriberet, ante ferit quàm flamma micet. Velleri pretium non vile laboris. Quatuor primæ dignitatis officiarij, Cancellarius, Theſaurarius, Rex armorum & ſcriba collegio ſubminiſtrant.

In quo, huius ordinis Equitum, ex prælio illicitæ fugæ, cæteraque crimina, ac ſi quæ inter ipſos ſunt diſſenſiones, diiudicuntur, abſque prouocatione. Illo rerum benè geſtarum nobili præmio, & gerendarum incitamento ſplenduerunt omnium primi, præter Philippum collegij caput, auctoremque proceres, hiſce cognomentis dynaſtiiſque, & hac ſerie: Guilielmus Viconius S. Georgij & S. Crucis Dominus, Reynerus Potius Dominus Rochenſis, Ioannes Robaiſij Dominus, Rolandus Vutkercanus, Hemſrodenſis & Heeſtallenſis, Antonius Vergijus, S. Martini Comes, Dauid Brimeus, Lignicenſis Dominus, Hugo Lanoijus Santenſis: Ioannes Cominij Antonius: Antonius Tholongionus, Traſienſis, Borgundiæ Mareſcallus, Petrus Luxemburgius, ſancti Pauli Comes, Ioannes Trimolius, Lonuellenſis Dominus, Guilbertus Lanoyus, Vvilleruallenſis, Ioan. Luxemburg. Lignij Co-

C mes: Ioannes Viuelios, Liladamenſis Dominus, Antonius Croij, & Renti Dominus, Florimundus Brimæus, Maſincurtius: Robertus Maſſemeæ Dominus: Iacobus Brimeus Grinyenſis: Balduinus Lanoiius Molenbaiſenſis: Petrus Beffromontius Charnyenſis: Philippus Teruantij Dominus: Ioannes Croijus, Toarenſis ad Marnam fluuium: Ioannes Crequij Dominus: Ioannes Neufchaſtellius, Montis acuti Dominus. Enimvero initio Philippus Brugæ aurei Velleris collegio hos XXV. inſeruit ſeſe annumerans, deinde tertio poſt anno, Diuione, xxx1. Equites ad explendum numerum iuata formulam primæ inſtitutionis. At Carolus poſtea V. eo nomine Cæſar, ob varias prouincias & regna quæ poſſidebat Anno 1516. Ordinis Comitiis Bruxellæ celebratis numerum vnius & quinquaginta Equitum eſſe voluit. Siue itaque hoc Philippi fuit conſilium, Vellus Gedeonis pro oculis habentis; ſiue ad ſplendorem quem ſpectabat, accommodatè, quoſdam, vt Iuppiter, ſic maiorum minorumque gentium Deos quibus imperaret, habere cupiebat: ſiue contra Gallos nouis ſe ſocietatibus atque amicitiis firmaret: ſiue Iaſonis exemplo Argonautas legeret, quibuſcum vt ille in Colchida Vel-

D leris capiendi ergo ad Aetem: ſic in Syriam in Turcas proficiſceretur: ſiue quæ alia fuit huius conſilij ratio, magno hominum applauſu res eſt excepta, multaque ad ordinem cohoneſtandum decora ſunt adhibita. Quibus rebus id eſt effectum, vti magna omnium admiratione ordo coleretur, ſæpiuſque à Philippo inde à Carolo Senatus noui ordinis haberetur. Carolo mortuo cum in gentem peregrinam Mariæ matrimonio res tranſiſſet, tum in hominum ſermonib. eſt quæſitum, ad Archiducemne, an ad Ludouicum XI. ius collegij tranſiuiſſet? Iam enim Burgundiæ Ducatum Ludouicus occupauerat, nec niſi ad Burgundiæ Duces iuxta inſtitutionem ſpectare ea ſocietas dicebatur. Maximilianus contra iniuriâ auferri ſibi eum ducatum querebatur. Ne itaque exiſtimationis apud ſubditos naufragium faceret, huius ſe collegij principem Maximilianus profeſſus eſt, Creuecurium, Portiumq; quod Maria deſerta ad Ludouicum tranſiiſſent, aurei velleris inſigni adempto, infamiaque damnatos Senatu mouit, nouoſque in eum ordinem equites ſubrogauit. Atque adeo Maximiliani

E & exemplum ſecuti Auſtriaci ſucceſſores, hoc Inaurati Velleris inſtitutum, ſæpius hodieque frequentant, poſtremoque ordinis conuentu ſeu capitulo, vti loquimur Gandaui habito, Philippo II. Hiſpaniarum Regi ordinis Principi, auctoritate Summi Pontificis Gregorij XIII. & Philippo III. conceſſione Clementis VIII. facultas facta eſt, Equites (qui ferè ex primariis ditionum ſuarum proceribus ſelecti, & quos vulgò in Hiſpania Grandes vocant, quod tecto capite ſingulari honoris prærogatiuâ coram Rege apparere ius eſt) etiam extra capitulum adlegendi, aliaque multa pro arbitrio ordinandi, non obſtantibus conditionum capitibus, quibus dicti ordinis princeps, equiteſque obligantur: quæ ſunt numero 94. & quoniam vbique obuia apud Principes, aliaſque dignitatis Equeſtris peramantes, eoque apud nobiliſſ. virum Henricum Halmalium antiquæ ſtirpis Equitem Antuerp. ſæpius vidimus, ſtudio omiſi, ne prolixitate rei lector obtunderetur: cætera nempe apud auctores copioſius paſſim inuenturus.

F Guilielmum in primis Filiatrium Epiſcopum Tornaceſem, Ioannem Foncchum huius ordinis Cancellarios, Ioannem Meyerum, Franc. Harduinum, Aluarum Gomeſium de Mendoza, Alfonſum de Sancta Cruce Coſmographum regium, Franciſcum Senſouinum, ſtatuta ordinis Aurei Velleris Garterij, S. Michaelis, annunciationis, Bandæ, cæterorumque ex autographis recitantem, Franciſcum Guicciardinum, qui ſeriem Equitum ad noſtra vſque tempora enumerat: nec non Guilielmum Mennentium Franciſci patrem, qui de hoc ordine opus edidit ſingulare, & illuſtriſſimo Principi Carolo Duci Arſchotano & Croyo inſcripſit.

EQVITES CYGNI.

RICHARDVS VVaſſeburgēſis in antiquitatibus Belgicis, meminit vetuſtiſſimæ militiæ Cygni nomine illuſtris, per Saluium Brabonem (à quo Brabantiam dictam volunt nonnulli) excitatæ, quod ordinis ſui commilitonibus eius auis inſigne, in concordiæ & ſocietatis firmiſſimæ ſymbolum attribuerit.

ORDO EQVITVM HYSTRICIS, APVD AVRELIANENSES.

G CAROLVS Dux Aurelianenſis & Rex Frāciæ eo nomine VI. imitatione ſiue æmulatione Philip. Ducis Burgundiæ, ordinem inſtituit Hyſtricis, in quem genere & factis nobiliſſimos adlegens proceres, baltheo equeſtri aureo cum Hyſtrice & ſymbolo *Cominus & Eminus*, vt tradit Paulus Iouius, *In ſymbolis Heroicis* inſcripto, pleroſque condecorauit, Enguerrandus etiam Monſtreletus narrat Philippum Burgundiæ Ducem menſe Nouembri 1440. ordinis ſui ſignum Carolo Aurelianenſi ex Anglia reuerſo (vbi captiuus fuerat, per annos XXV.) tradidiſſe cum Mariam Cliuenſem Ducis Burgundiæ matereteram duxiſſet recens, & viciſſim Aurelianenſem, monile ſui ordinis, vbi erat Hyſtrix, illius collo indidiſſe. Ludouicus deinde eius frater Gallorum Rex XIII. vti Dux hæreditarius Aurelianenſis, ac proinde Bloſiorum Comes, ſymbolum hoc *Vltus auos Troiæ*, ab Hyſtrice, cui corona ſuperimpoſita erat, ſibi adſumpſit, & numiſmata Regia Hyſtricem paſſim inſculptam præferunt, quæ & vnà cum lupi coniunctâ effigie, vetus Bloſiorum ciuitas inſignia ſua antiquitùs figurare ſolita eſt, viſitur hoc animal pleriſque lapidibus ac Porticibus inſculptum; quod natura tam ſtudioſè armis inſtruxit, vt prouocantes cominus & eminus arceat præſertim aduerſū canes, aculeos ſuos ſagittarum violentarum inſtar, eiaculans. Huius ſymboli interpre-

H tationem (quam ordinis fundator ſequutus eſt) declarant magnificentiſſimæ cuiuſdam ciuis in illa ciuitate ædes, ad quarum frontiſpicium ſub Hyſtrice lapidi inſculpta diſtichon adſcriptum eſt.

Spicula ſunt humili pax hæc, ſed bella ſuperbo,
Et vita ex noſtro vulnere, noxque venit.

Quod quidem & in Erynaceo, ſiue Echino (ex cuius genere Hyſtrix apud Plinium numeratur,) ſignificatum æmulatus videtur dictus Carolus, vt per Hieroglyphicum eius hominem ab inſidiis, periculis, ac cuiuſcunque fortunæ caſibus tutum oſtentaret. Si quidem is periculis euitandis ingenio naturaque munitus, ſimulatque ferarum ſe impetentium odorem, latratumve ſenſerit, in orbem ſeſe colligit, pedibuſque intrinſecus teſtudinis more contractis, tergore omni pilæ inſtar conglobato, ſpiniſque quibus vndecunque munitus eſt, ad incolumitatem erectis, otiatur, contactum ſuum omnibus formidabilem reddens.

A **ORDO EQVITVM CARDVI B. VIRGINIS MARIÆ APVD BORBONIOS.**

LVDOVICVS II. Borboniorum Dux cognomento Bonus Petri I. qui in prælio Pictauienſi ſub Ioanne Gallorum Rege cecidit, filius: poſtquam operam ſuam difficillimis regni temporibus eidem Ioanni, Carolo V. & VI. Regibus contra Anglos alioſque regni potentiſſimos hoſtes probaſſet, exercitum in Africam pro Chriſti fide duxiſſet exortis Aurelianenſium, & Burgundionum in Gallia factionibus quibus regnum pæne peſſumdatum eſt, cum familia Burgundica Velleris aurei inſigne, Aurelianenſis verò Hyſtricis erexiſſet: ipſe, quò potentiam ſuam maiorum, & propria virtute quæſitam in auxilium pupillorum Caroli Ducis Aurelianenſis Philippi Comitis Eboracenſis & Ioannis Angoliſmorum Comitis contra Burgundum, ob necem nepotis ſui Ludouici Ducis Aurelianenſis firmaret, Ordinem Equeſtrem Cardui D. Virgini inſtaurauit, Collare aureum, ſiue argenteum ex liliis, & quatuor foliis aut floribus cardui, crucem in eodem ſtatuentibus: cum inſcriptione *Eſperance* ornamento datum: iis nimirum qui ob egregia in Borbonium nomen merita, illuſtres habe- B rentur Cuius Sodalitij coryphæum, & caput, Dux ipſe ſe nuncupauit, dictoque balthco arma gentilitia in campo, argenteo & rubeo inſigniuit, qualia antiquis rerum ſacrarum aulæis intexta, in oppido Claromontano, quod Comitatus nomen Borboniæ genti dedit, exhiberi teſtatur Petrus Beloijus: innumeris ſcilicet liliis cum filio illo, vti ſolet, & dicto Spei ſymbolo reſperſa. Omnes enim Francorum, Burgundionum, Auſtraſianorum, Germanorum, cæterique ex Francico ſanguine Principes cyaneo in clypeo liliis, indefinito numero pro inſigni vſi fuère, vſque ad Caroli VI. tempora, qui primus, vti Genebrardo placet, tria tantummodo lilia in ſcuto expreſſit: quod & alij Regij ſtemmatis Principes exinde imitati. Eodem torquis inſigni & Ratiginienſium Dominorum, qui Borboniorum Principum ſummi Venatores ſemper habiti, arma exornata viſuntur. Quo quidem Spei emblemate, carduis & liliis adnexis, animi ſui magnitudinem contra omnes fortunæ impetus expreſſiſſe videtur ordinis huius conditor. Vnicaulis enim carduus ſimul ac ſcolymon in calicem apparuerit, florem purpureum mittit, inter medios aculeos celeriter C caneſcentem, & abeuntem: cum aura perinde ac ſpes noſtræ plurimum euaneſcunt, vt minimâ quaque de cauſa homines plerumque concutiantur. Nonnumquam tamen quædem animæ proficientis rudimenta indicant, cuius Hieroglyphici primas flos lilij omnium conſenſu facilè obtinet. Hic in antiquorum monumentis cum inſcriptione Spei, lilij potius figuram, quam alterius cuiuſquam floris ſpeciem oſtentat. Nam in nummo Imp. Alexand. Pij Aug. ab altera facie Dea Lilium dexterâ prætendit: cuius inſcriptio eſt, Spes publica. Eadem inſcriptio cum lilio manu Deæ prætento, in Imp. Æmyliani nummis habetur. Nuſquam verò frequentius, neque manifeſtius hæc lilij facies pro ſpe ponitur, quàm in Imp. Claudij P.I. in quibus Dea ipſa pallam læuâ ſuſtinet: dexterâ lilium prætendit, cum ſcriptione, Spes publica: Et in Ti. Claudij nummis, eodem geſtu Dea, palla quippe ſublata, lilioque dexterâ porrecto, cum litteris, Spes auguſta. Eodem ſtatu, habituque, in Hadriani nummo, Dea lilium prætendit cum inſcriptione, Spes P.R. Quam quidem ſpem, hodieque de Gallorum Rege Ludouico XIII. Borboniorum & Gallici Imperij lilio augu- D ſtiſſimo conceptam, moderante res Regina parente, exemplo Mammeæ ſub Alexandro: Helenæ, ſub Conſtantino, Blancæ ſub S. Ludouico, quæ pietate & iuſtitia, ac rara externarum rerum felicitate, abundantia, & publica ſecuritate tempora ſua illuſtrarunt, feliciſſimos Reipub. Chriſtianæ allaturam ſucceſſus, boni omnes augurantur. Accedente maximè firmiſſimo connubiali & amicitiæ vinculo. Quod veluti ſacrum & indiſſolubilē ab omni æuo inter Francorum & Caſtellanorum Reges nodum prædicat *Philippus Cominæus. Lib. 2. cap. 8.*

ORDO EQVITVM CARDVI AT RVTÆ S. Andreæ in Regno Scotiæ.

Reges Scotorum, vt ex ſacris ipſorum ſcriniis loquitur Ioannes Leſlæus Epiſc. Roſſenſis *l. 5.* S. Andream Apoſt. regni tutelarem Diuum iamdudum agnoſcunt: idque à temporibus Hungi Pictonum Regis, cui hoſtes oppugnaturo, ſcribunt lucidam cœlo apparuiſſe crucem, illius inſtar, in quam ipſe Apoſtolus ſublatus pro Chriſti nomine mortem oppetiit, victoriamque cæſo Athelſtano (nomen, pugnæ locus, hac noſtrâ ætate retinet, ab Anglorum cæſo Rege Athelſtain dictus) conſecutum, atque, vt tantæ victoriæ mnemoſynon, nulla vnquam vetuſtate deleretur, effigiem illam Crucis in armis, & E inſignibus efformatam contra hoſtes, deinde geſtauit, quod & Scotiæ Reges in rei geſtæ fidem etiamnum religioſè obſeruant: Hinc, originem traxiſſe creditur Ordo equeſtris D. Andreæ, Cardui titulo in Scotia nobilis: cuius inſigne, ſeu collare ex carduis confectum præferunt gentilitia Regum arma: nummique hoc addito elogio *Nemo me impunè laceſſit.* Aſperum quippe virgultum cardois & aculeis armatum, & quod difficulter manibus attrectare poſſis ſine doloris compunctione, quod frangas potius, quam minimum flectas. Fuit autem huic militiæ baltheus aureus ex floribus cardui, orbicellis aureis ſeu nodis rubeſcentibus innexi compoſitus, & infra præferens imaginem S. Andreæ, martyrij crucem decuſſatam ante ſe geſtantis. Inſignia verò quæ dicto balthco ornātur, leonem rubeum, primum & antiquum Fergusij Regis inſigne, prætextâ cæruleâ duplici tractu rubeo, contrapoſitis liliis conſitâ, circumdata, in ſtamine aureo oſtentant: ictumque Caroli Magni fœdus, cum Scotis & Achaio eorum Rege, quod in hunc vſque diem religioſè perdurat coniunctis duorum Regum armis, indicant. Addidit ille Carolus coronæ F Scotiæ (quæ antiquitus forma erat valli militaris) circo quatuor lilia aurea, quatuor cum ſalutiferæ crucis aureis ſignis, paribus interuallis diſcretis. liliis paulò eminentioribus: vnde Scoticæ gentis, Chriſtianæ Religionis inuiolatæque fidei obſeruatio omnibus dignoſceretur. Inſtitutionem huius ordinis nonnulli referunt ad tempora Caroli VII. Francorum Regis, quibus Scoticum fœdus ob egregiam deſperatis Franciæ rebus nauatam operam, Regumque Franciæ veterem ac fidam in omne Scotorum nomen beneuolentiam, renouatam ferunt, Scoticaque inſignia Gallicis aucta volunt, quod iam Carolo Magno obtinuiſſe abundè enucleauimus.

Fuit & Regibus Scotiæ Sodalitium Equitum vulgò Sertum Rutæ nuncupatum, cuius inſigne, vti & Regiis armis circumuolutum viſitur, fuit torquis ex duobus rutæ ramulis, ſeu foliis innumeris, cui inferius effigies D. Andreæ cum cruce annexa eſſet, fabrefactus. Mirari itaque ſæpe ſubiit Ioannem Leslæum diligentem alioquin rerum Scoticarum ſcriptorem nullam aut exiguam harum inſtitutionum feciſſe mentionē. Cum tamen Regum inſignia ab Achaio, vſque ad modernum G Iacobum VI. qui Cardui florem cum Roſa Anglicana, id eſt, Scotiam cum Anglia ſub nomine Magnæ Britanniæ, vti in nummis eius prætenditur coniunxit,) Cardui floribus effigieque Andreanâ exornentur. Et Iacobus V. Scotorum Rex, militiæ & Religionis Catholicæ propugnator acerrimus, collari ex foliis Rutæ ſeu Cardui confecto, & S. Andreæ imagine inſignito, conſpicuus apud eundem auctorem exhibeatur. Quem quidem Regem alios quoque externos primoſque regni ſui nobiles, more inter Principes recepto, Andreano ſuo inſigni cohoneſtaſſe haud dubio colligi licet ex eo, quod & ipſum potentiſſimi quique Chriſtiani orbis Monarchæ Carolus nempe V. Imp. Aurei Velleris, Francorum Rex Conchyliati ordinis, Henricus Anglorum Rex Periſcelidis torque decorarint. Quorum ordinum ſolennia feſta ſtatis diebus Rex ipſe Iacobus pompæ magnifica celebritate obiuit, in quibus quoque ſingulorum ordinum inſignibus ſplendere voluit, vt ipſi Principes, à quorum beneuolentia ipſa ornamenta manarant illa non malè collocata aut quocunque modo obſcurata, verum ipſius animi grata ſignificatione, pompæ celebri- H tate aucta, arbitrarentur. Cuius rei vt luculentius ſignum toti poſteritati eluceret, inſignia Regia in porta Lithcoenſis palatij figenda, ſingulaque ordinum ſingulorum, ſimul ac D. Andreæ ornamenta, quæ, vt dicto Leſlæo placet, ſunt Scoticæ gentis propria, exquiſita artificij laude circumplicanda curauit.

ORDO EQVITVM S. MARIÆ SIVE ELEPHANTI In Regno Daniæ.

Eſt in Dania, quæ veteribus Cymbrica Cherſoneſus dicta, Ordo militaris Elephanti Equitum, Diuæ Virgini dicatus, quibus pro teſſera eſt torquis aureus ex elephantis, caſtella tergo ferentibus, & calcaribus, quæ Equitum propriè ſunt inſignia, interpoſitis connexus, appenſa inferius effigie Deiparæ matris radiis ſolaribus circumdatæ, cum rurſus orbicellus aureus tribus clauis inſignis, certoque litterario emblemate inſcriptus, ſymbola omnia Chriſtianæ pietatis, & Equeſtris dignitatis annectuntur. Cuius quidem inſtituti leges & à quo conditas, reſcire hactenus non eſt datum. Vidimus ta-

men

[A] men non tarò Regum Danorum inſignia, quæ tres leones viridis coloris Leopardos fæciales nuncupant in campo aureo lacrymis ſanguineis, ſeu cordibus humanis ſeminato, præferunt, eiuſmodi cingulo ſeu torque, vti hic exhibemus, exornata, & apud armorum Reges tali facie, inter Principum inſignia eſt reperire. Fecit & nobis copiam aurei nummi Franciſcus Bergius vir munditiæ & elegantiæ in omni vita aſſuetus, & inſigni nummorum antiquorum ſuppellectile, aliiſque priſci æui monumentis inſtructus, quo in puluere vitl Principes, vti quondam Illuſtriſſ. Princeps Carolus Dux Croijus, & Arſchotanus, & etiamnum nobiliſſimus vir Nicolaus Roccoxius, non tam ſplendore natalium quam conſulari Antuerpiana in vrbe dignitate multiſque virtutibus clariſſimus aliique deſudant heroes. In cuius nummi antica parte videre licet effigiem moderni Regis Daniæ cum hac inſcriptione, *Chriſtianus IV. D.G. Dani Nor. Va. Go. Rex* præfert enim is in publicis tabulis, Daniæ, Noruegiæ, Vvandalorum & Gothorũ [B] Regis titulum, ab altera vero Dux Sleſu Holſ. Storm. & Ditmarſ. Comes in Olde. & Dela. cui præter tredecim diuerſorum regnorum & principatuum imperij Danici expreſſorum inſignia inſunt arma gentilicia Daniæ cruci, cui Elephas ſubeſt, ſuperpoſita. Similiſque alius eſt nummus eadem ſerie, etſi mutato ordine, cum elephantis caſtello onuſti ſymbolo, præferens inſignia; ex quibus conſtat ordinem elephanti non infimo apud Danos loco cenſeri, & parentem dicti Chriſtiani III. eius conditorem aſſerunt. Huc facit & cuius Hieronymus Henninges meminit in Theatro ſuo genealogico, vbi inſignia regni Daniæ hoc ordine & collari, quod Elephantem cum caſtro appenſum prætendit: condecorata Chriſtierno. IV. Regi conſecrat dedicatque. Nec mirum Elephantis ſymbolum à Regib. Daniæ huic ordini cohoneſtando adſumptum, cum ſummis virtutib. nobile hoc animal ab antiquis prædicetur, & quod proximè ad humanam rationem accedat, fortitudine ſcil. militari, prudentia, & ſuſcepto imperiorum: Religione, quæ [C] non niſi in hominem cadit, clementia Regia, quæ Cæſarem Deorum adſcripſit numero: Auguſtum conſecrauit Pio cognomẽtum dedit, clementiſſ. Impp. Maximino, Balbino, & Gordiano ſtatuas cum Elephantis decreuit. Adhæc Ægyptij Regem, per Elephanti ſimulacrum intelligebant, non ea tamen de cauſa, quod cum gregatim ſemper ingrediantur, is, qui maximus eſt natu, gregem ducit, quod in regibus eligendis multarum nationum & gentium mos fuit, vt id muneris ſenioribus demandaretur. Hinc apud Hebræos, Seniores, apud Athenienſes Palæologi apud Romanos Senatores rerum habenas moderare ſoliti: verum propterea quod habet hoc animi regij peculiare, vt genua non flectat, adeò notabiliter, vt animalia reliqua, calcaneum verò leuiter locutuet: nam genua non flectere dubio procul oſtendit ſupplicabundum nondum non eſſe, flectere verò calcaneum, humanitatem, quâ maximè præditus eſt, indicat.

Ordo Eqvitvm Lvasonianorvm [D] in Gallia.

Luſinianum nobile iuxta ac potens in Gallia oppidum, fabuliſque Meluſinæ à poetis Gallis decantatæ notiſſimum, illuſtriſſimæ genti (quæ tot Reges ac Principes orbi Chriſtiano, Hieroſolymis ſcilicet Armeniæ ac Cypro denique protulit) nomen dedit, vt prodit in Hiſtoriis *Iac. Auguſt. Thuanus*. Huius familiæ auſpiciis à quo Principe aut tempore nondum comperi) initium datum, tradunt nobiliſſimæ militiæ ſeu ſodalicio Equeſtri, *Cypri* nomine nuncupato. Fuitque ei pro inſigni collare ſeu baltheus equeſtris, aureis litteris maiuſculis S. exornatus: intercurrentibus laciniis aureis, quibus infernè appendebat gladius laminâ argenteâ, capulóque aureo inſignitus, & in gyrum circumplexum ſymbolum Gallicum, *Pour loyauté maintenir:* ac ſi conditor illius innuere vellet, Pro fide ſeruanda nullam inter commilitones generoſi animi officium prætermittendum eſſe: adeóque gladio vindicandum, Per litteram autem S. quæ ſilentij apud Romanos nota fuit ſecretum ſocietatis & amicitiæ ſimulachrum, indiuiduamque pro patriæ defenſione Societatem denotari. Tali autem baltheo exornata viſuntur gentilicia Luſinianorum arma, quæ quadripartita regni Hieroſolymitani, Cypri, Armeniæ, & Luſignianæ familiæ inſignibus interſtincta. ☞ *Vide Stephanum Luſignianum*, qui 67. familiarum ſtirpe Luſigniana deſcendentium, genealogiam concinnauit.

Ordo Militaris Colvmbæ et Rationis [E] Apud Caſtellanos.

Ioannes I. Caſtellæ Rex, quo auctore apud Hiſpanos ſupputandi ratio, (eri quam Eram Domini, aut Eram Cæſaris ab Octauiani Auguſti ætate, cum in hiſtoria auctionum formulis, atque priſcis conuentuum Eccleſiaſticorum actis: tum priuatim in ſermone familiari dicere conſueuerunt) Romani ſalutis 138. antiquata eſt, atque ad Chriſti ortum reuocata, quòd paulò ante fecerant anno 1358. Valentini. Non multo poſt imitati ſunt anno 1485. Luſitani exemplo aliarum prouinciarum, vri Iuſtiniani Imper. ætate, Dionyſius Abbas Romanus, ſublatis aliis ſupputandi rationibus excogitaſſe primus atque inuexiſſe in Remp. Chriſtianam memoratur. Is, inquam, Ioannes paulò ante vitæ finem anno 1390. Inſigne equeſtre excogitarat, Columbæ effigiem ex aureo torque radiis ſolaribus diſtincto, pendentem, nobilibus, auliciſque proceribus ad præclara facinora Henrici II. aui exemplo, ho- [F] noris ſpecie obiectâ, incitamentum. Cuius generis plura collaria Segobiæ ipſo D. Iacobi feſto die, in vrbis templo maiori ſolemni ritu ex altari arripiens, inter Equites diſtribuit, ſimul & librum conſtitutionum, quibus ſinguli adſtricti eſſent exhibuit.

Inſuper & aliud honoris inſigne, cui Rationis nomen dedit, armigeris & minoris notæ nobilibus, qui in haſtiludiis aliiſque bellicis exercitiis ſtrenuè ſeſe geſſiſſent, certâ hinc gloriæ reportandæ ex re fortiter geſta, hinc beneuolentiæ, gratiæ ac munificentiæ à Principe conſequendæ ſpe, promerendum propoſuerat. Verum morte eius intempeſtiua, quæ in eundem annum incidit, vt *Ioannes Mariana lib. 18 c.13. & Hieron. Romanus lib. 7. de Rep.* tradunt, res priuſquam ſtabiliretur, euanuit.

Militia Ordinis Draconici in Germania et Hvngaria, Tvsini in Bohemia, Diſciplinatum in [G] Auſtria.

Poſt Carolum Magnum, qui imperium occidentale maximâ nominis Chriſtiani gloria reſtaurauit, & in Regum Franciæ familia primò fundatum, ad Germanos, atque adeò Saxone, quod à Regibus Francorum originem ducerent, tranſtulit, id rurſum Lucemburgij ſummâ virtute Principes, per domeſticas calamitates debilitatum, erexerunt, priſtinamque maieſtatem reddiderunt: Henricus nempe VII. & eius nepos Carolus IV. aureæ bullæ conditor, Caroliquę filij Vuenceſlaus & Sigiſm. qui omnes magni nominis Imperatores ſceptro potiti. Quorum poſterior Sigiſm. adeò ſtudioſus fuiſſe legitur magnitudinis Chriſtianæ, vt non ſolum pluſquam vicies collatis ſignis cum barbaris pugnauerit, glorioſiſſimoſque de hoſte triumphos reportarit: ſed & zelo & hortatu eius duo œcumenica concilia vnum Conſtantiæ, alterum Baſileæ, extirpando ſchiſmati & hæreſi validè orbem [H] Chriſtianum, præſertim Hungariam & Bohemiam concutientī, celebrata ſint. Itaque vt Chriſtiana ſacra contra infideles commodius tueretur, ac propagaret, erexit ordinem militum Draconicorum, quos inſigni Draconis deuicti & præcipitati decorauit, teſtandæ extirpationi periculoſiſſimi totius terrarum orbis monſtri, ſchiſmatis ſcilicet & hæreſeos. Cuius ordinis etſi rara apud hiſtoricos fiat mentio, Petrus tamen Beloijus Præſes Toloſanus originibus ſuis militaribus *cap.* 22. teſtatur ſe vidiſſe, diploma an. 1433. quo Baſilius Colalba, Marchio Anconæ in collegiũ ordinis Draconici hiſce verbis cooptarur: Te quem manu propria militiæ cingulo & ſocietatis noſtræ Draconicæ ac ſtolæ ſeu ampriſiæ chariſſimi fratris noſtri Regis Araguoiæ inſigniuimus, &c. Refert & Hieronym. Romanus ex hiſtoria Hiſpanica Regis Ioannis, tempore Sigiſmundi & Alberti Impp. floruiſſe in Germania tres inſignes ordines equeſtres, nec non Moyſem Didacum de Valera Hiſpanum, probatæ fortitudinis equitem ab eodem Alberto, tribus militiæ inſignibus fuiſſe condecoratum: Draconico nempe, tanquam à Rege Hungariæ: Tuſinio vt à Rege Bohemiæ; & collari Diſciplinatum aquilâ candidâ (quæ & Polonorum Regum in campo rubeo teſſera eſt) exornato, vt à Duce Auſtriæ. In rebus Hungariæ fit mentio equitum Hungaricorum, quibus pro inſigni erat crux viridis, in habitu ſeu chlamyde coccinei coloris. Quem quidem ordinem antè annos fermè ducentos contra Turcas Hungariæ finibus incum-

bentes inſtitutum memorat Hieronymus Megiſerus Com. Pal. & Archiducis Auſtriæ Hiſtoriographus in ſuo, quem de Triplici Equitum genere, ſcripſit tractatu. Hungaricorum autem Equitum Crucis inſignia, vti & Templariorum S. Catharinæ S. Stephani, S. Mariæ de monte Carmelo & S. Lazari, Auiſiorumque aliorumque, in ordine recenſebimus.

ORDINES EQVESTRES IN REGNO
Sueciæ.

Quantam olim Reges ac Principes Gothorum de perpetuanda nobili fama ac bellica claritate curam habuere, arma, ſignáque, & clypei horum illuſtribus locis inſculpta, ac poſteris relicta euidenter oſtendunt: habétque Auſtralis Finlandia in magnifico portu Hangoe (locus qui Regibus Sueciæ belli inferendi aut pacis componendæ, quaſi arbiter eſſe ſolet) in cautibus vetuſtiſſima heroum Gothorum ac Suenonum, inſignia, literaro ordine, ſed antiqua ſimplicitate inſculpta. Quod ad res magnas capeſſendas, viſis maiorum inſignibus (quod & Q. Maximus & P. Scipio ſæpius de ſeipſis olim teſtati) vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi ſentirent. His antiquitus pro inſigni erát vt tradit *Olaus Magnus l. 2. c. 25.* duæ virgines coronatæ, aureo veſtitu, ſeſe mutuo in virenti ſylua amplexantes tanquam Dearum nympharum excellentiam in ea regione oſtendentes. Poſteriori verò ætate, Suecorum Principes tribus aureis in campo celeſtini coloris, ob inſcrutabilem Dominiorum amplitudinem, magnifica bellorum geſta, & inexhauſtam metalli vbertatem, vſi fuere: exemplóque aliorum orbis Chriſtiani Principum, militares ordines adſumpto Chriſtiano ſymbolo inſtituêre. Quorum quidem alter torque aureo, quem cœleſtes Cherubim, & Seraphin, & cruces patriarchales, illius inſtar, qualis Regibus Hungariæ à Pontificibus in Regiis inſignibus attributa eſt. Deique effigies exornant, ſplendeſcere inter cætera Chriſtianorum heroum inſignia conſpicitur.

ORDO EQVITVM GLADII ET BALTHEI
Militaris.

Alter in Suecia militaris ordo pro teſſera gladios aureos, militari baltheo inter ſe coniunctos: & acie ſanguinea commicantes (quod iuſtitiæ, & militaris gloriæ, quibus regna fulciuntur, inſigne eſt) prætendit. Seneca enim gladium bonû eſſe dicit, non cui deauratus eſt baltheus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur: ſed cui ad ſecandum ſubtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Et vel ad conſummatam politiam hæc duo requiruntur, Calamus & gladius, puta deliberandis rebus conſilium & literæ; exequendis autem gladius. Inſignia autem quæ gladiferi huius ordinis ſymbolo condecorantur, in clypeo aureo vmbonem fuluo leone rubeſcentem, circum circa tres coronas regias, & totidem campanulas rubeas: in galea verò coronam muralem argenteam, criſtis, ſeu plumis viridis coloris reſperſam binoſque ſupra gallos rubeos in vexillis argenteis decuſſatim poſitis, præferunt. Quæ præclara Chriſtianæ militiæ decora, mutatâ in iis regionibus Religione, in deſuetudinem ferè abierunt.

ORDO EQVITVM SPICÆ APVD ARMORICOS
In Britanniæ Gallicæ Ducatu.

FRANCISCVS I. huius nominis Britanniæ Dux, filius Ioannis V. & Ioannis IV. cognomento Conqueſtoris, primique Ducatus Britannici, in familia Montfortiana (quæ ſeriem ſuam à magno illo Euerardo Mommorantio, & ſtemma ducit) conditoris nepos: quod Reipublicæ intereſſe ſciret, vt ignauos & deſertores ignominioſè puniri: ſic virtute præſtantes viros honore affici, æquum eſſe: Nouum Spicæ ſiue Ariſtæ ordinem militarem, cùm sui memoriæ renouandæ, tum nobilitati Britannicæ decorandæ, anno circiter 1450. inchoauit, cuius candidatos donauit torque aureo: ita fabrefacto, vt ex ſpicis frumenti, aliis alios ſubſequentibus in modum crucis, caudis retrò conuerſis, & nodos venerios, quos ab amoribus nuncupant, conficientibus Spiceam, quaſi Cereris coronam, aut Arualium ſacerdotum referre videretur. Cui præterea in baſi Mus Ponticus, ſiue Alpinus candidus (Armenium nunc vocamus) colliculo viridi impoſitus, duabus catenulis aureis adhæreret: addito Ioannis Conqueſtoris Gallico emblemate *A ma vie.* generoſum vtique incontaminati & ſyncerriſſimi animi exemplar. Eſt enim hoc animal (quod Iulio Scaligero Muſtelæ genus eſt, & ob candicantis pellis raritatem, Gallorum æſtimatione Principum ornamentum nobiliſſimum) adeò puritatis amans, vt teſte Plinio, cum fouearum ſuarum oſtia cœno illi[illegible] inſpicit, ſe potiùs à venatoribus capi [illegible] imò nec ip[illegible] mortem declinet quam eo fœdari malit. Simili elogio [illegible] vſa eſt Anna, non ſemel Regina Franciæ filia nempe Franciſci II. Britanniæ Ducis & Margaritæ Foxianæ, ex Gaſtone Comite Foxenſi, & Eleonora Regina Nauarræ genitæ. Cuius ſymbolum hodieque oſtentat caſtellum Blæſianum, hoc dicto conſpicuum. *Plutot mourir.* Potius mori, quod, idem ferè eſt, cum ordinis huius teſſera *A ma vie*, qui huius Reginæ matrimonio ad coronam Francicam delatus, finem cepit. Anno enim 1555. inter Regem & Ioannem Broſſium, Stamparum Ducem Britanniæ Gallicæ in Armoricano tractu præſidem, tranſactum fuit. Is à Carolo Blæſenſi genus ducebat, qui cum de Britanniæ principatu contenderet opibus Gallicis, fretus, à dicto Ioanne Diocenſi, Montfortij opibus memorabili prælio anno 1305. 11. Kalen. Octob. in Nannetibus cæſus eſt. Ab eo tempore Montfortiani in ea regione rerum potiti ſunt, vſque ad Annam memoratam Franciſci Ducis vnicam F. quæ Carolo VIII. primum, dein Ludouico XII. nupſit, quo ex matrimonio prognata Claudia, primogenita Franciſci I. Regis vxor fuit, adeóque aula paterna Henrici III. & Franciſci Alenconiorum & Andegauenſium Ducis, ſub quo Ludouico Britannia coronæ Regiæ ex ordinum prouinciæ decreto ita vnita eſt, vt nullo caſu ab ea in poſterum alienari poſſet. Cæterum & auctor ordinis in ea fundatione ad Inſignia Britânica Armiinis nigris reſperſa reſpexiſſe videtur: & Robertus Cænalis credit Britanniam Aremoricam ſiue Hermionicam dictam, ab Hermionibus populis, qui ſunt Ripêſes, atque adeò Oceani litorales: ita vt apud eos inualuerit vernaculû nomen *Hermine* ſigno tamen aliunde tracto, nempe ex cauda cândida muſtellæ, per vnicam vocabuli alluſionem. Et hinc etiam amplius contendit Armoricos ex nominis occaſione, qua ſcilicet Hermiones dicuntur, per alluſionem quandam ſibi deſumpſiſſe ea quæ geſtant inſignia, vulgò dicta *Hermines* caudis muſtelarum à natura vrſina, coloris atri in area candida. Namque de fictitio Arturo, atque eius cum gigante in Luteriana inſula confecto duello déque cælitus emiſſis inſignibus vnius tantum auctoris Monumetenſis ſingulari teſtimonio circumferuntur, ab omnibus paſſim auctoribus, pro commentitiis habentur.

ORDO EQVITVM LVNÆ CRESCENTIS APVD
Andegauenſes & Siculos.

Secunda Andium familia, quæ inter alia potentiſſima Chriſtiani orbis dominia, Siciliæ imperio potita eſt, teſte Ioanne Iuuiano, ſignum ordinis Equeſtris in brachio habuit creſcentem Lunam argenteam. Cuius militiæ principatum ſibi ac ſucceſſoribus primus ſumpſit Renatus: Dux Andium, & Rex Siciliæ Neapolis, & Hieroſolymorum, princeps vtique meliori fortuna dignus: ſiue eximiam erga Deum ac patriam pietatem: ſiue animi magnitudinem ſpectes, cum paucis comparandus. Is cum more inter Principes recepto ordinem Lunæ creſcentis in D. Mauritij vrbis Andegauenſis baſilica erexiſſet, perſpectæ virtutis militibus torquem aureum Luna Creſcente (cui axioma illud *Los* vel vt Petro Matthæo Regis Galliæ hiſtoriographo placet *Los en croiſſant*, Carolo VIII. poſtea perfamiliare ſymbolum inſcriptum eſſet) inſignem ſpectabili totius aulæ pompa per quam honorificè detulit. Exinde Paulus Iouius natum credit illud Henrici II. *Donec totum impleat orbem*, quia verè, cum plena eſt, fit æmula ſolis. Ita dicit Franciſcus Modius in Coronatione Henrici II. Et verò quoniam neminem in hoc ſodalitium adoptare fas erat, niſi primum in pugna fortitudinis ſuæ ſpecimen dediſſet, præliorum frequentiam, quibus intarfuiſſet, ex bacillis, qui laciniâ ſuſpenſi ad collum & annulo ſimul inſerti terminabantur, colligere licebat. Eius auctoramenti primi fuêre Ioannes primogenitus Renati Regis Dux Lotharingiæ, & Calabriæ, Vicecomites S. Ballorij & Eſtagij, Bertrandus Beauenſis Dominus, Precignienſis & alij, quorum nomina & inſignia in dicta S. Mauritij baſilica (quæ inaugurationis ſedes eſt habita) conſpiciuntur & gentilitiis colorib. depicta, in archiuis capituli religioſè adſeruari teſtatur Chopinus. Huius porrò ſodalitij Equites, dictante Tilio, omnis fortunæ periculorúmque inter ſe ſocij eſſe tenebâtur, amici certi, adiutoréſque in omnem neceſſitatem, neque armis poterat alter alterum infeſtare. Verum præclariſſima Andium ſtirpe huius Regis morte extinctâ, pariter & nobiliſſimum hoc inſtitutum finem cepit. Quæ cauſa fortaſſis vt ordinis leges ſeu conſtitutiones non facilè reperias, ſiue quod Andegauenſium

hiſto

hiſtoricus omiſerit, ſiue quod Rex tot bellis implicitus, omnia pro nutu concepta,ad finem perducere non voluerit.

Noſtra verò ætate Illuſtriſſ. Marchio de Tyrace ſpectatæ fortitudinis heros, vt ſiculorum & Andegauenſium Principum præclara inſtituta renouaret,quo maior Turcicæ potentiæ fama increbreſceret: eò maiorem gloriam in præſens,nomen in futurum militaribus viris parari, glorioſiſſimæque de Barbaris victoriæ præmium adpeti cenſeret: nouum Equeſtrem ordinem & ſignum militare apud Siculos inuexit. Cui non pauci nobilitatis primates & ſummi ſtemmatis adoleſcentes nomen dedêre; quibus inflammandis inſtituit ille velut pancratium in quo gymnicis certaminibus tyrocinia belli agerent, diſcerentque in ludicra pugna, veram pro Chriſto fortiter & imperterritè pugnare:eáque ratione Turcis quotidie imminentibus, non ſolum ad inſulam inuadendam, ſed Italiam proximam vaſtandam intercludere. De his plura apud Rodulphum Botereum,in magno Franciæ Concilio cauſarum patronum *l.* 2.*ad an*.1595.

Ordo Navalis Sive Cochlearis.

Fuit priſcis ſeculis Francorum gens naualis & pyraticæ artis exercitatiſſima, ſi Latino Pacato,Sidonio Apollinari,ac B. Rhenano credimus,Placuitque genti,vt quamcunq;ſibi regionem vrbis condendæ,quieti deligerent,hoc ſacro nautico honori & antiquitati memorabile ſymbolum nauis ampliſſimæ, dicaretur. Quod quidem eâ ſorte inſignita incomparabilis & Regalis,Pariſiorum Lutetia ſibi vetuſto nomine vel in hunc vſque diem etiam vēdicat,ita ſcribit: *Claud. Paradinus in ſymbolis heroicis*.Neque verò abſurdum eſt,hoc ipſum illos à Gepidis, idem antea quoque vſurpantibus, per Germanicum Oceanum claris, vſurpaſſe:Regeſque deinde Francorum tot tranſmarinis expeditionibus ante alios præcellentes,ſibi quaſi proprium (vti in numiſmatibus S. Ludouici nauis & conchatum inſigni videre eſt) reſeruaſſe, ſodalitiumque ſacræ cuiuſdam militiæ inſtituiſſe, quod nonnulla inſignia duas nigri coloris naues in campo aureo, ſimilemque vnam in galea clypei exhibentia, & priuato cuipiam ordinis Cochlearis Equiti fortè perfamiliaria paſſim oſtendere cernuntur,quibus præterea circumdatum eſt collare aureum,ex cochleis in ſinu ſemilunatum rubei coloris collocatis fabrefactum. Quod nempè Reges ij ſæpiſſimè glorioſiſſimos de Barbaris triumphos reportarint. Imperiique Orientalis ſigna, nocturno illo lumine ſplendentia, eripuerint. Illam enim ſemilunam Turcarum (quod genti ſolenne militiæ ſignum: quaſi Romanis aquila eſt) originem à Byzātinis habuiſſe conſtat, teſte omnis antiquitatis vindice *Iuſto Lipſio*, qui primùm illud apud nobilem virum Augerium Giſlenium Buſquium Legatum Byzantinum, & in aliis nummis obſeruaſſe tradit,*in Epi. Quaeſt. l.* 1.*Cur Luna in labaris Turcarum*.In quotū ſcilicet parte Luna media eſſet,cum inſcriptione Byzantion.Itaque vt Athenienſium noctua,aliarum gentium aliud inſigne fuit,ſic Byzantiorum Luna,quam magnus ille Rex magno Chriſtiani nominis malo, in ſigna ſua tranſtulit ſignum victæ gentis,penes quam Orientis imperium eſſet. De hoc ordine conſulendus Ioannes Feronius qui catalogum ordinum Equeſtrium à Regib.Galliæ erectorum collegit:& ad nobilitatis Franciæ decorem,Principum virorum manibus non indignum reliquit.

Ordo Eqvitvm S. Michaelis apvd Gallos.

Præclarum illum morem, vt proceres torque aureo inſignirentur à Romanis ad Francos traduxit Ludouicus XI. cum vt ait *Gaguinus*,Kalend.Auguſt.An.1469.ordinē D.Michaëlis Ambaſiæ inſtitueret,nouiſque iterum ſtatutis an.1476.Pleſſij augeret: ſymboli loco,ſuos inſigniēs torque aureo,cochleis (quæ Romanis Senatoribus turgentes in lacertis prominebant) inter ſe hærentibus,& D.Michaëlis, cacodæmonem è cœlo deturbantis,imagine appenſa:additoque emblemate *Immenſi tremor Oceani*.Prouocatus vtiq; exēplo patris ſui Caroli VII.cui pro inſigni bellico,huius Archāgeli fuit effigies,cum primitias potiſſimum inaugurationis celebraret Rothomagi, ſumptum: id adeoque ſancitum in ſingulos Reges ab illuſtri, vt aiunt, miraculo, ſeu præſentia D.Michaëlis in prælio ad pontem Aurelianenſem: hoſtes Anglos, vrbemque à dira oppugnatione arcentis ac propulſantis. Initio verò fuit cohors quædam triginta ſex regni procerum, inculpatorum equitum,dicta à D.Michaële, ſocietatis præſide: quibus Rex ipſe primus adnumerari voluit,eodemque quo ordinem inchoauit momento,ſolenni luſtratione XV.Heroas in eundem adſumpſit. Qui porrò huic ſodalitio nomina dant,in verba Principis adiguntur, eoque neminem moueri conſtat,niſi hæreſeos aut proditionis reum peractum, aut ſignorum deſertorem. Quando verò agebatur de aliquo in demortui locum eligendo,non ſuffragiis, ſed tabulis (*ballotas* Veneti vocant à verbo Græco *βάλλειν*)electio fiebat. Quæ obſignatæ in peluim coniiciebantur, quibus à Cancellario numeratis, qui plures tuliſſet in collegium cooptabatur, hac verborum formula à Principe prolata: Te ordo Fratris (ita enim viciſſim ſe appellare ſolent Equites)& ſodalis loco habet,eaque ratione te torque hoc donat, faxit Deus eum diutius geſtes.Deinde in perpetui amoris teſtimonium,ſingulos exoſculatur, iſque mos fuit, in collegium Sodales adlegendi.Eſt & ſuus huic Ordini Cācellarius, Teſaurarius vt vocant caduceator, ſeu fæcialis,cui à D. Michaële nomen eſt,& ſcriba qui equitum præclare geſta litteris & memoriæ perpetuæ mandaret. Eo numero legimus exauthoratum Ludouicum Luxemburgum, vnum ex illis maiorum gentium Torquatis Equitibus,de quo conchyliato honore abrogato,publicè in Grauia Lutetiæ ſumptū̃ ſuppliciū. Moris enim Regibus, munus hoc etiam in externos Principes conferre,in honoris & beneuolentiæ indicium: qui ſi eorum hoſtes velint ſe profiteri,per internuntios torquem remittunt, vt omni ſacramenti religione ſoluti, alteri Principi ſtrenuam operam nauent. Quod ſæpè hiſce noſtris temporibus contigit.Et an. 1559. Philippus Hiſpaniarum Rex Gandaui Equitum aurei velleris concilium celebrans,ordinis torquem Octauio Parmenſium Duci, quem ille accepto à Rege Gallorum conchyliati ordinis inſigni, ſuperiorum bellorum tempore abiecerat, reſtituit. Huius ordinis ſtatuta & leges ex magno conſtitutionum volumine regni Francorum, vt refert *Tilius l.* 2.*de Rebus Gallicis*,mandata ſunt typis,& vulgari lingua paſſim circumferuntur à *Franciſco Sanſouino* & aliis, de quibus conſule *Petrum Matthaeum & Franciſcum Modium,in hiſtoria Ludouici XI.* 5.qui comitia ordinis & ceremoniarum ſolemnia ab Henr.II.an.1548.celebrata,per quam copioſè perſequitur *in Pandectis Triumphalibus tom.* 1. *lib*. 2.

Ordo Eqvitvm S. Georgii in Carinthia.

A Rudolpho Habſpurgenſi,qui primus Imperatorij faſtigij decus in familiam ſceptris, regniſque fatalem intulit: vndecim ex Gente Auſtriaca Imperatores eximiæ omnes maieſtatis numiſmate à Rudolpho II. auguſtiſſimi nominis Principe nuper complexos,numerat Germania. Quos inter Fridericus III. haud poſtremas tulit. Is ad Turcarum Hungariæ, Styriæ, Carinthiæ, viciniſque prouinciis imminentium arma depellenda, Equitum S. Georgij ordinem prudenter inſtituit. Cuius quidem Magiſtro generali regiam ſedem in Milleſtadio,Carinthiæ oppido,amœniſſimo loco deſignauit, & Principis honorem adiecit. Huic & Nouæ ciuitatis in Auſtria Epiſcopum, in rebus vt loquuntur temporalibus, itemque Canonicos ea de cauſa in arcem poſtea tranſlatos: eadémque D.Georgij rubra cruce(,quæ plana & ſimplex gētilicios clypeos occupare ſolet)ſignatos.Et ne quid ad ſplendorem deeſſet,toparchiarum Cranichbergenſium,recens cum familia extinctorum caſtra ac prædia, in vitæ aulæque ſubſidia, liberaliter addidit. Nimirum Trautmanſdorfium,Scharfenecam, & S. Petronillæ prædium: in qua Carnunti vetuſtæ vrbis ruinæ exſtant. Quorum prouentibus non mediocriter adiuti S. Georgij Equites, Chriſtiani nominis zelo incenſi, non rarò virtutis ſuæ contra Selymum,Solymannum alioſque Eccleſiæ hoſtes,fidem fecēre. ☞ *Vide Lazium lib.* 3. *Rerum Viennenſium*.Bernardus item Luceburgius in libello de ordinibus militaribus, memorat ordinem militum S. Georgij ab Alexandro VI. Papa, & Maximiliano Imp. aduerſus Turcas itidem inſtitutum, Cruce aureâ cum corona in circulo aureo pro inſigni attributa.

Ordines Eqvitvm a Svmmis Pontificibus instituti.

Summi Pontifices, quorum auctoritate cæteri toto orbe Chriſtiano ordines militares erecti, vario Equeſtrium virorum collegia inſtituerunt: quæ hiſce ferè titulis celebrantur: vtpote Equites Chriſti.S.Spiritus S.Petri,S.Pauli, S. Georgij, Pij, Lauretani, S.Antonij,Iulij, Lilij,& id genus alij: viri aut de Eccleſia,aut Republica Chriſtiana bene meriti: & quos in album ſuum cooptatos,Pontifices annuo cenſu ſolent honorare & crucis inſignibus colore diſtinctis condecorare.

A

EQVITES CHRISTI.

Chriſti Equites crucem rubram, qualem in Luſitania euiſdem nominis equites fere gerunt, limbo aureo incluſam præferentes, à Ioanne XXII. inſtitutos memorant Franciſcus Taſapha, & Ioannes Conſerius in priuilegiorum mendicantium collectione.

Equites S. Spiritus, qui vulgò in vrbe fratres hoſpitalis S. Spiritus nuncuparentur, cruce candida in veſte, aut chlamyde inſigniuntur. Ioannes item Azorius Equeſtrem ordinem Sanct. Spiritus in Saxia ponit, de quo & *Nauarrus de regul. conſil.* 70. Anno 1520. Leo X. inſtituit collegium militum S. Petri aduerſus Turcas, communes Chriſtiani nominis hoſtes, vti Alfonſus Ciaconius in Pontificum & Cardinalium hiſtoria commemorat: quod idem feciſſe ſeu confirmaſſe traditur Paulus III.

Et Poncetum quendam poſt varias peregrinationes ad vr-B bem venientem, à Pontifice S. Petri torque donatum, tradit Aug. Thuanus: & Franc. Schottus, S. Petri & S. Pauli Equites in Itinerario ſuo Italiæ recenſet. Paulus vero Merula Coſmographus CCCC. S Petri Commilitones: S. Pauli CC. in familia Pontificis degentes enumerat.

S. Georgij Equites ab Alexandro VI. inſtitutos narrat *Bernardus Lucemburgus, in libro de armorum militiarum myſterys:* quibus Crucem auream cum corona in circulo aureo pro teſſera attribuit.

Pivs IV. P. M. Equitum ſodalitium, Pij appellatorum anno 1560. inchoauit: adeoque cenſu opimo dotauit: & Vrbem domicilio attribuit. Numerus primum 375. Equites habuit ad 535. deinde auctus, teſte Ciaconio. Qui ferè cum ſeculares ſint, primò equites aurati à Pontifice creari ſolent, nonnulli etiam Comites palatij Lateranenſis, cum poteſtate creandi doctores in omnib. facultatibus, & notarios publicos, legitimandi ſpurios, & alia pro arbitrio ſtatuendi. Inſigni item Apoſtolicæ ſedis priuilegio cautum, quo pios iſtos Equites C aliorum quorumcumque Principum equites, nominatim Imperiales, & S. Ioannis, ſiue Melitenſes, præcedere voluit. Suntque ij domeſtici familiares ſeu Papæ, vt vocant commenſales, qui eum in publicum prodit conopeum, ſiue thronum, quo Papa ſuffertur, cum cæteris Principum legatis, geſtare tenentur.

Xystvs V. qui Lauretanam D. Virginis celeberrimam ciuitatem, in Epiſcopalem, & Eccleſiam in cathedralem erexit, ducentorum Lauretanorum equitum ordinem inſtituit, anno 1586. Pontificatus ſui quarto, qui poſtmodum, vti tradit Alfonſus Ciaconius, alios ſexaginta adiecit.

Eſt & aliud Romana in vrbe genus Equitum S. Antonij appellatorum, qui plerumque ſunt natione Galli & quamuis gladio minimè accingantur, Equitum tamen numero cenſentur, crucemque cæruleam in chlamyde, quam commiſſam vocat Lipſius, quæ forma examuſſim eſt in T. litera, vnoque ore omnes cum cruce componunt, præferunt.

Adſtiunnt etiam picturæ, in quibus paſſim hodie videas D D. Antonini vetuſtiſſimi monachi penulæ, & manni aſſui, aut imponi hanc crucem. An quia Ægyptius ille vir; quibus iam olim notum & inter ſacra hoc ſignum? Certè in obeliſcis, qui inde Romam vecti, ſculptum ſic vidiſſe ſe teſtatur Lipſius: cum annulo tamen, vel anſula per ſupernè, nec ſatis ſolidè ſe ſcire, ad quam rem aut vſum. In penula autem & veſte monachorum Crux, imò & cruces fuère, ſi rectè capimus Nicephorum Gregoram: qui ſic de Andronico Imperatore monacho nouello: Supernè rubrum prætulit diuinæ crucis ſignum, infernè nigrum. Duas diuerſi coloris cruces videtur dicere, niſi tamen vnam intelligit ſic diſtinctam. Quod manu autem tulerint, hodieque in Æthiopibus ſiue Abyſſinis ille mos ſit, vt auctor *Damianus à Goës in illorum rebus. Et Ioannes Metellus in ſuo ſpeculo orbis terrarum*, adſtruit, Æthiopes, ſeu Abyſſinos, qui Presbyteri Ioannis, (vt vocant) imperium agnoſcunt: habere religionem militarem, quæ ſub protectione eſt Sancti Antonij. Ei vnuſquiſque nobilitate clarus paterfamilias, ex tribus vnum filium, excepto primogenito deſtinare poteſt. Ex his ſeliguntur XII. Equitum millia, qui Regi excubant. Finis huius religionis eſt imperij fines defendere reſiſtereque hoſtibus fidei, Ioannes item Azorius, vbi de Militibus agit, meminit Equitum S. Antonij Viennenſis, in Gallia, & extra Galliam

Sed de præcipua ipſa nota crucis, dignum aliquid notâ Eccleſiaſticæ noſtræ hiſtoriæ prodiderunt, *Ruffinus*. Signum

E hoc Dominicæ crucis inter illas, quas dicunt *iερατικὰς* id eſt ſacerdotales literas habere Ægyptij dicuntur, velut vnum ex ijs, quæ apud illos ſunt litterarum elementis, cuius litteræ ſeu vocabuli hanc aſſerunt eſſe interpretationem *Vita Ventura*. Quam & ſignificationem dat *Sozomenus*, & idem *Suidas*. Atqui & lingua argumentum petit *Lipſius*, ſed noſtrâ, quod Belgæ hodie bacillos, in hanc formam, quos ægrorum brachus ſuſtentaculum ſubiicimus, vocent ipſa Latina voce *Crukas*, & litteram & Crucem T. nobis repræſentent.

De inſignibus vero militaribus, qua Pontifices Maximi Principibus deferre conſueuerunt, adeundus *Stephanus Pighius*.

Symbola Et Orig.

ORDO CRVCIS BVRGVNDICÆ IN REGNO THVNETANO.

F Carolvs V. immortalis gloriæ Imperator, & omnium retro Principum, qui virtutis via ad imperium contendere, exemplar lucidiſſimum: Cum memorabili illa expeditione Africana, regnum Thunetanum Muleaſſis imperio expulſo Hariadeno Ahenobardo reſtituiſſet: paludamentum, quo Tunetem victrici pompa ingreſſus eſt, Burgundicam crucem (ea enim in bellis vſus, aut faſcia punicei coloris decuſſatâ, quod & Burgundicæ domus inſigne contra Saxonem dimicaturus geſſit) fortè referebat. Quo inſigni, vt erat animo regio qui beneficiis, de quocunque hominum genere benè mereri ſtuderet: primarios quoſque proceres virtutibus non minus quàm gentilitiis imaginibus clariſſimos, ob præclaram de barbaris partam victoriã, donauit ipſo B. Magdalenenæ ſacro die: anno 1535. hora die decima, Mercurij, nempe vt à curioſis obſeruatum tradunt. Cuius ſcilicet planetæ figura in equeſtri illa teſſera ab vna parte expreſſa conſpiciebatur: ab altera vero dicta Crux Burgundica, adiuncto chalybi igniario, ſcintillas ex ſilice extundente, & in ſcriptione *Barbaria*. Quo nomine vulgò nuncupatur omnis illa ditio quã regnum Thune- G tanum (eo enim Cheriſij potentiſſimi vtriuſque Mauritaniæ, Maroci, & Feſſæ, expulſis Merinenſibus poſtea potiri ſunt) continetur. Teſtimonium vtique eximium nunquam interituræ gloriæ, quod tam fortium virorum opera nationes illas barbaras ſubiecíſſet. Quod verò de Cruce Burgundica, quam & Andreanam vocamus, ex duobus baculis decuſſatim coniunctis dicitur, non dubium eſt, id eſſe vetus ſignum Crucis Sancti Andreæ, quem gens Burgundica patronum colit: & cuius ſe clientem hac teſſera profitetur, legatur *Gretſerus tom. 3. libr. 5. cap. 1. Molanus lib. 3. de Imag. cap. 55.* Qua & vſum ferunt Ioannem Intrepidum, qui Ambianum vocatus, à patruo Biturigum, ac nepote Andium Duce, bellum ciuile inter Aurelianenſes & Burgundiæ ſ[illegible]pice conantibus: ſupra forum vbi diuertebatur, limen ſuperum, in modum Burgundicæ Crucis, duas collocari iuſſit tranſuerſas haſtas: hanc ferrea acie rigentem: alteram obtuſa cuſpide innoxiam: ſignificans bellum, pacemque ſe proponere: H eligerent, quod luberet. Quod idem crucis ſymbolum Ioannem in Franciam reuerſum prætuliſſe paſſim teſtatur Petrus Matthæus *in hiſtor. Ludouici XI. lib.* 1. Carolus item Pugnax Ludouicum XI. Crucem Burgondicam in armis ferre, adeóque ſigna ſua in Eburones ſequi coegit. Sed cur baculis decuſſatim poſitis, & truncatis, vt vocant, ramis, crucem hac exprimant Principes: non autem lignis dolatis, è qualibus cruces fieri ſolitæ: Credunt id factum, poſtquam Duces Burgundiæ, cœperunt eſſe Brabantiæ Duces, ac per hoſce baculos ſignificare voluiſſe, ſe ſuccedere veteribus illis Carolo Magno, Pipinis ac aliis Franci ſtemmatis principibus, quorum in Landen, in Herſtal, & à Principio in Stockheim genus floruit. Alij, quos audire memini, & videbantur logol ex antiquariis, incrementum hoc cepiſſe autumant tum demum, quando ſtemma Auſtriacum eſt vnitum Borgundico. Verum enim conſtat cognomen familiæ Maximiliani I. & maiorum eius fuiſſe Vanden Stock, vt antiqua diplomata ab his ſignata prætendunt.

Truncatos autem & è lauro ſæpius fuiſſe baculos cum erumpentibus flammis (quod ij inter ſe colliſi, *teſte Plinio*, ignem reddere ſoleant) docent tabulæ *Petri Memens* Equitis S. Sepulchri: qui victricia Caroli V. arma, non minus cum ventis, quàm barbaris ipſis conflictata ſecutus, Tunetanæ & Algerianæ expeditioni interfuit. Quo factum, vt

Imper.

A Imper. eidem ob egregia in Burgundicum nomen merita, nauatæ fortiter operæ præmium, ad gentilitia maiorum inſignia (quæ ſunt decem cubi ſeu ſcaci argentei, nigrique alternatim variati, & caput caninum in galea eiuſdem colo[ris] in inferiori ſcuti parte aurea Crucem Burgundicam ſiue S. Andreæ (diplomatis verba ſunt) viridis coloris truncatis ſeu mutatis vtrinque ramis deferendam, & poſteris tranſmittendam dederit, aliiſque militaribus donis ornauerit. Quod vero ad ignitabulum attinet, referunt id ad Philippi Boni parentem, ipſumque Philippum Aurei Velleris baltheo decorando, idem poſtea adſumpſiſſe. *Petrus* item *Matthæus in hiſtoria Ludouici* Vndecimi dicit ſpolia ſeu vexilla, quæ infelici illa Caroli Audacis ad Nanceium pugnâ, in eius Regis manus deuenêre, igniario ad duos ſtipites adfixo fuiſſe nauata. In nonnullis autem Burgundicorum gentilium ditionibus publicè videre eſt emblemata ſiue ſymbola aulæis, aut ædium ſacrarum feneſtris vitreis expreſſa, vbi ſignorum loco ſunt aliquot ſilices B igniarij & cardui ſiue alterius pungentis herbæ ramuli cum apophthegmate, *Nul ne s'y frotte*, quaſi dicerent, & illud Regum Scotorum, de Cardui ſymbolo: Nemo me impune laceſſit, aut ſuſtine & abſtine: Eſtque penes me antiquum à quodam Burgundico procere de Nobilitate & gentilitiis inſignibus conſcriptum autographum, dicto emblemate. *Nul ne s'y frotte* ſignatum. Et *Ob de Bourgone*, & iterum *Nul ne L'approche de Bourgone*, in fine libri ſubſcriptum Videtur itaque antiquitus ſolis ſilicibus igniariis ſymbolum Burgundicum conſtitiſſe, minax & cladis indicium, ſi quis impeteret Burgundos: poſteaque addita fuiſſe ferramenta chalybea igniaria, maioris etiam terroris ac perniciei ſignificandæ gratiâ: ne chalybe quidem domandum ſilicem, ſi affricetur: ſed ignem erupturum qui vicina inuadat: verum in armorum regibus, quorum id munus, diſcutiendum relinquo. Ad ſacra enim potius referendum exiſtimant. Vti enim diuinus ille genius, petram, cui ſacrificium Gedeonis impoſitum erat, virgula C ſua percutiens, ignémque eliciens, holocauſtum conſummari fecit: eodem prorſus diuini cultus amore, & auitæ contra hoſtes tuendæ Religionis, nec non eximiæ in patriam charitatis zelo Principes Burgundicos duci debere teſtatus eſt Philippus Bonus: cum ferrum illud & petram ſaxeam, cum vellere Gedeonis, intactæ ſcilicet Virginis matris ſymbolo: ordini ſuo militari decorando attribuit.

ORDO EQVITVM S. STEPHANI IN ETRVRIA.

Cosmvs Medices Florentinorum Dux ingentis animi & profundæ prudentiæ princeps, qui potentiſſimi tota hodie Italia imperij in ea familia confirmati, fundamenta iecit. Cum rebus ſuis firmandis, & Senatum vrbi, ſuperiorum temporum incuria ac belli recentis ruinis deformatæ, curam non ſegnem impendiſſet: eodem ferè tempore, quo ordo Liuonicus extinctus eſt, vt felicis ad Marcianum prælij, quod eius fortunis, oppreſſis etiam libertatis vindicibus, D velitri in Etruria fundauit, memoriam renouaret: & eadem opera littus Tyrrhenum à Turcarum & pyratarum excurſionibus tueretur, claſſemque ad expeditiones contra Mahumetanos ſuſcipiendas, non ſolum rebus neceſſariis, ſed & hominibus rei maritimæ gnatis optimè inſtructam haberet, & imitationem, inquam, Hieroſolymitani ordinis, an. 1560. Militiam S. Stephani Pontificis & martyris, quod pugna Marciana III. Non. Sextilis, qui dies ei ſacer eſt, incidiſſet, ſtatutis ac legibus quæ à Franciſco Sanſouino recitantur) conditis inſtituit, vt à Pio IV. confirmaretur, impetrauit, qui & complura priuilegia militaris illius collegij ſodalibus indulſit, diplomate ea de re Non. Quintilis condito. Atque inter alia, vt milites coniugati ac etiam bigami penſiones annuas vſque ad CC. ducatorum ſummam ex ſacerdotijs percipere, atque ad alias ſacras perſonas transferre: Item vt de bonis tam fundi quàm mobilib. quomodo & vndecumq; quæſitis liberè teſtari, etiam inter ſpurios & illegitimos filios poſſent, quartâ eorum ordini ſeruata. Huius militiæ ſibi ac ſucceſſoribus ducibus, principatum ſumpſit Coſmus, cum poteſtate legibus à ſe conditis, addendi, detrahendi, abrogandi, & interpretandi: quâ ipſe & filij eius poſtea vſi ſunt, templumque Equitibus ac domicilium Piſis attribuit. Pro inſigni autem geſtant crucem rubram Rhodienſium cruci neutiquam diſſimilem, at prætexta aurea ornatam. Suntque inter eos vti & apud Me-

litenſes, & Hiſpaniæ milites Spadiferos præter Equites etiam Sacerdotes, itemque Seruientes, vt nuncupant, & Donati, aliquo tamen diſcrimine: Donati enim non quadrimembrem, ſed trimembrem præferunt crucem, ſuperiore ſtipite ſublato, Melitenſium ferè inſtituta ſequuntur, etſi viuant ex præſcripto regulæ S. Benedicti, quod addit Paulus Moriſus & à matrimonio non arceantur, caſtitatem nempe coniugalem ſolummodo profitentes. E

ORDO EQVITVM SANCTI SPIRITVS.

Tredecim Francorum Reges Chriſtianiſſima protulit Valeſiorum familia, nec non ante nouum aſſumptum cognomen & trecentis continuis anni Gallici imperij habenas feliciſſimè moderata eſt, ac per ſecundum, tertium ac quartum natu filios, Andium nimirum proceres, quorum virtus & ingenium ad imperia natum videbatur, gubernacula regni Angliæ, Siciliæ, Neapolis, ac Hungariæ diutiſſimè tenuit. F Ab eo denique tempore, quo Hugo Capetus eius gentis conditor, regio inſigni potitus eſt nullam Capetici ſanguinis familiam tandem variis nationibus, quam Valeſiorum præfuiſſe comperiemus. Quod nomen non fuit ex primaria aſſignatione, cum hæc ſtirpe communicatum: ſed præcipuum fuit nomen eius Aurelianenſe: Sic & Ludouicus XII. Franciſcus I. & poſteri Valeſiorum cognomen tenuerunt. Poſt Sanctum enim Ludouicum, Principum Francorum minores natu filios, aut ex regnis & dominiis accedentibus: aut ex legibus matrimonij, varia ſibi vſurpaſſe cognomina, variaſq; inde diuiſas manaſſe ſtirpes, tradunt Gallici annales. Eæ ferè ſunt: Borbonia, Valeſia, Eboracenſis, Alenconia, Andia, Burgundica, Biturienſis, Aurelianenſis, ex qua proceſſit Comitum Angoliſmorum progenies: quib. omnibus extinctis, tranſlatâ in Valeſiam familiam regni ſucceſſit, Deus Henricum III. Valeſium poſtremum ſupereſſe voluit, qui nouis auſpiciis imperium ad Borboniam feliciter hodie regnantem, tranſmitteret: G æternumque pietatis Chriſtianæ, & Regiæ magnitudinis monumentum poſteritati relinqueret. Is n. tot palmarum Imperator tot reb. geſtis clariſſimus, reiectis omnibus competitorib. ad Poloniæ regnum potentiſſimum, ipſo die, quo in Apoſtolos ſacrum flamẽ cœlo igneſcentibus linguis dilapſum eſt (& quo eundẽ natũ ferunt) honorifice vocatus. Eodemque; rurſus anni inſequentis feſto, quo & Carolus IX. frater humanis exemptus eſt, Gallico imperio auctus, obſoleſcente conchyliato ordine, ob communicatum permiſcuè indignis hominibus, nouum Equitum collegium à ſe inſtitutum, ac nomine S. Spiritus (cuius numini omnes actiones & conſilia, fortunatiſſimis & glorioſiſſimis aucta ſucceſſibus referebat) nuncupatum, ſolenni luſtratione prid. Kalend. Ianuar. celebrauit Pariſiis, in Baſilica Auguſtinianorum Eremitarum: moriſque inde receptũ eſt, vt inaugurationis initium ducatur vltimâ die anni deſinentis à priuilegiis ſerotinis in dicto cœnobio: altera, quæ annum renouat, inauguratio peragatur: Cuius formula digna, quæ his ſuis, conceptiſque verbis referatur. H Ordo (præfatur Rex, ſummus Magiſter) hoc te paludamento ſui fraterni contubernij inuoluit, ad propagationem & columen fidei orthodoxæ, & Catholicæ Religionis (exinde torquem ceruici imponens) Manu Regia, noſtræ militiæ teſſeram accipe, ſacri Pneumatis torquem, ſit tibi in iugi memoria ſeruatoris Chriſti paſſio, cuius ſymbolum, crucem veſtibus inſuendam tibi præcipimus, annuat Chriſtus, ne quam fidem votis & ſacramento oppignoraſti, fallas: ſi ſecus feceris, ex albo militiæ expunctus indictas decretis ordinis pœnas experieris. Centenario numero abſolutum collegium, in eo comprehenſis, Rege ordinis principe, IV. Cardinalibus, IV. Antiſtitibus Eccleſiaſticis, magno Eleemoſynario, Cancellario, Præfecto ceremoniarum, Magno Theſaurario, Graphiario, Feciali, Oſtiario, Commendatorũ nomine dicti Equites, quod ab initio conſtituiſſet Rex ex opimioribus cœnobiis, detractis ampliſſimis vectigalibus, commendas ad Hiſpanienſium exemplũ creare, conſilio ante quadriennium à Cardinali Lotharingo, ſtatim atq; in regnum venit, ſumpto; quo mortuo, Rex apud Pontificem crebrò per oratores ſuos egit, vt cœnobiorum bona, commendis illis, auctoritate ſua interpoſitâ, attribui pateretur: nam eum ordinem ad Religionis Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ amplificationem, & ſectarij veneni extirpationem inſtitutum eſſe, idque Equitum præcipuum inſtitutandum eſſe. Quod cum re-

A clinante ſacro ordine impetrare non potuiſſet, nomen nihilominus manſit. Equites S. Spiritus commendatores, ſtatutis (quæ in vnum volumen à Barnaba Briſſonio Parlamenti Lugdunenſis præſide congeſta ſunt) Decembri proximo promulgatis, appellati ſunt: vt ea eo quid Regi ab initio conſilij fuerit, poſteris conſtet, videantque qui poſt nos erunt: ne, quod ab ipſo tunc fruſtra tentatum eſt, ſub ſucceſſionibus eius exitum aliquando ſortiatur. Singulis porrò Equitibus pallium nigrum holoſericum, liliorum florib. flammis, aliiſque ea auro & argento heroicis notis intertextum attribuit, & torquem aureum ex liliis, flammarum congerie circumdatis (quibus Henricus IV. caſſides aliaque Victoriarum trophæa addidit) tribuſque diuerſis marbeſcos ſignis elaboratum: cuique Melitenſis formæ crux, columbam præferens, adhæreret, inaugurationis ſolenni die geſtandum adiunxit. Cæteris vero feriis, lutei, ſeu crocei coloris crucem holoſericam veſtibus adſutam: in bello verò argenteam; alia inſuper collo innexa pen-
B ſili cærulea faſcia. Quæ omnia ea moderatione princeps inſtituit, vt antiqua D. Michaëlis ſolennia è faſtis non eraderet: nam etiamnum torqui militiæ ſacri pneumatis adduntur. Et qui vtriuſque militiæ candidati exiſtunt, ex vno latere conchyliatam teſſeram, ex altero vero columbam prætendunt: atque in Rituali Henricianæ inſtitutionis indictum, vt poſtridie quam torques maior ſacri flaminis imponatur, D. Michaëlis minor ſuſcipiatur.

ORDO EQVITVM SACROSANCTI SANGVINIS REDEMTORIS IESV CHRISTI apud Mantuanos.

VINCENTIVS GONZAGA Mantuæ IV. & Montis ferrati II. Dux, nequid ad ditionis Mantuanæ antiquitatem ac venoſtatem deeſſet, in nuptiis filij ſui Franſcici, cum Margarita Sabauda, Caroli Emanuelis & Catharinæ Auſtriacæ Sabaodiæ Ducum filia anno CIↃ. IↃCVIII. celebratis, Religioni orthodoxæ in primis tuendæ ac propagandæ, illuſtre viginti
C Equitum collegium Paulo V. Pon. Max adprobante inſtituit. In honorem, ioqoam Sacroſancti ſanguinis Redemptoris noſtri IESV Chriſti, cuius guttulæ aliquot vt habet *Martyrolog. Rom.* 15. *Martij & Facius lib.* 3. *Cant.* à S. Longino Centurione & martyre, vt traditur collectæ, Mantuæ in D. Andreæ baſilica cum parte Spongiæ Dominicæ eiuſdémque Apoſtoli reliquiis, magnâ religione adſeruantur. Harum enim guttularum numero ternario expreſſarum notas cum inſcriptione: NIHIL ISTO TRISTE RECEPTO, ordinis teſſeram conſtituit. Intemeratum ſcilicet Redemptionis humanæ pretium, balteoque ex telis aut virgulis aureis, valido ligamine connexis, ignique ſuperimpoſitis, alternatim intererrante ſententia, ex Pſalmo Dauidico LX. deſumpta, *Domine probaſti*, adiunxit: Quo quidem nobiliſſimo ſymbolo infractum reb. aduerſis animum, fidem, concordiam inuiolabiliter ſeruandam commilitonibus propoſuit, iuxta illud Ouidij:

Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum:
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Baltheum illum equeſtrem ipſe Vincentius Dux, filio Fer-
D dinando S. R. E. Cardinale tradente, in palatij ſacello, feſto Pentecoſtes die, primus accepit, & vetuſtis Gentis Gonzagæ inſignibus (quæ Sigiſmundus IV. Imp. cum Ioannem Franciſcum primum Mantuæ Marchionem in D. Petri foro, ſuo ipſe ore 10. Kal. Octobris 1433. pronontiaſſet, quatuor aquilinis pullis nigris, candido in clypeo, ad crucem rubram, hinc inde ſparſis exornauit) rei & magnitudini poſteris teſtandæ gratiâ adiici voluit. Idem Cardinalis auctoritate Pontificis parentem ſuum ordinis eius Principem renuntiauit. Eſtque is honos ad ſucceſſores vnâ cum imperio æternum trãſiturus. Dux porrò ſacris ſolemni ritu peractis, in D. Andreæ Baſilicâ Franciſcum filium natu maiorem, & viros inſuper quatuordecim nobiliſſimos equeſtri ſuo collegio adſcripſit, ſingulóſque torque aureo, quem ordinis dixi teſſeram, donauit. Horum nomina ne poſteritas ignoret pete ex Friderici Follini triumphis, Italico ſermone conſcriptis, & ex Originibus Equeſtribus Auberti Miræi viri ſcriptis & legationibus pro Repub. Chriſtiana ſuſceptis, clariſſimi.

EQVITES APVD TVRCAS ET INDOS.

Fuit apud Turcas & barbaros receptum Militaris honoris auctoramentum; quo titulo Selymus II. Turcarum Imper. Gentilem Belinum, ob inſignem in arte pingendi excellentiam, Conſtantinopolim euocatum in Equeſtrem ordinem cooptauit, & inſigni torquis aurei donauit. Verum an Chri- [illegible] at inſideli creatus eques pro[illegible] E
[illegible] videtur *Franciſcus* [illegible].

P[illegible] Chriſti[illegible], infideles [illegible] honor[illegible] d[illegible] c[illegible] tamque ſe auctorem comperiſſe ad[illegible] *Hieronym. Zurita, libro ſecundo, Rerum Aragon.* qui prodiderit [illegible] Iacobi 14. Aragoniæ Regis legatum, miſſa [illegible] Alexandriæ celebratis, Babyloniæ Soldani filium, pa[illegible] militari cinctum auctoramento, Regis Aragoniæ nomine decoraſſe, vt narrat *Anton. Beuter. lib.* 2. *cap.* 43.

Sic Ferdinandus cognomento Sanctus, Mahometem expeditionis contra Hiſpalim ſuſceptæ Comitem, capta vrbe & Equitem creauit, & inſignibus Caſtellæ cum duobus ſerpentum captibus donauit, quæ Granatæ Reges deinceps ſeruarunt cum antea claues cyaneas in ſcuto argenteo, Reges Andaluſiæ pro inſignibus geſtatent: eaque re ſignificabant ſe Gadium, & tractus maritimi potentes, quaſi claues propagandi, per occa- F
ſum imperij in poteſtate habere. Claudius etiam Faucetus in originibus ſuis Gallicis, citat librum cæremoniarum, quibus Hugo Taborius Eques regni Hieroſolymitani vſus traditur, cum Saladinum Ægypti Soldanum, decus militare expetentem, equeſtri cingulo adornaret.

In Americano noui orbis tractu, qui nouæ Hiſpaniæ nomine indigitatur, *Tecuytlorum* equitum militiam in honore habitam tradunt rerum Indicarum ſcriptores, & inaugurationis ſolennia à magno Sacerdote celebrari ſolita, eo fere ritu; vt Sacerdos tyroni nares, tygridis oſſe, & aquilæ roſtro acutiſſimo perforaret, quo tygridum & aquilarum inſtar, ferociâ & fortitudinis in bellis aneſtate doceretur.

In regno Peruuiano Equites ſunt vulgò *Orejones*: quos Auriculares dicas, appellati: & quos ex primariis Regiæ ſtirpis ſatrapis (*Ingos* vocant) eligere ius erat. Apud hos tenerrimas aurium partes perforatas, & bacillis ſiue annulis aureis onuſtas, prætendere, ſummum habebatur equeſtris dignitatis ornamentum. Vti & apud Europæos aurum in auribus geſtare, G
nobilitatis decora ſunt. Adeò vt & ipſi Hiſpani nobiles, quos alti ſanguinis ſtemma non decoraret, ſtigma iſtud articulate, & notam equeſtrem non recuſarent: qua ſuſcepta, aliud nomen etiam aſſumere ſolebant. Quæ omnia fuſius apud Hieron. Romanum in Repub. mundi reperias.

Nec mirum apud Barbaros illos eiuſmodi ſtigmatum veſtigium extitiſſe, cùm & apud Chriſtianos dudum in vſu fuerit, vt rectè notat *Lipſius in Militia ſua Romana*, & *Philippus Leydenſis Conſiliarius Guilielmi Comitis Hollandiæ, in Republica cura & ſorte Principatus*, ubi ait. Quatio, ſtigma id eſt nota publica, imponitur brachiis iſtorum militum, vt ab aliis cognoſcantur, *C. de Fabri lib.* 3 *lib.* 11. Et ſic quaſi conueniunt in hoc cum ſpiritualibus militibus, qui in capite ſignantur ad differentiam laicorum, *D. Auguſtinus epiſt.* 1. appellat Regium hunc characterem, & *Chryſoſtomus Homil.* 3. *in* 2. *ad Corinth.* Sicut militibus ſignaculum, ita fidelibus ſpiritus imponitur, & ſi ordinem deſerueris notus omnibus fias. H

☞ *Vide nonnulla horum recenſita à Theod. Zuingero, & in medium adducta in loco de militia. Tit. Diuiſio, § milites ſacri in hoc Theatro. Quæ quia paulo aliter diſponuntur, & aliorum Auctorum ſcriptis nituntur, vt varietate delectent, non eſſe delenda indicauimus.*

INSTITVTIO ORDINIS EQVITVM MILITIÆ CHRISTIANÆ, FACTA A DVCE Niuernio, anno MDCXX.

Sequuntur ſtatuta Ordinis Equitum militiæ Chriſtianæ, ſub titulo B. Virginis & S. Michaëlis, inſtituti à Carolo Gonzaga Cliuenſi, Duce Niuernino & Retelenſi, Patricio Franciæ, &c. & Adolpho, Comite Althamenſe, &c. Olmuzij, metropoli Morauiæ, die Sabbathi, 27. Nouembr. 1619. & poſtea recepti & aſſumpti Viennæ in Auſtria, die Veneris 8. Martij 1619. à multis Principibus & dynaſtis diuerſarum nationum in eum finem congregatis.

1. Hic ordo pro baſi habet duo præcipua Legis diuinæ præcepta, *Amare Deum toto corde & totâ animâ: & proximum ſicut ſeipſum.* Scopus ipſius eſt, pacem & concordiam inter Principes & populos Chriſtianos ſancire, & ex infidelium manibus eripere eos, qui ab illis opprimuntur.

2. Omnes Eccleſiaſtici & Laici, cuiuſcunque nationis, in hanc

A hunc Ordinem recipi poterunt, modo iis, quæ ſequuntur, qualitatibus ſint præditi.

3. Prima eſt, vt Candidatus huius Ordinis ſit vita & moribus probus, inculpatus, nulla infamia notatus, [illegible] ſa cultates, quas haberet, obæratus.

4. Altera vt ſit legitimo matrimonio procreatus, [illegible] filiis naturalibus Imperatorũ, Regum & Princip[illegible].

5. Tertia, vt probet, ſe nobili genere natum, v[illegible] quartam generationem, aut demonſtret, ſe aut patrem ſuum ſupremum militiæ ducem fuiſſe, aut aliam eminentem dignitatem ſuo merito & virtute obtinuiſſe.

6. Quarta, vt annum ætatis duodecimum compleuerit, antequam in hunc Ordinem admittatur, & decimum octauum, antequam aliquod munus ipſi committatur.

7. Hic ordo conſtabit capite, duodecim cœnobiarchis, ſeptuaginta duobus crucigeris, magnæ crucis, commendatoribus & Equitibus.

B 8. Quoniam fundamentum & ſcopus modo dicti Ordinis deſiderium in quibuſdam præſtantibus & fortibus viris excitare poterit eum capeſſendi, quibus forte deerunt certa & indubitata ſuæ nobilitatis documenta, illi in armorum ſocietatem recipientur, modo aliis, quæ requiruntur, qualitatibus inſtructi ſint, neque quidquam commiſerint, quod Ordini deroget: atque etiam ſuis meritis & officiis Ordini præſtitis ex gratia ad maiorem dignitatem peruenire poterunt.

9. In hoc ordine diuerſa officia conſtituentur, quorum aliqua Crucigeri magnæ crucis, alia Commendatores & Equites, quædam fratres ſeu ſocij armorum, ſecundum officiorum illorum dignitatem exercebunt: prout ſpecialius determinabitur in primo Capitulo generali, quod intra triennium celebrabitur, eo loco, de quo inter ipſos conueniet, & qui aptiſſimus videbitur ad electionem ſupradicti Capitis, & aliorum præcipuorum Officialium Ordinis.

C 10. Qui ſeſe offerent, vt in hunc Ordinem recipiantur; In eum tanquam Equites admittentur, vt poſtea ad alias dignitates euehantur: nihilominus donec capitulum generale fuerit conuocatum, recipi poterunt cœnobiarchiæ, Crucigeri magnæ Crucis & Commendatores, vt Ordo iuris dignis, qui illa munera adminiſtrent, compleatur: ſed poſt illud Capitulum generale nemo, quamuis eminenti loco conſtitutus, aliter quam per gradus modo dictos in eum cooptabitur.

11. Recipiendos in hunc Ordinem, poſt factam exhomologeſin, in templum aut ſacellum à duobus ſenioribus Ordinis, qui in eo erunt, introducetur, & in genua prouolutus, ſine gladio & pallio ab iiſdem coram eo ſiſtetur; qui Ordinem ipſi conferendi poteſtatem habebit; qui prius ſacramentum, cuius formula ad calcem horum ſtatutorum ſubiicietur, ab ipſo exiget: deinde habitum infra deſcriptum, gladium & Crucem ei dabit, ipſumque amplectens dicet, Recipimus te in Ordinem Equitum Militiæ Chriſtianæ, ſub titulo B. Virginis & S. Michaëlis, vt ipſorum interceſſione S. Trinitas te confirmet in gloria nominis ſui, ad pacem Chriſtianorum, & libe-

D rationem eorum qui ſunt oppreſſi ab infidelibus, Amen:

Quo facto Eques ſurget, & duos, qui ipſum comitati ſunt, amplectetur, deinde cæteros omnes Ordinis ſocios, qui aderunt: & à duobus illis ad altare ducetur, vt Miſſam religioſè audiat, & illa dicta communicet.

12. Hic Ordo pro inſigni habebit duas Cruces, vnam auream, cæruleo colore pictam, ad cuius latus vnum erit imago B. Virg. Dominum noſtrum ſul brachij geſtantis, ad alterum S. Michaëlis: atque hæc crux collo geſtabitur faſcia ſerica cærulea, & auro tres digitos lata, tam à Crucigeris magnæ Crucis & Commendatoribus, quam Equitibus: alteram ex holoſerico cæruleo, aureo intexto: in cuius medio erit imago B. Virginis, radiis aureis circumfuſæ, duodecim ſtellis coronatæ, Dominum noſtrum brachiis & ſceptrum dextra tenentis, & Lunam creſcentem ſub pedibus habentis: circa quam erit funis S. Franciſci, & ex quatuor angulis modo dictæ crucis totidem flammæ aureæ prodibunt. Hæc crux ad latus ſiniſtrum pallij geſtabitur, tam à Crucigeris magnæ crucis & Commendatoribus, quam Equitibus, ita vt nullum ſit inter illas diſcrimen, niſi quorundam radiorum aureorum.

13. Die qua cæremoniæ peragentur: Crucigeri magnæ Crucis, Commendatores & Equites omnes habitum interiorem gerent candidum, cum gladio argenteo, vagina & zona candida: Crucigeri autem magnæ Crucis ſupra habitum illum candidum dalmaticam ex tela aurea coccineis floribus con-

E ſperſa, mani[illegible] in medio ſectis, & vſque ad [illegible] propendentem, candido mulctrudo ſuffultã, & [illegible] fimbriatam geſtabunt: cui ſuperinducent magnum pallium [illegible] ſyrmate, candido ſerico ſuffulto, limbo aureo prætextum, dextro latere apertum à ſummo ad imum, & ad humerum funiculo contorto alligatum, cum fimbriis ex ſerico coccineo & auro. Pallium illud à ſiniſtra attolletur, ne brachium & gladius impediantur. Deſuper obtegetur palliolo ex pellibus armellinis maculoſis, quod vſque ad cubitum deſcendat. Supra illud gerent magnum torquem Ordinis, quindecim finib. S. Franciſci & totidem ſtellis manu aurificis elaboratis contextũ, in cuius ima parte Crux aurea, de qua paulo ante diximus; tribus catenulis alligabitur: & in anteriori parte magni pallij altera illa, ex cæruleo holoſerico & auro intexto facta. Pileum habebunt pellibus armellinis maculoſis fartum, cuius ora ex rubeo coco dimidium pedem lata erit, aureo limbo fimbriata,

F quatuor locis pari interuallo diſſectum, & vndiq; replicatum: cothurnos geſtabunt ex corio rubro Hiſpanico, qui dimidiam tibiam tegent, & orbiculis aureis ad latera claudantur.

14. Commendatores veſti candidæ imponent Dalmaticam ſericam cærulei coloris, multitio cãdido ſuffultam, limbo cæruleo fimbriatã: ſupra eam geſtabunt magnũ palliũ cæruleum vndulatum, candido multitio ſuffultum, cum palliolo ex ſerico candido infra quod magno pallio annectetur crux ex holoſerico cæruleo & auro intexto. Cothurni erunt ex corio Hiſpanico cæruleo, cum orbiculis ex ſerico cæruleo eadem forma, quæ Crucigerorũ magnæ crucis. Inſuper geſtabunt pileũ palliũ ex holoſerico nigro cũ ſpira rotũda ex multitio cãdido.

15. Equites ſupra habitum candidũ geſtabunt Dalmaticam ex multitio candido, eiuſdem coloris panno ſuffultã, magnum pallium cãdidum vndulatum, ſimiliter ſuffultum, & palliolum ſericum cæruleũ, infra quod magno pallio annectetur crux ex holoſerico cæruleo auro intexto: cothurnos cæruleos cum orbiculis ex ſerico cæruleo pileum ex holoſerico nigro, cum

G ſpira candida, eiuſdem cum veſtibus modo dictis materiæ.

16. Fratres armorũ geſtabunt in collo ſupradictam crucem encauſto pictam, cum funiculo contorto ex ſerico cæruleo, & ad ſiniſtrum latus pallij crucem ex holoſerico cæruleo, qualis eſt Equitum, exceptis fimbriis & textura auri, quib. carebit.

17. In vnaquaq; prouincia, in qua Crucifer magnæ Crucis & tres Commendatores erunt conſtituti, tria templa vel ſacella locis diuerſis fundabuntur, B. Virgini & Michaëli cõſecrata, in quib. tres ſacellani Crucem Ordinis geſtantes Miſſam omnibus diebus feſtis & Dominicis celebrare tenebũtur.

18. In iiſdem prouinciis erit domus, in qua conuentus habebuntur, quoties negotia Ordinis id poſtulabunt, & ij, qui huius ſunt Ordinis, hoſpitio excipientur.

19. In vnoquoq; duodecim cœnobiarchatuum Academia erigetur pro Inſtitutione viginti quinque iuuenum Equitum, cum in bonis moribus, tum ſcientiis & exercitiis honeſtis qui quando triennium aut aliquanto minus in iis fuerint, iter facere, aut in nauibus Ordinis mari ſe committere tenebuntur.

H 20. In ſupradictis prouinciis quotannis, ſacro die Iouis, ſex pauperes cærulea veſte, in nomine B. Virg. tres rubrã, in nomine S. Michaëlis, tres cinereã in nomine S. Franciſci donabuntur: poſtea Crucifer magnæ Crucis, aut eo abſente ſenior Commendatorum, præſentibus Equitibus prouinciæ, qui in hunc finem conuocabuntur, pedes pauperibus illis lauabit, prandium præbebit, & in menſa miniſtrabit.

21. In iiſdem prouinciis quotannis, die aſſumptionis B. Virginis, ex quindecim pauperibus & honeſtis filiabus debitis tres ſorte legentur, quæ in matrimonium collocabuntur, ſingulis data quinquaginta librarum dote.

22. Qui in hunc Ordinem cooptabuntur ſingulis annis, diebus & feſtis aſſumptionis B. Virgin. S. Michaëlis aut S. Franciſci peccata ſacerdoti confiteri & Euchariſtiam ſumere tenebuntur: ſingulis diebus Sabbathi Miſſam audient, quæ dum canitur, litanias B. Virg. recitabunt, & in caſu legitimi impedimenti eleemoſynas quaſdam pro ſua pietate diſtribuent: adhæc pridie feſtorum B. Virg. à carnibus abſtinebunt.

23. Viduarum & orphanorum peculiarem curam gerent, & Xenodochia ad minimum quatuor feriis annuis, & feſto aſſumptionis B. Virginis viſitabunt, ſi in eo loco ſint, ita quo poſſint hoc opus charitatis exercere.

24. Si quis ex ipſis in negotio ab Ordine ipſi demandato capiatur, & in ſeruitutem redigatur, ſumptibus communis ærarij redimetur.

25. Si

A 25. Si quis ex Ordine decedat, Secretarius cœnobiarcharus, in cuius diſtrictu obiit, aliis cœnobiarchatibus id notum faciet, vt in ſingulis presbyteri & ſacellani inſtituti ab hoc Ordine Miſſam pro ſalute animæ ipſius celebrent. Sed ſi moriatur in conflictu aut generoſo aliquo facinore pro cultu Dei & miniſterio Ordinis, vt ipſius memoria tanto magis honoretur, ſingularis quædam ac ſolemnis cæremonia peragetur, ad quam omnes Commendatores & Equites a Crucigeris magnæ Crucis ſingularum prouinciarum conuocabuntur, ad quam conuenire tenebuntur, niſi legitimum aliquod impedimentum ipſis obueniat. Etſi facinus, quod perpetrauit, oratione funebri dignum iudicabitur, quidam, qui ſit idoneus, ad eam habendam inuitabitur.

FORMVLA VOTI ET IVRAMENTI, QVOD Præstabitur Super Sancta Evangelia ab eo, qui in numerum Equitum recipiendus offertur.

B Ego N. teſtor coram Deo, & iuro per meam Nobilitatem, me inuiolabiliter obſeruaturum ſtatuta Ordinis Equitum Militiæ Chriſtianæ, ſub titulo B. Virginis & S. Michaëlis, cum articulis ſequentibus: Primo, me omnibus viis licitis & æquis procuraturum pacem inter Principes & populos Chriſtianos, atque etiam cum modò dicto Ordine.

Secundò, me operam daturum, vt Chriſtiani, qui ab infidelibus oppreſſi ſunt, & captiui detinentur, liberentur.

Tertiò, me fidem Regi aut ſupremo meo Principi ſeruaturum ſub pœna exauctorationis ab hoc Ordine.

Quartò, me ſemper Crucem, inſigne Ordinis geſtaturum.

Quinto, me prompte ſuperioribus huius Ordinis, in iis, quæ ad miniſterium & incrementum illius pertinent, obtemperaturum.

Ita iuro & promitto.

Præſtito iuramento, qui mandatum ab Ordine habebit, vt Equitem illum recipiat, poſtquam habitum, gladium & Crucem ipſi dederit, C verba ſupra articolo vndecimo poſita pronunciabit.

Actum & decretum Olmutzij die Sabbathi, XVII. die Nouemb. MDCXVIII. Signat. Carolus, Dux Niuernius: & Adolphus Comes Althamenſis.

INSTRVMENTVM ACCEPTATIONIS, STATVTORVM SVPRA POSITORVM, AB IIS, QVI primi Viennæ huic Ordini nomen dederunt.

Nos infraſcripti, poſtquam in ſupradictum Ordinem recepti fuimus, acceptauimus & acceptamus ſtatuta ſupra poſita, quæ promiſimus & promittimus nos obſeruaturos ſecundum ipſorum formam & tenorem. In cuius rei fidem chirographa noſtra hic appoſuimus, ſigillo noſtrorum inſignium adiuncto. Viennæ in Auſtria, die Veneris, VIII. Martij MDCXIX. ſubſcripſerunt.

Radulius, Princeps Valachiæ.
Iulius Henricus, Dux Saxoniæ.
D Samuel, Dux, Coreskius.
Albertus, Dux Raziuilius, & multi alij.

Et aliquot poſt diebus Ferdinandus Dux Mantuæ, huic Ordini nomen dans, ſuprapoſitis Statutis ſimiliter ſubſcripſit.

Hic ordo fuit confirmatus Romæ VI. anno MDCXXIV. à Papa Vrbano VIII. præſente Duce Niuernio, qui habitum & Crucem vnà cum multis aliis Equitibus & Dynaſtis illius Ordinis geſtabat: cæremonia fuit peracta à Cardinali Sforcia, filio Regis Fezani: in eumque Ordinem admiſſi & recepti fuerunt à Pontifice, Marcus Antonius Comes Placentinus, duo Comites Galli, & Baro Polonus.

Dissertatio de Ordine Equitum Melitenſium.

ARGVMENTVM.

1. Diuerſa domicilia Equitum Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, antequam Melitæ ſedem figerent quam ab Imp. Carolo V. dono acceperunt.

2. Deſcriptio inſulæ Melitenſis, quot milliaria in circuitu ipſius longitudo, latitudo, ſitus, clima parallelas, & portus.

3. Deſcriptio inſulæ Goʒenſis, quæ Melitæ vicina eſt.

4. Solum Melitæ lapidoſum quod nihilominus arbores fructiferas fert, vt ficus, malos, amygdalos, vites, palmas, goſſipium, roſas, thymum, fœniculum: alit oues, capras, boues, aſinos, mulos, cuniculos, perdices: in eadem ſal & mel conficitur: caret autem aqua dulci: olim catellis melitæis celebrata: immunis eſt à ſerpentibus, ex quo Sanct. Paulus in eam venit: & ... ſpecu, in qua hic Apoſtolus, cum captiuus eſſet, aſſeruatus fuit, ſaluberrima ... ſtrahitur contra morſus ſerpentum ac ſcorpionum oſtentatur. E

... Qui fuerint mores priſcorum huius inſulæ incolarum, & de ... templis Herculi & Iunoni conſecratis.

... Ingenium hodiernorum Melitenſium, ſimile Africanis forma veſtium; indoles mulierum, earumque oblectamentum tempore hilariorum, religio & pia cæremonia in Quadrageſima.

7. Prouentus magni huius inſulæ Magiſtri: opes Ordinis, quæ conſiſtunt in ærario: & commendatitiis poſſeſſionibus per totum orbem Chriſtianum ſparſis.

8. Vires eiuſdem, quæ in munitionibus, quas tenet, & equitum virtute ſita ſunt.

9. Deſtructio & diuiſio Ordinis in tres partes, ſtatuta de receptione in hunc Ordinem, & quæ cæremoniæ in illa obſeruentur.

10. De priuatione habitus, quando aliquis inſigne crimen aut F *graue delictum admiſit: & quibus ritibus reo reddatur habitus, quando veniam impetrauit.*

11. De longo pallio Ordinis, & quibus diebus Equites illud geſtare teneantur.

12. De valetudinario & eius præfecto, Medicis & aliis pretio conductis, vt ægrotos curent. De eorum ſepulturis & exequiis.

13. De quæſtoribus & procuratoribus rei nummariæ conſeruatoribus theſauri, auditoribus rationum, eorumq; poteſtate & officia.

14. De Capitulo generali, cuius ſit illud conuocare, quibus cæremoniis id fiat, & quæ in eo negotia tractentur.

15. De Capitulis prouincialibus, quæ ſingulis annis habentur, & quis ordo in illis obſeruetur.

16. De forma adminiſtrandæ iuſtitiæ & exercendorum iudiciorum: de duplici Senatu, & iudicibus, qui in eo præſunt & aſſident: de calculis ſuffragiorum publica audientia, & forma iudicij quod vocatur Obſeruatio.

17. De obedientia, quam omnes, qui illum Ordinem gerunt, magno Magiſtro præſtant: huius dignitas, excellentia, potentia, G *iura & priuilegia, quæ ſunt poſſeſſiones commendatitiæ ipſi aſſignata, de quibus pro arbitrio diſponere, & eas, cui lubet, conferre poteſt.*

18. De officia Præfectorum, Pannariorum, magni Conſeruatoris, Archimarſcalli, Archimandritæ Eccleſiæ Melitenſis: eorum ſtipendia: & in quem finem hæc officia fuerint inſtituta.

19. De electione magni Magiſtri, & cæremoniis, quæ in ea obſeruantur.

20. De iis qui vel apti vel inepti ſunt ad poſſidenda bona commendatitia, & ad quos pertinent ea, quæ ex illis acquiruntur.

21. De viſitatione poſſeſſionum commendatitiarum, quæ fit ſingulis quinquenniis.

22. Negotiationes, teſtamenta, donationes, & plura alia Equitibus interdicta.

23. Quæ ſint crimina, propter quæ Eques habitu priuari poteſt.

24. De Epiſcopo Melitenſi, qui ſubeſt Archiepiſcopo Panormitano: de cultu diuino, ieiuniis & abſtinentia, ad quæ Equites Melitenſes & fratres Ordinis ſunt obligati. H

Equites Ordinis S. Ioann. Hieroſolymitani, Rhodo à Turcis electi an. MDXXII. pridie Natiuitatis Domini poſtquam illam inſulam ducentis & duodecim annis tenuiſſent, Cretam primum appulerunt, vbi aliquandiu commorati ſunt: deinde partim Venetias, partim in alia loca Italiæ ſe contulerunt.

Cum aliquandiu Venetiis & aliis Italiæ locis hæſiſſent, facultatem à Duce Sabaudiæ impetrarunt, vt ſibi liceret Nicæam ſe recipere, & ibi domicilium ac ſedem conſtituere, idque eo facilius, quod Turcæ & Mauri in Africa & Barbaria omnes oras atque vrbes maritimas Chriſtianorum inuadebant & deprædabantur.

Poſtea conſilium ceperunt Syracuſas in Siciliam ſe transferendi, quod locus ille Græciæ vicinior eſſet: quandoquidem rumor erat, Turcam in Italiã, ac præcipuè Siciliam & regnum Neapolitanum irruptionem eſſe facturum. Tandem Imperator Carolus V. Inſulam Melitenſem ipſis donauit, vt in ea ſedem figerent, tanquam loco commodo ad impediendum, ne Turca cis eam fines ſuos prolataret, & cogita perficeret.

Antequam vero in hac narratione vlterius progrediar, ſciendum eſt, tria olim loca fuiſſe Melitæ nomine inſignita: nam fuit vna in Græcia prope Marathonem: altera in Cappadocia, non procul ab Euphrate: & hæc tertia, de qua nunc verba facturi ſumus.

2. Melita inſula diſtat à Sicilia circiter ſexaginta millibus paſſuum

A paſſuum verſus promontorium Paſſaranum & ab Africa plus quam ſexaginta gradibus milliaribus marinis · quod multos mouit, vt eam inter Europæ inſulas numerent.

In circuitu triginta parua milliaria complectitur: in longitudinem viginti, in latitudinem duodecim paſſuum millia patet.

Iacet in mari Africano, à Septentrione promontorio Paſſarano in Sicilia, à meridie Africæ & Tripoli in Barbaria, ab Occidente Inſulæ Lampaduſæ, & ab Ortu Mari Mediterraneo obiecta. Longitudo ipſius à Peloponneſo ducitur, & in principio quinti climatis & octaui paralleli ſita eſt, ſub altitudine circiter triginta trium graduum.

Multos habet portus, ſed duos præ aliis inſignes & multarum nauium capaces, quorum vni Marzamuſetto nomen, alteri Marzaſirocco. Hos portus efficiunt, ſinus, qui in inſulam ſe effundunt, & in introitu ſunt anguſti, ſed ſuperato oſtio dilatantur, & ex quibuſdam partibus Inſulæ peninſulas efficiunt, quæ longe in mare excurrunt, & inſulæ paruo terræ ſpatio adhærent.

B Habet præterea portus S. Georgij, Benarati, S. Pauli, Antoſegi, Muggiari & Marzaſcalæ, qui ſunt tuti.

In prominenti terræ angulo, inter duos paruos ſinus, (qui alios minores ex ſe gignunt, inprimis, qui ad dextram eſt) porrecto, Equites non ita pridem nouam vrbem condiderunt, eo loco, vbi antehac S. Elma ſiue Herma fuit eique nomen Valettæ, magni Equitum Magiſtri, qui hunc locum fortiſſimè contra Turcas defendit, impoſuerunt.

In alio angulo S. Michaël & caſtrum conſpicitur. In media fere inſula & inter paruas peninſulas vetus ciuitas apparet, quam Diodorus à Carthaginenſibus conditam refert, olim commendata ab optimo panno, qui ibi conficiebatur.

3. Inſula Gozenſis eadem eſt, quam nonnulli ex veteribus Glocon nominant, & alij, in quibus Strabo, Gaudon. Portus ipſius inter Occidentem & Meridiem ſitus eſt, & milliari plus minus à Melita diſtat.

Continet in ambitu viginti milia paſſuum. In ea arx eſt, quæ ad Equites pertinet. Ex hac inſula Turcæ anno MDLI. tria hominum millia abduxerunt.

QVALITAS.

C 4. Huius inſulæ ſolum vbique fere lapidoſum eſt, ſed lapide molli, & ad opus facili ac commodo. Terra ſex pedibus ſupra lapidem eminet. Illud tamen ficos, malos, amygdalos, vites & alias arbores fert, inprimis palmas: vites ſunt rariores, palmæ ſteriles: frumentum & lignum ex inſula & Sicilia aduehitur.

Quidquid producit, eximium eſt, & præſtans, vt goſſypium, fructus & flores, inprimis roſæ, thymus, fœniculum, & quidam cardui agreſtes, qui ſunt apti ad veſcendum, & hunc præterea vſum habet, quod incolæ iis loco lignorum vtantur.

Magna etiam illic ouium, caprarum, boum, aſinorum, mulorum, cuniculorum & perdicum copia naſcitur.

Habet quoque ſuas ſalinas, in quibus ſal conficitur.

Mel hic optimum paratur: goſſypium eſt molle, exile & admodum candidum.

Fructus ſæpe bis in anno colliguntur inprimis hordeum & goſſypium.

Aquæ dulcis, cum ex aëre tum è terra promanantis, penuria laborat: ea, quam incolæ habent, maxima pars ex pluuiis hybernis colligitur.

D Nam aquæ dimidia parte ſalſæ ſunt & magno æſtatis ardore ſiccantur, qui etiam homines adurit & infuſcat, adeo vt eiuſdem fere ſint coloris cum Mauris in Africa.

Quapropter quidquid in hyeme & autumno nacitur vegetiorem colorem habet, & elegantius eſt, quam quod æſtiuo tempore prouenit.

Olim etiam catellis melitæis, quibus fœminæ delectantur, celebrata fuit.

Ventis non minus quam calori, vt diximus, expoſita eſt.

Hoc in ea ſingulare eſt, quod ex quo Paulus ſolum illius triuit, nullum genus ſerpentis in ea reperiatur, quamuis prius ſerpentes in ea fuerint; ſicut ex Actis Apoſtolorum colligitur: & ſcorpij, qui alibi ſunt noxij, & in hac inſula propter immenſos calores non minus aut etiam magis, quam vllo alio loco eſſe debeant, eos non lædunt, qui illos manibus tractant.

Præterea Deus peculiarem vim rebus ſenſu deſtitutis indidit, vbi viri ſancti hoſpitium habuerunt.

Nam lapides ex ſpecu, in qua S. Paulus captiuus aſſeruatus fuit, effoſſi, per Europam circumferuntur, & magnam vim habent contra ſerpentes eorúmque morſus, inprimis, contra venenum ſcorpionum & viperarum, & hæc fruſtula rupis, S. Pauli gratia appellantur. E

MORES ANTIQVI.

5. Cum Romani hanc inſulam Carthaginenſibus eriperent Melitenſes omni ex parte beati habebantur, propter commercium diuerſarum gentium, & varias artes, quæ in hac inſula exercebantur. In pretio erat pánus Xylinus, qui hic conficiebatur: vnde Cicero Verri luxum & delicias Melitenſes non aliam ob cauſam, quam propter veſtes, quibus indutus erat obiecit. Interim verum eſt, Melitenſes olim fuiſſe admodum delicatos & voluptatibus deditos: ſicut & mulieres ipſorum erant præmolles & libidinoſæ. In hac Inſula rex Battus Didonem & Annam ſororem ipſius excepit: & Phalaris, tyrannus Agrigentinus in Sicilia, intimus erat Melitenſibus, & eos crebrò inuiſebat.

Appianus Alexandrinus ait, Cæſarem Melitenſes, cum defeciſſent, magno & difficili bello ſuperaſſe, quod maris potentes eſſent, & excurſionibus omnia loca infeſtarent, ac extis infantibus, reliquos captiuos venúdarent. Quoniam igitur tanto labore illos domuit, eos magnis opibus & viribus inſtructos fuiſſe oportet: ac licet victis Carthaginenſibus, à Romanis ſubacti fuerint: tamen recollegerunt ſe, & viribus ſuperiores iugum Romanorum excuſſerunt. F

Iunonem colebant fuitque illic antiquiſſimum templum, in quod omnes vicini populi donaria magni pretij inferebát. Templum quoque Herculis habuerunt, cuius ruinæ etiamnum extant. Certum præterea eſt, incolas huius inſulæ amicitiam cum Siculis plerumque coluiſſe.

MORES HODIERNI.

6. Incolæ admodum feroces ſunt, & Afrorum ingenium referunt. Nihilominus religioni Catholicæ vehementer ſunt addicti, & cótra Turcas pro defenſione patriæ fortiter ſe geſſerunt. Tenuiter admodú victitant propter exiguos inſulæ prouentus. Omnes S. Paulum ſingulari affectu & religione colút.

Fœminæ ſunt elegantes & venuſtæ, domibus incluſæ, pro antiqua loci conſuetudine, & quod viri ſupra modum ſint zelotypi & ſuſpicaces. Nunquam prodeunt, niſi velato capite: & pleræque ſunt religionis obſeruantiſſimæ prout omnia cum feruore & vehementia agunt, adeo vt ſi in vitiú inclinent, nullum non flagitij genus committant, & ſint inſigniter improbæ. G

Lingua Melitenſium Africanæ ſimilis eſt exiguo diſcrimine. Vtraque autem eſt corrupta, & à vera lingua Arabica, quæ in libris repetitur, & cuius vſus eſt tantum circum Mecham, proſus diſcrepat.

Multa habent Mahumetana mancipia, in quæ ſunt ſatis duri & inclementes: quanquam longe maior eſt Mahumetanorum in Chriſtianos, quos in ſua poteſtate habent, aſperitas.

Equites, vt ſunt diuerſarum gentium, ita ſunt diuerſorú morum. Magna eſt ipſorum auctoritas, & liberè omnibus iis vtútur, quæ ſunt in Inſula. In primis qui præ aliis excellunt, animi cauſa faciunt quidquid volunt nemine repugnante. Tempore hilariorum mille excogitant honeſtorum exercitiorum genera. Quidam choreas agút, alij pernicibus equis ad annulum decurrunt, nonnulli ad repagula dimicant: ſunt, qui munitiones exciterit, aliis eas propugnantibus, aliis oppugnantib: ſed tempore Quadrageſimæ nihil illis eſt religioſius. H

Die Iouis ſanctæ hebdomadæ magnus Magiſter lauat pedes compluribus egenis: deinde illis ad menſam diſcumbere iuſſis varios cibos octodecim miſſibus apponi curat; quibus poſtremum ferculum, plurimis aureis & argenteis numis refertum, ſuccedit: quorum ſinguli tantam copiam accipiunt, vt affatim habeant, vnde toto anno ſe ſuſtentent. Poſtquam his pauperibus ſua manu miniſtrauit, allatis ab Equitibus magnæ crucis ferculis, Noſocomium ingreditur, & ipſemet ægrotis victum præbet ex argentea ſupellectile.

OPES.

7. Quod hæc inſula ex ſuo goſſypio & aliis ſimilibus rebus, quæ in ea naſcútur, colligit, id in ea, quæ ipſi aliunde afferuntur, impendit. Nihilominus magnus Magiſter, qui huius inſulæ prouentu fruitur, quotannis decem ducatorú millia ab illa accipit. & vt tanto liberalior erga vnumquemq; eſſe poſſit, ſingulis annis ex ærario aliquot aureorum millia ipſi ſuppeditantur: præterea in vnaquaq; natione poſſeſſionem habet commendatitiam, quæ magnum ipſi vectigal reddit. Præterea ſi Equites ſi aliqua præda potiantur, illius decima pars ipſi cedit.

A cedit. Conſtat autem quotis anno exeunte ipſos multa ex iis, quæ hoſti[illegible] ripuerunt in rationes referre.

Ordo p[illegible] d[illegible] propter magnum numerum opulentarum poſſeſſionum commendatitiarum, quas per totum orbem Chriſtianum tenet.

Ex omnibus, quæ inde proueniunt, atque ex prædiis, quas Equites in ſuis excurſionibus agunt, ærarium ipſorum valde locupletatur.

Quoniam etiam continuum bellum cum Chriſtiani nominis hoſtibus gerunt, æquum eſt, vt dignis ſuorũ laborum præmiis fruantur, quæ ipſis Principum liberalitate obtigerunt.

Ob hanc cauſam omnes præfecti cœnobiarchæ & cõmendatores quotannis Capitolo prouinciali ſuorum bonorum ac redditnum rationem reddunt, & canonem quem debent ærario publico. Ordinis, ſecundum æſtimationem poſſeſſionis commendatitiæ, quam adminiſtrant, pendunt & conſtitutus eſt exactor ex Equitum numero, qui eum quotannis feſto Ioannis Baptiſtæ colligit.

Sciendum eſt, præterea: nullum ad huius Ordinis profeſſionem recipi, quin ius tranſitus, quod vocant, publico ærario B ſoluat quod centum quinquaginta aureis pro Equite & centum pro fratre miniſtrante æſtimatur. Si poſt tranſitum illi non ſoluantur, is, qui eos in Ordinem recepit, pro iis ſatisfacere tenetur, quamcumque diſpenſationem proferat: qui vero ſatisfecit, ei ius antiquitatis non poteſt denegari. Exuuiæ Equitum defunctorum cedunt etiam ærario publico, niſi forte habuerint auream aut argenteam ſuppellectilem, quæ apta ſit vſibus Eccleſiæ, cui res huiuſmodi lege lata à Deo dato Gozonenſi, magno Magiſtro, dedicatæ ſunt. Verum quando Officiales, qui magnum Magiſtrum ſectantur, vt Diæceta, Caſtellanus & alij equites, qui ei miniſtrant, fatis concedunt ipſorum bona & exuuiæ non rediguntur in ærarium, ſed magno Magiſtro cedunt.

VIRES.

8. Inſulæ Melitenſis aditus omnes tam prouide circumcluſi & loca omnia tanta induſtria munita ſunt, vt non ſolum difficile ſed ferme impoſſibile ſit eaſcenſionem inuitis incolis in eam facere, aut ea facta progradi, aut aliquod operæ pretium facere. Verum omnibus munitionibus virtutem Equitum, qui C in ea habitãt, longe præfero, quorum, ſicut etiam fratrum, miniſtrantium, militum, qui illic ſunt, tanta eſt animi fortitudo, vt, quamuis exiguo ſint numero, ingentem exercitum profligare poſſint: cuius rei præclatum documentum ediderunt, cum maximum Turcarum numerum ante arcem S. Elmæ trucidarunt, quamuis inſtar manipuli tantum eſſent.

Tantum autem abeſt, quemquam illos domi inuadere, vt contra ipſi quotidie in Græciam verſus Rhodum & in Africam excurrant, ac ſæpe Conſtantinopolim proxime accedant. Multas habent triremes inſtructas, quadringentorũ aut quingentorum militum capaces, quarum ſingulis ſedecim tormenta imponunt: nec vlla eſt militaris annona, quæ ipſis deſit. Deniq; omnibus adeo ſunt formidabiles, vt à multis iam annis nemo eos in ipſorum inſula aggredi auſus ſit.

POLITIA.

9. Tria ſunt genera eorum, qui hoc Ordine comprehenduntur: quidam ſunt Equites, quos nobili ſtirpe prognatos eſſe oportet: nonnulli ſunt presbyteri: alij deniq; fratres miniſtrantes appellantur.

D Presbyteri, cruce ſignati, diuiduntur in conuentuales, & in eos qui ab obedientia nomen habent. Fratres miniſtrantes vel armis vel officiis miniſtrant: ex quibus poſteriores non poſſunt ad honores militares promoueri, quemadmodum priores.

Nam fratres, qui armis miniſtrant habitum accipiunt, & idem profitentur, quod Equites, atque idem iuramentum præſtant: neque vlla eſt inter hos & illos differentia, niſi ratione nobilitatis: & quia fratres illi miniſtrantes non ſunt nobiles, ad dignitatem maioris Crucis & officium archimandritæ præfecti aliaque inſigniora munera non admittuntur.

Interim poſſeſſiones commendatitias tenent, locis ad Ordinem pertinentibus præficiuntur, ſimúlque ad pecuniæ adminiſtrationem & ad viſitationem locorum, quæ ad Ordinem pertinent, adſciſcuntur: cum alij miniſtri non poſſint in numerum Equitum recipi non magis quam presbyteri, ſiue conuentuales ſiue Obedientiæ. Statuta de recipiendis equitibus huiuſmodi ſunt, quæ ab Hugone Reuelio, magno Magiſtro, lata fuerunt.

N[illegible]lli ſp[illegible] in hunc Ordinem recipiantur [illegible] E [illegible] Capit[illegible] generalis, exceptis iis, qui ex aliqua illuſtri familia procreati ſunt.

Præterea inter legitimos & nobiles nullus patre Iudæo, Marrano aut Mahumetano natus, etiamſi ſit filius Principis in hunc ordinem admittatur.

Neque in eo locum habebit, qui prius alium Ordinem profeſſus fuerit. Hæc tamen lex non ſemper obſeruata fuit.

Nam Canonici S. Sepulchri auctoritate Pontificis huic ordini inſiti fuerunt, quamuis ſub alio quam magno Magiſtro profeſſi fuiſſent.

Adhæc ære alieno obrutus non magis quam matrimonio copulatus huius Ordinis capax eſt. Nec admittitur, qui homicidium commiſit, aut crimen aliquod infame. Habitus nulli datur infra annum decimum octauum.

Nihilominus magnus Magiſter ſex pueros ex quacomque natione eligere poteſt, & eos creare Equites, modo ſint nobiles: ſin minus, poteſt eos recipere in numerum fratrum miniſtrantium, vt arma tractent, & illos omni miniſterio eximere: ſed oportet, vt ad minimum ſint quatuordecim annorum: & F his poteſt ius antiquitatis auferri in ordine poſſeſſionum commendatitiatum.

Qui vult recipi eum oportet eſſe ſanum, & membris bene compoſitis, ac labori aptum. Oportet autem, vt prius probet ſe eſſe nobilem nomine & inſignibus, eiuſdem linguæ & præfecturæ cum ea, in cuius hoſpitium ſiue contubernium vult recipi. Nam Melitæ certa ſunt domicilia ſiue receptacula, in quæ vnaquæqne lingua coit, cibi capiendi, & linguis conferendi, hoc eſt de negotiis domeſticis conſultandi gratia. Poſtquam igitur aliquis ſua documenta edidit coram iis, qui ab Archimandrita & conuentu prouinciæ, in cuius contubernium recipiendus eſt, ſunt deſignati, ſolemni ritu recipitur: habitum autem ſolius magni Magiſtri auctoritate accipit.

Habitus Equitum eſt pallium nigrum, cum candida cruce, ex antiquo ſtatuto magni Magiſtri Raymundi Pulij: tamen in colore pallij diſpenſatur ſecundum loca & tempora, modo quoad crucem ſtatutum obſeruetur. Hoc autem de religioſis accipiendum, qui arma ferunt, non de aliis. Qui in numerum G profeſſorum huius Ordinis volt recipi, eum oportet ante omnis delictorum confeſſione conſcientiam exonerare: deinde longa toga indutum abſque zona coram altari procumbere, & cereum ardentem manu tenere, Miſſam audire, & ſacram hoſtiam accipere. Quibus peractis ſe ſiſtit coram fratre, à quo recipiendus eſt, genibus ipſius aduolutus, à quo humiliter petit, vt in fratrum ſocietatem & in ſanctum Ordinem Hoſpitalium Hieroſolymitanorum admittat. Ibi nonnulla ipſi proponuntur, quæ obſeruare debeat poſtquam fuerit receptus. Interrogatus, an hæc omnia præſtare velit, annuit. Tum qui eum recipit, pergit, & quærit, an alio aliquo voto ſe obſtrinxerit, an fidem coniugij alicui virgini aut mulieri dederit, aut an cuiuſquã ſit ſeruus. Nam ſi vno horum trium attineatur, reiicitur: ſed ſi liber ſit, ab omnibus, is, qui eum recipit: aperit Miſſale, quod ipſi offertur, & acceptis duabus manibus eius, qui profitetur, illas ſacris paginis imponit eodemque tempore ipſum hæc verba proferre iubet: voueo, & promitto Deo, beatæ Virgini Mariæ, & S. Ioanni Baptiſtæ, me diuina gratia & auxilio ſemper obſequentem fore ſuperioribus, quos Deus & Ordo mihi præficiet, & deinceps victurum caſtè, & nihil H proprietario iure poſſeſſurum.

Poſt hæc recipitur, Miſſale oſculatur, eoque accepto illud ſupra altare reponit, quod etiam oſculatur: mox librum recipit, eúmque in obedientiæ teſtimonium ei, qui ipſum recepit, affert. Is accepto pallio nigro, candidá crucem Profeſſo oſtẽdens, quærit, an non credat, hoc eſſe ſignum crucis, cui Dominus noſter Iesvs Chriſtus propter peccata noſtra affixus fuerit. Ille agnoſcit, crucem oſculatur. Tum, is qui eum recipit, accepto pallio, crucem ſiniſtro lateri pectoris ipſius applicat ipſumque oſculatus, ait: Accipe hoc ſignum in nomine SS. Trinitatis, beatæ Virginis Mariæ, matris Dei, & S. Ioannis Baptiſtæ, pro incremento fidei, defenſione nominis Chriſtiani, & miniſterio pauperum. Crucem huic loco applicamus, vt eam ames toto corde, & vt tua dextera eam defendas, eámque defenſam integram tueatis. Nam ſi in pugna contra hoſtes Iesv Chriſti fugias, & crucem derelinquas, ac ſacrum ipſius inſigne, in quoque hoc ſacro ſigno merito priuaberis, & tanquam membrum putridum ex noſtro cœtu reſcinderis.

His

A His dictis, pallium vinculo ipſi adſtringit, dicens: Suſcipe iugum Domini noſtri, quod lene eſt & mite, & inuenies requiem animæ tuæ.

Quo facto ipſe & omnes alij Equites qui adſunt, eum oſculantur, multis præfatiunculis recitatis, quæ libris ſtatutorum huius Ordinis continentur: quibus cauetur, ſi quis contra furmam præſcriptam recipiatur, is, qui eſt Eques, fiat frater miniſtrans qui miniſtrat armis, miniſter officio: & ſi ſit ſacellanus, fiat frater obedientiæ, nec poſſit vnquam poſſeſſionem commendatitiam obtinere, neque ad vllam dignitatem Ordinis aut adminiſtrationem bonorum eiuſdem peruenire.

Ex Presbyteris & ſacellanis nemo recipitur, niſi prius anni integri ſpatio miniſtrauerit, vt vitæ ipſius, & an ſit ad hoc officium idoneus, experimentum fiat atque eo ſpatio ſumptibus ex ærario Ordinis ſuppeditatis alitur.

Non licet Equitibus alium, fratrem propria auctoritate recipere, quam ſacellanum, quando in ipſorum Eccleſiis aut ſacellis locus aliquis vacat: nec alios, quam miniſtros officij, qui ipſis in poſſeſſionibus eorum commendatitiis miniſtrent: at-
B que hos oportet eſſe probatos, & à Capitulo Prouinciali commendatos, cui offeruntur, aſſignato ipſis certo ſtipendio, pro victu & veſtitu.

Sunt præterea Confratres & donati In Ordine, qui non eadem vouent, quæ fratres, ſed tantum promittunt, ſe amaturos Ordinem, & quod ab eo dependet, & ipſius commodum omnibus viribus procuraturos &, ſuperioribus proditores & homines ipſis noxios, quoſcunque deprehendent, indicaturos. Hi pro eo, quod ducuntur, pietatis affectu ſportulam ſuam Ordini conferunt: quemadmodum ſolent ſodales in ſodalitio, vt bonorum ipſius participes fiant.

Nihilominus non licet Cœnobiarchis, Caſtelanis, Præfectis aut aliis inter Commendatores, & Equites quemqam in numerum Confratrum abſque magni Magiſtri mandato recipere quod ſi quis id faciat, priuatur ſuo habitu, & recepti in catalogum Confratrum non referuntur, nec vllis priuilegiis fruuntur, quibus alioqui Donati frui ſolent.

Donati integram crucem non geſtant, ſicut omnes ij, qui profeſſi ſunt: ſed ipſorum crux tres tantum ramos habet, qua-
C lis cōſpicitur in habitu religioſorum ſancti Antonij, vbi ſuperior pars crucis eſt ablata: quod ſi non obſeruent, priuilegiorum ſuorum fructu priuantur.

10. *Habitus priuatio hoc modo fit.*

Magnus Magiſter aut legatus ipſius diligenter inquirit de crimine, cuius aliquis arguitur: quo comperto, ſi videat, ad extrema progrediendum eſſe, accuſatio coram cætu, qui pulſu campanæ conuocatur, inſtituitur, & crimen cōram reo proponitur, qui per magnum hipparchum in conſeſſum adducitur.

Accuſatione propoſita, magnus Magiſter, qui primas partes tenet in Conſilio præfectis mandat, vt rationem habeant (nam hoc genus loquendi vſurpatur in iudiciis huius Ordinis) eorum, quæ contra reum proferuntur, iudicium, exerceant ſecundum Deum & rationem, & ſecundum, laudabilem & antiquam Ordinis conſuetudinem.

Secundum hæc magnus Magiſter aliquem iudicio præficit, & ſimul virum bonum conſtituit cauſæ cognitorem, qui cauſam agat coram iudicij præſide: & reo licet reſpondere & ſe defendere, qui crimen vel fatetur, vel negat.

D Si fatetur gratiam petit: tunc iudex relatione ad magnum Magiſtrum & cœtum facta, ter pro reo intercedit; cui ſi magnus Magiſter, poſtpoſita legum ſeueritate, gratiam facere vult actio ceſſat: ſed ſi pergat pœnam expoſcere Iudex in locum ſecretum concedit, vt de cauſa amplius deliberet, & quod ſtatuta præcipiunt, exequatur.

Sed ſi reus factum neget, teſtes, probationes & elogia In ipſum allata producuntur: atq; ita conuictus vel propria confeſſione vel probationibus, damnatur in Conſilio, vt habitu priuetur.

Quo facto, cauſæ cognitor vocatur, cui ſententia: quæ lata fuit, ſignificatur. Hic reū hortatur, vt iudices loquatur, qui magnum Magiſtrum in pleno cōſenſu adeūt. Eo reus venit, plenus lacrymarum, & veniam orās pro quo etiam iudices & omnes, qui adſunt Equites apud magnū Magiſtrum deprecantur. Quod ſi id facere recuſent, ſed inſtent, vt ſententia pronuncietur, ter repetito mandato, vt iudicij præſes ſecundum legem iudicet, ille, præſente reo ſententiam exauthorationis pronunciat, & damnat reum, qui fuit conuictus criminis, quod ipſi fuit intentatum.

Damnatus, vt aliquam gratiam obtineat, & Magnum Magiſtrum ad miſericordiā commoueat, ad ipſius pedes ſe abii- E
cit: ante quem ſtat hipparchus, qui ipſius aut legati mandatum expectat: Tum alter ex ipſis reum ita compellat: Quoniam vti factis te indignum reddidiſti ſigno Crucis & noſtro Ordine, in quem propter priores tuas virtutes receptus fueras nos ſecundum, leges in conſtitutiones noſtras, ad laudem bonorum & terrorem Improborum, te priuamus habitu noſtro & fratrum noſtrorum ſodalitio indignum declaramus, ex quo te eiicimus & reſcindimus, tanquam membrum putridum, corruptum & contagioſum.

Ibi hipparchus, in magno Magiſtro adſtat, habitum reo hoc modo aufert. Ad primam iuſſionem manum tantum rei pallio admouet: ad ſecundum, vinculum, quo pallium corpori eſt alligatum, diſſoluit: ad tertiam, pallio reum exuit, dicens: Pro auctoritate mihi à ſuperiori data, hunc nodum ſoluo, aufero abs te gratum Domini noſtri iugum, quo te indignum reddidiſti.

Quo facto ex mandato magni Magiſtri reum ducit in carcerem, qui ipſi eſt perpetuus, ex quo fuit exauthoratus.

Eædem propemodum cæremoniæ adhibentur contra ab- F
ſentem, qui citatus non comparuit.

Quamuis autem iudicium hoc matura deliberatione, nec ſine euidentiſſimis probationibus exerceatur: tamen non eſt vſque adeo rigidum, quin reo gratia fiat, ſi certa pœnitentiæ ſigna edat.

Poſtquam igitur reus ſatis longo tempore carcere fuit detentus, ſi ſummum in ipſo deſiderium emendandæ vitæ appareat, ipſi ignoſcitur, & habitus hoc ritu redditur.

Magnus Magiſter aut ipſius legatus pulſu campanæ cœtum conuocat: vbi cum magnus Magiſter, præfecti & alij ordine conſederunt, magnus Magiſter aut ipſius legatus captiuum adduci iubet, qui habitu ſæculari, interdum ſola interula indutus ab hipparcho, qui ipſum habitu ſuo exuerat adducitur, fune collo inſerto, pro criminis magnitudine, & manibus vinctis, quibus cereum ardentem tenet. Hoc ſtatu ante magnum procumbit, quem humillime rogat, vt habitum ſibi reddat atque in Ordinem & ſodalitium fratrum ſe recipiat, proteſtatus ſe G
deinceps fore hominem frugi: nec quicquam contra regulam quam profeſſus, ſit admiſſurum:

Mox magnus Magiſter reſpondet. Quamuis tua delicta nos ne hac coëgerint, vt, te habitu priuaremus: tamen propter ſpem quam, de tua emendatione concepimus, habitum tibi reddimus, crimen ignoſcimus & te in fratrum noſtrorum ſodalitium rurſum admittimus.

Quare ſis frugi & caue ne deinceps occaſionem habeamus extremum iuſtitiæ noſtræ rigorem contra te exercendi.

Tunc hipparchus ei pallium eodem ritu, quo prius ipſi abſtulerat, reddit. Sed qui hoc modo reſtituitur, non fruitur iure antiquitatis: nec locum, quem prius habuerat, retinet, ſecundum legem à magno Magiſtro Sanglio latam.

Quando Equites in mare excurrunt, omnia quæ habent, indicare tenentur, quaſi is iam ſe exuerent, & id vocant Proprietatis abdicationem, qua bonorum ſuorum proprietati renunciant.

Omnia tradunt deſcripta & ſigillo ſuo obſignata Archimandritæ, ſub pœna ieiunij quatuor dierum, & diſciplinæ in Capitulo, & amiſſionis redditus annui, qui cedit ærario H
Commendatorum.

11. Equites non quotidie geſtant magnum pallium Ordinis, quod accipiunt, quando profeſſionem edunt: ſed ſufficit chlamydi aut pallio communi crucem ad ſiniſtrum latus eſſe aſſutam, vt & ſagis ipſorum ac paludamentis, quando in illum proficiſcuntur.

Sed certi ſunt dies, quibus illud geſtare tenentur, vt pridie Natalis Domini in precibus veſpertinis, atque ipſo Natali in Miſſa & precibus veſpertinis: feſto ſancti Ioannis in Miſſa: die Circumciſionis, in Miſſa: & vt rem in pauca contraham, præcipuis feriis Domini noſtri, ſanctæ Virginis Mariæ ſancti Ioannis Baptiſtæ, & beatorum Apoſtolorum, quando ipſis accedendum eſt ad S. Synaxin, in Capitulis & conuentibus generalibus. In electione magni Magiſtri Cœnobiarchas, præfectos & electores magnum pallium geſtare oportet, ſub pœna iudicij quadragenarii.

Paruo valetudinario quidam præfectus eſt, cum ſcriba, & duobus viris probis qui viſitant ægrotos & ipſis de omnibus rebus neceſſariis proſpiciunt.

Hi iuſiurandum præſtant, ſe munus ſuum fideliter adminiſtraturos, nec ægrotis quicquam, niſi ex ſcripto Medici daturos.

Ipſorum eſt, quotannis inuentarium conficere eorum, quæ vlla ſunt in illo valetudinario ſiue ſit aurum, ſiue argentum, aut quid aliud, alia ſuppellex. Hoc inuentarium obſignant, & cuſtodem iureiurando obſtringunt, quod non paſſurus ſit, vt aliquid inde pereat & ſe illam ſupellectilem ad nullos alios vſus, quam miniſterium ægrotorum adhibiturum. Inſuper officina pharmacopolæ quotannis viſitatur, ne ægroti vetuſtis & corruptis medicamentis lædantur potius quam curentur.

Ordo habet ſuos medicos & chirurgos certis ſtipendiis conductos, pro fratribus, tàm Equitibus quam Clericis & Miniſtrantibus. Horum ſi quis moritur, cum ſuo habitu & candida cruce, vt decet, ſepelitur. Quatuor ſunt atrati, qui cadauer efferunt, Nulli præterea lugubria ſumere licet, ne magno quidem Magiſtro defuncto, ſecundum legem à Claudio Sanglio latam qua declarare voluit, vanum eſſe, lugere eos, quos pro beatis habemus: aut pompam funebrem non decere paupertatem profeſſos.

Valetudinarium huius Ordinis ius aſyli habet: adeo vt criminis alicuius reos, qui ſe eo receperunt, inde extrahere non liceat. Non tamen in omni caſu hoc ius valet, ſed ratio habetur criminis, an libertate illa dignum ſit.

Quod ſi ſit reus; prima naui, quæ appellit, ex inſula emittitur, neque ei fas eſt vnquam in territorium Ordini ſubiectum redire: Sed hoc priuilegium non prodeſt prædonibus, neque iis, qui noctu graſſantur, & agros vaſtant, neque incendiariis Sodomitis, furibus, coniuratis, neque iis, qui dedita opera quemquam veneno aut alia ratione necant, neque domeſticis Equitum, qui aliquod crimen commiſerunt.

Qui quemquam Ordini adſcriptum, aut iudicem aut Officialem percutit aut ſauciat, hoc priuilegio non fruitur, vt nec obæratus, nec falſus teſtis, nec falſarum tabularum reus aut qui crimen in ipſo valetudinario commiſit.

13. Quod ad Quæſtores & rei numariæ Procuratores attinet, magno Magiſtro aut Archimandritæ aut Præfecto Conuentuali fidem iureiurando obligant, ſe in rationibus referendis officium facturos: & quotannis ſuas rationes, cum nominibus eorum, qui ſatisfecerunt, & qui adhuc debent, Capitulo Prouinciali afferre tenentur.

Ad audiendas rationes & curam ærarij gerendam quidam quem magnum commendatorem vocant, & duo Procuratores, qui inter Equites prudentiſſimi habentur, conſtituuntur. Horum ſinguli clauem ærarij habent, & omnia ſiue armorum ſiue annonæ promptuaria ipſorum curæ commiſſa ſunt.

Hic Commendator manet in Cœnobio, quamdiu munus illud gerit: & Procuratoribus, qui ipſi adſunt & miniſtrant biennij ſpatio, non licet abire aut munus ſimul deſerere: ſed quando officia renouantur, ſemper vnus ex prioribus, qui illud officium adminiſtrarunt, relinquitur, vt ſemper aliquis ſit, qui rerum adminiſtrandarum rationem teneat.

Habent etiam Conſeruatorem ærarij, qui pecuniam ad arbitrium magni Magiſtri & cum venia magni Commendatoris diſtribuit. Huius Conſeruatoris munus annuum eſt, & in Capitulo quotannis mutatur, ad quod ex omnibus linguis, qui ſunt apti, eliguntur. Verum hæc regula obſeruatur, vt ſi quis munere illo ſit defunctus, nullus ex eadem lingua intra decennium ad illud promoueatur.

Sunt præterea octo Equites, ex ſingulis linguis delecti, qui ſunt veluti auditores rationum, & ſingulis diebus certum diem huic officio impendunt.

Poteſtas ipſorum eſt, vt cognoſcant & obſeruent. Quomodo pecunia adminiſtretur: & ſi defectum aliquem animaduertant, qui reformatione opus habeat, rem ad magnum Magiſtrum & ordinarium Senatum referant.

Hi per biennium illo officio funguntur: nec quicquam pecuniæ ex ærario, niſi illis præſentibus erogatur, vt tot teſtes impediant ne res numaria male adminiſtretur.

Conſeruatori adiungitur vir prudens, vſu rerum exercitatiſſimus, ac rationum callentiſſimus. Hic Conſeruatori generali aliquid recipienti ſemper adeſt, & quando rationes redduntur: atque ex duobus voluminibus accepti Conſeruator vnum, & ipſe alterum tenet, cui inſcribit, quidquid recipitur, vt perfecta eius habeatur cognitio. Hoc officium gerit, quamdiu magno Magiſtro & Senatui placet.

14. Quod ad generale Ordinis capitulum attinet, penes magnum Magiſtrum eſt, illud conuocare, & tempus ac diem conſtituere quando haberi debeat.

Quando dies illa illuxit, omnibus congregatis, antequam vlla negotia tractentur, ſub ipſum diluculum templum ingrediuntur, vbi Miſſa à Cœnobiarcha conuentuali canitur: inde magnus Magiſter cum toto crucigerorum & Clericorum agmine, ſolemni pompa, ad locum, vbi Capitulum celebrari debet, procedit, ibique hymnus S. Spiritus canitur.

Quo facto, magnus Magiſter, præfecti, Cœnobiarchæ & alij quibus ius eſt ſuffragij in Capitulo, ordine conſident: tum habita concione omnes, qui Capitulo intereſſe non debent, exire iubentur: quales ſunt Sacellani: & ante omnia in abſentes inquiritur, & cauſæ ipſorum abſentiæ ab eorum procuratoribus allatæ examinantur, an ſint legitimæ.

Poſt hæc Præfecti, cœnobiarchæ & Caſtellanus, quem Impoſitionis nominant, atque alij Commendatores marſupium afferunt, in quo ſunt quinque nummi argentei in ſignum deprecationis, vna cum codicillo circumplicato, qui continet ipſorum nomina & pretium honorum & officiorum, quæ gerunt, nec non iudicium ipſorum de iis, quæ pro publico bono ſint facienda. Sigillo ipſorum addito ſinguli marſupium ſuum magno Magiſtro ordine offerunt, cui manum oſculantur, & honorem reuerenter exhibent.

Quo facto magnus Ordinis Mareſchallus ſuo ordine accedens vexillum Ordinis magno Magiſtro offert: inde codicilli oblati, à Vicecancellario alta voce recitantur: inde ad electionem ſedecim ducum proceditur, qui ea, quæ in Capitulo diſceptabuntur & allegabuntur, dirimant.

Hi per linguas ſeorſum eliguntur, & vnaquæque duos eligit qui linguæ & negotiorum ſuæ gentis ſint periti; etſi non ſint inter ipſos idonei, ex alia lingua vnum vel alterum aſſumunt.

Iidem iureiurando magno Magiſtro & toti conſeſſui fidem dant, ſe ſincere & abſque affectibus iudicaturos, quod ad honorem & commodũ ordinis faciet. Viciſſim magnus Magiſter & alij promittunt, ſe ratum habituros quidquid conſtituerint.

Tum locum ſecretum ingrediuntur & cum iis Procurator generalis magni Magiſtri, qui habet ſuffragium deliberatiuum: ſed nihil definire aut decernere poteſt.

Illic decidunt quod ad vectigalia poſſeſſionum commendatiarum in ſubſidium Ordinis, adminiſtrationem ærarij publici, reformationem legum pertinet: atque in genere omnia negotia quæ incidũt & ad bonum publicum ſpectãt. Quo facto, exeũt, & omnibus præſentibus, tam ſacellanis quam aliis, ea, quæ illi mouerunt, voce Vicecancellarij publicantur. Tum marſupia, nec non ſigilla & vexillum præfectis Mareſchallo & Commendatoribus, qui ea in manus magni Magiſtri conſignarant, redduntur & capitulum hoc modo finitur. Inde ſolemni pompa ad templum procedunt.

Sed notandum eſt, ſi quis ex ſexdecim capitularibus videat, aliquid incidere aut in quæſtionem vocari, quod ipſum peculiariter tangat, eum non intereſſe, quando, illud decidunt: nec vlli licere cõtra eos proteſtari, aut ab eorũ ſentẽtia appellare.

15. Quod ad Capitula prouincialia attinet, præfectorum eſt & archimandritarum, ea quotannis in ſuis prouinciis celebrare: quæ ſunt hæ: Francia, cum XLV. poſſeſſionibus commendatitiis: Aquitania, quæ habet LXV. commendatores: Campania, XXIV. Aruernia, LXXVII. Fanum Ægidij, LV. Tholoſa, XXXV. Roma, XIX. Piſæ, XXVI. Venetiæ XXVII. Gallia Ciſalpina, XLV. Barletta & Capua. XXV. Meſſana, XII. Belgium, XL. Germania ſuperior, XXVII. Legio & Caſtilia, XXVII. Caſtellanus Impoſitionis, XXIX Catalonia XXVIII. Nauarra, XXVII. & Luſitania, XXXI. Olim triginta duæ erant: ſed Equites ex vna nihil amplius commodi percipiunt; ex quo religio Catholica in ea fuit extincta.

In his Capitulis prouincialibus interdictum eſt præfectis aut archimãdritis ne quid dicant aut faciant in detrimentum Equitum, & ne turbent quietem aut ius ſuæ prouinciæ.

Iidem ritus in iis adhibentur, qui in generali quoad preces deinde regula alta voce recitatur, vt quiſque de ea obſeruãda moneatur: tum agitur de iis, qui eam obſeruarunt, aut infregerunt, de iuriſdictione prouinciarum, de poſſeſſionibus commendatitiis & cõmendatoribus, de viſitationibus & aliis negotiis, quæ pertinent ad commodum domorũ prouincialium.

Quoniam verò fieri nequit, quin in tanta multitudine & ingeniorum, morum ac linguæ diuerſitate, contentiones & ſimultates oriantur, iudicia ſapienter ordinata fuerunt, & ne lites eſſent immortales, ſanciuerunt, controuerſias, quæ inter

fratres

[illegible]
A adhibendos aduocatos [illegible] quam [illegible] quæ cauſam ſuam proprio [illegible] iis, qui [illegible] cendam conſtituti ſunt, agere [illegible]ant.

Sunt tamen quædam cauſſæ, vt debitorum [illegible] ſtibus opus eſt ad aliquid probandum, in quibus [illegible] neceſſaria. Nam ſyngrapha & depoſitiones teſtium litteris co ſignari oportet, cum iudices ad ſcripturas, quæ ipſis exhibentur, reſpiciant. Vt autem intelligatur, qui ſint illi, qui his iudiciis præficiantur, illud, quantum potero, expediam.

16. Melitenſes duplicem habent Senatum, ordinarium & eum, quem vocant perfectum.

In ordinario ſunt magnus Magiſter, ipſius legatus, ſi quem habeat, Epiſcopus Melitenſis, Archimandrita Eccleſiæ crucigerorum, quoad ordinem Epiſcopo æqualis, octo præfecti conuentuales aut eorum legati, cœnobiarchæ prouinciales,
B qui ſunt in cœnobio, magnus theſaurarius aut quæſtor ipſi adiunctus & ſubpræfectus magni Magiſtri: ſed hic poſtremus nullum habet ius ſuffragij in iudicio.

In præfecto præter ſupradictos ſunt duo Equites vnius cuiuſque linguæ: Vicecancellarij opera in vtroque neceſſaria eſt: nulli præterea intereſſe coguntur: præter præfectos conuentuales, ſine quibus Senatus haberi non poteſt. Neque tamen hi aut quicumque alij abſque venia magni Magiſtri Senatum agere poſſunt.

Litigatores, qui à gratia, qua partem aduerſam valere vident, ſibi metuunt, iudicem quemcumque recuſare poſſunt, atque adeo ipſum magnum Magiſtrum, idoneis rationibus allatis ſecundum conſtitutionem Baptiſtæ Vrſini.

Antequam partes Senatum adeant, nomina ſua in Cancellaria ſcripto profitentur, quæſtione de qua inter ipſos controuerſia agitur, explicatâ: quo facto nomina ipſorum in catalogum referuntur, & ſuo ordine à Vicecancellario citantur.

C Et quoniam iudicium in hoc ordine eſt definitiuum, & ſummæ atque vltimæ cognitionis, nulli, qui in eum non ſit adſcriptus, ſententiam de cauſis hunc ordinem profitentium ferre licet. Interim ſecularibus, quibus cum Equitibus controuerſia intercedit, fas eſt Procuratorum & aduocatorum opera, cum in Capitulis prouincialibus tum in conuentibus vti.

Laudabilem quoque conſuetudinem habent ſuffragia per calculos ferendi, quoties duo ad idem officium adſpirant: tunc antiquitatis ratio habetur, niſi inter competitores aliquis ſit, qui maiorem crucem geſter: nam hi omnibus præferuntur, & in calculis mittendis hic ordo obſeruatur.

Iuramento præſtito à competitoribus, calculi prius mittuntur pro actore, quàm pro eo, qui in ius vocatur: & Vicecancellarius duo vaſa in manus ſumit, vnum candidum, alterum nigrum: & primùm accedit magnum Magiſtrum, poſtea vnũquemque ex Senatoribus ſecundum ordinem, quo ſedent, quibus vaſa iſta offert, vt calculum in ea pro arbitrio iniiciant.

Nam ſi actori faueant, calculum ſuum in vas candidum iniicient: ſin minus, in nigrum.

D Quo facto, calculi palam numerantur, & Vicecancellarius candidos in charta notat: eodéque agendi modo vtitur, ſi ſint duo aut tres competitores: poſtea omnes calculos numerat, & qui plures habet, nemine reſtagante dignitatem obtinet, quam ambit.

Si calculorum numerus ſit æqualis, ætate prouectior præfertur, aut tota res iudicio Senatus permittitur, qui etiam in omnib. aliis litibus ſententiam fert, quando calculi ſunt pares.

Eadem ſuffragij ferendi ratione vtuntur Equites, in ſuis quoque linguis, quando de beneficio aliquo, aut nominatione atque electione ad præfecturas & dignitates agitur, quoniam non licet beneficium aliquod aut dignitatem cuiquam ex fratribus conferre, priuſquam ordo ipſum tangat, niſi ex conſenſu omnium Equitum.

Non licet autem Equitibus in priuatis ſuis conuentibus de aliis rebus deliberare, quam de ſuis poſſeſſionibus, vineis, ædibus aliiſque ad ipſorum linguam pertinentibus, neque de publicis negotiis quæſtiones mouere.

Melitæ Senatum ſingulis diebus Veneris habent, cui interſunt Senatores ordinarij, nec non Iudices appellationum, Ordinarius, Vicecancellarius, Capitaneus inſulæ Melitenſis & Iudex vrbis.

Ius redditur incolis inſulæ, & omnibus aliis Secularibus, qui ſunt ſub imperio dominorum huius Ordinis, aut quibus res eſt cum illis.

[illegible] amob [illegible] ius vo- E
[illegible] quam qui ſi [illegible] i contra [illegible] antiquitatis [illegible] omni [illegible] hoc ordine [illegible] cauſa [illegible], nec po[illegible] debat, quamuis ſententia ſecundum [illegible]

Quam [illegible] agunt, cum huiuſmodi appellationes multum derogent iuri ſupremæ poteſtatis: & ſi per conniuentiam his appellationibus aut aliorum Iudicum ſententiis locum darent, tandem antiqua ſua authoritate priuarentur, ſicut alij qui ius, quod ſibi acquiſiuerant, per negligentiam rurſus amiſerunt.

Aliam præterea formam iudicij habent equites, quam vocant obſeruationem, quæ apta eſt decidendis breui momento controuerſiis eorum quibus non vacat tempus diſceptando conſumere.

Ex vnaquaque lingua aut contubernio Eques eligitur, & octo illis, qui eliguntur, nonus ex quacunque lingua additur. F

Hic conſtituitur Præſes obſeruationis à magno Magiſtro, aut Mareſchallo ordinis, quando fratres ſunt ſub ipſius iuriſdictione, & reliqui octo nominantur ab octo præfectis conuentualibus, quibus iſtud hipparcho ſignificatur, ita tamen, vt præfecti non poſſint alios nominare, præterquam eos, quos partes communi conſenſu pro iudicibus admittunt.

Ab hoc iudicio ad eius ſupplementum prouocare licet, in quo numerus iudicum duplicatur: rurſus à ſupplemento ad ſupplementum ſupplementi, in quod tres ex vnaquaque lingua loco vnius adſciſcuntur: idem tamen Præſes, qui ab initio electus fuit, manet.

Si neque hoc modo controuerſia dirimi poteſt, magnus Magiſter iudicium adhibet præfectorum conuentualium, aut ſubpræfectorum: ſi accidat, vt præſes ſit præfectus, exauctoratur, & alius ex ſenioribus inter Equites ipſi ſurrogatur. Singuli autem vnum tantum ſuffragium dant, excepto Præſide, cuius ſuffragium pro gemino numeratur. G

Præſes quærit ex partibus, an quenquam ex iudicibus ſuſpectum habeant.

Tunc vnuſquiſque verba faciens cauſam ſuam agit, & ius carptim breuiterque dicitur, ſecundum ordinem calculorum.

17. Quod ad magnum Magiſtrum attinet, omnes, qui huic ordini ſunt adſcripti, tam clerici quam laici, imperio ipſius audientes eſſe tenentur. Nemo autem ad hanc dignitatem euehitur, quin ſit Eques, ac proinde nobili genere natus, & ex legitimo matrimonio procreatus.

Quamuis autem magnus Magiſter ſit caput & princeps huius ordinis: tamen poteſtas ipſius certis limitibus eſt reſtricta. Nam ſi eligatur, quando eſt in itinere, nec tempore electionis ſuæ Melitæ eſſet, non poteſt plus pecuniæ ſumere, quam Senatus Queſtorib. mandauit, vt ipſi numerent: & ſi plus inſumat, ex ſuo id depromat neceſſe eſt. Cæterum ipſis officia, dignitates, & poſſeſſiones commendatitiæ vacant eo ipſo die quo eligitur: quarum collatio eſt penes magnum Magiſtrum, H Cœnobium & Conuentum. Ex iis nihil reſignare poteſt, ſed omnium diſtributio eſt penes Senatum: quamuis ipſe quoque quatenus eſt magnus Magiſter iis quib. vult, ſuffragari poteſt.

De illius, cui ſucceſſit, exuuiis tantum frumenti & vini ſibi vendicat, quanto opus habebit à die ſuæ electionis vſque ad proximum feſtum Natiuitatis Domini reliquum cedit ærario ordinis.

Ex argentea eiuſdem ſuppellectile pondus ſexcentarum marcarum, nec vltra, accipit: item ſcyphum & gutturnium aureum ſi adſit: quod ſupereſt, in publicum ærarium reconditur.

Magno magiſtro iam olim aſſignatus eſt ſatis magnus poſſeſſionum commendatitiarum numerus, quæ dignitati ipſius ita adhærent, vt ab ea diuelli nequeant, quod ideo factum eſt, vt tanto honeſtius rem ſuam familiarem inſtituere poſſit.

Illas tamen ad tempus vni ex Equitibus, cui lubet, concedere, aut ex illis penſionem aliquam ipſi conſtituere poteſt. Poſſeſſiones, quas habet, ſunt illæ.

In magno cœnobio S. Ægydij, poſſeſſio Peſenatis ipſi eſt aſſignata: in Tholoſano, Poiſubrana: in Aruernia, Salinenſis: in Francia, Hannonienſis: in Aquitania, Templi Rupellani: in Campania, Metenſis: in Gallia Ciſalpina, Inuernenſis: Romæ, Mugnana: Venetiis, Treuiſana: Piſis, Pratenſis: Capuæ, Sicianæ: Barri, Brunduſſina: Meſſanæ in Sicilia, Polizenſis: Cataloniæ, Maſdeenſis: Nauarræ: Calzetenſis: in præfectura hypoſitionis, Aliagenſis: in Caſtilia, Olmoſana, in Luſitania,

A Cocit[illegible] in Germania , Bu[illegible]
Denique nullum eſt inſigne [illegible]
ex quo magnus Magiſter a[illegible]

Magnus Magiſter eligit le[illegible] pro arbi[illegible]bus veniam omnium eorum,quæ p[illegible] iam diximus,quando in hunc ordinem [illegible] voluntati renunciant.

Sed notandum eſt,magnum Magiſtrum non poſſe fratri reo, antequam is ſit condemnatus , gratiam facere criminis,neque iis,qui ſunt habitu in perpetuum priuati, abſque conſenſu capituli generalis.

Poteſt tamen pœnam in aliam mitiorem commutare : ſed oportet præfectos prius pro ipſo intercedere: Iſtud locum habet,quando frater alteri vulnus inflixit:ius antiquitatis autem ei auffertur ,qui alterum iniuria affecit , & datur nouitiis , qui vocantur fratres Arnaldini : niſi vulneratus mortem oppetat, & aliquo membro mutiletur nam hoc caſu leges ſtrictè obſeruantur.

B Magnus Magiſter non poteſt quidquam donare ex iuribus, prærogatiuis & redditibus ſui Magiſterij quod ſucceſſori ſit detrimentoſum : & id faciat , donatio nullam vim habet , & reſcinditur.

18.Præfecti olim instituti fuerunt vt magno Magiſtro adeſſent,tanquam Conſiliarij & Senatores.Hi vocantur cœnobiarchæ conuentuales : & præterea titulos habent magni Commendatoris , de quo ſupra loquuti ſumus : Mareſchalli, Hoſpitalis,qui eſt cuius etiam iam ante mentionem fecimus : Hoſpitalis,qui eſt antiquus titulus,quem princeps ordinis gerebat: Architalaſſi, qui curam habet triremium & rerum maritimarum.

Mareſchallus , quando eſt in exercitu , inſtat ſuprema ducis omnibus Equitibus & fratribus miniſtrantibus , qui arma ferunt , imperat. Nullum tamen imperium habet in præfectus, tam conuentuales quam capitulares, neque in cœnobiarchas & Caſtellanos,qui pro ſociis magni magiſtri habentur.

Eſt Præterea is, quem olim Pannarium vocabant,& magnus conſeruator hodie appellatur, eſtque in numero præfectorum:ſicut & is,qui olim tempore bellifacti Turcopola dicebatur,quæ vox ſignificabat ducem equitum leuis armaturæ: eratque hoc officium proprium nationis Anglicanæ.

C Mareſchalli officium eſt conuentus indicere , quibus etiam cœnobiarcha eccleſiaſticus intereſſe tenetur.

Eiuſdem eſt ſigniferum creare , Quemcunque vult,qui magnum ordinis vexillum ferat : Quod tamen non fecit abſque conſilio & conſenſu magni magiſtri,aut ipſius legati. Sed neque Mareſchallus,neque Archtalaſſus aut vlli præfecti quemquam ab officio,quod ipſi contulerunt , remouere poſſunt:ſed hic honos ſoli magno Magiſtro & Senatui ordinario competit,qui de criminibus iudicant , propter quæ aliquis ſit loco mouendus.

Magnus Commendator curam habet victus & annonæ,qui etiam,vt ſupra diximus ærario præeſt.

D Magnus Diæcetes Germaniæ præerat olim arci S. Petri,quæ eo loco ſita eſt, vbi olim fuit Halicarnaſſus,Hoc officium periit,ex quo Turcæ Rhodum occuparunt.

Mareſchallus habet curam Torris , in quam captiui coniiciuntur : neminem tamen ex ea poteſt emittere abſque conſenſu Senatus.Ipſius quoque eſt obſeruare an Hipparchus faciat officium,& corrigere,ſi quid vitij in eo deprehendat.

Noſocomus curam habet valetudinarij , cui aliquem præficit,qui ſit natione Gallus,ſi quis ex ea ſit , qui ſit idoneus ſin minus eligit ex aliis quemcumque vult, Hic autem valetudinarij præfectus tantum per biennium munus iſtud exercet.

Pannarius curam gerit veſtitus,quo Crucigeri vtuntur.Neque enim illis licet abſque illius permiſſu veſtes ſibi conficiendas curare.

Præfectis ſexaginta tantum aurei ſingulis annis pro ſtipendio dantur,quando in conuentu manent : abſentes ſui ſtipendiis fruſtrantur.Legati ipſorum quadraginta accipiunt, vt inſpectionem in contubernia habeant : Archimandrita quadraginta octo:& Theſaurarius tantundem.

Theſaurarius ex alia natione eligi non poteſt quam Gallica, atque ille recenſetur inter præfectos Capitulares.Ipſe cuſtodit Bullam ferratam ordinis , ſigillis magni magiſtri & præfectorum obſignatam.

Intereſt Senatui,& quando rationes redduntur, eligimurque tam ex Equitum,quam eorum,qui armis miniſtrant, & Sacellanorum numero.

[illegible] is.

Hi[illegible] Ca[illegible] ſtituit octauum Præ[illegible] & is ſemper eſt H[illegible] natione, habens ſub ſe V[illegible] ipſo abſente ,litteras expedit,& gratis di[illegible] excepto præmio,quod magni Magiſtri ſubpræfectus ex illis litteris accipit.

Omnes præfecti ex Crucigeris maioris Crucis eliguntur: eam tamen aſſumere non poſſunt,donec in cœtum conuentualem Melitenſem veniant.

Quoniam præfectorum mentionem ſæpe fecimus, non abs re erit,ſi eos enumeremus,Præfecti ex Prouincia ſunt magnus Commēdator,Cœnobiarcha S.Ægydij,Cœnobiarcha Tholoſanus,præfectus capitularis Monoſquenſis.

Ex Aruernia ſunt Mareſchallus, Cœnobiarcha Aruerniæ, præfectus Lugdunenſis , qui olim vocabatur Lureoliis. Ex Francia ſunt magnus Noſocomus , Cœnobiarchæ Franciæ, F
Aquitaniæ & Campaniæ, præfectus Capitularis Peloponneſi,,& generalis Theſaurarius. Ex Italia ſunt Archithalaſſus, Cœnobiarchæ Romæ , Galliæ Ciſalpinæ, Venatiarum, Piſarum,Meſſanæ, Capuæ,præfectus Capitularis S Euphemiæ,S. Stephani prope Monopolim, Trinitatis Veruſiæ,& S.Ioannis Neapolitani.

Ex Tarracone,Catalunia & Nauarra ſunt magnus Conſeruator , olim Panoarius dictus , Caſtellanus Impoſitionis. Cœnobiarchæ Cataloniæ & Nauarræ,& præfecti Capitulares Maioricæ.

Ex Anglia erant olim Turcopola,Cœnobiarchæ Angliæ & Hiberniæ,præfectus Capitularis Aquilæ.

Ex Caſtilia,Legione & Luſitania ſunt Cancellarius, Cœnobiarchæ Caſtiliæ,Legionis & Luſitaniæ,& præfectus Capitularis Bouedenſis.

Cæterum officia præfectorum Capitularium , Archimandrita ordinis,& Commendatorum Cypri & Langonis omnibus nationibus committuntur. Eubææ autem Commendatores ex ſolis Tarraconenſibus,& Caſtellanis eliguntur. Omnes autem iam commemorati,ſunt Crucigeris maioris crucis, & ex Senatu perfecto. G

Archimandrita Eccleſiæ Melitenſis imperium habet in omnes ſacellanos,& alios,qui ſunt ordinis eccleſiaſtici, exceptis iis , qui in ſacello magni Magiſtri miniſtrant. Loquor autem de iis ſacellanis qui Melitæ domicilium habent : nam cæteri ſunt ſub poteſtate cœnobiarcharum & Commendatorum in iis Locis,vbi degunt.

19.Porro quoniam de magno magiſtro , ipſius dignitate, excellentia & poteſtate ſatis multa verba fecimus : ſupereſt, vt aliquid dicamus de ipſius electione,& quid faciat is , qui munus iſtud gerit & graui morbo ſe oppreſſum ſentit.Magnus Magiſter , grauiter affectus,bullas argenteas & ferreas,& ſigillum ſecretum in locum arcanum abſcondi iubet, ne quis iis abutatur. Si ipſemet ea abdere non poſſit , id negotij ſub præfecto ſuo committit, qui mortuo magno Magiſtro, ea refetut in Senatum ordinarium afferre,in quo omnia confringuntur,ne quis illis amplius vti poſſit. H

Cum cadauer honorificentiſſime,ſed abſque luxu & ſuperfluo ſumptu terræ mandatur.

Eo ſepulto,Vicarius defuncti eligitur,cuius officium durat quoad nominetur Commendator,quem electionis vocant.

Interea bona, quæ in ædibus magni Magiſtri reperiuntur annotantur:deinde quiſque ad alterius electionem ſe comparat,& dies futuræ electioni aſſignatur.

Illa die orta omnes in templum eoëunt:vnde , ſacro peracto, in atrium publicum ſe conferunt,in quo ordinarij cœtus habentur.

Vicarius, expoſitis cauſis , propter quæ in eum locum conuenerint,mandat,vt Euites & alij fratres ex vnaquaque natione ſeorſum capita conferant.Illi iureiurando fidem obſtringunt, ſe ſyncero animo electuros Præſidem & tres Electores magni Magiſtri,nempe Equitem, fratrem miniſtrantem & ſacellanum.

Octo fratres à totidem linguis electi iuramentum præſtant de Electione Equitis,futuri Præſidis in electione magni Magiſtri Præſide electo,Vicarius officio ſuo ſe abdicat.

Præſes electionis , ſuæ cathedræ inſidens,octo illos fratres ad ſe venientes iureiurando adigit, vt tres Electores fide ſincera & procul à gratia nominent. Hi vero eligunt , eos,penes quos futura eſt magniMagiſtri electio.

Quo

[illegible] rlos & l [illegible] E

[illegible] res [illegible] gnaos, [illegible] cætu pro- [illegible] que [illegible] co poteſtate ſua abeunt [illegible] res iſti vltimi coram Præſide [illegible] dant, ſe proditoros quartum, qui [illegible] electo, iurant, ſe ſimiliter quintum electuros, & [illegible] donec octo elegerint: quibus eadem ratione alios octo adiungunt, vt ſint in vniuerſum ſedecim, nempe duo fratres ex vnaquaque lingua. His duos ſacellanos & tres tantū armis miniſtrantes addere licet: nam reliquos oportet eſſe Equites.

Quando hi electi ſuot, delicta prius coram ſacerdote confitentur, & S. Euchariſtiæ participant: deinde coram Iudice electionis ſe ſiſtunt; vbi nudo capite & genibus pronis vnus poſt alterum clara voce iurat, ſe legitimè & ſecuodum antiqua ordinis ſtatuta caput & principem electuros, qui ſit vir probus & ordini vtilis.

Hoc iuramento præſtito, Commendator electionis & omnes, qui adſunt, iurant, ſe ratum habituros quidquid illi hac in parte fecerint, & ſe magni Magiſtri quem elegerint, imperio audientes futuros.

B

Ingreſſi in conclaue liberè ſoam ſententiam dicunt de vita & moribus eorum qui ad electionem proponuntur, & à nonnullis commendantur.

Poſtquam diligenter ſingulorum vitam perſcrutati ſunt, calculos in vaſa immittunt, & qui numero ſuffragiorum vincit, eligitur.

Neque alium nominare audet Commendator electionis præter eum, quem ſedecim viri iſti elegerint, propter iuramentum ab ipſis præſtitum.

Hac electione finita, coram Præſide cætus ſe ſiſtunt, & ter omnes interrogant, an ſuam electionem approbare & ratam habere velint. Omnibus affirmantibus, Eques electionis, qui eſt vnus ex tribus primis nominatis, reliquis omnibus ſedentibus, clara voce nomen eius edit, qui in magnum Magiſtrum electus eſt. Is, ſi adſit, ad magnum altare ducitur, vt iuret, ſe obſeruaturum iura Ordinis, & conſeruaturum ipſius priuilegia, nec quicquam facturum ſine conſenſu Senatus. Si abſit, denuò comitia habentur, vt legatus vſque ad ipſius aduentum eligatur cùm alias, quando adeſt, legatum pro arbitrio eligat.

C

Durante electione non licet vlli Equiti arma ferre eo loco, vbi illa fit: alioqui ius ſuum ſuffragij amitteret, & ſi de eo conqueri vellet, habitu exueretur.

Præfecti & cœnobiarchæ Conuentuales eliguntur coram magno Magiſtro. Nam penes ipſum & ordinarium Senatum eſt eorum electio quemadmodum etiam electio cœnobiarchæ Eccleſiæ Melitenſis.

Crucigeri Melitenſes plerumque Procuratorem ſiue Oratorem habent Romæ in aula Pontificis, qui à Capitulis generalibus, & crebrò à magno Magiſtro eligitur. Eum Senatus certis de cauſis, & quando videt ipſum ad hoc munus ineptum eſſe, loco mouere, aliumque ipſi ſubſtituere poteſt.

Ipſius eſt beneficia: priuilegia & immunitates ordinis defendere, & quæ ſingulis nationibus conceſſa ſunt, ac ſtipendia à magno Magiſtro & Conuentu conſtituta tueri. Ad ipſius etiā officium pertinet, fratribus rebellantibus & immorigeris ſe opponere, eos increpare, & omni rigore perſequi: atque etiam magnum Magiſtrum de rebus ad ordinem pertinentibus monere: nec fas ipſi eſt, aliud quicquam accipere præter ſtipendium ordinarium, quod ex ærario ipſi numeratur.

D

20. Omnia denique officia in hoc Ordine per electionem conferuntur. Si bellum terra gerendum, & ſupremus militiæ dux ſit eligendus, ex Aruernia ſumitur, ſiquidem aliquis exiſta prouincia dignus, & ad hoc officium idoneus inueniatur: ſi opus ſit præfecto claſſis, à natione Itali petendus eſt.

Si ex his nationibus idonei duces non ſuppetant, ex aliis eliguntur, abſque præiudicio tamen nationis; & iuris antiqui, quod habet.

Quod atinet ad poſſeſſiones commendatitias non licet vlli Equitum duas ſimul tenere, neque cœnobiarchis aut caſtellanis vllas alibi quam in ſua prouincia habere.

Interim cœnobiarchæ & præfecti, qui huiuſmodi poſſeſſiones legitimè adepti ſunt, poſſunt habere cameras magiſtrales ipſis conceſſas, & poſſeſſiones commendatitias, quas ſæcularibus, qui eas vſurpant, eripuerunt aut eas, quarum vſuſfructus iure ad ipſos redit per priuationem fratris cuiuſdam ex ipſorum prouincia.

Quid ante aſſumptum habitum matrimonio iunctus fuit, [illegible] ne p [illegible] poſſeſſiones [illegible] nem [illegible] , niſi [illegible] n ad [illegible] ſt aſſumptum [illegible] n- [illegible] vbi [illegible] c aut ſedem annuo, niſi [illegible]

De [illegible] poteſt frui poſſeſſione commendatitia, ſiue gratuita, ſiue Ordinis aut acceſſionis, niſi quis fuerit in Conuentu, & ius antiquitatis aut exſpectationis habuerit. Litteras autem exſpectationis impetrare oportet anno exequutionis; quæ fit per cōmendationes: nec poteſt quiſquam augmentū ſui beneficij obtinere, niſi quinquennium miniſtrauerit, & annum integrum fuerit in ſua poſſeſſione commendatitia.

Quidquid Commendatores acquirunt Ordini cedit: ſi ſit res ſoli pertinet ad poſſeſſionem commendatitiam vicinam prædio acquiſito: ſi ſit res mobilis, ærario publico infertur.

Iis locis: in quibus ſunt nominationes beneficiorum, aut collationes, aut præſentationes dependentes à feudis poſſeſſionum commendatitiarum, Commendator de iis pro arbitrio diſponit, niſi conſuetudo & priuilegia locorum aliud ferant: nec poſſunt cœnobiarchæ, præfecti & Commendatores de iis diſponere, ſi hæc beneficia morte aut alio caſo vacare cōtingat, quādo magnus Magiſter illic verſatur: nam tunc ipſius eſt de iis diſponere, etiamſi electio illic locum haberet, niſi hæc beneficia fuerint aſſignata pro iure antiquitatis cuiuſdam ex fratribus Maximè autem in hoc ordine vetitum eſt omnibus, qui illum profitentur, ne petant officium, poſſeſſionem commendatitiam aut beneficium, clam vel palam, directè vel indirectè ab alio quocumque, quam à magno Magiſtro Conuentui, & ordini huic adſcriptis, penes quos eſt illa conferre.

F

Si quis tale quid alia via obtineat illud in manus magni Magiſtri reſignare tenetur: quod ſi facere recuſet, priuatur habitu, & in perpetuum carcerem conijcitur.

21. Cœnobiarchæ, præfecti & Caſtellani tenentur omnibus quinquenniis poſſeſſiones commendatitias iuriſdictioni ipſorum ſubiectas viſitare, aut ſi aliis negotiis vel morbis impediantur, Equitem commendatorem & ſacellanum, qui etiam poſſeſſionem commendatitiam habeat, eò mittere, vt inſpiciant, an omnia rectè adminiſtrentur, an nihil ſit in ædificiis, quod ruinam minetur, aut reparatione opus habeat. G

Ob eandem cauſam Eques & Sacellanus cubicula & poſſeſſiones commendatitias cœnobiarcharum & præfectorum viſitant.

Si cœnobiarchæ hac in parte officium facere neglexerint locum ſuum, iuriſdictionem & præeminentiam in cœnobiarchatu ex conſuetudine amittunt: & ſi viſitatores à Capitulo delegati legum tranſgreſſoribus faueant, anni ſpatio fructu ſuarum poſſeſſionum commendatitiarum priuantor.

22. Non licet Commendatoribus vllam mercaturam exercere multo minus pecuniam fœnori date aut accipere, nec bona ad Ordinem pertinentia vendere vel oppignorare, abſq; venia magni Magiſtri, & conſenſu Capituli generalis: & Capitulis prouincialibus interdictum eſt, ne de huiuſmodi alienationibus agant.

Quamuis etiam Equites aliqui acquiſiuiſſent, tamen non licet ipſis illud alienare, ſine venia magni Magiſtri & Capituli: nam illius vſum fructum tantum habent ad dies vitæ. H

Haud magis licet Quæſtoribus prædia fratrum defunctorum elocare, aut eorum mercedes conſtituere, niſi in Capitolo prouinciali, præſentibus cœnobiarcha & quatuor Equitibus ſenioribus.

Neque licet fratribus huius Ordinis teſtamentum condere, neque aliquid donare, ac ne ſeruis quidem ſuis præter ipſorum ſtipendia Creditor tenetur ſua nomina edere.

Denique omnes in omnibus voluntati ſuperioris ſe ſubmittere coguntur, qui non permittet, vt plus quam ſextam partem bonorum mobilium teſtamento relinquant: argento autem ſignato, quod apud defunctum reperitur, debita ipſius exſoluuntur.

Ipſe magnus Magiſter non poteſt de ſuis bonis mobilibus diſponere niſi permiſſu Capituli generalis, & quando morti vicinus eſt.

Quoniam etiā ſæpe fit, vt Equites magnum numerum mancipiorum, Turcarū & Maurorum, habeāt, quos in excurſionibus maritimis capiunt, nō licet ipſis eos manumittere & libertate donare ſine venia magni magiſtri & Capituli generalis.

In criminibus capitalibus cauſas curare ſæcularium, qui iu-

A [illegible] Ordi[illegible] b[illegible] ctum: nam [illegible] ho[illegible] h[illegible] polsticis relinq[illegible] leb[illegible] cè neque ſeer to[illegible] c officio [illegible] P[illegible] ex Equitibus aut Cruc[illegible] ris [illegible] cet vlli amicorum, aut ſodalium ipſi[illegible] ſententiam latam: puſtea autem poſſunt magnum Magi[illegible] [illegible]gare, vt pœnam mitiget.

Vnicuique etiam fratribus vetitum eſt fidem iureiurando obſtringere, aut fœdus cum quoque Principe percutere abſque venia magni Magiſtri, aut ipſius Archimandritæ: nec licet ipſis vllum conuentum abſque eorundem permiſſu inſtituere. Cauſa huius rei eſt, vt vitentur æmulationes Principum, ex quorum ditionibus fratres ſunt oriundi. Nam ſi vni potius quam alteri adhærerent, ordo detrimentum pateretur. Non licet Crucigeris vagari, aut exire limitibus ſuarum prouinciarum & poſſeſſionum commendatiarum ſine ſpeciali

B venia ſuperioris. Si oberrare deprehẽdantur, nec libellum, quo venia exeundi ipſis conceſſa fuerit, oſtendere poſſint, omnibus Commendatoribus iniunctum eſt, vt illos capiant, in carcerem coniiciant, & nomina eorum ad cœnobiarcham deferant, vt in eos animaduertat.

Ad peculatum cauendum, Equitibus, aliiſque, qui aliquod officium in hoc ordine gerunt, interdictum eſt, triremem aut aliam nauim ad excurſionẽ palam vel clam per homines interpoſitos inſtruere: ſed hoc priuatis tantum conceditur, qui cum officialibus conſpirare, & colludere non poſſunt, quin pœnam periurij incurrãt: nec poſſunt Equites excurrere, niſi cum conſenſu magni Magiſtri, & permiſſu ordinarij Senatus.

Antequam hæc ipſis facultas detur, oportet, vt quinque annis miniſtrauerint, & iurent, ſe territoriis & portubus Chriſtianorum nullum damnum illaturos: quandiu autem ſunt in curſu, iure antiquitatis fruuntur, non minus, quam ſi Melitæ eſſent.

C Nomiſi magno Magiſtro & Senatui ordinario licet piratis ſaluum conductum dare: quod tum demum faciunt, quando extrema neceſſitas id flagitat: ſicut & fugitiuis, & mercatoribus, qui foro ceſſerunt.

Neque alius prætetquam magnus Magiſter & Senatus præfectus cum Turcis, Mauris & aliis infidelibus inducias paciſci, aut tranſigere poteſt. Vnicuique etiam interdictum eſt, tormenta, puluerem nitratum & alium commeatum ex inſula & ædibus ad ordinẽ pertinentibus auehere. Solus Magnus Magiſter & Senatus illam poteſtatẽ habet, prout neceſſitas exigit.

23. Equitibus & iis, qui armis miniſtrant, interdictum eſt, ne bellis, quæ ſunt inter Chriſtianos, ſe implicent, neque ſacramento ſe obſtringant aut ſtipendium accipiant, niſi à Principe regionis, in qua verſantur, id facere iubeantur: nam tunc legibus ſoluuntur. Non tamen inſignia Ordinis geſtabunt, niſi bellum pro defenſione Ordinis geratur.

Pœna conſtituta eſt in eos, qui crucem palliis aſſutam non gerant.

Rixæ in contuberniis ſunt interdictæ: ſi quæ vis aut pugna

D in iis fiat, id ſecundum caſum, & leges Ordinis vindicatur.

Quoniam ſupra diximus de pœna, quæ fratribus infertur, quando habitu priuantur, cauſſæ quoque explicandæ videntur, propter quas eiuſmodi ignominia afficiuntur.

Pœna hæc ipſis irrogatur, ſi accuſentur, rei peragantur & conuincantur hæreſeos, Sodomiæ, furti, rapinæ, aut quod ad infideles ſe receperint, aut vexillum Ordinis explicatum in bello contra hoſtes fidei deſeruerint, aut ex prælio fugerint, & ſocios dereliquerint, aut munitionem hoſtibus tradiderint. Sed diligens in his rebus adhibetur inquiſitio, ne quis condemnetur inauditus.

Falſi teſtes, falſarij, qui literas Ordinis corrumpunt: periuri, & qui in bello prædis agendis operam dant, eo per annum priuantur.

Qui alios borum criminum poſtulant, nec ea probare poſſunt, eam pœnam & ignominiam priuationis habitus ſubeunt, quam aliis intentabant.

Concubinatus & omne genus luxuriæ ſpecialibus regulis huius Ordinis prohibetur. Denique nihil eo meliùs conſtitutum eſt: & ſi quidam exorbitent, non inſtitutioni & regulis Ordinis, ſed ingeniis deprauatis imputandum eſt.

RELIGIO.

24. Conſtat, Equites huius inſulæ eſſe religionis Catholicæ contra infideles propugnacula. In inſula Malitenſi eſt [illegible] eſt. Arc[illegible] P[illegible] S[illegible] [illegible] huius [illegible] [illegible]nquo & ſua [illegible] quotidie, ſiue ſimul, ſiue diuerſis [illegible] [illegible] Dominicam centies quinquagies, loco horarum, [illegible] Cano[illegible] [illegible]ntur, recitare.

Verum Presbyteri, Diaconi, aliique Eccleſiaſtici tenentur quotidie precationes, ſecundum ordinem & morem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ peragere.

Omnes tenentur ieiunare toto tempore quadrageſimæ, à die cinerum vſque ad Paſcha: præterea tempore ſtatiuarum ſupplicationum, die S. Marci, feſto Pentecoſtes, quatuor ieiuniorum cardinibus, pridie feriarum Apoſtolicarum, & Ioannis Baptiſtæ, S. Laurentij, Aſſumptionis Natiuitatis, Conceptionis, Purificationis & Annunciationis B. Virginis, feſti Omnium Sanctorum, & Natalis Domini.

Præterea tenentur Euchariſtiam ſumere, feſto Natalis Domini, Paſchatis & Pentecoſtes. Quando in mare excurrunt, delicta confitentur, idque ſuis tantum ſacerdotibus: quibus ſi careant, permiſſu cœnobiarchæ, aut ipſius vicarij, ſi ille abſit, ille abſit, hoc caſu neceſſitatis coram alio ſuam exhomologeſim facere poſſunt.

Equites, quando ſunt in Conuentu tenentur intereſſe, & ſupplicationibus, ſolennibus quiſque ſuo loco, & ſecundum ſuam antiquitatem: nec audet quiſquam ex illis locum cœnobiarcharum, præfectorum Conuentualium aut eorum legatorum occupare, vt honor, qui Eccleſiaſticis debetur obſeruetur.

Pro vnoquoque fratre defuncto triginta Miſſæ celebrantur. Omnes fratres, qui primæ interſunt, cereum efferunt, & denarium, qui pauperibus diſtribuitur.

Singuli ſacerdotum defuncto debent vnam Miſſam: Diaconi & hypodiaconi Pſalterium: miniſtrantes officia exequialia, aut centum quinquaginta Orationes Dominicas.

Statutum eſt, vt vir doctus publico ſtipendio conducatur qui iuniores clericos inſtituat, & eos doceat linguam Latinam: alius item, qui eos doceat cantare. Nullus autem Hypodiaconus, recipitur, niſi ſit natus XVIII. annus, neque Diaconus, niſi ſit natus XXII. neque ſacerdos, niſi ſit natus XXVI. Omnes autem oportet ſuum ordinem profeſſos eſſe.

Eremitæ.

Transfer huc ex loco de vitâ ſolitariâ: qui eam ſuſceperint, & profeſſi fuerint, &c. Item locum de Religioſis, vbi plura exempla & hiſtoria huius loci.

---

* Error.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

ERROR eſt animi vitium quo aliud pro alio quis putat, aut falſum pro vero. Hinc apud Virgilium. H

Aut aliquis latet error, equo ne credite Teucri.

Græcis πλάνη dicitur. Eſt autem errare idem quod vagari. Vnde iterum *Virgil.*

—— Recénſque à vulnere Dido.

Errabat ſylua in magna.

Et quia vagando nonnunquam à via deflectitur, fit quod error aliquando pro delicto accipiatur. Quod eſt deuiatio à regula rectæ rationis, Vnde David *Semper hi errant corde.*

ERROR NON EST CELANDVS, SED CONTINENDVS.

Errorem nunquam cum proximi pernicie celandum Auguſtinus monet *in Epiſt. ad Marcellam*, verba illius ſunt.

Nimis peruersè ſeipſum amat, qui & alios vult errare, vt error ſuus lateat. Quando eſt melius, & vtilius, vbi ipſe errauit, alij non errent, quorum admonitio errore careat; Vos qui me multum diligitis, ſi talem me aſſeritis, vt nunquam in ſcriptis meis errasse dicatis, fruſtra laboratis, non bonam cauſam ſuſcepiſtis, facilè in ea, me ipſo iudice ſuperamini, quoniam non mihi placet, cum à chariſſimis meis talis eſſe exiſtimor, qualis non ſum: profecto non me, ſed pro me alium, ſub meo nomine diligunt, ſi non quod ſum, ſed quod non ſum diligunt.

Non placet ſententia Tullij maximi authoris Romani eloquij, qui nullum vnquam verbum inquit quod reuocare vellem, emiſi: quæ quidem laus quamuis præclariſſima videatur: tamen credibilius de nimium fatuo quam de ſapiẽte perfecto. Sed in bonam partem accipiatur: vt quempiam fuiſſe talem

credamus

[illegible] quam ſapienti ſimplior. Illius quippe ſcripta ſumma ſunt authoritate digniſſima: qui nullum verbum non quidem reuocare vellet, ſed quod reuocare deberet, emiſi. Non mihi igitur Tulliana illa blanditur, ſed angit me planè illa Horatiana ſententia. *Neſcit vox miſſa reuerti. Ibid.*

DE ERRORE, EIVSQVE FVGA
ETHNICORVM
APOPHTHEGMATA.

DIOGENES, cuidam obiicienti, quod aliquandò falſo ſignaſſet monetam (nam hâc ob rem iuſſus eſt exulare.) Fateor,
B inquit, fuiſſe tempus, quo talis eram, qualis tu nunc es: qualis autem ego nunc ſum, tu nunquam futurus es. Notabat eos, qui iuuentutis errores in aliis reprehendunt, cum ipſe oe in ſenectute quidem corrigunt ſuos. *Laërt. lib. 6.*

Idem, quodam item obiiciente Diogeni, & exilium ob facinus illud ei perpeſſum exprobrante, reſpondit Diogenes: Tum temporis celerius etiam iuuenis reddebam lotium, nunc non item. Cynica circuitione notauit iuuenilem ætatem, quæ facilius reddit humorem veſicæ, cum ſenibus moleſta ſit. *Laert. lib. 6.*

Quidam ſeruo, dum puniretur, dicebat, Non volens erraui: Non volens, igitur, inquit, pœnas dato. Vulgaris quidem, ſed frigida excuſatio eſt. Inſciens feci. Vigilandum erat, quid committeret imprudens. *Plut. in Apoph.*

Munatius, facti pœnitens, quod Fabium ſimulaſſet à quo poſtea eſſet adiutus: ad commilitones, Boni, ait, ſapien-
C tiſque viri eſt, ſi errauerit in reliquum tempus doctorem ſe ſibi aſciſcere. *Bruſon. l. 5. cap. 12.*

Scipio Afr. turpe eſſe aiebat, In re militari dicere. Non putaram. Videlicet, quia explorato & excuſſo conſilio, quæ ferro aguntur, adminiſtrari oportere, ſumma ratione arbitrabatur. *Valer. Max. l. 6. 7. c. 2.*

CHRISTIANORVM.

D. Nazianzen. dicebat, Bis ad eundem lapidem impingere, dementibus ſolum tribuit præmia. *Epiſt. 15. in fine.*

S. Chryſoſtomi gnoma eſt, infinitus fit error eius, qui fidam tranquillámque ſtationem littoris egreſſus, per deuia repetit vagari. *Hom. 5. in Epiſt. 2. ad Timoth.*

FORVM GENERA.

Errorum varia ſunt genera Canoniſtis & Theologis vſitata. Eſt enim alius error iuris, alius facti: eſtque nihil aliud quam Ignorantia eorūdem. Item eſt alius error perſonæ, dum exiſtimamus, v. g. eſſe Petrum, & eſt alius quiſpiam. Alius qualitatis, dum quempiam doctum, diuitem, &c. arbitramur, & non eſt
D talis. Alius denique conditionis quando creditur liber qui eſt ſeruus.

Rurſus alius eſt error, qui cōtractui dat cauſam, cum ſit ratio quare aliquid vellmus, quod aliàs non vellemus. Et vocatur à nonnullis antecedens: ſed minùs rectè. Nam antecedens eſt, qui omnem errantis voluntatem præcedit, ita vt nullo modo ei ſit voluntarius. Et dicitur alio nomine inculpabilis.

Alius eſt error concomitans, qui incidit in contractum eſtque is ſine quo nihilominus rem vellemus.

Denique alius eſt conſequens: qui aliquam errantis voluntatem conſequitur, eſtque voluntarius ſuo modo.

☞ *Videatur Locus de Ignorantia.*

---

* Erubeſcentia.

*DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

ERubeſcentia, Græcè ἐρυθρίασις, eſt timor in expectatione conuicij ſecund. Damaſcen. *lib. 2. c. 15.* ab erubeſco, quod eſt valde rubeſco, & ſuffundor pudore.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Dum Aiod miſſus à filiis Iſraël ad Eglon Regem Moab eum muneribus cum ſicâ in ventrem impacta trucidaſſet, clauſiſque oſtiis cœnaculi egreſſus clam fugiſſet, ſerui regis videntes clauſas fores cœnaculi, dixerunt forſan purgat aluum in æſtiuo cœnaculo. Exſpectantes diu donec erubeſcerent, tulerunt clauem, & intrantes inuenerunt dominum ſuum mortuum. *Iudic. c. 3.*

ESDRAS Propheta in anguſtiis cum populo conſtitutus, di- [illegible] *I Par. cap. 8. Idem* [illegible] 8. E

Senes [illegible] qui Suſannam deperibant, erant ambo vulnerati amore ipſius, nec viciſſim dolorem ſuum indicauerunt. Erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam, volentes concumbere cum ea. *Dan. 13.*

Sic etiam Serui Suſannæ audientes ſenes loquentes de ea malè, erubuerunt, quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de illa. *Ibidem.*

Chriſtus poſtquam curaſſet mulierem illam quæ annis decē & octo infirma fuerat, cúmque Archiſynagogus calumniaretur, quod illam in Sabbato curaſſet, inſigni eum ſimilitudine perſtrinxit de boue & aſino etiam in Sabbato adaquando, ita vt erubeſcerent omnes aduerſatij eius. *Luc. c. 13.*

HISTORICA. F

☞ *Petantur ex Tit. de pudore & verecundià.*

Eruditio.

☞ *Vide DOCTRINA.*

Ethica,
ſiue
Philoſophia.
Morum variculus.

ETHICÆ SIVE MORVM PHILOSOPHIÆ
Inuentores, Doctores, Scriptores.

ETHicos vocamus, qui præcepta tum œconomicè: tum politicè viuendi tradunt: & virtutis amor potius, quàm formidine pœnæ homines à vitiis abſtinere cogunt. Poſſunt etiam Philoſophi Practici appellari, generaliori nomine, quoniam de omnibus virtutibus practicis, quæ in ἠθικὰς & G διανοητικὰς diuiduntur, diſputant, in vita tam œconomica quàm politica. Apud Platonem Politici vocantur vſitata eius temporis nomenclatione, à ſpecie conuerſationis humanæ excellentiſſima ad totum genus tranſlata appellatione, quam poſt Rhetores & δημαγωγοὶ magna temeritate ad ſe transferre ſunt conati.

QVI, QVALES. Puta Philoſophi.

PYTHAGORAS Samius, quemcumque in ſuam recepiſſet amicitiam, ei ſymbola ſua communicabat, quæ χρυσᾶ alioqui dicuntur, & hodie adhuc habentur. Latent ſub illis moralia præcepta, quæ in contrahenda & conſeruanda amicitia plurimum momenti habent. Quòd ſi quem ſymbolis ſuis communicaſſe audiret, eum continuo ſocium & amicum adſciſcebat. *Laert lib. 8.* Extant adhuc Pythagoreorum fragmenta Ethica apud Stobæum, ex quorum fontibus Ariſtoteles riuos ſuos magnificis aquæ ductibus & aquatum caſtellis exornauit.

SOCRATES primus Ethicam Philoſophiā è cœlo dedoxiſſe, H & priuatas domos ſubire coëgiſſe dicitur, à Cicerone *lib. 5. Tuſculan. Quæſt. Idem in primo q. Acad.* ita induxit Varronem ipſum loquentem: Socrates mihi videtur (id quod conſtat inter omnes) primus à rebus occultis & à natura ipſa inuolutis, in quibus omnes ante eum Philoſophi occupati fuerunt, auocauiſſe Philoſophiam, & ad vitam communem adduxiſſe, vt de virtutibus ac vitiis, omninóque de bonis rebus & malis quæreret. Quod ipſum tamen neque verum, neque dignum eruditione Varronis, cui ſententiam hanc adſcribit, exiſtimat *Petrus Victorius lib. 13 Var. lect. c. 9.* Pythagoram namque primum hanc partem Philoſophiæ attigiſſe: Socratem verò publicaſſe. Quod Ariſtoteles quoque In priore libro ἠθικῶν μεγάλων teſtatus eſt. Omnes certe, qui poſt illum Ethica præcepta tractarunt, ex illius fonte riuulos ſuos deduxiſſe, penitiùs inſpicienti videbuntur. Quales fuere, Simmias Thebanus, qui inter alia de fortitudine, de decoro, de eo quod eligendum eſt aut fugiendum, de amico, de honeſto dialogos ſcripſit. Cebes item Thebanus, cuius Tabula, vitæ humanæ theatrum continens, adhuc extat. *Laërt. Lib. 3.*

PLATO ea, quæ à Socrate præceptore acceperat inita felicitate ingenij elegantiſſimè excoluit. Etſi verò egregia admodum in ſcriptis reliquit de legibus & republic. temperanda præcepta: multò tamen præſtantiora familiaribus ſuis inuſſit. Quorum præſidio per Dionem fuit Sicilia liberata, &

A Thraciâ per Pythonem & H[illegible], q[illegible] C[illegible] imere[illegible] [illegible].

Sᴘᴇᴠsɪᴘᴘᴠs Platonis ex ſorore nepos de voluptate [illegible] ꝑu, de amicitia libros ſcripſit. *Laert. lib.4.*

Xenocrates Chalcedonius, Platonis auditor, d[illegible] e vili, de libero, de voluntario, de modeſtia de fel[illegible] librum vnum ſcripſit: de amicitia duos de prudentia totidem: Oeconomicum vnum: de frugalitate vnum: quòd virtus doceri poſſit, vnum: de iuſtitia vnum, de virtute duos de voluptate totidem: Politicum vnum: de fortitudine vnum. *Idem.*

Pᴏʟᴇᴍᴏ Athenienſis Philoſophus, Ethicæ ſe totum dedit: vt qui turpiſſimam vitam in adoleſcentia caegerat, in ſenecture reſipiſcendo, alios quoque ad honeſtatem diſputationibus ſuis traduxerit. *Laert.*

Aʀɪsᴛᴏᴛᴇʟᴇs inuentione præceptori ſuo Platoni ſi non par, non multò tamen inferior, methodo etiam ſuperior, Ethicæ Philoſophiæ præcepta reſolutiuo ordine tradidit: generalia primùm de principiis præcepta in libris Ethicorum Nicomachiorum expoſuit: in libris autem Politicorum & Oeconomi-
B corum, principiata ſiue effectus declarauit. Scripſit præterea in Ethicis particularia quædam, quorum Catalogum pete ex *Laert. lib.5.*

Tʜᴇᴏᴘʜʀᴀsᴛᴠs Ereſius, Ariſtotelis auditor, inter cætera de felicitate librum vnum, de voluntario vnum ſcripſit: abbreuiationem Reip. b. Platonis duobus libris edidit: de voluptate vnum, legum ſecundùm elementa 24. legum Epitomes 10. Legiferorum tres, Politicorũ tres, politicôn ad tempora quatuor, ciuilium conſuetudinum quatuor, de optima Rep. vnum, de amicitia tres, de liberalitate duos, de legibus vnum, de iniquis legibus vnum, moralium problematum vnum. *Laert. lib.5.*

Eᴘɪᴄᴠʀᴠs Athenienſis, inter multa, quæ ſcripſit, etiam de perturbationibus, de iuſtitia & virtutibus aliis commentarios reliquit. *Laert. lib.* 10. epiſtolam illius recitat, in qua omnia illius Ethica dogmata breuiter explicantur.

C Dᴇᴍᴇᴛʀɪᴠs Phalereus, Theophraſti auditor, de legibus Athenienſium libros quinque ſcripſit de ratione ducendi populum duos, de Rep. duos, de legibus vnum, de magnificentia vnum. *Laert. lib.5.*

Hᴇʀᴀᴄʟɪᴅᴇs Ponticus, Speuſippi & Ariſtotelis auditor, de iuſtitia tres dialogos ſcripſit, de temperantia vnum, de pietate, de fortitudine, de virtute, de felicitate, de legibus vnum, de bono vnum. *Ibidem.*

Antiſthenis Athenienſis Moralia ſcripta pete ex *libro 6. Laert.*

Zᴇɴᴏ Citticus Stoicorum princeps, de appetitu, de perturbationibus vel de vitiis, de officio, de lege ſcripſit: item commentaria moralia. *Laert. lib.7.*

Cʟᴇᴀɴᴛʜᴇs Aſſius, Zenonis ſucceſſor, libros ſcripſit de apparatione duos, de officio tres, de virtutibus, de conſilio, de legibus, de amicitia, quod eadem ſit virtus viri & fœminæ, de voluptate. *Ibid.*

Cʜʀʏsɪᴘᴘᴠs Solenſis, Cleanthi diſcipulus, in Ethicis non
D pauca commentatus eſt. *Vide eundem.*

Cᴀʀɴᴇᴀᴅᴇs Cyrenæus, Chryſippi diſcipulus, Phyſiologia neglecta, Ethicam ſecutus eſt. *Laert. lib.4.*

Sᴛʀᴀᴛᴏ Lampſacenus, Arceſilai F. Theophraſti diſcipulus, quamuis ob Phyſicæ ſtudium Phyſici nomen meruerit, tamen in Ethicis quoque ſcripſit non pauca. De regno libros tres, de iuſtitia tres, de bono tres, de magiſtratibus duos, de fortitudine, de felicitate, de iniuſto. *Laert.*

Poëta.

☞ Vide Tit. Poëta Gnomologi. Illic Characteris, hic Argumenti habetur ratio.

Orpheus cithara ſua traxiſſe feras, ſyluas, montes, à poëtis fingitur, quòd effrenatos hominum animos ſua leniuit doctrina atque eloquentia. Sic in opuſculis Virgilio annexis:

Threicium quondam vatem fide creditur canora
Moviſſe ſenſus acrium ferarum,
Atque amnes tenuiſſe vagos,
Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa,
Suauiſonaſque modo teſtitudinis arbores ſecuta
Vmbram feruntur præbuiſſe vati.
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit,
Dociliq́ue vitam voce temperauit.
Inſtitutum docuit, cœtuſque congregauit vno,
Moreſque agreſtes expoliuit Orpheus.

Sic de eodem & de Amphione *Horatius in Arte:*

Syluestres homines ſacer interpreſque Deorum.

[illegible] *nere, a[illegible] profanis*
[illegible] *ere vage dare iura maritis*
[illegible] *pida moliri, leges incidere ligno.*
[illegible] *& nomen diuinis vatibus, atque*
[illegible] *carminibus venit———.*

Pɪɴᴅᴀʀᴠs diligenter ſermoné inſtituit de rebus omnibus, de quibus doceri homines debent & quæ in hominũ cõmuni vita euenire poſſunt, de Deo, de prouidentia, de pietate, pœnis impiorum apud inferos, & gaudio piorum in campo Elyſio, ſeu beatorum inſulis in quibus viuere & lætari canit Achillem, Cadmum, & alios heroas, viros præſtantes, qui virtute & vitæ integritate gauiſi ſunt. *Olympiorum hymno* 2. Contrà verò *primo Olymp.* Tantalum torqueri apud inferos, perpetuo metu lapidis, quem capiti eius impendêre, & perpetuam ruinam minitari iuſſerunt ſuperi, quòd nectar è conuiuio F
Deorum furatus fuerit, Sic Ixion impurus, & homicida, rotæ impoſitus, voce inceſſabili ad gratitudinem & pietatem erga Deos, cunctos hortatur homines, *Ode 2. Pythiorum:* Inculcat vbique, hominum conatus ſine Deo, eiúſque auxilio, omnes eſſe irritos: non ignarus ſcilicet, quàm ſoleant ſibi placere homines in rebus ſecundioribus, admiratione propriæ ſuæ virtutis, & ſapientiæ. Victores ſæpe admonet, ne clari victoria, turpi aliqua calamitate è ſtatu dignitatis excutiantur, quemadmodum Bellerophontes, *Ode 13. Olymp.* Eum proinde (quem μεγαλοφωνότατον ſemper nominare ſolet Athenæus) meritò maximi fecit antiquitas, vt magiſtrum & doctorem omnis honeſtatis caſtiſſimum & probatiſſimum.

Vnde eo nato Nymphas cum Muſis, Pana quoque choreas duxiſſe, lætantes & gratulantes, ſcilicet tantum poëtam mortalibus, referunt philologi: & Pan, *teſte Philoſtrato in Imagin b* ſola Pindarica, poſt habitis cantilenis omnibus, canere deinceps eſt ſolitus. Apes etiam in ore Pindari, in cunis adhuc vagientis, dum mella faciunt, natiuam eius monſtrarunt G
ſuauitatem, in qua nihil fellis, nihil veneni, ſed mella puriſſima ineſſent referta ſale beniſſimis alexipharmacis, optimis parænesibus, quibus referta ſunt membra ſingula. Ob eandem fortaſſe cauſam Pindari monumenta, quæ per omnia orbis terrarum regna longè latéque peruolarunt, Deus huc vſque pulchrè conſeruare voluit, cùm interim multa millia optimorum auctorum ita fundirùs perierint, vt ne nomina quidem ipſorum in hominum memoria manſerint. *M. Neander in præfat. Ariſtologia. Pindarica.*

Tʜᴇᴏɢɴᴇs Magarẽſis Siculus, vel Atticus poëta, cũ turpi fabularum inuolucro poëſim contaminatam eſſe videret, primos repudiatis fabulis admonitiones atque parænèſes excogitauit, & nudas res ethicáque præcepta tractari *Aphthonius in Progymnaſ.*

Oᴛɪʟɪᴠs poëta primos Latinitati Stoicã diſciplinam mandauit & ad frugalitatem Romanos tum voce, tum exemplo cohortatus eſt, teſte *Horatio in Sermonibus.* H

Rhetores, Sophiſta.

Sᴏᴘʜɪsᴛᴀ olim quæſtus cauſa non eloquentiam tantum veruntetiam Ethicam philoſophiam, ſiue (vt illi vocabant) Politicam profitebantur, & ſeſe virtutem docere poſſe affirmabant. Licet hoc ex Platonis dialogis, & Iſocratis orationibus colligere.

Protagoras Abderites, Democriti auditor, ſophiſta inſignis, de Repub. & de Virtutibus ſcripſit.

Politici.

Themiſtoclem ſcribunt Mneſiphili Phrearij fuiſſe aſſeclam. Fuit hic non orator, neque ex ſecta philoſophorum, quos Phyſicos nominant: verùm eam, quam Sapientiam vocabant, quæ ſcientia erat Reip. gerendæ, & prudentia negotioſa, amplexus eſt, & tenuit velut ſectam ex ſucceſſione Solonis: quam ſequentes cum artibus confuderunt forenſibus, & ab actu rerum traiecerunt meditationem ad verba, vnde Sophiſtæ ſunt appellati, *Plut. in Themiſtocle.*

Amatores.

Eſt lex apud Lacedæmonios, ſi quis adoleſcens in deliciis habitus peccaſſet, concedebant aut morum ſimplicitati, aut ætati iuuenili: amatorem verò eius pœnas luere cogebant: volentes arbitros eos & inſpectores eſſe omnium quæ iſti facerent. Itaque formoſum quendam ac bonum virum, quòd neminem amaret, ex iis qui deteriores eſſent pœna Ephori

affe

[illegible] ſcribebat [illegible] [illegible] Æliani [illegible]

Mulier

Aſpaſia meretrix rerum ciuilium peritiſſima [illegible] Vnde & a Pericle repudiata, legit in coniugem, [illegible] ducta fuit & a Socrate frequenter conſulta, *Plut. in Pericle.*

QVOMODO. DOCERE MORAS.

Sententiis Moralibus.

Vide Tit. Poëtæ Gnomologi.

Veteres olim in iis, quæ ad honeſtatem morum pertinent, occupatiſſimi fuerunt: & qui de virtutibus aliquid proferre poterat, ſapientiſſimus habebatur. Cùm autem præcepta virtutum nondum perfectè inuenta eſſent; neque etiam logica adhuc reperta, cuius beneficio ad artem & ordinem præce-
B pta iſta redigerentur: breues tantùm viuendi formulæ & ſententiæ circum ferebantur, ceu inuenta quædam Ethica, quas Γνώμας & Ὑποθήκας appellabant, earumque auctores vel Deos ipſos (ſic γνῶθι σεαυτὸν è cœlo deceſſiſſe fabulati ſunt, & Deorum templis hæc ipſa inſcribebant) vel diuinos quoſdam homines, quos σοφοὺς eſſe dicique debere arbitrabantur, conſtituebant. Tales fuère ſeptem illi Græciæ ſapientes, quorum pleræque ſententiæ, propter quas hoc nomen ſunt adepti, ad vitam practicam pertinent. De quibus ſub Titulo Sapientum egimus. Secuti ſunt illos innumeri alij poetæ: præſertim Gnomologi dicti: quorum ſub loco Poëtarum mentionem fecimus. Atq; adeò vetus Philoſophia Ethica, mera Gnomologia fuit, vt *Plutarchus in Theſei vita teſtatur.* vbi etiam Pittheum, Theſei auum, Trœzeniorum regem, à quo Hippolytus fuerat ad pudicitiam inſtitutus, opinionem doctrinæ & ſapientiæ præ cæteris adeptum ſcribit. Ex eius ſententiis hanc vnam fuiſſe ferunt.

C *Μισθὸς δ᾽ ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.* id eſt,
Æqua viro merces fac præſtituatur amico.

quali *Heſiodus* quoque *in libro de Operibus & Diebus* propter ſententiarum pulchritudinem claruerit. Lacones in hoc ipſo philoſophandi genere inſignes fuerunt, eidémque Laconico dicendi charactere magnam auctoritatem conciliarunt, adeò vt Socrates apud Platonem Spartas reconditæ Philoſophiæ domicilium aſſerere non dubitarit.

Epictetus Cynicæ ſectæ Philoſophus, vniuerſa Philoſophorum dogmata, quæ ad humanæ vitæ pertineant felicitatem, quæque tot voluminibus vix explicant cæteri, duobus verbis abſolutè complexus eſt, quæ iam olim prouerbij vice celebrantur à doctis, digna profectò, quæ omnibus parietibus, omnibus columnis inſcribatur, omnibus annulis inſculpatur. Ea ſunt huiuſmodi, ἀνέχου καὶ ἀπέχου id eſt, Subſtine & abſtine. Quorũ altero monemur, vt aduerſa fortiter toleremus: altero, vt ab illicitis temperemus voluptatibus. *Eraſm. in Adagiis.*

Fabulis.

Æsopus Samius, aut Sardianus (Engiton Meſembrianum
D fuiſſe dicit, alij Cotienſem Phrygem) fuit logopœus, hoc eſt, inuentor ſermonum & reſponſionum. Verſatus eſt & in pretio habitus apud Crœſum, antiquior Pythagora XL. Olympiade. Scripſit ea, quæ ſibi delphis acciderunt, libris duobus: ac potius quidam aiunt, Æſopum Apologos ſcripſiſſe ſolùm: nam apud Delphos iniuſte petiiſſe, præcipitatum ab incolis de Phædriadibus rupibus, LIIII. Olympiade & famulum fuiſſe Xanthi Lydi, Alij, Samij viri Iadmonis: cuius & Rhodopis ancilla fuerit. *Suidas.*

Legibus.

☞ *Huc Legiſlatores imaginariæ Reip. pertinent. Sed & veræ Reip. & quæ alibi extitit.*

Dicæarchus Peripateticus eos, qui ſeptem Sapientes vocantur, ſapientes fuiſſe aut Philoſophos negat, ſed cordatos tantum viros, & legum latores: ex cuius ſententia *Cicero in Lælio* inquit: Qui ſeptem appellantur, eos, qui iſta ſubtilius quærunt, in numero ſapientum non habent. *L. Viues in l. 18. Aug. de Ciuit. Dei, cap. 25.*

Hippodamus Mileſius natura literis deditus, primus eorum, qui in repub. verſati non eſſent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuitatis ſtatu. *Ariſt. lib. 2. Politicorum illius Rempub. examinat.*

Plato ſuis legibus docuit, quales deberent eſſe in Repub. ciues. Inſtituit & Remp. imaginariam, inuentu difficillimam vt eſt perfectus orator Fabij. Vini vſum vſque ad annum

E [illegible] iubebat [illegible] bis [illegible] [illegible] Volebat [illegible] ſto recrea-[illegible] vt omnium [illegible] tum ducem.

Amicis.

[illegible] gloria [illegible] virtutis fama: vſque ad Arcadas & Thebanos permanaret. Qui miſſis legatis, ſummo ſtudio [illegible] nem non ſolùm ad inſtituendos iuuenes, & docendam philoſophia, verùm etiam, quod maius erat, ad præſcribendas Reipubl. leges vocarunt, impetratum igitur fuerat à viro togata: verùm cùm legatos interrogaſſet, quemadmodum ad æquabilem bonorum honorumque partitionem eſſent affecti; & comperiſſet eos hanc prorſus abominari, neque vt ſuſciperent perſuaderi poſſent: noluit de eos proficiſci. *Ælianus de Var. hiſt. lib. 2.*

Aristoteles *in lib. Politicorum*, Reipublicæ regiæ ideã ex Philoſophicis principiis deduxit. Octauo certè libro leges pueritiæ inſtituendæ tradit. Vtinam verò ne duo poſtremi intercidiſſent, quibus reliquarum ætatum mores informauit. Sed F
eam iacturam Cyriacus Strozza, Florentinus Patricius, magno animo ſupplere ſtuduit.

Conſiliis.

☞ *Vide locum Prudentia in conſulendo.*

Adhortatione, Admonitione.

Græci Imperatores cùm aliis tum præſertim Danis ſatellitibus vti conſueuerant. Quos Ericus II. Danorum Rex, in Hieroſolymitana peregrinatione Conſtantinopolim veniens, ad ſe venire iuſſos, eorum fortunam extollere cœpit, qui indigenis exules imperitarent multóque ſuis quam domi feliciores exiſterent: ad hæc, Imperatorem eorum fidei capitis ſui cuſtodiam credere. Quapropter magnopere eis curandum eſſe, ne plus temulentiæ quàm ſobrietati indulgerent. Monuit quoque, ne manum cum hoſtibus conſerturi, maiorem vitæ quàm virtutis curam agerent, neue ſalutem ſuam igniæ præſidio tuerentur: promittens ſe cùm primum in patriam rediiſſet: fidelem eorum operam beneficiis penſaturum. Quòd ſi G
viriliter dimicãtes ſpiritum in acie profudiſſent, propinquos eorum ac neceſſarios honore proſecuturum. *Saxo lib. 12.*

Disciplvli Ethici.

Præceptis.

Admirabilis eſt Gymnoſophiſtarum in perferendis quibuſuis doloribus atque malis conſtantia: quam non naturali quadam ἀναλγησίᾳ obtinuère, vt leones & vrſi, ſed Philoſophiæ doctrina acquiſiuère.

Athenis Chabriæ & Phociones ex Academia ad præturam peruènere. *Plut. cont. Coloten.*

Dion Syracuſanus naturâ excelſo fuit ingenio, & animo forti, & tyrannidis inimicus. Cæterum amicus hic, Platonis fortuito in Siciliam aduentũ ſuum velati obſtetricatorem nactus, non ſine numine liberationem Syracuſarum procurantè, magis magiſque adoleuit. Nam quamuis tinctos eſſet moribus ſub tyranno abiectis, arroganti famulitio deliciis inſolentibus, ſummumque bonum voluptate & potentia metire- H
tur: vt primùm tamen doctrinam Platonis guſtauit, Philoſophia duce virtuti totum ſe dedidit. *Plut. in Dione.*

Ad Dionyſium Siciliæ tyrannum Dionis conciliationem tranſmiſerat Plato. Tyrannus, tanquam magno bono imperium ſuum eſſet auctum, ſacrificauit. Pudor in conuiuiis, aula compoſita, ipſius tyranni in omnibus reſponſis iudiciiſque lenitas & humanitas ſpeciem miram præbebat conuerſionis. Ardor erat ad diſciplinas & ad Philoſophiam omnium. Tyrannidis ſedem, vt fama eſt, puluis occupabat ob numerum eorum, qui Geometriæ incumbebant. Paucis interpoſitis diebus ſolemne ſacrificium fuit in arce. Ibi cùm precaretur de more præco, vt dominatus in multas ætates conſiſteret inconcuſſus: aſſiſtens Dionyſius perhibetur dixiſſe. Quin tu deſinis in nos execrari? Momordit id ſupra modum Philiſtum cum ſuis, inſeparabilem auctoritatem fore ſpatio & conſuetudine exiſtimans Platonis: qui tunc modico ex vſu vſque adeò animum inuerterat & variauerat adoleſcentis. *Plut. in Dione.*

Alexander Magnus à Xenocrate præcepta imperandi petiuit. *Plut. contra Coloten.*

Exempla.

☞ *Conſule locum Imitationis.*

Apud Eurip. Heraclidis, famuli de Euryſtheo, paulò

ante

A ore potentiſſimo & ſuperbiſſimo Arg[illegible] rege [illegible] ò victo in prælio, & capto, ſic aiunt:

—— τῇ δ' νῦν τυχῇ
ζητοῖς ἄναν λαμπρὰ κηρύσσει, μαθεῖν
τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα ὃ μὴ ζηλοῦν, πρὶν ἂν
θανόντ' ἴδῃς ὡς ἐφήμερος τύχη. *id eſt,*

Præſente fortuna, mortalibus omnibus ſplendida prædicat, vt diſcant, illum, qui beatus eſſe videtur, non admirari, ante quam mortuum viderit quis: quoniam momentanea eſt felicitas fortunæ.

Tritum illud Claudiani, *Regis ad exemplum totus componitur orbis*, vel vno Dionyſij Syracuſani exemplo diſcere licet, quo philoſophiam complectente, omnes certatim Familiares philoſophari cœpere, quod paulò antè retulimus ex *Plut.*

ETHICÆ PHILOSOPHIÆ
vſus.

APTVS, RECTVS, IN
B *Repub. inſtituenda, gubernanda.*

Vide Tit. Legiſlatorum, & Philoſophorum. qui Politica tractarunt.

PARMENIDES optimis legibus patriam exornauit ſuam. Itaque magiſtratus quoque anno ciues iureiurando perſtituros in Parmenidis legibus adigunt, *Plut. contra Coloten.*

PLATO ex amicis ſuis miſit Arcadibus ad ordinandam eorum rempub. Ariſtonymum, Eliis, Phormionem, Menedemum Pyrræis. *Idem.*

EVDOXVS Cenidiis, Ariſtoteles Stagiritis, Platonis familiares, leges ſcripſerunt. *Idem.*

Tyrannis tollendis.

Parmenidis alumnus, Zeno Eleates, facta in Demylum tyrannum conſpiratione, cum ſucceſſus eum fefelliſſet, in igne Parmenidis diſciplinam ſicut aurum puram & probam factis præſtitit: & oſtendit, turpitudinem magno viro terribilem eſſe: cruciatu pueros, mulieres, & mulierum animis præditos viros terreri. Quippe linguam ſuam abroſit, eamque in tyrannum. *Plu. contra Coloten.*
C

Reconciliandis inimicis.

Armeniorum regem Medis rebellantem, Cyrus Perſa cœperat, & propria cõfeſſione morte dignum iudicarat. At filius Armenij Tigranes, philoſophi cuiuſdam inſtitutione & conuerſatione eruditus, philoſophicis rationibus Cyro perſuaſit, præſtabilius eſſe patrem in vita manere, vitáque & regno donatum, virtute Cyri in perpetuum deuinciri, eò maximè cùm pœnas omnium maximas iam dediſſe videatur, de ſua ſuorúmque ſalute deſperans. Metum enim grauius ſupplicium eſſe hominibus quouis alio corporis malo. Et hac ſanè Philoſophia ſua & patrem ab exitio præſente, & fratres cum vxore ſua à ſeruitute liberauit. *Xenoph. lib. 3. Pædia.*

Accedendo ad Expeditionem, Prælium.

Ille, qui legatus fuit à Græcis Aſianis ad Alexandrum, at-
D que eum ad conuertenda in barbaros arma potiſſimum accendit & acuit, Delius fuit Epheſius, Platonis aſſecla. *Plut. in Coloten.*

M. CATO bello ciuili contra Cæſarem apud Dyrrhachium philoſophia ſua milites accendit, de libertate, virtute, morte, gloria, magno animi motu diſſerens. Vbi cum extremam orationem ad deorum implorationem quaſi præſentium & illud pro patria inſpectantium certamen, conuertiſſet: tantus fuit ſublatus clamor, tantuſque motus exercitus, ut duces concitarentur ſpei pleni omnes diſcrimen. *Plut. in Catone.*

TITVS Cæſar pulcherrima oratione, & de virtutis gloria & animorum immortalitate, milites ſuos ad Antoniæ arcis Hieroſolymitanæ expugnationem accendit. *Ioſeph. de bello Iud.*

Tolerandis malis.

Philoſophiæ præſidio inſtructi Crates, Diogenes, verbera patienter tulêre: Zeno, Theodorus, Anaxarchus in tormentis grauiſſ. conſtantes permanſêre.

SOCRATES poſt damnationem parato ei per amicos effugio non eſt vſus, quò legum auctoritatem ſanciret: ſed mori iniuſtè maluit, quàm violatis incolumis eſſe legibus. *Plutarch. in Coloten.*

DIONISIVS tyrannus Corinthi exulans, cuidam inſultanti ob exilium, & interroganti. Quemnam ex Platonis ſapientia cepiſſet fructum? Nihilne, inquiens, tibi profectus videmur à Platone aſſecuti, qui ita vices feramus fortunæ. *Plut. in Timoleonte.*

Æ[illegible] C[illegible]ppad[illegible] [illegible] g[illegible] Philoſophiæ a[illegible]ple[illegible] [illegible] do[illegible] egit, in verbi[illegible] [illegible] aff[illegible] [illegible]phi[illegible] [illegible] conuerſus: [illegible], inquit, & [illegible] [illegible] gem[illegible] par[illegible] accidens, furorem [illegible] mitigant. *Eund[illegible]* [illegible]*ſtis.* Eraſmus adoleſcenti cuidam à Zenone Stoico Patris [illegible]luntate aliquandiu inſtituto, tribuit, *libr. 8. apopht.*

INEPTVS.

M. Tullius in l. b. de Oratore. Annibalẽ dicit audiuiſſe Epheſi Peripateticum Phormionem, de Imperatoris officio & de omni re militari copioſiſſimè diſſerentem: paulóque poſt rogatum, Quidnam de illo philoſopho iudicaret? reſpondiſſe, non optimè Græcè, attamen Græcè multos ſe deliros vidiſſe ſenes, qui magis quàm Phormio deliraret, vidiſſe neminem. Quæ vox vti ſuperba eſt, ita Annibale digna illo ſcilicet, qui ſe Scipioni, à quo victus fuerat præponere non dubitarit. Putauit ille idem, quod pleriqoe Cyclopes noſtra ætate, nullum literatum eſſe vſum, præterquam in ſcholiis & vmbra: & par eſſe delictum, militem de religione, atque hominem doctum de re diſſerere. F

Cùm bello ciuili inter Vitelium & Veſpaſianum, legati à Vitellio de pace ad Veſpaſianum miſſi eſſent: inter legatos cùm etiam fuiſſet Tacitus Muſonius Ruffus, Stoicæ philoſophiæ placitis de pacis bono ac belli diſcriminibus inter milites importunè vſus dicitur.

Cùm Demetrius Cynicus, Stoicæ diſciplinæ Magiſter aliique multi occaſione philoſophiæ multa publicè diſſererent, inutilia iis, qui audiebant, quinimò & Reipub. pernicioſa: quia multos occulte ac veluti ex inſidiis in varias ſententias adducerent (vt de vnius imperio, aut de ſtatu populari, horum vter melior eſſet) Demetrius cum Hoſtilio in inſulam à Veſpaſiano relegatus eſt cæteri omnes huios ſectæ philoſophi, vrbe abire iuſſi. Atque cùm nihilominus paulò pòſt Diogenes clàm in vrbem ingreſſus, apud populum acerbiùs atque arrogantiùs de ſumma Reipub. verba feciſſet, eodem iubente Imperatore, virgis cæſus eſt & quando Erotem Cynicum ne iſta quidem pœna deterruiſſet ei capitale fuit. Nempe vt ciuis atque viri boni eſt, præſentem ſtatum Reipublicæ nolle commutari: ita prudentis Imperatoris eſt, cauere ne aſſiduitate harum in contrarias partes ſcholaſticarum diſputationum abſtrahatur aliò ciuium animus, rerumque innouandarum cupidiores fiant *P. Æmilius ex Dionis Veſpaſiano.* G

ETHICA CERTAMINA, QVÆSTIONES
ETHICÆ.
IN GENERE.

Apud Platonem Socrates contra Sophiſtas in Euthyphrone de Sancto hoc eſt, de Iuſtitia erga Deum diſputat Euthyphronis opinionem confutat: in Politico, Regis munus docet: in Philebo de Voluptate, hoc eſt, de ſummo animi bono: in Amatoribus, de Philoſophiæ practicæ vſo, & Philoſophi moralis officio: in Theage, de Sapientia ciuili: in Charmide, de Temperantia: in Lachete, de Fortitudine. in Lyſide, de Amicitia: in Menone (de Virtute: in libris denique de Republica, de ipſo Iuſto. Nempe dum falſas opiniones euertit, vera præcepta docet. H

IN SPECIE. DE
Summo bono.

De ſummo bono in hac vita adipiſcendo, vitando autem ſummo malo, multum laborarunt Philoſophi: nec tamen eos quamuis diuerſis errantes modis, naturæ limes in tantum ab itinere veritatis deuiare permiſit, vt non alij in animo alii in corpore, alij in vtroque fines bonorum ponerent & malorum. Ex qua tripertita velut generalium diſtributione ſectarum, *M. Varro in lib. de Philoſophia*, tam multam dogmatum varietatem, diligenter & ſubtiliter ſcrutatus, aduertit: vt ad CCLXXXVIII. ſectas, non quæ iam eſſent, ſed quæ eſſe poſſent, adhibens quaſdam differentias, facillimè perueniret. *D. Auguſt. lib. 19. de Ciuit. Dei. cap. 1.*

Virtutibus.

PLATO, cùm in Siciliam veniſſet, Dioni propter Philoſophiæ ſtudium inſinuatus fuit Dion ea ſua erga philoſophiam admiratione Dionyſij quoque tyranni (cui ſoror Ariſtomache nupta erat) animum incitans, auctor fuit tyranno, vt per otium Platonem audiret. In colloquio cùm in ſumma de viri virtute, præſertim autem de fortitudine, diſputaretur quia quiduis citius Plato, quàm tyrannos fortes aſſeruit: hinc ad iuſtitiam tranſiens docuit, beatam iuſtorum eſſe,
iniu

miſtorum miſeram vitam non tulit ſermo en c .s tyrannus, verum, quaſi coargueretur inſeuſus, quoque ſuis aſſiſtentibus qui Platonem commendabant mirifice, atque eius oratione ducebantur. Poſtremò inflammatus exacerbatúſque rogant eum. Quid in Siciliam veniſſet? Qui cum reſpondiſſet, virum bonum ſe quærere: excipiens ille, Atqui hercle, inquit, nondum videris eum inueniſſe. Ac Dion, qui non exiſtimabat porrò iram Dionyſij progreſſuram, properantem Platonem in triremi, qua Pollis Spartiates redibat in Græciam, dimiſit. Verùm rogauit Dionyſius Pollim ſecretò, maximè, vt in curſu occideret eum: ſin minus, omnino venundaret, nullam iniuriam accepturum, ſed æquè beatum fore, vel in ſeruitute, vt qui eſſet iuſtus. Itaque dicitur Platonem Pollis Æginam deportaſſe ac diſtraxiſſe, cùm bellum haberet ea ciuitas tum cum populo Athenienſe, & plebiſcitum, ſi quis captus ciuis Athenienſis, foret vt venderetur Æginæ. *Plut. in Dione.*

Vrſa, Helgonis Danorum Regis noia, ex patre imprudente Roluonem F. ſuſcepit. Is regno Daniæ potitus, viſendæ & abducendæ matris deſiderio in Sueciam abiit: nupſerat enim illa Atiſlo Suenonum regi, propter auaritiam exoſo. Primo congreſſu cùm à matre non agnoſceretur, ab iſta cibum ſibi parari, mox laceram quoque veſtem conſui petiit per iocum. Vtrúmque illâ abnuente. Et vbinam fidem reperias, exclamauit, cùm & mater filio cibum parare, & ſoror fratri veſtem ſarcire recuſet. Hoc dicto à matre agnitus, & regiæ menſæ adhibitus, cùm inter prandendum de Virtute excellentiſſima quæreretur Roluo Tolerantiæ primas tribuit, Atiſlus Liberalitati. Roluo nudatum corpus foco luculento admouit, ſolo clypeo partem quæ igni magis expoſita erat, tegens. Cúmque omnium admiratione ſtaret immobilis, aquam rogo iniecêre; qui aſtabant, patientia eius maxima comprobata. Atiſlus viciſſim liberalitatis exercendæ cauſa monilibus aureis, & in primis torque magni ponderis, priuignum donauit. Regina (vt cum filio habebat conſtitutum) clam egreſſa, theſauros regios exportauit, Daniam cùm filio repetitura. Diſtinebat Roluo vitricum ſermonibus multis, vt iam ſatis idoneum regina tempus haberet ad abitum: ipſe quoque tempore ſuo petita abeundi venia, vitrico dixit vale. Rex dolo comperto inſequitur fugientes. Regina æs inauratum in litore ſparſim abiecit. Qui ſpecie deceptus Rex, quaſi receptis theſauris, ſequi fugientes intermiſit. Nec multò pòſt Atiſlum ſoluere tributa recuſantem Roluo oppreſſit in prælio, regnúmque ſine rege ſubeſſe Danis in reliquum voluit. *Crantz. lib. 1. Sueciæ, cap. 19. ex Saxone lib. 2.*

Inſania, Stultitia.

Elegans *apud Horatium lib. 2 Sat. 3.* diſputatio eſt inter Agamemnonem & quendam claſſiarium militem, qua oſtendit regem Aiacea magis inſaniuiſſe.

Ne quis humaſſe velit Aiacem, Atrida, vetas: cur?
Rex ſum. Nil vltra quæro plebeius. Et æquam
Rem imperito: at ſi cui videor non iuſtus, inultò
Dicere quæ ſentit permitto. Maxime regum
Dij tibi dent capta claſſem deducere Troia:
Ergo, conſulere, & mox reſpondere licebit?
Conſule. Cur Aiax heros ab Achille ſecundus
Putreſcit toties ſeruatis clarus Achiuis?
Gaudeat vt populus Priami, Priamúſque inhumato,
Per quem tot iuuenes patrio caruere ſepulchro.
Mille ouium inſanus morti dedit, inclytum Vlyſſem,
Et Menelaum vnà mecum ſe occidere clamans.
Tu quum pro vitula ſtatuis dulcem Aulide natam
Ante aras, ſpargíſque mola caput improbe ſalſa,
Rectum animi ſeruas? Quorſum inſanus? Quid enim Aiax
Fecit, quum ſtrauit ferro pecus, abſtinuit vim
Vxore & gnato? Mala multa precatus Atridis,
Non ille aut Teucrum, aut ipſum violauit Vlyſſem.
Verùm ego vt hærentes aduerſo littore naues
Eriperem, prudens placaui ſanguine diuos,
Nempe tuo, furioſe! Meo ſed non furioſus.
Qui ſpecies alias veri ſceleriſque tumultu
Permiſtas capiet, commotus habebitur: atque
Stultitia ne erret, nihilum diſtabit, an ira.
Aiax immeritos dum occidit, deſipit, agnos,
Quum prudens ſcelus ob titulos admittis inanes,
Stas animo? & purum eſt vitio, tibi quum tumidum eſt cor?
Si quis lectica nitidam geſtare amet agnam,
Huic veſtem vt gnatæ, paret ancillas, paret aurum,
Ruffam aut puſillam appellet, fortique marito
Deſtinet vxorem, interdicto huic omne adimat ius
Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.
Quod ſi quis gnatam pro muta deuouet agna,
Integer eſt animi? Ne dixeris. Ergo vbi praua
Stultitia, hic eſt ſumma inſania.

Morte.

C. Ivl. Cæsar pridie ante cædem cùm apud M. Lepidum cœnaret, ſubſcribebat forte epiſtolis, vt ſolebat, recumbens. Ibi ſermone moto, Quænam mors optima foret; omnes anteuertens exclamauit, Inopinata. *Plut. in Cæſare.*

Refert Lucas Tudenſis, tempore Alfonſi tertij Aſturum Regis apud Cordubam, à Sarracenis tunc occupatam, regnaſſe quendam Mahometum nomine, qui cùm ad amœniſſimum viridarium ſeceſſiſſet, ait ad eum vnus Miles: O quam pulcher eſt hic mundus, ſi homines non eſſent moritu-ri. Ad quem Rex, Erras, inquit, grauiter. Si enim non eſſet mors, vtique ego non regnarem. Ad quem rurſus alter: Grauius verò tu erras. Vti enim ratam habes mortem, quia tibi regnum attulit: ſic oderis viciſſim mortem neceſſe eſt, quia tibi breuiter regnum auferet. Tum Rex, Quid igitur regnare iuuat? At ille: Vt honore Rex ſolùm fruatur & gloria. Cui autem (*teſte Ariſtotele*) hæc non ſufficiunt, tyrannidem exercere, non regnare, dicendus eſt: nec regnat, quem ratio non regit. *Rodericus Santius parte 3. Hiſpan. c. 12.*

Diuitibus.

Iamblicho Syro philoſophia æqualis fuit Alypius Alexandrinus, diſputator excellentiſſimus. Gliſcente vtriuſque fama, euenit vt caſu obuij mutuò ſibi occurrerent, velut ſtellæ quæpiam: circumſeſſique adeò ſpiſſo theatro & auditorum cœtu, vt ingentis Muſæi vicem repræſentaret, tenerentur. Itaque dum Iamblicus cunctatur, interrogari, quam prior quæſtionem intentaret, magis expectans: Alypius præter omnem expectationem, poſtpoſitis Philoſophicis quæſtionibus, corona hominum ſeptum ſe videns, ad Iamblichum conuerſus, Dic mihi Philoſophe, inquit, verúmne ſit annon, Diues aut iniuſtus, aut iniuſti hæres? nihil enim hîc medium. Ille quæſtionis aculeum peroſus, alienus, inquit, à noſtra ratione iſte diſputationis modus eſt, vir eximie, ſi quis in rebus externis præter alios excellat: ſed ſi virtutum, quibus Philoſophum propriè ornatum eſſe decet, copijs circumfluat atque abundet. Quæ verba locutus diſceſſit, ſimulque cum aſſurgente conſeſſus omnis diffluxit. Poſt diſceſſum, ſe ipſum colligens, ac quæſtionis acumen ſecum admiratus, frequenter in eius congreſſum colloquiúmque priuatum venit, ſupra modum admiratione ac laudibus virum proſecutus ob iudicij ſubtilitatem, & ingenij ſagacitatem: defunctíque vitam hiſtoricè abſoluit. *Eunapius in Iamblicho.* Problema videtur Alypius vel ex vulgato ſumpſiſſe prouerbio, vti etiam Timaſdridas Lacon, *Apud Ælianum libro decimo quarto Variæ Hiſtoriæ*, cùm domum peregrè reuerſus, filium magnas opes accumulaſſe vidiſſet: vel ex Menandri Κόλακι, *referente Stobæo*, vbi ait:

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Amicitia.

M. Tullius in ſermone de Amicitia, ſcribit P. Scipioni vſque adeò non placuiſſe dictum hoc Biantis nomine celebratum, Δεῖ φιλεῖν ὥσπερ μισήσοντα, μισεῖν δ' ὥσπερ φιλήσοντα. i. Sic amandum tanquam ſis oſurus, ſic oportet odiſſe, tanquam ſis amaturus: vt negaret vllam vocem inimiciorem amicitiæ reperiri potuiſſe, quàm eius, qui dixiſſet, ita amare oportere, vt ſi aliquando eſſet oſurus: nec verò ſe adduci poſſe, vt hoc, quemadmodum putaretur, à Biante dictum eſſe crederet, qui ſapiens habitus eſſet vnus è ſeptem: ſed impuri cuiuſdam, aut ambitioſi, aut omnia ad ſuam potentiam reuocantis eſſe ſententiam. Quonam enim modo, inquit, quiſquam amicus eius eſſe poterit, cuius ſe putabit inimicum eſſe poſſe? quinetiam neceſſe erit cupere & optare, vt quàm ſæpiſſimè peccet amicus, quò plures det ſibi tanquam anſas ad reprehendendum. Rurſum autem rectè factis commodíſque amicorum neceſſe erit angi, dolere, inuidere. Quare hoc quidem præceptum, cuiuſcunque eſt, ad tollendam amicitiam valet. Illud potiùs præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis parandis, vt ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſumus. Hactenus Cicero. *Eraſm. in Adagiis.*

Republica.

Pulchra diſputatio inter Præconem Thebanum miſſum à Creonte rege, & Theſeum regem Athenienſium, illo Democratiam, hoc Monarchiam impugnante, apud Euripidem in Supplicibus extat.

A ETHICVM IVDICIVM, PERPENDENDVM

Qui iudicent.

Præceptores.

EPHORVS Cumanus, & Theopompus Damaſiſtrati filius, Chius, ambo Iſocratis diſcipuli, ſed ingeniis diſſimilibus, Ephorus ſimplici, & in hiſtorica dictione ſupinus & ſegnis ſine vlla contentione: Theopompus acerbo & maligno ingenio, copioſus, denſus, vehemens veritatis in ſcriptis ſuis ſtudioſus. Itaque Iſocrates hunc frenis, illum calcaribus egere dixit. *Suidas, Cicero ad Atticum, & de Claris Oratoribus. Quintilianus lib. 10. cap. 1. Inſtit.*

Scurra.

Vopiſcus in Aurelio refert Apophthegma Scurræ cuiuſdam qui dixerit, in vno *annulo bonos* Principes omnes ſculpi poſſe. Sentiebat, eſſe magnum Imperatorum numerum, ſed in iis perpaucos bonos.

DE QVI, IVDICENT, DE

Regibus.

Apud Ægyptios mortem regis publico luctu celebrant. B Mox iis, quæ ad pompam funeris ſpectant, præparatis, poſtrema die corpus in arca conditum ante ſepulchri aditum ponunt. Ibi breuiarium in vita ab rege geſtorum de more recitant: volentique facultas datur defunctum accuſandi. Adſtant ſacerdotes, mortui rectè facta laudantes. Populus is permagnus eſt, qui exequias circumſtat, applaudit veris laudibus: in reliquis magno reclamat tumultu. Quo accidit, vt plures reges, repugnante multitudine, ſolito caruerint ſepulchri honore ac magnificentia. Is timor coëgit Ægypti reges iuſtè viuere, veritos futuram poſt mortem plebis iram, atque odium ſempiternum. Qui deprehenditur iniuſtè crimen obieciſſe, magna multatur pœna. Cùm deeſt accuſator, aut per calumniam accuſatum conſtat, cognati finito luctu ad laudes mortui vertuntur. *Diodor. lib. 1. cap. 8. & Herod. lib. 2.*

Philoſophis.

ZENOCRATES de legitimis philoſophis protulit, Eos ſolos præſtare vltrò, quæ reliqui legis metu inuiti faciant, ſicut verberibus canes, & muſtelæ ſtrepitu, à voluptatibus deflecten- C tes, & cruciatus reſpicientes. *Plutarch. de Virtute morali.*

ONESICRITVS memoriæ prodidit apud *Strab. lib. 15.* ſe ad Gymnoſophiſtas ab Alexandro miſſum, reperiſſe Calanum nudum in ſaxis iacentem, ac continuò in riſum proruptſſe: vbi ſe chlamyde amictũ cum crepidis & pileo vidiſſet. Hæcque protinus fari exorſum, Olim plena erant omnia triticea & hordeacea farina, vt nunc puluere. Fontes præterea alios lacte, alios melle, alios vino fluxiſſe, nonnullos etiam oleo. Tum verò mortales ſatietate corruptos deliciis addictos: quas Iupiter auerſatus, omnia quæ fuerant aboleuiſſet, vt vita per laborem ageretur. Subinde continentia & virtutibus in medium prodeuntibus, bonorum copiam iterum factum: ſed cernere ſe rem ad ſatietatem & contumeliam iterum dilabi. Quòd ſi ſapientiam audire vellet, poſitis veſtibus ſupra cautes ſidentis intemperie æſtuantes ſecum aſſideret.

Mox cum Mandane locutus eſt Alexandrum eo nomine laudante, quòd vnus omnium in mediis armis ſapientiam reſpexiſſet. Hic cum multa de rerum natura, & mentis af- D fectibus ſedandis diſputaſſet, dixiſſetque Oneſicritus talia apud Græcos ſenſiſſe Socratem, Pythagoram, & Diogenem: probauit Mandanis illos vt ſapientes: in eo Græcos accuſans, quòd legem anteponerent naturæ nec ſe pudore affici, quod nudi degerent, quum alioqui frugaliter viuerent: optimam domum eſſe, quæ minimæ ſupellectilis indigeret. *Sabell. lib 6. En. 4.*

EVDAMIDAS Archidami, frater Agidis, Xenocratem contemplatus in Academia grandiorem iam ætate cum aſſeclis philoſophantem, exquiſiuit, Quinam ille eſſet ſenex; Reſpondente quopiam, Virum eſſe ſapientem, & ex illis, qui virtutem quærunt Quando tandem, inquit, ſi modò eam quærit, vtetur ea? *Plut. in Apophr.*

Diſputantibus in Academia philoſophis, & Panthoëdam pòſt rogantibus, Qui viderentur ei hi ſermones? Quid aliud, inquit, quàm boni: verùm quò illi vobis, qui eis non vtimini? *Idem.*

ALEXANDER Magnus cum Diogenem Cynicũ in dolio cubantem offendiſſet, admiratus illius ſecuritatem & frugalitatem, Niſi Alexander eſſem, Diogenes eſſe velim, inquit. De eo ſic *Iuuenalis Sat. 14.*

[illegible] Alexander [illegible] dis in illa E
Magnum habitatorem, quando ſe teſta [illegible], quis
Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orbem,
Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.

QVALITER IVDICENT.

Ex priuatarũ Virtutũ Iudiciis genus ipſũ illuſtrari poterit.

RECTVM IVDICIVM DE INDOLE.

Vide Titulum, Indolem explorare.

Legibus.

ALPHONSVS Cangenſium Æthiopum Rex ad fidem Chriſti ſtudio Emmanuelis Luſitaniæ Regis conuerſus, quinque libros Luſitanarum legum cùm diligenter euolueret, legum quidem ſapientiam, & ordinem atque diſciplinam reipub laudauit ſed rebus etiam munitiſſimis leges certas inuentas eſſe, non facilè probauit. Itaque hanc legum exactiſſimam diligentiam irridens, de Luſitanis quæſiuit, Quænam pœna eſſet iis, qui in terra pedem ponerent. *Oſor. lib. 10 rerum Emmanuelis.*

Virtutis prouectu.

CLEOMENES Pauſaniæ, hoſpiti cuidã cum patre de virtute ambigenti: Hactenus, inquit, te pater melior eſt, quouſque tu quoque generaueris. *Plut. in Apoh.* F

ZENO Citticus volebat ex inſomniis ſuum quemque proceſſum ſentire: ſi neque exultare vlla ſe turpitudine, neque admittere, vel agere quicquam ſceleratè aut iniuſtè in ſomnia videret, verùm, quaſi in profundo tranquillitatis placidæ perſpicuò viſiones & motus animi perlucerent ex doctrina hilares. *Plut. de Virtutis prouectu.*

Fortitudine.

CALANVS ſophiſta Indus, cùm longum valedixiſſet Alexandro, Macedonibus, & vitæ, quando ſeipſum è corporis vinculis liberare volebat, extructa & apparata pyra in ſuburbio Babylonis, coronatus foliis arundinem affulgente ſibi ſole quem ipſe adorabat, circumdatus flammis, immotus conſtitit: neque ante loco ceſſit, quam expiraſſet. Tunc aiunt Alexandrum cum ſtupore quodam admiratum dixiſſe, Calanum potentiores hoſtes debellaſſe, quàm ſe Nam Alexander cum Poro, Taxili, & Dario bellum geſſerat: Calanus verò cum labore & morte. *Ælian. lib. 5. de Var. hiſt. & Plut. in Alex.* G

Delictis.

Mentiri Perſæ ſecundum delictum ducunt, primum æs alienum conflare: quod mentiri quoque ſoleant debitores crebro. Cæterùm plus mentiuntur fœneratores, & mala fide agunt, qui in diurnis ſuis ſcribant, huic tantum ſe expenſum ferè, cum numerarint minus. *Plut. de non fœnerando.*

Reip. forma.

Cùm Dionyſius tyrannus Platonem rogaret, vt aliquam quaſi ſpeciem & imaginem Reip. Athenienſis ſibi oſtenderet, ille Ariſtophanis Νεφέλας ei miſiſſe dicitur. *Gyraldus.*

Reip. incremento.

Apud Saluſtium Cato in Senatu ſic ait de Rom. moribus: Nolite exiſtimare, maiores noſtros armis rempublicam ex parua magnam feciſſe. Si ita eſſet, multò pulcherrimam eam nos haberemus. Quippe ſociorum atque ciuium, præterea armorum & equorum maior copia nobis quàm illis eſt. Sed alia fuêre, quæ illos magnos fecerunt, quæ nobis nulla ſunt: domi induſtria, foris iuſtum imperium, animus in conſulendo liber, neque libidini neque delicto obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque auaritiam publicè egeſtatem priuatim opulentiam: laudamus diuitias, ſequimur inertiam: inter bonos & malos diſcrimen nullum: omnia virtutis præmia ambitio poſſidet. Neque mirum, vbi vos ſeparatim ſibi quiſque conſilia capitis, vbi domi voluptatibus, hîc pecuniæ aut gratiæ ſeruitis. Eo fit, vt impetus fiat in vacuam rempub. H

Honoribus.

Ex loco Magnanimitatis in acceptandis vel repudiandis honoribus huc quædam

Præſes Cretæ prouinciæ ad Taurum philoſophum Athenas viſendi cauſa venerat cum patre. Taurus patrem priore loco, vt ſederet inuitauit. Pater verò reſpondit, Sedeat hîc potiùs, qui pop. Rom. magiſtratus eſt At Taurus: abſque præiudicio, inquit, tu interea ſede, dum filio quoque ſella affertur. Qua allata, oſtendit in publicis locis & actionibus patrum iura cum filiorum, qui in magiſtratibus ſunt, poteſtate collata interquieſcere paululum debere. Sed cùm extra rempubl. in

domo

[illegible] inter fil[illegible] & [illegible] publicos [illegible] ceſſ[illegible] & ge[illegible] *lib.* [illegible]

Sig[illegible] Georgium Fiſcellum I. C. [illegible] inſignibus decoraret; in publico con eſſu anne[illegible] dubium, legumne doctoribus, an equitibus ſeſe coniungeret tandem ad equites: vno die fecerim: doctorem vnum in mille annis non fecerim: *Æneas Silu. lib. 4. com. in res geſtas. Alfonſi.* Neque verò vnum, ſed multos ætate noſtra Fiſcellos reperias: qui poſtquam per literas ſic emerſere vt nobilibus indoctis non modò æquentur, verum etiam præferantur, ſummo tamen ſtudio id agant, vti ne deinceps iis per quos inclaruêre titulis veris, ſed emendicatis tantùm fictæ nobilitatis imaginibus, ſalutentur.

Sigismundus ab Heberſtein liber Baro, variis legationibus ad Turcarum Imp. ad Moſcouitas, ad Tartaros cum laude perfunctus (is qui Moſchorum hiſtoriam Latinè ſcripſit) tabellis functionum ſuarum ſeriem, ſucceſſum, habitum depingi curauerat. Quas cum ſenex clariſſimus Ioanni Baſilio Heroldo monſtraret, ea quæ omnium prima erat, quando in Viennenſi Academia Baccalaurij titulum ſuſcepit, præ cæteris plurimi fecit: quòd hæc ingenij viribus tanquam caſtrenſe bonum, conciliata foret: cum reliquæ, vel generis ſplendori vel principali gratiæ debitæ, huic veluti baſi inniterentur: adeóque vti Themiſtocles de die feſto & profeſto dicebat. Nisi profeſtus fuiſſet, feſtus non eſſet: ſic ipſe. Niſi literarum cultu præſtitiſſem aliis, ne dignitate quidem niſi præter meritum excelluiſſem.

Vita.

Simonidas poëta non nonageſimum annum exceſſit. Interrogatus quaudiu vixiſſet? Parum, inquit, at annos multos. *Gyraldus.*

DVBIVM, INCERTVM, OBSCVRVM IVDICIVM.

Earum quas mortales ſanciunt legum ratio non ſemper eſt conſpicua: verum quædam ſcita ſanè quàm ridicula apparent, inquit *Plutarch. de tarda dei vindicta.* Vt Lacedæmone per præconem Ephori, ſimulátque ineunt magiſtratum, pronunciant: Ne barbam alant, & vt audientes ſint legibus ne ipſis ſint duræ, Romani item quos in libertatem vindicant, eorum corporibus tenuem feſtucam iniiciunt. Cùm tabulas teſtamenti ſcribunt alios inſtituunt hæredes, alij bona vendunt.

Morum diſſimilitudo apud diuerſas gentes à iudicij diuerſitate pendet. Sic Ægyptiis cadauera condere, Græcis comburere honeſtum. Viris domum ſeruare, lanificium exercere: mulieribus, ea quæ foris ſunt adminiſtrare, decorum. Lacedæmonij otio dediti, ſolam rem militarem tractant, ſedentarias artes oderunt. Athenienſes è contra otij crimē ſeuerè puniunt.

Ineptvm Ivdicivm.

De Gaudio & Dolore.

Dionyſium tyrannum Plato tertia epiſtola reprehendit, quòd Apollinem Delphicum miſſis literis ſic compellaſſet.

Χαῖρε καὶ ἡδόμενον βίοτον διάσωζε τυράννου.

Gaudium enim de naturæ minimè conuenire, immobili, & immotabili. Naturæ humanæ conuenire quidem, ſed tamen præſtare non gaudere, & non dolere, quàm alterutro horum affectum extra honeſtatis, vt plerumque fit, limites abripi. Itaque præſtantiorem eſſe ſalutandi formulam inter homines, τὸ εὖ πράττειν, qua Plato vti ſolebat, quàm τὸ χαίρειν, qua Dionyſius, cum pleriſque aliis.

Virtute.

Menonem Theſſalum, qui eſſe ſibi ipſi perſuadebat mirè ſe in litteris verſatum, atque vt dictum eſt ab Empedocle, in ſapientiæ vertice verſari, rogauit Socrates, quid virtus eſſet. Qui cùm reſpondiſſet ferociter & expeditè, & pueri virtutem eſſe, & ſenis, & viri, & fœminæ, & magiſtratus, & priuati, & domini, & miniſtri: Probè ſanè, inquit *Socrates*, de virtute interrogatus vna examen excitaſti virtutum, haud malè notans quòd iſte qui ne vnam quidem virtutem noſſet, nominaret multas *Plut. de Amicorum multitudine.*

Ciuitatis iure.

Apud Xenophontem in 2. lib. [illegible] Socrates irridet ſtultam rationem Ariſtippi, qui dicerat, vt liber eſſet malis, quæ ſæpè vexant incolas certorum locorum, noluiſſe vnquam aſcribi ſe in ciuitatem vllam, ſed vbique peregrinum eſſe, inquiens per Ironiam, Nimirum ab eo tempore, quo Sinnia & Sciron & Procuſtes mortui ſunt, nemo hoſpites & peregrinos iniuria affecit. *Victor. lib. 2. Var. lect. c. 10.*

L. B. Theatr. vit. Human. Tom. III.

Coniugio.

Varus Geminus inter declamatores Augusti temporibus ne[illegible] poſt[illegible], probe di[illegible] ſertur: Qui non litigat, [illegible] lebs [illegible]. Cui quidem adſtipulatur illud, quod in ſacris ſcribitur libris, Melius eſt habitare in loco deſerto, quam cum [illegible]. Et id dictum ea Hieronymo citatur apud *Volaterran lib.* [illegible] *Anthropologia.*

Ethicæ Stvdivm.

Cynici philoſophi, quorum princeps Antiſthenes fuiſſe videtur, Logicam & Phyſicam tollunt, ſolique Ethicæ incumbendum eſſe arbitrantur: Diogenes itaque, teſte Diocle, quamuis alij hoc ipſum Socrati tribuunt, inquirendum eſſe dictitabat.

ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

Qui verſus apud Homerum extat *Odyſſ. δ. Laer.*

Horatij ſtudium in philoſophia Ethica ipſe *lib. 1. Epiſt. 1.* confitetur.

Vox longa, quibus mentitur amica diéſque
Longa videtur opus debentibus, vt piger annus
Pupillus, quos dura premit cuſtodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt, ingratáque tempora quæ ſpem
Conſiliúmque morantur agendi nauiter, id quod
Æquè pauperibus prodeſt, locupletibus æquè,
Æquè neglectum pueris ſenibuſque nocebit
Reſtat vt his ego me ipſe regam ſoléerſque elementis
Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
Nec quia deſperes inuicti membra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.
Eſt quadam prodire tenus, ſi non datur vltra.

Ethnici, Ethniciſmus.

Paganiſmus, Gentilitas.

*Definitio, et Etymologia.

Item vocum Vſurpatio.

Ethnicorvm, Paganorum, & Gentilium vocabulum, quando à Grammaticis & Hiſtoricis pro quouis hominum genere vſurpatur. ἔθνος enim Græcè, Gentem Latinè ſignificat ſiue nationem: prout illam vocem intellexit interpres, *Act. c. 2. art. 5.* Apud Scriptores Eccleſiaſticos Ethnici ſiue Gentiles vocantur, qui ſunt a Chriſtiana religione alieni, & ſuperſtitiosè Idola colunt, non vt Iudæi, vnum Deum. Manaſſe videtur hic loquendi modus ab Hebræis, qui omnes nationes præter ſuam, vocabant גוים *goiim*: quòd Græcis Barbarum ſonat. Reperitur tamen etiam vſurpatum pro Hebræis in numero ſingulari: & pro Iudæis in plurali, *Sophon. c. 3. v. 8. Pſal. 105. v. 5. Ezech. 36. v. 13. Act. vlt. v. 29.*

In iure Ciuili S. *Theodoſ. l. 1. de nupt. Gent.* vſurpatur hoc nomen pro illis qui non ſunt ſubiecti Romano Imperio atque non iure aut alia lege poſitiua, ſed Gentium, victitant. Alibi tamen, per Gentiles intelliguntur Græci, vt *Act. 18. v. 4. Rom. 1. v. 14. 16. Cor. 1. 22. Ioel. 3. & alijs locis* Rationem dat S. *Auguſt. Epiſt. 20.* quod Lingua Græca reliquas Gentilium præcelleret. *Et lib. de operib. Monach. c. 13.* dicit, Græcos ac Paganos eoſdem cenſeri.

Denique nomen Gentilis in ſacris Litteris etiam transfertur ad denotandum peccatores; atque ita illam vocem explicat Interpres *Matth. 26.* vbi Chriſtus dicit ſe tradendum in manus peccatorum. Ita quoque Apoſtolus *ad Galat. c. 2. v. 15.*

☞ *Conſulatur Locus de Eccleſia, Fidei propagatione, Dij Gentium.*

Ethnicorvm Societas religiosa in Genere Conſiderata Quoad ΚΡΗΣΙΝ.

Inventio, Institutio.

☞ *Vide Tit. Superſtitionis Inuentores.*

Ianus in aureo ſeculo, vbi victum ſponte naſcentia præbebant aut in diem victus quærebatur venatu, primus vinum & far docuit, ad ſacrificia & religionem magis quam ad eſum & potum: primus aras, pomœria, & ſacra docuit: & ob id illi in omni ſacrificio perpetua præfatio præmittitur. *Q. Fabius Pictor de Aureo ſeculo & origine vrbis. Macrob. lib. 1. c. 9. ex Xenone de reb. Italicis.*

Ægyptij de Priapo ſcribentes, olim Titanas aiunt, Oſiride ab ſe dolis interfecto, corpus eius in æquas partes diuiſiſſe: iiſque domo clam elatis, partem pudendam in flumen, cùm singuli eam reſpuerint, abieciſſe. Iſidem poſtmodum vlta viri mortem, Titanibus occiſis, viri corpus inquiſiuiſſe,

A partéſque repertas cùm in formam hominis compoſuiſſet, ſacerdotibus tradidiſſe ſepeliend[illegible] vtque vel in de[illegible] Oſi ridem colerent imperaſſe. Sola pudenda ex Nilo eruta, p[illegible] deo coli, inque templo ſuſpendi iuſſit. *Diod. lib. 4. cap.* [illegible]

Veteres vti victu, & ita [illegible] ſacrificiis frugales fuere. Primus Hyperbius Martis filius animal occidiſſe, Prometheus bouem dicitur. *Cel. lib. 12. cap. 1. Antiq. Lect.*

Apud Thebas Bœotias Prometheo, eiúſque filio Ætneo, hoſpitibus ſuis Ceres depoſitum neſcio quod tradidit, & initia docuit, quæ poſtea Cabiræa ſunt dicta, quoniam homines illi Cabiri dicebantur. Pulſis autem Cabiræis, cùm Epigoni Thebas expugnaſſent, initia diu intermiſſa ſunt, donec Pelarge Potnei filia iſthmiade viro ſuo ea reſtituit. Religio inde Cabiræorum longè latéque per Græciam vniuerſam innotuit *Pauſan. in Bœoticis.*

Eteoclen Bœoti primùm omnium Gratiis humana hoſtia feciſſe. Ac tres quidem religione ſanxiſſe norunt omnes: quæ B verò eis nomina indiderit non meminerunt *Pauſan. in Bœoticis, vbi plura de Gratiis, earum numero & nominibus.*

Orpheus ſacra Liberi patris primus in Græciam introduxit, quæ Orgia vocabantur quo nomine, *teſte Seruio ſuper 4. Æneid.* olim apud Græcos omnia ſacra dicebantur, quemadmodum apud Latinos cæremoniæ. *Polyd. lib. 1. c. 5. de rer. inuent.*

Sacra Eleuſinia in honorem Eleuſiniæ Cereris Eumolpus primus inſtituit, prohibuitque ne aduenam quemquam initiarent: vnde propter Herculem admitti petentem, cui ſacra denegare non licebat, Eleuſinij nouum myſteriorum genus ſanciuerunt, ac parua nuncuparunt: quæ Ariſtophanis commentatio. ὅπως ἀποκαλέσῃ καὶ μυήσῃ τῶν μεγάλων θεῶν. Et hæc quidem menſe fortaſſis Nouembri magna Auguſto non Iunio celebrabantur, vt refert *Plutarch. in Demetrio. Brodaus in 1. Epigram.*

Melampus Amythaonis F. Græcis Dionyſij nomen & ſacrificium, & non pompam phalli enarrauit, edoctus nimirum à Cadmo Thyrio, aliiſque Phœnicibus, qui in Bœotiam venerant: C Cadmus autem ab Ægyptiis hæc habuit: nam pleraque nomina deorum ex Ægypto venerunt. *Herod. lib. 2.*

Cecropa Rex Athenienſium, Iouem primus cognomine ſupremum appellauit, nihilque vita præditum ei immolandum duxit, ſed liba tantùm patria, Pellanos Attici vocant, ad aram portici ſanxit. *Pauſan in Arcad.*

Ephialtes & Otus, Aloëi filij, primi omnium ſacra Muſis fecerunt, & iiſdem Heliconem Bœotiæ prope vrbem Theſpiam montem conſecrarunt: qui etiam Aſcram condiderunt. Hi autem Muſas numero tres religione ſanxerunt, Meleten, Mnemen, Aœden, hoc eſt, Meditationem, Memoriam & Cautionem. At poſtea Pierus Macedo cùm Theſpbias veniſſet, nouem nominibus Muſas coli inſtituit, cùm filias nouem haberet de Muſarũ nominibus appellatas. *Pauſan in Bœot.*

Herculem Alcmenæ filium tradunt Ioui porricientem in Olympia, cùm muſcas abigere non poſſet. Abactori muſcarum ἀπομυίῳ Elei appellant, hoſtiam mactaſſe: cúmque perlitatum eſſet, omnes repente muſcas trans Alpheum euolaſſe. D Inde ſeruatum ab Eleis, vt ad abigendas ex Olympia muſcas, idem ſacrum vſurparetur. *Pauſan. lib. 5.*

Nvma inſtituit deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare, atque (vt auctor eſt Hemina) far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id vno modo conſecutum, ſtatuendo. non eſſe purum ad rem diuinam niſi toſtum. Is & fornicalia inſtituit, farris torrendi ferias, & æquè religioſas terminis agrorum. Hos enim deos tunc maximè nouerant. Sciámque à ſerendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant, quarum ſimulacra in Circo videmus. Tertiam ex his nominare ſub tecto religio eſt. Ac ne deguſtabant quidem nouas fruges aut vina, antequam ſacerdotes primitias libaſſent. *Plin. lib. 18. c. 2.* Videtur idem cùm cætera ſacrorum ſapientiſſimus fuiſſe præceptor, tum præclarè ſanè ad religionem hoc conſtituiſſe. Nam cùm magiſtratus & ſacerdotes quid rei diuinæ faciunt antecedens præco magna voce clamat: Hoc age: quia voce rebus diuinis iubent intentos eſſe, neque vllo opere eas vel negotio interpellare: quo pleráque mortalium coactu quodammodo & vi efficiantur. *Plut. in Coriolano.*

Idem Romanos prohibuit exiſtimare imaginem Dei, aut hominis ſpeciem, aut animalis habere formam. Nec fuit apud eos neque picta, neque ficta Dei priùs ſpecies: ſed in prioribus centum & ſeptuaginta annis templa quidem ædificabant, ſacráque tuguria erigebant, ſimulachrum verò nullum [illegible] ſ[illegible] bant. Perinde atque nefas eſſet, deteriora [illegible] E [illegible] [illegible] ſſimulare, neque aliter atque intelligentia Deum [illegible] poſſet. *Plut. in Numa.* Eadem apud Clementem, vt E[illegible]bius Cæſarienſis refert, & Dionyſium Halicarnaſſeum, qui ait, templa eſſe à Numa diis erecta. Negat tamen ſimulacra in his fuiſſe vlla, quòd Deum nulla ſpecie formáve effingi poſſe crederet.

Tarqvinivs Priſcus, vanitate & ſtultitia Græcarum religionum Ethruſcarúmque domi imbutus, Romanos edocuit ſimulacra diis ponere: quod Tertullianus ſubſignificat, inquiens: Age iam rebus religio profecerit. Nam etſi à Numa concepta eſt curioſitas ſuperſtitioſa, nondum tamen aut ſimulacris aut templis res diuina apud Romanos conſtabat: frugi religio, & pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia cœlo, ſed temeraria de ceſpite altaria, & vaſa adhuc Samia, & nidor ex illis, & Deus ipſe nuſquam. Nondum enim tunc ingenia Græcorum atque Thuſcorum fingendis ſimulacris vrbem inundauerant. *Viues in lib. 4. de Ciuit. Dei, cap 31.* F

Maricvs quidem è plebe Boiorum, qui tempore Cai Iulii Cæſaris Heduorum finibus inſertis erant, prouocare Romana arma ſimulatione numinis auſus eſt: iámque adſertos Galliarum, & Deus (nomen id ſibi indiderat) collectis octo millibus hominum, proximos Heduorum pagos trahebat. Sed Hedui ope Romanorum fanaticam multitudinem diſiecère. Captus in eo prælio Maricus, ac mox feris obiectus: quia non laniebatur, ſtolidum vulgus inuiolabilem credidit, donec Vitellio Cæſaris duce inſpectante interfectus eſt. *Auentinus lib. 1. Annal. Boior.*

CONSERVATIO.

A Gallis vrbe capta, poſtquam eam reſtaurari placuit, non etiam ad Veios tranſmigrare: Tribuni militum Conſulari poteſtate cùm primùm magiſtratum iniiſſent, nulla de re priùs quàm de religionibus Senatum conſuluerunt. In primis fœdera ac leges, (erant autem hæ duodecim Tabulæ, & quædam Regiæ leges) requiri, quæ comparerent, placuit: alia ex eis edita etiam in vulgus: ſed quæ ad ſacra pertinebant, ea decreto Senatus & à Pontificibus maximè, vt religione obſtrictos haberent multitudinis animos, ſuppreſſa ſunt *Liuius Dec. 1. lib. 6.* G

ΧΡΗΣΙΝ.

Qvi. Vtpvta.

Conſultantes, Senatores

Athenienſes omnibus publicis conciliis mantes ſacerdotes qui ſacra facerent adhibebant. *Alex. lib. 4. cap. 31.*

Charondas Locrenſis, vt conſultantes agentéſque aliquid à diis ſumant auſpicia, ſuis legibus ſanxit. Optimum enim eſt, vt parœmia fert, Deum cauſam & auctorem eſſe illorum omnium. *Sto. Serm. 42.*

Avgvstvs Cæſar, quò lecti probatique Senatores & religioſius & minore moleſtia ſenatorio munere fungerentur, ſanxit, vt priùs quam conſideret quiſquam thure ac mero ſupplicaret apud aram eius Dei, in cuius templo coiretur *Suet.* H

ETHNICORVM RELIGIO CONSIDERATA

Secvndvm Personas.

Huc pertinent Ethnicorum.

QVI SACERDOTES PVTA

Popvli.

Buſis ad Platæas Perſis, aduocata concione communi Græcorum, rogationem tulit Ariſtides, vt deſcriptio fieret inter Græcos ad bellum cum Perſis gerendum decem millium clypeatorum, mille equitum, nauium centum: Platæenſes ſacroſancti eſſent, immunéſque ad ſacra Deo pro Græcia facienda relinquerentur. *Plut. in Ariſtide.*

REGES.

Olim Reges pleraque & præcipua ſacra faciebant, ac rebus diuinis ipſi cum ſacerdotibus operabantur. Vt verò inſoleſcere cœperunt arrogantéſque & duri eſſe, plerique Græci detracto eis imperio ſolum ſacra faciendi diis facultatem reliquere. *Plut. in quæſt. Rom.*

Reges Spartanorum, cum primùm in eam aſſumpti ſunt dignitatem, priuilegio honoris præcipui Iouis Cœleſtis & Lacedæmonij ſacerdotio funguntur: quibus ex omni ſcrofarum fœtu porcus debebatur, vt ſi diis immolare vellent, nunquam victima deeſſet. *Alex. ab. Alex. lib. 2. cap. 8.*

Ex Cæſaribus C. Ivl. Cæſar auguratum ſimul & pontificatum, Galba autem ſacerdotium triplex geſſiſſe dicitur.

Anno Dom. 303. Prutenis ſiue Vimigauis Rex quidam

Bruteno

A Bruteno dictis imperauit: qui cum iuſtos annos ætatis conſecutus eſſet, quietam vitam ducere inſtituens, fratrem Verdenutum ſucceſſorem ſibi in regno fecit: ipſe ſummus ſacerdos effectus eſt, noménque ei dignitatis indictum fuit, Kyrie Kyrieyro quaſi dicas, proximus noſter Dominus. Huic Pontifici ſuo Protem præclaram ædem ſub quercu quadam erexerunt, locóque Romanæ à Roma nomen indiderunt. *Gaguin. in Pruſſia.*

LATRONES.

CLEON latro & ſacerdos Iouis Abretanij.

☞ *Vide Titulum Latrones.*

VIRGINES, MVLIERES.

☞ *Vide infrà, Tit. Romanorum Veſtales.*

In Palladis Mineruæ templo, multa religione inclyto, virgines aſſiduè fuiſſe, & lychnum inextincti luminis ac Palladium cuſtodiuiſſe, legimus apud *Alex. ab Alexand. lib. 5.* B *cap. 12.*

Apud Aſſyrios Dianæ Ecbatanæ templum fuit, quam Anaitim vocant, cuius ſacerdotes procul à virili congreſſu in perpetua virginitate degunt. *Ibid.*

Apud Delphos ignem peruigilem à mulieribus cuſtodiri, quæ matrimonio ſolutæ erant, teſtantur ſcriptores. Quòd ſi quando extinguebatur, ex ſolis flamma peregrinum elicie-bant. *Ibid.*

Epheſi earum, quæ ſacratæ Dianæ ſunt, vnamquamque mulierem primum μελλιέρην, quaſi deſignatum ſacerdotem, hinc hieren. id eſt, ſacerdotem, tertiò parierem, quaſi defunctam ſacerdotio nominant. *Plut. an. Seni tractanda reſp.*

QVORVM DEORVM

Sacerdotes, v.g.

PALLADIS.

Apud Pedaſios Palladis ſacerdos ſacram barbam nutrire cogitur, neque eraſa incedere fas erat. *Alex. lib. 2. cap. 8.*

C DIANÆ.

Epheſiæ Dianæ ſacerdotes Eunuchi erant, qui Megalobyzi dicebantur, ac ſemper aliqui accerſebātur digni tali præfectura, & in honore maximo habebantur. Cum his virgines aliquas ſacras eſſe oportebat, *Strabo lib. 14.*

Eſtiatores & Eſſenæ, id eſt, epulones & ſodales dicebantur, quibus Epheſiæ Dianæ ſacra olim committebantur, fœminæ ſimul & viri tum reliqua propinquitate, tum etiam matrimonio coniunctæ, victus ratione diuerſa à reliquo populo per annum integrum, itavt neque in priuati alicuius hominis ædes pedem eo tempore inferrent. *Pauſ. in Arcadicis.*

CYBELES.

Galli ſacerdotes Matris deûm (quæ & Ops dicitur, & Cybele) erant caſtrati: ſic dicti à Gallo venuſto Phrygiæ flumine, cuius aquam potantes in inſaniam vertuntur. *Pomp. Lætus.*

Cybelis ſacerdos variis coloribus fucatus & faciem pigmento delitus, oculóſque obunctus, cum mitella & crocoto, lineo calceamento, ante ſimulacrum deæ incedebat, & cum D tinnitu cymbalorum & ſonitu tympanorum ſacrum faciebat, *Alex. lib. 2. cap. 8.*

Cybelis ſacerdotes flagrum ferebant, iidémque iuxta Sueuos formas aptum, quo inſigni ab hoſtibus tuti erant. *Alex. lib. 2. c. 8.*

HERCVLIS.

Stephanophori Herculis ſacerdotes erant apud Græcos quibus ferre coronam & comam promiſſam proprium erat *Alex. ab Alex. lib. 6. c. 12. & lib. 2. cap. 8.*

Poſt vrbem conditam Romulum vrbis auctorem ſacra Græco Herculi, ara illa erecta, quæ maxima dicta eſt, (vt ab Euandro conſtituta erant (feciſſe, eáque poſteris manſiſſe, literis proditum eſt. Quæ ara ante Romulum religioſiſſima fuiſſe traditur, eámque ipſum Herculem Ioui inuentori, ſi amiſſas boues reperiſſet, dedicaſſe fama vulgauit. Hoc enim ſacrum Euander inſtituit primus poſt Narathonios, qui primi diuinos honores Herculi dedere: Potitiis & Pinariis, qui ex clariſſimis familiis ea loca incolebant, ad ſacrum adhibitis: *Virg. in Æneide*, inquit, *Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri.* Quidam aram maximam, cùm vicino flagraret incendio, liberatam à Pinariis ferunt: & ideò ſacri cuſtodem domum Pinariam dixiſſe. Virgilium, κατ' ἐξοχὴν, Potitiorum, qui ab Appio Claudio præmio corrupti, ſacra ſeruis publicis prodiderunt. Sed Veratius Pontificalis in eo libro, quem fecit de ſupplicationibus, ita ait: Pinariis qui nouiſſimi comeſto prandio veniſſent, cùm iam manus pranſores lauarent, præcepit Hercules, ne quid poſtea ipſi aut progenies E ipſorum ex decima guſtarent ſacranda ſibi: ſed miniſtrandi tantummodo cauſa non ad epulas conuenirent. Quaſi miniſtros ergo ſacri cuſtodes vocari à Virgilio *Macrob lib. 3. c. 6. Saturn.* Potitij eorúmque poſteri, ab Euandro edocti, multis poſt tempeſtatibus antiſtites templi ſacris & cæremoniis præfuere: donec ſublata Potitia gente, ſeruis publicis tradita ſunt. Appius enim Claudius cenſor, ſublato Potitiorum genere, cui ad aram maximam familiare id ſacerdotium fuit ſeruis, quos docuerat ſacra delegauit. In quo id traditur mirum, vt triginta puberes, qui reliqui Potitiæ familiæ manſerant, cum omni ſtirpe intra annum extincti fuerint: ipſéque Appius huius auctor facinoris, hoc admiſſum in extremum vitæ exitium penè lapſus ſit: ſiue caſu, ſiue conſilio deorum immortalium, luminibus orbatus, calamitoſam vitam egerit. *Alex. lib. 2. cap. 14.*

VESTÆ.

☞ *Vide Romanorum Veſtales.* F

ISIDIS.

Iſiaci, linea ſtola amicti ſunt, capite raſo, calceis papyraceis, ſiſtrum tenentes aut ramum abſinthij marini, vel nuces pineas & Anubim ſupra caput deferentes. *Alex. lib. 2. c. 8.*

FVRINÆ.

Furinalis ſacerdos Furinæ deæ, cui Romæ rem diuinam curabat. *Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 12.*

PALATVALIS.

Palatualis Romanorum ſacerdos, qui illi deæ, in cuius tutela Palatium erat, ſacra faciebat. *Alex. lib. 6. cap. 12.*

QVARVM GENTIVM SACERDOTES. Vtpura

INDORVM.

Indorum Brachmanes ſacerdotes, artes Mathematicas & Philoſophiam colunt. Religionem ſingulari artificio ſimulant, & in ſpecie ficta, pietatis fraudes inſignes in omni vita ſuſcipiunt. Reliqui Malabares eorum doctrinis inſtituti, portenta venerantur. *Oſorius lib. 2. rerum Emm.* G

ÆGYPTIORVM.

Thebis Ægyptiis Ioui, quem præcipuè colunt, virgo genere clariſſima, & ſpecie pulcherrima ſacratur, eas Græci Palladas vocant. Hæc pellicis more cum quibus vult coit, vſque ad naturalem corporis purgationem. Poſt purgationem viro datur. Sed prius quam nubat, poſt pellicatus tempus, vt mortua lugetur. *Strabo lib. 17.*

GRÆCORVM.

Delphis quinque pontifices per omnem vitam ſacri erant, qui Oſij dicti. Quorum primus qui hoſtiam immolabat, Oſiter: qui verò edebat oraculum, Aphetor nuncupati ſunt, qui vna cum prophetis ſacra obibant, diuináſque prædictiones & cæremonias, & quo cultu, quibúſque exemplis fierent ſacra prædicebant. Apud Athenienſes Daduchus maximus erat ſacerdos: Palladis Eteobutades à Bute propagati ex qua familia longo tempore ſacerdotio præfuere: ſicut Buzygia familia à Buzyge heroë, qui Athenis diu ſacerdotium tenuit. Clazomeniis Palladis ſacerdos, Heſychia: Bacchi verò, Thyas nomen H habet. Polici Iouis ſacerdos, Buphonus: in Trœzene, Hippolytus nuncupatur: Apud Cretenſes matris magnæ ſacerdos, Meliſſa. *Alex. lib. 2. c. cap. 8.*

TIMOLEON Corinthius, cùm Syracuſas à Dionyſij tyranide liberaſſet, inſtituit magiſtratum honoratiſſimum annuum, quem Syracuſani Iouis Olympij famulatum appellabant, electúſque eſt primus Callimnees famulus Olympij Iouis, & ita deinceps is honor per manus traditus eſt: annique à magiſtratu eiuſmodi adnotati fuerunt vſque ad tempora, quæ mutationis Reip. initium fuerunt ſub Romanis tunc enim magiſtratus iſte, qui annos plures 300. durauerat abolitus eſt. *Diodor. lib. 16.*

COMANORVM.

Apud Comana Ponti vrbem Anaitidis deæ ſacerdos diadema geſtabat, & ſecundus erat in honore poſt regem. Pompeius huic templo Archelaum ſacerdotem præfecit, & ſexaginta ſtadia regioni adiecit, cui ſacri ſerui fuerunt ſex millia. Archelaus filius fuit eius, quam Sylla & ſenatus in honore habuerunt: & qui Mithridatis Eupatoris ſe filium effingens, Ptolomæi Regis Ægypti filiam duxit vxorem, & à Gabinio poſtea in prælio interemptus eſt. Lycomedes poſt Archelaum ſacerdotium accepit, & eo ſublato Clitatus Adiatongis filius: quem Auguſtus cum patre in triumphum duxit. *Strabo.*

A

ROMANORVM, VT SVNT PONTIFICES: LIQVS VEL MAXIMI

Non ſordidum neque obſcurum apud veteres olim nomen Pontificum fuiſſe traditur. Nam cum inter ſacerdotia à Numa inſtituta, ipſe ſe pontificem imprimis vt vero alij, Martium M. filium ex patribus legiſſet, poſtea interiectis temporibus, collegium pontificum ad quatuor, mox à trib. nis plebis rogatione promulgata, ad octo auctum fuit: manſitque hic numerus longo æuo inuiolatus, donec L. Sylla ad quindecim collegium ampliauit. Inter quos maximus pontifex, genere & dignitate præcipuus erat, & aliorum longe princeps. Horum igitur fuit, religiones & cæremonias publicas priuatáſque, ſacra & res diuinas ſanctiſſime tueri & interpretari, illáque omnia exſcripta ſignatáque habere, vt quibus aris, quibus diis, quibúſque hoſtiis, quibus diebus, & ad quæ templa ſacra fierent, perſpectum haberent, ne qui B Romana ſacra negligerent, peregrinóſque ritus aſciſcerent, aut deorum cæremonias turbarét. Ad quos tam de cœleſtium deorum ſacrificiis, quam de funeribus, iuſtíſque exhibendis, placandíſque manibus, ac ſupernis infernı́ſque diis: de ſepulchris & votis ritè exſoluendis, de feriis, de religione, pietate, ſanctitate, cæremoniis deorum, déque fide & iureiurando, ſacrificiíſque ſolemnibus, plebs quoties videbatur, tanquam ad antiſtitem deorum immortalium, cæremoniarum & ſacrorum, conſultum ibat. Ipſéque maximus pontifex precationes, ſupplicationéſque deorum, cum pontificali carmine præire, comitia habere dieſque feriarum indicere, quo quiſque Deus ritu, quove die colatur, quibúſque precibus aduocetur, & quid quaque die operis fieri, vel non fieri publicis feriis conueniret, edocebat. Eundémque pontificem maximum, ſingulorum annorum res geſtas & memoratu dignas, diurnis actis mandare literis, illáſque non ſolùm monumentis tradere, ſed in albo proponere & referre, vt po- C pulo exſcribendi poteſtas fieret, ſolitum eſſe traditum eſt. Fuit id, credo, certum portentum, quo eſſet ſignificatum, vrbem Romam poſtremò periode pontificia maieſtate; qua nunc latè patet, gentibus moderaturam, atque olim potentiá imperaſſet. *Polydor. lib. 4. de inuent.* Ac non ſolùm reip. ſacra cæremoniáſque curare, ſed de rebus quæ ad religionem pertinent, iudicia ferre: contumaciæque minorum magiſtratuum vindex eſſe, ſacrificantes obſeruare, piaculáque iræ Deum conquirere, ne ſecus quam præſcriptum eſſet, ſacra fierent, néve incerta auſpicia, aut turbatæ religiones aduerſus mores inſtitutáque maiorum obſeruarentur. Vtque ſuper impetranda venia venerandíſque diis iuſta ſolemnia exhiberentur, cauere debebat. Tum religionis arcana, & diuinas traditiones cognoſcere, & ſi quid religioni minus retè adſcriptum eſſet, religione liberare, aut numinibus obligare: de Veſtalium capite decernere, & ferre ſententiam, quæ ſacra quæve prophana eſſent diiudicare, néve quis praua religione populum alligaret, maximi pontificis officium & mu- D nus erat. In quo fuit obſeruatum, vt nunquam infauſta die & ominoſa collegium conſulat, quod dirum foret & auſpicij mali. Quare Vitellio principi, quod pontificatum maximum adeptus, decimo quinto Kalendas Auguſti, die cladibus inſigni collegium conſuluerat, magno exitio fuit. Tum ſi pons ſublicius collaberetur, illum reficere, vnde illis nomen factum. Is enim ligneus erat, & nullo ære aut ferro compactus, quem ſacrum illi æſtimarunt: ita vt in aliqua parte labentem, niſi cæſa victima & ſacrificio perfecto, reficere non liceret. Cùm Tiberis, inquit Suidas, magno impetu in pontem antiquiſſimum irrueret, ſacerdos votis factis, ne pontem rumperet, flumen placauit: effecítque vt placidè intra ſuum decurrens alueum, ponti parceret: & eos qui pontifices & flamines dicuntur, ſacerdotibus præfecit. Vota etiam ſolemnia, quibus verbis concipi, quibúſque pecuniis exſolui deberent, pontificum decretis cauebatur, illorúmque arbitratu vel exſoluebantur, aut non ritè emiſſa denuo concipiebantur. Quod ſi quis ſui iuris arrogandus foret, quæ cauſa adoptionis, quæ ratio generis, quæ dignitas, quæve eſſent ſacra, apud pontifices lege quærebatur, quæ lex Curiata dicta eſt. Neque verò ſolùm ab omni ſanguine puras manus pontificem ſeruare decuit, ſed ne participem quidem aut conſcium alicuius necis fieri. Ex octo pontificibus pontifex maximus reliquis præeſt & propè dominatur. Cui rex ſacrorum, augures, & omnes flamines, ac veſtales virgines parent; quibus

E inductam indicere, & pœnam irrogare poterat, cuius arbitratu publica & priuata acta gerebantur, veſtaléſque virgines ad ſacri & æterni ignis cuſtodiam, qui in penetralibus Veſtæ colebatur, eligebantur, ipſiuſque curæ cuſtodiæque mandabantur. *Alex. lib. 2. cap. 8.*

In tantum honoris culmen pontificatus & eò excellentiæ creuit, vt Cn. Cornelio prætori, quòd M. Æmilio Lepido pontifici maximo conuitium feciſſet, multa dicta fuerint, ipſúmque regiæ dignitati proximum crederent. Nam & lictor apparebat, curuli regia ſella, ac lectica inſignis erat, quam ante veſtibulum conſpicuam habere aſſuerat: ad cuius fores pro ſplendore dignitatis, viridis laurus affixa videbatur. Cúmque cæteri honoribus functi, rationem adminiſtrati muneris reddere cogerentur, pontifex tamen maximus pro maieſtate, geſti honoris rationem dare maximè cogi poterat: ipſíſque pro imperio & poteſtate, quoq; plus dignitatis ferret, cum galero eſſe, & carpento, vt reliquis ſacerdotibus, ingredi licebat. Quippe pontificı proprium inſigne erat galerus, ſicut lituus auguribus, paludamentum imperatoribus, diade- F ma regibus. Et cum in Capitolium nulli fas foret carpento vehi ſolis pontificibus ſacerdotibúſque Tarpeium aſcendere carpento licuit. Ad cumque ſi qui noxij confugiſſent, ea die à pœna immunes erant. *Alex lib. 2. c. 8.*

Non vulgares, neque obſcuros, ſed qui nobilitate generis & multò ſplendore illuſtres forent, quique auctoritate & opibus anteirent cæteris, ad pontificatum max. Rom. admiſere: denique Romæ pontifex, qui antea curuli ſella non ſediſſet, nemo creatus fuit: donec lapſis temporibus, etiam qui nullos curules geſſerant magiſtratus, ad pontificatum admiſere. Primus enim T. Coruncanus, ex plebe homo, pontificatum maximum meruit, quo tempore M. Attilius Regulus, primo Punico bello graui ſupplicio excruciatus, pœnas dedit. Et deinde M. Druſus, quod antea contigit nulli, tribunus plebis ſimul & pontifex creari meruit. Poſtea ex plebe & patribus, nullo delectu aut diſcrimine admitti cœpere. G Cúmque ad collegium pontificum pertineret, in demortui locum alium cooptare. Cn. tamen Domitius Tr. pl. offenſus collegio, quòd ſe in numero pontificum non cooptaſſent, ius ſubrogandorum pontificum ſacerdotúmque, à collegiis ad populum tranſtuliſſe fertur: ipſéque pontifex maximus primus populi ſuffragio, aliíque deinceps creari cœpere. *Alex. lib. 2. cap. 8.*

Declamationum quarto Seneca de Metello inquit, Sacerdos integer ſit. Metellus pontifex cum arderet Veſtæ templum, dum rapit Palladium, oculos perdidit, ſacerdotium illi negatur. Et mos contra Metellum, Sacerdos non integri corporis, quaſi mali ominis res vitanda eſt. Hoc in victimis notatur, quanto magis in ſacerdotibus: In libro Antiquitatum ſecundo Halicarnaſſeus Dionyſios, ſacerdotes à Romulo lectos ſcribit, genere excellentes, ſimul & virtute præſtantes, nec tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco. *Cælius lib. 12. Antiq. Lect.* H

Minores.

Apud Rom. Scribæ pontificum, qui faſtos & commentarios habebant, fidelem cuſtodiam rerum geſtarum, qui Annales maximi dicebantur, quique illis Miniſtri aderant, quòd omnis æui geſta mandarent literis, minores Pontifices dicti ſunt. Ab iis in curia Calabra Iunoni ſingulis Kalend. ſacra fiebant: nouámque lunam obſeruare, & quod dies à Kaled. ad Nonas ſupereſſent, referre ſolebant, vt populo cauſas feriarum à rege ſacrorum recipiendi facultas foret. Ad eorum collegium quoque interpretandi iuris, & an poſſet lege agi, quæque competeret actio in iudiciis declarandi, ius ſpectauit & pertinuit. Quippe ius ciuile inter ſacra cæremoniáſque multa ſæcula abditum, ſolis pontificibus patebat. Ex his quoque minoribus diſtinctio gradus fiebat. Nam qui primus collegio aſcitus erat, maximus: qui verò vltimus, minimus dicebatur pontifex. *Alex. lib. 2. cap. 8.*

Rex ſacrorum.

Cum à principio vrbis multa & magna ſecreta reges obiſent, ad quos de religione, déque ſacrificiis & cærmoniis deorum, ſacerdotes ſæpè conſultum ibant, qui etiam rem diuinam facientibus aderant: ne bonis auſpiciis cœptum confirmatúmque regium nomen, poſt exterminatos reges aboleretur penitus, néve derelictis ſacris, regium nomen expeterent, longè antiquiſſimum rati, ſacra quæ penes reges erant, alicui demandare: Regem Sacrificulum crearunt, qui ſacrorum

A [illegible] que [illegible] crea [illegible] ſacerdotes, [illegible] perpetuum [illegible] ne [illegible] Neque enim Rex ſacrorum [illegible] caſtris & legionibus præe[illegible] poter[illegible] niſúmque regium nomen, neque magi[illegible] concionem habere, vel cum populo agere: nam [illegible] teſtas ſola religione & templis tenebatur. Primus quidem Manius Papyrius ex patriciis, Bruto conſole Rex creatus fuit, cui ius ſacrificandi, & de ſacris decernendi tel querunt, eumque pontifici maximo ſubiecerunt: idem in ſacris epulis, poſt maximum pontificem, ſupra flaminem Dialem, Martialem, & Quirinalem, accombebat. Atque licet à principio à populo crearetur ex patritiis & multis honoribus functis, poſt aliquot ætates à minore parte populi, ſelectis calatíſque comi-
B tiis. (Quibus fiunt Sacerdotes) ex plebe creari cœpit, tunc quum maximus Curio plebeius homo rex ſacrorum fuit. Cuius vxor regina ſacrorum hoc habet proprium, vt quoties ſacra facit, ex malo punico virgulam, quam inarculum dicunt, pro infula deferat: quæ omnibus Kalend. Iunoni ſacrum facere, eique porcum vel agnom mactare debet in regia. Ad quem Veſtales virgines die conſtituta, annis ſingulis ventitare, & ne ſacra negligerentur, quæ fidei tutelæque credita erant, præmonere ſolebant. Erat ergo regia ſacrorum munus, quinto Idus Ianoarias Iano arietem immolare, diéſque faſtos prædicere & nefaſtos, ſacra procurare, & quæ ſacrificio vſui eſſent miniſtrare. Ideo ſacra facturi, lanam, farta & fruges, lauros & verbenas, quæque ſacrificia opportuna ſunt, regem petunt ad eumque tam intra quam extra pomœrium, populi ciuéſque quinque in agris agunt, imperij morum ciuium, atque vnà agricolæ, de ſacris feſtiſque diebus conſulturum vadunt & ſacra poſtulant. Ipſéque feriarum cauſas, &
C quid quoque menſe faciendum, à quibúſque cauendum eſſet, prædicabat, prædicabátque, cui hoc propſium dicunt fuiſſe, vt ſacrificium in comitio peragat; quo perfecto, nulla cunctatione rei mora ſe ex foro proripiat. Quando verò diuinis rebus perfectis, in comitium venit, In faſtis notabatur: vtque Kalendis Martiis, fores regis ſacrorum, flaminis, pontificis maximi noua exornentur lauro: ſicut palatinæ ædes & Auguſtæ quercus virides nunquam lauros habuère: cuius filiæ ad Sacerdotium Veſtæ inuitæ eligi nequeunt: nam priuilegio honoris ab hoc onere immúnes erant: volentes verò non vetantur. *Alex lib. 3. cap. 17. ex Plutn. quæſt. Rom.*

Flamines.

Flamen dialis fuit Sacerdos Iouis, à Numa Pompilio inſtitutus. Dictus autem flamen, vt Varro ait, quod in Latio capite velato erat, & caput filo lanæ præcinctum habebat, à quo flamen appellabatur. Dialis autem à Dijoue, quod eſt, iuuans Deus. Cæteri flamines, eius cui præſident numinis decorantur titulis; vt Flamen Martialis, è Marte: Quirinalis, à Quirino Romulo: Vulcanalis: à Vulcano *Pont. Lat. c 6.*
D *Feneſtella, cap. 5. Liuis l. 1. Decadis 1. Alex. lib. 6. cap. 12.* Ei nefas erat tangere hederam, atque adeo ne nominare quidem fas erat. Puritas enim & caſtitas decet ſacerdotem, & libertas: Eidem nodum neque in apice, neque in cinctu, neque in alia parte vllum habere licet. Sub dio ſine apice eſſe non licet: ſub tecto licet. Tunicam intimam, niſi ſub locis tectis ſit, non exuit, ne ſub cœlo, tanquam ſub oculis Iouis, nudus ſit. Idem ſolus habebat album galerum, vel quod maximus eſt, vel quod Ioui immolata hoſtia albato fieri oportebat. *Gell. lib. 10. c. 5.* Eidem annulum ſolidum geſtare conceſſum non erat, vt teſtatur Feſtus Pompeius, quod oporteat ſacerdotem ab omni angore libertum eſſe, nec vllius mali ſibi conſcium. *Eraſmus in Adagiis.* Idem locum in quo buſtum eſt, non ingrediebatur, neque mortuum attingebat. Funus tamen exequi licebat. *Gelius lib. 10. cap. 15.*

Salij.

Fuère Salij Martis ſacerdotes numero duodecim ex patriciis, liberi & ciues, & qui neutro parente orbati eſſent, à Numa ſeu Tullo Hoſtilio bello contra Fidenates, vt Liuius auctor eſt, voti cauſa nuncupati: qui poſtea numerum Saliorum duplicaſſe fertur, ita vt quatuor & viginti, belli paciſque temporibus collegio cooptarentur. Cuius ſacri cauſa hæc & origo fertur. Cum regnante Numa, morbo & afflatu noxio ciuitas affecta eſſet, eáque lues nullis ſacrificiis aut piacula

[illegible] R ma- I
[illegible] N[illegible], An-
[illegible] gulus omnis abeſt.

In [illegible] am crederent, ne inuenta facilis, & ob [illegible] expoſita eſſet, alias vndecim elaboratæ artis eadem facie menſuraque à Mamurio fabro, ne dignoſci poſſet, conſtructas dicunt fuiſſe: illáſque in Martis ſacrario aſſeruaſſe, illarumque cuſtodes, Salios vocaſſe; quorum princeps Præſul, alter Vates, alius Magiſter, qui præſidebant, dicti. Illorúmque inſigne tunica erat punicea, & æneum in pectore tegmen, quod ſupra tunicam verſicolorem induebant: tum balthei, & æneæ galeæ: Quibus ornati Martio menſe, cum tripudiis ad tibiam, ſolennique ſaltatu cœleſtia ancilia eiuſmodi ferentes, culti ornatique prodibant: ipſique gladiolis illa percutientes, cum greſſu & gra- F
du compoſito, pulſu pedum ad ſonum vocis modulato, per Capitolium & forum, pérque vrbem incedebant. Inque eo tripudio Mamurium fabrum, qui tam exactè illa molitus eſſet, in nominis memoriam ſempiternam, ac pennatas immanatáſque agnas pro ſpicis & ariſtis, & Lucetium Iouem, Ianúmque deorum deum, aliόſque deos, excepta Venere, quam in carminibus ſaliaribus nominare nefas erat, verbis ſubobſcuris, Marti conſecratis, quæ nec mutare licebat, ritu priſcæ religionis, in fine carminum referebant. Poſt aliquot verò ætates, Imperatorum nomina ſuis carminibus Salios adnotare conſtitutum fuit, vt illorum quoque memoriam ſempiternæ gloriæ mandarent. Quare Germanici nomen ſaliari carmine, & mox aliorum principum interca[r]ſu temporum celebrata fuere. Eo tempore flaminica Dialis vxor capillum pectere, antequam ancilia conderentur, vetabatur. Anciliorum ſacra & feſtos dies cœnis ſumptuoſis, & comeſſationibus, cum cantu & ſymphonia opipare celebrare ſoliti ſunt: in quibus ſubtiles coronas & alia conuiuiis oblectamenta adhibebant. Hique dies religioſi & ſacri manſère in poſterum. Quod ſacerdotium quanti fuerit, licet æſtimare, G
quod niſi ex patriciis ad hunc honorem admittebatur nemo: & niſi liber & ciuis, patrimus & matrimus foret: quodque Appius Claudius triumphalis, Scipio Africanus, & L. Bibaculus inter Salios eſſe, & hæc ſacra attrectare, gloriæ duxère: & Titus Veſpaſianus, quod numero Saliorum fuiſſet cooptatus gratias egit. Antoninus quoque Philoſophus, natus octo annos, ab Adriano Cæſare inter Salios adnumerari; laudi duxit, velut magni ſplendoris munus ferret. Eráſque conſtitutum, vt qui conſulatum aut præturam, aliumve magiſtratum gereret, ancilia ferre, & inter Salios eſſe cogi nequiret: Et tametſi Martio Menſe ancilia deprompta è Martis ſacrario prodirent, ſi quando tamen gentibus nationibúſque iuſtum piúmque bellum per feciales indicebatur, ancilia in eodem ſacrario, aut in curia Saliorum commouere, moris erat: quaſi eo motu Martem è ſua ſede excitum, eoque propitio & volente; arma expediri, religiones conſcribi exercitus apparari, atque omnia hoſtilia eſſe deſignarent: qui dies H
non religioſi & infauſti habiti ſunt, quibus antequam conderentur, ſponſalia inire, peregrè proficiſci, aut pacis fœdera tractare, vel aliquid publicæ priuatæve rei inceptare, velut mali auſpicij, triſtiſque maneret exitus, ominoſum fuit. *Alex. lib. 1. cap. 26.*

Augures.

Si quis Augur apud Rom. vlcus pateretur, licèt in ſacerdotio foret, augurandi ius non habebat. *Alex. lib. 5. cap. 19.*

Cum de vacatione Augurum in Senatu ageretur, iudiciis ne operam darent, Q. Ælius Tubero contra P. Africani auunculi ſui teſtimonium iudicauit, vacationes Augures, quo minus iudiciis operam darent, non habere. Non enim Augures eiuſmodi ſacerdotium nactos eſſe, vt nunquam ab eo diſcedere ſine religione poſſint. *Cic. in Bruto.*

Epulones. Triumuiri Epulonum.

Collegio Pont. Triumuiri additi ſunt, qui ſacra conuiuia, hoc eſt, quæ in deorum ludis, exhibebantur, curarent dictique ſunt Triumuiri epulones, aſciti inter ſacerdotes, quibus togæ prætextæ ius datum, vt pontificibus. Hi fuere C. Licinius Lucullus, T. Romulus, & P. Porcius Lacca, qui legem

A [illegible] V [illegible] I [illegible] cidrum ere, vi [illegible] lones appe [illegible] id eſt. ſacrificolus. Au [illegible] nd [illegible] cris libris legendis [illegible] præeſſ [illegible] quoties prodigia magnos aliquos rerum euentus [illegible] emergerent, lectiſternis ad puluinaria Deorum factis [illegible] ſuppliciiſque placabant. Qui epulum publicum curabant, & ipſis menſa parabatur ante Iouis ſimulacrum, Septemuiri epulones dicti ſunt. Cicero in Aruſp. reſp. epulones Iouis opt. maximi appellat: eos Paraſitos nominauit Varo, quaſi conuiuas Iouis. *L. Viues in lib. 6. Aug. de Ciuit. Dei. c. 7. Polid. lib. 4. de rer. inuent.* Horum filiæ, ne inuitæ veſtæ ſecerdotes fierent, ſicut auguris & pōtificis maximi, aut quindecimuiri ſacrorum veteri priuilegio immunes erant. *Alex. lib. 3. c. 16.*

B

Feciales.

Inter tot ſacros ordines poſuit Numa & FACIALES ſacerdotes, quibus id dedit negotium, vt Romani nullum iniuſtè bellum inferrent cuiquam. Cneus Gellius Annalium, ſcriptne id ab Ardeatibus prudidit acceptum, alij ab Equiculorum gente: Satis conſtat Numam, bellum Fidenatibus indictum ob excurſiones in Romanum agrum factas, ne non omnia ritè fierent, feciales eius & collegium poſtremò conſtituiſſe. Ij ſi qua per iniuriam Romanis adempta eſſent repetebant ab hoſte: quæ ſi minus reddita eſſent, bellum compoſito ad id carmine, indicebant. Pari poteſtate petentibus iuſtè res, dabant ſontes ad ſupplicium: legatorum iniurias vindicabant. Ad hos item pertinebat, fœdera iure percuſſa tueri, pacem ſancire, eandem ſi minus legitimè pacta eſſet irritam facere, & ſi quid Imperator vel exercitus deliquiſſet, ſcelus expiare. Feciales autem à fero ſiue à facio dicti, quod apud eos belli paciſque ferendæ ſeu faciendæ ius eſſet. Fuit & ſacer-

C dotium Patris Patrati, qui Romæ ad iuſiurandum patrandum, hoc eſt, ad fœdus ſanciendum eligebatur: Fecialis eum faciebat, verbenâ caput captiuóſque tangens. Primus Romæ Fecialis M. Valerius Patrem Patratum Spurium Fuſium fecit. *Polydorus lib. 4. de rerum inuentione.*

Arvales.

ARVALES, Aruorum ſacerdotes Romulus in primis inſtituit, ſeque duodecimum fratrem appellauit inter illos ab Acca Laurentia nutrice ſua. Spicea corona, quæ virâ alba colligaretur, in Sacerdotio ei pro religioſiſſimo inſigni data, quæ prima apud Romanos fuit corona honoſque is non niſi vita finitur; & exules etiam captóſque comitatur. Bina tunc iugera pop. Rom. ſatis erant, nullique maiorem modum attribuit *Plin. lib. 18 cap. 2.*

☞ Veſtales. *Vide locum proprium.*

QVIS HABITVS SACERDOTVM.

INDORVM vates corallium tanquam religioſum ferebant. *Alex. lib. 2. cap 8.*

Alexandrinorum atque Athenienſium Phæcaſij ſacerdotes,

D quibus candida ſolum ferre calceamenta licet: antiſtes ſacrorum purpuram induit. *Alex. lib. 2. cap. 8.*

Arabum pontifices lineas veſtes induunt, mitras geſtant cum ſcandalo.

ORDINES RELIGIOSI

ETHNICORVM.

Apud quos. Puta.

Indorum.

COCHIMSNSIBVS Indis in more eſt poſitum, vt ſi Rex aliquis religione tactus ſe regni adminiſtratione abdicat, vt in tēplo aliquo ab humanis tumultibus ſecreto vitam in religione conſumat: poſt illius mortem ſororis, filius qoi ei in regno more gentis ſuccedit, cogatur regni procurationem relinquere, & in diem templum gratia religionis immigrare: vt quemadmodum in regno auunculi ſucceſſor extitit, ita religionis etiam hæreditatem quamuis inuitus adeat. Is deinde, ad quem regni hæreditas legibus venit, regnum occupat. *Oſorius lib. 7. rerum Em.*

In Iaponia Indiæ inſula religioſorum vtriuſque ſexus (Bonzos & Bonzas nominant) ſunt monaſteria plurima, precibus poplicè fundendis deſtinata: adeò, vt VII. M. conſtructa fuiſſe dicantur. Dæmonem omnes colunt: idque potiſſimum in tribus templis, ſpecie quidem horribili. *Ioan. Metellus.*

[illegible] ab [illegible] retinendis Sa[illegible] vel à Titiis auibus, [illegible]: ſed & ſodalitates ſacris [illegible] ptis Romæ inuentæ veluti publica [illegible] habita ſunt: ſicut ſub Tiberio Auguſtales, qui numero quinque & viginti ex primoribus vrbis ſorte ducebantur, quos Tiberius Iuliæ genti ſacrauit. Et Antonini temporibus Antoniani ſodales, mox Eluiani, & Aureliani, & demum Fauſtidianæ puellæ ad imaginem antiquitatis nuncupatæ, qui in principiis comitatu inexplicabili fœdere vincti erant, & poſt funera illa Flamines & Secerdotes conſecrati. *Alex. lib. 1. cap. 26.*

QVOMODO.

Apud veteres, idem dies, quo quis ſacris initiabatur, natalis ſacrorum appellabatur, religioſóque gentaculo celebrabatur. Ex Apuleio *lib. 11 Aſini aurei, Polyd. l. 5. c. 1. de rer. inuent.* F

ETHNICORVM RELIGIO CONSIDERATA

RESPECTV MATERIÆ ſiue SVBIECTI.

quod colitur. Puta

DEVS. CONSIDERENTVR.

QVI COLVNTVR:

☞ *Ex loco ſuperſtitionis huc plurima.*

Venus.

ASSYRII omnium primi Vraniam Venerem coluêre: quos ſunt ſecuti in Cypro Paphij, & ad Aſcalonem Phœnices, à quibus didicerunt mox Cytherij. Sed & Athenis Vraniæ Veneri fuit erectū templum. *Pauſan. apud Cal. lib. 12. c. 35.*

Hercules.

Elei MYAGRO deo rem faciunt diuinam, muſcarum multitudine peſtilentiam afferente. Cui qua die litatum eſt, muſcæ omnes intereunt. *Plin. lib. 10. c. 28. & Pauſ. in Eliacis.*

Nænia.

NÆNIÆ ſacellum ædificarunt, Rom. ab vrbe ſemotum extra portam Viminalem, quod cantu querulo funeribus præeſſet. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 4.* G

Fortuna.

In Eubœa Rhamnis vrbs fuit, in qua Fortunæ templum habebatur maximum & multis cæremoniis ſacrum. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13.*

Seruium Tullium Primogeniam & Obſequentem Fortunam: In Capitolo ſacraſſe, illámque præcipua religione coluiſſe, in veterum monumentis extat. Sed & Fortis Fortunæ templum ab eodem ædificatum extra vrbis, pomœrium, Tiberij Cæſaris temporibus demum dedicatum eſt. Item Malæ Fortunæ templum in Exquiliis Romæ prope ſacellum Larium ne noceret. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13.*

Ferentano in oppido, atque in Algido, atque Antij, equeſtris Fortunæ templum, & alterum Præneſte ſatis vetuſtum & multa religione inclitum habebatur. *Alex ab Alex. lib. 1. c. 13.*

A QVIBVS COLVNTVR. A H

Perſis.

PERSÆ, Cœlum Iouem putant, colunt Solem, quem Mithram vocant: item Lunam & Venerem, & Ignem, & Tellurem, & Ventos, Aquam *Strabo lib. 15.*

Romanis.

ROMANI, Opi deæ commendabant naſcentes, deo Vaticano vagientes, deæ Cuninæ iacentes, deæ Ruminæ ſugentes, deo Stalino ſtantes deæ Adeonæ adeuntes Abeonæ abeuntes: deo Catio & deæ Menti, vt bonam haberent mentem & cauti euaderent: deo Volumno & deæ Volumnæ, vt bona vellent: diis nuptialibus, vt benè coniugarentur: diis agreſtibus, vt fructus vberrimos caperent, & maxime ipſi diuæ Fructeſæ: deæ Rubigini, ne accederet: deo Spinienſi, vt eradicaret ex agris ſpinas: Marti & Bellonæ, vt benè belligerarent: deæ Victoriæ, vt vincerent: deo Honori, vt honorarentur: deæ Pecuniæ, vt pecunioſi eſſent: deo Æſculano & filio eius Argentino, vt haberent æream argenteámque pecuniam: nam ideo patrem Argentini Æſculanum poſuerunt, quia prius ærea pecunia in vſu eſſe cœpit, poſt argentea. Feſſaniam feſſi inuocabant: Pelloniam ad hoſtes depellendos. *Auguſt. lib. 4. de Ciuit. Dei. cap. 21.*

HOMO HVC PERTINET CVLTVS.

SACERDOTVM.

Seiid ſupremus ſacerdos apud Tartaros in tanta auctoritate

&

A [illegible] b[illegible] R[illegible]
[illegible]
manum ill[illegible]
Duces vero [illegible] manu[illegible]
tur: plebei veſtes tantum [illegible] quum [illegible] *gnin. in deſcript. Tartaria.*

Mal bares Indi maximo in hono[illegible] ha[illegible] appellant Brachmanas, penes quos arbit[illegible] diuinarum & humanarum ſcientiam. Reges nulli ſunt, qui non ſint priùs eorum diſplinis imbuti. Tempore belli ſecurè poſſunt Brachmanæ vltrò citróque commeare. Inexpiabile namque ſcelus exiſtimatur, illos ſecus, quàm poſtulat opinio ſanctitatis, tractare *Oſorius lib. 2. rerum Emm.*

MORTVORVM, MANIVM.

Archilochus Parius Iambographus, à Colonda milite Naxio, qui Coras fuit cognominatus, occiſus fuerat in prælio. Cum ergo Colondas Pythium templum ingrederetur, Pythia exclamauit [illegible].
B Verùm qui ille prælij neceſſitatem obiiciebat: iuſſus eſt ad Tenarum proficiſci, & illic τέττιγι id eſt, Archilocho, qui ſe Cicadam appellabat, ſimul & patri eius Teleſicli parentare. Quod cum feciſſet Colondas, à dei ira liberatus eſt. *Plut. in lib. de iis*, qui à diis ſerò puniuntur: & *Suidas*.

ANIMALIA BRVTA.

Extra Crotonem olim Iunonis Liciniæ templum fuit, multa religione ſacrum. Locus proceris abietibus ſeptus læta in medio paſcua, vbi omnis generis pecus deæ ſacrum ſine cuſtode paſcebatur, gregibus ſub noctem ad ſtabula ſponte remeantibus, nulli hominum ferarúmve iniuriæ obnoxiis. Solida ex auro columna ex illorum prouentu facta dedicatáque deæ templum diuitiis & religione inclytum. *Sabellicus.*

TEMPLA VEL

C ADMISSA. HORVM

Exſtructio.

Iouis Puluerij templum in Attica ſine tecto erigebatur, Soli itidem Lunæ & Dioſidio in aperto mundo templa hypethra extrui ſolita. *Alex. ab Alexand. lib. 2. cap. 22.*

Dedicatio.

Horatius Puluillus ſubrogatus in locum Spur. Lucretij defuncti in conſulatu, ædem Iouis Capitolini dedicauit. *Liu. lib. 2.*

Domitius Prætor vrbanus Primogeniæ Fortunæ templum à Seruio Tullo inchoatum in colle Quirinali dedicauit. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13.*

Cultus. Coluntur Templa:

Ingreſſu.

Hortæ templi Romæ porta perpetuò aperta erat, & patebat omnibus: quod homines ſemper ad rectè agendum hortarentur. *Alex. lib. 1. cap. 14.*

Aditu prohibito.

D Plutonis templum apud Eleos per totum anni circuitum ſemel tantum aperiebatur, neque cuiquam ingredi fas erat. *Alex. ab Alex. lib. 1. c. 14.*

Corinthi à Neceſſitatis & violentiæ Fano arcebantur omnes nec vlli aditus in templum dabatur. *Idem.*

Numa Pompilius legem ſanxit, Pellex ædem Iunonis non tangito: ſi tangit, Iunoni, crinibus dimiſſis agnum fœminam cædito. *Gell. lib. 4. c. 3. Noct. Atticarum.*

Sacrificiis.

Epidaurus Peloponneſi vrbs dicta, quaſi ἐπίταυρος, propter frequentes taurorum victimas, quæ in honorem Æſculapij, cuius ibi templum fuit religione ſanctiſſimum, mactabantur. Quam itidem ob cauſam priùs [illegible] appellabatur, ἀπὸ τοῦ μάτου. *Euſtathius Iliad.*

NON ADMISSA, NEGLECTA.

Scythæ nulli deorum ſimulacra & aras & delubra faciunt præterquam Marti. *Herod. lib. 4.*

Perſæ nec ſtatuas, nec templa, nec aras extruunt, neque enim deos ex hominibus ortos eſſe credunt, vt Græci: & propterea nullam Dei imaginem fingi poſſe exiſtimant. Montes editiſſimos conſcendunt, ibique Ioui immolant. *Herod. lib. 1.* Præterea cùm Solem potiſſimùm venerentur, mundum vniuerſum templum illius eſſe dicunt. *Alex. lib. 2. c. 22.*

A Bithynis vſurpatum legimus, vt adoraturi, montium cacumina conſcendant, & ſine templis Iouem Pappam ſalu-

[illegible] D[illegible] fut
[illegible] diſſim[illegible] ſtunant *Alex.*

[illegible] LOCA [illegible] ETHNICIS CVLTA

[illegible] O[illegible] *quæ obmutuerunt, Philoſophicè* *d*[illegible] *bro, Cur Pythia verſibus non reſpondeat amplius. Vide* Alex. lib. 6. cap. 2.

QVORVM DEORVM. Puta

Iouis

Apud Heliopolim Aſſyriorum templum fuit, perplexis, vt aiũt, numinibus, & quod Sol ibi coleretur, & Iupiter, & Apollo. De hoc quidem incertior fama eſt, ſed hunc quoque templi eius accolam ex furore miniſtrorum, & ex diuinatione confirmant. Conſulebant hunc deum non præſentes tantùm, ſed & abſentes miſſis diplomatibus conſignatis, reſcribitque deus ordine ad ea quæ conſultatione abdita continentur. *Macrob lib 1. Saturn. c. 23.*

Oraculum Iouis Hammonis à Chamo Noachi F. homine impio, ſicuti Dodonæum à Dodanim Noachi item nepote, qui Epirum occupauit. Id enim ſtuduit dæmon, vt ex ſedibus Eccleſiæ proſtibula ſatanæ efficeret. *Herod. lib. 2.* ſcribit vtrumque è Thebis Ægyptiis ortum ſuum duxiſſe. Namque inde duæ mulieres nigræ (fabulantur Græci columbas fuiſſe nigras, propter barbaram linguam) à Phœnicibus auectæ, & mox venditæ, altera quidem Dodonæ ſub fago conſidens, altera verò in Africam auecta, Iouis oracula illic erigi iuſſerunt. Fuit autem Dodona, vrbs Theſprotiæ Pelaſgiæ in Epiro. Conſultoribus accedentibus, mouebatur quercus & reſonabat. *Suidas. Zenodotus ex Ariſtophane Menandri.* tradit in Dodona duas fuiſſe ſublimes columnas, in altera poſitam peluim æream, in altera penſile pueri ſimulacrum, flagellum æreum manu tollentis: quoties autem ventus vehementius flauerit, fieri vt ſcutica impulſa crebriùs lebetem feriat, iſque percuſſus tinnitum reddat ad multam etiam temporis reſonantem. Huic ſententiæ aſtipulatur Ariſtoteles: alteram quam Suidas affert ex Dæmone, vt fabulam refellens. Ait enim oraculum Iouis, quod olim erat in
G Dodona, lebetibus æreis vndique cinctum fuiſſe, ita vt inuicem ſeſe contingerent. Idcirco neceſſum erat fieri, vt vno quopiam pulſatu, viciſſim & omnes reſonarent, ſonitu per contactum ab aliis ad alios ſuccedente. Durabatque in longum tempus tinnitus ille videlicet in orbem redeunte ſono. Putátque paroemiam [illegible] dictum in ſordidos, & quantumuis puſilla de re querulos. *Eraſm. in Chiliadib.* Memoriæ proditum eſt, quercus Dodoneæ famulantes diuinandi facultatem accipere: ſoliſque Bœotiis, ſi quando conſulto opus foret, viris reſponſa dare, primamque lagum & columbam Dodonæ vaticinatam. *Alex. ab Alexand. lib. 6. cap. 2. Strabo lib. 7.*

Hammonis Iouis auguſtiſſimum & antiquiſſimum oraculum fuit vltra Cyrenen, in extimo ſinu apud Garamantes, Dei ſimulacrum ex ſmaragdis aliiſque gemmis cõfectum, circumfertur aurea naui ab octogina ſacerdotum humeris eò quò ei voluntatem progrediendi eſſe nouerunt, ſubſequitur per vias omnes ingens virginum matronarúmque turba pæanas canentium, deúmque cantu patrio laudantium. *Diodor. lib. 17.* H

Nicephorus Iupiter eſt nuncupatus de Meſopotamiæ vrbe Nicephorio. Ex huius reſponſo imperium concepiſſe Adrianum, auctor eſt Spartianus. *Cal. libr. 14. cap. 18. Antiquarum Lect.*

Apollinis.

De Delphico oraculo Apollinis diuerſa traduntur. Aiunt enim fuiſſe ab initio Telluris eam oraculorum ſedem: & ab ipſa Tellure Daphnen, quæ præſideret, delectam, de Nymphis vnam quæ montem incolebant. Muſæus Antiophemi filius prodit memoriæ commune Telluri cum Neptuno oraculum illud fuiſſe ipſam quidem Tellurem ore ſuo reſponſa dediſſe, Neptunum interpretem habuiſſe Pyrconem. Neptunus deinde Telluri dicitur parte ſua conceſſiſſe, illam Themidi oraculum totum dono dediſſe. Ab ea Apollinem illud accepiſſe: tradita Neptuno, quæ ante Trœzenem eſt, Calaurea. Sunt qui dicant paſtores quoſdam dum pecus illac agerent, cùm propè ad eum locum vbi oraculum fuit acceſſiſſent, repente terræ halitu diuinitùs afflatos, Apollinis ipſius

Hh 4 impulſa

A im[illegible] P[illegible] p[illegible] men [illegible] ge [illegible] D[illegible]lph [illegible] ab Hyperbo[illegible] [illegible] A [illegible] didit, cùm alios, [illegible] O[illegible] & [illegible] rum Ioui & Apollini, co fuerit, pinnulisque ſen[illegible] Quod oraculum Branchi- nis tamen hominum opini[illegible] [illegible] auctor[illegible] [illegible] patum eſt, quoniam Didymorum ſecuta, ſolas agnoſcit mulieres, oraculorum interprete. A[illegible] [illegible] x [illegible] lim Branchidæ ſunt dicti, idémque Xerxi templum quiſſimam dei ædem, è lauro fuiſſe erectam tradunt: & la[illegible] prodidere. Quo nomine pœnam veriti, demigrantes in Aſiam quidem ramos ex ea arbore decerptus, quæ Tempe eſt. Fuit, longius, Branchidas ciuitatem condidère. Quam veteris ædis eius forma quaſi tugurium quoddam. Alteram ædiculam narrant ab apibus à cera & pinnulis compactam, quod ad Hyperboreos Apollo miſerit. Alius etiam eſt ea de re ſermo. Ædem fabricaſſe hominem Delphum, cui nomen fuerit Pteras, & ex eius nomine de pinnis apum fabulæ locum datum. Alij vero ex herba filice adhuc viridi, quam Græci Pterim vocant, opus illud contextum, & nomen habuiſſe ferunt. Pauſanias tamen tertium delubrum ex ære ædificatum ſcribit Cætera fabuloſa eſſe, quòd ſcilicet Vulcanus ædem il- B lam extruxerit, vel quod aureæ virgines in eo templo cantarint: quod Pindarus commentus eſt. Hoc templum quidam terræ hiatu hauſtum, alij igne conſumptum dicunt. Quartum ſane Trophonius & Agamedes metati ſunt è lapide: quod conflagrarit anno primo quinquageſimæ octauæ olympiadis: Erexerunt aliud de ſacra pecunia Amphictyones, architecto Spintharo Corinthio, *Pauſanias lib.10. Diod.lib.16.* inquit: Fuit, inquit, ſecretio quædam iis in locis, vbi poſtea conſtructum adytum eſt. Illic forte compaſcentes arrepſerunt capræ quod vaſtæ tum ibi ſolitudines forent, nec omnino incolerentur Delphi. Quæ vero ex iis inhiatum deſpectare cœpiſſet, eueſtigio mirabiliter exultans laſciuire, ac vocem prorſus diſſonam emittere. Id quum amplius admiraretur paſtor, (cui Coretæ nomen fuiſſe Plutarchus ſcribit in comment. de Defectu oraculorum) acceſſiſſe traditur: moxque eodem affectus modo, quo capræ priùs, ſed inſuper futura quoque præ- C cinere cœpiſſe. Re vero latius vulgata, accurriſſe multo plures, qui omnes conſimiliter afflati coniectationem præbuere, oraculi vim ex terra eſſe. Cæterum quia temulenti ſpiritu, quem ἄσθμα vocant δαίμονιν plerique interirent, viſum fuiſſe, vatem vnam conſtituere, quæ citra reliquorum noxam panderet futura. Ad id verò etiam pegma ſubſtruxere, quo inſcenſa ſecure vaticinaretur. Habebat id baſes tres, propterea tripodis nomen eſt ſortitum. Præficiebantur primò virguncul æ puritatis ratione. Poſtea verò, quum Phœbadis amore obretitus Theſſalus Echecraſtes illam ſtupraſſet, ſancitum, vt quinquagenaria mulier virgineo tamen cultu, vaticinandi ponoſicium gereret *Cælius lib. 8.c.16. Antiq. Lect.* Delphico templo honor euenit amplior propter oraculum quando minus aliis omnibus fallax extitiſſe videtur, inquit *Strab.lib.9.* Etiam quippiam ipſe luci ſitus addidit. in medio namq; vniuerſæ quodammodo Græciæ & intra & extra Iſthmum, imo & totius orbis conſiſtere videbatur, vnde & telluris Vmbilicum appellabant: fabulam addentes, quam refert Pindarus, D conſigens ab Ioue duas dimiſſas aquilas in hoc coiſſe loco, vnam ab ortu, alteram ab occaſu. Quidam autem dixere cernos. Cæterum quiſpiam in templo monſtratur Vmbilicus pendentibus ornatus vittis, cui duæ, quæ famulæ argumento ſunt, incubant imagines aquilarum. Cùm huiuſmodi ſanè commoditas Delphis adeſſet, eo facile conueniebant præcipuè finitimi, & propterea hic quoque Amphictyonicum conſtitutum erat concilium, & de rebus publicis conſulturum, deque templo communiorem curam ac diligentiam habiturum, cum tot ſacra munera in templo locata iacerent, quibus ingenti veneratione opus foret, atque cuſtodia. *Strab. lib. 9.* memorat diuinum ipſum domicilium, profundam & curuam eſſe ſpeluncam, non admodum lato patentem ore. Atque hinc auram reddi ſacro efflante numine. Excelſum autem oſtio imminere tripodem, quem ſimul atque Pythia vates diuaricatis cruribus inſcenderit, hauſto diuinationis ſpiritu, reſponſa edere, partim metro partim oratione libera.

In Daphne, Antiochiæ ſuburbio, erat olim elegans Daphnæi Apollinis imago, & templum magnifice ac pretioſe elaboratum, quod Seleucum Antiochi patrem, cui cognominis eſt ciuitas Antiochena, extruxiſſe ferunt. Affirmatur autem ab illis, qui iſta colunt, fluere illic aquam diuinationis à fonte Caſtalio, qui conſimilē & energiam & appellationem cum eo ſortitus ſit, qui in Delphis habetur. *Sozomenus lib. 5. cap. 19.*

[illegible] Quod oraculum Branchidarum [illegible] patum eſt, quoniam Didymorum [illegible] Branchidæ ſunt dicti, idémque Xerxi templum prodidere. Quo nomine pœnam veriti, demigrantes in Aſiam longius, Branchidas ciuitatem condidère. Quam veteris odio flagitij rerum potitos Alexander ſolo exæquauit. Branchum eſſe Apollinis filium prodidere grammatici, qui fuerit ipſe quoque futuri ſcientiſſimus: vnde & *Papinus Thebaidos tertio.*

Patrioque æqualis honori Branchus.

Sunt qui in eo prægnantem matrem vidiſſe per quietem memorent, per fauces ſolem inſinuaſſe ſe, qui per ventrem mox eruperit. Vnde ſit conciliatum infanti nomen. Eſt qui F putet, ab Apolline adamatum, ac ex pueri oſculis Apollinem eſſe Phileſium appellatum, vnde & Phileſia templa, ſiue à puerorum certamine. *Cælius lib.4.cap.23. Antiq.lect.* Mileſij templum à Perſis exuſtum conſtruxerūt omnium maximum, quod propter magnitudinem remanſit ſine tecto, cuius ambitu vici habitationem recipit, & ſumptuoſus interius & exterius lucus eſt: Alia vero fana & oraculum & ſacra continent. Templum variis antiquarum artium donis ſumptuoſiſſimè ornatum eſt. *Strabo.lib.14.*

In arce Argiuorum Lariſſa dicta in templo Apollinis Diradiotæ oraculum eſt, per quod hac ipſa ætate reſponſa conſulentibus redduntur. Fœmina cui viri conſuetudine interdictum eſt, oraculo præſidet: ea noctu agnā facit, ſingulis Menſibus, ac ſtatim victimæ ſanguine libans, furore diuinitus afflatur. *Pauſanias in Corinth.*

In Cyaneis ad Lyciæ fines Apollinis Thyrei oraculum eſt, Cyaneis partis proximum, vbi qui in fontem deſcenderit, G plane omnia quæcunque velit præſcire poſſe dicitur. *Pauſanias in Achaicis.*

In Delo inſula quæ vna ex Cycladibus eſt, Delij Apollinis ſortes & oracula erant, cuius ædes mari imminebat, tantæ religionis, vt ne Perſæ quidem cùm omnia belli iure vaſtarent, violentas manus admouerint. *Alexand.lib.6. cap.2.*

In Patara Lyciæ oraculum Apollinis & delubrum fuit, in quo ſex anni Menſibus reſponſa dabantur, quæ Lyciæ ſortes dictæ ſunt. Hinc Pataræus Apollo. *Idem.*

Colophone apud Apollinem Clarium, non femina vt apud Delphos, ſed certis è familiis, & ferme Mileto accitus, ſacerdos in ſpecum digreſſus, hauſta fontis arcani aqua, ignarus plerumque literarum & carminum, edit reſponſa, verſibus ad id, quod mente conceperis, mirè concinnatis. Quem & Germanico per ambages maturum ferunt exitium cecinſſe. Meminit in Cœnis Macrobius, ſed obſcurè. *Cælius lib. 26. cap. 5. A.L. ex Plin.lib.2.c.103.*

In Ptoo monte Bœotiæ, prope Acræphium vrbem, fuit in H Apollinis Ptoi templo, ante excīſas ac Alexandro Thebas oraculum minimè fallax. Veniſſe aliquod narrant Europenſem hominem Myn nomine, à Mardonio miſſum conſulendi cauſa, Ei roganti Perſicis verbis, reſpondiſſe deum non Græca, ſed ipſum etiam barbarica lingua. *Pauſanias in Bœoticis.*

Thebis Bœotiis ſupra lapidem Sophroniſtera dictum eſt Apollinis ara cognomento Spondij, a victimarum cineribus congeſta. Omnium ibi diuinatio obſeruatur, qua præ cæteris maxime Græcis vti Smyrneos noui. Eſt enim apud illos in exteriore murorum ambitu ad omnia captanda ſacrata ædes. *Pauſanias in Bœoticis.*

Mercurij.

Pharis Achaiæ oppido in foro, ante Mercurij ſignum Veſte marmoreum ſignum extat. Adpoſitæ ei ſunt plumbo ferruminatæ æneæ lucernulæ Qui deum conſulunt, Veſtam primum thure incenſo placant, deinde oleo infuſo lucernas accenduot tum vero in aræ dextera parte nummum patria nota ſignatum appellant æreum, dedicant. Vbi quod ex V. fuerit rogatit, aurem ſimulacro admouet: inde in forum abiens manibus aures premit, vbi è foro exceſſit, amota manu quamprimum excepit vocem, eam ſibi oraculi loco ducit. Eadem apud Ægyptios in Serapidis celebratur oraculi religio. *Pauſanias in Achaicis.*

Bacchi.

A

Bacchi.

Apud Ligyrtec Thraces oraculum eſt Liberi patris, in quo vaticinaturi plurimo mero ſumpto vti apud Olarium Apollinem aqua pota, eſſantur oracula. Quo augmento *Macrob. l. 1 Saturn. cap.* 18. Liberum eundem patrem eſſe & Apollinem probare conatur, ex Ariſtotelis Thologumen.

Dionyſij oraculum in editiſſimis Thraciæ montibus erat. Vates dicebantur Beſſi. Antiſtes verò, qui reddit reſponſa, quemadmodum Delphis, & nihilo magis variè. *Herodotus lib.* 1.

Amphycleæ in Phocide Liberi patris adytum eſt. Narrant Amphycleenſes, & futura ſibi deo auctore prædici, & contra morbos in promptu eſſe remedia, quod & in ſomnis tum ipſi tum finitimi de morborum medelis moneantur, & ſacrificulus diuino afflatu inſtinctus, de futuris conſulentes certiores faciat. *Pauſan. in Phocicis.*

Herculis.

B Apud Buram Achaiæ oppidum in ſpelunca non vtique magnum Herculis Buraici ſignum. Oraculi ſortes capiuntur ex tabula per talos. Qui conſultum venere, precatione ad ſignum peracta, votiſque nuncupatis talos ex ea quæ in promptu eſt, copia faciunt quatuor ſuper menſam. Inſcripti ſunt certis notis tali ſinguli earum illi notarunt interpretationem in tabulis ſimilitudinem ſequuti requirunt. *Pauſanias in Achaicis.*

Æſculapij.

In Æſculapij templo apud Epidaurios & Pergamenos, qui deum precatum venere, obdormiunt, & in ſomnis ſanitatis recuperandæ rationem diſcunt. Pilas inde ponunt in templo, nomina eorum qui curati ſunt continentes & curationis modum. *Pauſan. in Corinthiacis.* Idem mos fuit apud Rom. vſque ad Antoninorum tempora. In eius certè fano ſtratis pellibus hoſtiarum incubare. *Hieronymus libro decimo octauo in Eſaiam tradit.*

C Ægis Ciliciæ in fano Æſculapij ægrotantes priſtinæ valetudini reſtituebantur. Apparebat autem dæmon noctu, & male habentes ſanabat. *Sozomen. lib* 2. *c.* 5.

Podalirij.

Legimus Dauniis vel Calabris in more fuiſſe, pellibus incubare quas melotas dicunt, id eſt ouillas, in Podalirij ſepulchro, ſicque per quietem oraculis inſtrui. *Cælius lib.* 27. *cap.* 14.

Amphiarai.

In Attica vrbs eſt Oropus. Longè ab ea circitèr duodecim ſtadia, Amphiarai templum eſt, quod ſcilicet loco Thebis fugientem cum curru abſurptum terræ hiatu ferunt. Sunt qui id accidiſſe dicant in via, Thebis Chalcidem inter eſt: qui locus Harma nūc etiam, id eſt Currus dicitur. Eſt etiam apud Oropios fons templi proximus, quem Amphiarai nuncupant. Ad quem neque diuinam rem faciunt, neque aut luſtrandum, aut ad manus lauandas, aqua ei vti fas putant: ſo-
D lùm qui morbo oraculi monitu leuati fuerint, ſignatum aurum argentúmve more maiorum in fontem abiiciunt. Conſulendi quidem cauſa qui accedunt, luſtrantur omnes. Pro piaculo res diuina eſt, quam cum Amphiarao ipſi faciunt, tum cæteris, quorum in eadem ara inſcripta ſunt nomina. Deinde arietem immolant, cuius ſubſtrata pelle dormientes, nocturna viſa exſpectant *Pauſanias in Atticis. Strab. lib. Geographiæ nono*, ſcribit vicum quempiam eſſe deſertum atque infrequentem apud Mycaletum Bœotiæ, ſeu Mycaleſſum Tenagræi iuris, quem Harma, id eſt, Currum nominant, quòd Amphiarao excuſſo curru mano in eum locum delatus ſit vbi nunc ſacellum eius extat. Alij ferunt Adraſto fugiente currum eius eo loco confractum fuiſſe, ipſum Arionis opera ſeruatum. Hinc natam parœmiam (de ſuperſtitioſa & rara obſeruatione) *ὅταν δι' ἅρματος ἀστράψῃ*. Vbi per arma fulgurat: videlicet Pythicis vatibus fulgur aliquod certum, quod ex eo loco veniret, obſeruantibus, eóque viſo ſacra Delphos mittentibus. Obſeruabant autem ad menſas tres, ſingulis menſibus tres dies noctéſque totidem: idque è Iouis Fulguralis foco, qui eſt in muro inter Pythium & Olympium *Eraſmus.*

Trophonij.

In Bœtia prope vrbem Lebedon, eſt Trophonij, lucus & antrum, Quidam aiunt Trophonium in ſecandis ſaxis ſummum artificem fuiſſe, fanumque ſubterraneum extruxiſſe in Lebadia Bœotiæ regione, quod Trophonij vulgò cognominatum eſt, nimirum ab artifice. Alij narrant: Agamedem Stymphali, quæ eſt Arcadiæ pars, regem, vxorem duxiſſe Epicaſtem, cuius filius erat Trophonius. Ij eius tempeſtatis mortales omnes [illegible] artificio ſuperabant, ac Delphicum templum extruendum receperant atque, in Helide [illegible] quoddam condiderant Augeæ, vbi aurum ſuum reconderet, qui poſtea ſoluta lapidis cuiuſdam commiſſura, quam in hoc ipſum reliquerant, noctu ingreſſi, pecuniam furari conſueuerunt ſocio Gercyone, Agamedis germano, atque Epicaſtæ filio. Quæ res cùm vehementer perplexum haberet Augeam (forte fortuna accidit, vt Dædalus Minoem fugiens ad eum diuerteret. Hunc orauit Augeas, vt arte quapiam fures hos inueſtigaret. At Dædalus laqueos quoſdam ſummo artificio conſtituit, quibus Agamedes captus eſt. Id conſpiciens Trophonius, non eſſe effugium, capite Agamedis amputato, non poſſet agnoſci quia eſſet vnà cum Gercyone Orchomenon aufugit. Hos cùm Augeas, auctore Dædalo, perſequeretur, & illic aufugerunt: alter nempe Gercyon Athenas vt teſtatur Callimachus in Arcadiam, alter verò in Lebadiam Bœotiæ regionem: vbi parato ſibi domicilio ſubterraneo, per omnem vitam perſeuerauit. Quo defuncto, vulgò creditum eſt, illic certa reddi oracula, ac Trophonio, perinde, vt Deo ſacrificari cœptum. Quidam aiunt, Agamedem & Trophonium Dædali opera ſuffuratos aufugiſſe, & Trophonio fugienti terram hiatu diductā, viuúmque abſorbuiſſe circa Lebadiam, Aliquot pòſt annis, cùm Bœotorum terra integro biennio nullis irrigaretur imbribus, è ſingulis ciuitatibus Delphos miſſi ſunt, qui opem implorarent. His Pythius Apollo imperauit, vt Lebadiam venientes à Trophonio mali auxilium quærerent. Lebadiam itaque profecti, cùm oraculum reperire non poſſent, Saon quidam Acræphnienſis: collegarum natu maximus cùm apum examen conſpexiſſet, quocumque illæ diuertiſſent, ſequi ſtatuit. Vbi igitur eas ad ſpecum quandam aduolantes vidit, & ipſe ſubiens, duos dracones obuios habuit: quibus obiectis offis melliti, illæſos euaſit. Saonem hunc cùm ea, quorum cauſa miſſus fuerat, tum ſacrorum omnem ritum, & quæ inter conſulendum fieri fas eſt, edoctum à Trophonio memorant. *Pauſan. in Bœoticis. M. Tullius Tuſculanarum quæſtionum lib* 1. tradit, Trophonium & Agamedem extædificato templo Apollini Delphico, venerantes deum, laboris ſui mercedem petiiſſe, nihil quidem certi, ſed quod eſſet optimum homini. Quibus Apollo ſe id daturum oſtendit, poſt diem ab illo tertium: qui vt illuxit, mortui ſunt reperti, *Eraſm. in Adagiis. Pauſan. in Bœot.* ritus eorum qui ad Trophonium ſunt deſcenſuri, expertus recenſet. In ædicula Bono Genio Bonæ quem Fortunæ ſacra commorātur: Ercyna fluuio abluti ſacra faciunt, à ſacerdotibus deducuntur, oleo vnguntur, à pueris Hermis dictis, bibunt fontem Lethes, vt obliuiſcantur præteritorum, & alterū Mnemoſynæ dictum, vt oraculi recordari poſſint. Tunicam induti lineam, tæniis accincti ſoleis popularibus inductis, votiſque nuncupatis deſcendunt. Oraculum ſupra lucum eſt in monte, crepido in orbem candido ſaxo circumſepta, inſtar areæ minimæ, latitudine minore quàm cubitûm duûm. Super crepidine obeliſci, cum zonis æneis, media oſtia. Inter ambitum ſpecus eſt, arte exciſus. Subterranea cellula fornaculæ perſimilis, latitudine cubitorum plus minus quatuor, altitudine ferè octo. Deſcenſus per ſcalas, non per gradus, Media inter ſolum & antri teſtitudinem cauernula eſt latitudine duorum dodrantum, altitudine dodrantali. Ibi humi procumbens, melle ſubactas offas tenens, quas ſerpentibus obiiciat) pedes in cauernulam immittit: mox genua properat ad pedes adiungere: ſtatim reliquum corpus ad genua contractum quaſi concitatiſſimi amnis vortice, intrò abripitur. Ex viſis vel auditis futura conſequuti, per eaſdem fauces in pedes retrogradiuntur. Quidam ſpiculator Demetrij cùm argentum & aurum ſe, quod ilic eſſet, erepturum ſperaret, introiit, ſed per diuerſam partem, & non per ſacrum hiatus illius hoſtium, eiectus periit. Conſultorem reuerſum ſacrificuli in ſolio Mnemoſynes collocant, quæcumque vel viſa vel audita reportarit percontatur, ſuis illum reddunt: Hi in cellam Fortunæ Bonæ, & Boni Genij, eum reducunt, multo attonitum terrore, & omnium oblitum. Reſipicit tamen paulò pòſt, & priſtina ei mens & riſus redit. Coguntur omnes quæcunque vel audierunt vel viderunt, à ſe conſcripta, in tabulam referre.

E

F

G

H

Orphei.

Orphei caput Philoſtratus ſcribit in Leſbo dediſſe oracula, præſertim Græcis, Troiam non poſſe capi abſque ſagittis Herculis. Quin & Perſarum Reges & Babyloniæ in Leſbum ad ſciſcitandū

A ſciſcitanda oracula oratores plerum [illegible] & inpim [illegible] Cyrum, qui Orpheum conſulentis de [illegible] ſic ferme [illegible] ponium proditur, [illegible], quaſi [illegible]taret. Quæ ip.e [illegible] ſum paſſus, in te quoque ſunt recaſura. Erant & qui Orphi[illegible] cis initiarentur ſacri[illegible], Meminit eorum *Hiſtoria [illegible] Herodot.& de natura deorum tertio M. Tull. Calius lib. 15. cap. 9. A.L.*

Epaphi, Apis, Serapis.

Apud Memphim Ægypti Epaphus ſiue Apis reſponſa dat, manu oblatum pabulum deuotans. Bos eſt è vacca genitus quæ nullum dum alium poteſt concipere fœtum: quam Ægyptij aiunt fulgure ictam, concipere ex eo Apim. Toto corpore eſt niger, in fronte babens candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ cantharum in palato, duplices in cauda pilos. *Herod lib. 3.* Porrò ſunt delubra gemina, quæ vocãt Thalamos, auguria populorum. Alterum intraſſe lætum eſt, in altera dira portendit Reſponſa priuatis dat, è manu conſulentium cibum capiendo. Germanici Cæſaris manum auerſatus

B eſt, haud moltò pòſt extinctí. *Plin. lib. 8. c. 46.*

Apud Canopum in templo Seraphis, oracula ex ſomniis edebantur. *Alexan. lib 6. cap. 2.*

Aridali.

In Aridali arà apud Trœzenios, Somno & Muſis immolabatur. Reſponſa accepturi, iotegrum diem à cibo, à vino autem triduo abſtinebant. *Alexand. lib. 6. c. 2.*

Terra.

Sanguis Taurinus recens inter venena eſt, excepta Ægira. Ibi enim ſacerdos Terræ vaticinatura, tauri ſanguinem bibit prius quàm in ſpecum deſcendat, *Plin. lib. 28. c. 9.*

Fortunæ.

Præneſtæ templo pervetuſto Fortuna ſub imagine duarum ſororum colebatur. Ibi certiſſima olim data oracula, & ſortes primum à Numerio Sufficio ſitas fuiſſe, fama eſt. *Alexander ab Alex lib. 1. c. 13. Genial. dierum.* Præneſtinã Veſtam legimus apud Lampridium in Alexandro Cæſare, cui ex eo templo

C huiuſmodi ſit oblata ſors, cum illi inſidias ſtrueret Heliogabalus: Si qua fata aſpera rumpas, Tu Marcellus eris. *Cal. lib. 15. c. 17. A.L.*

Cereris.

Patris in Achaia, maritima ora, proximum loco Apollinis eſt Cereris fanum: de ipſa & Proſerpina ſtant, Telluris effigies in ſolio ſedet. Pro Cereris æde fons eſt, qui à templo lapideo pariete ſecluditur. Ad eum fontem per exteriorem tramitem deſcenditur, ibi oraculum maximè veridicum eſt. Cognuſcuntur ex eo non rerum omnium, ſed morborum duntaxat euenta. Speculum tenui ſuſpenſum funiculo demittunt, vt in fonte omnino mergatur, ſed imo ambitu ſummam aquam contingat. Vbi odores adoleuerint, & ritè deam precati fuerint, inſpiciunt in ſpeculum: & ex eius imaginibus, periturúſne an victurus is æger ſit, de quo conſuluerunt, diuinant. *Pauſan. in Achaicis.*

Latonæ.

D Oraculũ in Ægypto Latonæ eſt in magna vrbe, Buti dicta contra oſtium Nili Sebennyticum, à ſuperiori parte maris flumen ſubeuntibus. In hac vrbe templa ſunt Apollinis Dianæque. Et in quo redduntur oracula Latonæ, grande illud, & porticum habens decem paſſibus ſublimem. Ipſum Latonæ delubrum, ex vno factum eſt lapide, cuius parietes æquali celſitudine ad longitudiné quadragenûm cubitorum: cuius lacunari pro tecto impoſitus eſt alios lapis quatuor cubitorum per oras craſſitudinis. *Herodot. lib. 2. & Alexand. lib. 6. c. 2.*

Iſidis.

Iiſidem non Ægyptij tantùm ſed omnis ferè orbis antiquitùs propter miracula colebat. Hæc enim in ſomnis non rectè valentium morbos ſanabat: & qui monitis eius obtemperabant, præter opiniònem curabantur. Viſu quoque aut alia corporis parte debiles, eius deæ numen inplorantes, in priſtinam valetudinem reſtituebantur. *Diodor. Siculus lib. 1. c. 2. de. Reb. antiq.*

Inûs.

In Laconia ab Oetilo ad Thalamas proficiſcentibus conſpicitur in via Inus fanum, & oraculum. In eo futura dormientes prouident. Conſulentibus enim per ſomniorum viſa, quæ opus eſt, dea denunciat. *Pauſan. in Lacon.*

Paſiphaes, Daphnes.

Templum & oraculum Thalamia vrbe Laconiæ celebre erat Paſiphaës quam Athlantidum vnam Ioue prognatarum tradunt quidam fuiſſe, atque edidiſſe Ammonem: nonnulli [illegible] ibi [illegible], quam quod [illegible] E [illegible] declararet, [illegible], P[illegible] ſi hæc [illegible] dictu[illegible] Phylarchus Amyclæ filiam Daphnen nomine cum fugeret Apollinem, qui ſtuprum parabat ei offerre, in arborem verſam: à quo deo fuiſſe honoratam, vaticinandiq; donatam dote. Huius canebant ſortes ſub rege Agide Eudamidæ F. qui nouas Tabulas & agrorum diuiſionem inducere ſtuduit, ediceretur Spartiatis, vt omnia inter eos æquarentur ea lege quam ſanxerat quondam Lycurgus. *Plut. in Agyde.*

Nympharum.

Erat in Citheronis vertice vno Sphargitidum nympharum antrum cum oraculo. Spiritu afflabantur diuino incolarum multi, quos Nympholeptos vocabant. *Calius lib. 4. c. 14. Antiq Lectionum.*

Incertorum.

Iamblichus Colophone ſubterraneum fuiſſe locum narrat, in quo fons erat, de quo ſacerdos ſtatis noctibus ſacris operatus guſtabat, reddebatúrque inuiſibilis, & conſulentibus

F reſponſa dabat. *L. Viues in l. 7 Auguſt. de Ciu. Dei. c. 35.*

In Cantabria fontes Vamarici in augurio habentur. Tres ſunt octonis pedibus diſtantes. In vnum alueum coëunt vaſto amne. Singulis ſiccantur duodecies diebus, aliquando vicies, citra ſuſpicionem vllam aquæ, cùm ſit vicinus illis fons ſine intermiſſione largus. Dirum eſt non profluere eos aſpicere volentibus, ſicut proximè Laertio Licinio legato poſt præturam poſt ſeptem dies accidit. *Plin. lib. 31. c. 1.*

Fons Limyræ tranſire ſolet in loca vicina, portendens aliquid: mirúmque quòd cum piſcibus tranſit. Reſponſa ab his petunt incolæ, cibo quem rapiunt annuentes: ſi verò euentum negent, caudis abigunt. *Plin. lib. 31. cap. 2.*

Festa Religiosa, Festi Dies Ethnicorum.

☞ Operæ pretium erit, Dierum religioſorum & profanorum apud Rom. olim vſitatorum diſtinctionem præmittere, ex ſuis deductam fontibus hoc ſaltem loco: quandoqui- G dem de his ipſis, ſub Dierum vſu Chronologico ſecùm Motum non naturalem (ratione ſcilicet Otij & negotij) conſiderato, agi oportuit, Dies pars eſt temporis. Tempus numerus eſt motus. Motus alius cœleſtis, primi mobilis & Planetarum, inter quos Sol vitæ auctor eminet: alius terreſtris, inferiorum omnium, inter quæ homo principatum obtinet. Ergò dies quoque & ſolaris motus numerus erit, & motuum ſiue actionum omnium humanarum. Proinde ex harum diuerſitate Dies poſſunt diſtingui, De quibus *Macrobius lib. 1. c. 16. Saturn. Ouid. in Faſtis, Liuius Dionyſius, Feſtus*, & poſt omnes alios *Paulus. Manutius, in Calendario Rom.* cuius nos auctoritatem in pleriſque ſequi voluimus: maiore fortaſſis conatu quàm ſucceſſu. Actiones aliæ homini conueniunt, ratione conuerſationis Oeconomicæ, aliæ ratione cõuerſationis Politicæ. Oeconomicas, verò, vt in eadem domo babitat, quarum actionum, vtpote priuatarum non tam accurata eſt obſeruatio. Sunt tamen illæ ipſæ vel profanæ, & Dies profeſtos Pri- H uatos ex ſe denominari faciunt: vel Religioſæ, dies feſtos Priuatos faciunt: in illis ratio habetur nunc quidem Sacrificiorum, nunc verò Feriarum quæ propriæ ſunt Familiis integris, ex vſu domeſtico celebratæ (vt Feriæ Claudiæ, Iuliæ, & ſimiles) aut ſaltè Singulis domeſticis, vtpura Feriæ Natalium, Funerum, Expiationum. Iam verò actiones Politicæ in hominem cadunt, vt eiuſdem ciuitatis particeps eſt, iiſdem legibus fruitur: de quarum diebus nunc potiſſimum loquimur.

Quandoquidem autem variæ ſunt actiones, & modò in diuerſos, modò in eoſdem dies incidere poſſunt: ea propter [illegible] cauſa dies conſiderabimus dupliciter, partim reſpectu actionũ politicarum Simplicium, quatenus in vnum diem vna actio tantùm incidit, vel ſi plures tamen ab actione excellentiore fit totius diei denominatio: partim reſpectu actionum politicarum Promiſcuarum, quando in eundem diem actiones genere ſpeciéve differentes incidunt, & ab iiſdem quoque denominantur. De Simplicibus priore agamus loco.

Actionum igitur ea quæ pertinent ad Deos, Religioſæ vocantur: quæ ad Homines, Profanæ. Religioſarum reſpectu Dies alij d is ſacri non ſunt, Profeſti quaſi procul à feſto, in quibus ea quæ ad Remp. pertinent tractantur vel totis, vel aliqua ſui parte: alij ſacri ſunt, Feſti dicti, & propter iunctas ferias Feriati: in quibus vel totis, vel parte tãtùm aliqua, ea quæ ad diuinum cultum pertinent curantur. Namque honori deorum dicantur tum religioſa Negotia, v.g. quòd Sacrificia diis offeruntur,

A oſſeruntur, [illegible] deor[illegible] agi[illegible] Oti[illegible] quòd ſcilicet [illegible] , [illegible] bſeruantur, qualeſcuque fuerint, quibus [illegible] ex præ [illegible] facere licebat, Feriarum autem aliæ Incertæ [illegible] con-ſules: vel prætores pro arbitrio poteſtat[illegible] Impera-tiuæ dictæ: aliæ Certæ & vel propriæ magi[illegible] quæ quotannis à magiſtratibus vel ſacerdotibus concipiuntur in dies tum certos, tum incertos: vt ſunt Latinæ Paganalia, Be-mentina, Compitalia, Conceptiuæ) vel Commones totios po-puli certis & conſtitutis temporibus, & in Faſtis ſtatis obſer-uationibus annotatæ, Statiuæ: quarum aliæ in anno ſemel, præ-cipuè Agonalia, Carmentalia, Lupercalia, quibus potiſſimùm ludi edebantur: aliæ ſæpius trinundino die, et ſingulis menſi-bus. Nondinæ enim Iouis olim feriæ, à *Seruio Tullio* inſtitutæ, ſed Hortenſia lege inter feſtos poſtea receptæ, vt ruſtici qui nono quolibet die nundinandi ſiue mercium cauſa in vrbem veniebant, lites coram prætore componere poſſent, propter frequentiam plebis. leges tunc etiam promulgabantur & can-

B didati in comitio conſiſtebant.

Iam verò ex profanis actionibus aliæ locum ſuum habent in bello foris, aliæ domi & in pace. Illarum reſpectu dantur dies alij quibus res repetere & hoſtem laceſſere fas erat, Præ-liares dicti. alij quibus hoc ipſum fas non erat Non præliares, vt Latinarum tempore, Saturnalibus, & cùm Mundus pateret. Reſpectu verò poſteriorum, cùm Reſpublica veluti totum quoddam, conſtet ciuibus tanquam corpore ſiue materia, & legibus, tanquam anima ſiue forma: actionum aliæ expediun-tur auctoritate legum, aliæ auctoritate perſonarum.

Et reſpectu quidem Legum, Dies alij ſunt, quibus in Foro iuriſdictionem exercere, & Lege agere, coram prætore licet (Faſti quod iis ſententiam cum conſilio iudicum prætor ferre poſſet, vltimo iudicij die, & tria verba, fari, Do, Dico, Addi-co. Licebat fari, quamuis nõ ſemper ſoleret fari, Iiſdem interdũ ſenatus habet, interdum cum populo agere licebat: ſed a iu-dicis vt parte excellentiore denominabantur (alij, quibus id

C agere non licet; Nefaſti, quibus prætori fari non licebat, neq; etiam cum populo agere: Senatum tamen habere licebat.

Reſpectu verò Perſonarum, nimirum ex Romanæ Reip. inſtitutione, vel ex auctoritate ſenatus, vel ex auctoritate po-puli. Ergò dies alij erant, quibus in curia ſenatum habere non licebat, Non ſenatorij, quibus ſaltem cum populo agere lice-bat, interdum quoque lege. alij quibus ſenatum habere lice-bat. Senatorij, quibus ſenatum habere legitimum erat, non au-tem cum populo agere. Vſque adeò ſenatus & Populi curæ erant diſtinctæ, ſed maiore tamen libertate Senatus, vt qui pluribus diebus cogi poſſet. Namque ſenatorij erant Feſti omnes, hoc eſt legitimum erat Senatum habere, ſed tamen quibuſdam ſolemne (ſic Calendis, Nonis idibus ſemper ha-bebatur) quibuſdam non ſolemne, niſi arbitrio magiſtratus. Senatorij etiam erant ex Profeſtis tum Nefaſti omnes, tum Faſti certi quidam qui ſcilicet non eſſent comitiales.

Viciſſim dies erant quibus in comitio agere cum popolo non licebat, Nam comitiales quibus lege agere, & Senatum

D habere licebat, erat & quibus licebat, Comitiales, biſce enim cum populo licebat, agere, & lege etiam: cum Senatu non li-cebat. Aduocabatur in concionem populus vel ad ſuffragia fe-renda (quod propriè eſt Agere cum populo, vt rogante magi-ſtratu populus aliquid ſuffragiis ſciſceret, & hoc comitiali tan-tùm die facere licebat (vel non ad ſuffragia ferẽda, ſed vt ali-quid exponatur, quod propriè eſt Agere ad populum, & hoc diebus etiam Nefaſtis & Faſtis non comitialibus licebat. Et hi Simplicibus actionibus politicis inſeruientibos dies fuère.

At quo ad Actiones promiſcuas, Dierum apod Rom. varia fuit miſcella: à potiori tamẽ parte denominatio fiebat. Ita qui-dem, vt alij dicerentur feſti, alij profeſti. Feſti diſtinguebantur ex actione forenſi omnium communiſſima, Nam Iudicia fre-quentia erant Senatu & Comitiis, fortè etiam magis neceſ-ſaria. Feſtis proinde diebus quo ad Legem primò, fari inter-dum licebat. Mixti ideirco erant, propter actionem alteram religioſam alteram profanam. Dicantur euidentiæ cauſa Feſti Faſti. Et horũ rurſus alij mixti erant inæqualiter, alij æquali-ter. Inæqualiter mixti, priore & poſteriore parte feſti nefaſtiq; media faſti erant: Interciſi vel Endoterciſi dicti; & in Kalenda-rio nota EN inſigniti. Per hos manè & veſperi fari nefas eſt medio tempore inter hoſtiam cæſam & exta porrecta (cum adoletur) eſt fas, vnde quòd fas intercedit, Interciſi dicti. Æqualiter mixti, altera parte ob religionem nefaſti, altera ob [illegible] Quiſi [illegible] Nefaſti eſſent, E

[illegible] & in Kalendario [illegible] Feſti [illegible] rundalia, Lu-[illegible] priore parte Faſti eſſẽ, poſteriore ne-[illegible] & in Kalendario notabantur FP.

[illegible] deinde diebus, quo ad Perſonas, cum Se-natu agere ſemper licebat, & Feſti omnes erant Senatorij: cum Populo verò agere nunquam licebat, adeòque Feſti Co-mitiales nulli erant, quia omnes Senatorij: hi autem Comitia-les eſſe non poterant.

Porrò dies Profeſti diuidebantur ſimiliter ex actione com-muniſſima iudiciorum, ſic vt alij eſſent Faſti, alij Nefaſti. Et ſanè Profeſti Faſti erant, quibus lege licebat agere vel Pro-priè vel Impropriè, Propriè quidem, quòd per eos, niſi cùm quis caſus extra ordinem interueniſſet, nunquam præter ius non diceret. Licebat his ex profeſſo lege agere, licebat & Sena-tum habere, ſed diuerſis horis, at cum populo agere non lice-

F bat. Et hi rurſus Faſti erant vel toti, quibus omnibus horis & licebat & ſolebat prætor ius dicere (Faſti abſolutè dicuntur, & ſic *Macrobius* faſtos vocant κατ' ἐξοχὴν, quibus lege agi poſſet cum populo non poſſet) vel Non toti, quibus non horis omnibus, ſed iis tantùm, quibus Senatus non habebatur, lege ageretur. Faſti Senatorij dicantur. Lege agebatur primò, dein-de Senatus habebatur, iis diebus tantùm qui Comitiales non eſſent; nam Comitialibus nunquam Senatus haberi poteſt. Im-propriè verò & caſu, ſcilicet tunc tantùm, quando comitia nõ haberentur: Faſti Comitiales. His ex profeſſo licebat cum po-pulo agere (& niſi per ſtrepitum comitiorum impedirentur, etiam lege licebat, agere, diuerſis ſcilicet horis) Senatũ habe-re non licebat. Faſti hi erant vel Toti, quando Comitiali die nulla planè erant comitia: vel Non toti, cum haberentur co-mitia, ſed non per totum diem. Profeſti tandem Nefaſti erant, quibus certi aliquid perficere non licebat, licebat tamen or-diri & promouere. Sic non licebat Lege agere, hoc eſt, in foro ſententiam ferre: neque etiam cum Populo agere in comitio,

G hoc eſt, populum aut conſilium aut comitia ſuffragiorum cau-ſa vocare, quod Comitiali die fiebat. Licebat verò in Curia Se-natum vocare. Nefaſtis omnibus, licebat in foro coram præ-tore cauſas agere, hoc eſt, pro reo: vel contra reum dicere, neq; enim hoc eſt Lege agere. Tales ſunt Comperendini, quibus vadimonium licet dicere, item Stati dicti, qui iudicij cauſa cum peregrino inſtituuntur) Licebat denique in Comitio coram populo modò Concionem habere, non ad ferenda ſuffragia, ſed ad exponendum aliquid populo: modò Legem promulga-re. Legiſlatio die tantùm Comitiali fiebat, ac promulgatio etiam Non Comitiali, ſiue faſto, ſiue nefaſto. Et hæc de die-rum Romanorum differentiis.

Nunc ad exempla: ſi illud prius monuerimus, quandoquidẽ Feſti dies ſacrificiis deſtinati ſunt, ea propter ſæpè eadem nomen Feſte & Sacro tribui. Conſulendum proinde eſſe Tit. Sacrificiorum.

RESPECTV EORVM QVI COLVNTVR.

Feſta Dedicata. *Saturno.*

Saturnalia vetuſtiora eſſe vrbe Romana adeò, vt ante Ro- H mam in Græcia hoc ſolemne cœperit, *L. Accius in Annalibus ſuis* refert his verbis:

Maxima pars Graiûm Saturno, & maxima Athenæ,
Conficiunt ſacra, quæ Cronia eſſe iterantur ab illis.
Cúmque diem celebrant, per agros, vrbéſque ferè omnes
Exercent epulis læti, famuléſque procurant
Quiſque ſuos: noſtríque itidem, & mos traditus illinc
Iſte, vt cum Dominis famuli tum epulentur ibidem.

Philochorus Saturno & Opi primùm in Attica ſtatuiſſe aram Cecropem regem dicit: eóſq; deos pro Ioue terráq; coluiſſe: inſtituiſſéque, vt patres-familiarum & frugibus & fructibus iam coactis paſſim cum ſeruis veſcerentur, cum quibus pa-tienciam laboris in colendo rure tolerauerant: delectari enim deum honore ſeruorum contemplatu laboris. Hinc eſt, quòd ex inſtituto peregrino, huic deo ſacrum aperto capite facie-bant, Comites quoſdam è ſuis Hercules in Italia reliquit, vel iratus, quòd incuſtoditum fuiſſet armentum, & à Caco ſubreptum: vel conſultò, vt aram ſuam atque ædem ab incur-ſionibus tuerentur. Illi ergo cùm à latronibus infeſtarentur, occupato edito colle, Saturnios ſe nominauerunt, quo antè nomine etiam idem collis vocabatur. Et quia ſe eius dei ſen-ſerunt nomine ac religione tutos inſtituerunt Saturnalia fe-ſta, vt agreſtes vicinorum animos, ad morem ſacri reueren-tiam ipſa indicti feſti obſeruatio vocaret, *Macrobius lib. 1. Saturn.*

A *Saturn. c. 7. &* [illegible] Saturnali[illegible] R[illegible] [illegible] Capricorno geſtante in quibu[illegible] caleeos ſibi circump[illegible]nentes, [illegible] Tin[illegible] q[illegible] per[illegible]nari nicantibus: innuente prorſum legis au[illegible] C[illegible]pricorni[illegible] Tybure Romam portam homines, quibus nũ corpori[illegible] ratione graui incumbit ſeruitus, euadere in libertatem mox pleniſſimam. Q[illegible] item portæ argumento Ianuario menſi conciliatum nomen opinantur. *Calius lib. 15. c. 23. A. L.*

Ioui.

Latinæ feriæ à Tarquinio primum apud Romanos inſtitutæ ſunt io honorem Iouis Latialis, cui ſtatuto tempore In monte Albano ſacra faciebant Rom. ad quæ Latini populi num. 67. nunnunquam nocturno tempore frequentes veniebant, alij agnos, alij caſeos, nonnulli lac, plerique molam ad commune epulum adferentes. De cæremoniis harum feriarum, lege copioſè. *Alex. ab Alex. lib. 5. c. 7.*

Iunoni.

B Iunonem aiunt iratam Ioui, incertum quâ de cauſa, in Eubœam ſeceſſiſſe: Iouem cùm Placare eam non potuiſſet, ad Cithæronem nemini calliditate ſecundum. Eius monitu Iupiter ſimulacrum e ligno fabricauit, illúdque plauſtro veſtimentis velatum impoſuit: in vulgus verò prodidit, platæam eam eſſe Aſopi filiam, quæ ſibi eſſet deſponſata. Id vbi ad Iunonis aures peruaſit, accurrit illicò, & ad plauſtrum accedens, veſte conſciſſa, ligneam eſſe effigiem comperit, quam nouam eſſe nuptam putarat: falſam ſe itaque lætanti animo ferens, facilè in gratiam cum Ioue rediit. In eius rei memoriam Platæenſes Iunoni Taleæ, id eſt, adultæ templum ædificarunt, & feſtos celebrarunt dies, ſeptimo quoque anno, Dædala, quæ nuncupantur parua: quod priſci lignea ſigna Dædala vocitabant. Bœoti reliqui Dædala magna dicta LX. demum anno. *Pauſan. in Bœot.*

Neptuno.

Panionia Athenienſium feſta erant, quæ quinto quoque anno in Neptuni templo multis ſacrificiis peragebantur. *Alex.*
C *lib. 5. cap. 7.*

Veneri.

Adonia apud Athenienſes ſacra erant In honorem Veneris inſtituta, in quibus mulieres ſimulacra defunctorum efferre, multáque funeſta & calamitoſa, iuſto comploratu & gemitu effingere ſolebant. *Alex. lib. 6. c. 19.*

Cereri.

Tempus quoddã obſeruatur in Eryce Siciliæ monte, quod Receſſus vocant, quo deam aiunt in Lybiam transmigrare ſolitam, quæ columbas omnes eius loci non apparere inquiunt, quaſi cum dea ſimul diſceſſerint. Deinde poſt nouem dies inuocatis redditibus, vna columba ex mari aduolante, ac in templum deæ accedente, reliquæ protinus adſunt. Tunc igitur quicunque ex accolis ſunt diuites, conuiuia parant, reliqui cum lætitia applaudunt. Ac totus locus butyrum olet: qua coniectura vti ſolent, quod dea redierit. *Athenæus lib. 9. c. 17.*

Baccho.

D Dionyſia, inquit *in Moral. Plutarch.* veteri ritu, cum multa prorſum & feſtiua hilaritate agebantur: erat qui amphoram vini ferret, & vitem aderat & qui hircum traheret: alius arrichum, id eſt, ciſtam aut cophinum, in quo caricæ forent, geſtabat: *Cal. lib. 7. c. 16. A. L.* Athenienſes vbi certamen Dionyſij celebratur, primùm quidem prandent, ac bibunt, poſtea accedunt ad ſpectaculum, coronatique ſpectant, atque per totum certaminis ſpatium vinum infunditur, feruntúrque bellaria, chorisq; ingredientibus potum infundunt, quod rurſus poſtea faciunt, vbi poſtea quàm certarunt egrediuntur. Huius rei teſtem habet Philochorus Pherecratem Comicum, quòd ad ſua vſque tempora non eſſent ſine cibo ſpectatores. Scribit Phanodemus apud Dionyſij templum, quod eſt in Limnis, Athenienſes muſtum ferentes deo, miſcere ex vaſcolis, ipſos poſtea bibere, vnde Limnæus vocatur Dyonyſius quoniam muſtum aqua miſtum tum primùm bibitum eſt, atque idcirco fontes Nymphæ dicti ſunt, Bacchique nutrices, quoniam aqua miſta vinum augeat. *Athen. lib. 11. c. 3.*

Palladi.

Quinquatria apud Romanos, quinque diebus Palladi fiebant: ita appellata, quòd quinque diebus poſt Idus celebrantur. Nam dies poſt Idus ater, erat. Inde Quinquatria, quaſi quinque ab atra die. Primo autem die fiebant ſacrificia: tribus ſequentibus gladiatores in theatro certabant, quinta die erat luſtratio. Erant præterea hæc feſta 13. kal. Apr. Eo tempore, vt [illegible] reducti [illegible] indicarent ir perſonati eſſe inter alios ignotos. *Ouid. lib. 3. Faſt. Polyd. lib. 6. c. 7*

Soli.

In Inſula Thule præcipua ſolemnia ſunt, quæ quotannis in honorem Solis celebrantur, quando ſpeculatores ex altiſſimis montibus nunciant, Solem redire ad ipſorum horizontem, cùm antea verno tempore dies XL. integras noctes habuerint, ſicut & in Autumno die XL. continuam lucem. *Procop. de Bello Goth. lib. 2.*

Vertumno.

Vertumnalia feſta erant, Vertumno, qui deus mercaturæ & vertendarum rerum habitus eſt, dicata: quæ menſe Octobri in vico Turario ſacellóque Vertumni celebrabãtur, *Alex. l. 6. c. 8.*

Genio. F

Natalitiis feſtis Romæ, pulte, fritillo, mero, libis, floribus & thure ſacra Genio ſine animali hoſtia, læti libentéſque concelebrarunt Rom. quibus diebus effudiſſe cruorem, aut mactaſſe animal, portenti erat & fœdi auſpicij, nam erant hilaritatis & lætitiæ pleni dies. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22.*

RESPECTV EORVM QVI COLVNT
CONSIDERATORVM QVOAD
Gentem. Vt ſunt Feſta.

Ægyptiorum.

Frequenter quotannis conuentus agunt Ægyptij, ſed præcipuè ac ſtudioſiſſimè in vrbe Bubaſti, in honorem Dianæ: ſecundo loco in vrbe Buſiri, in honorem Iſidis (in qua vrbe maximum eſt templum Iſidis: ipſa in medio Delta Ægypti ſita) tertia in vrbe Sai, in honorem Mineruæ: quartò Heliopoli, in honorem Solis: quintò in vrbe Buto, in honorem Latonæ: ſextò in vrbe Papremi, in honorem Martis. *Herod. lib. 2.*

Spartanorum. G

Lacones per trium dierum ſpatium Hyacinthia, hoc eſt, Hyacinthi ſacrificium celebrant, & ob dolorem quem ex Hyacinthi morte ceperãt, neque coronantur in cœnis, neque panem inferunt, ſed bellaria tantùm, quæque his ſunt ſimilia, apponunt. Neque Pæana ad deum canunt, neque ſimile quippiam introducunt, ſicuti in aliis ſolent ſacrificiis, ſed magna cum moleſtia cœnantes diſcedunt. Medio autem trium dierum die ſarium ſpectaculũ celebratur, conuentuſque fit egregius admodum & magnus, Pueri ſiquidem cytharam in ſagulis ſuccincti pulſant, ad tibiámque canentes, omnéſque chordas in rithmo anapæſto plectro percutientes, cum acuto tono Deum concinunt. Alij in equis ornatis theatrum percurrũt, multique adoleſcentum chori, qui poëma aliquod vernaculum canunt, ingrediuntur, inter quos ſaltatores immiſti deliram motionem ad tibiam cantúmque effingunt. Ex virginibus iſtæ quidem in concauitate lignei curtus viminei magnifice præparati vehuntur, illæ vero in certaminibus iunctorum curruum pompam ducunt, vniuerſáque ciuitas in motu ſpeculationiſque gaudio detinetur. Permulta fiũt hoc die ſacrificia, Atque ciues omnibus quos norunt, ſuiſque ſeruis conuiuium exhibent. Neque quiſpiam eſt qui ſacrificiis non interſit, *Athen. lib. 4. c. 4. ex Polycrate in Laconicis.* H

Athenienſium.

Thesevs priuſquam veniret in Atticã, inſtituit, ſacra quædam quæ ludis ac lætitia peragerentur, quædam contrà, quæ mœrore luctúque. Cæterùm cùm appuliſſet in Atticam, quoniam multos reperit ſqualidos ac mœſtos ob mortem regis Ægei, qui deſperato filij reditu, præ dolore ſemet è ſaxo præcipitem dedit: multos contra lætitia geſtientes ob filij reditum, inſtitutum eſt, vt in Oſcophoriorum feſto in honorem Mineruæ Sciradis inſtituto, ἀπὸ τῶν ὄσχων à palmitibus cum racemis, quos in honorem Liberi & Ariadnæ geſtant, non nuncius ipſe, ſe caduceum coronatur: deinde qui ſacris interſunt, emitterent has voces, ἐλα, ἰὼ. Ela heu, quarum prior gratulationis eſt ob felicem reditum, & in bellicis pæanibus cani ſolet (quod liquet ex Ariſtophanis Pace, vbi crebrò repetuntur illa, ὢ ἰὴ, ἰὴ παιὰν, ὢ ἰὴ, ἰὴ ὦ) altera luctus eſt, ob mortem Ægei. Vnde & ἐλεα dictus Græcis, & ἐλελίζω, Hæc videlicet eſt imago viſæ mortabum. *Plut. in vita Theſei.* Oſchophori autem duo erant, genere & opibus præſtantes, qui palmitem ferebant vuis dependentibus. *Suidas.*

Panathenæorum celebritas ab Erichthonio Vulcani

indicta

A ... a primò cùm vicatim diſiectum Athenienſem populum in ciuitatem euocaſſet, quod in ſequentib. annis amplius impleuit Theſeus. Dicta priùs fuerunt Athenæa, duobus generibus: erant ſiquidem quæ celebrarentur διὰ πεντετηρίδος, id eſt, quinto quoque anno, quæ etiam magna nuncupabantur: erant & quæ quotannis repeterentur. *Suidas & Cælius lib. 11 cap. 27. A. L.*

Choum feſtum Demophoon rex Athenienſium ſtatuit, Oreſtem Athenas profectum excipere volēs: cùm nollet tamē eum ad ſacra accedere, aut eiuſdem ſacri eſſe ſocium, quia nondum fuerat expiatus, ſacra concludi iuſſit, ac vini choam ſingulis apponi, ei inquiens, qui primus bibiſſet, ſe placentam eſſe daturum. Edixit præterea, ne quis coronas poſt potum deponeret, quibus coronabantur in ſacris quoniam contubernales fuiſſent cum Oreſte. At vt omnes circa Choam deponerent, iuſſit, coronáſque ipſas ſacerdoti auferre in lucum, qui eſt in paludibus: reliqua in templo ſacrificare, ex quo feſtum Choës dictum fuit. Per Choum feſtum munera, mercedémque ſophiſtis mittere ſolebant: iique viciſſim familiares in
B conuictum euocabant. *Ex Eubulide, Athen. lib. 10. c. 12.*

Athenis feſtum erat, quod Apaturia vocabant, id triduo peragebatur. Primum diem appellabant δορπίαν, propterea quòd ſub noctem conuenientes φράτορες, conuiuium agerent: ſecundum appellabant ἀνάῤῥυσιν, quòd in eo rem diuinam facerent Ioui Phratrio, ac Mineruæ: tertium κουρεῶτιν, quod iuuenes & puellæ in gentem tranſcriberentur. *Suidas.*

Χύτροι feſtum Athenis, quod eodem die quo Choës agebatur, in quo omnis generis ſemina in olla elixa, Baccho & Mercurio offerebantur. Theopompus autem dicit, conſeruatos è diluuio coxiſſe omnis generis ſemina in olla (vnde ſic vocari feſtum) & libaſſe eungios Mercurio terreſtri, de olla verò nunquam guſtaſſe. Hoc autem eos feciſſe, qui euaſerant, Mercurij placandi cauſa, pro defunctis etiam. Id feſtum celebrabatur menſe Antheſterione, vt tradit Philochorum. *Idem.*

Boëdromia, feſtum quoddam eſt Athenis, ex eo inſtitutum, quod Xuthus Athenienſibus, quo tempore ſub Erechtheo rege ab Eumolpho Neptuni F. oppugnabantur, magno ſtudio
C tuliſſet opē. *Suid.* At *Plut. in Theſeo,* ob victas à Theſeo Amazones menſe Boëdromeone: Boëdromia celebrata ſcribit.

Thargelia, feſtum Apollinis & Dianæ, quo primitias illi deo enquebant frugum, quæ prouenerant. Ex eo dictum eſt, quòd Apollo, id eſt, ſol calefaciat terram. Tum etiam choreæ docebantur. Thargelion, menſis Aprilis eſt, Apollini ſacer, quo feſtum hoc agebatur. *Suidas.*

Aſcolia, feſtum celebrant Athenienſes, quo per caprinos vteres, inflatos & vnctos, in medio theatro, cùm ridiculi cauſa, quum delaberentur, ſaliebant: tum in Bacchi honorem, quòd caper vitibus ſit infeſtus. Quod ἀσκωλιάζειν, dicunt. Vnde epigramma:

κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

Rode caper vitem: tamen hinc, cùm ſtabis ad aram,
In tua quem fundam cornua Bacchus erit.

Pitoegia, inquit Proclus, feſtum veteribus erat, quo in vini participatum & ſeruos adnocabant & mercenarios: relinebantur enim tunc primùm dolia, proinde facta re diuina, Dionyſiaci doni communicatio omnibus patebat. Compre-
D cabantur verò, vt Plut. inquit: ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τὸ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι, id eſt, innoxiam ſalubrémque ipſis fieri medicamenti potionem. Vndecima menſis die factitari hoc Athenis conſueuiſſe, prodidunt auctores. Alicubi etiam ſexta eius, qui Proſtaterius vocaretur, Bono dæmoni diuina re peracta, deſinente iam Zephyri perflatu, qui obladere vinum ac commouere præcipuè creditur. Eum proinde quòd euaſerit, firmum iam haberi conſtánſque. De Pithœgiis intellexiſſe Heſiodum volunt in ἔργοις.

ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι,
μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ᾽ ἐνὶ πυθμένι φειδώ.

Cælius lib. 28. cap. 25. Antiquarum lectionum.

Athenienſibus menſis quidam Anthiſterion appellabatur, quòd is plurimos flores progigneret. In hoc feſta quæpiam Anthiſteria agebantur, & conuiuia liberiora, quemadmodum in Saturnalibus fieri conſueuit apud Romanos, in quibus & ſeruis accumbere licebat, feriatis interim ab opere. Exactis autem feriis, cùm iam ad ſolitas operas reuocarentur, hoc pacto dicebant heri, Foras Cares, non iam amplius Anthiſteria. Caros autem ſeruos appellabant, quòd ea gens mercenariam operis quæſtum factitaret velut omnium ſerui, E quæ unquam conditi ſint. Sunt qui dicant, Cares olim Atticæ regionis partem obtinuiſſe: Athenienſes autem cùm Anthiſteriorum ſolemnitatem agerent, ſolere Cares in Ciuitatem atque in domos receptos ad feſti communionem admittere, deinceps per acto ſolemnitatis tempore, ſi quos è Caribus offenderent in vrbe ceſſantes, per iocum dicebant.

Θύραζε Κᾶρες, οὐκ ἔτ᾽ Ἀνθεστήρια.

Id eſt:

Exite Cares: acta enim Anthiſteria.

Sonat autem ea vox Græca perinde, quaſi dicas Floralia Latinè: quorum licentia multorum literis notiſſima eſt. *Eraſmus in Chiliadibus.*

Romanorum.

Inter Ferias ſtatiuas, quibus præcipuè edebantur ludi, numerantur Lupercalia, Agonalia, Carmentalia, Conſualia. Agonalia Feſtus vocat ſacra dei Agonij, præſidentis rebus agendis: ſicut Carmentalia dicuntur ſacra Carmentæ, matris Euandri: quæ ita nuncupata eſt: quòd mulier fatidica F carminibus reſponſa daret: nam ei antè Nicoſtrata nomen fuerat. Conſualia à Romulo inſtituta Conſo, quem conſilij deum putabant. In circo maximo ad aram, teſte *Dionyſio,* ſubterraneam, ſacrificia & ludi fiebant, quibus virgines Sabinæ nuptæ fuerant. *Polyd. lib 6 cap. 7 de inuent.*

Sclauorum.

Præter lucos penatéſque, quos in agris & oppidis Sclauorum magna frequentia videre licebat, In Agro Aldenburgenſi, vbi olim epiſcopalis fuit ſedes, Propè idolum cultum. Apud Polabros Siuna muliebre numen dominabatur. Obotriti Radigaſti idolum venerabantur. *Helmoldus c. 53. & 70.* Horum ſolemnitates ſacerdotum aliquis iuxta ſortium nutum publicè denunciabat. Conueniebant tum vtriuſque ſexus omnium ætatum homines, mactabantur hoſtiæ de bobus ouibúſque: ſæpiùs etiam Chriſtiani homines miſerè iugulabantur, quorum ſanguine imprimis ſuos deos delectari putabantur, ſi aſpergerentur, & oraculis capeſſēdis plurimum inde accedere emolumenti. Poſthæc populus ad epulas & plauſus conuertebatur. Circumgeſtabatur inter compotationes patera quædam G in quam conferebāt verba quædam ſub deorum nomine prolata, boni ſcilicet atque mali: quorum ille proſpera, hic vero aduerſa immitteret. *Helmod. ibid, Chron. Sax. Crantzius lib. 3. cap. 37.*

Habitum. Feſta

Stultorum.

Romæ Quirinalia ſtultorum feſtum nominabant. An quod diem hūc tribuerint, vt auctor Iuba, iis, qui curias ſuas ignorarent? An iis, qui non ſacrificauerunt, vt reliqui, per tribus in Fornicalibus, ob negotia, vel peregrinationem, vel inſcitiam, conceſſum eſt eo die ſolenne illud agere? *Plut. in quæſtion. Rom.*

Paſtorum.

Lupercalia multi tradunt fuiſſe feſtum olim paſtorum Italicorum. Congruunt aliquatenus cum Arcadicis Lycæis. Nobiles iuuenes frequentes & magiſtratus nudi per vrbem diſcurrunt, hirſutis ſcuticis obuios per ludum & iocum cædentes. Multæ quoque principes feminæ ex compoſito offerūt ſe illis ac manus ferientibus, ſicut in ludo literario exhibēt, credúntque id facilè puerperium prægnantibus, & infœcundis proficere ad cōceptū. *Plut. in Cæſare, & Romulo, & Alex. lib. 4. c. 12.* H

Sexum. Feſta

Mulierum.

Matronalia feſta & ſacra Romæ, poſt raptas Sabinas, & pacem cum Sabinis factam inſtituta, & matronis celebrari conceſſa, compoſiti belli monumentum. In iis Iunoni Soſpitæ ſacra faciebant matronæ pro coniugiis. *Plutarchus in Romulo.*

Eſt apud Romanos dea, quam Bonam dicunt, ſicut Græci muliebrem. Hanc Phryges ſibi aſſerentes peculiarem, Midæ regis autumant matrem eſſe: Romani nympham Dryada Fauni nuptam: Græci Liberi patris eam matrem, quam nefandum eſt nominare: vndé pampinis tentoria feſtum diem agitantes mulieres contegunt, ac ſacer draco ex fabula ad pedes deæ iacet. Eò virum fas non eſt accedere, neque dum ſacra aguntur in domo, vbi aguntur: eſſe Solæ feminæ, multa Orphicis germana memorantur in ſolemni peragere. Vbi feſtus dies inſtat, celebratur in ædibus conſulis vel prætoris: ipſe autem domo omnéſque viri cedunt. Vxor ſola domum

parat, peragitúrque ferè nocte per luſum peruigilio commi-ſtum, inter magnum concentum *Plut. in Caſare.*

Carmentalia Romanorum feſta erant, quæ à matribus-familias annis ſingulis ad 18. Calendas Februarias fiebant, in quibus aliquid ſcorteum, aut ſua morte peremptum attuliſſe, magnum crimen erat. *Alex. ab Alexand. lib.6. cap.* Carmentam quidam proprium hominum procreationis ſa-tum opinantur eſſe, & ob id matres hæc ſacra agitare. Alij Euandri Arcadis matrem fandicam, eam Phœbo dicatam eſſe tradunt (*Plutarchus in Romulo*) & Carmentam, quod carmine reſponſa daret, appellatam. Nicoſtratæ enim proprium illi nomen fuerat.

Libertatem. Feſta

Seruorum.

Feſtis Saturni diebus apud Rom. ſeruos ingenuorum miniſteria occupare, pileos ſumere, & liberis nullo diſcrimine differre, ſtipéſque inuicem dare, & munera miſſitare, ſeruatum eſt. Regna quoque ſortiri inter æquales, & tanquam reges imperitare, magiſtratus purpuram induere, reliquos in veſte candida diem concelebrare. Qui etiam mos cum Græcis & exteris communis fuit. Nam per Mercurialia feſta, Hermæa dicta, hoc ipſum fiebat in Creta, velut teſtatus eſt *Cariſtius in Hiſtoricis commentariis:* nam conuiuantibus ſeruis domini illis ſeruiebat atque miniſtrabant, in Trœzene verò Geræſtionis menſe per multos dies fit conuentus, Panegyria dictus, quorum in vno ſerui cum ciuibus vna ludunt aſtragalis, & ſeruis domini conuiuium præbent: vt aſſerit *Caryſtius. Beroſus* autem *libro Babyloniarum rerum primò* ad 16. *Calendas Septembris*, ſcribit feſtum Sacæa vocatum, per dies quinque agi in Babylonia: in quibus mos erat, vt ſerui dominis imperitarent, atque vnus eorum educebatur ex domo ſtolam regiæ ſimilem indutus, quem Zoganem appellabant. Mentionem fecit huiuſce feſti. *Cteſias lib. 2. rerum Perſicarum Athenæus lib. 15. cap. 17.*

Saturnalia in Theſſalia celebrata, & Peloria fuiſſe nuncupata, Græci ſcribunt, à Peloro quodam, qui Palaſgo nunciaſſet primus perruptis terræmotu montibus, effuſas ſtagnantes prius in Theſſalia aquas, renudatóſque ſpecioſiſſimos campos *Calius lib. 13. c. 23. A. L.*

RESPCTV FORMÆ SEV

MODI. TVM

Ante Feſtum.

Ex inſtituto Numæ in pompis & ſupplicationibus ſacerdotum Rom. antecedebant per vrbem præcones, feriáſque & iuſtitium indicebant. Siquidem vt Pythagoreos aiunt non permittere, vt obiter quis adoret & ſupplicet diis, verum vt domo ſtatim mente ad id meditatus accedat: ita cenſuit Numa decére, nihil vt ciues rei diuinæ audirent vel viderent perfunctoriè vel ſolutè, ſed vacui curis aliis velut ſummo negotio religionis aduerterent animum viáſque à ſtrepitu, crepitu, gemitu, & omnibus quæ comitantur neceſſarias & vulgares operas, ad ſacras præſtarent puras: quarum veſtigium nonnullum ſuo æuo manere Romæ teſtatur *Plutarchus in Numa.*

In Feſtum. Huc

Otium.

Apud Rom. regem ſacrorum Flaminéſque non licebat videre feriis opus fieri: & ideo per præconem denunciabant, ne quid tale ageretur: præcepti negligens multabatur, & porco piaculum dabat. Licebat tamen ex Scæuolæ conſilio id agere, quod prætermiſſum noceret, vt bouem è ſpecu liberare, ruinoſum tectum fulcire: ſic Maro inquit, *Balantúmque gregem fluuio merſere ſalubri.* Salubri adiicit, vt conſter, non ob lucrum purgandæ lanæ, ſed auertendi morbi gratia, id feſto die fieri conceſſum. *Macrob. lib. 1. Saturn. c. 16.*

Lætitia, Conuiuia, Chorea.

Hilaria Romanorum feſta erant ad 18. April. inſtituta, in quibus ſolemnia & ludos publicos, diéſque hilares concelebrant, quo tempore Sol Zodiaci peragrato ſpatio per omnes ſignorum ſtationes ad nos reuertens, longiores noctibus dies efficit. *Alex. lib. 4. cap. 20.*

Salij Martis ſacerdotes cœnis ſumptuoſis & comeſſationibus cum cantu & ſymphonia opiparè ſua feſta celebrabant, in quibus ſubtiles coronas & alia conuiuiorum oblectamenta adbibebant. *Alex. lib. 1. cap. 26.*

Certamina, Cædes.

Malabares Indi, XI. Cal. Septembr. ſacrum ſolenne faciunt, in quo pueri arcubus armati, in ſodales per ludum ſagittas leuiſſimas coniiciunt. Deinde ij, qui ætate magis prouecti ſunt, ſimiliter tela conficiunt, quibus multi grauiſſime ſauciati moriuntur. Cum iis, qui ad hunc modum è vita diſcedunt, præclare actum putant. Hos enim cenſent in cœlum, vt cum diis æuum exigant, immigrare. Multa ſunt apud illos anniuerſaria ſacra, in quibus quidam variis ſibi modis in maximo hominum conuentu & celebritate vitam exhauriunt. *Oſorius lib. 2. rerum. Emm.*

Direptio.

Ἁρπαγὰ κορυτίων, id eſt, Rapina Corytiis. Corytia feſtum quoddam erat apud Siculos, in quo ex more placentulæ quæpiam & arborum fœtus ramis alligabantur, eáque diripienda proponebantur. *In Plutarchi collectaneis* Dici ſolitum, de bonis temere profuſis direptiſque. *Eraſm. in Adag.*

RESPECTV FINIS. FESTA

INSTITVTA, CVLTA.

cauſa.

Memoriæ præteritorum.

Feſtum diem Septimontium *Plut. in Problematib.* ponit, quum ſeptimus mons eſt vrbi, quaſi tum demum finite additus. *Polyd. lib. 4. de Inuent.*

Victis à Camillo Gallis, & Roma denuò inſtaurata, Latinos aiunt, ſiue in ſpeciem ſiue reipſa inſtituiſſe de integro contrahere inter vtramque gentem affinitatem, ac legatos miſiſſe, qui ingenuarum puellarum à Romanis pudica poſcerent connubia. Fluctuantibus, quid conſilij caperent, Romanis ancillam Tutolam nomine, vt alij dicunt, Philotidem principibus ſubieciſſe, ſecum vt mitterent ancillas, quæ ætate florente & liberali eſſent forma, in virginum ingenuarum morem cultas reliqua ſibi curæ fore; principes probato conſilio delegiſſe ea ancillis, quas ad eam rem illa probaſſet: eáſque veſtes ornatas & mundo Latinis, qui ſtatiua non procul habebant ab vrbe, tradidiſſe. Non cæteras gladios hoſtibus ſubtraxiſſe: Tutolam vel Philotidem conſcenſa edita caprifico, & ſtola aduerſus caſtra obtenſa, facem Romam verſus ſuſtuliſſe: quod ei cum magiſtratibus ſignum aliis inſciis ciuibus conuenerat. Quapropter tumultuariè à militibus excurſum fuiſſe, quem inſtarent duces, ſeſe mutuò appellantibus, via vt inſtrui poſſent in aciem Vallum nec opinantibus, hoſtibus ſopitiſque adortos cepiſſe caſtra, atque maxima ex parte hoſtes obtruncaſſe: idque geſtum Nonis Quintilibus, quas nunc appellant Iulias: in huius rei memoriam feſtum agi, quo primum agmine erumpentes vrbe nomina plurima patriæ & vulgaria cient, Caium, Marcum, Lucium, his ſimilia: referentes mutuam illam in properando appellationem. Deinde ſplendidè comtæ vrbem circumeunt ancillæ, dicteria in obuium quémque facientes. Pugnam quoque inter ſe conſerunt, vt quæ etiam tum in prælio cum Latinis initio operam nauauerint ſuam. Ad epulum conſident ficulneis inumbratæ ramis. Eam diem Nonas Caprotinas à caprifico, vt arbitrantur, qua facem edidiſſe ferunt puellam illam, nominant. Alij pleráque, quæ hic aguntur & dicuntur, referunt ad Romuli caſum, illo enim die ex oculis hominum extra portam abiiſſe Romulum, caligine ſubitò cum procella coorta: vt autem nonnulli arbitrantur, ſole deficiente, Atque hinc diem illum Nonas Capratinas à capra dictum. Nam Romulum cum ad paludem Capræ appellatam haberet concionem, ex conſpectu hominum ablatus eſt *Plut. in Camillo & Romulo.*

Cùm Tarentini à Romanis obſiderentur, periculúmque eſſet ne fame ad deditionem compellerentur: Rhegini, decimo ſemper die ieiunium decernentes, victum concaſſerunt Tarentinis. Proinde cùm decedentibus Romani liberarentur, memores calamitatis Tarentini, feſtum conſtituerunt, quod ieiunium appllabant.

Panegyrin canum, menſe Auguſto ab Romanis ſolitam celebrari, auctores Græci ſunt monumento vrbis captæ ab Gallis. Tunc vero cædebantur canes, quia ἀκλαγγεὶ, id eſt, ſine latratu egerant, anſeribus ampliter ſonoréque inclamantibus. Huc ipſum arbitror à *Plinio* ſignificatum *lib* 29. vbi canes ait annua pendere ſupplicia inter ædem Iuuentutis & Summani, in furca viuos arbore fixos ſambucea. *Calius lib. 17. c. 28. Ant. lect.*

Conſecrandi, Inaugurandi.

Eiſithpia, feſtum Athenis, quo magiſtratus omnes auſpicantur: eſtque anni principium. *Suidas.*

Diuina

A

Diuinationis, Ora[illegible]li.

Apud Delphos menſis eſt Byſiu[illegible] dictus, quaſi Pyſius, quo [illegible]ſcitantur & conſulunt Apollinem. Nam ita lo[illegible] eſt iis pa[illegible]. Siquidem hoc menſe reddebantur oraculum diemque eius ſeptimum Apollinis natalem eſſe exiſtimant, vocantque cum πολύφθοον: non quia parentur φθοΐς, quod eſt placentæ genus: verùm quod tunc frequenter deum conſultant, ac crebra oracula reddantur. Serò enim, vt quoque menſe ſortes ederentur petentibus, permiſſum eſt. Antea ſemel quoque anno reſpōdebat eo die ſacerdos: vt ſcriptum reliquerunt Calliſthenes & Anaxandridas, *Plut. in quæſt. Græcan.*

Fructuum.

Rudis fuit priſcorum vita, atque ſine literis non minus tamen ingenioſa fuit in illis obſeruatio, quam in poſteris ratio. Tria namque tempora fructibus metuebant, propter quod inſtituerunt ferias, diéſque feſtos, Rubigalia, Floralia, Vinalia Rubigalia Numa conſtituit, anno regni ſui xi. quæ nunc aguntur ad 7. Calend. Maij, quoniam tunc ferè ſegetes rubigo occupat. Floralia iv. Calend. eiuſdem inſtituerunt. Vrbis an-

B

no dxvi. ex oraculis Sybillæ vt omnia bene defloreſcerent. Hæc deæ Floræ prid. Calend. Maij dicata. Vinalia feſta bis apud Romanos celebrata ſunt in anno, Prima ix. Cal. Maij deguſtandis vinis inſtituta, nihil ad fructus attinent, cùm vina pura ſunt quo die Ioui nouum vinum libare mos erat, quod ex dolio hauſtum Calpare eximebant. Eo tempore inſtituta, cùm Veneri ædes dedicaretur, cuius tutelæ olitores addicebantur: Tempeſtatibus leniendis celebrabantur, in quibus vinum nouum in vrbem ferre, & in cellis vinariis condere aſſueuerant. Vnde apud Tuſculanos lege cautum erat, ne quis nouum vinum, antequam Vinalia calentur, in vrbem inueheret. At Vinalia altera ad 13. Calend. Septembris aguntur. *Plinius l. 18. c. 29.* Quibus flamen Dialis vindemiam auſpicatus, maturis vuis vinum legere, & vindemiam fieri iubebat quibus fectis agnum Ioui Immolant, interéque cæſa & porrecta vinum legit. *Alex lib. 6. cap. 8.*

Espiationis, Luſtrationis:

Quirinalia ſtultorum feſta apud Rom. in quibus ſacrificio expiare cogebantur ij in Fornicalibus non fuerant feriati, quique in ſua tribu ſacrum non feciſſent. *Alexand. ab Alex.*

C

lib. 3. cap. 12

Amburbialia feſta erant, in quibus ob dira quædam viſa prodigia tedæ aut victimæ ſulphuris & aquæ luſtratione, vrbs aut Capitolium explaretur & luſtraretur. *Alex. ab Alex. lib. 5. c. 26.*

Ambaruaſſa feſta & ſacra erant, quæ tutandis imperij finibus fiebant, in quibus vitula aut agna coronata, meſſis, ager, fundus, terra gres, vel pecus ter circum luſtrabatur, proſequente agreſtium turba cum fiſtula, ſolemnique pſaltu & clamoribus, deum deamve; cui ſacra fiebant inuocante, vti morbos, & intemperiem omnem prohiberent, frumenta & pecora ab omni detrimento tempeſtatéque defenderent. *Ibidem.*

Solitaurilia feſta erant, quæ ſingulo perfecto quinquennio per Cenſores fiebant, qui vrbem, ſiue oue & tauro, aut verre, tauro & ariete luſtrare ſolebant. *Idem*

Armiluſtria Romanorum feſta erant, in quibus equites, aliique milites coronati, ſacrificio luſtrabantur in campo Martio. *Ibidem.*

D

Tubiluſtria feſta erant Romanorum, in quibus menſe Martio Tubæ ſacrorum in atrio Satucio luſtrabantur. *Alex. ab Alex. lib 5. c. 26*

RESPECTV TEMPORIS, QVANDO INSTITVTA, CVLTA.

Feſta.

Vnius diei.

Argiui Numenia cuiúſque menſis celebrant mulieres virilibus tunicis & chlamydibus; viros autem peplis muliebribus amicientes in memoria Teleſillæ poëtriæ, quæ Argos oppugnante Cleomene, Argiuas armatas ad pugnam eduxit: quæ armatæ in propugnaculis ſtantes, circumcirca muros tuentes, Cleommenem repulerunt. *Polyænus lib. 8.*

Plutarchus in Problematib. Rom. antiquitatum, docet apud veteres Calendas primum menſem diis cœleſtibus habitum ſacrum, ſecundum verò diis inferis, in quo & luſtrationibus quibuſdam vti mos erat, & mortuis parentabant. Quinetiam totius menſis tres dies principes & auctores eſſe voluerint,

E

Calend[illegible]um, Nonarum & Iduum, quos feſtos ac [illegible]cros habebant, veluti diis [illegible]is dicatos, qui hos ſequerentur hoc eſt, poſtridie Calendas, Nonas & Idus, diis manib. attribuebant, ac proinde nefaſtos ac religioſos iudicabant. Sic & apud Græcos tertius crater Soſpitatori Ioui, ſecundus ſemideis ac dæmonibus tribuebatur. Principum autem omnis numeri eſt μονάς, cui aduerſatur δυάς, inter pares numeros primus, nec finem habens, nec perfectus, cum ternio ſic abſolutus. Hinc Pythagoricum ænigma, *τοῖς μὲν ἱερεῦσι πεμπτὰ θύειν, ἄρτια δὲ τοῖς χθονίοις.* *Eraſmus in Chil.*

Apud Rom. Martij menſis (qui primus fuit, ex Romuli inſtituto) die prima, ignem nouum Veſtæ aris accendebant: vt incipiente anno, cura denuò ſeruādi nouari ignis inciperet. Eodem quoque ingrediente menſe, tam in regia curiiſque, atque Flaminum domibus, lauræ veteres nouis laureis mutabantur. Eodem quoque menſe & publicè & priuatim ad Annam Perennam ſacrificatum ibatur, vt annare perennaréque commodè liceret. Eodem menſe mercedes eſoluebant magiſtris quas completus anus deberi fecerat, Comitia auſpicabantur,

F

vectigalia locabant. Et ſeruis cœnas apponebant matronæ: vt domini Saturnalibus illi, vt principio anni ad promptum obſequium honore ſeruos inuitarent: hi, quia gratiam perfecti operis exoluerunt. *Macrob. lib. 1. c. 12.*

Inter feſtos celebratóſq; dies, quos in honore deorum vetus religio ſanſit, Idus præcipuè ſolemnes ſemper fuiſſe accepimus. Nam præterquam quòd omnes Idus Ioui feriatas, & à flamina diali bouem immolari ſingulis Idibus perſpectum ſit: tamen præcipuæ quædam erant feriæ Idibus dicatæ, quas veteres coli obſeruarique iuſſerunt, vt illas prætermittere, & in ſolemnes relinquere, ducerent nefas. De quibus prolixe *Alex. ab Alex. lib. 3. c. 18.* Idus Martias ad Annam Perenam, quo commode annare & perennare liceret, feſtas genialéſque obſeruarunt, largioribus peculis indulgentes. Ea enim nympha ſoror Didonis credita, in Aricino ſeu Laurente ſedem habuiſſe fertur, quam à perpetuitate Perennam nuncuparunt, quæ Idus infauſtæ & ominoſæ poſtea fuere: placuitque illas Parricidium vocari, quòd illis D. Cæſar coniuratorum manibus cæſus occubuit. *Idem cap. 17.*

G

Ter in menſe, nono quolibet die, ruſtici vel mercium vel negotiorum cauſa in vrbem veniebant, ex inſtituto Seru. Tullij. Nundinarum feriæ Ioui olim ſacræ, lege Hortenſia poſita inter Faſtos receptæ, vt lites coram prætore cōponere poſſent. Eodem die trinundino olim propter frequētiam plebis leges etiam promulgabantur, & candidati in comitio in colle conſiſtebant, vt ab omnibus conſpici poſſent. Quæ tamen poſtea defierunt, quum etiam internundino die magna plebis adeſſet frequentia. *Polydorus lib. 6. cap. 7. de rerum Inuentoribus.*

Pluriom dierum.

☞ *Ex præcedentibus pleraque exempla.*

SIMVLACRA, IMAGINES Deorum Nullæ.

Ægyptiorum templa licet marmore & auro eſſent elaborata, luxu ingenti & mira arte, tamen deorum imago nulla inerat: ſed earum loco viui dij, Sima, Ibis, vel Crocodilus, aut aliæ id genus peſtes magnorum & Ægyptiorum portenta, pro diis colebantur. *Alex. lib. 2. cap. 22.*

H

Perſæ nec ſtatuas, nec aras erigebant, deos verò putabant Cœlum, quem Iouem exiſtimabant, Solem quem Mithran vocabāt. Item Lunam, Venerem Ignem &, Tellurem: præterea Ventos & aquam. *Strabo lib. 15. Herod. lib. 1.*

Apud Seres, ſicut tradit *Euſebius lib. de Præpar. Euang. 6.* lege exceptum erat, ne ſimulacra colerentur. In Romanorum quoque templis Clemans ait, ex decreto Numæ, Moſaica dogmata penitus æmulari, annis c. atque lxx. ab V.C nullam imaginem, neque fictam neque pictam eſſe conſpectam aſſerit *Idem & Plut. in vita Numæ.*

Germani priſco tempore (vt Tacitus ſcribit) nec deos cohibere parietibus, neque in vllam humanioris ſpeciem aſſimilare, ex magnitudine cœleſtium fas arbitrabantur.

Lycurgus Lacedæmonum legiſlator ſanctiſſimus, etiamſi multarum ceremoniarum apud gentiles inſtitutor eſſet, nulla tamen apud eum ficta deorum imago fuit: quippe hominum aut animalium ſpecies diis tribui, ſemper, vetuit. *Alex. ab. Alex. c. 2. l. 22.*

Romani ex Numæ inſtituto ſimulachra nulla deorum ha-

A behant. Primus Tarquinius Priſcus Græcarum rel [illegible] idololatrica ſuperſtitione eos imbuit ☞ *Vide Tit. Religionis ethnicæ inſtitutio.*

SIMVLACRA, IMAGINES,
reſpectu
DEORVM QVI coluntur.
Quorum. Puta.
Iouis.

Signum Iouis Olympij à Phidia factum, ab Eleis de manubiis finitimorum populorum qui defecerant poſitum. Sedet in ſolio deus ex auro & ebore factus. Corona capiti impoſita eſt ad oleaginæ frondis imaginem. Dextera victoriam & ipſam ex ebore & auro præfert, cum tænia & corona. Læua ſceptrum tenet affabrè expolitum, & omnium metallorum varietate diſtinctum. Quæ auis ſceptro incumbit, aquila eſt. Aurei ſunt deo calcei, pallium item aureum. In eo cum diuerſa animalia, B tum ex omnibus florum generibus lilia inprimis cælata ſunt. Solium ipſum auro & precioſis præfulget lapidibus: neque in eo vel ebenum, vel ebur deſideratur. Animalium verò formis intercurrente pictura exornatur: ſigna etiam in eo eminent. Victoriæ quatuor ſaltantium ſpecie ad ſingulos ſellæ pedes. Duæ itidem ad pedum calcem ſunt. Ac priorib. quidem pedib. inſiſtunt Thebanorum pueri à Sphingibus rapti. Infra Sphingas Niobem cum filiis Apollo & Diana ſagittis configunt. Inter pedes diſcurrunt regulæ, mutua illos compage iungentes. *Vide Pauſan. lib.* 6. Qui mox ſubiungit: Olympij Iouis ſignum, quam latè lateque pateat, linearum deſcriptionibus qui demonſtrare conati fuerint, cùm ſciam non defuiſſe, eorum mihi certè parum eſt in metiendo probata ſolertia. Eſt enim ea tota dimenſio inferior multo propè adſpicientium opinione. Tradunt certè ipſius dei auctoritate Phidiæ artem comprobatam. Nam cùm expolito iā opere Iouem oraſſet, ſignificationem vt ſibi aliquam daret, nunquid illud ipſi acceptum eſſet, & gratum opus, eam pauimenti partem de cœlo tactam memorant quo loco vrna ætate mea ex ære (quod loci eſſet inſigne) poſita eſt. C

Iani.

Iano triplex ſtatua in foro Romano erecta eſt, ad quarum vnam veniebant creditores ad alteram qui fœnus redderent, ad tertiam autem qui locarent. *Alex. ab Alex. lib.* 1. *c.* 14.

Proſerpina.

Proſerpinæ ſtatuam iuxta curiam Hoſtiliam fuiſſe erectam legimus apud. *Alex. lib.* 1. *c.* 16.

Angeronia.

Duodecimo Calend. Ianuar. feriæ ſunt Angeroniæ, cui pontifices in ſacello Volupiæ ad Naualia prope portam Romanolam (teſte *Varrone l.* 3. *de ling. Lat. & Macrobio*) ſacrum faciūt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici, ait, quod angores ac animorum ſollicitudines propitiata depellat. Maſurius adiicit, ſimulacrum eius deæ ore obligato atque ſignato in ara Volupiæ propterea collocatum, quod qui ſuos dolores anxietateſque diſſimulant, perueniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. *Ludou. Viues in lib.* 4. *de ciuitate Dei, cap.* 8.

Fortuna.

HOMERVS Tychen ſiue Fortunam deam ignorauit, niſi quod D Oceani filiam cum Proſerpina ludentem in Hymno Cereris facit. Bupalus architectus & plaſtes inſignis Smyrneis Fortunæ ſignū omnium vetuſtiſſimum finxit primus, capitique polum impoſuit, altera manu cornu Amalthеæ tenentem fecit. Pindarus Φερέπολιν etiam vocauit. *Pauſan. in Meſſenicis.*

E qua Materia.

PLATO lege vetuit, ne deorum imagines ex auro vel argento ferrove aut ære fierent, ſed tantum ex ligno vel lapide; vt ne imperiti homines ex occaſione rei pretioſæ, exiſtimarent ſe propterea deos placare aut decipere poſſe. *Polydorus lib.* 6. *c.* 13. *de Inuent.*

In ſtatuis deorum, ſub Conſtantino & Theodoſio Impp. euerſis, repererunt aut mortuorum corporum oſſa, atque arida crania, Incantatorum peruerſitate impoſita: aut ſordidos panniculos, fœda abominatione refertos: aut fœni & ſtipularum faſciculos. *Euſebius lib.* 3. *de vita Conſtantini.* Ac per ſtatuas incantatores ſuas exercuiſſe fraudes, patet ex hiſtoria Theotechni apud *Euſebium l.* 9. *c.* 3. *&* 11. Ex adytis per cuniculos in ſtatuas prorepebant, indéq; reſponſa dabant. *Theodoretus lib.* 5. *cap.* 22.

E Itatati ſigillaria ac idola quædam humanæ formæ ex centone facta, ad vtramque caſtij partem locant, quibus vbera prominent, atque illa cuſtodiæ pecorum & tutelæ præeſſe arbitrantur horum beneficio lactis gregalis, & pullorum gallinaceorum copiam profluere credunt. Nonnulla quoque ſimulacra e ſerico formant, præfigunt curribus, & adorant: in quibus quidem curribus ſi qui furtum fecerint, veluti ſacrilegi, indicta cauſa continuò trucidantur. Cùm ſigillaria talia facturi ſunt nobiliores mulieres coguntur. Formato idolo, ouem mactant: combuſtis oſſibus, cætera deuorant. Ægrotantibus pueris puppas dicant, ad lectumque ſuſpendunt. Chiliarchæ & centuriones in media ſtatione hircos habent, quos idolis faciunt, primitiaſque lactis iumentorum ac pecorum delibat. Cùm celebrant conuiuia, omnium quæ apponuntur primitias offerunt. Cùm ſacrificant victimas, cor ſimulacro dicant: da inde id decoquunt, ac dederant. Suo regi ante ſtationem magnum ſimulacrum honorificè ponunt: cui equos, quos nemo deinde conſcendit, dicant. Mactant etiam animalia varia, quæ combuſtis oſſibus deuorant. Huic quiſque prætereiens F ſe inclinare ac præuenerari cogitur: quod cùm Michaël dux Rutenorum facere recuſaret, extemplò trucidatus eſt. *Bonfinius lib.* 8. *Dec.* 2.

Qua Forma.
☞ *Ex praeced. & ſeq. illuſtretur.*
HOMINVM QVI COLVNT. SIC
Idola ſua habuere.
Ægyptij.

Iupiter cùm ab Hercule, cernere omnino eum volente, cerni nollet: tandem exoratus, id commentus eſt, vt amputato arietis capite, pelleque villoſa, quam illi detraxerat, induta ſibi, ita ſeſe Herculi oſtenderit. Ex hoc Ægyptij inſtituerunt, Iouis ſimulachrum facere arietina facie: & ab Ægyptiis Ammonij acceperunt, qui ſunt Ægyptiorum atque Æthiopum coloni, & linguam inter vtroſque vſurpantes. Qui etiam videntur ea de re ſe Ammonios cognominaſſe, (quod Ægyptij Iouem Ammonem) appellant. Ob hanc etiam rem oues & arietes non mactantur à Thebanis, ſed ſacroſancti ſunt. Certo G autem die tantùm quotannis, in feſto Iouis, vnum demum arietem mactant, cuius pelle detracta, Iouis ſimulacrum induunt: ad illudque deinde aliud ducunt Herculis ſimulacrum Quo peracto, cuncti qui circa templum ſunt arietem verberant, deinde ſacra eundem vrna ſepeliunt. *Herod. lib.* 2.

Scriptum reliquit Lucianus in Philopſeudo miraculum illud ſtatuæ Memnonis fuiſſe celeberrimum in templo Serapidis; Ægyptiis Thebis. Nam ſponte ſua mane cum radiis ſolis tangeretur ſuauem ſonum emittebat, & neſcio quid lacrimabile ſub ſolis occaſum, cùm matris aduentu lætari, triſtari diſceſſu putaretur, vt teſtatus eſt etiam *Corn. Tacitus.* Hanc ſtatuam etiam reddere reſponſa conſueuiſſe, antiqui dixerunt. Fama eſt ſtatuam nigri lapidis fuiſſe quæ ſonum illum emitteret. Scribit *Strabo lib.* 17. ſe Thebas in Ægyptum aliquando contendiſſe, vbi duo altiſſimi erant coloſſi ex integris lapidibus inter ſe propinqui, quorum alterius ſuperiores partes iam corruerant ob terræmotum: huius pars illa, quæ reliqua erat ſuper baſe, circiter horam primam; vt inquit, ſonum emiſit, haudquaquam magnum, ingenti præſente multitudine. H *Zetzes Chil.* 6 *hiſt.* 64. cippum ait vocatum fuiſſe Memnonem ab Ægyptiis, & columnam rubri varij lapidis fuiſſe, quæ ſonum illum emitteret: lætum quidem per diem quia lætaretur matris præſentia: at lugubrem per noctem, quia doleret illius diſceſſu. *N. Comes Mythol. lib.* 6. *ca*....

Serapis idololatriam apud Ægyptios *Ruffinus lib.* 2. *cap.* 23. in hunc modum deſcribit: Locus eſt non natura, ſed manu & conſtructione per centum aut eo amplius gradus in ſublime ſuſpenſus, quadratis & ingentibus ſpaciis omni ea parte diſtentus; cuncta verò, quod ad ſummum pauimentorum euadatur, opere fornicео conſtructa, quæ immenſis deſuper luminatibus & occultis aditibus, inuicem in ſemet diſtinctis, vſum diuerſis miniſteriis & clandeſtinis officiis exhibebant. Iam verò in ſuperioribus extrema totius ambitus ſpacia occupant exedræ, paſtophoria: domuſque in excelſum porrectæ, in quibus vel æditui, vel hi quos appellabant ἁγνεύοντας, id eſt qui ſe caſtificant, commanere ſoliti erant. Porticus quoque poſt hæc omnem ambitum quadratis ordinibus diſtinctæ intrinſecus circumibat. In medio totius ſpacij ædes erat, pretioſis

A pretioſi edita c[illegible] manuoi[illegible] u ampli magnificéque conſtructa. In hac [illegible] S[illegible] erat [illegible] vaſtum vt dextr[illegible] pariet[illegible] quod monſtrum ex omnibus g[illegible] que compoſitum ferebatur. Inte[illegible] is primò aureis veſtiti, ſuper has argen[illegible] habebant: quæ munimento pretioſioribus metall[illegible] fo[illegible]. De cuius origine diuerſa fuit opinio paganorum. Alij Iouem putant, cuius capiti modius ſuperpoſitus: vel quia cum menſura modóque cuncta indicet, moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præbeti. Alij virtutem Nili fluminis, cuius Ægyptus opibus & fœcunditate paſcitur. Quidam in honorem Ioſephi patriarchæ formatum perhibent ſimulacrum, ob diuiſionem frumenti, qua famis tempore ſubuenit Ægyptiis. Alij repertum in hiſtoriis Græcorum veteribus ferunt, Apin quemdam patrem-familias ſeu regem in Ægypto Memphis poſitum, cum famis tempore frumenta apud Alexandriam defeciſſent, ex proprio affatim ciuibus alimenta præbuiſſe. Quo defuncto, in honorem eius inſtituerint, apud Memphis templum,
B in quo bos quaſi indicium optimi agricolæ nutritur, habens quædam coloris inſignia, qui ex nomine eius Apis appellatur: σορὸν verò, id eſt, ſepulcrum, in quo corpus eius inerat, Alexandriam deduxerint: & ſoron Apis primò ex compoſitione Sorapin, poſt verò per corruptionem Serapin nominarint.

Germani.

Vindelici idolum Fortunæ certo loco collocabant, cornúque mulſo plenum dextræ eius apponebant. Prid. Calend. Decembris accubantes menſis, in communi prægustabant. Etſi cornu repletum inueniſſent, vberem ſequenti anno rerum prouentum ſibi cum magno applauſu pollicebantur: ſin minus, gemebant. *Vincentius lib. 25. cap. 18.*

Vandalis Luſatiam incolentibus, erat idolum, Flins nomine, qua voce ſilicem appellant Saxones, ſilici prægrandi impoſitum eam, quia mortis imago pingi ſolet, formam præ ſe ferens: ſed longo pallio tectum, manu geſtans baculum cum tumente ſuis veſica. At ſiniſtro humero leo inſidebat, per quem tandem à mortuis ſe excitandos credebant barbari. *Chron. Sax. Germanicum.*

In arce H[illegible]yzburg Saxones coluere idolum Crodo. Saturnum dixere Latini. Erat ſenex, qui ſtabat in piſce, quem
C Per[illegible]cum vocant: & tenebat rotam & vrnam. Rota vnionem populi, & vrna rerum abundantiam ſignificabat. *Crantzius in Saxon. lib. 2. c. 12. & in Metrop. lib. 1. cap. 3.* Ab iiſdem in arce Magdeburg aliud idolum colebatur. Stabat in curru onda fœmina, myrteâ caput cincta coronâ, ardentem faculam geſtans in pectore, in dextra mundi figuram, in ſiniſtra verò mala aurea tria præferebat. Poſt eam tres puellæ, Charites Græci, Latini Gratias dixere, nexis manibus nudæ ſingula poma geſtabant, aduerſis inuicem vultibus dona porrigentes. Iugales quadrigæ erant gemini cigni, totidémque columbæ. Venerem hac imagine figurabat gentilitas. *Crantzius ibid.*

Simulacrum Hermanſul in Veſtphalia Heroburgi, ſeu in caſtro Hermopoli, vt appellat Greg. Turonenſis, à Saxonibus cultum, deſcribit *Crantz. in Sax. lib. 2. cap. 9.* Erat armati toto corpore effigies, cuius in dextera ſignum militare, noſtri ve[illegible]um vocant, præferens roſam: cuius vt breue momentum, & facilis ortus & interitus, ita euentus præliorum. In ſiniſtra libram expandit, dubiam pugnantium ſortem, facilè huc aut
C illuc inclinantem. Pectus inerme vrſum præferebat, internum bellatorum animum inſinuans. In clypeo leo, qui beſtiis imperitat, inuictum ad fortia facta impetum monſtrat. Floribus conſito campo, in quo ſtabat: quod nihil iucundius ſolet videri fortibus, quam in acie virtutem oſtendere. Originem iſtius nominis alij aliunde ducunt. Quidam Romanæ ſuperſtitionis per Druſum & Germanicum communicatæ ſuperſtitione ab Hermete, id eſt, Mercurio: alij ab Hera Iunone, alij à Marte putant ſic dici, hodie Mesborg: alij *Iedermans ſul*, quaſi commune profugium & aſylum omnium: & Martem communem qui in prælio diu vagatur incertus, diu dubius quò portet victoriam. Repertum eſt diu poſt in loco Corbeia ſimulacrum cum inſcriptione hac, Dux ego gentis Saxonum, victoriam certam polliceor venerantibus. Sed *Auentinus* ab Hermione Germanorum rege, Hermanſal, quaſi Hermanni aula, & nomen & idololatriam illam eſſe veriſimiliter exiſtimat, *lib. 1. Annal.* De loco verò an Mesburgi ad Lippam, vt *Regino* & alij Gallicani ſcriptores, an verò Mersburgi ad Salam, ſimulacrum illud fuerit, dubitat *Crantzius.*

Sclaui

Præ[illegible] populi [illegible]d[illegible] Bal[illegible]ibus, Ru[illegible] Suantou[illegible] is fanum, [illegible] ipſiq[illegible] ſtatua in [illegible] poſt A[illegible] De eo *Saxo Gram[illegible] lib. 14. hiſtor.* *Danorum* Ing[illegible] e ſimulacrum, q[illegible] capitibus; [illegible] quibus duo pectus, totidémque [illegible] tergum [illegible]icere [illegible] Cæterum tam ante quàm retro col[illegible]atorum vnum dextrorſum, alterum læuorſum aciem dirigebat. Raſa barba, crines attonſi, Rugianorum ritu. In dextra, cornu vario metalli genere excultum geſtabat, quod ſacerdos, annuatim mero perfundere conſueuerat; ex ipſo liquoris habitu ſeque anni copias proſpecturus. Læua arcum reflexo in latus brachio figurabat. Tunica ad tibias promi-nens. Poſtes humo contigui, eorum baſi intra ſolum latente. Haud procul frænum ac ſella ſimulachri, complutáque diuinitatis inſignia. Quorum admirationem conſpicuæ grandi-tatis enſis augebat, cuius vaginam ac capulum, præter excellentem cælaturæ decorem, exterior argenti ſpecies commendabat. Hæc ille. Diu ſuperſtitio eiuſdem ſimulacri etiam inter
F Boëmos viguit, donec Venceſlaus Princeps Boëmiæ, impetratis ab Othone Cæſare D. Viti reliquiis religionem mutauit. At ne ſic quidem memoriam Suantouiti delere ex mente Boëmorum quiuit: quippe nunc quoque nullam magis ſolemnem Boëmi ſalutationem habent, quàm eam, quæ fit ſub Viti nomine: excepturi enim vel hoſpitem, vel amicum, vel intimum quemquam, peregrè aduenientem, Vitei Vitei ingeminant, velut ſoſpitati, à Suantouito conceſſæ congratulantes: quandoquidem ita euenit, vt peſte inter vicinos increbreſcente, ipſi duntaxat, qui Suantouitum colebant, à contagio integri & incolumes permanſerint. *Dubrau. lib. 1.*

Apud Rugianos vrbs Carentia trium deorum priuatorum ædificiis inſignis erat. Maius fanum veſtibuli ſui medio continebatur: ſed ambo parietum loco purpura claudebantur, tecti faſtigio ſolis duntaxat columnis impoſito. In templo ex quercu factum ſimulacrum erat quod Regæuitum vocabant, deforme, in cuius capite ſeptem humanæ ſimilitudinis facies conſedere, quæ omnes vnius verticis ſuperficie claude-
G bantur. Totidem quoque veros gladios cum vaginis vni cingulo appenſos eius lateri artifex conciliauerat. Octauum in dextera diſtrictum tenebat. Hunc pugno inſertum firmiſſimo nexu ferreus clauus adſtrinxerat, nec manui, niſi præciſæ, euelli poterat. Spiſſitudo illi ſupra humani corporis habitum erat, longitudo viri ſtaturam longè excedebat. Hoc numen perinde ac Martis viribus præditum, bellis præeſſe credebant incolebant. In proxima æde Porenuthum ſimulacrum colebatur, quinque capitibus inſtructum, ſed armis carens. Tertia ædes Porenutij idolo conſpicua fuit. Hæc ſtatua quatuor facies repræſentans, quintam pectori inſertam habebat, cuius frontem læua, mentum dextra tegebant. *Saxo lib. 14. Danica hiſtor. & Crantz. de Vandal. rebus lib. 5. cap. 12. & 13.*

Prone Aldenburgenſium Sclauorum idolum columnæ impoſitum ſtans, altera manu vomerem, quo innocentia probari ſolebat, altera verò haſtam cum vexillo tenebat: tempora corona redimita erant, aures prominentes, pedes ocreati, & ſub alterius calce tintinnabulum pendebat. Radegaſti apud Oboritos Mechelburga erat domicilium: pectus clypeus, cui nigrum bubali caput impreſſum erat, tegebat: manus ſecuri H militari armata, capiti auicula inſidebat. Siuua dea Polaborum altera manuum, quas tergo impoſitas gerebat, aureum malum, altera vuas virenti pampino adhærentes geſtabat: coma verò ad ſuras vſque dependebat. *Saxonia Chronicon.*

Triglas idolum triceps Stetinenſes coluerunt. Apud eoſdem & equus generoſus nigri coloris, qui magno ſtudio à quodam ſacerdotum curabatur, in pretio fuit, a quo in bellum ituri, rei euentum explorabant certa quadam ratione. Sacerdos, cui equi cura commiſſa erat, nouem haſtas, ſpatio vnius cubiti ab inuicem diſtantes, in terra diſponebat: ac tranſuerſum fræno equum ter ducebat reducebatque, ac ſi nullo pedum ad haſtam offendiſſet, felicis belli omen erat. *Auctor vita Othonis lib. 2. cap. 20. & 22.*

Moſchi, Ruſſi.

Diſtat Nouogradia magna Occidentem æſtiualem verſus à Moſcouia c x x. milliaribus, à Pſkouia xxxvi. ab Iuanouu Gorod & Vielikie Luki xl. In hac ciuitate erat olim quoddam idolum, Perun appellatum, eo in loco, vbi nunc eſt monaſterium, Perunski monaſter ab idolo eodem dictum.

A Hoc à N[illegible]uogrodenſibus adorabatur, habebat autem f[illegible] homini[illegible] lapidem ignitum manu tenen[illegible] ſim[illegible] Nam Perun Rutheuis & Polonis fulmen ſignificat. In h[illegible] laudem & hon[illegible] rem ignis ex qu[illegible] bo[illegible] qui perpetuò die noctuque arderet, conſtruebatur. Quod [illegible] negligentia mini ſtrorum, ad hoc officium obe[illegible]ndum deſignatorum, ignem extingui contingeret, tunc capi[illegible] pœna plectebantur. *Guagninus in deſcrip. Moſcouiæ.*

Tartari.

☞ *Vide paulò antè, E qua materia.*

In Obdoria regione, ad oſtia Obbi fluuij, eſt antiqoiſſimum idolum è lapide exciſum, quod Moſcouiós Zelota Baba, id eſt, aurea anus dicitur. Statua eſt mulieris vetulæ infantem in gremio tenentis, & alterum iuxta ſe infantem habentis, quem nepotem illius eſſe dicunt. Hoc idolum ab Obdorianis Inhriſcis & Vobuliſcis, aliiſque conterminis gentibus colitur, præſtantiſſimáſque & maximi precij pelles Zebellinas ei offerunt, ceruos quoque ſelectiores mactant, eorum ſanguineos, oculos, & reliqua ſimulacri membra perungunt. Inteſtina cruda ſacrificii deuotant. Inter ſacrificandum ſacerdos idolum conſulit, quid faciendom, quóve migrandum ſit. B Dicuntur etiam in montibus vicinis ſonitus perpetuò audiri, in modum clangorum tubarum. *Alexand. Guagninus in deſcriptione Moſcouiæ, Crantzius in Vandalia, Olaus lib. 3. cap. 1.*

MONS QVO COLVNTVR.

Quoad Κλῆσιν, Simulacra.

Facta.

Græci colont ſtatuas deorum διοπετεῖς, id eſt, à Ioue miſſas. Sic enim, quò terrorem omnibus incutiant, eas ſtatuas vocant, quaſi omni humano artificio & ſumptu præſtantiores eámque famam ſpargunt, ſtatuariis vel relegatis, vel occiſis, ne eas manu factas dicunt. *Suid. in voce διοπετής.*

Adducta.

Herculis ſimulacrum rati inſertum è Tyro mari delatum, incerta de cauſa, vt memorant Erythræi Iones. Ea naui primùm ad Heram, quæ è portu Erythræorum Chion ſoluentibus propemodum media eſt, delata, cùm iam terram attigiſſet, conſpecto ſigno, ſommis viribus Iones & Chij certatim ad ſe illud C pertrahere conati fuêre, ſed fruſtra. Donec cuiuſdam Erithræi Phormionis, piſcatoris cæci, ſomnio moniti ſunt, oportere Erythræorum fœminas comas tondere: è capillo earum ſi viri funes contexuiſſent, non difficulter quò vellent ratem pertracturos. Id cùm ciues fœminæ recuſarent è Thracia Mulieres, quæ voluntaria ſeruitute, ingenuæ ortu cùm eſſent, victum ſibi apud Erythræos quæritabant, ſe tondendas præbuerunt. Quare iam rate potiti Erythræi edixerunt, ſolis è Thraciá mulieribus in Herculis fanum introire vt liceret. *Pauſanias in Achaicis.*

SCIPIO Naſica Iodleatus vir optimos non tantum priuato teſtimonio, ſed totius ſenatus ſacramento, ſolus dignus iudicatus eſt, vt Matris deûm ſimulacrum Peſſinonte aduectum deduceret, exciperet, templum magnificè ſtrueret, eiúſque cultui ſacerdotes dedicaret. *Liuius lib. 9. Dec. 3. Valer. lib. 8. c. 16. Ouid. lib. 5. Faſtorum, Sillius lib. 17. Solin. c. 7. Polyhiſtoria.*

Quoad σωματικῶ.

METELLVS Pontifex per medias flammas Palladium ſeruauit. *Vide Tit. Pietatis præmia humana ethnicorum.*

D Quoad χρῆσιν. Simulacra culta.

Sacrificiis.

Sinarum incolæ ſuffito tantùm & odoribus idola, quæ apud ſe habent, venerantur. Ad rem quamlibet auſpicandam oracula per ſortes exquirunt: ex ſi triſtes ducantur, idola tum vapulant. *Ioan. Metellus.*

Ornatu.

PTOLAMÆVS rex Rem diuinam facturus, deos ſemper quos ſibi conciliare vellet, helichryſo coronaſſe dicitur. *Alex lib. 4. cap. 17.*

Cor laribus quod propriè Præſtites vocant Rom. aſſiſtebat canis, atque iſti ſagis ex pellibus caninis veſtiuntur? An præſtites, quaſi antiſtites ſunt & præſides. Præſides autem domus cuſtodes eſſe decet, formidabiléſque, vt eſt canis, alienis blandos, miréſque domeſticis. An ponos, qood Romani nonnulli aiont, eſt verum, atque vt opinio eſt Chryſippi philoſophi mala dæmonia vagari, quibus dij aduerſus flagitioſos & iniuſtos publicis vtuntur tortoribus, & vindicibus: ita lares furioſi quidem ſunt & vltores dæmones, obſeruatores ta-

E n[illegible] & familiarium. Vnde etiam nunc tergis ami[illegible] anéque habent aſſeſſorem, vt ſagaces ad inueſtigan[illegible] & multandum improbos. *Plut. in quæſt. Rom.*

Pompa.

FVRIVS Bibaculus circa ſecundum bellum Punicum prætor à patre ſuo collegij Saliorum magiſtro iuſſus, ſex Lictoribus præcedentibus arma ancilia tulit: quamuis vacationem huius officij, honoris beneficio haberet. Omnia namque poſt religionem ponenda ſemper Romana ciuitas duxit, etiam in quibus ſummæ maieſtatis conſpici decus voluit. Quapropter non dubitauerunt ſacris Imperia ſeruire: ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi diuinæ potentiæ benè atque conſtanter fuiſſent famulata. *Valent. lib. 5. cap. 1.*

Stupro.

Alexandriæ ſimulacrum Saturni religioſiſſimè colebatur: cuius ſacerdos, Tyrannus nomine, matronas eius ciuitatis quas elegiſſet, tanquam à Deo accitas, noctu ad ſimulacrum ducebat, ibique extinctis, repente luminibus cum eis rem habebat. Sic Tyrannus commonis adulter libidinem explebat, Dei mentitus perſonam. *Ruffin. lib. 11. Eccleſiaſt. hiſt.* F

MONVMENTA, SEPVLCRA CVLTA.

☞ *Ex loco Mortuorum cultus huc quædam, quatenus ſepulcra propter mortuos coluntur.*

Thebis extat Zethi & Amphionis commune monimentum terræ non ſanè magnus tumulus. Ex eo qui Tithoream Phocenſium incolunt, terram ſurripere magnopere ſtudent. Eo verò id agunt tempore, cùm ſol Taurum permeat. Tunc ſi amotam ex eo tumulo terram iniecerint, ager ſuus Tithorenſibus fœcundior redditur: Thebanis longè ſecus. Quare per eos dies diligenter ſepulcrum cuſtodiunt. Id ita eſſe ex vaticidicis Bacidis carminibus perſuaſum eſt vtrique vrbi. *Pauſan. in Bœot.*

DONARIORVM CVLTVS

RELIGIOSVS.

☞ *Ex loco ſuperſtitionis huc quædam, transferuntur exempla.*

ETHNICORVM RELIGIO CONSIDERATA

reſpectu Inſtrumenti per quod colitur. G

IN GENERE.

Princeps deus tribus colitur, adoratione, thuris ſacrificio, hymnis. Et id vtique ter, ex totidem hemiſphærij punctis, mane, veſpere, meridie. Proinde legibus ſanciti pleriſque nouimus, exortum ab adorantibus ſpectandum, quod eſt Pythagoricis obſeruatum, nec ſpreuit Chriſtiana veritas. Triſmegiſtus ad meridiem conuerſus, id ipſum obibat: Moſes Iudæique, ad occidua. Ratio inde promi poteſt, quòd ab oriente motus eſt diurnus: at planetæ, quos eſſe Ptolemæi doctrina ſtatuit, velut cœleſtium ſignorum animas, ab occaſu vertiginis ſumunt initia: ſed viuificum lumen à meridie per circuli redit obliquitatem. Adoratio, reuerentiæ cultum exhibet. Thus, ſuauiſſimæ cognitionis diuinæ diſtributionem complectitur. Hymnorum iocunditas cœlorum refert concentum, vt Pythagorici ſanciunt, nec tacuit Mercurius: vel ſubſtantiarum harmoniam ſeparatarum in laude intellectuali, vt Peripatetici. *Cælius libr. 22. cap. 9. Antiquarum Lectionum.*

IN SPECIE HVC PERTINENT H

Ethnicorum.

VOTA.

Ponti & Perſarum regum vouendi mos erat, vt in excelſis iugis, & ſummo vertice montium pyram conſtruerent, alterámque deſuper breuiorem: ipſéque ad pyram ligna rex inferat primus, Iouiſque militari lac & mel inſpergat: & poſteaquam vinum, mel & odores infuderit, velut propitiato deo, vota enunciet: pulmentóque præparato, quod aſtantibus datur, pyræ ignem inferat: quo incendio æſtuante aere, vix illuc accedere permittitur. *Alex lib. 3. cap. 22.*

Votum à Ducibus exercitus Vulcano factum de ſpoliis hoſtium ita ſoluebatur, vt fuſis fugatiſque hoſtibus, ſcuta, gladios & arma, ſpoliáque nonnunquam bellorum machinas, currúſque & inutiles naues, vno in loco aggerant, pyráque extructa, circumſtante populo frequentiſſimo exercitu, velut diſpoſita acie, dux more patrio diſcinctus, Vulcano, Marti & Palladi incendat: ipſéque dux indutus purpuram primus ardentem faciem ſumere, ambáſque manus in cœlum tendere, deinde in pyram ſummittere debeat, toto circum exercitu occultante,

A & percuſſis armis p[illegible] edente p[illegible] a[illegible]e & arma[illegible] x ſt[illegible] & rem diuinam [illegible] it. Tame.[illegible] non ca[illegible] belli more cremar[illegible] a legan[illegible]. *Alex. lib.* [illegible]

PRECES, SVPPLICATIONES, CVR SVSCIPIANTVR. CAVSA SV[illegible]

Boni impetrandi.

Scipio Africanus poſterior, Cenſor, cùm luſtrum conderet, inque ſolito ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis, ſolenni eius precationis carmine præiret, quo dij immortales, vt P.R. res meliores amplioréſque facerent, rogabantur: Satis, inquit, bonæ ac magnæ ſunt. Itaque precor, vt eas perpetuò incolumes ſeruent. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari iuſſit. Qua votorum verecundia deinceps Cenſores in condendis luſtris vſi ſunt. *Valer. lib.* [illegible] *c.* [illegible]

Boni Impetrati Gratias agendo.

Victoribus bello viris, ob res feliciter ductu eorum geſtas (in quibus grates diis agebant, mulieréſque eximios cultus, viri prætextas atque ampliſſima ornamenta ſumebant) à ſenatu Rom. maximi muneris loco ſæpe tributæ ſunt ſupplica-
B tiones, modò plurium dierum modò paucorum, prout magnificè geſta, & proſperi ſucceſſus poſtulabant. C. Iulio Cæſari in expeditione Gallica, contra quos multiplici clade dimicatum eſt, ob claras pugnas quindecim dierum ſupplicatio decreta fuit. Et D. Brutus ob profligatum Antonium bello Mutinenſi) quod antea contigit nulli) quinquaginta dierum ſupplicationes meruit, Cicero quoque in ſenatu C. Octauio ob res feliciter geſtas, per omnia templa phanaque pariter quinquaginta dierum ſupplicationes decreuit. In quibus grandes natu matres manibus amplexæ, & viri ſemotim coronati procedere, & cum bonis precationibus fauſtis omnibus ad templa conuenire, & diis gratias agere ſolebant. In his quoque præcipuè ciues lætari, quod vitulari dixère, delubra patere, aras ſacrificiis fumare, honoreque ac donis cumulari, nonnunquam vinum & thus publicè dari legimus. Fuitque ſupplicatio aliquando prærogatiua triumphi: nam quibus ob res bene geſtas ſupplicationes decretæ ſunt, haud multo poſt feliciter confectis bellis, à ſenatu ſpecioſos triumphos
C datos comperimus. *Alex. lib. 3. c. 30.*

Mali deprecandi, auertendi.

Si terra ingenti concuſſa motu, aut vrbs agriue contremiſcerent, ſæpius ſupplicationem in triduum decreuère Rom. Nomen dei cui ſacrum fieret ſupprimebant, quòd cùm telluris motorem certum deum, qui eam vim haberet, veteres non dignoſcerent, illum qui huic rei præeſſet, nuncupare pontificales vetabant libri: & ne ancipiti æſtimatione ferrentur, aliúmque pro alio deo colerent aut non offenſum numen placarent, ſatius duxere, dei nomen cui ſacra fierent, ſupprimere, quam illum fruſtra ac perperam nominare. *Alex. lib. 5. c. 30.*

Pro quibus ſuſcipiantur.

Romani ſacerdotes in omni precatione, cùm vota conciperent, ſimul etiam ſenatui & Quiritibus bona precabantur: neque fas erat in ſolenni prece ſine altero alterum nominare: ſicut Atenienſes vt refert Theopompus) quum vota diis effunderent, Chiis & ſibi proſpera precabantur, & in Panegyris, quæ ſingulis quinquenniis fiebant, per præconem ſibi & Platæenſibus bona precari vſurpârunt. Deinde Philippo ſubirati, propter continuas clades & belli mala, decreto
D ſanxerunt vt quoties ſacerdotes proſpera Athenienſi populo ſociiſque & exercitui precabantur, toties Philippum, liberos, terreſtres naualéſque copias, atque omnem Macedoniam exitiali carmine & diris imprecationibus deteſtarentur, & Nero tamen dum Iſthmi opus auſpicatur, in præfationis carmine ſibi tantùm & populo Romano bona precatus fuit, diſſimulata ſenatus mentione *Alex. lib. 5. c. 30.*

Quomodo ſuſcipiantur.

☞ *Ex loco Sacrificiorum hinc Modus precum accommodetur.*

Romani in expugnandis vrbibus interdum deos euocabant tutelares, interdum verò vrbes deuouebant certis quibuſdam ſacris verbis. *In lib. 5. Rerum recõditarum Sammonici Sereni.* vtrumque carmen ſe reperiſſe *Macrobius* teſtatur, quod ille ſe in cuiuſdam Furij vetuſtiſſimo libro reperiſſe aſſerit. Eſt autem carmen huiuſmodi, quo dij euocãtur cum oppugnatione ciuitas cingitur: ſi Deus, ſi Dea eſt, cui populus ciuitáſque Carthaginenſis eſt in tutela, téque maximè ille, qui vrbis huius populique tutelam recepiſti, precor venerórque, veniámque à vobis peto vt vos populum ciuitatémq; Carthaginenſem deſeratis, loca, templa, ſacra vrbem que eorum E relinquatis, abſque his abeatis eíque populo ciuitatique metum, formidinem, obliuionem iniiciatis: proditique Romam ad me meoſque veniatis: noſtráque vobis loca, templa, ſacra vrbs acceptior probatiórque ſit: mihi quoque populóque Romano, militibuſque meis, præpoſiti ſitis vt ſciamus intelligamuſque. Si ita feceritis, voueo vobis templa, ludóſque facturum. In eadem verba hoſtias fieri oportet auctoritatémque videri extorum, vt ea promittant futura. Vrbes verò, exercitúſque ſic deuouentur, iam numinibus euocatis. Sed dictatores Imperatoréſque ſoli poſſunt deuouere, his verbis: Dis Pater ſiue Iouis [illegible], ſiue quo alio nomine fas eſt nominare, vt omnes illam vrbem Carthaginem, exercitúmque, quem ego me ſentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis: quique aduerſus legiones, exercitúmque noſtrum arma teláque ferent, vti vos eos exercitus, eos hoſtes, eóſque homines, vrbes agróſque eorum, & qui in his locis, regionibúſque, agris, vrbibúſque habitant abducatis, lumine ſupero priuetis: exercitúmque hoſtium, vrbes, agróſque eorum, quos me ſentio dicere, vti vos eas vrbes, agróſque capita, ætatéſque eorum de- F uotas conſecratáſque habeatis, illis legibus, quibus quandoque ſunt maximè hoſtes deuoti: eóſque ego vicarios pro me, fide, magiſtratúque meo, & pro populo Rom. exercitibus, legionibúſque noſtris do, deuoueo: vt me, meámque fidem imperiúmque, legiones exercitúmque noſtrum, qui in his rebus gerendis ſunt, bene ſaluos ſinatis eſſe. Si hæc ita faxitis, vt ego ſciam, ſentiam, intelligam tunc quiſquis votum hoc faxit, vbi faxit, rectè factum eſto, ouibus atris tribus, Tellus mater, téque Iupiter obteſtor. Cùm Tellurem dicit, manibus terram tangit: cùm Iouem dicit, manus ad cœlum tollit: cùm votum recipere dicit, manibus pectus tangit. In antiquitatibus autem hæc oppida inueni deuota, Stonios, Fregellas, Gabios, Veios, Fidenas inter Italiam: præterea Carthaginem & Corinthum. Sed & multos exercitus, oppidáque hoſtium Gallorum, Hiſpanorum, Afrorum Maurorum, aliarúmque gentium, quas priſci loquuntur Annales. *Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 9. Plin. lib. 28. cap. 2. ex Verrio Flacco* [illegible] ideirco occultatum, in cuius dei tutela Roma, eſſet, ne qui hoſtium ſimili G modo agerent: Arnobius verò contra Gentes nomen Dei Tolum fuiſſe ait, quod in arce caput Toli inuentum eſſet. Vnde Capitolium nomen traxit.

FLAGELLA. VVLNERA.

☞ *Vide infra. Sacrificiorum Materia, Sanguis.*

PROSTITVTIO.

Apud Babylonios, omnes mulieres indigenas oportet ſemel in vita, ad Veneris templum deſidentes, cum externis viris conſuetudinem habere. Multæ verò diuitiis tumentes, cùm ſui copiam aliis facere apertè nolint, vehiculis tamen cameratis ſubuectæ, pro templo conſiſtunt, relicta interim à tergo magna famulitij turba. Pleræque autem hunc in modum faciunt. Ad templum Veneris ſedent, coronis tempora reuinctæ: è quibus dum aliæ ſeorſum abeunt, aliæ ingrediuntur: nam tranſitus vndecunque ſic funiculis diſtincti, aditum præbent externis ad mulieres illas, quam cuique libuerit deligendam. Cùm ſemel illic conſederint, non priùs domum regrediuntur, quàm hoſpitium aliquis pecuniam mulieri in gremium iniecerit, & cum eadem à fano ſeorſum abducta rem H habuerit. Hoſpitem autem illum, qui pecuniam obtulit, dicere oportet: Tanti ego tibi deam Mylittam imploro. Mylittam enim Aſſyrij Venerem appellant. Pecuniam illam, quantulacunque ſit, non eſt fas reiicere, ſed in ſacrum conuertitur vſum. Neque mulieri licet hoſpitem aliquem repudiare: ſed quicunque ſit eſt qui pecuniã obiecerit primùm, hunc illa ſequitur citra delectum. Poſtremò vbi iam congreſſa fuerit cum externo mulier, dea expiata domum reuertitur, ac deinceps facilè cuilibet commiſcetur. Iam quæ forma ſunt elegantiore, citiùs expediuntur; quæ verò deformes, diutiùs coguntur deſidere pro templo, antequam legi ſatisfaciant. Fitque interdum, vt vno atque altero anno, aut etiam triennio, atque ampliùs, expectare oporteat miſeras. Alicubi, nempe in Cypro ſimilis quædam lex eſt. *Herod. lib. 1.*

CONVIVIA. LECTISTERNIA.

Ludis ſecularibus quos primus P. Valer. Publicola, qui cum Bruto conſul fuit feci, lectiſternium per trinoctium fuiſſe ait *Valerius lib. 2. & Cenſorinus de die Natali. L. Viues in lib. 3. Auguſt. de ciuitate Dei, c. 17.*

Liuius lib. 5. de ludis Secularibus ita ſcribit: Triſtè hyemem

A grauis peſtilens omnibus animalibus æſtas except. paul[illegible] te vrbem à Gallis captam, cuius inſanabilis [illegible] donec finis inueniebatur, libri Sybillini ex [illegible] aditi ſunt, duumuiri ſacris faciundis lectiſternio tunc primo facto per dies octo Apollinem, Latona que & Dian[am], Herculem, Mercurium atque Neptunum, tribus quam ampliſsimè tum apparari poterat, ſtratis lectis placauere. Priuatim quoque id ſacrum celebratum. Lectis enim antiqui cubantes epulabantur & deorum iræ placandæ cauſa, in templis conuiuia concelebrabantur tribus diis, Ioui, Iunoni, & Mineruæ, & ſimulactum Iouis in lectulo ponebantur, Iuno verò & Minerua in ſellis conſidebant: ſiquidem fœminæ cum viris cubantibus auctore Valerio, ſedentes cœnitabant.

MENSA QVOTIDIANA.

Tradit interpres Ariſtophanis in Pluto, templum Athenis fuiſſe τοῦ Διὸς σωτῆρος, quem eundem quidem ἐλευθέριον appellant. Eius mentionem facit *Athenæus in Dipnoſophiſtis, libro* 2. addens olim fuiſſe morem, vt cibis appoſitis mox vinum indilutum infunderetur: quo nimirum declararent, D quanta vis eſſet boni dei. Deinde cum ſuo quiſque arbitrio diluiſſet, nomen Iouis Seruatoris præfabantur: innuentes ita temperatum vinum tutò citràque noxam bibi. At idem *lib.* 11. propemodum docet, & poſt cœnam à lotis manibus inferri ſolere calicem Iouis Seruatoris, qui idem fuerit cum eo qui dictus eſt ἀγαθοῦ δαίμονος. Diphilum adducens anctorem, qui ſcripſerit in Sapphone:

Ἀρχίλοχε δέξαι τήνδε τὴν μετανιπτρίδα
Μεστὴν Διὸς σωτῆρος ἀγαθοῦ δαίμονος. Id eſt,
Archiloche ſumito hanc tibi metaniptridem,
Plenam Iouis Soteris optimi dei. Eraſm. in Adag.

Antiquitus, vt auctor eſt in Sympoſiacis Plutarchus, inter res ſacras habebatur & menſa quotidiana: proinde cibum ſumpturi diis conſecrabant τὰς ἀπαρχὰς, hoc eſt primitias: ac deinde non indecorè neque tumultuanter, ſed religione quadam ad conuiuium accedebant, lotis manibus, non aliter quam ad ſacrum epulum.

Vandali in conuiuiis & compotationibus ſuis pateram olim certis verbis conſecrabant, ſub nominibus deorum, boni ſcilicet atque mali: omnem proſperam fortunam à bono C deo, aduerſam à malo dirigi petentes. Malum deum lingua ſua Zeernebocb. hoc eſt nigrum deum, appellabant, *Crantzius lib.* 3. *Vandalic. cap.* 37.

CVLTVS CORPORIS.

Dodonei oraculi pontifices, pedibus ſemper illotis erant, & tanquam ſacroſancti ſuper nudam humum cubare cogun tur. *Alex. lib.* 2. *c.* 8.

VESTITVS.

Ægyptij laneas veſtes templis non inferebant. Ea propter Linigeri dicti. *Gyraldus Syntagmate* 17. *Deorũ gentiliũ hiſtoriæ.*

ETHNICORVM RELIGIO CONSIDERATA

RESPECTV FORMÆ PRIMARIÆ. Hue

FIDES.

☞ *De Diis variarum gentium opiniones, pete ex* Alex. lib. 6. cap. 26.

Brachmanes Indorum terna fila ab humero dextero in latus ſiniſtrum gerunt, vt deſignent trinam in natura diuina rationem. Credunt Deum in ſpecie humana latentem D terras ſubſtrauiſſe, vt humanum genus à teſte ſempiterna redimeret *Oſorius lib.* 2 *rerum Em.*

Tundi Iaponiorum Epiſcopi ſunt ac ſectarum Principes. Ex verò ſectæ ferè duodecim numero ſunt: quæ licet cultu & ſuperſtitionibus inter ſe multum differant, in tollenda tamen animorum immortalitate conſpirant. & quamuis plebi varia deorum nomina ad colendum proponant, ipſi tamen ſecum, præter ortum & interitum nihil eſſe conſtituunt. Ad hanc opinionem imis animi ſenſibus penitus infigendam commotiones eiciter bis mille & quingentas paratas habent. Quas qui diu multùmque ſecum perpenderit, omni tandem religione ſolutus, in illa cæcitate prorſus conquieſcit *Io. Metellus.*

DEVOTIO.

Bello Latino, cùm ex oraculo penes Rom. victoriam fore didiciſſet Coſſ. ſi eius cornu laborare cœpiſſet, ſeſe pro exercitu deuouiſſet: & iam læuum cornu, cui P. Decius præerat, laborare inciperet: Decius conſul ad M. Valerium conuerſus, Deorum (inquit) Valerij auxilio tes Romana indiget. Age nunc, Romano populo Pontifex præfars carmen, quo ciorum [illegible]

E [illegible] legionibus deuo[u]eam. Pontifex illi prætextam togæ [illegible] primo indu[ere] [illegible] capita, manu ſubter togam [illegible], ſuper [illegible] pedibus ſubiectas ſtantem [illegible] iuſſit: Iane pater, Mars, Quirine, Bellona, Lares, diui [illegible] & Indigetes, diui quorum eſt poteſtas noſtrorum, [illegible] vos precor, veneror, veniam peto, vti populi Romani Quiritium vim victoriámque proſperetis, hoſtéſque populi Romani terrore, formidine ac morte afficiatis. Ego ſicut verbis nuncupaui, ita pro Republica Quiritium, legiones, auxiliáque hoſtium mecum diis manibus deuoueo. Hæc ita precatus, lictores ire ad collegam iuſſit, ac nunciare, ſe iam deuotum eſſe (quod credo ideo factum ne caſu aliquo ille quoque ſe deuoueret, atque ita exercitus ducibus ſpoliatus, maius aliquod diſcrimen adiret) ipſe Gabino ritu cinctus, armatus in equum inſiliuit, ſéque in medios hoſtes immiſit, & Latinis & Romanis longè auguſtior humano, & quaſi cœlo demiſſus repente apparuit. Ita omnis terror pauorque cum illo in hoſtes delatus, Latinorum ſigna primò turbauit: mox tota acies perculſa quacunque ille equi impetu ferebatur, haud ſecus quam peſtifero aliquo ſidere icti hoſtes pauitabant. F Ad poſtremum eo cadente, conſternatæ Latinorum cohortes, fugam ea parte fecerunt. *Valerius Maximus lib.* 5. [c.] 6. *Liuius lib.* 8. *& Sabellicus lib.* 4. *Ennead.* 4

SACRIFICIA VNIVERSIM CONSIDERATA.

Quæ quibus instituta.

☞ *Hunc ordinem Lil. Gregorius Gyraldus in* Hiſt. Deorũ Gentilium *obſeruauit: item Natalis Comes in Mythologia ſua: cum quæ quorum deorum ſacra eſſent, per claſſes enarrarint.*

Conſule etiam Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 8.

Saturno.

☞ *Vide infrà Humana victima.*

In Ægypti regione ſacra Saturno facientes, vinculis ferreis ſeipſos includebant, comámque prolixiſſimam nutriebant, & viſtitum ſordidum & attritum gerebant: & quotidie ſuos naſos anulo includebant, & perforabant in honorem Saturni. *Epiphanius lib.* 3. *tomi ſecundi. de ſ. de catholica Eccleſia.*

Ioui.

G Boyphonia, feſtum apud Athenienſes perantiquum, quod poſt initia Cereris in memoriam veteris euentus celebrati dicunt. Nam in feſto Iouis ferunt tantum ſacras placentas deuoraſſe, paratas ad ſacrificium: quem Thaulon, quidem arrepta ſecuri, vt tradit Androtion, ſtatim interfecerit. *Suidas.* De eo ſic *Pauſanias in Atticis*: Athenis in Arce, in Polieo Iouis ara hordeum triticu permiſtum [illegible], neq; cuſtodes adhibent. Bos ad ſacrum comparata, dum ad aram accedit, fruges eas attingit. Ex ſacerdotibus, is quem Buphonum, id eſt, bouis peremptorem nominant ſecurim in illum iaculatus (hic enim ſacri ritus eſt) fugiens abit: Qui aſtiterunt tanquam eum qui bouem percuſſerit, non viderint, ſecurim in iudicium ream citant.

Mineruæ.

Ægyptij quotannis in honorem Mineruæ in Saim vrbem, ſacrificatum conuenientes, noctu ſub dio vniuerſi circum mœnia frequentes lucernas, αὐλάστα ollas profundiores, vt *Cælius lib.* 6. [c.] 18. *A. L.*) accendunt imbutas ſale & oleo plenas cum H multo lychno, quod tota ardeat nocte. Cui feſto nomen impoſitum eſt λυχνοκαΐα. Acceſſio lucernarum. Ad hunc conuentum quicunque Ægyptiorum non itiant, obſeruantes ſacrificij noctem, & ipſi lucernas accendunt cuncti: neque id in Sai modò, ſed etiam per vniuerſam Ægyptum. *Herod. lib.* 2.

Cereri.

Ceres ex Ioue Proſerpinam genuit, quam Pluto rapuit è Sicilia matérque eam quærens magnam orbis partem peragrauit: cùmque in Eleuſin vnum ex 12. oppidis Atticæ terræ veniſſet, hoſpitio à Celeo, qui tum ibi erat princeps, eſt excepta, aluitque dea Triptolemum recens ex Hyona Celeo natum, ſeu, vt Straboni placet, Ictiuo. Quiſquis ille fuerit tam Cereris amans, ſacra inſtituit magnis Cæremoniis, peragenda, quæ dicta ſunt Eleuſina, & deæ Eleuſinæ Ceres ac Proſerpina: & quia Ceres legum inuentrix habita eſt, Theſmophria: Eorum ritum deſcripſit enarrator Theocriti, de ſententia Thelyti Methymnæi ex Bacchicis carminibus. Cùm prius Eleuſinæ celebrarentur, ea primus Eumolpus, Deiopes & Triptolemi filius, ad Athenienſes detulit, vel, vt alij ſuos arbitrati quintus ab illo fuit Eumolpus. Alij verò dicunt Eumolpum ritum illum ſacrificij inueniſſe, quæ quotannis apud Eleuſinos agebantur in

A In honorem Cereris & Proſerpinæ. Quod verò illa fuerit cóſuetudo, vt idcirco Eumolpidæ ſacris Cereris initiarentur, eſſeutque eorum ſacrificiorum ſacerdotes teſtatur Sophocles, in Oedipode Coloneo. Herodotus tamen in Euterpe non à Triptolemo, aut ab aliquo Græcorum initium habuiſſe ſcribit, ſed ex Ægypto ad Pelaſgas mulieres primùm a Danai filiabus & ab Erechtheo rege fuiſſe delata. De illis *Clemens Alexandrinus in* προτρεπτικῷ ad Græcos citatus etiam ab *Euſebio in 2. Præparationis Euang. & Greg. Nazianzenus in ſermone feſti, Epiphaniorum, & Arnobius lib. 5.*

Vulcano.

Proteruia erant ſacra in honorem Vulcani inſtituta, in quibus niſi victima & quodcunque ſupereſt igni detur, ſacrificium populi putabatur. *Alex. lib. 3. cap. 12.*

Herculi.

Herculis ſolennium, quæ ad aram maximam Romæ iuxta Carmentalem portam & Forum boarium, in Capitolij faucibus fiebant, ritus, pete ea *Alex. lib. 2. cap. 14.*

Pani.

B Lupercalia inſtituta ab Euandro Arcadum rege, in honorem Panos, propter & Romulum & Remú nutritos à lupa in monte Auentino. Ea autem ſacra expiationis gratia inſtituta videntur. Celebrabantur enim ea ſacra, menſis Februarij atris diebus, quem expiatiuum interpretari quis poſſet, eam quoque diem februatam veteres appellabant. Ac videtur id ſolenne peruetuſtum Euandrum ex Arcadia allatum inſtituiſſe, & hoc vulgatior fama tenet. Poteſt etiam nomen ipſum à lupa dictum videri. Etenim ſolebant Lupercos inde curſum incipere, vbi Romulum expoſitum ferunt. Verùm eius, qui in his ſeruatur ſacrificiis mos, haud facilè cauſam coniectura aſſequi poſſumus. Iugulant enim capras, & duos ex nobili genere adoleſcentes ibi ſiſtunt, quorum alij frontes cultro ſanguine perfuſo tingunt, alij ſtatim lanam lacte madentem admouentes abſtergunt: oportet etiam abſterſos adoleſcentes ridere: deinde inciſis in corrigias caprarum pellibus diſcurrunt, & ſi qui obſtent ſcuticis cædunt. Mulieres adulta ætate vltrò ſe ad verbera offerunt, ratæ eam rem ad fœcunditatem conducere. Hæc *Plutarchus in Romulo, & Problematis.*

C

Veſtæ.

Veſtales Veſtæ caſta mola & ſale tuſo, in ollam fictilem miſſo, & mox in aquam iniecto, ſacra faciebant calicibuſque fictilibus, qui Cululli dicti ſunt, libabant. *Alex. ab Alex. l. 5. cap. 12.*

Fidei.

Solenne Fidei ſacrum, ſine cæde & ſanguine victimarum Numa inſtituit, eiq; albo panno velatos ſacra facere, & ad id ſacrum Flamines curru arcuato, manu ad digitos inuoluta vehi iuſſit, ſolenni pompa: magno argumento quo fidem tutandam & in dextris ſacratam ſanctamque oſtenderent: idque propterea aſſerunt, quòd dextra iuncta denarium numerum, qui ſacratiſſimus eſt efficiat. *Alex. lib. 2. cap. 22.*

Carnæ.

L. Iun. Brutus Carnæ deæ, quæ viſceribus humanis præeſſe & vitalia fouere credebatur, ſacra ſolennia & ſacrificia inſtituit, quæ à poſteris quoque ſtudioſè obſeruata ſunt, ad Calendas Iulij, in quibus pulte fabacea & lardo, abſque victima, ſacrificabant, quas quidem fabas, niſi poſt Iulias Calendas

D adultæ forent, ſacris adhibere non licebat, *Alex. ab. Alex. 2. cap. 22.*

Termino.

Terminalia ſacra, quòd Numa rex Ioui Terminali lapides ſacraſſet, terminoſque poſuiſſet in agris, quò vnuſquiſque ſuis finibus contentus eſſet. Romani poſtea eius pietatis monimenta diu ſeruarunt, Terminos ipſos deos vocantes, vt fidos agrorum finium cuſtodes, quibus ſacrificabant, non animal vllum immolantes (nam impium ducebant ſacros cruentare lapides (ſed liba fructuumque primitias offerentes. *Polydorus lib 4. de rerum inuentoribus.*

Terminalia menſe Februario fiebant. Ara Deo Termino ſtatuebatur à dominis vtrimque: ligna conciſa foco imponebantur: igni fruges caniſtro inſpergebantur: puella fauos porrigebat, alij vinum. *Ouidius 2. Faſtor.* Agnam & porcam ſacrificari tradit. Prudentius Terminum cingi faſciis ſolitum, & rogari pulmone Gallinæ ſcribit *Daleſcampius in Plinium libro 18. capite. 2.* Vetus lex eſt quam profert *Ioſeph. Scaliger in Feſtum.* QVEI TERMINVM EXARASSIT IPSVS ET BOVEIS SACRO SVNTO.

Manibus.

Conſule Tit. ἀπαθανάτων. *Illic Honoris hic Cadaueris, cui honor exhibetur, habetur ratio.*

Parentationes Græci ἐνάγισματα vocant, & quædam, ἔνατα, id eſt, nona, τριακάδας, id eſt, tricesimas. Sed & Necyſia, ac Geneſia. Nam Geneſia, inquit Ammonius, diem nuncupamus, quo quis fato eſt functus: ſicut Genethlia, quo eſt natus. *Cælius lib. 17. c. 21. Antiq. Lect.*

Libamina quædam in tumulum ad orientem aut occidentem conuerſi fundebant veteres. Erant autem, vt vult Lucianus, vinum & mulſum: vt Æſchylus in Perſis, mel, lac, vinum, oleum, aqua, & farina. Ea Græci χοάς, ἐναγίσματα, μειλικτήρια, χύτλα, μειλίγματα χυτλων, τῶν φθιμένων νερτέρα appellabant quibus ad ſepulchrum elici atque euocari manes credebat cæca antiquitas. Rem ediſſerit *Nicephorus Gregoras*: μέλι διὰ τὸ ἀντίπαλον τῆς τοῦ θανάτου πικρότητος γάλα δὲ διὰ τὸ μέλαν τοῦ ... οἶνον δὲ, διὰ τὴν αὐτῶν ὑλικὸν, διὰ τὸ ἐκ τεσσάρων στοιχείων συγκεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον *Porphyrius*: ... τὸ μέλας καὶ θανάτου σύμβολον· διὸ καὶ μέλανας ... τοῖς χθονίοις θύουσι, *Brolcus in Epigr. 3.*

E

Apud Albanos, manibus defunctorum parentare, aut iuſta perſoluere, nulli permittitur, eò quod defunctos nulla ope humana egere putabant.

F

In inſula, quæ Abalos dicitur, ſi quando homo merſus in flumen non appareret amplius, centum annis funus illi faciebant, & manes ita expiabant. Ægyptij, dum manibus defunctorum parentant, poſt preces oppleti lacrymis, tumulum amplexantur & coronant. *Alex. lib. 5. cap. 56.*

Græci paucis à morte diebus, feralia litabant defunctis obſequia: obſeruatumque, vt reliquo corpore combuſto, pleruinque digitum membrumve, aut crines ſe ponerent, quibus tanquam cadauere iuſta perſoluerent & parentarent. *Alex. l. 5. cap. 26.* Mortuo principe, aut quouis alio magnæ auctoritatis viro, duodecim hoſtes velut victimæ occidebantur: quemadmodum quoſdam Troianorum Patroclo contumulauit Achilles.

Iidem in Pandemis, hoc eſt, popularibus diebus, deferebant ad monumenta mortuorum cibos ac potus: & edulia quidem prorſus exurebant, ſed vina libabant, & nomina ſepultorum

mortuorum proferentes acclamabant: Surge tu, comede, & bibe, & lætare. *Epiphanius in Ancorato.* G

Argiuorum inſtitutum fuit, vt defuncti affines ſtatim ab exceſſu Apollini ſacrificent, & trigeſimo pòſt die Mercurio, Apollinisque ſacerdoti hordeum dent, ignemque extinguant, & rurſus accendant, &c. *Alex. lib. 3. cap. 7.*

Delphi apud aram Epitymbiæ Veneris manes euocabant, & defunctis parentabant. Iidem cùm Pyrrhi tumulum nullo honore antea coluiſſent, poſtea cum didiciſſent illum contra Gallos prò Delphis adfuiſſe, Pyrrhi manibus in poſterum parentarunt. *Alex. lib. 5. cap. 26.*

Delij pueri & puellæ, Hyperboreis virginibus vita functis, tonſis crinibus parentaſſe dicuntur: quos fuſis inuolutos, ſupra illarum monumentum puellæ deponunt, pueri verò in ſepulchris.

Apud Platæenſes manibus peremptorum ciuium dabantur inferiæ: & præcedente tibicine, vehicula multa lauro & myrto fuſca cum coronis ſequebantur: mox lactis vini & olei libationes ſuccedebant facto ſacrificio manes aduocantur, & his poculo propinatur. Hoc modo defunctos, expiari putabant. *Alex. lib. 5. cap. 56.* H

Ad Terei ſepulchrum ſi qui parentant aut immolant, hordei loco calculis vtuntur. *Ibidem.*

Fiebat olim ſacrificium pro mortuis, nono die, quo quis ſepultus fuiſſet, quod dicebatur Nouendiale. *Horat. in Epodo, Nouendiales diſſipare pulueres.* Item ludi qui in honorem mortuorum celebrabantur, nouendiales nuncupabantur. Teſtatur, *Idem Seruius ſuper 5. Æneidos,* enarrans illud.

Præterea ſi nona dierum mortalibus almum.
Aurora extulerit.

Vbi ait, apud maiores modum fuiſſe, vt vbicunque quiſpiam extinctus fuiſſet, ad domum ſuam referretur, octauo die incenderetur, nono ſepeliretur. Donatus quoque in commentario Phormionis dicit, in funere nonum diem voti habere inſtaurationem, *Polydorus.*

Sacra facturi, pares victimas eaſque ſiniſtra manu immolabant: & cùm manes expiandi erant, pocula libabant, rogumque vino, aut ſepulchrum, conuerſa manu inſpergebant: nigras hoſtias

A hoſtias immolabant, vina effundebant, vaſa in ignem mittebant, viſcera igni adponebant, oleoque [illegible] pergebant. *Alex. lib. 5. cap. 25.*

Romani cùm diis inferis immolant, pecudum ſpirantem cruorem effoſſam terram emittunt, vinum quoque, lac, & mel vna infundunt, viſceraque cæſæ victimæ ter circum aras ducunt, igne accenſo. *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 25.*

Iidem floribus ornare ſepulchrum, ſacrificio atque epulo defunctis parentare ſolent, nonnunquam thure & mero ſupplicare ſine tibicine. Pecude cæſis fuit tam ara, quam noua parentatio conſtituta. *Alex. lib. 5. cap. 46.*

Traianus Imperator, in ea domo, in qua Alexander Macedo morte ſublatus fuit, eius manibus parentaſſe, & ſacrum fecisse dicitur. *Idem.*

A QVIBVS CELEBRATA. Puta.

A Perſis.

Perſæ ſacrificant in loco mundo cum imprecationibus, & coronatam hoſtiam ſtatuunt. Cùm verò magus, qui ſacrificio præeſt, membratim carnes in quemque diuiſerit, abeunt
B nulla parte diis relicta. Dicunt enim Deum nihil velle præter hoſtiæ animam. Nonnulli (vt fertur) præcordiorum partem igni imponunt. Præcipuè igni & aquæ ſacrificant, igni arida ligna imponentes, adempto cortice, & aruina ſuper iniecta: deinde infuſo oleo, ſuccendunt, non inſpirantes, ſed ventilantes. Quòd ſi quis inſpirarit, aut mortuum quicquam cœnumve in ignem immiſerit, morte plectitur. Aquæ ſacra peragunt hoc modo: In lacum vel flumen vel ſontem venientes, ſcrobem faciunt, ibique hoſtiam iugulant, cauentes ne quid proximæ aquæ ſanguine contingatur, tanquam omnia polluturi. Poſtea carnibus ſuper myrto, laurove impoſitis, eas magis ſubtilibus virgis comburunt: & factis imprecationibus quibuſdam, oleum lacte ac melle mixtum inſpergunt, non in ignem, nec in aquam, ſed in terram. Imprecationes per multum tempus faciunt, faſciculum virgarum myricinarum tenuium tenentes. *Strabo lib. 15.*

Ab Ægyptiis.

Ægyptij pecudem (quæ terra ſigillari anulo impreſſa, cornibusque affixa cum cannabe, munda eſſe denotatur) ad aram adducta, pyram incendunt. Deinde ſupra pecudem libato contra
C templum, vino deóque inuocato, eam mactant: mactatæ caput amputant, illudque diris execratum verbis (vt ſi quid vel immolantibus, vel vniuerſæ Ægypto malum futurum ſit, id in caput iſtud conuertatur, vel Græcis mercatoribus, ſi qui adſint, vendunt, vel in flumen abiiciunt. *Herod. l. 2.*

A Scythis.

Apud Scythas ſacrificium in omnibus templis eodem modo eſt inſtitutum. Nam victima primoribus implicita pedibus ſiſtitur, cuius à tergo ſtans, immolator, amota in primis inſula, pecudem ferit: itáque concidente deam inuocat, cui illam mactat: deinde circumdat laqueum collo, tum iniecto baculo circunducit, hoſtiamque ſtrangulat, non incenſo igne, non votis nuncupatis, non ſumptis libamẽtis, ſed vbi pecudem ſtrangulauit, eique pellem detraxit, ad cocturam ſe conuertit. Verùm cùm Scythica regio lignorum ſit admodum inops, hoc ab illis ad carnem coquendam excogitatum eſt. Vbi victimam pelle denudarunt, denudant quoque oſſa carnibus: dehinc illas in lebetes eius gentis Lesbiis crateribus aſſimiles
D (niſi quòd ſunt multo capaciores) iniiciunt, & ſubiectis atque ſuccenſis oſſibus hoſtiarum coquunt. Si autem non adfuerit lebes, omnes carnes hoſtiarum in aluos illatum coniiciunt, & cum aqua commiſcent, atque oſſa ſuccendunt. Quibus pulcherrimè ardentibus, & aluis facile capiẽtibus carnes oſſibus ſeparatas: ita ſit, vti bos ſe ipſe coquat, & item cætera pecora immolata, per ſemetipſum quodque elixum fit. Coctis carnibus, is qui immolauit, earum atque inteſtinorum libamenta ante ſe porricit. Immolant autem cùm alia pecora, tum præcipuè equos, *Herodotus lib. 4.*

A Sclauis.

Rugiani inſulani in ciuitate Arcone, Soantouito ſuo ſemel quotannis poſt lectas fruges ſolenne epulum religionis nomine celebrabant. Huius ſacerdos, præter communem patriæ ritum barbæ comæque prolixitate ſpectandus, pridie quàm rem diuinam faceret, ſacellum (quod ei ſoli intrare fas erat) adhibito ſcoparum vſu, diligentiſſimè purgare ſolebat, obſeruato, ne intra ædem halitum funderet. Reſpirandi cauſa & anhelitum captabat, ac ad ianuam procurrebat, ne dei præ[illegible] mortalis ſpiritus contagio pollueretur. Poſtero die populo præ foribus excubante, detractum ſimulachro poculum [illegible] ſpeculatus, ſi quid ex indito liquoris menſura ſubtractum fuiſſet, ad ſequentis anni inopiam pertinere putabat. [illegible] annotato, præſentes fruges in poſtremum tempus aſſeruari iubebat. Si nihil ea conſuetæ fœcunditatis habitu diminutum vidiſſet, venturam agrorum vbertatis tempora prædicabat. Iuxta quod auſpicium, inſtantis anni copiis nunc parcius: nunc profuſius vtendum monebat. Veteri deinde mero ad pedes ſimulachri libamẽti nomine defuſo, vacuefactum poculũ recenti imbuit, ſimulatoque propinandi officio, ſtatuam venerans, cum ſibi tum patriæ bona, ciuibuſque opum ac victoriarum incrementa ſolennium verborum nuncupatione poſcebat. Qua finita, admotum ori poculum nimia bibendi celeritate continuo hauſtu ſiccauit, repletúmque mero, ſimulacri dexteræ reſtituit. Placenta quoque mulſo confecta, rotundæ formæ, granditatis vero tantæ, vt penè hominis ſtaturam æquaret, ſacrificio admouebatur. Quam ſacerdos ſibi ac
F populo medium interponens, an à Rugianis cerneretur, percontari ſolebat. Quibus illam è ſe videri reſpondentibus, ne poſt annum ab iiſdem cerni poſſet, optabat. Quo precationis more non ſuum aut populi fatum, ſed futura meſſis incrementa poſcebat. Conſequenter ſub ſimulachri nomine præſentem turbam conſalutabat, eámque diutius ad huius numinis venerationem ſedulo ſacrificij ritu peragendam hortatus, certiſſimum cultus præmium, terra marique victoriam promittebat. His ita peractis, reliquum diei pleni luxuriæ epulis exigentes, ipſas ſacrificij dapes in vſum conuiuij & gulæ nutrimenta vertere. In quo epulo ſobrietatem violare, pium æſtimatum eſt: ſeruare, nefas habitum. Nummus ab vnoquoque mare vel femina annuatim, in huius ſimulacri cultum, doni nomine pendebatur. Eidem quoque ſpoliorum ac prædarum pars tertia deputabatur, perinde atque eius præſidio parta obtentáque fuiſſet. Hoc quoque numen trecentos equos deſcriptos, totidemque ſatellites in eis militantes habebat: quorum omne lucrum: ſeu armis ſeu furto quæſitum ſacerdotis cuſtodiæ ſubdebatur: qui ex earum rerum manubiis, diuerſi generis inſignia ac varia templorum ornamenta conſtabat, eáſque obſeratis arcarum clauſtris mandabat, in quibus præter abundantem pecuniam; multa purpura vetuſtate exeſa congeſta
G fuerat. Hanc ſtatuam totius Sclauiæ penſionibus cultam, finitimi quoque reges donis proſequebantur. *Saxo l. b. 14. Danorum hiſtoria.*

A Mulieribus.

Amphidromia ſacra priſca conſuetudine, quibus mulieres quæ in partu adfuiſſent, & in obſtetricando iuuiſſent, quinta poſt die manus abluere ſolebant, ac puerum curſu Laribus circumferre, Eóque die munuſcula mittebantur à cognatis, ſepiæ plerunque & polypi. Decimo à partu die nomen indebatur infanti. De munuſculis huiuſmodi meminit & Terentius in prima Phormionis ſcena. Et *Plautus in Truculento,* in qua fabula Phroneſium meretrix Dinarcho cupienti accumbere in ſacrificio pro puero aſcititio, iubet potius illud agat, quod quinto die fieri conſueuit. Quanquam Heſychius & Amphidromiam ſeptimo die ſcribit celebrari ſolitam: *Plato in Thæteto.* [illegible], vocat genere neutro. Idem facit Ephippus *Apud Athenæum libro Dipnoſophiſtarum nono. Eraſ. in Adagiis, & Cælius lib. 12. cap. 12. A. L.*

H Bonæ deæ ſacra apud Romanos talia erant: Mulieres feſtum diem agentes pampinis tentoria contegunt, ac ſacer draco ex fabula ad pedes deæ iacet. Eò virum fas non eſt accedere, neque, dum ſacra aguntur, in domo vbi aguntur, eſſe. Solæ feminæ multa Orphicis germana memorantur in ſolenni peragere. Vbi feſtus dies inſtat, celebratur in ædibus conſulis vel prætoris: ipſi autem domo omnéſque viri cedunt. Vxor ſola domum patet, peragitúrque ferè nocte per luſum peruigilio commiſſum inter magnum concentum. *Plut. in Cæſare.*

A Ruſticis.

Arationes tres ſacras agunt Athenienſes: primam in Syro, vetuſtiſſimum monumentum ſementis, In Raria alteram, tertiam, ſub vrbe, quam Coniugalem vocant, omnium ſacratiſſimam, quæ ſobolis procreandæ cauſa celebratur. *Plut. in Præceptis connubialibus.*

Agreſtis turba in Samogitia ſacrificium quoddam ſolenneſque epulas gentili more ſub finem menſis Octobris collectis frugibus quotannis celebrat hoc modo. Ad locum, cõuiuio

A uino epuliſque ſacris delectum, omnes cum vxoribus, liberis & ſeruis conueniunt, menſæ fœnum ſubſternunt, deſuper panes apponunt, & ex vtraque panis parte duo cereuiſiæ vaſa ſtatuunt. Poſtea adducunt vitulum porcum & porcam, gallum & gallinam, & cætera domeſtica iumenta ex ordine, mares & femellas. Inprimis augur ſiue incãtator quiſpiam verba quædam præferens animal verberare, baculo orditur: deinde omnes qui adſunt: iumentum per caput pedéſque baculis verberant poſtea tergum ventrem, & cætera membra concutiunt, dicẽtes: Hæc tibi ô Ziemiennie k deus (ſic enim illum dæmonem agreſtis turba appellat) offerimus, gratiáſque tibi agimus, quòd nos hoc anno incolumes, & omnibus abundantes conſeruare dignatus es: nunc verò te rogamus vt nos quoque hoc anno præſenti fouore, tueri ab igne, ferro, peſte, & inimicis quibuſlibet defendere digneris. Poſtea carnes iumentorum ad ſacrificium mactatorum comedunt; & ab vnoquoque ferculo, antequam comedant, portiunculam amputant, & in terram omnéſque angulos domus projiciunt dicentes, Hæc tu ô Ziemienniek noſtra holocauſta ſuſcipe & comede benignus.

B Omnéſque tunc temporis lautiſſimè, ſolemniter & opiparè epulantur. Hic idem ritus gentilis etiam in Lituania Ruſſiáque ab agreſtibus quibuſdam in locis obſeruatur. *Guaginus in Lituania.*

Materiæ Respectv. Quoad Victimas. Sacra quædam

Anima.

Ægyptij Serapin non eæde animalium, ſed verbenis, coronis & panificis placabant. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 22*

Pythagoras nihil animatum diis immolandum cenſuit, ſed vſque ad farinam mel terræque fructus & flores offerendum. Itaque cùm Thebis ad aram Apollinis Spodij (quæ ex ſacrificiorum cineribus conſtructa erat) veniſſent, rem diuinam facturus: frumento hordeo & placenta ſine igne ſacrum fecit. *Alex. lib. 2. c. 22. & lib. 6. c. 2.*

Apollini qui in Delo inſula oraculorum reſponſa dabat, nullum animal immolabatur. Deum enim incruenta victima delectari putabant. *Alex. lib. 6. c. 2.*

C In Attica erat Iouis ara, ad quam nihil conueniebat animatum immolari, ſed variis libamentis & bellariis abſque vino ſacrificabatur. *Ibidem.*

Nvma Pompilius vt pleraque ſacrificia libo, farina & fruge moláque ſalſa fierent, voluit. Termini verò ſacrificia ideo ſine ſanguine eſſe voluit, quòd eum deum velut pacis cuſtodem putaret. *Alex. lib. 2. c. 22.*

Terræ ſacrum fieri non victima, ſed frugibus, floribus, & lacte, plerique decere putarunt. *Alex. lib. 2. c. 22.*

Genio in feſtis natalitiis nulla animalia mactabant; nec cruore feſta maculabant, ſed pulte tantum, frit illo, mero, libis floribus & thure ſacrificia abſoluebant Romani. *Alexan. ab Alex. lib. 2. c. 22.*

Romæ Lari familiari, Calendis Idibus & Nonis, corona in foco poſita, pro aris, focíſque, proque familia, non ſanguine victimarum ſacrificabatur: ſed ex hordeacea pulte, libo, farre vino & thure, cum ſale & ſalitio, ſacra confecta iſta fiebant. *Idem ibidem.*

Enaima.

In ſacrificiis deorum fuit pontificalis obſeruatio apud Rom. D vt duobus hoſtiarum generibus diis ſacra fiant: vno, in quo cum litabatur, voluntas dei per exta exquirebatur: altero, in quo ſola anima deo conſecrabatur, quæ hoſtia animalis dicta. Hæ frequentes fuere, ouis, ſus, capra, bos, gallina & anſer: quas cùm immolabant, niſi puræ eſſent & lectæ, ad rem diuinam non proficere putabant. Fuítque opinio, potiùs ex hœdis & agnis quia mites ſunt, quàm ex gallinaceis, ſuibus & tauris, quoniam animo abundant, deos conſuli & futura prænoſci. Ideo ouili pecoris hoſtiam non ab amplitudine, ſed quia animi eſt placidioris, pontifices maximam duxerunt.

Lectæ dicuntur hoſtiæ, maiores & vberiùs depaſtæ, quæ claudæ, morboſæ, aut vitioſæ non ſunt (quia pernoſci, niſi ex ſana victima, futura non poſſunt) quæve fiſſam auream, vel caudam aculeatam, aut linguam nigram non habent. *Alexander lib. 3. cap. 12.*

Libationem Sacra.

ἄοινα.

Selevcvs apud *Athenæū lib. 2.* negat, apud veteres fuiſſe morem, vt vini copia, aut aliud quidlibet deliciarum inferretur in ſacrificia. Quum enim ſacrificia deorum gratia peragerentur E vnde & θοίνας. & θαλίας, ac μέθας appellabant. θοίνας, quòd deorum gratia vino vterentur: θαλίας, quod deorum gratia eſſerentur, conueniréntque: μέθας verò, quòd, vt indicauit Ariſtoteles: μετὰ τὸ θύειν, id eſt, poſt ſacrificium vino vterentur) non conueniebat illic ventris negotium agere.

Νηφάλιος θυσία, id eſt, Nephalium ſacrificium, apud Athenienſes exhibebatur Mnemoſynæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri, & Vraniæ. Nam in eo non libabatur vinum, ſed aqua melle diluta. *Suidas.* Meminit & *Iulius Pollux lib. 6. c. 3.* addens, νηφάλιον idem eſſe quod νηφάλια ξύλα. Soli ſacrificãtes, vt auctor eſt Phylarchus lib. Hiſtoriarum duodecimo, mel libant, vinum non inferunt altaribus: quia æquum eſſe arbitrantur, vt deum ipſum, qui omnia continet, omnibus dominatur, ſempérque mundum circummeat, ab ebrietate prorſus alienum eſſe credant. *Athen. lib. 15. c. 20.*

Veſtæ non vino, ſed de Numicio flumine Rom. libant, quibus diebus menſe Iunio molæ frumentariæ & aſini ſertis & pane coronabantur: ad cuius templum iuxta forum niſi nudo pede accedere non conuenit: ſicut in æde Dianæ apud Cretenſes, quam Britomartim nominant. *Alex. lib. 3. c. 12.* F

Οἰνοποσία.

Epicharmvs poſterioris ſeculi mores collapſos notã *apud Athen. lib. 2.* ſic ſcribit: ἐκ μὲν θυσίας, θοίνη, ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο· ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία, ἐκ θυανίας δίκη, ἐκ δίκης καταδίκη, ἐκ καταδίκης πέδαι καὶ σφάκελος καὶ ζημία id eſt, Ex ſacrificio epulum, ex epulis facta eſt potatio, ex potatione comeſſatio, ex comeſſatione facta eſt ſubatio ſiue ludus, ex ſubatione ſeu ludo lis, ex lite condemnatio, ex condemnatione compedes, ſphacelus, & multa. *Eraſ. in Prou.*

In ſacris Floræ, quam Bonam deam nuncupant, cùm vinum libant, lac fuiſſe dicunt. *Alex. lib. 3. c. 12.*

Suffimenta.

ΘΥΣΙΑ, Porphyrio auctore, quæ ex herbis fit litatio eſt, ab exhalatione dicta, quam θυμίασιν vocant. Itaque ſanguinatio cultu non conuenit propriè. *Cælius lib. 12. c. 1. A. L.*

Iliacis temporibus, non thure, nec coſto, ſed cedri & citri fumo dei adolebant. *Alex. lib. 4. c. 17.*

Ægyptij ſolo thure & precibus deos placandos cenſent, victimas & hoſtias pro piaculo ducunt. *Herod. & Diod.* G

Modi Respectv. Sacra

Occulta.

Opertanea fuere ſacrificia, quæ ſeorſim ab hominum conſpectu in operto fiebant Cereri & Apollini. Ad quæ ſacra nigræ gallinæ vt impuræ non admittebantur. *Alexand. lib 3. c. 12.*

Finis Respectv. Cvr. Sacra

Grata.

Fuit mos apud Perſas, vt ſuum quiſque diem Natalem pro facultatibus, multis ſacris ac opiparis conuiuiis, coleret: vnde ad Romanos forſitan fluxit, quibus in ſolis natalibus ſacris, ſeſe variis etiam libidinis & intemperantiæ voluptatibus dare fas erat. Hinc *Virg. in Bucolicis.*

Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis, Iola.

At in aliis caſtè dies agebant, ac tam natali die, quàm funerum, in templa cibos pauperibus afferebant, ibique edebant. Manauit, & ad Chriſtianos inſtitutum, quando *teſte Tertulliano lib. de Militis corona,* illis ipſis diebus oblationes faciebãt: in temploque vnà epulabantur, quæ poſtea luxuries Nicenæ ſynodi decreto ſublata eſt. Fuit autem Ambroſij temporibus H talis diei cultus celebris, qui epiſtola quadam ad Felicem Epiſcopum Comenſem monet, natalem diem vnicuique non ludis, voluptatibúſve aliis, ſed tantum precibus agendum. Sed is dies, qui nobis primus illuxit, nunc prorſus apud nos in omnem venit obliuionem, quò ſcilicet noſtræ ſordidæ infantiæ penitùs immemores, omni tempore pòſt inſolentiores euadamus. *Polydorus lib. 6. c. 7. de Inuent.*

Expiatoria, Luſtralia. Cauſa

Vrbis luſtrandæ.

Athenienſes cùm peſte aliquando laborarent, reſponſo accepto à Pythia, vrbem expiandam eſſe. Niciam Niceraſti filium naui miſerunt, qui Epimenidem ex Creta aduocaret. Ille profectus *Olymp. 27.* luſtrauit vrbem hoc modo: Oues ſumſit nigro & candido vellere, duxítque in Areopagum, atque inde quò vellent abire permiſit comitibus mandans, vbicumque illæ accubuiſſent, ſingulas mactarent peculiari cuipiam deo. Sic quieuit lues. Hinc factum, vt per Athenienſium pagos paſſim aræ ſine nomine inueniantur. *Laertius.* Qui forte ignotus

ignotus ille Deus eſt, cuius occaſione D. Paulus Athenien-
A bus Chriſtum prædicare cœpit. *Pauſanias* certe *in Atti*[illegible] rum etiam ſuo tempore Ignotis diis extructarum memi[illegible]

Amburbialis victima erat, cùm propter dira prodigia vi[illegible] bubo vel lupus cellam Iouis vel Capitolium intraſſet) tedæ aut victimæ, ſulphuris & aquæ luſtratione, vrbs aut Capitolium purgaretur. *Alex. lib. 5. cap. 26.*

Gallis luſtrandi vrbem vſus erat, vt hominem prioribus cibis anno ſaginarent, ac feſto die vrbe tota circumductum, extra pomerium educerent, cúmque mos lapidibus obruerent. *Alex. lib. 5. cap. 26.*

Equeſtris ordinis Romana iuuentus omnibus annis bis vrbem ſpectaculo ſui celebrabat, die Lupercalium, & equitum probatione. Lupercalium enim mos à Romulo & Remo inchoatus eſt tunc, cùm lætitia exultātes, quòd bis auus Numitor rex Albanorum, eo loco vbi educati erant, vrbem condere permiſerat, ſub monte Palatino, hortatu Fauſtuli educatoris ſui, quem Euander Argiuus conſecrauerat, facto ſacrificio, cæſiſque capris, epularum hilaritate ac vino largiore prouecti, diuiſa paſtorali turba, cincti omnes pellibus immolata-
B rum hoſtiarum, iocantes obuios petiuerunt: cuius hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur. Trabeatos verò equites Idibus Iulij Q. Fabius tranſuehi inſtituit. *Val. Max. lib. 2. cap. 1.*

Concionis purganda.

Moris fuit Athenienſibus mactare porculum, & ſubſellia concionis ſanguine illius imbuere, in honorem Cereris, quia fruges eius lædit, inquit commentator Acharnenſium. Vnde Æſchines dixit: Poſteaquam piaculum circumlatum erit, & præco patria vota fecerit, tum iubet lex ad populum agi. Immolatus verò ad expianda loca porculus καθάρμα dicebatur: Æſchines contra Timarchum καθάρσιον vocat. Qui expiabat, [illegible]: Cælio Periſtiarchus. Lex antem, vt inquit Dinarchus apud Demoſthenem contra Timocratem, præconem cum bona ominatione precari iubet, vt populo de rebus à diis conſilium traderetur. Cum votis porrò execratio quoque coniuncta fuit, vt ex oratione Demoſthenis de Emenita legatione colligitur, Recita execrationem, inquit, ex lege Execratio. Hæc pro vobis Athenienſes in ſingulis concio-
C nibus præco precatur, quæ conſtituta lege ſunt. Videtur autem execratio huius ſententiæ fuiſſe, quantum ex iis, quæ apud eum ſequuntur, verbis elicitur, vt qui contra Remp. ſenſiſſet, dixiſſetve ipſe cum gente, domóque ſua à diis euerteretur. *Sigon. lib. 2 de rep. Athen. & Cælius lib. 27. c. 17.*

Curias & populum purgari accepimus, cùm exceptum ex bouis vtero vitulum comburerent, & ex illius cinere, addito equi ſanguine & fabarum ſtipulis, ſuffimen facerent. *Alex. lib. 5. cap. 26.*

Agrorum.

Cum in Axanæa Phrygiæ ſumma fames ob agrorum ſterilitatem oborta eſſet, paſtoréſque rem diuinam fruſtra facerent Euphorbus quidam nouum ſacrificij genus excogitauit, & vulpem & echinum immolauit. Qua beſtia placatis diis, agros feraces eſſe cœpiſſe, ſcribit *Hermogenes, citante Stephano.*

Canarium in antiquis libris dicitur augurium, cui agendo conſtituerentur dies, priuſquam frumenta vaginis exirent, & & antequam in vaginas peruenirent, à cane ducto vocabulo. Siquidem rutilæ canes, id, non procul à rubro colore im-
D molabātur, vt ait Atteius Capito, canario ſacrificio pro frugibus, deprecandæ ſæuitiæ cauſa ſyderis Caniculæ. Legimus in Græcorum monumentis exurente quandóque Cycladas inſulas cane, atque inde ſterilitate multa ac ſiccitate conſequuta, qui in Ceo habitabant, ex oraculo Ariſtæum Apollinis & Cyrenes filium accerſiuerunt. Aduenit is, ex Arcadia ſecum quibuſdam ductis, templúmque erexit Iouis, quem vocauit Icmæum, quaſi pluuium dicas. Canem quoque rebus diuinis operatus placauit, vt Ceiſque legem inſtituit, ſingulis annis eiuſdem ſeruarent exortum cum armis ac eidem rem obirent diuinam. *Cælius lib. 17. c. 27. A. L.*

Ambaruale ſacrum niſi de porca fœcunda & grauida, aut vitula, fieri non conſueuit, cum arua & ſegetes ſolemni victima luſtrantur. Eam victimā maturis frugibus ter circū arua ducere conuenit, omnéſque poſt eam clamantes ſequi: ex quibus vnus querna ornatus fronde, cum ſolemni ſaltatu, compoſito carmine Cereri decantabat laudes: ac poſtquam lacte, vino & fauo libaſſent: antequam fruges meterent, porcam Cereri immolabant: quæ Præcidanea dicta eſt, *Alex. lib. 5. cap. 12.*

Apud Romanos, agna c[illegible] eſſi, per fundos [illegible] E
[illegible] proſequente agreſtium [illegible] cum fiſtula, ſolem[illegible] ua pſaltu & clamoribus, deum deámque cui ſacra fiebant, inuocante, vti morbos, calamitates & omnem intemperiem prohiberent, fructum agrorum, paſtores, pecoráque ſeruarent. Si ager luſtrandus foret, Iunoni & Iano vino libabant priùs: mox Martem patrem, vt ſciens volénſque propitius adeſſet, inuocabant. *Alexand. lib. 5. cap. 26.*

Pecudum luſtrandarum.

Quando Oues luſtrabantur: paſtor ſummo diluculo aqua illas inſpergebat & ſulphure, herbáque ſabina & lauro igne ſuccenſis circa ouilia fumigabat: cúmque ſacro carmine, milio & libo, cùm lacte & ſapa Pali ſacra faciebat: quo ſuffitu pecora expiari, & morbos depelli, ac diras tabes exterminari putabant: *Alex lib. 5. cap. 26.*

Inſula expianda.

Anno ſexto Peloponneſiaci belli Delus inſula ab Athenienſibus expiata. Expiationis ratio talis inita, vt cadauera ex tota inſula refoſſa, in Rheniam ſint aſportata, cōſtitutumq; vt iam inde nemo ibi naſceretur moreretúrve, ſed vt quæ nixu laborare cœpiſſent, ac quoquo modo perituri, in eam inſulam F
deportarentur. Eſt Rhenia adeò Delo propinqua, vt Polycrates Samiorum tyrannus vtramque alteri catena aliquando iunxerit. Manſit in Delo luſtrale ſacrum, quod Athenienſes cum circumiectis inſulanis quinto quoque anno deinceps celebrarunt. *Sab. lib. 6. En. 3.*

Exercitus luſtrandi.

Macedonibus inter diuiſam hoſtiam, priorem ad dexteram, poſteriorem ad læuam viæ, aut, diſciſſæ canis viſcera, armatas copias & exercitum traducere, inſtructo paratóque milite præcedere & ſimulacrum pugnæ edere, cúmque cohorte regia & omni belli apparatu arma ab vltima origine regum proferre, & ſacrum piaculare facere, luſtrandi mos fuit. *Alex. lib. 5. c. 26. & Sab. l. b. 7. En. 5.*

Apud Rom. luſtrari exercitum niſi ſue, oue & tauris qui puri eſſent, non erat fas: qui poſtquam ter circum inſtructas acies ducti erant, præcedente pompa & greſſu compoſito, Marti immolabatur, *Alex. lib. 3. c. 12.* G

Claſſis luſtranda.

Nauibus olim teda lucida, ouo & ſulphure luſtratis, ad purificationes, preces ſolemnes præfari, nomen indebant ethnici ſacerdotes, nec in totum exoleuiſſe antiquum ritum Maſſiliæ conſpeximus. *Brodeus in 2. Epigram.*

Nauales copiæ ſi luſtrarentur, diſpoſita claſſe in littore, aram mari abluebant, & cæſam victimam atque exta per claſſem circumferebant cum ſolemni carmine & precatione Quo facto, hoſtiæ partem in mare proiiciebant, partem etiam flammis comburebant: & eo modo claſſem luſtrari & calamitates depelli putabant. *Alex. lib. 5 c. 26.*

Initiatoria.

Ex loco, Ordines ſacri, hæc quædam

Supplicatoria.

De Precibus ſuprà per ſe. Hic quatenus ſacris iunguntur,

SACRIFICIA SINGILLATIM SECVNDVM
Cauſas Conſiderata

Conſule Lil. Greg. Gyraldum Syntagmate 17. hiſtoria Deorum gentilium.

MATERIÆ RESPECTV CONIVNCTIM, QVOAD H
Ortum. Sic offeruntur

Vel ſacrum

Fuit mos quondam cùm Italis aliis, tum Romanis, vbi res ſuas in periculo verſari cernerent, vouendi, quæcunque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia immolaturos: vnde id Ver ſacrum dictum eſt. *Liuius lib. 4. Decadis quarta.* In hoc voto, quicquid ex ſuibus, ouibus & agnis inter Calendas Martias & Idus Maias apud quenque natum editúmve fuiſſet, voto contineri dixerunt: pueros quoque & puellas, teſte Feſto, qui inter hæc tempora editi fuiſſent, haud dubiè voto comprehendi: ſed quia immolare eos turpe ducerent, hoc piaculari ſacro expiarunt, vt adultos valerent, velatóſque extra fines exigerent, qui Vernæ dicti ſunt: quo piaculo liberi religione putabantur. *Alex. lib. 3. cap. 22.*

Primitia.

Frugum primitias Cereri, Muſtum verò Baccho offerebant olim:

Omnium

A Omnium quæ na cereniui e terra primitias Dianæ offerri ſolitas apparet ex his verſibus Euripidis :

—— [illegible]

[illegible]

Poſteaquam deiecti ſunt Titanes ab imperio, Iupiter optionem dedit Veſtæ quod vellet capiendi. Hanc primùm virginitatem poſtulaſſe aiquiunt, & poſt illam, vt primitiæ omnium quæ ſacrificarentur, ſibi offerrentur ab hominibus. Ita verò poſtea ſancitum eſt in ſacris, vt primùm omnium quæ ſacrificabantur primitias Veſtæ offerrent. Iſtud ipſum innuit etiam Ariſtophaio veſpis. *Natalis Comes Mythol. lib. 8. c. 19.*

Decuma.

DIONYSIUS Halicarn. ait in primo Antiq. Iouem & Apollinem ob intermiſſas hominum decumas ſterilitatem & ſiccitatem agris, fluminibus, atimalibus, hominibus immiſiſſe, donec decima ſit reddita. *Polydorus lib. 5. cap. 8. de rerum Inuent.*

Gratiam.

Quod cuique deo gratiſſimum eſſet, id ad illius aras mactari B ſolitum quidam aiunt. Itaque equus Martis erat hoſtia, & quòd aper Adonim interfeciſſet, apro Veneri rem diuinam fieri nefas erat. Alij, quod quiſque deus odiſſet, eius potiſſimè illum cæde oblectari putabant. Itaque Nocti ſacrificabatur gallus gallinaceus, quòd cantu ſuo diem prouocare, noctem fugare videretur : capra Palladi, quòd oleam inſigniter læderet: porcus Cereri, quia ſemina pando erueret roſtro, ſpémque interuerteret anni. *Muretus lib. 3. Var. lect. c. 7.*

Iſidi Anſer propria victima dicata eſt, Plutoni Taurus, Proſerpinæ Iuuenca, & Bos fuluus Auerno. Vlyſſes apud Homerum ariete & oue nigra Erebo ſacrificauit. Apud Ægyptios Lunæ taurum & Libero patri ſuem, reliquis verò diis omnibus, boues mares, vitulóſque & anſeres immolabant. *Alex. l. 3. capit. 12.*

Ætatem.

Omnes bimæ Hoſtiæ apud Rom. bidentes dicebantur, corrupta voce, pro bidennes, quaſi biennes. *Gell. lib. 16. c. 6.* ex P. Nigidij libro de extis. Cóſueuere Romani, rebus quas citò expediri cuperent, ætate grandioribus hoſtiis : vbi verò rem augere vellent & produci, iuniori victima ſacrificare. Si pro G infantibus immolandum foret, non grandis, ſed minor hoſtia mactabatur. *Alex lib. 3. c. 12.*

Sexum.

In omnibus ſacris, fœminini generis victimæ potiores erant Rom. Itaque ſi per marem litari non poterat, fœmina ſuccidanea dabatur : non è contra: Nam per fœminam hoſtiam minimè perlitatum foret, ſuccidaneam adhibere non licebat. Apud Ægyptios ſecus : quibus fœminam hoſtiam immolare, eſt habitum nefas. Barbaris quoque circa montem Caucaſum. & apud Derbices Perſicam gentem, fœmininum animal victimam dare, aut eius carnibus veſci, ſub graui documento vetabatur. *Alex. lib. 3. c. 12.*

Numerum.

Hecatombas vouere Græcis & Romanis antiqui moris fuit olim, cùm peſtilenti contagio & graui morbo laborarent: quod à Laconibus primò inuentum fuiſſe dicunt. Cuius voti obſeruatio talis erat, vt centum aræ vno in loco aggeſto ceſpite fierent: in eiſque centum boues, centum oues, centúmque ſues vno tempore immolarentur : ſi verò Imperatorum votum D eſſet, centum leones, centúmque aquilæ vnà mactarentur. Balbinus & Pupienus Impp. contra Maximinos hecatomben victoriæ cauſa vouerit. *Alex. lib. 3. c. 22. & Cal. lib. 20. cap. 6. Antiq. Lectionum.*

Patris vrbe Achaiæ eſt Laphriæ Dianæ fanum, cui anniuerſarium ſacrum faciunt, pyra circa aram in orbem extructa, & intra ſeptum animalibus omnis generis conlectis, apris, ceruis capreis, lupis & vrſis: eſculentis auibus, & arborum pomiferarum fructibus. Quæ omnia immiſſo igne cremantur, Sacerdos eſt virgo, quæ ceruorum curru magnificè inuehitur. *Pauſanias teſtis in Achaicis.*

Ordinem.

Succidaneæ hoſtiæ dicebantur apud Rom. quaſi ſuccidaneæ, quoniam ſi primis hoſtiis litatum non erat, aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebantur, quæ quaſi prioribus iam cæſis luendi piaculi gratia ſubdebantur & ſuccidebantur. *Gel. lib. 4. cap. 6. Noct. Att.*

Præcidaneæ hoſtiæ, quæ ante ſacrificia ſolennia pridie cæduntur. *Ibid.*

Vnam hoſtiam nunquam duobus diis aut inceriis, ſed certo numini immolabantur : ſuperiſque impares, inferis verò pares. E *Alex. lib. 3. cap. 12.*

MATERIÆ RESPECTV SPECIATIM quatenus offeruntur.

Animalia. Nempe.

Coturnix.

Athenæus lib. 9. ſcribit Herculem Iouis & Aſteriæ filium in Libyam proficiſcentem à Typhone fuiſſe interemptum : reuocatum autem in vitam odore coturnicis, illi ab Iolao admotæ : & ob eam cauſam Phœnices Herculi coturnice ſacrificare. *Eraſmus in Adagiis.*

Gallus.

Pythagoras quandoque Ioui gallum albis plumis immolaſſe dicitur. *Alex. ab Alex lib. 3. c. 12.*

Trœzenij gallo albis alarum pennis diſcerpto, Africum ventum è ſinu Saronico agrum & vineas perflantem, nouóſque pampinos acriter torrentem, placant. *Pauſ. in Corinth.*

Piſces.

Syllæ cuidam in Sympoſiacis Plutarchi [illegible] Quam opinionem validis argumen- F tis quaſi ex profeſſo labefactans Athenæus, Copaides Anguillas ab incolis hoſtiarum in morem coronatas diis ſacrificari probat, Dianæ mænides Euſtathius. Ab Ægyptiis certè interdicuntur in ſacris piſces. *Brod. in 1. Epigr.*

Boues.

Typhoni Ægyptij boues ruffas mactabant. *Plut.*

Solonis lege de boue nulli Deo ſacrificari licebat, cùm animal ſit innocuum, & agrorum cultui deditum Quippe veteribus tantæ venerationis erat, vt æquè capitale eſſet bouem ac ciuem occaſſe. *Alex. ab Alex lib 3. c. 11.*

Herculi mactabatur in ara apud Romanos maxima iuuencus indomitus : in quo ſacrificio Prætor aut Pontifex, qui rem diuinam facit: ſola lauro nec alia fronte coronabatur: cumque mulieribus adeſſe ſacris, & rem diuinam facere omnibus ferè liceat, huic tamen ſacrificio adeſſe, vel exta tangere, aut veſci, aut ſolennia etiam videre, religio non permittebat. De hoc ſacrificio & variis eius cæremoniis leges. *Alexand. ab. Alex. lib. 2. cap. 14.* G

Ioui à Flamine diali omnibus Idibus bos candidus & ex agro Faliſco vel Meuania immolabatur. *Idem lib. 3. c. 12.*

Fordicia feſta, in quibus hoſtias; quæ vterum ferunt, immolare ſolebant. *Idem lib. 5. c. 25.*

Hordales dies feſti erant, in quibus hordeæ, hoc eſt, prægnantes immolabantur boues, etiam in diebus atris & nefaſtis, in quibus aliàs nullum ſacrificium ritè fieri poterat. *Alex. ab Alex. lib. 3. c. 20.*

Capra.

Ferunt in Pedaſia, regione Cariæ, quum Ioui Lycæo ſtata die ſacrificetur, capram è Pedaſo ſua ſponte ad ſacrificij locum venire, & ſe immolandam ſiſtere. *Alex. lib. 4. c. 12.*

Soli è Græcis omnibus Lacedæmonij ſolenne habent Iunonem colere, quam Ægophagam nominant, eidémque capras immolare. Herculem quidem produnt primum templum dedicaſſe, & deæ capram mactaſſe. Id illum feciſſe, quòd contra Hippocoontis filios pugnāti nihil Iuno aduerſi ſubiecerit, cùm perinde atque in aliis certaminibus contra pugnaturum putaſſet: capram verò feciſſe, quòd aliæ victimæ non ſuppeterent. H *Pauſ. in Laconicis.*

Potnijs, vrbe Bœotiæ, fuit olim Liberi patris ædes, cognomine Aegoboli; id eſt, Capram cædentis. Ita enim aliquando accidit, vt dum ſacrificarent, per temulentiam eò væcordiæ proceſſerint. Vt ipſum Liberi patris ſacerdotem occiderint. Quod piaculum cùm atrox peſtilentia conſecuta eſſet, ex Delphici Apollinis reſponſo, puerum Libero iam pubeſcentem, mactandum acceperunt, Sed non multis pòſt annis deum ipſum capellam pro puero ſuppoſuiſſe tradunt. *Pauſ. in Bœot.*

Sues.

In Theſſalia, vbi Caſtnienſis Veneris fanum eſt, & in Sida Pamphyliæ, in Aſpendo Argiuorum, & Argis quoque in eo feſto quod Hyſteria dicitur, ſues in ſacrificiis mactare licebat, *Alex. ab. Alex lib. 3. c. 12.*

Sus [illegible] à verbo [illegible], quod eſt immolare, quoniam à ſuillo genere pecoris immolandi initium ſumptum videtur. Cuius veſtigia, quòd initiis Cæreris porci immolantur : & quòd initiis pacis fœdus cùm feritur, porcus occiditur: & quod nuptiarum initio antiqui reges ac ſublimes viri in Hetruria, in

A coniunctione nuptiali, noua nupta & nouus maritus, primùm porcum immolant. Priſci quoque Latini & etiam Græci in Italia idem factitaſſe videntur. Nam & Rom. mulieres, maximè nutrices naturam, quæ fœminæ ſunt, in virginibus appellant porcum, & Græcæ χοῖρον: ſignificantes eſſe dignum inſigni nuptiarum. *Varro lib. 2. cap. rei ruſt.*

In Cereris Myſteriis ea fuit conſuetudo, vt quiſque pro ſe Cereri porco faceret: ſed quod animal illud infeſtum Cereri crederent ſeu quòd è ſuillo roſtro arandæ & inuertendæ terræ ratio primùm accepta eſſet. Illud obſeruabatur & vt præpinguis eſſet, & nulla ſui parte mancus ac mutilus. Quod etiam vniuerſè in toto victimarum genere ſeruabant. Ergo porcos myſticos aut myſtericos vocabant, qui pinguiſſimi & integerrimi eſſent. Plautus ſinceros & ſacres vocat. Quare Megarenſis ille Ariſtophaneus, qui filias ſuas pro porcis vendere cuperet, iubet eis vt ſaccum ingreſſæ ita grunniant, vt porci myſterici eſſe videantur. *Muret lib. 3. var. lect. c. 7.*

Domeſticis Laribus rerum dabantur primitiæ, ſæpè etiam porcus. *Alex lib. 3. cap. 13.*

B Initiandi conſueuerant immolare porcum. *Suidas ex Ariſtophane*, citat in Pace:

Εἰς χοιρίδιον μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς
Δεῖ γὰρ μυηθῆναι με, πρὶν τεθνηκέναι. id eſt:
Qui porcum emam mihi mutua nunc drachmas:
Initiandus ſum priùs, ac mortem oppetam.

Item *Plautus in Menachmis*, porcum ſinceru̅m & ſacrem immolare iubet eum, quem mente captum ſignificat. Adoleſcens, quibus hic pretiis porci væneunt ſacres, ſinceri, nummum vnum en à me accipe: Iube te piari de mea pecunia Nam ego quidam inſanum eſſe te certò ſcio. Opinor quòd veterum vſu, qui cuiuſpiam irati numinis intemperiis agerentur, hoc piaculo ſe ſolerent purgare, *Eraſmus in Adagiis.*

Apud Phœnices vt in cœuis, ſic in ſacrificiis ſuibus abſtinere præcipiebatur. *Alex. ab Alexan. lib. 3. cap. 12.*

In Myſia Abretani Iouis templum erat in quo ſuem comeſſe, aut mactaſſe, piaculare erat. *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12.*

Cameli.

Arabes pingues camelos in ara Ignoti dei, ſicut nupturæ

C virginibus camelis ſacrificant. Heroibus verò tauro, capro & ariete litant: *Alex. lib. 3. cap. 12.*

Equi.

Myſi, niſi immolato priùs equo, & litato, extiſque depaſtis, nullo modo vota concipiebant. *Alex. lib. 2. cap. 22.*

Romæ Idibus Decembribus, à ludis Circenſibus, dexter equus, qui vicerat, ſacer Marti immolabatur, præciſámque caudam quiſpiam ad Reginam appellatam portabat, arámque ſanguine conſpergebat. De capite quidam à Sacra via, alij à Saburra deſcendentes depugnabant. Verum, vt aiunt nonnulli, quòd equo captam arbitrentur Troiam, equum mulctant, vt qui

Troia mixta eſſent ſoboles præclara Latinis.

An quòd ferox, bellax, & martialis equus ſit; gratiſſima, & maximè congruentia diis immolant? Immolatur victor, quòd victoriæ auctor hic ſit deus: vel potiùs quòd ſtabilitatis opifex Mars ſit: ac ſuperant, qui locum tenent in acie, illos, qui deſerunt locum & fugam capiunt: ponitúrque vt timiditatis occaſio pernicitas, diſcuntque per ænigma eam fugientibus

D non eſſe ſalutatem. *Plutarchus in quæſtionibus Romanis.*

Vnus ducum Mœſorum, qui per M. Craſſum victi ſunt, ante aciem poſtulato ſilentio. Qui vos inquit eſtis? Reſponſum inuicem Romani rerum domini, Et illi, Ita (inquiunt) fiet ſi nos viceritis, & ſtatim ante aciem immolato equo concepêre vota, vt cæſorum ducum extis & litarent & veſcerentur. *Auentinus lib. 1. Annalium Boiorum.*

Solebant Gothi olim proceſſuri in prælium Equos ad aras immolare, quorum abſciſſa capita, conciſque excepta, ſubiectis ſtipitibus diſtentos faucium rictus ante acies præferebant, *Ioan. Magnus lib. 1. cap. 13.*

Aſini.

Lectum in hiſtoria eſt, ab Hyperboreis Apollini aſinum immolari, cui ſententiæ adſtipulatur. *Callimachus.*

τέρπουσι λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι.

id eſt, pingues Appollinem oblectant aſinorum iugulationes. Sed & de Hyperboreis. *Pindarus in Pythiis:*

παρ' οἷς ποτε Περσεὺς ἐδαίσατο λαγέτας
δώματ' ἐσελθὼν κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας.

Cælius lib. 30. cap. 21. A. L.

Muli.

E Romani in Conſulibus mulum pro ſacrificio immolabant, quòd id genus quadrupedum primùm vehiculo iunctum fuiſſe diceretur. *Alex. lib. 5. cap. 25.*

Canes.

Gynæciæ Romani pro his, qui domi naſcuntur, canem immolant: ſicut Græci Proſerpinæ, & Dianæ Sabæi. Eſt autem Gynæcia, quam Romani Bonam deam vocant, quæ ex corruptibilibus generationes facit. Cui quum res diuina fit, optant neminem bonum fieri qui domi naſcatur. *Plutarch. in quæſt. Rom.*

Apud Lacedæmonios Neptuno immolabatur canis. Et Bœtiis, cane in duas partes diſſecto per medium, iræ expiatio fuit. Idem & Caribus, vt exta canis diis offerre in vſu haberent. Inde prouerbium Carica victima. *Plutarchus in quæſt. Rom.*

Rom. in Lupercalibus canem immolare menſe Februario, quia lupo canis infenſus eſt, & in expiationibus cane litari, legimus apud Plut. inde fortè, quòd Lupercos allatrarent, & interpellarent canes per vrbem diſcurrentes: aut etiam quia Pani, cui hoc ſacrificium celebrabatur, acceptus eſſet F

ob caprarum greges canis.

Ad placandum Caniculæ ſydus frugibus inimicum Rom. mactabant canes: quas, ſi ruffæ non ſunt, puras non putarunt: quod ſacrum, Canarium augurium nuncuparunt. Pro frugibus quoque & pecoribus, vt rubigo auertatur, lactenti catulo ſacrum fieri conuenit: idque Robigalibus per Quirinalem flaminem ſacrum extra vrbem fieri: in quo ſuper exta canis thus & merum infundere mos erat. Tales quoque catulos recens editos, tam in adiitialibus quàm deorum cœnis ſæpe adhibuere. *Alex. lib. 3. c. 12.*

Menſe Auguſto Panegyris canum à Romanis celebrari ſolita, quia ἀνυλάκτως, id eſt, ſine latratu egerant, cùm Capitolium à Gallis occupatum eſſet, anſeribus ampliter ſonoréque inclamantibus. Tunc ergo viuas canes cruci ſambucinæ affigebant, atque inter ædes Iuuentutis & Sumani, ſingulis annis Romæ, anſere inſidente: deferebatur. *Alex. lib. 3. c. 12. ex Plut. & Cælius lib. 17. cap. 28.*

Homines, humana victima.

Vide Titulum, Magiæ ſtudium. G

Pharmacei in literis interioribus ferè vocabantur, qui ad ciuitates ſuo interitu expiandas educabantur publicè. Erant verò hi ignobiles quidam & inutiles, qui graſſante in ciues peſte, aut id genus morbo alio, immolabantur, vt ſi quid in numen eſſet offenſæ, piaculo einſmodi parta facerent, ob idque Catharmata conſimiliter dicebantur, Græco verbo expiationem ſignificante. Nam Catharſia ratione eadem porculos nuncupabant minutulos, quibus conciones & theatra luſtrabantur: qui mos Athenienſium erat vetus. *Cælius lib. 6. cap. 12. Antiquarum Lectionum.*

Apud Rom. cætera quidem ſacra violare, nefas, hominem verò ſacrum occidere fas erat. Eius ratio hæc: veteribus is erat deorum metus & obſeruantia, vt ſacra dicatumque animal prorſus in ſuis finibus eſſe haud paterentur, ſed ad deorum abigerent loca quibus id ſacrum foret. Animas verò huiuſmodi ſacratorum hominum, quos ξίερας Græci vocant, diis debita omnino exiſtimabant. Sed eas in cœlum mitti à ſe poſſe, & ad deos, ad quos iam pertinerent, alia ratione nulla videbant, niſi corpore viduatas. Igitur primo quoque tempore, vt irent, eiuſmodi hominem interficiendi cuilibet erat H

arbitrium. Morem hunc, veſtuſtatis prudentiſſimus Maro expreſſit in Haleſo, de quo paulò mox appetituro ita ſcribit: *Iniecere manum Parcæ, telíſque ſacrarunt Euandri:* in quo item diuini humaníque iuris proprietatem eſſe exequutum, adnotauit *Macrobius lib. 3. cap. 7. Saturn.* Quippe ex Manus iniectione mancipium deſignauit, *Cælius lib. 11. cap. 12.*

Fuit Gehennon vallis in tribu Beniamin, ab impiis poſſeſſa, in qua filij viui cremabantur, & immolabantur dæmonio Moloch. Putatur autem Moloch fuiſſe Saturnus. Fit eius mentio *Ioſ.* 18. Et vocatur vallis filiorum Hinnon. Poſtea & Iſraëlitæ ad eum gentilem ritum deſciuerunt, ſicut de Achaz ſcriptum extat. 2. *Paralip.* 28 Ipſe eſt qui adoleuit incenſum in valle filij Ennoy & luſtrauit filios ſuos in igne, iuxta ritum gentium, quos interfecit Dominus in aduentu filiorum Iſraël. Vocatur is locus & Topheth, à tympanis, quæ pulſabantur, ne eiulatus puerorum exaudiretur, 4. *Reg.* 23. Abiit autem in conſuetudinem, vt vulgari loquendi modo Gehenna pro loco

tormentis

A tormentis perpetuis damnatorum deputato accipiatur in Sacris literis gehennam primus Saluator vſurpauit in Euangelio, quod Hironymi proditum monumentis eſt, pro eodem loco, vel in quo prorſum excarnificarentur impij. Beelphegor creditur Saturnus, qui dicatur Beel: nam Phegor, vbi is coleretur, loci appellatio eſt. *Cælius lib. 13. cap. 33. A. L.*

Beli tanta fuit apud veteres religio, vt ei non ſolùm humanas hoſtias captiuorum ignobiliumque mortalium, ſed & ſuos liberos immolarent. *Hieron. lib. 13. com. in Eſa. c. 46.*

Manaſſem Iudææ Regem, maximum ſua ætate Magum, liberos ſuos diabolo ſacrificauiſſe legimus. At is promiſſis de ſumma amplitudine ab eo acceptis, hoſtibus comprehenſus & dignitate deiectus eſt.

Apud Ægyptios in Oſiridis, veluti frugum ac fructuum repertoris memoriam apud poſteros immortalem, boues ruffos, quoniam videntur colore ſimiles Typhoni, qui Oſiridem necauit, immolari permiſſum. Et homines quoque colore Typhonis antiqui reges ad ſepulchrum Oſiridis ſacrificio mactabant. Cùm autem pauci ruffi Ægyptij reperirentur, externi
B plures materia fabulandi græcis data Buſiridem hoſpites necaſſe. *Diod. l. 1. c. 7.*

Heliopoli in Ægypto tres in die homines quos inquirebant, ſi mundi eſſent, Iunoni mactabant. *Polyd. lib. 5. cap. 8. de Inuent.*

Euſebius in Euang. præpar. ex Sanchoniatone Theologiam Phœnicum recenſens ſcribit: Saturnum regionis Palæſtinæ regem cum hominem exuit, aſtrum illud, quod de eius nomine vocatur, induiſſe. Paulò poſt Anobreth nympham, quæ vnicum habebat ex Saturno filium, ac idcirco Leud appellatum (nam id eſt illi genti vnicus filius) coactam eum immolare, quòd periculoſo bello patria premeretur: eſſetque moris peruetuſti, filium principi cariſſimum, per eiuſmodi diſcrimina dæmoni vlciſcenti ſacrificare, ad eius iram placandam.

Carthaginenſes à Phœnicibus oriundi, in grauibus Reip. caſibus hominem mactabant Saturno, cuius aliquando filius ſic immolatus eſſet, vel ipſi hoc ſtatuentes in Africa, vel inſtitutum iam ex vetere patria ſecum transferentes in nouam.
C Pueri & infantes pro victimis adhibebantur aris, quæ ætas, vel ſuperbiſſimis hoſtibus ſolet miſerabilis videri. *Clearchus, Plato in Protagora, Lactatius l. 1. c. 21. diuinarum Inſtitutionum, & Tertullianus.* Erat autem apud eos ænea Saturni ſtatua, quæ manus ſupinas in terram inclinatas exporrigebat, quibus deinde impoſitus puer, ignis vapore & calore contractus ac tortus, ridentis ſpeciem exhiberet, inde deuolueretur in voraginem quandam ignis plenam. Hinc veriſimile eſt Euripidem fabuloſa illa mutuatum, de Taurico ſacrificio, in quibus Iphigeniam ab Oreſte ſic interrogari facit: Quodnam ſepulchrum mortuus ſortiar: Ignem ſacrum, qui intus eſt, & opacum terræ hiatum. Fabula, quæ à Græcis & priſca fama tradita eſt, quòd videlicet Saturnus ſuos filios à medio tollere ſit ſolitus, apud Carthaginenſes huiuſmodi lege ſeruata videtur. *Diod. l. 20. Plutarchus in lib. de Superſtitione*, in huius ipſius hiſtoriæ mentione, eos qui ſine liberis forent omnino, à pauperibus puerulos coëmere ad hunc vſum ſolitos ſcribit, veluti agnos aut auium pullos. Idem in more item fuiſſe tradit, vt aſſiſteret mater ἄτεγκτος καὶ ἀστένακτος, id eſt, citra lacrymas & gemitus. Quòd illacrymari aut ducere ſuſpiria deprehende-
D retur, precio pueri priuabatur, puer nihilominus immolabatur. In ſtatuæ ambitu incinentium tibiis & tympana pulſantium modulis opplebantur omnia, ne qua exaudiri vox poſſet. Conducibilius porrò, inquit, Carthaginenſibus fuerat, Critiam initio, aut Diagoram legum ſortiti latores, ac deorum nullum arbitrari, aut dæmonum, quàm eiuſmodi obire ſacra: præſtat enim deos non credere, quàm crudeles opinari & ſanguinarios.

Iphigeniam Agamemnonis filiam ad placandum numen iratum Calchas mactandam in ſacrificio apud Aulidem cenſuit. Diana vero ceruam pro illa ſuppoſuit.

Iones, Dianæ Triclariæ quotannis virginem & puerum immolabant, vt deam iratam placarent quam offenderant. Melanippus adoleſcens & virgo Dianæ ſacerdos, ſtupro in æde ſacra patrato: ita, vt ſumma terræ ſteriliras, & miſeranda hominum lues oborta ſit. *Pauſanias in Achaicis.*

Apud Græcos in anniuerſaria celebritate Baccho viuos homines ſacrificare mos erat: apud quos qui ita fuiſſet immolatus, maximam inter ſuos probitatis laudem ferebat. *Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 26.*

Olim Piræus inſula fuit. In ea cum Munychus principatum E
obtineret, templum inſtituit Dianæ Munychiæ. Dein cùm vrſus Dianæ ſacer quidam ibi repertus & ab Athenienſibus interfectus eſſet, fames ingruit. Reſpondit deus. Ita demum finem mali futurum ſi quis filiam immolaſſet numini. Vnus autem repertus eſt Embarus, qui polliceretur, ſe filiam immolaturum, ea lege, vt ſacerdotium in poſteros ſuos traduceretur. Itaque ſolemni ritu ornatam ſacrificauit: *Plutarchus in collectaneis, & Eraſmus in prouerbio*, Embarus ſum.

Cùm ad Salaminem Græci cum Themiſtocle contra Xerxem pugnaturi eſſent, ad Themiſtoclem iuxta prætoriam triremem, ſacris operantem tres adducti ſunt captiui, forma & veſtitu inſignes. Dicebantur Sandauces regis ſororis & Autarcti filij eſſe. Quos contuitus vates Euphrantides, & ſimul & magnam hoſtiæ & lucidam flammam ediderant, ac bonum omen ſternutamento à dextera parte eſt datum: dexteram Themiſtoclis complexus, adoleſcentes illos omnes iuſſit vt victimam & hoſtiam Omeſti, Baccho votis nuncupatis immolarent. Ita pariter Græcis ſalutem promitti & palmam. Stupente Temiſtocle eo vaticinio tanto & tam atroci, vulgus F
vt in grandibus ſolet periculis & rebus aſperis, ſalutem potius ex abſonis quàm conſentaneis ſperant, cepit deum ſimul vna voce ciere, adductiſque ad aram captiuis ſacra ex præſcripto vatis fieri coëgit. Hæc philoſophus, & hiſtoriarum non rudis Lesbius Phanias memoriæ prodidit. *Plut. in Themiſtocle.*

Laodiceæ, quæ Syriæ vrbs eſt, Palladi virgo immolabatur, Et apud Arabes, in ſingulos annos puer immolatus ſub ara ſpeliebatur. *Polyd. lib. 4. cap. 8.*

Cyprij humana hoſtia Iouem placabant, ex inſtituto Teucri. Quod genus impietatis poſtea Hadrianus ſuſtulit. *Polyd. lib. 5. c. 8. de inuent. rerum.*

Chij Dionyſio Omadio humana litabant victima. *Idem.*

In Salamine inſula, homo Agraulæ Cecropis filiæ cædebatur: Diomedi ſimiliter in templo Palladis, quod etiam ipſi Diomedi & Agraulæ commune erat. Ab adoleſcentibus ter circum aram ductus, tandem à ſacerdote haſta percuſſus, & in rogo impoſitus cremabatur. *Polydorus l. 5. 8. de Inuent.*

Ad tumulum Philopomenis, Meſſenij captiui ab Achæis à Democrate Meſſenio necati, lapidibus obruti & immolati ſunt G
Plut. in Philopœmene.

Leucadij in Appollinis ſacro, auertendæ deorum iræ cauſa, hominem de montis ſpecula deiiciebant, diis rem gratam hac re facturos exiſtimantes, *Alex. lib. 6. cap. 26.*

Rhodij & Cretenſes ex inſtituto Curetum hominem epulis granatum, ac pueros impuberes feſtis diebus Saturno mactarunt. *Alex. lib. 6. c. 26.*

Quidam perhibent, apud Sardinios fuiſſe receptum, vt ex captiuis pulcherrimos quoſque, ac natu maximos, qui ſeptuageſimum exceſſiſſent annum, Saturno mactarent, ridentes in morte, propterea quòd id forte ac virile videretur. Vnde prouerbium: Sardonicus riſus. *Eraſmus.*

Saturnus in Lario eodem genere ſacrificij cultus eſt, non quidem vt homo ad aram immolaretur, ſed vti in Tyberin e ponte Miluio mitteretur, quod ex reſponſo quondam faactitarum. Varro auctor eſt, cuius reſponſi vltimus verſus erat *Et capita inferno & patri tranſmittite lumen*: id eſt, hominem. Verùm id genus ſacrificij poſtea ab Hercule eſt immutatum, vt pro veris hominibus imagines ex ſcripto iacerentur, quod *in Faſtis Ouidius* larè docet. H
Bello ingruente Gallico, Poſt primi Punici finem, ex vaticiniis librorum Sybillinorum Græcum & Græcam, ſimulque Gallum & Gallam in foro Boario, quod vocant, ſub terra viuos demiſere, quibus ad hunc vſque diem græcis & gallis ſacra arcana & nefanda faciunt menſe Nouembri. *Plut. in Marcello Plin. l. 28. c. 2.* In Panchæo ſtatis diebus in ſacris Herculis, mactabatur homo. *Alexand ab Alex. l. 2. c. 14.*

Masalmas Saracenorum princeps Pergamum obſidebat, Pergamini ciues magi cuiuſdam inſtinctu prægnantem mulierem diſſecuerunt: fœtuque in cacabo elixato, quotquot militare vellent, execrando hoc ſacrificio manicas dextrarum ſuarum tinxerant. Ea propter iuſto Dei iudicio hoſtibus ſunt traditi. *Credenus.*

Celtæ pari ſuæ feritati impietati in deorum ſacrificiis abutuntur. Noxios enim quinquennio ſeruatos, ſubditos affixos diis ſacrificant, cúmque aliis primitiis ſuper ingentes pyras immolant. Captiuos quoque ſacrificant diis. Quidam de hoſtibus capta animantia vnà cum hominibus interfecta, aut

A aut in ſacris comburunt, aut aliis afficiunt pœnis. *Diodorus lib. 5. cap. 9.*

Apud Gallos ſi qui ſunt affecti grauioribus morbis, quique in prælis periculiſque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vouent, adminiſtriſque ad ea ſacrificia Druydibus vtuntur: quod pro vita hominis niſi vita hominis reddatur, non poſſe deorum immortalium numen placari arbitrantur, publicaque eiuſdem generis habent inſtituta ſacrificia. Alij immani magnitudine ſimulacra habent, quorum contexta viminibus membra viuis hominibus complent: quibus ſuccenſis, circumuenti flammis exanimantur homines. Supplicia eorum qui in furto, latrocinio, aliave noxia ſunt comprehenſi, gratiora diis immortalibus eſſe arbitrantur. Sed cùm eius generis copia deficit, etiam ad innocentium ſupplicia deſcendunt. *Cæſar. lib. 6.*

Iidem hominem diuinationi deſtinatum in tergo ferientes, ex ipſo impatientiæ afflictandique modo vaticinia concipiebant, quoſdam etiam ſagittis configebant, patibulo etiamnum in ſacris ædibus ſuffixos, *Celius 18. c. 21. ex Polybio.* De iis ſic ſcribit *Lucanus.*

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
B *Teutates horrenſque feris altaribus Heſus.*

Luſitanis vetus mos erat, ex inteſtinis hominum exta proſpicere, atque inde omina & diuinationes captare, abſciſſaſque captiuorum dextras pro munere diis offerre. *Alexander ab Alexandro lib. 6. c. 26.*

Albani Aſiani deos colunt Solem, Iouem, ac præcipuè Lunam cuius templum Iberiæ proximum eſt, & ſacerdos præficitur honore ſecundus poſt regem, qui ſacris ſeruit, & ſacræ regioni præeſt, quæ multa eſt, & hominibus plena, è ſeruis multi numine afflati diuinant. Qui plurimùm numine correptus eſt, ſolus per ſyluas errat: hunc ſacerdos comprehenſum ſacra catena deuincit, per annum ſumptuoſe alens, poſtea ad deæ ſacrificium cum aliis hoſtiis mactandum producit. Sacrificij ritus eſt huiuſmodi. Quidam huius negotij gnatus ſacram haſtam tenens, qua mos eſt hominem mactari, atque ea multitudine procedens, eam in cor per latus vrget. Illo cadente, quædam diuinationis ſigna captant, atque in commune proferunt, tum corpore in locum quendam delato, id omnes ſupergrediuntur, huiuſmodi piaculo vtentes. *Strabo lib. 11. & Bonfinius lib. 1. Dec. Prima.*

Scythæ ex captiuis centeſimum quemque Marti immolant, quem ſub ſpecie acinacis colunt. Nam vbi eorum capiti- C bus vinum libauerunt, ipſos ad quoddam vas mactant: dehine eiſdem in congeriem ſarmentorum ſublatis, acinacem cruore perfundunt. Hæc quidem ſuprà conferunt: inferius autem ad templum illa faciunt. Virorum interemptorum omnes humeros dextros præcidunt, quos vnà cum manibus in aërem iaciunt: quocunque ceciderit manus, ibi iacet, & ſeorſum mortuus. Cæteris deinde ſolemnibus confectis, abeunt. *Herod. lib. 4.*

Apud Tauros Scythas in Ponto Diana hoſpitum qui illuc appuliſſent ſanguine placabatur. Iphigenia illuc Aulide tranſuecta, Oreſtem fratrem & Pyladem aræ aſtantes vt mactarentur agnouit, raptoque deæ ſimulacro in Græciam cum illis rediit.

Thraces Zamolxim, quem maximum deum putant, non aliter fieri propitium æſtimarunt, quàm ſi ad aram facili lancearum ictu homo concideret, eam optimam & diis gratiſſimam victimam opinati. *Alex. lib. 6. c. 26.*

Getæ Martem, quem deum belli putauit antiquitas, apud ſe dicunt progenitum. Quod inſignis poëta non ignorabat, dum diceret. *Gradiuumque patrem, Geticis qui præſidet armis.*
D Eum Gothi ſemper aſperrima placauere cultura, morte ſcilicet captiuorum opinantes bellorum præſidem aptè humano ſanguine placari. *Cranzius lib. 1. Suecia, cap. 5.*

Cataphryges & Pepuzianis duo hominum genera, hæreſis cum primis perditæ ac deſperatæ, infantis tenellum corpus ſoliti erant per omnia membra compungere, vt ſic expreſſo ſanguine farina maceraretur, qua conficerent panem in Euchariſtiæ vſum, vt Auguſtinus ad Quoduultdeum narrat. Simile quiddam Euchetæ & Gnoſtici faciebant, ad dæmones pellendos, vt legitur apud Michaëlem Pſellum. *L. Viues in librum decimumoctauum Auguſtini de ciuitate dei, cap. 93.*

Germani, Mercurio humano cruore litare, religioſiſſimum putabant, *Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 26. ex Cæſare, lib. 6. & Tacito.*

Hamburgi in templo Hammonis ſtatua colebatur ſacrificii non modò pecudum, ſed etiā victimis humanis. Erat verò huiuſmodi. Regis ſimulacrum ſedebat in ſella, ex cuius ore ad latus vnum exibat fulgur, ad alterum verò tonitru: vna manu ſceptrum gerebat, altera gladium: ad dexteram eius aſſidebant dij, Apollo, Mercurius, Neptunus, Mars, Vulcanus, Pluto: ad ſiniſtram deæ, Iuno, Ceres, Veſta, Venus, Minerua, Diana. *Ioan. Peterſius in Holſatorum Chronico. Id tamen Crãtz. in Sax.* negat. E

Rugiani deo ſuo Suantouito quotannis hominem Chriſtianum, quem ſors dediſſet, immolabant. *Helmodus c. 53. de rebus Sclauorum.*

Cimbri, qui Cimmerij, & Boiis ex Hercynia ſylua Boëmiæ, eo tempore, quo Gedeon, Iudæis ius dicebat, exacti, maiore Europæ parte occupata, Aſiam quoque armis perdomitam vectigalem fecerunt. Erant inter illos ſacerdotes diuinationis peritæ, quas patrio ſermone Alrunas nuncupant. Hæ incinctæ annis æneis, nudæ pedibus, canis capillis, linteaq; tunica & alba veſte, quæ ſubtus fibulis annexa erat, amictæ, captiuis per caſtra ſtrictis occurrebant enſibus, quos ad humum ſternentes, ad æreum pertrahebant craterem: deinde eos in ſublime tollendo, iugulum ferro aperiebant, & profluente ſanguine in craterem, euentum belli vaticinabantur. Aliæ diſſecto ventre ex inteſtinis victoriam interpretabantur. Inter præliandum verò pelles ad carrucarum velamina cateoſas, crebris pulſabant ictibus, vt ingens ſtrepitus cum horrore ederetur. *Auentinus lib. 1. Annalium, ex Strabonis lib. 7.* F

Apud Gothos olim in metropoli Vſpalia nouendiale facrum Thoro, deo ſuo faciebant, ſingulis diebus nouem animantium genera, & totidem humanas hoſtias. Homo autem quem ſors immolandum obtulerat, in fontem, qui ad locum ſacrificiorum ſcaturiebat, viuus immergebatur. Qui ſi facilè efflaret animam, fauſtum renunciabant ſacerdotes votum, moxque inde ereptum, in vicinum nemus (quod ſacrum credebant) ſuſpendentes, inter deos tranſlatum affirmabant. Quo factum eſt, vt beatum ſe crederet, qui ea immolatione excederet è vita. Accidit nonnunquam, reges ipſos eadem ſorte delectos immolari. Quod quia fauſtiſſimum regno ſacrificium æſtimabatur, totius populi multitudo ſumma gratulatione tam inſignem victimam proſequebatur. Enimuerò ſic defunctos nequaquam mori, ſed tam illos, quàm ſeipſos immortales eſſe G perſuaſum habebant. *Ioannes Magnus lib. 1. cap. 12.*

Apud Gothos & Suecones potiſſima victima vir aliquis eſt, quem omnium primum in prælio ceperint: hunc nimirum mactando, Marti ſacrificant, vt quem deorum maximum ducant. Sed ea eſt apud hos immolandi conſuetudo, vt non ſolum hoſtiam mactent, ſed in arborem viuam hanc priùs ſuſpendant, indeque inter ſenticeta & vepres proiectam, ſic variis ac miſeris modis excitando conficiant. *Io. Magnus lib. 8. c. 35. ex Procopio.*

Gothi ſine Getæ perſuaſiſſimum habebant, eos qui vita functi eſſent, in alium quempiam locum amœniorem demigrare, in quo deum Breyaem (vel Tamolxium) præſidere affirmabant: ad quem aſſiduè cum naue quinqua remigum nuncium quempiam ex ſeipſis ſorte delectum mittebant, præcipientes, vt ea, quibus indigerent, & liberalitate numinis impetraret. Modus mittendi nunciis erat. Quidam eorum aliquot lanceas acutas in altum tenebant: ſuper quas alij ipſum, qui deſtinandus erat, manibus pedibuſque correptum iniiciebant; qui ſi ſtatim cadens extinguebatur, propitium ſibi deum ar- H bitrabantur, quòd nuncium facilè acceperit. Si autem ſecus accidiſſet, ipſum nuncium inſimulabant malum eſſe virum, qui indignus eſſet ad deos deſtinari. Itaque eo abiecto, alium mittebant, dantes adhuc viuenti mandata, quæ apud ipſum numen exequatur. Deinde præmiſſa iactatione extinctum marinæ voragini opera eorundem quinque remigum tradebant. *Olaus Magnus lib. 3. c. 7.*

Lithuani olim ex bellis reuertentes manubias & vnum aliquem de captiuis præcipuum & inſignem virum victimæ loco igne conſecrabant. *Guagninus in deſcriptione Lithuaniæ.*

In inſula Thule, quem omnium primùm in prælio ceperunt, ſacrificarunt Marti: cumque priùs vnum in arborem ſuſpenderunt, indeque inter ſenticeta & vepres proiectum miris modis cruciarunt, vt narrat *Procopius de bello Goth. lib. 2.*

Britannis longo tempore mos inoleuit, vt in ſupplicationibus captiuorum ſanguine diis litarent. *Alexand. ab Alex.*

Dum Scoti à Britannis pulſi, in Hibernia recollectis viribus

cùm

A cum rege ſuo Leuthero in Albionem redirent, quem primum obuium habuere hominem (more patrio bellicum ſacramentum & præſagium victoriæ præmittentes) trucidabant, ſanguinem mucrone ori admotum deguſtabant, tenſóque in cœlum gladio vindictam precabantur. *H. Boetius lib. 2.*

Iudæi puerum Chriſtianum ſingulis annis mactare ſoliti. *Michaël Neander in Erotematis linguæ ſanctæ Fortalicio fidei, lib. 3. conſid. 7.*

Solere Obſtetrices magnas pueros nuper natos, ſub prætextu curæ peculiaris, extra cubiculum, portam & ſub camino foci in altum eleuatos, principi dæmoniorum conſecrare, ſic vt abſque adminiculo per vncum lebetarium aſcendere videantur. *Iacobus Sprengerus in Malleo maleficarum, part. 2. quæſt. 1. cap. 13.* confirmat exemplo cuiuſdam, qui cùm filiam tali conſecratione vſam animaduertiſſet, quamocyus potuit puerum baptizari voluit. Cùm ad aliam villam, in qua parochialis erat Eccleſia, ferendus eſſet, & per pontem ſuper flumen pertranſire haberet: ille euaginato gladio filiam quæ infantem gerebat, inuaſit, dicens: Nolo vt infantem per B pontem deferas, ſed vt per ſe pontem ſuperet volo. Nam quæ arte tua magica infantem in altum ferri feciſti, fac etiam vt nullo deferente pontem pertranſeat, aut in flumine te ſubmergam. Ergo coacta, puerum ſuper pontem poſuit, & dæmonem inuocauit, & ſubitò ex altera parte pontis, infans conſpectus eſt. Baptizato inde puero, cùm iam per teſtes filiam de maleficio conuincere poſſet, qui primum facinus oblationis minimè probare potuiſſet, filiam cum matre accuſauit, ſceleriſque conuictæ igne pœnas dederunt. *Iacobus Sprengerus part. 2 quæſt. 1. cap. 13. Mallei.*

Catharina Darea Copatis die 2. Febr. M.D.LXXVIII. duas puellas iugulauit, vnam ſuam, alteram vicinæ, cùm tamen rei magicæ non fuiſſet infamata, hæc diabolum confeſſa eſt hominis proceri & pernigri ſpecie curauiſſe vt id faceret, poſtea cremata eſt prouocare nolens: quamuis Coparum Præfectus licere exponeret: nam agnoſcebat ſe hoc genus mortis eſſe promeritam. *Bodinus.*

Conuictus Raziorum Baro ſe octo infantes confeſſus eſt occidiſſe & ſacrificaſſe diabolo, & ſibi Satanam indixiſſe, vt ſuum ipſius puerum adhuc ſacrificaret, auellés ab vtero matris C quæ tum ſobodnata eſt, itaque iudicium in eum conſtitutum. *Idem.*

Inſula ab Hiſpanis inuenta eſt, quam de principis nomine Carolinam vocarunt. In ea frequentes viſuntur ſtatuæ deorum, quos gentes illæ colunt æneæ, intrinſecus cauæ, manibus iunctis, paſſiſque, in quibus infantes & pueros, quos diis illis immolant, ſtatuūt, ibique vrunt crudeliter igne in cauis ſimulachri accenſo, & ære calorem immodicum concipiente. *L. Viues in lib. 7. Aug. de ciuit. Dei, cap. 19.*

Themiſtitan immanibus infantem puerorúmque quos ad viginti millia quotannis diabolo immolabant, cædibus fuit ſupra cæteras omnes totius orbis vrbes infamis. *Ioan. Metellus.* Idola ſanguine hominum oblatorum conſperſa fuiſſe, auctor eſt Ferdinandus Corteſius *Iouis lib. 34. Hiſtoriarũ.* Ante illius excidium ab Hiſpanis factum captiuus de more demonibus ſacrificandus, cum fleret vbertim Deúmque cœli inuocaret: aſtitit ei quidam, qui hortatus eſt eum, ne adeò mortem formidaret: Deum cœli miſertum eius eſſe: annunciaret ſacerdotibus breui deſiturum hoc genus ſacrificij: venite iam eos qui terram D eſſent mundaturi. Sacrificarunt illum eo loco vbi nunc damnati ſuſpenduntur, eóque anno excidium vrbis initium accepit: nam tertiò pòſt capta eſt ab Hiſpanis & direpta. *Cardanus lib. 13. c. 79. Var. rer.*

Animalium Partes, Excrementa, Fructus,

Vt eſt Sanguis.

Spartæ Orthiæ Dianæ templum & ſimulacrum, è Taurica Cherſonneſo ab Oreſte & Iphigenia furtim ablatum, religione ſacroſanctum fuit. Cùm autem Limnatæ & Cynoſurenſes Spartani ſacrum deæ facientes ad iurgium & cædes mutuas conuerſi eſſent, reliquos ſubita vis morbi abſumſit. Inde oraculum acceptum eſt, eam aram humano ſanguine aſpergi oportere. Quare cùm antè ſorte duceretur immolandus, ſacri ritum Licurgus ad puberum plagas tranſtulit: quo fit vt hoc etiam ritu nihilo ferè minus ſanguine humano ara imbuatur. *Pauſ. in Lacon. Plut. in Lycurgo.*

In Arcadia fuit Dionyſij templum, in quo ſacrificij loco puellæ ad aram flagellabantur ad necem. *Alex. lib. 6. cap. 26.*

Bellonæ ſacerdotes non animalia hoſtia, nec victima, ſed ſuo cruore ſacrificant. Gladios enim diſtrictos, vtráque E manu tenentes, humeros ſibi & lacertos tanquam fanatici diſſecant, hoc ſanguine litari & crimina expiari putantes. *Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 11.*

Lac.

Proditum memoriæ eſt, Romulum nunquam vino ſed ſacris ſed lacte libaſſe. *Alex. lib. 3. cap. 15.*

Crines, Capilli.

Dedicabant virgines Rom. maritæ viro, compoſitum capillum Palladi. Trœzene verò puellæ Hippolyto crinem conſecrabant. In Sicyonia quoque ſanitatis ſimulachrum, fuit cui virgines crines reſecare, & capillos dicare ſolebant. Athenienſes cùm ex ephebis exceſſiſſent, primitias crinium Delphos deferebant: & cùm antiquiores comam circa tempora, aut poſteriorem crinem Apollinis & fluminibus tonderent, æuo ſuccedente Theſeus πρόσθια, hoc eſt anteriorem capillū Delphis dedicauit. Vnde Theſeis tonſura prodita eſt, cuius exemplo iuuenes cùm primùm ex ephebis exceſſiſſent, anteriorem comā Phœbo & Æſculapio aut Libero obtulere primitias. Poſtea Romani adoleſcentes magnæ indolis, primæ F lanuginis barbam diis conſecrare vſurparunt. *Alex. lib. 5. c. 18.*

Stercus.

Kyrgeſſi Tartari catteruatim in campis degunt, habéntque ritum gentilem huiuſmodi. Sacrificus ipſorum quo tempore rem diuinam peragit, tunc ſanguinem, lac & fimum iumentorum, terrámque ſumit, commixtionéque inſimul facta in vas quoddam infundit, & vnà cum hoc arborem aſcendit, ad populúmque circumſtantem concionatur. Concione perfecta, in ſtultam plebeculam prædictam commixtionem ſpargit: populus verò in terram pronus prouoluitur, aſperſiunculámque hanc pro deo colit, firméque credit, nihil eſſe perinde ſalutare humano generi, ac terram pecus armentaque. *Guagninus in deſcriptione Tartariæ.*

Oua.

Oua expiationibus apta monſtrat *Iuuenalis* illud.

—— *niſi ſe centum luſtrauerit ouis. Cal. lib. 27. c. 17.*

Cerealia.

Ægyptij in æſtate Spicas Iſidi offerebant, inuocantes & G implorantes deam, vt fruges proſperaret. Illa enim tritici & hordei inuentrix fuiſſe dicitur. *Diodorus Siculus.*

Veteres in ſuis ſacris ὀλοχύτας, ſiue οὐλοχύτας, ſemper præmittebant. Molas Latini vocant, ordeum molitum (quo ἀπὸ dicitur) & ſal hordeo συγχεόμενον, commiſtum: vt hoc ipſo deorum erga homines benignitatem in frugum inuentione (inter quas hordeum primum fuiſſe traditur: quam ob cauſam ἀρχαῖα græcis dictum eſt, ἀπὸ τοῦ ἀκρείου, quoniam manſuetiore victu homines vſi, à belluina quoque natura ſenſim ſegregati fuere) & Rerumpub. conſtitutione (cuius ſymbolum eſt ſal; quoniam ſicuti ex variis guttulis vna ſalis mica ſolida, victus quotidiani condimentum, naſcitur: ita etiam ex multis ciuibus, quos manſuetior vitæ cultus in vnum, frugum inuentarum beneficio: reduxit vna ciuitas & Reſp. oritur) ob oculos ponerent, & ſuam quoque gratitudinem teſtarentur: atque ita tum beneficiorum recordatione, tum gratiarum actione deorum beneuolentiam porrò ſibi compararent. Præmiſſis hiſce molis preces ſubiungebant, & ſacrificia peragebant *Euſtath. Iliad. α.*

NVMA Pompilius deos fruge coli, & mola ſalſa ſupplicari H inſtituit: quam molam ex farre, ſale & aqua compoſuit, ſine qua nullum ſacrificium ratum fieri cenſuit. Atque id far, niſi toſtum eſſet, ad rem diuinam non eſſe purum ſtatuit. Græci verò non far, ſed hordei primitias, libúmque & placentas ex hordeo diis offerri, hordeúmque ſale inſperſum imprimis aræ infundi ſatius duxere, ſine quo ſaluis cæremoniis, nullum ſacrum fieri poterat. Illum qui primitias eiuſmodi colligebat, Crithologum dixere teſte *Plut. in quæſt. Græcis, Alex. lib. 3. cap. 12.*

Aras dedicaturi olim, aut ſimulacra dei alicuius, legumina elixa pro primitiis offerebant dedicatis, ob memoriam grati animi de primo victu. *Ariſtophanes in Danais:* Teſtor Iouię Hercei ollas, cum quibus ara dedicata eſt olim. Mercuriales verò ſtatuas pro foribus & alia ſigilla dedicantes, quò felicior eſſet erectio, ollas polentæ adhibebant, *Suidas in voce χύτραις ἱδρύειν, Ollis pax ſancienda Conſule locum Feſtor.*

Suffimenta ex faba milióque aſperſa mulſo diis offerri abſque victima, quo tempore vuæ calentes prælo premuntur, ſæpè notatum eſt. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22.*

A In Lemuralibus Famam noctu iacere vſurpatum eſt, Lemures ſe ex domo eiicere clamantes. Eam nigram eſſe conuenit: ipſámque lotis manibus, & pede nudo per ora verſare, & poſt terga reiicere, æríſque tinnitum facere: vt Lemures fabis redempti, domo abirent, nouies orare: idque Maio menſe tribus noctibus fieri, donec ſoluris religione animis, manes expiatos ducerent. In parentalibus aſſumere fabas vſus obtinuit, ſicut in peruigiliis cicer: ac ferales cœnas lentéſque & offas ad ſepulcra illorũ ferre, quibus parẽtare ius erat) quæ etiam Feralia à ferendis epulis dicta ſunt) & in defunctorum ſepulcris ſuper nudam ſilicem apponere. *Alex.lib.3.c.12.*

Allia, Papauer.

Maniæ, quæ mater Larium fuit, in cumpitalibus, à Bruto inſtitutis, non humana victima, vt olim (nam pro familiæ incolumitate antea pueros mactabant) ſed illorum & papauerum capitibus facere ſacrificia Romani voluerunt. *Alex.ab Alex. lib.2.c.22.*

Rami arborum.

Oſcbi. *Vide, Feſta Athenienſium, Oſchophoria.*

B Mel.

In Aſopo, in æde Eumenidum, niſi mulſo libare, & pro coronis floribus, vti permiſſum erat. *Alex.ab Alex.lib.3.c.12.*

Vinum.

Rom. vbi in ſacris vina libare diis neceſſum erat, ex Græca & imputata vite, ſeu fulmine tacta, aut quæ vulneratis pedibus calcata, vel immunditie polluta fuerat, aut iuxta quam homo laqueo pependerat, vina libare diis, infauſtum erat. Thaſiia vero, niſi vino libaneo & odore thuris diis prolibatur. *Alexand. lib.3.cap.12.*

Thus.

Babylone in Iouis templo mille talenta thuris quotannis adolebantur. *Herod.lib.1.*

Sal.

Sine mola ſalſa nullũ diis ſacrificium antiquitus fiebat, in ea quippe efficaciorem vim placandis numinibus & commouendæ diuinitati putabant, quod ſal minime omnium corruptioni eſſet obnuxium. *Alex.lib.4.cap.17.*

Calculi.

C Ad Terei ſepulcrum Megaris cum ſacrum fit, calculis pro hordeo vtuntur. *Alex.l.4.cal.17.*

Spolia, Arma.

Inter ſolennia vota fuiſſe traditur, quoties exercitus duces de ſpoliis hoſtium Vulcano votum feciſſent, id ſoluebatur vt fuſis fugatíſque hoſtibus, ſcuta, gladios, & arma, ſpoliáque, nonnũquam bellorum machinas, currúſque & inutiles naues, vno in loco aggerant, piráque extructa, circumſtante populo & frequentiſſimo exercitu, velut diſpoſita acie, dux more patrio diſcinctus, Vulcano, Marti & Palladi incendat: ipſéque dux indutus purpuram primus ardentem faciem ſumere, ambaſque manus in cœlum tendere deinde in pyram ſummittere debeat, toto circum exercitu exultante, & percuſſis armis plaudente, pyráque armis exuſtis, ſacra & rem diuinam faciant, tametſi arma militaria non exuri, ſed belli more cremari ſolita legamus. *Alex.lib.3.c.22.*

Victis ad Aquas Sextias Teutonibus, ſecundum pugnam legit C. Marius ex armis & ſpoliis barbaricis elegantiſſima & inuiolata, quæ ſpeciem valebant triumpho magnificam

D præbere. Reliquorum aceruo in pyram accumulato amplum ſacrificium fecit: circumfuſúſque in armis & coronato exercitus præcinctus de more atque prætexta velatus ardentem ferebat facem, eámque ambabus manibus ad cœlum ſuſtollens parabat ſubdere pyræ: cum currentes ad eum citatis equis amici, deſilierunt exequiis, atque eum amplexi nunciauerunt læti quintum conſulatum, literáſque ei de hoc reddidère. Ita cum magna gratulatione ſolennitas cumulata eſſet victorialis: hic exercitus exultans plauſu quodam militari & armorum crepitu perſonauit: hinc legatis alteram imponentibus coronam Mario, ſubdidit flammam pyræ & ſacra peregit. *Plutarch in Mario.*

Phiala.

Memphi eſt locus in Nihilo, quem à figura vocant Phialam, omnibus annis ibi auream pateram argenteámque emergentes diebus quos habet natales Apis: ſeptem hi ſunt, mirúmque neminem per eos à crocodilis attingi: octauo poſt horam diei ſextam redire belluæ feritatem. *Plin.lib.8.c.46.*

Xerxes rex Perſarum tranſmiſſo exercitu per pontem in Boſphoro, ſole exorto ex aurea phiala libans in mare, apud

E ſolem vota concepit, ne quid ſibi aduerſi contingeret, qua Europam totam ſubegiſſet. Phialam in Helleſpontum abiecit, aureúmque craterem ac gladium Perſicum, quem acinacem vocant. Incertum eſt, vtrum Soli dedicans gladium dimiſerit in pelagus: an Helleſpontum, quòd eum flagellaſſe pœniteret, in compenſationem gladio donauerit. *Herod.lib.7.*

FORMÆ RESPECTV.

De modo ſacrificandi veterum vide Alex.ab Alex.lib.4.cap.17.

Ante Actum.

Προτέλεια dicuntur ea, quæ fiunt aut dantur, priuſquam perficiatur coram aliquid, quæ ad rem diuinam pertinent. Suidas.

Perſonarum præparatio.

Apud Ægyptios inſtitutum erat, ſacerdotes ad aram buſtiis deductis, aſtante rege, magna voce, audiente populo, valetudinem proſperam, omniáque bona optarent: narrarent inſuper peculiares regis virtutes, in deos pietatem & religionem. *Diodorus.*

F Apud Rom. moris fuit, vt qui rem diuinam facturus erat, ad ſuam leuandam culpam, ſe in primis reum dicere debeat, & noxæ pœnitere, ac fateri admiſſum, vultúmque ſummittere, & ad omnem modeſtiam fingere: deinde ipſe, aut publicus præco præcedens ſacra, Hoc age, clamitet, vocéque exciter populum, ac virga turbam ſummoueat, quæ commentaculum dicta eſt: ſilentiúmque indicat, ne mala vox obſtrepat, neve quid triſte auribus accipiat, & ſacris fauere, & intentos eſſe iubeat: namque in deorum ſacrificiis taciturnitate imprimis & intentis animis opus erat: quia ſi opus facientem ſacerdos inter ſacra vidiſſet, temerari & pollui putabantur religione inexpiabili. Ideò cuſtos dabatur, qui ſacra inſpiceret, & alter qui linguis fauere iuberet. Græcis autem ad ſacrificium acceſſurus, hoc præfatur primùm, τίς τῇδε, hoc eſt. Quis hic? Qui verò interſunt ſacris, referunt: πολλοί, κἀγαθοί. Multi & boni. Nam polluti homicidio, aut ſanguine infecti humano, hominéſque turpiſſimarum ſordium, ſaceris arcebantur: neve aras contingerent, aut ſacrificio intereſſent, lege vetabatur. *Alex.lib.4.cap 17.*

G *Animalium præparatio, inſpectio.*

Ægyptij linguam boui extrahunt, caudæ pilos explorant, & ſi vel vnum pilum nigrum repererint, hoſtiam tanquam impuram non admittunt. *Alex.lib.3.cap.12.*

Græci cùm victimas parant, priùs tauros farina explorant, capros cicerbus, capras verò frigida aqua, ne quiequam impuri deos offendat. *Idem.*

Lectæ hoſtiæ dicebantur, maiores & vberiùs depaſtæ, quæ claudæ, morboſæ & vitioſæ non ſunt, quæve fiſſam aurem vel caudam aculeatam, aut linguam nigram non habent. *Ibid.*

Victimæ maiores apud Rom. dum immolantur, auratis cornibus procedunt: minores, coronatæ offeruntur. *Ibid.ex Plinio lib.33.cap.3.*

In actu. Nempe,

In genere.

Ritus ſacrificandi apud Veteres talis erat. Primùm lotis manibus, hoſtias pura aqua purgabant, fruges capitibus earum inſpergentes: deinde precabantur, votáque nuncupabant, aras manibus tenentes: vnde dictæ Aræ, quaſi auſæ, *teſte Varrone*. Poſtea hoſtiarum tempora vectibus percutiebant, ac

H occidentes membratim diuidebant: ita primitias ex omnibus membris & exta collecta poſtquam farris inuoluiſſent farina, proiiciebant diis in altaria, focumve, aut aras, hoc eſt, vaſa, quæ tripodes dicebantur: poſtremò ſuccedebant vina fundentes. *Homerus, & Halicarn.lib.7.*

Adoratio, Geſtus.

Cùm adorat qui rem diuinam facit, velato capite, ne auerſus animus ſacris fiat, dexteram ad oſculum ferre, & ſe in orbem circumagere, provt numa inſtituit, neceſſum habet. *Alex lib.4.cap.17.*

Preces.

Plutarchus locis aliquot in Sympoſiacis ſignificat, aliquandiùs fuiſſe morem, vt quoties vni cuipiam deo res diuina fieret, omnibus ſimul vota ficrent, videlicet ne Calydonij ſuia tragœdia renouaretur. Inuocantes autem deos, addebant hæc verba ceu ſolennia, ἅμα σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς, id eſt, vna cum phanis & aris. *Eraſm.in Adag.*

Dicta.

Agonibus Iano quinto Idus Ianuarias mactabatur aries: dictáque

A dictique Agonales dies,quod ſacerdos immolaturus à principe petit.Agonè,id eſt,mactabone,quod verbum in ſolemnibus frequens vſurpatur. Propterea princeps gregis immolabatur ex Numæ inſtituto. *Alex.lib.6.cap.8.*

Maledicta.

Athenienſes in feſto, quod Lenæum vocant; ſacrificantes fœda conuitia per riſum & iocum inuicem ſactitabant, & contumeliis ſe laceſſebant. *Alex.lib.2.cap.14.*

Eleuſyniis ſacris, quæ Magna dicta ſunt, mulieres mutuis probris conuitijſque ſe inceſſere, & maledictis pugnare ſolebant. *Idem.*

Lyndij dum ſacra Herculi faciunt, maledictis ludibriiſque verborum Herculi litant, iunctis bobus. Si quid verò honeſti probique in ſacrificio prolatum dictúmque fuiſſet, tanquam ominoſum ſpretæ religionis crimen erat. *Idem.*

Apud Siculos ſacrum Cereri decem diebus verbis turpibus & obſcenis celebrari produnt, magna verborum licentia, arbitrantes ex obſcenitate verborum & iocorum laſciuia Cereris luctum mœrorémque leuari, quem ex raptu filiæ conceperat.
B *Idem.lib.6.cap.8.*

Bonæ deæ nocturno tempore ſacra faciebant, caneſque immolabant, maledictis & probis deam inceſſentes, neminémque bonum optantes fore, qui domi naſceretur. *Idem.*

Mores.

Cum Hecatombæ vel publica vota ſoluebantur, populi luctus & mœror deſinebat. Namque in luctu vouere, erat mali auſpicij deteſtabilis. *Alex.lib.3.c.22.*

Muſica.

Tiberius Cæſar quò primùm die, poſt exceſſum Auguſti, curiam intrauit: quaſi pietati ſimul ac religioni ſatisfacturus Minois exemplo, thure quidem ac vino, verùm ſine tibicine, ſupplicauit vt ille olim in morte filij. *Sueton.*

Curſus.

In Græcorum monumentis adnotatum eſt, morem ſacrificandi ſeruatum diu, vt circumcurrerent aras, curſum auſpicati ab læuo dextrórſum, zodiaci quadam imagine cuius motio ſit mundo diuerſa ad exortum vergens: mox verò ab dextris læuorſum procurrerent, quo motu cœlum rotari manifeſtum, *Cælius lib.1.A.L.c.10.*

C *Verbera.*

Ægyptij immolata victima, dum ſacrificium ardet, omnes ſe diuerberant, flagris afficiunt. *Alex.lib.4.c 17.*

Pugna.

In Aphricæ partibus, dum Mineruam ſacrificiis placant, ſine victima, puellæ inuicem fuſtibus decernunt. *Alexand.ab Alex. lib.3.cap.12.*

Situs victimarum.

Veteres quando ſacrificabant diis ſuperis, victimarum colla obtorquebant, ita vt elata fronte cœlum intuerentur. Hinc *Homer.Iliad.α* inquit αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα. Retrò traxerunt, obtorſerunt ceruices. At ſi diis inferiis vel manibus, vt terram prona inſpicerent, conuertebant. *Euſtathius Iliad.α.*

Perfuſio victimarum.

Qui Ruminæ ſacra faciunt, apud Rom. victimæ infundunt, pro libamine lac, nec vinum adhibent. An quòd mammã Latini rumam vocarent, Ruminalem dicunt nominatam, pro eo quòd mammam Romulo lupa præbuit? Vt igitur Græci eas, quæ nutriunt paruulas lacte, θηλονὰς ἀπὸ τῆς θηλῆς, vocant: ita
D Rumina, quæ eſt nutrix, altrix, & educatrix, non admittit tanquam noxium infantibus vinum: *Plutarch.in quæſt. Romanis.*

Romani fruges in caput victimæ, aut molam ex farre molito & ſale, inde nouum vinum aut coſtum, & maſcula thura inter cornua fundebant. *Alex.lib.4.cap.17.*

Cædes victimarum.

In Scythia Marti ſacrum fit, in quo victima primis pedibus ligata, ad aram ſiſtitur, cui laqueum in collo iniiciunt, ac baculo circumducto ſtrangulant, ſine precatione & votis. *Alex.lib.4.c.7.*

Diuiſio.

Olim victimæ pellem ſeruabant in pompis Eleuſinis circumferendam, vel ſubſternendam pedibus eorum qui piaculo quopiam tenebantur, ad expiationem. *Eraſmus in Adag.*

Græci ex cæſa victima nonnunquam capite & ventre excepto cætera diis dabant, linguas verò præconibus. *Alex.ab Alex.lib.4.cap.17.* Calliſtratus tradit olim in ſacrificiis linguam exectam præconibus dari ſolitam. Nam alioqui ſunt qui dicant, ex victimis Mercurio deberi linguam,

Inſpectio victimæ.

Apud Romanos in ſacrificiis deorum fuit pontificalis obſeruatio, vt duobus hoſtiarum generibus diis ſacra fiant: vno quidem in quo cùm litabatur, voluntas Dei per exta exquirebatur: altero, in quo ſola anima Deo conſecrabatur, quæ hoſtia animalis dicta eſt. *Alex.lib.3.cap 12.*

Coctio.

Eretrienſes fœminæ in Cerealibus cùm victimam diis efferunt, carnibus non igne coctis, ſed Sole tortidis veſcuntur. *Alex.lib.4.cap.17.*

Luſitani ignitis lapidibus ſacrificiales carnes coquebant. *ibid.*

Athenienſes, vt *in Horis* teſtatur *Philochorus*, non aſſant cùm ſacrificant, ſed carnes ipſas elixant: cùm deas inquiant calores ſqualoréſque abhorrere. *Athen.lib 14.c.27.*

Comeſtio victimæ.

Septuaginta Beli ſacerdotes ſub Cyro rege, quum Belo idolo quotidie ſiliginis artabas XII. oues XL. vini metretas ſex proponerent, clauſo inde & obſignato templo, per occultum E
aditum ſub ara ingrediebantur, & omnia cum ſuis liberis & vxoribus abſumebant, deum ea comediſſe dicentes. At dolus ille per Danielem, qui pauimentum cinere conſperſerat, in quo veſtigia ſeniorum & iuniorum apparuerunt, detectus fuit. *Daniel.14.*

Solis menſas apud Æthiopes Macrobius tales eſſe memoratur. Eſt in ſuburbanis pratum, omnium quadrupedum aſſa refertum carne, quam per noctem ſinguli ciuium magiſtratus properant ponere: ad eámque, vbi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere. Hæc ipſa à terra reddi aſſiduè aiunt, *Herodotus lib.3.*

Perſæ ex immolata victima nihil diis adolent, ſola anima deos contentos eſſe rati. *Alex.lib.4.c.17.*

Æginenſium, qui ad bellum Troianum profecti fuerant multi perierant in pugna, plures tempeſtas abſorpſerat. Paucos igitur, qui domum incolumes redierunt, quum recepiſſent cognati, videntes reliquos ciues ob deſiderium ſuorum in luctu ac mœrore verſari, non arbitrati ſunt conuenire, vt vel palam lætitiam ſuam declararent vel diis ob eorum ſalu- F
tem rem diuinam facerent: ſed ſuos quiſque quos incolumes receperant, domi clam, conuiuiis & gratulationibus excipiebant, ipſi miniſtrantes patribus, cognati, fratribus, ac neceſſariis, neminem alienum admittentes. Hoc imitantes Æginetæ, quum Neptuno ſacrificant, dies ſexdecim geſtantes Thyaſos, quos vocant, clam apud ſe conuiuia celebrant, neque ſeruorum quiſquam adeſſe ſinitur, mox Veneri ſacrificantes feſtum ſoluunt. Itaque qui ſic ſacrificabant, μονοφάγοι, *dicebantur. Eraſm.in Adag.*

Græci ſatis habebant femora hoſtiæ in duo fruſta conciſa igni ſubiicere, vt ex his holocauſtum fieret, viſceribúſq; ſuper prunas aſſis, pro ientaculo, mox carnibus veru decoctis diſcumbentes veſci. *Alex. ab Alex.lib.4. c.17.*

Delphis moris eſt, vt immolantes victimam, excluſis cæteris, veſcantur, ad quam extraneos admittere nefas erat. *Ibid.*

In ſacris Hecates qui ſacrum faciunt, ij de ſacrificio veſci non permittebantur. *Idem.*

Thyſetæ in Aſia & Archiui oſſa victimæ tantum in ignem mittunt, & comburunt, ipſi autem veſcuntur carnibus. *Alex. ab Alex.lib.4.cap.17.*

In Larum ſacris id cuſtoditur, vt libertini ſacerdotes ſint, D
qui Auguſtales dicti, nihilque de ſacrificio extra ædes mittatur foras, ſed intra domeſticos Lares omnia abſumant.

Abiectio.

Ægyptij ſacerdotes, immolata victima, caput abſcindunt, illúdque diris carminibus execrati, in flumen deiiciunt, cum precatione ſolemni, vt ſi quid aduerſi euenturum foret, in caput illud redundaret. *Alex. lib.4.c.17.*

Paſtoritij Afri vbi pro primitiis aurem pecudis præciderunt, eam ſupra domum abiiciunt hoc acto, ceruicem eius auertunt *Herodot.lib.4.*

Quæcunque diis immolarentur fœderum cauſa, ea nemo cibi cauſa attingebat, ſed inquilini quidem ſuas victimas humi defodiebant, peregrini verò in mare abiiciebãt. *Euſtathius in Iliade.*

Exuſtio.

Scripſit Calliſtratus Linguas victimarum ſolitas fuiſſe Mercurio in ſacris offerri, vt teſtatur etiam in his: γλώσσας δ' ἐς πῦρ βάλλον, Linguas in ignes iecerunt. Erat autem vltima pars ſacrificiorum & finis cum linguas in ignẽ iacerẽt. Quam

A conſuetudinem primi Megarenſes incœperunt. Nam reliquit Direchidas in rebus Megarenſium, Alchathoum Pelopis filium ob Chryſippi cædem exulem Megaris in aliam ciuitatem habitaturum profugiſſe. Qui cùm in leonem Citheroninm Megarenſium agrum vaſtantem incidiſſet, ad quem cædendum & alij à Megarenſium rege miſſi fuerant, & illum ipſum cæcidit, & linguam eius ceſam in peraro conie cit, ac rurſus cum ea Megaram ſe contulit. Deinde cùm dicerent, qui miſſi fuerant, ſe leonem occidiſſe, peram afferens, eos arguit mendacij. Quare quum rea præ lætitia diis ſacrificaret, linguam poſtremam aræ impoſuit, atque ita manauit ad poſteros conſuetudo. *Natalis Comes Mythologia lib. 5 c. 5.*

Scythæ cùm rem diuinam Marti faciont, victimarum carnes ipſarummet oſſibus comburunt. *Alexand. lib. 4. cap. 17. ex Herod.*

Apud Rom. cùm ſacrum Vulcano fit, quod Proteruiam dixerunt, niſi victima & quodcumque ſupereſt, igni detur, ſacrificium pollui putabant. Vnde celebratur illud Catonis feſtiuiter dictum in Albidium quendam, qui patrimonium vniB uerſum luxu abſumpſerat, vnis exceptis ædibus, quæ incendio conflagrarunt: Proteruiam, inquit, fecit: propterea quòd ea quæ comeſſe non potuerit, quaſi combuſſiſset. *Macrobius lib. 2. Saturnal.*

Poſt Actum. Vt ſunt.

Adhortationes.

Apud Ægyptios cùm rex tauto diis ſacra feciſset, ſacerdos quædam ex libris ſacris clariſſimorum virorum conſilia actáque proferebat, quibus rex monitus, Imperio piè & iuſtè aliorum exemplo vteretur. *Diodorus Siculus.*

Dimiſſio.

Re diuina & ceremoniis concelebratis, ſacerdos tunc ilicet, ſucclamabat, qua voce illos, qui interfuerant miſsos faciebat. Apud græcos verò functus myſterio ſacerdos, ſic renunciat λαοῖς ἄφεσις quaſi populum miſsum faceret. *Alexand. lib. 4. cap. 17.*

EFFICIANTIS PRINCIPIS RESPECTV, eius ſcilicet Qui Sacris præeſt, adeſt, intereſt.

Ratione habita

C Animi. Sic interſunt

Initiati.

Apud græcos legimus ſacra quædam ἄβατα nuncupata, in quibus intereſse profanis haud fas: vti βέβηλα, ad quæ etiam profani admittebantur. Itaque ad ſacrificium acceſſurus ſacerdos, hoc primùm præfari ſolebat, τίς τῇδε. hoc eſt, Quis hic? Qui verò intererant ſacris referebant, πολλοὶ κἀγαθοί, quod eſt, Multi & boni.

Ad ſacra Eleuſinia Cereris non patebat aditus niſi initiatis præcóque abeſse profanos iubebat: atque hinc ſumpſiſse Virg. verſic. *Procul ò procul eſte profani*, auctor eſt *Seruius*, & Alcibiadi tantum negotium faceſſitum, quòd profanus interfuiſse ſacris Cereris diceretur. Primus qui hæc ſacra euulgauit, fuit Numenius philoſophus, quem ferunt paulò pòſt vidiſſe per quietem deas Eleuſinas habitu meretricio, quæ ſe adyto pudicitiæ ſuæ per illum extractas quererentur, vulgó que proſtitutas. Quod profectò indicium eſt meretricia illis contineri. Nam ſi honeſta & ſancta, nunquam eas puduiſſet euulgari. Obliquè hæc perſtringit Socrates, vt alia perD multa apud Platonem, cùm iubet turpia fœdáq; à diis cómiſſa ſacris ſecretiſſimis occultari: & apud Ægyptios qui minatur, ſe Iſidis, quæ eadem eſt Ceres, ſacra recondita editurum, cogit Iſidem ipſam quæ is iubeat facere. *Lud. viues in lib. 7. Auguſt. de Ciuit. Dei, cap. 20.*

Scelerati.

Choum feſtum Demophoon rex Athenienſium ſtatuit, Oreſtem Athenas profectum excipere volens: cùm nollet tamé eum ad ſacra accedere, aut eiuſdem ſacri eſſe ſocium, quia nondum fuerat expiatus, ſacra concludi iuſſit, ac vini choam ſingulis apponi, ei inquiens, qui primus bibiſſet, ſe placentam eſse daturum, Edixit præterea, ne quis coronas poſt potum deponeret, quibus coronabantur in ſacris, quoniam contubernales fuiſſent cum Oreſte: at vt omnes circa Choam deponerent, iuſſit: coronáſque ipſas ſacerdoti auferre in lucum, qui eſt in paludibus, reliqua in templo ſacrificare: ea quo feſtum Coës dictum fuit. *Athenæus lib. 10. c. 12.*

Græca feſta Romanis ad quintum Calendas Aprilis annis ſingulis in honorem Cereris celebrabantur, quæ quod è græcia tranſlata eſſent, & per græcos curata, græca dicta ſunt.

Fiebant autem lucé obſcura, ſacerdotéſque facibus diſcurrentes, curſu fanatico ſacra peragebant: a quibus velut ſanctiſſimis & impolluis, impij conſceleratiq; amouebantur voce præconis. *Alex. lib. 6 c. 19. Suetonius in Nerone* teſtatur, Præconis voce impios & ſceleratos ſummoueri ſolitos fuiſſe: eaque territum Neronem, intereſſe ſacris auſum non eſſe. E

Corporis. Quoad

Sexum.

Herculis ſacris arcentur Mulieres. *Macrobius lib. 1. c. 12.*

Arcana ſacra Bonæ deæ, quam Græci appellabant Gynæciam, quotannis in ædibus conſulis vxor eius aut mater virginibus Veſtalibus præſentibus viris omnibus excluſis obit. *Plut. in Cicerone.*

Sanitatem. Integri, Mutilati, Morbo affecti.

A conſecratione & ſacris arcebantur manci, quiq; inſignes debilitate corporis, aut membro non ſatis vtiles erant, velut indigni qui ſacra tractarent. Propterea quod M. Sergius ob prauitatem imminutionémque corporis à ſacris, vt mancus, amotus fuit, quòd ſacra tractare nequiſſet. Apud Perſas, quoque morbo affectum, oculo, aut membro deficientem, dominari, vel ſacris præeſſe inhibetur. *Alex. lib. 6. c. 14.* F

Apud Magos qui eſſent lentiginoſi, tanquam diis inuiſi, ab aris ſummouebantur. Item qui elati reuixerant: quibúſque viuentibus exequiæ factæ fuiſſent, velut profani, à ſacris pellebantur.

Habitum, Veſtitum.

Herculis apud Coos antiſtes veſte velatus muliebri, capiti adiecta mitra, in Antimachia perpetrat ſacrum hanc ob cauſam, Hercules nauibus ſex ſuis quum Troia ſoluiſſet, tempeſtate conflictatus eſt in alto, nauibuſque fractis vna ſola ad Coon compulſus, apud locum Laceterem appellatum, eſt eiectus, nihilq; extra arma & viros ſeruauit. Ibi incidens in oues, à paſtore arietem petiit (fuit huic Antagoræ nomen) Qui vigens corporis robore prouocauit ad ſecum luctandum Herculem, ſi ſe proſtrauiſſet, laturum arietem. Vt congreſſus hic cum Hercule eſt, ſubſidiũ ferẽtes Antagoræ Meropes, Herculi Græci, acrem pugnam commiſère: in qua fama eſt multitudine oppreſſum refugiſſe Herculem ad mulierem Treſſam: atque amictu occultantem ſe muliebri fefelliſſe. Vt verò poſt ſuperauit Meropas, luſtratúſque vxorem duxit Alciopi filiam, veſtem G pictam induit. Hinc rem diuinam facit ſacerdos, quo loco commiſſa pugna fuit: ſponſas autem ſponſi ſtola muliebri amicti amplectuntur. *Plut. de quæſtionibus Græcis.*

Apud Ethnicos olim Sacerdos qui victimam faceret, pura in veſte & candida, plerunque intextili tela, nec maioris operis quàm menſtruæ, nonnunquam in purpura, & auro comparebat. Pura autem & religioſa veſtis dicebatur, vt Feſtus ait, & Seruius, quam rem diuinam facturi feſto vtebantur die. Ea quidem erat ſoluta omni vinculo, nullis maculis, nec aliquo ſquallore obſita, nec funeſta, aut fulgurita. *Virg.*

——fontémque ignémque ferebant
Veſtitis ligno.——

Caper & Hyginus Limum legi malunt, quòd hæc veſtis dicatur, in extremo ſui purpuram limam, hoc eſt, flexuoſam habens.

In ſacrificiis, quemadmodum ait *Plut. in Problematis*, Itali auctore Ænea, obnubebant caput, quòd is quum rem diuinam faceret, prætereunte Diomede, qui *teſte Seruio*, Palladium quod ex oraculo iuſſus erat reddere Troianis, ſũe referebat, ne cognitus interrumperet ſacrificium, caput velauit, atque ita conſpectum hoſtis euitauit. Commemorat rem hanc *Helenus lib. 3. Æneidos:* H

Et poſitis aris, iam vota in litore ſolues,
Purpureo velare comas adopertus amictu,
Ne qua inter ſanctos ignes, in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omnia turbat.
Hunc ſocij morem ſacrorum, hunc ipſe teneto,
Hac caſti maneant in religione nepotes.

Polydorus lib. 3. cap. 13.

Quum in reliquis ſacris qui rem diuinã facit, veteri inſtituto, capite velato immolet, & adorantes veſtem ad aures vſq; attollant, vt ſe humiliores exhibeant diis, vel ne quid inter ſacrificandum triſte auribus aut oculis accipiant: Saturno tamen ſacra facientes, velut veritatis cultori, capite aperto immolant & inuelato: quod veritas plerunq; tecta ignoratáq; ſit, ſed eadem aperiatur tempore. Saturnus enim temporum auctor ac deus fingitur. Nam Κρόνος Saturnus, χρόνος tempus. *Plut. in Proble.*

Honori

A Honori quoque & Opi ex vetere instituto dum ſacrum fit ſemper aperto capite & ſine velamento ſunt. Apud aram quoque Her[cu]l[is] maximam, omnes aperto capite ſupplicare vetuſto more ſeruatum eſt: vel quia ipſius Dei, qui capite aperto eſt, habitum imitari non liceat: vel quod ante Æneam, qui ritum velandi capitis inuenit, primus aram maximam fuiſſe vetuſtiſſimáſq; illius ceremonias ſignatque *Alex. lib. 2. c. 22.*

In Attide virili ornatu mulieres, viri autem muliebri induti, Veneri rem diuinam faciebant. *Idem c. 14.*

Romæ in Mutini ſacello mulieres togis prætextatis valetæ ſacrificabant. *Idem.*

Ornatum.

Thraces diis ſacrificia facientes, non ſolum coronati, ſed ſcuta & gladios hedera ornati in ſolennibus libant, *Alex. lib. 4. cap. 17.*

Apud Perſas non modò qui ſacrificant, ſed ij etiam qui ſacrificiis interſunt, feſta fronde ornantur. *Idem.*

Saturno rem diuinam facientes, apud Rom. ficis ornabantur, placentáſque miſſitabant, quòd mellis repertorem eſſe ducerent. *Alex lib. 2. cap. 22.*

B Cappadoces ambroſia, Druidæ nullum ſacrum ſine roboris fronde conficiebant. *Idem lib. 4. cap. 17.*

Vtebantur in Sicilia in ſacrificiis Cereris non floreis (quia ob memoriam raptæ filiæ colligentis flores fuerunt vetiti) ſed myrteis coronis, & è ſmilace, vel narciſſo, vel croco, vt ait *enarrator Sophoclis.*

Fortunarum. Quoad

Libertatem.

Cui rei diuinæ Iunonis honori operam dantes, à conuiuio prorſum ſeruos reiiciunt: propterea dicti hominum ſoli liberè ſacrificare. *Calius lib. 13. c. 23. A. L. ex Athen. lib. 14. c. 17.*

In Chæronea ſacerdos lorum tenens pro ædibus ſacris Matutæ, id eſt, Leucotheæ, clamitabat: Seruum non ingredi, non ſeruam, non Ætolum, non Ætolam: iis enim ſacrificio adeſſe eo loci non licebat. *Gyraldus lib. 17. Deor. gent.*

A quibuſdam ſacris Rom. mulieres innuptas, aut ſeruitio preſſos, vel ære coëmtos abeſſe oportebat: & propterea in ſacrorum apparatu lictor præfari ſolebat: Hoſtis victus, mulier virgo exeſto. *Idem.*

C *Exiſtimationem.*

Apud Germanos, iis qui ſcutum amiſiſſent in acie, ſacris intereſſe haud licebat, *Corn. Tacitus.*

Apud Scythas, qui hoſtem nullum interfeciſſent in acie, in ſolennibus libare non poterant. *Gyraldus libro 17. Deorum gentilium.*

Patriam, Peregrini.

Sacris Eleuſiniis intereſſe profanis & peregrinis, non licebat, in quibus illud præcinebatur, ἑκὰς ἑκὰς ἔστε ἀλιτρός: Procul procul quiſque profanus, id quod vſurpauit *Callimachus in Hymnis.*

Officium.

Apud Ægyptios ſubulcis omnib. templa interdicta fuére.

Calamitatem.

Funeſtam familiam, aut hominem funere pollutum, nec ædes deorum dedicare, nec publica ſacra facere poſſe, liquet, niſi in Lemuralibus Parentibus: in quibus inferis diis

D dare inferias vſus obtinuit: quo tempore ædes deorum clauſæ iacerent. *Alex lib. 3 c. 12.*

INSTRVMENTORVM RESPECTV.

HVC SACRORVM

Ignis, Ligna ſacrorum.

Sunt in Lydis, qui Perſici cognomine vocantur, vrbes Hierocæſarea, & Hippæpæ: in templo vtriuſque vrbis ampliſſimo cellæ cum aris, ſuper his cinis alio longè colore à vulgari cinere. Huc ingreſſus Magus, vbi foco lignis impoſitis tiara caput velarit, implorat cognomen dei, quicunque ille ſit (ex libro enim carmen recitat barbaricum) vbi perorauit, ſpontè ſua è lignis nullo igne admoto puriſſima emicat flamma. *Pauſanias lib. 5.* ſe hoc vidiſſe teſtatur.

Magos tradunt apud Perſas dum ſacrum fit, carnes ſuper myrto & lauro appoſitas ſubtilibus virgis adurere. *Alexand. lib. 4. cap. 17.*

Perſis ligna arida, dempto cortice, ſacrificio apponere, deſupérque oleum fundere, & aruinam pinguem, ignemque appoſitum non flatu, ſed ventulo excitare, in vſu fuit, *Idem.*

Victis ad Platæas Perſis, Græcis de ſacrificio conſulentibus reſpondit Apollo, Ioui Liberatori erigerent aram: ad ſacre ante ne facerent, quàm extincto per totam regionem igne, quòd eſſet per barbaros pollutus, purum Delphis ex communi foco accendiſſent. Itaque magiſtratus Græcorum illicò circumuecti, ſubegerunt eos, qui igne vterentur, omnem extinguere. Ex Platæenſibus pollicitus Euchidas, quàm ocyſſimè fieri poſſet, allaturum ſe à deo ignem, Delphus profectus eſt, luſtratóq; corpore & lympho aſperſo, laurea coronatus ignem ſumpſit ex ara, curſúmq; retrò Platæas, contendit, & ante Solis occaſum reuerſus eſt: eodem die mille ſtadiorum emenſis. Salutatis ciuibus vbi ignem tradidit, concidit confeſtim, & paulo pòſt expirauit. Suſtulerunt eũ Platæenſes, atq; in Euchæ Dianæ fano funerauerunt, inſcripſerúntq; hoc tetrametrum: E

Euchidas Delphos cucurrit, & die reuerſus vno eſt.

Plutarchus in Ariſtide.

Ariſtionis tyrannide ſacra lucerna extincta Athenis, & Delphis templo à Medis incenſo, belloq; Mithridatico atque Romanorum ciuili, vna cum ara fuit deiectus ignis. Negant eum fas eſſe ex alio accendi igne, ſed nouum & recentem parandum, eliciendúmq; putam ac liquidam ex Sole flammam. F Succendunt eam ſcaphiis cauatis in æqualia latera orthogonia trigonalia, quæ ex circumferentia in vnum centrum ſunt deuexa. His Soli obuerſis radij vndiq; flagrantes coguntur & contrahuntur ad centrum. Ita cùm ipſum area diuidunt attenuatum, tum leniſſimum quódque atque aridiſſimum appoſitum fomentum inflammant extemplò, quòd accipiant reflexione radij corpus & ictum igneum. *Plutarchus in Numa.*

Ex alba duntaxat Populo, neque ex alia arbore, ad vſum ſacrorum Olympij Iouis ligna cædi patrius eſt Eleis ritus. Credo hunc honorem huic arbori, præcipuè habitum, quòd eam Hercules è Theſprotide propè amnem Acherontem reperit. Huc reſpexiſſe Homerum putant, cùm Acheroidem populum appellauit. *Pauſanias lib. 5.*

Seleucus cùm in Pella Ioui ſacra faceret, ligna aris impoſita, vltrò arſerunt. *Alex. lib. 4. c. 16.*

Ioſides licet ex omni ligno incendant aras, ſpinas tamen aſparagi aut ſtramina in ſacrificiis cremare nefas habent. *Ibid.*

Apud Siculos in colle Vulcanio iuxta Petrenſium ſtagnum dum ſacrum fit, ſarmentorum faſces ſuper aras ſua ſponte ignem concipere, & nullo flante halitu incendium fieri fabulantur. *Idem.* G

Solennibus Cereris Eretrienſium coniuges non ad ignem, ſed ad Solem carnes aſſabant. *Plut. in quæſt. Græcis.*

Arma.

Δελφικὸν ξίφος, id eſt, Delphicus gladius, de re dicebatur ad diuerſus vſus accommodabili. Quemadmodum iiſdem vaſculis, & poculorum vice in conuiuiis, & clypeorum vice in bellis vtebantur. Nam Deplhicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, vt eodem ſimul & ſacras mactarent victimas, & nocentes afficerent ſupplicio. Meminit huius gladij cùm *Euripidis in tragœdiis*, tum *Ariſtoteles Polit. lib.* 1. diſſerens, naturam non gignere ſingula ad plures vſus, ſed vnumquodque ad ſuum peculiarem propriúmque finem: οὐδὲν γὰρ ἡ φύσις ποιεῖ τοιοῦτον, οἷον χαλκοτύποι μάχαιραν Δελφικὴν πενιχρῶς ἀλλ' ἓν πρὸς ἕν: id eſt, Neque enim natura tale quippiam facit, quemadmodum ærarij fabri gladium Delphicum, quaſi per inopiam, ſed vnumquódque ad ſingula. *Eraſm. in Adag.*

Atticis in more eſt, vt cùm occiſo boue reliqua omnia à cæde libera pronuncient, ſingulis ordine iudicatis: ſolum enſem condemnent, & dicant illum cædis auctorem extitiſſe. Et eius H diei, in quo hæc patrant, feſtum vocant Dipolia, & Buphonia. *Ælian. de Var. hiſt.*

Vaſa.

Eſt ſimpulum, auctore Feſto, vas, paruum, non diſſimile cyatho, vnde mulieres diuinis rebus deditæ, ſimpulatrices vocentur. M. Varro ſcribit, vas eſſe minutim fundens, in cuius locum ſucceſſerit epichyſis. Vnde veteres res minutas, nulliuſque precij, ſimpularias appellabant. *Plin. l. 35. c. 12.* In ſacris quidem etiam inter has opes, non myrrhinis cryſtalliniſve, ſed fictilibus prolibatur ſimpulis innocentius. Atteſtatur & M. Varro, cùm apud Nonium Marcellum ait, deos ipſos vili ſimpulo inuitari. Item *Apuleius*: In hodiernum, inquit, populus Romanus diis immortalibus ſimpulo & catino fictili ſacrificat. *Eraſm. in adag.*

Fercula, quæ geſtant. Vt ſunt

Caniſtra.

DEMOSTHENES in oratione pro Cteſiphonte dicit Æſchi-

nem

A nem [illegible], id eſt, piciferi nomine ab anculis compel[illegible] : quemadmodum & [illegible], quod picas & vanno ca[illegible] [illegible]larer. Nam ſic in myſteriis Bacchanalibus vtebantur, quod e[illegible] ſacra fit [B]accho: & vannus in omnibus myſteriis adhibebatur. Vnde [illegible]

—— *& myſtica v[illegible]*

Eraſmus in Adag.

Phalli.

☞ *Hi in ſacr[is] Bacchi portabantur.*

Faces, Lychni.

Cùm Ceres Proſerpinam quærens vniuerſum terrarum orbem perluſtraſſet, facibus ex Ætna Siciliæ monte accenſis, ad illius imitationem Siculæ mulieres vel viri, per noctem cum accenſis facibus vociferatores, Proſerpinamque vocantes diſcurrebant: quare Tædiferos antiſtites appellauit. *Strabo l. 10.*

FINIS RESPECTV. SACRA OBITA

CAVSA

Mali amoliendi. Sacra Expiatoria,

Loſtralia.

B ☞ *Sacra Expiationis cauſa fieri ſolita à Rom. ſupplicationes, Soliteaurilia. Amburbalia, Luſtrationes varias.*

Alex. lib. 7. cap. 30. *exequitur.*

Veteres canem nec purum planè cenſebant eſſe: ſiquidem nulli ex diis ſuperis ſacratus eſt, At Hecatæ inferæ in cœnam mittitur ad triuia, & piaculorum vice fungitur loſtralium. Canem omnes ferè Græci adhibebant olim victimam in expiationibus: atque Hecatæ canes cum piamentis aliis offerebant, caniriſque eos, qui expiatione haberent opus, pellibus abſtergebant, quod genus luſtrationis vocant [illegible] Hinc non abſurdè Flamini Diali cuius partes ſunt ſummo & puriſſimo Deo ſeruire, familiarem & domeſticum facere canem eſt prohibitum. *Plut. in quæſt. Rom.*

Boni conſequendi. Puta cauſa.

Auxilij ab hominibus.

Apud Scythas ſi quis fortè læſos eſſet, neque ſuppeteret vlciſcendi facultas, immolato boue carnes minutatim ſectas coquebat, ipſe in tergore humi ſtrato ſedebat manibus in tergum reductis. Idque maximum ſupplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat quicunque vellet opitulari, & carnium C portione guſtata, dextroque pede tergori impoſito, pollicebatur pro viribus auxilio futurum. Atque hoc fœdus apud Scythas ſanctiſſimum habebatur. *Lucianus.*

Salutis, ſanitatis.

Cn. Pompeivs ancipiti morbo Neapoli conflictatus conualuit. Neapolitani, auctore Praxagora, pro incolumitate eius ſacrificauêre. Quos ſecutis vicinis, eaque re totam peruagante Italiam, ciuitates tam paruæ quam magnæ ferias per multos dies egère. *Plut. in Pomp. eio.*

SACRIFICIA SINGILLATIM

ſecundum Accidentia ſua obſeruata.

Quoad.

Loca. Vt svnt.

Templa.

P. Scipio, qui primus tulit Africani cognomen, noctu Capitolium ſolus aſcendebat, adoraturus deos: vt verò quidam autumant, Iouem conſulturus. In quo ſibi illa reputatio admiratione digna, nunquam eum, tametſi antelucanus locum adiret, à canibus arcis cuſtodibus allatratum. *Sabellicus lib. 2.*

D *cap 4.*

Angeroniæ Pontifices Rom. olim 12. Calen. Ian. in ſacello Volupiæ ſacrum faciebant. Angeronia dicta, quod angores hominum depellat, teſte *Verrio Flaco*. Simulachrum eius ore obligato & obſignato in ara Volupiæ dedicatum, quòd qui ſuos dolores diſſimulant perueniant, patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. *Macrob. lib. 1. Saturn. c. 10.*

Aræ. Vel.

Nulla.

Græcos nonnunquam ſine ara, in nudo ſolo & pauimento, ſacra peregiſſe compertum. *Alex. lib. 4. cap. 17.*

Eumæum ſuper Euſcbatam victimam feciſſa legimus apud *Homerum lib. 13. Odyß.*

Extructa.

Hercules Thebanus Didymiain vrbe Mileſiorum aram extruxit luto ſudacto victimarum ſanguine. *Pauſan lib. 5.*

Clmenus Olympiæ aram extruxit, è cinere collecto ex aductis victimarum femoribus. *Idem.*

Delphis in Phœbi delubro extitit olim cornea ara, inter

[illegible] quæ circa com[illegible] [illegible] & [illegible] ancillum dextris [illegible] lis commiſſ[illegible] erat cornibus. *Plut. in Compar. anim.*

Arabes arulam ſuper terram conſtituunt, illaque Soli immolare & thus adolere ſolent. *Alex. l. 4. c. 17.*

[illegible] Romulum vrbis conditorem, poſt vrbem ſacratam, ſacra Græco Herculi, [illegible] illi erecta, quæ Maxima dicta eſt, inſtituiſſe [illegible] tamen Romulum etiam religioſiſſima fuiſſe traduntcamque ipſum Herculem Ioui inuentori, ſi amiſſas boues reperiſſet, dedicaſſe fama vulgauit. *Idem.*

Romana plebs cùm in montem ſeceſſiſſet à patribus, indeque Menenij Agrippæ prudentia reconciliati eſſent, aras vbi caſtra fuerant Ioui mentem Soluenti erecta, ibique ſacra peracta ſunt: quæ rea loco poſtea nomen dedit, vt mons Sacer diceretur. *Sab. lib. 8. Enn. 2.*

Exornata.

Veteres aras ſuorum numinum fronde ornare ſolebant. Ioui enim eſculo, Apollini lauro, Mineruæ olea, Veneri myrto, Herculi populo, Baccho hedera, Pani pino, Diti cupreſſo ſacra faciebant. *Alex. l. 4. c. 17.* F

TEMPVS.

Magi & Perſæ manè ſacrificia & preces abſoluerunt: matutinum tempus ſacrificiis idoneum exiſtimantes, cum deos tunc aſſidere templis, & matutinis ſalutationibus adeſſe opinio eſſet. *Alex. lib. 4. cap. 17.*

Indi & Gymnoſophiſtæ in meridie, & vbi multum diei proceſſerunt, immolare diis conſuerunt. *Idem.*

Appollonij Tyanæi opinio fuit, ſummo diluculo cum diis verſari: procedente mox die, de diis loqui oportere. *Idem.*

Ab Athenienſibus ſeruatum eſt, vt menſe Octobri, magnorum myſteriorum 14. Cal. Nouemb. ſolennis agatur dies, & Liber pater in Eleuſinam ex vrbe tranſmittatur. Nouembri verò parua, Iunio autem turſus magna celebrentur myſteria, quæ Cereri ſacra erant, parua Proſerpinæ: in quibus maximè cognitum eſt, vt quam quis induiſſet veſtem initiatus, eam ne amplius exueret, donec lacera & pertrita foret. In aliis myſteriis traditur mos, vt veſtem, in qua quiſpiam initiabatur, templis & numinibus indicarent. Ea quidem myſteria cum alieno tempore intueri nefas eſſet, Demetrius rex, vt illorum G particeps fieret non ſuo tempore, Ianuarium & Iunium menſes Nouembrem appellauit. *Alex. lib. 5 cap. 18.*

Gellius Annalium l. 15. & Caſſius Hemina Hiſt. l. 2. referunt, anno ab V.C. 363. à Tribunis militum Virgilio Manlio, Cælio Poſthumio, collegiſque eorum, in ſenatu tractatum. Quid eſſet, propter quod toties inter paucos annos malè eſſet afflicta reſpub. Et ex præcepto patrum L. Aquinium aruſpicem in ſenatum venire iuſſum, religionum requirendarum gratia dixiſſe, Q. Sulpitium Tribunum militum ad Alliam aduerſos Gallos pugnaturum, rem ſacram dimicandi gratia feciſſe poſtridie Idus Quintilis: item apud Cremeram, multiſque aliis temporibus & locis, poſt ſacrificium die poſtero celebratum malè ceſſiſſe conflictum. Res delata fuit ad collegium Pontificum. Hi ſtatuerunt, poſtridie omnes Calendas, Nonas, Idus atros dies habendos: vt hi dies neque præliares, neque puri, neque comitiales eſſent. *Macrobius lib. 1. Saturnalium, c. 16.*

PRETIVM, SVMPTVM.

Sacrilegia.

Sumptuoſa.

☞ *Conſule locum Magnificentiæ, & Prodigalitatis.* H

Vilia.

Lycurgus tenuiſſima quæque & nullo paratu apud Lacedæmonios ſacrificia fieri voluit, ex herbis videlicet, & his quæ ſemper in promptu eſſent rebus, ne quando difficultate parandi ſacrificia omitterentur, vel pauperes quoque multis ſumptibus grauarentur. *Alexander ab Alexandro lib. 2. c. 22.*

LVDI, RELIGIOSI.

☞ *Conſule lib. 10 huius operis in Loco de* Lvdis, *omnia ad hoc argumentum facientia.*

ETHNICORVM RELIGIO CONSIDERATA

Respectv Formæ

Secundariæ.

Quoad.

SEIPSVM. CVIVSMODI EST

Consvltatio. Oracvlorvm

inquiſitio.

☞ *Ex Titulis Oraculorum, ſub loco Diuinationis.*

Bello

A Bello Medico, vate Echecrate promiſit victoriam & palmam belli Græcis Apollo, qui Tegyris colitur. Peloponneſiaco, exactis inſula Deli ... Delphis autumant allatas, quæ præcipiebant, vt locum ... fuit natus Apollo eruerent, ac certa ſacra ibi factitarent. Mirantibus ... habitantibus, an non apud ipſos, ſed alio loco eſſet Deus natus? addidiſſe ... Pythiam, Cornicem ipſis locum indicaturam. Igitur conſediſſe eos illinc Chæroneam, atque cauponam audiſſe, quæ cum certis hoſpitibus Tegyrum pergentibus de iſta dictione loqueretur. Quam cùm hoſpites in digreſſu ſalutarent, appellarentque, vt ei erat nomen, Cornicem: percepiſſe vaticinium, factáque apud Tegyras rediuina, breui pòſt patriæ redditos fuiſſe. *Plut. de defectu Oraculorum.*

Heliopolitanum Iouem Traianus, hortantibus amicis, bello Parthico conſuluit. *Macrob. lib. 1. Saturn. c. 23.*

Adrianum Imp. ferunt in Daphne ſuburbio Antiochiæ, cum folium Daphnes fonti immerſiſſet, hauſiſſe futurorum ſcientiam, in folio literis expreſſam. Vbi verò imperium nactus eſſet, fontem hunc obturaſſe, ne aliis ex eo, quæ futura eſſent, B præſcire liceret. *Sozomenus lib. 5. cap. 19.*

CONFESSIO

Laconem initiis quidam percontabatur, cuiuſnam facti maxime nefarij eſſet ſibi conſcius: ille hoc ſciunt, inquit, dij. Qui cùm inſiſteret vehementius ac diceret: Eſt omnino hoc tibi declarandum, rogauit eum viciſſim Lacon: Cui eſt hoc: tibi an Deo dicendum? Illo reſpondente, Deo: Ergo tu, inquit, hinc faceſſe. *Plut. in Lacon. Apoph.*

ALIOS. VERBI CAVSA,
Religioſa aliorum
CORRECTIO.

Gentiles; Chriſtianos non admittebant ad ſacra niſi ſuæ priori profeſſioni & fidei Chriſtianæ renunciaſſent, & dæmones ἀποτροπαίους id eſt, malorum depulſores placaſſent, & purgationibus & victimis cruentis, baptiſmum ab Eccleſia acceptum abluiſſent, quod Iulianus fecit ipſe, & vt alij facerent, mandauit. *Teodoretus lib. 3. c. 3. Sozom. lib. 5. c. 2. & 5.*

ETHNICORVM CONVERSIO.

C ☞ *Conſule Locum de Religione; de Chriſtianiſmo; de Theologia.*

---

* Euangeliſta.

NOMEN ET ACCEPTIO VOCABVLI.

EVangeliſta ſi nomen ſpectemus, ſignificat illum, qui annuntiat læta & fauſta prout & Euangelium, vt mox dicemus; lætum fauſtúmque nuntium interpretatur. Sic Angeli Chriſto nato dicunt Paſtoribus, Euangelizo vobis gaudium magnum:

Vſus tamen iam olim obtinuit, vt Euangeliſta vocaretur qui Euangelium prædicaret: quomodo intelligetur Paulus hac voce vti, *ad Ephe. c. 4.* vbi miniſtris Eccleſiæ annumerat Euangeliſtas, per quos tamen Ambroſius, Theophylactus, Anſelmus, intelligũt Diaconos, qualis fuit Philippus, & Stephanus Vnde & hodiè Euangelium legunt in Miſſa. Monet inſuper Timotheum Paulus, opus facit Euangeliſtæ.

Cæterum communiter accipitur vocabulum Euangeliſta, velut per eminentiam, pro vno aliquo illorum, qui ſacra D Euangelia conſcripſerunt, & poſteris tradiderunt.

QVI, ET QVOT.

Euangliſtæ numerantur quatuor. Matthæus, Marcus Lucas, Ioannes, quorum primus & vltimus è numero Apoſtolorum, duo medij ex diſcipulis eorundem Apoſtolorum fuerunt, Petri ſcil. & Pauli, huic enim Lucas, illi verò Marcus adhæſit, & in functione cooperatus fuit. Cauſam reddit Tertullianus, cur ex vtroque ordine ad Euangelium ſcribendum electi fuerint, quia ait, diſcipulorum prædicatio ſuſpecta fieri potuiſſet de gloriæ ſtudio, ſi non adſtitiſſet illis auctoritas magiſtrorum.

Ordinis autem qui inter illos eſt rationem, B. Auguſtinus *lib. 1. de conſenſ. Euangeliſt. c. 2.* elicit ex ordine, quo ſcripſerunt Euangelia. Alius enim eis inquit, fuit ordo cognoſcendi atq; prædicandi; alius autem ſcribendi. Ad cognoſcendum quippe atque prædicandum primi fuerunt, qui Dominum in carne præſentem ſecuti, dicentem audierunt, facientémq; viderunt vnde duo ex illis in conſcribendo Euangelio primum & vltimum locum tenuerunt; vt reliqui duo, qui ex illo numero non erant, in medio loco conſtituerentur.

QVALES FVERINT. E
Vbi de eorum vocatione, conuerſatione, ... &c.

Quamuis Euangeliſtarum ſcripta, vti S. Spiritu reuelante inſpirata & dictata, non requirant commendationem quæ à ſcriptorum perſona ... tamen quia in hoc argumentum incidimus, vt de Euangeliſtis aliquid etiam dicamus, pauca de eorum laudibus & qualitate, ac præſtantia ſubiiciemus.

S. MATTHÆVS.

MATTHÆVM duo habuiſſe nomina; obſeruauit *Orig. præf. in epiſt. ad Rom.* nẽpe Matthæi, & Leui, & cõſtat *Marc. 3. Luc. 6.* vbi dicitur Matthæus; *Luc. 5.* vocatur Leui: & *Marc. 2.* Leui Alphæi. Matthæus verò, ſi nominis etymon attendimus; hebraicè interpretatur Donatum, ſecũdum Iſidorũ & Oecumenium. Mandatum, altiſſimi ſecundũ Anaſtaſium Antiochenũ,

Fuiſſe progenitum ex tribu Leui, ideóque ſecundum nomen ſumpſiſſe *Pet. de Natal. Catalog. Sanct. c. 100.* opinatur.

Priuſquam à Chriſto vocaretur, publici telonarij exercebat munus, vnde Publicanus appellatur, *Matth. 9. Marc. Luc. 5.* Eúmque magno fuiſſe ingenio, & rerum vſu præditum ab huius muneris exercitio, Metaphraſtes contendit.

CHRISTVS autem occultorum ſcrutator & cognitor, præuidens quantus is, & qualis futurus eſſet in diſpoſitione myſteriorũ ſuorum, eum gratis vocat, nec impellit, ſed ſedentem ad F telonium compellat vt ſe ſequeretur, *Matt. 9. Marc. 2. Luc. 5.* Qui omnibus abdicatis, ad vnam Domini vocem ſurrexit & vocatis ad conuiuium multis publicanis aliis, in diſciplinam Chriſti ſe dedit, mundóque & cupiditatibus eius renuntiauit.

Itaque Apoſtolatus honorem conſecutus, duodenariũ numerum auxit. *Marc. 3. Luc. 6.* teſtiſque doctorum, actorũ, & miraculorum Chriſti extitit, & vſque ad finem cum eo perdurauit:

Poſt Apoſtolorum diuiſionem toto orbe factam, & prædicatum Hebræis Euangelium, in Æthiopiam conceſſit, ita Abdias, & Socrates: alij Macedoniam & Iudæam illi tribuunt: poſtquam prius fidelibus Hebræis Euangelium conſcripſiſſet, & Paleſtinæ regiones peruagatus eſſet.

Quanta vita vitæ abſtinentiâ, laboribus, ærumnis, Euangelij prædicationem apud Æthiopes, aliósque finitimos populo promouerit & fecerit, videat lector apud *Clement. Alexand. lib. 2. pædag. Abdiam lib. 3. h. ſt. & alios.*

E quibus conſtat, eum oculis effoſſis carceri traditum Myrmydone, cui oppido fidem intulerat, & idola fugauerat; & à G S. Andrea eò diuinitus miſſo vtraque calamitate liberatum, ſtrenuè opus ad quod miſſus fuerat perfeciſſe. Fuit in Ethiopia annis 23. miraculis clarus. Inter quæ non minimum, quod idololatriam omnem extinxerit, filium Euphenisſæ Æthiopum Reginæ è mortuis excitauerit, varios languores curauerit, Æglyppum Regem conuerterit, ciúſque filiæ Iphigeniæ virginitatem Deo fouere impulerit.

Cæterum occupante per vim regnum Æthiopiæ Hyrtaco, & Iphigenã Æglyppi filiam coniugem poſtulante, cum Matthæus eã hortaretur vt in ſãcto propoſito permaneret, miſſi ab Hyrtaco, qui ſacris operantem trucidarent, circa annum poſt Chriſti aſcenſionem LX. ſecundum pleróſq; *Genebrard.* vſque ad Vitellij Imp. tempora vixiſſe ſcribit, ſe vſq; ad ann. 71. *Niceph. l. 2. hiſt. c. 41.* de Matthæi vita & geſtis mira refert. Eius corpus tranſlatum ex Æthiopia, & apud Salernũ digna veneratione colitur, vbi Eccleſia illius nomine extructa, & dedicata tempore Gregor. VIII. Pont. cuius ea de re exſtat epiſtola.

S. MARCVS.

Marcus interpretatur ſublimis mandato, inquit *Hieron. in* H *fine Commentar. in Epiſt. ad Philem. & Iſid. lib. 7. Etymol. c. 9.*

Fuiſſe autem Marcũ illum quem Mariæ cuiuſdam, Barnabæ materteræ filium alibi reperimus, nomine Ioannem, qui Paulo & Barnabæ aliquando coniungitur *Act. 12.* docere videtur *Niceph. l. 2. c. 15. Alex. monachus in vita S. Barnabæ apud Surium;* & volunt id conſtare, ex *Actis Apoſtolorum c. 12. & 13.* & poſtremum 15. vbi dicit Lucas cognominatum eum Marcũ, additque, quod orta propter eum diſſenſione, Barnabas, relicto Paulo, Marcum aſſumpſerit, & ſecum in Cyprum abduxerit. Vnde euidens fit, eum Barnabæ conſobrinum fuiſſe.

Cæterum non hunc Marcum inter Euangeliſtas ponendum graues auctores conuincunt: ſed alium fuiſſe Marcum, qui cum Petro Romæ, & dein Alexandriæ, ac in Ægypto Euangelium prædicauit, etiã tunc cum Paulus & Barnabas, propter priorẽ Marcũ diſſociarentur. Vnde & veteres inter quos Dorotheus, Hyppolytus, Hieronymus, duos Marcos diſtiguunt, eum qui Ioannes vocabatur, & alium qui ſcripſit Euangelium,

qui

qui & ſocius fuit Petri Apoſtoli Romæ, cuiuſque comes & interpres, eum Petrus appellat filium ſuum 1. *epiſt. vlt.* nempe quod eum baptizaſſet, in numerum diſcipulorum cooptaſſet, quod enim eum Petri nepotem, ſororis videlicet filium velit Nicephorus, nullo nititur fundamento.

Probabile eſt autem Marcum cum Chriſto viuente conuerſatum nequam fuiſſe, ſed Petro prædicante conuerſum Ieroſolymis, & ab eo baptiſatum, & aſſumptum in diſcipulum, atq; ei adhæſiſſe Antiochiæ, deinde Romæ. Atq; à B. Petro miſſum Alexandriam, poſtquā Romæ euidentia ſanctitatis ſuæ ſigna ediḋiſſet, & in gratiam fideſium qui Romæ erant euangelium Petri iuſſu ſcripſiſſet, qui proinde Marci Euangelium ſuum vocat, quod ſcilicet ex ipſius doctrina, & teſtimonio, ac anctoritate ſcriptum, & Eccleſiæ legendum, traditum fuiſſet.

Igitur Marcus, Alexandriam, Lybiam, Pentapolim, ægyptum, Euangelicæ fidei prædicatione inſtruxit, prædicans vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ab eóque Alexandriæ primum fidei ſchola, & Chriſtianæ religionis palæſtra & inchoata, & fundata celebris illa Eccleſia, cui poſt ſe Anianum Epiſcopum ordinauit. Acta eius leguntur apud Euſebium, Nicephorum, & alios. B

Ad extremum autem à Paganis qui Alexandriæ reliqui erant, die quodam Dominico, quem Serapidi illi conſecrabant miſſæ ſacrificio intentus capitur, incarceratur, funéque ad pedes alligato trahitur, donec Deo ſpiritum redderet. Reliquias eius combuſturis Ethnicis vehemens procella, & tenebræ ſubitò exortæ. Corpus exanimum diſcipuli tumulaeunt in ea ipſa vrbe, eſtque poſtea Eccleſia in ipſius honorem ædificata teſt. *Beda de locis ſanct. c.* 19.

Cæterum Alexandriā à Barbaris occupatā, corpus illius Venetias tranſlatum eſt, vbi honorificè conditum ſeruatur, & illius vrbis tutelaris Diuus effectus, ſummā veneratione colitur, *P. Damian. in ſerm. de S. Marco. Matyrolog. Rom. die.* 31. *Iannarii.* Probabilis ſententia eſt, trāſlationem huiuſmodi factam ſub Paſchali Pontif. Leone Armeno Imp. & Iuſtiniano Venetorum Duce. Ita habet Vaticanus Codex.

S. LVCAS.

Lucas, ſi interpretationem vocis conſideramus, idem eſt iuxta Iſidorum, & alios ſequaces, quod conſurgens, ſiue eleuans. Ni- C colaos tamen Gorranus à lucendo nomen accepiſſe autumat.

Fuit autem Lucas natione Syrus genere & natalibus Antiochenus, teſtatur *Euſeb. lib. 3. hiſt. cap. 4. Hieron* & plures alij. Eundem græcarum litterarum, & Grammaticæ peritum, Metaphraſtes, Iſidorus, & Græci nonnulli adfirmant. Arte, & profeſſione medicum Euſebius, Euthymius, & Paulus Apoſtolus *ad Coloſſ.* 4. tradunt. An pictor etiam fuerit, diſputatur, & affirmatiuam partem adſtruunt imagines Chriſti, B. Virginis, & Apoſtolorum Petri & Pauli, quorum meminit Nicephorus. *lib. 1. hiſt. c. 43. lib. 14. c. 2. & alibi.*

Lucam autem Chriſti diſcipulum nunquam fuiſſe longe verius eſt, ſed poſt ipſius in cœlum aſcenſionem conuerſum; ideóque Apoſtolorum, non Domini Diſcipulus vocatur à Patribus, ac nominatim à S. Paulo ad fidem Chriſti perductus ſcribitur à B. Hieronymo, Chryſoſt. Nazienzeno. Vnde quod nonnulli ex Gregorio adfirmant, eum comitem in Emaus Cleophæ fuiſſe, incerta eſt coniectura.

Thebis autem Lucam ad Paulum veniſſe Nicephorus tradit *l. 2. c. 43.* ibi baptizatum, & pro corporum curatore ani- D marum medicum effectum. Vnde Euangelium quod ſcripſit, tum à Paulo, tum ab aliis Apoſtolis didicit, prout ipſemet fatetur in illius exordio.

Prædicauit autem fidem Chriſti in Gallia, Italia, Dalmatia, Macedonia, ægypto, vtraq; Thebaide, & alibi ſecundū Nicephor. & Metaphraſt. Idem Lucas conſcripſit librum Actuum Apoſtolorum, quem abſoluit an. Chriſti 61. Neronis 5. idque Romæ vt exiſtimāt apud S. Paulum, qui eūdem inde denuò in græciam, aliáſq; Prouincias ablegauit. Itaq; plenus annorum, & meritorum, annos natus ſuprà 70. laboribus & ærumnis plurimis perpeſſis, manipulis frugum ſuarum onuſtus obdormiuit. *Nicephorus* tamen ex olea ſuſpenſū narrat, *l. 2. c. 43.* quē ſequuntur etiam nonnulli Scriptores Græci. Obiiſſe Alexandriæ priores volunt, ac corpus Conſtantinopolim delatum S. Hier. inſinuat cum oſſibus S. Andreæ: idque ſub Conſtantio Conſtantini M. filio, anno 20. vel potius 22. imperij anno.

S. IOANNES.

Ioannis nomen gratiam ſonat, vt Oecumen. Iſidor. Alcuinus, Aquinas, eſtque nomen amabile.

Fuit autem Ioannes Iac[illegible]oris, & A[illegible] rodes decollaui frater, Zebedæi filius, [illegible] Betſaida vico Galilææ Chriſto Saluatori c[illegible] anguineus, a[illegible] vt eum vocat Thom. Cantiprat. *l. 2. apum. c.* 29. cuniobrinus.

Erat autem arte & profeſſione piſcator, vnde Ieſus ambulans iuxta mare Galilææ eum vidit in naui, cum fratre, & patre, reficiebant enim retia: & dixit eis, venite poſt me. Iuuenem autem fuiſſe Ioannem dum à Domino vacaretur, arguit ætas ipſius, quam vſque ad ſexageſimum octauum annum poſt Chriſti paſſionem produxiſſe ſcribunt. Itaque ex communi diſcipulorum numero ad Apoſtolici ordinis culmen aſcendit, ipſeque & Iacobus frater, à Chriſto Boanerges, id eſt, tonitrui filij ſunt appellati.

Quando præ reliquis eum amore Chriſtus complexus fuerit, ex variis Euangeliorum locis eruitur. Fuit enim vnus è tribus teſtibus in transfiguratione: item in horto ante paſſionem: atque in vltima cœna ſupra pectus eius recubuit, dicens, Quis eſt qui tradet te. Huic Chriſtus ex cruce matrem commendauit. Cuius dilectionis cauſam refert *S. Hieron.* in eximium virginitatis cultum quo excellebat. Denique poſt reſurrectio- F nem Ioannes Chriſtum agnitum Petro indicabat. *Ioan. c.* 21. aceptóque Spiritu ſancto, cum Petro erat Ieroſolymis, & Samaritanis prædicauit Euangelium.

Poſt hæc facta Apoſtolorum diuiſione, in Aſiam traiecit minorem, vti *Euſebius lib. 3. c. 1. hiſt.* commemorat factúmque Epheſinum Epiſcopum, ac B. Virginem Dei matrem ibidem cum eo habitaſſe aliquo, tempore nonnulli probabiliter docent. Plures Eccleſias ab eodem in Aſia fundatas etiam *Tertullianus* ſcribit. Res verò ipſius in Phrygia, & Hierapoli geſtas, *Metaphraſtes,* narrat *tom 6 apud Lipoman.*

Peragraſſe eum inſuper varias orientis regiones, multa ſunt teſtimonia. Rediiſſe autem 51. Chriſti ab Epheſo Ieroſolymam ad Concilium conſtat idque admonitum diuina reuolatione, quia Ioannem iſti Concilio interfuiſſe teſtatur. *Paulus ad Galat.* 2.

Reuerſus in Aſiam iuſſu Domitiani Imp. Romam vinctus miſſus fuit à Proconſule Aſiæ anno Chriſti 92. ibique ante portam Latinam inferuentis olei vas immiſus illæſus euaſit, teſtis eſt *Tertullian. c. 3. de. Præſcript. Hieron. c. 20. Matt.*

Poſthæc à Domitiano relegatus in Pathmos Inſulam, Latinis & Græcis ſcriptoribus aſſeritur & ipſe quoque de ſe fatetur; ibique viſiones ac reuelationes diuinas, quas Apocalypſi ſuæ inſeruit vidiſſe, pro comperto eſt. Erat autem relegatus propter verbum Dei inquit *Apocalyp. cap. 1.* & teſtimonium Ieſu Chriſti, damnatus ad metalla, quando & incolas illius inſulæ ad pietatem commouit, & Apocalypſin vidit & ſcripſit, vt refert *Euſeb. in chronico.* G

Occiſo Domitiano, actiſq; eius ob nimiam crudelitatem à Senatu reciſis, reddiit ab exilio Ioānes ſub Nerua Imp. ita *Cedren. Niceph. Hier. Ado. Bed. Turonenſ. Euſeb. l. 3. hiſt. c. 15. Clemens Alex.* & alij. Atq; Epheſum reuerſus, quæ prius reliquerat Apoſtolatus munia reſumpſit, & clauū Aſiaticæ Eccleſiæ porrò direxit, multiſq; miraculis coruſcauit, vt notant Niceph. & Euſebius. Imò Dianæ tēplum deſtruxiſſe, omnia idola comminuiſſe, ac idololatriam fugaſſe plures adfirmant, quod tamē de celebri illo templo Epheſino non acceperim, ſed de alio.

Nihilominus Ioannem venenum abſque damno ſumpſiſſe, teſtis eſt *Iſidorus de Partibus noui Teſt. c.* 74. H

Porrò Ioannes in ſacris his functionibus vitam traduxit, vſque ad annum ætatis, vti probabilius eſt, nonageſimum tertium ſed varij varia tradant.

Quoad Euangelium ſuum, id ſcripſiſſe poſt annum vitæ nonageſimum, cum ab exilio reuerſus eſſet Epiphanius *hæreſi.* 41. adfirmat.

Cæterum Ioannem vere obiiſſe mortem ad inſtar aliorum hominum, certò certius eſt, neque contrarium vlla probabili coniecturā nititur Eſtq; ſententia omnium penè veterū, paucis, exceptis, qui eū ad vſq; tēpora Antichriſti reſeruari autumant, vt cum Elia & Enoch apateat. Legatur *S. Auguſt. tract.* 124. *in Ioannem. ſer.* 144. *de tem.* Cœleſtin. Pontif. qui literis ad Epheſio. Conc. datis ait reliquis eiuſdem ibi honorificè haberi. Beda Niceph. P. Damian. T. Aquin. Euſeb. Emiſſ. & propè infiniti, quos citat *in apparatu Euangelico c.* 73. *Ioan. de la Haye Soc. Ieſu,* cuius opera & ſtudio hic vſi fuimus.

EVANGELISTARVM TYPI ET SYMBOLA.

Excellentiſſimum Euangeliſtarum ſymbolum Ezechieli diuinitus oſtenſum, in viſione illa quatuor animalium quæ etiā

S. Ioanni

& Ioanni in Pathmos relegato exhibita fuere, Patres & Doctores Catholici paſſim reſtituntur. quamuis non omnes in expoſitione conueniant. Communior ea videtur, quæ faciem vituli, ſiue bouis, qua prædita deſcribuntur fuiſſe hæc animalia, attribuunt Lucæ: faciem Leonis, Marco: faciem hominis, Matthæo: & Aquilæ faciem, Ioanni. Ita *Beda in collectaneis*; ac meminerunt huius expoſitionis Auguſtinus & Damianus, quamuis aliam ipſi tradant.

Matthæus ſiquidem à Chriſti hominis natiuitate, & proſapia orditur Euangelium, ideoq; hominis ei facies aſſignatur, Marcus dum à ſolitudine & voce clamantis in deſerto incipit, Leonem figurat. Lucas à Sacerdotij miniſterio auſpicatur, & ipſam vituli immolationem ait Ambr. ſtylo quodam pleniore diffudit. Ideoque vituli effigiem ei aſſignant. At Ioannes à diuina generatione exorſus, velut ſolem inſtar aquilæ irretortis oculis, altius cæteris euolando intuetur, ideo Aquilæ & faciem & nomen obtinuit, Habemus de his carmen Sedulij.

Hoc Matthæus agens hominem generaliter implet:
Marcus vt alta fremit vox per deſerta Leonis:
B *Iura Sacerdotij Lucas tenet ore Iuuenci:*
More volans verbo petit aſtra Ioannes.

videantur plura apud eundem *Haium ſupr. c. 26.* vide etiam infra de numero Euangeliorum, plura ſymbola.

QVAM CAVSAM SCRIBENDI HABVERINT.

CAVSÆ COMMVNES.

Euangeliſtas neceſſitate compulſos ſcripſiſſe, inquit *Euſeb. lib. 3 hiſt. c. 18. & Euthym. in prol. Matth.* Certè communes cauſæ fuerunt, fidei confirmatio, ac traditionum obſeruatio & veritas: quæ facilè intercidiſſent, ſi ſolum viua voce prolata fuiſſent. Deinde abſentibus quoque annuntiandus erat Chriſtus, ac iis inſuper qui mortuis Apoſtolis primiſque diſcipulis ſuperuicturi erant; neuè hæreſum calumniis pateret prædicatio Chriſtiana, ſi firmari teſtimoniis ſcriptis non poſſet. Denique vt ex ſcripturis conſolationem & ſpem hauriremus; vnde *Auguſt. Epiſt. 122.* Multo vberius vos Dominus conſolabitur, ſi ſcripturas eius intenſiſſimè legeritis.

PROPRIÆ.

C Quæ Matthæo ſcribendi Euangelij occaſio fuerit, Chryſoſt. *hom. 1. in Matth.* declarat. Accedentibus inquit, hic qui Chriſto ex prædicatione ipſius crediderat, & rogantibus vt quæ verbis docuerat, literis ſeruanda dimitteret, ſcripſit Euangelium; præſertim vt obſeruat Nicephorus, cum ad Gentes properaret, vt ita Hebræos relinquens, ſcripto abſentiam compenſaret *lib. 2. hiſt. cap. 45.*

Marcus vero cum Petri indiuiduus omnes diu fuiſſet, à Romanis ſollicitatus quibus Euangelium expoſuerat; vt quæ à Petro audiuerat, ſcriptis mandaret, hiſtoriam ſuam conſcripſit; quod Petrus ratum habuit, & legendum tradidit. *Vide Euſeb. lib. 2. cap. 15. & vlt. Niceph. lib. 2. hiſt. c. 15. & 45. lib. 4. cap. 33. Hier. in ſcript. Eccleſ.*

Lucam autem permotum ad ſcribendum Euangelium, occaſione Pſeudoapoſtolorum qui in multis Græciæ Prouinciis circumagebantur, colligitur ex *Epiſt. Pauli ad ad Titum.* Quamuis aliam cauſam ipſe Theophilo inſinuet, nempe propter certitudinem eorum quæ ante ei prædicauerat. Quodque multi conati fuiſſent Euangelium ſcribere, qui id parum fideliter præſtiterant: adeóque velut neceſſitate compulſum fuiſſe
D ad ſcribendum. Ita *Euſeb. lib. 3 hiſt. cap. 18.*

Plures cauſas habuit Ioannes, vt tribus ſcriptis quartum adderet; quia non ſatis expreſſa iis videbantur, quæ primo tempore à Chriſto erant geſta, initio prædicationis, ante incarnationem Ioannis Baptiſtæ. Deinde quia multa de diuinitate Chriſti, ac præclara quædam miracula priores non tetigerant, vt de Lazaro. Denique quia hæreſis Cerinthi, Ebionis, & aliorum pullulare incipiebant, qui negabant Chriſtum in carne veniſſe, reprimendæ Ioannes Euangelium ſuum euulgauit. Ita *Hieron. Proœm. Comm. in Matth.* qui etiam *lib. de ſcript. Eccleſiaſt.* dicit, eum rogatum ab Epiſcopis Aſiæ, aduerſus Ebionitarum dogma, qui Chriſtum & Mariam negabant fuiſſe, diuinam Chriſti naturam ſcripſiſſe.

QVA LINGVA SCRIPSERINT.

Matthæi Euangelium Hebraico ſermone conſcriptum ab ipſomet fuiſſe; reliqua tria vero Græcè, conſtanter *Hieron.* adfirmat. *præf. in 4. Euangelia ad Damaſ. Auguſt. lib. 1. de conſ. Euang. cap. 2.*

Ioannis quidem Euangelium è Græco in Hebraicum ſermonem tranſlatum incerto auctore, & in gazophylacio Tiberiadis repertum, antiquæ eſt traditionis, attamen Græcè ab ipſomet ſcriptum omnes conſentiunt: vti & de Lucæ Euangelio, quamuis cum eſſet proſelytus, Hebraicas litteras non ignorauerit.

E De Marco vero nullus eſt qui determinatè adfirmet, cum Græcè ſuum Euangelium ſcripſiſſe, præter Iſidorum Hiſpalenſem; & probabilius alij cenſent, quod Latinè ſcripſerit; vtpote Romæ, & pro Romanis, idque ex inſtructione Petri. Ita vetus liber de Rom. Pontif. Damaſo adſcriptus, qui habetur *Tom. 1. Concil.* et conſentit Nazianz. hoc carmine;

Marcus at Auſoniæ Chriſti miracula genti
Hæc memorat, Petri nixus ſermone fidéque.

Atque in Eccleſia Aquileienſi, in qua Marcus ſedit, oſtenditur adhuc volumen Euangelij à Marco latinè ſcriptum. Albertus tamen Magnus exiſtimat vtroque idiomate, cum Græco, tum Latino ſcripſiſſe: quod in Italia vtriuſque linguæ homines periti degerent.

QVO LOCO.

Matthæum in Iudæa ſcripſiſſe, docet *Hieron. ſupr.* Idque Hieroſolymis: ſecundum Euſebium, Bedam, Adonem.

Marcus Romæ ſcripſit, eodem *Hieron teſte Chryſoſt. & Cedrenus*, qui hic ſingulares; volunt in Ægypto ſcripſiſſe. F

Lucam vero in Achaia ſuum condidiſſe Euangelium, nominatus Hieronymus docet quem *Iſidor. & Beda* ſequuntur.

De Ioanne quod in Aſia ſcripſerit, communiter tenetur tum à Græcis, tum Latinis ſcriptoribus, idque Epheſi. Sunt tamen qui in Pathmo ſcriptum ſentiant, ſed prior ſententia eſt verior.

QVANDO.

Matthæum ſcripſiſſe Euangelium ſuum, priuſquam in varias orbis Religiones diſpergerentur Apoſtoli, vt Iudæi conuerſi prædicationis ſuæ haberent monumentum, omnium eſt ſententia fortaſſis circa annum Chriſti XLI.

Quod Marcum, omnino dicendum, eum ann. Chriſti XLV. Claudij Imp. III. antequam Alexandriam proficiſceretur, Euangelium edidiſſe. Auctor eſt, *Euſeb. in Chron.* Idque poſt diuiſionem Apoſtolorum. Lucam ante Ioannem ſcripſiſſe omnes admittunt, circa annum Domini LVIII. quamuis tum compoſuerit, dum vnà cum Paulo, Achaiam & Beotiam luſtraret.

Ioannes poſtremus ſuum Euangeliũ euulgauit: In quo conſentiunt omnes penè veteres; quando iam creſcente fide, & fidelibus capacioribus ad illius myſteria intelligenda, altiora myſteriorum dogmata proponi debebant; vt inſinuat Euthym. G *Proœm. in Ioan.* qui etiam aſſerit, diu poſt occupatam Ieroſolymam Euangelium ſuum euulgaſſe, idque poſt reditum ſuum ab exilio, vti ſupra diximus; ſub annum Chriſti, XCIX. Clementis Papæ VII. Neruæ Imp. I. ætatis ſuæ XC. à Chriſti aſcenſione LXV. Ita *Aux præf. Ioan.*

* Euangelium.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Sanctus *Auguſt. lib. 2. cont. Fauſt. cap. 6* Omnes inquit, qui Græcè vel tenuiter nouerunt, Euangelium bonum nuntium, aut bonam annuntiationem interpretantur. Quid autem gratias aut melius, quam gratiæ per Chriſtum factæ annuntiatio!

Itaque Geſtorum Chriſti narrationem ait Euthym. Euangelium dixerunt, quod bona hominibus nunciet, redemptorem ſcilicet tot ſæculis deſideratum. Græcis enim Euangelij nomen obtinent, non tantum ſacrificia & ſupplicationes, quæ pro læto nuntio ſuſcepto in gratiarum actionem offeruntur: H ſed etiam illæ ipſæ rerum bonarum renuntiationes, & præconia, quomodo Patres Orthodoxi ſemper vſurparunt hanc vocem in præſenti argumento, quaſi per Antonomaſiam, quamuis enim omnia quæ de Chriſti aduentu ſcripta ſunt, nomen Euangelij mereantur, hactenus tamen non obtinuit hanc nominis prærogatiuam alia ſcriptura, quam quæ à quatuor Euangeliſtis, de vita, doctrina, miraculis, & morte Chriſti ſunt edita. Quæ autem bona Euangelio nuncientur, oſtendit fusè. *Chryſoſt. hom. 1. in Matth. & hom. 8. oper. Imperf.*

Eſt igitur Euangelium narratio continens vtilia nuntia credenti, ſiue oratio affirmans adeſſe bonum, quod expectabatur. et id conuenire Euangeliis ſacris, pro comperto eſt; eaque per excellentiam ita appellari, Eccleſiæ vſus obtinuit, Propriiſſime tamen Euangelium eſt annuntiatio Saluatoris; vt ſcribit *Auguſt. lib. 2. cont. Fauſt. cap. 2.*

NVMERVS.

Quatuor eſſe Euangelia, nec plura, nec pauciora, Eccleſia Catholica

A Catholica tenet, nempe Matthæi, M[illegible] [illegible]
que quatuor tantum eſſe [illegible]

Huius mundi quadrena [illegible]rationes & [illegible] ab auctoribus redduntur.

I. Ex IV. mundi partibus, quibus erat prædicandum Euangelium, & Eccleſia propaganda, cuius columna eſt veritas Euangelij. Ita *Anaſtaſ. Epiſcop. Nicen. q. 5 [illegible]inſcript.*

II. Quadruplici hoc numero indicatur quatuor hominis tranſgreſſiones per Euangelicam doctrinam reſtaurandas, nempe eam quæ in Paradiſo, lege Naturæ, lege Moyſis ſiue ſcripta, & in lege gratiæ facta eſt. Hanc rationem habet Auctor *prol. in Matth.* antiquus.

III. Significatus hic numerus per IV. capita, in quæ diuiſus ſcribitur fluuius, qui egrediebatur de Paradiſo. Alluſit ad hanc fig. Hieron. *in prol. Comment. ſupr. Matth. P. Damian. ſerm. de S. Luca.*

IV. Exodi 37. ſcribuntur conflati quatuor annuli, ad portandam arcam Teſtamenti, in qua lex domini cuſtodiebatur. Quibus adumbrata IV. Euangelia, idem Hieron. ſupr. & alij indicant.

V. Sunt hæc quatuor, velut Arcæ veteris anguli, de quibus
B *Exod.* 25. 26. 26. 37. cuius figuræ iterum meminit. *Hieron.*

VI. Sunt etiam quatuor illa animalia plena oculis, viſa ab Ezechiele, & S. Ioanne, quæ trahunt illuſtrem illum currum, cui maieſtas diuina inſidet, id eſt, Euangelium, in quo maximè elucet.

VII. Huc referri poſſunt quatuor illæ quadrigæ, de quibus Zacharæi *6. cap.* Item quatuor Rotæ in quadriga Domini, *3. Reg. 7. Ezech. 3 & 10.* Atque hanc rationem attingit *Auguſt. lib. 1. de conſ. Euang. cap. 7. Irenæus lib. 3 adu. hæreſ.*

Alias rationes videre licebit apud Origenem. *In Ioan. tom. 1. Auguſt q. 1. P. Damian. ſerm. de S. Matthæo, Ambr. lib. de Tobia cap. 2. Teophylact. præfat. in Matth. Eucher. hom. in dedicat. Eccleſiæ. Rupert. lib. 1. in Ezech. cap. 7.*

Reliqua Pſeudo-Euangelia ab Hæreticis confiсta, aut Pſeudo-Euangeliſtis euulgata, quæcunque ea ſint, velut apocrypha, falſa, & pro non Euangeliis habemus, *Gelaſius Papa in decreto ſuo diſt. 15. cap. Sancta Romana.* Nouem huiuſmodi enumerat è multis, quæ ab Eccleſia nunquam fuerunt recepta Septem *Hieron. ſupr. proœm. Comment. in Matth. Origenes* quinque. *Euſebius* quatuor, alij alia.

Cæterum de quatuor receptis Euangeliis, ſpectabilis eſt M. Lutheri, qui quinti Euangelij auctor fuit; ſententia, tanto
C Doctore digna: dum enim tribus prioribus Euangeliis Paulinas Epiſtolas præfert, vnicum Ioannis, pulchrum, verum, & præcipuum decernit *Præfat. in nou. Teſtam.*

Sic veteres Hæretici, quorum doctrinam tot ſæculis exploſam, Lutherus, eiuſque complices rurſus inuexerunt, Euangelia repudiabant; vt Manichæi, qui ea ab impoſtoribus ſcripta mentirentur. Alij ab Apoſtolis quidem, ſed præter veritatem ſcripta, adeóque prauæ fidei dixerunt. Corinthus Euangelium Matthæi duntaxat recipiebat: Ioannem vero Alogiani repudiabant. Nonnulli Marci Euangelio vſi fuerunt. Valentiniani, quorum vbera Lutherus ſuxit? ſolùm Ioannis Euangelium agnouerunt, videatur *Iren. & Epiph.*

AVCTOR.

Euangeliorum, vti & reliquorum librorum ſacrorum auctor primus ac principalis eſt Deus. De quo vide quæ diximus *in loco & Bibliis, Tit. Bibliorum auctor.* Et ab eo auctoritatem ſumunt, ideoque & verbum Dei nuncupantur. Spiritu enim ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines, ait Apoſtolorum princeps; & Paulus dicit *ad Gal.* 1. ſe annunciare Euangelium, quod nec ab homine accepit, nec didicit,
D ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Ita Petro dicitur, Caro & ſanguis non reuelauit tibi. *Matth. c. 16.* Inde quæ ab iis traduntur, indubitatæ & certiſſimæ ſunt veritatis, cum à Spiritu ſancto dictata ſint, & ab illo Euangeliſtæ exceperint. Legatur Auguſt *lib. 1 de morib. Eccleſiæ Catholicæ, cap. 29.*

DIGNITAS.

Euangeliorum dignitas & præſtantia, cùm ab Authore, tum ex iis quæ per ea traduntur, tum à fine & ſcopo, deſumitur; quibus adde ſummam vtilitatem, neceſſitatem, perfectionem, aliaque quibus Euangelica doctrina ab aliis ſecernitur. Quæ omnia poteſt prudens concionator fusè perſequi, adhibitis eorum lucubrationibus, de hoc Argumentum tractarunt. Inter quos non infimum locum meretur. *Ioan. Haius, in Apparatu Euangelico.*

PERPETVITAS.

[illegible] Prophetæ vſque ad Ioannem, inquit Saluator Chriſtus. [illegible]tem mandatorum decretis euacuaſſe, Paulus teſtatur *ad Ephes. 2.* Idque velum templi in morte Chriſti ſciſſum adumbraſſe, veteres tradunt. E quibus etiam Theoph. *[illegible] c. 9.* dicit, per hoc quod Ieſus à transfiguratione ſolus ſit inuentus, ſignificari, quod ad tempus apparebat Lex & Prophetæ, quorum in locum Moyſes & Elias apparuerant: mox autem iis abolitis, Chriſti Euangelium ſeruandum, vtpote quod Teſtamentum ſempiternum vocatur *Bar. c. 2.* & de quo Chriſtus, *Luc. 21.* verba autem mea non præteribunt.

E Et inſinuat *Greg. hom. 7. in Ezech.* Id etiam ſignificatum per hoc, quod myſtica animalia non reuertebantur. *Iſidor.* quoque *Hiſpal. 22. lib. Comment. in num.* affirmat, ſignificatum id, quod Moyſes in monte Nebo mortuus, & ſepultus fuerit. Nebo, ſiue Nabo, concluſionem ſignificat: In qua finitur lex, non inuenitur eius memoria. Porrò ait, Euangelij gratia abſque vllo fine tenditur, &c.

VNITAS.

Quamuis quatuor ſint Euangelia, ſi vim numeri eorum F
qui ſcripſerunt attendimus, vnicum tamen eſſe dicitur Euangelium, ex iis quæ ſcripta ſunt. Cum enim eadem loquantur, & eadem contineant, nec in minimo vnus alteri repugnet, ſicut vnus eſt Chriſtus, vna fides, vna Eccleſia, ſic apud omnes nationes vnum eſt, & idem Euangelium, licet a pluribus Euangeliſtis conſcriptum. Videatur *Auguſt. tract. 36. in Ioan. & lib. 23. contra Fauſt. cap. 7. lib. 18. de Ciuit. cap. 41. Epiphan. hæreſ. 51.*

APOHPTHEGMATA.

S. BARTHOLOMÆVS Apoſtolus Euágelij encomium paucis verbis complectebatur: dicebat enim, Euangelij legem breuem eſſe, & longam; breuem quidem, ſi codicem ſpectemus & volumen: longam verò, explicationem & imitationem. *Dion. c. 1. Theod. Myſtag. Beyerlink in Apophtheg. Chriſtian.*

S. ANTONIVS Eremita, venientibus ad eum Religioſis, & vitæ normam ab eo poſtulantibus, prolato Euangelij codice, Ecce inquit, hic omnia ad benè beatéque viuendum neceſſaria. *Balæus Cent. 1.*

SERAPION Abbas còm ſe omnibus indumentis ſpoliaſſet, G
vt Chriſti membra contegeret, & nudus ſederet; roganti, Quis te pater ſpoliauit? prolato quem ſub alius tenebat, Euangeliorum volumine; hoc me nudauit ait, vt in quo tam præclaræ Eleemoſynis promiſſiones factæ leguntur. *Pallad. Beyerlink ſuprà.*

SIGISMVNDVS Polon. Rex. Quoque cum eſſet verè Catholicus, à nonnullis Lutherano elleboró dementatis ſollicitabatur, vt puram reformatámque noui Euangelij doctrinam (ita eam appellant) ſuo populo proponi pateretur; quibus heroico animo: Non eſt, inquiebat, meum de Euangelij puritate inquirere: Epiſcoporum id munus, quorum ego iudicio libens me lubénſque ſubmitto. Prudenter cum Vlyſſe aures claudebat, ne Sirenarum fallaces voces in ſui exitium excipere cogeretur, inſtar aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiuit vocem incantantium. *Surius comm. rer. orbe geſtarum Beyerlinck ſuprà.*

* Euangelici. H

EVangelici vocantur huius temporis Hæretici, qui Euangelij noui quod pridem per Lutherum in orbem aductum fuit, & adulteratum ſequuntur, vt notat *Lindanus Dial. 2. Dubitantij. Pete plura ex loco de Hæreſibus.*

*EVANGELIIS SACRIS EXHIBITVS HONOR.

Vtpura, EADEM GESTANDO, CIRCVMFERENDO, &c.

Euangeliis Sacris meritò maximus ſemper bonor præ aliis Scripturæ voluminibus exhibitus fuit. Nam pro diuerſitate materiæ maior quibuſdam libris debetur præ aliis reuerentia. Hinc eſt quod S. Barnabas Apoſtolus Euangelium à S. Matthæo compoſitum ſua manu deſcripſerit, & ſecum ad pectus ſuum ſpelire voluerit, vt narrat *Cedrinus in compend. hiſtoriar. ad annum 4. Zenonis Imp. Niceph. Cal. lib. 16. Hiſt. c. 37. Theodor. lector lib. 2. Collect. Alex. Monach. in vita S. Barnabæ, apud Surium die 11. Iunij. & Suid* Sane Martyrologium Romanum *die 21. Septembr.* teſtatur Euangelium, ipſo reuelante inuentum cum corpore S. Barnabæ Apoſtoli, tempore

Zeno

[illegible] *ſpiciunt.*

Inſuper habetur in actis S. Cæciliæ quod conſueuerit Euangelium Christi geſtare in pectore. Ab aliis quoque id factitatum legimus. Et ex S. Andreæ Apoſtoli actis, etiam Apoſtolorum temporibus id vſurpatum apparet, Sancta enim piaque íoatorum hæc fuit conſuetudo.

Initium Euangelij S. Ioannis tanti olim faciebant Christiani, vt nimia pene id religione venerarentur. Nam ſolitos è collo ſuſpenſum ferre multos, ſcribunt veteres. Eius meminit, *Chryſoſt. hom 73. in Matth* dicens multas mulieres Euangelia ex collo ſuſpendere. Quod veteres Christiani ſoliti fuerint partem Euangelij collo appendere, teſtatum quoque facit, *Hieronym. in cap. 23. Matth. & author operis imperfecti in Matth. homil. 43.*

Et illud quidem Partes iſti tanquam anilem ſuperſtitionem reprehendunt, mulierculas enim id maxime feciſſe aiunt; & meritò improbant dum ſuperſtitioſè fit; non autem ſi ea fide, ac deuotione & abſque omni ſuperſtitione illud geſtetur, vt B explicat. *D. Tomas 2. 2. queſt. 96. art.* 4 Quinino ad reuerentiam id honorem Euangelij pertinere manifeſtum eſt. Nec video cur id factum non poſſimus in meliorem partem interpretari, non tanquam amuletum ea ſuperſtitione, à veteribus geſtatum, ſed tanquam fidei ſymbolum, vt ſe Catholicos, non Arianos eſſe profiterentur.

ORNANDO.

CONSTANTINVS Magnus Imp. aurea Euangeliorũ volumina vnionibus, & pretioſis lapidibus ornata confecit; inque magno templo digna admiratione poſuit. *Cedrenus in compendio hiſtor. ad annum 21. Conſtantini.*

ZENO Imperator Euangelium Matthæi, cum S. Barnabæ reliquiis inuentum; in luco Palatij digniore in æde S. Stephani in Daphne, auro multo exornatum, reconditum eſſe voluit, Ita enim ſcripſerunt *Theodorus, Cedrenus Nicephorus. Alexander, Suida, & alij.*

Tantum quoque honoris veteres Christiani ſacris Euangeliorum libris detulerunt, vt antiqui Scriptores aliquando notent pretioſo velamine opertos, magna veneratione à quibuſdam ſeruatos eſſe.

C Narrat *Anaſtaſius* Gregorium III. Papam, Euangelia feciſſe aurea penſantia libras quindecim.

Idem ſcribit Michaelem Imp. Benedicto III. Papæ dono miſiſſe inter alia Euangelium auro puriſſimo tectum, cum diuerſis lapidibus Pretioſis.

LOCO PARTICVLARI COLLOCANDO.

Initium S. Euangelij, cui nomen eſt, ſecundum Ioannem. Platonicus quidam aureis litteris conſcribendum, & per omnes Eccleſias in locis eminentiſſimis proponendum eſſe dicebat, vt teſtatur *Auguſt. lib. 10 de ciuit. Dei, c. 29.*

Æmilium præterea, alioſque Platonicos Philoſophos laudaſſe, & probaſſe, quæ Ioannes initio Euangelij ſui tradidit; ex eoque nonnulla ſumpſiſſe, ſcribunt *Euſebius lib. 11. de præpar. Euangelica ſub finem. c. 10. & Cyrillus l. 8. aduerſus Iulian. propè finem.*

Auguſtinus l. 7. conf. cap. 9. affirmat, ſe initium Euangelij Ioannis in libris Platonicorum legiſſe. *Et lib. 8. cap. 2.* dicit in libris Platonicorum inſinuari Deum; & verbum. Similia tradunt. *Baſilius hom. 16 in principium Euangelij Ioannis, & Chry-* D *ſoſtomus hom. 1. & 2 in Ioannem.*

Porrò quantus honor Euangeliis Christi debitus ſit, inde etiam fit manifeſtum, quod in Conciliis illa ſuper thronum in medio ponebantur; vt videre licet in Concilio Calcedonenſi *Act. 1.* Sacroſanctum enim Euangelium ſuper thronũ in concilij meditullio collocatum, ipſius Domini noſtri Ieſu Christi typum gerebat, iuxta illud *pſal. 61.* Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.

LEGENDO VEL CANTANDO CERTO RITV.

Nata eſt in Eccleſia Catholica conſuetudo, vt peractis ſacris prima Euangelij ſecundum Ioannem lectio, tanquam alterum fidei ſymbolum, recitetur.

Hoc quoque ad Euangelij honorem referendum videtur, quod in Eccleſia publicè non niſi à Diacono, vel Presbytero legendum ſit, vt habet *Clemens Papa l. 2. conſtitut. Apoſt. c. 61.* Item quod cùm Euangelium in Eccleſia publicè legitur, ſtandum ſit. Ita *Clemens ibidem, & Anaſtaſius Pp. epiſt. 1. c. 1. & refertur apud Gratianum diſtinct. 1. cap. 65. Apoſtolica auctoritate.* Hinc illud ſemper in Eccleſia videtur obſeruatum, vt dum il-[illegible] Cantica ex Euãgelio [illegible], Benedictus ad Laudes, E Magnificat ad Veſperas, & Nunc dimittis, ad Completorium omnes ſtare ſoleant. Hoc enim Apoſtolica traditio requirit.

Quod ſi cognoſcere velis quidnam hac in re Auguſtini tempore in Eccleſia vſu receptum erat, audi quid hac de re dicat *hom.* 26. vbi ſic habet: Ante aliquot dies, propter eos, qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inæqualitate laborant, paterna pietate ſollicitus conſilium dedi, & quodammodo ſupplicaui, vt quando aut paſſiones prolixæ, aut certè aliquæ lectiones longiores leguntur, qui ſtare non poſſunt, humiliter & cum ſilentio ſedentes, attentis auribus audiant quæ leguntur. Nunc verò aliquæ de filiabus noſtris putant, quod hoc aut omnes, aut certè plures, quæ ſanæ ſunt corpore, frequenter debeant facere. Nam vbi verbum cœperit recitari, quaſi in lectulis ſuis ita iacere volunt; atque vtinam vel iacerent tantummodo, & tacentes verbum Dei ſitienti corde ſuſciperent, non etiam ſe ita otioſis fabulis occuparent, vt quod prædicatur nec ipſæ audiant nec alios audire permittant. Vnde rogo vos venerabiles filiæ, & ſolicitudine paterna commoneo, vt quando aut lectiones leguntur, aut verbum Dei prædi- F catur, nulla ſe in terram proiiciat, niſi forte quam nimium grauis infirmitas cogit. Sic tamen non iaceat, ſed magis ſedeat, & attentis auribus quæ prædicantur, auido corde ſuſcipiat.

CVR STANDO LEGENDVM EVANGELIVM;

Rationes cur ſtemus, dum Euangelium legitur, variæ adferri poſſunt: vna eſt, quod in eo promittuntur æterna, ad quæ ſuſpirare nos oportet, iuxta illud quod in Miſſa dicitur: ſurſum corda. Habemus ad Dominum, & illud *ad Coll. 3.* Quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite.

Quidam propterea nos ſtare putant dum pronuntiatur Euangelium, tu meminerimus id nobis defendendum, & paratí ſimus vſque ad mortem pro tuenda Euangelij doctrina pugnare Eam enim ob cauſam in quibuſdam locis aiunt cum gladio manus à laicis, etiamſi Christus doctrinam ſuam armis vindicari non iuſſerit, admoueri.

Tertiò fit hoc profecto ad doctrinæ Christianæ reuerentiam. Tanto enim dignior & nobilior eſt doctrina, quanto ex nobiliori ore procedit. Hinc eſt quod lecturus Euangelium Diaconus à Sacerdote, accepta benedictione viſibiliter mitta- G tur, ſicut Apoſtolos Christus prædicare miſit: Subdiaconus autem lecturus epiſtolam, tantum inuiſibiliter mittitur, ad denotandum quod in veteri teſtamento Prophetæ inuiſibiliter à Deo miſſi ſunt.

Præterea cum pronuntiatur Euangelium; miſericordia & copioſa redemptio quam populo ſuo Deus fecit, legitur. Ideoque tanquam illi miſericordiæ occurrere volentes, eamque expectantes, & libenter audientes, ſurgimus.

Denique ideo forte ad lectionem S. Euangelij non de geniculis, vt Tertullianus loquitur; ſed ſtantes adoramus; eo quod geniculari in orando velut pœnitentis ſit: qui verò ſtans adorat, tanquam iam veniam conſecutus, gratias agit. Stamus etiam, vt diligentiùs audiamus. Si qua enim verba diligenter audienda ſint; profectò eiuſmodi ſunt ipſius Chriſti, vt habet *Chryſoſt. hom. 1. in Matth.*

MIRACVLA A DEO EXHIBENDO.

Refert *Maffeius l. 14 hiſt. Indic.* de muliere quadam, quæ à dæmone propemodum obſeſſa, ſpectriſque horrificis agitata, in vltimum venerat vitæ diſcrimen. Euocatus à marito quidam è Societate Ieſu Presbyter, vt afflictæ & exangui manus H imponeret; per occupationes ipſe tum quidem adire non potuit; cæterum ſchedulam, in ſcripto D. Ioannes Euangelio, pro ſe miſit, quam peſti amouendæ mulier è collo ſuſpenderet. Id vbi factum, confeſtim leuata morbo, terroribuſque ſolita, ſurrexit.

EVANGELIORVM CONTEMPTVS, Irreuerentia, abuſus.

☞ *Vide locum de Impietate, Tit. Impietas erga libros ſacros.*

Eucharistia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EVcharistia dicitur Gratiarum actio, ſiue grati animi pro accepto beneficio ſignificatio, quomodo ea voce vtitur Lucas *Actor. c. 24. verſ. 3.* & *Tertullianus* exponens locum Pauli *ad Coloſſ. 3.* vbi dicitur, grati eſtote, intelligit de eucharistia Sic enim Græcè legitur εὐχάριστοι γίνεσθε, quia eucharistia omni

A omni gratitudine & gratiarum [illegible] ea ſua. Vtitur autem ad eam rem [illegible] *Ieſ. Hier. c. de communione* vbi ait: Qui propter eu per vitai facti non ſunt participes myſteriorum, remanſiſſe ἀχαρίστοι contra vero qui digna participatione altitudinem & magnitudinem cognoſcunt, laudes illius εὐχαρίστως, id eſt, grata memoria celebrare. Sunt tamen aliæ notiones huius nominis ab Orthodoxis aſſignatæ, vt euchariſtia ſit idem quod bona gratia, nempe qua Deus animam replet vt peculiare pignus vitæ æternæ et quia continet ipſum gratiæ fontem: Cui etiam altaria & templa conſtruuntur ad gratias agendum: quæ aliquo modo comparare poſſumus cum illo, quod τῶν χαρίτων, in media Ciuitate conſtructum meminit *Ariſtoteles libr. 5. Et hic. capite 5.*

Vſu tamen Eccleſiaſtico accommodatum eſt nomen euchariſtiæ, ad diuiniſſimum nouæ legis Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, ab eodem in vltima cœna ſub ſpeciebus panis & vini inſtitutum vt in quo, eſt enim & ſacramentum & ſacrificium, gratiæ Deo maximæ, ſummuſque cultus exhibetur.

NOMINA ILLIVS VARIA,

B *S. Tomas p. 3. q. 73. art. 4.* docet auguſtiſſimo huic Sacraméto varia attribui nomina, vt eius excellentiæ & proprietates facilius explicentur. Primum enim, quia eſt cibus animæ noſtræ dicitur panis viuus de cœlo deſcendens. *Ioan. 6.*

II. Dicitur Synaxis, ſiue communio: quia ſignificat vnionem omnium fidelium cum Chriſto & inter ſe, ratione materiæ, quæ ex multis granis tritici inter ſe vnitis, & vnam maſſam conſtituentibus componitur: ſicut fideles cum Chriſto capite vnum corpus myſticum conſtituunt. Quam etiam vnionem hoc Sacramentum inter alia omnia præcipuè cauſat, & auget.

III. Quando datur morituris dicitur viaticum, quia vitas ſumptuſque hinc migraturis ſuppeditat.

IV. Dicitur hoſtia, quia eſt id quod per Sacrificium incruentum Deo offertur.

V. Dicitur euchariſtia, de quo ſupra.

VI. Singulariter dicitur myſterium & Sacramentum: quia inter omnia Sacramenta rem maximè arcanam maximumque myſterium continet.

C FIGVRÆ ILLIVS E VETERI Teſtamento.

Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe. Admodum eleganter hunc Pſalmi verſiculum plerique veterum auguſtiſſimo huic Sacramento accommodarunt. Cuius omnis ratio excedit omnem admirationem, vt loquitur *S. Ephrem*; omnem mentem, omnemque ſermonem. Cuius rectè excellentiam ex veteris Inſtrumenti figuris quæ vmbræ erant futurorum, clarè eruunt Catholici. De ratione namque figuræ eſt, vt figurato ſuo inferior ſit. Seruit enim Figura veritati, & per eam illa perficitur ac impletur.

Plures autem ſunt, eæque præſtantiſſimæ huius Sacramenti figuræ. Prima eſt, Panis ille per Regem Salem ſiue iuſtitiæ Melchiſedech oblatus Deo in gratiarum actionem, pro victoria per Abrahamum obtenta, deuictis 5. Regibus. Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi inquit Scriptura, eamq; figuram præter *D. Cyprianum l. 2. Epiſt. 3. Ambroſ. lib. 4. de Sacram. c. 3. Hieronym. Clementem* & alios, agnoſcit *B. Cryſoſt. hom. 35. in*
D *Geneſ.* dum ait: Vides quomodo ſacramentum noſtrum inſinuatur. Vidiſti typum, cogita ergo veritatem. *Geneſ. c. 14.*

Altera erat Panis Propoſitionis, qui ſolum à puris & ſanctificatis edi poterat. *Exod. 40. & 1. Reg. 21.* Teſtatur præter *Damaſcenum & Cyrillum, D. Hieronymus in cap. 1 ad Titum.* Tantum intereſt inquiens, inter panes propoſitionis, & corpus Chriſti: quantum inter vmbram & corpora: inter imaginem & veritatem: inter exemplaria futurorum, & ea ipſa quæ per exemplaria figurabantur.

Sed & Panis Primitiarum de quo legitur in *libro Leuitici c. 23.* ab *Irenæo lib. 4. cap. 32.* Hoc Sacramentum præſignificaſſe traditur, qui ad illum alludens, vocat euchariſtiam primitias munerum diuinorum in nouo Teſtamento.

Illuſtris Sacramenti huius Figura fuit Agnus Paſchalis de qua *S. Auguſtin. lib. 2. cont. lit. Petiliani cap. 37.* Aliud eſt Paſcha quod Iudæi de oue celebrant, aliud quod nos in corpore & ſanguine Domini accipimus, & colligitur ex ipſo euangelio, vbi legimus Dominum Ieſum poſt Agnum Paſchalem [illegible] ritu ma[illegible] æ inſtituiſſe. Idque non [illegible] *Domini*, quam vt figuræ [illegible] antiquam obſeruantiam [illegible] Sacramento adimpleri. Et conſtat cæremoniá Agni Paſchalis fuiſſe poſitam vel maximè in manducatione. Quocirca illi reſpondet in Teſtamento nouo agnus ille qui tollit peccata mundi, quatenus manducatur. Et manifeſtè colligitur hæc figura ex euangelio *Ioannis. c. 19.* Vbi Chriſto accommodat hanc Scripturá *Exod. 12.* quæ eſt de Agno Paſchali, eos non comminuetis ex eo, quod typicè adumbrabat, non imminuenda oſſa, quomodo crura latronum qui cum eo erant crucifixi fracta leguntur, veri Agni in cruce immolandi, & à fidelibus manducandi, idque non in ſymbolo, figura, aut imagine, ſed verè, & in propria ſubſtantia; alioquin non reſponderet veritas vmbræ veteri, cum multo præſtantior hac ratione fuiſſet Agnus ille Iudaicus, quam Agnus noſter, ſi duntaxat eum intelligimus in figura, id eſt, cruſtulum eſſe panis. *Lege Adr. Hoffſtad. in ſerm. 5. de Euchariſt. Bell. l. 1. de Euchar. c. 3.*

Etiam Iudaicum Manna quo Deus aluit populum in deſerto, vt conſtat *Exodi cap. 16.* quodque in Scripturis vocatur Panis Angelorum, Cœli, Cœleſtis, euidentiſſimus Sacramenti huius typus fuit Patet ex verbis Domini. *Ioann. c. 6.* Patres veſtri manducauerunt Manna in deſerto & mortui F ſunt: qui manducat hunc panem, ſcilicet quem ego dabo, viuet in æternum. Figuræ rationem in multis ponunt Veteres, quæ collectim tradit *Cardin. Bellarm.* ſuprà, & dicit. Manna datum in deſerto, dum filij Iſraël tranſito mari Rubro, ad terram promiſſionis pergerent: ita etiam [& notat *Auguſt. tract. 11. in Ioan.*] euchariſtia datur in huius vitæ deſerto dum poſt baptiſmú cuius typus fuit Mare Rubrum iuxtà Apoſtol. *1. ad Cor. c. 10.* tendimus ad patriá cæleſtem. 2. Manna id habuit ſingulare, vt quamuis alij plus, alij minus colligerent, tamen inuenirent ſinguli menſuram Gomor: eodem modo idem eſt Sacramentum, idem fructus, in magna æquá ac in parua parte conſecratæ hoſtiæ. 3. Manna habuit omnis saporis ſuauitatem, vt dicit Sapiens *c. 16. Sapientiæ*: idque bonis & iuſtis: Impiis vero erat in nauſeam, vt colligitur *Num. c. 21.* quinimo plures murmurationes & contradictiones ſuſtinebat. De G quibus. *Pſalm. 77.* & loco Numer. allegato. Similiter Euchariſtia bonis & timoratis, quique probati accedunt, mira dulcedo eſt: indignè manducantibus iudicium. Mors eſt malis, vita bonis. Vide paris ſumptionis quam ſit diſpar exitus, canit *D. Thomas Aquinas*, & contradictiones circa hoc Sacramentum notiſſimæ hoc æuo ſunt. Nunc ergo ſi Manna illius figura fuit, debet vtique eſſe præſtantior Euchariſtia veteri Manna: quomodo Chriſtus dixit: Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. *Ioan. 6.* quod tamen non erit, ſi tantummodo vt vult *Caluinus*, eam in figura & typo accepimus.

Denique Figura huius Sacramenti fuit Sanguis Teſtamenti, de quo *Exod. cap. 24. & ad Hebr. 9.* Apoſtolus deſcribit. Moyſen nomine Dei mandata legis propoſuiſſe, deinde aſperſiſſe ſanguine populum ac dixiſſe, hic eſt ſanguis Teſtamenti, quem miſit ad vos Deus. Quæ figura in Sacramenti huius inſtitutione impleta eſt, quando diſertis verbis Dominus, ait, *Luca c. 22.* hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine, imo iiſdem verbis vſus deſcribitur à *Matth. c. 26.* quibus Moyſes vſus fuerat. Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti. Tunc etiam idem Dominus propoſuit legem proue H Moyſes quoque fecerat, cum ait *Ioan. c. 13.* Mandatum nouum de vobis vt diligatis inuicem: & aperſit ſanguinem in corda diſcipulorum. *Bellarm. ſupra.*

PROMISSIO.

Amoris ſui pignus demonſtraturus in filios noui Teſtamenti vnigenitus Dei filius, & quantum illos præ aliis populis anteferret docturus, ſeipſum, hoc eſt carnem ſuam & ſanguinem, non fide tantum, vt volunt Reformationis prætenſæ Sectatores, quia ſic etiá veteri Eccleſiæ data fuerunt; ſed reipſa, in Sacramento tamen ſumenda & manducanda pollicetur, dicens: Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Ac litigantibus Iudæis ſuper duro illo ſermone, intelligebant enim eum loqui de manducatione ſuæ carnis in propria ſpecie extra Sacramentum; non correxit, ſuam ſententiam ſed amplius inculcauit, addita commínatione: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, &c. poſt quæ ſubiungit: non ſicut manducauerunt Patres veſtri Manna in deſerto, & mortui ſunt, vbi non

ſit

[illegible] Manna [illegible] & bibendi,cibi & pot [illegible] *Ioan* [illegible]

INSTITVTIO.

Itaque quod ante promiſerat liberaliter elargitus fuit in vltima cæna: quando poſt agnum paſchalem manducatum, pridie quam pateretur, accepit panem, & benedixit,ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & comedite; hoc eſt enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens, Accipite & bibite ex eo omnes: hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Ac his ipſis verbis hoc Sacramentum fuiſſe à Chriſto inſtitutum, eſt fidei, definitum in variis Conciliis Et colligitur euidenter,quod tres Euangeliſtæ cum Apoſtolo Paulo,qui diuerſo tempore ſcripſerunt:locis tamen diuerſis,iiſdem tamen verbis vtantur. *Matth.c.26. Marc.c.14. Luc. c.22. Paulus ad Corinth.epiſt.1.c.22.*

B Et quidem Chriſtum in ea cœna dediſſe diſcipulis ſuis verũ corpus & ſanguinem ſuum,non in typo,in figura,vel imagine,luculenter euincitur vt omittam promiſſionem, vſum,ac pleráque alia;ex ipſis Inſtitutionis verbis,quæ ita clara ſunt,vt quiuis intellectis tantummodo iiſdem,quocunq; tandem idiomate pronuntientur,ſua ſponte feratur in verum ac genuinum eorundem ſenſum, vſque adeo vt nullus etiamſi vel maxime conetur,vllum aut tropum, aut figurã cogitatione aſſequi valeat.Vnde non immerito *D.Paul.* affirmat, indignè ſumentem non diiudicare corpus Domini: non dicit figuram, &c.neque enim figura corporis tradita, aut ſanguinis figura effuſa, ſed ipſum corpus & ſanguis verè, realiter & ſubſtantialiter,quomodo etiam ſub hoc ſacramento contineri, Conc.Trid.Patres declararunt. Cum enim Chriſtus in vltima cæna relicturus diſcipulos corporali præſentia,teſtamentum nouum conderet in ſacramenti huius inſtitutione, clara oportuit eſſe teſtamenti verba, omnis figuræ & metonymiæ expertia, quomodo in teſtamentis humanis fieri videmus;vt ita omnis occaſio reſcindatur diſputandi de voluntate Teſtatoris.Quod vel potiſſimum locum inuenire debet, quando cum teſtamento præceptum vel lex aliqua traditur, quomodo in præſenti. Dicitur
C enim, *Accipite, comedite, bibite*, & ad extremum, *hoc facite in meam commemorationem*. Verba autem legum perſpicua ſint neceſſarium eſt, vti etiam omnia illa quæ per ea determinantur.Et hæc pro Inſtitutione ſufficerint.

MATERIA. FORMA. MINISTER.

Materia huius Sacramenti eſt panis,& vinum:Forma vero, verba à Chriſto prolata: hoc eſt corpus meum:& hic eſt ſanguis meus,vel hic eſt calix ſanguinis mei.Miniſter neceſſarius Sacerdos,cui competit facere, hoc eſt ſacrificare,ſiue offerre: cuius tanta eſt dignitas & facultas, vt ore ſuo auguſtiſſimum hoc Sacramentum conficere, & verum Chriſtum, verè,realiter, & ſubſtantialiter ſub viſibilibus ſpeciebus valeat collocare:ipſúmque panem & vinum in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti transmutare. Eſt enim ait *D.Ambr.l.4.de Sacr. c.4.* panis ante verba Sacramentorum: vbi acceſſerit conſecratio,de pane fit caro Chriſti.

De S. Hugona memoriæ proditum, quod ei oranti, & in huius Sacramenti contemplatione occupato,apparuerit Chri-
D ſtus forma puerili,qui dicebat:Ecce,manduca me. At vir ſanctus hoc viſu territus,ſupplex:orauit,vt ſub familiari panis ſpecie ſe illi exhiberet manducandum:cum humana natura ab eſu crudarum in ſua ſubſtantia & forma exhibitarum abhorreat, ac panis commune omnibus alimentum ſit. Audiuit orationem deprecantis Dei filius, eiúſque deſiderium expetitæ ſpeciei exhibitione impleuit. *Io.Viguer.in Inſt.Theol c.16.§.3.*

ERRORES CIRCA MATERIAM.

Circa Materiam huius Sacramenti hallucinati traduntur Cataphryges,à patria ita dicti, alioquin,alia voce Montaniſtæ à Montano ſuo Principe appellati. De quibus ita *B.Aug.* Sacramenta perhibentur habere funeſta:nam de Infantis anniculi ſanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionibus extorquent, quaſi Euchariſtiam ſuam conficere perhibentur, miſcentes cum farina panémque inde facientes. Qui puer ſi mortuus fuerit,habetur apud eos pro Martyre;ſi autem vixerit, pro magno Sacerdote. *Aug.lib.de hæreſ.ſect.26.& Epiphanius hæreſ.48 ſub finem.*

Similem truculentiam idem *Auguſt.* adſcribit alteri colluuiei Sectariorum, quos vocat Pepuzianos,à Pepura ciuitate [illegible] ut Ph[illegible]x, [illegible] æſtimantur circa annum 181. *Suprà c. 27.* E
[illegible], ſerpentini Latinis, Ophis enim ſerpentem [illegible], loco panis, ad confectionem Sacramenti [illegible] farinam,in qua ſerpens aliquamdiu volutauerat. Dicebant enim attactu Serpentis farinam velut ſacrificari. *Epiphan.hær. 37 Aug.ſupr.ſect.17.*

Prioribus ſceleratiores Manichæi à Manete natione Perſa nuncupati, qui quod panem creaturam Diaboli dicerent,eum priuſquam in alimentum ſumerent, execrandis adiurationibus purgabant.Quin farinam ex qua Chriſti corpus conficiebant, humano ſemine miſcebant,dicentes:per illius commixtionem illam purgari: & ita,Deo ad ſupplicia inferenda lento & longanimi, conficiebant execrandum Sacramentum. *Idem Aug.lib.de hæreſ.c.40.*

Sed & Caluiniſtæ noſtri temporis, pro materia accipiunt communem & fermentatum panem, quem in bucellas aptant quales alendis pullis gallinarum adhibere ſolemus:cum tamen Eccleſia Latina ſemper in azymo pane, exemplo Chriſti qui azymum adhibuit conſecrauerit.

In Germania quibuſdam locis Lutherani vtuntur ſimel- F
lis,quibus imprimunt characteres, & effigiem principis, leonis aut alterius animantis;vnde occurrente die cœnæ,Ruſtici ſolent ſibi mutuò dicere. Hodie Leones vorabimus. *Adrian. Hoſſtad.ſerm.12 de Euchar.*

Quin & ſibi narratum memorat idem *Hoſſtadius* à viro fide digno, non defuiſſe Miniſtrum, qui bucellis deficientibus loco Sacramenti, ſingulis porrexit orbicularem particulam farciminis; dicens, apud Hebræos nomine [panis] ſignificari omnem cibum. *Hoſſtadius ſupra.*

Fuerunt etiam olim Ἀρτοτυρῖται, Hæretici Caſearij,qui panem & caſeam adhibebant in conſecratione, ἄρτος panem, τυρὸς caſeum ſignificat: vide de his. *Auguſt.ſupr.ſect.49.*

Quoad calicem verò, fuit tempore S. Cypriani Tatianus, qui aquam ſolam calici infundebat. De quo errore, *Epiphanius hæreſ 46.*

Alij timore quodam ciuili, ne mane conuenientes ad S. Synaxin ex odore deprehenderentur Chriſtiani, vino abſtinebant quos egregiè perſtringit *S. Cyprianus Epiſt. 63. ad Cæcilium* Sic incipit inquiens, & à paſſione Chriſti frater- G
nitas retardari,dum in oblationibus diſcit de ſanguine eius & cruore confundi.

Quorundam inſania Lac ſumere auſa eſt; de quibus *Concilium Bracarenſe 3.in proœmio.* Græci plerique aquam calidam calici imponunt. Sunt qui ſalem & mel addiderunt. De his *Conc. Autiſiod.can.8. & Canon. Apoſt.3.* Eum depoſitione dignum pronunciat, qui tale quid contra Domini ordinationem fecerit.

Quos omnes certe confundit, & erroris grauiſſimi arguit Eccleſia Catholica,quando & Chriſti exemplum, & Apoſtolicam doctrinam ſecuta, in conſecratione corporis panem triticeum,eumque azymum: & in conſecratione ſanguinis, vinum de vite modico aquæ permixtum, tanquam materias neceſſarias ſiue neceſſitate Sacramenti: ſiue neceſſitate præcepti, iam tot ſæculis adhibuit, & abſque vlla immutatione adhibet.Sed de hac aquæ in calice permixtione infra latius.

ERRORES CIRCA INTERPRETATIONEM FORMÆ.

Circa Formam huius Sacramenti, propè infinitæ ſunt In- H
terpretationes & errores: imò tam multiplices rixæ & contentiones etiam in eadem Secta, vt de iis dici merito poſſit quod de Arianis Eccleſiam turbantibus olim dixit, *B. Hilar.* Miſerabile tot nunc fides exiſtere, quot voluntates: tot doctrinas,quot mores. Ita quiſque fingit ſibi noua in dies monſtra interpretationum ſuper quatuor verbis à Chriſto prolatis. Hoc eſt corpus meum. *Lutherus in lib. quod verba cœnæ adhuc firmiter ſtent*, ſcribit decem fuiſſe ſuo tempore Sacramentariorum opiniones ſuper his verbis.

Et nuper anno.M.D. LXXVII. prodiit libellus, In quo recenſentur ducentæ horum pauculorum verborum interpretationes,vel deprauationes,vt notauit. *Card.Bellarm.lib.1. de Euchar.c.7.tom.3.Controuerſiarum.* Qui aduertit omnes potiſſimum ad nouem reduci, tanquam ad capita cæterarum, quarum tres circa voculam,Hoc: tres circa vocem,corpus:duæ in verbo,eſt:vnica in pronomine,meum,conſiſtit.

Andreas Carolſtadius voluit pronomen, Hoc, exponi per nomen, Hic: & verbis iſtis hoc eſt corpus meum, non aliud ſignificari, quam hic ſedet corpus meum. Neue de hac

A a poſitione quis audeat d[illegible] [illegible] le anno M.D.LXXIV. ſe [illegible] interpretationem accepiſſe. Aduerſus q[illegible] *Lutherus*, ſcripſit librum, *contra cœleſtes Prophetas.*

Bucerus & Ioannes Laskus volunt pronomen H[illegible] care totam actionem cœnæ; vt hunc habeat ſenſum: [illegible] actio corpus Chriſti repræſentat. *Bucerus in retract.*

Ioannes Langius per [Hoc] intelligit panem: quem tamen & Metaphoricè exponit; nempe Corpus meum eſt hoc ſcilicet panis: quia nutrit animas eáſque reficit inſtar panis. *Ioan. Lang. in annot. ad 2. apolog. Iuſtinus.*

Cæterùm Hulricus Zuinglius ſcribit verba illa Chriſti eſſe tropicè intelligenda, eumque tropum conſiſtere in verbo ſubſtantiuo, Eſt, quam doctrinæ ſpiritus, ater an albus fuerit, dicit ſe non meminiſſe; nocte per quietem illi etiam inſpirauit. Conſtat *ex lib. eiuſd. cui titulus, ſubſidium Euchariſtiæ. Item lib. de vera, & falſa Relig. c. de Euchariſtia.*

Petrus Bequinus contendit rectè panem appellari corpus Chriſti, propter Idiomatum communicationem, quomodo
B propter eandem dicimus, hic homo eſt Deus, vbi, eſt, idem erit, quod, dicitur, v.g. Panis dicitur corpus meum. *In examine lib. Heshuſi: poſt initium.*

Ioannes Oecolampadius non agnoſcit tropum niſi in nomine, Corpus, vult eum panem dici corpus per Metonymiam, qua ſignum pro re ſignata; vel è contra ponitur, vt ſit ſenſus: hic panis eſt figura corporis mei. Ita habet *in lib. de genuina expoſitione horum verborum.*

Verum Ioannes Caluinus quamuis cum Oecolampadio admittat tropum, tamen quodam loco vult panem eſſe nudam figuram corporis Chriſti, ſed figuram quæ rem ipſam exhibebat. idcóque Chriſtum meminiſſe ſui corporis, non figuræ corporis, *lib. 1. inſtit. cap. 17. §. 21.*

Sunt tamen è Caluini diſcipulis, qui nomen Corpus pro corpore myſtico accipiunt, id eſt, pro eccleſia, vt ſit ſenſus, accipite & manducate, hoc eſt enim corpus meum, hoc eſt quia vos diſcipuli eſtis corpus meum, *Refert. Cornel. Ianſſ. in concor. Euang. cap. 59.*

C Denique quidam Ioannes Campanus exponit hoc modo, hic panis eſt corpus à me factum & creatum. Idque ex ioco quodam Lutheri, qui vt irrideret Sacramentarios, eam expoſitionem excogitauerit, vt videre eſt apud eundem *Lutherum lib. quod verba cœnæ firmiter ſtent: & in ſua breui confeſſ. edita anno 1544.*

MIRACVLA CIRCA MATERIAM ET FORMAM S. EVCHARISTIÆ.

EXEMPLA HISTORICA.

Circa hoc biennium, inquit Cæſarius, iuxta Coloniam in villa, quæ Bella vocatur, geſtum eſt, quod dico: Die quadam cum Sacerdos Miſſam celebraret, & dicto Euangelio hoſtiam patenæ ſuperpoſitam ſuper corporale collocaſſet, illa mox reſiliuit. Putans hoc ſacerdos caſu accidiſſe, neque hoſtiam bene locatam, denuo tandem ſuperpoſuit, quæ remotius eo intuente reſiliuit, quàm prius: cumque tertio id tentaſſet, quaſi turbine impulſa, proiecta eſt de altari. Quo viſo territus eſt valde; & præcepit ſcholari, vt eadem hoſtia reſeruata, aliá ſupponeret, quam & conſecrauit. Dicta vero Miſſa, tollens ſecum hoſtiam prædictam Coloniam properauit, hoſtiam oſten-
D dit, quid de ea actum ſit, recitauit. Cunctis cauſam mirantibus vnus clericorum hoſtiam contra lucem leuans, maculam in ea contemplatus eſt, quam cum in conſpectu multorum fregiſſet cimex, qui vulgo pediculus parietinus dicitur, apparuit ea decoctus. Et glorificauerunt Dominum omnes qui aderant: haud dubium quin à ſanctis Angelis reiecta eſt, qui non ſunt paſſi, vt panis tam fœtido vermiculo corruptus, per miniſterium ſacerdotis tranſiret in corpus Domini ſui *Cæſ. lib. 9. dialog. c. 56. Garet. lib. de Euch.*

Anno à Natiuitate Domini 1384. quidam dictus Oſualdus Mulſer, ex nobili ortus proſapia, in templo pagi Seueld non procul ab Oeniponto in finibus Comitatus Tirolis, & ibidem in caſtro vulgariter Sclosperg nuncupato reſidens, tempore Paſchali, quo Chriſti fideles ex præcepto Eccleſiæ ad communionem Euchariſtiæ accedere ſolent, maiori hoſtia, & non, vt cæteri laici communicare nitebantur. Ex timore itaque huic Sacerdos perniciosè aſſentiri volebat. Sed dum venerabile Sacramentum ſupra linguam antedicti Oſvvaldi poneretur, ecce miraculosè ante altare terra ſe aperit, ac ſi ipſum Oſvvaldum prorſus deglutire vellet; & in illam vſ[illegible] [illegible] Oſvvaldus præſtantem Dei vindictam [illegible] tens mox pœnitentia ducitur, veniam à Deo precat. Cumque hoſtiam deglutire non poſſet, Deo id non permittente; ſacerdos eam in ſacrarium reponit: quæ etiam num hodie iſthic ſanguineo colore diuinitus tincta, & ex linguæ ſaliua nonnihil contracta conſpicitur. Vbi etiam iam inde ad noſtra vſque tempora plurima fiunt miracula. Ego Tilman. Bredembachius ex vrbe in Germaniam reuerſurus, monitus à R. D. Martino Eiſengreinio, vt ad locum iſtum diuerterem, altare ipſum, & in eo manus Oſvvaldi veſtigia vidi & contrectaui: ac iuxta illud terræ hiatum, quo abſorberi cœperat, modò ferreis cancellis obſeptum: denique ipſam hoſtiam, & caſtrum, in quo vixit, conſpexi. Porrò Oſvvaldus iſte ſic diuinitus correptus in moleſtam incidit ægritudinem, pœnitentiámque agens, & confeſſus, aliquanto ſuperuixit tempore, demum mortuus in Domino. Errorem verò huius Oſvvaldi iam olim ante multa ſæcula confutauit Euſebius Emiſſenus: Euchariſtiæ ſacræ perceptio, inquit, non F
in quantitate, ſed in virtute conſiſtit. Quod corpus, ſacerdote diſpenſante, tantum eſt in exiguo, quantum eſſe conſtat in toto; quod cum Eccleſia fidelium ſumit, ſicut plenum in vniuerſis; ita integrum eſſe probatur in ſingulis, &c. *ex tabula anea in templo pagi Seueld. Tilm. Bredembach. lib. 1. collat. ſacr. cap. 55. an. 1384.*

Frater quidam erat in cœnobio Guziba. vt nobis Abbas Gregorius Scholaſticus retulit, qui ſanctæ oblationis verba, ritúmque didicerat. Die ergo quadam miſſus, vt benedictiones ferret, cum iam rediret ad monaſterium, verba ſanctæ oblationis, quaſi verſus aliquos caneret, dixit: Eaſdem verò benedictiones impoſuerunt Diaconi ſancto altari. Quas cùm Abbas, Ioannes Presbyter offerret, qui poſtea Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus fuit; non vidit, vt ſolitus erat, S. Spiritus aduentum: contriſtatúſque valde, & cogitans, ne quid fortè peccaſſet in mente, atque ideò ſe Spiritus Sanctus auertiſſet, ingreſſus eſt ſacrarium plorans corruítque in faciem ſuam. Apparuit autem el Angelus Domini, dicens: Quoniam frater ille, qui oblationes attulit, G
verba ſanctæ oblationis in via duxit, ſanctificatæ iam ac perfectæ ſunt. Et tunc igitur ſtatuit ſenior, vt nullus deinceps addiſceret ſancto oblationis verba, niſi qui ordinatus ad hoc eſſe, neque paſſim ea quiſpiam diceret. *Sophron. in Prat. ſpir. cap. 23.*

Ferunt, cùm olim alta voce proferretur Canon, omnes ferè per aſſiduum vſum illum memoria tenuiſſe, atque in vicis & compitis publicè decantare ſolitos eſſe; vnde cùm quidam paſtores quodam auſu temerario, pane ſuper lapidem poſito in agro verba conſecrationis hoſtiæ protuliſſent; ipſi mox igne cælitus in eos dimiſſo, diuino iudicio ſunt abſumpti, vt per hanc punitionis ſeueritatem cæteris eſſent exemplo, ne vnquam tale quippiam attentarent, neque diuinis abuterentur myſteriis ad iocum vel ludibrium. Quod ipſum quoque atteſtatur *Michaël Buchinger. Colmarienſis in ſuo Tyrocinio de ſacri altaris myſterio. Iodocus Clithoueus lib. 3. Elucidarij Eccleſiaſtici.*

In pago quodam, cui nomen Vetus vicus, Ruſticus quidam in diuerſorio, dum Euchariſtiam irridet, ſubitò exa- H
nimatus eſt. Rem ſic actam teſtes docuere: Ædituus quidam ruſticus perferebat ſcriniolum plenum panibus conſecrandis, quas hoſtias vocant; huic comes erat alter ruſticus, qui quondam fuerat ædituus. Vbi ventum eſt ad vicum modo dictum, libuit ibi bibere in diuerſorio, petit comes ille ab æditu hoſtiam dono. Illo cunctante accepit, & incipit per ludibrium conſecrare. Cauponaria videns increpat. Ille: Nihil, inquit, tua refert, ibi, apporta vinum. Vbi redit mulier, videt hominem collapſum: rogat quid habeat: Reſpondent ibi potantes in alia menſa: Forſitan habet illum ſyncope. Mulier adfert acetum, admouent, ſed fruſtra, erat plane mortuus. Hæc non eſt fabula. *Tilm. Bredemb. lib. 1. cap. 66. collat. Sacrar.*

Anno 1145. cùm Eugenius Papa Viterbij conſiſteret, Orientales ex Armenia atque Syra Legati ad eum venerunt. prout Otto, qui præſens aderat, fideliſſimè ſcripſit: Ea inquit, tempeſtate Legati Armeniorum Epiſcoporum, eorúmque Metropolitani, quem ipſi Catholicon, id eſt, vniuerſalem, propter infinitum, id eſt, amplius quam mille Epiſcoporum

[illegible] tem [illegible] me [illegible], ſummam Pont[illegible] iter per annum & ſex menſes compe[illegible], adeunte, [illegible] parte illius Eccleſiæ, ſubiectionem omnimodam cum con[illegible] lucando offerentes, cauſas viæ nobis cum aliis multis præſentibus apud veterem Aulam aperiunt, quæ tales erant. Inter ipſos & Græcos quædam de ritu ſacrificij habitudo eſt in quibuſdam, in aliis verò diſcrepantia. Ponunt enim fermentatum panem ſicut illi; aquam autem vino non admiſcent, ſicut nos & illi. Præterea Natiuitatem Domini, Epiphaniæ continuantes, duas illas feſtiuitates vnam faciunt. Pro his & aliis dum inter ſe diſſentirent, Romanam Eccleſiam iudicem eligentes, conſultum veniunt, formámque ſacrificij iuxta conſuetudinem eius ſibi tradi depoſcunt. Quos Romanus Antiſtes gratanter ſuſcipiens, Miſſarum ſolemniis ac ſacrificiis ſecretis adhibuit, diligentérque ea quæ fiebant ibidem, eos animaduertere monuit. Quod dum facere, intentique ſacro altari aſtarent, vnus ex eis Pontificali dignitate præditus, ſicut poſtmodum in plena Curia retulit, in B. Martini
B octaua, quando dedicatio Eccleſiæ celebrari ſolet, ſummo Pontifice diuina myſteria agente, ſplendido fulgore, radium ſolis ſuper caput eius coruſcare, & in ipſo duas columbas aſcendentes & deſcendentes vidit. Cúmque diligentius hac illácque oculos circumferret, nullúmque aditum, per quem lux illa transfunderetur, inueniret, deificum hoc eſſe cognoſcens, ac ad obedientiam Romanæ Sedis amplius accenſus, conctis, quæ viderat, aperuit. At venerabilis Pater non ſuis hoc meritis attribuens, ipſius potius fide cælitus hoc ſibi monſtratum affirmabat; vt videlicet Eccleſia, à qua ipſe miſſus fuerat, Sacramentorum virtutem veritatis luce perfuſam cognoſceret, ac deinceps quali ea reuerentia & forma tractare deberet, addiſceret. *Otho. Epiſcop. Friſing. lib. 1. Hiſt. cap. 35. apud Baron. tom. 12. ann. 1145.*

Aliquando forte proficiſcebatur S. Samonas Epiſcopus Gazenſis Emeſam cum multis aliis, & familiari colloquio de variis atque diuerſis rebus vtentes, quod eos in itinere conſolabatur, vltra quam decuit in ſermone progreſſi ſunt. Ex quo-
C rum numero vir quidam doctus atque facundus, genere Saracenus, ad narrationem myſteriorum conuerſus, Samonam interrogauit his verbis: Heus, Epiſcope, ex te audire velim, quamobrem vos Sacerdotes Chriſtianis illuditis, dum panem ex farina coctum eis minutim partientes, corpúſque Chriſti nominantes remiſſionem peccatorum fieri iis, qui eum recipiunt, confirmatis. Vobíſne ipſis illuditis, an iis, in quos habetis imperium? *Samonas.* Quid narras? paníſne, Dei corpus efficitur? *Sarac.* In vtram partem contradictionis reſpondeam, mihi incertum eſt. *Samon.* Tantúmne quantus es, te genuit mater tua? *Saracen.* Minimè. *Sam.* Sed quantum? *Saracen.* Paruulum. *Samon.* Quis te in magnitudinem ita producit? *Saracen.* Alimentum. Deo ita annuente. *Samon.* Ergo panis tibi in corpus conuerſus eſt? *Sarac.* Ita prorſus exiſtimo. *Samon.* Quo tandem pacto panis tibi conuerſus eſt in corpus? *Saracen.* Haud quidem ſcio. *Samon.* Per guttur cibus & potus in ventriculum dimittuntur, tanquam in ollam aliquam. Sed cùm hepar calidum adiaceat ſtomacho, coquitur alimentum, & in chylum conuertitur: quodque craſſum eſt, deorſum abit: quod autem tenue, in chylum mutatum inna-
D tat. At verò cùm iecur ſit callidum, molle, & laxum, ad ſe attrahit, & in ſanguinem conuertit: nec non vniuerſum corpus per venas, veluti per canales, irrigat, alimentum in chylum conuerſum in ventriculo diſtribuens, in ipſóque in ſanguinem conuerſum, ſingulis membris commutatum, cuiuſmodi eſt illud: Oſſibus os, medullæ medullam, neruis neruum, oculis oculos, capillis capillum, cuti cutem, vnguibus vnguem; atque ita fit infantis incrementum in virum, pane ei in corpus mutato, & potione in ſanguinem. *Saracen.* Vera memoras. *Samon.* Eodem etiã pacto intelligas fieri noſtrum myſterium: Sacerdos enim panem ſuper menſam ſanctam deponit, pariter & vinum: & comprecando, inuocatione facta Spiritus ſanctus deſcendit, & ſuperuenit in ea quæ ſunt propoſita, & igne ſuæ diuinitatis in corpus & ſanguinem Chriſti panem & vinum commutat, non minus, quàm, iecur alimentum in corpus cuiuſdam hominis. An non, amabo, concedis poſſe ſacroſanctum Dei Spiritum idem præſtare, quod tuum iecur? *Sarac.* Concedo. *Samon.* Hoc igitur corpus & ſanguinem aſſumimus in remiſſionem, peccatorum, & in vitam æternam, Domino noſtro ita dicente: Qui manducat meam [illegible] meum ſanguinem habet vitam æternam. [illegible] verò [illegible] Chriſtus hoc diſcipulis ſuis tradidit, [illegible] itas precationes effudit, neque ſic vos admonuit dicere, [illegible]uomodo igitur vos non ita facitis? Imò precibus multis vn[illegible] opus eſt. *Samon.* Chriſtus quatenus Deus, Dominus erat ſui corporis & animæ, vt ipſe ait: Poteſtatem habeo dandi animam meam, & rurſum accipiendi eam: Cùm igitur ipſe natura eſſet Deus illicò tunc panem illum ſua potentia diuina & gratia ſanctificauit. Hoc eſt corpus meum, dicens habens Patrem & Spiritum ſanctum in ſemetipſo: ſicque panem in corpus proprium conuertit; nec alio quopiam ſe præſtantiore opus habuit, qui ſanctificaret panem: Nam quod inferius eſt, benedicitur à ſuperiore: Siquidem ipſe Chriſtus, cùm non ſit inferior Patre & Spiritu ſancto, ſua potentia quidquid vellet efficiebat. Sacerdos autem, qui eſt apud nos, etſi Chriſti typum gerat, tamen homo eſt, omninò obnoxius peccatis & obuinctus: nemo enim expers peccati; vt diuinus ſermo habet licet vnius horæ ſit vita eius, niſi ſolus Deus, propterea indiget multis precibus,
& proinde quidem pro ignorantiis propriis, deinde pro pec- F
catis populi, vt ait Apoſtolus. Quocirca & omnis populus aſtans extra adytum, cum Sacerdote comprecatur, eúmque adiuuat. Sacerdos igitur Deum Patrem orat, ne quid intercedat impedimenti, quo minus ſacroſanctus Spiritus adueniat, ſed rurſus dimittat Spiritum diuinum ſacræ huius operationis initiatorem atque ſanctificatorem, qui nullo non loco præſens eſt, per quem omnia, quæ in cælo & in terra ſancta dicuntur, participatione eius ſanctificantis gratiæ ſanctificantur, vt propoſitum panem & calicem in ſacrificium perficiat, & ea commutet in illud ipſum Dominicum corpus & ſanguinem Chriſti. *Saracen.* Hæccine communicatio & ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti, quod offertis ſacerdotes, verúmne eſt Chriſti corpus & ſanguis verus, an exemplar corporis eius, perinde atque ſacrificium hirci, quod Iudæi offerunt? *Samon.* Abſit nos appellemus exemplar corporis Chriſti, ſanctam communionem, aut panem nudum, aut figuram, aut imaginem: quinimo corpus
ipſum reuera & ſanguinem Chriſti Dei noſtri conuerſum G
aſſumimus qui incarnatus & genitus eſt ex ſancta Dei Genitrice, ſempérque Virgine Maria. Sic enim credimus, & ita profitemur iuxta vocem ipſius Chriſti, quam ad diſcipulos in cœna illa myſtica tradens eis panem viuificantem, pronunciabat: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum. Similiter & calicem eis tradens, inquit, Hic eſt ſanguis meus. Non dixit: hoc eſt exemplar mei corporis & ſanguinis; aut imago. Et in pleriſque aliis locis conſtat Chriſtum dixiſſe: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam. Cæterum cum ipſemet Chriſtus teſtificetur, corpus ſuum eſſe reuera, & ſanguinem id quod nos fideles offerendo aſſumimus, quid amplius eſt opus de hac re dubitare, ſi Deum, & Filium Dei ipſum eſſe credimus; Si enim ex nihilo mundum condidit, & verbum eius verum eſt, viuum, efficax atque omnipotens, & quæcumque voluit Dominus fecit omnia, nonne poteſt panem in ſuum ipſius corpus mutare, & aquæ & vini commiſtionem in proprium ſanguinem: Nam quemadmodum initio dixit: Germinet terra herbam virentem, & vſque in hodiernum diem, eo plu-
uiam mittente terra germinat herbas, quæ Dei auxilio prote- H
gitur, eiúſque iuſſu id præſtare cogitur: Ita locutus eſt Deus, Hoc eſt corpus meum: & hic eſt ſanguis meus: & hoc facite in meam commemorationem: idque Omnipotentis mandato vſque ad ſecundum eius aduentum fit diuina inſpiratione & acceſſu Spiritus Sancti. *Saracen.* Sed quare Chriſtus ſub ſpecie panis, vini & aquæ abditum ſuum corpus & ſanguinem potius ad ſumendum tradidit, quàm ſub alia materia? *Samon.* Demittente enim ſe Deo, pérque ipſius inenarrabilem prouidentiam, condonationem, & erga nos dignationem factum eſt, vt per ea, quæ nobis vſu ad edendum & bibendum familiaria ſunt, traoſeamus, & ad ea ſuſtollamur, quæ noſtram exuperant naturam, id eſt, ad myſteria diuina. Quin etiam inter alios omnes cibos panis ſibi primum locum vendicauit. Itidem & inter potiones aqua & vinum primas tenent. His igitur, pane, inquam vino & aqua nobis aſſuefactis, Dominus coniuncta ſua diuinitate, virtute ſui verbi, qua omnia; vt eſſent ex nihilo produxit in proprium ſuum corpus & ſanguinem ea transfert. Verum tamen panis & vinum aſſumuntur & apparent.

A Ad hæc exteræ quoque nationes condemnaſſent nos [illegible] tatis carnis humanæ, dicentes nos more ferarum ſanguinem [illegible] bibere, & crudam carnem vorare: quæ propter incre[illegible]tatem, ſolùm panem & vinum intuentur: ſed fideles corpus Chriſti, & ſanguinem ex incontaminato eius latere effuſum. *Seracen.* Non dubium eſt, quin omnibus modis rectè prædices & recenſeas myſteria fidei Chriſtianæ, verùm de hac re ambigere quis poſſet, quo pacto, cum ſit vnus Deus & verum corpus Chriſti, in infinita corpore & partes diuidatur. Multi ſunt ergo Chriſti, ea quæ diuiduntur, an vnus; aut in ſingulis partibus vnus & idem ſaluus & integer; *Samon.* His exemplis quæ ſub ſenſum & materiam cadunt declaramus: ea quæ carent materia, & quæ ſupra naturam ſunt. Audiat igitur quiſpiam hoc exemplum, & intelligat vim verbi, quæ in eo abdita eſt. Ponamus ita eſſe: Quiſpiam habens ſpeculum alliſit terræ, & in multa fragmenta comminuit, in ſingulis tamen fragmentis vmbram ſui quis videre poſſit: ſic intelligat oportet ex hac vmbra, carnem Chriſti eſſe ſaluam atque integram in vnoquoque fruſto, quocumque tempore B quoties & vbicunque frangatur. Rurſus tibi aliud exemplum aſſume: Omne verbum, quod homo proferendo emittit: & qui loquitur ipſum audit atque intelligit, & qui circumſtant: etſi multi ſunt qui audiunt, non tamen diuinum, ſed integrum audiunt: eodem modo affirmandum eſt in corpore Chriſti. Illud ſacroſanctum corpus Chriſti aſſidens Patri, apud eum manet, quin etiam panis conſecratus per Sacerdotem, in verum Chriſti corpus transformatus, potentia diuina per acceſſum ſacroſancti Spiritus, licet diuidatur, tamen integrum & ſaluum in vnoquoque fruſto habetur, vt etiam oratio eius, qui loquitur, omnibus qui audiunt, integra nec diuiſa auditur. Ita iis exemplis, quæ ſub aſpectum & ſenſum cadunt, peruicaces, nimiúmque curioſos ad intelligenda Dei myſteria, quæ ſupra naturam, rationem & intelligentiam, & ſupra nos ſunt, adducimus. Cùm igitur panis ſanctificatus in partes diuiditur (qui ſacroſanctum corpus Chriſti eſt) ne exiſtimes, quod particulatim diducatur, aut auellatur, aut more membrorum à ſe auulſorum diuidatur incontaminatum illud corpus (nam immortale eſt & incorruptibile, & nunquam exhauriri & conſumi C poterit) ſed quod partitio ea eſt accidentium, quæ ſub ſenſum cadunt, duntaxat poſt ſanctificationem, ad fidei robur, & exhibitionem ſigni viſibilis rerum, quæ permanent, ſimul & in arrhabonem & in viaticum parandæ nobis vitæ æternæ. *Saracen.* Digna prorſus ſunt hæc admiratione, & paradoxa, Abba pater, & ſupra naturam mentem, & cogitationem humanam, ineffabilia myſteria fidei Chriſtianorum. *Ioan. Garetius lib. de veritat. corp. Chriſti in Euchariſtia, Cent.* 13.

DE ADMIXTIONE AQVÆ IN CALICE, AD CONSECRATIONEM DOMINICI Sanguinis.

EAM A CHRISTO ADHIBITAM, ET RECTE ab Eccleſia obſeruari.

Diximus ſupra, inter errores qui olim circa materiam huius Sacramenti viguerunt, etiam non paucos exſtitiſſe circa permixtionem aquæ in calice cum vino, cum plerique aquam ſolam, qui ob id Aquarij apud *Auguſtinum lib. de hæreſ. cap.* 64. alij vinum ſolum, vt Armeni: quidam etiam lac, ſiceram, & mel adhiberent.

D Nouatores noſtri ſæculi, quibus vnica voluptas diſſidere ab Eccleſia Romana, Armenos ſequuntur. An etiam cum illis eandem ſui facti rationem habeant; Armeni ſiquidem hanc temperaturam non admittebant, quod per eam vtramque in Chriſto naturam ſignificari arbitrarentur, quam tamen illi negabant. *Martinus Kemnitius* rem indifferentem dicit aquæ mixtionem *2. part. Exam. Concil. Trid. c. 7. can. 9.*

Caluiniſtæ Hæreſeos, blaſphemiæ, & ſacrilegij arguunt illos, qui aquam calici permiſcent, tanquam qui ad puritatem Euangelij commenta ſua adiiciant, vide *Nicol. Villalo. gnonium lib. 1. cont. art. Caluiniſt. c. 73.* citatum apud *Bellar. lib. 4. c. 10. de hoc Sacramento.*

Cæterum Eccleſia Catholica iam à temporibus Apoſtolorum, Aquæ modicæ cum vino in calice temperaturâ ſemper adhibuit, atque eam ita neceſſariam credidit, vt abſque graui peccato omitti non poſſit. Et quamuis id neceſsitate Sacramenti neceſſarium eſſe hactenus non definiuerit, de præcepto tamen, & ex Apoſtolica traditione neceſſeriam, nemo Catholicorum dubitauit, adóque ſine graui culpa omitti non poſſe. Atque imprimis Chriſtum in vltima cœna; quando hoc E [illegible] inſtitutum, aquam in calice vino permiſtam [illegible] apud Catholicos certum habetur, & Kemnitius [illegible] probabile fatetur Nam neque ex Scriptura id aperte colligitur, vt quæ de calice Euchariſtico agens, tantùm ſignificat calicem ſanguinis Apoſtolis propinatum, quando autem Lucas, & alij Euangeliſtæ meminerunt vini, aut genimis vitis, non loquuntur de calice Euchariſtico, ſed de illo qui datus fuit poſt eſum Agni Paſchalis vt ex Luca manifeſtè colligitur, & Patrum teſtimoniis docetur, qui omnes, crediderunt in calice Euchariſtico quem Dominus propinauit fuiſſe aquam vino permixtam, tum more gentis quæ non conſueuerat Deo vinum offerre niſi dilutum aqua, vt notauit *S. Hieronymus in quæſtion. Hebraicis*: at non aliud ad vſum referebat, quam aqua temperatum, quod vina in calidis iſtis Regionibus fortiora ſint, quam vt impermixta ſumantur: quod etiam non diffitetur Kemnitius: tum ratione myſterij, de quo *Cyprianus ad Antonianum*, qui huc refert illud *Prou.* 9. Bibite vinum quod miſcui vobis, quaſi hæc in perſona Chriſti F prædicta fuerint, qui in vna perſona diuinitatem cum humanitate copulauit.

Quem etiam locum Scripturæ Rabbi Samuel ad Rabbi Iſaac apud *Antoninum* 2. *p.* In fine accomodat Sacrificio nouæ Legis Quid eſt ait Domine mi, menſa parata ſapientiæ Altiſſimi, niſi altare? quid panis & vinum miſtum, niſi ſacrificium de pane, vino & aqua, quod fit in altari?

Porro Chriſtum verè aquam vino miſcuiſſe, *S. Iacobus in Liturgia* ſua, *Baſilius* etiam in ſua, & *Clemens in conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 8. c.* 27. apertè confitetur, & habemus eiuſdem rei teſtimonia Patrum omnium Regionum, & Nationum, quos recenſet *Card. Bellarm. lib. 4. de hoc Sacramento, c.* 10. Item variorum conciliorum, ac potiſſimum Florentini, in quo fuerunt Græci & Latini, vbi Armeni iubentur deinceps in calice vinum aquâ temperare, quod omnes aliæ Eccleſiæ tam Græcorum quam Latinorum hactenus fecerant.

TEMPERATVRÆ ISTIVS MODI CAVSÆ, Et Symbola.

Huius igitur miſtionis cauſæ variæ reddi poſſunt, ac prima eaque præcipua eſt exemplum Chriſti, quam reddunt G plurimi Patres, & concilia.

II. Eſt quod ex latere Chriſti iam mortui, [non viuentis vt volunt plerique Græcorum; qui idcirco aquam calidam calici immiſcent;] exiuit ſanguis & aqua, *Ioan.* 19. vnde Chryſoſtomus, Quid, interrogat, eſt in calice? & reſpondet, quod ex latere fluxit, *hom. 24. in. Prior. ad Corinth.* Idem tenet *Aug. lib. 3. de Trinitate, c.* 11. Hinc, & idem Auguſtinus, adfirmat, ex latere Chriſti fabricatam Eccleſiam, eo quod ex illo fluxerint Sacramenta ſaltem in ſymbolo, videlicet Baptiſmus & Euchariſtia, quorum ſymbola ſunt aqua & vinum.

III. In hoc Sacramento ſignificatur vnio Chriſti cum Eccleſia. Aqua autem populum adumbrat. Ita Cyprianus. In calice dominico aqua ſine vino deeſſe non debet, ne populus qui per aquam iuxta Apocalypſim ſignificatur, à Chriſto ſeparatus eſſe videatur D. quoque Algerus: Cum inquit, In calice aqua vino miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit, copulatur, & iungitur, &c. Habétque hæc ratio anctores maximi momenti viros.

IV. Calix noui Teſtamenti vti figuratus fuit per vinum ſacrificiorum veteris Teſtamenti, H item per panem & vinum quæ oblata fuerunt à Melchiſedech; ita etiam figurabatur per aquam fluentem ex petra: iuxta Paulum 1. *Cor.* 10. Ita Ambr. & Euſeb.

Denique cùm Euchariſtia ſit cibus & potus ſpiritualis, debuit dari ſub ſpeciebus cibi & potus corporalis, qui conuenientiſſimus eſt panis & vinum aqua permixtum. Ita *Clemens Alexand. lib. 2. Pædag. c. 2.*

MIRACVLO CONFIRMATVR.

Refert *Mariſbarienſis in Chronicis Pontificum Angliæ*, ac nominatim in vita S. Dunſtani Archiepiſcopi Cantuarienſis, Angliæ Primatis, quo pacto is diuino ſacrificio operaturus, cum aqua deeſſet quæ calici imponeretur, ex natiuo ſilicis ſinu aquam produxerit, qui deinceps perpetuos vberrimi fontis riuos producit vſque in præſentem diem.

Aſtigiſilum Epiſcopum Bituricenſem ferunt cum in ſemidiruta Eccleſia territorij Gebennenſis loco plane deſerto oraret, vbi & ſacrarium obſeruatum, & miniſter nullus ad manum erat; iuſſerit vt lector eius paululum aquæ abluendis illius manibus, & miſcendo calici perquireret. Quo nequid-

quam

[illegible] ecce [illegible] ad v[illegible] tur v[illegible]et ter [illegible] eum coram ſe habentem duos [illegible] v[illegible] at tum ſcrib[illegible] aqua plenum. Obſtupuit ille, nec vnde [illegible]ati eſſent percunctans, cœloque delatos, aut ſaltem miraculoſo Angelorum miniſterio impletos ſuſpicari obuium fuit. Refert *cap. 43. de triplico cœna 1. VVirvigus, in cœna tertia.*

CONTROVERSIA CIRCA PANEM QVÆ MATERIA EST EVCHARISTIÆ. AN RECTE adhibeatur Azymus.

Controuerſia inter Græcos & Latinos, an azymus, an fermentatus panis ſit materia huius Sacramenti, primum exorta fuit circa annum Domini M.LIII. vt teſtatur *Leo IX. in Epiſt. ad Michaelem Patriarcham Conſtantinop. c. 5.* adeoq; tunc Græci nos reprehendere cœperunt, quod azymis vteremur, atque in eodem errore etiam hodiè manent, quod azymum panem aſſerant veri nominis panem non eſſe, adeoque Iudæis tantum competere. Azyma enim ad figuras veteres pertinere videntur. Ideoque Græci Latinos Azymitas vocare auſi.

Verum etiam Nouatores noſtri quamuis arbitrarium velint quonam pane, azymo an fermentato vtamur in Sacramento,
B tamen Græcorum conſuetudinem Latinorum anteponunt. Imo *Caluinus lib. 4. Inſt. c. 17. §. 43.* aſſerit quamuis falsò; vſque ad tempora Alexandri Papæ Eccleſiam totam in fermentato conſecraſſe, atque ab illo demum azymum introductum. Vnde & Caluiniſtæ fermentato cænant.

Latina nihilominus Eccleſia azymo vtitur Chriſtum imitata, qui hoc Sacramentum inſtituit 14. menſis primi, quo celebrauit Paſcha iuxta legem *Exod. c. 14.* quo etiam die incipiebant dies azymorum, & durabant ſeptem diebus, quibus ſub pœna mortis præcipitur, ne ſit in domibus aut alio loco fermentum, vt conſtat *cap eod. & 13.* Et quamuis ex cauſa poſtponi potuerit Paſcha, tamen ſeruari debebat dies XVI. vt conſtat *Num. 9.* & ea quæ de azymis erant præcepta, neque conſtat exemplo aut mandato, Paſcha anticipari potuiſſe. Confirmantur ſuperiora trium Euangeliſtarum teſtimonia, qui dicunt. Prima die azymorum veniſſe diſcipulos ad Ieſum, & rogaſſe, vbi ſibi vellet parari Paſcha. Ioan. etiam aperte indicat diem paſſionis Dominicæ fuiſſe feriam ſextam illo anno ſolennem, ac feſtam, quod ex hinc conuincitur, quod Hebræi Pilato dicerent, ſibi non licere occidere quenquam, ob feſtum
C exponit *Chryſoſt. hom. 82. in Ioan.* & *Beda in c. 18. Ioan.* nam alio tempore licebat, vt conſtat in B. Stephano publicè lapidato *Act. 7.* Ergo die præcedente Agnum comederant. Sic enim *Ioannes c. 13.* Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora &c. & amplius conuincitur, quod Pilatus Iudæis dixerit, vt Chriſtum ſcilicet eorum manibus eriperet: Eſt conſuetudo vobis vt vnum vobis dimittam in Paſcha: ergo iam feſtum Paſchæ inceperat, vnde *Matthæus c. 27.* appellat diem ſolemnem: & Lucas ac Marcus, feſtum. Conſtanter autem veteres adfirmant, Eccleſiam totam ante annum M. LIII. quando Græci hanc rem controuerſam voluerunt, azymum panem in hoc Sacramẽtum adhibuiſſe, qui proinde in Scriptura æque vocatur panis, ac fermentatus. Panes enim propoſitionis azymi erant. Imo & Manna panis vocatur *Pſalm. 77.* Quin apud *Matthæum c. 26.* ſcriptum non eſt λαβὼν ἴησοῦς ἄρτον, ſed Hebraicè *Lacach lechem*: Lechem autem *Deuter. 16.* azymum ſignificat: quod nomen etiam adhibetur, vbi de panibus propoſitionis ſit mentio. Igitur exemplo Domini azymo vtitur Eccleſia Latina, neque in hoc Iudaizat ait *D. Hugo Ætherianus, lib. 2. hæreſ. cap. 17.* cum Iudæi in anno ſemel, & non in ſimili
D propoſito, hæc verò æternaliter & perpetuo ſecundum Chriſti traditionem, azyma offert & immolat: aliter ergo Iudæi, & ob alium finem: aliter Catholici azyma adhibent.

ILLIVS SIGNIFICATIO, ET SYMBOLA.

Præter exemplum Chriſti, plures congruentiæ reperiuntur, cur Eccleſia azymo pane vtatur, nam & Deus olim frequenter vſus legitur differentia azymi & fermentati, ad myſteria varia ſignificanda, vt patet in Leuitico, vbi ob ſignificationem puritatis & ſynceritatis, azymi panes præſcribuntur. Quin vt benè aduertit *Stephanus Educenſis Epiſcopus l. de Sacram. alt c. 17.* in ſacra Scriptura nuſquam reperitur fermentum ſumi in bonam partem, vnde Paulus vult fermentum vetus expurgari: item nos epulari non in fermento malitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis *1. Cor. 5.* Ipſe etiam Chriſtus vult nos attendere à fermento Phariſæorum quod eſt Hypocriſis. *Matth. 16.* Et prænominatus Stephanus Portuenſis ideo immolare S.R.I. de azymo adfirmat, vt expurgato fermento veteri, [illegible] Apoſtolus, eum ſcribens Corinthiis, ſuadet vt veteri fermento expurgato, loquitur autem de fornicario illo & inceſtuoſo quem vult ab Eccleſiæ cœtu eiici; eſſe laborarent noua conſperſio, id eſt, noua maſſa conſperſa, quam paſtam Itali appellant, Græcis φύραμα, batſac Hebræis; ſicut inquit, eſtis azymi. Hoc eſt à fermento peccati puri, & per baptiſmum abluti, in cuius ſymbolum Eccleſia induit baptizatum veſte candida, eique porrigit ardentem cereum: quibus & vitæ puritas, & manumiſſio à ſeruitute peccati indicatur. Vnde *Paulinus* ita cecinit.

Inde parens ſacro ducit de fonte Sacerdos
Infantes, niueos corpore, corde, habitu.

Exhinc conſtat Apoſtolum ſuprà alludere ad cænas Paſchales, inducit enim Chriſtum tanquam agnum paſchalem, pro nobis immolatum; in quibus non fermento, ſed azymo, id eſt puro pane veſcebantur, in ſymbolum abſolutiſſimæ puritatis, vt benè *Cornel. à Lapide in eum textum.* Quidam in azymo pane qui ex puriſſima farina, aqua, & igne perficitur, contendunt ſymbolum includi SS. Trinitatis. Iudicat *Ioan. VValterus VViringus cap. 3. In lib. de triplici cœna.* F

NON SOLVM ABSQVE FERMENTO, SED ALIA INSVPER MIXTIONE SIT PANIS Euchariſticus.

Ad hunc panem quæ materia fiat ſanctiſſimi huius Sacramenti, adhibendum eſt frumentum purum & electum, quod ſanum appellat Concilium Coyacenſe; in Ouetenſi Diœceſi, ſub Ferdinando I. & Sancia RR. Caſtellæ celebratum Theodulphus Aurelianenſis Epiſcopus ſuos compresbyteros monet, vt nitidè & ſtudioſe confici curent, aut per ſe ipſi conficiant panes, quos Deo in ſacrificium offerant, nihilque in iis vile & non probatum inueniatur.

Græci ad hunc panem requirunt fermentum & ſalem, præter farinam & aquam, ſed latis inſulſe & inſipienter, vt ex prioribus conſtat.

CIRCVMSTANTIÆ VARIÆ, ET RITVS INSTITVTIONIS EVCHARISTIÆ A Chriſto Factæ.

AC PRIMVM. G

CŒNARVM DIVERSITAS, ET ORDO.

Chriſtum pridie quam pateretur, duplicem vel triplicem cœnam cum Diſcipulis peregiſſe, Ex Euangeliſta colligitur. Legalem, vſualem ſiue communem, & Euchariſticam. Siquidem Dominus figuris veteribus terminum veritatis oſtenſione daturus, Paſcha cum diſcipulis celebrauit, prout ipſi ab eo requiſiuerant vbi vellet illud præparari: vt hac etiam ratione legem ſe obſeruare demonſtraret quã, non venerat ſoluere, ſed adimplere. Inſinuat S. Thomas Aquinas, in ſacro illo hymno,

Poſt Agnum typicum expletis epulis,
Corpus Dominicum datum diſcipulis.

Et iterum, *Dat panis calicus figuris terminum.*
Neque enim Chriſtus planè ſuſtulit Sacramentum vetus Agni Paſchalis, ſed in melius ac dignius Sacramentũ mutauit, quomodo vetera etiam præcepta non ſuſtulit, ſed explicauit, & conſilia adiecit, quæ ad illorum perfectam obſeruationem conducerent. Manducauit ergo Chriſtus agnum Paſchalem, eo ritu quo mãducari preceptus erat in lege Moſayca, ſi enim ſecus feciſſet, accuſaſſent eum Judæi de præuaricatione legis, nec opus habuiſſent producere contra illum falſos teſtes. H

Manducato iam Agno Paſchali diſcubuit cum diſcipulis Dominus, & communem ſiue vſualem cœnam exorſus eſt, ſiue vt eam vocant alij, eiuſdem cœnæ miſſus ſecundus illatus, neq; enim lege vetitum inferre alios cibos poſt Agnũ, vti neque ſedendo ſiue diſcumbendo eundem comedere, cum etiam hoc modo ritus omnes ſeruari potuerint. Atque ad hanc cœnam ſiue vt alij dicunt, menſam ſecundam ſpectat intinctus panis, cuius buccellam Judæ porrexit Chriſtus, & calix ille de quo dicebat. Non bibam à modo de hoc genimine vitis.

Ritus autem diſcumbentium erat pro illo æuo, vt menſæ quã nonnulli volunt orbicularem fuiſſe; omnes accumberent; non ſedendo, ſed procumbendo, idque fulti pectus puluino aliquo. Cuius vice hic aliquo modo Joannes erat, teſte *Ambroſio in Lucam*, In ſinu Ieſu ceruice recumbens reflexa, ſic vt in collum ipſius caderet. Quod de orbiculari menſa inſinuaui, refellitur ab illis, qui quadratam in Laterano viderunt, Romani

A [illegible] à Veſp[illegible] dia in [illegible]
tamque commendant his cœnis no[illegible]
Succeſſit tandem huic cœnæ Euchari[illegible]cæ, curis [illegible] ordinem, & formam Euangeliſtæ deſcribunt. Sed inter hanc & ſecundam interceſſit lotio pedum, cuius meminit ſolus Ioannes. Atq; etiam illa venit mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi; cuius pietatem Iudas ſuggillabat. Quæ cum alias *Luca* 7. in domo Phariſei pedes recumbentis à tergo ſtans lauerit, vnxerit, terſerit, facile ſuaderut accubuiſſe Chriſtum menſæ, eumq; morem Iudæis, vti & Romanis, vſitatum fuiſſe, neque enim ſtans ea obſequia deferre potuiſſet ſedenti.

PEDVM LOTIO, SIVE PEDILAVIVM CHRISTI. EIVS RITVS, ORDO, CAVSÆ.

Cœna facta ait *Ioannes c.*13. legali ſcilicet & typica, adde ſi lubet communem, niſi vtramque coniungas; aut intellige cœnam factam, non abſolutam, ſed preparatam fuiſſe: quod Græcum *δείπνου γενομένου* iuxta S. Auguſtinum, importat: ponit Ieſu veſtimenta ſua: ſuperiora intellige, quæ magiſtrum aut ſuperioris ſpeciem præ ſe ferebant, quaſi miniſtrantis habitum profeſſus ait *Viguerius corda* 7. & vt expeditior eſſet ad rem
B præſentem: Linteo ſe præcinxit, quo ſcilicet pedes ablutorum extergeret, miſitq; aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipolorum, qui adhuc menſæ accumbebant, vt notat *Clemens c.9.conſtit. Apoſtol.* & aduertit etiam *Nonnus Paraphraſt in Ioan.* Hoc autem ordine lauiſſe B. Auguſtinus arbitratur, vt à Petro auſpicaretur lotionem. Quamuis non deſint qui à Iuda cœpiſſe opinentur, quo eum magis ab inſtituto ſcelere auocaret. Ita Chryſoſtom. & Theophylactus, prior autem ſententia eſt Auguſtini, cui accedit, quod Petrum Chriſtus in omnibus ſoleat præferre, vnde & ab illo cœpit lotionem. Qui proinde hinc dignitatem lauantis, illinc humilitatis inauditum exemplum conſiderans, præ feruore quo ſupra alios pollebat, refugit à Domino ſuo lauari, dicens: Domine tu mihi lauas pedes? In quibus verbis egregia emphaſis reperitur, præſertim in pronominibus [tu, & mihi] quam cogitandam potius inſinuat Auguſtinus, quam dicendam, ne forte ait, quod ex his verbis aliquatenus quidem dignè concipit anima, non explicet lingua. Videatur autem illa emphaſis ex penſa apud Theophylactum citatum à *Ianſenio c.*130. *Concordia Euangelica*. Atq; hunc lauan-
C di ordinem probat Gloſſa, Beda, & Aug. eiuſq; rei hiſtoriā vidiſſe Elizabethā Schonaugiā *l.2. reuelation. c.*10. memoratur.

Cur vero hanc lotionem pedum Chriſtus inſtitutionis Euchariſtiæ præmiſerit, rationes plures adferuntur. Primam ac principalem dixero, vt externo hoc ſymbolo diſcipulos præpararet ad perceptionem ſui corporis, quantaque munditia ad illius perceptionem requireretur, doceret. Quod enim non ſolum in exemplum humilitatis exhibendæ, & dilectionis hæc lotio facta fuerit: ſed inſuper in myſterium ſpiritualis munditiei, colligit ſit Bernardus ex verbis Domini ad Petrum? Si non lauero te, non habebis partem mecū, & iterum, Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, vbi de ſpirituali lotione eſſe ſermonem, ſumiq; metaphoram, ab illis qui in balneis lauātur, & corpore reliquo mundato, pedes quod facile per illud ambulando inquinant rurſus abluunt, conſtans omnium Interpretum eſt ſententia. Quamuis non eam inficias, quin cum D. Auguſtino etiam hæc humilitatis obſequia Apoſtolis exhibita, nobis etiam myſticè intellecta, eſſe præſtita intelligi valeant. Siquidem Chriſtus veſtimenta gloriæ ſuæ poſuit, dum
D In forma Dei exiſtens ſeipſum exinaniuit: & velut linteo ſe præcinxit, dum formam ſerui induit Deinde velut aquam miſit in peluim, qua pedes noſtros abluit, Quando ſanguinem ſuum in terram effudit, & lauacrum inſtituit, quo immunditia noſtrorum deleretur peccatorum: Denique linteo quo accinctus erat pedes ablutos terſit, cum carne qua erat indutus, fidelium veſtigia confortauit. Tanta eſt enim humanæ vtilitas humilitatis, vt eam ſuo commendaret exemplo diuina ſublimitas: quia homo ſuperbus in æternum periret, niſi illum humilis Deus inueniret, ait hoc loco idem Auguſtinus.

Præter ſuperiorem rationem aliàs inuenire eſt apud Cyrillum Alexandrinum, vt nempe arrogantiam ſuorum animis euelleret exemplo tantæ humiliationis, vt qui aliquando inter ſe de primatu cōtenderant, Humiliatæ ſunt ad pedes ſeruorū ait *Petr. Bleſſ. ſerm.* 17. manus ſaluatoris, vt huius humilitatis exemplo, à cordib. humanis abſtergeretur tumor elationis.

Deinde exemplo ſuo idem nos facere docuit; videlicet mutuis obſequiis etiam viloribus inuicem ſeruire. Ita enim dicit, vos me vocatis Magiſter & Domine, idq; meritò facitis; ſum

[illegible]
[illegible] oce[illegible] go [illegible] nes di[illegible]
[illegible] onſtratres ac conuicti, debetis & [illegible] nec enim debet [illegible] aut pudere imitari pares, quando tantus Dominus exēplo ſuo præit, & ſeruis obſequia impendit. Atq; hinc eſt quod teſte D. Auguſtino, primi Chriſtianorum etiam ad literam ſeruabant hoc Domini conſilium, lauando pedes hoſpitum, qui forte ad illos diuertebant. Vnde Apoſtolus in vidua requirit, ſi ſanctorum pedes lauit; 1. *Tim.* 5. At refrigeſcente charitate & humilitate, ea conſuetudo abolita fuit. Seruatur quidem in Eccleſia Feria V. maioris hebdomadæ ritus quidam abluendi pauperum pedes: verum is fit tantum in memoriam lotionis à Chriſto factæ, cuius tamen etiam memoria ait *Ianſſenius c.* 130. *concord.* nimis frigidè ac diſſimiliter ad factum Chriſti ferè peragitur, & renouatur. Plura videantur apud *Cyrillum l.* 9. *in Ioan. c.* 3. quem cum aliis multis allegat in ſuo *libello de triplici cœna c.7. & 8. Ioan. VValterus VVitingus.*

Igitur lotione peracta. Chriſtus reſumptis veſtimentis iterum recubuit, ac velut rex ſacrorum, cùm ſuos corporali præſentia mox eſſet relicturus, de maximis myſteriis agere incē- F
pit, quo attentiores faciat ad perceptionem & inſtitutionem tanti Sacramenti, eoſque inſtruit in illis quæ poſtmodum in Eccleſia, cuius paulò poſt Sacerdotes Apoſtolos ſuos conſtituit; obſeruari & retineri voluit: ac denique teſtamentum condit; cui ſimile in typo penè exhibuit Patriarcha Iacob *Gen.* 49. filios ſuos moriturus ad ſe vocans, eiſque benedicens, & quæ futura erant enuntians. Hic igitur præmiſſis iis quæ apud Ioanné narrantur, & plurib. quæ ſcripta non reperiuntur adiectis, Euchariſtiam inſtituit eo ordine & ritu, qui ab Euāgeliſtis, & Apoſtolo Paulo traduntur. Oportebat enim veritatem cōiungi typo, ideoq; legalis cœna præmittitur: & quia Sacramentum erat dilectionis, inſtitui etiam debebat quando mors proximè imminebat, cuius memoriale futurum erat. Hinc in Eccleſia primitiua nonnunquam in cœna diſtribuebatur Euchariſtia, quamuis à Spiritu ſancto edocta fuerit Eccleſia, vt à ieiunis ſumeretur, teſte *S. Auguſtino Epiſt.* 118. *ad Ianuariū.*

Manducantibus ergo diſcipulis ait Mathæus & Marcus, necdum enim menſa remota erat, vt cui rurſus Dominus ac- G
cumbebat; peracta cœna legali, & communi, in qua iuxta D. Hieronymi ſententiam, more Iudæis vſitato, calicem inter diſcipulos diuidendum tanquam illorum magiſter porrexerat: Illis inquam manducantibus, accepit Ieſus panem, & eleuatis oculis in cœlum gratias egit Deo Patri pro acceptis donis, & benedixit, deditque diſcipulis ſuis poſtquam eum fregiſſet, fuitque ea benedictio non ſimplex, ſed operatoria, & communem panem in myſticum conuertens, accendentibus præſertim illis Domini verbis, Hoc eſt corpus meum.

Fregit autem eum panem, vt omnes ex vno participarent, qui etiam mos diu in primitiua Eccleſia ſeruatur fuit, vt vnus panis conſecratus in plures diuideretur, & faciebat id ad cōmendationem mutuæ charitatis & dilectionis. Panem itaq; ſic benedictum, & in corpus ſuum mutatum diſcipulis porrexit. non quidem omnibus ſua manu in os ponendo, ſed potius quod in XII. buccellas diuiſum, & in patena diſpoſitum ſucceſſiue in manus acceperint, & ſumpſerint. Ad eum modum quo de calice benedicto memorant Euangeliſtæ diſtributum per omnes, & ſingulis traditum. Addidit autem Dominus tam poſt panem, quam calicem porrectum, vt Paulus teſtatur, nam ſolius panis meminerunt Euangeliſtæ; hoc facite in meā commemorationē, ſiue vt habēt Græca, rememorationē, quib. ver- H
bis commendata illis eſſe vult omnia quæ ipſe fecit atq; etiā virtutem confert, dummodo ea faciant, conſecrandi, & tranſubſtantiandi panem & vinum in corpus ſuum & ſanguinem.

Quapropter etiam his verbis intelligimus eos quibus loquebatur conſecratos Sacerdotes, vt quibus poteſtas dabatur faciendi quod fecerat ipſe; ac proinde ea verba non pertineant ad ſingulos fideles, niſi quatenus illi ad communionem vnius corporis pertinent cum ſacerdotibus cum quibus proinde facere cenſentur, quod eccleſiæ totius nomine Sacerdotes in perſona Chriſti faciunt.

Diſtributo ergo corpore & ſanguine ſuo etiā Iudæ proditori, vt communis opinio fert; Chriſtus ſpiritu turbari cœpit, parti[illegible] ob inſignem malitiam proditoris ſui, eiuſq; impœnitentiam, & ſcelus execrandū; & dixit, Amē dico vobis, quia vnus veſtrum, nempè ex illis quos elegi, multiſq; beneficiis affeci, & nūc mecum veſcitur, me traditurus eſt, hoſtibus meis in mortem. Iam enim Iudas indignatus profuſam liberalitatem

Magda

[illegible] S[illegible]tdotum, & pretium pactus fuerat 30. argente[illegible] ſi vile ma[illegible] venderet, in poteſtate relinquit ementium quantum dare el-lent. Contriſtati ergo Diſcipuli ob amorem erga Dominum ſuum, & quod tam infami ſcelere eſſent notandi dum quiſque innoxium ſe probare contendit, percontantur quiſnam ille foret. At Chriſtus videns Iudam in ſcelere obſtinatum, vt magis illud exaggeret, dicit eum qui hoc facturus erat ita ſibi familiariter deuinctum, vt etiam eandem laucem ſecum communem haberet. Sed quæ deinde circa hanc proditionem acciderunt, huius loci non ſunt. Itaque ad alias circumſtantias huius Cœnæ Euchariſticæ expendendas digrediemur.

TEMPVS.

Diximus paulo ante, Luna XIV. menſis primi, quem Niſan Hebræi, Xantici Macedones appellāt, Chriſtum Agnum Paſchalem manducaſſe, & ſeipſum Paſcha noſtrum immolaſſe. Reſpondet autem iſti menſi noſter Martius, vel Aprilis. Iuxta Euſebium Martius erat cum Chriſtus Euchariſtiam inſtituit idque dies XXII. Indictio XV. ſero veſpere. Alij XXIV. Mar-
B tij adfirmant, quibus accedit S. Auguſtinus, qui *lib. 4. de. Trin. c. 5.* Octauo inquit, Kal. Aprilis conceptus creditur Chriſtus, quo & paſſus, & Eccleſia in Martyrologio Romano, S. Diſmæ boni latronis natalem ad vitam immortalē eo die ponit. Quis vero annus à Mundo creato fuerit, incertum propter Chronologiæ varietatem. Plerique agnoſcunt poſt Heſychium annum 5000. alij 3984. alij plures. De ætate Chriſti id conſtat. 34. inchoato hanc ſalutis noſtræ artham nobis dediſſe, & in pignus reliquiſſe, iuxta illud Prophetæ; Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe. Cæterum huius temporis plures tropologias quære apud *Vveringum ſupra c. 5.*

Fuit ergo inſtitutum diuiniſſimum hoc Sacramentum, anno, menſe, & veſpere de quibus ſupra, inter cænandum, vſuali cæna nondum finita vt vult *Suares p. 3. q. 3. art. 5. Sect. 5.* idque duabus circiter horis poſt ſolis occaſum Ita præcipitur *Deut. 16.* Immolari Phaſe veſpere ad occaſum ſolis. Cæna autem legalis, & lotio pedum, ſermo etiam ad diſcipulos habitus, facile
C ad duas horas extendebantur, nam quando Iudas exiuit, iam nox erat: id eſt, principium noctis, vt colligitur ex Ioanne.

LOCVS

De loco habemus apud Matthæum diſcipulos inquiſiuiſſe, vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? *cap. 26* & ſubiicit Lucas, duos accepiſſe à Domino curam præparandi illud: quibus nihilominus dicit. Ite ad ciuitatem ad quendam, &c. ſiue vt Marcus habet *c. 14.* Introeuntibus vobis, id eſt poſtquam fueritis ingreſſi, occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, ſequimini eum in domum in quam intrat, &c. Et ipſe vobis demonſtrabit cænaculum grande ſtratum, & illic parate nobis. Plura hoc loco conſideranda.

Primo Ciuitatem, ad quam miſſi diſcipuli, fuiſſe Hieroſolymam, neque enim alibi licebat ex lege immolare Phaſe, vt colligitur *Deut. 16. 2.* qui hanc cænam adornaturi erant, fuiſſe Petrum & Ioannem, 3. Illum cuius ſub nomine communi dumtaxat memoria refricatur, fuiſſe ſecundū Euthymium, aliquem ex diſcipulis Chriſto familiarem. Vt puta Nicodemum, aut Ioſephum ab Arimathia, aut alium; quam ſententiam confirmat, quod dicere illi iubentur, Magiſter dicit, &, ſic enim diſ-
D cipuli inter ſe Chriſtum appellare conſueuerant. Sunt qui hunc Patrem familias confundant cum baiulatore aquæ, at ſatis improbabiliter, quomodo etiam improbabile eſt quod Nicephorus exiſtimat domum Ioannis fuiſſe, alij Zebedei, vel Simonis Leproſi coniiciunt. Aſſentior Bedæ, qui neminem nominatum aſſerit, vt ſe omnes ad nouum Chriſti Paſcha inuitatos intelligant, Aliam rationem Euthymius adit, ne Iudas cognita domo ad hoſtes vitæ Chriſti inſidiantes locum prodidiſſet, & tempus illi præuenirent quo capi vincirique voluit. Sed cum Beda rurſus diuinitatis iudicium hic exhiberi conſtat, vt qui cum diſcipulis loquens, quid alibi futurum nouit, & diſcipulis ignotum ſibi notiſſimum oſtendit.

Ad Cænaculum quod attinet, inſigne illud fuit, & in ſuperiore parte domus quod indicat vox Græca ἀνώγεον, quaſi ſubductum à ſolo ſiue terra. Erat quoque grande & ſtratum, videlicet tapedibus & lectis ſiue thoris, in quibus antiquitus diſcūbebant, vnde patet S. Ambroſium non ſatis probabiliter ſentire hunc Patremfamilas pauperem fuiſſe, cum potius aliquis fuiſſe dicendus ſit ex illis de quibus Ioannes. Ex principibus Iudæorum multi crediderunt in eum.

Cæn[illegible] hoc idem fuit in q[illegible] poſt re- E
ſurrectionem Apoſtoli, cum ad eos Chriſtus venit ianuis clauſis: & in quod poſt Aſcenſionem dicuntur aſcendiſſe perſeuerantes in oratione diebus decem, vſque dum in die Pentecoſtes acciperent Spiritum Sanctum, crediturq; fuiſſe in monte Sion propè templum. Burchardus illud ſtatuit à domo Caiphæ quantum iactus eſt lapidis. Tradit autem Nicephorus, Helenam Imperatricem templum circumdediſſe, eique hoc cænaculum incluſiſſe.

Eſſe autem in magna veneratione Turcis hoc cænaculum conſtat, vt quod anno 1583. Olihæ Dux Hieroſolymis exiſtens ſponte ingreſſus, calceos abiicere monitus fuerit, prout Moſcheas ſuas ingreſſuri Turcæ faciunt; neque in pauimentum exſpuere, quia affirmabant Chriſtum hic magnam cum diſcipulis cæremoniam peregiſſe, &c. Refert *Vveringus ſupra, cæna 1. c. 7.* ſub finem.

Cæterum cum omnia quæ hic interuenerunt myſtica ſint, non irrationabiliter creditur etiam in his myſticas eſſe ſignificationes. Itaque quoſt ad locum deligendum, in quo vetus Paſcha conſummaretur, & nouum ſuccederet, Apoſtolis datur ſignum hominis baiulantis lagenam aquæ quem ſequi F
iubentur quo introierit, rectè intelligitur ſignificatum, per baptiſmi lauacrum ingrediendum in Eccleſiam Chriſti, in qua abrogato veteri Paſchate, nouum celebratur in veſpera iſta ſæculi. Fuit enim cænaculum hoc in quo figuræ veritas ſucceſſit, in quo & poſtea Spiritus S. qui eſt lex gratiæ & charitatis, abrogans legem veterem, in Apoſtolos effuſus eſt, typus quidam Eccleſiæ Chriſtianæ, imo eius exordium. Proinde bene delectum fuit cænaculum & ἀνώγεον, id eſt, à terra ſublatum, quod Eccleſia terrenis relictis ad cæleſtia adſpiret, quodque procul à terrenis ſemoti eſſe debeant, qui in ea inuenire volunt, & in illa participes fieri noui Paſcharis.

Idem Cænaculum amplum erat, ad ſignificandam Eccleſiæ amplitudinem, quæ ſe per omnem terram extenſura erat. Nam Synagoga Iudæorum anguſta fuit, tantum vnam nationem ambitu ſuo complectens, & terrenorum dumtaxat bonorum poſſeſſionem conſiderans.

Paterfamilias ac baiulus aquæ non nominatur, quoniā vbiq; erat futura Eccleſia, primum ex obſcuris adeoque ignotis ortu initiis, ſed mox ſe in vniuerſum orbem diffundens. Illorum ait G
S. Hieronymus, idcirco vocabula prætermiſſa ſunt, vt omnibus qui Paſcha facturi ſunt, libera feſtiuitatis daretur occaſio.

Quod autem diſcipuli qui mittuntur ad anonymum illum, credunt & ſimpliciter obediunt, ſignificat opus eſſe ſimplici fide his qui per baptiſmum ingreſſuri ſunt in Eccleſiam ad myſticam cænam. Duo autem Petrus & Ioannes cænam adornantes, rectè deſignant fide & charitate nobis myſticam parari cænam, vt ea dignè fruamur. A fide enim Petrus in Scriptura, à dilectione commendatur Ioannes.

RELIQVVS COENÆ APPARATVS. VTPOTE VASA, ET VTENSILIA.

Ac primum Calix examinandus. Nunc vilem aliqui volunt, & tenuioris fortunæ indicem, Imò figulinum, vel ligneum Stephanus Eduenſis: Stanneum Gab. Biel in Canon. Pretioſum Beda, cum & cænaculum egregium fuerit; & argumēteum fuiſſe ſcribit, & exhiberi olim Hieroſolymæ, ac tangi ſolitum, & diu inter ſacra pignora cuſtoditum, tamen quantitatis, vt ſextarij gallici menſuram capiat. Baradius contendit, eum ſeruari Valentiæ. Sed ex lapide Agatha eum vult *Andreas Victorellus in Aphoriſmos Em. Sa verbo calix.* H

Lagenam ſiue Amphoram teſtaceam Chryſoſtomus dicit.

Peluis in qua pedes Diſcipulorum abluit Dominus, ex ære fuit, & teſtatur Ioannes de Fercouet Hannno, in libro quem ſcripſit *de peregrinat. Hieroſol.* In Cypro fuiſſe æneam crucem ex pelui illa celatam, atque à ſe viſam anno 1439. Inde Rhodum tranſlatam vult Batholomæus à Saligniaco, ſub annum 1522.

Linteum quo præcinctus Saluator pedes terſit, idem affirmat circa annum 1376. ſumma in veneratione fuiſſe Conſtantinopoli in Eccleſia S. Andreæ. *Leo in Chronico Caſinenſi* ſcribit anno 1015. Monachos quoſdam particulam Lintei iſtius ſecum Hieroſolymis detuliſſe, ac illius veritatis ardentibus prunis quibus eam iniecerunt exploraſſe: nam cum planè incenſa & ambuſta videretur, ad propriam naturam rediit. Vnde mox cum dubitarent quomodo tam diuinum pignus collocarent miſſus Angelico miniſterio fuit loculus auro gemmiſque ornatus, in quo repoſitum linteum, quotannis

Fuiſ

A Feria V. In cœna Domini à Fratribus a[illegible]ari, & p[illegible] consueuit

Catinum ſiue Paropſis fuit quadrangularis, & fictiles, ſecundum D. Thomam, & Rabanum. et Zacharias Epiſcopus Chryſopolitanus *l.4.c.1.* Quod Matthæus paropſidẽ, Marcus [illegible] catinum dicit, vnus quadraturam vaſis, alter quia fictile eſſet, deſignat. Cabilonenſis tamen ſmaragdinum facit, & ex Herodis fuiſſe cimeliis, qui hic Paſcha celebrare conſtitueret adſerit, & adhuc hodie Genuæ aſſeruari.

Mappa Olyſſipone in D. Rochi templo cuſtoditur, & creditur manibus Deiparæ elaborata, cum ſit acupicta inſertis liliis per totam.

Culter ad D. Maximi eſt prope Treuiros, vt piè exiſtimatur.

Panis Azymus fuit & mundus, iuxta ſuperius dicta. Rotundum fuiſſe *Epiphanius in Anchor.* opinatur.

Vinum rubeum fuiſſe coniiciunt fortaſſis, quod iſtius, Regionis vina colorem hunc referant. Hinc *Petrus Pentanus conſider. 16.* cecinit.

B
—— Sacrum rubro de fonte liquorem
Efficis, & puro ſumendum rumine prælet.

Quamquam magis poëticè vt opinor, quam verè, conſtat enim vina Græca, & Syriaca eſſe ſubflaui coloris, inſtar maluatici quod ex Creta defertur.

Et hæc quidem paucis quoad Inſtitutionem & Circumſtantias cœnæ Euchariſticæ. Si quis certiora alibi reperit, emendet hæc noſtra, eaque boni conſulat.

MVTATIO SIVE CONVERSIO IN HOC SACRAMENTO QVAM TRANSVBSTANTIATIONEM DICIMVS.

Fide Catholica tenemus, Chriſtum Dominum in vltima cœna benedicendo Panem & Vinum, ac ſuper illa proferendo hæc verba. Hoc eſt enim corpus meum: & hic eſt calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, &c. eadem integrè ſecundum ſubſtantiam, ac totaliter, in ſuum corpus & ſanguinem conuertiſſe, ſic vt materia in materiam, & forma in aliam formam tranſiret, accidentibus quibuſdam: vt puta coloris, ſaporis, quantitatis, aut ſimilibus extrà ſubiectum remanentibus, C ſub quibus tamen corpus Dominicum verè conſtituebatur, prout etiam in Eccleſia Catholica per Sacerdotes, dummodo faciant quod Chriſtus fecit; verè conſtituitur; atq; eadem conuerſio perficitur, ſic vt ſubſtantia panis & vini quæ ita conuertitur, nulla ratione maneat aut in Euchariſtia, aut in rerum natura, niſi ſecundum accidentia tantum: totaque eorum ſubſiſtentia, & ſuppoſitalitas vt loquuntur Theologi, atque exiſtentia ibi deſignat, idque nõ ex vi actionis, vt ſubtiliter docet *Suares q.75. ſect.6. de hoc Sacram.* qua per verba cõſecratoria efficitur corpus Chriſti, & ſub ſpeciebus permanẽtibus conſtituitur, ſed alterius poſitiuæ iuxta D. Thomam *in 4.d.3.q.1.art.4.* quia ſubſtantia illarum rerum expellitur, ſiue deſtruitur effectiuè quia verba illa habent efficaciam, ad veritatem efficiendam quam ſignificant: poſſunt ergo effectiuè expellere ſubſtantiam priorem ex vi alicuius actionis realis, alioquin non deberet res illæ quoad ſubſtantiam deſtrui, ſed ad ſummum deſinere eſſe, & annihilari. Verùm cum inſtituti noſtri non ſit longas in re Theologica ingredi diſputationes, recurreret Lector ad illos qui hoc argumentũ diſcutiunt. Nos Tridentinæ Synodo adhæremus, quæ aliorum conciliorum decretis, Patrúmq; omnium D ætatum teſtimoniis, & receptæ doctrinæ inhærens, anathema dicit negantibus in Sacramento Euchariſtiæ contineri verè & realiter & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem, vnà cum anima & diuinitate, Domini noſtri Ieſu Chriſti, adeóque mirabilem illam & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus dumtaxat illorum ſpeciebus. Ita *Conc. ſſ. 13. can. 1 & 2.*

Hanc autem conuerſionem aptiſſimo nomine Eccleſia Catholica appellat *Tranſubſtantiationem:* quia cum hic tota ſubſtantia, tranſeat in totam ſubſtantiam, quod in alia nulla conuerſione fit; nullum nomen alias conuerſiones ſignificãs, hanc apte explicat. Vnde & nouum excogitari oportuit, quod illam ſignificaret. Quamuis in re idem dixerint Veteres, qui hanc mutationem appellant tranſmutationem, tranſitum, tranſlationem, migrationem, aliiſque loquendi formulis, quas videre eſt apud *Rupertum l.5. in Ioannẽ.* Theophylactus Trãſelementationem vocat, quaſi ſit velut mutatio vſque ad prima elementa, imo vſque ad materiam primam, ſed durior ea vox, neque ita accommodatè ſignificat conuerſionem totius ſubſtantiæ in totam ſubſtantiam, veluti tranſubſtantiatio.

habent Nouatores quod obganniant. P[illegible] ad hæreſes confutandas, & explicanda myſteria: noua inuenire nomina quæ res antiquas, & veritatem Catholicam propriè exprimant, quomodo olim nomen Ὁμοούσιος conſubſtantialis, & Θεοτόκος Deipara inuentum fuit: & Euangeliſtæ transfigurationem vocant nouam illam in monte Thabor Chriſti apparitionem.

* VERITAS HVIVS SACRAMENTI varie adſeritur.

Ac primum ex S. Scriptura, & Patribus.

Aduerſus paulo ante memorata opinionum portenta, eccleſiæ Catholicæ vera ſentẽtia eſt, verba hæc. *Hoc eſt corpus meũ,* ſimpliciter propriè, & prout ſonant in cortice, intelligenda: atque hunc ſenſũ reddere. *Id quod his ſpeciebus continetur, eſt verè, & propriè corpus meũ verũ, & naturale.* eſt fidei: atque in illius confirmationẽ adducuntur multa. Primum Figuræ veteris Teſtamenti, quæ ſunt luculentiſſimæ, imo pleræque ſi materiã & rem ſpectes, longè digniores pane propriè dicto, v.g. Agnus Paſchalis, & Manna: ac longè perfectius ſignificãt Chriſtum, quam nudus panis: ergo cum figuræ debeant rebus ſuis figuratis eſſe inferiores, vtique quid auguſtius præfiguraſſe dicendæ F ſunt, quam panem nudum: ſed talem panem de quo Dominus *Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam dabo pro mundi vita.*

Promiſſio à Chriſto facta *Ioannis* c. 6. quæ, ſi promittentem, ſi eos quibus promiſſio facta eſt, ſpectes; filium inquam Dei, qui venerat in mundum peccatores ſaluos facere, ac filios noui teſtamenti conſtituere, ſane promiſſio de re magna & præſtantiſſima æſtimari debet, præſertim ſi ratio totius diſcurſus qui fit præſcripto c.6. attenditur. Siquidẽ Iudæi volebant more ſuo ſignum aliquod diuinum, quo in eum crederent, præſtantius quam olim Moyſes populo ſuo exhibuerat, dando illis manna in deſerto per annos 40. & circiter ſexcies centena millia alendo. Verum Chriſtus dictum Manna extenuat comparatione panis quem ille daturus erat, qui non vni populo, ſed vniuerſo mundo vitam largiretur: Eúmque vocat panem de cœlo verum: Imo ſe eſſe panem illum de quo loquitur adfirmat, nec aliud eſſe quam propriam ſuam carnem, adeóque ſuam carnem verè eſſe cibum, hoc eſt perfectè G habere cibi conditiones, & ſanguinem ſuum verè eſſe potum. Parua autem & indigna tam liberali Domino promiſſio foret, ſi duntaxat panem ſiue cruſtulum farinaceum filiis ſuis polliceretur: & non aliud longè præſtantius pane illo Angelorum manibus confecto, & per Moyſen veteri populo exhibito, neque etiam cætera illius capitis, aliter quam de vero corpore, non autem figurato, intelligi queunt. *Ioan. c. 6.*

Inſtitutio facta à Chriſto poſt eſum Agni legalis in vltima cœna. Debuit cum typo veritas coniungi, & huius luce illius caligo pelli, & quia Sacramentum hoc in mortis Chriſti ſymbolum & memoriale dilectionis eius erat inſtituendum, tunc inſtitui oportuit: quando proximè mors imminebat, & à ſuis auferendus erat. Igitur hic inſtituit, & dedit quod res ante promiſerat, vnde iiſdem penè verbis vtitur, dum dicit: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: ſanguine qui pro multis effundetur, quomodo promiſerat panem qui erat caro ipſius, quam daturus erat pro mundi vita. Ideóque verbis adeo claris perſpicuis vſus fuit, ne vllus relinqueretur ambigendi locus de veritate corporis ſui in hoc Sacramento, H ſiue hoc ipſum quod in illo datur & ſumitur, eſſe verè corpus ſuum. *Matth. 26. Marci 14. Luc. 22. Epi. 1. Cor. 11.*

Vſus tanti myſterij ab Apoſtolo præſcriptus, & ad nos vſque deriuatus. Probet ait ille, ſeipſum homo, quid eſt inquint *Gregorius*, ſe probare? niſi euacuata peccatorum nequitia, ſe probatum ad menſam dominicam & purum exhibere? & ſi nempè probatus, *de pane* illo edat, & *de calice* bibat, & ſequitur. Qui enim manducat & bibit, indigne iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini, nempè præ alio cibo communi & indifferenti. Nam vt eleganter *S. Iuſtin. in orat. ad Anton. Pium Imp.* Nos Chriſtiani ait, Euchariſtiam non vt communem cibum ſumimus, ſed credimus, quod ſicuti per verbum Dei, filius Dei factus eſt homo: ita per verba conſecrationis in Euchariſtia, fiat, & ſit caro & ſanguis Chriſti. Quid vero tanta diſcuſſione & examine opus, ſi duntaxat communis panis manducãdus, & bibendum vinum; neque enim de nudo ſigno verum eſt, quod qui illud indignè ſumit, ſit reus corporis & ſanguinis Domini *Epiſt. 1. ad. Cor. c. 11.*

apitheta tam in ſacris literis, quam Patribus ea ſunt quæ non aliud; quam rem diuinitate plenam, cæleſtem, præſtantiſ-

ſimam

A ſi [illegible] in hoc Sacramento ar[illegible]ent. Ipſe C[illegible]s prima veritas, vocat hoc Sacramentum Panem qui de cælo deſcendit: Panem viuum: carnem ſuam dandam pro mundi vita: corpus ſuum: & *Paulus* corpus Domini.

Patres vero magna cum reuerentia & timore de eodem loquuntur, variiſque nominibus illius præſtantiam exprimere conati ſunt. Dicitur communi appellatione Euchariſtia: quod bonam gratiam ſonat, vel gratiarum actionem; continet enim in ſe omnis gratiæ fontem: & cum gratiarum actione inſtitutum eſt, Ita ferè SS. Patres.

Vocatur communio, quod Græcè κοινωνία. Communicamus enim ait, *S. Damaſc. lib. de orthodoxa fide 4. cap.* 14. per ipſam Euchariſtiam Chriſto, & participamus de carne ipſius, & diuinitate.

Auguſt. lib. 9. confeſſ. vocat Sacramentum pretij noſtri.

Ambroſius lib. 4. de Sacr. cap. 4. Venerabile Sacramentum.

Philo Epiſcopus *In Cant. Salom.* Sacramentum ineffabile.

Ioan. Damaſcenus, Tremendum Sacramentum, *orat. de his qui dormierunt.*

B *Cyprianus*, Sanctum Domini. *Serm. de lapſis.*

Eccleſia appellat pignus futuræ gloriæ, in Antiphona, ô Sacrum conuiuium, &c.

S. Ignatius Martyr, φάρμακον ἀθανασίας: medicamentum immortalitatis.

Dionyſius Areopagita, communionem: Sacramentum Sacramentorum; & omnium Sacramentorum præſtantiſſimum *cap. 3. de Eccleſ. Hierarch.* Et paſſim omnes, dum de hoc Sacramento loquuntur, appellant illud corpus & ſanguinem Domini; viaticum, hoſtiam ſalutarem, &c.

Patres omnium Ætatum ita de veritate & præſentia corporis & ſanguinis Domini in hoc Sacramento ſenſerunt, dum primò, nunquam appellant illud figuram corporis, ſed ipſummet verum corpus. Secundo, dum affirmant illud differre à figuris Agni Paſchalis, Mannæ, panibus propoſitionis, vt veritatem ab vmbra, rem diuinam à terrena. Tertiò, dum comparant Chriſtum in Euchariſtia, cum eodem in præſepi, in cœlo, &c. Imò indignè ſumentes hoc Sacramentum, cum illis qui Chriſtum occiderunt. Quartò, dum affirmant panem tranſmutari in corpus Chriſti, panem in carnem, &c. Quintò,
C quando docent non poſſe intelligi ſine fide myſterium huius Sacramenti, ac ſuperare humanum captum. Denique ex veneratione, qua ſemper hoc Sacramentum ſunt proſequuti: & effectibus planè cœleſtibus, quos illi familiariter attribuunt. Quorum omnium teſtimonia per ætates congeſſit in varias claſſes, *Ioan. Garetius lib. de verit. corp. in Euchariſt.* ad quos Lectorem remitto. Paucìſſima tantummodo è multis ſubjiciam.

S. ANDREAS Apoſtolus iuſſus immolare idolis, reſpondebat: Ego omnipotenti Deo immaculatum agnum quotidie ſacrifico; & infra: cuius carnes cum populus manducauit, Agnus qui immolatus eſt, integer perſeuerat & viuus. *Ex libro paſſionis illius à diſcipulis conſcripto.*

S. IGNATIUS *Epiſt. ad Smyrn.* dicit: Euchariſtias & oblationes non admittunt, quod non confiteantur, Euchariſtiam eſſe carnem Saluatoris, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt. *Theodor. dial.* 3.

PIUS Papa primus eius nominis, qui vixit poſt primam ætatam Chriſti, ſtatuit pœnam in eos, quorum negligentia aliquid
D Dominici ſanguinis in terram, vel ſuper altare decideret; ac meminit huius. *Tertull. lib. de corona militis.*

Tertull. lib. de reſurrect. carnis, ita ſcribit: Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt anima de Deo ſaginetur.

Hilar. lib. de Trinit. 8. De veritate ait, Carnis & ſanguinis, non eſt relictus ambigendi locus, & loquitur de Euchariſtia.

Cyrill. Ieroſ. Catech. myſtag. c. 4. Cum Chriſtus ipſe affirmet & dicat de pane, hoc eſt corpus meum: quis deinceps audeat dubitare; ac eodem quoque confirmante & dicente, hic eſt ſanguis meus; quis inquam dubitet, & dicat non eſſe illius ſanguinem.

Chryſoſt. in Matth. hom. 83. Quoniam ergo ille dixit, hoc eſt corpus meum; nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & oculis intellectus id perſpiciamus. Et ita loquuntur paſſim omnes.

Eccleſiæ totius conſenſus, eadé hæc confirmat & approbat.

Miracula huius veritatis infallibilia teſtimonia, plura ſunt, & nonnulla infra ſuo ordine adferentur.

ERRORES CIRCA HANC VERITATEM.

Primi in veritatem Chriſti in Euchariſtia in dubium reuoc[illegible], fuerunt Iconomachi, poſt [illegible] Domini 700 an- E
quod[illegible] conciliabulo celebrato Conſtantinopoli. Dicebant enim vnicam eſſe imaginem Chriſti: nempe in Euchariſtia panem & vinum, quæ repræſentant carnem & ſanguinem. Conſtat ex *Synod. 7. act. 6. tom. 2. in fin. Bellarm. lib. 1. c. 1. de Euch.*

Quidam Ioan. Scotus tempore Caroli Magni etiam dubiè de eadem re reſcripſit. Eſtque illius liber damnatus in Concilio Viennenſi, vt teſtatur *Lanfr. in lib. ſuo de verit. corp. Chriſti in Euchar.*

Poſt hunc quidam Bertramus circa annum D. CCC. LXXXVI. In controuerſiam vocare cœpit, an verè in Euchariſtia eſſet illud corpus, quod Chriſtus traxit de virgine *Maria*. Eius errorem refutauit *Paſchaſius Abbas Corbeienſis* illi contemporaneus. *Bellarm. ſupr.*

Et quamuis prædicti eum errorem aſſeruerint, nemo tamen eum publicè defendere aut propagare ſtuduit, donec circa annum Domini M.L. Berengarius natione Gallus, patria Turonenſis, Eccleſiæ Andegauenſis Diaconus, homo arrogans & ſophiſmatibus dialecticis deditus, vt *Guitmundus* teſtatur; cœpit palam docere, corpus Chriſti non verè eſſe in Sacra- F
mento altaris, ſed ſignificatiuè tantum: quia in ipſo ſunt quædam ſigna, corpus & ſanguinem Domini repræſentantia. Proinde hæc Domini verba, Hoc eſt corpus meum, ita intelligenda pronunciauit, quomodo illud Pauli, Petra erat Chriſtus: vt verbum [eſt] ſit idem quod ſignificat: aut [corpus] accipiatur pro figura corporis. Huius erroris cauſa Leo IX. Pont. concilium indicit Vercellis, in quo Berengarius niſi reſipuiſſet condemnatus.

Leone autem mortuo cœpit de nouo Berengarius nouitiæ ſuæ doctrinæ virus per vniuerſam Galliam diffundere. Quare Victor II. qui Leoni in cathedra Apoſtolica ſucceſſit, concilium Turonis conuocauit. In quo ille iterum conuictus fuit.

Sed ad vomitum vt canis mox rediit; vnde Nicol. II. Victori ſuccedens Romæ Conc. C. & XIII. Epiſcoporum coëgit. In quo Berengarius aſſiſtens, ſuam hæreſim abiurauit conceptis verbis, quæ citantur *in Decr. de conſecr. d. 2. c. Ego Bereng.*

Cæterum quod hæreticis proprium, etiam tunc ad extremũ reſiliit, & ad nouum opinionis portentum deflexit. Nam cum prius docuiſſet corpus Chriſti eſſe duntaxat in figura in Sa- G
cramẽto, cœpit aſſerere illic verum adeſſe corpus, ſed vna cum eo manere ſubſtantiam panis: adeóque Chriſtum eſſe impanatum, ſicut eſt incarnatus. cuius erroris gratia rurſus vocatus Romam ad concilium Greg. VII. auctoritate indictum, eundem reuocauit; vt meminere *Blondus in hiſtor. & Sabellicus.*

Huius autem duplicis erroris iam diu ſepulti memoriam excitarunt, anno quidem M. CCC. LXX. Ioannes VViclef: & noſtro ſæculo Andreas Carolſtadius Archidiaconus VVittemberg. & cum eo Zvvinglius, & Oecolampadius, ac Martinus Lutherus impurus Apoſtata. Denique ad extremum Ioannes Caluinus in Inſtitutionibus, anno M. D. XXXVI. *Lege Ianſenium Concord. c.* 131.

Errores Caluini circa hoc Sacramentum ſunt. Primò, quod ſymbola cœnæ tantum ſint in terra, corpus autem Chriſti tantum in cœlo, idque in certo & determinato loco cœli. *Lib. cui tit. conſenſus cum paſtor. Tigurinis.*

2. Quod licet hæc ita ſint diſſita, tamen coniunguntur non ſolum ratione ſigni, ſed quia cum ſigno etiam Deus nobis verè exhibet ipſum Chriſti corpus & ſanguinem. Ita habet *in cap. 26. Matth.* H

3. Dicit, Chriſtum in cœna nobis veram propriamq; carnis & ſanguinis ſui ſubſtantiam donare, quod quia repugnat primæ illius aſſertioni, dicit hanc coniunctionem rerum ita diſſitarum ſola fide comprehendi, *lib. 4. Inſt. c. 17. §. 7. 10. & 32.* Adeóq; communicationem omnem corporis Domini, tantum fieri per fidem, qua apprehendimus Chriſtum in cœlo exiſtẽtem velut noſtrum fieri, vt participemus bona ipſius; vnde ſequitur, non aliam in Sacramento hoc fieri coniunctionem Chriſti nobiſcum, quam per cogitationem. Itaque reuocauit hic primum errorem Berengarij: Lutherus vero ſecundum, quando ſubſtantiam panis cum corpore agnoſcit: quamuis in hoc Lutherus cum illo diſſentiat, quod Berengarius dixerit panis ſubſtantiã à Chriſto aſſumi in perſonæ vnitatẽ. quemadmodum à Dei filio aſſumpta eſt humana natura. Lutherus vero Chriſtum non aſſumere ſubſtantiam panis dixit, ſed ſub ea manente verum Chriſti corpus conſiſtere; vnde cogitur hæc verba, hoc eſt corpus meum: ita exponere, ſub hoc pane eſt corpus meum; ſcilicet vt exponit Lutherus in libello qui

A [illegible] cribitur *Confeſſio Martini* [illegible] ; verum hoc modo in omnibus rebus eſt, [illegible] non fuit neceſſaria Euchariſtiæ inſtitutio.

Fuit & Petrus quidam Bruitis circa annum M.D.XL. qui licet diceret Chriſtum dediſſe verum ſuum corpus diſcipulis in vltima cœna; tamen voluit id ſemel dumtaxat accidiſſe, deinceps verò meram eſſe impoſturam, quod Sacerdotum miniſterio id fieri credatur. Hunc errorem repreſſit *Petrus Cluniacenſis*, qui eodem tempore floruit, *in lib. de Sacrificio.* Lege *Card. Bellarm. & Cornel. Ianſſen ſupr.*

Porrò Martinus Bucerus videns Lutheranos & Zvvinglianos multum inter ſe diſſidere, quod illi dicerent corpus Chriſti realiter eſſe in Euchariſtia cum pane & vino: & id Zvvingliani negarent aliam commentus eſt ſententiam, nempe, Chriſtum non eſſe præſentem, niſi in ipſa ſumptione, ſeu manducatione Euchariſtiæ. Quam ſententiam vtrique libenter ſunt amplexati, quod viderent per eam labefactari dogmata Catholicorum; quamuis in eo adhuc diſſentiant, quod Lutherani agnoſcant realem præſentiam: Zvvingliani tan-
B tummodo ſacramentalem. *Mart. Becanus in opuſc. de triplici cœna, cap. 3. de Euchariſtia catholica & Bellarm.*

Catholica veritas Miracvlis Confirmata.

Docet & ſemper docuit Eccleſia Chriſti, vi illorum verborum, *Hoc eſt corpus meum*, ſuper debita materia, à legitimo miniſtro prolatorum, Chriſtum fieri vere, realiter ac ſubſtantialiter præſentem, & tamdiu manere, quamdiu ſpecies conſeruantur; vt probat antiqua Eccleſiæ praxis, quæ hoſtiam conſecratam in pyxide ſeruare, & inſtar viatici ad infirmos deferre, & adorare conſueuit: quinimo in Eccleſia Primitiua vt dicimus infra; Euchariſtia domum à fidelibus frequenter portabatur, vt tempore opportuno ſumeretur.

Et ſequuntur in hac re Catholici inſtitutionem ipſius Chriſti, Patrum omnium conſenſum, &c. cum Hæretici qui aliter ſentiunt, ſequantur Iudam proditorem, qui primus author credi poteſt omnis erroris, vt colligitur ex Euangelio *Ioan. cap. 6.* Nam cum Chriſtus dixiſſet, ſunt quidam ex vobis qui non credunt [nempe præſentiam corporis mei in Euchariſtia] continuo ſubiungit *Ioan.* Sciebat enim ab initio
C Ieſus, qui eſſent non credentes, & quis traditurus eſſet eum. Vide Auguſt. in hunc locum, *tract. 27. in Ioan. & Chryſoſt hom. 46 in Ioan. Martin. Becanus ſupr.*

Singvlaria Dei Beneficia Fide Præsentiæ Chriſti in Euchariſtia, Collata.

Ac primum quidem ſpiritualia.

Cæſarius in hiſtoria ſua refert, magnum quendam hæreticum morti addictum, cum ad ſupplicium deduceretur, riſiſſe, proximùmque igni, quo erat exurendus, inuocato per artes magicas dæmonis auxilio, ignem ſubito extinxiſſe, effuſiúſque quam ante, riſiſſe. Certior ea de re factus Epiſcopus, allato ſanctiſſimo Sacramento iterum accendi ignem iuſſit: cúmque hæreticus rurſum imploraret nomen dæmonis ille reſpondit: Iam non poſſum te adiuuare, quia præſto eſt, qui plus me poteſt. *Luc. Pinell in medit. n. 24. ex Cæſario.*

Refert Ioannes Franciſcus Mirandulæ Comes ſacram Euchariſtiam prodeſſe ad dæmonum machinationes & artificia diſſoluenda. Fuit, inquit ille, in Alpibus Rhetiis Sacerdos quidam probus ante annos duodecim, cui cum foret opus ad
D ægrotum quendam graui oppreſſum morbo Euchariſtiam deferre, cùm longius ille abeſſet, videretque ſe non ita, vt oportebat, celeriter ad eum pedibus poſſe peruenire, aſcendit equum, collóque ſanctiſſimum Chriſti corpus pyxide incluſum ſatis honorificè alligauit; iter ſuum quanto ocyus accelerans: cum nonnihil proceſſiſſet, obuium habuit quendam, quem, vt equo deſcendens ſecum pergeret ad ſpectaculum quoddam mirabiliſſimum, inuitauit. Imprudens homo: & cupiditate rei tam ſtupendæ doctus paruit: vix equo ſe demiſerat, cum ſenſit ſe per aëra vna cum comite deferri, & breui tempore in altiſſimo montis cacumine ſtatui, ibi ampliſſima & amœniſſima planities erat arboribus vndique excelſiſſimis obſepta, rupibúſque horrendis circumcincta. In media choros innumeros, ac varios ludos cuiuſuis generis, menſas lautis ac diuerſis ferculis inſtructas erat videre. Audiebantur etiam concentus quilibet omni ſuauitate affluentes. Denique aderant quæcunque animos hominum iucundiſſimis delinimentis tenere poſſent, & dulcedine perfuſos intima demulcere ſolent. Obſtupefactus improuiſa re ſimplex bonúſque ſacerdos, neque eloqui præ admiratione, aut [illegible] ens, pœnè ex[illegible] q e h[illegible] us. qui illum adduxerat, petiit ab eo, vellétne Reginæ, quæ ibi aderat, ſupplex venerari, & munus illi aliquod offerre. In alto quodam ſolio Regina adſidebat effigie formoſiſſima, regio cultu, & ornamentis mirificis ornata. Accedebant ad eam proſternentes ſe humi cuncti, qui aderant, bini, quaterniſue ordine pulcherrimo, & humi ſe proſternentes eam colebant varia munera offerentes. Ad mentionem Reginæ homo, cùm videret eam ſic fulgentem, & miniſtris plurimis cinctam, putauit eſſe Matrem Chriſti, cælique & terræ Reginam: neque enim ſuſpicabatur vllas præſtigias, dæmonúmque ſpectra; alioquin eò non appropinquaſſet. Reputans igitur ſecum, quid illi dono daret, exiſtimauit nihil ei gratius aut iucundius futurum munus, quàm filij corpus. Acceſſit, & ad pedes accidens in modum ſupplicis, arculam, in qua erat auguſtiſsimum Sacramentum, è collo detractam in gremio mulieris illius poſuit. Mira res. Omnia continuò euanuere. Percuſſus huiuſmodi nouitate homo rudis & præſtigijs irretitum ſe videns, & in horroribus denſiſsimis, & luſtris deſti-
tutum conſpiciens, opem diuinam tremens implorare, vt è tantis ipſum anfractibus expediret. Cúmque diu per loca inuia ſyluáſque vaſtiſsimas errâſſet, vix tandem paſtorem reperit, à quo in viam ductus didicit ſe millia centum, à loco abeſſe, quò Euchariſtiam deferre cupiebat. Ad ſuas tandem ſedes reuerſus totam rem detulit ad magiſtratum: contigit hoc imperante Maximiliano primo. Hæc Ioannes Franciſcus. E quibus colligimus admirandos honorifice à quouis habitæ Euchariſtiæ fructus, per eam nimirum mala omnia & ſpectra fugari, ac ſingulas dæmonum machinationes & artificia diſſolui; quæ hæreticis in bonum nullo vnquam tempore contigerunt, quippe qui à fructuoſa & gratioſa hac cum Chriſti corpore communicatione longiſſimè arceantur ac diſtent. *Io. Franc. lib. de ſtrigib. Boſ. n. 15. de notis Eccl. tom. 2. c. 2.* F

Eadem prope alteri contigiſſe refert *Thom. Cantipratanus*, Anno inquit, ab Incarnatione Domini M.CC.XXXI. prædicante in Teuthonia Magiſtro Conrado contra hæreticos, & ab eiſdem felici morte perempto: hæreticus quidam (vt per fratrem Conradum Prouincialem Fratrum Prædicatorum per G
Teuthoniam ante multos annos accepi) ſeductus à dæmonibus Fratrem quemdam Ordinis Prædicatorum ad hæreſim inuitabat. Quem cùm videret inſtantiſſimè renitentem, dixit fratri: Pertinax es valde in fide tua, nec tamen de hac, niſi per ſcripta quædam, aliquid certius inſpexiſti. Credere autem ſi velles dictis meis, Chriſtum tibi & Matrem eius & ſanctos occulta fide monſtrarem. Mox ille illuſionem dæmonũ ſuſpicatus, volens tamen probare quid eſſet: Non immeritò, inquit, tibi nunc crederem, ſi promiſſa duceres ad effectum. Gauiſus hæreticus diem fratri ſtatuit. Frater verò pyxidem cum Sacramento corporis Chriſti clam ſecum ſub cappa portauit. Duxit ergo fratrem hæreticus in ſpecum cuiuſdam montis in amplum valde palatium, quod claritate mirabili relucebat. Nec mora, vbi in inferiorẽ partem palatij peruenerunt, viderunt thronos poſitos quaſi ex auro puriſſimos, in quibus ſedebat Rex fulgore coruſco circumdatus, & iuxta eum Regina ſereno vultu pulcherrima, & ex vtraque parte ſedilia, in quibus ſeniores, quaſi Patriarchæ, vel velut Apoſtoli, aſtante permaxima multitudine Angelorum, & omnes luce ſyderea coruſcantes, vt H
nihil minus, quàm dæmones putarentur. Illos mox vt vidit hæreticus, cadens in faciem adorauit. Dictus autem frater immotus ſtetit: ſed tanto ſpectaculo vehementer obſtupuit, & mox ad eum conuerſus hæreticus: Quare, inquit, Dei filium intuens non adoras; Pronus accedens adora, quem vides, & ab ore eius fidei noſtræ ſecreta ſuſcipies. Tunc frater accedens propius, extraxit pyxidem, & obtulit Reginæ in ſolio ſedenti, dicens: Si Regina es mater Chriſti, ecce filius tuus, quem ſi ſuſceperis, te velut matrem Dei recognoſcam. Cum hac protinus voce totum illud phantaſticum euaneſcit, & adnihilato fulgore tantæ tenebræ denſuerunt, vt vix frater cum ductore ſuo ad montis exitum regredi potuerint. Conuerſus ergo hæreticus ad fidem rediit, & miram dæmonis aſtutiam ſtupefactus expauit. *Refert Boſ. ex Cantipr. tom. 2. lib. 12. de not. Eccl.*

Narrat Cæſarius, eo tempore, quo Albigenſes hæretici Euchariſtiæ ineſſe verum Chriſti corpus negabant, hoc contigiſſe: Illi namque, vt fidem ſibi conciliarent, arte dæmonum freti, ſuper vndas pedibus illotis, vt omnes admirarentur, ambulabant. Id ſciens Presbyter quidam, cum quadam die ad huiuſmodi ſpectaculum maxima multitudo conueniſſet,

accedit

A acc[illegible] deferens [illegible] hæreticulli iam flumen ingreſſi ſuper aqu[illegible] cunctis audientibus dixit: Adiuro te, diabole, per eum, quem mecum geſto, ne fallaciis huiuſmodi imponas huic populo. His dictis, cum nihilominus illæſi perſiſterent, presbyter Chriſti corpus pyxide incluſum iactat in flumen, ac protinus machinæ impiorum ſubuerſæ: infœlices illi demerſi, & flumine abſorpti perierunt. Arcula porro Sacramenti ab angelis ſublata cum nuſquam videretur, in lachrymis inſomnem noctem traducens ob id presbyter, mane vidit illam ſuper altari repoſitam. *Cæſar. libr. 9. cap. 12.*

Virum pauperem non longè à monaſterio habitantem vxor adultera maleficiis cruciabat. Sicut enim ei in ira, ac furore fuerat comminata, ita egerat per malignas incantationes, vt miſer homo conſumptis carnibus, nec poſſet mori, nec viuere permitteretur. Sæpius denique, & vocis vſum, & ſenſum omnem corporis amittebat, iterùmque redibat, non ad vitam, ſed ad mortem prolixiorem crudeliter reuocatus. Adducitur tandem homo ad D. Bernardum Abbatem in monaſterio de-
B moramtem, & ei tragœdia miſerabilis explicatur, qui vehementer indignatus antiqui hoſtis malitiam tantum ſibi in Chriſtianum vſurpaſſe, vocans duos ex fratribus, ante ſanctum altare hominem deportari ibique ſuperpoſito capiti eius vaſculo Euchariſtiam continente, in ipſius Sacramenti virtute à læſione Chriſtiani iubet dæmonem prohiberi. Factum eſt vt præcepit, & miſerum hominem poſt tantos cruciatus fides perfectæ reddidit ſanitati. *VVilh. Abb. S. Theod. Remenſ. l. 1. c. 10. vita S. Bern. Bredenb. in Collat.*

Inter eos, qui vexabantur Mediolani ab hoſte maligno Mulier grandæua ciuis Mediolanenſis, & honorata quondam matrona, vſque ad Eccleſiam beati Ambroſij, & poſt eundem *Bernardum* tracta eſt, in cuius pectore quamplurimis annis diabolus ſederat, & iam ita ſuffocauerat eam, vt viſu, auditu & verbo priuata, frendens dentibus, & linguam in promuſcidis elephantinæ protendens, monſtrum, non fœmina videretur. Sordida ei facies vultus terribilis flatus, fœtidus inhabitatoris ſathanæ coll[illegible] teſtabantur: hanc cùm aſ-
C pexiſſet vir Dei, nouit inhærentem ei, & inuiſceratum diabolum, nec facile egreſſurum de domo, quam tanto poſſederat tempore. Conuerſus ad populum, (cuius innumera erat multitudo) orare iubet attentius, & Clericis, & Monachis ſecum iuxta altare conſiſtentibus, mulierem ibidem iubet conſtitui, & teneri; illa verò reluctans, & vi diabolica, non naturali recalcitrans, non ſine aliorum iniuria ipſum Abbatem pede percuſſit, quem diaboli auſum manſuetè ille contemſit, ac expulſione, non indignatione iræ, ſed pacifica & humili ſupplicatione Deum inuocat adiutorem, & ad immolationem hoſtiæ ſalutaris accedit: quoties tamen eandem ſacram hoſtiam ſignat, toties ad mulierem quoque conuerſus, eodem crucis ſigno edito, ſpiritum nequam athleta fortis impugnat. Nam & ille malignus, quoties aduerſus eum ſignum crucis intenditur percuſſum, ſe indicans acrius ſæuit, & recalcitrans contra ſtimulum, quidnam toleret prodit inuitus: expleta autem oratione Dominica, efficacius hoſtem aggreditur vir beatus patenæ ſiquidem calicis corpus Domini imponens, & mulieris capiti ſuperponens, talia loquebatur: Adeſt, inique ſpiritus iudex tuus, adeſt ſumma poteſtas,
D iam reſiſte, ſi potes, adeſt ille, qui pro noſtra ſalute paſſus; Nunc, inquit princeps mundi eiicietur foras. Hoc illud corpus eſt, quod de corpore Virginis ſumptum eſt, quod in tumulo iacuit, quod de morte ſurrexit, quod videntibus diſcipulis aſcendit in cœlum; in huius ergo maieſtatis terribili poteſtate, tibi, ſpiritus maligne præcipio, vt ab hac ancilla eius egrediens contingere eam deinceps non præſumas. Cùmque eam inuitus deſerens, & manere vltra non valens, atrocius affligeret malignus, tam magnam iram, quàm modicum tempus habens rediens Pater ſanctus ad altare fractionem hoſtiæ ſalutaris ritè compleuit, diffundendamque in populum pacem miniſtro dedit & confeſtim pax, & ſalus integra reddita eſt mulieri. Sic ille nequam diuina myſteria quantæ ſint efficaciæ & virtutis, non confeſſione, ſed fuga coactus oſtendit; fugato diabolo, mulier quam in tantorum ſartagine tormentorum carnifex peſtilens tanto tempore frixerat, mentis ſuæ compos effecta, redditis ſenſibus, & ratione reuoluta intra fauces lingua, Deum confeſſa gratias egit, & intuita curatorem ſuum, pedibus eius aduoluta eſt ingens per Eccleſiam attollitur clamor, omnis ætas iubilat Deo, perſonant æta-

ment [illegible] *lib. 2. & Beſius tom. 2 lib 14. c[illegible] not. [illegible]*

I[illegible] M[illegible] in Chronicis anni 1490. deſcribens moleſtiſſimam multorum annorum vexationem, quam propter [illegible] (quæ diu dæmonis ſuccuba fuerat) Nonnæ pecc[illegible], in innocentes virgines ſocias eius. Querteccenſes Deus ſathanæ permiſerat: narrat multos ex illa legione, quæ religioſas muauerat, & ſe hierarchiæ Seraphinorum fuiſſe gloriabatur, hoc remedio pulſos ex energumentis. Cum enim D E C A N V S Cameracenſis, vir probus & doctus vna cum aliis exorciſtis accederet, peracta ſacra communione; viuificam hoſtiam non ferens ſubito dæmon exclamabat: Ah; ſatis probè armati acceditis: panemne illum ſumpſiſtis? Quem panem ais; improbè? inferebat Decanus. Si nihil eſt aliud, quàm panis; maneto in hoc corpore obſeſſo: ſin autem vt nos credimus verum eſt corpus Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, iubeo, confeſtim fugere ex hoc corpore, nec vllam ei amplius moleſtiam aude exhibere. Quo dicto, (rem miram) energumena, vt magno leuata faſce moleſtiæ, confeſtim reſpirare, & alta voce Ieſum vocare cœpit. Quod idem omnes faciebant cæteræ, quando, dæmone expulſo liberabantur. F

Beatus Auxentius Abbas diſcipulus habebat nomine Baſilium: hunc dæmones adeò malè multaturt, vt pro exanimi, corpore toto ſaccius & confractus, ad Auxentium curru delatus fuerit. Abbas iuſſit eum ſurgere, & venerandum corpus & viuificum ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumere, & ſtatim reuertit in locum ſuum: abiit, nec amplius eum tentator aggreſſus eſt. *Metaphraſt. in vita*

Cum Maximus Epiſcopus Hieroſolymitanus Baſilium Cæſarienſem vnà cum Eubulo magiſtro ſuo in Iordane baptizaſſet, tradidit illis viuificam communionem; rogauitque Baſilium idem Dei ſacerdos, vt orans cibum caperet. Quod & fecit, dicens: Domine Ieſu Chriſte, Deus noſter; credo verba Euangelij tui, ſuperóque in benignitate tua cibum potúmque percipiens aduerſus diabolum nobiſcum confligentem, ad futuram nobis Sancti Spiritus tui cooperationem. Stupens verò Dei ſacerdos ad illius fidem, reperiit vnà cum illis ſanctam ciuitatem. Vbi cùm annum vnum feciſſent, de communi ſententia venerunt Anthiochiam. *Amphiloch. in vita S. Baſ.* G

D. P R O S P E R Aquitanicus, agens de ſignis Antichriſti, & eius præcurſoribus pſeudoprophetis & impoſtoribus, quid Carthagine acciderit admiratione dignum de Euchariſtia, narrat his verbis, Noſtris, inquit, temporibus Aſpare V. C. Conſule Carthagini conſtituto, hoc ſignum diabolicum, monſtroóſumque, quod illic accidit, quis illius patriæ ciuis ignorat? Quædam iuuencula Araba natione, ancillæ Dei habitum geſtans, cum in baluco lauans ſimulacrum quodam veneris impudicè reſpiceret, & ſeipſam; eique conſimilans, domicilium ſe diabolo præbuit, Statim ille leo, qui rugiens circuit, quem quærebat, inuenit. Meatus igitur gutturi ipſius occupatus, nullum cibum, nullúmque potum traiiciens; per ſeptuaginta fermè dies totidémque noctes ieiunium ſibi diabolus, ex capto poſſeſſóque vaſe exhibuit: hoc monſtrum parentes puellæ per tot dierum ſpatia auferri poſſe ſperantes, dum iuge malum vlterius tolerare non poſſunt, ſimul cum filia ſeſe ingeſſerunt, ſacerdoti, quæ acta erant, fideliter indicantes. Hoc tantum puella fatebatur, autem quandam noctis medio apparere, quæ ſibi ore neſcio quid infunderet. Stupor tunc incſſat cunctis, videre puellam nullis indiciis diuturni ieiunij fœdatam, nullo pallore ſeu tabe vel debilitate confectam, quin potius rebuſtam ſucco viſcerum, mole membrorum. Cùmque incredibilia viderentur, H quæ dicebantur, habito conſilio, in monaſterio puellarum, in quo reliquiæ S. Stephani ſitæ ſunt, ſacerdos puellam ſimul & præpoſito commendauit. Illic prima tantum die apparuiſſe illam autem aſſeruit, & ſibi increpaſſe, quod neque fame, neque ſiti compulſa illum appeteret locum, quò ſibi accedere non liceret. Per duas ſanè hebdomadas nihil cibi vel poculi ſumens in monaſterio manſit. Accidit autem vt decimus quintus Dominicus illuceſceret dies, aſcendente nobiſcum ſacerdote, vt matutinum illic ſacrificium ſolitò offerretur: puellam Præpoſitus ad altare perduxit, eo habitu & inceſſu quo ſolent rubore perfuſæ ex epulis poculiſque mulieres aduenire. Sed vt ſe illa proſtrauit altari, clamore fletus ſui cunctis aſtantibus gemitus lachrymaſque induxit, quibus tantum malum

A malum auferendum præſens plebs Dominum exorabat : erat enim iam indecens murmur in populo. Peracto itaque [illegible] ficio, eum eadem inter cæteras breuem particulam corporis Domini tinctam à ſacerdote perciperet, ſemihoram mandens traiicere non valuit, nondum illo fugato, de quo dicit Apoſtolus : Quæ conſonantia Chriſti ad Belial ? Et iterum; Non potestis calicem Dominum bibere, & calicem dæmoniorum. Manu igitur faciem eius ſuſtentarunt ſacerdotes, ne ſanctum proiiceret; à quodam Diacono ſuggeſtum eſt, vt calicem ſalutarem gutturi eius Pontifex applicaret. Quod factum eſt: ſtatim vt locum illum, quem diabolus obſederat, Saluatoris imperio reliquit, Sacramentum quod ore geſtabat, cum laude Redemptoris tranſglutiſſe puella clamauit. Hinc lætitia, hinc voces in gloriam Dei, quod poſt octoginta & duos dies diabolo expulſo, puella de poteſtate facta erat eruta inimici. Oblatio igitur rurſum gratiarum actionis pro ea fit, ſacrificiique percipiens certam partem priſco eſt reddita vſui. Tunc etiam dum hæc aguntur, ſpiritu diuino actus Diaconus eiuſdem tituli, ſtatuam illam ſublatam confregit in puluerem, omnemque inſidiantis aſtutiam ſuperauit diuina maieſtas. *Apud Ba-*
B *ron.tom. 5. Annal. anno* 434.

Cùm Euboicus venator aliquando nauigaturus eſſet ad venationem, accepta in pyxide de parte diuinæ carnis Domini, eam tulit ad beatam Theoctiſtem Lesbiam. Cùm autem veniſſet ad inſulam, & declinaſſet in ædem Dei Matris, eam non offendit; an autem adeſſet & lateret, quoniam cum eo aſcenderant quidam ex ſociis; an verò abeſſet, neſcit. Hoc autem ſciebat, ſe eam non offendiſſe. Atque alij quidem profecti ſunt in ſyluam venaturi : ipſe verò clam reuerſus eſt in templum, & protinus ſacroſancta mulier, Theoctiſtes ſcilicet, apparuit, induta tunica, quam ab eo prius acceperat. Cùm autem Euboicus ſe in terram proieciſſet, accurrit illa, & cum lachrymis dixit eminus : Nequaquam hoc facias, ô homo, nequaquam facias diuinum donum afferens, ne vras me, diuino dedecore afficiens. Eum itaque tunica apprehenſum erexit. Ille autem duxit è ſinu ſuo pyxidem cum carne Domini. Et cùm illa in terram cecidiſſet, diuinum donum accepit, & lamentationibus & lacrymis terram rigans dixit: Nunc dimittis ancillam tuam Domine, quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quoniam remiſſionem peccatorum
C meorum accepi : nunc abibo, quò tua me iubet potentia. *P. Anton. Daurouitius in ſpec. Exempt. tit. de Euchar.*

Noui (inquit *Ioannes Nider in ſuo Formicario*) militem Boarum nomine, generoſum multum, & apud ſæculum prudentem virum in Herbipolenſi diœceſi, qui mihi ſatis familiaris fuit & notus, & quæ ſequuntur, vt ſibi conſulerem, patefecit. Cùm enim fuiſſet aliquando iuuenis cum filiis procerum, ſatis malè in quibuſdam educatus eſt, non verbum Dei, ſed fiſtulatores audire conſueuit, prudentum & grauium virorum ſocietates fugit, & verba blaſphemiam Dei notantia vix aut nullatenus in ore continere potuit. Venit interea tempus, quo pro acquirenda militia ire debuit ad terram, quam Dei filius ſuis cruore & pedibus conſecrauit; vbi cum aliis peregrinis per loca varia, in quibus Chriſtus paſſus eſt, deductus eſt, & ab illo tunc per Dei gratiam viſitari cœpit. Nam quaſdam orationes crebro ob Dei reuerentiam dicere propoſuit, & miles effectus in terram propriam rediit, vbi in virum alterum eſt mutatus. Ex prædicationum enim auditione diſcere cœpit, quòd longè deuiaſſet à Deo, & in militando anteà diuerſis guerris proximis nocuiſſet in mundo : confeſſionem ſacramentalem omnium facinorum ſuorum fecit, & pro loco &
D tempore læſis ſecundum prudentum conſilia ſatisfecit. Deinde non modò, vt antea ſemel, ſed bis in anni ſpatio Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcepit. Quo facto in ſecunda communicatione etiam deglutita iam ſacrata hoſtia, quendam inſolitum percepit ſaporem, dulcem quidem, & prout conijcere potuit, ſimilem habentem odorem panis frumenti nouiter & optimè depoſiti; ſed cùm de hoc miraretur, & cogitaret cibo ſumpto materiali talem ſaporem & odorem debere recedere, illud non ſtatim euenit, ſed longo temporis tractu poſtea continuauit præfata perceptio, quæ tamen poſtremò deſiit. Cœpit intereà ſequenti anno trina vice Euchariſtiam ſumere, in feſtiuitatibus videlicet maioribus, & in qualibet communione ſe ſapor & odor prædicti augmentauerunt in perceptibilitate & continuatione, quouſque deuenerunt ad tantam ſuauitatem, quòd nulli rei dulci & ſuaui ea comparare poterat. Verberatus eſt interim Dei miles in ſua conſcientia, vnde hæc [illegible] veritate. In [illegible] habitatum eſſe [illegible] ut, [illegible] contritum [illegible] de peccatis, quæ omnia animo reliquit [illegible] ium conſcientiæ ſe libera non vidit [illegible] tam [illegible] perceptà dulcedine, quòd non à Deo eſſet. [illegible] diuiſo vero, operationem dæmonis adeò [illegible] Euchariſtiæ effectum vix animo concepit: cumque diu in hac nutaret ambiguitate, euenit, Deo diſponente, tempus, quo ſermonem à quodam literato audiuit, diſtinguentem inter virtuoſam dulcedinem, quæ aliquando non ſentitur in guſtu, ſed percipitur ſolum in vitiorum, quam facit, fuga, & inter ſenſibilem dulcedinem, quæ perceptibiliter animum iocundat, nonnunquam & corpus, qua dotantur & cibantur ideò aliquando debiles & infirmi, à Chriſto, ne à cœptis deſiſtant ſanctis pœnitentiæ operibus. Quo audito miles ſe eſſe de ſecundo genere hominum coniecit, & deinceps arctioribus virtutum operibus operam dedit. Prius enim à multis quæſierat ſecreto prudentibus, quid de ſentimento prædicto tenere deberet, ſed tantummodo, vt tactum eſt, viro plene reſponſum fuit in prædicatione publica. *Idem.* F

Accidit aliquando, quod quidam MONACHVS tantum zelum acquirendæ, ſeu conſeruandæ innocentiæ haberet : quod primos ſenſualitatis motus non ſolum reprimere, ſed etiam ſine veniali peccato vitam ſuam in perfecta puritate cuſtodire ſtuderet. Cum autem inſtigante diabolo aſpiraret ad impoſſibile, in tam profundam deſperationis foueam lapſus eſt, vt nec corpus Chriſti accipere vellet : pro cuius ſalute dum ancilla Dei Maria lachrymoſis ſuſpiriis Domino ſupplicare inter miſſarum ſolennia non deſtitiſſet : ille, quaſi de longinqua regione ad ſe reuerſus corpus Chriſti deuotè recepit, & ſumpta ſalutari medicina, perfectè conualuit. *Idem.*

Iuriſconſultus à fratris filio luculentam acceperat plagam in facie. Nec vt ei parceret, cuiuſquam oratione, vel auctoritate adduci poterat, niſi ille veniam ſuppliciter peteret, & ſibi ſatisfaceret. Contra, adoleſcens ad ea deſcendere recuſabat. Noſter cùm verſato in omnes partes vtriuſque animo nihil proficeret, ad extremum rogat vt ambo pariter ante ſacroſanctam Euchariſtiam paulisper ſupplicarent Deo. Haud ægrè impetratum. Mira res dictu: vix ibi Deum parumper ora- G rant, cùm repentè eorum animos diuina vis flexit. Ecce tibi dum adoleſcens patruum adire petendæ veniæ & ſatisfaciendi gratia parat, repentè occurrit ei patruus, negans aliter ſibi ab eo ſatisfieri velle, quàm vt Chriſtianè in poſterum viueret. *Idem.*

Cum inſtaret tempus nobiliſſimi conuiuij, quo Mechtildis virgo dilectum animæ ſuæ Ieſum percepiſſet in Sacramento corporis, & ſanguinis ſui communione, audiuit eum ſibi dicentem; Tu in me, & ego in te, & in æternum non derelinquam te. *Ex lib. 1. reuel. Mechtildis cap. 4.*

Ludouicus Bloſius refert, quod anima cuiuſdam defuncti cuidam Dei amico, in flamma ardoris immenſi apparens, dixit: ea ſola de cauſa tam diris cruciatibus torqueri, quod circa Dominici corporis perceptionem fuiſſet negligentior : addiditque, ſi vel ſemel venerabile Sacramentum deuotè pro ipſa accipere dignaretur, ſe mox liberandam. Quod cùm illu Dei amicus feciſſet, ſequenti die anima eadem ſole fulgentior atque micantior apparuit, vnica illa digniſſimi Sacramenti huius perceptione ab intolerabilibus pœnis liberata, atque ad cœlum & æternam beatitudinem euecta. *Bloſ. cap. 6. monit. ſpirit.* H

Cum quidam vir Dei Ioannes Pot, tanquam à Deo miſſus veniſſet ad LYDVVINAM virginem graui infirmitate cruciatam, cœpit eam hortari ad patientiam, commemorare ei Chriſti paſſionem, humilitatem, labores, & ſudores : inuitare, vt nocte ac die, quoad poſſet, in iis meditandis verſaretur. Promiſit illa ſe ſic facturam; & tentabat quidem ſenſim animo verſare vitam & paſſionem Saluatoris, ſed quòd necdum in ollulam ſuam miſſa eſſet farinula Eliſæi viri Dei, qui Chriſtus eſt, amara & inſipida erat omnis eiuſmodi cogitatio. Reditur igitur ad lamenta & querimonias, quippe mors erat in olla. Redit etiam ad illam Chriſti ſacerdos Ioannes Pot; percontatur quantum in libro charitatis profecerit. Reſpondet illa : Tu quidem, mi pater, ad optimum me ſtudium hortatus es, ſed mihi incompertum, nec ſinit dolorum acerbitas ſapere, quidquid de Domino

Ieſu

A Ieſu cogitandum [illegible] ille vero cernens eius bonam animi voluntatem, gratulab[illegible]us ait: Labor improbus chariſſima filia, vincit omnia. [illegible] aliquam tibi vim adhibeas; frangas teſtam, & p[illegible] nucleum: perſeuera, & vinces. Illa autem dicen[illegible] corporis & animi cruciatus id non ſinere, vir [illegible] egregiè animabat, multis modis eam confirmans, hortáuſque, vt contemneret inepta gaudia & oblectamenta breui peritura, formam corporis pro nihilo putaret, rediret in memoriam eorum, quæ paſſi ſunt ſancti Martyres, quam multis iocis, diuitiis & voluptatibus ſponte ſua caruerint, ſolo Chriſto contenti, apud quem nunc ſummis opibus, honoribus, gaudiis deliciis ſine fine perfruantur. Sed quia nihil, inquit, poteris viribus tuis, Chriſtum adſpice pendentem cruce, & veritatem doceberis. Chriſtum audi, & ſapiens eris. Chriſtum tolera, & requiem inuenies. Chriſtum imitare, & refectione ſummiſſima perfrueris. His auditis, cœpit ſancta virgo manum mittere ad fortia, cœpit intellecto & affecto ſitire paſſionis torrentem.

B Porrò autem tertiò ad eam venit ſacerdos Ioannes Pot afferens ſacroſanctam Euchariſtiam, vt ſolet ad ægrotos, qualis illa tunc erat: cumque eam ei præbuiſſet, ſic locutus eſt: Hactenus ego te incitare conatus ſum ad commemorandam paſſionem Domini tui: iam verò ille tibi loquetur. Quod ſi fortiter & conſtanter ei obtemperaueris, erit merces tua magna nimis. Vix ille verba finierat, & in tantas virgo prorupit lacrymas, vt diebus quindecim vix eas potuerit cohibere. Ab eo die, creſcente morbo, confirmabatur ſpiritu, amarum omne ei dulceſcebat, nec quicquam iam ſapiebat, niſi ſolus Ieſus, & hic crucifixus. Itaque paſſionem Chriſti in ſeptem diſtinguebat partes, nec vllum temporis punctum ſine eius commemoratione abſcedere patiebatur, adeóque in hac ſeſe exercebat, vt crebrò nocte ac die vigilans, horologium exactum animo circumferre videretur. Et ardenti autem paſſionis Chriſti meditatione adeò inflammata fuit, vt non ſe, ſed Chriſtum Dominum in ſe pati diceret. His igitur exercitiis edocta creuit in vtroque homine, donec octauum ſuæ ægrotationis attingeret annum. Magis autem magíſque corporis putredo & vermium ſcaturigo aucta eſt, corporis C etiam viſcera magis ac magis marceſcebant, & doloribus innumeris virgo afficiebatur. Sed hæc omnia ferebat patientiſſimè, & in ſummis doloribus non ſolùm agebat gratias Deo, ſed eos ipſos cruciatus augeri potius, quàm minui peroptabat. *Ex Ioan. Brugman. Sur. 14. April.*

Ad Catharinam Senenſem ita Dominus ait: Vt autem plenius intelligas, quàm ardenti deſiderio cupiam vobiſcum eſſe, vtque magis accendaris ad ſubigendum mihi copulandámque meæ voluntatem tuam: vide, & alta mente conſidera, voluiſſe me, vt Vnigenitus meus incarnaretur, &c. Paraſſe inſuper menſam maximi, & parum agniti Sacramenti, corporis ipſius & ſanguinis, vt in cibum ſumentes transformemini mutemínique in me: ac ſicut panis & vinum, quibus veſcimini, in ſubſtantiam tranſeunt corporalem: ita & vos manducantes ipſum, qui mecum eſt, ſub panis & vini ſpecie, in ſubſtantiam ſpiritualem, & in memetipſum conuertamini. Et hoc illud eſt, quod Auguſtino ſeruo meo his verbis dixi: Cibus ſum grandium. creſce, & manducabis me: nec me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me. *Ioan. Garetius contur. 14. vixit an.* 1370.

Cum amor, vt ſcribitur in Canticis, fortis ſit vt mors, quæ omnia vincit, ex ſuauiſſimo amore, qui nobis per panis cœleD ſtis virtutem communicatur, tantum in animabus noſtris robur efficitur, vt propterea S. martyr Cyprianus, cùm tyranni Eccleſiam perſequebantur, hoc vnum curarit, vt anathematizati abſoluerentur, & illis ſacra communio adminiſtraretur: iis enim armis induti robuſtiores fiebant. Dicebat autem eos in prælio non poſſe fortiter pugnare, qui his armis induti non eſſent. *Ludouic. Granat. lib. 4. Catech. dialog. 8.*

Bonſignorius Cacciaguerra tract. de ſacra Communione ſcribit Quendam ad eum virtutis gradum virtute Euchariſtiæ perueniſſe, vt incredibili quadam patientia filij ſui decimum quintum annum agentis, iniuſtiſſimè & nulla prorſus data occaſione occiſi, mortem pertulerit. Cùm enim mulio quidam mulum onuſtum deduceret, contigit adoleſcentem illum obuium fieri, qui, ne à mulo comprimeretur, & eius pedibus conculcaretur, mulionem præmonuit, vt multum aliquantum remoueret; quod ille præſtare contempſit, ideo adoleſcens muli ſarcinam à ſe repulit. Vnde mulio ira commotus ſic adoleſcentem percuſſit, vt biduo poſtè vi [illegible] is exc[illegible]ſſerit. Poſtridie autem obitum pater adoleſcentis Cacciaguerram adiuit, cui exomologeſi facta, ac ſacra ſynaxi accepta dixit: Pater, maiore dolore afficior ob crimen iſtius homicidæ, quam propter proprij filij mortem: quòd ille homicidium perpetrando Deum grauiſſimè offenderet: at filius diligenter expurgatus & ſancta communione refectus ad felicem, vt ſperamus, vitam emigrauerit. Egregium ſanè facinus, nullo eum perſequi odio, qui filium morte affecerat, quem vnicè amabat. Quod non aliunde, quam ab ipſa Euchariſtiæ virtute, vt credibile eſt proficiſcitur. *Cap. 26.*

Liber & aliud Mulieris Chriſtianæ factum ſubiungere. Hæc crebro à marito cæſa, quòd cum moneret, rogarétque ne impudicas mulieres ad ædes (quod ſolebat) adduceret, his rationibus productis: primum, quòd Deus offenderetur; deindè multa bona eo vitæ genere dilapidarentur; & ipſa, quod ſua intereſſet, parui admodum faceret; tandem ille ſic commotus fuit, vt graue vulnus capiti vxoris inflixerit, adeò vt eam occiſam crederet: & audito vicinorum accurſu, ne à F Magiſtratu comprehenderetur, fugam meditans chlamydem arripit: ſed pia illa domina, vere Chriſtu plena, dixit. Ne fugam, mi marite, capias, nec timeas, Deus ignoſcit tibi, vt & ego ex animo ignoſco: omnino in Domino confido, nihil tibi mali eventurum. Si opus fuerit, te pro meo modulo excuſabo. Credo hoc Sacramentum ſemel & iterum hebdomadatim acceptum plus in hac muliere effeciſſe, quam quivis alius ſibi ipſi efficere poſſet. *Idem. Ibid.*

Quid iam mihi narrauit (*Ioannes Chryſoſtomus*) non ille quidem ab alio edoctus, ſed dignus habitus, qui id & vidiſſet ipſe, & audiſſet, quod qui de hac vita emigraturi ſunt, ſi myſteriorum huiuſmodi cum pura ac munda conſcientia fuerint participes, ſpiritum efflaturi ab Angelis illorum animas ſatellitum more ſtipantibus, propter aſſumptum illud ſacrum, hinc recta in cœlum abducuntur. *Lib. 6. de Sacerdotio.*

Vir quidam Caluinianæ factionis habuit vxorem Catholicam, quam multis verbis inducere ſatagebat, vt accederet concionem Caloiniſticam. Illa cùm diu reluctaretur, tandem aſperioribus verbis & minis perculſa confeſſario ſuo rem aperuit qui conſenſit, vt facta prius exomologeſi, & percepta SS. G Euchariſtia, viro pareret, & vna ſaltem vice concionem adiret. Obſecuta eſt illa conſilio confeſſarij, & Sacramentorum participatione munita ad concionem ſeſe contulit. Mirabile dictu; Mox vt mulier concionem ingreſſa eſt, obmutuit concionator, nec verbum quidem effari potuit. Itaque ſubſiſtens ait: Oportet intereſſe hîc hominem aliquem, qui comedit panem à Papiſtis benedictum. Equidem hac vice vlterius concionando non progrediar, aliàs officio meo plenius ſatisfacturus. Maritus concioni eidem interat, & videns concionatorem ob præſentiam hominis, qui percepiſſet Euchariſtiam, diuinitus obmuteſcere, domum reuerſus quæſiuit ex vxore, num eo mane ſumpſiſſet Euchariſtiam, quo concionem adiiſſet; illa factum non diffitente, mox agnouit fallaciam & impoſturas iſtius doctrinæ, quippe quæ adhibita ad lucem Sacramentorum Eccleſiæ Catholicæ ſic euaneſceret, & ſeipſam vanitatis conargueret. Nec mora, mandauit luculentum excitari ignem. Vxor ignara quid vellet maritus, metuebat ne quid atrocius in ipſam molitur. Igne porrò iam accenſo, ille protinus vniuerſos ſuos iſtius nocentiſſimæ farinæ libros collegit, in ignem coniecit, & combuſſit, & ad Catholicæ Eccleſiæ gremium reuerſus eſt. *Tilm. Bredemb. lib. 7. coll. ſacrar. c. 47.* H

☞ *Quære infra. De Euchariſtia ſub finem vitæ ſumenda.*

S. Nicolaus de Tolentino.

CORNELIVS Moſius, ille inquam Muſius, quem Delphenſes apud Batauos paſtorem ſedulum habuerunt, & mox inſani cuiuſdam Lumæi Comitis furore in immeritam crucem intempeſta nocte egerunt; dum populi ſui rabiem declinare cogeretur, ac nouum Euangelium virtutem ſuam rebellione exercere inciperet, memor ſupereſſe in Sacrario plures hoſtias conſecratas, ne in Impiorum manus deuenirent, omnes abſumpſit, addita nobili hac voce; Hoc ſumpto viatico, armabor ad martyrium, nec deficiam, tam ſalutari refectus Sacramento. *P. Opmerus de martyr. Holland. in codice manuſ. Beyerlinck in Apophthegm. Chriſtian. tit. Euchar.*

Inter Per[illegible]em & Indiam opp[illegible] [illegible] [illegible] manibus C[illegible]ſti [illegible] [illegible]cillimus E
A mine.In eo Cabades, maximam pecuniæ vim pretio[illegible] Dominus honorantes ſe non ſolum [illegible] [illegible]uro remunerat, hoc
pellucidos lapillos, clam aſſeruari intellexit: Eis vt vna cum egit ſua potentia, vt totius [illegible] occ[illegible] [illegible]dem guttula veſti-
oppido poriretur, nihil intentatum reliquit: ſed quo minus, menris eius adhæreret. [illegible] equum [illegible] multa admiratione
quod volebat, efficeret, dæmones, qui theſaurum eum cuſto reaſcendit, & amplius in [illegible] conſ[illegible]s Deum glorificauit.
diebant, obſtitere. Et poſtquam Perſicas euocationes & im- *Cæſar. lib. 9. de Euchariſt. cap. 5*
poſturas, expertus eſt, dæmonibus videlicet locum eum firmiſ- Sancto Liberali Altinenſi Epiſcopo, Heliodori diſcipulo,
ſimè obtinentibus, nihil egit, per Iudæos rem expedire ag- culus oſſa Taruiſij poſita honorantur, vitæ merito conceſſum
greſſus eſt atque vbi per eos quoque optatis votiſque ſuis po- fuit (omne enim donum perfectum deſurſum eſt) vti Domi-
titus non eſt, per Chriſtianos tandem ſe, quod conabatur, con- nico quoque die ſpirituali alimonia corporis & ſanguinis Chri-
fecturum eſſe arbitratus eſt, quos aduerſus dæmones poteſta- ſti, & ſine vllo alio cibo reliquum tempus peragere. Itaque
tem recepiſſe audiuerat. Itaque Chriſtianorum, qui apud Per- quod ad animæ ſalutem ſumptum erat, illius virtute etiam ca-
ſas erat, Epiſcopum ad ſe vocauit. Qui ea de cauſa ſynaxi & ro ſuſtentabatur. In fortitudine ergo cibi huius peruenit vſque
conuentu Eccleſiaſtico popularium ſuorum coacto, & diuinis ad montem, qui Chriſtus eſt, ſublatus in cælum, cùm ſe de
ſanctificationibus perceptis, eiſdémque Chriſtianis, qui ibi terris transferri poſtulaſſet. *Pet. de Natal. lib. 4. Cat. Sanct. c. 93.*
conuenerant datis, ſigno crucis qui locum eum incolebant *Marul lib. 4. c. 1. & 12.*
dæmones exegit, & Cabadæ ſtatim ſine labore vllo oppidum S[illegible]verus Abbas natione Syrus, apud vrbem Agathenſem,
tradidit. Quare conſternatus Perſa primo ſubſellio Epiſcopum Dominico die manè ſacram percipiebat communionem: veſ- F
Chriſtianorum cohoneſtauit, quum ad id vſque tempus Iu- peri verò panem cruce ſignatum ab amico deſtinatum ſume-
B dæi & Manichæi ſedes primarias obtinuiſſent. Atque ab eo bat, altero cibo animam alens, altero corpus ſuſtentans: reli-
tempore, vt deinceps quicunque vellent, Chriſtianorum ſacra quis autem hebdomadæ diebus cibo pariter ac potu vacuus
colerent, poteſtatem liberam omnibus permiſit: quos ille perdurabat. *Idem de Natal. lib. 7.*
antea excruciauerat; adeo vt etiam multis membra & partes Lvdovicvs Pius Imperator in ſupremo morbo, quo obiit, to-
eas per quas vox editur, ademerit: qui tamen illis quoque ſic tos quadraginta dies ieiunus tranſegit, Euchariſtiam ſolam
amiſſis, non minus quam antea clarè ſunt locuti. *Niceph. lib.* quotidie ſumens, vt qui adfuit ei rei ſcriptor teſtatur. *Lud. Bo-*
16. hiſt. Eccl cap. 36. *nius tom. 2. lib 15. de Not. cap. 2.*

Aliam non minus ſtupendam hiſtoriam, & ad Sacramenti huius veritatem aſſerendam non parum efficacem, refert *Ioan. Chiffletius deſcript. Veſuntinæ Ciuit. edit. anno 1618 Lugduni,* in hunc modum.

Anno 1608. die ſancto Pentecoſtes, 25. Maij, in Eccleſia antiquiſſimi monaſterij B. Mariæ Virg. de Faverne, (Aimoinus an. Chriſti 870. Faverniacum vocat) Ord. S Benedicti; Diœceſis Biſontinæ: cum Indulgentiarum tunc conceſſarum cauſa, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in duabus hoſtiis, ipſa eadem die conſecratis, argẽteo Reliquiario, vnius ad minimum marcæ incluſum, de more, populo propoſitum fuiſſet: contigit, vt igne, quo fato neſcitur, accenſo, menſa lignea gra-
C du, tabernaculo, mappis & aliis ornamentis abſumptis; ſuppoſitóque marmore humi fracto, Reliquiarium graue & metallicum, cum duabus incluſis hoſtiis non modo illæſum, ſed etiam in aëre ſuſpenſum, abſque vllo ſuſtentante corpore ſolido, remaneret, idque per ſpatium triginta trium circiter horarum, vſque ad horam ſcilicet decimam matutinam diei Martis, tertij feſti Pentecoſtes: cum, Vicino quodam Parocho, qui ſolenni ſupplicatione illuc aduenerat, Miſſam celebrante, & Sacratiſſimam hoſtiam poſt primam eleuationem dimittente, Reliquiarium ex ſe ſenſim & leuiter deſcendit, rectáque Miſſali codici inſedit, qui corporali contectus (vt cum majore reuerentia exciperetur, ſi fortè decideret) illi eum intermedio ſpatio fuerat ſuppoſitus. Quæ omnia viſa ſunt à quamplurimis integræ fidei teſtibus, quibus per Inquiſitores idoneos auditis firmatum miraculum, ad Dei opt. maxim. gloriam & honorem, Eccleſiæ Catholicæ bonum, & fidelium conſolationem, publicauit Illuſtriſſ. Ferdinandus de Rye, Archiepiſcopus Biſontinus, diplomate Veſontione 10. Iulij, anni 1608. dato. Hoſtiarum miraculoſarum vna Faverniaci remanſit, altera iuſſu Sereniſs. Archiducum Auſtriæ Alberti & Iſabel-
D læ, Burgundiæ Principum, Dolam Sequanorum, maxima pompa, precibus publicis tranſlata eſt, in feſto S. Thomæ Apoſtoli, eiuſdem anni 1608. cui deinde pius Aduocatorum cœtus, ſub S. Iuonis patrocinio, Dolæ pridem inſtitutus, Sacellum ſplendidiſſimum extrui curauit, quod anno 1614. die 19. Maij idem Reuerendiſſ. Ferdinandus ritu ſolenni dedicauit. Hactenus *Chiffletius.*

BENEFICIA CORPORALIA.

Miles quidam in Francia fuit tantæ deuotionis, vt quotieſcumque Chriſti corpus eleuari, ſiue deferri videret, proſtratus illud adoraret. Contigit, vt die quadam veſtibus ſuis pretioſis indutus intraret ciuitatem: cumque platea, in qua equitabat, nimis eſſet lutoſa, ex improuiſo obuium habuit corpus Domini: quo viſo modicum intra ſe deliberans, ait: Quid facies modo: Si in tanta profunditate te proſtraueris, perdita ſunt veſtimenta tua hæc delicata: ſi verò non deſcenderis, ſaluberrimæ conſuetudinis tranſgreſſorem te ſemper accuſabit conſcientia. Quid plura? præualeſcente deuotione, equo proſiliens in lutum ſe miſit: in quo flexis genibus ele-

Circa an. Dom. 1465. quidam Eremita valde pius, Nicolaus nomine, Suitenſis, ſola Euchariſtia apud Heluetios prope Vnderualdem ſingulis menſibus ſumpta, annos quindecim, nulla prorſus alio ſumpto cibo, vixiſſe traditur. Pietatis cauſa seceſſerat ab vxore ita conſentiente, ac liberis: facie ipſa præferebat inediam perpetuam homo macilentiſſimus: quin cùm ea res delata fuiſſet ad Conſtantienſem Epiſcopum, neque fidem adhiberet, iuſſiſſétque tria panis obola ab eo ſui, paruit quidem ille, ſed ægrè deglutire valuit. Tandem obiit opinione ſanctitatis per prouinciam relicta, ann. Domini 1478. *vt Naucler. memorat* gener. 50. *Simon Maiolus in dieb. Canic. col. 4. ex VVern. in Faſcic. an. 1465.*

In territorio Tullenſi iuxta villam Commerciacum, Puel- G
la, quædam annorum circiter duodecim poſt ſacram communionem, quam in Paſcha de manu ſacerdotis accepit, ſine omni victus deſiderio plenum biennium vſque in tertium annum dimidium compleuit, nulla penitus corporis alimenta percipiens. Cœpit autem ieiunare anno Dominicæ incarnationis 823. à Paſcha, & in anno 825. circa initium Nouembris, & peracto ieiunio cibum ſumere, ac cæterorum hominum more manducando viuere cœpit. *Ab Viſſperg. in Chron. Sigeb. ann. 823.*

S. Ebrvlphvs Abbas octogenarius in graué morbum lapſus dies quadraginta ſeptem vixit nihil prorſus eſculenti aut poculenti ſumens, præter aquam ſolam, & corpus & ſanguinem Chriſti qui nihilominus tanquam benè ſatur non ceſſabat prædicare fratribus verbum Dei. Rogantibus eum fratribus, vt ſaltem aliquid cibi caperet, reſpondit ille: Quæſo, fratres, ne huius rei mentio ſit, mihi enim faſtidium parit. *In vita eius apud Surium tom. 6.*

Maria Ogniacenſis tametſi in ſua infirmitate nihil penitus H
edere poſſet, imò nec modici panis odorem perferre, facilè tamen, quidem crebrò Chriſti corpus ſumebat, quod ſtatim quaſi liqueſcens, & in animam eius tranſiens, non ſolùm illam confirmabat, ſed etiam corporis infirmitatem ſine mora reſeruabat: quandoque ſumente illa tum Euchariſtiam facies eius quoſdam ex ſe luminis radios vibrare & diffundere videbatur, nos quidem tentabamus aliquando, an hoſtiam non conſecratam ſemere poſſet, ſed illa à panis odore mox abhorruit, & cùm tuſi exiguam particulam dentibus tetigiſſet, cœpit clamare, expuere, & perinde ac ſi pectus rumperetur, anhelare, & cum ingenti anxietate ſingultire. *Iac. à Vitriaco. in hiſt. occid. cap. 38. Surius 23. Iuny.*

Catharina Senẽſis virgo ſãctiſſima, nõnullas quadrageſimas nihil comedens, aut bibens præter aquam frigidam, Euchariſtiam ſolam ſumens traduxit: cuius efficacia non ſolùm anima, ſed etiam corpus vegetabatur, ita vt prorſus nulla ei iam ineſſet cibi corporei appetentia. Vnde non modò vitam diuini Spiritus gratia, ſed & vires robuſtas & incredibiles hauriebat. *Surius 29. April.*

Virgo quædam Felix nomine ex oppido Barbarini Romæ ætate

A æta [illegible] ſ [illegible] tangens
Euchariſtia tranſegit, [illegible] *[illegible] conſi-*
norius Cacciaguerra, Boſius tom. 2. l. 18. c. 2.

Aliud de eadem [illegible] q [illegible] ſatis notum fuit, & à Pio Papa II. in diplomate [illegible] illius approbatum. Fuit autem illud, quod [illegible] altaris Sacramentum, à primo die cinerum vſque ad Pentecoſten, quod tempus eſt trium menſium, ſine cibo fuit: & ab illo tempore vſque ad mortem eodem modo perſeuerauit. licet propter ſcandalum, & magnas perſecutiones, nonnullas manderet herbas: quarum ſuccum tantummodo degluciebat: & vbi comederat, penna ori impoſita vomitum excitabat, & eundem eiiciebat, quod dum in ventriculo eum contineret, maxima moleſtia afficeretur. Hoc autem erat martyrij genus, quod hanc ſuam ſponſam dum vixit ſufferre ac perpeti voluit. *Lud. l. 2. in ſymb. c. 17.*

GREGORIVS Nazianzenus *in Oratione de funere patris* refert, patrem ſuum ſacerdotem ardentiſſima & diuturna febri exhauſtum ab ancilla aliquando ſynaxis tempore manu deductum in conuentum Eccleſiaſticum: in quo pro more Euchariſtiam, ſed pauciſſimis, & quibus tum per morbum potuit
B verbis conſecratam, aliis & diſtribuerit, & ex ea participarit ipſe quoque: reuerſum verò ad lectum, ciböque parum ac ſomnu refectum, melius ſtatim habuiſſe, ac priſtinæ tandem ſanitati ex integro fuiſſe reſtitutum.

Idem miraculum circa Matrem aliquandu poſt contigit: quod ipſum etiam commemorare operæ pretium eſt. hæc quoque morbus inuadit, fortem alioque fœminam & generoſam, atq; omni vitæ tempore commoda valetudine vſam. In multis autem doloribus, ne ſermonem longius producam, nihil eam perinde diſcruciabat atq; inedia, qua multos iam dies periculoſè affligebatur, neque huius mali remedium vllum inueniebat. Quonam igitur modo eam Deus aluit? Non manna pluens, vt olim Iſraëli aut petram frangens, vt ſitienti populo fontem aperiret; aut per coruos paſcens, vt illum Heliam: aut per Prophetam in ſublime raptum ſatians, vt Danielem, cum fame in lacu vexaretur. Quonam ergo modo? Viſum eſt ipſi, me quem charissimum habebat (neque enim quendam noſtrum alium, nec in ſomnis quidem præferebat) noctu repentè ſuperuenientem cum caniſtro, candidiſſimiſque panibus pro meo more benedictis atque ſignatis eam aluiſſe, ſicque conualuiſſe, viréſque
C collegiſſe. Ac nocturnæ viſioni veritas reſpondebat. Ab eo non tempore ad ſe rediit, ſpémque meliorem concepit quemadmodum & perſpicuo argumento declaratum eſt. Nam cum poſtero die ad eam matutinu ingreſſus primò ſolito hilariorem vidiſſem, deinde hæc conſueta: Vt ſe noctu habuiſſet, ecqua re opus haberet, percontatus eſſem: Tu me, reſpondit illa, ſanè incunctanter ac tranquillo vultu, nate, nutriuiſti, ac poſtea rogas, ecquid valeo? Simulque nutu mihi ancillæ ſignificabant, ne contradicerem, ſed promptè reſponſum hoc acciperem, ne patefacta rei veritate mœrore frangeretur. *Idem ibid.*

Idem *Nazianzenus* hanc etiam vt ſubiicitur, hiſtoriam refert. Ad omnes huius miraculi fama permanauit, atque hæc hiſtoria cum admirandis aliis Dei operibus, & viribus in omnium linguis auribuſque verſatur. Ægro erat ſoror mea Gorgonia corpore peſſiméque affecto, ac morbus inſolens erat ac prodigioſus, & velut ebullitio quædam & feruor ſanguinis, ac deinde eiuſdem concretio, & torpor pallórque incredibilis, ac mentis membrorúmque diſſolutio, idque non per loca interualla, ſed nonnunquam etiam admodum continuè, nec malum hoc humanum eſſe iudicabatur. Nec verò tum ſe-
D paratim tum etiam inter ſe de morbi ratione conſultantium ars & induſtria depellendo dolori par eſſe poterat, nec parentum lacrymæ, quæ multum ſæpe valuerant, nec publicæ preces & ſupplicationes, quas vt pro ſua quiſque ſalute, vniuerſus populus faciebat: omnes enim eo animo erant, vt illius ſalutem, ſuam eſſe ſalutem ducerent: quemadmodum contra, communem illius morbum, communem omnium morbum & calamitatem. Quid igitur magna illa anima, maximiſque digna facit, & quam dolori medicinam adhibet? hic enim iam arcanum ſitum eſt. Deſperatis aliorum omnium auxiliis, ad mortalium omnium medicum confugit, noctiſque intempeſta caligine obſeruata, cùm leuius aliquando morbus vrgeret, ad altare cum fide procumbit, eúmque, qui ſuper illud colitur, cum magno clamore obteſtans, omnibuſque nominibus appellans, atque omnium rerum, quas vnquam mirificè geſſerat, commonefaciens (nam vtriuſque teſtamenti hiſtoricas callebat) tandem pia ac præclara quadam [illegible] tangens [illegible] omnium conſpectu [illegible] imitatur, quidque [illegible] rat, audite: caput cum pari clamore vberrimiſque lacrymis mulierculæ illius inſtar, quæ olim Chriſti pedes irrigarat, altari admouens, nec ſe ante ab eo diſceſſuram minitans, quàm ſanitatem conſecuta ſit, ac deinde hoc ſuo pharmaco totum corpus perungens, & ſicubi quippiam Sacramenti pretioſi corporis & ſanguinis manus condiderat, id lacrymis admiſcens, ô rem admirandam! protinus ſe liberatam morbo ſenſit: atque, & corpore, & animo, & mentis leuis abſcedit, hanc ſpei mercedem conſecuta, vt quod ſperauerat, obtineret, animæque firmitate corpori firmitatem compararet. *Idem in orat. de S. Gorgonia.*

Aderant B. Catharinæ Senenſi virgini duo piiſſimi adoleſcentes patria Senenſes, ambo amanuenſes eius: quorum alter Nerius, alter Stephanus vocabatur. Ex iis Nerius poſtea ſolitariam & propè anachoreticam duxit vitam: Stephanus iubente poſt mortem ſancta virgine, cùm nihil minùs cogitaret (vt ipſe de ſe ſcribit) quàm de monaſtico ſuſcipiendo habitu, Carthuſianus factus eſt celebris, & valde religioſus. F
Cùm autem eſſet ſancta virgo Genuæ: Nerius horribili correptus eſt ægritudine, & præ nimio dolore viſcerum miſerabiles edebat voces & eiulatus, reptabatque manibus & pedibus de lectulo, in lectulum, tanquam aliquod leuamentum perpetuis illis cruciatibus reperturus. Indicantur hæc ſanctæ virgini: illa iubet acciri medicos. Veniunt duo medici, fiunt omnia, quæ illi præſcribunt: ſed miſer ille non modò nihilo meliùs, ſed peiùs etiam habere cœpit, ita vt medici eius vitę ſpem omnem abiicerent. Quod cùm Stephanus audiuiſſet, ad virginem ſanctam ſe confert, eius pedibus lacrymabundus aduoluitur, orat, ne ſinat ſocium ſuum in peregrino ſolo miſerabiliter ex hac vita migrare. Et illa: Cur ſic, inquit, doles, fili, ſi Deo viſum eſt fratrem tuum ad ſuum regnū euocare; Stephanus perſeuerat in precibus ſuis, dicit ſe nihil ambigere? quin ſi velit, poſſit Nerio ſalutem obtinere. Vbi eras, inquit, me ad ſacram communionem abire conſpexeris, reduc mihi iſthuc in memoriam, & ego offeram Deo preces: tu verò rogabis Dominum, vt illas admittat. Abit Stephanus fiducia plenus, & altera luce virgini ad Miſſam eunti inculcat preces ſuas. Percepit ſacram Euchariſtiam, & more
G ſolito extra ſe rapta eſt: vbi autem ad ſe rediit, Stephanum illic exſpectantem ſubridens ita alloquitur: Dominus nobis reſtituit Nerium. Stephanus celeriter abit ad Nerium, eúmque in Domino conſulatur. Deinde paulatim remittitur morbi acerbitas, & Nerius totus reualeſcit. Ecce autem Stephanus, qui ei miniſtrauerat ægrotanti, ex multis corporis & animi moleſtiis, quas eius cauſa pertulerat, febres acrea cum vomitu & intolerabili capitis dolore patitur: & quia omnibus præcipuè charus erat, omnes ſanctæ virginis ſocij decumbenti aſſiſtunt. Sed virgo ſacra non ferens eius afflictionē, ad decumbentem accedens: Præcipio, inquit, tibi in virtute ſanctæ obedientiæ, vt has febres deinceps minimè patiaris. Abſceſſit febris & Stephanus totus ſurrexit incolumis. *Lud Granat. conc. 4. de S. Cathar. Senenſ. § 3.*

Vir quoque beatiſſimus Agapetus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifex, anno 560. ad Iuſtinianum Principem acceſſit. Cui adhuc proficiſcenti quadam die in Græciarum iam partibus curandus oblatus eſt mutus & claudus, qui nulla verba edere, neque ex terra vnquam ſurgere valebat. Cúmque hunc propinqui illius flentes obtuliſſent, vir Domini ſolicitè requi-
H ſiuit, an curationis illius haberent fidem. Cui dum in virtute Dei ex auctoritate Petri fixam ſalutis illius ſpem habere ſe dicerent, protinus venerandus vir orationi incubuit, & Miſſarum ſolennia exorſus ſacrificium in conſpectu Dei omnipotentis immolauit. Quo peracto ab altari exiens claudi manum tenuit, atque aſſiſtente & aſpiciente populo, eum mox à terra in propriis greſſibus erexit. Cúmque ei Dominicum corpus in os mitteret, illa diu muta, ad loquendum lingua eſt ſoluta. Mirati omnes flere præ gaudio cœperunt: eorúmque mentes illicò metus & reuerentia inuaſit. *S. Gregor. lib. 3 dialog. cap. 3.*

Huc refertur, quod ſcribitur in vita *Theodori Archimandritæ*, qui imperante Phoca vixit, Georgium Cappadocem, virum nobiliſſimum, ductum fuiſſe catenis vndique circumligatum iuſſu Imperatoris, cumque Theodoretus periiſſet, vt ab iis ſolueretur, donec illi daret Euchariſtiam, militéſque id ſancto pernegaſſent diu multiſque hoc petenti, acci-

 dit,

A dit, vt eo fomente Euchariſtiam ſubi[illegible] videlicet vaſcula fa-lata ſponte conciderent ad terram. *Bozius de ſig. Eccleſ. l.b 15. cap. 2.*

De Satyro fratre S. Ambroſij, fertur, quòd prius quàm perfectioribus eſſet initiatus myſterijs, in naufragio conſtitutus cum ea, qua veheretur, nauis ſcopuloſo illiſa vado, & vrgentibus hinc atque inde fluctibus ſolueretur, non mortem metuens, ſed ne vacuus myſterio exiret è vita, quos initiatos eſſe cognouerat, ab his diuinum illud fidelium ſacramentum popoſcit, non vt curioſos oculos inſereret arcanis, ſed vt fidei ſuæ conſequeretur auxilium; etenim ligari fecit in orario: & orarium inuoluit collo, atque ita ſe deiecit in mare non requirens de nauis compage reſolutam tabulam, cui ſupernatans iuuaretur, quia fidei ſolius arma quæſierat. Itaque his ſe tectum atque munitum ſatis credens alia auxilia non deſiderauit: ſimul & fortitudinem eius ſpectare licet, qui fatiſcente remigio, non quaſi naufragus tabulam ſumpſerit, ſed quaſi fortis ex ſeipſo adminiculum ſuæ virtutis aſſumpſerit. Nec deſeruit ſpes, nec fefellit opinio, denique primus ſeruatus ex
B vndis, & in portum terrenæ ſtationis euectus, Præſulem ſuum, cui ſe crediderat, recognouit, ſtatimque vbi etiam cæteros ſeruulos ſuos vel ipſe liberauit, vel liberatos comperit, negligens facultatum, nec amiſſa deſiderans, Dei Eccleſiam requiſiuit, vt ageret gratias liberatus, & myſteria æterna cognoſceret, pronuncians nullum referendæ gratiæ maius eſſe officium. Quod ſi homini non ferre ſimile homicidio indicatum eſt, quantum crimen eſt non referre Deo? *Ambr. Orat. de obitu fratris.*

Neque hoc ſilendum puto, quod omnipotens Deus ſuper Maximianum famulum ſuum, nunc Syracuſanum Epiſcopum, tunc autem mei Monaſterij patrem, dignatus eſt monſtrare miraculum ait *D. Gregor.* Nam dum iuſſione Pontificis mei in Conſtantinopolitanæ vrbis, palatio reſponſis Eccleſiaſticis deſeruirem: illuc ad me idem venerabilis Maximianus charitate exigente cum fratribus venit. Qui cùm ad monaſterium meum Romam rediret, in mari Adriatico nimia tempeſtate deprehenſus, inæſtimabili ordine atque inuſitato miraculo ergaſſe cunctóſque, ventorum nimietatibus eleuati fluctus ſæuirent, ex nauiclatus perditis arbor abſciſſa eſt; vela
C in vndis proiecta: totúmque vas nauis caſſatum nimis fluctibus ab omni fuerat ſua compage diſſolutum. Rimis itaque patentibus intrare mare, atque vſque ad ſuperiores tabulas impleuit nauem, ita vt non tam nauis intra vndas, quam vndæ iam intra nauem eſſe viderentur. Tunc in eadem naui reſidentes non iam ex morte vicina, ſed ex ipſa eius præſentia ac viſione turbati omnes, ſibimet pacem dederunt, corpus & ſanguinem Redemptoris acceperunt, Deo ſe ſinguli commendantes: vt eorum animas benignè ſuſciperet, quorum corpore in tam pauida morte tradiderat. Sed omnipotens Deus, qui eorum mentes mirabiliter terruit, eorum quoque vitam mirabilius ſeruauit: nam diebus octo nauis eadem vſque ad ſuperiores tabulas aquis plena iter proprium peragens enatauit: nono autem die in Cothronenſis Caſtri portum deducta eſt, ex qua exierunt omnes incolumes, qui cum prędicto venerabili viro Maximiano nauigabant. Cúmque poſt eos ipſe quoque fuiſſet egreſſus, mox in eiuſdem portus profundum nauis demerſa eſt: ac ſi illis egredientibus pręponderе ſubleuatione caruiſſet, & plena hominibus in pelago aquas portauerat, atque natauerat: Maximiano cum ſuis fra-
D tribus recedente, aquas ſine hominibus in portu non valuit portare, vt hinc omnipotens Deus oſtenderet, quia hanc onuſtam ſua manu tenuerat, quę ab omnibus vacua & derelicta ſuper aquas non potuit manere. *D. Gregor. lib. 3. Dialog. cap. 36.*

In Actis S. Byrini viri Apoſtolici, quibus & prędicationis eius tempora conſignantur, nimirum anno trigeſimo octauo ab ingreſſu Auguſtini in Angliam, ab aduentu verò Domini anno ſexcenteſimo quinto, ingens miraculum deſcribitur: Ad littus Britannici freti arrepto itinere perueniens, aſcenſurus nauem diuina celebrat myſteria, ſibi ſuiſque viaticum parans, ſalutaris hoſtię pia libamina Deo obtulit. Vrgente verò nauigationis articulo, ad nauem feſtinans introducitur: & inſurgente vento, dum alta ſulcarent pelagi, reminiſcitur Byrinus, ſe rem præcipuè caram amiſiſſe, & nautis vrgentibus impeditum, in littore, vnde abſceſſerat, reliquiſſe. Dederat enim ei Honorius Papa pallam, ſuper quam corpus Chriſti conſecrabat, & in qua corpus Dominicum inuolutum

E & [illegible] collum [illegible] in ſemp[illegible] ferebat, atque inter ſacrandum ſacroſancta myſteri[illegible] [illegible] ctum altare ponere conſueuit. Fide igitur armatus, in [illegible] deſcendit Deum auctorem habens, per [illegible] tutus incedit, & recepto quod reliquerat, ad nauem [illegible] [illegible] dit autem illam quaſi immobilem inſtantem, c[illegible] per vndas maris velociter currentem reliquiſſet. Vt autem in eam ingreſſus eſt, nec vnam quidem in veſtimento eius aquæ gutta deprehenſa eſt. Id nautæ videntes, flexis genibus, tanquam Deum eum adorauerunt, & complures ex eis ad fidem Chriſti, prædicante illo verbum Dei, conuerſi ſunt. Vides, inquit *Baronius*, perſeueraſſe hactenus apud fideles valde pios priſtinum illum morem, qui à S. Ambroſio deſcribitur in funere Satyri fratris, portandi ſcilicet in itinere, terra marique ſacroſanctam Euchariſtiam ſudario inuolutam: quam piam conſuetudinem ſicut feruens religio introduxit, ita & religio æquè ſancta ſubduxit: ſuadebat illud tunc fides, quod poſtea reuerentia diſſuaſit. Vtrobique commendandi fideles, ſicut in
F vtroque apparet Apoſtolorum prædicata fiducia, & commendata modeſtia, ſiue cùm nolunt ad momentum carere Chriſti præſentia, ſiue, vt fecit Petrus repellendo eum à ſe, cùm dixit: Exi à me, quia homo peccator ſum, Domine. *Baron. tom. 8. Anno 653.*

Memoriæ prodidit poſt *Euagrium Nicephorus Calliſtus* rem prorſus admirabilem, ac ſcitu digniſſimam, In hæc verba: Anthimo, inquit ille, è ſede Epiſcopi deiecto in vrbe Imperatoria, & Mena loco ipſius ab Agathone Papa electo, ac conſecrato, miraculum quoddam Conſtantinopoli dignum quod memoretur accidit. Conſuetudo à multo tempore Imperatoriæ vrbi fuit, vt cùm pluſculum de partibus immaculati diuinique corporis Chriſti reliquum foret, pueros incorruptos ex iis, qui ad præceptores eunt in ludum litterarium accerſerent, qui ieiuni reliquias illas ederent: quod quidem nihil quoque ſæpenumero quum puer admodum eſſem, & maxime prima ætate in ſacris ædibus verſari ſtudio haberem, contigit. Tale quiddam ſub Mena quoque Patriarcha accidit. Cum pueris ad hoc delectis Puer quoque viri religione Iudæi vitro conficiendo vita tuentis adiunctus eſt. Pueris vbi diutius vltra ſolitam horam moratus domum venit, & cauſam tar-
G dioris reditus parentibus ipſum diligentius inquirentibus, quòd ſcilicet cum pueris aliis diuinas partes ediſſet, renunciauit. Pater, audita re noua, furore percitus, fornacem, vbi vitrum conformabat, ſuccendit, & arreptum puerum in illam prunis, flamma ſuffocata, candentem coniecit, ob huiuſmodi factum iratus; quamuis filius ſciens nihil admiſiſſet. Porrò mater, vbi puerum diutius non comparentem quæſiiſſet, neque inueniſſet, vrbem omnem circumiit, perquàm acerbè plorans, ac lugens: & die tertio ad officinam mariti conſiſtens, ingenti planctu: ſeipſam lanians, prolixiúſque ingemiſcens, filium vocauit: materna ille voce agnita reſponſum dedit à camino. Tum mater oſtio furni fracto, cum miraculo maximo in mediis prunis puerum ſtantem vidit ita prorſus incolumen, vt ne capillum quidem flamma læſerit: & vbi cauſam incolumitatis quæſiuit mulierem quandam illuſtrem, purpurea amictam ſtola frequentius ad ſe veniſſe, aquam ſibi infudiſſe, flammamque appropinquantem extinxiſſe, cibum etiam, cùm eſuriret, præbuiſſe dixit. Hæc poſtquam Iuſtinianus cognouit, puerum cum matre diuino regenerationis lauacro adhibuit, Deoque dedicauit. Hæc *Euagrius*, qui ſub hæc tempora vixit. *Lib. 4. hiſt. c. 24. Greg. Turon. l. 4. mir. c. 10.*

H Anno Domini 1529. menſis Nouembris die 29. peregrè inuiſunt venerabile Sacramentum Bruxellas, heroïs Ioanna à Duffule annos nata circiter vnum aut viginti duos, nondum nupta, virguncula etiamnum, filia heroïs Iacobi à Doffule Licentiati Vicepræſidis præfecturæ Louanienſis apud Brabantos, vnà cum nouerca, aliiſque item duabus comitata dominabus, iiſque cognatis. Quæ mirum Ioanna à Duffele miſerè circum præcordia diuexabatur, ex æquo manca atque claudicans in brachio, in manibus denique, & in pedibus, cùm pes alter altero contractior breuiórque foret, ampliùs trimeſtri, ſpatio, ita vt in ſoris crurum tenus nerui contracti rigeſcerent, perinde ac ſi prægrandes fuiſſent fides. Quem porrò morbum ex diutina contraxit ægritudine, qua iam pridem laborauerat, ac id temporis etiamnum laborabat. Ingreſſa Bruxellas, in ædibúſque Iaſparis Longueuillæ heroïs hoſpitio excepta, Ioannam à Duffule ſedili geſtatorio inſidentem à duobus viris curarunt perferendam in templum D. Dudilæ ſacrum: quan-

doquidem

A [illegible] ena ope po[illegible]ptate. Aduect[illegible] Sacram no[illegible] præſentibus, quas dixi com[illegible] quidem, ſed tamen in gradum è regione Sacram[illegible]nt. Quæ ibidem, quum ad internallum trium [illegible] Dominicarum deſediſſet, contemplando iuxta [illegible]do Euchariſtiam, extra ſe poſita ſuique impotens facta, nullum ſenſus indicium ederet, ita ſpatio decem aut duodecim precationum Dominicarum humi procubuit. Deinde ſibi reſtituta citra illius auxilium in pedes conſurrexit, haud aliter recta incedens, ac ſi nunquam laboraſſet infirmitate valetudinis aduerſæ: accidénſque in genua coram venerabili Sacramento proximè loculamentum, ſiue, vt vocant, armarium Euchariſtiæ, amare flebat, agendo Deo gratias: alloquendoque D. Joannem Bolaert Sacerdotem cuſtodemque eiuſdem Sacramenti, ibidem hærentem ad excipiendas oblatiunculas, hanc verborum formam protulit: Domine, non ſum digna accipere eam, quam erga me Dominus noſter Ieſus Chriſtus oſtendit gratiam. Equitem ego in totum, laus Superis, reualui. Aderant tum circiter centum homines, quorum plerique omnes præ lætitia lachrymabantur. **B** Ioanna autem herois ipſa ſuis pedibus recta in id, quod ſupra diximus hoſpitium, vndique ſanata à claudicatione, cæteriſque alijs languoribus, properauit. Quæ natali D. Catharinæ eodem reuerſa in gratiarum actionem, ſacroſanctam percepit Euchariſtiam: & vnà cùm patre reliquiſque cognatis, Miſſę in honorem venerabilis Sacramenti eodem die ibidem maximo apparatu, pro peruetuſto more, cantatę interfuere. *Ex lib. P. Theod. Loer. Carthuſ.*

Lavrentivs Surius in Commentario ſub anno Domini 1567. egregium refert exemplum eo anno accidiſſe vltima Iunij. Cum patibulo, inquit ſeptem addicti iure fuiſſent apud Harlinghen Phriſiæ à gubernatore, ex iis, vnus duntaxat ad fidem Catholicam ſe recipiens peccata ſua cuidam Franciſcano Patri confeſſus eſt, petijtque Miſſam fieri, in eaque ſacroſanctam Euchariſtiam ſibi porrigi. Qood cùm factum eſſet atque ille cum alijs ſuſpenſus iam ſpiritum exhalaſſe putaretur, animaduertit Præfectus eum etiamnum animam agere. Iuſſit igitur lictori, vt mortem vno adhuc ſaltu illi acceleraret. Quod cùm ille tentaret, funis ruptus eſt, illéque humi collapſus paulò poſt, tum à Deo, tum à Præfecto ore titubante veniam & petiit, & impetrauit, traditúſque chirurgo curandus **C** diu ſuperuixit. Quotquot verò ſpectaculo illi aderant, miraculi loco iſtuc habuere, quod ſacroſanctæ Euchariſtiæ virtute à morte ſeruatus eſſet homo ille, & multi ſane in Phriſia hac re permoti quotidie ad Catholicam fidem rediere. Quæſitum etiam tum fuit; num funis firmus eſſet, num etiam ipſe homo ponderoſus eſſet? Inuentus eſt non modò ipſe, qui cecidit, leuior, verùm etiam funis ipſe firmior.

Amſtelredami in loco ſacro, memoria Sacramenti ſacroſancti, quod inſigni miraculo claruit anno ſupra milleſimum trecenteſimo quadrageſimo quinto, die decima ſexta Martij. Ab ægro enim cum phlegmatibus eiectum, & in ignē miſſum, nec candorem amiſit, nec vllam læſionem à flammis accepit. Deinde ciſtæ impoſitum, ibi etiam ſtupendis miraculis claruit. Vnde aduocatus ſacerdos ſacroſanctum corpus ad parochiam detulit. Erat autem hoſtia reſurgentis Domini imagine conſignata, pedem alterum ſupra ſepulchrum, alterum introrſum defigentis: Domus autem, in qua primum miraculum contigit, eſt deiecta, & in ſacellum ſacri loci commutata. In foco autem & cineribus, qui ex igne ſupererant, at**D**tactu corporis Domini ſanctificatis, magnificum erectum eſt tabernaculum, in quod dicta ſacra hoſtia ex parochia delata annis plurimis in ſumma fuit veneratione. Ipſi autem cineres ſacri licet ad varia genera morborum profliganda ſubinde auferantur, vix tamen imminuti ſuauè adhuc olentes cernuntur. Cæterum anno quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, cum magna oppidi portione conflagrauit etiam ſacri loci ſacellum; ſed liquefactis circumquaque metallis, hoſtia glorioſo prodigio eſt conſeruata, cum arcula, qua continebatur, & ſyndone byſſina, qua contra pulueres decidentes muniebatur. Quo miraculo excitati ciues ſacellum aliud ſplendidius erexerunt, magnificè dotarunt, & mirificè exornarunt. Vnde Dominus, qui honorantes ſe honorat, locum illum ſacrum, & Venerabile ſacramentum multis miraculis illuſtrauit. Diuerſi enim qui ad hunc locum vota vouerunt, liberati ſunt à dæmonum impetitionibus, à naufragij extremis periculis, à vinculis in Barbaria, Hiſpania, & Gallia, à dolore partus, ab exul[illegible] ceratorum [illegible] quibuſdam abſque baptiſmate mortu[illegible] vita eſt reddita, vt Sacramenti re[illegible]generationis participes ſaluarentur Amiſſæ res ſunt recuperatæ. Furti ſuſpicione ſeſe maculantibus pax eſt reddita, dum huc precaturi properarent, & res palam appareret. Feſtum celebratur à clero & populo vſque ad prandium, cum ſolenni proceſſione, feria plerunque quarta proxima, feſto Diui Gregorij rariſſimè enim transfertur. Et omnis clerus dictæ vrbis habet ex indulto Vltraiectenſium Epiſcoporum proprium per totam octauam officium, excuſum Amſtelredami, vnde ſuperiora carptim annotauimus. *Dauroutius in Catheb. hiſt.*

Quodam die, dum Quidam ſancti Benedicti puerulus Monachus parentes ſuos vltrà, quàm deberet, diligens, atque ad eorum habitaculum tendens, ſine benedictione de monaſterio exiiſſet, eodem die, vt ad eos peruenit, defunctus eſt; cumque eſſet ſepultus, die altero proiectum foras corpus eius inuentum eſt, quod rurſus ſepulturæ tradere curauerunt: ſed ſequenti die iterum proiectum exterius, atque inhumatum, ſicut prius inuenerunt. Tunc conciti ad Benedicti patris veſtigia currentes, cum magno fletu petierunt, vt ei ſuam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu ſua protinus communionem Dominici corporis dedit, dicens: Ite, atque hoc Dominicum corpus ſuper pectus eius cum magna reuerentia ponite, & ſic ſepulturæ eum tradite. Quod dum factum fuiſſet, ſuſceptum corpus eius terra tenuit, nec vltra proiecit. Perpendis, Petre, apud Ieſum Chriſtum Dominum, cuius meriti iſte vir fuerit, vt eius corpus etiam terra projécerit, qui Benedicti gratiam non haberet. *Gregor. lib. 1. Dialog. cap. 4. anno Dom. 530.*

Circa annum Domini milleſimum ducenteſimum octogeſimum octauum, *Renerus S. Laurentij lib. de viris illuſtribus monaſterij* ſui tradit eueniſſe, vt circumpoſitas Tuitienſi cœnobio graue incendium officinas corriperet, atque abſumeret, **F** Vndiq; ſæuiebant immaniter flammę, vt ipſum iam cœnobium ſubſideret periculo, niſi diuina ierorasſet miſeratio. Vt enim videre aliquib. datū eſt, ſidereæ deſuper claritatis perſona adſtitit quæ ſui amictus ora, veluti quodam flabello, inſurgentes ignium globos euentilaret. Refugere igitur vapores, illæſa emicuit domus illa, impleto haud dubiè, quod ad Dominum Propheta dicit: Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis: **G** Parochianam verò Eccleſiam depaſta ſunt incendia: ſed ibi nihilominus Chriſti glorioſè magnificata eſt dextera. Cùm fuerit namque tanta conflagratio, vt etiam campanas liquefecerit eiuſdem Eccleſiæ, armariolum tamen ligneum, quo in pyxide clauſum corpus Dominicum habebatur, corrumpi aduſtione non potuit, ſacroſanctum ſcilicet ſuum ſeruante Sancto Sanctorum, cuius caro requieuit in ſpe, cuius non derelicta fuit anima in inferno: cui datum eſt non videre corruptionem. *Rupert. Tuitienſ. lib. de incend. Tuitienſ. cap. 4. & 5.*

☞ *Exemplum* S. Claræ *require memb. vet. huius vit.*

Tertio Idus Nouembris ferijs Diui Martini Turonenſis Epiſcopi, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, pulchrum fit Brugis miraculum per ſacratiſſimum ſanguinem Domini. Mulier quædam Infantem enixa, qui videbatur mortuus, non ceſſat inclamare ſacroſanctum cruorem Chriſti: pro conſolatione bonaque fide & fiducia ſua, id omne quod petiit obtinuit: Nam poſt diem tertium quàm erat ſepultus, refoſſus infans vixit, & baptizatus eſt. *Iac. Meyer. lib. 9. Annal. Flandriæ ad an.* 1470.

Etiam in bello prodeſt.

H Anno incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti nongenteſimo quinquageſimo quinto, tanta multitudo Vngarorum erupit, quantam tunc temporis viuentium hominum nemo ſe antea vidiſſe in vlla regione profitebatur, & Noricorum regionem à Danubio flumine, vſque ad Nigram ſyluam quæ pertinet ad montana, ſimul deuaſtando occupauit, & cùm Lycum tranſcenderet, & Alemanniam occuparet, Eccleſiam ſanctæ Afræ concremauit, & totam prouinciam à Danubio vſque ad ſyluam deprædauit, & maximam partem vſque ad Hilaram fluuium igne combuſſit: Auguſtam autem ciuitatem obſedit, quæ tunc imis ſine turribus circumdata, muris firma ex ſeipſa non fuit. Sanctus autem Antiſtes magnam valde multitudinem optimorum militum ſecum intra ſepta ciuitatis collocatam habebat, ex quorum agilitate, & audacia ciuitas fortiter firmata Deo iuuante conſiſtebat. Ille autem totum ſpatium noctis in oratione pernoctans religioſas mulieres in ciuitate congregatas concitabat;

vt

vt vna pars ea [illegible] ... mando intra circumiret, & altera pars clementiam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ pro defenſione populi, & pro liberatione ciuitatis ſtudioſiſſimè pauimento proſtrata flagitaret. Ipſe autem minimam particulam noctis ante matutinam horam corpus requiei ſoporis indulſit, vt matutinis laudibus expletis, aurora primùm irrumpente, ſalutaris ſacrificij hoſtiam Deo libare licuiſſet. Miniſterio ſacro peracto, viatico ſacro omnes recreauit, humilique admonitione perſuaſit, vt in fide recto perſiſtentes ſpem ſuam in Domino componere non dubitarent, indicens eis omnigenam ſponſionem conſolationis, & annuntians pſalmographi Dauid verba dicentis: Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es, &c. Sic planè accidit ſecundum illud Apoſtoli: Sancti per fidem caſtra etiam verterunt exterorum, vt planè non minori virtute ipſe Auguſtanam defenderit ciuitatem, quàm Otto Rex eos pugnando deleuerit, de quo mox ſubiicit iſta: Rex igitur cùm tantum exercitum Vngarorum perſpexiſſet, æſtimauit non poſſe ab hominibus ſuperari, ni Deus omnipotens eos occidere dignaretur, in cuius adiutorium confidens, ſummúmque conſolationibus Principum roboratus bellum viriliter cum eis agere cœpit, & cùm mutua cæde vtrobique cecidiſſent, & his interfectis, qui ad occiſionem à Deo prædeſtinati erant; glorioſa victoria Ottoni Regi à Deo, cui nihil eſt impoſsibile, data eſt, ita vt exercitus Vngarorum in fugam verſus virtutem prælіandi vltra non haberet. Et quamuis incredibilis numerus illorum occiſus fuiſſet, tantus tamen adhuc exercitus eorum remanebat, vt hi qui de propugnaculis Auguſtæ ciuitatis eos venire conſpexerunt, non pugna laceſsitos eos redire exiſtimauerant, donec prætereuntes ciuitatem vlteriora Lici fluminis litora feſtinando repetere cognouerunt. Rex autem cum ſuis eos ſequens, & quibus ſe coniungere potuit occidens, veſpertina hora diei peruenit ad Auguſtam. *Baron. tom. 10. Annal. ad annum 955. ex Vdalrico.*

Anno Domini 1040. cùm Saraceni ex Africa venientes Meſſanam vrbem, quam Catalaens Præfectus Michaëlis Imperatoris tenebat, obſediſſent, & iam ob victorias priores elati, & ideò negligentiores redditi eſſent, Catacus iſta intuens iuſsit ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium primùm offerri, inde verò milites omnes ſacra Euchariſtia participando muniti, moxque in hoſtes erumpens, imparatos offenſos omnes vel trucidauit, vel fugere coegit. Rem geſtam ſic accipere ex auctore: Quarta die, qua conſueuimus mediam Pentecoſten celebrare, Catalaens cognomento Combuſtus, animaduerſa negligentia & ſocordia Saracenorum, & vt illi ſine vlla cura & ſollicitudine degunt, nihil curantes eorum, quæ intra muros fierent, ſuo exercitu confirmato, cùm iuſsiſſet ſacrificium incruentum perfici, ſimulque cum omnibus particeps fuiſſe diuini Sacramenti, circiter prandij horam, apertis vrbis portis, maximo impetu in aduerſarios erumpit ebrios, & crapula onuſtos. Ipſe primùm ad tabernaculum Apocaphar Inſulæ Principis adequitans, & ille quidem ſtatim interficitur, mollis, & facilis captu præ ebrietate, eiuſque tabernaculum perrumpitur. Cadebant etiam alij Saraceni aceruatim præ ebrietate labentes, & inopinato impetu nihil prorſus virtutis memores. Fuit igitur ſtrages totius exercitus, cùm Saraceni ſeſe mutuò obterentes occiderent, ita vt cadaueribus complerentur planities, & proximæ conualles, & flumina: captaque ſunt omnia caſtra auro, & argento, & margaritis, pretioſiſque lapillis referta, quos (vt refertur) Medimnis milites diuiſere. Et ita omnis Sicilia, quæ breui tempore à Maniaco ſubacta fuerat, breui quoque negligentia, & vitio Ducum curſum in poteſtatem Saracenorum peruenit, cùm ſola Meſſana eo modo, quo diximus, relicta fuiſſet, iterum recuperata eſt. *Idem ex Ioan. Curopalata tom. 11. anno 1040.*

Henricus IX. Imperator de Vltramontanis partibus veniens, priùs quàm ad bellum proficiſceretur, miſit beato viro Romualdo legationem deprecatoriam, vt ad eum venire dignaretur. Eius itaque precibus ad Deum ſe commendans, ad victoriam aperuit ſibi viam, imitatus Theodoſium, qui dimicaturus aduerſus tyrannos, legationem primùm miſit ad ſanctum Ioannem Anachoretam in Ægypto morantem. Qui enim in omnibus ſpecimen dedit Chriſtianiſsimi Imperatoris, ſanctiſsimi planè Ducis in militibus ad bellum parandis, omnes numeros pietatis abſoluit: quippe qui ſacratiſſima Eu- [illegible] camera [illegible] que patronos [illegible] Martyres Laurentium, [illegible] Hadrianum, quos prænio Angelo præcedere conſueuiſſe aliquando vidiſſet exercitum. *Idem tom. 11. ex P. D. [illegible]. & Bonfinio.*

Gvlielmvs Comes Northmanniæ, claſſe comparata in Angliam venit recenti victoria tumidum aggreſſurus Haroldum Tyrannum Regem Noruegiæ. Præcedentem verò noctem certaminis inſumpſiſſe Guillelmi milites in confeſſione peccatorum ſuorum, & ad prælium ſeſe muniuiſſe ſacratiſſima Euchariſtiæ ſumptione, qui res tunc geſtas prolixius proſequuti ſunt, narrant, adduntque in ambiguo ſatis prælio Deum fauiſſe iuſtitiæ, Guillelmóque tribuiſſe victoriam, pridie Idus Octobris, die ipſa, qua ſancti Calliſti Papæ & martyris anniuerſaria dies agitur in Eccleſia. *Idem anno 1066. ex Ingulpho. &c.*

Cum Duces exercitus belli ſacri Ieruſalem liberaturi ad terram ſanctam proficiſcerentur, in via Antiochiam Syriæ, quæ noua olim fuit gentilium Ieruſalem, à decima die Octobris obſeſſam tertia demum die Iunij expugnarunt, opera potiſſimum Boëmundi, qui inuento per amicum modo intrandi, prior intrauit; poſt quem Flandrenſis & Nordmannus. Occupatam autem vrbem magnus Princeps Corbagath obſidione vallauit, & clam vnam turrim occupaſſet, niſi viriliter ei reſtitiſſet Henricus de Aſcha cum duobus cognatis. Cùm autem intus inedia premerentur, Petrus Eremita miſſus eſt legatus ad hoſtes, eiſque renuntiauit pugnam depoſcere. Vnde vniuerſæ legiones ſummo manè celebratis diuinis, & cæleſtis cibi munere ſatiatæ, per Dominum confortatæ eruperunt, & de hoſtibus triumpharunt. Vrbe iam in tranquillitate compoſita, verſus Ieruſalem tendentes multas vrbes occuparunt, & poſt variam fortunam anno milleſimo nonageſimo nono, ſeptima Iunij ad vrbem ſanctam & Deo amabilem Ieroſolymam caſtrametatæ ſunt. Cumque victus & aquæ penuria laborarent, ex communi decreto indictæ ſunt Litaniæ, & ſumptis crucibus & ſanctorum patrociniis, Epiſcopi & Clerus nudis pedibus populum ſubſequentem vſque ad montem Oliueti præceſſerunt. Vbi Petrus Eremita, & Arnulphus familiares Comitis Nordmanni populum exhortationis ſermone ad longanimitatem animarunt. Octaua autem die humiliationis, obſidionis autem trigeſima nona, eadem feria & hora, quibus Saluator ibi pro noſtra ſalute mortem crucis ſubiit, vrbs capta eſt, Idibus Iulij, eo videlicet die, quo primitiua Eccleſia inde abiecta fuit, cùm feſtum de diſperſione Apoſtolorum celebratur. *Molanus in nat. SS. Belg. ex Tyrio.*

Laudatiſſimus Imper. Constantinvs ſuos filios & milites priſtino errore liberatos præceptis inſtituit veritatis, ita vt filij poſtea firmiorem reddiderint paternam doctrinam: extat enim laudabile factum Conſtantij eius filij, ex quo facilè coniectura fieri poteſt de ſtudio illius erga res diuinas. In bello enim contra Magnentium ſuſcepto, toto ſuo exercitu in vnum coacto, omnes cohortatus eſt, vt diuina perciperent myſteria: ſemper enim incertum eſſe finem vitæ, multo autem maximè in bello, vbi tot vndique millia telorum, iaculorum, haſtarum immitterentur, tot enſes gladiíque vibrarentur, aliæque machinæ inſtruerentur, de quibus violenta mors inferri ſoleret. Itaque vnumquemque precioſam veſtem illam induturum eſſe oportere, qua maximè illa in vita opus ſit futurum. Quod ſi quis, inquit, noluerit hoc tempore amiculum illud ſibi circumdare, is nunc iam dimiſſus domum reuertatur: nam niſi mecum initiatis in cella ſociis vti non volo. *Theod. lib. hiſt. cap. 3.*

Henricvs Anglorum Rex anno 1415. circumuentus ab exercitu Regis Gallorum, quæcunque obtinuiſſet in Gallia, dimittere voluit, ſi cum ſuis incolumis abire permitteretur. Negantibus Gallis, nocte ſubſecuta vocatis Centurionibus, & Decanis militum: Neque fugere, inquit, commilitones, neque ab hoſtibus incolumitatem conſequi poſſumus, quamuis cedere regno Galliæ voluerimus: ſola nos arma tueri non poſſunt. Non eſt, cur numeroſum exercitum formidetis; iuſtam cauſam iuſtus Deus adiuuabit. Ite, & alterum alteri peccata veſtra confitemini, pauxillumque terræ ob memoriam ſacramenti Euchariſtiæ Saluatoris alter alteri porrigite. Craſtina die liberabit nos Dominus ex manibus inimicorum. Sic dimiſſa concione, peractis quæ iuſſerat, euntes milites corpora præcipit. Sequenti die, vt primum lux orta

A o[illegible] præ[illegible] millia Ar[illegible]
glorum ſexaginta millia h[illegible] a ingens turba,
nobilitas Galliæ propè omnis capta, paucos fuga ſeruauit: tá-
que potiſſimum dies Gallorum opes fregit. *Æn. Syluius lib. 3. Comment. in Panorm. c. 50.*

Anno Chriſti octingenteſimo quadrageſimo octauo. Saraceni poſt multas prædas in Italia factas, ad mare profecti naues conſcendere; verùm ſæua coorta tempeſtate iactati optatum tenere curſum nequiuere; ſed plerique fœdis factis naufragiis periere, ſanctis ipſis Apoſtolis iniquam templorum ſuorum direptionem præſenti ſuo nomine punientibus. Superſtites autem ſuperioris prædæ dulcedine incitati, maiori nauium atque hominum numero comparato, Romam vnam iterum ſpectantes, in Sardiniam acceſſerunt. Hoc cognito, Neapolitani, Amalfitani, & Caietani certatim claſſe comparata Saracenis occurrere ſtatuerunt. Oſtiam progreſſi, aduentum ſuum Pontifici Leoni IV. nunciarunt, ſibi eſſe in animo, prælio cum Saracenis conſerto, Romana templa, mœniáque ab eo inſtaurata defendere. Pontifex, vt
B eos in benè agendi propoſito confirmaret, poſtridie, vniuerſo non ſolùm Clero, ſed etiam populo comitante, Oſtiæ eis occurrit: & ſacris in beatæ Aureæ, magna ceremonia, celebratis, precatuſque, vt quod de nouo bello Chriſtiani cogitabant, ſibi, atque Eccleſiæ benè ac feliciter eueniret, omnes humanis noxiis expiatos Corporis Domini noſtri ſacramento refecit: atque bona ſpe rei benè gerendæ repletos inde ad prælium diuina cum benedictione dimiſit. Itaque poſtridie illius diei, acri facto in eos impetu, tanto animorum ardore, tantóque alacritate pugnarunt, vt claſſe eorum diſperſa, aut in proximas Inſulas compulſa, pleróſque aut fœdè trucidarint, aut in ſeruitutem captiuos abduxerint. Clariſſima hæc de Saracenis, communibus hoſtibus, victoria, inſigne Romani antiqui naualis triumphi ſpectaculum præbuit. Placuit etiam Romanis ciuibus, quoſdam ad terrorem, non longe à porto Romano, furca ſuſpendere, aduerſante tamen Leone ob manſuetudinem, & clementiam qua potiſſimum inſignis habebatur, ſed multitudine obuiam ire, præ-
C ſertim in tanto furore, non potuit. *Alphonſ. Ciaconius de geſtis Pontif. anno 848.*

De Maximiliano I. Imper. propter eximium S. Euchariſtiæ cultum miraculoſe educto ex ſpecu altiſsimi montis in comitatu Tirolenſi, ☞ Vide infra, *Tit. Communio Spiritualis, vbi integra huius rei hiſtoria enarratur.*

*EADEM VERITAS ALIARVM RERVM SYMBOLIS ET IMAGINIBVS INNOTESCIT.

Vt per quæ non obſcure inducimur ad credendam

TRANSVBSTANTIATIONEM.

Mutatio illa quæ virtute verborum conſecrationis in hoc Sacramento fit, & communiter ac propriè Tranſubſtantiatio dicitur, quamuis renitantur Aduerſarij; tantæ eſt profunditatis vt à nobis nequeat penetrari, niſi fides interueniat quæ velut manu ducat & aditum faciat. Sic vt locum hic inueniat illud *Iſaiæ c. 7.* niſi credideritis non intelligetis. Quædam tamē hic
D dabimus quæ nos inducant & ſuadeant, ſi non etiam perſuadeant, eam ſupra naturam eſſe non vero contra illam.

Ac primas quidem inter illa obtinet Generatio Hominis, B. Samonas Gazæus Achmet Saraceno, clauum clauo, interrogatione interrogationem ſoluit. Dubitabat ille quo pacto verbis ſolemnibus in Chriſti corpus panis, vinúmque in ſanguinem mutaretur: Contra, inquit Beatus, interrogabimus, cum ratio carnalis generationis omnibus ſit perſpicua, qua humidum illud quod infunditur in procreationibus animalis, in hominem conuertitur. Atqui nulla eſt ratio in hac re, qua ratiocinatione aliquid probabile excogitare poſſit. Quidnam enim commune definitio hominis collata cum illa qualitate quæ cernitur, habet? Nam homo eſt quiddam rationis particeps, vique intelligendi præditum, illud autem in humida quadam qualitate cernitur, nihilque amplius quam id quod ſenſu cernitur, comprehendit intelligentia; ſed virtute diuina illud conuertitur in hominem qua ſublata perſtat immotum & inefficax. Si igitur illic non id quod ſublatum eſt hominem efficit, ſed virtus diuina transfert id quod apparet in naturam hominis, extremæ eſt inſci-

[illegible] ſtantes, exiſtimate hic Deum impotentem eſſe, vt adimpleat E
ſuam voluntatem. Sed vrget Achmed: Quid pani commune cum carne? Dic mihi, inquit Samonas; quæſo quid commune humori cum imagine Dei? Verum quemadmodum nihil eſt illic nouum & inauditum, ſi volente Deo humidum tranſeat in animal nobiliſſimum, ita etiam hic pariter credendum eſt, non eſſe mirum, ſi virtutis diuinæ acceſſu ad immortalitatem panis tranſeat, & in Chriſti corpus conuertatur.

Rerum Omnium productio. *D. Gaudentius Brixienſis ſerm. 2. ad Neophytos* ipſe naturarum creator & Dominus, qui producit de terra panem, de pane rurſus, quia & poteſt & promiſit, efficit proprium corpus; & quide aqua vinum fecit, & de vino fecit ſanguinem ſuum.

Mira Impoſtorum Arte Edita *Anaſtaſius Nicenus quæſt. 23. in ſcript.* Stupenda rerum euenta & mutationes commemorat, quæ tranſubſtantiationem minus incredibilem reddunt, maximè cum Deus plus dæmone poſſit: & ex iis plurima tranſubſtantiationis ſimilitudinem præ ſe ferant. Ioannes & Mambres Moyſis tempore virgas ſuas in ſerpentes, & aquam in ſanguinem mutantes, ranarum multitu- F
dinem ex aquis produxerunt, adeo vt iis repleretur Ægyptus, &c. Rurſus autem Simon qui fuit tempore Apoſtolorum Magus, quam multa phantaſtica fecit ſigna, ſtatuas faciebat ambulare, in igne volutatus non vrebatur, in aëre volabat, ex lapidibus faciebat panes, ſerpens fiebat, & in aliquas alias beſtias transformabatur, duas habebat facies, in aurum conuertebatur, fores clauſas aperiebat, in conuiuiis exhibebat ſpectra formarum omnis generis vaſa quæ erant in ædibus faciebat videri, tanquam quæ ſua ſponte mouerentur ad miniſterium, iis qui portabant, non viſis; efficiebat, vt multæ vmbræ eum præcederent, quas dicebat eſſe animas mortuorum; multos autem tentantes eum dicere præſtigiatorem cum eos eſſet allocutus, & deinde conuiuij prætextu bouem ſacrificaſſet, & eos conuiuio excepiſſet, variis morbis & dæmonibus ſubiecit. Et à Cæſare aliquando quæſitus & territus, aufugit, ſua forma alij impoſita. Pergit de Iuliano, Appollonio, Tyaneo, Apuleio, præſtigiatoribus ſub Do- G
mitiano dicere, quæ illi præter naturæ ordinem geſſerint Dæmonis adminiculo.

Miracula ſuggerit plurima *B. Ambroſius libr. de iis qui myſteriis initiantur capit. 9.* Virgam tenebat Moyſes, proiecit eam, & facta eſt ſerpens, rurſus apprehendit caudam ſerpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam eſſe naturam, & ſerpentis, & virgæ. Currebant Ægypti flumina puro aquarum meatu, ſubito de fontium venis ſanguis cœpit erumpere: non erat potus in fluviis. Rurſus ad Prophetæ preces cruor ceſſauit fluminum, aquarum natura remeauit. Circumcluſus vndique erat populus Hæbræorum, hinc Ægyptiis vallatus, inde mari clauſus, virgam leuauit Moyſes, ſeparauit ſe aqua, & in murorum ſpeciem congelauit, atque inter vndas via pedeſtris apparuit, &c. Sitiebat populus, parum tetigit Moyſes petram; & aqua de petra fluxit. Numquid non præter naturam operata eſt gratia, vt aquam vomeret petra, quam non habebat natura; &c. Quam tranſubſtantiationis non vmbra, ſed propriè ea ipſa? De vxore Loth, quæ Domini præceptum preterat *Geneſ. 12.* Reſpicieſque vxor H
eius poſt ſe verſa eſt in ſtatuam ſalis. Sanctus Bononius Locedenſis Abbas ea abſtinentia erat, vt etiam in Paſchate vinum reiiceret, miniſtro autem duobus poculis, vno aquam, vinum altero ferente, ex priore viro ſancto fundit, ſigno crucis præmiſſo: bibit Bononius; viditque vinum eſſe.

Mandat ergo vinum effundi, & infundi aquam: ita fit, ſed illam conſignat, & Deus tranſmutat in vinum, quod ille adoerrens ſuccenſet miniſtro, aquam ſe non vinum popoſciſſe, dictitans. Famulus perſiſtet aquam fuſam fuiſſe. Tertio idem agitur, & ſanctus gratias Deo refert pro incredibili in ſe amore & beneficentia, &c. *Ex manuſcripto antiquo codice.*

Fortunatus ad Germanum Epiſcopum Pariſienſem de vita Marcelli Epiſcopi Pariſienſis: Cum Subdiaconi miniſterio fungeretur, (ſcilicet beatus Marcellus) in die Epiphaniorum hauriens aquam de fluuio Sequanæ, dum B. Prudentio Epiſcopo manibus abluendis offerret, mutatis elementis vini ſapor inuentus eſt. Quo viſo obſtupeſcens Pontifex iuſſit ex

ipſo

A ipſo vrceo in calice [illegible], vnde vniuerſus populus Miſſa celebrata ac communionem accepit & ipſum vas cum ad plebis multitudinem ſuffeciſſet ac ſi non tactum & integrum, ſic plenum permanſit cuius vini myſtico beneficio poſtea multi infirmi ſanati ſunt. Simile ſubiungit de aqua conuerſa in balſami liquorum: Cum vir ſanctiſſimus quadam vice ex ſui officij ſeruitute, aquam manibus venerabili Epiſcopo porrexiſſet, mox inde balſama cœperunt fragrare, & dum vndâ excuteret, viſa ſunt chriſmata reſpirare: vt pene Pontifex crederet ſuas manus magis vngere quam lauare, & alteras aquas quæreret, vnde priores vndas ablueret.

De aqua in vinum mutata, exempla quam plurima ſuppetunt, vt eſt illud quod Canonici Cremonenſes referunt in vita S. Homoboni ſui ciuis, & Diui tutelaris. Cum prædiolum cæteris diuenditis, & in egenos erogatis, ſibi ac pauperibus ſeruaſſet, eóque foſſoribus vinum aliquando ferret, occurrere ei mendici aliquot ab eo petentes: quibus vir ſan-B ctus ſumma cum animi hilaritate, & frontis lætitia porrexit. Sed cum exhauſti fere forent cantari, nec propter vxoris acerbitatem auderet domum reuerti, eos aqua repleuit, ac benedixit. Vinitores autem ſeſe nihil vnquam ſuauius guſtaſſe aſſerentes; quærebant vnde tam bonum vinum habuiſſet. Vir Dei, qui optimè ſciret quod feciſſet, arbitratus ſe derideri, bibit & ipſe incomparabilis bonitatis vinum, gratiáſque Deo cuius eſſet illud opus, maximas egit, nec tamen vitandæ inanis gloriæ cauſa, quæ impudentium hominum omnem tactè factorum mercedem furtim prædatur, quod factum fuerat cuiquam dicebat, nec exire in vulgus emanare patiebatur. Sed qui eum viderant, dum aquam in vaſa infunderet, cum & ipſi vinum guſtaſſent, hoc miraculum cæteris prædicauerunt.

Hvcbaldvs Elnonenſis eo die quo beata Feldegundis beatorum Amandi & Auberti Epiſcoporum conſilio ſua omnia in Eccleſiam & pauperes diſtribuiſſet, ſub noctem dum ipſa iubente miniſtri ſibi deferrent ad potandum aquam de fonte, qui nuptiarum celebratoribus in Cana Galilææ vinum C ex aqua largitus eſt, ipſe fontis aquam ſponſæ ſuæ refocillandæ mutauit in mirabilis vini ſapore. Quod factum cum omnibus ancillis Dei in monaſterio innotuiſſet, tantus amor Domini Chriſti mentes earum inflammauit, vt intuitu dilectionis illius, nulla deinceps aliquid terrenum poſſidere curaret.

Nec profuit quod tegere vellent faſtus vitandi ergo, Deus qui vidit in abſcondito reuelauit, vt Anonymus in Radbodo Vltraiectenſi Epiſcopo teſtatur: quando laïcus quidam Epiſcopo familiaris, crebro eum inuiſens, experiri volebat eius abſtinentiam: Aliquando enim ad menſam aſſiſtens, & more viſitato cum eo colloquens, tandem petit ſibi copiam fieri bibendi ex poculo, quod erat pro conſuetudine illi appoſitum; quod quidem erat ex onyche factum, congruenterque ornatum auro, ſed aqua plenum. Vbi quid tum miri effecerit Deus per ſeruum ſuum mirabilis in ſanctis ſuis, res ipſa ſileri non patitur. Non ſinit Epiſcopus, vt ille ex poculo bibat, nolebat enim in aliorum notitiam deduci quid in illo eſſet: ſed tamen oblata quadã opportunitate, alter clam D arripit poculum. Epiſcopus verò id aduertit, ſed cum prohibere nõ poſſet iam quin biberet: ſuſpirat ad Deum & ingemiſcit, & ecce, antiquo renouato miraculo, aqua mutatur in vinum optimum. Id ſentiens explorator ille, ad pedes ſancti Antiſtitis aduoluitur, petit veniam, ſpondet deinceps nihil tale attentaturum.

Nec vinum ex aqua tantum benedictione: ſed ex marmoreo vaſe vitreum fecit S. Maclouius Aletanus Epiſcopus, teſte Sigeberto ad Cietmarum Gemblacenſem Abbatem, pluribus miraculis vna coniunctis. Vigiliam paſchæ, inquit, Chriſtianus populus celebrabat, & in celebrandis Miſſæ myſteriis ſacerdos erat intentus, & ecce triſtes defuncti exhibentur exequiæ; & animos audientium ad compatiendum mouent plangentium lachrymæ: plus cunctis mouetur & ipſe ſacerdos, qui totus erat in miſericordia, & præſtolari iubet dum finiatur Miſſa Circumſtante frequentia populi monet omnes appellare clementiam Domini, vt qui dominatur morti & vitæ, dignaretur per membra rigentia vitalem animæ calorem refundere. Nec longum fuit, & qui dixit, omnia poſſibilia credenti, deuotioni fidelium, adfuit, reſurgit mortuus, & horrorem incutit omnibus, & palam fecit omnino Deum [illegible] vi[illegible]s adſtitit, poculum ſibi vini porrigi [illegible] quid ſanctus vir faceret? vinum quod ſitienti porrigeret, non habebat, aquæ poculum quod porrigebat, tangere ſitiens nolebat. Iterum confortatus in fide recurrit ad fontem miſericordiæ, petens vt qui orationi fidelium impenderat maius, dignaretur impendere & id quod erat minus. Mox habens ad manum vas marmoreum, leuata manu illud benedicens, vertit in vas vitreum, & infundens vaſi aquam, per virtutem ſanctæ benedictionis mutauit & illam in vini naturam: ſicque in vaſe vitreo porrigens homini, rediuiuo noui vini poculum, non minimum diuinæ pietatis oſtendit omnibus miraculum. E

Alia ſunt quæ probabilem fidem faciant: vt quod *Gregorius Turonenſis lib. 5. Hiſtoria Francorum cap 33.* refert contigiſſe: Apud terminum Carnotenſem, verus de effracto pane ſanguis effluxit Et *Paulus Oroſius lib. 5. Hiſtoriarum ad Aurelium Auguſtinum c. 18* Apud Aretinos, cum panes per conuiuia frangerentur cruor è mediis panibus, quaſi è vulneribus corporis F fluxit.

Ioannes Brugmannus Franciſcanus 2. part. cap. 8. quaſt. 10. prodidit B. Liduuinam Virginem iacentem ſuper paleas, intentámque diuinis exercitiis viſitatam à Domino; Angelos videbat, vnum quidem qui ſe tangeret & illico ſenſit ſe ſanam; alios crucem, lanceam, clauos, cæteráque inſignia paſſionis ferentes, & alios adſiſtentes lectulo; Dei autem parentem Virginem, ipſum adeò Chriſtum, forma pueri ſpecioſiſſimi: repoſuit ſe ille in lectulo, & virginem blandulus intuebatur. Mox in virum mutatus, ſanguine totus rubebat, ſpina coronatus, & colore affectus quo ſolent mortui, illum intuens, gaudio ac mœrore afficiebatur, mente eius in eius lucem abſorpta, lumen & ardorem Chriſtus diffundens impreſſit ei ſancta vulnera. Illa quidem læta, ſollicita tamen ne quid in eam inde gloriæ deriuaretur, orauit. Maneat obſecro Domine, hoc dignationis tuæ Sacramentum inter te & me, ſufficit enim mihi gratia tua. Texit noua cutis vulnera, ſed dolor perpetuus fuit. Beatam matrem deinde vidit arma paſſionis excipere ab Angelis, G & ſibi præbere oſculanda. Ad lectuli pedes crucem vidit, & ex ea Chriſtum cum profluente ſanguine qui abitum ſimularet. Hoc illa indoluit, ô Domine, inquit, da veſtigium præſentiæ tuæ, antequam abeas. Tum in ſpeciem formoſiſſimæ hoſtiæ mutatus ſupra illam ſe vertit, ac tandem conſtitit in munda mappula. Pater qui miſceri hæc verba inter Chriſtum & Virginem audierat, cubiculum ingreſſus, reſedit ad filiæ lectulum, rogauit numquid fieri vellet, & quis ei adfuiſſet. Tum filia, rogo pater, ſurge ocyus, habeo enim apud me crucifixum Dominum, vlterius ille lectum ſurrexit, viditque hoſtiam pulcherrimam, inclamat viciniam; omnes aduolant, vident hoſtiam, ſed non omnes vno modo, quæ nec tam parua erat, vt quæ laïca communione diſtribuuntur: nec tam magna quam quà ſacrificantes vtuntur. Radij eius extremam oram orbiculatim ambiebant, intus habebat crucifixi imaginem cum cruentis vulneribus in latera vno ſpeciatim hærebat ſuperbè gutta vna piſi dimidij magnitudine. Paſtor aduocatus adeſt, ſed iratior. Quid, ait id noctis me vis? Vide mi pater, inquit. Video, ait ille, commentum dæmonis. Non ita, ait, mi pater; H Deus eſt, qui te méque creauit. Omnibus ingreſſis Parochus quærit quid de hoſtia fieri velit, illa inquit diuino monitu. Vt eam mihi porrigas. Satanæ commentum vt porrigam? Non ſatanam ait, ſed Dominum meum, Tandem diſſuaſit quidem ſumere, quo illuſionem diceret, dedit tamen, & illa miro perfuſa gaudio permanſit. Et teſtata res eſt per Magiſtratum Schiedamenſem, viros nobiliores vrbis, & Matthiam Epiſcopum, qui nocte illa crebrò, monebatur, Schiedamum proficiſceretur.

Illuſtriſſimus *Bellarminus lib. 3. de Venerab. Euchariſt. c. 2.* Allatum anno 1585. dicit fragmentum ligni conuerſum in lapidem; manentibus ligni accidentibus, figura, aſperitate, colore: quod quidem ita verum lignum videbatur iudicio oculorum, vt ſanè qui rem non nouiſſet iuraturus fuiſſet, non lapidem, quod erat, ſed lignum quod non erat, fuiſſe.

Simile ſed multo illuſtrius prodit *Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum capite 108.* adeò certum teſtatúmque, vt ſe vidiſſe, ac minus tractaſſe adſerat. Quidam, inquit, pauper & ſenex venit ad littus maris: & accedens ad

portum

A [illegible] mus [illegible] erat, [illegible] Da mihi aliquid. Tunc ille commotus, ait, A[illegible] quæſo, decrepite, & noli à nobis quærere quicquam: nihil enim hîc præter lapidea habemus. At ille, ait: Si lapides dicis eſſe quæ ex tuis ditioribus nauis hæc continet, omnia vertantur in lapides. & ſtatim cunctum nauis onus, quod mandi potuit in ſaxum conuerſum eſt. Ego enim ex his & dactylos vidi, & oliuas adſpexi marmore duriores; nam cum in lapidis duritiam fuiſſent conuerſa, nunquam tamen colorem quem habuerunt, perdiderunt, niſi eadem forma eadémque ſpecies erat. Dominus autem nauis pœnitentia ductus, inquiſitum ſenem nunquam potuit reperire: & ſicut ferunt, per multas ciuitates, de iis quæ in ſaxum mutata fuerant, ad videndum direxit, vt ſcilicet exemplum eſſet omnibus, ne ſimilia perpetrarent.

Multa conglobat *Helvvicus lic. 7. de ſimilitudinibus rer. c. 9.* & confert Vener. Euchariſtiam libro, quem D. Ioannes vidit ſignatum ſigillis ſeptem ob miranda ſeptem, quæ ibi eſt inB uenire: Primum eſt, quod fit de pane non mutatum, ſed manens idem; & ponitur, inquit, à quibuſdam exemplum; ſicut cogitatio mea mediante voce, fit tua manens mea. Secundum eſt quod tanta magnitudo ſub tam parua ſpecie tota latet; & ponunt quidam exemplum, ſicut in parua pupilla oculi totus mons recipitur, vel videtur. Tertium eſt, quod totum corpus per os hominis intrat non diminutum, eadem potentia, vt quidam dicunt, qua clauſo vtero de Virgine exiuit & etiam de ſepulchro. Quartum eſt, quod comeditur non conſumptum, & non diuiſum: & ponunt aliqui exemplum in ſenſu viſus: ſicut viror herbæ ab oculo videntis, quaſi quidam eius ciuibus ſuſcipitur, nec tamen ipſa herba minuitur, vel diuiditur. Quintum eſt, quod ab immundis tangitur ſine contagione ſui, ſicut lumen ſolis recipitur in re fœda, nec tamen fœdatur. Sextum eſt, quod à pluribus ſumitur, & in pluribus locis conficitur, nec tamen augetur, vel minuitur, ſicut ſi multæ candelæ ab vna accendantur, illa vna propter hoc ne minuitur, nec augetur. Septimum eſt, quod eſt ibi quantitas ſine quanto, cuius C exemplum propriè non eſt in natura dare, vel alicubi reperire. Hæc ille.

POENA NON CREDENTIVM PRÆSENTIAM CHRISTI IN EVCHARISTIA, ET INDIGNE eandem tractantium, ac ſumentium.

Præſente ac teſte meipſo ait *S. Cypr.* Accipite quid euenerit. Parentes fortè fugientes, dum trepidi minus ſibi conſulunt, ſub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad magiſtratus. Illi ei apud idolum, quò populus confluebat, quod carnem necdum poſſet edere per ætatem, panem mero miſtum, quod tamen & ipſum de immolatione pereuntium ſupererat, tradiderunt. Recepit filiam poſtmodum mater, ſed facinus puella commiſſum tam loqui & indicare non potuit, quàm nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum eſt, vt ſacrificantibus nobis eam ſecum mater inferret. Sed enim puella mixta cum ſanctis, precis noſtræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æſtu cœpit fluctuabunda jactari, velut tortore cogente, quibus poterat indiciis conſcientiam facti in ſimplicibus D adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi verò ſolennibus adimpletis calicem Diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius aduenit: faciem ſuam paruula inſtinctu diuinæ majeſtatis auertere, os labiis obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen Diaconus, & reluctanti licet de ſacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus & vomitus. In corpore atque ore violato Euchariſtia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit. Tanta eſt poteſtas Domini, tanta maieſtas. Secreta tenebrarum ſub eius luce detecta ſunt, ſacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, quæ ad eloquendum alienum circa ſe crimen necdum habuit ætatem. *S. Cypr. ſerm. 5. de lapſis. Aug. Epiſt. 23. ad Bonif. Epiſcop.*

An verò ea, quæ ætate prouecta, & in annis adultioribus conſtituta ſacrificantibus nobis latenter obrepſit, non cibum, ſed gladium ſibi ſumens, & velut quædam venena lethalia inter fauces & pectus ſanguinem admittens, angi & anima exæſtuante concludi poſtmodum cœpit. Et preſſuram, non iam perſecutionis, ſed delicti ſui paſſa, palpitans, & tremens concidit. Impunitum diu non fuit, nec occultum diſſimulatæ con[illegible] [illegible] *Idem ib.*

Alia in balneis conſtituta (hoc enim crimini eius & malis deerat, vt & ad balnea ſtatim pergeret, quæ lauacri vitalis gratiam perdidiſſet) illic ab immundo ſpiritu immunda correpta cecidit, laniauit dentibus linguam, quæ fuerat vel paſta impiè, vel locuta. Poſtquam ſceleratus cibus ſumptus eſt, in perniciem ſuam rabies oris armata eſt. Ipſa ſui carnifex extitit, nec diu ſupereſſe poſtmodum potuit, doloribus ventris & viſcerum cruciata defecit. *Idem ibid.*

Anno Chriſti Domini 868. Lotharius Gallorum Rex Romam profectus eſt. Quò cum perueniſſet, ab Hadriano Pontifice honorificè ſuſceptus eſt. Qui ab eodem Pontifice ſciſcitatus, ſi monita pij Patris Domini *Nicolai* cum omni vigilantia hactenus obſeruata haberet, & præſtitum iuramentum inuiolato fœdere cuſtoditum? Qui ab illo deceptus, qui in veritate non ſtetit; qui non ſolum mendax eſt, ſed etiam pater omnis mendacij, reſpondit, ſe ita omnia obſeruaſſe, ac ſi diuinitus ſibi eſſent imperata. Cúmque Proceres & Opti- F mates, qui cum eo venerant, eadem teſtificarentur, nec vlla oppoſita perſona inueniretur, qui aduerſus regiam auctoritatem legitimum auderet controuerſiæ inire certamen: vniuerſalis Papa talia proſequitur: Si veſtræ teſtificationis verbis veritas ſuffragatur, cum omni alacritate mentis omnipotenti Deo multiplices gratiarum actiones referimus. Reſtat ergo, fili chariſſime, vt ad confeſſionem ſancti Petri accedas. Ibi Deo propitio, hoſtiam ſalutarem pro tua, non tam corporis, quàm animæ incolumitate immolabimus; ex qua nobiſcum te participare oportet, vt per hanc participationem membris Chriſti, vnde abſciſſus eſſe videbaris, merearis incorporari. Finitis igitur Miſſarum ſolemnibus, inuitat ſummus Pontifex eundem Regem ad menſam Chriſti, acceptóque in manibus corpore & ſanguine Domini, ita eum alloquitur: Si innoxium te recognoſcis à prohibito atque interdicto tibi à Nicolao adulterij ſcelere, & hoc fixa mente ſtatutum habes, vt nunquam diebus vitæ tuæ Vualdradæ pellicis tuæ dudum à te repudiatæ miſcearis nefario G concubitu, fiducialiter accede, & Sacramentum ſalutis æternæ tibi ad remiſſionem peccatorum profuturum percipe: ſin autem tua conſcientia te accuſat, téque lethali vulnere ſauciatum proclamat, aut iterum redire mente diſponis in mœchiæ volutabrum; nequaquam ſumere præſumas, ne fortè ad iudicium & condemnationem tibi adueniat, quod fidelibus ad remedium præparauit diuina prouidentia. Qui mente captus, obduratus & obcæcatus, abſq; retractatione communionem corporis & ſanguinis Domini de manu Pontificis ſumpſit, non expaueſcens illam ſententiam, quæ dicit: Horribile eſt incidere in manus Dei viuentis: Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit. Deinde conuerſus idem Præſul ad ſequaces & fautores Regis, vnicuique communionem obtulit in hæc verba: Si domino & Regi tuo Lothario in obiecto adulterij crimine fauorem non præſtitiſti, neque conſenſum tribuiſti, & Vualdradæ, & aliis ab hac ſede Apoſtolica excommunicatis non communicaſti, corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti proſit tibi in vitam æternam. Igitur quiſquis ſe ipſum ſciens auſu temerario communionem ſub tali conteſtatione porrectam ſu- H mere præſumpſit, diuino iudicio percuſſus ab hac luce ſubtractus eſt, antequam ſubſequentis anni rediret principium. Perpauci qui ſe à communione ſubtraxerunt, vix mortis periculum euaſerunt. Porrò Lotharius Roma egreſſus morbo corripitur, & Placentiam ciuitatem perueniens diem clauſit extremum ſextum Idus Auguſti. Tanta autem ſtrages in præfati Regis populo facta eſt, vt non peſte periiſſe, ſed hoſtili gladio corruiſſe virtus & nobilitas totius regni videretur, quæ eo tempore tantæ fœcunditatis erat, vt in morem denſatum ſegetum pullulans veluti quoddam examen imperij fines impleuerit. *Sigebertus in Chron. an. 870. Baron. tom. 10. anno 868.*

Vir quidam è Macedonia hæreſi vxorem eiuſdem opinionis habebat. Hic cùm Ioannem Chryſoſtomum, quomodo de Deo ſentiendum eſſet, docentem audiſſet: dogma illius laudabat, & vxorem quoque, vt ſecum ſentiret, hortabatur; cum verò illa magis nobilium mulierum ſermonibus, quam illius conſuetudini obtemperaret, & poſt frequentes admonitiones vir illius nihil effeciſſet: Niſi, inquit, in diuinis conſors fueris, neque in vitæ communione poſt hac eris. Mulier,

A hoc ... & conſenſum po... rem ... famulæ cuidam ... communicat; quam ſibi fidam eſſe iudicabat. Illiúſque opera ad fallendum virum vtitur. Circa tempus autem myſteriorum (ſciunt initiati, quid ſit, quod dico) illa quod accepit continet. quaſi oratura procumbit, famula adſtans clanculum illi d... panem, quem ſecum in manu attulerat. Hic cum dentibus admoueretur, in lapidem congelaſcit. Mulier perterrefacta, metuens, ne quid ſibi mali propter eam rem quæ diuinitus acciderat, contingeret, ad Epiſcopum curſu contendit, ac ſeipſam prodens lapidem oſtendit adhuc morſi veſtigia habentem, & materiam incognitam, colorémque admirabilem oſtendentem, ſimúlque veniam cum lachrymis petens viro ſuo conſenſuram ſe pollicetur. Quod ſi cuipiam hoc incredibile videtur, lapis ille teſtis eſt, qui etiamnum inter cimelia Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ aſſeruatur. *Sozom. hiſtor. Eccl. lib. 8. cap. 5. Cedren. apud Zonaram tom. 3.*

Anno Domini 1563. Romæ adoleſcens quidam natione Turca annos natus viginti, qui Ancona, vbi cum patre negotiatore educatus fuerat, egeſtate cópulſus ſeſe miniſterio cuiuſdam viri nobilis addixit: quocum aſſiduè templa ac ſacra

B myſteria lubens adibat: & quia Italicè loqui nouerat, ob id Chriſtianus ab omnibus habebatur. Aliquot poſtea euolutis menſibus in grauem incidit morbum; cuius ratione ab hero compulſus eſt ad D. Ioannis Lateranenſis Xenodochium diuertere: vbi ea lege admiſſus eſt, ſi ex more & inſtituto legum Noſocomij ad confeſſionis & ſanctiſſimæ communionis Sacramentum ſeſe præpararet. Is verò timore repulſæ perculſus, conditionem accepit tacito interim religionis Mahometanæ ſcelere. Mirum dictu & auditu ſingulare! Mox vbi ſacram communionem ſumpſit, & magnis & iteratis vocibus ſe baptiſmum expetere clamitat. Turcam ſe profitens. Qui aſtabant exiſtimantes eum delirare, aut mentis impotem eſſe, ſocium Patris, qui tunc ibi erat concionandi gratia, accerſit loci Præfectus, vt ei ſilentium imponeret, & à clamoribus compeſceret. Sed fruſtra: tanta enim animi contentio baptiſmum expetebat, vt omnes facile intelligerent aliquid ſubeſſe myſterij; maximè quòd aſſeueraret ſe planè interius ardere, nec vlla alia ratione aut via iuuari poſſe quàm per batiſmi ablutionem Re itaque bene perſpecta, & catecheſi prius

C præmiſſa, ablutus eſt. Primo aquæ contactu, & poſt ſacra verba prolata, lætus & alacer conquieuit; qui poſtridie puriorem Deo animam reddidit. *Luc. Pinellus lib. de S. Communione.*

Gvilielmvs Abbas in vita S. Bernardi: Agebatur, inquit, ſolemnitas quædam præcipua, & frater aliquis, quem pro ſecreta culpa ab altaris ſacri communione ſuſpenderat, notari timens, & ruborem non ſuſtinens, ad manum eius cum cæteris nimium præſumptuoſus acceſſit. Intuitus autem eum, quoniã cauſa latens erat, repellere hominem noluit, ſed intimo corde orabat Deum, vt de tanta præſumptione melius aliquid ordinaret. Itaque ſumens homo Euchariſtiam non poterat ad interiora traijcere, & diu multúmque conatus, cùm nullo modo præualeret, anxius & tremebundus clauſam ore ſeruabat. Expleta denique hora orationis patrem ſanctum traxit in partem, cuius pedibus aduolutus cum multis ei lacrymis quod patiebatur aperuit, & aperto ore ipſam quoque Euchariſtiam oſtendebat. Increpans autem eum confitentem abſoluit, & ſine difficultate recepit Dominica Sacramenta. *Lib. 1. vita S. Bernardi.*

Aliud miraculum non minus illuſtre. ☞ *Require infrà Tit.*

D *Quibus communio deneganda?*

Malus erat Imperator Henricus. ☞ *Vide latè infr. Tit. Communio ſine ſumptio Euchariſtia.*

Audi & aliud exemplum de indignè ſumente ſacram ſynaxin, quod habetur apud *Surium in vita S. Engelberti Archiep. Colonienſis.* Fœmina quædam (inquit) in Paſchate cum cæteris ſacroſanctam percipiens Euchariſtiam, terribili Dei iudicio cœpit ſpumare, agitare linguam, nec tamen quidquam poſſe eloqui. Ante communionem ſaniſſima fuerat, indignè accedẽs ad Sacramentum ſubitò in tantum debilitata eſt, vt nullum membrum mouere poſſet. Ab ineunte enim ætate admodum diſſolutè vixerat, & multis onuſta peccatis tam ſalutarem medicinam prorſus imperata ſumpſit. Itaque ſacra corporis Chriſti communio non remedium ei attulit ſed tormentum. Periculoſum eſt ægro obſtipato vti medicina fortiter aluum ciente, niſi prius ſumat quippiam, quo peccans materia digeratur: Ita ergo peccator obſtinatus & induratus, ne medicinã

E ...poris Chriſti ... um ... noxios humores contritione & confeſſione prius digerere debet. Porrò increſcente in fœmina, de qua agimus, cœleſti animi aduerſione, in ſomnis viſio ei oblata eſt, qua dicebatur ſe breui curatum iri, ſi velit locum, vbi cæſus eſt Engelbertus Epiſcopus, adire. Difficulter igitur & cum magno labore venit ad locum móxque reſtituta ſurrexit è lecto, & cibum potúmque ſumpſit, Deóque gratias agens promiſit ſe annuum cenſum Martyri illo in loco perſoluturam. *Surius in vita tom. 6. die 7. Nouembr.*

In valle Lucernenſi myſteriorum diuinorum nec infrequẽs, nec inutilis vſus fuit, quæ vt vtilius etiam ab hominibus obeantur, prodigiis nonnunquam & miraculis admonentur. Quidam cùm peccatum, quod conceperat, vomere præ pudore non poſſet, eo in confeſſione prætérito; contaminatiſſimo ore & ſpiritu ſumere cœleſtes dapes non dubitauit: ſed dum leuiſſimam hoſtiam illapſam in ſtomachum putat, ſenſit ponderoſam, veluti plumbum per fauces pectuſque de-

F lapſum, quod intolerabili onere cor opprimens enecabat: quem dolorem mox etiam ardens febris excepit, & tormenta creſcebant in corpore, dum animus reſpiceret. Reſipuit, tandem, & excitatur ad ſpem peccata ſua accurata confeſſione detexit: quibus animo liberato ponderibus, ſuo quoque pondere leuatum corpus. *Ex litt. Societ. in Prouinc. Mediola.*

☞ *Vide pleráque Titulo proximè ſequenti.*

Poena Evcharistiæ Negligenter
Cuſtoditæ.

Sigebertus Geblacenſis ad an. 1040. teſtatur ſuo tempore, præſente Henrico Imperatore, reædificatam eſſe Eccleſiã S. Gertrudis Niuigellenſis, quæ ante aliquot annos poſt negligentiã, & incuriam effuſi ſanguinis concremata erat.

Longè verò memorabilior eſt, *Traiectenſis hiſtoria, à Ioan. Becano* Clerico & hiſtorico Traiectenſi, non multò poſt Sigeberti tempora conſcripta Sublatum erat corpus Domini viuificum ex duabus in Traiecto Eccleſiis, nec rens aliquo ſcrutinio reperiri potuit. Non multò poſt Idibus Maij grauiſſima

G diluuij plaga totam ciuitatem attriuit: & Hildebrandus Abbas S. Pauli, in die Aſcenſionis Domini ſermonem ad populum faciens, admonuit, vt orationibus, ieiuniis, eleemoſynis ſuper negligentia Dominici corporis, diuinam placarent iram, alioquin grauior plaga eis immineret. Et ecce, eodem die horrendum incendium Eccleſiam B. Mariæ, & maximam partem ciuitatis abſumpſit. Quamobrem Godfredus Epiſcopus iram Dei pertimeſcens, litaniam ſuæ diœceſis cunctis fidelibus indixit, & ipſemet feria 4. Pentecoſtes, nudis incedens pedibus diuerſa Sanctorum loca, cum litaniis deuotiſſimè viſitauit. *Becanus cap. 25.*

Contemporvm ac
Irridentium pœna.

Cum S. Martyres Geruaſius & Protaſius martyrij certamen Mediolani ſubiſſent, ſepulturæ à Chriſtianis traditi eſſent, tunc quidam Chriſti fidelis, Liberius nomine, quandam detrahens particulam de eorum exuuiis, beatiſſimo Syro Ticinenſi detulit, quas religioſè ſuſcipiens multa ſigna fecit: deinde extra vrbis mœnia Eccleſiam in eorum memoriam conſtruxit. Vbi dum aliquando celebraret Syrus Pontifex, &

H copia filiorum eius, quos ibi Chriſto genuerat, ſacris intereſſet myſteriis, audenter Iudæus maligno inſtigante ſpiritu, templum ingreſſus, corpus Dominicum inter fideles de manu viri Dei ore immundo ſuſcepit, & in lutum proiecit. Sed vbi os, vt eiiceret, aperuit, digna vltione percuſſus ſine affatu verborum, cunctis audientibus & videntibus clamare cœpit, habẽs in gutture ſuæ militiæ cruciatum; quia iuxta Simeonis vaticinium, vt fidelibus vita & exultatio eſt verbum Dei: ita incredulis eſt pernicies & ruina. Nam ſubtiliùs aſpicientibus, miro modo corpus Domini in ore videbatur Iudæi dependere, vt nec linguæ ſuper compagi inſideret, nec deſuper immundo adhæreret palato: Sed poſtulantibus fidelibus pro eius miſeria, vir Dei beatus Syrus ſacræ Euchariſtiæ myſterium à ſacrilego ore abſtraxit, dicens: Ecce nunc liberatus es, de cætero caue, ne quid ſimile facias: Iudæus autem pedibus eius aduolutus, clamabat, ſe in Chriſtum crediturum, ſi ſacri eum baptiſmatis vnda perfunderet; ac pio eius cœtui adſcriberet. Tunc Syrus, tibi inquit omnipotens Deus, gratias ago, qui Iudaïcam perfidiam non dedignaris corrigere,

vt

A vt ad [illegible] iam multi præterea Iudæi Chriſti[illegible] aſcripti ſunt. *In vita SS. [illegible] & Iuuent[illegible] 2. apud Surium 1. Septembr.*

In alia [illegible] Donatiſtarum flagitia, de ſubuerſis altaribus de ſtupratis [illegible], &c. narrat *Optatus Mileuitanus lib. 2. de Schiſmate Donatiſt.* Vrbanum Formenſem & Felicem Idicrenſem Donatiſtarum Epiſcopos iuſſiſſe Euchariſtiam canibus fundi, non ſine ſigno diuini iudicij. Nam iidem canes accenſi rabie ipſos Dominos ſuos quaſi latrones ſancti corporis reos dente vindice: tanquam ignotos, & inimicos laniauerunt. *Ex Opt. Milen l. 2. cont. Don. Bred. l. 1. c. 15.*

Hiſtoriam refero, ait *Tom. VValdenſis* quam ego præſens vidi oculis carnis meæ in Cathedrali Eccleſia S. Pauli Londini, vbi venerandus Cantuarienſis Antiſtes felicis recordationis Thomas Arundelius filius & frater Comitum pro loco iudicij (aſſiſtentibus ſibi Noruicenſis Eccleſiæ tunc Præſule Alexandro & aliis) reſidens Epiſcopali ſede, verba quædam & interrogationes proponebat de fide Euchariſtiæ ad quendam Sartorem de partibus VVigorniæ deprehenſum in B hæreſi. Cúmque flecti omnino non poſſet, nec aliud quam benedictum panem ſacratiſſimam hoſtiam volebat appellare, vel credere, tandem iuſſus facere reuerentiam hoſtiæ; reſpondit blaſphemus: Verè inquit, dignior eſt aranea reuerentia. At illico de alto culmine tecti deſcendens ingens, & horrida viſa aranea ad os blaſphemi directo filo peruenit. Et dum ſartor loqueretur, vt intraret per polluta labia aranea, ſolicitè laborabat. Adſtitit illuſtris Princeps Thomas Oxonienſis Dux, tunc regni Cancellarius, vidit prodigium. At prædictus Archiepiſcopus ſtatim ſurgens cum aliis exponit omni illic collecto populo, quid vltria manus Domini faceret in blaſphemum. Nec mora, qui pretioſiſſimæ carni Agni prælegit araneam, peccatricem carnem ſuam flammis deuorandam amiſit: vt eſſet fauilla peior aranea. Ecce doctrinam fœdam, & amatam errantium, per Sacramentum optimum ſic in figuram attentant, vt Idolum faciant. *Tom. VValdenſ. Garetius lib. de veris corp. in Euch.*

Calamitoſa gens Hebræorum in oppido Bauariæ nomine Deikendorf, ſito in littore Danubij, maieſtatē Ieſu Chriſti in C diuiniſſ. Sacramento miſū in modum contēpſit, & religionem noſtram illuſit: id poſt varias punctiones in fornace ignis poſuerunt, illæſum tamen ab igni manſit: in incude quam malleis percuſſerunt. Qua re diuino nutu cognita Præfectus oppidi Hartmannus de Degenperg cum ciuibus oppidi Iudæorū domus inuaſerunt, non ſexui, non ætati parcentes, veritate cognita, debitis pœnis affixerunt, & neci dederunt. Sacramentum obſeruatū in Eccleſia Sepulchri Domini miraculis variis in eo oppido honoratur. *Tilm. Bred. lib. 5 col. ſacr. c. 51. ann. 1337.*

Genus hominum calamitoſiſſimum Iudæi, nouiſſime anno ſalutis 1492. die 22. Menſis Octobr. In oppido Sternebach, ſub Dominio Principum Magnopolenſium, auxilio Petri ſacerdotis, Eleazari Iudæus & complices ſui, ſacramentum Euchariſtiæ diuiniſſimum per hoſtias maiorem & minorem obtinentes, has perforarunt, & cruor illico profluit, quo linteum præcinctum ruborem accepit. Quo miraculo territi ad Petrum id deferunt. Principes autem illuſtres Balthazar & Magnus fratres, re comperta, cum veſtigia vulnerum, quæ remanſerant, cernerent. Iudæos cremari fecerunt 30. numero Petrus vero D prædictus ſacerdos ſe illis vendidiſſe confeſſus eſt, & quomodo poſt puncturas Iudæi. Sacramentum cruentum, & panno inuolutum ſibi reſtituerint & quod ſuffoderit in terram, vbi eo indicante, inuentum eſt cruore conſperſum. Sacerdos degradatus & incineratus fertur. In eodem autem loco hodie multa fiunt miracula. *Ioan. Nucl. in Chron. Bred. ſup. l. 7. c. 59.*

Anno 1510. Menſis Februarij die 6. intempeſtæ noctis hora, circiter vigiliam noctis ſecundam, homo quidam ſacrilegus nomine Paulus Forin, patria Paumeranus, Eccleſiam furtiuè intrauit, atque ciborium perfringens, capſellam, in qua venerabile Sacramentum Euchariſtiæ recoaditum ſeruabatur deauratum cum hoſtiis & particulis duabus conſecratis furatus eſt. Sequenti autem die furti pretium exiſtimans, monſtrabile cum particula vna Iudæo cuidam emendum obtulit. Nam antea particulam alteram indignus furcifer deglutiuerat. Iudæus vero capſulam, ſiue monſtrabile conſiderans; Maius, ait, & multo eſſet carius, quod his incluſum fuit vaſculis; quod ſi portaſſes, digno pretio redemiſſem. At ſacrilegus ille excæcatus malitia, de ſinu alteram extrahens hoſtiam Iudæo appretiandam tradidit. Verum Iudæus appenſo vili pretio, nouem groſſis, [illegible] in Rhenenſem faciunt, Domini & Saluatoris noſtri corpus ſub Sacramentalibus ſpeciebus velatum ab iniquo venditore emit. Vtcunque factum ſit, mordet reum ſcelus commiſſum, timetque ſemper ſæua & perturbata conſcientia; fugit mercator iniquiſſimus ad VVendos, vbi fama peruolante factum inhotuit. Reuerſus tandem ad propria ſacrilegus captus, atque in tortura poſitus crimen confitetur, ac rei geſtæ ordinem recitat. Iudæus vero, qui Dominicum corpus erat ad nudam ſuperpoſitum menſam pugione ſæpius vibrato transforare tētabat, ſed Deo volente inter tot punctiones hoſtia permanſit integra. Quod videns malitia excæcatus Iudæus, in furiam actus dixit: Si tu es Chriſtianorum Deus, manifeſta te in nomine mille Dæmoniorum. Quo dicto citius in tres ſciſſa partes particula ſanguineo per circumferentiam intumuit rubore. Tertius Iudæus particulas panno inuolutas menſem vnum apud ſe retinet, & deinde duobus aliis Brandeburgi & Stendelij morantibus ſingulas particulas mittit; tertia ſibi reſeruata, quam rurſum menſæ impoſitam pugione confirit, vnde ſanguinis F guttulæ dimanarunt. Conſternatus ille, & veritus ſe proditum iri, particulam abſumere nititur, ſed non valet: dein mittit in aquam, at illa enatat; tertiò in ignem proiicit, ſed nihil id hoſtiæ nocet, Ad extremum ſub Paſchatis ſolemnitatē azymos coxit panes, particulámque maſſulæ azymi panis immixtam in furnum iactauit, moxque furnus alioqui obſcurus reſplenduit & maſſula illa in Iudæi faciem inſiliuit. Nouo ille terrore correptus maſſulam illam cum particula alteri cuidam Iudæo tranſmiſit. Iam res erat prolata in publicum, & marchio Iudæos omnes in ipſius ditione morantes Berlinū acciri, & in vinculis teneri iuſſit. Habita autem ex illis quæſtione, præter alia flagitia non parum multa, faſſi ſunt ſe intra paucos admodum annos ſeptem Chriſtianorum infantes acubus & punctionib⁹ peremiſſe. Igitur lata in illos ſententia 40. flammis traditi ſunt. Tres alij Iudæi baptiſma perceperūt quidem ſed poſtera die duo capite pleai ſunt: tertius pluribus pro eo rogantibus vita donatus D. Franciſci inſtitutum Berlini complexus eſt. Porro ter exſecrandus ille ſacræ hoſtiæ proditor G Paulus Forin, candentib⁹ diſceptus ferris in cinerem voracibus flammis redactus eſt. Denique Iudæi omnes è tota Marchionis ditione ita proſcripti ſunt & extruſi, vt ſub pœna capitis omni eis reditu interdictum ſit. *Sur. in. comm. rer. orbe geſt. ann. 1510. ex Ronero Pontano lib. 1 rerum memorab.*

Refert *Michael Buchingerus* Colmarienſis in ſuo Tyrocinio de ſacro altaris myſterio, ex Cornelio Cornipolitano in ſua Chronographia, anno ſalutis humanæ milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio Friſiam ferè totam ſubmerſam fuiſſe fluctibus marinis, de iſthic periiſſe plus quam centum millia hominum, idque propter comitia & irreuerentiam factam Sacramento Euchariſtiæ. *Bredemb. lib. 1. coll. ſac. 657.*

Anno Dominicæ Incarnationis 1561. antequam Geuſicus furor effrenatiùs erumperet, non minus horrendum, quam memorabile ſignum circa venerabilem Euchariſtiam edidit Deus Opt. Max. Nouiomagi ad VVahalim flumium, quæ ciuitas in ducatu Geldriæ, & antiquitate, & populi frequentia, & mercimoniis priuilegiiſque celeberrima eſt Accidit ibi feria 2. Paſchæ (quæ tum incidit in 7. diem Aprilis) circiter H horam diei nonam, vt ſermone in Eccleſia Parochiali ſimul & Collegiata, quæ Protomartyri Stephano ſacra eſt, abſoluto alter parochorum nomine Antonius. Vorſtius vna cum æditiuo ſeu cuſtode templi Ioanne Haeps accerſeretur ad ægrotantem muliereulam, quæ in ſolenni die Dominicæ Reſurrectionis ob corporis imbecillitatem in templo non communicat. Decumbebat autem mulier in platea Regularium ſic dicta, quod via illa per fundum Canonicorum Regularium in ea vrbe commorantium iam olim ſit munita. Portò in altiore vici parte prope vallum oppidi taberna erat meritoria, in qua parum honeſtè tunc temporis diuerſabatur viri Duo iuuenes: vni Nouiomagum patria erat, alteri Traiectum ſuperius ad Moſam: vterque ibidem tum ouum Paſchale, quod vocant, ſolito more elixum manibus tenente periculo hauriendi poculi cereuiſiarij vter ſuum prius ouum glutire queat: Interim aduentat paſtor prædictus cum venerabili Sacramento ouiculam ſuam infirmam in vicinia commorantem refecturus. Audita per plateam nola, quæ præferebatur Euchariſtiæ, alter ille, qui Traiectenſis erat, in contemptum tremendi myſterij audacter dixit ad ſodalem ſuum: Ego ouum iſtud, quod manu teneo, citius deglutiuero, quam

[illegible] rotans mu[illegible] illa Dea[illegible] es goed ken[illegible]
[illegible] it, & protinus hians ouum in os immiſit, volens traiicere
[illegible] id per gulam. Sed ecce præſentiſſimam Dei vindictam qua
præpeditus nullo modo ouum tranſmittere potuit. Hærente
autem illo in faucibus, cum miſer homo ſe ſtatim ſuffoca-
tum iri, nec ſpem vitæ reliquam videret, oculis horribiliter
contortis conſpicit candelam ſebaceam ex clauo pendentem.
Arripit celerrimè ſebaceum, & abſque mora iniicit ori, cu-
piens conánſque candela tali protrudere ouum, ſed fruſtra.
Nihil enim aliud effecit, quam quod ſebo candelæ in gutture
apud ouum relicto, ellychnium ſeu fila nuda retraxerit. Hic
ſpe fruſtratus humi procumbit inſtar bouis mactati memo-
ria, loquendíque facultate omnino priuatus: & ſupinus ia-
cens, fuliginoſum & velut Æthiopicum induit vultum, &
gutture diuina vltione conſtricto triſtiſſimam efflat animam,
Parocho memorato cum ſacroſancto illo pane cœli adſtan-
te. Is enim ſimulátque infirmam communionis participem
feciſſet, ex illa domo rediens audit miſerabiles voces ex ta-
B berna reſonantes: horrore perculſus introcurrit cum venera-
bili Sacramento, rogat, quid illic ſit negotij: audit ex ore præ-
ſentium rei geſtæ ſeriem; hominem diuinitus percuſſum vi-
det humi palpitantem & cum morte certantem, paulo poſt
exſpirantis gutur fractum: ouo nunc inſtar tuberis intercuta-
nei in altero colli latere, & non in faucibus reſidenti. Hæc ego
ad verbum ſcribo ex ore ipſius Parochi Domini Antoni Vor-
ſtenſis, qui apud Nouiomagenſes curam geſſit animarum an-
nis 26. & amplius, magna cum laude, vſque ad extremos furo-
res Geuſiorum, Parochus pariter & Canonicus ibidem: in
præſens autem ob verbi domini gratiam & bonitatem ſuam,
Catholico Reſenſium gregi gratiſſimus paſtor. Miraculum
iſtud nulla vnquam obliuione obliterandum, non ſermone
tantum omnium ferè Belgij habitatorum, verum etiam pu-
blico carmine celebratur, quod ab omnipotente miſericordia
vel profectum creditur, ad conſtabiliendam Catholicæ fidei
veritatem, quo tempore grauiſſima imminebat perſecutio.
Bredemb. ſup. Dauronitus in Catechiſ. Hiſtorico.

Dade Cyri emporium eſt. In eo monaſterium eſt: quod
C dicitur Philoxene. Ad id cum veniſſemus, inuenimus ibi mo-
nachum genere Melitinenſem Iſidorum nomine; hunc vidi-
mus ſine vlla intermiſſione cum eiulatu flentem: Cum autem
rogaretur ab omnibus, vt aliquantulum quieſceret, & à fletu
temperaret, nulli penitus acquieſcebat, dicens omnibus: Ni-
mium peccator ſum vltra omnes, qui ab initio ſæculi fuerunt.
Cum autem illi diceremus: Nullus certè ſine peccato eſt, niſi
vnus Deus: reſpondebat dicens, Veraciter fratres, nullum
inueni inter homines ſimilem mihi peccatorem, nullúmque
maius delictum, quam meum. Et vt cognoſcatis, me vera pro-
ſequi, audite peccatum meum, vt & vos oretis pro me. Ego
cum eſſem in ſeculo, vxorem habui. Eramus autem ambo Se-
ueriani dogmatis. Cum ego die quadam veniſſem domum, non
inueni vxorem meam. Audiui autem quod abiiſſet ad vicinam
mulierem, vt illi communicaret (erat autem illi Catholicæ re-
ligionis & fidei) cucurrique protinus volens prohibere. Profe-
ctus autem domum inueniam communicaſſe. Quare indigna-
tione concitatus apprehēdi guttur eius, fecique illam euome-
re ſacram communionem. Sumptam deinde particulam ſan-
D ctam huc illúcque iactabam, donec in lutum cecidit. Mox au-
tem vidi coruſcationem in eodem loco ſanctam aſſumpſiſſe
communionem. Poſt biduum vero aſpicio virum quaſi Æthio-
pem ſemicinctis veſtitum, dicentémque mihi: Ego, & tu ſi-
mul in vnum ſuplicium condemnati ſumus: Et ego ad eum:
Tu, inquam, qui es? Reſpondit: Ego ſum, qui conditorem om-
nium Dominum Ieſum Chriſtum in maxilla percuſſi paſſio-
nis tempore, atque hac de cauſſa à fletu temperare non poſ-
ſum. *Sophon. Prat. Spir. c. 30.*

Friſo quidam atre pugil in prouincia Friſiæ extitit, qui
quoties de taberna ebrius rediit, toties vxorem verberibus &
plagis ſatis tribulauit. Tempore quodam timore mariti infir-
mitatem ſimulans, ne ſimulatione eadem poſſet notari, corpus
Domini ſibi dari poſtulauit. Venienti ſacerdoti pugil cum
ſcypho cereuiſiæ ebrius occurrens bibere monuit: & cum
ille reſponderet, Corpus Domini porto, non modo bibam;
iratus Friſo cum ſcypho pixidem percuſſit, & omnes ho-
ſtias de illa excuſſit, ita vt per pauimentum diſpergerentur.
Matronæ verò, quæ conſolationis gratia conuenerat, ſuper
ſingulas hoſtias tanquam ſtellas radiantes viderunt: quas ſa-
cerdos gemens ac dolens in pyxidem recollegit & abiit, Friſo
verò à Decan[illegible] non E
curauit. Qui tandem ad hoc c[illegible] eſt, vt cruce pro tan-
to ſacrilegio ſignatus cum iam dicto ſacerdote [illegible] cruce ſi-
gnatu veniret Romam. Cui Dominus Honorius Papa culpam
confitenti pro pœnitentia iniunxit, vt mare tranſiret, ibique
tribus annis in armis Chriſto ſeruiret. Quid plura? Mare tran-
ſierunt ambo, & ante Damiatam mortui ſunt ambo. Quibus
defunctis, cum anno eodem Dominus prouinciam terribiliter
plagaſſet, & cauſa plagæ populum lateret, matronæ cuidam
valde religioſæ, Domino in ieiuniis, orationibus, vigiliis &
eleemoſynis ſeruienti, matertera videlicet Domini VVinibol-
di Abbatis S. Bernardi, beata dei Genitrix Maria lacrymis eius
mota, populíque miſeria, apparens ſic ait: Propter iniuriam fi-
lij mei in Sacramentum corporis eius factam ſubmerſa eſt
Friſia, & adhuc amplius plagabitur, ſi condigna pœnitentia
non fuerit ſubſecuta. *Io. Naucl. vol 2. gen. 4. an. 1220.*

Anno 1563. cum Erphordiæ D. Sigillifer Theodoricus Bau-
meier venerabile Sacramentum feſto corporis Chriſti in pro-
ceſſione portaret, ac Lutheranus nobilis blaſphemo ore dice- F
ret: Ecce, quem cuculum hic ſenex portat; ſtatim dat pœnas
blaſphemiæ: procidens enim in terram fit epilepticus, portatur
in ambitu in ſacellum, accerſitus medicus D. Ioannes Heben-
ſtreit, qui continuo aſſerit eſſe caſum deſperatum. Poſt paucos
dies in magna impatientia moritur. *Guiliel. à Gent. libello de Eu-
chariſt. edito Coloniæ.*

Cùm Romæ vita Appia ſanctus Tharſitius acolythus &
martyr quodam die deferret Chriſti Corporis Sacramenta,
nec vellet ea diſcutientibus prodere Paganis, indignum iudi-
cans porcis margaritas prodere, tam diu ab eis fuſtibus ac la-
pidibus eſt mactatus quovſque ſpiritum exhalaret: & reuolu-
to eius corpore, ſacrilegij diſcuſſores nihil Sacramentorum
Chriſti in eius manibus ac veſtibus inuenire potuerunt. *Ma-
rtyrolog. Vſuardi 15. Aug. an. 812.*

Nec illud ſane ſilentio prætereundum eſt, quod anno Chri-
ſti milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto apud Craco-
uiam accidit. Nam cum conſcelerati. Quidam homines ſacri-
lega cupiditate adducti ſanctiſſimum corpus Chriſti ſub for-
ma panis reconditum, cum ferculo ſuo è templo omnium San- G
ctorum memoriæ dicato ſuffurati eſſent, atque id ferculum
non aureum, vt crediderunt, ſed æneum inauratum comperiſ-
ſent, apud Bubalum ſiue Bauolum pagum ſuburbanum, qui
erat in ditione Collegij Baſilicæ Cracouienſis in cœnoſam pa-
ludem id irreuerenter abiecerunt. Mox locus crebris ignibus
atque facibus dies noctéſque aliquot perpetes colluſtratus eſt,
Id miraculum cum ad Epiſcopum perlatum eſſet, neq; cauſa ta-
men eius pateret, poſt triduanum ieiunium Epiſcopus eò cum
ſolenni pompa Sacerdotum & ſupplicationibus profectus eſt,
reperiámque ſanctiſſ. Euchariſtiam ingenti cum veneratione
eò, vnde ſublata erat, retulit. In eo vero loco, vbi ea reperta eſt,
Cazimirus inſequenti anno auguſtum templum titulis corpo-
ris Chriſti decoctis lateribus ædificauit. *Cromerus de rebus Po-
lon lib. 12.*

Anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio
quadam feria 5. & 6. die Iunij circa horam decimam, grande
virtute ſacratiſſimæ hoſtiæ Taurini viſum eſt miraculum,
prout videre eſt in liſta quadam authentica: quæ in hunc
vſque diem extat impreſſa, & adhuc in prædicta ciuitate im-
primitur, in tanti ac tam ſtupendi miraculi memoriam perpe- H
tuam: Hiſtoria autem eſt talis. Exiſtente diſcordia quadam
inter Francos, Sabaudos, & Pedemontanos, ratione quorun-
dam mercatorum qui vna cum mercibus ſuis retenti, & inter-
cepti fuerant Iſuillæ, accidit locum iſtum euerſum, ac plane
deuaſtatum fuiſſe. Inter alia autem accidit, & hoc quendam
ſcilicet in Eccleſia ſuſtuliſſe tabernaculum argenteum, in quo
requieſcebat ſancta hoſtia conſecrata, quam & in faſce quo-
dam occultauit. Ille vero prædictam ſarcinam mulo ſuperim-
ponens, recta cum illo proceſſit per Suſam Vigillanā, & Riuoli
Suſinam, & vbi Taurinum deuenit per portā templo S. Silue-
ſtri proximam, mulus ſeſe in terram pronus deiecit, & abſque
humano vllo interueniente medio & cooperatione, ſarcinula
mulo ſuperiniecta ſeipſam miraculosè reſerauit: & ſimul ta-
bernaculum ex eodem proſiluit in aëra ſe ſubleuans, per-
magno ſplendeſcens lumine, vt ad inſtar ſolis cuiuſdam
ſolares radios emittere videretur. Hoc primo vidit venerabi-
lis quidam vir nomine Bartholomæus Cocone, qui confeſtim
adiit Reuerendiſſimum Ludouicum Romagnan pro eo tem-
pore Epiſcopum Taurinenſem, Crucis vexillo comitatus, nec

non

A non & omnibus Ecc[illegible] ctus, ſolenni pompa locum petiit. [illegible] vbi perpenſit, ſtatim in genua procubuit, idem omnibus facientibus, qui tam inſolito aderant ſpectaculo: & tunc miſerabile dictu, ipſum repoſitorium in terram decidit, ipſa ſola hoſtia in aëre ſuſpenſa, & hęrente, & ſumme ſplendeſcente. Propter quam cauſam Epiſcopus calicem deferri mandauit, & ſtans deuotè hoſtię eum impoſuit: tunc ipſa hoſtia in eum protinus deſcendit, & tunc magna cum ſolennitate & reuerentia eam in Cathedralem Eccleſiam detulit; in qua poſtea fabricatum eſt tabernaculum admodum nobile & ſpecioſum, quod perdorauit vſque in tempus quo inuocata Cathedralis Eccleſia. In cuius facti piam ſanctámque memoriam extructum fuit prędicta Eccleſia ſancti Syluestri ſacellum ſacratiſſimi Sacramenti, in quo depictum conſpicitur prędictum miraculum & inſuper ibidem deuotiſſima confraternitas erecta eſt. *Seraph. Razius Dominican. in hortulo Exemplor. tit. 32.*

B *Vide exemplum memorabile in Loco Scurrilitatis. Titul. Scurrilitatis exercitatio, ſaltando, &c. § in Pago ditionis Magdeburgenſis, &c.*

* NON ESSE PLVRES CHRISTOS SVB DIVERSIS HOSTIIS: SED vnum & eundem.

Variis Symbolis, & Exemplis innoteſcit.

ACHMAEL Biracenus B. Samonæ Gazæo inter alia propoſuiſſe memoratur, teſte *Guitmundo Auerſ. lib. de verit. Euch.* an plures Chriſti in pluribus hoſtiis: cum ſingulæ etiam diuidi valeant, & fide Catholica etiam ſub minima portione totus Chriſtus exiſtat. Si quæris modum ait *Lantfranc. Cantuarienſis lib. 1. de Euch.* quo id fiat, breuiter reſpondeo, Credi ſalubriter poteſt, veſtigari vtiliter non poteſt. At lucem aliquam in ea caligine dabunt quæ iſti B. Samonas repoſuit, & per quæ illum manu velut duxit.

Si quiſpiam inquit, ſpeculum terræ alliſit, & in fragmenta comminuit, nonne in omnibus tamen figuram & imaginem ſuam ſaluam eſſe videt, & integram? Ita etenim Chriſti in pluribus hoſtiis ſaluam confitere, & integram in quacunque
C hoſtia, & cuiuſcunque hoſtiæ fragmento. Addit nonne qui verbum eloquitur, illud ipſemet percipit, & ad adſtantes quot quot ſunt, integrum tranſmittit? Sic de Chriſti corpore intellige. Ipſum enim in dextra Patris ſedet, & nihilominus ſub diuerſis hoſtiis in fragmentis panis, viniue, virtute verborum Sacramentalium conſtituunt, ac integrum quidem & indiuiſum ſub iiſdem collocatur & manet, quoad illæ durant & perſeuerãt. Vtitur autem eodem ſymbolo, *Innoc. l. 4. de myſter. alt. c. 27.* Miraris inquiens, quod verbum Dei iuxta Sacramenti virtutem, totum ſimul in diuerſis locis exiſtit; & non miraris verbum hominis iuxta vocis naturam, totum ſimul eſſe in auribus diuerſorum. Quid quæris naturam in Chriſti corpore, cùm præter naturam ſit natus de virgine?

EXEMPLA ILLORVM QVI CORPORE SIMVL IN DIVERSIS LOCIS VISI.

Chriſtus itaq; ſicut in ſingulis partibus eſt totus, ita & diuerſis locis eſt vnus. Quod exemplis hominum qui ſimul diuerſis locis extiterunt, confirmari poteſt.

Refert *F. Marcus de Lisbona in Cron. Fr. Minor.* Troilum quendam inter Germanos virum prænobilem, affinem quandam habuiſſe ab impuro ſpiritu poſſeſſam: quæ priuſquam
D dæmonis ſubeſſet imperio vitæ fuerat exemplaris, cunctiſque pietatis ac Chriſtianę diſciplinę ornamentis exculta; quas virtutes ei dęmon eripere conabatur, nunquam tamen ipſi ingreſſum Eccleſię, quoties vellet, aut cum marito commercium prohibebat. Dum hęc Mulier conſummato Miſſę ſacrificio, templo cum frequenti populi turba, in qua etiam erat Iudæus, aliquando egrederetur, accidit vt ſacerdos illac pertranſiret, ſacroſanctum Chriſti corpus, quod manibus præferebat, ægro miniſtraturus. Quod vbi aduerterunt omnes, in genua prouoluti Dominum adorauerunt, Iudæo excepto. Quod cùm obſeruaſſet mulier, mox exurgit, dictóque citius colaphum ei impingit, hæc prolocuta: Infelix! Quidni ſupplex Deum omnium creatorem vna pariter venerraris? Cui ille: O mulier multos huic ſimiles Deos eſt reperire: ſingulis etenim ſingulos altaribus, dum ſacra myſteria peraguntur, adeſſe pro comperto eſt, & tamen vnum ſolum ac verum Deum eſſe aſſeritis. Hæc vbi dixiſſet, mox à maligno ſpiritu, qui mulierem inuaſerat, cribrum Iudæi manibus impoſitum eſt, cum mandato, vt ſoli opponeret, & ſingulos ſolis radios per ſingula foramina [illegible] aret. Quod E
vt fecit, ait illi mulier: Dic igitur, an quod plures hic radios intueris, plures propterea ſoles eſſe dixeris, an verò vnicum. Nequaquam, inquit, quia omnes iſtos radios ab vno ſole procedere nemo ambigit. Sic, inquit mulier, in hoc altaris Sacramento agi ſcias: vnicus enim eſt Deus indiuiſibilis & immutabilis, ſeipſum licet pluribus in locis ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento prȩſentem exhibeat. Sic denique factum vt à dæmone obſtinata pertinacis Iudæi conuinceretur incredulitas.

Cùm tempore Gregorij Thaumaturgi maximè ſæuiret Gentilium rabies in viros, mulieres & pueros, quibus Chriſti nomen erat venerabile, & ipſe ſe per fugam, non ſine Dei numine populo conſeruaſſet, animi oculo intuens ea quæ fiebant, diuinum auxilium iis, qui ſic decertabant pro fidei confeſſione, inuocabat. Cúmque aliquando vnà cum iis, qui cum eo erant, Deum oraret, repentè angore & animi perturbatione plenus apertè præſe tulit iis qui aderant, à ſe ſpectaculum F
videri alienum, ſéque id ægrè ferre, auréſque obſtruere tanquam ſono aliquo ad eum peruueniente; & non exiguo interiecto interuallo ſedit toto tempore, quod interceſſit, inflexibilis manſiſſet & immobilis, tanquam propoſitum ſpectaculum bonum eſſet exitum aſſecutum, ad ſuam rediit conſuetudinem, & clara voce Deum laudauit, hymnum victoriæ & gratiis agendis appoſitum pronuncians: quem ſæpe audiuimus Dauid dicentem in Pſalmodia: Benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Iis autem admirantibus, & vt ex eo ſcirent rogantibus, quodnam fuerit hoc ſpectaculum, quod eius oculis ſubiectum eſt, fertur dixiſſe: Se illo tempore magnum vidiſſe caſum; proſtrato diabolo à quodam adoleſcente in certamine pro pietate. Iis autem quod dicebatur adhuc ignorantibus narrat illis apertius, quod illa hora quidam nobilis adoleſcens maiori fretus auxilio magnis ſudoribus pro fide decertauit, à lictoribus productus ad præſidem: nomen quoque adiecit eum nominans Troadium: & quod poſt multa, quæ fortiter tulit, tormenta, fuit martyrij corona redimitus. Hæcque ita facta eſſe, vt ipſe dixerat, ab eius Diacono exploratum atque inuentum eſt. *Ex Gregor.* G
Nyſſen. in vita eius Baron. tom. 3. Annal. an. 253. n. 133. 134.

Nobis apud Mediolanum conſtitutis Carthaginis Rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte diſcipulus fuit, ſicut mihi ipſe, poſteaquam Africam remeauimus, retulit, cùm Rhetoricos Ciceronis libros diſcipulis ſuis traderet, recenſens lectionem, quam poſtridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obſcurum: quo non intellecto, vix potuit dormire ſollicitus. Qua nocte ſomnianti ego illi, quod non intelligebat, expoſui. Imò non ego, ſed imago mea, neſciente me, & tam longè trans mare aliquid aliud ſiue agente, ſiue ſomniante, & nihil de illius rebus omnino curante. Quomodo fiat iſta neſcio. *D. Aug. lib. de cura pro mortuis gerenda, c. 11.*

Quod vni ex Ducibus Theodorici Regis Italiæ ciuitatis Arelatenſis cuſtodiam agenti acciderit anno quingenteſimo octauo, hoc loco non eſt prætereundum; quod Greg. Turonenſis narrat his verbis: Aran, inquit, Theodorici Regis Italiæ Dux, dum in Arelatenſi vrbe reſideret extitit ei quidam Archipresbyter Parochiæ Nemauſenſis inuiſus. Tunc feruens felle contra eum miſit pueros, dicens: Ite quantociùs, & ligatis pedibus ac manibus adducite eum cum vi, vt cognoſcat quod ſim Dominus regionis huius. At illi non intellexerunt H
Archipresbyterum, putauerunt quod Archidiaconum iuſſiſſet adduci. Et aſcenſis equitibus venerunt ad vrbem; interrogantéſque de Archidiacono, digito eis oſtenſus eſt. Erat enim hic, Ioannes nomine, vir religioſus, & in Archidiaconatu ſuo ſtudium docendi puerulos habens: apprehenſúmque pueri Ducis, ligatis manibus ac pedibus ſub aluo equi adduxerunt eum. Sed non deſiit virtus martyris Baudelij alumno proprio ſubuenire. Pueri verò iuxta portam, Arelatenſis ſcilicet ciuitatis, cum eo manſionem habuerunt, quia iam obſeratis pro nocte portarum valuis ingredi non potuerunt. In ipſa verò nocte, Duce dormiente, adeſt ei Archidiaconus per viſum dicens: Quid tibi, ô homo; culpabilis extiti, quod me in hanc humilitatem redactum cum tali iuſſiſti iniuria accerſiri? Vere dicam tibi, quia non effugies iudicium Dei. At ille expergefactus conſternatúſque metu, exclamat ſuis: inquirite, ſi pueri, quos Nemauſum direximus, iam venerunt. Interrogantéſque de muro vrbis, reſponderunt ſe adeſſe cum homine. Renunciant nuncij quæ audierant: confeſtímque Dux ait: exhibete ad me

hominem, quem adduxiſtis [illegible] factum fuiſſe, aſpiciens eum Dux, timore p[illegible] Archipresbyterum ego adduci præcepi, non Archidiaconum. Et proſtratus ad pedes eius ait: Indulge, quæſo, iniuriam delicti huius qui non eſt in conſcientia mea, vt hæc paſſus fuiſſes: & ſtatim dignis honoratum muneribus remiſit ad vrbem, quem in tanto honore pro ipſa martyris reuerẽtia dilexit impoſterum, vt decedẽte vrbis illius ſacerdote, ipſum ſacerdotem mandarit inſtitui. Sed nec Archipresbyterum amplius inquiri iuſſit. Hæc ille *Greg. Turon. lib. de Glor. martyr. c. 78. apud Baron. tom 6. an. 508.*

☞ *Plura exempla illorum qui ſimul diuerſis Locis extiterunt, require in Littera L. vbi de Loco agimus*

*APPARITIONES PRO VERITATE EVCHARISTIÆ AC PRIMVM QVOAD VERITATEM corporis.

Nemo qui ſanctorum vitas & exempla legerit, poteſt ignorare, quod ſæpè corporis Christi, & ſanguinis ſacramenta, aut propter dubios, ait certè propter ardentius amantes, (B) viſibili ſpecie in agni vel pueri forma, aut in carnis & ſanguinis colore monſtrata, vt quod lateret in myſterio: pateret in miraculo. Beato enim Baſilio in die Paſchæ myſteria celebrante, Hebræus quidam ſe, ſicut Chriſtianus, populo commiſcuit officij volens explorare myſterium. Qui vidit infantem partiri in manibus Baſilij, & communicantibus omnibus venit ipſe, & data ei hoſtia verè caro eſt facta. Et ſeruans reliquias abiit in domum ſuam oſtendens vxori ſuæ narrans quæ propriis oculis viderat. Accedens ergo ait: Verè horribile & admirabile eſt Chriſtianorum ſacramentum. In crastinu venit ad Baſilium, & baptizatus eſt, cum omni domo ſua. *Thom. Aquin. opuſc. 58 de Sacr. altar. c. 11. circa an. 371.*

Dixit Arſenius de quodam Sene in Scythi, qui erat magnus in hac vita, ſimplex autem in fide, & errabat, quia idiota erat, & dicebat, non eſſe naturaliter corpus Chriſti panem conſecratum, quem ſumimus, ſed figuram eius. Hoc audientes duo ſenes, illum dicere hunc ſermonem, & ſcientes, quia magna eſſet vita eius & conuerſatio, cogitauerunt, quod (C) innocenter & ſimpliciter hoc diceret; venerunt ad illum & dicunt ei: Audiuimus, Abba, ſermonem cuiuſdam infidelis, qui dicit: Quia panis, quem in ſacra communione ſumimus, non eſt naturaliter corpus Chriſti ſecundum veritatem, ſed figura eius. Senex autem reſpondit eis: Ego ſum, qui illud dixi. Illi autem rogabant eum dicentes: Non ſic credas, Abba, ſed ſicut Eccleſia Catholica tradit. Nos autem credimus, quia panis ipſe corpus Chriſti eſt, calix iſte ſanguis Chriſti ſecundum veritatem, & non ſecundùm figuram: ſed ſicut in principio puluerem de terra accipiens plaſmauit hominem ad imaginem ſuam, & nemo poteſt dicere, quia non erat imago Dei, quamuis de terra & puluere ſit: ita & panis, quem dixit, quia corpus meum eſt, credimus quia ſecundum veritatem corpus Chriſti eſt. Senex autem ait eis: Niſi re ipſa cognouero non mihi ſatisfacit ratio veſtra. Illi vero ei dixerunt: Deprecemur Deum hebdomada hac de myſterio hoc, & credimus, quia Deus reuelabit nobis. Senex autem cum gaudio ſuſcepit ſermonem iſtum: & deprecabatur Deum dicens: Domine, tu noſti, quia non ex malitia incredulus ſum rei huius, ſed quod per ignorantiam errem. Reuela ergo mihi Domine Ieſu Chri(D)ſtu quod verum eſt. Sed & illi abeuntes in cellas ſuas rogabant & ipſi Deum dicentes: Domine Ieſu Chriſte, reuela ſeni iſti myſterium hoc, vt credat, & non perdat laborem ſuum. Exaudiuit Dominus vtroſque, & hebdomada completa venerunt Dominico die in Eccleſiam, & ſederunt ipſi tres ſoli ſuper ſedile ſcirpeum, quod in modum faſcis erat ligatum; medius autem ſedebat ſenex iſte. Aperti ſunt intellectuales eorum oculi, & quando poſiti ſunt panes in altari videbatur tribus illis tantummodo tanquam paruulus iacens ſuper altare. Et cum extendiſſet presbyter magnus, vt frangeret panem, deſcendit Angelus de coelo habens cultrum in manu, & ſacrificauit puerulum illum; ſanguinem verò excipiebat calice. Cùm autem frangeret presbyter in parua fruſta panem, etiam Angelus incidebat membra illius pueri in modicas partes. Cùm verò acceſſiſſet ſenex, vt acciperet ſanctam communionem, data eſt ipſi ſoli caro ſanguine cruentata. Quod cùm vidiſſet, pertimuit, & clamauit, dicens: Credo, Domine quia panis, qui in altari ponitur, corpus tuum eſt: & calix ſanguis tuus eſt. Et ſtatim facta eſt illa caro in manu eius panis ſecundum my[illegible] (E) Deo Dixerunt autem [illegible] Deus nouit humanam naturam, quòd non poteſt veſci carnibus humanis, & propterea transformauit corpus ſuum in panem, & ſanguinem in vinum. *Metaphraſt. in vita Arſeni. Bredemb. lib. 1. c. 30. & alij.*

Quaſi triginta millibus ab Ægina ciuitate Ciliciæ Stylitæ monachi duo erant ſeparati ab inuicem ſex millibus paſſuum. Ex his igitur alter ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ communicabat: alter autem, qui plus temporis in culumna egerat. Seuerianæ impietatis erat; variiſque modis hæreticus Catholicum criminabatur. Ille verò diuinitus inſpiratus petiit ab eo, vt partem ſibi mitteret communionis ſuæ: Qui gaudio elatus, quod quaſi illum ſeduxiſſet, protinus miſit nihil hæſitans. Suſcipiens autem Catholicus miſſam ab hæretico ſectatore particulam, in feruẽtem ollam iniecit, moxque reſoluta eſt: ſumptam quoque Catholicæ Eccleſiæ ſanctam communionem in eam cõiecit: ſtatimque feruens olla refrigerata eſt, & ſancta communio permanſit integra, neque madefacta eſt, quam & diligenter ſeruauit, & oſtendit nobis, cùm ad illum veniſſemus. (F) *Baron. tom. 6. annal. an. 513. ex Sophronio.*

Matrona quædam B. Gregorio per ſtationes publicas, Miſſarum ſolennia celebranti, ſolitas oblationes obtulerat. Cui poſt Myſteria traditurus, cùm diceret; Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti conſeruet animam tuam; laſciua ſubriſit. Ille autem continuo dexteram ab eius ore conuertens partem illam Dominici corporis ſuper altare depoſuit. Expletis verò Miſſarum ſolenniis matronam coram populo inquiſiuit, quam ob rem corpus Dominicum ſumptura ridere præſumpſerit. At illa diu muſſitans, tandem prorupit; Quia panem, inquiens, quem propriis manibus me feciſſe cognoueram tu corpus Dominicum perhibebas. Tum *Gregor.* præ incredulitate mulieris, cum tota plebe ſe in orationem proſtrauit: Et poſt paululum ſurgens, particulam panis, quam ſuper altare poſuerat, carnem factam reperit. Quam coram cunctis incredulæ matronæ demonſtrans, ad credulitatis gratiam tam illam reuocare potuit, quam totum populum confirmare curauit. Rurſus itaque in orationem cum eiſdem proſtratus carnis fruſtum in panis primordia reformauit. *Paulus Diac. & Ioan. Diac. in vita S. Gregorij magni.* (G)

Inceſſit cupido Principi Saxonum VVidekindo luſtrare Regis Caroli Magni caſtra: quod etſi palam iam reconciliatio liceret, libuit tamen ignoto habitu liberius omnia ſcrutari; vicina erat Paſchalis ſolennitas, & res cum vniuerſo milite pro Chriſtiana pietate ſe tum factis imminentibus apparebat, commemoratione Dominicæ paſſionis, & expiatione criminum, in purgatione conſcientiæ VVidekindus mendici habitu per ſtomum in naicula illabitur, & quo minus noſceretur, mendicus cum mendicis ad ſtipem ſedebat. Ingens quippe pauperum regionia multitudo quotidie affectabatur. Rex illis largam ſtipem iuſſit erogari. VVidekindus, vbi ad eum peruentum eſt, dexteram & ipſe protendit. Attendit, qui diſtribuit, incuruum in manu digitum, qualem ſciebat habere VVidekindum. Vultum eius diligentius intuetur; agnoſcit arridens, qui largiebatur: Quid ita mendicus inter mendicos ſederet Princeps ditiſſimus, percontatur. Ille nihil ad hęc, ſed ad Regem ſe iubet introduci. Erat tum ſanctiſſimus Paſchæ dies. Rex hilariter excepit venientem, percontatus, quid ſibi vellet indignus Principe habitus. Ille ſub hæc: volui, ſereniſſime Rex, hoc habitu incognitus, vt ſperabam, luſtrare ſecreta geſtorum, (H) quæ cognitus non tam fidenter adſpicerem, curioſitas induxit, vt latibulum quærerem, qui inter tuos nunc in gratiam ſuſceptus, propalam poteram percontari, quæ vellem. Quid igitur, inquit, Rex vidiſti, quod te vidiſſe delectat? Ille vt erat adhuc rerum Chriſtianarum rudis, ſubintulit: Vidi quod mirabar, ante biduum te vultu demiſſo triſtem, incertus quid contigiſſet, quod tantum Regem contriſtaret. (Commemoratio fuit Dominicæ paſſionis, quæ die paraſceues regium vultum obſcurasset.) Rurſum, inquit, vidi hodierna die te primùm ſolicitum, & ad rem attentiſſimum; poſteaquam verò menſam adieras templo mediam, Ita hilari mihi conſpectus es vultu, vt repentinæ in te commutationis me caperet miraculum. Stupor autem erat videre, quod de manu purpurati ſacerdotis ſinguli pulchellum puerum in os ſuſciperent, quem quibuſdam ludibundum arridere, vltro properare: aliis verò abhorrentem auertiſſe vultum; & tamen in ora demiſſum, nec redeuntem aſpexi.

Hoc

A [illegible] d ſit, n[illegible] ac[illegible] Tum [illegible], inquit profe-ctus, plus tibi aliquid, quàm cunctis ſacerdotibus, & omnibus nobis oſtenſum eſt. Inde mutata veſte, manu ſecum abſtractū doçuit grande pietatis myſterium in altaris Sacramento. Qua re cognita exhilaratum eum oraſſe, vt proprium illi ſacerdotem permitteret, qui diuinæ rei curam haberet, crebriuſq; in conſpectu perageret altaris ſacratum miniſterium. Rex etiam Pontificem illi daturum promittit, modò illi habitationē Epiſcopo dignam prouideret. Ducem verò arcem ſuam ad Vviſeram vtriuſque capacem oſtendiſſe: deditq; in eiuſdem arcis non exiguo circu locum ædificandæ Eccleſiæ. Fertur proinde nomen Eccleſiæ prouenisse, quod meum & tuum, quaſi communis duorum poſſeſſio, ſonat in lingua Saxonum vernacula, Min, Din. Erat vir præcipua religione Herimbertus, qui cùm Carolum latere non poſſet, dignus eſt habitus, quem primum præficeret Eccleſiæ Mindenſi Epiſcopum. Adiecit illi miniſteriales non paucos, nec, paruos: vt haberet Eccleſia defenſores B ſuos. Illi verò quia ex uno gradu in nobilitatem excreuerant, vt partim Comites, partim Duces fierent ſpreuiſſe matrem videntur. Ornata autem eſt Eccleſia iam tum ab initio multis ſanctorum reliquiis, Feliciani, Fulginatis Epiſcopi & Martyris, Theodori Epiſcopi Carpophori & Habundi martyrum. Profecit autem Eccleſia tam in ſpiritualibus quàm temporalibus ſub hoc Pontifice: agente nouitio feruore in populo recens conuerſo: inſtante nihilominus bono Pontifice, qui frugem diuini verbi curauit in populo multiplicari. *Alb. Grantzius lib. 2. Saxon. c. 23. Bredemb l. 1. c. 5 an. 785.*

Anno Domini 1153. Coloniæ Quidam ex patre Iudæo, ſed conuerſu, dum Sacramentum corporis Chriſti in ſolennitate Paſchali ore tenus ſuſcepiſſet, & Eccleſia egreſſus neſcio quid exinde acturus, Domum inferre cogitaſſet, diuinitus territus exhorruit, & neſciens quò ſe verteret, foſſa in cœmeterio facta, ſacroſanctum corpus Dominum in ea ſepeliuit. Superueniens autem Sacerdos, & rem diſcens, foſſam aperuit: & infantuli formam inueniens, cúmque reuerenter manibus eleuans, ad Eccleſiam portare voluit: ſed (mirum dictu) luce cælitus emiſſa, puerulus manibus tenentis elabens, in ipſa luce aſcendens cœlos penetrauit, *Ioan. Trithemius in Chron. Monaſt. Hir-* C *ſaugienſ. anno* 1153.

Presbyter quidam Plegilus nomine, Religioſus valde, cùm ſanctam duceret vitam, cœpit piis precibus Deum pulſare, vt ſibi monſtraret naturam corporis & ſanguinis Domini. Venit ergo dies, vt idem more ſolito diuina celebraret: & poſt Agnus Dei, procumbens genibus: Creator, inquit, & Redemptor omnipotens Deus, pande mihi exiguo in hoc myſterio naturam corporis Chriſti, vt mihi liceat eam proſpicere in forma pueri, quem olim ſinus Matris tulit vagientem. Et ecce Angelus de cœlo veniens affatur: Surge properè ſi vis Chriſtum videre, adeſt preſens corporeo veſtitus amictu, quem ſacra puerpera geſſit. At presbyter pauidus ſurgens vidit ſuper aram puerum ſedentem, Cui Angelus: Quia Chriſtum videre placuit, quem ſub ſpecie panis verbis ſacraſti myſticis nunc oculis inſpice & tracta manibus. Tunc cœleſti lumine ſacerdos fretus, quod mirum dictu eſt, vlnis tremētibus puerum accepit & pectus proprium pectori Chriſti adiunxit. Dein ſe profuſus in amplexus dat dulcia Deo oſcula, & ſuis labiis preſſit pia labia Chriſti. Quibus ita peractis reſtituit puerum in altari: & rurſus humi proſtratus deprecatur Dominum, vt dignetur ipſe verti in ſpeciem priſtinam: ſurgens inuenit corpus Chriſti D remeaſſe in formam priorem, & ſic ſub ſpecie debita communicauit eidem *D. Thom Aquin. Opuſculo 58. c. 31. Paſchaſius Corboienſis lib. de corp. & ſang. Domini in Euchar. c. 4.*

Anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octauo, cùm quidam presbyter ſacratiſſimam Miſſam Pariſiis celebraret in ſacello quodam aulæ Regiæ populóque oſtendendam diuiniſſimam Euchariſtiam ſuſtuliſſe in altum, pro ſpecie panis, plurimi qui aderant conſpexêre formoſiſſimum puerum. Quocirca nonnulli rogarunt Presbyterum, vt tam diu ſubſiſteret manibus in altum porrectis, quoad Rex acceſſeretur certior autem tanti miraculi factus Rex Ludouicus negauit ſe eò profecturum, quòd non credentibus hæc ſigna exiſterent; ſibi verò perſuaſiſſimū verè in Euchariſtia Chriſti corpus eſſe. *Viguerius in Inſt. c. 16. §. 3. Beyerl. in apoph. Chriſt.*

Oppidum Duacenſe amplum & magnum eſt inter Cameracum à dextris, viæ, & Attrebatum nobiliſſimas ciuitates. Hic in Eccleſia S. Amati Epiſcopi, cum ſacerdos in Paſcha communicato populo corpus Chriſti ſuper nudam terram ſtupe-E factus inueniſſet, & flexis [illegible] mox per ſu in aera ſubleuatum, paniculo, [illegible] digitos ſacerdos detergere ſolet, inhæſit. Clamans ergo presbyter Canonicos vocat: accurrunt illi, ſpectant in panno corpus viuificum in ſpecie faciei venuſtiſſimi pueri. Et mox conuocato populo ad ſpectaculū præſentatur, & indifferenter, & nulli tanta cœlitus viſio denegatur. Hæc cùm audiſſem fama vulgante, veni in oppidum quod prædixi. Acceſſi ad Decanum Eccleſiæ, cui optimè notus eram: petij videre miraculum, annuens ille præcepit vt fieret: aperta eſt theca, cucurrit populus, móxque vbi pyxis reuoluitur, clamant omnes: Ecce iam video, ecce conſpicio Saluatorem. Stabam ergo attonitus nihil videns, niſi tantùm ſpeciem panis albiſſimi, nihil quidem conſcius mihi, quare ſacroſanctum corpus cum cæteris non viderem. Nec diu mecum iſta voluebam, cùm ecce vidi faciem in menſura ætatis plenitudinis Chriſti ſpineam habentem in capite coronam, & duas guttas ſanguinis de fronte ex vtraque parte naſi per faciem deſcendentes. Nox igitur genibus flexis cum lacrymis adoraui. Surgens autem, nec coronam in capite, nec ſan-F guinem vidi: ſed faciem hominis ſuper omnem effigiem honoratam conuerſam ad dexteram, ita vt vix oculus dexter videri poſſet. Naſus erat admodum longus, directus valde, ſupercilia arcuata, oculos ſimpliciſſimos, & demiſſos habebat, cæſariem longam ſuper humeros deſcendentem, barbam intonſam, & ſub mento curuatam, exterminatámque ſub ritu incūdiſſimi oris, ex vtraque parte menti nudas prope à pilis habebat valliculas, vt iuuenibus apparere ſolet, qui à puero barbā nutrierunt, frontem lætam, macilentas genas, & collum longum cum capite parum inflexum. Hoc ſchema, hic decor benigniſſimæ faciei. Eam autem diuerſi diuerſimodè ſub vnius horæ ſpatio videre ſolebant. Alij in cruce extenſum: alij quaſi ad iudicium venientem. plerique, & hoc ex magna parte, ſub pueri forma. *Thomas Cantiprat. lib. 2. apū. c. 40 p. 2. an. 1467.*

Notū ſit omnibus Chriſti fidelibus ſcribit *Bredembachius*, hunc ſpectabilem locum in deuotione viſitaturis, quod viridicu relatu didicimus, & patres noſtri narrauerunt nobis, quod Deus qui mirabilis prædicatur in ſanctis ſuis, & mirabiliorem ſe exhibuiſſet circa venerabilis ſui ſanctiſſimi corporis, & ſan- G guinis Sacramentum anno Domini 1331. vbi olim in fouea hac (quæ miro tabulatu concernitur in medio chori huius Eccleſiæ) venerabile Sacramentum de ore Cuiuſdā hominis, qui communicauerat, in ſpecie infantuli dignoſcitur effuſum fuiſſe, & ſuper eandem foueam erectum fuerat oratorium paruum & magno populorum concurſu deuotiſſimè frequentatum, ſecundum quod ſcriptura & pictura edocent, cum variis ſignis & miraculis, videlicet, de ſubmerſis reſuſcitatis, de ruptis hominibus, de infantibus periclitatis in partu, de matribus eorum & aliis multis admirandis, item de terra foueæ vbi fertur venerabile Sacramentum verſum in ſubſtantiam pueri infantuli, infirmi febricitantes ſuper eadem terra potentes, frequenter ſanati ſunt, & indies ſanātur, quam ob rem confluūt peregrini eandem terram in exigua quantitate cum deuotione deportantes, & ſanitate percepta, cum gratiarum actione, hoc in loco venerabile corpus Chriſti deuotiſſimè venerantes, & laudes Deo reddentes. Sed tandem circa an. Dom 1423. creſcente deuotione fidelium, & pio præſertim conamine laudabilis viri Arnoldi Schillinch ciuis Colonienſis ſuperædificata eſt Eccleſia ſpectabilis, vt in præſentiarum eſt cernere, H quæ per rectores, presbyteros ſæculares, per ſeptē fermè annos eſt gubernata; poſtea circa annum Domini milleſimū quadringenteſimum trigeſimum, prædictus locus templo ornatus eſt, & priuilegiis ſuis per conſenſum deuoti viri Henrici Aſelli pro tunc Paſtoris Eccleſiæ parochialis ſācti Chriſtophori dotatus, deinde Reuerendiſſimi Domini Theodorici de Morſa Archiepiſcopi Colonienſis promotus fuit idem locus ad altiorem ſtatum, atque in monaſterium Canonicorum Regularium ordinis S. Auguſtini diuina comitante gratia erectus; quo tempore primus Præfectus vel Prior huius monaſterij, venerabilis vita, ſcientia & moribus F. Thomas vanden Vvall profeſſus in Monaſterio fontis B. Mariæ Virginis, propè Arnhein ciuitatem Geldricam, hic ſepultus in choro noſtro, qui laudabiliter Monaſterio præfuit vltra annos, vſque ad an. Dom. 1490. cuius etiam temporibus hoc Monaſterium notanter auxit in ædificiis, eleemoſynis, & redditibus. Quo defuncto, eodem anno alius ſucceſſit in locum eius. Prior huius Monaſterij filius ciuitatis Colonienſis, qui conſiderans prædictam foueam quodammodo per obliuionem

A [illegible] m obrui, & q [illegible] & illam omni ho-
n [illegible] gniſſimam memoriam v [illegible] lis corporis Chriſti,
v [illegible] & hoc monaſterium nomen accepit, minori deuotione
[illegible], & negligi deuotionis zelo inſlammatus Dei adiutorio,
& Chriſti fidelium ſubſidio eandem foueam renouauit, & ti-
tulo decoris ſolemniter erexit, cum luminaribus & indulgen-
tiis, prout in propatulo claret. Idem conſiderans, Eccleſiam
iſtam vti nouellam, pauciſſimis aut nullis reliquiis exornatam,
ad quas colligendas, ſemper deuotionem ſingularem habuit,
ſolicitudine ſtudioſa, & inſtantia maxima & laborioſa, diuer-
ſas notabiles reliquias de ſocietate ſanctarum vndecim mille
virginum, & ſocietate ſanctorum Gereonis, Maurorum, &
aliorum martyrum integra capita, nec non variorum articulo-
rum particulas ſanctorum, & ſanctarum martyrum, è con-
uentu ſeu monaſterio S. Cæciliæ virginis, cui tunc temporis
præfuit commiſſarius, ſolicitauit, impetrauit, obtinuit, &
multo conamine aurata, argentata luculenter decorauit. Quæ
pia deuotione tempore peregrinationis, ac feſtiuitatum tem-
B poribus, à peregrinis, & incolis ciuitatis viſitantur. Quo etiam
tempore cum omni reuerentia ea oſtenduntur populis pere-
grinis. Idem cogitans & pertractans, vt hæc prædicta mira-
bilia perpetuam rei memoriam haberent, anno Dom. 1497.
inchoauit ſolennem fraternitatem venerabilis corporis Chri-
ſti, & ſeptem gaudiorum B Mariæ Virginis, in quorum etiam
ſeptem gaudiorum temporalium & æternalium memoriam,
Beatiſſ. Mariæ ſpectabilem erexit Capellam an. Dom. 1503. de
oblationibus peregrinorum, tempore peregrinationis, ac cum
ſubſidio aliorum amicorum atque Chriſti fidelium, fratrum &
ſororũ eiuſdem fraternitatis, quæ fraternitas in eadem Capella
perpetuis temporibus frequentatur, continuatur, & firmatur
cum redditibus, miſſis, vigiliis, orationibus & aliis multis
bonis operibus: vt autem Chriſti fideles deuotius, & confi-
dentius ad hanc confraternitatem confluant, & ſe inſcribi fa-
ciant, idem impetrauit magno labore, & ſtudio à Reuerend.
Dom. Raymundo Cardinali Presbytero, qui eodem tempore
Coloniæ cauſam legationis egit, certas intelligentias, pro
omnibus, & ſingulis in eadem fraternitate venerabilis cor-
poris Chriſti, atque ſeptem gaudiorum B. Mariæ Virginis in-
ſcriptis, quæ patent in ſolenni Bulla deſuper confecta, ac ſi-
C gillata, ac cum tempore numeroſius patebunt, ex Curia Ro-
mana impetranda. Hæc ita ſe habentibus, hortamur in Do-
mino, & in viſceribus B. Mariæ Virginis, omnes Chriſti fide-
les, hanc domum Chriſti, & capellam ſanctiſſimæ matris eius,
quam elegerunt in habitationem ſibi, deuote accedere, & diui-
num auxilium ac B. Virginis Mariæ miſericordiam, & conſo-
lationem eius ardenti deſiderio in ſuis neceſſitatibus implo-
rare: non dubium, quin exaudientur, & nullus vacuus rece-
det ſine eius conſolationis gratia, prout ipſa promiſit, dicens:
Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generatio-
nibus meis implemini? concedente, & fauente illo, qui fe-
cit eam plenã gratia, qui eſt Deus benedictus in ſæcula ſæcu-
lorũ. Amen *Accidit Colonia in Eccl. Can. Reg. Bredemb l. 1. c. 8.*

Sicut Deus aſtipulatur veritati, ita refragatur errori. *Petrus
Damianus* in epiſtola, quam dedit ad Deſiderium Caſſinen-
ſem Abbatem, Synodo abſoluta reſcribens ad litteras, quas
ab eodem acceperat, dum Synodus haberetur, de eo quod tunc
acciſſet, iſta habet ipſo exordio. Recordatus ſum litterarum,
quas tu quidem ſub interrogatione miſiſti: ſed his ego Syno-
D dali præpeditus inſtantia adhuc non reſpondi. Et hæc in illis
(ſi reminiſci valeo) continebantur epiſtolis: Quia zelotypa
quædam mulier habens virum ex adulterij fraude ſuſpectum,
qualiter eum ſibi vendicare poſſet proprio thoro contentum,
à vicina petiit muliere conſilium. Quæ nimirũ peruerſa, & vl-
tricibus flammis euidenter obnoxia, hoc eam ſacrilegium ve-
nenata ſerpentis antiqui ſuadela perdocuit, vt corpus Domi-
nicum quaſi communicatura perciperet: quod cautè reſer-
uans viro ſuo poſtmodum non ſine quibuſdam maleficiis
propinaret. Quod videlicet à ſacerdote perceptum, vſque dum
occaſio præberetur, palliolo reſeruatum, non ſine magno
dedit ſtupore miraculum. Hæc enim particula Dominici cor-
poris inuenta eſt vſque ad medietatem in carnem conuerſa,
altera verò medietas panis ſpeciem non mutauit. Itaque ſi ritè
reminiſcor, hoc propoſuiſti: deinde quid portenderet inqui-
ſiſti. Super qua quæſtione quia non neceſſe eſt diutius im-
morari, breui compendio quid mihi videatur expediam. Id-
circo Deus omnipotens ſacroſanctum illud myſterium in car-
nis ſpeciem vertit, vt perfidiam reprobæ mulieris argueret,
dum viſibilem [illegible]
tenus quæ priùm panem, vt vi [illegible] ite, credebat; veræ
carnis ſpeciem cerneret: ſicque ſacrilegam cœpti ſceleris au-
daciam ſub ipſo indicio condemnaret. Quod autem medietas ſic
permanſit, ad euidentioris indicij teſtimonium profecit, vt dũ
in vna eadémque ſubſtantia hinc panis, illinc carnis adeſſe con-
ſideras ſpeciem, in vtróque veræ carnis, verique panis indiffe-
renter intelligas veritatem: Quia & ipſe eſt panis, qui de cœlo
deſcendit, & ipſa nihilominus caro, quæ de Virginalis vteri
materia prodiit. *Baron. tom. 11. an. 1059. ex P. Damian.*

Fuit quidam Clericus in Leſmor, probabilis vt fertur, vi-
tæ, ſed fidei non ita. Is ſciolus in oculis ſuis præſumpſit dice-
re, in Euchariſtia eſſe tantummodo Sacramentum, & non rem
ſacramenti, id eſt, ſolam ſanctificationem, & non corporis ve-
ritatem. Super quo à Malachia ſecretò, & ſæpe conuentus, ſed
in caſſum, vocatus ad medium eſt; ſeorſum tamen à Laicis,
vt ſi fieri poſſet, ſanaretur, & non confunderetur. Itaq; in con-
uentu clericorum data facultas homini eſt pro ſua ſententia
reſpondendi: Cúmque totis ingenij viribus, quo non medio- F
criter callebat, aſſerere & defendere conaretur errorem; Mala-
chia contra diſputante & conuincente, iudicio omnium ſu-
peratus, de conuentu confuſus quidem exiit, ſed non corre-
ctus. Dicebat autem ſe non ratione victum, ſed Epiſcopi preſ-
ſum auctoritate: (vt etiam hodie hæretici veritate preſſi ſuos
errores palliare conantur.) Et tu inquit, ô Malachia, ſine cau-
ſa me hodie confudiſti, aduerſus profectò veritatem locutus,
& contra tuam ipſius conſcientiam. Mœſtus Malachias pro
homine ſic indurato, ſed magis fidei dolens iniuriam, timens
periculum Eccleſiam conuocat, errantem publicè arguit, pu-
blicè monet, vt reſipiſcat. Suadentibus hoc ipſum Epiſcopis,
& vniuerſo clero, cùm non acquieſceret, contumaci anathe-
ma dicunt, hæreticum proteſtantes. Nec ſic euigilans, Omnes,
inquit, fauetis homini potius quàm veritati. Ego perſonam
non accipio, vt deſeram veritatem. Ad hoc verbum ſubſtoma-
chans ſanctus, Dominus inquit fateri te veritatem faciat, vel
ex neceſſitate. Quo reſpondente, Amen, ſoluitur conuentus.
Tali ille inuſtus cauterio fugam meditatur, infamis atq; inho-
norus fore non ſuſtinens. Et continuo ſua tollens exibat, cùm
ecce ſubita correptus infirmitate ſiſtit gradum, viribúſque de- G
ficiens eodem loco iactat ſe ſuper ſolum anhelus & feſſus. For-
tè incidens in id loci vagabundus inſanus, offendit hominem:
quidnam ibi agat, percontatur: Reſpondit graui ſe infirmitate
teneri, & neque procedere, neque redire valentem. Et ille, in-
firmitas iſta haud alia, inquit, quam ipſa mors eſt. Hoc autem
non dixit à ſemetipſo: Sed pulchrè Dominus per inſanum
corripuit eum, qui ſanus acquieſcere noluit conſiliis ſenſato-
rum: Et addit, Reuertere domum: ego te iuuabo. Denique ipſo
duce reuertitur in ciuitatem, redit ad cor, & ad miſericordiam
Domini. Eadem hora accitur Epiſcopus, agnoſcitur veritas: ab-
iicitur error, confeſſus reatum, abſoluitur: petit viaticum, da-
tur reconciliatio, & vno pene momento perfidia ore abdica-
tur, & morte diluitur. Ita mirantibus cunctis ſub omni celeri-
tate completus eſt ſermo Malachiæ & ſcripturæ pariter dicen-
tis. Quia *vexatio dat intellectum auditui. D. Bernardus in vita
S. Malachiæ c. 37. Bellarm. lib. 3. de Euchar. c. 8.*

Præſuli cuidam, Leutherico Senonenſi Archiepiſcopo ſci-
licet, de Domino non benè ſentienti, & quærenti pro quibuſ-
dam cauſis probationem in corpore Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti: indignè tulit Rex amator bonitatis, & ſcripſit ei in his ver- H
bis: Cùm ſit tibi nomen ſcientiæ & non in te luceat lumen ſa-
pientiæ; miror qua ratione quæſieris pro tuis iniquiſſimis im-
periis, & pro infeſto odio, quod erga Dei ſeruos habes, exami-
nationem in corpore & ſanguine Domini. Et cùm hoc ſit, quod
à dante ſacerdote dicitur, corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti
ſit tibi ſalus animæ & corporis: cur tu temerario ore & pol-
luto dicas: Si dignus es, accipe, cùm ſit nullus qui habeatur
dignus? Cur diuinitati attribuis ærumnas corporis, & infirmi-
tatem doloris humani cum diuina coniungis natura. Iurans
Domini fidẽ princeps Dei, Priuaberis, inquit, honore Pontifi-
cis, niſi ab his reſipueris, & damnaberis cum his, qui dixerunt
Domino: Recede à nobis: & non communicabis his, quibus
dicitur: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. His
verbis Præſul benè correctus, à rege pio & bono ſapienter in-
ſtructus, quieuit, obmutuit, & ſiluit à dogmate peruerſo, quod
erat contrarium omni bono. & iam creſcebat in ſæculo. In ſinu
matris Eccleſiæ collocatus iſte Dei ſeruus, ſcilicet Robertus
Rex factus eſt Dominici corporis & ſanguinis, vaſorúmque
eius

A ciis cuſtos fortiſſimus, ad vnguem ita perordinans cuncta, quaſi videretur Deus ſuſcipi, non vt in alterius, ſed in propria ſanctæ majeſtatis gloria: hæc eius deuotio, hæc erat fortis prouiſio, vt corde mundo, & veſtitu candido Deus immolaretur pro totius mundi piaculo. *Baron. tom.* 11. *An.* 1004 *ex Hildegaldo in vita Rob Franc. R.*

Cum aliquando Lyduuina virgo more ſuo noctu vigilaret mulier quædam cuius paruulus filius ægrotabat, conſilium petitura venit ad eam. Quam cum eſſet conſolata, & gaudentem à ſe dimiſiſſet, manſit ſola exercitiis ſpiritualibus incumbens in ipſo crepuſculo, anno dolorum ſuorum decimo-ſeptimo, circa feſtum B. Thomæ Apoſto i. Porrò ſimulá: que ſe dedit deuotioni ſuæ, viderunt domeſtici eius magnum ignem in cubiculo eius, quem vt extinguerent, ad eam concurrerunt. Sed cùm nihil cernerent, obſtupuerunt: ait autem illis Lyduuina: Ite cum bona pace: hic nullus eſt ignis: oſtio autem clauſa, oro vt me nunc ſolam eſſe patiamini. Quod cum illi feciſſent, virgo ſeraphica cæleſtis contemplationis ſuauitate perfuſa ſurſum ferebatur in Deum, atque in eum transformabatur, qui pro no-
B bis crucifigi voluit. Non diu poſt remoto à facie panno, quo ſe texerat, vidit ceu ſolare iubar in cubiculo radiare, vidit etiam Angelum ſuum prope ſe ſtare valde ſplendidum, eóque tacto, ſenſit corpus ſuum ad tempus planè ſanatum; vidit præterea aſtantes Angelos ceu iuuenes fortiſſimos, atque alium crucem, alium lanceam, alium clauos, alios alia paſſionis Dominicæ inſignia ferentes, ſuóque lectulo aſſiſtentes. Poſtea verò etiam Matrem Domini cum ſanctis non paucis aduenire conſpexit: Iacebat tum ſuper paleas ſupina: erat autem iuxta eam lectulus, propter aduentantes ſic ſatis honeſtè compoſitus. Tandem venit Chriſtus ipſe in forma ſpecioſiſſimi pueruli, & in lectulo illo ſe reponens blandiſſimè virginem aſpiciebat. Mox verò in perfectum mutatus virum, inſtar crucifixi totus rubicundus & ſanguinolentus apparuit coronatus ſpinea corona, & colore affectus, quo ſolent mortui. In eum ergo intuens virgo planè vigil mirè obſtupuit, commixtímque & gladio & mœrore affecta eſt: Cùm autem in lucem mens illius abſorpta eſſet, Chriſtus lumen pariter & ardorem diffundens in medio immenſi luminis virginis corpuſculo quinque vulne-
C rum ſuorum ſigna luculenter impreſſit, impreſſáque reliquit. Cernens autem virgo eam tam aperta vulnera homines latere non poſſe, timenſque concurſum & applauſum hominum, orauit Dominum, ita dicens: Maneat, obſecro Domine, hoc dignationis tuæ Sacramentum inter me & te, ſufficit enim mihi gratia tua. Mira res: confeſtim cutis texit vulnera illa, ſed dolor atque liuor perperuò permanſit. His ita geſtis, vidit beatiſſimam Virginem arma paſſionis Chriſti, quæ ferebant Angeli, reuerenter ex illorum manibus accipere, eíque deoſculanda exhibere, ac deinde auferri ab oculis ſuis. Sentiens autem Lyduuina ſe ſenſibiliter confixam, reſpexit ad pedes lectuli ſui, viditque illic crucem ſtantem ea magnitudine, qua ſunt illæ quæ ad morituros deferuntur: ſimul etiam pendentem in ea paruulum, & ex eius vulneribus profluentem ſanguinem. Eo ſpectaculo liquefacta anima eius ait ad Dominum: Gratias tibi ago, Domine, qui me indignam ancillam tuam ſic viſitare dignatus es. Audiens autem ſenex pater eam loquentem, mirabatur, cui loqueretur. Scire autem vellet vt quis ibi apud eam reſediſſet. Dixit autem ei filia: Rogo te, pater, vt ocyus ſur-
D gas: habeo enim apud me crucifixum Dominum. Territus ille ſtatutum ſurrexit, vidit hoſtiam pulcherrimam: accitíſque domeſticis & vicinis, oſtendit eis rem ſtupendam. Omnes igitur & timore & admiratione permoti ſunt. Cernebant enim omnes hoſtiam, ſed non eodem modo. Erat enim hoſtia illa nec tam parua, vt ſunt quæ plebi porriguntur: nec tam magna, vt eæ, quas accipiunt ſacerdotes ſacrificantes. Radij autem eius extremam oram orbiculatim ambiebant: intus habebat crucifixi effigiem cum cruentis vulneribus. In latere vno ſpeciatim hærebat ſupernè gutta vna, piſi dimidij magnitudine: poterátque hoſtia ab omnibus perſpicuè videri, ſed ab aliis iacens, à Chriſti virgine tanquam in aëre pendula videbatur. Ad eius autem conſpectum tam animo, quàm corpore, adeò exultabat ſponſa Chriſti, vt formidarent ij qui aderant, ne præ gaudio deficeret. Quædam verò manum ſuam cordi eius apponens, reipſa ſenſit cor & viſcera eius ſupra humanum modum exilire. Exultabat planè cor eius in Domino, & delectabatur in Deo ſalutari ſuo. Hanc hoſtiam multi viderunt, idq; iureiurando confirmarunt. *Ioan. Brugmann lib.* 2. *vita eius c.* 8. *Surius* 14. *April.*

E Vix biennium eſt, cùm Quidam, qui cùm eſſet Catholicus, diu ſe à Caluiniſtica abſtinuerat communione: poſtmodum tamen quorundam delatorum minis, timēs infelix temporalium amiſsionem, contra Chriſtum & conſcientiam, ad hæreticorum Eccleſiam venit, qui illic conſpexit; cùm miniſter Sathanæ miſero populo pollutum panem traderet, canem atrum atque horribilem de manu miniſtri ſemper accipere, quem ille communicaturis obtulerat. Qua terribili & infernali viſione ſic ibi animo perculſus ac conſternatus eſt diſſimulator, vt rediens domum paulo poſt ſit mortuus. Nec tamen exurgunt quidam à ſopore mortifero, quos propter mammona mox perituros, menſæ dæmoniorum & calicis dæmoniorum iuuat vſque communicatio. *Ex Richardo Brieſtoto Vigornienſ. tom.* 1. *Motiuorum Antiharet. circa an.* 1570.

Narrat *B. Guitmundus* quodam Archiepiſcopus Auerſanus Iudæum aliquando interfuiſſe Miſſæ Catholicorum, Epiſcopo autem celebrante & populo hoſtiam ſacram exhibente, viſiſſe eum in manibus ipſius puerulum, eóque viſo exclamaſſe, & baptiſmi gratiam poſtulaſſe. *Lib.* 3. *fol.* 75.

F Inſuper ad confirmādam realē corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento præſentiam, referunt *Annales Bauariæ*. Leonē Pont. Henrico III. Imperatori ſingularis muneris ergo miſiſſe tres hoſtias, quarum duas Greg. Magnus, tertiam vero ipſe Leo conſecrauerat. Et quidem de prioribus ferunt, B. Gregorium dum coram matrona quadam Romana in fide Sacramenti vacillante rem diuinam faceret eaſdem conſecraſſe: & primam quidem inſtar ſanguinis apparuiſſe rubicundam, alteram vero in carnem mutatam, ſed ſanctiſſ. Pontificis precibus denuo conuerſam, ſanguinolenti digiti veſtigium retinuiſſe. Illa vero quam Leo Pont. conſecraſſe creditur ſalutiferum nomen Ieſus cruentatum exhibuit, hodiéque adhuc rubicūdum apparet. Miſit autem prædictas hoſtias ſacras prædictus Leo Bambergam Henrico III. Imperatori, manſerúntque in eadem Eccleſia vſque ad tempora Berchtoldi Comitis Andecenſis qui eaſdem dono accepit ab Ottone Epiſcopo, cum variis plagis affligeretur ob grauia populi ſcelera. Siquidem acceptis his ſacris pignoribus ceſſauit manus Do-
G mini, omniſque plaga cohibita fuit. Atque in tanti beneficij memoriam ſupra memoratæ hoſtiæ pretioſæ Hierothecæ incluſæ, poſt tot ſæcula (ſex vt minus enumerantur) aſſeruantur in monaſterio Audecenſi Ordinis S. Benedicti, in monte Sancto ſuperioris Bauariæ Auguſtanæ ditionis.

☞ *Vide nonnulla ex Loco de Diuinatione. Tit. Religionis vera falſaue diuinatio §. ſynaxim. Miſſam.*

Lib. 4. *huius operis.*

APPARITIONES PRO VERITATE SANGVINIS IN EVCHARISTIA.

☞ *Vide exemplum vltimum Tituli prioris.*

Anno milleſimo duceteſimo trigeſimo nono, cum maximæ Mahumetanorum copiæ procederent in regno Valentiæ aduerſus exiguas noſtrorum, & res ad extremum redacta eſſet, ſex è noſtris Duces ad Deum confugere, & Euchariſtiæ percipiendæ conſilium ceperunt; & quādo non aderant presbyteri: quibus cuncti milites ſua confiteri peccata poſſent, ipſi ſex agere conſtituerunt. Verùm dum presbyter iam celebraſſet Miſſam, protinus ad arma conclamatum, neque ſumendæ Euchariſtiæ tempus ſuperfuit. Quocirca Deo freti Duces aduer-
H ſus inimicos proceſſere; Presbyter inops conſilij particulas ſacratiſſimas linteolis (quæ corporalia vocamus) inuolutas ſub lapide occultauit. Victis mirabiliter inimicis, Presbyter, vt prædictos Duces ſanctiſſimo Chriſti corpore communicaret, produxit illas particulas; ſed linteolis explicatis, vidit ſanguineis guttis reſperſas, & linteis affixas. Rex diuulgata cunctos admiratione repleuit: & haud multo poſt rumor adeſt, inimicos copiis refectis aduentare, Noſtri confirmatis præſenti miraculo animis, aduerſus illos progreſſi petierunt vt ex edito loco, quaſi vexillum in hoſtes lintea producerentur. Quo facto in fugam conuerſi inimici. Cum noſtri redeuntes non conuenirent quo loco mappulæ cum ſacratis particulis reponerentur, ſortibus res commiſſa; quibus eductis, ſcheda Dorchoræ oppidi ter eſt lecta: ſed vt Dei voluntas eſſet teſtificator, conſenſere, vt pyxidi incluſæ particulæ ſumma cum reuerentia ſupra mitem mulam collocarentur, & quo illa libertati ſuæ relicta pergeret, & vbi conſiſteret, ibi locus eſſet tanto miraculo. Mira res Dorchorum verſus illa iter ſuſcepit, & quamuis à multis aliò pelliceretur propoſitione pabuli, nunquam tamen conquieuit, donec eò peruenit; & hoſpitale oppidi ingreſſa

A greſſ[illegible] in [illegible], ac genibus flexis eſt morata; ac ne quid poſthac dorſo exciperet minus nobile, protinus expirauit. Innumera mortalium multitudo ad tantum ſpectaculum confluxit: & reſeruata linea cum particulis vſque ad hæc tempora incorruptis ac ſanguine reſperſis viſuntur, & quotannis publicè oſtenduntur; extantque publica monumenta, quibus tanta res eſt conſignata. Quiuis poteſt accedere, vt tanto ſpectaculo, vbi velit, dignus fieri. *Lud Granat. 2. p. Catech. c. 27. §. 7. Thom. Sallus. prax. Spirit. c. 22. Luc. Marineus l. 2. de reb. Hiſp.*

Vrbanvs Papa IV. cùm eſſet Ieroſolymitanus Patriacha, Viterbij, vbi tunc curia Romana erat, à Cardinalibus numero nouem inter ſe diſcordantibus, extra eorum collegium IV. Kalend. Septemb. Anno Domini 1261. Romanus Pontifex renunciatus ſedit annos tres, menſem vnum, & dies quatuor hic veterem & nobiliſſimam Tuſciæ vrbem accedens, loci adſpectu, & ſecuritate delectatus (eſt enim in ſummo ſaxo poſita, & ad expugnandum difficillima, diu in ea cum curia Romana B permanſit: (nam Manfredi Siciliæ Regis, Romanæ Eccleſiæ hoſtis potentia & vi, ſancta Sedes tunc præcipuè vexabatur) à ciuibus Vrbeuetanis honorificentiſſimè ſuſceptus Monaldenſes & Philippenſes primarios vrbis ciues bello ciuili inter ſe laborantes in concordiam redegit; & dum vixit, eam conſeruauit vrbem ſibi & Romanæ Eccleſiæ fideliſſimam variis ædificiis, tum publicis, tum priuatis, multis etiam priuilegiis exornauit Rempublicam. In ea poſtremo vrbe anno Domini 1264. ſacratiſſimi corporis Chriſti ſolennitas, quinta feria poſt octauam Pentecoſtes, ab eodem Pontifice perpetuis temporibus cum ſolenni ſupplicatione, quæ etiam nunc celebratur, inſtituta eſt: cum eius ſolennitatis officium S. Thomas Aquinas qui eo tempore publicè Theologiam in ea ciuitate profitebatur, compoſuiſſet. Id vere factum fuit propter miraculum, quod hoc tempore Vulſiolis in diœceſi & ditione Vrbeuetana in Eccleſia S. Chriſtianæ accedit: nam dum Sacerdos quiſpiam ſacra Miſſarũ Solennia celebraret, Sacramento iam confecto, de panis & vini tranſſubſtantiatione & Chriſti corpore dubitauit. Vnde ſtatim (dictu & auditu mirum) ex ſanctiſſima, quam in manibus tenebat, hoſtia C viuus ſanguis manare cœpit: & totam mappam, quam corporalem vocant, tinxit. Quo miraculo attonitus Pontifex Vrbanus IV. Corporale primùm ad ſe ab Epiſcopo loci cum proceſſione in vrbem veterem transferri voluit, & illud ſolennitate inſtituta in Eccleſia Vrbeuetana recondidit. Quæ omnia ex eiuſdem Pontificis Bulla, quæ adhuc exſtat, intelliguntur. *Platina in vita Vrbani IV. & Onuphrius ibidem an. 1261.*

Anno Domini 1299. perfidiſſimi Iudæi corpus Chriſti ſacrũ in nocte ſancti Paſchatis emptum à cuſtode Eccleſiæ in ciuitate Franconiæ, quæ Roëtingen dicitur, per diuerſas ciuitates & caſtella aliis Iudæis diſtribuerunt. Quædam Religioſæ mulieres, quæ ſacras vigilias ad tumulum Crucifixi obſeruabant, ſicut moris eſt in Teutonia, cum hora matutinarum de Eccleſia prodeuntes irent ad excitandum Eccleſiæ Preſbyterum, vt Crucifixum de monumento ante matutinas ſecundum cõſuetudinem ſubleuaret viderunt ſuper domum Iudæi qui Sacramentum emerat, duo rutilare luminaria: cúmque attonitæ ſta- D rent, & ſecum quærerent, ſuperueniens Preſbyter interrogat, quid conferant; videnſque cum ipſis luminaria, compertóque quod Iudæus cum cuſtode in Eccleſia fuiſſet. & iuxta altare, cautè vocat Iudicem ciuitatis, & quoſdam de ciuibus, qui irruentes in domum Iudæi ipſum & cuſtodem Eccleſiæ ceperunt. Qui ſtatim coacti facinus perpetratum confeſſi ſunt. Iam verò, vt dictum eſt, corpus idem Chriſti per diuerſas Iudæorum diſperſum fuerat manſiones, qui ſæpè dictum corpus Chriſti ſacratiſſimum acubus & ſubulis pungentes, & in mortariolis tundentes, & per illas puncturas & tonſiones ſanguinem elici conſpicientes, tandem in diuerſis locis ſub terra ſuffoderunt. Sed Deus Sacramentum ſalutis multis miraculis prodentibus, ſuis fidelibus propalauit. Quapropter Chriſtiani inſurgentes contra Iudæos, eos per diuerſas ciuitates & loca turmatim occiderunt. Contigit, vt multi Iudæi ad quoddã caſtrum confugerent, vt ſe ibi defenſarent: cúmque Chriſtiani ad caſtrum illud expugnandum forti manu conueniſſent, & illud iam vallaſſent, quædam virgo Iudæa de eodem caſtro importunis clamoribus rogabat Chriſtiano, vt ipſam inde eriperent, & baptizarent. Iudæis ipſam deorſum trahentibus, & increpantibus, illa de manibus eorum elapſa de altitudine caſtri ſe præ[illegible] ipſa quaſi manibus [illegible] po[illegible] deſcendit, & mos ad fidem Chriſti & baptiſma co[illegible] *[illegible]ffridus Presbyter lib. 2. Epiſt.* E

Aliud huic ſimile Aufidæ in Piceno contigit miraculum, Siquidẽ anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio, quædam Mulier, cum ſumpſiſſet ore Euchariſtiam, non deglutiit, ſed ſeruatam ſecum detulit, vt illa vteretur ad amorem mariti conciliandum ſibi per veneficia. Quamobrem ſic malis artibus edocta ſuper prunas in tegula repoſitam projecit: quo facto (mirabile dictu) cœpit Euchariſtia apertiſſimè in carnem conuerſa ſanguinem latè emittere, ita vt prunas extinxerit, neque cohiberi potuit cruoris eruptio, donec canduerunt carbones, quamuis mulier nihil non egerit, iniiciendo cinerem, puluerem, cerámque apponendo. Tum verò nouo euentu attonita, linteo tegulam cum carne diuina & ſanguine inuoluens ſtabuli propinqui ſtercore infodit. Latuit res annos ſeptem; quãuis aliquot mirabilia cernerint, quæ vndenam naſcerentur, alios quidem latebat, mulierem non ita, facti ac ſceleris ſui F conſciam. His exactis illa tandem aperuit rem geſtam Sacerdoti, qui cùm ſe eo contuliſſet reperit intactam carnem ſanguinémque recentem, linteúmque illæſum. Miraculum patefactum, cunctíſque diuulgatum ex omnibus locis innumeros ad ſui ſpectaculum commouit, & commouet adhuc poſt annos trecentos, & ſexdecim. Viſitur enim caro viſitur ſanguis vitreis ampulis incluſus ad tantæ rei memoriam ſempiternam; neque poſt tanta temporum ſpatia quiſquam ex iis eſt corruptum, aut tabefactum. Poteſt eò quiuis accedere: & propriis oculis rem contemplari, vt maioribus fidem conſtantius adhibere poſſimus, & innumeras Deo de tot beneficiis gratias agere & habere *To Boz. de ſig. Eccl. l. 14. c. 7. an. 1273.*

Salutis anno ducenteſimo nonageſimo ſupra milleſimum, in Pariſiorum vrbe quidam Iudæus, per inopem mulierculam, cui veſtem, quam ab ea oppignoratam habebat ſe gratis reſtiturum promiſerat, Chriſtianam hoſtiam in Paſchate aſſecutus; cùm accenſo igne in ſartagine vellet aſſare, vt perſpexit eam non mutare formam, nec colorem, gladio eam pupugit, G ex qua confeſtim ſanguis manauit. Re autem detecta, ſuperuenientibus Chriſtianis, hoſtia in loco ei dicato reſtituta: Iudæi domus in templum conuerſa eſt, quæ etiam nunc Saluatoris bullientis nomine compellatur, vbi hoſtia gladiúſque etiam nunc oſtenduntur. *Bapt. Fulg. l. b. 1. memorab. cap. 6.*

Temporibus noſtris eo bello, quod Carolus octauus, Gallorum Rex geſſit aduerſus Annam eius Galliæ partis, quæ Britannia dicitur, Ducem quam poſtea in matrimonio conjunctã habuit, Britannus quidam cum ea militabat: qui Remenſi vrbe egreſſus, cum aliis ex hoſtili terra prædatum, pagum ingreſſus, vbi templum erat, in quo meliorem rerum ſuarum partem agreſtes depoſuerant, capſam confregit, arbitratus ſæcularium hominum eſſe, repletoque ſinu his rebus, quas auferre ſecum poterat, poſtea quàm domum rediit, dum res raptas agnoſcit, in eis particulas quaſdam lineas vidit, haud abſimiles his, quæ ad naſi purgationem conficiuntur; minimèque arbitratus ex eo genere eſſe, quibus ſacerdotes pro mappa ad ſuſtinendam Chriſti hoſtiam vtuntur: neque enim Galli ita his, vt Itali inſtruũtur: fœminæ in ea domo, in qua hoſpitio excipiabatur, eas dono dedit, cùm autem ſanguine infectas cerneret, neque inde ſanguinem manaſſe ad fœdandam telam vide- H ret, in ſinum ſuum oculos deflexit, vbi integra pectoris cute, diploidem quoque interiore tunica illæſã animaduertit: quanquam vehementer miraretur; tamen eius rei cauſam intelligere non poterat. Fœmina quoque, quæ munus acceperat, cùm ad amnem lotura hos pannos tuliſſet, non modò ex pannis huius ſanguinis maculæ non abibant, ſed aqua quoque cruenta fluebat. Itaque vehementer territa cùm rem narraſſet, ſuſpicata ſacram eſſe telam, eius ſacrilegij error inuentus eſt, & pro comperto miraculum inuentum, & palam omnibus factum. *Simon Maiolus Epiſc. Vulturar. ex bapt. Fulgoſ. c. 6. lib. 1.*

Anno Domini 1369. circa feſtum S. Bauonis, perfidi Iudæi, qui tunc Bruxellæ morabantur, quadam nocte Capellam S. Catharinæ ſitam infra metas Parochiæ S. Ioannis de Molembeka prope Bruxellam, Cameracenſis diœceſis ſecretè intrarunt, & armarium, quo ſacratiſſimum Sacramentum firmatum exiſteret, ſubtiliter aperuerunt, & circiter ſedecim hoſtias conſecratas, inter quas ſola vna maioris formæ exiſterat, furtiuè ceperunt, & ſecum aſportarunt, & eaſdem vſque ad diem paraſceues, quo Saluator noſter in cruce

mortem

A [illegible] tas in lux [illegible] & ferra-tutis diuerſis contemptuoſe, ac ignominioſe crudeliter transfixerunt. Vnde ſigna miraculoſa tanquam guttæ ſanguinis apparuerunt, & videntur exiuiſſe, prout modernis temporibus cunctis intuentibus lucidius poteſt apparere. Quibus per Iudæos ſic perpetratis, ipſi videntes huiuſmodi ſigna miraculoſa, nimio timore atque tremore proſtrati, proni corruentes in terram, quandam matronam nomine Catharinam, quæ iã diu renuntiauerat Iudaïcæ perfidiæ, ſatis tamen notam Iudæis, & ſæpius conuerſantem cum eiſdem, demandarunt, ſibi præmiſſa referentes, vt huiuſmodi hoſtes ſacratas præfixas ad certum locum ſecretè aſportaret, attentius pretio appretiantes, ſupplicantes ne res geſta ad cognitionem Chriſtianorũ deueniret. Quæ tandem huiuſmodi pretio deuicta onus huiuſmodi hoſtiarum ſacratarum aſportandarum in ſe ſuſcepit: & acceptis hoſtiis reuerſa ad cor, & conſcientiam propriã: ne tam enorme delictum in ipſam redundaret quoquo modo, acceſſit venerabilem

B virum Dominum Petrum de Heda pro tunc Curatum Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Cappella Bruxellenſi; cui feriẽ huius facti declarauit, ſibique huiuſmodi hoſtias voluit deliberare. Qui pondus rei diſcretè conſiderans, nolens ex propria induſtria operari, & negotio tã inſigni ex ſola ſua prudentia præbere aſſenſum: acceſſit ad Dominũ Michaëlem de Baakeren, Viceplebanum Eccleſiæ beatæ Gudulæ Bruxellẽſis: & Dominum Ioannem de Voluere rectorem alterius portionis Capellæ S.Nicolai Bruxellenſis; quos huiuſmodi factum penitus latebat, ſecũ duxit; & præmiſſis per præfatum Dominum Petrũ ſeriosè recitatis ipſi tres inſimul concluſerunt adduci penes eos dictam Catharinam: qua adducta, & apud eos ſecreto veniente huiuſmodi ſacratis hoſtiis à prædicta Catharina per prædictum Dominum Petrum receptis, eaſdem hoſtias idem Dominus Petrus, præſcriptis duobus ſibi adiunctis & aſſociatis, ad præſcriptam eccleſiam de Capella reuerenter, ſecreto tamen deportarunt, & ſub tuta cuſtodia repoſuerunt: Et notitiam præmiſſorum, venerando viro Domino Ioanni de Iſſcha Scholaſtico & Canonico pro tunc Eccleſiæ ſanctæ Gudulę Bruxellenſis, & poſtea Archidiacono & Canonico in Eccleſia Cameracenſi &

C ſignificarunt. Qui Dominus Scholaſticus dictam Catharinã demandauit: quę de pręmiſſis examinata per eundem, pręmiſſa omnia, vt ſupra ſponte fuit confeſſa. Quam in Eccleſia S.Gudulæ prædicta pro veritate rei ſatius indagnãda detinuit * Priſoniæ mancipatã: præmiſſa omnia referens vlterius Dominis de Capitulo prædictæ Eccleſiæ S. Gudulæ ſine mora. Qui Domini de Capitulo inſimul acceſſerunt ad Eccleſiam de Capella ſupradictam, vbi huiuſmodi hoſtiæ ſacratæ extiterant, nitentes huiuſmodi ſacratas ac eorum Eccleſiam S.Gudulæ prædictam, in augmentationem & venerationem puriorem eiuſdem, deferre: quæ quidem hoſtiæ ſub debita cuſtodia repoſitæ extiterant in armariolo chori Eccleſiæ de Capella: ſed prædicti Domini de Capitulo de impetuoſitate & clamore Parochianorum, dictas hoſtias ex illo armariolo extrahere vel recipere non audebant. Sic Dominus Petrus Curatus loci, qui, ne indignationem partium incurreret, clauem dicti armarioli ſupra magnum altare proiecit, & inito tractatu inter partes de præmiſſis fuit terminatum: quod Domini de Capitulo maiorem partem huiuſmodi ſacrarũ hoſtiarum cum hoſtia dictæ maioris formæ ad S. Gudulam ſecum

D reuerenter detulerunt: reliqua vero in Eccleſia B. Mariæ de Capella Bruxellenſis reponeretur. His peractis, & fama volante de præmiſſis, deuenit factum ad notitiã illuſtrium Principum Domini VVenceſlai de Bohemia, & Dominæ Ioannæ Ducum Braban. & Dominorum de Suenuorſten & de VVitham, & aliorum Baronum & nobilium, de ipſorum conſilio ac plurium aliorum, vbi demandatis Dominis de Capitulo prædictis & huiuſmodi perfidis Iudæis per dictam Catharinã ſuper furto & ſacrilegio præſcriptis vehementer accuſatis, dicta Catharina, quæ ſub cautione de reſtituendo eam in dicta Eccleſia B.Gudulæ, vbi Priſoniæ detinebatur mancipata, ibidem adducta fuerat. Vbi in pręſentia præfatorum Principum, Baronum, & nobilium diligenter examinata præmiſſa omnia & ſingula, provt ſuperius ſunt ſcripta, in præſentia etiam dictorum Iudæorum clarius & perfectius affirmauit, eoſdem Iudæos exinde conſtanter & inceſſanter accuſando. Quibus ſiquidem Iudæis captis, & ſuper præmiſſis examinatis, & enormiter quæſtionatis, pręmiſſa omnia provt ſuperius conſcribuntur, penitus ſunt confeſſi; & demum igni & vltimo tradit[illegible] ſupplicio ſente[illegible] [illegible]lante in vigilia Aſcenſionis Domini, 1370. *Guil. à Gou. lib. murat. de Euchar. Ludo. Guicciardin. in deſcrip. Belgij anno 1369.*

E Porro acta & inquiſitiones Proceſſus ſuper ea re habiti ſeruantur in Camera Rationum Brabantię, inter alia maximi momenti ſcripta: Religioſiſſimi vero Principes in tam euidentis miraculi memoriam, ſolemnem & quotannis reſumendam Proceſſionem inſtitui curarunt, in qua ipſe SS. Hoſtię ita confoſſę circumferuntur, & ędificatum in D.Gudulę templo egregium ſacellum & tabernaculum, in quo magna generatione miraculoſum hoc Sacramentum reponitur. Affixa hic olim tabula hos verſus exhibebat:

Quiſquis ades, ſummi quem tangit cura Tonantis,
Dum properas, cœptum ſiſte viator iter.
Hic tibi viua caro, æterni ſapientia Patris
Chriſtus adeſt, viuus panis, & vna ſalus.
Inuidia Iudæum quam dum laniare laborat
Impietas, meritis ignibus ecce luit.
Quare age diuinos huic funde viator honores,
Funde Deo dignas ſupplice mente preces.

F Pignus habebat malæ & impuræ vitæ ſacerdos quidã Petrus cognomento Danus, apud Iudæum, cui nomen Eleazarus, à quo Petrus ſextantem aurei Rhenani acceperat. Cum ſatis locuples pignori redimendo non eſſet, & tamen omnino ſibi illud reſtitui cuperet: alias atque alias cogitationes fouebat, multúmque angebatur. Obſeruat hoc Iudæus, petit ſibi duas hoſtias conſecratas dari pro pignoris redemptione, offerens inſuper dimidiũ aurei. Offert & affert ſacrilegus hoſtias. Iudæus eas ad futurum filiæ ſuæ nuptiarum tempus aſſeruat, volẽs his nuptias filiæ reddere feſtiuiores. Non latuit res hæc alios Iudæos. Ergo cùm iam in nuptiis nuptiali conuiuio propemodum finis eſſet impoſitus, expetunt illi hoſtias. Ille pactus cum iis fidem ſilentij eaſdem producit; in quas, quam olim in Chriſtum, concluſerant iam tyrannidem ſe exercituros. Proiicit in menſam Eleazarus hoſtias; primus pugionem in illas ſtringit; ſed mox ſanguis vbertim effluens per triplicẽ pannum ad ſupernam aſſulam menſę peruenit. Miraculo perculſi omnes vix ſibi ſunt pręſentes. Eleazarus verò aſſumpto animo alios ad ſimile facinus inuitat: qui dum parent, manantem rurſus ex hoſtiis ſanguinem conſpiciunt. Ad longum

G rem totam iuſto libello proſecutus eſt *Nicol. Mariſcalc. Thurius.* Accidit verò an.Dom. 1492. 8. id Iul. in monte ſtellarum Ducatus Magapolenſis *P. Thyræus de appar. Sacr. an. 1492.*

Accidit anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto in Polonię regno res memorabilis: Mulier quædam vilis Dorothea Lazezha nomine profeſſione Chriſtiana, in oppidulo quodam, cui nomen Sachazeto Epiſcopatus Poſnaniæ diſſito ab arce Louitz ſpatio trium milliarium Polonicorum, cuidam Iudæo nomine Bisheim, vel Benedicto, aliquot annis ſeruierat. Hanc Iudæus ille ſæpius interpellauit, vt ſacroſanctum Chriſti corpus more Chriſtianorum cum cæteris acceptum ipſi perferre; ei eius flagitij præmium promittit mulieri tres daleros & croco tam rubro colore tinctam, ac ſericis fimbriis obductam, & ornatam ſe daturum: fœmina ſcelerata conditionem accipit, ac in ipſo priuilegio Paſchæ anno currenti abiit in pagum Catzo dictum Epiſcopo ſubiectum; vbi cum cæteris communicantibus menſam Dominicam impœnitens, & ſine confeſſione acceſſit, ad inſtar Iudæ percipit Euchariſtiam, ac paulo poſt extractam ſudariolo in-

H uoluit, ac feria tertia Paſchæ Sachazetum reuerſa Iudæo hero ſuo illam tradidit. Quo facto, tres alij Iudæi huic oppidulo vicini puta Michalerus, Sachaus, & Ioſephus, ad memoratũ Iudæum veniunt, ac ſacroſanctam Euchariſtiam in ſuam Synagogam deferunt, atque eam Pugionibus & culteris confodiunt; & ecce confeſtim ex illa hoſtia multus emanat cruor, quem perfidi Iudæi in vitreum calicẽ colligunt. Non diu latere potuit tam atrox facinus: ante omnes mulier illa ſceleſta Sachazeti comprehenditur, inde Iudæus eius herus; qui confitentur omnem rem geſtã. Per id tempus Poloniæ Rex Sigiſmundus erat Vilnæ, quæ eſt Lituaniæ metropolis, ac eius certior factus mandat eius oppiduli Præfecto ſecundario, vt rem eam diligenter inueſtiget, ac ſi eam ita, vt denunciatum erat, ſe habere cõperiret, in omnes eius flagitij conſcios extremo ſupplicio animaduertat. Itaq; Dorothea & Iudęus habita quæſtione, die veneris poſt Chriſti aſcenſionẽ publice flammis exuſti ſunt. Primarius ac generalis ille Pręfectus D. Andreas Palatinus Rauenſis, iuriſdictioni prædictæ vrbis obnoxius, reliquos Iudæos Ioſephum & Sachaum (nam Michalerus fuga iam erat elapſus)

A elapſ [illegible]
ex [illegible] pia [illegible] nio bapt [illegible]
defunctam,& paterno in [illegible] chro ſuſtulerat (a ſ
cundario Præfecto cæteris rationibus adducto Placētiam Po-
loniæ dimiſſo (vbi primarius ille Præfectus moram trahebat)
intenſa actione criminoſa ad extremum edicto Regio, impie-
tatis primùm conuictos,mortis reos decernit, & productos in
Plozio Calendis Iunij ignibus conſumit. Nec verò quenquam
lateat, quod cum dicta Dorothea abditam prædicto modo ge-
reret viuificam hoſtiam, & Goizlauia in villam Iarzcam, iter
domum verſus confectura, veniſſet a canibus Georgij cuiuſ-
dam Lazezhi patrisfamilias intercepta ſit, qui tanto fremitu
veſtes illius inuolabant ac lacerabant,vt pœnè ad terram pro-
ſterneretur,diuino forte permiſſu: nec abiuiſſet illæſa,niſi ſuc-
curriſſent famuli domus. Sanè ipſe Rex Poloniæ fertur hoc
miraculo non mediocriter in Catholicæ Eccleſiæ retinenda
communione cōfirmatus eſſe. *Romerus Pont.lib.memorab.5.Su-*
rius in hiſt.Bredemb.lib.1.collat.Sacratum c.50.

Petentibus (inquit *Ioannes Diaconus* quibuſdam occiden-
B talibus per legatos ſacras reliquias Gregorius Pontifex pallæ
ſeu corporis portionem dedit. Illi donum contemnentes,ve-
lut parui pretij lineam portiunculam accepiſſent, cum lineæ
apud illos pallæ donū haberentur, apud S.R.E. Archidiaco-
num conqueſti ſunt, ac Gregorius eum id accepiſſet,poſt ſa-
croſancta myſteria coram aſtante populo repoſita in altari
palla, in orationem proſtratus efflagitauit,vt quanta venera-
tione habendæ pallæ huiuſmodi eſſent, præ cæteris reliquiis
omnibus, miraculo diuino perſpicuum faceret intermiſſa de-
mùm oratione gladio pallam pupugit imitatus Leonem pri-
mum Romanum Pontificem, móxque inde ſanguis effluxit:
obſtupeſcentes legati,ac pudefacti,cum reliquo populo effla-
gitarunt,vt pallæ in priſtinum ſtatum reſtituerentur. *lib.2.Vita*
S.Greg.c.42.

Iudæus quidam Dei nomine in omni genere linguarum
exercitatus, Pragæ nuper in Boëmia ad fidem conuerſus, &
Chriſtianorum ſacris initiatus, familiaritate cuiuſdam Fran-
ciſcani Petri Rodanij, cui cura infirmorum erat concredita,
quique morientibus ſalutare viaticum adminiſtrabat, vteba-
C tur. Diligenter obſeruarat,vbi hoſtiæ conſecratæ reponeren-
tur, & aſſeruabantur. Initio itaque menſis Sept. Iudæus hic
Chriſtianus factus (vt & fermè omnes huius farinæ cecutiri)
Iudaizans, huiuſmodi hoſtias tres clam ſurripuit chartæ in-
uoluit, & Presburgum in Vngariam profectus ad Iudæum in
hoſpitium diuertit; cùmque aliquot dies hic commoraretur,
ſæpè cum hoſpite de incarnatione Chriſti, deque Sacramen-
to corporis & ſanguinis eius diſputauit. Interrogauit tandem
hoſpes Leonem, an aliquando Sacramentum hoc percepiſſet?
Reſpondit Leo,ſe percepiſſe. Tandem eò prouecta eſt oratio,
vt Leo tres conſecratas hoſtias Pragæ raptas è ſinu deprom-
ſerit, & Iudæo ſpectandas dederit. Iudæus viſis hoſtiis,obni-
xè Leonem orauit,vt duas ſibi donaret. Quod cū ille recuſare
non poſſet, Iudæus acceptas hoſtias in arcula repoſuit,
accuratè cuſtodiuit, donec *Leo* Presburgo Nikelsburgum
proficiſceretur. Eo abſente Iudæus hic alios ſuæ ſectæ homi-
nes conuocat, his hoſtias exhibet,ac quomodo eas adeptus eſ-
ſet,commemorat. Collatis hi conſiliis plures Iudæos ad ſe vo-
cant,vt experiantur,ſitne in Chriſtianorum Sacramentis do-
D lus; an dolis ea vera ſint. Effundunt hoſtias in menſam, &
ponè eas cultrum. Hic vnus eorum arrepto cultro: Si,inquit,
verè Chriſtianorum Deus ſis, hic virtutem tuam exere. Si-
mul ac cultrum in hoſtiam adegit,extemplo copioſus ſanguis
effluxit. Territis hoc miraculo Iudæis,mox vindex Deus ad-
fuit,& fulmine domum concuſſit,quæ igne correpta,cum ho-
ſpite, vxore, duabus filiabus multiſque aliis Iudæis funditus
exuſta ſit. Tres tantummodo incolumes euaſerunt. Menſa & ho-
ſtiæ in medio iſto incendio ſaluæ, intactæque remanſerunt,
Gubernator vrbis,qui extra muros habitabat tā ſæuum vidēs
incendium,miſit famulos ſuos in vrbem, vt cauſam incendij
inquirant, & illud cum oppidanis reſtinguant. Qui cum in
vrbem veniſſent, didicerunt Iudæos aliquot iſtis in ædibus
congregatos fuiſſe,quid verò egerint, nemini conſtare: multis i-
gne abſumptis, tres euaſiſſe. Re ad Gubernatorem relata, tres
illi Iudæi quæruntur,& inuenti in vincula coniiciuntur. Habita
quæſtione,cum diu ſcelus occultarent,tandem prodere coacti
rem geſtam ordine narrarunt. Gubernator vt tandem ſcelus
debitis pœnis expiaret, Iudæos iſtos exquiſitiſſimis tormentis
excarnificari,tertióque die adactis per corpora ſemiuiua palis

[illegible] de [illegible] Tra [illegible]
Ex his miraculis ac [illegible] d [illegible] rum [illegible]
argumentum aduerſus Sectarios Sacramenti huius veritatem
negantes, Catholici eruere poſſunt. Illa fides nequit haberi
falſa quam Deus qui prima veritas per eſſentiam, miraculo-
rum beneficiis confirmat: cuius violatores, irriſores aut con-
temptores per miraculum punit: quamque iis manifeſtat, qui
veritatē in cordis ſimplicitate ab ipſo quærūt. Atqui hæc om-
nia eueniſſe in hoc Sacramento, in quātum credimus ſub illo
verum Chriſtum,verè,realiter & ſubſtantialiter contineri: ſu-
periora exempla conuincunt: Ergo. Dicent illi, non eſſe vera
miracula,neque à Deo fieri: Quod vt de quibuſdam recentio-
ribus fortaſſis ab iis dici toleremus, quod Authores à quibus
ea accipiuntur, non omnes inter Doctores claſſicos ab Eccle-
ſia recepti ſint: de illis nihilominus quæ à SS. Patribus qui
Eccleſiam primitiuam,quam puram primis D. annis Caluinus
agnoſcit, dum & Gregorium Magnum vltimum Romæ Epiſ- F
copum pronuntiat,poſteritati conſecrata reperimus, non ha-
bent, quid abſque ſumma impudentia contradicant. Quam-
uis etiam cætera certiſſima ſint, & plenam fidem mereantur,
qui eandem litterarum monumentis tradiderunt.

COMMVNIO SIVE SVMPTIO SACRÆ EVCHARISTIÆ.

A Chriſto commendata & præcepta Ioannis 6. facta Matt. 26. Item miraculis confirmata.

S. IGNATIVS martyr qui paſſus eſt anno Chriſti 108. ſcri-
bens ad Romanos: non comedam ait, eſcam corruptionis,
neque voluptates huius mundi deſiderio volo Panem Dei
panem cœleſtem, panem vitæ, qui eſt caro Ieſu Chriſti filij
Dei viui,qui natus eſt in nouiſſimo ex ſemine Dauid & Abra-
hæ. Et potum volo ſanguinem eius, qui eſt dilectio incorru-
ptibilis,& vita æterna. *Ioan. Garetius claſ. 3.*

Res eſt mira, quæ ſequitur, & in laudem meritumque fi-
dei ad Eucharistiæ præconium iugiter commendanda. Cùm
à ſua matre B. Odilio auditu multa perciperet, vera quidem
omnia,ſed difficilia ad credendum, quia rationis ſcrutinium
videbantur excedere: ipſe idem nec omnino volebat credere, G
nec è diuerſo matris ſuæ penitus ſermonibus derogare, Do-
mini memor potentiæ, qui quondam aſinam Prophetæ præ-
ferens,in ea,quæ voluit, os ipſius docuit, aperuit ad loquen-
dum. Vacillans itaque horam ſub medio, magiſque tamen
claudicans in credendo,ne ex verbis matris de cætero, moue-
retur in dubium, certus de illius gratia ſubſequenti miraculo
meruit confirmari. Cùm igitur die quadam ſummo diluculo
adhuc eſſent tenebræ, intra quandam cellulam in maiori exi-
ſtentem Eccleſia,quæ ſanctæ Crucis dicebatur Baſilica, indu-
tus ſacris vir Domini paruulo ſibi adminiſtrandum adſtante
puero celebrare intenderet, plures hoſtias, quibus ſuos ali-
quando communicaturus erat, illic ſuper altare benedictum
& portatorium,quod tunc ibi erat, ante pedes calicis depoſuit
& ex patena. Dicta verò oratione, Suſcipe ſancta Trinitas,& cæ-
tera, quæ ſequuntur, hoſtiarum vna tenebris viſum ardenti-
bus, ab altari benedicto intra corporale & pallam improuisè
lapſa eſt. Cúmque peracto myſterio conſecratas hoſtias in
ſolenni vaſe,& ad hoc ſingulariter deputato reconderet,illam, H
quæ corruerat,inter pallam & corporale reperit, ignoranſque
an verum corpus Dominicum eſſet, eámque reponens ſecretius
à conſecratis paululum ſequeſtrauit. Cuius mater exinde iam
elapſa hebdomada ipſum accerſens: Volo,ait,fili, vt me com-
munices,debilis enim ſum. Qui ſciens cupiens præfatæ hoſtiæ
veritatem, & de matris gratia plenius confirmari, attulit eam
matri,& poſtulanti corpus Domini tribuit, iſta dicens: Cor-
pus Domini noſtri Ieſu Chriſti proficiat tibi in remiſſionem,
& vitam æternam. Qua percepta, ſtatim ſine mora reſpondit
mulier: Cur hanc, fili, hoſtiam corpus dixiſti Dominicum?
Neque enim hæc hoſtia à virtute ſpiritus fuerat penetrata,
ſed nec in corpus Chriſti mutata, ſuſcepta tamen à Domino:
Nam tu illam ſolum ſanctæ obtuleras Trinitati. Tunc Ille,tan-
tis à ſimplici fœmina auditis mirabilibus, Dominum magni-
ficabat, verbiſque matris in reliquum fidem adhibuit firmio-
rem: in craſtinúmque mulier ex manu filij ſacram ſumens ho-
ſtiam, ſuum in hoſtia gauiſa eſt ſuſcepiſſe Creatorem. At cum
verba matris eadem de ſupradicta hoſtia aliquibus poſtea fi-
lius retuliſſet, mirabantur dicentes: Quomodo hæc talia
ſcire potuit, cum ab homine non didicit? Nam etſi mul-
tis edocta magiſtris ex longo iam fuiſſet tempore, mirabile
tamen

E

Maria … ſupra … beneficii corporalibus, praſtitus virtu… Euchariſtia.

Henricvs Germanorũ Rex à Romano Pontifice olim excommunicatus, verè pœnitentis hominis ſpeciem præ ſe ferens, à Greg. VII. Papa Canoſij in Longobardia ritu ſolenni abſolutus eſt. Abſolutione facta Papa Miſſarum ſolennia celebrauit; confectaque ſacra oblatione, Regem cum cætera, quæ frequens aderat multitudine, ad altare euocauit, præferénſque manu corpus Dominicum; Ego, inquit, iampridem à te tuiſque fautoribus literas accepi, quibus me inſimulabas ſedem Apoſtolicam per ſimoniacam hæreſim occupaſſe, & aliis quibuſdam tum ante Epiſcopatum, quàm poſt acceptum Epiſcopatum criminibus vitam maculaſſe, quæ mihi ſecundum ſcita canonum omnem ad ſacros ordines acceſſum obſtruxerint. Et licet multorum idoneorum certa teſtium adſtipulatione crimen refellere queam, eorum ſcilicet, qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate inſtitutione integerrimè nouerunt, & eorum, qui meæ ad Epiſcopatum promotionis auctores fuerunt; ego tamen ne humano potius, quàm diuino niti videar teſti- B monio, vt ſatisfactionis compendio omnibus ſcandali ſcrupulum de medio auferam, ecce corpus Dominicum, quod ſumpturus ero, in experimẽtum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus ſuo me hodie iudicio vel abſoluat obiecti criminis ſuſpicione, ſi innocens ſum, vel ſubitanea interimat morte, ſi reus. Hæc & alia, vt ſolemne eſt, præfatus verba terribilia, quibus Deum cauſæ ſuæ æquiſſimum iudicem & innocentiæ aſſertorem adeſſe precabatur, partem Dominici corporis accepit, & comedit: Qua liberrimè aſſumpta, cum populus in laudes Dei innocentiæ eius congratulatus aliquandiu acclamaſſet, tandem impetrato ſilentio conuerſus ad Regem; Fac rogo, inquit, fili, ſi placet, quod me facere vidiſti, &c. Si te innocentem noſti, & exiſtimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falſis criminibus impeti, libera compendioſè & Eccleſiam Dei ſcandalo, & teipſum longæ concertationis ambiguo, & ſume hanc reſiduam partem Dominici corporis, vt comprobata Deo teſte innocentia tua ob- C ſtruatur omne os aduerſum te iniqua garrientium: & me deinceps cauſæ tuæ aduocato, & innocentiæ tuæ vehementiſſimo aſſertore, Principes tibi reconcilientur, regnum reſtituatur, omnes quibus diu Reſpublica vexatur, bellorum ciuilium tempeſtates in perpetuum ſopiantur, &c. Verùm Gregorius eum abſque aliqua de ſua innocentia per eum facta conteſtatione ſacra Euchariſtia communicauit (vt teſtatur Domnizo in Mathilde) cum benedixit, pacem tribuit, & ad prandium inuitauit, benigniſſiméque refectum, & de omnibus, quæ facere oporteret, diligenter inſtructum cum pace ad ſuos dimiſit. *Ex Lamb. Schaffnaburg. Barõ. tom. 11. annal. ann.* 1077. *Garet. cent. 11. ex orat. quam habuit Gregor. ad Henric. Reg. Germ.* 4.

Anno Chriſti milleſimo centeſimo vndecimo corona Imperatoria decoratus idem Henricus IV Rex Teutonicorum, portis omnibus Romanæ vrbis, ne quis ciuium eò adueniret, obſeratis. Cumque in Miſſa ad hoſtiæ confractionem venisset Papa, partem ipſe ſumens, reliquam Imperatori tradidit, dicens: Sicut pars iſta viuifici corporis diuiſa eſt, ita diuiſus ſit D à regno Chriſti & Domini, qui pactum iſtud rumpere ac violare tentauerit: vel ſic, vt *Maſſonius ad Iuonis Epiſt.* annotauit; Domine Imperator Henrice, corpus Domini natum ex Maria Virgine, paſſum in cruce pro nobis, ſicut ſancta Catholica tenet Eccleſia, damus tibi in confirmationem veræ pacis & concordiæ inter me & te. Amen. Anno Verbi Incarnati milleſimo centeſimo vndecimo hoc confirmatum in Baſilica ſancti Petri 16. Kalendas Martij, regnante in cœlis Domino noſtro Ieſu Chriſto cum Patre æterno & Spiritu ſancto. Amen. *Ex P. Diacono lib 4. cap. 41. Baron. tom. 12. ann.* 1111. 24.

Miraculum omnibus notum præterire nolumus, quod à Regibus Galliæ in ſanando morbo, qui ſtruma dicitur, & contagij ſpecies eſt incurabilis, perpetratur. Ille enim Dominus, ad cuius prouidentiam ſpectat ſuæ creaturæ remedium prouidere, inter innumerabiles herbarum medicinalium ſpecies, quas ad morborum noſtrorum corporum curationem creauit, vt huic incurabili morbo hoc in tantis viris & Chriſtianiſſimis, vt Galliæ Reges, & illorum ſucceſſores ſunt, non ſolùm regni hæredes, verùm etiam fidei ſancti Ludouici eiuſ… purgatione, ſine ſanguinis … morbum curant, ægrotos ſolùm tangendo, & dicendo: Rex Galliæ te tangit, Deus te ſanet. Huius autem miraculi die dicti Reges ſacram ſumunt hoſtiam, ſe omni deuotione parantes, vt Deus per eos hanc mitam operetur ſanitatem. *P. Diac. lib. 2. cap.* 27.

Comes quidam iuſtiſſimus iudex, vt certa relatione didicimus, in proprium filium & vnicum tale iudicium fecit. Decumbebat ipſe comes annis duobus aut tribus languens; & vnâ dierum, filio eius virginem opprimente, clamor populi per ciuitatem validos excitatur. Quo clamore pater attonitus inquirit, quæ cauſa ſit. Negant Primates, qui aſtabant, ſed tandem minis territi intimant veritatem. Qua detecta, vultu diſſimulante, cum lacrymis petiit ab aſtante ſeruo cultrum exacutum & longum, quaſi vellet ſibi vnguium excrementa reſcindi. Nec diu immoratus, cùm vix ſex horarum ſpatio interiecto filium præcepit aduocari. Quo veniente, & propius F accedente, dixit pater: Nunquid noſti, quod ſim dominus terræ, & tu me ſuperſtite & viuente, in confuſionem mei & tui opprimere virginem voluiſti? Abſit vt te talem hæredem habeam, & te talem poſt me terræ dominum derelinquam. Hæc dicens ſubitò eum in corde cum cultro percuſſit. Nec quatuor dierũ poſt hæc ſpatium interceſſit, cùm ecce Comes ſibi mortem imminere proſpiciens, quendam ſecreti ſui conſcium mandauit Abbatem, cui cùm confeſſus eſſet; & peteret corpus Chriſti, & nihil in confeſſione de filij occiſione tetigiſſet, Abbas nolens eum abſoluere vel cõmunicare, quæſiuit, quare tantum ſcelus filicidij commiſiſſet? Cui Comes mira conſtãtia reſpondens, dixit: Abſit vt illum reputem paterni principatus hæredem, licet carne mea genitum, qui cõtra fas auſu nefario iuris violator exiſtens, ſe dignum fecit mortis iudicio; & omni iure ſucceſſionis indignum. Nec verè ego filium, ſed legum & patriæ iudex legis & patriæ violatorem occidi. Tu autem Abbas vicarius iudicis Dei contra legem me iudicas, quæ Deuteronomij libro teſte, in necem proterui filij primas parentum manus eſſe præcepit. Vnde ad Chriſti iudicis tribunal G appello, vbi ſine tua abſolutione facti huius aſtare volo, & certus eius iudicium expectare: hoc ſolùm peto, vt pyxidem aperias Dominici Sacramenti, & me ſalutare Dei oculis tantùm videre permittas. Quod vbi annuit Abbas, hoſtia ſalutaris mox ſe ori Comitis patenter infudit, & eum iuſtum prærogatiui examinis iudicem, & rectiſſimum vindicem ſcelerum comprobauit. *Th. Cantiprat. lib. 2. apum Caſar. lib. 9. c.* 38.

Cerealis conſularis cuſtos Cornelij Papæ II. rogauit beatum Pontificem, vt dignaretur venire in domum ſuam, atque viſitare vxorem ſuam, quæ annis quindecim iacebat paralytica: erat illi nomen Salluſtia. Ingreſſus eſt igitur Cornelius domum Cerealis cum duobus presbyteris, & vno clerico lectore. Dedit autem hanc orationem beatiſſimus Papa dicens: Domine Deus, creator omnium viſibilium & inuiſibilium, qui dignatus es ad nos peccatores venire, vt nos ſaluos faceres; tu erige alliſam hanc famulam tuam, & dona ei miſericordiam tuam, ſicut cæco nato donaſti lumen ad cognoſcendam gloriã tuam. Et tenens manum Salluſtiæ, erexit eam, dicens: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ſta ſupra pedes tuos. H Quæ protinus ſurrexit clamans, & dicens: Vere Chriſtus eſt Deus, & Dei filius. Et dixit tunc Cornelio: Per Chriſtum te obſecro, baptiza me. Et currens impleuit vas aqua, & attulit ei. Viſo tanto miraculo, milites quoque, qui erant cum Cereali, omnes ſe ad Cornelij pedes proiecerunt, timentes, atque petentes ſe quoque baptizari velle. Cornelius videns Dei manum in his omnibus, baptizauit eos, & obtulit pro eis ſacrificium laudis; & ſic participati ſunt omnes corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Baron. ex vetuſt. codic. tom. 2. ann.* 251.

Refert Cæſarius de Eberhardo Salisburgenſi Epiſcopo, qui præ aliis ſui temporis admodum in egenus erat munificus, & Leproſorum loca ſedulò viſitabat. Die quadam, tuguriolum quoddam intrans, videt hominem lecto decumbentem: Rogat, numquid vellet? Cui ille, Corpus Domini. Abiit Epiſcopus, defert S. Sacramentum, oris infirmi iacentis impenit, varum is nauſeabundus quod ſumpſerat, eiecit. Territus Epiſcopus, eiecta, reliquias reſumit ob honorem Sacramenti. Ac mox diſcedens, dum altera hora redit, leproſum non inuenit; & interiecit à multo tempore tugurium hoc nullum leproſum habuiſſe. Vnde cognouit Chriſtum ſpecie leproſi conſtan-

A [illegible] An[illegible] [illegible]
derat in [illegible] pt. San[illegible] B[illegible]

S. COMMVNIONIS MINISTRI
CŒLITVS DATI.

Cum S. Dionyſius martyr carcere cum ſociis Ruſtico & Eleutherio propter Chriſtum detineretur, poſt multas ibi ad populum, qui eò irrepſerat, exhortationes, Dominica Miſſarum ſolennia, vt confirmarentur participatione corporis & ſanguinis Domini fideles, velut iam in cælis poſitus celebrauit: hora namque, qua frangebatur panis ſanctus, quo ipſi & populus communicare debebant, reſplenduit lux de cælo ſuper eum, & omnes, qui ibi aderant, qualem nemo eorum antea viderat: in qua veniens apparuit ei Dominus Ieſus Chriſtus, etiam cunctis videntibus, quibus eſt datum videre, cum multitudine Angelorum; & accipiens panem ſanctum dedit illi dicens: Accipe hoc, mi chare, quod mox complebo tibi vnà cum Patre meo, quoniam mecum eſt maxima merces tua, & his, qui audierint te, ſalus in regno meo. Nunc facias fortiter, & memoria tua erit in laude: dilectio autem, & benignitas, quam ſemper habes, pro quibuſcunq; petierit, im-
B perrabit. *Sur. in vita die 9 Octobr. Ioan. Garet. Gēt. P. ex Hilduino Abbate* 840.

Ne tam admirabilis ſacramenti homines mortales tantùm miniſtros eſſe putaremus, nonnunquam etiam ab excellentiore, hoc eſt, vel ab ipſo Chriſto, vel ſpirituali creatura adminiſtratum legimus. Honorati quarti poſt Firminum Epiſcopi Ambianenſis exemplò diſci poteſt. Is dum miſſam aliquando celebraret, cùm ante ſe in altari ſacram hoſtiam attentius conſideraſſet, iam ſumere volens, manibus contingere hæſitabat. Itaque depictæ ibi imaginis Chriſti manum ſublatam, ſibique porrectam hauſit, ſumere non recuſans, quod diuinitus dabatur. Et certè dignus fuit à Chriſto communicari, qui ſe tactu etiam eius indignum iudicauit. Ab omni deinceps inquinamento carnis illæſus permanſit. *P. de Natal. lib. 2. Cat. Sanct.* 86. *Marulus lib. 4 cap.* 12.

Marcum ferunt (ait *Sozom. lib. 6. hiſt. Eccleſiaſt.*) etiam in ætate iuuenili admodum fuiſſe placidum, prudentem, & ſacrarum ſcripturarum memorem, denique vſque adeò Deo charum, vt Macarius affirmarit, quod cùm presbyter Cellimorum eſſet, abs ſe nunquam acceperit, quæ ſacerdotes initiatis ad menſam ſacram dare debent, ſed Angelus ei dederit, cuius ſe manum ad iuncturam vſque tantum vidiſſe dixit.

C ONVPHRIVS confeſſor circa annum 382. ſeruus Dei, per annos ſexaginta in eremo vaſtiſſima & profundiſſima Ægypti hominibus manſit incognitus. Ex quibus, triginta annis viuus fuerat ſolis palmæ fructibus & herbarum radicibus pro cibo. aliis verò triginta, pane cælico ſibi per Angelum miniſtrato: vbi multas diaboli inſidias perpeſſus fuerat, quas tamen omnes Dei gratia ſuperauerat. Additque Paphnutius Abbas, qui deſertum illud circuiens eum reperit, qualiter ſingulis Dominicis diebus Angelus Domini ſacram ipſi Euchariſtiam diuinitus deferebat. *P. de Natal. lib. 5. c. 106. Marul. lib. 4. c.* 11.

MAIORVS Epiſcopus apud inſulam Sargiam Britanniæ Sampſoni in Dolenſi Epiſcopatus ſucceſſit, in quo dum verbis & exemplis populum Domini laudabiliter paſceret, in ſomnis ab Angelo monitus Epiſcopatu ceſſit, & eremum petiit. Is virgo perpetuo permanens, ſolo pane hordeaceo contentus, feria quarta & ſexta nullum capiebat cibum; & ſemper ferebat cilicium. Cui in vigilia Paſchæ oranti Angelus ter apparuit, eique obitus ſui diem pronunciauit, de cuius manibus ſanctus vir Euchariſtiam tertia vice viſibiliter ſumpſit. *Idem lib. 9. cap.* 703.

D S. BONAVENTVRA Cardinalis & Epiſcopus Albanenſis, adhuc in minoribus agens, demiſſæ mentis humilitate potiùs, quam ex iniuſtitia pluribus diebus abſtinuerat perceptione ſacratiſſimi corporis Chriſti, veritus ne ſi illud indignus ſumeret, iudicium ſibi manducaret & biberet. Cúmque die quadam in Miſſa deuotus adeſſet, Deus reſpiciens ad illius humilitatem, particulam cōſecratæ hoſtiæ, de manu celebrantis per Angelum acceptam, illius ori clementer immiſit. Reſpexit enim ad humilitatem ſerui ſui, propter quam beatus ab omnibus gentibus prædicatur; eique hoc ſingulari beneficio indicat, vt omnem ſæpè celebrandi ſcrupulum amoueat, & cum Creatore ſuo, à quo amabatur, familiariter conuerſaretur. *Octauiam. de Martinis in vita c.* 12. *Sur.* 13. *Iulij tom* 3.

BERTRANDA Carmara Carpéntoractenſis, mulier ſanctæ vitæ, & diuinarum rerum valdè perita fuit. Ea cùm in quadam [illegible] ad [illegible] pataſſet, & [illegible] illa conſecrare neglexiſſet, [illegible] s eam miro quodam modo conſolata eſt. Cùm enim [illegible] illius ſacrificio admodum piè intereſſet, & Chriſti corpus ſpiritualiter ederet, Angelus Domini partem hoſtiæ conſecratæ accipiens ab altari ei ſumendam præbuit: Presbyter verò Chriſti corpus percipere volens, cùm illam hoſtiæ partem non reperiret, licet multo ſtudio hinc inde eam perquireret, magno animi dolore affectus eſt, donec à Bertranda didicit, quid ipſi Dominus præſtitiſſet. *Sur. in vita S. Elzearij, tom. 5. 27. Septembr.*

Non minori admiratione dignum, nec minus ad huius ſacramenti ſpectans dignitatem illud fuit, quod in vita Fauſtini & Iouitæ martyrum legimus: hi namque cum Secundum militem Mediolani baptizaſſent, & communione quoque membrum Eccleſiæ facere voluiſſent, nec haberent panem, ex quo ſacramentum conficerent, à columba alite roſtro delatum accepere, eique ſumendum porrexerunt, ſacrum eſſe minimè dubitantes, qui ſic afferebatur. Quoniam autem in columbæ figura Spiritum ſanctum apparere ſolitum Euangelia teſtantur, F
hoc ideò contigiſſe potuit, vt credamus, ſicut credimus, ibi Deum Patrem, ibi Spiritum ſanctum eſſe, vbi filius eſt, cùm trium perſonarum ſimplex vnicáque ſubſtantia ſeparari non poſſit: Quem ergo honorem toti Trinitati exhibendum cenſes? huic vni ſacramento deferre non dubites, non viſibilem eius figuram tantummodo oculis attendens, ſed ſub viſibili figura inuiſibilem veritatem altamente contemplans. *In vita Fauſtini & Iouitæ Mart.*

Anno Domini milleſimo centeſimo vigeſimo veniſſe dicitur Ioannes Patriarcha Indorum, narrans Caliſto Papæ, & Cardinalibus, Prælatiſque aliis in conſiſtorio publicè, qualiter S. Thomas Apoſtolus omni anno communicet populum manu ſua, dignis Euchariſtiæ Sacramentum porrigens, quam & retrahit ab indignis *Ioan. Naucler. in Chron. volum. 2. gene.* 38. *Staplet. in collectan. de S. Thom.*

Cum STANISLAVS Koska nobiliſſimus adoleſcens Polonus deſiderium ſeruiendi Deo in Societate Ieſu concepiſſet, vt ipſe retulit cuidam Patri, per dimidium annum, neſcio quem metum, ne confeſſario cor ſuum aperiret, ſemper illum prohibuiſſe narrabat. Tandem cùm ſibi ipſi vim intuliſſet, atque cum lacrymis deſiderium aperuiſſet, tantam eſſe conſequutum G
longo tempore ſpiritus lætitiam, vt animo vix capere poterit. Poſt aliquod tempus, cum in aduerſam valetudinem incidiſſet, viſum ſibi eſſe in cubiculo canem nigrum terribilem, qui in eius pectus ter inſiliebat, ac eum ſuffocare nitebatur. Quem cùm ſemel atque iterum Deo ſupplicans, ac ſigno crucis ſe muniens à pectore depuliſſet, tertiò Dei auxilio ſic reiecit, vt neque inſiliret ampliùs, neque comparaſſet. Interea morbum eſſe auctum, ac à medicis præſentibus deſperatam fuiſſe ſuam valetudinem: recepiſſe autem non multò ante ſuam ægritudinem diem feſtum S. Barbaræ, in cuius vita legerat, quod qui ſe illi deuotum commendaret, ſine ſacra Euchariſtia non eſſet ex hac vita migraturus, quo die ſeſe orationi dediſſe confeſſum eſſe, & ſacris myſteriis communicaſſe, ac ſanctè ſupplicaſſe, vt illius interceſſione, cùm ex hac vita illi egrediendum eſſet, ſine viatico non diſcederet, ab eadem in illa ægritudine idem peccatum eſſe; paulóque poſt vidiſſe duos Angelos ſanctiſſimum Sacramentum in medium deferre, ac ex manibus ipſorum illud ſuſcepiſſe. Denique cùm medicorum conſilio auxilia defeciſſent, deinceps ſibi viſum eſſe glorioſiſſimam H
Virginem ad ſe venire, ac in lectulo ſuo infantem deponere, cuius conſpectu recreatum priſtinam incolumitatem breui recuperaſſe. *Franciſc. Saccinus in vita.*

Fuit Ratiſponæ Fridericus è S. Auguſtini Sodalitate, illiteratus quidem; at diuinarum rerum cognitione ſublimis præ aliis. Hunc in lignili occupatum vehemens Euchariſtiæ deſiderium inceſſit, cum interim Sacerdos ſacris operans, animaduerterit partem Hoſtiæ conſecratæ ab altari ſublatam, ſtupet, ac mox intelligit per Angelum, *Friderico* impartitam. *Ex Catal. Sanctorum Bauariæ in vita B. Frid. Ratiſponen.*

MARCVS Ægyptius, qui quod vita Anachoretarum deſcriberet, nomen Scriptoris obtinuit, cum aliquando in genua prouolutus à Sacerdote S. Euchariſtiam petiuiſſet, aduertit manum eamdem ſibi porrigentem, dum Sacerdos aliis intentus paululum venire differt: nec dubitauit accipere, quod ſibi diuinitus traditum credebat *Marulus lib. 4. cap. 12. in Exempl.*

COMMV

COMMVNIO PASCHALIS PRÆCEPTA IN NOVA LEGE.

☞ *Vide in loco particulari de Communione, vbi etiam de pœnis agitur eam negligentiam. In littera C. lib. 3. Operis præſentis.*

* PRÆPARATIO AD S. COMMVNIONEM EX SACRA SCRIPTVRA.

CHRISTVS priuſquam hoc Sacramentum inſtitueret, & diſcipulis ſuis exhiberet, primùm eorum pedes lauit, vt conſtat *Ioan. cap.* 13. ſumpta cœna legali, & communi; vt ſignificaret qua puritate ad tam ſancta myſteria accedere eos oportebat. Quippe corporali hac pedum lotione ſignificabatur myſtica lotio pedum, hoc eſt Affectuum, qui velut animæ pedes ſunt, per quos ad terrenarum rerum amorem accedimus, & in iis volutamur.

In Actis Apoſtolorum commendat Neophytos Lucas illorum Scriptor, à perſeuerantia in Doctrina Apoſtolorum, Cõmunicatione fractionis panis, & orationibus. Igitur non niſi dignè ad Euchariſtiam quæ per communicationem fractionis panis ſignificabatur, acceſſiſſe conſtat. Scilicet quam magno cum feruore Apoſtolicæ doctrinæ inſtitiſſent, per quam intellectus eorum erat illuminatus, & voluntas in bonum directa. *Actor. cap. 2. ver.* 42.

Cleophæ & ſocio eius in Emaus Chriſtus Dominus ſui corporis myſterium tum demum porrexit ſub ſpecie panis, vt multi probabiliter docent; (idem enim hic ſcribitur feciſſe quod coram Apoſtolis in vltima cœna, cum Euchariſtiam inſtitueret. Accepit namque panem & benedixit, ac fregit & porrigebat illis:) poſtquam interpretatus illis fuerat omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant, incipiens à Moyſe & Prophetis. Vnde & accepto benedicto pane, oculi eorum dicuntur aperti, ita vt verè eum agnouerint, quo effectu ſubſecuto commendatur fidelibus vis Euchariſtiæ dignè ſuſceptæ: nempe, quod per eam oculi hominum illuminentur ad cognoſcendum Ieſum *Luc. cap.* 24.

Gentium Doctor Paulus Romam perducendus, cum Centurione cohortis Auguſtæ, & aliis nonnullis, ita vt vniuerſim in naui eſſent animæ CCLXXVI. poſt ſæuam tempeſtatem ſuperatam, poſtquam eos qui ſecum erant blando ſermone conſolatus eſſet, certámque ſalutis ſpem effulgere prædixiſſet? Sumens panem, gratias egit Deo in conſpectu omnium: & cùm fregiſſet, cœpit manducare. Quod *Author. oper. imperf. hom.* 17. *in Matth.* intelligit de manducatione Euchariſtica: idque ex verbo εὐχαριστεῖν & frangendi, quæ ex vſu Eccleſiaſtico huic Sacramento accommodantur; & quia prius actæ leguntur gratiæ: ſic enim ſe diſponebant, ad dignè ſumendum, ſaltem fideles qui aderant, quibus ſua manu Paulum porrexiſſe idem Author contendit. *Actor. cap. 27. verſ.* 35.

Verba eiuſdem Doctor Gentium quibus Corinthiorum Eccleſiam & per hanc Fideles omnes hortantur, vt dignè ad S. Euchariſtiæ perceptionem accedant, clara ſunt. Dicit enim poſtquam huius Sacramenti inſtitutionem prout à Chriſto facta eſt, iiſdem verbis enarraſſet, quaſi inferendo ab excellentia præfati Sacramenti: Itaque quicumque manducauerit panem hanc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini, nimirum violati, & indignè tractati Denique ſubjungit. Probet autem, hoc eſt examinet, diſcutiat, an ad tanta myſteria ſumenda ſit idoneus, ſeipſum homo: non vero vt vult Caluinus, an habeat fidem, quia illam Apoſtolus in Corinthiis qui Fideles erant, præſupponit: Et ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Rationem autem cur iſtud examen requirat, adjungit: Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, id eſt, damnationem ait Chryſoſt. non diiudicans corpus Domini: ſed eo vtens, tanquam cibo promiſcuo & vulgari. Quia autem plures inter Corinthios indignè communicabant, ſubiicit: Ideo nempe quia indignè Euchariſtiã percipiunt; inter vos multi imbecilles, hoc eſt infirmi dormiunt multi, hoc eſt præmaturè moriuntur. Imò Chryſoſt. teſtatur, ob hoc peccatum ſolitos à Dæmone vexari. Et plura hic non importuna vide priori membro de pœnâ indignè communicantium. *Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 11. verſ. 27. 28. & 29.*

Laudatur in Euangelica hiſtoria Ioſeph ab Arimathia, quod acceptum Chriſti corpus inuoluerit in ſindone munda, atque poſuerit in monumẽto nouo, quod nullas habebat mortuorum reliquias quod factũ nos inſtruit, ait *Theoph. in Marc.* corpus Dommini ſumendum in animâ purâ. *Matth. c.* 27.

EXEMPLA HISTORICA

Illorum qui ſe præpararunt.

Petrus Venerabilis Abbas Cluniac. lib. 1. miracul. in Teutonicis partibus hoc contigiſſe refert: Erat (inquit) ibi iuuenis mundanæ vanitati deditus; & vt in illa ætate homines ſolent, voluptati fræna relaxãs. Cui cùm diu deſeruiret, contigit eum ſuper quadam maritata muliere infamiæ nota aduri. Cúmque per aliquantulum temporis hac ſuſpicione apud vicinos quoſque teneretur, accidit, vt incurreret tantam ægritudinem, quæ de vita eius homines cogeret deſperare. Qui cùm in lecto decumberet, & iam iamque morti proximus fieret, inuitatus eſt ad eum more eccleſiaſtico presbyter, vt eius confeſſionem ſuſciperet, & ei morienti viaticum ſalutis humanæ præberet. Cùm verò veniſſet, hortari eum cœpit, & commonere inſtanter, vt peccata ſua confiteri non erubeſceret; criménque illud, vnde ſpecialiter infamatus fuerat, ſalubri confeſſione manifeſtaret. Acquieuit ille, & confiteri ſcelera ſua ſtudioſè aggreſſus eſt. Quod dum expleſſet, & turſus ſuper præfato crimine à presbytero interrogaretur, mentitus eſt, dicens: Se inde nullatenus reum eſſe. Cumque presbyter diutina hominis infamia, ſuſpicione actus, ab inquiſitione non deſiſteret, ait ille: Sic (inquit) hoc Domini corpus, quod attuliſti, ad ſalutem ſuſcipere merear, ſicut huius rei, quæ mihi obiicitur, aliquando culpam non incurri. Hac presbyter reſponſione credulus redditus, Dominicam ei communionem iam ſecurus tradidit. Qua ore ſuſcepta, glutiendi virtus ægro protinus ablata eſt. Nam cùm paulò ante quibuſlibet etiam groſſioribus cibis facilis eſſet ad ima deſcenſus, hoc paruiſſimum corporis Chriſti fragmen, non dicam ſtomachum: ſed nec etiam guttur vel paululum attingere potuit. Hoc ſentiens ille, niſi, quantum potuit, cœpit, vt illud glutire valeret. Quod dum multoties conaretur, & fruſtrari ſemper ſuos conatus cerneret, coactus ipſa glutiendi impotentia, iuxta lectum, in quo decumbebat, illud expuendo proiecit. Cuius rei euentu valde territus, presbyterum, qui diſceſſerat ad ſe reuocari rogauit. Rediit ergo presbyter; & infirmum reuiſens, cur ſe reuocaſſet, quæſiuit: At ille, ſpiritu Dei agente compunctus, confeſſus eſt ſe male egiſſe; ſe Deo mentitum fuiſſe, verúmque, quod ante negauerat, eſſe. Quem cùm multo gemitu pœnitentem & ſatisfacientem, is qui aduenerat presbyter intuens; compaſſus confitenti & mœrore confecto, eum vt moris eſt, abſoluit, atque rurſus Dominico corpore refecit. Quo ſuſcepto, cum tanta illud libertate glutiuit, vt verè tunc appareret, non caſu, ſed virtute diuina, ne ante hoc ſuſcipere poſſet, prohibitum fuiſſe. Poſt hanc igitur reatus confeſſionem & corporis Chriſti perceptionem, paululum ſuperuiuens, in pace quieuit. Hoc non duobus tantùm, aut tribus teſtibus didici, ſed à Priore iam dicti loci, honeſto & fide digno viro, & fratribus eiuſdem monaſterij ac multis aliis, quorum quidam ſe hoc vidiſſe, alij à presbytero ſe audiuiſſe teſtati ſunt. *Petr. Cluniac. lib. 1. mirac. c. 1. Bredemb. lib. 1. cap.* 15.

Erat penè eodem tempore (idem auctor inquit) frater quidam in monaſterio, quod in Francia apud Turrim ſuper Maternam ſub iure noſtro eſt, cui cura eiuſdem loci cõmiſſa fuerat. Qui diuturnæ ægritudinis neceſſitate coactus, Radulphum tunc abbatem monaſterij Catalaunenſis, propter medelam, tam animæ, quàm corporis, quarum ille rerum non ignarus erat, ad ſe venire rogauit. Ad quem ille, charitate prouocatus, venire non diſtulit; & veniens mox ægrum viſitare curauit. Cúmque non mediocriter eum grauati infirmitate cerneret, hortari eum ad confitendum cœpit. Quod ille ſe libenter agere profeſſus, confiteri peccata ſua, ſed non in ſimplicitate ſpiritus aggreſſus eſt; nam grauiora & mortifera ſtulto pudore reticens, quotidiana tantum, & quæ leuia videbantur, timore Dei poſtpoſito, fatebatur. Qua palliata confeſſione completa, corpus Dominicum ſibi afferri deprecatus eſt. Quo allato, & præſumptuoſo ore ſuſcepto, cùm diu multúmque illud traiicere conaretur, nec valeret: cum vino, quod ſuſceperat, fruſtra omnia comminuti corporis Chriſti, in vas, quod ori eius ſuppoſitum fuerat, refundere coactus eſt. Hoc caſu, immò diuino iudicio Abbas, qui aduenerat, permotus, & ægrum non planè confeſſione purgatum ratus; rurſus eum admonere cœpit, vt, ſi aliquod facinus reticuiſſet, vera ſibi cõfeſſione reuelare non erubeſceret. Qui, & hortatu eius, & diuino inſtinctu compunctus, ad cor reuerſus eſt: & quicquid peſtis intùs latebat enormis, crimina, quæ ante lethali pudore celauerat, vitali & vera confeſſione, non iam fictè, ſed veraciter, corde contrito & humiliato patefecit. Cumque omni fæce iniquitatis per antido-

A m pœn centiæ purgatus [illegible] per Ab-
Abbatem prædictum abſolutionem [illegible] uidet Euchariſtiā, quam
prius i ncere cōpulſus fuerat, allatā deuote ſuſcepit, & abſque
vlla d fficultate, vt ſuauiſſimus aliquis, glutiuit. Et vt de mira-
culo omnis dubitatio tolleretur, qui particulā corporis Chri-
ſti, quam glutire non potuit reiicere per fruſta cōpulſus fue-
rat, poſt confeſſionē non ſolùm corpus Domini, ſed etiā cibos
alios abſque vllo impedimēto ſuſcepit. Sic igitur confeſſione,
abſolutione, ſacramenti ſuſceptione frater ille in Domino cō-
fortatus, tribus poſtea tantum diebus ſuperuixit, & ſic defun-
ctus eſt. Hoc ab eodem Radulpho Abbate cognoſcens, cun-
ctis legentibus, vel audientibus communicare curaui. *Id. ibid.*

Aiunt S. Euthymium Abbatem aliquando dixiſſe quibuſ-
dam fratribus, qui cum eo ſeorſum verſabantur, quòd ſæpè
videret terribilem Angelorū viſionem, vna ſecum Deo mini-
ſtrantem & ſacra contrectantem, & quòd in Dominici corpo-
ris ſumptione, aliquos quidem ex iis qui accedebant, videret
ab ipſa illuminari: aliquos autem velut obſcurari & morte
affici, quicunque ſcilicet erant indigni ea luce & ſplendore.
Quamobrem non ceſſabat teſtificari fratribus, & illud Apo-
B ſtoli optimè admonere, vt vnuſquiſque attendat & ſeipſum
probet, & ſic cum tremore ſumat panem & calicē, cùm benè
ſciat ſe, qui accedit, quòd iudicium ſibi comedit & bibit, qui
ea indignè ſumit. Propterea enim ſtatim quoque, cùm hoc pri-
mùm offert ſacerdos ſacrificium, multitudinem veluti præmu-
nit, & iubet, vt canat, Surſum habeamus corda, eis acclamans:
& cùm ab illis promiſſum acceperit, ſic audet deinceps offer-
re oblationem. Qua etiam perfecta: ille etiam rurſus manus in
cœlum tollens, & oſtendens eſſe diſpenſatum pro noſtra ſalu-
te myſterium, clara voce ſic dicit: Sancta ſanctis perinde ac ſi
dixerit quiſpiam: Quandoquidem ego ſum homo, æque ac vos
patibilis, ignorans quemadmodum vnuſquiſque vixerit: pro-
pterea hoc ante apertè teſtificor, & hanc communem proba-
tionem veſtræ ſuggero cōſcientiæ: Si quis captus fuit ab odio
& iniuriæ acceptæ recordatione: Si quis ab inuidia, aut ira, aut
ſuperbia: Si quis à maledicto, aut à ſermone, aut ab improba
cupiditate, aut ab aliquo alio vitio fuit comprehenſus ne priùs
accedat, quàm per pœnitentiam à ſcelere fuerit expiatus.
Hæc enim ſanctis, inquit, non profanis, ſed ſanctis exhibentur.
C *Laur. Surius ex Cyrill. monach.*

Corpus Chriſt in ſacramento altaris, deuotiſſimè venera-
batur S. Margareta Virgo illuſtriſſima Regis Hungarorum fi-
lia, & ſub eleuatione illius in Miſſa flebat vberrime. & frequē-
ter ab eleuatione vſque ad ſacram communionem, ſic præ de-
uotione manebat abſtracta à corporis ſenſibus vt quaſi mor-
tua videretur. Quando verò ſacram erat communionem perce-
ptura, die præcedēti non ſumebat niſi panem & aquam & to-
ta nocte in orationibus permanebat. Sumebat autē ipſum Sa-
cramentum cum magna deuotione, & multo lachrymarum
imbre, atque interdū adeò rapiebatur in ſpiritu, vt ceu mortua
videretur: nec rarò viſa eſt inter cœlum & terram plus quam
cubiti altitudine eleuata, nullis corporis ſenſibus vtēs. Poſt ac-
ceptam verò Euchariſtiā, tenebat ab vna parte mappulā ante
facies ad communionē accedentiū hoc fine, vt videre identi-
dem corpus Chriſti. Ipſa quoq; die, qua cōmunicarat, perſiſte-
bat continenter in precibus vſque ad noctē, & tunc cibo valde
modico vtebatur. *Sur. in vit. 28. Ian. ſcript. per Gar. S. Th. Doct.*

Romæ anno 1563. in Xenodochio S. Ioannis Lateranenſis,
adoleſcens quidam Turca annorum *Vide ſuprà Tit. de Pœna*
D *non credentium Chriſti præſentiam in Euchariſtia.*

Evlogivs presbyter in offerēdis Deo donis tantam accepit
gratiam cognitionis, vt vniuſcuiuſque ex iis, qui accedebāt ad
ſacram ſynaxim, monachis, mentem cognoſceret. Is cùm ſæpè
vidiſſet aliquos monachos ad aram acceſſuros, cor retinuit,
dicens: Quomodo audetis ad ſancta accedere ſacramenta, cùm
habeatis malas cogitationes? Et tu quidem hac nocte animo
verſaſti turpem fornicationis cogitationem: Alius autem in
animo ſuo reputauit, dicēs: Nihil referre, an peccator an iuſtus
accedat ad Dei gratiam: Alius etiam de dono dubitauit, dicens:
Nunquid me accedentem ſanctificabit? Parum ergo ſecedite
a ſanctis Sacramentis, & ex animo agite pœnitentiam, vt ſit
vobis remiſſio peccatorum, & ſitis digni Chriſti communio-
ne: Niſi enim primùm mundaueritis cogitationes, non pote-
ritis ad Chriſti gratiam accedere. *Pallad. in hiſt. Lauſ. c. 75.*

Reccaredvs Rex Catholicus, Patres in Synodo Toletana
conſiſtentes allocutus, illud inter alia petiit, vt in omnibus Hi-
ſpaniarum Prouinciis, quod in Synodo ſemel factum eſſet de
[illegible] x fidei [illegible]
nis, cùm quiſque cor [illegible] ſtiam.
Hæc ſunt eius verba: Hoc, inquit, ad [illegible] illas ò pro firmi-
tate fidei Catholicæ, noſtra Deo ſupplex inſtituit decreui
auctoritas, vt propter roborandam generis noſtræ nouellam cō-
uerſionem, omnes Hiſpaniarum & Galliæ Eccleſiæ hanc re-
gulam ſeruent, vt omni ſacrificij tempore ante communica-
tionem corporis Chriſti & ſanguinis iuxta Orientalium pa-
trum morem: vnanimiter clara voce ſacratiſſimum fidei recen-
ſeant ſymbolum: vt primùm populi, quam credulitatem te-
neant, fateantur, & ſic corda fide purificata ad Chriſti corpus
& ſanguinem percipiendum exhibeant. *Baron. tom. 7. an. 589.*

Quidam ex Patribus de aliquo referebat Epiſcopo, quod au-
diuiſſet duos de plebe ſua viros nimiæ impuritatis adulteros.
Rogauit ergo Deum, vt ſibi ita eſſet, ſibi oſtēderet. Cùm ergo
poſt oblationem conſecratam vnuſquiſque ad communionem
accederet, ſingulorū facies intelligebat & animas; peccatorum
enim facies nigras inſpiciebat vt carbonem, & oculos eorum
ſanguine repletos. Alios verò vidit clara facie & veſtibus albis
indutos. Cùm autem corpus Domini ſuſcepiſſent, in quorun- F
dam vultibus, lumen in quorūdam flamma videbatur. Vt autē
agnoſceret de illis quorum crimina audiebantur, communio-
nē illis porrexit, & vidit vnū ex eis clara facie & honorabili,
albiſque veſtibus circūdatū: Alterū verò nigrum & horribili
vultu. Et poſtquam diuini gratiam myſterij perceperūt, illum
vir luminis illuſtrabat; iſtum verò alium quaſi flamma ſuccen-
debat. Orauit autē Epiſcopus, de ſingulis, quæ ei oſtēſa fuerāt,
ſe doceri: Aſtitit autē Angelus Domini dicens ei: Omnia, quę
de iſtis audiſti, vera ſūt; ſed ille vnus in ſordib⁹ ſuis permanet,
& in voluntate peccādi; ideò illum nigra facie & flamma ſuc-
cendi vidiſti. Ille verò alter ſimilis ei quidem erat, ſicut audie-
tas, ſed ideo illum clara facie illuſtrari vidiſti, quia recordatus
de his quæ primùm fecit, abrenūcians illis malis operibus cū
lacrymis, Dei miſericordiam poſtulabat, promittēs, quod ſi ei
fuiſſent remiſſa peccata, vlteriùs ad ea non rediret; ideóq; de
letis criminibus ad gratiā, quam vidiſti, peruenit. Cùm autem
Epiſcopus gratiā Dei miraretur, quod non ſolùm de tormen- G
tis tam turpis vitæ hominē eruiſſet, ſed tāto etiam honore de-
coraſſet, Angelus dixit: Benè miraris; homo enim es; nam Do-
minus noſter ac veſter naturaliter bonus & humanus eſt ceſſā-
tib. à peccatis; pœnitētib. enim per cōfeſſionē nō ſolū peccata
dimittit, ſed etiā honore efficit dignos. *In vit. Patr. p. 2. §. 156.*

De S. Ioanne Eleemoſynario quomodo noluerit percipere
corpus Domini, niſi poſtquam reconciliatus fuiſſet cuidam
Clerico, quære tit. *Iniuria. condonatio, &c.*

Narrat. *Lud. Granat. conc. 2. de. ven. Sacram.* quod quidā ſin-
gulis menſibus S. Euchariſtiam præmiſſa peccatorum confeſ-
ſione accipere ſolitus fuerit neque tamen ob id vitæ ſecularis
licentiā & deprauatos mores reliquerit. Super qua re monitus
à viro pio & docto, cauſam hanc dixit: Quod nō tam pio deſi-
derio, quam neceſſitate ad diuina illa myſteria accederet, vo-
uiſſe ſe olim peregrinationem ad terram ſanctam, cuius voti
cum eum pœnituiſſet, & facultatem ad eius commutationem
impetraſſet, eaque in hoc Religionis officiū facta eſſet, teneri
ſe ex neceſſitate adire ſalutarē hāc mēſam; quā alioquin non
tam frequenter accederet. Et ob hoc fieri ſuſpicabatur, quod
effectū quem alij fideles paſſim conſequūtur, non perciperet. H

Qvibvs Deneganda Sit Evcharistiæ Communio.

Poſt mortem Edilberthi Regis Anglorum Chriſtiani, cùm
filius eius regni gubernacula ſuſcepiſſet, magno tenellis ad-
huc ibi Eccleſiæ crementis detrimento fuit: Siquidē, non ſo-
lùm Chriſti fidē recipere noluerat, ſed & fornicatione pollu-
tus eſt tali, qualem nec inter Gentes auditā Apoſtolus teſta-
tur, ita vt vxorem patris haberet. Quo vtroque ſcelere occaſio-
nem dedit ad priorem vomitū reuertendi iis, qui ſub imperio
ſui parentis, vel fauore, vel timore regio, fidei, & caſtimoniæ
iura ſuſceperant. Nec ſupernę flagella diſtrictionis perfido
Regi, caſtigando vel corrigendo defuere: nam crebra mentis
veſania & ſpiritus immundi inuaſione premebatur, Auxit au-
tem procellā huiuſmodi perturbationis etiā mors Saberethi
Regis Orientalium Saxonum: qui vbi regna perennia petiit,
tres filios ſuos, qui Pagani perdurauerant, regni tēporalis hę-
redes reliquit; Cœperūt illi mox idololatrię, quam viuēte eo
aliquantulū intermiſiſſe videbantur, palàm ſeruire, ſubiectiſ-
que populis idola colendi liberam dare licentiā. Cumque vi-
derent Pontificem celebratis in Eccleſia Miſſarum ſolemniis

Euchariſtiã populo dare: [illegible])at cum barbara inflãte ſtultitia: Quare non & [illegible] porrigis panem nitidum, quem & patri noſtro Saba (ſic namq; eum appellare conſueuerant) dabas, & populo in Eccleſia dare non deſiſtis? Quibus ille reſpõdebat: Si vultis ablui fonte illo ſalutari, quo pater veſter ablutus eſt, poteſtis etiam panis ſãcti, cui ille participabat, eſſe participes. Sin autem lauacrum vitæ contemnitis, nullatenus valetis panem vitæ percipere. At illi: Nolumus, inquiunt, fontem illum intrare, quia nec illo opus nos habere nouimus: ſed tamen pane illo refici volumus. Cúmque diligẽter ac ſæpè ab illo eſſent admoniti, nequaquam fieri poſſe, vt abſque purgatione ſacroſancta quis oblationi ſacroſanctæ communicet: ad vltimum furore commoti aiebãt: Si non vis aſſentiri nobis in tam facili cauſa, quã petimus, non poteris iam in noſtra Prouincia demorari. Et expulerunt eum ac de ſuo regno cum ſuis abire iuſſerunt. Qui, expulſus inde, venit Cantiũ, tractaturus cum Lanrẽtio & Iuſto Coepiſcopis, quid in his eſſet agendum. Decretúmque eſt communi cõſilio, quia ſatiùs eſſet vt omnes in patriam redeuntes, libera ibi mente Domino deſeruirẽt, quàm inter rebelles fidei barbaros ſine fructu reſiderent. Diſceſſere itaque primùm Mellitus, & Iuſtus, atque ad partes Galliæ ſeceſſere, ibi rerum finem expectare diſponentes. Sed non multo tẽpore Reges, qui præconem à ſe veritatis expulerant, dæmoniacis cultibus impunè ſeruiebãt: nã egreſſi cõtra Gentem Geuiſſorum in prœliũ omnes pariter cum ſua militia corruerunt: nec ſic, licet auctoribus perditis, excitatum ad ſcelera vulgus potuit corrigi, atque ad ſimplicitatem Fideĩ & Charitatis, quæ eſt in Chriſto, reuocari. *Bed. l. 2. hiſt. Ang. c. 5*

Puer Achas ex Thotouth vico celebri Flandriæ oriundus, nondum ætatem, ſeptennem impleuerat: & conſummatus in breui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ipſius, aut fictio deciperet animam eius. Appropinquans ergo morti, confeſſus ſacerdoti, ſacramentum corporis Chriſti poſtulauit. Sed cùm hoc propter generalis Concilij vetitum, ne in ætate tali puero conferretur, ſacerdos facere non auderet: puer cum mira oris gratia, extenſis in cœlum manibus dicit: Tu noſti, Domine Ieſu Chriſte, quod meum ſummum deſiderium eſt, te habere, petiui te, fecique quod debui, & ſpero cõſidentius, quod tui præſentia non fruſtrabor. His dictis, parentes circumſedentes & flentes conſolatus eſt, & ad meliora prouocans, inter verba exhortationis orationis & laudi ſpiritum Deo reddidit impollutum. Poſt mortẽ eius, cùm ad ſepulchrum illius ſtantes quidam de Fratribus, pſalmum De profundis dicere voluiſſent, nullo conatu, nulla reiteratione, hunc finire, vel dicere potuerunt. Videlicet vt per hoc daretur intelligi, nullis ſanctam illã animam orationum ſuffragiis indigere. *Mol. in annal. SS. Belg. 11. de Iun. ex Mayer.*

Patres tamen Concilij Moguntini inter alia decreta ſanctè etiam conſtituerunt: Ne ſacratiſſima Euchariſtia denegetur condemnatis per Iudicem ad vltimum ſubeuntem ſupplicium. *Baron. tom. 38. an. 847.*

De hac re miraculum valde illuſtre, certum & comprobatum, ex hiſtoria Pontificali huc adferam. In vlteriore Hiſpania in terra Forineſtæ Diœceſis Epiſcopatus Potentiæ accidit, vt homo nomine Petro Ferande quoſdam nummos cuidam deberet, cùm nullam haberet viam exigendi ab eo, quoad ſententia excommunicationis ſibi obligauit, qua æs alienum diſſoluere coactus fuit. Cùm autem exiſtimaret hoc modo ſatisfeciſſe cenſuræ abſolutionem petere neglexit: Ad mortis terminum peruẽnit hic homo, ſacerdos ad eum ſanctum ſacramentum pertulit multa gente comitatus, & ſolitis precationibus factis, cùm vellet ei ſacramentum adminiſtrare, quod in patena ex argento habebat, vt nulla via aut diligentia potuit ab ea amouere. Quare, tam ille, quàm cæteri, quia aderant, commoti omnes: foras vt irent, ſacerdos iuſſit exiſtimans fieri poſſe, vt in aliquo magno peccato accidiſſet, quod confitenduni illi reliquum eſſet: Hoc autem ab illo petiit, & audiuit ſe nullius peccati fuiſſe reum, quod minimè confeſſus ſit. Tam igitur ſacerdos quà n ægrotus maxima moleſtia affecti ſunt; & ſacerdos ægrotum interrogauit, nunquid in aliquam incidiſſet, excommunicationem, cuius abſolutionem, non eſſet conſecutus. Tunc ægrotanti in mentem ſuperior ſua negligentia venit, & abſolutus, alia hoſtia illi adminiſtrata fuit, cùm illa prior ad perpetuam huius miraculi memoriam cõſeruetur. Quod adhuc extat, & ſanctiſſimum Sacramentum in eadem patena ſine vlla corruptione eſt, tanquam ſit nunc tantùm confectum eſſet. Viſitur hoc ſãctiſſimum myſterium a multis gentibus. Et ego, inquit hiſtoricus Il[illegible]cus, licet indigniſſimus, in meis manibus patenam maxima cum admiratione [illegible] bui, cum viderem panis ſpecies incorruptas permanere abhinc centum & viginti annis. In quo duo miracula cernũtur: Alterum, quod hoſtia ita ſit patenæ affixa. Alterum tandiu ſine corruptione eſſe. Quæ miracula non ſolum eò conducunt, vt nos ad adorationem & venerationem ſanctiſſimi Sacramenti excitent, verum Eccleſiaſticarum cenſurarum efficaciæ nos admoneant, ad hæreticorum ſententiam improbandam, qui verumque negant. *Lud. Granat. lib. 2. Catechiſ. in Symbol.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.

Matricida ſic pœniteat, inquit Nicolaus Pontifex, per annum integrum Eccleſiam non ingrediatur, ſed ante fores Baſilicæ ſtans, orans & deprecãs Dominum perſeueret, vt tanto expietur piaculo. Completo anno introeundi in Eccleſiam licentiam habeat, tantum inter audientes ſtet, ſed nondum communicet. Completis tribus annis, ſacræ communionis ei gratia concedatur: oblationes verò nõn offerat; niſi priùs aliorum ſeptem annorum curricula expleantur. Si autem ante annorum trium curſum, finis vitæ illius, appropinquauerit, corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti particeps fiat. *Decreta. de pœnit. tit. 17.*

¶ *Quære infra Communio ſub vna ſpecie de Muliere Conſtantinopolitana. Exemplum hiſtoricorum ſeptimum.*

De Sacræ Commvnionis Vsv. An, Et Quoties Adhibenda.

Quotidie ineunte primum Eccleſia Chriſtiani communicabant, vt *Actor. 2.* videmus: Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis. Et infra oſtendit in quo illa perſeuerantia conſiſtat: Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, habentes gratiam ad omnem plebem.

Idque Patres confertim teſtantur, *Amb. lib. 4. de Sacram. cap. 6.* Quotidie communicare debeo, qui quotidie pecco, debeo ſemper accipere ſanguinem Domini, vt ſemper mihi peccata dimittantur, qui ſemper pecco, ſemper debeo habere, medicinam, & ante hunc *Cyprian. Serm. in orationem Dominicam;* Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus. *Hier. Apolog. pro libris aduerſus Iouin.* Scio Romæ hanc eſſe cõſuetudinem, vt fideles ſemper Chriſti corpus accipiant. Idémque *ad Lucin.* de Eccleſiis Hiſpaniæ teſtatur. Nec Miſſæ fiebãt in qua nullus cõmunicaret. *Petr. Bleſẽſis Ser. 16. in Hebdomada pœnosa;* In prima Eccleſia quotquot intererant conſecrationi Euchariſtiæ communicabant eidem. Inde eſt quod collectæ, quæ poſt communionem dicimus, plurali numero cenſentur verbi gratia, Refecti cibo potuque ſpirituali, &c. & iterum: Sacramenta quæ ſumpſimus.

Deinde, quater in hebdomada, & feſtis. *Baſil. ad Cæſariam Patritiam:* Nos quater in hebdomada communicamus, Dominico, quarto die hebdomadæ, paraſceue, & Sabbatho, aliis diebus, ſi qua memoria alicuius ſancti fuerit.

Tertia, feriis quarta & ſexta ad nonam, & Dominica poſt matutinas. *Epiphan. lib. 3. contra hæret.* Secundò, Dominico & Sabbatho. *B. Onuphrius. apud Euagrium.* Omni die Dominico & Sabbatho Angelum Domini paratum inuenio, ſacroſanctum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti deferentem. Semel *Aug. Epiſt. 18 ad Ianuarium*, pleráſque has dierum obſeruationes recenſet. Alij quotidie communicant corpori Dominico, alij certis diebus accipiunt, alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur, alibi Sabbatho tantum à Dominico alibi tantum Dominico. *Th. Cantipr. lib. 2. vita S. Lutg. c. 12.* Singulis Dominicis diebus quemadmodum hortatur. B. Auguſt. Chriſti corpus percipiebat: ſed Agnes abbatiſſa parum cauto vſa conſilio id ei interdixit, at pia Lutgardis: Ego quidem, inquit, mater chariſſima, libenter obediam tibi, ſed certiſſime præuideo, Chriſtum hanc iniuriam in tuo corpore vlturum. Confeſtim Abbatiſſa intolerabili morbo afficitur, vt in Eccleſiam ingredi non poſſet, nec ceſſauit dolor per momenta increſcens, donec indiſcretionem ſuam agnoſceret, & Lutgardem ſineret priſtino more vti: aliæ quoque quæ hac re contra illam fuerant aduerſatæ, aut notabiliter ex hac luce ſubtractæ ſunt, aut humilitatis ductæ ſpiritu ſe ad illam conuerterunt, nimirum dignus zelus ſponſi in improbos ſponſæ ſuæ perturbatores.

Apud Græcos, inquit *VValafridus. cap. 20.* qui duas Dominicas

A ... communi... ... ...
... hebdomadam differre. *Photius in ... tit. 3. c. 11.* De iis qui in ciuitate verſantur, & tribus in hebdomadis non communicant. *Synod. Sard. can. 11. Synod. 6. can. 8.* Quinque ſeptimanas abſtinuerat quædã, & punitione in tardam & ſegnem Deus animaduertit, ex *Pallad. vita 14. Ant. 2. p. c. 6. tit. 15. §. 3.* Ægyptius depetibat alterius côiugem, & per magum ſperabat, ſe voto potiturum, ſi vel marito incantationibus faceret inuiſam, vel in ſui amorem pelliceret, fecit ille equam videri. Maritus excitus è ſomno equam pro vxore reperit, triſtis ex miſerando caſu alligatam more iumenti, ad deſertum deduxit, cumque iam cellæ S. Macarij propinquaret, monachi arguebant eum, cur ad Monaſterium cum equa veniſſet. Vxor, inquit, hæc mea fuit, ſed in equam conuerſa eſt: referunt id Macario, Vos, inquit, equi eſtis, & equorum oculos habetis, illa namque mulier eſt, nec in naturam equæ transfigurata videtur, niſi in eorum oculis, qui præſtigij vanitate falluntur, mox aquam benedictam ei infundens, oratione completa, ſubitò eam fœminam videri omnibus fecit, eámque refici iuſſit, cum viro ſuo reuerti; dicens, Nunquamà communione ſanctorum myſteriorum, nec à communione Eccleſiæ diſcedas. Hoc enim idcirco perpeſſa es quia per quinque ſeptimanas myſteria diuina non attigeris.

B

Decies octies plus minus per annum Theodulphus Epiſcopus Aurelianẽſis *Epiſt. ad compresbyteros.* Singulis diebus Dominicis in quadrageſima, præter hos qui excõmunicati ſunt, Sacramenta corporis & ſanguinis Chriſti ſumenda ſunt, & in cœna Domini, & in paraſceue, in vigilia Paſchæ, & in die reſurrectionis Domini penitus ab omnibus communicandum, & ipſi dies Paſchalis hebdomadæ omnes æqua religione colendi ſunt. Ter in anno Fabianus Papa *de conſecratione, diſt. 2.* Si non frequentius, ſaltem ter in anno homines communicent, in Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini *Card. Turrecremata in diſt. SS. Decreti,* inde Läicam communionem dictam putat: Läica communio dicitur multis modis ſcilicet acceptio Euchariſtiæ poſt clericos cum läicis, vel acceptio Euchariſtiæ ter in anno, ſicut faciunt läici, ſcilicet in Natiuitate Domini, Paſcha, & Pentecoſte. Tandem cum refrixiſſet charitas, & communio in plures etiam annos differretur, Lateranenſe ſub *Inno. III. cap. Omnis vtriuſque ſexus,* Paſchæ tempus præſcripſit.

C

Ante hæc tempora præceptum in Eccleſia nullum de annua communione fuit, vt ex *Petro Bleſenſi* conſtat *ſerm. 16.* in hebdomada pœnoſa, qui Londinenſis Archidiaconus creatus, ad Innoc. III. qui pontificatum ad annum *1198.* iniit, litteras dedit, ſic autem habet. Nunc autem quoniam dies mali ſunt, & omnes ferè declinauerunt, & inutiles facti ſunt, non audeo dicere, ex præcepto Eccleſiæ, ſed ex tacita permiſſione ipſius introductum eſt, vt ſemel in anno congregentur in Eccleſia ad communicandum, quod præterire fas non eſt, vt ſicut ea die filij Iſraël typicum agnum comedebant perpetuò, & eadem die Dominus diſcipulis ſuis carnem ſuam & ſanguinem dedit, & in memoriam ſui idipſum faciendum commendauit, ita & nos eadem die carnem agni, qui tollit peccata mundi, edamus.

D

SACRÆ COMMVNIONIS FREQVENTATIO, pia, et fructuoſa.

Apud Adalredum in vita S. Margaretæ Reginæ, Scoti tardiores erant, & nec vel paſchate communicabant, quia *1. Corinth. 11.* dicitur: Qui manducat indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini, Peccatores ſumus, inquiebant, veremur iudicium. Quibus Margareta ſubtiliter intulit: ergò nemo debebit ſumere, quia nemo ſine labe, non infans cuius vnius diei vita ſuper terram. Cur, igitur *Ioan. 6.* Chriſtus nos aduocat? Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis? alia eſt Patrum ſententia. Non diiudicans corpus Domini, id eſt, non ſeparans illud in fide, ab eſcis corporalibus, vel ſine confeſſione & pœnitentiæ parati accedamus, & viuemus. Contra illi peccabant, & alteram quaſi partem, quos *Chryſoſt.* reprehendit *in Epiſt. ad Epheſios*: & poterat, quia à ſe viſa culpabat: Video, inquit, corpus Chriſti participari leuiter, ac temerè & conſuetudine magis ac lege, quam pura cogitatione & mente, ſequentes eos qui participant. Vtrique temerè faciunt, hi dum ſe irreuerenter ingerunt, dum nimium abſtinent. *Alger lib. 1. de*

E

...ectatur, ad ... ... ore Domino, Niſi manducaueritis carnem filij ..., & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si verò indiſcrete accipiat, timendum eſt illud, quod ait Apoſtolus. Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit: Fuse hanc controuerſiam examinant Doctores antiqui, vt *Alger. 1. de Sacramento, cap. 22. VValafridus Strabo de rebus Eccleſiaſticis, cap. 20.* & idquidem ex Patribus, veriti ſuo iudicio rem tantam definire. Majores verò his, *Auguſt. ad Ianuarium, & Chryſoſt. in Epiſt. ad Epheſios. & Hebræos, Gennadius de dogmatibus Eccleſiaſticis cap. 53. Hier. ad Lucinium,* diligenter expendunt, nec niſi mature ſententiam dicunt. Nos quid hi, quid alij vel dixerint vel ſuaſerint, audiamus.

VValafridus. Quidam, vt ex Patrum collationibus diſcimus, ſemel in anno communicandum cenſebant vt videlicet diuturna præparatione corpus & animam purificantes, tandem in communionem menſæ cœleſtis dignè pertingerent. Et quidem horum alij ipſam celebrationem annuam, in die cœnæ Domini faciebant, vt ibi ſolum Sacramentorum gratia iteraretur illotum, vbi primitus eſt oſtenſa. Addit *Cryſoſt in Epiſt. ad Hebræos.* Eremitas ſæpè poſt biennium tantum S. communionis participes fuiſſe. F

Tempore Gennadij, Dominicis quidam, alij quotidie communicabant. Quid ergo; inquit Chryſoſtomus, quidam erunt nobis accepti, ij ne qui ſemel, an ij qui ſæpè an ij qui rarò: neque ij qui ſemel, neque qui ſæpè, neque qui rarò, ſed ij qui ſunt cum munda conſcientia, ij qui ſunt cum vita in quam non cadit reprehenſio. Qui tales ſunt, ſemper accedant; qui non tales, ne ſemel quidem. Quamobrem? quoniam iudicium ſibi ſumunt, & condemnationem, & ſupplicium, nec mireris. Vt enim nutrimentum quod ſuapte natura alit, ſi inciderit in eum qui cibum faſtidit, omnia perdit & corrumpit, & fit occaſio morbi; ita etiam ſpirituali frueris menſa ſanctorum Sacramentorum, & rurſus os tuum fercis cœno. Vnguento te vngis, & rurſus imples tetro odore. Cum poſt annum demum ſis particeps communionis, quadraginta dies tibi G puta ſufficere ad emendanda peccata totius temporis; & cum rurſus ſeptimus dies tranſierit, te rurſum dedis prioribus? Dic mihi, ſi ſanus fueris quadraginta dies conualeſcens ex longo morbo rurſúſque te dederis cibis, qui morbos procreant, annon & priorem perdidiſti laborem, & te magis læſiſti? Quadraginta dies tribuis ſanitati animæ, fortè autem nec quadraginta quidem, & ſperas fore vt Deum places: iocaris hæc dicens. Non oportet ergo metiri tempore, *Chryſoſt. in Epiſt. ad Epheſ.* Si aduenit tempus quadrageſimæ & Paſchatis, qualiſcunque fuerit, ſit particeps Sacramentorum. Sed non oportet feſta obſeruare, ſed conſcientiam nudare, & tunc ſanctam & venerandam carnem ſumere. Quia apud VValafridum, alijs cautioribus viſum eſt, iſtos eo indigniores ad anniuerſariæ obſeruationis celebritatem peruenire, quo ſe putabant longa dilatione defæcatos, quandoque ad ſacrorum perceptionem ſatis dignos accedere; meliúſque credebant, quamuis animus indignus ſit, crebrius iterari quæ ſancta ſunt. Qui talis eſt iſta ſpiritualis medicina, vt & ſanos adiuuet ad perſeuerantiam ſanitatis, & vulneratis ſubueniat ad redintegrationem H virtutis. Et eò dignius percipitur, quò percipientes per humilitatis cuſtodiam ſubſtrati, nunquam ſe ad eius perceptionem ſatis dignos arbitrantur.

Qui autem tardius ſecundum iudicium ſpiritualium medicorum ipſi admittuntur medelæ, ideo ad tempus abſtinere debent, ne præpropere incongruis ſuis valetudinibus ingerentes medicamina, grauius ægrotent & quod alijs eſt reparatio, illis fiat damnatio.

Tamen etiam peccatoribus Euchariſtia frequentanda, ſed cum modo B. Algerus: Quamuis peccato qui mordeatur, peccandi de cetero non habeat voluntatem, & communicaturus ſatis faciat lacrymis & orationibus, & confidens de Dei miſeratione, accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus. Sed de illo hoc dico quem mortalia peccata non grauant. Non grauant inquam, quia depoſita per confeſſionem & pœnitentiam, quod clarè infra idem auctor, In Ægypto datus eſt agnus Iſraëlitis, ſed inde ſtatim exituris. Dandus eſt item Agnus Dei peccatoribus, vt à vaſtante Angelo proteguntur, ſed deinceps peccatis renunciaturis. Tempus deligendum ſibi eſſe quiſque impeditior ſciat atque ideo ex conſilio

Theod.

A [illegible] (Au[illegible] *[illegible] teros,* ad [illegible] eſt [illegible] um Sacramentum corporis & ſan[illegible] Domini nu[illegible] quam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium abſtineat, ſed cum omni diligentia eligat tempus, quando aliquando ab opere coniugali abſtineat, & vitiis ſe purget, virtutibus exornet, eleemoſynis & orationibus inſiſtat, & ſic ad Sacramentum accedat. Quia ſicut periculoſum eſt impurum quemque ad tantum Sacramentum accedere, ita etiam periculoſum eſt ab hoc prolixo tempore abſtinere; ſalua ratione eorum, qui excommunicati, non quando eis lubet, ſed certis temporibus communicant; & religioſis quibuſcumque ſanctè viuentibus, qui penè omni die id faciunt.

Excommunicati antequam reſtituantur Eccleſiæ, Sacramento Venerabili initiari non poſſunt, ideo ſolutionem vinculi & cenſuræ exſpectare debent; Religioſi qui ſæpius communicant, probantur viro ſancto, & laudantur, propterea, quia idonei ſemper ſunt, perſeuerare in cœpto poſſunt; ſi

B tamen aliqui forent qui ex humilitate differrent, Auguſtini authoritate nitantur *Epiſt.* 118. Si dixerit quiſpiam non quotidie accipiendam ſanctam Euchariſtiam, alius contrà: faciat vnuſquiſque, quod ſecundum fidem ſuam piè credit eſſe faciendum: neque enim litigauerunt inter ſe Zachæus, & ille centurio, cum alter eorum gaudens ſuſcepit Dominum; alter dixit. Non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Hæc piè & vtiliter magnus ille Doctor.

FREQVENS COMMVNIO SVADETVR.

Vbi etiam nonnulla de QVOTIDIANA. *An promiſcuè permittenda.*

Eccleſiæ Patrúmque ſenſus eſt, melius omnino nos frequentare Venerabilem Eucahriſtiam, quam abſtinere etiam reuerentiæ prætextu. *Cyrill. Alexand in Ioan. lib.* 4. *c.* 17.

Si vitam æternam conſequi volumus, ſi largitorem immortalitatis in nobis deſideramus, ad recipiendam benedictionem libenter concurramus, caueamúſque ne loco laquei, damnoſam religionem diabolus nobis prætendat.

C *Gregorius Papa VII.* cum Mathildi pro beneficiis in Eccleſiam collatis, gratiam aliquam referre vellet, inſtructionem hanc miſit, *Epiſtola* 47. & 50. Inter cætera quæ tibi contra principem mundi arma Deo fauente contuli, quod potiſſimum eſt, vt corpus Dominicum frequenter acciperes, indicaui, & vt certæ fiduciæ matris Domini te omninò committeres, præcepi.

Petrus Damianus Oſtienſis Epiſcopus Cardinalis ad Blancam Comitiſſam de inſtitutione monialis cap. 3. Terretur enim aduerſarius cum Chriſtiani labia videt Chriſti cruore rubentia, agnoſcit enim præſtò ſuæ perditionis indicium, & diuinæ victoriæ qua captiuatus eſt & obtritus, non tolerat inſtrumentum. Arma in hoſtem miſerunt, nunc pharmacum in morbos, Gregorius cum infra pergit: Debemus ò filia, hoc ad ſingulare confugere Sacramentum, ſingulare appetere medicamentum.

Hæc ideo cariſſima Beati Petri filia, ſcribere procuraui, vt fides ac fiducia accipiendo corpus Domini maior tibi accreſcat, talem quidem theſaurum, taliaque dona, non aurum non

D lapides pretioſos: amore patris tui, cælorū videlicet principis, à me tua requirit, anima, licèt ab aliis ſacerdotibus, longè meliora pro meritis accipere poſſis.

Quotidianam communionem non probant Patres, non improbant, *Hieronymus Apologia contra Iouinianum, Gennadius de Eccleſiaſticis dogmatibus, Auguſtinus Epiſtola* 118. Faciat vnuſquiſque, inquit, quod ſecundum fidem ſuam credit eſſe faciendum; contemptum non vult cibus iſte, ſicut nec manna faſtidium.

Vualafridus tamen quotidianam ſuaderi putat à Syluestro, cum dies hebdomadis ferias vocauit: Quia venerabilis Papa Syluester triceſimus quartus à Petro, ferias clerum habere docuit, vt ſicut apud paganos feriæ tantùm dicæ aliquibus feſtis inſigniri dicebantur, ſic enim per Moyſem dicitur (*Leuit.* 23.) Hæc ſunt feriæ Domini; ita Chriſtianis, & maximè clericis, omnes dies in ferias deputentur, videtur ratione pleniſſimum, vt per ſingulos dies ſacris occupemur officiis. Et quantum mentis & corporis grauiores maculæ obſiſtunt, panem & ſanguinem Dominicum quibus ſine viuere non poſſimus, iugiter ambiamus, & deſiderio illius tuitionis

E pu[illegible] ſumptione noſtræ [illegible] m[illegible], [illegible]tantes primitiuæ Eccleſiæ ſtudium [illegible]

De Simeone Stylita *Antonius ca*[illegible], quod quotidie percipiens cibum diuinum fuit. Idem monachis ſub Macario Palladius Helenopolytanus *lib.* 8. *cap.* 31. in Valente qui excidit.

Et *in vita Abbatis Apollo c.* 52. Oportet ſi fieri poteſt, monachos quotidie communicare Sacramentis: qui enim ſe ab eis procul amouet, Deus quoque procul ab eo recedit, qui autem hoc facit aſſiduè, aſſiduè ſuſcipit Saluatorem. Eſt enim vox ſalutaris (*Ioan.* 6.) Qui comedit carnem meam & bibit meum ſanguinem, manet in me, & ego in eo. Hoc confert monachis ſalutaris paſſionis commemorationem continenter facientibus, quotidie etiam ſe præparare, vt omni ex parte digni ſint qui ſuſcipiant cœleſtia Sacramenta, quandoquidem ſic quoque conſequimur remiſſionem peccatorum.

Optant tamen frequentationem crebram, *Hieronymus ad Lucinam:* Vtinam omni tempore Euchariſtiam, abſque condemnatione noſtri, & repugnante conſcientia, poſſimus accipere. & Pſalmiſtam audire dicentem: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. F

Magno ſteterit diutius diſtuliſſe quia vita Religioſis quibuſdam apud *Palladium ſect.* 66. *Lauſiaca hiſtoria.* Ammonas enim prope Diolcon vrbem in eremo, aliquando offerens Deo cultum, vidit Angelum ſtantem à dextris altaris, & ſignantem fratres accedentes ad gratiam, & ſcribentem in libro eorum nomina. Cum autem non adfuiſſent aliqui in ſynaxi, vidit deleri eorum nomina, qui poſt tres dies ſunt mortui.

Dominicis ſi quis communicet videtur nec rarior eſſe, nec frequentior, *Gennadius ſupra:* Omnibus diebus Dominicis communicandum ſuadeo, & hortor, ſi tamen mens ſine affectu peccandi ſit. Nec rubor inde ardeat, vel timor. Tertullianum audi de pœnitentia: Ego rubori locum non facio, ſatius illum perire, quam me.

Probauit Deus illuſtri miraculo apud *Palladium in Hellene Abbate.* Fortè monachi quos adierat, Dominica non communicarant, quod ſacerdos nullus eſſet ad manum & traiiciendus Nilus, qui omnia inundarat. Hellen Deo plenus ſe dedit in viam, reperitque ingenti vaſtóque corpore crocodilum, cui inſedit; incurrit verò in presbyterum, quem, rogauit fratres ſacro Chriſti corpore impertiret, impetrat. Sed cum cymbæ copia deeſſet, monet reuehi ſe à bellua patiatur: inhorruit primū, ſed Hellenis exemplo pellectus, inſedit, tranſuectúſque eſt: & illa, ne hominibus impoſterum exitio eſſet, ſancti parens voluntati expirauit. G

Chriſtus in regula Saluatoris pro ordine ſanctæ Brigittæ ita ſtatuit: Omnibus diebus feſtiuis, quorum vigiliæ & profeſta ieiunantur in pane & aqua, & in cœna mea, & in die Paſchæ, & Aſenſionis, Pentecoſtes, & Natiuitatis, omnes communicabunt, aliæ autem moniales, quibus Deus deuotionem maiorem inſpirauerit, ſi feruenti deſiderio petunt cum concilio confeſſoris ſui, omni Sabbatho poſſunt communicare.

COMMVNIONIS PERCEPTÆ PRÆMIA:

ET OMISSÆ POENA.

Exempla Hiſtorica.

Ægyptius quidam libidinoſus captus amore cuiuſdam mulieris ingenuæ, quæ viro nupſerat, cùm non poſſet eam inef- H care propter pudicitiam, & caſtitatem erga ſuum maritum Parthenicum conuenit improbus præſtigiatorem, dicens: Aut eam incita, vt me amet, aut arte tua effice vt eius maritus eam dimittat: Cùm ergo præſtigiator ſatis ab eo accepiſſet, vſus eſt ſuis præſtigiis & incantationibus: & cùm non poſſet eius animum mouere, vt ei aſſentiretur, effecit vt videretur equa ös, qui eam intuebantur. Cùm ergo foris veniſſent eius maritus, aſpexit vxorem in forma equæ: cúmque in ſuo lecto cubuiſſet alienum ei videbatur quod in ſuo cubili equa iaceret. Flet ergo eius maritus & lamentatur, quod rem non inueniat & quod exiſtimans ſe alloqui beſtiam, reſponſum non aſſequatur, præterquā quod ſolummodo eam videbat iraſci, vnde magis angebatur animo cum intelligeret eam eſſe ſuam vxorem, curioſis autem hominum artibus eſſe mutatam in equam. His de cauſis acceſſit vici presbyteros, & domum adducit, & iis eam oſtendit: Sed nec ij cognouerunt calamitatem, quæ eis acciderat. Tribus ergo diebus, neque fœnum comedit vt equa; neque panem, vt homo, vtroque alimento priuata. Tandem vt Deus glorificaretur, & videretur virtus ſancti Macarij, aſcendit in

A cor[illegible] mariti eius ducere eam in ſolitud[illegible] ſanctum virum [illegible] ex unquam capiſtro ligaſſet vt equam, duxit in ſolitudinem. Du[m] appropinquaſſent, ſteterunt fratres prope cellam S. Macarii cum eius marito contendentes, & dicentes: Cur huc adduxiſti hanc equam? Is autem dicit, vt miſericordiam cõſequatur ſancti oratione. Illi verò dicunt ad eum: Quid mali habet? Ille eis dixit: Quam videtis equam, illa eſt miſera vxor mea neque ſcio quemadmodum mutata ſit in equam, & iam ſunt tres dies, ex quo nihil comedit. Ij autem cùm hæc audiſſent, referunt ad ſeruum Dei Macarium, eo iam intus pro illa orante: Ei enim Deus reuelauerat, ipſi ad eum venient. Et ideo orabat, vt ſibi declararetur cauſa propter quã hoc euenerat. Reſpondit autem S. Macarius fratrib. qui ei renunciauerant: Adduxit ne aliquis huc equam? Dicunt, ita: Is eis verò dicit; Equi vos eſtis qui habetis equorum oculos. Illa enim eſt fœmina, ita vt eſt creata non transformata, ſed ſic ſolùm apparens oculis eorum qui ſunt decepti. Quę cùm eſſet adducta, aquamque benedixiſſet, & in eius nudũ caput infudiſſet, ſuper eius caput eſt precatus, ſtatimq; effecit, vt omnibus videntibus videretur
B fœmina, cùm autem iuſſiſſet ei cibum afferri, fecit eam comedere. Et eam ſic curatam dimiſit cum ſuo marito, Deo agentes gratias. Eam autem admonuit vir Dei, ſic dicens: Nunquam Eccleſiam deſeras. Nunquam abſtineas à communione Chriſti ſacramentorum: hæc enim tibi acciderunt, quòd iam quinque hebdomadis non acceſſiſti ad intemerata noſtri ſaluatoris ſacramenta. *Pallad. in hiſt. Lanſiac. c. 19.*

Elzarius Comes Arianus è Narbonenſi Prouincia oriũdus, illuſtris & nobilis genere; ſed illuſtrior & nobilior ſanctitate, inter ea præcepta, quibus familiam ſuam inſtituebat, volebat vt nobiles & milites, itémque virgines & matronæ quælibet hebdomada ſemel confiterentur peccata ſua, & ſingulis menſibus deuotè perciperent Euchariſtiæ ſacramentum: volebat item, vt viuerent caſte & pure; qui ſecus facerent, eos ſua domo expellebat: nolebat enim vt quiſquam pane ſuo veſceretur, quem ſciret peccato mortifero implicatum, ne alios inficeret, & ne illius peccatũ ipſe fouere videretur. Omnibus diebus Dominicis quadrageſimæ & aduentus, itemq; magnis feriis totius anni, permultorúmque aliorum Sanctorum, præſer-
C tim virginum, piiſſimè communicabat. Retulit ipſe quandoq; Virgineæ cõiugi ſuæ, cum Chriſti corpus acciperet, videri ſibi optimum ſaccharum ſe in ore habere, ac deglutire. Illa autem interroganre, quid id ſibi veller, reſpõdit. exiſtimare ſeſe, velle Deum, vt crebro ſacroſanctam Euchariſtiam percipiat. *In vita eius c. 18. & 20. apud Sur. tom. 5 die 27. Septembr.*

Circa an. Dom. 1200. tempore Innocentij Papæ III. fuit vir magnæ ſanctitatis nomine Ioannes Bonus de Mantua oriundus. Is cùm aliquando communionem perciperet, à quodam fratre, qui nulla pietate erga ſacram Euchariſtiam afficiebatur, immò de ipſa impiè ſentiebat, de huiuſmodi frequenti ſumptione ridebatur. Cuius errorem aduertens famulus Dei ei exprimit, confeſſus eſt, & non negauit incredulitatẽ ſuam. Tunc Ioannes duxit eum ſecum ad quẽdam fontem aquæ, & accipiens ex aqua illa cyathum plenum, dedit illi bibendum. Quẽ cùm bibiſſet, confeſſus nunquam tam ſuaue vinum in vita ſua guſtaſſe: & ſanctus vir ad eum: Non vides tu chariſſime frater, mirabile factum? Si igitur per me miſerum hominem
D aqua virtute diuina conuerſa eſt in vinum tam ſuaue, quanto magis credere debes per verba ſacerdotis, quæ ſunt verba Chriſti, panem & vinum conuerti in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti: Et tunc ceſſauit dubietas & error à mente fratris illius. *Ex D. Antonio 3 part. hiſt. c. 13.*

In honorem ſanctæ martyris Euphemiæ baſilica ampliſſima conſtructa è regione Conſtantinopolis. Sæpenumero autem aut Epiſcopis, qui ordine illius vrbis Eccleſiam rexerant, ſecundum quietem ipſa martyr apparens, aut aliis quibuſdam obpiam vitæ rationem nobilitatis accedens, iubet, vt in ipſo templo feſtum deliciis & opiparis epulis celebrent, ſacram ſcilicet Euchariſtiam ſumendo, Deúmque laudãdo. Quod vbi ſignificatum eſt Imperatorib. Pontifici, & toti ciuitati, ad templum accedunt omnes, tam qui Reipublicæ clauum tenent quàm ſacerdotes, magiſtratus, ac reliqua vniuerſa multitudo quo efficiantur myſteriorum participes. *Euagr. lib. 2. hiſt. c. 3.*

Lvdovicvs Imperator cùm lecto affixus iam eſſet, vitámque cum morte commutaturus, adfuerunt eius conſolationi venerabiles Antiſtites & alij Dei ſerui quam plurimi. Inter quos erat Hethius venerabilis Treuerorum Archiepiſcopus, Othgarius Moguntiæ ſimiliter Archiepiſcopus; ſed & Drogo fra-

[illegible] Domini [illegible] E
Palatij Arc[illegible] qu[illegible] [illegible]rorem
[illegible]uerat, tantò ei familiarius tr[illegible] omnia & ſemet credebat. Per eundem quotidie confeſſionis more ſacrificium ſpiritus cõtribulati, & cordis humiliati, quod Deus non deſpicit, offerebat. Cibus eius erat ſolummodo per dies quadraginta Dominicum corpus, laudante eo iuſtitiam Dei, & dicente. Iuſtus es Domine. At quia quadrageſimę tempus non ieiunans exegi ſaltem coactus idem ieiunium tibi exolũ. *Baron. Card. tom. 9. annal an. 840.*

Sancta Virgo Gertrudis intellexit à Domino, quod illi non irreuerenter, nec indignè ſumunt Euchariſtiam qui eam piè ſumunt ex deſiderio honoris, laudis atque glorię Dei. Quę ſanè gloria diuina in hoc pręcipuè eluceſcit, quod ſumma illa maieſtas tam indignis hominibus ſe communicare non dedignatur. Igitur pij quique ſacerdotes, & etiam monachi ac moniales, bonę voluntatis, qui abſque fictione Deũ propter ámque ſalutem quęrunt, & ſuum ordinem ſanctáque Cõgregationis ſuę ſtatuta ſeruare ſtudent, ac humiles ſpiritualéſque
eſſe conantur, & tempus vtiliter traducunt: & quando ſeſe F
negligunt, vel in aliquo delinquunt, ſacerdoti ſuo purè confitentur, quicquid cõſcientia teſtatur eſſe peccatum; hi Deo ſatis cõfidere debẽt, ſicque ſuper eius miſericordia & benignitate ſacramentum Euchariſtiæ accipere, quoties ex ordine datur, vel ex bona conſuetudine illud recipere ſolent. Similiter quotquot viri vel fœminæ ſæculares viuunt in aliquo ſtatu, qui à Deo & Eccleſia non diſcordet, ſiue ſint in matrimonio, ſiue extra matrimonium, ſiue vendant, ſiue emant, ſeu quauis alia licita ratione victũ ſibi parent, ſi bona voluntate præditi ex dei gratia perſeuerant in bono, & à grauibus culpis ſeſe cõtinent vitámque ſuam ſecundum Dei præcepta ac ſanctæ Eccleſię decreta dirigere volunt, peccatáque ſua humili corde ſacerdoti confitentur: hi omnes de Dei miſericordia confiſi, venerandum Euchariſtię ſacramentum in ſolennitatibus, vel diebus à patre ſpirituali ipſorum ſtatutis, accipere poſſunt. Licet enim rebus externis multipliciter occupati ſint, & in leuiores culpas ſæpiùs cadant, pro viribus tamen ſunt iuſti in omnibus, ob idque Deo placent. Inueniuntur autem nonnun-
quam inter eos, qui habitum ſecularem geſtant, aliqui tam G
puri & feruentes, vel ſancti, vt quotidiè ſacram communionem percipere poſſint. *Lud. Bloſius monit. ſpirit. c. 6.*

Quum dicta Gertrudis admodum debilis deſideraret diuinam percipere Euchariſtiam, ad quam etiam diligẽter ſe pręparauerat; conſilio tamen matris ſpiritualis propter bonum diſcretionis illam non accepit. Et cum hoc Domino offerret in laudem æternam, Dominus ſe acclinans ſuſcepit eam in ſinũ paternæ benignitatis ſuæ, eique dulciter blandiẽs, dixit: Quia deliberaſti me omittere purè propter me, ego in gremio meo confouebo te. Tunc intellexit Gertrudis, homine non diſplicere, ſed placere Deo, quando, ex diſcretione vel obedientia non autem ex negligentia, intermittit ſacram communionem. Igitur laudabile quidem eſt interdum ex humilitate ac ſãcto timore ſeu reuerentia abſtinere à ſacramentali perceptione Euchariſtiæ; ſed multò meliùs ex charitate & diuinæ laudis boniqne communis deſiderio, ſiue ex ſpeciali deuotione frequenter ipſam ſacram Euchariſtiam accipere. Sanè cùm hoc præcellentiſſimum ſacramẽtum ſit fons totius gratiæ, & me-
dicina animæ, non leuiter quis ab eius perceptione ſe elõgare H
debet, propterea quòd ſaporem ſpiritualem & conſolationem fortè non ſentit, aut quod grauibus importuniſque tẽtationibus affligitur. Nam qui piè & humiliter communicat, prodeſt plurimùm, non ſolùm ſibiipſi, ſed etiam aliis viuis & mortuis qui verò odio in proximum, vel quouis alio graui crimine detentus, ſacram Euchariſtiam percipere non meruit, æternam damnationem ſibi acquirit. Omnino talis perditus eſt, niſi per pœnitentiam Deo reconcilietur *Ille ibidem.*

Orante aliquando ſancta Gertrude pro quadam virgine Congregationis ſuæ, quæ zelo iuſtitiæ mota alias pias ſorores verbis ſuis reddebat puſillanimes, atque à frequentiori ſacræ Euchariſtiæ perceptione deterrebat, reſpondit Dominus: Quum deliciæ meæ ſint eſſe cum filiis hominum, & ego hoc ſacramentum ex ſumma charitate in meam commemorationem fidelibus ſuſcipiendum reliquerim atque etiam per illud cum eis vſque ad conſummationem ſæculi remanere velim, quicumque aliquos, à mortali peccato immunes, verbis, vel ſuaſionib. ab eius perceptione retrahit, is quodámodo impedit & interrũpit delicias meas, quas cũ illis habere poſſem.

Similis

A [illegible] Rege [illegible] giscongrue re adoleſcentulo, [illegible] quam pila cum illis ludat in platea. Verum [illegible] ſi quis proponeret huiuſmodi ſeueritatem de cætero deponere, ac vitare, ego non ſolùm illi ignoſcerem, verùm etiam tam gratum hoc haberem, quàm haberet gratum filius Regis, ſi pædagogus ſerenum blandúmque vultum præ ſe ferens, reduceret ad ipſum dilectos coætaneos eius ad ludendum cum eo. *Ibidem.*

De frequentata à Catharina Senenſi Euchariſtia. Iſtud refert Antonius Archiep. Florentinus; Erat, inquit, ſatis inter laicos vulgatum, quod Catharina iſta quotidiè communicabat, & ex ſacramento abſque alio cibo vitam tranſigebat, ſed quod piè dicebant & ſuſpicabantur, vtiq; verum non erat: Non enim quotidiè, ſed frequenter ſacramentum ſumebat. De qua etiam frequentatione cùm quidā ſatrapæ, magis Philiſtinorum quàm Chriſtianorū, murmurarent, rationib. conuincebantur, quòd primi Chriſticolæ quotidiè communicarent, etiam laici,
B vt patet in Actib. Apoſtolorū, vbi dicitur, quotidiè frangebant & communicabant in fractione panis, quod ab hominib. exponitur de Euchariſtia. Et cùm ſemel quidam Epiſcopus argueret eam domeſticè de tanta frequentatione communionis, cùm Auguſt. dicat: Quotidiè Euchariſtiam ſumere, nec laudo, nec vitupero, ſingulis tamen diebus communicandum hortor; Reſpondit virgo ſacra in præſentia plurium: Ex quo Auguſtinus non me vituperat in dictis ſuis, quare tu, Pater Reuerende, me vituperas? Sicque confuſus tacuit. *S. Antan. p. 3. hiſt. tit. 21. c. 14. §. 8.*

Præſtantiſſimum Dominici corporis & ſanguinis ſacramentum crebrò, maximéque Dominicis diebus, cum multa deuotione percipiebat Chriſtiana Virgo mirabilis, ex eóque, vt ipſa aiebat, & corporis & robur, & ingentem ſpiritus lætitiam capiebat. *Th. Cantiprat. in vita eius.*

Quòd oporteat nonnunquam cogere fratres ad refectionem, à Loth accepimus, qui coëgit angelos, quod oportet, ſi fieri poteſt, Monachos quotidiè communicare ſacramentis:
C Qui enim ſe ab eis procul amouet, Deus quoque procul ab eo recedit: Qui autem hoc facit aſſiduè, aſſiduè ſuſcipit Saluatorem; eſt enim, inquit, vox ſalutaris: Qui comedit carnem meā, & bibit meum ſanguinem, manet in me, & ego in eo. Hoc confert monachis ſalutaris paſſionis commemorationem continenter facientibus, quotidie etiam ſe præparare, vt omni ex parte digni ſint qui ſuſcipiant cœleſtia ſacramenta; quandoquidem ſic quoque conſequimur remiſſionem peccatorum. *Pallad. in hiſt. Lauſiaca. c. 52. in vita Apollinis Abbat.*

Gregorius VII. Pontifex Max. ad Mathildem Beatricis Duciſſæ Tuſciæ filiam egregiæ indolis puellam, menſe Februarij. nempe 14. Kal. Maij litteras dat, quib' eam ad ſanctiſſimæ vitæ cultum quem ſuſceperat, ſtudioſiſſimè perſequēdum hortatur. Meminit quoque iiſdem ſe aliàs commonuiſſe, vt ad perfectam Chriſtianæ religionis vitā excolendam, in his duobus potiſſimùm inſiſtat, vt ſacratiſſimā Euchariſtiam frequenter accipiat, & erga Dei Genitricem propenſiori amore ſit affecta. Aurea planè ſunt hæc Gregorij verba: Inter cætera quę tibi contra principem mundi arma, Deo fauente contuli; (quod potiſſimū eſt) vt corpus Domini frequenter acciperes, indicaui; & vt cer-
D tæ fiduciæ Matris Domini te omninò committeres præcepi: Déque his pluribus agens ad finem, iſta de ſtudio frequenter ſumendi Euchariſtiam, & cultu erga Dei Genitricē exhibēdo, hæc addit: Debemus, ô filia: hoc ad ſingulare confugere ſacramentū, ſingulare appetere medicamentū. Hæc ideo, chariſſima B. Petri filia, ſcribere procuraui, vt fides ac fiducia in accipiendo corpus Domini maior tibi accreſcat. Talem quidem theſaurum, taliáque dona, non aurum, non lapides pretioſos amore patris tui, cœlorū videlicet Principis, à me tua requiſiuit anima, licèt ab aliis ſacerdotibus longè meliora pro meritis accipere poſſis. De Matre verò Domini, cui te principaliter commiſi, & committo, & nunquam committere, quouſque illam videamus, vt cupimus, omittam; quid tibi dicam? Quam cælum & terra laudare, licèt vt meretur nequeant, non ceſſant: hoc tamen procul dubio teneas, quia quanto altior, & melior, ac ſanctior eſt omni matre, tanto elementior & dulcior circa conuerſos peccatores, peccatrices, &c. His Mathildis ſuffulta ſubſidiis, mirum dictu, quantum in Chriſtiana ita vita profecerit, quantum ſe ſuper cæteras fœminas exaltauerit, quantum etiam ſuper Reges & Principes eminentior apparuerit,

[illegible] *lib. 1. epi-* [illegible] in vita; & rogantibus [illegible] diuinam faceret? reſpondebat; Qui cum poſſit Domino [illegible] fructu non fruitur; declarat ſe eius curam non habere.

Venerabilis Bedæ Cenſura eſt: Quod Sacerdos celebrare omittens qui non legitimè impeditur, quantum in ſe eſt, priuet S. Trinitatem laude & gloria, Eccleſiam ſpirituali Chriſti beneficio, ac ſeipſum medicina & remedio.

S. Xaverius percontantibus qua ratione optimè quis ſupetare poſſet ſcrupulos quos humani generis hoſtis ſubinde menti obiicit circa tremendum hoc myſterium? reſpondebat; Pia ac diligenti ipſius myſterij frequentatione. *Horat. Turſell. lib. 5. cap. 23. in vita.*

QVOMODO OLIM A PRIMIS CHRISTIANIS COMMVNICATVM.

Nempe quibus ceremoniis, ritu, habitu, ſitu, &c. F

Christvs diſcipulis ſuis antequam ſui corporis participes fierent, pedes abluit: vt ex ſuperioribus conſtat, eoque velut ſymbolo eos inſtruxit, quæ puritas ad horum myſteriorum perceptionem exigeretur. Igitur Chriſtus tanquam Paterfamilias, & ſacrorum Princeps, ipſum ſui corporis Sacramentum adminiſtrauit manibus ſuis, cum ſibi ipſi, tum diſcipulis (quod enim de B. Virgine quæritur, an etiam ipſa illud perceperit, nullam probabilitatem habet,) in menſa recumbentib. poſt ſumptam legalem cœnam. De quo ſuprà. In Oriente teſtatur *Curopalates quinario S. de off. Eccl.* ſolitos fuiſſe, communicaturos, dum ante ſacram menſam ſe ſiſtebant, duci per Sacerdotem aut Diaconum ad S. Communionem, vt eo ritu ſignificaretur, omnes in vnūm corpus cum Chriſto coaluiſſe. Diaconi vero paulo ante diſtributionem SS. Sacramenti clamabant Sancta Sanctis. Ita *Clemens lib. 8. Conſt. Apoſt. c. 13.* quod tamen poſtmodum à Sacerdote factum, colligitur ex Miſſa S. Marci. Vbi etiam traditur, Sacerdotem populo benedicere conſuetum his verbis, Serua populum tuum, & benedic hæreditati tuæ.

Accedentes autem ſe componebant, & ita etiam conueniti habitu corporis. Lauabant ergo ſe, vt puri eſſent & mundi. Itē ieiuni accedebant, teſtis eſt *Tertull. l. 2. c. 5. ad vxorem.* & vult Iſidorus eſſe traditionem Apoſtolicam *lib. 1. de off. Eccleſ. c. 18.* érantq; in hoc exacti, vt ne minimū præſumerent. *Vide Conc. Tolet. 7. c. 2. Bracharenſe 2. c. 10. Carthag. 3. c. 48.* & meminit *Greg. Turon. lib. 1. de gloria Martyr. c. 87.* Vindictæ quam Deus ſumpſit de temerario Sacerdote, qui non timebat non ieiunus celebrare, quod intellige, poſtquam ita faciendum Eccleſia ſanxerat. Etiam reuerentiam in corporis ſitu exhibebant, manibus in formam crucis diſpoſitis, quod ita fieri præſcribit *Synodus VI. can. 1.* Atque illis ita trāſuerſariis excipiebāt ſacrā hoſtiam, mulieres tamen vt infra amplius dicetur, velatæ faciem comparebant, & non nudā manu ſicut viri, ſed linteo quod Dominicale vocatur, eam accipiebant. Qua de re extat decretum *Concil. Altiſſiodor. can. 36.* Atque hinc eſt quod Iulianū Apoſtatam redarguit *Greg. Nazian. orat. 1.* quod manus pollueret, quibus ſacram Euchariſtiam ori admouerat. Vnde & illuſtres manus appellat Cyprianus, quia diuinis operibus aſſueuerant. Videatur de hoc ritu *Cirillus Catecheſi 5.* H

Deinde vt omnis confuſio tolleretur, ordinem ſeruabant in communione. Primum enim Sacerdos, deinde qui ex clero, denique qui ex populo communionem percipiebant. Certas autem precum formulas quæ tū à Sacerdote, tum à Diacono recitari ſolebant, vide in *Liturgia S. Iacobi; & Synodo Toletana 3. tom. 2. Conciliorum.* Et meminit exhortationis præmiſſæ *Lucas Actor. c. 20.* Obſeruat tamen *Concil. Tolet. 14. c. 18.* Sacerdotibus & Leuitis ante altare, clero reliquo in choro, & ante chorum populo communionem datam. Hanc Laicæ & peregrinæ communionis nomē apud veteres reperitur ſubinde. Meminerunt autem veteres paſſim ex Scripturæ auctoritate: Fractionis panis. Vnde conſuetudo eruitur partiendi panem pro adſtantibus, ſiue manu, ſiue cultro; nam panis azymus glutinoſus plerumque eſt, neque facile diuiditur. Quæ fractio à multo tempore non obſeruatur, ſed ſinguli panes ſiue Hoſtiæ conſecrantur, ob periculum micarum decidentium. Debéntque Laici eſſe contenti minori hoſtia, quam ſacrificantes, cuius rei teſtem habemus Oſuualdum Mulſer, qui cum minorem nollet recipere, & maiorem poſtularet,

grauem

A … & Æ … Eccleſia,& … Porro in primitiua Eccleſia,& tempore Gentilium Imperatorum conueniebant … ſæpiùſque ſub noctem ad celebranda diuina myſteria, … vel in Cryptas ſubterraneas, aut oratoria particularium, quod feciſſe Paulum conſtat ex c. 20. *Actor* … Quamuis per noctem intelligi velint eo … , etiam quæ diem Dominicum præcedebat, … dies ipſe computari religioſo more incipiebat … celebrata tunc diuina myſteria, nihilominus non niſi à ieiunis , & poſt mediam noctem percepta : ſaltem paulo poſt prima Eccleſiæ tempora.

Quin etiam Laicis permiſſum Euchariſtiam domum deferre, vt ex Tertulliano, Cypriano, & Auguſtino, ac aliis pluribus colligitur. Et Anachoretas ſolitos ad eremum eam aſportare, neque enim illis licebat Eccleſias frequentare; ſcribit *Baſil.*

B *ep. ad Cæſar. forer.* Igitur tam hi, quam illi opportuno tempore ſumebant & debitè præparati, præſertim cum ob perſecutiones non liceret coire fideles ſæpius. Quando tamẽ opportunitas & tyrannorum indignatio permittebat, frequentabãt non minus ſacram communionem, quam orationem, & cócionem, vt colligere eſt ex orationib. quæ communionẽ ſequuntur in Miſſa, numero plurali recitari ſolitis. Dabatur inſuper Neophytis immediate poſt Baptiſmum Euchariſtia, & pueris, meminitque illius Ambroſius , & Cyrillus Ieroſolymitanus Hieronymo, & Auguſtino. Coniugati tamen abſtinebant ab illius perceptione, quo die corpora coniungebãt, quod ſuadet Paulus. 1 *Cor.* 7. quamuis præceptum nullum exſtet, tamen ob reuerentiã Sanctiſſimi illius myſterij omnino decere ita fieri. Denique ſumpta Euchariſtia aliquid comedebant, ne irreuerenter præter mentem cum ſaliua aliquid de Sacramento exſpueretur , atque id ſuaſit Chryſoſtomus apud *Zozomenum lib.* 8. *c. p.* 17. Apud Æthiopes etiam hodie Decanus dat à communione lac & mel, & dicit: Lac & mel immaculatum in generationes, Amen.

Fuit autem tempore Apoſtolorum & in quibuſdam Eccle-

C ſiis diu poſt , conſuetudo ante cœnam Euchariſticam inſtituendi cœnam communem omnibus : tam diuitibus, quam pauperibus, idque in ſymbolum mutuæ charitatis, & , vt Chriſtum imitarentur, qui communem cœnã præmiſerat . & abuſum illius cœnæ taxat Apoſtolus 1. *Cor.* 11. Quamuis alij exiſtiment eum loqui de cœna poſt communionem Euchariſtiæ, quam Agape , id eſt , charitatem vocabant, de qua videre eſt nonnulla in *loco proprio de Agape.*

* Commvnio Spiritvalis
ſiue
Efficax Deſiderium percipiendi S. Euchariſtiam

EXEMPLA HISTORICA.

Retulit nobis Dominus Bernardus de Lippe Abbas Liuoniæ, nunc Epiſcopus ibidem; rem ſatis glorioſam. Cùm Quidam, ſi benè memini , conuerſus qui nuper fidem ſuſceperat, monachos communicare vidiſſet , & ſibi hoc minime licere cognouiſſet , ſtans contra altare communicandi deſiderio ſuſpirauit : Et ecce pius Dominus ſine ſacerdotis miniſterio, de altari per ſacramentum deſcendere dignatus eſt in os eius, qui mox hoſtiã aperto ore oſtendens, & cauſã tantæ gratiæ mani-

D feſtans, cunctos, qui aderãt, in ſtuporẽ conuertit. Eandẽ enim hoſtiã defuiſſe reperêrũt in altari. *Cæſarius lib.* 9. *in rac. p.* 37.

Cum aliquando Catharina Senenſis iliaca infirmitate correpta eſſet , ſperaréque nihilominus templum adire, ſummo manè indicat Raymundo confeſſario ſuo, vt ſacrum aliquandiu differret, eo quòd cuperet adeſſe, & ſacra ſynaxi refici. Verùm quia nimium tardaret, miſit ad eum denuò, vt non diutiùs expectaret. Itaque rem ille diuinam aggreditur : & dum progreditur , Catharina doloribus alleuiata accedit, inſcio tamen ſacerdote, & in loco remotiore ab altari in quo fiebat ſacrum, ſe collocat. Poſt cõſecrationem verò, cum frangeretur hoſtia, vna particula inſtar vnius fabæ ab eius conſpectu, Deo ita diſpenſante, ſubtracta eſt, duab. maioribus partib. hoſtiæ in manu remanentibus. Finita fractione, circumſpicit quærens particulam illam , ſed nec in calice, nec alibi reperire potuit. Ne verò quærendo adſtantes tædio afficeret, proſequitur, ac ſpecies ſacramenti ſumit. Completo ſacro, mandat ſacerdos miniſtro: vt neminem ad altare accedere ſineret , donec particulã illã paulo accuratiùs quæſiuiſſet. Cùm ergo veſtib. ſacris exutus fuiſſet, aduenit Carthuſianus, qui excipiebat eum cum Ca-

… Et illa? … inquit, diligenter … Reſpondit ille. Tum illa ſubridens ait: Non erat neceſſe propterea triſtari. Equidem arbitror; inſit ille, te mihi illam abſtuliſſe. Et illa: Non mihi, inquit, vitio vertas, quia non ego, ſed alius abſtulit. Hoc tamen ſcias velim, quod nunquam, inuenies. Tum faſſa eſt ſibi diuinitus delatã fuiſſe: Cùm enim ſociæ meæ, inquit, nollent, vt communicarem, ne ipſis moleſtiam adferrem, acquieui : recurri interim ad benigniſſimum ſponſum meum Ieſum Chriſtum , qui ſublatam particulam ad me detulit; ideóque noli contriſtari , ſed potius gaude in ipſo cum gratiarum actione. *D. Ant. 3. p. Chron. tit. 23. c. 14. §. 8.*

Lavrentivs Iuſtinianus Venetiarum Patriarcha, vixit Eugenio IV. ſedente. Referam autem quod illi contigit; vt pio ſanctæ Virginis de communione recipienda deſiderio ſatisfaceret. Verba auctoris hæc ſunt. Sacra, inquit, Virgo quædam F
erat magnæ ſanctitatis: hæc per multos annos abſtinentia, vigiliis, orationibus ſteterat ante Dominum : Accidit autem, vt ſolennitate Corporis Chriſti, neque ſorores aliæ, neque ipſa communicare diuinis myſteriis poſſent; & cùm ægre ferrent, & illa in primis ſanctiſſima mulier, oratum Laurentium mittunt, quia propè eſſet monaſterium, vt ſi gratiam communicandi eo die habere non poſſent, ipſe ſaltem dignaretur , dum celebraret, pro ancillis ſuis orare; promiſit Laurentius. Qui cum autem celebraret ad populum, poſt eleuatum ſacramentũ, factus eſt extra ſeipſum , detulitque eum ſpiritus ad illam mulierem in cella clauſam, & contẽplationi vacantem; quæ forte tunc miro deſiderio communicandi teneretur , & ſacra illi myſteria cõmunicauit, ſiue in corpore ſiue extra corpus, Deus ſcit, ab oculis quidem totius populi non diſceſſit, donec ad ſe ipſum reuerſus ab illo pietatis officio, reliquum Miſſæ peregit. *To. Borius. lib. 15 de Sig. Eccl. c. 4 ex Bern. Iuſtin. in vita eius. c. 9.*

Bartholomævs Caietanus ciuis, cùm ad conſtructionem cuiuſdam Eccleſiæ Beati Franciſci non modicum deſudaret ruente trabe quadam infirmiter poſita , eiuſque opprimente G
ceruicem fuit grauiter conquaſſatus. Ipſe verò mortem ſibi ſentiens imminentem, vti erat vir fidelis & pius, à quodã fratre viaticum poſtulauit. Quod frater ille tam celeriter afferre non valens , quia mori ſubitò credebatur , Auguſtini verba protulit, dicens ei: Crede & manducaſti. Sequenti verò nocte B. Franciſcus cum vndecim fratribus illi apparuit , & inter vbera portans agniculum ad lectum eius acceſſit, vocauitque illum ex nomine, dicens: Bartholomæe, noli timere, quia non præualebit aduerſum te inimicus , qui te in meo ſeruitio voluit impedire. Hic eſt agnus, quem tibi dari petebas, quem & propter bonum deſiderium ſuſcepiſti ; Cuius etiam virtute conſequeris vtriuſque hominis ſoſpitatem Et ſic per vulnera manum ducens, ad opus quod cœperat, eum redire præcepit. Qui valdè manè conſurgens & iis qui eum ſeminecem reliquerant , incolumis & lætus apparens, admirationem intulit & ſtuporem. Sed & ipſorum mentes ad beati Patris reuerentiam & amorem , tam exemplo ſui, quàm ſancti miraculo excitauit. *D. Bonauen. in vita S. Franc. c. 3. de miracul.*

Cum inſtaret tempus nobiliſſimi conuiuij, quo S. Mechildis dilectum animæ ſuæ Ieſum percepiſſet in ſacratiſſimi corporis & ſanguinis ſui communione audiuit eum ſibi dicen- H
tem : Tu in me, & ego in te; & in æternum non derelinquam te. Eo tempore, quo canonici, vicem Epiſcopi gerentes , congregationem pro quadam pecuniæ ſumma, grauiter affligendo à diuinis ſuſpendiſſent, in die Aſſumptionis glorioſæ Virginis, cùm hæc Dei famula nimio affligeretur dolore propter carentiam Dominici corporis, viſum eſt illi Dominum abſtergere lacrymas ab oculis eius, dicens ei: Hodie mirabilia videbis. Cùm autem inſtaret hora ſacratiſſima, qua eleuanda erat hoſtia, viſus eſt eleuare hoſtiam , quaſi in aurea pyxide clauſam, & ſindone velatam. Per quod ſignificabatur, hoc ſacramentum omni humano, ſiue angelico intellectui eſſe abſconditum. *Ex lib. 1. reuelat. c. 4. Ioan Garet. Centena. 13.*

Hvgoni de S. Victore penè animam agenti, Euchariſtiam quam tamen anxie deſiderabat, monachi ipſius adferre detrectabant, quod propter continuum vomitum timerẽt, ne irreuerentia Sacramento inferretur : Igitur Hoſtiam non conſecratã ritu conſueto deferunt. Quam cum eſſet intuitus, Miſereatur inquit, veſtri Deus, cur mihi illudere voluiſtis? Non eſt iſte

Dominus

Qui ex Germania in Italiam per [illegible] montium cacu-tes, per aſpera ſaxa, per altas ac præcipites valles, atque per amœniſſimas Venipontica ac Tyrolenſium vias contendunt, præterquam quod arces, villas elegantéſque vrbes conſpiciant, in præaltis etiam ſcopulis rupicaprarum greges, earúmque miram ac iucundam venationem frequenter vident, quæ per rupes & ſaxa, inſtar auium volitantium ſaliunt, & in tantam altitudinem ſcandunt, vt viſum fallant & exigui videantur eſſe cuniculi. Huius venationis occaſione monſtratur locus in ſublimi rupis pariete, in quadrum exciſus, & in eo imago crucifixi Saluatoris noſtri altitudinis quadraginta pedum, quæ ab imo cernentibus, vix bipedalis apparet, in memoriam rariſſimi caſus ibidem poſita. Qui quidem caſus ita narratur. Quo pacto Maximilianus Cæſar Friderici A. filius, nimio prorſus ardore, iuuenilique audacia feras iſtas inſectando (vt cacoethes illa venandi in adoleſcentibus principibus plerumque vehementer flagrare ſolet) eo loci euaſiſſet, vnde nec referre pedem, nec vlterius progredi poſſet, niſi in præcipitium. B Stabat attonitus in abrupto loco infelix ille Princeps, temeritatem ſuam culpans ipſe, famis diræ longæ tabe vel morte violenta vitam ibidem finiturus. Stupebat animus, horror & tremor artus occupauerat, & obſeruabatur vbique triſtiſſima mortis imago. Si altum reſpicit, nimoſa cacumina, & ſcopulorum ingentes minæ capiti imminent, & vt Silij Poëtæ verbis dicam:

Scaligat in altus
Obuias ſaxis, abeúntque in nubila montes.
Sub pedibus occurrunt, tartarus veluti abyſſus,
Et regni pallentis hiatus
Ad manes imos atque atra ſtagna paludis.

A tergo & lateribus Marpeſiæ cautes, non ferro, non flammis, non aceto punico domandæ viarum acceſſus claudebant nec funes alia vnde inſtrumẽta, quib' extraheretur è periculo ad ipſum aliunde portendi poterant, nec ſeruitos quæpiam lapicidarum labore menſtruo parari. Stabant gregatim hinc, inde comites ac miniſtri, conſilij prorſus inopes, Dominúmque ſuum miſerum à longè non ſine lachrymis proſpectant, quem iuuare non poterant. Ipſe autem cum iam noctes atque C dies integros duos in tam afflicto ſtatu continuo permaneret, nec vlla ſpes reſidua videretur eſſe; mortalis huius vitæ cupidinem pius princeps abiicere, & qua ratione tutius beatioris vitæ cœleſtem in locum tranſire poſſet cogitare cœpit. Appellat magna voce ſuos iubétque vt quamprimum Sacerdos ſacroſanctam Dominici corporis Euchariſtiam adferrent; & è viciniore quo poſſent loco ſibi monſtrarent: vt quando corpus mortali cibo reficere non daretur, ſaltem oculos à longè mentémque immortali viatico, quantum concederetur, nonnihil muniret. Deúmque Seruatorem ſuum præſentem adoratione poſtrema reconciliare ſibi poſſet. Satisfactum, tam pio principis deſiderio quam diligentiſſimè. Sed luctus interea magnus per vniuerſam prouinciam ſpargitur, fama tam acerbi caſus deuulgata. Deplorabant parentes, dilecti ac vnici filij ſortem infelicem, & infauſtam orbitatem deteſtabantur. Curia Senatus, ac ordines vniuerſi, crudeli fato ſpei optimæ principem adoleſcentem, ſibi ſublatum mœrebant, populus omnis publica vota pro principis ſui ſalute ſuſcipiebat, in vrbibus, oppidiſque ſingulis templa atque ædes ſacras magna D vtriuſque ſexus frequentia ſupplex circuibat, iram diuini numinis deprecando, cœleſtium iram mortalia vota, piaſque preces, veluti miraculo quodam tum innotuit. Cum enim ope iam deſtitutus humana Maximilianus in ſcopulo cura fragilis vitæ prorſus abiecta, nil aliud quam immortalitatis, Deique Seruatoris ſui contemplatione ſemper occuparet, audit non procul à ſe ſtrepitum, circumſpicienſque videt arreptare per rupis coſtas iuuenem quendam ignotum habitu ruſticum, dimouere ingentia ſaxa, & callem parare. Qui cum ad ipſum acceſſiſſet porrecta dextera, macte inquit animo, virtutéque tua Princeps, viuit & adeſt, qui te ſeruare poteſt Deus; pone metum iuuenem, & me ſequere. Tutum te in tutiora loca traducã. Vti ſol per denſas nubes clarior emergit, ita mox anxij pectoris angore deterſo, ſerenior redit animus confidentéque ducem ſequitur. Et paulò pòſt in patentiori via poſitus, ſeruus ex orci faucibus ereptum videt, liberatoriſque ſui induſtriam non ſatis admirari poteſt. Ad deſcendentem ma- [illegible] uet bi- [illegible] perdidit [illegible] gr[illegible]us exi[illegible] in [illegible] deducitur, luctu publico con[illegible]eſtum in [illegible], poſtero die cum lætitia [illegible] edicto promulgato, dux ille vbique terrarum quæreretur, qui pro merito poſſet honorari, nec diu quæſitus inueniretur, cognitum pariter & vulgo creditum eſt, Angelum cuſtodem, bonúmve genium fuiſſe à Deo miſſum, vt adoleſcentem principem, ad maxima reipub. Chriſtianæ cõmoda, & ad Auſtriacæ domus incrementum grande, ab immatura morte ſeruaret. Quam opinionem poſtea res ab ipſo præclarè geſtæ confirmarunt. Ad rei memoriam pius princeps ſemitam lapicidarum labore muniri, in eodem periculi ſui loco, crucifixi Seruatoris noſtri imaginẽ conſpicuam, è via poni curauit: vt peregrinantes diuini auxilij gratiam vbique piis eſſe paratam in periculis, inde cognoſcerent. Hanc Maximiliani Cæſaris fortunam, Germanus Poëta quidem non indoctè ſic attigit, in hodo epotico ſiue Itinerario ſuo. F

Poſtera rura lenis virides Tirhemia campos
Hic vrbs ſeſtatus rex maximus Æmilianus,
Ni Deus ad maiora virum ſeruaſſet, opemque
Sparſerat, ad ſcopulum curſu peruenerat altum
Alta in rupe capras ſuiſſet turpiter annum
Auxilia agreſtis pene ipſa in morte ſuleſſet.

Meminit item Georgius Sabinus Itineris italici hodo epotico his verſibus.

Iamque tenebamus qua ſpum ſer æſtuas œnus
Ardua carpentes ſub iuga montis iter
Cumis in abrupto permoſtes rupe Cæſar,
Dum tenui quondam Carole ſedis auus.
Syluestres quando capreas, damaſque vagantes
Auſus in aerea figere cuspe fuit.
Culmen & aſcendit nimium temerarius, vnde
Cum vellet, potuit non reuocare gradum.

EVCHARISTIA A MORIENTIBVS DEVOTE SVMENDA.

Exempla Hiſtorica.

MARIA Magdalena vitam agens in deſerto, cæleſtium ſpirituum ſocietate fruebatur: & tamen cum ſibi vitæ finem imminere cognouiſſet Maximinum Epiſcopum iuſſit accerſiri, & percepta ab eo communione, ad cælum migrauit. G *In vita eius, & M. Marulus.*

Cum ſancta Maria Ægyptia ex hac vita eſſet migratura, & corpus Chriſti Domini ſumpſiſſet, poſtulauit dici ſymbolum Apoſtolicum, & Dominicam inchoari orationem. Expleto itaque Pater noſter qui es in cælis, ſicut mos eſt, & viuifica myſteriorum ſuſcipiens dona, in cælum extenſis manibus ingemiſcens cum lacrymis, ita clamauit, Nunc dimittis Domine ancillam tuam ſecundum verbum tuum in pace, Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. *Laur. Surius 9. April. ex Paulo Diacono.*

Ex litteris *Dionyſij ad Fabian. Epiſc. Antioch. Euſeb. Cæſar.* præter alias res geſtas, memorabile de Serapione exemplum habet, quod hic inſerendum putaui, in hæc verba: Erat quidam Serapio apud nos fidelis ſenex, qui licet, magnam vitæ partem integrè & incorruptè tranſegiſſet, tempore tamen perſecutionis præ imbecillitate animi lapſus eſt. Hic ſæpenumero in Eccleſiam denuo recipi ſupplex poſtulabat; ſed nemo, quia idolis ſacrificaſſet, eius poſtulationi aliquando auſcultauit. Qui in grauem morbum delabens, triduo deinceps H mutus, & abſque ſenſu vixit: quarto autem die paulùm releuatus nepotem ad ſe acceſſit ſicq; alloquitur: Quouſque filij, me, detinetis? properate, obſecro, & me ocyus, dimittite; al quem ex presbyteris aduocate ad me. Quæ cùm dixiſſet, iterũ fuit mutus. Puer currit ad presbyterũ: noctũ erat. Ille fortè morbo vexatus accedere ad eum non poterat, ſed tamen quoniam à me quidem mandatum dabatur, vt, qui iã eſſent à vita migraturi, ſanctorum myſteriorum; dummodò peterent, & vel maximè ſi antea, dum integra valetudine erãt, ſupplices petiuiſſent) participes fierent, ſicq; e cum pace dimiſſi, & bona ſpe confirmati, ex hac luce decederent; puero exiguam quandam Euchariſtiæ partem dedit, præcipiens, vt eam madefactam in os ſenis infunderet. Quam puer ſecum afferens rediit. Cùm iam appropinquanti, priuſquam cum eo quod geſtebat, intraret ædes, Serapio denuo voce recuperata, dixit: Venisti, fili? tametſi presbyter non poteſt venire, tu tamen præſta quod tibi in mandatis dedit, & dimitte me abire. Particulam igitur puer, quam apportarat, madefactam in os ſenis infudit. Atque ille

ſimulatque

... ipſæ vine ... aſperſus ... ta, pr... pro ... ſiſtit in vita, in numerum confeſſorum ... ... tus apud Euſebium. *Euſeb. Cæſar. lib. 6. hiſt. c. 36.*

Anno Chriſti Domini trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, eo tempore, quo à nobis migrauit D. Ambroſius Mediolanenſis Archiepiſcopus ad Dominum, ab hora circiter vndecima diei vſque ad illam horam, qua emiſit ſpiritum, expanſis manibus in modũ Crucis orauit. Nos autem labia illius moueri videbamus, vocem autem non audiebamus. Honoratus autem ſacerdos Eccleſiæ Vercellenſis, cũ in ſuperiora domus ſe ad quieſcendum compoſuiſſet, tertiò, vocẽ vocantis ſe audiuit, dicentiſque ſibi: Surge, feſtina, quia modò eſt receſſurus. Qui deſcendens obtulit ſancto Domini corpus: quo accepto vbi glutiuit, emiſit ſpiritum, bonum viaticum ſecum ferens, vt in virtute eſcæ anima refectior, Angelorum nunc cõ-
B ſortio, quorum vitam vixit in terris, & Eliæ ſocietate lætetur: quia vt Elias nunquam Regibus, vel vllis poteſtatibus, ita nec iſte pro Dei timore loqui veritus eſt. Vnum item ſcitur in cælis viuere, cùm corpus illius, peractis ſacramentis diuinis, de Eccleſia, ad quam fuerat deportatum, leuaretur deportandum ad baſilicam Ambroſianam, in qua poſitum eſt, ita dæmonum turba clamabat, ſe ab illo torqueri, vt eiulatus eorum ferri non poſſet. *Baron. tom. 5. Annal. ad ann. 397 ex S. Paulino.*

Ioannes Chryſostomvs in exilium miſſus cùm ad varia loca duceretur, vt tranſitione frequenti labefactatus ille vitam miſerè finiret, tandem Pityuntem ex mandato ductus eſt. Oppidum id eſt grauis ſolitudinis ad finem maris Pontici ſitum, ſæuiſſimis barbaris conterminum. Eo cùm duceretur, & iam ad Deum migraturus eſſet, nocte ei orantı qui viæ eius duces fuerant, & Petrus & Ioannes Apoſtoli aſſiſtentes per quàm amice cum eo ſunt collocuti: eique cùm aduerſus dæmones victoriam, tum poſtremò migrationem ad Deum, & quæ eum exceptura eſſent bonorum perceptionem cum lætitia annunciauerunt. Dein cœleſti & ineffabili eum eſca paucrunt: ex
C quo poſtea nihil cibi ſumpſit. Dicta hæc ab eis ſunt, quibus ille ea ſecùs verſantibus concredidit. Hinc etiã ille ad maiora progreſſus eſt certamina. Illi porrò, quibus magnus vir ducendus commiſſus fuerat, magnis itineribus proficiſcebantur, aliquando immenſis pluuiis exundantibus, aliquando ſolis radiis maximè vrentibus. Merces enim illorum crudelitati exercendæ, maiorum dignitatum honores, propoſita fuerat. Sed enim quo pluribus obiectus eſt ærumnis, eo caſibus omnibus, propter ſanctiorem philoſophiam, ſuperior fuit, ſplendiduſq; refulſit: quemadmodum in igne flamma, ſi materiam copioſiorem ſibi iniectam habeat. Cæterùm Pityuntem videre nõ potuit, ſicuti Epiphanius vaticinium prædixerat. Ad Comanos autem Armeniæ quum veniſſet, ad templum Baſiliſci martyris ductus eſt, qui Epiſcopus fuiſſe, & ſub Maximino Nicomediæ martyri certamen obiiſſe dicitur. Ibi in ſomnis ei apparens martyr; Bono, inquit, animo eſto, Ioannes frater, vtrumque craſtina dies coniunget. Ille etiam cuſtodi templi, vt locum Ioanni pararet, præcepit. Obitus eius in eam diem in-
D cidit, qua viuificæ Crucis exaltationẽ celebramus, menſis Septembris decimam quartam. Sic enim conueniebat, eum qui vitam omnem ſub Cruce tranſegerat, & gloriam non in alia re, quàm in Cruce Chriſti collocauerat, eam feſto ipſius die deponere. *Metaphraſt. apud Surium 27. Ianuar. tom. 1. anno 407.*

D. Hieronymvs Eccleſiæ Doctor diem agens extremum, ſanctum Chriſti corpus dari petiit. Ille verò ſumpturus, de lectulo humi ſe deponi fecit, ſacróque operiri. Tunc genibus prouolutus lacrymas fudit; pectus pugno percuſſit, & ſic ſanctam oblationem hauſit. *M. Marulus lib. 4. c. 12.*

Eo tempore, quo Prouincia Auſtralium Saxonum nomen Chriſti ſuſceperat, multas Britanniæ Prouincias mortalitas ſæue corripiebat. Quæ cùm monaſterium, cui tunc regendo reuerendiſſimus ac religioſiſſimus Chriſti ſacerdos vocabulo Eappa præfuit, nutu diuinæ diſpenſationis attingeret; multique, ſiue de his, qui cum Antiſtite illo venerant, ſiue de illis qui de eadem Prouincia Saxonum nuper ad fidẽ fuerant vocati, paſſim de hac vita raperentur, viſum eſt fratribus triduanum ieiunium agere, & diuinam ſuppliciter obſecrare clementiam, vt miſericordiam ſibi dignaretur impendere, ſiue periclitantes hoc morbo à præſenti morte liberaret, ſeu raptos ... ... ſecunda menſis ... dies agerent, contigit fortè ipſum puerum hora fermè ſecunda diei in loco, quo æger iacebat: ſolum inueniri, cui diuina diſpenſatione, ſubitò beatiſſimi Apoſtolorum Principes dignati ſunt apparere. Erat enim puer multùm ſimplicis ac manſueti animi, ſynceraque deuotione ſacramenta fidei, quæ ſuſceperat, ſeruans. Salutantes ergò illum verbis piiſſimis Apoſtoli, dicebant: Noli timere, fili, mortem, pro qua ſolicitus es: nos enim te hodierna die ad cæleſtia regna ſumus perducturi. Sed primum expectare habes, donec Miſſæ celebrentur, ac viatico Dominici corporis & ſanguinis accepto, ſic infirmitate ſimul & morte abſolutus, ad æterna in cælis gaudia ſubleueris. Clama ergo ad te presbyterum Eappam, & dicito illi, quia Dominus exaudiuit preces veſtras, & deuotionem, ac ieiunia propitius aſpexit: neque aliquis de hoc monaſterio, ſiue de adiacentibus ei poſſeſſiunculis, hac clade vltra moriturus eſt. Sed omnes, qui alicubi de veſtris hac ægritudine laborant, reſurrecturi à languore ad priſtinam ſunt ſoſpitatem, recuperandi, F
præter te ſolum, qui hodierna es die liberandus à morte, & ad viſionem Domini Chriſti, cui fideliter ſeruiſti perducendus in cœlum. Quod diuina vobis miſericordia, per interceſſionem religioſi ac Deo dilecti Regis Oſuualdi qui quondam genti Nordan Hymbrorũ, & regni temporalis auctoritate, & Chriſtianæ pietatis, quæ ad regnum perenne ducit, deuotione ſublimiter præfuit, conferre digna eſt. *Bed. lib. 3. hiſt. Anglic. c. 14.*

De Luciano martyre illud eſt decantatum: moriturum eum, quum vis tyrannica, neque templi, neque ſacrarij copiam facere:, & vincula quoque atque plagæ motum prorſus denegarent, in ſuo ipſius pectore diſcumbentem, horrendo illo operatum eſſe myſterio, ad eúmque modum & ipſum participaſſe de immaculato ſacrificio, & aliis, vt itidem communicarent, ſuaſorem fuiſſe. Sacrum id in carcere perficiebatur, & Eccleſiæ ſpecimen ſacer ille chorus, qui eum iam morientem G
ſtipabat, repræſentabat. *Niceph. Call. lib. 2. hiſt. cap. 51.*

Cum D. Thomas Aquinas in cœnobio Foſſæ nouæ diuerteret, & ex diuina reuelatione perciperet, ſupremum vitæ ſuæ diem non longè abeſſe, clara voce, multis audientibus, dixit ad ſocium ſuum: Fili Reginalde, Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. Interea morbo ingraueſcente cum ſentiret paulatim ſe viribus deſtitui, cum multa deuotione petiit ſibi ſacroſanctam Euchariſtiam exhiberi. Id verò ab Abbate & fratribus admodum reuerẽter præſtitum eſt. Vt autem allata fuit Euchariſtia, tametſi fractis eſſet viribus, humi ſe proſtrauit, cum lacrymis & admirabili pietate orans Dominum. Interrogatus autem, vt habet conſuetudo Eccleſiaſtica, num crederet in ſacra illa hoſtia verum eſſe Dei filium, qui noſtræ cauſa ſalutis ex Virgine natus, & in cruce mortuus eſt, & reſurrexit: libera voce, & cum multa deuotione lacrymans, dixit: Ego planè credo, immò pro certo noui, hunc eſſe verum Deum & hominem Ieſum Chriſtum, æterni patris & Virginis matris filium, & quod puro corde credo, etiam labiis ſynceré confiteor. Deinde illud viuificum H
accepit ſacramentum. Poſtero autem die etiam ſibi voluit Extremam Vnctionem adhiberi; vbi cum ad ſingulas verborum formas ſana mente reſpondiſſet, iunctis & ſurſum ad Deum erectis manibus, ſpiritum ſuum piiſſimo commendans Creatori, feliciſſimè obdormiuit in Domino, hora quidem matutina, ipſis nonis Martij, anno à Chriſto nato 1274. vitæ autem ſuæ 50. *Sur. tom. 2. in vita die 7. Martij.*

Sciens Brvno Carthuſianorum Patriarcha, horam veniſſe, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, conuocatis fratribus ſuis ab ipſa infantia ſingulas ætates ſuas replicauit, & totius temporis ſui curſum, ſcientia & ſententia dignum, proclamauit. Poſteà fidem ſuam de Trinitate protracto & profundo ſermone expoſuit, & concluſit ſic: Credo etiam ſacramentaque ſancta credit & veneratur Eccleſia, & nominatim, panem & vinum, quæ conſecrantur in altari poſt conſecrationem, verum eſſe corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, veram carnem & verum ſanguinem, quæ & nos accipimus in remiſſionem peccatorum noſtrorum, & in ſpem ſalutis æternæ. Proximo inde Dominico die ſancta illa carne ſolutus eſt pridie nonas Octobris, anno Chriſti milleſimo centeſimo primo. *Sur. in vita ex Franciſc. de Puteo IV. Doctore.*

De

A De Ottone III hunc [illegible] *[illegible] dus* Ter- [illegible] feria ante Pentecoſten [illegible], qui dicitur Mi[illegible]: proxima nocte iuxta morem diluculo d[illegible] conſurgens, nocturnis & matutinis laudibus i[illegible]. Poſt hæc paululum requieuit. Miſſarum deinde officio celebrato, pauperibus iuxta morem magnum porrexit, pauxillulum guſtans [illegible] in lecto requieuit. Cum autem hora eſſet, proceſſit lætus, & hilaris ad menſam reſedit: peracto miniſterio, veſpertinis laudibus interfuit: peracto cantico Euangelij, æſtuari, & fatigari iam cœpit. Quod cùm intellexiſſent Principes circumſtantes, ſedili eum impoſuerunt. Inclinantem autem caput, quaſi iam defeciſſet, refocillauerunt: expetitóque ſacramento diuini corporis, & ſanguinis, & accepto ſine gemitu cum magna tranquillitate vltimum ſpiritum cum diuinis officiis pietatis Creatori omnium tradidit, & inſerius: Itaque defunctus eſt nonis Maij, quarta feria ante Pentecoſten Imp. Romanorum, Rex gentium, diuinarum, humanarúmque rerum multa religioſa ſæculis relinquens monumenta. *Bar. tom 10.*
B *ad ann. 472. ex lib. 3. VVitichind.*

Lvdovicvs Craſſus, cùm mortem ſibi imminere videret, compluribus accerſitis Epiſcopis, poſtquam confeſſionis ſacramento conſcientiam emundaſſet, ſacram ſibi Euchariſtiam conferri poſtulauit. Poſt hæc pauimentum tapete ſterni iuſſit, ac ſuper eum ſignum crucis ex cinere fieri, vbi & iaceret, & moreretur Decumbens igitur in tapete Rex defunctus eſt *Rob. Gaguinus lib. 6. hiſt. Franc.*

David I. Scotorum Rex, quum vitæ terminum adeſſe ſentiret, indignum ſe reputans, ad quem Corpus Chriſti deferretur, duobus ſacerdotibus innitens ad templum venit, & peracta re diuina ſermonem ad ſuos habuit de pietate in Deum, quàm beneficus & ſalutaris ipſum colentibus eſſet Mox in genua procidens, ardentibus precibus Chriſti corpus integra fide ſuſcepit, Inde in cubiculum reductus, conuocatis primoribus, nepotes ſuos illis iam extremò commendauit, datoque ſingulis oſculo, vt publicam ſemper vtilitatem tuerentur, precatus eſt: deinde commendata Deo anima ſua, expirauit, anno regni 29. ſepultus Doumfermilem in regio pa-
C rentum ſepulchro, addito inſigni monumento. *Hector. Boëthius lib. 12 hiſt. Scotorum.*

Poſtquam Lucia Syracuſana Virgo & martyr conſtanter ſuam caſtitatem contra lenones defendiſſet, tunc iudex Paſchaſius præcepit miniſtris ſuis, vt ignem copioſum circa eam accenderent: picem verò & reſinam & feruens oleum ſuper eam iactarent. Sed illa in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti immobilis ſtetit, dicens: Ego rogaui Dominum meum Ieſum Chriſtum, vt ignis iſte non dominetur mihi, quatenus tibi inſultem plaudens in Domino, & impetraui ab eo inducias martyrij mei, vt credentibus tolleret timorem paſſionis, & non credentibus vocem inſultationis auferret. Tandem gladio in gutture merſo percuſſa, quamdiu voluit, orauit, & turbam circumſtantem allocuta eſt. Nec omnino mortua eſt, donec venientibus ſacerdotibus, communionem Dominici corporis & ſanguinis acciperet. *Ex martyrolog. Adon. Archiep. Treuir. 13. Decemb.*

S. Nicolavs de Tolentino ad extremum vſque ſpiritũ ſacræ hoc Euchariſtiæ alimento reficiebatur. Vnde in extremo vitæ diſcrimine, ipſoque agone conſtitutus, idipſum in viaticum ſibi adminiſtrari petiit: Vt tanto, inquit, viatico mu-
D nitus, non deficiam in via ad cœleſtem patriam profecturus: & ſi ob demerita mea improbus Belial hoſtis meus mihi occurrerit, poſſim fidenter dicere: Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos. Et circumſtantibus hinc inde fratribus, & vnà cum illo orantibus, ſolenni abſolutione percepta, cum profuſiſſimis lacrymis corpus Domini conſumpſit, ita dicens: Benedictus qui venit in nomine Domini. *In vita eius apud Surium c. 12.*

Georgius Cedrenus in hiſtoriarum compendio deſcribens imperium Mauritij: Experrectus Mauritius ſtatim accubitorem ſuum miſit, qui Philippicum adduceret. Qui deſperata ob id vita, prius communionem ſacram expetiit, eaque percepta ad Imperatorem abiit, vxorem relinquens, quæ ſaccum induta, & cinere conſperſa eiulabat.

Miles quidam nobilis, terram habens & caſtra, apud Federicum Imperatorem à multis accuſatus eſt, quod multos ſpoliaret: quem cùm ſæpiùs citaſſet, & non comparuiſſet, tandem proſcripſit, mandans ſuis, vt illum caperent. Qui cùm lateret, non tamen minùs rapinas exerceret, caſu quodam ex
E officio captus, patibulo, ſecundum quod Imperator præceperat, appenſus eſt. Tertia die miles quidam præteriens, cum v[illegible] diſſet illum, ait ſeruo ſuo: Deus, quam pr[illegible] homo erat ille. Reſpondente puero: Vir ille nobilis eſt conſanguineus veſter, [illegible] iterum prop[illegible], vt depoſitum ſepelirent. Ad quos ille de patibulo clamauit: Deponite me adhuc enim viuo. Æſtimantes illi, quia fantaſma eſſet, ſubiunxit: Nolite timere, quia homo Chriſtianus ſum. Depoſitus verò ſic ait: Modicum obſequij ego peccato Deo impendi propter quod miſertus eſt mei, ſingulis diebus tres orationes Dominicas, cum totidem veniis ſanctæ Trinitati dicere conſueui, Angelica ſalutatione præmiſſa. quinque vero orationes, cum quinque venia, & Aue Maria, quinque vulneribus Chriſti: ſimili modo vnam orationem, id eſt, Pater noſter, Angelo, cui commiſſus ſum. Item eodem modo vnam corpori Chriſti, quod ſingulis diebus conficitur per vniuerſum mundum, quatenus in fine vitæ meæ tanto munri viatico mererer. Quod & Dominus mihi præſtabit ſua miſericordia: vnde rogo, vt vocetis mihi Sacerdotem, à quo illud ſuſcipiam. Qui cum veniſſet confeſſio-
F ne præmiſſa, communicauit, móxque ſpiritum emittens, ad eum, cui incorporatus fuerat, feliciter migrauit: quem in cœmeterio ſepelientes, tam grande miraculum diuulgauerunt vbique. *Ex Cæſario lib. 9. miracul. 49.*

De S. Ansberto dicit hiſtoria quòd poſt perceptionem corporis & ſanguinis Domini, feliciter migrauerit ex hoc mundo. *Surius 9. Februar.*

S. Basilivm memoret B. Amphilochius, quod ex hoc mundo non migrauerit, priuſquam ſub ſpecie panis ſumpſiſſet corpus magni Domini, qui noſtri cauſas pronus factus fuerat.

S Benedictvs ipſa diſſolutionis ſuæ quam Chriſtus ei indicauerat die, deportari ſe in oratorium quod ſibi parauerat fecit, ibique exitum ſuum pretioſi corporis & ſanguinis Dominici perceptione muniuit. *Greg. lib. 2 dialog. c. 37.*

S. Cassij Narnienſis Epiſcopi ſumma erga hoc Sacramentum in vitæ termino pietas fuit. Ille enim inſtantem mortis ſuæ diem prænoſcens, oratorium quod in Epiſcopo habebat adiit, ſacram hoſtiam obtulit, & inde ad lectum reuerſus, quo æger exiuerat, in Domino obdormiuit. *Heſſtadius Serm. 53. de Euchariſtia.*

G Lavrentivs Medices fatali lecto decumbẽs, nihil prius potiúſque in votis habuit, quam vt ſacro hoc viatico muniretur. Quod cum ad eũ Parochus deferret, ipſe velut è lectulo exiliens, Procul abſit à me ait vt patiar Ieſum qui me redemit, ad me venire, tollite quæſo, vt occurram Domino meo. *Angel. Politian. in Epiſt. Laur. Beyerlinck in Apophtheg. Chriſtianis.*

De Batone, alij Bauone Gandauenſis cœnobij clerico memorat *Marulus*, quod ad deſperationem medicorum infirmus, noluerit hinc diſcedere, niſi viatico ſalutari recreatus, eúmque miſiſſet ad presbyterum qui illud ſibi adferret, & is quem miſerat, viæ ignarus aliò diuerteret, ab Angelo ad presbyterum accerſendum perductus fuit *Lib 4. exemplor. c. 12*

Agibodi Monachi animam corpus remiſſam mirabiliter, vt non niſi percepto hoc ſalutari viatico emigrarat, ſcribit *Ionas in vita S. Bertulfi.*

De alio Religioſo peſte extincto, precibus S. Ebrulphi Confeſſoris vitæ reſtituto, donec ſacra myſteria acciperet, teſtatur *autor vitæ illius*, citatus *a VValtero Vuringo lib. de. triplici Cænæ. 21. Cæna. III,*

H B. Petronilla à Comite quodam in coniugem poſtulata, cum Deo virginitatem vouiſſet & triduanis orationibus ac ieiuniis vacaſſet, adueniente Nicomede Presbytero: Chriſti corpus percepit, ſeque in lectulum reclinans, cum firma eſſet valetudine, ſpiritum Deo reddidit, quaſi à Deo reſolutionem expetiiſſet corporis ſui, ne in grauiora diſcrimina elaberetur. *Auct. vita SS. Nerei & Achillei c. 9.*

Etiam In Parievlo Constitvtis Euchariſtia Danda.

Refert *Ioannes Diaconus*, quo pacto fideles qui cum Maximiano Epiſcopo Syracuſano iam iam naufragium facturi videbantur, corpore & ſanguine Redemptoris ſe refecerint, & ad imminens periculum ſe muniuerint.

Afficiendis Svpplicio non Deneganda.

Exſtat de hac re canon in *Conc. Mogunt. ſub. Hrabano Epiſc. c. 27.* quo vetatur, ne extremo ſupplicio afficiendis negetur Euchariſtia & ante ea tempora, reis conceſſa fuit, quod confirmatur exemplo Theodoſij Fil. Mauritij Imperat. qui cùm ad

A ad Coſtoam miſſus orator, Phocæ Imperatoris iuſſu necaretur,
ſummopere deſiderauit, vt priuſquam ſupplicium extremum
ſuſtineret, cœleſti viatico refici poſſet. Quod vbi impetraue-
rat, Deo gratias egit, lapidéque è terra ſublato, ter pectus ſuum
percuſſit: eoque facto ceruicem tortori præbuit. *Cedren in Pho-
ca an. 1.* Etiam in Concilio Prouinciali Mechlinienſi decerni-
tur, vt ſupplicio afficiendis tempeſtiuè prouideatur de S. Eu-
chariſtia: Atque idem etiam edicto ſuo de data anni 1607. vo-
luerunt fieri Sereniſſimi Belgarum Principes; etiamſi ante hac
nullus illius rei vſus fuerit. *Art. 10. eiuſdem edicti.*

PRÆLIVM INITVRIS SVMENDA.

Bonfinius decade 2. de reb. Hungaria lib. 1. refert Henricum
Imperat. præuia confeſſione, ante prælium, ſe & exercitum
ſolitum communire armatura SS. huius Sacramenti.

COMMVNIO SVB VNA SPECIE
OLIM VSITATA.
Ex Sacra Scriptura.

CHRISTVS Dominus agens de fructu Euchariſtiæ non ſe-
B mel, ſed quater docet, vnam ſpeciem ſufficere ad ſalutem. Qui,
*inquit, manducat me, viuet propter me, &c. Panis quem ego dabo
caro mea eſt pro mundi vita: Qui manducat hunc panem, viuet in
æternum.* Suo exemplo idem comprobauit: Nam ibidem multi-
plicauit panes, quibus ſaturauit turbam, remanentibus duode-
cim cophinis nec vllum potum multiplicauit, neque dedit.
Ioan. c. 6.

Teſtatur etiam Lucas Euangeliſta, Chriſtum Dominum
ſacram Communionem ſub ſpecie panis tantùm duobus di-
ſcipulis in Emaus proficiſcentibus porrexiſſe: ſic enim ait:
Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & be-
nedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eo-
rum, cognouerunt eum: & ipſe euanuit ex oculis eorum,
&c. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via: & quomodo
cognouerunt eum in fractione panis. Hunc autem locum de
pane Euchariſtico exponunt. *Hieron. Chryſoſt. Aug. Theophy-
lact. in c. 24. Luc.*

Sed & tempore Apoſtolorum viſitatam fuiſſe vnius ſpeciei
C ſumptionem, ex Actis Apoſtolicis conſtat, vbi Lucas. Erant
perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione
fractionis panis. Neophytos enim ſolitos ſtatim à Baptiſmo
Euchariſtiam percipere, atque hic de iis agi, res eſt clara, &
hunc locum etiam de Euchariſtia intelligit *Luther. in ſerm. de
Euchar. Caluinus lib. 4. Inſtit. c. 17. §. 35.*

Sic etiam Paulus dicitur manſiſſe Troade diebus 7. & ex-
ſpectaſſe primam Sabbathi, vt tunc fideles conuenirent ad
frangendum panem in magno cœnaculo, lampadibus copio-
ſiſſimè illuſtrato, idque tempore nocturno propter metum
perſecutionis. Quorſum enim die Dominico in templum,
& tantis cæremoniis conueniſſent Fideles, ſi non ad ſacrum
Euchariſtiæ conuiuium? *Act. cap. 20.*

Erant autem inter iſtos Neophytos multi Nazaræi, qui
vinum non bibebant durante voti tempore: non ergo iis li-
citus erat vſus Calicis, & tamen deſcribuntur perſeueraſſe in
communicatione fractionis panis. *Suprà.*

Idem Apoſtolus Paulus monens Corinthios ad dignè ſu-
mendum hoc Sacramentum, loquitur ſub disiunctione: Qui-
cunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Do-
D mini indignè, &c. Inſinuans alterutram ſpeciem licitè & vti-
liter ſumi, & indignam ſumptionem alterutrius, incurri rea-
tum corporis Domini. *1 ad Corinth. cap. 11.*

EXEMPLA HISTORICA.

Statim poſt tempora Apoſtolorum, vnicam ſpeciem Fide-
libus vſitatam conſtat. Meminerunt enim *Tertull. Iuſtinus,
Origenes*, Gentiles olim in Eccleſia Primitiua proſcindere ſo-
litos Chriſtianos conuitiis, eóſque vocare anthropophagos,
quod aliquid de myſterio corporis Dominici, quod in Sacra-
mento dabatur, ſubodorati fuiſſent: At nunquam eos inſimu-
lauerũt tanquã vini potores aut ebrioſos. Et ſanè tempore per-
ſecutionis, quando clam & latenter diuina myſteria exhibe-
bantur, non eſt imaginabile, quomodo tantam vini copiam
habuiſſet, quæ ſuffeciſſet numero communicantium. *Hoſſtad.
ſerm. 61. Euchar.*

PHILO Iudæus Apoſtolorum contemporaneus, deſcribens
viuendi modum primorum Chriſtianorum qui in Ægypto de-
gebant, teſtatur eos vinum omnino non guſtaſſe. Secus factu-
rus, ſi quotidie vidiſſet illos dum communicabant, ad fractio-
nem panis ſumere vinum. *Idem.*

S. Martyr & Pontifex Pius ordine dicimus à S. Petro pœ-
nitentiam præſcripſit Sacerdoti, cuius incuria aliquid de ſan- E
guine Domini effunderetur, dum in altari eum ſumeret: nul-
la ibi mentio Laicorum. *Idem.*

DAMASVS Pontifex qui vixit tempore D. Hieronymi, teſta-
tur patinas quarum in communione ſacra vſus erat, fuiſſe
olim longe capaciores, quam fuerint ipſi calices; nam ſcribit in
quibusdam Eccleſiis fuiſſe patinas 30. librarum. Ergo plures
ſumebant Euchariſtiam ſub ſpecie panis, vt probabiliter colli-
git idem. *Hoſſt. ad ſuprà.*

Narrat *Euagrius lib. 4. capit. 35.* Moris fuiſſe in Eccleſiis
Græcorum, vt reliquiæ panis conſecrati diſtribuerentur pueris
innocentibus, nulla facta mentione reſidui vini, quod tam
indubiè debuiſſet nonnunquam ſupereſſe.

Manichæi quoque communicabant olim inter Catholi-
cos ſub vna ſpecie, & tamen nunquam legimus ob id ab Ec-
cleſia reprehenſos. Exiſtimabant enim vinum fel draconum;
quod quia aduertebat *Gelaſius Papa*, nempe eos ex falſa ſu-
perſtitione abſtinere ab altera ſpecie, ſtatuit vt nemo niſi
ſub vtraque ſpecie communicaret, vt à Manichæis diſtingue-
retur. At patres in Concilio Conſtantienſi, quod viderent F
Huſſitas in Bohemia pertinaciter vrgere vtramque ſpeciem
velut neceſſariam ad ſalutem, cum tamen Laici ſub vna tum
communicarent, alterius ſpeciei vſum laicis omnino de cæ-
tero ob graues cauſas interdixerunt. ☞ *Vide Leonem Pap.
ſerm. 4. de quadrag.*

Sicut autem Romæ liberum ſemper fuit ſub vna, vel vtra-
que ſpecie primis illis temporibus communicare: ita etiam in
Eccleſia Orientali Conſtantinopoli, tempore *D. Chryſoſt.* De
quo hiſtoria cuiuſdam Macedoniani refertur ſuprà, *Tit. Pœna
non credentium Chriſti præſentiam, &c.*

Certiſſimum quoque eſt olim conſueuiſſe Fideles Euchari-
ſtiam domum deferre, ibique pro opportunitate ſumere: nun-
quam autem legimus deferre ſolitos vtramque ſpeciem. Imo
Auguſt. ſerm. 252. de temp. Omnes mulieres nitida exhibẽt lin-
teola, vbi corpus Chriſti accipiebant ☞ *Vide Baſilium Epiſt.
ad Cæſar Patriaci. Clem. Alex. lib. 1. ſtromatum.*

MIRACVLA HANC REM
Confirmantia.

Eccleſia iam à multis ſæculis Euchariſtiæ Sacramentum G
ſub ſpecie panis tantùm diſpenſare conſueuit, ne ſimpliciores
crederent, Chriſtum non contineri integrè ſub altera ſpecie, vt
aliquando contigit: Religioſus enim quibuſdam petentibus &
inſtantibus, vt ſub vtraque ſpecie Sacramentum ſumerent, ſa-
cerdote quodam procantante, cùm faceret fractionem, conca-
uum patinæ totum viſum eſt repleri ſanguine. Ad quod obſtu-
puerũt ipſe & circumſtantes: ſed cùm coniungeret partes ho-
ſtiæ, totum viſum eſt reintrare: ſic petitioni & tentationi il-
lorum penitus fuit ſatis factum. *Alexan. Alenſis 4. p. quæſt. 11.
m. 2. Art. 4. §. 3*

Cyprian. ſerm. 5. de lapſis: Et cùm quædam, inquit, arcam
ſuam, in qua Domini ſanctum fuit, manibus indignis tentaſ-
ſet aperire, igne inde ſurgente territa eſt, ne auderet attingere.
Et Alius, qui & ipſe maculatus de ſacrificio, à ſacerdote cele-
brato partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere: Sanctum
Domini edere, & cõtrectare nõ potuit: cinerem ferre ſe aper-
tis manibus inuenit. Documentu vnius oſtẽſum eſt, Dominum
recedere, cùm negetur: nec immerentibus ad ſalutem prodeſſe,
quod ſumitur, quando gratia ſalutaris in cinerem, ſanctitate
fugiente, mutetur. H

*Theodoret. Cyri Epiſcopus, in Philotheo, ſiue in hiſt. Sanctorum
Patrum, in vita 26.* quæ eſt Symeonis Moyſis, & Eliæ diui-
norum virorum exemplo, commemorat. eum quadraginta dies
abſque vllo cibo ieiunare decreuiſſe. Quare Baſſum, qui ea
tempeſtate oppidorum presbyteris præfectus multa loca cir-
cuibat, rogat, vt nulla re intra domunculam relicta, fores
ipſas cæmentis obſtrueret. Qui rei difficultate propoſita, ab
huiuſmodi incepto deterrebat, violentámque ſibi mortem
conſciſcere quenquam, non eſſe virtutem, ſed vitium, & pri-
mum & maximum, admonebat. His acceptis, vir Dei: depo-
ne, inquit, ô pater hîc decem panes, & aquæ lagenam: nam ſi
corpus cibo indigere ſenſero, ſumam illum. Rectè, inquit, ille,
Mox pane & aqua depoſitis, fores obſtruxit, vt iuſſerat. Poſt
quadraginta dies reuerſus Baſſus, dirutis foribus ingreditur;
panumq; numerum, & vrnam aqua plenam ita, vt reliquerat,
inuenit: ipſum autem iacentẽ, nec ſpirantem, & nec loqui, nec
moueri potentem. Quare accepta ſpongia labra illius primùm
madefacit; mox diuinorum myſteriorum ſymbola impoſuit:
quibus

A quibus ille defectus ſurrexit, ac cibi aliquantulum ſumpſit, lactucas ſcilicet, chicoria, aliaque huiuſmodi, quas dentibus non admodum confectas demittebat in ſtomachum. Quam rem admiratus Baſſus in proprium gregem ſe recepit, magnumque hoc miraculum ſuis enarrauit, quos plus quam ducentos habebat: illos tamen neque iumentum, neque molas poſſidere, neque oblatas pecunias accipere, neque monaſterij foribus, aut ad res neceſſarias parandas, aut ad amicos inuiſendos egredi, ſed intus manere, & id tantum, quod Spiritus ſancti gratia ſibi miſſum fuiſſet, accipere volebat. *Theodor. in hiſt. SS. Patrum 26. quæ eſt Simeonis.*

Gulielmus Abbas S. Theoderici, in vita S. Bernardi libr. 1. Agebatur, inquit, ſolennitas quædam præcipua, & Frater aliquis, quem ſecreta culpa ab altaris ſacri communione ſuſpenderat, notari timens, & roborem non ſuſtinens, ad manum eius cum cæteris nimium præſumptuoſus acceſſit. Intuitus autem eum, quoniam cauſa latens erat, repellere hominem noluit, ſed intimo corde orabat Deum, vt de tanta
B præſumptione melius aliquid ordinaret. Itaque ſumens homo Euchariſtiam non poterat ad interiora traiicere, & diu multúmque conatus, cùm nullo modo præualeret, anxius & tremebundus clauſam ore ſeruabat. Expleta denique hora orationis ſexta, Patrem ſanctum traxit in partem: cuius pedibus aduolutus, cum multis ei lacrymis, quod patiebatur, aperuit: & aperto ore ipſam quoque Euchariſtiam oſtendebat. Increpans autem eum, confitentem abſoluit & ſine difficultate recepit Dominica ſacramenta. *Auct. vita S. Bernardi lib. 1. capit. 1.*

ERRORES CIRCA COMMVNIONEM SVB VNA SPECIE. ET VERITAS CATHOLICA, vnam admittens, alteram vetans.

Controuerſia de Communione, ſub vtráque ſpecie, exorta eſt Pragæ in Bohemia, circa an. Dom. MCCCCXII Auctoribus Petro Dreſdenſi, & Iacobello Miſnenſi. Nam vt ſcribit *Æneas Syluius, in hiſtoria Bohemorum, cap. 35.* Petrus ille Dreſdenſis cum incidiſſet in verba Domini, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem miratus eſt, cur con-
C tra tam euidens præceptum Domini, laicis vſus calicis interdiceretur. Itaque Iacobellum monuit, vt pro concione diceret, vſum calicis ad ſalutem neceſſarium. Placuit doctrina hæreticis, quia expreſſè videbatur inuenta contra decreta & praxim Romanæ Eccleſiæ.

Ante hoc tamen Manichæi dumtaxat ſub ſpecie panis communicabant, alteram ſpeciem inutilem & ſuperſtitioſam æſtimantes, vt paulò ante adduximus, & titulo proximo amplius dicemus.

Sunt & celeberrimi Scriptores, qui dicunt in Concilio Epheſino quod fuit 3. Oecumenicum, decretam fuiſſe Laicorum communionem ſub vna ſpecie, occaſione Neſtorij hæretici, qui inter alios errores docebat, Chriſti carnem in Sacramento eſſe ſub ſpecie panis abſque ſanguine, & ſub ſpecie vini ſanguinem abſque carne, lege *Gabr. Biel lect. 84. in Cant. Caiet. Goſium, Ioan. Heſſel.* & alios ab Hoſſtadio citatos.

Certè poſt Dreſdenſem & Miſnenſem error ille apud Bohemos inualuit, ita vt etiamnum vigeat vel maximè, & peculiari nomine qui eum tenent Huſſitæ appellentur à Ioanne
D Hus Bohemo, in Conſtantienſi Concilio condemnato, & à fuga quam contra edictum Sigiſmundi Romanorum & Hungariæ Regis inierat, retracto & igne cremato Siquidem Pontifex Romanus, qui vt tantus error Chriſtianorum pectoribus proſcriberetur, celeberrimum Concilium indixit Conſtantiæ an. 1415. cui interfuerunt Patriarchæ 3. Cardinales 33. Archiepiſcopi 47. Epiſcopi 228. Doctores S. Theolog. 217. vtriuſque Iuris 331. præter alios viros præclaros. In hoc Concilio diligentiſſimè ventilata fuit iſta quæſtio, an Calix Laicis eſſet neceſſarius? magnóque conſenſu pars negatiua definita fuit.

Et poſtmodum in Concilio Florentino, quod à 211. annis poſt Conſtantienſe fuit celebratum, Græci quamuis acerrimi hoſtes Eccleſiæ Latinæ, huic tamen definitioni ſubſcripſerunt. Interfuit enim Florentino Concilo Græcorum Imper. Paleologus, & Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus cum pluribus Epiſcopis. *Hoſſtadius ſerm. 61. de Euchar.*

Verum hoc elapſo ſæculo Lutherani eundem Errorem ſequuntur, quamuis eorum magiſter Lutherus aliter & aliter de hac re ſenſerit, ſibique non conſtet, nunc enim totum Chriſtum ſumi ſub qualibet ſpecie apertè dicit, & concomitantiam corporis cum ſanguine in calice admittit, vt in *Aſſert. art. 6.* nunc vtramque reiicit. *In Informat. ad amicum quemdam de Commun. ſub vtraque.* E

Interim Lutherani tripliciter diuiduntur, vt notat *Cardin. Bellarm. lib. 4. cap. 21. de Euchariſtia.* Quidam etiamſi Chriſti corpus & ſanguinem eſſe contendant in hoc Sacramento, negant tamen concomitantiam: ſed volunt ſolam carnem ſub ſpecie panis, & ſolum ſanguinem, ſub ſpecie vini contineri, ita *Tilemannus Heſhuſius lib. de erroribus Pontific. tit. 17. errore 4. & 14.* Alij qui vbiquitatem Chriſti defendunt, ſentiunt hic cum Catholicis. Denique qui inter eos prudentiores ſunt diſſimulant, hanc quæſtionem, vt *Philip. Melant. in Apolog. Confeſſ. Auguſtana, art. 10.* quamuis in fine præfatæ Apologiæ aſſerat ſe loqui de corpore viuo.

Caluiniſtæ qui corpus & ſanguinem dumtaxat in ſigno & figura ponunt, hanc etiam concomitantiam oppugnant. Poteſtne abſque iniuria Chriſti, dici, ſignum corporis eius tantummodo ſignificare corpus: & ſignum ſanguinis, ſanguinem
Vide Caluin. lib. 4. Inſtit. cap. 47. §. 18. 35. & 47. & in conſenſione de re Sacramentaria, in fine. F

Porrò Catholicorum ſententia eſt. In conſecratione ſiue confectione huius Sacramenti, vi verborum formæ ſiue Sacramenti, ſub ſpecie panis poni corpus tantum: animam vero, diuinitatem, & ſanguinem, per concomitantiam Idem de ſpecie vini, ſiue de calice intelligendum. Sumitur autem concomitantia hæc animæ quidem, ea vi naturalis vnionis: diuinitatis vero, ea vi vnionis hypoſtaticæ. *Vide Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 3.* Et ſanè, cum totus Chriſtus ſub vna ſpecie contineatur ſeparatim ſumpta, ſemper eundem integrum & totum accepit, qui vel ſub hac, vel ſub illa ſpecie acceperit; quomodo de veteri Manna legimus, nec qui plus collegerat habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus. *Exod. 16.*

Ab ipſo autem Chriſto qui in Euchariſtia eſt præſens, effectus huius Sacramenti dependet: non vero immediatè ex vi verborum. Loquimur de effectu quem fideles conſequi intendunt perceptione huius Sacramenti, qui eſt gratia Sacramentalis, ſiue interna animæ refectio. Cuius etiam ſignificatio æque perfecta eſt per alteram ſpecierum, ac per vtramque; cum G
ſit res eadem ſignificata vtrobique. Quamuis modus ſignificandi videatur perfectior per vtramque, quam per vnicam dumtaxat. Verum Sacramenti eſſentia non reſpondet ſignificationi ex parte modi ſignificandi, ſed ex parte rei ſignificatæ. De quo amplius legatur, *S. Thom p. 3. q. 80. art. 12.* & qui eundem commentati.

QVOD VTRAQVE, VEL ALTERVTRA LICITA OLIM VSVRPATA, NON tamen neceſſaria.

Primis Chriſtianis familiarem fuiſſe vtriuſque ſpeciei vſurpationem, probant Liturgiæ veteres SS. Iacobi, & Marci Imo vſque ad æuum. *B. Cypriani qui ſerm. de lapſis*, meminit puellæ, cui Diaconus peractis Miſſæ ſolenniis calicem porrexit. Eiuſdem etiam propinati, tum nobili fœminæ, tum Principi Palæſtinæ hiſtoriam commemorat. *Ioan. Moſchus in Prato ſpirituali cap. 27. & 28.*

Eleuſius de rebus geſtis S. Theodori, Sucoræ, narrat Georgium Cappadocem virum nobilem, maieſtatis læſæ accuſatum, dum ad Phocam Imp. duceretur, à B. Theodoro in itinere H
diuinæ communionis poculum accepiſſe.

S. Gregor. hom. 22. in Euang. Quid inquit, ſit ſanguis Agni, non audiendo didiciſtis.

Huc faciebant Calices miniſteriales quorum olim frequentes vſus. B. Remigius ſuo verſu inſculpſit, apud Amalarium:

Hauriat hinc vitam populus de ſanguine ſacro, &c.

De S. Laurentio conſtat, Dominici ſanguinis diſpenſationem olim illi tanquam Diacono creditam fuiſſe. *Leo ſerm. de eodem, & Ambroſ.* Quin ad eum vſum, canna ſiue fiſtula nonnunquam vſi; & fatetur *B. Rhenanus Scholiis in Tertull.* Et primæ Ordinis Carthuſianorum conſtitutiones permittunt illis iſtiuſmodi fiſtulas, quibus Laici Dominicum ſanguinem exſorbeant. Atque in Eccleſia Moguntina, inter alios theſauros, ſex eiuſmodi fiſtulæ olim habitæ, vt conſtat ex Manuali veteri ante annos 400. congeſto.

Extant quoque Decreta Leonis & Gelaſij Pontificum, quibus præcipitur vtraque ſpecies ab omnibus fidelibus ſumi: non quod vtramque neceſſariam ad Sacramenti valorem exiſtimarent, ſed vt ea ratione nequitiæ obuiarent Manichæorum,

A rum, qui eam Chriſtum haboiſſe duntaxat corpus phantaſticum abſque ſanguine crederent, abſtinendo à calice errorem ſuum palliabant. Ideoqoe Pontifices pro tempore ſtatuerunt, vt vtraque ſpecies perciperetur, aut ſaltem calicis perceptio non omitteretur. Ac pluſimos Manichæorum labe infectos hoc argumento fuiſſe deprehenſos, docet Anaſtaſius Bibliothecarius, qui poſtmodum in exilium pulſi fuere. Legatur *Æneas Sylnius Dial cont. Thaboritas hæreticos.*

SPECIES VINI QVANDO, CVR QVIBVS VETITA.

Iam à tempore Concilij Epheſini decretum fuit, vt paulo ante à nobis indicatum: calicis ſumptionem Laicis neceſſariam non eſſe: imo ab eo arcendos, occaſione erroris Neſtorianorum, qui ſanguinem abſque carne ſub vini ſpecie conſtituebant. Auctores ibidem produximus, qui teſtentur. Item poſteriorum Concilia, quibus vſus calicis vetitus fuit Laicis.

Occaſiunem Decreti tam olim quam poſterioribus ſæculis B dederunt errores hæreticorum, qui Chriſtum integrè ac verè contineri ſub alterâ ſpecierum pertinaciter negabant.

Præter hos tamen, fuit periculum irreuerentiæ, cui exponimus Dominicum ſanguinem, dum ſub vini ſpecie exhibetur. Facile enim aut labi qoidquam poteſt, aut adhærere, præſertim viris, quorum ſuperius labium barba prominentiore veſtitur; vt nihil dicamus pleróſque abhorrere à vino, ac in ipſa ſorbitione promiſcuè factâ effuſionis alicuius incurri diſcrimen.

Deinde ſpecies vini facilius aceſcunt, & corrumpuntur. Vnde ad vſum communicantium, præſertim infirmorum, ſeruari, & abſque periculo deferri non poſſunt, nec conſtat aliquando delatas.

Rudolphus Abbas S. Trudonis, ante annos 450. circiter ſcribens de Sacramenti huius miniſterio, ita canit.

Hic, & ibi cautela fiat, ne presbyter ægris,
Aut ſanis tribuat Laicis de Corpore Chriſti,
Nam fundi poſſet leuiter: ſimpléxque putaret.
Quod non ſub ſpecie ſit totus Ieſus vtráque.

C Etiam in hæreticorum tumultu & perſecutione, difficulter vtramque ſpeciem ſubduxeris; nec deſunt exempla effuſionis ſacrilegæ impulſu Paganorum factæ.

Ideo etiam Zozimus anno circiter 418. præcepit, vt nulli poculum ſacrum publicè proponeretur, præterquam in cellis fidelium, & potiſſimùm Clericorum.

Ricardus Notingamus addit ſuperioribus has cauſas, ne inquit, ſimpliciores arbitrentur ſub vna ſpecie dimidiatum ſumi Chriſtum: neue ſimiles Iudæ videamur, cui Dominus panem intinctum porrexit. *Commens. in 1. ad Corinth.*

Laicis igitur pronuſcuè calicis vſus meritò interdictus: Imo & Clericis quibuſcunque extra ſacrificium. In hoc enim, vt rectè Æneas Sylvius ſuprà: vtraque ſpecies exigitur, quia eſt imago ſacrificij, in quo Chriſtus adſiſtens Pontifex futurorum bonorum, ſeipſum pro nobis obtulit in arâ Crucis. Ideuque non ſolum repræſentatur Chriſtus paſſus, ſed etiam paſsio ipſius, in qua ſanguis à corpore fuit ſeparatus. In puro autem Sacramento quod ad ſanctificationem noſtram requirimus, vt inuiſibilis nobis gratia ſub viſibili ſpecie tradatur, D ſufficit repræſentatio Chriſti paſsi, quæ ſub ſpecie panis abundè perficitur; quia & Dominus ſeipſum grano tritici comparauit. Ita Pontifex.

QVIBVS CALICIS VSVS PERMISSVS.

De Laicis inquirimus. Et horum qoibuſdam calicis perceptionem conceſſam, docent Annales. Bohemis *in Concil. Baſilienſi.* 30. permiſſa hac lege, vt ſub ſpecie panis integrum Chriſtum agnoſcerent: at priuilegio exciderunt, cum vtramque ſpeciem neceſſariam prædicarunt. Legatur idem *Æneas de Orig. Bohem. cap. 35.*

Regi Galliarum indultum à Clemente VI. ſub vtraque ſpecie communicare, qood tamen reſtringunt melius alij ad diem coronationis, & articulum mortis.

Imperatori etiam hanc gratiam factam ſub Paulo II. vult *Auguſt. Patritius de Aduentu Frederici III.*

Martinus V. ſolenniter celebrans, manu propria impartiit conſecratum calicem populo, vt *Henric. Raltiſenus Archiep. Nidroſien. orat cont. Bohemos in Conc. Baſilienſi habita.*

Quin Summo Pontifice ſolenniter celebrante, Diaconus, Cardinalis defert calicem ſacrum Cardinalibos præſentibus,

vt conſtat *ex Ritual.* Per Orientem, & Aquilonem E Moſchum, vicinoſque Barbaros, Græcos, Armænos, l… abſque culpa … Lindanus, vtraque ſpecies eſt in vſu.

EVCHARISTIA ASSERVATA IN ECCLESIA.

Et alibi, in vſum Fidelium,

ERRORES.

Quod extra vſum non ſit verè corpus Domini in Euchariſtia.

Sacramentariorum noſtri temporis commentum eſt, Sacramentum Euchariſtiæ eſſe duntaxat actionem tranſeuntem, adeoque Chriſtum non eſſe præſentem niſi in ipſa ſumptione, ſeu manducatione panis Euchariſtici.

Enixus eſt hoc portentum primus Martinus Rucerus, vt per hoc conciliaret Lutheranos & Zvvinglianos, anno M.D. XXXVI. 23. die Maij, conatus id ſuadere Luthero. Ipſam ſcilicet ſumptionem propriè ſacramentum eſſe. Nihilominus eam ſententiam facile omnes poſteri illorum amplexi ſunt, vt ita deſererent apud ſuos Catholicorum dogma, qui Euchariſtiam dicunt rei eſſe permanentem, nimirum *Hoſtiam conſecratam.* F

Neque tamen in hac re conſentiunt Sectarii. Nam Caluinus, Illyricus, & alij communiter, contendunt tunc ſolùm panem & vinum eſſe Sacramentum quando comeditur & bibitur; vnde negant poſtmodum manere, dum ad ægrotos defertur: At Martinus Kemnitius docet Chriſtum præſentem in tota actione cœnæ: hoc eſt, dum panis accipitur, frangitur, diſtribuitur, ſumitur, etiam dum ad ægrotos immediatè deferuntur & ſumunt non vt ſeruent. Ita *Kemnit. p. 1. exam. ſſ. 1 ad Conc. Trid. cap. 3. & 6.*

Alij hue etiam progreſſi, vt dicerent toto triduo in vſum infirmorum poſſe ſeruari Euchariſtiam, totóque illo tempore manere Sacramentum, & realiter corpus Domini. Ita ex *Lindano* refert *Claudius Sainctes repet. 4. de Euchariſt. cap. 12.*

Catholicam veritatem adſtruemus tribus Argumentis. Nempe, Sacramentum Euchariſtiæ iam olim cum naſcente Eccleſia extra vſum & manducationem, tam in templis, quam alibi aſſeruatum: à populo adoratum: & honorificè circumgeſtatum in proceſſionibus. G

EVCHARISTIA ASSERVATA.

Tempore Apoſtolorum *Clemens Romanus lib. 8. conſtit. c. 13.* ſiue vt habet alia editio *cap.* 20. iubet peracta Communione quod ſupereſt de Corpore Domini, reponi à Diaconis cum debita reuerentia in Paſtophorio; quod exponit *D. Hieron. comm in c. 22. Iſai.* ſignificare Tabernaculum, ſeu Thalamum, vbi Templi Præpoſitus habitat. Imo olim ſeruatam Euchariſtiam in vaſe ad formam columbæ factam, refert *Durantus de rit. Eccl. lib. 1. cap. 16.*

Poſt annum Domini centeſimum, *Iuſtinus martyr. Apolog. 2. ſub finem*, teſtatur. Quod ſacris peractis in Eccleſia Euchariſtia conſueuerit dari Diaconis, deferenda ad abſentes fratres, qui impediti fuerant, ne intereſſent celebrationi myſteriorum.

Irenæus epiſtola ad victorem Papam teſtatur, Papam olim ſolitum mittere Euchariſtiam ad alios Epiſcopos, in ſignum pacis & communionis. *Euſeb. lib. 5. hiſtor. cap. 24.* ☞ *Vide exemplum quod ex D. Cypriano ſupra attulimus.* H

Sæculo ſecundo floruit *Dionyſ. Alexandrinus*, qui refert, Serapionem quemdam in extremis agentem, miſiſſe puerum ad presbyterum, vt ad ſe veniret cum ſacramento Euchariſtiæ, ſed presbyterum tunc infirmum, cum non poſſet ipſe venire, miſiſſe particulam Euchariſtiæ per eundem puerum. Ergo iam mos inualuerat, aſſeruandi Euchariſtiam pro infirmis. *Dionyſ. Alex. Epiſt. ad Fabium Euſeb. lib. 6. hiſt. cap. 36.*

S. Tharſicius Martyr cum Euchariſtiam deferret, & paganis quærentibos quid eſſet, noluiſſet aperire, ab illis occiſus eſt, & diuino miraculo Sacramentum diſparuit. *Beda in Martyrolog. die 15. Auguſti.* I

Etiam per Diaconos olim diſtributam in abſentia presbyterorum Euchariſtiam, teſtatur *Can. 14. aliis 18. Conc. I. Niceni.* In ſignum quod ea in Eccleſia ſeruaretur quouis tempore, pro commoditate diſpenſanda. *Ruffin. lib. 10. hiſt. c. 6.*

Anachoretæ quoque circa eadem tempora, dum propter corporis infirmitatem aliáque incommoda, non poſſent ſæpius Eccleſias frequentare, ſolebant Euchariſtiam ſecum in eremum deferre. *Baſil. Epiſt. ad Cæſariam Patritiam.*

Gorgonia ſanctiſſima fœmina, cuius meminit *Gregor. Nazianz.*

Nazianz. ſolita erat nocturno [illegible] Euchariſtiâ pro[illegible] cum bere, & partem Euchariſtiæ q[illegible] mor[illegible]us tépo[illegible] aſſeruabat, in conſpectu habe[illegible] *orat. [illegible] Gorgon.*

SATYRVS Ambroſij Mediolanenſis Epiſcopi [illegible] particu[illegible] Euchariſtiæ ſuſpendit in periculo naufragi[illegible] collo [illegible] eoque auxilio fretus ſe in mare d[illegible] & [illegible] omnis ad littus euaſiſſe. *Ambroſ. orat. de obitu Satyri, cap.* [illegible]

IVSTINIANVS Imperator inſigne templum erexerat Conſtantinopoli circa an. D XX X. quo abſoluto euenit, vt magnus globus (σφαῖρα Græcè) veſtis [illegible] collocatus terræmotu decideret, eoque caſu & ciborum [illegible] ita verbum Græcum ſonat κιβώριον) & ipſa ſacra menſa, [illegible] ſuperius contererentur. *Zonaras in hiſtoria.*

Quin in eadem vrbe milites tumultuantes ad veſperum magni Sabbathi vt ſcribit *Nicephorus*, Sanctuarium ingreſſi, tantas turbas excitarunt, etiam ſacratiſſimus Domini ſanguis in ſacrario ſeruatus in eorum veſtes effunderetur. Ergo etiam ſub ſpecie vini Sacramentum ſubinde ſeruatum conſtat. *Niceph. lib. 3. cap. 19. hiſt. Eccleſ.*

B Et laudat *S. Hieron. Epiſt. ad Ruſticum*, S. Exuperium Toloſæ Epiſcopum, quod ob voluntariam inopiam cogeretur Chriſti corpus in caniſtro portare.

S. BENEDICTVS Euchariſtiam ſuper pectus monachi recens mortui poni iuſſit, eoque ſacto ſepeliri. Quo etiam ſæculo conſtat Monachos S. Gregorij Romam Conſtantinopoli nauigantes, ſecum in naui Euchariſtiam detuliſſe, vt in periculo naufragij non carerent præſidio viatici. *Greg. lib. 2. Dialog. cap. 24. Ioan. Diacon. lib. 2. cap. 33.*

Greg. Turonenſis memoriæ prodidit *in lib. de gloria Martyrum cap.* 86. In Eccleſia cuiuſdam vici in Gallia, dum Diaconus acceptam turrim (hoc enim nomine appellat Hierothecam, quia olim ad formam turris, ſicut & modo conficiebatur) ad oſtium deferret vt altari ſupponeret, in qua turri Myſterium Dominicum (ita ſacram Euchariſtiam appellat) habebatur; turris elapſa de manibus eius, ferebatur in aëre: & ſic ad ipſam accedentem nunquam manus Diaconi potuit aſſequi. *Holſtad. ſerm. 67.*

C Narrat *Ven. Beda* Religioſum quemdam Laicum, nomine Cedmon intempeſta nocte graui infirmitate preſſum, & iamiam ante oculos mortem ipſam conſiderantem, ſollicitè ex confratribus quæſiuiſſe, num in Sacrario ſupereſſet viaticum, illudque ad ſe ocyus deferri curaſſe. *Lib. 4. hiſt. Anglic. cap. 24.*

Quin Donatiſtæ in templa Catholicorum irruentes ante annos MCCC. iuſſerunt S. Euchariſtiam canibus proijci deuorandam: at hi rabie accenſi, in ſceleratos Dominos dente vindice irruunt, & velut Actæonem poëticum dilaniarunt. *Optatus Milenit. lib. 2. cont. Parmen.*

Quocirca Honorius Pontifex, & poſt eum alij decreuerunt, vt S. Euchariſtia loco & vaſculis mundis collocaretur, vbi corpus Dominicum dignè reponi poſſet ad viaticum hinc migraturis. Conſtat *in Conc. Turonenſi, Item lib. 3. decretal. de celebr. Miſſ. tit. 14. cap. 10.* Idque exemplo mandati veteri populo à Deo dati, quo præcepit Manna ſeruari in vrna aurea; vt teſtatur *Paulus in Epiſt. ad Hebr. cap. 9.*

Huc referri poterunt pleráque ſuperius allegata, quibus addimus quæ ſequuntur, tum exempla, tum Miracula.

D S. BASILIVS Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopus creatus regebat Eccleſiam diuina fretus prouidentia. Elapſo autem aliquanto tempore rogauit diuinitus ſibi dari gratiam, ſapientiam, & intellectum, vt propriis ſermonibus poſſet illi incruentum offerre ſacrificium, & vt adueniret in ſe Spiritus ſanctus. Poſt ſex igitur dies velut in ecſtaſi factus, ſeptimo die aduenicnte in illum Spiritu ſancto cœpit miniſtrare Deo per ſingulos dies (Interpres habet miniſtrare, vnde ſatis conſtat, in Græco haberi λειτουργεῖν, quod nos vertere poſſumus miſſā facere, vel ſacrificare) atque aliquo interiecto temporis ſpatio, fide & oratione cœpit propria manu miniſterij (id eſt, liturgiæ: ſic enim euidenter apparet in Græco legi) myſteria ſcribere. Porrò nocte quadam veniens ad eum Dominus in viſione cum Apoſtolis, propoſitionem panis faciens in ſancto altari, excitauit eum dicens: Secundum petitionem tuam repleatur os tuum laude, vt propriis ſermonibus offeras ſacrificium incruentum. At ille non ferens oculis viſionem ſurrexit cum tremore, & accedens ad altare, cœpit dicere, ſimul etiam ſcribere in charta: *Repleatur os meum laude*, vt Hymnum dicat gloriæ tuę Domine Deus, qui creaſti nos, & adduxiſti in hanc, & cæteras orationes ſanctæ liturgiæ, vel ſancti miniſterij. Et poſt finem orationum, [illegible] panem, ſine intermiſſione [illegible], & dicens: Reſpice Domine Ieſu Chriſte Deus noſter, [illegible] habitaculo tuo, & veni ad ſanctificandum nos, qui ſurſum cum Patre ſedes, & hic inuiſibiliter nobiſcum ades. Dignare potenti manu tradere nobis, & per nos [illegible] populo tuo ſancta ſanctis. Populus reſpondit: Vnus [illegible] Dominus Ieſus Chriſtus cum ſancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen. Diuidens autem panem in tres partes, vnam quidem ſumpſit cum timore multo: alteram [illegible] [illegible] cum ipſo ſepelirent: tertiam repoſuit in columba aurea, eamque pendere voluit ſupra altare. Porrò Eubulus, & primi à Clero aſtabant ad templi fores. videbántque lucem intelligibilem in templo, & viros glorioſos & illuſtres, candidis amictos veſtibus: cúmque audirent voces populi Deum glorificantis, & Baſilium conſpicerent altari aſſiſtentem, ſtupefacti hac viſione corruerunt in facies ſuas glorificantes Deum. Exeunte autem Baſilio, ad illius pedes ſe deiecerunt: illoque ſciſcitante, quid ſibi vellet iſthæc adoratio, & illorum præſentia, indicauerunt ei viſionem admirabilem, quam in templo vidiſſent. Tum ille gratias agens Deo ſine intermiſſione, quod feciſſet mirabilia: accerſiuit aurifabrum, iuſſitque confici columbam ex auro, in qua eam, quam diximus, repoſuit portionem, ſuſpendens eam ſupra menſam ſanctam, in ſpeciem ſanctæ columbæ illius, quæ apparuit in Iordane Domino baptizato. *Ex Amphilochio, Sur. in vita 1. die Ian.*

Cum veniſſem Seleuciam, conuenimus Abbatem Theodorum Epiſcopum eiuſdem ciuitatis. Ille autem narrauit nobis dicens: Sub ſanctæ memoriæ Dionyſio huius ciuitatis Epiſcopo prædeceſſore meo tale quid contigit. Vir quidam erat in hac ciuitate negotiator, valde religioſus diues, ſed hæreticus: erat enim, de Seueri ſectatoribus: habebat autem ſeruum fidelem quendam ſanctæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ communicantem. Hic ſecundum prouinciæ conſuetudinem, die ſancto Cœnę Dominicę, ſumptam Communionem inuoluit in linteo mundiſſimo, & in armario repoſuit. Contigit autem, vt poſt ſanctum paſcha vir ille fidelis mitteretur Conſtantinopolim negotij cuiuſdam gratia: dimiſſa per obliuionem ſancta communione in armario: dedit autem eius clauem Domino ſuo. Quodam verò die aperiens armarium Dominus, inuenit linteolum, inuolutáſque in eo ſanctas particulas communionis. Contriſtatus eſt autem in hoc, & hæſitabat quidnam de illis faceret. Nam ex illis communicare nolebat eò quòd eſſent ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ; ipſe verò Seuerianæ hæreſis. Et nunc quidem dimiſit eas in armario, vt erant, cogitans, quia rediturus eſſet ſeruus & ſumpturus eas. Cùm autem veniſſet Cœna Domini, nec ſeruus ille rediſſet, voluit eas Dominus ipſius comburere, ne tutius & in ſecundum annum ſeruarentur. Apertóque armario, vidit omnes ſanctas particulas culmos & ſpicas germinaſſe. Vnde ingenti timore comprehenſus, in nouo admirandóque ſpectaculo, ſumens ſanctas particulas, & cum omni domo ſua clamans, Kyrie eleiſon, conuenit ad ſanctam Eccleſiam, ad ſacroſanctum ac venerabilem Epiſcopum Dionyſium. Hoc autem magnum & terribile & omnem rationem, omnémque mentem excedens miraculum, non vnus, aut duo, aut tres, vel pauci aliqui viderunt, ſed omnis Eccleſia, ciuéſque, ruſtici, & indigenæ, qui continenter ambulant, qui nauigant viri, & alij omnes: & illi quidem clamabant: Kyrie eleiſon: Cæteri autem aliter Deum laudabant: Omnes pariter Deo gratias agebant, pro ineffabilibus eius mirabilibus. Plurimi ergo ex hoc miraculo credentes, adiectæ ſunt ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. *Sophron. in Prato Spirit. cap. 7. Baron. tom. 6. Ann. ad an. 513. 24. 25.*

S. BYRINVS in Angliam ab Honorio Papa miſſus, cùm perueniſſet ad littus freti Britannici, nauem aſcenſurus, diuina celebrabat myſteria, ſibi ſuíſque viaticum parans, ſalutaris hoſtię pia libamina Deo obtulit. Vrgente verò nauigationis articulo, ad nauim feſtinans introducitur. Inſurgente vento, dum alta ſulcarēt pelagi, reminiſcitur Byrinus, ſe rem præcipuè caram amiſiſſe, & nautis vrgentibus impeditum in littore, vnde abſceſſerat, reliquiſſe. Dederat enim ei Honorius Papa pallam, ſuper quam corpus Chriſti conſecrabat, & in qua corpus Dominicum inuolutum, & ad collum ſuſpenſum ſemper ſecum ferebat, atque inter ſacranda ſacroſancta myſteria ſuper ſanctum altare ponere conſueuit. Fide igitur armatus in mare deſcendit, Deum auctorem habens per mare ſecurus incedit;

A incedit: & recepto, quod reliquerat, ad nauem regreditur; effecitque autem illam quaſi immobilem ſtantem, cum paulo ante per vndas maris velocitem curſum reliquiſſet: vt autem in eam ingreſſus eſt, nec vna quidem in veſtimento eius aquæ gutta deprehenſa eſt. Id nautæ videntes, flexis genibus, tanquam Deum cum adorauerunt, & complures ex eis ad fidem Chriſti, prædicando illo verbum Dei conuerſi ſunt. *Baron. tom. 8. Annal. ad an. 635. Surius in vita.*

Cum diuus Ioan. Chryſoſtomus feſtum Paſchale aliquando exul cum Epiſcopis multis, presbyteris, aliiſque Eccleſiaſtici ordinis in publico lauacro, cui Conſtantinum nomen erat, celebraret, manus militaris ab Arcadio miſſa confertim ipſo magni ſabbathi die iam ad veſperam vergente in Eccleſiam irrumpit, et tum omnem vna cum eo per vim ciecit & armis baptiſterium circumuallatum eſt: lauacra ipſa ſanguine repleta, & ſacri latices purpureo ſanguinis colore infecti. Verùm, ne in hoc quidem ærumna hæc conſtitit: Sed vi ſanctum repoſitum eſt, eò milites ingreſſi, quorum nonnulli, ſicuti accepimus, Chriſtianis ſacris initiati non erant: penitiùs

B omnia perluſtrarunt: & ſanctiſſimus Chriſti ſanguis, in tantu ſcilicet tumultu, in eorum: qui dicti ſunt, militum veſtimenta effuſus. Omnia denique perinde atque in barbara captiuitate per audaciam acta ſunt. Plebs ad ſolitudinem eiecta, & populus vniuerſus extra vrbem egit. Eccleſiæ in tanto die feſto vacuæ hominibus fiêre, ac plures quàm quadraginta Epiſcopi cum eo communicantes, vnà cum populo & clero præter cauſam omnem pulſi ſint. *Ex Epiſt. Chryſoſt. ad Innoc. Pap. Niceph. hiſt. Eccl. cap. 19.*

Tempore, quo Zeno & Anaſtaſius imperij adminiſtrationem ſuſceperunt, Acephali orti ſunt: quorum Dux Seuerus Antiochenus fuit, ob eam cauſam ſic dicti, quod ſub Epiſcopis & ſacerdotibus non fuerint: Perinde Epiſcopus & ſacerdotibus, apud eos defunctis, neque baptiſmus, iuxta ſolennem & receptum Eccleſiæ morem apud eos adminiſtratus, neque oblatio, aut res aliqua diuina facta, miniſteriumve Eccleſiaſticum, ſicut mox eſt celebratum eſt. Communionem verò illi à plurimo tempore aſſeruatam habentes, feriis Paſchalibus in minutiſſimas inciſam partes conuenientibus ad

C ſe hominibus dederunt. *Niceph. lib. 18 cap. 45.*

D. Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus poſt enumerata aliquot, *in lib. de Lapſis*, eorum exempla, qui iam idolorum ſacrificiis maculati, ante exomologeſin criminis factam, indignè communicarent, narrat ſic de quadam fœmina: Cùm Quædam (inquit) arcam ſuam, in qua Domini ſanctum fuit, manibus indignis tentaſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere.

Gregor Nazian. in orat. funebri ſororis ſuæ, Gorgoniæ: Laborabat ſoror corporis ægritudine, & admodum malè affecta erat morbo inconſueto, ac planè peregrino. Cùm iam de omnibus aliis deſperaſſet, ad omnium confugit medicum, noctiſque captata ſolitudine, cùm illi morbus parua conceſſiſſet inducias, ante altare cum fide procubuit, ac illum, quem venerabatur, magna voce ac omni innocauit conamine, eique miracula cuncta, quæ olim fecerat, in memoriam reduxit; nam & vetuſta & noua callebat. Tandem impudentia quadam pia & pulcbra impudens facta, illa imitabatur, quæ ob tactum fimbriæ Chriſti è fluxu ſanguinis eſt ſanata. Et quidnam facit? Super altare caput reclinat, ac cum ſimili clamore & lacrymarum profluuio, inſtar illius, quæ olim pedes Chriſti ri-

D gauit, opem implorat: & non antea ſe ceſſaturam & comminata, quàm ſanitatem fuiſſet adepta. Inde totum corpus pharmaco, illo ſuo perunxit. Et ſi alicubi manus ex venerando corporis & ſanguinis Chriſti ſub exemplari quid recondiderat, (proh miraculum!) diſceſſit cùm confeſtim de corporis ſalute facta eſt certa, tam anima, quàm corpore ac mente releuata, mercedem ſpei ſumens, id quod ſperauerat, animæ ſanitatem, corporis etiam bonam valetudinem nacta.

Concilium Turonenſe IV. quod circa annum Dom. 798. eſt celebratum, ſtatuit, vt omnis presbyter, hoc eſt, animarum paſtor, habeat pyxidem aut vas tanto ſacramento dignum, vbi corpus Dominicum diligenter recondatur in viaticum recedentibus à ſæculo, ſempérque ſit ſuper altare, obſerata propter mures, & nefarios homines: & de ſeptimo in ſeptimum diem ſemper mutetur. Illa à presbytero ſumatur, & alia, quæ eodem die conſecrata eſt, in eius locum ſubrogetur, ne fortè diutiùs reſeruata mucida, quod abſit, fiat. *cap. 4.*

In Concilio quoque Turon. II. decretum eſt, vt corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, ſed ſub crucis titulo componatur, nempe, inquit *Baronius*, vt digniorem ſibi vendicaret locum, non inter ſacras imagines ſuper altari poni ſolitas, ſed ſub ipſa cruce, quæ in meditullio ipſius altaris poni conſueuit. Ea propter Felix Epiſcop. Bituricenſis, qui huic ſynodo interfuerat, tertióque loco ſubſcripſerat, perelegans vas aureum ad ſacratiſſimam Euchariſtiam conſeruandam turris inſtar fabrefieri curauit, quod *Venantius Fortunatus* hoc epigrammate celebrauit:

Quàm bene iunctis ducentis ſacrati vt corporis Agni
Altare ornamentis aurea dona ferant.
Cedant chryſolithis Salomonia vaſa metallis:
Iſta placere magis ars facit atque fides.
Quæ data, Chriſte, tibi felicis munere ſic ſunt.
Quæ ſua tunc tribuit de grege paſtor Abel.
Et cuius in corda vides, pietate coquæ
Par viduæ merito, quæ dedit æra duo.

Conc. Tur. 2. cap. 3. apud Baron. tom. 7. ann. 570.

LOCVS.

Vbi publicè ſeruabatur olim & hodie ſeruatur.

E Conſeruabatur autem S. Euchariſtia, vel ſupra Altare, quomodo Mediolani: quod teſtantur verba *S. Ambroſij Epiſt. 85. de ſacris S. Geruaſi & Prothaſi reliquiis.* Succedant inquit, victimæ triumphales in locum, vbi Chriſtus hoſtia eſt. Sed ille ſuper altare qui pro omnibus paſſus eſt: Iſti ſub altari, qui illius ſunt redempti paſſione. Vel in ambitu à dextra abſidis, vt Nulæ Campaniæ: vbi in Choncula illa qoæ immolanti hoſtias iubilationis, Antiſtiti patebat. Secretario hoc *D. Paulini* diſtichon appendebat.

Hic locus eſt veneranda penus qua conditur, & qua
Promitur alma ſacri pompa miniſterij.

Imo notat *Ioan. Stephanus Durandus lib. 1. cap. 16. de rit. Eccleſ.* olim aſſeruari ſolitam in vaſe ad formam columbæ efformato, quod ea eſſet ſymbolum vnitatis; quomodo Euchariſtia eſt Sacramentum vnionis charitatis.

Vſus autem obtinuit, vt in Eccleſiis Parochialibus, & aliis, vbi ordinariè cuſtoditur in viaticum Euchariſtia, ſit in eum vſum Tabernaculum ad latus dexterum ſummi altaris. Alibi tamen in ipſo altari reponitur, vt etiam eminus videri poſſit. Itaque ſeruanda Prouinciæ conſuetudo. Inde alia G tabernacula quæ Belgium habuit, & etiamnum habet poſt Iconoclaſtarum crudelitates, vnum eſt excellens, & ſumptuoſum è marmore in Eccleſia Religioſorum Præmonſtratenſis ordinis, ſita in campania Brabantina vico vulgo Tongerloo: cui inſcripti ſunt hi verſus, quos inter *monumenta Brabantiæ*, recenſuit, & poſteritati donauit *Franciſc. Sweertius Antuerpianus.*

Quid ſtas, & lapides pulchros miraris, & artem?
Cerne quod interius ſit Deus omnipotens.
Hoc te non moueat quod pulchra ædicula facta eſt,
Omnis enim pulchri hic conditor occlo ditur.
Auctor mundani hic fabrica concluditur intus,
Flecte genu ſupplex Numina ſancta colens.
Non haud quæ celebri Salomonis conferat ædi:
Non vmbras, verum ſed capit ipſa Deum.

Aliud quoque non vulgare viſitur in Eccleſia Abbatiæ S. Gertrudis Louanij: Fuitque eorum vſus vtrobique per Belgium, vt patet in Eccleſiis quæ hæreticorum furoribus ſuperſunt. Imo & in pleriſque per illos profanatis reliquiæ ſe oſtentant, ceu monumenta auitæ pietatis, & nouitiæ improbitatis fructus & teſtimonia. H

In his autem Tabernaculis non nudè & immediatè reponebatur, vti neque modò reponitur S. Euchariſtia, ſed in loculo argenteo vt minus quem Κιβώριον appellant Græcià Kiß quod arcam & ὤριον illuminationem ſignificat. Alioquin Latini à cibo illo cœleſti qui ibidem ſeruatur, deducunt.

Quin etiam in pixide reponitur frequentius, ſaltem illis locis vbi communicantes infrequentes ſunt; quæ proinde priori loculo ſiue Ciborio includitur.

Populo interim ſpectandum & adorandum proponitur hoc Sacramentum in Hierotheca quam Remonſtrantiam appellamus, pellucida vtrimque, & tranſparente; atque in ea communiter in altari exponitur, ac Eccleſiæ omnes Parochiales ſibi de ea prouidere iubentur variarum Synodorum decretis.

Olim turris erat pretioſa & arte laborata, in pleriſque Eccleſiis conſeruatrix Euchariſtiæ, quæ in altari ad modum noſtrarum Remonſtrantiarum reponi conſueuit, meminit *Greg. Turon. de Glor. Martyr. cap. 86.*

PRIVA

PRIVATIM.

quando priuatim ſeruatum fuit hoc Sacramentum, non niſi decenter id factum, & vt tantę rei maieſtatem decet. Deferebatur, vti etiam hodie, honeſto linteamine, pyxide, aut arca, ſumendum commodo tempore. Atque [illegible] meminit *Serm. de Lapſis.*

In Ara Domeſticâ illud adorabat Gorgonia Gregor. Nazianz ſoror.

In Orario pendens habebat S. Satyrus D. Ambroſij frater; è collo, atque cum illo naufragus in mare inſiliuit, & enatauit.

In Palla decente S. Birinus Angliæ Epiſcopus conſecratas à ſe hoſtias detulit, collo ſuſpensâ. ☞ *Vide Surium 5. Decembris.*

Certè ſiue priuatim ſiue publicè S. Euchariſtia habeatur, omni qua decet reuerentia, & cultu haberi debet. Quamuis nonnunquam calamitas temporis non patiatur? vt vtrobique omnis cultus venerationque adhiberi poſſit præſertim dum in B ſuppellectilem ſacram inquiritur, ſanctáque Domini ab impiis conculcantur, & polluuntur.

*EVCHARISTIÆ ADORATIO.

Hoc corpus ait *B. Chryſoſt. hom. 24. in Epiſt. 1. ad Corinth.* in præſepe reuertiti ſunt Magi, & Barbari cum timore & tremore plurimo adorauerunt. Nos imitemur Barbaros, qui cœlorum ciues ſumus. Illi eum in præſepi viderunt, tu vero vides eum in altari, & ſubindè deplorat negligentiam ſui temporis, quod tæderet Catholicos accurrere ad templum, vt adorarent Chriſtum in Euchariſtia.

Quod Chryſoſtomus in Thracia, hoc requirebat *Cyrillus* in Palæſtina à ſuis ouibus, quando communicaturum ſic inſtruit. Poſt communionem Corporis Chriſti accede, & ad ſanguinem illius pronus adorationis in modum & venerationis, dicas Amen. *Catheſ. 5. Myſtagog.*

Ante hos Origenes adhortatus eſt fideles, vt acceſſuri ad S. Communionem humiliarent ſe, & cum Centurione dicerent, Domine non ſum dignus, &c. Vnde patet veterem illum morem ab Eccleſia primitiua ad nos vſque dimanaſſe. *Origen. hom. 5 inter mixtas.*

Ethnici tempore D. Auguſtini quod viderent Chriſtianos C adorare in locis abditis, & non viderent quid adorarent, dixerunt Chriſtianos Deum ſuum colere in locis ſecretioribus: eaque de re litteras ſcripſit ad B. Auguſtinum, Maximus idololatra Madurenſis, *Eſt epiſt. 43. inter Epiſt. Auguſt.*

Fuere & alij teſte eo ipſo *Auguſtino lib. 20. cont. Fauſt. c. 13.* qui dicerent Chriſtianos colere Cererem & Bacchum; quaſi panem, cuius inuentricem faciebant Cererem: & vinum, cuius Deus eſt bacchus, adorarent; cum illi præter hæc nihil in Sacramento agnoſceerent, aut viderent.

Magnus Baſilius teſtatur Chriſtianos ſuo tempore in Græcia habuiſſe certam formulam ſalutandi, & adorandi, quando Euchariſtia exhibebatur. *lib. de Spiritu S. c. 27.*

Certè de S. Hieronymo traditur ab *Euſebio* vitæ eiuſd. ſcriptore, quod in agone mortis ſacrum viaticum ſumpturus, hac oratione illud ſalutauerit, & veneratus fuerit. O ſacrum peregrinationis noſtræ viaticum, quo de hoc nequam ſæculo peruenitur ad cœleſtis Hieruſalem conſortium. O ferculum excellentiſſimum, colendum, adorandum, glorificandum, & amplectendum, omnibus extollendum laudibus, exultandum D cunctis præconiis, &c. *P. Opmer. in hiſt. aſſert. ſacrificij Miſſa.*

D. Anſelmi hæc fuiſſe dicitur Oratio. Adoro te Chriſte rex Iſraël lux gentium, Princeps Regum terrę. Domine Sabaoth, virtus omnipotentis Dei.

Tempore D. Bernardi, familiaris hæc ſalutatio erat, Aue ſalus mundi, &c.

D. Guerricus taliter Chriſtum in Sacramento præſentem orauit: Domine qui nobis ita familiaris es in vita, quod à nobis tractaris, conſeruaris, manducaris. noli nobis alienus eſſe in morte, ſed parce nobis in die malo, *Guer. ſer. 5. de Purif. B. V.*

Humilis Franciſcus viſo ſanctiſſimo Sacramento, magno feruore exclamabat, Protector noſter adſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti filij tui chariſſimi. refert *Petrus Radulphus. Hoffſtadius ſer. 65. de Euchar.*

Alexandri de Ales qui D. Bonauenturæ extitit magiſter, hęc fuiſſe dicitur oratio. Adoro te Ieſu Chriſte Saluator, qui per mortem tuam redemiſti mundum, &c. *Hoffſtad. ibid.*

D. THOMAS Aquinas hanc oratiunculam dicitur dictaſſe, quam Eccleſia canit in eleuatione ſanctæ Euchariſtiæ. O Salutaris hoſtia quæ cæli pandis oſtium: bella premunt hoſtilia, da robur, fer auxilium. Quin tempore Ludouici XII. Gal. Regis iniunctum Clero per Galliam, vt ad arcendos hoſtes ille verſiculus ſub eleuatione corporis Domini in Miſſa caneretur, magnumque præſidium cenſerunt *Iodoc. Clichtoueus lib. 1. Hymnor.* E

De Simone Monfortio bellicoſo non minus, quam religioſo Principe, qui bello quod inter Albigenſes & Catholicos an. 1 [illegible] geſtum fuit, legitur, quod pro more habuerit, viſo SS. Sacramento pronuntiare Canticum Simeonis: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine. Itaque dum quodam tempore hoſtis inuaſiſſet caſtra, & ipſe ſacrificio intereſſet ſalutari, monitus, hoſtem adeſſe, noluit exire, niſi prius Chriſtum in Euchariſtia conſpexiſſet. Eóque viſo ait: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, &c. addens. Eamus nunc & moriamur cum illo ſi ita neceſſarium, Iuit, & breui ſpatio rediuit victor hoſtemque ſuperauit. *Hiſt. Albigenſi c. 163.*

Æthiopes olim eleuata S. Hoſtia ſtantes adorabant. Clamabat enim Sacerdos, Qui eſtis pœnitentes, humiliate capita veſtra. Hoc eſt corpus ſanctum, honoratū, & vitale Domini noſtri, & Seruatoris Ieſu Chriſti, quod datum eſt in remiſſionem F peccatorū: & ad vitam æternam conſequendam verè ſumentibus ipsū. Verè hoc eſt, & hic eſt ſanguis Emanuel Dei noſtri, Amen. *Ex Liturgia ipſorū pridem ex lingua Chald. luce donata.*

Cùm RVDOLPHVS Comes Hasburgicus, antequam Romanorum Imperator deſignatus eſſet, vnà cum Regulo Kyburgenſi propinquo ſuo, ad anum fatidicam in ſacra Heluetię ſolitudinis cella abditam religionis cauſa proficiſceretur, an. Dom. 1264. atque in via ſacerdotem cum Ieſu Chriſti ſacroſancto corpore, vt exituro cuipiam ex hac vita in proxima caſa viaticum præberet, iter pedibus ingredientem inueniſſet, de equo deſcendit, ſacerdotemque impoſitum vnà cum propinquo ſuo (qui & pietate ipſius commotus æditũo quoque ardentem cereum & æris campani crotalum præferenti equum ſuum conceſſerat) vſque ad ægrotum tanquam à pedibus, freniſq; miniſter deduxit, indeque ad ędem ſacram, cui ſacerdos præſidebat, reduxit: à quo cū fauſti ominis præfatione ad Rudolphum, eiuſq. poſteritatem omnem pertinente dimiſſi, ad ſacram cellam contenderunt, vbi adorato Deo, mox religioſam anum, magnæ propter vitę ſanctitatem apud omnes venerationis, ſalutant. Quæ veluti plena numine ad Rudolphum conuerſa: Pro officio, inquit, & cultu, Deo, eiuſq; ſacerdoti, abs te nuper tributo, gratiam tibi, poſteriſque tuis cumulatiſſimè refert omnipotens Deus, & ne te vana ſpe induci à me ſuſpiceris, non ... temporis numerum, quo tibi meæ huius prædictionis efficax ſignum oſtendetur, diligẽter obſeruato. Rudolphus igitur nouenis & diebus & menſibus elapſis è ſpe ſua, ad nonum inde annū, qui erat 1273. quo Romanorū Imperator declaratus fuit, ętate proceſſit: quibus Religionis ſanctæ initiis Romani Imperij amplitudo in Auſtriacam domum profecta, certis pietatis rationibus conſeruata hactenus fuit. *Ioan. Alb. Vidmanſtad. in præfat. ad Epiſt. D. Pauli Lipſius in monit. Politicis.* G

ALPHONSVS Aragoniæ ac Siciliæ Rex quodam die Panormi ſacratiſſimæ Dominicæ hoſtiæ obuiam factus ſimiliter equo deſilit, corpúſque Dominicum comitatus, deductus eſt tandem ad domum mulieris è graui partu laborantis, atque penè iam mortuæ. Qua ex re valde ſolicitus & anxius, Puſio, qui cum aderat, mandat, vt illicò diuæ Serenæ cingulum afferat quo allato, & ſumma cum deuotione ſuper iacentis corpus impoſito, ſtatim incolumis enixa eſt. *Anton. Panormit l. 3. c. 18. geſt. Alphonſi.* H

ISABELLA ſereniſſimi Francorum Regis filia cùm Mantuæ curru per plateas & viam publicam veheretur, vidit ex carpẽto ipſo ſanctiſſimam Euchariſtiam, quam ſacerdus ad hominem ægrotantem religioſa pompa & celebri piorū comitatu deferebat. Tum Chriſtianiſſima Regina, aut impiū, aut certè agreſte, & ruſticanum eſſe conſiderans omnium Dominū à ſe præteriri, ex vehiculo deponi ſe iubet: deinde pectore anhelanti & veloci curſu ad viam properat, quâ vitaliseſca tranſitura eſſet: atque ex eo loco, vbi mundi liberator occurrit gemebunda comitatur. Vbi ad ædes ægroti ventum eſt, pro foribus rediturum Dominum flexis expectauit genibus, egredientémq; illū ad templum, vnde exierat, piè ac officioſè reduxit. Hęc poſt mortem, quæ breui conſecuta eſt pietatis percepit præmia, temporaliſque regni anguſtia cæli immenſitate commutauit. *Ioan. Bonifac. de Inſtit. pueror. l. 3.*

A HENRICVS VIII. Anglorum Rex, licet ab obedientia Sedis
Apoſtolicæ deſciuiſſet, ſummo tamen honore SS. Euchariſtiæ
Sacramentum eſt proſecutus: Eam enim non [illegible] ante mortem
ſub vnica ſpecie [illegible] quod ſemper obſeruauit) ſuſcepturus, cum e
cathedra, in qua ſedebat, aſſurgeret, genibus in terram deflexis
Chriſti corpus adorauit. Et cùm Zuingliani, qui aſtabant,
[illegible] Regem illa inualetudine ſedentem Euchariſtiam per-
cipere dicerent: Si me, inquiebat, non modo vſque ad terram
deijcerem, ſed & ſub ipſam terram ſubmitterem, ne ſic qui-
dem ſatis honoris ſanctiſſimo huic Sacramento videtur de-
laturus, Vtinam in omnibus talis. Et fuiſſet indubie, niſi per-
ditorum conſiliis, ac propriis conſcientiis nimium acquieuiſſet.
N. Sanderus lib. de ſchiſm. Angliæ.

IOANNES HVNNIADES Hungarorum Rex cùm ægrotaret,
fertur noluiſſe ad ſe corpus Dominicum deferri, dicens: indi-
gnum eſſe ſerui domum intrare regem: iuſſiſſe, ſe quamuis de-
ficientibus viribus, in templum vehi: ibique de more confeſ-
ſum diuinam Euchariſtiam ſuſcepiſſe, atque inter Sacerdotum
manus Deo animam reddidiſſe. *Æn. Syluius hiſt. de Europa.
cap. 1.*

Anno Domini 1402. tempore Vvladiſlai Regis apud Poſ-
B nauiam, cùm diuinum Chriſti corpus in ſpecie panis, quem-
admodum antiquiſſimo totius Eccleſiæ Chriſtianæ ritu, &
ipſius Chriſti & Apoſtolorum eius inſtituto in templis pu-
blicè vulgo diſtribuitur, ab infelici quadam muliercula ore
ſublatum, Iudæis vt ad ludibrium venderetur, mutataque ſen-
tentia in pratis ſuburbanis eius oppidi abiectum eſſet, miracu-
lis quibuſdam inſignibus proditum eſt & repertum. Itaque
templum eo in loco Vvladiſlaus Rex condidit, & ſanctiſſimi
corporis Chriſti titulo dedicauit. *Mart. Cromer. de reb. Polon.
lib. 16. ann. 1402.*

Huic ſimile eſt, quod ſcribit *Hector. Boëthius* de Dauide Sco-
torum Rege. Is enim morbo correptus ei ad finem vſque vitę
adhærente, quum iam vitæ terminum adeſſe ſentiret, quoad
aliquid virium ſupererat, totum ſe pietati tradidit. Nam indi-
gnum ſe reputans, ad quem Corpus Chriſti deferretur, dum
ipſe ad templum accedere adhuc poſſet inter duos ſacerdotes
medius, debilitatem eius ſuſtinentes, ſubleuantéſque, ad tem-
plum cum ingenti cordis humilitate proceſſit. cumque iam in
C templum peruenisset, peracta re diuina, ſermonem ad ſuos ac
circumſiſtentes habuit de pietate in Deum, quam beneficus &
ſalutaris ipſum colentibus & illi conuiuentibus eſſet, vt non
modò in præſenti vita ſuis cultoribus pręmia largiatur ma-
gnifica, ſed etiam poſt hanc vitam certò ſperare faciat, illæ quę
omnem humanum captum excederent longiſſimè. Quo per-
acto in genua procidens, & ardentibus aliquamdiu precibus
Chriſtum Dominum inuocans, venerabile eius corpus integra
fide ſinceráque deuotione ſuſcepit. Inde in cubiculū reductus,
connocatis Primoribus, nepotes ſuos illis iam extremò com-
mendauit, datóque ſingulis oſculo, vt publicam ſemper vtilita-
tem tuerentur precatus eſt: deinde commendata Deo anima
ſua mox obticuit, feliciteŕque migrauit. *Lib. 15. hiſt Scotor.*

Cum LAVRENTIVS MEDICES Florētinus laudatiſſimus ſtu-
diorum patronus laboraſſet circiter menſes duos è doloribus
iis, qui, quòd viſcerum cartilagini inhæreant, hypochondrij
appellantur, pridie quàm naturæ ſatisfaceret, ita repentè con-
cidit totus, nullam vt iam ſuæ ſalutis ſpem reliquam oſten-
deret. Quod homo, vt ſemper cautiſſimus, intelligens, nihil
D prius habuit, quàm vt animæ medicum acceſſeret, cui de con-
tractis tota vita noxiis Chriſtiano ritu confiteretur. Nocte
media quieſcenti, meditantique ſacerdos adeſſe cum Sacra-
mento nunciatur. Ibi verò excuſſus: Procul, inquit, à me hoc
abſit, patiar vt Ieſum meum, qui me finxit, qui me redemit,
ad vſque cubiculum hoc venire: tollite hinc, obſecro, me
quamprimum, tollite, vt Domino occurram: & cum dicto
ſubleuans ipſe ſe quantum poterat, atque animo corporis
imbecillitatem ſuſtentans: inter familiarium manus obuiam
ſeniori ad aulam vſque procedit: cuius ad genua prorepens
ſupplexque ac lacrymans: Tu ne, inquit, mitiſſime Ieſu, tu ne-
quiſſimum hunc ſeruum tuum dignaris inuiſere; At, quid di-
xi ſeruum; imo verò hoſtem potius, & quidem ingratiſſimum,
qui tantis abs te cumulatus beneficiis nec tibi dicto vnquam
audiens fuerim, & tuam toties maieſtatem læſerim. Quod
ego te per illam, qua genus omne hominum complecteris,
charitatem, quæque te cælitus ad nos in terram deduxit, no-
ſtræque humanitatis induit inuolucris, quæ famem, quæ ſi-
tim, quę frigus, æſtum, labores, riſus, contumelias, flagella &

[illegible] quæ poſt [illegible]
[illegible] pulit per [illegible]
[illegible] faciem a pec[illegible]is meis, vt cum [illegible]
[illegible] quò me iamdudum [illegible] planè [illegible], non in [illegible]
non cum placetur, ſed tuæ [illegible] meritis condonetur. V[illegible]
[illegible] ſit in cauſa mea ſanguis ille tuus, Ieſu pretioſiſſimus:
[illegible] affectendis in hb[illegible] hominibus in ara illa ſibi
[illegible] noſtræ redemptionis effudiſti. Hæc atque alia cùm diceret
lacrymans ipſe, lacrymantibúſque qui aderant, vniuerſis, iubet
cum tandem ſacerdos attolli, atque in lectulum ſuum, quo Sa-
cramentum commodius adminiſtraretur, referri. Quod ille
cum aliquamdiu facturum negaſſet, tamen ne ſeniori ſuo fo-
ret minus obſequens, extrahi ſe paſſus, iteratis eiuſdem fermè
ſententiæ verbis, corpus ac ſanguinem Dominicum plenus
iam ſanctitatis, & diuina quadam maieſtate verendus accepit.
Angel. Politian. l. 4. epiſt. 2.

S. GVLIELMVS Bituricēſis Archiepiſcopus ordinis Ciſter-
cienſis, ſentiens adeſſe tempus migrationis ſuæ ab hoc exilio
ad patriam diu concupitam, extremæ-Vnctionis ſacramento
humiliter ac deuotè percepto, ſacroſanctam Euchariſtiam ſi- F
bi quoque porrigi inſtantiſſimè poſtulauit, vt tanto itineris du-
ce munitus poſſet ſecurus hoſtium cuneos penetrare. Vt au-
tem Dominum & Creatorem ſuum ad ſe veniſſe cognouit, il-
lico reſumptis viribus, de ſtrato proſiliens, tanquam iam febris
omnis abſceſſiſſet, non ſine ſtupore circumſtantium, maximè
quod iam ferè in ſupremo ſpiritu poſitus videretur, & vix ali-
quid liquoris poſſet in os admittere, concito gradu procedit
obuiam ſuo Saluatori, vires certè ſubminiſtrante charitate, fle-
xiſq; genibus totus lacrymis diffluens illum adorat; vtq; ſæ-
pius genua poſſit flectere crebrò proſtratus erigitur, illique
ſuum agonem tota deuotione commendat, orans, vt quicquid
purgandum ſupereſt, ipſe purgare dignetur, ne quid funeſtum
in eo poſſit inuenire inimicus. *Surius in vita.*

Pariſiis cùm bonæ memoriæ Mauritius Epiſcopus iam qua-
ſi ſenio deficiens nihil prorſus ſumere valeret, & imminente
morte viaticum ſibi dari peteret? Canonici S. Victoris Pari-
ſienſis hoſtiam non conſecratam ei attulerunt, non audentes
Euchariſtiam ſibi miniſtrare, eo quòd nihil poſſet guſtare. Il- G
le verò diuina virtute, quod illi pia intētione fecerāt, percipiēs:
Non eſt, inquit, hic Saluator meus, quem ego cum ſummo
deſiderio poſtulaueram. Illi autem vehementer admirantes
Chriſti corpus illi attulerunt, Epiſcopus verò Chriſti pręſen-
tiam percipiens, cum lacrymis & deuotione ore tantum oſcu-
lando tetigit, & ſic ſpiritum in pace Domino reddidit. *Iacob.
Vitriacenſ. in hiſt. Occident. c. 38.*

D. DOMINICVS Ordinis Fratrum Pręedicatorum facilè prin-
ceps, & coryphæus, erga Dominici corporis venerabile Sacra-
mentum eximia deuotione feruebat, & crucifixi Saluatoris
excellentiſſimam in nos commemorans charitatem, & im-
menſam dulcedinem, quaſi totus in eius amorem præ nimia
deuotione abſorptus videbatur. Nec rarò, dum in Miſſa Chri-
ſti corpus eleuabatur, mentis eſt paſſus exceſſum, maieſtatis
Diuinæ præſentia delectatus. *In vita eiuſdem Dauantius in ra-
the. hiſtorico.*

B. FRANCISCVS Ordinis Fratrū Minorum anteſignanus, fla-
grabat erga Dominici corporis Sacramentum feruore omniū
medullatum, ſtupore admirans permaximo illam chariſſimā H
dignationem, & dignantiſſimam charitatem. Sæpè communi-
cabat, & tam deuotè, vt alios deuotos efficeret, dum ad im-
maculati agni degustationem ſuauem, quaſi ſpiritu ebrius, in
mentis vt plurimum rapiebatur exceſſum. *Surius in vita. D. Bo-
nauent. & Aloyſius.*

Proprium P. Franciſci Xauerij Societatis Ieſu ſacerdotis
erat, vbi commodè id fieri poſſet, ſacroſanctam Euchariſtiam
ſubmiſſis genibus miniſtrare populo. Et euentus docuit eam
rem Deo cordi fuiſſe. Coſmas quidem Saraina medicus nobi-
lis, aliique complures viri, honeſti & graues liquido affirma-
runt, Xauerium in Goano templo poſitis genibus ſacratiſſi-
mum Chriſti corpus præbentem populo ſæpè abs ſe eiſe con-
ſpectum, cùm amplius cubito ſuſtineretur diuina vi ſublimis
à terra. Submiſſionem eius offerri à Deo ſentites. *Horat. Tur-
ſellin lib. 6. in vita c. 6.*

Mira ſanè deuotione & ingenti reuerentia afficiebatur
Coleta virgo erga præſtantiſſimum Euchariſtiæ Sacramen-
tum: neq; id mirum: inde enim hauritur omnis contemplatio,
in illo reperitur ſpiritualis conſolatio, ibi ſuauiter ſapit fer-
uens meditatio, per illud donatur æterna beatitudo: Itaque
vbicunque

E

A [illegible] vbicunque eſſet, quotidie Miſſam ſanctiſſimam, in qua Chriſti corpus conſecratur, cum multa [illegible] deuotione audiebat: & vt eam majori animi de[illegible]ret, ſæpe [illegible] to conſcientiam ſuam humili confeſſione expurgabat. Cùm [illegible] autem ob res neceſſarias conficiendas extra monaſterium degeret, cum cæteris quidem publicè eam audiebat: [illegible] liàs priuatim & ſecretè, neminem tum admittens præter ſacrificantem & miniſtrum eius, qui ſacrificio intereſſet, ne diuinitus collata dona ſpecialia aliis fortè innoteſcerent. Etſi autem publicè cū multa pietate intereſſet ſacrificio, maiori tamen affecta videbatur, cùm priuatim ei adeſſet. Cùm autem ventum fuit ad ſacræ hoſtiæ eleuatione, profundiſſima humilitate, ingentique tremore adorabat eam, ſeipſam deprimens & vilipendens, plorans & gemens adeò, vt prorſus in lacrymas reſoluta videretur: in eiuſmodi quoque clamores erumpens ab intimis cordis angoribus expreſſos, vt omnes mirabili commiſeratione ſimul & admiratione afficeret. De ipſius autem Sacramenti excellentia, virtute, ſublimitate & magnitudine, de Chriſti in eo præſentia, & de myſteriis eius tam perſpicuam habuit notionem, vt qui aderant, certò exiſtimarent, Chriſtum ei reuera apparere forma aliqua ipſi ſoli nota. Poſt hanc autem adorationem Euchariſtiæ, ſæpiſſime permanſit diuini amoris accenſa flammis, ſublata ſublimiùs in ſpiritu, Deóque perfectè coniuncta ita, vt ſibi videretur tota transformata in Deum, & ſupra naturam rapta, ſenſibus corporis planè ceſſantibus ab officiis ſuis. *Steph. Iuliacus 1.c.40. Apud Surium in vita 6. Martij tom. 2.*

B

Non rarò etiam ſub Euchariſtiæ eleuatione perſpicuè cernebat S. Coleta virgo religioſa eius, qui faciebat ſacrificium, conſcientiam, & quo in ſtatu ille eſſet. Attamen, ne proderentur aliis dona Dei ipſi ſpecialiter collata, clàm & prudenter indicabat ſacrificanti vitia eius, vt ea corrigeret protinus, tacens modū, quo ea ipſi innotuerant. Habuit autē hoc ex ſpeciali Dei gratia, vt quantumuis breui ſpatio Euchariſtia ei oſtenderetur, numquam hæſitare potuerit, quin illic verum eſſet corpus Chriſti, planéque cognoſceret eius magnitudinem, præſtantiam, & veram præſentiam: ſtatimq; illud cum multis lacrymis & gemitibus adoraret. Fuit aliquando in monaſterio

C ſito in ea regione, qua ſolent vſitatius album, quàm rubeū vinum ſacrificio adhibere. Ibi tum ſacrificanti ſacerdoti obtulit miniſter aquam, putans eſſe vinum. Quando autem ventum eſt ad eleuationem, corpus quidem Chriſti adorauit Coleta, ea, qua ſolebat, humilitate, reuerentia, lacrymarum & ſuſpiriorum copia. Cum autem calix eleuaretur, noluit adorare, ſentiens in ſpiritu non eſſe ibi verum Chriſti ſanguinem. Porrò complures tum Religioſi, tum ſeculares ſummopere conati ſunt, aut ſaltem expetierunt eſſe iuxta, vel intra oratorium, vbi Miſſam illa audiebat, vt reipſa comperirēt feruentem eius & humillimam Euchariſtiæ adorationem, audiréntque ſuſpiria & clamores, quos Chriſto illic præſenti edebat. Sed illa id permittere haud quaquam voluit, niſi vel admodum religioſi eſſent, vel ipſi valde familiares. Quòd ſi aliqui clàm latitaſſent in locis occultis oratorio propinquis, non latebat ſpiritum eius, Chriſto id ei reuelante. Itaque de talibus mœrenti animo conquerebatur patribus & fratribus ſuis, quod non permitteretur pro ſui conſolatione adorare Dominum Deum ſuum, propter homines inſidioſè ipſius arcana ſcrutari volentes. Interrogata

D verò, cur tam alta ederet ſuſpiria & eiulatus ſub eleuatione, blanditer reſpondebat, ſe plerúnque aliter facere non poſſe, etiamſi totus adeſſet mundus. Sentiebat enim immenſam maieſtatem & potentiam Regis Regum, cuius comparatione nihil eſt mundus vniuerſus. Attamen ſi intereſſet ſacrificio publico domi, vel foris: licet eodem modo affecta eſſet, Deo mirabiliter in hoc diſpenſante, non eam foris oſtendebat deuotionem, quam ſolebat in priuatis ſacrificiis. *Idem ibid. cap. 41.*

BESTIÆ S. EVCHARISTIAM ADORANT.

EXEMPLA HISTORICA.

In partibus Toloſanis quandoque incidit Antonius Paduanus Franciſcanus in diſputationem acerrimam cum perfidiſſimo quodam hæreſis architecto de ſalutifero Sacramento Euchariſtiæ. Iam penè vicerat hominem, parúmque aberat, quin ille Catholicæ veritati accederet, cùm poſt multa & varia, per quæ elabi nitebatur argumenta, in hæc ille verba prorupit: Miſſa faciamus verba, & ad res veniamus. Si tu miraculo teſtatum efficere potueris, in Euchariſtia verum haberi corpus Chriſti, omni perfidia abiurata mox ceruices meas Catholicæ fidei iugo ſubmittam. Reſpondit vir Dei cum multa fiducia: Confido in Chriſto Saluatore, me pro tui, & [illegible]orum conuerſione id quod poſtulas, ab eius miſericordia impetraturum. Tunc ſurgens hæreticus, & manu ſilentium indicens, ait: Ego iumentum quoddam triduana inedia macerabo. poſt triduum verò [illegible] illud in conſpectum populi & paratas eſcas oſtendam illi: tuque ſtabis ex aduerſo cum [illegible], vt dicis, corpore Domini: ſi iumentum, poſthabito pabulo ſuo, properauerit ad adorandum Deum ſuum, Eccleſiaſticæ fidei totus accedam. Aſſenſit iis vir Dei abſque mora. Iam dies præfixus aderat, & in plateam latiſſimam vndique fiebat hominum concurſus. Adeſt etiam vir Dei Antonius ingenti Catholicorum frequentia ſtipatus: nec abeſt hæreticus cum nequiſſima ſuorum caterua. Propè aderat ſacellum, in quod vir ſanctus ingreſſus cum multa deuotione obtulit Miſſæ ſacrificium. Eo peracto, egreditur ad populum cum ſumma reuerentia geſtans corpus Domini. Producitur è conclaui mulus bene famelicus, congruúmque illi pabulum offertur. Tum imperato ſilentio, vir Dei cum multa fiducia bruto illi animanti ita dixit: In virtute & nomine Creatoris tui, quem in manibus, licet indignus, reuera teneo, tibi præcipio, vt confeſtim humiliter huc accedas, vt eam, quam par eſt, illi præſtes reuerentiam, vt hinc perſpicuè intelligat peruerſitas hæreticorum, omnem creaturam ſuo ſubdi Creatori, quem dignitas ſacerdotalis in altari contrectat. Nec dum Chriſti ſeruus dicendi finem fecerat, & ecce iumentum illud, neglecto pabulo, vſque ad poplites ſubmiſſo capite acceſſit, & coram illo viuifico corporis Chriſti Sacramento genu curuauit. Mox immenſo gaudio exultant Catholici, hæretici dolore animi contrahuntur. Laudatur & benedicitur præpotens Deus, fides Catholica extollitur, hæretica prauitas pudore afficitur, & opprobrio ſempiterno. Hæreſiarca autem ille coram omnibus abiurata perfidia ſanctæ Eccleſiæ mandatis deinceps paruit. *in vita S. Anton. Paduani c. 18. Surius 13. Iunij tom 3.*

F

Cum aliquando Beatiſſimus P. Franciſcus Ordinis Fratrum Minorum inſtitutor, apud ſanctam Mariam de Portiuncula eſſet, quædam viro Dei fuit Ouis oblata, quam propter innocentiæ & ſimplicitatis amorem, quas ouis natura prætendit, gratanter ſuſcepit. Monebat pius vir ouiculam, vt & laudibus diuinis intenderet, & ab omni fratrum offenſa caueret. Ouis autem, quaſi viri Dei pietatem aduerteret, informationem ipſius ſollicitè obſeruabat. Nam audiens fratres in choro cantare, & ipſa Eccleſiam ingrediens ſine alicuius informatione flectebat genua, vocem balatus emittens ante altare Virginis Matris, ac ſi eam ſalutare geſtiret. Inſuper & cùm eleuaretur ſacratiſſimum Chriſti corpus inter Miſſarum ſolemnia, flexis curuabatur poplitibus, tanquam ſi reuerens pecus de irreuerentia indeuotos argueret: Chriſtóque deuotos ad Sacramenti reuerentiam inuitaret. *Bonauent. in vita cap 8. §. 7.* G

Delectabatur mirum in modum agnellis, turturibus, & id genus aliis caſtis animantibus Coleta virgo religioſa. Oblatus ei quandoque ex deuotione fuit agnellus quidam, quem illa tam ob munditiam, quàm ob Agnum illum ſine macula libenter accepit. Erat verò is illi multis modis non paruo ſolatio, maximè quod ſoleret, à nullo prorſus vel edoctus, vel compulſus cùm Chriſti corpus in Miſſa eleuabatur, ſe ſubmittere in genua, nec ſurgere, donec eleuatio illa peracta eſſet. *Surius in vita.* H

In Bauaria non longè ab Ingolſtadio, ruſticus quidam ſimplex, ſed pius, cùm ob curam, quam gerebat beſtiarum, non poſſet omnibus feſtis adorare Chriſtum in ſacrificio Miſſæ: ſecretò particulam ſacræ hoſtiæ aſſeruatam in foramine baculi ſui in hunc finem facti depoſuit. Quem baculum, feſtis omnibus, quibus illi non dabatur aditus ad Eccleſiam, humi defigebat, & in eo genibus nixus, recitato roſario, aliiſque precibus, venerabile Sacramentum adorabat. Cùm autem quodam tempore beſtiæ ob aeris incommoditatem, vel alia de cauſa hac illacque diſcurrerent, ille alium baculum, quo ordinariè vti ſueuerat, in illas abiecit, & fortè baculum, in quo erat Sacramentum, deiecit. Vnde dolens flexis genibus conatus eſt illum attollere, ſed terra, in qua erat baculus, ſe demittebat: & eò magis, quo plus illo manum admouebat: erigenſque ſe, animo toto perturbato, ecce videt omnia iumenta circum foſſam genibus flexis Dominum adorare. Itaque bonus homo ex miraculo attonitus continenter lacrymans accurrit ad Parochum: Parochus adit

Epiſcopum

A Epiſcopum, qui cum proceſſione vt ad locum peruenit, cum magna reuerentia & humilitate baculum, quo erat ſanctum Sacramentum, excepit. In memoriam autem huius miraculi conſtructa eſt ibi Eccleſia, quæ dicitur Saluatoris, ad quam magnus eſt populi concurſus, qui ſolet ex religione loci aliquid ex foſſæ illius terra capere. Hoc miraculum ignoro à quonam ſcriptum ſit. Ego in loco fuit, foſſam vidi, & Eccleſiam viſitaui, in qua putò etiam huius miraculi hiſtoriam depictam. *Lucas Pinellus in collect. miraculor.*

In villa, quæ Komele dicitur, nocte fures Eccleſiam infringentes inter cætera etiam ſcrinium cum corpore Domini inde tulerunt: qui cùm nihil aliud in eo præter reliquias, & pyxidem cum Sacramento reperiſſent, nil prorſus de eis curántes, eandem pyxidem ſuper fulcrum agri villæ proximi ponentes confuſi receſſerunt. Manè cùm ruſticus cum aratro & bobus in eodem agro araret, veniſſéntque animalia iuxta pyxidem ſtupentia ſteterunt, quos cùm arator ſtimularet, nec procederent, nunc recalcitrando, nunc exorbitando, iratus ait: Qui diabolus eſt in bobus iſtis: non enim clarè videre poterat, quia B in ortu diei arabat: diligentius tamen circumſpiciens deprêhendit ante pedes Boum pyxidem, & ſcrinium Eccleſiæ ſuæ iuxta illam. Tunc cauſam rebellionis non ignorans, omnibus in agro dimiſſis, in villam recurrit, tàm ſacerdoti, quàm cæteris, quæ acta ſunt referens. Tunc omnes ſimul in agrum deſcendentes, cum cruce, thuribulo, & cereis corpus Dominicum in Eccleſiam reportauerunt: huic proceſſioni interfuit Godefridus Prior de Houene: qui mihi iſta recitauit. Similem honorem ei aſini exhibuerunt, de platea in lutum deſcendendo, ſicut me dixiſſe recolo diſtinctione 4. cap. 98. *Cæſarius lib. 9. cap. 7.*

Ioannes Ægidius, qui vixit anno milleſimo quingenteſimo ſexto *in libro, qui dicitur Scala cæli.* ſic refert: Corpus Chriſti eſſe in Sacramento altaris oſtendunt creaturæ irrationales. Cùm enim ſacerdos quidam ferret corpus Chriſti, & ipſe in terram cadens illud amiſiſſet cum pyxide qua portabatur, ecce Apes de ſuis alueolis agminatim exeuntes, ſuóque Creatori honorem deferentes, eidem ſacrariolum ex ſua cera miro artificio compoſuerunt. Quod cùm perdidiciſſet, illuc cum fide- C lium multitudine procedens, & pyxidem cum corpore Dominico inde eleuans, ipſum magna cum reuerentia ad Eccleſiam reportauit. *Ioan. Garetius Cenſenar. 15.*

Aliud refert Cæſarius de muliere quadam, quæ cùm Apes multas nutriret, & illæ non proficerent, imò paſſim morerentur, cùm contra hoc remedium circumquaque quæreret, dictum eſt ei, quia ſi corpus Domini inter illas locaret, mox lues ipſa ceſſaret: quæ Eccleſiam adiens, & ſe communicare velle ſimulans, corpus Domini ſumpſit: quod ſtatim à ſacerdote recedens extraxit, & in vno ex alueolis illud locauit. Mira Dei potentia: vermiculi Creatorem agnoſcentes de fauis ſuis dulciſſimis hoſpiti dulciſſimo capellulam miræ ſtructuræ fecerunt, in qua altare eiuſdem materiæ erigentes ſacratiſsimum corpus ſuper illud poſuerunt: & benedixit Dominus operibus eorum. Proceſſu temporis, cùm fœmina idem vaſculum aperuiſſet, expauit, currenſque ad ſacerdotem confeſſa eſt ei omnia, & quæ egit, & quæ vidit. Tunc ille aſſumptis parochianis ad vaſculum venerunt, apes circumuolantes, & in laudes D Creatoris bombiſantes abegerunt, capellulæ parietes, feneſtras, tectum, campanile, oſtium, & altare admirantes, corpus Domini cum laude retulerunt. Licet autem admirabilis ſit Deus in ſanctis ſuis, mirabilior tamen in his minimis prædicatur. *Lib. 9. cap. 8.*

Huic non abſimile eſt quod auctor libri apum refert. Quidam fures, inquit, vt argenteum vaſculum, in quo condita erat Euchariſtia, auferrent, & illam ſecum rapuerunt; ſanctiſſimum verò Chriſti corpus ſub alueari proiecerunt. Poſt aliquot dies Dominus aluearis videt Apes, certis horis ſexies dimiſſis operis ad cibos conuehendos, totas eſſe in quodam melliſluo concentu edendo. Cúmque fortè de media nocte exſurrexiſſet, conſpicatur ſupra alueare illuſtriſsimam lucem, ſuauiſsiméque præter omnem modum modulantes apes. Rei nouitate inuſitata, & prorſus admiranda perculſus. Deique monitu intimo agitatus rem defert ad Epiſcopum, Is pluribus ſecum aſſumptis eò ſe conferens, aperto alueari videt vaſculum elegantiſſimè effectum è candidiſſima cera propè aluearis faſtigium: in eo repoſita erat Euchariſtia, circa illud choros apum circũſonantes, & excubias agentes. Acceptum igitur Epiſcopus Sacramentum maximo cum honore in templum reportauit, quo multi accedentes ab innumeris ſunt morbis curati. *Th. Cantiprat. lib. 2. apum, c. 4. p. 1.* E

Huic ſimile exemplum refert *Petrus Venerabilis Abbas Cluniacenſis.* Erat in Aruernico territorio ruſticus quidam habens aluearia, in quibus examina Apum melleam fauorum dulcedinem conficere ſolent. Quas iam dictus ruſticus euolare, aut emori, aut aliquo caſu ſibi deperire pertimeſcens: vſus prauo ſortilegorum conſilio, qui diabolica operatione etiam de beneficiis Dei maleficia facere conſueuerunt, & (quod eſt dictu intolerabile) ipſis quoque diuinis Sacramentis per artes magicas abutuntur: acceſſit ad Eccleſiam, & ſumpto à ſacerdote (vt mos eſt fideliũ) corpore Dominico, illudque ore retinens, nec glutire volens, vt iam doctus fuerat, ad vnum de iam dictis aluearibus, in quo apes continebantur, acceſſit, atque foramini, quod in eo erat, ore aptato ſufflare cœpit. Nam dictum ſibi fuerat, quòd ſi corpore Domini ore retento, apibus in vaſe conſtitutis inſufflaret, nulla deinceps moreretur, nulla recederet, nulla deperiret: ſed omnibus integrè conſeruatis, de augmento fructus multo amplius, quàm ante, gauderet. Fecit igitur vt dictum eſt, & ore applicito flatum ad interiora toto conatu mittebat. Cúmque auidus lucri anhelitum protrahens F vehementer ſufflaret, ipſo linguæ & aëris impulſu jactum Dominicum corpus iuxta vas illud ad terram corruit. Tunc ecce omnis illa apum multitudo de intimis egreſſa ad corpus Domini ſui reuerenter accurrit, atque in morem rationabilium creaturarum de terra ſubleuatum, habitaculis ſuis cum multa veneratione, homine illo conſpiciente, induxit. Quod cernens homo, aut negligens, aut parui pendens quod acciderat, ad alia agenda, ad quæ domeſtica cura eum vocabat, greſſum conuertit. Sed dum iter ageret, repentino, & (vt ipſe poſt narrabat) intolerabili timore turbatus, ſe nequiter egiſſe, tandem mente ſanior cogitare cœpit. Vnde compunctus, immo vi interna compulſus, mox retro pedem tulit: atque in vindictam ſceleris ſui apes, quarum vitam opere nefario conſeruare volebat, ſuperiniecta multa aquæ violentia enecauit. Quibus extinctis dum intima fauorum, quos ſibi recondere, & conſeruare volebat, rimaretur: ecce (mirabile dictu) conſpicit corpus Dominicum, quod ex eius ore lapſum fuerat, in formam ſpecioſiſſimi G pueri, veluti cum recens naſcitur, immutatum; inter fauos & mella iacere. Ad quod miraculum, vt dignum erat, ſtupefactus intremuit: ſed quid inde agere deberet aliquandiu hæſitans, hoc apud ſe inuenit conſilium: vt eum in manibus accipiens ad Eccleſiam deferret, & quia ſibi exanimis videbatur, nullo ſciente, ſolus Deum puerulum tumularet. Quod dum aggreſſus eſſet, cumque in manibus ſumens ad Eccleſiam quaſi ſecretò tumulandum portaret, ſubitò ab indignè ferentis manibus inuiſibiliter ereptus diſparuit. Quæ nuper geſta ipſe quidem ita per ordinem proprio presbytero, presbyter autem ſuo Claromontenſi Epiſcopo, ille verò mihi, ego quoque omnibus iſtud legentibus ſcribendo intimare curaui. Nec verò tanti piaculi ex toto in poſterum dilata vltio fuit: ſed in breui locus antè populoſus, vario caſu habitatore pereunte, in ſolitudinem redactus eſt. *Pet Cluniacenſ. l. 1. mirac. c. 1.*

Non alienum erit huc etiam afferre, quid in Veneta ditione, non multis annis anteq̃ Venetias Patres Societatis H appellerent, ad excitandam iacentem illorum temporum fidem erga ſacroſanctum Euchariſtiæ myſterium mirabiliter euenerit. Narrabant cùm illic eſſent, pro concione commemorare ſolitum Laurentium ſacerdotem in Villa Salzan, cùm cæleſtem Euchariſtiæ panem ad ægrotum ſine pompa comitatúq; deferret. Aſellos quoſdam extra oppidum offendiſſe: qui cùm Presbytero occurriſſent, veluti ſentirent, quod ille deferret, ex vtroq; viæ latere repentum diſcreti procubuerunt in genua. Sacerdotem verò ipſum vno puero comitatum rei nouitate attonitũ, medium inter mites ambulaſſe quadrupedes: eas verò, quaſi pompam ducerent præeuntẽ, fuiſſe ſecutas: & Presbytero in ædes ingreſſo conſtitiſſe præ foribus, nec inde prius abiiſſe, quam is ab ægro reuerſus eas ad ſua paſcua cum benedictione dimitteret: Id multis teſtibus diligenter interrogatis in publicas relatum eſt tabulas, & inde ortã in honorẽ tanti myſterij Sodalitatem ferunt. Quoniam autem Simon Rodericus, qui fuit vnus è decem, in eo ſe pago fuiſſe teſtatur, & pro indaganda veritate, quam ſuis litteris traderet, non mediocriter fuiſſe ſolicitũ, placuit & nobis rẽ noſtris literis eo mãdare libentius, quo grauiore ab auctore teſtéq; manauit. Nec nouũ diuinæ ſapientiæ videri debet, voluiſſe Deũ per animãtes rationis expertes ipſos interdũ homines erudire, cùm his

A aſſi..ia non ignoremus per Antonium Olyſiponenſem, & alios inſigni ſanctitate viros fuiſſe patrata; vt quam recuſant homines ab hominibus diſciplinam, eam accipere cogantur à beſtiis, & qui fidei magiſterio nolunt eſſe ſubiecti, ſubiiciantur in diſcendo iumentis. *Ex annal. Societ. tom. 2. lib. 2. an. 1536.*

* S. Evchariſtiæ Circvmgeſtatio.

In Proceſſione. Item. Feſtum eiuſdem.

Figvræ Vet. Teſtam.

Figuram celeberrimam Sacramenti Euchariſtię Manna Iudaïcum, initio huius tituli diximus. At ſicut illud, quamuis ad comedendum principaliter datum fuerit, tamen frequenter ſumma cum deuotione & pompa circumlatum fuit, idque ob varios effectus à Deo conſequendos: Ita & iſtud Sacramentum, quod quidem ad ſumendum & ſpiritualem animæ refectionem faciendam à Domino inſtitutum eſt, etiam honorificè à fidelibus circumgeſtatur.

Conſtat autem Vetus Manna aureę vrnæ incluſum aſſeruari pręceptum fuiſſe à Deo, & in arca repoſita, ac ſimul cum ea circumgeſtatum, dum filij Iſraël per deſertum verſus terram lacte & melle manantem proficiſcerentur: magnáque cir-
B cumſpectione collocatum in medio acierum, vt deſcribitur. *Numer. cap. 2. & 4.*

Sed & tempore Dauidis potentiſſimi, Deóque gratiſſimi Regis, ſeruabatur Arca in tabernaculo, ac tandem in Cariathiarim repoſita in domo Aminadab, magnáque accenſus deuotione Dauid, conuocato clero & populo, eam ſolenniter deduxit in Ciuitatem ſuam. Dauid autem, ait *Scriptura 1. paralip. c. 13.* & omnis Iſraël ludebat coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & cytharis, &c. *2. Reg. c. 6.*

Quin non puduit tantũ Regem diademate in terram coniecto ſaltare coram Domino, etiamſi eum deſpiceret Michol in corde ſuo. Ideóque rectè dixiſſe *S. Gregor.* exiſtimo: Ego ait, Dauidem plus ſaltantem ſtupeo, quàm pugnantem. Pugnando hoſtes ſubdidit, ſaltans coram Domino ſemetipſum vicit.

Quanta vero ſolennitate poſt mortuum Dauidem Arca deducta fuerit à Salome in templum iſtud auguſtiſſimum, in quo præter hanc nihil erat, docet *lib. 2. Reg. & 2. Paralip.* Cuius tamen rei nullum præceptum habebant; fuitque Deo gratiſſimus ille cultus. Cur non pari ratione commendetur ſolen-
C nis circumgeſtatio huius Sacramenti, cuius Figuræ licuit ſimilem venerationem impendere? Et ita in Eccleſia iam olim fieri ſolitum, ſubiecta exempla declarant.

EXEMPLA HISTORICA.

Tempore Apoſtolorum, & pluribus annis poſt ea ipſa, Euchariſtiam ad infirmos delatam, à nonnullis circumgeſtatam, imo promiſcuè fuiſſe commiſſam fidelibus vt domum deferrent, & cógruo tempore ſumerent, ſuperiora exempla demõſtrant. Alioquin ante tempora Conſtantini, dum gladius perſecutoris ſæuiebat, non crediderim ſolenni proceſſione hoc Sacramentum circumgeſtatum. Tamen poſt pacem redditam Eccleſiæ, religionem hanc circa auguſtiſſimũ hoc Sacramentum pluribus annorum centuriis obſeruatam, res clara eſt.

Et colligitur ex *Synodo Braccar. 3. can. 5.* celebrata ante annos 900. in Hiſpania hunc fuiſſe vſum. Sanctiſſ. Sacramentum aſſeruabatur in Epiſcopi Oratorio: diebus autem feſtiuis imponebatur thecæ incluſum vehiculo quod Diaconi ſuis humeris geſtabant verſus Templum altari inferendum, ſubſequen-
D te cum magna veneratione Epiſcopo, & populo, quibus comitantibus expleto diuino officio, Diaconi rurſus deferebant domum Epiſcopi, & hunc modum vocant Patres conſuetudinem antiquam & ſolennem.

Huc referri debet Exemplum ex *Gregor. Turonenſi* ſub membro de Euchariſtia aſſeruata; & aliud ibid. ex *Irenæo.*

Tempore S. Claræ virginis Sanctiſſ. Sacramentum extra Eccleſiam aſportatum, colligitur ex hiſtoria eiuſdem, ſcripta per *Surium.* Cum enim tempore Imperat. *Frederici* Saraceni inuaſiſſent Italiam, & oppugnarent cænobium, cui virgo hæc præerat, iuſſit ad ſe comitantibus aliis virginibus, deferri capſulam in qua erat Sanctiſſ. Sacramentum, ibique cum lacrymis deprecata eſt. Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi, audiit Chriſtus, & Cœnobium ab hoſtium tyrannide cuſtodiuit. *Surius & ex eo breuiar. Rom.*

Diu ante tempora S. Claræ, dum viueret Doctor mellifluus Bernardus, Guillelmus Dux Aquitaniæ qui Innocentium Papam nolebat agnoſcere, & in illius odium plures orthodoxos Antiſtites ſedibus repulerat, à D. Bernardo admonitus frequenter fuerat, vt Eccleſiæ ſe reconciliaret, & Epiſcopos re-
E ſtitueret. Qui cum ſe oleum & operam perdere aduerteret, templum adiit, & coram SS. Sacramento in genua prouolutus, hoſtiã ſacram patenæ impoſitam e templo detulit, populo inſequente, & Clero concinente pſalmos & hymnos. Adit Principem, & Ecce inquit, ſpreuiſti nos, nũc ad te venit filius virginis quem tu perſequeris. Iudex tuus, in cuius nomine omne genu flectitur. Expauit ille, & victus manus dedit, Eccleſiæ filius effectus, zelum Abbatis ſanctiſſimi exoſculatus fuit. *Hoffſtadius Serm. 68. de Euchariſt.*

Cæterum Vrbanus IV. Pont. ſingulari erga hoc Sacramentum deuotione permotus, annuam ſolennitatem quæ celebratur die Iouis poſt feſtum Trinitatis, inſtituit, diemque illum peculiarem venerationi huius Sacramenti eſſe voluit. Eius cõſtitutionem Clemens V, confirmauit & gratiſſimo animo à Catholicis excepta fuit, qui hunc diem ſolennem habent, & venerantur. *Baron. ad martyrol. Rom.*

Pivs V. Pontifex Maximus, anno Domini milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo ſexto, in feſto Sacramenti ſanctæ Eu-
F chariſtiæ, licet fractis eſſet viribus, & medicorum opera vteretur attamen verè Pius Pontifex, non ſella pro more geſtatus, nec corona Pontificia ornatus, ſed cum maxima populi ædificatione pedibus ingrediens, illud præſtantiſſimum corporis Chriſti voluit circumferre ſacramentum. *Laur. Surius in chron. 1566.*

Carolvs V. Imperator cùm ad celeberrima illa comitia Auguſtana aduẽtaſſet, poſtridie, hoc eſt, decimo quarto Calẽdas Iunij, pro veteri laudabilique Eccleſiæ more, ipſo nimirum die corporis Chriſti, ſolẽnis ſupplicatio per vrbem habita eſt, in qua geſtanda erat ſacroſancta Euchariſtia, quam ſua inclyta præſentia, & ſuorum Principum cœtu frequẽtiſſimo, cum Hiſpanis & Belgicæ Principibus cum eximia quadam in Deum pietate, & haud vulgari ſplendore concelebrare, patibuſque votis frequentare voluit. Multum egit per ſuos, cum Saxone & Lutheranis Principibus, vt publicæ illi proceſſioni intereſſent, ſed hoc ab iis impetrare non potuit, cum ferè ad meridiem cum illis egiſſent: perſuaſerant enim illis ipſorũ concionatores idololatriæ crimen admitti ab iis, qui Eucha-
G riſtiam adorarent: negant enim Chriſtum eſſe in Euchariſtia extra tempus ſumptionis. Fuit ea horrenda blaſphemia, ſed illi in ſua ſententia tanquam in magna luce permanſerũt. Euchariſtiam geſtabat Cardinalis Moguntinus, à dextris Rege Ferdinando, à ſiniſtro Ioachimo Brandeburgico Principe eum deducentibus. Ante Euchariſtiam præcedebant Principes ſæculares, itemque Clerus cum aliis permultis. Poſt eam ſequebatur Carolus Imperator nudo ſemper capite, tametſi ſol eſſet ardentiſſimus, in manu ferens quadrifidam facem ardentem: quod idem fieri voluit à cunctis proceribus & Principibus. Imperatorem ſequebantur omnes Archiepiſcopi & Epiſcopi. Vmbellam ipſam, ſub qua portabatur ſacroſancta Euchariſtia, viciſſim geſtabant ſeni Principes ſæculares. Porrò longiſſima proceſſione diuerſi generis muſici concinebant in laudem Dei. Omnibus ritè peractis, Cæſar valdè acerbè tulit Lutheranorum Principum detrectationem, iuſſitque, vt quàm primùm altera die cum publica fide Auguſta excederent: ſed Principum Catholicorum precibus ab ea ſententia ſe deduci paſſus eſt. Fuit certè hic Princeps lõgè optimus, ſemper egregia in Deum pietate, ita vt omnibus perſpicuum eſſet, eum
H non tam ſuis viribus aut opibus, quæ quidem erant ampliſſimæ, quàm præpotentis Dei auxilio & fauore niti. *Idem ibid. Anno 1530.*

Anno Domini 1562. cùm Dominici corporis feſtus inſtaret dies, ad maiorem Chriſto Ieſu honorem tribuendum, maiorémque tanti myſterij memoriam & venerationem excitandam, ſtatuit, non publicè tantum, quam Metropolitanus, Clerus præclaro cum ordine, pretioſa veſte plurima, coronis, ob ſolis æſtum & nudorũ capitum munimen, quernis habere ſolet, proceſſioni adeſſe, ſed ſuis etiam manibus venerabile ſacramentum geſtare. Diſſuadebant plurimi: aiebant rem hiſce temporibus eſſe nouam, ſuſpicionis plenam, hæreticorum vicinorum, imò & inteſtinorũ riſibus & ſannis obnoxiam. Sed quo illi magis dehortabantur, eo ille magis ad Chriſtianã pietatem exercendam excitabatur, ita vt cùm res vicinis in locis increbuiſſet, maximi fuerint vel ad ſpectandum, vel ad explorandum cõcurſus. Ipſa igitur Theophoriæ ſacræ luce circumgeſtauit Archiepiſcop. arcam teſtamenti noui ſacerrimam, ſacroſanctũ Domini corpus, Catholicis exultantibus, Deumque & Archiepiſcopum laudantibus: hæreticis obſtupeſcentibus,

patimque

A partim qui probantibus, partim improbantibus. Ex illo autem tempore caeptum est, quem hodie videmus, mos, vt è circumfuſis hæc ... vrbibus & pagis Moguntiam ad ſacra iſta Chriſtop... ſtanda cõcurrant tam multi. *Nicol. Serarius lib. 5. c. 8. rerum Moguntine. ſ. anno 1560.*

Cum aliquando P. Guardianus Franciſcanus Conuentus S. Barbaræ Coloniæ, proceſſionem iuxta religionis morem Dominica infra octauam Corporis Chriſti per clauſtrum tantummodo fieri decreuiſſet, cogeretúrque à deuota Communitate Conuentus ſepta egredi, atque ad oppidum vſque proceſſionaliter progredi, ac ipſum totum luſtrare, venerabile Sacramentum, ſic ex quadam ſimplicitate affatus eſt, ſanctiſſime Domine, proceſſio quidem iuxta populi votum fiet, ſed quicquid Ceræ conſumptum fuerit, tu eris ſoluendo. Mira res! E viginti quatuor cereis, qui per quatuor horas & ampliùs arſerunt, nihil penitus imminutum fuit. *Franc. Genzaga de orig. Seraph. relig. p. 3.*

Cordubæ quæ Hiſpaniæ non ignobile oppidum, anniuerſario ritu Chriſti corpus circumferebatur. Erat dies æſtiuus, & feruens. Comitabatur reuelato capite Philippus II. Hiſpania-
B rum Indiarúmque Rex potentiſſimus, ſolitque ardorem Auſtriaca pietate ſuperabat. Cúmque moneret è dynaſtis aliquis, æſtum vitaret, & à Sole paululum deflecteret: Ille, iſto aiebat, die Sol neminẽ lædere poterit, verè ea laude dignus Princeps quod ex nobili illa ſtirpe, vix vllum pietate & religione parẽ habuerit, ſuperiorem verò neminem. *Ex hiſtoria Gallica Pet. Matth. 1. Beyer inch. in Apophtheg. Chriſtian. tit. Euchariſtia.*

Quis vero pro dignitate commemoret pietatem Sereniſſ. Belgiæ, Principum, Alberti & Iſabellæ, quã etiam & in anniuerſaria celebritate Sanctiſſ. Sacramenti, quod miraculoſum vocant, & verè tale eſt Bruxellæ quotannis exhibent? Quando non obſtante cœli æſtu, recurrit enim illa in menſem Iulium, quo maximi calores hic eſſe ſolent: viarum etiam quæ nunc accliues ſunt, nunc decliues in ea vrbe moleſtiis poſthabitis, longo itinere, pedites, accenſamq; facem manu tenentes inſequuntur ipſum Sacramentum, & exemplo ſuo, quamuis raro; Principum, ſubditorúmque affectum erga Sanctiſſimum hoc Sacramentum prouocant.

C Cęterum de Solennitate ad memoriam & honorem SS huius Sacramenti inſtituta, totóque orbe celebrata, ſcripſit nuper *Ioannes Chapiauille* Vicarius Leodienſis ſuccinctum Tractatum, eiuſque primam originem refert in quandam Virginem Leodienſem Iulianam, quæ nata anno 1191. & in timore Dei educata, tandem reuelatione crebra quam illi Deus exhibere dignabatur, didicit, gratiſſimã ei fore feſtiuitatem in memoriam omnium ſuorum mirabilium, eſcæ inquam quam timentibus ſe dedit: eamque ipſa primum inchoauit, poſtquam omnia quæ ſibi acciderant, cum Theologis & Eccleſiæ primoribus communicaſſet. Sic vt ſtatim Robertus Leodienſium Antiſtes eamdem per ſuam diœceſim obſeruari ſolemniter iuſſerit, quamuis morte præuentus exequi non potuerit quod mente conceperat Nihilominus Clerus veſtigiis ſui Epiſcopi inſiſtens, officium peculiare concepit, quod paulo poſt Hugo S.R.E. Cardin. eò miſſus adprobauit, feſtúmque extulit, ac illius factum Cardinalis Capucius mox probauit. Manſit hæc deuotio aliquamdiu apud Leodienſes: donec Henricus ſucceſſor Roberti, inſtante fortiter quadam Recluſa nomine Eua, opinione ſancta, Vrbano IV. Pont. vniuerſa tranſcripſit. Qui intellectis omnibus, & miraculo etiam admo-
D nitus, præfatam ſolennitatem toti Eccleſiæ communem eſſe voluit. anno 1264. miraculi iſtius meminit *Onuphrius in vita Vrban. IV.* Atque hanc hiſtoriam ſine narrationem omnino veram eſſe, eiuſque firmitatem erui ex veteribus monumentis, idem Chapiauille adfirmat.

Porro eam feſtiuitatem variis prærogatiuis decorarunt varij Pontifices, nam Ioannes 22. eam ſtatim in Viennenſi Concilio confirmauit, ac ſæculo poſt, anno 1417. Martinus V. Indulgentias ab Vrbano conceſſas geminauit: quod & fecit Eugenius, aliique: vt nihil dicamus de Fraternitate illius nomine inſtituta de quã ſtatim.

* CONFRATERNITATES INSTITVTÆ IN HONOREM AVGVSTISS. HVIVS Sacramenti.

Ac primum de Archifraternitate vrbis Romana in Baſilica Principis Apoſtolorum.

Quamuis Sanctiſſimum hoc Sacramentum ex ſe omni reuerentia, honore, & adoratione quæ diuinitati Deóque compet longe ... Pontificibus, quo ... inciterent, variis eoſdem beneficiis & ſpiritualibus ... pro-uocare, & confraternitates pleriſque locis, ad honorem, & ſub auguſtiſſimo nomine eiuſdem inſtituere. Quarum quidem prima fundamenta in vrbe iecit Paulus III. eaque auxit Gregorius XIII. optimus ſanctiſſimuſque Pontifex: idque in Æde Principis Apoſtolorum, variiſque Indulgentiis cumulauit, conſtitutionibus inſtruxit. Quos ſecuti alij Pontifices Clemens VIII. & Paulus V. ſummo etiam ſtudio eadem confirmarunt, & nouorum acceſſione beneficiorum exornarunt.

Litteræ autem Indulgentiarum & Priuilegiorum dictæ Archifraternitati Romanæ conceſſorum, ita ſe habent.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

Seruus Seruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Cum proximè elapſis menſibus, nobis id ordinantibus & mandantibus, ea pars Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vr- F
be, quæ adhuc exſtabat, mandata, aptata, & quaſi inſtaurata, portiſque & nouis altaribus, & picturis exornata, & in eius medio inſignis & pulchra Capella, in honorem & ad conſeruationem ſacratiſſimi Corporis Chriſti conſtructa fuerit: ad Chriſti fidelium, & præſertim peregrè venientium conſolationem, & deindè vna Confraternitas ſecularis, ſub titulo eiuſdem Corporis Chriſti: ad curam & cultum ſanctiſſimi Sacramenti, & ad quamplura pia charitatis opera exercenda inibi canonicè inſtituta fuerit.

Nos cupientes dictę Confraternitatis Confratres, & cæteros Chriſti fideles, ipſam Baſilicam viſitantes, ſpiritualibus donis & gratiis per amplius excitare; De omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, eius auctoritate confiſi, omnibus ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus & confeſſis, ſeu ſtatutis à iure temporibus confitendi propoſitum habentibus, qui in feſto corporis Chriſti, vel aliqua die eius octauæ, vel in feſto Apoſtolorum Simonis & Iudæ dictam Cappellam deuotè viſitauerint, & piè inibi orauerint; necnon omnibus, qui dictam So- G
cietatem ingreſſi, in die ſui ingreſſus, vel aliqua ex ſeptem diebus immediatè ſequentibus, ſua peccata confeſſi, & Euchariſtiam ſumſerint, plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem concedimus.

His verò Confratribus, qui vel in feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, aut in feſto, vel in aliqua die octauæ feſti corporis Chriſti, dictam Euchariſtiam ſumpſerint, ducentum: & tam eis, quam cæteris Chriſti fidelibus, quoties infra annum in ipſa Capella idem fecerint, quadraginta.

Inſuperque ipſis Confratribus, qui vel in proceſſione, vel ad infirmos ſanctiſſimum Sacramentum cum lumine comitati fuerint, centum; qui verò ſine lumine, quinquaginta:

Et ſororibus dictum Sacramentum comitari nequeuntibus, quæ audito ſigno campanæ, per Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, pro ſalute infirmi flexis genibus recitauerint, totidem centum.

Cæteris verò Chriſti fidelibus dictum Sacramentum, cum vel ſine lumine comitantibus quinquaginta: & Confratribus qui ſemel in menſe ante ipſum Sacramentum in dicta Capella exiſtens, quinquies ipſam Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, in memoriam Paſſionis eiuſdẽ Do- H
mini noſtri, ac pro pace, ſalute, & trãquillitate Reipub. Chriſtianæ recitauerint, centum: & tam ipſis, quam cæteris Chriſti fidelibus, qui in ſextis feriis cum quinq; Orationibus Dominicis, & totidem Salutationibus Angelicis, vel in diebus Dominicis cum tribus ſimilibus Orationibus, & ſalutationibus, ac vno Credo genibus flexis, Sacramentum in dicta capella repoſitum ſalutauerint, quadraginta annos de iniunctis, ſeu debitis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

Pręterea ipſis Confratribus, qui in die octauæ feſti eiuſdem corporis Chriſti, proceſſioni ſolenni, quæ fiet quando ſanctiſſimum Sacramentum reponetur, cum lumine interfuerint eandem Indulgentiam, etiam quò ad ſuffragandum animabus in Purgatorio exiſtentibus concedimus, quæ celebrantibus, vel celebrari facientibus in Eccleſia ſanctę Pudentianæ de Vrbe conceſſa eſt.

Et inſuper ipſis Confratribus licentiam eligendi confeſſorem, qui eos ab omnibus criminibus quantumuis grauibus

etiam

A Apoſt ... in Bal... Cœnæ ... in mortis ... abſoluere, & pr... ſſis pœnitentiam ... iniungere, ac ind lgentiam plenariam pariter, ſemel in vita, & in mortis articulo elargiri poſſit, concedimus.

Quodque temporibus ſtatutis dictam Capellam viſitando, & inibi deuotè orando, eaſdem indulgentias conſequantur, quas conſequerentur, ſi Eccleſias pro ... ionibus deputatas viſitarent, indulgemus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die XXII. Septembris M.D.XLVIII. Pontificatus noſtri Anno quartodecimo.

Eandem conſtitutionem, erectionem, & gratias à Paulo III. conceſſas Apoſtolica auctoritate innouauit & confirmauit Gregorius XIII. per Breue deſuper expeditum, in quo ſuccinctè Confraternitatis inſtitutæ rationem reddit, augmentum honoris, & reuerentiæ, ac deuotionis fidelium erga ſanctiſſimum hoc Sacramentum. Item præfatæ Congregationis primæuas Conſtitutiones, implorata, vt inquit, Spiritus
B ſancti gratia, additis etiam nonnullis aliis, ad certa capita contulit, eiuſque Protectorem Baſilicæ Sancti Petri de vrbe Archipresbyterum, S.R.E. Cardinalem, & præter hunc Deputatos quinque, Conſiliarios tredecim, Syndicos duos, Camerarium vnum, Secretarium vnum, Prouiſores duos, Viſitatores octo, cum diſtincta munerum functione, ordinauit, & inſtituit, eamque Fraternitatem in Archiconfraternitatem erexit, ac ſimul indulſit, vt omnes, & quæcunque aliæ Confraternitates, eiuſdem ſanctiſſimi Sacramenti, quouis tandem loco, extra vrbem canonicè inſtitutæ, & inſtituendæ, prout dicemus infra, huic aggregari poſſent.

Supradictas Indulgentias & Conſtitutiones & Priuilegia, Archiconfraternitatis Clemens VIII. & paulus V. nouiſſimè approbarunt.

De Aliis Fraternitatibus Eiusdem SS. Sacramenti.

Verbo inſinuauimus Gregorium XIII. ad retinendam dignitatem Confraternitatis Romanæ, fideliúmque ſalutem
C magis in dies promouendam, perpetuò conceſſerit illius Protectori, Deputatis, Conſiliariis, aliiſque dictæ Congregationis adminiſtratoribus, facultatem aggregandi eidem alias Confraternitates extra vrbem ſub nomine SS. Sacramenti inſtitutas vel inſtituendas Sic vt dummodo id in aliqua Congregatione huius Archiconfraternitatis petiuerint, iiſdem quibus hæc, Priuilegiis, Indultis, exemptionibus gaudere poſſint, & per dictos adminiſtratores communicari.

Eadem facultas aggregandi huic Confraternitati alias alibi canonicè erectas, innouauit Clemens VIII. & poſt illum Paulus V. per literas Apoſtolicas in forma Breuis, de data die XXI. Februarij M.D.C.VI. Pontificatus ſui anno ſecundo.

Atque idem Pontifex per literas ſuas ſub Annulo Piſcatoris expeditas, die IX. Nouembris M.D.C.XI. Conceſſit Officialibus & Confratribus Archiconfraternitatis Romanæ, vt in aggregatione huiuſmodi literis primam Dominicam cuiuſque menſis, & octauam SS Sacramenti, pro cuiuſque loci conſuetudine aut Inſtituto liberè & licitè valeant & poſſint commutare, cum iiſdem indulgentiis dummodo re-
D quiſita opera exerceantur. Iuxta quæ, idem SS. Dominicus conſenſit, vt Confraternitas SS. Sacramenti, quæ iam olim erecta erat in Eccleſia B. Mariæ Antuerpienſi, aggregaretur ſupradictæ Archiconfraternitati, ac iiſdem cum illa Priuilegiis & gratiis ſpiritualibus frueretur.

* Euentus.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Euentus dici poteſt quodcunque erit actum. *Nonius Marcellus.* Siue quidquid caſu vel fortuna nobis accidit, ſiue bonum ſit ſiue malum.

QVOMODO TOLERANDI

Euripides in Antigone

Ὅστις δ' ἀεὶ τὰ πίπτοντ' εὐλόγως φέρει
Τὸν δαίμον' οὗτος ἀσφαλὴς ἀνὴρ ἔφυ.
Quiſquis in euentu rerum ſapienter ac modeſtè fert
Fortunam animo felicior eſt.
Μεταβαλλομένου δαίμονος ἀνέχου.
Πλεῖ κατὰ ποταμὸν, πλεῖ κατὰ δαίμονα.
Fortunæ mutationem ſuſtine,
Nauiga ſecundum flumen, nauiga ſecundum fortunam,

Θνητὰ δὲ ... θνητοῖς πρέπει φρονεῖν.
... ἀνθρώπου ...
Mortalis cùm ſis, mortalia quoque te paſſurum expecta,
Diuinam agere vitam cupis, cum homo ſis. E

Euripides in Helena

Ἔχει μὲν ἀλγεινὰ ... δ' χρὴ
Ὡς ῥᾷστα τἀναγκαῖα τοῦ βίου φέρειν.
Habes quidem ... triſtia fateor.
Conandum eſt ..., vt quæ neceſſaria ſunt in vita, facillimè feram.

Idem in Menalippe.

Τὰς τυγχάνοντας ὅστις εὖ φέρει βροτῶν,
Τοῦτον νομίζω σώφρονα ... δοκεῖ.
Rerum euentus quiſquis mortalium benè fert,
illum ſapientem & moderatum virum iudico.
Πεπόνθας οἷα χ᾽ ἅτεροι πολλοὶ βροτῶν,
Τὰς γὰρ παρούσας οὐχὶ σώζοντες τύχας,
Ὄλοντ' ἐρῶντες μειζόνων ἀβουλίᾳ.
Paſſus es eadem, quæ multi alij homines.
Nam qui præſentem fortunam non ſeruant,
Dum temerè petunt maiora, pereunt.

Menand. in Androgyno.

Τὰ προσπεσόντα προσδοκᾶν ἅπαντα δεῖ
Ἄνθρωπον ὄντα· παραμένει γὰρ οὐδὲ ἕν. F
Futuros euentus expectare oportet vnumquemque
Hominem. Nihil enim ſtabile permanet.
Ἀεὶ τὸ λυποῦν ἀποδίωκε τοῦ βίου
Μικρόν τι τοῦ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον.
Triſtia ſemper à vita repelle.
Exiguum enim & anguſtum ætatis tempus viuitur.

Eulogia.

☞ *Vide* Amuleta Sacra, §. *Panis benedictus.*

Eunuchi, Spadones, Caſtrati.

* *Quæ ſint, Etymologia nominis, eiuſque varia vſurpatio.*

Grammatici iuxta *P. Greg. Toloſ. Syntag. 7. c. 2.* diſtinguunt inter hæc nomina, quod caſtratos vocent quaſi caſtos natos, eoſdémque Eunuchos, quaſi naturaliter impotentes ad Venerem, debitiſque membris carentes. Spadones vero qui inuiti caſtrantur ab hominibus. Verùm meritò hæc diſtinctio eſt negligenda.

Communis vſurpatio iuxta etymon nominum infra ponderum habet, vt tam hi quàm illi dicantur propriè quibus G teſticuli deſunt ſiue à natura, ſiue per vim. Vnde & Hebræis Sares dicuntur. Græci eos dicunt cubilium cuſtodes, quia Gynecæis olim adhibebantur, vt infra latiùs dicemus.

Vnde & *Epiphanius* dictos vult, quod poſſint εὐνοεῖν, hoc eſt beneuolentiam ac fidem ſeruare, ablatis his membris quæ caſtitati inſidiantur. *Hær. 58. Robert. Olcot. in lib. Sap. 8 c. 2 lec. 59.* meminit etymologiæ ab εὖ id eſt, benè, & νίκη victoria.

Prior tamen notatio communior eſt, ab εὐνὴ cubile, & ἔχω cuſtodio: quaſi Eunochus, & per ſyneresin Eunuchus, eo quod ſolebant adhiberi cuſtodiæ cubilis regij eiuſmodi homines: quos proinde neque ad maſculinum, neque ad fœmininum genus pertinere aſſeruit *Baſil Epiſt. 87.* Sunt tamen qui volunt Eunuchi nomen proprium alicuius fuiſſe.

Nomen autem Spadonum vſitatum eſt in S. Literis, & dicitur à verbo σπάω, quod eſt euello & extraho, éſtque nomen Græcum σπάδων. *Steph. l. de vrbibus*, vult à Perſica ciuitate nominatum.

Cæterum quod ab eruditis obſeruatur, quamuis nomen H Eunuchi ad ſolos caſtratos extenderetur aliquando: poſtea tamen eodem appellati fuere omnes, qui regiæ cuſtodiæ & Ianuis palatij præficiebantur. Item cuſtodes & adminiſtri Reginæ quomodo Demodochum teſtatur *Euſtath. Scholiaſtes Homeri 1. odyſſ. 3.* fuiſſe Eunuchum Clytemneſtræ, & Phemium fratrem, Penelopes Sic *in lib. Iudith* Vagao, quem Gagoas vocat *Ioſeph. l. 11 Antiq.* dicitur cuſtos cubiculi Holofernis: & Q. Curtius ſcribit eiuſdem nominis Eunuchum nequiſſimum fuiſſe Alexandro M. vti & Herodi, *Ioſeph.* Auctórque eſt *Plin. l. 13. c. 4.* apud Perſas tributum paſſim illud, nomen Spadonibus. Imò addit *Tacit.* nomen Eunuchi celebre fuiſſe, *l. 6.*

Etiam Putipharem cui Ioſephus Patriarcha cohabitabat, Danielem & ſocios, Scriptura Eunuchos vocat: quorum tamen prior vxorem habuiſſe ſcribitur, neque deſunt qui defendant hos non fuiſſe caſtratos, ſed vocatos Eunuchos, tranſlata vocis ſignificatione à caſtratis, quibus initio optima quæq; ac principalia Regũ Principumve miniſteria credebãtur, ad illos qui his ſimilia negotia tractabant. Ita *Iuſtin. Imper. in Nouell. 142.* in genere præfectos Imp. cubiculis vocat Eunuchos.

Qq Atque

A At ie ex hoc genere Eunuchorum, quo is nulla impotentia ad Venerem, magna tamen apud Principes potentia adeſt, volunt plures etiam fuiſſe Eunuchum illum cuius *Lucas in Actis* meminit *cap.* 8. Ita *Carthuſ. Lyranus, Euſebius, Nicephorus*, vt qui erat ſuper theſauros Reginæ Candacis, & vir ſtudiis addictus, vt qui alienæ Religionis eum eſſet, legebat Eſaiam.

*GENERA VARIA.

Christvs *Matth.c.19.v.* 12. oſtendere volens non eſſe difficile quod tamen impoſſibile dixit Calsinus; caſtitatem ſeruare, & vxorem non ducere, tria proponit Eunuchorum genera, ait Hilarius quorum quidam ab vtero tales ſunt, i.e. à natura: alij ab hominibus facti ſiue caſtrati: alij denique à ſeipſis propter regnum cœlorum, id eſt, qui & mente & corpore à carnis illecebris abſtinent vt virginum choro aſſocientur in cælis. Et primi quidem ait *Hilar.* & culpa & merito carent: ſecundi: culpam habent, ſi conſenſu ſuo exſecentur: tertij meritum habent & præmium apud Deum expectant. Sed tertium genus potius eſt metaphoricum. *S. Chryſoſt.* expendens vim verborum Chriſti, ita ſcribit *hom.* 63. *in*
B *Matth.* ſub med. Cogita tecum ſi à natura talis eſſet aut eam iniuriam ab hominibus paſſus, quid faceres eum & huiuſmodi voluptate careres, & nullam carendo mercedem conſequereris? Gratias igitur Deo agas, quod cum mercede & coronis idem ſuſtines, quod illi ſine coronis ac præmio.

Volunt Semiramidem primam caſtraſſe mares. Alij Perſarum & Medorum inuentum exiſtimant. Alii Ægyptiorum. *Vide Ammianum lib.* 14.

Qvi Evnvchi, Mares
Ex S Scriptura.

Abdemelechus Æthiops Spado regis Sedeciæ, Hieremiam Prophetam à tetro carcere liberauit *Hierem.* 38.

Nabuchodonoſor rex cum Ioachimo rege Iudæorum abduxit ex Iſraëlitis nobiliſſimos quoſque, & inter eos quoque ex Iudæ genere, Danielem, Ananiam Michaëlem & Azariam, quos caſtrari fecit, & Aſphenazo Spadonum magiſtro cõmiſit, qui eorum nomina mutauit, & Danielem vocauit Baltaſacem, Ananiam Sidracum, Miſaëlem Miſacum, & Azariam Ab-
C denagonem. *Daniel. cap.* 1.

Hegens eunuchus Perſarum regis, Artaxerxis concubinas curabat, vt ad regem intromitterentur: Eaſdem ad regem admiſſas Saſagacius in alterũ gynæceũ manè accipiebat. *Eſter.* 2.

Vagathan & Thares eunuchi contra Artaxerxem Perſarũ regem conſpirantes, Garnabaci indicio deprehenſi, & in crucem ſublati ſunt. *Eſter.* 2. *Ioſeph lib.* 11. *c.* 56. *Antiquit.*

Athachus eunuchus, Eſteræ reginæ Nuncius ad Mardochæum, per quem Amanis conſilia Regina reſciuit, & Dei auxilio euertit. *Eſter.* 3.

Harbona Spado Sabuchades Ioſepho, Artaxerxi regi Amanis conſilium contra Mardochæum indicauit apud Eſterem Reginam *Eſter.* 7. & *Ioſeph lib.* 11. *c.* 6.

Vagao eunuchus Holofernis, ducis Nabuchodonoſoris, qui Iudith ad conuiuium vocauit, & in eodem eam Holofernis tabernaculo concluſit. *Iudith.* 12.

Eunuchus Candaces reginæ Æthiopum, qui ab Æthiopia adorandi gratia Hieruſalem venit. *Act. c.* 8. De quo tamen plerique ambiunt, an fuerit ſpado, vt ſuprà inſinuauimus.

HISTORICA.

D Acdeſtis Iouis, ex petra genitus, roboris ſummi, ferociæ intractabilis, inſanæ & furialis libidinis ex vtroque ſexu fuit. Huius audacia vt cohiberetur & infringeretur, Liber familiarem illi fontem, quo ardorem fuerat ſuetus, & ſitiendi lenire flagrantiam, ludo & venationibus excitatam, validiſſima ſuccendit vi meri Acdeſtis ſoporem in altiſſimum deprimitur. Liber ex ſetis ſcientiſſimè complicatis, vnum planta inijcit laqueum parte altera genitalibus iniecta. Exolutj ille vi meri corripit ſe impetu, & adducente nexus planta, ſuis ipſe ſe viribus eo quo fuerat, priuat ſexu *Arnob. lib.* 5.

Demodochus & Phenius fratres, ἀοιδοὶ, cuſtodes relicti, ille quidem Clytemneſtræ, hic verò Penelope. Nec prius Clytemneſtræ pudicitiam Ægiſthus expugnare potuit, quam Demodochum: Calij Cariadem, alij Glaucum fuiſſe appellatum aſſerunt) è medio ſuſtulit. Ἀοιδοὶ autem ambigua ſignificatione dicuntur, ἀπὸ τοῦ ἀείδειν à canendo: vel ἀπὸ τοῦ μὴ αἰδοῖα μὴ ἔχειν. Vtraque fortaſſis ſignificatio locum habet Eunuchi erant ſimul, & muſici, *Euſtath in* 3. *Odyſſ.*

Sicinus eunuchus, Themiſtoclis filiorum præceptor, ad Xerxem ſimulata proditione [illegible] magnam cum Græcis ad Artemiſium inducit. *Herodotus.*

Arſacos eunuchus obſes, per quem falſo metu Themiſtocles Xerxem fugere cogit. *Plut. in Themiſtocle, & Polyæn lib.* 1. *Frontinus lib.* 2. *c.* 9.

Thyreus eunuchus Statiræ vxoris Darij *Plut. in Alex.*

Meſabates Artaxerxis Perſarum regis eunuchus, à Paryſati Artaxerxis matre, ob Cyri caput & manum præciſa, more Perſarum & reges iuſſu, excoriatqs fuit. *Plut. in Artaxerxe.*

Hermias eunuchus ter venditus, Atarnites (quæ Prouincia eſt Myſiæ ad Helleſpontum, cui præfuit, regi Perſarum dicto audiens; ſeruus Eubuli Bithyni principis & Philoſophi; animum ſcripſit eſſe immortalem, Ariſtoteli familiaris, cuius filiam adoptiuam in matrimonium accepit & licet θλαδίας eſſet, filium ex ea Pythiadem ſuſcepit. *Suidas.*

Ganymedes eunuchus, & nutricius Arſinoës, de quo *Lucanus lib.* 10. famulo Ganimede dolis peruenit, ad hoſtes Cæſaris Arſinoë.

Ariſtomeus Ptolomæi regis Ægypti eunuchus, vna cum rege educatus à puero, ingenio militari fuit, & in armis plurimum ſeſe exercuit: nec in iis minus, quàm in congreſſibus valuit, & ſenſu communi (quod rarum eſt) præditus fuit, & ad benè merendum de hominibus propenſus. *Suidas.*

Photinus eunuchus Ptolomæi Ægyptij regis, in gratiam Cæſaris victoris Pompeium ſuaſit interimendum. *Plut. Pomp. Lucanus.*

Auſus Pompeium letho damnare Photinus.

Halotus eunuchus Agrippinæ, & prægustatores Cæſaris Claudij, ſuaſu imperatricis, bolero medicato dominum interfecit. *Suetonius.*

Phauorinus philoſophus Arelatenſis, Hadriano principi maximè infenſus, tria de ſe mira prædicabat, ſe Gallum græciſſare, eunuchum mœchum putari, inimicum Imperatori vi. *Volat. lib.* 16. *Anthrop.*

Erat illi nuda barbitio facies, vox acuta & tenuis, qualis ferè eunuchorum natura pernoſcitur, quos eſſe tertium genus hominum pronunciauit Alexander Cæſar, nec videndum nec in vſu habendum à viris, ſed vix à nobilibus fœminis: tametſi barbaris vno fidei nomine fuiſſe integris eunuchos pretioſiores, Herodoto credimus. *Calius lib.* 19. *c.* 12. *A. L.* G

Hyacinthus & Protus, eunuchi Eugeniæ filiæ Philippi præfecti, ſub Maximiano, martyres. *Volat. lib.* 16. *Anthrop.*

Parthenius & Calocærus eunuchi Triphoniæ vxoris Decij, martyres facti ſunt ſub eodem Principe.

Eutropius eunuchus, procurator Theodoſij Imperatoris, vt ait Eunapius, Rufino ſucceſſit, Imperatoris etiam Arcadij cubicularius, nullum facinus prætermiſit, tum magiſtratus publicè vendendo, tum milites calumniando, tum proceres relegando, tum omnibus contumeliis ſenatum afficiendo. Cùm aliquando etiam eos, qui in templa confugiſſent, comprehendere vellet: legem promulgauit, quæ concederet, illos vel ab aris abſtrahi. At ea Lex vix promulgata erat, cùm vltio crudelitatis eſt ſecuta. Nec enim multò poſt, in templum confugiens, ſub altari iacuit, Ioanne Chryſoſtomo epiſcopo: indéque abſtractus, noctu capite plexus fuit, & à Cõſulum catalogo deletus, ſolo collega Theodoro inſcripto. Sub hoc gens, eunuchorum, ob illius potentiam, ita creuit, vt nonnulli iam barbari, Eutro- H
pij ſplendorem affectantes, vna cum teſtibus vitam quoque mitterent. *Suid.*

Narſos eunuchus, Iuſtini principis cubicularius, è chartulario & bibliopola princeps copiarum factus poſt Beliſarium: multis rebus præclarè geſtis, tandem ſiue inuidia, ſiue fortuna, ſiue populi accuſatione, in odium Iuſtini & vxoris eius deuenit, adeò vt Imperator literas ad eum dederit plenas ignominiæ, quibus eum monebat, vt ad colum, penſum & lanas rediret. Tum ille iratus: ducam (inquit) tale penſum, taléinque ordiar telam, quam non facile ſit vobis explicare. Itaque vt iniuriam vlciſceretur, Longobardos Romam iam diu inuadere cupientes, euocauit. *Paulus Diac.*

Ablarius, Eurythrius eunuchi. *Eunapius in vita Acdeſij, & Volat. lib.* 12. *cap.* 3. *Anthrop.*

In æde S. Procopij, magni martyris in teſtudine, cuiuſdam eunuchi ſtatua ſita eſt, cuius in pectore ſcriptum eſt: *Qui loco mouerit hic ſita, ſtranguletur.* Fuit autem ſtatua illa Platonis cubicularij, qui temporibus Baſilici crematus eſt. Cùm autem parentes eius poſtulaſſent, vt is eunuchus monimenti ergo, aduerſus eos qui Imperatori aduerſarentur, ſtatua donaretur, impetrarunt.

A impetrarunt, Cùm verò ædes magni martyris renouaretur, tranſlatus eſt in circum equeſtrem. *Suidas.*

FOEMINÆ.

Xanthus Lydius in ſecundo Lydiacorum, Gygem omnium principem ſcribit, dum Lydis imperaret, ... id eſt Mulieres eunuchas feciſſe, ... Vt illis perpetuò tanquam ætate floreſcentibus ... *Ælius lib. 29. cap. 29.* id tribuit regi Andramyt. Videatur Athenæus *lib. 12. cap. 12.*

A QVIBVS. EVNVCHI FACTI?

à Natura.

Apud Didymæos Didymenæ matri, & Attæ dedicatum eſt Fanum Atten Hermaſianax elegorum ſcriptor verſibus prodidit, Calai Phrygis filium fuiſſe, & ad Venerem planè inutilem editum à matre. Cum iam adoleuiſſet, in Lydiam migraſſe, ibique magnæ matris ceremonias monſtraſſe. Tanto verò in honore apud eam fuiſſe, vt id moleſte ferens Iupiter, immanem aprum in Lydorum ſegetes immiſerit, à quo & alij è Lydis, & & ipſe Attos interemtus fuerit, fidem rei faciunt Gallo-

B græci Peſſinuntis incolæ. Sue enim, tanquam impura beſtia omnino abſtinent. *Pauſ. in Ach.*

Dorotheus præſul Antiochenus, vir eruditiſſimus, græcè & hebraicè doctus, eunuchus ab ipſa geneſi fuit: quo magnopere Aurelianum principem dicunt delectatum fuiſſe. *Euſeb.*

SEIPSIS.

Atiis Calij Attos, inſania correptus, teſtes ſibi ibi amputauit. *Arnobius lib. 5. contra Gentes.*

Origenes Adamantius, vt corpus ab omni Venerea labe mundum ſeruaret, omnique ſuſpicione careret, ſectis genitalibus membris eunuchum ſe fecit. *Ful. lib. 4. cap. 3.*

Stephanus Mareotidis regionis anachoreta, cum verendas corporis partes exulceratas tabóque diffluentes haberet, inter chirurgicas vſtiones & ſectiones, nullum emiſit eiulatum aut gemitum, *Marcell. lib. 5. c. 4. ex Sozom. l. 26. c. 29.* ☞ *Vide plura infra Tit. Qua de cauſa. §. Libidinis extinguenda.*

Proditum memoriæ eſt, Semiramidem reginam omnium principem teneros Mares adortā caſtrare, *Cal. l. 13. c. 29. A. L.*

C Apud Eleos regnauit Pantaleon, iniurioſus & immanis, is Legatos, qui ad ſe veniſſent, caſtrans, proprios teſticulos edere coëgit. *Heraclides.*

HOSTIBVS.

Poſteaquam Perſæ potiti ſunt vrbibus Ioniæ, ſub Dario rege, formoſiſſimos quoſque puerorum ſeligentes caſtrauerunt, exſectis teſtibus facientes eunuchos: virginéſque ſpecioſas ad regem tranſportarunt Suſa: & ſuper hæc vrbes cum templis cremauerunt. *Herod. lib. 6.*

Phocas Imp. Mauritij Imperatoris interfector, cùm ibidinibus & multorum fœcitatibus ſeſe adeò polluiſſet, vt nec propinquis parceret: Priſcus gener eius, & alij Senatores, ex Africa Heraclium & Nicetam cum exercitu euocant: à quibus Phocas victus, caſtratur, & iguibus crematur, cum imperium obtinuiſſet annos octo, anno Domini 612. *Sigebertus: Paulus Diac. lib 4. c. 11. de geſtis Longobardorum. Nicephor. lib. 18. c. 56. & Zonara tom. 3.*

Cæſo Leone V. Imp. quatuor eius filij in inſulam, quæ prima cognominabatur, exules miſſi ſunt à Michaële Traulo,

D qui imperium occupauit: exectis prius virilibus, vbi Theodoſius quartus ordine diem ſuum obiit, *Cuſp.*

Theobaldus Camerinorum princeps, cum Beneuentanis ſuppetias mitteret, & cum Græcis manus consereret, fugauit eos: & quotquot cepit, euiratos remiſit, addens ignominiæ riſum: Quandoquidem, inquit, Imp. veſter Conſtantinus eunuchis gaudet, quotquot emiſerit gallos, capos remittam. *Cranz. l. 3. c. 9. Metropoleos & Luitprand l. 4. c. 4. rer. in Europ. geſtar.*

Guilliel mus III. Neapolitanus rex, viribus exectis ab Henrico VI. Imp. caſtratus, in Germaniam deportatus. *Collenucius.*

IMPRVDENTIBVS.

De Tuſcho haruſpice. *Martialis Epigrammaton. lib. 3.*

Vitæ nocens eſſet ſtabat moriturus ad aras
Hircus, Bacche tuis victima grata ſacris.
Quem Tuſcus mactare deo cum vellet Haruſpex,
Dixerat agreſti fortè rudique viro,
Vt citò teſticulos peracuta falce ſecaret,
Teter vt immundæ carnis abiret odor,
Ipſe ſuper virides aras luctantia pronus
Dum reſecat cultro, premitque manu,
Ingens iratis apparuit hernia ſacris:
Occupat hanc ferro ruſticus, atque ſecat.
Hoc ratus antiquos ſacrorum poſcere ritus,
Talibus & fibris numina priſca coli.
Sic modò qui Tuſcus fueras, nunc Gallus haruſpex.
Dum iugulas hircum, factus es ipſe caper. E

HÆRETICIS.

☞ *Vide Loc. de hæreticis. Tit. Crudelitatis hæreticorum.*

Brutis.

Sinambaſſa, ſummæ apud Selimum Turcorum Imp. auctoritatis, ... nobili Epiri viro in montanis Ambraicæ natus, ... ſe ... in eam virtutis atque opulentiæ magnitudinem e... eſt. Nam porcam, quæ domi alebatur, ei adhuc puero forte in vmbra dormitanti, apprehēſa morſu virilia exediſſe ferunt: protinuſque eum veluti corporis vitio nobilitatum, à conquiſitoribus inſignium puerorum Conſtantinopolim ad Mahometem fuiſſe perductum. Vbi eum mox fortuna, quam paulo ante non temerè, at ſæua tamen ſorte caſtrauerat, fatalis virtutis auſpiciis ad deſtinatos honores extulit. *Iouius.*

QVOMODO.

Gallus quidam nobilis, ex Narbonenſi prouincia oriundus, F ex itinere captus à Turcis, & in Thraciam abductus, dynaſtæ cuidam donabatur, (& vt opinor) Beleerbeco, qui cis Boſphorum Thraciam per Macedoniam præfectus militum dicitur. Ab hoc ille non aſperè cœpit tractari more Barbaro, ſed perhumaniter, eò quòd gynæceo deſtinatus eſſet ob formam ac ætatem. Quodam die lauto, ſed medicato exceptus conuiuio in ſomnum triduanum incidit. Quum experrectus mingere vellet, exectos ſibi teſtes animaduertit: ac tum demum attonitus cognouit: quam diu dormiſſet, & cur tam lautè ſemper ac affluenter tractatus eſſet. Rediit tamen ad ſuos, & hanc attulit cauſam, cur nuptiis, facilè carere poſſet. *Fuir. lib. 2. c. 34. de Praſt. dam.*

CVR. Cauſa.

Religionis.

Materiacos Epiſcopus Auelinus teſtium diuulſione tortus fuit. ☞ *Vide Tit. Seuitia bellica erga hoſtes viuos.*

Magnæ Matris Sacerdotibus ſibi virilitatem amputādi, idque Samia teſta, nec aliter, vt putarunt, circa perniciem, mox ex G ea fortaſſis hiſtoria originem ſumpſit, quam Lucianus longo ſermone narrat in opuſculo de Syria dea. Fabellas percurrunt. *Ouid. Faſtor. 4. Phurn. in Rhea. Feſtus in dict. Galli. Carul. in Berecynthia & Aty, & Pauſ. in Achaicis. Brod. in 1. Epigr.*

Genutius Gallus matris Deûm, eò quòd ſibi genitalia amputauerat, à Sardio ab hæreditate iniuſta & deiectus eſt. *Ærodius, ex Valerij lib. 7 c. 7.*

Adulterij, Stupri.

In Eſa non longè à Nicæa in Narbonenſi prouincia mulier quædam noctu dormienti Viro genitales partes abſcidit: factum excuſans, quòd ipſa viro fidem præſtaret, viciſſim quoque æquum eſſet eandem à viro ſeruari: & quia is coniugalem fidem violarat, plecti dere ea corporis parte, qua peccauerat. *Fulg. lib. 6. c. 1.*

Prædeaſtæ execti à Iuſtiniano Imp. Interrogatus cauſam Anton, inquit, ſi ſacrilegium commiſiſſent, manus illis amputandæ fuiſſent. *Zonaras tom. 3. Paulus Diac. lib. 16.* H

Libidinis concitandæ.

Heliogabalus abſciſſis genitalibus Matri ſe Magnæ ſacrauit, vt Aurelius probat, vt probris ſe omnibus contaminaret: & cupiditate ſtupri, muliebri nomine ſe Baſſianam pro Baſſiano iuſſit appellari. *Cuſpinianus.*

Pæzon è ſpadonibus Seiani, à Sutorio Priſco ipſo ciuitatis luctu 111. M. D. emptus fuit, non tam formæ quàm libidinis ergo. *Plin. lib. 7. c. 39.*

Earinus eunuchus, plurimum à Domitiano Imp. adamatus: quem tamē mox repudiauit, cùm in Titi Veſpaſiani, qui Sporos amauerat, contumeliam, ne quis in poſterum intra fines Romani imperij caſtraretur, edixit. *Xiphilin.* Hic à Martiale celebratur. *lib. 9. Epigr.*

* *Extinguendæ.*

Iuſtin. Martyr. Apol. ad Antō. Pium. narrat Chriſtianum Adoleſcentem, vt carnis irrationali motu careret: obtuliſſe Felici Auguſtali Præfecto libellum, vt medico liceret illum caſtrare, cùm is id metu pœnæ facere detrectaret.

Origenem idem in ſeipſum admiſiſſe cōſtat, eóque nomine vituperatum, quæ etiam de cauſa duo Monachi à Theophilo Alexandrino excommunicati ſunt. *In vitis Patrum 2. d. c. 171.*

Denique hæreſis fuit quorundam dicentium, quod Niſi quis Eunuchus fieret ſalutari non poſſet. *Vide Epiph. hær. 58.*

Quæſtus.

Panionius quidam Chius, magnò Hermotimum Pedaſenſem elegantiſſimum puerum ab hoſtibus captum atque venundatum emerat, eumque caſtrauerat (eunuchos enim maximi faciunt Perſæ, fidei cauſa) & Sardis vendiderat. Deductus ad regem Xerxem Hermotimus breui temporis ſpatio inter eunuchos primum locum obtinuit. Mox Xerxe [illegible] Græcos expeditionem ſuſcipiente, Hermotimus quoque regem comitatus, è Sardibus in agrum Myſium, qui Atarneus dicitur, deſcendit, ibique inuentum Panionium, ſimulata beneuolentia, magnificis pollicitationibus, vt ad ſe migraret, induxit. Poſteaquam igitur eum cum vxore & quatuor liberis adeptus eſt, patrem coegit, vt filiis ſuis genitalia excinderet: mox filios, vt patrem caſtrarent. Et ſic pœnas à Panionio ſumpſit. *Herod. lib. 8. Camer. in hor. ſuccíſ. cent. 1. cap. 99.*

Amaſgorum & Alanorum principum auaritia eò euenerat, vt parentibus Pueros, qui indole & elegantia corporis præſtabant, vi raperent: & teſtibus inſectis, magno pretio Romanis eunuchorum ſtudioſis venderent, patribus interfectis, ne ob filiorum orbitatem aliquid moliirentur contra ipſos. *Cuſpinianus in Leone III ex Zonara.*

*EVNVCHI HONORATI.

Olim apud Aſiaticos caſtrati in honore erant, vti etiam apud barbaras nationes, Turcas, (qui eos Chaldos vel Haldos appellant;) & ſimiles habentur. Siquidem olim Spadonibus, vti conſtat ex hiſtoriis paulo ante commemoratis; credebatur cuſtodia matronarum & virginum regiarum, eántque præfecti Cynecæi, vt colligitur *ex lib. Eſter. & Euſtath. in 3. odyſſea.* Cubiculorum quoque, & regiæ ſuppellectilis, vt *Iudith. 12. & Aſter. cap. 8.* Inſuper puerorum inſtitutio illis commiſſa, quomodo legimus Sicinum Eunuchum Themiſtoclis filiis datum præceptorem, & colligitur *ex p Plat. lib. 3. de leg.* Sed & à Regibus, copiarum & exercituum Duces dati Eunuchi, teſtis eſt *Ierem. cap. 38. & 52.* Moyſes *in Geneſ. cap. 39. & 40.* Et Cyrus in tanto pretio hoc genus hominum habuit, vt iiſdem ceu fidiſſimis, vitæ ſuæ & fortunarum commiſerit cuſtodiam, & tutamen. Et qui deſcribuntur in hæreſi fuiſſe Pharaoni à poculis, & panibus, ſpadones erant. Vti etiam ianitores Palatij, *cap vlt Eſter.*

Nec eſt quod de barbaris ac veteribus id ſolum adſeramus, etiam hodie apud Italos & Hiſpanos, Cynecæis virginum & matronarum huiuſmodi exſecti præficiuntur. Cum enim voluptati corporis operam dare neſciant, accuratè obſeruant, ne & alij voluptatibus vacent, pœnitudine vel liuore ſtimulante, quod facultas iiſdem vtendi ipſis ablata ſit, & velut talionem in immerentes machinati.

*CONTEMPTI, INVISI, ODIO HABITI.

Romanis nihilominus Imperatoribus, & Legibus, inuiſum vniuerſum hoc Exſectorum genus fuit, vt videre eſt apud *Valer: Maxim. lib 7. c. 7.* vbi Genutius quidam, qui ſibi ipſi genitalia amputauerat, tanquam obſcæna perſona, indignus habitus fuit, qui aliquid ex teſtamento caperet. Siquidem inquit, perinſame fuit huius monſtri, tertiive generis hominum, inquinata voce, ſub ſpecie petiit iuris tribunalia polllui.

Eodem modo acerba eſt inſectatio horum, *in quadam Epiſtola Baſilij ad Simplician.*

De iis Etiam *Claudianus.*

Adde quod Eunuchus nulla pietate mouetur,
Nec generi, natiſque cauet.

Lege Cæſareâ puniuntur capitali ſupplicio, perinde ac homicidæ, qui alios caſtrant. Quippe ex multis pauci incolumes euadunt, vſque adeò (vt ex verbis Imper. *Iuſtin. Conſtit. 142. tit. 42. L. 3. §. qui hominem, L. Cornelia, §. conſtitutum,*) vt quidam, ex his qui ſeruati fuerunt, depoſuerint, è nonaginta ægrè tres incolumes euaſiſſe. Sunt enim tales, inimici, & deſtructores naturæ.

Lampridius in Alexandro meminit veritos Eunuchos à Conſtantino gerere Præfecturas ac Magiſtratus, immò infimo eos loco habuiſſe prodiit *Athanaſ. epiſt. ad Solitarios*: qui præterea notat ab Eccleſiaſticis miniſteriis arceri.

Cauetur id quoque *in Côcilio Niceno c. 1. & in canonib. Apoſt. c. 21. & 22.* & queritur tanti fieri à Conſtantino, vt etiam iudicia Eccleſiaſtica exercerent homines, vt natura, ita animo ad generandum ſteriles, vtpote vllam de ſobole mentionem eſſe ægrè parientes, nempe de filio Dei, cùm eſſent Arriani: quæ eſt item Nazianzeni & Baſilij querimonia.

Conſtat præterea de vita S. Sabæ, rejectos à conſortio Monachorum Eunuchos. *Suidas, Verbo, Antiochus* prodit [illegible] doſij iunioris edicto cautum, ne foret Eunuchus P[illegible]

Habebatur quoque indignus maliti[illegible] [illegible]m non [illegible] bere [illegible] ducem, & Principem [illegible], Sophia Auguſta magno ſuo malo, & [illegible] maiore detrimento ad gynecæa relegauit. *Paulus Diaconus lib. 8.*

Segregant præterea leges à militia hoc hominum genus, *lib. 8. C. Theo. de tyronibus, & Vegetius lib 1. c. 7.* eoſque *Iuuenalis Satyra 6.* imbellas epitheto proprio cognominat.

*PROPRIETATES.

Ariſtoteles in hiſt. de Animalibus refert, omne animal caſtratione manſueſcere, homine excepto, qui ferocior euadit, quod tamen non per omnia conſiſtere, experientiâ demonſtratur.

Memorabile eſt, quod Dion de ſpecu Hierapolitano ſibi compertum ſcribit, in qua ſpirat aura animantibus noxia, ita vt ocyus intereant, exceptis iis quibus excíſa ſunt genitalia.

Eunuchi non caluéſcunt, nec euadunt podagrici, ſecundum Hippocratem, Galenum, & Ariſtotelem.

Sunt iidem libidini addictiſſimi, vnde & *Suidas verbo Spado.* dicit eos mulieres corrumpere manibus: ac maiori quam alios libidine titillari, multis probat *Baſil. & Auguſt.*

Qui quidem *Baſil. epiſt. 87.* naturali ratione quod dicimus demonſtrat, additque bina exempla *lib. de Virginitate.* Refert *S. Auguſt. lib 6. contra Iulian. c. 14.* Calligonum Eunuchum Valentiniani iunioris gladio punitum, ob vim meretrici illatam Lege quiddam aliud quod idem narrat *l. 2. de ciuit. c. 7. ex Terent. in Eunucho*, apud quem Pythia inquit de Eunuchis:

Ego iſtos audieram amatores vel maximos,
Sed nihil poteſſe.

Eſt etiam in ſcriptis Athanaſij *ep. ad Solitarios*, Leontium Epiſcopû Anthiochenum factionis Arrianæ, vt ſine ſuſpicione Euſtolio, ſeipſum exſecuiſſe, quod etiam prodit *Socr. l. 1. hiſt. c. 11.* Idipſû de Eunuchis in genere tradit *Arnob. l. 5. côtr. Gent.*

Sacra Scriptura perſpicua rabiem furoremque libidinis in Eunucho expreſſit, appellans Spadonem generaliore vocabulo complectente thlibias, & thlaſias, de quibus *Ægineta lib. 6. cap. 68. liber. Deuter. c. 23. Leuit. c. 22.*

*MATRIMONIA.

Matrimonia Eunuchorum quibus vnicus duntaxat teſticulus exſectus eſt, iure & de facto licita ſunt, cum illi ſint potentes ad generandum: Secus habet in illi, qui vtroque teſticulo carent; quia etiam ſemina ac generationem efficiendam careant, quod requiritur ad matrimonium, cuius proinde illos incapaces, declarauit Sixtus V. in motu proprio anni M. D. LXXXVI. prout etiam ante illam Pontificis declarationem, iure naturæ ſemper incapaces illius fuerunt, ſic vt meritò eorum matrimonia irrita pronunciauerit Pontifex. Si quando autem in Scriptura legantur Eunuchi iniuiſſe matrimonia; vel intelligendum eſt de Eunuchis vnico teſticulo priuatis: vel nomen Eunuchi transfertur ad ſignificandum miniſtrum Regis vel principis Quemadmodum *ex Caietano, Abulenſi;* & aliis, *Pererius in. hæreſim* probat, & Pereriû ſecutus, *Sanch. lib. 7. de imped matrim. diſp. 92. n. 17.*

---

*Exactio.

☞ *Vide Vectigal. Tributum*

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Exactio Græcè εἰσπράττω quod inter alia, etiam dabitum peto ſignificat. Martialis.

Exiges à nobis operam ſine fine petitam.

Nomen exactæ pecuniæ vult Vlpianus, non mòdo ad ſolutionem eſſe referendum, ſed etiam ad delegationem, hoc eſt, cum debitam nobis pecuniam alteri aſſignamus. Communiter exactionis nomine intelligimus iniquam & extortam alicuius oneris in Republica ab inferioribus poſtulationem, A qua ſi abſit iniquitas aut grauamen, potius præſtationis, aut ſubſidij nomen meretur.

EXEMPLA ET APOPHTHEGM.

Callicratidas cùm ad pecunias petendas ad Cyrum iuniorem mitteretur ad belli vſum: bis regis aulam acceſſit, & compotationibus eum indulgentem audiuit. Tertiò verò eum audiſſet, & iterum bibere eum, nec ſe ad colloquium admitti intellexiſſet. dixiſſe fertur: Ita curam habendam pecuniarum, vt ne quid tamen committeretur Sparta indignum Quo

dicto

A dicto docu t ita ab homi ... nda ... pecuniam, debitam, ne quid noſtræ dignitati & exiſtimationi decedant. *... Laë.*

Dionyſius *Sen.* exegerat pecunias à Syracuſanis, deinde quum videret illos lugentes, ... & rogantes ... habere quod darent, indixit alteram exactionem, ... ac tertio fecit. At poſtquam, vbi maiorem ſummam impe... ſet, audiret illos in foro ambulantes ridere, & ſcommata in regem iacere, iuſſit præfectos ab exigendo quieſcere. Iam enim inquit, nihil habent, quandoquidem nos contemnunt. *Plut. in apophi.*

Tiberius cum deprehendiſſet Æmilium Rectum, quem Ægypto præfecerat, nimium à populo exegiſſe, ſuper ea re iratus reſcripſit: ſe tonderi velle ſuas oues, non deglubi. Solent autem principes deglubere oues, cum grauiores exactiones ſubditis imponunt, quàm vllo pacto ferre poſſint. *Dion. Nicæ. in Tyberio.*

Antonius Caracalla à Iulia matre grauiter obiurgatus,
B quod ingentem illam pecuniam, quam per fas & nefas à ſubditis vi exegerat, profunderet: gladium euaginatum oſtendens Bono (inquit) animo eſto mater: Nobis, quamdiu hunc habebimus, nulla vnquam deerit pecunia. *Dion. Nicæus, & Xiphil. in eius vita.*

EXACTIONES NIMIÆ, QVAM NOXIÆ REIPVB.

Exactiones & expilationes nimias, ciuilium bellorum diſſenſionumq. fomitem frequenter ſubminiſtraſſe, veteribus & recentibus hiſtoriis compertum. Vnde à veritate alienam arbitrentur Galbæ Cæſaris cenſuram, qui dicere ſolebat, nullos hominum minus eſſe metuendos, quam qui de ſolo victu cogitarent. Verius ſanè Lycurgus, qui pauperem & ſine Laribus, magis in Repub. timendum aſſeruit, quam diuitem & inſolentem, quam vt bene *Silius.* Poëta.

Eſt deforme malum, & ſceleri procliuis egeſtas.

Romæ crebras ſeditiones excitatas propter improbitatem exactionum ſub Galba, Vitellio, Appio, Claudio, & aliis ex hiſtoriis notum eſt.

Imperante Auguſto, Gallia penè defecerat à Romanis
C quod Licinius quidam Iulij Cæſaris Libertus, Prouinciæ procurator, exactione populum opprimeret. Imò Nerone primum deinde Galieno imperante, iugum Rom. Pop. excuſſerunt Galli, non alia de cauſa.

Factiones Malleatiorum (Maillotinos vulgò vocabant) eorumque qui verſicolores cucullos geſtabant, & ſimilia populi irritamenta, non aliam radicem habuerunt, quam exactionum.

Vnde etiam in Belgio ciuilium diſſenſionum flamma ſumpſerit incrementum, habes *in Titulo de Tributis*, vbi multa huic loco propria.

*Examen. Inueſtigatio.

QVIBVS COMPETAT, ACTIVE ET PASSIVE.

Apud Gymnoſophiſtas, paratis inſtructiſque menſis, antequam cibus apponatur, adoleſcentes ſinguli ad menſam vocantur, à quibus exigitur, quid eo die generi humano lucri fecerint, quid laborauerint, quidue ſapienter dictum ſactumue illa luce: fuerit Q ... otioſi inueniuntur, ab omni cibo
D & potu excluduntur, foràſq; extruduntur. *Alex. lib. 5. c. 12.*

Pythagoras Samius diſcipulis ſuis noctu cubitum ituris hunc verſiculum prop... ndum propoſuit, *μὴ ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι* (...); vt cùm ipſe præſens illis ſemper adeſſe non poſſet, haberent tamen præceptoris diligentiæ exactorem veluti hunc verſiculum. *Laertius lib. 8.* Quem poſtea Virgilius viro bono ſic expreſſit.

Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum,
Omnia quàm longa reputauerit acta diei,
Quid prætermiſſum? quid geſtum tempore? quid non?

Κριτικὰ τάξεις, pertractiones librum inſcripſit, à confirmando dictum, Democritus Abderites: quo cenſuram agit de omnibus libris à ſe ſcriptis *Suidas.*

Pictores opera ſua interpoſito ſpatio, prius quàm extremam manum imponant, inſpiciunt: quòd dum aliud agunt viſum iterum frequente iudicio nouum faciant: quo acrius exiguum exploratur diſcrimen, quod fallit aſſiduitas & aſſuetudo. *Plin. de Non. iraſcendo.*

D. Auguſtinus *libros Confeſſ.* ſcripſit, quibus totius ſuæ

vitæ actiones poſſeſſioneſque examinauit, & ... veluti præ- E
ſcribit, quam ... omnes in D ... ... que in ſeria inueſtiganda ad creatoris laudem ſuam qu... ... onem ... debeant.

☞ *Conſule Titulum, Conſcientiæ examen.*

Exauctoratio.

☞ *Vide Locum proprium* DE DEGRADATIONE.

*Exceptio.

QVID SIT, ET QVOTVPLEX.

EXceptio Iuriſconſultis dicitur, quæ opponitur ad excludendam actionem intentatam ab Actore. Eſtque duplex: Dilatoria, vt ſi opponas iudicem non eſſe competentem, teſtes infames, actorem excommunicatum, vel quid ſimile.

Alia eſt peremptoria, vt ſi quis opponat ſe mandato Principis feciſſe: Item ſoluiſſe id quod exigitur, & ita accipitur, *lib. 44. Digeſtor.* F

*Excommunicatio.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EXcommunicatio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua quiſpiam ſeparatur à communione fidelium. Quam definitionem ipſum vocabulum velut importat. Dicitur enim excommunicatus, quaſi extra communionem factus: Habetque fundamentum in verbis Chriſti, *Matth. c. 18.* Si Eccleſiam non audiuerit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus, id eſt ab Eccleſia ſegregatus, qui etiam loquendi modus SS. Patribus eſt familiaris. Punitur enim iure vt loquitur Suarez; morali, ad vtendum Eccleſiaſtica communicatione, & participatione.

Panormitanus definit Excommunicationem, quæ priuat quandoque communicatione Sacramentum, & conſortio hominum.

DIVISIO.

Quædam eſt excommunicatio à Iure, quædam ab homine: quædam fertur per ſententiam generalem, quædam per particularem, quædam aliquando valida, quædam nulla. Sed de G
his in *Titulo de Cenſura.*

Huic loco propria & communis omnium diuiſio eſt, qua dicimus Excommunicationem maiorem & minorem. Maior dicitur, quæ ſeparat à conſortio fidelium. Minor, quæ à perceptione Sacramentorum. Intellige de maiori, quod ab omni fidelium communione priuet, tam Eccleſiaſtica, ſiue ſacra, qualis etiam eſt vſus Sacramentorum; quam ciuili & humana.

APPELLATIO.

Vſus obtinuit, vt cenſura Excommunicationis appelletur nomine Anathematis, quæ eſt vox Hebræorum, & ab eis fuit deriuata, vt obſeruat *D. Hieronym. Chryſoſtom. autem ſerm. de Anathem. Tom. 5. & Iuſtinus Martyr. q. 121.* dicitur Anathema eſſe id, quod reconditum & ſecretum eſt Deo: nec iam ad communem vſum ſumatur, aut vitij culpæque cauſa à Deo abalienatum eſt. Prior ſignificatio communis eſt apud LXX. qui votum illud quod cherem dicebatur *Leuit. 27. verſ. 28.* per quod res quæpiam planè & plenè Deo conſecrabatur, exponunt per Anathema. Vnde cherem & Anathema dicebatur, H
quod Deo in perpetuum conſecrabatur, vel in ipſius honorem totum cedebat. De quo videat Lector eruditum commentarium *Cornely à Lapide in c. 9 Epiſt. ad Rom.*

Poſterior ſignificatio etiam Scripturę vſitata. Nam vbi vulgata editio habet *Num. 21.* Delebo vrbes eius; vertunt LXX. anathemixabo ciuitates illius. Vnde pro re execrabili & abominabili ea vocis vſurpatio permanſit. Sic vt anathemizari dicatur ex vſu Eccleſię, qui ab ea ſeparatur. Vtitur autem eâ voce Concil. Tridentinum in definitionibus fidei dicendo; Si quis hoc vel illud negauerit, anathema ſit.

EFFECTVS.

Excommunicationis effectus varij & quidem XII. notantur à Doctoribus, conſiſtunt autem omnes in remotione à communione bonorum quorundam Eccleſiaſticorum, quæ eſt proximus effectus huius cenſuræ. Ac primum quidem Excommunicatus priuatur orationibus & ſuffragiis Eccleſię idque ex intentione ipſius eccleſiæ, ſic vt publicè non liceat pro eo orare, vel Eccleſiæ ſuffragia illi applicare.

Remouetur etiam Excommunicatus à conſortio hominum

A ita vt nullus tutè cum eo communicet, præterquam in caſibus iure expreſſis.

Priuatur vſu Sacramentorum, eorum fructu. Item participatione aut communicatione in aliis diuinis, & Eccleſiaſticis officiis, concione excepta.

Si Clericus excommunicatus publicum exercitium faciat ſui ordinis, fit irregularis, non verò ſi laicorum more quid faciat.

Corpus eius qui in excommunicatione mortuus eſt, priuatur ſepultura Eccleſiaſtica, niſi prius abſoluatur. Imò ſepultus debet exhumari.

Iuriſdictio etiam ſpiritualis excommunicato interdicitur: vti reliquis omnibus quæ iis ciuilis conſueſcio communicatio.

Beneficiis quoque Eccleſiaſticis ſi contumax fuerit priuatur excommunicatus: eſtque inhabilis ad beneficia de nouo obtinenda. Sic vt collatio, præſentatio, aut nominatio facta excommunicato, ſit nulla.

Cætera videantur apud Summiſtas, ac nominatim *P. Suares*
B *lib. de Cenſuris.*

MATERIA ET FORMA.

Excommunicatio ſupponit peccatum mortale antequam contrahatur. Ita quod ſolum ob peccatum mortale, poſſet fieri lex præcipiens excommunicationem ab homine ferendam. Vnde lata pro veniali, eſt ipſo iure nulla. Et quamuis non quodlibet peccatum mortale ſit ſufficiens materia, vt ſub excommunicatione prohibeatur; tamen pro quolibet lata, eſt valida.

Proxima excommunicationis cauſa, eſt contumacia contra obedientiam Eccleſiaſtici præcepti.

Quoad formam Excommunicationis, aliquid conſiderari poteſt, vt eam antecedens, nempe monitio: aliquid vt conſequens, videlicet denuntiatio iam incurſæ: denique ritus ipſe ferendi excommunicationem. Quando enim à iure fertur, tantum illa forma in ea ferenda requiritur, quæ in cõſtituenda lege, quæ ſufficienter declaret pœnam, per eam imponi ipſo facto incurrendam.

C Quando verò ab homine fertur excommunicatio, illud ſolum eſt ſubſtantiale ex parte formæ, quod proferatur illis verbis, quæ ſatis ſignificent talem cenſuram verè & actualiter imponi.

SVBIECTVM.

Subiectum Excommunicationis eſt homo viator, viuens in hac vita mortali, adultus, baptizatus, & habens in terris ſuperiorem: & qui peccare poteſt.

In communitatem autem, ſiue ea accipiatur pro corpore politico; ſiue vt pro ſingulis perſonis vſurpatur, excommunicatio ferri non poteſt. Ita ſtatuitur *in cap. Romana, §. in Vniuerſitatem, de ſent. Excomm in 6.* Vti neque in infantem Ethnicũ, animalia rationis ac culpæ incapacia, & mortuos.

IMPERATORES. REGES. HÆRESIARCHÆ.

EXCOMMVNICATI.

Cùm Excommunicatio ſit medicina vtilis bonis, & malis ob eorum culpam acerba, expedit aliquando etiam iactari in ſupremas poteſtates, quæ nullis legibus ac poteſtatibus compeſci poſſunt.

Vnde rectè Arcadium Imperatorem, eiuſque coniugem
D Eudoxiam Innocentius primus anathemate damnauerat, damnationis ſententia grauiſſimis hiſce tremendiſque verbis in eos pronuntiata: Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apoſtoli creditus eſt, ſegrego & eiicio te & Eudoxiam à perceptione immaculatorum myſteriorum Chriſti Dei. Quo excommunicationis gladio vulneratus Imperator non inſolenter ſe geſſit, nec in ferientem accenſus eſt, ſed humiliter ſubmiſit, Pontificiſque correptionem admiſit, ad eúmque datis litteris, facti ratione cum aliqua ſatisfactione reddita, veniam poſtulauit, tantáque modeſtia, obedientia, ac pœnitentiæ ſignificatione à vinculis abſolui petiit, vt dignus habitus ſit, qui Eccleſiæ fideliumque ſocietati redderetur: etiamſi paucos poſt menſes Imperatrix vita functa ſit, & Arcadius non diu ſuperfuerit. *Gennead. Nicephor. & Glycas apud Baron tom. 5. an. 407.*

Petrvs Aragonum Rex, qui in Siciliam accitus Gallos ex eo regno deiecerat, à duobus ſummis Pontificibus, Martino Quarto: & Honorio Quarto, piorum communione priuatus eſt, quòd ius & dominium regni ad Eccleſiam pertineret, & illud contra Pontificum, qui tunc Eccleſiæ præerant, voluntatem in ſuam poteſtatem [illegible]. Qui cùm in extremũ E vitę diſcrimen incurriſſet, adeſſentque Antiſtites non pauci multique Religioſi, atque Primarij regni, coram omnibus [illegible] xit, illud quidem nunquam [illegible] propoſitum fuiſſe, vt Eccleſiæ [illegible] vllam aut iniuriam exhiberet, vel quidquam faceret, quod mereretur tam grauem & ſeueram ſententiam in ſe à Apoſtolica ſede prolatam; tamen ſe, quòd tanquam fidelis ac Catholicus Princeps noſſet anathematis ſententiam iuſtè iniuſtéve latam timendam eſſe, propterea mandaſſe, vt in ſuo regno inuiolatum ſeruaretur Apoſtolicæ ſedis interdictum. Deinde ſummo cum religione & pietatis affectu rogauit Tarraconenſem Archiepiſcopum, vt ab excommunicationis vinculo abſolueret, paratum atque expeditum vel ad fidem regiam obligandum ſanctéque iurandum ſe in eo manſurum, quod iuris æquitate ſeruata ſuper ea te ſedes Apoſtolica ſtatuiſſet, vel ad conueniendum ſummum Pontificem facti ſui vt rationem reddat, innocentiamq; teſtetur. In quo non minus ſe matris Eccleſiæ filium obſequentem ac humilem præbuit, quàm in multis prælus, quæ geſſit, animoſum inuictúmq; Principem declarauerit. *Hier Surit. lib. 4. Annal. ſuorum c. 71. Apud Ribadeneir. lib. 1 de Principe c. 31.* F

Philippvs Frãciæ Rex repudiata Bertha vxore, Fulconi Andegauẽſium Comiti ereptam coniugem, nomine Bertrandam, quam miſerè deperibat, in matrimonium duxit. Huic Pontifex iuſſit, vt reiecta ſceleris ſocietate cõ uncta pellice, vxorem reuocet, cum eáque legitimam vitam agat; cum, Regem veſano amore furentem, itaque immorigerum, multis remediis blandis pariter & aſperis fruſtra adhibitis, ad ſaniorẽ mentem reuocare, atque è regno tantam offenſionem tollere non poſſet; tandem Vrbanus II. Pontifex Maximus, diris deuotũ excommunicationis pœna feriit, Gallóſque præcepit, ne Regi obediant; Rex inſanit, magna verborum inſolentia diſceſſionem à Pontifice minatur; ſed nihil proficit. Fingit ſe velle Pontificis leniendi & veniæ poſcendæ cauſa Romam concedere: ſed vana fuit atq; inanis eiuſmodi ſimulatio, nã Pontifex fortis & conſtans perſtitit in ſententia. Tandem Rex victus ſubmiſit ſe Eccleſiæ, eiúſq; cẽſuris eſt obſecutus: cùm videret eas æquiſſimas eſſe, & tales haberi non ſolum ab Epiſcopis & Eccleſiarum Præfectis ſed etiam ab omnibus Ordinibus regni, qui propterea aũrea cum reuerentia iis obtemperabant. Ex quo ſatis intelligitur, quãtum vigorem habuit hic G Eccleſiaſticus mucro quãtúmque apud veros Eccleſiæ filios habere debeat. *Papirius Maſſonius lib. 3. Annal. Gall.*

Ioannes Rex Angliæ, cùm in ſacra profanáq; deſæuiret, nullius ordinis aut ætatis ratione habita, Innocentij Tertij auctoritate ſacris interdictus, ac deinde regni ſui adminiſtratione priuatus eſt. Qua re perterrefactus Rex, ne à ſuis Epiſcopis & Principibus & Popularibus deſtitueretur, vel inuitus ad ſaniorem mentem reuerſus, iureiurando promiſit ſe Pontificis arbitrio pariturũ: poſteróſque Reges ad id obligauit, vt ſe deinceps Romani Pont. perpetuò beneficiarios & tributarios agnoſcerẽt. *Ex Regiſt. ep. Innoc. 3. Ioã. Azor. ad. to. 2. l. 4. c. 34.*

Athanasivm Neapolitanum Epiſcopum ſæpiſſimè admonitionibus, & multis argenti põderibus datis, vt pactum cum Saracenis habitum diſrumperet, admonuimus. Ille autem id pactum ſe omnimodo ſoluturum, & ab eorum ſocietate ſeparaturum eſſe promittens ſub ea conditione, vt ſi denuò cum illis quolibet modo fœdus habuiſſet, omni eſſet ſacerdotali H genere priuatus & anathematizatus. Sed hæc omnia parui pendẽrem, & ad perditionem Chriſtianorum cum eis pactum habentem, & nos ſæpiſſimè deludentem, & de præda eorum partem recipientem, iudicio & auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſimul & noſtra, cum omnibus ſequacibus ſuis, & omni Eccleſiaſtica communione priuamus, & quouſque ſe ab ipſis Saracenis penitus ſeparauerit, velut totius Chriſtianitatis inimicum anathematizamus, &c. *E. 5. epiſt. 270. Ioan. Papa VIII. Baron. to. 10. An. 881. 4.*

Dum Eccleſiæ D. Athanaſio Epiſcopo Alexandrino ſubiectæ à Præfectis earum prouinciarum nonnihil vexatæ ſunt; & inter alias Eccleſia Lybyæ à quodam Præfecto Cappadoce, homine moribus deprauato, licet fide Catholico, labefactata eſt: quem in deteriora prolabentem, nec mores emendare curantem ſanctus Athanaſius ſententia excommunicationis perculit, ſcripſitque ex more publicas literas, quibus ſignificaretur, ne qui excommunicatus ab ipſo eſſet, ab alio vſquam Epiſcopo reciperetur. Peruenerunt eædem literæ in

A in Cappadociam; quo idem reuerſurus [illegible] ùm inpri[illegible] mus Baſilius vniuerſæ illius prouinciæ metropolitanus Epiſcopus accepiſſet, in nefarium hominem æquè ac Athanaſius ipſe commotus, eundem fidelium conſortio penitus declarauit extorrem. *Ex Epiſt. diui Baſil. [illegible] Baron. tom. [illegible]*

Anno Domini centeſimo nonageſimo octauo Victor [illegible] qui tum Romanæ Eccleſiæ præerat totius Aſiæ Eccleſias cum alijs finitimis, tanquam alterius fidei & opinionis, ſimul omnes à communi vnitate Eccleſiæ amputare conatur, & in eos per literas grauiter inuehitur: atque adeò omnes fratres, eam incolentes regionem, prorſus a communione ſecludendo edicit, *Euſeb. lib. 5. cap. 24. & 25. Baro. tom. 1. 198.*

Certe Gregorivm VII. PP. Opt. Max. nullus aut fauor, aut metus, à iuſta huius mucronis iaculatione dimouit. Cum cœperat in animo Henricum IV. Imperat. hoc anathematis gladio coërcere obſtant. Magnates, & Regem non ita facile anathematizandum clamant. Quibus Pontifex, Dum Petro Eccleſiam ſuam Dominus committeret, dicens. Paſce oues meas, excepitne reges? Non excepit ſane. B Generalis enim tradita poteſtas, Quodcumque ligaueris & ſolueris ſuper terram, &c. *Platina in vita.*

Anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo, decimo ſeptimo Calendas Iulij, allata fuit in Germaniam Leonis X. bulla, qua fuerant Romæ Martini Lutheri errores libr. quæ damnati, ac ipſe, niſi ſtatis illic diebus reſipiſceret, erroréſque reuocaret, excommunicatus, ac ſatanæ Apoſtolorum poteſtate, vt ſpiritus ſaluus eſſet in die Domini traditus, quum de erroribus per litteras admonitus, & per citationem toto, anno fide publica oblata, ſumptibúſque itineris, contumax nollet reſipiſcere. Satanæ igitur traditus, cœpit de errore in errorem prouolui, atque vt D. Paulus ait, in deterius proficiens errore errorem cumulare. Etſi verò aliquando reſipiſcentiam ſimularet errorum, ſi qui deprehenderentur, palinodiam pollicens, ac Apoſtolicæ ſedis iudicio ſe ſuáque ſubmittere, nouis tamen hæreſibus alias affingere in dies non deſiſtebat. *Gabr. Prateol. in Elencho hereſum, lib. 10. ann. Dom. 1520.*

Sed quoniam ſuprà luculentis teſtimoniis docuimus, Ro- C mani Pontificis in maximos Principes, ſi ſui obliuiſcantur, poteſtatem, cumulum eorum adiiciemus in eis, qui in Gallia, excommunicationis mucronem in ſe vibratum ſenſerunt. Quippe Agapethum legimus communione fidelium ſubmouiſſe Regem Clotarium, quod Yuetoti Dominum ipſo die S. Paraſceues ſibi ſupplicem factum, manu propria confodiſſet.

Bonifacius VIII. Philippum Pulchrum anathemate ferit, quod Epiſcopum Apamienſem Sedis Apoſtolicæ Legatum, in carceres coniecisſet.

Nicolaus I. Lotharium; Paſchalis Ludouicum Craſſum eodem fulmine percuſſerunt, quod Franciæ electum durius tractarent.

Quin & ab Epiſcopis quoque Reges & imperatores pleri-que excommunicati leguntur.

Sic Geribertus Rex à Germann Pariſienſi Epiſcopo: Ludouicus Craſſus à Stephano eiuſdem loci Antiſtite, anathemate percuſſus fuit.

Olim Theodosivs Orientis atque Occidentis Imperator, D ob cædem quam Theſſalonicæ crudeliter patrauerat, huic etiam ſententiæ ſubiectus fuit. De quo illud commemoratur, quod cùm pœnitentia ductus, admiſſum ſcelus lachrymis vberrim detergeret, venit ad eum Ruffinus, tanti doloris cauſam ſciſcitatus. Cui Imperator, Tu, inquit, Ruffine ludis, & mea mala non ſentis? ego gemo calamitatem meam, quia ſeruis & mendicantibus patent templa Dei, & Dominum ſuum exorantes ingrediuntur: mihi vero ad eum ingreſſus non patet, inſuper & cœli mihi clauſi. An non hic etiam, vt plerique Principes, ſe vi & armis anathematizanti Epiſcopo opponere potuit? potuit certè. At diuinæ poteſtati, quam Eccleſiæ ſuæ in hæreditatem reliquit, obſiſtere nec debuit, nec voluit. *Socrat. Trip. hiſt. lib. 8. cap. 10.*

S. Avgvstinvs Hipponenſium dumtaxat Epiſcopus, Bonifacium totius Aſiæ protegem tamdiu ſacris interdixit, quamdiu reum quem per vim ex ſacro aſylo retraxerat, apud ſe detinuit.

Recentiora ſunt, quomodo Henricum VIII. Angliæ Regem ob inceſtuoſas nuptias cum Anna Bolæna, atque Eccleſiæ primatum ſibi arrogantem, poſt ſerias nihilque proficien[illegible]te monitiones anathematizauerit Clemens VII. & Henricũ E Borbonium Nauarræ Regem, quem Clemens VIII. nuper abſolu[illegible], vt infra dicetur, tanquam hæret[illegible], & [illegible] coronæ Galliæ in[illegible] ſpem, hoc vinculo innodatum, Roman. Pontif. [illegible]. Vti & Pius V. Elizabetham Angliæ reginam.

Pavlvs V. [illegible] non ita pridem, anno [illegible] M.DC.V. [illegible] Domini die, Venetorum Senatum [illegible] [illegible] quod [illegible] ſacrorum Canonum decreta [illegible] & Eccleſiæ immunitates ac iura, pro [illegible] volu[illegible]. *De qua re conſule hiſtoriam illius tempor[illegible]*

EXCOMMVNICATIONE RES INANIMÆ IMMVTATÆ.

ARBORES.

Elsinvs Regis Eduardi quondam miniſter, ad conſecrandam vel benedicendam Eccleſiam, Epiſcopum precibus importunis diu multumque aduocauit. Erat autem in cœmeterio arbor nucea, patulis frondibus vmbroſa, quæ luxuriante ramorum amplitudine, luminibus officiebat Eccleſiæ. Solebat autem vir ille aleis & epulis ſub illa arbore vacare: & cùm iuſſiſſet eam Epiſcopus abſcindi, maluit Eccleſiam non dedicari F quàm arborem inde penitùs deponi. Vir ergò ſanctus maledictionis iaculũ in arborem offenſus intorſit, & illa quaſi vulnerata, paulatim ſterileſcens, radicitus exaruit, & fructu caruit. Exacerbatus indè Dominus, eam abſcindi iuſſit, & dixit: Nihil VVolſtani maledictione amarius, nihil eius benedictione dulcius poterit inueniri. *In vita S. VVolſtani apud Surium.*

Huic haud abſimile eſt quòd fertur Valliſoleti accidiſſe; memoratu digniſſimum videtur. Latro quidam (vt narrant) vas argenteum furto ſublatum abdiderat in excauato trunco proceræ & annoſæ populi prope B. Magdalenam ſitæ, Interea cùm ore Sacerdotis in eum qui vas ſurripuerat, aut retinebat, excommunicationis ſententia quaſi fulmen emitteretur, repentè areſcere cœpit arbor; ſed vaſe fortè poſtea reperto, & ei cuius erat, reſtituto, natiua viriditas ac pulchritudo arbori reddita eſt, omnibus tanti miraculi ſtupore defixis. *Ex hiſtoria Pontificali per Illeſcam, part. 3. cap. 14. Lud. Granat.* G *2. p. Catech. cap. 17. §. 7.*

PANIS.

Ferdinandus à Caſtello, vir religioſus, *in prima parte hiſtoria ſua* ſcriptum reliquit, S. Gundiſaluum Amarantium, ex Dominica familia monachum, vt rudi populo, ad quem conciones habebat, declararet, quanta ſit vis excommunicationis, & quid damni in anima pariat, caniſtrum candidum ac primarium pane plenum, quem mulier geſtabat, excommunicaſſe, ſubitoque mirum dictu, panem niueum in aterrimum conuerſum: deinde cùm eundem aqua luſtrali adſperſum benedixiſſet, reſciſſo maledicto, nigrore poſito priſtinum candorem recepiſſe. *Petr. Ribadeneira lib. 1. de Princ. Chriſtiano c. 34. ex Ferdinando à Caſtello 1. p. hiſt. lib. 1. c. 61.*

EXEMPLA VARIORVM EFFECTVVM QVORVM SVPRA MEMINIMVS,

SACRA.

Phariſæi cæcũ à natiuitate, quẽ Chriſtus Ieroſolymis curauerat, è Synagoga eiecerunt, eo quod Chriſtũ peccatorẽ negaret. Erat enim illis Synagoga, quod nobis Eccleſia, *Ioan. cap. 9.* H

Chriſtus materiam velut excommunicationis inſinuat, dum ait: Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. *Matth. c. 18.*

S. Pavlvs inceſtuoſum, qui vxorem patris ſui, nouercam ſuã matrimonio ſibi iũxerat, iubet excõmunicari, in Eccleſia Corinthiorũ. Mandãns tradere eũ Satanæ, interitũ carnis. Quippe excõmunicati electi extra Societatem Chriſti & Eccleſiæ, eiuſq; bonis priuati, ſcil. orationibus, ſuffragiis, ſacramentis tyrannidi & incurſibus dæmonis ita exponuntur, vt in eos magis graſſetur. Ita *Aug. l. 2. cont. Epiſt. Parmen. c. 1.* & carnalis voluptas in eo intereat. *1. Cor. c. 5.* Vnde colligitur, excommunicatos olim traditos fuiſſe dæmonibus, corporaliter etiã diuexandos & poſſidendos. Iuxta Theodoretum in *illum Pauli locum.*

HISTORICA.

Exempla plura reperiuntur timendorum effectuum Excommunicationis, Præſertim quomodo corporaliter à dæmone vexari ſolebãt, qui ab Eccleſiæ Prælatis excommunicabantur. In vita S. Ambroſij memorat Paulinus, quod cum is Quendam Satanæ tradidiſſet, dæmon eodem momento illum abripiens, diſcerpere cœpit. Eaque de cauſa, Chriſtus diſcipulis dedit poteſtatem ſpirituum immundorum. *Matth. c. 10.*

A Quidam Comes Anglus illicitum con[illegible]xerat matrimonium: quod cum Epiſcopus ſeruus D[illegible] C[illegible]do prohibere & corrigere non poſſet, excommunicauit eum, [illegible]que omnibus qui ſe audire vellent præcepit, ne domum eius intrarent, neque de cibis illius acciperent. Contempſit hoc Rex præceptum, & rogatus à Comite intrauit epulaturus domum eius. Qui [illegible] obuiaſſet, obuiauit ei Antiſtes. At Rex intuens eum, mox tremefactus deſiluit de equo, ceciditque ante pedes eius, veniam reatus ſui poſtulans. Nam & Epiſcopus pariter deſiluit, ſederat enim & ipſe in equo. Iratus autem tetigit Regem jacentem virga, quam tenebat manu & Pontificali auctoritate proteſtās, Dico tibi, inquit, quia noluiſti te cōtinere à domo perditi & damnati illius, tu in ipſa domo mori habes. Sed credendum eſt, quia talis mors veri religioſi non ſolum talem culpam diluerit; ſed etiam meritum eius auxerit; quia nimirum ob cauſam pietatis propter obſeruantiam mandatorum Chriſti contigit. *Beda lib. 3. Hiſt. Angl. cap. 22. Apud Bar. tom. 8 ann. 655.*

Huic conſentaneum eſt, quod Petrus Damiani Archiepiſcopus Rauennas & Cardinalis ſcribit in epiſtola ad Deſiderium Abbatem Caſſinenſem: B Deus omnipotens (inquit) terribile exhibet etiam in hac vita iudicium, nec tamen miſeri homines deſinunt iterare plectendum: Nam Robertus Gallorum Rex, auus iſtius Philippi, qui in paterni iuris ſceptra ſucceſſit, propinquā ſibi copulauit vxorem, ex qua ſuſcepit filium, anſerinum per omnia collum & caput habentem. Quos etiam, virum & vxorem omnes ferè Galliarum Epiſcopi communi ſimul excommunicauere ſententia. Cuius ſacerdotalis edicti tantus omnem vbique populum terror inuaſit, vt ab eius ſocietate vniuerſi recederent, nec præter duos ſeruulos ad neceſſarij victus obſequium illi remanerent, qui tamen & ipſi omnia vaſa, in quibus Rex edebat & bibebat, percepto cibo abominabilia iudicantes, pabula ignis exhibebant. His autem Rex coarctatus anguſtiis ad ſanum conſilium rediens, diuortium fecit; initque legale connubium. Eadem de monſtro genito habentur in hiſtoriæ Aquitanicæ fragmentis, ex Pithœi collectione editis, vbi hæc verba: Dum enim de C eodem Rege eadem mulier concepiſſet, credens ſe parituram filium, peperit monſtrum. Quæ res Regem perterruit, & librum repudij eidem mulieri dare compulit. Quo facto, abſolui eum toto ſuo meruit regno. *Petr. Damiani Cardinal. in Epiſt. ad Deſiderium Abbat. apud Baron. 998. 3. tom. 10.*

Idem Damianus Epiſt. ad Hildebrandum Papam, aliud etiam narrat. Venerabilis vir, Pius videlicet, Apſarenſis Epiſcopus, qui Epiſcopatum dimiſerat, dum mihi totius circa ſe regni teuerentiam conqueſtus exponeret, ac moleſtæ inquietudinis tædia nunciaret, inter cætera, vnum intulit, quod vos latere non patiar. Quidam, inquit, degener quidem moribus, ſed majorum titulis inſignitus, ſua conſanguineam nuptiali ſibi fœdere copulauit: Quid plura? Prohibitus perſtitit, excommunicatus adhæſit; totumque Eccleſiaſticæ cenſuræ vigorem, nugarum puerilium fabulas deputauit. Cui hoc certè ad diuinæ indignationis indicium contigit, vt panes de nuptialibus menſis in plateas ante canum ora proiecti minime tangerentur. Inſuper, ô diuinæ animaduerſionis pauenda ſe- D ueritas! dum rigidus ſtat, dum præceptis ſacerdotalibus ſe non humiliat; qui vigilare ſibi ad ſalutem noluit, in cubiculo dormientem, repentè de cœleſtibus irruens fulgur extinxit. Huic ſimile narratur infra hoc titulo, de Othone Brandeburgico.

In hiſtoria Eccleſiaſtica Philonis philoſophi reperitur, quodam perſecutionum Priſcorum tempore ſeniori Eccleſiaſtico ab Antiſtite ſacris interdictum fuiſſe. Quum autem Senior ille quandam ob cauſam neceſſariam aliquò profectus eſſet, accidit vt ab Ethnicis comprehenſus teſtimonio ſuo veritatem obſignaret. Hinc templum eo loco conditur, & renoualia peraguntur, cumque Antiſtes hæc verba pronunciaret. Pax vniuerſis: Sandapila templo exceſſit, idque non ſemel, ſed bis terue factum. Huic per quietem Antiſtiti ſenior oblatus: Abito, inquit & Epiſcopo meo ſis autor, vt huc veniat, méque vinculis exſoluat. Nam officio me ſacro excluſit, idcóque ſacris intereſſe vobiſcum nequeo. Teſtimonij quidem coronam conſequutus ſum, ſed Dei faciem necdum conſpexi. Quod ſi me ipſe præfectus non exſoluerit, alius exſoluere non poterit. Quum igitur his obtemperatum eſſet, Sandapila templo excedere deſiit. Atque hanc ob cauſam D[illegible]o cuncti glori[illegible] tribuebant, qui [illegible]uſmodi po[illegible] ſtatem conceſſiſſet. Ioannes quidem [illegible] hæc verbis huiuſmodi diſſerit: Nos [illegible]ndum legem atque [illegible] ſcriptum Eccleſiaſticum vincula quibuſdam iniicimus. [illegible] ſi quis [illegible], is [illegible] mortis atque iudicij temporis appetiturum, quod ipſum doceat, Dei ſermonem, & eius Eccleſiæ leges minimè falſas ac mendaciter excogitatas eſſe. *Michael Glycas P. 4 Annal. Bredembach. Collat. ſacr. libro quinto, cap. 32.*

Nuperrime poſt Concilium Bituricenſe quidam de excommunicatis Eques in noſtra diœceſi interfectus eſt, quem ego rogantibus amicis, & propinquis eius, nullatenus ſoluere volui, vt cæteri metum haberent: grauem enim culpam prædantis habuerat. Itaque ſine ſacerdotis obſequio à militibus apud quandam Eccleſiam S. Petri, non me iubente, ſepultus eſt. Manè autem facto, corpus eius longè extra cœmeterium proiectum, & nudum ſuper faciem eius terræ inuentum eſt: tumulus autem, vbi ſepulturam habuerat, intactus, & ita, vt dimiſſus fuerat, repertus eſt. F Quem iterum milites aperuere, & nihil in eo amplius niſi veſtes? quibus inuolutum corpus fuerat, inuenerunt. Rurſus cadauer ibidem ſepelierunt, & diligenter tumulum ſub enormi pondere terræ & lapidum claudunt; ſed die altero proiectum cadauer, & tumulum intactum, vt ſupra aſpiciunt. Quinquies ſepeliunt: toties eodem eiectum, tenore continetur. Tanto demum victi ſtupore, corpus longè à cœmeterio Eccleſiæ terra obruunt. Quo terrore, perculſi Principes militiæ, pacem nobis, velut optabamus, firmare nequaquam diſtulerunt. Adhæc reſpondit Concilium. Quid hoc aliud eſt, niſi quia ſub oculis hominum arbiter hominum affirmat Eccleſię ſuæ auctoritatem, quia excommunicati à ſepultura Chriſtianorum iuſtè ab Epiſcopis ſegregantur? Tales enim negant fidem dum latrocinia potius, quàm pacem ſectantur. *Ex Act. 2. Concil. Lemouicenſ. Baron. tom. 11. ann. 1034. 17.*

Cùm autem ij qui hoc Excommunicationis gladio feriuntur, extra Eccleſię limen eiiciantur; meritò eorum commercia colloquiaque vitanda erunt. Et quidem Franciſcum Xauerium ad Sinas pergentem cùm rogaret magni nominis vir, G Præfectum diris deuotum ſalutaturus conueniret: Egon, aiebat, hominem fidelium communione excluſum ad eam ſalutandi cauſa? & poſt pauca: Me quidem amicum non habebit, quamdiu habuerit inimicum Deum. *Ex Hor. Turſell. lib. 3. c. 14. in vita Beyerlinck. in Apophthegm.*

Neque ab hac mente alieni fuère ciuilis ordinis viri primates. quid enim de Valentiniano Imper. dicam? Acceperat is à fratre Arriano litteras, quibus auxilium contra Gothos efflagitabat. quibus ille: Nefas hominj bellum gerenti cum Deo opem ferre, cuius potiùs temeritas meritò coërcenda. *Ex Theodor. lib. 4. hiſtor. Eccleſ. c. 28. Beyerlinck. ſuprà.*

quàm autem fœda res ſit eum Excommunicatis familiariter vti, etiam ratione carentia animalia exemplo nobis ſunt. Anathemate ob demerita percuſſus a Ludolpho Antiſtite Otho Brandeburgenſis, per ludibrium menſæ aſſidens, canibus fruſta carnium obiecit: Videamus, inquiens, an ab excommunicatis (quod vulgò dicitur) carnes accipere recuſent H canes? Certè recuſarunt. Ille ſaturitatem cauſatur, canémque tridui inediâ maceratum adduci iubet, at nec ille carnes obiectas attigit. Eóque miraculo territus, Eccleſiæ paruit. *Ex Chronic. Magdeburg. Idem ibidem.*

EXCOMMVNICATIO TIMENDA, NON CONTEMNENDA.

Otho Imperator, Henrici Aucupis filius, cum pontificatum de Valleſtene in Magdeburgum illuſtriorem locum transferrens molliretur, non putauit in ſua prouincia ſupereſſe quenquam ſuper conſenſu interpellandum, paulìſper in ea re vir militaris alioqui circumſpectiſſimus, lapſus, quod ſecularis poteſtas, quæ ſecularia ſunt adminiſtrat: & de prophanis, quæ Deus iubet conſecrari, ſacra faciat: Iam autem diuinis vſibus permiſſa, extra illius ſunt ordinationem. Bernardus Halberſtadienſis Epiſcopus ordinationi Regis ſe opponit, quod in illius parochia eſſet locus, quem nouæ voluit Rex diœceſi applicare. Faciebat, angebátque Regi animos, quod paterna ditione locus ad ſe pertineret: erat enim Burgrauius de Magdeburgo: qui Regi permiſit, vt eam arcem primæ coniugi donaret

A donaret titulo propter nuptias. Rex non æquè tulit, quod auderet Eſpiſcopus ſuæ voluntati contraire. Captum ergo perduci iuſſit in Quedelemburg, & retrudi in carcerem. Sedit aliquandiu bonus pontifex in patientia. Iſ forte rex ad cor reuerſus, illum iuberet relaxari. Venerat ſacra dies dominicæ cœnæ: recolit Epiſcopus diuinorum, quæ in Eccleſia tum erant peragenda, miniſteriorum: Iubet ſacras veſtes ſibi afferri i paretur. Indutus, orat aduocari regem: Erat enim tunc eo loci. Venit, arbitratus Epiſcopum mutaſſe ſententiam, conſenſumque præbiturum ad rem quam iuſtituerat. Vbi rex aderat, Epiſcopus eleuata manu, exſecrationem protulit, & excommunicationem in regem qui manus intuliſſet Chriſto Domini: interdixitque ſactis per omnem diœceſim. Rex amentiam interpretatus, quod tale aliquid captus moliretur, primum videbatur rem excepiſſe cachinno: vbi profundius cogitabat, ſententiam paſtoris putabat non eſſe contemnendam. Itaque iuſſit mox laxatum remitti ad Eccleſiam ſuam, & permanſit res infecta per omnes dies, quibus ſupererat Epiſcopus memoratus. *Albert.*
B *Crantzius lib 4.hiſt.Saxon.cap.7.apud Brendemb. lib.5. Collat. cap.25.*

Theodosivs iunior Imperator licet virtutibus multis eximiè decoratus eſſet, clementia tamen, manſuetudine, animi tranquillitate, quæ nullis procellis agitari poterat, pietate denique ac timore erga cenſuras Eccleſiæ excelluit i cuius rei certiſſimum argumentum hic oſtendam. Vir quidam vitam excolens monaſticam animo paulo audaciore præditus, ad Imperatorem rei cuiuſdam petendæ gratia accedit. Quod cùm ſæpius feciſſet, Imperatori Eccleſiaſtica interdicit communione, vinculóque Eccleſiæ ei iniecto, decedit. Imperator autem fide cum primis excellens, ad Palatium veniens, cùm tempus inſtaret conuiuij, & omnes conuiuæ adeſſent, dixit ſe non priùs capturum cibum, quàm Eccleſiæ vinculo ſolueretur. Proinde vnum ex familiariſſimis ad Epiſcopum mittit, vt poteſtatem faciat ei, qui ipſum ligauerat, vinculo ſoluendi. Cùm autem Epiſcopus reſpondiſſet, non debere cuiuſquam vinculum admittere, ſignificaſſetque eum
C ſolutum eſſe: non tamen ſolutione illa contentus fuit, donec ille qui eum ligarat, magno cum labore conquiſitus, communioni illum reſtituiſſet: huiuſmodi erat Imperatoris erga leges diuinas fides & pietas. *Theodoret. lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap.36. Nicephor. lib.14.cap.1. Baron. Anno Domini 425. tom.5.*

Desiderivs Longobardorum rex cùm multas ditioni Romanæ vrbes iam cepiſſet, nouiſſetque ab Adriano primo Romano Pontifice ad ferendam opem Carolum Magnum vocari, cupiens aſtu ante Carolum vrbem Romam inire, ſimulauit voto ſe ad ſalutanda principis Apoſtolorum limina proficiſci velle: quod cùm prudens Pontifex animaduertiſſet, reſeratis prius templi atque vrbis portis, miſit qui Deſiderio ſub anathematis pœna imperarent, ne propius ad vrbem accederet. Incredibile forſan videatur, & tamen vero ipſo verius eſt, barbarum regem ſuperbiæ atque immanitatis plenum quem arma non mouerant, ſimplici anathematis denunciatione territum, ſententia mutata, retro exercitum conuertiſſe. *Bapt. Fulgoſius lib.1.cap.1.*

D Longè aliter ſe geſſit erga cenſuras Eccleſiaſticas Philippus Galliæ Rex cognomento Pulcher: Hiſtoricorum enim quidam ſcriptis prodidêre, eum tum ob deſpectam excommunicationem, tum etiam quòd Bonifacium octauum hoſtiliter vexauerit, à quodam apro diſcerptum, miſerabili morte interiiſſe; atque à tribus eius filiis, ad quos ex ordine corona peruenit, ſobolem, quæ ſibi ſuccederet, nullam reliquiſſe, corúmque coniuges, Philippi verò nurus, de ſtupro poſtulatas, & duas ex illis adulterij conuictas, regium ſanguinem graui infamia inquinaſſe. *Carolus Sigon. lib. 5. de regno Italiæ. Ex Iac. Meier. lib. 1. Annal. Fland. & Naucl. gen.26.*

Cum Theodorico decedente, Theobertus filius eius regnum ambiiſſet, ac multa iniquè exerceret, & ab eodem plerumque corriperetur; quòd vel ipſe perpetraret, vel perpetrantes non argueret, aduenit dies Dominicus; & ecce Rex cum his, qui à Nicetio Epiſcopo communioni abeſſe iuſſi fuerant, Eccleſiam eſt ingreſſus. Lectis igitur lectionibus, quas canon ſanxit antiquus, oblatis muneribus ſuper altare Dei, ait Epiſcopus: Non hic hodiè Miſſarum ſolennia conſummabuntur, niſi communione priuati prius abſcedant. At Rege renitente, ſubitò exclamat E
vnus de populo arreptus à dæmone puer iuuenis: cœpitque voce valida inter ſupplicia torturæ ſuæ, & Sancti virtutes, & Regis crimina confiteri: dicens [illegible] Epiſcopum caſtum, regem adulterum: illum [illegible] Chriſti humilem, hunc gloria regni ſuperbum: illum ſacerdotio impollutum, [illegible] Deo [illegible] poſterum præferendum, hunc ab authore ſceleris ſui velociter elidendum. Cúmque Rex timore concuſſus, peteret, vt hic energumenus ab Eccleſia eiiceretur, dixit Epiſcopus: Prius illi, qui te ſecuti ſunt, id eſt inceſtuarij, homicidiæ, adulteri, ab hac eccleſia extrudantur, & hunc Deus ſilere iubebit. Et ſtatim Rex iuſſit omnes hos, qui ſacerdotis ſententia damnati fuerant egredi ab eccleſia. Quibus expulſis, iuſſit ſacerdos dæmoniacum foras extrahi: ſed cùm apprehenſa columna, auelli à decem viris non poſſet; ſanctus Dei ſub veſtimento ſuo propter iactantiam vitandam faciens crucem Chriſti contra dæmonem, relaxari præcepit. Qui protinus corruens cum his, qui eum trahere nitebantur, poſt paululum ſanus erectus eſt. Deinde poſt acta ſolennia requiſitus, nunquam F
reperiri potuit, nec vllus ſciuit vnde venerit, vel quo abierit. Coniiciebatur à plurimis eum à Deo miſſum, qui Regis ſacerdotiſque opera non taceret. Vnde factum eſt, vt ſacerdote orante, Rex mitior fieret, paſtorque à Domino remunerandus, dignè propheticum illud audiret. Qui reddiderit pretioſum de vili, tanquam os meum erit. *Gregor. Turon. in lib. de Vitis patrum, cap.17. apud Sur. 1. Oct. Bibliot. SS. Patr. tom.7.*

Inter Ludouicum Francorum Regem & Gaufridum Comitem Andegauenſium exercebantur inimicitiæ graues. Cauſa erat, quòd virum nobilem Gerardum de Monaſteriolo, Rege prohibente, in municiſſimo oppido ſuo Comes obſidens, comprehendiſſet vnà cum vxore liberis & propinquis, ipſámque diruiſſet munitionem. Conatus eſt Diuus Bernardus cum multis Epiſcopis & Principibus eos conciliare, ſed Comes, amaritudinis felle commotus, indſalutatos omnes relinquens, equo inſiliit & receſſit. Sic pacis re deſperata paratus erat Gerardus in carcerem redire: ſub obſidibus enim ad colloquium erat adductus. Sed eum G
conſolatus eſt vir ſanctus: Ne timeas ait: certus eſto, quia Deus tibi tuiſque ſubueniet, idque celeriùs quàm valeas vel ſperare. Siquidem recordatus viſionis, quàm veniens ad id colloquium viderat, tanquam lecturum ſe Euangelium à ſancto Epiſcopo Malachia petere benedictionem, confiſus eſt pacem ſine dubio prouenturam. Necdum Gerardus ille limen domûs attigerat, à facie eius egrediens, cùm ſubitò quidam occurrens, redire Comitem nunciauit. Mirati ſunt omnes, tam celerem audientes promiſſionis effectum. Eadem enim hora Comes redüt, & pariter pax deſiderata prouenit. Erat autem idem Comes pro eodem negotio ex mandato ſummi Pontificis anathematis vinculis innodatus, ſed abſoluendus, humiliari, vt debuit, vel culpam ſuper hoc fateri ſuam, penitus recuſauit: magis autem, vt erat plurimùm animoſus, Deum ſibi culpam huiuſmodi nunquam remittere imprecabatur, innocentem ſe reputans & iniuſtè ligatum. Quamobrem diſceſſit pater ſanctus non parùm triſtis ab illo, dicens ei: (ſiquidem literas nouerat) in qua menſura menſus fueris, H
remetietur tibi. Eadem autem die, cauſantibus ſuper hac improbitate perſonis quibuſdam, & principem illum grauiter erraſſe dicentibus, accenſus zelo Dei famulus, aiebat: Grauiter ſatis hæc temeritas punietur. Fieri omninò non poteſt, quin hoc eodem anno Comes ipſe aut moriatur, aut euidentem aliam diuinæ indignationis ſentiat vltionem. Hoc verbum & ex ipſis & ex aliis audiêre non pauci. Quod tam celeriter eſt impletum, vt Comes idem infra diem quintum decimum moreretur. *Anton. S. Bernard. libro quarto, cap.2.*

Anno Chriſti Domini milleſimo centeſimo nonageſimo quarto, cùm Leopoldus Dux Auſtriæ adhuc permaneret in ſententia excommunicationis, quam Dominus Papa Cœleſtinus III. in eum tulerat propter captionem Richardi Regis Angliæ, nec pœniteret, flagellauit Dominus terram ſuam in hunc modum. In primis quidem incenſæ ſunt omnes ciuitates terræ ſuæ, nec alicui nota fuit cauſa incendij. Secundò ex inundatione Danubij fluuij ſubmerſa eſt quædam terra adiacens, in qua decem millia hominum,

vel

A vel eo amplius perierunt. Tertiò, cùm in media æſtate ſoleat, & debeat omnis terra virere, tota terra eius tunc temporis conterta ſoligum, & debitum curſum exaruit. Quartò, cùm ſemina frugum deberent in herbam procreſſiſſe, in vermes conuerſa ſunt. Quintò, nobiliores terræ ſuæ mortalitate percuſſi ſunt. Et quamuis tot & tantis flagellis Dominus terram ſuam plagis, noluit tamen pœnitere, ſed induratum est cor eius, adeò quod ipſe iurauit, quod omnes obſides Regis Angliæ, quos ipſe habebat, capitalem ſubirent ſententiam, niſi in proximo perficerentur ei à Rege Angliæ omnes conuentiones, quas cum illo fecerat. Vnde factum eſt, quod Balduinus de Betun, qui vnus erat ex illis, qui dati fuerant Duci Auſtriæ pro redemptione Regis Angliæ obſides; ex communi obſidum conſilio miſſus eſt ad Regem Angliæ ad indicandum ei Ducis propoſitum. Qui cum veniſſet, miſertus illorum Rex, tradidit ei Rex ſororem Arthuri Ducis Britanniæ, & filium Imperatoris Cypri ad ducendum eas vſque ad Ducem Auſtriæ, ſororem ſcilicet Arthuri ad
B maritandum filio Ducis Auſtriæ, & filiam Imperatoris de Cypro tradendam in manus Ducis Auſtriæ quietam. *Rogerius in Annalibus Angliæ VVilelm. Neubrigenſi lib. 5. c. 6. Baron tom. 12. ann. 1194. num. 3.*

DEFVNCTORVM EXCOMMVNICATIO, ET ABSOLVTIO.

Cum mortui ad Eccleſiam in terris viſibilem, cuius caput eſt Romanus Pontifex, non pertineant, excommunicari etiam nequeunt. Vt tenet communis Theologorum & Canoniſtarum Schola, contra Panormitanum, *ad Capit. ſi quis, de hæreticis, 5. Decret.*

Et quamuis aliis locis, nominatim *in cap. à nobis 2. de ſent. Excomm.* & alibi, Eccleſia legatur mortuos ligaſſe atque ſoluiſſe, tamen aliud nihil per hoc ſignificatur, quam quod Eccleſia declaret, quo in ſtatu deceſſerint, & quomodo erga illos ſe gerere debeant fideles. Vt notauit. *Couarruu. ad cap. Alma mat. 6. 11.*

Et hoc ſenſu Ioſias Rex oſſa pſeudoprophetarum, & eorum, qui vitulis immolarant, poſt mortem effodit, atque combuſ-
C ſit, ac inde laudatur. 1. *Reg.* 23. 4. *Reg.* 23.

EXEMPLA HISTORICA.

Quamuis vita functi propriè excommunicari non poſſint, nec abſolui, quòd non ſubſint iuriſdictioni Eccleſiæ; quia tamen quoad corpus ſunt in viſceribus terræ aut ſuper terram, Eccleſia ad terrorem quoſdam excommunicat vel abſoluit. *Cap. A nobis, 2. de ſentent. excomm.* Eiuſmodi quantumcunque pœniteant, vt ait Ioan. Vignerius, & moriantur in gratia non poſſunt ad cœlum volare, nec viſione beatifica frui, donec fuerint abſoluti, & hoc expreſſè dixit Chriſtus: Quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, hoc eſt paradiſo. Ideo laudabilis eſt conſuetudo in aliquibus diœceſibus, in quibus ad inſtantiam procuratoris animarum in die cinerum ſingulis annis abſoluuntur defuncti excommunicati, vt participent ſuffragiis Eccleſiæ. Hinc eſt quod noſtra ætate contigit in diœceſi S. Pontij de Thomeris, de quodam Clerico excommunicato ab Epiſcopo Ruthenenſi de Rhodez, qui poſt biennium reuelauit ſocio ſuo, vt exhuma-
D retur è loco ſacro, donec habita abſolutione iterum ſepeliretur in loco ſacro, coram toto populo audita eſt vox clara & perceptibilis ab omnibus qui aderant, gratias agentis & dicentis, nunc cœlum illi patere. Vt ex Actis publicis ipſius diœceſis Ruthenenſis patet. *Ioannes Vignerius de Sacramento Ordinis Verſu 26.*

Quidam ſolitariæ vitæ ſectator à Gregorio Papa excommunicatus, vt qui contra voluntatem præſidis, & præſcriptas monaſterio leges à Gregorio, nonnihil deliquiſſet, paucis diebus interiectis vitam cum morte commutauit. Ea re nuntiata, magnopere Gregorius indoluit Fratrem illum è vita ſubitò migraſſe, ſacris adhuc vinculis conſtrictum. Itaque ſcriptam in charta precationem, qua mortuum vinculis iſtis eximeret, miniſtro cuidam eum hiſce verbis tradidit: Abi ad ſepulchrum fratris illius, & precationem hanc perlege. Quod vbi factum fuiſſet: monaſterij Præſes perquierantem Fratrem hunc conſpicit: mox eum compellans: Tuâ causâ mœſti fuimus, ô Frater, ait, quod vinculis ſacris ligatus obieris: Quamobrem dic obſecro nobis, quonam in ſtatu & conditione ſis. Tum ille reſpondens: Reuera, inquit, ô pater, ad heſternum vſque diem carcere clauſus fui. Verùm hodie ſolutus ac liber factus ſum. Hoc modo cunctis innotuit eadem hora, qua Diaconus precationem illam ſupra ſepulchrum legerat, nouâ & admirabili ratione fratrem illum à ſacro vinculo fuiſſe liberatum. De hoc quoque facto exiſtimari poteſt, quanta vis ſit eius vinculi, quo mortales à ſacerdotibus ligantur. *Michaël Glycas 4 parte Annalium.* E

Afferamus & illud ab eodem ſancto Gregorio ſcriptum in vita ſancti Benedicti: Quædam Fœminæ, vt aiunt, moniales, nimis effreni lingua religioſum quendam virum ſæpius vellicabant. Quocirca Benedictus hæc de illis audiens, eis protinus mandauit, dicens: Corrigite linguam veſtram, alioquin excommunico vos. Illæ nihil meliores factæ intra paucos dies defunctæ ſunt, atque in ædibus ſacris ſepultæ. Cumque in iiſdem Miſſarum ſolennia; inquit idem, celebrarentur, atque ex more diaconus clamaret, Si quis non communicat det locum; nutrix earum, quæ pro eis oblationem offerre conſueuerat, eas de ſepulchris ſuis progredi, & exire videbat: quod dum ſæpius cerneret, F
quia ad vocem Diaconi clamantis exibant foras, atque intra eccleſiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit quæ vir Dei adhuc illis viuentibus mandauit. Eas quippe ſe communione priuare dixerat, niſi mores ſuos & verba corrigerent. Tunc ſeruo Dei cum graui mœrore indicatum eſt; qui manu ſua protinus oblationem dedit, dicens: Ite, & vlterius excommunicatæ non erunt: quæ immolatio dum fuiſſet pro eis immolata, & à Diacono iuxta morem clamatum, vt non communicantes ab eccleſia exirent, illæ exire ab eccleſia vlterius viſæ non ſunt. *D. Gregor. lib. 2. Dialog. cap. 23.*

Huc etiam facit quòd legitur de aliis poſt mortem à S. Gothardo Hildeſiaimenſi Epiſcopo abſolutis. Hic Pontifex contumaces. Quoſdam & perduelles habebat inter ſubiectos, quos ſæpe admonitos tandem anathemate ictos ſacrificij tempore templo excedere iuſſit, qui tamen contempto Præſulis ſui imperio reſtitabant, cum ecce tibi ex dudum ſepultis, quos anathematis vincula adhuc retinebant, de tumbis ſurgunt, templúmque egrediuntur, quos pudore ſuffuſi rebel- G
les quoque viui ſequuntur. Gothardus acri adhortatione ad contumaces, quibus ipſos mortuos obſequentiores haberet adhibita, defunctos cenſura ſoluit, qui ceruicibus Pontifici ſuo inclinatis, ad ſuum quiſque tumulum rediêre. *Matth. Raderus in viridario Sanctor.*

Anno Domini milleſimo quingenteſimo nono Albuquercio Indiæ Protege claſſe eius intra fauces Erithreas conſtituta vel ex intemperie cœli, vel ex inſalubrium ciborum ſucco atrox morbus naualem turbam inuaſit. Vulgo inter luſum vel quotidiana miniſteria repentè expirabant. In iis Miles vnus in mare proiectus, ingentem terrorem omnibus attulit; noctu quippe, infra ſentinam pulſus frequentes exaudiri cœpti, quem ad ſtrepitum cum arrepta ſcala vigiles deſcendiſſent; impexum carinæ ſub ipſo gubernaculo defuncti militis corpus offendunt. Scilicet cunctis pilus inhorruit. Vbi ex pauore collegere ſeſe, res ad nauarchum delata: nec dubium fuit quin cadauer tranſlatum in littus humo contegerent: quo facto poſtridie ſuper ipſum ſepulchrum rurſus inhumatus apparuit. Ea re attoniti cuncti cùm apud ſe H
cauſam exquirerent, Franciſcus denique incertum ex qua familia monachus, qui concionatoris munere fungebatur, ſagaci coniectura ſuſpicatus eſt, hominem aliquo interdicti vel anathematis vinculo conſtrictum è vita exceſſiſſe: itaque in terram egreſſus ſanctiſſimi viri Benedicti Abbatis exemplo è Pontificia formola conceptis verbis animam demortui rite expiauit, eique veniam à Deo precatus eſt. Mirum dictu: ab eo myſterio reddita mortuo pax, & vaga oſſa tandem in ſuo tumulo quieuere. *Petr. Maffeus Hiſtor. Indicar. libro quinto, poſt medium.*

EXCOMMVNICARE AD QVEM SPECTET?

Poteſtas Excommunicandi pertinet ad clauem Iuriſdictionis, non ordinis; iiſque propriè conuenit, qui in foro exteriori iuriſdictionem habent, etiamſi Ordinis non habeant poteſtatem.

Itaque quoad omnem ſuam plenitudinem, habet hanc poteſtatem in omnia Eccleſiæ membra Pontifex iure diuino, tanquam Eccleſiæ caput.

Concilium

A Concilium generale eamdem [illegible] habet præter [illegible] quod in Pontificem qui ſupra Concilium [illegible] non habeat.

Concilio Prouinciali eadem etiam competit in Prouinciis.

Cuilibet Epiſcopo in eos quorum eſt Iudex ordinarius.

Denique Prælatis Eccleſiaſticis de conſuetudine eadem eſt facultas, dummodo exerceant aliquam Iuriſdictionem in foro exteriori.

Fœmina, vel Laïcus: huius poteſtatis ſunt incapaces: ad munus enim requirunt Canoniſtæ, clericatũ in excommunicante.

Olim Parochi in quibuſdam caſibus, furto videlicet & rapina, excommunicabant: ſed ea conſuetudo, vt aduertunt Soto & de Graffiis, In diſſuetudinem abiit, vt modo non habeant Iuriſdictionem præterquam in foro pœnitentiali.

Plerique tenent Laicum ex commiſſione Papæ, poſſe excommunicare.

ABSOLVTIO
Ab Excommvnicatione.

B Excommunicatio per ſolam abſolutionem aufertur, de ordinario iure loquendo. Ab excõmunicatione ab homine lata, abſoluit qui eam tulit, aut illius Superior, & qui illã poteſt reſeruare. Inferior vero nunquã, niſi in vim poteſtatis a ſuperiore ſibi factæ, ab excõmunicatione ſuperioris abſoluere poteſt.

Ab excommunicatione Iuris non reſeruata, proprius Sacerdos, aut alius Confeſſarius abſoluit.

Ab excommunicatione minori, quæ eſt à Iure, abſoluere non poteſt niſi qui à peccatis mortalibus abſoluit. Niſi, habeat beneficium Curatum, etiamſi Sacerdos non foret. Ita *Suarez diſput. XXIV. de Excom. min.*

Forma Abſolutionis alia non requiritur, quàm quæ mentem abſoluentis, & effectum abſolutionis inſinuet. Solet à Doctoribus hæc aſſignari. Abſoluo te à vinculo majoris excommunicationis, ob talem cauſam: & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium, in nomine Patris, &c.

Formæ accidentales quas ſolennitates dicimus, hæ obſeruari ſolent. Primo, vt ab excommunicato poſtuletur Iuramentum parendi de cætero mandatis Eccleſiæ. Quod in magnis criminibus locum habere ſuggerit *Caiet in ſumma.* Et quando

C tale eſt delictum, quod ſatisfactionem præ[illegible]quirat.

Secunda Cæremonia eſt, vt Sacerdos priuſquam abſoluat, Pſalmum aliquem pœnitentiæ recitet ſuper abſoluendum.

Atq; in ſolenni Abſolutione requirũt Doct. vt abſoluens ſit veſte aliqua ſacra indutus, ſalẽ ſuperpelliceo & ſtola: Pœnitens vero vt ſit genuflexus, ac ſcapulis nudatis, dumq; Pſalmus legitur, flagello percutiatur. Sed id nullo iure cautum dicunt.

Tertiò ſubiicitur Pſalmo, oratio Dominica, cum ver. Saluũ fac ſeruũ. & oratione, Deus cui propriũ eſt. Quæ tamen omnia non ſunt neceſſaria ad ſubſtantiã abſolutionis, neq; adhibẽda, dũ abſoluens nõ eſt ſacerdos, abſoluẽdus eſt propter occultũ peccatum excommunicatus, aut mulier. Videantur Canoniſtæ.

EXEMPLA HISTORICA.

Solennis fuit abſolutio, quam Henricus IV. Galliarum Rex nuper à Clemente VIII. Rom. Pont. poſtquã crebris legationibus eam poſtulaſſet; impetrauit an. 1595. menſe Auguſto, miſſo in eum finem ad vrbem, Dauide Perronio Ebroicenſium Epiſcopo, illuſtrium virorũ comitatu agglomerato: poſtquam Niuernenſium Dux inde reuerſus, mentem Pontificis

D placatiorem nuntiaſſet. Maxima omnium acclamatione excepta legatio fuit, totáq; Roma in publicam lætitiam effuſa eſt: eo præſertim die, quo Rex qui hactenus in excommunicatione obſorduerat, ab illius vinculo ſolutus, & Eccleſiæ Sacramẽtis ac communioni reſtitutus fuit, & gratiam Apoſtolicã à clementiſſimo Clemente, vnà cum titulo Chriſtianiſſimi Regis impetrauit. Accidit id autem menſe Auguſt. die 15. quando paſſim pegmata arcuſq; triumphales excitati ac plurimi verſus lætitiæ indices in vulgus ſparſi: è quibus vnus hic erat

Quem tota armatum mirata eſt Gallia Regem,
Mirata eſt etiam Roma beata Pium.
Magnum opus eſt armis ſtrauiſſe tot agmina: maius
Pontificis pedibus ſuccubuiſſe ſacris.

memoriæ tam ſolennis Abſolutionis, Obeliſcus marmoreus iuſſu Pontificis erectus, cum magnifica Inſcriptione fuit. Nos illius meminimus ſupra, *ſub Loco de Columnis.*

Tabulis Abſolutionis Lutetiam detulit Elbeuons Eques, Rege ad Feram in caſtris obſidionem protrahente. Qui eo intellecto, ignes excitari, totaque Gallia genialia feſta celebrari imperauit. Anno deinde 97. ampliſſimam Legationẽ ad Apoſtolicam Sedem adornauit, eique profunda ſubmiſſione, ſui-

[illegible] Romæ [illegible] debitam præſtitit. E
[illegible] annum 1595 & 1597. *ub Italia & Gallia.*

* Excubiæ.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Excubiæ [illegible] Vigiliæ ſunt extra cubantium. Quamuis vigiliæ propriè ſint nocturnæ, & excubiæ etiam diurnæ appellantur. Reperitur etiam Excubitus apud Auctores, & Excubitum.

NECESSITAS, ET OFFICIA EXCVBITORVM.

Excubiæ tum pace, cum bello ſunt neceſſariæ, vt nihil incommodi Reſpublica patiatur aut dedecoris. Vnde ad illud munus non quiuis adſciſcatur, ſed delectus inſtituendus. Vt obſeruauit *Socrates apud Platonem.* Certe quo meliores ciues ac lautioris fortunæ, eò ad cuſtodiam vrbium aptiores. Quod ſecus etiam in benè conſtitutis ciuitatibus cernimus obſeruari, in quibus operarij, baiuli, & inopes id muneris præſtant, à quo omnium fortuna & ſalus dependet.

Excubitorum partes ſunt, in omnem partem ſolicitos eſſe & ad minimam rumoris auram præſertim de nocte, circumſpicere, omnia ſuſpecta habere, vbique Inſidias vereri, publicæ F tranquillitati inuigilare. Qui autem his præficiũtur, non modo curare debent, vt in muris ſtationarij vigilias cuſtodiant, ſed vt nocturnas etiã ſeditiones, & iniurias à ciuitate arceant, & fortuita incendia, aut excitatas quauis occaſione inſolentias compeſcant. Quam ſanè curam tanti fecit Auguſtus Cæſar, vt per ſe, illi cõſuli maluerit, quam per alios magiſtratus. Septem cohortes locis opportunis per Vrbem conſtituit, vt teſtatur *Paul. Iuriſconſul lib. 3 ff. de offic. Præf. vigil.* Quo binas vrbis regiones vnaquæque tueretur. Ipſe interim per ſe obire nonnunquam, ac cum vitæ diſcrimine vigiles explorare.

EXCVBITORES NEGLIGENTES.

Nota eſt hiſtoria, quo pacto olim per excubitorũ negligentiam, Res Romanæ in ſummũ exitiũ adductæ fuiſſent, Gallis Capitoliũ obſidentibus, ſi nõ anſeres improuiſo ſtrepitu oſcitantes excitaſſent, hoſtẽmq; muro imminentẽ prodidiſſent.

Alexander Macedo, militem in caſtris pro excubiis dormiẽtem interfecit. G

Epirotæ obſidentes, Phœnicem, vt ſcribit *Polybius lib. 2.* dum exercitum ſuum diuidunt, & negligentius excubant ſtationarij, Illyrij qui in vrbe erant, intempeſta nocte exeunt, hoſtium ſtationes occupant, manus primo mane conſerunt, & victoriam reportant.

De Hoio, arce ditionis Leodienſis: & Ambiano munitiſſima ciuitate Picardiæ, nuper occupata, quod ſtationarij aut negligentius, aut minus prouidè agerent, Pete *ex tit. Stratagematum.* Conſule etiam *titulum de vigilantia, & vigilibus.*

EXCVBITORES SACRI.

Erant in lege veteri, deuotæ mulieres, quæ excubabant in oſtio Tabernaculi. Vt conſtat *Exod.* 38. quod extructo tẽplo magis in vſu erat, tunc enim certa ad oſtiũ, vel in atrio tabernaculi, erat habitatio extructa. Talis erat Anna propheteſſa *Luc.* 2. & de his loquitur Scrip. 1. *Reg. c.* 2 Et *lib. 2. Machab. c.* 3. Fuitq; inter has enutrita B. Virgo, poſtquam triẽnis in templo fuit præſentata. Eratq; hic cœtus Religioſus deuotarum illius temporis fœminarum, velut typus Religioſarum noſtrarum.

Gentiles quoque ſimilem virginum cœtum inſtituerunt, quæ H excubarent in fanis, & ſacrum ignem cuſtodirent; quæ & veſtales dicebantur.

* Excuſatio.

DEFINITIO, ET MALITIA.

Excuſatio quæ Græcis ἀπολογία: eſt obiecti criminis dilutio, Familiare vitium omni ætati, ſexui, ordini. Eleganter *Seneca*: Dicimus, non ego ambitioſus ſum, ſed nemo Romæ aliter poteſt viuere: Non ego ſumptuoſus ſum, ſed vrbs ipſa magnas impenſas exigit: Non eſt meum vitium quod iracundus ſum, adoleſcentia hoc facit. Qui quidem nos decipimus, non eſt extrinſecùs malum noſtrum, intra nos eſt, in viſceribus ſedet, & ideo difficulter ad ſanitatem venimus, quia nos ægrotare neſcimus. *Epiſt.* 60. At voluntario facinori inquit *Cicero lib. Reth* nulla eſt excuſatio impudentiæ.

Hoc eſt maximum vitium quo laborat humanitas, ait *Caſſ. in Pſal.* vt poſt peccatum ſuum maximè ad excuſationis refugium: quaſi pœnitudinis ſe confeſſione proſternat, quod facinus conſtat inter ſumma peccata numeratum eſſe, quia inde naſcitur, vnde ad pœnitentiam reus tardiùs venire videatur.

EXEMPLA

A EXEMPLA SACRÆ SCRIPTVRÆ.

Excuſationis cum bo[illegible] & id[illegible] [illegible]la, & inepta.

Poſt peccatum ſerpentis ſugge[illegible] [illegible] n, primi p[illegible] rentes ad excuſatio[n]is ſolatia ſe [illegible] nt, nihil profu[illegible] [illegible] inueſtigarunt, cum potius [illegible] in [illegible] accuſator ſui eſſe debeat, non autē quærere excuſa[illegible] in peccatis. Hac enim ratione in ipſum Deum velut culpam coniecerunt, qui vxorem, talem dediſſet, & ſerpentem creaſſet. Vnde audita Dei voce, rogantis Adam vbi eſt ille, abſcondi me, & timui, eo quod nudus eſſem, q.d. erubui venire in conſpectum tuum. Dicentique iterum Deo. Quis enim indicauit tibi quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Dixit rurſus Adam: Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem, quare hoc feciſti: Quæ reſpondit, Serpens decepit me, & comedi. *Gen.* 3.

Cain occiſo fratre ſuo Abel, roganti Deo, vbi eſt Abel frater tuus? ſcilicet cum quo paulo ante egreſſus es in agrum? velat fratricidium ſuum celans, neſcio, inquit, Nunquid cuſtos
B fratris mei ſum ego. *Gen.c.* 4.

Cum Deus Moyſen conſtitueret legatum apud Pharaonem pro filiis Iſrael, ille quinque excuſationibus aduerſus eam legationem ſe muniuit. Aſſerens ſui ipſius inhabilitatem, ignorantiam nominis Dei, Hebræorum incredulitatem, & linguæ vitium. Quibus cum Dei voluntatem expugnare non poſſet, adiecit hanc interpellationem, obſecro Domine, mitte quem miſſurus es. Ac ſi diceret quemcunque volueris, dummodo me non mittas. *Exod.c.* 4.

ABRAHAM in Gerаris exiſtente, rapiebatur Sara à Rege Abimelech: quamuis enim eſſet nonagenaria, erat nihilominus vultu decoro & eleganti. Obiecit autem dormienti Regi viſionem Deus, vt videretur cum eo loqui. Dixitque en morieris propter mulierem quam tuliſti, habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam: & ait, Domine, num gentem ignorantem, & iuſtam interficies? Nonne ipſi dixit, ſoror mea eſt? & ipſa ait: frater meus eſt? In ſimplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. *Gen.c.* 19.

C Excuſabat ſe Achimelech filius Achitob, ſacerdos, apud Regem Saülem, ſuper coniuratione quam contra ſe factam comminiſcebatur. Quamuis apud impium Regem nihil profecerit, quo minus trucidaretur. *Lib.* 1. *Reg.c.* 22.

Fratres Ioſeph in Ægypto, varias excuſationes pro ſua, fratriſque Beniamin liberatione adduxerunt. *Geneſ.c.* 42.

Cum Saul contra mandatum Domini, quod per os[illegible] Samuëlis ei ſignificauerat, holocauſtum obtuliſſet, & idcircò per Samuelem reprehenderetur, variis ſe modis excuſare conatus fuit. At fruſtra. Tranſtulit enim Dominus ab eo regnum, in Dauid virum ſecundum cor ſuum. 1. *Reg.* 13.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, miſitque ſeruos ſuos, dicerent inuitatis vt venirent, quia parata ſunt omnia. At cœperunt ſe ſinguli excuſare, Primus dixit, villam emi, &c *Matth.c.* 14.

Præcipiente Anania percutere os Pauli, cum hic dixiſſet percutiet te Deus paries dealbate, &c. qui aſtabant, dicebant: Summum Sacerdotem Dei maledicis? Dixit autē Paulus, neſciebam fratres quod Princeps eſſet ſacerdotum.

HISTORICA.

D QVID. EXCVSAVERINT. V. G.

Luxum.

ARISTIPPVS reprehenſus quòd homo philoſophus ſumptuosè viueret: Si inquit, hoc eſſet crimen, Dij non paterentur in ſuis ſacris. *Eraſmus in Adagiis.*

Tarditatem.

Tranio ſeruus apud Plautum in Moſtellaria; obiurgatus eſt ab hero, quòd nō maturiùs rediiſſet. Cùm ille ſe alicubi fuiſſe diceret, nec ſimul apud herū eſſe potuiſſe, & illud quod iuſſus fuerat, peragere: Si vobis, inquit, verbum hoc cogitare, ſimul flare ſorbereque haud factu facile eſt. *Eraſmus in Adagiis.*

Imitationem.

Maroni cùm Zoili quidam vitio darent, quòd non paucos verſus Homeri pro ſuis vſurpaſſet, reſpondit, hæc ipſum magnificum eſſe facinus, vel Ioui fulmen eripere, vel clauam extorquere de manu Herculis. *Macrobius lib.* 5. *Saturnal.*

Crudelitatem.

NOTHATVS Rex Scotorum V. vir ſuperbus, crudelis, ſæuiens in ſubditos. A Doualo quodam à Gallouidia oriundo, cui inſidias, vita ſtruxerat, monitus, vt à crudelitate deſiſteret, reſpon[illegible] Se, quæ geſſ[illegible] [illegible] reg[illegible] [illegible] [illegible]tum eſſe, non id [illegible] ing[illegible] [illegible] [illegible] ribuendum. His conuitiis ita vterque [illegible] [illegible] [illegible] cum [illegible] ventum eſſet, Notatus à Doualianis obtruncatur. A.M. 3751. regni 20. *H. Henninges in Geneal.*

Formam.

Hector apud Homerum Paridi comam, formam, & imbellem citharam opprobrarat.

Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις, τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης,
Ἥ τε κόμη, τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης.
Ni tibi profuerint cantuſque & dona Diones.
Vel Coma, vel ſpecies, in puluere congrediente

Ad ea ſic reſpondet Paris.

Μή μοι δῶρ' ἐρατὰ πρόφερε χρυσέης Ἀφροδίτης.
Οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,
Ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο. id eſt, F
Ne mi opprobrato Cythereæ optabile donum.
Haud quaquam aſpernanda Deûm pulcherrima dona,
Quæ vltrò dant: neque mox ſi quis velit, auferet illa.

Eraſmus in Adagiis.

QVI EXCVSARINT.

Pueri.

ALCIBIADES etiamnum puer cùm in palæſtra ita prehenſus eſſet, vt expedire ſe nequiret: manum eius, qui ipſum luctatione deprimebat, contra legem palæſtræ momordit. Qui cùm diceret: Mulierum more Alcibiade mordes: Minimè verò, inquit, ſed leonum more. *Plut. in Apophtheg.*

QVOS.

Milites.

CONSALVVS Magnus ſolebat dicere, quum humana iura violaret, Imperatori æqua vel iniqua ratione omnino eſſe vincendum, vt parta demùm victoria detrimenta illata miſeris cumulata liberalitate ſarcirentur. *Iouius in Conſaluo.*

QVOMODO.

Ioco.

LVSANDER Lacedæmonius carpentibus eum, quòd aſtu tantùm, & fraude non apertè res gereret: Vbi deſit, ait leonina, vbi vulpina aſſuenda. G

Serio.

HIEREMIAS in matris vtero ſanctificatum ſe audit, & tamen ait: Eheu Domine Deus, ecce neſcio loqui quia puer ego ſum. Et tunc demùm ad prophetandum populo ſe accinxit; cùm Dominus non iam inuitaret, ſed imperaret, dicens: Noli dicere, quia puer ſum; quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis, & vniuerſa, quæcunque mandauero tibi, loquêris. Ad hæc ne quid dubitaret, tangit os eius: Et ecce dedi, inquit, verba mea in ore tuo.

Execratio.

☞ Conſule Titulum de Imprecatione.

* Exemplum.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EXemplum, Græce παράδειγμα, dicitur. Et eſt alicuius facti, vel dicti præteriti, cum certi auctoris nomine, propoſitio, *ſecundum Cic. lib.* 2 *Rhet.* Exemplum eſt, non vt totum, ad totum, neque vt totum ad partem, ſed pars ad partem, ſimile ad ſimile: quando vtraque ſub eodem genere ſunt, ſed vnum altero magis perſpicuum, *ſecund. Cic. lib.* 1: *Rhet.* H

Porro exemplum eſt quod ſequamur aut vitemus: Exemplar ex quo ſimile facimus. Illud animo æſtimamus, iſtud oculis conſpicimus. Perottus ait, ab Exemplari deſumi exemplum, Et hoc quidē plerúmque incorporeum eſſe, illud vero corporeum. Poſſet videri deductum ae exemptom, vt ſit quod aliūde eximitur, & extrahitur. Iſidorus Exapla dicit ab ἐξαπλόω, id eſt, expando, explico, quod conuenit naturæ exempli.

EXEMPLORVM.

CVM BONORVM, TVM MALORVM

Efficacia.

Exemplum eſto fidelium in verbo, & conuerſatione, in charitate, in fide, & caſtitate, vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. 1. *Tim.* 4.

In omnibus præbe te ipſum exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate in grauitate, verbum ſanum irreprehenſibile. *Tit.* 2.

Quis ſapiens, & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ *Iac.* 3.

A [illegible]

Co[illegible] inter Gent[illegible] [illegible]ntes bonam vt in eo, quod detractant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis. *1.Petr.2.*

Ciuitates Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem redigens euerſione damnauit, exemplum eorum, qui impiè acturi ſunt ponens. *2.Petr.2.*

Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes. *Iudæ v.7.*

Domus Epiſcopi, & conuerſatio, quaſi in ſpeculo poſita magiſtra eſt publicæ diſciplinæ: quidquid fecerit, id ſibi omnes faciendum putant. *Hier. in epiſt. ad Heliodorum.*

Sancta ruſticitas ſolum ſibi prodeſt, & quantum ædificat exemplo & vitæ merito eccleſiam Christi; tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. Innocens abſque ſermone conuerſa-
B tio quantum exemplo prodeſt, tantum ſilentio nocet. Nam latratu canum, & baculo paſtorum, deterrenda eſt rabies luporum. *Hier. in epiſt. & eſt in gloſſa 1.Tim 3.*

Duo illa nos maximè mouent, inquiebat *Cicero*, ſimilitudo & exemplum. Et *Seneca ad Lucilium*, Longũ iter eſt per præcepta, breue & efficax per exempla. Cauſam vero huius rei reddit, Quia homines plus oculis credunt, quam auribus. Et vt ſcitè Ariſtoteles, quiſque proclinior eſt ad cognoſcendum bonũ particulare, quã vniuerſale. Senecæ *Horatius* conſentit:

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Ouid. de Ponto lib. 3. eleg. 2. ad Cottam.

Cum feriant vnum non vnum fulmina terrent:
Iunctaque percuſſo turba pauere ſolent.
Cùmque dedit paries ventura ſigna ruina.
Sollicito vacuus fit locus ille metu.
Quis non è timidis ægri contagia vitat,
Vicinum metuens ne trahat inde malum?

Idem 6. Faſtorum.

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cum iudex alios quod monet ipſe facit.

C

Horat. Carm. lib. 3. Ode. 5.

Hoc cauerat mens prouida Reguli,
Diſſentientis conditionibus
Fœdis, & exempli trahentis
Perniciem venient in æuum,
Si non periret immiſerabilis
Captiua pubes.

Horat. Serm. lib. 1. Satyr. 1.

Paruula (nam exemplo eſt) magni formica laboris
Ore trahit quodcumque poteſt, atque addit aceruo,
Quem ſtruit, haud ignara ac non incauta futuri.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Neque deſunt veteres & Sacræ hiſtoriæ quibus exemplorum energia firmetur. Quippe de Enos legimus, quod cœperit inuocare nomen Domini; Publico videlicet, & ſolemni cultu, quem ab ipſo imitati cæteri. Vnde illius impulſu hominum cœtus instituti fuere, ceperuntque congregari in Eccleſiam, & ad publicũ Dei cultũ per ſacros ritus, & cæremonias. *Gen c.5.*

De Abraham, Deus teſtimonio præclaro proteſtatur; dicens: Scio quod præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt
D cuſtodiant viã Domini, & faciant iudicium, & iuſtitiã. *Gen. 18.*

Fugientem operto capite, & nudis pedibus Dauidem, principes eodem, habitu inſecuti ſunt. *2.Reg.15.*

Cum populus Iſraeliticus Iordanis alueum tranſire deberet, vt terram promiſſionis ingrederetur, omnium primi tranſierunt Sacerdotes, quos reliquus populus ſecutus eſt, ita ex Dei voluntate præcipiente Ioſue: merito ſacerdotes terrorem populo excutere debuerunt, ne vndis irruentibus ſuffocarentur. *Ioſue cap.4.*

Ad prædicationem Ionæ Prophetæ primus pœnitentiam egit Rex Niniuæ, qui ſuo exemplo vniuerſum populum ad pœnitentiam faciendam induxit, & ab ira Dei liberauit.

Regulus Chriſti miraculo ac beneficio ad credendum inductus, non ſolum credidit ipſe, ſed & domus eius tota, eius auctoritate & exemplo commota. *Ioan. c. 4.*

De Chriſto dicit Lucas, quod cœpit facere, & docere. *Act. 1.* Et ipſe ad diſcipulos, Diſcite inquit, à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Sed & ex hoc mundo tranſiturus ad Patrem, poſtquam abluiſſet pedes diſcipulorum, rogabat eos; Scitis quid fecerim vobis? & paucis interdictis: Exemplum dedi vo-

Heroës turbaro [illegible] magno [illegible] ſo yma turbatus. *Sed [illegible] in vulgus man[illegible] [illegible]orum Matth. c. 2.*

HISTORIA SANCTORVM EPISCOPORVM.

Detinebatur S. [illegible]nus Epiſcopus Turon. vi febrium in lectulo per multos dies: neque tamen idcirco à Dei opere ceſſabat, & pernox in oratione ac vigiliis, fatiſcentes artus ſpiritui ſeruire cogebat, nobili illo ſtrato cilicio, & cinere recubans. Rogatus autem vt ſaltem vilia ac modica ſtramenta ſuo corpori pateretur ſupponi; non decet, aiebat, filij. Chriſtianum niſi in cinere mori. Ego ſi aliud vobis exemplum relinquo, ipſe peccaui. *Probè ac ſcitè ille:*

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cum iudex alios quod monet, ipſe facit.

Sulpit. in vita. Beyerlinckh in Apophthegm. Chriſtian.

Simili etiam modo Macarium Abbatem reſpondiſſe tradunt. Cùm enim apud eum verba faceret religioſus quiſpiam de abſtinentia, eamque ſibi admodum duram videri diceret, ille, Confide fili, ait: per annos viginti, ego neque pane, neque aqua, neque ſomno ſatiatus ſum. Ita ſuo exemplo alterum ad abſtinentiæ virtutem incitabat. *Et Socrat. lib. 8. hiſt. Trip. c. 1. Idem ibidem.* F

S. Tranquillinus audiuerat Zoën vxorem Nicoſtrati pro Chriſto neci dandam; eiuſque exemplo permotus. Quid, inquit, fœminæ nos ad martyrium præcedant? indignum. Itaque ſe Chriſtianorum profeſſus, lapidibus obruitur. *Sur tom. 1. in vit. S. Sebaſt.*

De S. Ludouico F. R. memoriæ proditum, quòd, cùm inquiſiuiſſet ex quodam aulicorum, lauaretne ſuorum pedes feria quinta maioris hebdomadæ, & ille ſibi hoc indecorum videri diceret, ſubiunxerit: Quid, indecorum? non debes abhorrere quod ſuo nobis exemplo exhibuit Dei filius, qui hoc die diſcipulorum pedes lauit. Quanto minùs tu faceres, quod modò Angliæ Rex, qui leproſorum pedes hoc die non lauare tantum, ſed exoſculari etiam conſueuit. *Ioinuil. vita eius c. 84. Beyerl. ſuprà.* G

Facta iam de Ludouico mentionem, haud iniuria ſequetur Franciſcani cuiuſdam Religioſi prudentia. Aperuerat huic Ludouicus Caroli II. Siciliæ Regis filius, dum in Cathaloneuſi detineretur cuſtodia, ſe votum Deo feciſſe perpetuæ caſtitatis, & capiendi inſtitutum D. Franciſci, cùmque dubius hæreret, quo tandem loco propoſitam rem exequeretur; pius pater dilationis periculo ob oculos poſito, quantumque ſuo exemplo ſplendoris aliis allaturus ſit, demonſtrato, Cogita, inquit, quantum exempla bona proſunt: magnorum namque virorum non minùs memoria, quàm præſentia eſt vtilis. *Ex vita S. Ludouici Epiſc. Toloſ. c. 11. impreſſa apud Ioan. Moretum. Beyer. ibid.*

At in fœmina quoque ſatis illuſtre habemus exemplum. Dicẽte Sapricio Præſide virgini Dorotheæ, diis ſacrificaret, ni legibus acta amatis, exemplum timoris dare eligeret, hoc reſpõſum dedit: Omnibus dabo exemplum timoris Dei: vt hi qui timent Dominum, homines rabidos non timeant. *Sur. tom. 1. in vita.* H

S. AVGVSTINVS diſertè fatetur, ſe conuerſione Victorini doctiſſimi ſenis, omniúmque liberalium artium peritiſſimi, quam illi narrabat Simplicianus, fuiſſe permotum ad ſuam conuerſionem. Vbi Inquit, *Lib. 8 Confeſſ.* homo tuus Simplicianus de Victorino iſto narrauit, exarſit ad imitandum. Ad hoc enim & ille narrauerat. *c. 2. & 5.* Quinimo mox exemplorum ſanctorum præſidio, carnis tentationem ſuperauit. Vt fatetur *cap. 12.*

Narrat *lib eodem. c. 6.* de duabus Imperatoris aulicis, qui in caſam Eremiticam incidentes, dum vitam S. Antonij legiſſent, relicta ſæculari militia, ſe diuino ſeruitio manciparunt. Et ambo, inquit Auguſtinus; habebant ſponſas. Quæ poſteaquam hoc audiuerunt, dicauerunt etiam ipſæ virginitatem Deo.

NARCISSVS Epiſcopus cùm ſæuiente in Chriſtianos perſecutione cum Felice Diacono ſuo Auguſtam Vindelicorum veniſſet profugus, & ad Afram meretricem fortè diuertiſſet, & illa exiſtimans viros honeſtate conſpicuos, non niſi turpitudinis ſtudio eò deflexiſſe, illico cœna opiparè inſtructa, fuco meretricio de more ornata, ad flagitioſos actus ſeſe compoſuit. Porrò antiſtes cum ad ſumendam cibum acceſſiſſet, &

A [illegible] ... [illegible] te stupefa[illegible] ... [illegible] C[illegible]mque C[illegible] ... eum Episcop[illegible] ... [illegible] iutati pudore suffusa, & [illegible] amore correpta ad eius se pe[illegible] iecit [illegible] impudicitiæ suæ labem confessa est. Cui Narcissus verbis [illegible] lenissimis Christi Iesu bonitatem explicuit, hortatúsque vt impudico, & flagitioso vitæ genere relicto, cum Christo in gratiam rediret, haud difficulter effecit vt prioris vitæ pertæsa ad matrem suam, Hilariam nomine abiret, eidémque & Narcissi monita, & animi sui propositum aperiret. Porrò Hilaria, audita Narcissi Episcopi fama, illico cum filia in Christi amorem exarsit, & se suaque omnia Antistiti permittens, sacro baptismate veteris vitæ delictis ritè expiatis, Christiana sacra suscepit: & Afra cum tribus puellis, Digna, Euttopia, & Eunomia ab infelici dæmonis seruitute ad Christi stipendia transiuit. *Ex vita apud Surium S. Aug.*

B · GREGORIVS apud Nazianzenum oppidum in locum patris Episcopus subrogatus hæreticorum turbinem fideliter tulit. Reddita verò pace, Constantinopolim ad Ecclesiam docendam venire exhortatus, non abnuit. Vbi breui tempore tantùm ad emendandum populum vetustis hæreticorum infectum venenis proficit, vt tunc primum Christiani sibi fieri viderentur; & nouellam lucem aspicere, cùm religionis Doctor multa quidem verbis, plura tamen doceret exemplis: nec viderent ab eo discipulis aliquid imperari, quod non prius ipse fecisset. *Euseb. hist eccles. lib. 11. c. 9.*

☞ *Huc refer exempla ex tit. de Educatione. Instit. filiorum, &c.*

EXEMPLA PRINCIPVM. *Pete nonnulla ex dictis.*

Quantum faciant ad virtutes, & vitia subditorum.

Principem Reipublicæ oculum veteres dixère, imò eeu Deum aliquem, prudentia, moderatione, moribus se exhibere oportere. Quod enim Cor in animali, in ciuili ille corpore est Princeps. Imò & speculum subditorum. Quo respiciens Martialis, ita cecinit:

Nemo suos hac est aula natura potentis;
Sed Domini mores Cæsarianus habet.

C THEODORICVS Gothorum Rex apud Cassiodorum ad Senatum scribebat, Facilius esse errare naturam, quam dissimilem sui facere Rempublicam. *Laur. Beyerlinck part. hiem. prompt. Festorum text. 3.*

MANASSES Rex Iudæorum impietatem suam in populum transfundebat. 2. *Reg.* 21. E contra pijssimus Dauid, pietatem, & religionem.

VRIAS Sacerdos 4 *Reg.* 6. obsecutus est impio Regi Achaz. Miserat enim ille ad Vriam exemplar altaris, quod erat in Damasco, & similitudinē operis, cui simile extruxit Vrias, & altare æneum quod erat corā Domino, transtulit de facie tēpli.

Quomodo patrum memoria assentiebatur impiissimo Henrico VIII. aduersus Ecclesiæ primatum, viri principes cum sacerdotalis, tum sæcularis. Quo fonte deriuata hæresis, omnia florentissimi istius Regni membra depasta est, & etiamnum depascitur.

LADISLAVM Regē Bohemiæ refert ex *Ioan. Molano Beyer-*
D *linck. supra* noluisse exhibere reuerentiam Rachaseno presbytero infamis vitæ, etiam dum S. Eucharistiam deferret: hoc solum permotus, ne sacrilegum illum popularibus videretur approbasse; quorum loquebat, mores à principe pendent.

Quis neget à paucis annis liberiore fuisse inter Galliarū proceres adulteria Rege ipso fœdis libidinibus plus æquo dedito?

Vt herbæ quædam ad Solis motum, sic Populares in Principum mores vertuntur: dicebat Aragonum Rex Alphonsus.

Luxus in conuiuiis, veste, supellectile, ad Vespasiani tempora Romæ inualuerat. Illo Principe, sponte exoleuit. Causam Tacitus depromit; præcipuus adstricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipso cultu, victuque.

NERONIS grassantis per vrbem, & ad lupanaria seruili veste discurrentis, exemplum imitati impunè alij, sic vt indomita vagandi licentia via potuerit coërceri: *Corn. Tacit. & Sueton.*

Philippum Regem prodigum, ac rerum suarū dissipatorē secuti sunt comites, & familiares, mox etiā ciues. *Athen. l. 4. c. 20.* Cretenses Regum suorum æmuli, venationibus, & re nautica se exercebant. Voluptatibus diffluebant Thebani. Sybaritæ eum ciuem estimabant, qui nouum libidinis monstrum exhibuisset. Sane Princeps amans mendacia ait Salomon, habet omnes ministros impios. *Prou. c. 29.*

[illegible] quo pacto [illegible] dicitiæ, modestiæ, & religionis sectatori[illegible] int, omnium non Principium modo, sed ministrorum etiam animos, exemplo suo iisdem virtutibus imbuerint, quæ à capite illo ad membra defluebant, vt nullum videres vnquam, qui non vultu, sermone, incessu, easdem exprimeret: nulloque apud eos loco haberentur, qui eas non ostenderent. Refert *L. Beyerlinck orat. sua funebri, habita in Exequiis eiusd. Principis, impressa apud Balthaz. Moretum.*

De Alexandro, & Alphonso, quorum hic à natura, ille praua consuetudine collum contorquebat, legimus, amicissimos illis fuisse, qui hoc vitium exprimerent.

Nero Cytharœdos & histriones complectebatur: ocyus huiusmodi fæce vrbs abundauit.

FRANCISCVS I. Rex Franciæ, accepto vulnere, capillitium Regum insigne totondit, quo facilius curaretur, exemplò id fecitur aulici, quod prius probrosum habebatur. Quin exulantibus è Gallia bonis litteris, ipse eas restituit, cum eas plurimum amaret. F

Iosina Rege Scotiæ in medicos liberaliter multa erogante, vniuersa illius nobilitatis illi se studio dedicauit.

Velleius Paterculus de Augusto Cæsare scribit: Facere rectè Princeps optimus ciues suos faciendo docet. Cúmque sit imperio maximus, exemplo est maior. Consulat pro hac re Lector *Camerar. in hor. subcis. p. 1. c. 66.*

EXEMPLA MAGISTRORVM, DOCTORVM.

Zenonem ait *ad Lucilium Seneca*, Cleantes non expressisset, si eum tantummodo audiuisset. Vitæ eius interfuit, secreta perspexit. Obseruauit illum an ex formula sua viueret. *Epist. 6.*

Plato, & Aristoteles, omnisque in diuersum itura sapientum turba, plus ex moribus, quam ex verbis Socratis traxit. *Ibid.*

Sic Aristides apud Platonem in Theage. Ego, inquit, Socrates nihil vnquam à te didici, vt & ipse nosti. Proficiebam autem quoties tecum vnà eram, etiamsi tantùm vnà in domo essemus, quanquam non in eodem cubiculo: magis tamen, si quando in eodem tecum cubiculo.

Pindari Inter alia monitum aureum erat ad Hieronem Siciliæ Regem: πολλῶν ταμίας ἐσσί· πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί, multorum dispensatores: multi testes, vtrisque fidi. G

Contubernalium. Sociorum. Hospitum. *Eaque efficacia in negotio Conuersionis & Religionis.*

PACOMIVS anno 316. cum gentilis adhuc in Constantini Magni exercitu militaret annum vigesimum agens, & deficiente victu, fame omnes enecti essent, cum suis appulit in quoddam Thebarum oppidum. Vespere autem cùm ciues vidissent eos in satis tuta esse custodia, & de eis audiuissent viri Christiani & misericordes, attulerunt eis omnia quæ erant ad vsum necessaria, & valde magnum eis præbuere solatium, cùm essent in maxima afflictione. Cùm Pacomius vidisset, quod ab eis factum fuerat, & hoc valde esset miratus, didicit ab eis qui vnà cum eo erant, Christianos erga omnes quidem, præcipuè autem erga hospites esse benignos, & misericordes. Rogante autem eo, quidnam esset appellatio Christianorum, dicebant: Sunt homines pij, & Deum colentes, credentes in nomen vnigeniti Filij Dei sui Iesu Christi: & omnibus benefacientes, sperant ab eo mercedem remunerationis. Ipsis autem hæc ei dicentibus, mente illuminatus, & fidem Christianorum admiratus, & metu Dei corde inflammatus, & spiritu exultans, cùm parum secessisset, & apud se fuisset; manus suas in cœlum extendit, & dixit; Domine Deus, qui fecisti cœlum, & terram, si respiciens respexeris humilitatem meam, & mihi tuæ diuinitatis dederis cognitionem, & me liberaueris ex hac afflictione; tibi seruiam omnes dies vitæ meæ, & conueniter tuis præceptis vitam instituam. Cum ergo esset precatus, & sic Deo pollicitus, vno die postea egressus è custodia cum iis qui cum ipso erant, & nauem ingressus, nauigauit ex illo oppido. Interea autem dum in aliena regione versaretur, si quando eum carnis voluptates, aut rerum aliquarum mundanarum vexarent cupiditates, valde auersabatur, precum memor, per quas mente illuminatus Christum fuit professus, & eius, qui in ipsum extitit diuinæ gratiæ aduentus. *Metaphrast. apud Baron. tom. 3. Annal.* H

Huic consonat, quod scribit *Beda de* S Albano, qui paganus adhuc, cùm perfidorum Principum mandata aduersum Christianos sæuirent, clericum quendam persecutores

fugientem

[illegible] exemplum [illegible] fidei ac pi[illegible] æmulari, ac [illegible] exhortationibus paulatim edoctus, relictis idololatriæ tenebris, Chriſtianus integro ex corde factus eſt. Cúmque præfatus clericus aliquot diebus apud eum hoſpitaretur, peruenit ad aures nefandi Principis, confeſſorem Chriſti, cui necdum fuerat locus martyrij deputatus, penes Albanum latere. Qui cum ad tugurium martyris peruenisſent, mox ſe ſanctus Albanus pro hoſpite ac magiſtro ſuo ipſius habitu, id eſt, caracalla, qua veſtiebatur indutus, militibus exhibuit, atque ad iudicem vinctus perductus eſt. Contigit autem iudicem ea hora, qua ad eum Albanus adducebatur, aris aſſiſtere. Cúmque vidiſſet Albanum, mox ira ſuccenſus nimia, quòd ſe illi vltro, pro hoſpite quem ſuſceperat, militibus offerre ac diſcrimini dare præſumpſiſſet, ad ſimulacra dæmonum, quibus aſſiſtebat, eum iuſſit pertrahi: Quia rebellem, inquiens, ac ſacrilegum celare, quam militibus reddere maluiſti, vt contemptor Diuum, meritam blaſphemiæ ſuæ pœnam lueret, quæcumque illi debebantur ſupplicia, tu ſoluere habes, ſi à cultu noſtræ religionis diſcedere tentas. At
B
ſanctus Albanus, qui ſe vltro perſecutoribus fidei Chriſtianum eſſe prodiderat, nequaquam minas Principis metuit, ſed accinctus armis militiæ ſpiritualis palam ſe iuſſis illius parere nolle pronunciauit, &c. Qui cùm tormentis affiiceretur acerrimis, patienter hæc pro Domino, imò gaudenter ferebat. At vbi iudex illum tormentis ſuperari, vel à cultu Chriſtianæ religionis reuocari non poſſe perſenſit, capite eum plecti iuſſit. *Lib. 1. Ecclef. hiſtor gent. Angliæ. cap. 7.*

De puero Iudæo, qui poſtea baptizatus Conſtantini nomen tulit, hæc Græcorum Menæum. Cum matrem ſuam, neſcio quo euntem ſequeretur, vidit hominem Chriſtianum, qui dum in terræ ſcrobem quandam prolaberetur, ſignum crucis ori imprimebat, cuius puer ſecutus exemplum, & ipſe deinceps crucem ſubinde efformabat, ſacráque tandem Chriſtiana amplexus, ardenti fide proſecutus eſt. Cùm puella illum Hebræa (pudoris extorquendi cauſa) inuaderet, illam ſigno crucis repentè exanimauit, ruſumque poſteà in vitam reuocauit. Hic cum præfecto monaſterij ſtatum vitæ ſuæ exponeret, iubet ille proferri crucem, & ab eo ſalutari: cùm
C
beatus iſte pedem oſculo libaret, tota fronte, & brachiis veneranda crux ſeſe in ſancti pueri verticem ſubmittens characterem crucis capiti indelebilem impreſſit. quem per omnem poſteà vitam ſeruauit. Dignus ergo baptiſmatis gratia iudicatus, ſacris Chriſtianis eſt initiatus, & Conſtatinus dictus. Ex. Men. *Græc. 26. Decemb. Grotherus Lib. 5. de Cruce c. 41.*

☞ Refer ad hunc Locum nonnulla ex Locis de Commercio, & Societate.

Exercitium, Exercitatio.

*DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EXercitium, Græcè *γυμνασία*, dicitur. Et eſt vitæ humanæ conſeruatio, caloris naturalis lima, excitatio dormientis, naturæ virtutum corroboratio, ſuperfluitatum conſumptio, otio inimicum, temporis lucrum, iuuentutis debitum, & ſenectutis gaudium. Ille ergo ſolus ab exercitio ſuſtineat, qui ſa-
D
nitatis beneficio vult carere. *Secundum Fulgentium.* Dicitur autem exercitatio, quod vires velut intus latentes foras arceantur & frequenti vſu occupentur.

Exercitatio, Græcè, *ἄσκησις*, *ἀπὸ*, *ἀσκέω*, exerceo dicitur, venitque ab arceo, quod eſt, premo, fatigo, quaſi extra arceo. Exercere propriè fatigare eſt, *Terentius, I ſane, ego te exercebo hodie vt dignus es ſilicernium.*

EXERCITIA OVITA

Animi.

☞ De his ſub loco Affectuum per ſe, hic verò quatenus corpus vnà afficiunt, & perturbant. Hæc ipſo nomine Græcis πάθη, Latinis Affectus, & Perturbationes dicuntur.

CORPORIS.

In Genere.

Germani & Cretenſes laborioſis exercitationibus, currendo, algendo, æſtuando, arduas difficiléſque vias peragrando, exercuerunt iuuentutem, item pugnæ quoque ſimulacris. *Alex. lib. 2. cap. 25.*

Gymnoſophiſtæ adoleſcentes nequaquam ad cibum potumve admittebant, niſi priùs quid ea luce laboratum, quid-

L[illegible] non in [illegible], l[illegible] nos non in luxum, [illegible] in opere, [illegible] ſomni cauſa ſubſternere; vitamque ſine [illegible]to [illegible] que priùs in vrbem redire, quàm viri facti eſſent. *Iuſtin. lib. 3.*

Lacedæmonij infantes ſuos non otio, & ignauia, ſed labore aſſiduo, iuxta Lycurgi leges educabant. Quare & prouerbio increbuit, ſolas Lacænas viros parere. Eorum virgines nondum adultæ, in diſcorum iactu, curſibus & palæſtra exercebantur nudæ. Id quod etiam Plato probauit, vt non modò puellæ, ſed & anus luctarentur. *Plutarchus in Laconicis.*

Cyrus Perſarum rex ad prandium aut ad cœnam ſe non conferebat, niſi antea ex multo labore & exercitatione corporis ſudaſſet. Idem voluit vt milites ſemper opus in caſtris facerent: Nec vnquam Iuuentus, niſi præuio ſudore, cibum ſumeret. *Xenophon in Pædia.*

IN SPECIE. *Vociferatio, Declamatio.* F

Diſputatio quæ quotidie voce peragitur, mirifica eſt palæſtra, non ad ſanitatem tantum, ſed etiam ad valetudinem. Non quidem illam quæ, cutem carne veſtiat, & incruſtet: verū quæ vitalibus maxime principibuſque partibus robur conciliet. Quia robur à ſpiritu confirmari oſtēdunt aliptæ, qui Athletis iubent vt recitantur frictionibus, animumq; adhibeāt iis corporis partibus, quæ contrectantur. Quippe vox quæ ſpiritus motio eſt, non in ſuperficie, ſed quaſi in fontibus inualeſcens, circa viſcera calorem alit, extenuat ſanguinem, venam omnem repurgat, cogi & coagulari non permittit humorē ſuperfluum, ſicut fecem in vaſis, quæ alimentum recipiunt, & conficiunt. Debemus igitur imprimis amare hoc exercitium, atque ei aſſiduè dicendo aſſueſcere: Sin autem ſuſpectes aliquo modo corpus minus firmum aut defatigatum eſſe, legendo vel declamando. Quod enim geſtatio ad exercitationem, hoc ad diſputationem eſt lectio, quæ tanquam in vehiculo alieno in ſermone agitat molliter, & portat leniter vocem. Diſputatio verò conſpirante cum animo corpore contentionem, & ardorem addit. Vociferationes ſunt tamen declinandæ nimis commotæ & aſperæ. Efficit enim ſpiritus impetus, & contentio inæqualis rupturas & conuulſiones. *Plut. Precept ſal.* G

Deambulatio.

Socrates cùm ſæpiùs ante domum ſummo veſpere deambularet, interrogantibus, Quid iſthic agis? reſpondere ſolebat: Obſonium ad cœnam comparo. *Athenæus libro 4. cap. 18. & Cic. 5. Tuſcul.*

Cùm nunciatum eſſet Ephoris Spartanis, qui Deceleiam tenebant, deambulationibus vti pomeridianis, miſerunt ad eos qui monerent, Non oportere Lacedæmonios deambulationibus aut inertiæ, ſed exercitio corporis bonam valetudinem parere, & tueri: *Ælianus lib. 2. de Varia hiſtoria.*

Chryſanthius Sardianus pontifex, & philoſophus à ſtudio ſurgens animum recreabat pro deambulando in viam publicam, & militarem, ſpatiáque longa, ſed ocioſè leniéque, inſtar podagrici, emetiebatur, tantopere deliniebatur animus narrandi ſuauitate. *Eunapius eius diſcipulus.*

Saltatio.

Socrates ſufficere dicebat ei, qui ſaltando mouet ſe, ſeptem lectorum capacem ad ſe exercēdum domum. *Plut. Precept. ſal.*

Curſus. H

Amaſis regis edicto non priùs cibum capiebat Ægyptiaca iuuentus, quam 180. ſtadia percurriſſent. *Diodorus Siculus.*

Militaris exercitatio.

Apud Baleares inſulas, matres pueros à prima ſtatim infantia hoc labore aſſuefaciebant, vt niſi oblatum cibum baculo aut funda priùs attigiſſent, eo veſci prohiberent. *Alexand. lib. 2. cap. 25.*

Apud Cadurcos, Acarnanes, & Æthiopes ſaxa ingentia fundis intorquere, aut ſagittas, & iacula ingentis ponderis vibrare, à teneris aſſueſcunt.

Aurelianus Cæſar nullum reliquit vacuum diem, quin ſe pilo, ſagittis & armis exerceret. *Alex. lib. 1. cap. 20.*

Antonius Caracalla Imp. præterquam quòd ſe cum militibus exercebat, iter ſemper onuſtus armis pedes fecit. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20.*

Agricultura.

☞ Conſul't. Tit. Agriculturæ ſtudium. Illic Mechanici habitus, hic Corporis ſola ſpectatur exercitatio.

Re a NVMA

A [illegible] Deum [illegible] teumiſſent, ſtatuit, [illegible] Plut. in Numa.

Venatio.

Ex Hiſt. Venatorum, & Venationis ſtudij hec quadam.

Lucani filiis ſuis nullum alium cibum apponebant, niſi quem è venatione domũ reportaſsẽt. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 15.*

*EXERCITATIONIS BELLICÆ SIVE MILITARIS DOCVMENTA ET MONITA VARIA item exempla.

Xenophon ita habet: Intereadum hoſtes aduentare quidem dicerentur, nec dum tamen adeſſent: Cyrus & corpora ſuorum ad robur exercere nitebatur & ordinum rationem oſtendere, & ad res bellicas animos acuere. Ac primum apparitoribus a Cyaxare acceptis, mandabat, vt abunde, militibus ſingulis omnia, quibus eſſet opus, parata ſuppeditarent. Quod quum ita curaſſet, nihil iam militi reliquum erat, niſi rei militaris exercitatio. B Videbatur enim animaduertiſſe ſibi ſingulis illos in rebus effici præſtantiſſimos, qui animum à ſtudio rerum pluriũ reuocantes, multarum rerum occupationibus, vni ſe totos darent. Quin etiam militibus ab arcus & jaculorum exercitiis abſtinere iuſſis, hoc reliquit, vt dũtaxat inſtructi, gladio, erate, lorica pugnarent. Itaque ſtatim ſic eorum præparauit animos, vt vel cominus cum hoſte congrediendum ſtatuerent, vel fatendum, ſe nullius in bello momẽti ſocios eſſe. Id vero fateri graue eſt illis, qui aliam nullam ob cauſſam annonas accipere ſe norunt, quam vti pro illis pugnent, qui eas præbent.

Præterea quum in mentem ei veniret homines ad illa exercitia multo alacriores eſſe, quæ cum quibuſdam contentionibus ſuſcipiuntur: certamina militibus indixit earum rerum omnium, in quibus exerceri milites, vtile iudicaret. Erant autem hæc quæ indicebat: Militi gregario præfectis ſe obedientem exhiberet, ad labores impigrum, ad ſubeunda pericula promptum, ſed ordinis tamen obſeruantem, peritum rerum militarium, in armis elegantiæ ſtudioſum, & in huiuſmodi rebus omnibus laudis auidum, quinario vt & ipſe boni militis C gregarij more ſe gereret, & quinionem, pro virili talem exhiberet: decurioni, vt decuriam: manipulario, manipulum: itidémque præfecto cohortis, & aliorum præfectorum vnicuique, tum vt ipſe culpa & reprehenſione vacaret, tum daret operam, vt conſtitutos ſuo ſub imperio duces viciſſim ſibi ſubjectos in officio continerent.

Præmia vero proponebat, cohortium quidem præfectis, vt quia cohortes longe optimas reddidiſſe viderẽtur, tribuni fierent: manipularibus autem, vt qui manipulos effeciſſe optimos viderentur, eorum in locum ſuccederent, qui fuiſſent præfecti cohortium: itidem optimi decuriones in manipulariorum, quinarij in decurionum, gregariorum militum præſtantiſſimi quinariorum in loca ſubſtituerentur. Atque omnes hi præfecti primum hoc habebant, quod à ſubjectis ſibi colerentur, deinde honores etiam aliquos cuique par erat tribui, ſequebantur. Quin & maiores ſpes laude dignis oſtentabat, ſi qua ſequuturo tempore fortuna lautior adfulſiſſet. Totis etiam cohortibus, totis manipulis, decuriis, quinionibus præmia victoriæ promiſit, ſi præfectis ſe ſuis obedientiſſimos declarent, & exercitationes demonſtratas ſumma cum alacritate obirent. D Præmia quidem erant eiuſmodi, qualia multitudini conueniunt. Atque hæc ſunt, quæ & ipſe indicebat, & in quibus miles exercebat *c. 7. lib. 2. Cyropædia*

Leo Imperator qui & Philoſophus, ad filium ita ſcribit: iuxta nuperam editionem *Ioan. Meurſ.* Deinceps iam de exercitatione quæ bellica certamina debet anteire, numero & paucis, ô Imperator, verba faciam, vt per iſtas exercitationum periclitationes, ad vera pericula eos aſſuefacias. Imperitia enim ad ſubitas & irruentes rerũ aggreſſiones cæca & incita eſſe ſolet.

2. Hyeme aut alio quouis tempore, quando intermiſſio belli eſt, aut excurſionum in hoſtili terra relaxatio, aſſuefaciendi ad patientiã laborũ ſunt milites, & bellicoſi operoſíque aſſiduitate reddendi ſunt, neq; in otio & deſidia eſſe ſinendi. Etenim otium languida & ſoluta facit corpora, deſidia timidas & effœminatas reddit mentes. Voluptates enim quoties ineſcantes fortiſſimum quemq; corrumpunt. Quando autem longo tempore interpoſito ad labores veniunt, neque lubenter ſuſtinent, neque diu durant, ſed ſtatim refugiunt priuſquam periculum laborum bellicorum fecerint: ſin in periculum venerint [illegible] dicere imperatorem, qui tum præ[illegible] omniaque negotia ad vſus bellicos ſpectantia, quando rei bellicæ nulla neceſſitas vrget. Exerceto autem eos his moribus & inſtitutis.

3. Primum, vnuſquiſq; miles in aliquod negotio ſit. Graues autẽ, id eſt, ſcutatos pedites, vel qui vniuerſam armaturam geſtãt, ad ſingulare certamẽ cũ ſcutis & virgis inter ſe exerceas.

4. Ad conijcienda eminus iacula & matzurbulum, quod nunc dicitur Saliba, vel tzicurim.

5. Leuem armaturam exercebis, ad ſagittas celeriter iaciendas, in haſtam aliquam altam eminus defixam.

6. Ad jacula eminus conijcienda & fundas.

7. Equites exercebis ad ſagittas celeriter jacienda: celeritas enim præparat ſagittam, tum vt facilè ex arcu excutiatur, & eam impetu emittatur: quod neceſſarium eſt, & iis qui equis vehuntur in primis conducibile. F

8. Atque etiam vt pedibus ſimiliter eminus jaciant ſaggitas, ſiue in haſtam, ſiue in quoduis aliud ſignum.

9. Vt ſagittas in omnes partes equo currente iaciant, antè, retrò, dextrorſum, ſiniſtrorſum. In equum vt exiliue poſſint.

10. Vt ſagittas contentè iaciant ex equo currente, vnam atque item alteram, & intentum arcum confeſtim in corytum ponant, ſi latos ſatis corytus fuerit: ſin minus, in ſemycorytum ad hoc ipſum opportune factum ponant, & haſtam humeris ſuis geſtatam ſtatim in manus ſumant. Poſteaquam autem arcum in coryto intentum habuerit & ſumpſerit haſtam, in humero iterum haſtam ſtatim ponat, & arcũ ſine mora aſſumat.

11. Vt inuadant ſe mutuò duo viri, & recedant, & rurſus ingruant & euoluant ſe ad modum paracontarij.

12. Vtile vero eſt in ipſo itinere faciendo, vt quidam ex illis ſuis locis ſe exerceant, & conentur hæc ex equis facere, hoc modo ipſum iter expeditum erit, & equi minus atterantur.

13. Si contingat in expedito commorari exercitum, id eſt, in eo loco vbi coactus eſt, omni eo tempore ne vnus quidẽ ex militibus quantum fieri poteſt otioſus ſit, ſed ad laborem vt dictum eſt, aſſuefaciendi omnes ſunt, & interdum prædicto G more exercendi, interdum in acie, & inter ſe, interdum in armis ſuis detergendis & nitidandis occupentur. Otium enim non ſolum ignauos & effœminatos facit, ſed etiam ad inania quædam & turbulenta cogitanda animum traducit. Ad voluntarios labores ſi ſe exerceant, facilè etiam coacti labores perferent, & ad imperata facienda aptiores erunt.

14. Nec ſigillatim modo exercebis eos, ſed generatim etiam aſſuefacies, vt ſuas ſtationes perfectè cognoſcant, & in illis commorentur. Et aſpectu & nomine familiariter ſe mutuo agnoſcant, & ſub quo præfecto miles vnuſquiſque ſit, in qua cohorte, & quibus cum viris in contubernio collocetur.

15. Cognoſcat etiam celeriter mandata quæ à præfectis dantur. Cum præcipitur vt extendatur acies ſiue in longitudinem ſiue in latitudinem, vel vt cogatur & contrahatur in denſitatem, vel vt inclinatio fiat in dextram aut ſiniſtram partem, vel vt ordinum commutatio, & interualla ſtationum à viro ad virum fiant, vel vt ſeparatę ſingulorum agminum denſitates, vel raritates, vel vt mutui occurſus & diſceſſiones ſiue adoentantium ſiue recedentium ſint, & contuberniorum ſiue ordinum inter ſe partitiones, ſeparationes, & inſtructiones fiant. H

16. Vel vt phalanx, id eſt, vniuerſa acies aut in arctum contrahatur, aut in lõgitudinem producatur, vel vt diſtomos, id eſt, anceps acies fiat, hoc eſt, quando ἴσαρα, id eſt, caudani, poſt vniuerſam aciem conuerſi aduerſus hoſtes qui circumuallare exercitum conantur, quaſi præſtites pugnant, & à tergo ſimiliter dimidium contubernium ad illos conuertunt, vel vt iſtarum commutationum inclinationes & traductiones fiant.

17. Qui ad iſta aſſuefacti ſunt milites, celeriter, vt ita dicam, & ſua ſponte ad aciem hanc feruntur. Qui iſtarum rerum inſueti rudeſque ſunt, magno cum negotio & moleſtia ad imminentis pericula in acie conſtitui poſſunt.

18. Vbi exercitum diuiſeris, ſiue ferreis armis inter ſe committantur, vel cum haſtis ſine cuſpide, vel ſagittis ſimiliter, vel, vt prædiximus, pro gladiis vtantur virgis vel ferulis, vel calamos pro haſtis tradas. Sin glebas habet tellus in qua exercentur, conijcere eas iubebis in ſe mutuo inter confligendum: interdum chatzaniis vel iis ſimilibus in prælio vtantur.

19. Accli

[illegible]

quoluis n[illegible] inuadere, q[illegible] illos ſi poſſin[illegible] pellat.

20. Vbi m[illegible]ercueris, illos dimittes, & aliis trades illorum arma, & manentes atq; in hac exercitatione ſtrenuè ſe gerentes collaudabis, eos qui ſocorditer, & effœminatè ſe gerunt, exacues, & excitabis ad offenſas illorum corrigendas.

21. Tali enim induſtria ac exercitatione non ſolum ad labores paratior eſt exercitus, verum etiam ſanitatem melius tuetur, & cibo potionéque ſuauius fruitur, quanquam vilior ac tenuior fuerit. Et corpus valentius firmius habet, ſi ſudoribus, caloribus, apricationibus, frigoribus, tempeſtatibuſque aſſuefactum fuerit.

22. Similiter exercebis equites, ad decertationes quaſdam & dimicationes, inſectationes, conflictationes, velitationes, & ſagittarum jaculorúmque emiſſiones, & quæcumque deinceps tibi fuſius exponam.

23. Hæc faciant in locis planis, & campeſtribus, & ad montiũ pedes, & ad aſpera quoque loca quantũ poſſunt accedant.

B 24. Non modo mihi, verũ etiam majoribus noſtris viſum eſt parnecesſariò eſſe, vt cũ in cãpeſtribus & planis locis ad curſum exerceantur equi, tum etiã in editis, & condenſis & aſperis locis, vt hæc loca agmine facto tranſeant, atq; etiam ad decliuia ſimiliter ſe præparent. Si enim ad hunc modum aſſuefacti fuerint, neque homines neque equos vllus locus vel offendet vel lædet.

25. Æſtate ne equum ad crebiò bibendum aſſueſcias. Qua da cauſa minus vtile eſt propter fluuium caſtra ponere.

26. Aciem borum inſtruas in aſperis, & auiis locis, & cohortem ipſam permittas ita vti eſt inſtructa, agmine facto ea loca conſcendere, atque iterum deſcendere.

27. Quicumq; ſuis aquis parcẽtes iis exercitationibus abſtinent, hi quantum in ſe eſt ſuam ipſorum ſalutem produnt.

28. Deinceps par eſt, quanquam verecundè, paucis tamen veterum motus bellicos, & præcepta explanare, vt in illis quoque exerceas tuos, & illos tum dicto tum facto ad rem benè gerendam, & rem militarem cognoſcendam excites. Nam poſteaquam vnumquemque militem tum equitem tum peditem C ſeorſim exercueris, vnamquamque etiam cohortem ſiue bandum ſeparatim etiam ad hunc modum exercebis.

29. Cohorte equitum ex ordinibus ſiue contuberniis diſpoſitè & ordinatè conſtituta, narrabit mandator imperata illis ad hunc modum.

30. Vbi conflictatio eſt, nullus anticipet, nullus tardet, donec hoſtes tuos perſequaris. Si extra conſpectum frontis exercitus ieris, intuere in cohortem, perſequere, non quaſi ignauus, ſed quaſi fortis miles, neque vlius exhortationis gratia, aut vlla alia de cauſa ceſſes. Cuſtodi miles ſtationem tuam. Obſerua tu ſignifer, vbi hoſtem oppugnaueris, vt eum perſequaris. Si extra conſpectum aciei diſceſſeris, ne vehementer in campo curras, vt ne aciem tuam diſſipes.

31. Cohortis equitum exercitatio per ſe talis eſt, vt ordinatè ſe quaſi in acie moueat vel curſu ad aliquod ſignum contendat, & ibi conſiſtat: & quando ciere cohortem vis, voce vel buccina, vel nutu flammuli ſignificare oportet, & ſic cieto. Quando autem eos conſiſtere vis, vel voce illis ſignificato, Sta: vel ſcuti ſtridore, vel tuba, quæ nunc buccina vocatur, vel ſtau-

D rea. Et hoc vnum monendi genus eſt.

32. Aliud mouendi genus eſt, inæquabiliter procedant, laxo quodam disiuncti interuallo, & tum præcipe his verbis: Æqualiter procedite.

33. Aliud genus eſt, vt ad latus idoneè denſentur, & ad caudam ſimiliter denſentur. Hoc verbum πυκνοῦσθαι, id eſt, denſari ſignificat cogi in vnum, vt lateribus atque humeris prope ad ſe mutuò accedant. Præcipe vt ad latus ſe denſent decani ad decanos, quintani ad quintanos, quartani ad quartanos, & denſentur omnes, vt dictum eſt, latera lateribus adiungentes: nã qua in alteram partem denſent ſe ad medium ſtatorem, id eſt, ſigniferum, vt hinc atque illinc ei adiungantur: breuiter enim & ordinatè talis denſatio fit. Quemadmodum autem decani æqualiter ſe in fronte contubernij collocant, ſic & quartanos ſiuè caudanos æqualiter ſe in cauda contubernij conſtituere oportet: illis enim ordinatè & diſpoſitè collocatis, ſi inter confligendum priores ſtationem ſuam deſeruerint, prohibentur tamen ab illis tergiuerſari aut retroferri.

34. Aliud genus eſt quando in caudam, id eſt, extremam partem denſantur: non modo enim quod ad latitudinem per-

35. Aliud gen[illegible] ſic denſati ambul[illegible]do ſagit[illegible] præcipe, κατὰ ζυγὸν, [illegible] decanis & [illegible] partes inclinantibus ſua ipſorum capita cum ſcutis ſuis, atque equorum colla aliqua ex parte tegentibus, & haſtas humeris geſtantibus, ſcutis etiam teſtis ſuis procedant ordinatè cũ tripudio, id eſt mediocri quodam motu, qui tolpa dicitur: nec impetuoſe curſu, ne contentionis celeritate ante manus conſerta quod valde periculoſum eſt, perturbetur acies, ſagittariis interim qui à tergo illorum ſunt, ſagittas iacientibus.

36. Aliud genus eſt, vt incurſione interdum perſequantur quaſi curſores, quos nunc proclaſtas nominant: interdum ordinate in defenſores, quos nunc vindices appellamus: & ſi curſoribus præcipere oportet, dicendum eſt, δράμε ἕλα, id eſt, curſu contende, & vnius milliaris ſpatium incurſionem hanc faciant. Sin quaſi defenſores, præcipiendum eſt hoc modo κατὰ τῆς τάξεως ἀκολούθει, id eſt, cum acie procedito, & ordinatè ac diſtribute procedant. F

37. Aliud genus eſt, vt retrocedant paulolum, & ruſus conuertantur: & quando illos retrocedere vult, curſor clamet, τύπτε καὶ ἀναχώρει, feri, & retrocede. Vbi autem retroceſſerint ad vnum aut alterum ſagittæ iactum defenſores ruſſos appellet his verbis, στρέφε ἕλα, id eſt, verte, contende, & confeſtim ruſſus vertent ſe contra hoſtes. Hoc faciant non modò antorſum, ſed etiam dextrorſum, læuorſum, ruſúmque ad ſecundam aciem: neque in ipſa verſione, ſed etiam interuallo interiecto vertant ſe ſæpe, & drungiſti, id eſt, vniuerſo agmine facto contendant contra hoſtes. Inter exercitandum haſtas ipſas in altum ſublatas, non in latus obliquatas habere oportet, ne equi in exercitatione hac & contentione impediantur.

38. Aliud genus eſt, vt ordinate ſe in læuam aut dextram transferant, quod lateranis, & corniſtitibus opportunum, & commodum eſt, id eſt, iis qui ad circumueniendos, & circumeludendos hoſtes conſtituti ſunt. Et ſi in dextram partem traducere eos cupias, iis verbis fiat, μετάβαινε πρὸς τὰ δεξιά, id eſt, transfert te ad dextram, ſin læuorſum volis, tum dicas μετάβαινε πρὸς τὰ ἀριστερά, transfer te ad læuam: itaque tranſeant, ſi vna G cohors debeat, vna ſin plures vna parte traducta, reliquæ ſimilitar per cohortes tranſeant.

39. Aliud genus eſt, vt in quibus conſiſtunt locis, in eiſdem interdum ſe vertant, interdum vero frontem aciei commutent. Si repẽtinus aliquis motus retro fiat hoſtibus è tergo imminentib præcipe hoc modo μετοχετεύειν id eſt conuertant, & in ſtatione ſua conſiſtent, ad caudam ſe ſolum conuerte, ſigniferis, & præfectis ſolis ad candæ frontem peruenientibus. Sin magna vis hoſtium ingruat, tum præcipe μεταλλάξαι tranſmuta, & integra tum cohors ſe tranſmutet.

40. Nec verò in longitudinem ſolum inſtruere vtile eſt, ſed etiam drungiſti, id eſt, confertim inſtruantur, vt exerceant, ſo & contendant vaſte in directum per retrogreſſiones, & conuerſiones, per repentinas hoſtium incurſiones, vt quadam cum celeritate poſſint afflictis opem ferre. Si ad hunc modum aſſuefactæ cohortes fuerint, commodè poterunt incurſores, id eſt, proclaſtas ſiue propugnatores, & in defenſores ſiue vindices, & præſidiarios, ad omnem vſum inſtrui. H

41. Talis igitur exercitatio diligenter in plurimis eſt adhibenda, ſiquidem omnia à militibus cognoſcenda non ſunt. Non enim oportet omnia in vulgus efferri, ne ab hoſtibus ea cognoſcantur. Iis autem motibus prædictis ad omnes vſus belli cohortes habiles fiunt, vt tum lateranos, tum in corniſtites, vbi opus eſt, cooptari aſſumique poſſint.

42. Banda autem ſiue cohortes quadam conſenſione, & inſtructione quaſi in acie ipſa iungenda ſunt. Sed vt ne vniuerſæ exercitationes, & molitiones hoſtibus agnoſcantur, nunquam ante conflictationem ipſam vniuerſæ copiæ ſimul, id eſt, in primam, & ſecunda n aciem exercitationis cauſa trãsferantur; vel ad lateranos, vel ad corniſtites vel ad eos qui drungiſti, id eſt conſertim, & clam adoriuntur, vel ad occultas inſidias: huiuſmodi enim conſilia imperatoria diuulgari, & in vulgus efferri priuſquam cum hoſte confligas, inutile eſt. Sed ad præſentem rerum vſum ex tempore talia adhibenda ſunt.

43. Par eſt igitur, ſiue comitis alicuius bandum, ſiue drungus, ſiue turma ſeorſim exerceantur, ſiue in inſtructione magni exercitus collocentur, vt in tres partes exercendi diuidantur. Si bandum ſiue cohors per ſe exerceatur, maximam partem

A [illegible] ... [illegible] ... is ante conſp. ctū [illegible] ... ad conſl[illegible] ... cum illis ſe præpa- [illegible]

44. Iam cum ſe quaſi ad prælium mouent, magno impetu facto curſores ſe à defenſoribus ſeparēt, & vbi rectà vnū atq; alterum milliare excurrerint, dimidium illius ſpatij reuertantur, & interdum dextrorſum, interdum læuorſum ſe currendo obliquent, ſicq; tertio quartóque faciant, rurſuſque orbiculatè procedant; poſtea ſpatium illud percurrentes quod inter eos & defenſores eſt vnde exierant, cum defenſoribus quaſi inſtructis in acie iis occurrant qui ante eos inſequebantur.

45. Drungo, id eſt, integra cohorte milliaria exercitante ſe idem facias, & cohortem in curſores, & in defenſores diuides, & eos qui curſores ſunt, interdum defenſores facias, interdum contra; vt ad omnem vſum parati ſint.

46. Similiter facies turma aliqua ſe exercente, & acie prima aut ſecunda hoc faciente. Aduerte autem potiſſimum orbiculatas curſorum incurſiones, vbi diuerſa & varia banda ſiue co-
B hortes fuerint, vt in duas ſortes diuidantur, & contrario iter ſe motu currant, & obuiam ſibi mutuò fiunt, altera foris, altera interius currendo, vt ne impedimento equitibus ſint.

47. Deinde lartones, ſiue lateranos, & cornistites, id eſt, eos qui ad circumdandos à dextra parte hoſtes locantur, ſeparatim cum illis drungiſti, id eſt, confertim & ſimul incurſando exerceas. Sed id prædictis de cauſis quantū poteſt clanculū facias.

48. Itaque ſi quaſi aduerſus aciem hoſtium eminus exiſtentem, tuos inſtruxeris, accura vt exæquentur illis, & non circūueniantur ab eis. In iis quæ cominus ſunt perfice, vt hoſtes à tuis circumdentur, paucis equitibus per ſimplicia contubernia vſq; ad vnius atq; alterius cohortis multitudinē quaſi hoſtibus præpoſitis, vt aduerſum eos ſe tum ad lonandum, tum ad circumueniendum eos corniſtites dirigant. Deinde ſic qui cū illis verſantur, drungiſti quaſi maza ſimul clanculum ipſi ſoli de improuiſo contentione quadam celeri excurrentes, à tergo, id eſt, poſticā parte hoſtium illos inuadant.

C 49. Hæ igitur exercitationes ſimplices ſunt: communiter tamen multas cohortes, priuatim vnamquamque cohortem idoneè exercent, & inimicis acies noſtra minimè aperitur. Iſtæ exercitationum formæ ſcriptis tradendæ turmarchis tuis ſunt, & reliquis cohortibus quæ ſeparatim exercentur.

50. Aſſuefacito ad huiuſmodi exercitationes, non ſolùm in campeſtribus, ſed etiam in auiis, & aſperis, in arduis & accliuibus, in decliuibus, & pronis locis: & ipſo æſtus ſqualloriſque tempore; vtile eſt ad potentiam laborum exercere milites: nemo enim ſcit quo tempore bellum futurum, & quidnam in bello vſuuenturum ſit.

51. Ita exercitatio inſtituenda, quaſi bellum ipſum gereretur: Itaque vtilitatis cauſa ne bellici quidem temporis ſimilitudo prætermittenda eſt: nam hęc aſſuefactio periculorum longè robuſtiores milites facit.

52. Quoniam equeſtrem exercitationem aliqua ex parte attigimus ſic pedeſtris aciei exercitationem non prætermittemus, quam vel ex antiquis vel ex recentioribus rei militaris ſcriptoribus accepimus.

D 53. Pedeſtris aciei primū contubernia deſcribantur, quemadmodum antea præcepimus, vt quædam ad læuam, quædam ad dexteram cohortis ſiue præfecti collocentur: cumque præfectus ſimul cum ſignifero, & mandatore, & buccinatore procedit, ſequantur quemadmodum conſtituti fuerant lochagi, id eſt, præſtites, & decani ſiniſtri lateris primum, deinde dextri.

54. Vbi in exercitationis ſiue inſtructæ aciei loco fuerint, ſtet præfectus, & cū eo ſignifer, & ſi quis alius cum eo eſſe cóſueuit, inſtruāturq; cōtubernia hinc atq; illinc, primū quēadmodū, explicatum antea eſt, laxiore & rariore interuallo, vt ne à ſe mutuò affligantur: deinde ad ſedecim virorum altitudinē id eſt, profunditatem. Cuſpides haſtatū ſurſum erectas habeāt ne ab illis impediantur. Ante frontem aciei ambulent mandatores & campiductor, id eſt, dux viarum, hic quidem vt vias indaget & eos ducat, ille verò vt ex imperio præfecti mandata det.

55. Si cohors exercenda ſit, cohortis præfectus ante eos cum mandatore & campiductore ambulet. Sin turma exerceatur, nemo ante ambulet niſi turmarcha & eques cum mandatoribus duobus, & campiductoribus duobus ſtratore vno & ſpathario vno, id eſt, armigero, qui turmarchæ arma gerit, donec prope conflictationem ipſam venerunt copiæ, tum certè

56. Neque cum hoſtibus conflig[illegible] ... , quamuis compluſes fuerint, in vllo μέρει, id [illegible] exercitus perſonet niſi meracchiæ, ſiue vnam turmam tertius habeat, ſiue plures, vt ne tumultu aliquo impediantur mandata exaudire. Et grauis armatura, id eſt, pedites ſcutati, ad hunc modum inſtruuntur.

57. Leuis armatura diuerſis modis inſtruitur. Qui enim ἀκροβολισταὶ olim, nunc ſagittarij nominantur, interdum à tergo vniuſcuiuſque contubernij pro multitudinis ratione collocentur, vt ſcutatorum ſingulis contuberniis quaternionibus vnus ſagittarius reſpondeat. Interdum in ipſa contubernij altitudine ſcutatus, & ſagittarius alternatim ſtent interdum in contuberniis, & in cornibus, id eſt, extremis oris copiarū, interius equitibus, ſæpè etiam exterius haud longè cum paucis ſcutatis ad defendendos interiores equites, ſi multa leuis ſit armatura.

58. Qui rhictaria, id eſt, iacula, vel tzicuria vel barducia habent, ij vel à tergo ſcutatorum, vel in extremis oris aciei, & non in medio, locentur. Funditores omnes in extremis oris E
aciei. Nunc autem ſagittarios reliquoſque jaculatores à tergo contuberniorum aduerſum eos, qui contraria exercent, vel quemadmodum vſus requirit, collocabimus.

59. Equites in ipſis oris aciei pedeſtris collocabis. Quæcunque autem robuſtiores cohortes ſunt, cum ducibus ſuis in exteriori loco collocentur. Et ſi cōplures equites fuerint qui duodecim millium numerum exceſſerint, tum ad decem virorum altitudinem fiant: ſin pauciores, ad quinq; virorum altitudinē conſtituantur. Sin autem quidam ſupra iſtum numerum, qui vltra cursus à tergo in ſubſidiis locentur, vt ſi à tergo hoſtes inuaſerint, occurrant illis: ſin minus, lateribus adiungantur.

60. Laxiore primum interuallo inſtruantur iſti, vt ſi aliqua occaſio exercitus commutandi fiat, minimè impediantur.

61. Præcipies equitibus, ne nimis impetuosè curſitent in hoſtes, neq; à pedeſtri acie longo interuallo diſcedant ne ſi fortè inſidiæ fiant, & hoſtes retro in eos ſe conuertant, pedites horum præſidio deſtituti aliquod vulnus accipiant. Si preſſi admodum diſſipatique fuerint, tum retro ad currus ſuos conſeruandos, qui à tergo aciei pedeſtris inſtructi ſunt, ſe conferant, nec eos prætereant. Sin ne ſic quidem reſiſtere poſſint, ex quis deſcendant, & pedibus ſe ipſos defendant.

62. Si aciem inſtruere exercitus voluerit, non tamen eo die confligere, ſi aduerſarij in equites irruerint, & nequaquam ſuſtinere eos tui potuerunt, ne præſtolentur eos in aciei cornibus ſiſtendo, ſed retrocedant ad extremas oras aciei, & curruum. Quod ſi fiat, majore interuallo opus eſt, vt diſcedentibus iam tum equitibus, cæteri anguſtiis non nimis premantur, ne hoſtium ſagittis lædantur.

63. Hæc tempora prælij maximè fiant: hac de cauſa enim hę exercitationes maximè ſuſcipiuntur.

64. Iis rebus igitur deſcriptis, præcepta à nobis & inſtitutiones pedeſtris aciei quemadmodum & equeſtris, explicandę tibi ac proponendæ ſunt.

65. Quando ad exercitationem omnes inſtructæ aciei cohortes conuenerint, hæc illis mandator præcipiat: Cum ſilentio omnes imperata facitote: Ne perturbemini: Stationem veſtram ſeruatote: Cohortem ſequamini: Nemo cohortem ſuam H
deſerat: Inimicos perſequamini: Hac oratione habita, ita quietè & remiſsè ſe mouebunt, vt nemo ne ſuſurret quidem.

66. Exercitanti ad hęc ſunt voce, vel nutu, & ſigno aliquo vt moueant & ſtent, laxentur, & in altitudinem contuberniorū diuidantur, incedant æquabiliter, & ordinate, in frontē, id eſt, directe, ac variis modis diuerſiſq; ſe contrahāt & dēſent, tum in longitudinem, tum in altitudinem: pulchro ambulent, ſicq; quaſi in ipſa prælij acie eſſent, ad eam formā confligant.

67. Exerceant ſe quoque ad hunc modum, interdum cum virgis, interdum cum nudis ſpathis, id eſt, gladiis: diuidantur in diphalangiam, id eſt, duplicatam aciem, & rurſus in priſtinam formam redeant: dextrorſum, & læuorſum ſe obliquent, & in cornu ſe inflectant, id eſt, dextrorſum procedant, & rurſus priſtinam ad formam redeant; & acipitem aciem inſtruant, id eſt, ad accipiendos vtrinque hoſtes paratam, & rurſus ad priſtinam formam redeant: in dextram, & læuam ſe transferant, denſent ſe & dilatent, id eſt, diffundant altitudinem contubernij, à tergo commutentur, & ad priſtinam formam redeant. Hæ formæ propter varias circumſtantes cauſas exercendæ ſunt.

68. Vocis

[illegible] aliq [illegible] ſi-
gna [illegible] mouentur : quando verò conſiſtere eos vult, tu [illegible], parua buccina, vel voce, & nutu manus ſignificat, & conſiſtunt. Propterea autem voci, & ſignis aſſueſaciendi ſunt, quia curruum tumultus ingens ſæpe, ſæpe puluis, ſæpe caligo magna obſeruatur.

69. Attenuantur contubernia, quando ſedecim virorum altitudinem habent, & eas in longitudinem aciei potius deducere, vel ornatus cauſa alicuius, vel vt alicui alteri aciei exæquetur, cupis. Præcipies autẽ iis verbis : ἐξελθε, id eſt, exeas : & exibunt ſtatim vnus poſt alterum ſe ſeparant. Itaque altitudo cõtuberniorũ attenuatur, & longitudini aliquid adiicitur, & altitudo nunc tantummodo virorum octo fit. Si verò quatuor ſolum virorum altitudinem vis eſſe, dic rurſus, ἐξελθε, id eſt, exeas, exibunt omnes in vnam ſolum partem, dextram aut ſiniſtram. Hoc enim diligenter obſeruandum eſt, vt omnes vnam in partem veniant & exeant.

70. Iubeantur incedere æquabiliter & inordinatè. Quando
B quidam in acie cæteros antecedunt, & inæqualiter eunt, iis verbis præcipies, ἴσον τὸ μέτωπον, id eſt, æqualis ſit frons, & ſtatim æqualis erit.

71. Contrahitur vel denſatur exercitus, quando duobus aut tribus ſagittæ iactibus ab hoſtium copiis cum abeſt, & frontem vtriuſque exercitus committere vult, contractum & denſatum ad medium locum tum longitudinis tum altitudinis vſque frontem adducit, vt qui in anteriore parte inſtructi, & qui a lateribus fuerant, intra curuum complexum quaſi contineantur. Hæc forma poteſt eſſe tum ſtante, tum mouente exercitu.

72. Præcipiendum quoque οὐραγοῖς, id eſt, vltimanis ſeu caudatis perſæpe eſt : & eos, qui à tergo ſunt impellere oportet, atque ad vſum omnem militarem incitare, vt ne aliqui ex illis tardantes omiſſi ſint.

73. Phulchò ambulant, quando iunctis copiis hoſtium ſimul & noſtris, ſagittæ coniici incipiunt, & qui in fronte inſtructi ſunt zabas, loricia, id eſt, galeas non geſtant. Cùm præcipitur illis φοῦλκον, id eſt, denſato, tum qui in fonte inſtructi fuerint, denſant ſcuta ſua donec ſibi mutuo appropinquauerint, ventres ſuos vſque ad ſuras, & genua ſcutis ſuis operientes: qui à tergo illorum ſtant, ſcuta ſua ſupra eos traducen-
C tes, & in anteriore illorum parte ponentes pectora, & vultus illorum tegunt, ſicque cum hoſtibus confligunt.

74. Quando autem denſata acies ad vnius ſagittæ iactum ab hoſtibus abfuerit, & cõflictatio futura eſt, dicito, ἕτοιμοι, id eſt, parati. Alius ſtatim excipiat, & clamet, βοήθει, id eſt, iuua: & confeſtim vna, claráque voce omnes perſonent, ὁ θεὸς, id eſt, Deus. Ibi dum leues ſagittas altius conieiant. Scutati qui in fronte conſtituti ſunt, vbi prope hoſtes fuerint, matzucia vel tzicuria vel zhachtia habeant, humilius coniiciunt ea ſin minus, præſtolantes donec cominus venerint, & tum iaculantes, vel coniicientes tela, gladios diſtringant, neque retrocedentibus, & tergiuerſantibus hoſtibus excurrendo, ſed in acie conſiſtendo pugnent. Qui à tergo illorum ſtant, ſua ipſorum capita ſcutis ſuis tegentes, anterioribus dimicantibus cum iaculis ſuis ſuccurrant.

75. Qui in fonte exercitus ſunt ſibi ipſis diligenter proui-
D deant, donce cominus ad manus ventum ſit, ne ſi xabas aut chalco tubas, id eſt ocreas æneas non habeant, ſagittis ab hoſtibus confodiantur.

76. Diuiduntur in diphalangiam, id eſt, duplicatam aciem, quando acies inſtructa directè ambulat, atq; ante hac à tergo imminent hoſtes : ibi tum ſi ex ſedecim fiat contubernium, & in conſpectu fuerint hoſtes, & cominus manu confligere voluerint, præcipe vt per octo ſe diuidant, & octo in diphalangiam ſtatim; id eſt, duplicatam phalangem diuidantur ſicque octo contubernales immoti ſtabunt, alij octo conuerſi & mouentes ſe in contrariam partem, ad duplicatam quaſi aciem ſe diuidant, reliqui ad octo vel quatuor altitudinem conſiſtent. Illis præcipiendum eſt, ἑδραῖοι στῆτε οἱ δεύτεροι, καὶ οἱ τῆς διφαλαγγίας ἐξέλθετε. i.e. firmi ſtate ſecundi, & in duplicata acie qui eſtis exite. Secundi autem ſunt qui ἐπιστάται, i.e. aſtites nominantur, qui ſub decani poteſtate ſunt. Hi conuerſi tam prope ad ſe mutuo accedãt, vt paulo amplius veſtigij interuallo diſtent, ne vtrinque cõiectæ ac hoſtibus ſagittæ terga vtrinque ſpectantium lædant, ſed opportuno alio in loco cadant. Deinde ſic illis præcipito, ἀνακάμψατε. reuertimini : & rurſum, ſi vſus fuerit, conuerſi ad priſtinam acie formam redeant [illegible] hoſtium co[illegible] ribus non ſequ[illegible] eſt aſtites conſiſt[illegible] primi ſiue p[illegible] minantur, contra eos eant.

78. Diphalangiæ, id eſt, duplicatæ acie vſus eſt, quando currus non ſequuntur, vel ſi ſequuntur, ab hoſtibus tamen populantur, hos autem omnino oportet pedeſtrem aciem inſtructã ſequi niſi fortè equeſtris exercitus cogatur pedibus ire, idque temporis vel curribus, vel alia quapiam materia a tergo eget.

79. In dextram, & læuam partem inclinantur, quando in alteram partem acies obliquatur, vel vt producatur acies, & circumueniat hoſtes, vel vt ne circũueniatur ab illis, vel propter loci opportunitatem, vel propter loci anguſti trãſitum. Si dextrorũ traducturus aciem es, præcipe iis verbis, Ad haſtam declina, eóq; ſe armati flectant: deinde præcipe ἀπόδος, id eſt, conuerte te, & ad priſtinam formam redibunt. Sin eos ad læuã declinare volueris, præcipitò, ἐπὶ τὸ κόντάριον κλῖνε κίνησον, ad haſtam declinans te moue: atq; hæc perinde ac ſuperiora faciant. B

80. Ἀμφίσμος, id eſt, anceps motus eſt, quando inimicis ſubito ante & retrò inuadentibus, non in diphalangiam, id eſt, duplicatam aciem copiæ diuiduntur. Præcipiet contubernius vt ſtationem ſuam cuſtodiant, & dimidij contra eos qui primo veniunt ad ſtandum ſe aptent, dimidij contra ad tergum conuerſi. Qui in medio conſiſtunt, capita ſua ſcutis tegant.

81. Dextrorſum aut læuorſum mutantur, quando neceſſitate hoc poſtulante, ad dextram, aut læuam transferre via exercitum. Præcipe iis verbis, μετάθεσις εἰς τὰ δεξιά, id eſt, transfer te ad dextram: vel rurſus μετάθεσις εἰς τὰ ἀριστερά, transfer te ad læuam. Vna cohorte tranſeunte, vniuerſa acies ad eam partem tranſeat.

82. Rareſcunt ſiue dilatantur acies, quando denſatam eam diuidere volueris, & iuncta contubernia ſeparare, & vniuerſas copias in longitudinem producere, Præcipies autem iis verbis, πλάτυνε, ποίει ἀμφότερα μέρη, id eſt, dilata in vtraque partem, & diffundantur ſtatim. Hæc forma tum ambulante, tum ſtante exercitu fieri poteſt duobus cornibus exterius nutantibus, ſiue turma ſit, ſiue exercitus.

83. Denſantur vel duplicantur contubernia, quando ad G quatuor virorum altitudinem ſtant, & duplicare eum numerũ vis, & idoneè ad altitudinem contubernij firmare contra hoſtium aciem, dices, εἴσελθε, id eſt, ingredere, & ſtatim octo erũt. Sin eos ſedecim volueris facere, rurſus dices εἴσελθε, & vnus poſt alterum euntes ad ſuam ſtationem duplicantur, & fient ſedecim altitudine. Ab vno autem latere ſolum extant, ſicut antea præcepimus. Sin ad triginta duo virorum altitudinem contubernia, quod minimè neceſſe eſt, facere vis, prædicito, εἶλος ὑπὸ εἶλον, id eſt, manipulus ſub manipulo: atq; ita duplicantur, & acies ipſa denſatur, & longitudo eius contrahitur.

84. Contrahitur, quando ambulante in directum exercitu, non ante eius conſpectum hoſtes veniunt, ſed à tergo. Tum ſi frontem, id eſt, lochagos ſiue præſtites ſedecim virorum altitudine ad caudam ſiue vltimum agmen transferre cupis, præcipe ad hunc modum, μετάλλαξον τὸν τόπον, id eſt, commuta locum : & altitudinem contubernij tranſeuntes lochagi ſiue præſtites, complutibus eos ſequentibus, frontem nouã ex aduerſo hoſtium conſtituant. Hoc ante denſationem exercitus, ſedulo fiat. Si iam addenſatus fuerit exercitus, & hoc quod ſuprà memoratum eſt commode fieri non poteſt, dicito, μεταστρεφόμενος H id eſt, conuerte : & quemadmodum ante ſtabant conuerſi, ſolum ad tergum extremam aciem reſpiciant, lochago ſiue præſtite in anteriorem partem minimè ſpectante, ſed vltimano iam in fronte conſtituto, quem οὐραγόν, id eſt, caudanum nominant. Hæ igitur exercitationes, tum ipſo belli tempore militem paratum, & idoneum efficere, tum ante tempus belli, ſine ferro, armis aliis ad exercitationem idoneis, ad omnes formas bellicorum motuum, & ad omnem inſtitutionem aſſuefacere poſſunt. Ingenuè, ſine turba & tumultu fiant, diuiſis ſic inter ſe cohortibus, vt duas ſibi mutuò acies oppoſitas faciant, ſiue ex vna cohorte, ſiue ex pluribus hæ acies inſtruantur.

85. Non ignoro autem alias quaſdam præceptiones exercitationesq; motuũ ſcriptis ac litteris eſſe proditas tum ab aliis, tum potiſſimum ab Æliano & Arriano, quibuſcum cæteri quaſi vna voce conſentiunt : ſed ne ad nimiam longitudinem producatur oratio, vno quaſi capite ſolum illa recitabo: de cætero autem propter longitudinem illa eadem prætermittam, partim propter obſcuritatem atq; inutilitatem, partim quia

[illegible] . Va [illegible] opterea in[illegible] e, ſi hæc quæ claritate quadam [illegible] perſpicuitat[illegible] [illegible]ia ſunt, cum obſ[illegible] [illegible] remus.

86. Ab Æliano autem hæc nomina, & hi motus recenſentur: κλίσις, id eſt, declinatio, hanc autem declinationem in duo diuidit, alteram ἐπὶ ἀσπίδα, ad clypeum, ſiue ad ſcutum, vel ad læuam: alteram ἐπὶ δόρυ, ad haſtam, vel ad dexteram. Alius apud illum motus eſt, μεταβολή, commutatio, conuerſio, reuerſio, biflexio, iugare, decuriare, dirigere, euoluere, duplicare. Dicitur etiam, inductio, dextra traductio, obliqua phalanx, recta phalanx, incurua phalanx, interiectio, præpoſitio, impoſitio, ſuppoſitio, poſtpoſitio, Nomina igitur motuum hæc ſunt. Præcepta autem illis hæc trade:

1. *ἄγε εἰς τὰ ὅπλα. Age ad arma.*
2. *παράστητε παρὰ τὰ ὅπλα. Aſſiſte armis.*
3. *ὁ σκευοφόρος μὴ ἀπέστω τῆς φάλαγγος. Armatus ne diſcedat ab acie.*
4. *σίγα καὶ πρόσεχε τῷ παραγγελλομένῳ. Sile & attende præcipientem.*
5. *ἄνω τὰ δόρατα. Surſum haſtas.*
6. *καθες τὰ δόρατα. Demitte haſtas.*
7. *ὁ οὐραγὸς τὸν λόχον ἀπευθυνέτω. Vltimanus contubernium dirigat.*
8. *τήρει τὰ διαστήματα Cuſtodi interualla.*
9. *ἐπὶ δόρυ κλῖνον. Ad haſtam declina.*
10. *ἐπὶ ἀσπίδα κλῖνον. Ad clypeum decliva.*
11. *πρόαγε Procede.*
12. *ἔχε οὕτως. Iſtuc ſerua.*
13. *εἰς ὀρθὸν ἀπόδος. Directè procede.*
14. *τὸ βάθος διπλασίαζε. Altitudinem duplica.*
15. *ἀποκατάστησον Recipe te iterum.*
16. *τὸν λάκωνα ἐπὶ τὸ δόρυ ἐξέλισσε. Laconicum ad haſtam triualue.*
17. *ἀποκατάστησον. Recipe te. Cap. 7. rei tactica.*

*EXERCITATIO NOBILIVM AC VIRORVM ILLVSTRIVM.
Qualis eſt Torneamentorum.

Frequens fuit olim exercitatio, plurimum ad virtutum actiones, ſtudiaque conferens, quam Torneamentorum nomine (alij Troiamenta, ab inuentoribus vocant) appellant. In cuius conſortium adſciſcebantur duntaxat, viri, & genere, & virtute nobiles, certiſque legibus quoad illi incumbebant, conſtringebantur.

Huius autem generis Exercitationes ex conſilio virorum prudentum, Henricus I. Auceps, Imperator LXXXVII. exhibuit, primum nationi Germanicæ Magdeburgi, & ad excitandos nobilium animos ad ſtudium virtutis; & laudi, celebrari impoſterum voluit, atque has conditiones adiecit.

1. Ne collegio huic accedere permitteretur, qui Chriſtianæ Religionis præuaricator, aut, hoſtis
2. Qui contra Cæſ. Maieſtatem, & imperium peccaſſet.
3. Qui virginem vitiaſſet, aut viduam oppreſſiſſet.
4. Qui iuramento, chirographa, & pacta, manu ſubſcripta, ſigilliſque confirmata violare aut negare conſueuiſſet.
5. Qui prodidiſſet dominum ſuum, eumue deſeruiſſet in caſtris, & militia; vel auctor fuiſſet datæ in prælio fugæ, ſuoſque ſubditos iniurioſè prægrauaſſet, preſſiſſet, aut interemiſſet.
6. Qui homicidium commiſiſſet.
7. Qui templa expilaſſet aut viduas, & pupillos deprædatus fuiſſet, vel moleſtaſſet.
8. Qui Latro P'rata, prædator, vel ſicarius eſſet.
9. Qui auctor nouorum vectigalium alioruumque Reipub. grauaminum, & incommoditatum extitiſſet.
10. Qui adulter vel mœchator eſſet.
11. Qui fœnerator, mœchator ſeu artifex manuarius foret.
12. Qui nobilitatis teſtimonium non à quanto progenitore haberet.

TORNEAMENTA CELEBRATA, Obita.

Fuerunt autem celebrata hæc, quæ ſequuntur torneamenta in Germania.

no [illegible]

II. R[illegible]bor[illegible] ad Tuberno, à [illegible] [illegible]ancorum, anno 941.

III. Conſtantiæ ad lacum Bodamicum, à Duce Rodolpho de Sueuia, & Alemannia, anno 948.

IV. Menesburgi à Marchione Ridaco de Miſnia, Comite Meresburgico, anno 968.

V. Braunſuigæ à Marchione Ludolpho de Saxonia, Domino in Braunſvvig, anno 996.

VI. Treuiræ ab Imperatore Romano Conrado II. anno 1019.

VII. Halæ in Saxonia ab Imperatore Henrico III. anno 1042.

VIII. Auguſtæ Vindelicorum ab Hermano Duce Sueuorum, anno 1080.

IX. Gottingæ in Saxonia, à Comite Suppemgebungi, anno 1119.

X. Tiguri, quod vocant vulgari lingua, *an der lindmat*, à VVelpho Duce in Bauaria, & Spolemi, Marchionem Corſoa, Domino Sardiniæ, filiæ Ducis VVephi III. ſplendidiſſimè, anno 1165.

XI. Colnniæ Agrippinæ ad Rhenum, à Florente Comite in Holland, & Seeland, anno 1179.

XII. Noribergæ ab Henrico VI. Imperatore laudatiſſimè, anno 1197.

XIII. VVormatiæ ad Rhenum ab equitibus Rheni, anno 1209.

XIV. VVirtzbusgi ad Mœnum in Franconia orientali ab equitibus Franconiæ, anno 1235.

XV. Ratisbonæ ad Danubium ab equitibus Bauariæ, anno 1284.

XVI. Suuinforti ad Mœnum ab equitibus Franconiæ, anno 1269.

XVII. Rauenſpurgi Sueuorum ab equitibus Sueuiæ, anno 1311.

XVIII. Ingelnhemij ad Rhenum ab equitibus Rheni, anno 1337.

XIX. Bambergæ in Franconia orientali ad Rheduiſum, ab equitibus in Franconia, anno 1362.

XX. Eſſingæ ad Nicrum ab equitibus Sueuiæ, anno 1374.

XXI. Scafshuſij ac Rhenum ab equitibus Sueuiæ, anno 1392.

XXII Ratisbonæ ad Danubium ab equitibus Bauariæ, anno 1396.

XXIII. Darmoſtadij ad Rhenum ab equitibus Rheni, anno 1403.

XXIV. Halibrunnæ ad Neccarum ab equitibus Sueuiæ, anno 1408.

XXV. Ratisbonæ ad Danubium ab equitibus in Bauaria, anno 1412.

XXVI. Stutgardiæ in Sueuia ab Vlrico Comite in VVirtenberg, & Mumpelgard, anno 1436.

XXVII. Landeshuti Boiorum ad Iſerim à Ludouico Diuite, Comite Palatij ad Rhenum; Duce Bauariæ ſuperioris, & inferioris, anno 1419.

XXVIII. VVirtemburgi ad Mœnum ab equitibus Franconiæ, anno 1479.

XXIX. Moguntiæ ad Rhenum ab equitibus Rheni, anno 1480.

XXX. Heidelbergæ in Palatinatu ab equitibus Rheni, anno 1481.

XXXI. Stutgardiæ in vvirtemberg ab equitibus Sueuiæ, & Eberhardo Comite VVirtembergico, anno 1484.

XXXII. Ingolſtadij ad Iſtrum in Boiaria ab equitibus Franconiæ, anno 1484.

XXXIII. Onolſobaci Noricorum ab equitibus Franconiæ, & Alberto Marchione Brandeburgico, anno 1485.

XXXIV. Bambergæ ad Rheduiſum ab equitibus Franconiæ, laudabilis Societatis Vnicornis, anno 1486.

XXXV. Ratisbonæ Boiorum ab equitibus Bauariæ, anno 1487.

XXXVI. VVormatiæ ad Rhenum ab equitibus Rheni, anno 1487.

Neque inueniuntur poſt hoc tempus iſtiuſmodi exercitia celebrata fuiſſe.

*LVDI.

[illegible]

[illegible]ent & [illegible]m genera, viris nobilioribus, & ingenuis vſitata. Quorum alia, Palatia veteres teſte Vegetio appellabant, quorum etiam ritum deſcribit. Pali, inquit, in terram figebantur, vt nutare non poſſent, ſex pedibus ad viri ſtaturam eminentes: cum palum cominus ſudibus eminus miſſilibus feriebant. Meminit etiam huius proluſionis militaris. *Godeſcalcus Stevvechius comment. in Vegetium.*

Cæterum pali locum vicémque ſubiiſſe imaginem ligneam verſatilem, & armatam conto vel claua. Volaterranus teſtatur, quod qui currẽdo ictu rectius deſtinato feriret, curſu equi velociore, & plures lanceas frangeret. illi palma cum plauſu dabatur. Pedeſtrem hanc primitus exercitationem fuiſſe, & *ἱππομαχίαν* ad equites tranſiuiſſe, arbitrantur alij. Exhibiti fuere ſimiles ludi Archiduci Erneſto, dũ Antuerpiæ inaugураretur Belgicarum Prou. Gubernator.

Erant & ludi equeſtres alterius generis, in quibus equites
B certo ſpatio pendentem annulum curſu velociſſimo lancea impetebant, cuius orbem qui lancea excipiebat, plauſum adſtantium, & præmium deferebat. Huiuſmodi etiam Ludi, magno apparatu, & ſumptu ingenti, exhibiti fuere anno 1694. Antuerpiæ, in celebri inauguratione Erneſti Auſtrij, ipſo etiam Principe perſonam ſuam egregiè ſuſtinente. Erat area iſti exercitio aptata loco qui in ea ciuitate celeberrimus, & Pontis Marini nomen habet, cuius latitudo erat pedum 43. longitudo 350. vndequaque cincta, & porticibus, ac faſtigiis inſignita.

Equites omnes cum ipſo Archiduce, ac Proceribus tum exteris, tum indigenis, habitu perſonato, & legali induebantur, ſic tamen vt illuſtriores vſitatum coloris ſymbolum deferrent, quo à reliquis dignoſcerentur. Videre hic erat manipulos Æthiopũ cum ſuo Rege Hexaphoto in ſolio ſedente, ingentémque turbam cuiuſuis ætatis & ſexus Æthiopum, partim natiua partim inducta nigredine ſplendeſcentium. Aderant turmæ Aſiaticis tunicis contectæ, pleriſque & haſtilibus Amazonis armatæ, cum Regina tres equites captiuos in pompam trahente. Poſt hos ſex Belgicæ nobilitatis proceres Argonautico vellere decorati, pompam amœno ſpectaculo auxere. Nam ex
C opere plumali ſiue Braſiliano vniuerſi operiebantur, inſigni plumarum intextarum artificio, ſpeculiſq; in clypeorum vmbonibus latè radiantibus. Nec deerat piſcatorum equeſtrium ordo perſonatus, & Germaniæ Principũ legatis collectus. Porrò ad ſcenæ iocíque ſupplementum, aderant Sanniones equites, ex comicis, & circumforaneis Italorum, ſiue mauis Paraſitis, quorum actio riſum concitabat. Reliqui omnes auro, & argento fulgebant, vnicuique autem in hoc ſtadio ter erat decurrendum, toties Principi præcurrendum, qui equo incitato annulum primo curſu tetigit, altero haſta transfixit, victorque omnium plauſu euaſit.

*Exercitia. Lvdi Classici, Nauales.

Etiam mare ſua exhibet ſpectacula, dum nautæ & claſſiarij in eo exercentur: Ludi in eo varij, vel enim duo aut plures natandi periti, in extrema ſcaphæ puppi, cymbis aduerſo remigio cullisis, inuicem haſta petunt, ſic vt alteri, vel vtrique cedendum
D ſit, & enatandum: vel è duobus nauigiis in anchoras fixis, funis, & ex eo anſer, aut anguilla ſuſpenditur, qui detrahẽdi ab illo, qui in ſcaphæ puppi conſtitutus veloci remigio tranſuebitur. Si errat, aut beſtiam non ſatis ſtringit, in aquas excutitur: ſi detrahit, victor euadit. ☞ *Vide de Ludis multa.*

EXERCITIA INTERMISSA, NEGLECTA.

Qvæ.

Gymnica.

Ægyptij palæſtræ non vacant: exiſtimantes quotidianum illius exercitium iunioribus non ſanitatem allaturum eſſe, ſed breue robur, & omninò periculoſum. *Diod. lib. 1. c. 6.*

Aſclepiades, cui accedit ferè Eraſiſtratus, tollit exercitationes, ac liquidò damnat: cæteris medicæ ſcientiæ peritiſſimis mirificè approbantibus. *Cælius libr. 11. capit. 3. Antiq. Lect. ex Galeno.*

**Torneamenta.*

Deſierunt ab vno 1487. in Germania, & alibi Torneamenta [illegible]

[illegible] dolore, qui eam ad virtu[illegible] ptam indiguantur.

Mechanica.

Socrates dicebat ſororem libertatis eſſe pigritiam. Etenim Indos, & Perſas propter libertatem ſegniſſimos eſſe ad laborandum: Phrygas verò & Lydos ſeruitute preſſos promptiſſimos. *Ælianus de varia hiſtoria lib. 10.*

Cvr. Cavsa.

Religionis.

Conditor rerum omnium Deus, in hebdomada ſeptimum quieſcere Mortales diem iuſſit: vt eo exemplo doceret, poſt certa ſpatia, animi atque corporis in labore interlaxamentum quærendum eſſe: ob id præcipuè, vt cùm eius cultui operam dantes agendarum pro tot eius meritis gratiarum non immemores ſimus: tum poſtea, vt etiam ſalutari hoc exemplo doceamur, longos labores, vt leniores fiant, intermiſſione aliquando oportere leniri: vt per hunc modum inſtauratis viribus, promptiores animo corporéque ad nouos perferendos labores reddamur. F

Militaris diſciplina.

Lacedæmonij, Perſæ, Indi, & quæuis aliæ gentes, quamprimum bellicis victoriis clareſcere cœperunt, ab exercitiis mechanicis ad militares exercitationes, earundémque veluti præludia gymnyca, ſeſe contulêre.

Luxus.

Sibaritæ eò vſque prouecti ſunt mollitiei, vt non modò ſtrepitum artificum, quo ſomnus matutinus interrumperetur, ferre nollent, eóque mechanicos omnes vrbe eiicerent: verumetiam neque aſpectum eorum, qui opus facerent tolerare poſſent, vt ſaltem ſe abſque moleſtia intueri non poſſe ſimularent: indigni, qui alimentis ſudore ruſtico comparatis fruerentur.

EXERCITATIO EORVM QVÆ ADSVNT

Cvivsmodi Est.

Meditatio, Contemplatio

Aliqua.

☞ *Vide Titulum Dictio, Diligens.*

NVLLA. G

☞ *Conſule Tit. Dictio Scriptio, extemporanea.*

Exercitatio, Eximie dicta

Exerceri ſecundùm

Animvm. Verbi gratia.

Declamando.

Demosthenes cùm ſibi non tam artem, quam actionẽ & pronunciationem deeſſe animaduerteret, ſubterraneum locum domi ſuæ ædificauit, in quem ſingulis diebus deſcendit, actionis formandæ, vociſque componendæ cauſa: ſæpè etiam duos aut tres menſes continuos ibi egit, raſa altera capitis parte: vt ne ſi vellet quidem, egredi inde præ verecundia poſſet. *Ælianus lib. 7 Varia hiſtoria. & Plut. in Demoſthene.*

Diſputando.

Menedemvs Eretriẽſis, Platonis primum, inde Stilponis diſcipulus, in diſputando tam acris erat, vt oculis ardere videretur. *Laertius lib. 2.*

Baldvs, Bononiam profitendi iuris cauſa profectus, anno 1344. publicè etiam diſputauit ibi cum Bartolo per quinque horas integras, & victor abiit. H

Galenvs Pergamenus annum agẽs ætatis decimum nonum, doctorem quendam ex Athenæi Attalei ſectatoribus, primas qualitates elementa eſſe ſtatuentis, ſuis interrogationibus ad elenchum coëgit. *Galenus de Elem. lib. 1. c. 6.*

Pugnando.

Domινvs in terra Sancta multas gentes infideles Chananæorum ab Iſraëlitis relinqui voluit, ne ab hoſte externo ſecuri, in ſe mutuò arma verterent ſed haberent, quorum perfidiam metuentes, in officio vtráque religione & bellica fortitudine perſiſterent. *Iudicum 3.*

CORPVS

In Elide ſeptum eſt, quod ſyſtus in eo appellatur, quòd Hercules Amphitryonis filius, ad laborum patientiam quotidianis exercitationibus ſe confirmans, ſentes omnes, qui pullularent eo in loco vellere, ac eradere ſit ſolitus. *Pauſan. lib. 6.*

Lycurgus

A Lycvr[illegible] Cur [illegible] po [illegible] diſcrim,& [illegible]lorum [illegible]ſubigeret: Vt, [illegible] quit, fœtuum ra- [illegible] validum [illegible] corporibus exordium accipiens, bene [illegible]minet: & ipſæ ſtrenuè partus ſubeuntes, facilè ſimu & benè aduerſus puerperij decertent dolores: ac ſi qua incumbat neceſſitas, valeant pro ſua, liberorum, & patriæ ſalute pugnare. *Plut. in Apophtheg.*

Epaminondas ephebus factus, vbi paleſtræ dare operam cœpit, non tam magnitudini virium ſeruiuit, quam velocitati: illa enim ad athletarum vſum, hanc ad belli exiſtimabat vtilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimùm currendo & luctando, ad eum finem, quoad ſtans complecti poſſet, atque contendere, in armis plurimum ſtudij conſumebat. *Probus in Epaminonda.*

Socrates vſque ad veſperum contentiùs interdum ambulaſſe dicitur; interrogatus autem, cur id faceret? Quò meliùs cœnaret: obſonari in ambulando, reſpondit. *Palatina lib. 2. de optimo ciue.*

Alexander Macedo, etiamnum puer, interrogatus. Vtrum B in arenam deſcendere vellet? Perlibenter, reſpondit, ſi reges antagoniſtas habiturus eſſet. *Plut. in Alexandro.*

Terentianvs Afer Olympionicæ Cuiuſdam iam ſenio confecti in corpore domi exercendo commeatum hiſce verbis explicat.

Neruis mollibus vnicum
Iunctum in teretem ſinum,
(Seu Parthus ſolet aut Scythes
Arcus cornibus extimis
Lentum nectere lineam)
Talem aſſiduè ligat.
Dum ſic funiculi modus
Aptus quæ puteo foret.
Hauſtos hinc igitur cados
Imis à tenebris aqua
Tam filo tenui trahens.
Quod ſtringi nequeat vola,
Niſus vndique corporis
Summos in digitos agit:
Anguſtoque tenaculo
(Donec lubrica ſarcina
Tanti per ſpatium caui
C *In lucem ſuperam exeat)*
Alterna vice pollicum
Certat vincere pondera
In præceps facilem fugam,
Nil magnum gerere hunc putet,
Et tantum in digitis opus.
Cunctis viſceribus tamen
Occultus trepidat labor
Totum cernere palàm,
Quo totum geritur, quam
Cæcis fluctibus intimum
Tenduntur laterum ſinus:
Et poples tremit, & genu.
Nec plantæ ſtabiles manent:
Nil immune relinquitur,
Et parua eſt via viribus.
Mox examinis, & madens,
Sudor dum ſolutus cadit,
Nulla mole palæſtrica.

DISPVTATIO.

☞ *Conſule Tit. Logicorum.*

Q. Cæcilivs Epeirota, Grãmaticus, poſt mortem Cornelij Galli ſcholam Romæ aperuit, primúſque ex tempore Latinè diſputauit: primus etiam Virgilium & alios poëtas nouos præ-D legere cœpit *Tranquillus de illuſtr. Grammat.*

* Apophthegmata.

Diogenes dicebat, vſum atque exercitationem quemadmodum in actionibus extraneis, ita & in actionibus virtutis, & animi, cum celeritatem, quandam, tum facilitatem parere. *Laërt. lib. 9.*

Aristoteles frequenter dicere ſolebat, ad parandam ſapientiam tria poriſſimum neceſſaria eſſe: Maturam, doctrinam, & exercitationem. Exercitatio enim niſi naturæ, & doctrinæ accedat, nil ſolidæ eruditionis hauries. *Laërt. lib. 5. c. 1.*

Demonax quendam infeliciter declamantem admonuit, vt ſeſe diligenter exerceret: cúmque is reſpondiſſet: Nunquam apud me non declamo: Nihil igitur mirum, inquit, ſi dicis ineptè, qui hactenus ſemper ſtulto auditore, ſolitus ſis vti. *Eraſmus lib. 8. Apoph.*

Cicero, cùm M. Craſſum pro roſtris magno populi applauſu laudaſſet, & eundem poſtea ex eodem loco acribus conuitijs inceſſeret: Quid, ait Craſſus, an non me nuper ex hoc ipſo loco [illegible] mentum [illegible] materias ἀδόξας, velut cum laud[illegible] quartanam, aut ingratitudinem. *Eraſm l. 4. [illegible]h.*

Socrates dicere ſolitus eſt, ſaltatione mouenti corpus ſpatioſa domo opus eſſe ad exercendum ſeſe: at qui cantu aut oratione ſeſe exerceat, huic vel ſtanti, vel accumbenti quemuis locum ſufficere. Hoc dicto probabat moderatas exercitationes, præſertim à cibo ſumptu: turbulentiores improbabat. *Eraſm lib. 3. apoph.*

Plato ſolebat admonere, vt neque corpus ſine animo exerceamus, neque animum ſine corpore, vt pariter vtriuſque curam habeamus. Nam alterum athletarum eſt, alterum inertius. *Laërt. lib. 3.*

Quoniam apud Lacedæmonios in ſummo pretio erat ius, quod illi nigrum appellant, adeò vt ſeniores hoc contenti non deſiderarent carnes, ſed eas iuuenibus cederent, Dionyſius Siciliæ tyrannus dicitur huius gratia coquum emiſſe Laconium, eíque mandaſſe vt ſibi hoc ius appararet, nullis parcens impendiis. Quod vbi rex guſtaſſet, ac diſplicuiſſet, expuit. F Tum coquus: Hoc (inquit) ius, ô rex ſumendum: poſtquam te Laconum more exercueris, & in Eurota laueris. *Plut. in Lacon.*

IVCVNDITAS EXERCITATIONIS:

Exercitationi.

Adiuncta.

VOLVPTAS.

☞ *Conſule ſub loco Alacritatis, Somni, & Morborum, & Cibi neglectus. Illic Studium, hic Voluptas comitans perpenditur.*

Voluptates ex geometria, aſtrologia, & muſica, artibus præditæ, & multiplicibus illecebris, nullis blandimentis cedunt trahúntque diagrammatibus quaſi incantamentis. Quas qui guſtauit, modò in eis excitatus ſit, is hæc Sophoclis cantauerit inambulans: G

Raptus furore muſarum ad collum vſque ſuum,
Accedo veróque & ex lyra, & carminibus,

Non philoſophatus eſt circa alia Thamyras, nec herclè Eudoxus, & Archimedes. Quando enim ſtudioſi pictores vſque adeo ducuntur operum gratia, vt Nicias, dum pingebat Necyam, rogare ſubinde miniſtros, Pranſus ne eſſet? ac cùm rex Ptolomæus ſexaginta talenta ei abſoluta pictura miſiſſet, non acciperet ea, neque venundaret illud opus: quas cenſetis, & quantas ex geometria voluptates collegiſſe, atque ab aſtrologia Euclidem, cùm dioptica ſcriberet, & cùm demonſtrationes de figura lunæ texeret Philippum, & Archimedem, cùm inueniſſet ex angulo diametrum Solis tantam eſſe maximi circuli partem quanta eſt quatuor rectarum linearum: item Apollonium, & Ariſtarchum aliorum inuentores ſimilium: quorum nunc aſpectus, & cognitio delectationes ingentes, & mirificos ſpiritus diſcentibus infundit? Eſt autem prorſus indignum, culinarum proſtibulorúmque voluptates illas cum hiſce componentem dehoneſtare Heliconem, & Muſas:

Vbi paſcere haud velit ſuum paſtor pecus,
Ferrum neque vnquam peruenit H

Sed ſunt hæc tenera paſcua apum intemerata: porcorum illa & hircorum prutitus imitantur, quæ animi partem perturbationibus patentem explent; eſt quidem varia, & procax libido: nunquam tamen, qui amicam fuit complexus, quiſquam præ gaudio bouem immolauit: neque optauit diſtentus dapibus vel bellariis regalibus extemplò emori. At Eudoxus, ſi ſoli, aſtans formam huius ſideris percipere, magnitudinémque eius & ſpeciem poſſet, optauit ſicut Phaëton conflagrare. Pythagoras etiam cauſa diagrammatis bouem Muſis immolauit, vt eſt auctor Appollodorus:

Nobile repertum ſimul ac diagramma fuiſſet,
Pythagoras ſuperis pinguia ſacra tulit.

ſiue id de hypotenuſa fuerit (ea linea eſt trigoni orthogonij, quæ vtraque latera recti anguli complectitur, quod æqualis ambabus illis, quæ rectum illum angulum continent, de qua penultimum eſt theorema primo Elementorum libro, ſiue propoſitio fuerit de circumeunte aream coni linea, *Vitruuius libr. 9. capit. 2.* hoc normæ inuentæ tribuit. Archimedem vi à formis abſtrahentes vngebant miniſtri. Hic verò in ventre figuras

… m, extin- … e ſnerulles, quaſi ſanan- … nomine qu… aſſiduus exili … clamans, Inueni : idque inter eundem … crebrò repetiit. Enim … rò h… lluonem, qui animo commotus, Comedi, exclamaret, ne … inem vllum audiuimus : neque amatorem, qui, Satiatus ſum cùm infiniti ſalaces fuerint & ſint : … d veniunt nobis odio ij, qui maiores animi motu cœnarum meminerint, tanquam in voluptatibus minutis & vil … s pl … s ſatis acquieſcentes. At cum Eudoxo, Archimede & Hipparcho eximus de poreſtate: credimúſque Platoni, quòd diſciplinæ mathematicæ, quamuis negligantur per ignorantiam & inertiam, vi tamen aſſurgant oblectationis gratia. *Plut. contra Epicurum.*

Thales Mileſius cùm trianguli in circulo inſcriptionem inueniſſet, bouem diis immolauit. Eadem lætitia geſtiens in Perſeo fuit, ob helicum inuentionem dæmonas propitiante.

Eratosthenes, inuentam cubi duplicationem velut anathema ſacrum in deorum templo ſuſpendit.

Canus fiſtulator, neſcire dicebat homines, quando plus ſe

B cùm tibia caneret, quàm alios demulceret : fora enim, vt qui audire vellent, poſtulaturi eſſent, non daturi, mercedem. *Plut. An ſeni tractanda reſp.*

Plinius lib. 35. & Plut. An ſeni tract. reſp commemorant Niciam pictorem tantopere pingendi ſtudio delectatum, vt dum Neciyam pingeret, ſæpè interrogarit ſeruos, an pranderit. Miſſis ad eum à Ptolomæo rege vt eam traderet LX. talentis accipere noluit.

D. Barnardus contemplationis diuinæ delicias poſtponit vtilitati fratrum ſuorum *ſerm. 51. in Cantica:* Si quando ſanè comperi profeciſſe aliquos veſtrûm ex meis monitis, tunc non me pigeat, fateor, curam prætuliſſe ſermonis proprio otio & quieti. Cùm enim (verbi gratia) poſt ſermonem iracundus quiſpiam reperitur mutatus in mitem, ſuperbus in humilem, puſillanimis in fortem: porrò mitis, humilis, fortis, in ſua quiſque gratia excreuiſſe, & ſeipſo melior factus eſſe agnoſcitur: ſed & qui fortè tepuerant & languebant circa ſpirituale ſtudium torpentes & dormitantes, ad ignitum eloquium domini

C referbuiſſe & euigilaſſe videntur : & qui deſerto fonte ſapientiæ foderant ſibi propriæ voluntatis ciſternas, non valentes aquas continere, proptereáque ad omne iniunctum grauari corde arido murmurabant, nullum in ſe habentes deuotionis humorem : hi inquam, cùm de rore verbi, & pluuia voluntaria, quam ſegregauit Deus hæreditati ſuæ, refloruiſſe probantur in opera obedientiæ, facti in omnibus voluntarij & deuoti, non eſt (dico vobis) vnde ſubeat mentem, quaſi pro intermiſſo ſtudio iucundæ contemplationis, triſtitia, cum talibus fuero circundatus floribus atque fructibus pietatis. Patienter auellor ab infœcundæ Rachelis amplexibus, vt de Lya mihi exuberent fructus profectuum veſtrorum. Minimè prorſus pigebit me intermiſſæ quietis pro cura ſermonis, cùm videro in vobis germinare ſemen meum, atque ex eo augeri incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Charitas enim quæ non quærit quæ ſua ſunt, id mihi iamdudum facilè perſuaſit, nil ſcilicet deſiderabilium meorum veſtris præferre vtilitatibus. Orare, legere, ſcribere, meditari, & ſi quæ ſunt alia ſpiritualis ſtudij lucra, hæc arbitratus ſum propter vos detrimenta.

MOLESTIA.

D Archimedes mathematicæ contemplationi ita indulgebat, vt mechanicam exercitationem, in qua tamen citra controuerſiam excellentiſſimus erat, (id quod præclara eius opera contra Romanos oſtenderunt) ſummo proſequeretur odio, nec niſi coactus ad eam deſcenderet, quòd pulcherrimam & diuinam ſcientiam operibus euulgatis proſtitui crederet. *Plut. in Marcello.* Rectiùs Socrates, qui ſcientiarum eus demum fructus præſtantiſſimos eſſe putabat, *teſte Xenophonte in Memorab.* cùm in mediam hominum vitam opus aliquod vtile, ceu coloniam deduxiſſent.

Philippus caſtra loco commodo metaturus, vt audiuit non eſſe ibi iumentis pabuli copiam: Quæ eſt, inquit, ô dij immortales, vita noſtra, ſi etiam ea ad aſinorum eſt tempora accommodanda? *Plut. An ſeni tractanda reſp.*

Seleucus rex dicere ſolebat: Si ſciret vulgus, ſcribere ſolùm tam multas epiſtolas ac legere quanti laboris ſit, nollet in terram abiectum tollere diadema. *Plutarchus An ſeni tractanda reſpub.*

☞ *Conſule Tit. de Imperio, Regno, Pontificibus, &c.*

… x … ius.

☞ *Conſule Locum de Bello & de bellica … itia, vbi multa ad hunc titulum ſpectantia.*

EXERCITVS NVMEROSI.

Pete ex tit. de Diuitiis, §. militum poſſeſſio.

Exilium, Exules.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Exilium Græcè φυγὴ, quaſi extra ſolum natale eiectio. Sceleratorum pœna eſt, & non niſi nocenti infligitur. Innocens exilium pati non poteſt. Confirmant id ſententiæ quas ex Cicerone adduximus, qui ita ſcribit.

Omnes ſcelerati & impij, quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etſi ſolum non mutant. *Parad. 4.*

Exilium terribile eſt iis, quibus quaſi conſcriptus eſt habitandi locus, non iis qui omnem orbem terrarum, vnam vrbem eſſe dicunt. *Ibid.* F

Si abeſſe à patria miſerum eſt, plenæ miſerorum ſunt prouinciæ, ex quibus admodum pauci in patriam reuertuntur. *1. Tuſc.*

Ad omnem rationem Teucri vox accommodari poteſt: Patria eſt, vbicunque benè eſt. *5. Tuſc.*

Exilium, non ſupplicium eſt, ſed perfugium, portúſque ſupplicij, nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere aut calamitatem, ei ſolum vertunt, hoc eſt, ſedem ac locum mutant, qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent, non prius ciuitatem quam vitam amitterent : quia nolunt, non adimitur iis ciuitas, ſed ab iis relinquitur atque deponitur. *Pro Cæcina.*

Exilium id, quod fit propter aliquam & offenſam populi voluntatem, malum eſt. *1. Tuſc.*

QVOTVPLEX.

Exilij apud Rom. triplex genus erat, auctore *Martiano.* Aut enim omnium locorum interdicebatur acceſſus, præter vnum: aut in inſulam deportabatur: aut, ſicut Claudius Cæſar quoſdam mulctaſſe dicitur, vltra tertium lapidem ab vrbe egredi vitabatur. Tandem Claudius Cæſar legem ſanciit vt hi, quibus G prouincia interdictum eſſet, vrbe quoque ſummouerentur. *Alex lib. 3. c. 20.*

Ita S. Ioannes à Domitiano Cæſ. in inſulam Pathmos, quæ Plinio Palmaria : Ouidius Poëta ab Auguſto ad Sauromatas & Scythas relegatus legitur. S. Chryſoſtomus quoque in exilium ab Eudoxia pulſus : vti & S. Thomas Cantuarienſis ex Anglia ab Henrico rege. Al. bl alij. ☞ *Vide exempla infrà ſcripta.*

In Seripho Inſula, & apud nonnullas circa Caucaſum gentes, pro criminibus maximis nullum morte affici, ſed exilio mulctari, vrbéque & agro exterminari, legimus. *Alex. l. 3. cap. 5.*

* EXEMPLA ET APOPTHEGMATA.

Hercules interrogatus, Argiuúſne eſſet, an Thebanus? reſpondit : Non vnam curo patriam iactare: omnis Græcia mihi patria eſt. *Plut. de exilio.*

Democritus dicebat, peregrinationem & exilium vitæ fragilitatem docere : offa quippe, & thorus herbaceus, famis ac laboris ſunt medelæ dulciſſimæ. *Stob. ſerm. 38.* H

Idem quamlibet terram homini ſapienti dicebat eſſe patulam: quum fortis animæ mundus vniuerſus patria ſit. *Eodem ſermone.*

Demaratus ad eum qui apud Regem Perſarum paraſitum agebat, ac ſubinde in Demarati exilium dicteriis ludebat: Non, inquit, amice tecum pugnaturus ſum, nam vitæ aciem abſumpſit. Ludens ex ambiguitate vocis, τάξις enim Græcè tum ordinem ſonat: tum aciem. Nullus autem ad pugnam inſtructus eſt, cui nulla ſupereſt acies: & ordinem vitæ aſſumpſit qui ex rege factus eſt exul. *Plut. in Lacon.*

Cùm Alexander in Olympiis præconio ius feciſſet omnibus exulibus, in ſuam cuique patriam redeundi præterquam Thebanis : Infortunatum quidem, inquit Eudamida, præconium, ſed vobis ô Thebani, glorioſum. Solos enim vos metuit Alexander. Ad conſolandos Thebanos ſic interpretatus eſt vir animi ſolertis. Etenim qui permiſit exulibus reditum in ſuam patriam, non metuit ne moliantur vindictam. A Thebanis igitur ſolis metuebat. *Plut. in Laconicis apoph.*

Cato

A CARO cum [illegible] eſſet [illegible] Ac [illegible] exulum, Polybius & hoc è ſenatu petiit, [illegible] apud ſuos priſtini honores [illegible] magiſtratus redderentur. Hic cato rogatus ſententiam dixit, Polybius idem facere videtur quod fecit Vlyſſes, qui Cyclopis ſpeluncam repetere voluit, quo pileum & cingulum quæ illic per obliuionem reliquerat, reciperet. Significans, abundè multum eſſe, quod exulibus datus eſſet in patriam reditus: eſſéque periculum, ne dum priſtinos honores repetunt, etiam à reditu excludamur. *Eraſ. Rot. lib. 5 apoph.*

Quidam offenſus libertate Diogenis dixit illi: Quoniam iſtis eras moribus, patria te eiecit. Sanè, inquit, quod me, vt Semele Bacchum, ferre non poſſet. Sentiens, ſe majorem eſſe, quam vt à malis ferri poſſet, à quibus tamen non tam ſuo quam ipſorum malo pulſus eſſet. *Plut. in apoph.*

STRATONICVS Muſicus: Seriphia gens, hoſpitem ſuum percontatus eſt, ob quam cauſam illic hominem iuberentur vertere ſolum? cùm ille reſpondiſſet, flagitioſos apud Seriphios exilio mulctari: Quin tu quoque, inquit, aliquid flagitij committis, vt ex his locorum anguſtiis emigres? Notans regionem

B eſſe incommodam, & oppidum frigidum. *Eraſm. lib. 6. apoph. ex Plut.*

ARISTIDES ab amico quodam rogatus, quam ob cauſam exilium ei tam moleſtum fuiſſet? reſpondit propter ignominiam patriæ, à qua iniuſtè in exilium miſſus eſſet, quæ ob eam iniuſtitiam vbique malè & ab omnibus audiret. *Stobæus ex Serino ſerm. 37.*

ANAXAGORAS ab Athenienſibus damnatus exilio, & cuidam dicenti: priuatus es Athenienſibus. Imo illi, inquit me. Sentiens Athenienſibus magis opus eſſe Anaxagora, quam contra. *Laert. lib. 2. c. 3.*

STILPO cuidam noxium eſſe exilium affirmanti, reſpondiſſe fertur. Quibus tandem, & qualibus bonis priuat exilium, animine, an corporis, an fortunæ? an iudicandi agendique dexteritatem, aut felicitatem auffert? Haud ſanè. An fortitudine, aut alia quapiam virtute priuat? Ne id quidem. Sed nec vllo fraudat corporis bono. An non æquè licet in aliena terra benè valere, viribus pollere, acutum cernere, & audire acutè,

C interdum verò multo magis, quam ſi in ſua terra quis maneat, fortunæ verò bonis exilium neminem exuit. An non viſum eſt multos, tum demum, cùm exules ſunt facti, potitos fortunæ bonis ſplendidioribus? vt Phœnix, Themiſtocles, &c. *Stob. ſerm. 38.*

DIOGENES cuidam per conuitium dicenti, Sinopenſes te exilio damnarunt. At ego, inquit, illos manſione. Significans, ſe quod ſolum vertere iuberetur, nihilo infeliciorem eſſe his, qui in patria manerent, nec exilium æquo animo pati poſſent. Tam enim miſerum eſt manere coactum, quam exulare coactum: Philoſophus, cui quæuis terra patria eſt, ſi iubeatur ire exulatum, vnius tantum ciuitatis exul eſt. At qui nuſquam poteſt viuere, niſi in patria, plurimarum regionum exul eſt. Hoc ita refert *Plutarchus in libello de exilio:* Te Sinopenſes Ponto exulem eſſe iuſſerunt. At ego, inquit, illos hac damno pœna, vt in Ponto extremiſque Euxini littoribus incluſi perpetuò maneant. Diogenes mutaret patriam, ſed melius: exulabant potius, qui infelici regioni erant adſcripti. *Laert. lib. 6.*

D Idem cuidam illi probro obiicienti, quod exularet à patria: Miſer, inquit, iſtius rei cauſa philoſophatus ſum. Siue quod exilium compuliſſet Diogenem ad philoſophandum: ſiue quod inde didiciſſet philoſophiam, vt exilium, ſimiléſque caſus æquo animo perpeti poſſet. *Laert. lib. 6.*

DEMETRIVS Phalereus cum exularet, ac apud Thebanos ingloriùs humiliſque viueret, audiſſétque Craterem Philoſophum qui ipſum inuiſeret, multa placidè prudentérque de ferendo exilio diſputantem. Malè, inquit, ſit negotiis, & occupationibus, per quas hactenus talem virum cognoſcere non licuit. *Laert. lib. 5. c. 5.*

ALEXANDRIDAS cuidam exilium acerbè ferenti, reſpondiſſe dicitur: Ne horreſcas exulare ciuitate. A iuſtitia enim exulare miſerum eſt. Quo reſponſo ſenſit, eos nequaquam miſeros eſſe qui præter meritum, vel peculiares quaſdam animi dotes, ab imperitis in exilium mittuntur, quibus innocentia ſemper conſolatrix aſſiſtit. *Plut. in Lacon.*

THEMISTOCLES quum pulſus primum Athênis, & mox tota Græcia, veniſſet ad Perſarum Regem, ditiſſimus ab eo factus eſt. Porrò, magnifica dona, quibus à rege honoratus erat, intuens, dixit: O pueri! perieramus, niſi periiſſemus. Petit e[illegible] autem v[illegible] ceſſit i[illegible] exilium. *Plut.* [illegible]

Teucer rediens ex Troiana ca[illegible] m ob [illegible] tris mortem Telamoni patri eſſet inuiſus, atque ab eo exilio mulctaretur, ad ſocios conuerſus, ait: Patria eſt vbicumque benè eſt. *Cicero in Tuſc. quæſt.*

Rutilius, conſolanti eum cuidam, ac dicenti, inſtare bella ciuilia, & ob id breui futurum, vt omnes exules reuerterentur: Quid tibi, inquit, mali feci, vt mihi peiorem reditum, quam exitum optares? Malo vt patria exilio meo erubeſcat quam reditu intereat. *Senec. de benef. lib. 6. c. 37.*

In Tiberium Cæſarem.

Aſpice felicem ſibi, non tibi, Romule, Sullam,
Et Marium, ſi vis aſpice, ſed reducem,
Necnon Antonij ciuilia bella mouentis,
Nec ſemel infectas aſpice cæde manus.
Et dic, Roma perit, regnabit ſanguine multo,
Ad regnum quiſquis venit ab exilio.

Incertus Poëta.

Adſpice quem valido ſubnixum gloria regno,
Altius & cæli ſedibus extulerat.
Terrarum hic bello magnum concuſſerat orbem
Hic reges Aſiæ fregerat, & populos.
Hic graue ſeruitium iam tam tibi Roma ferebat; F
Cætera nam quo vis cuſpide conciderant:
Cùm ſubitò in medio rerum certamine præceps
Corruit è patria pulſus in exilium.
Tale Deûm numen: tali mortalia nutu.
Fallax momento temporis hora dedit.

EXILIVM COACTVM.

☞ *Exilium hic propter adiuncta mala innumera inter Politica Seruitutis ſpecies connumeramus. Quod ipſum ſi reſpectu loci à quo exulare qui cogitur, perpendatur, ad Poteſtatem conterſandi ereptam quoque refertur.*

QVI EIICIVNTVR, PELLVNTVR.

Huc pertinent.

Populi deportati.

Cùm Oſias, Iſraëlitarum rex, à Salmanaſare Aſſyriorum rege ad Suam Ægyptium defeciſſet, ab eodem captus, & G cum 10. tribubus Iſraëlitarum in Mediam tranſlatus eſt. Cuthæi autem coloni in Samariam deducti ſunt. 4. *Regum* 18. *Ioſephus lib. 9. Antiq. cap.* 15. Sponte ſua inde in terram Aeſareth, itinere 29. menſium per anguſtos aditus Euphratis, quem Dominus cohibuerat, donec tranſiſſent, profecti ſunt, & ibi ſedebunt vſque ad tempus vltimum: vnde cum cœunt rediturі, iterum ſiſtet omnipotens fluminis venas, 4. *Eſdra* 13.

NABVCHODONOSOR, Babyloniorum Rex, Ioachim regem Iudæorum cum tribus millibus principum captiuum Babylonem abduxit. Poſt 11. annos Sedeciam regem (quem ipſemet Iudææ præfecerat) cum omni reliquo populo abduxit. Captiuitas ea 79. annis durauit.

Hieroſolyma à Chaldæis capta eſt, anno Sedeciæ regis 11. quarti menſis die nono: direpta & exuſta à Nabuzardano menſis quinti die decimo. Nobiles interfecti. Reliqui abducti Babylonem, relicta tantùm fœce plebis pro agro colendo. *Hieremiæ* 39. Iudæi facto inde ab Iſmaële Godolia (quem præfecerat Nabuzardam terræ, & ipſis reliquiis, quæ ibi remanſerant) metu exterriti, contra verbum Domini, quod eis per H Hieremiam mandauerat, in Ægyptum tranſierunt, quaſi ab Ægyptiis contra Chaldæorum arma poſſent defendi. Sed quinto anno captiuitatis Hieroſolymorum, vt Ioſephus refert, tertio & viceſimo ſui regni, Nabuchodonoſor inferiora Syriæ occupauit: Ammonitas item & Moabitas. Inde Ægyptum ſubuertit, & regem occidit, & Iudæos omnes captiuos duxit in Babyloniam. *Hieronymus lib. 3. com. in lamentat. Hieremiæ c. 4. Ex 4. Regum 24. & 25.*

Cùm Chij primi ſeruis mercenariis inſtituiſſent vti, poſtea ſubacti à Mithridate Cappadoce, propriis ſeruis vincti ſunt traditi, vt in Colchorum regionem deportarentur: idque illis aliquando euenturum oraculum prædixerat. Inde prouerbium, Chius dominum emit. *Ex Nicolao Peripatetico, Poſidonio Stoico, Athenæus lib. 6. Dipnoſoph.*

Populi expulſi.

Cùm Aſinæus & Anilæus Iudæi è textoribus Babyloniæ præfecti ab Artabano Parthorũ rege eſſent conſtituti: & Anilæus cuiuſdam Parthorum ducis vxore, occiſo marito potitus, rem inſolenter adminiſtraret? à Mithridate Artabani genero bello victus eſt: vixq; fuga elapſus à Babylonis ſomno vinóq; grauis

[illegible] o liberati Ba-[illegible] ſeleuciam. Vbi poſt quin-[illegible] Syrorum & Græcorum cæſi ſunt ſupra L. virorum millia Reliqui Creſiphontem ſe contulerunt. Vbi pariter exagitati à Græcis, tandem Neerdam, & Niſibim, Babyloniæ vrbes redierunt. *Ioſephus lib. 18 c. vlt. Antiq.*

Iudæi omnes Roma pulſi ſub Tiberio, propter quatuor Iudæos improbos. Iterum ſub Claudio. Horum vnus fuit Aquila cum vxore Priſcilla, Corinthi tandem à Paulo Apoſtolo conuerſus. *Actor. c. 18.*

Anno Sal. 1290. ex Anglia vniuerſa Idæi ſunt eiecti. *Polydorus lib. 17.*

LVDOVICVS I. Vngariæ rex, vt Hebræi à duræ ceruicis pertinacia deſicerent reſipeſcerentque tandem, ſe hos pro Vngaris habiturum, perpetua donatiuum immunitate pollicebatur. At quum neque ſuis neque ſanctorum Patrum concionibus, ad orthodoxam fidem reuocarentur, publico omnes edicto Vngaria exegit, res ac fortunas impunè exportare permiſit. B Exacti Auſtriam & Boëmiam inundarunt. *Bonfinius libro 10. Decad. 2.*

Picti & Scoti, Albiani populi, contra Britannos primùm, deinde Romanos, mutua auxilia ſingulari fide & fortitudine præſtitere. Sub Crathlintho Scotorum rege rixa ob canem venaticum à Pictis interceptum orta, cæſis aliquot ab vtraque parte nobilibus, ad bellum apertum res ſpectabat: ſed Carantij Britannorum tyranni opera reconciliati fuère. Romacbo inde Scotorum rege, Pictis affinitate iuncto, à proceribus Scotis cæſo, Picti ea occaſione arrepta, regiæ mortis vlciſcendæ cauſa arma infeſta Scotis intulère: Varie pugnatum. Tandem Picti Maximo Britanniæ legato in ſocietatem pertracto Eugenium Scotorum regem occaſione deleuère, ann. Sal. 397. regni Scotorum 712. Iuliano Apoſtata imperante Maximus reliquiarum miſertus, Scotis ſuperſtitibus pacem daturus, Pictorum auro corruptus, omnes proſcripſit, Cartandam Eugenij viduam & Ethodium Eugenij fratrem, ſaucios item medicorum curæ commiſſos vix à Pictorum iniuriis defendere potuit. *Boethius lib. 6.*

C *Familia.*

Corinthi Bacchiadum familia annis ducentis imperitauit: quos Cypſelus tyrannus poſtea exegit. Cuius factionis Demaratus & Tarquinius domo eiecti, regnum Romæ tenuerunt. *Alex. lib. 4 c. 24.*

Cùm Dominicus Vrſeolus Venetorum ducatum occupaſſet, & pulſus eſſet: Dominicus Flabianus dux electus plebiſcitum interpoſuit, vt Vrſeola familia ciuitate eiiceretur, tanquam ſeditioſa, eique ducatu omnibúſque aliis magiſtratibus interdiceretur. Ingratus populus ſtolidè hoc decreuit, Vrſeolorum ducum piorum erga Rempub. præclara merita vel oblitus, vel parui pendens. *Petrus Marcellus.*

Saluiata gens ob Franciſcum Saluiatum Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopum, quod per fraudē occupare palatium voluiſſet, & contra Mediceos cum Iacobo Paccio equeſtri viro conſpiraſſet, Florentia eiectus fuit. *Fulg. lib. 6. c. 3. & Egnatius lib. 6. cap. 5.*

Sacri homines.

CLEMENS Romanus Pōtifex à Traiano Cæſareo exilio mul- D tatus eſt in inſulam, vbi duo millia Chriſtianorum offendit ad marmora damnatorum. *Volat. lib. 22. Anthrop.*

EVSEBIVS Vercellenſis præſul, ob religionem & doctrinam à Conſtantino principe miſſus eſt in Cappadociam, in exilium. Euſtachius Pamphilus præſul Antiochenus, ab eodem Traianopolim Thraciæ relegatus quod Arianorum placita refelliſſet. *Raniſ.*

EVGENIVS Epiſcopus Carthaginenſis à Vandalorum rege Arriano cum ſacerdotibus plus quingentis mulctatus exilio, poſt infinitos cruciatus. *Sigeb. in Chron.*

THRASIMVNDVS Vandalorū rex in Africa, clauſis Catholicorum Eccleſiis ducentos viginti Epiſcopos in exilium miſit: & inter eos quoque Fulgentium facundia præclarum *Idem.*

PONTIVS diaconus, vt eſt auctor *Hieronymus*, miſſus vnà cum Cypriano in exilium, egregium volumen de vita & martyrio Cypriani edidit.

MARETEVS è Sebaſta Armeniæ ciuitate Arianus contra decretum concilij, factus eſt præſul Antiochiæ. Tamen inde rurſus in exilium pulſu eſt, quod præter opinionem ipſorum, orthodoxam fidem defendere cœpiſſet. *Euſebius.*

Pulſis Scotis ex Albione à Maximo Britanniæ legato atque

Pictis, Ba-[illegible] Iona [illegible] regum donariis auctum, poſteaquam A[illegible] ſi ſunt Scoti, Cœmiterium regium factum. *H. Boeth l. 6.*

COLVMBANVS Hybernus, cùm Theodoricum II. Francorum regem paulò liberius corripuiſſet; ab eodem in exilium actus eſt: ſæpéque reuocatus, nunquam redire voluit. *Volat. lib. 21. Anthrop.*

SYLVERIVS Campanus, accuſante Vigilio diacono: Theodora Iuſtiniani ac Antonina Beliſarij vxoribus inſtigantibus, Pontificatu pulſus, in inſula Pontia obiit, quod Anthemium Epiſcopum reducere ab exilio nollet. *Volaterranus lib. 22. Anthrop.*

MARTINVS Pontifex per Olympium Exarchum Conſtantini Iunioris filio Conſtante iubente comprehenſus, in perpetuum exilium miſſus eſt, quod Paulum patriarcham Conſtantinopolitanum præſulatu deieciſſet ac Cyri Alexandrini, Sergij, & Pyrrhi condemnationem probauiſſet. *Sigebert. in Chron.*

Veneti annales, & Obbo Rauennas, Alaxandrum III. F Pontificem variis caſibus iactatum, à Romanis demùm petiiſſe aiunt, vt omnium rerum humanarum adminiſtratione ciuibus permiſſa, liceret ſibi Romæ tuto eſſe. Id quum tenere nequiuiſſet, cæteraque Italia, ob capitale Friderici I. Imper. odium, crudeléque eius edictum, foret vbique ſuſpecta: omni ſpe tuendæ dignitatis abiecta, per Apuliam ad Garganum veniſſe: inde Liburnica naui Iadertam delatum, mox ignoto habitu ex Dalmatia Venetias nauigaſſe. Hic quia parum Venetorum in ſe animum exploratum haberet (pacatè enim cum Friderico agebāt) ad ædem publicæ charitatis, humili habitu, tam diu latuiſſe, quoad palàm ſit factum quis eſſet. Tum vero agnitum à Sebaſtiano Ziano principe, multáque officiorum frequentia in publicum eductum, & in Oliuolenſi collocatum. Miſit Fridericus; qui eum à Venetis ſuo nomine depoſcerent. Hi quoniam eiuſmodi poſtulata neglexiſſent, terra & mari ſunt bello petiti: occupauitque primas belli partes Otho, qui omnium opinione celerius, cum quinque & ſeptuaginta triremibus Adriæ inſinuatus, cum Ziano principe G in Iapitum ora circa Salborium promontorium prælio conflixit: Hic victor Venetus, duabus triremibus in alto depreſſis, octo & quadraginta captis, & in his regia naui cum Othone, qui Venetias perductus eſt, magnum ſibi & patriæ decus pepetit. Inde Otho ſub fide ad patrem dimiſſus, auctor fuit componendæ pacis. *Sabell. lib. 5. En. 9.*

IOANNES CHRYSOSTOMVS Eudoxiam, Arcadij Imper. vxorem multóſque ſacerdotum infeſtos habēs, Epiſcopatu pulſus, & in exilium miſſus fuit. Sed populo tumultuāte reuocatus ſecundò in exilium miſſus eſt, terræmotu regiam vrbem grauiter concutiente. *Sigeb. in Chron.*

LAMBERTVS præſul & ciuis Traiectenſis ſub Pipino rege, ab impiis ciuibus in exilium pulſus eſt: vbi cùm ſeptem annos conſumpſiſſet, regis iuſſu reductus eſt: & ab iiſdem ciuibus, quorum errores reprehenderat, occiſus. *Volat. lib. 22. Anthrop.*

Eo ſchiſmate quod fuit inter Alexandrum III. & Victorem IV. Ciſtercienſis ordo Alexandro magnum præſtitit obſequium, docendo illum legitimum eſſe Pontificem, & verum Chriſti vicarium, Petrique ſucceſſorem. Iratus proinde Fri- H dericus I. Imp. qui Victorem fouebat, regno eiecit vniuerſos eius ordinis. Itaque profugère in Galliam. *Grantzius lib. 6. Saxonia cap. 18.*

Cùm Sueciæ rex Guſtauus, Daniæ finitimus, religionem mutaret (quòd fuit anno circiter 1537) Ioannes Magnus Archiepiſcopus Vpſalenſis (qui Gothorum, & Suenonum hiſtoriam ſcripſit) Romam confugit, Venetias profectus eſt eius ciuitatis Patriarchæ vicarius, &, vt vulgo dicunt, ſuffraganeus: Inde Romam reuerſus, à Paulo III. Pontifice collocatus in hoſpitali domo Sancti Spiritus, ibi tenuis atque pauper vitam finiit. Eius frater Olao titulum Archiepiſcopatus Gothici, licet extra commercium Eccleſiæ Romanæ politi, PP. contulit, & Tridentino concilio anno Sal. 1546. intereſſe iuſſit, ad victum quotidianum aureis menſtruis quindecim aſſignatis *Sleidanus lib. 17.*

☞ Huc refer multa ex Loco Epiſcoporum. Reges.

HERODES Antipas cum Herodiade vxore Lugdunum

A velleu. Galliæ in exilium pulſus fuit, accuſatus ab Agrippâ, quod ſicut olim cum Seiano contra Tiberium, ita nunc cum Attabano Partho contra Caium conſpiraſſet. *Ioſephus libr. 18. capit. 9.*

Fuit extorris Theſeus Athenis, ac per eum habent Athenas homines: vrbémque amiſit, quam non acceperat, ſed ipſe condiderat, *Plut. de exilio.*

Hippias Piſiſtrati F. tyrannus Athenienſis in exilium pulſus, Darium Perſarum regem contra patriam exciuit, *Volat. lib. 16. Anthrop. Iuſtinus lib. 2.*

Occiſo ad Haliartum Lyſandro à Thebais, Pauſanias Pliſtonactis, Spartanorum rex, difficile opus ratus, Lyſandri corpus ſub ipſius penè mœnibus inuitis hoſtibus, recipere, etſi veterani ad pugnam, & vltionem hortabantur, pactus tamen cum hoſte eſt, vt cæſorum corporibus receptis, ipſe exercitum ex Bœotia reduceret. Vbi domum venit, ab Ephoris eſt ad populum iactatus, datúmque crimini, quod ad Haliartum ſerò venerit (quæ mora acceptæ cladis haud dubiè cauſa extitiſſet) & quod contra vrbis dignitatem cæſorum corpora fuga B non bello recepiſſet. Augere præſentem inſidiam Athenienſium alienatio, quibus ipſe in Lyſandri odium ſeruitutis iugum ademiſſet. Ille inuidiæ impar, Tegeam in exilium conceſſit, vbi poſtea fato periit. Sic *Xenophon.* At Plutarch. in fanum ait Mineruæ confugiſſe, vbi ſupplex vitam egerit. *Sab. l. 2. En. 4.* Dum Tegeæ laudaret Lacedæmonios, cuidam dicenti: Quin igitur manſiſti Spartæ, ſed fugere maluiſti? Quoniam, inquit, nec medici apud ſanos, ſed apud ægrotos verſari ſolent. Falſiſſime conuitium exilij retorſit in Tegeatem, quod eius gentis corrupti mores egerent Spartana diſciplina. *Plutarchus in Lacon.*

Philippicus, cùm apud Tiberim III. Imperat. in ſuſpicionem affectati Imperij veniſſet, in Pontum relegatus eſt. Andronicus Comnenus, cùm Alexium pupillum, vt imperio potiretur, occidiſſet, à populo ob crudelitatem in exilium pulſus eſt. Iuſtinianus Rhinotmetus Conſtantini IV. filius, vltimus ex ſtirpe Heraclij coniuratione Leontij patricij Conſtantinopolitani, & Callinici patriarchæ, captus atque in exilium in Pontum miſſus eſt. *Volaterranus libr. 23.* C *Anthrop.*

Michael Calaphates, cùm Zoen Michaëlis Paphlagonis anteceſſoris & conſanguinei vxorem, cum qua ſe regnaturum promiſerat, eieciſſet: populus armis domum circumdedit, & concionem prodeuntem ſaxis petiit: fugientem cepit, atque oculis multatum in exilium miſit. *Idem.*

Michael Curopalates, cognomento Rancabe, gener Nicephori Imperatoris, cui quoque ſucceſſit, coniuratione Leonis Armeniaci captus, in exilium miſſus eſt. *Volaterranus lib. 23. Anthrop.*

Ludouicus IV Francorum rex, Caroli Simplicis F. Transmatinus dictus eſt, quod mare tranſmiſerit in Angliam, ſub recentem caſum patris in cuſtodiam traditi, patria profugus, æmulo regni Rodulpho Burgundo ſublato domum reuerſus. *Æmilius lib. 3.*

Cenovalchius Angloſaxonum rex, vxore Sexburga Pendæ Merciorum regis ſorore repudiata, ab eius fratre in exilium pulſus eſt. *Polyd. lib. 4.*

Edgarus Ethlig. D. Eduardi regis Anglorum nepos, cùm D occupato à Guillielmo Normãno Angliæ regno, videret ſe omni ſpe adipiſcendi deinceps regni deſtitutum, cum matre Agatha, & Margarita atque Chriſtiana ſororibus in Hungariam ad auum redire conſtituit. Sed aduerſus ventorum flatibus tandem in Fortheam æſtuarium Scotiæ delatus eſt, in eum ſinum, qui & hac noſtra memoria D. Margaritæ dicitur. Malcolmus Scotorum rex, haud immemor, quod ab Eduardo regno reſtitutus fuiſſet, humaniſſime eos ſuſcepit, & Margaritam in vxorem duxit. *H. Boëth. lib.*

Baivorius II. à Suaroplaco patruele regno Boëmiæ exutus, cum fruſtra armis Germanorum reduceretur, in Poloniam ex latum abiit. *Dubrauius lib. 10.*

Sub Ludouico IV. Francorum rege Aigroldus Danorum rex patria regnoque à filio pulſus ſexaginta nauium claſſe cum bona parte nobilitatis, quæ vitam extorrem agere, quàm filio parere mallet, in Normanniam ad ducem peruenit. In Conſtantienſium finibus ſedes his datæ. Sed non multo poſt à ſuis reuocatus eſt. *Æmil. lib. 3.*

Henricus Leo, Saxonum & Bauarorum Dux, ab ordinibus imperij omnibus honoribus & beneficiis ſpoliatus, tandem in exilium eiectus eſt, quod Friderico I. Imperatori in expeditione Italica deſeruiſſet, *Cranz. in Saxon.*

Amvrates II. Turcorum tyrannus moriens Calapinum ſemeſtrem Chalibaſſæ commendauerat: ille in Mahometi II. gratiam, qui patri ſucceſſit, & matrem, & puerum ei prodidit. Alij ſcribunt, Calibaſſam alienum puerum Calapini nomine ſuppoſuiſſe, cúmque pro filio Amurathi necatum fuiſſe: Calapinum verò Conſtantinopolim tranſlatum, ac clam educatum poſt captiuitatem vrbis inde ſubtractum, ac primum Venetias, tum Romam Calixti Pontificis iuſſu ductum, ac pro fratre Mahometi in palatio cuſtoditum. Qui tandem lauacro baptiſmatis ablutus, Calixtus eſt dictus Othomannus. Hic poſtea in Germania venit in magnam familiaritatem cum Friderico III. Imperatore, à quo regiè donatus, ac munificè reditibus annuis prouiſus, in Auſtria pluribus annis vixit; cuius ſe familiaritate vſum ſcribit *Cuſpinianus*) vir manſuetus ac religioſus, & qui multarum rerum habuit experientiam. Defunctus eſt in Auſtria, cùm iam ſpecioſiſſimam puellam virginem nobilem de Hohenfeld vxorem duxiſſet. quæ vidua facta F antequam vxor eſſet, monaſterio ſe incluſit, vt virginitatem perpetuò cuſtodiret. *Cuſpinianus.*

Zizimvs Mahometo patre mortuo, à Baiazetho fratre regno pulſus, Rhodiis ſeſe primum per litteras, tum per aratores permiſit: ac paulò pòſt oneraria naue Rhodum delatus, regio apparatu eſt exceptus, anno Salutis 1482. Baiazethus ergo cum Rhodiis pacem fecit perpetuam, ea lege, vti Zizimum fratrem cuſtodirent, & alimentorum nomine 450. millia nummûm auri quotannis Rhodi perſoluenda Kal. Aug. acciperent. Quinetiam vt gratiam Magiſtri Rhodi aſſequeretur, dextram Ioannis percuſſoris dono miſit. Et cum anno ſequenti ingentem pararet claſſem, in Italiam per Helleſpontum mittendam, Magiſtro Rhodi minitante, fratrem ſe emiſſurum exercitium diſſoluit, iuramento adhibito. Dehinc eſt Zizimus Roma perductus, anno 1488. & Innocentio IIX. ſummo Pontifici, qui Sixto ſucceſſit, datus, arte & ſolertia Leonelli Concordienſis antiſtitis, Legati Apoſtolici. Nam Baiazethus per legatos præter cætera, ſacratiſſimum Chriſti ſepulchrum cum Hieroſolymis, & omni terra Sancta Chriſtiano nomini ſe daturum pro Zizimo pollicebatur, & lanceam Chriſti pa- G riter. Rex Hungariæ Mathias, & hunc impenſè petebat, quum Zizimo ſibi dedito, indubitatam de Turcis victoriam polliceretur. Dicit tamen facundia Antiſtitis, vt Pontifici traderetur, ſub cuſtodia militum Rhodiorum. Iam verò, cùm Carolus Francorum rex Romam cepiſſet, ea conditione pacem cum Alexandro VI. ſanxit, anno 95. Idib. Ianuariis, vt Zizimum ſibi traderet, qui in Vaticano cuſtodiebatur. Quem vt veneno tolleret, ab initio Gallici tumultus per litteras cum Alexandro egerat Baiazethus: magnum auri pondus, ſi eam ſibi operam nauaſſet, pollicitus. Nec ſolum Zizimus datus eſt regi Carolo, ſed in fœdere etiam poſitum, vt Valentinus Dux, Pontificis S. quatuor menſes regia caſtra ſequeretur, vt omnia Pontificis loca Gallis amicè paterent. Alexander autem quibus potius quam res Caroli per Zizimum illuſtriores reddi volens, venenum lentum ei propinari curauit, quo tandem abſumptus eſt. *Idem.*

Reginæ.

Helena, Tyndari & Ledæ filia, cum poſt deſtructam Troiam Menelao marito reſtituta, Spartam veniſſet, poſt ali- H quot dies Menelaus obiit. Eo mortuo, ſtatim Helenam expulerunt duo ciues Spartani, Nicoſtratus, & Megapenthus, quod eius cauſa tot ruinæ totque clades fuiſſent ſubſequutæ: Igitur regno, & marito priuata, Rhodon exul proficiſcitur ad Polyzo reginam. A qua hoſpitio ſuſcepta, famulis inuiſa eſſe cœpit, quod Tlepolemus Polyzo maritus expiraſſet apud Troiam interfectus à Sarpedone Lyciæ rege. Itaque coitione facta illam in horto ad arborem ſuſpenderunt. *Guido. Bituricenſis.*

Theogena vxor Agathoclis Syracuſani cum liberis in Ægyptum à marito ſene & ægroto in exilium miſſa, ne in manus nepotis, qui viuente ipſo regnum inuaſerat, deueniret: *Sabell. l. 8. En. 4.*

Honorivs Roma Rauennam profectus, in ſuſpicionem venit, ſororem Placidiam, Conſtantij Auguſti à ſe dilecti vxorem, Valentiniani Nobiliſſimi pueri matrem, ſecreta cum inimicis ſuis aduerſus ſe concilia coquere. Quod cùm illa ſenſiſſet, ſibi ac Valentiniano conſulere cupiens, ab illo diſceſſit, & conſtantinopolim ad Theodoſium properauit, cámque

[illegible] C. R[illegible]orum Imp. mater, cum poſt [illegible] eſt coniectum filium (cum quo decem [illegible] annos ſola imperaſſet, expulſa demum à Nicephor[illegible] ſucceſſore ipſius, in exilio vitæ reliquam egit. *Volaterran. lib. 23. Anthroop. ex Sigeb.*

Martina Heraclij Imp. vxor, cum veneno ſuſtuliſſet Conſtantinum iuniorem priuignum, à Senatu ante biennium imperij capta, & in exilium in Cappadociam miſſa eſt lingua mutilata, naribus autem filio Heraclonæ, cui imperium aſtruere voluerat, abſciſſis. *Volat. lib. 23. Anthroop.*

Duces.

Conon Dux Athenienſis nauali prælio à Lyſandro Spartano victus, ſponte in exilium fugit ad Artaxerxem Perſarum regem in Cyprum. Cuius opibus fretus, paucis poſt annis reuerſus, cum exercitu in Lacedæmoniam irrupit, prædas egit, omnia ferro ignéque vaſtauit, Lyſander contra eum miſſus, qui illum prius nauali pugna vicerat, ab eo tunc terreſtri victus eſt.
B *Volat. lib. 14. c. 2. Anthrop.*

Cimon Miltiadis F. qui qui barbaris tota Cherſoneſo pulſis, omnem eam terram cum Criſſea, & Thaſia ora Athenienſibus ſubiecit, tot rebus terra marique geſtis, Athenas reuerſus, inuidiam felicium rerum alumnam vitare non potuit: Periclis factione premebatur. Cum ſorore Elpinice adoleſcens ſtuprum feciſſe credebatur. Quo tum demum fuit in ore omnium. Habebatur ad hæc Lacedæmoniorum ſtudioſus, quod illud vſurpare eſſet ſolitus: At Spartani non tales. Itaque Oſtraciſmo in decennale exilium eiectus eſt. Iam quum Lacedæmonij Delphos à Phocenſibus liberaturi in Tanagra metati eſſent, iiſque Athenienſes dimicatione inſtructi occurriſſent, venit eò Cimon Atticas opes adiuturus. Tum ibi ab hominibus diuerſæ factionis in ſuſpicionem proditionis adductus, iuſſúſque caſtris abire, arma, quibus in pugna vti conſueuerat, ſuis tribulibus reliquit, eóſque, vt fortiter pro patria dimicarent, diſcedens hortatus eſt. Eius ſermo tanti fuit, vt quum centum ex vna tribu eſſent, nemo ex acie viuus diſceſſerit. Victi
C ibi Athenienſes, quum ſub vernum tempus Lacedæmoniorum exercitus in Atticam venturus diceretur, Cimonem ab exilio reuocarunt. Fama eius reditus omnes belli minas diſcuſſit. *Sabell. lib. 3. En. 3.*

Themiſtocles ob eundē timorem, quo damnatus erat Miltiades, teſtulatum ſuffragiis è ciuitate Athenienſi eiectus, Archos habitatum, conceſſit. Hic cum propter multas eius virtutes magna cum dignitate viueret, Lacedæmonij legatos Athenas miſerunt, qui eum abſentem accuſarent, quod ſocietatem cum rege Perſarum ad Græciam opprimendam feciſſet. Ergo abſens proditionis damnatus, Corcyram demigrauit. Ibi cum eius principes ciuitatis animaduertiſſet timere, ne propter ſe bellum ipſi Lacedæmonij, & Athenienſes inciderent: ad Admetum Moloſſorum regem, cum quo ei hoſpitium fuerat confugit: & vt maiore religione ſe receptum tueretur, filiam eius paruulam arripuit, & cum ea ſe in ſacrarium, quod ſumma colebatur ceremonia, coniecit, nec inde prius egreſſus eſt, quam rex eum data dextra in fidem reciperet. Cùm ab Athenienſi-
D bus, & Lacedæmoniis expoſceretur publicè, rex ſupplicem monuit, vt conſuleret: & Pydnam eum deduci iuſſit, cum præſidio. Hic nauem omnibus ignotus aſcendit. Quæ cum tempeſtate maxima Naxum ferretur, vbi tum Athenienſium erat exercitus: domino nauis quis eſſet, aperuit: multa pollicens, ſi ſe conſeruaſſet. Ille clariſſ. viri captus miſericordia, diem noctémque procul ab inſula in ſalo nauem tenuit in anchoris, neque quemquam ex ea exire paſſus eſt. Inde Epheſum peruenit ibique Themiſtoclem expoſuit: cui ille pro meritis gratiam poſtea retulit. Mox in Aſiam ad regem Xerxem, ſeu potius Artaxerxem, profugit. *Probus & Plutarchus in Themiſt.*

Alcibiades bis à populo Athenienſi damnatus exulauit. Semel cùm in Sicilia prætor abeſſet capitis damnatus, ad Spartanos fugit, & ſuo diſceſſu effecit, vt graui clade à Syracuſanis affecti fuerint Athenienſes. Patriæ interim reconciliatus, rebus maximis deſignatus, cùm præfectus Athenienſium claſſis Antiochus à Lyſandro victus aliquot naues amiſiſſet, inuidia populi præter meritū à magiſtratu deiectus eſt, & tres prætores ei ſubſtituti, qui Athenienſium res ad Ægos flumen Lyſandro peſſundandas obiecère. Tum ſerò tandem Athenienſes eiecti Alcibiadis pœnitentia ducti, 30. tyrannos à Lyſandro impoſitos ferre coacti. Ipſe ad Pharnabazum fugiens

A[illegible]

In exilium pulſus eſt Xenophon [illegible] Gryli F. à ſuis ciuibus, quod Cyro fratri, qui fuit A[illegible] populo inimiciſſimus, contra Artaxerxem Perſarum regem, quo maximè beneuolo vtebantur, ſtipendia feciſſet. Cum enim Sardis Cyrus eſſet, Lyſandrum Ariſtocratis filium, ad comparandam contra Athenienſes claſſem pecunia iuuerat. Pulſum Lacedæmonij ſuſceperunt, & Scilluntem Eleis ereptam exulanti donarunt. *Pauſanias lib. 5.*

M. Popilius, cùm à Numantinis, cum quibus pacem factam Senatus irritam cenſuerat, cum exercitu fuſus fugatuſque eſſet, ob rem malè geſtam in exilium actus eſt. *Liuius l. 15.*

Nicolaus Canalis Venetus, Turcico bello claſſi præpoſitus, Petróque Mocenico maioribus comitiis antelatus, Chalcidem inſulam diu obſeſſam acerrimè tutatus eſt. Mox, neſcio quo fato, quum multa tentare poſſet, negligentior redditus, eam magno cum detrimento Reipub. Venetæ amiſit. Domum reuocatus, in exilium miſſus eſt. *Egnatius lib. 6 c. 10.* In Portu Gruaria, Carnorum oppido exulauit. Rogatus, qua potiſsimum F ratione patriæ deſiderium leuaret: duplici reſpondit indagine venatoria & literaria. *Sebel. l. 9. Dec. 3.*

Georgius ſuper Saxo, Valleſianus, eques auratus, bello maximas opes acquiſiuit, & tum gratia tum largitionibus apud populares ſuos tantum potuit, vt Epiſcopatum ſuo arbitrio moderaretur, Iodocum Epiſcopum, mox & Matthæum Cardinalem eiiceret. Suſcepit ea legitima vxore liberos 23. Cæterum iam ſenex Gallicæ pecuniæ interuerſæ crimine ſuſceptus, cum popularium furorem expectare nollet, exilio ſolum vertit. Anno Domini 1529. & ad lacum Lemanum obiit. Poſteritas eius breui poſt tempore tota interciditita vt nihil præter nomen, & præclara ædificia (inter quæ & magnificum ſepulchrum, principe dignum in pago Gliſa connumeratur) ſupereſt. *Stumpfius l. 10. Heluetia.*

Conſules, Proconſules.

L. Opimius, quod in conſulatu Fuluium Flaccum conſu- G larem & C. Gracchum tribunitium oppreſsiſſet, ob inſidiam in iudicio circumuentus, & in exilium actus eſt. *Aſconius Pedianus ſuper orationem Cic. in Piſonem.*

P. Clodius ob Pompeiam C. Iul. Cæſaris vxorem in ſacris Bonæ deæ adulteratam, Ciceronis teſtimonio conuictus, ſed corrupto iudicio abſolutus, Ciceroni adeo inimicus ex ea re factus eſt, vt à patribus ad plebem poſtea tranſierit, eo conſilio, vt Tribunus plebis factus, hominem vlciſceretur, cuius teſtimonio fuerat in diſcrimen adductus. Nec defuit voluntati euentus. Clodius Cic. diem dixit, quòd in conſpiratione Catilinæ vindicanda, nobiliſsimos ciues indicta cauſa necaſſet. Conſulum fauore deſtitutus Cicero, quin & Pompeij qui per Caium Cæſarem ab eo alienatus fuerat, veſtem mutauit, & cum eo vniuerſus ordo equeſter, vt viginti millia hominum mutato habitu eum ſequerentur: potuiſſétque reus aduerſus Tribunum media vrbe armis diſceptare, niſi Catonis conſilium ſecutus, vrbem à cæde & diſcordia ſerua- H ta maluiſſet. Senatus frequens in curiam coiuerat, decreturus, vt tota ciuitas cum M. Tullio veſtem mutaret. Sed curia Clodianis armis obſepta, conſulibúſque rem impedientibus, nihil decerni potuit. Cicero Demoſthenis exemplum imitatus, qui ne pro ſe dicere cogeretur, ſolum vertit, media nocte vrbe egreſſus, in Lucaniam primo conceſsit, mox in Siciliam transfretaturus. Clodius audita eius abſentia ad populum tulit, Cicero exul eſſet, eiúſque bona publicarentur: & vt quadringentis millibus paſſuum ab Italia igni & aqua interdiceretur: qui eum hoſpitio accepiſſet, is exul eſſet, omniáque eius bona in publicum redigerentur: Additum rogationi eſt, ne quis de eo reducendo ad Senatum referret, diſputaretve, aut pedibus in ſententiam iret: quæ omnia populus ſciuit. Clodius exulis villas in Arpinati, Toſculano, Pompeiano, & Formiano diripuit, direptáſque incendit, domum in palatio demolitus eſt à fundamentis, atque in ea area templum Libertatis conſtituit. Bona omnia haſtæ ſubiecit. Nec in tota illa auctione ſector repertus eſt. Cicero Dyrrachium trangreſſus, quum hic parum ſibi tutus videretur, in Macedoniam tranſiit, vbi à Plancio eſt benigne acceptus. *Sabellicus libr. 5. Enneadis 6.*

Marius Priscus proconſul Africæ, tempore Domitiani,

A d[illegible]
actus eſt. [illegible] 17 *Antrop.*

Procuratores.

Capit[illegible] Aſiæ procurator, cùm mi[illegible]tes haberet, ſacerétque multa quaſi præeſſet ei prouinciæ, ob id accuſatus à Tiberio, actus eſt in exilium *Dion. in Tiberio.*

Ciues.

Diu à Rom. obſeruatum, ne ciuis Romanus, quouis crimine obnoxius, relegaretur. Primus L. Lamia Rom. ciuis, à Gabino conſule relegatus fertur, & poſt eum plures. *Alexander lib. 3. c. 20.*

Serui, Ancillæ, liberti.

Liberti Afranij Dextri conſulis relegati ob crimen cædis incertæ. *P. Aerodius ex Plinio Nepote lib. 8. Epiſt.*

Rhetores.

ÆSCHINES ob falſam accuſationem Demoſthenis, qua eum indignum eſſe corona aurea ob refectos ſuis ſumptibus muros Athenienſes, voluit oſtendere, quam tamen Cteſiphon ipſi ſcitu populi decreuerat, vrbe pulſus fuit. *P. Aerodius ex Demoſthene pro corona, Plutarcho, Libanio.*

B DEMOSTHENEM Athenienſes in exilium miſerunt, quod pecunia fuiſſet corruptus ab Harpalo, qui interuerſis Alexandri Magni theſauris fugerat Athenas. Vrbe excedens, fertur ſubinde reſpiciens ad arcem Palladis ſublatis manibus dixiſſe: O Pallas vrbium domina, cum tribus inſauſtiſſimis beſtiis delectaris, noctua, dracone & populo? *Plut.*

CASSIVS Aſclepiodotus Nicæus, cum Soranum Senecæ Philoſophi fratrem, iniuſtè Romæ propter conſpirationem in Neronem factam accuſatum, contra Egnatij Philoſophi falſum teſtimonium defendiſſet, ac bonitatem integritatémque hominis multis teſtimoniis comprobaſſet, à Nerone in exilium miſſus, à Galba poſtea reuocatus eſt. *Xiphilinus.*

CARINA Secundus orator exilio à C. Caligula Romanorum Imper. damnatus eſt, qood exercendi ſui cauſa contra tyrannos declamaſſet. *Xiphilinus.*

Poëtæ.

CLISTHENES Sycioniorum tyrannus, odio Argiuorum, quibus
C cùm bella gerebat, Rhapſodos omnes Homericos finibus ſuis eiecit, quod Homerus in Catalogo nauium, in Peloponeſi vrbibus deſcribendis, primò Archiuorum meminiſſet, & Sycionios Mycenæis quodammodo ſubieciſſet. *Euſtathius. Iliad. β.*

EVRIPIDES poëta, cùm hiſtrionem ſuum aliquando cùm vxore ſua reperiſſet, in Macedoniam abiit, Comicorum veritus calumnias, & ab Archelao rege benignè ſuſceptus eſt. *Gell.*

P. OVIDIVS Naſo exilium per ſeptem annos apud Tomitanos pertulit, in quo etiam periit.

D. IVNIVS IVVENALIS, cùm Paridem Pantomimũ, Domitiano clariſſimum hiſtrionem, in Satyris ſuis perſtrinxiſſet, iam octogenarius in exilium miſſus eſt, ad præfecturam cohortis tendentis in extremam Ægypti partem, ad Pentapolim vrbem. *Gyrald. in 1. tom. Hiſt. poet.*

OPPIANVS poëta, ex Anazarbo Ciliciæ ciuitate, cum Seuero principi, Anazarbum venienti, paulò negligentius & irreue-
D rentiùs obuiam iuiſſet: in exilium in Melitam inſulam Adriatici maris cum parte Ageſilao actus eſt, vbi poëma de piſcibus ſcripſit. *Volat. lib. 17. Anthrop.*

DANTES Florentinus poëta, Florentia pulſus, fugiens ad Canem Grandem Veronem principem, cum eum contra Florentinos dimicare compuliſſet, ob linguæ licentiam eius odium contraxit. Poſt annos quatuor, cum in patriam redire tentaſſet, etiam Henricum VI. ad Florentiæ obſidionem ducendo, ſpe omni amiſſa, Rauennam profectus eſt, ibique in otio vixit. *Volat. l. 21. Antrop.*

Philoſophi.

ANAXAGORAS Clazomenius, cùm ab Athenienſibus eſſet dãnatos exilio, cuidam dicenti, Priuatus es Athenienſibus: Imo illi (inquit) me. Sentiens, Athenienſibus magis opus eſſe Anaxagora, quam contra. *Laërt. lib. 2. c. 3.*

ARISTOTELES cùm iudiciorum metu Athenis profugiſſet interroganti cuidam, Qualis eſſet ciuitas Athenienſium, reſpondit: Pulcherrima, ſed in eam (quod de Alciani hortis ſcribit Homerus)

ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

pyrus ſuper pyrum, & ficus ſuper ficum conſeneſcit Sycophantas intelligens. Interroganti, Cur reliquiſſet Athenas? reſpon[illegible] [illegible] conſ[illegible] ſophiam. Obſcurè Socratis [illegible] lum. *Ælianus de var. hiſt. lib.* [illegible]

THEODORVS ἄθεος, Athenis prof[illegible] d L[illegible] cum Thraciæ regem. Ibi cùm quid[illegible] [illegible]ibus in fugam exprobraſſet, quod impietate ſu[illegible] corrumperet, reſpondit: Non profugi, ſed idem mihi accidit quod Herculi. Nam vt ille ab Argonautis fuit expoſitus, quod ſolus eſſet iuſtum onus nauis, & cæteri vectores vererentur, ne prægrauata ſubſideret: ſic ego quoque migraui propter magnanimitatem: quam cùm Athenienſium rectores non valerent aſſequi, inuidere maluerunt. Philo Iudæus libro, Quod omnis probus liber. Lyſimachus offenſus libertate eius, dixit illi: Quoniam iſtis eras moribus, patria te eiecit. Sanè, inquit, quod me vt Semele Bacchum ferra non poſſet. *Plut. in Apophthegm.*

Rhetores, & Philoſophi ex tota Italia proſcripti, ſub Domitiano, ex S. C. Qua tempeſtate etiam Epictetus Stoicus Roma deceſſit. *Gell. lib. 15. c. 11.*

P. EGNATIVS Celer Philoſophus, propter aſſentationem multis pecuniis atque honoribus auctus, in exilium tandem à Nerone actus eſt. *Xiphilinus.* F

BOETHIVS inſignis philoſophus, imperante Zenone, cum auctoritatem Romani ſenatus contra Theodoricum regem Italiæ tueri niteretur, ab ipſo in exilium miſſus eſt cum Symmacho conſule, ibique librum de Conſolatione philoſophiæ edidit. *Sigebertus in Chron.*

Mathematici.

METIVS Pompuſianus, qui Veſpaſiano olim imperiũ prædixerat, à Domitiano in Cyrnum relegatus eſt, eò quod vniuerſi orbis deſcriptionem atque picturam domi in tabula haberet: atq; conciones regum, & cæterorum principũ, quæ ſunt apud Liuium ſcriptæ, ſtudioſè euolueret. *Xiphilinus in Domitiano.*

Medici.

ORIBASIVS Pergamenus, vel Sardianus, cum Iuliani Principis medicus eſſet ſuccedentiũ principum inuidia bonis priuatus, in exilium ad Barbaros miſſus eſt: vbi tanta gratia, & opinione hominum ob doctrinam, & medicinæ experimenta vixit, vt pro Deo penè coleretur: & ſic placatis demum principibus, rediit, bonáque amiſſa recuperauit. *Eunapius in vitis Sophiſtarum.* G

Legiſlatores.

CLISTHENES Athenienſibus exilij legem primus tulit: quã haud multò ſua lege damnatus pœnas luit. *Alex. ab Alex. lib. 3. c. 20. ex Æliano.*

Iureconſulti.

PETRVS de Vineis ex vrbe Capua iuris peritiſſimus, Friderico II. Imperat. cariſſimus, ob coniurationis ſuſpicionem in exilium miſſus eſt. *Dantes Can. 13. primæ partis: & Volat. lib. 23. Antrop.*

Hiſtorici.

PHILISTVM Syracuſanum (qui res Siculas libris duodecim complexus eſt) Dionyſius ſenior in exilium egit, vbi tamen bonam hiſtoriæ partem abſoluit.

PAVLVS Diaconus Aquileienſis à Carolo Magno relegatus eſt ad Diomedis inſulam, quod Deſiderio Longobardorum regi faueret. H

A QVIBVS. AB

Subditis.

☞ *Vide Reges, exules.*

Fuit extorris Theſeus Athenis, propter quem habent nunc Athenas homines, vrbémque amiſit, quam non acceperat, ſed ipſe condiderat. *Plut. de exilio.*

Athalaricus rex Gothorum Teruingorum, qui in Thraciam cum reliquis Gothis non tranſierat, quod ſe religione impediri, ne Romanum ſolum attingeret, aſſeuerat, patria à ſuis expulſus, anno 317. Conſtantinopolim venit, atque à Theodoſio Imp. comiter ac benignè exceptus eſt. In cùm vrbem inuiſeret, atque intentis oculis vniuerſa luſtraret, in magnam Romanæ potentiæ admirationem adductus dixit: Deus profecto terrenus eſt ipſe Romanus Imperatoe: quiſquis aduerſus eum manum ſuſtulerit, ipſe ſui ſanguinis reus erit. Neque ita multò pòſt vita ceſsit, Funus eius pompa ſplendidiſſima Theodoſius celebrauit, atque ipſe ei quoque honoris cauſa præiuit. *Ex Amm. Sig. lib. 8. Imp. occ.*

Collegii,

[illegible] cim reges creati, [illegible] ic pacti, ne ſibi alius alij in-[illegible] one Ægyptum adminiſtrarent, [illegible], quod eſt quod is, qui ferrea phialâ [illegible] V[illegible] templo libaturus, ſolus Ægypti regnum obtineret. Nec longo tempore interiectu, quum fortè in Vulcani [illegible] ſolenni ſacro reges omnes ſtarent de more libaturi, Antiſtes templi numero aberrans, ſingulis præterquam Pſammeticho, qui vltimo loco ſteterat, phialam obtulit: qua ille neceſſitate adactus detracta ſibi galea, libauit. Ea re animaduerſa, confeſtim oraculi memoria circunſtantium animos ſubiit, ratíque id conſilio factum, diuum Pſammethicum iudicarunt, qui morte multaretur. Cæterum cùm id caſu contigiſſe cognitum eſſet, præcipua regni parte cautum, in paluſtrem Ægypti partem cum relegauerunt cæteri reges, ea lege, vt reliqua Ægypto abſtineret. At non multò pòſt Ionum Carumque prædonum ope fretus, facilè reges, à quibus fuerat relega-
B
tus, è medio ſuſtulit, totiuſque gentis vnus eſt ditionem adeptus. *Sabell. lib. 4. En. ex Herod. lib 2.*

Pericles cum Cimone ſimultates gerebat Reipub. cauſa, cùm hic optimatibus, ille populo faueret. Tandem oſtraciſmo Cimonem vrbe eiecit: quem tamen ſcripto plebiſcito reuocauit, Mortuo Cimone, de decennali exilio cum Thucydide Cimonis affine, contracto certamine depugnans, illum exterminauit, factionémque diſſoluit aduerſam. *Plutarchus in Pericle.*

Amicis.

Dion Syracuſanus, cùm apud Dionyſium tyrannum maximo in pretio haberetur, tandem incidens in ſuſpicionem, ab eo in exilium pulſus eſt. *Plut. in vita Dionyſ.*

Inimicis.

C. Martivs Coriolanus ob odium populi, Tribunorũ ſtudiũ tribubus in ſuffragia miſſis pœna damnatus eſt perpetui exilij. *Plut. in Coriolano.*

Cæſo Quinti Cincinnati ter Conſulis filius, quo nemo lingua manuve promptior in tota ciuitate habebatur, omnes ple-
C
bis impetus tribunitiáſque procellas ob legem ortas Agrariam vnus ſuſtinebat. Huic Aul. Virginius trib. pleb. capitis diem dixit. Apparebat plebem cupidè Cæſonem damnaturã quum iudicij die appropinquante Quintus pater, & cum eo propinqui multi & neceſſarij, principes ciuitatis paſſim ſingulos prenſabant, orabántque, ne tantam ex ciuitate indolem extorrem eijcerent. Quintius pater, ter conſul filij duntaxat culpam deprecari, parce filium laudabat, ne inuidiam cumularet: quin illud orare vt ſi quid in quempiam Cæſo iuueniliter deliquiſſet, eam ſibi offenſam condonarent, ne ſe iam ſeniu confectum ſuauiſſimi filij præſidio ſpoliarent. Poſt longam diſceptationem patrum interuentu decem vades tribuno dati, qui pro eo, niſi ad diem iudicij reum ſiſterent, certam ſoluerent æris ſummam, interim Cæſo liber eſſet. Ipſe vadib. datis ſequenti nocte iuſſu conſulum in Tuſcos exulatum abiit. Iudicij die, etſi reus non adeſſet, tribus in ſuffragium à Virginio nihilo ſecius miſſæ, cupidè abſentem damnarunt. Liuius appellatis tribunis, nullum de ea re ſuffragium latum ſcribit. Pecunia à patre acerbè exacta, vt omnibus bonis diuenditis, aliquandiu Quintius trans Tiberim tenui contentus prædio vixerit. *Sa-*
D
bell. lib. 3. En. 3.

Decivs Magius, quum Annibali Capuam intranti ſolus aſſurgere nollet ab eodem relegatus eſt. Quum autem in exilium traheretur, aperto capite vociferans? Habetis, inquit, libertatem, Campani, quam petiiſtis. Semper enim patriæ deditionem diſſuaſerat. *Liuius lib. 23.*

P. Rutilius, vir ſummæ innocentiæ, legatus C. Marij proconſulis, à publicanorum iniuriis Aſiam defendens, inuiſus equeſtri ordini, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus, in exilium miſſus eſt; vt eſt apud *Liuium lib. 70.* Actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi poteſtate facta, reſpondit, illud quod à Seneca *lib. 6 de beneficiis* ponitur: Malu vt patria meo exilio erubeſcat, quam reditu mœreat. *Volat. lib. 10. Anthrop.*

Parentibus.

Trebetas, Nini Aſſyriorum regis F. regno à nouerca Semirami de pulſus, poſt longos errores in valle pulcherrima Galliæ, per Moſellam fluuium aſcendens, conſedit, ibique florentiſſimam vrbem totius Galliæ caput, fundauit. Treuerim de ſuo nomine dictam. Extant ibi antiquæ nobilitatis monu-

me[illegible]
marmore [illegible]

Mini Semirame, qui tanto coniuge felix
Plurima poſſedis, ſed plura prioribus addis,
Non contenta ſuis nec totis finibus orbis,
Expulis à patrio primigenum Trebeta regno,
Inſignem profugus noſtram qui condidit vrbem.
Ante Romam Treueris ſtetit annis mille trecentis.

Nauclerus 20. Generatione.

Qvomodo

☞ *Vide Titulum Suppliciorum*

Oſtracophoria, apud Athenienſes exilij genus, quando teſtulis ſuffragia ferebantur. Primus Hipparchus Chulargeus; vltimus Hyperbolus oſtraciſmo pulſus eſt. *Cælius lib. 6. c. 25. Antiq. Lect.* Et ſanè ὀστρακικὴ μάστιξ, id eſt, Teſtaceum flagellum, dicebatur oſtraciſmus, quod hoc exigerentur in exilium. *Eraſ-* F
mus in Adag.

CVR. OB

Virtutem in genere.

Epheſij Hermodorum philoſophum in exilium eiecerunt, quaſi dicentes, Nullus noſtrûm frugi eſto, *Strabo lib. 14.*

Prudentiam.

Periclis, præcepto Danon, quod haberetur ſingularis prudentiæ, multatus eſt decennali exilio. *Plut. in Ariſtide.*

Conſtantiam.

D. Cæcilivs Numidicus, quia eum, qui ſe T. Gracchi filiũ mentiebatur in cenſum non receperat, idemque in legem Apuleiam per vim latam noluerat iurare, in exilium actus Smyrnæ ſubſtitit. Claudia exinde rogatione reuocatus, quoniam in ludis fortè de reditu literas in theatro recepiſſet, non prius legere dignatus eſt, quam ſpectaculum finiretur. *Volaterranus lib. 17. Anthrop.*

Libertatem loquendi.

Annevs Cornutus, doctrina & eruditione clariſſimus (cuius opera Nero in ſcribendis carminibus potiſſimum vtebatur) quod nonnullis exiſtimantibus quadringentos libros à Nero- G
ne ſcribi oportere, nimium multos eſſe dixiſſet, in exilium actus fuit. *Xiphilinus in Nerone.*

Religionem.

Ioannes Apoſtolus à Domitiano Imperatore in Pathmum relegatus eſt, vbi (vt *Dorotheus* tradidit, Tyri Epiſcopus) Euangelium ſuum ſcripſit.

Valerianvs Epicopus octogenarius, nolens diuina ſacramenta profanis tradere, à rege Vandalorum Genſerico omni vrbe & domo excluſus reliquum vitæ vſque ad mortem nudus ſub dio elegit. *Sigeb. in Chron.*

Iuſtitiam.

Aristides Lyſimachi F. ob iuſtitiã iuſtus dictus fuit, Cæterum ei euenit, vt qui ob cognomen hoc primo diligeretur, poſt raperetur in inuidiam: potiſſimum quod ſermonem Themiſtocles in vulgus ſereret, Ariſtidem ſublatis iudiciis, quod omnia iudicaret, & diſceptaret, dominatum in ciues voluntarium ulam ſibi paraſſe. Et populum iam, cui fecerat victoria contra Perſas Salamina animos, offendebant illi; qui nomine & gloria eminerent. Concione igitur ex tota Attica in vrbem H
aduocata, exilium decennale, exoſtraciſmon vocant, irrogarunt Ariſtidi, inuidiæ gloriæ eius metum prætexentes tyrannidis, *Plutarchus in Ariſtide.* Inter ſuffragãdum, adiit eum homo quidam ἀγράμματος καὶ ἄγροικος, qui teſtulam teneret, iubebátque Ariſtidis nomẽ inſcribi. Rogauit is, ecquid Ariſtidem noſſet: negauit ille, addiditque, nil ſibi aliud in eo viro quam Iuſti cognomẽ eſſe moleſtum. Tacitus Ariſtides ſcripſit quod rogabatur, & hominem dimiſit. Hic eſt Ariſtides, cui tantum tribuit Plato, vt præ cæteris, qui clariſſimi Athenis floruêre, ſolum eum exiſtimatione ac laude, præterque admiratione dignum cẽſuerit. *Cælius lib. 13. c 19. Antiq. Lect.* Tertio anno poſt, quum Xerxes ducturet exercitum per Bœotiam, & Theſſaliam, reuocatus eſt cum aliis. *Plut.* Ab amico quodam rogatus, Quam ob cauſam exilium ei moleſtum fuiſſet: reſpondit, Cauſa patriæ, ob eam iniuſtitiam vbique malè ab omnibus audientis. *Stobæus ex Serino ſerm. 37.*

Pietatem in patrem.

Cùm Lemniæ mulieres viros omnes vna nocte ſuſtuliſſent, Hypſipyle regina Thoantem patrem procul ablegatum ſola ſeruauit. Ob eam pietatem à reliquis in exilium eiecta, apud

[illegible] emeorum regem nutricis officio functa eſt. *Sabel*[illegible] *lib.* [illegible] *En.* 1.

Cædem.

ABSALOMVS Danidis F. interfecto fratre Amnone propter ſtuprum ſorori Thamari illatum, profugit Geſſurem ad Ptolomæum regem auum maternum, & apud eum triennio manſit integro. 2. *Regum.* 13.

In Vlyſſem poſt procorum necem neceſſarij interfectorum coierunt. Accitus ab vtriſque partibus Neoptolemus arbiter decreuit, vt homicidij cauſa Vlyſſes excederet, ſolûque verteret ex Cephalenia, Zacyntho & Itacha: procorū amici & neceſſarij quoque anno Vlyſſi ob illatam domui eius iniuriam multam penderent. Ille in Italiam exulatum conceſſit. Multam filio ſacratam vt ſoluerent Ithaceſij, præcepit. Hæc erat farina, vinum, fauī, ſal, victimæque honoratiores Phagilorum. Phagilum agnum eſſe Ariſtoteles refert. *Plutarchus in Græcis d.Etionibus.*

TALVS puer ab auunculo Dædalo erudiebatur. Hic cum acumine B ingenij polleret, Dædalus inuidia motus, exiſtimans ſe multo fore ſuperiorem, dolo interfecit. Accuſatus homicidij, damnatur ab Areopagitis Athenis exilio. In Cretam igitur proficiſcitur, vbi in Minois regis amicitiam propter artem venit. *Diod. lib.* 4. *c.* 13.

Ex Opuntia Locrorum terra natum eſſe Patroclum, teſtatur Homerus Iliad. 4. qui cùm cædem patraſſet inuitus, fuga ſe ſubtraxit ad Peleum; Mœnecius verò eius pater manſit in patria. At enim Achilles Menœcio pollicitus erat, cum ex ea expeditione reuertiſſet, ſe illum in patriam reducturum. Sed ad Troiam petiit. *Strabo. lib.* 9.

TALEMON & Peleus Æaci filij ob interfectum ex inuidia fratrum Phocum, quem illis pater prætulerat ob virtutem, exilio à patre puniti ſunt. *Anton. Liberalis ex Nicandri primo Alteratorum, & Pauſanias in Corinthiacis.*

T. ANNIVS Milo ob cædem P. Clodij pulſus eſt Marſiliam in exilium, *Dionyſius Hal car.*

Nobilis quidam Anglus cognomine Hantoum, cùm in aula Londini, Roberti Bruſij, Scotorum regis, fortunam virtutémque inter loquendum extuliſſet, à Ioanne quodam Spenſero, C obſcuræ originis viro, qui tum erat Eduardo II. regi à cubiculo, pugione impetitus, exiguū vulnus excepit. Cuius iniuriæ impatiens, Ioannem poſtridie eodem loco obtruncauit, & in Scotiam fugit. Ei Robertus rex prædia & agros Cadzovv nomine donauit. Perſeuerat eius poſteritas inter Scotos, in ampliſſimam propagata familiam & regio etiam honeſtata ſanguine, Hamiltoun nomine paulùm mutato nuncupata. *H. Boetius lib.* 14.

Latrocinium.

ACVISANES Æthiopum rex, ſubacta Ægypto, ſumma æquitate Ægyptiis imperauit. Latrocinia nouo more compeſcuit, Sontes neque more plectens, neque linquens impunitos. Eorum iudicio conſtituto, rea omnes in vnum cogens, miti ſententia damnauit: amputatis enim naribus, in vltima deſerti ire compulit, ibique vrbem condidit, ab exciſis naſis Rhinoceram appellatam. Ea in Ægypti Arabiæque finibus haud procul à mari ſita, omnibus vitæ commodis caret. Nam omnis vicina regio ſalſa eſt, intra vrbis mœnia vnicus eſt puteus, & is inutilis, vtpote aqua amara guſtu. Hos autem in eo loco poſuit, ne D ſuis moribus vicinas gentes inficerent, néve eorum erga reliquos iniuriæ eſſent occultæ: ſed vt tanquam in oram deſertam relegati, omni re egentes, cogente neceſſitate ſibi victum exquirerent. Fiſſis itaque calamis, quos ex vicinis agris collegerant, longa ſibi retia fecêre, quibus iuxta litus per plura ſtadia diſpoſitis, ex captis coturnicibus (nam magnus earum numerus in littore ad capiendos piſces verſatur) victum ſibi compararunt. *Diodorus lib.* 1. *c.* 4.

Impudicitiam.

VISTILIA Labeonis coniunx, ob ſtupri licentiā, qua infamabatur, in inſulam Seriphon relegata eſt. *Tacitus lib.* 2.

IVLIAM filiam Auguſtus Cæſar propter impudicitiam Pandateria inſula clauſit. Mox venia impetrata, cùm in eandem recidiſſet infamiam, Rheginis, qui ad Siculum fretum accolunt, cuſtodiendam tradidit. In eandem demùm inſulam Agrippinam ſuam libidinis nota proditam, Nero quoque clauſit: *Tacitus lib.* 14.

Impietatem erga patrem.

TVLLIA Seruij Tullij regis Rom. filij acta eſt in exiliū, quod ſuper faciem parentis mortui currum duxiſſet *Liuius.*

Accu[illegible]

Baſſus presbyter, cum accu[illegible] Pontificem, & ille columnium in[illegible] cuſſiſſet, à Valentian in exilium [illegible] 2. *Anthrop.*

Annonæ caritatem.

AVGVSTVS Cæſar magna quondam ſterilitate, [illegible] remedio, venalitias & laniſtarum Familias & peregrinos omnes, exceptis medicis & præceptoribus, partéque ſeruitiorum, Roma expulit. *Suetonius.*

Balnei vſum.

CINNA Tuſcus à Nerone exilio multatus fuit: quòd cùm eſſet præfectus Ægypti, lotus eſſet in balneo, quod Neroni in Alexandriam paratum fuerat. *Xiphilinus.*

Dignitatem.

HERMOLAVS Barbarus, Venetorum apud Innocentium Po. legatus contra leges patrias vel inuitus à Pontifice patriarcha creatus eſſet Aquileienſis, exilio à Venetis multatus eſt. *Bembus lib.* 1. *Ven. hiſt.* F

QVO PVLSI, VEL EXIERINT.

☞ *Vide Tit. Suppliciorum. Vlputa.*

In Inſulas deportati.

Ambo Macarij Ægyptius & Alexandrinus ſub Valente Imp. in inſulam Paludium relegati, Paludianos inſi lanos conuerterunt. *Ruffinus lib.* 2. *c.* 4. *Socrates lib.* 4. *c.* 24. *Theodoretus l.* 4. *c.* 21. *Sozomenus lib.* 6. *c.* 20.

IACOBVS FOSCARVS, Franciſci Venetorū principis F. à decemuiris accerſitus, quia ad diem non affuiſſet, abſens damnatus eſt. Verùm non multò pôſt ex Tergeſte, quò ſe contulerat, publico decreto eſt Taruiſium reuocatus, ea conditione, vt non ſolùm vrbem egredi liceret, ſed Meſtrana quoque prædia prætoris permiſſu inuiſere, mox verò in patriam reſtitutus eſt. Nō multò pôſt in crimen cædis deuocatus, quaſi eo auctore Hermolaus Donatus, dum noctu ex curia ſe domum reciperet: interfectus eſſet: poſt acerbiſſimam quæſtionem de ea re habitam, quum nulla maiora eius cædis indicia extarent, Cretam inſulam eſt relegatus. Hinc quoque poſtea quia res nouas per litteras molitus crederetur, triremi ad hoc ipſum in inſulam G miſſa Venetias delegatus, quum quæſtioni adhibitus rogaretur, an auctor fuiſſet earum literarum quæ ad hoſtes ſcriptæ dicerentur: ita ſanè affirmauit: cæterum dediſſe ſe operam, vt ad Venetorum magiſtratuum manus peruenirent: ratus fore, vt ob eam cauſam in patriam reuocaretur, ſi non qua vellet, qua ſaltem poſſet, conditione. Demùm quum nihil alioquin noxæ in eo compertum eſſet, in inſulam nouiſſimè ablegatus, vitam in ea cum morte commutauit *Sabellicus libro* 6. *Dec.* 3.

In Vrbes relegati, concluſi.

ABIATHAR Pontificem Salomon rex Iudæorum in prædiū ſuburbanum relegauit, & ſacerdotio priuauit, propterea quòd Adoniæ fratris ſui regnum affectantis partes fouiſſet. 3. *Regum.* 2.

Semei Geræ. F. Ieminienſem Salomon Hieroſolymis habitare, neq; torrentem Cedronem tranſire imperauit, propter ea maledicta, quæ iam olim contra patrem ſuum Dauidem, regno pulſum, ab Abſalon effuderat. At enim Semei exacto triennio, duos ſeruos fugitiuos Getham vſque perſecutus redux H fuiſſet, à Banaia propter violatum iuſiurandum, & inobedientiam iuſſu regis interfectus fuit. 3. *Regum* 2.

Βουσάγιος, id, eſt, Bubulcus eris. Hoc velut ænigmate Athenienſes ſignificabant exilium. Siquidem Qui per oſtraciſmum eiiciebantur, in Arginam exulatum ibant: vbi bos erat æneus inſigni magnitudine. *Plutarchus in Collectaneis, Heſychius ex Phaſmate Menandri.*

ARCHELAVS Iudææ Tetrarcha, ob tyrannidem in exilium Viennam Galliæ actus *Ioſephus lib* 17. *cap. vlt. Antiq.*

IVVENALIS Satyricos ſub Domitiano Romanorum Imperatore fuit; qui cū ſaltatore Praſine patris Paride gauderet, eaque de re & à Senatu & à Iuuenale malè audiret, Iuuenalem Pentapolim in Africa relegauit, ſaltatorem verò locupletatum Antiochiam miſit qui ibi domo & balneo ædificato, mortuus eſt. *Suidas.*

EXILIVM SPONTANEVM.

IACOB Patriarcha, Eſau fratris iram propter Interceptam patris fauſtam precationē fugiens in Haram Meſopotamiæ ad Laban auunculum ſe contulit, cui 14. annis pro duabus filiabus ſeruiuit.

[illegible] Labán inuiſum eſ- ſe [illegible] profectò, cum omnibus ſuis copiis eſum [illegible]. *Geneſ.31.*

M[illegible] Æ[illegible] interfeciſſet, qui iniuriam inferebat [illegible] ſpontè ad Madianitas exulatum abiit, vbi ſu[illegible] primogenitum ſuum ex Sephora appellauit Gerſon quia peregrinus eſſet in terra extranea. *Exod.2.*

Adar Idumæus, regio genere, cum Ioab Dauidis dux, Idumæam ſubegiſſet, atque omnes adultos occidiſſet, ad Pharaonem Ægypti regem fuga eſt elapſus. Qui & domum dedit, & agrum vnde viueret, & vxoris ſuæ ſororem ei deſpondit: ex qua natus ei filius, cum regiis liberis eſt educatus. Audita porrò in Ægypto Dauidis & Ioab morte, Pharaonem orauit, vt in patriam ſibi redire liceret. Verum tum quidem dimiſſus non eſt: ſed poſt, eo tempore, quo Salomonis res ob admiſſa peccata afflictæ erant, in Idumæam venit, regnoque Syriæ potitus Iſraëliticam terram incurſionibus vexauit, & Salomonem infeſtauit. *Suidas.*

Ioseph Herodis fugiens tyrannidem, fuit cum Maria Virgine & puero Ieſu benedicto annos ſeptem in Ægypto: quo temporis ſpacio deorum ſimulacra, quos tum gens ſtulta, & omnium errorum mater coluit, ſua ſpontè conceſſiſſe dicuntur, obmutueruntque maiorum dæmonum oracula. Quod futurum multo antea prædixerat propheta. Ecce, inquit, leuem nubem conſcendet, & Ægypti ſimulacra mouebuntur in conſpectu eius, tabeſcétque cor Ægypti in medio ipſius. *Sabell. l.1. En.7.*

Cadmum Agenoris Sidoniorum regis F. tradunt ex Phœnicia ad peruestigandam Europam à rege ea lege miſſum, vt aut virginem ſecum reduceret, aut in Phœniciam non rediret. Cùm diutius quæſitam à ſe virginem non inueniret, poſtpoſita patris in Bœotiam perueniſſe. Vbi cum reſponſo oraculi Thebas condidiſſet, Hermionem poſtmodum Veneris filiam in vxorem ſumpſiſſe: ex qua Semelem, Ino, Autonoën, Agauem ac Polydorum genuerit. *Diodorus lib.4.c.2.*

Peleus & Telamon cum fratrem Phocum matris conſilio interfeciſſent, exulatum abiêre patrem Æacum veriti. *Anton. Liberalis ex Nicandri prim. Alteratorum.*

Lyrcus filius Inachi, ad quærendam ſororem Io miſſus, cùm illam inuenire non poſſet, patris iram metuens, domum reuerti noluit. *Parthenius c. Eroticon.*

Phryxus & Helle nouercali odio ambo in diſcrimen adducti, non ariete aureum vellus habente (vt Heſiodus & Pherecydes, Laginum ſecuti prodidere) ſed naui, in qua fuit id animal tutelæ loco figuratum, è Bœotia in Helleſpontum primò ſunt delati. Hic Helle caſu quodam amiſſa, Phryxus in Colchidem ad Æetam regem profectus eſt. A quo agnitus, Chalciopes filiæ nuptias impetrauit. Palæphatus ſcripſit, Arietem Phryxi nutritium fuiſſe, cuius opera ſit ille nouercalibus inſidiis cum ſorore ſubtractus. *Sabel. lib.5.c.1.*

Homerus Mercurij, ex vxore cuiuſdam ſacerdotis Ægyptij F. quod Spurius eſſe putaretur, ignominiæ vitandæ cauſa ſponte ſua in exilium abiit, & per Græciam oberrans, omnes in ſui admirationem pertraxit. *Heliodorus.*

Cum Pſammetichus Ægyptiorum rex exercitum in Syriam duceret, mercenarios milites, quorum opera regnum conſecutus erat, ſtatuit in dextra, Ægyptios à ſiniſtra phalangis parte. Qua contumelia irritati Ægyptij, ad 200. millia Æthiopiam verſus in exilium ſpontè abierunt. *Diodorus l.1 c.5.*

Cùm Xerxes Atticam inuaſiſſet, Athenienſes edictum propoſuere, vt qua quiſque ratione poſſet, ſeruaret ſuos. Alij igitur Trœcenem, alij in Æginam, alij in Salaminem ſua pignora exportarunt. Athenis enim maximè infenſus erat Xerxes. Acceſſit prodigium. Ingens enim draco arcis cuſtos, cui menſtrua libamina ex melle confecta proponere ſolebant, cùm ſuperiora ſemper depaſtus eſſet, ea tunc illibata reliquit: quaſi etiam deus ipſe ſedes ſuas relinquere videretur. *Herodotus lib 8.*

Timasias Clazomenios, de Clazomeniis optimè meritus, cùm quodam tempore præter ſcholam tranſiret, pueri dimiſſi à præceptore ludis operam dabant. Cúmque duobus de bucca incidiſſet controuerſia, alter iurabat: Sic ego Timaſiæ cerebrum diſcoſſerim. Hoc audito, ille putans ſe in communi omnium hominum inuidia eſſe poſitum, ſiquidem & pueri eum odiſſent, ne tum ſenes, ſpontè atque vltrò è patria conceſſit. *Ælianus. lib.12. de Var. hiſt.*

[illegible] b[illegible]llum ab [illegible] Athenis.

Lycurgum Lacedæmonium, [illegible] Eunomi, Euphorus dicit, in Exilio fame periiſſe *Ælianus lib.13. de Varia hiſt.* Alij voluntario in exilio eum abſtinentia cibi obiiſſe ſcribunt: & cineres in mare proiici iuſſiſſe, ne quando Spartam relati cineres ſacramento liberarent eos, qui ad eius vſque reditum leges ſuas ſe inuiolatas conſeruaturos ſacroſanctè polliciti fuerant. *Iuſtinus lib.3. Plut. in eius vita.*

Protagoras Abderites, Menandri F. & auditor Democriti, accuſatus ab Athenienſibus, quod Perſarum magiam & religionem dediſſet, ſpontè, exulauit. *Rauiſius.*

Phyloſtratus in Sophiſtis Æſchinem Athenienſem oratorem non coactum vertiſſe ſolum exilij gratia ſcribit, ſed quum iudicio de Cteſiphonte victus eſſet, ad Alexandrum contendiſſe, qui tunc Aſiæ imperabat: vbi vero de eius morte in itinere intellexit, flexiſſe curſum Rhodum, captúmque inſulæ amœnitate ſtudiis apta reſediſſe eo in loco. *Lud. Viues in lib.1. Auguſt. de ciuitate Dei.*

Demaratus Corinthius Cypſeli tyrannidem fugiens, in Hetruriam naui delatus, Tarquiniis conſedit. Eius filius Lucumo, quod propter peregrinitatem in paruo apud Tarquinios honore eſſet, Romam cum Tanaquile vxore migrauit, & Anco Martio regi inſinuatus, tandem ad regnum peruenit. *Sabell. lib.4. En.2.*

M. Livius Salinator cùm de Illyriis triumphaſſet, ex inuidia peculatus reus, ab omnibus tribubus, excepta Metia, condemnatus, in exilium abiit voluntarium: vbi longo tempore ſordidatus, promiſſáque barba moratus eſt. Vrgente verò Italiam Hannibale, reuocatus, conſul factus eſt. *Volat. lib. 16. Vrban. com. ex Cælio & Liuy lib 29.*

M. Fur. Camillus dictator à L. Apuleio trib. plebis, ob Veientanam prædam (dicebatur enim æreas portas domi habere, quas inde compilaſſet) in iudicium acceptus, quum nihil præſidij contra vim tribunitiam ſibi in ciuibus eſſe cerneret, vltro in exilium abiit, deos precatus, vt ſi innoxio ſibi ea iniuria fieret, non multo poſt ſui deſiderium ingratæ ciuitati faceret: Abſens quindecim millibus grauis æris eſt damnatus, nec ita multo poſt, quaſi eius preces cœlo auditæ eſſent, à Gallis Roma capta eſt. *Sabell. l.9. En.3.*

In Sabinorum vrbe Regillo Appius Clauſus erat, vir pecunioſus, virtutis laude & eloquentia præcellens. Æmuli ideo calumniabantur pacis eum eſſe auctorem, vt auctus populi Rom. opibus, tyrannidem ſibi & dominatum quæreret in patria. Quos rumores ſentiens ſecundis auribus populi accipi, timuit iudicio ſe committere: verum quia factione amicorum & neceſſariorum munitus erat ſeptus, conciuit ſeditionem. At P. Val. Poplicola Coſſ. Rom. denuntiauit per homines idoneos Appio, quod ſi vellet ſaluti ſuæ conſulere, & relictis inimicis ſuis transfugere Romam, recepturum ſe eum, vt ipſius virtus & dignitas populi Romani mereretur. Appius conſilio habito amicorum, pleriſque in ſententiam ſuam pertractis, quinque millia familiarium cum liberis & coniugibus Romam tranſtulit. Poplicola familiis ciuitatem dedit, ſingulíſque agrum binum iugerum trans Anienem fluuium, Appio viginti quinque iugera, eumque inter patres legit, qui hunc gradum ad Rempublicam primum fecit: in quo cum ſpecimen præbuiſſet prudentiæ, in principem dignationem peruenit, pollentéſque habuit opes, & claram poſt ſe gentem Romæ reliquit Claudiorum. *Plutarchus in Poplicola; & Liuius Decade 1. lib.2.*

P. Scipio Africanus Linterni in villa ſua ſibi elegit exilium qui ciuitatem non modo tot victoriis exornauerat, auxeratque imperio: verùm etiam à calamitoſiſſimo & diuturno bello Punico liberauerat: in ingrata patria ne cineres quidem ſuos manere paſſus.

L. Apuleius Saturninus Tribunus plebis cùm propter Agrariam legem (quam per vim tulerat) aliaſque item factiones videret ſe odioſum pleriſque Principibus, Rhodum profectus eſt in voluntarium exilium. *Liuius l.69.*

Cum Saturninus Romæ factus Tribunus legem Agrariam tuliſſet, in qua hoc adiectum erat, vt Senatus iuraret in concione, ſe id, quod populus iuſſiſſet, comprobaturum, neque vlla in re impugnaturum: Hoc ipſum iurare nolens Cæcilius Metellus Conſul, ſpontè in exilium abiit Rhodum, ibique Philoſophiæ vacauit. *Plut. in Mario.*

A [illegible] & [illegible] plures ey- ... eundem locum, ſicut in portum ad caſtra L. Syllæ ad Orchomenium confugerunt, ac breui ſpecies apud eum ſenatus fuit. Metella quoque vxor eius ægrè ſe liberóſque ſubduxit, venitque domum eius, nuncians, & villas ab inimicis inflammatas: atque orauit, vt opem ferret vrbi. *Plut in Sylla.*

Apollonivs Alexandrinus poëta, adhuc adoleſcens, cùm Argonautica ſcripſiſſet, & ab aliis poëtis malè audiret patriam fugiens, Rhodum venit: ibique diutiùs verſatus, Rhodius potiùs quàm Alexandrinus cognominari maluit. *Gyraldus Dialogo 3. Hiſt. poet.*

Dion Pruſiæus ſophiſta, fugiens Domitiani tempora, quando philoſophia exulabat, ad Germanos & Getas ſe ſpontè contulit, ignotus omnibus: vbi tunc Traianus nondum Imperator res gerebat. Cùmque Domitiano interfectu animaduertiſſet tumultuantes milites, & ad res nouas erectos, extemplò nudus, vt erat, cucurrit, & ex altiſſima ara concionatus,
B illud Homericum Odyſſ. ξ. præfatus eſt:

ὡς γυμνὸς δ᾽ αὐτὸς ἀπεδύσατο δ᾽ ἴς Ὀδυσσεύς.

At nudus tacitè prodit conſultus Vlyſſes.

Sèque Dionem ſummum philoſophum eſſe manifeſtauit. *Philoſtratus in Sophiſtis.*

B. Alexivs nobiliſſimus Romanorum, prima nuptiarum nocte ſponſam relinquens, pro Chriſto peregrinatus eſt, per decem & ſeptem annos: & tandem è Syria domum reuerſus à patre ſuo pro mendico exceptus, nullique per 17. annos cognitus, tenore vitæ ſuæ in charta deſcripto obiit, & diuina voce manifeſtatus eſt. *Sigebertus in Chronicis.*

Ethelredvs Anglorum rex ignauus, Dacorum armis preſſus, habito procerum conſilio, cùm ſi pugnaret, de fide ſuorum dubitaret: ſin ſe dederet, ignominioſum id ſibi futurum ſciret: placuit tandem, vt ſe meliori fortunæ ſeruaret, & aſſumptis vxore Emma Richardi II. Normannorum ducis ſorore, liberis, in Normanniam exulatum abiret: hac enim ratione multos à cæde ſeruatum iri, qui olim ſalui patriam in libertatem vindicare poſſent. Itaque Sueno totius Angliæ imperium
C adeptus eſt, anno Chriſti MXIV. *Polyd. lib. 7.*

AB EXILIO RESTITVTI.

Libertati.

☞ *Vide Locum de Libertate. Tit. Exilio liberati.*

* AB EXVLIBVS PERICVLA.

Quæ pericula Reipublicæ immineant ab iis, qui ex ea proſcripti ſunt, tum maximè quando iam velut in priſtinum ſtatum reſtituuntur, notum eſt ex hiſtoriis. Foris tamen etiam nocent quantum poſſunt, dum eos quos in ciuitate reliquerunt, animant ad molienda quæuis, & excitandos tumultus. Dicebat Plato, expulſos, ſi inuitis inimicis redeunt, euadere Tyrannos. Eratque illud Pop. Romani ore celebratum.

——Regnabit ſanguine multo:

Ad regnum quiſquis venit ab exilio.

Megarenſes exules ſuos reuocarant, ſed hoc iuramento obligatos, *μὴ μνήσειν κακῶν, βουλεύειν δὲ τὰ ἄριστα*, quod non vellent meminiſſe iniuriarum veterum, ſed conſulere vrbi quæ optima. Sed ij reducti, promiſſorum obliti, in eos inquiſiuerunt qui illos expulerant, & populi ſententia condemnatos dederunt neci.

D Dio Syracuſanus non prius bellum intulit Dionyſio, quam eſſet ab eo proſcriptus. Marcus Coriolanus exilio pulſus Roma, in tantam deſperationem Romanum populum adduxit, vt niſi matris ac feminarum, quas ad illum miſerant, precibus exorari ſe paſſus fuiſſet, actum de Repub. fuerat.

Mediceæ gentis exules, ac Tigurini optimates de ciuitatibus eiecti, amicorum copiis & opibus patriam obſederunt, ac bello periculoſiſſimo defatigarunt. *Bodinus lib. 4. de Repub.*

Nonnè Sertorius à paruis initiis creuit? Cum partes Marij quibus ſtudebat, accisas in Italia ſentiret, in Hiſpaniam conceſſit, ibique proſcriptorum exulum, quos ſimilis caſus conglutinarat, manu contracta, bonam Hiſpaniæ partem occupauit, Q. Metellum à Sylla miſſum, ac deinde Cn. Pompeium bis prælio fudit, & interfecit.

De Cynethenſibus *Polybius* memorat, quod cum exules numero trecentos in vrbem ſuam recepiſſent, ac fidem illi intermedio Sacramento præſtitiſſent, exſpectata occaſione moliendi res nouas, intra vrbem admiſſi, conſilium prodendæ ciuitatis inierunt. *Lib. 4.*

Notat *Peucerus in Chronico*, hoc ipſum bellum quo adhuc

... [illegible] nimis ... num promoueri a fæce quad... nos fugatâ, pro comperto eſt ... multuum, domeſticos hoſtes obs... re reduces. Catilinam illum Romanum ... iurationis conuictum non ab vrbe ... et, ſed in vrbe ipſa opprimere, aduerſus qua...

* Exorciſmus, Exorciſtæ.

Definitio et Svbiectvm.

Exorciſmi nomine hoc loco illam accipimus rationem, qua per Deum Spiritus nequam adiuratur, vt ab humanis corporibus, locíſq; infeſtis, aut certis rebus diſcedat. Sic exorciſantur creaturæ irrationales, non quod illæ iſtius cæremoniæ ſint capaces, ſed exorcizatio dirigitur ad creaturam rationalem quæ illis præſidet, & monet. Vt ait S. Thomas. Ita Aqua, Sal, Domus exorcizantur, quia inuocatur virtus diui- F
na, vt aſſiſtat in vſu harum rerum, & dæmonem coërceat: tum præcipitur huic, vt illis rebus non noceat: ad eum modum ranæ, locuſtæ, tempeſtates exorcizantur, vt Deus mala per illa obuentura auertat. Vide *Domin. à Soto lib. 8. de Iuſtit. q. 3. art. 3.* Deducitur exorciſmus ab ἐξ & *ὅρκος*. Iuramentum. Hinc & adiuratio appellatur.

Acceptio apvd Gentiles, et Ivdæos.

Gentiles Exorciſtas vocabant Impoſtores, & Circulatores, qui in foro homines præſtigiis ludificabant, & oblectabant. Vnde *Vlpianus lib. 1. ff. de var. & extra cognit.* vulgare verbum impoſtorum eſſe exorcizare.

Iudæi quoque eadem acceptione illud vocabulum accepiſſe, perhibentur. Conſtat ex Actis Apoſtolorum, vbi ita legimus. Tentauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis exorciſtis, inuocare ſuper eos qui habebant Spiritus malos, nomen Domini Ieſu *Act c. 3.*

ANTIQVITAS. VSVS APVD IVDÆOS.

Olim apud Iudæos Exorcizandi munus vſitatum fuiſſe, nemo ambigere poteſt, qui verbis Chriſti attendit, Iudæos interrogantis, Filij veſtri in quo eiiciunt? *Matth. c. 12.* Et Apo- G
ſtoli dicunt; Domine vidimus quemdam in nomine tuo eiicientem dæmonia. *Luca cap. 9.* Verum cum Religione & cultu, apud eos defecit ea facultas.

APVD CHRISTIANOS.

Exemplo Chriſti, qui multoties Dæmones cum verbis, & cum aliis cæremoniis eiecit, manſit in Eccleſia ſemper poteſtas exorcizandi, & munus Exorciſtarum. Hinc illud eiuſdem Chriſti; In nomine meo Dæmonia eiicient. Item illud Apoſtolorum: Domine etiam Dæmonia ſubiiciuntur nobis. Et Apoſtoli in Eccleſiâ primitiuâ illâ facultate vſi fuerunt.

EXORCISTARVM MVNVS.

Fuit ſemper in Eccleſia munus Eccleſiaſtici ordinis diſtinctum, quod Exorciſtarum vocant Veteres. De quo *S. Ignatius Conc. Romanum ſub Syluestro, & Laodicenum*, in quo cauetur, ne præter ordinatos ad id ab Epiſcopo; exorcizare quis præſumat.

Tertullianus vero fœminas quaſdam reprehendit, quòd illud munus vſurparent *Lib. de præſcript. c. 41.* nempè ordinariè, & velut ritu ſacro, vel ex officio. Nam legimus eiectos Dæmones à ſanctis fœminis, Brigitta, Catharina Senenſi, Geno-
ueua, Anatolia, Hildegunde. Apud *Surium in vita.* H

Pertinebat olim ad exorciſtas, Catechumenis ante Baptiſmum exorciſmum adhibere contra dæmones, quorum omnes naſcimur mancipia propter peccatum originale: ſic vt infantuli nonnunquam vt *Auguſtinus* meminit *lib. 21. de ciuitate c. 14.* ab illis vexarentur. Scribit de hoc ritu *Ioan. Steph. Durant. l. 1. de rit. Eccleſ. c. 34.*

FORMA.

Non ſemper eadem fuit exorciſmorum forma. Olim enim breuior erat, cuius exemplum habemus *Act. c. 13.* Adiuro vos per Chriſtum quem Paulus prædicat. Certè nomen Ieſu adhibuiſſe primos illos Eccleſiæ paſtores, & cum eo ſignum S. Crucis, conſtat ex veterum ſcriptis. Poſterioribus temporibus longiores formulæ ritúſque ab Eccleſia præſcripti, quod modo non vt tunc, æquè facilè Dæmones obſeſſorum corporibus cedant. Collegit nuper varias exorciſmorum formulas, & modos rerum quæ in illis adhibentur. *Maximilianus ab Eynatten.* Canon. & Scholaſticus Antuerpien. ac typis Plantinianis euulgauit, anno 1620.

Moor

A

MODI VARII.

I[illegible] dæmones eiiciendi à viris Sanctis vſu[illegible] legi[illegible], S.L[illegible]entius Iuſtinianus dicitur Spiritum priu[illegible] mox exitum imperaſſe, & impetraſſe. Docet hoc *Bernardus Iuſtinianus orat Venetorum, c. 8. in vita Laurentij*. Eodem prorſus modo infantem liberauit Bertulphus Abbas Gobienſis teſte *Iona*, qui eius res geſtas deſcribit, *apud Surium* Parthenius, teſte Metaphraſte *7. Februarij*, ſolum egreſſum cuidam imperauit, & ſic priſtinam incolumitatem obſeſſo reſtituit.

Idem S. Remigius legitur præſtitiſſe ei Dæmoniaco, quem ad ipſum miſit S. Bened. vt docet *Hincmarus in vita Remigij*.

Anatolina ſanctiſſima virgo, primò afflat Dæmoniacū; mox ad Dæmonem conuerſa: exi, inquit, ab homine, & de ſanitate ſibi gratulatur miſer. Ita *in eius vita, apud Surium, Tom. 4*.

B S. COLVMBANVS, cum Pariſiorum vrbem ingrederetur; Clotarium Regem inuiſurus, obuiam habuit obſeſſum, multis ſe conuitiis proſcindentem: imperat Spiritui egreſſum vir Dei: ſed tum tandem eſt egreſſus, vbi poſt iniectos in os eius digitos, eiuſdem aliquandiu attrectauit linguam.

S. BERNARDVS quali formâ vſus fuerit, conſtat ex ſcriptis illius.

GREGORIVS Lingonenſis cum imperio ſignum Crucis coniunxit, teſte *Gregorio Turonenſi, in eius vita, c. 6*.

EVGENIVS Abbas vt dictum Exorciſmum breuem ſcripſit; eumdemque obſeſſi collo præcepit alligari, ſicque Sathanam fugat. *Surius Tom. 1*.

D. Chryſoſtomus: Si hoc carmen, id eſt, nomen Domini, cum fide cantaueris, & morbos, & dæmones fugabis, & ſi morbum non propulſaris, non id fit propter imbecillitatem, ſed eo quod expediat. *Fine homiliæ 9. ad Coloſſ.*

Prudentius Martyrio Hemiterij, &c.

Cerne quam palam feroces hic domentur Dæmones,
C *Qui lupino capta ritu deuorant præcordia,*
Strangulant mentes & ipſas ſeque miſcent ſenſibus:
Tunc ſue iam plenus hoſte ſiſtitur furens homo:
Spumeas efflans ſaliuas cruda torquens lumina,
Expiandus quæſtione non ſuorum criminum.
Audias, nec tortor adſtat, eiulatus flebiles,
Scinditur per flagra corpus, nec flagellum cernitur,
Creſcit & ſuſpenſus ipſe vinculis latentibus.
His modis ſpurcum latronem Martyrum virtus quatit:
Hæc coercet, torquet, vrit, hæc catenas incutit,
Prædo vexatus relictis ſe medullis exuit,
Linquit illæſam rapinam, faucibus ſiccis fugit,
Pugar ab imo vſque ad capillum ſalua reddit omnia,
Confitens ardere ſeſe, nam gehenna eſt incola.

☞ *Videantur plura Titulo Diaboli, Dæmonis, &c.*

AD EXORCISMOS CONCVRRENTIA.

Varia ſunt, quæ in Exorciſmo reperiuntur. Veruntamen ad duo præcipuè genera reuocari poſſunt, ad res, & verba. Verba partim ad Deum diriguntur, partim ad Sanctos Dei amicos,
D partim ad obſidentes Dæmones. Ad Deum diriguntur per orationem, & Sacrificium Miſſæ: Ad Sanctos, per Litaniam: Ad Dæmones, per Adjurationem. In oratione attendi poteſt, vel quid petatur, vel quo modo ſiue per quid petatur. In Litaniis præcipuè Sanctorum inuocatio. In Adiuratione, modus dicendi, ipſa adiuratio, & quid potiſſimum Dæmonibus imponatur.

QVÆ RES IN EXORCISMIS.

Res ſimiliter in Exorciſmo variæ ſunt, atque multiplices. Quædam ſacræ ſunt, quædam ſigna ſacrarum. Sacræ ſunt Sanctiſſimum Chriſti corpus, quod ſub ſpeciebus viſibilibus offertur: Sanctorum Reliquiæ quæ aliquando adhibentur: Aqua benedicta qua obſeſſi aſperguntur. Signa rerum ſacrarum ſunt Crux maximè, quæ nunc fronti, nunc pectori nunc aliis obſeſſorum membris imprimitur.

His addo locum, vbi exorciſmus peragitur, qui plerúmque templum eſt. Veſtes item ſacras quibus exorciſta induitur, Stolam quæ aliquando obſeſſis imponitur. Impoſitionem manuum Sacerdotum, Cereos ardentes quæ interdum adhi-

b[illegible]tque [illegible] obieſſi im- E
miſſio.

Hæc ſunt quæ in Exorciſmo reperiuntur. Sed tamen quemadmodum nec omnia hæc neceſſaria ſunt, ita nec ſemper adhibentur, nunc plura adhibentur, nunc pauciora. Verum enimverò ſiue adhibeantur, ſiue omittantur, ſuperſtitione vacant omnia, quod, vt ſua Exorciſmo authoritas conſtet, ſequentibus, ſed breuiſſimè dicemus.

EXORCISMORVM VIRTVS.

In hac maximum aduerſus Spiritus immundos præſidium eſſe putauerunt, quicunque aliquando ipſos eiecerunt. Hac Fortunatum Tudertinæ Eccleſiæ Epiſcopum, à Dæmoniis homines liberaſſe, ſcribit *B. Gregorius lib. 1. Dial. c. 10.*

Si D. Bernardum per totius noctis orationem, Dæmonium Cremonæ expuliſſe, quod ſe ab ipſo Papiæ eiectum eſſe nequiret ſimulauerat, autor eſt *Bern. Bonæuallenſis in eiuſdem vita lib. 2. cap. 4.*

Oratione ducentos propemodum, tam viros, quam mulie- F
res liberaſſe B. Hilarionem in Cypro inſula, vbi ſe latiturum ſperabat, docet *Beatus Hieronymus in eius vita.* Adductus, aliquando eſt ad ſanctum Machariũm puer, quem mirum in modum Dæmon vexabat. Eundem oratione curauit vir ſanctus, poſtquam vnam manuum ſuarum capiti pueri impoſuiſſet, & alteram eiuſdem pectori admouiſſet. Ita *Palladius in vita.* Et Genoueſa, ſancta virgo, quos Turoni Energumenos curauit, quemadmodum cognoſcitur *ex eius vita Surium, Tom. 1.* Eadem oratione vſi ſunt Parthenius, de quo *Metaphraſtes 7. Februarij.* Eugendus Abbas, de quo *Surius Tom. 4.* Heteberttus Archiepiſcopus Colonienſis, de quo *Rupertus Tuitienſis in eius vita.* Patroclus item eremi cultor, de quo *Gregorius Turonenſis cap. 9. in eius vita.* Laurentius Archiepiſcopus Dublinenſis, de quo *Surius Tom. 6.* Martianus, de quo *Theodoretus Sect. 0 3.*

Et horum aliqui ſibi comprecatores aſciuerunt, vt Arnulphus, atque Bernardus: aliquando alij priuata contenti, ſed tamen nunc feruenti admodum, nunc admodum diuturna vſi, Nam Laurentius Dublinenſis humi proſtratus, Deum oraſſe legitur. Patroclus vero triduanam adhibuit orationem. Sed H
pluribus haud opus. Ipſe Dominus docet, quoddam dæmoniorum eſſe genus, quod non niſi oratione pellitur.

SACRIFICIVM MISSÆ ADHIBITVM.

Si vero tantum valet oratio, quidni hic plurimum poſſit Sacrificium Miſſæ? Poſſent multa pro hoc in medium proferri, ſed nos quæ ad præſentem rem faciunt proferemus. Refert *Proſper Aquitanicus lib. de prædict. capite 6.* ſuo tempore Sacrificium miſſæ fructuosè pro ſalute dæmoniacæ oblatum; & rurſus illa à Dæmonio liberata, oblatum pro gratiarum actione. Meminit ſanctiſſimus *Auguſtinus* Sacrificij Miſſæ, oblati, pro domus purgatione, quæ à dæmonibus plurimum infeſtabatur, & Sacrificio peracto docet liberatam eſſe. Et in miſſa haud parum præſidij poſitum eſſe credidit *Sanctus Bernardus* vt qui S. hoſtiam patenæ ſuperpoſitam, & cum Exorciſmum, in Sacroſancto miſſæ officio adhibuit. Id valere credens ad tam inſolentem atque crudelem, cum quo tum bellum erat; Spiritum profligandum. Siquidem plurimis annis mulierem Spiritus hic obſederat, viſu, auditu, facultatéque loquendi priuarat, faciem obſeſſæ ita immutarat, vt non hominem ſed monſtrum referret, quandoque etiam linguam admodum proboſcidis elephantinæ protrudebat. Adductus etiam ad S. virum, pede eundem trudebat.

Quocirca S. vir, & preces præſentis populi pro obſeſſa poſtulabat, & Miſſæ ſacrificium in ſubſidium accipiebat: Quoties verò Sacrificio inſiſtens hoſtiam ſignabat, ad mulierem conuerſus, & ipſam eadem hoſtia ſignabat, Dæmone magis atque magis ſemper in eadem obſeſſa ferociente, donec tandem adhibito Exorciſmo poſt orationem Dominicam in Sacrificio recitatam, eundem profligauit.

Huc omnino facit, quod *B. Chryſoſtomus Homil. 4. contra Armenos* docet, olim in more atque conſuetudine fuiſſe, vt tempore diuinorum Officiorum ad ipſum Sacrificium adducerentur Dæmoniaci.

Seruit nobis hic exemplum Pontij Abbatis Belleuallenſis: qui cum fruſtra vidiſſet multa adhiberi à ſuis ad obſeſſum

quendam

A quen[illegible] ctus Bernardus [illegible] obla[illegible]ione ſacro[illegible]nctæ hoſtiæ vti ſolebat, [illegible] adm[illegible]&c in virtute Chriſti per ſancti viri meriti [illegible] eius ſtolam tenebat, exitum feliciter præcepit. *Vide Vuilhelmum Abbatem ſancti Theoderici in vita Bernardi lib.4. c.1.*

LITANIÆ IN EXORCISMO ADHIBITÆ.

Litaniæ fruſtra in exorciſmo non adhibentur. Multa illæ emolumenta ſæpè Chriſtianitati attulerunt, vt alias dictum eſt. Sed & Litaniæ feliciſſimè Eccleſiæ Exorciſmis ſubjunguntur. Vt docent Iſengringius, Geruaſius Tornacenſis, atque Iacobus Rabus. Accedit, quod Gregorij Magni hortatu, formidabile quoddam dæmonis, quaſi cornuti ſpectrum, quod certo cuidam loco ita infeſtum erat, vt in eo commorari nullus poſſet; Litaniis abactum tandem, & expulſum ſit, quemadmodum & aliud in agro atque ciuitate Moguntinenſi. Præterea ſi Sanctorum cineres ferre nequeunt Spiritus, ferent nomina B quæ in Litaniis recitantur. Ad ſolum S. Antonij nomen fugiſſe Dæmones, teſtis locupletiſſimus eſt *in eius vita D. Athanaſius.*

ADIVRATIO.

Modus adiurationis poſtulat, vt durus ſit ſermo, Vehemens, & non amicus: Chriſti in hoc, atque Apoſtolorum exemplum ſequimur, qui Dæmonia increpaſſe leguntur. De Chriſto dicitur, *Matth.* 17. & increpauit illum (dæmonem) Ieſus, & *Marci* 9 Dominatus eſt Spiritui immundo, dicens: ſurge immunde Spiritus, ego præcipio tibi, vt exeas ab eo. De Apoſtolis, Paulo præſertim, *Actor.* 16. legitur, quod conuerſus dixerit Spiritui: Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea.

Sic de S. Laurentio Iuſtiniano Venetorum Patriarcha refertur, quod ſpumantem ore, & dentibus frendentem durius increpauerit, & quaſi probrum obiecerit, quod infirmam mulierculam fuerit ingreſſus. Ita Bernardus Iuſtinianus Venetorum orator *in vita Laurentij*, & deinde, cum hoſtibus, & coniuratiſſimis hoſtibus, qui poteſt eſſe amicus ſermo? fortè etiam vt C flagella corpori, ita durus ſermo Spiritibus moleſtus eſt.

DÆMONI IMPERANDVM.

Non ſapiunt ſuperſtitionem, quæ Dæmonibus in adiuratione imponuntur. Licet Dæmonibus, vt ſe prodant præcipere: Theodorus Archimandrita teſte eius diſcipulo Georgio presbytero *in eius vita*; præcepit illi, qui 28. annis puellam quendam miris & occultis modis torſerat, vt ſe proderet. Licet poſtulare vt nomen ſuum prodant. Chriſti pro nobis ſtat exemplum. Licet vrgere vt ſocios indicent, vt cum quibus hoſtibus bellum ſit, Exorciſtæ norint. Licet interrogare cauſam ingreſſus in homines, vt hac ſi tolli poteſt remotà, minor ſit Spirituum in homines poteſtas, faciliuſque exigi poſſint. Licet ſignum diſceſſus poſtulare, vt de parta nobis ab hoſtibus victoria conſtet. Licet in infernum amandare, quod ipſis hic locus Chriſto teſte, paratus eſt.

In verbis igitur nulla ſuperſtitio eſt, in rebus minus eſt periculi. Quid ita? Quoniam iam ſupernis pleræque illarum ab D omni ſuperſtitione vindicatæ ſunt. Videlicet Sanctorum Reliquiæ, Aqua benedicta, & ſignum ſanctæ Crucis. Reliquiarum vis non rationibus ſolum, verum etiam grauiſſimis exemplis, quæ omnes propemodum ætates ſuppeditant; confirmantur.

SACRÆ EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM.

Neque diſplicere poteſt, quod ſanctiſſimum Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento corpus adhibetur. Sed pro nobis hîc ſanctiſsimus vir Bernardus, qui Idem mulieri Mediolanenſi adhibuit, Dæmoniumque profligauit, hac quam adiungimus oratione. Adeſt inique Spiritus, inquit, ſumma poteſtas, in eius tibi virtute præcipio, vt ab hac eius ancilla egrediaris. *In vita Bernard. lib. 2. c 3. apud Bonaualleнſ.*

Idem viro obſeſſo ciborum, in quo ſanctiſsima Euchariſtia continebatur, impoſuit, atque ita Dæmonium fugauit, teſte *Vuilhelmo Abbate lib.1. c.10. eiuſdem vitæ.*

Refert etiam *Proſper Aquitanicus lib.6. de Sacerdot.* Virginem quandam, in quam ob impudicum aſpectum ſimulachri veneris Dæmon erat ingreſſus, communicatione Corporis Chriſti liberatam eſſe.

[illegible] ratione [illegible] quædam, in opp[illegible] *cap. 22.*

Sed & virtutem Sacramenti [illegible] Spiritus profligandos magnam eſſe [illegible] *[illegible] libro de Strigibus allegato* ex[illegible] [illegible]mus, ſub Titulo, Euchariſtia, [illegible] *Dei beneficia ex fide præſentia Chriſti in Euchariſtia, collata, &c.*

LOCVS EXORCISMORVM.
TEMPLVM.

Templum Dei domus eſt, & in eo arma parata, quibus Dæmonis vires labefactamus. Vnde locus iſte Dæmonibus inuiſus eſt. Cuius vel hoc argumentum eſt, quod (*vt refert Sigebertus*) præcedente nocte, antequam Eccleſia ſancti Petri Coloniæ conſecraretur, auditæ ſint malignorum Spirituum voces, qui quod ſedibus ſuis pellerentur, multum conquerebantur. Itaque & ſanctus Bernardus cum difficilem admodum F aliquando haberet Spiritum, Templum locum pugnæ delegit, ſibique præſentes Chriſtianos, qui orationibus iuuarent. Rogauit quemadmodum ſuperius dictum eſt. Quin legimus Dæmonem in forma porci exiuiſſe ex quodam templo, dum conſecraretur, apud *Alcuinum de diu. offic.*

Cum templo coniungo Sacrarium, quo vſus eſt B. Germanus Antiſiodorenſis Epiſcopus. Cùm enim in Italia exiſtens, rogaretur vt dæmoniacos curaret, adductos ad ſe in Sacrario curabat omnes, teſte *Conſtantino Presbytero in eius vita lib. 2. c. 10 apud Surium Tom. 4.*

Pro vtriuſque loci confirmatione ſunt tres obſeſſi, vno eodemque tempore ad S. Theodoricum Archimandritam adducti, qui cellam ſancti viri, qua concludebantur, grauè ſibi tormentum eſſe vociferabantur. Idem confirmauit vir Sanctus. Nam cum in horum curatione occupatus, à S. Cyriaco Patriarcha auocaretur, duos quidem à Dæmonio liberauit, ſed tertio, cuius difficilior curatio erat; mandat, vt torturam eiuſ- G dem loci ad ſuum reditum ſuſtineret Ita *Presbyter Georgius in eius vita.*

SACRÆ VESTES ADHIBITÆ.

Sacras quoque veſtes Exorciſtæ adſumunt, & eas imponunt Energumenis, maximè ſtolam. Hac Dæmonium exegit ex muliere Sacerdos quidam, cuius *Diuus Gregorius* alicubi meminit, *primo Dialogorum*, teſte *Ioanne Bodino de Dæmonum magia lib. 3. cap. 6.* Et Pontius quidam Abbas Monaſterij Belleuallis, Dæmonium expulit illa qua aliquando vſus eſt ſtola ſanctus Bernardus, *in vita Bernardi, lib. 4. c. 7.*

Taceo ſtolam inter ſigna referri, quæ Dæmones non ſuſtinent, quoniam vt notat *Alcuinus*, is qui ea induitur, admonetur, vt memor ſit, ſe ſub Chriſti eſſe iugo, & vt habet *Bonauentura in expoſitione Miſſæ*; cancellata in pectore ad modum Crucis, primum ſignificat Chriſti paſsionem mente, & corpore circumferendam: deinde etiam populum Iudæorum à dextra tranſire ad ſiniſtram: contrà, gentes à ſiniſtra in H dextram.

Adde, quod & Chriſti ſignificet obedientiam, vt vult *Rupertus Tuitienſis de diuinis Officiis*, quam licet Dominus omnium; pro noſtra exhibuit ſalute, dum formam ſerui aſſumpſiſſet. *Vide apud eundem lib. 1. c. 21.*

MANVS IMPOSITIO.

Manus impoſitio quoque vſurpata erga obſeſſos. Impoſuit eam olim ſanctus Martinus famulo Tetradij, Treuiris, teſte *Sulpit. in vita eius*, atque vt Martinus non fruſtra (nam & Dæmonem pepulit, Tetradium ad Chriſti fidem impulit) ita nec fruſtra à Sacerdote ſimiliter à ſæuiſsimo Spiritu liberatus eſt puer, teſte *Palladio in vita Macarij*; poſtquam eiuſdem capiti vnam & alteram manum pectori apposuiſſet, orationémque ad Deum, à quo omne bonum eſt, direxiſſet.

Et manuum impoſitionem adhibuit Theodorus Archimandrita, in filiæ Principis cuiuſdam curatione: quam iam annis 28. grauiter Dæmon torſerat. Habet hoc ſæpius citatus diſcipulus eius. *Gregorius Presbyter.*

Sic

[illegible] Epiſcopo teſtatur *Metaphraſtes* [illegible] ceris filium, qui ob ferocien-[illegible] tem [illegible] æ erat alligatus, reſtitue-rit [illegible]; vbi capiti obſeſſi impoſuit man[illegible]

Idem [illegible] continentiæ viro refert *Turonenſis lib. 6. Hiſtor. Franc.* Quid quod Apoſtolorum hic ſequuntur exemplum, qui ſuper ægros manus imponebant, & benè habebant, Chriſto id iubente, & promittente.

Cereorvm Vsvs.

Cereorum denique lumen adhibetur, non vt Spiritus videri poſſint; ſed vel eandem habet cum Rebus Sacris rationem, & efficaciam; vel adhibetur, vt ab homine diſcedens Satan, hoc extincto diſceſſum ſuum teſtetur.

Flagella.

B Flagellis nonnumquam Dæmon pellitur. Refert *Gerardus à Nazareth cap. 29. de conuerſatione ſeruorum Dei*, flagellis ab homine quodam Diabolum pulſum, qui poſt multa etiam ſacra adhibita media, diſcedere detrectauit. Cum flagellis alapas coniungimus, quibus & beatus Benedictus, & Sanctus Hubertus Dæmoniacos liberârunt; quemadmodum de hoc *Surius 3. Nouembr. in eius vita* teſtatur de illo *Beatus Gregorius 2. Dialog. cap. 30.* & de tertio quodã *Crantzius, lib. 5. Hiſtoria Vandalica, capite vltimo.*

Quibus quartum addimus, Monachum, qui ob inobedientiam à Dæmone fuit occupatus, & per fratrum preces adiutus, poſtquam eidem ſuus Abbas Poppo alapam inflixit, Hiſtoriam recenſet *Euerhelmus Abbas Altimontenſis cap. 18. vita Papponis apud Surium, Tom. 1.*

Et quintum illum, quem ob ſtupri conſuetudinem Dæmon ingreſſus eſt, cuius *in vita Simeonis Abbatis* mentionem facit *Leontius, Neapoleos Cypri Epiſcopus*, quem Abbas inflictâ alapâ expulit, dicens: Noli amplius mœchari, & dæmon ad te minimè accedet.

C Coniungamus quoque cum flagellis, vim, quam attulit cuidam obſeſſæ Theodorus Archimandrita, per comam ſiquidem legatur eandem apprehendiſſe, grauiter preſſiſſe, & cruce tandem factâ, Spiritum exegiſſe.

Seruit etiam huic argumento factum aliud Eiuſdem Theodori. Cum puer adhuc eſſet, quidam ſanctitate vitæ eius permotus, filium ipſi ſiſtit Dæmoniacum, pro ſanitate multum orans. Quid faceret puer adhuc Theodorus? modum, inquit, Dæmones eiigendi ignoro. Tum pater pueri flagellum illi porrigit. Hoc inquit, filium percute, & vis inimica Dæmonis diſcedet. Pater Theodorus illed percutientem primò, & ſecundo, ridet Spiritus, percutientem tertio fugit, & diſcedit. Hæc Theodorici diſcipulus *Georgius presbyter in eius vita apud Metaphraſten.*

Digitorvm in os Immiſſio.

D Sed & digitos in os Energumenorum immittebant olim Exorciſtæ, exemplo Patroeli Abbatis, & eremi cultoris, teſte *Gregorio Turonenſi libro de vita Patrum capite 9.* Columbani item, teſte *Iona in vita eius* S. Clari Abbatis Viennenſis apud *Surium Tomo 1. in eius vita.*

Ad Exorcistam Reqvisita.

Dæmones ab humanis corporibus pellere, non exiguum eſt opus. Ita vt Apoſtoli admirabundi dixerint, etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis. Vnde æquiſſimum eſt, vt in exorciſtis priuſquam ineant hoc certamen, certè exigantur conditiones, nempe, vt conſcientiam confeſſione purgarint: orationi inſteot: corpus ieiunio affligant, magna animi ſubmiſſione hoc opus aggrediantur, &c.

Confeſſio peccatorum mundam parit conſcientiam, & vitæ affert ſanctitatem. His quid magis immundis Spiritibus inuiſum? An non hoc exempla eorum probant, ad quorum præſentiam nunc in Idolis obmutuerunt, nunc ſe torqueri confeſſi ſunt, nunc etiam quæ multis annis Idola inhabitarunt, reliquerunt? Oratione fugari, authoritate docetur Chriſti,

qui or[illegible] omni à Deo o[illegible] E
[illegible] præſidium eſſe aſſerunt. Sed tamen orationis in hoc negotio neceſſitatem, & virtutem maximè declarat, quod dicitur, quoddam dæmoniorum eſſe genus, quod niſi oratione non eiicitur. Hinc eſt, quod quando ad Dæmones profligandos Sancti viri accedebant, & ipſi ſe ad Deum per orationem conuerterint, & aliorum pro obſeſſorum incolumitate preces poſtulauerint. Quemadmodum poſtulauit præſentis populi Sanctus Bernardus, cum Mediolani in templo, ſub ſacrificio Miſſæ expulit illum, & ſociorum ſuorum Sanctus Svvibertus, quando Edelherum, virum potentem, in nomine Chriſti à Spiritu liberauit, teſte *Marcellino in vita eius capite 20.* Omitto quid quod ipſe Diabolus in Aniano, filio Diodori viri conſularis, clamauerit ſe incendi precibus Anatoliæ? *apud Surium Tom. 4. fol. 154.*

Diuina ſubmiſſio & humilitas aduerſus ſuperbiſſimos Spiritus magnum adferunt præſidium; egregiè hoc quidem probauit, virtus, humilitas & patientia ſancti Iordani. Poſtquam enim huic dæmon per obſeſſum alapam inflixiſſet, & F ille alteram maxillam ſubito præbuiſſet, confuſus ſuperbus Spiritus, mox reliqui obſeſſum Ita *in vita Iordani Dominicani* per Leandrum Albertum Bononienſem, *apud Surium Tom. 7.*

Sed & dæmonum nobis hic ſuffragatur confeſſio. Adducerant quidam obſeſſum adoleſcentem ad ſanctum Antonium, ſpe incolumitatis recuperandæ. Hic vt cognouit potentiorem eſſe Spiritum, quam vt à ſe poſſet eiici, cum ad Paulum Simplicem virum magnarum virtutum, properat; & poſtquam afflictum Sancto commendauit, ad propriam cellam reuertit. Quid Paulus; Imperat tibi Antonius (dicebat immundo Spiritui) vt egrediaris. Mouetur dictis nihil Spiritus; eam melotam qua indutus erat; aſſumens, & illa do ſum obſeſſi verberans, rurſus priorem orationem repetiit, inquiens: Dixit Abbas Antonius, egredere ab homine. Sed nec quidquam mouetur Diabolus, imo inſoleſcit magis. Tandem illi Paulus: aut, exibis, aut abeo vt id dicam Chri- G ſto: iſque faciet, vt tibi ſit væ. Et ad orationem conuerſus, Chriſtum pro adoleſcentis incolumitate precabatur. Mox Spiritus magnis vocibus, Recedo, recedo, diſcedo ab homine, non amplius ad eum accedo. Pauli ſimplicitas, & humilitas me expellit. *Hæc Palladius in Sanctorum Patrum Hiſtoria. Sanct. 25.*

Hinc eſt quoque, quod in humiles aliquando ingredi reformidarunt nequam Spiritus. Permittebat Dæmoni quem iam erat expulſurus, & Parthenias, vt aut ſe, aut ſimilem ingrederetur Verum neutrum tentauit ſuperbus, ſed edito magno clamore diſceſſit. Optime itaque iudicandus eſt dixiſſe B. Antonius: Mihi credite fratres, pertimeſcit Satanas piorum vigilias, orationes, ieiunia, voluntariam paupertatem, miſericordiam, & humilitatem; maxime autem ardentem amorem in Chriſtum Dominum. Hæc de Antonio *Athanaſius in eius vita.*

Scriptores.

H Circumferuntur varij libelli continentes formam, & modum exorcizandi, quorum plerique minus probantur, quod multa ſuperſtitioſa, & illicita, aut ſaltem Paſtorum Eccleſiæ ſuffragio non probata immiſceant. Quare in eo argumento vtilem operam præſtitiſſe dicendus *Maximilianus ab Eijnatten.*

Cannnicus & Scholaſticus Antuerpienſis, quod nuper pro meliore directione Exorciſtarum, vt felicius contra antiqui hoſtis infeſtationes ſuo munere perfungantur, collegerit *Manuale Exorciſtarum*, continens inſtructiones, & Exorciſmorum formulas, ac modos aduerſus maleficia, & incantationes, aliáque huc pertinentia ab Eccleſia approbata Iliodque Plantinianis typis euulgauerit anno Domini 1519, poſt quam à pleriſque Belgicæ Epiſcopis lectum fuiſſet, emendatum, & vtile, iudicatum quod prælo committitur.

A q[illegible]end[illegible]m a D[illegible] [illegible] ...ctus Bernardus in oblatione ſacroſanctæ hoſtiæ vti ſolebat, obſeſſo admouit, & in virtute Christi per ſancti viri manum, cuius ſtolam tenebat, exitum feliciter præcepit. Vide *Vuilhelmum Abbatem ſancti Theoderici in vita Bernardi lib. 4. c. 1.*

LITANIÆ IN EXORCISMO ADHIBITÆ.

Litaniæ fruſtra in exorciſmo non adhibentur. Multa illæ emolumenta ſæpè Chriſtianitati attulerunt, vt alias dictum eſt. Sed & Litaniæ feliciſſimè Eccleſiæ Exorciſmis ſubjunguntur. Vt docent Iſengringius, Geruaſius Tornaeenſis, atque Iacobus Rabus. Accedit, quod Gregorij Magni hortam, formidabile quoddam dæmonis, quaſi cornuti ſpectrum, quod certo cuidam loco ita infeſtum erat, vt in eo commorari nullus poſſet; Litaniis abactum tandem, & expulſum ſit, quemadmodum & aliud in agro atque ciuitate Moguntinenſi. Præterea ſi Sanctorum cineres ferre nequeunt Spiritus, ferent nomina B quæ in Litaniis recitantur. Ad ſolum S. Antonij nomen fugiſſe Dæmones, teſtis locupletiſſimus eſt *in eius vita D. Athanaſius.*

ADIVRATIO.

Modus adiurationis poſtulat, vt durus ſit ſermo, Vehemens, & non amicus: Chriſti in hoc, atque Apoſtolorum exemplum ſequimur, qui Dæmonia increpaſſe leguntur. De Chriſto dicitur, *Matth. 17.* & increpauit illum (dæmonem) Ieſus, & *Marci 9.* Dominatus eſt Spiritui immundo, dicens: ſurge immunde Spiritus, ego præcipio tibi, vt exeas ab eo. De Apoſtolis, Paulo præſertim, *Actor. 16.* legitur, quod conuerſus dixerit Spiritui: Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea.

Sic de S. Laurentio Iuſtiniano Venetorum Patriarcha refertur, quod ſpumantem ore, & dentibus frendentem durius increpauerit, & quaſi probrum obiecerit, quod infirmam mulierculam fuerit ingreſſus. Ita Bernardus Iuſtinianus Venetorum orator *in vita Laurentij*, & deinde, cum hoſtibus, & coniuratiſſimis hoſtibus, qui poteſt eſſe amicus ſermo? fortè etiam vt C flagella corpori, ita durus ſermo Spiritibus moleſtus eſt.

DÆMONI IMPERANDVM.

Non ſapiunt ſuperſtitionem, quæ Dæmonibus in adiuratione imponuntur. Licet Dæmonibus, vt ſe prodant præcipere: Theodorus Archimandrita teſte eius diſcipulo Georgio presbytero *in eius vita*; præcepit illi, qui 28. annis puellam quendam miris & occultis modis torſerat, vt ſe proderet. Licet poſtulare vt nomen ſuum prodant. Chriſti pro nobis ſtat exemplum. Licet vrgere vt ſocios indicent, vt cum quibus hoſtibus bellum ſit, Exorciſtæ norint. Licet interrogare cauſam ingreſſus In homines, vt hac ſi tolli poteſt remorâ, minor ſit Spirituum in homines poteſtas, faciliuſque exigi poſſint. Licet ſignum diſceſſus poſtulare, vt de parta nobis ab hoſtibus victoria conſtet. Licet in infernum amandare, quod ipſis hic locus Chriſto teſte, paratus eſt.

In verbis igitur nulla ſuperſtitio eſt, in rebus minus eſt periculi. Quid ita? Quoniam iam ſupernis pleræque illarum ab D omni ſuperſtitione vindicatæ ſunt. Videlicet Sanctorum Reliquiæ, Aqua benedicta, & ſignum ſanctæ Crucis. Reliquiarum vis non rationibus ſolum, verum etiam grauiſſimis exemplis, quæ omnes propemodum ætates ſuppeditant; confirmantur.

SACRÆ EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM.

Neque diſplicere poteſt, quod ſanctiſſimum Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento corpus adhibetur. Sed pro nobis hîc ſanctiſsimus vir Bernardus, qui idem mulieri Mediolanenſi adhibuit, Dæmoniumque profligauit, hac quam adiungimus oratione. Adeſt inique Spiritus, inquit, ſumma poteſtas, in eius tibi virtute præcipio, vt ab hac eius ancilla egrediaris. *In vita Bernard. lib. 2. c. 3. apud Bonanallenſ.*

Idem viro obſeſſo ciborum, in quo ſanctiſsima Euchariſtia continebatur, impoſuit, atque ita Dæmonium fugauit, teſte *Vuilhelmo Abbate lib. 1. c. 10. eiuſdem vitæ.*

Refert etiam *Proſper Aquitanicus lib. 6. de Sacerdot.* Virginem quandam, in quam ob impudicum aſpectum ſimulachri veneris Dæmon erat ingreſſus, communicatione Corporis Chriſti liberatam eſſe.

[illegible] Euchariſtiæ ... quædam, in oppido [illegible] *cap. 22.*

Sed & virtutem Sacramenti [illegible] Spiritus profligándos, magnam eſſe [illegible] *in libro de Stigibus allegare* exc[illegible] ſuimus, ſub Titulo, Euchariſtia, p[illegible] *aria Dei beneficia ex fide præſentia Chriſti in Euchariſtia, collata, &c.*

LOCVS EXORCISMORVM.
TEMPLVM.

Templum Dei domus eſt, & in eo arma parata, quibus Dæmonis vires labefactamus. Vnde locus iſte Dæmonibus inuiſus eſt. Cuius vel hoc argumentum eſt, quod (*vt refert Sigebertus*) præcedente nocte, antequam Eccleſia ſancti Petri Co- F loniæ conſecraretur, auditæ ſint malignorum Spirituum voces, qui quod ſedibus ſuis pellerentur, multum conquerebantur. Itaque & ſanctus Bernardus cum difficilem admodum aliquando haberet Spiritum, Templum locum pugnæ delegit, ſibique præſentes Chriſtianos, qui orationibus iuuarent. Rogauit quemadmodum ſuperius dictum eſt. Quin legimus Dæmonem in forma porci exiuiſſe ex quodam templo, dum conſecraretur, apud *Alcuinum de diu. offic.*

Cum templo coniungo Sacrarium, quo vſus eſt B. Germanus Antiſiodorenſis Epiſcopus. Cùm enim in Italia exiſtens, rogaretur vt dæmoniacos curaret, adductos ad ſe in Sacrario curabat omnes, teſte *Conſtantino Presbytero in eius vita lib. 2. c. 10. apud Surium Tom. 4.*

Pro vtriuſque loci confirmatione ſunt tres obſeſſi, vno codemque tempore ad S. Theodoricum Archimandritam adducti, qui cellam ſancti viri, qua concludebantur, grauè ſibi tormentum eſſe vociferabantur. Idem confirmauit vir Sanctus. Nam cum in horum curatione occupatus, à S. Cyriaco Patriarcha auocaretur, duos quidem à Dæmonio liberauit, ſed tertio, cuius difficilior curatio erat; mandat, vt torturam eiuſ- G dem loci ad ſuum reditum ſuſtineret Ita *Presbyter Georgius in eius vita.*

SACRÆ VESTES ADHIBITÆ.

Sacras quoque veſtes Exorciſtæ adſumunt, & eas imponunt Energumenis, maximè ſtolam. Hac Dæmonium exegit ex muliere Sacerdos quidam, cuius *Diuus Gregorius* alicubi meminit, *primo Dialogorum*, teſte *Ioanne Bodino de Dæmonum magia lib. 3. cap. 6.* Et Pontius quidam Abbas Monaſterij Belleuallis, Dæmonium expulit illa qua aliquando vſus eſt ſtola ſanctus Bernardus, *in vita Bernardi, lib. 4. c. 7.*

Taceo ſtolam inter ſigna referri, quæ Dæmones non ſuſtinent, quoniam vt notat *Alcuinus*, is qui ea induitur, admonetur, vt memor ſit, ſe ſub Chriſti eſſe iugo, & vt habet *Bonauentura in expoſitione Miſſæ*; cancellata in pectore ad modum Crucis, primum ſignificat Chriſti paſsionem mente, & corpore circumferendam: deinde etiam populum Iudæorum à dextra tranſire ad ſiniſtram: contrà, gentes à ſiniſtra in H dextram.

Adde, quod & Chriſti ſignificet obedientiam, vt vult *Rupertus Tuitienſis de diuinis Officiis*, quam licet Dominus omnium; pro noſtra exhibuit ſalute, dum formam ſerui aſſumpſiſſet. *Vide apud eundem lib. 1. c. 21.*

MANVS IMPOSITIO.

Manus impoſitio quoque vſurpata erga obſeſſos. Impoſuit eam olim ſanctus Martinus famulo Tetradij, Treuiris, teſte *Sulpit. in vita eius*, atque vt Martinus non fruſtra (nam & Dæmonem pepulit, & Tetradium ad Chriſti fidem impulit) ita nec fruſtra à Sacerdote ſimiliter à ſæuiſsimo Spiritu liberatus eſt puer, teſte *Palladio in vita Macarij*; poſtquam eiuſdem capiti vnam & alteram manum pectori impoſuiſſet, orationémque ad Deum, à quo omne bonum eſt, direxiſſet.

Et manuum impoſitionem adhibuit Theodorus Archimandrita, In filiæ Principis cuiuſdam curatione: quam iam annis 28. grauiter Dæmon torſerat. Habet hoc ſæpius citatus diſcipulus eius. *Gregorius Presbyter.*

Sic

[illegible] E[illegible] opo[illegible] *Metaphra-* [illegible] cæris filium, qui ob ferocien- tem [illegible] æ erat alligatus , teſtitue- rit , [illegible] ; vbi capiti obſeſſi impoſuit man[illegible]

Ide[illegible] continentiæ viro refert *Turonenſis lib. 6. Hiſtor. Franc* Quid quod Apoſtolorum hic ſequuntur exemplum , qui ſuper ægros manus imponebant, & benè habebant , Chriſto id iubente, & promittente.

Cereorvm Vsvs.

Cereorum denique lumen adhibetur , non vt Spiritus videri poſſint; ſed vel eandem habet cum Rebus Sacris rationem, & efficaciam ; vel adhibetur , vt ab homine diſcedens Satan, hoc extincto diſceſſum ſuum teſtetur.

Flagella.

B Flagellis nonnumquam Dæmon pellitur. Refert *Gerardus à Nazareth cap. 29. de cõuerſatione ſeruorum Dei*, flagellis ab homine quodam Diabolum pulſum, qui poſt multa etiam ſacra adhibita media , diſcedere detrectauit. Cum flagellis alapas coniungimus, quibus & beatus Benedictus, & Sanctus Hubertus Dæmoniacos liberârunt; quemadmodum de hoc *Surius 3. Nouembr in eius vita* teſtatur de illo *Beatus Gregorius 2. Dialog. cap. 30* & de tertio quodã *Crantzius, lib. 5. Hiſtoria Vandalica, capite vltimo.*

Quibus quartum addimus, Monachum, qui ob inobedientiam à Dæmone fuit occupatus , & per fratrum preces adiutus, poſtquam eidem ſuus Abbas Poppo alapam inflixit, Hiſtoriam recenſet *Euerhelmus Abbas Altimontenſis cap. 18. vita Pepponis apud Surium, Tom. 1.*

Et quintum illum , quem ob ſtupri conſuetudinem Dæmon ingreſſus eſt , cuius *in vita Simeonis Abbatis* mentionem facit *Leontius , Neapoleos Cypri Epiſcopus* , quem Abbas inflictâ alapâ expulit, dicens: Noli amplius mœchari, & dæmon ad te minimè accedet.

C Coniungamus quoque cum flagellis, vim, quam attulit cuidam obſeſſæ Theodorus Archimandrita , per comam ſiquidem legatur eandem apprehendiſſe, grauiter preſſiſſe, & cruce tandem factâ, Spiritum exegiſſe.

Seruit etiam huic argumento factum aliud Eiuſdem Theodori. Cum puer adhuc eſſet, quidam ſanctitate vitæ eius permotus, filium ipſi ſiſtit Dæmoniacum , pro ſanitate multum orans. Quid faceret puer adhuc Theodorus ? modum, inquit, Dæmones exigendi ignoro. Tum pater pueri flagellum illi porrigit. Hoc inquit, filium percute, & vis inimica Dæmonis diſcedet. Paret Theodorus: ſed percutientem primò, & ſecundo, ridet Spiritus , percutientem tertio fugit, & diſcedit. Hæc Theodorici diſcipulus *Georgius presbyter in eius vita apud Metaphraſten.*

Digitorvm in os Immiſſio.

D Sed & digitos in os Energumenorum immittebant olim Exorciſtæ, exemplo Patrocli Abbatis, & eremi, cultoris, teſte *Gregorio Turonenſi libro de vita Patrum capite 9.* Columbani item, teſte *Iona in vita eius* S. Clari Abbatis Viennenſis apud *Surium Tomo 1. in eius vita.*

Ad Exorcistam Reqvisita.

Dæmones ab humanis corporibus pellere , non exiguum eſt opus. Ita vt Apoſtoli admirabundi dixerint , etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis. Vnde æquiſſimum eſt, vt in exorciſtis priuſquam ineant hoc certamen, certè exigantur conditiones, nempe , vt conſcientiam confeſſione purgarint : orationi inſtent: corpus ieiunio affligant, magna animi ſubmiſſione hoc opus aggrediantur, &c.

Confeſſio peccatorum mundam parit conſcientiam , & vitæ affert ſanctitatem. His quid magis immundis Spiritibus inuiſum ? An non hoc exempla eorum probant , ad quorum præſentiam nunc in Idolis obmutuerunt , nunc ſe torqueri confeſſi ſunt, nunc etiam quæ multis annis Idola inhabitarunt, reliquerunt ? Oratione fugari , authoritate docetur Chriſti, qui [illegible] omni[illegible] Deo obe[illegible] numſecreti[illegible]que præſidium eſſe aſſeruit. Sed tamen orationis in hoc negotio neceſſitatem , & virtutem maximè declarat, quod dicitur , quoddam dæmoniorum eſſe genus , quod niſi oratione non eiicitur. Hinc eſt , quod quando ad Dæmones profligandos Sancti viri accedebant , & ipſi ſe ad Deum per orationem conuerterint , & aliorum pro obſeſſorum incolumitate preces poſtulauerint. Quemadmodum poſtulauit præſentis populi Sanctus Bernardus , cum Mediolani in templo , ſub ſacrificio Miſſæ expulit illum , & ſociorum ſuorum Sanctus Svvibertus , quando Edelherum , virum potentem , in nomine Chriſti à Spiritu liberauit , teſte *Marcellino in vita eius capite* 20 Omitto quid quod ipſe Diabolus in Aniano , filio Diodori viri conſularis , clamauerit ſe incendi precibus Anatoliæ ? *apud Surium Tom. 4. fol. 154.* B

Diuina ſubmiſſio & humilitas aduerſus ſuperbiſſimos Spiritus magnum adferunt præſidium ; egregiè hoc quidem probauit , virtus , humilitas & patientia ſancti Iordani. Poſtquam enim huic dæmon per obſeſſum alapam inflixiſſet , & F ille alteram maxillam ſubito præbuiſſet , confuſus ſuperbus Spiritus , mox reliquit obſeſſum Ita *in vita Iordani Dominicani* per Leandrum Albertum Bononienſem , *apud Surium Tom. 7.*

Sed & dæmonum nobis hic ſuffragatur confeſſio. Adduxerant quidam obſeſſum adoleſcentem ad ſanctum Antonium , ſpe incolumitatis recuperandæ. Hic vt cognouit potentiorem eſſe Spiritum , quam vt à ſe poſſet eiici , cum ad Paulum Simplicem virum magnarum virtutum , properat : & poſtquam afflictum Sancto commendauit , ad propriam cellam reuertit. Quid Paulus ; Imperat tibi Antonius (dicebat immundo Spiritui) vt egrediaris. Mouetur dictis nihil Spiritus ; eam melotam qua indutus erat ; aſſumens , & illa do ſum obſeſſi verberans , rurſus priorem orationem repetiit , inquiens : Dixit Abbas Antonius, egredere ab homine. Sed nec quidquam mouetur Diabolus , imo inſoleſcit magis. Tandem illi Paulus : aut , exibis , aut abeo vt id dicam Chriſto : iſque faciet , vt tibi ſit væ. Et ad orationem conuerſus, G Chriſtum pro adoleſcentis incolumitate precabatur. Mox Spiritus magnis vocibus , Recedo , recedo , diſcedo ab homine , non amplius ad eum accedo. Pauli ſimplicitas , & humilitas me expellit. *Hæc Palladius in Sanctorum Patrum Hiſtoria. Sanct. 25.*

Hinc eſt quoque , quod in humiles aliquando ingredi teformidarunt nequam Spiritus. Permittebat Dæmoni quem iam erat expulſurus, & Parthenius , vt aut ſe, aut ſimilem ingrederetur Verum neutrum tentauit ſuperbus , ſed edito magno clamore diſceſſit. Optime itaque iudicandus eſt dixiſſe B. Antonius: Mihi credite fratres, pertimeſcit Satanas piorum vigilias , orationes , ieiunia , voluntariam paupertatem , miſericordiam, & humilitatem ; maxime autem ardentem amorem in Chriſtum Dominum. Hæc de Antonio *Athenaſius in eius vita,*

Scriptores.

Circumferuntur varij libelli continentes formam, & mo- H dum exorcizandi , quorum plerique minus probantur , quod multa ſuperſtitioſa , & illicita , aut ſaltem Paſtorum Eccleſiæ ſuffragio non probata immiſceant. Quare in eo argumento vtilem operam præſtitiſſe dicendus *Maximilianus ab Eijnatten.*

Canonicus & Scholaſticus Antuerpienſis, quod nuper pro pro meliore directione Exorciſtarum , vt felicius contra antiqui hoſtis infeſtationes ſuo munere perfungantur , collegerit *Manuale Exorciſtarum* , continens inſtructiones, & Exorciſmorum formulas , ac modos aduerſus maleficia , & incantationes, aliáque huc pertinentia ab Eccleſia approbata: Illudque Plantinianis typis euulgauerit anno Domini 1519, poſt quam à pleriſque Belgicæ Epiſcopis lectum fuiſſet , emendatum , & vtile , iudicatum quod prælo committitur.

A

Experientia

*DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EXperientia, Græcè πεῖρα, dicitur, ἐμπειρία, item ἀπόπειρα Hebr. *Cheker*. à verbo *Chakar*, id eſt, rem exactè ſcrutatus eſt, perquiſiuit fundum. Experimentum autem ſiue experientiam nihil aliud eſſe videtur, niſi accipere aliquid ex multis in memoria retentis, cum aliqua ratiocinatione in particularibus, *ſecund. B. Thom. ſup. lib. Poſteriorum 2. col. 2. l. fin.*

Experientia eſt cognitio ſingularium, Ars verò vniuerſalium. *Secund. Ariſt. lib. 1. Metaph.*

Experientia venit à perio verbo, quo vtebantur antiqui pro aperio, doceo: vnde peritos dicimus doctos, expertos. Sicut è conuerſo, imperitos, indoctos, atque inexpertos, vnde peritia dicitur [illegible]. Expertes autem dicuntur ignari, rudes, nullam rerum experientiam habentes. Item expertes, qui non ſentiunt: vt expertes doloris, qui dolorem non ſentiunt. Sunt tamen qui

B velint expertem non ab experior venire, ſed ab ex & pars, quaſi extra partem.

*COMMENDATIO.

Prouerbiali ſchemate Experientia dicitur rerum magiſtra: imo & veritatis conſeruatrix. Quia ſcientia noſtra ex pluribus experientiis collecta eſt, quamdiu mens vniuerſalem ſcientiam tenet, quodammodo in vmbra eſt, donec ad experimentum deueniat. Habet autem hoc potiſſimùm locum in Practicis, & moralibus, ac promiſſis: quæ omnia tunc vera cognoſcuntur, cum rediguntur ad ſingularia quæ reuera exſtant. *Ita Ioan. Lorinus in cap. 10. Actor.*

Terent. Adelph.

Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit.
Quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apportet noui,
Aliquid moneat, vt illa quæ te ſcire credas, neſcias,
Et quæ tibi putaras prima, in experiendo repudies.

APOPHTHEGMATA.

EVDAMIDAS audito philoſopho, qui diſſeruerat, ſolum ſapientem eſſe bonum belli ducem, Sermo inquit mirificus eſt, at qui eum dicit, fide caret, eo quod illum nunquam circum-

C ſonuit tuba. Probauit ſententiam: ſed indicauit neminem cum fide loqui de re quam nullo modo ſit expertus. *Plut. in Lacon.*

DEMADES rogatus, quo præceptore eſſet vſus? Tribunali reſpondit, Atheníenſium. Inſinuans, quod in ipſis negotiis experientia quauis inſtitutione ſophiſtarum melior ſit. *Stob. ſer. 27.*

ANTIGONVS interrogatus, Quem è ſuæ ætatis ducibus præſtantiſſimum indicaret? reſpondit, Pyrrhum ſi ſeneſceret. Non pronuntiauit optimum, ſed optimum fore, ſi rerum experientiam ætas adiungeret. *Plut. in vita Pyrrhi.*

TASSVS interrogatus, Quidnam ſapientius eſſet præ cæteris (Experientia, dixit. *Stob ſerm. 27.*

PAVLVS ÆMILIVS, Quum per loca prærupta irrupiſſet in Macedoniam, vidiſſétque inſtructam hoſtium aciem exhortante Naſica, vt protinus inuaderet hoſtem: Facerem, inquit, ſi tuæ eſſem ætatis: ſed multarum rerum experientia prohibet, ne ex itinere ſtatim cum inſtructa acie congrediar. *Plut. in apoph.*

Taciti apophthegma eſt, multa experiendo fiunt, quæ ſegnibus ardua videntur. *L. 15. annal. c. 59.*

D *Quintiliani* monitum eſt Nec ſolum hæc ipſe debebit docere præceptor, ſed frequenter interrogare, & iudicium diſcipulorum experiri. Sic audientibus ſecuritas aberit, nec quæ dicentur perfluent aures, ſimulque ad id perducentur, quod ex hoc quæritur, vt inueniant, ipſi & intelligant. Sicut de re militari, quamquam ſunt tradita quædam præcepta communia, magis tamen proderit ſcire qua Ducum quiſque ratione, in quali loco, tempore, ſit vſus ſapienter, aut contra. Nam in omnibus ferè minus valent præcepta quàm experimenta. *Lib. 2. Inſtitut. Orat. c. 5.*

EXPERIENTIA. ICTOPIA.

COGNITIO SENSITIVA.

ALIQVA.

☞ *Conſule Tit. Inuentio per, obſeruationem. Item Tit. Obſeruationis. Experientia enim Obſeruationis. Obſeruatio Inuentionis obſtetrix.*

Priſci mortales ægrotos in propatulo collocabant: quibus quiſque, ſi quid ſalutare, vel ægrotando ipſe, vel ægrotos tractando comperiſſet, indicaret. Atque hac ratione artem experientia auctam putant. *Plut. de Noſce teipſum.*

Fuit Hippocrates [illegible] eum non puduerit, vel detrimenti [illegible] cognoſceret. Quod tamen ab [illegible] Æ [illegible] adſcribunt. *Calius lib. 12. c. 16.*

Lacones Adoleſcentem ex [illegible] quod viam, quæ fert Pylæam, noſſet. *Plut. in [illegible]*

DARIVS Perſarum rex, fieri ferebat ſe in rebus duris præſtantiorem. *Plut. an Seni tractanda reſpublica.*

DIOGENES verbis illepidè, re ipſa verè, ait: ingredere in lupanar aliquò: vt inter vilia & honorata nihil cognoſcas intereſſe. *Plut. de inſtit. liberis.*

ARTAXERXES Mnemon Darij F. in fuga quandoque apparatu eius direpto, quum aridis modò ficis ac pane veſceretur hordeaceo: Cuiuſmodi (inquit) voluptatis expertem me regalis fecerat affluentia? *Calius lib. 22. c. 10. A. L.*

Plin. lib. 13. & Solinus prodiderunt, caſtris Darii regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexandrum Magnum cepiſſe ſcrinium vnguentorum: eamque voluptatem Græcis prius ignotam, tunc primum inter laudatiſſima, & honeſtiſſima vitæ bona admiſſam eſſe. F

Cic. lib. 5. Tuſcul. inquit: Victum Lacædemoniorum in Philitiis videmus, vbi cùm tyrannus cœnaſſet Dionyſius, & quæ ſequuntur. *Plutarch.* verò *in Lacon. dict. & Stobæus de Laboris ſtudio*, tradit illum emiſſe coquum Laconem, cùm deſiderio iuris eius atri deuorandi teneretur, quod magnopere audierat laudari, non apud eos in Philitiis cœnaſſe, eóque coquo mandaſſe, vt dapem eam concinnaret, nulli ſumptui parceret: poſtea verò guſtato iure illo, expuiſſe. *Vict. lib. 4. Var. lect. c. 19.*

Auicenna domi hoſpitalem exædificari fecit Cordubæ in qua collegit omnium generum infirmos vt experiretur in eis medicinæ ſuæ efficaciam. *Cranz. l. 6. Metrop. c. 32.*

NVLLA.

ARTAXERXES Mnemon, impedimentis eius in fuga quadam direptis, cùm ediſſet ſiccos, ficus, & panem hordeaceum: quas delitias, inquit, non guſtaui antehac? *Plut. in Apoph.*

ANTIOCHVS, qui iterum Parthos bello petiit, in venatione quadam ſectando feras cùm ab amicis, & miniſtris diuertiſſet villam hominum tenuium ignotus ſubiit. Vbi ſuper cœnam G illato de rege ſermone audit cæterà bonum ſe eſſe, ſed prauis amicis res permittendo conniuere, ac ſubinde neceſſaria ob inſanum venãdi ſtudium poſtmittere: in præſentia quidem tacuit, ac primo diluculo, aduolantibus in villam eius ſtipatoribus, notus iam allata ei purpura, & diademate: Primum heri, inquit, poſt eam diem qua vos in familiam meam recepi, vocem de me audiui liberam. *Plut. in Apoph.*

HIERO Syracuſanus, exprobrata ſibi oris à quodam graueolentia, culpauit vxorem ſuam, quæ ſibi id nunquam indicaſſet: illa verò: Arbitrabar profectò, inquit, omnes viros ita olere.

Eudamias Philoſophum. ☞ *Vide paulò ante inter Apophthegmata.*

---

*Expiatio.

DEFINITIO, ET VSVS.

EXpiatio ſiue Expiamentum Græcè ἁγνισμὸς, eſt luſtratio, ſiue certis ritibus facta purgatio, à verbo expio, quod communiter accipitur pro purgo, aut mundo, ſiue luſtro. Apud Ethnicos & Iudæos variæ erant illius cæremoniæ, cauſæ etiam variæ: Ita erat apud expiatio v. g. H

ERRORIS ET DELICTI.

Publici & priuati erroris expiatio per ſacrificia apud Iſraëlitas qualis fuerit, *vide numeri 15.* Item reliqua ſacra expiatoria, pete ea *4. 5. 6. & 7. cap. Leuit.*

Aqua luſtralis ex cinere vaccæ rufæ quæ extra caſtra immolabatur, fieri conſueuerat apud Iſraëlitas. *Num. 19.*

CÆDIS.

Cum Leuitæ iuſſu Domini per caſtra Iſraëlitarum oſtiatim graſſati eſſent, & circiter tria millia occidiſſent propter erectum vitulum aureum, voluit tamen eos ob cædem quamuis iuſtam, & legitimam expiari. *Exodi 32.*

Cum Iſraëlitæ Madianitas omnes Domini iuſſu ad internecionem deleuiſſent, voluit tamen eos Dominus à cæde licet iuſta expiari, neque ipſos tantum, veruntamen prædam omnem partim igne, partim aqua luſtrare *Num. 31.* Modum expiandi pete ex *Leuitici cap. 6. & 12.*

Homi

[illegible] ex-[illegible] Senatores & [illegible] qui oppidorum vi-[illegible] ac quod oppidum occiso [illegible] oppidi Senatores iuuencam [illegible] valle deserta decollabant. Tum Sac[illegible] & [illegible] debant & Senatores oppidi illi [illegible] manus suas super [illegible] leuabant, & certam verborum formulam pronuntiabant in hunc sensum. Neque manus nostræ hunc sanguinem fuderunt, neque oculi viderunt. Propitiare tuis Israelitis quos redemisti Deus, noli iniustam cædem in tuos Israelitas vindicare, sed à cæde expientur, *Deuteron.* 21.

MORBI.

Apud Israëlitas ex Moysis instituto certa erat lepræ purgato. *Leuit.* 14. Gonorrhææ item menstrui, *cap.* 13.

PVERPERII.

B Ex Domini præcepto Israëlitarum puerperæ quæ marem peperissent septem diebus pollutæ erant videlicet pro ratione purgationis menstruæ & per 33. dies non egrediebantur, sin fœminam peperissent, 14. diebus pollutæ erant, & 66. die egrediebantur. Confecto purgationis spatio agnum annicu-lum pro holocausto offerebant, aut duos turtures, aut duos pipiones supplicandi causa, vt à sui cruoris fluxione purificarentur.

CONTACTVS MORTVI. POLLVTIONIS.

Leuitici cap. 15. Variæ à Domino præcipiuntur expiationes, super variis immunditiis, præsertim quæ ob fluxum seminis per morbum Gonorrhææ prouenientem: vel per pollutionem accidebant, quando non solum ipse qui immundus taliter erat, expiabatur, sed omne stratum in quo dormierat, sella cui insederat, &c.

Erat etiam expiatio instituta pro iis qui contigerant mortui cadauer, aut leprosum, aut seminifluum. Vnde illud Ecclesiast. Qui baptisatur à mortuo, id est, lauatur propter contectatum mortui, & rursus taugit illum, quid proficit eius
C lauatio?

QVAS EXPIATIONES IVDÆI OBSERVENT.

Duplex erat immunditia, vna peccatum, quia Dei præcepto vetita, qualis erat comedere carnes porcinas, sanguinem morticinum: alia vetita non erat, sed statuta solum, nec erant peccata, sed inducebant irregularitatem legalem, sic vt non possent ingredi sanctuarium, nisi expiati ab illa: Hanc expiationem non amplius Iudæi, obseruant, cum careant sanctuario, adeóque nec indigeant purgatione ad immunditiam illam tollendam. Verum expiationes & purgationes, quibus prior immundicies tollebatur, etiam hodie obseruant.

EXPIATIO ETHNICIS VSITATA.

Habebant Ethnici suas lustrationes tam circa sua templa, & numinibus consecrata loca, aras, lucos, quam ipsos homines, quos nonnunquam aqua, & aliquando ignis transmissione expiabant. Quin *Persius Satyra* 2. meminit expiationis quam adhibebant solicitæ matres aut auiæ circa infantes re-
D cens natos; dum infami hoc est medio digito, & salina eos vncis exemptos expiabant, prius quam diis offerrent, & vota pro illis facerent. Ita enim scribit.

Ecce auia, aut Diuum metuens matertera, cunis
Exemit puerum, frontémque atque vda labella
Infami digito, & lustralibus ante salinis.
Expiat.

---

* Exploratio. Exploratores.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EXPLORANDI Vocabulo veteres vtebantur pro exclamatione, siue ciulatione, at postmodum ait Festus, prospicere, & sagaciter inquirere significauit, κατοπτεύειν, κατασκοπεῖν hinc Exploratores dicuntur, qui astutè & sagaciter aliquid inuestigant, Estque eorum vsus necessarius, vt infra videbitur σκοποὶ κατάσκοποι. In numero tamen plurali Exploratores sunt, qui secreta nuntiant hostibus, & proditorum loco habeatur, capitísque pœnans luunt.

[illegible] LIVS V[illegible]

Vsus e[illegible] in [illegible] ad [illegible]gendas; cum [illegible] tum [illegible] Vnde olim ciues è portis in agros non dimittebantur, nisi exploratum fuisset, eos intrepidè prodire posse.

Marcelli vox laudatur ad collegam. dicenteis: Quin imus ipsi cum equitibus paucis exploratum.

Iubet Plato vt principes exploratum prodeant, & pueros secum in equis ducant, vt & ipsi discant hostium molimina detegere, & eorum adspectum non formidare.

Laudatur Gallorum antiqua consuetudo quam nostro quoque tempore plerique Principum vsurpant, vt sagaces aliqui viri præficiantur qui famam ac rumorem hauriant; & viatores sistant & ab eis percontentur vnde veniant, quid acturi, quò pergant &c. quis ibi rumor, quamuis non semper istiusmodi dictis fides adhibenda sit, cum sagaces inquisitores facilè etiam incidere possunt in sagaciores responsores, Quomodo nuntij Absalonis qui venerant exploratum de Achaia & Ionata missa ad Regem Dauid, illusi sunt ab ancilla, quæ eos velamine texerat in puteo latentes, dixit enim explora-
F toribus; Transierunt festinanter gustata palulam aqua. *lib.* 2. *Reg. cap.* 17.

De Duce Norico veritatem explorante quid de se sentirent subditi, habes. *Tit. de veritate.*

Exploratores etiam dicuntur qui loca minutiora scrutantur in vrbe aut prouincia aliqua, vt mox ea hostis occupet & inuadat. In quem sensum Ioseph fratribus in Ægyptum venientibus, eumque non agnoscentibus, tentando illos, dicebat: Exploratores estis, (*Genes.* 42.) vt videatis infirmiora terræ venistis.

MOYSES Deo iubente, mittebat viros Principes qui considerarent terram Chanaam qualis ea esset, ac populus qui illam inhabitabat, quales vrbes, solum, fructus: dabatque in mandatis; vt de fructibus secum adferrent. Itaque illi egressi sub initium Iunij, anno secundo ab egressione ex Ægypto, considerauerunt terram, botrumque ingentem
G extulerunt, vt quam in vecte duo viri portarunt. *Numeror. cap.* 13.

Heliodorus Bagoas non procul à Syene, in Æthiopicas insidias incidit, ij enim missi, vt essent speculatores, & securitatem itineris toti exercitui explorando præstarent, propter noctem & inscitiam locorum quasdam vepres prope fluuium subiere, simul & sibi præsidij, & hostibus insidiarum faciendarum caussa, itaque insomnes ad illam veprium quasi munitionem excubabant circiter equidem mille &c. *lib.* 8. *Æthiopicorum.*

Idem: Speculatores & exploratores ad ea quæ fiunt & dicuntur, cognoscenda missi, vt eiusdem linguæ & sermonis peritos, qua indigenæ & hostes vtuntur, secum ducant, necessitate sunt coact. *eod. libro.*

Frontinus: Spio Aphricanus capta occasione mittendæ ad Syphacem legationis, cum Lælio seruorum habitu tribunos & centuriones lectissimos ire iussit, quibus curæ esset perspicere regias vires, hi vt liberius castrorum positionem scruta-
H rentur, equum de industria dimissum, tanquam fugientem persectati, maximam partem munimentorum circuierunt: quæ cùm nunciassent, incendio confectum est bellum.

Q. FABIVS Maximus bello Hetrusco, cum adhuc incognitæ forent Romanis ducibus sagaciores explorandi viæ, fratrem Fabium Cæsonem, peritum linguæ Hetruscæ, iussit Hetrusco habitu penetrare Ciminiam siluam, ante militi nostro intentatam: quod is adeo prudenter atque, industriè fecit, vt trangressus siluam, Vmbros Camertes cum animaduertisset, non alienos nomini Romano; ad societatem compulerit.

Carthaginenses cùm animaduertisset Alexandri ita magnas opes, vt Aphricæ quoque immineret, vnum ex ciuibus virum acrem, nomine Hamilcarem Rhodinum, iusserunt simulato exilio ire ad regem, omnique studio in amicitiam eius peruenire, qua is potitus, consilia eius nota ciuibus suis faciebat.

Iidem Carthaginenses miserunt, qui per speciem legatorum longo tempore Romæ morarentur, exciperentque consilia nostrorum.

M. CATO in Hispania, quia ad hostiam consilia alia via peruenire non poterat, iussit trecentos milites simul impetum facere in stationem hostium, raptumque vnum ex his in castra

A caſtra perferre incolumem · turtu [illegible] rerum arca-na conſeſſus eſt.

C. Marivs coſ. bello Cymbrico & Teutonico, ad excutiendam Gallorum & Lygurum fidem, literas eis miſit, quarum pars prior præcipiebat, ne interiores, quæ præſignatæ erant, ante tempus certum aperirentur, eaſdem poſtea ante præſtitutum diem reperiit, & quia reſignatas: repererat, intellexit hoſtilia agitari.

Eſt etiam aliud explorandi genus, quo ipſi duces nullo extrinſecus adiutorio, per ſe prouident. Sicut Æmilius Paulus coſ. bello Hetruſco apud oppidum Coloniam demiſſurus exercitum in planiciem, contemplatus procul auium multitudinem citatiore volatu è ſilua conſurrexiſſe, intellexit illic aliquid inſidiarum latere, quod & turbatæ aues, & ſimul plures euolauerant. Præmiſſis igitur exploratoribus, comperit decem millia Boiorum, excipiẽdo ibi Romanorum agmini imminere: eaque alio, quam expectabatur latere miſſis legionibus, circũfudit.

Similiter Theamentis Hoceſtis filius, cum audiſſet iugum ab
B hoſtibus natura munitum teneri, præmiſit ſciſcitatores, quid rei foret, ac referentibus eis, non eſſe verum, quod opinarentur, ingreſſus iter, vt vidit ex ſuſpecto iugo magnã vim auium ſimul euolaſſe, neque omnino reſidere, arbitratus eſt latere illic agmen hoſtiũ: itaque circũducto exercitu eluſit inſidiatores.

Hasorvaal frater Annibalis tunc Liuij & Neronis exercitum (quanquam hoc illi non duplicatis caſtris diſſimularent) intellexit, quod ab itinere ſtrigoſiores notabat equos, & colocatoria hominum vt ex via corpora. *lib. 1. ſtrateg. c. 2.*

☞ *Conſule Titulum Stratagematum, & Portarum. Item locum de Inueſtigatione, Inquiſitione, &c.*

* Expoſititij Infantes.

EXPOSITIO VERORVM.

Definitio Et Vsvs Vocabvli

Expoſititij, quos Græci ϑετοὺς dicunt, & χαμαιρρίπτους, id eſt, humi repertos, vocantur apud Iuriſconſultos, infantes, qui à
C parentibus velut abiecti, fortunæ committuntur. Etiam apud hiſtoricos in eadem ſignificatione reperitur ea vox. Ita *Liuius 1. ab v. c.* In proxima alluuio ficus eſt ruminalis, vbi nunc pueros exponunt. Exponere igitur in ſignificatione eſt omnem curam abiicere, & committere incertæ ſorti. Quod ſane vergit plerumque in ſummam iniuriam illorum qui ſic exponuntur, eſtque contra naturale debitum parentibus incumbens erga filios ſuos, vt quorum cura & recta inſtitutio illis competit. Cum Expoſititij ad alienos plerumque deueniant, omnique ope deſtituti, niſi fortaſſis eo loco exponantur, vbi publica orphanotrophia inſtituta; negligantur. Ideóque huiuſmodi abdicatio liberorum facta abſque euidenti neceſſitate, ſemper inhumana, & impietatis plena eſt habita.

QVA RATIONE ET LEGE HÆC

Expositio Permittenda.

Curabit inquit *P. G. Toloſanus* per Magiſtratum Princeps, expoſitio liberorum impunè fiat, niſi ſaltem mater cognita fuerit: vt intelligatur cuius partis ſit. Si fieri quidem tuto poſſet,
D omnis expoſitio inhibenda eſſet: ſed verendum eſt, ſi ſeuerius inhibeatur, ne partus potius ſuffocentur, quam patiantur venire in publicum metu pœnæ, & ideò ne id accidat detrahendum eſt ſeueritati pœnarum. & quomodocumque inueniantur expoſiti infantes, procurandi erunt, relicta pœna in exponentes, arbitrio iudicis, iuxta ea quæ Cæſares Valentinianus, Valens, & Gratianus reſcripſerunt. Vnuſquiſque inquiunt, ſobolem ſuam nutriat: quod ſi exponendam putauerit, animaduerſioni quæ conſtituta eſt, ſubiacebit: *l. de infantibus expoſitis lib. 8. c. § 2.*

Neque me præterit lex Romuli, qua populo neceſſitatem tantum conſeruandi maſculinam prolem, & ex filiabus primogenitas impoſuit, reliquam verò prolem exponi permiſit, maximè ſi quid mutilum aut monſtruoſum natum fuiſſet, ſed poſt triennium habito iudicio quoque vicinorum. *Dionyſius Halicarnaſſ. lib.* 2. Verum Romulus & reliqui qui tales expoſitiones permiſerunt, plus rationem habuerunt corporum ad arma idoneorum, quam animæ, tanquam adhuc rudes, & mandata Dei veri ignorantes, quorũ in vno ſcriptum eſt. Non occides. Ob quod præceptum Principi, qui vices Dei in imperio agit, proſpiciendum eſt, ne in ſua republica & princi-

p [illegible] directe, vel p [illegible] maximè Infantium, qui p [illegible] morti, non dicam immeritæ [illegible] fami, quæ maxima & atrociſſim [illegible]

Educatio liberorum eſt natu [illegible] uitæ [illegible] uiſſimæ & huius habent ſollicitudinem, & [illegible] ideles meritò habiti, qui abiiciunt ita partus, & eis alimenta denegant; cum non minus necare videntur prolem, qui alere nolunt, quam qui partum ſuffocant. Maximè quando adhuc teneri & recenter nati ſunt infantes, qui ex modico nutriri poſſunt. *Vide l. 1. & 2. de inſt. & Iur. 20. & de infant. expoſ. & l. necare de libris agnoſ.*

Quemadmodum & docuerunt Ægyptij qui parua adeo natos educabant impenſa, vt omnis ſumptus in pueros quoſque ad ætatem peruenia nt à parentibus impenſus, nõ excederet drachmas viginti, ſi credamus *Diodoro Sicul. lib. 1. cap. 6.*

Certe Romanis non ſemel obiectum, quod portentoſos non modo fœtus: ſed etiam perfectos abſque delectu exponerẽt, ſuſcipiẽdos ait *Tertullianus cap. 9. Apolog.* à matre extranea. idque nõ exſpectato triẽnij ſpectato à Romulo præſcripto.

Sed crudelius apud *Apuleium lib. 10. de Aſino*, Pater ille peregrè proficiſcens mandauit vxori, vt ſi ſexus ſequioris edidiſſet fœtus, protinus quod editum eſſet necaretur. *Arnobius* exprobrat Romanis, quod filios procreatos auibos feriſque exponerent non modo, ſed etiam adſtrangulatos miſero mortis genere eliderent, *lib. 8.* & meminit huius crudelitatis, *Lactantius lib. 6. cap. 20.* F

Athenienſes certo loco Infantes exponebant: talis in Attica erat, Cynoſarges teſte *Suida, apud Stobæum 476.* & cauſam addit: quia Herculis ibi templum, qui ſpurius erat.

Etiam Romæ erat in foro olitorio Lactaria columna, quia auctore Feſto, infantes lacte alendos eò deferebant.

EIVS CRVDELITAS, ET VARIÆ

Illivs Poenæ.

Thebanorum lex erat ſanctiſſimè poſita, ne ciui Thebano liceret infantem exponere, neque in ſolitudinem abiicere, capitis ſupplicio: Verum ſi in extrema neſſitate eſſet conſtitutus pater, cogebatur ſtatim ipſum infantem ad Ma-
conſtitutus pater, cogebatur ſtatim ipſum infantem ad Ma- G
giſtratum cum ipſis faſciis adferre, qui acceptum alicui tradebat leui pretio, cum quo pactum & conditiones accedebant, vt per ſuam fidem infantem aleret, & adultum ſerui vel ſeruæ loco haberet, ſic vt alimentum & educatio ſeruitute compenſaretur, *Ælianus lib. 2. de varia hiſtoria.*

Inter Chriſtianos in politicis adminiſtrationibus, conſultum rectè paulò aliter eſt, vt infantes expoſiti, quorum etiam parentes ignorarentur, vel cogniti mendicitate compulſi eos non poſſent nutrire, in certo loco ſeu hoſpitali ex publico alerentur, & poſtea inſtitutioni vel artificio cuipiam locarentur; locus βρεφοτροφεῖον nominatur. *L. ſancimus 18. illud 16. de ſacroſ. Eccleſ. C.*

Mitius tamen actum in expoſitos infantes qui non deliquerunt, ſed parentes, ne ſeruitutis labe notarentur. Quod Gregorij IX. conſtitutione declaratum poſt Cæſares, adempta parentibus patria poteſtate, qua indigni ſunt, qui ſanguinolenti audent aliorum miſericordiæ, quam ipſi non habent, exponere; dicti parricidæ, & vt tales puniendi. Si à patre, vel ab alio, ſciente ipſo, vel ratum habente, vt ait Gregorius, relegato pietatis officio, infans expoſitus extitit, hoc ipſo à poteſtate fuit patria liberatus. Nam hoc caſu in ingenuitatem libertus, & ſeruus in libertatem eripitur: quod & de prædictis cuiuſcunque ætatis languidis, ſi expoſiti fuerint, vel ſi alicui eorum impiè alimenta denegari contigerit, eſt dicendum. Sanè qui hos ſuſcipiunt, non poſſunt propter hoc in eorum perſonis ius aliquod ſibi vendicare. H

Expoſiti verò ad mortem quodammodo expoſiti videntur. Vt habetur *d. l. 2. & 3. de infant. expoſit. C.* Et eo magis, quo in loca hominibus infrequentata exponuntur, vt dum in ſyluis deſertiſque aliis locis relinquuntur, in quibus aliquando expoſiti, deuorandi, receperunt à feris animalibus miſericordiam, quam parentes denegauerant, & nutriti ab illis feruntur, *Ita Toloſanus ſuprà*

EXPOSITITIORVM EXEMPLA

Biblica.

Avibam filius Caat, nepos Leui, pronepos Iacob, & pater Moyſis, eiuſque coniux Iochabed, conſobrina ipſius, & neptis Leui, nato filio ſuo Moyſe, anxij erant propter Pharaonis Infanticidæ ſanguinarium edictum, qualiter cum prole

ſua

[illegible] infantes [illegible] ſollicitudine, [illegible] ſcribit; eius ſalus [illegible] viminibus con-textam [illegible] imponunt, & expo-nunt: [illegible] id eſt [illegible] ſpecies naſcuntur, loco ergo paluſtri [illegible] collocarunt, adhibita ſoro-re Maria iam [illegible] eum obſeruaret, & prout à matre inſtructa erat, quauis ratione ſeruaret. prout fecit, poſtquam filia Pharaonis ad ſe lauandum veniſſet. Hiſtoriam lege *in cap. 2. Exod.*

AGAR vxor ſecundaria Abraham, à Sara domo exturbata cum filio ſuo Iſmaele, diſceſſit in ſolitudinem, ducens filium, qui iam facilè 18. annos ætatis habebat; & ferens vtrem aquæ & panem. Cumque eſſet conſumpta aqua in vtre abiecit, animo ſcilicet; puerum iam præ ſiti fatiſcentem, & deſperatum, ac iamiam moriturum. *Geneſ. 21.*

HISTORICA.

B *Diodorus lib. 4.* Menonem vetuſtiſſimum Phrygiæ Regem, ex vxore Dyndimene filiam procreaſſe ſcribit, quam in monte Cybelio enutritam fuiſſe, poſtquam in eo expoſita fuerat, ac à feris educatam, à muliere paſtoritia inuentam, & pro ſua deſentam, in admirabilem pulchritudinem euaſiſſe, noménque à monte accepiſſe Cybelem.

PSAMATHE Crotopi R. Argiuorum F. filium ex Apolline conceptum metu patris expoſuit. Ille à canibus regij pecoris cuſtodibus laceratus fuit. *Pauſanias in Atticis.*

☞ *Petantur varia exempla huius rei, ex loco de vita humana: Tit. in vita conſeruati. Item ex loco Educationis: Tit. Educati à beſtiis.*

---

* Exprobratio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EXprobratio, Græcè, ὀνειδισμὸς, dicitur: Hebr. *Cherph*, à verbo *Caraph*, exprobrauit, criminatus eſt, vituperauit. C Per metatheſin *Caphar*, perforauit, pudefactus eſt. Nam opprobriis perforatur cor hominis, & pudefit. Eſt autem exprobratio ingeſtio improperij in faciem: ſed oblocutio, eſt occulta detractio, *ſecundum B. Thom. ſuper Pſal. 43. col. 3.* Dicitur autem exprobro à voce probrum; eſt autem probrum ſcelus, ac flagitium. Et per metaphoram pro ignominia accipitur, quæ ex ſcelere ſequi ſolet, vt, datum eſt ei probro, hoc eſt, ignominiæ adſcriptum. Itaque exprobratio, ipſa probri obiectio dicitur.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

EXPROBRARE QVID. V. G.

COMMISSA. MALEFACTA.

Poſtquam Moyſes Ægyptium, qui Hebræos iniuſto onere oppreſſos percutiebat, occidiſſet, & percuſſum ſub ſabulo abſcondiſſet, die altero videns duos Hebræos rixantes, & ſeſe interponens, dixit alter eorum: Quis te conſtituit principem, & Iudicem ſuper nos? Num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptium. *Exod. cap. 2.*

IEHV ad Ioram rogantem, Pax eſt Iehu? dixit. Quæ pax? etiq; exprobrãs malefacta matris ſuæ, ſubiecit: Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. 4. *Reg. 9.*

D IOANNES BAPTISTA Phariſæis ad ſe venientibus exprobrabat, quod malorum parentum mali filij eſſent, vocans eos genimina viperarum, Herodem quoque caſtigabat, ei obiiciens inceſtum, quem cum vxore fratris ſui viuentis committebat. *Matth. c. 3. & 14.*

STEPHANVS Iudæos increpabat, eiſque duritiam cordis qua ſemper ſpiritui ſancto reſiſtebant; exprobrabat. *Act. c. 3. & 4.*

PAVLVS & BARNABAS Iudæis ei contradicentibus, & blaſphemantibus, dicebant: vobis oportet primum loqui verbum Dei; ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, Ecce conuertimur ad gentes. *Ibid. c. 13.*

VITIA NATVRÆ.

PHENENNA vxor Helcanæ, affligebat Annam alteram coniugem, & vehementer angebat, ita vt exprobraret; quod Dominus concluſiſſet vuluam eius, ſicque faciebat per ſingulos annos. 1. *Reg. 1.*

Simili modo, quamuis falſo, & per calumniam; Phariſæi Chriſto exprobrabant, quod eſſet potator vini, & amicus Publicanorum. Item quod Dæmonium haberet. Paulo Apoſtolo, quod eſſet Seminator verborum, & nouorum dæmoniorum annunciator.

[illegible] ad popu[illegible] M[illegible] infelici prælio [illegible] me [illegible] riam reuocaret omnia magnalia, [illegible] Ægypto, & deſerto, vt hac ratione illos animaret ad eum amandum. *Iudic. c. 6. & 10.*

Sic ad Heli miſſus vir Dei, ait ad illum: Hæc dicit Dominus, nunquid non apertè reuelatus ſum domui patris tui, cum eſſet in Ægypto, & elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem; &c. Quare calce abiecisti victimam meam, & magis honoraſti filios tuos, quam me, &c. 1. *Reg. c. 2.* Similia habes *c. 10. & 12.*

SAMVEL Sauli quoque obiecit beneficia quæ à Deo acceperat: Nonne inquiens, cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſraël factus es? Quare ergo non audiſti vocem Domini? &c. 1. *Reg. c. 15.*

Similiter & Nathan Propheta, poſt commiſſum adulterium & homicidium, ad Dauid miſſus, ei exprobrabat, quantum illi Deus præſtitiſſet: poſt quæ: Quare ergo contempſiſti verbum Domini, vt malum faceres in conſpectu Domini? 2. *Reg. c. 12.*

AHIAS Propheta exprobrauit vxori Ieroboam, quamuis diſſimularet quænam eſſet, quod exaltaſſet eum Deus, ducémque de medio populi eum conſtituiſſet, nec tamen cuſtodiiſſet mandata, *Serm. 3. Reg. c. 14.* Ita de Iehu Propheta, exprobrante Baſa, habemus *Idem c. 16. in initio.* F

EXEMPLA HISTORICA ET APOPHTHEGMATA.

ETHNICA.

APPIVS populo exprobrabat, ſibi acceptum ferri debere; quod ex muto & elingui facundum haberet conſulem, de L. Volumnio collega ſentiens. Ibi L. Volumnius: Quam mallem inquit, tu à me ſtrenuè facere, quam ego abs te ſcite loqui didiciſſem. *Eraſ. 6. apoph. Ser.*

SER. GALBA. C. Iulium conſummatis victoriis in foro ius dicentem, huiuſmodi dictis auſus eſt interpellare. C. Iul. Cæſar. pro Cn. Pompeio Magno quondam genero tuo in tertio eius conſulatu pecuniam ſpopondi, quo nomine nunc appellor: G quid agam? num dependam? Hac voce palam illi exprobrans, quod Pompeij bona vendidiſſet, cui fuerat affinitate iunctus. Æquum autem videbatur, vt qui bona generi vendiderat, ea dependeret, quæ quondam orto inter illos bello fuiſſent contracta. Cæſar hac inuidia commotus, æs alienum Pompeij è fiſco reſolui iuſſit. *Eraſ. lib. 8. Apoph.*

LICINIVS, Cæſaris libertus ſolebat patrono, nouum aliquod opus inchoanti magnas conferre pecunias. Quem morem ſequutus Licinius, nouum opus aggreſſuro centies promiſit per libellum, in quo poſt expreſſam pecuniæ ſummam, quæ virgula ſuperducta ſignabatur, ſpatium erat vacuum. Hac occaſione Cæſar vſus priori ſummæ, quam ſcripſerat libertus, alterum centies adjecit, ſua quidem manu ſpatio quod vacabat diligenter expleto, ſed affectata literarum ſimilitudine. Itaque duplum accepit pecuniæ, diſſimulante liberto. Cæterum vbi Cæſar ruſum nouum opus inchoaret, libertus hoc factum illi leniter obiecit, dato tali libello. Confero tibi Domine, ad noui operis impenſam quod videbitur. Non expreſſit ſummæ modum, vt illi liberum eſſet ſcribere quantum vellet, quandoquidem priorem ſummam duplicaſſet. *Suetonius.* H

AVGVSTVS delectatus inter cœnam fuerat ſymphoniacis Turonij Flacci mangonis, eóſque frumento donârat, quum alios auditos ſoleret largiter donare nummis. Eoſdem quum poſtea Cæſar inter cœnam requireret, Turonius ſic excuſauit: Ad molas, inquit, ſunt, exprobrans illi frumentarium munus: Et hoc impunè tulit, quod dixerat non miles, ſed mango. *Idem.*

CHRISTIANA.

Ex Apophthegm. L. Beyerlinck.

Veluti in quibuſdam carpendi reprehendendíque, ita in aliis mira exprobrandi venuſtas, quæ ſanè, ſi in vllo alio, certè in Ludouico XI. Franc. Rege emicuit. Intellexerat namque is Nicolaum Paulinum Burgundiæ Cancellarium, ſuis opibus hoſpitale exteris recipiendis erexiſſe, & dotaſſe. Fuerat autem ille ſeuerus admodum in exigendis multis, & (vt vulgò fertur) ad rem familiarem attentus. Quod feſtiuè notans Ludouicus: Hoc inquiebat, rationi conſentaneum, vt qui plures pauperes effecerit, tandem illis excipiendis hoſpitale inſtituat. Taxabat ſimul Iudicum in multando rigorem, in pauperum verò cauſis ignauiam & teporem. *Corrozetus. L. Beyerlinck in Apopht.*

A [illegible] exiguo [illegible] eſſet propoſitae con [illegible], neque faciſſe conſiliariorum decretis auſcultaret, opportunè rogabat Briſæus: Vnde Sereniſſ. Rex tam robuſtum nactus es equumicem Rex Quomodo hæc tibi in mentem veniunt, cùm ſit adeò puſillus: Quia te, reſpondit ille, & conſilium tuum fert. *Gagninus, in vita Ludouici XI. Beyerlinck ſuprà.*

Nomine puſillus, magnus ingenio Petrus Nanus. Erat apud Canem Scaligerum cum Vguccio, perditis iam Luca & Piſis Italiæ vrbibus: cumque illis eſſet conuiua; & de Edonibus mentio incideret; Vgueeius illato ſermone, ſe iuuenem quaternos altiles capos, perdices totidem, & plura eius generis, vnicâ cœnâ abſumere ſolitum narrauit. At Petrus dictum excipiens: Non eſt, inquit, quòd hæc à te iuuene comeſta admiremur: cùm iam maturus, nec planè dentibus instructus, duas vrbes vno prandio abſumpſeris. Fama quippe erat, Vguecium, ſi ſe

B ab inchoato prandio temperaſſet, ſatis temporis habiturum fuiſſe ad ſedanda naſcentis tumultus initia, & vtramque vrbem ſaluandam. *P. Iouius lib. 1. Elog. Beyerlinck ſuprà.*

Anonymus Quiſpiam Vidit matronam cultu faſtúque tumeſcentem, ac veſte indutum, in quam bonam fundi & agrorum partem abſumpſerat, cumque illa conquereretur, quòd nimio indumentorum pondere grauaretur: Quis miretur, inquit ille, cùm ampliùs quàm quatuor terræ iugera circumferas. *In Epigram. Thom. Mori.*

Et ne ab hac dicendi venere immunes fœminas arbitremur, Amalabercam Franc. Reginam ad calcem damus: quæ indignè ferens coniugis in bello ignauiam, & iniquam ſortem, dum fortè illuſtriores aliquot conuiuas ille præſtolaretur, dimidiam ei triclinij partē apparat. Percontanti marito, & ægriùs ferenti, quidnam id rei eſſet? reſpondit: Qui parte regni exuitur, etiam triclinij parte cedat oportet. *Ex P. Æmil. Beyerlinck ſuprà.*

---

* Expugnare.

C *Quære locum de* ARCIBVS, VRBIBVS.

Exta.

Conſule locum de Augurio, & Diuinatione.

---

* Exteri, Extaroi.

Extranei Peregrini.

QVI DICANTVR. NOXIA EORVM SOCIETAS, RECEPTIO, FAVOR impenſus.

Exteri, externi, ἐξωτερικοὶ idem ſunt, quod aduenæ, nempe qui aliunde adueniunt, aut alibi nati ſunt. Vnde *Cicero in Catil.* Exteros hoſtes vocat, atque longinquos. Extranei dicuntur, quaſi extranei, ξένοι Græcis & habent oppoſitum vocabulum Domeſtici, & indigenæ.

Et quamuis apud nonnullos populos magna exterorum ratio habeatur, fit vt domeſtici apud eos ſordeant, & quidquid demum illis natura aut fortuna indulſit, ſplendeat in oculis eorum qui auctoritate pollent, etiam tunc, cum ſine comparatione domi habent illos, qui magis excellant in eodem ge-

D nere virtutis; ita cæco impetu quidam feruntur in ignota, & quæ ab alio orbe, aut vrbe: Tamen experientia docet, quantum Rei tum publicæ tum priuatæ adferat diſcriminis, exterorum ac peregrinorum ſocietas & familiaritas, quantumve exitioſa ſint externa auxilia, fœdera, poteſtas, imperia. Fit enim quod in Apologo apud Æſopum de Erinacio & Lepore memoratur; quorum ille apud hunc hoſpitio receptus, ſetis erectis eum pupugit, quo indignante, ſi inquit, tibi in antro hoc moleſtus ſum, exi. Rem hanc hiſtoriis adſtruemus è probatiſſimis ſcriptoribus, quomodo non modo

Plerumque externo pessundata milite regna.

verum dum externi in ſubſidium vocari ſunt, imperium ipſum, hærede, & domeſtico Principe pulſo, inuaſerint, & detinuerint. Vnde nec promiſcuè in vrbes admittendi aduenæ.

CYRVS ad componendum ciuile diſſidium inter Cares, rogatus, bellum componi, ſed Cariam libertate exutam ſuæ poteſtatis facit. *Xenophon lib. 7. παιδείας κύρ.*

Thebani creſcente potentia Phocenſium, cum quibus bella gerebant, cum impares eſſent ipſis, accerſiuerunt Philippum Macedonem: qui victis Phocenſibus tandem Græciam oppreſſit. *Georg. Rebi, in axiomat. Politicis cap. 258.*

Inter cau [illegible] recenſetur: quod non [illegible] tum noneſſent Domin [illegible] pepererunt. Plus hauſ [illegible] exte[illegible] ni: quia non geſſerunt bel[illegible] nec conduxerunt externos ſtipendi[illegible] reges ſocios: quibus tamen ipſi dominat[illegible] *[illegible] Cicero in lib. de Repub.* Noſter populus ſociis defendendis terrarum iam omnium potitus eſt. Poſtea bellis ciuilibus ita fuerunt labefactatæ vires Romani Imperij: vt quoties hoſtes fuerūt reprimendi: Imperatores coacti fuerint cōducere peregrinos exercitos: à quibus poſtea prouinciæ Romani Imperij ſunt vaſtatæ.

THEODORICVS Rex Gothicus miſſus eſt in Italiam à Zenone Imperatore ad reprimendum Edoacrum. Ea occaſione Gothi Italiam occuparunt.

GENSERICVS Rex Vandalorum Africam occupauit, & ibi regnum conſtituit, attractus à Bonifacio Duce contra Valentinianum Imperatorem Conſtantinopolitanum.

LEO Philoſophus dictus, Imperator Græcus, cum Turcos ex montibus Caſpis aduerſus Bulgaros euocaret: conſederunt F in vicinia: donec confirmatis paulatim viribus totum regnum euerterent. Tales hoſpites non facile poſſunt eiici. Et hæ ſunt occaſiones mutationis regnorum.

Impius Rex Achas icto fœdere cum Rege Aſſyriorum; attrahit eum in Syriam. Rex Aſſyriorum interfecto Rege Syriæ Razen, expugnatam Damaſcum occupat: & colonos Syros transfert in Cyrenaicam: adigit Regem ad tributa annua ſoluenda. Securi Reges reliqui progrediuntur: & totum delent regnum Iſraël. Hoc deſtructo, gentem Iudaicam abducunt in captiuitatem Babylonicam. His eruptionibus præbuit primam ἀφορμὴν hic Rex inuitat Aſſyrios: qui ſemel mutati, dant operam vt maneant. Id quod ſemper faciunt potentiores hoſtes, inuitati defenſionis cauſa ad ſocietatem bellorum. *Strigel. in Chronic.*

Carthaginenſes in primo bello Punico à Celtis ſociis, quibus contra Romanos vſi fuerant, plus damni acceperunt; quam ab ipſis Romanis.

A Theodoſio Gothi conducuntur contra Francos: Burgundi, Alani, Suevi à Stilicone contra Gothos attrahuntur. G Gothi occupant Italiam: Burgundi Galliam: Vandali Hiſpaniam. Deinde contra Gothos accerſiti ſunt Longobardi à Narce ſub Iuſtino II. ibique regnum tenuerunt annos 204.

Beda Presbyter, Suevos Anglos prodidit inter Vitas & Saxones ſediſſe: & inuitatos à Vitigerno Britannorum Rege, his contra Scotos & Pictos, Inſulam perpetuis depopulationibus infeſtantes, ſubſidio veniſſe, Martiano & Valentiniano imperantibus, Anno Chriſti 449. Sed tandem potentia auctos viroſque vt fieri ſolet, oppreſſis incolis, partitaque Inſula & Imperio, ac limitibus ad Calcedoniam ſyluam interiectis, Britannorum nomine abolito & regno, Anglos parti Auſtrali Inſulæ, Scotos Boreali imperaſſe.

Ita Sarraceni ſunt extracti ex Africa: & oppreſſis Gothis Imperiū Hiſpaniæ ſibi vendicarūt, quod per annos 700. tenuerūt.

Ita Hiſpani ſunt potiti Sicilia & Regno Neapolitano, accerſiti cōtra Gallos, ſed Hiſpani ad ſe pertractis incolis, & excluſis Gallis, regnum Neapolitanū, & Siciliam ſibi ſubiecerunt.

Ita & Gallici Reges, qui nunc rerum potiuntur, conducti ſtipendiis contra Normannos, oppreſſis Regibus antiquæ ſtir- H pis Caroli magni, inuaſerunt regnum: & illud poſtea propagarunt in ſtirpem ſuam longa ſerie vſque ad hos Reges. *Peucerus in Chronico.*

Arabes ab Heraclio ducti contra Perſas, non ſolutis ſtipendiis, cœperunt deuaſtare limites Romani Imperij, & ſubito regnum conſtituerunt in Aſia, vbi acceſſit prætextus religionis Mahometis.

Turcæ ex Scythiæ ora primum in Armeniam, & maiorem Aſiam per portas Caſpias ingreſſi ſunt, Duce Tangro Lybiæ Mocaleto, circa annum Chriſti 870. inuitati à Mahomete Imbraili Perſiæ Sultano Sarracenico, quem Amyras Babylonicos ſeu ſummus Rex Sarracenorum eiicere, & opprimere nitebatur, *Cythræus, & alij.*

Vetinus Rex Ægypti Calipha contra Almericum ſucceſſorem Balduini in Regno Hieroſolymitano, à quo oppugnabatur, attraxit in ſocietatem belli Sarracenem Syriæ Sultanum: qui perſpectis multis Ægypti commoditatibus, cum videret Caliphæ vires infirmas eſſe: eum regno exturbauit: & in carcerem incluſit, occupata Ægypto. Ita plurimi ad defenſionem, vel

inuitati,

A [illegible] oppreſſerunt, [illegible]
[illegible] h[illegible]nb[illegible] [illegible]no, & Ariſtobolo, totuque Iudæorum [illegible]tiones ſeſe in partes ſcindi paſſa eſt. [illegible] tofauis ſupplices facti ſunt: & vterque cu[illegible] ignominia vitam infelicem finiuit: Iudæi verò ſimul omnes immaniſſimorum militum libidini ſubiecti, & in ſeruitutem [illegible] miſerrimam redacti fuerunt. Idem olim ſub Regibus maiores ipſorum paſſi fuerant: quando hi quidem Syros, illi vero Aſſyrios, contra fratres ſuos in belli ſocietatem pertrahendo, vtriſque populis occaſionẽ dedere eos perdendi: quos maxime perditos volebant.

Et in Romana hiſtoria hic, ſemper bellorum ciuilium exitus fuit: vt à maioribus deuictæ gentes, ſub Romanis Ducibus aduerſus Romam pugnarent: ea occaſione clades olim acceptas vlciſcerentur. Imo illa viam ſtrauerunt Tyberiis, Caligulis, Neronibus, Domitianis, & infinitis aliis Tyrannis: quorum plerique ex Barbaris gẽtibus oriũdi, veteris Romæ maieſtatem viliſſimis mancipiis, & libertis ſuis cõculcandã proſtituerunt.

B Simile exemplum non ſine orbis Chriſtiani ſummo periculo in Græcia ante annos trecentos editum eſt: quando de Orientis Imperio inter Catacozenum, & Ioannem Palæologum contentio exorta eſt: & in auxilium euocati ſunt Turcæ: qui ab eo tempore ad occupandam Græciam animum adiecerunt: & ea non multo poſt potiti ſunt, & ex eo magnam Europæ partem occuparunt.

SOLYMANVM Turcam attraxit in Hungariam Leſbius Polonus contra Ferdinandum, nec vnquam poſtea repelli potuerunt Turcæ ex Vngaria.

Temporibus Friderici III. Imperatoris, cum de imperio Italiæ armis decertarent Principes Italici. Pontifex vt bella ciuilia inter Principes cõponeret, peregrinos Reges attraxit, qui confectà pace, ſublatis bellis inteſtinis, cœperunt ipſi de regno Italiæ armis contendere: donec tandem pulſis reliquis, Hiſpani victores euaderent, & Italiam regno Hiſpaniæ ſubiicerent.

LVDOVICVS SFORCIA Dux Mediolanenſis attrahebat Gallos in Italiam contra Hiſpanos, qui erant defenſuri Ioannem Sforiam nepotem eius contra Ludouicum. Sed Galli potiti

C Ducatu, poſtea Ludouicum abductum in Galliam, incluſum in tetrum carcerem, miſerè enecant.

Cum Soldani Saracenorum, inteſtinis ſeditionibus, & diſſidiis inter ſe, & cum Calipha ſuo, agitati, bella gererent, Mahometes Perſiæ Soldanus, Calipha viribus inferior, Turcas vicinos aduerſus illum excitat; eorumque fide ac robore victoriam obtinet. Sed ſtipendia illis promiſſa poſt victoriam ſoluere recuſans, ab illis auxiliariis ſuis bello petitus, victus, & regno priuatus eſt *Chytraus in Chronico.*

CARADINVS piratarũ maximus ab Algerienſibus accerſitus, vt eos à ſeruitute Hiſpanorum, qui arcem occupauerant, liberaret parta victoria. Selinum Regem cum domeſticis occidit; ac regnũ Ariadeno fratri reliquit. *P. Gr. Tolos. l. 11. de Rep. c. 3.*

SALADINVS Tartarus, quem Ægypti Princeps acciuerat, vt Chriſtianos de Syria deiiceret, pulſis Chriſtianis, imperium Ægypti occupauit; quod vt ſtabilius eſſet; Circaſſiorum ac Tartarorum venalitios ad corporis, & imperij ſui cuſtodiam, Ægyptiis omnibus ac Siriis exarmatis, adhibuit; ac florentiſſimum imperij ſtatum reliquit poſteris; qui non niſi à Selimo Turcarum Rege deturbari potuerunt.

D Scoti, fuſis pictis ac Britannis, eam regionem, quæ nunc Scotia dicitur, occuparunt, cum tamen mercede conducti fuiſſent, *t. Bodinus de republ. l. 5. c. 5.*

Certè periculi plena res eſt, exercitum peregrinum ac Ducem peregrinum conducere, quibus præſit domeſticus Imperator; cum imperium militare in eos, qui, niſi velint, cogi non poſſunt, inane ſit ac inutile futurum.

Carthaginenſes quidem nondum militari diſciplina ſatis inſtructi, duces Lacedæmonios arceſſere ſolebant; qui exercitum Carthaginenſium ducerent ſub imperatore Carthaginenſi. Nunquam tamen exercitu ac duce peregrino vtendum ſibi putauerunt; ne Reſpublica in peregrinorum poteſtatem veniret. *Idem.*

Claſſe Carthaginenſium Ægates Inſulas I. C. Luctario Catulo Romanorum Conſule ſuperata; ſtatuerunt Carthaginenſes pacem cum populo Romano inire; remque Hamilcaris, qui cognomento Barcha dicebatur, imperio permiſerunt, qui tandem multis ſermonibus vltro citróque habitis, pacis conditiones à Catulo Conſule accepit. Qua quidem [illegible] ant, E
[illegible] ci[illegible] viginti [illegible] rerum ſtudi[illegible] à Carthaginenſibus deſciuerunt [illegible] conſtitutis inter ſe Ducibus, Vticam, Hipponem, & pleraque alia oppida ad defectionem compulerunt; vrbémque ipſam obſederunt. Quibus malis Pœni perterriti auxilium à Romanis, paulo ante hoſtibus, impetrarunt. Huic bello Hamilcarem Imperatorem præfecerunt, cuius tanta virtus illuxit, vt hoſtes à mœnibus repulerit, oppida, quæ defecerant, reſtituerit; & mercenarios milites cò compulerit; vt locorum anguſtiis clauſi, plures ex eis fame, quam ferro, perierint. Qua ex re tantum laudis aſſecutus eſt Hamilcar, vt omnium ſententia patriæ Saluator diceretur. Quo nunc exemplo facile eſt intelligere, quanto tutior præſtantiorque ſit propria ciuium noſtrorum manus quam externa militia, *F. Patricius lib. 9. de Regno tit. 15. & lib. 9. de Republica titul. 3.*

Zanclæi inuitabant Samios: qui Zanclam viris deſertam ipſi occuparunt. *Herodotus lib. 6.*

Græci prælianturi contra Xerxem nolebant Geloni vniuerſum concedere imperium; ideo nuntius Athenienſis ad illum F
aiebat Rex Siracuſanorum, Græcia nos ad te miſit, non Imperatorum indigna, ſed exercitus. *Idem lib. 7.*

Meſſanam Campani occuparunt, per amicitiam intra mœnia recepti, & violata fœderis fide in eam impetum faciunt, ciues partim vrbe eiiciunt, partim trucidant. *Polybius lib. 1. pag. 15.*

Ita & Romani Rheginis contra Pyrrhum, & Carthaginenſes in auxilium acceſſiti, aliquandiu vrbem tutati, tandem tamen fidem violant, vrbem recuperant, & detinent, ciues alios pellunt, alios cædunt. *Idem ibid.*

*EXTERI PROMISCVE NON RECIPIENDI IN VRBEM.

Aduenæ cum ciuibus non benè conſentiunt, niſi eadem cum illis ſentiant, vt notauit *P. Greg. Tolos. lib. 23. de Republica cap. 6.* Exempla ad manum ſunt. Certè Lindauij, Argentinenſes, ac Tigurini optimatibus cæſis, aut exilio pulſis, imperium populare ſtabilierunt. Ac ne deinceps optimates popularem ſtatum euerterent; legibus eorum ſanctiſſimè cautum eſt; niſi prius ex infima plebe cõpertũ ſit originẽ traxiſſe.

At Corcyræorum plebs quæ ex peregrinis coaluerat, patricios ac optimates, initio belli Peloponneſiaci, comprehenſos in vincula coniecit, quos poſtea crudeliſſimè trucidauit; G
quam cladem optimatum imperij ſecuta conuerſio eſt.

Idem contigit rebus publicis Samiorum, Sybaritarum, Trœxeſiorum, Amphipolitarum, Chalcidenſium, Thuriorum, Gnidiorum, & Chiorum, quorum optimates, cum peregrinorum multitudinem in ciuitatem ſine imperiis, & honoribus admiſiſſent, ipſi de imperio & ciuitate deiecti, bonisque omnibus ſpoliati, & magnam in partem cæſi fuerunt.

Quo nihil eſt in Venetorũ Republica magis metuendum, in qua ſoli Patricij honoribus, & imperiis fruuntur; cæteris tum nobilibus, tum plebeis, qui ab ipſis Citadini vocantur excluſis. *Idem Gregor Toloſanus ſupra.*

*MAGISTRATVS DESCRIBENDVS INTER CIVES, NON INTER. Exteros.

Rationem dant Rerum Politicarum ſcriptores, quia conciues inter ſe ad clementiam, & bonum commune, quod propriè ſuum eſt; proniores ſint exteris, cum & moribus, idiomate, genio conueniant: maximúmque amicitiæ vinculum ſit, H
iiſdem legibus educari.

In Lacedæmonibus, Romanis, Carthaginenſibus, Athenienſibus res expedita eſt, & per hiſtorias nota, quod magiſtratus ſuos nunquam non ciuibus deferre conſueuerint.

Venetorum Reſpublica mille annorum firmitate ſibi conſtans, nunquam mutationem admiſit in deligendo magiſtratu, & illius ordine ſeruando. Peregrinis in eo nullus eſt locus, neque tamen deeſt ſeueritas, aut iuſtitia: nullæ ſeditiones, aut inimicitiæ idcirco inter illos natæ aliquando, omnibus enim ex æquo propoſita eſt reipublicæ ſalus, & bonum communitatis. A conditoribus enim primis magiſtratus ille dimanauit, ſempérque eorum poſteri vrbem rexerunt, & Senatorum ac Patriciorum nomen obtinuerunt: reliquis omnibus plebeiorum nomine nuncupatis, vt ſuperiori, §. *ex Polybio, & Rubeero* dictum eſt.

Georgius Sabinus Poëta Brandeburgenſis, deſcribens Hodæporicon ſui itineris, quod Italiam verſus peregit, meminit huius auguſtiſſimi Senatus, dum ita canit: *lib. 2 Elegiarum.*

Quid magnos referam proceres, amplumque Senatum?

Tt 3 Mille

A *Mille Senatorum* [illegible] *et ordo* [illegible]
Splendida [illegible] *quos purpura veſtis am*[illegible],
T. lis priſca tuus Romæ Senatus erat.

Certè experientia docet, quantis periculi exponantur Regna, & vrbes, quando abſque delectu, neglectis indigenis, exteri adſciſcuntur ad dignitates, ſacerdotia, honores. Belgis noſtris innatum, vel adnatum videtur, ſemper externum iugum ſubire, & ad mores regentium, qui exteri plerumque, ſuos conformare; ſic vt idioma, & patrium habitum penè negligant. Sed magis in iiſdem eſt deteſtandum, quod domeſtica ſua ingenia, quæ tamen in quouis ſcibili locupletia habent, & excelſa, vilipendant, eorumque palatio ſapiat, quidquid terræ alio ſole calētes producunt, parui aut maligni domeſticorum ſuorum æſtimatores. Vnde fit, vt alibi dignitates omnes ad peregrinos abeant, alibi incolarum nomen ſordeat, & ni priuilegiorum repagulis coërcerentur qui rerum ſummam apud eos tenent, timendum foret, ne paſſim omnia ab exteris occuparentur. Miſera Prouincia, quæ nullum, aut rarum ſuorum inter optimates videt!

Princeps tamen qui pluribus terris ac Prouinciis dominatur,
B adſciſcat ex omnibus Prouinciis, & adoptet in cōſilium, & gubernationem, obſeruauit id *Fredericus Furius Coriolanus, in libello qui inſcribitur Idea conciliary, pag. 100. & ſequentibus.*

*EXEMPLA SACRA, ET HISTORICA QVAM PERNICIOSVM SIT, NEGLECTIS INDIGENIS, aduenas extollere. Et horum euentus tragici.

Exemplum recens Gallia ſuppeditauit in Marchione Ancorano, nuper à furioſa plebe, quid dico plebe? imò ipſis aulicis, inter quos velut principatum ipſa natione Italus obtinebat, inſtar Penthæi diſcerptus, & laceratus. De quo vide quæ alibi diximus, ac nominatim *in loco de fauore, Tit. fauor Principum.* Dabimus hic alia, pleraque vetuſtiora, recentia etiam nonnulla.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

IOSEPH Hebræis conſtitutus è Pharaone Dominus Ægypti, magnis honoribus cumulatus fuit, at oppreſſa poſteritas, veniente Rege nouo, qui Ioſeph ignorabat: omnique conato peregrinū illū populū, qui occaſione peregrini principis recepti fuerāt, & in immēſū creuerāt, exterminare laborabat *Exod. c. 1.*

OCHOZIAS Rex Iuda, Athaliæ Samaritanæ mulieris filius, Sa-
C maritanis, matris ſuaſu præcipua regni munia attribuit: prætermiſſis probis ac ſapientibus viris: quos in regno habebat, itaque cum Samaritanis (inuiſis hominibus, & qui peregrinis atque inceſtis ſacris ritus patrios mutauerant) vteretur potius, quam Iudæis, & indigenis: maturam ſibi perniciem conciuit. Nam eū Iehu Acham fratris Athaliæ domum ſubuerteret: propinquos quoque eius, & amicos, atque in his Gehoziam, vniuerſa propemodum cum ſtirpe ſuſtulit.

ASSVERVS Perſarum, & Medorū Rex Amanum minimè Perſicæ ſtirpis hominem, ſed Macedonem, inter præcipuos amicos aliquando extulerat. Is cum opibus & gratia apud Regem polleret: non modo Mardochæum, cui propriè infenſus erat, ſed omnes quoque Iudæos, impetrato à Rege funeſto edicto, tollere deſtinauerat. Verum poſteaquam Rex intellexit: Mardochæum ſæpe de ſe optimè meritum eſſe; non modo tam crudele edictum antiquauit: ſed Amano quoque (qui tot victimas ſæuitiæ ſuæ immolare decreuerat: & regnum ſanguine innoxiu contaminare) laqueo gulam frangi iuſſit: ipſius opibus atque honoribus in Mardochæum tranſlatis.

D

HISTORICA.

ANNO 1168. Gulielmus Siciliæ Rex (cæterùm Gallia oriundus) Cancellarij dignitate non Siculum, ſed Gallum hominem, & quidem tanti muneris capacem auxit. Regni proceres, indignati peregrino tantum in ſua terra eſſe poteſtatis, tantúmque magiſtratum mandatum eſſe nouo, externo homini, eam contumeliam ferro arcere ſtatuunt. Neque Cancellario modo, ſed & omnibus Gallis, qui in Sicilia, Apulia, Calabria erant, perniciem machinantur. Ergo ſecretis nuntiis per omnia oppida, & municipia dimiſſis, populares, & conſcios coniurationis, quos omnis generis ſibi adſciuerant, hortantur vt in Gallos omnes pro ſe quiſque ſigno dato irruant. Itaque vna litterarum ſignificatione per vniuerſam Siciliam, Apuliam Calabriam Galli vno die fœdum in modum omnes trucidati ſunt. Hæc Gallis in Sicilia calamitas contigit, quod aduenæ mandata eſſet Cancellarij dignitas: quamquā alioquin iſti in Gallorum odium ac cædem proni ſemper fuerint. Nam & anno 1282. Coniuratum item eſt à Siculis aduerſum Gallos: ac cōſilium initum: vt ad primum ſignum campanæ quo veſpertinæ preces (veſperas vocamus) ſignificantur, per totam Siciliam hoſpes [illegible] Paſchæ. Neque [illegible] odio itaque ſirenium [illegible] licibus, quas Gallorum [illegible] tur; exſecti vteri fœtus [illegible] lici ſanguinis ſupereſſet. Hoc ſun[illegible] non in Sicilia: ſed in ipſo Galliæ ſinu, ſecuti anno 15[illegible] nobiliſſimas regni vrbes ingentem ſtragem edidere: qua magna mortalium vis, virilis muliebriſque ſexus, ſenes, iuuenes, pueri quoque, conſumpti ſunt. Atque vt tam inſignis victoriæ monumentum extaret: Matutinarum Pariſienſium nomine memorabilem fecere. Sed ad inceptum, id eſt eas turbas, quæ peregrinos ab magiſtratus oriuntur, redeamus.

Inter IOANNEM Galliæ, & EDVARDVM Angliæ Reges pax ita Bretiniaci conuenit: vt Ioannes ſummum ius imperiumque Aquitaniæ in Eduardum transferret. Cum igitur Aquitaniam in ditionem Eduardi conceſſiſſet, eam Principi Cambriæ, maximo filiorum, poſſidendam tradidit. Is cum Burdegalæ regiæ ſuæ ſedem locaſſet: eò certatim confluxere primores F
Aquitaniæ, & Vaſconum nobiliſſimi: cum vt hominium ei, & fidelitatis iuſiurandum præſtarent: tum vt ſe ei per omne officij genus gratos acceptoſque redderent. Eos Princeps (cui multa dexteritas, & humanitas inerant,) benigne ac comiter quidem alloqui, & in conſuetudinem admittere: verum dignitatibus, & præfecturis vrbanis ac militaribus, ſolos Anglos quos frequentes ſecum habebat, ornare. Illi cum cupidini, & ſumptibus modum non facerent: neque minore comitatu, cultu, paratu, quam indigenarum potentiſſimi conſpici vellent: licentius alieno vtebantur. Itaque cum & nobilitas ab honorum aditu arceretur: & à magiſtratibus Anglis multa libidinis, & auaritiæ exempla in plebem, & oppreſſos ciues ederentur; cum inſuper etiam Princeps nouum tributum indicere vellet: omnes Aquitaniæ vrbes, aliæ aliarum exemplum imitatæ, ab ipſo defecerunt. Ita breui Anglus ditionem illam cunctam amiſit: quia, cum aduenas indigenis ius reddere, & præeſſe æquum cenſeret, tædium ſui mouerat.

IOANNES minoris Britanniæ Dux, cùm ex Anglia vxorem
duxiſſet: Angli partes ſumma ope fouebat: idque aduerſus G
Galliæ Regem Principem ſuum. Id cuncta nobilitas Britannica permoleſtè ferebat. Ergo tali animorum habitu tres totius prouinciæ nobiliſſimi (Cliſſo videlicet Lauallius, & Rohanus) cum illum adiuiſſent, in eam ſententiam locuti ſunt: Planè ignoramus, Princeps, quid tibi in mentem venerit: quamobrem adeò enixe Angli partes tuis opibus adiuuas velles. Minimè te fugit, nos eſſe obedientes Regis Galliæ: & Britanniæ Ducatum à regno, & nomine Gallico pendere. Quamobrem te vehementer oratum volumus: vt fœdere ac ſtudio in Anglum ex animo tuo eiecto, Gallicam ſocietatem amplectans. Quod ſi tibi perſuadere non poſſumus, Nos tui obſequium potius, quam Principis noſtri Galliæ exuemus. His dictis Dux incenſus, & ſi dolorem vultu premeret: temperare tamen ſi non potuit, quin erumperet in hæc verba: Erepta Aquitania grauem à Gallo regi Angliæ iniuriam fieri. Nec longo interuallo interjecto, miniſtros ſibi ac domeſticos ex Anglia acciuit, eum quos præfecturis Vrbanis, & militaribus ornaret. Iis ab Anglo miſſis, Britanniæ proceres ac nobiles indignati ſuam fidem ſuſpectam eſſe: & ſibi ante-
ferri Anglos: priuſquam illi appellerent, maturandum rati: H
vrbes, arces, & locorum muniriſſima, priores occupant. In eas anguſtias Dux redactus, patria excedens in Angliam traiecit. Ita ille Britanniæ Dux ſolū vertere coactus eſt: quod ſe ipſū & munia patriæ externis potius, quā popularibus, crederet.

Incredibile eſt, quanta celeritate Carolus VIII. Neapolitanum regnum propemodum ſine vlla militum jactura ſubegerit: & quanta lætitia Regem exceperint Neapolitani, longa, & durâ tyrannide aliquot regum defeſſi. Minimo negotio poterat rex, quamuis adoleſcens (ſi electos, & idoneos homines, quibus deſtitutus erat in conſilio habuiſſet) nobiliſſimum illud regnum in obſequio retinere: quando omnis vltro nobilitas ac populus deficientes ab auitis regibus, ſe in regis fidem ac clientelam tradebant. Maxima igitur erat omnium hominum gratulatio, ac lætitia propter depulſam à ſe tyrannidem. Sed tot ſecundarum rerum vbertimus prouentus breui ſpatio euanuit, magno Regis ac Reipublicæ detrimento. Quippe noſtri, repentina felicitate incautius & licentius vſi nobilitatem indigne tractare cœperunt: eos præſertim, qui Andegauenſis domus partes fouerant: à qua Rex

omnem

A [illegible] m, [illegible] acceperat. Deinde
R[illegible] ro la hab ta [illegible] næ nobilitatis, omnia
mun[illegible], omnes dignitates [illegible] ſſimque conſtituit
præfect[illegible] e quib' pler[illegible] nnulli etiã parum
[illegible]ona ſi ſe, rem adminiſtrabãt [illegible]s, quos offenderat,
[illegible]teros ad defectione impellẽtib[illegible] ruté regno illo excidit.
Multò etiam infelicius ceſſit G[illegible]: cum in Hiſpania de lo-
co, & virtute cum Hiſpanis certa[illegible]. Rex Caſtellæ Ioannes
Dionyſio, Luſitanorum Regi bellum illaturus petiit à Rege
Galliæ, cum quo ſibi fœdus arctiſſimum intercedebat; vt ſo-
cio arma ſecum iungeret. Si Galliæ Rex equeſtres pedeſtreſque
copias egregiè inſtructas in ſubſidium miſit. Illuc cum ve-
niſſent Galli: comiter à Rege accepti, ab eo ſummopere con-
tenderunt: vt in prima acie collocarentur: ibi ſe ante parta
decora noua gloria cumulaturos. At vero Caſtellani ægre fer-
re ſuam virtutem adeò Gallis deſpectui eſſe: vt locum ſibi de-
bitum præceptum irent. Indignando tamen, & querendo ni-
hil egerunt: Rex Gallos, vti voluerant, in fronte conſtituit.
B Itaque Caſtellani, cum diuiſis copiis victoriam hoſtibus non
difficilem, coniunctis, ſe hoſtibus pares fore poſſent exiſtima-
re: niſi ita inuidiáque occæcaſſent animos: victoriam nulla
ope adiuuare ſtatuunt. Irent Galli, & ſoli proſperæ pugnæ
gloriam, vel aduerſæ dedecus ferrent. Itaque à Gallis pugna
acriter cœpta, & primo concurſu adeò æquis viribus res geſta
eſt: vt ſi paulum modo anniſi eſſent ſocij, qui in vltima acie
erant: victoria in manibus eſſet: ſed à Caſtellanis de induſtria
ceſſatum eſt: & Galli propêmodum omnes, nullis ſubſidiis
fulti, vel in acie cæſi, vel capti ſunt. Sed multo maximè miſe-
rabilis fuit mille equitum clades: in quibus erant nouemdecim
Proceres. Nam cum Luſitani (à quibus illi capti erant) fuſis
Gallis nouum ſibi de integro prælium aduerſus poſtremam
aciem ſupereſſe cernerent: captiuos omnes interficere ſta-
tuunt: ne vel euaderent: vel auerſam ſuam aciem à tergo
adorirentur. Iugulatis captiuis, aduerſus integram Caſtellano-
rum aciem procedunt. Sed illi quoque dimidia quippe virium
parte detracta; facillimè oppreſſi ſunt. Niſi Gallos gloriæ cu-
pido intempeſtiua tranſuerſos egiſſet: vt ſupra indigenas ho-
C nore ſe attolli dignũ ducerent, tanta non accepta eſſet clades.

Alexander rex Epeiri, cum Italiam à Tarentinis accitus
eſſet: multáſque Brutiorum, & Lucanorum cepiſſet vrbes, du-
centos fermè Lucanorum exules circa ſe pro fidis habebat: vt
pleraque eius generis ingenia ſunt cum fortuna mutabilem
gerentes fidem. Nam cum ad ſuos ciues nuntios miſiſſent: pa-
cto reditu, promiſerunt, regem, aut viuum, aut mortuum in po-
teſtatem daturos. Itaque cum ad Acherontem amnem perue-
niſſet: cuius forte pontem ingens vis aquæ abſtulerat: cumque
incerto vado tranſmitteret: iam prope egreſſum, eminus veru-
to Lucanus exul transfigit. Lapſum inde cum inhærente telo
corpus exanime detulit amnis in hoſtium præſidia: ibi fœda
laceratio corporis facta. Hunc Alexander Epeirenſis, cum pe-
regrinæ fidei nimium crederet, triſtem euentum habuit.

Carolus Dux Burgundiæ poſtremus cum Noueſium fru-
ſtra oppugnaſſet: ita popularibus ſuis cœpit diffidere: vt eos
propemodum deſpiceret. Ex Italis autem circiter mille cata-
phractos euocauerat: iiſq; vtebatur etiam in obſidione Noue-
ſiana. Comitem verò Campobachium quadringentis equiti-
D bus præfecerat. Is quoniam Andegauenſis familiæ partes, quæ
bellum Neapoli geſſit, ſequebatur: proſcriptus, & omnibus bo-
nis exutus in Galliam ſe receperat: & honorificè exceptus fue-
rat à Carolo Burgundiæ Duce: & multi præterea cum eo Itali.
Ab eo autem in Italiam miſſus, vt equitatum cogeret, tum pri-
mum in itinere conuertit ſe ad clandeſtina conſilia. Quippe
regi Galliæ ſæpe pollicitus eſt: ſe vel capturum illum, vel inter-
fecturum, cum exercitum luſtraret: eóque nomine petebat vi-
ginti aureorum millia, & Comitatum aliquem, in Gallia idonei
redditus. Ad hæc ſi quando bellum committeretur: illo deſer-
to, ſe tranſiturum ad regem: modo ipſe conditiones inuicem
præſtaret. Eam improbitatem atque perfidiam rex ægre tulit:
& Fabritium inuitatus, omnia per Contarum Carolo enuntia-
uit. Ille, quia putabat hoc fieri captioſè, ei fidem non habuit: &
domeſticum proditorem multo maiori beneuolentia, quam
prius complectebatur. Præterea cum maximam in caſtris ad
Nanceium idem Campobachius authoritatem haberet, pro-
miſerat Lotharingo ſe moram illaturum obſidioni, & perfectu-
rum, vt ad oppugnationem neceſſaria deſiderarentur. Cumque
nobiles aliquot Lotharingi, & in iis prouincialis quidam Ci-
fronius, in oppidum obſeſſum conarentur ingredi: captus eſt
Ci[illegible] tanquam int[illegible] interprete vtebatur E
Campobachius ad Lotharingum, in iis, quæ clam cum ipſo
communicaret. Cifronium captum cum ſuſpendi iuſſiſſet Ca-
rolus: is nuntiari Carolo iubet: ſi ſibi cum eo remotis arbitris
colloquendi poteſtas fieret: quendam dicturum ei: quæ ad
ipſius ſalutem pertinerent. Tum fortè cum adeſſet Campoba-
chius, diligenter obſeruabat omnia metuens ne proderetur.
Carolus illum deprecandi ſupplicij cauſa colloquium petere
dixit: ſimul quid vellet iubet ſibi per alios nuntiari. Cifronius
ait, ſe nemini, præterquam ei ſoli dicturum. Cum perſiſteret in
ſententia Carolus: inter eundum multos ille obteſtabatur: vt
Principem monerent. Et flexerat aliquos: ſed hi denuò inter-
pellaturi Carolum excludebantur à Campobachio: qui pro
foribus cubiculi verſabatur: & aditu prohibebat omnes: affir-
mans mandatum eſſe Principis: vt è medio tolleretur: ſimul
præfectum cuſtodum vrgebat: vt acceleraret ſupplicium. Ita-
que ille ſuſpenſus eſt, ſummo detrimento Caroli. Sed Deo ita
viſum eſt: qui tenebras eiuſcemodi menti Caroli circumfudit:
vt ex proditoris Campobachij ſententia omnium deterrimum F
conſilium ſecutus, fortunam prælij periclitaretur: & in acie oc-
cumberet. Hic fuit exitus potentiſſimi Principis (cuius ditionis,
veluti ſpolia finitimi Principes inter ſe diuiſerũt) dum peregri-
nam, & inexpertam fidem domeſticæ, & cognitæ anteponit.

Gordianus Iunior cuius conſiliis Miſithei ſoceri vteretur
imperium feliciter belli domique adminiſtrauit. Quippe &
Perſarum rege ſummoto, Antiochiam, Niſibim, Carras, quæ
omnia ſub Perſarum imperio erant, recepit: effecitque vt Perſæ
qui iam in Italia timebantur, regni ſui ſe finibus continerent.
Sed rebus ita ſuper vota fluentibus, malus quidam genius in-
uidit. Nam magno & Reipublicæ, & Gordiani damno extinctus
eſt Miſitheus, optimus & ſapientiſſimus vir: in cuius locum
cum præfectus eſſet prætoriis cohortibus Philippus qui-
dam Arabs, & quidem humili genere natus: is ſtatim Gordia-
num imprudentem dolis & inſidiis captauit. Nam primum
naues frumentarias auertit: deinde in ea loca milites deduxit
vbi annonæ & commeatuum copia non eſſet. His ergo artibus
milites infeſtos illi reddidit: rumore etiam ſparſo, adoleſcen-
tem eſſe Gordianum, neque imperij capacem. Militibus fame G
iam ante victis facillimum fuit perſuadere quicquid vellet. Ita-
que militaribus ſuffragiis Imperium Philippo mandatum eſt:
iuſſumque, vt cum Gordiano, quaſi eius tutor, pari iure impe-
taret. Sed Gordianus Auguſtorum hæres, cum æquatum ſibi
imperium cum homine ignobili & improbo ægrè ferret: ſpe-
rans poſſe Philippo Imperium abrogari, proceſſit ad tentan-
dos militum animos. Sed eos Philippus adeo promiſsis & do-
nis onerat, vt ipſius toti eſſent. Ergo cum ob factionem Philip-
pi minus valet apud milites: petiit vt æquale ſaltem inter eos
eſſet Imperium: nec impetrauit. Deinde petiit vt loco Cæſaris
haberetur: neq; id obtinuit. Petiit etiam vt præfecti loco eſſet
Philippo: quod & ipſum negatum eſt. Vltimæ preces fuerunt:
vt eum Philippus pro Duce haberet, & pateretur viuere. Sed
cum ille cogitaret fieri poſſe: vt deferueſcente militum ira, po-
puli Romani & Senatus ſtudio Imperium reſtitueretur Gordia-
no: clamantem ante conſpectum adduci, ſpoliari & occidi
iuſsit. Quo facinore quid immanius, quid execrabilius vel in
extrema Barbaria perpetrari poterat? Erant iam Principes: &
eiuſcemodi peregrinis rerum ſummam & ſeipſos committant. H

Romani veteres (quorum ſapientia documento eſſe debet)
non modo peregrinos, ſed ne ſocios quidem ipſos, ac prope
conſanguineos Latini nominis in Senatum admittebant: im-
mo illis petentibus, vt Senatus æqua pars ex vtraque gente
eſſet, & conſociato Imperio alter Conſule Romæ, alter ex La-
tio crearetur: bellum, quam eam pacem, maluere: in qua
peregrinum Senatum, peregrinos Conſules, Romæ eſſent vi-
ſuri. Poſt cladem Cannenſem, qua Conſulares aliquot præ-
toriſque & Ædilitij & octoginta præterea Senatores cecide-
rant: cum maxima ſolitudo in curia eſſet: & tantum Senato-
rum aduerſæ pugnæ, ad hoc ſui quemque caſus, per quinquen-
nium abſumpſiſſent: de ea re M. Pomponius prætor ad Sena-
tum retulit. Tum Spur. Carvilius, cum longa oratione
non ſolum inopiam, ſed etiam paucitatem ciuium, ex quibus
in patres legerentur, conqueſtus eſſet: explendi Senatus cauſa,
& iungendi arctius Latini nominis pro magna re ſe ſuadere
dixit: vt ex ſingulis populis Senatoribus binis, quos patres
Romani cenſuiſſent, ciuitas daretur: atque in demortuorum
loca in Senatum delegarentur. Eam ſententiam haud æquio-
ribus animis, quam ipſorum quondam poſtulatum Latinorum,
patres

A patres audierunt: Et cum fremitus indignantium tota curia eſſet: & præcipue Manlius, eſſe etiam nunc ſtirpis eius virum diceret: ex qua quondam in Capitolio Conſuli minatus eſſet, quem Latinum in curia vidiſſet: eum ſua manu ſe interfecturum: Q. Fabius Max. nunquam rei vllius alieniore tempore mentionem factam in Senatu dixit: quam inter tam ſuſpenſos ſociorum animos incertámque fidem id tactum, quod inſuper ſolicitaret eos. Eam vnius hominis temerariam vocem ſilentio omnium extinguendam eſſe: & ſi quid vnquam arcani ſanctive ad ſilendum in curia fuerit: id omnium maxime tegendum, occulendum, obliuiſcendum, pro non dicto habendum eſſe. Ita eius rei oppreſſa mentio eſt: ſed ex eo maxime aduerſo rumore Caruilius fuit: quod peregrinos in Senatum inducendi auctor fuiſſet.

Sed quid veterum Romanorum Exempla obſoleta æuo quærimus? minimæ hodie quæque ciuitates pari modo ac iure Rempublicam ſuam adminiſtrant. Venetiis equidem, Genuæ, & in aliis Italiæ liberis vrbibus, Argentorati; Norimbergæ, B Auguſtæ, Francfordiæ, Magdeburgi, inq; aliis Germaniæ ciuitatibus, & tredecim Heluetiorum plagis, non hic religioſiſſime obſeruatur: ne ad munia Reipublicæ peregrini admittantur. Immo plerique aduenis apud ſe habitandi poteſtatem non faciunt. Durius id quidem fortaſſis & inhumanius: quando φιλοξένιαν Deus toties commendat, & eò nos naturâ ducimur.

Lex Salica (quæ in Gallia & Germania obſeruatur) non tantum ſcripta eſt ad mulieres regni hæreditate arcendas: ne videlicet propter infirmitatem conſilij, ſummum Imperij obtineant, quippe in maribus ſæpè par eſt indignitas. Sed ob id potiſſimum lata videtur: & perpetuo omnium ætatum vſu confirmata; ne per connubia & affinitates peregrini ad regni ſucceſſionem ſibi aditum facerent. Intolerabilius enim multo eſſet Gallis externi Regis imperio ſubiici: quam Gallicæ ſtirpis Reginæ, adeo peregrina dominatio Gallis inuiſa eſt. Deinde latius ſerpit hoc malum. Nam Princeps externus ſuos honoribus augere, quam indigenas mauult, & ea re offenſis popularium animis, turbæ, ſeditiones, bella naſcuntur. Quæ non tantum Reipublicæ detrimento, & populi ſanguine, ſed etiam C ipſius Principis nonnunquam pernicie expiantur.

Inſigne & domeſticum eius rei exemplum Annales noſtri ſuppeditant, in anno 607. Brunechildis, Hiſpana mulier, Galliæ Regina vidua Longobardum quendam, Protadium nomine, quem in deliciis habebat, Palatij magiſtrum ſeu Præfectum (id eſt, totius regni procuratorem) conſtituit. Is vbi videt eò ſe Reginæ gratia prouectum, Principes & proceres regni præ ſe deſpicere, atque vltra variis artibus ludificari cœpit. Tum inexhauſta auri cupidine ardens, manubiis & rapinis miſeros Gallos adeo exercuit, vt nobilium iuxta ac plebis odio flagraret. Eo forte tempore Theodebertus & Theodoricus, Brunechildis filij, de imperio & opibus certabant, quos in concordiam redigere proceres, vtriuſque vaſalli, ſumma ope cum niterentur, Protadius obnixè impediebat. Itaque cum illa jactura vnius aduenæ, qui vnus pacem morabatur, bellum inteſtinum finire, quam tot viros nobiles mutuis ſeſe cladibus atterere, ſatius ducerent. Protadium obtruncant. Huius Longobardi exitus, Longobardis, qui hodie Galliam pro libidine verſant, ſi ſana mens eſſet, documento eſſe poterat.

D LVDOVICVS Pius, Caroli Magni filius, regij Præfecti dignitate Bernardum quendam, Hiſpanum, ornarat. Quem immodice ſeſe efferentem, cum tres Regij adoleſcentes, Lotharius, Ludouicus, Pipinus, impatientes æmuli, ferre non poſſent, in ipſum Regem & patrem iram conuertunt. Itaque coniurati aduerſus patrem filij captiuum Ludouicum, ad Sueſſiones ductum, abdicare ſe Galliæ regno, & Germaniæ Italiæque imperio, coëgerunt. Sed eum Galliæ & Germaniæ proceres ex S. Marci Sueſſionenſis monaſterio eductum, in quo abdicato magiſtratu, velut in cuſtodiam, conditus erat, filiis cum patre in gratiam reductis, priſtinæ libertati & dignitati reſtituerunt. Verumtamen tantum diſcrimen dedecuſque nunquam adiiſſet nobiliſſimus Rex atque Imperator, niſi nimia facilitate & imprudentia lapſus, peregrini hominis faſtigium ſupra populares & indigenas extuliſſet.

Martinus Bellaius, [illegible] rerum præſtantiſſimus, *Comment. lib.* [illegible] Galliis regnante, rebus Galli[illegible] trimenti à peregrinis, qui ab ipſo ad [illegible] ab vlla vi, aut alia cauſa. In iis autem præcipue numerat [illegible] ſcopum Leodienſem, Principem Aurengium, Marchionem Mantuanum, Andream Doriam Genuenſem, Hieronymum Moronem (qui Mediolanenſes ad defectionem impulit) & aliquot item alios. In ſumma, Officia perraro in Galliis ad peregrinos delata legimus, niſi quod paucis abhinc annis, ad ampliſſima quæque aſpirare iuſſi, in quodlibet altum faſtigium neſcio qua arte irrepſerunt. Nam olim Centurionatus fortè illis, & Tribunatus militum mandabantur, vt eo nomine plures in ſuis terris milites Regi ſcriberent. *Antimachiauellus lib.* 1.

* MERITA EXTERORVM.

Apud pleroſque demerita & Inuidia ſubiecta.

XANTIPPVS miſſus à Lacedæmoniis, vt opem ferret Carthaginenſibus, qui à M. Attilio Regulo maximas clades acceperant, cum feliciter viciſſet Romanos exercitus, & Martum ipſum ſuperatum prælio viuum cepiſſet, bello confecto, F domum rediit, metuit enim ne apud gentem peregrinam propter ſucceſſus in odium veniret. *Valerius Max. lib. 9. c. 6. pag. 785. ita de eodem refert.* Verum vt ipſum fontem perfidiæ contemplemur, Carthaginéſes Xantippum Lacedæmonium, cuius optima opera primo bello Punico vſi fuerant, & quo iuuante Attilium Regulum ceperat, ſimulantes ſeſe domum reuehere, in alto merſerunt. Quid tanto facinore petentes? anno victoriæ eorum ſocius ſupereſſet? Exſtat nihilominus, & quidem cum opprobrio, quem ſine nulla gloriæ jactura inuiolatum reliquiſſent.

Militauerat exercitus Sarracenicus apud Heraclium contra Perſas. Et quia ſtipẽdia nõ dabãtur: defecit ab Heraclio. Aiunt & contumeliâ irritatos eſſe: cum Heraclij Quæſtiores dixiſſent: ſe vix poſſe Romano & Græco militi ſtipendia dare: nec tantum ſe habere pecuniæ: vt huic canum turbæ ſatisfacerent.

Lacedæmonij bello, quod gerebant cum iis qui erant Ithomæ, in longum eunte, euocauerunt cum alios ſocios, tum vero Athenienſes, provt & ierunt, Cimone duce non exiguis cum G copiis, ob id autem maximè euocati, quod præcipui videbantur in pugna murali, quodque conſtabat, diutina in obſidione iſta re opus eſſe, atque ita vi oppidum capi poſſe. Quod & fuiſſet, verum ex hac primum expeditione inter Lacedæmonios Athenienſéſque diſſenſio palam facta eſt. Lacedæmonij enim cum oppidum vi non caperent, reformidarunt Athenienſium tum audaciam, tum ad res nouandas animum: ſimúlque ſuſpicantes, ne quid peregrini, ſi permanerent, ab iis qui Ithomæ erant, ſolicitati, molirentur noui; ſolos omnium ſociorum dimiſerunt ſuſpicione diſſimulatâ, tantum negantes, ſe illorum opera amplius egere. Athenienſes haud neſcientes, non ſe meliore cauſa miſſos fieri: ſed ſuſpicione aliqua, grauiter acceperunt: nec ita de Lacedæmoniis meritos ſe eſſe exiſtimantes, vt iſta paterentur, cum primum reuerſi ſunt, ſocietatem ſoluerunt cum Lacedæmoniis Medico bello contractam, inieruntque eam cum Archiuis illorum hoſtibus: & inter vtroſque aduerſus Theſſalos quoque ictum eſt fœdus. *Thucydides libro* 1.

De Alexandro Farneſio Parmæ Principe, & Belgicæ noſtræ Prorege fortiſſimo, ac vero ſui ſæculi & Belgici ſoli Alexandro, notiſſimum eſt, quam parum fauoris & beneuolentiæ H pro tot exantlatorum laborum meritis apud Hiſpanos detulerit, ſub vitæ & imperij occaſum. Sic vt factione quorundam maleuolorum, apud Catholicum Regem improbè traductus, pro trophæis quæ maxima ei competebant, tot tantiſque cum in Gallia, tum in Belgio victoriis relatis; ſummam indignationem contra ſe ſe expertus fuerit. Cæterum vt naſcenti, ita in ſummo rerum faſtigio poſitæ illius Fortunæ omnis Inuidia impar fuit. Siquidem prudentiæ fortitudiniſque illius ſplendor vitæ finem, & gloriæ perennitatem dedit: eiuſque memoriam inter maximorum heroum imagines Vrbs vrbium Roma, erectâ eidem in capitolio ſtatuâ; conſecrauit. Eius vero Epitaphium honorarium require *inter Epitaphia Principum & heroum.*

Finis Litteræ E.

THEATRI VITÆ HVMANÆ,

AVCTORE LAVRENTIO BEYERLINCK, ARCHIPRESBYTERO ANTVERPIENSI,

Littera F.

* *Aſteriſci Titulis ſiue Generalibus, ſiue ſecundariis, Rebuſve ſub iiſdem contentis præfixi; poſterioris Auctarij ſunt indices.*

* FABRILIS ARS.

Quis primùm invenerit?

FABRILIS ARTIS inuentionem, & primum vſum, ſacræ Litteræ attribuunt Tubalcain, filio Sellæ & Lamech, de quo ita Moyſes: Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber, in cuncta opera æris, & ferri. Hebræa ad litteram dicunt: Qui fuit acuens, hoc eſt expoliens omnia opera
B æris, ferri. *Geneſ. cap. 4.*

Reliqua petantur ex loco de Artibus Mechanicis.

* Fabula.

QVID, ET ACCEPTIO NOMINIS VARIA.

FAbula à fando dicta, μῦθ☉ Græcè, ſermonem de re peruulgatâ vulgari acceptione ſignificat. Accipitur communiter pro narratione rerum, quæ nec veræ ſunt, nec veroſimiles, ad delectationem, & vtilitatem inuentâ. Sic
C hanc vocem *Horatius* vſurpat *in Serm.*

Quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur.

Cæterùm Fabularum quædam ſunt ex ſuo genere velut ridiculæ, merum figmentum proponentes, at ſimul ſub eo morale aliquod dogma tenẽtes, quales ſunt Fabulæ Æſopo Phrygio adſcriptæ, quamvis ille eas ab Heſiodo mutuauerit, & dicuntur Apologi. Aliæ ſunt quæ ſub nomine Comœdiarum, & Tragœdiarum circumferuntur: & varia ſortiuntur nomina pro habitu & qualitate perſonarum, quæ
D in iis introducuntur. Secundum varia argumenta quæ per Fabulas proponuntur, varietatem ſuam etiam habent. Quædam enim naturæ opera ſub allegoriis continent: aliæ humanarum calamitatum ſolatium, aliæ terrorem adferunt, vel depellunt.

Apud authores ſecularium literarum, vt apud Horatium, mus loquitur muri, & muſtela vulpeculæ, vt per narrationem fictam ad id, quod agitur, verax referatur ſignificatio:
vnde & Æſopicas fabulas ad eum finem relatas, nullus in-
eruditus fuit, qui putaret appellanda mendacia hæc in ſa- B
cris libris, vt in libro Iudicum, quum ligna ſibi regem fe-
runt, & loquuntur ad ficum, & ad vitem, quod totum fingitur: ficta quidem narratione, ſed veraci ſignificatione hæc dicuntur. *Aug. de contr. mendacium.*

Fabula etſi vim veritatis non habeat; tamen rationem habet, vt iuxta eam poſſit veritas manifeſtari. Referunt, inquit, ſeculares virum quendam fuiſſe, vt quoties beneficio virium ſuarum deſtitutus, amicam & nutricem terram impulſu aduerſarij contigiſſet, de ſolo ſurgens magis in adverſarium præualeret, & ſic occaſio proſtrati, occaſio fiebat triumphi. Dabat infirmitas fortitudinem, lapſus palmam, ruina victo-
riam. Cui hæc conueniunt, niſi Chriſto, qui ad hoc cecidit, F
vt glorioſior reſurgeret? *Amb. lib. 3. de offic.*

QVARE INVENTÆ.

Fabulæ non ſunt res factæ, ſed tantum modo loquendi dictæ: quæ ideo ſunt inductæ, vt ficto animalium mutorum inter ſe colloquio, imago quædam vitæ hominum naſceretur. Sicut mus loquitur muri, muſtela vulpeculæ, & in libro Iudicum, ligna ſibi regem requirunt: quod totum ad mores ordinatur, vt ad rem, quæ intenditur, ficta quidem narratione, ſed veraci ſignificatione, perueniatur. Sic enim *Demoſthenes in quadam oratione* vſus eſt fabula aduerſus Philippum:
qui ab Athenienſibus poſtulauit decem oratores, & ille fin-
xit fabulam. Lupi ſuaſerunt paſtoribus, vt in amicitiâ con- G
uenirent: cúmque hoc paſtoribus placuiſſet: petierunt lupi, vt prima ſibi vice ſecuritatis canes traderẽt, in quibus videbatur occaſio iurgiorum: annuerunt paſtores, & tunc lupi omni adempta formidine, omnem gregem non ſolum pro ſocietate, ſed etiam pro libidine lacerauerunt. Sic, inquit, Philoſophus, ſublatis oratoribus in populo Athenienſium facturus eſt. Oratores populi poſtulat, quo facilius poſſit opprimere ſpoliatam cuſtodibus vrbẽ. *Iſidor. lib. 1. Etymolog.*

De hac re, & Fabularum energiâ, hæc ſcripta
reliquit H

PHILOSTRATVS: Interrogante ſocios Apollonio. An vobis aliquid ſermo fabuloſus eſſe videtur? Et profectò reſpondit Menippus, hunc enim laudant & ſequuntur Poëtæ. Æſopum verò quid eſſe cenſetis? Poëtam, inquit ille, planè fabuloſum. Qualnam verò è fabulis ſapientes eſſe putatis? Certè inquit Menippus, quæ poëtarum ſunt, quæ cum factæ non ſint, tamen vt factæ decantantur. Æſopi verò inquit

Ap. quales vobis videntur eſſe fabulæ ? Ranæ, inquit Me-
A nippus, & aſini, atque eiuſmodi nugæ, pueris aniculiſque obtrudendæ. Ego verò, inquit, Ap[illegible] datiores ad ſapientiam cenſeo Æſopi quam cæterorũ fabulas. Quæ enim de heroibus confictæ ſunt, de quibus tuta eſt materia Poëtarum, audientium aures corrumpunt, illicitos ac nefandos eorum amores referentes, ceu fratrum, vel ſororũ nuptias, & in Deos calumniam, & filiorum eius; atque illi [illegible] tales aſtus, & mutuas altercationes. Hæc enim cum veluti geſta proferantur à Poëtis, homines ad amorẽ & zelotypiam inducunt, diuitiarúmque ac regni cupidinem, ad quæ fabulæ incitant. Æſopus autem ſapientiæ cauſa primo quidem talia dicentes non eſt ſecutus, ſed viam quandam propriam adinuenit. Deinde, tanquam ij qui viliotibus cibis pulchrè conuiuas excipiũt, ex rebus paruis magna quædam intelligi facit, & fabuloſo ſermone prupoſito, ex ipſo quid agendum ſit, aut non agendum, oſtendit. Quapropter veritatem magis etiam quam cæteri Poëtarũ videtur attingere. Illi namque quaſi per vim probare nituntur vera eſſe quæ à ſe dicantur: iſte verò ſermonem præponens, quem ita, vt eſt, fa-
B buloſum eſſe quiſque nouit, aliquid vere dictum de rebus non veris eſſe demonſtrat. Præterea Poëtæ cum ſuam narrauerint fabulam auditoribus, vera necne ſit, inquirendum relinquunt. Is verò ſermonem falſum quidem referens, & morum præcepta ex eo trahens, alicuius vtilitatis cauſa loquendi falſitate ſenſum eſſe demonſtrat. Illud inſuper in Æſupo eſt, quod res orationis expertes loquentes inducit, & quæ ſeriò ab homine agenda ſunt operantes, quibus homines à pueritia aſſueti, atque ab incunabulis ipſis enutriti, opiniones aliquas iam inde ab initio de ſingulis animalibus concipiunt, vt ſint eorum quaſi quædam regalia, quædam ſtolida, quædam verſuta, quædam ſimplicia, *l. 5. c. 5.*

Etiam audiendus Phœdrus *lib. 2. de præfatione.*

Exemplis continetur Æſopi genus,
Nec aliud quidquam per fabellas quæritur,
Quam corrigatur error vt mortalium,
Acuatque ſeſe diligens induſtria.
Quicumque fuerit ergo narrandi iocus,
Dum capiat aurem, & ſeruet propoſitum ſuum,
Recommendatur, non auctoris nomine.

Idem Phœdrus, *lib. 3. præfat.*

Nunc fabularum cur ſit inuentum genus
Breui docebo, Seruitus obnoxia,
Quia quæ volebat non audebat dicere,
Affectus proprios in fabellas tranſtulit,
C *Calumniamque fictis eluſit iocis.*

Igitur Fabulæ neceſſariæ & perutiles ſunt, vt ſint imbecillitatis noſtræ velut adminicula, & vt dicentẽ, & audientem in rem præſentem adducant. Eſt enim veri repræſentatio Fabula: & vt Democrates medicus Conſidiæ mulieri omnem curationem auſteram recuſanti, lac caprarum, dedit, quas lentiſco paſcebat, ſic iis qui prorſus à tetricis Philoſophiæ præceptis abhorrent, amœniores fabellæ proponendæ; ſed quæ doctrinã moralem occultent, & ingenerent.

VSVS APVD AVCTORES SACROS.

In hiſtoria ſacra *Iudicum c. 9.* legimus, Abimelech filium Ierobaal, poſtquam occiſis LXX. fratribus ſuper lapidem vnum, conſtitutus eſſet Rex in Iſraël, Ioathan fratrum minimus, qui abſconſus in aliorum cæde fuerat, ſteterit in vertice montis Harisim, eleuatáque voce clamarit, & apologũ de arboribus adhibuerit, adduxeritque oliuã, vitem, Rhamnum, & plura alia, vt conſtituerent ſuper ſe regem: eáque ratione viris Zichem inſinuauit, quam malè feciſſent, cõſtituendo ſuper ſe Abimelech Regẽ, & occidendo fratres ſuos.
D Amaſias quoq; miſit nuncios ad Ioas Regem, qui dicerẽt: Veni, & videamus nos. Verum remiſit Ioas ad Amaſiam Regem Iuda, dicens: Carduus Libani miſit ad Cedrum quæ eſt in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem: tranſieruntque beſtiæ ſaltus quæ ſunt in Libano, & conculcauerũt carduum. Percutiens inualuiſti ſuper Edom, & ſubleuauit te cor tuum: contentus eſto gloria, & ſede in domu tua: quare prouocas malum, vt cadas tu, & Iudas tecum *4. Reg. c. 14.*

Fabellæ etiam cuiuſdam ſimilitudinem adduxit corã Dauide Nathan Propheta, qua admiſſi ſceleris magnitudinem oculis ſubiecit; dum nempe propoſuit illũ, qui viri pauperis ouem maximè dilectam occiderat: quem proinde Dauid virum mortis, ac ſub eo ſemetipſum dignũ morte pronuntiauit. *2. Reg. c. 12.* neque enim ad conſtituendam fabulã neceſſario adhibendã res inanimatæ, quibus functiones animales attribuantur. Veteres quoque Eccleſiæ Doctores nonnunquam Apologorum inuolucris doctrinam, quam [illegible] intendebant, obuoluerunt, eoſque vtiliter adhibuerunt. ita *D. Hieronym. lib. 1. epiſt. ad Saluin. & Marcell. Auguſt. lib. 3. cont. Academicos c. 3. & lib. cont. mendacium c. 13. D. Baſilius epiſt. 8c. ad Euſtathium medicum*, & alij.

PROFANOS.

Æſopi Apologi commendantur paſſim à facilitate, & moralium dogmatum tegumento, eſtque eorum frequentiſſimus vſus. Prodière in lucem ſolutã, & ſtrictã oratione, adiuncto cuilibet ſuo morali. Laudant eos, *Quintilianus lib. 1. c. 14. Ariſtot. lib. 2. Rhetor. c. 20. Aphthonius in Progymnaſmat.*

Apud Platonem in Phædro, Socrates inducitur confitẽs, quod multas illius fabulas [illegible] ſenior memoria retineret.

Apud Laërtium Demetrio Phalereo λόγων Αἰσωπίων συναγωγαὶ, inter ipſius opera præclara tribuuntur.

Suidas verò cùm eum laudaſſet, dicit adeo gratum extitiſſe diis, vt magnorum Heroum inſtar ab inferis fuerit reuocatus. De Æſopi laudibus, & laudatoribus legatur *Serarius in c. 9. Iudic.* Selectiores omnium veterum Poëtarum fabulas velut in vnum faſciculum redegit Ouidius 15. Metamorphoſeon libris, & ſub iis velut imaginibus humanas res il- F
luſtrauit, & depinxit. Vt in quibus perfectè fieri, quod Poëtis Horatius adſcribit; dignoſcitur:

Aut prodeſſe volunt, aut delectare Poëtæ:
Aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitæ.

Quod multis argumentis deducit *Iacobus Pontanus in libello quem* [illegible] inſcripſit. Illuſtrauit autem eas fabulas Georgius Sabinus Poëta.

FABVLÆ IVDÆIS VSITATÆ.

Iudæi nonnullas Fabellas velut per traditionem habent, quibus Chriſtianos intendere vetat *S. Paulus 1. ep. ad Timot. c. 1.* iiſq; illi velut excæcati inflabãtur, & ſuperbiebãt, ideóque eas vocat Paulus, Iudaicas inflationes. Talis fabula erat quam ex S. Auguſt. Beda cõmemorat. Adamum duas habuiſſe vxores, è quibus Iudæi texunt genealogias interminatas. Talis eſt de boue & Cerocreatis initio mundi, tantúmq; illum eſſe, vt quotidie mille montes depaſcatur: eóſq; ſeruari in aduentũ Meſſiæ, vt cum eo ex illis epuletur. Tertia, quod tẽpore Meſſiæ Iudæa proferet panes coctos, veſtéſq; ſericas cuilibet Iudæo accommodatas. IV. Quod Deus quotidiè lacrymã emittat, quod permiſerit ſuam gentẽ exſcindi. Et alia his ſimilia. Vt de Og Gigante, cuius vnum pedem commiuiſcuntur fuiſſe CXX. cubitorum Giganteorum, lectúmque eius facile leucã occupaſſe, pluses collegit Sixtus Senenſis. G

MAHVMETANORVM.

In Libro Religionis Mahumetanæ, quem Curaam vocãt, plura reperire eſt commenta, & deliria fabularum, quibus inneſcantur illius ſectæ, & impietatis ſectatores. Imò vix vllum præceptum habent quod non nitatur alicui figmento, v.g. præceptum habent de non occidẽdo, atque illam malitiam a Cain irrepſiſſe in mundum docent: ſed addunt, ipſum Cain fore primum, qui in infernum protrudetur in die iudicij, cúmque alios homines ſecuturos: Item Deum maledicendo Cain, ſimul omnibus homicidis maledixiſſe.

Auaritiam quoque deteſtantur, & de ea fabuloſam hanc narrationem tradunt. Aiunt Moyſen in monte Sina à Deo reuelationem accepiſſe, ut ſi ſcire vellet quem hominẽ maximè Deus deteſtaretur, primam ciuitatem, quæ occurreret, intraret, atque in ea caſam cuiuſdam Eremitæ Bauſexxam dicti, qui aſſiduè legeret; & decimo quoque die in publicum prodiret. Ab eóque Moyſen edoctum fingunt, auaritia nullum Deo magis deteſtabile vitium exiſtere.

Circa peccatum Gulæ aliam fabellam habent, de Eremi- H
ta, qui cum herbis nimium ſe ingurgitaſſet, à Satana correptus fuerit, & in plura mala inciderit.

Acediæ vitium ex otio diabolico autumant profectum: & referunt fabulam de Rege, qui vixit tempore Mahometis. Hic enim cum animũ ignauum paſceret delicijs, fortè Angelum per tecta volitare humana ſpecie vidit, percontantíque cauſam quid ibi rerum ageret, ille ſe curam gerere Camelorum ſuorum, quos perdiderat, reſpondit. Cúmque hic diceret perperam & ſtolidè eos perquiri in tecto, ac proinde furum potius eſſe, aut latronum iſtiuſmodi diſcurſum, & aſcenſum per faſtigia tectorum, abſque ſcalarum adminiculo: Protinus ille, multo difficilius ait tibi fuerit ſine alis in Paradiſum euolare, atque his dictis diſparuit. Tum Rex ſecum quæ audiuerat & viderat animo perpendens, oſcitantiam excuſſit, & in munere ſuo ſedulum ſe præſtitit.

Circa

A Circa defunctos anilia hæc figmenta obtrudunt, cadaueri in tumulū illato ſtatim adeſſe binos Angelos,quorū alterum Nec[illegible],alterum Remonchir nominant,qui manu ardētes faces vibrent,& mortuū de vita anteacta examinēt,pro meritis vel demeritis pœnam infligant,vel præmium promittant.

Neq; magis ſeria quæ de reſurrectione mortuorum ad vocē buccinæ,quam Iſraphil Angelus inflaturus eſt,facienda: Item de animarum in Paradiſo felicitate,quam in ſelectiſſimarum conjugum libero & perenni vſu collocant vel maxime, fingunt.Fabulantur autem Moyſen,Chriſtum, & Mahometem, in Iudicio comparituros,& quemlibet ſub ſuis ſignis collecturum eos, qui legem eorum ſeruauerint. Cæteros omnes æterno exitio multādos,pœniſq; inferni,quas fingunt atrociſſimas,cum ignis, tum tranſitus difficillimi per bina montiū fauces,pontis denique è ferro acutiſſimo cōſtructi,quem Draco cuſtodiat,tranſmeationem, & eiuſmodi figmentorum infinitus apud eos eſt numerus. Legat Lector qui plura deſiderauerit: Philippum Lonicerum *de rebus Turcarum.*

Faceti, Facetiæ.

Conſule Tit. de Vrbanitate. Ibi Faceti varij, puta populi Principes, plebei. Item qua occaſione faceti, &c.

B

* § DEFINITIO ET ETYMOLOG.

FAcetia, Gr. εὐτραπελία, & εὐτράπελος, facetus dicitur. Eſt autem facetus,qui facit verbis quod vult,dictus à facio, vel,vt aliquibus placet, à fando,vnde facetiæ. Vel ſic.

Facetus eſt elegans in dicendo,& delicias,& diuitias quaſdam ſermonis habens,quæ facetiæ dicuntur,vnde facete aduerbium,hoc eſt,exculte,eleganter,vrbane.

§ APOPHTHEGMATA ET EXEMPLA ETHNICA.

CRATES à magiſtratu obiurgatus,quod contra leges& cōſuetudinē Atheniēſium ſindone veſtiretur,ait:Quid ſi Theophraſtum vobis oſtendam ſindone amictum? Adduxit igitur eos in tonſtrinam,oſtenditque Theophraſtum,qui tum forte tondebatur,linteo amictum,quod Græci à contegendis humeris ἐπωμίδιον vocant, ſubmonens faceto reſponſo,omnibus, ad vſum vti licere.Turpe enim ac inhoneſtum ſi eſſet vti linteis,ne in tonſtrina quidem vſus eſſet. *Laërt.lib.7. c.5.*

ARISTIPPO philoſopho cum probroſe obiiceretur à quodam, quod haberet Laïdem meretricem. Quid tum ait, ſi modo non habeor à Laïde? *Cic.*

C Socrates, Cuidam dicenti, Antiſthenem philoſophum matrem Threicia natum eſſe; patre autem non tam barbaro,ſed Athenienſi:Quid,inquit,an tu putas virum adeo præclarum ex vtroque parente Athenienſi naſci potuiſſe? Facete vir ſapientiſſimus notavit corruptos Athenienſium mores, indicans potius è Thrace, Scythaue naſci poſſe virum ac præclarum,quam ex Athenienſi:& hoc igitur quod habeat virtutis Antiſthenes, matri Hybridi potius aſcribendum,quam parenti. *Laert. in eius vita. Eraſm. lib. 5. apophthegm.*

Alcibiades Socrati miſerat munus præclarum. Id quum Socrates videretur recuſare, Xantippo diſſuaſit, aſſeuerans domum eſſe magnificum & indignum quod reſpueretur.Tum Socrates: Alcibiades,inquit,hæc mittit ambitioſè, & nobis noſtra eſt ambitio. Sentiens, interdum eſſe magnificentius magna contemnere,quam magna largiri. *Eraſ. lib.apoph.*

Quum Alcibiadi Athenienſi balneator plurimum adminiſtraret aquæ,Lacon id videns: Quid hoc rei eſt? inquit;plus
D aquæ infundit quaſi non puro,ſed vehementer ſordido.Hoc ſcommate notauit Alcibiadis vitam,multa infamia contaminatam. *Plut. in Lacon.*

Subito oborto ſolis defectu,cum Pericles Atheniēſis videret alios multos,ſed præcipuè claſſis gubernatorem,vehemēter perturbatos,chlamyde ſua texit gubernatoris faciem,interrogauitque,Nunquid hoc horrendum oſtentum exiſtimaret?illo negāte:Quid intereſt,inquit,igitur,niſi quod chlamyde maius eſt,id quod huc tenebras inducit?Senſit vir prudēs, interuentu lunæ nobis abſcondi ſolem,quemadmodū oppoſita chlamys impediebat aliorum aſpectum,nullum autē eſſe oſtentum, quod natura fit. *Eraſ.l.5. apoph.Plut. in Græc.apoph.*

PORRON cum ſororem Philiſtiam vehementer obiurgaſſet,male audiuit eam ob cauſam,quod oblitus eſſet ſuæ profeſſionis(docebat enim omnia eſſe indifferentia.) Verùm maledicentium improbitatem ſic eluſit,cum diceret. In muliercula non declarari indifferentiam. *Laert. lib. 9. c.11.*

DIOGENES ad puerum ſpurium,ex meretrice natum, lapillos iacientem in populum:Caue,inquit,Diogenes,ne patrem E
feriās, Erat enim è ſcorto natus atque ob id incerto patre. *Laert. lib. 7. cap.2.*

Idem,cùm furem purpuræ comprehenſum vidiſſet,carmen Homericum in eum detorſit; ἔλλαβε, inquit, πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

Id eſt.

Te mors purpurea apprehendit, violentáque Parca. Laërt.

Idem, aliquando ſtipem poſcens, ita ἐρανάρχην, id eſt, eum qui ſtipi erogandæ erat præfectus,Homerico carmine compellauit.

Τοὺς ἄλλους ἐνάριζ' ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

Id eſt;

Diſpolia reliquos teneas, ſed ab Hectore dextram.

Dicti autem huius feſtiuitas in hoc eſt,quod pro ἐράνιζε dixit ἐνάριζε: quorum prius eſt,da ſtipem:alterū,armis ſpolia,ſe Hectoris nomine ſignans. Spoliat autem,qui munus denegat pauperi & egenti.Et ſolet hoc hominū genus eſſe furax.*Ibid.*

Idem,cùm hominem,qui in Olympiacis certaminibus ſubinde pugnare ſolitus erat,inueniſſet,oues paſcentem: Quam celeriter,inquit,vir fortiſſime,ab Olympiis ad Nemea te cōtuliſti? Alluſit autem quam facetiſſimè ad vocum affinitatem: νέμεα quippe certamina à loco dicuntur, vt Olympia. Νέμω, F
verò Græcis paſco ſonat; & νομὸς paſcua. *Laërt. l.6.c.2.*

Idem Corintho vendendus, interrogante præcone, quidnam calleret?reſpondit,Hominibus imperare.Riſit præco,& Magnum (dixit) artificem vendo, ſi quis ſibi dominum velit emere. *Stob. ſerm. 1. de Prudentia.*

Idem videns vetulam quandam nimis compte incedere: Si,inquit,ad viuos properas, falſa es: ſi ad mortuos,ne cunctare. *Ant. p.2. ſer.18. Meliſſa. Max. ſer. 41.*

ALEXANDER ſenem quendam capillos inficientem intuitus, Noli inquit,capillos tingere, ſed genua hæc incurua potius, vt facilius & promptius eas. *Max. ſer. 41.*

Quidam aſpiciens Lacedæmonium quendam claudum ad bellum exeuntem, cum ei equum veluti debili neceſſarium quæreret: non intelligis,inquit Ageſilaus,in bello opus eſſe qui fugiant, ſed qui loco maneant. *Plut. in Lac.*

Idem jam ſenex, perſæpè ſine calceis & tunica prodibat in publicum,cum lacera veſte,idque matutino tempore hyemis. Cum autem quidam eum obiurgaret, quod puerilius ageret quam ætatem deceret, reſpondit, Iuniores ciuium, ſi veſtem virilem induam, omnes oculos in me conicient. G
Ælianus lib. 7. de var. hiſtor.

Idem ex Aſia diſcedens, aiebat ſe triginta ſagittariorum millibus à rege Aſiā depelli, tot enim Daricorum aureorum millibus (Perſarum autem hi nummi aurei ſagittarium habebant inſculptum) Athenas ac Thebas deportatis,ac in plebis moderatores diſtributis,Timocrates effecerat,vt populus hoſtilem animum aduerſus milites ſuſciperet. *Plut. in Lac.*

MENECRATES quidam medicus; cum forte ægrotantes aliquot liberaſſet à morbis,ſibi Iouis nomen inde adſcribi paſſus eſt. Tandem vero epiſtolam ad Ageſilaum regem ſcribēs,eam ſic exorſus eſt:Menecrates Iupiter,Ageſilao regi ſalutem. Verum rex cum hominis ſtultitiam eſſet admiratus, hunc in modum reſcripſit: Rex Ageſilaus Menecrati planè ſanitatem. Facetè admonuit hominem, cui mentis ſanitatem planè deeſſe putabat, qui homo cum eſſet, Deorum nomen ſibi adſcriberet. *Plut. in Lacon.*

DEMONAX rogatus,an Philoſophus etiam placentis veſceretur? Quid, inquit,num putas apes ſtultis tantum mellificare? Placentæ melle condiebantur, ſacchari vſu nondum reperto. *Eraſm. lib.7. in apophthegm.* H

Idem quum videret Athenienſes hoc agere, vt Barbarorum exemplo gladiatorum ſpectacula in vrbem inducerent: nolite,inquit, ô canes, iſtam crudelitatem prius admittere in ciuitatem veſtram,quam Miſericordiæ aram ſitis demoliti. Significans non conuenire, in ea ciuitate in qua miſericordia pro Dea coleretur ſpectari pluſquam ferinam crudelitatem. *Eraſm. lib. 8. apophthegm.*

CLEOMENES, Argiuis profitentibus ſe prioris conflictus fortunam, in qua victi fuerant, iterato prælio ſarcire velle: Demiror, inquit, ſi duarum ſyllabarum acceſſione facti eſtis meliores,quam eratis prius. Verum hujus dicti argutia Latinè reddi non poteſt. Græcis enim μάχεσθαι pugnare eſt ἀναμάχεσθαι verò redintegrare pugnam. *Plut. in Lac.*

A Lacon quidam Gymnaſiarcham ligna ἄκαπνα exhibentem, faceтiſſimo ioco incuſauit, dicens; quod per eum ne lachrymas quidem illi effundere daretur. Fumus quippe mouet lachrymas. Acapna autem ligna inde dicta ſunt, quod fumo careant. *Eraſm. 8. apoph.*

Lacon quidam quotidie conuiuantē quendam, plagiarium ac tyrannum vocauit, per quem ipſe tot annis nunquam vidiſſet menſam ſuam. Ioci autem lepos eſt in faceta fictione, plagiariũ appellauit, quod liberalitate ſua homines ſibi redderet obnoxios: tyrannum verò, quod per illum non liceret cuiquam conuiuarum domi ſuæ viuere. *Eraſ. lib. 8. apoph.*

Alius quidam, quum homines defunctos in ſellis ſedentes videret: Abſit, inquit, vt hic ſedeam, vnde ſeniori aſſurgere fas non eſt, oſtendit autem faceтiſſimo dicterio mortem horrorem incutere hominibus, vitam autem omnibus eſſe dulciſſimam *Bruſon. l. 4. cap. 20.*

Quidam iratus Agaſoni, volebat enim percutere, quumque is clamaret, Athenienſis ſum: ad aſinum verſus, At tu (inquit) Athenienſis non es, eique multas plagas inflixit. *Plut. de cohibenda iracundia.*

B PHILOPOEMEN diuertere volebat ad hoſpitiũ veteris amici. Quo cognito, iuſſit hoſpes apparari quæ neceſſaria eſſet alia ab vxore, dum interim ipſe obſonia appararet. Inter hæc Philopœmen ſolus (vt res ipſa ferebat) ad hoſpitium properat, quem venientem, vt ſolum, vt deformem, vt qui nihil ornatus haberet eximij, arbitrabatur mulier ex miniſtris eſſe aliquem, qui herum præueniret: cumque eſſet de aduentu Philopœmenis mirifice ſolicita, etiã blandiendo rogauit eum, ſe vt adiuuaret ad dominum comiter excipiendũ. Tum Philopœmen, vt erat perhumanus, cognito mulieris errore, confeſtim ſecuri accepta, & cuneo, cœpit ligna findere, ad coquẽdam cœnam. Hoſpes interim, domũ ingreſſus, cum animaduerteret Philopœmenem findendis lignis malleo incumbere: Proh, Iupiter! inquit, quid hoc Philopœmen? quid agis dux maximè? ad ea Philopœmen: pro deformitate, inquit oris, totiuſq; corporis pœnas luo. Voluit ipſemet præbere de ſe hoſpiti, & ſibi ipſi riſum. Res ſanè feſtiuo ac faceto homine digna, quæque quò rarior, eò etiam fuerit lepidior. *Pontanus ex Plutarcho.*

STRATONICVS muſicus cum in Pontum nauigans, ad regem Beriſadem veniſſet, diu apud eum moratus, voluit illinc in Græciam adornare fugam. Verum cùm id Rex non videretur C paſſurus; Benè inquit, Stratonicus, cogitas, ô Rex, qui ſtatueris hic manere. Quo dicto, facere ſuam indicabat fugam & regis interim conſilium probabat, quaſi ille de migrando cogitaſſet, & ipſe, non niſi grauibus cauſis commotus, pararet abitum. *Athenæus.*

Idem ſe vehementer demirari aiebat, Satyri ſophiſtæ matrem, quæ illum decem menſes tuliſſet, quem nulla ciuitas decem dies ferre poſſet. *Eraſ. l. 6. apoph.*

Idem, in ſacrificio tibias inflaturo inſcito quodam tibicine, Bona ominari me oportet, inquit: Libemus iam atque deos precemur. *Athen. l. 5.*

Idem, Cleon citharœdus cognomine Bos, nec rectè pulſabat Lyram, & voce plurimũ diſſonabat ab eius fidibus: eum cum audiſſet Stratonicus: Aſinus, (inquit) ad Lyram, adagium olim fuit, nunc autem dicendum, Bos ad Lyram, *Athen. eod. lib.*

Idem, quodam ſciſcitante, quænam eſſent tutiſſima nauigia: rotunda, an longa? Reſpondit, quæ in terram ſubducta ſunt. Rhodi cum artis ſpecimen exhiberet, applaudente nullo abiit theatro relicto, ac dixit, quandoquidem id vos non præ- D ſtatis, quod nullius eſt impendij, quomodo à vobis ſperare munus aliquod viritim poſſum? Minnaco calceario de Muſica pertinacius cum ipſo altercanti, animum ſe non aduertere, dixit propterea quod ſupra pedis malleolum loqueretur. Affine huic dictum eſt Appellis, ne ſutor vltra crepidam. *Athenæus eodem libro.*

Idem, Ignarum medicum dicebat, ægros quos tractaret, vno die ad inferos migrarent, efficere. In agri Mileſij oppido quodam cùm variarum nationum miſcellanei homines habitarent, omnia ſepulchra eſſe peregrinorum, ac conuenarum intuitus, faceſſamus hinc, inquit, puer, ſoli videntur hic alienigenæ mori, ciues autem nulli. Maroneæ quæ ciuitas erat luxu ac compotationibus diffluens, cum quibuſdam potans ſi per ciuitatem oculis tectis duceretur, quo in loco ciuitatis eſſet, cogniturum ſe dixit. Opertis deductus oculis, interrogantibus vbinam eſſet, in caupona, reſpondit: tanquam caupona foret tota ciuitas.

Victis Sicyone qui aduerſus illum certauerant in Æſculapij delubro Trophæum erexit, inſcriptionémque hanc addi- E dit, Stratonicus de iis qui citharam malè pulſant. ... dam ipſum laudanti, vt nonnihil muneris auferret, ma... tem ſe mendicum eſſe dixit. Pellæ ad puteum accedens, an eſſet potu ſalubris aqua, ſciſcitatus eſt: reſpondentibus qui hauriebant, illam ſe bibere, eſt igitur inſalubris, ait, quia luridi eſſent incolæ, & pallentes. *Athen. lib. 8. vbi alia exſtant eiuſdem Stratonici iocoſe dicta, quæ ſuis locis hoc opere continentur.*

Chriſtiana. *Ex collectis & editis per Laur. Beyerl.*

Quidam cum in tabernam veniſſet, ibidémque hoſpitis vxorem cum ancillis plus ſatis rixãtem, in prandio ferre nequiret, hoſpes conuerſus ad hominem: Ecqua, inquit, hæc eſt tua impatientia? duos ego & triginta nunc annos huius clamores & inſaniam dies noctéſque pertuli, tu verò ne horam quidem eam ferre potes? Quo dicto & hominis impatientiam leniit, & vxorem ab ira in riſum commouit. *Adrian. Barlandus.*

LVDOVICVS XI. Gal. Rex audiens indoctum quendam inſtructiſſimam habere Bibliothecam, dixit, eum ſimilem eſſe gibboſo, qui molem in dorſo portans, eam numquam aſpiceret. *Corrozetus de dictis & fact. mem.*

F Ceterùm ſi omnia illa perſequi voluerimus quæ in hunc locũ adduci poſſent, eùm de ratione Apophthegmatis ſit, habere coniunctam faceto acumini grauitatem, vererer quòd manus ſcribentem deficeret, & ſolus hic titulus operoſo volumini materiem ſubminiſtraret. Ne tamen hic etiam noſtris partibus deeſſe videamur, è multis pauca libamus, huic loco propria. Viderat fortè B. Martinus ovem iam recens tonſam, &c. *Euangelicum*, inquit, *mandatum iſta complevit: duas habuit tunicas, & vnam largita eſt non habenti*, & ad diſcipulos verſus; *Ita & vos facere oportet. Sulpi. in eius vita, Dial. 2. c. 12.*

Idem, Subulcum in veſte pellicea conſpicatus, *En*, inquit, *Adam eiectus de Paradiſo in veſte pellicea ſuos paſcit: ſed nos, illo vetere depoſito, nouum Adam potius induamus. Ibidem.*

Quin & in re ſeria iocati aliquando plures. Marcus quidem Arethuſæ Epiſcopus innumeris cruciatibus ab infideliũ turba affectus, & in ſublime feruentiſſimo æſtu leuatus, vt apum veſparúmque cõfigeretur aculeis, in tortores iocatus; *Abiecti vos*, inquit, *qui humi repitis, erectus verò ego, & excelſo loco collocatus.* Verè excelſus, quem victrix tolerantia fecerat omni humanâ crudelitate ſuperiorem. *Theod. lib. 3. hiſt. Eccl. 16.*

G Bellè etiam Ephraim Syrus. Tranſegerat ieiunio plures dies, cibúmque à miniſtro deferri ſibi mandat; at is ollam confringit, & obſonio pauimentum perfudit; quem pudore pariter ac timore correptum conſpiciens; *Bono animo*, ait, *fili: quandoquidem enim obſonium ad nos venire renuit; age, nos ad illud accedamus*, & ad ollæ fragmenta conſidens, comedit. *Nicephor. Call. lib. 9. cap. 16.*

Intellexerat Nicolaus V. Pont. Rom. quoſdam in vrbe, qui bonos doctóſque verſus concinnarent: & *Bonos*, aiebat, *eſſe nego; cur enim ad me illi non deferuntur qui etiam malis pasco?* Moleſtè ferebat homo ſapiens, eſſe in ſua vrbe viros doctos, & à ſe ignorari. *Hermol. Barbarus, in Præfat. Caſtigationum ſuarum in Plinium.*

Faſtidio eiuſmodi narrationem. Quis enim modus, ſi omnia enumerauero; tamen vt ad politicum latus me conferã, pauca ex illo depromam, & quidem in Francia, video Ludouicum Craſſum. F. R. Hic in prælio contra Anglorum regem ab equite quodam vrgebatur, qui etiam apprehenſo per frenum equo Regem captum inclamabat; at ipſe, gladio exerto, equitem obtruncat, dicens: *At ne quidem in latrun-* H *culorum ludo ſolus Rex capitur. Corrozet.*

Eiuſdem vt nominis & regni, ita lepôris heres Ludouicus XI. Intellexerat Franciſcum, qui poſtmodum regni gubernaculis ſucceſſit, ſpe prouentuum percipiendorum, magno ſe ære alieno grauare, unde anxium eum compellat; *Vacuo*, inquiens, *animo ſit oportet*, & hanc fabellam ſubiungens, *Equitabam*, dicebat, *quandoque cum patre, & proximus mihi videbar vrbi: viſiſque templorum pinnis, cum in via languerem, En, aio, pater, confecta via. Aberramus adhuc ſtadiis pluribus: ille autem ad me; Adoleſcens*, inquit, *ne poſthac viſis templorum pinnis, iter te executum arbitrere*, tacitè innuens, indignum eſſe, ſpe & ſpecie largitionis, nondum adepti principatus commoda percepturum ſe exiſtimare. *P. Æmil. in vita.*

Cuidam ob vulnerum cicatrices in facie acceptas glorianti; *Hæ ipſæ verò*, inquiebat, *tibi monumento futuræ, ne fugiens vnquam faciem avertas. Corrozetus.*

Quanta

Quanta verò in Roberto Normanniæ Duce venuſtas,audite.
A Profectus erat religionis ergo Solymam, & in itinere morbum contrahit, qui eum à progreſſu retardaret. Quid tandem? Locorũ agreſtes,dato pretio,accerſiri imperat,qui Principem humeris ſuis per reliquum viæ deferrent.Interea è domeſticis vnus Normandiam repetit, & num quid ſuæ genti nuntiatum velit,Regem interpellat. ille;Dices vidiſſe te dæmones ferentes Robertum Ducem in cœlum;innuens ſe ab idolorum cultoribus geſtari, quos dæmonibus comparabat, & Hieroſolymam cœlo. *Pol. lib.*8.

De eodem quoque memoriæ proditũ,quòd Conſtantinopolim profectus;cùm perbenignè à Conſtantino exciperetur; qui & altiores ſellas ſine puluinaribus tam illi quàm cæteris Normandiæ Ducibus apponi curaverant continuò veſtem exuerit,eámque globi inſtar complicatã ſibi ſuppoſuerit, quod ipſum etiam comites imitati. Exemptâ autem jam epulis fame, omnes veſte relictâ receſſere. Monet abeuntes Conſtantinus ſubridens,indumenta reſumerent. Ad quem Dux: Non eſt, inquit,mos Normannis,ſedes ſecum deferre. *Ibidem.*

Maximilianus Imp. à mendico frater ſalutatus,& fraterno
B amori condignam eleemoſynam elargiri rogatus; vbi ab Adami ſtirpe hanc conſanguinitatem deduxerat, obolum vnum duntaxat dari juſſit, adiiciens: Abi,& à quolibet fratrum ſi tantundem receperis,crede, breui me diuitiis ſuperabis. *Corrozet. de Factis memor.*

Serius quidem in omnibus Alphonſus Rex Arag.& ſupra modum prudens,in faceto etiam hoc agmine non infimum locum accepit.Senenſibus quippe,qui ſe bello Italico quaſi medios continuerant,ita vt in neutram partem inclinarentur,per diuiſos jam milites ſpoliatis,dicebat: Verè Senenſibus euenit,quod iis ſolet,qui mediam domum incolunt;vt ab infernè habitantibus fumo,à ſupernè verò vrinâ vexentur. *Panor. lib.*4. *de Reb. geſt. Alphonſi.*

Habebat Iacobus Alamanus,homo Chriſtianus quidem,at Iudæis parentibus natus,venale D. Ioannis aureum ſimulacrum,quingentorum aureorum pretio coëmendũ.Ad quem Alphonſus ſubridens:Non tu ſanè ineptus es,& maioribus tuis diſſimilis,diſcipuli & præcurſoris imaginem tanti æſtimans;cùm illi Ioan.magiſtrum & Regem Iudæorũ non niſi triginta argenteis vendiderint. *Panorm.lib.*1.*de geſtis eiuſd.*

C Ferunt etiam Coloniæ Agrippinæ pictorẽ,ſed & potorem (hoc enim illi generi cõmune)ſolitũ Chriſti imagines apud caupones pignori dare:rogatúmq; cur non diuẽderet potiùs ampliori pretio;reſpondiſſe:Ergo me Iudeum,quã Chriſtianum mauultis?Abſit. *Æn.Sylu.l.*1.*Com.de Reb.geſt Alphonſi*

Thomas Morus, quoque ſuam grauitatem tot Reipubl. muneribus comprobatam,ita ſuaui quadam vrbanitate condiuit,ut neſcias an fuerit Senator grauior,an amicus iocõdior. Proponebat Cardinalis VVolſæus in Concilio expedire Reip. eligeretur aliquis qui Regis abſentis perſonam repræſentaret: ſéque pro eo declarandum inſinuabat. Annuunt omnes,vno Moro excepto,quem irâ commotus Cardinalis compellans,Oſtendis, ait, More, te ſtultum Conſiliarium,qui ſolus reſiſtas. Cui Morus eueſtigiò. *Magna ergo gratia Deo agenda, quòd majeſtas Regia in hoc ſuo Senatu vnicum tantùm ſtultum habeat. Thom. Staplet. in vita,cap.*13.

Idem Theatrum,ſupplicij locum,conſcenſurus; manum ſibi,quò faciliùs aſcenderet,porrigi poſtulabat,dicens: *Iuua me vt conſcendam,in deſcenſu nemini moleſtus futurus.* Ita ex facilitate ingenij ſimiles facetias,etiam rebus grauiſſimis inſperſit. *Ibid.*

D Intuebatur Nicolaus Florent.equitem plurimis aureorum torquium circa collum ſpiris incedentem;& egregiè ludẽs, *Hem! inquit, cæteri ſtulti vnica vincti catena tenentur:at hujus tanta eſt inſania,vt pluribus vix queat coërceri.Poggius in Facetiis.*

Coquus Quidam cùm præ ſenio Mediolanenſium Principi ampliùs deſervire vix poſſet,vnicum ab eo in gratiam omnium meritorum poſtulatis ſibi præſtari,quo rogante: Quidnam illud? *Vt aſinus etiam fiam*, reſpondit,ac ſtultæ petitionis cauſam ſciſcitanti Principi, *Quia*, aiebat, *video eos quos extuliſti adeò ambitione, & ſuperbia inflatos, vt jam penè in aſinos tranſierint. Ibid.*

Mare inſuetum peragrabat Mercator & fortè præ nimia agitatione ſtomachum euacuare compellebatur, cui ex adſtantibus alius: *Vere tu gratus es,& beneficij memor:quod piſces, qui te toties pauere, repaſcas. Th. Morus in Epigram.*

Eiuſdem lepôris etiam iſtud. Ad conuiuium vocatus inurbanus quidam poculum ab altero accepturus,vidit in eo E
muſcas demerſas, quas dum collegiſſet,hauſto poculo,rurſus eas iniecit, mirantur conuiuæ,& cur id agat inquirunt; ad quos ille: *Ego quidem muſcas nunquam ſumo: ſed neſcio, num quis veſtrum eas pro deliciis habeat.* Breui Epigrammate id complexus eſt *Thomas Morus*:

Muſcas è cratere tulit conuiua prinſquam
Ipſe bibit: reddit rurſus vt ipſe bibit.
Addidit & cauſam, Muſcas ego non amo, dixit:
Sed tamen è vobis neſcio num quis amet.

Facetum quoque eſt, quod de quodam Logices ſtudioſo memoratur.Qui cum pertæſus ſtudij illius ſatis tetrici,cogitaret ſe totum Religioſo ordini dedicare, hunc aſſiduè decantabat verſiculum:

Linquo Coax *ranis*, Crax, *corvis*,Vanaque *vanis*
Ad Logicam pergo, quæ mortis non timet. Ergo.

Refert Lorinus in cap. 12. *Eccleſiaſtis.*

Quidam Religionis & ordinis ſacri deſertor;ad peſtilentiæ cathedram Batavos ſe contulerat. Vbi rogatus apoſtaſiæ cauſam,non aliam protulit, quam Fidem. Subriſit ille; ecquæ ait,Fides te huc impulit,& cuius generis apud te eã F
eſt?Fœmini reſpondit. Tum alter, verè dixiſti: Fœminina fides ſeduxit te: nec te alius ſpiritus impulit,quam fornicationis,vt ſponſam Chriſti deſereres. Sciſè. *Andreas Fruſius in Epigramm.*

Vna fides cum ſit, quam nos docuere parentes,
Cur nunc tot fidibus, luditur vna fides

☞ *Videantur nonnulla in loco de ioco.*

* Facies.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FAcies Græcè πρόσωπον, eſt propriè anterior pars humani capitis, conſtans fronte,oculis, naſo, ore, mento, à factura corporis,nomen habet,vt à fingendo figura.Volunt Grammatici in hoc faciem differre à vultu,quod hic juxta Seruium,ſit voluntatis indicium,ac pro illius varietate mutetur. Quomodo dicit Virg. *Spem vultu ſimulat.* Sumuntur tamen plerumque pro iiſdem.

Perottus vult faciem à faciendo deduci:quod qui aliquid facit, rei faciendæ faciem & imaginem inducit. At verius G
fortè à facie ipſum facio deducemus: faciem verò à φάω, id eſt,luceo ſiue ſplendeo. Splendet enim in facie hominis illius dignitas præ aliis animantibus. Vnde Ouidius.

Pronaque cum ſpectent animantia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

NOTÆ CVM NATVRALES, TVM FORTVITÆ; VARIARVM RERVM, EX FACIE elucentes.

In facie humana eximiæ quædam notæ occurrunt,quibus bruta facie carentia minime donantur,neque in aliis membris humani corporis apparent. Hæ ſunt:

1.Numerus,varietas & ſtructura partium.In brutis mentum, genæ, frons non apparent,nec vlla juſta deprehenditur Symmetria.

2. Color multiplex in oculo notatur nigror,albus, viridis, cæruleus, rubeus, cryſtallinus.

3. Proportio,ſenſus duplices inuicem ſibi reſpondent,ac H
tam belle conueniunt,vt oculi & oris eadem ſit magnitudo frontis latitudo, naſi longitudinem æquet,menti,labiorum & naſi ſpatium idem ſit.

4. In facierum figura miranda plane diſſimilitudo: nec enim per omnia ſibi ſimilitudo: nec enim per omnia ſibi ſimiles facie duos in orbe toto deprehendere homines quis poterit?Opus equidem perfectum,quod in nulla alia re reperitur. Porro præſtans hæc varietas,admodum vtilis, imo hominum ſocietati imprimis neceſſaria. Si alij alios internoſcerent, mala inde innumera naſcerentur: humanum genus periret funditus. Huic ſoror pro filia,pro extranea occurreret amicus hoſtis reputaretur. Diſſimiles facies hominum cum homine confunderent: homines pecudibus ſimiles diſtinguere non poſſent.

5. Mirandum naturæ artificium, quæ in facie arcanum, A neſcio quod incluſerit, qnæuis facies alicui arridere poſſit. Etenim nulla facies tam deformis apparet, quæ alicui aſpicienti non arrideat.

6. Dignitas & decor in iucunditate, formæ ſublimi & erecta, nuda, aperta, glabra, implumis, ſine ſquammis, vranoſcopus.

7. Elegantia, ſuauitas, venuſtas adeo lepida gratáque, vt corda ſurripiat, affectus alliciat & trahat volentes. In ſumma, faciem nominamus pulchritudinis, & amoris thronum, riſus & oſculi ſedem. Hæc duo autem homini conueniunt, nempè grauiſſima, certa, captella amicitiæ mutuæque beneuolentiæ ſymbola.

8. Cunctis mutationibus internas animæ paſſiones velitationes aperientibus humana facies aptata cernitur, teſtibus lætitia, triſtitia, amore, odio, liuore, malitia, verecundia, iracundia, ſtomachatione, zelotypia: aliis index eſt horologij, temporũ interualla momentaq; demonſtrans, cuius machinæ ac rotæ intus mouentur. Aër aſt in quo colores, temporiſque mutationes omnes recipit, & μικρ.κόσμου ſtatũ declarat. Galli eo ſenſu de faciei aëre (*De l'air du viſage,*) loquun- B tur. Corpus animam tegit & detegit: in facie legitur homo.

9. In fronte patula, quadrata, expotrecta, aperta, ſerena ſuperciliis rectè diſpoſitis, tenuibus, leuibus, oculis apertis, lętis, micantibus, naſo oblongo, ore puſillo, labiis corallinis, buccis modicum obeſis in medio, quarũ grati gelaſini ſedes, auriculis rotundis & breuibus, faciei viuido, albo, rubro colore inſignitæ decor: pulchritudóque cõſiſtit. Hanc effigiem multi improbant. Apud Indos color muſtellinus, labia craſſa, naſus repandus, dentes nigri vel rubri, auriculæ patulæ & oblongæ, mulieribus frons breuis & piluſa, mamillæ monſtruoſæ, quæ ob longitudinem ſupra humeros infantulis lactentibus præbentur; ſumma putatur venuſtas.

10. Hiſpani, ne longius abeamus, macilentæ facies, Italis carnoſæ placent admodum. Alij molli & tenera, alij rigida, maſcula & ſuperba delectantur.

11. Corporis verò ipſa decora formoſitas, faciei præſertim teſtis eſt, vel eſſe debet pulchritudinis internæ. Hæc autem in eo conſiſtit, vt æqualia rectáque ſint iudicia, atque in iis retinendis & conſeruandis conſtans perſeuerantia. Nihil enim veriſimilius videtur quam corporis & animæ conformitas atque relatio. Si abſit, aliquid accidiſſe putandum eſt, quod naturæ ordinem abrupit: ſicuti ſæpius factum ap- C paruit. Lac enim nutricis, prima educatio; conſortia, teneris animis miras conuerſiones in bonum, vel in malum adferunt.

12. Fatebatur Socrates faciei ſuæ deformitatem ſatis ſupérque detegere pudendos animæ defectus, quos philoſophiæ conſiliis emendauerat. Cæterùm vultus ſimulatus periculoſus debiliſque, eſt animæ fideiuſſor. At quicumque phyſiognomiam ſuam explodunt, grauiore ſupplicio digni reputantur, utpote qui corrumpunt atque produnt, quam in frontibus ipſorum natura laudatam promiſſionem inſculpſit, & cæteris hominibus fucum faciunt. *Petr. Varro, in tract. de hominis opificio, c.14. 2. partis, ſect.5.*

ANIMI MORVMQVE INDEX.
Facies.

Plerumque ea facie & externo corporis habitu animus elucet: & prout diverſæ rerum imagines animum percellunt, ita etiam varium in faciei conſtitutione habitum in- D ducunt, & figuras motuum interuorum indices imprimunt, modò iratum videmus, modo blandum vultum, modo triſtem, nunc hilarem. Exempla pauca addemus vitiorum & virtutum, quæ ex ſola faciei habitudine corporis adfectu, prudentiores elicuère.

VITIORVM INDEX.

De vitiis habemus inſigne exemplum in Iuliano Cæſare, qui vulgò Apoſtata dictus eſt, Nazianzenus enim quamprimum eum aſpexit, coniecturam de ſuis moribus & ingenio ſumpſit. Hæc ſunt eius verba, *orat. 2. contra gentiles*, & refert *Socrates lib. 3. capit. 19. Hiſt. Eccleſ.* Fecit me vatem geſtuum ipſius deformitas, & ingens admiratio; ſiquidem optimus eſt vates, qui ex conjecturis optimè ratiocinatur. Nequaquam verò mihi hæc boni hominis ſigna eſſe videbantur: colli crebræ converſiones humeri alternis ſubſultantes: E oculi torui, vagabũdi, & furioſum quiddam contuentes: pedes inſtabiles, crebræ geniculationes. Naſus contumeliam, & contemptum ſpirans, figura vultus deriſionem ſignificans, quomodo variabatur: Riſus crebri altùm crepantes: nutus, renutus ſine ſermone, ſermo interruptus, non complens ſententiam, interrogationes crebræ, & ſtultæ, reſponſiones inconcinnæ & coaceruatæ, inter ſe diſſidentes, & ſine ordine. Quis ſingula deſcribat? Talem vidi ante facta, qualem poſtea facta ipſa oſtenderunt. Vt adeſſent, qui tunc mecum fuerunt, & eadem viderunt, teſtes eſſent huius meæ narrationis: qui meminerint etiam me ediduſſe hanc vocem: quantam peſtem Romana Monarchia nunc alit!

VIRTVTIS ET EXCELLENTIÆ.

De hac re habemus exemplum in Vlyſſe. Eum enim naufragio eiectum in littore, nudum veſtibus, virtute tamen ornatum, Phæacum multitudo conſpiciens, cæteris fortunatis Phæacibus venerabiliorem admirata eſt. Quamobrem & Poëtarum princeps Homerus ſubiicit: debere virtutem F mortalibus eſſe curæ. Magna enim, teſte Plutarcho, eſt vis virtutis apud omnes gentes: cum non ſolum bonos, ſed etiam improbos ad ſe amandum alliciat.

Alterum non minus memorabile eſt in Traiano; qui cum Agarenos in Vrbe quadam, vt refert Dio, obſediſſet, eiúſque muros ſine regio ornatu, vt hoſtem falleret, circumiiſſet: generoſa, inquit, canicies & oris maieſtas principem prodidit: & quis foret in ementito habitu, facilè oſtendebat. In eum igitur hoſtes, quem Regem ſuſpicati erant, ſagittas frequentes coniecere: quarum tanta vis fuit, vt qui ponè Cæſarem ſequebatur, transfixus fuerit. Siquidem, teſte Qu. Curtio (*libro 6. de geſtis* Alexand. M.) hominibus barbaris in corporum majeſtate veneratio eſt: magnorúmque operum non alios capaces putant: quam quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt. *Phil. Camer. in hor. ſucciſ.*

Suetonius quoque de Veſpaſiano ſcribit: quod in puero ſtatim corporis animíque dotes exſplenduerint, magis ac magis deinceps per ætatis gradus, forma egregia, & cui non minus authoritatis ineſſet, quam gratiæ. *Idem.*

Sic de oculis habemus egregium exemplum apud Liuium *libro 7. decad.* 1. Memoriæ enim tradidit, quod oculi Roma- G norum viſi ſint ardere in prælio Samnitibus.

Et Aquileienſes milites, qui ſubitò eruptione ex occulto cuniculo factâ Attilam paucis comitatum inuaſerant (quem tamen non noverant) poſtea faſſi ſunt, ſe nulla re magis perterrefactos fuiſſe: quam quod in oculis eius ſcintillas velut igneas, cum pugnans eos fremebundus aſpiceret, emicantes conſpexerint: ſicut Nicolaus Olaus ſcribit. Non fruſtra igitur Cornelius Tacitus dicit: Primi in omnibus præliis oculi vincuntur.

Sic in hiſtoriis legimus, C. Marium, à Minturnenſibus percuſſorem immiſſum vultus authoritate deterruiſſe: ob eamque rem incolumem dimiſſum, vt Plinius teſtatur. *Idem Philip. Camer. in horis ſucciſivis.*

FACIES NON DETVRPANDA
Characterum notis.

Quamuis pleraque Imperatorum decreta, certa ſtigmata inuri velint pleriſque malefactoribus, idque certis duntaxat H corporis membris; tamen etiam apud pleroſque Gentiles cautum ſemper fuit, ne facies, eorũ impreſſione fœdaretur. Quamuis Romæ calumniatorum frontibus inuſtam olim literam L, Z, *Cicero pro Roſcio Amerino* teſtetur.

Conſtantini Imperat. lex talis eſt, *L. ſi quis in metall.* 17. *de pœn. lib 9. c. tit* 47. Si quis, inquit, in metallum fuerit pro criminum deprehenſorum qualitate damnatus, minimè in eius facie ſcribatur, cùm & in manibus, & in ſuris poſſet pœna damnationis vna inſcriptione comprehendi, qua facies, quæ ad ſimilitudinem cœleſtis imaginis figurata, minimè maculetur.

☞ *Conſule locum de Fuco. Item de notis ſeruilibus In loco de Scriptione.*

Facilitas.

A

Facilitas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

FAcilitas Ῥᾳςώνη Græcè, eſt promptitudo ad quidpiam abſque difficultate & expeditè faciendum, ſive inclinatio ad eandem. Vbi ſub verbo faciendi etiam comprehendimus ſermonem vel orationem. Ita dicimus quempiam facilem in carmine, oratione ſoluta, &c. Differt à propenſione, quæ & procliuitas dicitur, quod plerumque hæc accipiatur in partem deteriorem.

§ FACILITAS IN IMITANDO
Inueniendo, Docendo, Diſcendo, ſcribendo, dicendo.

☞ *ſub ſuis locis, Inventio, Imitatio, Diſciplina, Scriptio, Dictio facilis.*

B

§ COMMENTANDO.

Cùm de cæde in ſylua Scantia facta publicani accuſarentur, & C. Lælius pro publicanis bis dixiſſet, verùm à Ser. Galba meliùs cauſam illam defendi poſſe arbitraretur, quòd in dicendo fortior acriorque eſſet: auctoritate Lelij, publicani cauſam ad Galbam detulerunt. Ille autem; quod ei viro ſuccedendum eſſet, vereeundè & dubitanter recepit: vnum quaſi comperendinatus medium diem fuit, eúmque totum in conſideranda cauſa componendáque poſuit. Et cùm cognitionis dies adeſſet, Petrus Rutilius rogatu ſocio-rum domum ad Galbam manè venit; vt eum admoneret, & ad dicendi tempus adduceret. Galba verò, vſquequo ei nunciatum eſſet Conſules deſcendiſſe, omnibus excluſis commentatus eſt in quadam teſtudine cum ſervis litteratis, quorum aliud alij dictare eodem tempore, & ſi erraſſent malè eos multare ſolebat. Interim cùm eſſet ei nunciatum, tempus eſſe, in ædes exiuit eo colore, & iis oculis, vt egiſſe C jam cauſam, non commentatus videretur. Ex quo colligi poterat, illum non in agendo ſolum, ſed etiam in meditando vehementem atque incenſum fuiſſe. Magna itaque expectatione, plurimis audientibus, tanta vi gravitatéque dixit, vt nulla ferè pars orationis ſilentio præteriretur. *Cicero in Bruto.*

§ VERSVS FACIENDO.

L. Anneus Seneca moriens jam in ſolo aquæ calidæ, Epitaphium carmine ſibi ipſi compoſuit.

Boëtius Seuerinus Rom. patricius mira fuit in verſibus facilitate. *Gyraldus de poëtis.*

Cicero dexteritate in verſibus condendis animi gratia vtebatur. Dicitur, cùm ad id ferretur, carmina facere vna nocte quingenta ſolitus. *Plutarchus in Cicerone. Quare Titulum de Carmine.*

§ ORACVLA DANDO.

Pythia ſacerdotes Apollinis nondum rogata ex tempore dictiones aliquando dare ſolebat. Quippe cui ſeruit; Deus,

ϗ κωφῦ ξυνίω, ϗ ὐ λαλέοντος ἀκύω

D *Et tacitum exaudit, mutúmque intelligit omnem. Plut. de Garrulitate.*

* RES LEVES TRACTANDO.

In cauſa facili cuivis licet eſſe diſerto,
Et minima vires frangere quaſſa valent.
Subruere eſt arces, & ſtantia mœnia virtus,
Quilibet ignavi præcipitata premunt.
Ouidius l. 3. Triſt. Eleg. 11. Similiter Manilius ait.
—— Facilè eſt ventis dare vela ſecundis,
Fœcundúmque ſolum varias agitare per artes,
Auróque atque ebori decus addere, cum rudis ipſa
Materies niteat, &c.

E

* Factio. Factioſi.

DEFINITIO ET VSVRPATIO NOMINIS, ITEM FINIS IN Genere.

FActio & factioſus, *teſte Feſto,* initio honeſta vocabula erant; vnde, inquit, adhuc factiones hiſtrionum & quadrigatorum dicuntur: modò autem nomine Factionis ſeditiones & arma vocantur, αιεχίαι imo & αἱρέσεις Græcis dictæ Et denominuntur malorum conſpiratione. Nonius Marcellus, & opulentiam rerum, abundantiam & nobilitatem, ſignificare Factionem notat, ſed maximè factionem dici malorum conſenſum & conſpirationem. Vt & dixit *Saluſtius in bello Iugurthino,* inter bonos amicitiam: inter malos factionem. Fuerunt enim ab omni ſeculo ferè vbique tales factiones, vel bonæ ad bonum, ad ſe defendendum, & ſe mutuo iuuandum; vel malæ ad inuadendum reſpublicas, aut regnum, aut magnates, aut ad obſiſtendum juſtè vel injuſtè poteſtatibus. F

FACTIONVM, ET FACTIOSORVM EXEMPLA.

Fuerunt in Sicilia factiones partium: & in omni Græcia, vt Doricæ potiſſimum & Ionicæ. Inter Dores erant Lacedæmonij: inter Iones Athenienſes. Athenas quoque in tres factiones diuiſas referunt, in Diachreos, Pædios, & Paralios: aliquando in duas, Thucydidis vnam, Periclis alteram: aut in Plebeiorum, cui Poliarchon: & Optimatum, cui Caſſander præerat. Nonnunquam in plures & Theſſaliæ factiones diviſæ in Egeſtaretes & Petieros: & in Argo, Ariſtippi & Ariſtæi. Apud Mileſios, vna Plutis, altera Cheromacha factio fuit: ſicut apud Carthaginenſes, Barchina, & Hannonis, *Æmilius Probus in Phocione.* Etiam in Circo apud Romanos quatuor genera factionum erant, ſiue potius quatuor aurigantium factiones, pannorum coloribus diſtinctæ meminit Sidonius. G

Micant colores.
Albus, & Venetus, virens, rubénſque. Vide Caſſiodor. l. 3. Epiſtol.

☞ *Plura exempla petantur ex loco de Inimicitia Tit. Factiones Politicæ.*

FACTIONVM EFFECTVS ET FINIS IN SPECIE.

SVBVERSIO RERVMPVBLICARVM, Regnorum, &c.

Etiam ex loco allegato pleraque deſumi non importunè poterunt, quibus ſequentia adiiciemus, è quibus conſtabit, verum eſſe illud Baldi Iuriſconſulti dictum, partialitatem in civitate & Regno, eſſe inſtar vermis in caſeo: ac non malè Platonem dixiſſe *lib. 3. In Menexemo,* quod Athenienſes, idem obtinet in aliis factioſis: ſuis ipſorum diſſidiis oppreſſi fuiſſent. Neque enim alius inter claros viros ac potentes exitus diſcordiarum eſſe ſolet, niſi aut interitus vniverſus, aut victoris dominatus.

Olim ſtatum rei Romanæ ſubvertit crudelis ſeditio, quæ H hinc Cæſarem, illinc Pompeium complectebatur. Quippe inquit, *L. Florus lib. 4. Rer. Romanar.* ſi duces inſpicias vniuerſa multitudo diviſa fuit in partes, & ipſe Senatus, & exercitus, hinc vndecim legiones, inde 10. & 8. flos omnis & robur ſanguinis Italici: ita diviſa auxilia ſociorũ, Gallici Germanici delectus: hic ſecuta dominatio vnius Iulij Cæſaris; ſuis ipſis viribus pereũte Roman. Republ. Vetus eſt prouerbiũ: Cõcordia res paruas creſcere, diſcordia maximas labi & corruere: quæ & de Rep. qualibet dicta eſſe non ambigitur.

Narrant Hiſtoriographi quantum detrimenti Britanula ſeu Anglia receperit ex factionibus: quas vocant partialitates, domorum, ſeu familiarum Leucaſtri, & de Ioriz. Quantum item in Anglia nocuerit factio duarum domorum Aureliæ, & Burgundiæ, quæ cœpit inter Ludouicum ducem Aurelianenſem Fratrem Caroli VI. Regis Galliarum,

A & Ioannem ducem Burgundiæ tumultus,clades,cædes,quæ per ſeaaginta annos perſeverarunt, docent abundè, *Philippus Cominæus libro 1. cap. 29. plenè Polydor. Virg. libro 24. hiſtoriæ Angl.*

Anno Domini 990. Mediolani ingens ſeditio exarſit,quæ novam Reipublicæ mutationem induxit ,quippè Bonifacius Dux ab Imperatore Otthone I. conſtitutus , Gotheſtedo Archiepiſcopo mortuo dignitatem illam ab Othone III. Landulpho filio ſuo impetrauit , populoque Landolphum repudiante ad arma ventum eſt. Bonicius in lectulo clam confoſſus. Landulphum verò, cùm duce præfecturam mandati fratri ſuo natu proximo vellet, populus ita percitus, vrbe cum fruitoribus eius exegit,ac ducis Magiſtratum abrogauit, conſules qui regerent civitatem,more etiam in Italia inſtituto, creauit.Atque hæc ſeditio civitatem Mediolanenſem in duas partes diſtraxit,nobilitatem,& plebem,quo veneno ſemel infecta nunquam poſtea planè inualuit.*Sigonius lib. 7. belli Italici.*

Nec eſt quod aliunde,aut à diſſito æuo exempla petamuss. Habemus proh dolor!omnis domeſtica & propinqua. Quis enim ignorat omnis calamitatis quæ in Belgicas ditiones, C olim Chriſtiani orbis delicias, effuſæ ab hinc annos quinquaginta fuerunt, fontem fuiſſe;atque earundem etiam quæ hodie eaſdem peſſundant & exitio dant adhuc eſſe , nationum variarum ſtudia & conatus diverſos. Dum enim commune bonum ad ſe quiſque diſtrahere laborat, reique ſummam penes ſe eſſe contendit, parum ſollicitus de regiarum opum diſpendio,aut patriæ vtilitate,dummodo Rex Catholicus cautè expiletur, ac quam optimè & lautè illis omnia ſuccedant, interit priſtinus Religionis,concordiæ,& negotiationis vigor,cunctaque dilabuntur.

FACTIONES COERCERE, VETARE, IMPEDIRE, QVIBVS MODIS?

Nempè.

CONCILIABVLORVM DISSIPATIONE.

CVm factiones aliud non ſint,quàm iuratæ quædam improborum aut maleuolòrum in vnam conſpirationem C ad malum coitiones,omninò conuenit eas impedire,etiamſi prætextu cauſæ alias licitæ congregarentur. Declaratur ab Arcadio,& Honorio CC.reus læſæ maieſtatis,quiſquis cum militibus vel privatis, vel barbaris ſceleſtam inierit factionem,aut factionis ipſius acceperit ſacramentum vel dederit, & puniendum gladio adjectis bonis fiſco, *l. quiſquis 5.& l. fin. ad l. Iul. maieſta.C.lib. 9. tit.8.* cujus pœna amiſſionem ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur.*§.publica autem iudicia de publ.iudi.ad Inſtitu.*

Heluetij in ſuis confœderationibus ſtabilitis ſuis rebuſpub.poſt expulſos principes,cauerunt,ne qui ex confœderatis, cum aliis non comprehenſis factionem,ſocietatemue nouam inirent,ſine conſenſu totius ſocietatis, & pagorum & confæderatorum.

Reges quoque Galliæ habito comitiorum Concilio,prohibuerunt omnibus regnicolis & ſubditis, ſub pœna criminis læſæ majeſtatis ſocietatem ſeu liguam inire cum aliis principibus extraneis, neuè ad illos litteras chriſtas mitterent,aut ab illis,acciperent,ſeu ab illorum ſubditis de rebus ſtatus & cauſis regni,ſine expreſſa regis licentia. *In Edicto Carol. IX.de pacificatione, edito 1562.artic.5.& in edict. 1563. articul.7.& 9.in edicto Henrici III. & conſtitutionibus comitiorum Bleſenſium anni 1579.artic.183.& in conſtitution.anni 1580. artic.44.*

D

CONTENTIONVM INTER NOBILIORES SVPPRESSIONE.

Ariſtoteles lib. 5. Polit. cap. 8 & 5. adfert precautionem contra factiones:vt nobilium contentiones & partes, quas dicunt nunc partialitates,legibus expreſſe latis prohibeantur. Nobilium enim factiones facilè in partes diſcindunt populum,& Mecœnas exiſtimauit optimum pro conſervatione Reipublicæ,& ita ſuaſit Cæſari Auguſto, inimicitias omnes & ambitioſa certamina prorſus exſcindere , adeò vt nec nomina noua, aut quidpiam aliud ex quo diſſidia oriri poſſint, permittantur. Et ſi oriantur ſtatim in initio comprimi,*Dio Caſſius lib. 52.*

ALTERVTRIVS FACTIONIS PARTES SEQVENDO. E

Quod tamen problemate adſcritur.

Arbitrantur nonnulli legem Solonis quandam ad remedium factionum & coniurationum pertinere ; qua iubetur ſub capitali pœna,in ſeditionibus & factionibus alterutram partem ſequi; ſic enim ait : Si ob diſcordiam diſſenſionemque ſeditio atque diſſenſio populi in duas partes fieret : & ob eam cauſam Irritatis animis vtrimque arma caperentur, pugnareturque : tum quiſquis tempore eòque caſu ciuilis diſcordiæ, non in alterutra parte ſeſe adjunxerit ſed ſolitarius ſeparatuſque à communi malo ciuitatis ſeceſſerit, is domo, patria , fortuniſque omnibus careto , exul extorriſque eſto. Quam legem quidam non ad augendam, ſed ad finiendam ſeditionem pertinere dicebant. Quia ſi boni , vt putabant, homines, qui principio coërcendæ ſeditionis impares fuerint , populúmque percitum ira , & amentem non deſeruerint, ad alterutram temperari, ac regi cœperint : concordia potiſſimum per eos reſtitui,conciliarique poſſit,dum ſuos , apud quos ſunt regunt , ac mirificant , & adverſarios ſervatos magis cupiunt , quam perditos. Et hoc idem F Phauorinus Philoſophus inter fratres quoque ac amicos diſſidentes oportere fieri cenſebat, vt refert *Gellius libro 2. cap.12.*

Aliis pluribus, Solonis lex meliori iudicio videtur in omnibus reiicienda:ſiue agatur de factione in Democratia, vel in alia ſpecie reipub.ſuborta.Nam & Solon ipſemet facto, videtur legem ſuam reprobaſſe. Seditione enim inter vrbanos agreſtes maritimos exorta , neutrarum ſe partium fecit.*Diogenes in eius vita lib. 1.*

Cicero ad Atticum ſcribens Ego verò, inquit,Solonis popularis tui,& vt puto etiam mei legem negligam,qui capite ſanxit:ſi quis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet,niſi tu aliter cenſes,& hinc obero,& filij:&c.Bellum etiam non eſt legitimum,quod inter ſe cives gerunt, ideò qui ſe ſeditioſis vel diviſis non junxerit,atqui non debet hoſtilitatis.

Aiunt gloriari ſolitũ Quintũ Hortenſium,quod nunquam ciuili bello interfuiſſet.*Cicero lib.2.familiar.Epiſt. Epiſt.16.*

Fertur quoque Aſinij Pollionis factum,ac dictum memorabile:qui cum rogaretur à Cæſare,vt ſecum proficiſceretur ad bellum Actiacum:Ego, inquit,diſcrimine veſtro me ſubtraham, & ero præda victoris,*Velleius Paterculus lib.2.Hiſtor.* G

Et Cicero ad Atticum lib. P.Epiſt.4. Melioris,inquit, medius fidus ciuis,& viri puto:quouis ſupplicio affici , quam illi crudelitati non ſolum præeſſe, verum etiam intereſſe.

Facultates.

Puta, ſenſitiua, vegetatiua, motiua, naturales.
Petantur ex loco de Corpore. Tit, Partium corporis motus.

Fallacia.Falſitas. Fallere.

*DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

FAllacia , quæ alio nomine dicitur locus ſophiſticus, quia ſcilicet eſt cauſa fallendi,quantum eſt de ſe, licet aliquis non fallatur per ipſum in actu , niſi ignorantia adueniente.*B.Thom.opuſc. 39.c.1.final.*

Fallacia à fando dicitur , vt Varroni placet,quod fando decipiamus , & contra quem diximus, faciamus, Et fallax appellatur, qui mentiendo decipit. H

Fallacia Græce ἀπάτη. Hebr. variis vocibus fallacias multiplices depingunt.1. *Beghedh.* præuaricatio, excurſio, veſtis quæ diffluit,& excurrendo aperitur à verbo *Bughadh*, tranſgreſſus eſt metam,cucurrit extra lineas, quemadmodũ veſtis à ſuperbè incedentibus variè diſcurrit ſuas flexuras. Ita fallaces homines ſuas impoſturas (Gall.*Bagatelles.*) paulatim explicant.2. *Hethel.*id eſt, doloſus fuit,fallaciter egit, fefellit nugis & mendaciis. Cognationem habet cùm *Talah.* ſuſpendit; nam ſuſpenſum aliquem tenere vanis promiſſis, eſt fallere.

Hinc

Hinc Græcè, ... augis aliquem decipio ... , tinge Heb. A *barbulim*, & *barballeth*, *Iob*. 17. 2. *Eſa*. 30. 1 . 8. *Cachaſch*. verbum ſignif. negauit, denegauit, mentitus eſt. Cognationem habet cum *Schachah*, oblitus eſt, & *Caſchac*, obtenebratus. Fallaces enim memores non ſunt, ſed tenebricoſis inuoluti, à verbo fit nomen idem, *Caſchacsh*. fallacia, mendacium, denegatio; *Oſea* 10. 13. *Nahum*. 3. 1. 4. A verbo *Cazab*, mentitus eſt, ſefellit (cognationem habente cum *Caſchaph*, faſcinauit) fluit nomen *Cazab*, & *Achzab*, mendacium, fallacia, falſitas, *Pſ*. 5. 7. *Mich*. 1. 14. 5. Verbum *Pittah*, in ſecunda coniugatione, ſign. illexit, decepit; cognationem habet cum *Pittha*, fatuus, fatui enim facilè credunt & perſuadentur. Hinc ... ſuadeo, ... , decipio, *Pethi*, fatuus, qui facilè fallitur. *Pethaiuth*: perſuaſio, fallacia, fatuitas eius reſpectu qui fallitur.

Falſitas Græcè ψεῦδος, ac mendacium, ψεύδης, mendax. Eſt autem falſitas, quâ putatur eſſe, quod non eſt, *ſecund. Auguſt*. 7. *lib. Confeſſion*.

FALLERE, DECIPERE, CIRCVMVENIRE.

§ *Mendacij, Simulationis, Diſſimulationis ſiue Effectus, ſiue Adiunctum eſt Dolus. Qui cùm modò Prudentia, modò Aſtutia proxenetam agat, ex iis locis illuſtrandus erit. Hic reſpectu* B *Functionis animi, quam comitatur tam actiuè quàm paſſiuè; conſiderandus.*

§ QVI QVOS.

Reges, Subditos.

IOANNA Francorum rege ab Anglis capto, & Carolo Delphino F. patrem recipere contẽdente, quinquaginta ea Frãcia viri optimates Delphini ætati diffiſi petebant ab eo iuſiurandum, non enunciaturũ, quæ ex ſe audiret. Ille maieſtatis tuẽdæ gratia iſtud renuit, iuſſitque ſibi iniurato ea dicere quæ ſentirent. Illi inter cætera petebãt, vt ex ſacerdotio, nobilitate & plebe duodeuiginti viri eligerẽtur, quorum conſilio ipſius adoleſcẽtia niteretur. Ille leges hac ratione ſibi imponi, præceptáque dari, ſeditioſiſque audaciam præberi animaduertens diem quinquaginta iſtis viris indixit, qua de poſtulatis eorũ cogniturus eſſet. Ea inſtãte, cauſatus allatas ex Anglia à patre literas de rebus moram non ferentibus, exin aliis atque aliis fruſtrationibus dies trahens, motæ tædio 50. viros ſic affecit, vt re infecta domum diuerſi reuerterentur. *Æmilius lib*. 9.

C § QVOMODO.

Iureiurando.

LYSANDER pueros aſtragalis, viros ſacramentis decipiendos eſſe affirmabat. *Plutarchus*.

§ CVR. CAVSA.

Reipublica.

In cæteris ædibus Dianæ ceruorum cornua figebantur olim: at boum in Auentino. Nam bos in Sabinis nata Antroni Coratio dicitur fuiſſe mira ſpecie, & magnitudine præter cætera præcellente. Cui cum nunciaſſet vates quidam, cuius ciuitatis ciuis eam in Auentino immolaſſet, hanc in fatis eſſe maximam, atque ibi totius Italiæ imperium fore: profectus eſt Romam homo, vt bouem immolaret. Eo vaticinio ad reges à ſeruo delato Seruium, à quo ad Cornelium antiſtitem: Cornelius Antroni præcepit, vt ante ſacrificium aqua Tiberis perfunderet ſe: quod erat ſolenne iis, qui litare cupiebant. Illo ad amnem digreſſo, maturauit Seruius immolare Dianæ bouem, ac cornua in templo fixit. Hæc Iuba ſcripta reliquit & Varro: niſi quòd nomen Varro non prodidit Antronis, neque à Cornelio tradit ſacerdote: Verùm ab æditiuo deluſum Sabinum. *Plutarchus in quæſtionibus Romanis*.

D *Fallentes in ponderibus, menſuris, moneta, quomodo puniantur, vide Pœna.*

Falſariorum pœna. Quære in loco de Punitione, ſiue Pœna.

---

* Fama.

DEFINITIO ET ETYMOL.

FAma, G. φήμη vel ὄσσα, eſt illæſæ dignitatis ſtatus, legibus & moribus comprobatus.

Fama eſt inanis de aliqua re rumor, ſiue bonus, ſiue malus. Et hoc tantum differt à rumore, quod rumor ſemper de re recenti dicitur: fama etiam de re inueterata firmataque in hominum opinione, quamuis incerta.

Famam à fando dici putant, vt ſit, quicquid de aliquo diuulgatur, ſiue in bonum, ſiue in malum.

Hebr. *Schemah*, auditus, à verbo *Schamah*, audiuit; Nihil enim aliud eſt fama quam rumor quidam per aures ſparſus, & longe latéque poſtea delatus. E

Fama Dea, terræ filia dicitur. Nam cum bellum ob regni cupiditatẽ inter Gigantes Titanis ac terræ filios, & Ionẽ eſſet exortum, iámq; paſſim Terræ filij à Ioue ac cæteris diis trucidarentur, percita nimio dolore Terra, quum ſibi a... ſtes tam potentes arma deeſſent, vlciſci tamen, quacunque viâ poſſet illatã ſibi iniuriam cogitans, coacta vtero, Famam enixa eſt, quæ ſuperùm ſcelera per orbem terrarum diſſeminaret.

DESCRIPTIO APVD POETAS.

Virg. 4. Æn.

Extemplo Libyæ magnas it Fama per vrbes,
Fama, malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, viréſque acquirit eundo.
Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata Deorum,
Extremam, vt perhibent Cœo, Enceladoque ſororem
Progenuit pedibus celerem & pernicibus alis,
Monſtrum horrendum, ingens, cui quot ſunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora ſonant: tot ſurrigit aures.
Nocte volat cœli medio, terraque per vmbram F
Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno.
Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti
Turribus, aut altis, & magnas territat vrbes;
Tam ficti, prauique tenax, quam nuncia veri.

Ouid. 9. Met.

Fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas, quæ veris addere falſa
Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit,

Idem 12. Met.

Orbe locus medio eſt inter terraſque fretumque,
Cœleſtéſque plagas triplicis confinia mundi,
Vnde quod eſt vſquam, quamuis regionibus abſit,
Inſpicitur, penetratque cauas vox omnis ad aures.
Fama tenet, ſummaque domum ſibi legit in arce;
Innumeróſque aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte dieque patet: tota eſt ex ære ſonanti,
Tota fremit, voceſque refert, iterátque quod audit.
Nulla quies intus nullaque ſilentia parte:
Nec tamen eſt clamor, ſed paruæ murmura vocis,
Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, euntque;
Mixtaque cum veris paſſim commenta vagantur
Millia rumorum confuſaque verba volutant, G
E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures,
Hi narrata ferunt alio, menſuraque ficti
Creſcit, & auditis aliquid nouus adiicit auctor, &c.
Ipſa quid in cœlo rerum, pelagoque geratur,
Et tellure videt totúmque inquirit in orbem.

FAMA SEDVLO CVRANDA DVM VIVIMVS.

Curam habe de bono nomine: Hoc enim magis permanebit tibi, quam theſauri pretioſi & magni. Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in æternum. *Eccl*. 41.

Non ſunt audiendi ſiue viri ſancti, ſiue fœminæ, qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit, vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde vitam ſuam longe abeſſe ſciunt; dicunt coram Deo ſufficere ſibi conſcientiam, æſtimationem hominum non ſolùm impudenter, verum etiam crudeliter contemnentes, quum occidant animas aliorum, ſiue blaſphemantium viam Dei, quibus ſecundum ſuſpicionem quaſi turpis, quæ caſta eſt diſplicet vita ſanctorum: vel etiam cum accuſationi imitantium non quod vident, ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit: quiſquis autem etiam famam, & in aliis eſt miſericors. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra. *Auguſt. de bono viduitatis: & hab*. 11. *qu*. 3. *Non ſunt audiendi*. H

Cauete omnes ſuſpiciones, & quicquid probabiliter fingi poteſt, ſeu dici, ne fingatur, ante deuita. *Aug. lib. Confeſſ.*

Sic Doctor bonam eligat vitam, vt etiam bonam non negligat famam. *Idem lib. de doctr. Chriſt.*

Falſus rumor cito opprimitur, & vita poſterior iudicat de priore. Si anno præterito fama mentita eſt; aut certè verum dixit, ceſſit vitium, ceſſabit & rumor. *Hier. ad Marcel.*

Opera ſalutis ſine fama boni odoris non ſatis relucent auditoribus: nec fama ſine opere proficit, ſine quibus forma veri ſacerdotis non commendatur. *Hier. ſuper illud Matth*. 4. *Abiit opinio eius.*

Sunt plurimi, qui vitam bonorum fortaſſe amplius quam debent, laudant: & ne qua elatio de laude ſurrepat, permittit omnipotens Deus malos in obtrectationẽ & objurgationem

prorumpe

A prorumpere, vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Hinc eſt, quod Doctor gentium ſe in prædicatione currere teſtatur inter infamiam & bonam famam: qui etiam dicit, vt ſeductores & veraces, *Greg. & hab. 6. q. 1. Sunt plurimi, qui.*

Habet proprium antiqui hoſtis inuidia, vt quos in prauorum actuum præparatione Deo ſibi reſiſtente decipere non valet, opiniones eorum, falſa ad præſens inſinuando, dilaceret. *Idem in Regiſtro.*

POST OBITVM.

Quid Poëtæ? nonne poſt mortem nobilitari volunt? vnde ergo illud?

Aſpicite ô ciues, ſenis Ennij imaginis formam.
Hic veſtrûm pinxit maxima facta patrum.

Mercedem gloriæ flagitabat ab iis, quorum partes affecerat gloria. *Idemque.*

Nemo me lachrymis decoret, nec funere fletum
Faxit, cur? volito, viuo per ora virum.

Sed quid Poëtas? Opifices etiam poſt mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Mineruæ, cum inſcribere non liceret? Quid noſtri

B Philoſophi? Nonne in his ipſis libris, quos ſcribunt de contemnenda gloria, ſua nomina inſcribunt? *Cic. l. 1. Tuſc. qu.*

Non tenebræ, non ſolitudo obſtat, quo minus, in vulgus dimanet, quidquid egerit princeps: Nam lux principatus omnia reddit conſpicua, intentaque tot in ſe virûm ora valere, vt maxime velit, non tamen poteſt. Longius enim fama, vel abditiſſimos receſſus explorat ac patefacit. *Ludou. Viues in epiſt. quadam ad Henric. 8. Angliæ Reg.*

PRÆSTANTIA.

Viuos & ſuperſtites premere in rectè factis etiam liuor aut inuidia poteſt, & plebei ſermones: at mortuos, & cum tractu veritas inualeſcit, ſplẽdor ille famæ Virtutis irradiat, & ſeria ſcripta ad memoriam tradunt poſterorum. *Ex lib. de milit. Rom.*

Quid rerum humanarum carius Fama? quæ iure eſt bonis, ante bona omnia & ipſam vitam. Ex *orat. de Calum.*

Opes & vita caduca & fluxa ſunt: & opes quidem ante nos ſæpe, vita nobiſcum ſemper abit: nomen autem & Fama æternant, eáque ſola, cum non erimus, hic erunt, *Ibid.*

Ouid. 2. Faſt.

Fama manet facti: poſito velamine currum:
Et memorem famam, qui bene geſſit, habet.

Idem Epiſt. 21.

C *At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant,*
Iam canitur toto nomen in orbe meum.

Idem 3. Pont. 2.

Corpora debentur mæſtis exſanguia buſtis,
Effugiunt ſtructos nomen honorque rogos.
Occidit & Theſeus & qui comitauit Oreſtem:
Sed tamen in laudes viuit vterque ſuas.

INCONSTANTIA.

Fama, quam ſequimur, ventus eſt, fumus eſt, vmbra eſt, nihil eſt: itaque facillime recto atque acri iudicio contemni poteſt. Quod ſi forte, quoniam generoſos animos familiaris hæc peſtis inſequi ſolet, appetitum hunc radicitus extirpare non potes, excreſcentem rationis falce compeſce. Parendum tempori, parendum rebus eſt. Denique vt ſententiæ meæ ſummam breuiter expediam, virtutem cole, dum viuis famam inuenies in ſepulchro. *Petr. ad Thomam Meſſanenſem. Famam ante mortem non eſſe appetendam.*

Hinc iuſtus Lipſius Sereniſſ. Belgicæ Principum hiſtoriographus, & eloquentiæ Profeſſor, in Epitaphio ſuo, quod

D Louanij viſitur; ſibique ſcripſerat dum viueret, poſtquam dixiſſet, ſepultum ibi Lipſium; *cui littera dant nomen*, &c. addit: *Abibit hoc quoque.*

Et nil hic orbis quod perennet, poſſidet.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Regina Saba audita famâ Salomonis, venit tentare eum in ænigmatibus, ac ingreſſa eſt Hieruſalem multo cum comitatu, & diuitiis, *lib. 3. Reg. c. 10. Matth. 2. c. 12.*

De Iudith vidua dicitur, quod erat in omnibus famoſiſſima, quoniam timebat Dominum valde: nec erat qui loqueretur de illa verbum malum, *Iudith. c. 8.*

Mardochæi quoq; fama creſcebat quotidie; quod ſc. Princeps eſſet palatij, & plurimum poſſet; & per cunctorũ ora volitabat. *Eſth. 9.* Etiam fama Iudæ Machabæi vbiq; diffundebatur, ob ſingularem eius virtutẽ, eſt fortitudinem, *l. 2. Mac. c. 8.*

Eleazar fama nominis poſthumi, & religione tactus, noluit contra legem porcinas carnes, ne quidem ſimulando, manducare, ne per hoc maculam atque execrationem ſuæ ſenectuti conquireret. *Ibid. cap. 6.*

Poſtquam Chriſtus ſolo attactu aperuiſſet oculos cæcorum, comminatus eſt eis, ne cuiquam dicerent. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. *Matth. c. 9.* Simile habetur *Matth. cap 14. Luc. 3.*

De Heli Sacerdote memorat *lib. 1. Reg. c. 2.* quod poſtquam intellexiſſet omnia mala, quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraëli, quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ excobabãt ad oſtium tabernaculi; &c. dixerit ad illos: Quare facitis res huiuſmodi quas ego audio, res peſſimas ab omni populo? Nolite filij mei, non enim bona fama quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populum Domini. *1. Reg. c. 2.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Areopagus Athenis bonos ciues corona decorandi primo conſuetudinem introduxit, duobus, oleæ connexis ramulis clarum Periclis cingendo caput. Probabile inſtitutum, ſiue rem, ſiue perſonam intueri velis. Nam & virtutis vberrimum alimentum eſt honos, & Pericles dignus, à quo talis muneris dandi poteſtas potiſſimum initium cœperat. *Val. Maxim. l. 2. titul. 1. de inſtitutis antiquis.*

Socrates expedita & cõpendiaria via eos ad gloriã perue- F
nire dicebat, qui id agerent, vt quales videri vellẽt, tales etiam eſſent. Qua quidẽ prædicatione aperte monebat, vt homines ipſam potius virtutem haurirent, quam vmbrã eius conſectarentur. *Valerius Max. lib. 7. tit. Sapienter dicta aut facta.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Thales interrogatus ab amico quodam, quantum veritas abeſſet à mendacio: Quantum reſpondit, oculi diſtant ab auribus. Voluit ſignificare, ea non ſemper certa eſſe, quæ communi fama ſparguntur in hominum cœtus. Fama quippe (vt Maro ait) mobilitate viget, vireſque acquirit eundo, quo fit, vt falſa multoties veritati adiungantur. Veriora igitur ſunt ea quæ præſentibus oculis intuemur, quam quæ ab aliis falſa relata audimus. *Eraſm. lib. 8. apophthegm.*

Stratocles, equum de parta quadã victoria nuntiũ accepiſſet, protinus ad populũ retulit: vtq; ſupplicationibus immortalibus decerneretur, perſuaſit: Aliquãto poſt, quum certior nuntius adferretur acceptæ cladis, populo indignante quod deluſus eſſet: Ecquis, inquit, veſtrum quicquam damni accepit, quod totum hoc triduum mea opera hilares lætique fuiſtis? *Eraſm. lib. 6. apophtegm. Fulgoſus, lib. 4. c. 14. ex Plutarch.*

Socrates rogatus, quo pacto quis poſſet honeſtam aſſequi G
famam? Si talis, inquit, eſſe ſtudeas, qualis haberi velis. Veluti ſi quis bonus tibicen haberi cupiat, ea præſtet oportet, quæ à probatis tibicinibus fieri viderit. Quemadmodum qui medendi eſt imperitus, non ideò medicus eſt, quod pro medico aſcitus eſt, & vulgo medicus appellatur; ita non ſtatim princeps eſt, aut magiſtratus, qui populi ſuffragiis declaratus ſit, niſi ſciat artem gubernandæ ciuitatis. *Eraſ. l. 3. apoph.*

Idem, pulchritudinem famæ dicebat cito marceſcere ea inuidia ceu morbo quodam. *Stob. ſerm. 18.*

Epictetus interrogatus, quo pacto quis honeſtam famam aſſequi poſſet? Reſpondit, Si benè vis audire, diſce bene loqui, & cum bene loqui didiceris, recte facere conatur, & hoc modo bonam famam acquires. *Stob. ſer. 3. de Temp.*

Idem, Si cupis, inquit, bene audire, diſce bene dicere. Doctus autem bene loqui, da operam vt benè agas: atque ſic perfrueris bona fama. *Stob. ſer. 3. de Temp.*

Ageſilaus interroganti, qua ratione aſſequi quis poſſet, vt apud homines famam honeſtam conſequeretur? Reſpondit, ſi loquatur quæ optima, & faciat quæ honeſtiſſima. *Plutarch.* H
in Lacon apophth.

¶ HIEROGLYPHICA.

Non ſum neſcius, auctores eſſe, qui Pegaſum, qualem quippe paſſim in Hadriani & L. Pap. Curſoris, & aliorum quorundam nummis aſpicimus, famæ potius, quam celeritatis indicium eſſe contendant. *Pierius Valerius lib. 4. pag. 35. B. C.*

Lancea in quacunque videatur imagine, præter malitiam ipſam famæ, etiam celebritatem indicat. *Idem lib. 42 pagina 408.*

Illud vero præcipuum *fulminis* ſignificatum eſt: vt Vocem procul auditam, hoc eſt, famam rerum geſtarum longè latéque, per immenſa terrarum ſpatia diffuſam expiratámque præ ſe ferat: Ægyptij enim ſacerdotes, hujuſmodi gloriæ amplitudinem oſtendere ſi vellent, Vocem, vt ipſi dicunt, aëris quippe tonitrum, hoc eſt, ipſius *fulminis* deſcribebant imaginem. *Idem lib. 43. pag. 427. B.*

A

* Famigeratio.

§ DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

FAmigeratio, famæ diſſeminatio, rumorum geſtatio & diuulgatio, *d'uſions.* Hebr. *haſch matehuth*, à verbo *Scha alib*, audiuit, auſcultauit: famigerator igitur *noyomior* eſt, nouorum rumorum fictor; geruli figulus Plauti: mendaciorum gerulus luriſe. Sermonum geſtator Senecæ: rumigerulus Amm. Marcell.

Atheoienſes, (inquit D. Lucas) & aduenæ hoſpites nulli aliĳ rei vacabant, niſi ad dicendum aut audiendum aliquid noui. *Act.* 17. 81.

Hanc leuitatem ſuis ciuibus ſæpè exprobrat Demoſthenes, nempe *orat. reſp. ad epiſt.* Philippi: ſecunda, item & tertia Olinthiacha. Vide. *Plut. de curioſitate.*

Cæsar de veteribus Gallis loquens, eſt autē hoc (inquit) Gallicæ conſuetudinis, vt & viatores etiam inuitos conſiſtere cogant: quòd quiſq; eorū de quaq; re audierit aut cognouerit, quærāt: & mercatores in oppidis vulgus circūſiſtat, quibus ax regionibns veniant qualq, res ibi cognouerint
B pronunciare cogāt: & his rumoribus atq; auditionibus permoti de sūmis ſæpè rebus conſilia incunt: quorū eos è veſtigio pœnitere neceſſe eſt: cū incertis rumoribus ſeruiant, & pleriq; ad eorū voluntatē ficta reſpundeant, *lib. 4. de bello Gal.*

Famigerationem feſtiue depingit Iuuenalis *Sat.* 6. his verſiculis:

Inſtantem regi Armenio Parthoque cometem
Prima videt, famam rumoréſque illa recentes
Excipit ad portas: quoſdam facit eſſe Niphatem
In populos, magnoque illic cuncta arua teneri
Diluuio, nutare vrbes, ſubſidere terras,
Quocumque in triuio, cuicumque eſt obuia, narrat.

Prolixius vero Theophraſtus *in characteribus* ſeu notationibus morū. Famigeratio (inquit) eſt factorum dictorúmq; ad arbitrium ipſius fingentis confictio. Famigerator autem is eſt, qui obuius amico factus, ſtatim mutato vultu ac renidens interruget, vnde tu, & quid ais? & habeſne ſuper hoc nouum quicquā? & pergēs interrogare, nihilne; inquit, noui dicitur: atqui fauſta ſane ſunt & læta, quæ vulgo narrantur, tū autē priuſquā ille reſpondeat. Quid ais, inquit, nihil audiuiſti? Ergo ego te, ſicut video, rerum nouarum epulis lauta
C excipiam. Ac ſtatim eſt illi aut miles aliquis, aut Aſter tibicinis puer, aut māceps Lyco qui ēx ipſo prælio ſit reuerſus, à quo ſe dicat audiſſe: auctores ſiquidem ille tales eorū quæ dictitat, profert, quos nemo queat arguere. Refert autem ſe accepiſſe ab illis Polyperchontē cū rege hoſtes prælio fudiſſe & ſuperaſſe, Caſſandrúmq; viuū in hoſtiū poteſtatē veniſſe. Quod ſi quis dicat: Tu autem hæc credis? Imo, inquiet, rē enim clariſſimā omniū voce tota vrbe ferri: rumorē creſcere: omnes congruere: eadem enim de prælio ab omnib. narrari: magnū nimirū ea pugnā fatū eſſe factum. Idque ſe ex eorum etiam vultu qui rem gerunt publicā, colligere, quē viderit ipſis penitus immutari. Addit deinde ſe audiſſe quēdā, qui ex Macedonia aduenerit, quiq; omnibus quæ geſta ſūt, interfuerit: quintum iam diē ab illis domi occultari. Atque vbi hæc cōmemorauit, miſerationes adūcit: at ſcin? quomodo? Sanè quā perſuaſibiliter: O infelicē, inquiens, Caſſandrum! O virum ærumnoſum! En fortuna quid poſſit, at fuit certè Caſſander præpotens. Tu vero, ait, tacitus hoc tecū habeto: ipſe autē ad ciuiū vnūquēq; accurrit, vt ei omnia nar-
D ret. Equidē mirari ſoleo quid ſibi homines hoc genus falſis rumoribus fingendis ſpargendiſq; velint: quæ res, vt taceam mendaciĳ turpitudinē, nō raro ipſis incommoda euenit: Factū enim ſæpè, vt dum iſti in balneis concurſus facerent veſtes interea ſuas furto amitterent: aliĳ dum in porticu aut pedeſtri, aut nauali prælio vincunt, quod vadimoniū nō præſtitiſſent, grauiter multati ſunt. Quibuſdā etiā; dū vrbes verbis ſuis fortiter caperēt, cœna interea loci periit. Enim vero miſera eſt iſtorū vita & cōditio: nā quæ porticus eſt, quæ officina, quæ fori pars, in qua dies nō traducat integros, magno cū audiētiū, quos falſis ſuis narrationib. obtūdat tædio:

Vide Titulum de Rumore.

Fames.

* § DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FAmes, Græcè λιμὸς & λιμώττω eſt appetentia cibi, fameſco dicitur Heb. *Rahab, Rehabon*, à verbo *Raheb*, Eſuriit, famelicus fuit, laborauit inedia, aruit fame, exarſit fame. Affine eſt huic *Bahar*, exarſit, & Raham impetuoſus fuit, vt ſo- E
let eſſe fame percitus. Cum nomine facili *Rahab*, conuenit Latinum Rabies. Nam præ fame egeni in rabiem vertuntur.

Eſt autem fames appetitus calidi & ſicci *ſecundum Ariſt. lib. 2. de Anima.*

Dicitur autē fames ἀπὸ τοῦ φαγεῖν quod eſt edo; vnde famelicus, qui agitur edendi cupiditate, & famelicoſus, qui frequēter famelicus eſt, & fame Eſurio, à quo fameſco, & licet à Græco veniat, vſus tamen obtinuit, vt per F. ſcribatur.

FAMIS DESCRIPTIO.

Ouid. 8. Metam.

Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
Triſte ſolum ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tellus;
Frigus iners illic habitant, Pallorque Tremorque
Et ieiuna fames.

Et infrà.

Quæſitamque famem lapidoſo vidit in agro,
Vnguibus & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
Labra incana ſitu, ſcabrae rubigine dentes,
Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent.
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus; pendere putares
Pectus, & a ſpinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuúmque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

NATVRA.

Famis naturam quidam Inueſtigant, eiuſque etymon expēdunt, dum ad eam quinque hæc concurrere ſentiunt. Primum eſt membrorum exinanitio, deficiente alimento.

Secundum, tractus membrorū conantiū allicere ad ſe, & rapere vndecūq; valeant, nutrimentū, cuius inopiā laborant.

Tertiū, diuulſio ventriculi cū acri quodā morſu, qui naſcitur tū ex vehementi attractione; tū quia, deſtituta alimenta ventriculi cauitate, eius latera in ſe concidunt & corrugātur.

Quartum, ſenſio diuulſionis; nam cum hæc ventriculum grauiter afficiat, ipſumque lædat, conſequens eſt, vt doloris ſenſum inuehat. Sentitur autem potiſſimum fames In ventriculo, ac præſertim in eius ore, quia membrorum ſuctio ad hæc vltimo terminatur, iiſq; maior ineſt ſentiēdi acrimonia.

Quintum, appetentia cibi, id eſt, actua appetitus ſenſitiui, optantis externum alimentum, vt præſenti malo occurrat.

Conſurgit autem hæc appetentia in hunc modum: Perci- G
pit phantaſia diuulſionē ventriculi ex alimēti penuria: deinde apprehendit alimentū, vt conueniens & neceſſarium: tum proponit id appetitui ſenſitiuo, qui confeſtim in ipſum per actum appetendi fertur, vt vitæ conſulat. Itaq; attractio alimēti vnde oritur dolor (ſenſio nimirū diuulſionis vētriculi) famē efficit: vt optimè inde nomē famis duci potuerit. Habet autē attractio illa quandā corroſionē ex alimēti defectu, aut ex eo quod licet nō deſit, ab vna parte ad aliā, præter ordinē attrahatur, vt à iecore ad venas vi alicuius maligni humoris.

FAMIS PERPESSÆ EXEMPLA

Sacræ Scripturæ.

Fames compulit Abraham, primò vt ex Chananæa in Ægyptum fugeret. *Gen.* 12. Deinde vt Gerara ad Abimelech regem ſe conferret. *Gen.* 20. Similiter etiam Iſaac. *Gen.* 26.

Sub Pharaone rege vbertas magna integro fuit ſeptēnio. Quā ſecuta eſt totidē annorū fames in Ægypto, *ex Geneſ.* 41.

In Iudæa tempore Iudicū tanta fuit fames, vt Elimelech Bethlehemita cū vxore Noëmi, & duobus filiis in Mohabiticam terram diſceſſerit, vbi filiis ſuis vxores dedit, Orphi
& Ruth. Noëmi, poſt decennium remittente famē poſt mor- H
tem patris & filiorum, cum Ruth nuru ſua in Iudæam rediit, Ruth Moabitis Booz viro clariſſimo nupſit. *Ruth. c.* 1.

Sub Ioram rege Iſraëlitarū, ſeptennio integro fames Iſraëlitas afflixit. Itaque Eliſæus propheta mulierem Sunamitidem, cuius filium in vitam reuocauerat, in Palæſtinam proficiſci iuſſit, donec ſeptem anni elaberentur. *Lib.* 4. *Reg. c.* 8.

Benadab Syriæ rege Samariam obſidente; aſini caput octoginta argenteis, quartanis ſtercoris columbini loco ſalis quinque argenteis vænīt. Ioram Rex Samariæ cùm muros obiret, occurrit ei mulier, conquerens de ſua contubernali, quòd cum ipſa ſuperiore die filium ſuum mactaſſet, & illam alteram in conuiuium adhibuiſſet, illa nunc ex pacto ſuum mactare nollet, Rex facinoris immanitate territus, veſtimenta ſua lacerauit. At Eliſæo vate prædicente, hoſtibus diuino terrore fugatis, poſtridie ſumma annonæ vilitas ſucceſſit. 4. *Reg.* 6. & *Ioſephus l.* 9. *c.* 4.

Fames

A Fames maxima Iudæá afflixit anno Herodis Regis XIII. ob ſiccitatem diuturnam, ne illis quidem fructibus prouenientibus,quos ſponte ſua terra ſolet edere:quam & morbi ſubſecuti ſunt,& inualuit peſtilentia;fuiſſetque omnibus ferè pereundum, niſi Herodis interceſſiſſet apud Petronium Ægypti præfectum cura & prouidentia. *Ioſephus lib.15.c.12.*

Fames, quam omnibus terris futuram Agab *Actorum* 11. prophetico prædixerat ſpiritu, Claudij Imp. IX.& X.anno longè latéque per totum orbem euagata eſt.Qua temporum iniquitate,Helena Adiabenorum regina,quæ Iudaicum primo cultum complexa, mox Apoſtolorum prædicatione Chriſti regis eſt fidem ſecuta, magnam vim tritici Hieroſolymam miſit,ne piorum cœtus,qui tunc eam vrbem incolebat,fame conficeretur. Meminit cladis huius Tranquillus, qui auctor eſt,Claudiú arctiore annona,quæ ob aſſiduas ſterilitates inciderat, in foro à multitudine conuiciis exceptú, ac ita panis fragminibus inſtratum, vt ægrè per poſticum in palatium euaſerit.*Sabell.lib.2.Ennead. 7.ex Euſeb.& Dione.*

HISTORICA.

B In Hieroſolymitana obſidione tanta fuit fames,vt multi clam vniuerſa bona ſua vno frumenti modio, qui ditiores eſſent,itémque pauperes hordei,permutarent.Incluſi deinde intimis ædium tectis, quidam ſumma penuria infectum triticum comedebant, panem alij conficiebant, vt neceſſitas metúſque monuiſſet.Et menſa quidem nuſquam apponebatur,ſed incoctum ſubtrahentes igni cibum diripiebant. Miſerabilis autem erat victus,dignúmque lachrymis ſpectaculum,cum potentiores quidem plus haberent,infirmiores autem iniuriam deplorarent.Denique vxores viris, & filij parentibus,& quod miſerrimum, matres cibum infantibus ex ipſo ore rapiebant,& marceſcētibus inter manus clariſſimis nemo parcebat, quin vitæ guttas auferret.Edentes verò talia non latebant,ſed vbique aderant qui iſta diriperent. Nā ſicubi clauſam domum vidiſſent,eos qui intus erant,cibum capere hoc ſuſpicabantur indicio:ſtatimque ruptis foribus irruebant, victúmque jam contuſum dentibus, ex gutture penè reuocabant,ipſos faucibus ſtrangulantes.Pulſabantur autem ſenes,ne cibum defenderent:lacerabãtur mulieres,ea, quæ haberent in manibus,occulentes : nullâque miſeratio
C vel cani erat capitis, vel infantiæ:ſed abſtractos pueros, & ex bucella pendentes, humo allidebant. Si quis autem incurrentes anteueniſſet,quodque rapturi fuerant,deuoraſſet, tanquam læſi cruentiores erant. Acerbiſſimos autem cruciatus excogitabant, dummodo alimenta reperirent,nunc excruciando genitalium vias,nunc virgis acutis podices tranſfigendo.*Ioſephus lib.6.cap.11.belli Iud.*

Maria quædam infelix mulier, infantis vagitu excita, vbi cum illo extabeſcere ſe animadvertit,impar tantis malis, & calamitati ſuccumbens, affectum amiſit,exculcatâque naturæ vi ac dolore deuorato,furorem induit,intentáque in paruulum etiam hoſti miſerandum:Quid inquit,faciam tibi paruule;quid faciam? Sæua ecce circumſtant mala,fames,incēdia, latrones, ruinæ.Cui credam te moritura An vitæ tantillum relinquam?Sed potes, ô fili, & ſic matrem paſcere, idoneæ ad cibum manus tuæ,ô ſuauia mihi viſcera,ô artus periucūdi age prius quàm fame in vltimam ſoluamini tabē, reddite matri quod accepiſtis. Age ô fili,intimum naturæ ſecretum repete,vnde vitales auras carpere orſus es,inde &
D tumulus paretur tibi.Amplectar ipſa quæ genui,& exoſculabor preſſiùs. Hæc verò quum enunciaſſet flebiliter, mox auerſa gladium impegit ac in fruſta conſectum igni percoxit,indéque hiantes expleuit ventris latratus.*Cælius lib. 13. c.24.ex Egeſi: po.l.9.c.40.Baronius tom.1. Anno 72.*

Græcis Ilium obſidentibus,fames maxima exercitum inuaſit,propterea quod vicini agri depopulati non colerentur. Palamedes igitur Nauplij F. vt ſolamen aliquod tantæ calamitati afferret,animos Græcorum in iucundis rebus occupando, latrunculorum ludum ſiue teſſeras & talos reperit. Et teſte Polemone,prope Ilium adhuc extat lapis, in quo Græci luſerunt.Atteſtatur huic rei Sophocles in Palamede, inquiens : οὐ λιμὸν οὗτος τόνδ' ἀπῶσε, σὺν θεῷ εἰπεῖν, χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας ἐφηῦρε φλοίσβου μετὰ κόπον καθημένοις, πεσσοὺς κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος; *Euſtathius Iliad. β.*

S[t]EPHANVS Ægyptias pyramydes à tritico,quod πυρὸς nūcupatur,deduci mauult:quoniam eo illuc aggeſto,fames Ægyptum inuaſerit.At Ammianus Macellinus *libro ſecundo,& viceſimo*:Quia(inquit)figura in acutum deſinens, à Geometris ſic appellatur.quod in morem ignis in conum [illegible] *Cælius lib.23.c.6.A.L.*

In caſtro Seſto obſeſſi ab Athenienſibus Perſæ [illegible] ra fame vexati ſunt,vt funibus lectorum, nulla re alia ſuperſtite, elixatis veſcerentur.*Herod.lib.9.*

Athenienſes obſidente Sylla,conſumptis alimentis omnibus,elixari coria, & diſcocta in alimentum verterunt,quin nec à ſuorum cadaueribus abſtinuerunt.*Appianus lib.de bello Mithrid.*

Nota ſunt Prouerbia Saguntinæ, Milææ,& Peruſianæ famis.Tempore Atyis,Manis regis filij,annonæ difficultas per vniuerſam Lydiam valde graſſabatur adeò vt Lydi,qui tum miſerè degebant,non ceſſantes remedia huic malo quærere, alius aliud excogitarit:inuentumque tunc ab iiſdē aleæ teſſerarumq;ludum,& pilæ,cæterorúmque ludorū omnium genera aiunt, præterquã talorum. Horum enim inuentionem ſibi non vendicant Lydi.Porrò ad famem diſcutiendam,altera quidē dierū in totum luſibus occupabantur,ne videlicet ciborum quærendorū ſolicitudine diſtorquerentur:altera verò à luſibus abſtinentes,paſcebantur.Atque hoc modo F
vixerunt annis circiter duodeuiginti.Cum autem malū iſtud non remitteret,ſed magis atq;magis inualeſceret,factum eſt, vt eorum rex Lydos bifariam diuideret:& hos quidem forte ad permanendum in ſuis ædibus deſtinaret,illos verò aliquò ablegaret colonos.Et quidem his, qui iſthic permanerent,rex ipſe pergeret imperare:illos autem,qui deducendæ coloniæ erant deſtinati,filiū ſuū præficeret,cui nomen Tyrrheno. Hi è Lydia excedentes, primum diuerterunt Smyrnam.Hic mox fabricatis nauigiis,quibus ea,quæ nauigationi accommoda videbantur,imponerent:ad victum ſedéſque quærendas orā ſoluerunt:donec varias nationes pertranſeūtes,ad Vmbros peruenerunt:& ciuitatibus conſtructis, pro Lydis(propter regij filij,qui eos deduxit,nomēclaturā)nomen cōmutarunt,& Tyrrhenos ſeſe dixerunt.*Herodotus lib.1.*

CYRVS,cū in expeditione quadam, coactus fuiſſet intrare regionem deſertam,& omnium ad vitam neceſſariorum inopem,tam grave ſubiuit diſcrimen, vt eius milites ob victus indigentiam,commilitonum corpora in cibum vertere compulſi fuerint. At quum Arimaſpi currus frumento onuſtos ad triginta millia adduxiſſent:præter ſpem ab ingenti calamitate omnes ſunt liberati.Quo nomine Cyrus eos libertate donatos,pro Arimaſpis Euergetas appellauit.*Diod.lib.17.* G

Cum Phylagalenſes Arcades Cereris ſacra intermiſiſſent, crudeli fame vexati, ex Pythiæ oraculo nouum Cereri ſignum fecerunt, & ſacra magnificentius inſtaurarunt. *Pauſanias in Arcadicis.*

Αλιτήριος,vulgò dicebatur,qui per vim raperet aliena.Natum ex euentu huiuſmodi. Temporibus Ætolici belli,tanta frumentariæ rei penuria incidit Athenienſibus,vt pauperes coacti fame captiuorum farinam deriperent, inde vox traduci cœpit ad hominem quocumque modo ſceleratum.*Suidas. Plutarchus in commentario de Curioſitate*,diuerſam huius nominis originem reddit,Nempè cùm Athenis fame vehementer laboraretur,& hi,qui iuſſi fuerant,frumentum non efferrent in publicum,ſed domi clanculum molerent,ac noctu:curioſi quidam obambulantes,obſeruato molarum ſtrepitu,eos prodiderunt : atque hi quidem Aliterij dicti ſunt, quemadmodum & Sycophantæ. Ceres dicta eſt ἀλιτηρία. & Iupiter ἀλιτήριος,quòd in publica fame ſeruaſſent molitores, H
ne farina diriperetur.*Eraſmus in Adagiis.*

Poſt victoriam Platæenſem Athenienſes Xanthippo duce Seſtum in Cherſoneſo oppugnabant.Obſidio illa tam diu tenuit, vt qui obſidione tenebantur, lictorum funibus elixis veſcerentur.*Sab.lib.2.En.3.*

Cùm in Piræo vrſus Dianæ Munychiæ ſacer ab Athenieſibus interfectus eſſet,fames ingruit.Oraculum reſpondit:Ita demum mali finem futurum,ſi quis filiam immolaſſet numini.Embarus filiam ſe immolaturum pollicitus,ſi ſacerdotiū in poſteros ſuos traderetur, ſolemni ritu ornatam ſacrificauit. *Plut.in Collectaneis, & Eraſmus in prouerbio, Embarus ſum.*

DEMETRIVS POLIORCETES Athenas terra mariq;infeſtans brevi ad tantam rei inopiam redegit; vt tricenis drachmis veniret modius frumenti.Plutarchus ait memoriæ proditū, filium in ea egeſtate aduerſus patrem, ob murem, qui fortè è tecto exanimis deciderat,ferro dimicaſſe,& Epicureæ ſectę quendam,famis æqua portione diſtributis,liberos ea temporum iniquitate aluiſſe.*Sab.lib.7.En. 4. ex Plut.Demetrio.*

DIONY

[illegible] anno S[illegible], vndecimum iam menſem [illegible] obſ[illegible]te, & omne eis auxilium commeatumque [illegible]ente, graui rerum omnium neceſſariarum penuria la[illegible] bo[illegible] n vrbe cœperunt. Aiunt frumenti medimnum apud Rheginos tum temporis quinque minis vænuiſſe. Tanta igitur fame preſſi, primùm quidem equos & alia iumenta in alimentum adhibere cœperunt: poſtea verò ipſis quoque coriis ac pellibus maceratis & coctis pro cibo vtebantur: poſtremò vrbem egreſſi, herbas circa murum creſcentes pecudum inſtar depaſcebantur. At Dionyſius extremum etiam malum inducere volens, herbas loci eius & gramina paſſim ſpecidi ac euelli iuſſit, quò putrefacta, pro cibo eſſe eis ampliùs, non poſſent. Quibus malis Rhegini victi, vrbem tyranno, conceſſa ei in eos ſtatuendi omni poteſtate, tandem dederunt. Vrbem ingreſſus, magnam cadauerum eorum copiam reperit, qui fame omnes perierant: ſuperſtites adhuc mortuis quàm viuentibus ſimiliores erant. Collectis autem infirmis & languidis quoq;, captiuorum plus quàm ſex millia Syracuſas miſit, vel talento ſingulos redimendos, vel ſub haſta vendendos, *Diodorus lib.14.*

B Cùm aliquando Peloponneſus annonæ laboraret inopia, quidam vrgente fame, collectis ſarcinis, inde demigrarunt. Ij cùm incertis ſedibus huc atque illuc vagarentur, recepti ſunt in ciuitatem à Tripolitis. Tripolis autem ea in Rhodo eſt. Nomen igitur inditum illis, vt dicerentur λιμοδωριεῖς. Heſychius addit, ex auctoritate Didymi, eos qui iuxta Oetam accolebant ſic vocatos, quòd ob terræ ſterilitatem frequenter cum fame rem habebant δωριεῖς Græcè dici videntur à dono & eundo. Itaque qui vagantes famem adferebant, λιμοδωριεῖς dicti ſunt. Aliqui Dores non ſunt in Peloponneſo, ſed inter Locros & Ætolos, auctore *Strabone lib.9. Eraſmus in Adagiis, ex Plut. Collect. prouerb.*

Λιμὸς μηλιαῖος, id eſt, Fames Meliæa, de fame extrema, déq; rebus difficillimis. Eſt enim Melus oppidum Theſſaliæ, quod Nicias Athenienſium dux obſedit, expugnauitque, non tam machinis bellicis: quàm fame. *Suidas.* Meminit hiſtoriæ *Thucydides lib.5.*

Alexander Magnus ex Gymnoſophiſtis pedeſtri itinere per Oritas pergens, in extremam inopiam recidit, multóſque C mortales amiſit, vt Exercitus ne quartam quidem partem reduxerit ex India, cùm peditum eſſent cxx M. equitum xv M. Adhæc graues morbi, paruus victus, feruores torridi, plurimos fames abſumpſère: dum regionem peragrant incultam hominum duram vitam agentium, qui paucas & viles habebant oues marinis piſcibus aſſuetas veſci, atque hinc praua carne & putida præditas. Hanc tandem diebus ſexaginta emenſus, Gedroſiam attigit. ibi in rerum omnium egit affluentia, quòd proximi ſatrapæ & reges de omnibus prouidiſſent. *Plut. in Alexandro.*

Stipendarij Carthaginenſium, poſt primum Punicum bellum, ſeditione mota, ad extremum periculum res Carthaginenſium deduxerant, nec niſi fame ab Hamilcare domari potuère. Conſtat illos captiuorum primò, mox & ſeruorum corpora crudeliter abſumpſiſſe. *Sab. lib.9. En.4.*

An V.C.313. Proculo Gegano Macerino, & L. Menenio Lanato Coſſ. annonæ caritas Romam inuaſit, dubium, deſerto agrorum cultu, an cœlo frugibus aduerſo: vtrumque enim tradunt. L. Minutius eſt annonæ præfectus publica frumentatione parùm felix. Apud finitimos neque pretium valuit, neq; gratia, vt laboranti ciuitati opem ferrent. Fame igitur inualeſcente, ad eã rerũ deſperationem eſt ventum, vt quidam è plebe longioris vitæ cruciatus veriti, obuoluto capite ſeſe in D Tyberim præcipitarint, tanta tum fames ciuitatem inuaſerat. Tum Sp. Melius, ex equeſtri ordine homo prædiues, rem ſpecie vtilem, ſed libertati præcipuè inimicam eſt aggreſſus. Emerat hic per clientes & hoſpites penè quicquid frumenti fuerat ex Hetruria aduectum, emptumq; multitudini gratis in grauiſſima annona diſtribuit. Conciliauit ea largitio homini tãti fauoris, vt quacunq; incederet, frequens circa illum ciuium multitudo conſpiceretur, futurum conſulatum haud dubio conſenſo repromittens. Quoniam autem conſulatus erat patribus non ſine certamine extorquendus, de regno agitare cœpit. Creantur interim conſules, T. Quintus Capitolinus, & Agrippa Menenius. Ad hos & patres Minutius detulit, ſe manifeſto indicio compertum habere, in Sp. Melij domo ſecreta conſilia agitari, ingentem vim armorũ eò collati, corruptos ex tribunis quoſdã, quia ad prodendam libertatẽ cum Melio conſpirent. Tum [illegible] à conſulibus pro[illegible] erat, viſum eſt ad id malum opprimendum Dictatore opus e[illegible] ſe. Q[uin]tius Cincinnatus dictus eſt. [illegible] Seruilium Halam magiſtrum equitum dixit. Qui Melium ad Dictatorem venire nolentem, & populi fidem implorantem, occidit. Placata in Dictatoris oratione multitudine, Quæſtores iuſſi ſunt Spurij bona vendere, pecuniamque inde exactam in publicum redigere. Domus diruta, monumentum nefariæ ſpei oppreſſæ vt eſſet area Æquimelium appellatum. L. Minutius boue aurato, [illegible] vt alij tradunt, ſtatua extra portam Tergeminam eſt donatus. *Sabel. lib.5. En.3.*

Rutilius Romanorum imperator Tauromenium ſeruili bello recuperauit, poſtquam vehementiſſimè illud oppugnaſſet, & defectores ſeruos, qui in eo erant, ad tam acrem famem compuliſſet, vt quum primò liberorum ſuorum corporibus veſci cœpiſſent, mox ad vxorum corpora ſe conuertiſſent, poſtremò ne ſibi quidem inuicem parcerent, ſed & alij alios vorarent. *Diod. lib.4.*

Petilini Brutij ab Hannibale obſeſſi, quia à Romanis deficere noluerant, tantam famem ſuſtinuerunt, vt frugum & carnium alimentis abſumptis, coria ſutrinis detracta in cibum verterint. Herbis inde, radicibus, corticibúſq; deficientibus, nullus fuit tam infandus cibus, à quo obſcœna fames abſtineret. Poſtremò corporibus miſerabili tabe confectis, vt ne veſtigio quidem conſiſterent ampliùs, ab Himilchone expugnati ſunt. *Sabellicus lib.3. Enneadis 5. & Athenæus libro 12. c.11.* F

Caſilini obſidebat Hannibal Romanorum præſidiũ, & ad vltimum inopiæ redegerat, ita vt quidam fame adacti, vltrò ſeſe præcipitaſſe dicantur, alij nuda corpora obtulerint hoſtibus conficienda. Intercepto deinde à Pœnis cõmeatu, quẽ Romani miſerant ad tantam omnium rerum penuriam ventũ eſt, vt lora & pelles ſcutis detractas aqua emollitas mandere conati ſint, nec muribus interim aliiſq; obſcœnis cibis abſtinuerint. Satis cõſtat, ccc. argenteis murẽ vnũ memorabili euentu væniiſſe nũmis, emptoremq; ea alimonia ſeruatum, eo qui vendiderat extincto. *Sabell. lib.3. Ennead.5. & Plin. lib.8. [c].57.*

Saguntina fames, in prouerbium venit. Hiſtoriæ meminerunt *T. Liuius, Valerius Maximus, & M. Tullius in Philippicis.* Eſt autem Saguntum Hiſpaniarum oppidum, iuxta flumen Iberum, ſocietate fœderéque coniunctum cum Romanis. Id longa Pœnorum obſidione faméque eò redactum eſt, vt ciues extructo in foro igni, quicquid erat precioſarum rerum in eum coniicerent: ac poſtremò, ſeque ſuóſque liberos eodem præcipitarent, ne venirent in hoſtium manus. G

* Rurſum anno Chriſti quingenteſimo trigeſimo nono, qui quartus Belli Gothici à Procopio ponitur inchoatus, dira fames vexauit Italiã de qua iſta auctor habet. Cùm inquit, jam ſe verteret annus, & meſſis tempus adeſſet, in campis frumentum ſua ſpontè matureſcebat, non tamen qua priùs id copia fuit, ſed longè minori, vt quod nec hominum manibus, nec boum labore ſatũ humóq; tectum fuiſſet; ſed temerè in agri ſuperficiẽ iactũ: vnde eius pars quædam terræ vi fota emerſerat; ipſũ id tamen cùm demeteret nemo, præ nimia ſui maturitate in terram iteratò excidens renaſcebatur. Quæ res cùm eundem in modum in Æmilia accidiſſet, eius regionis homines propriis ſedibus ac bonis relictis, in agrum Picenum profugerant, haudquaquam exiſtimantes, eius Prouinciæ loca; quia maritima eſſent, eadem omnino rei frumentariæ inopia premi. Tuſcos præterea haud ſecus, ac pari de cauſa fames attigerat. Ex his tamen qui montes incolerent, frumenti in modum è glandibus commolitis confectum panem edebant. Vnde vulgatis velut in pecua morbis, vti par erat, multi mortales H capiebantur, & paucis ſuperſtitibus interibant. Inter Picentes autem tradunt non minùs quinquaginta millia hominum præ inedia interiiſſe, & longè plures extra Ionicum ſinum. Qua autem morbi ſpecie, & quẽadmodũ hi morerentur, mox explicabo. Cùm enim nihil iis eſſet, quo veſcerentur, extenuati nimirum omnes pallentéſque reddebantur, caróque, vt cibo diutiùs carens in ſe ipſa retracta, cohæſerat: fel item cùm nimium abundaret, atque adeò corpora ipſa vi ſua oppreſſa iam infeciſſet, haudquaquã ſinebat ſuo è priſtino curſo in his venas defluere. Malo itaq; peruincente, nihil prorſus ſucci corporibus relinquebatur. Cutis præterea ohdurata corio perſimilis erat, præ ſe maximè ferens quòd impacta oſſibus inhæſiſſet, liuore iam in nigredinem commotato: vnde & homines exuſtis facibus nihil abſimiles videbantur, corúmq; facies ſtupidior erat, toruúſque & furens aſpectus. Mortem itaque paſ-

A ſim obibant, cibi partim inopia, nimia partim ſaturitate. Nam poſtquam in his fuerat calor omnis extinctus, quem natura introrſum excuſſerat: ſi quis fortè ad eos ad ſatietatem, & non paulatim ciballet (vt recens nati lactari ſolent) cùm ingeſtos minus digererent cibos, celerius longè moriebantur. Fuere, qui fame cogente alterni ſi eſitarent. Feminas enim duas fuiſſe tunc tradunt, quæ viros ſeptemdecim interfectos abſumpſerint. Hæ namque (vt ferunt) cum ſolæ & reſides domi, ceteris mortuis ſuperfuiſſent, diuertentibus ad ſe peregrinis noctúque dormitantibus interfectis diueſcebantur: ſeptem itaque & decem diuerſis temporum ſpatiis in cibum abſumptis, octauus ac decimus, qui ad has forte diuerterat, ſomno tunc ſubitò experrectus, cum in ſe eadem, quæ & in cæteros fecerant, molirentur, cognita primùm facti ab his ratione vtraſque obtruncat. *Ex Procop. de bello Gothor. lib. 2. Baron. tom. 7. Annal. an. 539.*

Anno V. C. CCLIV. cum L. Icilius tribunus plebis agrariis legibus promulgandis ſeditione Romæ agitaret peſtilentia coorta cogitationes hominum à foro certaminibuſque publicis ad domum curámque corporum nutriendorum conuertit. Defuncta ciuitate plurimorum morbis, perpaucis vul-
B neribus, peſtilentem annum inopia frugum neglecto cultu agrorum excepit. Atque adeò fames, quàm peſtilentia triſtior erat, niſi dimiſſis legatis Romani à Siciliæ Tyrannis maximos commeatus aduerſo Tiberi in vrbem aduehendos curaſſent. *Liuius Decad. 1. lib. 4.*

Obſeſſi à Gallis in Capitolio Romani, quando nullos eò commeatus conuexerant, inopinato nimirum malo præuenti, eò penuriæ redacti ſunt, vt M. Manlio Capitolino obſeruatam contra nocturnam vim Gallorum arcem, ſummi muneris loco non Tribuni ſolùm, ſed etiam vniuerſi milites ſelibras farris, & quartarios vini contulerint, rem dictu paruam, ſed ingens argumentum charitatis. Senſerant quidem Galli obſeſſos fame premi, eámque illis obiecerant. Romani auertendæ eius opinionis cauſa, multis locis de Capitolio in hoſtium ſtationes panes iecere. Poſtremò cùm ſuperatis humanis omnibus malis, famem vnam natura vincere non ſineret, nec auxilium aliquod à Dictatore Camillo appareret, mille pondo auri libertatem ſuam à Gallis redemerunt. *Liuius Decad. 1. lib. 5.*

C Cùm M. Antonius Triumuir è Parthis reduceret Exercitum, tentauit fames exercitum: quòd parùm frumentari, idque non ſine certamine poſſent, & deficerentur molis. Magna enim ex parte relictæ fuerant, iumentis partim mortuis, partim ægrotos & ſocios ferentibus. Chœnicem tritici Atticam quinquaginta drachmis aiunt væniiſſe. Panes hordeaceos ad argenti pondus diſtrahebant. Ad olera verò & radices cùm verterunt ſe, pauca reperêre familiaria. Coacti etiam inſolita antè guſtare, herbam attigerunt, quæ adferebat per inſaniam mortem. *Plut. in Antonio.*

Sub imperio Maximini & Licinij perſecutorum Chriſtianæ religionis, fames fuit tanta, vt vna tritici menſura bis mille quingentis Atticis venderetur. Factum inde eſt, vt per ciuitates infinita hominum multitudo fame confecta, mortua ſit: maior verò per vicos & agros peſtilenti morbo. Alii igitur quæ chariſſima & precioſiſſima haberent, pro tenuiſſimo cibo ditioribus vendebant: alij poſſeſſionibus ſuis paulatim diuenditis, ad extremam egeſtatem redacti ſunt. Quidā modicas graminis minutias mandentes, & lethiferis herbis promiſcuè veſcentes, valetudinem corruperunt. Nonnullæ etiā per ciuitates nobiles feminæ ad extremā inopiā redactæ, ad agros mendicandi gratia ſe receperunt. Et alij quidem viribus exhauſtis, velut exanima ſimulacra, huc illuc vacillan-
D tes, nutantéſque & collabentes, in mediis plateis procidebant, ſupinique palmis extenſis, vt pauxillum ſibi cibi porrigeretur, ſuppliciter orabant: atq; in extremis conſtituti, animámque agentes eſurire ſe clamabant, ad hanc etiam vocem proferendam vix valentes. Sic igitur in medio foro, & per angiportus, mortua ac nuda corpora pluribus diebus inhumata & proiecta miſerabile viſentibus ſpectaculum exhibebant. Cùm & canum cibi nonnulli fierent: ob eámque cauſam potiſſimū aliqui canes interficerent veriti ne rabidi facti, ad vorandos & laniandos homines conuerterentur. *Euſ. lib. 9. c. 8.*

Sub Iuliano Apoſtata terræmotus fuerunt grauiſſimi, ædificia & domus paſſim ruebant: adeò vt tutum nuſquam eſſet, vel domi vel ſub æthere morari. Præterea ſiccitates immenſæ, omnes terræ fructus perdiderunt. Quo factum eſt, vt homines neceſſariorum ex terra fructuum inopia, carnibus animantium brutorum, Alexandriæ & in Ægypto veſci coacti ſint: vt *Sozomenus* indicat *lib. 6. cap. 2. Theodoretus lib. 4. cap. 4.* ſcribit, famem illam ingentem, ob impietatem Iuliani, & frumentum Eccleſiis à Conſtantino donatum raptum, ſub Iouiniano adhuc duraſſe. E

Decimo Maurícij anno, poſt maximam ſiccitatem, quinque locuſtarum agmina, innumerabili multitudine, quicquid in aruis vireſcebat depaſcentia, ingentem per Italiam famem biennio fecere. *Palmerius, ex P. Diaconi lib. 4. de rebus Longobar. & Greg. Turon. lib. 10. cap. 29. Hiſtor.*

Ann. imperij Valentiniani ſeptimo, Chriſti 374. magna fuit Cæſareæ ſiccitas: quam ingens fames ſubſequuta eſt. *Baſilius ſermone 3. in Diuites, & Hieronymus in Chronico.*

* Sub Honorio Imperat. refert *Zoſimus VI. Annal.* Romæ tantam annonæ fuiſſe charitatem, & raritatem, vt homines hominibus imminerent, & in Circo palam audita ſit vox. Pone pretium humanæ carni.

Fuit maxima ea neceſſitas, quâ Italia laborauit, imperante Iuſtiniano, cùm Gothi Beliſarium in vrbe Roma incluſiſſent. Procopius narrat propter ingentem famem eos, qui in Æmilia habitabant propriis ſedibus ac bonis relictis, in agrum F Picenum profugiſſe: in Piceno agro non minus quàm quinquaginta millia hominum præ inedia interiiſſe, & longè plures extra Ionium ſinum. Inualeſcente autem hoc malo, tandem eò deuentum eſt, vt homines cogerentur humanis excrementis, & carnibus veſci. Duas fuiſſe tunc fœminas tradunt, quæ viros ſeptemdecim interfectos abſumpſerant, ipſæ à 18. qui id fieri ſenſerat, cæſæ. Sed eò iam alibi quoque creuerat famis neceſſitas, vt quicquid vbique herbarum eſſet, id promiſcuè appeterent, & genu in terram nixi, cùm auellere has niterentur, deficientibus viribus (nam è corporibus vigor omnis abſceſſerat) porrectas ad herbas ſolo moribundi procumberent, inſepultique paſſim manerent: nec erat, qui ſepulturæ rationem haberet. Hermannus Gigas dicit tantum inualuiſſe famem, vt matres mactarint ſuos liberos, iiſque pro cibo vſi ſint. *Blondus quoque Decadis 1. lib. 4. & Sabell. lib. 3. En. 8.* recitat ex Dacio Mediolanenſi Archiepiſcopo, quis iis temporibus, quibus Vitiges Romam obſidebat, vixit, quòd in ſua diœceſi inuenta ſit mater, quæ mortui filioli carnes comederit. *Eamdem Hiſtoriam habes paulo ante ex ipſo Procopio, nonnihil mutatam.*

Azanæa Phrygiæ ciuitas fame ob ſterilitatem agrorum G premebatur. Immolata autem vulpe & echino ab Euphorbo paſtore, nouo ſacrificij genere placati fuerunt dij, fecaceſque cœperunt eſſe agri. *Eraſmus in prouerbio Αζανία κακά.*

Alaricvs Gothvs ann. 409. Romam obſidens, portas omnes obſtruxit, ne cuiquam ingreſſus exitúſque pateret & occupato Tiberi commeatus ſubuectionem è portu prohibuit. Ac Romani quidem per aliquot dies magna animi conſtantia omnia belli incommoda pertulerunt, ſubſidium Rauenna ab Honorio Imperat. venturum in diem opperientes. Pòſt autem, cum nemine ſuccurrente ſpes eos deſtituiſſet, vt imminentis famis periculum propulſarent, frumenti modium minuerunt, ac partem eius tantùm dimidiam excoxerunt, quod in ſingulos dies erogabatur, atque inde, gliſcente penuria, tertiam. Ad extremum autem, cùm omnia jam alimenta deficerent, ingens fames ciuitatem oppreſſit, ac mox famem ſæua peſtilentia excepit, & cùm paſſim omnia cadaueribus complerentur, quòd extra vrbem ſepeliri de more non poterant, lues ipſa dira odoris fœditate vulgata eſt. Itaque Romani ab Alarico pacem immenſa vi H pecuniæ redimere ſunt coacti. Iam cùm Honorius pacem cum Alarico reſpueret, ille Romanos ad Attalum præfectum vrbis purpura exornandum coëgit. Heraclianus Africæ comes ſtatu Honorij Imperatoris perſpecto, poſtquam iudicem ab Attalo miſſum extinxit, portus Africæ tanta diligentia cuſtodiuit, vt vniuerſam mercatorum nauigationem ademerit, neque frumentum, neque oleum, neque res alias ad victum neceſſarias in portum Romanum inuehi paſſus ſit. Qua de re rurſus tanta Vrbem inuaſit inopia, vt populus caſtaneis pro frumento ſe ſuſtentarit. Auxerunt autem penuriæ magnitudinem agri bello ſuperiore inculti, & dardanarij ea ſpe quidquid frumenti habebant ſupprimentes, vt omnium pecunias ad ſe transferrent, eo pretio venditur, quod ipſi ſtatuiſſent. Quare cùm timeret populus, ne

[illegible] Circ[illegible]
A [illegible] humana [illegible] ut [illegible] proditum ſit, matres aliquot in paruos infantes [illegible] impotentia dæſæuiſſe. *Si[illegible] li[illegible] deci[illegible], Imperat.* [illegible]. Hæret vox (inquit D. Hieronymus) & verba ſingultus intercipit. Capitur Vrbs, quæ totum cepit orbem: imo fame prius perit, quàm gladio: & vix pauci, qui caperentur, reperti ſunt. Ad infandos cibos erupit eſurientium rabie, & ſua inuicem membra laniarunt, dum mater non parcit filio, & recipit vtero, quem nuper effuderat.

Tyrus vrbs à Venetis & Latinis reliquis fame capta fuit anno 1124. Kal. Iulij. Quinque tantùm [illegible], in vrbe reperti. *Tyrius.*

Romani, cùm [illegible] ibi e[illegible] cogerentur, Pelagium [illegible] ad T[illegible]am, vrbem obſidentem rogatum miſerunt, [illegible]orum ſibi dierum inducias daret: ea lege, vt ſi [illegible] ad tempus nullum Conſtantinopoli auxilium acceſſiſſet, deditionem vrbis, ſuique perficerent. Quem vt Totilas vidit, vltrò alloquutus monuit, ne tria hæc à ſe poſtularet: Vt Siculis parceret, vt vrbis mœnia conſeruaret, vt ſeruos reſtitueret; reliqua ſe liberiùs indulturum. Itaque Pelagius legationem ad Deum reiecit, qui ſupplicum odiſſe contemptores ſoleret, & irrita legatione rediit. Romani lacrymarum ſordiumque pleni, Belſum & Cononem Græcorum duces appellauere, petentes, vt aut ſibi tanquam ſeruis alimenta ſuppeditarent, aut ſi id non poſſent, manus inferrent, neque honeſtam mortem inuiderent, atque vno ictu Romanos infinitis miſeriis liberarent. Quibus præfecti reſponderunt, neque commeatus dare, ſuæ facultatis, neque manus inferre, ſuæ pietatis eſſe: Beliſarium autem affirmare, ſe propediem cum auxilio affuturum. Fames inde gliſcens cibos quoſdam abſurdiores,& à natura alieniores aſſumere compulit. Præfecti verò frumenti maximum numerum ſibi, fraudatis ſua neceſſitate militibus: in vrbe ſepoſitum,primoribus ciuibus magna pecunia vendiderunt, nam medimnus ſeptem aureis ſtetit. Qui verò non tantas habuere facultates, quarta eius precij parte depenſa, ac furfure empto,panem ex eo, vt ſordidum, ſic in tanta neceſſitate ſuauiſſimum, confecerunt.

C Bos aureis quinquaginta à Beſſa eſt venditus. Alij equos alij vrticas, atque herbas alias, in locis incultioribus emergentes edebant, qui pecunia caruerunt, dumeſticam ſupellectilem pro diurno cibo mutarunt. Vbi frumentum omnino conſumptum eſt, cuncti ad vrticas, canes, muréſque ſe contulerunt. Hinc macie extenuati, colorem ſtatuarum ſimilem contraxerunt, atque aut incedentes, aut mandentes exanimati ſunt. Fuiſſe etiam dicuntur, qui ciborum loco excrementa corporum aſciuerunt. Vir quidam à filiis quinque togatus, vt panem præberet, dolore diſſimulato, eos ſe ſubſequi, tanquam accepturos, iuſſit; vbi verò ad Tiberis pontem peruenit, in flumen ſe capite obuoluto præcipitauit, filiis, cæteriſque regionis eius Romanis ſpectantibus, ac caſus eius diritate attonitis. Quidam etiam ſæuos morſus in ſua membra verterunt. Quare præfecti ea ciuium deſperatione perculſi, iis, qui exire vrbe vellent, pecunias tradiderunt, ac, quò luberet, copiam abeundi fecerunt, ita, paucis exceptis, omnes exière, quorum plerique, areſcentibus præ inedia membris paſſim, nonnulli ab hoſtibus intercepti, periêre. *Sigonius lib. 19. Imper. occid. ex Procopio.*

Anno cccc. l. tanta in Italia annonæ penuria labora-
D tum eſt, vt multi fame adacti, filios & parentes ſuos,precij habendi cauſa vendiderint. Itaque Valentinianus III. Imperat. ad Ætium Patricium Roma ſcripſit hoc modo: Cùm obſcœniſſima fames proximè per totam Italiam deſæuierit, hominéſque filios & parentes vendere, ad diſcrimen inſtantis mortis effugiendum, coacti ſint: ego reuocans conſtitutiones maiorum, venditionem cenſeo ſubmoueri, quamuis præ licita fames ingenuutum fieri perſuaſit. *Sigonius lib. 13. Im[illegible]. occid.*

Anno cccc. xlvi. Romani, qui Placentiæ erant, inopia rei frumentariæ vſque adeò laborare fame cœperunt, vt carnes humanas eſui adhiberent. Quibus malis adacti, ſemet cum vrbe Totilæ Gothorum regi dediderunt. *Sigonius lib. 19. Imper. occid.*

Anno CCCCC. XXXVIII. quo Vitiges Mediolanum [illegible], frumentum in agris Italiæ ſua ſponte maturuit, ſed E
minore quam antè, copia, vt quod neque ſatum neque humo contectum eſſet, ſed propter nimiam maturitatem in terram excidiſſet. Hinc inopia Mediolani ſubſequuta, tantáque tum in Lyguria ciborum penuria laboratum, vt matres famis impotentes, rabiem [illegible]int. Æmiliæ incolæ, propriis ſedibus relictis, in P[illegible]um abierunt, maiorem [illegible] copiam propter maris opportunit[illegible] ſe inuenturos ſperantes. Tuſci eadem de cauſa inopia [illegible] afflicti, in montibus panem è glandibus cummoliti [illegible] elitarunt vnde vulgatis morbis plerique abſumpti [illegible]. In Piceno non minùs quinquaginta [illegible] hominum perierunt, & extra Ionicum ſinum mul[illegible]lures; nam, deficiente cibo, omnes maciem ac pal[illegible] eximium contrahebant, fel autem nimium abundans, cùm corpora ipſa vi ſua infeciſſet, haudquaquam ſinebat ſuo priſtino curſu venas defluere, cutis præterea obdurata corio perſimilis erat, vtpote oſſibus ipſis inhærens, & colore liuoris in nigredinem commutatu, vnde homines facibus exuſtis, ſimiles videbantur; eorúmque facies F
ſtupida, & tornus ac furioſus aſpectus erat, paſſim igitur moriebantur partim inedia, partim ſaturitate; nam, calore omni extincto, quem natura intùs exuſſerat, ſiquis eos fortaſſe ad ſatietatem expleuiſſet, quòd ingeſtos minus digererent cibos, celeriùs interibant. Fuêre, qui fame cogente, ſe inuicem conficerent. Feminæ etiam duæ viros ſeptemdecim interfectos abſumpſerunt; hæ namque, cùm ſolæ domi, cæteris mortuis, ſuperfuiſſent, diuertentibus ad ſe peregrinis, & per noctem dormientibus interfectis, veſcebantur, cùm autem eum numerum oppreſſiſſent, octauus decimus ſomno excitatus, conatibus earum præcognitis, eas necauit, *Sigonius lib. decimo octauo Imper. occident. Procop.*

GILIMER Vandalorum rex Carthagine pulſus, è Phara Beliſarij duce in monte Papua trimeſtri cinctus obſidione, tum quòd ipſe viſcerum tormentis cruciaretur, tum etiam quòd horum, qui cum eo erant, calamitatem diutiùs ſpectare non poſſet, corpore pariter & animo affligi cœpit. Viderat enim rem valde indignam & odioſam. Mulier quædam Mauruſia frumentum contuſum, torrendum ſupra cratem poſuerat, iuxta eam ſedebant duo pueri valde famelici, alter ipſius feminæ filius, alter Gilimeris nepos ex fratre, illi expectabant vt ederent. Acceſſit. Vandalus, & maſſam nondum coctam abſtulit, eámque feruen- G
tem adhuc, cineréque refertam in os coniecit. Alius quidam hunc capillis apprehendens cæcidit; & maſſam ſemideuoratam è faucibus eripuit. Gilimer, rebus omnibus deſperatis, tandem ad Pharam de deditione ſcripſit, & ſe in eius poteſtatem tradidit. Is eum ſuis ad Beliſarium Carthaginem eum deduxit, à quo honorificè eſt ſuſceptus, & cum dignitate cuſtoditus. *Procopius de bello Vandalicorum libro quarto.*

* Poſtea anno Chriſti 850. grauiſſima fames Germaniæ populos oppreſſit, maximè circa Rhenum habitantes: nam vnus modius frumenti Moguntiaci vendebatur decem ſiclis argenti. Morabatur autem eo tempore Rabanus Archiepiſcopus in quadam villa parochiæ ſuæ, cui vocabulum eſt Vvinzella, & pauperes de diuerſis locis venientes ſuſcipiens, quotidie pluſquam trecentos alimento ſuſtentabat, exceptis his, qui in præſentia illius veſcebantur aſſiduè. Venit autem & mulier quædam penè conſumpta inedia, cum puerulo paruulo, inter cæteros refocillari deſiderans; H
quæ priuſquam limen portæ tranſcenderet, præ nimia imbecillitate corruens ſpiritum exhalauit; puer verò mamillam matris mortuæ quaſi viuentis de ſinu protrahens,& ſugere tentans,multos intuentes gemere & flere coëgit. Quidam etiam in illis diebus de Grabfeldem cum vxore ſua & filio tenero in Thuringiam proficiſcens, vt malum inopiæ temperare poſſet, vxorem in itinere in quadam ſylua ſic affatus eſt: Nonne, inquit, melius eſt, vt puerum iſtum occidamus, & manducemus carnes eius, quàm omnes inedia conſumamur? Illa verò contradicente, ne tantum ſcelus committeret: tandem vrgente fame, filium de brachiis maternis per vim rapuit; & voluntatem opere compleſſet, niſi Deus illum ſua miſeratione præueniſſet. Nam

ſicut idem poſtea in Thuringia poſitus plurimis retulit,cum euaginaſſet gladium, vt mactaret filium, & in ancipiti poſitus, necem diſtuliſſet: vidit eminùs duos lupos ſuper vnam ceruam ſtantes, & lacerantes carnes eius. Statimque parcens filio,ad cadauer ceruæ cucurrit: & lupos inde abigens, tulit de carnibus prægustatis,& cum incolumi filio ad vxorem reuerſus eſt. Priùs enim, quando filium tulerat de manibus matris, paululum ab ea declinauerat, ne illa morientem puerum videret & audiret. At illa veniente marito, videns recentes carnes & cruore perfuſas, putabat filium occiſum, & cecidit retrorſum penè exanimis. Ille autem accedens conſolatus eſt eam, & erigens illam, oſtendit puerum viuentem. Tunc illa reſumpto ſpiritu,Deo gratias egit, quia filium ſanum recipere meruit: nec minus ille,quia eum Deus à liberi interfectione innocuum dignatus eſt conſeruare. Ambo tamen carnibus lege prohibitis, neceſſitate coacti ſe recrearunt. *Ex Pithæo in Annal. Franc. Baron. tom. 10. 850. 15.*

* Cum Baſilicus Imperator octo menſes ſuper annum tyrannidem exercuiſſet, omnibuſque ob eius auaritiam, & aulicis & militibus infenſus eſſet: à Zenone tandem exercitu petitus eſt. Vbi amborum copiæ in conſpectu fuêre, Armatus (ſic enim nomen duci erat, qui ab eo miſſus fuerat) Zenonis ducibus ſe cum toto tradit exercitu. Igitur Conſtantinopoli Baſilicus acceptæ cladis, & proditionis nuncio,protinus in templum confugit: vbi captus ab Acacio Præſule Conſtantinopolitano,ob eius impietatē,ac Zenoni traditus eſt: Nam ab Otthodoxa fide deficiens, in Eutychianam ſectam inclinauerat, omnémque vitam peſſimis motibus inquinauerat, ex quo odio cunctis erat. Zeno rurſum Imperium repetens, Armati officium ante omnia probauit. Verùm paulò pòſt eum in ſuſpicionem venientem de medio ſuſtulit: Baſilicum autem tyrannum ſimul cum vxore, & filiis in Cappadociam mittens hyemis tempore, iuſſit,neque veſte, neque cibariis iuuari. Ex quo breuiter vnà ſe complexi corporibus, collacrymantes miſerè perierunt: vnde tyrannidis pœnam breui tempore dedit.Tali fine clauſit vitam impius Baſilicus,vti fame periret,qui (inquit Suidas) pecuniam exegit ab Eccleſiarum Epiſcopis, & Acacium Conſtantinopoli Epiſcopatu propemodum repuliſſet,niſi à multitudine eorum,qui monachi dicebantur, reprehenſus fuiſſet, homo inſigni auaritia, vt ne cerdonibus quidem, & contemptis opificibus parceret, omniáque eſſent plena lacrymarum inter illas exactiones. *Procop. de bello Vandal. lib. 1. & Suid. in Baſiliſc. apud Baron. tom. 6. ann. 477.*

Anno 1083. grauis adeò in Italia annona fuit, vt, quod dictu nefas videatur, præ victus inopia multæ matres in liberos fame ſolicitatæ ſæuierint. *Sigonius libro nono, regni Ital.*

Anno 1177. quo pax inter Alexandrum III. Pp. & Fridericum I. Imperat. Venetiis compoſita fuit, & libertas Italicis vrbibus data, Italia ſumma rei frumentariæ inopia laborauit, frumentum ſolidis argenteis triginta duobus in ſingulos ſextarios ſtetit. *Sigonius libro decimo quarto regni Ital.*

Sub Michaële filio Conſtantini Duce Imperatoris, tanta penuria annonæ per Græciam facta eſt,vt non totus medimnus numiſmate aureo emeretur. Hæc publica infelicitas indidit Imperatori cognomen Parapinacei,quod ſignificat. Ad ſcutellam, ſiue ad tabulam. *Cuſpinianus.*

Magna fuit fames ſub Romano Argyropolo Imperatore in Cappadocia,Armenia, & Paphlagonia,locuſtis penè omnem Orientem vaſtantibus. Ob quam penuriam multi deſertis patriis tranſmigrare aliò coacti ſunt: quos auri diſtributione Imperator fouebat.

Anno 968. terræmotus factus, & cometa apparuit. Anno ſequenti, ſol eclipſin paſſus eſt:quam maxima in Germania fames ſecuta eſt.

Anno Chriſti 1095. fames grauiſſimè omnes afflixit, pauperibus per furta & incendia ditiores grauiter vexantibus. *Sigebertus in Chronicis.*

Anglia Danorum, & Normannorum armis miſerè infeſtata, ſub Guilielmo rege,omnium animis nono ſemper bello occupatis, intermiſſo cultu agrorum: tanta fames in Anglia, & Scotia exorta eſt, vt apud eas gentes renouata ſit memoria carnis humanæ guſtandæ. *Æmilius libro 5.*

Refert Auenzoar Arabs quandoque in Arabia eò ventum penuriæ, vt cadauera mortuorum è ſepulchris eruerent homines, medullæ cauſa. *Cardanus de Rerum varietate libro 8. cap. 45.*

In Gallia fames permaxima graſſata eſt anno Dom.1146. in qua eccleſiarum Chriſti enituit liberalis munificentia,quæ in ſuſtentationem pauperum multa expenderunt modiorum millia. Quo tempore in Lingonenſi patrochia apud Morinandum, vbi pauperes innumeri quotidiana ſtipe alebantur, quidam homines occidiſſe, & eorum carnes coctas vendidiſſe deprehenſus, à pauperibus patibulo eſt appenſus. *Robertus Abbas in Chron.*

Deficientibus Gothalanis, Ioannes Aragonum rex, à Ludouico rege Gallorum trecenta millia aureorum,quos Galli coronas vocant, mutuatus, ei, donec mutuum perſolueret, oppidum Perpignanum, totámque prouinciam Roſcinonis oppignerauit.Cæterum Gothalanico bello confecto,& Perpignani ciues, aliique populi finitimi, qui Gallorum mores & imperium moleſtiſſimè ferebant, quotidie Aragonum regem euocabant. Ludouicus & amiſſionem pecuniæ,& Perpignanenſium defectionem veritus, magnum exercitum in Hiſpaniam miſit. Ioannes fruſtra Perpignanenſibus perſuadere conabatur, vt tantillo tempore Gallis parerent. Ab iis, qui arcem tenebant, Gallis à tergo, à fronte 40. millibus Gallorum preſſi, ſola fame domari potuêre. Multis diebus nihil præter mures ac feles & domeſticos canes, quos mulieres per vicos oppidi linteis & longis latiſque palliis venabantur, manducauêre. Quibus etiam deficientibus, non ſolùm Gallorum, quos occiderant, ſed ſuorum quoque cadauera deuorarunt. Nonnullæ mulieres cùm peperiſſent,rabie famis agitatæ, vtero ſuo continuò fœtus reddiderunt. Aliæ matres ſuos ipſæ filios ſiue fame,ſiue alio caſu peremptos miſerabilibus lachrymis aſperſos comederunt. O rarum famis, & extremæ neceſſitatis exemplum! Quod in Hiſpania tamen tertiò tunc accidit. Bis iam olim, & Numantinis à Romanis obſeſſis, & Saguntinis à Carthaginenſibus. Sed Perpignanenſium fuit tolerantia maior, qui cùm tot mala,ſuo etiam Rege hortante,vitare potuiſſent, noluerunt.Tandem honeſtas à Gallorum ducibus oblatas de pace conditiones,vt & ciues honorificè benignéque tractarentur, & equites cum armis,& equis diſcederent,acceperunt. *Marineus lib. 18. rerum Hiſp.*

Cùm Domaldri Sueonum,& Gothorum tyranni ſatellites frumentum ſuis equis deuorandum appoſuiſſent, & interim infelices parentes viderent liberos ſuos fame atque inedia perire (tantum à Visburo ſpoliati, vt nec agris ſeminandis, nec liberis in vita conſeruandis ſufficerent) faméſque non modò Gothiæ regnum,ſed & Sueciam depopularetur: vnicum remedium à templorum pontificibus, qui Othino idolo Vpſaliæ miniſtrabant, inuentum, vt regem Domaldrum, tanquam atrocem humani generis hoſtem, vinculis conſtrictum apud Vpſaliam deæ Cereri immolarent. Itaque à conſternato populo Domalder ex Gothia in Veſpaliam ductus, grata victima Cereri, ſiue genero eius Plutoni immolatus fuit.Poſt cuius facta,frugum,rerúmque omnium abundantia longè latéque ſucceſſit. *Ioan. Magnus lib.7. cap.21.*

Gotharo rege Sueonibus, & Gothis imperante magna fuit fames, non ob terræ ſterilitatem,quæ ſuperabundantem partem cultori rependere conſueuit,ſed quia agricolæ vomeres in gladios conuerterant. Quidam conſulebant ſenes, & pueros, omnémque imbellem ætatem, ferro extinguendam. Tandem communi omnium incolarum conſenſu decretum eſt, vt in tres turmas diuiderentur: quarum tertia, cui ſors eueniſſet, ſedes in alienis terris, vi, vel gratia acquireret. Hi ergo duos præſtantis animi iuuenes, Haconem, & Hibbonem duces, quibus parêrent, elegerunt. Deinde in Moringiam, & ciuitatem Calmarinæ, (quæ caput eſt Gothiæ Meridionalis) profecti claſſem tranſuehendæ multitudini idoneam nacti, in inſulam Gotlandiæ, deinde in Teutonica littora ſe contulerunt. Poſtremò euictis maximis difficultatibus, per Pannoniam & Bulgariam, in Italia, victis Gothis, regnum Longobardorum fundauerunt. *Ioan. Magnus lib.8. cap.17. ex Sabbellico.* Sed Saxo lib.8. Snione Danis imperante hoc factum ſcribit,& poſterioris conſilij auctorem fuiſſe Gambaruc, matrem Aggonis & Ebbenis ducum. Quo

A Quo tempore Scotia Eduardi Ballioli & Dauidis Bruſij regum factionibus conflagrabat, tanta fame laboratum eſt in Anglia pariter & Scotia, vt equos, canes, feles ſeu catos, ac ſimilia, penuria aliarum rerum ederint. Traditum inſuper à quibuſdam eſt eò inopiæ redactos quoſdam, ut diutinam famem non ferentes, pueris à vicinis ſuffuratis miſerabili calamitate non pepercerint. *H. Boethius lib.* 15.

Ciuili bello attritis Scotorum viribus Pictos in Orcadas fugere compulerunt Britanni, Scotos verò in arce Berigonio, quò ſe Rheuter rex receperat, obſidione premebant arctiſſima. Scoti conſumpto omni frumento, ne in hoſtium venirent poteſtatem, mutua cæde ſortitione facta, vitam aliquamdiu tolerauère. Facta inde eruptione, Colanus Nouantæ gentis princeps, cum ſuis fortiter pugnans occubuit, ſed ſpatium interim dedit Rheuteri regi ad mare fugiendi, & in Hiberniam traiiciendi. Mulieres Nouantæ quæ è proximis monticulis accuratiùs rem omnem, quo fiebat, ordine contemplabantur, confectos vulneribus occumbentes viros ante oculos intuentes, ne in turpem deuenirent ſeruitutem, aut mutuis vulneribus ſeſe interemerunt, aut laqueo vitam finientes mortem ſibi conſciuère. *H. Boëtius lib.*2.

B Hebridum inſularum incolæ rebelles ab Ethodio Scotorum rege, in ſaltu quodam ſeſe incautiùs abdentes, foſſa ſepti, & vallo, eò redacti ſunt inopiæ, vt conſumpto commeatu, arborum frondibus & herbis priùs, deinde earum radicibus, & illis abſumptis, humanis excrementis cibi loco veſci cogerentur. Tandem fame domiti, pacis conditiones accepère, vt dux & ducenti ex omni coniuratorum multitudine victoris arbitrio delecti ad ſe venirent, ſupplicium primatum arbitrio ſubituri: cæteri depoſitis armis liberè abirent in Hebrides. *H. Boëtius lib.*5.

Anno Sal. 1098. tanta fuit in Scotia fames, vt hordei modius quinque coronatis aureis ægrè comparari poſſet. Mox ſequente anno, tanta omnium rerum vbertas fuit, quanta nunquam antea audita. Quo anno Alexander primogenitus Gulielmi regis ex Ermengarda regina natus eſt. *H. Boëthius libro decimotertio.*

Cæſo per nefas rege D. Canuto, Dani Olaum eius fratrem, qui ob regni affectationem in Flandriam relegatus erat, reuocarunt. Scelus publicum publica quoque pœna ſubſecu-
C ta eſt, fames ingens, quæ ſolam Daniam vexauit, non autem vicinas regiones. Quippe per tot annos, quot Canutus imperauerat, verni æſtiuique temporis feruore ſatum omne coaruit: autumnale verò adeò pluuium fuit, vt ſi quid locorum humiditate plauſtrive madore alitum ſuccreuiſſet, perſeueranti imbrium inundatione decideret. Camporum facies cæleſtibus imbribus inundata, latè patentis ſtagni ſpeciem præbere videbatur, & quod æſtas ægrè produxerat, autumnus opprimebat. Ruſtici aquis campos tegentibus, ſupernatantia ſpicarum capita demetentes nauiculis excipiebant: ac deinde putres ariſtarum reliquias fornacibus exſiccabant, & quia panem præſtare non poterant in vſum pultis vertebant. Maxima proinde populi pars inedia conſumpta fuit. Rex ipſe ad vltimam tabem redactus, agris vænire iuſſis, alimenta poſſeſſionum pretiis comparabat. Mobilibus in eundem vſum ingenuitatis inſignia erogare, rubori non fuit. Olaus cùm bis penè luſtrum regnando condidiſſet, inter continuas rei familiaris anguſtias, nihil regali magnificentia dignum exequi poterat. Sed & finitimos, paupertatis eius contemptu, cum armis inuadere puduit. Cùm diuinum Chriſti natalem ce-
D lebrans, ieiunos circumquaque penates aſpiceret, obducto manibus capite, ſuffuſóque lacrymis vultu, per ſummam animi ægritudinem temporis difficultatem gemitu proſecutus eſt. Deinde ſupplicatione habita, auctorem omnium Deum, vt ſi quid iræ aduerſus populum concepiſſet, ſuo vnius periculo ſatiaret, orauit. Nec difficiles numinis aures habuit: ſiquidem celerem fati viam obtinuit, ſibique mortem, ſalutem patriæ peperit. Fortuna ſiquidem famem cum auctore ſuo pari funere extulit, inediámque ſatietate mutauit. *Saxo libro duodecimo.*

Anno Chriſti 1315. ac deinde anno vno interiecto iterum duobus annis, tam acerbè Poloniam omnem fames afflixit, vt nullo, quamuis fœdo edulij genere, nec cadaueribus quidem humanis vulgò abſtineretur, & parentes in liberos, & hi viciſſim in illos ſæuirent. Famem dira peſtis conſecuta eſt *Cromerus lib.* 11. Itidem anno 1468. peſtem latè graſſantem annonæ caritas excepit, & hyberni cœli intemperie, & intem-
peſtiuo calore ac ſiccitate, coorta ingenti multitudine murium, qui horrea depaſti, cum ſe in agros effudiſſent, ſegetes quoque hybernas vireſcentes radicitùs arroſerunt, *Idem libro* 27. E

Anno Domini 1569. centum quinquaginta Ruſtici ad ædificandam arcem Orlo à Ioan. Baſiliade Moſchorum tyranno miſſi, coacti ſunt ob annonæ penuriam ex ſuis nouem mactare, & illorum carnibus veſci. *Alexand. Gvagninus in Moſcouia.*

Anno à Chriſti M. CCCC. XXXIX. in Thuringia panis inopiâ innumeri mortales periere, ita vt omnes per totam regionem viæ, omnéſque in vrbibus, vicis, ac villis plateæ mortuis corporibus refertæ eſſent. Sequuta eſt peſtis, quæ multa hominum millia abſumpſit. In huius rei memoriam Erfordienſes piſtores ſingulis annis, die diuo Marco ſacra, qua inſtitutæ ſupplicationes celebrantur; panes minutos, quod ob id Marceſios appellant, pinſunt; venúmque proponunt, vix exigui orbiculi, qualibus torques aurei conficiuntur, magnitudinem referentes: cùm ſinguli tribus nummis eius regionis vſitatis coëmerentur. *Leonard. Fuſchſius lib.* 2. *Inſtit. Med.*

Bello Liguſtico quarto, Sardonæ Inſulæ (quæ Liburniæ adjacet) incolæ Arbenſes, Veneti imperij ſtudioſiſſimi, ac ſæpiùs eo bello oppugnatione tentati, omnia extrema pati maluere, quàm à Veneto imperio alienari. Chinatius, qui vltimum bellum Liguſticum diligentiſſimè ſcripſit, auctor eſt, diu nullum panis vſum inter Arbenſes fuiſſe, ac lege cautum, ne quis panem nominaret: carnes & lacticinia victum præbuiſſe. At verò atrociſſimis oppugnationibus fracti non quam ipſi facturi erant, ſed quæ impetrari ab hoſte potuit, deditionem fecere. *Sab. lib.* 7. *Dec.* 2. F

Syndorouiam Seruiæ regiam contra Amuratem II. ſoli omnium Nouomontani, & Samandrini memorabili fide & virtute quadriennio defenderunt, tanta rerum omnium inopia, vt ſuper vetitos obſcænóſque cibos reperti ſint, qui fame adacti, ſuas ipſi corroſerint manus; poſtremò inedia victi, cum Gregorio Principis filio vltrò in hoſtium poteſtatem venere. Sic Syndorouia expugnata cum centum armatorum millibus. *Cuſpinianus.*

Eo anno, quo hæc prodebamus, inquit, *Sabell. lib.* 10. *c.* 7. in nonnullis Flaminiæ regionis & Piceni agri locis, tanta rei frumentariæ caritas incidit, in magno Italiæ motu, vt agreſte & inops vulgus vltimum remedium inuenerit in arborum radicibus, & herbis arefactis, tuſiſque, & in panis ſpeciem ſubactis. G

Obſeſſa à Venetis & Gallis Verona anno Salut. 1516. defendente eam M. Antonio Columna, Cæſaris Maximiliani nomine, ad id penuriæ ventum eſt, vt cùm vix lentem & fabam, paniceáque pultaria in quotidiano vſu haberent; equinas atque aſellorum carnes magno in honore ducerent: & tum præſertim opiparè apud ducem epularentur, quum aliqui Gallorum equi, vt erant præpingues, ac ſuis ſtrigoſioribus & fame propè enectis minimè comparandi, in excurſionibus occiderentur. Nam conſpectis ſtatim equorum cadaueribus, portis frequentes euolabant, conciſóſque in fruſtra, humeris in vrbem cum plauſu referebant. *Sabell. ſupplement. libro octauo ex Ionio.*

Expugnata anno 1527. pridie Kalend. Maias, Roma, atque arce, in qua Clemens VII. Pp. confugerat, diligenter circumuallatâ obſeſſáque: Clemens conſumpto commeatu, ita, vt aſinina etiam carne inuitatis quoque quaſi ad ſolennes epulas Patribus auidiſſimè veſceretur, deſperatis omnibus effugiis deditionem fecit: ea conditione, vt cuncta, quæ imperaſſet Cæſar ſe facturum polliceretur; à quo dignas eius pietate fidéque literas expectabat: quibus ſtipendio militi perſoluto, ſibi ſacroſanctum Vrbis imperium cum libertate redderetur. *Iouius in Pomp. Columna.* H

Gallos, qui Nouariæ à Venetis obſidebantur, magis magiſque in dies rerum omnium egeſtas atque inopia premebat, vt equis in eſcam vti cogerentur: compluréſque corruptis farinis, aut pane furfuraceo veſcentes, tum aquæ potu, quo Galli Germanique minimè omnium vti ſolent, interirent. *Bembus lib.* 2. *Hiſt. Ven.*

* Anno 1315. Pluuiæ tota æſtate famem & peſtem adduxerunt, quibus tertia pars viuentium abſumpta perhibetur. *Funcius ſub annum Chriſti* 1315.

* Anno 1316, tanta fuit frumenti penuria, vt Gorlicij homi-

A nes tenuioris fortunæ ex meſpilis, corticibus tiliarum panem coquerent. Parentes filiis vix abſtinuerint. *Annal. Gorlicen.*

* Per Hungariam annis ſuperioribus, nominatim 1586. tanta fames exorta eſt, vt violato iure naturæ, parentes filios vendiderint in mancipia, vel pro frumento commutauerint, alij in Danubium eos præcipitauerint. *L. Beyer. in Chronolog.* Eodem anno in Italia fame oppreſſa, vt pene populus ſeditionem mouerit in opulentiores.

* Gallia quoque hanc penuriam ſenſit, ita vt eo anno Rex Nauarræ exercitum exauctorare fuerit coactus, annonæ defectu. Alexandro Farneſio bellicoſiſſimo Parmæ Principe Pariſios obſidente anno 1590. tanta ibidem fames exorta eſt, vt Principes qui inerant, famelico populo ſuppellectilem, omneque peculium diminutum diſtribuerint. Sed mox equinæ carni etiam pretium poſitum fuit, eoque inopiæ deuentum, vt B lota detractæque cadaueribus beſtiarum pelles pro deliciis ſumerentur; caneſque & alia id genus, vnà cùm radicibus & corticibus abſumerentur. Sic vt plures fame mortui conciderint. *Beyerlinck ſupra ad annum* 1590.

Anno quoque 1587. annonæ penuria vſque adeo per Belgium ingraueſcebat, vt paſſim omni ex genere leguminum conficeretur panis. Menſura ſiliginis Antuerpiæ, veniebat 24. florenis, tritici 36. eodem pretio proportionato quoad reliqua granorum genera. *Idem ibid.*

* FAMES. CALAMITAS MAXIMA.

Fame nihil miſerius dixit Cicero, & ita verè ſe habet. Sciuit id Rex Dauid, qui maluit peſtilentia, quam fame caſtigari. *l. 1. Reg.* Olim Famem ex ædibus regis eiiciebant, dicentes: *ἔξω βούλιμον, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγίειαν.* Foras famem. Intro diuitias, & ſanitatem. Calamitas omni tempore atteritur: at famis calamitas creſcit.

Carthaginem Scipio tum cepit, cum propugnatores fame deficerent. Sic Aquileiam Attila, Sylla Athenienſes Romanis ſeruire compulit: & ob hanc Pompeius Mithridatem ſibi ſubiecit Lucium Æmilium fames adegit, ſe, & Commilitones Cæſaris poteſtati ſe committere. Eadem Bragadinum fortiſſimum moderatorem Cypri, Famaguſtam Saracenis poſt annalem obſidionem tradere coëgit. Quin dum hæc ſcribimus, Iuliacum arte & natura munitiſſimum oppidum, tractus iſtius caput nuper à Mauricio Naſſouio occupatum, poſt quiotum obſidionis menſem recuperatur ab Henrico Comite Bergen-C ſi, qui cū imperio Marchionis Spinolæ exercitui iſti præerat: propugnatoribus fame, omniúque rerum egeſtate preſſis: ſic vt vltra viri ſuſtinere non poſſent, equinâ pro deliciis abſumpta.

Plura ſuppeditabit ſuperior Titulus exemplorum Hiſtoricorum.

* CAVSÆ,

eaque duplices. Naturales, & ſupernaturales.

Naturales cauſæ famis plures ſunt: ſiccitas, largior imber, vredo, rubigo, æſtus immoderatus, frigus conquerens, vt Plato loquitur in Axiocho, & obſeruatum in hiſtoriis, quod aquarum eluuiones ſemper famis calamitas fuerit ſecuta. Ita Gorlicianam famem. Niſi fluminis inundatio, Italicam Tyberis eluuies, alias aliæ inundationes præceſſerunt, tanquam earum cladium prænuntia. Ea tamen clade Deum plerumque ſcelera punire, hiſtoriæ tum ſacræ, cum profanæ demonſtrant, eiuſque animaduerſionis nomen exempla obſeruant Hebræi ex Thargo Ruth.

Primam enim famem volunt fuiſſe Adamo viuente, fortaſſis propter maledictam Terram. *Geneſ. 3.*

D II. Ob fratricidium Caïn, vnde quod dicitur, maledictus eris ſuper terram; vertunt LXX. à terra. *Geneſ. 4.* i. terra maledicet ſterileſcetque.

III. Sub Abraham *Gen. 12.* IV. ſub Iſaac *Gen. 26.* V. ſub Iacob. *Gen. 42.* VI. ſub Ruth. *Ruth, cap. 1.* VII. VIII. & IX. narratur in hiſtoria Regum. *2. Reg. 21.*

Collegit autem Philippus Boſquierus in *Flagello Academ. peccatorum* Gallicè edito, alias non paucas fames quæ mundum dinexarunt Deo permittente, & ſcelera puniente. Sanè inter alias cōminationes Deus per Moyſen in Deuteronomio dicit: Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem. Atque verſu 57. dicit, tantam fore famem & ciborum penuriam non audientibus vocem Domini, vt tenera & delicata mulier ſecundinas comeſtura ſit.

* § APOPHTHEGMATA.

SOCRATES dicere ſolebat, cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim. *Cic. l. 5. Tuſc. q.*

Idem arbitrari ſe dicebat, idcirco ſues homines effectos à Circe, quod famis & ſitis impatientes, vario cibo & potu obtriuiſſet. Vlyſſem autem partim Mercurij conſilio, partim abſtinentia ſua hoc periculo ſe exemiſſe. *Xenophon lib. 1. de dictis & factis Socratis.* E

DIOGENES in foro manibus operans. Vtinam, inquit, liceret perfricato ventre non eſurire. *Bruſ. l. 2. c. 41.*

Apud Laconas ius, quod nigrum vocabant, quum maximè celebraretur, fertur Dionyſius tyrannus iuris ipſius gratiâ Laconicum emiſſe ſeruum. Et juſſiſſe id ſibi præparari nulla impenſæ habita ratione, ſed cùm guſtaſſet, indignabundus expuiſſe dicitur. Tum verò coquus, ô Rex, inquit, hoc ius tibi ſumendum eſt, cum te Laconice exercueris, in Eurotaque laueris. *Bruſon. lib. 2. c. 41. ex Cic. lib. 5. Tuſc.*

ANTIPHANES dicebat, famem omnia dulcia reddere, præter ſe ipſam: & paupertatem morum eſſe magiſtram. *Stob. ſer. 93. vide apoph. de paupertate.* F

DARIVS in fuga quum aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit vnquam ſe bibiſſe iucundius, Nunquam autem, vel perraro ſitiens biberat. *Cic. l. 3. Tuſc. q.*

ARTAXERXES quum in fuga quadam, direpto illius commeatu, aridis ficis & hordeaceo pane veſceretur: Dij boni, inquit, cuiuſmodi voluptatis hactenus inexpertus fui? *Plut. in Reg. & Imper. Apoph.*

ARTAXERXI, iam ſiti deficienti, Peribarzanes eunuchus, quum aliud non liceret, è ruſtico quopiam ſordidum vtrem detulit putris aquæ cotilas octo continentem, eam aquam quum Rex ebibiſſet, ſe nunquam vinum potaſſe iucundius, nec vllam aquam, quamuis puriſſimam, ſibi viſam ſuauiorem confeſſus eſt. *Eraſ. l. 5. apoph.*

LYSIMACHVS ſuperatus à Dromichete in Thracia, quum ſeipſum: totumque exercitum propter ſitim tradidiſſet, poſtquam captiuus bibiſſet, ô Dij, inquit, quam paruæ voluptatis cauſa meipſum ex Rege ſeruum effeci. *Brusonius lib. 7. c. 6. ex Plut.*

PTOLOMÆVS Lagi F. quum peragenti Ægyptum: comitibus non cōſequutis, cibarius in cauſa panis datus eſſet, negauit vllum cibum vnquam ſibi viſum ſuauiorem: Aderat enim optimum condimentum, fames. *Eraſm. libro ſexto apophthegm. Cic. lib. 3. Tuſc. q.*

STRATONICVS ad quietē iturus, aſſidue iubebat puerum ſibi infundere vinum: Non quod ſitiam, inquit, ſed ne ſitiam, *Athenæus.* G

C. MARIVS, quum caſtrametatus eſſet aduerſus Teutonas in loco, qui minimum habebat aquæ, militibus dicentibus ſe ſitire, oſtendit illis flumen proxime hoſtium vallum lambens: Illinc, inquit, nobis potus ſanguine venalis eſt. At illi iuſſerunt, vt ſe quo vellet, duceret, donec liquidum haberent ſanguinem nec totus adbuc præ ſiti diriguiſſet. *Plutarch. in Roman. apophthegmatibus.*

CATO in oratione ad populum tumultuantem de frumento diuidendo, ait: perdifficile eſſe ad carentem auribus ventrem verba facere, quia venter cibi auidus verba non audit. *Plutarch. in Catone.*

IVLIVS CÆSAR dicebat, idem ſibi eſſe conſiliū aduerſus hoſtes, quod pleriſque medicis aduerſus infirmos, vt fame potius, quam ferro morbum ſuperent. *Eraſ. in Adag. & lib. 4. apoph.*

ALPHONSVS videns ruſticum humi iacentem vuas vorare: vtinam dicebat, iſto otio comedere Dij mihi indulſiſſent. *Panorm. lib. 1. de geſt. Alphonſi.*

* FAMIS TEMPORE FAMELICIS SVCCVRRENDVM.

Cum fames aliquando grauis & ſæua, tam ipſam vrbem Cæſareæ, in qua habitabat Baſilius adhuc presbyter, quam omnē vrbi ſubditā regionem affligeret, venditis ſuis prædiis & poſ- H ſeſſionibus, atque pecuniis in alimenta conuerſis, cùm etiam tarum eſſet, vt illi, qui valdè ſibi prouidiſſent & instructi eſſent, ea quæ ad menſam & victum pertinent, ſibi conficere & ſuppeditare poſſent: ille per omne tempus famis, cùm eos, qui vndique confluerent, tum iuuentutem totius vrbanæ plebis alere perſeuerauit, adeò vt etiam Iudæorum liberos huius benignitatis, & liberalitatis ex æquo participes faceret. Nihil enim prorſus intereſt, vtrum per vas olearum quis, an per aliam aliquam materiam, & occaſionem diuinum mandatum exequatur. Vide plura in ipſa orat. ad laudem ipſius, *Greg. Nyſſen. orat. in laud. Baſil. magni.*

Qui tempore neceſſitatis peregrinos vrbe prohibent, aut, expellunt ſubſidia partiri denegantes, cùm deberent juvare nequaquam probandi: feræ enim non expellūt feras, & homo

hominem

A hominem excludit? Feræ ac beſtiæ com[m]unem putant omnibus victum,quem terra miniſtrat. I[lla]... [et]iam conſortinem ſui generis adiuuant:homo impugnat, qui nihil alienumà ſe debet credere,quicquid humani eſt.Quanto ille rectiùs,qui cùm iam prouecta proceſſiſſet ætate,& famem toleraret ciuitas;atque(vt in talibus ſolet)peterent vulgò,vt peregrini vrbe prohiberentur,præfecturæ vrbanæ curam cæteris maiorem ſuſtinens,cōuocauit honoratos, & locupletiores viros popoſcit, vt in mediū cōſulerent,dicens:Quàm immane eſſet peregrinos eiici?quàm hominem exueret, qui cibum morienti negaret? Canes ante menſam impaſtos eſſe non patimur, & homines extrudimus?quàm inutile quoque tot populos mundo perire, qui ſolerent adiumento eſſe, vel in conferendis ſubſidiis,vel in celebrandis commerciis:neminem famæ aliena iuuari pr... trahere vt plurimùm diem poſſe,non inopiam repelle re: ... tot cultoribus extinctis,tot agricolis occidentibus oc... ſura in perpetuū ſubſidia frumentaria.Hos igitur excludimus, qui victum nobis inferre conſueuerunt? Hos nolumus in tēpore neceſſitatis paſcere, qui nos omni ætate pauerunt?Quāta ſunt quæ ab ipſis hoc ipſo tempore miniſtrantur? *Non in ſolo pane viuit homo.* Noſtra illic familia,pleriq;etiā noſtri patē-
B tes ſunt,Reddamus quod accipimus. *D. Amb.lib.3.Officior.c.7.*

Vide Eleemoſyna. Paupertas.

Familia.

* ETYMOLOG. ET VSVRPATIO VOCIS.

Familia nomen eſt Latinum, & propriè dicitur de liberis hominibus, quorum princeps & dux generis vocatur Pater aut Mater familiæ,vt ait Feſtus *de verb.ſignificat.* Comprehendit tamen etiam omnes illos,qui in miniſterio ſunt,etſi liberi eſſe proponantur,per alienos bona fide nobis ſeruientes, vt Vlpianus ſcribit, *ff. de verb.ſignificat.l.195.* οἰκία Græcè.

Cicero vocat familiam quæ conſtat ex ſeruis plurimis,& familiares olim dicebant ſeruos,teſte Macrobio, & Seneca.

Olim ſcribebatur per Famelia:quando pro ſeruis vſurpabant ab Oſcâ dictione Famel,quod idem eſt quod ſeruus.Ita Feſtus.

* QVÆNAM FOELICISSIMA.

Plutarchus *in conuiuio ſeptem Sapientum*, dicit quæſitum:
C Quænam domus eſſet optima, quænam familia fœliciſſima? Primus inquit, Solon reſpondit: In qua res neque iniuſtè eſt parta,neque in ea vel conſeruanda,diffidentiæ;vel impendenda,locus eſt pœnitentiæ.Secundus Bias;dixit:In qua Dominus ſua ſpontè talem ſe gerit, qualem foris propter leges. Tertius Thales:In qua ait, plurimum otij Domino conceditur.Quartus Cleobulus:In qua plures ſunt qui diligant,quā qui metuant Dominum. Quintus Lycurgus iubente vt principatum popularem in ciuitate conſtitueret:Reſpondit,prius conſtitue domi tuæ talem principatum.Sextus Pittacus: domum optimam dixit in qua neque requiruntur ſuperuacua, neque deſiderantur neceſſaria. Septimus Chilon:quæ ſimilis eſt vrbi,in qua Sapiens rex imperat.Omnia hæc verè,ſed verius Moyſes *Leuitici c.26.* Eam familiam fœliciſſimam inſinuat, quæ Deo auſcultat, ideóque ab ea benedicitur vndequaque.Refert. *Corn. à Lapide in c.26. Leuitici.*

Eivs Recta Institvtio *Vide infrà.*

* Mvtatio. *Vide infra*, Familiarvm Excidivm.

In veteri Lege adeo ſacroſancta erat familiarum conſeruatio, vt ſi mulier quæpiam in familia aliqua nupſiſſet,illi velut addicta manſerit,vt ſi maritus eius moreretur,alium eiuſdem familiæ ducere cogeretur,qui ſemen fratri defuncto ſuſcitaret, neque licebat matrimonium cum alio aliquo inire,
D quamdiu talis ſeſe offerret.

Ceterum Familiis etiam potentiſſimis ſua periodus adeſt, & intereunt,ita vt nonnunquam ne veſtigium earum reperire ſit.Saulis familiam vniverſam Deus delevit,exceptis poſteris Ionatæ.Quis verò ex familia Alexandri, iu Perſia:quis ex poſteritate Iulij Cæſ.Romæ:quis ex Cyri ſtemmate.& ita de aliis orbis Monarchis,modo regnat in Græcia;Nulla ſanè eſt potentia, neque tam florens gloria, quam Deus non euertat aliquando aut diſſipet,& velut vas figuli confringat, neque vllus eſt Princeps,qui ſi maiores ſuos repetat,non etiam pleroſque vilis ſortis inveniat.Ab Adam enim & Noë qui agricolæ erant, omnes geniti.

* STABILIMENTVM.

Familiarum vnica baſis eſt Pietas, quas impietas facilè euertit,vt patet olim in Cain,Gigantibus,Pharaone, Antiocho,Achab,& pluribus Imperatoribus & Principibus.Cum è contrà familia Seth,Noë, Dauidis, & ſimiles, pietate erga Deum ſplīæ permanſerint. Tales etiam fuêre Conſtantini, Theodoſij,Caroli Magni, & aliorum quoad pietatem auitam poſteritas eius:quam ſimul ac abiecerunt,abiecit eos Deus; noménque eorum de terra abſtulit.Sanè ſi vlla vnquam ab ea virtute commendata fuit illuſtris proſapia, eſt ea quæ nunc Chriſtianum orbem moderatur, & Chriſtianam Religionem tuetur,Domus Auſtriaca, quæ ex hinc incrementum ſumpſit, & Imperiale diadema annis ccc. defert,& porro deferet,quādiu in ea Principes,quales hactenus fuerunt,pij,Deo deuoti & Sanctis, pro aris & Templis eorumdem, vitam & ſanguinem profundentes, hæreſum omnium acerrimi vindices; exempla virtutum & modeſtiæ, magis amari quam timeri appetentes. Hinc bene ille.

Te enim decet Imperium gens Auſtria,fortiter illo
Vſa diu.

* NOBILIVM FAMILIARVM PERSÆPE ORTVS IGNOBILIS.

Ex inceſtu Iudæ cum Thamar *Geneſ.38.* prognati ſunt omnes Reges Iudæ, imo ipſe Chriſtus, qui à Iuda per Phares & Thamar deſcendit. Omnes enim legitimi filij Iudæ abſque liberis interierunt.

Nonne plerique Imperatores,Reges,Principes, è viliſſima proſapia euecti ad regnum! Ab aſinis Saul; Dauid ab ouibus regnum Iſraël accepit.

Iephte ex Latrone factus eſt Princeps.

Arsaces ex Latrone electus in Regem Parthorum.

Gyges ex opilione Rex Lydorum.

Darivs Hyſtaſpis Cyri pharetrophorus fuit;

Valentinianvs I. Imper. patrem habuit funes torquētē.

Tamberlanes ex Bubulco Rex euaſit Tartarorum.

Agathocles Syracuſanorū tyrannus patrē habuit figulū.

Tvllivs Hostilivs ex paſtore Rex factus Romanorum;

Avrelianvs,& Diocletianvs humili genere nati ſunt.

Maximinvs fuit Opilio.

Maximvs Pvppienvs patrem habuit fabrum ferrarium.

Ivstinvs primus Imperator fuit ſubulcus.

II. Bubulcus.

III. Faber Lignarius.

IV. Miles inde Imperator.

Mahometes auctor Mahometiſmi, & Alcorani, fuit Camelarius.

Othomannvs primus Turcarum princeps,agrariis parentibus ortus fuit, cuius poſteri adhuc hodie Byzantinum Imperium occupant.

Sultanos Ægyptios oportebat primùm ſervos eſſe,ex generis & Regni inſtituto, priuſquam ad illud honoris culmen conſcenderent.

Conſule locum de Honoribus, vbi qui ex humili loco ad ampliſſimos honores deuenerint.

* NOMEN FAMILIÆ TRANSLATVM AD ALIOS.

Tranſtulerunt tandem nomen familiæ ad illos,qui ſunt ex eadem cognatione,ut Cæſaris familia &c.quomodo dicit Suetonius in Nerone:Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt Coruiuorum & Ænobarborum.

Item pro ſecta,familiæ nomen Cicero vſurpauit. Vnde Peripateticorum familia.

Familiares dicebantur domeſtici, & magis coniuncti: vt contubernales,qui annumerantur familiæ membris.

Familiarvm Interitvs, Excidivm. *vt puta.*

§ GENERIS, FAMILIÆ, DEFECTVS, INTERNECIO.

Exempla Sacra.

☞ *In quibus quæ regum familia defecerint,petes ex Regum Catalogo.*

LXX. filij Gedeonis excepto Iotbā natu minimo, ab Abimelech fratre ſpurio Ephtemæ in vno ſaxo necati ſunt.Paulò pòſt Abimelech in oppugnatione turris Thebes molę fragmine oppreſſus interiit. *Iud.9.*

Omnes homines tum peregrinationibus, tum etiam coloniarum multitudine ac frequentia,tum bellis & ſeruitute iāpridem ita cōfuſi,vt nulli de originis antiquitate ac vetuſtate, præter Hebræos,gloriari poſſint.Ac vehementer falli mihi videntur principes,quæ ſua nobilitate decus ab æterna memo-

A tia repetunt, aut ſempiternum fore ſperant. Gens enim Æacidarum & Heraclidarum, quæ apud Græcos clariſſimæ fuerunt, tum apud Latinos Iulia, ducenteſimum ac milleſimum non ſuperarunt Reliquæ gentes patritiorum. Potitij, Pinarij, Geganij, Sergij, Cornelij, Fabij, Manilij, Æmilij, Curiatij, Claudij vix octingenteſimum attigerunt, vt Cæſari neceſſe fuerit inter patritios allegere nouos ac nobiles. Darij verò annos ducentos floruerunt: Arſacidæ circiter ſexcentos: Othomanni trecentos. Hiſpani principes ſummum nobilitatis faſtigium à Gothis repetunt, qui omnium opinione barbariſſimi putantur. Auſtria domus, quæ Italorum, Hiſpanorum ac Germanorum imperium habet, a comitibus Habſpurgi generis ſplendorem repetens, ante Rodolphum Alberti patrem, id eſt, ante annos ccc. quæ qualiſque fuerit, penitùs ignoratur. Saxonica vetuſtiſſima ante ſexcentos annos, hoc eſt, ante Othonem Henrici Aucupis patrem, maiores cicre non poteſt. Merouęotum autem, qui Gallici imperij fundamenta iecerunt, ſtirps anno pòſt quadringenteſimo deſiit, & Caroli Magni genus in Carolo duce Lotharingo, ducentos poſt annos, extinctum eſt. Nunc imperant Capeti, à Vuidekindo Saxone orti. Is in Galliam adductus eſt, & Chriſtiana religione à Carolo Magno infor- B matus, atque Andium comes creatus, vel, vt alij putant, ab Othone fratre ſui generis poſteritatem omnium, quæ ſunt in Europa, clariſſimam & antiquiſſimam reliquit. Iam enim à Vnidekindo anni paulò minus octingenti numerantur. Normannorum & Anglorum principes in Henrico I. deſierunt: Andium in Richardo III. Henrici VII. ſtirps in Edoüardo VI. Lancaſtrorum & Hyorcorum nulli reſtant. Scotiæ primi reges in Alexandro III. Bruſij in Dauide II. Stuardi in Iacobo V. Caſtilij in Henrico III. Aragonij in Ferdinando V. Sueci, Dani, ac Noruegi in Margareta Valdemari filia. *Ioan. Bodinus Methodi. hiſtor. c. 9.*

Achimelech pontifex, ex poſteris Eli pontificis, cum ſuis omnibus ob ſuſceptum Dauidem à Saül obtruncatus eſt, & Noba ciuitas ferro deleta: ſolus Abiathar Achimelech F. clam cum Ephod Ceilam ad Dauidem confugit. 1. *Reg.* 22. *& Ioſephus lib. 6. Antiq. c.* 13.

Saul regia primi Iudæorum ſtirps tota interiit. Ipſe cum Ionatha filio in monte Gelboë cæſus. Isboſeth F. qui ei in regno ſucceſſit, altero imperij anno, à ſuis ducibus in lecto confoſſus eſt. Regno ad Dauidem delato, duo filij Saul ex Reſpha concubina, Armon & Mephiboſeth, cum quinque filiis Michol filiæ Saul ex Adriel Berzelæo, à Gabaonitis in monte C crucifixi fuêre, Solum Mephiboſeth Ionathæ filium Dauid incolumem apud ſe retinuit, propter fœdus cum Ionatha patre eius initum 1. *& 2. Regum*

Regia ſtirps Dauidis ab Athalia ſceleſta muliere, Achab F. Ioram Iudæorum regis vxore, propè deleta fuit omnibus Ochoziæ filij ſui liberis cæſis, ſolo Ioa infante excepto, quem Ioſaba Ioiadæ pontificis vxor, filia Ioram regis, in templo per ſex annos occultauit 4. *Regum* 11.

Achab Iſraëlitarum regis filij LXX. à Samaritanis iuſſu Iehu, qui diuinitùs regnum occuparat, interfecti, eorumque capita in Iezrael ad Iehu in fiſcellis perlata. Iezabel regina præcipitata: Ioram rex F. Achab & Ochozias Iudæorum rex à Iehu ſagittis confixi ſunt. Et ſic tota domus Achab, vti prædixerat Elias vates, funditùs exciſa eſt 4. *Reg. 6. & 10.*

Ieroboam Iſraëlitarum regis filius Nadab, cum vniuerſa ſtirpe à Baaſa Iſachariano interfectus eſt. 3. *Regum* 15.

Baasa Iſacharianus, regno Iſraëlitarum occupato per XXIV. annos, Elam F. ſucceſſorem reliquerat. At Zambri quadrigariorum dux Elam in conuiuio ebrium interfecit, omnémque illius ſtirpem funditùs deleuit, prout Baaſæ Iehu vates prædixerat. *Libro tertio Regum, cap.* 16.

D Aman Amalechita cùm omnes Iudæos, edicto regio, vna die vbique terrarum exſcindere decreuiſſet, ob id vnum quod à Mardochæo Iudæo non fuiſſet adoratus: detecta eius maleuolentia per Eſther reginam, ipſe cum decem filiis in eam, quam Mardochæo parauerat, crucem ſublatus eſt. *Hiſtoria Eſther, & Ioſephus lib.* 11. *c.* 6.

HISTORICA.

Perſis Artaxerxes Ochus imperabat, populis ſuis ob mores truces & ſanguinarios parùm acceptus. Eum Bagoas militum mille præfectus, ſpado, per medicum, data potione medicata, interemit, filiumque regis iuniorem Arſem in regnum intruſit: eius fratribus ſublatis è medio. Iam verò adoleſcente rege cùm palàm eſſet, de tot flagitiorum auctore pœnas eum ſumturum eſſe: Bagoas, inſidiarum ſibi intentarum prætextu, Ar- E ſem, qui jam annum tertium regnabat, cum omni prole extinxit. Cùm nullusupereſſet, cui regnum per ſucceſſionem deberetur: eunuchus vnum ex amicis, cui Dario erat nomen, regem fieri curauit, Arſani, qui Ocho regis frater fuerat, filium. Cæterùm cùm in conſuetudinem parricidia committendi veniſſet, Darium etiam veneno aggredi cœpit. At dolo cognito, rex comiter ad ſe Bagoam inuitatum, poculum in ſe paratum eum ebibere coëgit. *Diod. lib.* 17.

Aphareus, Perieris Æoli Gorgophonis filiæ Perſei F. rex Meſſeniorum, filios habuit Idam & Lynceum: quorum hic quidem à Polluce occiſus, ille verò fulmine ictus fuit: & ſic regnum ab Apharei filiis ad Neſtorem Nelei filium delatum. *Pauſanias in Meſſenicis.*

Lycurgus Spartanorum legiſlator, vnicum filium habuit, Antiorum nomine, in quo genus defecit. *Plut. in eius vita*

Glaucus Epicydidis F. cùm à Mileſio hoſpite magnam auri ſummam depoſiti loco accepiſſet, repetentibus defuncto patre filiis, depoſitum, negauit primò: ſed conſulto oraculo Delphico, eiuſque minis territus, Mileſiis hoſpitibus pecunias reſtituit. Nihilominus tamen ob id ſoboles & familia eius ex F Sparta radicitùs extritæ ſunt. *Herod. lib.* 6.

Ptolemæus Lagi F. Cypriis vrbibus imperans, de occulta Nicoclis Paphiorum regis cum Antigono amicitia certior factus, Argæum & Callicratem cum mandatis miſit, vt Nicoclem de medio tollerent. Hi à Menelao duce militibus acceptis, Nicoclis domum circumſident, eumque ad necem poſtulant. Ipſe ad diluenda crimina ſeſe conuertens, vbi nullam audientiam ſibi concedi vidit, ſeipſum occidit Axiothea eius coniux, filias virgines adhuc peremit, ne quis hoſtium iis poteretur: atque Nicoclis fratrum vxores vnà ſecum mori induxit, etſi illis Ptolemæus impunitatẽ conceſſiſſet. Regia tam inexpectatis funeſtata cædibus Nicoclis fratris occluſis ædium foribus eas incenderunt, ac ſibi ipſis mortem conſciuerunt. Hoc pacto Paphiorum regia familia funditùs interiit. *Diodor. l.* 20.

Alexandro regi Epiri fuit vxor & ſoror Olympias, Pyrrhi Epirotarũ regis filia, enixáque ex eo erat virilis ſtirpis Pyrrhum & Ptolemæum, alterius ſexus Pythiam, quam Demetrius iunior ſibi matrimonio junxit. Mortuo marito tradidit regnũ filiis Olympias: & jam Pyrrho maiore natu defuncto, Ptolemæus, cùm in Ætolos in feſtum agmen ageret, graui morbo correptus, defunctus eſt. Nec Olympias diu ſuperuixit. Supererant ex regia ſtirpe Nereis & Laodamia ex Olympiade & G Alexandro genitæ. Quarum Nereis Geloni Hieronis Syracuſani filio nupſit. Altera quum ad aram Dianæ confugiſſet, incurſu populi interfecta eſt. Laodamiæ cædem tota gens fame poſtea & inteſtina diſcordia luiſſe dicitur. Milo, qui eam interemit, ſubito furore captus, nunc ferro, nunc lapidibus in ſemetipſum ſæuiens, duodecimo parricidij die extinctus eſt. Sic Æacidarum ſtirps periit. *Sab. lib.* 1. *En.* 5.

Hieronymo Syracuſanorum tyranno, Gelonis F. Hieronis, qui primus rex dictus eſt, nepote, à coniuratis occiſo, ciuitati libertas reſtituta eſt: quam tamen Hippocrates & Epicydes turbare ſunt aggreſſi. Hi optimates ad transfugas Romanorum & milites criminando, quod Syracuſæ per ſpeciem libertatis R. Pop. traderentur, Andronodoro ad nouarum rerum ſtudium reuocato, eò rem traxerunt, vt ſenatus Ariſtonis cuiuſdam indicio, de iis, quæ parabantur, certior factus, Andronodorum, qui Demaratam, & Themiſtium, qui Harmoniã Gelonis filiam vxorem duxerat, in curia occiderit. Erat Ariſtõ tragœdiarum actor, qui Andronodori & aliorum conſilium ſibi ab Harmonia creditum, quia contra patriam eſſet initum, occultare nefas duxit. Multitudo, quæ ante curiam ſtabat, audita cædis cauſa (vt ſua eſt natura inſolens, quæ aut humiliter ſeruit, aut nimis ſuperbè dominatur) prætoris rogationem, vt om- H nis regia progenies extingueretur, penè priùs ſciuit, quàm vulgaretur. Tũ percuſſoribus miſſis, Demarata & Harmonia ſunt interfectæ. Erat & Heraclea altera Hieronis filia, cuius vir Soſippus, Hieronymi tyrannidem fugiens, voluntarium ſibi exilium conſciuerat. Hæc vbi eos, qui ad cædem miſſi fuerant, adeſſe ſenſit, in ſacrarium ad penates confugit. Securæ ſunt Heracleam duæ virgines filiæ: ibi multum atq; diu per patris Hieronis, & Gelonis fratris manes precata eſt, ne ſe cum Hieronymo, ex cuius regno nihil præter viri exilium haberet, cõflagrare ſinerent. Cæterùm cùm nihil preces & lacrymas aduerſus deſtinatam cædem prodeſſe vidit, & jam ferrũ in ſe ſtringi intuita eſt, omiſſis pro ſe precibus, vt ſaltem puellis parceret,

orare

orare inſticit. Cæterùm [illegible] loquitur [illegible] lea, ab ari A diſtracta ioterficitur. Fil[illegible]æ [illegible] furore [illegible] per denſos gladios cum impetu & clamore dilapſæ, vago totis ædibus diſcurſu, poſt multa vulnera, miſerabiliter occidunt. Ea cædes adeò indigna viſa eſt multitudini, vt odio in prætores accenſa, confeſtim Epicydem & Hippocratem in Andronodori & Themiſtij locum prætores [illegible]eauerit, qui Syracuſis occupatis, Rom. portas clauſere. *Sab. lib. 3. En. 5.*

Trecenti ſex Fabij bello V[illegible]ente ſuſcepto, ad Cremerá fl. hoſtium inſidiis circumuenti ſunt, & ad vnū trucidati. Proximum fabulæ eſt, quod quidam aiunt, ex tam numeroſa nuper gente voum duntaxar ſuperſtitem fuiſſe, eáque ſola ſtirpe Fabiam gentem, maximum populo Romano dubiis olim rebus futuruio auxilium, teparari cōtigiſſe. Dionyſius ex tribus fratribus Cæſone, Marco & Quinto, qui ſep[illegible] continuos conſulatus geſsêre, filium prope puberem Marci [illegible] pro didit: nec aliam ex his ſobolem ſuperſtitem fuiſſe. Et quia in illuſtriſſima totius gentis domo (quum alioqui multæ eſſent) vnus duntaxar relictus diceretur, idcirco factum ſuſpicatur, vt qui rem non altius perpenderint, de vniuerſa gente id proditū falsò arbitrari ſiot. Nemo eſt ita rerum alioqui im- B peritus, qui oon videat haud fieri potuiſſe, in tanta militaris ætatis multitudine, quin plures, cùm pueri, tum in cunis adhuc iacentes, domi relicti ſint, qui velut vber ſeminarium genti alioqui interitura fuerint. *Sab. lib. 1. En. 3.*

Potitia gens ad aram maximam ſacrificare ſolita, gentili miniſterio, Appij Claudij cenſoris auctoritate, ad publicos ſeruos delegato, quum duodecim familiæ eſſent, intra annum extinctæ dicuntur, & in his triginta puberes. Appius ipſe cæcitate percuſſus eſt. *Sab. lib. 6. En. 4.*

Io Scauris Rom. adnumerantur præcipuæ nobilitatis viri: quorum familiam in Scauro Mamerco, qui maieſtatis reus cauſam dixit, extinctam volunt. *Alex. lib. 1. cap. 9.*

M. Marcelli qui gladius populi Rom. contra Hannibalem dictus eſt, clara fuit progenies vſque ad Marcellum ſororis Augusti Octauiæ filium: editum ex C. Marcello. Is in ædilitate ſpōſus deceſſit, cùm Cæſaris filiam non ita pridem io matrimonium duxiſſet. In cujus honorem & memoriam mater Octauia bibliothecam dedicauit. Cæſar theatrum, quod nomine Marcelli inſcripſit. *Plut. in Marcello.*

Herodes Iudæorū rex, victo & capto Antigono Ariſtobuli F. quem ad M. Antoniū ducebat Soſius Rom. legatus Athenas, veritus, ne aſſeruatus Antigonus, & Romam perductus ab C Antonio, apud ſenatum iure ſecum contenderet, docens ſe regio natum ſanguine: Herodem verò plebeium, & quòd ſi ipſe propter offensū Rom. pop. indignus eſſet qui regnaret, certè filiis eius inſontibus regnum debeatur: multis pecuniis induxit Antoniū, vt Antigonum tolleret. Quo facto, tum demùm Herodes metu liberatus eſt. Atque ita Aſſamonæorū principatus deſiit poſt annum centeſimum vigeſimum ſextum: quæ domus illuſtris fuit, & celebrata propter continuatum in ea gente honorē ſacerdotij, facinoráque maiorum egregia, quibus propugnauerunt Iudæorū remp. Verùm hæc familia inteſtinis ſeditionibus agitata, amiſit imperium. Adminiſtratio autem rerum peruenit ad Herodem Antipatri filium, plebeio natum genere, & ſubjecto regibus. *Ioſephus l. 14. c. vlt. Antiq.*

Herodis Magni, Iudæorum regis, numeroſa ſoboles intra centum anoos tota ferè interiit, exemplo memorabili, parentum improbitatem etiam in ſeros nepotes graui vindicta redundare. *Ioſephus l. 18. c. 7.*

Philippi regis Macedonū euerſa poſteritas fertur, ob vio- D latum ius hoſpitij. Arati namque Sicyonij hoſpitio vſus, nurum eius polluit: quin etiam Aratum ipſum veneno ſuſtulit, & Aratum Iuniorem ad inſaniam redegit. *Plut. in Arato.*

Progenies Cæſarum in Nerone defecit: quod futurum cō pluribus quidem ſignis, ſed euidentiſſimis duobus apparuit. Liuiæ olim poſt Augusti ſtatim nuptias Veientanū ſuum reuiſenti, prætervolans aquila, gallinam albā, ramum lauri roſtro tenentē, ita vt rapuerat, dimiſit in gremium: cumque nutriri alitem, pangíque ramulum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles prouenit, vt hodie quoque ea villa ad Gallinas vocetur: tale verò lauretum, vt triūphaturi Cæſares inde laureas decerperent, fuitque mos triumphātibus, alias confeſtim eodem loco pangere: & obſeruatum eſt, ſub cuiuſque obitum, arborem ab ipſo inſtitutam, elanguiſſe. Ergo nouiſſimo Neronis anno & ſylua omnis exaruit radicitùs, & quicquid ibi gallinarū erat, interiit: ac ſubinde tacta de cœlo Cæſarum æde, capita omnibus ſtatuis ſimul deciderunt: Auguſtique ſceptrum è mani- E bus excuſſum eſt. *Suetonius.* Hinc *Auſonius.*

Æneadum generis, qui ſextus & vltimus heres,
Polluit, & clauſis Iulia ſacra Nero.

Antoninorum familia, à Pio Philoſopho, L. Vero ita illuſtrata, vt ſequentes Imp. Seuerus, Caracalla, Macrinus, Diadumenus, Antonini nomen, quàm Augusti ſuſcipere ma[illegible] in impuriſſimo Heliogabalo Caracallæ notho [illegible], ad Alexandrum Mammeæ F. tranſlato imperio. *[illegible]*

In Valentiniano iuniore ſtrangulato Arbogaſte Gotho, interiit Gratianorum proles: ſatiſque [illegible] cœlo viſum eſt, vno velut curſu quatuor eam numeraſſe Augustos, Valentinianum ſeniorem, Valentem eius fratrē, duoſque filios Gratianum & Valentinianum. Inter quos tertius fuit ignauiſſimus, non auo, non patri ſimilis. Moxque ad Theodoſium & liberos eius tranſlatum eſt imperium, maſcula prole deficiēte. Ex Gratiano enim funario Valentinianus maior genitus, duos ex duabus vxoribus filios ſuſcepit. Gratianum ex Seuera, Valentinianum iuniorem ex Iuſtina: ex qua quoque Gallam, Gratam, Iuſtámque ſuſtulit. Sed omnes ſine liberis fuere, præter Gallam, quæ Theodoſio nupſit. *Idem.*

Mauritii Imp. tota ſtirps deleta à Phoca tyranno, ſingu- F lari Dei quam etiā agnouit, vindicta, quā ſibiipſi, & ſuis auaritia & crudelitate erga XII. M. militum à Cagano captorum, quos totidem aureis redimere potuiſſet, acceſſiuit. *Idem.*

Iustinianus minor ſiue II. Rhinotmetus, quem alij Iuſtinum III. vocant, filius Conſtantini IV. fuit, & Anaſtaſiæ, eiuſque ſucceſſor: vltimus ex ſtirpe Heraclij, in quo eius defecit progenies. Soli enim Heraclio contigit ſextum legere ſtirpis ſuæ Auguſtum. *Idem.*

Balduinus II. Conſtantinopolitanus Imp. à Michaële Palæologo, tutore Theodori Laſcaris filiorum, imperio exutus eſt, & Græci priſtinum imperij ſtatum recuperarunt: quem Franci annos iam circiter ſexaginta poſſederant, à Balduino primo, quo numerabatur annus Chriſti MCC. vſque ad eum, quo numerabatur annus MCCLX. Quaſi fato eueniſſet, vt quemadmodum à Balduino auſpicia regni cœperant, ſic in Balduino conciderent. *Idem.*

Arnulphus filius naturalis fuit Carolomanni regis Bauariæ, & ducis Carinthiæ, nepos Ludouici ſenioris regis Germaniæ, ex Carentana quadam nobili concubina. Eum pater Arnulphum, ob memoriam Arnulphi Metenſis præſulis, à G cuius fauſto germine Francorum regum olim proſapia pullulauerat, appellauit: quod non ſine futurorum præſagio accidit. Nam ex Metenſi illa regum genealogia ſecundis ſucceſſibus, in Carolum vſque Magnum, faſtigium collocauit: ac deinde variante fortuna paulatim, tum ex immatura ſobolum morte, tum ex coniugum ſterilitate diffluxit: in hoc verò manifeſtè defecit. Filium enim reliquit Ludouicum IV. qui ex Mathilda ſiue Luitgarda Saxonica nullam ſuſcipiens prolē, genealogiam Caroli Magni in Orientali regno clauſit: cùm tamen per Carolum Simplicē in Occidentali continuaretur adhuc longius. Et ſic vt ab Arnulpho cœpit; ita etiam in Arnulpho deſiiſſe videri poteſt Caroli Magni ſtirps, quæ ſupra centum annos Occidentis imperiō tenuerat: *Cuſpinianus*

Eo namque mortuo, Carolus eius patruus, Lotharingiæ dux non ſatis Francis probatus, quòd Germanorum Imperij totus fuiſſet, cum ex Lotharingia in Franciam ad ius regni capeſſendum venit, obuium cum delecta manu habuit Hugonem Capetum, Magiſtrum equitum & Franciæ comitem, factionis plus iuſto validæ. Ad Laudunum pugna commiſſa; fortuna vi- H ribuſque & mortalium ſtudiis inferior Carolus, in oppidum propinquum ſe recipit. Cùm obſeſſus eruptione cædem hoſtium feciſſet, nouis copiis contrà aduenientibus arctior facta eſt obſidio. Noctu Aſcelini Epiſcopi ciuitatis proditione reſeratis portis, intromiſſóque Capeto, comprehenſus in cuſtodiam Aurelianum mittitur. Ita tertium ſtemma in ſolio locatur, haudquaquam Francis pœnitendum. Capetus præterea grauius in Carolum auſus, quàm vt perpetua diligentique cum aſſeruaret cuſtodia, ei tamen copiam vxoris tam liberam fecit, vt is liberos ſuſtulerit Ludouicum Carolúmque. Sed ij intra pueritiæ annos deceſſerunt. *Æmilius l. 3.*

Conradinus Sueuiæ dux vltimus, de familia Comitū de Hohenſtauffen, ac Fridericus dux Auſtriæ, vltimus de famila Leopoldi, à Carolo Comite Andegauenſe, Aſturæ capti, Neapoli ſecuri ſunt percuſſi, Ann. D. MCCLXVIII. Quaſi in fato eſſet, duas inſignes Germaniæ familias vno die ſimul interire. *Cuſpin.*

Margarita

MARGARITA vxor Henrici regis, filij Friderici II. Imper. A filia, Leopoldi ducis Auſtriæ, dicti Glorioſi, marito & filijs ſuperſtes ac fratribus, Othocaro filio regis Boemiæ nupſit. Ad eam quaſi vnicam hæredem Auſtriæ ditionis erat deuoluta. Sed quum Othocarus nullam ex ea ſobolem ſuſciperet, ea repudiata, Belæ regis Hungariæ neptem Chunigundam, filiam [illegible] Bulgariæ ducis, vxorem [illegible]: & Margaritam in [illegible] Auſtriæ Kremps veneno [illegible] vnde multa ſubſequuta ſunt bella, & Auſtria tandem ad familiam Comitum de Habſpurg, deuoluta eſt. [illegible]

In Childerico III. [illegible] illa Clodouei Mag[illegible] ſtirps defecit. Eum namque gentis Merouin[illegible]iorum vltimum, quo iure, qua iniuria, in clericum [illegible] Stephanus Pontif[illegible] regno deiecit, & Pipinum Magiſtrum equitum regem creauit, vt viciſſim eius opera contra Aiſtulphum Longobardorum regem defenderetur. *Æmilius lib.* 2.

Familia Normannorum, belli paciſque artibus clariſſ. quæ Guilielmi Fierabraccij opera Comitatum Apuliæ, Roberti Guiſcardi fortitudine ducatum Apuliæ & Calabriæ, regnum quinetiam Siciliæ, pulſis Græcis & Saracenis, 18. annorum ſpatio, mirabili victoriarũ curſu ſibi pepererat, in Guilielmo V. Siciliæ & Neapolis rege defecit, quem Henricus VI. Imp. B captum caſtrauit, & cum ſororibus in Germaniã captiuum abduxit. Iam verò Antiochiæ principes, a Boëmũdo Roberti Guiſcardi F. factam militiam profeſſo, qui Rogerio fratri paterna regna reliquit, parùm diuturni fuere. Nam Boëmundo Boëmundus filius ſucceſſit, qui Conſtantiam filiam Ramundo Comiti Ponticurienſi deſpondit, vnde natus Boëmundus III. qui ſine liberis obiit. *Collenutius l.* 3. *hiſt. Neapol.*

OFFA Merciorum rex potentiſſimus, Egfredo filio optimæ ſpei regnum reliquit. Sed is quarto menſe expirauit, ne genus inuiſum Deo, ob Ethelberti Orientalium Anglorum regis ſanctiſſimi cædem, perpetuaretur. *Polyd. lib.* 4.

HVNGVS Pictorum rex moriens Doſtorlogo filio regnum reliquit. Eum Eganus frater libidine regnandi interfecit. Eganum vxor Doſtorlogi vidua, mariti manes vlta, noctu ſtrangulauit. Hungi familia extincta, Alpino Achari Scotorum regis, ex Ferguſiana Hungi ſorore filio, regnum deberi videbatur. Dongallus proinde Scotorum rex pro Alpino per legatos intercedere. Picti peregrinum regem auerſati, Feredetho viro magnæ auctoritatis, priuſquam legatos audirent, regnum detulerunt: eoſdémque rurſus venientes, finibus ſuis intra quatriduum excedere iuſſerunt. Bello proinde Pi- C ctis indicto, Dongallus in Spei fluminis traiectu ſubmerſus, Alpino regnum reliquit. Is Feredethum interfecit. A Bruto ſucceſſore cæſus eſt. Kennethus Alpini F. Pictorum regnum euertit. *H. Boëthius lib.* 10.

VALDEMARVS Marchio Brandeburgenſis moriens, nec F. nec conſanguineum hæredem habuit: cùm tamen ante paucos annos nouemdecim numerarentur Marchiones Brandeburgici, quorum nouiſſimus fuit Valdemarus. Beneficium ergo Imp. rediit: & primus Ludouicus Ludouici. Bauari Imp. marchionatum aliquamdiu adminiſtrauit: ſed ſatiatus ille (quòd in Bauaria mallet agere) Romulo fratri illum permiſit. Nec ille diu in eo ſuperuixit. Peruenit igitur principatus ad Othonem quemdam, qui Carolo IV. Imper. Marchiam omnem vendidit vili precio pro oppidis Lanſe Heſpriock cum ſubiecto territorio, non longe a Nutemberga. *Cranzius lib.* 9. *Saxonia. cap.* 34.

Nobiliſſima ſtirps Carrarienſium principum Patauinorũ, D cum Iacobus minor Marſilietum Papafauium cognatũ ſuum libidine regnãdi interfeciſſet, in filio eius Franciſco ſeniore deficere cœpit. Nam Frãciſcus Taruiſio Venetis ceſſit. Franciſcus Nouellus filius, Patauium Galeacio Vicecomiti dedidit. Pater infelix à Galeacio, ad quem confugerat, in carcere necatus eſt. Filius qui Patauiũ interea receperat, bello contra Venetos temere ſuſcepto, ob Vicentiam affectatam, captus, in carcere Venetiis cum duobus filiis noctu necatus, an. 1406. Albertinus filius Florentiæ præ mœrore periit. Marſilius apud Philippum Mariam Vicecomitem educatus, tentato temere reditu proditus, ſecuri in foro Veneto percuſſus eſt. Et ſic 73. an. ſpacio imperium toti Italiæ formidabile defecit. *Bern. Scard. l.* 3. *claſſe* 13. *hiſt. Pat.* Hic Carrarienſiũ finis fuit, qui omnia terrore & minis complebant: & quibus non ſatis erat nobiliſſimæ vrbis principatus, niſi Venetorum arma, per quos principum nomen olim eorum maiores adepti eſſent (nam Marſilio Carrarienſi Veneti Patauium Scalano ademptum [illegible] commiſerant, & Nouellum [illegible] ſum Galeacij Vice- E [illegible] preſſum in integrum re[illegible]erant) temerario i[illegible] b[illegible] [illegible]ſcent. Aliquot poſt [illegible] Mar[illegible], Ph[illegible]p pi V[illegible] [illegible]bſidio clàm Patauium [illegible] [illegible] tori [illegible] [illegible] in Vicetino agro captus, & cum xx [illegible] ſoc[illegible] [illegible] Veneti[illegible] necatus eſt. *Sabel. lib.* 8. *Dec.* 2. *& lib.* 2. *De*[illegible].

Circa ann[illegible] Chriſti 1494. Tiſc[illegible]i Vitelliorum nomen clarum erat atque illuſtre. Sed ea [illegible] domus, quæ multos ſimul duces inſigni gloria tulerat, mi[illegible]rabili eorum interitu, funeſta atque infelix fuit. *Iouius lib.* [illegible]. *Hiſtoriarum.*

In Italia paſſim illuſtrium familiarum decus, aut interiiſſe, aut amiſſo principatu, defeciſſe videmus. Mõtisferrati enim familia Imperatorij ſanguinis à ſtirpe interiit, quæ omnium n[illegible]ſſima c[illegible] batur. Turriani bello pulſi, & Vicecomites dem[illegible] Ph[illegible] ppo mortuo Mediolani principatũ amiſerunt. Scaligeros & Carrarienſes obliuio deleuit. Aragoniorum regnũ Neapoli ad pronepotes non peruenit. Sfortiani paucis annis ad vnum fato functi, externis regnum reliquerunt. Gonzagæ Mantuani à Paſſarino interfecto vix ducentos Imperij ſui annos enumerant. Sanſeuerini, qui in Brutiis & Picentibus late dominantur, ſpe prolis propè deſtituti, nequaquam altiùs quàm à Guiſcardo Tancredo nobilitatem ſuam repetunt. Malateſtarũ ſoboles amiſſo principatu à vir- F tute amplitudinéque maiorum degenerauit. Malaſpinæ antiquitus clari, diuiſa & valde extenuata ſtirpe, infirmis opibus antiquum decus ægerrimè tuentur. Liberarum verò ciuitatum familiæ, in primiſque Romani ſanguinis, nequaquam à principatu atque opibus, ſed à maiorum ſuorum virtute nobilitatis famam quærunt. Itaque vni omnium Ateſtini, qui Eſtenſes imperitè vocantur (vt liquidò conſtat) perpetua atque incorrupta ſtirpis ſerie, quod ſummæ felicitatis fuit, incolumem principatum, verùm mutuato dignitatis titulo, ad hanc vſque ætatem protulerunt, quum Marchiones aliquandiu, & demùm Cæſaris atque Pontificis auctoritate Ferrariæ Duces appellati ſint. *Iouius in Alfonſo Ateſtino.*

GVLIELMI Conquæſtoris Angliæ regis ſtirps in Hẽrico I. defecit. Hic enim cùm Mathildim Edgari regis Scotorum ſororem, ioonacham, inuitam duxiſſet, & puella videret ſibi votum virginitatis violandum eſſe, omnibus precibus dicitur execrata prolem, ſi qua ex ſe oriretur. Nec votum irritum fuit: Gulielmus enim Normaniæ dux ex ea genitus, & Richardus, cum Maria ſorore, ex Normannia in Angliam nauigantes in mari perierunt. *Polyd. lib.* 11. G

Mortuo Ladiſlao rege, ad tantam orbitatem Pannoniæ & Boëmiæ regna redacta fuere, vt è nobiliſſimo altiſſimóque genere ad mediocris fortunæ manus ambo peruenerint. Hoc ad Georg. Pogiebrachium, quem nulla maiorum ſtemmata decorabant: ad Mathiam Coruinum illud, cuius olim genus ab vrbe Roma oriundum, vetuſtate iam exoleuerat, & in Valachia à Barbaris obrutum, ad obſcuritatem peruenerat. *Bonfinius lib.* 8. *Dec.* 4.

ALEXANDRO III. Scotorum regi Ioanna, Ioannis Anglorum regis F. nupta ſterilis obiit. Maria inde Comitiſſa ducta, ex ea ſuſcepit Alexandrum, Dauidem & Margaritam, quam Magno Noruegiorũ regi deſpondit. Mortem Mariæ Dauid filius ſtatim ſecutus eſt. De ſucceſſore igitur ſollicitus, Alexandro F. comitis Flandriæ filiá coniungit. Obiit non multò poſt Alexáder abſque liberis: Margarita inſuper, vnica filiola relicta. Alexander ergo rex tertiam vxorem, Iolantam Campaniæ Comitis F. duxit. Vix anno elapſo, dum equum ferocientem iuueniliter agitat, ceruicem fregit, ideóque in eo re- H gia ſtirps à Malcolmo II. defecit. *H. Boeth. lib.* 13.

IACOBVS V. Scotorum rex, Gallis antiquo iure fœderatus, aſcituſque à Franciſco gener, florenti corporis ſpecie inſignis (veneno, an fato ſuo incertũ) ſubitò certè correptus interiit, anno Sal. 1542. defecitque in eo Stuardæ familiæ generoſa progenies, quæ à Roberto rege, eodem nomine quinque Iacobos reges, non interciſa ſtirpis ſerie tulerat. Sed occulta & admirabili ſorte id regium decus ſingulis maximè funeſtum fuit: primo ſcilicet à coniuratis in conclaui trucidato, ſecundóque demùm diſtracti tormenti, dum id probaretur, violentia diſcerpto, quum mox tertium parricida filius iuſta acie ad Sterlingũ occiderit, vt is demùm ordine quartus, ab Anglis ad Floddon prælio cæſus fuerit, quintóque filio eadem infauſtæ domus damnata regni hæreditas pararetur. *Sabell. ſupplementum l.* 24. *ex Iouio.*

FAMILIÆ RECTA INSTITVTIO. MORES. CVRA.

A Qualem familiam viri magni habere debeant, aperte oſtendit S. Carolus Burromæus in epiſtola ad Battoreum Cardinalem. Curabis, inquit, familiam caſtam, nec patieris inter domeſticos tuos quempiam viuere, cuius modo non impudica ſint facta, ſed cuius etiam non ſint verba & mores admodum pudici, habeaſque domi probatæ virtutis viros, qui in hanc rem inuigilent, & qui te crebrò de domeſticorum vita commonefaciant. Modeſt[illegible] [illegible] rbis, & cultu corporis cernatur. Inſuper curabis, vt iuramenta à familia tua abſint, turpes ſermones ſcurriles ioci, conuicia, contumeliæ, & omnium verborum genera, quæ alios lædant, inter tuos nec dici, nec audiri ſines. Veſtitus autem etſi decens eſſe poterit, cauebis tamen, vt à familia viri eccleſiaſtici procul ſit is corporis ornatus, quo milites, & profani iuuenes vti ſolent: hoc enim & grauitatem redolet, & in illis ipſis quandam maiorit mol[illegible]ſtiæ neceſſitatem impooit, & magis etiam conueni[illegible] Cardinali. Vt enim dedeceret profano Principi clericos clericali habitu famulari, ſic indecorum videretur, ſi laici in habitu ſæculari miniſtrarent. *Hieronymus Platus lib. de Cardinal. dignitate 23. & Theſaurus politic. Aphoriſm. lib. 5. cap. 1.*

B In cura domeſticorũ corporibus ac liberalitate impendenda plurimùm enituit, vt & in cæteris, B. Caroli Borromæi virtus, quem ſcimus, idque adhuc tradunt eius intimi, amaſſe ſuos omnes, non vt ſeruos, ſed vt filios & fratres, & large ſuppeditaſſe quæ oportebat, quin etiam, quanquam nollet ab vllo ſibi ſeruiri ſpe vllius beneficii eccleſiaſtici, omnium tamen merita pro ratione perſonarum, atque pro meritis cumulatè remunerabatur. Inſuper etiam conſueuerat quotquot domi habebat alloqui, interdum etiam cum ſingulis colloqui, etiam infimis, atque ex ipſo ſtabulo, aut coquina, vt reſciret quomodo tractarentur, & an alicui fieret iniuria. Et quamuis in ſeipſum admodum ſeuerus eſſet, in famulos tamen omnem moderationem tenebat. Itaque cùm nocte ad ſua ſtudia ſurgebat, ne cuiquam onerosus eſſet, ipſemet manu ſua lumen petebat ex lampade, quam ob hanc ipſam cauſam in ſuo cubiculo ardere perpetuò volebat. Ipſe quoque, cùm maturum erat, anagnoſtæ ſuo lumen deferebat, ſed ſilentio, ne dormiẽtem excitaret, vt cùm per ſe expergiſceretur, accenſam inueniret lucernam. Idem etiam, cùm aliquis ſuorum ægrotaret,
C iubebat eum omnino quàm diligentiſſimè curari, eique muneri certos homines peritos, & charitate flagrantes præfecerat, ac ſubinde ab aliis domeſticis viſitari volebat, & ipſemet etiam viſitabat, non ſolùm nobiliores, ſed & infimos, tanta comitate, & ſuauitate, vt nemo eſſet, cui non illa Domini ſui humanitas morbum leuare videretur. *Idem ibidem.*

DAVID Pictorum ſiue Scotorum Rex, tanta prudentia fuit in gubernanda aula ſua, vt quod apud omnes corruptiſſimum eſt, quodque omne vitiorum genere ſcatet, cura ſua & exemplo non modò purgarit, & ab apertis prohibuerit flagitiis ſed etiam in omne genus virtutum exercuerit. Non illic impudicum verbum vllum ex ore cuiuſquam audiebatur, non laſciuus motus occurrit oculis, non compotationes aut comeſſationes ebrioſorum crapuloſorúmque manduconum apparebant: nulla in domum corruptela vnquam admiſſa, nemo flagitioſus illic deliteſcere potuit. Caſta ac pura vbiq; omnium oratio, extra ſermonem familiarem nil niſi pium inter ſe cooferentium. Sobria & continens vitæ omnis conuerſatio, nullæ vnquam rixæ, nullæ querelæ: mutuo inter ſe omnes velut fratres amore proſequebantur, mutua inter ſe officia comiter
D deferebant. Itaque non monaſterium vllum tanta concordia, tantáque religione conſpirat, vt illius familia regia, charitatis vinculis atque reliquis omnibus virtutibus connexa deuinctáque ſpectabatur. *Hector. Boëtius lib. 12. hiſtor. Scotor.*

PIVS V. familiam ſuam magno ſtudio reformabat, quòd ſciret inde exempla manare ad Eccleſiaſticos omnes, vt ipſi quoque ſe ſuóſque ad ipſius exemplum componerent. Sacerdotes vt minimum ter in hebdomada ſacrificium facerent; cęteri, præſertim Diaconi & Subdiaconi, ſaltem decimo quinto quoque die communicarent, edixit: Sacris ordinibus initiatos, aut Eccleſiæ prouentus percipientes, habitum iubebat ferre clericalem atq; tonſuram, nec veſtes habere niſi ex lana ſimplici abſque vllo ſerico, Aulicos ſuos omnes, ne otio tempus malè perderent, iubebat ſacræ lectioni, quam ter in hebdomada ſacri Palatij Magiſter habet, intereſſe. Fiebant etiam in aula prælectiones philoſophicæ. Non paucos ſuis ſcriptorum Eccleſiaſticorum libros dabat, vt iis legendis, dum Pontificẽ viciſſim obſeruant, tempus vtiliter tranſigerent. Nihil in ſuorum moribus, habitu, colloquiis, & tota denique viuendi ratione vitioſum, & quod praui eſſet exempli, tolerabat. Præfecto cuſtodiæ corporis ſui mandabat, daret operam, vt milites ſui tranquillè & ſine inſolentia viuerent. Impudicas mulieres publico edicto ab vrbe expelli iubebat; & ne quis ex iis qui Romæ degunt, hoſpitia publica & cauponas vrbis compotandi gratia adiret, nec quiſquam in iis ludere [illegible]retur. Eo edicto mul[illegible] fla[illegible]itia & peccata reſecata ſunt. Familiam denique eiuſ[illegible] habere velle dicebat, quæ & vita & habitu cæteris e[illegible]empl[illegible] : nec tam miniſtrorũ numerum aut cultum [illegible]orpo[illegible] quam virtutem & integritatem ſibi ſpectandam ſtatuebat. *Laur. Sur. in Chron. an. Dom. 1566.* E

S. WOLST[illegible]NVI Wigornienſis Epiſcopus diſciplinam domus ſuæ, tam in Laicis, quàm in Clericis, ſeueriſſimè exercebat. Legem ſtatuerat, vt omnes tam Miſſæ, quàm aliis horis omnibus intereſſent. Cuſtodes ad hoc conſtituebat, vt nullum impunè ridere ſinerent; alioqui aut potu eo die carebat, aut palma ictum ferulæ excipiebat. Laicum nullum è domeſticis quoquàm miſit, cui non preces ſepties in die dicendas iniungeret; hoc aſſerens, vt ſicut Clerici ſeptem horas; ita F Laici ſeptem orationes Deo libarent. Si quis ante ipſum iuraret, ſtatim ferulæ vindicta ſequebatur. Indigne admodum ferebat, ſi quis coram eo aliorum vitam roderet, vel mores carperet; quoniam hoc ſummæ malitiæ deputabat. *Bravonius monachus in vita eius cap. 8. apud Surium 19. Ianuarii.*

Id ita præſtabat Iudex ille de quo in primo vitæ ſanctorum Patrum ſcribitur; quod cùm abbas Paphnutius vir vitæ Angelicæ Deum rogaſſet intentè, vt ei dignaretur oſtendere, cui ſimilis eſſet, aſtitit ei Angelus Domini dicens: Similis es primario, id eſt, Iudici vici illius. Quo audito pertexit ad eum Paphnutius, & interrogauit, quæ eſſet conuerſatio eius. Quo de ſe humilia reſpondente; inſtitit Paphnutius, donec ſecreta ſua aperiret, ſicque inter cætera fatebatur: Triginta annis cum vxore mea continenter penitus vixi. Peregrinos & pauperes ſemper ſuſcepi, nec eos ſine viatico abire permiſi. Famulos meos ſic rexi, vt nemo mortalium eos reprehendere potuerit. In iudicando, nec filij mei perſonam contra æquitatem ſuſcepi. Semper ſtudui in vita mea, vt neminem iniuſtè contriſtarem: diſcordes ſemper ſtudui concordare. *Dionyſ. Carthuſian. lib. 2. de doctrina vitæ Chriſtian. cap. 4.* G

De Elezeario Comite Ariano ita in vita eius ſcriptum legimus, adeò fuiſſe ſeuerum in diſciplina familiæ, vt apertè diceret: nolle quendam ſuo pane veſci, quem mortali peccato implicatum ſciret, idque exequebatur: ſtatim enim expellebat; quem cognorat turpe aliquid admiſiſſe. Multas etiam leges præſcripſerat, quas ab omnibus volebat ſeruari; & hanc inter alias, vt omnes aulici, ac milites quoque, quos domi habebat, ſingulis hebdomadis peccata confeſſione expiarent. Blaſphemias autem, immo verò ſacramenta leuiter ac temerè pronunciata nullo modo tolerabat. Quin etiam ſanxerat, ne quiſquam alterum offenderet: quod ſi faceret, ſtatim in gratiam rediret, volebátque omnes in ſumma pace & concordia degere. *In vita eius apud Surium 27. Septembris cap. 18.*

Mulier quædam Chriſtiana nomine, iam annos ſuprà ſeptem profluuium patiebatur ſanguinis; contubernalis vir eius, vt qui anxiam ageret curam pro eius curatione, multa iam in ſumpſerat in medicos, nec quicquam eualuit efficere. Eadem cùm audiſſet, quæ per B. Ioannem Chryſoſtom. Deus edidiſſet ſigna, obſecrabat virum ſuum, vt ſe traduceret ad illum credebat enim, tametſi ſum indigna, quæ cernam Angelicam H eius effigiem, at certe noui quia non me à ſe reiiciet, neque abominabitur me peccatricem, exemplum imitatus communis omnium Domini, qui à ſe nequaquam diſcipuli ſimili vitio obnoxiam, ſed tactu fimbriæ veſtimenti ſui ſanitati reſtituit. Huius igitur vir cùm iumento impoſuiſſet, ducit ad monaſteriũ; & relicta ea extra ianuã vnà cum ipſius comitibus ingreſſus ad Ioannẽ, proiecit ſe ad pedes eius, dicens: Pater, auxilio ſis nobis apud Deũ. His dictis cauſã expoſuit aduentus. Tum Ioannes, excuſatione facta de tanta poteſtate ſibi data. & allatis cauſis, cur Deus homines percutiat, dixit: Dic vxori tuæ, finẽ vt imponat impudenti ſuæ voluntati; deſinat à præfracta & cõtumaci temeritate, qua erga ancillas ſuas vſa eſt, agnoſcens ſe eſſe eiuſdẽ cũ eis naturæ, & ex eadem conſperſione ſiue maſſa conditã, tametſi in præſẽti vita domina earũ vocetur, iſthęc omnia demolitur ac diſſoluit, factáque repentina impreſſione, vtramq; (dominam & ancillam) exæquat. Dic rurſus, vt ſe-

dulò

A dulò eutam obeat animæ propriæ, ſolicitè incumbens refouendis pauperibus & egenis. Obſeruet præfinitos, & expreſsè ſtatutos dies Sanctorum ac venerabilium ieiuniorum. Iiſdem diebus ne ſe contaminet per ingluuiem immodicam, ſed in ſancta Dei Eccleſia vacet orationi. Quod ſi hæc audierit & obſeruauerit, Deus quoque vires ſuggeret & ſanitatem. Vir autem hæc omnia renunciat vxori. At illa exerta voce ait: Pater ſancte, vita hæc comprimis honoranda. & quæ Deum nihil dedecent, præcepta omnia obſeruabo ad extremum vſque vitæ halitum. Reuerſus ad ſanctum, vir eius dixit: Ecce, Pater, condixit quæ à tua ſanctitate iuſſa ſunt ei, omnia ſe facturam. Reliquum eſt, vt ne nos auerſeris, vt ne excidamus aut fruſtremur præcepta ſpe noſtra eò vſque humiliati. Tunc reſpódens B. Ioannes dixit viro: Perge in pace. Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanabit eam à tormento, quo cruciatur. Eadem hora ſe ſtitit ſanguinis profluuium, ſenſitque ſibi eſſe reſtitutam ſanitatem. Cumque gratiarum actionem exoluiſſent qui cum ea erant, vniuerſi receperunt ſe in domos quinque ſuas cum gaudio magno, publico præconio proteſtantes beneficia, & admirabilia Dei opera erga ſe facta per ſanctum
B ſeruum ſuum Ioannem. *Dionyſius Carthuſian. lib. 2. de doctrina vita Chriſtian. c. 4.*

* Familiaritas.

§ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

FAmiliaritas *συνήθεια*, conſuetudo ipſa inter familiares & amicos *Cicero de amic.* Accepimus à patribus maxime memorabilem C. Lælij & P. Lælij familiaritatem. *Terent. in Heaut.* Mihi magna eum eo jam inde vſque à pueritia ſemper fuit familiaritas.

§ APOPHTHEGMATA.

LACIDES acceſſitus ab Attalo Rege, reſpondit, imagines eminus eſſe ſpectandas, innuens arctam aſſiduamque familiaritatem ſæpe minuere virtutis admirationem. *Laert. l. 4. c. 8.*

CATO VTICENSIS Munatio querenti, quod in Cypro Catonem adiens, parum ciuiliter repulſus eſſet, quum nihil eſſet negotij, ſed intus eſt Cauidio fabularetur: ſic ſe putgauit Cato, vt diceret, ne iuxta Theophraſti ſententiam, nimia amicitia cauſam aliquando daret odio *l. 5. apoph.*

C Ea vis eſt conſuetudinis cum amicis atque conuictu, vti omnem maieſtaté deprimere valeat: & in familiaritatibus retineri grauitas, quæ ad gloriam requiritur, vix poteſt. At in eo qui vera virtute ſit præditus, ea pulcherrima videntur, quæ maxime apparent: neque quicquid in viro bono exteri mirantur, quantum domeſticis quotidianæ vitæ rationem *Plut. in Pericle.* Martialis vera, & in praxim deducenda eſt ſententia.

Nulli te facias nimis ſodalem.
Gaudebis minus & minus dolebis.

Vocatus quidam ab amico ad conuiuium ſatis parcum, & tenue, atque infra dignitatem illius: ſolet enim apparatus conuiuantium reſpondere dignitati; dicebat. *Neſciebam me tibi tam familiarem.* Quod dictum alij Alexandro alij Lyximacho, alij Socrati, aliis alij adſcribunt.

* Famoſa ſcripta.

QVÆ. EAQVE VETITA, NEC TOLERANDA.

D DIcuntur ſcripta Famoſa, ſiue libri famoſi, qui inſolenter abſque metu pœnæ, aut cura decori & modeſtiæ, continent pleraque maledica, inepta, & ſcurrilia nonnunquam. Dicuntur vero famoſi, quod famæ alicuius detrahant, apud Iuriſconſultos. Labieni cuiuſdi maledici libros Seneca combuſtos ex S. C. prodit, vt nimium mordaces. *Declamat. 10.*

Decreto Morichidis prætoris Athenienſis, Comitis interdictum erat quemquam perſtringere, vt Suidas refert in Euthymene C. Lutorius Priſcus magni nominis Poëta & Eques, quia dum ægrotaret Druſus, in eius mortem carmen ſcripſerat, moti à Senatu iuſſus eſt, *vt Dio lib. 18.* commemorat.

Ouidius in Ibin meminit, Athenienſes morti adjudicaſſe Anaxandridem Comicum, quod eos optimas habere leges, at mores peſſimos ſcripſiſſet, dixiſſétque.

Refert Athenæus *τῶν φιλοσόφων*, 1. ungarum compoſitorem Sotaden plumbeo vaſe concluſum à Ptolomæo in mare demerſum interiiſſe, quia multa in eum impudentius ſcripſiſſet, quamuis Plutarchus in carcere eum velit contabuiſſe, referat.

Conuictum Fabricium Veientonem quod multa conuicia in p[illegible] & S[illegible] ſui miciſſet quibus n[illegible] codic[illegible] *Tacitus lib.* 1[illegible] N[illegible]o Ita a[illegible]um x pu[illegible] iuſſit.

P[illegible] 4. liq[illegible] n[illegible] ederet[illegible] pl[illegible] Horatius *l.* [illegible]

[illegible] quem [illegible]
[illegible] iunque

Extant in vtroque iure de[illegible] & conſt[illegible] contra libellos famoſos. Ciuili lege mortis [illegible] qui [illegible] patefecerit [illegible]ur inuentos vulgauerit, *patet [illegible] de famoſis libellis.* Eſt enim inter omnes detractiones peſſima quæ per illos fit, tum quod ad plures deriuetur, tum quod ægrè aboleri poſſit, cum author nequeat deprehendi:

Prodiit nuper infamis libellus ſub titulo Coronæ Regiæ in quo multa inſolenter & temerariè aduerſus Iacobum VI. Magnæ Britanniæ Regem: quem dum ille per Legatos, eliminari apud Chriſtianos Principes, è Prouinciis eorum poſtulat, id efficit, vt omnium manibus tereretur, atq; ita auidè legeretur, vt plerique etiam memoria teneſcent. Fuerunt inuidi, qui Cl. V. Erycium Puteanum apud Regem de hoc ſcelere criminarentur, quaſi ille tam ſceleſti fœtus fuiſſet parens: F
ſed poſt ſerium ſcrutinium aliquoties iuſſu ſereniſſ. Principis Alberti repetitum, eliquatæ veritatis compertum, ne per vmbram hic inſimulari potuiſſe. Norunt omnes quibus compoſitum ins faſque animi, ſcriptum eſſe, Principi populi tui non maledices, & de Principibus ſi loquendum ſit, parcè loquendum & benè, Habent enim longas manus, nec ſine cauſa gladium portant.

Nuper etiam in lucem prodiit alius ſub nomine Euphormionis Luxini Satyr. In quo non tã falsè & virulenter, quàm ironicos, & infra dignitatem, plerique Principes orbis Chriſtiani, perſtringuntur: cecinit quidem Auctor palinodiam, ſed tum quando iam in omnium labris natabat. Inquieta ſunt iſthæc ingenia, quæ etiam inſtar cornicum in Principum mores & vitam debacchantur: cum tales plerumque ſint homines triobolares, linguam & calamum non niſi ad maledicendum velut venalem circumferentes.

* Famuli. Famulatus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA. G

FAmulus qui miniſtrat, & ex pacto alterius iuſſa exequitur, mercedis gratia. A facere deductum volunt: & Græcis à *θεῖς*, quod antiquitùs eſt facio, vnde & Germanorum thienet, & Græcorum *θῆς*, quod tamen propriè ſignificat illum, qui quamuis ſit liber, tamen alteri ſeruit mercede, quam etiam *θητεύοντα* vocant. An non melius à familia deducemus, ex quo illi etiã familiæ integritaté conſtituunt, dum in miniſteria neceſſaria obeunt? Sunt qui ad Hebr. עמל hamel referunt id eſt qui laborat, & Atabibus hamil fabrũ ſiue operariũ ſignificat *ἐργάτην* Græcis. Exbine famulatus & famulitiũ pro ſeruitute: Famulatio vero pro famulorũ multitudine. *Vorrius.*

OFFICIA ERGA DOMINOS EX S. SCRIPTVRA.

In ſacris litteris commemoratur, quod famula Naaman Dominam ſuam commonefecerit, quo pacto Deus Hebræorum & illius Propheta Elizeus, poſſent curare herum ſuum à lepra, *lib. 4. Reg. 5.*

Seruus Abrahæ, & Iſaac, fidele obſequium præſtiterunt Domino ſuo in quærenda vxore, ad quam mittebantur. H

Etiam ſerui Naaman Syri ſe contemptum exiſtimantis, monuerunt herum ſuum, vt dictis Prophetæ tempeſtiuè obtemperaret. *4. Reg. 5.*

Bene Eccleſiaſticus monet, ſi eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi tanquam anima tua.

Ideo Angelus monuit Agar, rediret ad Dominam ſuam, & humiliaretur ſub manu illius *Geneſ. 16.*

Dixerunt ſerui Regis Dei Dauid ad eum: omnia quæcunq; præceperit nobis Dominus Rex noſter, libenter exequentur ſerui tui. *1. Reg. 16.*

FAMVLORVM ERGA DOMINOS OBSEQVIA.

EX HISTORICIS, ET SCRIPT. PROFANIS.

Debere autem ſeruos omni honore proſequi dominos ſuos, auctor eſt Ludouicus XII. Franc. Rex eùm namque *Tairrandus*, è domeſticis quidam, multa præter opinionem eſſ[illegible]ret, eius in dicendo libertatem ociùs compeſcuit, dicens illud veterum: *Plus oportet ſeruum ſcire, quam loqui.* Refert ex *P. Æmilio L.*

A ..., *I. Beyerlinck in Apophth.* Attexam hic, quid de famulorum moribus & vita ſenſerit Ioannes Campanus. Ita enim canit:

Seu mihi qua Polydore ... [illegible]
qua praſcribam præceptamque ... ſacin.
Lex igitur ſit prima ... [illegible]
A domini mundas ... [illegible] manus
Odi mendacem, non poſſum ferre protervum:
Nec ... [illegible]
Odi qui multum ... [illegible], & odi
Alterius famam qui lacerando ... [illegible]
Diſplicet inde ... [illegible]
Qui multo ſemper murmure ... [illegible]
Aſſentatorem non ... [illegible], nec qui
Deſidia fuerit ... neque gula.
Quo tolerat famulum dominus ſecreta volentem
Scire? quem clamo, multiloquumque feras?
Fallacem fugio, non tardum: denique cultum
Ingenuis hominem moribus eſſe volo.

Apud Terentium in *Adelph.* inducitur Geta ſeruus admodum frugi, qui tamen Domino infidus, arcana ... ſua euulgabat, quod in famulis potiſſimum eſt vitioſum.

Laudatur ſeruus ille, qui Dn̄m ſuum, eo quod voces capitales ſuper cœnam in Cæſarē Auguſtum emiſiſſet, admonuit
B vt delatores præueniret, & à Cæſare veniam peteret; petiit, & impetrauit, ſeruúque in fidei illius præmiū, libertate donauit.

In Hecyra Terentius Pamphilum inducit vitioſum, futilem, curioſum.

Heliogabalvs Imperat. ne ſerui otio diffluerent, iis præſcribere ſolitus fuit, vt hic vndecim millia muſcarum; ille aranearum captarent, & prædam ad œconomum deferrent: eligebat namque inutili negotio illos implicare, quam vt damnoſo otio ſe dederent.

Hadrianvs Imp. ſeruum inter duos Senatores incedentem monuit, vt memor eſſet conditionis ſuæ, & à tali ſe contubernio abſtraheret.

Ivlianvs Imp. poſt mortem vxoris, ſuperfluum famulitium reiecit ceu inutilem familiæ ſarcinam. Ridiculum eſt, quod de Epiſcopo Polono narrat *Gilbert Cognatus tract. de off. famulor.* à quo cum famulus, qui ceteris ingeſſerat, ſtipendium ſemeſtris peteret, ille percontari, quid in domo ſua egiſſet; Iſte, perinde inquit quod cæteri: comedi & bibi. Riſit Epiſcopus, iuſſitque ei numerari. In Sorani cuiuſdam Cœno-
C bij Refectorio, leguntur hi verſus, vt annotauit Nathan Cythræus, *In deliciis itinerum Europæ.*

Doctorum famuli ſunt omni tempore tardi:
Sudant quando vorant, frigeſcunt quando laborant.

Quod Belgæ familiari ſibi prouerbio attribuunt miniſtris monaſteriorum, præſertim Abbatiarum, & ſimilium opulentiorum cœnobiorū, iactatur quoq; in vulgus iſte verſiculus:

Seruus ſeruulus habet omnis ...
Preſbytem æquales, ſed Monachus imperales

☞ *De Famulorum fidelitate erga Dominos: & è conuerſo, vide locum de Fide & Fidelitate.*

Ivstvs Lipsivs Huberto Andeiantio, quem in domum & contubernium aliquod ſtudioſorum, miniſteriale tamen, adſciuerat; munus ſuum, data ad eum Epiſtola, eſtque XXXIX. *in Centuria III. miſcellanearum,* explicat: cuius initium eſt tale. In domum meam cum venturus ſis (ita vterque volumus) quid præcipui muneris tui futurum, non ignotas. Prædixi, à manu, lectione, & ſtudiis mihi eris: aliàs functionis, quæ ab ingenio aut inſtituto tuo diſcordet, immunis.

FAMVLI PROBI SCHEMA.

Famuli probi imaginē talem Galli circumferunt, & concla-
D uibus ſuis affingunt. Pingunt hominem, habentem in capite pileum rubeum & elegans, & interulā decentem in corpore. Roſtrum verò ſuillum, aures aſininas, ceruinos pedes: dextrā in palmam explicatam & erectam. Humero ſiniſtro perticam deferentem, quæ binas aquæ ſitulas libret; manu verò ſiniſtra ardentes geſtantē prunas. Singulorum interpretatio additur.

Bono famulo cultus debetur honeſtus: at videat ille, ne faſtidioſi ſit palatij, ſed inſtar porci veſcatur appoſitis, neque enim decet famulum eſſe γλιχρὸν. Aures habeat erectas ad omne obſequium, & patientes, ſi quid durius increpet herus. In actionibus omnibus celer, maximè in præferendis mandatis. Vt quam virtutem pedes ceruini, aquæque & ignis geſtatio notant, niſi quod hæc inſuper induſtriam, & indifferentem ad quæuis famulatum importent. Dextera erecta fidei eum admonet in contrectandis rebus herilibus. *Ita Gilb. Cognatus ſuprà.*

☞ *Conſule locum de Seruitute & Seruis. Item pleraque referri huc poterunt ex Tit. de Ancillis.*

☞ *Officia Dominorum erga famulos. Quære Serui. Item Familia.*

* Faſcinatio. E

ETYMOLOG. ET DEFINITIO.

Faſcinationis nomen latè patet, vt omnem grauem deceptionem complectatur. Vnde Sapiens: Faſcinatio nugacitatis, obſcurat bona, *c. 4. Sapient.* Formatur a Græco βασκαίνειν, inuidere. Deſiciunt autem faſcinum, pernicioſam qualitatem, dæmonis arte allatam, cum expreſſo aut tacito inferentis pacto: quam dæmon per aërem diffundit, eumque inficit: ſic vt homo eum attrahendo, tabem conciliet. Ita Valerus, & alij. Communis ſiue ſententia eſt, faſcinationem conſiſtere in ſolo nudo adſpectu, aut malitioſa laude. Quæ enim adhibent faſcinatio... grauiter læduntur, pueri præſertim & pecora. Vnde P...

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.
Item ... Baccare frontem
... ne vati noceat mala lingua futuro.

Aduerſus hanc faſcinationem in ſinum ſpuebant, atque huc referunt illud Albij Tibull. *lib. eleg. 5.*

Hunc puer, hunc iuuenis turba circumſtetit arcta,
Deſpuit in molles & ſibi quiſque ſinus.

☞ *Conſule locum & Tit. de Magia.*

F

Faſces.

☞ *Inſignia Romani Magiſtratus, Conſule Tit. de Inſignibus.*

Faſti.

CErti dies erant quibus Prætori licebat profari. Vidè Dies. Aut ſignificant rectum genus hiſtoriæ. *De quo quære locum de Scriptione. Tit. Genera Scripturarum.*

* Faſtus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FAſtus ὑπερηφανία ſuperbiam ſignificat, ſiue arrogantiam. Imò & ſupercilium, quod Græci ἐπισκύνιον vocant. Perottus ait, à fando Faſtus. Significat enim elationem animi cum iactantia verborum. Vnde & antiquis à φάσκω, quod eſt fari, deductum, alij melius à φάω, appareo. Hinc φάσις, & φαντασία, apparitio, oſtentatio. Faſtuoſi enim ſupra alios ſe oſtentare conſueuerunt.

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA. G

☞ *Plura petantur ex loco de Superbia.*

Diogenes dicebat Faſtum inſtar paſtoris; quoquò tandem libèret hominem ducere. *Stob. ſerm. 22.*

Antisthenes inuiſens Platonem decumbentem, viſaque pelui in qua vomuerat. Bilem ait, Platonis video faſtum non video. In pompa quadam Plato conſpicatus equum ferocem; crebro hinnitu ferociam teſtantem, ſummopere eum laudauit, ad quem conuerſus Antiſthenes: videris inquit, & tu bonus equus futurus. *Laertius l. 7. c. 1.*

Demetrivs Phalereus dicebat, faſtuoſorum hominum improbitatem & ſpiritus altos amputandos. Talia inquiens, ingenia non ſunt deſperanda; ſed retundendum quod ſuperabundat. *Idem lib. 5.*

Fateri.

DETEGERE SVA.

Confeſſionis exempla pete ex loco Confeſſionis & Veritatis: item Iuſtitia religioſa: Vrbanitatis, quinetiam iocoſa. H

Apud Euripidem Medea fœminarū genus eſſe malū fatetur:

[illegible] *id eſt.*

Sumus quidem, quales ſumus nos fœminæ;
Neque enim mala vnſum dicere.

Crevsa apud Euripidem in Ione: vt flagellantis conſcientiæ ſtimulos confeſſione mitiget, detegit occultum ſuum ſtuprum, quò filium habuerit ex compreſſu Appollinis, & illum expoſuerit:

[illegible]

Edito Atheniēſibus oraculo, vnum eſſe in vrbe ciuem, qui omnium ſententiis repugnaret: ibi quæſtionem decernentibus Athenienſibus, quis ille eſſet, frementibuſque: Phocion eſſe eum edidit ſe. Soli namque ſibi, quæ vulgus agat & dicat, non probari. *Plutar. in Apophth.*

Crates Thebanus philoſophus aduerſus Sardanapali illud:

A *Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος*
τερπν' ἔπαθον.

hoc ex oppoſito ſcripſit.

Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ μουσῶν
σέμν' ἐδάην. Plutar. de laude ſuiipſius.

Moris erat equitum Roman. ſi quando legitimum tempus ſtipendiorum expleuiſſent, vt equum in foro ad cenſores adducerent, recenſitiſque ſingulis expeditionibus & imperatoribus, ſub quibus meruiſſent, honorem aut notam pro meritis conſequerentur. CN. Pompeius autem conſulatu fungens, equum ipſe deduxit in forum ad cenſores Gellium & Lentulum. Quibus de more interrogantibus, ecquid omnia ſtipendia impleſſet; Omnia ? inhi, ſub meipſo Imperatore. *Plutarch. in Apoph.*

Cicero fatebatur optima ſe & ſumma conſilia ſua, quibus ſalubriter Conſul inſiſtens patriam ſeruauit, cum P. Nigidio philoſopho iniſſe. *Plutar. an Seni tractanda reſpubl.*

D. Bernardus ſemetipſum accuſaſſe fertur, quòd dum crebris ieiuniis corpus in ſeruitutem redigere conatur, illius temperiem & vigorem corrumpendo, animæ functionibus ſuum quodammodo organum ſubtraxerit. Nam quum ſe non

B ſibi, ſed aliis viuere debere intelligeret, concionando, cohortando, conſolando, & ad ea pietatis officia corporis miniſterio opus eſſe videret: deprehendit tandem, ſic corpori eſſe indulgendum, ſic eidem detrahendum, nec animi interim operationes vel deliciis ſuffocentur, vel auſteritate nimia hebetentur. *Auctor. vitæ.*

Ferchardus II. Rex Scotorum LIV. vir in omni ſcelerũ genere inquinatiſſimus: vini æquè ac pecuniæ inexplebilis, crudelis in homines, impius in Deum, vxorem iugulauit, filias ſtuprauit, Colmanni admonitiones nihili fecit. Inter venandũ à lupo vulneratus, in febrim incidit. Cum à ſolita intemperantia non abſtineret, morbo pediculari corpus exedente, grauatus fuit, in quo exclamaſſe fertur: meritò ſibi hæc euenire, qui benè monentem Colmannum non audiſſet: ac agnito errore & Colmanno conſolante, in publicum ſe vili veſte indutum, in lectica proferri iuſſit, ac palam ſua ſcelera ſaſſus interiit. A. C. 603. *H. Henningens in Geneal.*

Ioan. Ziſco Huſſitarum dux inuictus, moriens Thaboritas iuſſit poſt mortem ſuam ſibi pellem detrahere in vſum tympani, quo in acie vterentur, ad terrendos ſtrepitu illius hoſtes, præcipuè Germanos. Sepultus eſt Cziaſlauiæ: vbi adhuc monumentum eius oſtenditur. *Dubrauius l.26.*

C
NON FATERI.

Conſule Tit. Diſſimulationis. Ex loco item Tolerantiæ tormentorum, quadam.

Antalcidas Spartanus, cùm Samothracæ initiaretur, interrogatus à ſacerdote, quod in vita grauiſſimum piaculum admiſiſſet? Si quid ego concepi tale, ſcient, inquit, ipſi dij. *Plutarc. in Apophth.*

* Fatum.

STOICÆ ACCEPTIONIS ETYMOLOG. DIVISIO.
Et Definitio.

Fatum à fando dicitur, *εἱμαρμένη* Græcè & aliquando ſignificat oraculum, id eſt, quod dij fantur: aliquando pro morte accipitur, qua nihil homini magis certum & neceſſarium, alias ſignificationes ſuggerent ſubiectæ ſententiæ.

Fatum quadruplex, 1. *Mathematicum*, quòd ligat & nectit firmiter actiones omnes euentúſque ad vim ſiderum & poſituram ſtellarũ. 2. *Naturale* t. Ordo cauſarum naturalium, quæ

D niſi impediantur vi & natura ſua, certum, eumdemque producunt effectum. 3. *Violentum*, Stoicum nempe, & Poëticum, quòd Seneca definit neceſſitatem rerum omnium actionúmque, quam nulla vis rumpat, Deum ipſum & actiones omnes internas, & noſtras voluntates huic fato ſubiiciens. 4. *Verum*, eſt pendens à diuino conſilio, ſeries ordóque cauſarum. Vel, Inhærens rebus immobilibus immobile Prouidentiæ decretum, quod ſingula ſuo ordine, loco tempore, firmiter reddit. Prior veri fati definitio eſt planè Theologica, & de quadruplici illo fato veteres & neoterici multa tradunt, ſummam proponit I. Lipſius, *l. 1. de Conſtantia, c.17. & 18.* vide Auguſt. *lib.5. de ciuit. c.9. & Tit. Prouidentia.*

Sententiæ *Variorum de fatis.*
Philoſophorum & Hiſtoricorum.

Fatalia neceſſariò ferenda ſunt: fortiter autem ea, quæ hoſtes faciunt. *Thucyd. lib.25.*

Fati vim effugere nulla poſſunt hominis ratione. *Pauſ.*

Hominum plerumque in rebus præclarè gerendis alacritatem, nihilo fore minus fatum, quam calculos fluuiorum litus obruit, *idem l. 4.* E

Fatum eſt ineuitabile, *Curtius l. 4.*

Equidem æterna cõſtitutione crediderim, nexumque cauſarum latentium, & multo ante deſtinatarum ſuum quemque ordinem immutabili lege percurrere, *idem l. 5*

Ineluctabilis fatorum vis cuiuſcumque fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit. *Vell. Paterc. c. l.2.*

Præualeut fata conſiliis, omnémque humanæ mentis aciem perſtringunt: quippe ita ſe res habet, vt plerumque qui fortunam maturatus eſt, conſilia corrumpat, efficiatque quod miſerrimum eſt, vt quod accidit, etiam merito accidiſſe videatur, & caſus in culpam tranſeat, *idem eo lib.*

Manum iniectantibus fatis, ſolent hebetari ſenſus hominum & obtundi. *Amm. Marcell. 14.*

Arduum fatalia diuertere, eóque futuri notio ſuperflua. *Aurel. Victor. l. de Cæſarib.*

Fatorum vis prudentiam humanam ſuperat. *Nicet. Acom. Iſai. Angel. 1.*

Dubitare cogor, an fato & ſorte naſcendi, vt cætera, ita principum inclinatio in hos, offenſio in illos? an ſit aliquid in noſtris conſiliis, liceatque inter abruptam contumaciam & deforme obſequium pergere iter ambitione ac periculis vacuum. *Tacit. Annal. l. 4.* F

Mihi in incerto iudicium eſt, fatone res immortalium, & neceſſitate immutabili, an ſorte voluãtur; quippe ſapientiſſimos veterum, quique ſectam eorum æmulantur, diuerſos reperies: ac multis inſitam opinionem, non initia noſtri, non finem, non deniq; homines diis curæ. Ideo creberrima & triſtia in bonos, læta apud deteriores eſſe. Contra alij, fatum quidem congruere reb, putant, ſed non à vagis ſtellis, verũ apud principia & nexus naturalium cauſarum, ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt: quam vbi elegeris, certum imminentium ordinẽ, neque mala vel bona, quæ vulgus putet, multos qui conflictari aduerſis videantur, beatos iac pleroſque, quanquam magnas per opes, miſerrimos: ſi illi grauem fortunam conſtanter tolerẽt, hi proſpera inconſulte vtantur. Cæterum plurimis mortalium non eximi; quin primo cuiuſque ortu ventura deſtinentur: ſed quædam ſecus quam dicta ſunt, cadere, fallaciis ignara dicentium. *Idem Annal. lib.6.*

POETARVM. G

Regimur fatis mortale genus,
Nec ſibi quiſquam ſpondere poteſt
Firmum & ſtabile: perque caſus
Voluuntur varios, ſemper nobis
Metuenda dies. Seneca.

Mors, quod certum eſt, & ineuitabile fatum. Manil. 2.

Soluite mortales animos, curaſque leuate,
Totque ſuperuacuis vitam deflete querelis.
Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege,
Longaque per certos ſignantur tempora curſus.
Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet.
Hinc & opes & regna fluunt, & ſæpius orta
Paupertas, artesque datæ, moreſque creati,
Et vitia & clades, damna & compendia vitæ:
Nemo caret damno, poterit nec habere negatum,
Fortunamve ſuis inuitam perdere votis,
Aufugere inſtantem, ſors eſt ſua cuique ferenda.
At niſi fata darent leges vitæque neciſque,
Fugiſſent ignes Æneam: Troia ſub vno
Non euerſa viro fatis viciſſet in ipſis.
Aut lupa proiectos nutriſſet Martia fratres,
Romaque ſic cum a foret, pecudumque magiſtri
In Capitolinos auxiſſent culmina montes?
Includive ſua potuiſſet Iupiter arce
Captus, vel caput hic orbis foret, igne ſepultus,
Vulneribus victor rediſſet Mucius vrbem,
Solus & oppoſitis auſiſſet Horatius armis
Pontem vrbemque ſimul: rupiſſet fœdera virgo,
Treſque ſub vnius fratres virtute iacerent.
Nulla acies tantum vicit; pendebat ab vna
Roma viro, regnumque orbis ſortita iacebat. Idem 4. H

Fatis agimur, cedite fatis,
Non ſollicitæ poſſunt curæ
Mutare rati ſtamina fuſi.
Quidquid patimur mortale genus,
Quidquid facimus, venit ex alto, &c. Seneca in Oedip.

APOPHTHEGMATA.

Thales interrogatus, quid in tota rerum natura eſſet robuſtiſſimum? reſpondit, Fatum: cuncta enim ſuperat. *Laert. lib.1. cap.1.*

Solon dicebat, Fatum mortalibus abducere mala ſimul & bona

bona. *Stob. ſerm.9.* Sacra autem Philoſophia aſſerit,mala ex
A peccato, bona ea Dei gratia oriri.

Vespasianvs, quum à duobus clariſſimi ordinis eſſet in
ipſum coniuratum, ac facinus eò proceſſiſſet, vt jam inficiari
non poſſent, deduxit illos in ſpectaculum, atque inter illos
medius conſedit,ac petitis de induſtria mirmillonum gladiis
velut exploraturus aciem, vnum vni, & alterum alteri cómi-
ſit,tanquam prouocans ad id,quod moliebantur. Illis autem
perculſis,& animi præſentiam admirantibus: Videtiſne, in-
quit, principatum fato dari, fruſtraque tentari facinus po-
riundi ſpe, vel amittendi metu? *Eraſ. lib.8. apoph.*

Asclstario Mathematicus à Domitiano Imperatore in-
terrogatus,quis exitus vitæ ipſum expectaret?affirmauit fo-
re vt breui laceraretur à canibus. Domitianus igitur è veſti-
gio interfici illum imperat, atque accuratiſſime ſepeliri, ad
artis deriſionem. Sed repentina tempeſtate deiecto funere
ſemiuſtum cadauer canes diſcerpſerunt. *Bruſ. l. 2. c. 58.*

Cosmvs Flor.Dux, Alphonſo Aragonum regi malè paca-
tus,vir alioqui magnus & illuſtris,cum Alphonſo dono mit-
teret Titi Liuij libros vtique præclaros, reclamatū eſt à me-
B dicis,qui aderant,ne per immortales Deos librū attrectaret,
ab hoſte miſſum,veneni ſuſpectum. Rex prima facie viſus eſt
medicis aſſentiri, illis animo illudens. Nam cum Liuius in
medio conſtitutus eſſet,illum manibus accepit,legit & euol-
uit. Subinde medicos, qui continuò aduerſarentur,rogitans,
vt deſinerent ineptire. Regum quidem animas non priuato-
rum libidini ſubiectas eſſe:ſed ſub Dei cura & tutela ſacras
lætaſque agere,inquiens. *Panor. l. 6. de reb. geſtis Alphonſi.*

Minvtivs Felix dicebat, Fatum nihil eſſe aliud, quam id
quod de vnoquoque noſtrum fatus eſt Deus.Imò & de rebus
omnibus,quæ fuerunt,ſunt,& erunt.Qui enim omnia fecit,
tanquam auriga peritus currum hunc mundi dirigit,alligans
nè incompoſitè feratur.

VERA FATI EXPLICATIO ET DEFINITIO.

Nomine Fati vetuſtas olim abuſa eſt,Chriſtiani melius vſi,
licet & ab ipſa voce abhorreant illorum pleriſque.Definiunt
illi cum Pico, pendentem à diuino cōſilio ſeriem ordinemq;
cauſarum.Siue cum Lipſio *l.1.de conſtantia c.19.*Inhærēs reb.
mobilibus immobile prouidentiæ decretū, quod ſingula ſuo
tēpore,loco,ordine firmiter reddit.Theologi tamē cum pro-
C uidentia miſcent,re,& voce.Scripſerunt de fato S. *Aug.l.5. de
ciuit.c.9.& Iſidor.Orig.8.vlt.* & libellum peculiarem *Th. Aqu.*

DISTINCTIO A FATO STOICORVM.

Stoici Fato violentiā & neceſſitatē dabant,libertatis noſtræ
& voluntatis destructorem. Deum ipſum Fato ſubiiciebāt,ſic
vt Iupiter apud Homerū cū maximè vellet, Sarpedonē ſuum
eripere non poſſet,neque Semelem apud Ouidium à fulmine,
neque Phaëtōtem à promiſſo ſolis curriculo liberare. Chri-
ſtiani Fatū Deo tanquam liberrimo,& potentiſſimo rerū om-
nium authori ſubiicimus, cuius voluntati & potentiæ nemo
reſiſtere poteſt,& ſub quo curuantur qui portant orbem. *Se-
cundò*, ab æterno fluentem naturalium cauſarum fluxum illi
cōminiſcebantur: nos nec naturaliū cauſarum ſemper,multa
enim & ſupra & præter naturam,imò & cōtra eam Deus pro-
ducit,vtpote omnium miraculorum & fons & cauſa: nec ab
æterno,quia cauſæ quas ſecundas philoſophi dicunt,æternæ
non ſunt. *Tertiò*, illi τὸ ἐνδεχόμενον ſuſtulerunt è rebus:nos id
reddimus,&quando cauſæ ſecundæ tales ſunt,cōtingens for-
tuitumque in rebus admittimus.*Quartò*,volūtati noſtræ,quæ
libera eſt, & poteſtatem habet hoc præ illo eligendi, ample-
xandi,repudiandi,vim inferebant.Nos eam non agnoſcimus,
& cum Fato Chriſtiano more intellecto, libertatē aſſerimus
D & neceſſitatis Ethnicæ,imo & Caluinianæ ſcopulū,omninò,
pleniſque velis declinamus. Appoſuit enim iis quos cōdidit
magnus Deus,aquam & ignem,bonum & malum,mortem &
vitam,vt extendant mentem, & manum ad id quòd maximè
voluerint, abſit vt voluntatem hanc Deus cogat, aut tollat,
quæ ſi libera non eſt voluntas non erit,nec crimen aliquod,
imò ſi tale aliquod, Deum qui ſummum eſt bonum aucto-
rem habebit adeóque iniquum vindicem. Quare merito in-
crepandus Cicero,quod maluerit prouidentiam tollere,quam
delibare aliquid de humana libertate. Ita dum homines li-
beros fecit, ait S. Auguſtinus; fecit ſacrilegos.

HIEROGLYPHICVM.

Ægypti veteres Fatum per *ſtellam* adumbrabant:quod per
ſtellarum motum negotia tractari & diſponi exiſtimarent.
Pierius, lib. 41. Hieroglyph.

Item per *Colum & Fuſum*, ſignificatur opportunius, tan-
quam quæ inſtrumenta ſint Parcarum;quæ deæ Fatales dictæ E
& quòd nemini parcerent. *Idem.*

Fauni.

QVÆRE SATYRI.

* Fauor.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fauor, Græcè εὔνοια, à fando dicitur. Eſt autem fauor
vox benè precans alicui,ſiue ſtudium aut vox alicui benè
cupientis. Vnde fauere propria bona fari,*Virgilius.Ore fauete
omnes.* Et fauorabilis, à quo fauorem habemus.

Sic quoque quod nunc eſt,ſolito affecta fauore,
tenua facere non debes tua. Ouid. in Ibin.

Hebr. *Chen*, gratia,fauor,clementia, χάρις, id eſt, dulcedo,
vel χάριτες, gratia *Chen*,fluit à verbo *Chanaan*,gratis affecit,in
gratiam recepit,gratificatus eſt,gratis donauit, miſertus eſt.
Cognationem habet cum *Chanab*,placidè ſe inſinuauit. Item
cum *Noach*, quieuit, &c.

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA. F

Dionysivs Iunior dicebat ſe multos alere liberalium ar-
tium Doctores, non quod illos admiraretur, ſed quòd aliis
admirationi per illos eſſe vellet. Sciebat populum de illis
probe ſentire,eaque calliditate populi fauorem conciliabat.
Eadem ratione & arte hodie fortaſſis Principes quidam alūt
in palatiis ſuis viros eruditionis & ſanctitatis opinione ve-
nerabiles, vt populus arbitretur locum conſiliis geri plera-
que. *Eraſm.lib.5. apoph.ex Reg. & Imp. apoph.*

Alexander Magnus,cum fauorē ſuorum ciuium ſibi cō-
ciliare cuperet,largitionibus eos corrupit. Verum cum hæc
fama ad Philippum parentem delata eſſet, filium illico ac-
cerſiit,& grauiter his verbis obiurgauit.Quæ te malum,ô fi-
li,ratio in iſtam ſpem induxit,vt eos putes tibi fauere,quos
pecunia tibi deuinxiſti? *Plut. in apoph.*

Celebratur Glauciæ dictum in Metellum, Villam habens
in Tiburte,cortem in palatio: At cors villa ſolet eſſe conti-
gua. Notauit autem illum,quod multos ſibi cibo largitioni-
buſque deuinciret: Idem aliis verbis Libo obiecit Galbæ. In
corte aluntur animalis domeſtica. *Eraſ. lib.6. Apoph.*

Quidā dixit,eum,qui primus populo Romano dedit epu- G
lum & congiarium,eam cauſam illi fuiſſe.Vnde Cæſar Au-
guſtus cogitauit aliquando de tollendis huiuſmodi largitio-
nibus. Inſincerus fauor eſt,qui donis emitur:quæ ſi minuas,
ingens murmur: ſi tollas,ſeditio grauis oritur. *Ibidem.*

Orontes,Artaxerxis regis gener,quum ab irato rege reie-
ctus & condemnatus eſſet: Quemadmodum,inquit ſupputa-
torum digiti nunc infinitum numerum, nunc vnum tantum
poſſunt ponere:ſic regum amici,nunc quiduis pollent,nunc
quam minimum. Olim digitis ſubducebatur ratio quemad-
modum nunc calculis. *Plut. in apoph. Regum.*

Ivl.Cæsar, poſtquam Publius Mimus in ſcena ſuperaſſet
omnes, & in his Laberium, ita pronuntiauit; fauente tibi
Cæſare victus es Laberi à Syro, Publius enim conditione
ſeruus, natione Syrus erat. Longè à tergo relinquitur, qui
fauente Iudice ſuperatur. *Eraſ. lib. apoph.*

FAVOR PRINCIPVM INSTABILIS ET INFIDVS,

Exempla S. Scriptvræ.

Isaac apud Regem Abimelech gratiſſimus primum,poſt-
quam opulentior euaſit,& locupletatus fuerat,dixit ei Abi-
melech. Recede à nobis,quoniam potentior nobis factus es
valde. Et vt eum vna cùm gregibus abigerent iam ſenem,
obſtruxerunt omnes puteos, quos foderant ſerui Abraham, H
implentes humo. *Geneſ. 26.*

Ioseph, cui Ægyptus debebat ſalutem,& quintam partem
prouentuum,quam Regi omnes pendunt,in poſteris ſuis ab-
iectus,cum antea Pharaonem vnico tantum gradu ſubſeque-
retur, venit enim alter Pharao qui ignorabat Ioſeph, quòd
hodie in vrbibus,regnis,prouinciis nimium obtinet, vbi be-
neficia puluere,maleficia,etiamſi opinione dūtaxat ſint talia,
marmori inſcribuntur.*Exod.c.1.* Inuenit Aman gratiam apud
Aſſuerum Regem: ſed Crucem mox illi peperit, vt conſtat
Ex lib.Eſth. Inuenit Achitofel gratiam apud Abſalonem,ve-
rùm eadem etiam illi fuit,& ſuſpendium attulit.*2.Reg.17.*

HISTORICA.

Qui Henr. VIII. diuortij cauſa fuerat cum Catharina Re-
gina, Volſeus homo improbus,& ob id eidem chariſſimus,

A tandem in ſummam eius indignationem incidit. Quando factotum ſeram pœnitudinem concipiens; Ego inquiebat, non Dei, ſed Regis fauorem quæſiui; huic & Dei gratiam perdidi, & Regis nun conſeruaui. *Iulius Brigerus in Flo. Calminſt.*

Fuit etiam nuper in Gallia Marchio Ancoranus, qui inſtar Seiani veteris, vniuerſas Regni habenas moderabatur, Regi vt putabatur, vnicè charus, vt à quo ad ſummum magiſtratum fuerat euectus: ſed breuis fuit ille favor, dum inopinatò crudeliter trucidatur, imò velut in patria laceratus, in ipſa vrbe regia, & tanquam hoſtis regni paſſim ab omnibus habitus, infamem exitum ſortitus fuit. Trucidato hac inſcriptione nonnemo parentauit.

Heu rerum vices! Heu fata
Gallicum Seianum
Regni propinquum, Regi proximum,
Parentem, aut fatigata
Fortuna deſtituit. Principum inuidia
Victima, mactatur.
Vt ſatis homo, ſaginatus publico
Galliam expiet,
Ferrum expertus, malè qui cupiuit aurum.
Qui regnum vincit
B *In partes ſecuit, ſecatur in fruſta.*
Æquius, an immanius?
Sibilis, dein inclamationibus plebs furens
Iuſta perſoluit:
Tracto, diſcerpto, nullibi, aut vbique ſepulto.
Heu! quam diſpari
Exitu clauditur Aulicorum fabula!
O rerum vices! ô Fata!

THOMAS CRAMNERVS qui, ea Lege ab Henrico VIII. Angliæ Rege conſtitutus erat Archiepiſc. Cantuarienſis, vt aduerſus ſententiam Clementis VII. qua matrimonium ipſius cum Catharina vxore indiſſolubile pronunciarat, ipſe faciendum cum ea neceſſario diuortium ediceret, quamuis ob eam rem Regi pergratus exiſteret, quamdiu intemperans libido mentem eius accendebat; poſtea tamen depoſita larua quam induerat Henricianæ ſectæ, infeſtus eidem fuit, & profugus, primum Lotheranus, mox Caluiniſta effectus, & tanquam læſæ maieſtatis reus, in publicis comitiis, ſuaque confeſſione de perduellione conuictus, comburi iuſſus eſt Oxonij.

Nouimus in Belgio ait *Cornel. à Lapide in c. 1. Exod.* non ita pridem aulicum virum primarium, qui Principi cuidam familiaris fuerat, & in ſummis delicijs. Verum leuè ob cauſam gratia illius excidit. Excedens verò ab aula, altius philo-
C ſophari cœpit, & frequenter dicere. Experientia ediſco, quantum interſit inter obſequia, quæ Deo, & ea quæ homini præſtantur: Item quantum inter gratiam Dei, & Principum. Didici obſequia Principibus impenſa cito ventis tradi: ſin autem leuiter offendis, alta mente repoſitum manere, de vindicta cogitari: at quanto melius Deo obſequi! qui & calicem aquæ frigidæ in ſuo nomine datum mercede ſua remunerat. Sanè apud Principes fit, quod Comicus ſcripſit:

Si quid bene facias, leuior plumâ eſt gratia:
Si quid peccatum ſit, plumbeas iras gerunt.

☞ *Legatur Titulus de Fortunæ inconſtantia. Honorum inſtabilitate, &c.*

HIEROGLYPHICVM.

Notat Pierius, oculû fauoris & beneuolentiæ ſignum eſſe, ac in ſacris litteris, aſpici, aut videri, benignitatis teſtimonium haberi, è contra, auerſio vultus iram, & indignationem notat, de priori Virgilius---*Iupiter Lybia defixit lumina regnis.* Idem de poſteriori, vbi inducit Palladem acriter iratam:

Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

Chriſtus ambulans iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres,
D & vocauit eos, ſe ſequerentur, vt fierent piſcatores hominû. Sic Petrum reſpexit, & ad lacrymas compulit. De impiis vero dicitur, auertente autem te faciem, turbabuntur, &c. *Pierius lib. 33.*

* Febris.

ETYMOLOG. DEFINIT. DIVISIO.

FEbris eſt ſuperans totius corporis calor. Vnde Græci ab igne Πυρετὸν, & Syri Beſchata appellant, quaſi feruorem. Oriuntur autem ex variis cauſis, potiſſimum ex humoribus incoctis putridis & ſanguine aduſto, ac nobiliores partes afficiente. Apud Medicos ſunt Febres, quas vocant compoſitas ſiue nuthas, fiuntque ex diuerſis humoribus eodem loco permixtis, pariterque putreſcentibus. Sunt & Febres implicitæ, quæ diuerſis horis incipiunt & deſinunt, quarum quælibet ſeor[illegible] conſiſtit, & propriam eſſentiam habet, q[illegible]
E uis acceſſionum quædam partes in idem tempus [illegible]currant. Legendus d[illegible] Galenus *de differentiis Febrium* & ex Recenti[illegible] F[illegible], & Valeriola.

Vulgi [illegible] Febri[illegible] eſt ſecundû varietatem Acceſſionû ita di[illegible] Febrim quotidianâ, Tertianam, Quartanam, quod vel quolibet, vel tertio, vel deniq; quarto die recurrat, & velut ſtationem horariam ſeruet. Sunt & malignæ, quas peſtilentiales vocant, ortum habentes ex malignis, & putridis, ac venenatis humoribus: habéntque propriam ſedem, eſſentiam, & motum. Sunt aliæ quoque Ephemeræ Febres, quæ vno die duntaxat durant. Item côtinuæ, quæ ſine intermiſſione affligunt & debilitant, priores enim cum intermiſſione accedunt.

CAVSÆ ET SVBIECTVM.

Cauſas Febrium Medici ponunt humores peccantes. Obſeruauit Ioachimus Fortius in ſuis lucubrationibus, quas vo[illegible] ab [illegible] [illegible]; omnem Febrim vel in ſpiritu eſſe vel in humoribus vel in membris. In Spiritu ponit Ephemeram. In humoribus triplicê diſtinguit. In phlegmate, quotidianam: In flaua bile, tertianam: in atra bile, quartanam. In membris denique hecticam, quod membra ipſa inuaſerit. F

Febribus non ſolum homines cruciantur, ſed & pleraque animalia, nam & Leones toto vitæ tempore hoc morbo affliguntur, qua de cauſa Lucretius, triſte Leonum ſeminium appellauit. Hinc Prouerbium emanauit, *ἐγέλασεν ὁ λέων*, quoties rarum aliquod hilaritatis exemplum intuemur. Capræ etiam eo morbo laborare dicuntur: imò ita ſemper febricitare capras Florentinus celebris author meminit, vt ſi Febris deficiat, intereant. Hinc & pro Hieroglyphico Febris, capram olim pingebant, vide *Pierium lib. 10. cap. 7.*

Februarius.

☞ *Vide in loco menſium.*

* Feciales.

QVI?

ERant apud Romanos Feciales, qui in populo fidei publicæ præerant, nam per hos fiebat vt iuſtum conciperetur bellum, & inde factum, vt fœdere fides pacis conſeruaretur. Mittebantur autem antequam bellum ſuſciperetur, qui res ab iis, qui intuliſſent iniurias repeterent, & per eos etiam fiunt fœdera. Ita Varro. G

☞ *Agitur de Fecialibus in loco de Ethnicis: Tit. de Religione Ethnicorum quoad Perſonarum diuerſitatem.*

* Feles.

☞ *Vide Titulum de loco vbi ſint praſtantiores.*

FELIVM NOMINA ET NATVRA.

DE Felibus ſcripſit *Plin. l. 10. c. 73.* & Amianus Poëta apud A. Gellium, quod animal nos Felem dicimus, Albertus modo Cattû, modo Muriiegum appellat. Sunt qui Muſionem vocent. Felem alij, quæ vulgo Felina, alij qui martes appellatû eſſe volunt, eóque & Varronis & Columellæ trahunt auctoritatem. Sunt qui Ælurum appellent, quod animal Feſtus Pompeius deſcribit. Eſt inquiens, Ælurus animal Leoni cum procreatur perſimile, olim ſylueſtre: maximè aduerſatur muribus, ſalax, oculorum acie flâmea, ad immutationem Lunæ creſcunt & decreſcunt, nunc aucta, nunc imminuta pupilla. Quib. verbis efficaciter deſcribitur cattus noſter domeſticus.

☞ *Aliis Felis, Catti, vel Æluri ſymbola quære apud Pierium.* H
In Hieroglyph. lib. 14. cap. vltim.

Felicitas.

§ * DEFINITIO, ET ETYMOL.

FElicitas, Græcè *εὐδαιμονία*, Hebr. *Oſcher.* & *εὐδαίμων*, Heb. *Aſchre*, felix dicitur. Eſt autem felicitas quædam operatio animæ per virtutem perfectam, *ſecundum Ariſt. l. 1. Eth.* Felicitas eſt virtutis operatio, & vſus quidam perfectus, *ſecund. Ariſt. l. 7. Polit.* Felicitas eſt, quod vitam ſufficientem, optabilê, ac nullius indiguâ præſtat, *ſecundum eundem, ibid.* Felicitas eſt vel forma ſecûda cum virtute, vel per ſe ſufficientia vitæ, vel vita tuta, & iucundiſſima, vel poſſeſſionum facultas, & corporis vires cum factiua, conſeruatiua, amplificatiua horum virtute, *ſecundum Ariſt. lib. 1. Rhetor.* Felicitas nihil aliud eſt, niſi honeſtarum proſperitas, Tullio teſte, vel vt alio modo definiam, Felicitas eſt fortuna adiutrix conſiliorum bonorum,

A rum,quibus qui non vtitur,fel[illegible] nullo pacto eſſe poteſt. Ergo in perditis impiiſque conſil[illegible], quibus Cæl[illegible] vſus erat, nulla potuit eſſe felicitas,f[illegible]icitq[illegible] meo iudicio,Camillus exſultans,quam temporibus iiſdem Manlius etiamſi(id quod cupierat)regnare potuiſſet, *Am. Marcel. l. 21.* Non procul à veritate antiquum puto prouerbium: Quod non pura Deus bona,ſed malis ſemper aliquibus admixta præbet hominibus neque riſum ſine fletu habemus, reſque ſecundas ſemper calamitas quædam ſubſequitur, ac voluptatem comitatur triſtitia:denique legitima ſinceráque felicitate quandoque frui nuſquam datur. *Procop. de bello Perſ. l. 2.*

* APOPHTHEGMATA.

Thales cuidam quærenti,quis eſſet felix? Qui corpore, inquit, ſanus eſt, animo eruditus, ſiue caſtigatus. Cupiditas enim animorum morbi ſunt. *Laert. l.1.c.1.*

Anaxagoras, ab homine quodam male ſano interrogatus,quinam felices eſſent?reſpondit: Nemo ſanè ex iis, quos tu felices exiſtimas,ſed ex iis,vnum quem tu miſerum credis. *Valer. Max lib.7. cap.2,*

Diogenes vnicam felicitatem eſſe exiſtimabat, qua fieret,
B vt reuera lætemur,nec vnquam triſtemur,quocumque in loco aut tempore. *Stob. ſer.* 101. Idem, veram felicitatem eſſe dicebat,quæ faceret,vt mens & anima in perpetua tranquillitate hilaritatéque collocentur. *Stob. ſerm.* 101.

Ariston vt nihil iuuat (inquit)ægrum lectus,quem pedes aurei fulciunt:ſic neq; ſtultum felicitas externa.*Stob.ſer.*101.

Democritus eum felicem eſſe dicebat,qui cum exiguis pecuniis hilaris eſſet.Infelicem autem, qui inter magnas opes triſtaretur.*Stob.ſerm.*101.

Socrates interrogatus,quid eſſet felicitas? Voluptas,dixit, quam pœnitudo nulla ſequitur. *Stob.ſerm.*101. Idem,interrogantibus,quinam eſſent felices?reſpondit:Illi,qui mentem bonam & rationem poſſident.*Stob.ſer.ead.* Polus quidam ab eo ſciſcitabatur,vtrum magnus Perſarum rex felix eſſet? Neſcio, inquit,an eruditione,& iuſtitia ſit inſtructus. In hoc enim hominis felicitas conſiſtit. Et miſer homo eſt,ſi iniuſtus. *Plato in Gorgia.*

Plato rogatus à Cyrenenſibus,vt ipſis leges ſcriberet,ac Reipublicæ ſtatum componeret,recuſauit dicens:Perdifficile
C eſſe condere leges tam felicibus;indicans,eos non facilè parere ſalubribus monitis,qui ſucceſſu rerum elati, ſibi felices viderentur. *Laert.lib.3.*

Antisthenes rogatus quid eſſet mortalibus beatiſſimum? Feliciter,inquit, mori. Hæc ſententia conſentit cum illa Solonis:Qui feliciter abſoluit vitam,huic nihil ſiniſtri poteſt accidere,quod felicitatem ægritudine aliqua contaminet. At quibus res ſunt ſecundæ,ij nihil magis optant,quam diuturnam vitam. *Laërt.l.6. c.1.*

Crœsus Lydius rex omnium ditiſſimus,accitum ad ſe Solonem,in congreſſu rogauit, An quis eſſet ſe felicior? Cui Solon Tellum ciuem ſuum feliciorē,qui filios habuerit probatiſſimos,& pro patria fortiter occubuiſſet, dixit: Crœſus autem putans Solonem omnium vrbanitatum expertem; iterum contendit; Num poſt Tellum alium beatiorem noſſet? Cleobem dixit,& Bitonē,Argiuos,qui mirifico inter ſe amore,tum ſumma in matrem obſeruantia ſe feliciores eſſe oſtēderant.At Crœſus iratus,interrogauit etiam,an in beatorum numerum non merito reponeretur?Solon reſpondit.Nondū te felicem prædicamus: adhuc enim es in fortunæ & affectuum poteſtate. Quam primum autem mortuus fueris, tum demum videbimus,quam felix fueris. *Plut. in Solone.*

D Demetrius *Cynicus* dicere ſolebat: nihil ſibi videri infelicius eo, cui nihil in vita accidiſſet aduerſi. Non licuit enim illi ſe experiri,vt ex voto illi fluxerint omnia,vt ante votum malè tamen de illo Dij iudicauerunt. Indignúſque viſus eſt, à quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignauiſſimum quemque refugit. *Senec. lib. quare bonis mal. accidant.*

Iamblichus felicem eum eſſe dicebat, qui Deo,quatenus fieri poteſt, ſimilis fuerit perfectus: ſimplex, purus,& ſeparatus ab humana vita. *Stob. ſerm.* 101.

Sylla,*cognomento Felix*,inter felicitates ſuas duas præcipuas ducebat:alteram,quod Pium Metellū haberet amicū,alteram, quod vrbem Athenarum non ſubuertiſſet. *Plut.in Rom.Apoph.*

* SENTENTIÆ HISTORICÆ.

Deus Græcis (inquiebat Solon) mediocriter ſentire dedit, tum ſapientiæ cuiuſdam fiducia eos beauit,quæ mediocritatē reſpiciens popularib.magis hominib.quam regio ſplēdori,ſit cōmoda.Ea cum videat hominum vitam nunquam non variis E
caſibus eſſe obnoxiam,non patitur quenquā præſentium bonorum cogitatione efferri,neq; admirari alicuius hominis felicitatem,quā immutare tēpus poſſit:vnicuiq; enim variæ res futuræ de quibus certi nihil conſtat,ingruunt. Cui verò res ſecundas vſq; ad finem Deus prorogauit,hunc felicē eſſe ſtatuimus:at viuēti adhuc,& in diſcrimine verſāti,felicitas quæ tribuitur,non magis certa atque rata eſt,quā ſi victoriam coronámque alicui adhuc decertāti adſcribamus, *Plut. in Solone.*

Prouidorum hominū eſt,felicitatē ſuam pro certo habere in incerto eſſe poſitā,vt ferendis aduerſis ſint inſtructiores,neq; exiſtimare,quatenus voluerit quis aggredi bellum,eatenus ei facultatem adeſſe,ſed quatenus fortuna ſua ducent.*Thucy.l.4.*

Ita ſtatuo homini ad felicitatem ſufficere,vt quæ ad vſum vitæ opus ſunt, omnia poſſideat, neque vllius rei, qua ad ſe ſuſtentandum corpus indiget,deſtituatur:omne autem ſuperuacaneum curas, negotia & multorum inuidiam ſecum trahere exiſtimo. *Dion.l.* 38.

Omnes mortales non tam rebus ſecundis ſuam felicitatem ſentiunt, quam malis conflictati eam deſiderant. *Idem l.56.*

Adoleſcentiam & perpetuam felicitatem,ferocia vtraque, quam quietis opus eſt conſiliis,metuo. *Liu.decad.l.10.* F

Superba eſt felicitas. *Curtius, l. 5.*

Felicitatis & moderationis diuiduum eſt contubernium. *Val. Max. l.5. c.5.*

Difficilius eſt temperare felicitati, qua te non putes diu vſurum. *Tacit. l.2. hiſtor.*

POETICÆ.

Erret & extremos alter ſcrutetur Iberos,
Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ. Claudianus.

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas:
Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis auari. Virg.2. Georg.

——— *Dicimus autem*
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ,
Nec iactare iugum vita didicere magiſtra. Iuuenal. 13.

Felices ter, & amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diuulſus querimoniis,
Suprema citius ſoluet amor die. Horat. 1. Carm. 13.

FELICITAS QVORVM

* Puta. Hominvm.

G Cum Gyges occupato Lydiæ regno,armis & diuitiis abundantiſſimo inflatus animo, Apollinem Pythium ſciſcitatum veniſſet,an aliquis mortalium ſe eſſet felicior? Deus ex abdito ſacrarij ſpecu voce miſſa, Aglaum Pſophidium ei prætulit. Erat autem is Arcadum pauperrimus, ſed ætate ſenior terminos agelli ſui numquam exceſſerat, paruuli ruris fructibus contentus. *Valer.l.7.c.1.*

Felix, qui propriis æuum tranſegit in aruis,
Ipſa domus puerum quem videt eſſe ſenem.
Qui baculo nitens in qua reptauit arena,
Vnius numerat ſæcula longa caſæ.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.
Non freta mercator timuit, non claſſica miles,
Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinæ neſcius vrbis,
Aſpectu fruitur liberiore poli.
Frugibus alternis, non conſule computat annum.
Autumnum pomis, ver ſibi flore notat.
Idem condit ager ſoles, idemque reducit,
Metiturque ſuo ruſticus orbe diem.
Ingentem meminit paruo qui germine quercum;
Æquæuumque videt conſenuiſſe nemus. Claud.de ſene Veronenſi.

H Erichtonius Dardani ex Batea F.omnium hominum fortunatiſſimus fuiſſe Græcorum monumētis traditur.*Cal.l.9.c.19.* P. Craſſus Mucianus quinque rerum maximarum bona habuit. *Gell.l.1.c.13.* Vnus hominum priſco æuo Felix appellatus L. Sylla:ciuili videlicet ſanguine ac patriæ oppugnatione adoptatus: qui felicitatis ſuæ argumētū ducebat, proſcripſiſſe ac trucidaſſe tot ciuium millia.*Plin.l.7.c.42.* Agrippinæ Auguſtæ inter Romanas fœminas,quæ ante eam fuerunt,vni euenit,vt Romani Principis vxor,ſoror,mater, ac filia haberetur. Qui Germanici Imperatoris filius erat,quē Tiberius Imperij ſucceſſorē adoptauerat:Claudium Auguſtum virum habuit: Caligulæ ſoror erat:denique Neronem peperit.*Fulgoſ.l.9.c.16.*

Constant. Mag. non ſupplicātem dæmonib.ſed ipſum verum Deum colentem, Deus tantis terrenis impleuit muneribus,quanta optare nullus auderet. *Aug.l.5.de ciu.Dei,c.25.*

Lubet audire qua in re hominis felicitatē conſtituat,& quē felicem appellandum cenſeat *D.Gr.Naz.Carm.16.de Beatitud.*

A *Felix à mundo abſtractus, qui viuit eremo*
In rigida, & mentem tollit ad aſtra ſuam.
Felix, qui multis mactas, non plurima verſans
Diſtrahitur, paſtus ſed dedit omne Deo.
Felix, qui Chriſtum ſortunis omnibus emit:
Cunctorúmque crucem, quam gerit, inſtar habet.
Felix, qui puris opibus dominatur: amicam
Pauperibúſque libens porrigit vſque manum.
Felix virgineus chorus eſt, qui carne repulſa
Non procul à ſummo numine purus abeſt.
Felix, qui paulum thalamo, taedáque iugali
Concedens, tribuit plus tamen ipſe Deo.
Felix, qui plebem imperio dum rite gubernat,
Humanis placat per pia ſacra Deum.
Felix, qui primos inter numerandus ouiles
Chriſticolis, enixus ſe tenet inter oues.
Felix, qui pura ſubueſtus acumine mentis,
Proſpicit aetherea lumina ſancta domus.
Felix, qui Chriſtum manibus non ſegnis honorat,
Multiſque eſt vita regula ſexque pia.
Horrea ſiderei complent hac omnia caeli:
Quem peperit, quas mens, excipiuntur opes,
Diuerſis diuerſa bonos nam ſedibus inſert
Virtus, ne vita manſio cuique ſua eſt.
Felix, cuius inops mens criminis omnis & expers:
Qui vita in luctu tempora cuncta terit.
B *Caeleſtes quique ore auido ſuſpirat ad eſcas:*
Mite cor innumerum quique recondit opes.
Quique altis facilis, dominum ſibi flectit Olympi.
Quem pax, quem cordis munditieſque iuuat.
Denique pro Chriſto patitur qui multa libenter!
Aeternum in caelo carpet ob idque decus.
Quam males, hac perge vim ſi crimeris omnes.
Nil moliris. Multum, laudis id eximia.
Vnam? dum ſummo gratum id quoque: praemia magna
Sunt tamen, & puris digna parata viris.
Et Raab, haud caſtis pollebat moribus: ipſi
Laus tamen hoſpitij ſparſit in orbe decus.
Et quia non tumidus Phariſaei more Telones
Extitit, hoc vno nomine plura tulit.

*FELICITAS DIVTVRNA INFELIX.

Ambrosivs Epiſcopus, cum apud diuitem quemdam hoſpitandi gratia diuertiſſet; & ille ſe nihil vnquam io vita aduerſi paſſum iactaret, è veſtigio cum ſuis receſſit, dixítque, ideo ſe inde fugere, ne vna cum homine perpetuis proſperitatibus vſo, ſtatim periret. Haud ita procul exceſſerant, & reſpicientes, vident aedes illas cum omnibus, qui ibi erant, C terrae hiatu iam abſorptas, *Marulus l. 5. c. 3.*

☞ *Vide exempla rara & varia ſub Titulo de Fortuna. Ibi inconſtantia Fortunae.*

☞ *Refer huc etiam pleraque ex Tit. de Fauore, §. Principum fauores incerti.*

TEMPORVM FELICITAS.

Eaque vel

Constans. Tempora felicia semper vel saepe iisdem vel diversis.

Boeotiis in diem quintum menſis Hippodromij, quem appellant Athenienſes Hecatombaeona, victorias duas clariſſimas, quibus libertatem Graeciae aſſeruerunt, contulit fortuna, Leuctricam, & alteram antè annis ampliùs ducentis ad Geræſton, cùm Lattamiam & Theſſalos fuderunt. Hinc Perſae mēſis Boedromionis die ſexto in Marathone, tertio ad Plateas, eodémque ad Mycalem ſunt à Graecis caeſi, *Diodor. l. 11 c. 26.*) in Arbelis. Apud Naxum nauali victoria circa plenilunium menſe Boedromione Athenienſes ſunt, duce Chabria, potiti: ad Salamina xx. *Plutarch. in Camillo.* Vicit eodem menſe Timoleon Corinthius Carthaginenſes ad Granicum amnem in Sicilia. *Sabel. l. 9. c. 4.* Sextus Thargelionis dies Athenienſibus auſpicatiſſimus erat. In eo Socratis natalis dies fuiſſe D proditur, & Alexandri Macedonis: qui eadem defunctus quoque fertur. *Alex. l. 4. c. 20. & Cal. l. 17. c. 30. A. L.*

Timoleon Corinthius praelia maxima natali die ſuo fecit omnia. Quo factum eſt, vt eiuſdem natalem feſtum haberet vniuerſa Sicilia, & imprimis Syracuſani. *Probus in eius vita.*

Q. Fulvio contigit, ut qua die priore anno ex praetura triumpharat, eadem poſtea de Liguribus bello victis triumphans vrbem iniret.

Sutrium bis eodem die à Rom. captum eſt: euenítque, vt Thuſci, qui oppidum ceperant, id amitterent: & qui amiſerant, opera id recuperarent Camilli: qui ſumma feſtinatione, victis acie Latinis & Volſcis Sutrium contendens, hoſtes ſecutos, vino ſomnóque ſepultos cecidit. *Plut. in Camillo.*

C. Ivlivs Caeſar Idus Iulij natalem ſuum fortunatas ſemper habuit, & felices. *Alex. l. 4. c. 20.*

Incidit primordium Venetae vrbis in octauum Kalendas Aprilis eius anni, qui quadringenteſimus fuit humanae Saluti, ac primus & vigeſimus. Tradunt quidam [illegible] eodem die a Deo conſtitutum, & Chriſtum Dei F. eadem luce E virginis vtero conceptum. *Sabel. lib. Enn. 8.*

Eodem tempore, & quod maximè admirādum videtur, ipſo etiam die Nonis Iulij anni 1495 quum pridie quoque ad Tarrum inter Gallos & Venetos Sforcianoſque eſſet dimicatum, & Gallica claſſis ad Rapallum capta, Ferdinandus II. Aragonius vrbe Neapoli incredibili ciuium ſtudio receptus eſt. *Iouius lib. 3. Hiſt.*

Kalendae Iuliae Veneris triplici de cauſa feſtae: victoria ſcilicet celebri eo die de Patauinis parta, & Andreae Contareni ducis recepta de Genuenſibus Clodia reditu, & Petri Lauredani claſſi praefecti victoria ad Callipolim contra Turcos nauali. *Egnatius, lib. 2. cap. 3.*

Sexto Kalendas Martias, Matthiae Apoſtolo dicatus, natalis Caeſaris Caroli V. ſemper ei fauſtus, Ticinenſi victoria laetiſſimus, & inauguratione Bononienſi. *Iou. in Pompeio Columna.*

Hiſpani, duce Conſaluo Magno de Gallis nobilem victoriam ad Ciriniolam retulerunt, anno 1500. menſe Maio, octauo poſt Obignini cladem ab iiſdem acceptam: eóque vtraque F die, qui à Venere appellatur, quem diem Hiſpani ſibi fauſtum ſaepè fuiſſe obſeruarunt. *Guicciardinus, l. 5.*

Auguſtus menſis occulto quodam fato Othomannorum Turcarum Imp. militiae feliciſſ. extitit. Eius certè menſis die decima Baiazetes II. Methonem cepit, eadem Solymanus Strigonium occupauit. Octauo eiuſdem Selimus anno 1514. Iſmaelem Sophum Perſarum regem in Calderanis campis Armeniae magno praelio vicit: & triennio pòſt ad Hierapolim ſiue Alepum Syriae Campſonem Aegyptium Sultanum. *Iouius in vita Selimi.* Solymanus eodem Ludouicum Hungariae regem ad Mugacium cecidit, Budam occupauit. Anno. 1566. Sigetum expugnauit, & victor obiit.

INCONSTANS. TEMPORVM.

☞ *Huc pertinet Tit. Qui eodem die nati ſunt & mortui, loco de* Morte.

Ivdas Machabaeus, Gorgia Antiochi Epiphanis duce deuicto, ad luſtrandum templum ab Antiocho profanatum ſe contulit, excuſſóque de ſilicibus igne ſacrificium fecit. Accidítque vt quo die templum fuerat ab externis profanatum, G eodem die fieret templi luſtratio, eiuſdem menſis, ſcilicet Caſleu, vigeſimoquinto die. 1. *Machab. 3. & 2. Machab. 10.*

Lysander nauibus extra duodecim omnibus & muris potitus Athenienſium eſt die ſexto decimo menſis Munychionis; quo die ſuperauerant illi quondam praelio nauali ad Salamina Barbaros. *Plut. in Lyſandro.*

Circa tempus myſteriorum dirutae fuere ab Alexandro Thebae: Praeſidium Macedonicum vigeſimo die menſis Boëdromionis, quo die myſticam pompam Bacchi educunt, recepere Athenienſes. *Plut. in Camillo.*

Eodem die compertum eſt à Gelone Syracuſano Carthaginenſes, qui cum Xerxe Graecorum tollendorū foedus inierant, debellatos, & in Termopylis Leonidam cum ſociis dimicando, intra Xerxis caſtra occubuiſſe, veluti quoddam de induſtria numen id curaſſet, clariſſimámque hinc victoriam, illinc glorioſiſſimam mortem eodem tempore, pari momento rerum, paríque virtutis exemplo, ſubiici, ambiguo praeferendae laudis iudicio, conſtituiſſet. *Diodorus, l. 11. c. 1.*

Ea die qua à Cimbris profligato exercitu Romani, duce Cepione, caeſi fuere ingenti clade, eadem poſtea L. Lucullus H contra Tigranem & Armenios, quos magna clade debellauit, & caſtris exuit, gloriam tulit inſignem. *Plut. in Camillo.*

Ea die qua M. Craſſus magno dedecore profligatus à Parthis & caeſus fuit, eadem, poſt aliquot annos Ventidius Pacorum & Parthos ſingulari victoria vicit. *Alexand. ab Alexandro lib. 4. cap. 20.*

Avgvsto, idem dies ſuſcepti imperij primus, & vitae ſupremus fuiſſe traditur. *Alex. lib. 4. c. 20.*

Fridericvs Pvlcer, Alberti I. F. Auſtriacus, cum Ludouico Bauaro de regno Rom. non expectato fratre Lupoldo dimicans in agro Salisburgenſi, ſupra 2. milites ſua manu interfeciſſe dicitur. Victor primùm, inde victus & captus eſt, anno Chriſti M. CCCXXIV. penultima Septembris, qua B. Michaëlis feſtus dies peragitur. Quo die ante annos quinquaginta vnum, Rodolphus Habſpurgenſis auctor gentis in regem Romanum fuit electus. Vnde quidam falsò augurabantur, tunc domum Auſtriae ruituram. *Cuſpin. A. D.*

Leo X

Leo X. factus Pontifex ad vndecimum diem Aprilis, an-
A ni 1513. ſe triplicis coronæ tiaram in Laterano templu ſumturũ edixit, vt is dies, qui ex clade prælij Rauennatis (in quo captus fuit à Gallis) ſibi valde triſte extiterat, eo circumacti anni curriculo cõmutata fortuna, in candidum atque lætiſſimũ verteretur: eodem quoque equo albo quo vehi voluit, in quo Rauennæ captus fuerat. *Iouius in Alfonſo Ateſtino.*

Bartholomævs Alvianvs, anno 1513. icto inter Galliæ regem Ludouicum XII. & Venetos fœdere, ex Gallia, vbi captiuus aliquandiu fuerat, Venetias reuerſus, à ſenatu Veneto omnium copiarum Imperator iiſdem legibus, quibus Penlia-ni comes eum gradum habuerat, & fortaſſe eodem die, quo ante quatuor annos in hoſtium poteſtatem venerat, eſt ſalutatus. *Guicciard. lib.* 11.

Alfonsvs II. Neapolitanorum rex, Caroli IX. Gallorum regis aduentũ metuens, In Siciliam fugit, regno relicto Ferdinãdo filio, eo die, quo pater anno antea deceſſerat vita, eodem quo fuerat rex ſalutatus. Ferdinandus regno à patre per manus accepto, Capua & Neapoli amiſſa, omnibuſq; alienatis in Siciliam claſſe tranſmiſit. Et Aragonia domus per hũc mo-
B dum Neapolitano regno excidit, anno tertio & ſexageſimo quàm Alphonſus maior, Ferdinandi huius proauus Renatum Neapoli eiecerat. *Sabel.lib.9.Enn.*10.*& Guicciard.lib.*11

Locorvm Falicitas. Vel Constans.

Lacedæmonij vt rerum ſunt per totam Græciam potiti, vrbibúſque impoſuerunt præſidia, princeps Epaminondas præſidium, quod Thebis erat, contrucidauit. Eo omine arma inferentibus Lacedæmoniis, Thebani ad Leuctra occurrerunt, auſpicium loci ſecuti. Nam antè etiam ibi aſſeruerãt ſe in libertatem, quando à Sthenelo in exilium Amphyction pulſus Thebas ſe contulit: ac cùm tributarios inueniſſet Chalcideoſibus, eo vectigali exemit, Chalcodonte Eubœenſium rege interfecto, & tunc apud ipſum Scedaſi filiarum à Spartanis olim conſtupratarum & interfectarum tumulum Lacedæmoniorum exercitus, ingenti clade totus fuſus fugatúſque eſt. *Plut. in Amatoriis.*

Otho Vicecomes, Mediolanenſium Archiepiſcopus, cum tota gente à Turrianis vrbe pulſus, nobilium exulũ ſtipatus manu, per vim in patriam redire ſtudebat. Ei cum exercitu Turriani obuiam profecti, ad Decimum vicum peruenerant.
C Quum ibi de inferendo bello à ducibus in conſilio ſentẽtiæ dicerentur, ſacerdos quidam pernici equa deuectus, ad Orhonem peruenit: Erat enim Decimi præclarum Othonis nomẽ: nã ab adoleſcentia ſacris initiatus ſummũ in eo pago ſacerdotium à Pontifice impetrarat, vnde poſtea & in æde maxima Mediolani, & in D. Ambroſij tẽplo canonicas dignitates fuerat conſecutus. Is ſacerdos Othoni omnia nunciauit, addiditque, Turrianos ea nocte poſſe deleri, ſi improuiſus confecto per noctem itinere, diſperſos atque ſopitos adoriretur. Hoc nuncio maximè lætatus Otho: Dij, inquit, qui à Decimo dignitatis initia præbuerunt, non inani proculdubio loci omine promiſſam nobis de hoſtibus victoriam dabunt: atque ita tota re ad conſilium delata, ſingulari, omnium alacritate decernitur, non prætermittendam rei gerendæ occaſionem. Ergo ducem ſecuti ſacerdotem, Turrianos imparatos adorti per noctem, ſuperarunt, Napum principem ceperunt. Atque ita ſepties acie victor Otho & reditum in patriam, & patriæ imperium ſibi ſuiſque peperit. *Iouius in vita Othonis.*

INCONSTANS. LOCA FELICIA, ET INFELICIA, IISDEM, DIVERSIS.

M. Manlivs Capitolinus tyrannidis affectatæ reus in Capitolium ductus, ac de ſaxo præcipitatus, locum eundem
D habuit, & eximiæ gloriæ & triſtiſſimi exitus monumentum. *Plutarchus in Camillo.*

* HIEROGLYPHICA.

Si caduceo cornucopia adiiciatur, felicitatis indiciũ eſt; quod in Veſpaſiani & aliorum nũmis obſeruauimus. *Pier.Val.l.*15.

Adhæc *Nauis* in aliquot veterum monumentis felicitatis hieroglyphicum eſt: vt in Hadriani nummo, quæ remigio vecta, pulcherrimeq; elaborata viſitur, cum inſcriptione Felicitati Aug. Sub naui vero, S. C. Cos. III. P. P. *Pier.Val.l.*45.

Quod etiam *Olea adiecta caduceo* felicitatis hieroglyphicum habeatur, multa veterum numiſmata Indicio ſunt, quæ in ipſius caducei commentario continentur. *Idem l.*53.

Vitis etiam felicitatis eſt hieroglyphicum. Artis enim diuinandi periti ſeu cõiectores ſcribunt: vbi eius ſignificata examinãt, *Vuam* in ſomniis viſam, etiam extra tempus, felicis eſſe præſagij. *Idem l.* 53.

* Feriæ.

Vide DIES.

DEFINITIO ET ETYMOL. ET GENERA VARIA:

Feriæ, Græcè ἀργία, & ἀργὸν, feriatus dicitur: ſic dictæ à feriendis epulis; In his enim epulæ fiebant ex porcorum frugũmque prouentibus. Feriarum publicarum genera erant quatuor apud Rom. Statiuæ vniuerſi populi communes, quæ certis & conſtitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè ſeruabãtur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptiuæ, quo quotannis à magiſtratibus vel ſacerdotibus concipiebant certos ſiue incertos dies, vt ſunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia, Imperatiuæ, quas conſules, vel prætores pro arbitrio indicabant. Nundinæ paganorum ac ruſticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant.

APOPHTHEGMATA.

Diogenes, Lacedæmone peregrinũ quendã conſpiciẽs ſeſe ſtudioſe ad feſtum diẽ componentẽ. Quid facis, inquit? An nõ quilibet dies viro bono feſtus eſt? Sẽſit hunc mundũ eſſe fanũ Deo dignum, in quo cõſtitutus homo ſemper honeſte, velut in
F cõſpectu numinis õnia cernẽtis, verſari deberet. De tot lit huc prouerbiũ, quod dicitur, Pigris ſemper eſſe feſtum. *Laërt.l.*6.

Antisthenes interrogatus, quid eſſet dies feſtus? Gulæ irritamentum, & luxuriæ occaſionem eſſe dixit. *Stob. & Max. ſer.*27. *Anton.in Meliſſ. p.* 1. *ſerm.*39.

Vide Sabbatum, & Solemnitas. Item ſub loco de Diebus; multa huc facientia.

* Feſtinatio.

DEFINITIO ET VSVRPATIO VOCIS.

Feſtinatio, Properatio, Græcè σπουδὴ. Hebraicè *Chinpazan* à verbo *Chapaz.* Feſtinauit, pauidus. Feſtinatio autem eſt motus præceps ad rem aliquam. Adhibetur autem tam ad res bonas quam malas. Nam vt iuſtus currit viam mandatorum Domini, ita impiorum pedes ad malum currunt. Vtrumque exemplis ſacris elucidabimus.

Exempla S. Scriptvræ Festinationis bonæ.

Abraham leuatis oculis, cum vidiſſet tres viros ſibi adſtãtes, cucurrit in occurſum illorum de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terram, cumque eos intrò duxiſſet, feſtinauit ad Sarã vt ei imperarẽt de apparandis edulijs. Ipſe quoque cucur-
G rit ad armentum, tulitque vitulum tenerrimum & optimum, deditque puero, qui feſtinauit & coxit illum. *Gen.c.*18.

Angli qui apud Loth in Sodomis hoſpitio excepti fuerũt, poſtquã eũ præmonuiſsẽt excidij mox ſecuturi, addebãt: feſtina, & ſaluare ibi, quia nõ potero facere quidquã, niſi ingrediaris illuc. Idcirco nomen vrbis illius vocatũ eſt Segor. *Ib.c.*19.

Rachel poſt ablata patris Laban Idola, cum eadem recepturus intraſſet tabernaculum Iacob & Liæ, nec inueniſſet; venit ad tentorium Rachelis; at illa feſtinauit, & abſcondit Idola ſubter ſtramenta Cameli; & deſuper ſedit. *Gen.*31.

Vxor Manue cum vidiſſet Angelum, qui dixerãt ei quod conciperet; & pareret filium, feſtinauit & cucurrit ad virum ſuum, & nuntiauit ei, &c. *Iudic. c.*13.

David pugnaturus aduerſus Philiſtæũ, feſtinauit, & cucurrit ad pugnam ex aduerſo illius 1. *Reg.*17. Idem etiam feſtinauit, vt fugeret à facie Abſalonis 2. *Reg.*15. Feſtinauit quoque Abigail venire ad Dauid cum muneribus, vt inſolentiam Nabal mariti ſui apud eũ excuſaret. 1. *Reg.*25. Semei quoq; filius Geza feſtinauit occurrere Dauid, & illius obſequio, ſe & ſuos deuouit, poſtquam iam electus eſſet in Regem, 2. *Reg.c.*19.

Paſtores qui cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem
H ſuum, audito Angelico nuncio de nato Saluatore, dixerunt: Tranſeamus in Bethlehẽ, & videamus de verbo hoc & venerunt feſtinantes. *Luc.*2. Maria mater Domini abiit in montana cum feſtinatione, & ſalutauit Elizabeth *Luc.c.*1. Zachæus à Chriſto prætereunte vocatus vt deſcenderet, quia hodie in domo ſua eſſet manſurus; feſtinans deſcendit è Sycomoro, & excepit illum gaudens. *Luc.*19. Filij Zebedæi à Domino vocati, ſtatim relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eum. Ita & Matthæus è telonio vocatus, protinus ſecutus eſt eum.

Duo Diſcipuli qui in caſtellum nomine Emaũs iuerant; Chriſtũmque ibidem in fractione panis cognouerant, eadem die regreſſi in Hieruſalem, nuntiauerunt congregatis vndecim. *Luc.* 24.

FESTINATIONIS MALÆ EXEMPLA.

Curſores Aſſueri Regis feſtinauerunt ex mãdato Aman, vt per omnes prouincias nunciarent occidendos atque delẽdos

A omnes Iudæos à minimo vſque ad maximum,vno die,hoc eſt decimo tertio menſis duodecimi Adar,omniáq; eorum bona diripiẽda. *Eſth*.3. Poſtquã Nabuchodonoſor Rex præcepiſſet vt interficerentur omnes ſapientes Babylonis, ocius egreſſa ſentẽtia,omnes interfecti ſunt,quærebanturq; Daniel & ſocij eius,vt interirent. *Dan*.2. Reprehẽdit Deus per Aggæum Iudæos quod feſtinauerint ire vnuſquiſque in domum ſuam;domum autem Dñi deſeruerint,& neglexerint ædificare; etiam [illegible] maximè deſuper moniti eſſent, & propter hoc inquit, prohibiti ſunt cœli dare pluuiam,&c. *Agg*. 1. Antiochus feſtinabat cum exercitu ſuo venire Ieruſalem ad delendam eam,& faciend[illegible] congeriem ſepulchri. 2. *Machab*.9.

Etiam filia Philippi Herodias poſtquam Herodi placuiſſet, & promiſſa ſua iuramento confirmaſſet, de dimidia etiam regni ſui parte ei danda, dummodo eam poſtulaſſet. petit protinus ſibi adferri caput S. Ioan. Baptiſtæ in diſco. *Marc. cap*. 6. Feſtinabat concilium ſanguinariũ Iudæorum, vt Chriſtum morti traderet: Ideóque de nocte conueniunt, e vno Tribunali in aliud feſtinant, primò manè conſilium ineunt, vociferantur,vrgent, etiam comminationibus adiectis in Præſidem, vt quantocius crucifigeretur, iuxta illud Dauidis, Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.
B *Matth*.26.27. *Marc*.14.15. *Luc*.22.23. *Ioan*. 18.19.

APOPHTHEGMATA.

Rem opportunè aliquando & nulla interpoſita mora aggredi, admodum vtile iudicabat Nicolaus III. Pont. vtpote qui vacãtibus Eccleſiis pluribus,in id incumbebat aſſiduus, vt eis de viris timoratis proſpiceret,cauſamque tantæ celeritatis interrogantibus, Magnum, dicebat, tum in mora eſt periculum,cùm non deſunt,qui diuina etiam cupidiſſimè occupata diriperent. Summæ itaque in agendo erat prudentia, ſi rerum temporumque qualitati res noſtras accommodemus. *Ex Platina Laur. Beyerl. in Apophthg. Chriſtian.*

Petrvs Aldobrandini Card. quoq; non minùs egregiũ dictum;inquiebat autem: Vbi viget tẽporis anguſtia, accelerãdum non eſt, ſed maturandum. Illud enim inconſiderati eſt animi, hoc verò prudentis. *Henr. Farneſ. in Apoph. de Prin.*

HIEROGLYPHICVM.

Apua piſciculus ex eo genere qui è ſola pluuia generantur, feſtinationis eſt ſignum, nam vbi vel minimum concaluerit, coquitur. Vnde Adagium, ad ignem apua, cum quid celeriter factum iudicamus. *Pierius lib*. 30.

C

* Feſtum. Feſti Dies.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

FEſtum ſubſtãtiuè,ſiue feſtiuitas in ſuo generali ſignificat ſolennitatem aliquam vel lætitiam communem pluribus quæ Græcis [illegible], vnde Feſti dies, [illegible], hinc [illegible], celebritas. Erãt autẽ veteribus Romanis Feſti dies,in quibus vel ſacrificia Dei offerebãtur,vel epulationes celebrabãtur,vel ludi in honorem Deorum inſtituebantur,vel denique feriæ agebantur. Iudæis Sabbatha, quia arcebantur à ſeruilibus operibus, Chriſtianis vero vocãtur illi,qui in honorem alicuius Sancti,aut myſterij diuini rememoratioñẽ ab Eccleſia inſtituuntur,ſiue pro omnibus omnino fidelibus,ſiue pro Eccleſia particulari. Cauſas omniũ,& quæ in illis obſeruata olim,quæ hodie ſeruãda,trademus paulò poſt. Perottus vult Feſtum dici à Feriis,quas olim Feſias dictas contendit,& mutatam litteram S. In R. quomodo ab heri heſternus: Alij à
D [illegible],lux,gaudium: Feſti enim dies præ aliis ſplendent, tum quod iis ceſſetur à laboribus corporalibus,tum quod lætitiã aliquam, tam inſtitutione ſui,quam cultu ipſo ingenerent.

A quo primum inſtituti, & Cur?

Ex ſacris litteris conſtat, Feſta quædam à Deo immediatè, quædam ab hominibus inſtituta. A Deo quidem ſeptem feſta inſtituta reperiuntur, 1. Sabbathum, cui benedixit,& quod ſanctificauit. *Gen*. 2. 2. Paſcha. 3. Pentecoſte 4. Feſtum Propitiationis,ſiue Expiationis. 6. Feſtum Tabernaculorum. 7. Feſtum Tubarum 5. Feſtum Cœtus,ſiue collectæ. A Iudæis verò inſtituta erant ſequentia quatuor. 1. Feſtum ſortium, quod celebrabatur 15. menſis Adar,id eſt,Februarij, in memoriam liberationis Iudæorum per Eſther. De quo Eſther *cap*. 9. 2. Feſtum Encæniorum, ſeu purgationis templi, quæ facta eſt ſub Iuda Machabæo. *l*. 1. *Machab*. *c*.3. Feſtum recepti è cœlo ignis ſacri 2. *Machab*. 1. 4. Feſtum ob cæſum Nicanorem 1. *Mach*. 7. & 2. *Mach. vlt*. de quibus videatur Ribera *l*. 5. *de Templo c*. 17. Et quæ præſenti opere habentur. *Tit. de Iudæis.*

QVÆ IN FESTIS [illegible]
V L [illegible]

T[illegible] P[illegible] h[illegible] n[illegible] [illegible] quæ ſa[illegible] feſtis [illegible] Qu[illegible] Iudæi [illegible] Sabbathum colunt, [illegible] protſus opere abſtineant. Notum eſt olim permiſſũ à Iudæis tempore Machabæorum fidelis,ne in Sabbatho [illegible] aduerſus hoſtes educerent. [illegible] *Machab c*. 2

E

Lepidum eſt quod in Anglia Iudæus quidam, nomine Salomon poſtquam Sabbathu in fætidam cloacam decidiſſet, nolleque eo extrahi,ne Sabbathum violaſſe videretur, coactus fuerit etiam Dominico die in eadem remanere. Nam cum ille diceret,

Sabbatha ſancta colo, de ſtercore ſurgere nolo.

Reſpondit Iudex, vti refert ex Annalibus *Th. Stapletonias in Prompt. morali. Sabbatha noſtra quidem Salomon celebrabis ibidem.* Sacerdotes tamen In Sabbatho victimas mactabant in templo, & eas excoriabant,coquebant, &c. Vnde Chriſtus cum torres ei obiicerent Sabbathi violationem, quod illos ægros curaret;eos confudit *Matth*. 11. Inquiens: Non legiſtis in lege, quia Sabbatho Sacerdotes in tẽplo Sabbathum F violant (nempè materialiter) & abſque crimine ſunt?

Secundo, in Feſtis fiebant oblationes & victimæ, idque propriè & ab aliis diuerſæ,eæque à Deo præſcriptæ *Num*. 27 *&* 29. Tertiò habebant quælibet Feſta cæremonias peculiares. Vt in feſto Paſchæ v. g. ſiue azymorum, fiebat ablatio manipuli, ſpicarum. In feſto Pentecoſtes fiebat oblatio nouorum panum: In Feſto Tubarum clangebatur tubis: Io die expiationis indicebatur jeiunium,& aliæ afflictiones. In Feſto Tabernaculorum manebant certis diebus in tabernaculis ibique exultabãt cum ramis ex fructibus,quam cæremoniam vſque in præſens Iudæi in Synagogis ſuis obſeruant.

FESTORVM APVD IVDÆOS CVLTVS.

Præmia Colentivm; Et Vindicta Violantivm Feſta, in Ver. Leg.

Die Sabbathi offerebantur duo agni vltra illos,qui quotidie in iugi ſacrificio offerebantur: diebus aliis vnus tantum, niſi in ſolemnitatibus & calendis, ad deſignandum quod in feſtis abundantius Deum laudare debeamus. *Numer*. 28.

Videns Nehemias homines torcolaria calcantes,& onera G portantes venalia in Sabbathis, obiurgauit eos, tanquam diei Sabbathi profanatores. 3. *Eſdr*. 13.

Deus per Iſaiam promittit ſeruantibus Sabbatha ſua,primum voluptatem Spiritus in rebus diuinis: delectaberis ait, ſuper Domino. Secundo: & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ, q.d. faciam vt omnia terrena contemnas: Tertiò, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. *Iſaia cap*. 58. Quarto promittit ſe etiam adiecturum bona temporalia, vti conſtat, *Leuit*. 16.

E contra violantibus Sabbathum, minatur extremum exitium & interitum. Quocirca Eſdras durè increpabat incolas Ieruſalem, quod in Sabbatho inferrent onera, & quoduis opus facerent quod non licebat,additque Dominum idcirco induxiſſe mala ſuper vrbem illam, 2. *Eſdr. c*. 13.

Deus in *Exod. c*. 31. diſtrictim mandat cuſtodiri Sabbathum ſuum,quia ſignum eſt inquit,inter me & vos in generationibus veſtris. Qui polluerit illud, morte morietur.

Filij Iſraël inuenientes hominem in ſolitudine colligẽtem H ligna in die Sabbathi,iuſſu Dei eum interfecerunt, ductumque extra caſtra obruerunt lapidibus, ſicut præceperat Deus *Num*. 15. Iudæi, qui Nicanorem ſequebantur, eum increpabant,quod in Sabbatho vellet committere prælium. Nec ita ferociter inquiebant,& barbarè feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis,& poſt pauca: eſt Dominus in cælis,qui iuſſit agi ſeptimam diem, *lib*. 2. *Macab. c*. 15.

Qvando Hebræorvm Feſta Cœperint Obſervare.

Deus *Leuit*. 23. decernit, A veſpera in veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra. Vbi nomine [Sabbathi,] omnia Feſta intelligit, vt quæ à principaliore nomen ſuum accipiebant, itaque ab vno ſolis occaſu vſque ad alterum, cum ſcilicet ſtella Veneris, quam heſperum vocamus: apparere Incipit, Feſta ſua celebrabant. Quod licet Eccleſia Chriſtiana quoad Eccleſiaſticum officium obſeruare videatur,inchoando illud à primis veſperis; tamen obligationem non inducit fidelibus ſuis, niſi à media nocte, in mediam noctem.

QVAN

QVANDO CESSAVERIT OBLIGATIO.

A Fuit error Ebionitarum, qui exiſtimabant Chriſtianos teneri ad obſeruationem Sabbati Iudæorum, perinde ac Dominicæ, vt refert *Euſebius lib.3. hiſt. c.27.* Etiam Chriſtiani qui degunt in Æthiopia, vtrumque diem eodem honore proſequuntur. Cæterum illicitum eſt Chriſtianis ſeruare Sabbatum Iudæorum, aut alias Ferias veteris Teſtamenti, & dicitur Anathema iis, qui colunt Sabbatum in Concil. Laodicæo *cap.29.* Et apud Gregorium *lib.11. Epiſt.3.* Quippe cum ſtatu illo veteris Reipub. ceſſauit Sabbatum, præſertim poſtquam illius figura & ſignificatio deſiit per aduentum Chriſti, & reprehendit Apoſtolus obſeruantes Sabbata, *ad Roman.* 14. *Galat.* 4. & præcipuè *ad Coloſſ.* 2.

Feſta autem Iudæorum ſtatim poſt miſſum in die Pentecoſtes Spiritum ſanctum ceſſauerunt.

FESTA CHRISTIANORVM IN GENERE CONVENIENTER OBSERVANTVR.

Præceptum de obſeruatione certorum dierum, qui ad diuinum cultum deputantur, non ſolum ratione politiæ alicuius aut ordinis, ſed etiam ratione myſterij conuenienter ab Eccleſia traditur, & à fidelibus ſeruatur: ſuntque ij dies aliis B ſanctiores, & ſacratiores: Cuius contrarium tenere videntur noſtri temporis nouatores. De quo Magdeburg. *Cent.1.l.2. c.6. col.* 503. *Caluinus, l.1. Inſtit. c.8. §.28. & ſeq.*

A QVO INSTITVTA, ET INSTITVENDA.

Nullum feſtum à Chriſto legimus fuiſſe inſtitutum: imò neque alicuius obſeruationem, aut peculiare præceptum tradidit, ſed ea omnia miniſtris ſuis commiſit, quibus ouilis ſui regimen credidit. Ab Apoſtolis certè modò in lege noua jam vſitato, feſta fuiſſe obſeruata, & probabiliter etiam ſancitam eam obſeruationem, conſtare videtur ex *cap.20. Actor. & 1. Corint.16.* Vnde colligitur, ſolitos tum fideles conuenire die dominico ad fractionem panis, id eſt, Sacram communionē, & Miſſæ auditionem: fiebantque tum collectæ pro pauperibus, vt conſtat, *ex c.15. ad Rom.* Itaque Eccleſiaſticæ poteſtatis eſt, Feſtos dies inſtituere. Pro tota quidem Eccleſia, ſiue in vniuerſali, pertinet ad ſupremum Eccleſiæ paſtorem, in quo reſidet vniuerſalis poteſtas legiſlatiua in Spiritualibus. Pro particulari vero Prouincia aut Diœceſi, Epiſcoporum auctoritas requiritur, eáque ſufficit abſque ſpeciali facultate, vel confirmatione Rom. Pontificis: colligitur ex *cap.vlt. de Feriis, &c. 1. de conſecrat. diſt.3.* & confirmat perpetuus Eccleſiæ vſus. Neque ſolum Eccleſia poteſt certos dies inſtituere, C ſed eorundem obſeruantiam quoque præcipere lege obligāte in conſcientia eſtque Hæreticum id negare velle, cum nihil ſit antiquius, & magis commune in populo fideli.

AD EORVM OBSERVATIONEM QVÆ REQVIRANTVR.

Præceptum de obſeruandis diebus Feſtis duo includit, in quibus ſubſtantia illius conſiſtit. Primum quidem obligationem audiendi integram Miſſam, ita vt voluntaria illius omiſſio ſit mortalis. Secundò verò ceſſationem ab operibus ſeruilibus, quæ cōmoditatibus corporis ſubſeruiunt, & communiter per ſeruos fiunt, qualia non cenſentur opera quibus animus excolitur, vt loqui, dicere, &c. Quædam tamen opera ſeruilia iure aut conſuetudine permittuntur: quædam etiam libera eadem ratione vetantur, vt ſunt mercatus, omnis ſtrepitus Iudicialis, Iuramentum, Contractus temporales, & nonnulla alia, de quibus fusè Canoniſtæ, *& Zoares lib.2. de Religione c. 26. & ſequent.*

Operæ pretium eſt hoc loco cognoſcere, qua ratione dies Feſtos apud Chriſtianos obſeruari, & quantum à Iudæis & D Gentilibus hic eos diſſidere debere docuerit *D. Nazianzen.* Fratres; feſtum celebremus non corporis nitore, non veſtitus mutatione ac magnificentia, non comeſſationibus & ebrietatibus, quarum fructum cubilia & impudicitias eſſe didiciſtis: nec floribus vicos cingamus, nec vnguentorum turpitudine menſas, & veſtibula ornemus: nec viſibili lumine ſplendeſcant domus, nec tibicinum cantu plauſibuſque perſonēt: hoc enim more Gentiles nouæ Lunæ feſtum celebrant. At nos ne committamus, vt ad hunc modum Deum honoremus, ac præſens tempus iis rebus quæ minimè decēt extollamus: verum animi puritate & mentis hilaritate, & lucernis totum Eccleſiæ corpus illuſtrantibus, hoc eſt diuinis contēplationibus, & cogitationibus quæ ſuper ſanctum candelabrum excitentur, atque vniuerſum terrarum orbem luce perfundant. Parua meo quidem iudicio, ſi cum hoc lumine comparētur, ea omnia lumina ſunt, quæ homines, qui feſtos dies agunt, priuatim publiceque accendunt. *Orat.4. quæ ſcelteutica in Iulianum eſt altera.*

E Qua autem ratione conſequemur feſtum non mundanum, ſed ſupramundanū natiuitatis Chriſti? Nempè ſi nec domus veſtibula coronis cingamus, nec choros agitemus, nec vicos ornemus, nec oculū paſcamus, nec autem cantu mulceamus, nec olfactū muliebriter deliniamus, nec guſtui lenocinemur, nec tactui gratificemur, promptis inquā illis ad vitium viis, & peccati ianuis, nec teneris & circumfluentib. veſtib. emolliamur, quarum quod pulcherrimum eſt, nulli vſui eſt, nec gemmarum ſplendoribus, nec auri fulgoribus, nec colorum artificiis natiuam pulchritudinē ementientibus atque aduerſus diuinam imaginem excogitatis: nec comeſſationibus, & ebrietatibus quibus cubilia & impudicitias adiuncta eſſe ſcio quandoquidē malorum magiſtrorū malæ doctrinæ ſunt, vel potius malorum ſeminū malæ ſegetes. Nec thoros altos figamus, ventri delicias ſternentes. Nec fragrantia vina, coquorū lenocinia, ingentis ſumptus vnguēta in pretio habeamus. Nec terra & mare pretioſum nobis ſtercus dono offerant, (hoc enim honore delicias afficere ſoleo.) Nec alius alium in temperantia ſuperare contendamus. Mihi enim intēperantia eſt, quidquid ſuperfluum eſt, vſuſque neceſſarios excedit: ídque F eſurientibus aliis, atque inopia laborantibus: iis inquam, qui ex eodem luto, & temperamento conſtant. Verùm hæc Gentilibus, ac Gentilitiis pompis, feſtiſque relinquamus: qui etiā iis, quos ſacrificiorum nidor oblectat, Deorum nomen tribuunt, aptéque proinde diuinum numen ventre colunt, mali vtique malorum dæmonum & fictores & ſacerdotes, & cultores. At nos, à quib. Verbum adoratur, ſi quid deliciis dandū eſt, in ſermone deliciemur, atque in lege diuina, & narrationibus cum aliis; tum iis præſertim, quæ præſenti feſto conſentaneæ ſunt. *Orat.38.* Et iterum: Feſtos dies Iudæus etiam agit, verum iuxta litteram. Legem enim corporeā conſectans, ad ſpiritualē legem non peruenit. Feſtos quoque dies Gentilis agit, verum iuxta corpus, deóſq; ſuos & dæmones: quorū alij vitioſarum affectionum affectores atque architecti ſunt quemadmodum ipſimet aſſerunt; alij ex vitioſis affectionibus honorem conſecuti ſunt. Ac proinde modus etiam ille, quo feſta celebrāt, cum vitioſis affectionib. coniunctus eſt: vt hoc ipſum quod peccant, in Dei honorē cedat, ad quem vitiū quaſi res quædam honeſta & prædicanda, confugit. Feſtos dies nos quoq; agitamus, verū vt Spiritui gratum eſt. Gratū eſt porro eā à nobis rationē iniri, vt eorū, quæ in rem ſunt, vel aliquid dicamus, vel agamus. Nec feriarū noſtrū quicquam eſt aliud, G quam animæ aliquid eorū aggerere, quæ firma & ſtabilia ſunt ac manib. tenētur, non autē ſuffugiunt, & dilabūtur, leuiterq; dumtaxat ſenſum demulcēt, magna autē ex parte, meo quidē iudicio, labefactant, noxamq; inferunt. Sufficit enim corpori malitia ſua. Quid flāmæ ampliore materia opus eſt, aut belluæ copioſiori alimento, vt effrenatior reddatur, ac ratione violētior? Quocirca nobis ſpiritualiter feriandum eſt. *Ibid.44.*

CVR INSTITVTA FESTA.

Feſtorum dierum inſtitutio varios fines habet. Primus ac principalis, eſt Dei cultus, qui ab omnibus generatim, vel à nonnullis ſpeciatim exhibetur, in gratiarum actionem, illis diebus. Alius eſt commemoratio alicuius beneficij accepti, quoad venerationem & reuerentiam Deo præſtandam prouocamur. Denique honor quem Sanctis impendimus. Item exemplum eorumdem, quos velut imitandos nobis proponimus, dum eorum Feſtum diem recolimus.

QVOTVPLICIA.

Variæ ſunt Feſtorum diuiſiones. Quædam enim ad ipſum Deum referuntur, eúmque velut pro obiecto habent. Vt dies H Dominicus, Feſtum SS. Trinitatis. Aliæ ſunt Chriſti, ſiue Dei hominis facti. Iterum, aliæ ſunt Feſtiuitates Sanctorum: atque inter hos Beatam Virginem Mariam ſpeciali ab aliis cultu veneramur, quem Hyperduliam dicimus: alios verò Sanctos communi duliā.

Alia Feſtorum diuiſio ſumitur ab Officio, quod in iiſdem ſolenniter, aut minus ſolenniter perſoluitur, vnde cōmuniter quædā feſta dicuntur duplicia, quædam ſemiduplicia, quædā ſimplicia. Eſt inſuper alia diuiſio Feſtorum in Mobilia, & Immobilia. Idque à die quo recurrunt per annum Mobilia ſunt, quod de die vno in alium moueātur: Cum Immobilia ſemper eodem die recurrant. Dependent autem mobilia feſta à ſolennitate Paſchæ, quæ ſemper incidit in diem Dominicam, ita vt ſtatis interuallis cætera eam ſequantur, aut antecedant.

Sunt

Sunt deniq; Feſta quædam vniuerſalia, quæ per totá Eccle-
A ſiã ſeruantur ex obligatione : alia particularia, quæ in aliqua Prouincia aut diœceſi. De ſingulis particulatim dicemus.

FESTI DIES CHRISTIANORVM IN PARTICVLARI.

Ac primum de vniuerſalibus.

DIES DOMINICA ANTIQVA.

Dies Dominica antiquiſſimum eſt Chriſtianorum feſtum. Eccleſia enim Chriſtiana cœpit in die Pentecoſtes, quæ erat dominica, eamque Apoſtolorum tempore fuiſſe obſeruatam, ſupra ex Scripturis diximus, eiuſque meminit S. Ioannes in *Apocalypſi cap.* 1. Ego Ioannes fui in Spiritu in Dominica die. Item *Clemens can.* 65. Apoſtolorum : Ignatius *Epiſt. ad Magneſianos*: Tertullianus *de corona militis, & in Apolog. c.* 16. & alij à Card. Bellarm. citati.

CVR, ET A QVIBVS INSTITVTA.

Diem Dominicam ab Apoſtolis inſtitutam, vt Iudæorum Sabbato ſuccederet, communis eſt traditio. Idque in memoriam Dominicæ reſurrectionis, vt qui illum diem ſua reſurrectione conſecrauit, vnde Eccleſia illi accommodat, quod habetur *Pſal.* 117. Hæc dies quam fecit Dominus, &c. loquitur
B enim de reſurrectione Domini, meminit huius rationis Clemens, *l.* 7. *de conſtit. Apoſt. c.* 31. & Ignatius *Epiſt.* 3. *ad Magneſ.*

ILLIVS PRÆROGATIVÆ.

Dominicæ diei plures ſunt prærogatiuæ, quæ mirificè augeant illius dignitatem. Conſtat enim primum, hoc die creatum Mundum quoad ſubſtantiam, & lucem non modo Angelicam, verum etiam materialem, cuius ratione omnium dierum fuit prima. *Auguſtinus & Beda.*

2. Dedit Deus manna è cœlo Hebræis die Dominico. 3. Illi ipſi hoc die ſiccis veſtigiis mare rubrum tranſierunt. 4. Chriſtus, vt plerique exiſtimant, initio huius diei natus fuit. 5. Baptizatus fuit in Iordane, & Circumciſus. 6. Miraculum primum fecit in Cana Galilææ 7. Dicit Auguſtinus *Ser.* 154. *de tempore*, Chriſtum hoc die benedixiſſe panes, quibus quinque hominum millia ſaturauit. 8. Reſurrexit eodem die, & triumphantis in morem Hieroſolymam ingreſſus eſt. 9. Miſſus eodem die Spiritus ſanctus in linguis igneis, 10. In hac die inquit *S. Leo Epiſt.* 81. Apoſtoli à Domino prædicandi
C omnibus Gentibus tubam Euangelij ſumunt, & inferendum vniuerſo mundo ſacramentum regenerationis accipiunt, vide Infrà *tit. Feſtorum inter ſe collatio.*

FESTVM SS. TRINITATIS.

In honorem SS. Trinitatis certam Dominicam obſeruari voluit Eccleſia: primũ quidem in Prouinciis particularibus, vt refert Alexand. III. mox per orbem Chriſtianũ inſtituta illius veneratio, vt expreſſior fieret illius memoria, tam in toto officio, quam in cõcione, quamuis omnes Dominicæ dies ad peculiarem SS. Trinitatis honorem fuerint inſtitutæ.

FESTA DOMINI, AC PRIMVM DE FESTO INCARNATIONIS.

Siue Annunciationis Deiparæ.

Primum feſtum inter ea, quæ ad vitam Chriſti pertinent, & B. Virgini cõmunia ſunt, eſt Feſtum Annunciationis Deiparæ, quod celebratur ordinariè XXV. Martij : quamuis in Hiſpania præceptum fuerit ſeruari die XVII. Decemb. in Concilio Toletano 10. Quando verò ſolennitas hæc cœperit, non omninò conſtat: antiquam tamen eſſe colligimus ex Auguſt. *ſerm.* 18. *de ſanctis*, & aliis, qui tum ad populum conciones habuerunt. De quo vide plura in loco de Beata
D Maria. *Titulo Feſtiuitates.*

Viſio de duobus monachis in Cluniaco, feſtum Annunciationis more Hiſpanorum celebrantibus.

Anno Dom. milleſimo quarto, in Italia atque in Galliis, plerique Epiſcoporum nonnulla inter ſe de diuerſis quæſtiunibus habuêre Synodorum conciliabula. Nam de ieiuniis, quæ plerique fidelium, ſcilicet inter Aſcenſionem Saluatoris, & Pentecoſten obſeruabant, ita decreuerunt, vt ne per imperium ſacerdotũ fierent, excepto Sabbato Pentecoſtes, & quibus fieri vellent, prohiberentur fieri. Simúlque incidit quæſtio; Cur monachi per tres vel quatuor Dominicas dies ante diem Natiuitatis Dominicæ, ſeu quadrageſimalis obſeruationis tempore, Hymnum, ſcilicet, Te Deum laudamus, decantarent contra morem Eccleſiæ Romanæ. Qua videlicet quæſtione aggreſſi tam Abbates, quam Monachi, reſponderũ, ſe pro nulla illud agere, niſi ex beati Benedicti nominatiſſimi atque excellentiſſimi Patris præceptione; cuius etiam actus, [illegible] que dicta a ſummo R[illegible] haberentur de cri[illegible] d[illegible] omperti E[illegible] co [illegible] viget: Nec [illegible] de [illegible] Dominicæ, quæ celebratur 8. [illegible] d. Apr[illegible] quælibet ſuo tempore [illegible] Quod [illegible] cõgruentiũ potuiſſet, ab iiſdem Pontificibus [illegible] data eſt quæſt[illegible] ferbatur enim a quibuſdam [illegible] dem videlicet Annunciationem Dominicam more Hiſpanorum quintodecimo Kal. Ianuar. die irreprehenſibiliter poſſe celebrari. Nam cùm ego poſtmodum in monaſterio Cluniacẽſi cum cæteris fratribus degerem, conuenerunt illuc ab Hiſpaniis Patres honeſtæ conuerſationis, iamdudum more viuentes propriæ regionis monachi. Propinquante verò die Natiuitatis Dominicæ, petierunt dicti monachi venerabilem Odilonem eiuſdem loci Abbatem, vt more ſuorum liceret eis celebrare Annunciationẽ. Quòd cùm feciſſent, ſegregati à cæteris, viſum eſt nocte eadem duobus ſenioribus loci, quod vnus de Hiſpanis fuſcina Focaria arriperet deſuper altare puerum, mitterétque illum in Sartaginem prunis plenam, ita clamantem: Pater, Pater: quod tu dediſti, iſti auferunt. Quid plura? Antiqua apud nos conſuetudo, vti docebat, præualuit. *Baron. tom.* 11. *Annal. Eccleſ. ſub an. Dom.* 1004. *ex Glabro, l.* 3. *c.* 3. *an.* 1004. F

FESTVM NATIVITATIS DOMINI.

Celebratur hoc eo die quo accidit, xxv. Decembr. & inſtitutum ab Apoſtolis colligitur ex variis Sermonibus, eo die ab antiquiſſimis Patribus habitis, meminit illius *Clemens lib.* 5. *c.* 13. *Ambroſ. l.* 3. *de Virgin. Auguſtinus, Leo, & alij, vide Baronij Martyrologium.*

CIRCVMCISIONIS.

Circumciſionis Dominicæ feſtum, quod ſub nomine octauæ natiuitatis ponitur, *c.* 1. *de Conſecrat. diſt.* 3. *& vlt. de Feriis*, non eſt tam antiquum, quamuis S. Leo eius meminerit, & ante illum Sanctus Cyprianus, vel auctor de Cardinal. Chriſti operibus. Solent autem olim hoc die fieri duæ Miſſæ, vna de myſterio, altera de B. Virgine, quæ hic non minimam partem ſibi vendicat : cum putetur ipſa ſuiſmet manibus Chriſtum infantem circumcidiſſe. Lege *Durand. l.* 6. *Ration. diuin. offic. Franc. Soares tom.* 2. *in* 3. *part.*

EPIPHANIÆ. G

Feſtiuitatem Epiphaniæ Græci etiam vocant Theophaniam, quo nomine Greg. Nazianzenus vocat diem Natiuitatis: hanc autem diem appellat diem luminum Sanctorũ, quod Chriſtus eo baptizatus dicatur: Fuit autem maxima ea ſolennitas apud Chriſtianos, ſic vt Imperatores quoque ei intereſſent. Imò Iulianus Apoſtata in Galliis volens Chriſtianam pietatem larua alicuius religionis tegere, huius diei myſteriis voluit intereſſe, vt ſcribit *Ammian. Marcell. lib.* 21. quod etiam præſtitit Valens Arrianus Imp. teſte Gregor. Nazianz. Quin & Theodoſius Imp. iuſſit ſeptem diebus, tam qui præcederent, quam qui ſubſequerentur hanc feſtiuitatem conticeſcere ſtrepitũ iudicialem: numeratur autem hæc ſolennitas inter illas quas Apoſtolicas dicimus, vt videre eſt apud *Clement. l.* 5. *conſtit. c.* 12. *& l.* 8. *c.* 33.

Concurrunt autem hoc die, præter apparitionem Magis factam, celebre miraculum conuerſionis aquæ in vinum in Cana Galilææ. Teſte Iſidoro, *l.* 1. *de diuin. Officiis, cap.* 26. & baptiſmus Chriſti, quo illius diuinitatem pater æternus, & voce cœlo delapſa, & S. Spiritu miſſo, declarauit.

PASSIONIS.

Diem Paſſionis, quam Paraſceues dicimus, & qui eum ſequitur, apud Chriſtianos ſemper reuerenter & deuotè habitum in memoriam Dominicæ Paſſionis & mortis, conſtat ex *Greg. IX. de Feriis.* Olim auté tota hebdomada paſſionis fuit ſub præcepto, nunc vſus obtinuit, vt ſolum feria VI. Paraſceues ceſſetur à ſtrepitu Iudiciali, vti & Sabbato eam inſequẽte, & ab operibus in publico, ſaltem priori die vſque ad meridiem, ſolentque viſitari Eccleſiæ, & arctius ieiunari a fidelibus, vt qui plerumque ad veſperam differunt refectionem, quam tum etiam ſumunt admodum moderatam, ad ſatisfaciendum naturæ duntaxat. Ab hinc paucis annis, in Conuenticulo Vltraiectino, Reformati verbi miniſtri cenſuerunt, hunc etiam diem à fidelibus debere obſeruari. H

RESVRRECTIONIS SIVE PASCHÆ.

Hæc eſt pleniſſima Chriſtianorũ feſtiuitas, quã Paſcha dicimus, trãſlato nomine ab Hebræis, qui circa hoc tempus celebrabát ſuum Paſcha, quia iam Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus,

A [illegible] cadi qu[illegible] hoc feſtum ſub [illegible] ſia, ex tra[illegible] at ex *C[illegible]mente l. 8. c.* [illegible] nua ea obſeruatio, & nunq[illegible] qui ad annos diſcretionis pet[illegible] hanc feſtiuitatem, cui dies 14. E[illegible] ſti percipiát. Et ad maiorem ſole[illegible] totam hebdomadam vſq; ad illius octa[illegible] autem generalis eſt cõſuetudo, vt ob reuere[illegible] quod tũ recolitur, duo proximi dies celebrentur [illegible] quam in Conc. Moguntino etiam Feria IV. fuerit in præcepto ſub Carolo M. vt conſtat. *c.* 36.

PASCHA QVID.

Nomen Paſcha autem ſignificationes varias habet: cõmunis eſt ea, quæ tranſitum, ſiue tranſitionem denotat, Angeli ſcilicet exterminatoris, quando in Ægypto tranſiliit domos Hebræorum, vnde ſcriptura *Exod.* c. 12. Eſt enim Phaſe tranſitus Domini. Ita Ioſephus, *l.* 2. *Antiq. c.* 13. Hier. *in c.* 26. *Matth.* Significat etiam ipſum Agnum Paſchalem, vnde dicitur *Luc.* 22. Neceſſe erat occidi Paſcha. Item tranſitum populi, qui ea

B noćte liberatus fuit à tyrannide Pharaonis; tranſito mari rubro, vt inſinuat *Nazianz. Orat.* 2. *de Paſcha:* & Auguſt. *tr.* 55. *In Ioan.* Denique ipſum diem, ita *Luc.* 22. dicitur: Appropinquabat dies feſtus azymorum, qui dicitur Paſcha.

ERRORES.

Aetivs Paſcha ſimpliciter celebrari vetabat, quòd Iudaiſmum ſapere diceret. Eum errorem refellit. *Epiph. hæreſ.* 75.

Avdiani ſeu Vadiani volebãt Paſcha celebrari eo die, quo Iudæi illud celebrabant, nẽpe 14. Luna, ſiue eſſet dies dominica, ſiue non, Fuitque primus auctor huius erroris quidã Blaſius, teſte Tertul. *l. de Præſcript.* eiuſque ſequaces Quartodecimani appellati fuerunt. Cappadoces illud celebrabãt 25. Martij. Britones & Scoti, teſte Beda, poſt Lunam 13. Martij. Nouatiani nullum certum diem huic feſto aſſignabant.

CELEBRANDVM DIE DOMINICA.

Pivs Papa IX. à Petro Apoſtolo in primo ſuarum decretaliũ ſic de Paſchate decernit: Noſſe vos volum⁹, quod Paſcha Domini die Dominico annuis temporibus ſit celebrandum. Iſtis enim temporibus Hermes Doctor fidei, & ſcripturarum effulſit inter nos. Et licet nos idẽ Paſcha prædicto die celebremus; quia tamen quidam inde dubitabant, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ Angelus Domini in ha-

C bitu paſtoris apparuit, & præcepit ei, vt paſcha Domini die Dominico ab omnibus celebraretur. Vnde & vos Apoſtolica auctoritate inſtruimus omnes eadem ſeruare debere; quia & nos eadem ſeruamus: nec debetis à capite quoquo modo diſſidere. *Gratianus de conſecr. diſtinct.* 3. *c.* 21.

MIRACVLIS DECLARATVR.

D. Avgvst. Britonum Epiſcopus, adiutorio vſus Edilberti Regis, conuocauit ad ſuum collegium Epiſcopos, ſiue Doctores, maximæ & proximæ Britonum Prouinciæ in loco, vbi vſque hodie lingua Angelorũ Auguſtineizat, id eſt, robur Auguſtini, in confinio Vectiorum, & Occidentalium Saxonum appellatur, cœpitq; fraterna commonitione ſuadere, vt pace Catholica ſecum habita, communem euãgelizandi gentibus pro Dño laborem ſuſciperent; non enim Paſchæ diem Dominicum ſuo tempore, ſed à decimaquarta vſque ad vigeſimã lunam obſeruabant. Quæ computatio octoginta quatuor annorum circulo continetur. Sed & alia plurima vnitati Eccleſiæ contraria faciebant. Qui cùm longa deputatione ha-

D bita, neque precibus, neque hortamentis, neque increpationibus Auguſtini & ſociorum eius aſſenſum ponere voluiſſent, ſed ſuas potius traditiones, vniuerſis, quæ per orbem ſibi in Chriſto concordant, Eccleſiis præſentent, ſanctus pater Auguſtinus hunc laborioſi ac longi certaminis finem fecit, vt diceret: Obſecremus Dñm Deum, qui habitare facit vnanimes in domo patris ſui, vt ipſe nobis inſinuare cæleſtib. ſignis dignetur, quæ ſequenda traditio, quibus ſit viis ad ingreſſum regni illius properandũ, adducatur aliquis æger, & per cuius preces fuerit curatus, huius fides, & operatio Deo deuota, atque omnibus ſequenda credatur. Quod cum aduerſarij, inuiti non concederent, allatus eſt quidam de genere Anglorum, oculorum luce priuatus. Qui cum oblatus Britonum ſacerdotibus, nil curationis vel ſanitatis eorum miniſterio perciperet, tandem Auguſtinus iuſta curioſitate compulſus, flectit genua ſua ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, deprecans vt viſum cæco, quem amiſerat, reſtitueret; & per illuminationem vnius hominis corporalẽ, in plurimorum cordibus fidelium

E ſpiritalis gratiæ lucem accenderet. Nec mora, illuminatur cœcus, ac verus ſummæ lucis præco ab omnibus prædicatur Auguſtinus. Tam Britones confitentur quidem intellexiſſe ſe veram eſſe viam iuſtitiæ quam prædicaret Auguſtinus, ſed non ſe poſſe abſque ſuorum conſenſu ac licentia, priſcis abdicare moribus. *Beda lib.* 2. *hiſt. Anglor. c.* 2.

Anno Chriſti Dom. 41[illegible]. factum eſt, vt Paſcha non ſuo legitimo die celebraretur in Eccleſia, errore ſupputationis Paſchalis temporis. Sed quomodo diuino miraculo compertus ſit error vt non fuerit Deus quicquam in Eccleſia agi perperam, Paſchaſius Epiſcopus Lilybæi narrat his verbis, in epiſtola ad S. Leonem Romanum Pontif. data: Non ergo (inquit) nos dies vna lõgius poſita terreat, ne cùm hoc euitemus incurramus errorem, ſicut tempore beatæ recordationis Domini mei prædeceſſoris veſtri Zoſimi, Conſulatu Honorij Auguſti vndecimo, & Conſtantij ſecundo. Tunc enim, cum declinaretur, ne decimo Kalend. Maij dies Paſchæ teneretur; celebratum 8. die Kalend. Aprilis, id eſt, pro emboliſmo communis eſt annus tentus, & error grauiſſimus eſt ortus, in tan-

F tum, vt miniſterio certo, quod dono ſancti Spiritus miniſtrabatur, hæc veritas probaretur. Quod propterea credidi exponendum, quia locus ipſe etiam ſancto, atque à me venerãdo fratri meo Lihano notiſſimus eſt, cuius myſterij miraculum tale eſt. Quædam viliſſima poſſeſſio Meltinas appellatur, in montibus arduis, ac ſyluis denſiſſimè conſtituta: illic perparua, atque vili opere conſtructa eſt Eccleſia, in cuius baptiſterio, nocte ſacroſancta Paſchali, baptizandi hora, cùm nullus canalis, nulla ſit fiſtula, nec aqua omnino vicina, fons ex ſe repletur, paucíſque, qui fuerint conſecrati, cùm deductorium nullum habeat, vt aqua venerat, ex ſeſe deſcendit. Tunc ergo (ſicut ſupra diximus) cùm ſanctæ memoriæ quondam meo beatiſſimo Papa Zoſimo (cum apud Occidentales error ortus fuiſſet) conſuetis lectionibus nocte ſacra diſcuſſis, cùm presbyter ſecundum morem baptizandi horam requireret, vſque ad lucem aqua non veniente, non conſecrati; qui baptiſandi fuerant, receſſerunt. Vt ergo breuiter narrem; illa nocte, quæ luceſcebat in diem Dominicam decimo die Kalend. Maij, fons ſacer hora competenti repletus eſt. Euidenti ergo miraculo claruit Occidentalium partium fuiſſe

G errorem *Baron. tom.* 5. *Annal. ann.* 417. 53. 54: *ex Paſchaſ. Epiſc. Lilybæi apud S. Leonem poſt Ep.* 63.

Huic planè ſimile deſcriptum extat apud Caſſiodorum miraculum, dum agit de conuentu Leucotheæ in Lucania, fontémque ibi irriguum, ita deſcribit: Eſt enim locus ipſe camporum amœnitate diſtenſus, ſuburbanum quondam Coſi inatis antiquiſſimæ ciuitatis, qui à conditore ſanctorum fontium Marcellianum nomen accepit. Hic erumpit aquarum perſpicua & dulcis vbertas: vbi in modum naturalis antri apſidis fabricata concauitas, ſic perſpicuos liquores emanat, vt vacuum putes lacum, quem non dubitas eſſe pleniſſimũ. Hic perlucidus vſque ad fundum patet, vt aſpectibus tuis aërem potius apparere iudices, non liquorem. Æmulatur ſerenam diem aqua ſubtiliſſima; nam quicquid in imo geritur, inoffenſa aeris claritate monſtratur: *Et paulò poſt*: Longa ſunt illius fontis memoranda deſcribere, veniamus ad illud ſingulare munus ſanctúmque miraculum. Nam cùm die ſacratæ noctis precem baptiſmatis cœperit ſacerdos effundere, & de ore ſancto ſermonẽ fontes emanare; mox in altum vnda proſiliens, aquas ſuas, non per meatus ſolitos dirigit, ſed in alti-

H tudinem cumuloſque tranſmittit: erigitur brutum elementum ſponte ſua, & quadam deuotione ſolenni præparat ſe miraculis, vt ſanctificatio maieſtatis poſſit oſtendi: nam cùm fons ipſe quinque gradus tegat, eoſque tantum ſub tranquillitate poſſideat, aliis duobus cernitur creſcere, quos nunquam præter illud tempus cognoſcitur occupare. Magnũ, ſtupendúmq; miraculum, fluenta labentia, ſic ad humanos ſermones, vel ſtare, vel creſcere, vt eis credas audiendi ſtudium minimè defuiſſe. Fiat venerabilis omnium ſermone fons iſte cœleſtis. Habet & Lucania Iordanem ſuum. Ille exemplum baptiſmatis præſtitit; hic ſacrum miniſterium annua deuotione cuſtodit. Quapropter & reuerentia loci, & vtilitas rei dare debet populis ſanctiſſimam pacem. *Idem Baron. tom.* 5. *an.* 417. 55. *ex Caſſiodoro, lib.* 8. *variar. lect. ep.* 33.

Eſt & illud illuſtre miraculũ de fontibus Hiſpaniæ, quos Luſitania Prouincia profert. Piſcina namque eſt apud Oſem campum antiquitus ſculpta, & ex marmore vario in modum

crucis

A cruc[illegible] miro [illegible] opere,ſed & ædes m[illegible] næ [illegible] aritatis ac ce[illegible] Chri[illegible] ianis [illegible] nſtr[illegible] ſt. I[illegible] itur cùm dies ſa[illegible] poſt [illegible] ũ anni de[illegible] d[illegible] nti aduene[illegible] quo Domious confuſo proditor [illegible] p[illegible] ab[illegible] ærnam conueniunt in locum illum [illegible] P[illegible] fice[illegible] ,iam d[illegible] te ſacri præſentiéics aromatis. [illegible] ost[illegible] templi iubet ſimul niui iri ſig[illegible] ,ad[illegible] mnicæ præſt[illegible] lantes. Die [illegible] ſt S[illegible] uenientibus ad bapti[illegible] cum ciuibus ſuis,intp[illegible] ,oſtia [illegible] rat [illegible] A mirom dictu,piſcinam, quam [illegible] plenã,ſed ita cumulo alti[illegible] ſ[illegible] iam,v[illegible] let ſuper [illegible] diorum triticum aggregati vid[illegible] aſque huc [illegible] fluctuare,nec partem in adue[illegible] deſloere. Tunc [illegible] um [illegible] ciſmo ſanctificato,cõſperſo deſuper chriſmate,omnis pop[illegible] lus pro deuotione haurit,& vas plenum domi ſalutione r[illegible] portat,agros vineáſque aſperſione ſaluberrima turaturus. Et cùm exinde multitudo amphorarum ſiue collecto numero hauriatur,nunquam tamen vel cumulum minuit;licet vbi Infans primus intinctus fuerit,mox aqua reducitur,&baptizatis omnibus,lymphis in ſe reuerſis,vt initio prodũtur neſcio,ita & clauduntur ſine ignaro.Denique Theodegiſilus huius Rex regionis,cùm vidiſſet hoc miraculũ,quod in his ſacratis Deo

B fontibus geeebatur,cogitauit intra ſe,dicens:Quia ingenium eſt Romanorum (Romanos enim vocitant homines noſtræ religionis)vt ita accidat:& non eſt Dei virtus. Veniens verò ad annum ſequentem:oſtium ſigillis ſuis cum Epiſcopi ſigillo muniuit;poſuítque cuſtodes in circuitu tẽpli, ſi forte aliquem deprehẽdere poſſit fraudis alicuius conſcium,per cuius ingenium in fontibus aqua ſuccederet: ſimiliter & alio fecit anno; tertio verò conuocata virorum multitudine, foſſas in circuitu baſilicæ fieri iuſſit, ne forte locis occultis lymphæ deducerentur,in fontem:fuerúntque foſſæ io profundo vicenum quinum pedum,in latitudine verò quindenum.Sed nihil abditum eeperiri potuit. Tameo vitæ finem faciens,& eredo pro huius inquiſitionis temeritate,anni ſequentis diem,quo hoc myſterium celebraretur,videre non meruit, eò quod arcanum virtutis diuinæ inueſtigare præſumpſit.Habentur autem in ea reliquiæ S.Stephani Leuitæ. *Idem Baron. eod. tom. & ann.56. ex lib.1. Greg. Tur. de glor.mart. cap.14. & 25.*

Sed nec curauit Oriens biſce adeò inſignibus editis diuina virtute miraculis: etenim Sophronius de Orientalibus oris ſcribit in hæc verba;Soruba(inquit) vicus quidam eſt,ad radi-

C ces montis:in quo ſita eſt Cœauenſium ciuitas; in eo baptiſteriũ eſt,quod in ſanctis Epiphaniis ſudat(baptiſmus enim ibi eo tempore celebrabatur)qui ſudor per tres horas continuis incremẽtis augetur:& poſt baptiſma peractũ decreſcere incipit,& tribus aliis horis deficit,& in Caſtello Cedebratis ſub monte Ænoandro ciuitatis ſitum eſt baptiſteriũ,quod in prima Paſchali ſanctæ reſurrectionis feſtiuitate , cùm ſit lapis vnus, ex ſeipſo continuò impletur, durátque aqua illa vſque ad Pentecoſtem:moxque peracta Pentecoſte euaneſcit. Vtraque verò iſta miracula in prouincia Lyciæ fiunt.Si quis autem hæc ita eſſe non credit,vſque ad Lyciam,non grande iter eſt,pergat,& rei veritas fidem illi faciet. Hactenus ipſe: de hiſque ſatis:vt intelligas Deum eſſe in Iſraël,& in Eccleſia Catholica ſemper viguiſſe miracula:quibus veluti digito Dei,quæ vera ſit Eccleſia,conſignetur. *Idem Baron.eod.tom.& ann.417.59. ex Sophron. pr. ſpirit. 214.215.*

Anno Domini quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, auctor

D eſt Sigebertus altercatum eſſe Inter Hiſpanos & Gallos de Paſchalis diei celebritate,ait enim: Hiſpani & Franci de Paſcha celebrando diſſentiunt. Hiſpanis duodecimo Kalendas Aprilis: Francis verò decimoquarto Kalendas Maij Paſcha celebrantibus. Sed Francos eccte celebraſſe per hoc diuinitus claruit, quod fontes in Hiſpania , qui in Sabbato ſancto Paſchæ ad baptizandum ſponte diuinitus repleri ſolent,non in Hiſpanorum, ſed in Francorum Paſcha repleti ſunt. *Idem Baron. t. 7. 573. 25. in Sigeberto.*

Vigeſimo die Maij in Galliis,ciuitate Ebredunenſi , ſancti Marcellini ,eiuſdem vrbis Epiſcopi & Confeſſoris memoria recolitur;qui diuino iuſſu cum ſociis Vincẽtio & Dominico ex Africa veniens , maximam partem Alpium maritimarum, verbo & ſignis admirandis, quibus vſque hodie refulget, ad fidem Chriſti conuertit, ita vt baptiſterium , quod ipſe apud præfatam vrbem condidit , io ſacroſanctis Paſcbatis vigiliis, diuina virtute,ſingulis annis aquis ſubitis inundetur, & per

ſ[illegible]

[illegible]

C[illegible] E[illegible]

[illegible]

R[illegible]

[illegible] P[illegible] A[illegible] us

[illegible] Chri[illegible] reſur-

[illegible] ſ[illegible] in A[illegible] compl[illegible] tam Ideóq

[illegible] bri. [illegible] 6.addit aliam cauſam:

[illegible] endo ſp[illegible] ni nobi[illegible] reſurge[illegible] di contulit , ita

[illegible] bu[illegible] , qu[illegible] ſequantur, oſtendit.

P[illegible]ENTE[illegible]OSTES.

[illegible] Pentecoſte uomen accepit a die quinquageſimo,poſt [illegible] Reſurrectionis,quando Chriſtus miſit in diſcipulos promiſſum Paracletum Spiritum ſanctum:& velut regnum ſuum inchoauit in Eccleſia militante,ac publicè prædicari cœpit illius Euangelium.De hoc Feſto ſcribit Tertull. *lib.de Corona militis*, Baſilius,Epiphanius,& alij.Quin volunt plerique,loqui de eo Paulum,quando dicitur feſtinaſſe , vt Hieroſolymis diem Pentecoſtes faceret, *Act.cap.* 20. faceret inquam, ritu Chriſtiano,non Iudaico.

Eſt autem feſtum antiquiſſimum & celebertimum in Eccleſia Chriſtiana: ideóque & per duas ſubſequentes ferias celebratur.Feſtum autẽ Pẽrecoſtes in lege veteri,quod in memoriã datæ legis erat inſtitutum, non diuino obſeruari debuit, eratque figura noſtræ Pẽntecoſtes,quando lex noua promulgata eſt,& Spiritus veritatis Eccleſiæ datus.Quæ verò circa diem quinquageſimum mouentur ab Authoribus oonnullis, atque per Hæreticos obiiciuntur,videantur apud Robertum Bellar.*l.3.de cultu Sanct. Sanct.c.*13. Franciſ. Soarez *Tract. de Religione, lib.*2. *de feſtis, c.*7. & loca ibidem allegata. F

TRANSFIGVRATIONIS.

Hoc feſtum,non celebratur paſſim in populo,& publicè, quamuis antiqua ſit illius veneratio.Vt in quo ſermones habuetint S.Leo, Cyrillus Alexandrinus,& alij. Certè conſtat ex Græcorum monologio fuiſſe diem illum ſolẽnem. In Eccleſia autem Latina,etiam hoc feſtum antiquum eſt,propriòque cultu obſeruari præceperat Calixtus III.propter memorabilem victoriam Chriſtianorum contra Turcas ad Belgradum,nunc verò conſuetudine introductum, vt proprium illius officium à Clero duntaxat in Eccleſia perſoluatur.

S S. Sacramenti. *Quando, & vbi originem acceperit.* G

Foſſæ obiit Iuliana ano. 1257. tertio poſt obitum die ad villam B.Mariæ ordinis Ciſtercienſis cœnobium tranſlata,ac perpetua digna memoria,quod per eam ineboatũ ſit ſpeciale feſtum corporis Chriſti. Siquidem Dñs Chriſtus ei reuelauerat, vt ad augmentum fidei in fine debilitandæ,necnon ad profectum electorũ corporis,& ſanguinis ſui ſpeciale feſtum fieri curaret. Ipſa autẽ rem tantæ dignitatis publicari refoemidauit, nõ propter iniurias & tribulationes,quæ inde exorituræ videbantur ; cùm eas generoſo animo perfregerit, ſed propter ſuperbiæ titillationẽ, dum ipſa tanti feſti haberetur inchoatrix & renelatrix.Itaque Dominum obnixè deprecata eſt,vt & aliis famulabus ſuis id reuelaret. Inter quas memorantur Eua recluſa Leodienſis ad S.Martinũ,& Iſabella Beghina Hoyẽſis.Itaque poſt varias admonitiones,& ſanctorum inuocationes,rem patefecit Ioanni de Lauſenna integerrimæ vitæ Canonico:quẽ rogauit,vt tacito ſuo nomine feſtũ promoueret.Expoſita ſunt omnia Iacobo de Trecis Archidiacono Leodienſi,qui poſtea fuit Romanus Pontifex Vrban.IV. Hugoni de S.Theodorico Prouinciali Ord. Prædicatorum, poſtmodum Cardinali, Guiardo ſeu Guidoni Epiſcopo Cametacenſi,aliiſque viris celebertimis,qui eoſdem promouerunt. Sed & Iuliana per Ioannẽ domus ſuæ Fratrem officium componi fecit,quod comprobatum eſt per ſupradictos Theologos,& incipit,Animarum cibus.Quod officium Leodij,Tungris,& alibi in vſu fuit,antequam ab Vrbano IV. S. Thomæ officium publicaretur. Fuit autem ſcriptor modicæ litteraturæ,ſed obediens eos ſuum aperiebat:& Dominus implebat illud. Hac occaſione feſtum celeberrimum primum Leodij eſt celebratum,potiſſimum à Collegio S.Martini,vbi etiã celebrarunt illud & approbauerunt ante Vrbani Pontificatum,Robertus Epiſcopus,& Hugo de S. Theodorico, & Pettus Capoccius Cardinales : ex quibus Hugo ſermonem adiecit in ſolẽnitate feſti,duo præterea Caoonici Ioannes & H

Stephanus

A [illegible] leg[illegible] & [illegible] d[illegible] b[illegible] endo [illegible] us [illegible] uit [illegible] P[illegible] ntificem ex [illegible] pt[illegible] quod antea Leodij [illegible] b[illegible] bat, [illegible] t[illegible] ne, anno milleſimo du[illegible] geſimo q[illegible] n-d[illegible] ndam ſpec[illegible] aliter [illegible] perſ[illegible]. Neque immemor fuit [illegible], de quibus [illegible] audierat. Scribit enim in conſ[illegible] ua: [illegible] olim, dum in minori eſſemus officio conſtituti, quod fu[illegible] quibuſdam Catholicis diuinitus reuelatū, feſtum huiuſmodi gener[illegible] in Eccleſia celebrandum. Hac etiam de cauſa [illegible] quarto, [illegible] vltimo ſui Pontificatus, quo feſtu hoc [illegible] inſtit[illegible], mortuâ Iuliana, miſit ad Euam recluſam Leodienſem diplom[illegible] cum nouo S. Thomæ Aquinatis officio. Quod ibidem, vt decuit, receptum fuit: diploma autem Pontificium, cum diplomatibus Hugonis Cardinalis, Petri Legati, & aliorum quorundam, ad S. Martinum excopiatum conſeruatur. His autem quæ diximus, adſtipulantur non tantùm venerabiles, & vetuſtæ picturæ in monte S. Cornelij: ſed etiam liber poſterior de vita Iulianæ à Ioanne de Lauſenna approbatus. Accidit

B poſtea celebre miraculum Vulſiniis, in diœceſi & ditione Vrbeuetana, quo Onuphrius ſcribit commotum fuiſſe Vrbanum ad feſti inſtitutionem. Sed minus cautè reijcit, quæ de Eua recluſa diximus: cùm hæc ex bullis ipſius Vrbani, & Iolianæ vita certiſſima eſſe noſtratibus cōſtet. Verùm quæ apud Doctores minus graues legerat, non miror virum doctum reieciſſe, eáque ignoraſſe, quæ in angulo ferè mundi contigerunt, & à multis etiam nuſtratibus hactenus ignorantur: Itaque Belgæ, qui alios in feſti obſeruatione præuenimus, ab auita pietate non recedamus; ſed vt Patres Tridentini monuerunt, gratos, & memores animos teſtemur erga Redemptorem, pro tam ineffabili, & planè diuino beneficio: & contra hæreſim triumphum agamus, vt eius aduerſarij in conſpectu tanti ſplendoris debilitati & fracti tabeſcant, vel pudore affecti aliquando reſipiſcant, *Ioan. Molan. ſacra Theolog. Doctor. Louan. in Natalibus Sanctorum Belgij 5. Ap. Carol. Sigon. l. 20. de regno Italia an. Dom:* 1264.

INVENTIONIS S. CRVCIS.

Celebratur hoc Feſtum in memoriam præſtiti beneficij, quod Deus tanto tempore Crucem ſuam cuſtodiuerit, eamque Eccleſiæ ſuæ ſeruauerit, ac reuelauerit tum primum

C quando ſub Imperatoribus Chriſtianis pacem habere cœpit. Vt tunc liquit Paulinus, inueniretur, quando religioſè coleretur. Vnde ex tunc Eccleſia hoc feſtum, & per illud Crucē religioſè habuit; tanquam efficax noſtræ Salutis Inſtrumentum, ad fidelium conſolationem. Hoc autem feſtum exiſtimatur in Eccleſia celebratum à temporibus. S. Syluestri, eiuſque mentionem faciunt veterum plerique.

FESTA SANCTORVM.

Ac primum de Feſto omnium Sanctorum.

Cum ſinguli idola Romanorum Romæ templum habere non poſſent, Romani vnum templum in honorem Cybeles matris deorum, & omnium deorum ipſorum fecerunt, quod dictum eſt πάνθεον. Succeſſu verò temporis, petente, inquit, Ado, Papa Bonifacio, iuſſit Phocas Imperatur, in veteri fano, quod Pantheon vocabatur, & a Domitiano prius factum erat, ablatis idololatriæ ſordibus, Eccleſiam B. ſemperq; Virginis Mariæ, & omnium Martyrum fieri: vt vbi quondam omnium, non Deorum, ſed dæmoniorum cultus agebatur, ibi

D deinceps omnium fieret memoria Sanctorum, quæ ab illo tempore Kalendis Nouembris in vrbe Roma celebris & generalis agitur. Poſtea anno octingenteſimo trigeſimo quinto Gregorius IV. Pontifex Romanus (vt auctor eſt Sigebertus & alij) monuit Ludouicum imperatorem, vt in Gallia atque Germania feſtiuitas hæc eodem die annuatim perpetuò celebraretur, quam hactenus Romani ex Bonifacij Papæ inſtituto celebrare conſueuerunt. Quod tum ab ipſo, tum ab Epiſcopis omnibus Franciæ atque Germaniæ mira conſenſione acceptum fuit, & ingenti gratulatione peractum. De his agēs Albinus ſiue Alcuinus, hæc ait: Conſtitutum eſt, vt plebs vniuerſa per totum orbem in Kalend. Nouembribus, ſicut in die Natalis Domini, ad Eccleſiam in honorem omnium Sanctorum ad Miſſarum ſolemnia conuenire ſtudeat, vt quicquid fragilitas humana per ignorantiam, aut negligentiam in ſolemnitatibus Sanctorum minùs plenè peregiſſet, in hac ſancta obſeruatione ſolueretur. *Guliel. Durand. lib. 7. cap. 34.*

Ado Archiep. Treuir. in Martyrol. [illegible] *Non. Idem in Chron. anno Dom.* 6[illegible]4. *Baron. tom. 9. ann.* 83[illegible] E

FESTA B. MARIÆ VIRG.

☞ *De his dicemus nonnulla in loco de* [illegible] *Maria. Tit. Feſtiuitates in Illius honorem inſtituta. Quibus nonnulla hic addiximus, vel præmittimus.*

CONCEP[illegible]ONIS DEIPARÆ.

Qua occaſione inſtitutum.

[illegible] Caroli Regis Franciæ fuit Cleric[illegible] eiuſdem R[illegible], beatam Mariam totis amans præcordiis, eiuſque h[illegible] quotidie legens deuotè, qui parentum ſuorum con[illegible] volens [illegible] cum puella ſpecioſa, ac nobili, accept[illegible] a ſ[illegible] nuptiali benedictione, Miſſa completa; re[illegible] qu[illegible] a horas de Domina non legiſſet, omnes de Eccleſia [illegible] ſponſam domum mittens, iuxta altare horas de Dom[illegible] gi[illegible]cumque antiphonam iſtam, Pulchra es & decora [illegible] a Hieruſalem, diceret; ſubitò apparuit ei virgo Chriſtifera inter Angelos duos, dicens: Si ego tam pulchra, & decora ſum, quid eſt quod me dimittis, & ſponſam aliam accipis? nonne ſum pulchrior illa? vidiſti tam pulchram? Qui reſpōdit: O Domina mea, claritas tua omnem F mundi pulchritudinem excellit, tu es ſuper choros Angelorum eleuata. Quid ergo vis vt faciam? At illa reſpondit: Si carnalē ſponſam amore mei dimiſeris, me ſponſam in cæleſti regno habebis; & ſi Conceptionis meæ feſtum annuatim ſexto Idus Decembris ſolemniter celebraueris, ac celebrandum prædicaueris, mecum in regno Filij mei eris coronatus: quibus dictis, beatiſſima mater Chriſti diſparuit: Clericus verò domum regredi renuens extra patriam cœnobium ingreſſus eſt, & monachus factus; atque poſt breue tempus meritis virginis prælectæ, Patriarcha Aquilegiæ effectus eſt, feſtumque Conceptionis eiuſdem omni anno diligenter celebrauit, & celebrandum ordinauit. *Ex D. Anſel. Epiſt. ad Co. Angliam Epiſcopos, Dionyſ. Carthuſ. de Concept. B. Virgin. tomi.* 2.

Conceptionis beatiſſimæ Virginis feſtum hinc originem traxit, dum B. Anſelmus Prior monaſterij Becenſis, poſtmodum Cantuarienſis Archiepiſcopus, pro quibuſdam vrgentibus negotiis ad partes Britanniæ nauigaſſet, iiſque expeditis ad patriam rediret, contigit omnia tempeſtate exorta, & intumeſcente procella nauem periclitari; & dum cuncti in diſcrimine nimio poſiti, omnique ſpe humana deſerti diuinum G auxilium, & B. Mariæ Virginis flagitarent, potiſſimè autem Anſelmus, qui beatæ Dei genitricis fuerat ſingularis deuotus: ſubitò conſpiciunt quendam mirabili claritate fulgentem, Pontificali habitu decoratum, ſuper vndas maris, verſus nauem ambulando venire. Qui proximus naui Anſelmum vocat: cúmque alloquitur, vt ſi periculum maris euadere cupit, & in patriā ſaluus redire, eidem promittat coram Deo, quod feſtum Conceptionis Matris Chriſti annis ſingulis ſolemniter celebraret, & celebrandū quibuſcumque poterit, ſuaderet; & cum ille de die feſto & officio fiendo interrogaſſet, reſpondit, quòd ſexto idus Decembris feſtum illud celebrandum erit, quo die beata concepta fuerat, & quòd idem officium, quo Eccleſia vtitur in eius natiuitate, in hoc feſto dicendum erat, mutato nomine Natiuitatis in nomen Conceptionis: & cùm primo de nomine nuntij interrogaſſet, reſpondit, ſe eſſe Nicolaum Epiſcopum à B. Dei genitrice, pro tali reuelatione & liberatione tranſmiſſum: mox Anſelmus iuſſa promiſit, & voti interpoſitionem confirmauit, ſtatimq; ſedata tempeſtate, & flante vento proſpero ad propria redierūt, & ſic ab eodem Anſelmo prius in monaſterio ſuo, deinde in Eccleſia Cantuarienſi, cui præfuit, dictum feſtum celebrari cœpit, deinde in pluribus Eccleſiis huiuſmodi conſuetudo inoleuit, vt feſtum Conceptionis beatæ Virginis 6. idus Decembris, & in Kalendariis aſcribatur, & ſolemni officio recolatur. *Ex Petro de Natal. l. 1. Catalogi Sanctorum cap. 41. Dionyſ. Carthuſian. conc. 1. de Conceptione B. Mariæ.* H

NATIVITATIS.

Dies autem Natiuitatis B. Mariæ aliquando fideles latuit; contigit autem, vt refert Ioannes Beleth, Quidam ſanctus vir contemplationi ſedulæ vacans, ſingulis annis 6. idus Septembris, iucundiſſimos Angelorum cantus audiret, qui Dominum inſtanter orauit, vt ſibi reuelaret, cur ea die tantum, & non alia, hoc audiret; demúmque reſponſum accepit; quòd Virgo Maria 6. idus Septembris nata fuit, de cuius Natiuitatis cœleſtis curia ſolemnitatem facit, mandans

A vt filius Eccleſiæ manifeſtaret, vt concordes fierent in tali feſto cœleſti curiæ; qui cùm hæc ſummo Pontifici & aliis intimaſſet, illi ſcripturis & antiquitatum teſtimoniis inſiſtentes, & eum eſſe virum ſanctum & magnæ auctoritatis, vera loqui credentes, Natiuitatem Virginis ipſa die celebrandā vnidecſaltet ſtatuerunt, videlicet 6. idus Septembris. Octaua autem Natiuitatis B. Mariæ, inquit Iacobus de Voragine olim non celebrabatur, ſed Dominus Innocentius IV. natione Genuenſis, ipſam inſtituit celebrādam. Cuius hæc cauſa, fuit: Gregorio enim IX. per mortem ſublato de medio, Romani omnes Cardinales in quodam conclaui concluſerunt, vt citius Eccleſiæ prouideretur: ſed cùm per plures dies concordare non potuiſſent, & ipſi à Romanis multas moleſtias ſuſtinuiſſent, vouerunt Reginæ cœli, quod ſi eius meritis concordarent, & liberi abire poſſent, Octauas ſuæ Natiuitatis diu neglectas de cætero ſtatuerent celebrandas: ſicque in dominum Cœleſtinum conuenerunt, & liberati per dominum Innocentium votum adimpleuerunt. Cæleſtinus enim modico tempore ſuperuixit, & ideo per eum impleri non potuit. *Petr. de Natal. in Catalog. l. 8. c. 51. Spec. hiſtor. Vincent. l. 7. c. 49. ex Ioan. Beletk, l. de diuin. Offic. c. 149. Durand. l. 7. c. 28.*

B
PVRIFICATIONIS.

Conſtantinopoli mortalitate magna inſurgente, ſtatuta eſt ſolennitas Purificationis B. Mariæ, quæ Græcè ὑπαντή, id eſt, obuiatio dicitur: eò quòd die illo Simeon obuiauerit oblato ſu templum Domino, & ita mortalitas illa ceſſauit. *Baron. t. 7. an. 544. n. 9. 10.*

OCTAVA ASSVMPTIONIS PRIMO
à Leone IV. inſtituta, & cur.

IACOBVS Philippus Bergomenſis Ordinis Eremitarum, libro 11. anno Domini octingenteſimo quadrageſimo octauo, in ſupplemento Chronicorum ſcribit, quòd Leo quartus Pontifex Sergio ſuffectus, vir certè religione, innocentia, humanitate, pietate, omnique bonitate, atque doctrina præclarus, ac denique tantæ ſanctitatis fuit, vt ſuis orationibus baſiliſcum ſerpentem, cuius venenato anhelitu perierant multi, è fornace Luciæ depulerit, crucíſque ſigno maximum illud incendium extinxerit, quod diu per domos Saxonum & Longobardorum vagatum fuerat, & D. Petri Baſilicæ appropinquabat. Ob cuius rei memoriam mandauit Aſſumptionis

C B. Mariæ Dei genitricis octauas, qua intercedente hoc miraculum impetrauerat, perpetuò celebrandas, quas, vt inquit Anaſtaſius, Roma antea minimè colebat, vigiliis ſacris, matutiniſque cum omni clero pernoctans laudibus in baſilica eiuſdem ſemper Virginis Dominæ noſtræ, quæ foris muros iuxta baſilicam B. Laurentij martyris ſita eſt; in qua etiam magna populi multitudo conuenit, nouæ feſtiuitatis cupiens celebrare ſolemnitatem. Hoc ipſe magnanimus cùm videret Antiſtes, omnibus qui aderant huic celebritati, plenius argenteos erogauit. *Iac. Philip. Bergom. Ord. Eremit. l. 11. ſub ann. Dom. 848. Baron. tom. 10. Annal. ann. 855. ſub Leone IV. ex Anaſtaſio Bibliothecario.*

☞ *Vide plura loco allegato.*

FESTA APOSTOLORVM.

Anno Domini milleſimo octuageſimo ſeptimo, peregrini quidam, dum orationis gratia ad B. Benedicti monaſteriū pergerent, obuiam habuerunt Canonicum ſenem. Percontantibus, quis eſſet: Petrum Apoſtolum ſe eſſe reſpondit. Sciſcitantibus, quò pergeret: Ad fratrem, inquit, Benedictum proficiſcor, vt cum illo paſſionis meæ celebrem diem. Romæ

D quippe conſiſtere nequeo, quia Eccleſia mea diuerſis procellis agitatur. Quod dum fratribus viri illi poſtmodum retuliſſent, ad ſuccedentem memoriam conſtituerunt, eiuſdem Apoſtoli ſolemnitatem non minori veneratione, quàm Patris Benedicti celebrandam. *Baron. tom. 11. Annal. Eccleſ. ad ann. Chriſti 1087. 5.*

FESTVM S. PETRI AD VINCVLA.

THEODOSIO Iuniore imperante, cùm Eudoxia eius vxor Ieroſolymam ſoluendi voti cauſa veniſſet, ibi multis eſt affecta muneribus: præ cæteris inſigne donū accepit ferreæ catenæ, auro gemmiſque ornatæ: quam illā eſſe affirmabat, qua Petrus Apoſtolus ab Herode vinctus fuerat. Eudoxia catenam piè venerata, eam poſtea Romam ad filiam Eudoxiam miſit, quæ illam Pontifici Maximo detulit: iſque viciſſim illi monſtrauit alteram catenam, qua Nerone Imperatore idem Apoſtolus conſtrictus fuerat. Cùm igitur Pontifex Romanam catenam cum ea, quæ Ieroſolymis allata fuerat, contuliſſet, factum eſt, [illegible] inter ſe [illegible] nectarentur, vt non [illegible] catena ab eodem artifice [illegible] deretur. Q[illegible] tac[illegible] honor ſacri[illegible] habe[illegible] cœpi[illegible] vt pr[illegible] S. P[illegible] etia titulo Eu[illegible] in Exqui[illegible] nonæ die feſt[illegible] K[illegible] An[illegible] qui di[illegible] pr[illegible] celebri[illegible] erat, Pet[illegible] V[illegible] cœpit. Quæ tacta ægros ſanabant, & dæmones eiic[illegible]. Quo in genere anno ſalutis humanæ nongenteſimo [illegible] nono accidit, vt quidam Comes, Othonis Imper[illegible] occupatis ab immundo ſpiritu ſeipſum dentibus dilaniaret. Quare is iuſſu Imperatoris ad Ioannem Pontificem ducitur: qui vt ſacra catena Comitis collum attigit, erumpens nefarius ſpiritus hominem liberum reliquit: ac deinceps in Vrbe ſanctorum vinculorum religio propagata eſt. *Ex Breuiar. Rom. Kalendis Auguſ. & Sigebert. in Chron. an. 438. & Naucler. tom. 2. gener. 15. an. 435.*

☞ *De Feſtis aliorum Apoſtolorum, Martyrum, quos hac ratione Eccleſia imitandos proponit; Virginum, Confeſſorum, imo & Angelorum, quando, & a quibus inſtituta, alliaque eo ſpectantia, videat Lector apud Cardin. Bellarm. & Franciſ. Zoeres loco ſupra indicato, parti ilatim vero apud Cardin. Baronium in Martyrologio nuper ed [illegible].* F

FESTVM ANIMARVM.
Siue anniuerſaria Commemoratio fidelium defunctorum à S. Odilone Abbate Cluniacenſi inchoata, & poſtea inſtituta ab Eccleſia.

Anno Domini nongenteſimo nonageſimo octauo, quidam religioſus ab Hieroſolymis veniens, in Sicilia recluſi cuiuſdam humanitate aliquandiu recreatus, didicit ab eo inter cætera, quod in illa vicinia eſſent loca eructantia flāmarum incendia; quæ loca vocantur ab incolis Ollæ Vulcani, in quibus animæ defunctorum luant diuerſa pro meritorum qualitate ſupplicia, ad ea exequenda deputatis ibi dæmonibus, quorum ſe crebrò voces, iras, & terrores, ſæpe etiam eiulatus audiſſe dicebat plangentium, quòd animæ de manibus eorum eriperentur per eleemoſynas, & preces fidelium, & hoc tempora magis per orationes Cluniacenſium orantium indefeſsè pro requie defunctorum. Hoc per illum Abbas Odilo comperto, conſtituit per omnia monaſteria ſibi ſubiecta, vt ſicut primo die Nouembris ſolemnitas omnium Sanctorum, agitur, ita G ſequenti die memoria omnium in Chriſto quieſcentium celebraretur. Qui ritus ad multas Eccleſias tranſiens, fidelium defunctorum memoriam ſolemnizari fecit. Quod autem ille in ſuis monaſteriis (inquit Baronius) faciendum curauit, id poſtmodum Romani Pontificis auctoritate vbique locorum ſeruandum ſacris legibus ſancitum videtur. *Sigebert. Gemblac. in Chron. an. 998. Ioan. Trithem. in Chro. Hirſaugienſ.*

FESTVM OMNIVM SANCTORVM.
CAVSA INSTITVTIONIS.

Hoc omnium Sanctorum feſtum inſtitutum eſt propter orationum noſtrarum faciliorem impetrationem, vt ſicut Eccleſia militans hodie omnes Sanctos vniuerſim honorat; ſic & ipſi viciſſim pro nobis omnes ſimul intercedant. Quæ ratio in Oratione tangitur, dum dicitur; *Deſideratam nobis tua propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiaris.* Quòd autem Sancti omnes ita vniuerſim pro nobis intercedant, ſequenti anno à feſto inſtituto tali viſo mōſtratum eſt: Cùm enim Cuſtos Eccleſiæ S. Petri in Vrbe altaria omnia circuiſſet, & omnium Sanctorum ſuffragia implorаſſet, ad altare S. Petri rediens in ſpiritu rapitur: & ecce vidit Regem Regum in ſublimi ſolio cōſidentem, & omnes Angelos circumſtantes: deinde Regina in diademate fulgente cum dominarum multitudine aduenit: cui Rex aſſurgens, eam iuxta ſe ſedere fecit. Poſt hæc venit quidam veſtitus pilis camelorum, H quem ſequebatur multitudo venerabilium ſeniorum. Deinde aduenit alius in Papali habitu decoratus, quē plurimi in Pōtificalibus ſequebantur. Poſtea proceſſit innumera militiæ multitudo. Poſt quos aduenit turba diuerſarum gentium infinita. Hi omnes Regem flexis genibus adorauerunt. Angelus autem, qui cuſtodem ducebat, eidem viſionem expoſuit, aſſerens, Reginam Dei matrem eſſe: Dominus verò, virgines continentes: pilis camelorum veſtitum, Ioannem Baptiſtam: Seniores, Patriarchas & Prophetas: Papali habitu ornatum, Petrum Apoſtolum; Pontifices, Apoſtolos omnes; Milites Martyres; turbam reliquam, Confeſſores. Qui ideo ante Regem Chriſtum aduenerant, vt pro honore ipſis hoc die exhibito

[illegible] gratias [illegible] exo[illegible]nt. Deinde

A dictus cuſto[illegible] ad diu[illegible] vi[illegible] vtriuſque ſexus homines, al[illegible] immen[illegible] delici[illegible] gaudentes: alios inopes & f[illegible]ne[illegible]os [illegible] Dixit a[illegible] Angelus, hunc locum Purgatorium e[illegible] [illegible]a[illegible]illas eſſe, quibus ab amic[illegible] pet[illegible] [illegible]eb[illegible] [illegible]nes verò, quarum cura nulla hab[illegible] Iuſſit igitur, vt [illegible]mnia viſa Pontifici intimaret, & poſt omnium Sanctorum feſtum, diem ſtatueret animarum, vt [illegible]ltem generalia ſuffragia illo die pro illis fierent, qui ſpecia[illegible]ia habere non poſſent. Et ideo commemoratio Defunctorum ſequenti die ordinata eſt. *Equilin. Epiſt. in Catalog. Sanct. l.10. c.1.*

☞ *De feſtis quorum hic meminimus, etiam nonnulla traduntur in loco de Religione Tit. Religi ſus cultus reſpectu materia conſideratus. Vbi de Temporibus ſacris.*

DIES ROGATIONVM.

QVANDO, CVR, A QVO INSTITVTI.

Anno Chriſti Domini quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, beatiſſimus Mammertus Viennenſis Epiſco[illegible] eadem imminentem lacrymis & precibus ſuis à Vie[illegible]ne[illegible] ſium vrbe remouit. Siquidem incendia crebra, terræmot[illegible] [illegible] B nocturni ſonitus quidam totius vrbis funeri prodigioſum quiddam ac ferale minitantes, populoſis hominum conuentibus, domeſticæ ſyluestrium ferarum ſpecies obſeruabantur, lupi, vrſi, ac cerui, naturaliter pauidi, per anguſta portarum vſque ad fori lata penetrabant. Quid multis? Imminente ſolennitate Vigiliarum, qua celebrari feſtum Dominicæ Reſurrectionis annua conſuetudo poſcebat, ædes publica, quam præcelſo ciuitatis Viennenſium vertici ſublimitas in immenſum faſtigiata ſuſtulerat, flammis terribilibus conflagrare crepuſculo cœpit. Interpolatur nunciis diſcriminis iocunditas ſublimitatis, pleno timoribus populo Eccleſia vacuatur; omnes namque ſimilem facultatibus vel domibus propriis caſum de quadam præimminentis incendij arce metuebant; perſiſtit tamen coram feſtiuis altaribus inuictus Antiſtes ſanctus Mammertus; & calorem fidei ſuæ accendens flumine lacrymarum, permiſſam ignibus poteſtatem incendio abſcedente compeſcuit; deſperatione depoſita redditur ad Eccleſiam, in eáque vigiliarum nocte ſanctæ Paſchæ concepit animo Rogationes, atque ibi cum Deo tacitus definiuit quicquid hodie Pſalmis ac precibus mundus inclamat. *Ado Viennenſis in Chron. ætate, 6. ſub ann. Dom. 452. & Gregor. Tur. lib. 2. hiſt. Franc. cap. 34.*

C ☞ *Vide Rogationes, & Rogationum dies, in littera R.*

NVMERVS ET COMPARATIO FESTIVITATVM PRÆCEPTARVM.

Numerus Feſtiuitatum, quæ ex generali Eccleſiæ præcepto obſeruari ab omnibus debent, ad LXXX. vt ſummum aſcendit. Sunt enim Dominicæ regulariter LII. nam per ſingulos annorum ſenarios numerantur LIII. Feſta Domini X. quorum duo in Dominicas coincidunt, quibus adde IV. adiuncta Paſchæ & Pentecoſtes & IV. ſolemnitates B. Virginis: Natiuitatem Ioannis Baptiſtæ: Apoſtolorum X. quia aliqui combinantur, Martyrum tres, inuenies numerum à nobis indicatum. In particularibus autem Prouinciis plura adiiciuntur, vtpote SS. Martini, Nicolai, Catharinæ &c. vel Patroni, aut Sancti alicuius particularis, vel Dedicationis Eccleſiæ ſic vt numerus vtrobique nequeat definiri.

Sunt autem omnia Feſta æqualia quoad omiſſiones, vel actiones, ad quas obligat præceptum obſeruandi feſtos dies.

Intéſiuè tamen, vt loquuntur Theologi, oritur inæqualitas D quædam ratione dignitatis, & ſolemnitatis ipſius Feſti: quod quo eſt dignius, etiam maior eſt obligatio illud ſeruandi, magiſque peccatur in illius tranſgreſſione, aut contemptu. Atque hinc etiam fit, quod maiora ſigna honoris & cultus ab Eccleſia adhibeantur in Feſtis quæ maiora vocãtur, quam in aliis. Communiter autem ſeptem maiora exiſtimantur: Paſchæ, Pentecoſtes, Natiuitatis, Corporis Chriſti, Epiphaniæ, omnium Sanctorum, & Aſſumptionis Deiparæ. Addunt alij Aſcenſionem Domini, omiſſo feſto Aſſumptionis.

Dominicæ omnes abſque concurſu alterius feſti ſpectatæ, ſunt æquales: quamuis Dominica in albis celebretur officio duplici, propter octauam Paſchæ. Item Dominicæ Quadrageſimæ, & aduentus à populo magis colũtur ratione temporis ſacri. Videtur etiam Dominica Septuageſimæ peculiarem cultum adducere, nouumque officiandi ritum, omititur enim Alleluia, &c. Ratio autẽ nominis iſtius à Ruperto tangitur, quod nempe ſit prima ſeptem Dominicarum, quam ante Dominicam Paſſionis Eccleſia præcepit celebrari, vt quibus E in memoriam reuocat ſpiritualem noſtram captiuitatem, à qua per Dominicam Paſſionem liberati ſumus. Reliqua videantur apud Alcuinum *de Offi. diuin.* Durantum, & Iſidorum de eodem argumento.

FESTORVM DIERVM APVD CHRISTIANOS VERA RATIO ET CVLTVS PER EXEMPLA.

De [illegible]norundam obſeruatione diximus ſupra.

EX S. SCRIPTVRA.

Chriſtus Dominus exemplo ſuo docuit, feſta [illegible] inſtituta ob[illegible]nare, quando cauſa Paſchæ Iudæorum aſcendit Hiero[illegible]ymam, & eiecit è templo ementes & vendentes, quod orationi & [illegible] deputatum erat. *Ioan. c. 2.* Quin addit Euang[illegible] autem eſſet Hieroſolymis in Paſcha in die feſ[illegible] [illegible]derunt in nomine eius. *Ibidem.*

Di[illegible] h[illegible] Domini ſpicas vellentibus, eáſque manducantibus [illegible]xerunt Phariſæi: Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet facere Sabbatis: At ille, Non legiſtis quid fecerit Dauid, &c *Matth. 12. Luc. 6.*

Vt Chriſtus Dominus huius præcepti intelligentiam aperiat, non eſſe ab omni prorſus opere ceſſandum, multa, aliaque F bona opera fecit, nam Sabbato manum aridam ſanauit. *Matth. 12.* mulierem *Luc. 13.* & alios. Imò in Sabbato lex Dei proponebatur, & legebantur voces Prophetarum *Actor. cap. 13.*

HISTORICA.

ETHNICORVM FESTA SERVANTIVM.

Sub Mauritio Imperatore, bello inter Romanos & Hunnos ſub Priſco duce & Caiano Rege flagrante, quum Romanus exercitus magna annonæ inopia laboraret, inſtante feſta ſolennitate Paſchali, Caietanus ad Priſcum miſit, qui diceret: Mitte ad me currus, & ego tibi alimenta mittam, quibus læranter hæc feſta Paſchalia peragens. Miſit igitur quadraginta currus, mittens ſimul ad Caianum aromata Indica, piper, caſſiam, & ſimilia: & ei remiſit Hunnus alimenta copioſa, atque ita durante feſto ſimul frequentabant, ſine vllo metu, aut ſuſpicione, finito feſto ad arma redibant. *Niceph. Call. lib. 18. hiſt. Eccl. cap. 36.*

CHRISTIANORVM, AC PRIMVM IMPERATORVM, QVI DIEM DOMINICVM VENERARI legibus ſuis ſanxerunt.

G An. Chriſti Dom. 321. Conſtantinus Imp. hanc de feriando die Dominico edidit ſanctionem: Sicuti indigniſſimum videbatur, diem Solis veneratione ſua celebrem, altercantibus iurgiis & noxiis partium cõtentionibus occupari: ita gratum ac iucundum eſt, eo die, quæ ſunt maximè votiua, compleri. Atque ideo emancipandi atque manumittendi die feſto cuncti licentiam habeant, &c. Et Euſebius teſtatur, eandem feriationem diei Dominici ab eodem Conſtantino imperatam, & quid eo die faciendum eſſet præſcripſiſſe, dum ſic ait: Idoneum verò precationi tempus ſalutarem diem Dominicum conſtituebat: quippe qui tum verè præcipuus eſt, haud dubiè primus: ac paulò poſt: Satellites etiam fidi corporis cuſtodes, beneuolentia erga Principem & fide armati, Regem ipſum piorum morum præceptorem ſequebantur: cùm ipſi perinde ſalutarem & Dominicum diem venerarentur, & preces ab Imperatore deſcriptas eodem die perſoluerent. Hoc idem vt facerent, omnibus perſuaſit beatus Princeps, quaſi huc preces ſuas retuliſſet, vt ſenſim & pedetentim mortales omnes ad Dei cultum traduceret. Quapropter ſtatuit, vt cuncti Romano Imperio parentes, diebus de Saluatoris nomine H nuncupatis ab omni opere feriarẽtur; vt etiam dies, qui Sabbatum antecederent, venerarentur ob memoriam (vt mihi videtur) earum rerum, quæ iis diebus à communi omnium Saluatore fuerunt geſtæ. Cúmque hunc ſalutarem diem, quem Lucis vel Solis diem appellamus, vniuerſum exercitum omni ſtudio colere docuiſſet; iis, qui diuino inſtinctu fidem ſecuti erant, otium fecit, vt liberè poſſent Eccleſiam Dei frequentare, quò ſine vllo impedimento preces Deo perſoluerẽt: Sed aliis, qui nondum diuinam guſtarant doctrinam, alia quadam lege mandauit, vt Dominicis diebus in patentes ſuburbiorũ campos exirent; atque vt ibi eadem precationis forma, dato ab vno aliquo ſigno, omnes ſimul ad Deum vterentur: Non enim oportere aiebat, armis vti, & rerum ſuarum ſpem in armis aut corporum viribus ponere; ſed vniuerſitatis Deum, rerum omnium bonarum & ipſius victoriæ auctorẽ agnoſcere,

cum oporteret etiam panſis in cœlū manibus, & ſublatis al-
A tiſſimè ad Deum cœleſtem Regem mentis oculis,conſtitutas
preces reddere;vt illum victoriæ largitorem, & conſeruato-
rem, cuſtodem nobis, adiutorémque precibus imploremus.
Formulam verò precādi ipſe militibus omnibus præſcripſit:
Te ſolùm Deum agnoſcimus: te Regem profitemur:te adiu-
torem inuocamus: per te victorias conſecuti ſumus: per te
hoſtes ſuperauimus:abs te & præſentem felicitatem conſe-
cutos fatemur & futura adepturos ſperamus:tui omnes ſup-
plices ſumus.Abs te petimus,vt Conſtantinum Imperatorem
noſtrum vnà cum piis eius liberis quàm diutiſſimè nobis
ſaluum & victorem conſerues. Eiuſmodi ferè ſanciebat a mi-
litibus Solis die fieri,taléſq; ab eis voces in diuinis precibus
adhiberi.Addit Sozomenus:Dominicum diem,quem Hebræi
primum Sabbati appellāt;Græci Soli deputant,à iudiciorum
& aliarum rerum negotiis liberum,à cunctis celebrari,inque
illo oratione ac ſupplicatione Deum coli voluit. Eum verò
diem ſic honorauit, quòd in eo Chriſtus à mortuis reſurre-
xerit; alterum autem,quod in illo crucifixus fuerit, *l. 3. de*
feriis, C. Theodoſ. Et Euſeb.in vita,l.4. c.15. & 19.

Anno Chriſti Domini trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo,
Imperatores Valentinianus,Valens & Gratianus Auguſti, ad
Lampadium Viuentium vrbis Romanæ præfectum, ita ſcri-
bunt:Ob diem Paſchæ,quem intimo corde celebramus,om-
nibus,quos reat⁹ adſtringit, carcer incluſit,clauſtra diſſolui-
mus. Attamen ſacrilegus,in maieſtatem reus,in mortuos ve-
neficus,ſiue maleficus,adulter,raptor,homicida, communio-
ne iſtius muneris ſeparentur.Datum Romæ,3.Non.Maij. *Ex*
l.3.de Indulg. Cod.Theodoſ. Bar. tom.4.an. 367.

LVDI THEATRALES, SCENICI, *Item*
IVDICIA, CONVENTVS EODEM DIE,
ALIISQVE INTERDICTI.

Anno reparatæ ſalutis humanæ per Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum quadringenteſimo ſexageſimo nono,Leo V.
Imperator ad conciliandam ſibi in ſummo diſcrimine diui-
nitatem, menſe Decembri, de ſanctificandis feſtis diebus,
prohibendiſque in eiſdem Circenſibus, Scenicíſque ſpecta-
culis eiuſmodi promulgauit ſanctionem:Dies feſtos maieſtati
altiſſimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari,
nec vllis exactionum vexationibus profanari. Dominicum
C itaque diem ita ſemper honorabilem decernimus veneran-
dum,vt à cunctis executionibus excuſetur.Nulla quenquam
vrgeat admonitio, nulla fideiuſſionis flagitetur exactio, ta-
ceat apparitio,aduocatio deliteſcat; ſit ille dies à cognitio-
nibus alienus,præconis horrida vox ſileſcat:reſpirent à con-
trouerſiis litigantes, & habeant fœderis interuallum;ad ſeſe
ſimul veniant aduerſarij non timentes,ſubeat animos vicaria
pœnitudo,pacta conferant, tranſactiones loquantur.

Nec huius tamen religioſi diei otia relaxantes quenquam
patimur voluptatibus detineri.Nihil eodem die ſibi vendicet
Scena theatralis,aut Circenſe certamen, aut ferarum lacry-
moſa ſpectacula: Et ſi in noſtrum ortum aut natalem cele-
branda ſolennitas inciderit, differatur. Amiſſionem militiæ,
proſcriptionémque patrimonij ſuſtinebit,ſi quis vnquā hoc
die feſto ſpectaculis intereſſe,aut cuiuſcumque Iudicis appa-
ritor prætextu negotij publici vel priuati,hæc quæ hac lege
ſtatuta ſunt, crediderit temeranda. Data Idibus Decembris,
Conſtantinopoli,Zenone & Marcellino Conſulibus. *L.vlt.*
Cod. de feriis: apud Baron. tom.6. An.Dom.469.

Dominico,qui ſeptimanæ totius primus eſt dies,& Natale,
atque Epiphaniorum Chriſti,Paſchæ,& in Quinquageſimæ
diebus,quamdiu cæleſtis lumen lauacri imitantia nouā ſan-
D cti baptiſmi lucem veſtimenta teſtantur;quo tempore & me-
moratio Apoſtolicæ paſſionis totius Chriſtianitatis magiſtræ
à cunctis ritè celebratur, omni Theatrorum atque Circen-
ſium voluptate per vniuerſas vrbes earundem populis dene-
gatâ, totæ Chriſtianorum ac fidelium mentes Dei cultibus
occupentur. At ne quis exiſtimet in honorē numinis noſtri,
veluti maiore quadam Imperialis officij neceſſitate compelli,
& niſi diuina religione interrupta, ſpectaculis operam præ-
ſtet; ſubeundam forſitan ſibi noſtræ ſerenitatis offenſam, ſi
minus circa nos deuotionis oſtenderit, quàm ſolebat: nemo
ambigat,quod tunc maximè manſuetudini noſtræ ab huma-
no genere defertur,cùm virtutibus Dei omnipotētis ac meri-
tis vniuerſi obſequiū orbis impenditur. Hæc idcirco,inquit
Baronius, quòd in ſpectaculis coronare ſolerent imagines
Imperatorū,& fauſtis eas acclamationibus proſequi, quibus
quidem ob propenſionem ad Dei cultum feſtis diebus ex hi- E
bendum Imperator volens libenſque carere voluit. *lib. 5. de*
Spectaculis, C. d.Theodoſ. apud Baron. tom.5. an.425.

Ad me perlatum eſt,inquit, D.Greg.vobis a peruerſis ho-
minibus eſſe prædicatum, vt Dominicorū die nullus debeat
lauari.Et quidem ſi pro luxu animi atque voluptate quis la-
uari appetit,hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus:
Si autem pro neceſſitate corporis, hoc nec Dominico die
prohibemus.Scriptum quippe eſt;*Nemo vnquam carnem ſuam*
odio habet, ſed nutrit & fouet eam. Qui igitur carnis curam in
concupiſcentiis fieri prohibet, profectò in neceſſitatibus
concedit:Nam ſi Dominicorum die corpus lauare peccatum
eſt,lauari ergo eodem nec facies debet.Si autem hoc in cor-
poris parte conceditur, cur hoc exigente neceſſitate toti
corpori denegatur? Dominicorum verò die à labore terreno
ceſſandum eſt,atque omni modo orationibus inſiſtendum.Vt
ſi quid negligentiæ per ſex dies agitur,per diem reſurrectio-
nis Dominicæ precibus expietur. *Ex Biblioth.Vatic. & Cod.*
vetuſt. Ioan. Diac. l.4. vita, c. 51.

Anno, qui ſupputatione Græcorum à mundi origine nu- F
meratur ſex milleſimus quadringēteſimus ſexageſimus quar-
tus,ex hac vita in cœlum migrauit magnus ille Paulus Ana-
choreta. Prænouit ſuum exitum fore 15. Decembr.cuius rei
cauſâ lætior effectus Sanctorum natales dies hilarior cele-
brauit, præcipuè verò,quam alacrius celebrare conſueuerat,
S.Æcatatinæ.De cuius feſta die hæc in eius vita auctor fide-
lis: Et aliorum quidem Sanctorum memoriæ, hilaritatis an-
ſam Paulo dabant: martyris verò Æcatatinæ non ſolùm vo-
luptate ſanctum replebat, ſed propemodum exultatione &
tripudio. Etenim celebrabat illā non corporis tantùm ſenſu
ſed admixta ſimul ſpirituali lætitia, aut potius præcipuū id
erat, quod ſpiritui dabat. Ferianti igitur,& ſub dio epulanti
cum fratribus,largus imber imminebat,monachóſque ſurge-
re parentes ipſe inhibuit: & pluuia curſum tanquā iuſſa re-
preſſit, ne gutta quidem vel tenui lapſa, quoad ſublatæ ſunt
menſæ. Idem verò ſurgendi initium fuit,& pluuiæ cadendæ,
mox enim magno impetu & copia ferri, quaſi teſſera data,
cœpit.*Baron.tom.10. Annal. ad ann.Chriſti 956.ex Curopalate.*

VENERANTES FESTA A DEO MVNERANTVR.

De veneratione rerum diuinarum ſtupendum valde audiui
miraculum à fratribus Ordinis Prædicatorum,qui perſonas, G
per quas geſtum eſt, cognouerunt. In Theutoniæ partibus
Miles quidam ad deponendam herbam de prato conduxerat
falcatores. Illis igitur falcantibus in vigilia cuiuſdam San-
cti, vbi tempus veſpertinum aduenit, per villas in circuitu
cōpulſabatur,& mox vnus ad ſocios falcatores; Deſiſtamus,
inquit,ab opere,quia iam veſperæ cōpulſantur. Sed cùm illi
nollent, imò magis verbis confunderent admonentem, ipſe
mox opere derelicto ad veſperas iuit. Tertiò autem die ad
opus imperfectum cum aliis rediens,vidit,quod antecedenti-
bus aliis,ſe ſolum falcare poſterius oporteret,& propter hoc
ab omnibus eſt deriſus. Patienter autem ferens riſus omniū
& cachinnos,vbi manum ad falcem poſuit,ante ſe pendentem
in ſurculo graminis dragmam miræ & inuiſæ magnitudinis
auream mox inuenit: Curuatus ergo in genibus cum lacry-
mis Dominum benedixit. Quo clamante concurrunt ſocij,
concurrit & miles prati dominus,vident diuinum miraculū,
ſcripturámque miles litteratus in nummo voce patria legens
hæc,interpretari potuimus, continebat: *Manus Dei me com-*
pegit,& in donum me redegit pauperis,qui non infregi: diem ſancto
*celebrem.*Hanc drachmam vxor militis ferè marcha erga pau-
perem emit,& multis poſtea in rei geſtæ probationem oſten-
dit. *Ex Thoma Cantipraten. l. 2. Apum.c.53.p.9.* H

Feſtos dies pro ingenij modulo religioſè admodum pera-
gebat B.Elizabeth Regis Hungariæ filia,ita vt (quod ea fuit
ætate mirum)ſemper aliquid ſibi de ornatu corpuſculi decer-
peret,ſciens Deo magis mentem,quàm veſtem placere,acce-
ptiorémque animum eſſe religionis ſtudio deditum, quàm
corpus margaritis,purpura,lapillis,auróque,& argento præ-
fulgidum.Proinde Chirothecarum vſum tantiſper intermit-
tebat, dum res diuina compleretur;volens officio quamtum-
uis paruo, conſuetudini ſuæ aliquid detrahere, & voluntati
aliud ſuadenti pro Deo contrarium ingerere. *In vita eius c.2.*
apud Sur.19. Non. tom. 6.

De THOMA MORO Angliæ Cancellario memoratur, quod
etiā carceri incluſus ab Henrico VIII.ſemper diebus feſtiuis
melioribꝰ indui veſtimētis voluerit,quod non modo interno,
ſed

[illegible] exte [illegible] veneranda eſſe aſſereret.
A Quo accepta [illegible] ſententiâ, dum illius executio differretur [illegible] tranſlationi S. Thomæ Cantuar. ſummo cum gaudio excepit. Dicebat autem in illius vigilia, vtinam craſtinus me di[illegible] D[illegible] contingeret! Et ita euenit. Illum namque diem ſuo Martyri Deus indulſit, in quo & Patroni, cuius is nomen deferebat, ſancti[illegible]ue Petri Apoſtoli (incidit enim in Octauum Apoſtolorum [illegible]le dies) pro cuius primatu ſanguinem fundebat, celebris memoria in Eccleſia fiebat. *Thom. Stapleton. In vita cap.* 19.

Quidam Religioſus magnæ deuotionis, ad Deum, & ad Sanctos eius tam deuotus erat, vt quodlibet feſtum haberet in charta depictum, & quandiu quodlibet feſtum durabat, tamdiu chartam illius feſti depictam, quam in inchoatione feſti in pariete cellæ ſuæ appenderat, pendere dimiſit, & ante illam ſedendo, & deuotè inſpiciendo orabat, gemebat, plorabat. Tam deuotus enim erat ad feſta B. Virginis, quod quodlibet feſtum ipſius aliquibus diebus antè ſuſcipiebat, dicendo mille vicibus, Aue Maria. Tam deuotus præcipuè ad Feſtum Omnium Sanctorum, quòd antea per vnam ſeptimanam ieiuniis & caſtigationibus ſe ad ſuſcipiendum feſtum ipſum
B præparabat, & per octo dies ad honorem omnium Sanctorum Feſtum deuotione ſedula peragebat. Tam deuotus inſuper extitit in ſuis Miſſis, quòd multum grauabatur, ſi miniſter, vel alia perſona ſtaret, vbi faciem eius videre poterat, quia de oculis ſuis lacrymæ fluebant, genas vberrim irrigabat, quod hominibus relatum eſſe cupiebat. Iſte quia deuotus erat in Sanctos, in die omnium Sanctorum migrauit ad Dominum, qui poſt aliquas ſeptimanas apparuit cuidam deuoto Religioſo in ſomnis pulcherrimus & iucundus, indicans ſe Sanctorum collegio ſociatum. *Iordan. Saxonic. lib. 2. de communione ſpir. cap.* 17.

FESTORVM VIOLATORES, CONTEMPTORES, PROFANATORES PVNITI:
AC PRIMVM
PROFANANTES DIEM DOMINICVM.

Poſtquam inuenta eſſent Thebæorum martyrum corpora poſt multos paſſionis ſuæ annos, S. Theodoro Agaunenſium Epiſcopo reuelata, in eorum honorem cùm exſtrueretur baſilica, quæ vaſtæ tunc adiuncta rupi vno tantum latere ac-
C cliuis iacebat, ſed nunc iubente præclaro meritis Ambroſio loci illius Abbate, denuò ædificata, bicliuis eſſe dignoſcitur: quid miraculi tunc apparuerit, ne quidquam tacendum putaui. Accidit, vt inter reliquos artifices, qui inuitati ad hoc opus conueniſſe videbantur, quidam eſſet Aurifex, quem adhuc gentilem eſſe conſtaret. Hic cùm Dominico die, quo cæteri ad expectanda diei eius feſta abſceſſerant, in eadem domo, in qua artem agebat, ſolus ſubſtitiſſe, in illo ſecreto ſe ſubitò manifeſtantibus Sanctis, hic idem aurifex rapitur, & ad pœnam, vel ad ſupplicia diſtenditur. Et viſibiliter turbam martyrum cernens, verberatur etiam increpatur, quòd vel die Dominico ſolus Eccleſiæ deeſſet, vel illum ornatum operis ſancti ſuſcipere gentilis auderet. Quod ideo miſericorditer à Sanctis factum conſtitit, vt aurifex ille conſternatus & territus ſalutare ſibi nomen poſceret, ſtatimque Chriſtianus effectus eſt. *In vita S. Mauritij & ſociorum* 22. *Sept. cap.* 11. *apud Sur.*

Cum S. Stephanus Dienſis Epiſcopus iam concionando, exhortando, viſitando cœpiſſet exercere munus ſuum, & totius populi cum multo zelo ſtudere ſaluti, inuenit gentem illam
D execrabili conſuetudine rerum non honorare diē Dominicum: imò verò contra Dei præceptū diabolo illum dedicare, quod illo ſolo die exercerentur nundinæ, tabernæ, choreæ, ludi, luxus, & pernicioſa ſpectacula. Quamobrē ad populum concionatus, blandis & mellitis verbis, apertiſſimiſque rationibus oſtendit eis peccati illius enormitatem, diuinæq; majeſtatis offenſionem & contemptum. Sed gens belluina & cæca non ſolum non admiſit ſermones eius, ſed etiam per côtemptum eos audire recuſauit. Dolens autē ſeruus Dei tam proteruos illos ad corrigendos mores, ad ritus impios, tam planè barbaros, tam erga religionem Chriſtianam inſolenter, tam vita profanos, acrius inſiſtendū exiſtimauit. Itaque intelligēs ſe non mercenarium eſſe, ſed Paſtorem, conſtituit, opportunè, importunè prædicationi incūbere, ſi fortaſſis poſſent reſipiſcere à diaboli laqueis, à quo captiui detinebātur. At ſurdas illorum aures ſermo diuinus minimè penetrabat. Tum verò animi magno concepto dolore, Apoſtolicum virum referens,

& [illegible] Apoſtolatus ſigna [illegible] oſtendens, præcepit dæ- E
mo[illegible]us, qui ad ea, quæ diximus, facinora illos incitabant, & qu[illegible]rum v[illegible]luntati parebant, vt ſine vlla cuiuſquam læſione p[illegible]lam ſe eis viſendos exhiberent. Mox parent illi dæmone[illegible]uem homines pertinaces audire nolebant. Videre tum liceb[illegible] horrendum & terribile ſpectaculum, dæmones proce[illegible]ra & immani ſtatura, nigerrimos, cornutos, fœtorem & flammas ſpi[illegible]antes, ad viri imperium apparere cunctis, rurſumque recedere, nec quenquam lædere poſſe. Cœpit ergo excæcata gens a[illegible]erire [illegible]culos, vitam & mores corrigere. *In vita S. Ste[illegible]phani Epi[illegible]c. Dienſis, apud Surium, tom. 5. Sept. 7. cap.* 9.

Quidam auſu temerario die Dominica iungens boues agrum ſul[illegible]are cœpit, apprehenſ[illegible]i, vt aliquid emendaret in vomere, protinus co[illegible] digitis manubrium in dextera eius [illegible]hæſit cumque [illegible]æ dolore nimio cruciaretur, poſt duos annos v[illegible]iens ad B. [illegible]artyris Iuliani Baſilicam vigilias fideliter cel[illegible]brauit: ſtatim in ipſa die dominica reſeratâ manus: ig[illegible]um [illegible]od inuitus tenebat; amiſit; magnam infe[illegible]s pop[illegible] diſciplinam, vt quod die Dominica fuerat per[illegible]atum, ipſa quoque die Dominica purgaretur. At ille magnificans gloriam Martyris receſſit incolumis, nec vltra die
F reſurrectionis Dominicæ quidquam auſus eſt operari. *Greg. Turon. mirac. lib. 1. cap.* 11.

Vir Quidam Auarus, inſtigatus cupiditate, arreptâ ſecuri die Dominica auidus operator extiterat. Quem, ſecuris manubrio in manibus inhærente, vltio ſtatim diuina ſubſecutā eſt. Idem tamen cogentibus doloribus, poſt menſes quinque Maurilium Epiſc. Andegauenſem expetens ſuæ ordinē culpæ flebiliter confitebatur. Cuius cum vir beatus pœnitudinem vidiſſet, commotus ſpiritu dolere cœpit. Sed cùm ſanctus Maurilius manubrium tetigiſſet ſecuris, illico laxatis neruis, & erectis digitis, omniq; fugato dolore, manus integrè reformatur, & ſoſpes cùm gaudio eſt regreſſus. Et alter Quidam Belgicus nomine, primo die Paſchæ proprias ſegetes ſeruis proprijs temerario iure mundare præceperat. Mancipia autem cùm reniti cœpiſſent, ac dicere, contra auctoritatem fore, vt tali die opera agerentur ſeruilia, Dominus eorum, vt id agerent, eos coëgit inuitos. Sed cùm ſegetes ingreſſi, lolia, & quæcunque inutilia ſarrire tentaſſent, mox Belgicus oculorum cæcitate percuſſus, cœpta deſererent, immenſis vocibus
G clamabat inuitus. Cum autem per tres annos in ea cæcitate permanſiſſet, dum Beatum Maurilium pro commiſſi ſibi populi ſalutatione, vt Epiſcopis moris eſt, vicos ac villas circuiſſe audiſſet, cogentibus continuis doloribus, ſedulus ac deuotus expetebat, vt ei vel veſtimentum tangere Sacerdotis concederetur, confidens per hoc ſe poſſe ſtatim ſanari. Quod cùm præparantibus amicis tangere meruiſſet, mox merito Sacerdotis lumen amiſſum recipere meruit. *In vita S. Maurilij apud Sur. tom. 5. Sept. 13. cap. 17. &* 18.

Poſtquam Ioan. Caſtellæ & Legionis Rex, feliciter bellā geſſiſſet contra Ducem Alencaſtriæ, quadam Dominica die, cùm eſſet apud Alcala de Henares, ante prandium equitauit equum quendam non ſatis domitum, & cùm extra oppidum curſum faceret, equus ipſe tam fortiter reſpitauit, vt ſupra regem caderet. Taliter eum inter ſellam & terram oppreſſit, quòd infra paucas horas mortuus eſt: Nec dubitandū eſt diſplicuiſſe immortali Deo, hunc Principem Dominicæ feſtiuitati non ſatis honoris tribuiſſe: Nam ſcriptum eſt; *Benedixit Dominus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum*: Nec enim ſolùm ab omni opere ceſſare prohibuit, ſed & à venationibus & vanis
H ioculationibus. *Rodericus Toletan. 4. part. hiſt. Hiſpan.*

Sub vrbis Turonicæ territorio apud vicum Langauienſem, Mulier quædam ex incolis conſperſa Dominica die farina panem formauit, quem ſegregans prunis cinere feruenti contegit decoquendum. Quod cùm feciſſet, protinus eius manus dextera diuino igne ſuccenſa cœpit exuri. At illa vociferans & plangens, baſilicam huius vici, in qua reliquiæ B. Ioannis Baptiſtæ continentur, expetiit, & oratione fuſa vouit, in hac die diuino numini conſecrata nullam operam exercere, niſi tantum orationi vacare. Nocte verò ſequenti facit cereum in altitudine ſtatus ſui. Tunc in oratione pernoctauit, tento tota nocte manu propria cereo, extinctis ardoribus incolumis eſt egreſſa. *Gregor. Turon. lib. 1. de Glor. martyr. cap. 16. Aloyſ. Lipom. tom.* 4.

Dum ſacratiſſimus Domini famulus Hubertus Epiſcopus Leodienſis, curam gregis gerens, parochiamque ſuam circuiens, ouili ſibi commiſſo inuigilaret, ne qua luporum Ver-

ſutia aditum in eo inueniret,& in villá,cui Viuoch vocabu-
A lum eſt,deueniſſet,& ſecúda Dominica temporis Quadrageſinalis adeſſet,mulieris cuiuſdam pulſatus eſt neceſſitate, vt & cum quanta reuerentia dies reſurrectionis Dominicæ coli debeat,Dominus oſtenderet,& cuius ſanctitatis idem Præſul eſſet,declararet: nam cùm iam dicta mulier,poſthabita Dominici reuerentia,panificii,quanquam iuſſa, deſeruiret miniſterio,manus illæ, quæ ſactam ſolennitatem inſolenter temerare tentauerant,ſubitò obriguère:areſcentibúſque à ſanguinis humectatione venis, ac neruis ſiccitate contractis adeò ſtupidæ ſunt redditæ,vt vngues eius palmis ambabus viderentur infixi. Quæ tanta neceſſitate adſtricta vnum ſibi ſulummodo reſtare remedium credidit,vt virum Dei adiens,cuiuſmodi vrgeretur neceſſitate [illegible] onerctetque eas,quas ſibi temeritas abſtulerat,per eius orationem ſibi reddi manus flagitaret. Neque ſpes eá fefellit:nam exeunti viro Dei ab Eccleſia obuia mulier ad pedes proruit,& quæ eam neceſſitas vrgeret,expoſuit; ſubſidiumque,quo ab eâ poſſit erui,poſtulauit. Cui vir Dei: Vade,inquit,& deinceps tali præſumptione abſtineto,& emendationem tuam ſanitas conſequetur. Cuius promiſſionem Dominus non in longum diſtulit, ſed ſtatim
B opere complauit: nam manus illius dudum pallido perfuſæ colore in genuinum ſunt reuocatæ repentè, ſiccitáſque peregrina ſoſpitati ceſſit & recepta ſanitate priſtina, creatori omnium benedixit, atque Dei famulo pro ſe oranti gratias reddidit. *Laur. Surius in vita S. Huberti 3. Nou. cap. 7.*

In Gemblacenſi parochia, dum Paterfamilias Dominica die mixturam ſegetum præ penuria famis moleret in vſus familiæ,ſubitò iuſta Dei indignatione arſit farina cum putoris nigredine,ad exemplum poſteris,ne quis præſumat ſimile. *Chron. Sigebert. ad ann. Domini* 1120.

Refert *Surius in vita S. Auſtregeſili Archiep. Bituricenſis tom. 3. Maij* 20. *cap.* 9. de Molitore quodam,nomine Munulpho, qui magna temeritate ductus,voluit molam corrigere:arreptóque inſtrumêto ferreo cœpit terere molam. Et ecce diuina in eum ſeueritate animaduertente, manubrium inſtrumenti adeò manui eius adhæſit,vt nullus id inde poſſet amouere: prorupit verò etiam ſanguis inter digitos eius,qui cóputraſcans fœtore ſuo nauſeá mouebat aſpectantibus. Acceſſit au-
C tem ad B. Auſtregeſilum,& ab eo remedium petiit,neque id fruſtra:nam viro ſancto manum illius contrectante,& ferrum auferente,dolor omnis abſceſſit,& manus ſanata eſt.

SANCTORVM FESTA VIOLANTES PVNITI.

B. MARIÆ VIRGINIS.

In vrbe Zamoſſa,quædam Matrona genere quidem nobilis,ſed hæreſis tam perditæ,vt Sabbati diem, & ſibi, & ſuis vellet eſſe feriatum,contrà Dominicum profeſtum & operoſum.Extra vrbem huic erat villæ poſſeſſio,ad quam ipſo Annunciantis Angeli die cùm proficiſci pararet, domeſtici iter diſſuadêt, diei Chriſtianis religioſiſſimi ſanctitate propoſita. Mulier offenſa,Deiparã,cuius inclytas ferias famuli obieciſſent,verbis laceſſere,vnam ex multis dicere,eidê ſe ſanctitate parem eſſe iactare. Igitur ad villam ſuis inuitis egreſſa, cùm iam parum viæ reſtaret,equi rhedam trahentes tam fixis hæſere veſtigiis,vt ad progrediendum vis nulla coëgerit.Itaque rhedario nequicquam incitante,nihilque neque voce & clamore, neque flagello proficiente,improba mulier, dum equi perſtant immobiles,exit ex rheda,& tantiſper declinat à via, vt naturæ obtemperet,& aluum exoneret: ſa purgantem in-
D gens & validus ventus repentè deturbat, & mulieris faciem in corporis egeſtas ſordes impingit; & cùm os ſacrilegum immundis fœcibus inquinaſſet, poſt ingentes editos clamores, ſpurcam animam egit dolore trahente. Geſta res tanta anno ſexcenteſimo ſupra milleſimum. *Hiſt. Virgin. lib.* 5. *c.* 2. *ex litt. P. Melchior. Rector. Collegij Pragenſ. an.* 1600.

Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto,ipſo Aſſumptæ Virginis Matris die,Terpati ſacerdotes ex recepto Eccleſiæ more diem illum ſolemnem habebant,& magno,vt ſolet,cum apparatu, & crebro campanarum pulſu diuinum cultum peragebant:eam celebritatem,& reuerentiam Virgini Mariæ ad ſummi numinis honorem exhibitam, cùm Matrona quædam impendio inuideret, mandat pediſſequæ, vti balneum adaptaret, caminum inſtruat, ſe cum marito lauari decreuiſſe. Illa ſolemnis feſti dominam ſubmouere, vtque aliam in diem transferat,rogare. Matrona repentè excandeſcens? Quid,inquit,de Maria narras? Fuit illa mulier ſimilis mihi,nec illius potentiæ [illegible] E
[illegible] pertinet. Vbi ad caminum ventum [illegible] quæ alioqui haud difficulter flammam excipiunt [illegible] nullis nutrimentis accendi potuerunt. Illa, vbi ſe [illegible] verit,laboris fruſtranei pertæſa,tectum omne ardere conſpicit [illegible] flammam extinguere valet; Ignis primum ipſum balneum vaſtat, mox contiguas ædes ingenti omnium terrore populatur. Confluit extemplò vniuerſum vulgus, & vix tandem latiùs ſerpere incendium prohibent. Poſtridie lignorum faſciculus camino iniectus, omninò incombuſtus comperitur. *Ex hiſt. belli Liuonici, Bredemb. lib.* 2. *Collat. ſacr. cap.* 26. *ann.* 1556.

Anno Domini 861. cùm Ciuis quidam Taruanenſis die feſto Deiparæ Aſſumptionis interulam ſeu Camiſiam, contemptis feſtis, ſibi fieri vellet,repentè per totum conſperſa eſt ſanguinolentis maculis: Quo viſo,Hunfridus Epiſcopus, miraculo, interulam inter ſacra retulit,diémque Aſſumptionis exinde celebrem in Morinis eſſe voluit. *Ex Iacobo Meyero, lib.* 1. *Annal. Fland. ann. Dom.* 861.

S. IOANNIS BAPTISTÆ.

In feſtiuitate B. Ioannis,cùm populus ad Miſſarum ſolem- F
nia conueniret,Mulier quædam accepto ſarculo rus abiit,vt videlicet euulſa mali ſeminis zizania meſſem ſolam purgaret: dumque operari cœpiſſet, protinus manus eius diuino igne ſunt apprehenſæ. Facies quoque quaſi emittens flammam tota veſicis ac puſtulis ebulliuit. Vrebatur miſera non minus pudoris dolore, quàm corporis,quando ea, quæ clàm geſſerat,inuita prodebat. Dehinc vociferando atque eiulando B. Martini Baſilicam velociter expetiuit. Ante cuius ſepulcrum in hoc tormento per quatuor menſium ſpatia proſtrata,reſtincto omni vapore,in integritate corporis ſolidata eſt.Erat enim ancilla cuiuſdam ciuis Turonici,qui medietate pretij conceſſa aliam requiſiuit. *Sulpit. Seuer. lib.* 2. *miracul. S. Martini, cap.* 57.

S. IACOBI APOST.

Inter Hiſpanos àpud Tudelionum die feſto S. Iacobi triticum Ruſticus tota die in area excuſſit, qui aduesperaſcente die,balneum,quod iuxta idem caſtrum miro opere à Saraceno antiquo factum eſt,intrauit:cumque in eo ſederet, ſtatim G
pellis dorſi eius ab humeris vſque ad crura balnei parietibus adhæſit, cunctiſque videntibus ob tranſgreſſionem tãti feſti ſpiritum exhalauit.Inter Vaſcones quoque apud Albinetum, S. Iacobi diem plebs colere renuens tota die operabatur,ſed diuina vltione totum caſtrum eius nocte ſequenti conſumptum eſt igne; nec fuit,qui ſciret ex qua parte progrederetur ignis: ſed è cœlo dicitur eueniſſe. In Epiſcopatu etiam Biſuntienſi Barnardus de Maiora eadem die tritici manipulos cum carro tota die,vicinis contradicentibus,duxit,& ad veſperam vſque eo ſic operante, tempeſtuoſus ignis ac validus è cœlo veniens carrum,manipulos, & boues in cinerem redegit:ſed & mulieres,quæ cum illo erant,ab aliis ſuperuenientibus in fontem proximum deportatæ ſunt,vt ignis calorem euaderent,& vix euaſerunt. *Vincent. Burgund. Beluacenſ. Epiſc. lib.* 27. *Speculi hiſt. lib.* 27. *cap.* 41.

S. MARIÆ MAGDALENÆ.

Tempore Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani accidit miraculum per B. Magdalenam factum: Vir quidam priuignum habuit,qui dum ei bubulci ferret officium,dies beatæ Mariæ Magdalenæ obuenit,quam idem iuuenis,nomine Petrus, indictione ſacerdotali cùm audiſſet opere forenſi inhibitam, H
vitrico agri cultum imperanti reuerentiam ſolemnitatis obiecit; ſed vitrici iurgantis imperium vicit. Itaque boues aratro ſubiungens, eum ipſius operis atque animalium execratione proſequitur. Cúmque cœpta iugibus maledictis illapidat,inutile ſibi exauditur ad votum. Nam boues & vtenſilia, motis ſubitaneo tonitru elementis,fulmine abſumuntur; & ipſe,qui hoc fieri exegerat imprecando atrociori ſupplicio & diuturniori addicitur. Eadem enim cœleſtis flãma,quæ bruta ligneáque vorauerat,eius pedi extemplò ſubripuit, quem in breui cùm reddidiſſet exeſum,tibiam quoque peruadens cruris pariter ſupremã corripuit;carnes quoque vorans neruorum duritia tabidis fluxibus lateſcente oſſa retexerat,eadémque caſu quotidiano vſque ad geniculũ hac illac diſperſerat. Cùm igitur pro miſera ſua habitudine putori, & pudori ſuis eſſet parentibus,ad quandam Eccleſiam B. Mariæ Magdalenæ nomine dedicatam offerri ſe fecit,vt cuius temerata feſtiuitas

occaſio

A occaſio punitionis extiterat,remedij cauſa rurſus exiſtat.Ita-
que ſacer ignis,qui partes iam corporis ſuperiores attigerat,
merito illius extinctus eſt,quæ ad pedes Ieſu Chriſti concu-
piſcentiarum ignem lacrymis extinguere meruerat, *Vincent.*
Burgund. Beluacenſ. Epiſc. lib.27. Speculi Hiſtor. cap. 9.

S. MARIANI.

Fuit in ipſo termino Biturigenſi Marianus quidã,Eremita;
cui non erat alter cibus,niſi poma agreſtia,& ſi ei aliquoties
à quibuſdam mel delatu fuiſſet,aut ſi ipſe reperire potuiſſet
in ſyluis,hoc ei erat cibus:qui cùm plerumque viſitaretur à
plurimis,quodã tẽpore à quærentibus non poterat inueniri:
inueſtigantes deniq; eum viri,qui venerant deprehenſo ve-
ſtigio,inuenerũt locum,in quo flexo genu aquã hauſit à flu-
uio: & exinde progreſſi reperiunt eum ſub vna arbore malo
iacentem mortuũ:vnde celebre ferebatur in populo eum eli-
ſum ex arbore ſpiritũ exhalaſſe;ſed euidenter non eſt cogni-
tum:quoniã à nullo refertur viſum.Tunc viri,qui aduenerãt,
eleuantes attulerunt ad vicum Cuuanenſem,quem ablutum,
digníſq; indutum veſtibus ſepelierunt in Eccleſia.Feſta eius
obitus per ſingulos celebrantes annos ; atque conuenientes
B populi crebrò ab infirmitatibus ſanabantur.Quidam autẽ de
viciniis annonas diu infectas aqua ac germine producto con-
flatas, facto igne ſuper vimina contexta torrere parat ad po-
cula facienda.Accedens autẽ vnus vicinorum ait? Quid tu,ô
homo,hoc detineris in opere?An ignoras,quod ſolẽnitas eſt
B.Mariani?qui cum furore reſpõdit;Putáſne qui hæc loque-
ris,quod homo eliſus ex arbore propter cõpendia gulæ,An-
gelorum ſit relatus conſortio,vt ſanctus debeat adorari?Me-
lius eſt enim opus neceſſarium in domo exercere,quàm talem
ſanctum excolere.Quod ille audiens diſceſſit;& cum reliquis
ad baſilicam Sancti abiit, relicto vicino in opere laborante:
Nec mora,flante vẽrò apprehenditur domus incẽdio,exuritur
omnis , nec quicquam de ſubſtantia reſtat hominis. Exinde
eleuati globi flammarum ſuper hoſpitiola aliorum,quæ cir-
cumlocata erant : huius hominis aream, ſepes, tuguriola,vel
porcorum vel animalium;reliquáq; quæ ad eum pertinebant
flamma percuſſit.Nec quicquàm remanſit huic miſero,quod
non fuiſſet igni ſuccenſum: Quod ſi eueniſſe quis fortuitò
putat,admiretur quod nulli vicinorum circummanentiũ no-
cuit.Quid nunc agis,ô cruda ruſticitas,quæ ſemper in Deum
C & eius amicos murmuras,vt tibi exinde damnum acquiras?
Alterius igitur hominis malitia furis boues abſtulerat ; qui
apprehẽſo veſtigio,& inter infuſos aqua viarum tramites,ad
profundas luti voragines perdito, ad Sancti recurrit ſepul-
chrum,fuſáque oratione,dum de Baſilica fuiſſet egreſſus,ad-
uertit hominem per aggerem publicum veniẽtem, qui boues
illos ante ſe cum caballo ex itinere laſſum,proſequẽs addu-
cebat. Turbatus enim fuerat à via , & quaſi amens factus in
illam partem,de qua egreſſus fuerat, mente turbata redibat.
Cognoſcitq; vir ille boues, quos perdiderat; hos recipiens,
hominem abſque calũnia redire permiſit,quia cognouit hoc
ſibi per virtutem S. Mariani præſtitum, cum in illa hora re-
perit perditũ,quia eius adiuit plenus fide ſepulchrum; quæ
poſtquam geſta ſunt, diligẽtiore cura confeſſorem Dei plebs
cœpit excolere Biturigа, *Greg. Turon. de glor. confeſſ. c.81.*

S. HVNEGVNDIS.

An.Dom. Incarn.966. in ipſis feriis B.Hunegundis,in villa
quæ dicitur Saſnulphus meſſores frumenta ſecabant ; eos
presbyter illorum crebrò reprehẽderat,dicens: Se interfuiſſe
Synodo,in qua Rodulphus Nouiomenſis Epiſcopus iuſſiſſet
S.Hunegundis feſtum deuotiſſimè celebrari. At illi ſe excu-
ſabant,quòd vicinos ſuos cernerent laboribus inſudare: Ita-
D que Rotgildis puella,presbyteri huius(ſicut ipſe nobis retu-
lit)ex ſorore neptis,colligebat ſpicas,quas illi meſſores relin-
quebant. Ecce autem dum ſe inclinat ad eas colligẽdas,eam,
quam primum ſuſtulit, recẽti ſanguine madentem conſpicit.
Admirans vnde eſſet ille ſanguis;reiicit ſpicam;tollit alterã,
tollit tertiam,quartam,quintam & multas alias,& omnes vi-
det ſanguinolentas;territa valde currit ad patrẽ ſuum;qui tũ
fortè in agrum exierat,indicat quid ſibi acciderit.Pater timi-
dam ceu puellari leuitate ductã reprehẽdit,& iubet redire ad
cœptum opus;illa vero trepidãre,ſequitur eam pater ſimulq;
plurimas colligunt ſpicas cruore madidas. Inquirunt , num
quis ex meſſoribus digito ſaucio ſit:Illis obſtupeſcentibus,&
ſanctè affirmantibus,nullius læſam eſſe manum,quaſdam ſpi-
cas ad Eccleſiam ferunt,offerunt presbytero, remque ei om-
nem exponunt. Ille ait, niſi certiora afferant documenta, ſe
hominib. incredulis non auſum eſſe pro cõcione id indicare.
Illo hoc dicente quaſi craſſæ quædã lacrymæ ex ſpicis ſan- E
guineæ prorumpentes guttæ in terram decidunt. Tunc ille
pœnè exanimis effectus præ metu, ſicut priùs timuerat indi-
care illud populo:ita nunc multo etiam magis celare timet,
ne ſua negligentia tardiùs ad populi notitiã perferatur;dato
igitur ſigno,populum ad Eccleſiam cõuocat:eius inobedien-
tiam reprehendit,diuinum exponit miraculũ. Illi audito tam
inſolito miraculo animis conſternantur : ad agendam pœni-
tentiã ſe promptiſſimos exhibent:Denique ab Eccleſia egreſ-
ſi,circumquaque vicinis ſuis denuntiant,ne deinceps vacent
operi : ſed ad Eccleſiam ſe conferant rem ſtupendam viſuri.
Exterrentur omnes,miſſa faciunt opera,haud aliter, quam ſi
ob imminentes hoſtes fugerent,orant ſupplices , ne cœleſti
vltione plectantur. Interea ruſticus quidã Rotbertus nomi-
ne, in eadem villa frumentum excutiens, dum hæc ad ipſum
perferuntur:proiicit è manibus flagellum,& promittit ſe ab
operibus ceſſaturum.Sed homo ineptus,quaſi id leuius eſſet;
ſcopas arripit, conuertit in area frumentum. Mox vẽrò bra-
chium eius obrigeſcit;humíq; proſtratus clamat ſe reum:&
illicò è vita abiturum. Ea res ſuperiorẽ timorem auxit,pres- F
byter verò circumquaque diſcurrens , ſanguinolentas ſpicas
vicinarum Eccleſiarũ Epiſcopis oſtendit.Turbantur omnes;
conuocatiſque ſuarum parochiarum hominibus, cum cruci-
bus & cereis ſimul omnes nudis pedibus cum votis ſupplici-
bus,comitante etiam illo,cuius brachiũ obriguerat;& puella
ſpicas ſanguinolẽtas ferente, ad monaſterium perpetuæ Vir-
ginis Mariæ,& ſanctæ Hunegundis properè contendunt,ibi-
que proſtrati fatentur culpam ſuam:petunt humiliter,vt fra-
tres pro ipſis Dominum deprecentur;quod etiam factum eſt.
Eant iam,qui non credunt huic ſigno,& calumnientur pari-
ter cum eo,quod item in ſanguine patratum eſt ſub Pharao-
ne in Ægypto ; nos verò benedicamus Deum , qui mirabilis
eſt in Sanctis ſuis qui dat virtutem & fortitudinẽ plebi ſuæ.
Benedictus in ſæcula Amen. In vita eius apud Sur.25. Iuni.tom.3.
& Baron. tom.10.954. 6. & ſeq.

S. VDALRICI.

Solemni ritu relato in Album Sanctorũ ſancto Vdalrico;
eius dies natalis publicè cœpta eſt coli.Quod nõ niſi Dei vo-
luntate peractum euidens illud miraculum cõprobauit:quod
inter alia multa poſt vitam ipſius deſcripta,ſic legitur:Qui- G
dam verò homo iuxta Danubium, cùm cunctus populus ſua
ſpontè natalitium S.Vdalrici ſolẽniter celebraret,fœnũ cum
raſtellis cõgregauit in cumulos,diem ſanctum ſpernẽdo; qui
cùm altera die cum plauſtris veniret,vt hoc in fœnariũ ſuum
duceret,exterius formoſum inuenit,cùm autem bidenti ligno
interius tangeret , totum in fauillas immutatum inuenit ; &
diem ſanctum , quem antea celebrare non voluit, poſtea præ
timore contemnere non audebat. *Baron. tom. 10. Annal. ann.*
993. 7. ex Synod. Rom. in Canonizatione S. Vdalrici.

S. LVDGERI.

Accidit vt die quodam,qui S.Ludgeri primi Epiſcopi Mo-
naſterienſis natalitio ſacer eſſe debebat , coquendæ ceruiſiæ
epuliſque parandis, quidam intenderent, ſed ligna in ignem
miſſa ſtipularum inſtar momento tẽporis deuorabantur. De-
inde alia poſt alia igni immiſſa nullam vim afferre potuerũt;
cùm tamen operi nihilominus inſtarent, & ſumma conten-
tione,vt ceruiſiæ cocturam perficerent, laborarent ; tandem
oleum & operam ſe perdidiſſe doluerunt,adeò vt ceruiſia tã-
tis ſumptibus,& ſudore parata,guſtu nimis amara,effundi de-
buerit. Ita euidenti indicio compertum fuit,hunc diem diui-
nis laudibus in Ludgeri nomine conſecrandum eſſe. *Ex tom.*
2. Laur.Surij 26. Martij in vita Ludgeri li. 2.cap. 8. H

Anno igitur ſequenti,cùm natalis eius celebritas ſuperue-
niret,viſum eſt fratribus Monaſterij Vverdenſis,totum illum
diem,intermiſſo opere,diuinis laudibus mancipare;aliis inte-
rim,vt par erat,libertate conceſſa : ſed cùm plurimi ex vici-
nis,exemplo Monachorum excitati, ſimili deuotionis ſtudio
ducerentur; quidam verò operibus ſuis inſiſtendum ſatius eſſe
ducerent,contigit,vt fractis aratris nihil proficerent ; vnde
quidam Benno nomine,furore & amentia præceps,aratro vt-
cunque reſtaurato,crebris boues ſtimulis ad arandum impu-
lit,at illi inſania efferati diſruptis locis, & iugis, ſyluas pe-
tierunt,nec antè ſanè capi potuere, quam ipſe cùm reliquis,
ad S. Ludgeri memoriam veniens , ſuæ temeritatis & con-
temptus culpam confeſſus,fratrum pro ſe orationem ſupplex
impetraſſet. *Idem Sur. in vita eiuſdem lib.2.cap.9.*

S. AVITI ABBAT[illegible]

A Avitvs Abbas Carnotenſis, poſt obitum Aureliani fuit humatus. Supra cuius corpus fide[illegible]s [illegible]iues Eccleſiam conſtruxerunt: quam cum die anniuer[ſ]arij ſui feſti vniuerſus populus celeberrimè viſitaſſent, vnus ex ciuibus [c]ontẽpta Mi[ſ]ſa, accepto raſtro vineam paſtinab[at]. [illegible] pat[illegible]que [à] quibuſdam, cur ad Eccleſiam Sancti non ac[ce]deret, re[ſp]ondit: Qu[o]d etiam Auitus cultor vineæ fuerat: moxque vbi manus retorta, & facies ad tergum verſa eſt in admirantium ſtuporem, qui ad Eccleſiam Sancti confugit, & in teſtimonium ſanctitatis Beati corporis diebus aliquibus ſic manens, vt a cunct[is] videri poſſet, tandem peccatum confitens, & veniam petens, oranſque ad ſancti tumulum, poſt dies modicos liberatus eſt. Huius Sancti Feſtum agitur 6. Kalend. Februarij. *Ex Gregor. Turon. lib. de glor. Conf. cap. 99. Sur. tom. 3. 18. Iun.*

S. RVFFINI.

B. Ruffini corpus ſumma veneratione colitur, diéſque illi feſtiuus celebratur; ac cùm quidã textrinis, ac rutalibus operibus intenti diem ab omni populo cultum conſumpſiſſent, Dei miraculo domos, agróſque, ac ſupellectilem incẽdio iouadi conſpexerũt, origine ignota: & vt ſupellectilem ab igne ſeruarent, in proximum profluentem amnem demergebant, recuperaturi haud dubiè, ob exiguum amnem; ſed quoniam
B omnia ſeruiunt Deo, vt vel ignis reſtigeret, & aqua, illo iraſcente, cõburat, illa quidem fluuij aqua partim liquidam ſeruauit naturam, vt illata demergeret: ſed quodammodo humida alia ratione eſſe dedignata eſt, vt iniecta non humectare, ſed ignea ſiccitate poſſet adurere. Vbi igitur paruit aqua vindici Domino, rurſus paruit eidem placato: ij enim ipſi ſceleris pœnitentes, cùm ad B. Ruffini ædem confugiſſent, quem læſiſſent, & incendium reſtinctum eſt, & aqua nonniſi frigidum ſuum conſuetum opus exhibuit. *Petr. Damian. ſerm. de S. Ruff. Lippo. tom. 8. Sur. tom. 4.*

S. FRANCISCI.

In Pictauiæ partibus, in villa, quæ Simo dicitur, Sacerdos quidam Reginaldus nomine, B. Franciſco deuotus, feſtum ipſius parochianis ſuis indixerat ſolẽniter celebrandũ. Vnus autem de populo ignorans ſancti virtutem, ſui parui pendit ſacerdotis mandatum. Egreſſus autem foras in agrũ, vt ligna ſucciderer, cùm ſe præparaſſet ad opus, vocem audiuit huiuſmodi, ter dicentem; *Feſtum eſt, operari non licet.* Verùm cùm nec imperio ſacerdotis, nec ſupernæ vocis oraculo ſeruilis temeritas frænaretur, addidit diuina virtus, ad gloriam ſancti
C ſui, ſine mora miraculum, & flagellum; mox enim vt furcam vna manu iam tenens, alterã cum ferreo inſtrumento leuauit ad opus: ſic diuina virtute vtraque manus vtriq; inſtrumento hæſit, vt ad neutrius dimiſſionem digitos aliquatenus relaxare valeret. Ex quo ſtupefactus nimis, & quid ageret neſciens, ad Eccleſiam, multis vndique ad videndum prodigium concurrentibus, properauit, vbi mente compunctus ante altare, quodam ex aſſiſtentibus ſacerdote monẽte (plures quippe ad feſtum vocati conuenerant ſacerdotes) B. Franciſco humiliter ſe deuouit, tria, ſicut ter vocẽ audierat, vota vouens, quòd ſcilicet feſtum ipſius coleret, quòd ad illam, in qua tunc erat, Eccleſiã in feſto veniret, & quòd ſancti corpus perſonaliter viſitaret. Mirum certè relatu, vno emiſſo voto, vnus digitus factus eſt liber, ad ſecundi emiſſionem ſolutus eſt alius; ſed tertio facto voto, laxatus eſt tertius, & poſtmodũ tota manus necnon & altera, ſubſequente populo qui iam multus aduenerat, Sancti clementiam deuotiſſimè implorante. Sic homo
D priſtinæ redditus libertati, per ſeipſum inſtrumenta depoſuit, cunctis laudantibus Dominum Deum, virtutémque Sancti mirificam, qui tam mirabiliter percutere poterat & ſanare. Ipſa verò inſtrumenta vſque hodie coram altari ad honorem B. Franciſci fabricato, ibidem in memoriam ſancti dependent. *D. Bonau. in vita S. Franciſci cap. de miraculis p. 8.*

Apud Viterbum partui proxima mulier, morti propinquior cenſebatur, viſceralibus tormentata doloribus, & tota calamitoſa in infortuniis mulierum: cumque naturæ ſuccumbẽte virtute omnis deficeret artis induſtria, inuocato B. Franciſci nomine liberata cõfeſtim mulier partum ſalubriter terminauit. Sed aſſecuta quod voluit, & oblita beneficij, quod accepit honorem ſancto non deferens, die natali ipſius ad opera ſeruilia manus extendit, & ecce ſubitò dextrum brachium ad laborem extenſum inflexibile remanſit & aridum. Quòd cùm ſtuderet ad ſe reuocare, cum altero, vltione conſimili & illud exaruit. Timore igitur diuino correpta mulier redintegrauit votum, vſumque membrorum, quem propter [illegible] [illegible] & contemptum, per mi[ſe]ricordis [illegible] E
merita, [illegible] [it]eratò deuouit, recuperare pr[illegible]. *[E]x eodem Bonau. [illegible] p. 5.*

S. OTHMARI.

De[illegible] S. Othmari Abbatis congregatio iuſſionib[illegible] obtemperans, cum Dei laudibus inſiſtendo, no[illegible] ſolemnia decenter peragerer, diémque ipſum [illegible] intra monaſterium conſtitutos, in honore S. Othmari [illegible] decerneret, ex miniſterio cellerarij, tres lignorũ opifices, qui in artis huius peritia cæteris etiam videbantur eſſe præſta[n]tiores, ex præceptoris ſui iuſſu in cellã, quæ eſt ſuprà Monaſterium conſtructa, laboraturi ſuccedunt, ibique doliũ quoddam, vetuſtate & incuria diſſolutũ, coniungere incipiunt. Collectis verò in vnum tabulis, cùm primò fundum illius eſſet ſatis difficile, nec vllo penitus ingenio per totam fere diem laborantes, eas conſtabilire præualuerunt, mirúmque in modum ſemper à ſtationis ſuæ loco reſilire omnémque artificioſæ manus copulationem videbatur reſpuere. Tum ipſi opifices inclinata iam die, videntes laborem ſuum in nullo proficere, iniuſte, ſe egiſſe cognoſcunt, & poſt veſperam ad Monaſterium redeuntes, proſtrati in Eccleſia, ſuam ſibi ſtultitiam non imputari veniam precando depoſcunt. *In vita eius apud Surium tom. 6. Nou. 16. & Walafrido Abb. Augienſi.* F

☞ *Petantur nonnulla ex loco de Paſcha. Tit. Violantes Feſtum Paſcha puniti à Deo.*

Festa Ethnicorvm ☞ *Vide locum de Ethnicis.*

Festa Ivdæorvm ☞ *Quære in loco de Iudæorum Religione. Illuſtrari poterit quoque hic Titulus ex loco de honore, vbi traduntur dies feſti honoris ergo inſtituti.*

---

* Feudum.

§ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FEudum dictum eſt à fide ſeu fidelitate, vt communiter DD. tradunt, & accipitur tum pro re quæ in feudum datur, id eſt, fundo beneficiario; tum pro contractu feudali. Pro contractu autem definitur; conceſſio rei immobilis, vel æquipollentis, cum tranſlatione vtilis dominij, proprietate retenta, ſub onere fidelitatis & obſequij perſonalis exhibendi. *V. de Iulium Clarum de Feudo q. 4. & 5.*

Differt ab Emphyteuſi, quod in puro feudo non ſoluatur penſio, ſed ſolum obſequium impendatur perſonale. Sunt alioquin hi contractus valdè ſimiles, & nonnunquam ſolo G
nomine diſtinguuntur.

PARTITIONES.

Plures ſunt Feudorum diuiſiones. Prima qua feudum aliud eſt Eccleſiaſticum, aliud Sæculare.

Eccleſiaſticum eſt triplex, quod ab Eccleſia datur, quod ab Eccleſia ſuſcipitur: aliud: quod datur vel ſuſcipitur à Clerico, non tanquam ab Eccleſia, & de hoc loquitur *text. c. In vno de Clerico qui inueſtit. accepit. §. fido c. Corr. c. 1. qui feud. dare poſſunt. Berber, in 2. q. Aluar. in 5 diuiſio. & Iaſ. in 1. 1. in præl. feud.*

Sæculare eſt, quod a ſæculari Principe vel Dño recipitur. *§. marchio, qui feud. da. poſſ.* vt ſi Catholicus Rex Hiſpaniarum inueſtiat aliquem de marchia vel comitatu: & de hoc feudo maior pars libri feudorum loquitur, & plus quam de Eccleſiaſtico, & hæc probantur, *in prælud. feu. in vlt. diuiſio. per Bald.*

Secunda diuiſio, quoddam eſt regale, aliud non. Regale eſt, quod à Rege vel Imperatore recognoſcitur immediate, vt eſt feudum marchiæ, Ducatus, Comitatus, vel alterius dignitatis H
regalis. Ideo Vicecomes Turenæ vel Comes Fux. poſſunt dicere habere ſe feudum regale, *c. vno quis dicatur Dux, Marchio vel Comes.* Vel poteſt Imperiale dici, primò, quod ſit dignitas, puta Regnum, Marchia, Comitatus vel Ducatus. Secundo quod ab Imperatore vel Rege concedatur, vel alio non recognoſcente ſuperiorem, tenet *Curt. in tract. de feudis in 1. p. q. 8. col. 2.* Non regale eſt, quod ab inferioribus, Principe. Imperatore vel Rege cognoſcitur vel à principe, ſed non conſiſtit in dignitatibus, ſed Princeps de aliqua plebe inueſtit. *c. vno. qui feudum dare poſſ. & rub. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio*: ſi verò aliquis inueſtiatur à Domino de Claramonte, feudum dicetur non regale, ponit *Bald. & alij in proœm. feudo. 1. & ſequitur Iaſon. in prima diuiſione.*

Tertia diuiſio. Feudum quoddam eſt nobile, aliud minus nobile, aliud aliqualiter nobile & ignobile. Nobile eſt quod poſſeſſorem nobilitat: vt quando à Rege Franciæ eſt conceſſum,

A ſum, vel Imperato[illegible] Pa[illegible]erent Ducatum vel Marchiam [illegible] *ag. 1. [illegible] di. atur Dux* [illegible]. Minus [illegible] hil eſt, quando Dux, Marchio, vel Co[illegible] con[illegible] dit in feudum: & ille propter dicitur Valuaſor [illegible] Val[illegible]lus vt nui. *Ioan. And. in addi. ad Spe. in tit. de prof.* Al[illegible]quab[illegible] nobil ſiue mediocriter eſt, quando habentes Du[illegible]e, Marchione vel Comite, aliis infeudant, & recipiente v[illegible]tur minore valuaſores *Alua in 2. [illegible]* & c[illegible]mmunit[illegible] D[illegible]. Ignobile eſt quando à minoribus v[illegible] a[illegible]ibus conce[illegible]ur & mi[illegible] *vno qui feud. dare poſſ.* [illegible] *Bal. in §. March[illegible]* [illegible] ruſtico poſſe in feudum concedere, dummodo ſuarum r[illegible]rum adminiſtrationem habeant, *§. noui. per quos [illegible] inueſtitura.*

Quarta diuiſio. Feudum quoddam eſt paternum, quoddam antiquum, aliud nouum. Paternum dicitur quod per patrem eſt acquiſitum, vel ab aliquo aſcendente commu[illegible] agnationis vſque ad quartum gradum, *text. in c. vno de ſucceſſio. fra. & grad. ſucceſſ. in feud.* qui eſt melior de iure ſecundum *Alex. conſ. 30. omniam in 1. vol.* Quomodo autem probetur, & quæ perſonæ contineantur in hoc feudo, declarat *Bal. in §. hoc quoque de ſucceſ. feud.* quod propriè continentur hæ perſonæ ſupra patrem, videlicet auus, proauus, abauus, & atauus: & abB inde perdit nomen paterni, & antiquum appellatur: Nouum verò eſt, quando fuit de nouo acquiſitum & habet initium in perſona ipſius inueſtiti: nec prouenit à ſucceſſione progenitorum *c. 1. quot teſtes ſunt neceſſ. ad probam. no. inueſtit.*

Quinta diuiſio. Feudum quoddam eſt paternum, aliud maternum. De paterno iam diximus.

Maternum eſt, quod primò per fœminam fuit acquiſitum, *c. vno de feudo fœm.* & ſicut large omne feudum, quod fuit ex ſuperioribus agnationis communis acquiſitum, paternum dicitur: ita quod ex quacumque fœmina ex ſuperioribus quæ fuerit ex communi cognatione, fuit acquiſitum, maternum dicitur, vt habetur, *in tit. de feudo fœmina, & Bald. in 5. diu ſ. Alua[illegible] n. 7.*

Natura feudi paterni eſt, vt tantum deſcendentes maſculos reſpiciat. Natura feudi materni eſt, vt primò maſculos reſpiciat, ſecundò fœminas, *d. tit. de feudo fem. & Curt. in d. tract. feudor. in 3. p. q. 1. in 2. limitatione.*

Sexta diuiſio. Feudum quoddam eſt maſculinum, quoddā C fœmininum. Maſculinum eſt, quod ad maſculos tráſit, & non ad fœminas, *§. hoc autem, qui feudum dare poſſunt.* fœminæ non ſuccedunt, etiamſi de eis ſit facta mentio, niſi maſculis deficientibus, *§. quin etiam* Epiſcopū, vel Abbatem, *c. vno de feudo fœm. Iaſ. in verb. & fœminis. Petr. de Ferra in 3. diuiſio.* Fœmininum ſeu fœmineum dicitur, quod ad fœminas tranſit.

Septima diuiſio. Feudum aliud habet propriam naturam, aliud impropriam. Habens propriam eſt feudum ſimplex, rectum, purum, liberum, nam natura feudi eſt quædam qualitas innata à principio generationis feudæ ſiue tempore inueſtituræ, ex qua virtus contractus perficitur, & ſemper videtur ineſſe, niſi per pactum improprietur, vt eſt *text. in rub. de feudo non habente propriam naturam, & § præterea, quid ſit inueſtitura.* Non habens propriam naturam, vel habens impropriam, eſt feudum condicionatū: vt ad certum ſeruitium vel conditionem ex pacto conceſſum, *§. ſi quid ſit inueſtitura, & de Capita. qui curiam vendit,* vt eſt feudum guardiæ & caſtaldiæ, & quod pro mercede dator de feudo guardiæ *c. 1.* Item feudum cauetæ vel cauenæ, *cap. fin. de feu. cog.*

Octaua diuiſio. Feudum aliud eſt reale, perſonale, perſonaliſſimū. Reale eſt quod ad hæredes tranſit, tam ex parte danD tis, quam accipientis, *§. cum verò Conradus, qui feudum dare poſſunt, c. vno de duobus fratrib.* quia vnuſquiſque ſibi in hoc præſumitur voluiſſe prouidere, & hæredibus, *l. ſi pactum, ff. de probat. d. c. 1. de duobus fratr. ſequitur Ale. conſ. 204. conſider. in 2. volum.* illum text. dicens ſingularem. Perſonale eſt, quod ad vitam alicuius conceditur, & non tranſit ad hæredes recipientis, ſed benè dantis: vt feudum guardiæ & caſtaldiæ *c. 1. de feud. guar. Iaſ. declarat in 6. diuiſ.* vt quando feudū habitationis concederetur, quod morte finitur. *Bald. in l. [illegible] ol. 1. de conſtit. princ.* Perſonaliſſimū eſt, quod neque ex parte dantis, neque ex parte accipientis tranſit ad hæredes, *c. 1. [illegible] is dicatur Dux* Exemplum ponunt Doctores in ſoldata: vt ſi detur nobili in paupertatem redacto annua prouiſio, tunc ſoldata vocatur, *l. ſtipulatio iſta, §. ſi [illegible] nis iſta, ff. de verb. obl. l. vt pomum, ff. de ſeruit. Bal. in 6. diuiſione, & Alua. n. 10.*

Nona diuiſio. Feudorum quoddam eſt iurabile, aliud non iurabile. Iurabile eſt pro quo domino fidelitas iuratur, vt ſit regulariter pro omni feudo, [illegible] *de noua forma fidelitat.* E & ill[illegible] xptei [illegible] pom[illegible] *Pet[illegible] pract. in 4. diuiſio.* Non iu[illegible]abile eſt quando ill[illegible] p[illegible] vt non iuretur fidelitas *in § n[illegible] not[illegible] at inueſtit[illegible] de capit.*

D[illegible] F[illegible]dum quoddam [illegible]ſt [illegible]gium, quoddam non l[illegible]gium eſt q[illegible]ando iuratu[illegible] fi[illegible]litas contra omnem h[illegible]minem mundi, [illegible] ex[illegible]ptu, & iſtud non recipitur n[illegible] a principe non r[illegible]gnoſcente aliquem in ſuperiorem, vt [illegible]ſt Imperator, [illegible] x [illegible] nciæ, &c. *per [illegible] eu. cal iler, qui filij ſint le*[illegible] D[illegible] Sabaudiæ poteſt dici homo ligius regis Franciæ, Vicecomes Turenæ, & alij magni feudatarij regni. Et dicitur ho[illegible] li[illegible]ius quaſi [illegible] ligatus & ſubditus, & legalitatem regi deben[illegible] *ſing. in Clem. paſtoralis, & ibi Car[illegible] de re iudic.* Non ligium eſt, quando in iuramento fidelitatis prior dominus excipitur. vt *in tit. hi. finitur lex, in fin. & §. fin. de prohibi. feud. al[illegible] per F[illegible]de.*

Vndecima diuiſio. Feudum aliud annale, aliud perpetuum. Annale ſiue temporale eſt, quod poſt annum ſtatim auferri poteſt, vt eſt feudum guardiæ & caſtaldiæ, & quod pro mercede alicuius rei datur, *c. 1. de feud. guardia.*

Duodecima diuiſio. Feudum aliud diuiſibile, aliud indiuiſibile. Et quodlibet feudum regulariter eſt diuiſibile quibuſdam F exceptis, videlicet Regno, Marchia, Ducatu, & Comitatu.

Decimatertia diuiſio feudorum eſt: quia aliud eſt feudum purum ſiue ſimplex, aliud verò conditionatum ſeu non rectū: Purum ſiue rectum dicitur quod non habet ſeruitia determinata, *§. penult. quid ſit inueſtitura.* Non rectum ſiue conditionatum eſt quando in conceſſione eſt certum ſeruitium determinatum, puta de aſſociando vxorem domini, vel de filia maritanda, aut de ſeruiendo Domino in menſa, vel aliud ſimile, *§. fin. de capita. qui cur. vend. c. 1. de not. feud. & ibi not.*

Decimaquarta diuiſio. Feudorum aliud eſt Francum, aliud non Francum. Francum eſt quādo Vaſallus à Seruitiis eſt immunis, & nullum ſeruitium debet, tamen non eſt Francum à maleficiis conſiſtentibus in tacendo fraudem, vt quia non denunciauit inſidias Domino, quas contra eum ſcit parari, ſiue in faciendo: vt cōmittat feluniam contra dominum, *priuatur feudo, c. vno quibus modis feudum amittatur.* Aliud eſt non Francum, & eſt quando in conceſſione Dominus retinet aliquod ſeruitium, prout fit regulariter, vt habetur *in tit. [illegible] & not.* G

Decimaquinta diuiſio. Feudum quoddam ad hæredes omnes eſt tranſitorium, aliud non. Tranſitorium ad omnes hæredes eſt regulariter quodlibet feudum, nam æqualiter ad omnes deſcendentes tranſit, *c. 1. §. 1. ibi quod hodie qui feud. re poſſ.* & ibid declarat. *Iaſ. in prælu. feu. col. fin. n. 28.* Aliud eſt non tranſitorium ad omnes, ſed ſolum ad primogenitum, vt regnum Franciæ, quod ſoli primogenito maſculo defertur, & non aliis eo ſuperſtite: & idem in Anglia & Sicilia.

Decimaſexta diuiſio feudorum. Aliud eſt corporale, aliud incorporale. Corporale eſt quod in immobilibus cōſiſtit, caſtro, manſo, & ſimilibus rebus tangibilibus. Incorporale eſt, quod cōſiſtit in iuribus decimalibus, vel iuriſdictionalibus, & ſimilibus, vt feudum guardiæ & caſtaldiæ, *c. vno, §. fi. de feu. cog.*

Decimaſeptima diuiſio. Feudum quoddam eſt de camera, aliud de canena prohatur hæc diuiſio, *in c. vno in fi. de feu. cog.* Feudum de camera eſt, quando princeps cuidam nobili concedit decem recipienda de camera communi, vbi theſaurus reponitur. Hoc debet recipi ſingulis annis. Feudum de cauena eſt, quando princeps concedit vt decem ſextaria frumenti vel vini ex cauena recipiantur: quæ dicitur locus in quo frumentum, vinum, & huiuſmodi introitus colliguntur, conH ſeruantur & diſtribuuntur, declarat *Alu.*

Decimaoctaua diuiſio feudorum eſt: quoddam dicitur feudum guardiæ, aliud caſtaldiæ, & aliud quod pro mercede datur. Feudum guardiæ eſt, quod pro cuſtodia datur, vt quando princeps deputat alicui caſtro guarditorem, ſiue cuſtodem: nam propter cuſtodiam deſignatur tale feudum. Vel guardia habet feudum annexum, vt declarant *Doct. c. vno de f[illegible] guardia.* Feudum caſtaldiæ eſt, quod datur propter procurationē: nam caſtaldus dicitur, cui res Domini gubernanda mandatur, *gl. in c. vno de feudo guardiæ, & in l. fin. C. [illegible]od [illegible] eo.* Feudum quod datur alicui pro mercede, dicitur illud quod eſt alicui conceſſum propter laborem, & pro mercede.

Decimanona diuiſio. Feudorum aliud eſt in curte Domini, quoddam extra curtem. Hæc diuiſio elicitur *ex c. vno de capita. [illegible] curiam ven.* vbi tunc dicitur feudum in curte, quando Dominus habet dominium poſſeſſionum & feudurum totius villæ:

A [illegible] illæ ecolli [illegible] po[illegible] ad dom[illegible] ſte [illegible] dicta [illegible] curt[illegible] ideò ſi [illegible] man[illegible] dicta villa, ve[illegible] habe[illegible] [illegible]ditum de dicta villa, [illegible] & omnes [illegible] n ſit, tunc ille Vaſſalus dicitur in curte [illegible] curte ponit *item Aluar. in proœmio feu. in 4* [illegible] a curtem eſt, quando Dominus non habet [illegible] us [illegible], ad poſſeſſiones pro maiori parte ſunt [illegible] aliorum, & Dominus modicum habet, puta duas vel [illegible]es poſſeſſion[illegible]s: & non eſt neceſſe quod teneat ibi domum Dominicalem: imò ſi dictas poſſeſſiones infeudaret, diceretur habere vaſallum extra curtem, *cap. vno, §. pe. & §. quibus mo. feu. amit.*

Vigeſima diuiſio feudorum. Feudum aliud eſt aduocatiæ, aliud de tabula ſeu quaternata. Feudum aduocatiæ appellatur quando eſt aliquis aduocatus forte fiſ[illegible] & illi aduocatiæ eſt feudum annexum, pro ſuis ſtipendiis exoluendis: & idem in iudicatura, vel procuratoria, notoria vel alio officio, cui feu-
B dum ſit annexum, probantur prædicta *in c. vno, §. quicumque aduoc. ætiam. de pace tenenda, & eius viola.* & idem puto in feudo ſcutiferorum, *ſecundum Aluar. in proœmio feudor. in 18. diuiſi, & in tit. de feudo guardia: & Iaſ. in col. pe. in prælud. feudo.*

Feudum de tabula ſeu quaternata eſt, quando ſpectat ad collationem regis vel Dñi: & illa ſunt ſcripta in quaternis cameræ, ſicut in camera computorum Pariſiis, declarat *Andr. de Iſer. in c. 1. de contr. inueſt. apud pares term. Alua. in a 1. diuiſio.*

Fidelis, Fidelitas.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fidelis, pro cóſtanti, quíque præſtet reuera, quod promiſit, *2. Theſſ. 5. 24.* Deus [illegible] fidelis dicitur, i. e. verax beniginiſſime & firmiſſime ſtans promiſſis gratuitis erga ſuos. A fide ita dicitur: quæ actiuè eſt aſſenſus & affectio animi, qua quis fidit: Paſſiuè verò etiã illa, ob quam alicui fiditur. Igitur fides hic, Dictorum & Conuentorum conſtãtia eſt, & veritas. Ita vocata, quia fiat quod promittitur, auctore *Cicer. lib. 1. Offic.* Hinc fidelis, qui datam fidem ſeruat: & Fidelitas [illegible].

Multi homines miſericordes vocantur. Virum autem fide-
C lem quis inueniat? *Prou. 20.*

Non duplices ſermonem auditus de reuelatione ſermonis abſconditi, & verè ſine confuſione, & inuenies gratiam in conſpectu omnium hominum 41.

* EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Seruus Abrahæ Eliezer fideliter egit nuncium à Domino ſuo ſibi commiſſum, quando iuit pro Rebecca ad domum Bathuelis, *Gen. 24.* Fideliter ſeruiuit Iacob auunculo ſuo Laban, quando gregem ipſius paſcendo die noctéque æſtu vrebatur & gelu. *Gen. 31.* Ioſeph erga dominum ſuum fideliter ſe habuit, qui vxorem eius tangere noluit. *Gen. 39.* Idem erga Pharaonem in conſilio quod ei dedit, & in miniſterio, quod ei exhibuit, ſcilicet Ioſeph. *Geneſ. 41.* Rahab meretrix fideliter egit cum exploratoribus, quos miſerat Ioſuë, & ipſe Ioſuë egit poſtea fideliter cum eadem. *Ioſue 26.* Quamuis Gabaonitæ fefelliſſent Ioſuë & filios Iſraël, tamen iuramenta & pacta eis ſeruauerunt, & eos contra hoſtes poſteà fideliter adiuuerunt. *Ioſue 9. & 10.*

Fideliter indicauit Dauid Ionathas iram patris ſui, & ip-
D ſum, quantum potuit excuſauit, & poſteà confortauit. *1. Reg. 20.* Occiſo patre Abiathar occaſione Dauid, Ego inquit Dauid, ſeu reus omnium animarum patris tui. Mane mecum: ne timeas, ſi quæſiuerit animam meam, quæret tuam, mecúmque ſeruaberis. *1. Reg. 22.*

Noluit Dauid percutere Dominum ſuum, licet malum & perſequentem eum, cùm tamen ſi voluiſſet bis eum percutere potuiſſet, *1. Reg. 20. & 26.*

Magnum fidelitatis ſignum fuit, licet indiſcretè egerit armiger Saül quando videns dominum ſuum eſſe mortuum, noluit vltra viuere, ſed irruit ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo. Quid ergo facere debemus pro Domino, pro nobis crucifixo? *1. Reg. 31.*

Viri Iabes Galaad fideliter ſe habuerunt ad Saül Dñm ſuum, licet malum, reuerenter ſepelientes eum. *1. Reg. 31.*

VRIAS ETHÆVS nolebat eſſe in delitiis, quamdiu Ioab Dominus ſuus laborabat in exercitu. *2. Reg. 11.*

In [illegible] captione [illegible] Ioab [illegible] Dauid v[illegible] ſuo [illegible] h[illegible] a. [illegible] g[illegible] Ab[illegible] D[illegible] q[illegible] ue [illegible] rex, [illegible] Dauid, q[illegible] eas ad [illegible] T[illegible] pro d[illegible] utaris In ap[illegible] d[illegible] t dili[illegible] g. 18. Et in[illegible] nobi[illegible] ium ne ex[illegible] [illegible] Iſrael. *2. Reg. 21.*

[illegible] omnis Iſrael à Dauid ſecutuſque eſt Sebam filium [illegible]. Viri autem Iuda adhæſerunt regi ſuo tanquam [illegible], conſtantes, *2. Reg. 20.*

Tres viri robuſtiſſimi fideliter defenderunt Dauid pugnantem contra Philiſthiim, & attulerunt ei de aqua ciſternæ Bethlehem, quam cum deſiderio magno petierat. *2. Reg. 23. 1. Par. 11.*

Valde fideliter egit Ioiada Pontifex cum Ioas filio Ioram regis Iuda, licet malè recognouerit poſteà. *4. Reg. 11.*

ONIAS ſummus Pontifex, & alij ſacerdotes laborauerunt F
fideliter viduarum, & pupillorum depoſita cuſtodia. *2. Mac. 3.*

Commendat Dominus fidelitatem ſeruorum qui multiplicauerunt ſibi tradita. *Matth. 25.*

Cum multa fidelitate procurabat Paulus fieri collectas pro neceſſitatibus pauperum de Iudæa, *Luc. 19. 2. Cor. 9.* Fideles & affectuoſas litteras miſit Paulus Philemoni pro Oneſimo ſeruo eius fugitiuo. *Phile. 1.* Diſcretum & fidele conſilium dederunt Paulo quidam de Aſiæ principibus, rogantes eum ne ſe daret in theatrum. *Act. 19.*

HISTORICA.

FIDEM DARE.

QVI QVIBVS.

Subditi Magiſtratui.

☞ Ex ſequentibus Epiſtolis hoc quadam.

Milites Duci, Imperatori.

Milites auctorati dicuntur, id eſt, ſtipendio & ſacramento adſtricti. Vt enim in auctione nummus datus rem auctoris facit: ita hîc merces militi promiſſa.

Hoſtis Hoſti.

Apud Romanos conſtitutum erat, vt nunquam cum hoſte G
armato conditionem fœderis acciperent, neque citra ſenatus aut populi iuſſum ſocietates, aut fœdera inirent, ni priùs omnia diuina & humana tradidiſſent, & præſidium accepiſſent: fœdera in templo Capitolini Iouis columna aut æneis tabulis inſculpi curabant, vt perpetua monumenta extarent: nonnunquam in faſtos & annales referebant. *Alexander ab Alexandro lib. 4 cap. 9.*

Quo tempore cum Tegeatis componebant Lacedæmonij pacem, pacta interpoſuerunt, columnamque Alphæo communem impoſuerunt: cui inter cætera inſcriptum fuit, vt Meſſenios regione exigerent, neque liceret chreſtos facere: quod Ariſtoteles exponens ait, non licere Tegeatis, quum Lacedæmoniorum ſtudioſi eſſent, in eorum gratiam interficere Meſſenios. *Plutarchus in quæſt. Græcis.*

PER QVOS.

Apud Athenienſes in vſu fuit, vt iuſiurandum quod publicè in fœderibus præſtabatur, poſtquam per ſenatum exhibitum erat, quo ſanctiùs foret, Quæſtores: apud Argos verò, Prætores confirment. Iidem Athenienſes in fœdere percu- H
tiendo mittebant vates Hiceteria, hoc eſt, oleæ ramo coronatos, quem [illegible] appellabant, cum vitta lanea: quo prætenſo, ab omni ſæuitia hoſtili & violenta incurſione tuti erant. *Alex. lib. 5. cap. 3. ex interprete Equitum Ariſtophanis.*

QVOMODO.

Simplici Sponſione.

CHRISTIERNVS I. Danorũ rex an. 1460. ſacramenta ſolenni ritu ab omnibus accepturus, venit Hamburgum, antiquiſſimã Stormariæ ciuitatem, quæ comitibus Holſatiæ olim paruerat. De homagio quidem nulla mora: ſed de præſtando iuramento fit dubitatio. Oſtendebant ciues regiæ maieſtati veterem obſeruantiam, eámque chartis priuilegiorum aſtruebant: orantes vt regia maieſtas illis adquieſceret rebus, quibus omnes ſui in comitatu patres ac prædeceſſores acquieuiſſẽt. Diſceptatum eſt deſuper longa verborum altercatione: ſed bonis ciuium allegationibus ceſſit rex moderatiſſimus, permittens

veterem

[illegible] n. *Cranzius l.* 8.

[illegible]

☞ [illegible]

HANN[illegible] à [illegible]
Henrico & [illegible]
cubina, vx [illegible]
mento con[illegible]
hanc capti[illegible]

Hircanos M[illegible] manu [illegible] dext[illegible] ſu de-ra, & firmat[illegible] legimus *apud Alexan[illegible]n ab Alexandro lib.* 5. *cap.* 3.

Parthi apud altaria complexis dextris, [illegible] ſti-bus, faciebant pacta. *Alexand. lib.* [illegible]

Contactu manus, pediſve.

EVENVS regum primus fuit, qui fidei ſeruandæ iuramentu à Scotis exegit. Manſit inſtitutum multa per ſecula poſteris. Qui tribubus præerant, eandem conſuetudinem ſequuti, contribulium manu aut pede tacto, dum eterarentur, fidem dare cogebant. Neque is ritus hoc æuo abolitus. Qui in montibus agunt ſimul cum Hebridianis in rectore deligendo (quem tribus vocant Capitaneum) eaſdem penè cæremonias obſer-

B uant. Quibus ſuo more peractis, proximis nundinis per præconem edicunt, ſub capitis pœna, ne quis ex ea tribu eorum ducem alio quàm trito vetuſtoque tribus rectoris nomine deinceps appellent; vbicunque verò id audiuerit amoto capitis tegmine, flexóque poplite, non ſecus ac ſi ſacris intereſſet, reuereatur. Hinc qui montanis in locis Hebridibúſque ſedes habent, per manum, pedem, noménve ſui ducis in contractibus iurare conſueuerunt. *H. Boëthius l.* 2.

Vinculo.

Mos eſt, inquit Tacitus, Armeniorum regibus implicare dextras, pollicéſque inter ſe vincire, nodóque perſtringere: mox vbi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambunt. In fœdus arcanũ habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum. *Cælius lib.* 17. *c.* 12. *A. L.* Itaque Radamiſtus Pharſamanis, Hyberiæ regis F. ſimulata cum patre inimicitia ad Mithridatem Armeniæ regem, quem pater vnicè perditum cupiebat, fugiens, illius quoque filia in vxorem ducta, cùm ad fœdus æternum ſtabiliendum gentis more amborum pollices colligandi eſſent, vt hauſtum ex eis ſanguinem vterque guſtaret: is, cui vinciendi munus erat in-

C iunctum, fingens ad terram funes concidiſſe, illis Mithridatis pedes implicuit, atque ita eum cum vxore & liberis cepit. *Fulgoſus, lib.* 9. *cap.* 6.

Ritus iurandi in verba Regum Neapolitanorum is eſt: Rex medius ſedet, aſſident iuxta primi ordinis optimates. Ad pedes regis genibus innitens à dextra procumbit Epiſtolarum magiſter, qui nunc Secretarius dicitur, ſiniſtra Antiſtes Euãgeliorum libros regio in ſinu adſtratos tenens. Horũ medius genibus & ipſe illis iuſſus procumbit, qui in verba iurat, vtraque manu libris adapertis impoſita. Ibi Epiſtol. magiſter verba præit, quæ iuraturus in verba ſequitur. Exempli cauſa: Vrſus ego Vrſinus, Nolæ & Atripaldi Comes, Aſculi, Lauri, ac Forini dominus, illorumque & agrorum & finium, ciuium atque popularium, tibi Ferdinando regi, liberiſque, ſucceſſoribuſque in regno Neapolitano tuis polliceor, promitto, ſpondeo pro liberis, ſucceſſoribúſque, in hiſce item vrbibus, oppidis, agris, finibuſque meis, fidelem méque illóſque vtiq;

D futuros, tuiſque illorúmque imperiis vbique, méque illoſque parituros, atque imperata facturos, cum hiſce vrbibus, oppidis, agris, finibus, populari buſque perpetua cum conſtãtia & fide. Si quid verò aduerſus téve illóſve parari fraudis, doliue, inſidiarúmve audiero, ſciero, cõpertúmve, ſignificatúmve habuero, indicaturum illud eueſtigiò, ac facturum palam, tibique illiſque, officia demùm obiturum, méque illoſque omnia domi foriſque, pace bellóque aduerſum quoſcunque, ac pro imperio, quæ probi ac fidelis ſubiecti iure, lege, natura, obeunda ac præſtanda ſunt regi. Deúmque his Opt. Maximum teſtem inuoco, pérque ſacroſancta hæc Euãgelia, ſciens volens libenſq; verbis conceptis iuro. Atque his dictis, manus ipſe è libris ſuſtulit. Tum rex Vrſi manus vtriuſque digitis pollicibus apprehenſis, ſuóſque intra pollices iis inſertis, deuinxit illos ſuis, ſtatimq; ſuper Euangelia. Hic rurſum Vrſus magiſtro præeunte verba: Ego me, inquit, cum liberis, ſucceſſoribúſque meis, Ferdinandi regis mei, domini, libero-

[illegible] dedi cóque, E
[illegible] latu eſt
[illegible] ue comiter
[illegible] n verba re-
[illegible] faciunt, ip-
[illegible] ges polli-
[illegible] per [illegible] ue obno-
[illegible] *Po[illegible]tanus l.* 2. [illegible] *Neapolitan.*

[illegible]anguine extract.

M[illegible] L[illegible] fœdera ineunt cùm alia Græcorum ritu, [illegible] do, ac mutuum ſanguinem deliñgendo. *He*[illegible]

Scythæ [illegible] grandem calicem fictilem vino, commiſcent [illegible]otum [illegible], qui feriunt fœdus, cultello aut gladio aliq[illegible] corporis incidentes. Deinde in calice tingunt acinacem, ſagittas, ſecurim, gladium. Hæc vbi fecerunt, [illegible] multis verbis deuouent: poſteà vinum epotant, non modo ij qui fœdus fecerunt, ſed etiam comites hi, qui ſunt maximæ dignitatis: *Herodotus lib.* 4. Sic Saluſtius ſcribit Catilinam humani corporis ſanguinem vino permiſtum in pateris circumtuliſſe ſociis coniurationis, & eos ſigillatim deguſtaſſe, quò inter ſe magis fidi forent. Atque hodie illud idem fit inter eos, qui ad aliquod inſig[illegible]e ſcelus faciendum conſpi-

F rant. *Polyd. lib.* 15. *de Inuentoribus.*

Princeps Saracenorum & Byzantinus Imperator, amicitiam inter ſe conſtituentes, vterque vena in pectore inciſa, ſuum alteri ſanguinem propinauerunt. *Nicetas lib.* 2. *de Imperio Iſaacij Angeli.*

Hiſpani ductu Ferdinandi Magellanis per fretum Antarcticum ad Moluccas penetrantes, dum Moluccarum deregunt inſulas, cum Calamaro rege Calemandi inſulæ ſocietatem inierunt, more gentis, ſanguinem de brachio ſiniſtro mittentes, eóque os & linguam illinentes. *Petrus Cieza Tomo* 2. *Hiſtoriarum Peru, cap.* 94.

Icturi fœdus veteres Dani veſtigia ſua mutui ſanguinis aſperſione perfundere conſueuerant, amicitiæ pignus alterni cruoris commercio firmaturi. Eo pacto Liſerus pirata & Habingus Grami Danorum regis F. exul arctiſſimis ſocietatis vinculis colligati, Lokero Curetum tyranno bellum denunciarunt *Saxo lib.* 1.

Propinatione, Compotatione.

Antiqui Reges epulum publice præbentes, vinum phialis aureis aut argenteis temperatum à pincernis accipiebãt ipſi:

G eóque libato, quod magni amoris ſignum eſſet, etiam calicem cui volebant, dabant. Id propinare dicebatur: & dies qua id fiebat, Philotelia, nomine ab amicitia ducto. *Suidas.*

Indis maxima ſocietas erat, de Tantali aqua potare, de qua ſi qui vnà bibiſſent, ea obteſtatione tenebantur, vt eiuſdem fati & fortunæ fœdus iniſſe cenſerentur. *Alexander ab Alexandro, lib.* 5. *cap.* 3.

Fidei dandæ conſuetudo hæc eſt apud Naſamones Pœnos. De manu alterius vterque ſumpto inuicem poculo bibit. Quod ſi nihil humoris habuerint, ſumptum è terra cinerem lingunt, *Herodotus lib.* 4.

Thraces & Ægyptij è cornibus boum vina libare alterna vice, conciliati amoris & manſuræ fidei certiſſima pignora cenſuère: quippe veteribus cornua boum poculorum præſtabant vicem. *Alexander lib.* 5. *cap.* 3.

Haſta data.

Græci, qui cum Cyro ſenſerant, Babylone redeuntes intra

H fines Macronum ingreſſi, fœdus cum illis compoſuère, vtque fidei pignus certum vtriſque extaret, haſtam ab illis de more Barbaricam acceperunt, Græcam tradiderunt. Hæc enim ſibi à maioribus Barbari dicebant inſtituta ad fœdus iungendum tradita, certiſſimáque ea eſſe fidei manſuræ ſigna. *Diodorus lib.* 4.

Gladio.

Romani milites in Gallia Iulianum Auguſtum conſalutãrant. Iuſſi proinde vniuerſi in nomen eius iurare ſolemniter, gladiis ceruicibus ſuis admotis, ſub execrationibus diris, verbis iurauere conceptis, omnes pro eo caſus, quo ad vitã profuderint, ſi id neceſſitas exegerit, periaturos. *Marcell. l.* 21.

Paonones olim pacem cum hoſte facturi, eductis mucronibus, quos pro numine colebant, iurabant, in amicitia ſe permanſuros. *Auentinus lib.* 2. *Annalium Boiorum: A. D.*

Ioannes Albertus Polonorum rex anno 1051. cum Tartaris fœdus icit multa cæremonia, & iureiurando interpoſito,

Quod

A Q[illegible] [illegible] [illegible] liſet. [illegible]

Mazaa apud [illegible] eſt & lign[illegible] que uomen dat [illegible] guntur,in eam ad[illegible] Mazzaiorum lib[illegible] betur. Coniurat[illegible] petunt, Mazzam ant[illegible] cuiuis tanquam pro[illegible] ipſo[illegible] re. Hoc genus cenſuræ ruſticæ, [illegible] ues patriæ punire,& in exilium [illegible] 1414. primum inuentum eſt. *Stumpfius lib.* [illegible]

Boue.

De ſeptem Argiuorum ducibus Polynicem ab Eteocle [illegible] tre Thebis pulſum reducturis, Æſchylus ſic ſcribit:

ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ θούριοι λοχαγέται,
ταυροσφαγοῦντες εἰς μελάνδετον σάκος
καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου,
B Ἄρη τ', Ἐνυὼ, καὶ φιλαίματον Φόβον
ὡρκωμότησαν, ἢ πόλει κατασκαφὰς
θέντες λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ,
ἢ γῆν θανόντες τήνδε φυράσειν φόνῳ.

Viri ſeptem feroces ductores cohortum, tantum mactantes in ſcutum ferro compactum, & attingentes manu bouinum ſanguinem, Martem & Bellonam, & ſanguine gaudentem Metum ſanctè iurarunt, aut vrbe euerſa perdituros ſe oppidum Cadmeorum vi: aut terram mortuos priùs commixturos ſanguine.

Ἐπὶ βύρσης ἐκαθέζετο; id eſt, in tergore bouis deſedit, id eſt ſupplex implorat auxilia. Natum adagium à conſuetudine vernacula Scythis, quemadmodum teſtatur Lucianus in Toxaride. Nam apud hos ſi quis furtè læſus eſſet, neque ſuppeteret vlciſcendi facultas, immolato boue carnes minutim ſectas coquebat, ipſe in tergore humi ſtrato ſedebat, manibus in tergum reductis. Idque maximum ſupplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat quicũque vellet opitulari, & carnium portione guſtata, dextróq; pede terguri impoſito, pollicebatur pro viribus auxilio futurũ. Atque hoc fœdus apud Scythas ſanctiſſimum habebatur. *Eraſmus in Adagiis.*

Βοῦς ὁ μολοττῶν, Bos Moloſſorum. De iis qui multis negotiis implicantur, & diſtrahuntur, nam Moloſſi fœdera inituri, bouem in multa minuta fruſta diſſecabant. *Suidas.*

C *Equo.*

E Sparta in Arcadiam proficiſcentibus, in itinere eſt Equi monimentum: quo in loco Tyndareus dicitur conuocatis Helenæ filiæ procis, ſuper execti equi teſtibus iuſiurandum concepiſſe, cuicumque Helena deſponſaretur, armis ſe illius iniuriam, ſi a quoquam nuptiæ illæ violatæ fuiſſent, vindicaturos. Cùm hoc illos ſacramento adegiſſet, equum eo ipſo in loco defodit. *Pauſanias in Laconicis.*

Apro.

Vicus Apri ſepulchrum dictus in Stenyclero Meſſenici agri regione, nomen ex eo habet, quòd Hercules eo in loco ſuper apri teſtibus fœdus cum Nelei liberis, fide vltrò citróque data, & accepta, percuſſit, ſacris ritè à vatibus vtrinque factis. *Pauſanias in Meſſenicis.*

Græci principes pro repetenda Helena conſilium habituri, Argis conuenerant. Chalcas vates, filius Theſtoris, porcũ marem in medium forum afferri iuſſit, quem in duas partes diſſectum, orienti occidentique diuiſit, atque ita ſingulos nu-
D datis gladiis per medium tranſire iuſſit. Deinde mucronibus ſanguine eius oblitis, adhibitis etiam aliis ad eam rem neceſſariis, inimicitias ſibi cum Priamo per religionem confirmarunt, neque priùs bellum ſe deſerturos, quam Ilium atque omne regnum euertiſſent. Queis perfectis, Martem atque Concordiam multis immolationibus ſibi conciliarunt. *Dictys libro 1. de bello Troiano.*

Igne.

Zofaleuſium Æthiopum rex ſingulis annis mittit ex ſuis domeſticis & familiaribus, qui ignem nouum Principibus & Regibus, qui in illius ditione ſunt, nomine ipſius Regis impertiat, atque inde reliquia hominibus diſtribuatur. Quod quidem ad hunc modum fit. Vbi legatus ad domum cuiuſuis Principis accedit, ignis extinguitur. Deinde rurſus a legato [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] my[illegible]oa in [illegible] tur, cum omni [illegible] con[illegible] fœd[illegible], velut igni[illegible]tum illud [illegible]

Lapide.

Arabes ſeruant fidem inter homines, vt qui maximè: quam hunc in modum dant. Quoties fœdus inire volunt, alius quidam medius inter vtrunque ſtans, acuto lapide ferit volam F
iuxta maiores digitos eorum qui fœdus ineunt. Deinde ſumpto flocco ex vtriuſque veſtimento, inungit eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter inungendum inuocans Dionyſium & Vraniam. Hoc acto, idem qui fuit ſequeſter fœderis inter amicos contrahendi, vadatur hoſpitem, aut forte ciuem, ſi cum ciue res agitur. Quod fœdus & ipſi, qui amicitiam contraxerunt, ſeruare iuſtum cenſent. *Herodotus, lib.3.& Sabel. lib.7. Enn.2.*

Romani in fœdere cum Carthaginenſibus per Lapidem (ſiue per Iouem lapideum, vt ait Macrobius) ſecundùm vetuſtiſſimum ritum, Martis, Quirinique numinibus additis, iuſiurandum præſtiterunt. Ritus lapidis fuit huiuſmodi: Fecialis Pop. Rom. ſumpto in manibus lapide, poſtquam inter partes de fœdere conuenerat, ſic loquebatur: Si rectè & ſine dolo malo hoc fœdus atque iuſiurandum facio, Dij mihi cuncta felicia præſtẽt. Si aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnibus ſaluis, in propriis legibus, in propriis laribus, in propriis templis, in propriis ſepulchris, ſolus ego peream, vt hic lapis à manibus meis decidet. Nec locutus plura, lapidem manibus deiicit. Hunc vetuſtiſſimum iuſiurandi morem apud Rom. *Polybius* fuiſſe ait *lib.3.& Gellius lib. 1. cap. 21.* Quod à Liuio & Dionyſio prætermiſſum miratur, *Sabel.lib.6.Enn.4.* G

CVR. CAVSA.

Fœderis in genere.

☞ *Vide Tit. Aſtutia in fœderibus.*

Fœdus (vt Grammatici putant) ex eo dictum eſt, quòd in paciſcendo victimæ fœdè & crudeliter necabantur, eiúſque mors optabatur ei, qui à pace reſiliiſſet. Vnde *Virgil. Æneid. 9.*

——— *& cæſa iungebant fœdera porca.*

Eſt autem pactio quædam pop. Rom. iuſſu ritè per Fecialem certis legibus facta, & iureiurando firmata. Fœderis autem duo facit genera *Proculus in lib.7. D. de cap. & poſtlim.* alterum æquum, amicitiæ cauſa factum: alterum iniquum, ſiue impar, cùm pactio fit, vt is populus alterius populi maieſtatem comiter tueatur: quod adiicitur (inquit) vt intelligatur, non pari iure vtrunque populum eſſe, ſed hunc altero ſuperiorem. Liuius l.34. eadem ponit genera: & illud prius ſcribit eſſe, cùm pares bello, æquo fœdere in pacem atque amicitiã venirent: tunc enim repeti reddiq; per cõuentionem res. Alterum verò genus eſſe ait, cùm qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam H
ſociali fœdere iungẽdam coëunt: eos neque dicere, neque accipere leges: id enim victoris & victi eſſe. Sed præter illa duo genera tertium etiam addit, quo bello victis leges dicuntur, vbi enim omnia ei, qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quibus multari eos velit, ipſius ius atq; arbitrium eſſe. Sed pinguior Liuij partitio eſt, Proculi limatior: quippe cum Deditij nõ propriè in fœdere, ſed in ditione eſſe dicantur. *Hotom. de verb. Iur. Liuius:* Campanorum aliam conditionem eſſe, qui non fœdere, ſed per ditionem in fidem veniſſent. Item de Apulis: Ita in ſocietatem eos eſſe acceptos, vt non æquo fœdere, ſed vt in ditione populi Rom. eſſent.

Tria ſunt iungendorum fœderum genera. Vnum quum inter victorem & victũ fœdus feriretur: vbi qui vieiſſent, victis leges darẽt. Alterum, quo pares bello populi regéſque in fœdus coirẽt, quum res æquo iure & ex cõmodo vtriuſque par-

A us componi ſolent. Tertium [illegible] do ij, qui nunquam hoſtes fuerunt, ad amici [illegible] am [illegible] re iungendam coeunt, ac tum altera partium neq [illegible] ge, neque accipit. *Sabell. lib.6. Enn.5.*

Societatis Fœdus cum ſocii.

Iureiurando ſe obſtrinxerunt Græ[illegible] mnes, cùm aduerſus copias Xerxis dimicaturi [illegible] in hæc [illegible] tam libertate pluris non faciam, neque deſ[illegible] Imp[illegible] neque viuos, neque mortuos. Sed eos e ſocii [illegible] cubuerint, omnes ſepeliam: & vbi bell[illegible] barbaros. Ex iis ciuitatibus, quæ pro Græcia p[illegible], nullã deuaſtabo: quæ barbari partes [illegible] decimabo: fanorum, quæ à barbari[illegible], nullum omninò excitabo, ſed ſinam impietati[illegible] extet in omni poſteritate monumentum. *Muretus l.3. Var. lect. c.10.*

Græci, qui cum Cyro aduerſus Perſas aſcenderunt, fœdus percuſſerunt, mactato tauro, & lupo, & apro, & ariete: in ſanguine intingentes, Græci enſem, Barbari haſtam iureiurando addito, neutri alteros ſe deſerturos, ſed belli fore ſocios. Barbari verò inſuper iurarũt, ſe ſine fraude ducturos eſſe. *Suidas.*

B L. Papyrio Curſore & Sp. Caruilio Coſſ. cõiurauerat, quod haud anteà acciderat, omnes Samnitium nomen. Eſtq; ſacrata lege, vt olim, inter eos fœdus ictum. Ioui ſacrum fuit caput eius, qui ad Imperatoris edictum non extemplò affuiſſet, quiue illius iniuſſu deſeruiſſet ſigna. Ad quadraginta armatorum millia hac lege velut initiata Aquiloniam conuenerant. Hîc in medio caſtrorum loco linteis & cratibus cooperto aram ſtatuerunt, ad quam multis victimis cæſis centuriones nudis enſibus circunſtabãt. Huc ſigillatim primores gentis admoti iurare cogebãtur, quæ audita ibi viſaque eſſent, nulli ſe enũciaturos: ſe deinde familiámq; ſuam cum tota ſtirpe execrari niſi ad Imperatoris edictum cõuenirent, citiùſque in acie occumberent, quàm ex acie metu refugerent: aut ſi fugientem vidiſſent quẽquam, niſi pro hoſte habituri eſſent. Plerique id ſacramenti genus detrectãtes, ante aram ipſam cõfoſſi perierunt, vt corpora inter victimas proiecta cæteris terrori eſſent quò minùs id iuſiurandũ abnuere auderent. Ouius Paccius, homo magnus natu ſacro profuit, qui ſe ex veteri Samnitiũ diſciplina morem hũc hauſiſſe affirmabat, tam religioſè, nec aliter à maioribus ſuis olim coniuratum dictitans, quum illi adimendæ Hetruſcis Capuæ conſilium cepiſſent. Igitur pri-C mum agmen ex lectiſſimo quoque ſexdecim millia armatorũ habuit, ea legio linteata dicta eſt à tegumento ſepti, in quo fuerant ſacramento admoniti. His arma inſignia data, & criſtatæ galeæ, vt inter cæteros eminerent. Viginti millium & amplius alter exercitus, non ſpecie corporũ aut belli gloria, ſed armatorum habitu linteatæ legioni diſpar, atque hoc hominum robore Samnites ad Aquiloniam conſederunt. Victi tamen ſunt magno prælio à Papyrio, quanto poſt Papyrium patrem fuerant à nullo victi. *Sabell. l.7. Ennead.4.*

Claudius Cæſar cum regibus fœdus in foro icit, porca cæſa, & vetere Fecialium præfatione adhibita. *Suetonius.*

Reconciliationis, Pacis: Fœdus cum Hoſtibus.

Defecerant à Romanis Latini, Tarquiniorum exulum ſuaſu. Variis autem cladibus affecti, cùm ſupplices Rom. Senat. facti eſſent, ex veteri formula fœdus eſt eum ipſa gente renouatum anno quartodecimo, ex quo reges habere Romani deſierant. Fœderis formula hæc fuit: Romanis atque omnibus Latinis vrbibus inter ſe pax eſto, donec cœlum terráque eundem habebunt ſtatum: neque bellum inferentibus vllis D tutos tranſitus præbento, bellumque gerentibus opem ipſi ferunto totis viribus, ſpoliorúmque & prædæ de hoſtibus communibus vtrimque æquam ſortiuntor partem: priuatorúmque contractuum iudicia intra decem dies conficiuntor. His fœderibus nihil addi adimíque liceat, niſi Romanis omnibus Latioíſque aliquid addendum adimendúmque videbitur. *Sabellicus l.8 Enn.2.*

Iuſiurandũ primo fœdere inter & Romanos Carthagineſes factum, quod in tabulis æneis inſcriptum ædiles in Iouis Capitolini templo diligentiſſime aſſeruandũ poſuerunt, hoc eſt. Si rectè ac ſine dolo malo hoc fœdus atque hoc iuſiurandum facio, Dij mihi cuncta felicia præſtent: ſin aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnibus ſaluis, in propriis patriis legibus in propriis laribus, in propriis templis, in propriis ſepulchris ſolus ego peream, vt hic lapis è manibus meis decidet. Nec plura loquutus, manu lapidem deiecit. *Polybius l. 3.* Scribit. *T. Liuius lib. 1. 3. Decad.* hunc iurandi modum Carthaginenſibus fuiſſe. In[illegible] Hannibal agnum E læua manu, dextra ſilicem lap[illegible] nés: Si falleret, Iouem cæteróſque precatus Deos, ita ſe [illegible] atent, quemadmodum ipſe agnum mactaſſet, & ſecundum precationem, caput pecudis ſaxo eliſit. *Polybius l.3. Hiſtor*

Formulam fœderis inter Carthaginenſes & Philippum Macedoniæ regem. *Idem l.6.* tradit

Perceptione corporis & ſanguinis Domini confirmata fuit pax inter Henricum IV. Imp. & Paſchalem Romanorum Pontificem. *Sigebertus.*

Compoſitis inter Vng. regem Vladiſlaum & Amurathem rebus omnibus, quum de modo ſanciendæ pacis ageretur. Turcæ iuramentum in Euchariſtiam à rege poſtulabãt. Gregorius Sauoreus pertinaciter adſeruabatur, ne arcana myſteria, quæ nulla ratione, niſi fide tantùm pura, innixa ſunt, infidelibus proderentur. Conuentum tandem vtrinque eſt, vt in Euangelio noſtri, illi in Alcorano iurarent. Scriptis igitur eodem argumento, lingua tamen duplici, conditionibus pacis, eas inter ſe perpetuas inuiolataſque fore, ſanctiſſimo vtrique iuramento aſſeuerauerunt. *Bonfinius l.6. Dec.3.*

Certaminis. F

Olympiæ in curia Iouis, Horcij ſignum eſt, manu, vtraque fulmen tenens, perfidioſis hominibus maxime formidãdum. Romani Dium Fidium appellant. Athletæ omnes eorúmque patéres, fratres, magiſtri gymnaſij, ſuper exectis ſuis teſtibus verbis conceptis deierant, nihil ſe fraudis facturos, quo minùs Olympici ludi ritè fiant. Athletæ ipſi hoc ampliùs iurãt, ſe decem perpetuos menſes in ludicram exercitationem propoſiti certaminis cõſumpſiſſe. Iurant prætereà iudices pecuniã ſe nullam capturos, nec qua re adducti quemuis aut probarint, aut improbarint, in vulgus prolaturus. *Pauſan.l.5.*

Imperij.

Singulari prælio decertaturis Curiatiis Albanis cum Horatiis Rom. fratribus, tergeminis. Vtrius vrbis imperium eſſet, quemadmodum inter Metium Suffetium Dictatorem, Albanum, & Tullum Hoſtiliũ regem Rom. conuenerat, fœdus priùs inter Albanos & Romanos ſancitur, ſuis cuiuſque populi ritibus. Romani ritus hæc formula fuit vetuſtiſſima, Fœcialis regẽ Tull. ita rogauit: iubẽſne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubẽte rege: Sagmina, inquit, te rex poſco. Rex ait: Puram tollito. Fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit: poſteà regem ita rogauit: Rex, fa- G ciſne me tu regium nuncium pop. Rom. Quiritium? vaſa, comiteſque meos? Rex reſpondit: Quod ſine fraude mea, populique Romani Quiritium fiat, facio. Fœcialis erat M. Valerius. Is patrem patratum Sp. Fuſium fecit, verbena caput capillóſque tangens. Pater patratus ad iuſiurandum patrandum id eſt, ſanciendum fit fœdus, multiſque id verbis peragit. Legibus deinde recitatis: Audi, inquit, Iupiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus, vt illa palàm prima poſtrema ex illis tabulis ceráve recitata ſunt ſine dolo malo, vtrique ea hîc hodie rectiſſimè intellecta ſunt: illis legibus populus Romanus prior non deficiet. Si prior defecit publico conſilio, dolo malo, tu illo die Iupiter populum Rom. ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam: tantóque magis ferito, quantò magis potes, polléſque. Id vbi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit. Sua viciſſim carmina Albani, ſuumque iuſiurandum per ſuum dictatorem ſuóſque ſacerdotes peregerunt. *Liu. Dec.1 lib.1.*

VBI. IN

Templo. H

Apud Græcos, qui ſanctam & inuiolabilem præſtant fidem in Theſmophoræ, hoc eſt, legiferæ Cereris templum deſcendere, & quibuſdã exhibitis ſacris deæ purpuram induere: incéſiſque facibus, velut præſentibus numinibus, per quicquid eſt deorum deierare ſolebant. *Alex. ab Alexandro l.4.c.10.*

Conuiuio.

Perſæ, inter vinum & epulas, frequentíque cõuiuio, vxores, filios, amicoſq; omnes habent: & tanquam fidei pignora adhibent, ibique inter ſacra menſæ, velut apud hoſpitales deos, fœdera & pacta ineunt, & ſic fidem ſocialem ratam, & manſuræ pacis pignus inuiolabile eſſe putarunt. *Alex.l.5.c.3.*

Germanos narrãt Poſſidonius in ſympoſiis ſeſe complexos, venas in fronte ſcindere, & ſanguinem defluentem in poculo miſcentes bibere, ſummum amicitiæ terminum attigiſſe exiſtimantes, cùm ſanguinem viciſſim inter ſe deguſtarint. Poſt huiuſmodi potum caput vnguentis perungunt, & maxi-

mè roſaceo, vel melino, ne offendantur vini vapore: at ſi ne- A que hoc conceditur, imo vtuntur, vel nardino. *Athen. l.2.c.a.* Verùm *Alex. l.5. .3. & Cælius l.18. cap.31. A. L.* Hoc Carminis tribuunt.

QVANDO.

Dux Romanus à medio diei fœdus non ferit, nec formulam conſcribit. *Plutarchus in quaſt. Romanis.*

Plutarch. in Galba vita & Dion l.57. ſcribunt ſuis temporibus moris fuiſſe, vt Romani milites Kal. Ianuarij in nomen Imperatoris iurarent: cùm anteà ſtante Republ. in Senatus pupulique Rom. iurare ſoliti fuiſſent.

FIDEM SERVARE.

☞ *Conſule locum Iuſtitia diſtributiua. Sed & iniuſtitia, quatenus fidem ſupra modum ſeruat.*

FIDEM FALLERE.

☞ *Vide locum Iniuſtitia, Perfidia qualiſcunque. Item infra, vbi de fide hæreticis ſeruanda.*

Baſſa Turcicus Budæ, aduerſus Augerium Busbequium Cæſareum oratorem, de lucis, quæ reddere debebat, hoc ſe dilemmate tuebatur, aut non promiſi me quicquam redditurũ, ea- B que de cauſa nec debeo: aut ſi promiſi, eo es iudicio, vt intelligas me quod promiſi, nec poſſe nec debere præſtare. Mihi enim à Dño meo augendi eius imperij, non imminuẽdi partes commiſſæ: neque mihi licet cõditionem eius facere deteriorem; eius non meum negotium agitur: quod viſum fuerit, petere ab eo poteris, vbi ad eum veneris. *Aug. Busbeq. in Itiner.*

* FIDEM FALLENTES PVNITI.

Ann. Dom. 776. Saxones iterum Carolo Magno rebellarunt, ruptis ſacramentis, & obſidibus promiſſis mentitis, & Ereshurgum caſtrum per mala ingenia & iniqua placita capientes, Francos expulerunt, & caſtrũ deſtruxerunt. Similiter voluerunt facere de Sigisburdo caſtello: ſed dum per placita Francos, qui intus erant, non potuiſſent illudere, ſicut fecerãt alias de Eresburgo, præparauerunt pugnas & machinas vt caſtrũ vi caperent; Deoque volente, petrarias, quas parauerũt, in ſuo plus damno ſenſerunt, quàm illi de caſtello. Item præparauerunt elitas ad debellandum per virtutem caſtrum; ſed Dei virtus ſuperauit illorum virtutem. Quadam autem die cùm bellum præpararent aduerſus Francos, qui ipſum caſtrũ cuſtodiebant, apparuit manifeſtò *gloria Dei ſupra Eccleſiã, C quæ eſt infra ipſum caſtrum, videntibus cunctis tam à foris, quàm etiam deintus; ex quibus multi manent adhuc, qui dicunt vidiſſe ſe inſtar duorum ſcutorum colore rubeo flammantium, & agitantium ſuper ipſam Eccleſiam. Cùm hoc ſignum vidiſſent Pagani, qui à foris erãt, ſtatim confuſi ſunt, & magno timore perterriti fugere cœperũt ad caſtra, & omnis multitudo eorũ fugã accipiens, alij ab aliis inuicẽ interficiebantur, & qui retrò reſpiciebant propter pauorẽ, ab antecedentibus lanceis confodiebantur, & diuerſos ictus inter ſe perpeſſi ſunt omnes, & diuina vlione* vindicati. At quantum ſuper eos Dei virtus propter ſalutem Chriſtianorũ operata eſt, nullus narrare poteſt, & quanto plus illi pauore perterriti ſunt, tanto magis Chriſtiani confortati omnipotẽtem Deum laudabant, qui dignatus eſt oſtendere potentiam ſuam ſuper ſeruos ſuos. Ita Francis viriliter reſiſtentibus, Saxones nihil præualuerunt, & Franci perſecuti eos interfecerunt vſque ad flumen Lippiam, & cum victoria reuerſi ſunt. *Ex Annal. Franc. Baron. tom 9. Annal. Eccleſ. ad ann. Dom. 776. 4.*

FIDEI NIMIA OBSERVANTIA. NIMIVM FIDI. FIDES SERVATA INDIGNIS.

Vtrum Fides indignis ſeruata ad Iniuſtitiam referri debeat, du- D *bium eſt. Cic. in Offici s, fidem latronibus datam non modò non eſſe ſeruandam ait: ſed eum quoque qui ſeruet, iniuſtitiam committere aſſerit: ea potiſſimùm de cauſa, quòd latrones omnium ſint hoſtes. An potiùs ſi quid conſtante ratione promiſeris, ſiue latroni ſiue piratæ, illud ſine iniuſtitiæ crimine inficiari non potes? Vt enim ſit latro cui fides non ſeruetur: at certè tu indignus, qui fidem dignus frangas. Maius enim eſt, & deterius iniuſta agere, & fidem fallere, quàm iniuſta pati, & decipi ab aliis. Sin verò affectu potius quàm ratione coactus, aliquid promiſeris, et metu, vel amore, vel ira ſtimulatus, quia non cum ratione promiſiſti, ne ſecundùm rationem quidem præſtare cogêris. Itaque promiſſum mente conſtante obſeruare, iuſti eſt: negligere iniuſti, ſiue latroni ſiue piratæ data ſit fides. Fides enim in eo cui fiditur, ipſa iuſtitia eſt: at in eo qui fidit, iuſtitiæ præconcepta opinio: quam opinionem qui perfidia ſua tollit, & erga alios iniuſtus eſt, & erga ſeipſum iniurius, vt Plato voluit.*

ERGA PATRIAM. PRO PATRIA IMMOLARI.

E Conuenerant in portu Bœotiæ Aulide Græcorum principes, vt ad euertendam Troiam nauigarent. Tanta conſecuta eſt cœli trãquillitas, vt vela tendi non poſſent per tres menſes integros. Chalcas vates Dianæ Aulidenſi Iphigeniam Agamemnonis F. immolandam reſpondit. Agamemnon perſuaſus a Menelao fratre, filiam prætextu nuptiarũ cum Achille acceſſit. Achilles indignatus quòd ad cædem virginis ſuo nomine eſſent abuſi, in concilio defendit eam, ne perimatur: ſed vincitur ſuffragiis. Itaque cum res ad ſummũ tumultum ſpectare videretur, reliquo exercitu poſtulante puellam, contrà Achillem cum vniuerſis depugnare parato, ipſa vltrò mutata ſententia ſuadet matri, ſatius eſſe ſpecioſam oppetere mortẽ, quam ob ſuam vnius vitam, at tot principes in certaminis periculum vocari, aut rem tantam omitti. Ducta igitur ad aram deæ, ipſa quidem ſublata eſt in Tauricam regionem: at eius loco cerua ſuppoſita eſt. *Euripides in Iphigenia Aulide.*

Scribit Suidas, Erechthei regis Athenienſiũ filias παρθένους excellenter appellatas ſex fuiſſe numero, Protogeniam, Pandoram, Procrin, Creuſam, Orithyam, Chthoniam, Ex iis Pro- F togenia & Pandora pro regionis ſalute iugulandas ſe obtulerunt, ingruẽte Bœotio bello contra Eumolpum. Immolatas verò ferunt in pago Hyacintho: vnde & παρθένοι, virgines Hyacinthides ſunt cognominatæ: ſic vti Phanodemus teſtatum reliquit, atque item Phrynichus. *Cælius l.13.c.7. A. L.*

Cùm Epimenides Cretenſis Atticam terram ob odia quædam antiqua humano expiatam ſanguine aſſereret, cunctantibus cæteris, Cratinus Athenienſis adoleſcens ſeipſum pro patria immolandum obtulit. Ariſtodemus amator comes mortis eſſe voluit. *Athenæus, lib. 13. cap. 17. Dipnoſoph. ex Neanthe Cyziceno.*

SIBI MANVS INFERRE.

HERCVLES Euryſtheum fugiens, ad Ceycem Trachiniorum regem amicum ſibi hominem venit. Eo mortuo, Euryſtheus eius ſibi liberos tradi poſtulabat. Trachinius verò cùm propter opum tenuitatem bellum ſuſtinere ſe poſſe diffideret, Athenas eos ad Theſeum miſit. Cùm igitur ij ſupplicum habitu veniſſent, Peloponneſios ferunt, quòd Theſeus petenti Euryſtheo pueros dedere conſtantiſſimè recuſaſſent, Athenienſibus bellum intuliſſe: Oraculum monuiſſe, victoriam in G ſpe fore, ſi ſe vnus ex Herculis liberis vltrò deuouiſſet. Ibi Macaria Herculis ex Deianira filia, cùm ſibi mortem conſciuiſſet, & victoriæ cõpotes Athenienſes & fonti in Marathone nomen dedit. *Pauſanias in Atticis.* Athenienſes Macariæ tumulum floribus & coronis decorantes, dicebant: βάλλ' ἐς μακαρίαν: id eſt, Mitte in Macariam. Hinc ortum adagium, de his qui ſeſe per virtutem in periculum ſponte demitterent: deinde de quouis piaculo dici cœptum. *Eraſmus in Prouerbiis.*

Cùm Thebani duce Hercule cum Orchomeniis prælium commiſſuri eſſent, oraculum redditum eſt, eius belli victoriã penes eos fore, quorum ſe ciuis, qui generis claritate præſtaret, ſibiipſi manus, conſciſceret. Erat Antipœnus natalium dignitate Thebanorum omnium ſuorum ciuium facilè princeps, ſed adduci is non poterat, vt libenter mortem pro populi ſalute oppeteret. At eius filiæ Androclea & Alcis alacriter ſe deuouerunt. Necem itaque cùm ſibi ipſæ conſciſſent publicos promeritæ ſuos honores, in æde Dianæ Eucleæ ſepultæ. *Pauſanias in Bœoticis.*

Argiuis duce Polynice Thebas obſidentibus, Tireſias vates cæcus, & ſenex iam, vocatus à Creonte fratre Iocaſtæ, de iuſſu & conſilio Eteoclis, fratris Polynicis, cui regno cedere nolebat, prædixit victoriam penes Thebanos futuram, ſi Me- H nœceus filius Creontis victima Marti offerretur. Pater Creõ id vaticinium iniquiſſimo tulit animo, & filium pro patriæ ſalute omnino non exhibendum putauit. Adoleſcens autem animo excelſo præditus, patriam iuuandam cenſuit. Aſcendens itaque turrim altam, gutturi gladium infixit. *Euripides in Phœniſſis.* De eo ſic *Statius libro ſexto decimo:*

—— inſignemque animam mucrone coruſco,
Dedignantem artus, pridem, mœſtamque teneri,
Arripit, atque vno quæſitam vulnere rumpit.
Sanguine tunc ſpargit turres, & mœnia luſtrat,
Seque ſuper medias acies nondum enſe remiſſo
Iecit, & inſanos cadens eſt conatus Achiuos.

THEMISTOCLES Athenienſis exul, poſteaquam ad Xerxem confugit. Magneſiæ ſedes habens, magniſque cultus donis,

atque

atque pari in honore ac primores Perſarum habitus,perdiu
A vitam egit ſecuram: quòd ſuperiorum prouinciarum rex diſtractus negotiis non admodum attenderet animum ad res Græciæ. Vt verò Ægypti rebellio adiutoribus Atheniẽſibus, nauéſque Græcorum vſque ad Cyprum & Ciliciā prouectæ, dominánſque Cimon mari regem ad occurrendum Græcis,& ad eorum reprimendum aduerſus ſe incrementum reuocauerunt: iámque delectus habebatur,duces dimittebantur; & Magneſiam ad Themiſtoclem cum mandatis regiis veniebāt nuncij,vt res Græciæ ſuſciperet,præſtarétque promiſſa: neque ira inflammatus in ciues ſuos vlla eſt, neque tantis honoribus & potentia incitatus ad bellum, ſed & effectum rei fortaſſis in expedito non ratus eſſe,præſertim quòd haberet ea tempeſtate duces Græcia inclytos,& mirifica eſſet Cimonis in rebus Græcorum gerendis felicitas:maximè autem robore gloriæ rerum geſtarum,& illorum trophæorum,optimè deliberauit vitæ conuenientem colophonem imponere. Itaque ſacris operatus,conuocatóſque complexus amicos,hauſto, vt celebris fama eſt,taurino ſanguine,vt aliqui volunt, veneno præſentaneo ſumpto, annos natus quinque & ſexaginta,quos ferè in republica adminiſtranda & imperio tran-
B ſegit. Magneſiæ vitam cum morte commutauit; & in foro magnificè ſepultus eſt. Cauſa & ratione mortis intellecta, regem opinionem de eo maiorem habuiſſe, amicóſque eius & familiares perpetua benignitate memorant complexum. *Plutarchus in Themiſtocle.*

M. Otho victus à Vitellio ad Bebricum prope Cremonam,cùm milites mirificè affecti,mori pro illo ſtatuiſſent, & odio Vitellij flagrarent, conſtanti vultu quoquouerſus acié circumferens. Hunc inquit,commilitones diem illo,quo me Imperatorem primùm creaſtis, fauſtiorem exiſtimo: cùm ita in me propenſos vos cernam,& ita me vobis charum.Verùm nolite bonō me fraudare maiore, honeſtè pro tot & talibus ciuibus vt vitam deponam. Si Romano imperio dignus fui, profundenda mihi eſt pro patria anima. Scio ego victoriam non ſtabilem neque ſolidam hoſtibus eſſe. Nunciātur legiones Myſia non multorum dierum iter abeſſe.Iam deſcendunt ad mare Adriaticū Aſia,Syria,Ægyptus,Legiones, quæ cum Iudæis belligerantur, nobiſcum faciunt. Senatus apud nos
C eſt, etiam liberi aduerſariorum atque coniuges. At non eſt cum Annibale,neque Pyrrho neque Cimbris nobis de Italia bellum,ſed cum ciuibus bellantes, vtrique patriam & victores & victi offendimus.Quippe res lætæ victoris lædunt illā. Credite quæſo honeſtiùs mori me,quàm imperare poſſe;Neque enim video,quid victoria mea tātum profectura populo Romano ſit quantum ſi vitam meam ipſe pro pace& concordia,& ne alterum diem Italia aſpiciat talem,profundam.Sic fatus, inſiſtentibúſque aduerſari & ipſum excitare reniſus, amicis & ſenatoribus præſentibus faceſſere iuſſit.Breui pòſt tumultum & ſtrepitum ad fores audiuit.Milites enim digredientibus exitium denunciabant ſenatoribus,niſi permanſiſſent,ſed deſerto abiſſent principe. Itaque metuens illis iterū prodiit,militéſque non iam precabūdus,neque leni,ſed truci vultu & eum flamma tumultuantes contuitus, abſcedere iuſſit: qui & abſceſſerunt & diffugerunt: Serò iam diei ſitiit, hauſtóq; pauxillo aquæ,cùm duos haberet pugiones,vtriuſque aciem longo ſpacio explorauit. Tum altero reddito, alterum ſub axilla retinens ſeruos acceſſit, benignéque pecuniam iis,vni ampliùs,alteri minus largitus eſt:non ſicut profundens aliena, ſed pro merito & modum ſeruans accuratè.
D Quibus dimotis reliquum iam noctis dedit ſe quieti,vt ſtertentem cubicularij ſentirent. Prima luce accito liberto, qui eum curauerat, receptum ſenatorum, quid factum iis eſſet, præcepit explorare. Qui vbi renunciauit omnibus ſubminiſtrata,quibus cuiq; fuiſſet opus: I ergo,inquit,tu,& militib' te oſtende, niſi perire illorum manibus velis, quaſi operam tuam ad mortem mihi præbueris. Quo digreſſo,in pugionē directum,quem pectori ambabus manibus ſubiecit, ſupernè incubuit. Senſit hactenus,vt vnum gemitū ederet,dolorem: & illi,qui foris erant,eum exaudiuerunt. Reliquit non inferiores neque pauciores,qui mortem ipſius laudibus ferrent, quàm qui inſectarentur vitam.Nam cùm nihilo Nerone modeſtius vixiſſet,mortuus eſt generoſius. *Plutarch. in Othone.*

PRÆCIPITEM DARE.

Anchvrvs Midæ regis filius,cùm audiret ex oraculi reſponſo,terræ hiatum nequaquam coiturum,qui multos homines quotidie abſorbere circa Celænam Phrygiæ oppidū ſolebat,niſi res eò precioſiſſimas conicerent, nihil in vita humana precioſius anima exiſtimans, datis genitori complexi- E
bus, Timotheæ vxori, equum aſcendit,inque hiatum terræ pro ſalute patriæ ſe præcipitem dedit. *Calliſthenes,l.2.Metamor hiſeon, Plutarchus Parall.*

C.Genutio & L. Æmilio Coſſ. Romæ.ſpecus ingens medio foro vaſto repentè hiatu patuit:incertum,motu terræ,ſeu vi aliqua occultiore. Ea vorago quum multo terræ ingeſtu expleri nequiuiſſet,canebant vates, id, quo plurimum Rom. nomen poſſet,ipſi loco dicandum, ſi rem Romanam incolumem vellent. Quærebatur,quid eſſet;illud,quo plus Pop. R. poſſet,quum M.Curtius iuuenis militari virtute nobilis, caſtigata hominum inſcitia,viris armiſque Romanos præcipuè pollere oſtendit. Equo inde ſedens,nunc Capitolium & alia templa tuens,nunc manus ad deos inferos porrigẽs,pro patriæ incolumitate ſe deuouit,nec maius vllum carmen effatus, cum bellatore equo armatus ſeſe in ſubiectam deiecit ſpecum.Dona & fruges deſuper à multitudine virorum promiſcuè & mulierum congeſtæ. Eſtque lacus ipſe Curtius ab hoc, vt quidam crediderunt, appellatus: in qua Liuius fuit ſententia,potiùs quàm ab antiquo illo T.Tacij equite,qui vi hoſtium in lacum impulſus,equo ad ſuos enatauit. *Ex Valerio Maximo l.5.c.6.& Liuio l.7.Decadis 1. Sab.l.3.Enn.4.* F

DEVOVERE SE PRO EXERCITV.

Cùm Dorienſes bellum Athenienſibus inferrent, quòd exules Peloponnenſium, atque inter alios Melanthū Meſſenium ſuſcepiſſent, oraculo accepto,fore vt vrbem caperét,ſi Regi hoſtiū pepercisſent:edictum propoſuerunt,vt in prælio omnes à Codro Melanthi F.rege Athenienſium abſtinerent: At ille(nam erat veſpera)ſarmentarij habitu progreſſus à foſſa,ligna ſecabat.Venerant autē etiam Peloponneſij lignarum.Cùm his Codrus pugnā incipit,ita vt extenta falce vulneribus eos afficeret. Illi falcibus eum confecerunt:atque cū gaudio diſceſſerunt, quaſi ſtrenuo facto facinore. At Athenienſes clamore ſublato,(quid enim motam traherét impleto vaticinio?)ira & robore maiore in prælium procedunt: & ante pugnam miſſo præcone, corpus Regis ad ſepeliendum repetebant. Peloponneſij re cognita, in fugam verſi ſunt, Athenienſes patria victoria,Codro decreuerūt diuinos honores,*Polyænus l.1.& Valerius,l.5.c.7.& Socrates l.2.de Thracibus:* G
qui cum Thracibus hoc bellum fuiſſe aſſerit,& *Plutarchus in Vitis;& Sabellicus l.8. Enneadis* 1.Alij ſic narrāt:Codro Athenis regnante, cùm Laconia ſterilitate laboraret, viſum eſſe Lacedæmoniis, Athenas expugnatum ire: pulſiſque Atticæ incolis,inter ſeſe partiri agros. Conſultóque oraculo & reſponſo accepto,potiruros vrbe,niſi regem occidiſſent, expeditionem ſuſcipiunt. Sed Cleomenem Delphum,qui oraculū audiſſet,id miſiſſe Athenienſibus.Quo Codrus cognito,progreſſus ex vrbe,ſarmenta collegerit: quem cùm duo rogarét, Quis eſſet? altero falce occiſo,ab altero fuerit interfectus. *Suidas.* Vnde *Virg. Ecloga* 5.aut iurgia Codri. *Auguſt.* 18. *de Ciuitate Dei,c.*19.

T. Manlivs Torqvatvs,& P. Decivs Coſſ.contra Latinos duos exercitus ducebant. Ibi vtrique Conſuli eadem per quietē obſeruatā ſpecies, viri ſtatura auguſtiore humana habitúque maiore dicentis,ex vna acie Imperatorem diis manibus,ex altera exercitum deberi,vtrius exercitus Imperator ſe ſuper hoſtiū catervas deuouiſſet,eius populi victoriam fore. Conferunt inter ſe Conſules nocturnum illud oraculū,victimáſque vterque cædit ad iram deûm auerruncandam. Hic H
quum aruſpicum reſponſa conceptæ animo religioni reſpōderent, inter ſe comparant,vt vtrius cornu priùs inclinaſſet, ſeſe pro patria deuoueret. Cæterùm ne voluntariæ mortis cauſa ignoraretur,eſſétq; proinde ducis interitus militibus terrori,Legatos & Centuriones occultè conſilij huius faciūt participes.Haud procul radicibus Veſuuij prælium commiſſum in Campania. Manlius dexterum cornu,læuum Decius tenuit.Qui vbi ſuos laborare animaduerrit,ſolemni carmine præeunte Pontifice,ſeſe deuouit, ritúque Gabinō cinctus, in medios hoſtes irruens,periit. *Liuius l.8.Val. Max.l.5.c.6.*

Romanis contra Samnites & Gallos ad Cluſium pugnātibus, P.Decius cum Q.Fabio Maximo conſul, vbi neque precibus,neque minis ſiſti poſſe fugam vidit, paternum ſecutus exemplum,M.Liuio pontifice,quem ad hos caſus penes ſe in acie habuit præfari carmen iuſſo,ſe & hoſtium legiones diis manibus deuouit. Deuotus Gabinō ritu cinctus,qua confertiſſima erat Gallorum acies,bellatorem equum immiſit, ibi

A infeſtis telis vndique petitus extemplò concidit. Ducis interitus, qui terrori alioqui militibus eſſe ſolet, mirum dictu inclinatam aciem à fuga reuocauit. Hortari Pontifex ac teſtari, viciſſe Rom. fato cõſulis, defunctos eſſe omni periculo. Gallos & Samnites Telluri & diis manibus deuotos iam pugnæ immemores alienata mente aſtare, item, deuotámque aciem ſternerent. Ita pugna non ſolùm ea parte inſtaurata eſt ſed cœptus etiam ſterni buſtium globus. *Sab. l. 7. En. 4. Liu. l.* 1 .

Decivm Imp. bello contra Scythas arbitrabatur Pomponius Lætus, ſe pro futura victoria deuouiſſe, cùm id Decij antiquitùs facere conſueuerint. Nam prioribus ſeculis alter bello Hetruſco, alter bello Latino, conſtanti animo inter cõfertiſſimos hoſtes pro victoria patriæ deuouentes occubuére. Iornandes ſcribit, in ipſo congreſſu ictum ſagitta Decium filium deceſſiſſe, & patrem, vel vt cædem filij vleiſceretur, vel vt morte ſua finem doloti inueniret, in confertiſſimos ſe immiſiſſe hoſtes, & in voraginem paludis delatum nuſquam apparuiſſe, & diis ante congreſſum immolaſſe, ad Arbitrum Mœſiæ vrbem. Inde factum loco nomen, qui Ara Decij appellatur. *Cuſpinianus A. D.*

FINES AMPLIARE PER NEFAS.

Philæni fratres Carthaginenſes præter condictum citiùs quàm par eſſet domo egreſſi. Cyrenæorum duobus adoleſcé-
B tibus longè vlteriore quam quiſquã ſperaſſet ſpacio occurrerunt. Conuenerat autem ſic vtrinque populus, vt quo ſibi inuicem loco occurriſſent, is finium terminus eſſet. Iurgio orto, Cyrenæi conditionem illis proponunt: Fines eos quãtumuis perfidia acquiſitos ſibi placere, ſi Philæni terra ſeſe ibi obrui paterentur. At hi, vt perfidiam noua fide obliterarent, ibi ſe viuos defodi permiſere. *Val. l. 5. c. 6.*

Lacedæmonij primam honeſti partem reipub. rationibus tribuentes, neque diſcunt, neque ſciunt quicquam iuſti, niſi quod amplificaturum Spartam putant. Qua ipſa fidei perſuaſione falſa dementati, erga alios iniurij eſſe non verentur, *Plutarch. in Ageſilao.*

ERGA REGES, DVCES PRÆTER honeſtatem fidei. Idque vel
Obediendo Ivssis.

Primus Tartarorum rex Changuiſta: alij Changium vocant, ad periclitandas vires imperij, ſeptem Principum, qui Mongali dicuntur, ex iis qui vniuerſæ genti ante conſtitutũ regnum præfuerant, filios parentum manu iuſſit interfici.
C Faceſſunt illi imperium, etſi acerbum & atrox, cùm multitudinis metu, tum religione adacti: credere enim vulgò cœli numen eiuſmodi regni initiis interfuiſſe: non regẽ, ſed deum ipſum violari arbitrantes, ſi illius dicto minùs obtemperaſſent. *Sab. l. 6. En. 9.*

Gens Chaſibrum, ſuos principes ita vereri & obſeruare, & in iuſſis eorum exequendis adeò alacris eſſe dicitur, vt ſi tãtùm ſupercilio magiſtratus innuerit, ſtatim de rupibus ſe præcipitent, in enſes irruant, in vndas deſiliant, in ignem ſe coniiciant: & ad eos miſſi, quos eorum principes occiſos volunt vt hoſpites & amici adeunt, & aut ſe habere quod eis dicant, aut legatos venire ſimulantes, ſæpè dominorum ſuorum aduerſarios pugionibus occidunt: nulla difficultatis & explorati ſupplicij ratione habita, etiamſi alterum non occiderint. *Nicetas l. 2. de Imperio Iſaaci Angeli.*

Aſſaſſini gens Perſica in Syria, ad montem Antilibanum ad 60. millia, nihil antiquius habebant, quàm Regi, quem ſua
D lingua Senem vocabant, obedire. Itaque cùm illuc publica fide accepta profectus eſſet Hẽricus, Campaniæ comes, & ab Antiochia Tyrum verſus iter haberet, horum populorum princeps, vt hunc obediendi morem Henrico præſente declararet, oſtenſis in alte turris ſummitate aliquot hominibus, vnum nominatim euocauit: & is nulla mora facta, in ipſorũ conſpectu a turri ſe dimiſit, qui ex caſu detritus ſtatim vitã obiuit. Et cùm alios etiam vocare vellet, Comitis precibus, qui totus admiratione ſimul atque horrore obſtupuerat, vix retentus fuit: adeò populi illi ſola religione moti, vitæ ſuæ prodigi ſunt: *Fulg. l. 1. c. 5. & Egnat. l. 5. c. 6.*

☞ *Vide Tit. Actus in regno aſtruendo.*

COMMORIENDO.

Apud Æthiopes Meroen incolentes ferunt conſuetudinis eſſe, amicos vltrò in regis morte vita defungi: exiſtimantes eum interitum glorioſum, veræque amicitiæ teſtem. Ideo haud facile eſt Æthiopum regibus aduerſus talem amicorum cui ſenſum inſidias par[illegible] E
lib. 1 [illegible]

C[illegible] ber[illegible] nefas eſſe du[illegible] prælio ſupereſſe [illegible] cæſus eſſe[illegible] pr[illegible] ſalute ſp[illegible] deuouerant. Quorum animi pr[illegible] danda, quod & patriæ incolumitatem [illegible] iter tueb[illegible] fidem duci conſtanter præſtabant. *Valer. Max. l. 2.* [illegible] *antiu. Tacitus* [illegible] 44

Apud [illegible] anos turpe & [illegible] omni vita infame, ſuo duci ſuperſtit[illegible] in prælio eſſe, niſi victor is ex acie deceſſiſſet *Sauin. l. 2. Ennead. 6.*

Georgivs Brittivs Maleſcenſis præfectus in Zamatræ inſulæ portum anno 1521. aduectus, hoſtium multitudine circumuentus perit: Nondum omnes ſciebant, ducem intra vrbem cecidiſſe. Ludouicus Rapoſus, & Petrus Villoſus, viri, qui multa decora virtutis militaris obierant, cum in ipſo [illegible]tore percepiſſent, Brittium occiſum fuiſſe, dixerunt, ſibi nullo modo tantam turpitudinem ſubeundam eſſe, vt ex prælio, in quo dux occubuiſſet, euaderent. Itaque in hoſtes ruunt, neque cædendi finem faciunt, donec vulneribus conciſi & debilitati conciderent. *Oſorius l. 12. Rerum Em.*

CONDOLENDO.

Magnvs Noruegiæ rex, ab Haraldo Hyberno Erici Da- F
norum regis ope inſtructo captus, attonſus, oculis ac genitalibus ſpoliatur, ne aut regnum reſumeret, aut vltorẽ procrearet. Interrogatus à ſuis, An quem infelicitatis ſuæ cuperet habere conſortem? paucos ea re delectari reſpondit. Inuentus eſt tamen inter armigeros, qui facie & corporis habitu ſimillimus eſſet Magno: qui ob Regis ſui caritatem, vt cui videnti ſimilis fuiſſet, cæco quoque non diſſimilis haberetur, idem ſpontè pati voluit. *Crantzius l. 5. Noruegia, c. 6.*

ERGA AMICOS NIMIVM FIDI.

Nimiùm in amicorum ſtudiis remiſſus & luſtractus Ageſilaus rex Spartanorum, vt Euripidis Pegaſus:

Metu trepidauit ac ceſſit plus quàm ſatis:

Quibus cùm in calamitatibus propenſiùs quàm decebat, ſuccurreret, conſentire videbatur eorum flagitiis. Phœbidam in crimen adductum, quod Cadmiã ſine vlla auctoritate publica occupaſſet, ſeruauit, talia iactans vltro facienda. Sphodrias de facinore ſceleſto & atroci accerſitus (nam in Athenienſium fines amicorum & ſociorum incurſionem fecerat) contendendo peruicit, precibus filij amatoriis inflexus, vt li- G
beraretur: atque epiſtola eius ad dynaſtam quendam circumfertur: Niciam, ſi nihil admiſit, noxæ exime: ſin quid admiſit, mihi eum exime: omnino autem hominem noxæ exime. *Plut. in praceptis Politicis.*

Idem depoſcens ab Icarienſi Care quendam amicum, ſcripſit ei: Niciam, ſi nihil commiſit fraudis, dimitte: ſin fraudẽm commiſit, nobis dimitte: omnino verò dimitte. *Plutarch. in Apophthegmatibus.*

ERGA LIBEROS.

Alfonsvs III. Aſturum Rex Garſiam filiũ regno inhiantẽ in vincula coniecerat: Semena regina, filij quam mariti ſtudioſior, grauibus tributis popularium animos à rege abalienauit, & filios reliquos ad conſpirandum contra patrem inducit. Itaque Alfonſus regno ſe abdicauit, & Garſiam regem declarauit. *Rodericus Toletanus l. 4. Rerum Hiſpanicarum c. 19.*

ERGA VXORES NIMIVM FIDI. Puta.
OBEDIENEO. *γυναικοκρατούμενοι.*

Ioram Rex Iudæorum, filia Achab in vxorem ducta, plus illecebris vxoriis, quàm Domini Prophetis paruit. 4. *Regum* H
8. *& 2. Paralip.* 25.

Syphax Rex Sophonisbæ vxori parens ſeipſum perdit.

☞ *Vide Titulum, Transfuga.*

Herodes Antipas Magni. F. vxori Herodiadi plus iuſto obediens, in exilium à Caio Imperatore pellitur.

☞ *Vide Tit. Inuidia.*

Athavlfvs Veſtgothorũ Rex, poſt obitum Alarici Romã denuò ſpoliauit, Imperatore Honorio nihil reſiſtere audẽte, cuius & germanã Gallam Placidam, Theodoſij Imperatoris ex altera vxore filiam, captiuam abduxit: quam tamen ob generis nobilitatem, formæque pulchritudinem, apud Forum Cornelij ſuo matrimonio copulauit: Honoriumq; Auguſtum quamuis opibus exhauſtum, quaſi cognatũ grato animo proſequutus eſt. Propoſuerat ſibi Romã funditus euerſã, alteram ædificare vrbem, Gothiam nomine, & Athaulfos ex ſe denominari reges, non Auguſtos. Verùm cõiugis Placidæ prudentia in tantũ mutauit ſententiam, vt Romanæ dignitatis, cuius

nequitet eſſe initiator, fore optaueru reſtitutor. Itaque Honorio Imperatori lib[illegible]m & pacem c[illegible]nceſſit, Romamque & totam Italiam ſumma liberalitate teſti ut, aut potiùs donauit. Inde conſtituta cum Honorio pace, Italiaque relicta, in Gallias accelerauit, [illegible]micus Roman[illegible] Imperij Sueuos, Alanos, Francos, Vanda[illegible] qui tunc [illegible]as tranſito Rheno iuxta Stiliconis machinationē [illegible]ccupauerant, expugnaturus. Quibus in Hiſpaniam e[illegible]ctis, G[illegible]lliam quoque Honorio, Placidiæ ſuaſu, conceſſit, & [illegible] [illegible] paniam mouit. Paulò pòſt prodigalitatis ſuæ pœnitens, ingratiſſimo exiſtente Honorio, à Gothis proceribus vt d[illegible]lapidator Imperij cæſus eſt. *Ioann. Magnus libro 5. hiſt. Gothorum.*

A

AMANDO.

Ad illos, qui ad cœnam magnam vocati fuerunt, & non luerunt. Ille, qui vxorem duxit, non rogauit ſe excuſatum haberi, ſed ait: Non poſſum venire, plus vxoris illecebris, quàm magni illius Imperatoris benignitati tribuens. *Luc. 14.*

M. Antonivs III. vir Cleopatræ Ægyptiæ illecebris dementatus, Octauia vxore formoſiſſima & honeſtiſſima neglecta, ſe ſuóſq; perdidit. Ad bellum profectus Parthicum, cùm Cleopatræ deſiderio, vt cum illa hybernaret, id citò cōficere
B ſtudet, machinas ad oppugnandas vrbes neceſſarias Parthis corrumpendas reliquit: quarum penuria Phraata vrbem fruſtrà oppugnauit, & tandem re infectâ ſummo cum periculo vix reduxit exercitum. Iam regi Medorū diſſenſio cum Partho Phraote intercesſit, exorſa quidem, vt fama eſt, ex præda Romana: ſed quæ in ſuſpicionem Medum & metum, ne regno ſpoliaretur, adduxit. Vnde Antonium per legatos acceſſiuit, eique auxilium oſtendit copiarum ſuarum. Antonius igitur magna inflatus ſpe (nam quæ vna res ad debellandos Parthos videbatur ei defuiſſe, quòd minùs ab equitatu & ſagittariis firmus veniſſet, eam accedere ſibi putabat danti magis quàm accipienti beneficium) parauit iterum per Armeniam pergere, conuentóque ad Araxem amnem Medorum bellum mouere. Cæterùm Cleopatræ irretitus amoribus, & metuens, ne mortem ſibi conſciſceret Cleopatra Alexandriā regreditur, Medúmque in æſtatis horam reiecit. Interim ad bellum ciuile contra Octauium ingēti claſſe inſtructa, Cleopatram ſecum duxit, quamuis præcipui eius amici hoc ei diſſuaderent. Ad Actium quoque, vt cum Cæſare claſſe pu-
C gnaret, auctor fuit Cleopatra, quæ ipſa res Antonium euertit, quando legionibus Romanis, quibus præcipuè nitebatur Antonius, in terra quieſcentibus, cum Phœnicibus & Ægyptiis nauiculariis contra Romanam claſſem dimicauit. At Cleopatra vt expeditiùs fugere poſſet, mari quàm terra pugnare maluit. *Plutarchus in Antonij vita.*

ERGA MARITOS. PRÆTER HONESTATEM

OBSEQVENDO.

☞ *Vt ſi corpore quæſtum facere, vel idololatriam committere maritus iubeat.*

COMMORIENDO.

Vetuſtiſſimi ſcriptores Halcionem referunt, Ceyci marito non paſſam eſſe ſuperuiuere, ſed in mare ſe dediſſe præcipitē. Addūt fabulæ, verſos in Halcyones aues, ſic caras Thetidi, vt quoties nidificent, maxima ſit in mari & cœlo tranquillitas: idque ſtatis quotānis diebus cōtingere, qui ea de cauſa Halcyonij vocētur: hoc à diis tribui pietati vxoris in coniugem.

Evadna, ex petra alta deſiliens in rogum mariti Capanei, ſpectante id ſane patre Iphide, qui à cœpto eam prohibere non poterat, inquit *apud Euripid. in Supplicibus:*

D ——— [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Sed famam propter bonam hinc tuam ab hac petra, ſaliēs in ignem corpúſque ardente flamma marito commiſcens carum, corpus corpori propè ponens, ad Proſerpinæ veniam thalamos: te mortuum nunquam mea deſerens vita, ſuper terra, Valeat lux & nuptiæ.

Laodamia vbi nuncium accepiſſet, Proteſilaum virum ad Troiam ab Hectore interfectum eſſe, ipſa ſe occidit.

Apud Indos quæ Mulieres virorum ſunt amantes & pudi-cæ, c[illegible]nflictantur inter ſe & pugnāt de igne. Quæ obtinuit, vt rogo vnà cum marito imponatur, eam beatā canunt cæteræ. *Plutarchus, an in quo vitium, ei nil deſit ad infeliciter [illegible]endum.* E

Apud Cathæos Indos irroborauerat mos, vti cum defunctis [illegible]ris deflagrarent vxores. Natum id ea veneficij crimine, quo ſublatus à quapiam dicebatur maritus. *Cælius lib. 18, cap. 31. Antiq. Lect.*

Panthea Abradatæ Suſorum regis vxor, pro eius ſalute vmueriis effuſis opibus, occiſum voluntaria morte proſecuta eſt. *Xenopho. lib. 7. Pædia.*

Bansanes ſancti homines Narſinguenſium Indorum ſemel in vita vxorem ducunt. Illis defunctis, Vxores prope illorum cadauera viuæ ſepeliuntur. Reliquæ, quæ aliis hominibus nubunt, poſt virorum mortem viuæ in rogum cum magno ſuorum comitatu, & multis cantibus atque laudibus inferuntur. *Oſorius lib. 4. Rerum Em.*

Rea Narſinguenſium Indorum vnam præcipuè Vxorem, quam præter cæteras eximiam habeat, minimè ducit: maximum tamen concubinarum numerum habet, quæ è Principū genere deliguntur. Cùm Rea moritur, pyra è lignis odoratiſſimis incenditur, in quam regiū cadauer infertur. Ibi Concubinæ omnes, & omnes illius familiares, & quicunque illi miniſtrauerant, aut magnum apud illum nomen obtinuerāt, F
in rogum ſimiliter inferuntur: Tanto autem ſtudio, vt certentur, ad rogum accelerant, vt appareat eas in ea mortis, qua Regem ſuum proſequuntur, ſocietate ſummum decus poſitum arbitrari. *Oſorius lib. 4. Rerum Em.*

Porcia Catonis filia, M. Bruti vxor, victo & perempto marito, mori ſtatuit: ferrum eſt ablatum, ipſa ſe prunis ardentibus in os ingeſtis ſuffocauit. De ea *Martialis Epigrammatum libro primo:*

Coniugis audiſſet fatum cùm Porcia Bruti,
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor:
Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari:
Credideram, fatis hoc vos docuiſſe patrem.
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas:
I nunc, & ferrum turba moleſta nega.

Apicata vxor Seiani damnata non fuit, audita tamē liberorum morte, corúmque in ſcalis corpora intuita, digreſſa inde libellum compoſuit, in quo continebatur quomodò Druſus eſſet interfectus, accuſatioq; Liuillæ vxoris eius, propter G
quam Seianus vir ipſi infenſus nuncium remiſerat: eo ad Tiberium libello miſſo, vita ſeipſam priuauit. Quo Tiberius lecto, réque vt acta eſſet, perſpecta, reliquos omnes Druſianæ cædis reos, & ipſam Liuillam interfecit. *Dion. lib. 58.*

Pavlina Senecæ coniux cum marito mori voluit, & ſciſſæ ſunt illi venæ: ſed à Nerone inhibita eſt, retentáque in vita, & obligata brachia, preſſuſque ſanguis vel inuitæ, vel ignaræ. Vixit paucis annis pòſt, ore ac membris ita pallentibus, vt oſtentui eſſet, corporiſque habitu apertiſſimè coniugalem pietatem teſtante. *Lud. Viu. lib. 2. de fem. Chriſt.*

Apud Vuinedos Germanos laudabilis mulier eſſe iudicatur, quæ propria manu ſibi mortem infert, vt in vna ſtrue pariter ardeat cum viro ſuo. *Bonifacius Epiſc. Maguntin. in ep.*

Blanca Rubea Patauina, vxor Baptiſtæ à Porta, in præſidium Baſſiani municipij Patauini cum viro profecta, anno Chriſti 1253, cùm Acciolinus tyrānus Patauio amiſſo, omnē belli vim in Baſſianum conuertiſſet, & proditione etiam cepiſſet, atque in ipſis portis Baptiſtam obtruncaſſet: Blanca quoque armis induta fortiter pugnās, à militibus circūuenta, captiua ad tyrannum ducitur. Is forma eius (quam augebant arma) motus, primò blāditiis, mox etiam vi adortus, eam cor- H
rumpere tentauit. Illa cùm alia ratione non poſſet, per feneſtram ſe dedit præcipitē, ſemianimis ex caſu vix tandē curatur; Curatam tyrannus denuò aggreditur: & quia conſentire nolebat, ſeruorum opera ligatam conſtuprauit. Illa dolorem diſſimulans, impetrauit ab amicis, vt ad leuandum mœrorem & deſiderium aperto ſepulchro mariti fœtidum cadauer ſemel tantùm aſpicere poſſet. Morem illi gerunt. Aperto itaque ſepulchro, vbi iacebat, illa magno emiſſo eiulatu, in ſepulchrum ſeſe præcipitauit: ſimúlque tanta violentia lapidem impulit, vt vnà rueret, & Blancæ ceruicem frangeret. Sic pudicitiam ſuam vita, ex voto ſuo, commune cum marito ſepulchrum obtinuit. *Bernard. Scardeonus, lib. 3. Hiſt. Patauina.*

Anno 1501. cùm Io. Meneſius Luſitanorum dux Mauritanos in fugam egiſſet, Luſitani equites quinque, ſeptem Mauros amiſſis equis conſpicati cum quinque mulieribus latēter fugientes, eos inſequuntur. Mauri tres equos confodiunt, &

A omnes Luſitanos conuulnerant. Vnus ex Mauris cùm in extremo iam vitæ diſcrimine fortiſſimè pugnaret: Sponſæ, quæ erat in illo mulierum comitatu, rantùm dolorem attulit: vt maxima voce exclamaret, ſe ſociam ſponſo futuram: adeóque in hoſtium gladios ruens, equitem vnum, qui pedes cum mulieris ſponſo dimicabat, ſumma vi corripit, & adeò arctè complectitur, vt is ſe expedire non poſſet: ſic vt vix aliorum interuentu, qui iam reliquos occiderant, fuerit liberatus. *Oſorius lib. 2. Rerum Emmanuelis.*

IN LEGIBVS NIMIA FIDES.

Legum rigida & obſtinata obſeruatio.

☞ *ὁ νόμος ἄψυχος δίκαιον eſt, & vniuerſalis præceptio, quæ τῷ ἐπιεικεῖ, id eſt, æquitate moderanda venit. τὸ ἐπιεικὲς autem in viro bono reperitur, atque adeo in iudice iuſto, qui veluti ἔμψυχος νόμος leges obſcuras interpretatur, ambiguas diſtinguit, genus in ſpecies ſuas diducit, circumſtantias perpendit: denique id agit, quod ratio iuſta dictat. Qui ergo æquitatem hanc repudiant, & legem ſeuerè vrgent, videntur quidem legum rigidi cuſtodes eſſe: reuera tamen iniuſti ſunt, non quidem νομικῶς, ἀλλὰ λογικῶς, ſeruant enim leges: ſed quia rationem interim, qua leges explicari debebant, negligunt, ſummum ius in ſummam conuertunt iniuriam.* B

Exempla pete ex Tit. Inconſtantiæ Legiſlatorum, qui in proprias leges peccarunt. Tit. Lex.

Vasthi regina, legi Perſarum, quæ vxoribus in virorum conſpectum prodire vetat, nimiùm pertinaciter parens, repudiata fuit. *Eſth. 2.*

Cinna & Marivs arma infeſta vrbi admouerant, & Ianiculum occuparant. Octauius conſul interim non tantum corrumpebat imperitia res, quantū legum anxia cura patum tempeſtiuè ea, quæ erant ex vſu, negligebat. Quippe qui monentibus multis, ſeruos vt manumitteret, negauit ſeruos ſe ea donaturum ciuitate, qua C. Marium leges defendens arceret. Poſtquam Metellus, illius Metelli filius, qui res geſſerat in Africa, & per Marium actus in exilium fuerat, ad vrbem venit, qui Octauio longè dux melior habebatur: deſerto Octauio milites contulerunt ſe ad illum, orantes, ſuſciperet imperium & vrbem tueretur. Nam ſi expertum & promptum eſſent ducem nacti, impigrè dimicaturos ſe, & victoriam reportaturos. Verùm ſtomachante Metello, atque ad conſulem eos ablegante, conceſſerunt ad hoſtes. Ac Metellus quoque vrbe deplorata ceſſit. *Plut. in Mario.*

C Cervvs implicato cornu zonæ Baſilij Macedonis Imperatoris eum ſublimem præcipitaturus fuerat, niſi accurrens ſatelles, zona diſſecta Imp. ſeruaſſet. Baſilius hominem occidi iuſſit, quòd capitale eſſet contra Imper. ferrum ſtringere. *Cedrenus, & Zonaras.*

IN PROMISSIS NIMIA FIDES.

Herodes Iudæorum rex Tetrarcha Galilææ, cum in ſolemni conuiuio, puellæ Herodiadis filiæ ſaltatrici iuraſſet, ſe daturum ei quodcunque petiiſſet, & illa caput Ioannis Baptiſtæ flagitaſſet: ſtultus rex promiſſum retractare non auſus, viri ſanctiſſimi ſanguine ſeſe contaminauit. Dignus qui cum inceſta coniuge extremo affectus ſit ſupplicio, & per exquiſitiſſimas vterq; pœnas diſcruciatus. *Sab. l. 4. c. 5. ex Marci 6.*

Promiſerat Leo Iſaurus Nebræis duobus Aſtrologis, ſi potiretur imperio, ſe voto illorum ſatisfacturum. Voti reus, petentibus illis duorum ſtatuas exſcindi, paruit, & iconolatras horrendis affecit ſuppliciis, *Zonaras & Cuſp. A. D.*

FIDEM EXIGERE.

☞ *Conſule locos Fidei datæ, quatenus exactionem habet præcedentem.*

D Lycvrgvs Lacedæmoniorum legiſlator, patria excedens, iureiurando ciues ſuos adegit, ne priùs leges ſuas mutarent, quam ipſe reuerſus eſſet. Voluntario igitur exilio in Cretā abiens, illic mortuus, cineres ſuos in mare proiici iuſſit: ne fortè illis in patriam relatis, ciues ſe ſacramento ſolutos arbitrati, ſaluberrimas leges abrogare vellent. *Plutar. in Lycurg.*

Iolavm, quem dilectum ab Hercule fuiſſe putant, nunc quoque colunt & venerantur Phocenſes, amoriſque iuſiurandum & fidem ſuper ſepulchrum eius exigunt ab amaſiis. *Plutarchus ſermone Amatorio.*

M. Pomponivs Trib. plebis L. Manlio Imperioſo Dictatori ob acerbè habitum delectum belli Hernici cauſa, diem dixit, T. Manlius F. quem ob ingenij tarditatē reus ablegârat, cultro ſuccinctus omnibus inſciis ſub lucem Romā abiit, & & a porta Pomponij Tribuni domum petiit, ibi ianitorem nunciare Tribuno iuſſit, T. Manlium Lucij F. ad ianuā ſtare, qui eius colloquium peteret. Introductus tanquam patri iratus aliquid occulti in reum crimenis allaturus, confeſtim omnibus abire iuſſis, incautum Tribunum ſtricto cultro inuaſit atque iacenti incubans: Niſi, inquit, in ea verba, quæ voluero, iuraueris, te a patris accuſatione deſtiturum, ego te hic Pomponi iacentem transfigam. Ad ea pauidus Tribunus periculo adactus in Manlij verba iurauit, eaque dimiſſo præſtitit Tribunus fidem, quam coactus dederat. *Valer. Max. lib. 5. cap. 4. & S. bel. lib. 3. Enn. 4. & Cic. lib. 3. Offic.* E

Fama eſt inter Venetos celebrem admodum fuiſſe quempiam, qui in faciendis vadimoniis ſtudio non mediocri teneretur. Is in Venatores incidens, qui irretitū haberent lupum, & illis rogantibus, velletne pro lupo vadem ſe cōſtituere, vt illata ab eo dāma perſolueret, ſic è retibus belluā dimiſſuros: Fideiubere ſe conſeſſus eſt. Emiſſum deinde lupum, magnum equarum armentum agitâtem, nullo notatum cauterio, ad fideiuſſoris ſtabulū adduxiſſe, recepta gratia, equabus lupi notam inuſſiſſe, & inde lupiferas (λυκοφόρος) nominaſſe, velocitate magis, quam pulchritudine præſtantes. *Strabo lib. 5.*

Iovivs prætorio præfectus cùm Alarico Gotho Honorij Imp. literas temerè oſtendiſſet, quibus ſeſe Honorius nullo pacto præfecturam Alarico conceſſurum profitebatur (cuius oblatione delinitus Alaricus arma poſiturus fuerat) iiſque irritatus ille rectà Romam peteret: Rauennam regreſſus, vt ſe omni ſuſpicione criminis (hoc eſt, arcani proditi) liberaret, Honorium ſacramento adegit, ſe nunquam pacem cum Alarico facturum: atque ipſe tacto eius capite eodem ſe iureiurando deuinxit, atque ab omnibus, qui eum poteſtate erant, idem exegit. *Sigonius de occid. Imp.* F

Constantinvs Ducas Imper. Romanus, cùm ex Eudoxia vxore tres mares ſuſcepiſſet, moriens à populo ſigillatim iuramentum exegit, nullum Imperatorem, quàm filios facturum. *Volat. lib. 23. Anthrop.*

Evenvs Scotorum regum primus fidei iuramentum à ſuis exegit, ſuorum ſubditorum manu aut pede tacto. *Boeth. lib. 2.*

Lvdovicvm Lucemburgium, Magiſtrum equitum Ludouicus XI. Gallorum rex quauis ratione reconciliaturus, ne ad Carolum Burgundum apertè deficeret, veniam tentatæ defectionis dederat: Vxore mortua (quæ eadem ſoror reginæ, lacrymis affinitatéque, & virum ne omnino deficeret, & regem vt iræ moderaretur, permouerat) renouato metu, ne ſuis quidem ſatis fidebat, quos in ſe iam ſollicitari ab rege ſentiebat. G A rege iuſſus in colloquium deſcendere, venturum ſe reſpōdit, ſi Andibus in D. Laudi æde tacta cruce ſacra, iureiurando fidem daret. Id ſe facturum vlli mortalium negauit rex. Itaque per legatos res geſta: ſed ita, vt tandem Lucemburgius Carolo ſeſe dedens, ab illo regi Gallo traditus, & Lutetiæ vltimo ſupplicio fuerit affectus, *Æmilius lib. 10.*

FIDEM REPVDIARE.

☞ *Vide Tit. Non credere cuius veluti accidens eſt, Fidem, quæ datur, ſuſpectam habere.*

FIDES PRINCIPVM, DVCVM, MAGISTRATVVM, Imperatorvm, Erga Svos.

☞ *Conſule Tit. Fortitudinis bellicæ Imperatorum & Ducum. Item, Reges boni.*

ERGA QVOS. ERGA LEGES, VEL Magiſtratus ſuperiores.

☞ *Sub Tit. Fidei erga patriam, in legum obſeruatione.*

CONSILIARIOS.

Cùm Micciſlao ſeniore Polonorum principe defuncto, Poloni regnum Leſco Albo nepoti ex Caſimiro fratre ea conditione offerenti, ſi Gouoricium Rauitum Palatinum Sendomirienſem relegaret: Leſcus regnum potiùs repudiare, quam Gouoricium conſiliarium fidiſſimum deſerere maluit. *Cromerus libro 7.* H

PAVPERES.

Alphonsvs Aragonum & Siciliæ rex potentiſſimus, die Veneris pauperibus tantùm ius dixit, vt tantæ maieſtatis præſentia (quam pauperrimo cuique adire facilè diceret) abſtinerent potentiores à tenuiorum iniuriis, ac ius ſuum cuique & habere & poſſidere liceret. *Panorm. lib. 1. de geſtis Alfonſi.*

NAVFRAGOS.

Alfonsvs Aragonius Siciliæ rex, cùm vidiſſet naufragos auxiliū implorantes, ſuos adhortatus eſt, vt illicò ſubuenirēt. Qui dum pertimeſcerent periculum maris tam horrendum, dicētes, melius eſſe vnam quàm vniuerſas triremes perditum iti,

A … ipſemet … prætoriam nauem: Satius eſſe, inquiens, … cum ſu… …ſſimi occumbere, quam illos videre ante ocul…s ex… pati. *Panormit. …bro ſecundo de Rebus geſtis Alfonſi.*

MORTVOS

Nicias Athenienſ. Cor…hiis prælio victis, cùm moris eſſet, eorum qui vici…, trophæum, vbi victoria parta eſſet, ſibi erigere (qui honor bi… adimebatur, qui precario aliquid ab hoſte peti…ſſent) aſpernatus eſt id decus, vt duorum ciuium cadauera, quibus hoſtes potiti fuerant, ſepulturæ mandarentur. *Sabellicus lib. 5. cap. ..*

IN QVO, QVID BONI, QVOMODO præſtiterint Subditis. Puta,

DEVOVENDO SE SE PRO SVIS.

Moysis quantus fuerit erga populum Iſraeliticū amor, ex eo colligi poteſt, quòd cùm illi vitulum aureum conflaſſent, & adoraſſent Deum, his verbis allocutus eſt: Ingens quidem flagitium admiſit hic populus, dum ſibi deos aureos fecit: ſed tu aut ei peccatum condona, aut me de libro, quem ſcripſiſti, dele. Tanta pietate Moyſis Deus motus, populo ignouit. *Ex. 32.* Cum denunciante Dño finem vitæ ſibi iam inſtare ſciret, B non intermiſſa populi cura, à Domino petiit, vt aliquem virum cordatum Reip. præficeret, ne eſſent tanquam oues ſine paſtore. Dominus igitur Ioſuë Nun. F. elegit. *Num. 27.*

Davidis regis probitas & iuſtitia eò maior viſa eſt, quod crudelitatem & impietatem Saül ſecuta eſt. Illius erga populū charitas cùm in multis, tum in eo præcipuè apparuit, quòd poſtquam ob illegitimam ſimul & arrogātem plebis enumerationem puniendus, de tribus malis vnum optare cogeretur, neque famem in terram ſuam, neque cædem ſuorum ab inimicis inferendam elegerit, cùm ſibi & frumenti ſatis ſuppetere poſſet, vt regi & multorum armis tectus necem minùs ipſe timeret. Elegit autem cōmunem tam ſibi quam reliquis omnibus metum peſtilentiā: imò quàm in ſe potiùs, qui deliquerat, quàm in aliis deſæuituram ſperaret. At vbi vidit ſe prætermiſſo, populum vaſtari, cædique Angelo percutiente, exclamat: Ego ſum qui peccaui, ego inique egi: iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur, obſecro, manus tua contra me & contra domum patris mei. Qua pietate diuinam placauit iram, ſibique & iis qui ſuperfuerant, veniam impetrauit, tam iuſtus in pœna eligenda, quam promptus in perferenda. Sed cùm neque populus à culpa credatur alienus, hic corporis, ille animi dolorem paſſus eſt: minùs doliturus, ſi ſoli pati cō-C tigiſſet. *Marulus lib. 3. c. 2. & Sabel. l. 5. c. 2. ex 2. Reg. 24.*

M. Antonivs cum exercitum è Parthorum regione magno cum periculo reduceret, manus in cœlum tendens deos precatus eſt; Si qua priores fortunæ ſuæ ſerenitates diuinæ inuidiæ maneret, in ſe vt ea verteret: reliquo exercitui incolumitatem tribuerent & victoriam. *Plut. in Antonio.*

IVS DICENDO SVBDITIS.

Samvel iudex Iſraëlitarum, circuibat Bethel, Galgala & Maſphat, vt facilem omnibus ad ſe veniendi poteſtatem faceret. Pro populo aſſiduè Deum precabatur. *Libro 1. Regum cap. 7. & 12.*

Lacedæmonij, eos quos mortis ſupplicio dignos putarēt, noctu, non die plectere conſueuerunt. Cauſas verò iudices oecluſi, neminémque videntes, iudicabant, ne obiecta ſanum iudicium impedirent. *Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5.* Anaxandridas cuidam ab eo ſciſcitanti, Quamobrem ſeniores apud Lacedæmonios plures dies ſumerent ad cognoſcendum in cauſis capitalibus, & ſi quis fuerit abſolutus, nihil minùs ſit obnoxius D legi? Ideo, inquit, pluribus diebus cognoſcunt, quoniam ſi in capitis diſcrimine errauerint, non eſt corrigendi conſilij poteſtas. Oportet autem à cauſa liberatum, obnoxium manere legibus: quod fieri poteſt, vt ſecundùm eandem legem liceat aliquid rectius de reo ſtatuere. Hoc temperamento prouiſum eſt, ne vel occidatur innocens, vel effugiat nocens: qui quamuis errore iudicum ſit abſolutus, poteſt eadem lege denuò conueniri, pœnáſque dare legibus. *Plut. in Lacon. apophth.*

Alexander Magnus initio cum iudicia capitalia diſceptaret, ſolam tenet manum cum alteri auri, dum diceret accuſator, admonere ſolitum: reo vt alteram integram & intactam ſeruaret à calumniis. *Plut. in Alexandro.*

Prætores ac iudices publicarum quæſtionum aliis imperiū illud mandare non poterant: nec in iudicando legis acerbitati aut lenitati detrahere, aut addere quicquā, ſed vno verbo, imò vna litera ſententiam ferebant, puta A. C. N. L. Abſoluo. Condemno. Non liquet, idque factum eſt, ne ab hominis E cuiuſquam, ſed ab ipſius legis arbitrio fama, vita, mors, fortunæ denique ciuium penderent. *Ioann. Bodinus Meth. hiſtor. cap. 6.*

VITAM CONSERVANDO.

Cùm poſt mortem Euryſthei regis Peloponneſi, qui Herculem, eiuſque poſteros Heraclidas ſummo proſequebatur odio, Heraclidæ in patriam redire conarentur, Tegeatæ cum Achæis & Ionibus Peloponneſum tum incolentibus ſe ipſis oppoſuerunt. Hyllus Heraclidarum dux, qui rem ad conflictum deuenturam videbat, vtrique exercitui parcens, monomachia controuerſiam finire voluit: cúmque Echemo Tegeatarum rege & duce congreſſus, pro exercitu ſuo vitam amiſit. *Herodotus lib. 9.*

Pelopidas Thebanus vxori, quæ ipſum ad bellum proficiſcentem rogabat muliebriter, vt ſeruaret ſeipſum: alij, inquit, … iſtud faciant, monendi ſunt. Nam princeps ac dux hortandus eſt potiùs, vt ſeruet ciues. *Plut. in Græcor. apophth.*

P. Scipionis Africani Maioris memorabilis vox illa meritò eſt à multis celebrata, qua is ſæpè in imperio vſus dicitur: Malle ſe vnum ciuem ſeruare, quam mille hoſtes perdere. *Sabellicus lib. 8. cap. 2.* F

Petronivs Granius, centurio octauæ legionis, ſub Cæſare Gallico bello militans, Gorgoniæ portas tantiſper ab hoſtili protexit impetu, dum ſociis ad fugam tempus daretur. Reuertentibus demum iiſdem ad ſubſidium, vulneribus deficiens. Ite nunc, ait, incolumes. *Ramiſius.*

M. Cato Vticæ reliquos omnes nunciata clade iuſſit per mare ſibi conſulere. Quibus, vt conſcenderunt, ſecundum curſum precatus, domum eſt regreſſus, vbi ſe ipſe interemit. Quare docuit, pro quibus ſuſcipere timorem, & quæ contemnere deberet rector. *Plut. ad Principem indoctum.*

Alfonsvs Aragonius Neapolis & Siciliæ rex, cùm aliquādo nauali prælio deſperatis rebus, poſſet ex onerariis nauibus in triremium ſuarum claſſem facilè euadere: primus tamen in hoſtium nauem tranſiliit, ſéque dedidit, ratus, id quod poſteà effectu probatum eſt, eius iam expers auctoritatem ad ſuorum militum ſalutem & liberationem plurimùm valituram. Cùm traiiceret flumen Vulturnū cum exercitu, vidiſſétque equitem Butardum, ex acie Rodolphi Peruſini aquæ vi pertractum in vitæ periculum, cum nemo ſuppetias ferret, nō perterritus tanto periculo in rapidiſſimū flumen equo concitato ſe coniecit, hominémque ſemianimem in ripam pertraxit. *Panormitan. lib. 3. de Rebus geſtis Alfonſi.* G

Ioannes II. Luſitaniæ rex, audiens volucrem eſſe quæ roſtro pectus dilaceraт, vt pullos ſerpentium morſibus exanimatos ſanguine ſuo profuſo in vitam reuocet: eiuſdem volucris imaginem ſuis inſignibus adiungendam curauit: vt oſtēderet, ſe eſſe paratum pro ſuorum ſalute ſanguinē ſuum profundere. *Oſorius lib. 1. Rerum Emmanuelis.*

Carolvs V. Imp. bello Africano Algerenſi, non ex animi ſententia ſucceſſurum prælium cernens, Malle ſe dixit vnum Chriſtianum ſeruare, quam mille Mauros, Turcas, Pœnóſve occidere. *Gulielmus Zenocarus in vita eius lib. 3.*

COMMORIENDO SVBDITIS.

Potuit Æmilius Paulus Cannenſi acie, tametſi vulneratus, viuus tamen, & omnis culpæ expers, in tutum euadere, ſed legionibus cæſis, noluit: repudiato equo, qui illi ad fugam à Lentulo deferebatur. Quinimò ſaxo ſedēs: Macte, inquit, virtute iſta, C. Corneli, abi, nuncia publicè patribus, vt vrbem Romam muniant, firmēntque præſidiis ante hoſtis aduentū: méque, vt decet, ſinito inter meos milites expirare. Mira Imperatoris caritas, qui non potuit patriæ, quæ ſuperſtes erat, H non eſſe memor, paulò pòſt expiraturus. Commilitones certè relinquere noluit. *Sabel. lib. 5. cap. 2. ex Liuio lib. 2. Decad. 3.*

PERICVLIS NON OBIICIENDO SVOS.

Leosthenes Athenas Lamiacum præcipites in bellum egit, atque indignante Phocione; quæſiuit per ludibrium: Quidnam ſuo amorem adeò multorum imperio Reipublicæ profuiſſet. Non parum verò, inquit, quòd ciues in propriis ſepulchris ſunt humati. *Plut. in Phocione.*

Q. Fab. Minvtivs, hortante filio, vt locum idoneum paucorum iactura caperet: Viſne, inquit, tu ex illis paucis eſſe? Admonens, non eſſe boni ducis, vllius militis incolumitatem contemnere. *Frontinus lib. 4. cap. 6.*

L. Lvcvllvs Imp. aduerſus Mithridatem ad direptionem captæ vrbis incitantibus, dixit: Se malle vnum militem Ro-

manum ex hoſtium manibus eripere, quàm vniuerſas hoſtium
A fortunas ſibi vendicare. *Plut. in Lucullo.*

NON EXPELLENDO.

Cùm Leſcus Albus non aliter Poloniæ principatum obtinere poſſet, quàm ſi Gouoricium conſiliarium ſuum fidiſſimum relegaret: cunctantē ille vltrò hortatus eſt, ne ſua cauſa tāta commoda negligeret. Malè enim ſibi ſuiſque poſteris Leſcum conſulturum eſſe, ſi propter ſe vnum ſeniculum, & pauculos atque eos incertos dies vitæ ſuæ, in aliam familiā transferri principatum ſineret. Libenter ſe pro eius commodis atque honore in exilium abiturum, pro quo [illegible] vitam quoq; ponere deberet, atque cuperet. Commouit Leſcum ea Gouoricij oratio, vt illicò negaret, tanti ſe facere principatum, vt eius adipiſcendi gratia, tam fidum conſiliarium proderet, immerentémque magiſtratu ſimul & patria eiiceret. Proinde alium ſibi Cracouienſes proceres iſtis legibus quærerent ſe in paterna ditione ſua quieturum potius, quam p[illegible]lus principatu potiturum. *Cromerus lib. 7.*

EXCIDIVM ADVERTENDO.

Ioacim Iudæorum rege occiſo, cùm Nabuchodonoſor Ioachin eius filium regem feciſſet: mox veritus ne rebellaret, contra eum exercitum miſiſſet: Ioachin ciuitatem noluit propter ſe perdi: ſed ſeipſum cum ſuis, regiis ducibus dedi-
B dit, & Babylonem abductus eſt. In eius locum ſuffectus Sedecias patruus. *4. Regum, 24. & Ioſephus lib. 10. cap. 9.*

LIBERTATI RESTITVENDO.

Q. Fabius Maximus Dictator ſine patrum Auctoritate cum Annibale de captiuorum permutatione tranſegerat, vt vtri plures captiuos acciperent quam darent, in ſingula militum capita, bina pondo argenti & ſelibras pēderent. Quum aliquantò igitur maior foret Romanorum numerus, eſſétque ſumma quædam argenti ex publico data: quòd de ea re tardiùs populus rogaretur: filio Romam miſſo, agrum qui intactus ab hoſte fuerat, vendidit, fidemque publicam priuato exoluit impendio. *Liuius libro 2. Decadis 1. Sabellicus lib. 1. Enneadis quinta.*

Cùm Publ. Scipio Africanus maior in Africam traieciſſet, & Carthaginenſes bello defeſſi, aliquot legatos ad eum de pace miſiſſent: dimiſit eos ita, ne amplius redirent, niſi Terentium ſenatorem Romanum, quem captiuum habebant, ſecum adduxiſſent. Deductum igitur ab eis Terentium, lateri ſuo aſſidere iuſſit: atque ita Carthaginenſiū legatos audiuit, ac pacem, quam petebant, dedit. Vſus enim, quæ virum Ro-
C manum decebat, grauitate, egit, vt Terentius eodem die Carthaginenſium captiuus, atque pro tribunali ſedens, petitæ à Carthaginenſibus pacis arbiter eſſet. *Fulgoſus lib. 6. c. 4.*

Genſericus Vandalorum rex, ab Eudoxia Auguſta, in vltionem mariti Valentiniani III. Imperatoris, ab Maximo occiſa, ex Africa accerſitus Romam inuadit, capit, diripit, ſpoliat. Maximus tertio tyrannidis menſe, à militibus interemptus, a populo membratim diſcerptus, in Tiberim abiicitur. Quum Genſericus decimoquarto die vrbe, abducta ſecum Eudoxia, egrederetur: miles eius in Campaniam incurſat, Capuam euertit, Neapolim expugnat, Nolā obſidet. Nolæ Epiſcopus diuus Paulinus, cùm multi ex Campania in Africam captiui transferrentur à Vandalis: ipſe ſeſe pro filio viduæ vltrò obtulit genero regis Vādalorum, filium vnicum viduæ redemit, ſeſe in ſeruitutem dicauit: coluit hortos domino diligenter: eidem induſtriam ſuam admiranti, & ad colloquium ſæpiùs admittenti prædixit mortem regis. Gener ſocerum
D certiorem facit: Turbatus rex, accerſit Paulinum, in ſomnis ſibi viſum refert: rogat, Quinam ſciret. Epiſcopum ſe fatetur Paulinus, libertate donatur, & facultas petendi, quicquid velit, omnes ſuæ ciuitatis captiuos impetrauit. *Auentinus lib. 2. Annalium Boiorum, A. D.*

INFAMIAM AVERTENDO.

Luctatius Catulus collega C. Marij, cùm Cimbrorum audacia ad Atheſim caſtra deſererent milites, ac ſigna relinquerent, & is nullis admonitionibus eos ſiſtere poſſet aquilam tolli iuſſit, curſúque ad primum agmen contendit abeuntium, ducémque ſe præbuit: quo ſuam faceret, non patriæ maculam: neque fugere, ſed ſequentes ducem viderentur abire. *Plutarc. in Mario.*

MVNERA DANDO.

Cato ſenior, cum cuidam militum argenti libram diſtribuiſſet, ait: Satius eſſe multos habentes argentum, quam paucos habentes aurum, è militia domum redire. Nam duces non a[illegible] ſed g[illegible] auctos, è prouinci[illegible] redire apo[illegible] E
Plutarc[illegible] R[illegible]m. apophtheg.

[illegible]TATES CONFER[illegible]DO.

Alexander Seuerus Imperat[illegible] ex A[illegible] ob affini[illegible] Seueri principis [illegible] Senatu C[illegible] factus, honore [illegible] minime d[illegible], ſed modeſtis [illegible] quos pot[illegible] op[illegible] *V[illegible]aterr[illegible] 23. Anthropol[illegible]ia.*

Constan[illegible] Impan magi[illegible]tatibus [illegible] tatibus d[illegible]g[illegible] æſtimator fuit: quan[illegible] Senatum [illegible]bat niſi bonis eſſet d[illegible] honeſte inſtitutus. *C[illegible] A. D.*

BONA CONSERVANDO.

Iuraſſe Fridericum III. Imperatorem, nunquam compertum eſt, niſi cum Aquiſgrani, & Romæ coronatus eſt. Idque iuramentum conſtantiſſimè tenuit. Cùm enim iureiurando promiſiſſet Electoribus, bona Imperij nullatenus ſe alienaturum: maluit auarus negando, quam concedendo periurus videri. Itaque petenti Borſio Marchioni Eſtenſi ducatum Mutinæ, tam diu reſtitit, donec monſtratum eſt, eum ducatum qui ſub annuo tributo concederetur, lucri magis quàm alie-
nationis ſpeciem habere; præſertim cum Mutina & Rhe- F
gium in poteſtate ſua non eſſent. *Ioan. Peregrinus. Petroſel. in Conuiuialibus quaſt.*

Neapolitani, cum in honorem Alfonſi Aragonij arcum triumphalem ædificare vellent, & quo ſatis ſpacij haberent, Nicolai Mariæ Buxuti magnanimi & ſtrenui equitis domum diruere conarentur: rex ſtultum ciuium facinus iocuſauit, dicens. Non tanti ſe facere ædificia ventis & tempeſtatibus expoſita, vt ob id veteris amici (cuius operam ſtrenuam non ſemel in bello expertus eſſet) domum deſtruere cupiat. *Panorm. lib. 1. de Rebus geſtis Alfonſi.*

RECONCILIANDO SVBDITOS.

Vbaldus Eugubinæ vrbis Epiſcopus, cùm ciues ſuos in ſeditionem verſos verbis placare non potuiſſet, & iam ad arma eſſet concurſum: inermis inter tela ſtrictóſque mucrones irrumpens, humi prono corpore ſeſe proſtrauit: nec exſurrexit, donec illi ſauciū iacere rati, mutua odia in vnius miſerationem conuertiſſent. Iacens diremit pugnam, qui ſtans nequiuerat inhibere. *Marul. lib. 3. cap. 6.*

NON DESERENDO SVBDITOS. G

Vlysses, quamuis elapſus ex antro Polyphemi, noluit tamen abire relictis ſociis in antro, *apud Eurip. in Cyclope* inquiens:

ἀλλ᾽ οὐ δίκαιον, ἀπολιπόντ᾽ ἐμοὺς φίλους,
ξὺν οἷσιν ἦλθον δεῦρ᾽, ἐκσωθῆναι μόνον.

Sed non æquum, relinquentem meos amicos, cum quibus veni huc, ſeruari ſolum.

Eustathius Theſſalonicēnſis Epiſcopus, in obſidione Theſſalonica noluit grege ſuo deſerto fugere: ſed in vrbe tanquam carcere incluſus, confirmando & conſolando ciues plurimùm iuuit: vrbe denique à Teutonicis militibus expugnata, à ducibus exercitus, qui conti Latinè dicuntur, edicta impetrauit, quibus ærumnæ ciuium lenirentur. *Nicetas lib. 1. ſub Imperio Andronici Comneni.*

INTERCEDENDO PRO SVBDITIS.

Esther regina ad regem Aſſuerum iniuſſa veniens, magno ſe expoſuit periculo, vt Iudæos populares ſuos ſeruaret. *Eſther cap. 4. & 5.*

Diuus Lupus, Trecacenſium Epiſcopus, habitu indutus
Pontificali, cum multitudine Cleri, Atilæ à pugna Catalauni- H
ca reliquas Galliæ vrbes euerſuro aduenienti, fit obuius: & facta ſalutatione interrogat Atilam, Quiſnam eſſet, qui tot regibus deuictis, cuncta vi ſibi ſubderet? Cui Atila: Ego, inquit, ſum rex Hūnorum, flagellum Dei. Qua voce Lupus territus: Quis inquit, mortaliū flagello Dei mei reſiſtet, quo minus in omnes, quos volet, ſæuiat? Veni igitur, vt dicis, Dei mei flagellum, & quo libet, proficiſcere: omnia tibi, vt Dei miniſtro, me non repugnante parebunt. Iuſſit inde portas vrbis reſerari, ac Atilam (frenum equi honoris cauſa manu tenens) ſumma veneratione introduxit. Qui ſiue humanitate ductus Epiſcopi, ſiue Dei voluntate, ſine vllius cæde & detrimento, per vrbem mediam cum omnibus ſuis copiis progreſſus, altera vrbis parte egreſſus eſt. *Olaus cap. 9. in Atila.*

Dum diuus Seuerinus Batbauæ habitaret, Gibuldus rex Alemannorum, viſurus, vt ſimulabat. Seuerinum, Batbauiam cum exercitu contendit. Ne vrbs tanti regis aduentu attere-

retur,

A [illegible] ,Se[illegible] ipſum [illegible] nta c[illegible]nſtantia [illegible] ut [illegible] inceptum [illegible] queri [illegible] Seuerino,quicquid [illegible]t,vltr[illegible] ab opulcto Rege [illegible] quam [illegible] notem infeſtatione [illegible] hiberet,pacem [illegible] m N[illegible]ricum tenebant, ſeruaret,captiuſ [illegible] miſ[illegible] rex,[illegible] omnia facturũ, domumque rediit. [illegible] A[illegible] Bo[illegible] A.D.

COMMISERANDO CONDOLENDO.

IORAM Iudæorum rex,in dira obſ[illegible]ione atque fame,cum ne à ſuis quidem partubus mulieres abſtinerent, fame adactæ:rei atrocitate domeſticàque ſuorum clade perculſus, ſcidit ſibi veſtes à pectore, regium nomen per talis publicè teſtatus, multò impensiùs ſe dolere , quòd ciuitas hoſtibus circumſeſſa · inedia conficeretur , quam quod ipſe cum ſuo regno periclitaretur. *Sabel. lib.8. cap.2.*

Cùm Gueſnam veniſſet Vladiſlaus Iagello Poloniæ Rex, & commeatum , ſeu ſtationem, vt vocant vulgo , à collegio eius baſilicæ petiiſſet,nec impetraſſet : fertur pignoraſſe facultates adſcripititiorum Eccleſiæ.Sed cùm eam ob rem ſacris ciuitati interdictũ eſſet,reprehenſus à regina Heduige Vla-
B diſlaus,pignora capta reddi iuſſit. Ibi illa ſuſpirans: Pignora quidem reddemus,inquit,agreſtibus, cæterùm lacrymas quis eis reddet? Pium reginæ dictum, & ſempiterna memoria dignum. *Cromerus lib. 15.*

FIDES ERGA EOS QVI POLITICA & inæquali , ſed priuata neceſſitudine , inter ſe deuinciuntur. Huc.

PRÆCEPTORVM ERGA DISCIPVLOS FIDES.

☞ *Conſule Tit. Fidei in Locato & Conducto , inter Præceptores & Diſcipulos. Hi enim parentes quidam videntur eſſe.*

ARISTOTELES quàm pius in Alexandrum diſcipulum fuerit, vel ex eo maximè liquet , cùm ad Antipatrum ſcribens , hominem obnixè rogat,vt Alexandrum iam Macedoniæ regem moneat,ne tot victoriis elatus, quot in Aſia adeptus fuerat, Deum contemnat,cuius nutu omnia mouentur.Qui fortaſſis diutiùs in regno tot laboribus parto vixiſſet, ſi præceptoris ſapientiſſimi monitis obtemperauiſſet,nec coli pro Hammo-
C nis filio & more Perſarum adorari voluiſſet. *Platina lib. 1. de Optimo ciue ex Plut.*

Cùm multi & præſtantes viri & aſſidui affectarentur Alcibiadem,cæteros liquebat rapi,& duci formæ eius venuſtate. At Socratis amor magna comprobatio pueri virtutis fuit,& indolis. Quam cùm emicare & elucere animaduerteret in ſpecie,ſuſpectas autem haberet diuitias eius,dignitatẽ,& occupantem eum aſſentationibus & obſequiis cœtum,hinc ciuium,hinc externorum atque ſociorum, inſtitit obuiam ire, eiuſque curam agere;ne fructum ſuum, ſicut planta,vitiaret, & abiiceret in flore.Nullum enim quenquã fortuna his,quæ dicuntur bona, vſque adeò circumſepſit , cinxitque foris ad præcludendum philoſophiæ aculeis & ſermonibus libertate atque ſtimulo conditis aditum,vt mox a tyrocinio delinitus Alcibiades & circumiectus fuit ab adulatoribus , ne audiret monentem & erudientem.Vi tamen ingenij cognouit Socratem, eúmque diuitibus repulſis & claris amatoribus admiſit. Breui inde vſus familiaritate eius,cùm diſſerentem audiuiſſet eum,qui non effeminatam voluptatem venabatur,amatorem, nec oſcula vel contractationes affectabat : ſed ſitum animi
D nudabat,inanémque ac ſtolidam retundebat inſolentiam :

Gallus velut ſeruus premens alam horruit.

Ac Socratis arbitratus eſt conatum reuera deorum eſſe miniſterium ad curam & ſalutem adoleſcentum. Deſpiciẽs autem ſemetipſe, ſuſcipiens illum, exoſculans beneuolentiam eius, reuerens virtutis, imprudens ſimulacrum amoris , vel, vt ait Plato mutuum imbibit amorem : vt mirarentur omnes,cùm cœnitate apud Socratem eum,cum illo ſe exercere,illius vti contubernio,reliquis amatoribus cernerent auſterum eſſe & difficilem,nonnullis etiam inſultantem.Quamuis igitur Socrates in amore multos haberet riuales,ſolus tamen Alcibiadis ob ingenij eius præſtantiam potens erat: quòd oratione ſua manus ei iniiceret,& cor verſaret, exciretque lacrymas. Interim adulatoribus,varias obiicientibus illecebras ſeſe permittens, elabebatur Socrati : atque reuerà hic vt fugitiuum venabatur eum , qui ipſum verebatur & formidabat vnum, reliquos contemnebat. Ac Cleanthes eum,quem amabat,ab ſ[illegible] q[illegible]idem teneri dicebat aur[illegible] [illegible]ualibus verò ſuis multas præbere anſas,quas apprehendere ipſe nollet,ventrem ſignificans,pariem & gulam. *Plutarch. in eius vita,& Plato in Sym-* E
poſio , [illegible] Alcibiade priore.

APOLLONIVS Alabandenſis dicendi magiſter,cùm mercede doceret,tam pius erat in ſuos diſcipulos,vt neminem , quem iudicabat non poſſe oratorem euadere, operam apud ſe perdere ſin[illegible]ret ſed dimittebat ad quamcumque artem putaret eſſet aptum. *Cic. lib. 1. de Oratore.*

A[illegible]N[illegible]VS CORNVTVS LEPTITES,tanta pietate & humanitate in diſcipulos, in Rhetorica erudiendos,quos ſuſceperat, fuit vt ex [illegible]a [illegible]auſa plurimos ad ſe diſcipulos non minùs quam doctrina alliceret. *Suidas.*

CAROLVS I. Hungarorum regis filiorum Pædagogi,regios filios c[illegible]rporum [illegible]uorum obiectu à Feliciani Zaachi regis familiar[illegible] proditoria cæde conſeruarunt. Is enim cùm opibus [illegible] dignitate creuiſſet, tyrannidem inuadere decreuerat. Itaque regem de mote ſolus adiens,ſtricto enſe fetiit. Rex ictu euitato profugit.Mox reginæ quatuor digitos abſcidit.Pueros regios autem pædagogi ſuorum obiectu corporum vix protexere:donec tumultu excitati ſatellites,parricidam membratim diſcerpsère. *Bonfinius, lib.9. Dec.2.*

F

DISCIPVLORVM ERGA PRÆCEPTORES.

☞ *Conſule Tit. Fidei in Locato & conducto inter Præceptores & Diſcipulos. Item Tit. Grati diſcipuli pro inſtitutione.*

HONORANDO QVATENVS PRÆCEPTORES ſuos Diſcipuli.

Obſeruant.

Socraticus Æſchines Athenienſis, miræ indolis à pueroſ laborumque patientiſſimus, adeò præceptoris ſtudioſus , vt nunquam ab eo diſcederet. Vnde Socratis vox illa memorabilis : Solus Æſchines nouit Socratem honorare. Fuit eloquentiæ ſtudioſus, ac Demoſthenis æmulus. *Sabellicus lib. 5. Enneadis 4. ex Laërtij lib.2.*

THEODOSIVS Imperator cùm Arſenio Romanæ Eccleſiæ diacono Arcadium & Honorium filios erudiendos commendaſſet,non vt Imp. ſed vt vulgares,plagis etiam coërcendos: vidiſſétque aliquando Arſenium ſtantem,filios ſedentes,grauiſſimè eam rem tulit. *Marulus lib. 9. cap. 1. & Volaterranus* G
lib.13. cap.4. Anthropologiæ.

ALEXANDER MAGNVS Ariſtotelem initio ſuſpexit,& charũ habuit,non ſecus,vt ipſe dictabat,quàm parentem:quod huius beneficio viueret,illius honeſte viueret : habuit pòſt ſuſpectiorem, non quò illum vlla in re læderet,ſed familiaritas priſtinum ardorem & dilectionem non retinens,notam prætulit alienationis. *Plut. in Alex.*

Non contradicunt.

Phariſæorum ſecta apud Iudæos præceptores ita veneratur,vt iis monentibus obloqui nemo audeat. Contrà faciunt Sadducæi. *Ioſephus lib.18. cap.2.*

Modeſtè reſiſtunt.

CHRYSIPPVS in pleriſque diſſentiebat à Cleanthe præceptore, & à Zenone. Quoties verò in Cleantem diſſerendo inueheretur , modeſtiſſimè id faciebat , adeò vt crebrò diceret :

ἐγὼ δ' τ' ἄλλα μακάριος ἔφυν ἀνήρ,
πλὴν εἰς Κλεάνθην, τοῦτο δ' οὐκ εὐδαιμονῶ:

Præceptori plurimùm tribuebat : & tamen veritate coactus ab eo interdum diſſentire cogebatur. *Laertius lib.7.* H

CARNEADES Stoicorum & Chryſippi libris perlectis, modicè & verecundè illis reluctabatur , adeò vt ſæpiùs diceret: Niſi Chryſippus eſſet, ego non eſſem. *Laërtius lib.4.*

Laudant. Encomiis celebrant.

M. TVL. CICERO quàm pius erga A. Licinium Archiam poëtam Antiochenum præceptorem ſuum fuerit,colliges ex oratione quam pro eo habuit, vt ciuem Heracbienſem,atque adeò Romanum quoque eſſe oſtenderet : & quamuis ciuis non eſſet, dignum tamen , qui propter virtutes ſuas ciuitate donaretur.

DIONYSIVS AREOPAGITA in Hierotheum magiſtrum ſuum librum compoſuit , [illegible] τῷ μακαρίῳ Ἱεροθέῳ. *Gyraldus Dialogo 5. Poet: hiſtor.*

Officiis honorificis proſequuntur.

ACHILLES,quo inter Græcos vix fuit vir & armis cõſtantior & conſilio maior,Phœnicẽ præceptorem ſuum ab Agamemnone

none ad ſe legatum miſſum, honorificè tractauit, eique & di-
A midium regni ſui detulit, & dimidio honoris ſui frui voluit. *Homerus lib. 9. Iliad.*

Galenvs Pergamenvs Medicus, in præceptores ea fuit obſeruatione, vt nuſquam non magna religione illorũ mentionẽ faciat, idque frequenter, & non ſine magno affectu: ſi libros quoque eorum deſiderat nonnunquam, tametſi illos longo interuallo in arte ſuperaret. Hippocratẽ verò peculiariter ita admiratus eſt, vbi per obſeruationem exp[illegible] rientiamq; eorũ, quæ tradidiſſet, fidem eius viri cognouit, vt religioſiſſime ſemper [illegible] omniáque eius inuenta ingenuè agnoſceret: & rarò, & non niſi veritate coactus, & honori[illegible] ſemper ab eo diſſentiret. Hunc paſſim prudentiſſimum & ſapientiſſimum ſenem, ſummúmque medicinæ parentem, auctorémque & largitorem bonorum omnium inſtitutorum, prædicat. Viſuſque eſt artem totam in illum auctorem referre, quamuis non minùs ipſi Hippocrates, quàm ipſe illi debeat. Poterat, vti priores Medicorum illuſtres fecerant, nouam ſectam inſtituere, & ſe hæreſeos alicuius, proprij nominis auctoramento, principem facere, in qua ſolus ſcilicet imperaret: ad quod ef-
B ficiendum, ſi voluiſſet, nihil eorũ ſanè, quibus ad id erat opus ei deerat. Verùm hoc facere noluit. Sed quemadmodũ Traianus olim omnes Italiæ vias inacceſſas præruptaſque, aut rupibus inuias, refecit, inſtaurauitque, quò faciliùs peruadi poſſent: ſic ille fatetur ſe, non quidem artem condere (quam tamen laudem iure ſibi vendicare potuiſſet) ſed iam ab Hippocrate inuentam, incultam tamen & aſperam, explanare, vt ab omnibus intelligi ac percipi queat. *Geſnerus in eius vita.*

Monumenta dicant.

Platonem tanti fecit Ariſtoteles diſcipulus, vt nomini eius aram in templo conſtruxerit, ſtatuamque conſecrauerit: in qua ſcriptum erat: Hunc eſſe illum, quem probi omnes meritò debeant imitari, & commendare. Extant Criniti verſus in Parthenicis:

Hæc illa eſt ara floribus redimita ſuaue olentibus,
Quam gratus benè merenti ſtatuit diſcipulus ſeni:
Titulóque hoc teſtatus animum ſuum, atque officium,
Platonem probandum probè à probis.

Metellvs cùm Diodoro, quo Rhetorices magiſtro fuerat vſus, defuncto, ſepulchro eius coruum lapideum impoſuiſſet; Iuſtum, inquit Cicero præmium retulit, nam volare ipſum
C docuit, non dicere, notans Metelli leuitatem & inconſtantiam. Coruus auis eſt ἄμουσος. *Plut. in Rom. apophtheg.*

M. Antonivs Philoſophus tanto Frontonem ſuum præceptorem amore proſecutus eſt, vt ei ſtatuam à Senatu impetrarit. *Volat. lib. 13. Anthrop.*

Ioannes Qvirinvs defunctum Benedictum Prunulum præceptorem ſepeliendum curauit, monumentúmque marmoreum mox inſigne in Minoritana æde poſuit: memor nimirum & egregiæ illius bonitatis, & ſingularis, quam ſub eo imbibiſſet, eruditionis. Inuiſunt igitur locum ſtudioſi iuuenes frequenter, vt hoc exemplo edocti, quantum diſcipuli ipſi præceptoribus ſuis debeant, perpetuò meminiſſe velint. *Egnatius lib. 5. cap. 2.*

Dogmata conſeruant, propagant.

Socratis ſcripta nulla extant, quòd is acromaticæ doctrinæ plus nimio tribuens, literas peſtem memoriæ diceret eſſe. At diſcipuli eius Plato & Xenophon, præceptoris ſui placita dialogi feſtiuiſſimis, pari pietate & felicitate, poſteritati communicauere.

Dignitates conferunt.

Q. Fvl. Nobilior, M. Fuluij filius, vt animi grati ſpecimen
D ederet, Ennium præceptorem ciuitate donauit. *Volaterranus, lib. 16. Anthropologia.*

Gratianvs Avgvstvs, quamuis maximo bello diſtrictus, tot millibus barbarorum, quibus Iſtri ora prætexebatur, vndique inſultãtibus: conſularibus tamen comitiis Sirmij habitis, Auſonium Burdegalenſem, Poëtã, præceptorẽ ſuum, grati animi cauſa cum Olybrio conſulẽ declarauit, atque ita ad illum vſque in Galliá ſcripſit: Cùm de conſulibus in annum creandis ſolus mecum volutarem, vt me noſti, atque vt facere debui, vt te velle ſciui, conſilium meum ad Deum retuli, eius auctoritati obſequutus, te conſulem deſignaui, declaraui, & priorem nuncupaui, trabeam palmatam tibi miſi, in qua diuos Conſtantius pater noſter intextus eſt, ſolui, quod debui, & adhuc debeo, quod ſolui. *Sigonius lib. 8. Imp. occid.*

Rhemorum Archiepiſcopum Arnulphum Hugo rex Fran-

ciæ [illegible] in [illegible]

[illegible]

A[illegible]

ha[illegible]

[illegible] Orbo [illegible] dedit, & Syluestro ſecund[illegible] *Regni Ital.*

Michael [illegible] Imperat. præceptorem ſuum ita amabat, vt [illegible] pore dignitate ornatũ vellet, eamque rem à matre peteret. Verùm Theoctiſtus, inter principes viros non poſtremus, & tutor Imperatoris, negabat pædagogo tribuendam dignitatem, quæ illius conditionem ſuperaret, ne dignitates indignitate afficerentur. *Zonaras.* F

Obediunt.

M. Cato Vticenſis, puer pædagogo obediebat in omnibus: rationem tamen ſimul eorum, quæ præcepiſſet, exigebat. *Plut. in libro de Audiendis poetis.*

AMANDO. AMORIS EST

Neceſſaria ſubminiſtrare.

Crito philoſophus Athenienſis, ita Socratem amauit, vt nunquam aliquid ex his, quæ ſunt ad vitam neceſſaria, ipſi deeſſe paſſus fuerit. *Laertius.*

Gratificari.

Octavianvs Auguſtus, poſt victum M. Antonium & Cleopatram Alexandrinis pepercit, partim propter Alexandrum eius vrbis conditorem: partim propter Arium philoſophum, cuius opera in philoſophiæ ſtudio vtebatur: partim etiam, ne damnum inferret tantæ hominum multitudini, quæ antea ſæpè ſeruierat commodis pop: Romani. *Dion. Nicaus in Auguſto.*

Mercedem, Minerual dare.

Quùm Zenoni Talentagoræ filio quidam dialecticus ſeptem ſpecies dialecticas oſtendiſſet, quantum mercedis poſtularet interrogauit. Poſcenti centum, dedit ducentos. *Laertius, lib. 7. cap 1.* G

Donare.

Marsilivm Ficinvm Coſmus Medices domi à puero educatum, liberis ſuis præfecit, eundémque propter eruditionem & morum elegantiam in Caregiana villa vbere ac lato agro donauit vbi Coſmo iam mortuo ſcriptioni deditus, per multos annos diem clauſit extremum. *Brutus lib. 5. Flor. hiſt.*

Mathias Corvinvs Hungariæ rex, Ioannem Viteſium, Varadienſem Epiſcopum, præceptorem ſuum ampliſſimo illo ditiſſimóque comitatu perpetuò donauit, vt ipſe poſterique Pontifices eo legitimè fruerentur. Demùm ad Strigonienſis Epiſcopatus dignitatem eum euexit. *Bonfinius lib. 1. Dec. 4.*

Conuerſari aſſiduè.

Elisævs ſuum magiſtrum Eliam deſerere noluit, ſciens eum propediem raptum iri in cœlum. *4. Reg. 2.*

Metrodorvs Lampſacenus Epicuri diſcipulus, & fidiſſimus amicus (Strabone Diogenéque teſtibus) ſeptemdecim annis nunquam ab eo diſceſſit. Diſcedens verò annorum 53. liberos ſuos Epicuro commendauit. *Laërtius.*

Defendere.

Dionysivs cùm Platoni diceret, Aliquis auferret tibi caput: Xenocrates, qui tum præceptori aderat: Non priùs (inquit) quàm hoc: ſuum oſtendens. *Laertius lib. 4. cap. 5.* H

Isocrates orator, audiuit Prodicum Chium, Gorgiam, Leontinum, Syracuſium Tiſian, Theramenem oratorem. Qui cùm corriperetur a triginta tyrannis, confugiſſétque ad Veſtam Bulæam, omnibus conſternatis ſolus obtulit ſe ad ei opem ferendam. Atque initio id paſſus eſt Theramenes: ſed poſt ab eo poſtulauit, vt abſtineret, acerbius ſibi oſtendens fore, ſi quis amicorum in ſuæ calamitatis ſocietatem veniret. *Plut. in vita Iſocratis.*

Crito Athenienſis Philoſophus, ſcripſit defenſionem Socratis præceptoris & amici. *Suidas.*

Ægros curare.

Alexander Magnvs, dum mouet in Arabas Antilibani accolas,

[illegible] ticul [illegible] ſa Lyſimachi, qui A [illegible] um, i [illegible] h [illegible] iafe [illegible] tem,ne que [illegible] eſſe aui [illegible] montana peruenit,ac re [illegible] s equ [illegible] nge præcelle- [illegible] ip e ver nocte [illegible] b hoſtibu fat [illegible] n & d [illegible] L [illegible] ū, dum exci at eum & [illegible] pau- cis eſt diſtractus [illegible] & [illegible] alperi locis egi [illegible] ūm a [illegible] hoſte [illegible] lucentes videret: fre [illegible] po [illegible] e, itque in partē ipſe laboris ſemper v [illegible] o,perp [illegible] m Mac [illegible] onum leniens , accu [illegible] it ad pr [illegible] ignē barbari que duobus qui aſſidebant.gladio c [illegible] ,ac [illegible] pro [illegible] itione redit ad ſuos. Tum ing [illegible] accenſ [illegible] igne alie [illegible] templo [illegible] xterruerunt, vt fugam capeſſerent alio , qui [illegible] ſuasei profligauerunt,ac tutam noctem t [illegible] n [illegible] gēre. [illegible] ſcripta [illegible] quit Chares , *Plut. in Alexandro.*

ALTORVM NVTRICVM ERGA ALVMNOS FIDES.

Cum Mauritius Imperator à Phoca tyranno cum omnibus liberis interficiendus eſſet: Nutrix pueri Mauricij Imperatoris B ſuum filium pro alumno ſubiecit cædi. At Mauricius ſuum requiſiuit, & proferri iuſſit : iniquum eſſe dicens, in alium, quo ab ipſo Deus pœnas expeteret, animaduerti. *Nicephorus lib. 18. cap. 38. & Cedrenus.*

GILLO Scotorum tyranno, Durſti regis ſtirpem extinguere conante, iámque blandis verbis ad ſe Lyſmoro & Cormaco Durſti liberis ex Mona inſula , vbi ſub Druydum diſciplina edocabantur, pertractis : tertij filij Edeti Nutrix, cui res ab initio erat ſuſpecta, Druydum monitu puerum adhuc valetudinarium nocte clàm omnibus naui impoſitum detulit in Argatheliam: expoſitumque in terram, humeris ſublatum in altiſſimi montis iugum, locum frigore penè inhabitalem, deportauit : vbi in antro quod amherbarum radicibus aliquot menſes duriſſimè tolerauit vitam. Hunc tandem, Cadalli fortitudine Gillo oppreſſo, Euenus rex moriens hæredem reliquit. *H. Boëthius lib. 2.*

TVTORVM ERGA PVPILLOS FIDES.

MARDOCHÆVS Beniamita , Iair filius , patruus & tutor C Eſther, eam filiæ loco habuit, & ſanctiſſimè educauit: & cùm ad Artaxerxem regem formæ gratia adduceretur, ei præcepit ne cuius eſſet, indicaret: oberrabatur quoque ſingulis diebus ad fores palatij, vt reſciſceret , quidnam cum Eſther ageretur. *Eſther 2. & Ioſephus lib. 11. cap. 6.*

BALDVINVS II. Hieroſolymorum rex, Antiochiam, quam mortuo Boëmundo in ſuam acceperat fidem, Boëmundo filio decimooctauo pòſt anno (in cunis enim adhuc erat patre moriente) vltrò reddidit, eidémque filiam Haliam deſpōdit. Cæſo à Turcis genero, filia Balduinum vrbe recipi nolebat, regni cupidine. Cæterùm pater expulſa Filia, Laodiceáque & Gabulo vrbibus contenta eſſe iuſſa , Antiochenum principatum Conſtantiæ Boëmundi filiolæ, tutoribus ei adhibitis attribuit. *Tyrius.*

LADISLAVM, Hungariæ ac Boëmiæ regem adhuc puerum, cùm Fridericus III. Romanorum Imper. educaret, ſanguine ſibi coniunctum: non defuerunt ex conſiliariis , qui puerum clam perdendum Cæſari perſuaderent, cuius mors opes maximas plurimáque regna allatura eſſet. At Imperator : Qui fit (inquit) quod me diuitem potiùs quam pium eſſe cupitis? *Æneas Silnius libro 3. Commentariorum in Alfonſum.*

D PATRONORVM ERGA CLIENTES FIDES.

Populis & nationibus, item bonis & fidelibus ſociis, Patronos publicè fuiſſe Romæ homines honeſtiſſimos, & ſummo loco natos legimus , qui fortunarum propugnatores erát, & ciuitatum defenſores non pœnitendi: quorum ſtudio & fide, ſingula negotia in ſenatu promouerentur. Siquidem Syracuſani in clientela Marcellorum fuēre, Lacedæmonij in Claudiorum, Puteolani Arotorum, Neapolitani Liciniorum, Bononienſes Antoniorum, Allobroges patrono Fabio Sanga vſi ſunt. Marius Herenniis, Cæſar quoque Græcorum patrocinio plerunque affuit. Plebs denique ipſa ſub patriciorum equitumque Romanorum tutela per clientelas diuiſa erat. *Alexander ab Alex. lib. 5. c. 24.*

M. CATONEM illum ſapientem, clariſſimum virum, & prudentiſſimum , cum multis graues inimicitias geſſiſſe accepimus, propter illatas Hiſpanis, apud quos conſul fuerat, iniurias. *Cicero de diuinatione in Verrem.*

CN. DOMITIVS Decimo Syllano diem dixit, propter vnius hominis Egritomari paterni amici atque hoſpitis iniurias. E *Idem.*

Cum in Publ. Gabinium vir fortiſſimus & innocentiſſimus L. Piſo delationem nominis poſtularet, & contrà Qu. Cæcilius peteret , iſque ſe veteres inimicitias iam diu ſuſceptas perſequi diceret , cùm auctoritas & dignitas [illegible] nis valuit plurimùm, tum illa fuit cauſa iuſtiſſima, quòd eum ſibi Achæi patronum adoptarant. *Ibidem.*

CLIENTIVM ERGA PATRONOS FIDES.

C. Cæſar Caligula, Muliebri libertinæ octingenta donauit, quòd excruciata grauiſſimis tormentis de ſcelere patroni reticuiſſet. *Suetonius.*

FIDES ERGA EOS QVI POLITICA, ET ÆQVALI NECESSITVDINE deuincti ſunt. Vt

ERGA POPVLARES.

Cùm Alexander Græcos, qui Dario ſtipendia fecerant, in Perſidis vrbes diuidere ſtatuiſſet , Leoſthenes Athenienſis eos, antequam id fieret, claſſe in Europam reportauit, ſuæque patriæ reſtituit. Hic Leoſthenes mortuo Alexādro contra Aridæum Macedoniæ regem dux electus, libertatem ſuis F reſtituit. Eo mortuo , denuò à Caſſandro ſubacti fuerunt. *Pauſanias lib. 1.*

Sedigenſes ſocios & conſanguineos ſuos , Romanorum manibus elapſos, Numantini in vrbem acceperant. Pro quibus multa deprecati , quum nihil à Romano populo impetraretur, abſtinerentque interim omni belli contagione, iuſſi arma deponere, id ita eſt à Barbaris acceptum , quaſi manus ſibi cum armis adimerentur. Megara igitur duce arma ceperunt. Et hoc belli Numantini principium. *Sabellicus libro 9. Ennead. 5.*

ERGA CIVES.

Rhodij plebis curam habent , non tamen à plebe gubernantur , ſed retinere pauperum multitudinem volunt. Plebs itaque ab eis nutritur. Nam diuites patria quadam conſuetudine pauperes accipiunt : pauperes verò ab illis enutriti, munera quædam ciuitatis peragunt. Vnde ſimul & ipſi victum habent, & ciuitas neceſſariis miniſteriis non fraudatur, præſertim ad res nauales. Naualium quædam multitudini G occulta ſunt & ſecreta : quòd ſi quis introſpexit ingreſſúſve fuerit, capite plectitur. *Strabo lib. 14.*

Abderitarum fidem erga Democritum Philoſophum ciuem ſuum , ex ea colligas epiſtola, quam Hippocrati Coo miſerunt vt eum ad curandum Democritum, quem propter riſum aſſiduum inſanire credebant , maximis præmiis pellicerent. Daret hoc Abderitis , & in vno homine omnes ciues conſeruaret : Democrito quidem medicus futurus, ciuibus verò tanquam vrbis conditor, & inſtaurator : Græcis denique vniuerſis ob conſeruatam philoſophiam æterna celebrandā memoria.

HIPPOCRATES medicus ab Artaxerxe Perſarum rege euocatus, parēre recuſauit. Tulit eum cōtemptum tam indignè rex magnus, vt Hippocratē ſibi dedi a Cois poſtularet; niſi id facerēt, dira omnia illis interminatus. At Coi nihil ſe Merope, Hercule & Æſculapio indignum facturos profeſſi: neque Dario & Xerxi aquam & terram per legatos petentibus maiores ſuos dediſſe, quòd eos ex æquo mortales eſſe viderent: multoque minùs Artaxerxi ſe Hippocratem proditueos reſponde- H rūt, neque verò deos ſuæ huius pietatis immemores futuros.

TRASYBVLVS, Tyricus cognomine, exul Athenieñſis, Phylam occuparat. Triginta tyranni (quos Athenieñſibus Spartani impoſuerant) tam ferocē hoſtem ſibi quàm primùm conciliandum arbitrati, nuncios ad eum mittunt, titulo quoſdam captiuos redimendi: ſed clàm vt hortarentur eum ad redeundum in patriā, malletque ſecum vnà in locum Theraminis primò electi ciuitati imperare, quàm exilij incommoda ſponte tolerare : ei præterea poteſtatem fieri, vt decem exules, quos ipſe elegiſſet, ab exilio reuocaret in patriā. Quibus à Thraſybulo reſponſum, pluris ſe fugam exiliumque ſuum facere ipſorum tyrannide, neque vnquam antea depoſiturum quæ ſumpſiſſet arma, quam ciues omnes ſuos in patriā reuocatos, populóque reſtitutos conſpexerit. Neque pio inſtituto euentus defuit. Nam Piræeo, deinde etiam Munychia occupata, acie Critiam tyrannum vicit, & Pauſaniæ Lacedæmonij interuentu ad pacem ciuitati ſalutarem & glorioſam, tyrannis ignominioſam Athenienſes compoſuit. *Probus & Diodorus lib. 14.*

Roma

A Roma condita, vt vulgus ipſum agro [illegible] colerct, ne vrbanis curis ab agreſti opere ſæpiùs auerteretur, ita Populi Romani ordinum officia coapt[illegible] Romulus, vt ſenatores & alij qui in vrbe reſid[illegible]nt, minorum in agris ag[illegible]ntium tutelam ſuſciperent, eorúmque vrbana negotia ſedulò curarent. Atque in hunc modum patrocinia ſunt, vrbe adhuc recenti, conſtituta. *Sabel. lib. 2. Enn. 2.*

Nicias, Eugenij Siciliæ oppidi ciuis [illegible], fruſtrà diſſuadens ſuis defectionem à Pœnis ad Romanos, cùm [illegible] illum Pœnis dedituri eſſent, ſimul [illegible] ad M. Marcelli effugit Syracuſas. Poſt multa exinde facinora & [illegible] Enguinorum, cùm omnes Marcellus in vincula [illegible] tuiſſetque ſumere de iis ſupplicium, aſtitit plenus [illegible] Nicias. Poſtremo ad genua Marcelli aduolutus, & d[illegible] pro ciuibus ſuis, exorſus eſt ab inimicis. Ita fractus ille liberauit omnes: Niciam verò lato agro muneribúſque ampl[illegible] donauit. *Ex Poſſidonio Philoſopho Plutarch. in Marcello.*

Poſtquam ſignis collatis victi Pœni legatos ad petendum fœdus & pacem ad Scipionem miſerunt: faceſſere extemplò iuſſit illos, qui venerant: non antè auditurum ſe eos, quàm L. Terentium adduxiſſet. Erant inter Quirites Te-

B rentius vir probus à Carthaginenſibus captus. Vt eum adduxerunt, pro tribunali in conſilio iuxta ſe locauit Terentium, atque ita fecit eis dicendi poteſtatem, ac bellum diremit. Terentius liberti modo pileatus ſecutus eſt triumphantem: ac defuncti funus proſequentibus, mulſum dedit, cæteráque in exequiis munificè fecit. Cæterùm poſt hæc ſecuta ſunt, *Plutarch. de Apophthegmatibus.*

Marivs filius, cùm iam iam Præneſte comprehenderetur, conſciuit ſibi necē. L. Sylla Præneſte profectus, animaduertit primùm cauſa cognita in ſingulos. Deinde quaſi non vacaret cunctos vno in loco contractos ad duodecim millium numerum confici iuſſit: vni Hoſpiti conceſſit incolumitatem. Qui ſanè quàm generosè dixit ei, nunquam ſe patriæ ſuæ homicidæ gratias acturum de ſalute ſua. Ita immiſcuit vltro ſe cæteruæ ciuium, vnáque cum illis trucidatus eſt. *Plut. in Sylla.*

Cicero de nece coniuratorum à Clodio Tribuno reus factus, veſtem in periculo mutauit, ſordidatúſque ac ſupplex prenſauit populum. Omnibus in viis Clodius cum improborum & audacium manu occurrit Ciceroni: qui mira proteruia illudentes conditioni & ſquallori eius, paſſimque cœnum & lapides in eum iactantes interpellabant ſupplicātem. At primùm ordo Equeſtris veſtem cum eo penè totus muta-

C uit. Ex Iuuentute comitabantur eum non minùs viginti millia, qui pro eo ſordidati deprecabantur. Deinde vbi Senatus conuenit ad decernendum, vt populus ſicut in luctu mutaret veſtem, conſulibus aduerſantibus, & obſidente cum gladiis curiam Clodio permulti patrum veſtibus laceratis in curia, ſe cum magno fremitu effudêre. *Plut. in Cicerone.*

ERGA COLLEGAS IN MAGISTRATV.

Agis Lacedæmoniorum rex, auxilio miſſus Achæis, coniunctus apud Corinthum Arato, deliberanti etiam tum de pugna & ſignis cum hoſtibus conferendis, præ ſe tulit inſignem alacritatem & audaciam, non vecordem vel ſtolidam: declarauit enim videri ſibi prælio decernendum: neque intra Peloponneſi portas admittendum bellum: facturum tamen ſe quod viſum eſſet Arato: quippe grandiorem eum & prætorē eſſe Achæorum: quibus non Imperator, non dux, ſed auxilio veniſſet vt belli ſocius. Quanta verò hæc animi moderatio, ſui etiam honoris paruam rationem habere, præ ea quam collegæ ſocio debeas fide? Sic gloriæ ſtudium, cui vni alio-

D qui ſuccubuêre Spartani, Iuſtitia ipſa reſignauit, ſeu potiùs veræ gloriæ, quæ ex virtute ſola promanat, igniculos magis excitauit, & accendit. *Plut. in Agide.*

Adeò inter Epaminondam atque Pelopidam Thebanos arcta fuit amicitiæ neceſſitudo; vt cùm ambo in eo prælio eſſent apud Mantineam, quod Lacedæmonij, Thebani, ſociíq; eorum aduerſus Arcades cōmiſerent, & iam inclinante Thebana acie humi vulneribus confeſſus Pelopidas iaceret: quamquam omnes mortuum putarunt eſſe, Epaminondas tamen, vt erat pectore brachióque ſaucius, deſerere eum noluit donec à Lacedæmoniis lata ope, vnà cum Pelopida tutum ſe in locum recepit. *Ex Plutarcho Fulgoſus l. 4. c. 7.*

Pvbl. Val. Poplicola L. Bruto in acie cæſo, collegam ſubrogauit Lucretiæ patrem Lucretium: cui maiori natu priorē locum concedens tradidit faſces. Inde hæc prærogatiua huc uſque grandioribus ætate eſt conſeruata. Quo intra paucos d[illegible] [illegible] E [illegible]

[illegible] L. Fu. [illegible] Poplicolæ [illegible] M. [illegible] loco parietem [illegible] Quo in [illegible] claſſi permultæ centuriæ Claudium [illegible], de Gracchi abſolutione vniuerſa [illegible] Qui clara voce iurauit, ſi de collega ſuo grauius eſſet iudicatum, in factis paribus ſe

F eandem cum illo pœnam exilij ſubiturum: eáque iuſtitia tota illa tempeſtas ab vtriuſque fortunis & capite depulſa eſt. Claudium enim populus abſoluit, Graccho cauſæ dictionem M. Pompilius remiſit. *Val. Maximus l. 6. c. 5.*

Minvtivs magiſter equitum (cui ſecundo bello Punico æquatum eſt cum Dictatore imperium) temerè in Pœnorum inſidias præcipitatus eſt, circumuentuſque ab hoſte cum dimidio copiarum. Erat haud dubiè locum ipſum Roman. clade ante Cannas nobilitaturus. Cæterùm Q. Fabij Maximi Dictatoris, à quo diſſentiebat in adminiſtrando bello celeri occurſu imminenti periculo ſubtractus, haud ineptè infamiam diluendam gratitudinem temeritati prætexuit, vltróque Dictatori imperium reſtituit, Patrémque appellauit: fuit prætereà ſuis auctor, vt patronum militari clamore ſalutatum aurea corona donarent. *Sabell. l. 7. c. 1. ex Valerio l. 5. c. 2.*

Cn. Pompeivs vigintiquatuor annorum, cum à L. Sylla mitteretur in Galliam, quam obtinēs Metellus nihil videbatur dignum viribus iis, quæ ibi erant, efficere: non rectè neq; ordine dixit maiori natu & dignitate præcellēti extorquenti ab ſe prouinciam: ſin peteret & vellet Metellus, vt auxilium & opem ei ferret, paratum ſe eſſe. Approbante id Metello, & per literas, vt veniret, contendente, irruptionem in Galliam fecit. Vbi cùm ipſe per ſe edidit facta mirifica, tum bellicum G

Metelli vigorem ardorémque à ſenio marceſcentem denuò excitauit, & inflammauit: quomodo fuſum & candens æs ſi concreto & gelido circumfuſum ſit, magis quàm ignis dicitur id diſſoluere & colliquefacere. *Plut. in Pompeio.*

M. Cotta conſul à Mithridate pugna victus, Calcedonē incluſus & circumſeſſus, Luculli collegæ opem reſpectabat. Non deerant, qui Lucullum ad progrediendū omiſſo ſtimularent Cotta: vacuum oſtendentes capturum Mithridatis regnum, fremebant maximè hæc milites, non tantùm ſe ſuóſq; malis conſiliis perditum iuiſſe Cottam, ſed ipſis etiam officere paratam ſine ſanguine victoriā habentibus. Hic Lucullus pro concione demōſtrauit, vnum malle ſe ab hoſtibus ſeruare ciuem, quàm omnia quæ eſſent hoſtium, capere. Cùm Archelaus autem, Mithridatis quondam in Bœotia præfectus, qui pòſt deſciuit ab eo, & tūc in præſidiis erat Romanis, ſuo tantùm conſpectu confirmaret Lucullum toto Ponti regno potiturum: negauit venatoribus ſe timidiorem eſſe, omiſſis feris, vt ad vacua eorum luſtra contenderet. Ita fatus mouit H

in Mithridatem, & Cottam liberauit. *Plutarch. in Lucullo.*

Marcvs Ant. & Octauius cum Sexto Pompeio in colloquium venêre, ictúmque fœdus, vt ille Siciliam, Sardaniam & Corſicā præſidio obtineret, ac mare tutū à prædonibus redderet, mitterétque Romā ex inſulis certum tritici numerum, fœderéque ritè firmato, cœnatum eſt apud Pomponium. Is ab Antonio rogatus, vbi cœnam ſibi & Octauio paraturus eſſet nauim oſtendiſſe fertur. Illa (inquit) eſt mihi paterna domus, in Antonium haud dubiè cauillatus, qui Pompeianarum rerū ſectator fuit. Pontē igitur in naue tranſgreſſus, lautiſſima illis cœna appoſita eſt. Ibi quum multus de Antonio & Cleopatra ſermo haberetur, Menodolus ad Pōpeij aurem accedēs, quaſi aliud dicturus: Vis, inquit, Sexte, vt ſuccisis anchoris hinc ſubitò nauim auferam, téque ſine alia belli moleſtia ſtatuam rei Romanæ principem? Oportuit, inquit Pompeius, te id facere,

[illegible] non à me ſciſ[illegible]tari [illegible] eſſe facto, qui nunq[illegible] ſim [illegible] in meam & iuſtiu[illegible]us. *Sabe[illegible] S. [illegible]*

Theo[illegible]vs Gra[illegible] [illegible] ac[illegible]eptus fue[illegible] viuo [illegible] [illegible] fidem ver[illegible] mor[illegible] [illegible] [illegible]ore Maximo V[illegible] eius par[illegible] [illegible]ui partes imperij, tanquam C[illegible] excepit pupilla, Occidentis imperio præ[illegible] q[illegible]em Arbog[illegible]e comes Viennæ dolo peremit, Eugen[illegible] creaui[illegible] qui [illegible]gentibus barbarorum [illegible] Alp[illegible] obſederunt, vt ab eo Theodoſium arc[illegible]ent. Princeps p[illegible]ſſimus totam noctem, quæ pugnæ diem præceſſit, [illegible] potuque precibus ac meditationi ſacræ intē[illegible], poſtridie prælium commiſit, cùm exercitu eſſet hoſtibus longe impar: [illegible] ope palam adiutus hoſtium exercitum proſtrauit. Eugenius captus & cæſus, Arbugaſte ſibi manum intulit. *Lud. Viues in l. 5. Auguſtini de Ciuitate Dei, cap. 26.*

ERGA CONFOEDERATOS. PVTA SALVTI ILLORVM CONSVLENDO.

Gabaonitæ Heuæi, cùm Ioſue ſucceſſum in hoſtibus ſui ſubigendis, & ex Dei præcepto ad internecioné delendis, viderent, vt vitæ ſuæ cóſulerent, mira calliditate Ioſue circum-
B uenerunt, vt fœdus cum ipſis, inconſulto Domino, tanquam cum remotiſſimis populis, iniret. At deprehenſo dolo, quia per Deum Iſraëlitarum illis iurauerat, violare pactum noluit Ioſue, quamuis plebs id moleſtè ferret. Vita igitur illis conceſſa: ſed propter mendacium ſeruì publici conſtituti ſunt, vt lignatores eſſent, & lixæ ipſius templi. *Ioſue 9.*

Alfonsvs rex Aragonum, cùm in bello contra Caietanos, quibus Phillppus dux Mediolanêſis auxilio fuerat, victo ſibi pacis conditiones offerrentur, non priùs illas recepit, quàm ſociorū cauſa cum hoſtibus pactum eſſet, nullam omninò vitæ auc ſalutis ſuæ mentionem faciés: præclarè ſecum agi exiſtimans, ſi ſua ipſius morte reliqui vel à morte ſeruarentur, vel à captiuitate redimerentur. *Panorm. l. 3. de rebus geſt. Alf.*

ALIMENTA SVPPEDITANDO.

Hannibale Capuam tenente, Facula Cluuia, quæ quondam corpore quæſtum fecerat, captiuis egentibus alimenta clàm ſuppeditauit, cæteris Campanis inimice ſe habentibus.
C *Liuius l. 26.*

DEFENDENDO.

Iosve Gabaonitis, quibuſcum fœdus percuſſerat, contra quinque reges Amorræos, qui contra eos expeditioné ſuſceperant, propter initum cum Ioſue fœdus, auxilio ſuo defendit, & quinque illos reges in crucem ſuſpendit, exercitum illorum ad internecionem concîdit. *Ioſue 10.*

Alcetas poſt Perdiccæ fratris mortem non habens in Aſia ſocios, ſtatuit Piſidas ſibi demereri bellicoſos viros, & regionem habentes aggreſſu difficilem, munitorúmq; caſtellorum plenam. Hanc ob cauſam in expeditionibus maioré eis, quàm vllis ſociis, honorem habebant, & quas ex hoſtili agro vtilitates percipiebat, eis impertiebat, dans prædæ dimidium. In colloquiis item orationis humanitate vtendo, & in conuiuiis quotidie præcipuos eorum ad epulas adhibendo, præterea multos inſignibus donis honorando, eorum beneuolentiam ſibi conciliauit. Antigono itaque Antipatri duci cum omnibus copiis prope Termeſſum caſtrametato, & Alcetâ poſcête, & inſuper ſenioribus vt dederetur conſulétibus conſtanter innioces, & à parentibus diſcrepantes, decreuêre quodlibet ſubire periculum propter eius ſalutê. Seniores verò primùm
D perſuadere tentabant iuuenibus, ne propter vnum Macedoné patriam ferro expugnari paterentur. Sed poſtquam irreuocabilem eſſe viderunt eorum impetum, factâ clâm conſpiratione, miſerunt noctu legatos ad Antigonum, pollicentes ſe Alcetam aut viuum traditutos, aut mortuum. Petebant autem vt per dies aliquot vrbem oppugnans, & paruulis præliis oppidanos alliciens, ſe tanquam fugiens inde reciperet. Hoc enim dum fieret, & iuniores in pugna extra vrbem occuparentur, capturos ſe occaſionem conata perficiendi. Antigonus illis obſequutus, caſtra procul ab vrbe metatus, velitationibus prorrahit iuuenes ad certandú extra vrbem. Seniores deſertū vidêtes Alcetam, delectis ſeruorum fideliſſimis quibuſque, & vegetiorum ciuium iis, qui cum Alceta non militabant, conata perfecerunt abſentibus iuuenibus. Viuum quidem capere nequiuerunt (occupauit enim ſibi manus inferre, ne viuus veniret in manus hoſtium) ſed corpus eius lectulo impoſitum, viliq́ue lacerna contectum, per portas extulerunt, & inſciis li[illegible] Anti[illegible]ono tra[illegible] commento peri[illegible]
[illegible]is, bellum [illegible]em, ſed [illegible]
E off[illegible] effugere non po[illegible] enim à [illegible] reuerſi, a[illegible] f[illegible]cto, in ſuos eſſe[illegible] propter ſingularem erga Al[illegible] tam beneuolentiam, de[illegible] domus [illegible]endere, & c[illegible]m armis ex vrbe effuſi, montanáque [illegible]uadentes, agrum Antigono [illegible]biectum vaſtare. Sed p[illegible] m[illegible]tata ſententia, ab vrb[illegible] in[illegible]ndenda abſtinuerunt, ſed ad latrocinia & incurſione[illegible] conuerſi multum hoſtilis agri corruperunt. Antigonus accepto Al[illegible]o po[illegible]e, & per triduum exer[illegible]ciato, mor[illegible] que putr[illegible] fa[illegible] reliquit inſepultum, atque ex Piſidia profectus eſt. Termeſenſium verò iuuenes, retinentes erga excruciatum beneuolentiam, corpus ſuſtulerunt, & ſplendidis exequiis proſequuti ſunt. *Diodorus l. 18.*

Hannibal, cauſas nouorum motuum quærens, Saguntum; Hiſpaniæ vrbem Romanis fœderatam, & ſuis & ipſorum manibus euerrit, vt Italiam ſibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderum Romanis religio eſt. Itaque ad auditum ſociæ ciuitatis obſidiū, memores icti cum Pœnis quoque fœderis, non ſtatim ad arma procurrerunt, dum prius more legitimo queri malunt. Interim nouem iam menſibus feſſi Saguntini, fame, machinis, ferro, & igne, verſa denique in rabiē fide, immanem
F in foro excitarunt rogū, tum deſuper ſe ſuóſque cum opibus ſuis ferro & igne corruperunt. *L. Florus, & Valer. Maximus.*

NON DEFICIENDO, NON DESERENDO.

Cùm Alexander Tyrum obſideret, ſubſidiáque Iudæorum à Iaddo Pontifice max. petiiſſet, omniaque iure victoris ab eo exigeret, quæ Dario ſolerent exhiberi, velut Dario profligato, ipſe iam dominus eſſet Aſiæ: Pontifex Iudæorum negauit Dario viuo ſe cuiquam alteri pariturum, cum illo icta eſſe fœdera. Sapiens reſponſum, & quod fidem Iudæorum declararet, iuuenem victorem accendit, ardentem iam alioqui ſuapte natura. Ita expugnata Tyro, Palæſtinam cum infeſto exercitu ingreſſus, Gazam cepit, & Hieroſolymæ phalanges admouebat: cùm progreſſi ei obuiam Pontifex, ſacerdotes omnes & Leuitæ, ſacerdotali ritu ornati, regem illum ad ſcopulum ſalutarunt. Tunc Alexandri animus mitigatus eſt, & Pontificem adorauit dicens, ſacerdotem eſſe cum Dei naturæ, quem ipſe Deum iam tum in Macedonia per quietem eodem cultu
G vidiſſet imperium Aſiæ pollicentem. Hinc Iudæam gentem in fidem & tutelam ſuam recepit. *Ioſephus l. 11. Antiq. c. 8.*

In pugna nauali Mileſiorum contra Perſas ad Ladam inſulam, cùm plerique Ionum à Mileſiis defeciſſent, Chij, qui cū centum nauibus remanſerant, cum quadragenis propugnatoribus in ſingulis ab hoſtiū multitudine circumuenti fortiſſimè dimicarunt. Tandem fugere coacti in Mycalem, hoſte perſequente, impactis terræ nauibus, ac relictis, per continentem pedeſtre iter fecerunt. Et cùm in agrum Epheſium ingreſſi eſſent, ſub noctem ad vrbem contendebant, cùm illic à mulieribus ſacra legiferæ Cereris fierent. Quos armatos Epheſij ingreſſos agrū ſuum videntes, cùm de eis nihil audiſſent, ſuſpicati fures eſſe, & ad mulieres tendere, vniuerſi ad vim arcendam procurrerunt Chióſque interemerunt. *Herodotus l. 6.*

Relictus in Græcia à Xerxe Mardonius cum triginta myriadibus, vt Græcos ad impetata facienda cogeret: vptimū in ea re duxit, ſi ſerere inter Græcos diſcordiā poſſet. Itaq; ad Athenienſes Alexandrum Macedoniæ regem cum mandatis miſit: Si diſcedere ab aliorum Græcorū ſocietate vellent, offerre ſe eorum vrbem, quam Xerxes incenderat, pecunia ſua reſtituturum: Græciæque adminiſtrationem, poſteaquā ſubacta fuiſſet,
H Athenienſibus redditurum. Ea re audita Lacedæmonij, quia graui inopia preſſos Athenienſes videbant, quod eorum vrbē Xerxes direptam incenderat: veriti ne rerum neceſſitate magis, quàm iudicio compulſi, conditionem acciperent, legatos Athenas miſerunt, qui populo offerrent. Si Spartā coniuges liberóſque mittere Athenienſes vellent, eis Lacedæmonios rerum omnium ad ducendam vitam libenter gratis copiam facturos. Quibus Athenienſes reſponderunt: Non miratos ſe ſi Perſæ putaſſent auro Athenienſes adduci poſſe, vt aliquid præter dignitatem facerent: quia pluris aurum, quàm membra ſua, atque ipſam vitam Perſæ facerent: ſe mirari, nec mediocriter commoueri, cùm à Lacedæmonij ea audiant, quibus oſtenderent, ipſos præſentem Athenienſium neceſſitatem intueri, ſed nihil prorſus eorum animi magnitudinis meminiſſe. Itaque reſpondere Lacedæmonij legatos iuſſerunt Athenienſes, Quicquid auri intra terræ viſcera conditum eſt, & ſupra humum per totum terrarū orbem conſpici poteſt, eos Græci ſaluti

A ſaluti non collaturos eſſe. Mox Alexandro reſponderunt, diceret Mardonio, Quoad Sol eundem curſum teneret, Athenienſes bello perſequi Perſas non deſituros, donec violata Athenarum templa, incenſáſque domos, pro vrbis dignitate vlti fuerint. *Herod.*

Philippus rex ſocius Athenienſium in Helleſponto vrgebat: & iam Moloſſum atque Charetem duces Athenienſium profligarat. Populus cùm eſſet ab oratoribus incenſus, indignatus eſt, pœnituitque cum ſummiſſæ Byzantinis opis. Ibi exurgens Phocion concionatus eſt: Iniquum eſſe diffidentibus ſuccenſere ſociis, ſed ſuccenſendum infidis ducibus. Hi enim vos reddunt, inquit, formidabiles, quantumuis citra vos incolumibus eſſe non valentibus. Hac permotus oratione populus mutauit ſententiam, atque illum ipſum alia manu ſociis iuſſit ſuboenire in Helleſpontum: quod ad conſeruandum Byzantium maximi fuit momenti. *Plutarch. in Phocione.*

Casilini obſidebat Hannibal Rom. præſidium, ad vltimum inopiæ redactum: ita vt quidam fame adacti, vltrò ſeſe præcipitaſſe dicantur, alij nuda corpora obtulerint hoſtibus conficienda. Miſſa itaque ex Rom. caſtris ſecundo fluuio dolia tritico plena, præmiſſo nuncio qui magiſtratui ſignificaret, vt ventura dolia excipi iuberet. Atque ita triduo hoſtis deceptus: noctu enim fluuio impoſita, priuſquã illuceſceret, B eò perueniebant. Mox amne tumidiùs ſolito fluente, quum fortè dolium ſalictis ripæ innatis adhæſiſſet, et ab hoſtibus deprehenſa, quia id conſilium haud procedebat ampliùs, aliã viã ingreſſi, iuglandes in fluuium deiecêre. Quas quum Pœnus crate exciperet, ad tantã rerum omnium penuriã ventum eſt, vt lora & pelles ſcutis detractas aqua emollitas mandere conati ſint, nec muribus interim aliiſque obſcœnis cibis abſtinerent. Satis conſtat, c c c. argenteis murem vnum memorabili euentu veniſſe nummis, emptorémque ea alimonia ſeruatũ, qui vendiderat extincto. Eruêre ad hæc herbarũ radices infimis murorum aggeribus. Quod vitæ ſubſidiũ vt Pœnus adimeret omne herbidũ ſolum circa oppidum inarauit. Præſidiarij inaratæ terræ raparum ſemina iniecêre, idque quum Hannibal reſciuiſſet: Ergo hîc, inquit, ſedebit Hannibal, dum ſacta ſemina naſcantur? Tum qui nullas ad id tempus pacis conditiones admiſerat, præſidium incolume dimiſit, certam in deditorum capita pecuniam pactus. *Sab. l. 3. En. 5.*

Petilini Brutii ab Hannibale, quia deficere à Romanis noluerunt, obſeſſi legatos ad Senatum auxilium implorantes miſerunt, quibus propter recentem cladem Cannenſem ſuc- C curri non potuit. Cæterùm permiſſum eſt eis, vt facerent quod vtiliſſimum incolumitati eorũ videretur. Liberum ergo erat Carthaginenſium gratiam amplecti. Illi tamen feminis, omníque ætate imbelli vrbe egeſta, quò tutiùs armati famem traherent, pertinaciſſimè in muris conſtiterunt: expirauitque prius eorum tota ciuitas, quàm vlla ex parte Romanæ ſocietatis reſpectum depoſuerit. Itaque Hannibali non Petiliam, ſed fidum Petilitiæ ſepulcrum capere contigit. *Val. Max. l. 6. c. 6.* Vix ſibi fidem ad poſteros inueniant, quæ de illorum tolerantia tradita ſunt memoriæ. Frugum & carnium alimentis abſumptis coria ſcutis detracta eos in cibum vertiſſe Herbis inde, radicibus corticibúſque deficientibus, nullus fuit tam infandus cibus, à quo obſcœna fames abſtineret. Poſtremò corporibus miſerabili tabe confectis, vt ne veſtigio quidem conſiſterent ampliùs, ab Himilchone expugnati ſunt. *Sabellicus l. 3. Enneadis 5. & Athenæus l. 15. c. 11.*

Poſt duorum in Hiſpania Scipionum, totidémque Roma- D ni ſanguinis exercituum miſerabilem ſtragem, Saguntini victricibus Hannibalis armis intra mœnia vrbis ſuæ compulſi: cùm vim Punicam vlteriùs nequirent arcere, collatis in forum, quæ vnicuique erant cariſſima, atque vndique circundatis accenſis ignis nutrimentis, ne à ſocietate Romana deficerent, publico & communi rogo ſemetipſos ſuperiecerunt. Crediderim, tunc ipſam fidem humana negotia ſpeculantem, mœſtum geſſiſſe vultum, perſeuerantiſſimum ſui cultum iniquæ fortunæ iudicio tam acerbo exitu damnatum cernentem. *Valer. Max. l. 6. c. 6.*

*Campani ad Hannibalem deficientibus, Pacuuij Calani ſuaſu, vnus omnium Decius Magius, ne ea defectio fieret, ſumma ope obſtitit, ne Punicum etiam præſidium in vrbem acciperetur, ſuperbam Pyrrhi regis in Tarentinos ſocios dominationem referens. Nec poſt præſidium acceptum ſuos hortari deſtitit, vt aut Pœnos vrbe ejicerent, aut his ſubita vi oppreſſis ſeſe Romanis reſtituerent. Huiuſmodi hominis conſtantia offenſus Hannibal Magium [illegible] caſtra acce[illegible] ad [illegible] aſſet, negan[illegible] uid rei ſibi [illegible] pr[illegible] a[illegible] vrbis magiſtr[illegible] ncio, po[illegible] ven[illegible]. A[illegible] tem [illegible] idendum, q[illegible] ta [illegible] ui[illegible] di[illegible] et, [illegible] nus Magi[illegible] ſſi [illegible] abſtin[illegible] ſexu[illegible] laro duc[illegible] iend[illegible] cum [illegible] & pa[illegible] en ib[illegible] s per [illegible] ui. [illegible] hil ex pr[illegible] feroc[illegible] rem ſi[illegible] teſtim[illegible] iniectæ [illegible] & [illegible] perduci [illegible]. Ille verò q[illegible] ue rer, [illegible] ,ad [illegible] imul [illegible] nem [illegible] bre[illegible] tem quam peti[illegible] ſtis. En [illegible] me[illegible] ia [illegible] celeber[illegible] ri[illegible] ad ſupplicium [illegible] Quid [illegible] iole [illegible] Hannib[illegible] ob tam diem ce[illegible] ſit qu[illegible] ribus veſtri[illegible] in hunc modum [illegible] Quum hæc ille paſſim diſſereret, vi[illegible] turque mul[illegible] dignitate rei moueti, obducto capite in caſtra eſt de[illegible] ctus. [illegible] caſtris mox in nauim impoſitus, vt Carthaginem deueheretur. Nauis vi tempeſtatis Cyrenas eſt delata, quæ tum in Alexandrinorum regum ditione erat. Hic Magius quum ad Ptolemæi ſtatuam confugiſſet, Alexandriã ad Ptolemæũ eſt deportatus. Qui vbi quis eſſet audiuit, contraque ius fœderis ab Hannibale vinctus, vinculis liberari F iuſſit: factáque illi poteſtate quò vellet abeundi, Alexandriæ eſſe maluit, quoad res Italiæ in eo motu eſſent. *Sab. l. 3. En. 5.*

Cyziceni adeò fideles Romanis extitêre, vt bello Mithridatico diutiſſimè obſeſſi, neque fame, neque tormentis vllis ad deditionem cogi potuerint, *Auctore Plut.*

Æginenses, cùm à Viathoris liberi & coniuges cæderentur, præoptauerunt ſpectare ſupplicia pignorum ſuorum, quàm a Romanis deficere. *Front. l. 4. c. 5.*

Obſidebatur terra marique Ioppe Syriæ vrbs, magna contentione in continenti præerant Gallorum duces. Hieroſolymitanúſque Varimundus Pontifex: Veneti verò Dominico Michaële duce ſuo, omni opera adnitebantur, vt eam expugnarent. Verùm quum Galli trepidi in caſtris agerent, quòd cũ ingenti exercitu nũciaretur, Sultanum Ægyptium adfuturum: tum verò multitudo palam voces in caſtris iactare cœpit, eſſe ſibi inde abeundum, ſoluendamq; obſidionem, quando ipſi ſoli grauiſſimo diſcrimini objicerẽtur: Venetos enim facile inde in pacatũ abituros, quibus mare ad fugam pateret. Id quod quum Michaëli duci annunciatũ eſſet, tametſi primò G commotus animo, mox tamen ſolertius cogitans, conſilium id iniit, vt nauium remi omnes in Gallorum caſtra deferrẽtur (non deſunt tamen qui reuulſas trabes ex ſingulis nauibus prodant) id quod Varimundus aſpiciens, & reliqui duces, maximopere ſunt admirati. Ad quos conuerſus dux ipſe: Audiui, inquit, frequenter penes vos iactatũ eſſe, Venetos vbi hoſtes aduentaſſent à continenti, ſtatim obſidionem ſoluturos ſine vllo periculo: ne igitur de fide noſtra & conſtantia in poſterũ aliquid vereamini, quum ad vos hæc fugæ inſtrumenta ſint à me delata. Agite igitur, vt decet viros fortes, & poſthac Venetã fidem prædicate. Quo dicto, exclamantibus cunctis, Venetóſque ſummis laudibus extollentibus, intrepidè cuncti ad obſidendam vrbem rediêre. Quæ non ſolùm a noſtris capta expugnatáque eſt: ſed & quanta ſemper ab initio Venetorum fides eſſet, memorabili declarauit exemplo. *Egnat. l. 6. c. 6.*

Retinuit ſemper hoc ſtudium Reſpub. Veneta, ſanctè puréque retinendæ amicitiæ, cum principibus præcipuè Conſtãtinopolitanis, quos perpetuò bello pacéque fouit, omnibúſ- H que officiis ſemper proſecuta eſt, donec variante imperatorio ſtemmate, rebúſque Imperij illius ad peſſimum quemque delatis, ſanctum illud amicitiæ nomen erga illos deſerere ſit coacta. Ita tamen, vt quandoque memores ipſi Veneti veteris ſuæ in Græcanicum imperium pietatis, non deſierint etiam in vltimo Graiæ gentis excidio ſuffragari. *Egnatius l. 4. c. 7.*

Philippus Liladamus Rhodiæ militiæ magiſter, è Solymanno Turc. Imp. poſt traditam Rhodum, humaniter admonitus, vt poſthac, deſertus à Chriſtianis, ipſos quoque deſereret, ſibique ſeruiret: Mori, inquit, libetum potius eſt, quàm viuere mancipium, & traditionis inſimulari. Vinci quippe etiam fortibus accidit: nec eſt, vt cadat animus ab hoſte potentiore ſuperatus. At ſuos deſerere, armiſque infeſtis vrgere, id verò extremæ perfidiæ eſt, *Contin. Chron. Carionis.*

NON PRODENDO.

Demetrius Poliorcetes cùm Rhodiorum vrbem obſideret,

trans

[illegible] arum quidam obſeſſis indicauit, cuniculatios ferè [illegible] um eſſe. Rhodij ipſi quoque cuniculis vientes, occurrentes ſub terra aduerſariis, & eos vlteriùs progredi prohibuerunt. Cumque cuniculi ab vtrique cuſtodirentur, conatus eſt quidam Demetriani corrumpere pecunia Athenagoram cuſtodiæ à Rhodiis præpoſitum. Erat is natione Mileſius, à Ptolemæo mercenariorum dux miſſus. Hic proditurum ſe pollicitus, diem ſtatuit, qua oporteret à Demetrio mitti aliquem ducem præcipuum, qui noctu per cuniculum in vrbem aſcendere [illegible] locum contemplaretur, qui milites accepturus eſſet. Ita cùm Demetrio magnas ſpes feciſſet, rem indicauit ſenatui, cumque miſiſſet rex ex ſuis amicis Alexandrum Macedonem huic per cuniculum ingreſſum comprehenderunt Rhodij, & Athenagoram coronauerunt aurea corona, argenti quinque talentis donarunt, cupientes reliquorum quoque mercenariorum & peregrinorum beneuolentiam erga populum prouocare. *Diod. l. [illegible]*

Abydeni cùm ab rege Attalo Rhodiiſque fœderatis ſuis, triremem & aliquot milites in vrbem præſidij gratia accepiſſent, cùm vltrà ſe tuendi ſpes non ſupereſſet: oratores ad Philippum Macedonum regem de vrbe tradenda miſerunt, petentes vt incolumes ſeruarentur, quos à fœderatis ſubſidio miſſos in vrbe habebant. Hoc cùm eis Philippus negaret, ſtatuerunt potiùs ſeruata amicis fide mori, quàm eos qui auxilio venerant fefelliſſe videri. Quamobrem omni auro, quod habebant, manibus impoſito, reliquas opes in medium forum contulerunt: & profecti ad eam muri partem, quæ hoſtium vi diruta, plus periculi habebat, illuc iuuentus ſe hoſti oppoſuit, eo ordine, vt ſi ſuccubuiſſent, hoſtiſque vrbe potiturus videretur, ſeniores incenſis iis quæ in foro poſita erant ac nauibus, quæ in portu aurum continebant demerſis, reliquos omnes occiderent, vrbémque inanem hoſti relinquerét. Inito igitur prælio, ſeniores vt acceperunt iuuentutem maiori ex parte cæſam, ad Philippum dedendæ vrbis gratia miſerunt. Quod cùm pauci iuuenes, qui prælio ſuperfuerant, intellexiſſent, occiſis primò ſacerdotibus, qui iuriſiurandi principes fuerant, ne vrbs dederetur, deinde ſenioribus, cum omni alio ſexu demerſis nauibus in portu, vrbem quoque totam ſuccenderunt. Eam rem ob furoris magnitudinem Philippus vehementer miratus, ab oppugnatione abſtinuit: edixitque, triduum Abydenis concedi, vt ex commodo ſuo ſe interimerent. *Fulg. lib. 6. c. 6.*

Trimvmpara Cochimi rex cum Luſitanis fœdus iecerat, & Luſitanis apud ſuos commorandi poteſtatem fecerat, Calecutij rege; cui tributarius erat, id indignè ferente, multi fuere in Trimumparæ cõſilio, qui illi perſuadere conabãtur, vt Portugalẽſes, quos in fidem e Gamæ manu receperat, Regi Calecutij traderet, & paucorum hominum externorum, & ab illius inſtitutis abhorrentium, interitu, ſalutem ſuam atq; totius regni redimeret. Quod conſilium non modò non accepit, ſed in eos, qui id ſuadebant, aſperis verbis inuectus eſt. Dixit præterea, non eſſe tam hoſtilem Calecutienſis animum qui eum regno ſpoliare, & vita priuare conabatur, quàm eorum qui eum, vt fidem pruderet, admonebant. Vitæ namque ſpaciũ breue eſſe, regniſque vſurã exiguo termino definitam: perfidiæ verò maculam ſempiternam. Idcirco malle ſe exturbari regno, & vitam in maximum diſcrimen inducere, quàm fidei parũ ſanctè cultæ infamia flagrare. A Calecutienſi igitur bello petitus, & quia à Vincentio Suderino, quẽ Arabici ſinus claſſi Emmanuel rex præfecerat, deſerebatur, bis victus: in inſulam quandam traiecit, & Luſitanos, quos ſecum habebat, in eandem inſulam transduci iuſſit: quos in illa ruina rata fide conſeruauit, atque ſi illorum opera, quorum gratia in tantas calamitates inciderat, fuiſſet aliquando ab omni calamitatis acerbitate defenſus. Calecutienſis legatos iterum ad illum in inſulam miſit, qui dicerent, ſe ei omnia redditurum, ſi vellet ſibi Luſitanos, quos in poteſtate cõtinebat, tradere. Reſpondit: Sibi regnum atque adeò vitam eripi poſſe, fidem non poſſe. Hoc reſponſo Calecutienſis acerbiùs irritatus, vrbem incendi continuò iuſſit: deinde inſulam oppugnare inſtituit. Sed quia ſitu atque natura egregiè munita erat, facilè defendi potuit. Tandem Alfonſi & Franciſci Albuquerciorum claſſe auctior, regnum recuperauit. *Oſorius lib. 5.*

NON SVBIVGANDO.

Pyrrhvs Epirotarum rex, victo Macedonum rege Demetrio, prohibenſque vires eius ſicut ex graui ægritudine refocillari, tulit ſuppetias Græcis, & Athenas ingreſſus eſt. Cùm in arcem ſcandiſſet, & ſacra feciſſet Mineruæ, deſcendiſſétque eodem die, gratam ait ſibi eſſe populi erga ſe beneuolentiam, & quam ſibi haberent fidem. ſed cauerent ne vllum poſthac regem, ſi ſaperent, admitterent in vrbem, aut portas ei aperirent. Inde pacem fecit cum Demetrio. *Plutarchus in Pyrrho.*

Cùm ſalubertimo conſilio Themiſtocles migrare Athenienſes in claſſem coëgiſſet, Xerxéque rege & copiis eius Græcia pulſis, ruinas patriæ in priſtinum habitum reformaret, & opes eius clandeſtinis molitionibus ad principatũ Græciæ capeſſendum nutriret: in concione dixit. Habere ſe rem deliberatione ſua prouiſam: quam ſi fortuna ad effectũ perduci paſſa eſſet, nihil maius aut potentius Athenienſi populo futurum, ſed eam vulgari non oportere, poſtulauitque vt aliquis ſibi, cui illã tacitè exponeret, daretur. Datus eſt Ariſtides. Is poſtquam cognouit eum claſſem illam Lacedæmoniorum, quæ tota apud Gythæum ſubducta erat, velle incendere, vt ea conſumpta, dominatio maris ipſis cederet, proceſſit ad ciues, & ipſis retulit Themiſtoclẽ, vt vtile conſiliũ, ita minimè iuſtum animo voluere. Eoeſtigiò vniuerſa concio, quod æquum non videretur, nec expedire quidem proclamauit: ac protinus Themiſtoclem incœpto iuſſit deſiſtere. *Val. Max. l. 6. c. 5. Plut. in Themiſtocle,* Pagaſas portum habet, non Gytheum.

CONDOLENDO.

Sybari à Crotoniatis direpta, vniuerſi Mileſij, qui puberes erant, capita deraſerunt, & ingentem luctum adiecerunt; *Herod. lib. 6.*

SACRIFICANDO.

Bestia Appia; mulier Attellana, Capuæ habitans, Annibale Capuam tenente, quotidie ſacrificauit pro ſalute populi Romani. *Liuius lib. 26.*

ERGA COMMILITONES.

Multis viris fortibus Theſeus auxilio fuit in præclaris facinoribus obeundis. Nam & in Colchos cum Iaſone nauigauit, ad opprimendum aprum Calydonium venit, & Adraſto opem tulit in recuperandis cæſorum ad Thebas cadaueribus & cum Pyrithoo Centauros debellauit, & ad inferos poſtea deſcendit, vnde ab Hercule liberatus eſt. *Natalis Comes Mythol. lib 7. c. 9.*

Cùm ad Thermopylas ccc. Lacedæmonij contra Xerxem pugnaturi eſſent, vates Megiſtias Acarnas, à Melãpode oriundus, prælocutus ex extis mortem omnibus imminere, quãuis palam à Leonide dimitteretur, ne vnà periret, tamẽ diſcedere noluit, filium modò, qui ei vnicus erat, vnà militarem miſſum fecit. Socij reliqui, quos Leonides Spartanorum rex remittebat, abiêre. Theſpienſes tantum atque Thebani perſtitere cum Lacedæmoniis. Thebani quidem inuiti ac nolentes, quippe quos Leonides loco obſidum detinebat: Theſpienſes verò libentiſſimi, qui negauerunt ſe Leonide, & qui cum eo erant deſertis, abſceſſuros: permanentéſque vnà cum illis occubuerunt, quorum dux erat Demophilus Diadromei: *Herod. lib. 7.*

Ex trecentis Lacedæmoniis ad Thermopylas duo, Eurytus & Ariſtodemus, feruntur ob extremam lippitudinem è caſtris à Leonida rege remiſſi, & in Alpenis decubuiſſe. Ac communicato inter ſe conſilio, cùm liceret aut ſalutem ſibi parare, aut vnà cum aliis occumbere, cùm inter ſe diſcreparent, Ariſtodemus quidem præ ignauia remanſit; Eurytus verò, audita Perſarum per montem circuitione, petiit arma, & duce ſeruo ad pugnantes deductus, dato in Perſas impetu, occubuit. *Herod. lib. 7.*

Pelopidas & Epaminondas ad Mantineam vna militarunt, cùm Lacedæmoniis, integra adhuc amicitia & fœdere, miſiſſent Thebani auxilia; cùmque inter pedites locati vnà eſſent aduerſus Arcadas, vt gradum retulit Lacedæmoniorũ cornu in quo ipſi ſtabant, multiq; terga verterunt, reſtitere obnixi ſunt iis, qui ſe intulerunt. Ac Pelopidas ſeptem acceptis aduerſis vulneribus, ſuper aceruum cadauerum ſuciorum pariter & hoſtium corruit. Quem etſi haberet Epaminondas pro deplorato, proceſſit tamen ad protegendum corpus eius & arma, multiſque ſe vnus obiecit, certus priùs occumbere, quàm Pelopidam deſerere iacentem. Iam ipſo etiam grauiter affecto, cùm pectus haſta, gladio brachium eſſet vulneratum: ecce ab altero cornu ea Lacedæmoniorũ Ageſipolis ſuccurrit iis; ambóſque præter ſpem eripuit. *Plut. in Pelopida vita.*

Cùm exciſa eſſet Phigalia Arcadiæ vrbs a Spartanis, Phigalenſes certis cõditionibus dimiſſi, Olympiadis triceſimæ an-

A no ſecundo, Delphici Apollinis oraculum de reditu conſuluerunt. Sciſcitantibus reſponſum eſt: Si ſoli per ſe ipſos redire conati eſſent, nullam fore iam reliquã poſtliminij ſpem: at ſi ab Oreſthaſio centum lectiſſimos viros aſſumpliſſent, illos quidem ad vnum in pugna perituros, Phigalenſes reditus compotes fore. Oreſthaſij eo reſponſo cognito, optimus quiſque certatim in eam expeditionem nomina dedêre. Congreſſi verò cum Lacædemoniorum præſidio, ratam omni ex parte oraculi vocem fecêre. Strenuè enim dimicantes, Spartanis pulſis, cùm ipſi ad vnum mortem oppetiiſſent, Phigalenſib. patriam reddidêre. *Pauſanias in Arcadicis.*

Q. Ceditius Tribunus militum, cùm in Sicilia Romanum exercitum Atrilio Calatino Coſſ. in eas anguſtias deductum videret, vt certa pernicies ante oculos obuerſaretur: magno animo ad Conſulem conuerſus: Exercitus, inquit, totius ſalus quadringentorũ ſanguine redimenda eſt. Ad verrucam illam (locum montis editum aſperúmque digitô notans) occupandam milites mitte. Pœni hoſtes vbi id viderint, fortiſſimus quiſque occurſabit: pugna committeretur: quadringenti illi trucidabuntur: tu interea occupato hoſte exercitũ per anguſtias educes. Tum Conſul, Fidum quidem conſilium: ſed iſtos cccc. milites ad eum locum in hoſtium cuneos quiſnã erit qui ducat? Si alium (inquit Tribunus) non habes, me vtere.
B Nec mora, aſſumptis militibus ad certã mortem profectus, fortiſſimè pugnans cecidit, ſuis omnibus cæſis. Quem tamen adhuc ſpirantem, omni ferè exhauſto ſanguine hoſtes ſuſtulere: cumque miraculo quodam nullũ penitùs in capite vulnus accepiſſet, curatus conualuit, ſæpéque poſt operam ſuam Reip. fortem atque ſtrenuam exhibuit. Cl. *Quadrinarius l. 3. Annal.* Laberium vocat, *Frontinus* etiam Calphurniũ dici aſſerit. *Gell. l. 3. c. 7. Noct. Att. ex M. Catonis Originibus* recenſet.

ERGA CONIVRATIONIS PARTICIPES.

Sabinus Senator, vnus è coniuratis, qui Caium interfecerant, cæteris à Claudio capitali ſupplicio affectis, non ſolùm abſolutus, verùm etiam permiſſus eandem quam antè præfecturam gerere: iniquum ratus, ſi à fide coniuratis data deſciſceret, in corpus adacto capulo tenus gladio, ſuamet manu optatum quæſiuit interitum. *Ioſephus l. 19. c. 3. Antiquit.*

ERGA CALAMITATIS SOCIOS.

Vitige Romam obſidente, Peranius, Beliſarij dux, per Salariã portam egreſſus, cùm, fuſis Gothis, ipſe conuerſo impetu fugaretur, Romanus Miles in foueam profundam delabitur. Vnde, cum nec vocẽ edere, quia in proximo Gothi erant
C auderet, neque vllo pacto ſuo nixu euadere poſſet, ibi noctem vnam animi anxius manſit. Poſtridie, Gothis rurſus in fugã actis, Gothus ſimili caſu in eandem foſſam eſt lapſus. Ibi ambo in communi periculo ſocij facti, fidem inter ſe dederunt, ſe inuicẽ ſeruaturos: deinde ambo vociferari validiſſimè inſtituerunt. Quibus auditis, cùm proximi ad foueam accurriſſent, cuiuſnam ea vox eſſet, rogarunt. Tum Gothus, Romano de induſtria ſubticente (nam ita vtrique placuerat) patria lingua reſpondit, ſe nuper in eam ex fuga foueam decidiſſe, & vt reſtem demitterent, obſecrare. Illi, demiſſo fune, cùm Gothum ſe attrahere ducerent, Romanum traxerunt, ac cauſa calamitatis accepta, inde etiam Gothum eduxerunt. Qui cùm ſuos de fide Romano data docuiſſet, eum impunè dimittendum curauit. *Sigonius l. 18. Imp. occid.*

ERGA AMICOS FIDES SESE EXERIT,

Vitam Protegendo, Conſeruando.

Quum Oreſtes & Pylades veniſſent in regionem Tauricam ad exuendas furias, quibus Oreſtes laborabat propter
D matrem occiſam, eſſéntque à rege Thoa comprehenſi, quòd ſimulacrum Palladis inde auferre voluiſſent: rex Oreſtem (quem audiuerat eſſe auctorem furti) damnauit capitis. Quũ verò neſciret vter Oreſtes, Pylades eum ſe eſſe affirmabat: contendebatque vt pro ſocio interficeretur. Oreſtes verò volebat irrogari ſibi ſupplicium, nomen ſuum accuſans, & furtum. *Cicero in Lælio.*

D. Brutus fugiens à Mutina, vt ad ſe interficiendum ab Antonio miſſos equites aduenisse cognouit, quodam in loco iuſtæ pœnæ debitum ſpiritum tenebris furari conabatur, eóque iam facta irruptione, Seruius Terentius fideli mendacio obſcuritate ipſa ſuffragante, Brutum ſe eſſe ſimulauit, & corpus ſuum trucidandum equitibus obiecit. Verum cognitus à Furio, cui Brutianæ vltionis officium mandatum fuerat, vt nece ſua amici ſupplicium diſcutere non potuit, ſic inuitus, fortuna cogente, vixit. *Valer. M. lib. 4. c. 7.*

Lucilius, vltimo prælio quod in Philippicis campis [illegible] miſſum [illegible], Brutum fugientem Barbaros equites [illegible] nus inſequi conſpicatus, dum Brutum ſe ſingit eſſe, [illegible] tes tam diu retioratus eſt, vt Brutus ab eis longe [illegible]. Capto igitur Lucilio, Antonius, ad quem is perd[illegible] obuiam ſe lætitiæ plenus Brutum eſſe arbitratus præbeb[illegible] Cum autem Antonio ita propinquus eſſet, vt inuicem audiri poſſent, magna voce exclamauit: Antoni, ne vnquam Brutum viuum vinctum expecta. Ego cum hos Brutum inſequi equites cernerem, Brutum me finxi, vt is fugiendi tẽpus haberet: & ita ad te perductus ſum, eo animo, vt quæcunque in me ſtatueris, perferam. Quare attonitus Antonius, tantæ amicitiæ reuerentia Lucilium ſeruauit, atque in amicorum numero habuit. *Fulg. lib. 4. c. 7.*

Quo tempore Triumuirorum proſcriptio durabat, propoſita iis graui pœna, qui proſcriptos re aliqua iuuiſſent, aut non accuſaſſent: contráque propoſitis iis qui accuſaſſent, ingentibus præmiis: cùm inter proſcriptos Varro philoſophus eſſet, Caleni peramicus, eũ domi ſuæ Calenus aliquod tempus celauit. In quam domum cùm perſæpè Antonius ſpaciatum ſe conferret, nunquam territus eſt, aut animum mutauit Calenus: etſi aſſiduè vel animaduerti, vel præmia dari, prout edictum aut violaſſent homines, aut ei paruiſſent, F cernebat. *Fulg. l. 4. c. 7.*

Vilnæ in Lituania, duobus adoleſcentibus per plateam ciuitatis pergentibus, intempeſta nocte, duo alij armata manu occurrerunt. Inter defendendum Vnus aduerſarium ſuum interemit, aufugítque, Socius illius captus cædiſque damnatus in locum decollandi poſtridie ducitur: cumque iam carnifex gladio euaginato ſtaret, ille reus cædis, qui profugerat, accurrens, dixit: Siuite hunc innocentem abire, ego enim hanc cædem perpetraui. Itaque ille genua flectens à ſpiculatore decollatus eſt, innocens liberatus. *Guagninus in deſcriptione Polonia* oculatus teſtis.

INSIDIAS DETEGENDO, INDICANDO.

Ionathas Saul regis F. Dauidem patri reconciliauit, innocentia & virtute illius detecta. Mox cùm patris inſaniam videret, qui Dauidem omnimodo perdere vellet, Dauidem admonuit, & vt fuga ſibi conſuleret, iuſſit: cúmque Dauidis cauſam apud Saül ageret, irati patris haſtam vix declinauit. *1. Regum 19. & 20.*

Mithridatis Ariobarzanis, amicus erat Demetrij filij Antigoni, & propter ætatem familiaris. Hic in comitatu Antigoni regis Aſiæ erat: nec erat vel habebatur improbus, verùm ex ſomnio quopiam venit Antigono in ſuſpicionẽ. Viſus eſt ſibi Antigonus amplum & pulchrum campum iuire, atque eum auri ramentis conſerere: ex eo primùm exurgere antea meſſis, mox regreſſus nihil niſi demeſſum culmũ videre. Cùm anxio & mœſto animo eſſet, audiuiſſe quoſdã dicentes: Mithridatem in Pontum Euxinum fugere aſportantẽ auream meſſem deſectã. Hinc trepidans filio iureiurãdo adacto taciturum, viſum aperuit, ac ſe prorſus de medio tollere eum & interficere ſtatuiſſe. Quod vt audiuit Demetrius, oppidò fuit ei acerbum: adoleſcentique, cùm more ſuo ipſum adiſſet, vt otium ſecum falleret, verbum facere, aut voce id detegere iuriſiurandi religione dubitauit: ſed abduxit eum paulatim ab amicis atque vbi ſoli ſine arbitris fuerunt, haſtili in ſolo inſpiciẽte illo deſcripſit: Fuge Mithridate. Eo aduerſo profugit nocte in Cappadociam, breuíque oblatam Antigono de ipſo viſionem fatum compleuit. Ampla enim & præclara regione potitus eſt, regúmque Ponti ille ſtirpem, quæ octaua fermè ſucceſſione à populo Romano eſt delata, edidit. *Plut.* H *in Demetrio Poliorcete.*

DEFENDENDO, NON DESERENDO.

Iolaus ſenex *apud Euripid.* Heraclidis de ſeipſo ſic ait:

Ἐγὼ δὲ σὺν φεύγουσι συμφεύγω τέκνοις,
καὶ σὺν κακῶς πράσσουσι συμπράσσω κακῶς.

Ego cum fugientibus vnà fugio liberis: & cum malè habentibus habeo vnà malè.

Tres adoleſcentes eiuſdem ciuitatis, iter Delphos ad conſulendum oraculum facientes, in latrones inciderant. Vnus correpta fuga, declinauit latrones: Alius verò, cùm reliquis interfectis impetum faceret in ſuperſtitem ſicarium, à latrone aberrauit, in ſocium verò enſem impulit. Ei igitur, qui fugerat, tale reſponſum ab oraculo datum eſt:

Occidi ſocium præſentes es paſſus amicum:
Non tibi vaticinor, ſacro te proripe templo.

Et

A Et alteri conſulenti, talia reſpondit Pythia;

Defendens ſocium, verſo mucrone necaſti:
Puriores manibus nunc, quam prius eſſe ſolebas.

Ælianus de Varia hiſtoria lib. 3.

Familiaris Arceſilai Lacydes, Cephiſocrati perduellionis reo inter cæteros amicos aderat aduocatus. Poſtulāte annulū eius accuſatore, demiſit eum iuxta ſubmiſſe. Quod aduertens Lacydes, eum impoſito occuluit pede. Erat criminis annulus indicium. Poſtquā fuit abſolutus, cùm amplecteretur Cephiſocrates iudices, quidam ſcilicet, qui id viderat, iuſſit ei, vt gratias ageret Lacydi, atque rem expoſuit, cùm nemini id narraſſet Lacydes. *Plutarch. de diſcernendis adulatoribus.*

Proſtratis iam & perditis C. Gracchi conſiliis, rebúſque, cùm tota eius conſpiratio latè quæreretur, deſertum omni auxilio, duo tantùm amici Pomponius & Lectorius ab infeſtis & vndique ruentibus telis oppoſitu corporum ſuorum texerunt. Quorum Pomponius, quò is faciliùs euaderet, concitatum ſequentium agmen in porta Trigemina aliquandiu acerrima pugna inhibuit, nec viuus pelli potuit, ſed multis confectus vulneribus tranſitum ſuper cadauer ſuum eis (credo etiam poſt fata inuitus) dedit. Lectorius autem in ponte

B ſublicio conſtitit, & eum, donec Gracchus tranſiret, ardore ſpiritus ſui ſepſit: ac vi iam multitudinis obrutus, conuerſo in ſe gladio celeri ſaltu profundum Tiberis petiit: quamque in eo ponte charitatem totius patriæ Horatius Cocles exhibuerat, vni amicitiæ, adiecta voluntaria morte, præſtitit. *Valerius Maximus. l. 4. c. 7.*

Timotheus Cononis F. cùm Athenis adoleſcentulus cauſam diceret, non ſolum amici priuatique hoſpites ad eum defendendum conuenerunt, ſed etiam in eis Iaſon Theſſalorū tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentiſſimus. Hic cùm in patria ſine ſatellitibus ſe tutum non arbitraretur, Athenas ſine vllo præſidio venit: tantique hoſpitem fecit, vt mallet, ſe capitis periculum adire, quàm Timotheo de fama dimicanti deeſſe. Hunc aduerſus tamen Timotheus poſtea populi iuſſu bellum geſſit: patriæ enim ſanctiora iura, quam hoſpitij eſſe duxit. *Probus in Timotheo.*

M. Lollius quæſtor, ægrotus licèt, ad liberandum in iudicio amicum, à Catone minore. Quæſtore, ſubiecti teſtamenti nomine damnandum, lectica ſe in iudicium perferri voluit.

C *Plut. in Catone.*

LIBERANDO E' CARCERE.

Ioſephus Iudæus in direptione Hieroſolymæ nihil præter ſacrorum librorum & amicorū ſalutem à Veſpaſiano petiit.

Patij æmulatores Pythagorearum diſputationū, in regionibus circa Italiam degebant. Dionyſius Siciliæ tyrānus legatione de amicitia facienda ad Metapontios cæteros Italos miſit. Euephenus iuuenibus, qui diſcendi cauſa ad eum commeabant, eorúmque parentibus ſuadebat, nullo modo tyrāni verbis adhibendam eſſe fidem. Quæ res ad iram vehementiſſimè Dionyſium inflammabat. Itaque operā dabat, quemadmodum eum in ſuam poteſtatem redigere poſſet, & è Metapontio in Rhegium tranſportare. Quem poſteaquā cepit, in conſilio accuſationem in eum intendens demonſtrauit, quantis rebus ob eum ſolum eſſet ſpoliatus. Ille confitens, rectè ſe feciſſe prædicabat. Illos enim amicitia & diſcēdi conſuetudine ſibi deuinctos eſſe: tyrannum ſe ne aſpicere quidē inter diſcipulos ſuos poſſe. Qui cum ob hoc morti adiudicauit, Euephenus nihil perterritus, ad Dionyſium inquit: Decretis quidem pareo: verùm quia ſororem adhuc innuptam

D habeo, eam prius in Pario collocare alicui in animū induxi. Itaque in patriam nauigabo, breuique reuerſus mortem obibo. Cùm omnes hoc audito ſermone in riſum effunderētur, Dionyſius admirabatur, & interrogabat: Quiſnam igitur pro reſponſurus eſt. Ille: Vadem, inquit, mortis dabo, Eucritūq; accerſitum, vadem præbuit. Qui admodum lubens hanc pro morte ſponſionē recepit, tranſigens, vt ille digreſſus intra ſex menſium ſpatium reuerteretur. Se verò ibidem permanentem interea temporis cuſtodiri & aſſeruari iuſſit. Admirandum quidem factum erat: verùm longè mirabilius aliud conſecutum eſt. Etenim poſt ſex menſes, is qui eum vadem dederat, collocata ſorore ſua, reuerſus in Siciliam, ſeipſum tyranno reddidit, iuſſitque vadem dimitti. Dionyſius vtriuſque virtutem ſupra modum complexus & admirans, ambos liberos dimiſit petiitque, vt data fide tertium ipſum in amicitiam ſuam aſcriberent, & apud ſe manerent, præſentibúſque bonis vnà fruerentur. Qui animum quidem tyranni, propoſitúmque comprobauerunt. At petebant, ſi vitam ſibi concedere vellet, reuerti ſe ad conſuetas cum adoleſcentibus exercitationes pateretur. Dionyſius hoc facto, multos Italos adduxit, vt maiorem ſibi fidem haberent. *Polyæn. l. 5.* E

Damon & Pythias Pythagoricæ prudentiæ ſacris initiati, tam fidelem inter ſe amicitiam iunxerunt, vt cùm alterum ex his Dionyſius Syracuſanus interficere vellet atque is tēpus ab eo, quo priuſquam periret domum profectus res ſuas ordinaret, impetrauiſſet: alter vadem ſe pro reditu eius tyranno dare non dubitauit. Solutus erat periculo mortis, qui modò gladio ceruices ſubiectas habuerat: eidémque caput ſuum ſubiecerat cui ſecuro viuere licebat. Igitur omnes & in primis Dionyſius, nouæ atque ancipitis rei exitum ſpeculabantur. Appropinquante deinde definita die, nec illo redeunte, vnuſquiſque ſtultitiæ tam temerariam ſponſorem damnabat; at is, nihil ſe de amici conſtantia metuerē prædicabat. Eodem autem momento & hora à Dionyſio conſtituta, qui eam acceperat, ſuperuenit. Admiratus amborum animum tyrannus, ſupplicium fidei remiſit: inſuperque eos rogauit, vt ſe in ſocietatem amicitiæ, tertium ſodalitij gradum vltima cultorum beneuolentia reciperent. Hæ ſanè vires amicitiæ, mortis contemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem manſuefacere, odium in amorem F conuertere, pœnam beneficio penſare potuerunt: quibus benè tantum venerationis, quantum deorum immortalium ceremoniis debetur. Illis enim publica ſalus, iis priuata continetur: atque vt illarum ædes ſacra domicilia, ita harum fida hominum pectora, quaſi quodam ſancto Spiritu referta templa ſunt. *Valer. Maxim. l. 4. c. 7.*

Ageſilaus Lariſſam Xenoclem Scythem ad iungēdam cum eis amicitiam legauit. Quibus prehenſis & in cuſtodiam datis cæteri infenſi cenſebant, vt Ageſilaus Lariſſam corona circumdaret & oppugnaret. Enimuerò ille cùm tanti facere negaſſet, ſe vniuerſa Theſſalia potiri, vt alterum eorum amittere vellet, pactis induciis recepit eos. *Plutarchus in apophth.*

L. Rheginus Tribunus plebis Seruilium Cepionem in carcerem coniectum, quòd illius culpa exercitus Rom. à Cimbris & Teutonicis videbatur deletus, veteris artæque amicitiæ memor, publica cuſtodia liberauit: nec eatenus amicum egiſſe contentus, etiam fugæ eius comes acceſſit. Proh magnum & inexpugnabile tuum numen amicitia, cùm ex altera parte Reſpub. manum iniiceret, ex altera tua illum dextra G traheret: & illa, vt ſacroſanctus eſſe vellet, exigeret, tu exilium indiceres: adeò blando veteris imperio, quod is ſupplicium honori prætulit. *Valer. Max. l. 4. c. 7.*

☞ *Vide in loco de Caritate.*

FERENDO MORES.

Augustus, Cæſar amicitias non facile admiſit, & conſtantiſſimè retinuit: & non tantùm virtutes ac merita cuiuſquē dignè proſecutus, ſed vitia quoque, & delicta duntaxat modica perpeſſus. Neque enim temerè, ex omni numero in amicitia eius afflicti reperientur præter Saluidenum Rufum, quem ad Conſulatum vſque: & Cornelium Gallum, quem ad Præfecturam Ægypti, ex infima vtrumque fortuna, prouexerat. Quorum alterum res nouas molientem damnandum Senatui tradidit: alteri ob ingratum & maleuolum animum, domo & prouinciis ſuis interdixit. Sed Gallo quoque & accuſatorum denunciationibus, & Senatuſconſultis ad necem compulſo, laudauit quidem pietatem tantoperè pro ſe indignantium: cæterùm & illacrymauit, & vicem ſuam conqueſtus eſt, quòd ſibi ſoli non licere amicis, quatenus vellet, iraſci. Reliqui potentia, atque opibus ad finem vitæ ſuæ cuiuſ- H que ordinis principes floruerunt. *Suetonius.*

NON DETEGENDO ARCANA.

Alcibiades eiuſmodi probationem amicorum inſtituit. Simulacrum hominis in obſcuro & tenebricoſo loco concluſit, atque amicorum quemlibet introducens, oſtendebat tanquam hominem occiſum: & rogabat, vt ſuam operam ad eam rem darent, vt facinus latere poſſet. Reliqui ſceleris communicationem refugerunt. Solus Callias, filius Hipponici, libenter ſimulacrum admiſit, quod oſtenderat, ad probandos amicos factum. Itaque fidelem amicum iudicauit Calliam, & in poſterum Alcibiadi Callias fuit cariſſimus. *Polyænus lib. 1.*

Eumenes Cardianus, cum Argyraſpidas ſibi inſidias moliri intelligeret, recepit ſe in tabernaculum ſuum, & ad amicos, in conuentu ſe præfatus ferarum verſari, teſtamentum condi-

dit,literas conſcidit & corrupit: ne ipſo defuncto ex arcani A his crearentur illis, qui ſcripſerant eas, pericula & calumniæ. *Plut. in Eumone.*

LIBERIS AMICORVM CONSVLENDO.

Cùm Gabaonitæ a familia Saül ſuperſtites ad crucifigendum poſcerent: Dauid rex Mephiboſeth Saul è Ionathæ filio nepotem præteriit,propter ſidem Ionathæ datam,& amicitiæ fœdus. Reliquos poſteros Saül, ſeptem numero, Gabaonitæ crucifixerunt. 2. *Regum* 21.

Phocion non viuum modò conſtanter obſeruauit & coluit Chabriam, verùm etiam defuncti propinquorum magnam curam geſſit,& filium Creſippum affectauit bonum virum reddere, quem licèt vecordem videret & contumacem non deſtitit tamen emendare & tegere eius vitia. Semel tantùm dicitur, cùm obtunderet ipſum in quodam bello adoleſcens,fatigarétque importunis quæſtionibus & interrogationibus quaſi caſtigans, atque Imperatoris munus eum docere inſtituens,dixiſſe: O Chabria, Chabria, magnam ſanè tibi refero amicitiæ gratiam,qui filium feram tuum. *Plutarchus in Phocione.*

Evoamidas Corinthius paupertimus, Aretæum Corin- B thium & Charixenum Sicyonium amicos ſuos,& eos quidē opulentos, hæredes ſcripſit hunc in modum: Lego Aretæo quidem matrem meam alendam,atque in ſenecta fouendam: Charixeno verò filiam meam elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit. Si quid autem interim acciderit alterutri, huius quoque partem alter habeto. Illi ergo cùm rata eſſe iuſſiſſent ea quæ teſtamento fuerant ab amico legata. Charixenus quinque duntaxat diebus ſuperuixit. Aretæus & matrem Aretæi aluit,& filiam eius duobus talentis è ſuo dotatam honeſtiſſimè elocauit. *Lucianus in Toxari.*

Fr. Almeida, Luſitanæ claſſis præfectus,Quiloæ tyrannū Habraëmum expulerat eique Mahumetem Ancontinu,in regis Emmanuëlis verba priùs iuratum, ſucceſſorem dederat. Mahumetes cùm illi ſummas gratias ageret: Mihi,inquit,fuit magnus vſus & amicitia,ſancto admodum fœdere conſtituta cum Alfudailo Rege,quē Habraëmus per inſidias interemit. Alfudailus ſi in vita maneret, ego illi regno cederem. Nec enim is ſum, qui vllas regias opes fidei & officio præferēdas C exiſtimem;Sed quoniam is vita priuatus eſt,te quantum poſſum oro & obſecro,vt facias mihi poteſtatē accerſendi illius filium,quem regni hæredem inſtituam. Filij mihi quidē ſunt iſto honore non prorſus indigni, ſed malo liberis meis fidei & honeſtatis exemplum, quàm ampliſſimum patrimoniū teſtamento relinquere. Attulit hoc poſtulatum magnum admirationem Luſitanis,cùm animaduerterent hominē Mahumetanis diſciplinis imbutum, ea fide amicitiam colere, & tanta animi magnitudine regni opes contemnere,vt facilè officiū, amico mortuo debitum,caritati filiorum præponeret. Omnes igitur illum certatim laudarunt, & eo ſolùm nomine, quòd regnum vellet à filiis ſuis ad Regis filium transferre,maiore regno digniſſimum iudicarunt. Itaque defuncti regis filius accerſitur,& ab omnibus ciuibus Almeidæ iuſſu,fides datur, fore, vt poſt Mahumetis illius obitum,illum regium adoleſcentem Regem habeant. *Oſorius l. 5. rerum Em.*

MORTEM ÆGRE FERENDO.

Philippvs Macedo, Eubœenſi extincto Hipparcho,caſum illius grauiter ferre præ ſe ferebat ac cùm diceret quidam: Atqui non fuit eius immaturus deceſſus: Ipſi quidem,inquit, at mihi immaturus. Præuertit enim fato fungi, quàm meri- D tam gratiam à me amicitiæ reciperet. *Plutarchus in Apophthegmatibus.*

ERGA COMPOTORES.

Milo Crotoniates athleta, Pythagoræ diſcipulus, columna quandoque in philoſophorum contubernio laborante,ſubiens,ſaluos reddidit vniuerſos, deindéque ſeipſum extraxit. *Strabo l. 6. Geographia.*

ERGA AMASIOS, CONCVBINAS.

☞ *Ex Tit. Amor amaſiorum, hoc ea qua fidem iunctam habent.*

Iacobvs Lupius Siqueira Luſitanus, anno 1508. cum quinque nauibus in inſulam,quam olim Taprobanam,modò Zamattam appellant, primus peruenit. Cum Malacenſi rege nomine Emmanuëlis regis fœdus icit. Is cùm ſimulata amicitia Luſitanos perditum vellet, ædem maximam ex ligno prope pontem extruxit, & Siqueiram ad conuiuiū inuitauit. Erat tum Malacæ Perſis quædam Mahumetana, quæ hoſpitium publ[illegible] cert[illegible] pec[illegible]nia præbebat. Apud E [illegible] ſarto quidam L[illegible]anus,qu[illegible] Pe[illegible]icam linguam [illegible] rat & [illegible] mulieri fam[illegible]iaritatem v[illegible] in[illegible]as indicio [illegible]dam hom[illegible] ſibi valdè [illegible] cepiſſet,p[illegible] a Siqueira [illegible]ſtulauit, vt eam [illegible] q[illegible] mater[illegible] vitam [illegible]inque illius & [illegible] ag[illegible] monit[illegible] mulieri[illegible] ir[illegible]it. Illa verò cùm i[illegible] atque [illegible] a Siq[illegible]ira contenderet,& nihil profi[illegible] pericul[illegible] inp[illegible] ſartor[illegible]as deteſit. Siqueir[illegible] morbi ſimulatione periculum declinauit. *Oſorius l. 6. rerum Em.*

ERGA HOSPITES.

Tvm In G[illegible]nere.

Romani olim hoſpitem etiam clienti præponebant, teſte M[illegible] ſurio Sabino,dicēte in lib. [illegible] Iuris ciuilis. In officiis apud maiores ita obſeruatum eſt, primum tutelæ, deinde hoſpiti, deinde clienti,tum cognato,poſtea affini. *Gellius l. 5. c. 13.*

IN SPECIE VIDELICET

Pudicitiam defendendo.

Loth,cùm Angelos duos Sodomæ hoſpitio ſuſcepiſſet, & contra ciuium ſuorum iniuriam, quantum in ſe erat, fuiſſet F tutatus:& ne hoſpitibus iniuria fieret, filias ſuas ciuium libidini expoſiturus eſſet: ſolus cum ſuis è Sodomitano incendio conſeruatus fuit. *Gen.* 19.

Senex quidam (vt in Iudicum libro legimus) habitans in Gabaa: vrbe tribu Benjamin,cùm vidiſſet hoſpiti ſuo Leuitæ vim parari ab effrenatæ libidinis viris: loco ipſius filiam eis virginem tradere voluit. Hoſpes verò ne illi, à quo benignè exceptus fuerat, dedecor ignominiæque cauſa exiſteret, ſua, quam ſecum habebat, coniuge raptoribus ſatisfecit: quia illi ſic abuſi ſunt, vt extinctam reddiderint. *Marul. l. 5. c. 3. & Sab. l. 7. c. 6.*

Non lædendo.

Quum Galli incurſionē facerent in Ioniam, ciuitatéſque depopularentur: in Mileto fortè Cereris ſacra Teſmophoria celebrabantur, & mulieres congregatæ in templo erant non lōgè à ciuitate. Barbari mulieres rapuēre. Ex iis alias Mileſij redemēre, alias Barbari ſecum abduxēre: in quarum numero Erippe fuit, vxor Xanthi, hominis magnæ auctoritatis, ac primi generis in Mileto, relicto domi puero bienni. Xanthus, magna bonorum ſuorum parte argento commutata, comparatis aureis mille, primùm in Italiam tranſiit: inde per G Maſſiliam in regionem Celtarum: vbi Erippen cum Principe Celtarum nuptam reperit. Ab eo hoſpitio exceptus,Celtam perſuaſit, vt ſibi vxorem reſtitueret. Erippe perfida Celtæ indicat multitudinem auri,ſuaſitque vt occideret Xanthū: confitens, ſe ipſius amore plus quàm patriæ & pueri teneri, Xantho verò ſe penitùs eſſe infeſtā. Occultauit indignationē Celta,& Xanthum comitatus,vbi ad fines Celticæ peruenit, ſacrum ſe facturum inquiens, Erippem victimæ aſtare iuſſit de more,& incautæ caput amputauit: Xanthóque ſimul reuelans inſidias ab ea paratas,omne aurum illi liberaliter donauit. *Parthen. de Amat.*

Phocenſium tyrannis,qui Delphos occupauerant,cùm bellum Thebani,quod vocauerunt Sacrum,intuliſſent: mulieres Bacchæ, quas Thyadas appellant,furore percitæ,& errantes noctè ingreſſæ ſunt omnibus ignorātibus Amphiſſam. Ibi in foro,quòd eſſent laſſæ, nondum recepta mente, humi ſtratis corporibus,ſupinæ paſſim procubuerunt. Feminæ Amphiſſenæ verentes, quòd fœderata ciuitas Phocenſibus eſſet ac multi milites adeſſent tyrannorum,ne afficerentur contumelia Thyades,in forum omnes concurrerunt, ac tacitæ vndique circumſiſtentes,dormientes non interpellarūt. Poſtquam euigilauerunt, aliarum aliæ ſuſceperunt curam cibumque eis H obtulerunt: denique permittentibus viris ad fines vſque proſecutæ in tutum eas deduxerunt. *Plutarchus de Virtutibus mulierum.*

Annibal à Campanis vrbe exceptus,apud Paſcuuium virū nobiliſſimum diuertit. Ex Campanis ciuibus nemo ad conuiuium adhibebatur, præter Vibellium Tauream,virum fortiſſimum,& filium Pacuuij, cui pater iratum Annibalem, eò quòd Decium Magium pro Romana ſocietate pugnantem ſequutus erat,magno negotio placuit: at is iuuenis licet ſimulatione reconciliatus Annibali,nocendi tamen occaſionē expectans,dum celebratur omniū ſermone lætitiaque conuiuium,patrem in interiorem partem ædium adducit, eúmque hortatur,vt ſimul ſecum gratiā populi Romani graui peccato amiſſam,ſummo beneficio redimere velit. Conſiliū deinde aperit,

A aperit, quo animum [illegible] erat, Ao[illegible] patriæ ſuæ totiuſque Italiæ hoſtem de medio tollere. Homo qui [illegible] auctoritatis & parens eſſet, filij dicto vehementer obſtupuit, iuuenémque complexus, magno l[a]bore, multis cum lacrymis vix tandem exorauit, vt ab[iecto] gladio domi ſuæ hoſpitem tutò eſſe ſineret. Ita Annibal [is] qui ab Oceano Hiſpaniæque vltimis oris per ingentia terr[ar]um ſpa[tia] mi[li]tem trahens, nunc hoſtium telis, nunc Gallorum [in]ſidi[is] petitus euaſerat, parum abfuit qui[n] vniu[s] iuuenis manu i[nte]r epulas menſaſque necaretur. *Auctor vitæ Annibalis*

Humaniter tractando.

☞ *Ex Titulo Popularitatis huc non pauca.*

Liberaliter excipiendo.

☞ *Ex Titulo Liberalitatis mutuanda quædam.*

QVINTIVS Criſpinus Badium Campanum & hoſpitio benigniſſimè domi ſuæ exceperat, & aduerſa valetudine correptum attentiſſima cura recreauerat. A quo poſt illam nefariam Campanorum defectionem in acie ad pugnã prouocatus, cùm & viribus corporis, & animi virtutibus aliquanto eſſet ſuperior, monere ingratum, quàm vincere maluit. Nam

B quid agis (inquit) demens? aut quò te praua cupiditas tranſuerſum rapit? parum habes publica impietate furere, niſi etiam priuata lapſus fueris; Vnus tibi Romanorum (videlicet Quintius) placet, in quo ſceleſta exerceas arma? cuius penatibus & honoris viciſſitudinem & ſalutem tuam debes? At me fœdus amicitiæ, diique hoſpitales, ſancta noſtro ſanguini veſtris pectoribus vilia pignora, hoſtili certamine congredi tecum vetant. Quinetiam ſi in concurſu exercituum fortuito vmbonis mei impulſu proſtratum agnouiſſem, applicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuocaſſem. Tuum ergo crimen ſit hoſpitem occidere voluiſſe; meum non erit hoſpes occiſus: proinde aliam, qua occidas, dextram quære: mea te ſeruare didicit. Dedit vtrique cœleſte numen debitum exitũ, ſiquidem in eo prælio Badius obtruncatus eſt: Quintius inſigni pugna clarus euaſit. *Val. Max. lib. 5. cap. 1.*

THORISMVNDVS rex Gepidarum erga Alboinum Odoini Longobardorum regis F. filij ſui interfectorem licèt, ſed hoſpitem, fidus fuit. Hunc enim ad ſe profectum, vt ab hoſte virtutis ſuæ teſtimonium afferret, & cum patre deinceps cibum publicè in eadem menſa capere poſſet: Thoriſmundus, etſi à

C proceribus ad vindictam filij inflammaretur, plus tamen hoſpitali fidei, quàm priuato, vel etiam publico dolori dandum cenſuit. Itaque Alboinum hoſpitio exceptum & menſæ ſuæ adhibuit, & ad dexteram ſuam, eo loco quo filius ſuus ſedere conſueuerat, collocauit: ab euoque arma honoris ergo conceſſit. *Paulus Diaconus lib. 1. cap. 23.*

Non ſubiugando.

Cùm Pyrrhus Epirotarum rex vouiſſet Palladi in Athenienſi arce rem ſacram facere, Athenienſes liberè eum in vrbem atque arcem receperunt. Verùm poſteaquã vrbe egreſſus, fuit Pyrrhus dixit, mirum in modum gratam extitiſſe fidem, quam ſibi Athenienſes habuiſſent: cæterùm ſi ſaperent, in poſterũ nulli regi portas aperturos eſſe. Eo verbo oſtendit non eſſe ex re liberæ ciuitatis, in cuiuſquã principis manu libertatem ſuam credere. Cuius conſiliũ non ſecuti Athenienſes, cùm poſtea Caſſandarũ quoq; in vrbẽ accepiſſent, magna atq; innumerabilia mala ex eo tulerũt: re ipſa experti, a Pyrrho ſapientiſſimè monitos fuiſſe. *Fulgoſ. l. 7. c. 2. ex Plut. Pyrr.*

Protegendo. Non prodendo.

RAAB meretrix exploratores Ioſue abſcondit, & incolumes remiſit. *Ioſue 2.* Eius fidem commendat Apoſtolus propter quam non periit cum incredulis. *Hebr. 11.*

D Nuncij euntes ad Dauidem abſconditi fuerunt in puteo, & ſeruati per Mulierem, quæ poſuit velamen ſuper os putei. *2. Regum 17.*

GERBONIVS, Populonij epiſcopus, occidi potuit: cogi autẽ vt hoſpites proderet, non potuit. Totilæ regis irati minas contempſit, nolens prorſus latebras indicare eorum, qui ad ſe confugerant. Et cùm vrſis ferociſſimis obiiceretur lacerandus, atque inter illos illæſus verſaretur: verecundia regẽ cepit, nolle ei parcere, cui feræ belluæ peperciſſent: ac protinus hominem dimitti iuſſit. *Marul. lib. 1. c. 3.*

Liberando.

CN. MARTIVS Coriolanus, cùm bonam bellando operam aduerſus Volſcos & Coriolanos nauaſſet, & multa militaria dona à Poſthumio oblata eſſent: nihil quicquam accepit, verùm orauit, ne amicum Volſcum, iure belli captum diuideret ſed ſibi, cuius hoſpes olim fuerat, dono daret. *Dionyſ. lib. . & 8. Liuius lib. 2. Decad. 1 Plin. cap. 19. de viris illuſtr. Valerius Maxim. lib. 4. c. 3.* E

FIDES PARENTVM ERGA LIBEROS;

NATVRALES, ADOPTIVOS VITRICORVM,

& Nouercarum erga Priuignos.

☞ *Huc confer Titulum, Amor parentum erga liberos. Illic certe Beneuolentia conſideratur, hic Fides.*

IN GENERE.

Nihil magis curabat Æneas, quam Aſcanium ſuum. *Sic Virgilius lib. 1. Æneidos:*

Omnis in Aſcanio chari ſtat curà parentis.

IN SPECIE, VIDELICET

VITAM LIBERORVM CONSERVANDO.

CREON Menœceum F. pro ſalute Thebarum mactare iuſſus, reſpondet *apud Euripid. in Phœniſſis:*

Ἐγὼ γὰρ οὔποτ' ἐς τόδ' εἶμι συμφορᾶς,
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Egò etenim nunquam ad hoc deueniam calamitatis, vt mactatum filium addicam ciuitati. Omnibus enim hominibus F amana liberorum vita, neque quiſpiam ipſius filium dederit ad interficiendum. Ne me laudet, meos quiſpiam interficiens liberos.

Cùm ad expiandum Saul regis contra Gabaonitas facinus, Dauid rex ſeptem Saul filios ſuperſtites Gabaonitis dedidiſſet; quos illi ad Gabaam in monte crucifixerunt: Reſpha Achaiæ F. Saül concubina, cuius duo filij Armonis & Mephiboſeth inter eos fuerãt centone in petra ſtrato, ab initio meſſis hordei donec in illos cœleſtis aqua diſtillauit, prohibuit, quò minùs illi vel ab auibus interdiu, vel noctu à feris inuaderentur. *2. Reg. 21.*

Meretrix, ne filius ſuus gladio à Salomone rege, duodecim annorum puero, diuideretur, eum potiùs alteri meretrici concedere voluit. *3. Reg. 3.*

PARYSATIS mater, Cyro F. ob inſidias fratri Artaxerxi ſtructas interficiendo, multis lamentis & obſecrationibus vitam ſeruauit, vlnis eum complexa, ac capillo ſuo circũiiciens colligánſque illius collum cum ſuo. *Plut. in Artaxerxe.* G

OCTAVIVS BALBVS, proſcriptus à Triumuiris, cùm domo, poſtico etiam eſſet egreſſus, iamque fugæ expeditum initium haberet: poſtquam intus filium trucidari falſo clamore viciniæ accepit: ei ſe neci, quam euaſerat, obtulit, occidendúmque militibus tradidit. Pluris nimirum illud momentum, quo illi præter ſpem videre filium incolumem contigerat, quàm ſalutem ſuam æſtimans. Miſeros adoleſcentis oculos, quibus amantiſſimum ſui patrem, ipſius opera ſic expirantem, intueri neceſſe fuit. *Val. lib. 5. c. 7.*

M. BRVTVS bellis ciuilibus Patara potitus, Patarenſibus edixit, vti omnes omnino ciues, quidquid in vrbe auri, argẽti facti aut infecti poſſiderent, id ad ſe in medium adferrent: in eos ſtatuto vltimo ſupplicio, qui celaſſent: præmio cõtra, iis qui detuliſſent. Itaque quum ſeruus quidam dominum indicaſſet, mittitur Tribunus, qui nactam pecuniam adferat, dominúmque eum tota familia in iudiciũ trahat. Dominus cùm negare non poſſet, iuſſus cauſam dicere, nihil reſpondebat. Sed poſtquàm Mater ſeipſam accuſans, identidem clamaret, filium innocentem eſſe, ſeque pecuniam abſcondiſſe: itaque H orare, vt filio parceretur: ſeruus contrà eò perfidiæ veniret, vt etiam non rogatus mẽtiri eam diceret, iſtudque ciuile crimen non ad matrem, ſed ad filium pertinere: Brutus cùm filij taciturnitate, tum matris pietate motus, vtrumque & libertate, & pecunia donauit: ſeruum laqueo ſuſpendit. *Appianus lib. 4. & Sab. lib. 8. Enn. 6.*

CREMENSES à Friderico Barbaroſſa, cui rebellauerant, obſeſſi, optione data aliquid ſecum efferendi, filios, parentes, cognatos extulerunt. *Hedio in Chron. Germ.*

In ea pugna, qua Heluetij, ſuſcepto Maximiliani Sforciæ, Lodouici F. ab Galliæ rege Ludou. XII. oppugnati, & fermè toto Mediolanenſi imperio exuti, patrocinio ad Nouariam Gallicum exercitum, anno 1513. 6. Iunij profligarunt: quum reliquorũ nulla virtus lauſve emicaret, ſolus Robertus Marcianus, paterno ardore impulſus, cum equitum turma, vt Florangium, & Daneſium filios ſuos, Germanorum peditum in Gallico exercitu duces, qui multis acceptis vulneribus humi iacebant, ſeruaret, ſeſe in Heluetios immiſit, tantáque ferocitate pugnans, vt Haluetiis ipſis, nedum aliis, pernitum

videretur, viuos tanto periculo erip[illegible]t. *Guicciardinus lib.*11.
A Iouius Robertum Sedanium vocat,Eburonum principem,filios Florantium & Gemeſium.

INSTITVENDO. EDVCANDO.

M. CATONIS ſenioris [illegible]nquam tantæ, neque tam multæ fuerunt occupationes,vt cùm recens natus Cato filius lauandus eſſet omnia non relinqueret, vt ipſe lotioni ſemper intereſſet. Cui poſteaquam ætas ad diſcendum idonea fuit, nunquam alium quàm ſe magiſtrum dare voluit: & cùm ab amicis moneretur, vt eam curam alicui erudito ſeruo traderet,reſpondit:Ferre ſe non poſſe,vt ſeruum inſpiceret filio aures vellicantem: cùm præterea illud quoque ſpectaret,ne cuiquam ſeruo filius literariam inſtitutionem deberet. *Plut. in eius vita.*

ÆGROTANTIBVS CONSVLENDO.

Niſi Centurio ille Itali generis (vt credi æquum eſt)diuina Chriſti opera vidiſſet, nunquam huius opem laboranti filiæ imploraſſet: pietatis tamen cultum non priùs recepit, quàm puella periculo ſeruata eſt. Valuit in militari homine multorum miraculorum claritas, ſed plus omnino patrius affectus: illa veritatis, admonuit,hic vt coleret, effecit. *Sabellicus lib.* 3. *c.* 4.

VALESIVS SABINVS, homo, vt illo tempore erant optimi
B quique,ruſticus,ægrotãtibus tribus liberis, ac propemodum moribundis,inter vota & comprecationes vocem audiuit,filios fore ſaluos,ſi per pronum Tiberim Tarentum portaſſet, ibique ex Ditis patris & Proſerpinæ petita aqua calida, quam illi deſideraſſent, recreaſſet. Valeſius de Tarento vrbe ratus oraculum intelligendũ, tametſi procul ea vrbs aberat, nec vllus erat ad Tarentum Tiberis,tamen naue conducta,& in ea impoſitis pueris,ſecundo flumine Oſtiam contendit,ad campum Martium prope Romam cùm pueros in ſiccum exponeret,vt tædium nauigationis leuaret,velletque ignem accendere,conſuluit gubernatorem,vnde ignis peti poſſet. Ille è proximo Terento reſpondit:nam paſtoritium ignem videbat ibi lucere: locus ille Terentus dicebatur, quòd Tiberis, amnium more, ripam mollem terere: vel quòd ara Ditis eo loco ſub terra occuleretur. Valeſius nomine audito lætus,illuc nauem appelli iubet,& adinuentam ſub terra aram furuas hoſtias Diti & Proſerpinæ ſacrificauit: & tres noctes, tot enim erant filij ægroti,diis ibi facto lectiſternio,exegit:cum cantibus & choreis,liberis iam morbo liberatis.Vnde Secularibus ludis datum initium. *Liu.Valer.lib.*2.*c.*1. *Florus.*

C
DIGNITATES CONFERENDO.

AVGVSTVS Tiberio,Claudius Neroni Romanum imperium reliquit:cùm ille nepotem & pronepotes haberet,hic filium. *Suetonius.*

HONOREM TVENDO.

AMASIS rex Ægypti cùm Cambyſes rex Perſarum filiam illius in matrimonium peteret, noluit ei filiam ſuam dare, cùm probè ſciret, illum concubinæ loco eam habiturum. Miſit ergo filiæ loco Nitetim Apriæ regis filiam,quem ipſe interfecerat. Qua de cauſa poſtea Cambyſes Ægyptum infeſtis armis petiit, & Pſammenitum Amaſis filium regno exuit. *Herod. libro* 3.

ARISTIDES Locrenſis filiam ſuam ita amauit,vt Dionyſio Syracuſano, qui ſibi vxorem depopoſcerat, dare noluerit, etiamſi omnium ditiſſimo: ſe potiùs filiam malle perditam, quàm tyranni matrimonio locatam videre, dixerit. *Sabellicus lib.*8. *c.*9. *Exemplorum.*

D FABIVS Rutilianus quinque cõſulatibus ſumma cum gloria peractis,omnibuſque & virtutibus & vitæ meritis ſtipẽdiis, legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficilè & periculoſum conficiendum grauatus non eſt:penè ipſo per ſe duntaxat animo ſine corpore militaturus,vtpote propter vltimam ſenectutem lectuli otio, quàm labori præliorum habilior. Idem triumphantis currum equo inſidens ſequi, quem ipſe paruulum triumphis ſuis geſtauerat, in maxima voluptate poſuit: nec acceſſor glorioſæ illius pompæ, ſed auctor ſpectatus eſt. *Valer. Max. lib.*5. *c.*7. *Suidas* paulò aliter.

NON ABDICANDO.

CESETVS eques Romanus,Cæſare omnium iam & externorum & domeſticorum victore,cùm abdicare filium ſuum iuberetur, quòd is tribunus plebis cum Marullo collega inuidiam ei tanquam regnum affectanti fecerat, in hunc modum reſpondere ſuſtinuit: Celeriùs tu mihi, Cæſar, omnes filios meos eripies, quàm ex his ego vnum nota pellam mea. Habebat autem duos præterea optimæ indolis filios, quibus E
Cæſar ſe incrementa benignitatis largiturum [illegible]. *Valerius Maximus lib.*5. *c.*7.

FIDES MAIORVM ERGA MINORES, VT AVI PATRVI, AVVNCVLI ERGA NEPOTES.

MARDOCHÆVS [illegible], patruus & tutor [illegible], eam filiæ loco habuit,& ſanctiſſime educauit [illegible] ad Artaxerxem regem [illegible] formæ gratia adduceretur, [illegible] præcepit, ne cuius eſſet [illegible] indicaret: obſeruabatur quoque ſingulis diebus ad fores palatij,vt [illegible] quidnam cum [illegible] ageretur. *Eſther.* 3. *& Ioſeph. lib.*11. *c.*6.

Cum Achæi, Athamantem Æoli F. obſt[illegible] Helle filiæ inſidias,quas euitare volens ſubmerſa eſt in Boſ[illegible] loci expiationem facturi immolare vellent: Cytiſſorus nepos è Colchide veniens, auum Athamantem inſigni pietate liberauit. *Herod. lib.* 7.

Cùm Polydectes,Lycurgi frater natu maior, diem ſuum obiiſſet,ad Lycurgum Spartæ regnum peruenit. Verùm cum fratris ſui vxorem relictam in vtero habere comperiſſet, ad fœtum conceptum, ſiquidem maſculus eſſet,regnum pertinere exiſtimãs,ipſe tutoris loco regnum adminiſtrauit. Submiſit autem ea mulier clàm,qui Lycurgo indicarent,paratam F
ſe ad abolendum fœtum,vt ipſi Spartæ regnum tenenti nuberet. Lycurgus mulieris conſilium ſe probare ſimulauit: nolle tamen non ſe ipſius matris periculo id fieri,in procurando abortu,affirmauit quin potiùs pareret: vt partus confeſtim è medio tolleretur,ſibi curæ fore. Partus autem tempore miſit qui enitenti adeſſent:pueróque ad ſe inter cœnam allato: Rex vobis,ô Spartani natus eſt,clara voce exclamauit:eúmque in loco regio depoſuit,& Charilao nomen impoſuit:propterea quòd omnes magnitudinem animi & iuſtitiam Lycurgi cum gaudio & gratulatione admirarentur. *Plutarc. in Lycurgo,& Strabo lib.*10. *Geographiæ.*

HENRICVS Valetudinarius Caſtellæ rex,Mariam filiam vnicam Alphonſo Ferdinandi fratris F. intra annos pubertatis deſponderat in ſpem regni,At non multò pòſt regina præter expectationem filium peperit Ioannem. Itaque Alphonſus regno cum ſponſa decidit.Henrico mortuo cùm Ioannes tutorum arbitrio regendus à patre teſtamento cõmiſſus eſſet, excluſo Ferdinando patruo: multos ea res mordebat, ita vt Ferdinandum regno dignum indicarent,& poſt eius mortem G
vel Ioanni vel Alphonſo, vter dignior foret, deferendum aſſererent. Poſteaquam igitur Ferdinandus fratri iuſta perſoluit,& in procerum à cœtu à præfecto militiæ(ſic recepto more) rex futurus nuncupatus eſſet: præfectus cùm diuerſa ſtudia, optimorũ tamen pleraque in Ferdinandum inclinare animaduerteret,vt tenebat manu vexillũ,ſtabátque ante Ferdinandum atque omnem cœtum, vti ſe omni inuidia exoneraret:Quem,inquit,iubes me:fili regis Ferdinãde,nuncupare regem?tene,an Alphonſum,an Ioannem?Fecit hac interrogatione,quod ipſe erat in aliena, in ſua ipſius cauſa arbitrum. Ferdinandus ergo tanta occaſione, tanto hominum conſenſu,ad tantam ſpem vocatus,non integritatẽ animi flexit,non conſilium diſtulit,non vocem proferre dubitauit: ſed protinus:Ecquem inquit,alium nuncupabis,quàm Ioãnem?Quod ſi non audes,me imitare ipſum. Aſſumpto igitur in humeros infantulo,ſicut erat ſtatura ſublimi,ex loco ſuperiore exclamauit:Ioannes eſt rex:dicite omnes,Rex Ioannes.Quam vocem admirati vniuerſi,& ipſi ſubſecuti ſunt,clamantes identidem: Rex Ioannes. Ita Ferdinandus hac conſilij claritate, non dato hominibus ſpacio deliberandi,rapuit eorum excuſ- H
ſitque iudicium.Ac tacitè defuncto regi exprobrauit inconſultam ſuſpicionem,qui talem fratrem,ſe quoque meliorem, non bellè tractaſſet. Ac ne quid de animo eius in dubium reuocari queat,omne reliquum vitæ tempus declaret, Ferdinandum non aliter perſeueraſſe quàm inceperat. *Valla lib.* 1. *Hiſt. & Marineus lib.*11. *rerum Hiſpan.*

FIDES LIBERORVM ERGA PARENTES.

IN GENERE.

Q. SERTORIVS in victoriis legatos ad Metellum & Pompeium mittebat, paratum ſe oſtendens arma ponere,& reditu conceſſo priuatam vitam agere.Malle enim ciuem ſe Romæ eſſe obſcuriſſimum, quàm exulem cunctorum aliorum declarari Imperatorem. Dicitur patriæ cupiditate flagraſſe maximè cauſa matris, à qua eductus orbus fuerat, totóque animo erat illi addictus. Cùm neceſſarij Sertorij in Hiſpania ad Imperium ſuſcipiendum eum vocarent, nunciatis

matris ſuis [illegible] errore vitam. Qui p[illegible] diebus
A ſeptem n[illegible] dedit, neque in v[illegible] pe-
ctum amic[illegible] ens [illegible] at homi. Vix tandem [illegible] im-
peratores, atque in p[illegible] gnitatis gradu poſiti [illegible] ten-
tes tabernaculum eius, coëgerunt eum [illegible] progre-
di, & milites appellare, atque rea pro [illegible] fluentes capeſſere.
Plutarchus in eius vita.

C. IVL. CÆSAR Aureliam matrem ſtudioſiſſ. coluit in omni ætate: quod vel hinc maximè patet, quòd cum in Rubiconis fluminis tranſitu, ciuile b[illegible] contra P[illegible] molīretur: etſi pluribus agitaretur & moleſtis cogitationibus, nihil tamē illi moleſti[illegible] fuit, quàm cùm inſomnium haberet de matre, cum qua videbatur illicito [illegible] concubitu: quod ſane vehementer hominem terruit. *Cuſpin. A.D. ex Sueton.*

NERO Imperium adeptus orſus a pietatis oſtentatione, Claudium apparatiſſimo funere elatum laudauit, conſecrauitque. Memoriæ Domitij patris honores maximos habuit. Matri ſummam omnium rerum publicarum priuatarumque permiſit. Primo etiam Imperij die ſignum excubanti Tribuno dedit, Optimam matrem: ac deinceps eiuſdem ſæpè lecti. ca per publicum ſimul vectus eſt. *Suetonius.*

B M. ANTONIVS Philoſophus in aulicam adoptatus domum, omnibus parentibus ſuis tantam reuerentiam, quantam priuatus, exhibuit: licet pluribus occuparetur honoribus in ſummis obſequiis erga patrem. Et cum per viginti & tres annus in domo patris verſatus eſſet, vix duabus noctibus tot annis ab eo manſit, quotidie in eius amore creſcens: adeò vt cùm iam Pius conſenuiſſet, finémque vitæ ſuæ adeſſe cerneret, eum ſucceſſorem Imperij omnibus commendarit atque confirmarit traducta Fortuna aurea in cubiculum Marci per tribunum. *Cuſpin. A. D.*

D. AVGVSTINVS matrem ſuam Mnoicam cùm aliis, tum etiam in eo morbo quo Oſtiæ periit, ca obſeruantia complexus eſt, vt illa eum Pij cognomine dignaretur, & cum voluptate commemoraret, nunquam ſe audiſſe ex eius verbum in ſe durum vel contumelioſum. Teſtis ipſemet *lib. 9. Confeſſ. cap. 12.*

EVSTOCHIVM ita ſemper adhæſit Paulæ matri, & eius obediuit imperiis, vt nunquam abſque ea cubaret, nuſquam procederet, nunquam cibum caperet, ne vnum quidem nummum
C haberet poteſtatis ſuæ, ſed & paternam & maternam ſubſtantiolam à matre diſtribui pauperibus lætaretur: & pietatem in parentem, hæreditatem maximam & diuitias crederet. *Hieronymus in Epitaphio eius.*

CAROLVS Magnus matrem Bertham religioſiſſ. obſeruauit, neque eam niſi in diuortio filiæ Deſiderij regis Longobardorum vxoris ſuæ in iram commouit, alias ſemper veneratus. *Cuſpin. A.D.*

LVDOVICVS Imp. Francorum rex, Caroli Magni filius, Pij cognomentum ſibi aſciuit optimo iure, quòd patri ſummo ſtudio ſemper affuit, illius virtutem & laudē imitari ſtuduit, eiuſque mortem acerbiſſimè tulit. *Egnatius lib. 5. c. 4.*

CAROLVS IV. Imp. conſalutatus Bonnæ prope Coloniam, cum patre Ioanne in Boëmiam reuerſus, non aliter illi, quam olim priuatus, omnia officia exhibuit, ad omnemque illius ſemper ei præſto fuit. *Dubrauius lib. 21.*

IN SPECIE, PARTIM
HONORANDO. HONOR PARENTIBVS DEBITVS
EXERCETVR.

Occurrendo, Salutando.

D ELISÆVS ex agricola vates iniecto pallij ab Elia Propheta factus, relictis bobus, ab Elia petiit, vt licetet ſibi parentibus valedicere. Eo impetrato, par boum mactauit, populóque dedit epulas. Inde Eliam ſecutus eſt. *3. Reg. 19.*

Non tantùm lege naturali, veruntetiam diuina tenentur filij ſuos venerari parentes, quum Deus præceperit eis, dicens: Honora patrem tuum, & matrem tuam. Cui præcepto promiſſum addidit: Vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, *Matth. 15. Marc. 8. Exod. 20. Deut. 5.* Berſabeæ matri Salomon rex aſſurrexit, adoraūitque eam: & thronum illi poni, ſibique aſſidere iuſſit. *3. Reg. 2.*

ALPHONSVS rex Aragonum, cùm peregrè aduenienti Ferdinando patri obuiam progreſſus, animaduertiſſet illum lectica vectari valetudine affectū, ſtatim equo deſiliit, vt patrem pedibus comitaretur: & ſi opus eſſet, humeris aut ceruice etiam ſuſtolleret. Cúmque è lectica pater identidem cohortaretur, vt exemplo multorum procerum iuxtà adequitantium, & ipſe quoque equum aſcenderet: Alij, inquit, ô pater, quid ad
E ſe attineat, ipſi viderint; ego quidem adduci ipſe neutiquam potero, quin regem, quin patrem, & eundem ægrotum pedibus ſequar. Eundem pôſt decem ac ſeptem aureorum millibus funerauit, magno pietatis argumento. *Panormit. lib. 2. de Geſtis Alphonſi.*

Gloriam participando

Epaminondam dixiſſe perhibent, nihil ſibi accidiſſe iucundius, quam, quòd genitores ſui palmam [illegible] duce ſui conſpexiſſent Leuctricam. *Plut. contra Epi. uri ſ[illegible] ntentiam.*

C MARTIVS Coriolanus poſtea dictus, cùm ſæpiùs pugnatum ea tempeſtate à Romanis ſit, compluráque geſta bella, ex nullo ſine corona vel donis eſt regreſſus. Virtutis illi gloria finis erat: huic gloriæ matris Voluminæ (Liuius Veturiam vocat) gaudium. Nam vbi laudari ipſum illa audiuiſſet, & donari vidiſſet corona, lacrymánſque præ lætitia eſſet complexa: id ſummo ſibi honori feliciatique ducebat eſſe. *Plut. in Coriola .o.*

Laudando.

GALENVS Pergamenus patrem ſuum Niconem, nuſquam non ſine magno honoris titulo appellare ſolet: & id in locis
F permultis ac prolixè ſemper facit, vt appareat nunquam ſuauiorem ſibi vocem edere viſum fuiſſe, quàm quæ parentis ſui laudes decantaret. Maximè verò in Com. de Cognoſcēdis curandiſque animi affectibus, illum commendat vnicè: quod ſanè opus velut encomiaſticum paternarum virtutum eſt.

Mores ferendo.

TELECRVS ipſi nuncianti, patrem de eo mala loqui: Niſi, inquit, illi dicendum eſſet, haudquaquam diceret. Maluit in ſe transferre culpam, quàm committere, vt pater quicquam temere loqui videretur. Habes & pietatis ſimul & modeſtiæ exemplum. *Plutarchus in Laconicis.*

ALEXANDER Seuerus imp. tulit, vt propter muliebres contentiones ambitioſa mater Mammea exulatum eius vxorem mitteret in Africam, quam paulò antè ipſe ab ea acceperat, maiuſque pene matris in regendo Imperio quàm ipſius arbitrium eſſet. *Fulg. lib. 5. cap. 4.*

Mortuos honorifice ſepeliendo, conſeruando.

Cæſis ad Thebas Argiuorum optimatibus, interfectorum cadauera Thebani inſepulta abiecerunt. Tum cæterorum liberi, ad aram Miſericordiæ confugientes, parentum cadauera
G ad ſepulturam petierunt. Quibus ea Thebani, admonentibus Athenienſibus exercitum, reddiderunt. *Diodorus libro 4. cap. 6.*

DARIO totis regni ſui viribus in Scytharum regionibus ſubinde impetum facienti, paulatim cedentes, ad vltimas iam ſolitudines peruenerant. Interrogati deinde ab eo per legatos, Quemſ ugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi eſſent: reſponderunt: Se nec vrbes vllas, nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Cæterùm cùm ad parentum ſuorum monimenta veniſſent, ſcituram quemadmodum Scythæ præliari ſolerent. Quo quidem vno tam pio dicto, immanis & barbara gens ab omni ſe feritatis crimine rediniit. *Valer. Max. lib. 5. cap. 4.* Hoc dictum *Herod. lib. 4.* tribuit Indathyrſo Perſarum regi.

CIMON Athenienſis cùm patrem defunctum eſſe intelligeret, vt corpus eius ſepulturæ traderet: non tantùm multis ſe periculis expoſuit, ſed pietatem in patrem captiuitati quoque præpoſuit. *Alexand. lib. 3. cap. 2. & lib. 6. c. 14. ex Plut.*

ANTIGONVS Demetrij Poliorcetis patris ſui captiuitatem
H grauiter ferens, ſumpta veſte lugubri cùm ad alios reges cutratos, tum ad Seleucum Syriæ regem qui ceperat, ſupplex ſcribit, & quicquid ſibi in Græcia regni ſuperaret, pro patre redimendo offert, & ſe ſimul obſidem. Cæterùm cùm in cuſtodia Demetrius obiiſſet: Antigonus, vbi reliquias patris cognouit afferri, totam claſſem ſoluit, eiſque apud inſulas occurrit obuiam. Quas cum accepit, impoſuit vrnam quæ ex ſolido auro erat, in nauem prætoriam. Ciuitates, ad quas appulerūt, hinc coronas ingeſſerunt vrnæ, hinc viros cultu lugubri miſerunt ad exequias decorandas & proſequendas. Decurrente Corinthum claſſe vrna ex puppi conſpicua regali purpura & diademate exornata, quam circumſtitit in armis iuuenum ſtatio. Celeberrimus illius ætatis tibicen Xenophantus aſſidens ſacratiſſimum carmen accinuit, cui concinente remigio, clangor cum modulatione quadam velut ſo plancto reſpondit carminum ad tibias ambitibus. Maximam commiſerationem & luctum ipſe Antigonus ſtantibus in portu

& litore frequentibus mouit ſordidatus, lacrymi[illegible] ſe-
A ctus. Honoribus & coronis funeri Corinthi delat[illegible], dep[illegible]r-
tauit reliquias Demetriadem vrbem illi cogn[illegible]mine[illegible] Si-
cyonem priùs dictam) ex paruis ad Iolcon oppidul[illegible] fre-
quentatam. *Plut. in De[illegible]e.*

M. Antoninvs Imp. [illegible]re Adriano apud B[illegible]ias mort[illegible] reliquias eius Romam p[illegible]xit, eaſque [illegible]an[illegible] a[illegible]u[illegible] renter in hortis Domi[illegible] collocauit[illegible] un[illegible] tibus inter Diuos retul[illegible] ſacerdotes inſtitu[illegible] c[illegible] Adriano magnificentiſſimum poſuit. Vnde I[illegible]s [illegible]ctus. *Cuſpin. A. D.*

Filius paternum loculum torrente abreptu[illegible] ipſe perit, de quo hic *in primo Græcorum Epigra[illegible]um tum*

[illegible Greek verses]

OBEDIENDO. TVM

In Genere

Iacob, cùm matri Rebeccæ obediuiſſet, & ius primoge-
B nituræ, & patris benedictionem abſtulit. Eiuſdem iuſſu in Meſopotamiam ad Laban auunculum profectus, 20. anno pòſt, vxoribus, liberis, & opibus auctus, domum rediit. *Geneſ. 27. & ſequentib.*

Tobias iunior audiris exhortationibus patris, in omnibus obedientem ſe exhibuit, cùm diceret: Pater, omnia quæcunque præcepiſti mihi, faciam. *Tob. cap. 5.*

Christvs Saluator noſter, ab omni inobedientia ſe alienum eſſe declarans: E cœlo, inquit, deſcendi, non vt meam ipſe voluntatem faciam, ſed eius qui miſit me, Patris. Idem vt nobis obedientiæ præberet documentum, parentum obſequio ſubdi voluit. Erat (inquit Euangeliſta) ſubiectus illis: & hoc quidem, cùm iam ſapientia & ætate & gratia proficeret apud Deum homines. Et ne puerorum more blanditiis aut metu ſubiectum fuiſſe putes, non fuit infirmitatis, ſed pietatis & liberi gratuitique obſequij iſta ſubiectio. *Marul. lib. 4. cap. 3.*

In ſpecie. Obedire parentum,

Voluntati, Decreto.

Expertus eſt Dauid rea in filiis contumaciam: ſed vltio fuit illa numinis non domeſticæ diſciplinæ vitium. Cæterùm extremo vitæ tempore Salomonem puerum, regem declarauit, cùm plures Filij adeſſent grandes natu, & prudentia non vulgari: verùm hi non modò non patri iuerunt obuiam, ſed eius voluntatem ceu oraculum ſecuti, nihil etiam poſt ſenis interitum mutare ſunt auſi. *Sab. lib. 3. cap. 1.*

Ferdinandvm Neapolitanorum regem dicere ſolitum ferunt, nullam ſe patre viuo, neque maiorem illis, neque parem cepiſſe voluptatibus, quas ipſe caperet, cùm patris conſilium cogitatione præuiſum opera anteipaſſet. Contrà nihil ſibi neque grauius, neque exiſtimatione ſua indignius ſolitum accidere, quam cùm maiorum rerum occupatione impeditus, patri adeſſe non poſſet. *Pont. lib. 2. c. 5. de Obedientia.*

Præceptis, Legibus.

Rachabitæ cùm metu Nabuchodonoſor Hieroſolymam confugiſſent, ab Hieremia Propheta in templum iubête Domino, introducti, vinum bibere tenuerunt: quoniam pater eorum Ionadab F. Rachab, prohibuiſſet ipſis vinum bibere, domum conſtruere, ſementem facere, vineam conſerere aut habere, ſed in tabernaculis degere per omnem vitam, vt diu
D viuerent in terra. Hanc obedientiam Dominus obiicit Iudæis inobedientibus ſuæ legi: & vt Iudæis excidium & captiuitatem per Hieremiam minatur, ita Rachabitarum familiæ perpetuam ſucceſſionem. *Hierem. 35.*

Precibus.

Artaxerxes in gratiam Paryſatidis matris fratri Cyro inſidianti ignouit. *Plut. in Artaxerxe.*

C. Marivs Coriolanus, maximi vir animi, & altiſſimi conſilij opeméque de Repub. meritus iniquiſſimæ damnationis ruina proſtratus, ad Volſcos infeſtos tunc Romanis cófugit. Magno vbique pretio virtus æſtimatur. Itaque quò latebras quæſitum venerat, ibi breuiſſimè ſummum adeptus eſt Imperium: euenitque, vt quem pro ſe ſalutarem Imperatorë ciues habere noluerant, penè peſtiferum aduerſus ſe ducem experirentur. Frequenter enim fuſis exercitibus Rom. victoriarũ ſuarum gradibus aditum iuxta mœnia vrbis Volſco militi

[illegible] pter [illegible] ſtidioſu[illegible] e in æſti[illegible]
[illegible] peper[illegible] t, c[illegible]uli [illegible] E
[illegible] d [illegible] a. E[illegible]
[illegible] V [illegible] pt [illegible] m, [illegible]
[illegible] le at [illegible]
[illegible] nitatis fact[illegible]
[illegible] moti [illegible] u [illegible] de [illegible]
[illegible] patri[illegible]
[illegible] bus q[illegible] v[illegible] de[illegible]
[illegible] c[illegible]cu[illegible] p[illegible] b[illegible]era-
[illegible] ret.
[illegible] ihil fecit
[illegible] vt p[illegible] [illegible]onibus vel
[illegible] egreſſis in
[illegible]. Romæ interea
[illegible]æ [illegible] Capitolium [illegible]atam ſupplices, ſe
ab [illegible] a P[illegible] r [illegible], Valeria erat: cuius ce-
l[illegible]. Hæc [illegible] pene quaſi ex diuino inſtinctu ſur-
r[illegible], cætera qu[illegible] omnes excitauit, & perrexit domum ad matrem Martij Volumniam, & vxorem Vergiliam, rogantes vti
F ſecum in caſtra properarent, & Coriolani immitem animum ſua pietate flecterent (Liuius & Valer. Max. matrem Veturiã vocant, vxorem Volumniam.) Sedebat cum primoribus Martius pro tribunali. Vt adeſſe mulieres vidit, cœpit mirari. Inde agnitã vxore, quæ prima in agmine erat, conabatur obſtinationem & atrocitatem ſuam retinere. Cæterum ad illius conſpectum victus animo & cõſternatus haud ſuſtinuit, vt adiret ſedentem: ſed properè deſcendit occurritque, & primùm matrem perdiu oſculatus, inde vxorë & liberos, nullum modum iam lacrymandi & cõplectendi eos fecit, ſed ſicut vndis motui animi permiſit ſe auferendum. Mater ex precibus in iram verſa, ait: Sine, vt priùs quam compleraũ accipiam, ſciam an ad hoſtë, an ad filium venerim: captiváve, an mater in caſtria tuis ſim? In hoc me longa vita & infelix ſenecta traxit, ve exulem, deinde hoſtem te viderem? Potuiſti populari hanc terram, quæ te genuit atque aluit? Niſi te peperiſſem Roma non oppugnaretur: multaque inſuper addidit complorando, quibus & vxoris ac paruulorum fletibus motus, matrem complexus: Expugnaſti (inquit) & vicíſti iram meam patria, precibus huius admonitus, cuius vtero conceptus, te venia dono. His dictis paulíſper eum matre & vxore ſeorsũ collocutus, perentes eas remiſit retrò Romam. Nocte elapſa Vol-
G ſcos reduxit. *Va'erius Maximus l b. 5. cap. 4. Liuius lib. 2. Decadis 1. Polyænus lib. 8. Plut. rebus in Coriolano.*

Pacvvivs Calanus princeps eius factionis erat Capuæ, quæ rem ad Phœnum traxerat. Hic cum filio adoleſcẽte Perolla Rom. ſtudioſiſſ. ad cœnam eſt ab Hannibale vocatus. Cui valetudine excuſata iuuenis adeſſe noluit, quin patrem paulò ante Solis occaſum triclinio egreſſum ſecurus, vbi eum ſecreto eſt loco adeptus (venerant enim per poſticũ in hortum ædibus ſubiectum) toga ab humero reiecta latus gladio ſuccinctum nudat, cepiſſeque ſe conſilium ait Hannibalis ex improuiſo obtruncandi. Atque ita fore, vt non ſolùm Campani defectionis veniam à Romanis impetrarent, ſed in multò maiore, quam vnquam antea, apud illos honore futuri eſſent. Ad ea ſenex non aliter, quam ſi res geri cœpta eſſet, territus, per omnia iura, quæ filios parentibus iungunt, cum lacrymis & multis precibus obteſtatus eſt ne coram patre omnia infanda facere & pati vellet, ne fidë paulò antè publico & priuato iore cum Pœno iunctã violate aggrederetur, atque ho-
H ſpitalë menſam, cui ipſe tertius eſſet adhibitus tam clari hoſpitis ſanguine fœdaret. Hæc pater locutus, vbi iuuenë lacrymantë vidit, medium amplexus, atque hæres oſculo, nõ prius & monere & precari deſtitit, quàm à propoſito auertit. Tum Perolla: Ego, inquit, pietatem, quam patriæ debeo, tibi, quãdo ita vis, exſoluam, pater: adeo tamen tua cauſa, cui patriæ ter proditæ ſuſtinendũ eſt crimen, defectionis à Romanis factæ, fœderis cum Pœno initi; & quòd arma quæ pro publica ſide induerã manibus extorques. Inde arrepto gladio: Ferrum, inquit, ô patria, quo pro te in Pœnũ vſurus eram, quando paterna pietas prohibet, recipe: atque cum his illud trans horti maceriam in publicum abiecit; & quò minus res ſuſpecta eſſet, in triclinium rediit. *Sabel. lib. 3. Enn. 5.*

C. Gracchvs Trib. plebis legem promulgauit, ſi cui populus magiſtrum abrogauerit, ne aditus huic ad ſecundum magiſtrum ſit. Qua non obſcurè M. Octauium notabat à Tiberio tribunatu deiectum. Eam tamen Caius ipſe antiquauit, profeſſus

p[illegible]eſſus [illegible]at [illegible] [illegible]ium. Id pl[illegible] [illegible]uit po[illegible] [illegible] [illegible] hono[illegible] [illegible]p[illegible]ten ris grat[illegible] N[illegible] [illegible],inſ[illegible]ptu que [illegible] [illegible] Græc[illegible] P[illegible]

M[illegible], Iuſſi

[illegible]romptè obediuit I[illegible] p[illegible] d[illegible] [illegible]ut eos ſibi prop[illegible] de[illegible] [illegible] 4[illegible]

Is[illegible], [illegible] ab Abr[illegible] [illegible]o hoſtia mactand[illegible] ante a[illegible] [illegible] tis & validus [illegible]pert[illegible] de[illegible] [illegible] landum præbu[illegible] V[illegible] dob[illegible] [illegible] Deo placuer[illegible] an ſi[illegible] ob[illegible]

David, licet per Sam[illegible] [illegible] obediebat patri [illegible]mitte[illegible] [illegible] quibus tunc fuerat præl[illegible]

Orestes ad Appoll[illegible]nem, [illegible] du[illegible] [illegible] He[illegible]mionem, filiam Menelai. *apud Eurip. in Or[illegible]ſt[illegible]*, inqu[illegible]

Καὶ λέκτρ' ἐπῄνεσ', ἡνίκ' ἂν διδῷ πατήρ.
B *Connubium approbo, ſed vbi dederit pater.*

Hermione itidem Oreſti, eius ambienti nuptias, cui etiam primò deſponſata fuerat, *apud Eurip. in Andromacha*, ſic reſpondet:

Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
μέριμναν ἕξει, κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

Sponſaliorum quidem eorum pater meus curam habebit: neque meum decernere hæc. Quos verſus citat Diuus Ambroſius in hiſtoria Rebeccæ, vbi poſtulat conſenſum parentum: Idque dicit adeò honeſtum & naturæ conſentaneum eſſe, vt poëtæ quoque idem docuerint.

Polynices ad matrem Iocaſtam, *apud Eurip. in Phœniſſis*, ſic inquit:

ἃ δ' οὐ θέλων, πλὴν ὧν ἐμοὶ αὐτῇ φίλα.
Quæ tu vis, eadem mihi grata erunt, mater.

Menoeceus patrem Creontem interrogans, Vtrum fugere debeat, ne mactetur à ciuitate, *apud Euripidem in Phœniſſis*, inquit:

σοὶ μὲν τὸ φράζειν ἐστὶν, ἐκπονεῖν δ' ἐμοί.
C *Nimirum conueniens eſt, te dicere, efficere verò me.*

Childebertus & Clotharius Francorum reges, cùm de regni poſſeſſione inter ſe armis diſceptarent, eſſentque acie dimicaturi: Crotochildis matris interuentu, primò ferrum inhibuêre, maternis precibus & lacrymis moti: inde non ſolùm prælio abſtinuerunt, ſed concordes facti mutuò ſe complexi ſunt. *Sab. lib. 3. c. 6. & Egnat. lib. 5. cap. 4.*

Voto.

Cùm Iephthe Galaadites, contra Ammonitas pugnaturus, votum nuncupaſſet: Si Deus ſibi victoriam in hoſtes dediſſet, immolaturum ſe quodcunque ſibi extra fores domus ſuæ incolumi redeunti primò occurreret: adeòque Maſpham à prælio victori reuerſo, vnica Filia virgo proceſſiſſet cùm tympanis & choris: Iephthe territus, filiæ votum ſuum indicat. Illa patrem, vt votum præſtet, hortatur: petit tamen concedi ſibi duos menſes, quibus ſuam virginitatem cum ſuis æqualibus in montibus deplorare queat. Eo tempore exacto, à patre immolata fuit. *Iudicum c. 11.*

Animaduerſioni, Supplicio.

D Cùm Artaxerxes interfeciſſet maximum natu filium Darium, ob inſidias, quas patri intenderat, Alter ab illo iubente patre, ſtricto acinace, ſibi ipſi vim ante regiam intulit. *Ælianus de varia hiſt. lib. 9.*

Cùm C. Flaminius trib. pleb. legem de Gallico agro viritim diuidendo, inuito & repugnante Senatu promulgaſſet, precibus minimiſque eius acerrimè reſiſtens: ac ne exercitu quidem aduerſus ſe conſcripto, ſi in ſententia perſeueraret abſterritus, poſtquam pro Roſtris el legem iam referenti pater manum iniecit, priuato fractus Imperio, deſcendit è Roſtris, minimo quidem murmure deſtitutæ concionis reprehenſus. *Valer. lib. 5. cap. 4.*

Principi cuidam Hiſpano erat Filius adultus, linguæ maledicæ ac contumelioſæ. Qua ex re multorum odia contraxerat. Ob eam cauſam pater filio vt perpetuò ſileret, cùm indixiſſet, paruit ille. Accidit interea, vt ſolemni conuiuio regis, præſente regina, ambo intereſſent. Adoleſcens ad cæteraindustrius, cùm miniſtraret vt mutus patri, Regina (ea impudica erat) verè mutum ſurdúmque exiſtimans, & ſibi id con-

Ill[illegible]e[illegible]auit patrem, v[illegible] ſecum e[illegible] filium pateretur. Id cùm im[illegible], [illegible]buit eum ſecretio[illegible]bu[illegible] rebus, ita vt impu[illegible] E
[illegible] p[illegible]ſtis eſſet. Simili [illegible]um c[illegible] uiu[illegible] pater poſt [illegible]ſſ[illegible]r Rex interim vider[illegible] ſæpius adole[illegible]entem, qu[illegible] [illegible]uruo putabant. Hi[illegible] reginæ min[illegible]t. [illegible]ex, calune, an na[illegible] murus e[illegible]t [illegible]ſpondit ſed iuſſ[illegible] quæ m[illegible]licen[illegible] R[illegible], vt licentiam pet[illegible] t[illegible] qu[illegible]ds. Cùm [illegible]eſtiiſſet, dicens aliq[illegible] n[illegible]ls ſecuturum: tan[illegible] [illegible]cepit loqui filius [illegible] uſſit. I[illegible]e In[illegible] [illegible] conuerſus: Habe[illegible] [illegible]r, eam qua [illegible] im[illegible]udentior, aut in[illegible] fuit. Confuſus [illegible]p[illegible] [illegible]u[illegible] loqui. *Pog[illegible] in Facetiis.*

Proſcriptioni.

[illegible] T[illegible]helamone patre ea lege dicuntur ad Tro[illegible] [illegible] amb[illegible] qui neuter domum rediret. Nec denale bel[illegible] [illegible] deſiderij plenum, quæ mortalibus cariſſima eſſe [illegible] legem antiquare potuit: quin capto Ilio Teucer, qui fratrem amiſerat, natale ſolum exilio vertit, Cyprúmque prætulit patriæ, cuius finibus domeſtica lege excludebatur. *Sab. lib. 3. c. 1.*

F Cadmus Agenoris filius, ad Europam ſororem quærendam ea eſt conditione à patre miſſus, vt niſi illa reperta, exularet. Diu proinde multúmque terra marique euagatus paterni magis Imperij quàm patriæ memor, in Bœotia exul conſedit. *Sabell. lib. 5. c. 1.*

Exhæredationi.

Metelli Filij Romæ à patre hæreditate excuſſi, teſtamentum irritum eſſe noluerunt. Satius arbitrati, bonorum extortes fieri, quàm qualemcunque patris voluntatem non tueri. *Alexand. lib. 6. c. 10.*

Ebutiæ, quæ L. Menenij Agrippæ vxor fuerat, tabulæ teſtamenti plenæ furoris. Nam cùm haberet duas ſimillimæ probitatis filias, Pleroniam, & Aphroniam, animi ſui potiùs inclinatione prouecta, quàm vllis alterius iniuriis aut officiis commota, Pleroniam tantummodò hæredem inſtituit: filiis etiam Aphroniæ ex admodum amplo patrimonio viginti nummos legauit. Aphronia tam eum ſorore ſacramento contendere noluit: teſtamentúmque matris patientia honorare, quàm iudicio conuellere, ſanctius eſſe duxit: eò ſeipſam indigniorem iniuria oſtendens, quò eam æquiore animo ſuſtinebat. *Valer. Max. lib. 7. cap. 8.* G

FIDES MINORVM ERGA MAIORES,
VT PVTA,
GENER, NVRVS FIDÆ ERGA SOCERVM,
SOCRVM.

Orpha & Ruth mulieres Moabitides, nuptæ duobus filiis Elimelech Bethlehemitæ, qui famis cauſa in agrum Moabitidum habitatum conceſſerat, & viuentibus & mortuis viris tanto amore ſocrum ſuam Noëmi ſunt proſecutæ, vt cum illa in Iudæam redire vellet, eam omnino comitari voluerint. Et Orpha quidem poſt multas lacrymas à ſocratu diſceſſit: at Ruth ſene in morte quidem ab ea diſceſſuram affirmans, eam comitata eſt, & Bethlehemæ ſocrum ſuo ſpicilegio aluit. Nupſit exinde Booz viro clariſſimo, è quo coniugio prodiit Obed auus Dauidis regis. *Ruth. 1. & 2.*

Socrus Petri valida febre à Domino liberata eſt, quod pro ea gener eſſet precatus: tanti fuit illi, generum habere talem quem comitem & diſcipulum ſibi adiungere Chriſtus non dedignaretur. *L. Viues de Chriſt. fem. lib. 1.*

H Aspasia Cyri, cuius concubina erat, matrem eximiè coluit. Cùm enim ſibi à Cyro aliquando hormus precioſiſſimus & verè regium monile dono oblatum eſſet, hac conditione, vt geſtaret: illa non accepit, ſed prudentiſſimè reſpondit: Et quomodo, inquit, auſim, cùm hoc donum potiùs matrem tuam Pariſatidem deceat? illi igitur mittito. *Ælianus libro 12.*

In Lepra Lybiæ ciuitate morem diutiſſimè ſeruatum ferunt, vt poſtridie nuptias, ſponſi matrem petitum ollam Sponſa mittat, quam ea abnegat apertiùs, quò ipſis ſtatim initiis, nouercalibus in ſocru prægustatis moribus, ſi quid (vt aſſoler) grauius ſeſe obtuliſſet, velut planè excitatior, æquiore ferret animo. *C alius lib. 28. c. 18. A. L.*

Monica, D. Auguſtini mater, ſocrum etiam ſuam primò ſuſurris malarum ancillarum aduerſus ſe irritatam, ſic vicit obſequiis, perſeuerans tolerantia & manſuetudine, vt illa vltro filio ſuo Patricio medias linguas famularum proderet,

quibus,

q[illegible] domo[illegible]
A [illegible] & ma[illegible]
[illegible] ad pr[illegible] b[illegible]
[illegible] de [illegible]
[illegible] qu[illegible] q[illegible]
[illegible] *D. A*[illegible]

[illegible]

His[illegible] dum iuſſa, [illegible] in vxorem ad[illegible]

AVGVSTVS CÆSAR [illegible] necem vindicaret [illegible] enim M. Antonium be[illegible] nam, quod tribus menſibus confecit, co[illegible] cum, circa prumontorium A[illegible]um, vltimu[illegible] eundum, in campis Philippicis contra B[illegible] & C[illegible] percuſſores Cæſaris. Peculinum tertium, contra [illegible] M. fratrem circa Peruſiam. Quartum Siculum & [illegible], aduerſus Sextum Pompeium, Magni Pompeij filium. Quæ ordine deſcripta ſunt apud Tranquillum & L. Florum, præterea Appianum Alexandrinum tribus penè vltimis libris integris
B Bellorum ciuilium. *Cuſpinianus, A. D. ex Suetonio & Dione.*

TIBERIVS mortuo Auguſto ad imperium à Senatu vocatus delatum à patribus principatum recuſauit. Verebatur enim Germanicum, Druſi fratris filium, in cuius manu tot legiones immenſa ſociorum auxilia, mirus apud populum fauor, qui etiam vocatus à pop. Rom. ferebatur. Sed ea integritate Germanicus erat (licèt neptem Auguſti Agrippinam vxorem haberet, ex eáque plures liberos, filiúſque Druſi eſſet, fratris Tiberij, & Auguſti nepos, cuius Druſi memoria ingens apud pop. Rom. fuerat) vt omnibus viribus conaretur imperium non in ſe, ſed in Tiberium transferre, miris & præcipuis laudibus ipſum apud legiones, quæ tum tumultuabantur, celebrans. Et quamuis milites ſeditioſi arma minarentur, ni imperium aſſumeret moriturum tamen potiùs ſe, quàm fidem exuiturum clamitabat. *Cuſpin. A. D. ex Suetonio.*

Cùm Saraceni recuperandæ Hieroſolymæ cauſa magnos exercitus eò duxiſſent, ſuperatis Chriſtianis ingenti clade, Comes Burgundiæ in ipſo prælio cædit, ac Boëmundus Antiochiæ princeps viuus in manus hoſtium deuenit, ipſe Balduinus rex Hieroſolymorum Godofredi frater, ægrè ex tanta
C clade ſeſe proripuit, nec paulùm abfuit, quin vrbs caperetur. Tancredus Normannus tantæ fuit pietatis in patruum Boëmundum, ab hoſtibus triennio in vinculis detentum, vt ei magna vi auri redempto, Antiochiæ principatum reſtituerit. *Platina in Paſchali II. Æmilius, & Fulg. lib. 6. c. 5.*

FIDES ERGA FRATRES, SORORES.

IN GENERE.

Tyndaridarum fratrum ſigna Spartiatæ Docana dicunt. Ligna ſunt duo, patibus, inter ſe ſpaciis, duobus infixa & impoſita tranſuerſis. Quod apparet monumentum conſociatum & indiſeretum fraternæ inter ſe horum deorum pietati congruens eſſe. *Plut. de Pietate erga fratres.*

HIERO Syracuſiorum tyrannus, laudabili animi magnitudine præditus, ſine vllo iurgio fratribus tribus numero conuerſatus eſt: mirúmque in modum tum ipſos amauit, tum ab iiſdem mutuo amore habitus eſt. *Ælianus lib. 9. Var. Hiſt.*

IOANNES Imp. Alexij Comneni F. Iſaacium fratrem tanto
D amore proſequutus eſt, vt à latere eius nunquam diſcederet, eodémque ſpiritu vti videretur: tum quòd ab eo ſummoperè diligebatur, tum quòd eius vnius, aut certè præcipuo ſtudio regnum occuparat. Cuius initio ſtatim, pari ſella, eadémque menſa, & ea proclamatione eum dignatus eſt, qualis Sebaſtocratoris honorem decebat, quem à patre Alexio Iſaacius acceperat. *Nicetas.*

IN SPECIE. Nempe,

Obſeruare, Colere.

CATO natu ſe maiorem Cæpionem obſeruando, iam inde à pueris, obſequio, placiditate, & auſcultatione, adeò reuerentem reddidit ſui, nihil vt eo agerer vel diceret inſcio. Quippe memorant, tabellam teſtimonij cùm Cæpio ſignaſſet, ſupernenientem pòſt Catonem ſignare detrectaſſe. Ibi repetita Cæpionem tabella ſignum ſuum auulſiſſe: quo vſque, qua re mutus non adiungeret teſtimonio frater fidem, ſed haberet id ſuſpectum, intellexiſſet. *Plut. de Piet. erga fratres.*

[illegible] quidem [illegible] oe parum [illegible] germanorum [illegible] potius. *Lud. Viues de Chriſtiana* [illegible]

Reprehendere. Caſtigare. Non obſequi in malo.

THEONOE Protei F. Theoclymeno fratri, Helenam rapere, & Menelaum interficere volenti adiutor eſſe noluit, inquiens apud Euripidem in Helena: F

——[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Neque in ſtultitia cõſiliaria ero fratris vnquã: imò ei benefacio, quamuis non videat, ex impietate ſi ſanctũ fecero ipsũ.

Vitam tueri.

RVBEN & Iudas reſiſtebant cæteris fratribus, volentibus occidere Iuſeph. Peruicerunt tandem, vt Iſmaelitis venderetur potius quàm necaretur. *Gen. 37.*

Cùm Caſtor & Pollux Lynci & Idæ ſponſas rapere tentarent, Idas Caſtorem interfecit, confecturus & alterũ, ni ſubitò à Ioue ſubuentum eſſet, ne lædi poſſet. Pollux a patre Ioue petiit, vt liceret ſibi de ſua vita dimidiũ fratri impartiri: idque Iupiter cõceſſit. Et inde vterque alternis ſolùm diebus lucet, iuxta Homerum. *Lud. Viues in lib. 18. Auguſt. de Ciu. Dei, c. 14.*

INTAPHERNES vnus ex Darij ſociis, qui Perſarum regnum à Magis fratribus furto occupatum armis vindicarunt, poſt ſummã rei Dario delatã, cùm à cubiculi miniſtro regem adire prohiberetur, ira percitus, aures illi & naſum abſcidit: eſtque G ob eam noxã Intaphernes cũ omni virili ſtirpe ad ſuppliciũ arreptus. Iacuit eius Vxor plures dies ante regis ianuã miſerabiliter prouoluta, cũ lacrymis & flebili lamẽtatione. Cuius afflictionẽ miſeratus Darius, miſit qui illi nunciarent, vt vnũ ex his qui interficiẽdi eſſent, ſibi depoſceret: futurũ vt illius, quẽ incolumem vellet, ipſius lacrymis vitam condonaret, vt vnus aliquis ſeruatus futuræ eſſet orbitatis leuamen. Nemo fuit, cui non perſuaſum eſſet, fore vt amãtiſſimi coniugis, aut vnius filiorum vitam ſibi optaret. Sed mulier fratrem depoſcit: Cæterum iuſſa à rege dicere, quid eſſet quòd fratrem tantùm viro & filiis prætuliſſet: Sum, inquit, ego (rex) iuuenis adhuc, poſſúmque proinde iterum & nubere & parere: frater parentibus ſenio confectis ſi ademptus ſit, reſtitui non poteſt. Qua voce rex vehementer commotus, non fratrem ſolùm, ſed & filium natu maximum illi reſtituit. *Sab. l. 3. c. 7. ex Hero. l. 3.*

Cùm dimicarent cum Argiuis & Cleonæis Corinthij, ſtabat Timoleon inter pedites. Ibi Timophanes eius frater, homo H audax præfectus equitibus in anceps diſcrimen incidit. Equus vulnere afflictus excuſſit eum inter hoſtes. Sodales eius partim metu diſſipati: qui ſubſtitére, pauci cum multis dimicantes ægrè reſtabant. Vbi Timoleon eam fortunam animaduertit, properauit opem ferre: atque tegens iacentem Timophanem clypeo ſuo, multis iaculis multiſque cominùs ictibus corpore & armis exceptis magno labore repulit hoſtes, & fratrem eripuit. *Plut. in Timoleonte.*

M. MARCELLVS fratrem Octacilium ab ſe in Sicilia improtectum, ab imminenti periculo liberauit, eos qui acri in eum impetu ferebantur trucidans. *Plut. in eius vita.*

Fugerat L. Cæſar ad Iuliam ſororem ſuam, poſteaquam ſe proſcriptum à Triumuiris comperit, irrúperúntque percuſſores in Iuliæ ædes, proſcriptum hominem interfecturi: quibus obijciens ſe illa, clamitabat nunquam fieri poſſe, vt eum violarent, niſi Triumuiri matre priùs interfecta. Ceſſerũt illi, M.

Anto

A Antonij nomen … inde Iulia fratrem ad Triũuirorum tribunal, … & acerbe in filium locuta, à Triumuiris collegis … vitam precata eſt. Fertur Antonius laudaſſe ma… ſororem optimam: vituperaſſe, vt matrem parum filij amantem, quod eum tueretur, a quo ipſe hoſtis iudicatus eſſet. Paulus quoque Lepidi frater ſeruatus eſt quem nemo ob Lepidum in…ctari fuit auſus. *Sab. l. 8. Enn. 6. ex Plut. in Antonio.*

Inſignoi Duos proſcript… fratres … caritate fuiſſe, Appianus ſcribit quorum alter cùm a mi…tibus captus eſſet, alter qui ſe proſcriptum ignorabat, ad eos profectus, magnis precibus orabat, vt dum … fratre ſe pro …o occiderent. Verum vt c…gnoverunt ipſum quoque proſcriptum eſſe, vtrumque interemerunt. *Fulg. l. 5 … 5.*

Eo prælio, quod C. Cæſar contra Germanos ad Moſam fl. depugnavit, periit Piſo Aquitanus, vir acerrimus, cum fratre, vterque ob mutuam pietatem perpetua memoria dignus. Piſo fratrem ab hoſtibus circumuentum intuitus, impetu in Germanos facto eum periculo eximit, vertit Interim in ſe ille totum certamen; multiſque vulneribus confoſſus concidit. B Senſit eius frater, qui iam pugna exceſſerat, Pilonem cadentem, conuerſóque in hoſtes equo, moriendi conſilio, in confertum ſeſe agmen immiſit, atque ita contigit, vt mutua caritate eodem loco; duo fortiſſimi fratres, vnus poſt alterum, dum ſtudent mutuo ſibi auxilio eſſe, pulchrè occubuerint. *Sab. l. 6. Enn. 6; ex Cæſaris l. 4. Com. de bello Gallico.*

Dyteutus Adiatorigis F. Comanorum Ponticorum ſacerdotium à Cæſare Auguſto ob virtutem obtinuit. Nam Cæſar Adiatorigem cum vxore ac filiis in triumphum ducens, illũ cum filio maiore ſtatuit interimere. Major verò hic erat. Sed cùm minor frater militibus ſe maiorem eſſe affirmaret, diu inter ambos contentio fuit: quoóſque parentes Dyteuto perſuaſère, vt iuniori cederet: aſſerentes, cùm ipſe ætate eſſet prouectior, majorem de matre ac reliquo fratre curam habiturum. Itaque minor cum patre interemptus eſt: Dyteutus verò ſeruatus. Cæſar vbi eos interemptos ſenſit, doluit vehementer. C Quare eos, qui ſeruati erant, beneficio & cura proſecutus, hanc eis dignitatem impertiuit. *Strabo l. 15.*

Nupſerat Ioanna Neapolitana regina, Iacobo Mariæ comiti viro e Narbonenſi Gallia regiis natalibus orto, nulla honeſtiore de cauſa, quàm vt impudicitiæ probra accepti cõiugis imagine tegerentur: cæterum ea conditione, vt is regio nomine penitùs abſtineret, & Tarentinus tantum princeps appellaretur. Miſerat regina, qui eum è Manfredonia Neapolim venientem exciperent; ipſum ante alios Sforciam Magnum, qui Magiſterij equitum honore longè ampliſſimo cæteros anteibat, & cum eo aliquot alios gloriæ ac amplitudini Sforciæ plurimùm invidentes. Hos diſertè etiam atque etiam regina monuerat, præceperatque, vt Iacobum non alio, quàm principis nomine ſalutarent. Verùm vbi in conſpectum eſt deuentum, ſolus Sforcia cæteris omnibus, magno aſtu, & repentina perfidia in adulationem procumbentibus reginæ mandatis paruit. Eam nacti occaſionem æmuli Sforciam clàm apud Iacobum criminantur vt mœchum reginæ, ſuumque in eo opprimendo, & regina in ordinem redigenda ſtudium pollicentur. Inita ergo conſpiratione, Beneuenti Sforcia ex inſidiis capitur; domus eius diripitur, liberi & propinqui ferè omnes nectũtur. D Capto Sforcia, Iacobus Neapolim venit, prodente Nouam arcem Auerſano centurione. Reginam cõiugalis quidem thori conſortem facit, ſed erepta totius imperij poteſtate, multis oneratam probris, & ſeuere caſtigatã; ne diffugiat, à Gallia cuſtodiri iuſſit: regios titulos ipſe vſurpat, & Gallis honores, præfecturas & magiſtratus dilargitur. Interim Sforcia devectus in Inſulæ Megaris arcem, cui ab ooo nomen eſt, acerbiſſimis tormentis cruciandus Bernardo barbaro homini traditur, ot expreſſis teſſeris quæſtione, ea oppida reciperent, quæ Sforcianorum Imperio tenebantur. Sforciani milites coeunt, & infeſta populatione in ſuburbanas vſque villas portaſque Neapolim deferuntur. Ob id Iacobus copias conſcribere cogitur, quibus hoſtem reprimat, & Tricaricum vrbem expugnat, quam Ladiſlaus Franciſco Sforçiæ filio, præclara pueri indole adductus, dono dederat. Erat in præſidio Michelinus Rabinianus, cui Margarita Sforciæ ſoror, Foſchini & Marci Attendulorum mater, defuncto priore marito denupſerat. Ij de Sforciæ ſalute ſoliciti, opportunè de induciis compoſitionéque agere cœperant, factaque poteſtate impune commeandi, è caſtris hoſtium ſummæ nobilitatis homines Tricaticum venerant. In hos Margarita, E fraternæ virtutis æmula, arrepto venabulo lorica impetum fecit, comminataque acerbiſſimum mortis genus, ni fratrem incolumem ſibi redderent, legatos … captos comprehendit: quando ab ipſis, quæ Tricarici Imperio & ditione potiretur, nequaquam autem à Michelino, cui nullum in ea vrbe ius eſſet, fides petenda fuiſſet. Id virile facinus haud dubiam Sforciæ necem auertit: exemplò enim à legatorum propinquis concurſu ad regem facto, facilè impetratum eſt, vt Sforciæ parceretur. *Iouius in vita Sforciæ.*

Defendere reos.

Æschylus tragœdus in quodam dramate impietatis damnatus erat. Cum Athenienſes iam parati eſſent eum lapidibus obruere, Amynias iunior frater, detecta veſte, cubitum oſtendit manu vacuum. Fuerat autem Amyntas in Salamine, vnus ex prioribus, vbi manum amiſit, & primam palmam ex omnibus Athenienſibus conſecutus eſt. Vbi ergo iudices hominis incommodum & damnum aſpexerunt, repetentes facinorum eius memoriam, Æſchilum abſoluerunt. *Ælianus de Varia hiſtoria.*

F C. Marcellus pro ſalute & reſtitutione fratris M. Marcelli ſe ad Iulij Cæſaris pedes abiecit ac ſupplex acceſſit, vt reſtitueretur frater in priſtinum ſuum ſtatum. *Cicero pro M. Marcello, & l. 4. Epiſt. fam. ad Seruium Sulpitium.*

Ful. Flaccus cùm multa ope Capuam obſideret, magna virtutis fama ob Pœnum à caſtris multa vi repulſum, à ſenatu per litteras petiit, vt liceret ſibi Romam occurrere ad Fuluij fratris ſalutem tuendam: cui à tribuno plebis dicta erat dies, quòd ipſius temeritate ad Herdoniam cæſus eſſet Romanus exercitus. *Sab. l. 3. c. 7. & Egnat. l. 5. c. 5.*

Ægrum curare.

Cùm in Aſia eſſet iunior Cato, & fratrem Cepionem in Aſiam venientem accepiſſet Theſſalonicæ graui affectum valetudine ſubſtitiſſe: etſi hyems ſæuiebat, neque ſatis idoneã haberet nauem, tamen vrgente fraterna pietate, cum duobus ſolis comitibus mari hyberno ſe tempore credidit, & ad viſendum fratrem perrexit. Quem cùm mortuum oſtendiſſet, G non ſatis duxit ingentibus lacrymis (fortaſſe pluſquam philoſopho homini æquum eſſet) proſequi funus, ingenti apparatu atque impenſa procurauit, neque eam impenſam cum nepte in diuidenda hæreditate computauit. *Fulgoſus l. 5. c. 5. ex Plutarcho.*

Tiberius Cæſar ad fratris Druſi nuncium, quod aduerſa valetudine laboraret, ex Ticino, vbi tunc erat, præceps in Germaniam delatus eſt, Alpibus ipſis, non ſine ingenti periculo, Rhenóque amne vno tantum comite ſuperato, vt Druſum adhuc viuentem amplecti poſſet. Paulò pòſt mortuum, pedes ipſe incredibili ſqualore Romam vſque comitatus, ſepulturæ mandauit. *Egnatius l. 5. c. 5. ex Val. Max. l. 5. c. 5. & Suetonio.*

Magnus Sforcia pietatem cum incredibili caritate erga propinquus & rariſſimo quidem exemplo, oſtendit. Bartholum etenim & Franciſcum fratres, euaſtante Peruſinum agrũ lue peſtifera, apud Martianom exitiali correptos morbo, adeò conſtanter inuiſit, vt vel deprecantibus amicis ab his diuelli nequiuerit: quin deſertis & morientibus venas tangeret, fomentáque præberet. Quibus demùm celeriter expirantibus, ſepulcrum extruxit, addiditque aram, & ſacerdotes, qui certis H diebus inter ſacra eorum manibus parentarent. Pari quoque officio amoréque Boſium patruelem compleaus, ad Spoletum ex caſtrenſi per hyemem fatigatione neruia conuulſum diligentiſſimè fouit, elatúmque inſigni pompa fratrum ſepulcro intulit. *Iouius in eius vita.*

Opitulari, Auxilium ferre.

Gulielmus Normanniæ dux, cum fratre Ricardo & Maria ſorore, ex Normannia Auſtro leniter flante in Angliam nauigabat, cùm ſubitò nautarum incuria nauis ſcupulo alliſa perfracta eſt. Ille e veſtigio in ſcapham deſcendit, ad terrámque contendit. Cæterùm cùm eius opem ſoror, quæ iamiam cum morte colluctabatur, femineo viulatu imploraret: caritate motus, reuerſus eſt, ac ſcapham naui admoueri iuſſit, vt ſororem exciperet. Quæ vbi appropinquavit, tanta fuit in eã ſeſe præcipitantium multitudo, vt momento cum omnibus ſubmerſa ſit. Et ſic Gulielmus ſorori opem laturus cum eã periit. *Polyd. l. 11.*

Honori conſulere.

L. Luculli in Marcum fratrem amoris cùm multa ſint

veſtigia,Romani præcipuè commemorat primum.Nam cùm
A natu maior eſſet illo,ſolus capere honores noluit . verum illius expectatis temporibus,ita ſibi conciliauit populum,vt Ædilis vnà cum illo ab[illegible]de ſignaretur. *Plut.in Lucullo.*

CLAVDIA Veſtalium vna,quia frater à tribuno plebis triũphare prohiberetur, cum eo currum aſcendit ſacerdotio freta. Ceſſit ſacroſanctus magiſtratu religioni, quæ eo die veriùs quàm Imperatori virtus triumphauit. *Sab.l.3. . .*

Magiſtratum, Regnum, Dignitatem conciliare, conferre, ampliare reſtituere.

MOYSES Iudaicæ rei ſummam [illegible] Aaron fratre, cum tabernaculo præfecit,omni ſacrorum poteſtate in vnum collata. Quam poſtea dignitatem ne ille amitteret,oratione & miraculis [illegible] : nec priùs deſtitit aſſertæ dignitatis ſatagere,q[illegible] ſacerdotium fratri in omne vitæ tempus ſtabiliuit.Pari [illegible] etatis affectu ſorori veniam è cælo impetrauit , cùm iam lepra contacta eſſet quòd immodicæ linguæ femina fratrem libertatis auctorem ſeruatoremque populi,probroſis verbis inceſſere eſſet auſa.*Sab.l.3.cap.7.*

Cùm exceſſiſſet Darius, alij Ariameni regnum deſpondebant ſtirpis maximo, Xerxi alij,qui matre Atoſſa Cyri F. &
B Dario iam regnante erat natos. Deſcendit è Medis Ariamenes non infeſto , ſed vt ad iudicium animo pacato. Xerxes præſens erat & regnum agebat. Cæterùm vt adfuit frater, poſito diademate detractaque,quam geſtant reges directam, tiara, proceſſit fratri obuiam,eumque eſt complexus, ac munera mittens nunciare iuſſit eos,qui illa ferebant.Hiſce nunc honorat frater te Xerxes. Qui ſi rex Perſarum iudicio & ſuffragio fuerit renunciatus,ſecundũ ab ſe locũ tibi tribuet.Ibi Ariamenes : Ego quidem dona,inquit, accipio, ſed regnum Perſarũ ad me exiſtimo ſpectare Honorem verò poſt me fratris,atque inter fratres Xerxi primò conſeruabo. Vt illuxit iudicij dies,iudicem Perſæ eis fratrem Darij Artabanũ tulerunt:eius cognitionem fretus multitudine defugiebat Xerxes.At eum mater Atoſſa increpuit.Quid Artabanum fugis, fili, patruum tuum , & in Perſis optimum ? quid vſque adeò trepidas certamen,in quo etiam ſecundas præclarum eſt ferre,ac regis Perſarum dici fratrem ? Aſſentiente Xerxe,cauſaque vtrinque dicta, pronunciauit ad Xerxẽ Artabanus regnũ
C pertinere. Ibi exiliens extemplo fratrem Ariamenes adorauit, dextráque prehenſum in ſolio regio locauit. Hinc fuit apud eum maximus , eſtque eum beneuolentia proſecutus tanta , vt prælio nauali ad Salamina ſtrenuè pugnans pro illius gloria occubuerit. *Plut.de Pietate erga fratres.*

EVMENES inſidiis à Perſe appetitus habebatur mortuus, Rumore Pergami accepto frater eius Attalus adiecto capiti diadema te, ductáque eius vxore regnabat. Vt autem venientem accepit fratrem viuum,prodiit ei obuiam more ſuo cum ſatellitibus iaculum tenens.Quẽ cum iter Eumenes ſalutauit, atque in aurem ei dixit:Caue priùs,quàm extinctum conſpexeris,maturas nuptias conciliare.Præterea dum vixit,nec dicto nec facto vllam ei cauſam dedit ſuſpicionis. Imò etiam moriens reliquit ei vxorẽ & regnũ.Attalus viciſſim moriens, nullum ex liberis ſuis quamuis haberet plures,eduxit:verùm Eumenis filiũ poſtquam maturus fuit , adhuc viuus tradidit regnum. *Plut.in Apophthegmatibus,& de Amore fraterno.*

Romani Antiocho è Græcia pulſo,cùm iam Aſiam animis deſtinarent, Africanum intuebantur, veluti hominem natum ad bella magni ponderis finienda.L.autẽ Scipio & C.Lælius conſules erant,& vtrique ſibi Aſiam prouinciam decerni cu-
D piebat.Res arbitrio ſenatus permiſſa erexit ſtudia patrum,ſenatoreſque dubios reddidit de tantis viris iudicium facturos. Sed cùm apud patres maior Lælij gratia , maior etiam exiſtimatio eſſet,& ſenatus ad eum inclinaret, vtroiũmque deferret, ſurrexit P.Africanus frater maior L. Scipionis , & illam ignominiã familiæ deprecatus eſt:dixitque & in fratre ſuo ſummam virtutem eſſe ſummũmque conſiliũ,neque ſe el legatum defuturum.Extemplò hæc vox ingenti patrum lætitia excepta, omnem dubitationem ex eorum animis demſit. Decretum eſt igitur frequenti ſenatu,vt L.Scipio in Græciã aduerſus Ætolos,deinde in Aſiam,ſi ei viſum eſſet,tranſiret, ad inferendum Antiocho bellum , & P. Africanum ſecum duceret, quem Annibali victo & pro Antiocho in acie ſtanti victorem opponeret. *Val.l.5.c.5.& Auctor.vitæ Scipionis.*

IZATES Monobazi Adiabenorum regis F. patri cariſſimus metu fratrum aliò migrauit. A patre hæres regni relictus, cùm in illius gratiam proceres fratres in vincula coniecit ſſent,

de [illegible] redi [illegible] & de iis pro[illegible]to ſtatueret id facious
[illegible] gratiſſime ul[illegible] :& cum ucci[illegible] h[illegible]s aut vinct[illegible] ſeruare ve[illegible]
[illegible] ont a affecto [illegible] dimittere par[illegible]m tutum
d[illegible] de vindic[illegible] cogitatent p[illegible]m eorũ [illegible]
[illegible] s Romani ad Claudium Cæſarem m[illegible]
[illegible] Parth[illegible] tutures vtrobiq[illegible] ob[illegible]
M[illegible] denique, [illegible] quat[illegible] habe[illegible],frat[illegible]
m[illegible]n M[illegible]reliquit. *Ioſ[illegible] l.20. [illegible] .2. Ant.*

M. AGRI[illegible] Iud[illegible]orum [illegible],Pheroræ ſuo fra[illegible] Terracibiam [illegible] Augu[illegible] impetrauit. *Io[illegible] l.15. [illegible].13.Ant.*

H[illegible] qui Pij poſtea cognomentum adeptus eſt al[illegible] Iulij Cæſ[illegible] ætatem anteceſſit.Hic à Br[illegible] Arcugalo ſubiectis , quem populi ob[illegible] [illegible] atque [illegible] regno pellere [illegible] furrant, [illegible] venati [illegible] in ipſum fratrem inci[illegible] cuius [illegible] fortun[illegible] veſti[illegible] ſqualloreque ſa[illegible] teſtabatur. Quem vt agnouit, quanquam ſciret antea,vi atque arte enixum,vt in regnum reſtitueretur:tamen amanter complexus, occulte in vrbem Aldelodum deduxit : vbi ſimulata ægritudine, tanquam teſtamento ſuas atque regni res ordinaturus, regni proceres ad ſe vocauit. Et cùm ſingulos priuatim ſe alloqui velle oſtendiſſet, vt in cubiculum ſinguli ingrederentur,monuit : omnibus mortem interminatus , niſi fratri pepercilſent : & aſſentirentur ,vt per ipſum in regno reſti- F tueretur. Cùm omnes in ſententiam deduxiſſet , Archigallum in regnum reſtituit : eique poſt paucos annos mortuo, eum ingenti gloria ſucceſſit. *Fulg.l.5.cap.5.& Polyd.l.5.*

RAMIRVS primus(qui decimus in Hiſpania poſt Arabum aduentum regnauit) cùm in Hiſpaniæ regno iam ex parte de Arabum manibus recepto , quia primogenitus erat, antelatus fuiſſet, ſponte ſua fratrem Gatſiam regni ſocium adſciuit,eùm plus apud eum in regni communicatione fraternus amor quàm ambitio poſſet, quæ non fratrum modò,ſed parentis quoque & filiorum extinguere caritatem ſolet. *Fulgoſus lib.5.cap.5.*

LVIBA Gothorum rex in Hiſpania,ſecundo regni ſui anno Lenogildum fratrem hæredem ac ſucceſſorem regni conſtituit, & aliquod tempus ante obitum, ſeruata ſibi tantum Narbonenſi prouincia,reliquis regni partibus ei ceſſit. *Idem.*

DAGOBERTVS I.Francorum rex, filios reliquit Sigebertum & Clodoueum,anno DCXLVI. Sigebertus maior(cum Dagobertus pater eadem in cauſa cedere minori fratri Ariberto iam olim in animum non induxiſſet) ipſe Auſtraſius opibus fouendis , Transrhenaniſque prouinciis in fide officio- G que continendis ac ab hoſte tuendis, modum cupiditati ſuæ ſtatuens, extetam Galliam fratri minori reliquit, gazæ tantùm paternæ tertiam partem ſibi dari voluit,reliquam matri fratrique conceſſit. *Æmilius l.1.*

LADISLAVS Hungariæ rex habebat ex fratre Geyſa nepotes duos,Colomannũ & Almum.Sed Almum magis amabat, propter placidos mores.Colomannũ ſacerdotio deſtinarat,vt dirum religione miteſceret ingenium:& Agrienſem Epiſcopum declarauit.Verùm Colomannus noctè in Poloniã effugit,Almus ex teſtamento Ladiſlaï defuncti ſucceſſor, Colomanno è Polonia redeunti regno ceſſit : ne primogenituræ fratrem iure defraudare videretur. *Bunfinius l.4.Decadis 2.*

VLADISLAVS Boemorum princeps Botiuorium fratrem, cui Henrici V.Cæſaris auctoritate in regno prælatus fuerat, longo tempore apud Polonos vagum & egentem,in participatum regni vltrò aſſumpſit , pactito eum eo ad hunc modum regno,vt partem illam Boëmiæ,quam Albis flomen di- H rimit meridiem verſus,ſibi retineret, alteram ad Septentrionem ſitam Botiuorio attribueret : eum eodem regimine ita communicato,vt non duos per partes, ſed vnum diceres regere vniuerſa,adeò mira inter fratres concordia , vniuſque conſenſus , tum in iuriſdictione vno tenore adminiſtranda inerat. Sed vix bienniũ ea concordia durauit , calumniatorum artibus labefactata. *Dubrauius l.11.*

BORSIVS Eſtenſis ,Ferrariæ dux,orthus,vt fratri Herculi legitimè nato Imperium reſtitueret,cœlebs vixit.

ALFONSVS Aragonius,cùm à Ferdinando parente iam moriente ob ætatis prærogatiuam ſibi regnum deferretur , ea tamen conditione , vt Ioanni fratri regionem Hiſpaniæ , quam Caſtellam appellant,traderet, conditionem à parente oblatam non tantùm æquo animo tulit , ſed ne fratrem offendere videretur , Ioanni totum parentis regnum obtulit. *Panorm.l.2.de Alfonſi rebus geſtis.*

Coniugia conciliare, Amori indulgere.

A IOSEPHVS Tobiæ F. qui Ptolomæo Euergeti cariſſimus fuit, & Iudæorũ princeps extitit, ex vna vxore procreauit ſeptẽ filios, ſuſcepit etiam Hyrcanum ex fratris Solymij filia, hac occaſione. Cùm aliquando veniſſet Alexãdriam cũ Solymio fratre, ducẽte ſecum filiam nobilem, vt eam ibi alicui nobili Iudæo nuptam traderet: cœnans cum rege, ingreſſam in conuiuium formoſam ſaltatriculam adamauit, ſoliſque fratri hoc indicauit, rogans, vt quandoquidẽ lege vetaretur habere rem cũ femina alienigena, ſubſeruiret ei, vt clam ea potiri poſſet. Frater verò libenter operam ſuam pollicitus, ornatam filiam ſuam noctu ad eum adduxit, & in lectum eius collocauit atque ita parùm ſobrius, per errorẽ cum fratris filia congreſſus eſt: & cùm hoc ſæpiùs feciſſet, magis etiã in amore accẽſus, conqueſtus eſt apud fratrem, quòd periculum eſſet, ne poſſet excutere amorem ſaltatriculæ, quam fortè rex nollet ei cedere. Tum Solymios ait, non eſſe opus, vt hac de re ſit anxius: licere enim ei frui amata muliere, atque etiam vxorem eam ducere: faſſus quòd maluerit filiæ fieri iniuriam, quàm fratrẽ tale dedecus in ſe admittere. Ioſephus collaudata tam fra-
B terna beneuolentia, vxorem duxit eius filiam: ex eáque genuit quem diximus Hyrcanum filium. *Ioſephus l. 12. c. 4. Antiq.*

MELAMPVS vates & medicus clariſſ. cùm frater eius Bias filiam Nerei Pero nomine deperiret, neque eam Neleus alicui dare vellet, niſi qui priùs Iphicli boues abegiſſet: Melampus hoc facinus aggreſſus, ab Iphiclo captus eſt. Sed poſtquàm Iphiclo imminentem ruinam tecti prædixit, ab eo vnà cum bobus dimiſſus, ad Neleum venit, & fratri Bianti vxorem Pero impetrauit. *Theocritus, & Diodorus.* Aliter *Pauſanias.* Tempore Anaxagoræ Argiuorum regis, is furor feminas inuaſit, vt cùm intra domeſticos parietes contineri non poſſent, per totum agrum palantes vagarentur. Inuentus tandem eſt Melampos Amythaonis F. à quo ſanatæ ſunt. Ei Anaxagoras ita gratiam retulit, vt æquis cum eo, fratréque Biante partibus regnum communicaret.

Liberare.

C CIMON Miltiadis F. Athenienſis, cùm pater eius litem æſtimatam populo ſoluere non potuiſſet, ob eamque cauſam in vinculis publicis deceſſiſſet: eadem cuſtodia tenebatur: neque legibus Athenienſium emitti poterat, niſi pecuniam qua pater multatus eſſet, ſoluiſſet. Habebat autem in matrimonio ſororem ſuam germanam Helpinicen, non magis amore, quã patrio more ductus: nam Athenienſibus licet eodem patre natas vxores ducere. Huius coniugij cupiditas Callias quidam, non tam generoſus, quàm pecunioſus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat, egit cum Cimone, vt eam ſibi vxorem daret: id ſi impetraſſet, ſe pro illo pecuniam ſoluturum. Is cùm talem conditionem aſpernaretur, Helpinice negauit ſe paſſuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam prohibere poſſet: ſeque Calliæ nupturam, ſi ea quæ pollicitus eſſet, præſtitiſſet. Tali modo cuſtodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum peruenit. *Probus in Cimone.*

ISAACVS ANGELVS fratrem Alexium captum a Turcis magno redemit. A quo poſtea per dolum captus, luminibúſque priuatus, & in cuſtodiam coniectus eſt. *Volat. l. 23. Anthrop.*

OLAVS, à D. Canuto fratre Danorum rege, ob affectatum regnum in Flandriam relegatus fuerat. Cæſo inde Canuto
D cùm Dani Olaum elegiſſent. Nicolaus frater (qui pòſt Erico fratri in regno ſucceſſit) vadem ſe pro redemptione eius obtulit. *Saxo l. 12.*

Ingens Cicbi Ordelaphi Foroliuienſis fraternus amor fuit erga fratrem ſuum Scampettam, qui captiuus in regis Roberti in manu in Caſtricari arce cuſtodiebatur, cùm Foroliuij quoque vrbem idem rex obtineret. Itaque vinario vaſe latens Cicbus, eorum in vrbem, bubulco rem ignorante, deductus, amicorúmque ope adiutus, per hunc modum vrbe potitus, magno auri pondere fratrem redemit, atque ei ſtatim vrbis principatum reſtituit. Quantum ei Pinus frater diſſimilis fuit? qui anno Sal. M.CCCCLXXVI. Cicho fratre principatu deiecto cauſa fuit, vt Foroliuienſis res in exterorum manus perueniret. *Fulgoſus l. 5. c. 5.*

Exhæredationi acquieſcere.

POMPEIVS RHEGINVS, vir Tranſalpinæ regionis, cùm teſtamento fratris præteritus eſſet, ad coarguendam iniquitatem eius binas tabulas teſtamentorum ſuorum in comitio inciſas, habita vtriuſque ordinis maxima frequentia, recitauit: in quibus magna ex parte hæres frater erat ſcriptus, prælegebatur-

que ei centies & quinquagies ſeſtertiûm. Multùm ac diu inter E alienantes indignationi ſuæ amicos queſtos, quod ad haſtæ iudicium attinuit, cineres fratris quietos eſſe paſſus eſt: & erant ab eo inſtituti hæredes, neque ſanguini Rhegino pares, neque proximi, ſed & alieni & humiles, vt non ſolùm flagitioſum ſilentium, ſed etiam prælatio contumelioſa videri poſſet. *Val. l. 7. cap. 8.*

Fortunas, Hæreditatem communicare.

ATHENODORO frater fuit natu maior, Zeno nomine, qui magna ex parte rem familiarem procurator fiſci decoxit: denique ob raptum mulieris iudicatus, bonisque ſuis eſt multatus, quæ in publicum addicta fuẽre. Erat etiam tum adoleſcens imberbis Athenodotus. Hic vendita, quæ fuerant ei attributa, bonorum portione, non abiecit fratrem, ſed poſuit omnia in medio, diuiſitque, ac magna iniuria in partitione affectus, non indignè tulit, neque pœnituit eum facti, ſed placidè & leniter fratris amentiam tulit, quæ per Græciam fuit diuulgata. *Plut. de Pietate erga fratres.*

Iniuriam illatam vlciſci.

AGAMEMNON Menelaum fratrem tanto proſecutus eſt amore, vt vniuerſam Græciam pro repetenda eius coniuge F Helena a Paride rapta armarit, & decennali obſidione Ilium tandem expugnarit. *Sabellicus lib. 3. cap. 7. & Egnat. lib. 5. cap. 5.*

HIPPARCHVS tyrannus Athenienſium ab Harmodio & Ariſtogitone interfectus eſt eò, quòd ſororem Harmodij, ad ferendum Deo caniſtrum more patrio, in Panathenaicis admittere noluiſſet. *Ælianus lib. 11. Var. hiſt.*

Mortuos honorare, ſepelire.

ANTIGONE Oedipi F. contra Creontis edictum impium ſepelire fratrem Polynicem voluit, neglecto mortis periculo; *apud Eurip. in Phœniſſis*, inquiens:

Ἀλλ' εὐκλεές τοι δύο φίλω κεῖσθαι πέλας.

Nempe glorioſum erit, duos amicos iacẽre propè.

—— *fratrem Thebana peremptum*
Suppoſuit tumulo, rege vetante, ſoror. Ouid. l. 3. Triſt.

MEMNON Æthiopum rex ad Troiam cæſus à Græcis, ducẽ G Paliante cum omni theſauro Paphum deportatus eſt. Hemera Memnonis ſoror, ad inueſtigandum cadauer fratris profecta, poſtquàm reliquias reperit, interceptam prædam quoque recipere cupiens interceſſu Phœnicum, qui in eo exercitu plurimi fuerant, optionem rerum omnium, ac ſeorſum fratris accepit, prælataque ſanguinis affectione, recepta vna Phœnicem nauigauit, theſauro relicto. Delata dein ad regionem Phalonem nomine, ſepultiſque fratris reliquiis: nuſquam comparuit, ſiue poſt occaſum Solis cum matre Hemera è conſpectu hominum exceſſit: ſiue ſupra modum dolore affecta fraternæ mortis, vltrò præceps ierit: ſiue ab incolis prædæ auidis, circumuenta interierit. *Dictys l. 6.*

SMERDIS fratris à Cambyſe fratre interfecti interitum, ſoror lugens, ſibiipſi mortem conciliauit. Eo enim nomine & ipſa à Cambyſe interfecta fuit: *Herod. l. 3. & Iuſtinus.*

ANTIOCHVS bellum gerebat de regno cum Seleuco fratre maiore natu, genitricíſque fultus erat ope. Flagrante bello ſigna Seleucus cum Galatis contulit, ſuperatuſque nuſquam comparabat, ſed vniuerſo à barbaris deleto eius exercitu pro mortuo habebatur. Quod vt eſt ad Antiochum allatum, depoſita purpura veſtem pullam ſumpſit, clauſáque regia luxit H fratrem. Mox accepto incolumem eſſe, atque alias copias ab eo ſcribi: progreſſus eſt ad habendum diis honorem, ciuitatibúſque ſibi parentibus præcepit, vt diis immolarent, ac coronas ſumerent. *Plut. de Pietate erga frat. & in regum Apoph.*

M. FABIVS conſul, inclyta pugna Hetruſcis & Veientibus ſuperatis, delatum ſibi ſummo Senatus populique ſtudio triumphum ducere non ſuſtinuit, quia eo prælio. Q. Fabius frater eius conſularis fortiſſimè dimicans occiderat. *Valer. lib. 5. cap. 5.*

ALFONSVS Aragonius in obſidione Neapolitana, cùm audiſſet Petrum fratrem, quem propter ſingulares animi & corporis dotes, ſupra fraternum affectum diligebat, globo tormentario ictum occubuiſſe: vt viſeret maturauit, exanimem multis piiſq; cum lacrymis exoſculatus: mox in arcem ſuã, quam Oui vocant, tantiſper efferendum curauit, donec iuſta apparatu regio, quod poſtea fecit, perſoluere liceret. *Panorm. l. 3. de Rebus geſtis Alfonſi.* Memini me, inquit Viues, Valentiæ de ſenibus noſtris crebrò audiuiſſe, Alfonſum regno Neapolitano poſt tot labores potitum, non ita gaudere ſolitũ, quod factus

A eſſet voti compos, quàm mœrore fratris in obſidione occiſi morte, quem propè ſua ipſius vita, regno ſine dubio, multò habebat chariorem. *L.Viues de Concord.& diſcord. l.3.*

FIDES ERGA QVOSCVNQVE ALIOS, QVI Fratrum loco c[illegible]ri poſſunt Conſanguineos, Co[illegible]ſobrinos, Patrueles.

Booz Noëmi filius, Ruth viro defuncto propinquo ſuo, ducta Ruth, ſemen excitare voluit. *Ruth.3. & 4. & Ioſeph. Antiq.l.5.cap.14.*

VALENTINIANVS filius Conſtantij Cæſaris & Placidæ, ſororis Honorij & Arcadij, mortuo patre, cum matre ſua Placida ac ſorore Honoria, ab Honorio Imp. Auguſto pulſus ob ſuſpicionem ab vrbe, peruenit ad Theodoſium Iuniorem conſobrinum Conſtantinopolim, ab eóque honorificè ſuſceptus eſt. Quinimò intellecta Honorij morte, reſtitutus ab eo in Imperium, acclamatione totius Italiæ Auguſtus eſt ab Auguſto appellatus, interfecto ac trucidato Ioanne tyranno qui Imperium Rauennæ arripuerat. *Cuſpin.A.D.*

FIDES MARITORVM ERGA VXORES HONORANDO. IN PRÆSTATVR Non infamando.

B MARIAM VIRGINEM deſponſatam ſibi Ioſeph prægnantem eſſe cognouit. Noluit tamen eam traducere, ne ſecundùm leges lapidibus obrueretur: ſed clàm eam relinquere voluit. In ſomnis autem ab angelo monitus, non criminis, ſed benedictionis, diuinæ eum eſſe fœtum, qui maritus nomine erat, reipſa diuini partus cuſtos effectus eſt. *Matth.1.* Etſi *D.Bernard.Homil.2.ſuper Miſſus eſt*, ex ſanctorum Patrum quorundam ſententia, propter diuinæ præſentiæ myſterium, quod alloqui non poterat, illum, quia iuſtus erat, hoc eſt, Deum timens, & dignitate tanta ſe indignum iudicans, voluiſſe Mariam relinquere putet: quemadmodum Petrus Dominum à ſe repulerit: Exi à me, inquiens, quia homo peccator ſum, & centurio indignum ſe iudicauerit, cuius tectum ſubiret, & Elizabetha indignam ſe iudicauit, quam mater Domini conueniret.

CASTITATEM TVENDO.

LAIS meretrix cùm Eubatam Cyrenenſem aſpexiſſet; ardentiſſimo in eum amore cœpit flagrare, de contrahendis inter ſe nuptiis ſermonem ei detulit. At ille metuens eius in-
C ſidias, dixit ſe id facturum. Non tamen rem cum ea habuit Eubatas, ſed cautè ſe geſſit. Sponſio verò his conditionibus facta eſt, vt poſt ludos certaménque rata deberet eſſe. Cùm igitur victor abiret à certamine, ne conuentis non ſtetiſſe videretur, pictam Laidis imaginem deportauit ſecum Cyrenam: inquiens ſe Laidem ducere. Quam ob cauſam vxor eius maximam ſtatuam Cyrene ponendam curauit, ſic remunerans ipſius caſtitatem. *Ælianus l.10.Var.hiſt.*

CONSTANTINVS Monomachus, cùm peregrè in morbum incidiſſet, & à medicis moneretur, vt conſuetudine mulieris morbum leuaret: negauit ſe cum vlla femina, præterquam cum ſua vxore rem habiturum. *Zonar. 3.*

OBEDIENDO.

Interfecto apro Calydonio, Meleager Oenei F. primam eius necati gloriam ſibi tribuebat. Auunculi repugnabant. Itaque magnum certamen inter Curetes & Ætolos excitatum eſt, vt inquit *Homerus Iliad.1.*

Αυφ. σοὶ αιαλλῆ ωσι διφυᾶτε λαχρύνετε.

Sedebat in cubiculo Meleager iratus ſibi & ſuis. Curetes, quibus bellū erat cum Calydonibus, vrbem aggreſſi, ingenti
D eam oppugnatione vexabant: nec ſpes erat iam ampliùs reliqua. Accurrūt ad Meleagrum ſenes & primores ciuium, illius vires ac manus implorantes: adſunt ſacerdotes, pollicētur ampliſſimam operæ mercedem. Illis contemptis ac ſpretis, accedit ſenex Oeneus: nec cunctatur, vt duriorem filium flecteret, genua eius ſupplex amplecti. Accedit mater, ab ira in preces atque obſecrationes verſa. Sorores & ſodales iucundiſſimi, quibus cum gratiſſimam ætatis partem tranſegerat, orans & obteſtantur, ne ſe in vltimo deſerat diſcrimine. Perſtat in propoſito ferox animus. Interea cùm hoſtes irrupiſſent, trepida ſe infert Cleopatra coniux: Succurre quæſo, mi vir, occidimur (inquit) niſi ſuccurris: hoſtis poſſidet omnia. Huius vnius vocibus & periculo permotus, ſumit arma, & pulſis hoſtibus, poſtremò excidio vrbem ac ciues eripuit. Videlicet heros ille magnanimus, quam naturæ legem nunquam vel legerat, vel audierat, impreſſam habebat in pectore, ac infixam præcordiis, qua ſciebat, vxorem eſſe ſeipſum: alios omnes, etſi magnam e[illegible] pietate neceſſitatem imponentes, extra ipſam
E tamen e[illegible] coniugem verò ea eſſe caritate conciliatum con- E
iu[illegible] eo nexu coniunctum, vt multa in coniugi[illegible] gratiam non [illegible] ac recuſet, quæ vel ſibimet ipſe recuſaret. *Lud. Viues de officio Mariti, ex Homeri Iliade.*

AMANDO.

☞ *Vide Tit. de Amore.*

FIDES VXORVM ERGA MARITOS.

IN GENERE.

I[illegible] Auguſti, cùm a quodam interrogaretur, quomodo Auguſtum obtinuiſſet: reſpondit, Diligenter & prudenter agere [illegible] ſummum ſtudium adhibui, vt omnia facerem ex animo Auguſti: nec curioſe perquiſiui quicquam eorum, quæ is faceret, ſimulans, ne amores eius neque audire, neque ſentire. *Cuſpinianus A.D.*

OCTAVIA Cæſaris Octauij ſoror, C.Marcelli vidua, M.Antonio nupta, fratrem cum marito non ſemel reconciliauit, & bellorum ciuilium ſemina, quantum in ſe fuit, ſopire ſtuduit. Iam cùm Antonius Cleopatræ amoribus irretitus, Octauiam (quæ & ætate & forma & morum grauitate Cleopatra longè præſtabat) Athenas vſque ſibi cum muneribus obuiam
F progreſſam, domum redire iuſſiſſet: eam tam indignè ludibrio habeti ægrè ferens Cæſar, domum ſuam iuſſit migrare. Sed F
negauit illa domum ſe viri relicturam. Orauit etiam eum, niſi aliis de cauſis ſumere in Antonium decreuiſſet arma, ne moueretur rebus ſuis. Nam & infame auditu fore, ſummorum Imperatorum alterum ob mulieris amorem, ob æmulationem alterum, bello ciuili populum Romanum implicare. Dicta rebus ipſis magis confirmauit. Nam domi illius, vt ſi præſens ſit, habitauit: & liberorum eius non modò ex ſe, ſed ex Fuluia quoque editorum honeſtam & magnificam curam egit. Amicos item Antonij, qui ad honores petendos vel negotiorum cauſa mittebantur, excepit, fuitque iis præſtò ad impetrāda à Cæſare, quæ poſtulabant. Bello tandem exorto inter Cæſarem & Antonium, cùm Antonius Romam miſiſſet certos, Octauiam qui domo ſua pellerent, exiſſe memorant eam trahentem ſecum omnes Antonij liberos, præter natu maximum Antyllium ex Fuluia genitum. Ille enim agebat apud parentem. Plorabat illa & lamentabatur, quòd vnà ex belli cauſis ipſa quoque videretur. Populum verò Ro-
G manum miſerebat non ita illius, vt Antonij, atque impenſiùs G
eos, qui Cleopatram viderant neque forma Octauiæ, neque ætatis flore præcellentem. *Plut.in Antonio.*

IN SPECIE NEMPE HONORANDO. Huc pertinet Marito *Dignitatem conferre, augere.*

Vxor Maximiliani Cæſaris Maria, quum ea Gallia Belgica patris Caroli Burgundi hæreditate obueniſſet, & ſubditi Max. contempto, ad Mariam tanquam principem de rebus omnibus ditionis referrent: nihil illa pro poteſtate vnquam ſtatuit inconſulto viro, cuius voluntatem ſemper pro lege habuit: & poterat abſque mala viri gratia omnia adminiſtrare ſola pro arbitrio, nihil non permittente Maximiliano. Ita Maria virum in maximam auctoritatem breui adduxit, ditióque audientior fuit principibus geminata reuerentia, & quaſi vtriuſque maieſtate ab altero fulta & ſuſtentata. *Ludou.Viues de Christiana fœmina, l.2.*

Non præferre ſe.

CORNELIA Scipionis filia quum in domum veniſſet amplam illum quidem, multiſque claram honoribus, ſed ple-
H beiam tamen, & quæ cum paterna comparāda non eſſet: ipſa H
ea Cornelia gente, Romæ omnium facilè principe, & ea ex gente familia primaria Scipionū, filia Scipionis illius Aphricæ domitoris, principis Senatus populi Rom. & omnium gentium, filia Tertiæ Æmiliæ, ex Æmilio genere Romæ & toto orbe illuſtriſſimo, tanta maiorum omnium & paternorū & maternorum gloria, claritate ſtemmatis: maluit tamen ſemper Cornelia Gracchi nominari, quàm Scipionis: itaque etiam pleriſque, qui honoris, vt putabant, gratia Scipionia cognominabant. *Ludou.Viues de Chriſtiana femina l.2.*

Iure ciuili mariti dignitatem tribuunt feminis, non patres, ita vt Clariſſimæ non appellentur, quæ clariſſimis ortæ patribus, plebeis nupſerunt. Declararunt hoc patriciæ mulieres Romanæ, quæ Virginiam patriciis ortam parentibus, quia plebeio denupſerat, ſacello Pudicitiæ patriciæ exegerūt, plebeiā eſſe dictantes, non patriciam, neque id ipſa inficiata eſt: nec pudori ſe eſſe plebeiam duxit, nec præ illorum patriciatu plebem

A plebem ſuam contempſit , nec erubuit vocari Virgioia L. Volumnij. *Idem.*

Studia probare.

ANDROMACHEN Hectoris coniugem memoriæ mandatum eſt , ipſam ſuis manibus fœnum & auenam Hectoris equis præbuiſſe , quòd maritus illis delectaretur , & in bellorum vſum accuratiſſimè ac indulgenter aleret. *Ludouicus Vines de Chriſtiana fœmina lib.*2.

CÆCILIVS Plinius amaſſe Vaorem ſe vnicè moltis epiſtolis ſuis declarat,inter quas eſt quædam ad Hiſpulam vaoris amitam,quæ illã educarat,his literis tum agit illi gratias,quòd talem formarit puellam : tum cauſam,cur tantopere vxorem amet,aperit,ſic de illa ſcribẽs:Amat me,quod caſtitatis indicium eſt:accedit his ſtudium literarum,quod ea mei caritate concepit.Meos libellos habet,lectitat,ediſcit etiam.Qua illa ſolicitudine,quum videor acturus:quanto,quum egi,gaudio afficitur?Diſponit qui nunciẽt ſibi,quem aſſenſum,quos clamores excitarim,quem euentũ iudicij tulerim.Eadẽ,ſi quando recito,in proximũ diſcreta velo,ſedet, laudéſque noſtras auidiſſimis auribus excipit. Verſus quidem meos cantat,for-
B mátque cithara,non artifice aliquo docente, ſed amore, qui magiſter eſt optimus. *Lud.Vines de Chriſtiana fœmina lib.*2.

Quum Luteriæ Pariſiorum eſſem,inquit *Vines lib.2.de fœm. Chriſt.* conueniſſémque Gulielmum Budæum domi ſuæ,prætetiiſſétque per impluuium,quã non deambulabamus, Vxor eius formoſiſſima,& quæ(quantũ ex facie & totius corporis habitu planè heroino coniectare poteram)proba cùm primis & prudens mihi materfamilias viſa eſt:vbi maritum ea, quã decebat,reuerentia,me etiam comiter atque honorificè ſalutaſſet,togaui ex illo,num eſſet eius coniux. Hæc eſt,inquit, coniux mea,quæ mihi ſic morem gerit,vt oon tractet negligentiùs libros meos, quàm liberos,quòd videat me ſtudioſiſſimum:in quo hæc mea ſententia maiorem etiam laudem meretur,quàm Pliniana,quòd literas neſcit,quum illa ſciret.

Fecunt fuiſſe in Sicilia Feminam primariam,memoria patrum; quæ ſedulò animum aduerteret , quid famuli ſui agerent gratum domino,idque ipſa deinde exæquebatur. Mandabat verò illis,quæ forent ſubaſpera & ſubmoleſta.*Lud.Vines de Chriſtiana fœmina lib.*2.

C *Caſtitatem ſeruare.*

☞ Conſule Tit. Caſtitatis coniugalis. Illic ſtudium Caſtitatis in ſuo corpore , hic Fidei erga coniugem ratio habetur,

PENELOPE tanto amore Vlyſſem maritum proſequuta eſt, vt eo abſente per annos viginti caſtitatem ſeruauerit impollutam,nulliſque procorum blandimentis ſuccubuerit. *Homerus in Odyſſea.*

MARSIPPA, vt ſcriptores Græci tradunt, Idam maritum, hominem mortalem,Apollini Deo (vt credebant) immortali prætulit. *Vines lib.*2.

Tanta fuit Agrippina Germanici vaor opinione caſtitatis, propter amorem coniugis , vt Tiberius Cæſar , quum eam eiuſque filios ob odium criminaretur , quò illos prætextu aliquo perderet , & Neroni Agrippinæ filio impudicitiam obiiceret,hoc in mulierem,quum alia diaiſſet atrocia,ne fingere quidem ſit auſus.*Lud.Vines de Chriſtiana fœmina lib.*2.

Memoriam conſeruare.

ANDROMACHE dum captiua abducitur à Neoptolemo
D Achillis eius filio, qui Hectorem interfecerat, mariti tamen prioris nunquam poterat obliuiſci , *apud Euripidem in Troadibus,* inquiens :

Καί τοι λέγουσιν, ὡς μί᾽ εὐφρόνη χαλᾷ
τὸ δυσμενὲς γυναικὸς ἐς ἀνδρὸς λέχος.
ἀπέπτυσ᾽ αὐτὴν ἥτις ἄνδρα τὸν πάρος
καινοῖσι λέκτροις ἀποβαλοῦσ᾽, ἄλλον φιλεῖ.

Atqui dicunt , quod vna voa reſoluit inimicitiam mulieris erga virum. Abominor eam, quæ maritum priorem ob nouos lectos reiiciens, aliam amat.

In viduitate permanere.

DEMOTIONIS Areopagitæ Filia Leoſthenẽ ſponſo mortuo, negauit ſe alteri nupturam , eò quòd adulterum acciperet, non maritum. Illum enim etſi defunctum,ſibi tamen adhuc viuum maritum eſſe. *D.Hieronymus ad Iouinianum.*

VALERIA maior , Meſſalarum fratrum ſoror , cùm vidua ſollicitaretur,vt viro nuberet : reſpondit, Seruium(qui eius maritus fuerat) apud ſe adhuc viuere,qui apud alios omnes mortuus videretur. *Fulg.lib.4.cap.6.*

ANNIA Romana,hortante quodã,vt vidua iuuenis formoſáque iterũ nuberet:reſpondit,Nolle,ſi enim bonũ cooiugem, E
vt primũ,habere contigiſſet,perpetua,ne eũ amitteret,moleſtia torqueri:quòd ſi cõtrà in malum incidiſſet virũ,nimiùm graue ſemper habituram illud malum, quod nulla neceſſitate cogente ſibi ipſa peperiſſet.*Fulgoſ li*[illegible]*.6.& Egnatius eodem.*

Apud priſcos Germanos ſemel cum nupta trãſigebatur,cũ qua ſeneſcendum erat,neque à viro diuertere,neq; poſt obitũ alteri nubere permittebatur. *Alexand.lib.4.cap.8.ex Tacito.*

OBEDIENDO, INDVLGERE
MARITORVM
CONSILIIS , PLACITIS , IVSSIS.

SARA vaor Abrahæ, obediebat marito, & dominum eum vocabat. *Geneſ.*18.

Bello quod Phocenſibus cum Theſſalis fuit,quum Theſſali Phocenſium fines cum ingenti exercitu ingreſſi eſſent, Daiphantus ſummus Phocẽſium magiſtratus ad populum tulit, vt magna & valida coacta manu obuiã hoſtibus prodiretur, pueros verò & ſenes & coniugẽs reliquamque imbellẽ turbam in ſecretiorem aliquem locum includerent, magna eodem lignorum & ſtipularum congeſtã vi,vt ſi victi eſſent illi
F ſe ſtatim ſubiecto igne concremarẽt.Quum frequens populus hoc decerneret, ſurrexit grandior quidãm natu,qui ſententiam feminarum ſuper ea re ſciſcitandam cenſuit:ſi conſentirẽnt , ita fieret : ſin quid ſecus,iniquum eſſe id ſtatuere, illis inultis. Interrogatæ ſunt mulieres,quæ vniuerſæ conſilio inter ſe capto ; approbare ſe Daiphanti legem reſponderunt,quinetiam agere illi gratias maaimas,qui optimè & ciuitati proſpexiſſet,& ſaluti ſuæ. Ergo in ſecretiorem quendam locum ex mente abductæ ſunt.Phocenſes tamen vt tanta feminarum pudicitia merebantur , ſuperiores domum è bello redierunt.*Ludouicus Vines de Chriſtiana femina,lib.*2.

AMORIBVS.

ANDROMACHE ad Hermionem,quomodo ipſa affecta fuerit erga primum ſuum maritum Hectorem , *apud Eurip. in Andromacha* ſic ait :

Ὦ φίλταθ᾽ Ἕκτορ, ἀλλ᾽ ἐγὼ τὴν σὴν χάριν
σοὶ καὶ ξυνήρων, εἴ τί σε σφάλλοι Κύπρις.
καὶ μαστὸν ἤδη πολλάκις νόθοισι σοῖς
ἐπέσχον, ἵνα σοι μηδὲν ἐνδοίην πικρόν·
G *καὶ ταῦτα δρῶσα, τῇ ἀρετῇ προσηγόμην πόσιν.—*

O chariſſime Hectoc,ergo certè io tuã gratiam, etiã vnà tecum amabam,ſi te errare fecisset Venus:& mammam iam ſæpius ſpuriis eius præbui , ne tibi quam attribuerem moleſtiam:Et hæc peragens, mea virtute mihi conciliaui maritũ.

Tertia Æmiliæ,prioris Africani coniua,cùm marito vnam ex ancillulis ſuis placere ſenſiſſet,rem diſſimulauit,ne domitorem orbis,ac populi ſui principem,incontinentiæ damnare videretur : & ſeſe impatientiæ ; quæ iniuriam coniugis, maaimi ætate ſua viri,ferre nequiuiſſet , ac ne vulnus aliquod læſi animi aluiſſe in pectore crederetur , marito mortuo; ancillam illam pellicem ſuam , honeſto liberti ſui connubio proſecuta eſt, ratã,ſi quis noſtrarum rerum apud vitã functos eſt ſenſus, & hoc quoque mariti manibus gratiſſimum futurum. Sapientiſſima femioa non ignorabat,ſe vxorem,ſe dominam eſſe,quocunque vir ſuus diuertiſſet : ſi mariti concubinus alteri inuideret,hoc libidinis eſſe,noo amoris. *Lud.Vines de femina Chriſtiana lib.*2.

Narrat Viues nobilis Matronæ ſibi notæ factum nobiliſſi- H
mum , quæ cùm maritum haberet amore alienæ vaoris captum,itatéq; ad illam quotidie viderer,inter virum & fratrẽs illius inſidiantẽs præſentiſſimo eom periculo,maritũ aggreſſa:Tu,inquit,mi vir,ab amore iſto illicito diuelli non potes, nec ego abs te id contendo. Solùm oro,ne eum tanto vitæ, diſcrimioe ames,Illa ſe velle ſequi te ait,duc in arcem tuam, ego vnã ædium partem illi cedam,& ſororis inſtar apud me erit, quod ſi aliud ſceleris, me potius domo eaturbato, illa retẽta.Perſuaſit marito & ecce inducitur in arcẽ pellea,metuens tamen vaorem amatoris. Quæ blandè eam excipiens, diſſimolato animi rancore, in meliori parte domus collocauit , marito fruendam permiſit, nec aliter quam ſi germana eius foret,tractari iuſſit. Atq; ad maritum ingreſſa,nunc inquit,amabis tutius,& fruère ſecurius.Itaq; anno integro vir ab vaore ſua tenella & formoſa abſtinuit, pellice ea vſus & abuſus. Interim vaor dolorẽ concoquere,ad Deum prò animæ mariti ſalute & meliori mente confugere, apud neminem tamen aut conqueri,aut indignari. Anno euoluto,ma-

A ritus ad vxorem conuerſus, pellicem eane pœnis & angue capit odiſſe, eaque pulſa totum amorem tranſtulit ad vxorem, ſic vt in ea animum, vitam, & ſpiritum ſuum eſſe prædicaret. *Lud.Vines lib.2.de fœm.Chriſt.*

☞ *Quære pleraque in Titulo de Amore.*

FIDES IN A[illegible]ITAT[illegible] IVNCTOS.

Gvilielmvs Campilamperius Pata[illegible]nu[illegible] nobiliſſ. falsò occultæ proditionis inſimulatus, [illegible] A[illegible]c[illegible]l[illegible]no tyranno auunculo ſuo comprehenſus, & diuturno [illegible]arce[illegible] afflictu[illegible], Patauij tandem in foro publ[illegible]ce decollatu[illegible] atque ibi inhumatus canibus derelictus. Daria Baonia nobiliſſ. comit[illegible] vnà cum Maria ſua ea Gerardo Camp[illegible]imperio filia, diſcerpti cadaueris reliquias collegi[illegible] [illegible]lud no[illegible]tu multis luminibus cum tacito comitatu ancillarum & ſeruorum in cœmeterio D. Antonij confeſſoris ſepulturæ dedit anno MCCL. Extat vicus in montibus Euganeis, qui de huius nomine Vallis dominæ Dariæ appellatur. *Bern.Scard.lib.3.hiſt.Patau.*

FIDES DOMINORVM ERGA SERVOS.

☞ *Conſule Titulum, Amor dominorum erga ſeruos.*

B Cùm peſtifera ſeditione Syracuſarum, tota regis Gelonis ſtirps, atrocissimis exhauſta cladibus, ad vnicam filiam Harmoniam virginem eſſet redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix eius æqualem illi puellam regio cultu ornatam hoſtilibus gladiis obiecit. Quæ cùm neque ferro petita, cuius eſſet conditionis, edere vellet, admirata illius animum Harmonia, tantæ fidei ſupereſſe non ſuſtinuit, reuocatoſque interſectores, profeſſa quænam eſſet, in cædem ſuam conuertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas aperta finis vitæ fuit. *Val.lib.3.cap.2.*

Famulus, deplorans Alceſtidem vxorem Admeti, dominam ſuam, mortuam, *apud Eurip. in Alceſtide,* ſic ait:

—— [illegible]
[illegible]
[illegible]

Ea mihi omnibuſque famulis fuit mater, malis enim ab infinitis liberauit, iras placans mariti.

Athenienses lege ſanxerunt, vt ſeruorum etiam iniuriæ audirentur & accuſationes. Idcirco Hyperides Rhetor in oratione contra Mantitheum, Iniuriarum, verberumque

C actionem, inquit, non ſolùm liberis conceſſerunt: verumetiam ſeruis, ſi quis eorum corpora iniuria affeciſſet. *Athen. lib.6.cap.7.*

Apud Rom. menſe Martio (qui primus erat, ex Romuli inſtituto) ſeruis cœnas apponebant matronæ, vt domini Saturnalibus, menſe Decembri: illæ, vt principio anni ad promptum obſequium honore ſeruos inuitarent: hi quia gratiam perfecti operis exſoluerunt. *Macrob. lib.1. Saturn. cap.12.*

C. Plotivs Plancus, cùm à Triumuiris proſcriptus in regione Salernitana latêret, odore vnguenti proditus, comprehenſos ſeruos dominum celantes in tormentis eſſe diu minimè ſuſtinuit, ſed ſeſe ſponte manifeſtauit. *Valerius lib.6. cap.8.* Plotinum vocat.

Mavritivs Imp. à Phoca captus, cùm iamiam eſſet cum omnibus ſuis liberis occidendus, & nutrix Imperatoris filio parens, ſuum cædi obieciſſet: ille nutricis puerum liberauit, non ſuum, ſed nutricis eum filium eſſe fatendo. *Nicephor. lib.18.cap.38.& Cedrenus.*

Iacobvs III. Scotorum rex, dum placere omnibus cupit ſine delectu nonnullos infimæ plebis homines ad honores in

D aula maximos euehit, præcipuos in vniuerſo regno valde commouit. Coniurationis principes erant duo regis fratres germani, Alexander Albaniæ dux, & Ioannes natu minimus Mariæ comes. Verùm hoc à ſicariis cæſo, illum in arce Edinburgenſi cuſtodia arctiſſ. aliquot menſibus captiuum habuit. Alexander igitur vitæ metuens, è lodice conſciſſo funem contexit, & explorandæ tum firmitatis tum longitudinis cauſa puerum, qui ſibi aderat vnicus, per eum demittit. Puer cùm neque rupem poſſet attingere, neque ſurſum retrahi, delaſſatus tandem, & in rupem delapſus, crura perfregit: herum ſubmiſſa voce monens, vt funi aliquantum ſuperaddat. Cui cùm paruiſſet, abſque noxa deſcendit, & puerum grauiter ſaucium per rupis crepidinem in conuallem promouit. Inde elatum in humeros ad Letham portum ad duo ferè milliaria geſtauit, & cymba in arcem Doumbar deuexit: inde in Galliam fugit. *Appendix hiſt. Scotorum.*

SERVORVM ET ANCILLARVM FIDES erga Dominos. Quando E

HONOREM EXHIBENT

Castitatem T[illegible]rgoo.

Io[illegible]pu I[illegible]rac[illegible]is filius, in Putipharem, apud quem ſeruiuit, fide [illegible]t[illegible] A quo in Ægypto emptu[illegible], ſtuprique ab eius vxore ſæpiu[illegible] appellatus, in carcere & vinc[illegible]lis eſſe maluit, quam her[illegible] [illegible]dom[illegible]m adulterio polluere. *Sab.lib.3.[illegible].8.ex Gen.39.*

C[illegible]n Sardiani Smyrnæos debellarent, nec bel[illegible]i finem fore dicerent, donec Smyrnæi vxores ad coitum mitterent hoſtibus honeſta quædam Ancilla conſilium dedit ciuibus vt ancil[illegible]s ornatu liberali mitterent, & hoſtes Veneri operam dant[illegible] opprimerent. Quod factum cùm pro voto ſucceſſiſſet, apud Smyrnæos feſtum Dionæ inſtituerunt, quod Liberalia vocant: in quo feſto anci[illegible]læ dominarum ornamenta geſtant, ad perpetuam huius facti memoriam. *Ex Doſitheo lib. 3.rerum Lydiarum.Plut.in Parallelis.*

Antspomarvs Gallorum regulus, cum Rom. bello vrgeret, non ante ceſſaturum ſe affirmauit, quàm coniuges ſuas ad coitum expoſuiſſent. Ancillarum itaque conſilio ſeruas miſerunt. Retana autem, quæ conſilium dederat, per caprificum

F muros aſcendens, conſulibus ſignum dedit, tempus inuadendi hoſtes adeſſe. Irruentes igitur Romani, partim laſſos venere barbaros, partim ſomno ſepultos, trucidarunt omnes, & victores ſine puluere euaſerunt. Vnde ad rei memoriam inſtitutus dies feſtus, quem diem Ancillarum appellarunt. *Ex Ariſtide Mileſio lib.1.rerum Ital.Plut.in Parallelis.*

Cùm Vrbe capta eiecti Galli à Camillo eſſent, neque facilè ciuitas ita accisis viribus ſe colligeret, multi nominis Latini duce Liuio Poſthumio Fidenatiū dictatore vrbem Romã infeſti bello petiêre. Hic caſtra in conſpectu vrbis metatus, per caduceatorē ſignificauit Latinos in animo habere exoleſcentem iam veterem neceſſitudinem & propinquitatem inſtaurare, vtraque gente nouis denuò conglutinata nuptiis. Si igitur bonum numerū mitterent virginum viduarúmque pacem & amicitiam habituros, vti ſimul ea cauſa habuiſſent cum Sabinis. His auditis Romani, etſi à bello abhorrerent, feminarū deditionem tamen nihilo ducebant captiuitate potiorem. Hæſitātibus ancilla Philotis, vel vt alij volunt Tutola nomine, vtrumque diſſuaſit. Suggeſſit autem dolum, vt ſimul & bellum declinarent, nec darent obſides. Eius hoc fuit G commentum, vt ipſam vnâque præſtantes forma ancillas ad hoſtes bene cultas mitterēt pro ingenuis. Iam ſi ſignum ipſa face daret, Romani adorirentur armati ſopitos, trucidarentque. Ita actum eſt, deceptis Latinis. Facem Philotis extulit ex caprifico, ſtragulis & tapetibus à tergo, vt falleret lumen hoſtem, & Romanis conſpicuum eſſet abiectis. Vt ſignum conſpexerunt, citato gradu confeſtim extulerunt ſe maturandi cauſa ad portas, ſe mutuò cohortantes ſubinde. Ita hoſtes adorti, nec opinantes fuderunt eos. In cuius victoriæ memoriam, feſtum celebrant, ac Capratinæ vocantur Nonæ, à caprifico (quamvis alij à Caprea palude, ad quam Nonis Quintil. diſparuit Romulus.) Inuitant feminas extra vrbem ficē ramis inumbratas. Coactæ ancillæ circumcurrunt luduntque, mox verberibus & lapidibus inter ſe præliantur: vt quæ in certamine etiam præſtò pugnantibus Romanis auxilio fuerunt. *Plut.in Romulo & Camillo. Macrob.lib.1.cap.11.* Tutelam quoque & Titulum vocat *Polybius lib.8.* Philotidem.

DEFENDENDO HONOREM.

Lenævs Pompeij Magni libertus, & penè omnium expeditionum comes, defuncto eo ſcholæ magiſtrum egit: ac H tanto amore erga patroni memoriam extitit, vt Saluſtium hiſtoricum, quòd eum oris improbi, animo inuerecundo ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra laceráuit. *Suetonius de illuſtribus Grammat.cap.14.*

Nero Romanorum Imperator, cùm inſidias Octauiæ ſuæ, quam propter Sabinam pellicem repudiauerat, ſtrueret, & iam omnes famuli ipſam inuaderent, multiſque contumeliis eam afficerent: Pythias ſola, quæ ex ancillis vna erat, ne tormentis quidem à Tigellino eò adduci potuit, vt in dominam mendacium diceret. Atque cùm Tigellinus fortiùs inſtaret, inſpuens in faciem impudentiſſimi hominis, dixiſſe fertur: Mundior eſt, Tigelline, vulua dominæ meæ, quàm os tuum. *Xiphilinus Dionis abbreuiator, in Nerone.*

Obedientiam Præstant.

Famulatus eſt annos quatuordecim Iacob Labam auunculo ſuo, ſpe connubij: cùm ſeptem debuiſſet, ſi Lya, quæ dabatur,

A tur, placuiſſet. Pertulit itaque lógum ſeruitium, vt Rachele potiretur, fuitque famulatus ille voluntarius, non coactus, & ob eam rem fortaſſe minùs grauis. *Sab.l. . 8. ex Gen. ſ. 3.*

Cùm Thebani irrupiſſent in Laconicam, & inter captiuos captiuaſque multos etiam abduxiſſent Helotas vel Eiluſas iuſſerunt illos Terpandri, Alcmanis ac Spendonis Laconica carmina canere. Illi recuſarunt, dicentes: id nolle ſuas heri les: adeò plus apud illos valuit dominarum puellarum au-ctoritas, quàm iuſſa victoris. Hinc probarunt quidē eſſe verum, quod vulgo diceretur: Liberum Spartæ maxime liberum eſſe, contrà ſeruum maxime ſeruum. *Plut. in vita Lycurgi.*

☞ AMOREM OSTENDVNT. *Inſtruendo, conſulendo, vitam conſeruando, &c. Pete ex loco de amore. Tit. Amor ſeruorum & ancillarum.*

FIDES ERGA PATRIAM.

☞ *Pete fusè ex loco de* PATRIA.

FIDES ERGA HOSTES
NON VIOLANDA.

IOSVE cum Principibus fidem Gabaonitis infidelibus etiam fraudulentis non violauit, ſed vita ſalua ad altaris mi-
B niſterium eos aſtrinxit. *Ioſ. 9.*

Sed Saül, quia iiſdem Gabaonitis, quibus iurauerant filij Iſraël, inſiurandum violauit, omnis eius familia, excepto Miphi boſeth, ſuſpenſa eſt ſub Rege Dauid, quando ob eam perfidiam fames triennis immiſſa fuit ſuper terram. *2. Reg. 21.*

SEDECHIAS Nabuchodonoſori ethnico iuramentum dederat, ſe in ipſius dominatione permanſurum, ſed vbi deſecit, & ad Ægypti Regem transfugit, vaſtatum eſt eius regnum, maximè autem vrbs ſancta & Deo dilecta. *Hierem. 37. & 38.*

Tibareni in Ponto Chalybibus vicini non priùs prælio congrediuntur cum quopiam, quàm diem, locum, horam, ex fide hoſti denunciarint. *Cælius lib. 18. cap. 30. ex Strabone & Valer. Flacco lib. 5. Argonaut.*

Ethnici bellatores prioſquam venirent ad arma, veniebant in colloquium. Apud Romanos omnibus tentatis mittebatur Fecialis cum Patre patrato, peragebantur ceremoniæ: nimirum moræ quærebantur, quæ bellandi furorem temperarent. Atque his quoque peractis non licebat manū conſerere cum hoſte, niſi ſigno dato: quod ita dabatur, vt miles neſciret, quando dandum eſſet. Ac ne hoc quidem dato, licebat cuiquā
C hoſtem vel laceſſere, vel ferire, qui quanquā in caſtris verſaretur, tamen ſacramento militari non eſſet obſtrictus: adeò vt Cato ſenior filium in caſtris ceſſantē per literas admonuerit, vt Romam redeat, aut ſi mallet in exercitu manere, veniam petat à duce, vt ſibi cum hoſte congredi liceat. Iam vt belli ſignum non faciebat poteſtatem pugnandi, niſi ſacramento aſtrictis: ita ſignum quo canebatur receptui, omnibus adimebat occidendi facultatem, adeò vt à Cyro laudatus ſit miles quidam, qui quum ſublato gladio fuerat hoſtem interfecturus, mox vt ſenſit cani receptui, dimiſerit hoſtem. Hæc eò pertinebant, ne quis crederet ſibi licere occidere hominem, niſi neceſſitas eò compelleret. *Eraſmus in Adagiis.*

Cùm Hannibal Saguntum expugnaſſet, miſſi ſunt viri magno natu; Q. Fabius, M. Liuius, V. Æmilius, C. Licinius, & Q. Bebius, conqueſtum iniuriam ſociis Rom. pop. illatam. Hi cùm cauillo à Carthaginenſibus excepti eſſent, Fabius toga in ſinum collecta: Hic inquit, vobis pacem & bellum porto. Vtrumlibet ſumite. Ad eam vocem ferociter eſt reclamatum,
D Daret vtrum vellet. Atque quum Fabius ſe bellum dare dixiſſet; id ſe accipere omnes reſponderunt; & quibus acceptum eſſet animis eiſdem ſe geſturos. *Gellius lib. 10. cap. 27.* auctor eſt veteribus quibuſdam Romanarum rerum monumētis proditum, Q. Fabium Romani exercitus Imperatorem, ad Carthaginéſes literas dediſſe, quibus ſignificauit, caduceum & haſtam, pacis & belli teſſeram, Populum Romanum mittere, vtrum acciperent, ſibi Pœni miſſum exiſtimarent. Ad quæ ita illi reſponderint: Neutrum ſeſe eligere. Poſſe tamen qui attuliſſent, vtrum mallent relinquere. Quod autem ipſi reliquiſſent, id ſibi pro electo futurum. M. Varro neque haſtam, neque caduceum miſſum exiſtimat, ſed teſſerulas duas, in quarum vna caduceum inciſum fuerit, in altera haſtæ ſimulacrum. Et hoc belli Punici ſecundi initium fuit. *Sabellicus lib. 1. Ennead. 5.*

TRANQVILLVS ait, Auguſtum tanta fuiſſe æquitate, vt nulli vnquam genti ſine iuſtis & neceſſariis cauſis bellum intulerit.

BOLESLAVS III. Polonorum rex, in Bialogradenſes (ciuitas ea fuit Pomeranorum in primis diues & populoſa) quia defecerant, omnem belli molem cōtulit, ſed priùs tamen miſſis
E cum legato duobus ſcutis, animos eorum tentauit albúmne, in quo pax, an rubrum, in quo bellum excidiúmque ſignificabatur, mallent. Superbum illi reſponſum dedere ambobus ſcutis opus [illegible] ſanguine Polonorum ſe ſibi candidam victoriam [illegible]que paraturos. Boleſlaus admotis ad mœnia Bial[illegible]s vineis, & turribus celeriter excitatis, [illegible] ope [illegible] expugnauit. *Cromerus lib. 5.*

Teutonici milites anno 131[illegible]. contra Vladiſlaum Poloniæ regem bellum gerebant. Miſit Magiſter ordinis Teutonici ad Polonos caduceatorem, qui bellum regi denunciaret, & duos enſes, in quibus ſtaret victoria, facta poteſtate, vt quem vellet hoſtis, eligeret, al[illegible]um ſibi remitti iuſſit. Accepit Vladiſlaus alacer nunciū, dimiſſóque caduceatore, vno retento gladio, remiſit alterum. Mox iuſſi milites arma induere, belliquè ſignum datum. Quadraginta millia equitum in ambobos caſtris fuère. Tandem tamen victores Poloni, Pruſſiam totam, Mariæburgo excepto, ſubegêre. Sigiſmundus Cæſar pacem inter eos compoſuit. *Æneas Syluius, cap. 29. Europa.*

CONSALVVS Magnus generoſo præſtantique iudicio, priuſ-
F quam Friderico regi Neapolitano arma Ferdinādi Hiſpaniæ regis nomine inferret, legatum Neápolim ad eum miſit cum mandatis, vt vrbes atque oppida in Veſtinis ad Garganum mōtem, quibus ſuperiore bello, quo Gallis eiectis Fridericum regno reſtituerat, ob egregiè nauatam operam ab eo donatus fuerat, per ſolénes tabulas reſignaret, ne qui hoſtis ex iuſſu Ferdinandi regis ſui futurus erat, tanquam abolita veteris accepti beneficij memoria ingratus videretur. Sed Fridericus verecundiam & magnitudinem animi in Conſaluo miratus, ſe agnoſcere vel in hoſte virtutem reſpondit: proinde nequaquam pœnitere veteris ſuæ erga eum liberalitatis: atque ita renouata donatione cum ampliſſimis codicillis legatum remiſit, congeſtis vtique miris laudibus in Conſaluum, qui ſe regio Imperio coactum arma inferre, liberali teſtificatione ingrati animi notam diluiſſet. *Iouius in Conſaluo.*

LVDOVICVS XII. Gallorum rex Venetis bellum per præconem indixit. *Bembus lib. 7. hiſt. Veneta.*

HVMANITER BELLVM GERENDO.

Habitabatur quōdam Megaris vicatim, diſtributis in quin-
G que partes ciuibus. Appellabantur Hiraēnſes, Piraēnſes, Megarenſes, Cynoſurenſes, & Tripodiſcæi. Eos cum bello inter ſe Corinthij commiſiſſent (id enim perpetuò ſtruebant, vt Megaricen ſui iuris facerent) ex animi tamen moderatione, habita coniunctionis ratione, bellum gerebant placidè: ſiquidem agricolas nihil prorſus lædebant. Captiuis certum pretium, quo redimerent ſe ſtatutum erat: id accipiebant, poſtquam iam eos dimiſiſſent; ante non exigebant: ſed quem quiſque ceperat, eum abducebat domum, participatóque ſale & menſa ad ſuos eum remittebat. Itaque qui pretium tulerat commendabatur; atque amicus perpetuò eſſe perſeuerabat eius, qui pretium acceperat, ἐκ δορυαλώτου δορύξενος, id eſt, ex bello capto belli hoſpes dictus. Qui fidem in pendendo precio fefellerat, hic non ſolùm apud hoſtes, verùm etiam apud ciues, vt iniuſtus & perfidus notabatur. *Plutarchus in Quæſtionibus Græcis.*

OPPRESSOS AB ALIIS
Non infeſtando.

Cùm Lacedæmonij, duce Cleomene, Hippiam tyrannum
H Athenas reducere conarentur, Bœotij interim & Chalcidenſes Atticum agrum populabantur. Athenienſes etſi ancipiti bello diſtricti, Bœotiorum & Chalcidenſium vltione dilata, arma contra Peloponnenſes in Eleuſine ferunt. Dúmque ambo exercitus conſerturi prælium eſſent, Corinthij primi omnium ſecum reputantes, iniuſtè à ſe agi, qui tyrannum Athenis imponere vellent, diſceſſerunt. Idem fecit Demaratus Ariſtonis filius, qui & ipſe erat rex Spartarum, & è Lacedæmone copias contraxerat, nec à Cleomene ſuperiore tempore diſſenſerat. Ob quam regum diſſenſionem lex apud Spartam lata eſt, non licere vtrique regi cum exercitu prodire (nam priùs prodibant) & alterum quoque è Tyndaridis relinqui, quam & iſti ante hac ab eis euocati, exercitum ambo comitabantur. Tunc cæteri ſocij, qui erant Eleuſine, cernentes non conuenire inter reges, & Corinthios, aciem deſeruiſſe & ipſi dilapſi abierunt. *Herodotus lib. 5.*

Romani, quia induciæ cum Veientibus exierant, ad res de more repetendas feciales ex vrbe Veios, miſerant, rogan-

A tibúique Veietanis,ne res repetitas vellent tartiſperq; omne ius belli à ſe abſtinerent,donec res Veientium,quæ inteſtina ſeditione parum quietæ eſſunt,componerent ir.paſſi ſunt patres id à ſe impetrari. Tantum abfuit, vt ex alieno incómodo, tunc ab Romanis occaſio vlla peteretur. Nec ita multò pòſt & Veiens bellũ motum Legati ab vrbe Veios,miſſi res de more repetitum,à Veientibus faceſſere, nimirumque ſtatim excedere ſunt iuſſi,niſi eorum exemplo, qui ſub Tolumnio fuiſſent rege cæſi,vellent & ipſi pœnas dare. Val. li .7. l. n. ;

Alfonsvs Aragonius quum eſſet Valentiæ, appulerunt eò loci Caroli Francorum regis legati,magnopere eum rogantes,ne per id tempus, quo rex eorum bello Britannico implicatus eſſet,contra ſe bellum aliquod ſuſcitaret(quàm maximè enim verebatur Carolus,ne Alfonſus captato tempore & occaſione,eum armis laceſſeret:propterea quòd ius aut titulum prætẽderet in eam partem Galliæ Narbonenſis,quem incolæ ſua lingua Hoccitanam vocant) reſpondit rex : Etſi certò ſcio,plures Narbonenſis Galliæ ciuitates ad Aragoniæ regnum pertinere, quas Carolus rex iampridem occupatas detinet : nihilominùs tamen hoc tempore, quo illum intelligo à Britannis attritum eſſe,nequaquam arma contra eum moturum eſſe vobis affirmo : neque eo animo eſſe, vt quod maiores mei in Caroli proſperitate non petierunt, ego in B eius repetam calamitate. *Antonius Panormit. de Rebus geſtis Alfonſi : & Æneas Syluius de eius dictis,*

ADIVVANDO, AVXILIANDO.

Spartani bello petiti à Meſſeniis,rebellantibus quinetiam Helotis, miſerunt Athenas ad petendum auxilium Perſendam. Hic cùm aduerſaretur Ephialtes, ac teſtato negaret ſubueniendum, neque excitandam vrbem Athenis aduerſariam:ſed negligendam eſſe jacentem, & ſpiritus conculcandos Lacedæmonis:Cimonem Miltiadis narrat Critias patriæ propagatione vſui Lacedæmoniorum poſthabita,inductóque populo,cis frequenti exercitu iſſe ſuppetias. Ion etiam verba commemorat, quibus imprimis in adhortando populum Athenienſem commouit : Ne Græciam claudam reddi, nec vrbem ſinerent deſtitui ſocia. *Plut. in Cimone.*

PER FRAVDEM NON INSIDIANDO HOSTIBVS.

Evmenem in arce Lycaoniæ Nora antequam obſidere cœpiſſet Antigonus,euocauit eum ad colloquium. At iis reſpódit,multos Antigono amicos eſſe,& ſecundum Antigonum duces:illis,quos ipſe defenderet,poſt ſe reliquum eſſe neminem. Mitteret igitur,ſi colloqui ſecum cuperet,obſides. Mā- C dante Antigono,ad ſe ſicut ſuperiorẽ vt veniret, Neminem, inquit,quouſque gladij compos ero,me cenſeo ſuperiorem. Vbi tamen fratris filium Antigonus Ptolemæum, vt poſtulauerat Eumenes, miſit in arcem deſcendit,ac complexi inter ſe conſalutauère amicè & familiariter: quippe magnus inter eos vſus & cóſuetudo interceſſerat.Multa cùm eſſent diſputata, neque mentionem Eumenes ſalutis ſuæ & veniæ vllam faceret,verùm ſatrapias quoque poſceret ſibi firmari,& præmia reddi: obſtupuerunt aſſiſtentes,admiratique ſunt & laudauerunt animum eius & fortitudinem:ſimul concurſus frequentium Macedonum fiebat, videre Eumenem cupientium. De nullo enim poſt Crateri fata (quem in prælio interfecerat)tantus erat in exercitu ſermo. Verùm timens illi Antigonos,ne qua vis ei inferretur:primùm voce,ne quis accederet, vetuit,& lapidibus inceſſit ingerentes ſe: poſtremò brachiis D Eumenem complexus, turbámque ſatellitibus ſummouens, ægrè reduxit in tutum. *Plut. in Eumene.*

Camillo conſule Phaliſcos circumſedente,magiſter ludi plurimos & nobiliſſimos inde pueros,veluti ambulandi gratia eductos,in caſtra Romanorum perduxit. Quibus interceptis,non erat dubiũ quin Phaliſci depoſita belligerandi pertinacia,tradituri ſe Romano Imperatori eſſent.Ea re cognita Senatus cenſuit,vt pueri vinctum magiſtrũ virgis cædentes, in patriam reducerent. Qua iuſtitia animi eorum ſunt capti, quorum mœnia expugnari non poterãt:nanque Phaliſci beneficio magis quàm armis victi,portas Romanis aperuerunt. *Liuius l.2.Dec.1.Plin.c.43.de Viris illuſt.& Volat.l.6. Anthrop.*

Timochares Ambracienſis C.Fabricio & Q.Æmilio Coſſ. pollicitus eſt,ſe Pyrrhum veneno per filium ſuum,qui potionibus eius præerat,necaturum.Ea res cùm ad Senatum Rom. delata eſſet, miſſis legatis Pyrrhum monuit,vt aduerſus huius generis inſidias cautiùs ſe gereret, memor vrbem à filio Martis conditam:armis bella,non venenis gerere debere. Timocharis autem nomen ſuppreſſit,vtroque modo æquitatem amplexus : quia nec hoſtem malo exemplo tollere, nec eum, E qui bene facere paratus fuerat,prodere voluit. *Valer. Max lib.6 cap.5.* Valerius Antias Timocharim furtim ad conſules veniſſe prodidit,rémque à conſulibus ad patres delatam,atque publicè legatos ex vrbe ad regem miſſos,qui eum commonerent, vt ab inſidiis ſuorum caueret: nulla Timocharis facta mentione apud regem facta. Claudius Quadrigarius non Timocharem, ſed Niciam id pollicitum ſcribit, neque legatos a ſenatu miſſos, ſed literas à conſulibus ad Pyrrhum regem datas. Pyrrhus medicum ſceleris conuictum merito ſupplicio affecit,captiuóſque ſine precio,vt beneficij id hoſti monimentum eſſet, Pop. Rom. reſtituit. *Gellius, lib. 3. c. 8. Noctium Atticarum, & Sabellicus lib.8.Enneadis 4. Claudianus, lib.de Bello Gildonico* idipſum celebrat.

> *Romani ſcelerum ſemper ſpreuere miniſtros.*
> *Noxia pollicitum domino miſere venena*
> *Fabricius regi nudata fraude remiſit.*
> *Infeſto quem marte petit, belláque negauit*
> *Per famuli ſceleri oblata : ductóſque Camillus*
> *Trans murum pueros obſeſſo reddidit vrbi.*

Sex. Pompeivs Siciliam tenens,Italiam vaſtabat, nauibúſque frequentibus prædatoriis, ſuper quas Menas pirata & Menecrates poſiti erant,infeſtum mare faciebat.Hic humanũ ſe præſtiterat M.Antonio,quando profugientem cum Fuluia F vxore exceperat matrẽ eius. Igitur Octauio & Antonio inter ſe reconciliatis poſt Fuluiæ mortẽ, & Octauiæ matrimonio amicitia cóſirmata,cum eo quoque viſum eſt pacem iungere. Congreſſi ſunt apud promontorium Miſenum,& proiectũ in mare aggerem. Cinctus erat Pompeius claſſe,Antonius & Cæſar pedeſtres copias ei ex aduerſo habebant. Poſteaquam conuenit,vt Sardiniam cum Sicilia teneret Pópeius hac lege, vt tutum à prædonibus præſtaret mare,ac certum numerum frumenti Romam mitteret, inuitauerunt ſe inuicẽ ad cœnam. Sors autem euenit Pompeio,vt primus præberet illis epulum. Rogante eum Antonio, vbi cœnaturi eſſent : Hîc,inquit,monſtrata naui prætoria hæſere (ea ſex remigum nauis eſt) domus enim Pompeio hæc relicta paterna eſt. Id Antonio exprobrandi gratia dixit:quoniam ille tenebat Cn. Pópeij patris eius domum. Stante in ancoris naui,ac ponte ex promontorio conſtructo,accepit eos comiter. Medio conuiuio,& cùm maximè dicteria in Cleopatram & Antonium iacerentur,adiit Menas pirata Pompeium, atque vt illi non exaudirent : Vis,inquit,ancoras nauis incidam,efficiámque te non Siciliæ modò & Sardiniæ,ſed imperij Romani dominum?Pompeius vt eum audiuit,& rem perpendit ſecum pau- G liſper:Facere Mena,inquit,oportebat id,nec mihi prænúciare. Nunc quidem rebus præſentibus acquieſcamus. Neque enim meum eſt peierare. Hic viciſſim ab vtroque exceptus conuiuio,atque inde in Siciliam eſt reuerſus. *Plut.in Anton.*

Conradvs II. Imp. Miecizlaum Poloniæ ducem Othonis fratris opera coëgerat ad Vlricum Boëmiæ ducẽ confugere. Vlricus ſpreta hoſpitali fide,Conrado obtulit ſe Miecizlaum captiuum ei in poteſtatem daturũ. A quo ſcelere ita abhorruit Imp. vt ſtatim Miecizlaum periculi, in quo verſabatur, moneret.Ea re motus Polonus,qui armis nunquam ceſſerat, ad Conradum profectus, diadema depoſuit,& conſuetũ tributum confirmauit. *Fulg.lib.6.cap.5.& Auent.lib.5.A.D.*

Ad Rodolfum Imp.cum quidam veniſſet,qui Othocarum Boëmiæ regem,atrocem hoſtem, in venatione ſe occiſurum promitteret, ſi facto præmium eſſet : Rodolfus, Etſi noſter hoſtis eſt Othocarus,inquit,non tamen id efficiet,vt iuſtitiæ H & moderationis fines tranſeamus. *Æneas Syluius,lib.3.de rebus geſtis Alfonſi.*

Inter Ioannem Caroli IV. Imp.patrem,& Henricum Corinthiæ ducem,de regno Boëmiæ longa & difficilis fuit cótentio.Verùm quum quidam ad Ioannem veniens,veneno ſe hoſtem occiſurum promitteret,ſi præmium ſperaret.Ioannes iuſtitiæ & integritatis amator : Si,me neſcio,Henricum,inquit interemiſſes, & ad me fugam adornaſſes, crux tibi præmium futurum erat,qui te regio ſanguine contaminaſſes : & tu me modò auctorem tanti ſceleris petis ? *Ibidem.*

Rogerivs Pallantiæ Comes,ampliſſimo atque ornatiſſimo genere natus, impiger vir, & manu promptus,cùm Alfonſum Aragonium adiens diceret, in animo ſibi eſſe Ioannem Caſtellæ regem, ipſius hoſtem, confodere, foréque id ſibi (ſi modò annuat) factu perfacile : Non per ſcelus, ſed virtute gloriam quærendam eſſe, reſpondit Alfonſus. Se enim non ſolùm pro Caſtellæ atque Hiſpaniæ dominatu, ſed

no

A ne pro totius quidem orbis imperio adipiſcendo, tam crudele atque deteſtabile facinus permiſſurum. Exuli Florentino, Coſmum Medicem occiſurum pollicenti, ſi 30. militum manu à rege iuuaretur: longè quidem acriores atque ampliores hoſtes ſeſe & habuiſſe, & habere, quàm Coſmus eſſet, reſpondit quorum morte vel regna conſequi ſe quidem potuiſſe, ſed abſtinuiſſe à ſcelere. Quum renunciatum eſſet, a Ludouico Podio, quẽdam in Venetorum naualibus eſſe, qui illa vna cum armamentario, quod in his erat, exurere polliceretur, ſi ſibi duo millia aureorum à rege promitterentur, conatúſque illius facilè ceſſuros affirmanti, reſpondit. Nequaquam inſidiis, ſed aut virtute vincendum eſſe, aut nunquam. Ex hac enim re non aliam ſibi laudem ſperandam eſſe, quam eius, qui Dianæ Epheſiæ templum incendiſſet, cuius nomen totius Aſiæ decreto è memoria hominũ obliteratum traditur. Quum quidam Renati Andegauenſium ducis hoſtis ſui atrociſsimi, mortem promitterent: vt parricidas, ſe in eos animaduerſurum dixit, ſi hoc tentarent? dicens, ſe nequaquam inſidiis cum hoſte de regno, ſed manu tantum & virtute dimicaturum. His qui ſe in mortem Franciſci Sforciæ paratos
B eſſe ſignificarant, reſpondit: Nunquam ſub victoriam placuiſſe, cuius poſtea pigendum pudendumve eſſet. Igitur ni ab huiuſcemodi conſiliis abſtinerent, talia ſe exempla in illos editurum, vt eiuſmodi conſilia ſibi admodum moleſta eſſe omnes intelligerent. *Antonius Panormit. & Æneas Sylnius, in Alfonſi dictis & factis.*

Tristanus Saotnianus è Fori Iulij principibus, Reipub. Venetæ amantiſsimus, Bernardum Bembum, Bembi Cardinalis patrem, Decemuirûm magiſtrum adiens, propoſuit habere ſe neceſſarium ſibi hominem Epirotam, callidum & ingenio peracri, nihil omnino vt ſit, quod ei non mandari rectè poſſit: huic eſſe cum propinquo ſuo, quem Carolus IX. Gallorum Rex, qui in Italiam magno cum exercitu venturus dicebatur, cubiculi magiſtrum habebat, magnam pérque veterem beneuolentiam: audere illum in Galliam proficiſci, & vel propinquo perſuadere, vt veneno, quod ſecum allaturus eſſet, regem tolleret: vel, illo de ea celato, ipſum per ſe regem tolleret, ſi Decemuiri velint Epirotæ illi tantæ rei præmium aliquod ſtatuere: ſperare ſe atque confidere, breui negotium
C ab eo confectum iri. Bembus, tametſi ſciret ea flagitia à magiſtratibus repelli more tamen inſtitutóque maiorum re cum reliquis Decemvirûm magiſtris communicata, atque ab ipſis ad collegium perlata. Triſtano ad ſe vocato, de collegij Decemvirum Venetorum ſententia reſpondit, eiuſmodi contra hoſtes inſidiis ad eam diem nunquam vſam rempublicam fuiſſe, cùm ſæpenumerò potuerit, neque nunc velle incipere: magis deos immortales, quàm humanas opes vereri? vinci certè ab ſuamet nequitia illos, qui per ſcelus alios vincere pérque nefas parant. *Bembus lib. 3. Veneta hiſtoriæ.*

Gibellina factio apud Genuenſes rerum potita, ab Obertũ Auriam & Obertum Spinulam capitaneos habebat. Guelfi exules Othoboni Fliſci Cardinalis opera (qui ſub Adriani nominè ad Pontificatum euectus fuit) Carolo I. Neapolitano rege propoſita magnorum commodorum ſpe perſuaſerunt, ſe breui Genuenſe imperium ei daturos, ſi vnà cum ipſis bellum Genuẽſibus intuliſſet. Carolus Imperij ſpem atque auri cupiditatem ſecutus, nulla fœderis, quod cum Genuenſibus habebat, habita ratione, nullo priùs indicto bello, vt belli
D mala aduerſus Genuenſes maiore ſuo commodo auſpicaretur, Genuenſes mercatores cum mercibus, quotquot in Sicilia atque Neapolitano regno erant, comprehendi iuſsit. Siculi autem mercatores, ac Neapolitani regni, item Narbonenſis prouinciæ accolæ, veriti ne idem ipſi Genuæ paterentur, vndique vt poterant latebras quæritabant. Quam rem cùm Genuenſis populus intellexiſſet, ſtatim edictum propoſuit, vt quicunque in vrbe ſua, qui regi Carolo peterent, inuenirentur, quadraginta dies in vrbe Genua inuiolati manerent: atque intra id tempus rebus quas in vrbe Genua habebant, ac corporibus ſuis tutò conſulerent. Voluerunt enim hoſti, qui fidem violarat, ipſi eam incolumem præſtare. *Fulgoſius lib. 6. cap. 6. & Egnatius lib. 6. cap. 6.*

Lvdovico III. Andegauenſi ductu Magni Sforciæ ad Sebethum amnem contra Alfonſum Neapolitanorum regem caſtra habente, Sforcia Magnus, oſtentandæ virtutis cupidus præmiſsis leuis armaturæ equitibus, hoſtes ad prælium exciuit. Commiſſa eſt pugna paribus animis: ſed Alfonſo triremes ad litus admouente, & lapídeas pilas tormentis in oppoſita hoſtium latera ſæpiùs emittente, ter expreſſa eſt Sforciæ virtus. Eo prælio id certe memoria dignum accidit vt virtu-
E tis amore Alfonſus in eum num tormenta naualia dirigi vetaret Sforcia verò pariter ediceret, ne currulibus tormentis in litore [illegible] triremis regia peteretur. Nam Squarcia M[illegible], inter Sforcianos b[illegible] acerrimus, cum [illegible] captus, & ad regiam triremem Scapha [illegible], pugnantem Sforciam digito commonſtraſſet [illegible] pernobili & plane regia humanitate, parcendum [illegible] duci eximio, tum bellatori fortiſsimo protinus edixerat. *Iouius in vita Sforciæ.*

Matthias Vngariæ rex, bello contra Georgiũ Boëmiæ regem Huſſitam ſuſcepto flagrante, cùm quidam quinque millia aureorum pactus recepiſſet, ſe Georgium, cui familiaris eſſet, facilè ferro peremptum; poſtmodùm verò cauſaretur, Georgium fide ſatellitum turba ſtipatum gladio peremi non poſſe, at veneno poſſe, ſi modò Matthias annueret: ſeuerè admodum hominem vel ob veneni conatum increpauit, ſed & illud Fabricij imitatus exemplum addidit: Ferro non veneno Romanos Romanæque virtutis æmulos victoriam parare ſolere: adeóque Georgium ſeriò, vti ſibi à veneficis caueret,
F per literas monuit. *Ioachimus Cureus in Sileſia annalibus.*

PACEM, INDVCIAS NON VIOLANDO.

Tissaphernes, qui ſummum imperium inter præfectos habebat regios, inducias ab Ageſilao Spartano petiuit, ſimulans ſe dare operam, vt Lacedæmoniis cum rege conueniret: re autem vera ad copias comparandas, eáſque impetrauit trimeſtres. Iurauit autem vterque, ſe ſine dolo inducias conſeruaturum. In qua pactione ſumma fide manſit Ageſilaus. Contra ea Tiſſaphernes nihil aliud quàm bellum comparauit. Id etſi ſentiebat Laco, tamen iuſiurandum: ſeruabat multúmque in eo conſequi ſe dicebat, quòd Tiſſaphernes periurio ſuo & homines ſuis rebus abalienaret, & deos ſibi Iratos redderet. Se autem ſeruata religione, confirmare exercitum, cum animaduerteret, deorum numen facere ſecum, homineſque ſibi conciliari amiciores, quòd is ſtudere conſueſſent, quos conſeruare fidem viderent. *Probus in Ageſilao.*

Lvdovicvs II. Imp. Adalgiſum ducem Beneuentanum, cuius ductu Campani & Lucani ad Græcum Imp. defecerant, armis imperata facere coëgit. Adalgiſus beneuolentiam ſi-
G mulans, ſuadet Imperatori, vti pacata regione exercitum dimittat. Pius Princeps proditoris vrbis deceptus, exercitum dimiſit, & cum paucis corporis cuſtodibus remanſit. Adalgiſus nactus occaſionem, in meridie cùm Imperator quieſceret, palatium cum cõiurationibus ingredi tentat. Sed ſtrepitu armorum excitatus Imp. cum ſuis ab ingreſſu illos arcet. Cùm itaque illud non procederet, palatium flammis abſumere cum Imperatore minatur Adalgiſus, niſi iuramento affirmet ſe abiturum, & nunquam rediturum Beneuentum, neque calumniam hanc vlturum. Tanta neceſſitate implicatus Imperator iurat, & poſtero die Beneuentum cum ſuis exit, Romamque diuertitur, ſummo Pontifici Ioanni ac Senatui tyrannidem Adalgiſi conqueſtus. Qui mox publicus hoſtis indicatus eſt, & Imperator iuramento ſolutus. Benignus princeps nolens videri & non eſſe bonus, ne à ſuis periurus videretur comparato inſigni exercitu, reginam mittit contra Adalgiſum. Qui ſuæ nequitiæ conſcius, vitam fuga redemit, ac in Corſica inſula latuit: de cæteris ſumptum eſt ſupplicium. *Cuſpin. A.D.*

Henrico VII. Imp. mortuo, menſibus 13. imperium vacauit, dum Electorum alij in Fridericum Pulcrum Auſtriacum, H
alij in Ludouicum Bauarum inclinarent, conſobrinos: cùm Bauarus ex Mechthilde filia, Fridericus ex Alberto filio Rodolfi Imp. natus eſſet. Fridericus Leopoldi auxilio Ludouicum magnis affecit cladibus. Sed tandem in agro Saliſburgenſi, dum temerè, non expectato fratre, in hoſtem ruit, victor primùm, mox victus eſt, & captus: trienniòque in carcere tetro maceratus, tandem perſuaſione Prioris cuiuſdam Carthuſienſis, remotis omnibus arbitris, liberatus eſt, his conditionibus iureiurando corroboratis, vt vterque, quoad viueret, regio vteretur titulo: Fridericus Italiam non accederet, ſed hanc liberam Ludouico permitteret: neque ius aliquod peteret à Pont. pro ea aſſequenda. Quod Fridericus ſanctè obſeruauit. *Cuſpinianus A.D.*

Veneti, cùm circa annum Salutis 1485. per occaſionem Ferdinãdi regis Neapolitani, domeſtico bello, ac per hoc grauiſſimo impliciti, opes facilè aut euertere, aut certè in diſcrimen maximum adducere potuiſſent, ſi eius belli partes, ad quod

A quod amplissimis [illegible]itabantur ab initio Innocentio [illegible] X. conditionibus, ſequi voluiſſent ne [illegible] aliquo modo fœdus violarent, pertinaciter ab [illegible] abſtinuerunt, *Sabellicus lib.3. Dec.4.*

Eo tempore, quo inter Genuen[illegible] bellum gerebatur, atque induciis factis, bel[illegible] manebant, in quatuor Genoenſium triremes ba[illegible] to-[illegible]bus quatuor Venetæ irruerun[illegible] ſui triremes, Venetas ceperunt & [illegible] præ[illegible] ardore, ſimúlque indignatione, qu[illegible] ta eſſent arma, prætterea vulnerum, quæ acceperant dol[illegible] impulſi, ſæuire haud iniuria in captos p[illegible]ent, ipſos [illegible] induciarum fides leniit. Itaque ſolum triremi in præfectum retinuerunt, alios cum triremibus dimiſerunt. Cùm autem Meſſanam in Siciliam peruenissent, triremium præfectum, quē captiuū habebant, conſuli Veneto tradiderūt, vt is Venetias cū mitteret, vbi erroris ſui pœnas dare cogeretur. *Fulg.lib.6.c.6.*

GENVENSES poſt longum ac graue bellum, quo inter ipſos & Venetos tertiò decertatum fuerat, vbi auri atq; ſanguinis vis immenſa effuſa eſt, cùm occaſio ſe obtuliſſet, magno ſuo commodo, rei feliciter aduerſus Venetos gerendæ: fide inſita paulò antè pace, Venetis datam, commodis doloríque acceptorū in bello malorum antepoſuerunt. Nam Cretenſes, Venetique, qui Cretam incolebant, conſpiratione facta, à Venetis defecerant, ac Genuā legatos viros grauiſſimos miſerant, qui inſulæ deditionem facerent. Ea autem expeditio, etſi nullius periculi, magnique cōmodi futura videbatur minorémque ob cauſam, finitum paulò antè bellum, aduerſus Venetos ſuſceptum fuerat, tamen legatis reſponderunt: Vehementer dolere, quod integra fide, ob pacem cum Venetis factam, ea quæ Cretenſes offerebant, accipere non poſſent, quanquam adeò recens ea pax confecta eſſet, vt multi vulnera, quæ eo bello acceperant, nondum ad cicatricem perduxiſſent. *Idem.*

Albertus Auſtriæ dux hoſtē contra fœdus capere non vult.

☞ *Vide Tit. Regnandi libido ambitioſa.*

COMMEATV IVVANDO.

M. BRVTVS Dyracchio Apolloniam contendens, in magnum diſcrimen ex fame canina venit. Nix alta erat: & qui commeatus portabant, nemo ſequebatur. Cùm igitur ille animo deficeret & animam ageret, occellatiò milites ad muros accurrerunt, panem poſtulatum ab Hoſtibus, qui illic ſtationem agebant. Quo ſtatim accepto Brutum refecerunt. Qua de cauſa vrbe potitus clementer habuit omnes. *Plut. lib.6. Quæſt.conuiu.8.*

LEGATOS, AMICOS, OBSIDES, Hoſtium non Violando.

☞ *Honor Legatis exhibitus, ad diſtributionem ex virtute pertinet. Inde igitur petenda exempla.*

PORSENA Hetroſcorum rex Tarquinium fruſtra Romā reducere ſtudebat. Tandem pace facta, vt agro Romani decederent olim Hetruſcis circa flumen ademplo, datæ fuerūt obſides, Romanæ virgines. Quæ cùm Tiberim tranauiſſent, & à P. Valerio Coſſ. ad Porſenam reducerentur, Tarquinius iis inſidias poſuit, fuiſſentq; Valerius & comites violati, ni Aruns Porſenæ filius, cum Hetruſcorum equitum globo præſtò affuiſſet. Id facinus adeò iniquo animo tuliſſe Porſena dicitur, vt confeſtim Tarquinium, cum filiis, & genero auxiliiſque Latinis, excedere iuſſerit caſtris, & non pacem ſolùn, ſed amicitiam quoque cum Romanis initam vt omni officij genere confirmaret, caſtra omni genere commeatuum referta Romanis habenda reliquit. *Sabel.lib.7. Ennead.1. ex Liuio.*

D TARQVINII regis legati, quamuis proditionis initæ rei, tamen liberè dimiſſi à Romanis. *Liuius.*

P. Scipio Africanus Maior, cum onuſtam multis & illuſtribus Carthaginenſium viris nauem in ſuam poteſtatem redegiſſet, inuiolatam dimiſit, quia ſe legatos ad eum miſſos dicebant, tametſi manifeſtum erat, illos vitandis præſentis periculi gratia falſum legationis nomen amplecti, vt Romani Imp. potiùs decepta fides quàm fruſtrà implorata iudicaretur. *Val.Max.lib.6.cap.6.*

Ingenti Pœnorum claſſe circa Siciliam deducta duces eius fractis animis, conſilia petendæ pacis agitabant. Quorum dux Amilcar ire ſe ad conſules Romanos negabat audere, ne eodem modo catenæ ſibi iniicerentur, quod ab ipſis Cornelio Aſinæ conſuli fuerant iniectæ. Hanno autem certior Romani primi æſtimator, nihil tale rimendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit. Apud quos cùm de bel-[illegible] & tribunos militum ei dixiſſet, poſſe i[illegible] [illegible] quod Cornelio accidiſſet, vterque Conſul [illegible] [illegible] Iſto te (inquit) metu Hanno fides [illegible] [illegible] Claros [illegible] fecit [illegible] tantum hoſtium du[illegible] [illegible] multo [illegible] tores feci, non [illegible].

A[illegible] M. Antonio hoſti indicato remiſit nece[illegible] [illegible] omnes atque inter alios [illegible] Soſium, & [illegible] adhuc Coſſ. Boroniensi quoque [illegible] [illegible] clien[illegible] antiquitùs erant, [illegible] [illegible] tota Italia pro partibus ſuis. [illegible]

A[illegible] [illegible] dicta [illegible] nefas [illegible], q[illegible] Ga[illegible] mor[illegible] admodum & ſumma quadam [illegible] libertate manet [illegible] deſerere, & bella hoſtibus denunciare [illegible]pune ſolent. *Iouius lib.2.Hiſt.*

Præco Ludouici XII. Gallorum regis Venetis anno 15[illegible]7. bellum indixit. Senatus porta deuia in veſtibulo curiæ eum admiſit. Admiſſus veſte liliis aureis intertexta ſeſe induit: cum curiam ingreſſus, ante Patrum ſubſellium ſtaos: Bellū, inquit, Lautedane Venetorum dux, cæterique huius vrbis ciues, Ludouicus Gallorum rex, indicere me vobis iuſſit, tanquam infidis hominibus, Pontificiſque Max. & reliquorum regum oppida per vim perque iniuriā capta poſſidentibus, omniumque omnia dolo malo ſub veſtram ditionem rapere atque redigere feſtinantibus: ipſe ad vos armatus ea repetiturus ve- F nit. Ad hæc Lauderanus Patrum medius ſua in ſella ſedens ita reſpondit: Res hæc publica, Galle, quam adiiſti, nihil iniuſtè poſſidet: nam iure agit, neque fidem cuiquā fallit: quam certè fidem niſi valdè plus iuſto regi ipſi ſeruauiſſemus tuo, ille verò vbi pedem in ſuo poneret, in Italia non haberet. Sed præſtat nos vel cum periculo eſſe qui ſemper fuimus, dū Ludouicus æquè arrogantia atque perfidia polleat. Bellum quod denuncias, propulſaturi cum diis immortalibus ſumus, quos illi vindices habiturus eſt, aut hic, aut apud manes, rupti per ſcelus fœderis. Hoc reſponſo accepto et dimiſſus is ac ne quis eum violaret, quos itineris comites à Reipub. magiſtratibus aduenieus habuerat, iidem ſunt reducere, atque in regis finibus ſiſtere illum iuſſi. *Bembus lib.7. Hiſt.Veneta.*

MATTHIAS Coruinus Vngariæ rex, cum Georgio Boëmiæ rege ſocero ſuo, quem Cruceſignatorum armis in ſummas redegerat anguſtias, in ciuitate Olumenſi colloquium inſtituerat. Eò cùm Georgij duo filij, Victorinus & Henricus, humanitatem & fidem Matthiæ ſecuti, ſeſe contuliſſent: Rodolfus legatus Pontificius regem hortatus eſt, vt captis his, quibus reditum non eſſet pollicitus, præſertim hæreticis, ancipiti bello finem imponeret quod Georgij ſpes omnis ex filiis penderet. Tum verò Matthias toto vultu ſceleratum conſilium deteſtatus, fidem ſuam non Boëmiæ modò, verum etiam totius terrarum orbis imperio ſibi antiquiorem eſſe dixit, & vt à ſimilibus conſiliis deinceps abſtineret edixit. *Ioach.Cureus in Sileſia Annalibus.* G

SECRETA DICTA FACTAVE non rimando.

☞ *Conſule Tit. Humanitatis erga hoſtes.*

ATHENIENSES Philippi captis tabellariis, hoſtia ſui, cæteras literas legerunt, ſolam epiſtolam Olympiadis non ſoluerunt, ſed bona fide obſignatam ei remiſerunt. *Plut. in Demet.*

CN. POMPEIVS Magnus, cum Sertorij literas in Hiſpaniis Intercepiſſet, in quibus erant incluſæ complorium ducum epiſtolæ, Sertorium ad nouandas res, ſtatúmque ciuitatis immutandum Romam inuitantium: exuſſit omnes, deferens ſilentium hoſtium literis, quo docuit, quantum ſit crimen, H alienas reſignare literas: aut quod tibi per literas obſignatas creditum eſt, ſub dium efferre. *Plut. in Rom. Apophtheg.*

VICTOS CLEMENTER TRACTANDO.

POLYDORVS cum proſperè contra hoſtes pugnaſſet, hortabantur cum ſocij & milites, ne eam opportunitatem prætermitteret, ſed aggreſſus hoſtium muros, ciuitatem illorum caperet. Id enim factu fore facillimum, quum interfectis viris, ſolæ mulieres eſſent reliquæ. His reſpondit Polydorus: Mihi pari Martis alea rebellantes deoincere honeſtum eſt. Cæterùm quum pro agris pugnarim, vrbem velle capere, non arbitror eſſe iuſtum. Siquidem huc veni agros recepturus, non vrbem occupaturus. *Plut. in Lacon.*

Pop. Romanos, cùm P. Claudius Camerinos, ductu atque auſpiciis ſuis captos, ſub haſta vendidiſſet, etſi ærarium pecunia, ſines agris auctos animaduertebat, tamen quia non parum liquida fide id egeſtū ab Imperatore videbatur, maxima cura conquiſitos

conqui[illegible] redemit, [illegible] taodi[illegible] loci [illegible]
A ino aſſignauit,& præ[illegible] curiam,ſed ad ſacrari ædi[illegible]que fa[illegible] buit · iuſtitiæque prompti[illegible] ætari poſſent, quia ſi [illegible] *al.lib.6.* [illegible]

Turcicæ claſſis præf[illegible] ann[illegible] C[illegible] dum octo millibu[illegible] pa[illegible] ab Hy[illegible] ani fidem diripuiſſ[illegible] danos [illegible] duxiſſent Sol[illegible] man[illegible] expl[illegible] patrati facinori an[illegible] p[illegible] ero[illegible] que [illegible] comperit [illegible] leſi[illegible] e, [illegible] ppli[illegible] io affec[illegible] & Caſtrenſes captiuos omnes diligentiſſi[illegible] perquiſitos impoſitóſque nauigi[illegible] ,ad penates ſuos reduci iuſſit. *[illegible]*

Belchi[illegible] rochvs Sultanus Turcarum V.R[illegible] Diogenem Imperatorem Bizanti[illegible] in pr[illegible] & [illegible] pit A C 1071. ante pedes ſuo[illegible] pr[illegible] iam[illegible] ,[illegible] q[illegible] m amplexus eſt,huiuſmodi verbi[illegible] N[illegible] a tere Imperator : Hæc enim eſt rerum human[illegible] vi[illegible] udo, vt b[illegible] fortuna modò hos,modò illos deprimat,ali[illegible] ex [illegible] : tu multa bella præclarè geſſiſti , ſemper virtus & fortitudo tua celebrabitur,modò te in aduerſis non minus fortem præbeas,quam in ſecundis prudentem:a me tamen non vt captiuus, ſed vt Imperator tractaberis : Statímque ei tabernacu-
B lum ornatiſſimum attribuit , & miniſtros ac reliqua omnia, quæ Imperatorem decent, & menſæ adhibitum iuxta ſe collocat,captiuis, quoquot peteret,redditis : & ſic per dies aliquot cum eo verſatus & collocutus , pace perpetua ſancita, promiſſaque affinitate inter liberos ipſorum contrahenda Diogenem cum magno comitatu & honore dimiſit,barbarica etiam veſte ornatum. *H.Henninges in Geneal.*

DEDITIS PARCENDO.

Phaliscorvm ciuitas aliquoties rebellando , ſempérque aduerſis contuſa præliis,tandem ſe Q. Luctatio Coſſ. dedere coacta eſt.Aduerſus quam ſæuire cupiens Pop.Rom.poſtquá à Papyrio,cuius manu iubente Coſſ.verba deditionis ſcripta erant,doctus eſt, Phaliſcos non poteſtati,ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe:omnem iram placida mente depoſuit, paritérque & viribus odij non ſane facilè vinci aſſuetis,& victoriæ obſequio , quæ promptiſſimè licentiam ſubminiſtrat, ne iuſtitiæ ſuæ deeſſet,obſtitit. *Val. Max.lib.6.cap.5.*

Titvs Imp. Iudæorum quibuſdam, qui in extremo excidij Hieroſolymitani tempore ad ſe confugerant , veniam dedit quamuis neceſſitate,non voluntate eos veniſſe ſciret,plus fi-
C dei quàm iracundiæ tribuens. *Ioſephus libro ſeptimo , cap. 9. belli Iud.*

Saladinvs Ægyptius , qui Hieroſolymitanum regnum Chriſtiano nomini tandem vniuerſum abſtulit,quom munitiſſimum caſtellum à Chriſtiano homine eius præſide recepiſſet, qui diu ab eo obſeſſus, multaque pericula paſſus, tandem ingenti fame coactus deditionem fecerat,ea conditione accepti,vt ipſe cum ſuis omnibus inde abiret.Saladinus eum non ſolùm incolumem cum reliquis omnibus eſſe voluit,ſed & inter familiares aſciuit,& abiurare Chriſtianæ fidei ſacramenta volentem , ampliſſimis ornatum muneribus dimiſit. *Egnat.lib.6.cap.6.& Æmilius.*

Magnvs Consalvvs & ſummæ prudentiæ & moderationis eximiæ laudem ex ea pactione , cum Gallis dedita Caieta dimiſſis inita , conſecutus eſt , vtpote qui vel in multa ſpe
D opulentioris victoriæ militũ ſuorũ ſanguine abuti noluerit, ratus omnino parcendum eſſe deditis,qui virtutis & clementiæ ſuæ teſtes Conſalui nomen in prouinciis celebrarent:tantam verò,vt inuiolati,benignéque habiti dimitterentur, curá diligentiámque adhibuit, vt qui Heluetio prætereunti Hiſpanus miles torquem rapaci manu detrahere conaretur , recognita Hiſpanum vel in mare fugientem perſequutus, adacto equo ſua manu grauiſſimè vulnerauit. *Iouius in Conſaluo.*

Quum Galli Hiſpanos Baroli obſiderent,atq; æmulatione virtutis vtrinque ſæpè certaretur,neceſſe erat ſingulis propè diebus multos capi ac interfici , quòd plerúmque diſpoſitis inſidiis,& nonnunquá apertis in campis ex occurſu iuſta penè acie dimicarent.In redimendis autem permutandíſque captiuis,crebræ contentiones,querelæque vtrinque ducum & militum animos exagitabant,quum æquo ſæpè grauius precium captiuis imponeretur, neque vllus vnquá pares oblata permutatione,militaris auaritia reperiret.Quibus contentionibus obuiam eundum ratus Conſaluus Magnus Hiſpanorum dux, cum Namurcio Gallorum Imp.egit,perſcriptis le-

[illegible] ario [illegible] & [illegible] E
[illegible] tem [illegible] neſt [illegible] la [illegible] ote [illegible] p [illegible] arbitrio pre[illegible] ſ [illegible] s duces [illegible] ip [illegible] .H[illegible] c [illegible] virtu[illegible] tan[illegible] & [illegible] perare oſte[illegible]

G[illegible] a obſeſſi,Nouariæ defenſion[illegible]s [illegible] ichis ſuis abeundi fide accepta, [illegible] ſi[illegible]de,etſi quòd illorum militum [illegible] momenti eſſet,à multis , qui , ſi magnorum [illegible] torum autoritate & exemplis,imperij augendi gratia fidem v[illegible] ceret,multũ magis conſeruandi illectis [illegible] ebãt,ad frangendã impelleretur,conſtãter ſeruata Vercellas vſque comitatos,incolumes dimiſit. *Guicciardinus lib.4.*

Solymannvs expugnata Rhodo inſula,conuentiones quas de deditione cum Philippo Villadamo Gallo, Rhodienſium equitum Magiſtro, iniit, religioſiſſimè ſeruauit:prætetea tes diui Ioannis templo ſacras ne attigit quidem, à quibus nu-
ſtri milites vix abſtinuiſſent. Quum enim triginta millibus F hominum comitatus Rhodum eſſet ingreſſus, ne vnum quidem verbum eſt vnquam ex alicuius ore auditum,adeò milites, per vrbem incedentes, monachi Obſeruantes, quos vocant,eſſe viderentur. *Iouius in vita Solymanni.*

DEDITOS DEFENDENDO.

Callicratidas claſſis præfectus,à Lyſandri amicis ſollicitatus,vt quendam ex inimicorum numero permitteret ipſis interimere,& acciperet talenta quinquaginta : tametſi vehementer opus haberet pecuniis ad ſoluendum nautis ſtipendium , plus tamen valuit in hoſtem pietas,quem ſaluum eſſe cupiebat,quam pecunia in ſumma etiam rerum penuria. *Plutarchus in Lacon.apoph.*

DEDENDO SE HOSTIBVS.

Miltiades coloniá ducens in Cherſonneſum, cùm acceſſiſſet Lemnum, & incolas eius inſulæ ſub poteſtaté redigere vellet Athenĩenſium,idque Lemnios ſua ſponte facere poſtulaſſet:illi irridentes reſponderunt: Tũ id ſe facturos,cùm ille domu nauibus proficiſcens,vento Aquilone veniſſet Lemnũ. Hic enim ventus a ſeptentrionibus oriens , aduerſum tenet Athenis proficiſcentibus.Miltiades morandi tempus non ha-
bens curſum direxit quò tẽdebat:perueniq; Cherſonneſum, G ibi breui tempore Barbarorum copiis disiectis,tota regione, quam petierat,potitus eſt.Cherſonneſo conſtituta,Lemnum reuertitur:& ex pacto poſtulat,vt ſibi vrbẽ tradant.Illi enim dixerãt,cùm vento Borea domo profectus,eò perueniſſet,ſe deditnros.Se autem domum Cherſonneſi habere.Cares qui tum Lemnum incolebant,& ſi præter opinionem res ceciderat,tamen non dicto, ſed ſecunda fortuna aduerſariorum capti reſiſtere auſi non ſunt,atque ex inſula demigrarunt. *Probus in Miltiade. At Herodot.lib.6.*aliter recenſet hiſtoriam.

☞ *Vide Vitulum , Oracula famis vel ſterilitatis amolienda.*

E CARCERIBVS NON FVGIENDO.

Erant Venetiis in vrbana perliberali cuſtodia,& alibi,Maximiliani I.Imp. ad aquæ Martinianæ pontem, ſex Præfecti capti:eorum quinque noctu,cuſtodibus in cœna occupatis, tenui perrupto muro , ad aquam ſe nullo ſtrepitu contulerunt;cymbaque clàm ad biremem a ſuis paratam vecti,in ea
Tergeſte perfugerunt. Vnũ vt fugeret perſuaderi non po- H tuit, ne fidem, quam vnà cum reliquis reip. dederat, ſe non abiturum,falleret. *Bembus lib.10.Hiſt.Veneta.*

REDEVNDO IN CARCERES.

Legati Rom. ad Pyrrhum de captiuis redimendis venerunt,atque inter eos C.Fabricius. Cuius virtutibus variè exploratis,ita motus eſt Pyrrhus,vt Captiuos vnius illius fidei crediderit hac lege : Si pacem abnuiſſet ſenatus, vt ſalutatis propinquis, & Saturnalibus celebratis, ad ſe remitterentur. Id quod peracto feſto factum eſt. At ſi quis remanſiſſet domi,in eum ſanciuit ſenatus mortem. *Plut.in Pyrrho.*

M.Attilivs Regvlvs ex victore ſpecioſiſſimo,inſidiis Haſdrubalis, & Xãthippi Lacedæmonij ducis ad miſerabilẽ captiui fortunã deductus,ac miſſus ad S.P.Q.R. legatus,vt ex ſe vno, & ſene , complures Pœnorum iuuenes permutarentur : in contrarium dato conſilio,Carthaginem petit non ignarus ad quam crudeles, quamque etiam meritò ſibi infeſtos deos

A [illegible]

D[illegible] natum [illegible] Hannibal[illegible] ſunt. Ex de[illegible] enim [illegible] reuerſi ſunt, à Senatu[illegible] cem, quaſi aliquid eſſ[illegible] diſcedens, Iuramento ſe [illegible] Romanis intellecta, veteratorem [illegible] Hannibalem duci, vt pœnas perfid[illegible] [illegible]unt [illegible]bius, & Cicero l b. 3. Officiorum.

Gallorum rex Ioannes primus, præl[illegible]us [illegible] apud Pictones ab Eduardi tertij Britanorum regis fi[illegible] liæ principe, poſteaquam magna vi auri atque locis qui[illegible]dam redmptionem ſuam pactus data fide ad ea paranda, quæ ea pactione debebat redire in Galliam permiſſus eſt, eùm domi inueniſſet nimium hac re regnum grauari, neque ea adeſſe quibus ſeruari promiſſa poſſet, in Britanniam reuerti decre-
B uit, vt fidem ſeruaret: & ſi fieri poſſet, ſummam pactam cum Britannis minueret. Eò reuerſus, breui in aduerſam valetudinem incidit, atque deceſſit. *Fulg. lib.1.c.1. Polyd. Virg. hiſt. Ang. lib.10. Iacob. Meyer. lib.17. annal. Flandr.*

Philippvs Pulcher Guidonem Flandriæ comitem cum filio ceperat. Rebellantibus ſubinde Flandris, à rege dimiſſus fuit à cuſtodia Guido ſenex, ſi ſuo tanto ea interuallo reuiſens, & ipſe moueri conſpectu ſuorum, & mouere caritate ſui poſſet, vt ſpe veniæ impunitatiſque in fidem regis poſito furore redirent: Iuit ſolo iureiurando rediturus, niſi permoueret, fide oppignorata: rediitque in cuſtodiam re infecta, pauló que poſt obiit. *Æmilius lib.8. & Fulg. lib.1. cap.1. & Iacob. Meyerus lib.10. hiſtor. Flandriæ.*

Renatvs Barri ac Lotharingiæ dux, cùm bellum ei eſſet cum Antonio Valdemontis comite in prælio à militibus Philippi Burgundionum ducis captus, dimiſſus eſt: data fide, quoties vocaretur rediturum ſe. Mox à Philippo vt fidem ſeruare requiſitus eſt, eo tempore quo fratre ipſius Ludouico Neapolitano rege defuncto ad regni ſucceſſionem vocabatur. Etſi autem notat Alphonſi Aragonij opera à Philippo
C ſe vocari, quod is quoque trahere ad ſe Neapolitanum regnum quærebat, & ab Eugenio quarto Pont. propter aditam regni dignitatem, fide quam Philippo dederat, ſolutus eſſe videretur: præpoſita rebus omnibus fide ad Burgundionum ducem reuerſus eſt: vbi cuſtoditus, quamquam poſt aliquod tempus poſtea liberatus fuit, quia ob eius tarditatem aduerſariorum res inualuerant, regnum amiſit. *Fulgoſus lib.1. cap.1.*

*ARCES CREDITAS NON REDDENDO.

Non minus admirationis peperit conſtans fides Marci Gutterij arcis Aguilariæ nomine Didaci Loperij Præfecti, quam Alphonſi Legionenſis Regis copiis ac militibus cinctam, ſeptem annos ſtrenuè propugnauit. Cæterum cum, mortuis præſidiariis militibus, ipſe etiam inedia & fame conficeretur, arcis clauibus collo appenſis, humique iacens, integra fide mori cupiebat: verùm hoſtes in arcem ingreſſi, Marcum exanimem ac prupè fame enectum reperientes adhibitis remediis curarunt. At poſtquam ad ſe rediit, ingemuit, quòd in
D defenſione præſidij ſe mori prohibuiſſent, vt datam fidem integrè ſeruaſſe videretur. *Petr. Ribadeneira lib.2. de Principe Chriſtiano cap.16.*

*FVGITIVOS NON RESTITVENDO.

Quid dicam de Almenore Mauro Toletano Rege? quanta cum humanitate Regem Alphonſum ſeatum à fratre Sanctio ad ſe fugientem excepit? Qua fide conſeruauit, & magorum conſiliis reſtitit, qui ad necem Alphonſo inferendam hortabantur, quòd eum Toletanæ ciuitatis euerſorem fore diuinarent? Quanta etiam conſtantia & fidelitate non modò liberum abire permiſit, ſed etiam muneribus auxit, poſtquam cognouit hæreditario iure Sanctij regna ad Alphonſum peruenisse. Quæ omnia præſtitit Arabs, vt promiſſa ſeruaret ei, qui tanta fiducia eius ſe fidei poteſtatique tradidiſſet. *In Chronico Cidenſi apud Petr. Ribadeneiram lib. 2. de Principe c.15.*

*IVRISIVRANDI VINCVLO SOLVENDO.

Ille ipſe Alphonſus ſeatus, cui Maurus tam conſtantem fi-

[illegible] *Id*[illegible] [illegible] D[illegible] [illegible] p[illegible] [illegible] *fa*[illegible] *mem.*

P[illegible] ES ERGA HOSTEM [illegible]e manifeſtat,

CONSILIVM COMMVNICANDO.

Expugnata Ptolemaide à Philippo Francorum & Richardo Anglorum regibus, inter captos erat quidam Characua prudentiæ fama nobiliſſimus. Hic à cuſtodiæ præfecto roga- F tus, vt Quo pacto Latini parare perpetuóque tueri ſacrum regnum poſſent? iureiurando ſolemni dato: Terram inquit, quæ vobis ſancta eſt, etiam vt nunc omnem in poteſtatem redigatis, nunquam fiet, niſi ægypti imperio euerſo, Ægyptiorum ſpiritus, ferociámque coërceatis, Nilum frænetis: nec in equitatu, peditatúve (vt hactenus) omnem virtutis ſpem reponatis. Naualis gloria terreſtribus copiis addita, victoriam incruentam dabit. Damiata terra marique, maximè opportuna arx, eſt domanda in primis, vt Hieroſolymitanum regnum, quando id maximè vobis cordi eſt, quærere tuerique poſſitis. Cui conſilio ſi paruiſſent Latini, Oriens omnia Chriſti iugum poſtliminiò magna cum Latinorum gloria ſubiiſſet. Sed ſurdis narrabatur fabula. *Æmilius lib.6.*

INTERCEDENDO.

Aristides, Iuſtus cognomine, quendam reum egerat. At quum iudices poſt Ariſtidis accuſationem nollent audire reum, ſed protinus ad ſuffragia, quibus eum damnaturi erant, properarent: Ariſtides ſupplex pro reo interceſſit apud iudices, vt eum iuxta legum præſcripta diligenter audirent. Tanta erat in viro legũ æquique obſeruatio. *Plut. in Ariſtide.* G

DEFENDENDO.

P.Scipio Africanus à Tribb. plebis pecuniæ ab Antiocho acceptæ accuſatus, cùm in Linternum ſeceſſiſſet, ac L. frater abſentiæ cauſam in ægritudinem referret: vnus è tribunis plebis Tiberius Gracchus, cui ſimulantes priùs cum Africano erant contra opinionem omnium hanc excuſationem accepit, & Scipionis cauſam, modò cum ſummis laudibus efferendo, modò aduerſarios deterrendo, ſic egregiè tutatus eſt, vt poſtea ſenatus frequens, qui hanc iniuriam iniquo ferebat animo, ampliſſimas ei gratias egerit. Sunt autem qui volunt, P.Scipionem priuſquam Linternum concederet, librum pro reddenda ratione à L. fratre in ſenatum allatum ſuis manibus concerpſiſſe: atque id non fraude aut arrogantia feciſſe, ſed eadem fiducia animi, qua aliquando in quæſtores eſt vſus, cùm claues ad aperiendum ærarium contra leges popoſcit, vt neceſſitati reipublicæ ſubueniret. Quidam etiam dicunt, non Africanum, ſed Aſiaticum fuiſſe, quem tribuni H plebis, ob interuerſam prædam Aſiaticam, in iudicium vocârunt: & P.Scipionem, qui in Hetruria per id tempus erat legatus, hac re cognita celeriter in vrbem rediiſſe: & primo aduentu cùm offendiſſet L. fratrem damnatum, & paratos miniſtros, qui eum vinctum in carcerem ducerent, ſic animo exarſiſſe, vt viatorem tribunóſque plebis vi à corpore fratris repulerit. Adiiciunt præterea, Tiberium Gracchum tribunum plebis quæſtum, primò ſolutam eſſe à priuato tribunitiam poteſtatem: deinde poſtpoſitis ſimultatibus quæ ſibi cum Scipionibus intercedebant, eorum patrocinium ſuſcepiſſe, vt tribuni potiùs à tribuno, quam à priuato victi viderentur. Iurauit enim in gratiam ſeſe cum Africano non rediiſſe: & poſtea decretum ex Tabulis recitauit. Cùm L. Corn. Scipio Aſiaticus triumphans hoſtium duces in carcerem coniectauerit, aliquum videtur eſſe à dignitate Reip. in eum locum Imperatorem pop. Rom. duci, in quem locum

A locum ab eo coniecti ſunt duces hoſtium. Itaque L. Corn. Scipionem Aſiaticum a vi collegæ pro lubeo. Eodem die ſenatum in Capitolio cœnantem auctorem fuiſſe ſcribunt, vt Africanus minorem ex filiabus Tiberio Graccho deſponderet. Ita plus apud Gracchum Reip. auctoritas in liberando Scipione potuit, quàm priuatæ cum eiuſdem fratre diſſenſiones. *Gellius lib. 7. c. 19. Auctor. vitæ Africani.*

Cn. Domitius Trib. pl. bis, M. Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi reuocarat. Cuius opprimendi cùm ſummo ſtudio flagraret, ſeruus Scauri ad eum nocte peruenit, inſtructurum ſe eius accuſationē multis & grauib. domini criminibus promittens. Erat in eodem pectore inimicus Domitius, & dominus diuerſa æſtimatione nefarium iudicium perpēdens: iuſtitia tamen vicit odium, continuò enim & ſuis auribus obſeratis, & indicis ore clauſo, duci eum ad Scaurum iuſſit. Accuſatorē etiam reo ſuo, ne dicam diligendum, certe laudandum, quem populus, tum propter alias virtutes: tum hoc nomine libentiùs, & Coſ. & Cenſorem, & Pont. max. fecit. *Valer. l. 6. c. 5. & Cic. pro Deiotaro.* At *Plutarchus de Vtil. ex inimicis ſumenda*, Scaurum accuſatorem Domitij fecit.

L. Crassvs Cn. Carbonis nomen infeſto animo, vtpote inimiciſſimum ſibi, detulerat: ſed tamen ſcrinium eius à ſeruo allatum ad ſe complura continens, quibus facilè opprimi B poſſet, vt erat ſignatum, cum ſeruo catenato ad eum remiſit. Quo pacto igitur inter amicos viguiſſe tunc iuſtitiam credimus, cùm inter accuſatores quoque & reos tantum virium obtinuiſſe videamus? *Ibidem.*

L. Manlio Auli filio, cùm dictator fuiſſet, M. Pomponius tribunus plebis diem dixit, quòd is paucos ſibi dies ad dictaturam gerendam addidiſſet. Criminabatur etiam, quòd Titum filiū ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare iuſſiſſet. Quòd cùm audiuiſſet adoleſcens filius negotium exhiberi patri, accurriſſe Romam, & prima luce Pomponij domum veniſſe dicitur. Cui cùm id eſſet nunciatum, quòd illum iratum allaturum ad ſe aliquid contra patrem arbitraretur, ſurrexit è lectulo, remotiſque arbitriis, ad ſe adoleſcentem iuſſit venire. At ille vt ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit: iurauitque ſe illum ſtatim interfecturum, niſi iuſiurandum ſibi dediſſet, ſe patrem eſſe miſſum facturum. Iurauit hoc terrore coactus Pomponius: rem ad populum detulit: docuit cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe eſſet: Manlium miſſum fecit. Tantum temporibus illis iuſiurandum valebat. *Cicero l. 3. Officiorum, & Valerius Maximus l. 5. c. 4.*

C FIDES IN CONTRACTIBVS VOLVNTARIIS quibuſcunque. Huc pertinet Iuſtitia circa LEGES. BONAS LEGES CONSERVARE.

Lycvrgvs Lacedæmoniorum legiſlator, patria excedens, iureiurando ciues ſuos adegit, ne priùs leges ſuas mutarēt, quàm ipſe reuerſus eſſet. Voluntario igitur exilio in Cretam abiens, illic mortuus, cineres ſuos in mare proiici iuſſit: ne fortè illis in patriam relatis, ciues ſe ſacramento ſolutos arbitrati, ſaluberrimas leges abrogarent. *Plut. in Lycur.*

Pavsanias Pliſtonactis filius, cuidam roganti: Quàm ob rem apud Spartanos nefas eſſet vllam priſcarum nouare legum? Quoniam, inquit, legibus conuenit auctoritas in homines, non hominibus in leges. *Plut.*

OBSERVARE. HVIVS SVNT LOCI.

D *Magiſtratus qui legibus paruêre.*

Ægyptiorum reges, pro conſuetudine recepta, nil agebant propriis affectibus, ſed omnia iuxta legum decreta. His enim nec iudicandi, neque pecuniam congregandi, neque puniēdi quenquā per ſuperbiam, aut iram, aut aliam iniuſtā ob cauſam licentia permiſſa erat, ſed veluti priuati legibus tenebāntur: neque id ægrè ferebant, exiſtimantes parendo legibus ſe beatos fore. Hac vſi erga ſubditos iuſtitia reges, omniū beneuolentiam adeò aſſecuti ſunt, vt non ſolùm ſacerdotibus, ſed ſingulis Ægyptiis maior regis, quàm vxorum filiorumq; aut aliorum principum ſalutis ineſſet cura. *Diodor. l. 1. c. 6.*

Cùm Alcamenem, Telecri filium, quidam interrogaſſet, Quamobrem munera à Meſſeniis oblata ita recuſaſſet? Quoniam ſi accepiſſem, inquit, cum legibus pacem habere non poteram. *Plutarchus.*

Pisistratvs tyrannus Athenienſium, vt legibus Solonis pareret, de cæde apud Areopagitas accuſatus, modeſtè ad iudicium ſtetit ad cauſam dicendam: quum tamen deſeruit accuſator. *Plut. in Sole.*

E Agesilavs parte magna Aſiæ ſubiugata ſtatuerat in ipſum mouere regem, quòd facultatem ei Græcorum concionatores per otiū redimendi præuideret. At reuocatus ab Ephoris ob vrgens in faucibus Spartæ bellū Græcum, quod miſſa pecunia rex Perſarum cōcitauerat: bonum Imperatorem fatus dicto audientē eſſe legibus oportere, ſoluit ex Aſia, magnumque deſiderium colentibus Aſiam Græcis ſui reliquit. Cæterùm qui nummi Perſici ſagittario erant ſignati, deportans exercitum, Triginta millibus ſagittariorū ait Aſia ſe ab rege ſummoueri. Tot enim deportatis Athenas & Thebas, diuiſiſque inter concionatores aureis Daricis, populi illi ad mouendū Spartiatis bellum fuerant incenſi. Ephoris epiſtolā reſcripſit huiuſcemodi: Pleraq; Aſiæ ſubegimus, barbaros profligauimus, atque in Ionia rebus multis geſtis, poſtquam iuſſiſtis mihi, vt ad præſtitutam diem præſtò ſim, ſequar hanc epiſtolam, imò eam pene præcurram. Habeo enim imperium non mihi, ſed Reipub. noſtræ & ſociis. *Plut. in Apoph.*

Ephori iussu magiſtratuum Spartanorū mandato præcepit Ageſilao, vt confeſtim ex itinere Bœotiam incurſaret. Quod etſi facere maiore pòſt inſtituerat apparatu, quia nō putabat tamen non parendū magiſtratibus, euocatis cohortibus duabus de exercitu, quia apud Corinthū bellū gerebat, Bœotiā iniit, ac concurrit apud Coroneam cum Thebanis Athenien- F ſibuſque, ſimúlq; cum Argiuis & Corinthiis: atq; hos ambos quāuis multitudine vulnerum corpore affecto, maxima, vt eſt Xenophon auctor, ſuæ ætatis pugna pepulit. *Plut. in Apoph.*

Antigonvs tertius ſcripſit ciuitatibus: Si quid ſcripſiſſet, quo quid contra leges imperaret, ne parerent vt decepto ſibi. *Plut. in Apoph.*

Cùm Syracuſij ſumptus in funeribus conſuetos coërcuiſſent, adiectis etiam in lege, expreſſiſque funerum actionibus, Gelo rex cupiens populi voluntatem in omnibus ſequi, ſuoque exemplo plebiſcita comprobari, legem quam de ſepultura tulerant, in ſe ipſo ſeruauit. Nam morbo acri correptus cùm iam de vita & ſalute deſperaret, Hieroni fratri natu maiori regnum tradidit, præcipiens de ſepultura & funere ſuo ne vſquam diſcederetur à lege. Eo mortuo, Hiero ita vti iuſſerat, pompam duxit. Cadauer in vxoris agro conditum, loco Nouem turres dicto, Vniuerſa ciuitas funus comitata, ad eum vſque locum perduxit, qui ab vrbe ducenta aberat ſtadia. Eo illic condito, populus ſepulcrum elegans mirificique operis extruxit, propter res præclarè geſtas, tituliſque heroicis Gelonis nomen commendauit. Ea monumenta fuere poſtea à Carthaginenſibus diruta, quum Agathocles per inuidiam G erutas turres ſolo æquauit. *Diod. l. 11.*

Cùm ex acie Pharſalica Scipio Pōpeij gener, Appius Varus Africæ præfectus, & Cato minor ad Iubā regē fugiſſent, & Scipio ſimul atque Varus Catoni ſummam rerum permitterent, negauit conuulſurū ſe leges, quarū cauſa oppugnarēt cōuellentem: neque ſe proprætorē proconſule præſente imperaturum. Nam creatus Scipio proconſul fuerat: ac ſpē victoriæ vulgus ex nomine trahebat imperātis in Africa Scipionis. At non multò pòſt præ ſe tulit apertè pœnitere ſe, quòd imperium permiſiſſet ei, ratus nec bellū rectè Scipionem adminiſtraturum: nec, ſi præter ſpem ſucceſſum habuiſſet, vſurum victoria in ciues moderatè. *Plut. in Catone.*

Avgvstvs Imp. cùm lata lege, quia iudicandi de adulteriis forma ſtatuebatur; apud eum adoleſcens perpetrati cū Iulia filia adulterij accuſaretur, indignationis doloriſq; magnitudine cōpulſus, manu ſua cædere adoleſcētem cœpit. Cùm au- H tem is contrà exclamaret, Violari ab Auguſto legē, quam de adulteriis ſanxerat: repentè eius ira concidit, adoleſcentémq; dimiſit. Atque eo die præ dolore cibo abſtinuit; adeò grauiter à ſe erratum duxit, cùm legem, quam condiderat, ipſe violaſſet. Nam quanquam legibus præeſſet, æquum tamen ducebat non minùs ſe quàm alios legibus parere. *Fulgoſus l. 4. c. 1.*

Legiſlatores qui legibus a ſe poſitis ſeriò ſtuduêre.

Tennes Tenediorum rex, ex maris periculo ſeruatus, in quod ob falſam adulterij ſuſpicionem proiectus erat à patre legem tulit, vt ſi quis adulterum deprehendiſſet, eum ſecuri trucidaret. Deprehenſo verò filio ipſius, rogatus rex, Quid faciendum eſſet? reſpondit. Lege vteretur. Ob hanc cauſam in altera parte numiſmatum ſuorum ſecurim inſculpſit, in altera viri atque mulieris faciem ex vno collo dependentem. Hinc prouerbium, Tenedia ſecuris. *Eraſmus.*

Zalevcvs vrbe Locrenſium à ſe ſaluberrimis atque vtiliſſimis legibus munita, cùm filius eius adulterij crimine dam-

A natus, ſecundùm ius ab ipſo conſtitutum vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris neceſſitatem plenæ adoleſcentulo remitteret, aliquandiu repugnauit. Ad vltimum precibus populi victus, ſuo prius deinde filij oculo eruto vſum vtrique videndi reliquit. Ita debitum ſupplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento ſe inter miſericordem patrem, & iuſtum legiſlatorem partitus. *Val. Maxim. l.6.c.5.* At Calius l. [illegible] *A. L.* Zaleuco tribuit Charondæ factum, errato fo[illegible].

Charondas Thuriorum legiſlat[illegible], cum in a[illegible]ū exiuiſſet gladio accinctus propter latronum incurſatione, atq; in regreſſu ſuo conuocata fortè concione tumult[illegible] exci[illegible] in[illegible] eerique plebem [illegible] agitari varii p[illegible] inorolos & ſeditio[illegible]s viros audiſſet, immemor gladi[illegible] ad latu[illegible] pendentis, properat in concionem. At cùm lege à ſe cautum, capitaléq; iudicatu eſſet, ne qua quis cauſa in concionem cum armis prodiret quidam ex æmulis repente inclamarunt, Lege[illegible] quas co[illegible] diſti, nobiſque compoſuiſti, Charonda, primus præuaricari adortus es; Minimè hercle, inquit, quin ratam faciam, confeſtimque ſtricto gladio ſibimet, conſpicientibus omnibus iugulum aperuit. *Diodorus lib. 12. & Valer. Maxim. lib. 6. cap. 5.*

Diocles Syracuſis leges ſcripſit poſt victus Athenienſes. Hic cùm ſeueritate inexorabili delicta perſequeretur, er-

B rantesque ſummota prorſus venia puniret, inter leges hanc inſeruerat, ne cui cum armis in forum & concionem prodire liceret. Si quis id tranſgreſſus eſſet, capite puniretur. Neque imprudentiæ, neque alij cuipiam in ea re neceſſitati vlla exceptione cautum erat. Quadam die cùm nunciatum eſſet, hoſtes in agrū irrupiſſe, gladio accinctus obuiam properabat. Tum repentè ſeditione & tumultu circa forum excitato, cōuerſus imprudenter, vti erat accinctus enſe, procurrit in forum: ibique à quodam priuato ferè obſeruatus, cùm clamaſſet ille, quòd leges ipſe ſuas tranſgredi atque antiquare cœpiſſet: ad incuſantem conuerſus, magna voce reſpondit: Minimè herclè, quin eas ſanciam. Eo dicto, gladiū illicò ſtringens, ſibimet per iugulum adegit. *Diod. lib. 13.*

Priuati legum obſeruatores.

Archidamus Zeuxidami filius, cuidam roganti; Quinam eſſent Spartanæ ciuitatis præfecti? Leges, inquit, ac legitimi magiſtratus. *Plut.*

Sp. Carbilius Ruga cùm vxorem duceret, Cenſoribus iurare coactus eſt, vxorem ſe liberorum habendorum gratia habiturum. Verùm cùm poſtea ex ſterili vxore liberos pro-

C creare nequiret, primus fuit qui vxorem ſibi chariſſimā apud Romanos repudiauit, ne iuramento non ſatisfacere diceretur. *Dionyſius Halicarnaſſeus, lib. 1. Gell. lib. 4. c. 3. Plut. in Numa vita Valer. Max. lib. 2. de Inſtit. antiquis.*

LEGES DEFENDERE.

Carolus Magn. gladij capulo, cui inſignia ſua inerant, edicta ſignabat. Eiuſdem enim eſſe dicebat, & confirmare & defendere leges. *Ægid. Corrozetus, de Dictis memor.*

TRIBVTA. TRIBVTORVM EXACTIO.

Ivsta.

Ariſtidas Athenienſis poſt victū Xerxem regē Perſarum, ſtatim conſuluit ſocios, vt aduocato communi conuentu, in Delo publicum ærarium ſtatuerent, pecuniaſque omnes vndique coactas illic reponi iuberent, & aduerſus ſuſpectam deinceps belli Perſici eruptionē ſeſe munire vellent: proinde ſingulis vrbibus vectigalia pro cuiuſq; facultate imperarēt; ita vt inde ad quingenta vel ſexcenta talenta exigerentur.

D Socij ad ea conſentientes, eum ipſum ab Athenienſibus poſtulauerunt, eique negotiō dederunt, vt inſpecto agro & vectigalibus, præſcriberet, pro cuiuſque facultatibus & opibus quantum penderet. Qui cùm tantæ rei haberet arbitrium, & cùm Græci quodammodo ſummam rerum ad vnum eum detuliſſent: pauper profectus eſt, & reuerſus pauperior: tributique deſcriptionem non ſolùm innocēter & æqualiter, ſed etiam gratè omnibus atque conuenienter fecit. Vt enim Saturni regno priſci, ita Athenienſium ſocij deſcriptum ab Ariſtide tributum, felicitatem Græciæ appellantes, ferebant illud in cœlum: maximè quia non multò pòſt duplicatum, mox triplicatum fuit. *Plut. in Ariſtide, & Diod. lib. 11.*

Cùm principes Syriæ & Phœniciæ vrbium Alexandriæ conueniſſent, vti auctioni vectigalium intereſſent, cùm dies auctionis veniſſent, licitabantur nobiles ſuæ quiſque patriæ vectigalia: & cùm octo millia talentorum colligerētur è vectigalibus Cœloſyriæ, Phœnicéſque & Iudææ, ac Samariæ,

Ioſephus [illegible] Hi cani pater [illegible] ad P[illegible] legat[illegible] fuerat) culpabat [illegible] cōpo[illegible] regi p[illegible] promi[illegible] ratum dup[illegible] tionibus [illegible] publicani [illegible] ſolebant [illegible] benter [illegible] & vt amplificatori [illegible] ad [illegible] tamen [illegible] ſores hab[illegible] ſpondit daturum ſ[illegible] & h[illegible] tei p[illegible] dabo tuamque [illegible] alter [illegible] Tum rex [illegible] vectigalia. Ioſ[illegible] ibus. A[illegible] & S[illegible] ex vectigalium redemptione multa lucrantes, opibus [illegible] ad ſtabi[illegible] fuum [illegible] eſt. *Ioſeph. [illegible] 12. c. 4. Antiq.*

BONORVM COMMVNIVM DIVISIONEM.

P[illegible]ta Agrorvm.

Abraham dil[illegible] ſlutus à Loth nepote, ob iurgia paſtorum mutua, dedit ei optionem, vt eligeret partē quam vellet. Pulchre partitio fit, vt maior diuidat, & minor eligat. *Gen. 13.*

Lycvrgvs cùm partitus agrū eſſet, omnibuſq; ciuibus ſortes æquales diſtribuiſſet, ferunt poſteà peregrè reuertentem F agrum frugibus modò demeſſis peragraſſe, cernetémq; aceruos comparatos æqualiter & pares, lætum arridentémq; cominibus dixiſſe: Nonne totam Laconiam dicas multorum fratrum, qui modò eam inter ſe ſint partiti? *Plut. in Apoph.*

ANNONÆ.

Moſyni populi frumēta omnia æqualiter diſtribuebāt partem tantùm aliquam communiter pro hoſpitibus aduenientibus ſeponentes: *Stob. ſer. 42. ex Nicolao de Gentium moribus.*

MVNERVM.

Alexander Seuerus Imper. aurum & argentum rarò cuiquam niſi militi diuiſit: nefas eſſe dicens, diſpenſatorem publicum in delectationes ſuas ſuorúmque conuertere id; quod prouinciales dediſſent. *Lampridius.*

PRÆDÆ.

Davio Amalechitas, qui Siceleg ex improviſo adorti ceperāt, mira ſecutus celeritate, crapula obrutos ad vnū necauit. Captiui cum omni præda recepti. Negare milites, qui hoſtes ſecuti fuerant, eorum rationem in diuidenda eſſe habendam, qui in caſtris remāſiſſent. Contrà tendere illi, qui fermè 200. erant, nec paſſuri videbantur, quādo velut præſidio in caſtris G fuiſſent; ſe præda fraudatum iri. Etiam res non procul à ſeditione aberat, quum Dauid pronunciauit prædam ex æquo diuidendam quoniam qui caſtra obtinuiſſent, & ipſi militare obiuiſſent munus. Manſitque iam inde mos ille gēti, vt quicquid eſſet expeditione quæſitum æqua ſorte cum ſtationariis militibus diuideretur. *Sabell. l. 8. Enn. 1. ex Reg. 10.*

M. Cato, Hiſpania citeriore ſubacta, militibus, præter cōpendium ex bello magnum, libram argēti in ſingulos diuiſit: addens, ſatius eſſe multos Romanos cum argento, quàm cum auro paucos domum regredi. Ad ſe verò, præter eſculenta & potulenta, negauit ex præda quicquā rediſſe. Neq; reprehendo, inquit, eos, qui hinc emolumentum captant: verum malo de virtute cum optimis, quàm cum diuitibus de pecunia, & cum auariſſimis certare de quæſtu. Neque ſolùm, ſed & comites ſuos præſtabat ab omni captura integros. *Plut. in Cat.*

Cùm Probus (qui poſtea Imp. fuit) adeò iuſte inter milites ſuos ſpolia diuideret, vt nil præter tela & arma ſibi retineret: H quinetiam cùm præda (an ex Alania, ſiue ex aliqua gente, incertum eſt) repertus eſſet equus non decorus, neque ingēs, qui, quantum captiui loquebantur, centum ad diem milliaria currere diceretur, ita vt per dies octo vel decem continuaret, & omnes crederent. Probum tale animal ſibimet ſeruaturum, iam primum dixit: Fugitiuo militi potiùs, quàm forti hic equus conuenit. Deinde in vrnam milites iuſſit nomen ſuum mittere, vt aliquis eum ſorte ductus acciperet, & cùm eſſent in exercitu quidam, nomine Probi, alij quatuor milites, caſu euenit, vt primùm emergeret, cui Probo nomen exiſteret, cùm ipſius Probi ducis nomen miſſum non eſſet. Sed cum quatuor illi milites inter ſe contenderent, ac ſortem ſibi quiſque defenderet, iuſſit iterum agitari vrnam: ſed & iterum Probi nomen emerſit. Cùmque tertiò, & quartò feciſſet, quartò Probi nomen effuſum eſt. Et omnium conſenſu ipſi Probo equus datus. *Vopiſcus.*

Sub Sigiſmūdo Imperatore, Boëmi latrones, duce Examita

Huſſita,

A Huſſitæ, prædam inter ſe in fine cujuſque [illegible] æqualiter diuidebant. *Æneas [illegible] l.1. Europæ.*

PROMISSA. [illegible]DES IN PROM[illegible], PACTIS.

☞ *Conſule Tit. Fides erga hoſte[illegible] Reden[illegible] in carcerem.*

☞ *Item Fidei erga amicos Liberan[illegible].*

Scythes Za[illegible] tyrannus, capt[illegible] ab Hippocrate G[illegible]læ tyranno, & in Inve[illegible] [illegible]atus, prof[illegible] Himeri, atque [illegible]nc tranſmit[illegible] [illegible] aſcenditq[illegible] ad Darium regem: quem Darius [illegible]iſſi[illegible] virorum omnium cenſuit, qui e [illegible] æcia ad ſe [illegible]cend[illegible]. Nam cùm exorato rege in Siciliam abiiſſet rurſus [illegible] Sicilia ad te [illegible] dit, [illegible] donec natu grandior ac beatus apud Perſas ex[illegible] [illegible]ta. *Herod. l.6.*

Sp. Carbilius [illegible]nme [illegible] Ruga M[illegible], P.V[illegible]. Coſſ. vxorē ſuam prim[illegible] apud Romano[illegible], quod ex corporis vitio ſteri[illegible] [illegible] vxorem à c[illegible]ndita Vrbe ad ann[illegible] [illegible] & quinquagesimum, nullū repudiū fuiſſet. C[illegible] [illegible] fuit, quod iur[illegible] randi religionem animo at[illegible] vxorem propter ſuauiſſimos mores proſequebat[illegible] bat. Namque iurare cenſoribus coactus erat vxorem te liberorum quærendorum gratia habiturum. *Dionyſ. Halicar. l.2. Valer. Max. l.2. [illegible].1. Gellius l.4. cap.3. Plutarchus in comparatione Numæ & Lycurgi.*

L. Manlio Imperioſo, A. filio, cùm Dictator fuiſſet; M. Pomponius Tribunus plebis diem dixit, quòd id paucos dies, licèt occaſione benè gerendi belli, ad Dictaturam gerendam addidiſſet. Criminabatur etiam quòd Titum filium, qui Torquatus poſtea eſt appellatus, ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare iuſſiſſet: itaque hunc publicis vſibus ſubtraheret: cùm nihilominus qui liberi noſtri ſunt, non tā nobis quàm Reipublicæ naſcantur. Sed cùm audiſſet adoleſcens filius negotium exhiberi patri, accurriſſe Romam, & prima luce, Pomponij domum veniſſe dicitur. Cui cùm eſſet nunciatum, quòd illum iratum allaturum ad ſe aliquid contra patrem arbitraretur, remotis arbitris ad ſe adoleſcentem venire iuſſit. At ille vt ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit, iurauitque ſe illum ſtatim interfectorum, niſi iuſiurandum ſibi dediſſet, C ſe patrem miſſum eſſe facturum. Itaque iurauit hoc terrore coactus Pomponius, rem ad populum detulit, docuit cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe eſſet, Manlium miſſum fecit. Tantum temporibus illis iuſiurandum valebat. *Cicero l.3. Officiorum, Valer. Maxim. l.5. cap.4. Plinius de viris illuſtr. b.*

* Præſliterat Agesilao ſacramentum Tiſſaphernes, ſi ſecum inducias pangeret, donec nuncij, quos ad regem mitteret, reuerſi eſſent: impetraturū ſe ipſi, vt oppida Græci nominis in Aſia ſui iuris & libera eſſe permitterentur. Ageſilaus ab altera parte iurauerat, ſeruaturum ſe inducias ſine fraude; tribus menſibus ad eam rem conficiendā definitis. Verū Tiſſaphernes iuſiurandum præſtitum mox violauit. Nam pro eo, quod pacē ſe confecturum pollicitus erat, ingentes copias arceſſebat è rege, quas cū iis cōiungeret, quibus iam ante vtebatur. Hæc tametſi animaduerteret Ageſilaus, nihilominus in ſeruandis inducis perſtitit. Quamobrē mihi primū hoc feciſſe præclarè videtur, quod dum Tiſſaphernem periurum eſſe declararet, ſuſpectā eius apud omnes fidem reddiderit. Contra, dum ſe conſtanter & ſacramento confirmata ſeruare demonſtraret & fœdera minimè violare: perfecit, vt omnes tā Græci, quàm barbari, fidentibus animis cum eo fœdus inirent, ſi D quod ei viſum eſſet inire. Vbi vero Tiſſaphernes elatus ob eas copias, quæ à rege deſcenderant, bellum Ageſilao denuntiaſſet, ni Aſia exceſſiſſet: cæteri quidē ſocij, cum Lacedæmoniis, qui aderant omnino ſe angi declarabant: quod Ageſilaū minores in præſentia copias habere putarent, quā quæ apparatui regio reſponderent. Ageſilaus autē hilari admodum vultu renunciare legatos Tiſſapherni iuſſit, habere ſe magnam ipſi gratiam, quod periurio Deos ſibi quidem infeſtos reddidiſſet, Græcis vero belli ſocios. *[illegible] 4. vita eius Xenophon.* Tāta erat in Ageſilao rerum diuinarum reuerentia, vt etiam hoſtes ſacrarum eius & fœdera maiorem mereri fidem arbitrarentur, quam ipſorum inter ſe amicitiā. Et ſuis quidem cum hominibus ab eundē locum conuenire reformidabant, at Ageſilao in manus ipſimet ſe tradebant. Vt autem nemo ſit, qui fidem mihi non habeat: lubet eorum nomina recenſere, qui fuerunt imprimis illuſtres, Spithridates Perſa, quum Pharnabazum ſciret id agere, vt filiā regi, vxorem duceret, ac ipſius filia ſine legitimis nuptiis poriretur: ratus hoc inſigne ſibi fore dedecus ſeipſum cum vxore, liberis, facultatibus in manus Ageſilao tradidit. Et Cotys Paphlagonū princeps, regi qui-

dem dextr[illegible] mittenti non par[illegible] [illegible] comprehenderetur [illegible] magni[illegible] pecunii[illegible] vel [illegible] à morte mulctaretur [illegible] E in Ageſilai fœderibus fidē qui adhibuiſſet in caſtra eius venit, [illegible] itaque ſocietate, cum Ageſilao inita [illegible], quum quidē [illegible]quites mille, bis mil[illegible] [illegible] habebat. Præterea Pharnabazus quoque cum Ageſilao in colloquium venit, apertéque profeſſus eſt, ſe, ni totius ex[illegible] fieret Imperator, defecturū [illegible] rege. [illegible] Imperator [illegible], inquit, mi Ageſilaë, fortiſſime bellum aduerſus te geram, quam quidem diu potero. Atque hæc quum diceret, futurum credebat, vt ipſi contra fœdera nihil accideret. Tanta, tamque præclara res eſt, quum in aliis vniuerſis, tum in Imperatore religioſum eſſe, ac fidei ſeruantem, taléinque cognitum eſſe. *Cap. 29. vita eius, Idem.*

*Philostratus ita ſcribit, Aenoſtes Indus cōpoſito fœdere cū eo qui tunc in his locis regnabat, cùm ille mulierē cōtra eius omne, faſque [illegible] [illegible]tuliſſet, fœdera tamen violare noluit, quòd tam ſanctè pièq; ſe iuraſſe diceret, vt ne iniuriā quidem paſſus, detrimenti quidpiam illi vellet adferre. *[illegible] Apoll. c.6.*

Aurelianus Imp. quum Tyanā veniſſet, eámque occluſam repertſſet, iratus dixit: Canem in hoc oppido non relinquam. Qua voce milites erecti in ſpē prædæ, cum Heraclamon vrbem prodidiſſet, noluit tamen vt vrbs diriperetur. Attamē ne F mendaciū dixiſſe videretur: Agite, inquit ad milites, canē negaui me relicturum, canes omnes occidite. *Vopiſcus in Aurel.*

Leonem Magnum recens imperium adeptum, crebris flagitationibus vrgebat Aſpar, cuius auctoritate Imperator declaratus fuerat, vt quemadmodum promiſiſſet, alterum filiorum ſuorum Cæſarem appellaret. Quum cunctaretur, purpura eius prehenſa: Imperator, inquit, hac veſte indutum mentiri, nefas eſt. Cui reſpondit ille: Etiam cogi, & inſtar mancipij trahi, nefas eſt. Sed quum tandem reſiſtere non poſſet, neceſſitati cedens, filium illius è Patricio Cæſarem fecit. *Zonar.*

Exigenti promiſſa veterano militi cùm diceret Sigiſmundus Imp. At immoderata fuit petitio tua, reſpondit miles: Poteras negare cùm peterem. Nunc ſine turpitudine quod promiſſum eſt, reſcindere non poteris. Tum Sigiſmundus. Si ex duobus alterum me ferre oportet, faciliùs rerum quàm G famæ iacturam ſubibo. *Æn. Syl. l.3. Com. in Panormit.*

Canutus tertius Daniæ rex, cùm poſt mortem patris Canuti II. Noruegiæ regnum Magnus S. Olaui F. occupaſſet, & Angli quinetiam defectionem viderentur meditari, ne Angliæ regno excideret, cum magno pactus eſt, vt qui prior deceſſiſſet eius regnum ſuperſtiti cederet. Anglia interim per biennium conſtitura moritur. Sueno, Canuti II. ex ſorore Eritha & Vlucho Sueco F. cognationis iure regnum petit; Viciſſim quoque Magnus, mutuæ pactionis lege, ipſiúſque Canuti teſtamento legatum, Dani facta competitorum æſtimatione, regum ſuorum ſanguinem repulſæ ignominia fœdare, quam iuriſiurandi vinculum rumpere maluerunt, ſe plus religioni quàm regno deberi confeſſi. *Saxo l.10.*

Magnus Sueciæ rex Alberto duci Megapolenſi Euphemiā ſororem an. 1336. deſponderat. Aliquot pòſt annis filio ſuo Aquino Noruegiæ regi Elizabethā, Hērici Holſatorū comitis germanam, miſſis proceribus iuſſerat adduci. Pacta matrimonij talia fuēre, quod niſi Aquinus dictam puellam acciperet, omnes illicò regni proceres à ſacramento, quod Magno regi ſuo debebant, eſſent liberi. Nauigarunt cū puella Sueciā verſus proceres: ſed eos ventus in portum Daniæ impulit. Rex H Valdemarus quum intelligeret profectionis cauſā, animo ſecum voluit, expedire regnis, vt thorū illum filia ſua teneret. Ergo aduenis hoſpitaliter habitis, & aſſeruatis, regem Sueciæ Magnum euocauit, cum filio Aquino: oſtendens quàm magno trium regnorū commodo pax iugalibus ſacris ſociari poſſet. Magnū Sueciæ regē permouit, vt Aquino filio Margaritam Valdemari filiam iungeret. Nuptiis vix peractis, Blanca regina Sueciæ & Chriſtophorus vnicus Valdemari filius diē ſuū obierunt. Sueciæ proceres ſoluti ſacramēto, quod regi ſuo debuerant, de implenda fide cogitabant. Erant autem pacta dotalia firmiſſimis & maximis vallata pœnis. Nam ſi de parte Henrici comitis impedimentum daretur, quò minùs ſponſalia implerētur, arcem Calmerem (quam de regno Sueciæ tenebat Hēricus in pignus) amitteret, & ſexaginta millia auri talenta perſolueret. E diuerſo, ſi de regis parte ſtaret, quò minùs implerētur nuptiæ, ipſe regno cederet, & omnium ſacramenta ab illo laxata ad Henricum comitē tranſiret. Comes ergo qui fortunā ſuam per multas terras expertus, vbiq; fortiſſimus & fortunatiſſimus habebatur, proceres compo-

neceſſit ſub honore militari, vt dicto parerent. quod niſi fa-
A cerent, apud omnes principes infamiam eorum denudandam. Proinde filii eum adierunt in Hulſatia, regnū illi ex pacto fœdere offerētes, ſeſe ad omnia parituros pollicītí. Ille actis gratiis pro fide, ſe regno teſtatus impatē, illos remiſit ad Albertum ducē Megalopolenſem, ſocerū ſuum: quemcunq; illi ex tribus eius filiis, ex Euphemia ſorore Magni ſuſceptis, Hericum, Albertum, Magnum, elegiſſent, in eum ſe ius ſuum omne refuſurum. Illi delegēre Albertū medium: cumque illo in Sueciam nauigauēre. Interim euocato ad cauſam Magno, vt (ſi poſſet) ſe tueretur, quum minimē compareret, in ipſa Quadrageſima iterum euocarunt: cumque rurſus non compareret, ob contumaciam regno deiecerunt, & vnanimi conſenſu Albertum regem conſtituerunt. Magnus contractis quos ex multis reliquos habebat amicis, vocatóque in auxilium filio arma mouit in Albertum. Sed vbi armis nil profecit, tandem miſerabili oratione regium titulum cum omni iure regni in Albertum cōtulit, & ab eodem viciſſim occiduam Gothiam ad mortem vſque obtinuit. *Crantzius l.5. Suecia c.30.&c.31.*

Boëmi fide publica ad Baſilienſe Concilium miſere Procopium capitaneum, eum aliquot doctis artium magiſtris: nam
B aliarum facultatum doctores nec habebant, nec habere curabant. Fidem interpoſuēre Marchiones duo, Fridericus de Brandenburgo, & VVilhelmus de Baden, Nurenbutga, & Egra vrbes, ituros & redituros ſecurē Boemos, habendóſque pacificē, neque contumeliis in verbu, aut outu, aut facto lauiſſimo afficiendos. Si quid horum violaretur, principes omni iure Boëmorum captiuos, vrbes futuras in Boëmorum poteſtate. Seruata eſt illis fides. *Crantzius l.11. Vandalia, c.25.*

Poloniam atrem cùm deditione accepiſſet Stephanus Poloniæ rex, præſidiarij, ne à milite iniuriam acciperent, curam adhibuit. Itaque accidit; vt cum inſpectante Rege ex arce digredientes, quidam in tanta multitudine facilè lauturum ſe ratus, aliquos ſpoliaret, eum Rex ipſe clauam illum inuectus, notaret. Ea res tantam illi venerationem in animis hoſtium faciebat, vt quo magis clementia fideſque ignota eſſent, eo magis has in ipſo virtutes admirarentur. *Rein. Heidenſtl.l.5. bell. Moſcou.*

Ioannes Basilides Magnos Moſcouiæ Dux, permagna ſæpius promiſſi fideique vanitate erga dinos Poloniæ Re-
C ges eſt vſus: quibus non ſemel pace ſuſcepta, ac iuriſiurandi religione ſancita, ad tranquillitatis fiduciam adductis, & contra Barbaros, nominique Chriſtiano infeſtos populos bella gerentibus, fidem impiè fregit, pacta omnia violauit, & reintegrato bello, vel à neceſſitatia eos contra ethnicos defenſione, vel pulcherrimis pro tepubl. Chriſtiana cœptis renouauit, & obſiſtere ſuis initiis coēgit. Contra ſolos Cazanenſes Tartaros fallax Tyrannus infeliciter dolos exercuetit. *Paulus Oderbornius in eius vita.*

PECVNIAM PROMISSAM, REDDENDO.

Zeno quidam promiſerat quingentos denarios mutuo. Admonitus ab amicis, hominem eſſe malæ fidei, tamē credit, vel ob hoc, quia promiſerat, & ſūma erat exilis. *Eraſm. in Adag.*

Fridericus dux Auſtriæ Alberti Cæſaris filius, commiſſurus prælium aduerſus Ludouicum Boiarium, qui cùm de imperio contendebat, quamuis accepiſſet Marchiones Brandenburgenſes eum hoſtibus ſentire, his tamen promiſſam ante pecuniam numerauit, alienam fidem accuſari, quàm ſuam malens. *Æn. Syl.l.3. Com.in Panorm.*

ÆS ALIENVM DISSOLVENDO.

D Demosthenes aduerſus Leptinem, probans non eſſe violandam fidem, narrat xxv. tyrannos Athenienſium mutuatos fuiſſe pecuniam à Lacedæmoniis contra Athenienſes illos, qui Piræum oppidum occuparant: quam cum poſtea rebus compoſitis receptáque Rep. repeterent, miſſis oratoribus Athenas: inueniebantúrque qui æquum cenſerent reddere illos, qui accepiſſent, quorúmque vtilitatibus ſeruiſſet, id eſt, eos, qui in vrbe tunc erant, atque illic dominabantur: aliis contrà cenſentibus illam ſoluendam eſſe ab omnibus ciuibus, futurumque id argumentum verè conciliatorum animorum, & vnius corporis ciuitatis: populum ſtatuiſſe, ſe quoque conferre participémque eſſe illius ſumptus, ne fides vllam in partem laboraret.

Quum Athenienſes olim ſacrificia inſtituiſſent, peterentque a ciuibus, vt vnuſquiſque aliquid de ſuo ad complenda ſacrificia adderet. Phocion Athenienſis efflagitatori reſponſiſſe dicitur: Puderet, ſi vobis adderem, ac huic, cui debeo iure, nihil redderem. Sunt qui potent ſe Deo facere rem gratam, ſi [illegible] cultum idolorum multos conferant nummos. Phocion [illegible] Deo multò gratius eſſe, [illegible] s q[illegible] bu[illegible] d[illegible]. *Plut. in Græc. Apoph.*

[illegible]thagoricus quidam philoſoph[illegible] tor[illegible] calceos, non promptum habens pec[illegible] vt in craſtinum expe[illegible] diei, quo cum veni[illegible] audit ſutorem iamiam defunctum eſſe. Non [illegible] mentionem pecuniæ numos non iouita ma[illegible], gratulabundus d[illegible] facto iam lucro, retulit. V[illegible] conſc[illegible] inde torquetetur, arrepta pec[illegible] ad ſ[illegible] tab[illegible] nam regreditur, & pecuniam in ſuro[illegible] do[illegible] pr[illegible] ciens, ait [illegible] ibi viui[illegible] qui defunctus eſt [illegible] animum a[illegible] facti liberauit. *Eraſmus l.6. Apoph.*

Iacnaus Pativs, in Florentina ciuitate primat[illegible] ciuis, inita contra Medicos conſpiratione, pridie eius diei, quo inter coniuratos conuenerat, vt cæde[illegible] her[illegible], omnibus quibus acceptas pecunias relatas habebat, ad eas ſoluendum curauit, ne cui vnquam, ſi parùm ex ſententia coniuratio ſucceſſiſſet, ſua aduerſa fortuna damno aut detrimento eſſet: quicquid mercium aut domi poſitum, aut apud ſcripturæ magiſtros ad alios pertineret, id ſumma religione ac fide, homo alioqui deorum contemptor, reſtituit dominis imperauit. Cum reliquis coniuratis deprehenſus, carnifici guſam laqueo frangendam porrexit. *Brutus l.6. hiſt. Flor.* F

EMPTIONEM ET VENDITIONEM.

Thuriaci mercaturam exercentes, abſque omni dolo vendunt omnia. Apud quos ſi quis domū emerit, ſacra facere in Apollinis Epicomæi fano: ſi verò prædium, in vico quem inhabitat, & iurare coram magiſtratu ſolet, quod reuera iuſtè emat, nec fraudulenter agat, nec arte dolóve vratur vllo. Eodē modo & magiſtratus quoque vendentem iurare iubet, quòd ſine malo dolo vendat. *Stob. ſerm.52. ex Theophraſti ſcriptis.*

Themistocles prædium diſtrahens iuſſit pronunciari: Etiam vicinum bonum illud habere. *Plut. in Apoph.*

Cornelia aſinam pecunia onuſtam in forum produxit, loco ſponſorum, cùm fundum emiſſet. Vnde Coroeliæ genti Aſinæ cognomentum datum eſt. *Macrob.l.1. Saturn.c.6.*

Q. Mvtivs Scævola Pont. max. eloquentium iuriſperitiſſimus, & iuriſperitorum eloquentiſſimus, cùm aliquando poſtulaſſet, vt ſibi fundus, cuius emptor erat, ſemel indicare- G tur, idque venditor feciſſet: dixit ſe pluris æſtimare, addidítque centum millia. Vſque adeò ab officio boni viri non diſcedebat. *Rutilius in eius vita.*

Aiunt Carthaginenſes, locum eſſe Africæ extra columnas Herculis, habitatum hominibus: eò quoties ipſi applicuere, ſe merces è nauibus exponere, eáſque in crepidine terræ deinceps collocare: tum conſcenſis nauibus fumum excitare: fumo autem conſpecto, indigenas ad mare contendere: debere auro pro mercibus depoſito, rurſus illinc e nauibus egreſſos precium conſiderare, & ſi dignum mercibus videatur, eo ſumpto abire: ſi minùs, conſcenſis iterum nauibus ſecedere. Illos verò accedentes, plus auri ad id quod depoſuerunt addere, donec perſuadeant. Neutros autem alteria iniuriam inferre: neque enim ſe contingere merces prius, quam ipſi ſumpſerint aurum. *Herod.l.4.*

Hermes philoſophus Ægyptius, auditor Syriani ſophiſtæ, condiſcipulus Procli, ſub Hadriano principe, vir non minùs iuſtitia quàm doctrina præditus, ſi quid emptutus minus iuſto pretio addiceretur, ipſe nihilominus iuſtum promebat: ſi quid verò contrà, non vltrà appetebat. *Suidas.* H

Scoti veteres in priuatis contractibus ita ſuum vnicuique reddebāt, vt ad definitā menſuram auctarium ſemper quoddam accederet. Qui mos adeò inualuit hoc tempore, vt contractum emptor diſrumpat, ſi denegetur. *H. Boeti. in Scotia.*

PERMVTATIONEM.

Q. Fabius Max. captiuos ab Hannibale interpoſita pactione numerorum receperat. Qui cùm à ſenatu nō præſtaretur, miſſo in vrbem filio, fundum, quem vnicum poſſidebat, vendidit, eiúſque pretium Hannibali protinus numerauit. Si ad calculos reuocetur, paruum, vtpote ſeptem iugeribus. & hoc in Pupinia additis tedactum: ſi animo prærogantis, omni pecunia maius. Se enim patrimonij, quàm patriam fidei inopem eſſe maluit: eo quidem maiore cum commendatione, quòd proni ſtudij certius indicium eſt ſupra vires niti, quàm viribus ex facili vti: alter enim quod poteſt præſtat, alter etiam plus quàm poteſt. *Valer. Max.l.4. c.8. & Plut. in Fabio.*

MVTVVM

A MVTVVM, COMMODATVM, PRECARIVM.

☞ *Precarium eſt , ait Vlpian. quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu, quamdiu is qui conceſſit, patitur. Hotoman. de Verbis iuris.*

Poſtquàm exules duce Thraſybulo,vrbem eiectis Tyrãnis recuperarunt,& alia Athenienſibus curæ fuerunt:tum etiam de iis pecuniis(centum erant talenta) quæri placuit,quas ciues mutuati eſſent à Lacedæmoniis , dum ſeruire mallent, quàm ſua perdere. Interdicta concione, cùm multis æquum eſſe videretur, vt hi Lacedæmoniis ſatisfacerent,qui mutuò ſumpſiſſent:Populus,tamen ſapientiſſimè ſciuit,vt id æs omnium commune eſſet. *Iſocrates in Areopagitico. Xenophon. l. 2. Æmilius Probus in Thraſybulo, & Iuſtinus l.10.*

Ioannes pontifex Rom.à Theodorico Oſtrogotho ad Iuſtinum Imp.legatus miſſus,cùm Corinthum adiiſſet, ac terra inde pergere vellet: manſuetum equum quærens,vnum à nobili quodam viro, quem in vxoris manſuefaceret vſum, accepit,ea conditione, vt poſtquam ad certum locum veniſſet, eum remitteret. Quod cùm is præſtitiſſet,res incidit ad admirationem inſignis:quippe equus,qui ſanctum pontificem detulit,poſtea nunquam dorſo ſuo inſidentem mulierem paſſus eſt. Qua re animaduerſa, illc equum remiſit, orans,vt poſſideret,quem ſuum ſedendo feciſſet. Huius hiſtoriæ S.Grego-

B rius eſt auctor, *l.3. Dial. cap.2. Sigonius, l.19. Imp. occid.*

Locationem , Condvctionem Rervm Operæve.

Tobias iunior Raphaëli angelo,quem Azariam eſſe putabat, mercedem liberaliter ſoluere volebat , dimidium decem talentorum argenti quòd è Media attulerant,nimirum quinque talenta: cùm pactus tantùm cum eo fuiſſet drachmam in ſingulos dies. Verùm Raphaël argentum repudiauit , & ſe quis eſſet, declarauit. *Tobiæ 12.*

Aristoteles nono Moralium Nicomachiorum , narrat Protagoram cum nemine diſcipulorum ſolitum paciſci , verùm vbi iam dediſſent quæ volebant,iubebat ipſos diſpicere, quanti æſtimarent ea quæ didicerant : & quicquid ab illis dabatur,accipiebat. *Eraſmus in Adagiis.*

Apollonivs Alabandenſis rhetor mercede docens , quos ad rhetoricam ineptos eſſe , videret, amicè dimittebat, & ad quam apti viderentur artem,eam vt amplecterentur, perſuadebat. *Cic. de Oratore.*

Architectus quidam Venetiis geminas columnas ex Oriẽte aduectas,quæ diu iacuerant, nemine eas erigendi & ſtabiliendi prouinciã ſuſcipiẽte,attollere ſe velle promiſit;annuũ

C ſalarium & ſplendidas ædes præmium pactus,inſuper vt omnibus impunè in earum baſibus ludere liceret.Etexit:erectas alteram D.Marco,alteram D. Theodoro dedicarunt Veneti : annuum ſalarium decreuerunt: ludẽdi quoque impunitatem, non niſi longo pòſt tempore ſuſtulerunt. *Egn.lib.8.c.13.*

Alfonsvs Atestinvs,dux Ferrarienſis,ſe creditorẽ exiſtimari malle,quàm debitorem profitebatur:ideóque militi ſua ſemper ſtipendia incorrupta fide ad diem perſoluit, & nunquam optimarum artium profeſſoribus,qui in Gymnaſio iuuentutem docerent,cõſtituta præmia retardauit.Sic enim ſibi cùm ſecuritatis , tum dignitatis ſuæ rationem conſtare exiſtimabat:quarum alteram fide militum parari, alteram autem præclara florentis gymnaſij exiſtimatione ſuſtentari,nunquã honeſtæ laudis oblitus,arbitrabatur. *Iouius in Alfonſ. Ateſtin.*

DEPOSITVM , FIDEICOMMISSVM: TVM Regni.

Pittacvs,tyrannide ſibi à ciuibus delata,tamdiu illud im-

D perium ſuſtinuit, quamdiu bellum de Sigæo cum Atheniẽſibus gerendum fuit. Poſtquam autem pax,victoria parta eſt, licèt reclamantibus Mitylenæis depoſuit : ſed & recuperati agri dimidiam partem conſenſu omnium oblatam reſpuit. *Valerius Maxim. l.6.c.8.*

Cinnami Parthi fidem in regno ſibi commiſſo Artabano reſtituendo, *pete ex Tit. Fidei erga ſupplices.*

Abdicauerat ſeſe ducatu in Venetis Ioannes Particiatius. Conſternata dein ciuitate Candiani ducis caſu,qui in Natetanis cum tota claſſe victus mortẽ occubuerat: populi rogatu tantiſper dum nouus princeps crearetur,honoris inſignia recepit,ne quam interim cladem adiret reſpublica, erexitque hortatu & præſentia ſua ciues mœrore affectos. Mox verò vbi nouus eſt dux in demortui locum ſuffectus,vltrò ſeſe in ordinem redegit:docuítque præclarè vt prodeſſe poſſis tuis, non præeſſe,publicos honores expeti oportere. *Sab.l.7.c...*

Balduinus Burgenſis, tertius Hieroſolymotũ rex mortuo Rogerio (propter puerilem ætatem Boëmundi iunioris, qui Rogerij nepos Boëmundo ſeniore patre natus erat,& ea tẽ- E
peſtate in Apulia (agebat) ab Antiochenis ciuibus datī Antiocheni principatus adminiſtrationem ſuſcepit,ingenti impendio periculóque principatum defendit, à Turcis captus, biennio pòſt magno auri pondere ſe redemit. Cùm autem ad eum Boëmundus iunior, repetendi principatus gratia veniſſet , liberè ſtatim illum ei reſtituit , quem à Rogerio patruo antea impetrare nequiuerat. *Fulgoſ. lib.6.c.5.*

Tancredvs Normannus , cùm apud Boëmundum patruum Antiochiæ principem in Syria eſſet, Boëmundo in prælio à Sarracenis capto,tres,annos principatum rexit:auctíſque finibus , auctóque theſauro , grandi pretio patruum redemit , eíque omnia reſtituit. *Æmilius, & Fulgoſus & Egnatius, l.6. cap.5.*

VRBIS.

Acceperat Franciſcus Sfortia,à Philippo Mediolanẽſium duce Blancam eius filiam vxorem , illegitimo thoro natam: Cremonámque vrbem, Cremonenſémque agrum omnem in dotem acceperat,celebratis nuptiis profecturus in Vmbriam atque Hetruriam cum exercitu , Cremonam Venetis commendauit. Illi curam eam ſuſcepêre : nec dubitarunt bellum etiam cum Philippo gerere , qui iniquiſſimo ferebat animo, ſe ſocerum à genero ſuo contemptum eſſe, Venetóſque ipſos intra ſuos etiam fines ſibi eſſe celebri tutela præpoſitos. F
Egnatius lib.6. c. 6.

ARMORVM.

Neoptolemvs Achillis F. à Græcis cum Vlyſſe ad Philoctetem in Lemno inſula pro recuperandis ſagittis Herculis, ſine quibus Troia capi non poterat, miſſus. Vlyſſis conſilio ſimulauit ſe odio Græcorum in patriam fugere & Philoctetem comitem ſibi adiungere velle.Philoctetes fidei illius ſagittas committit. At poſtquam Vlyſſes Philoctetem vel vi cogere vt Troiam ſecum nauigaret,vel eo relicto cum ſagittis abire vellet: Neoptolemus pœnitentia ductus,quòd Philoctetem exarmaſſet,vel inuito Vlyſſe ſagittas ei reddidit,& verbis ei perſuaſit,vt præſentia ſua Græcis in euertẽda Troia ſubſidio eſſet. *Sophocles in Philoctete.*

PECVNIÆ.

Cadmvs Scythæi F.Cous,à Gelone Syracuſiorum tyrãnó cum tribus bitemibus & magna pecuniæ vi miſſus eſt Delphos(quo tempore Xerxes Helleſpontũ cum exercitu tranſmiſerat) vt ſi barbarus vinceret,regi terram aquámque eorũ locorum, quibus Gelon imperabat, traderet : ſin vincerent Græci,pecuniam reportaret. Itaque cùm victo Xerxe tantam G
pecuniam inuertere potuiſſet,& Coum redire,ex qua ſponte depoſita tyrannide exulatum ierat,noluit,ſed in Siciliam ad Gelonem reuerſus eſt. *Herod. l. 7.*

Arnaldvs Gerardvs Catalanus,cùm in naue ſua operaria Gulielmum Auriam ferret, quo tempore Piſani Genuenſéſque graui inter ſe bello diſſidebant: à Piſanorum nauibus captus,quæ Genuenſium tantùm merces ac bona quærebant: nec minis nec promiſſis adduci vnquam potuit, vt duo millia & quadringentos aureos numos, qui Duplices appellantur, detegere vellet:quam pecuniam, dum ab hoſtibus oppugnaretur, Gulielmus Auria ei commendauerat, quia norat Piſanos non in Catalanorum , ſed ſolùm in Genuenſium bona inuehi. Arnaldus igitur,poſteaquam eum Piſani dimiſerunt, ſecum eam pecuniam ad Genuenſes ſimul deferẽs,vt primùm in Baleares peruenit,pecuniam tanto labore ſeruatam,Conſuli Genuenſium in Balearibus obtulit,vt ipſe eam Gulielmo reſtitueret. Genuenſes Arnaldum ciuitate , multiſque aliis commodis,ſcripto honorificis verbis diplomate, donarunt. H
Fulgoſ. lib.6.cap.5.

DOMVS.

Ann.Chriſti 1497. Armenij qui Venetias venerãt,tabellas teſtamentarias,Ziani principis tempore ab homine Armenio confectas,ædis Marciæ procuratoribus oſtenderunt: quibus tabellis domũ in vrbe demortui pecunia emere procuratores iubebantur, quam quidem domum Armenij ad vrbẽ venientes incolerent : eámque poſtea domum cum ſacello emptam ad Iuliani fuiſſe in Laternarum via,quæ tunc à procuratoribus locetur:itaque illam ipſam domum ſibi reſtitui ex teſtamento petierunt. A procuratoribus intellecta eorũ poſtulatione,domus eſt Armeniis reſtituta,atq; ab iis incoli cœpta. Ipſi à ciuitate comiter & liberaliter accepti , gens tam longinqua,vrbi amico ſpectaculo fuerunt. *Bemb.l.4. Ven.Hiſt.*

TABVLARVM TESTAMENTI.

A Titivs & Plancus M. Antonij ex conſularibus amici à Cleopatra ſuggillari, quòd plurimùm fuiſſent aduerſati, ne bello intereſſent, perfugerunt Cæſarem, & teſtamentum Antonij detexere, contentorum conſcij. Tabulæ depoſitæ apud virgines Veſtales erant, quas poſcenti Cæſari denegauerunt illæ tradere: ſi accipere vellet, ipſe veniret mandauerunt. Illuc ergo profectus accepit tabulas, Ac primùm ipſe ſeorſum ſcripta euoluit, ac loca quædam annotauit reprehenſioni patentia. Aduocato inde ſenatu recitauit ea, pleriſque id moleſtè ferentibus. Indignum enim videbatur & graue, tati nem vt quis redderet viuus poſtremorum ſuorum iudiciorum. Exagitauit in tabulis illud præcipue, quod de funere ſuo ſtatuerat. Præſcripſerat enim, vt corpus ſuum, etiamſi in vrbe deceſſiſſet, per forum elatum Alexandriam mitteretur ad Cleopatram. *Plut. in Antonio.*

ARCANI.

Mira fide ſecreta Perſis celare moris fuit; quippe quibus vetus diſciplina ſilentium capitis periculo ſanxerat. Nullum probrum grauius, quàm linguæ, apud eos vindicatur: grauiſſimo ſupplicio dignos arbitrati, quibus graue eſſet tacere, B quod homini facillimum natura voluiſſet. *Sabell. lib. 4. Ennead. 4. ex Curtij lib. 4.*

Ἀρεοπαγίτου σιγηλότερος, id eſt, Areopagita taciturnior, dicebatur, qui commiſſum arcanum optime contineret. *σιγηλὸς* enim dicitur, non qui tacet ipſe, ſed qui continet arcanum, nec effutit vſquam. Translatum eſt à vaſis ſolidis, nec vlla ex parte perſtillantibus. Athenis in Areopago cauſæ capitales audiebantur, idque noctu, magna attentione. Et fortaſſis nefas erat illis quæ ibi fuiſſent acta, apud vulgus effutire. Extant & hodie apud VVeſtphalos reliquiæ generis Iudicum, Certi vulgò dicuntur. Qui in hunc ordinem admittuntur, magna religione adiguntur ad ſilentium. Eſt enim ratio quædam deprahendendi crimina, quam nullus intelligit, præter illos iuratos. *Eraſmus in Adagiis.*

Evripides, cuidam opprobranti grauεolentiam oris: Multa nimirum, inquit, in illo occulta computruerunt, Significans, ſe poſſe continere arcana. Solent autem res in occulto congeſtæ computreſcere. *Eraſm. lib. 8. Apophth.* Idem Demoſtheni tribuunt alij.

C Demetrivs, Antigoni Aſiæ regis F. ſilentij iuramentum ſeruauit, quod patri dederat in tacendo conſilio eius de Mithridate interficiendo, quando ex vnico ſaltem ſomnio ipſi ſuſpectus fuerat redditus. Nec enim id verbis Mithridati reuelauit, ſed vbi ſoli ſine arbitris fuerunt, haſtili in ſolo, inſpiciente illo deſcripſit, Fuge Mithridate. *Plut.*

Romani cum Pyrro bellum gerentes, Timochara offerente, ſe Pyrrhum veneno necaturum, Pyrrhum vt ſibi caueret monuerunt, neque tamen Timocharis nomen indicarunt: quòd turpe eſſe iudicarent, eum, qui operam ſuam illis obtuliſſet, hoſti prodere. *Valer. Max. lib. 6. cap. 5.*

Romani adeò magna caritate patriæ tenebãtur, vt patrum arcana conſilia multis ſeculis nemo ſenator enunciauerit. Q. Fabius Maxim. tantummodò, & is ipſe per imprudentiam, de tertio Punico bello indicendo, quod ſecretò in curia erat actum, P. Craſſo rus petens domum reuertenti in itinere narrauit, memor eum triennio antè quæſtorem factum, ignaruſque, nondum à Cenſoribus in ordinem Senatorum electum, quo vno modo etiam iis qui iam honores geſſerant, aditus dabatur. Sed quamuis honeſtus error Fabij eſſet, vehementer D tamen à Coſſ. obiurgatus eſt. Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum vinculum, labefactari volebant. *Val. Max. lib. 2. c. 1.*

Cùm Aſiæ rex Eumenes, amantiſſimus Romanæ vrbis, bellũ à Perſe aduerſus P. R. comparari Senatui nunciaſſet; non antè ſciri potuit quid aut ille locutus eſſet, aut patres reſpondiſſent, quàm captum Perſen cognitum eſt. Fidum erat & altum Reipublicæ pectus, cura ſilentiique ſalubritate munitum, & vallatum vndique: cuius limen intrantes, abiecta priuata caritate publicam induebant. *Valer. Max. l. b. 2. c. 1.*

Papyrivs Prætextatus à patre in Senatum ductus, ſecreta matri efflagitanti aperire noluit. *Macrob. l. 1. Saturn. cap. 6. & Gellius lib. 1. c. 23.*

Portia M. Bruti coniux, vltroneo vulnere conſtantiam ſuam explorauit, an reticere magna ſecreta poſſet: & vbi vulnus ſe tacere & celare poſſe intellexit, tum ex viro rogare eſt auſa, quænam animo tam anxius volueret: conſiliũmque Cæſarianæ necis commiſſum ſibi à Bruto, æquè tenaciter ſi de ... ac quiuis conſpiratorum, tacuit. *Lud. Viues de Chriſtiana fœmina lib. 5. ex Plut. Bruto.*

Plantivs Lateranus, Piſonianæ coniurationis aduerſus Neronem particeps, cùm ad mortem à Tribuno ... conſciorum ... non modo ... dixit ... verùm ne verbum quidem dixit, aut aliquid innuit ... Tribunus in ſuſpicionem venire poſſet. *Fulg. lib. 3. cap. 8.*

Epicharim ſcribit Tacitus & Xiphilinus, ... iam Piſonianæ coniurationis ſub Nerone, ... ſi, vt indicaret, primo die non verberibus, non ignibus, non ... ac ... torquentium, ne à fœmina vincerentur ... ſtomacham, vt aliquid ſe ſcire confiteretur. Poſtero die cum ad eoſdem cruciatus retraheretur, geſtamine ſellæ (nam diſſolutis membris inſiſtere nequibat) vinculo faſciæ, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum ſellæ reſtrictio, indidit ceruicem, & corporis pondere connixa, tenuem iam ſpiritum expreſſit. *Viues lib. 1. de Chriſt. fœm.*

Evdamidas Corinthius pauperrimus, Aretæum Corinthium & Charixenum Sicyonium amicos ſuos opulentiſſ. hæredes ſcripſit hunc in modum: Lego Aretæo quidem matrem meam alendam, atque in ſenecta fouendam: Charixeno F verò filiam meam elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit: Si quid autem interim acciderit alterutri horum, quoque partem alter habeto. Illi ergo cùm rata eſſe iuſſiſſent ea, quæ teſtamento fuerant ab amico legata, Charixenus quinque duntaxat diebus ſuperuixit. Aretæus & matrem Eudamidæ aluit, & filiam eius duobus talentis è ſuo dotatam, honeſtiſſimè elocauit. *Lucianus in Toxari.*

Primo Senatuſconſulto, quo Gordiano ſeni, & eius filio Auguſtorum appellatio cum imperio aſt decreta contra Maximinum, adeò occultè ſunt omnia in Senatu acta, vt non ſcribæ, non ſerui publici, non alij publicorum conſiliorum miniſtri ſint tum in curiam admiſſi, ſed ſenatores omnibus amotis arbitris, illorum munera obirent, ne quid eorum quæ fierent, proderetur. *Sab. lib. 7. En. 7.*

Quidam de cubiculariis Leonis Philoſophi Imp. nomine Rodophyllus, neceſſariæ rei cauſa in Siciliam miſſus cum C. auri libris: in itinere morbo correptus, Theſſalonicam ſe contulerat curandi corporis cauſa. Eum Tripolita Agarenorum dux ibi tum captum, eius auri cauſa diu tortum, cùm ſe G quicquam habere pernegaret, necauit. Et verò aurum in itinere Rodophyllus reliquerat, idque Simeon ſecretarius ea tranſiens ſuſtulerat. Hic Simeon Tripolitam vrbis euerſionẽ animo agitantem hortatus eſt, vt excidio abſtineret, eóque nomine aurum illud acciperet: ac perſuaſit. Quod Simeonis factum ita gratum fuit Imperatori, vt eum patricij ac ſecretarij primatij dignitate remunerarit. *Cedrenus.*

Nefas apud Hiſpanos habetur poſt euictam à Senatu ſententiam mentionem de his facere, qui ab ea ſententia, quæ ſuperata eſt, ſteterint. *Laur. Valla lib. 5. Hiſtor.*

Iudices Conſcij à Carolo Magno inſtituti, taciturni ad miraculum vſque. *Vide Tit. Indices iuſti.*

Turci noctu Quandam comprehenſum de Bladi Draculæ, qui in caſtra impetum fecerat, militibus deduxerunt ad Mahumetem II. Imp. qui eum interrogauit. Quiſnam & cuias ſit, & vnde veniat? Qui vbi ad ſingula reſpondit, tandem iuſſus eſt dicere: Si ſciret vbinam Bladus Daciæ princeps moraretur? Is reſpondit: Se quidem quæ ſcire expetant, exactè noſſe: verùm numquam id enunciaturum: adeò metuere ſe virum illum. Mortem intentantibus, ingeminauit: Non au- H dere ſe quicquam eorum profari. Mahumetes admiratus viri conſtantiam eum continuò necauit, dicens: Si vir ille exercitum haberet memorabilem, non dubito quin breui ad magnam claritatem euaderet. *Chalcondylas lib. 9.*

Carolo IX. regnum Neapolit. occupatum in Galliam reuerſuro, Veneti cum Pontifice Alexandro VI. Maximiliano Imp. & Ludonico Mediolanenſi principe fœdus percuſsêre tanto ſilentio, vt Philippus regis Gallorum legatus, cùm Venetiis in curiam quotidie ventitaret, atque ab legatis reliquis appellaretur, nihil eius tamen cognoſcere potuerit. Itaque cùm poſtridie eius diei, quo die ſcripta lex eſt, in curiã vocatus à principe fœdus eſſe percuſſum intellexiſſet, & nomina fœderatorũ cognouiſſet, mens penè hominẽ reliquit: tametſi princeps ei dixerat, ea quæ feciſſent, non propterea eſſe facta, vti bellum cuiquam inferrent, ſed vt, ſi inferretur, propulſarent. Demùm is reuocato ad ſe paulisper animo: Quid, inquit,

inquit, meus rex in Galliam reuerti non poterit, tum Princeps: A Ille verò, inquit, poterit, ſi redire amicus volet, nóſque in rebus omnibus iuuabimus. Quo reſponſo accepto diſceſſit: atque vbi curia egreſſus, rementis quas aſcenderat, ſcalis, in aream deſcendit, ad Scribam Senatus, qui eum comitabatur, conuerſus: Rogo te, inquit, ſodes, mihi eum ſermonem recuſeas, quem princeps mecum habuit: nihil enim iam eius memini. *Bembus lib.2.Ven.Hiſtoria.*

Mediolanenſi bello, quod primum cum Philippo Vicecomite Veneti geſsère, dictus eſt Imperator totius exercitus à Senatu Franciſcus Carmaniola, rei bellicæ peritiſſimus. Qui fuſis apud Maclodium memorabili acie Philippi copiis, & recepta Brixia, vt vix ille intra Abduæ ripas impetum tueretur ſuum, mutato animo partim accuſare Senatum Venetum audaciùs, & legatis ipſis in caſtris inſultare: partim rem Venetam ita negligere cœpit, vt proditionis ſuſpectus haberetur. Venetias vocatus de pace cum Philippo agendi prætextu, cùm per octo menſes de illius proditione quotidie inquireretur, nunquam tamen ille tale quippiam ſuſpicari potuit: donec Senatus conſilio facto, quum omnia certis nunciis, & Carmaniolæ ipſius literis conſtarent, ipſe, poſt B XXX. dies, quàm cuſtodiæ mancipatus erat, intra duas columnas ſecuri percuſſus, meritas perfidiæ ſuæ pœnas luit. *Egnatius lib.2.cap.1.& Sabell.lib.2.Ennead.10.*

Continentis imperio exuti Veneti principum Chriſtianorum conſpiratione, de recipiendo Patauio per aliquot dies tanta egère taciturnitate, vt vel quotidie commeantibus Patauinis Venetias, Venetis Patauium, non priùs occupandi Patauij conſilium innotuerit, quàm hinc Andreas Grittus legatus cum exercitu, illinc frequentibus per Medoacum lembis ſubuecti Veneti vrbem occuparunt. Confecta res eſt die XVII. Iulij menſis, quæ diuæ Marinæ ſacra habetur: in cuius memoriam Patres decreuère, vt dux ipſe cum Senatu magnifica pompa ædem Marinæ inuiſeret. *Ibidem.*

Quum Venetiis ageretur in decemvirali conſilio, de principatu abrogando Fr. Foſcaro duci, ne qua ſuſpicio manare in vulgus poſſet, hoc à patribus agi, Marcum Foſcarum fratrem eius amantiſſ. D. Marci procuratorem, ſingulis diebus eò aduocari iubebant: ſed cubiculo incluſum diligentiùs aſſeruabant, C adactum graui pœna, ne quid tale proderet. Memor ille fidei, quam patriæ dederat, ſilentium obſtinatè tenuit: cæterùm non multò poſt mortem fratris, qui tertiò abdicationis die periit, diem ſupremum obiit. *Egnat. lib.5.cap.5.*

TESTAMENTA, LEGATA.

AVGVSTVS adhuc adoleſcens, ab M. Antonio millies H-S (quam pecuniam domum ſuam aſportauerat Antonius) repoſcebat, vt repræſentaret populo Romano legatum Cæſaris viritim trecentos nummos. Incubante autem argento Antonio, atque repetitionem iſtam, ſi ſaperet, vt miſſam faceret, conſulente, patrimonium ſuum diſtraxit, legatóque ſoluto ſtudium ſibi, illi ciuium concilіauit odium. *Plut. in Apoph.*

CALIGVLA legata ex teſtamento Tiberij, quanquam abolito, ſed & Liuiæ Auguſtæ, quod Tiberius ſuppreſſerat, cum fide ac ſine calumnia repræſentata perſoluit. *Suetonius.*

Cùm Sabina Romana in teſtamento ſcripſiſſet: Modeſto ſeruo meo, cui vt libertas daretur ordinaui, talem rem lego: & cùm ea mortua ſcriptum nihil eſſet inuentum, neque teſtes apparerent, qui liberationis Modeſti fidem aliquam facerent, Plinius Secundus inter præcipuos hæredes, voluit vt Modeſtus libertate donaretur, legatúmque à Sabina relictum D acciperet: Sabinæ enim voluntatem, quam expreſſa ipſius voluntatis verba, quæ non inueniebantur, ſequi ſatiùs duxit. *Fulgoſus lib.7.cap.8.*

EVLALIVS quidam, de diuite pauper factus, moriturus Iuſtinum Thracum Imp. hæredem teſtamento nominauit, iuſſitq; tribus ſuis filiabus, quas paruulas relinquebat, educationem eum ac dotem præbere, omnia ſua debita creditoribus perſoluere, & ab iis ſyngraphas ſuas redimere. Quæ omnia Iuſtinus regia munificentia perfecit, magna omnium, qui rei famam percipiebant, admiratione. *Cedrenus in vita Iuſtini.*

Diui Marci Procuratores ſunt ſupremæ dignitatis penes Remp. Venetam, qui ferè duces, vbi contigerit principem ſuum obire, declarari ſolent. Horũ præcipuum eſt munus, vt ciuium teſtamenta ſumma fide tueantur, ac colant, exequendáque in primis curent. Quorũ fides tantum breui eualuit, vt etiam apud ceteras gentes pleríque principes viri & fœminæ tutores eos eſſe iuſſerint. Sic Viridis Scalane, ſic Dominicus Malateſta Ariminenſis princeps, ſic Regina Daciæ. *Egnatius lib.6.cap.6.*

E

TVTELAM. TVTORES FIDI.

Cùm Polydectes Lycurgi frater natu maior diem ſuum obiiſſet, ad Lycurgum Spartæ regnum peruenit. Verùm cùm fratris ſui vxorem relictam in vtero habere comperiſſet: ad fœtum conceptum, ſiquidem maſculus eſſet, regnum pertinere exiſtimans, ipſe tutoris loco (orborum autem parentes regum Procuratoris *πρόδικοι* Spartanis appellantur) regnum adminiſtrauit: Submiſit autem ea mulier clàm, qui Lycurgo indicarent, paratam ſe ad abolendum fœtum, vt ipſi Spartæ regnum tenenti nuberet. Lycurgus mulieris conſilium ſe probare ſimulauit: nolle tamen ſe ipſius matris periculo id fieri, in procurando abortu, affirmauit, quin potiùs pareret, vt partus confeſtim è medio tolleretur, ſibi curæ fore. Hac ratione fœminam vſque ad diem partus ducem, miſit qui enitenti adeſſent: puerúmque ad ſe inter cœnam allato: Rex vobis, ô Spartani, natus eſt, clara voce exclamauit: cúmque in loco regio depoſuit, & Charilao nomen impoſuit, propterea quòd omnes magnitudinem animi & iuſtitiam Lycurgi cum gaudio & gratulatione admirarentur. *Plut. in Lycurgo, & Strabo lib.10.Geographiæ.* F Sed quia maior omnino erat Lycurgo auctoritas, quàm tutoris eſſe ſoleat, eò grauior inuidia eſt illi à Leonida pueri auunculo, & aliis matris neceſſariis orta, illum ſedulò ad populum criminantibus, velut pupillaris tutelæ prætextu ambitioſè quæreret, vt fratris filio quodammodo expuncto regnum occuparet. Ea res cauſam illi præbuit diutiùs peregrinandi, vt tamdiu abeſſet, quoad puer ad eam perueniſſet ætatem, qua per ſe hæreditarium regis nomen tueri poſſet. *Sabell. lib.1. Ennead.2.*

HIERO Syracuſanorum rex, cùm Syracuſas accerſiſſet filios Anaxilæ, Zanclis quondam Domini, eos hortatus eſt, cùm iam ætate vigerent, vt ratione cum Micytho tutore ſuo inita, dominationis ius adminiſtrationémque ſuſciperent. Hi Rhegium regreſſi, ita vt moniti erant, rem properant. Accitus ad rationem reddendam Micythus, calculum adeò integrum ſincerúmque produxit, vt adoleſcentes pudore & pœnitentia ducti obteſtarentur eum, vti ei rurſus placeret dominationis (vt priùs) curam ſuſcipere. At Micythus cùm diligentiſſimè cuncta reſtituiſſet, Rhegio cum ſumma omnium beneuolentia diſceſſit, & Tegææ Arcadiæ exceptus, G vitam cum laude traduxit. *Diodorus lib.11.*

Cùm Ptolomæus rex tutorem pop. Rom. filio reliquiſſet, Senatus M. Æmilium Lepidum pont. max. bis coſſ. ad pueri tutelam gerendam Alexandriam miſit, ampliſſimíque & integerrimi viri ſanctitatem Reipub. vſibus & ſacris comparatam, externæ procurationi vacare voluit, ne fides ciuitatis Romanæ fruſtra petita exiſtimaretur. Cuius beneficio regia incunabula conſeruata pariter ac decorata, incertum Ptolemæum reddiderunt, patriſne fortuna magis, aut tutoris maieſtate gloriari deberet. *Val. Max. lib.6.cap.6.*

Poſt mortem Arcadij Imp. Græcorum, Iſdigerdes Perſarum rex, Theodoſio pupillo à patre datus tutor, Antiochum cæteris eunuchis in aula ſua honoratiorem miſit ad procurationem & cuſtodiam Theodoſij, literis magiſtratus & primores commonefaciens, vt regi ſuo parerent: minas adiiciens & vindictam, ſi id detrectarent. *Cuſpinianus A.D.*

FERDINANDVM, qui poſtea per electionem ad Aragonium regnum conſcendit, Henricus frater Caſtulonenſis rex tutorem filio puero reliquit. Is autem regnum tanta iuſtitia rexit, quod in magno Caſtulonenſium conuentu actum eſt, vt H ad ipſum Hiſpanienſis regni titulus deferretur. Quem honorem cùm ſe accepturum oſtendiſſet, omneſque in locum rei agendæ deſignatum conueniſſent: ipſe ingentem chlamydem regio more amictus, in qua nepotem puerum occultabat, cùm omnium ſententiam poſtulaſſet, quæ eiuſmodi fuit, vt ad ipſum Hiſpaniarum regnum deferretur: repente nepotem paruum è chlamyde extulit, & cùm collo ſuo impoſuiſſet, exclamauit: En Caſtulonenſes regem veſtrum, humique procumbens regem ſalutauit, & nepoti regnum, ſibi iuſtitiæ famam illæſam ſeruauit. *Fulgoſ. & Egnat. lib.6.cap.5. Valla* tamen *lib.1. Hiſtoriarum*, tutorem relictum negat.

Valdemari filij ad Sueonum & Gothorum regnum euecti, adoleſcentiam Birgerus Oſtrogothus dux pater tam præclare moderatus eſt, vt regnum eo viuente feliciſſimum, poſt eius fata fraternis diſſidiis ferè corruerit. *Io. Magnus lib.19.*

FRIDERICVS Marchio Brandanburgenſis erga Caſimirum

A Lituaniæ ducem pupillum fidus, Poloniæ regnum ſibi oblatum illi conſeruauit. *Æneas Sylnius cap.26. Europæ & Fulgoſus lib.4. cap.1.*

Fridericvs III. Imp. Ladiſlai pueri, Pannoniorum & Boëmorum regis, Alberti II. Imp. poſthumi tutelam ſuſceperat. Nec defuerunt peruerſæ mentis homines, qui perdendum ſuaderent puerum, cuius vita ingentes moleſtias Cæſari, mors regna & opes maximas allatura eſſent. Ad quos ille: Ergo me inquit, opulentum magis regem, quam pium, quàm iuſtum cupitis? At ego bonum nomen cunctis diuitiis antepono. *Æn. Sylu. lib.3. Com. in Panormit.*

PATROCINIVM. FIDES ERGA CLIENTES.

Romani clientem in fidem acceptum cariorem haberi, quàm propinquos conſuête, atque etiam contra cognatos tuendum. Neque maius aliud facinus æſtimatum eſt, quam ſi quis probaretur, clientem deriſui habuiſſe. *Gell. lib.20. c.1.*

Iidem olim primum poſt parentes locum pupillis, fideique noſtræ creditis, ſecundum clientibus dabant. Propterea M. Cato ſcripſit, maiores ſanctiùs habuiſſe defendendi pupillos, quàm clientem non fallere. Attamen Maſſurius Sabinus in
B libro iuris Ciuilis III. antiquiorem locum tribuit hoſpiti quàm clienti, inquiens: In officiis apud maiores ita obſeruatum eſt, primùm tutelæ, deinde hoſpiti, deinde clienti, tum cognato, poſtea affini. *Gellius lib.5. cap.10.*

Studium, & fides erga clientes C. Iulio Cæſari ne iuueni quidem defuerunt. Maſintham nobilem iuuenem, cùm aduerſus Hiempſalem regem tam enixè defendiſſet, vt Iubæ regis filio in altercatione barbam inuaſerit, ſtipendiarium quoque pronunciatum & abſtrahentibus ſtatim eripuit, occultauitque apud ſe diu: & mox ex prætura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia ſtatim proſequentium, faſceſque lictorum lectica ſua auexit. *Suetonius.*

LITEM PERSEQVENDO.

☞ *Hic contractum veluti Litis ſuſceptæ conſideramus Reſpectu controuerſiæ quæ litis ſuſceptione componenda eſt, ad Correctiuam iuſtitiam pertinet, vbi etiam de iuſtis Iudicibus agitur.*

C Ariſtides cùm inimicum iudicio perſequeretur, abnuentibus poſt accuſationem iudicibus reum audire; ſed confeſtim in eum ferre parantibus ſententiam, exiliit, atque vnà cum illo ſupplicauit vt audiretur, & legitimè cum eo ageretur. Aliàs cùm iudex ſederet inter duos priuatos, & alter aduerſarium diceret multas iniurias Ariſtidi obtuliſſe: Quin tu bone vir, dixit, profers potius, ſi quid admiſit in te: tibi enim, non mihi ſum iudex. *Plut. in Ariſtide.*

Ageſipolis Spartanorum dux, in lite erga Athenienſes fide Athenienſium plurimùm tribuit. Cùm enim Athenienſes querimoniarum, quas cum ipſo mutuas habebant, arbitram delegiſſent Megarenſium ciuitatem, quæ controuerſiam inter eos componeret: Turpe, inquit, ſi Megarenſes meliùs norunt quid iuſtum ſit, quàm hi qui ſe Græcorum duces ac rectores præſtitiſſent. *Plut. in Lacon. Apoph.*

TESTIMONIVM.

☞ *Fidei hic ratio habetur. At veritatis reſpectu ad ἀληθείαν quoque pertinet.*

DICENDO.

Apud Lycios in iudiciis teſtimonia non ſtatim, ſed poſt menſem demùm proferebantur: ne quis diceret rei feſtinatione
D permotum fuiſſe, vt non præmeditatus teſtimonium parũ iuſtum proferret. *Stob. ſer.42. ex Nicolao de Gentium moribus.*

Xenocrati philoſopho tanta fides habita eſt, vt cùm nullius iniurati teſtimonium admitteretur, Athenienſes ſine iuramenti religione ei aſſentirentur,: eúmque iniuratum, quòd minimè ſuſpectæ fidei eſſet, in fidem atque officium admitterent. *Alex. ab Alex. lib.5. cap.10.*

Q. Scævola excellentiſſimus vir, teſtis in reum productus cùm id reſpondiſſet, quod ſalutem periclitantis magnoperè læſurum videbatur, diſcedens adiecit: Ita ſibi credi oportere, ſi & alij idem aſſeueraſſent: quoniam vnius teſtimonio aliquam credere, peſſimi eſſet exempli. Et religioni igitur ſuæ debitam fidem, & communi vtilitati ſalubre conſilium reddidit. *Valer. lib.4. cap.1.*

L. Lvcvllvs teſtimonium verum dedit de Chæroneſibus, quòd immunes eſſent à cæde Romani ducis (quem Damon quidam Peripoltas, cum quibuſdam aliis infecta fuligine facie, ob intentatum ſibi ab eo ſtuprum, in publico foro ſacrificantem interfecerat) quando contra Mithridatem proficiſcens, & fortè illac tranſiens quæſtione habita ciuitatẽ reperit non ſolùm inſontem, verùm etiam, cùm eos capitis d[illegible] iu[illegible], pariter violatam. Audientes enim [illegible] ſ[illegible]tium, facta in curiam irruptione, [illegible] vna cœnantes, contrucidarunt, [illegible] traxerunt. *Plut. in proœmio Cimonis & Luculli.*

Cum Metellus Nepos obiiceret Ciceroni, [illegible] teſtimonio ſuo oppreſſiſſe, quàm ſeruaſſe [illegible] inquit plus mihi fidei quam eloquentiæ eſſe. *Plut. in Cicer.*

AVDIENDO.

Teſtis vnus apud Iſraëlitas non audiebatur, ſed ex ore duorum aut trium teſtium, res confirmabatur. *Deut.19.*

NON AVDIENDO, REPVDIANDO.

Cn. & Q. Cepionibus, L. & Q. Metellis teſtibus, in Q. Pompeium hominem nouum, Iudices ſapientiſſimi non crediderunt: nam eorum virtuti, generi, rebus geſtis fidem & auctoritatem in teſtimonio, cupiditatis atque inimicitiarum ſuſpicio derogauit. M. Æmilij Scauri, cuius in oraci nutu prope terrarum orbis regebatur, teſtimonio, neque in C. Fimbriam, neque in C. Memmium, neque in C. Flauium; neque in C. Norbanum creditum eſt. Noluerunt enim ij qui iudicabant hanc parere inimicitiis viam, quem quiſque odiſſet, vt eum F
teſtimonio poſſet tollere. L. Craſſus, cuius etiam ſermo teſtimonij auctoritatem habebat, teſtimonio ipſo, quæ in M. Marcellum, inimico animo dixit, probare non potuit. *P. Ærodius ex Cicerone, pro M. Fonteio: & Val. lib.8. cap.5.*

Nec alibi, nec apud Rom. potiſſimùm, id vnquam admittendum eſſe viſum eſt, vt ſalus ac vita dominorum ab eorum arbitrio pendeat, in quos ipſi domini poteſtatem vitæ ac necis habuiſſent: & quos nunc etiam periculo capitis ſui dominis cuſtodiam præſtare neceſſe eſt, vt hi vel torti, vel indices, ſiue deferant, ſiue accuſare velint, denique vlla ratione in caput dominorum audiantur. Itaq; & Cn. Domitius Tribunus pleb. cùm M. Scaurum, & L. Craſſus Cn. Carbonẽ accuſarent, ad eoſque reorum ſerui aduenifſent, totam multis & grauibus inſtructuri dominorum criminibus accuſationem, non admiſerunt; ſed vinctos vt hi pro imperio ſuo vindicarent, ad dominos remiſerunt. *P. Ærodius ex Val. Max. lib.6. cap.5.*

T. Qvintio Capitolino & A. Furio Coſſ. accidit, vt Aricini G
& Ardeates, quum de ambiguo agro diutiùs diſceptaſſent, multis inuicem cædibus feſſi, iudicium rei ad populum Rom. deferrent. Qui quum ad cauſam orandam vtrinque proceſſiſſent, Concilio populi à magiſtratibus dato, P. Scaptius homo grandis natu, præfatus ſe non paſſurum populum Romanũ in re decipi, docuit agrum, de quo ambigeretur, Coriolanorũ finium, ſeque prima ferè ſtipendia faciente, Coriolis captis, populi Rom. eſſe factum. Mirari ſe quonam more Ardeates & Aricini, cuius agri ius nunquam re Coriolana incolumi vſurpaſſent, eundem ſe à populo Rom. quem pro domino iudicem fecerint, intercepturos ſperarent. Indignati conſules, palam nullam Scaptio deliro ſeni fidem habendam cenſuerunt: non tantùm populo Roman. intercepto agro rerum quæſitum iri, quantum infamiæ & dedecoris, ſi id ſoli ſibi addicerent: quandoquidem famæ ac fidei damna maiora omnino eſſent, quàm in præſentia æſtimari poſſent. *Sabell. lib.4. & 5. Enn.3.*

MATRIMONIVM CONTRAHENDO.

Romæ in virilis fortunæ templo, quod erat extra vrbem ad Tiberis ripam, mulieres quæ dabantur nuptui, frequentes ventitabant: & corpore inuelato ſingula membra, ne quo morbo vitióque affectæ forent, aut labe aliqua tenerentur, H
detegebant. *Alex. ab Alex. lib.1. cap.33.*

Sergivs Galba, pater eius qui imperauit, appetitus à Liuia Ocellina, dite admodum fœmina, & pulchra poſita veſte, vitium corporis (erat enim gibber) ſecretò oſtendit. Qua animi generoſa ſimplicitate delectata mulier, nihil fœditate corporis offenſa, magis eum deinceps & adamauit & coluit. *Suet.*

FIDES IN CONTRACTIBVS NON VOLVNTARIIS. VT IN AMISSÆ REI RESTITVTIONE.

Præcepit Dominus per Moyſem Iſraëlitis: Tui fratris bouem aut pecus errans ſi videris, ad illum reducito. Aut ſi ille tibi non notus vel certè non vicinus eſt, id in domum tuam agito: & repetenti dato. *Deut.22.*

Smalociam poſtquam eripuiſſent Moſco Poloni deditiis fides ſeruata fuit. Matronæ præterea aliquot, quæ Luhis captæ fuerant, quod ne pudicitia earũ in tanta itineris longinquitate ac militũ multitudine negligentius haberetur, verebatur, à Ioanne Samoſcio condonatæ: mitantibuſque Moſcis, ac

ac vi… facentibus, ſe eius ætatis atque formæ matronas A noſtris redditu…os non fuiſſe, poſtquam cauſam, ob quam id Samoſcio fieret, intelle…erunt, tum verò …aus etiam mitum videri debere dicebant, ſi in tanta morum diuerſitate, fortuna quoque diſſimilis eſſet. *Rei. Heidenſ. li. 3. bell. Moſcouit.*

AR… N… INVESTIGATIONE.

☞ *Ex Tit. Fidei in Hoſtem hæc quædam accommodari poterunt.*

* FIDES HÆRETICIS, ET PROFANIS HOMINIBVS SERVANDA

ERROR ADVERSARIORVM.

Docent Catholicæ Religionis Aduerſarij, Catholicorum dogma eſſe, hæreticis ſeruandam non eſſe fidem, quod ſanè aperta eſt calumnia, cum nullus orthodoxus Doctor id doceat, ſed contrarium, idque voce, calamo, facto. Et nihilominus cæco impetu feruntur, dum hac occaſione pacta cum Catholicis reſcindunt, & perfidiam ſuam mendacio velant.

VERA SENTENTIA.

Catholicorum omnium aſſertio eſt, in promiſſione valida, & obligandi vim habente, ſeruandam eſſe hæreticis fidem. Quamvis propter periculum ſubuerſionis, eorumque impro-B bitatem, & ſcandalum, non facile contractus, conuentiones, aut alia pacta cum iis ineunda, ſuadeatur in ſacris litteris. *Eccleſiaſt. cap.* 13. *Exod.* 34. *verſ.* 12. *Deuter.* 7. *verſ.* 3. 2. *Timoth.* 3. Quando tamen cum iiſdem pactus fueris, ſi præter hæreſin nihil obſtet, integrè & ſincerè fidem illis ſeruabis, haud ſecus quam Catholicis. Neque enim vllo caſu mendacium eſt licitum, aut periurium, aut alieni iuris violatio, cùm intrinſecè ſint mala, & ex toto genere illicita.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Iosve Princeps fidelis, poſtquam pactum & amicitiam iniiſſet, cum Gabaonitis infidelibus, & Idololatris, quamvis eum decepiſſent, ſimulando ſe è longinqua regione venire, aſſumptis veſtimentis attritis, & panibus obduratis; tamen ita religioſè fidẽ eis datam obſeruauit, vt non modo vitã quam pacti erant, eis concederet, ſed inſuper contra hoſtes vicinos bello tueretur. *Ioſue* 9. & 10. Quin eũ populus eos iure occidi poſſe aſſereret, eo quod dolo pactum extorſiſſent, adeóque fidem ſeruandam plerique negarent, oppoſuerunt ſe principes & dixerunt: Iurauimus eis in nomine Domini Dei Iſraël, & C idcirco non poſſumus eos contingere. Sed & Deus miraculo confirmauit fidem iiſdem rectè ſeruari: nam obſeſſi a vicinis Regibus, dũ in vim pactorũ, auxiliũ à Ioſue flagitarẽt, promptè illis id impendit. Deus autem ſolem ſtare fecit ne occumberet, vt tantò diutius Ioſue ſe vlciſceretur de hoſtibus, *c.* 10.

POENA VIOLANTIVM PACTA CVM INFIDELIBVS.

Sicut Deus Ioſue memorabilem victoriam conceſſit propter ſeruatã fidem: ita propter eamdem violatam iiſdem Gabaonitis grauiſſimè Saulem puniuit. Vt qui poſt C. & plures annos, multos ex eis interfecit, non obſtãte pacto. Nec impunè. Nã *lib.* 2. *Reg. cap.* 21. facta eſt fames in diebus Dauid annis tribus: conſuluitque Dauid Dominum; qui dixit eam eueniſſe propter Saul & domum eius ſanguinũ, quia occidit Gabaonitas. Quo factum, vt vocatis Gabaonitis dederit eis Rex viros ſeptem de filiis Saul, qui eos ſuſpenderunt in monte coram Domino, & propitiatus eſt Deus terræ poſt hæc.

Sedecias Rex ob violatum fœdus quod cum Nabuchodonoſore Rege Babylonis inierat, regni & oculorũ amiſſione, ac miſerãda ſuorum clade vrbiſque vaſtatione punitus fuit.

Simeon & Leui filij Iacob, cum Sichemitis pacti erant de iocundis vltrò citróque matrimoniis ac conditione, vt Si-D chemitæ omnes circumciderentur. Qua conditione, per eos implerã, ſtatim vrbem ingreſſi, omnes circumciſos contra pacta trucidarunt, prætextu ſtupri ab iiſdem cum Dina patrati. Sed quia in hac vindicta interceſſit perfidia, à patre audierunt, Simeon & Leui fratres, vaſa iniquitatis bellantia & maledictus furor eorum, *Geneſ.* 49.

EXEMP. HISTORICA.

De Vladiſlao Rege Hũgariæ nota eſt hiſtoria, quod magnis contra Amurathen Turcarum Imp. potitus victoriis, cum inducias, quas ſolemniter pactus fuerat, & iuramento (& vt quidam ſcribunt, interpoſita SS. Euchariſtia, eáque velut in obſidem datã) firmauerat, perſuaſus à nonnullis Chriſtianis principibus, violaſſet, & bellũ redintegraret, aleã prælii inclinatã, poſtquam Amurathes inclinaſſet, Chriſte ſi Deus es quem tui perhibent de te, vindica perfidiam tuorum, qui contra pacta iurata me inuadunt: in medios Turcas impetum faciens, equo excutitur, & capite truncatus perfidiæ pœnas dedit. *Georg. Schei… in ſuis ad Tarnonianã Diſputationẽ notis.* Hanc hiſtoriã alibi ex aliis paulo aliter enarrauimus. E

NVLLAM INTERVENISSE PERFIDIAM, IN EXVSTIONE IOAN. HVS, ET HIERON. PRAGENSIS, CONSTANTIÆ.

Qui inter aduerſarios noſtræ Religionis ſunt imperitiores, & affectibus ſuis plus æquo ſeruientes, ſemper in ore habẽt, Ioanni Huſſo hæreſiarchæ violatam fuiſſe fidem Conſtãtiæ, idque ſiue à Patribus Concilij, ſiue a Sigiſmundo Imperat. cuius ſaluo conductu fretus, eò venerat. Alij tamẽ inter illos, nullius perfidiæ meminerunt. Imo nec Huſſus ipſe cum ad ſupplicium duceretur, quamuis multa libertimè debaccharetur in Eccleſiam Romanam, de fide tamen ſibi violata ne verbum feciſſe legitur. Vti neque Hieronym. Pragenſis, qui paucis poſt diebus cremabatur, nunquam de perfidia Imperat. accuſauit. Legatur ea de re *Poggij Epiſtola*, quam de morte Hieronymi, ipſe illius ſpectator ſcripſit. Quin & nobiles Bohemi poſtmodum vocati ad Concil. Baſileenſe, quamvis impensè Huſſo fauerent, eiuſque dogmata tuerentur, oblato ſaluo conductu, miſſa inſigni legatione comparuerunt. Denique Lutherus, qui particularem ſcripſit articulum de Ioanne Huſſo, à Leone X. damnatum, quamuis Huſſum laudet a vitæ ſanctitate, nihil tamen de fide violata admiſcet. F

Igitur Ioannes Hus ſaluum conductum à Sigiſmundo Imperat. acceperat veniendi ad Concilium, quo præſtabatur illi ſecuritas contra iniuſtam violentiam, neque enim aliud præſtatur iure communi per ſaluum conductum, aut fidem publicam, vt conſtat ex Formulis eiuſdem, imò eã ipſa, quã Patres Concilij Conſtantienſis ſunt vſi. Secundò idem Imperator ſub pœna capitis mandauerat Huſſo, ne inde abiret abſque licentia. At Huſſus contra hanc prohibitionem fuga elapſus eſt, vt etiam Laur. Numfredus Theol. Oxinien. Caluiniſta fatetur, ſcribens contra Campian. & teſtatur Nauclerus *generat.* 48. Cochleus *l.* 2. *hiſt. Huſſit.* & *alij*. Atque ex fuga retractus, nulla ratione voluit hæreſin abiurare. Leges autem Imperatoriæ pœnam capitis decernunt in hæreticos pertinaces, *l. Quicunque, C. de hæreticis.* Vnde nihil hic contra fidem publicam peccatum, vt quam ipſe fugiendo violauit: nihil etiam aduerſus ſecuritatem contra iniuſtam violentiam, quia iuſtè crematus fuit, tanquam pertinax hæreticus. Hæreticum enim fuiſſe, ipſi Caluiniſtæ & Lutherani debent confiteri, at- G teſtis articulis doctrinæ illius à Concilio Conſtantienſi *art.* 8. & apud Cochleum, *lib.* 1. *hiſt. Huſſit.* prolatis. *Hieronymus* vero, poſtquam per ſedem Eccleſiæ aſtitam, ſe paratum ſeſe expurgare ab errore proclamaſſet, dummodo ei ſaluus-conductus daretur; eum à Concilio obtinuit, & in eo comparuit, ſed errores ſuos firmare non potuit. Itaque inſtructus per deputatos Concilij, hæreſin ſuam abiurauit, vt conſtat *ſſ.* 19. Concilij Conſtant. verum mutata mox ſententia fugit, & retractus a Ioanne Duce Bauariæ, tanquam relapſus, & pertinax, incarceratus, meritiſque ignibus adiudicatus fuit. *ſſ.* 21.

* DE FIDE, SEV FIDELITATE APOPHTHEGMATA ETHNICORVM.

Anaxarchvs, cum à Nicocreonte grauiter torqueretur, vt conſcios proderet poſt multa in tyrannum conuitia linguam ſibi ipſi dentibus abſcidit, commanducatam in tyranni faciem expuit, his prius verbis emiſſis: Non erit hæc corporis pars tuæ ditionis. Voluit vir conſtantiſſimus potius ſibiipſi amputare linguam & perire penitus, quam non ſeruare ſilentij fidem. *Laert. lib.* 9. *cap.* 10.

Zenocrates accuſatus quod in perniciem Nearchi tyranni coniuraſſet, ductus ad tormenta, vt coniuratos proderet, indicauit eos qui tyranno omnium amiciſſimi erant: neglectis conſciis, qui poſtquam pœnas dediſſent, interrogatus à tyranno num quis præterea occidendus ſupereſſet. Tu ſolus, inquit, Reipublicæ pernicies ſuperes, quibus dictis, dentibus linguam abſcidit, & in tyranni faciem expuit. Maluit enim mori, quàm indicare eos, qui occiſo tyranno ſaluam cuperent eſſe Rempublicam. *Laert. lib.* 9. *cap.* 3. H

Evnycratidas, percõtanti, cur Ephori per ſingulos dies de conuentis & contractibus ius dicerent? Vt inter hoſtes etiã, inquit, mutuam fidem inueniamus. Maiore Reipublicæ diſcrimine pacta violantur in bellis: ſed illic quoque violantur ab his, qui domi conſuerint fallere. *Plut. in Lacon. Apoph.*

Alexandri. Quidam cum rupem teneret expugnabilem, vt potabatur ſemet Alexandro dedit: At Alexander non ſolum eius ditionis principem eſſe iuſſit, verum etiam addidit, dicens;

A dicet [illegible] illic homo [illegible] videtur ſapere, qui [illegible] bo [illegible] vi[illegible], quam [illegible] concedet [illegible] Et ſic fidem [illegible] [illegible] *Apo[illegible].*

H[illegible] Rom[illegible] Caſſ. amiſſ[illegible] nam [illegible] de [illegible] Sici liam [illegible] terto[illegible]am. Carthag[illegible]enſes de pa cem R[illegible]da co[illegible]ant [illegible] ſe veren[illegible] Conſules Roman[illegible] deret ip[illegible] populo Romano, quod Pœn[illegible] Cornel[illegible] Aſinæ Conſuli Romano, (qui contra ius [illegible] vinctus eſt) Hanno fidem Romanorum [illegible] eſt in vrbem vt pacem impetraret qui dum [illegible] nis ſuæ rationes expoſuiſſet, à tribuno audiuit [illegible] po[illegible] dere, quod accidiſſet Corne[illegible] conſuli. [illegible] Conſul tribunum cõpeſcuiſſet, reſpondet[illegible]: iſto metu [illegible] no te fides noſtræ ciuitatis liberat. *Eraſmus lib. 6. Apot.*

Fabricivs, pugnaturus contra Pyrrhum regem, à medico regis epiſtolam accepit, qua promittebat ſe regem veneno necaturũ eſſe, ſi iuberet. Veſtno eam epiſtolam miſit Fabricius ad hoſtem crudeliſſimum & admonuit, vt ſibi caueret ab inſidiis potius amicorum, quam hoſtium. Quis non admiretur Fabricij erga hoſtem immaniſſimum fidem, qnem amicè monuit, vt tute periculum euitaret? Secus faciunt hodie du-
B ces, qui clam inſidias hoſtibus ſtruunt, contra iuſtitiam, fidẽ, & omnem æquitatem, vt victores etiam ex corrupta victoria domum gloriabundi redeant. *Valer. Maxim.*

Cicero, Dicente illi Metello, plures teſtimonio peremiſti, quam patrocinio ſeruaſti: Nempe, inqoit Cicero, plus eſt mihi fidei, quam eloquentiæ. *Plut.*

Pon. ivs Centurio, captus a Pompeij ſocero Scipione, cum iſto modo ei ſalus daretur, ſi ſe futurum Cn. Pompeij militẽ affirmaſſet, ita reſpondit: Tibi quidem Scipio gratias ago, ſed mihi iniuſta conditione vitæ non eſt opus. Maluit autem potius mori, quam fidem Cæſari datam frangere. *Bruſ. l. 2. c. 35.*

CHRISTIANORVM.

Neque deſunt Chriſtianæ fidelitatis exempla. Primum ſuggerit Hiſpania in Flectiu viro nobili, arci Conimbricæ atq; vbi à Sanctio rege præfecto. At ſanctus improuidè regnum adminiſtrabat; ita vt Pontifice (is Innocentius fuit) auctore, cura tutelaq; regni ad Alphonſum eiuſdem fratrem trãsferretur. Conſtans & fidelis ſuo regi Flectius, & oppugnationẽ & arma Alphonſi excipit; nec flectitur, donec Sanctiũ in exilio Toleti mortem obiiſſe renunciatum. Incredulus tamẽ inducias poſtulat, quò Toletum ipſius ire, & coram arbitrari
C veleat, impetrat. Cùm ergo venit, Regémque ſuum fato functum ſepultumque videt, tumulo aperto, cum ſuſpiriis, ipſas vrbis Conimbricenſis claues in manus demortui Regis dat, hæc verba miſcens: Quamdiu te viuere ô Rex iudicabi, quidquid a fideli homine, & in tua verba iurato exigi exſpectarique potuit, id præſtiti. Vnum ſupereſt, vt clauibus tuæ vrbis tibi redditis, ſolutum me iuramento omnibus denuntiem. ita abiit, & legitimo pro Rege Alphonſum agnouit. *Ex I. Lipſ. Mon. Polit. lib. 2. cap. 19. Beyerlinck in Apoph. Chriſt.*

Emmanvel Portugalliæ rex, ſeditionis in Caſtellæ Regem excitatæ auctores, cùm ſuis rebus diffidentes ſuppetias poſcerent, acriter redarguit, cúmque ipſum regnum offerrent, dicebat: Nunquam vllum imperij additamentum, fide & officio antiquius habiturum me ſcitote. *Ex Oſor. lib. 12. de reb. Emmanuel. Idem ſupra.*

Veſtrâ pace, Chriſtiani Principes, hominem gente quidem & ſolo, at non animo & mente barbarum, vobis adiungo:
D Regem Orientalis Indiæ Triumparan. Venerant ad eum Luſitani; eum quibus etiam fœdus pacémque panxit. Mox in ſuſpectam gentem conſpiratio, omniúmque vna mens, regem Cocini pertrahere, Luſitanos quos ſuæ fidei creditos acceperat, traderet necandos. Ille verò obniti, & palam negare, dicerẽque: Omnia ſe potiùs, quam fidem amiſſurum. Vitæ enim, aiebat, ſpatiũ breue ac definitum: perfidiæ macula ſempiterna eſt. Iamque ob id victus pulſuſque, cùm antiquum fortunæ ſtatum rurſus offerrent; hac lege, ſi eos traderet; abnuit, dicens: Sceptrum & vita eripi poteſt, fides non poteſt. Verus fidei amator & cultor nuuerat, qood ante eum Seneca, Fidem ſanctiſſimum eſſe humani pectoris bonum: quodque nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo præmio corrumpitur. *Idem I. Lipſ. Mon. Polit. lib. 2. cap. 9.*

Quid præterea Theodoticus Africæ Rex? Domeſticũ habebat, quo familiariter vtebatur, magnum fidei cultorem, qui cùm Regi gratificari ſe poſſe conſideret, ſi eiuſdem cum eo

re[illegible] n[illegible] cerit, d Ar[illegible] d [illegible]

[illegible]

A[illegible] vſque aſtri[illegible] N[illegible] [illegible] Alios Lex [illegible] Pœn[illegible] Principes Pudo & I[illegible]es. *I. Lip. ſupra. Idem de Carolo V. commemorat Guill. Zenocarus in vita eiuſdem.*

[illegible]net me, ne al[illegible]o digrediar, Rudolphus Dux Sueuiæ, & illuſtribus viri[illegible] ſi non inſeri, annumerari tamẽ poſtulat. Dederat fidem Henr. IV. Imp. à quo cùm deſciuiſſet poſtmodum, & in prœlio quod contra eum ante Merſeburgum gerebat, dexteram amiſiſſet; iamque ex vulnere langueret; oſteoſa ſibi manu cõuerſus ad eos qui eius prœlij auctores, ac fidei daræ E memor: Ecce, inquit, hæc eſt manus quá fidem Henrico domino meo dedi: nunc tãdem conſiderate, num iuſtè ab eius obedientia defecerim. *Ex Strigel. 2. Sam. Laur. Beyerlinck ſuprà.*

Alphonsvs ſæpenumero dicere ſolitus eſt: Tantum valere ad fidem debere principum verbum ſimplex, quam priuatorũ hominum iuſiurandum. Turpiſſimum enim eſt fidem fallere, in Regibus verò longè turpius. *Panorm. l. 1. de Alphonſ. reb. geſt.*

* HIEROGLYPHICVM.

Fidelitatis Hieroglyphicum Canis eſt: & Socrates apud Platonem in Phædone per Canem iurat: quum putat fidem & obſequium præſtandum iis, qui rerum habenas in ciuitatibus moderantur. *Pier. Val. lib. 5.*

Fideicommiſſum.

☞ *Vide ſuprà Fides voluntaria in contractibus voluntariis. Tit. Fideicommiſſum.*

☞ *Fraudulenti fideicommiſſi pœna pete ex Tit. Iniuſtitia Contractuum voluntariorum pœna iuſta.*

☞ *Fideicommiſſo perfidi quare. Perfidia.*

PRÆSCRIPTIO. G

Fideicommiſſa non poſſunt præſcribi contra fideicommiſſarium, niſi ſpatio 30. annorum. Colligitur *l. vlt. C. communia, de Legat.* vbi dicitur: Nec vſucapionem, nec longi temporis (id eſt 10. vel 20. annorum) præſcriptionem, contra legatarium, & fideicommiſſarium procedere. Quod autem 30. anni ſufficiant, eſt communis ſententia DD. vt docet *Couar. reg. poſſ. 3. p. §. 3. n. 6.* Vide *Leſſium lib. 2. de Iur. cap. 6. dub. 11. &* 1x.

* Fideiuſſio, Fideiuſſor.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fideiuſſio eſt alienæ obligationis in ſe ſuſceptio, qua ſe quis obligat ad eam implendam, ſi debitor principalis non ſoluerit. Vide *Genezium tom. 2. c. 13. n. 11.*

Perficitur Iure ciuili verbis, quia ſine formula ſtipulationis non parit actionem in foro externo, tanquam pactum H nudum, vt colligitur ex *l. Blanditus 12. C. de fideiuſſor.*

Iure tamen Canonico, & in foro conſcientiæ, non requiritur formula ſtipulationis, ſed ſufficit conſenſus verbis expreſſus. Dicitur Fideiuſſor, qui alicuius factum aut contractum fide ſua ſuum eſſe iubet.

CONDITIONES.

Requiruntur ordinariè in hoc contractu 4. conditiones.

I. Vt ſit acceſſorius, ſupponens alium debitorem, & aliam obligationem principalem præſentem vel futuram. *Inſtit. de Fideiuſſor. §. 1. & 3.*

II. Vt non amplius ſoluat, quam debitor principalis. *Gom. n. 5.*

III. Vt ſi principalis debitoris obligatio ſit inualida, etiam ſit inualida fideiuſſoris, *L. cum lex. 46. §. de fideiuſſoribus.*

IV. Vt nequeat conueniri Fideiuſſor, niſi poſt excuſſionem principalis debitoris, conſtet eum eſſe inſoluentem. *Authent. præſente, C. de Fideiuſſoribus.*

QVI

A QVI POSSINT FIDEIVBERE
[illegible] p[illegible]ſſu[illegible] aliter ab [illegible]
[illegible] C[illegible] S C J[illegible] leianum, Si pro [illegible] pub[illegible] bu[illegible] ſti[illegible] ceptione [illegible] Minor [illegible] uere, cenſ[illegible] mr. niſi fideiub[illegible] n ſ[illegible] tenetur Epiſco[illegible] E[illegible] hd[illegible] bere nequit, & [illegible] faci[illegible] u[illegible] tum ad eam ſ[illegible] n[illegible] ac beneficio dare poteſt, vt ſi[illegible] cge[illegible].

Religioſus fideiub[illegible] e n[illegible] que pr[illegible] tia, & maioris partis Capitul[illegible]. Videatur. [illegible] .4.

FIDEIVSSORES IN BAPTISMO, E[T] CON[FIRMATIONE]

Pete ex Tit. de Baptiſmo & Con[fi]rmatione.

* Fides.

B Prima virtus Theologica.

ETYMOLOGIA VOCIS, ET ACCEPTIONES VARIÆ.

FIDEI vox variè accipitur. Primùm pro actu, & habitu, quo Deo credimus: item pro obiecto quod credimus. Denique pro fidei doctrina. Quartò vſurpatur pro fidelitate, quam acceptionem ſuprà tractauimus. Vnde fidem dictam volunt, quaſi quod fiat quod dicitur. Quintò accipitur pro conſcientia, per quam credimus eſſe quid licitum vel illicitum. Vt *ad Roman.* 4. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Sextò, metonymicè pro ſacramento fidei, baptiſmo videlicet. Septimò pro fide rerũ, qua credimus rebus præſentibus. Poſtremò pro fiducia accipitur, vt id larius in Scriptura S.

OBIECTVM.

Materiale fidei obiectum eſt Deus, ſiue prima veritas in eſſendo conſiderata. Formale eſt auctoritas primæ veritatis, res non apparentes reuelantis, ſiue ipſa reuelatio, immediatè

C mouens, & inducens aſſenſum fidei, adeòque efficiens, vt actu materialia fidei obiecta credantur, ad eum modum, quo lumen ſolis facit, vt actu videantur colores.

DIVISIO.

Fidem de qua loquimur, diuidunt Theologi in explicitam, & implicitam. Explicitè credere, eſt aſſentiri alicui propoſitioni in terminis. Implicitè credere eſt, quando aliquid per fidem cognoſcimus, non in ſe, ſed prout continetur, aut indicatur ab alio: vel vt medium in fine, vel vt inſtrumentum in cauſa principali, vel vt particulare in vniuerſali. De quo videatur. *Gabriel Biel. in* 3. *diſt.* 25. Fides etiam quædam eſt hiſtorica. Item formata, & informis, de quibus infrà.

SVBIECTVM.

S. Thomas Aquinas q. 4. *art.* 2. & 2. *in* 2. 2. affirmat fidem eſſe in intellectu tanquam ſubiecto. Credere, namque eſt actus intellectus, ſecundum quod mouetur a voluntate ad aſſentiendum. Qui actus vt perfectus [illegible] habitum præreqùirit a quo procedat. Caluinus exiſtimat cetebrum ſiue cor eſſe ſubiectum fidei, ſcribens in illud *ad Roman.* Corde creditur ad iuſtitiam.

FORMA.

Forma Fidei eſt charitas: per eam actus fidei, qui ordina-

D tur ad bonum diuinum, formatur, quando ſuo fini, bono ſcilicet diuino coniungitur. Non loquimur autem de forma illius ſubſtantiali, quia vti diximus, fides eſt in intellectu, & charitas in voluntate: ſed ſolum de forma quæ ipſam informet, eiuſque actum perficiat.

Ab hac autem fides dicitur formata, & informis. Item viua, & mortua. Informem enim & mortuam, ſiue otioſam dicimus, quæ charitatem & ſpem adiunctam non habet, neque Chriſto perfectè vnit, neque vitam æternam præſtat, quamuis interim vera ſit fides, per quam homo inclinatur ad aſſentiendum rebus à Deo reuelatis.

QVI HABEANT FIDEM.

Angeli quoad fuerunt viatores, vti & homo in ſtatu innocentiæ habuerunt Fidem. Dæmones vero poſt lapſum fidem infuſam non retinuerunt, vti neque eam retinent homines damnati.

Beati in cœlo non habent fidem, animæ in Purgatorio eam habent, donec admittantur ad viſionem Dei.

Homo ergo viator omnis capax eſt fidei. Qui autem actu habeantur fideles, pete ex *Titulo Infidelium.*

FIDEI CAVSA.

Fides [illegible] à Deo tam quoad propoſitionem credibilium, quæ F ſolus [illegible] poteſt reuelare, quàm quoad aſſenſum. Ita D. T. li. 1. [illegible] 5. art 4. Propoſitione enim fidei facta, ſcribit eruditè Io[illegible] Mal[illegible]us Epiſcop. Antu[illegible]pien. in ſuo *de virt. Theolog. tractatu* [illegible] *art* 1. i[n]clinatur ho[mo] ad a[ſſe]nſum, exteriori quidem mo[tiu]o miraculorum, interiori aut[em] gratiæ à Deo inf[uſ]æ, [q]u[am] interiu[s] motiuam Pelagiani dicebant eſſe liberum arbi[trium].

[DEFI]NITIO ET NATVRA.

[F]ide[s] [defin]itur ab Apoſtolo, ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium. Hoc eſt, baſis & fundamentum [rer]orum bonorũ quæ ſperamus, quæ ita certò futura credimus, ac ſi iam ſub[ſiſter]ent, eaque coram nobis cerneremus. Rur[ſu]s eſt demonſtratio eorum, quæ non videmus, perindè se [ac] in clara luce [e]a videremus, *ad Hebræos cap.* 11. *verſ.* 1.

FIDES EST DE NON VISIS.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Fide etenim intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei, ait ibidem Apoſtolus, *verſ.* 3. id eſt, mente percipimus creationem, quam nec ſenſus, nec ratio docet. Vnde eam Philoſophi F negarunt, tanquam primum & indubitatum principium Phyſicæ ſtatuentes ex nihilo nihil fit. Hinc Ariſtoteles mundum Deo coæternum aſſeruit: Plato vero ex materia Deo coæxiſtente conditum ſenſit. Aduerſus quos Fides affirmat, In principio creauit Deus cælum & terram. *Gen. ſ. cap.* 1.

Fide plurimam, hoc eſt præſtantiorem hoſtiam, Abel, quàm Cain obtulit Deo, nam hic tantùmodo fruges terræ, ille primogenita gregis ſui, & adipes eorum: per quam teſtimonium cõſecutus eſt eſſe iuſtus, quia vt legimus, *Gen. c.* 4. *reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit*, cuius ſignum erat, teſte Hieronymo, & Hebræis, quod igne de cælo miſſo Deus cõbuſſerit hoſtias Abelis, non Caini. *ibid.* Henoch fide tranſlatus eſt, ne videret mortem, fides enim futuræ retributionis excitabat *Henoch* ad præclara fidei opera exercenda, quibus Deo placuit, & per quæ meruit transferri in Paradiſum. *Gen. c.* 5 *ad Hebræos* 11.

Fide, Noë reſponſo accepto, id eſt oraculo Dei admonitus, G *de iis quæ non videbantur*, nempe de futuro orbis diluuio; *metuens aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ*, nam cùm alij homines reuererentiam, metum, & fidem numinis abieciſſent, & ridentent minas de futuro diluuio, ſolus *Noe* Deum iudicem reueritus, credidit eidem prædicenti diluuium, ideòque ad illud euadendum arcam conſtruxit, *ad Hebr.* 11. *& n.* 6.

ABRAHAM etiam qui multitudinis & credentium Pater, *Fide obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem*, ſcil. in terram Chanaam, quam needum viderat. In quo eius fides mirificè illuxit, quod patriam, cognatos, domum vocanti Deo obſecutus, deſeruerit, factus ex indigena peregrinus, ac diu in tabernaculis diuagatus, etiam in ipſa promiſſionis terra ne quidem paſſum pedis, vt loquitur *S. Stephanus Actorum c.* 7. poſſederit, ſed crediderit, & indubitanter ſperauerit ſibi, id eſt, poſteris ſuis, eam dandam. *Ibid. verſ.* 8. & *Gen. c.* 17.

Fide & ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptione ſeminis accepit, etiam præter tempus ætatis, erant namque duo impedimenta conceptionis in *Sara*, vnum in natura, quia ſterilis: alterum in ætate, quia anus. Vtrumque fides ſuperauit, qua credidit fidelem eſſe eum qui repromiſit. *Ibidem.*

Quamuis enim ad primũ huius rei nuntium riſiſſe ſcribatur, quod eam conceptionẽ, naturaliter ſciret impoſſibilem, H neque nouiſſet eſ[ſe] [illegible] Angelos ſibi indicari, tamen vt cognouit Angelos hanc promiſſionem facientes, omnipotentis Dei Legatos eſſe, [illegible] eã repræſentare, illico credidit. Vt colligitur *Gen. c.* 18. *verſ.* 14. & 15. & *ex Apoſtolo epiſt. ad Heb. c.* 11. *v.* 11.

Idem Abraham fide obtulit Iſaac cum tentaretur. Cum namque Deus obedientiam & pietatem illius experiretur, & diceret, *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis* (nempe montem Moria, vt habent Hebræa, in quo poſtmodum Salomon ædificauit templum;) *atque ibi offeres eum in holocauſtum*, ſtatim iubenti Deo per fidem obediuit, quæ eum animauit, vt non obſtante promiſſione ſibi facta de multiplicando eius ſemine inſtar arenæ maris per ipſummet Iſaac, eũdem offerre inciperet. Credebat enim quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus, & ita Iſaac reſuſcitatus ſtirpem promiſſam propagaret. Cum ergo Deus aliquid promittit inquit *Chryſoſt. lib.* 1. *de prouid. Dei*, etiamſi millia ſint quæ promiſſionem eius obſundant, turbari minimè conuenit

ueni [illegible] ir de [illegible] cet A petatiſſima [illegible] ideantur, ad [illegible] p[illegible]du cet. *G[illegible]. 22. ſupra verſ. 17.*

Fi[illegible] & de futuris benedixit [illegible] Qu[illegible] ex De[illegible] reuelatione didicerat p[illegible] obuen tura: adeoque ex fide eis benedi[illegible] ſt *G[illegible] cap. 27.* atque ex ipſa i lis ſupte[illegible] multa demum ſæcula poſteri [illegible] nerunt, vt clarum ſit, quod rectè f[illegible] tum rerum ſpetandarum, & futu[illegible]

Quin & Ioſeph moriens, fide de pro[illegible] memoratus eſt, & oſſibus ſuis mandau[illegible] ritutus in memoriam exitum & li[illegible] futuram [illegible] trum & filiorum ſuorum ex Ægypto, Abrahæ promiſſ[illegible] quia hoc certò euenturum perſuaſit [illegible] iuſſit vt Hebræi Ægypto exeuntes, oſſa ſua ſecum effer[illegible]ent, vt ita inter [illegible] in terra Chanaan æquè vt Iacob, ſepeliri, & cum Chriſto r[illegible] ſurgere poſſet. Supra *verſ. 22. Gen. c. 50. verſ. 25.*

Parentes Moyſis fide eum occultarunt iam natum menſibus tribus, eo quod vidiſſent elegantem infantem, & non timuerunt Regis (Pharaonis qui infantes Hebræorum mergi iuſſe B rat) edictum. Fide inquam, quia vt *Ioſephus* narrat *lib. 2. antiq. cap. 5.* Amram pater illius ob Pharaonis infanticidæ edictum anxius, cùm Deum oraret, reuelationem habuit, & ſimul promiſſionem, de Moyſe naſcituro, qui non tantum à ſubmerſione liberaretur, ſed & totius populi liberator exiſteret, cuius etiam rei famem inter Hebræos percrebuiſſe indicat. *S. Stephanus Act. c. 7.* Eiúſque rei ſignum fuiſſe à Deo inditum memorant veteres, quando Moyſi tantam elegantiam indulſit, vt omnium oculos ad ſe raperet, Deoque charus, & hominibus amabilis futurus ſignificaretur, & per hanc parentes in fide confirmarentur. *Exod. c. 2.* & ſuprà *verſ. 23.*

At hoc quidem de parentum, nunc de fide ipſius Moyſis Apoſtolus verba faciens, ait: *Fide* Moyſes *grandis factus, negauit ſe eſſe filium filia Pharaonis*, quam *Thermut* Ioſephus appellat, eamque vnicam hæredem prole deſtitutam ſcribit *Philo in vita Moyſis*, quæ eum tam elegantem & expoſitum conſpiciens, rapuit, educauit, & in filium adoptauit. Nihilominus ipſe maturior factus, tum verbis, tum factis, relinquendo ſci C licet Curiam Pharaonis, & ad Hebræos ſe conferendo; negauit ſe illius filium, idque media Fide; qua credebat oraculo Dei de futura per eum liberatione. Niſi dicamus, quod etiam fides promiſſionis, & remunerationis æternæ, impulerit eum relinquere aulam, & regnum Pharaonis. Vnde ſumāt exemplum illi, qui hoc tempore varias Religionum laruas induunt, & Principum hæreticorum moribus ſe accommodant, ne aut prædiis vel honoribus ſpolientur iam acquiſitis, aut de nouis ſibi non prouideatur: eandem fortunarum & fidei aleam falsò æſtimantes. *Exod. c. 2.* ſuprà *verſ. 24.*

Idem Moyſes fide reliquit Ægyptum, non veritus animoſitatem Regis. Nam dum populum Hebræorum ex ea eduxit Deo iubenti obtemperans, fide credidit ſe, & populum iræ & armis Pharaonis eximendum: neque enim tantum facinus ſine hac aggreſſus fuiſſet, quo & ſe & vniuerſum populū Pharaonis potentiſſimi Regis indignationi ſubiecisſet. *Exod. c. 12.* ſup. *verſ. 17.* Quin & patienti animo ac longanimiter tot aduerſa ſuſtinuit, inuiſibilis Dei auxilium in educendo populo exſpectans perinde ac ſi eum præſentem fuiſſet intuitus. *Ibid.* Sed fide inſuper celebrauit Paſcha, & ſanguinis effuſionem, nè qui vaſtabat primitiua, tangeret eos. Nempè quia D credidit Moyſes ſe cum toto populo liberandum à morte, & Angelo percutiente primogenitos Ægyptiorum, hac fide excitatus, immolauit Agnum Paſchalē, eiuſque ſanguine aſperſit poſtes, vt Angelus percuſſor Hebræorum domos tranſiliret. *Exod. c. 12. verſ. 12. & 23.* Hebræi quoque ductore Moyſe, hoc etiam fide, qua credebant felicem ſicco pede maris tranſitum, ipſum mare rubrum fidenter & ſecure ingreſſi ſunt, cuius fluctibus deuorati Ægyptij eos inſecuti. *Exod c. 13.* Nonne & muri Iericho fide corruerunt, circuitu dierum ſeptem. Credebat Ioſuè, & qui cum eo erant Principes promittenti Deo, quod circumeundo vrbem Iericho ſeptem vicibus, cum arca, tubis, & clamore populi, muri illius funditus euerterentur, & paruerunt, ac vrbs ipſa expugnata eſt *Ioſue c. 6.* ſuprà *verſ. 30.* Deinde Rahab meretrix fide non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Crediderat enim terram Chanaam Hebræis tradendam, & hac fide animata exploratores à Ioſuè miſſos benignè excepit, & abſcondit. Vnde in

e[illegible] in redca[illegible] *clauorum* [illegible] *mittam manum meam in la[illegible]* [illegible] Verùm poſt dies octo dum ſe iterum manifeſtaret [illegible] diſcipulis, quibus cum erat & *Thomas*, ſtet[illegible] in medio [illegible]orum, & dixit: *Pax vobis.* Deinde dixit *Thomæ*: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & adfer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Reſpondit *Thomas*, & dixit: *Dominus meus, &* F *Deus meus.* Dicit illi Ieſus. *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti, beati qui non viderunt, & crediderunt. In qua quidem ſententia nos ſpecialiter ſignati ſumus*, ait *S. Greg. hom. 16. in Euang. qui eum quem carne vidimus, mente retinemus. Luca 20.*

Idem Dominus deprecantibus eum ſuper infirmitate ſua duobus cæcis, *Creditis*, aiebat, *quia hoc poſſum facere vobis?* quibus reſpondentibus, *Vtique Domine*; adiecit, *Secundum fidem veſtram fiat vobis*, & aperti ſunt oculi amborum. *Matth. cap. 9.*

Mira etiam fides in Magis illis, quos & Reges, & numero tres fuiſſe veterum traditione agnoſcimus qui ab oriente, viſo nouo ſidere, in Bethlehem illius ductu venerunt, vt nouū Regem adorarent. Videbant quidem ſtellam, at Regem quem illa demonſtrabat, non videbant, ſed vt erant ſapientes Aſtrologi (hoc enim in præſenti Magorum vox denotat, & apud Perſas omnes Reges hac arte claruiſſe, docent hiſtoriæ) & ex poſteris Abrahæ quos mortua Sara ex Cetbura genuerat, & adhuc viuēs datis muneribus, ac inter illa, vt eſt author Epiphanius; auro, & thure, & myrrha; *ab Iſaac ſegregauerat ad pla-* G *gam orientalem*, vti conſtat ex *c. 25. lib. Geneſis*, atque per traditionem maiorum non ignorarent, à Balaam propheta olim prædictum, orituram ſtellam ex Iacob quæ noui Regis eſſet ſignum, vt colligere eſt *ex lib. Numerorum*; credebant vaticinium iſtud impletum, ac promiſſum tot ſæculis Regem natum. Quem etiam dum inuenerunt vili ſtabulo poſitum, matrem pauperculam, nullâ purpurâ, nullis ſatellitibus aut regio diademate inſignitam, nihiluminus quia fides oculata eſt, & intuetur ea quæ non apparent, in præſepi Regem, adorāt, coram eo procidunt, munera depromunt Aurum, thus, & myrram, *& ita inquit* S. Greg. *hom. 10. in Euang. eum quem Magi adorant, etiam myſticis muneribus prædicant auro Regem: thure Deum, myrrha mortalem. Matt. c. 2. Lege Baronium tom. 1. Ann.*

Fide etiam Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes fratres, ac Matthæus publicanus, iſti relictis retibus & patre; hic quæſtuario telonij lucro poſthabito, ad vnam iubentis Domini vocem eum ſecuti ſunt. Nulla vero hunc adhuc miracula facere viderant, nihil ab eo de æternæ retributionis præmio audierant: & tamen ait *S. Gregorius hom. 5. in Euang.* ad vnum Domini præceptum hoc quod poſſidere videban H tur, obliti ſunt. *Matt. cap. 4. & 9.*

Commendatur ab Euangeliſtis fides Centurionis, qui Domino in Capharnaum veniente, mittit ſeniores Iudæorum & amicos ſuos, qui dicerent, Domine puer meus, hoc eſt ſeruus meus, vt cōſtat ex *Luc. c. 7.* iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Credebat ſiquidē hanc in eo poteſtatem non modo, quod præſens eum ſanitati reſtituere, ſed & abſens poſſet, quocirca reſpōdenti. Ego veniam & curabo eum; per amicos quos miſerat ait, Domine non ſum dignus vt intres ſub tectū meum, ſed tantū dic verbo, & ſanabitur puer meus, quia enim peccatorem ſe ſciebat, non ſuperſtitione quod Gentilis eſſet neque Iudæis liceret Gentiliū domos ingredi: ſed fide ſe pronūtiauit indignum, vt ſub tectum illius intraret, & quia certa fide credebat Dominum vel ſolo verbo, ac volūtate etiam abſentem poſſe ſanare, id ita eum facere poſtulat; fidem ſuam manifeſto ſymbolo conteſtatus. Quod ſcilicet cum ipſe eſſet

homo

A [illegible] etiam [illegible] p[illegible] hiarchi vel impera-[illegible] ceſſi [illegible], ta n[illegible] ſib[illegible] habebat milites, diceret huic, vade, & illico [illegible] veniret, vnde velut [illegible] tu[illegible] innoebat: [illegible] ius es [illegible] ſ[illegible]. p[illegible]tis ſolo imper[illegible] ſ[illegible] *M[illegible] Luc.* [illegible].

Neque exiguam fi[illegible] Domi[illegible] de monte deſcendenti occurr[illegible] gnoſcimus. Qui *adorabat eum dicens Domine ſi vis, potes me mundare.* Q[illegible] eligi[illegible]nem omnes Euangeliſtæ tanto ſtudio exprimun[illegible] us [illegible]em declara-rent, qua Chri[illegible]um no[illegible] t[illegible]tum Prophe[illegible] aut virum ſan[illegible]tũ, ſed D[illegible]um inſuper [illegible], neque enim alij quam Deo [illegible]cere potuit: Si vi[illegible] pote[illegible] me [illegible]undar[illegible], ſig[illegible] a[illegible] *S. Chryſoſt. hom.* [illegible] equalem ipſum [illegible]um pa[illegible] h[illegible]e pot[illegible]ſtatem [illegible]nde & à Chriſto, audire protinus mereretur [illegible] *mund*[illegible].

Hactenus de fide propria: exemplum nunc dep[illegible]u de aliena. Chriſto in ciuitatem ſuam probabi[illegible]u Caph[illegible]aum quod in ea frequenter fuerit commo[illegible]atu[illegible] int[illegible] mu[illegible] cum Auguſtino & aliis veteribus, rede[illegible]n[illegible] o[illegible] ebat paraly[illegible]cum iacentem in lecto, quod Lucas & Marc[illegible] d[illegible]bentes dicũt, tantam in domum vbi erat Chriſtus conduxiſſe multitudinẽ, vt nemo ingredi poſſet, ideoque in tectum eos qui paralyticum geſtabant aſcendiſſe, eoque aperto Paralyticum ante

B Chriſtum demiſiſſe; quod ſignum erat conſtantiſſimæ fidei, qua indubitanter ſperabant eum ſanandum. Vnde Matthæus: *Videns, ait, Ieſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili remit-tuntur tibi peccata tua. Matth. c. 9. Marc. c. 3. Luca c. 3.*

Quin etiam eximiam in Latrone cum Domino crucifixo fidem extitiſſe, probant illa eiuſdem verba, *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Quæ breuem quidẽ, ſed plenã ſpei cõfeſſionem continent. Nam paucis verbis & Chriſtum eſſe Regem, qui non ad regnum acquirendum, ſed eo iam ac-quiſito regnaturus eſt & regnat: & inſuper Deum, qui cõdo-nare peccata poſſet profitetur, eumque reſurrecturum credit, neque enim deprecaretur iam animam exhalantẽ, vt ſui dum in regnum ſuum veniſſet memor eſſet; niſi & reſurrecturũ, & poſt reſurrectionem regnaturum certo & infallibiliter per fi-dem cognouiſſet. Quæ iſtam fidem interrogat *D. Leo ſer. 2. de paſſione*, exhortatio perſuaſit? quæ doctrina imbuit? quis præ-dicator accendit? non viderat prius acta miracula, ceſſauerat tunc languentium curatio, cæcorum illuminatio, viuificatio

C mortuorum, ea ipſa quæ mox erant gerenda non aderant, & tamen Dominum confitetur, & Regem quem videt ſupplicij ſui eſſe conſortem compellat, memento mei, *Luc. 23.*

FOEMINARVM EXEMPLA.

Inter mulieres benedicta Virgo Deipara, ad cœleſtis nuntij aduentum, multò magis alloquium pauida; Trepidare inquit, *S. Ambroſius* virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pauere, omnes viri affatus vereri: dum ſe matrem fore intelligit quæ virum neſciebat: Nihilominus quo Spiritu ſancto grauidan-da promitteretur, non dubia de oraculo, ſed læta nũtio, quod non eſſet impoſſibile apud Deum omne verbum certò crede-ret; dicebat. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Quamuis enim paulo ante ad inſolitum nuncium atto-nita dixiſſet: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* hoc eſt, quia nec virum cognoſcere ſoleo, nec poſſum? non tamen ait memoratus Ambroſius, de effectu dubitauit, ſed qualita-tem ipſius quæſiuit effectus, vnde cognata eius Elizabeth, ad quam ſalutandam raro humilitatis exemplo in montana conſcenderat, velut prophetico ſpiritu quæ circa eam euen-tura erant prænoſcens: *Beata, inquit, quæ credidiſti, quia perfi-*

D *cientur in te quæ dicta ſunt tibi a Domino, Luca cap. 1.*

Mariæ etiam Magdalenæ non exigua fides erat; quando ad Ieſum in domo Simonis accumbentem venit fama illius excitata, vt ſua ad pedes illius peccata proiiceret, qui mundi peccata tollere in mundum venerat. Credebat quippè peccata ſua per illum remitti poſſe, vnde non tam corporis greſſu, quàm fidei pedibus ad illum venit, humilitatis miniſterium officiumque impenſura. *Attulit namque alabaſtrum vnguenti,* hoc eſt poculum ſiue vas ex alabaſtrite lapide, plenum vn-guento odorifero ex ſucco nardi confecto, vt canit Eccleſia: *& ſtans retro ſecus pedes eius*, ibi enim eam peccata conſtitue-bant, quæ in humeros Saluatoris excutere geſtiebat, *lachrymis cœpit rigare pedes eius*, & ſic inter epulas lacrymarum deprom-ſit fercula: ſatis inſinuans inquit *D. Greg. ſer. 45.* quo dolore angitur, quæ inter epulas ad lætitiam natas flere non verecũ-datur, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius. Quippe cum capillis ſuperflua omnia, mundique vani-tatem dimittebat, & deuoto oris oſculo reconciliationis be-

neficium poſtulabat. Vt [illegible] totum Deo ſeruiret in pæniten-tia quod eum prius contempſerat in culpa. Vnde poſt tot E pœnitentiæ inſignia audit ſibi a Domino dici, *Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.* Dixerat namque prius, *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Neque hic Dominus lo-quitur [illegible] cenſendus eſt de fide nuda, ſiue ea quam mortuam D. Ia-cobus appellat, ſed viua, quæ per tot electionis operabatur teſtimonia. *Luc. c. 7. L. Beyerl. in Promptuario morali p. aſtimali.*

Quanta fuit illa fides quæ in muliere hæmorrhoiſſa reſplẽ-duit. Impenderat in medicos continuis annexis XII. omnem ſubſtantiam, & meliorem à cœleſti medico medicinam po-ſtulabat. Itaque fide ſubnixa *acceſſit retro*, tum pudore ſuffu-ſa, tum quod lege prohiberetur hominum conſortio ſe in-gerere. laborabat enim vt exiſtimant Chryſoſt. & Theophy-lact[illegible], fluxu ſeminis, *tetigit fimbriam veſtimenti eius: dicebat enim intra ſe ſi tetigero tantum fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero,* quæ facti & ſermonis circumſtantia maximè huius mulieris fidem commendat, quod etiam attactu fimbriæ ſe protinus ſanandam crederet. Cui proinde Dominus: *Confide, ait, filia, fides tua te ſaluam fecit, & ſalua facta eſt mulier ex illa hora, Matth. cap. 9.*

Fide inſtructa Mulier illa Cananæa cuius filia à Dæmonio F vexabatur, egreſſa clamauit, *Miſerere mei Domine fili David, fi-lia mea a Dæmonio vexatur.* Eòque velut diſſimulante & tacẽ-te, *venit & adorauit eum dicens, Domine adiuua me.* Cùmque ad eam Chriſtus diceret, *non eſſe bonum*, id eſt, conueniens, *ſumere panem filiorum*, hoc eſt gratiam Euangelicam ſiue miraculo-rum eripere Iudæis, quibus ipſe loco patris erat; *& mittere canibus*, hoc eſt proiicere gentilibus, ſiue aliis nationibus cre-dibile eſt enim Iudæos alias gentes canes appellaſſe: illa ni-hilominus perſeuerans, imo magis ſeipſam accendens, arripic ex verbo contumelioſo argumentum quo cauſam ſuam pro-bet, dicens: *Etiam Domine* quaſi dicat, ſim ſane canis: *nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum.* Igitur ſi canis ego ſim: de micis edere debeo, hoc eſt, aliqualiter tua gratia poſſum frui. Ad quæ verba Dominus: *O mulier! magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Ibid. c. 15.*

Etiam ſoror Lazari Martha elogio ſuo celebretur. Quæ fratre mortuo, venienti ad eum reſuſcitandum Dño dicebat, Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus, quæ verba licet aliquã de Chriſti erga eos charitate fidem, eãmq; G imperfectam, & humilem inſinuent, necdum enim eredebat eum Deum, ſed velut de viro ſancto Deoque grato loquitur, vnde ſubiicit, *ſed & nunc ſcio, quia quæcunque propoſ. eris a Deo, dabit tibi Deus:* Tamen vbi Dominum audiuit cõfitentem, *Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me etiamſi, mortuus fuerit vi-uet:* &c. noua fide animata, quã & fratrem ſuſcitandum, & Chriſtõ Deum, qui id facere poſſet, teſtificantur, roganti illo *Credis hoc?* reſpondit: *Vtique Domine: ego credidi, quia tu es Chri-ſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti. Ioan. c. 11.*

EXEMPLA HISTORICA.

De Chriſtianiſſimo rege Ludouico memoratur, quod cum in ſacello palatij Pariſienſis diuino Miſſæ ſacrificio Proce-ribus comitatus intereſſet, puer eleganti forma in manibus Sacerdotis conſecratam hoſtiam eleuantis apparuerit: Ob-ſtupuère ad tam inſolitum ſpectaculum viri Principes, & Re-gem adeunt, vt illius ſpectator & teſtis adſiſteret. Qui renuit ſeque credere profeſſus fuit, verè ac realiter Chriſtum in ſa-cra hoſtia ſub viſibilibus ſpeciebus contineri, neque fidei tantæ meritum humanæ experimento rationis amittere ſe H velle, meminerat pientiſſimus Rex eius quod Angelicus Do-ctor de auguſtiſſimo myſterio ſcripſerit;

Quod non capis, quod non vides,
Animoſa firmat fides,
Præter rerum ordinem:

Refert *Ioan. Viguerio L. Beyerl. in Apophthegm. ſacris;*

* FIDEI DONVM.

Variis modis à Deo collatum.

EX SACRA SCRIPTVRA.

Adeo fidelis eſt Deus, vt non patiatur hominem lumine ra-tionis vtentem ignoratione Fidei perire. In Veteri lege Pa-triarchas & Prophetas hac Fidei cognitione abũdè illuſtra-uit; Duces etiam pleróſque, & Reges eorum ſequaces in ea-dem Fide corroborauit. In lege verò gratiæ, Chriſtus ipſe, *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ,* ſuæ fidei radiis Apoſtolos: & diſcipulos, & per hos vniuer-ſum orbem ad Fidei Chriſtianæ cognitionem perduxit.

Poſt hos Paulum Theſſenſem hac ſingulari luce & claritate

A claritate ornauit, vt gentes ad eandem confeſſionem adduceret. *Act. cap.* 9.

Cornelius è Cæſarea vir religioſus ac timens Deum, faciés eleemoſynas multas plebi, & orans ſemper, vidit manifeſte Angelum Dei ad ſe introeuntem, & dicentem: Corneli, orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in conſpectu Dei: accerſe hominem, qui vocatur Petrus, hic tibi dicet, quid te oporteat facere. *Act. cap.* 10.

Vir Æthiops Eunuchus, potens Candacis Reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius, venerat adorare in Ieruſalem, & reuertebatur ſedé ſuper currum ſuum, legenſque Iſaiam Prophetam. Dixit autem Spiritus Philippo: *Accede, & adiunge te ad currum iſtum.* Accurrens autem Philippus audiuit eum legentem Iſaiam Prophetam & occaſione hac tam opportuna, euangelizauit illi Ieſum. *Act. cap.* 8.

EXEMPLA HISTORICA.

AD FIDEM PERDVCTI

VOCE COELESTI.

Hortulus quidam erat, inquit Auguſtinus, hoſpitij noſtri, quo nos vtebamur, ſicut tota domo: Nam hoſpes ibi non habitabat Dñs domus. Illuc me abſtulerat tumultus pectoris, vbi nemo impediret ardentem litem, quam mecum aggreſſus eram, donec exiret, qua tu ſciebas: Ego autem non ſciebá, ſed
B tantùm inſaniebam ſalubriter, & moriebar vitaliter, gnarus quid mali eſſem, & ignarus quid mali poſt paululum futurus eſſem. Abſceſſi ergo in hortum, & Alipius pedem poſt pedem. Neque enim ſecretū meum non erat, vbi ille aderat, aut quãdo me ſic affectum deſereret. Sedimus quantum potuimus remoti ab ædibus, Ego fremebam ſpiritu indignans, turbulentiſſima indignatione, quòd non irem in placitum & pactum tecum, Deus meus, in quod eundum eſſe omnia oſſa mea clamabant, & in cœlum tollebant laudibus, & non illuc ibatur nauibus, aut quadrigis, aut pedibus, quantum ſalte'n de domo in eum locum ieram, vbi ſedebamus: Nam non ſolùm ire, verùm etiam peruenire, nihil erat aliud quam velle ire, ſed velle fortiter & integrè non ſemiſauciam hac atque hac verſare & iactare voluntatem, cum hac parte aſſurgẽte, cum alia parte cadente luctantem. Denique tam multa faciebam corpore in ipſis cunctationis æſtibus quæ aliquādo volunt homines & non valent, ſi aut ipſa membra non habeant, aut ea vel colligata vinculis, vel reſoluta languore, vel quoquo modo impedita ſint. *Et poſt pauca;* Ibi enim facultas ea, quæ voluntas, & ipſum velle iam facere erat, & tamen non fiebat, faci-
C liúſque obtemperabat corpus tenuiſſimæ voluntati animæ, vt ad motum mentis membra mouerentur quàm ipſa ſibi anima ad voluntatem ſuam magnam in * ſola voluntare perficiendam. *S. Auguſt. lib.* 8. *Confeſſ. cap.* 8.

GENNADIVS, Carthaginenſis medicus, dubius de animæ immortalitate, docente Dei prouidentia, & miſericordia, ad fidei integritatem peruenit ob ſuam in pauperes largitatem & beneficentiam; nec paſſus eſt Deus tot virtutibus præditum perire: quoniam qui offendit in vno, factus eſt omnium reus. Quo modo autem id acciderit, audi ex Auguſtino: Gennadius erga pauperū curam impigra miſericordia, facillimóque animo, dubitabat aliquando, cùm adhuc eſſet adoleſcens, & in eleemoſynis feruentiſſimus: vtrum eſſet vlla vita poſt mortem? Huius igitur mentem per opera miſericordiæ quibus intentus erat, quoniam Deus nullo modo deſereret, apparuit illi in ſomnis cōſpicuus iuuenis & dignus intendi, eique dixit: Sequere me. Quem dum ſequeretur, venit ad quandam
D ciuitatem, vbi audire cœpit à dextra parte ſonos ſuauiſſimos cantilenæ vltra ſolitum notamque ſuauitatem. Tunc intento, quidnam eſſet, ait: Hymnos eſſe Beatorum atque Sanctorum. Siniſtra autem parte, quid ſe vidiſſe retulit, non ſatis memini. Euigilauit, & ſomnium fugit, tantúmque de illo, quantū de ſomnio cogitauit. Alia verò nocte, ecce idem ipſe iuuenis eidem rurſus apparuit, atque ab illo, verum cognoſceretur, interrogauit. Reſpondit iſte; quod eum bene planéque cognoſceret. Nec memoriæ defuit, quod iſte identidem reſpóderet, totúmque viſum illud, hymnoſque Sanctorum, ad quos audiendos eo duce venerat, qua recentiſſimus recordabatur, facilè narrauit. Hic ille percontatus eſt, vtrúmnā id quod narrauerat, in ſomnis vidiſſet, an vigilans? Reſpondit in ſomnis. At ille: Benè, inquit, recolis; verum eſt, in ſomnis illa vidiſti. Sed etiam nunc, in ſomnis te videre ſcias. Hæc cùm audiſſet, iſte, ita eſſe credidit, atque id reſponſione firmauit. Tunc qui hominem docebat, adiecit, & ait: Vbi eſt modo corpus tuum? Ille reſpondit, in cubiculo meo. Sciſne, inquit ille, eodem corpuſculo nunc illigatos eſſe, & clauſos, & otioſos oculos tuos nihilque iſtis oculis te videre, Reſpondit; Scio. Tunc ille: Qui B
ſunt ergo, inquit, oculi, quibus me vides? Ad hoc iſte nō inueniens quid reſponderet, obticuit. Cui hæſitanti ille, quod his interrogationibus docere moliebatur, aperuit: & cōtinuò, Sicut, inquit, oculi illi carnis tuæ vtique in dormiente atque in lecto iacente nunc vacant, nec aliquid operantur: & tamen ſunt, quibus me intueris & iſta vteris viſione: Ita cum defunctus fueris, nihil agētibus oculis carnis tuæ vita tibi inerit, qua viuas, & ſenſuſque, quo ſentias. Caue iam deinceps ne dubites vitam manere poſt mortem. Ita ſibi homo fidelis ablatam dicit omnem dubitationem. Quo docente, niſi prouidentia & miſericordia Dei. *Idem Epiſt.* 100. *ad Euodium Epiſcopum.*

APPARITIONE S. CRVCIS.

Eo tempore: quo Traianus Romani Imperij ſceptra tenebat, Euſtachius, qui tum Placidus & Placidas dicebatur, 10. legioni, ob inſignem militaris virtutis opinioné, qua Imperatori charus erat, Dux præfectus, tam ſtrenuá rei militari nauabat operam, vt hoſtes vel ſola aduentus eius mentione in fugam verterētur. Erat eximio corporis animíque robore vir: Qui quamuis profundis errorū tenebris adhuc eſſet obuolutus, & inſania idolorū cultura infamis, tãtæ tamen virtutis, vt nihil eius motibus honeſtius, nihil animi candore ſplẽdidius, F
nihil denique eius ingenio ſuauius videretur. Non enim ferebat, vt dum inſigni aliqua victoria hoſtes vinceret, à ſuis ipſe cupiditatibus vinceretur. Ita vitā admiranda quadā prudentia moderabatur, & ſubditorum animos beneficiis arctiſſimè deuinciebat; pauperes, non ad faſtum, ſed ad occultam virtutis elegantiam, larga manu ſuſtentabat. Porrò quoties à militari pugna otium dabatur, frequens belli meditatio ad aſſiduam penè venationem eum prouocabat. Igitur cùm aliquando ad venandum egreſſo armentū ceruorum haud procul paſci renunciaſſet explorator, ipſe ceteris ad perſequendum gregem diſpoſitis, ingentis formæ ceruū conſpexit, quem mox dexterâ ſternendum ſuſcepit. Admotis itaque equo calcaribus in fauces prærupti montis eum perſequens, iam iam victorem ſe putabat, cùm repente cōtra naturam in verticem petræ proſiliens ceruus venatoris conatus omnes eludit, ſeſéque montis ſupercilio tutans placidè à curſu, ſpectãte Duce, ibidem reficit. Cumque Dux prædæ mente oculíſque inhians, viam modúmque inquireret, quo difficilem montis aſcenſum ſuperaret, ecce tibi ſupra cerui caput Crucis *Chriſti* radiãtis effigies, quæ prima illi æternæ ſalutis initia tulit. Cū vero Euſtachius G
eo ſpectaculo attonitus conſiſteret, ſubitò vox ex illa effigie eius auribus inſonuit. *Placide, Placide,* quid me perſequeris? *Ego Chriſtus Ieſus,* cœli terræque Dñs, & humani generis Redemptor, tuis delectatus virtutibus huc tibi adſum, vt tantas virtutum copias profundis errorū tenebris immerſas in lucem vindicem; téque è dæmonum ſeruitute in cœleſtis patriæ libertatem reſtituam. Placidus hac tam noua forma & voce obſtupefactus, partim nominis metu, partim reuerẽtia, ex equo humi delapſus eſt. Poſtquam verò teſumptis viribus à ſtupore ſeſe collegit, Domine, inquit, quis es? Cui Dñs; *Ego Chriſtus Ieſus,* qui humanæ ſalutis cauſa è cœlo in hunc mundum veni, humanam carnem ex Virgine ſumpſi, famem ſitimque annis triginta tribus admodum pertuli: denique ignominioſæ mortis ſupplicia in crucis ligno ſuſtinui, vt hominem ſuo ſcelere æternis ignibus addictum redimerem, & ad æternæ felicitatis gaudia transferrem. His auditis Euſtachius, inſtar Pauli, animo repentè mutatus, fœdam ſceleratamque idolorum ſuperſtitionem vehementer eſt execratus. Itaque pudore H
pariter & dolore affectus, quòd dæmonum cultui tam diu ſeruiiſſet, domum abiit, ſingulatimque omnia, quæ viderat, quæque audierat, vxori nomine Theopiſtæ, pari virtute & genere fœminæ, narrauit. Illa verò eadem nocte in quiete haud diſſimili viſione monita, vt *Chriſtum* indueret, admiratione & gaudio effecta: Mi Dñe, ait ad maritum, quæſo te, ne tam fauſto magnarum rerum nuncio ingrati, ſocordes & deſides ſimus ad Chriſtiana ſacra percipienda; quin potius ſine mora ad Chriſtianum ſacerdoté cótendamus, qui nos ſalutari lauacro expiatos ab infœlici dæmonum ſeruitute ad veram Chriſti libertatem transferat. Nec mora; nocte conceubia Placidus & Traiana cum duobus filiis, & paucis famulis ad inſigni pietate & prudentia ſacerdotem Ioannem profecti ab eo catecheſi inſtructi, & ritè luſtrati ſunt. Et Placido quidem Euſtachij nomen, Traianæ verò Theopiſtis impoſitum fuit. Filiorum alter Agapius, alter Theopiſtis dictus eſt. Corporis deinde & ſanguinis Dominici viuificis refecti myſteriis incredibili

A bili cum gaudio domum reuerſi ſunt. Interea Euſtachius cùm dies Domini miſericordiam guſtu ſuauiſſimo magis magiſque perciperet, memor viſionis in monte eò rurſus venit, profuſiſque lachrymis caput humi defixus Deum rogauit, vt clariore adhuc cognitione ad rectum ſalutis iter perficiendum eum inſtrueret. Et ecce mox Dominus ſolita benignitate huiuſmodi voce eum admonuit: Beatus quidẽ es, ô Euſtachi, & verè beatus, qui percepto regenerationis lauacro hæres regni cæleſtis effectus es: ſed ſcito tibi fidei probationem magno & inuicto planè animo ſubeundam: nam ſalutis humanæ aduerſarius diabolus, hoc tibi donum inuidens, nullũ non mouebit lapidem, vt rurſum te proſternat, & à Chriſtianæ dignitatis gradu aliquando deiiciat. Sed tu vide, ne dæmonum frangaris inſultibus, ſtrenuè ac patienter decertes, vt tandem poſt pugnam inclyta cum Propheta ſub erigas trophæa. *Zach. Lipelloo ex Metaphraſte, to. 5.*

Eodem fidei lumine ac eodem planè modo illuſtratus eſt Hubertus Bertrandi Ducis Aquitaniæ filius. Hic enim cum Ebronij formidans tyrannidem in Auſtraſiam ad Pipiniũ paganus adhuc ſe trãſtuliſſet, mirabili prorſus Dei benignitate ac prouidẽtia, è profunda errorum caligine ad admirabile Ieſu Chriſti lumẽ euocatus fuit. Cùm enim in Tungrẽſi parochia B ethnicus adhuc verſaretur, venanti quandoq; inter cerui cornua apparuit Chriſtus; cúmque timore ac tremore correptũ, Lambertum Antiſtitem adire iuſſit, certiſſimam ſalutis ab eo percepturus rationem. Paruit illico cœleſti viſioni reuerẽter Hubertus, adienſq; Antiſtitem peramanter ac benignè eſt ſuſceptus, & catecheſi imbutus; poſtremò fonte ſalutari luſtratus eſt. Deinde verò totus cœleſtis patriæ deſiderio incenſus, ſacra Apoſtolorum limina viſurus Romam conceſſit; vbi à Sergio Papa anno Dom. 698. Lamberto martyrio coronato, volens nolenſque conſecratur. *Baron. & Surius 2. Nouemb.*

PER ANGELVM.

Alexandriæ ſub Paulo Patriarcha Puella quædam relicta fuerat pupilla à parentibus magna facultate locupletibus: erat autem adhuc ſine Baptiſmo. Die verò quadam ingreſſa pomarium, quod ſoli reliquerant parentes, vidit quendã ſibi parantem laqueum, vt ſe præfocaret. Cucurrit igitur dicẽs ei: Quid facis, o homo? Dixit ille: dimitte me, mulier, quoniam in magna tribulatione ſum. Quæ ait: dic mihi cauſam, & fortaſſis te iuuare potero. Dixit ille: Graui ære alieno premor, & valde vrgeor à creditoribus: elegique potiùs ſemel finire vi- C tam, quàm quotidie mori. Quæ dixit illi: Quæſo te, accipe omnia quæ habeo, & redde; tantũ ne perdas teipſum. Sumens ille, creditoribus reddidit, & ſoluit omnia. Puella ergo anguſtiari cœpit non habens qui eius curã gereret. Poſt aliquanti temporis, cœpit, puella infirmari, & ad ſe conuerſa cõpuncta eſt; orauítque Pontificem, vt faceret illam Chriſtianam. Omnes autem eam aſpernabantur, affligebatúrque puella illa vehemẽter. Cùm verò eſſet in his anguſtiis, aſtitit ei Angelus in ſpecie hominis, cum quo miſericordiam fecerat. Cui illa dixit: *Cupio fieri Chriſtiana, & nemo vult pro me loqui.* Qui ait: Nunquid re vera iſtud cupis? Reſpõdit illa: Vtique Domine, & deprecor te, vt hoc mihi impertias. Adduxit adhuc duos alios Angelos, qui direxerũt eam ad Eccleſiam: rurſúſque ſeipſos transformantes in perſonas quaſdã illuſtres, ex ordine Auguſtaliũ vocant presbyterũ, & Diaconum, vt eam aqua ſalutis abluant: qui hos illuſtres ſic alloquũtur: Veſtra charitas D pro illa pollicetur? Illi autem reſponderunt: Pollicemur. Sumẽtes illam baptizauerũt, & albis induta eſt: ipſi verò euanuerunt. Vicini autẽ cùm illã ita albis indutã viderent, dicebant ei: Quis te baptizauit? Quibus ipſa dixit: Venerunt quidã, & me adduxerunt ad Eccleſiam, locutiq; ſunt Clericis, qui me baptizarunt. Et dixerunt ad illam: Qui ſunt illi? Cumque non poſſet dicere, qui eſſent illi, abeuntes nunciauerunt Epiſcopo; qui accerſitis presbytero & Diacono, interrogauit, verũne eſſent: & cõfeſſi ſunt ſe eam baptizaſſe, exoratos ab illis Auguſtalibus. Porro accerſitis ex Prætorio his, quos Clerici dixerant, dixit Epiſcopus: Num ipſi pro iſta fideiuſſiſtis? Qui dixerunt: Neque nouimus, neque conſcij ſumus nobis hoc feciſſe. Tunc verò iam cognouit Epiſcopus, Dei hoc opus eſſe: Conuocanſque illam dixit ei: Dic mihi, filia, quid geſſiſti boni? Quæ ait, Meretrix exiſtens, & paupercula, quid boni operari potui? Dixit illi Epiſcopus: Nihilne omninò operata es? Dixit ei: Non, niſi quod vidẽs quendã, qui à creditoribus premebatur, ſe ſuffocare volentem, data illi omni ſubſtantia mea liberaui eum. Ex his dictis continuò obdormiuit in Domino. Tunc Epiſc. glorificans Dominũ, dixit: Iuſtus es, Domine, & rectum iudicium tuum. *Caſ. Baron. t. 7. Annal. ad ann. 537.* E

PER VISIONEM.

Cùm Eduinus Nordan Humbrorum Rex optaret Edelburgam Edelberti Regis filiam in cõiugem accipere, miſſis procis ad Eadbaldum fratrem eius, qui tunc regno Cantuariorũ præerat, reſponſum eſt, non eſſe licitum, Chriſtianam virginẽ pagano in coniugem dari, ne fides & Sacramenta cœleſtis regis cõſortio profanarentur regis, qui veri Dei cultus prorſus eſſet ignarus. Quæ dum Eduino verba nũcij referrẽt, promiſit, ſe nihil omnib. modis contrariũ Chriſtianæ fidei, quam virgo colebat, eſſe facturũ; quin potius permiſſurum, vt fidem cultúmque ſuæ religionis cum omnibus, qui ſecum veniſſent viris ſiue fœminis, ſacerdotib. ſeu miniſtris, more Chriſtiano ſeruaret. Neque abnegauit ſe etiam eandem ſubiturum eſſe religionẽ, ſi tamen examinata à prudentibus ſanctior ac Deo dignior poſſet inueniri. Itaque promittitur virgo, atq; Eduino mittitur. Quo tempore exhortatorias ad fidem litteras à Bonifacio Sedis Apoſt. Pontifice accepit. Edelburgæ quoque ab eodem litteræ ſunt datæ; quibus monebatur vt ſedulam coniugis curam ageret. Paulinus Epiſc. ad eam, rem non parũ laborabat, qui filiam eius cum aliis, fidei Chriſtianæ ſacramentis iam imbuerat. Sed & oraculũ cœleſte, quod illi quondam exulanti apud Redualdũ regem Anglorum pietas diuina reuelare dignata eſt, non minimum ad ſuſcipienda vel intel- F ligenda doctrinæ monita ſalutaris ſenſum illius iuuit. Cùm ergo videret Paulinus difficulter poſſe ſublimitatẽ animi regalis ad humilitatẽ viæ ſalutaris, & ſuſcipiendum myſterium viuificæ crucis inclinari, ac pro ſalute illius ſimul & gentis, cui præerat, & verbo exhortationis apud homines, & apud diuinã pietatẽ verbo deprecationis ageret, tandẽ, vt veriſimile videtur, didicit in ſpiritu, quod vel quale eſſet oraculũ regi quondam cœlitus oſtenſum: Erat autẽ huiuſmodi. Cùm perſequente illum Edelfrido, qui ante eum regnauit, per diuerſa occultus loca vel regna multo annorũ tempore profugus vagaretur, tandem venit ad regem Redualdum, obtectans, vt vitam ſuam a tanti perſecutoris inſidiis tutando ſeruaret. Qui libenter eum excipiẽs, promiſit ſe, quæ petebat, facturum. At poſtquã Edelfridus, in hac eũ Prouincia apparuiſſe, & apud regem illius familiariter cum ſociis habitare cognouit, mittit nuncios, qui Redualdo pecuniã multam pro nece eius offerrent; neque aliquid profecit: miſit ſecũdo, miſit tertiò, & copioſiora auri & argenti dona offerens; & bellum inſuper illi ſi cõtemneretur, indicens. Qui vel minis fractus, vel muneribus corruptus ceſſit deprecanti, & ſiue occidere ſe Eduinum, G ſeu legatariis tradere promiſit. Quod vbi fideliſſimus quidã amicus illius animaduertit, intrauit cubiculũ quo dormire diſponebat: erat enim prima hora noctis: Et euocatũ foras quid erga eum agere rex promiſiſſet, edocuit, & inſuper adiecit: Si ergo vis, hac ipſa hora educam te de hac prouincia, & in ea loca te introducam, vbi nunquam te vel Redualdus vel Edelfridus inuenire valeant. Qui ait: Gratias quidem ago beneuolentiæ tuæ, non tamẽ facere poſſum quod ſuggeris, vt pactum quod cũ tãto rege inij, ipſe primus irritũ faciã, cùm ille mihi nihil mali fecerit, nihil adhuc inimicitiarũ intulerit, quin potius ſi moriturus ſum, ille me magis, quã ignobilior quiſquã, morti tradat. Quo enim nũc fugiam, qui per omnes Britanniæ prouincias tot annorum temporúmq; curriculis vagabundus hoſtium vitabam inſidias? Abeunte igitur amico remanſit Eduinus ſolus foris, reſidénſq; mœſtus ante palatium multis cœpit cogitationum æſtibus affici, quid ageret, quóue pedem verteret neſcius. Cúmq; diu tacitis mentis angoribus, H & cæco carperetur igne, vidit ſubitò intempeſtæ noctis ſilẽtio appropinquantem ſibi hominem vultus habitúſq; incogniti: quem videns, vt ignotum & inopinatum, non parum expauit. At ille accedens ſalutauit eum, & interrogauit, quare illa hora cæteris quieſcẽtibus & alto ſopore preſſis, ſolus ipſe mœſtus in lapide peruigil ſederet? At ille viciſſim ſciſcitabatur quid ad eum pertineret, vtrũ ipſe intus, an foris noctẽ tranſigeret? Cui reſpondens ait: Ne me æſtimes tuæ mœſtitiæ, & inſomniorũ, & forinſecæ ac ſolitariæ ſeſſionis cauſam neſcire; ſcio enim certiſſimè quis es, & quare mœres, & quæ ventura tibi in proximo mala formidas. Sed dicito mihi, quid mercedis dare velis ei, ſi quis ſit, qui his te mœroribus abſoluat, & Redualdo ſuadeat, vt nec ipſe tibi aliquid mali faciat, nec tuis te hoſtibus perimendum tradat? Qui cum ſe omnia quæ poſſet huic tali pro mercede beneficij daturum eſſe reſpõderet; adiecit ille, quid ſi etiam te regem futurũ extinctis hoſtibus in veritate promittat, ita vt non ſolùm omnes progenitores tuos

A ſed & omnes, qui ante Reges in gente Anglorum poteſtate
fuerunt, tranſcendas. At Eduinus conſtantior interrogãdo fa-
ctus, non dubitauit promittere, quin etiam ei qui tãta ſibi be-
neficia donaret, dignis ipſe gratiarum actionibus reſpõderet.
Tùm ille tertiò: Si autem, inquit, is qui tibi tanta taliáq; do-
na veraciter aduentura prædixerit, etiam conſilium tibi tuæ
ſalutis ac vitæ melius atque vtiliùs, quam aliquis de tuis pa-
rentibus aut cognatis, vnquam audiuit, oſtendere potuerit,
num ei obtemperare, & monita eius ſalutaria ſuſcipere con-
ſentis? Nec diſtulit Eduinus, quin continuò pulliceretur, ſe in
omnibus ſecuturum doctrinam illius, qui ſe tot ac tantis ca-
lamitatibus ereptum, ad regni apicem proueheret. Quo acce-
pto reſponſo, confeſtim is qui loquebatur cum eo, impoſuit
dexteram ſuam capiti eius, dicens: Cùm hoc ergo aduenerit,
memento huius temporis ac loquelæ noſtræ, & ea, quæ nunc
promittis, adimplere ne differas. Et his dictis, vt ferunt repē-
tè diſparuit, vt intelligeret non hominem eſſe, qui ſibi appa-
ruiſſet, ſed ſpiritum. Et cùm regius iuuenis ſolus adhuc ibidē
ſederet, gauiſus quidem de collata ſibi pia ac benigna conſo-
latione; ſed multum ſolicitus ac mente ſedula cogitans, qui
eſſet ille, vel vnde veniſſet, qui hæc ſibi loqueretur; venit ad
eum præfatus amicus illius, lætóque vultu ſalutans eum: Sur-
ge, inquit, intra, & ſopitis ac relictis curarum anxietatibus,
B quieti membra ſimul & animum compone; quia immutatum
eſt cor Regis, nec tibi aliquid mali facere, ſed fidem potius
pollicitam ſeruare diſponit: Poſtquam enim cogitationem
ſuam, de qua tibi ante dixi, Reginæ in ſecreto reuelauit, reuo-
cauit eum illa ab intentione, admonens, quia nulla ratione
conueniat tanto Regi, amicum ſuum optimum in neceſſitate
poſitum auro vendere, imò fidem ſuam, quæ omnibus orna-
mentis pretioſior eſt, amore pecuniæ perdere. Quid plura?
Fecit Rex vt dictum eſt, nec ſolum exulem nuntiis hoſtibus
non reddidit, ſed etiam eum vt ad regnũ perueniret, adiuuit.
Nam mox redeuntibus domum nuntiis, exercitum ad debel-
landum Edelfridũ collegit copioſum, eúmque ſibi occurren-
tem cum exercitu multum impari (non enim dederat illi ſpa-
tium, quo totum ſuum congregaret atque adunaret exercitũ)
occidit, ac etiam Redualdum eius filium, ac ſic in regni glo-
riam ſucceſſit. Cùm ergo prædicante verbum Dei Paulino,
Rex credere differret, & per aliquod tempus horis compe-
tentibus ſolitarius ſederet, & quid ſibi agendũ eſſet, quæ re-
ligio ſequenda ſedulus ſecum ipſe ſcrutari conſueſſet, ingre-
diens ad eum quadam die vir Dei, impoſuit dexteram capiti
C eius, & an hoc ſignum recognoſceret, requiſiuit. Qui cùm
tremens ad pedes eius procidere vellet leuauit eum, & quaſi
familiari voce affatus: Ecce, inquit hoſtium manus, quos ti-
muiſti, Domino donante, euaſiſti: ecce regnum, quod deſidera-
ſti, ipſo largiente percepiſti: Memento vt tertium, quod pro-
miſiſti, facere non differas, ſuſcipiẽdo fidem eius, & præcepta
ſeruando, qui te & a temporalibus aduerſis eripiens tempo-
ralis regni honore ſublimauit: & ſi deinceps voluntati eius,
quam per me tibi prædicat, obſecundare volueris etiam, à
perpetuis malorum tormentis te liberabit, & æterni ſecum
regni in cœlis faciet eſſe participem. Quibus auditis Rex, &
ſuper ea re habito cum amicis & ſapientibus conſilio, abre-
nunciata idololatria fidem ſe Chriſti ſuſcipere confeſſus eſt;
& baptizatus Eboraci die ſancto Paſchæ, pridie Iduum
Aprilium in Eccleſia S. Petri Apoſtoli, anno regni ſui vn-
D decimo, qui eſt annus Dominicæ Incarnationis 627. *Beda l. 2.
hiſt. Eccl. cap. 11. 12.*

PER MONITA, ET SIGNA COELESTIA.

In Perſide S. Mamelta martyr à cultu idolorum ad fidem
angelico monitu conuerſa eſt, & tanto fidei ardore ſuccenſa,
vt a gentilibus lapidata, & in profundum lacum demerſa, ſe
verum à Deo Fidei donum accepiſſe demonſtrarit. *Martyrol.
Rom. 17. Octob.*

Petrvs Martyr Prædicatorum decus, Italiæ ſpeculum, &
fidei pugil ac propugnator egregius, in Gallia Ciſalpina,
quam Longobardiã vocant, ciuitate Veronenſi, à parentibus
hæreſi deprauatis traxit originem: nihilominus ita mundum
ſe ab eorum erroribus ſeruauit, vt neque blãdis parẽtum do-
lis, neque multa verborum frequentia, ad hæreticorum ſiue
colloquia, ſiue conſortia, vel induci potuerit, vel compelli.
Quod enim à natura videmus homini cæteriſque animanti-
bus attributum, vt homo ſerpentis, agnus lupi conſpectum
horreat, & inditam hoſti ſæuitiam ſentiat, hoc puerum bonæ
indolis vnctio cœleſtis edocuit, vt venenantium ſerpentum
cõſortia fugeret: & lupos rapaces pellibus ouinis tectos ini-
micos intelligeret, eorúmque cõmercia vitaret. Nam paruus E
puer annos natus plus minus ſeptem, cùm die quodã à ſcho-
lis rediret, quibus erat tradirus literis imbuẽdus, & in patruũ
hæreticum, magnum diaboli laqueum, incidiſſet & lectionia
ſuæ penſum ei reddere cogeretur, Chriſtianæ fidei ſymbolum
illico recitauit, dicens: Credo in Deum Patrem omnipoten-
tem, Creatorem cœli & terræ, & reliqua. At patruus, qui ſtre-
nuus perfidiæ Manichæorum patronus erat, cùm ab eius fi-
dei profeſſione puerum tanquam rudem quendam tyruncu-
lum auertere niteretur, ac depromptis ex ſacris literis ad er-
rorem confirmandum argumentis, perſuadere vellet, non
Deum, ſed diabolum potiùs eſſe viſibilium conditorem puer
nullo modo credere voluit, conſtanter ac præciſe Deum vni-
uerſorum eſſe conditorem aſſerẽs. Quod ille Sathanæ vena-
tor ac miniſter, cùm accuratè mente perpenderet, omnibus
modis patri pueri perſuadere conatus eſt, vt Petrum à ſcho-
lis remoueret; veritus præſagio minimè dubio, id quod res
erat, ne puer adultus ſua eruditione ac pietate ingenſẽ perfi-
diæ Manichæorum ſtragem inferret. Sed pater diuino planè
nutu ab ea mente abhortens patrui monita rejecit, ſperans fi-
lium, poſtquam prima rudimenta deuoraſſet, per hæreſiarchã
aliquem ad ſuam ſectam nullo negotio pertrahendum. Is
martyrium ſubiit anno Domini 1252. Sequenti verò anno
relatus eſt in numerum Sanctorũm ab Innocentio Papa IV. F
Thomas Lentinus Patriarcha Ieroſym. in vita eius.

☞ De Ioſepho Comite quære infra. *de Fidei efficacia.*

*FIDEI NECESSITAS.

Tam ad res temporales, quam ad æternam ſalutem.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Iosaphat Rex Iuda congregatis aduerſus filios Iſraël
Moabitis & Ammonitis, exercitu ſuo in prælium parato di-
cebat. Credite in Domino Deo veſtro & ſecuri eritis: Cre-
dite prophetis eius, & cuncta euenient vobis proſpera, 2. *Pa-
ralipomen. cap.* 20.

Ivdas fortiſſimus Princeps Machabæorum, & populi fide-
lis ductor, timentibus ſociis hoſtium irruentium impetum,
per fidem eos excitans: Non eſt inquiebat, differentia, in con-
ſpectu Dei cœli liberare in multis aut in paucis; Quia non
in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitu-
do eſt. *Lib. 1. Machab. c. 3.*

Neque aliis armis inſtructus Dauid pugnaturus aduerſus
Philiſtæum illum incircumciſum, & exprobrantem agmini-
bus Dei viuentis, proceſſit. Dixit enim: *Tu venis ad me cum
gladio & haſta & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Do-* G
mini 1. Reg. cap. 17.

Spiritu ſancto repleta Elizabeth, virginem Mariam ad ſe
venientem hac de cauſa ſpecialiter commendat, quod de
promiſſione per Angelum facta non dubitauerit, ſed mente
promptiſſima ancillam ſe Domini, cuius mox futura erat
mater nominando; fidem illius dictis abſque tergiuerſatione
adhibuerit. Dicit enim, *Beata quæ credidiſti quoniam perficien-
tur in te quæ dicta ſunt tibi à Domino Lucæ cap. 1.*

Rogantibus turbis: *Quid faciemus vt operemur opera Dei?*
reſpondit Chriſtus. *Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quẽ miſit
ille.* Vnum ergo opus quod vniuerſim ab omnibus ſine labore
vllo aut difficultate fieri poteſt ſuggerit, vt credant: *Ioan. c. 6.*

Eunuchus Candacis Reginæ Æthiopum, poſtquam à Phi-
lippo audiuiſſet Euangelij doctrinam, & fidem Chriſti eiuſ-
que baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, dum in itinere fortè
perueniſſet ad quandam aquam, aiebat Philippo: *Ecce aqua,* H
quis prohibet me baptizari? Cui ille, *Si credis ex toto corde, licet,*
& reſpondens Eunuchus ait, *Credo filium Dei eſſe Ieſum Chri-
ſtum.* Et tunc baptizauit eum. *Actor. c. 8.*

Diu ante ipſe Dominus ex hoc mundo ad Patrem rediens,
Apoſtulos in vniuerſum terrarum orbem velut mandatorum
ſuorum præcones, & Euangelij legatos miſſurus. *Prædicate,*
ait, *Euangelium omni creaturæ* hoc eſt, non tantum vni genti,
quomodo hactenus notus in Iudæa Deus; ſed omnibus om-
ninò; attribuendo nomen creaturæ, quod rebus omnibus cõ-
mune eſt, vni ſpeciei, vt nemo ſe excipi arbitraretur: *Qui cre-
diderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit,
condemnabitur.* Baptizatis & credentibus, præmium, non cre-
dentibus ſupplicium propoſuit. *Marci cap. vltimo.*

Cuſtos carceris in quo detinebantur Paulus & Silas, vi-
dens terræmotum fieri, & carcerem aperiri, tremefactus pro-
cidit ad pedes eorum dicens: *Domine, quid me oportet facere vt
ſaluus fiam?* At illi dixerunt, *Crede in Dominum Ieſum Chriſtum,
& ſaluus eris. Actor. cap. 16.*

EXEM

A

EXEMPLA HISTORICA.

Ivstinvs Philoſophus, genere Samarita, veræ philoſophiæ deſiderio ardens, Chriſti doctrinæ, relictis omnibus Philoſophorum ſectis, ac priorum Stoicis, ſe adhæſiſſe his verbis enarrat: Cùm ipſe quoque primum vitam cum his agere cuperem, vni eorum me Stoico cuidam dedi, atque cum hoc lógo verſatus tempore, quia nihil amplius de Deo didiceram (nam nec ipſe quidem ſciebat, neque diſciplinam hanc adeo neceſſariam eſſe dicebat) ab eo diſceſſi & ad alium me contuli Peripateticum vocitatum, hominem, vt ipſe exiſtimabat, acutum. Hic me primis diebus ſecum eſſe paſſus, poſtea mercedem à me ſibi deſignari petiit, ne inſueta ſola mihi cum eo eſſet conſuetudo. Ego verò illum hanc ipſam ob cauſam reliqui, ne philoſophum quidem hunc eſſe opinatus. Porrò cùm impéſius adhuc animus meus audire, quid philoſophiæ proprium atque præcipuum eſt, expeteret, ad Pythagoricum quendam magni nominis, multique in ſapiētia ſupercilij virum acceſſi, & cum eo auditor eius & familiaris eſſe volens egi ibi. Quid? inquit, Verſatuſne es in Muſica & Aſtronomia & Geometria? an exiſtimas quicquam te perſpicere eorum poſſe, quæ ad beatitudinem conducunt, niſi hæc prius B cognoueris, quæ animum à ſenſibus ad intelligibilia perſpicienda aptum commodumque reddunt; vt ipſum quoque pulchrum, & quod bonum eſt, contemplari queas? Et cum ſtudia ea magnopere laudaſſet, neceſſariaque eſſe dixiſſet, me ita à ſe dimiſit: nam me neſcire confeſſus ſum. Ægrè igitur hoc tuli, ſicut par erat, quòd ſpe excidiſſem: idque eò magis, quòd ſcire illum aliquid putarem. Ac rurſum tempus ipſum mecum conſiderans, quod in diſciplinis iis conterendū erat, rem longiùs differre non ſuſtinui. In huiuſmodi ergo cōſilij inopia, placitum mihi eſt cum Platonicis quoque conuerſari. Itaque in vrbe noſtra cum viro prudente atque inter Platonicos excellente, qui non ita pridem eò venerat, plurimum fui, promoui, & maximè quidem creui. Valde me delectabat incorporeorum notio, & idearum contemplatio mentem meam quaſi alis quibuſdā altiùs euehebat, atque intra breue tempus ſapientem me eſſe factū rebar: illicòque Deum perſpecturum eſſe per ſtultam perſuaſionem ſperabam: nam hic Platonis philoſophiæ finis eſt. In hunc modum affecto mihi viſum aliquando eſt ſolitudine prolixiùs vti, & vitare homi- C num veſtigia. Proinde locum quendam mari proximū petij: à quo cùm non multum abeſſem, vt ſolus ipſe mecū agerem, vetulus quidam ſenex, aſpectu minimè contemnendus, lenes ſimul & graues præ ſe ferens mores, modico me interuallo aſſectabatur, atque vbi conuerſus ſubſtiti, & hominem ſum acriùs intuitus; ille, noſti me? ait: negaui ego. Quid ergo, inquit ille ita contemplaris? Miror, inquam, te hìc vnà mecum eſſe; non enim in expectatione mihi fuit, vt hoc loco virum quempiam conſpicerem. Ibi ille: Cura me, ait, de quibuſdam familiaribus meis, qui peregrè ſunt profecti, exercet: quapropter & ipſe de eis inueſtigaturus, ſi alicundè forſan appareant, huc venio. Tu verò quid rerum hic? At ego, deambulationibus, inquam, eiuſmodi gaudeo, cùm nihil intercedit ſolitariis meis collocutionibus impedimenti, nihil videlicet diuerſi affectantibus: ad rationis & ſermonis excolendi ſtudium perficiendum plurimum loca talia conferunt. Sermonis ergo amator quiſpiam, inquit, tu es: operis autem amator haud quaquam, neque veri ſtudioſus; neque etiam potiùs operoſus, quam ſophiſta verboſus eſſe contendis? Sic igitur inuicem de vera philoſophia diſceptantibus, cùm illi D ſenex oſtendiſſet impoſſibile eſſe, vt quod tam anxie quæreret, penes philoſophos reperiret, vltimis verbis, nonniſi in ſchola Chriſti id fas eſſe reperiri, hæc effatus, ait: At tu votis & precibus tibi ante omnia lucis portas aperiri opta: neque enim ab aliquibus perſpiciuntur aut intelligūtur, præter quā ſi Deus & Chriſtus eis conceſſerint intelligentiā. Hæc ſubdit ipſe, atque his lōgè plura alia cùm ille diſſeruiſſet, & perſequi ea iuſſiſſet, quæ nunc commemorare tempus non eſt, abij, eumque poſtea non vidi. Confeſtim verò in animo meo ardor excitatus eſt, & amor me inuaſit Prophetarū, & virorum illorum, qui Chriſto cari ſunt, & amici: ac reuoluens ipſe mecum diſputationem illius, hanc ipſam ſolam comperi eſſe certam atque vtilem philoſophiam: atque ad hunc modum & per hæc ipſa ego philoſophus prodij. Peruelim profectò, omnes eandem mecum ineuntes animi rationem non alienos eſſe à Saluatoris doctrina, &c. Pergit Iuſtinus enarrare, quo modo, pedes enim mente diuinitus illuſtratus veram philoſophiam, quæ ex Chriſti doctrina eſt, didicit, ac E proinde perfectè philoſophus eſſe cœperit: quo in genere præſtare externis Philoſophis omnibus, qui veræ fidei ſectatores apud Chriſtianos eſſent, manuarios artifices, idiotas: ac rudes, ipſe in Oratione ad Gentiles habita docet. Vbi & paulo inferius de his, quæ calumnioſe patererentur Chriſtiani, hæc de ſe ſubdit: Nam & ego ipſe Platonis diſciplinæ ſectatur, cùm calumnioſè audirē Chriſtianos deferri, intrepidè autem ad mortem, & alia, quæ terribilia cenſentur, omnia adire conſpicerem; ſtatui ipſe mecum, fieri haudquaquam poſſe, vt illi vitiis & voluptatibus ſeruirent. Quis enim voluptatum ſectator, aut per animi impotentiam intemperans in humanarum carnium dapes, pro bono ducens mortem libenter amplecti queat, vt bonis ſuis ſeipſum priuet ac non potius modis omnibus, vt hanc ſibi perpetuò vitam agere, & celare principes & magiſtratus ſtudere liceat, operam nauet, nedum per denunciationem & indicium ſeipſum cædi offerat? &c. *Cæſar. Baron. tom. 2. Annal. Eccl. ann. Dom. 130.*

Victorinvs quondā Rhetor vrbis Romæ, ſenex doctiſſimus, & omnium doctrinarum liberalium peritiſſimus, quique ob inſigne præclari magiſterij, quod ciues huius mundi eximium putant, ſtatuam in Romano foro meruerat, & acceperat, vſque ad illam ætatem venerator idolorum, ſacrorumque F ſacrilegorum particeps, quibus tunc tota ferè Romana nobilitas inflata ſpirabat, non erubuit eſſe puer Chriſti & infans fontis Chriſtiani, ſubiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita fronte ad Crucis opprobrium. Legebat, vt ait Simplicianus, ſanctam ſcripturam, omneſque Chriſtianas litteras inueſtigabat ſtudioſiſſimè, & dicebat Simpliciano amico ſuo, non palam, ſed ſecretiùs & familiariùs: Noueris me iam eſſe Chriſtianum. Et reſpondebat ille; Non credam, nec deputabo te inter Chriſtianos, niſi in Eccleſia Chriſti te videro. Ille autem irridebat eum, dicens: Ergone parietes faciunt Chriſtianos? Et hoc ſæpe dicebat, iam ſe eſſe Chriſtianum; & Simplicianus illud ſæpe reſpondebat, & ſæpe ab illo parietum irriſio repetabatur. Amicos enim ſuos verebatur offendere ſuperbos dæmonicolas, quorum ex culmine Babylonicæ dignitatis, quaſi ex cedris Libani, quas nondum contriuerat Dominus, grauiter ruituras in ſe inimicitias arbitrabatur. Sed poſteaquam legendo & inhiando hauſit firmitatem: timuit- G que negari à Chriſto coram Angelis ſanctis, ſi eum timeret coram hominibus confiteri, reuſque ſibi magni criminis apparuit, erubeſco de ſacramentis humilitatis verbi Dei, & non erubeſcendo de ſacris ſacrilegis ſuperborum dæmoniorum, quæ imitator ſuperbus acceperat, depuduit vanitati, & erubuit veritati; ſubitòque & inopinatus ait Simpliciano: Eamus in Eccleſiam, Chriſtianus fieri volo. At ille non capiens ſe lætitia, perrexit cum eo. Vbi autem imbutus eſt primis inſtructionum ſacramentis, non multo poſt etiam nomen dedit, vt per baptiſmum regeneraretur, mirante Roma, gaudente Eccleſia. Superbi videbant & iraſcebantur, dentibus ſuis ſtridebant & tabeſcebant, ſeruo autem ſuo Dominus Deus erat ſpes eius, & non reſpiciebat in vanitates & inſanias mendaces, &c. *Auguſt. lib. 8. Confeſſ. cap. 2.*

Alipivs, conciuis Auguſtini Hipponenſis, eiuſque auditor; Deum carne indutum ita putabat credi a Catholicis, vt præter Deum & carnem non eſſet in Chriſto anima, mentemque hominis non exiſtimabat in eo prædicari. Et quoniam bene perſuaſum tenebat, ea quæ de illo memoriæ mandata ſint, ſine vitali & rationali creatura non fieri, ad ipſam Chriſtianam H fidē pigrius mouebatur. Sed poſtea hæreticorum Appollinariſtarum hunc errorem eſſe cognoſcens, Catholicæ fidei collætatus & contemperatus eſt. *Ibid. lib. 7. Confeſſ. cap. 19.*

* FIDEI DIGNITAS ET PRÆSTANTIA:

Quod propter illam omnia toleranda, & relinquenda.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Princeps Apoſtolorum Petrus qui Domino ſe vocanti, relicta naui ſtatim fuerat obſecutus, magna animi fiducia loquitur: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Et quanquam Petrus cæterique Apoſtoli, vtpote vilioris conditionis, non niſi pauca, & quidē vilia reliquerint, nihilominus confidenter dicebāt ſe omnia reliquiſſe. Quia vt habet D. Gregorius, & ex illo mellifluus Bernardus; Multum deſeruit, qui voluntatem habendi dereliquit. A ſequentibus tanta relicta

ſunt,

ſunt, quanta à non ſequentibus potuerunt deſiderari. *Matth.*
A *cap.* 19.

Initio prædicationis Euangelicæ multitudinis credẽtium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. *Act. c.* 4.

Paulus ex perſecutore factus vas electionis & Doctor gentium, omnium quæ prius ſectabatur detrimentum ſua ſponte fecit, & vt ſtercora arbitratus fuit, tantum vt Chriſtum lucrificaret, ciuſque fide imbueretur, vt cui viuere Chriſtus erat & mori lucrum.

EXEMPLA HISTORICA.

REGNVM ABDICATVM.

Anno 36. regni Gunthramni, vxor Arnulphi Imperatoris Perſarum, nomine Cæſarea, virum relinquens, cum quatuor pueris totidémque puellis, ad B. Ioannem pertexit. Cum ab ipſo Pontifice fuiſſet baptizata, Auguſta Mauritij Imp. vxor eam de ſancto ſuſcepit lauacro. Quam cùm vir ſuus Imp. Perſarum per legationes ſæpius reperceret, & Mauritius Imperator vxorem eius eſſe neſciret, tunc Auguſta videns eam pulcherrimam, ſuſpicatur ne ipſa eſſet, quam legati quæ-
B rebant, dicenſque eis; Mulier quædã de Perſis hic venit, dicens ſe vnam eſſe de populo, videte eam: forſitan ipſa eſt quã quæritis. Quam legati videntes, proni in terram adorauerũt, dicentes, ipſam eſſe eorum dominam, quam quærebant. Dicit ad eam Auguſta; Redde illis reſponſum. Tunc illa reſpondit: Ego cum iſtis non loquor, vita eorum inſtar canum eſt. Si conuerſi, Chriſtiani, ſicut & ego ſum, efficiantur, tunc eis reſpondebo. Legati verò animo libenti baptiſmi gratiam accipiunt. Poſteà dicens ad eos Cæſarea: Si vir meus voluerit Chriſtianos fieri, & baptiſmi gratiam accipere, libenter ad eum reuertar: nam penitus aliter ad eum non repedabo. Legati id Imperatori Perſarum nunciantes, ſtatim ille legationem ad Mauritium Imp. miſit, vt ſanctus Ioannes veniret Antiochiam, quod baptiſmum vellet accipere. Tunc Mauritius Imperator infinitiſſimum apparatum Antiochiæ fieri iuſſit, ibi Imperator Perſarum cum ſexaginta millibus Perſarum baptizatus eſt, & per duas hebdomadas à Ioãne & reliquis Epiſcopis Perſiæ ad plenitudinem ſupra ſcriptum numerum baptizantur. Imperatorem illum Gregorius Antiochiæ Epiſcopus ſuſcepit de lauacro. Arnulphus Imperator à
C Mauritio Imperatore petens, vt ſibi Epiſcopos cum clero ſufficientes daret, quos in Perſia collocaret, vt vniuerſi Perſidæ baptiſmi gratiam adirent. Quod Mauritius libẽti animo præſtitit, ſummáque celeritate omnes Perſidæ ad Chriſti cultum baptizantur. *Greg. Turonen. lib.* 11. *hiſt. Franc. c.* 9.

Anno Redemptoris 777. Telericus Bulgarorum, Rex, qui aduerſus Conſtantinum Copronymum ſæpè pugnarat, Chriſtianæ religionis amore ſuos deſerens, contulit ſe Conſtantinopolim, vt ſacrũ baptiſma ſuſciperet, Regnum relinquẽs terrenũ, vt cœleſtis Regni particeps eſſe poſſet. Operata eſt iſta fides in Chriſtum etiam ante Chriſtũ. Nam ad Hebræos Apoſtolus ait: Fide Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filiũ filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem; maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti; aſpi-
D ciebat enim remuneratorem. Magnum quidem, inquit Baronius, dedit iſte ſpecimen viuæ fidei, dum Regno numeroſiſſimæ, victricíſque gentis, prætulit ſeruitutem humilem Chriſti. *Caſ. Baron. Tom.* 9. *Annal. ad Annum* 777. 1.

HONORES ET VITA CONTEMPTA.

MARINVM virum militarem, Hieroſolymorum ciuem, honore & diuitiis clarum, cùm in perſecutione Valeriani apud Cæſaream Palæſtinæ, inter collegas per ordinem gradus ſui honor quidã contingeret, militaris, vt fieri ſolet, inſequentẽ collegam ſuum ſubit inuidia, & exclamat; non poſſe Marinũ adipiſci ſuperiorem gradum, eò quòd eſſet Chriſtianus. Interrogatur à Iudice Marinus ſi ita haberet. Ille ita eſſe, & verè ſe eſſe Chriſtianum, clariſſima voce teſtatur. Tres ei deliberandi horæ decernuntur à Iudice, vt eligat vtrũ velit, immolare diis, & Imperatori, an Chriſtianos interimi. Cùmque à tribunalibus eſſet egreſſus, Theotecnus Epiſcop⁹ loci apprehenſa manu eius perducit eum ad Eccleſiam, ibique multis verbis in fide confirmans, ad vltimùm lo interiora perducit altaris, gladiumque ſuum, quo præcinctus erat, oſtendens ei, & rurſum offerens Euangelium, quid è duobus mallet, interrogat. Marinus verò promptiſſima fide, cum manũ ad Euan- E
gelium tetendiſſet; Obtine, inquit Theotechnus quod elegiſti, & contemnens præſentem vitam, æternam ſperans confidenter pergere, & ſuſcipe coronam, quam tibi Dominus præparauit. Regreſſus continuò ad tribunal euocatur per præconem: aderat enim tempus ſtatutum. Ille verò nec inuitas patitur, nec expectat interrogantem, ſed continuò libera deliberata aſſerit, & ex paternis legibus confirmatum, quòd *Deo obtemperare oporteat magis quam hominibus.* Quem Iudex illicò capite puniendum pro tali reſponſione pronunciat. *Euſeb. hiſt. Eccleſiaſt.* 11.

IOVINIANVS Imperator dum ad habenas Imperij capeſſendas inuitus cogeretur hanc conditionem Electoribus proponit, ſe paratum ea gubernacula ſuſcipere dummodo omnes, quibus imperaturus eſſet, Chriſtianam fidem amplecti vellent, nec alia lege imperium velle amplecti. *L. Beyerlinck in Apophthegm. Chriſtian. ex Theod. l.* 4. *c.* 7.

VALENTINIANVS & VALENS fratres erant quidem ambo Chriſtiani, ſed diſſidebant inter ſe circa fidem Chriſtianiſmi. Valentinianus enim Nicænam fidem colebat. Valens verò Arriano dogmati ex anticipata opinione magis adhærebat. Anticipationem verò fecerat, quòd ab Eudoxio Cõſtantinopolitano Arrianæ legionis Epiſcopo baptizatus erat. Et F
vterque ſuæ religionis zelo ducebatur. Imperatores autem facti, ingeniis erant inter ſe admodũ diuerſis. Primùm enim ſub Iuliano, cùm Valentinianus tribunus militũ eſſet; Valens verò in curia Imp. militaret, qualem quiſque zelum haberet, oſtenderunt: Cùm enim ad ſacrificandum cogerentur, militiæ cingula relinquere malebant, quàm Chriſtianiſmum deſerere, Verùm quoniam Iulianus Imp. viros hoſce tum temporis Reip. cernebat eſſe vtiles, neutrum illorum à militia reiiciebat, quemadmodum nec Iouinianum, qui poſt ipſum factus eſt Imperator. Deinde verò in imperio conſtituti, quod Reip. prouidentiam concernebat pares inter ſe initio fuerunt, in Chriſtianiſmo verò, ſicuti dixi, diſſidentes, non pari erga Chriſtianos vſi ſunt ingenio. Valentinianus enim eos quidem tuebatur, qui ſuæ fidei erant conſortes, ſed interim Arrianis haudquaquam erat moleſtus: Valens autem Arrianos prouehere volens, diſſentientes ab illis acerbè tractabat. *Socrates l.* 4. *hiſt. Eccl. c.* 1.

INGO Regulus Venedorum, qui ad fontes Saui & Draui habitabant, Carinthij hodie dicti, multos ex ſuis ſatrapis hac ratione fecit Chriſtianos, anno ſalutis ſeptingenteſimo no- G
nageſimo: Conuiuium lautè inſtruxit, & vilem plebeculam ſimul cum equeſtris ordinis proceribus inuitauit, atque præ foribus nobiles recumbere iuſſit, pane duntaxat cibario & caruncula rancida pauit, vinũmque fictilibus propinauit auſterum; Sed agricolas ſuæ menſæ adhibitos cœna lauta pauit, & vinum poculis aureis, argenteis & gẽmatis propoſuit. Cùm nobiles id indignè ferrent, ac in ſui contumeliam fieri ſtomacharentur, reſpondit; Ideò ruſticos ad menſam meam adhibui, quia ſacro lauacro abluti ſunt, vos verò foris reliqui, quòd ſordibus ethnicis ſqualentes, hircúmq; impietatis olentes nauſeam mihi facitis. Caſtigati ea re nobiles breui tempore, ſub Virgilio & Annone Iuuanienſibus Epiſcopis Chriſti fidem acceperunt. *Æn. Sylu. c.* 10. *de Europa, ann.* 790.

D. LVDOVICVS Francorum Rex natus eſt, & ſacro baptiſmate renatus in fundo Poſſiacò: quamobrem illo loco plurimum delectabatur frequentérq; eò ventitabat: Vnde factum H
eſt, vt paſſim iactaret, ſe plus accepiſſe eo in loco dignitatis & beneficij, quã alio quocũque. Quod multis eius familiaribus, cum quibus agebat, admirationẽ peperit. Obiicientibus autem nonnullis, quod plus honoris Rhemis eſſet aſſecutus, inauguratione & ſacri olei vnctione, ipſe ſubridens ait: Ego verò Poſſiaci Chriſti diademate & oleo ſacro redimitus plus maieſtatis & honoris accepi, quàm alibi vſquã aut quocunque gradu hominem euehi fas eſt. *Belleforeſtius in vita.*

Quin idem ipſe Rex Ludouicus dum in Syria, quo eum religionis Catholicæ ardor cum exercitu impulerat, rogaretur, Saracenum virum ſtrenuum balteo militari donaret, ait: Abſit à me vt vel pro ſeruanda vita, vel morte declinanda à Chriſtiana religione alienum balteo dotem, quaſi inſinnans ſolis Chriſtianis illud honoris competere, à quibus cum balteo fidei trophæum Crucis in fronte diadematis in locum defertur. *Ex Gaufredo de Bello-loco L. Beyerl. in Apophthegm. Chriſtian. Tit. Chriſti honor.*

CAROLVS

Carolvs V. Cæſarum maximus in Africa prælio decerta-
A turus, quod iamiam imminebat, ocius cceptui occinit, depromens nobilem illam vocem: Malim vnum fidelem ſeruare, quam mille Mauros Turcas Penelve interimere. *Ibidem.*

* FIDES CHRISTIANA CONTRA IVDÆOS MIRACVLIS PROPAGATA.

SERPENTIS ESVS INNOXIVS.

B. Leontivs Antiochiæ in Syria Pontifex, vir & fide & religione in Chriſtum laudatiſſimus, acerrimuſque veritatis propugnator, Xenodochia ſtudioſiſſime curabat, quibus viros pios, qui peregrinorũ curam gererẽt, præfecit. Fuere inter hos, tres præ cæteris ardentes pietatis cultores, qui negociorum cauſa, in vicum ad decimum ſeptimum milliarium Antiochia diſtantẽ (Thracunta nominant) vna profecti, comitem in itinere Iudæũ habuere. Vir Dux inter pios tres erat *Eugenius* religioſiſſimus. Ergo dum vna iter faciunt, *Eugenius* ſermonem orſus aggreditur Iudæum, & de fide in Deum, Dei vnicum filium, diſputat. Iudæo verò argumenta omnia per ludibrium eludente, ſerpentem in ipſa via mortuum offen-
B dunt, & mox Iudæus ad comites: Si, inquit, hunc anguem deuorauetitis, nihilque inde detrimenti ceperitis, Chriſtianum me profitebor. Exemplo igitur arreptum *Eugenius* colubrum in tres diuellit partes, vnamque ipſe, duas reliqui, ſpectante Iudæo, abſumunt, ſalutique perſiſtunt. In quibus euãgelicum illud & ſalutare oraculum expletum eſt: *Et in manibus ſuis ſerpentes tollens; & ſi mortiferum quid biberint, non illis nocebit.* Iudæus cum illis ad Xenodochiũ reuerſus, in eo manſit, Chriſtique fidem ſuſcepit. *Ex Chronico Siculo M.S. Matth. Rader.*

SIGNA ADMIRANDA EDITA.

Cum Rex Homeritarum (populus Æthiopiæ eſt) pro ſua pietate cuperet Iudæorum conuerſionem, qui in eius regno erant, edixit, vt dierum 40. ſtato præfinitóque tempore iam demum peracto, ad diſputandum de religione conuenirent in Threlleto, aula regiarum maxima & prima, omni ordine cõgregato, & ſacro Senatu præſente. Vbi Rex etiam adfuit cum ſanctiſſimo Archiep. aliiſque Epiſcopis. Quod & factum eſt. Ingreſſi igitur Iudæi Herbanum, virum apprimè doctum, Legis & Prophetarũ peritum, diſputationis auctorem & ducem conſtituerunt. Vt autem hunc Scribarum & Phariſæo-
C rum & Legis Doctorum, qui ex omnibus ciuitatibus principes ex Regis edicto conuenerant, turba circũſteterit, alto ſilentio factu, ſcripturæ ſacræ teſtimoniis & rationibus Iudæũ ita preſſit Archiepiſcopus, vt poſt trium dierum diſputationem herbas dederit. Ac tum ipſe: Quorſum, inquit, tẽpus in diſputationibus conſumimus? Ego controuerſiã dirimam: & ſi vis, vt non fruſtra Ieſu credi, hunc ipſum mihi viuum oſtende, & ego cum eo congreſſus, contemplabor ipſum & alloquar: atque illicò me victum fatebor, & Chriſtianus fiam. Vt autẽ Herbanus ſic locutus eſt, Iudæorum turba circumſtans alta & valida voce clamauit: Rogamus te & obteſtamur. Magiſter, ne ineſcatus & errore deluſus fias Chriſtianus, ſed potiùs te præbe virũ, & fortiter age. Scis quod nihil Deo Patrũ noſtrorũ verius eſt & certius. Quibus Herbanus reſpondit: Nugas, vos in medium confertis & deblateratis. Si mihi certam & indubitatã fidem faciat, quod hic ipſe eſt verè, de quo multa Prophetæ prædixerunt, alienus ero à Deo Patrũ noſtrorum. Archiepiſcopus intuitus ipſũ, & ſciens eum verè, nec ſimulata mente locutũ, ad eum dixit: Quomodo vis me tibi certam &
D plenam fidem facere? Supplex Dominum tuum ora, inquit Herbanus, ſi in cœlo eſt, vt dicis, ad me deſcendere, vt videam ipſum, & conueniã: & viuit Dominus, quem dicis Patrem eſſe Chriſti tui, illicò baptizor & credo. Hæc vt dixit Herbanus, Scribarum & Phariſæorum multitudo vociferata eſt: Næ Domine, qui magnus es, fac modo, & videamus vtrum ſermonum tuorum fremitus per opera fidẽ facit, & confirmat. Oſtende nobis Chriſtũ tuum, & cum timore & tremore credemus in ipſum, non amplius habentes quod defendamus. Cùm autem vociferarentur, ſenſim etiam & ſubmiſse dicebant: Vis tu, vt eum nobis oſtendat? Væ quia fiemus Chriſtiani. Alij dicebãt, Siquidem nobis oſtendat ipſum, quamobrem non credimus? Alij dicebant. Certè nobis ipſe oſtendet hominem, qui tanto tempore mortuus hodiernũ diem habeat, vbi etiam apparebit, cuius oſſa, vt liceat dicere, in vrna ſine loculo monumenti diſſoluta ſunt? Vir autẽ Sanctus ſciens, niſi poſtulatum ipſorum expedierit, ſuum ſilentium in maximam victoriam ceſſurum eſſe, reſpondens ei dixit: Cognoſcite quod vobis ipſum procul dubio oſtendam, & tametſi nolueritis, credetis,
E Sin minus, gladius vos abſumet: Sin autem non oſtendam, reuertemini arbitrio veſtro. Hoc autem Herbano, & eis, qui cum ipſo erant, placuit. Dicebant autem inter ſe; Non poterit oſtendere vllo modo, quia interfectus eſt a Patribus noſtris, & mortuus eſt, & in monumento firmiter concluſus, ſurreptus fuit à Diſcipulis ſuis. Sanctus autẽ Gregentius certò & perfectè ſciens, quod dixit Dominus; *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, &c.* ſurgens ſolus exiuit, cùm Regi præcepiſſet eodem in luco manere, ne cõceſſus refertiſſimus diſſolueretur. Tunc beatus longè à cœtu ſubmotus ad precandum ſtetit: & genu ter ad pauimentũ flexo, tum ſurgens, & ad cœlum manus expãdens, omnibus videntibus, ex imo corde dixit: O verbum tremendum terribilis & magni & inuiſibilis Patris ante ſæcula impatibiliter & ſine fluxu ex ipſo genitũ, non factũ ex ſolo ingenito lumine ſolum vnigenitum coruſcans, Tu qui per ipſum ab initio cœlum & terrã firmaſti, & ſpiritũ tuo ſancto fundaſti, & ſuper aquis vtraque rexiſti: Tu qui cœlos inchoaſti: & deſcẽdiſti vt pluuia in vellus, in ſanctam Virginẽ Mariam: Qui Diſcipulos tibi ipſi ex tua terra & Hebræorũ elegiſti, & in oculis Coriphæorũ transfigura-
F tus es in monte Thabor; Qui ſtupenda ſigna & prodigia in medio Iudæorũ nefariorum operatus es Ieſu Chriſte, inuocamus te vbique præſentem & omnia implentem: miſerere huius turbæ obtenebratæ, & obumbra ipsã tua virtute: aperi tenebroſos ipſorum oculos, quos diabolus obcæcauit: & ſecundum multitudinem miſerationum tuarũ his te ipſum manifeſta, vt apertè & clarè te videant, & credant in te ſolum verum Deum, & in eum, qui te miſit, Patrem, & in ſpiritum tuum ſanctum, Amen. Atq; vt fidelis turba & Rex cum optimatibus dixerunt, Amen. (erant enim omniũ oculi in ipſum conuerſi) terræmotus magnus factus eſt, atque ab Oriente tam vehemẽter intonuit, vt horrore omnes correpti fuerint, & ceciderint in terrã. Qui paulò poſt cùm ſurrexiſſent omnes, & Orientem verſus intenti eſſent, ecce apertæ ſunt cœli portæ, & repentè nubes fulgida explicata eſt, & à porta cœli velut planus campus ad eos vſque perueniens. Adhuc autem contentis oculis intuebatur, ecce Dominus Ieſus à porta exitus illius venit; & ad ipſos ſupra nubẽ deambulans accedebat coram oculis ipſorum. Erat autem ſpecioſa forma val-
G de. Venit igitur, & in extremis partibus nubis ſtetit prope Archiepiſcopum & conſeſſum ſiue conciliũ, ſupra ipſos ferè ducentos cubitos, ita vt ipſe videretur ab omnibus purpurea nube circumamictus pulcherrima, ex qua diuinitatis radij emicabant. In capite eius ſplendor fulguris, & diadema pulchritudinis inæſtimabilis, & radiis velut ſpinea corona: gladiumque tenebat manu ſiniſtra, & dextra ſeipſum. Vt igitur ſtetit corã ipſo Dominus, tremor non enarrabilis cum gaudio in ipſum Regem & optimates incidit, atque in omnem Chriſtianorum multitudinẽ, ſic vt præ illo horrendo ſpectaculo neque ipſi loqui poſſent. Solummodò ſurſum obtuentes iucundè ipſum conſpiciebant, & præ immenſa, atque incredibili lætitia attoniti, ſtupeſcebant. Iudæi verò cum ſuo Herbano horribile & tremendum illud myſterium ſpectãtes, animo percellebãtur valde, ſua pectora tundentes, & præ tremore ac formidine, huc & illuc circũſpicientes fugam quærebant. Archiepiſcopus autẽ ad Herbanum alta voce clamauit: Contemplare, ô Herbane, horrificum illud myſterium, de
H quo tibi magna eſt ſcrutatio & inquiſitio, atque inconcuſſam & certã habeto fidẽ, & crede indubitater, quod vnus ſanctus, vnus Dominus Ieſus Chriſtus in gloria Dei Patris, Amen. Hic autem adhuc tacebat. Venit igitur vox a Domino ad Iudæos; Propter magnam Archiepiſcopi inuocationem, appareo vobis in oculis veſtris, ego crucifixus à patribus veſtris. Voce autem edita, attoniti ſtupuerũt omnes, & proni in terram conciderunt; & quod B. Paulo, cùm huic Dominus apparuit, quondam accidit, vt excæcaretur, hoc idem ipſis euenit: Siquidem apertis oculis neminem videbant. Quæ cùm ſic facta fuiſſent, ad faciem Domini radicata in ſublimi, quæ erat deorſum ſub ipſo nubes lucida, eum occultauit à facie ipſorum: & ſic Seruatore ad interna ſurſum perambulante, paulatim cõduplicabatur à tergo ipſius nubes, donec ad cœleſtia domicilia reuerſus eſt Dominus. Rex autem & turbæ Chriſtianorum fiducia recollecta, tum valida & firma voce clamarunt; Domine miſerere. Et B. Archiepiſcopus cernuus & pronus in terram incumbebat, & ad Dominum Deum noſtrum preces fundebat, &c. Tunc Herbanus ſuis dixit; Nos

ſoli excæcati fuimus? nunquid & illis hoc idem accidit? A Quidam ex Chriſtianis cùm hæc audiuiſſent, alta voce dixerunt: Abſit. Nos equidem Chriſtiani gratia eius inexplicabili ipſum contemplati, acutiùs & meliùs nunc cernimus, quàm ante: Vos ſoli cæci facti eſtis propter perfidiam & incredulitatem veſtram. Cùm igitur omnes cæci eſſent, neque omninò viderent, Herbanus mane ductus ad Archiep. venit, & dixit ad ipſum: Omnis homo ſuum Deum intuitus, ab eo beneficium accipit, nos autem Deum tuum vidimus, & mala accepimus. Cui S. Archiepiſcopus: Dominus, Deus vltionum, etiam nunc libere egit. Secundum veſtras blaſphemias, id eſt, impias contumelias, & ſacrilega conuicia veſtra in illum, vobis factum eſt. *Herbanus.* Si malum pro malo rependis, cuinam poſtea noſtra curanda committis? *S. Archiepiſc.* Medicus membrum ſecans, quodcunque putruit, non vt auctor ſectionis redarguitur: indignis enim oculis Dominum contuiti, excæcati fuiſtis. *Herban.* Ex omnibus, quæ abs te audiuimus, & vidimus, hoc ſolum tibi teſtat, vt aperiantur oculi noſtri, & Chriſtiani omnes efficiamur. Quod ſi hoc nobis non perfeceris, reddes rationem in die iudicij pro nobis. *S. Archiep.* Si vultis vt ſpiritali lauacro perfundam, viſum B recipietis. *Herbanus*: Si nos perfuderis, & neque aperiantur oculi, quid futurum? *S. Archiepiſc.* Vnum, inquit, purifico lauacro abluam ex vobis, qui ſi viſum non receperit, ne tunc hoc acceperitis. Hoc autem Herbano placuit, & omnibus. Atque cùm ex his vnus cœleſti lauacro tinctus fuit, continuò apertis oculis viſum recepit, & clamauit, dicens: Ieſus Chriſtus Deus eſt verus, & credo in ipſum. Hoc cùm audiſſent cæteri, cum alacritate magna ad ſacroſanctum lauacrum acceſſerunt, & Chriſti ſignaculo accepto, cum Chriſtianis annumerati ſunt. Et factum eſt gaudium magnum, & lætitia Eccleſiæ Dei in illo, & diabolo damna multa. Herbanus etiam lauacro ſpiritali tinctus, & omnes qui cum ipſo erant, mox oculis apertis, & in priſtinum aſpectum reſtitutis, Deum glorificauerunt. Deinde Herbanus attonitus ob operationem ſeu viſionem Domini & Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti dicebat: In cœlis erat Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quem ſtulti Patres noſtri crucifixerunt, & occiderunt: & nos ſtupidi cum dormientibus, & in ſepulchris iacentibus eſſe puC tabimus, & percutiens pectus cum lachrymis dicebat. Here Domine, Ieſu Chriſte, fili Dei viui in veritate, ignoſce mihi, quia tibi peccaui, ignorantia erga te affectus. Beatum quoque Gregentium reuerebatur, & ſummo honore afficiebat, & vt Dei Angelum intuebatur, neque ab eo diuelli potuit. Rex autem ſciens Herbanum eſſe virum ornatiſſimum & eruditiſſimum, eius in ſancto baptiſmo fideiuſſor ſiue ſponſor factus, ipſum Leonem nominauit, & vnum ſui Senatus declarauit, ſuum Patricium conſtituens, quæ Græci Καγκλλιον nominant. Ex Iudæis autem cum Herbano, circiter quinquies mille quingentis millibus lauacro ſpiritali tinctis, magna animi voluptate domos ſuas reuerſis, Regis iuſſu & Archiepiſcopi, omnis Synagoga Iudæorum, quæ omnibus regni ipſius vrbibus habitabat, baptizatur. Et ſtatim de conſilio & ſententia ſanctiſſimi Archiepiſcopi, Rex piiſſimus familias ſine tribus, quas ipſi inter ſe habebant, diſſipauit: & edixit, vt Chriſtianorum familiis miſcerentur. *Ex Gregentij Arch. Tephrenſis diſput. edita Pariſiis ann. 1586.*

MONS TRANSLATVS.

His addam Hiſtoriam de Aniano ſancti Marci Diſcipulo è Catalogo Sanctorum deſumptam, quæ ſic habet: Ad Iudæo- D rum ſuggeſtionem odio proſequentium Anianum Diui Marci Euangeliſtæ Alexandriæ ſucceſſorem ac Diſcipulum, Rex Babyloniæ mandauit, vt quia in Euangelio Chriſtianorum continetur, quod habentes fidem ſicut granum ſinapis montes trāsferre poſſunt, quatenus Chriſtiani montem magnum de loco ſuo transferrent, alioquin aut fidem abnegarent tanquam falſam, aut capitalem ſententiam omnes ſubirent. Epiſcopo igitur cum omnibus Chriſtianis ex hoc admodum afflicto, & Deum pro fide ſua ſuppliciter exoranti per Angelum reuelatur, neminem ad hoc ex fide ſua idoneum, niſi monoculum Anianum. Vocatus igitur ab Epiſcopo, omnique populo, indicto ieiunio triduario, ipſe confiſus in Domino monti mandauit; mons continuò moueri cœpit de ſuo loco recedens, tantáque celeritate verſus Babylonē veniens, quanta nauis per æquora vento pellitur, euſque diuinitus delata, donec ad preces Regis monti mandauit, vt figeretur, ne in ciuitatem irrueret, & eādem opprimeret. Sicque ibidem fixus vſque hodie manet. Propter quod miraculum Rex cum omni populo conuerſus Eccleſiam principalem in Babylonia E in honorem Dei genitricis ædificauit, aliaſque plurimas. *Pet. de Natalibus in Cat. Sanct. lib. 9. cap. 19.*

FIDES CHRISTIANA CONTRA ETHNICOS PER MIRACVLA PROPAGATA.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

☞ Pete ex membro ſequenti, de efficacia Fidei.

VICTIMA ETHNICORVM DISSIPATA.

In fide Chriſti præ cæteris inſigniter enituiſſe memoratur Aſterius martyr, apud Cæſaream Philippi, quam Paneada Phœnices vocant. Aiunt ſub radice montis, qui appellatur Panius, ex quo fluuij Iordanis prima fluenta proſiliunt, morem fuiſſe Gentilis erroris, certa ſolemni die immolari victimam. Quæ victima arte quadam dæmonis ſubitò nuſquam comparebat. Et erat hoc famoſiſſimi miraculi genus, quo perſuaderi adſtantibus videretur, in cœlum hoſtiam inuiſibiliter eſſe ſublatam. Accidit igitur dum hæc gererentur, adeſſe Aſterium: qui cùm videret omnes miraculi huius ſtupore conſtringi, humanos miſeratus errores, cum gemitu & ſuſpirio oculos ad cælum pariter tetendit & palmas Chriſtum, qui eſt ſuper omnia Deus, tota fide profuſis lacrymis inuo- F cat, vt præſtigias fallacis Dæmonis arguat, miſeriſque mortalibus erroris huius ſoluat arcanum. Hæc illo cum fletibus ſupplicante, ſubitò victima, quæ inuiſibiliter credebatur aſſumpta, ſuperferri aquis videtur, & conſpectibus omnium redditur. Nec vltra in illis locis error huiuſmodi potuit reparari. Ita vnius Chriſtiani prece, tantorum ſæculorum deceptionis machina cum auctoribus ſuis dæmonibus diſſoluta eſt. *Euſeb. Cæſarien. Eccleſ. hiſt. lib. 7. cap. 13.*

CEREI DIVINITVS ACCENSI.

Scribit Eugipius rem admirandam ad fidei Catholicæ veritatem contra idololatras confirmandam, in hæc verba: In Caſtellum, cui nomen Cucullis erat, deuotionibus accolarum S. Seuerinus Noricorum Apoſtolus venerat aduocatus; vbi pars plebis in quodam loco nefandis ſacrificiis inhærebat. Quo ſacrilegio comperto, vir Dei multis plebem ſermonibus allocutus ieiunium triduanum per presbyteros loci perſuaſit indici; ac per ſingulas domos cereos offerri præcepit; quos propria manu vniuſcuiuſque parietibus affixit Eccleſiæ. Tunc pſalterio ex more decurſo, ad horam ſacrificij pres- G byteros ac Diaconos vir Dei hortatus eſt tota cordis alacritate communem Dominum deprecari, quatenus ad ſacrilegos diſcernendos lumen ſuæ cognitionis oſtenderet. Itaque cùm multa largiſſimis fletibus cum eis fixis genibus deprecaretur, pars maxima cereorum, quos fideles attulerant, ſubitò eſt accenſa diuinitus: reliqui verò eorum, qui prædictis ſacrilegiis infecti fuerant, volenteſque latere negauerant, inaccenſi permanſerunt. Tunc ergo qui eos poſuerant, diuinò declarati examine, protinus acclamantes ſecreta pectoris ſatisfactionibus prodiderunt, & ſuorum teſtimonio cereorum manifeſta confeſſione conuicti propria ſacrilegia teſtabantur. *Baronius tom. 6. Annal. ad annum* 473.

SVEVI IDOLOLATRÆ MIRO MODO AD FIDEM CONVERSI.

Apud Moguntiam ſunt nationes Sueuorum, apud quas cùm moraretur S. Colūbanus, & inter habitatores loci illius progrederetur, reperit eos ſacrificiū profanum libare velle, vaſque magnum, quod modò cupam vocant; quod viginti modios ampliùs, nec minus capiebat, ceruiſia plenum in medio poſitum. Ad quod vir Dei acceſſit, ſciſcitatúrque quid de illo H vellent. Aiunt illi ſe Deo ſuo, Vadono nomine, quem Mercurium (vt alij aiunt) autumant eſſe, libare velle. Ille autem peſtiferum opus audiens, vas inſufflat, miróque modo vas cum fragore diſſoluitur, & per fruſta diuiditur. Vas ergo dum rapido cum liquore ceruiſiæ prorumpit, manifeſtè eſt datum intelligi, diabolum eſſe in eo vaſe occultatum, qui per profanum liquorem caperet animas ſacrificantium. Videntes autem barbari, ſtupefacti aiunt, magnum virum Dei habere halitum, qui ſic poſſet diſſoluere vas ligaminibus munitum. Caſtigatos itaque Euangelicis dictis, vt ab his ſegregarentur ſacrificiis, domum redire imperat: Multi enim eorum tunc per beati Columbani ſuaſum, vel doctrinam ad Chriſti fidem conuerſi baptiſmum ſunt conſequuti: alios, quos iam lauacro ablutos error detinebat profanus ad cultum Euangelicæ doctrinæ monitis ſuis vt bonus Paſtor, Eccleſiæ finibus reducebat. *Ionas Abbas apud Baron. tom. 8. Annal. ad annum* 612.

MIRACVLVM CONTRA DANOS AD IDOLA RELAPSOS.

A Anno Chriſti Domini 949. contigit contentionem fieri, vti habet VVitichindus illius temporis ſcriptor, ſuper cultura Deorũ in quodã cõuiuio, Rege præſente, Dani affirmãtibus Chriſtum quidẽ eſſe Deum, ſed alios maiores eo fore Deos, quippe qui potiora mortalibus ſigna & prodigia per ſe oſtẽderent. Contra hæc Clericus quidam, nunc vero religioſam vitam ducens, Epiſcopus, nomine Poppo, vnum verũ Deum, Patrem cum Filio vnigenito, Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Spiritu S. ſimulacra verò dæmonia eſſe teſtatus eſt. Haraldus autem rex, qui velox traditur fuiſſe ad audiendum, tardus ad loquendum, interrogat, ſi hanc fidem per ſemetipsũ declarare velit. Ille incunctanter velle reſpondit. Rex verò cuſtodiri Clericũ in craſtinum iubet. Mane autem facto, ingentis ponderis ferrum igne ſuccendi iubet, Clericumque ob fidem Catholicam candens ferrũ portare iuſſit: Confeſſor Chriſti indubitanter ferrum rapit, tandiuque deportat, quo ipſe Rex decernit. Manum incolumẽ cunctis oſtendit, fidẽ Catholicã omnibus probabilem reddit. Ad hæc Rex conuerſus Chriſtũ Deum ſolum colendum decernit, idola, reſpuenda ſubiectis Gentibus imperat; Dei Sacerdotibus & miniſtris honorẽ debitũ deinde præſtitit. Sed virtutibus merito patris ſui, Othonis Regis ſcil. adſcribũtur, cuius induſtria in illis regionibus Eccleſiæ Sacerdotiũq; ordines in tantũ fulsẽre, vt Adã Bremẽſis Eccleſiæ Canonicus etiã de his agens, ſubiiciat, quæ ſequuntur. Ferunt etiã eo ipſo tẽpore eundẽ fortiſſimum Regẽ Othonẽ vniuerſos Slauorũ populos ſuo imperio ſubieciſſe; quoſq; pater eius vno grãdi prælio domuerat ipſe Otho tãto deinceps Dei adiutorio cõſtrinxit; vt tributũ & Chriſtianitatẽ pro vita ſimul & patria libenter offerrent victori; Baptizatuſq; eſt totus Gentiliũ populus; Eccleſiæ in Slauonia tũc primum cõſtructæ. *Saxo l. 10. hiſt. Danor. Bar. to. 10. ad an. 989.*

Idem Poppo, ex Aquilonari plaga ortus Sacerdos, religioſus planè vir, diu in Italia peregrinatus, & apud ſummos Romanæ Eccleſiæ Pontifices in pretio habitus, incidit alibi in perfidiorem Gentem, licet eodem ignis experimento ſuam fidem veram eſſe teſtaretur: Nam tunicam indutus, ceratam, in medio increduli populi iuſſit incendi: ipſe verò oculis, ac manibus in cœlum porrectis, liquentes flammas adeò inuicta mente ſuperauit, vt veſte prorſus ambuſta illæſus ipſe extiterit; C ac cum illa in fauillam eſſet redacta, hilari vultu nec fumum incendij teſtatus eſt. *Crantzius lib. 1. Metrop. cap. 34.*

FIDES CATHOLICA MIRACVLIS APPROBATA

CONTRA MAGOS ET PHILOSOPHOS.

S. Copres, vnus ex Patribus, cùm aduerſus Magum, qui ſuã impietatem paſſim omnibus inculcabat, diſputaret, nec eius argutiis ſemper poſſet ſatisfacere, tandem iuſſit, vt in media platea ignem inſtrueret populus, per quẽ ambo ipſi tranſire vellent, & vter illæſus id feciſſet, eius fidem vt veram amplectendam eſſe. Placet conſilium vniuerſo populo, ignis citra moram inſtruitur; Copres arreptum Magum per flammam ſecum tranſire iubet: Magus ſequi recuſat. Tum vnicuique ſeorſum ingrediendum eſſe ait, & ipſe Copres conſilij huius auctor vt præcederet, iubet. Cum autem in nomine Chriſti ſignatus eſſet ingreſſus, flamma in hac & illam partem diuiſa eum nulla affecit moleſtia, per ſemihoram in ea moratus. Turbæ autem viſo miraculo exclamarunt, & cogebant illum pyram peruadere: Is autem nolebat timore affectus. Cùm verò eum accepiſſent populi, in medium protruD ſerunt: & totus flamma ambuſtus, eiectus eſt è ciuitate, clamantibus populis, Planum viuentem exurire. Coprem autem turbæ accipientes, & laudibus proſequentes, deduxẽrunt in Eccleſiam. *Pallad. in hiſt. Lauſiaca cap. 54.*

Aliud refert Theodorus Lector: Caſtrum, inquit, quoddam eſt inter Perſas & Indos, nomine Tundadeoro. Cùm Rex Cabades multas in illo pecunias ac lapides pretioſas aſſeruari audiſſet, volebat eius rei veritatem cognoſcere. Verùm dæmones locum illum inhabitantes Cabadem ab eo, quod quærebat, & impediebant. Cunctam itaque magiam ſuã Magi illius impenderunt; ſed fruſtra. Adhibita eſt & Iudæorum magia: neque ſic tamen voti compos euaſit. Cogitauit per Chriſtianos amoliri dæmones illos. Epiſcopus itaque Chriſtianorum in Perſia peracta ſuper ea re ſynaxi, & acceptis diuinis myſteriis, & in Chriſtianos qui aderant diſpenſatis, ſigno crucis dæmones profligauit, & caſtrum *Cabadi* ſine vlla moleſtia tradidit. Quamobrem vir ille eſt ſtupefactus Epiſcopũ illum primæ ſedis prærogatiua cohoneſtauit, cùm ad id vſque temporis Iudæi & Manichæi priores haberent. Deinde & cun- E ctis Chriſtianiſmum amplecti volentibus liberum & ſecurum fecit. *Baron. tom. 6. Annal. Anno 513.*

MAGI AB ANTONIO VICTI.

Quantæ virtutis ſit fidei Chriſtianæ profeſſio aduerſus Philoſophos etiã magicis artibus vtentes, exẽplo B. Antonij Magni demonſtrat Caſſianus: Duo, inquit, Philoſophi deſpicientes B. Antonium veluti imperitum ac ſine litteris virum; volenteſque eum (ſi nihil amplius lædere potuiſſent) ſaltem de cella ſua magicis præſtigiis & circumuentione dæmonum proturbare, ſpiritus ei nequiſſimos immiſerunt, ad impugnationem hanc morſu liuoris adducti, eò quòd maximæ hominum turbæ ad eum veluti famulum Dei quotidie conuenirent: Cumque illo, nunc quidem imprimente pectori ſuo frontique ſignaculum crucis; nunc verò orationi ſupplicirer incubante, ne approximare quidem diriſſimi dæmones eidem proceſſus auderent, atque ad illos qui eos direxerant abſque vllo reuerterentur effectu, & alios illi in nequitia vehementiores rurſus immitterent, Iidẽmq; ipſis in caſsũ ſuas expẽdentibus vires, atq; inaniter redeuntibus, potentiores nihilominus aduerſus militem Chriſti victorem iterum deſtinari F nihil penitus præualerent: eo quidem profecerunt tales tantæq; eorũ inſidiæ tota magica arte quæſitæ, vt per hæc euidentiſſimè comprobarent, magnam profeſſioni Chriſtianorũ ineſſe virtutem, quibus illæ tam ſæuæ & tam potentes vmbræ, quas putabant ſolem ipſum obducere potuiſſe, hunc non ſolum non lædere, ſed nè ad punctum valuerunt de monaſterio deturbare. *Ioan. Caſſian. lib. 8. Collat. c. 18. de princip.*

☞ Huc refert ex cap. 13. & 14. Actorum Exempla Elymæ Magi, & claudi Lyſtris à Paulo ſanati. ex T. 1. Fidei efficacia.

FIDES CHRISTIANA CONTRA HÆRETICOS

MIRACVLIS CONFIRMATA.

VESTES AB IGNE ILLÆSÆ.

Anno Domini 471. quo Acacius Orphanotrophus ſeu pupillorum curator, Epiſcopus Conſtantinopolitanus creatus eſt, euenit, vt duo philoſophi, quorum alter Arrij rabie infectus, dicendi ac diſputandi arte inſtructiſſimus, alter virtute, religione & recta fide ornatiſſimus erat, de doctrina contenderent. Porro Orthodoxo & rectè ſentienti viſum eſt, verborum contentione relicta, ad rem ipſam deſcendere, G ac veritatem explorare; videlicet, vt rogo ingenti accenſo, ſeſe in ignem coniicerent. Quod vbi Arrianus detrectauit, Orthodoxus igni ſe contulit, atque inde cum impio ſermonem conferens, diſputauit, ſaluuſque etiam veſtibus intactis permanſit. *Niceph. Caliſt. lib. 15. cap. 23.*

Narrauit nobis quidã Patrum de S. Ephræm Antiochenõ Patriarcha, quod valde zelans fuit & feruens circa fidẽ: Cum enim audiſſet de Stylite illo, qui erat in partibus Hierapolis, quod Seuerianæ eſſet hæreſeos, abiit ad illum, vt impietatem amoueret ab eo: Cœpit ergo S. Ephræm corripere Stylitẽ, & orare vt accederet ad ſanctum Apoſtolicum thronũ, & communicaret ſanctæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. Reſpondens verò Stylites ait: Ego Synodo prorſus non cõmunico, Chalcedonenſi videlicet. Dicit ad eum S. Ephræm: Et quomodo vis vt curẽ te, & ſatisfaciam pro gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti? Sãcta Eccleſia libera eſt ab omni ſorde prauitatis hæreticæ. Dicit ad eum Stylites: Accendamus ignem, Domine Patriarcha, & ingrediamur ſimul, & quem flamma non læſerit, ille H Orthodoxus erit, illũ ſequi debemus. Hoc autẽ dixit, vt terreret Patriarcham. Reſpondit S. Ephræm Stylitæ: Oportebat quidẽ te fili mi, tanquam patri obtemperare, nihilque à nobis amplius quærere. Quoniam verò rem poſtulaſti excedentem quidem vires imbecillitatis meæ, confido tamen in miſerationibus Filij Dei, quia tuæ ſalutis cauſa & hoc faciã. Tunc ait S. Ephræm aſtantibus omnibus: Benedictus Dominus: Afferte huc ligna. Cùm verò allata fuiſſent ligna, ſuccendit illa Patriarcha ante columnam, dicitque Stylitæ: Deſcende nunc, & iuxta decretum tuum ingrediamur ambo. Stupefactus ille ad Patriarchæ conſtantiam deſcendere noluit. Tunc dixit ad eum Patriarcha. Nonne tu huc fieri petiiſti? & quomodo id nunc facere non vis? Tunc exuens ſe qua indutus erat ſtola Patriarchali, cùm acceſſit prope ignem, orauit dicens: Domine Ieſu Chriſte, Deus noſter, qui propter nos dignatus es de ſancta Domina noſtra Dei genitrice ſemperque Virgine Maria incarnari & naſci, oſtende nobis veritatem. Et completa oratione, iactauit ſtolam ſuam in mediis ignibus. Cùm autem ignis quaſi per tres horas duraſſet, lignaque iam conſumpta

eſſent,

eſſent, tulerunt inde ſtolam integram, ita vt nulla ignis indicia in ea deprehendi poſſent. Tuoc Stylites videns quod fa A ctum fuerat, certior de veritate factus, anathematizauit. Seuerum & eius hæreſim; accedenſque ad ſanctam Catholicam Eccleſiam de manibus ſancti Epiſcopi communicauit & gloꝛificauit Deum. *Sophronius in Prato Spirit. cap. 36.*

LIBER CATHOLICVS AB IGNE SERVATVS.

Cum Albigenſium tempore in quodam caſtro apud fanum Iouis frequenter inter Catholicos & hæreticos diſputationum conflictus fierent, factum eſt ex edicto, vt die quadam ſolemnis fieret diſputatio ſub Iudicibus deputatis. Et cùm altercatione verborum diu protracta, hæretici ſubtili & diabolica calliditate, etſi rationibus & auctoritatibus ſufficienter cóſutati, vt murenula de manibus ſtringentium elaberentur, decretum eſt, vt ab vtraque parte ſcripto præſentaretur ipſa fidei aſſertio, quam docebant. Scriptis autem diuerſis a Catholicis in libellos redactis, diligenter & mutua collatione diſcuſſis, libellus, quẽ ſcripſerat B. Dominicus, qui etiam certamini aderat, communi ſuffragio præ cæteris offerendus B decernitur. Coram igitur multitudine libelli vtriuſque partis ſcilicet B. Dominici & hæreticorum in medium proferuntur: & Iudicibus inter ſe diſcrepantibus, hæc tandem fuit communis omnium ſententia, vt vtrumque libellum in flammas ignis iacerent, & quem contingeret ab igne non comburi, veram fidem procul dubio ille contineret. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. Accenſus eſt in publico ingens ignis. Libelli proiiciũtur in medium. Sed libellus partis hæreticæ ſtatim comburitur; libellus verò ſerui Dei, non ſolum ab igne non læditur, verum ab igne foras proſiliit in lóginquum: ſecundóque iniectus, ac tertiò æque prodiit incombuſtus. Vnde canit Eccleſia: Ter in ignem libellus traditus, ter exiuit illæſus penitus. Et ſic error hæreticorũ vincitur, fidex extollitur. Et ſic quod diuina potentia in tribus pueris geſtum cognouimus in fornace Babylonis, hoc renouatum videmus in libello incombuſto B. Domioici ad confirmaudam veritatem fidei. *S. Antonin. Archiep. Flor. 3. p. Chrõ. tit. 19. c. 1. §. 2.*

Referri huc poterunt plura huius generis ex locis de Eucharistia, & Miraculis.

* FIDEI VIS ET EFFICACIA

C Ex Sacra Scriptvra.

Huc refer Exempla quæ initio præſentis Tituli allata fuêre.

Iosve Iſraelitici populi ductor, per fidem à Deo impetrauit, vt ſtaret Sol in medio cœli, & non feſtinaret occumbere ſpatio vnius diei, ita vt nec ante, nec poſtea tam longa dies fuerit obediente Deo voci hominis: donec ſe de Amorrhæorum Regibus vindicaret. *Ioſue cap. 10.*

Fidei armis Dauid adhuc iuuenis inſtructus, aduerſus Philiſthæum proceſſurus dicebat, Dominus qui eripuit me de manu Leonis, & de manu Vrſi, ipſe me liberabit de manu Philiſthæi huius. Quin indutus armis Saül, poſtquam tentaſſet num armatus poſſet incedere, eadem a ſe reiecit, acceptóque baculo quem ſemper habebat in manibus, elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & fundam manu tulit, & proceſſit aduerſus Philiſthæum, non in gladio, haſta, & clypeo, quibus armis Indutus veniebat Goliath Philiſthæus; ſed in nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſraël, quibus ille exprobrauerat, ac mox præualuit contra illum in funda & lapide, percuſſúmque interfecit, præciditD que caput eius. *1. Reg. cap. 17.*

Magna fide Aſa Rex Iſraël aduerſus Zara Æthiopẽ eiuſq; exercitum decies centenorum millium armatorum, & curruũ trecentorum, exigua mano proceſſit, & aciem inſtruxit in valle Sephata. Et inuocauit Dominum Deum, & ait, *Domine non eſt apud te vlla diſtantia vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus: adiuua nos Domine Deus noſter: In te enim, & in nomine tuo habentes fiduciam venimus contra hãc multitudinem. Domine Deus noſter es, non præualeat contra te homo.* Itaque Domino cædente contriti ſunt, & exercitu illius præliante. *1. Paral. cap. 14.*

Non paruæ fidei argumentum in ſociis Danielis Prophetæ reſplenduit, qui ardenti clibano adiudicati, Regi Nabuchodonoſor iniqua imperanti reſiſtebant dicentes: Deus noſter quem colimus, poteſt nos eripere de camino ignis, & de manu tua liberare, quod ſi noluerit, notum tibi ſit, quod Deos tuos non colimus. Itaque miſſis in fornacem ignis Angelus Domini aſſociatus eſt, & fecit medium fornacem quaſi ventum roris flantem; & non tetigit eos ignis, neque contriſtauit, neque quidquam moleſtiæ intulit. *Danielis c. 3.*

Quanta fide coruſcaſſe dicemus Niniuitas, qui ad prædicationem Ionæ, induti exemplo ſui Regis ſacco, egerunt pœnitentiam, & iratum Deum, ac duriſſima minatum placauerunt. Quia vidit Deus opera eorum qui conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. *Ionæ cap. 2.*

Fide Eleazarũ vnum de primoribus Scribarũ, virum ætate grandẽ, quod legem Dei nollet præuaricari, intolerabilia ſo[…] n[…] à ſuperate fecit, ita vt nè ad illa quidẽ euitanda vel ſimulare se porcinas carnes comediſſe. Cogitare enim cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiã dignam, & ingenitæ n[…]ati canitiem atq; à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundũ ſanctæ, & à Deo conditæ legis conſtituta, reſpondit cito dicens, præmitti ſe velle in infernũ. Nam etſi in præſenti tempore hominũ ſupplicis eripiar, ſed manum omnipotentis Dei, nec viuus, nec defunctus effugiam. *2. Mach. c. 6.*

Erat Hieroſolymis vir Claudus vtroq; pede, qui quotidie ponebatur ad portam templi quæ dicitur Specioſa, vt ab introeuntibus eleemoſynam peteret. Hunc intuens Petrus cum Ioanne dixit: Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. Petrus autẽ dixit Argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: F In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula, & apprehenſa manu eius dextera, alleuauit eum, & exſiliens ſtetit, & ambulauit. Mirantique populo ſuper rei magnitudine, dixit Petrus, poſt multa de Ieſu filio Dei in medium allata. In fide nominis eius hunc quem vos videtis, & noſtis confirmauit nomen eius, & fides quæ per eum eſt, dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum. *Actorum c. 3.*

Deſiderabat Sergius Paulus Procõſul, qui erat vir pendẽs, accerſito Saulo, & Barnaba, audire verbum Dei. Reſiſtebat autem illis Elymas Magus quærens auertere Proconſulem à fide, quem cum Paulus Apoſtolus percuſſiſſet cæcitate; ita vt circuiens quæreret qui manum ſibi daret, videns Proconſul factum credidit; admirans ſuper doctrina Pauli. *Act. c. 13.*

Erat Lyſtris quidam vir infirmus pedibus, claudus ex vtero matris ſuæ, qui nunquã ambulauerat. Hic audiuit Paulum loquentem. Qui intuitus in eũ, & videns quia fidem haberet vt ſaluus fieret, dixit magna voce, *Surge ſuper pedes tuos rectus, & exſiliuit: & ambulabat.* Turbæ autem cum vidiſſent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem ſuam Lycaonicè dicentes, G Dij ſimiles facti hominibus, deſcenderunt ad nos. *Act. c. 14.*

EXEMPLA FOEMINARVM.

Svsanna vxor Ioachim pulchra nimis, & timens Deum, & erudita à parentibus ſecundum legem Moyſis, à Senibus iniuſtè accuſata, & ad mortem condemnata tanquam adultera, fide in Deum armata exclamauit, Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui omnia noſti priuſquam fiant, tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me, & ecce morior, cum nihil horum fecerim. Exaudiuit autem Dominus vocem eius, & ſuſcitauit ſpiritum pueri Daniel, qui detecta malitioſa compoſitione Seniorum aduerſus *Suſannam*, eam eripuit, illis ſupplicio merito addictis. *Daniel cap. 13.*

Ivdith vidua in omnibus famoſiſſima, quoniã timebat Deũ valde, nec erat, qui de ea loqueretur verbũ malũ, cũ audiſſet, quod Ozias traderet Ciuitatem Bethuliã Holoferni, & Aſſyriis, ſi intra dies quinq; non adueniſſet ſubſidiũ, vocatis presbyteris, eos ſuper temeritate redarguit, & clypeo fidei aſſumpto, ingreſſa Oratoriũ ad preces confugit, magnáq; fiducia in H Deum quem credebat futurũ populo ſuo ad ſe eum humilitate & lacrymis reuertenti propitium, ad caſtra Aſſyriorũ ſe contulit, Holofernem trucidauit, & memorandam de illis victoriam per manum fœminæ Deus elargitus fuit. *Iudith c. 9.*

Fide religioſiſſima illa 7. Machabæorum Mater vnà cum filiis diuinæ legis tenaciſſima, igne, ſartagines, mutilationes, & intolerandos cruciatus perpeſſa, omnibus ſuperior euaſit. Quamuis enim necdum Chriſtum in carne viderant, & ita illius exemplum ad imitandum deeſſet, tamen neminem eorum cenſet S. Gregor. Nazianz. qui ante Chriſti aduentum martyrio conſummati ſunt extitiſſe, qui id ſine fide in Chriſtum potuerint conſequi. *2. Machab. cap. 6.*

EXEMP. HISTORICA.

De S. Aniano, vnde ſupra, Fides miraculis firmata cõtra Iudæos.

MONS LOCO REMOTVS.

Narrat M. Paulus Venetus, de regionibus Orientalibus eſſe montem quendã in Regione illa, nẽpe iuxta ciuitates Baldachi & Tauriſij, haud longè à ciuitate Tauriſij, qui olim vir-

tute

A [illegible] diuina à [illegible] ceidit [illegible] me, vt Saraceni [illegible]ium [illegible] volent[illegible], & veluti vanam do[illegible]tes, lu[illegible]rent: Eſt ſcriptum in E[illegible] fidem ſicut granũ ſinapis, & dixeritis [illegible]inc, tranſibit, & nihil impoſſibile erit [illegible] fides veſtra caret errore, admonete [illegible]e Euangelij virtutem. Et quoniam C[illegible]m illorũ Domino erant, cogebantur vel [illegible] ferre, vel Mahumeticam ſubire legem [illegible] & [illegible]t, gladio ſcirentur. Tunc vir quidam in [illegible] amore & fide, confortauit puſillanimes, & fuſa [illegible] ad Dominum, cum tota fiducia dixit monti: Ab hinc [illegible] dente multitudine illicò factum eſt. Quo miraculo multi Saracenorum conuerſi Chriſtum confiteri cœperunt. *Lib. 1. cap. 18.*

LIBERATVR A LEPRA, ET PERFIDIA.

Charrarici cuiuſdã Regis Galliciæ filius grauiter ægrotabat, qui tale tædium incurrerat, vt ſolo ſpiritu palpitaret. Pater autem eius fœtidæ ſe illi Arianæ ſectæ vnà cum incolis loci illius ſubdiderat. Sed & regio illa plus ſolito, quam B aliæ prouinciæ, lepra ſordebat. Cùmque Rex videret vrgeri filium in extremis, dicit ſuis: Martinus ille, quem in Galliis dicunt multis virtutibus effulgere, cuius, quæſo, religionis fuerit, enarrate. Cui aiunt: Catholicæ fidei populum paſtorali cura in corpore poſitus gubernauit, aſſerens cum Patre & Spiritu ſancto æquali ſubſtantia vel omnipotentia venerari debere. Sed & nunc cœli ſede locatus aſſiduis beneficiis non ceſſat plebi propriæ prouidere. Qui ait: Si hæc vera ſunt, quæ profertis, diſcurrant vſque ad eius templum fideles amici mei, multa munera deportantes, & ſi obtineant mei filij medicinam, inquiſita fide Catholica, quam ille credidit, credam. Penſato ergo auro argentóque ad filij pondus, tranſmiſit ad venerabilem locum ſepulchri. Qui profecti, oblatis muneribus, exorant ad beati tumulum pro ægroto. Sed inſidente adhuc in patris eius pectore ſecta, non continuo integram recipere meruit medicinam. Reuerſi autem nuncij narrauerunt Regi, ſe multas virtutes ad beati tumulum vidiſſe, C dicentes: Cur non ſanatus fuerit filius tuus, ignoramus. At ille intelligens, non ante ſanari poſſe filiũ, niſi æqualem cum Patre crederet Chriſtum, in honorem beati Martini fabricauit Eccleſiam: miróque opere expedita, proclamat: Si ſuſcipere mereor viri iuſti reliquias, quodcunque Sacerdotes prædicauerint, credam. Et ſic iterum ſuos dirigit maiore cũ munere, qui venientes ad beatum locum reliquias poſtulabant, &c. Quæ pignora, ſubdit Gregorius, cum ſumma veneratione ſuſcipientes, fidem miraculis firmant: Nam filius Regis, dimiſſa omni ægritudine, ſanus properat ad occurſum: Rex verò vnitatem Patris & Filij & Spiritus ſancti confeſſus, cum omni domo ſua chriſmatus eſt. Squalor lepræ à populo pellitur, & omnes infirmi ſaluantur; nec vnquam ibi vſque nũc ſuper aliquem lepræ morbus apparuit: talémque gratiam ibi in aduentu pignorum beati patroni Dominus tribuit, vt virtutes, quæ ibidem illa die factæ ſunt, enarrare perlongum ſit: nam tantum in Chriſti amore, populus ille promptus eſt, vt omnes martyrium libentiſſimè ſuſciperent, ſi tempus perſecutionis adeſſet. *Gregor. Turon. l. 2. mirac. S. Martini, c. 11.*

HOMINES IN PORCOS MVTATI.

D Cum Gregorius ille, qui edendis miraculis clarus fuit, multa à Teridate propter Chriſtum paſſus, & poſt multas variaſque malorum ſpecies ad quatuordecim annos foueæ cœnoſæ & caliginoſæ incluſus eſſet: Teridates ipſe Armeniorum princeps cum domo ſua tota, & cum optimatibus, diuinæ iræ vindictam eſt expertus. Ad vitam enim ſimul & formam porcorum redacti ſeipſos deuorabant. Sed enim ex fouea illa extractus diuus Gregorius vno ſigno omnibus Chriſtum colere perſuaſit: & ſuilla forma atque vita liberatos inſtitutum noſtrum complecti coëgit, delubra eis conſtruxit, ſacra arcani ac myſtici ſacrificij celebrauit, & nouis miraculis dæmones ex regione exturbauit. *Niceph. Call. l. 8. hiſt. Eccl. c. 35.*

ILLVSIONES DÆMONVM DISPELLVNTVR.

Circa tẽpora Lotharij Imp. erant paſſim in Friſia multa laruarũ infernaliũ ſpectra: quæ in paruo quodam ſupereminentis collis ſupercilio ſubterraneũ habebant ſpecum, abſq; humana ope artificio præſtigioſo extructum, in quo reſidebant, quas antiqui vocabãt Albas Nymphas, ſiue vulgari gẽtis ſermone, Vvitte Vvirren; harum ſpeciẽ adumbratam, non veram fuiſſe conſtat: quæ ſolebant nocturnos viatores, gregúmque [illegible]armentorum int[illegible] cum infantibus [illegible]ſæpe [illegible] me in abdi[illegible]ea antra el[illegible]m E abdu[illegible] in quibus [illegible]ei murmuris ſonus, atque etiam vagitus inf[illegible]t, & præterea etiam ingens fletus & gemitu[illegible]ndóque Mulatum c[illegible] & voce dubi[illegible]ur. Qua de cauſa magna fiebat cuſtodia p[illegible]m, & paruulorum infan[illegible]m, ne ab iſti[illegible]bus clam abriperentur [illegible]æ omnes d[illegible]ones poſt agnitum ſincerum [illegible]uangelium (erant enim tum F[illegible] Sabellij & A[illegible] dementati) euanuerunt, & in nihilum redactæ ſunt. S[illegible] en[illegible]. Odulphus contra eiuſmodi illuſiones dæmon[illegible] C[illegible]tam de S. Trinitate, quam per Eccleſias & parocl[illegible]æ ſacerdotibus miſit, vt in populo frequenter l[illegible]. *Cornel. Kampenſ. l. [illegible] de orig. & ſita Friſia, cap. 31.*

Cum [illegible] Deus Norbertus Ordinis Præmonſtratenſis fundator, [illegible] noctẽ quandam totam inſomnem orando tranſegiſſet, ſtans ante altare oratorij, quod in primordio cõuerſionis ſuæ in Præmonſtratenſi loco ſuſceperat, adſtitit retrò eũ Sathan inſtar horribilis vrſi, dẽtibus & vngulis terribilẽ præ ſe ſpe- F ciem ferens: cumq; verteret ſe homo Dei, & vellet procedere, vt membra debilia modico ſomno recrearet, ex improuiſo videns adſtantem belluam, expauit. Sed illicò ad ſe reuerſus, & oſtium oratorij clauſum conſiderans, nec alicuius intrantis ſonitum ſe prius audiſſe recordans, perſecutoris ſui cognouit eſſe inſidias; & parum perorando viribus reſumptis, ait: Quid expectas cruenta beſtia? Vngulæ tuæ inanes ſunt, & horribiles dentes tui, ventus, & hirſuta pellis tua, fumus & vapor inaniter tranſiens, & velut vmbra, quæ ſole recedente diſparet; Tu ſignaculũ ſimilitudinis Dei, lux cùm eſſes, in tenebras ſuperbiendo corruiſti: Recede nunc præcipio tibi: quia nulla cõuentio Chriſti ad Belial, nulla ſocietas lucis ad tenebras; nulla pars fidelis cum infideli. Recede ocyus, ſcis nulli nocere te poſſe, niſi permittat Deus: nec niſi illis, qui peccãdo tuæ ſubditi ſint poteſtati. Et his dictis, mẽdax ille, verba veritatis ferre non ſuſtinens, diſparuit. *In vita eius apud Surium tom. 3.*

MIRA IVDÆI COMITIS AD FIDEM VOCATIO. G

De Ioſepho Comite, quomodo à morbo mentis & corporis propter Chriſti fidem liberatus ſit, ſic ſcribit Epiphanius: Tertium ad fidem hoc inſtructionis opus Ioſepho contigit; quod non valuit incarnationis vis, vbi erat Chriſti nomen, & ſignaculum crucis: non tamen perſuaſus eſt, vt Chriſtianus fieret. Poſteà verò apparet illi in ſomnis Chriſtus, dicẽs: Ego ſum Ieſus, quẽ parentes tui crucifixerunt: verùm, crede in me: Ille verò necdum perſuaſus incidit in morbum magnum & deſperatum. At Dominus rurſum apparet ipſi, iubens vt credat in ipſum, & ſanitatem aſſecuturum eſſe promittens. Ille vero promiſſione facta, rurſus reſiliit; & in duritia permãſit. Recidit autem ſecundò in morbum: cumque ſimiliter deſperatũ: relictúſq; velut moriturus à cognatis ſuis Iudæis, quod myſticè ab ipſis ſemper fieri ſolet: id ab eis audiuit: nam vir quidam ſenior legis peritus, ad eum accedens, in aurem inſuſurrauit, dicens: Crede in Ieſum crucifixum ſub Pontio Pilato præſide, qui filius eſt Dei, & ex Maria poſtea natus eſt, & Chriſtus Dei eſt, & ex mortuis reſurrexit: nam ipſe ventet iudicare viuos & mortuos. Hæc ipſe Ioſephus paſſi mihi recitauit, id quod verè dicere poſſum. Ioſephus autem adhuc ægrotabat: & cùm audiuiſſet à ſeniore (velut dixi) cùm aliis H Ieſus Chriſtus iudicaturus eſt; adhuc obdurabatur. At Dominus rursũ ex benignitate ſua per ſomnij viſum; Ecce, inquit, ſano te; ſed tu vbi ſurrexeris, crede. Vbi autem conualuiſſet rurſus à morbo, non credidit. Itaq; ſano ipſi rurſus Dominus apparet per ſomnium conquerens de ipſo, quam ob cauſam non crederet; & promittit ipſi Dominus dicens: In fidei certitudinem ſi quod volueris ſignum diuinum in nomine meo operari inuoca me, & ego faciam. Erat autẽ quidam inſanus in ciuitate, qui nudus per vrbem circuibat, in Tiberiade videlicet: & cum ſæpe veſte indueretur, eam dilaniabat veluti tales facere ſolent. Ioſephus igitur volẽs experiri viſionem; dubitans autem adhuc verecũdià detinebatur. Aſſumit autem hunc intrò, & præcluſis foribus, acceptáque aqua in manum; eaque Crucis ſignaculo ſignata, inſanum hominem reſperſit, & dixit: In nomine Ieſu Nazareni Crucifixi, egredere dæmon ab ipſo; & ſanus fiat. Homo verò magno clamore edito, in humum prolapſus, & multa ſpuma ab ore demiſſa lancinatus, ad multum tempus immotus permanſit: demum ſanatus eſt. *Baronius tom. 3. Annal. ann. 327. ex Epiphan.*

In E[illegible]

S[illegible] P[illegible]
A [illegible] f[illegible]
eſt [illegible] par
te[illegible]
dio. S[illegible]
[illegible] ul
[illegible] ſum [illegible]
bant [illegible]
[illegible]
ad B. Pet[illegible] Apo[illegible]
& Longobard[illegible]
dito, ipſe beatiſſ[illegible]
fectus eſt, & vt ob[illegible]
Dominum deprecari co[illegible]
tingueret, & vbi crucis prop[illegible]
ampliùs ignis extendere flammas no[illegible]
tem ferre non valens Pontificis, extinctas flam[illegible]
ſo cinerem. *Baron. tom. 10. Annal. ad annum 64[illegible]. ex Anaſtaſ.*

PER FIDEM PROLES RERVMQVE ABVNDANTIA OBTENTA.

Zacomvs tribunus carebat liberis ætate iam ſeneſcens.
B Et quum monachum quendam magna gloria virum adiiſſet, quum alia pleráque ei per colloquium expoſuit tum ærumnam quoque ſuam & caſum deplorauit. Supra modum enim apud Saracenos magni penditur liberorum procreatio: nec apud eos modo, ſed etiam, vt arbitror, apud barbaros omnes. Ille bono animo eum eſſe, precatione facta, & reuerti domum iuſſit, fore pollicitus, vt breui pater fieret, ſi modò in Christum ſibi credendum eſſe ſtatueret. Poſtquam autem dictum id euentus comprobauit, & filius progenitus procreationem illam veram eſſe confirmauit: & ipſe Zacomus religione noſtra eſt initiatus, & tribum eam omnem, cui præfuit, ad eandem gratiam adduxit. Ab eo tempore tribum iſtam admodum floruiſſe, magnáque & numero & amplitudine incrementa cepiſſe, atque Saracenis & Perſis formidabilem fuiſſe dicunt. *Niceph. Calliſt. l. 11. Hiſt. cap. 47. Sozom. l. 6. cap. 38.*

AGRI STERILES FOECVNDI EFFICIVNTVR.

Sterilis erat ager (ait presbyter Copres nomine, vir ſanctus, prope octogenarius) qui eſt prope nos: & ruſtici qui ipſum
C poſſidebant, ſeminantes vix ſemen duplicatum metebant: vermis enim naſcens in ſpicæ totam meſſem corrumpebat. Agricolæ autem catechiſmo a nobis inſtituti, & effecti Christiani, rogarunt nos, vt oraremus pro meſſe. Dixi autem eis: Si habetis fidem in Deum, vel arena deſerti fructum vobis afferet. Ij autem nihil cunctati, cùm hac arena, quæ à nobis calcatur, ſinus impleſſent, attulerunt rogantes vt benediceremus. Poſtquã autem ſum precatus, vt illis fieret ſecundum ipſorum fidem, ipſi eam cum frumento ſeminarunt in aruis ſuis: & repentè eorum ager ita multiplicauit fructum, vt omnem ſuperaret Ægyptum. Hinc ergo facere ſoliti nobis quotannis exhibent moleſtiam. *Pallad. in Lauſia. ſect. 44. c. 54.*

* FIDEI CHRISTIANÆ.

Dilatatio, propagatio, apud varios, & a variis, neque in vno modo, facta.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Christvs Dominvs ex hoc mundo ad Patrẽ tranſiturus, Apoſtolos Euangelij ſui præcones in Eccleſia quam plantauerat reliquit, quibus ceu extrema mandata dedit, *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni Creaturæ.* Illi autem abeuntes prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. *Marci vltimo cap.*

D Certè poſt primam Petri prædicationem, die Pentecoſtes factam Ieroſolymis, cum pluribus verbis teſtificatus eſſet de Ieſu, & Iudæos aſtantes exhortatus, qui receperunt ſermonẽ eius baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia. Erantque perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. *Act. c. 2.*

Idem Petrus ingreſſus in templum ad horam orationis nonam, claudum vtroque pede ſanauit, lõgóque ſermone huius occaſione miraculi, Chriſtum adſtantibus annunciauit. *Multi autem eorum qui audierunt verbum crediderunt: & factũ eſt numerus virorum quinque millia,* & notant Veterum plerique, inter quos Oecumenius & Chryſoſtomus, hunc numerum credendũ a Chriſto indicatum, dum iuſſit Apoſtolis quinq; panes diſtribuere in quinque millia hominũ, qui omnes ſatiati fuerãt, ita vt fragmentorũ XII. cophini ſupereſſẽt. *Ib. c. 3. & 4.*

[illegible] us Centurio [illegible] ac timens Deum [illegible] introeuntem ad ſe: [illegible] cum. Qui cum ve[illegible] bus qui cum eo erant. [illegible] *[illegible] ſuper omnes qui audiebant ver[illegible] ex [illegible] circumciſione fideles, qui venerant cum Petro, quia [illegible] in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. Ibid. cap.* 10. F

Porro hæc ipſa fidei Chriſtianæ propagatio, quæ in nationes facienda erat, Apoſtolorum Principi illuſtri ſymbolo fuit indicata. Aſcenderat enim in ſuperiora domus vt oraret, circa horam ſextam. Et cum eſuriret, voluit guſtare. Parantibus autem illis, cecidit ſuper eum mentis exceſſus: & vidit cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam quatuor initiis ſubmitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli, vnde mox ad illos qui cum Cornelio aduenerant, eum præſtolantes, oſtendit, inquit, mihi Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem, & paulò poſt. In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus. Nempe non ſolum vocat ad Eccleſiam ſuam Iudæos, ſeu illos qui legem ex Gentibus, vt Proſelyti, profitebantur; ſed etiam quoſcunque ex iiſdem Gentibus, abſque onere legis. *Ibid. cap. 10.*

Cæterum per hæc tempora viri quidam Cyprij & Cyrenei introierunt Antiochiam, & locuti ſunt ad Græcos, annuntiantes Dominum Ieſum. *Et erat manus Domini cum* G
eis, multúſque numerus credentium conuerſus eſt ad Dominum. Ibid. cap. 11.

Etiam Proconſul Paulus videns quomodo ad verbum Apoſtoli Pauli Elymas Magnus qui ei reſiſtebat, excæcatus fuiſſet, credidit ocius, admirans ſuper doctrina Pauli. *Ibid. cap. 13.*

Dicentibus ad Iudæos Paulo & Barnaba vobis oportebat primum loqui ſermonem Dei, ſed quoniam repellitis illum, *Ecce conuertimur ad gentes: audientes Gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Vbi Lucas non aſſerit, cauſam præordinationis aut prædeſtinationis eſſe fidem, aut eum qui hanc habet, eſſe prædeſtinatum: Vide præordinati omnes credentes aut nullos alios credidiſſe, quam qui erant præordinati ad vitam æternam: Hæc enim à Caluiniſtis ita dicta affirmantur, ſed falſo: neque enim hic ſermo eſt de prædeſtinatione, ſed de præordinatione, ſiue Dei voluntate à Prophetis prædicta, qua ordinauit gratiam Euangelij etiam Gentibus concedendam, è quibus nunc nonnulli crediderunt, adeóque in via vitæ æternæ diſpoſiti ſunt. Alij verò hunc H
locum exponunt de iis, qui ſeipſis, hoc eſt, inſtinctu & voluntate ſua ordinati ſunt ad vitam æternam, neque ſe illius indignos vt obſtinati Iudæi reputarunt. Nimirum omnibus prædicatum eſt Euangelium, pars admiſit, & velut in ordine ad vitam tendentium collocauit & coordinauit. *Ibid. cap. 13.*

Factum quoque eſt Iconij, vt Paulus & Barnabas ſimul introirent in Synagogã Iudæorum, & loquerẽtur ita, vt crederet Iudæorum & Græcorum multitudo copioſa. *Ibid. c. 14.* Iiſdem trãſeuntibus per diuerſas ciuitates, Eccleſiæ cõfirmabantur in fide, & abundabãt numero quotidie; tradebãt enim eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta ab Apoſtolis & Senioribus, qui erant Ieroſolymis, quod aduertant hæretici noſtri tẽporis, qui nihil credendũ ſeruandũmque à Chriſtianis contendunt, quam quod in Scriptura diuina clarè eſt expreſſum: neque vllas traditiones recipiunt, cum tamen hæc dogmata quæ Ieroſolymis erant decreta, videlicet, *Cap. 15.* In

primo

A [illegible] Concilio Apoſtolorum : iubentes [illegible] obſeruari, neque tamen in ſacra Scriptura quæ veriſimiliter needum paſſim habebatur, clarè exprimebantur. *Ibid.* [illegible]

Die autē Sabbathorum egreſſi foras Philippis in locū orationi ſiue prædicationi opportunū, ſedentes loquebātur mulieribus quæ conuenerant; & quædam mulier nomine Lydia, purpuraria, hoc eſt ex ſingulari priuilegio purpuri, aut tincta purpureo colore diuendens; ciuitatis Thyatirenorū colēs Deum, audiuit: *cuius aperuit Deus cor, intendere his quæ à Paulo dicebantur: & ab eo baptizata eſt, & domus eius tota. Actor.* 16.

Sed & Paulus Athenas perductus, cuius vrbis incolæ, & omnes aduenæ hoſpites ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, vel audire aliquid noui, inani ſtudio diſcendi potius, quam vt crederent inſtigati, ſtans in medio Areopagi longoque & neruoſo ſermone Chriſtum Euangelizans, eoſque Idololatriæ arguens, & ſuperſtitionis, quod & ignoto Deo aram excitaſſent; quidam viri adhærentes ei crediderunt: In quibus & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis. Hanc autem Damariam vxorem Dionyſij volunt nonnulli, & fauere videtur Chryſoſtomus & Ambroſius : alij probabilius negant cum *B. Auguſtino*, *in* B *ſerm. de ſeminatore verbi. Ibid. cap.* 17.

EXEMPLA HISTORICA.

Vexatio Occasionem Præter Capessendi Fidem.

Quomodo contigerit Burgundiones ad religionem Chriſtianam conuerti anno Dom. 413. hoc loco commemorabo. Eſt gens quædam barbara locum trans Rhenum fluuium incolens, quos vulgò *Burgundiones* vocant. Iſti vitam à Republica gerenda remotam perpetuò degūt; ſunt autem fabri lignarij omnes, & ex ea arte mercedem, qua ſuſtentant vitam, acquirunt. Hunnorum gens crebrò in eorum fines inuaſionē faciens agros depopulata eſt, & complures, illorum non raro trucidauit. Itaque illi non ad hominem vllum auxilij petendi cauſa confugiunt; ſed Dei alicuius poteſtati ſe totus permittere in animos inducunt. Ac cùm mente complecterentur, Romanorum Deum illis, qui eum metuunt & reuerētur, firmum afferre præſidium, omnes communi conſenſu ad credendum in Chriſtum ſe contulerunt: atque ad ciuitatem quandam Galliæ profecti, poſtulant ab Epiſcopo, vt Chriſtianorum baptiſmo donentur. Is cùm illis ſeptem dies præ- C ſcripſiſſet ad ieiunandum, eóſque in fide erudiſſet, octauo die lauacro baptiſmatis tinxit, & cum pace dimiſit. Illi vero animo fidenti contra Tyrannos gradiuntur: nec ſpes eos fefellit. Quippe Vptaro Hunnorum rege nocte, cum ſe cibo nimio ingurgitaſſet, medio diſrupto *Burgundiones* Hunnos duce carentes adorti, pauci enim permultis (tria enim millia contra decem Impetum faciunt) commiſſo prælio victoriam conſequuntur. Ex illo tempore gens ea Chriſtianam religionem ardenti ſtudio excoluit. *Socr. l. 7. hiſt. Eccl. c. 30. Baron. to. 5.*

Auxumitæ Vt Christianum Cultum Susceperint.

Ivstiniano adhuc Imperium gubernante, Auxuchus Mitarum Indorum rex Græcorum ſacrorum conſectanior, prælium cum Homeritis Indis Iudaicam religionem colentibus commiſit, belli eius cauſam Romanis præbentibus. Per Homeritas enim qui Ægypto appropinquant; merces vltro citróque datæ & acceptæ ad Auxumitas inferebantur. Porrò cum ab Homeritarum principe Damno Romani inſidiis expetiti eſſent, vt profectio ad Auxumitas impediretur, accidit. Quare Auxumita ad animi acerbitatem commotus, bellum contra Homeritas mouit, vero Chriſtianorum Deo nuncu- D pato, illorum ſe ſacra ſuſcepturum eſſe, ſi victoriam ab Homeritis reportaret. Itaque conflictu facto victor fortiter euadit, ipſumque illum damnum viuum capit; & votum Deo Dauid Auxumita perſoluens, ad Iuſtinianum legatos mittit, vt quæ ſolēnia Chriſtianis eſſent, ipſis præſtaret. Iuſtinianus autem valde ea re delectatus, delectum virum ſanctum Epiſcopum eis dedit: qui plurimis bonis operibus gentem eam omnem ſubegit, & baptizauit. Atque ex huiuſmodi ſanè cauſa interiores etiam Indorum populi Chriſtianiſmum ſunt complexi. *Niceph. l. 17. Eccl. hiſt. cap.* 12.

BOGARIS BVLGARORVM PRINCEPS, VT Christo Nomen Dederit.

Bogaris anno Dom. 845. Bulgarorum Princeps cum audiſſet mulierē cum tenero adhuc puero Romanis imperare, audacia elatus nuncios ad Reginam miſit, per quos minabatur ſe fœdera ſoluturum, & Romanorum fines inuaſurum. At Regina nihil humile vel effæminatum cogitās: Et me me, inquit, inuenies paratam ad reſiſte[illegible] acie, Denique [illegible] F ſuperiorem; ſi autem (quod abſit) [illegible] ipſe fueris, hoc quoq; pacto mea erit victoria: [illegible]ceris [illegible] virum, ſed mulierem. Quibus verbis confuſus & deter[illegible], & priſtina fœdera renouant. Miſerunt autem [illegible] Legato & Regina & Princeps. Regina legatos [illegible] quodā Theodoro Cuphara cognomento, viro idoneo [illegible] adm[illegible]andæ Reip. [illegible] in Bulgaria captiu[illegible] Princeps [illegible] à ſorore ſua, quæ in quadam excurſio[illegible] Regia commorabatur. Hæc enim [illegible] capt[illegible] Chriſtianorum religione initiata, [illegible] tempore captiua erat, ac [illegible] liberata no[illegible] Chriſtianorum myſteri[illegible]mendare, & [illegible] fid[illegible]na inſincere, qui tamen ante a Cuphara diuina myſteri[illegible] fuerat edoctus. In[illegible] autem permutatione, & reddita muliere fratri, reſtituto item Reginæ Cuphara, quamvis ante Princeps inſtructus eſſet, & diuinis imbutus myſteriis; adhuc tamē retinebat infidelitatem pro[illegible] cultui addictus. Verùm cùm ingēs fames Bulgarorum regionem occupaſſet, omniſque deſtituerētur auxilio, Princeps ipſe Chriſtianorum Deum, vt ſibi opem ferret, inuocauit; idque facere omnem ſibi ſubiectam natio- F nem iuſſit: impetratoque remedio, & fame liberati, ad veram religionē ſe conferūt, & Princeps noua lauacri regeneratione donatur, de nomine Imperatoris Romanorum Michaël appellatus ab Epiſcopo, qui ad eum miſſus fuerat, eique diuinum lauacrum impertitus eſt. *Baron. tom. 10. Anal. ad A.* 845.

BORIVORIVS REX BOHEMIÆ CHRISTIANISMVM Suscipit.

Borivorivs Rex Bohemorum patre Huſtmitio prognatus regimē paternū excepit, nec diu illud, vt impius & profanus, ſed vti religioni Chriſtianæ deditus rexit. Hoc verò modò ille Chriſtianiſmū ſubiit: Diuerterat ad Regē Morauiæ Snatoplucū; partim officij, partim amicitiæ paternæ confirmandæ gratia, venitq; eo forte die & tempore ad Regem ſalutandum, quo ille a ſacroſancto Dominicæ cœnæ conuiuio in aulam reuerſus menſæ accumbere ſuæ parabat. Reddita ſalute, Rex; Ignoſce, inquit, Boheme hoſpes, quod ad prandium hoc noſtrum in præſentiarum non inuitēre: nec enim fas eſt nec iura Chriſtiana ſinunt, reuertenti à menſa Dei eum conuiuam habere, qui menſæ deorum mortuorum accumberet, déq; illorum ſacrificiis participare ſoleat, proinde ſi tibi noſtra conuiuia arrident, fac vt ſimul tibi noſtra etiam arrideat religio ac tum demum noſter eris, & valde gratus conuiua. Pupugerunt iſta animum Borivorij, ſed magis adhuc eidem G cogitationem de mutanda ſuperſtitione iniecerunt honores ab Arnulpho Cæſare ipſi Snatopluco habiti, poſteaquam religione Chriſtiana initiatus fuit: nā tanta Inde Arnulphus beneuolentia; tantoque fauore Snatoplucum proſecutus eſt, vt in gratiam eius venire in Morauiam ad diem non grauaretur, ad quem inuitatus erat, vt filiolum ſuum è ſacro fonte leuaret. Vbi hac prætereà in illum vſus eſt liberalitate: vt tributum illi attribueret, quod Princeps Bohemiæ Cæſari tunc pendebat. Cum itaque non ſolùm honorificam *Borivorius*, ſed etiam fructuoſam videt eſſe religionem Chriſtianam, ad illam vehementer aſpirare cœpit: ſed meliore mox ſpiritu afflatus fuit, quum diuum Methudium diui Cyrilli Collegā; ambos Morauiæ & primos Antiſtites, de fide & religione Chriſtiana diſſerentē audiuit; alios videlicet honores, & alia præmia colentibus illam ſuis polliceri, neutiquam fluxa & caduca, ſed planè ſtabilia atq; æterna, ſi quis illa per baptiſmum, qui fidem perficit, conſummauerit. Adfuit Spiritus S. gratia, animumq; *Borivorij* luce fidei Chriſtianæ ſic illuſtrauit, vt ibidem ſtatim, cum bene multis ſuis clientibus, aqua ſalutari à Methudio tingeretur; deinde vxor quoq; eius, cui Lud- H millæ nomen, in Bohemia ab eodem tincta fuit, & magnus prætereà Bohemorum vtriuſque ſexus numerus ad baptiſmū affluebat. *Ioan. Dubrauius Epiſ. Olmucen. l. 24. hiſt. Bohem.*

CHENDOMIRVS SIVE CHARRARICVS REX Svavorvm ad Rectam Fidem Conversvs.

Quanam occaſione Theodomirus ſiue Charraricus Rex ad fidem orthodoxam conuerſus ſit, id ſcribit Gregorius dum ſic ait: Charrarici cuiuſdam Regis Galliciæ filius grauiter ægrotabat: qui tale tædium incurrerat, vt ſolo ſpiritu palpitaret. Pater autem eius fœtidæ ſe illi Arrianæ ſectæ vna cum incolis loci illius ſubdiderat. Sed & regno illa plus ſolito, quam aliæ prouinciæ, lepra fœdebat. Cumq; Rex videret vrgeri filium in extremis, dicit ſuis: Martinus ille, qui in

Gallus dicunt multis virtutibus effulgere, cuius, quæſo, religionis fuerit, enarrare. A Qui aiunt: Catholicæ fidei populi pa ſtorali cura in corpore [illegible] tus gubernauit, aſſerēs filiū cum Patre & Spiritu ſancto æquali ſubſtantia vel omnipotentia venerari debere. Sed & nunc cœli ſede locatus aſſiduis bene ficiis nō ceſſat plebi prop[illegible] prouidere. Qui ait: Si hæc vera ſunt quæ profertis, [illegible] vſque ad eius templum fideles amici mei, multa munera [illegible] portantes: & ſi obtineāt mei fil[illegible] medicinam, inquit, ſe fide Catholica quā [illegible] credidit, recipiā. Penſato ergo auro [illegible] ad [illegible] tranſmiſit ad venerabilē locum [illegible] exorant ad beati tum[illegible] infidente adhuc in partis eius pectore [illegible] non continuo integram recipit et meruit medicinam. Re[illegible] narrare [illegible] multas virtutes ad beati [illegible] vidiſſe, dicentes: Cur non ſanatus fuerit filius tu[illegible] moramus. At ille intelligens [illegible] ante ſanari poſſe filium, niſi æqualem [illegible] um Patre crederet Chriſtum in honorē B. Martini fabricauit E[illegible] leſiam: mira[illegible] opere expedita, proclamat, ſi ſuſcipere mere[illegible] viri niſi reliquias, quodcumque ſacerdotes prædicauerint, credam. Et ſic iterum ſuos dirigit maiore cum munere: qui venientes ad be-

B tum locum reliquias poſtulabant. Cumque eis offerrentur ea conſuetudine, dixerunt: Non ita faciemus, ſed nobis, quæſumus, licentia tribuatur ponendi, quæ exinde iterum aſſumamus. Tunc partem pallij ſerici penſatā ſuper beatum ſepulchrum poſuerunt, dicentes: Si inuenimus gratiam coram expetito patrono, quæ poſuimus plus in ſequenti penſabunt, eruntque nobis in benedictionem poſita, quæſita per fidem, &c. *Greg. Turon. l. 1. mirac. S. Martin. c. 11. & ex eo Baron. tom. 7*

RVTHENI BOREALES AD FIDEM

CHRISTIANAM PERDVCTI.

BASILIVS Macedo orientis Imperator, Ruthenos inter Græcoſque icto fœdere, religionis quoque Chriſtianæ negotium, miſſo ad eam gentē Archiepiſcopo, non mediocriter promouit: nā cùm adhuc ſuperſtitione detinerētur, & ipſe Princeps & proceres illius, atque adeo omnis natio, ſuumque priſtinum cultum examinarent, & Chriſtianorum fidē, Archiepiſcopum illum, qui ad eos nuper venerat, accerſitum Princeps interrogabat, quæ nā eſſent ea, quæ illi annunciarent, quæque ipſum

C docere poſſent. Qui cùm ſacrū diuini Euangelij librum protuliſſet, & quædā miracula recenſeret à Deo, quando humanā formā aſſūptā apud homines erat, facta: Niſi aliquod, Rex & multitudo reſpondit, ſimile nos conſpiciamus, & maximè quale aſſeris trium puerorum in fornace, nequaquā tibi credituri ſumus. Ille verò nunquam mentientis fide habitā verbo illius, qui dixit: *Quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis, &c. Qui credit in me, opera, qua ego facio, & ipſe faciet, & maiora his faciet.* Etſi, inquit, haud licet tentare Dñm Deum, attamen ſi ex animo decreuiſtis ad eum accedere, petite quodcùque vultis, & hoc faciet omnino propter fidē verbum Deus, quamvis nos minimi ſimus & indigni. Ipſi autem petierunt diuini Euangelij volumen in ignem a ſe incenſum proiici: quod ſi illæſum ſeruaretur, [illegible] ſe acceſſuros Deum, qui ab ipſo prædicaretur. Viſum eſt id faciendum: & cùm ſacerdos ſublatis ad Deum oculis ac manibus dixiſſet: Oſtende glorioſum ſanctum nomen tuum Ieſu Chriſte Deus noſter, in oculis nationis huius, in fornacem proiectus eſt Euangelij liber, incenſaque fornace ad horas aliquot, deinde penitus extincto, & conſumpto igne, factum illud volumen inuentum eſt permanſiſſe inuiolatum atque illæſum, nullo ab igne acce-

D pto detrimento. Quod conſpicati Barbari, & miraculi magnitudine perculſi, ſine vlla controuerſia ad Baptiſmum confugēre. *Baron. tom. 10. Annal. ad an. 886. ex Zonar. tom. 3. Annal.*

RVSSI RELAPSI, ERRORES SVOS FIDE

RECEPTA EIVRARVNT.

Aliud etiam in eadem gente non minus illuſtre miraculum cōtigit, cùm vnn deinde poſt ſæculo ſalutari igne colluſtrati errores ſuos fide recepta eiurarunt, adnitēte maximè Bonifacio Buſclauini Regis Slauoniæ gentis filio, qui populo Ruſſorū à Pontifice Romano S. Romualdi diſciplina Archiepiſcopus datus erat. Cùm ad Regē Ruſſorum, inquit Petrus Damianus, vir venerabilis peruenijſſet, & cōſtanti animo prædicationi vehemēter inſiſteret, videns eum Rex ſqualidis veſtimentis indutum, ac nudis pedibus incedentem, opinatus eſt, quia vir ſāctus talia nō religionis cauſa perferret, ſed id idcirco potiùs, vt pecunias cōgregaret. Promiſit igitur ei, vt ſi ab iſta vanitate recederet, ipſe paupertatē eius largiſſima diuitiarū liberalitate ditaret. Verùm Bonifacius mox ad h[illegible] iora reu[illegible] pretioſiſſimis Pontificalibus or[illegible] E center induitur, & ſic ad Regis palatium denuo p[illegible] Rex a[illegible] idens eum in decoris veſtibus adornatū, [illegible] ſed [illegible] ad vanam doctrinam non paupertat[illegible] [illegible] ignoratia. Verumtamen ſi vis [illegible] quæ aſ[illegible] duæ ingentes lignorum cataſtæ, [illegible] no a[illegible] ſeparatæ, & igne ſuppoſito, cùm vap[illegible] [illegible] ſtruis vnus eſſe ignis videatur [illegible] [illegible] per medium: Qui ſi læſus ex aliqua parte fuerit, ipſis te penitus concremandum ignibus tradēmus. Sin autem [illegible] quod [illegible] non poterit, ſanus euaſeris, omnes nos Deo tu[illegible] ab que diſſicult[illegible] credemus, [illegible] umq; hoc fœdus non ſolùm B[illegible] niſa cio, ſed et cunctis, qui aderant, gentibus placuiſſet, Bonifacius ita veſtitus, vt Miſſarum ſolemnia celebraturus, prius cum [illegible] ac [illegible] aqua, & incenſo thure vndique perluſtrās ignē, dein ſtridentes flammarum globos ingreſſus, ita euaſit illæſus, vt ne minimus capitis eius capillus videretur exuſtus. Tunc Rex, & cæteri, qui huic ſpectaculo interfuerāt, cateruatim ſe ad pedes beati viri proiiciunt, indulgentiam lacrymabiliter petunt, & baptizari ſe inſtantiſſima ſupplicatione depoſcunt. *Petrus Damianus in vita S. Romualdi cap. 29. & 30. an. 1008.*

GENTILES AD FIDEM CONVERTVNTVR. F

Anno Domini 705. erat in quadam Boructuariorum villa, Velſenberch nomine, vir quidam diues & potens, Erbelheere dictus, obſeſſus à dæmonio, ferro & catenis adſtrictus, eò quòd omnes morſu arriperet, & veſtes proprias laceraret. Erat autē idem Erhelheere incitator aliorum, & primus qui S. Svvitbertum baculo impetere non formidabat. Qui cum quotidie dire vexaretur, & à multis viſitaretur, tandē quadam die, præſentibus nonnullis idolorum ſacerdotibus, & aliis Paganis ipſi condolentibus, dæmon clamare cœpit: Niſi huc veniat ſeruus Dei viui Svvitbertus Chriſtianorū Epiſcopus, hinc non egrediar. Cùmque magis ac magis iterando clamaret, confuſi abſceſſerunt idololatræ & amici dæmoniaci: perplexi & dubij quidnam facerent. Demum communi omnium deliberatione ab ipſis S. Svvitbertus quæritur, & inuentus obnoxiè rogatur & inuitatur ad viſitanduū dæmoniacum præfatū. Igitur S. Svvitbertus fraterno tactus dolore, dæmoniaco compatiens cùm iret cùm ſuis presbyteris & clericis, eſſetque in via ad viſitandum eum, mox cœpit dæmoniacus ſpumare, dentibuſq; dirè ſtridere, & horribiliter vociferando G clamare plus ſolito: de quo præſentes valde gementes mirabantur: ſed S. Svvitberto appropinquante domui, ceſſauit dæmoniacus iacens in lecto, ac ſi ſomno dulciter preſſus eſſet. Quem ſanctus cerneos, præcepit ſuis, vt omnes orationibus vacarent: & ipſe orationi incūbens Deum deuotiſſimè precabatur, vt ad laudem & gloriam ſanctiſſimi nominis ſui, & ad conuerſionem incredulorum, dæmoniacum expulſo dæmone liberaret: ſurgenſq; cum ſuis ab oratione, ſignauit dæmoniacum ſigno ſalutiferæ crucis, dicens: in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti præcipio tibi immunde ſpiritus, vt exeas ab hac Dei creatura, vt agnoſcat ſuum verum Creatorem & Saluatorem. Statim cum fœtore ſpiritus malignus exiens clamare cœpit: Non diu in iſta permanebis prouincia, ſerue magni Dei: nam ſicut me ab hac mea habitatione expuliſti, ita expelli te faciā ea iſta terra & prouincia. Erbelheere verò à dæmonio liberatus, ſurgens palam inhæreos pedibus S. Svvitberti, veniam petens de commiſſis in eum, baptizari in nomine Ieſu Chriſti inſtantiſſimè popoſcit, in cuius nomine liberatus fuit. Vnde multi pagani cum duobus idolorum ſacerdotibus, qui præſentes fuerunt, pedibus ſancti Epiſcopi prouoluti myſterium fidei Chriſtianæ diſcere & ſcire expetierunt. H *Marcell. in vita S. Svvitberti, cap. 20. & 21. Baron. tom. 8. ad ann. 705.*

IBERI AD CHRISTI FIDEM PERDVCTI.

De Iberis Hiſpaniæ populis hiſtoriam ſuperioribus ſubnectamus; quam à certo homine, Bacorio nomine, eius Gentis Rege, fideliſſimo viro, ſe accepiſſe teſtatur Ruffinus. Per idē, inquit, tēpus etiam Iberorum gens, quæ ſub axe Pōtico iacet, verbi Dei fœdera, & fidem futuri ſuſceperat regni. Sed huius tanti boni præſtitit cauſam mulier quædam captiua, quæ apud eos reperta, cum fidelem ac ſobriam ſatis duceret vitam, totiſq; diebus ac noctibus obſecrationes Deo peruigiles exhiberet, in admiratione eſſe ipſa rei nouitas barbaris cœpit, & quid hoc ſibi velit curioſius perquirebāt. Illa, vt res erat, ſimpliciter Chriſtū ſe Deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius barbari præter nouitatem nominis mirabantur.

A Verum, vt fieri ſolet, [illegible] quandam mulierculis inferebat, quid emol[illegible] otione caperetur. Moris apud eos eſſe dicitur, [illegible] ægrotet, circűferatur à matre per ſingulas do[illegible] ſi quis expertu aliquid remedij nouerit, conferat laboranti. C[u]mque mulier quædam paruulum ſuum per omnes circumtuliſſet, ex more; nec aliquid remedij cunctas domos luſtrando cepiſſet; venit etiam ad captiuam, vt, ſi quid ſciret, oſtenderetur. Illa ſ[e] humani quidē remedij nihil ſcire teſtatur? Deum tamen ſuum Chriſtű, quem colebat, dare ei deſperatā ab hominibus poſſe ſalutem confirmat: cumq; cilicio ſuo paruulum ſuperpoſuiſſet, atq; ipſa deſuper orationem fudiſſet ad Dominum, ſanű matri reddidit infantem. Sermo autem defertur ad plures, factiq; fama magnifici vſque ad aures Reginæ perlabitur: quæ dolore quodam grauiſſimo corporis afflicta in deſperatione maxima erat. Rogat ad ſe captiuam deduci. Illa ire abnuit, ne præſumere amplius, quā ſexus ſineret, videretur. Ipſam ſe Regina deferri ad captiuæ cellulā iubet; quā ſimu[l] ſupra ciliciű ſuum poſitam, inuocato Chriſti nomine, continuò po[ſt] precem, ſanā & alacrē facit exurgere: Chriſtumq; eſſe Deum Dei ſummi Filium, qui ſalutē hanc contulerit, docet, cúmque quem ſibi auctorē ſuæ ſciret eſſe incolumitatis, & vitæ, commonet inuocandum: ipſum namq; eſſe, qui & Regibus regna B diſtribuit, & mortalibus vitam. At illa cum lætitia domű regreſſa, marito percontanti cauſam tā ſubitæ ſanitatis aperuit; quicúmq, cùm pro ſalute coniugis lætus, mulieri munera deferri iuberet; illa. Horű, inquit, ó Rex, nihil captiua dignatur, aurum deſpicit, argentum reſpuit, ieiunio quaſi cibo paſcitur? hoc ſolum ei muneris dabimus: ſi eű, qui me, illa inuocante, ſanauit, Chriſtum Deum colamus, Ad hoc tunc Rex ſegnior fuit, & interim diſtulit, ſæpius licet ab vxore cómonitus, donec accidit quadā die, venāte eo in ſiluis cű comitibus ſuis, obſcurari dēſiſſimis tenebris diē, & per terræ noctis horrorē, luce ſubducta, cæcis iter greſſibus denegari: alius aliò diuerſi ex comitibus oberrāt; ipſe ſolus dēſiſſima obſcuritate circűdatus, quid ageret, quò ſe verteret, neſciebat; cùm repentè anxios ſalutis deſperatione animos cogitatio talis aſcēdit: Si verè Deus eſt Chriſtus ille, quē vxori ſuæ captiua prædixerat, nűc ſe de his tenebris liberet, vt ipsű ex hoc, omnibus omiſſis, coleret: Illicò vt hæc nondű verbo, ſed ſola mente deuouerat, reddita mundo dies Regē ad vrbem perducit incolumem: quiq; Reginæ rem protinus, vt geſta eſt, pandit: euocari iámq; captiuā, & colendi ritűm vt ſibi tradat expoſcit; neC que ſe vltra alium Deum, quàm Chriſtum, veneraturum eſſe cófirmat. Adeſt captiua, edocet Deum Chriſtum, ſupplicandi ritum, venerandique modum, in quantum de his aperire fœminæ fas erat, pandit. Fabricari tamen Eccleſiam monet, formámq; deſcribit. Igitur Rex totius gentis populo cōuocato, rem ab initio, quæ erga ſe ac Reginā geſta fuerat, exponit, fidémque edocet, & nondű ſacris initiatus fit ſuæ gentis Apoſtolus. Credunt viri per Regē, fœminæ per Reginā, cunctiſque idē volentibus eccleſia extruitur inſtanter: & eleuato iā perniciter murorű ambitu, tempus erat, quo columnæ collocari deberent. Cúmq; erecta prima vel ſecunda, ventű fuiſſet ad tertiā, conſumptis omnibus machinis, & boum, hominűque viribus, cum media iam in obliquű fuiſſet erecta, & pars reliqua nullis machinis erigeretur, repetitis ſecundò & tertiò ac ſæpius viribus, ne loco quidem moueri, attritis omnibus, potuit. Admiratio erat totius populi: Regis animoſitas hebeſcebat: quid fieri deberet, omnes ſimul latebat. Sed cum interD uentu noctis omnes abſceſſiſſent, cunctiq; mortales & ipſa opera ceſſarent, captiua ſola in oratione pernoctans māſit intrinſecus. Cùm ecce maturius & anxius cű ſuis omnibus ingrediens Rex videt columnā, quam tot machinæ & tot populi mouere nő quiuerant, erectā & ſuper baſim ſuam librare ſuſpenſam, nec tamen ſuperpoſitam, ſed quantum vnius pedis ſpatio in aëre pendentē. Tunc verò omnes populi contuētes, & magnificantes Deum, veram eſſe Regis fidem, & captiuæ religionē præſentis miraculi teſtimonio perhibebāt. Et ecce iam mirantibus adhuc & ſtupentibus cunctis, in oculis eorű ſenſim ſupra baſim ſuam, nullo cõtingente, colűna depoſita ſumma cum libratione cőſedit. Poſt hoc reliquus colűnarum numerus tāta facilitate ſuſpēſus eſt, vt omnes, quæ ſuperfuerant, ipſa die locarētur. Poſtea verò quàm eccleſia magnificē conſtructa eſt, & populi fidē Dei maiori ardore ſitiebant captiuæ monitis ad Imp. Conſtantinű totius gētis legatio mittitur. Res geſta exponitur: ſacerdotes mittere oratur, qui cœptum erga ſe Dei munus implerēt. Quibus ille cű omni gau[di]o & honore tranſ[m]iſſis, [illegible] amplius ex hoc lætatus eſt E quam ſi [i]ncognitas Romano Imperio gentes & regna ignota [illegible]. *Ruffi[n]. l. 1. hiſt. [E]ccl. [illegible]. Baron. to. [illegible]. Annal. ad an.* [illegible]

L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.

NAAMANIS DVCIS IDOLOLATRÆ CONVERSIO.

N[aam]anes Saracenorű Dux prædam [illegible] maximam, in qua adoleſcentem Chriſtianű [illegible] manus triű milium abducebat. Vidēte hoc Abbate Iordane [illegible] ſunt v[illegible] eo maxime quòd ad[illegible] eius opē expo[illegible], & ſ[e] eripi de hoſtiű manibus [illegible] deprecaretur. Iordane[s] [illegible] paſſus eſt, nec oblato pretio [illegible] potuit. Non p[o]ſſumus, inquiunt, dimittere: Sacerdoti enim [n]oſtro promiſimus, ſi quid pulchrum ceperimus, id ei oblaturos, vt de ſuo ſacrificium offerat. Tu itaque ſenex, vade; alioqui [illegible] ceruicē tibi amputabimus. Dubius tűc quid [illegible] ſenex, proſtratus in terram dixit: Saluator noſter Chriſte Deu[s], ſaluum fac ſeruum tuum. Repentè dæmon inter illos [illegible] intrauit: quo authore ipſi ſe inuicem gladiis confoderunt: hacque ope diuina adoleſcens eorum manus euaſit. Qua viſione territus Naamanes ſceleratiſſimus & flagitioſiſſimus, adeo vt etiā ſua manu homines dæmoniis ſuis mactaret, ad ſacrum baptiſma acceſſit, & Veneris ſtatuam non aurat[am], ſed auream prorſus igne liquefactā pauperibus diſtribuit, ac F ſimul omnes ſuos ad fidem adduxit. *Euang. hiſt. Eccl. l. 6. c. 23.*

FIDEI PROPAGANDÆ ZELVS.

LADISLAVS Hungarorum Rex, dum vaſtata Tranſyluania milites ſuos in hoſtem iam victum acriter deſæuire conſpiceret, ſigno tubæ dato, inclamauit, parcerent humano ſanguini, & fugientem potius caperent multitudinem, vt ſi orthodoxam fidem illi amplectantur, Dei populum multiplicarent. *Refert Bonfinius l. 4. Dec. 3. Beyer. in Apophth. Chriſtianis.*

* FIDEI CONSTANTIA.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

NABVCHODONOSOR Rex fecerat ſtatuam auream, & miſerat ad omnes Principes & Satrapas Regionum quæ ſub ditione ſua erant, vt conuenirēt vniuerſi ad dedicationem ſtatuæ, addito capitali ſupplicio iis, qui ad ſonitum inſtrumentorum muſicorum procidentes ſtatuam non adorarent: quod nempè mitterentur in fornacem ignis ardentis. Itaque tres viri à Rege conſtituti ſuper opera Regionis Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago, contempſerunt edictum Regis, & ſtatuam adorare noluerunt, ſed Regi impia iubenti reſtiterunt, & tormenta minanti inſultarunt, dicentes: Ecce Deus noſter quem G colimus, poteſt nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ó Rex, liberare. Quod ſi noluerit, notum ſit tibi ó Rex, quod Deos tuos non colimus, & ſtatuam quam feciſti non adoramus. Quocirca in fornacem miſſi, ambulabant in medio flammæ, laudantes & benedicentes Deum. *Daniel c. 3.*

Propheta Daniel apud Darium Regem accuſatus, quod legem ab eo latam fuiſſet præuaricatus orando & obſeruando Deum ſuum: (tulerat quippè legem Darius, vt omnis qui peteret petitionem aliquam a quocunque Deo & homine, vſque ad triginta dies, præter quam à ſe ſolo, mitteretur in lacum leonum;) miſſus in lacum leonum, illæſus exiuit, neq; vlla læſio inuenta eſt in eo, quia credidit Deo ſuo, *Dan. c. 6.*

Stupenda fuit conſtantia Eleazari, qui erat de primoribus ſcribarum in fide & religione ſua, vt neque grauiſſimæ mortis ſupplicio ab illius potuerit obſeruatione auelli. Cum enim aperto ore hians compelleretur carnem porcinam comedere, glorioſam mortem magis quam odibilem vitā complectens voluntariè ad ſupplicium præibat, & deſtinauerat H non admittere illicita propter vitæ amorem. Vnde ne ſimulare quidem voluit ſe carnes comediſſe, quas Rex præceperāt. Non enim inquiebat noſtra ætate dignum eſt fingere, vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazaru nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum: & ipſi propter meam ſimulationem & modicum vitæ corruptibilis tempus decipiantur, &c. quare diris cruciatibus affectus, cum plagis perimeretur, ingemiſcens dixit: Domine qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſtè tu ſcis, quia cum à morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores: ſecundum animam vero propter timorem tuum libenter hæc patior. *2. Mach. cap. 6.*

Sed & decretű exierat in proximas ciuitates ſuggerētib. Ptolomæis, vt pari modo & ipſi aduerſus Iudæos exurgerent, vt ſacrificarēt, eos autē qui nollēt tranſire ad inſtituta Gentiliű, interficerēt. Duæ autem mulieres non attendentes impiis decretis, ſuas proles circumciderant, quodque hoc feciſſent de-

latæ ſunt, quas Infantibus ad vbera ſuſpenſis, cum per ci-
A uitatem circumduxiſſent, per muros præcipitauerunt. *Ibid.*

Plures quoque ad proximas ſpeluncas coëuntes latenter Sabbatha celebrabant, cumque ea res Philippo innotuiſſet, flammis ſuccenſi ſunt, eo quod verebantur propter religionem & obſeruantiam, manu ſibimet auxilium ferre. *Ibid.*

Excedit ſuperiora omnia ſeptem Machabæorum fratrum, matriſq; illorum memoranda in Religione & auita fide conſtantia, quam S. Scripturæ verbis ad[illegible]ibam. Contigit ſeptem fratres vnà cum matre [illegible] apprehenſos, cōpelli à rege edere contra fas carnes porcinas, flag[illegible] & [illegible]reis cruciatos. Vnus autẽ ex illis qui erat primus, ſic ait: quid quæris, & quid vis diſcere à nobis? parati ſumus mori magis, quam patrias Dei leges præuaricari. Iratus itaque Rex, iuſſit ſartagines & ollas æneas ſuccẽdi. Quibus ſtatim ſuccẽſis, iuſſit ei qui prior fuerat locutus, amputari linguam, & cute capitis abſtra[illegible]a, ſumma quoq; manus & pedes ei præſcindi, cæteris eius fratribus & matre inſpiciẽtibus, & eũ iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſſit ignẽ admoueri; & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine: in qua cum diu cruciaretur, cæteri vna cum matre, inuicem hortabantur mori fortiter, dicentes, Dñs Deus aſpiciet veri-
B tatẽ, & cōſolabitur in nobis, quemadmodum in proteſtatione Cantici declarauit Moyſes: & in ſeruis tuis conſolabitur. Mortuo itaque illo primo, hoc modo ſequentem inducebant ad illudendum: & cute capitis eius cum capillis abſtracta, interrogabant ſi manducaret, prius quã toto corpore per membra ſingula puniretur? At ille reſpōdens patria voce dixit: nõ faciã. Propter quod & iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit, & in vltimo ſpiritu conſtitutus ſic ait: tu quidem ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis: ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus, in æternæ vitæ reſuſcitatione ſuſcitabit. Poſt hunc tertius illuditur, & linguã poſtulatus citò protulit, & manus conſtãter extẽdit, & cum fiducia ait: E cælo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges, nũc hæc deſpicio, quoniã ab ipſo me ea recepturũ ſpero. Ita vt rex, & qui cum ipſo erant mirarentur adoleſcentis animum, quod tanquam nihili duceret cruciatus. At hoc ita defuncto, quartũ vexabant ſimiliter torquentes, & cum iam eſſet ad mortem ſic ait. Potius eſt ab hominibus morti datis ſpem exſpectare à Deo, iterum ab ipſo
C reſuſcitandos. Tibi enim reſurrectio ad vitã non erit. Et cum admouiſſent quintum, vexabant eum. At ille reſpiciens eum, dixit. Poteſtatẽ inter homines habens cum ſis corruptibilis, facis quod vis: noli autem putare genus noſtrum à Deo eſſe derelictũ: Tu autem patienter ſuſtine, & videbis magnã poteſtatẽ ipſius qualiter te & ſemen tuum torquebit. Poſt hunc ducebant ſextum, & is mori incipiens ait: Noli fruſtra errare, nos enim propter noſmetipſos hæc patimur, peccãtes in Deũ noſtrũ, & digna admiratione facta ſunt in nobis: Tu autẽ ne exiſtimes tibi impunè futurum, quod contra Deum pugnare tentaueris. Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna; quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tẽpore conſpiciens, bono animo ferebat propter ſpem quam in Deum habebat. Singulos illorum hortabatur voce patria, fortiter repleta ſapientia, & fœmineæ cogitationi maſculinũ animum inſerens, dixit ad eos: neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis: neq; ego ſpiritũ & animam donaui vobis, & vitã & ſingulorum membra non ego ipſa cōpegi, ſed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem, quiq; omnium inuenit originẽ, & ſpiritum vobis iterum cum miſericordia reddet, & vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpicitis propter
D leges eius. Antiochus autẽ cōtemni ſe arbitratus, ſimul & exprobrantis voce deſpecta, eũ adhuc adoleſcentior ſupereſſet, non ſolũ verbis hortabatur, ſed & cum iuramento affirmabat, ſe diuitem & beatum facturum, & tranſlatum à patriis legibus amicũ habiturum, & res neceſſarias ei præbiturum. Sed ad hæc cum adoleſcens nequaquã inclinaretur, vocauit Rex matrem, & ſuadebat ei vt adoleſcenti fieret in ſalutem. Cum autem multis eam verbis eſſet hortatus, promiſit ſuaſuram ſe filio ſuo. Itaq; inclinata ad illum, irridẽs crudelẽ tyrannum, patria voce dixit: fili mi miſerere mei, quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatẽ iſtã perduxi. Peto nate, vt aſpicias ad cœlum & terram, & ad omnia quæ in eis ſunt, & intelligas quia ex nibilo fecit illa Deus, & hominum genus: ita fiet, vt non timeas carnificem iſtũ, ſed dignus fratribus tuis effectus particeps, ſuſcipe mortẽ, vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam. Cùm hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens: quem ſuſtinetis? non obedio præcepto regis, ſed præcepto legis, quæ data eſt
E bi p r Mo ſem. Tu verò qui inuentor factus [illegible] omni[illegible] litiæ in Hebræos, non effugies manum Dei. Nos enim pro peccatis noſtris hæc patimur. Et ſi nobis pro[illegible] increpationem & correptionem Dñs Deus noſter modicum iratus eſt, [illegible]d iterum reconciliabitur verbis ſuis. Tu autem o [illegible]cel[illegible]ſte & [illegible] hominum flagitioſiſſime, noli fruſtra e[illegible]tolli [illegible] vanis ſpebus in ſeruos eius inflãmatus, nondum enim om[illegible] tentis Dei, & omnia inſpicientis iudicium effugiſti. Nam [illegible]atres mei modico nunc dolore ſuſtentato, ſub teſtamẽ[illegible] æternæ vitæ effecti ſunt: tu vero iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exſolues. Ego autem ſicut & fratres mei, animã & corpus meum trado pro patriis legibus, inuocans Deũ maturius genti noſtræ propitium fieri, teq; cum tormentis & verberibus confiteri, quia ipſe eſt Deus ſolus. In me vero, & in fratribus meis deſinet omnipotentis ira, quæ ſuper omne genus noſtrũ iuſte ſuperducta eſt. Tunc Rex accenſus ira in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit, indignè ferens ſe deriſum. Et hic itaq; mundus obiit per omnia in Domino confidens, nouiſſime vero poſt filios, & mater conſumpta eſt *l. 2. Machab. c. 7.*

EXEMPLA HISTORICA.

F Dum Ioannes Euangeliſta Epheſi, atque adeo in tota Aſia verbum Dei prædicaret, anno Chriſti Redemptoris nonageſimo ſecundo, ſiue inuidia Apollonij, qui in Chriſtianos infenſiſſimus erat, vel forte Euphratis philoſophi deſertoris apud Domitianum agentis, his artificiis aſſueti, aut opera Ebionis hereſiarchæ, eiuſdem Ioannis hoſtis acerbiſſimi, ad Domitianum hop. reus impietatis à Procōſule Aſiæ Romam vinctus miſſus fuit. Impius Imperator noluit eius faciem videre, ſed ad portam Latinam duci iuſſit, & in feruentis olei dolium illum viuum demitti, prius tamen flagris cæſum, & maioris ignominiæ cauſa tonſum: ex quo, diuina Dñi noſtri Ieſu Criſti protegenti gratiã, velut athleta conſtantiſſimus, non combuſtus, ſed tanquam vnctus, ſine vllo doloris ſenſu, magna omnium admiratione illæſus exiuit. Hæc ita ſe habere confirmat imprimis vetus tam inſignis miraculi monumentum apud portam Latinam, vbi ſæuum illud conſtat illatum fuiſſe ſupplicium. Imò & ipſa dies, qua hæc facta ſunt, pridie nonas Maij: quæ perpetua rei memoria illuſtratur, dum eadem quolibet anno recurrente Romæ & alibi annua celebritate recolitur. *Tertull. de Præſcript. c. 36. D. Hieron. l. 1. In Iouinian.* G

Cum Agapetus Pontifex Anthimum Patriarchatu Conſtantinopolitano depoſuiſſet, Conſtantinopolim profectus eſt. Eò ingreſſus, primùm cœpit habere altercationem cum Iuſtiniano Auguſto: dum verò contentio verſaretur, ita Dominus adfuit, vt in Anthimum Epiſcopum Arrianum inueniret. Ac tum dixit Agapeto Iuſtinianus: Aut conſenti nobis, aut exilio deportari te faciam. Tunc beatiſſimus Agapetus reſpōdit cum gaudio dicens ad Imperatorem: Ego quidem peccator ad Iuſtinianum Imp. Chriſtianiſſimum venire deſideraui: nunc autem Diocletianum inueni, qui tamen minas tuas non pertimeſco. Et dixit ei iterum Agapetus: Tamen vt ſcias tu Anthimum idoneum non eſſe religioni Chriſtianæ, non confitetur ille duas naturas in Chriſto. Tunc ex præcepto Auguſti eo accerſito, & diſcuſſione facta, nunquam voluit confiteri in doctrina Catholicæ reſponſionis ad interrogationem beati Papæ duas naturas in vno Domino noſtro Ieſu Chriſto. Tunc piiſſimus Auguſtus Iuſtinianus gaudio repletus, humiliauit ſe Sedi Apoſtolicæ, & adorauit beatiſſim. Agapetum. Eodem tempore eiecit Anthimum Arrianum à communione, & expulit in exilium. *Ex Anaſtaſio Baron. tom. an. 536.* H

Cum Præfectus quidam Valentis Imp. Cæſaream aliquando veniſſet, accerſitum ad ſe magnum Baſilium honorificè tractaui, placidéq; allocutus hortabatur, vt tempori cederet neque tot eccleſias adducere in diſcrimen vellet tenuis exquiſitiones dogmatis: promittebat & ab imperatore illi amicitiã, & à ſe illius occaſione multa beneficia: At diuus ille vir adoleſcentulis congruere tales ſermones reſpondit, nã hos & his ſimiles inhiare huiuſmodi rebus: qui verò eſſent innutriti diuinis litteris, eos nullã ſyllabã illatũ in diſcrimen venire pati poſſe, ſolereq; ſi res poſcat, nullũ genus mortis pro illis ſubeundẽ recuſare. Imperatoris quidem amicitiã magni ſe pendere cũ pietate: qua remota pernicioſam eſſe dicere. Ferebat hoc ægrè Præfectus, aiebatque eum deſipere. Tunc Magnus Baſilius; Vtinam ſempiterna, inquit, hæc mea ſit deſipientia. Denunciato igitur exilio, iubet eum cogitare quid agat, & poſtero die ſententiam ſuam explicare: hiſque ſermonibus

crebræ

A crebræ minæ miſcebantur. Ibi aiunt Magnum reſpondiſſe Baſilium, eundem ſe illi poſtridie quoque reuerſurum, videret modò ne animum mutare, neue minas exequi nollet. Poſt hoc colloquium occurrit Imperatori Præfectus, exponítque Regi, quid dixiſſet Baſilius, & qua eſſet ille virtute ac animi præſentia. Sed Imperator tacuit,& veniens in vrbem comperit diuinitùs inflictas domui ſuæ plagas, &c. *Theodoret.lib.4.hiſtor.cap.19.*

Cum idem Baſilius Eccleſiæ Cæſarienſis paſtor ab eodem Valente ad Præfecti tribunal miſſus eſt, ibi Præfectus aſſiſtens,eum interrogat, quanam de cauſa religionem Imperatoris non complecteretur;atque illè,quod hoc ſic Deus non præcepit,inquit. Et inſuper Imperatoris errorē reprehendit atque *ὁμόουσιον* conſubſtantiale defendit, vbi verò ille mortem ei minatus eſt;Baſilios gratiā ſe illi eo nomine habere dixit, quippe qui diſcedere ex tali rerū ſtatu non grauate cuperet. Et cùm Præfectus amplius eam rem deliberare iuberet,Baſilius, Ego quidem,inquit,& hodie & cras idem futurus ſum: vtinam tu teipſum non mutaſſes. Creatura enim cùm ſim, creaturam adorare,Deúmq; eſſe profiteri,in animum non inducam meum:ſed neq; religioni veſtræ me aggregari ſuſtine- B bo.Tamerſi enim vos clariſſimi,& non minima orbis pars eſſe exiſtimamini;me tamen minime decet hominibus gratificari, & propterea fidem in Deum parui pendere:quam ego medius fidius proditurus non ſum, etiamſi mihi bonorum publicationem,& exilium,& aliud quidquam grauium ærumnarum, mortémque adeò ipſam mineris:nihil enim rerū talium mœrorem mihi afferre poteſt. Quod ſi facultates meas cuperis, pannos hoſce & cilicia, atque libros paucos, qui in mundo meo ſunt,ſi hos,inquam,adamaſti,recipe. Sin vt exilij cauſa ſolum vertam mauis,paratus ad id ſum.Saul verò quomodo ero,qui ſemper terram quaſi peregrinus pererro,& ad regionem aliam vehementer aſpiro? Corpus porrò hoc,vel poſt primā plagam,ſenſus omnino expers,& cruciatibus ſuperius prorſus futurum eſt.Hæc atque his ſimilia alia quum liberrimè Baſilius dixiſſet,conſternatus ad viri prudentiam,Præfectus celeriter ad Imperatorem percurrit; eidémque Baſilium conſtantiorē eſſe,quàm vt à ſententia ſua ſuaſione deducatur, renuntiat; quapropter aut propalam in eum animaduerteret, aut perſuaderi minis illum poſſe exiſtimare deſineret. Impe- C rator tum quidem quieuit: *Niceph.lib.12.hiſt.Eccl.cap.18.*

Anastasivs Imp. Epiſcopum quendam Oeniandum audiens diſertum admodum eſſe,& qui ora omnibus ſententiæ de paſſo Deo aſſertoribus obturaret,eum ad ſe vocatum hortatus eſt, vt ad ſuam factionem deſciſceret, pollicens eum quicquid petiit illicò accepturum. Cui Epiſcopus: Tu,inquit, potius ad orthodoxos tranſi, ne,dum opiniones impiorum hominum Seueri, Eutychis & Dioſcori amplecteris, æterno igni addicaris. Simúlque apprehendens Imperatoris chlamydem: Hæc ait,veſtis nequaquam te poſt mortem ſequetur, ô Imperator: ſed ſola comitabitur pietas, ac virtutum habitus. Miſſam fac Eccleſiam,quam Chriſtus ſuo redemit ſanguine. Indoctus es, & ratiocinandi ignarus, neque vllum Eccleſiæ decretum perfectè intelligis, tantùm impoſturis & ſcurrilibus calumniis fatuos terres.Satis tibi ſit dignitatis, quod Imperator es; antiſtites eccleſiæ vexare noli. Ad hæc imperator pudore ſuffuſus obmutuit. Pauperrimus autem cùm eſſet ille Epiſcopus ne obolum quidem ab Imperat. voluit accipere: adeò liber erat,& ſolius in Deum fidei, ac pietatis rationem habens, terrena calcans omnia. *Cedre-* D *nus apud Zonaram tom.3.Annal.in Anaſt.f.*

Ivlianvs Imperator Cæſarium(vt eiuſdem frater Gregorius Nazianzenus ſcriptis prodidit)iis Reip.muneribus præfecit, quibus auctoritas & amplitudo ineſſet; quem nunc verborum lenociniis ac ingentibus promiſſis, nunc terroribus & minis, omníque machinarum genere in ſuum obſequium errorémque trahere conatus eſt: ſed ſtrenuus Chriſti athleta ſuperior ſemper è lucta exceſſit, crocis opprobrio imperij poſthabens maieſtatem. Cùm enim non ſimulatum Chriſtiani hominis figmentum, ſed verus eſſet Chriſtianus, certò ſciebat quam ampli gloriæ laudiſq; theſauri ſub crucis Ignominia deliteſcerent. *Gregor.Nazianz.orat.in funere fratris.*

Liberatvs Abbas, Bonifacius diaconus,Ruſticus ſubdiaconus.Seruus ſubdiaconus, Rogatus,Septimus & Maximus monachi,ex monaſterio Carthaginem pertracti,primùm blāditiis ad Arianam perfidiam ſollicitati ſunt.Illi verò vno ore & animo ſuo coram omnibus confeſſi ſunt fidem, dicentes, *Vnus Deus,vna fides,vnum baptiſma*, nec poterit in nobis iterari,quod in doctrina Euangelij ſemel dari præceptum eſt *Quia qui ſemel lotus eſt, non habet neceſſe, vt denuò lauetur, ſed mundus eſt totus.* Satius eſt momentanea perferre ſupplicia, quàm æterna ſubire tormenta, Iubet Rex nauem ſarmentis E impleri,confeſſoreſque ligatos ſuperimponi,ignéque ſubiecto & naui in pelagi medium promota, concremari. Illi magna cum fiducia cantabant:Gloria in excelſis Deo:Ecce nūc tempus acceptabile,ecce nunc dies ſalutis, quando pro fide Dei noſtri ſupplicia perferimus,ne acquiſitæ fidei indumentum amittamus. Ignis cum accenderet ſæpius extinctus eſt. Ergo robore & furore perculſus Rex,iuſſit eos remorum vectibus necari. *Victor Vticen.lib.4.de perſ.Vandalorum.*

Hoc loco hiſtoriam de fœmina quadam præſtantiſſima planè memorabilem narrabo:nam fœminæ etiam diuino pietatis amore ac ſtudio armatæ vnius tyranni rabiem prorſus contempſerunt. Publia fœmina illis temporibus nobiliſſima,& propter virtutis ſuæ præſtantiam plurimorum celebrata ſermonibus,matrimonij iugo aliquandiu copulata,fructum Deo dignum ſanè admiratione obtulit. Nam Ioannes, qui longo tempore presbyteris Antiochiæ præfuit, & ſæpe ad primatū F Apoſtolicum ſuffragiis delectus,ſemper illum honoris gradū recuſauit, ex eius ventre tanquam admirabili ſolo editus eſt. Hæc mulier chorum virginum perpetuam caſtimoniam profeſſarum ſecum habens,Deum omnium opificem ac ſaluatorem hymnis aſſiduè celebrare ſolebat. At cùm Imperator illac prætergrederetur,virgines inter ſe clariori voce canunt, ratæ illum conſceleratum tyrannum contemnendum eſſe, & omnium irriſione ludendum. Canebant autem illos potiſſimum pſalmos,quibus debilitas ſimulacrorum ictè deridetetur,& cum Dauid dicebant:Simulacra Gentium,argentum & aurum, opera manuum hominum. At poſtquam verſus, qui illa ſenſus omnia expertia eſſe pro nuntiant,recitauerant,iſtū adjungebant. *Similes illis fiant qui faciunt ea,& omnes qui confidunt in eis.* His Iulianus cum maxima animi ægritudine auditis,iuſſit, vt eo progrediente conticeſcerent. At Publia eius leges parui æſtimans maiori cum alacritate chorum virginū in vnum coëgit,& illo prætereunte,denuò cantare mādauit: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius,&c.* Itaque tyrannus grauiter commotus iubet magiſtram chori ad ſe adduci; quam cùm anum propter ætatem ingraueſcentem cum primis venerandam cerneret; tamen neque canicie corporis ad miſericordiam illius capiendam, neque animi virtute ad honorem ei tribuendum adducitur,ſed ſatelliti cuidam dat mā- G datum, vt vtramque malam verberet, & genas cruentet manibus. Illa hanc contumeliam pro ſummo honore ducens, domum reuertitur,& tyrannum,vt ſolebat,ſpiritualibus cantilenis perſtringit,non aliter quam ipſe pſalmorum ſcriptor & magiſter Dauid, qui malignum ſpiritum, quo Saul agitabatur,compreſſit.Etenim iſte tyrannus,vbi ſceleratos dæmones ſibi familiares reddiderat, Corybantum more facere, & contra verum Dei cultum rabiem exercere non deſtitit. *Baron.tom.4.Annal.ex Theodor.lib.3.hiſt.Eccl.cap.17.*

Satvrvs, domus Hunerici procurator,accuſatore quodam diacono, Marinado vocatur, vtque Arianus fiat poſtulatur. Cùm autem confeſſionem veritatis pluris faceret,quàm omnia ſua commoda aut damna: vxor adductis communibus liberis ad genua mariti aduoluitur, pérque omnia ſacra rogat,obſecrat & obteſtatur,miſereatur ſui,& pendentis à lacte matris filiolæ,& reliquorum coniugij pignorum: neu committat, vt quos generis nobilitas reddiderit claros, ſeruili conditioni ſubiiciantur: non patiatur,vt ſe viuo,indigno & turpi matrimonio camelarij ſerui copuletur:Deum haud dubiè reſpecturum,quòd inuitus & valdè grauatim faciat ipſe, H quod plerique feciſſent voluntarij.Sed ipſe ex Iob ei reſpondet: *Tanquam vna ex inſipientibus mulieribus loqueris.* Formidarem mulier,ſi tantum huius vitæ dulcedo eſſet futura amara, In amiſſione earum rerum.Imo ſi tu verè diligeres maritum, nunquam tu eum tuis inſidioſis blanditiis in ſecundæ mortis exitium præcipitare conareris. Age diſtrahant liberos, auferant vxorem,diripiant facultates: ego de Domini promiſſione planè ſecurus,hæc verba in mente fixa tenebo: *Si quis non dimiſerit vxorem,filios,agros aut domum,meus non poterit eſſe diſcipulus.* Vxor diſcedit; Saturus ſpoliatus omnibus, & plurimis ſuppliciis debilitatus mendicus demum relinquitur. *Victor Vticenſ.lib 1.de perſec.Vandal.anno 456.*

Cum iuſſu Hunerici Vandalorum & Alanorum Regis Li-

A betatus vir venerabilis, medicus in exſilium mitti iuberetur cum vxore & liberis, cogitauit impietas Ariana à parentibus filios paruulos ſperare, quò puſſe per pietatis affectum etiam virtutem genitorum proſternere, diſtinguūtur tenera pignora ſi iutum. Qui cum vellet lacrimas emittere, authoritate viri increpatur, & in ipſo meatu exitus ſui illicò lacrimæ ſiccauerunt: Ait enim ei coniux: & propter filios, Liberate, perditurus es animam tuam? Computa eos non fuiſſe natos: nam & ipſos omnino vindicaturus eſt Chriſtus: nonne vides eos clamantes, & dicentes: Chriſtiani ſumus. Sed hæc mulier quid in conſpectu iudicum egerit tacendum non eſt. Nā cùm ipſa & maritus ſeorſim, carceris tamen cuſtodia tenerentur, ita vt ſe penitus non viderent, mandatur mulieri, diciturque illi: Solue iam duritiam tuam, ecce iam vir tuus paruit imperio Regis & noſter factus eſt Chriſtianus. Atque illa: videam illum, & faciā ego quod voluerit Chriſtus. Educta igitur de carcere, inuenit virum ſuum ſtantē cum ingenti multitudine pro tribunali contra eum; & verum æſtimans quod fecerant inimici, iniecta manu apprehendens oram veſtimentorum eius B gutturi proximā, videntibus omnibus ſuffocabat eum, dicens: Perdite & reprobe, gratia Dei & miſericordia eius indigne, quare voluiſti ad modicū gloriari, & in æternum perire? Quid tibi proderit aurum? quid argentum? nunquid liberabit te de camino gehennæ? Dixit & alia multa. Cui maritus reſpondit: Quid pateris mulier? Quid tibi videtur? aut quid ſorte de me audire potuiſti? Ego in nomine Chriſti Catholicus permaneo, nec amittere aliquando potero quod teneo. Tunc hæretici mendacij ſui conſcij, & detecti fallaciam ſuam colorare minimè potuerunt. Ibidem in ciuitate Culuſitana quædā matrona, auctrix nominis ſui Victoria, dum in conſpectu vulgi continuato ſuſpendio cremaretur, à marito iam perdito filiis præſentibus ita rogabatur: Quid pateris coniux? Si me deſpicis, vel horum, quos genuiſti, miſerere impia paruulorum. Quare obliuiſceris vteri tui, & pro nihilo ducis, quos cum gemitu peperiſti? Vbi ſunt fœdera coniugalis amoris? Vbi ſocietatis vincula, quæ inter nos dudum honeſtatis iure tabu-C læ conſcriptæ fecerunt? Reſpice, quæſo, filios ac maritum, & regiæ iuſſionis implere feſtina præceptum, vt & imminentia adhuc tormenta lucreris; ſimul & mihi doneris & liberis noſtris. Sed illa nec filiorū fletus, nec ſerpētis audiēs blandimēta, affectum multo altiùs eleuans à terra, mundum cum ſuis deſideriis contēnebat. Quod cùm iam continuatione ſuſpēdij vulſis humeris etiam qui cruciabant conſpicerent mortuam, depoſuerunt omni parte exanimem. Quæ poſtea retulit, quidam ſibi Virginem aſtitiſſe, atque tetigiſſe membra ſingula, & illicò fuiſſe ſanatam. *Victor Vticenſis lib. 3. de perſ. Vandal.*

In Edeſſa Moſopotamiæ ciuitate Martyrium eſt S. Thomæ Apoſtoli ſplendidum & illuſtre; in quo frequētes cōueniunt propter loci ſanctitatem. Cùm hoc Valens Imperator cernere vellet, cognouiſſetq; vniuerſam conuenientium multitudinem hæreſim ſuā deteſtari, fertur Præfectum manu percuſſiſſe, quòd non curaſſet eos inde expelli. Præfectus autem, cùm contumelia hac accepta paratus eſſet vel inuitus Imperatoris iræ morē gerere, occultè (non enim tot virorum cædē perpetrare volebat) ſignificat, ne quiſquā in Martyrio deprehenderetur. Verū nemo acquieſcebat illius nec conſilio, nec minis. Omnes enim ſequēti die ad Oratorium confluunt. Cùm autē D Præfectus multorū militum manu ſtipatus, vt Imperatoris irā exequeretur, ad Martyrium illud properaret, Mulier quædam paupercula filiolum ſuum manu trahēs ad martyrium currebat, & ordinē ſatellitum Præfecti interrumpebat. Indignatus autem Præfectus mulierculam ad ſe duci iubet, illámque alloquitur, dicens: Quo tam inconditè curris infelix mulier? Cui illa: Quò alij, inquit, currunt. Ille viciſſim: Nō audiſti, inquit, Præfectum cunctos interempturum, quos ibi repererit? Mulier, Audiui, ait, & ob eam cauſam feſtino, vt & ipſa ibi inueniar. Audito hoc Præfectus, admiratur conuenientium dementiam, Imperatoremque accedit, ac inſtruit, cunctos eſſe pro fide ſua mori paratos; nec conſonum eſſe rationi, vt tantus hominum numerus breui tempore occidatur. Atque ita Imperatori, vt iram poneret, perſuaſit. *Socrates lib. 4. hiſt. Eccl. c. 18.*

Symphorosa Tibvrtina Getulij martyris vxor, ſeptē ex eo filios peperit, quibus vt fidei magiſtra ab incunabulis fuerat, ita & iiſdē dux ad martyrium euaſit. Nā vnà cum illis, Adriano Imp. cōprehenſa, cum à fidei quā ſanguine ſuo maritus obſignauerat, firmitate diuelli nullo modo valeret, ſaxo ad collū alligato in profluentem deiicitur. Poſtridie vero illius diei ſeptē filij ad palum alligati, variis tormentorum cruciatibus affecti, gratiſſimæ Deo hoſtiæ extiterunt. *Brev. Rom. xviij. Iulij.* E

Felicitas matrona Romana etiam ſeptem filiorum parens, vna cum iiſdem in perſecutione M. Aurelij Antonini, à Publio Illius Præfecto primum blanditiis, deinde minis, ad extremum tormentis, vt fidem Chriſtianam abiurarent, tentata, cum Deos venerari abnueret, martyrio coronata eſt. Poſtquam filios ad palmam eamdem excitaſſet, & ante menſes quatuor præmiſiſſet, neque enim ait de illa *S. Aug. ſerm. 110. de diuerſ.* intuebatur quam vitam finirent, ſed quam inchoarent Fœcundior virtutibus, quam fœtibus: videns certantes, in quibus omnibus & ipſa certabat, & in omnibus vincentibus etiam ipſa vincebat. *Ibidem 10. Iulij.*

Flavia Domitilla virgo Romana, & Titi & Domitiani Imper. neptis, cum ſacrum virginitatis velamen à Clemente Pont. accepiſſet, a ſponſo ſuo Aureliano Titi Aurelij Conſ. filio delata quod Chriſtiana eſſet, à Domitiano in Inſulā Pontiam proſcripta, longum martyrium in carcere duxit. Tandē Tarracenā deducta, dum in Chriſti confeſſione conſtantiorē ſe præberet, ſub Traiano, incenſo eius iuſſu illius cubiculo, vnà cū Theodota & Euphroſyna virginibus, & collactaneis ſuis martyrij coronā adepta eſt nonis Maij. *Ibi. 10. Maij.* F

PVERORVM CONSTANTIA.

In ciuitate, cui Negræ nomen eſt, egregium virilis animi ſpecimen edidit quidā Puer martyr, mulierculæ vnius ex eis, quæ ad pyrā accenſam rapiebantur pro Chriſto, filius. Hunc etenim tenerum adhuc tyrannus retinens diſtrahere à matre conabatur, demulcens illum, & quicquid ad animum adoleſcentuli alliciendum faceret, obiiciens. Ibi verò puer matrem aſpiciens femur tyranni momordit, & ad illam procurrit, atque ita vnà cum matre ſacrificium ſuaueolens per litationem ad Deum eſt tranſmiſſus. *Niceph. lib. 17. hiſt. Eccl. cap. 6.*

Vitvs admodum puer, patre inuito baptizatus erat, quod cum ille reſciuiſſet, nihil non tentauit, vt à ſuſcepta fide filiū remoueret. Renuentem verberibus impellit, at fruſtra. Patre duriora cogitante, vnà cum Modeſto & Creſcentia, qui eum educauerat, Angeli monitu in alienam Regionem migrat. Inde euocatus vt filiam Diocletiani Imp. à Dæmonio liberaret, G cum Deos venerari iuberetur, conſtantior tam ipſe, quam illius educatores, in fide permanſit; Donec exquiſitis ſuppliciis excarnificati, Deo ſpiritum reddiderunt. *Brev. Rom. xv. Iunij.*

De Melithone etiam puero memoriæ proditum, quod cum iuſſu Agricolai Præfecti in Armenia, in eius conſpectu plures fuiſſent variis ſuppliciorum generibus ob Chriſti fidem cruciati, & ipſe quoque confractis cruribus adhuc viueret, matre, quæ natiuitatis illius ad vitam ſpectatrix aderat, cohortante, nihil de conſtantia remiſerit. Quare cum illa reliquorum iam occiſorum corpora plauſtris imponi cerneret, vt in rogum inferrentur, ac filium ſuum relinqui, quod impia turba puerum ſi vixiſſet ad idolorum cultum reuocari poſſe ſperaret; ipſo in humeros ſublato, ſancta Mater vehicula Martyrum corporibus onerata, tam grato onere proſequebatur. In cuius amplexu ille moritur, eiuſque corpus in eumdem rogum mater iniecit. Vt qui fidei conſtantia fuerant coniunctiſſimi, funeris etiam ſocietate copulati vnà in cælum ad Chriſtum peruenirent. *Idem 12. Martij.*

Narrat Prudentius poëta Chriſtianus libro Periſtephanō, ſeu de coronis, Puerulum non adhuc ſeptennem, Romani H martyris nobiliſſimi rogatu coram Aſclepiade Præfecto, Dei vnius eſſentiam, & Chriſti deitatē, exploſa deaſtrorū ethnicorum multitudine conſtanter aſſeruiſſe, Matre accerſita iuſſit tyrannus carnificibus; vt puſionē in ſublime tollerēt, manu pulſarent nates, mox & tenera veſte virgis verberarent. Cunctis flentibus ad tam immana ſpectaculum, mater imperterrito vultu, & ſerena fronte, amore Chriſti cōtumax doloribus ſtetit. Paruus ſe ſitire exclamat; mater autem eum increpans, dicit Chriſtianum cedere morti non debere, aquam vitæ in Chriſto ſufficere: fontem illum perennem eſſe proximum: calicem infantium Bethleemicorum eſſe exhauriendū, Iſaaci paruuli obedientiam, & ſeptem puerorum ex Machabæorum hiſtoria conſtantiam commemorat. Puerulus virili animo virga ſtrepentes & dolores vulnerum ridet, tortoribus & tyranno inſultat victor. In rabiē actus Aſclepiades, puerulum capite mulctari iubet. Mater natū gerebat amplexu & ſinu. Puerū popoſcit carnifex, mater dat, nec immota eſt fletibus, tantū oſculo impreſſo ei valedixit, & dum amputat ceruiculam carnifex, mater pſallere docta ex Dauidis pſal. 116.

cane

I.

A canebat: Precioſa in conſpectu Domini &c. *Prudentius lib. de Coronis ſiue Periſtephanon.*

Annus eſt & amplius, quod quandam Turcæ nauim deprædati ſunt, in qua permultos Luſitanos in captiuitatem abduxerunt, cum triginta Adoleſcentibus Indis: quorum qui minimus erat nouem annos habebat. maximus natu decimumſextum nondum exceſſerat: quos importunè, vt Turcicam legem ſuſciperent, nunc blanditiis, nunc minis, flagellisque adhibitis ſollicitarunt. Neque tamen cùm exquiſitis ſuppliciis crudelitatéque ſumma in quorundam vibices, laridum accenſum guttatim inſtillaſſent (quod viſitatum eſt apud eos genus tormenti) quenquam à fide Ieſu Chriſti potuerunt dimouere. Quare indignati tyranni vi eorum vnum circunciderunt, cui cum pueruli acclamarent, eum tandem Mahometanum eſſe, quod circumciſus eſſet: illis iſte reſpondit; cùm vi circunciſus ſit, non voluntate, Chriſtianum ſe verè adhuc eſſe. *Ex Annalib. Societ. Ieſu.*

Consalvus Fernandus ex Iaponia hoc anno ad nos recurrit, & inter cætera, quæ multum ad diuini honoris amplificationem pertinent, vnum hoc retulit, quod nuper Bonzi, qui ipſius ad omnes errores magiſtri peſſimi ſunt, ob tanta Chriſtiani nominis incrementa in rabiem verſi, Patribus Societ. Ieſu eiectis, nouos Chriſtianos dolore repleuerint: Chri-
B ſtianos vero, cùm ſe ſine templo, & paſtore animaduerterent, hanc laudabilem conſuetudinem mordicus retinuiſſe, vt in ortu ac occaſu per ſingulos dies, crucem in monte longè à ciuitate poſitam adirent, ibidémque ſuppliciter, fuſis ad Deū precibus, ſe ſuáque negotia, ac ſalutem Deo commendarent. Erat verò ibidem ethnico cuidam Chriſtiana iuuencula, ſed ſeruilis conditionis, quæ vna cum aliis ad crucem adorandā proficiſci ex more habebat; quod ei non ſolùm herus prohibuit, verumetiam ad priſtinos errores retrahere, adhibitis etiam minis, conatus eſt. Illa virili quadam animi conſtantia, non ideò ſe legem fidémque Chriſtianam ſuſcepiſſe reſpondit, vt ea reiecta ad muta, & omni numine carentia idola rediret; minas illius in minimis ponens. Quæ pro more, cùm per temporis opportunitatem ad crucem adorandā cum reliquis Chriſtianis acceſſiſſet, herus furore immani correptus, & ira terribilis, redeunti ſe obuiam opponit, & ſtricto enſe in pauperculam præceps ruens, ea capite truncat. Illa conſtantiſſimo animo mortem oppetens, in Angelorum ſocietatem, vt credibile eſt, triumpho mirabili conſcendit. *Ex iiſdem.*

*FIDEI DEFECTVS.

C *Eius cauſa plerùmque Res ſecunda, ſcelera & crudelitates Dominantium, atque puſillanimitas & iniquitates populorum.*

Exempla Scriptvræ S.

Sodomæ & finitimarū ciuitatum iniquitates, & miſeri euētus notiores ſunt, quam vt à nobis operoſo ſermone enumerentur. Deſcribūtur enim illarum populi fuiſſe peſſimi, ita vt clamor eorum multiplicatus, & peccatum eorum aggrauatū fuerit corā Domino, vſque adeo, vt ſi vel decem inter illos inuenti fuiſſent iuſti, non fuiſſent deleti. Cauſa vero ob quas in abominanda hæc ſcelera inciderit *Sodoma*, per Ezechielem recenſet his verbis Scriptura: *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant.* Quatuor ergo vitia tribuuntur Sodomæ: Superbia in appetitu propriæ excellentiæ & vana præſumptione, quæ Dei reuerentiā excluſit: Gula in vſu alimentorum inordinato: diuitiarū copia, quæ delicias & voluptates prouocabant: & vocationem & bonis operibus, præſertim ab Eleemoſynis. *Gē. c. 19. Ezech. c. 16. v. 49.*

D Hebræi cum moram faceret Moyſes deſcendendi de monte Sina, congregati aduerſus Aaron, petiuerunt Deos qui illos præcederent, immemores omnium memorabilium quæ oſtenderat illis Deus. Et larga manu contulerunt inaures vxorum & filiarum ſuarum, vt ex iis vitulus conflaretur, cui etiam obtulerunt holocauſta & hoſtias pacificas: *Et ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Vbi (*ludere*) ſumitur vt hic idem quod adorare Idolum, quomodo nonnulli etiam interpretantur illud *Geneſ. 21. vidit Sara ludentem Iſmaelem cum Iſaac*, id eſt, adorantem idolum, & illud Iſaac oſtendentem vt illud ipſe etiam venerantur. *Exod. cap. 32.*

Nabvchodonosor Rex fecerat ſtatuam auream altitudine cubitorum LX. latitudine cubitorum VI: & ſtatuit eam in campo duræ Prouinciæ Babylonis, miſitque ad omnes principes & ſatrapas, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ. Qui dum conueniſſent, præco clamabat voce vehementi: Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis. In hora qua audieritis ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ & pſalterij, omniſque generis muſicorum, cadētes adorate ſtatuam auream, quā E
fecit Nabuchodonoſor Rex. Si quis autem non proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi, & linguæ, & tribus, adorauerunt ſtatuā auream. [illegible] alij religionis impio zelo, alij tā atrocis pœnæ formidine [illegible] *Dan. 3.*

Poſtquā Dominus Ieſus cæci a natiuitate oculos aperuiſſet, altercatio non modica inter Iudæos exorta fuit [illegible] plures ex illis non crederēt, quia is cæcus primū fuiſſet qui nunc videbat. Donec vocatis parentibus eius inquirerent, an is filius eorum eſſet, & quidem a natiuitate cæcus. Acceſſerunt illi, & filium ſuum, & a natiuitate cæcum fuiſſe aſſeruerūt. *Quomodo autem nunc videat*, inquiunt, *neſcimus nos: ipſum interrogate, ætatē habet*, & dicit ſignanter Euangeliſta: *Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos.* Iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogā fieret, hoc eſt, vt omnis, qui illum tanquam Meſſiā reciperet, publicis conuentibus interdiceretur, ſiue vt nunc loquimur, excōmunicaretur. Intellexerant quidem parentes à filio, quis ei viſum dederat, ſimul modum quem adhibuerat: at ob metum Phariſæorum non audebant confiteri palam. Quāvis *Cyrillus* F
poterit eos excuſari tam cauta reſponſione ab omni infidelitate, & inconſtantia in credendo: neque enim apertè negant ſe ignorare quomodo videret filius, ſed illum quod ætatem haberet, & pro ſe loqui poſſet, interrogandum adfirmāt. *Io. 9.*

EXEMPLA HISTORICA.

Licinio Imper. ad Sebaſten Armeniæ vrbem quadraginta militum fides in Ieſum Chriſtum illuxit, qui ſæpius in carcerem teterrimum detruſi, & cruciatibus tentati, tādem hyemis tempore nudo corpore ſub aperto aëre pernoctare iuſſi, vt frigore enecarētur. Verum vnus ex illorum numero, cui animus ad ſuſtinendum frigus defecerat, in proximū tepefactum balneum inſiliit, ſanctóſque collegas ſuos ſummo dolore affecit. Quos tamen nouo gaudio Deus excitauit, quando carceris ianitor ſe etiā Chriſtianum profeſſus, reliquis triginta nouem adiunctus fuit quadrageſimus. *Breuiar. Rom. 9. Martij.*

Marcellinvs Romanus Pōtifex in immani illa Diocletiani Imp. perſecutione territus, Deorum ſimulacris thus adhibuit, vt pœnas tyranni euaderet, parum memor illius quo diſcipulos ſuos Dn̄s Euangelio aduerſus inſultus malignantiū armauerat. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quod faciant: verum peccati illius G
mox pœnitens, Sinueſſam ad Cōcilium plurimorum Epiſcoporum cilicio indutus venit, & delictum ſuum confeſſus eſt. Et Romam ad Diocletianum reuerſus, eidem inſultauit, quod ad tantam eum impietatem adegiſſet, quam ob rem ab eodem vnà cùm tribus Chriſtianis, capite plexus eſt. *lib. 26. Apr.*

VVinvlorvm et Slavorum gens a Christiana fide reſilit. Per avaritiam regentvm.

Anno decimo regni Henrici Germaniæ Regis, mortuus eſt Dux Saxoniæ Benno, vir omni probitate conſpicuus, & ſtrennus Eccleſiarum defenſator: cuius principatus hæres factus eſt Bernardus filius eius, licet à paterna felicitate diuerterit. Ex illo enim tempore: quo Dux conſtitutus eſt in hac regione, nunquam ceſſauit diſcordia & perturbatio; quoniā Dux Henrico Imperatori rebellare auſus totam ſecum ad rebellandum Cæſari mouit Saxoniā: deinde inſurgens in Chriſtum omnes Eccleſias Saxoniæ terruit atque turbauit, illas præcipuè, quæ in memorata rebellione ipſius malitiæ noluerunt applicari. Acceſſit his malis, quod idem Dux, tam paternæ quàm auitæ deuotionis, quam erga Slauos habebant, penitus immemor, gentem VVinulorū per auaritiam crudeliter opprimens ad neceſſitatem paganiſmi coegit. Sane eo tēpore Slauorum dominio potiti ſunt Theodoricus Marchio & Dux Bernardus, illo quidem Orientalem, iſto Occidentalem poſſidente prouinciam, quorum ignauia Slauos coēgit fieri fidei deſertores. Rudes adhuc in fide Gentilium populos, quos optimi quondam Principes cum magna lenitate fouerant, temperantes rigorem his, quorum propenſius inſiſtebant ſaluti, iſti tanta crudelitate inſectati ſunt, vt excuſſo tandem ſeruitutis iugo libertatem ſuam armis defendere cogerentur. *Ex Chron. Slauorum Helmodi. Baron. tom. 11. Ann. 1012. 9.*

Poloniæ in Fide defectvs, conspiratione Nobilivm.

Anno Domini 1022. contigit concuti Polonorum Eccle-

ſiam conſpiratione oobili…m, decimas ſoluere rennentium: A ſed Regis maximè pij auctoritate atque ſtudio quamprimum turbæ illæ euanuerunt. Res geſta ita deſcribitur a Longino Cracouienſi Canonico, ſub hoc anno: Catholicæ religionis fidem cultumq; Sathanæ inuidiæ malignitas in Poloniæ regno, & vicinis regionibus videns in breuis temporis ſpatio, primò quidem ſub Miezlao Duce, deinde ſub Boleſlao primo Polonorum Rege vehementer germinaſſe, & funiculos tentorij ſui latiſſima propagine di…udiſſe, turbinem, & procellam eodem in regno exciuit, & …es fidei extinguere, & quietem ſtabilitatémq… …uilem niſus eſt perturbare. Nonnulli ſiquidem nobil… Poloniæ, Sathana ſu… …erente, ob onerosam decimarum manipularum ſolutionem, onerosos Chriſtianos ritus dicentes, hi præſertim, qui in ſpurcitiis genitalibus enutriti iugum orthodoxum non facile tolerabant ad ritus redire profanos, & vetuſtam ſacrilegámque vitam reſumere, & decimas non reddere tempore inſtituto, nec eccleſias frequentare, miniſtróſq; & ſacerdotes de eorum eccleſiis pellere, frequenti conſpiratione diſponebant. Id cùm ad Boleſlai Poloniæ Regis aures perductum eſſet, non tulit fideliſſimus fidei Catholicæ propugnator gliſcentem conſpirationé conſurgere, ſed in ipſo ſuo ortu illam mox extinxit. Auctores enim illius, miſſis militibus, comprehendit, & capita conſpi- B rationis partim capitali ſupp…io extinxit, partim verberibus multauit: cæteris minus reis, & ſola contagione fœdatis, aliorumque ſuaſione… ſecuris parcendum decreuit. *Io. Longinus Canon. Cracouienſ. apud Ba…, tom. 11. …rca an. 1022. 17.*

AMBITIONE, ET MALO CONSILIO FIDES CATHOLICA E SAXONIA EXVLAT.

Superiori exemplo ſimile accedit, idque recentiu…s, de Ioanne Friderico Saxoniæ Duce. Hic (vt à fide dignis accepi) miro deſiderio tenebatur familiam Auſtriacam Imperatoria dignitate ſpoliandi, quod ſenſim videretur quaſi hæreditario iure poſſideri. Quod ſuum deſiderium cùm vocato ad ſe Martino Luthero communicaſſet, auctor fuit Duci religionem vt mutaret, ſi imperium mutatum vellet. Accepto & approbato hoc conſilio, Lutherum ſibi adiunxit conceptæ nequitiæ aptiſſimum inſtrumentum, eiuſque impiam ſectam aluit, errores fouit, fidem Catholicam in ſua ditione euertit; neque his contentus, iure humano poſthabito, in Carolum quintum Imperatorem, ac Dominum ſuum arma ſumpſit, &, vt Germaniá exturbaret, omnes machinas admouit. Sed inſanum hoc conſilium, ſtultámque prudentiæ humanæ rationem C illuſit euentus. Nam profligatis copiis victus captuſque, & dominatu & Electoris poteſtate priuatus eſt: quam in Mauritium Ducem Ioannis Friderici patruelem, eiuſque familiam Imperator tranſtulit; in qua in præſens vſque tempus perſeuerat. *P. Riba…eneira, lib. de Principe Chriſtiano.*

PRINCIPVM CVM HÆRETICIS ET INFIDELIBVS CONFOEDERATIO IN GALLIÆ PERICVLOSA.

FRANCISCVS I. & HENRICVS II. eius filius Galliæ Reges, quamuis Chriſtiani & Catholici Principes, cùm atrox ac funeſtum bellum aduerſus Carolum quintum Hiſpaniarum Regem gererent, humaná potius quàm diuiná prouidentiá in conſilium vocatá; ille Turca fœdere ſibi adiuncto, inſtructiſſima perfidi hoſtis claſſe, maritimas oras Carolo parentes excurſionibus infeſtauit; hic admiſſos in belli ſocietatem Germanos Principes, quos Proteſtantes vocant in eúdem co- D natu & animis armauit, vt etiá Galli hiſtorici ſcriptis prodiderút. Verùm qui ex eius generis fœderibus fructus? Nullus, præter dedecus & publicam offenſioné. Nam Turcica claſſis, exiguo admodum detrimento rebus Caroli illato, tractum Galliæ circa Tolonis Martij portú, in quo in hybernis egit, indignis modis igni ferróque populata eſt, vireſque & potius Gallorum exploraut, vt incidête occaſione Gallias ſecurius aggrediatur. Principes verò Germaniæ hæreſi infecti, qui per ſummum nefas defecerant, bonis multati, & pluribus incommodis affecti, manus Imperatoris ſui victrices vindiceſque ſenſerunt. Atq; ob eiuſmodi pactiones, & iniuſta cũ Eccleſiæ hoſtibus fœdera aliáque noſtra maleficia, quibus Numinis iram prouocauimus, permiſit Deus nobiliſſimum, potentiſſimum, ac Chriſtianiſſimum regnum adeò miſerè affligi, & veluti infernis ignibus conflagrare, vt nec piorum precibus, nec lachrymis comprimi, nec in tot támque crudelibus bellis effuſi ſanguinis riuus in hanc diê reſtingui potuerit. *Ibid.*

GLORIÆ CVPIDITAS.

De Nouat… …uis ab Eccleſiá alienato ſcribit Nicephoros in hæc verba. Romæ autem, inquit, eis temporibus (Va- E leriani ſ…licet & Galieni Imperatorum) presbyter erat Nouatus nomine. Is faſtu & iactantia inani ſublatus, omnem(…t aſt in prouerbio) mouerat lapidem, vt Romanæ Eccleſi… guber…tione …conſequeretur. Vbi autem omnia experta nihil …it, …rat enim tumore, ambitione, & gloriæ c…pidirate …mi…la …orreptus in deſperationem incidit; & tandem aliud quod faceret non habens, ab Eccleſia ſeipſum ſeg… gan…, proprio cœtus cogere, & nouam quandam hæreſim per defectionem inſtituere cœpit; ſeceſſionis ſuæ obtentum il…um prætexens, quòd Epiſcopi eos qui Deciana perſecuti…e …is …a…ificaſſent, per condignam pœnitentiam in gratiam recepiſſent. *Niceph. lib. 6. hiſt. …3. Euſeb. Caſ. lib. 6. c. 38.*

EXEMPLA IMPIA.

C…ca annum Domini 1124. ſub Henrico V. huius nominis Cæſare …rmano, & Callixto ſecundo Romanorum Pontifice, emerſit Tandemus, ſiue (vt alij volunt) Tanchelinus hæreticus in Germania. Hic, vt ait Sigebertus, cùm laicus eſſet, non minimæ tamen ſubtilitatis erat, ſed multis etiam diſertis clerici in ſermone acutior, adeò quidem, vt eos ſuperare omni in re videretur. In precioſo habitu & veſtibus deauratis incedens, triplici funiculó crinibus intortis, verbis perſuaſibilibus & conuiuiorum apparatibus eos, qui illum circiter tria millia armati ſequebantur, alliciebat, & per eos F in ſibi reſiſtentes cædibus ſæuiebat. Qui ei in tantum credebant, eumque adeò reuerebantur, vt aquam, in qua corpus lauiſſet, biberent, & pro reliquiis adſportarent: qui tamen cùm tantæ impietatis eſſet, vt filias in matrum præſentia, ſponſaſq; maritis intuentibus corrumperet, id opus eſſe ſpirituale aſſerens. Ab hoc itaque præſtigiatore oppidani caſtri Antuerpienſis ſeducti paulatim à fide & bonis moribus deſciuerunt: donec Capitulum S. Michaëlis, ibi paulo ante à *Godefrido Bullonio* fundatum, *Norbertum* è Germania euocauit, qui prædicatione ſua, breui tempore inductas errorum nebulas diſſipauit. *Sig. in Chr. an. 1124. Hug. in vit. S. Norb. c. 34.*

Procopius Thaboritarum In Bohemia hæreticorum Dux fuit Bohemorumque ad Concilium Baſileenſe legatus, in ſpiritualibus Thaboritarum rector & patronus Sigiſmúdi Imperatoris Germani, & Ioannis 23. Papæ temporibus, circa annum Domini 1411. Cúmque is multis victoriis & magnis ſceleribus nobilitatus eſſet, coepit tandem, vt eam ob cauſam de eo fama increbreſceret, atque diuulgaretur, in omniúmq; ore, vt vir omni impietate inſignis, haberetur; adeò quidem vt cum Bohemorum legatus Baſileam intraret, velut in G illum, qui toties fidelium fudiſſet exercitum, qui tot oppida ſubruiſſet, qui tot denique hominum millia neci dediſſet, omnium oculi coniicerentur. Hic tandem cùm à Concilio recedere ſtatuiſſet, infecta re, pro qua cum ſuis Bohenóis illuc venerat, in omniú Patrum præſentia pro iiſdem Bohemis ibidem exiſtentibus, contumaciter & ſuperbe locutus eſt in hunc modum: Communionem calicis habere & tenere pro laicis intendimus, &c. *Gab. Prateolus de Hæreſ. lib. 14.*

Quid de Britannia, quam nunc Angliam appellamus? Gildas ſcriptor perantiquus & veritatis amantiſſimus teſtatur, per id tempus, quo Britanni Anglos, vt ſibi contra Pictones ac Scotos eſſent auxilio adſciuerunt, eam totam inſulam hæreſi Pelagiana corruptiſſimam fuiſſe, huiuſque impietatis vindicandæ gratia permiſiſſe Deum, vt Angli in eos ipſus arma conuerterent; quibus auxilio venerant, deuictóſque ex inſula pellerent, quam poſtea de ſuo nomine H Angliam appellauerunt. Tantum porrò decurſu temporis ibi creuerat errorum colluuies, vt, quo tempore S. Gregorius Pontifex Auguſtinum cum aliquot Monachis ſociis in Angliam ad propagandam fidem deſtinaſſet, inuentis nouem hæreticis Epiſcopis, nullum Catholicum reperit. *Pet. Ribade. lib. 1. de Princ. Chriſtiano, cap. 29.*

LIBIDO ET AMBITIO.

Quidquod florentiſſimum illud regnum magnæ Britanniæ, tot ſæculis Apoſtolicæ ſedi tributarium, cuius teſtem habemus Polydorum Virgilium ſacri illius vectigalis aliquando collectorem; & præ aliis Chriſtiani orbis Catholicum & religioſiſſimum modò ſupra omnia reliqua, eidem ſedi & fidei aduerſarium, omniſque impietatis ſeminarium effecit effrenata Henrici Octaui, qui & ipſe prius religioſiſſimus Princeps, fideiq; Romanæ aduerſus Lutherum defenſor extitit, libido; inceſtuoſas nuptias cum Anna Bolena ineundi, repudiatá caſtiſſimá ſuá coniuge Catharina. Cum enim huic improbitati

ſuffra

A ſuffragi[illegible] denegat Rom.Po[illegible] ipſe [illegible] in ſen tentia perſtaret, venundat[illegible] ec[illegible] ei malú, ab illius obedienti[illegible] ſe & ſ[illegible] in [illegible]us ſubduxit, c[illegible] actaq; Sy[illegible]do P[illegible] ſibi vendicauit, ſublatis e medio tanq[illegible] perd[illegible], qui refragarẽtur. Quo factũ, vt ocius auitæ [illegible] o [illegible] ſ[illegible]r, & pietatis ardor, obducta libertatis & [illegible]um nube velatus omnem pepererit improbitatem, ac Cathol[illegible] re[illegible]gionem funditus pene extirpauerit, [illegible] ro[illegible]s, aut per impia edicta profligatis ſic vt vi[illegible] pau[illegible] in[illegible] nen tel[illegible] ſuperſint. Cuius quidem calamitat[illegible] exordiũ datum f[illegible] a annum Dom.1535. oeq, adhuc ſpes affulget v[illegible] quãdo ſuæ integritati hic Fides reſtituatur, p[illegible]lat[illegible] bus in d[illegible] n[illegible]is opinionum monſtris, quæ ſementẽ in agro Dominico oppleuerunt, & inimico homine in medio tritic[illegible] zizania ſuo [illegible] eminãte

ARROGANTIA, E[illegible] CVP[illegible]DITAS

Cũ M.Lutherus magna ingenij ſui oſte[illegible]at[illegible] maximaq; verborum iactantia ſuum nouæ do[illegible] [illegible] ditaret,

B contigit Leonẽ Romanũ Pontificem templi R[illegible]æ D.Petro à Iulio ſecundo inchoati tandem abſ[illegible]luend[illegible] a[illegible] ([illegible] ait Tilius) Turcici belli cauſa indulgentias atq; peccatorum cõdonationes, ſiue pœnarũ relaxationes elargit[illegible] quas Archiepiſcopo Moguntino per Germaniã credidit diſtribuendas. Has Auguſtiniani cõmendatas ſolebant populo proponere. Verũ Moguntinus hoc tẽpore illas ad Dominicanos tranſtulit diuulgandas, vnde ſimultas inter illorũ mendicatium Ordines ha id ſane leuis exorta fuit. Lutherus vt erat ingenio acri, vbi quæſtũ ad ſe ſuoſq; redire ſolitum aliò cum animi dolore, ſeiq; culinariæ detrimento videret tranſlatũ, cum non valeret eripere, ſtuduit ſaltem impedire, aliiſque optatam illam prædam imminuere, vt ſi totam non excuteret, ſaltem maiori ex parte auerteret. Publicè igitur in indulgentiarum vim atq; efficacia eſt inter concionandum magna cum animi contentione inuectus. Huic turbæ frigidam ſuffundebat Staopetius Auguſtinianorum Prouincialis, vehementer illis obtrectans; earumq; vim extenuans: contrà Tetzellus Dominicanus ſua pro authoritate illas propugnabat. Mutuis ergo contrariiſq;

C aſſertionibus populo Saxoniæ dubitãdi anſa præbuère, opinionibus per contentionũ ſtudia in peius declinantibus: cum Lutherus initio indulgẽtiarum potius abuſum, quàm legitimum earum vſum, quem ante laudauerat, fuerit inſectatus: quòd & ipſe cum ſuis earum promulgationem maximopere ob ſperatũ ſoliti ii quæſtus lucrum multò ſane maximũ captarat. Hac inter ipſos igitur oborta cum infirmiorũ ſcandalo contentione de indulgentiarũ viribus atq; efficacia, Eccleſiæ pax atq; fidei vnitas dolendũ in modum cum certa plurimorum Chriſtianorũ pernicie fuit per has inſectationes diuulſa atq; interturbata. *Gab.Prateol.l b.19.Elench. hæreſum. an.1516.*

LIBERTAS, ET QVIDVIS AGENDI LIBIDO.

Quid cauſæ exiſtimamus, cur Belgium, poſt Germaniam & Galliã, non ita pridem in tot tantoſq; errores dilapſum fuerit & ſuperſtitem Auorum pietatem ac religionem funditus extirpare laborauerit, quã quod factioſi aliquot, tam ex nobilitate mediã, qui ex infima plebe fulti præſidio potentiorũ, ſumptã conſcientiæ, diſſolutionis, & libertatis Chriſtianæ larua, primùm ſui Principis iugũ quod abſq; iugo erat excu-

D tere aggreſſi, deinde & in Deum, eiuſq; Religionem, templa, aras, ritus, ſacerdotes impij, per ſummũ ſcelus vatias ciuitates & Prouincias ſuæ poteſtatis fecerũt, in quibus pro libidine ii, Deum & Regem ſuum perfidi adhuc hodie perſtant, & in tot religionum formas abeunt, vt numerum vix inueniat. Atq; ſub Reformationis Eccleſiaſticæ prætextu, Chriſti Eccleſiã non tantum apud ſuos, ſed paſſim & apud alios, aitis & armis pellundare, ac labefactare moliuntur, imitati veteres Ethnicos, qui ob id Chriſtianam religionẽ inſectati pertinacius, quod præter vnum Deum alios non cõpateretur: ſic & illi Catholicæ Eccleſiæ crudelius inſidiantur, quod ea nullos Iudæos, Mahometanos, hæreticos, aut alios infideles intra ſe admittat ſceleribus omnibus frænũ ponat, ſubiectionẽ erga legitimos Principes doceat, ab alienis occupata Regna ſuis Dominis reſtituenda ſuadeat & impellat. Quæ omnia vnà cũ pietate apud illos exulant, & pro paradoxis habentur, vt quibus nihil prius potiuſq; quam omnes Religionum fæces excipere & amplecti, dummodo veteris Religionis ſectatores & defẽſores perſequi ſtudeant: iura omnia pedibus, conterere, quæ illorum iniuſtitiam cõdemnant: cædibus, rapinis, bonorum oppreſſioni, ſubditorum rebellioni, patentibus portis

E via[illegible] cum Gigantibos, quantũ [illegible]ſt, [illegible]pietati [illegible]c. Donec Deo qui patien[illegible] eſt edditor [illegible] ad g[illegible]iũ vnde exciderunt [illegible]mpta pri[illegible], acceptu[illegible] ſt[illegible] iam primam reuertantur.

**[illegible] Vide locum de ha[illegible] Hæreticis ſub finem.*

* CHRISTIANÆ FIDEI FORMVLA XII. ARTIC[illegible] DISTIN[illegible]. SIVE SYMBOLVM AP[illegible]ORVM.

E[illegible] lei Chriſtianæ dogmata, q[illegible]æ Chriſtianis omnibus ſcitu nec[illegible]ia, & expreſſe [illegible] red[illegible]da [illegible] velut articulos diſtinctaita à naſcentis Eccleſiæ exord[illegible] circũſcribuntur hæc.

1. Credo in Deũ Patrẽ omnipotẽtẽ creatorẽ cœli & terræ.
2. [illegible] in I[illegible]ſum [illegible]hr[illegible]ũ filium eius vnicũ Dominum noſtrũ.
3. Qui conceptus eſt de Spiritu S. natus ex Maria Virgine.
4. P[illegible] ſub [illegible] Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.
5. De[illegible]ndit ad inferos, tertia die reſurrex[illegible] à mortuis.
6. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.
7. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.
8. Credo in Spiritum ſanctum.
9. Sanctam Eccleſiam Catholicam F
10. Sanctorum communionem
11. Carnis reſurrectionem.
12. Et vitam æternam. Amen.

Eſt autem fidei articulus propoſitio Catholica principij rationem in fide obtinens, & ſpecialem ineuidẽtiam ac difficultatem continẽs, Chriſtianis omnibus ad explicitè credendum expoſita, quam quidem articulum dicimus, ſumpta ſimilitudine ab articulis membrorum in corpore, quibus illa diſtinguuntur & vniuntur, vt vnum corpus conſtituant.

CVR SYMBOLVM VOCETVR.

Contracta hæc in XII. articulos Fidei profeſſio aptè Symboli nomen accepit, quia per hanc iam ab initio velut per idoneam teſſeram, veri Chriſtiani à falſis & pſeudo apoſtolis ſemper diſtincti fuère, ideòque SS. Patres tanta ſedulitate hanc formulam ab omnibus ediſci & recitari laborabant, ne vlli ſuæ fidei apta teſſera deeſſet, velut enim in caſtris certum eſt ſymbolum, per quod ab hoſtibus diſcernuntur qui in iiſdem militant: ita in caſtris Eccleſiæ, quæ eſt velut acies ordinata caſtrorum, formula hæc ſymboli rationem obtinet, quo veri filij ab adulterinis ſecernuntur. G

Niſi Symbolum vocemus, ſumptã metaphorã à ſymbolis illorũ qui in eodẽ hoſpitio cœnant, & ſumptus in communo cõferunt. Ad quem modum fideles ad magnam cœnam quam Deus præparauit in Eccleſia ſua vocati, hanc formulam ceu ſymbolũ conferunt, quo ſe ex numero euocatorum doceant.

AN PLVRA FIDEI SYMBOLA AB ECCLESIA RECEPTA.

Præter illud commune, tria inſuper alia in Eccleſia recepta ſunt. Nicænum ſub Conſtantino Magno, contra Arianos, ab ipſo Nicæno Concilio editum, eiuſdem cum Concilio auctoritatis.

Conſtantinopolitanum à Concilio II. Oecumenico tempore Theodoſij Imp. aduerſus Macedonium coacto editum, Eòque nunc in Miſſa Eccleſia vtitur, adiectã ſolùm particula (Filióque) claritatis gratia, atque illud Symbolum Leo III. Pont. tabulæ argenteæ inciſum, poſt S.Pauli corpus in altari poſuit teſte *Mag.Sententiar.lib.1.diſt.11.*

Tertium eſt Athanaſij, quod legitur in horis Canonicis, & H continet plenius ac magis explicitè, quod priora includunt implicitè, vt pulchrè. *Vincentius Lyrinenſis c.31.*

COMMVNIS SYMBOLI PER XII. ARTICVLOS DISTINCTI, AVCTORAS.

Quamuis tria iam memorata Symbola Apoſtolica meritò vocari debeant, ex quo doctrinã continent ab Apoſtolis traditã: attamen propriè Symbolum dicitur Apoſtolorum, quod communiter per XII. articulos diſtinctum in Eccleſia proponitur. Hoc namq; Apoſtoli, traditæ ſibi à Chriſto fidei præcones, priuſquam per orbẽ vniuerſum prædicaturi ab inuicẽ digrederentur, vt omnium vna eſſet fidei & Religionis confeſſio, ac cõmunis regula profeſſionis conceptum vulgarũtque fuit, vt ita velut propriũ ſymbolum ac militarem teſſerã circumferrent aduerſus quoſcunq; infideles, ij, qui diſcipulorũ Chriſti numero, ac fidelium catalogo aſſociarentur, èóq; ab aliis omnibus euidenti notã ſecernerentur. Hinc *B. Ambr.epiſt.81.ſer.38.ait*: Duodecim Apoſtolorum ſymbolo fides ſancta cõcepta eſt, &c. & *D.Leo ep.13.ad Pulcher.ã*: ipſius Catholici ſymboli breuis & perfecta cõfeſſio, duodec m Apoſtolorum

A Apoſtolorum totidem eſt conſignata [illegible]ntentiis, tanquam inſtructa ſit munitione cæleſti, vt omnes hæ[illegible] opiniones ſolo Ipſius gladio poſſint detruncari. Sim[illegible] habet *Tertul. l. de Præſ[illegible] cont. hæreſ[illegible] 3. Au[illegible] de temp.* & alij paſſim. Idem [illegible] docent noſtri [illegible] totes hæreti[illegible], dum [illegible] fidei [illegible] Apoſtolorum [illegible] in Scrip[illegible] non expr[illegible] cui tamen, eique ſoli, ſe adhærere [illegible]

Qu[illegible] Ambroſiu[illegible], hoc S[illegible] pell[illegible] ab Apoſtoli[illegible] conflatam. Atqu[illegible] om[illegible]bus [illegible] Irenæu[illegible] ſymbol[illegible] tanquam ab Apoſtolis editos quod & ante [illegible] Clemens ep. [illegible] cob. Et *Innocentius III. pp.* nomina [illegible] huius ſymboli articulis adiicit, [illegible] *de Myſterii* [illegible] paulo aliter *Auguſt. ſer.* [illegible] *de temp.* Sic [illegible] veterom luce Eraſmum voluiſſe hal[illegible]cinari, & [illegible] fragari, malitioſum & imperituio haberi debeat.

EIVS AVCTORITAS, ET FINIS.

Quamvis hoc ſymbolum viuæ vocis miniſterio [illegible]

B rint Apoſtoli, paris nihilominus cum Scriptura auctoritat[illegible] cenſetur, ſcimus enim articulos illos Fidei in eo ab Apoſtolis relatos; adeóque verbum Dei non ſcriptum continere.

Finis autem illius potiſſimum eſt, docere vnum Deum in Trinitate, eique tres illius partes reſpondent, & tribus in Deitate perſonis accommodantur. Primos quidem Patri, ſex reliqui Filio: & quinque alij deinde Spiritui S.

Symbolū hoc verbū fidei abbreuiatū continere, quod olim Iſaias prædixit; veteres paſſim tradunt. Eſt enim ait S. Aug. comprehenſio fidei noſtræ breuis, ſimplex, plena. Simplex, vt cōſulat audientiū ruſticitati; breuitas cōducit memoriæ; plenitudo doctrinæ. Sanè quidquid in Patriarchis figuratū, quidquid denūtiatū in ſcripturis, quidquid prædictū in Prophetis id omne breui cōpendio. *Symbolū* tradit *Aug. ſer. 115. de temp.*

EIVS VIRTVS, ET ENERGIA.

Egregium igitur aduerſus omnes hæreſes munimentum *Symbolum* hoc proponit, quod facilè per omnes illius articu-

C los diſcurrenti innoteſcet, nempè quis cui errori opponatur, cúmque conuellat. Siquidem Primus articulus vnum Deum nobis credendum docet. Et hoc contrà Gentiles, plures Deos ponentes: contra Manichæos, ſtatuentes duo principia, vnum à quo bona, alterum à quo omnia mala. Contra Anthropomorphitas, ponentes, vnum Deum, ſed corporeum. Denique contra Epicureos, tollentes Dei prouidentiam circa res humanas. Eodem articulo profitemur Deum omnipotentem, quod ſcilicet omnia quæ vult faciat, & non tantum ea quæ naturaliter fieri poſſunt, vt nonnulli Gentilium dixeruot. Nec ob aliud docet Aug. *in Enchir. c. 96.* dicitur Deus omnipotens, niſi quia quidquid vult poteſt, nec voluntate cuiuſpiam creaturæ voluntatis illius impeditur effectus. Poſtremum eundem Deum creatorem cœli & terræ credimus, aduerſus portenta illa fictionum de primâ rerum origine. Epicurus & Democritus caſu fortuito mundi congeriem compactam: Plato & alij naturales, ex materia præiacente conditam: eamque Deo coæternam Stoici; Simon magus à duabus virtutibus, æternis facta omnia aſſeruit, quorum commenta hoc articulo reſecantur: vti etiam illud de mundi æternitate.

Secundus & Tertius articulus Filij Dei profeſſionem con-

D tinet, eiuſque incarnationem proponit de Spiritu S. & natiuitatem, ex Maria Virg. & ita refutatur error dicentiū Chriſtum fuiſſe purum hominē, & à Maria ſumpſiſſe exordium, prout Carpocrates, Cerinthus, & alij aſſeruerint. Item error Manichæorum Chriſto corpus fantaſticum: & Valentinianorum, cæleſte eidem corpus affingentium. Tertiò Apollinaris, qui aliquid Verbi in carnem mutatum, non verò carnem de Maria Virgine aſſumptam dixit. 4. Arrij, qui Verbum in Chriſto in locum animæ poſuit. 5. Euticis, qui vnā in Chriſto naturam ex humanitate & diuinitate compoſitam: & Monotelitarum, qui vnicam in eo operationem & ſcientiam dumtaxat agnoſcebant. 6. Conuincuntur Neſtoriani, vnicam Chriſti perſonam negantes: Carpocratani, ex ſola Virg. Maria natum non eſſe affirmantes, ſed inſuper ex Ioſeph.

IV. Articulus paſſionem & mortem Chriſti ſtatuit aduerſus Manichæos: qui vt corpus illius fantaſticum, ita & paſſionem fantaſticam docuêre. Inſuper aduerſus Galanum, qui in Chriſto poſuit immortalem & incorpoream naturam.

V. Art. reſurrectionem Chriſti contra Cerinthum, & Origenem, quorum ille reſurrexiſſe negat, hic denuò paſſurū affir-

[illegible] ad [illegible] c[illegible] [illegible] p[illegible]nar [illegible] com[illegible]. [illegible] F. [illegible]

VII. Art. [illegible] Apoſt[illegible]lorum [illegible] *[illegible] te illuſores iuxta [illegible] ubi eſt promi[illegible]*, aut [illegible]

VIII. [illegible] tatem contra Mac[illegible] [illegible] Spiritum S. [illegible] creaturam. Item Græ[illegible], [illegible]

[illegible] Sanctorum Communionem [illegible] tum hæreticis, qui volūt Ec[illegible] Catholici, id eſt, omnium tēporum [illegible] quod nomen Catholici importat; nō ſint, ſed ſubinde [illegible] tarum nocte inſtar fungorum nati, opinio- F nibus [illegible] mox intereuntes, & in vno aliquo terræ angulo deliteſcentes. Vnde nec Eccleſiã, nec eam ſanctam conſtituere poſſunt. Deinde poſterius huius articuli membrum docet, eſſe mutuam omnium qui ſunt in Eccleſia, ſocietatem & vnionē, ac omnium officiorum mutuam communicationem, in qua fundantur contra Nouatores, orationes virorum pro defunctis, & beatorū cum Chriſto regnātium preces pro viuētibus.

X. Art. in Chriſti Eccleſia omnem peccati reatum dimitti docet, quod eſt contra hæreticos noſtri temporis, qui vt generaliter credunt omnibus fidelibus promiſſam ſalutem: item hanc promiſſionem ſibi particulariter applicant, confidendo ſibi per Chriſtum eſſe remiſſa peccata, operáque omnia pœnalia & ſatisfactoria inutilia cenſent.

XI. Carnis reſurrectionē generalem docet, quam Valentinus negauit, & cum eo plures hæretici: quorū nonnulli particularem dumtaxat, eorum videlicet qui cum Chriſto ſurrexerāt agnoſcebant, vt Himeneus & Philetus, Cerinthus vero poſt G reſurrectionē mille annos in terreno regno futuros commentus eſt. Corpora vero noſtra in reſurrectione aeri vel vento ſimilia, poſuit Euticius, & ſpiritualia. Aut ſi terrena eadem dixerint, non tamen eiuſdem ſubſtantiæ vti prius, volunt plerique, quos omnes vniuerſim præſens Articulus condemnat.

Poſtremus Articulus æternæ vitæ promiſſione Symbolum terminat, eoque inſtruimur aduerſus Arabem & Zenonem, contendentes interitum animæ eundem cum corpore. Item Origenem, qui poſuit homines beatos, & Angelos, poſſe excidere a gloria, & deduci ad malum per quod damnentur: Eſtque contra Caluinum, qui negat animas piorum ſtatim à morte corporis videre Deum, aut vitæ æternæ fieri hæredes, ſed exſpectare in atrio, quod meritò *Caluiniſtarum Purgatorium* appellaueris; diem vniuerſalis iudicij, cum tamen dicat Apoſtolus, *Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, ſed æternam in cælis.*

EXEMPLA HISTORICA.

Hanc armaturam Spyridion Epiſcopus adhibuit, de quo narrat hiſtoria Eccleſiaſtica, quod cum in Concilio primo poſt illud Ieroſolymitanum Apoſtolorum tempore celebra- H tum; Nicææ in Bythinia coacto, quidam verboſus Sophiſta ſuis eum cauillationibus impeteret: Ille recitato fidei Chriſtianæ ſymbolo, argumenta ipſius elutit. Eóque audito Sophiſta obmutuit, rogantique Spyridioni, num iis quæ hic continebantur crederet? reſpondit. Credo: & ad ſocios oculos vultúmque conuerteos: Quamdiu inquiebat, verbis res agebatur, verba oppoſui: at poſtquam cum verbis, vis quædam ex ore huius ſenis erupit, nihil vltra valuêre aduerſus illum verba. *Niceph. l. 8. cap. 15. Sozom. l. 2. cap. 3.*

De B. Petro ex ordine S. Dominici religioſo, & illuſtri Chriſti martyre narrat Surius, quod contra parentum & amicorum voluntatem, adhuc puer ſymbolum Apoſtolorum didicerit, eóque pectus aduerſus tyrannorum truculentiam armarit, vt etiam inter trucidantium gladios iam adultus illud recitauerit. *Surius in vita Tom. 2.*

Refert de Clerico quodam Greg. Turonenſis *lib. 1. de glor. martyr. c. 82.* quod ab Arianis in vincula coniectus, quia Perſonarum trinitatē in vna diuinitatis natura multis rationibus aſſeruiſſet, cum nec minis, nec muneribus ab ea fide auelleretur,

A xuellerentur, tandem verberibus & fla[...]dum rogaretur, quid crederet: nihil præter Apoſto[...]li articulos quoad diuinitatem per omnem T[...]dixit, dicens: Credo i[n] Deum patrem: & in Ieſ[...]ſtum filium eius vnigenitum atque in Spiritum S. [...]ne procedentem. *Laur. Beyerlinc in Apophtheg. Chriſt.* [...] *confeſſio.*

SYMBOLI INTERPR[E]T[E]S.

Symbolum Apoſtolorum, quamuis ſparſim quoad doctrinam eodem contentam reperiatur explicatum, cum in commentariis Euangeliſtorum, quorum ſummam aliquam continet: tum inter alia fidei Chriſtianæ dogmata; tamen ex profeſſo illud expoſuerunt Cyrillus Hieroſol. *catech.* 4. Chryſ. *hom.* 1. *&* 2. *In Symbolum.* Ruffinus, cuius expoſitio eſt apud Cyprianum, & Hieron. Auguſtinus *libros quatuor* edidit *de ſymbolo ad Catechumenos*, qui habetur, *tom.* *& librum de fide & ſymbolo*, qui habetur *tom.* 3. Item *ſerm.* 115.11[...]. 1[...]3. 125. 131. 181. 192. 193. 194. *tom.* 10. *& in Enchiridio* etiam Symbolum exponit S. Petrus Chryſolog. *ſerm.* 5[...] *ſque ad* 62. Maxim. Taurinenſis *ſerm.* 1. *de diuerſis.* S. Thomas Aquinas *in Opuſculis.*
B Inter recentiores Iacobus Baius *in opere ſuo Catechiſtico. lib.* 1. & Robertus Bellarminus ſparſim *in ſuis controuerſiis*, quatenus ſcilicet, hæretici à veterum expoſitione deuiant, nouamque errori ſuo conuenientem delirando comminiſcuntur.

☞ *De formula Fidei Iudæorum, vide locum illorum proprium.*

*FIDEI CONFESSIO.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ

NAAMAN princeps militiæ regis Syriæ, vir magnus & honoratus, ſed leproſus, poſtquã ex mandato Helizei, ad quem munerib. onuſtus venerat vt ſanitatẽ reciperet, ſe ſepties in Iordane lauiſſet, eiuſq; caro mũdata eſſet, factaq; inſtar pueri paruuli. Reuerſus ad eũ cũ vniuerſo comitatu venit, & ſtetit corã eo, & ait: verè ſcio, quod nõ ſit alius Deus in vniuerſa terra, niſi tantum in Iſraël: Obſecro concede mihi ſeruo tuo, vt tollã onus duorum burdonũ de terra: non enim faciet vltra ſeruus tuus holocauſtũ aut victimas diis alienis, ſed Dño. *l.* 4. *Reg.* 5.

Vidit Ieſu Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce venit Iſraëlita in quo dolus non eſt. Dicit ei *Nathanael*: Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus & dixit ei: Priuſquam te
C Philippus, vocaret, cum eſſes ſub ficu vidi te. Reſpondit ei *Nathanael*, & ait: *Rabbi tu es filius Dei, tu es Rex Iſrael. Io. c.* 1.

IESVS veniens in partes Cæſareæ Philippi, interrogabat diſcipulos ſuos: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Qui dicunt ei. Alij Ioannem Baptiſtam, alij Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Ait illis: Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Petrus itaque velut os & lingua cæterorum, & ex perſona illorum, primus eſt inquit D. Leo *ſerm.* 3. *in Anniuerſario aſſumptionis ſuæ*; in confeſſione, qui primus eſt in Apoſtolica dignitate, ideóque ait D. Hieron. mercedem accepit vera confeſſio. Beatus es Simon Barlona. *Matth. c.* 16.

Pater Lunatici cuius meminit Marcus, à Chriſto ſanitatem filio ſuo efflagitans, dum ab eo rogatur, *Si potes credere omnia poſſibilia ſunt credenti*: continuò exclamans cum lacrymis proteſtabatur, *Credo Domine, adiuua incredulitatẽ meam. Marc. c.* 9.

Ipſe Dei filius hanc confeſſionem adeò ad ſalutem neceſſariam docuit, vt palam edixerit. *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo*, & rurſus. *Qui*
D *me erubuerit, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in maieſtate ſua.* Neque enim Chriſtiano ſuffecerit fidem non negare, ſed confiteri illam ore neceſſarium eſt. Iuxta illud Pauli ad Romanos, *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Lucæ cap.* 9. *Matth. cap.* 10. Vnde impiam doctrinam Priſcillianiſtarum colligimus, docentium olim nullo in genere criminis reputari, fidem corde retentam ore negare.

Concilium Iudæorum audita fama eorum quæ prædicatione ſua Petrus & Ioannes patrabant admiranda, vetuit ne omnino loquerentur aut docerent in nomine Ieſu. *Petrus* autem & *Ioannes* dixerunt: *Si iuſtum eſt in conſpectu Dei vos magis audire quam Deum, iudicate, non enim poſſumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui*, quomodo alibi Paulus non erubeſco *Euangelium*, inquit. *Act. cap.* 4.

EXEMPLA HISTORICA.

Horum exemplo Benjamin Diaconus carceris propter Euangelij prædicationem mancipatus, dum eo liberatus hac lege euaſiſſet, vt deinceps à prædicationis munere abſtineret: *neque poſſum*, reſpondit; *neque debeo talentum mihi creditum terræ mandare.* Iubebat ne cum vecorde illo ſeruo eiiceretur in tenebras exteriores, ſi talentum in terram abſconderet. *R*[...]*rt ex Theod.* *Beyerlink in Apoph. Chriſtianis, Titulo Prædicatio.* E

ACHIMINEDES, vt eſt author Nicephorus, in propaganda Chriſti fide apud Perſas aſſiduus, cum apud Tarenem [...]rum Regem accuſatus eſſet, cui alias erat admodum familiari, [qu]od Chriſtum crucifixum prædicaret, & is ne id vltra faceret præciperet, niſi amicitiam, qua ſecum iunctus erat, excidere vellet: reſpondit, vniuerſi[tatis] Deum nunquam abiurauero, tibi vt amicitia iungar. Maius crimen diuinam ſilendo, quam regiam lædere maieſtatem. *Niceph. lib.* 14. *c.* 10.

Neque minus in hoc genere præclarum eſt, quod de Canuto Anglorum Rege memorat Saxo Grammaticus. Circumuentus enim a coruis aulicis, ita appello Aſſentatores, cum omnia ad illius nutum vultúmque euenire, dictoque parere, magno verborum artificio, ita ſolent tales, crebtius dicerẽt, il[le] inſpectantibus cunctis, ſellam regiam propè maris littus collocari præcipit. Omnibus autem rem inſolitam demirantibus, poſtquam reſediſſet: Tu inquit, mare ditionis meæ es, & ſolium in quo ſedeo eſt meum: Tibi igitur impero, ne in terram meam conſcendas, iam enim erat maris acceſſus; neque membra domini tui vndis perfundas. Dixerat & ad Re- F
gis monita ſurdum mare ſeruat fluxum ſuum, ingentique imbre ſinum illius; & aſſentatores qui circumſteterant perfundit. Ad quos ſubridens Rex. En quam verè dicatis omnia meo imperio parere. Quin ſciant hoc experimẽto omnes qui terram incolunt, ſiue Reges, ſiue inopes fuerint coloni, fragilem & impotentem eſſe Regum potentiam: Vnum verò eo nomine dignum, cuius potentia omnipotens, qui imperat cœlo, terræ, & mari. Ac diademate Cruci impoſito, deinceps pietatis ac religionis cultor extitit. Ita ante illum Poëta Lyricus,

Regum timendorum in proprios greges:
Reges in ipſos imperium eſt Iouis.

Ex Apophthegm. Chriſtianis ſupra.

S. ROMANVS primum ſub Iuliano Imp. militiæ ſæculari adſcriptus, ac martyrio deindè pro Chriſti nomine coronatus, eodem Iuliano iubente, dum diu plumbatis flagriſq; cæſus, ipſa etiam latera vulneribus conciſa pateret, dixiſſe fertur ad impiiſſimum tyrannum: Gratias tibi ago, quod ampliores mihi oris patefacias meatus, quibus Chriſti fidem annunciem. Tot ecce confitentur ora, quot cerno vulnera, ô dictum verè G
& mẽte Romanum. *Ibid. ex Surio. Tit. Chriſti cõfeſſio.* S. Dionyſ. etiam Martyrem Chriſti illuſtrem perhibent, ab impio Diocletiano comprehenſum, dum vltimo ſupplicio afficiendum duceretur nihil aliud toto itinere ingeminaſſe, quam, etſi millies trucidari poſſem, non ob id tamen Dñum meum Ieſũ toties palã confiteri ceſſarem. Ipſo facto demonſtrans, quã parũ timeret eos qui occidunt corpus, & poſt hoc non habẽt, quid faciãt. *Ibid. ex P. Natalibus.* Haud aliter B. Euelpiſtus, cuius poſt Simeonem Metaphraſtem meminit *Lippelloo in Vit. Sanct.* coram Ruſtico Præfecto in prætorium adductus, dum rogaretur quiſnã eſſet, inſuper cuius religionis, nihil cunctatus ait: Seruus quidẽ Cæſaris; ſed libertate à Chriſto donatus, eiuſq; beneficio ſpei æternæ, quæ non confundit, particeps factus. *Ibid.* S. quoq; Diaconus de genere, domo & patria percõtanti Tyranno, in mediis cruciatibus nihil dixit aliud, quam Chriſtianus ſum. Hoc mihi nomen, genus, patria, doctrina: aliud nihil ſum, quomodo non omnia cum D. Paulo reputauit vt ſtercora, ſolum vt Chriſtianũ lucrificaret. *Ibid. ex Euſeb. lib.* 5. H
hiſt. c. 1. Præclaram inſuper fidei Chriſtianæ teſtificationem Pacianus Antiſtes apud Sempronianũ dedit, dum ad eum ita ſcripſit, Chriſtianus mihi nomen, Catholicus cognomen. Illud me nuncupat, hoc oſtendit: hoc probor, inde ſignificor. Catholicum iſtud nomen, nec Marcionem, nec Appellem, nec Montanũ ſonat, adde nec Lutherum, nec Caluinum, nec Mẽnonẽ, nec hæreticos ſumit Authores. *Ex litteris Paciani, ep.* 1.

Videbat S. Nicephorus Sapritium presbyterum ob ſupplicij quod imminebat ferociam, conceptam animo inde conſtantiam remittentem, & in lachrymas reſolutus, dum fruſtra eum ad fortiter pro Chriſti nomine decertandum cohortatus fuiſſet, ceruicẽ infracto animo lictori præbuit. Me exclamans, pro illo ferire: nam & ipſe Chriſtianus ſum. *Surius to.* 1.

☞ *Refer huc pleráque ex Loco de Confeſſione. Vbi etiam agitur de Confeſſione fidei, eiuſque neceſſitate, erroribus circa eandem, &c.*

*FIDES IVSTIFICANS.

NON EST SPECIALIS MISERICORDIÆ DIVINÆ.

Noſtri temporis hæretici quamuis in hoc cum Catholicis conueniant, quod actum fidei requirant vt iuſtificationis

eius

quis aſſequatur, multum nihilominus à Catholica [illegible]
A diſſentiunt, in aſſerenda illa fide quæ ad iuſtificationem eſt
neceſſaria, quando volunt hanc fidem eſſe certam humanamq;
cognitionem diuinæ erga nos beneuolentiæ. Vt videre eſt
apud Caluin. lib. 3. Inſt. c. [illegible] ue vt docent Centuriatores, lib. 1
cap. 4. [illegible] fiduciam miſericordiæ pro[pter] Chriſtum.
Itaque huius fidei obiectum ponunt miſericordiam ſiue be-
neuolentiam Dei, qui miſit in mundū filium ſuum, cuius ſan-
guine omnia peccata nobis remiſſa eſſe certò ſcire nos debere
contendunt, cum non aliud obiectum fidei agnoſcāt Catho-
lici, præter ea omnia quæ Deus reuelauit. [illegible] quod ſubiunctis
Scripturarum exemplis fiet manifeſtum. Chriſtus Dñs cœcis
lumen petentibus dixit, Creditis quia hoc poſsũ facere vobis?
Illis reſpondentibus *vt que Domine*, ait: *ſecundum fidem veſtram
fiat vobis*. Quo loco fidem omnipotentiæ, ac per hoc diuini-
tatis ſuæ nō autem ſpecialis miſericordiæ exegit. *Matthæi. 9.*
PETRVS Apoſtolus poſtquam fidei ſuæ cōfeſſionem edidiſ-
ſet illis verbis, *Tu es Chriſtus filius Dei viui*: eam fidē ita Domi-
nus commendauit, vt eum beatum diceret, quod ſignum erat
eam Petri fidem perfectam fuiſſe, & pro tali eandem cenſue-
runt veteres omnes, qui miris encomiis illā extollunt. Quid
autem tunc Petrus credidit, niſi Chriſti diuinitatē. *Mat. c. 16.*
Similis fuit confeſſio fidei in Centurione, quam tantoperè
B Chriſtus laudauit, vt diceret ſe non inueniſſe tantam fidem
in Iſraël. Non tamen quidquam aliud ſe credere. Centurio
ille profeſſus eſt, præter Chriſti omnipotentiam & diuinita-
tem, dicens: *Dic verbum, & ſanabitur puer meus. Luc. c. 7.* Cum
verus ille Iſraelita Nathanaël dixiſſet, *Rabbi tu es Rex Iſrael,
tu es filius Dei*: Dominus fidem illius approbans, ait: *Quia dixi
vidi te ſub ficu, credis*, nulla facta mentione miſericordiæ ſpe-
cialis. *Ioan. c. 1.* Ipſe Chriſtus poſtquam longa oratione ad fi-
dem cohortatus eſſet Iudæos, & illi non credentes abirent,
interrogauit Apoſtolos, num & ipſi abire vellent? Reſpōdit
nomine omnium Petrus: *Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ ha-
bes? & nos credimus, quia tu es Chriſtus filius Dei viui.* Erat ergo
hæc fides quam Petrus confitebatur, illa ipſa quam Chriſtus
exigebat. *Ioan. c. 6.* Idem Dominus cum Marthæ dixiſſet, *Ego
ſum reſurrectio & vita, &c. credis hoc?* illa reſpondit: *vtique Do-
mine, ego credidi quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc
mundum veniſti*, quæ iterum fides non eſt alicuius ſpecialis
miſericordiæ, vt conſtat, ſed diuinitatis Chriſti. *Ioan. c. 11.*
Eundem etiam habemus & teſtem & Doctorē, quam fidem
à nobis requirat, dū diſcipulos ſuos rogauit, *non creditis, quia
C ego in Patre, & Pater in me eſt? alioquin propter opera ipſa credite.*
Quomodo etiam Thomæ diuinitatem ſuam confitenti, *Quia*
inquit, *vidiſti credidiſti me: beati qui non viderunt & crediderunt.*
Quo loco dicuntur beati, qui credūt Chriſtum reſurrexiſſe à
mortuis ac Dominū & Deum eſſe, Hoc namq; Thomas, hoc
Petrus, hoc Martha credidit. Quinimo de Euāgelio ſuo S. Ioā.
adfirmat. Hæc ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus
filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Igi-
tur eadem fides quæ reſpicit Chriſti diuinitatem, ipſa eſt quæ
& iuſtitiam, & vitam æternam tribuit. *Ioan. cap. 14. & c. 20.*
Leproſo dicenti apud Marcum, Domine ſi vis, potes me
mundare: Dominus reſpondit: *Volo mundare.* Itaque *Leproſus*
Ille de Domini voluntate, adeóque de ſpeciali miſericordia
illius ambigebat. Neque enim dixiſſet, ſi vis, potes: Quia ta-
men fides omnipotentiæ ei non defuit, & diuinitatis in
D Chriſto, impetrauit quod petiit. Vnde colligimus fidem eius
talem fuiſſe qualem Dominus requirebat, atque in cuius
confirmationem miracula faciebat, quamuis deeſſet illi cer-
titudo de miſericordia ſpeciali. *Marci cap. 1.*
Dum homines aſcendebant in templum vt orarent, vnus
Phariſæus, & alter Publicanus. Phariſæus quia ſe iuſtū con-
fidebat, ideirco orans dicebat: Gratias tibi ago Domine, quod
non ſum ſicut cæteri hominum, neque vero loquitur de iu-
ſtitia quam ob propria merita ſe habere credebat; ſed de ea
quam à Deo acceperat, cui gratias agit. Contrà Publicanus
nō audebat oculos ad cælū leuare, ſed à longè ſtās, & pectus
percutiens orabat: Deus propitius eſto mihi peccatori. Et ta-
men deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo, id eſt,
præ illo. Igitur Phariſæus habuit inſtar hæreticorum omniū
beneuolentiæ ſpecialis fidem, & nihilominus patitur repulsā:
cum Publicanus ea fiducia deſtitutus, cum timore ac tremore
ad Deum accedens, iuſtificatus fuit. *Luc. c. 18.* Miſſurus deni-
que in vniuerſum orbē Apoſtolos ſuos Dominus, cum dixiſ-
ſet. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: ſubiungit,

[illegible] credideri[n]t h[æc] ſequentur. [illegible] nomine meo Dæ- E
monia eiicient, &c. Vbi lucul[enter] [illegible] fide
[illegible] ſtificantem [illegible] vnam & [illegible] fid[em]
[illegible] [V]erum eſt autem hanc no[n] [illegible] quam
obiectum [illegible] ſpecialem miſericordiam [illegible] peccatorum,
[illegible] pœnitentiam. *Marci cap.* [illegible] Ph[illegible] ad [illegible]
[illegible] Cand[illegible] Æthiopum R[egi]næ [illegible] mi[illegible]ſtrum miſſus,
poſtquam illi [a]nnunciare cœpiſſet [illegible], [illegible] baptiſ-
[illegible] dixit [illegible] *ex toto corde* [illegible] le. *Credo*
[illegible] um Dei I[eſ]um C[hr]iſtum. Qu[illegible] reſpo[illegible] ſatisfactum
[illegible] quod perperam
[illegible] fidem, qua credere
[illegible] Deum [illegible] m. *Act. c. 8.*
Sed & gl[illegible] Petrus & Paulus [illegible]
ria cōciones [illegible] ibus fidei Chriſtianæ do-
[illegible] aſſeruerunt, at nullū [illegible] bus illis verbū de ſpeciali
miſericordia ſed totæ abſumuntur in tradenda & perſuadēda
reſurrectione & diuinitate Domini noſtri. Ita videre eſt. *Act.
c. 2. 4. 10. 14. 17.* Fidem Patriarchæ Abrahæ, qui credentiū pater
extitit, Doctor gentium exponens, quæ ei ad iuſtitiam, teſte
Scriptura eſt reputata, non dicit eum credidiſſe per miſeri-
cordiam ſpecialē remiſſa ſibi peccata: ſed patrem ſe futurum
multarum gentiū, ex filio quem ſibi centenario vxor ſterilis
& nonagenaria, præter naturæ ordinem eſſet paritura. Ideoq; F
fides eius tantoperè commendatur, quia (vt ipſe dicit) *in remiſ-
ſione Dei non haſitauit, neque conſiderauit corpus ſuum mortuum, &
emortuam vuluam Saræ, ſed dedit gloriam Deo pleniſſime perſua-
ſus, quoniam quæ promiſit Deus potens eſt & facere. Ad Rom. c. 4.*
*Huc refer ea quæ priori membro de ſymbolo Fidei dicta ſunt: quod
cum contineat breue compendium, & vt Auguſtinus ſcribit, compre-
henſionem fidei noſtræ, tamen nullum in eo verbum reperitur de ſpe-
ciali miſericordia. Itaque id ſolum eſſet prætermiſſum, quod erat in-
ſerendum, ſi vera eſſet de fide iuſtificante Hæreticorum ſententia.*

FIDES SOLA NON IVSTIFICAT.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Conueniunt in hoc omnes paſſim hæretici, ſolam fidem
iuſtificare: hoc eſt, nulla alia re acquiri, vel vt ipſi loquūtur,
apprehendi iuſtificationem, præterquam fide. Cuius contra-
dictorum tanquam veriſſimum Eccleſia Catholica ſemper
tenuit: nempe hominem non iuſtificari per ſolam fidem: cum
& aliis virtutibus vim iuſtificandi tribuant Scripturæ diui-
næ, adeoque præter fidem requiri bona opera, ſiue quod eo-
dem recidit, requiri fidem viuam, hoc eſt charitate informa-
tam. Vnde S. Iacobus in Epiſtola. *Quid proderit fratres mei,* G
inquit, *ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? num-
quid poterit fides ſaluare illum?* & Apoſtolus Paulus palam
confitetur, *etiamſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam,
charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. 1. ad Corint. c. 13.*
Dominus ac Saluator noſter venientibus ad eum quibuſdā,
quorū ſanguinem Pilatus ſacrificiis immiſcuit, dicebat: *Puta-
tis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia ta-
lia paſſi ſunt? Non, dico vobis: niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimi-
liter peribitis*: Non ergo fidei vt volunt hæretici, ſed etiā Pœ-
nitentiæ iuſtificatio & ſalus adſcribenda. De qua eſt illud
Act. c. 11. Ergo & gentibus dedit Deus pœnitentiam ad vitam
Luca c. 13. Simili modo Petrus percōtantibus Iudæis quibuſ-
dam. Quid faciemus viri fratres? reſpondit: *Pœnitentiā agite, &
baptizetur vnuſquiſq; veſtrū.* Vbi præter Pœnitentiā baptiſmus
præcipitur. Dicere debuiſſet ſecundū Caluinum & alios cer- H
tò ſcitote peccata veſtra per Chriſtū remiſſa, atq; illius iuſti-
tiam vobis etiā imputari. *Act. c. 2.* Chriſtus Dominus Paraly-
tico ſanitatē poſtulāti dixit: *Confide fili remittuntur tibi peccata
tua.* Quando non prius eum iuſtificauit, vt quidam falsò ima-
ginantur, quam ei diceret confide fili: ſed contra prius dixit
confide fili, & cum eū in ſpē ſalutis erectum vidit, adiunxit:
Remittuntur tibi peccata tua. Eleganter S. Ambroſ. *lib. 1. de
pœn. c. 1.* Nemo poteſt benè agere pœnitentiam, niſi qui ſpera-
uerit indulgentiam. *Matt. c. 9.* Mariæ Magdalenæ poſt tot ſi-
gna dilectionis & ſubiectionis Domino in domo Simonis
Leproſi exhibita, dicitur: *Remiſſa ſunt ei peccata multa, quia di-
lexit multum.* Ergo & dilectio ad iuſtificationem diſponit.
Hinc Paulus neque ait circumciſione aliquid valere, neque
præputiū, ſed fides quæ per dilectionem operatur, *ad Galat.
c. 5. Luca c. 7.* Addatur prioribus præclarū S. Iacobi Apoſtoli
teſtimonium. Vis ait, ſcire ô homo inanis, quoniam fides ſine
operibus otioſa eſt: Abrahā pater veſter nonne ex operibus
iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides
quoniam

A quoniam fides cooperabatur [illegible], & ex operibus fides conſummata eſt; videtis [illegible] ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide [illegible] *cap.2.Epiſt.*

Similiter autem & Rahab [illegible] nonne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuntios, & [illegible] via eiiciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt. *Iacobi* .2. Ceterum quemadmodum corpus ſine ſpiritu manet verum corpus, ita fides ſine dilectione, aut operibus vera fides eſt, vt colligitur ex Paulo *1. ad Corint.* 13. & in *cap.12. Ioannis* dicitur, quod multi Principes in Chriſtum crediderint, ſed non confitebantur, dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam gloriam Dei. En quomodo in his Principibus fuerit vera fides, ſed ſine charitate.

☞ Reuocari huc poterunt pleraque ex Titulo de aliis virtutibus, & operibus bonis in particulari.

FIDES HÆRETICORVMM FALSA.

☞ Quære Tit. Hæreſis, Hæretici, Membra Hæreticorum, Fides.

* FIDEI DEFENSORES.

Proſperos exitus ſortiri.

B

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Moyses Hebræorum doctor & famulus Domini, maluit aulã Pharaonis relinquere, & omnibus ſe facultatibus exuere, quam fidei & Religionis zelum vel aliquatenus remittere. Ex quo factum, vt à Domino ſuſcitatus ad tantum dignitatis faſtigium euectus ſit, quantum nemo ante ipſum legitur aſſecutus: idque non idcirco tantum, quod populi illius cõſtitutus fuerit Doctor & propugnator, ſed vel maximè, quod adeo extiterit familiaris Deo, vt cum eo facie ad faciẽ loqueretur, ſicut ſolet homo cum amico aut proximo ſuo. *Exod.3.& ſeq.*

Ioas Rex Iſraël quamdiu veræ fidei cultor permanſit, toto videlicet vitæ tempore Ioiadæ ſacerdotis; Deo charus, fœliciter imperauit, at poſt mortem Ioiadæ, delinitus obſequiis Principum ſuorum, eorum conſiliis acquieuit, & *dereliquerunt templum Domini Dei patrum ſuorum, ſeruieruntque lucis & ſculptilibus, & facta eſt ira contra Iudam & Ieruſalem propter*

C *hoc peccatum.* Quare euoluto vix anni ſpatio, exercitus Syriæ venit, & vniuerſos Principes interfecit, ac opimam prædam Regi ſuo in Damaſcum tranſmiſit, Ioam quoque lecto decumbentem ſerui ſui occiderunt: & regnauit Amaſias filius pro eo. *Lib.2.Paralip.cap.24.*

Daniel propheta non ob aliam cauſam apud potentiſſimos Reges exaltatus, Deo ita dirigente legitur, quam quod Orthodoxæ fidei præcepta & cæremonias legémque patrum ſuorum & ipſe incunctanter ſeruaret, & vitam etiam ac ſanguinem pro eorundem defenſione profundere non detrectaret. Vnde & diuini nominis hoſtes profligauit, & ſumma honorum bonorumque temporalium fœlicitate auctus fuit. *Daniel.cap.6.*

De Ivda Machabæo fortiſſimo ac religioſiſſimo Principe memorant Machabæorum hiſtoriæ ſacræ quod perſecutus ſit inimicos ſuos, eoſque non vna memorabili cæde deleuerit, ita vt ceciderit timor Iudæ ac fratrum eius, & formido ſuper omnes gentes in circuitu eorum: & ad Regem Antiochum peruenitet nomen eius, & de præliis Iudæ narrarent omnes gentes. Cuius rei cauſam Scriptura explicat Religionis auitæ zelum, & legum ſuarum iuſtiſſimam defen-

D ſionem: Quod ex verbis ipſius ad populum habitis colligitur: nam cum ad eum aſcendiſſet Seron princeps exercitus Syriæ; & cum illo caſtra impiorum fortes vt Scriptura loquitur, auxiliarij, vt facerent vindictam in filios Iſraël, & paucis aduerſus illos Iudas egrederetur, ait ad ſuos. *Facile eſt multos, concludi in manu paucorum: & non eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberare in multis, & in paucis: Ipſi veniunt ad nos in multitudine contumaci, &c. Nos vero pugnabimus pro animabus noſtris, & legibus noſtris, & ipſe Dominus conteret eos ante faciem noſtram. Lib. Machab. cap.3. & ſeq.*

EXEMPLA HISTORICA.

Constantinvs, qui primus publicè ex Imperatoribus Eccleſiam defendit, eo ferè modo Maxentium vicit, quo Moyſes Pharaonem Auguſtinus ait: Conſtantinum Imperatorem non ſupplicantem dæmonibus, ſed ipſum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet: vniuerſum orbem Romanum vnus Auguſtus tenuit, & defendit, in adminiſtrandis & gerendis bellis victorioſiſſimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt; grandæuus ægritudine & ſenectute defunctus eſt: filios impe-

rantes reliquit. *Euſebius Cæſar. libro 9. Eccleſ. hiſtor. cap.9.* B

Theodosivs ſenior, eo quòd verè pius Catholicus eſſet, adeò ei omnia proſperè ſucceſſerunt, vt in præliis hoſtium tela in auctores, Deo agente, retorquerentur: & ipſe in bona pace Deo animam reddidit. *B. Aug.l.5.de Ciuit.cap.26.*

De Honorio etiam planè Catholico, & Romano Pontifici addictiſſimo, vt patet ex eius epiſtolis ad Bonifacium Papam, ſcribit Auguſtinus, ita Deum pro illo pugnaſſe, vt vno prælio, multò ampliùs quam centum mille Gothorum proſternerentur, & Rex ipſe Radagaiſus cum filiis caperetur, & occideretur; ex Romanis ne vno quidem vulnerato, nedum extincto, *Idem ibid.cap.23.*

Socrates ſcribit de Theodoſio iuniore, Theodoſij Magni nepote, eiuſque germana ſorore Pulcheria admirabili pudicitia virgine, quod Orientis Imperium multos annos tenuerunt tanta fœlicitate, vt cum illorum pietate liberalitas certare videretur. Frequenter enim è copioſo hoſtium exercitu vndique circumſeſſis, & tanta contentione oppreſſis, vt ad reſiſtendum neque conſilio locus eſſet, neque totius imperij vires ſatis eſſe viderentur, Deus (cuius omnia ſunt imperia, & quo defendente nitebantur) ſupra fidem adfuit, & F exercitu eius pugnante cum barbaris, & ipſo interim in vrbe precibus apud Deum vacante, circiter centum millia Saracenorum ab Angelis acta in Euphratem miſerrimè perierunt, & ad miraculum infeſtæ hoſtium acies confuſæ perturbatæque fuerunt profligatæ. *Socrates l.7. Eccl. hiſt.c.18.*

Ivstinianvs ſenior, donec Catholicus fuit, fœliciter imperauit, ita vt Italiam, Africam, aliáſque multas prouincias Romano imperio reſtituerit, vt patet ex Euagrio: at vbi hæreticus factus eſt, & edictum proponere voluit de ſua hæreſi recipienda, mox repentina morte ſublatus eſt, & Eccleſiam magno metu liberauit. *Euagrius l.4.c.16.& ſeq.*

Heraclivs quoque, vt ex Ioan. Zonara, aliiſque hiſtoricis cognoſci poteſt, dum Catholicus eſſet, præclariſſimam victoriam de Perſis reportauit, & Crucem Domini recepit, quando res Romanæ deſperatæ omninò eſſe videbantur; at cùm in hæreſim incidit Monothelitarum, omnia illi infœliciter ſucceſſerunt, & ipſe nouo atque inaudito morbi genere extinctus eſt. *Ioan. Zonaras tom.3. Annal. Bizantin.* G

Tempore Vrbani II. ad annum Domini M.XCVIII. Chriſtiani in bello ſacro à Papa indicto pro recuperatione Hieroſolymæ, cum eſſent Antiochiæ in ſumma deſperatione, eò quòd prope adeſſet infinitus exercitus Turcarum, & ipſi pauci eſſent, & diuturna fame prope enecti, Ita vt etiam viri fortiſſimi baculis innixi incederent, neque equos haberent, niſi pauciſſimos, ita vt præcipuus Princeps Godefredus Marchio S. Imperij Antuerpiæ, vnde primas copias duxerat, ereptis earundem XII. Ducibus ibidem; equo commodato vteretur, & multi Principes in aſinis equitare cogerentur; tandem Deus reuelauit, vbi eſſet lancea, & ea prælata in bello victoriam dedit, ita vt occiderint centum millia Turcarum; cecidit etiam ros diuinitùs in illos, qui animis & corporibus vires addidit: denique apparuerunt pro illis tres viri ſancti de cœlo pugnantes. *F.Guil.Tyrius l.6.ſub finem de bello ſacro.*

Anno Chriſti 672. Receſuinthus Rex Hiſpaniarum, vbi ab obitu patris regnaſſet annos duodecim & menſes ſex, mortuus, deſiderium ſui relinquens, vtpote Regis optimi, Eccleſiæ valde proficui: de eo enim hæc Tudenſis habet: Hic H fidem Catholicam in tantum dilexit, vt ſemper perquireret viros literatos, qui frequenter coram ipſo conferrent de articulis fidei. Delectabatur enim in diuinis ſcripturis, & altare Chriſti auro, argento, gemmis & ſericis ſummo ſtudio decorabat: ter Synodum cum Epiſcopis Toleti peregit, & leges apud deceſſores ſuos editas firmauit; atque quaſdam addidit omninò honeſtati conuenientes. Cunctos mirè dilexit, & ab omnibus valde dilectus fuit: erat enim adeò mitis & humilis, vt inter ſubditos quaſi vnus ex illis videretur. In pace regnum ſibi ſubiectum rexit. & in villa nomine Gerticos, quæ in monte Carpetano ſita eſt, propria & ſuaui morte deceſſit ſub Imperatore Conſtantino. *Caſ. Baron. annal. Tom.8. ad annum 672. 15. ex Tudenſi.*

Quo tempore Britanni defecêre à fide Catholicá, amplexati Pelagij ſibi peruerſa decreta, ſunt oppreſſi ab Anglis, & ad extremum ferè ad internecionem deleti. Gregorius primus Põtifex maximus, vt Anglos Chriſto adiungeret, miſit ad inſulã Auguſtinũ. Tum regnabat inter Anglos Edilbertus, cui vxor erat Bertha nomine, è regio Francorum ſanguine orta; quæ

nihil æquè cupiebat,& ſuis conabatur ſermonibus,quàm vt A vir ipſius Chriſtum ſequeretur, idcóque lætata maximè aduentu Auguſtini, maximo fuit illi adiumento ad res Chriſtianas promouendas, egitque apud maritum, vt humaniſſimè exciperetur, & diſſeminandæ Chriſtianæ religionis ei copiam daret; quin illi dedit ipſa ædem ſibi iamdiu ad Chriſtianæ pietatis ſacra peragenda reſeruatam, ad quam cùm ſæpe Rex ventitaret, denique inſtigante vxore Chriſto ſe adiunxit. *Thom.Bez.l.6.Tom.1.de ſig.Eccl.cap.3.ex Beda.*

* FIDEI DESERTORES.

Et contemptores a Deo puniti.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Iſraelitæ quamuis innumera à Deo beneficia conſecuti fuiſſent,eiuſque magnalia,tam in Ægypto aduerſus Pharaonem,quam in deſerto contra fortiſſimos Reges vidiſſent,rebus proſperis elati, fornicati ſunt cū Diis alienis,ſeruieruntque Baalim & Aſtaroth,viamque Domini deſeruerunt quam ingreſſi fuerunt patres eorum. Itaque iratus Dominus, tradidit eos in manus diripientium inimicorum. *Iudic. 2.3.4.& 6.*

Rex Saul quem vnius anni filium propter vitæ morumque innocentiam Scriptura nominat,in initio regiminis ſui,quādiu Dei præceptis & voluntati ſe accōmodauit,plura beneficia ab eo conſecutus fuit. Quibus pariter & regno etiam B exutus eſt,poſtquā illa contempſit.Ita enim ad illum Samuel: *Stulte egiſti,nec cuſtodiſti mandata Dei tui:quod ſi non feciſſet,iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſraël in ſempiternum nequaquam regnum tuum vltra conſurget.1.Reg.c.13.verſ.13.*

Achab impiiſſimus Regum omnium,& fœdiſſimarum ſuperſtitionum author; relicto Dei cultu, ad Idolum Baal ſe conuertit. Verum tam ille,quam multis iniquitatibus nobilis illius vxor Iezabel,meritas impietatis ſuæ pœnas dederunt,vt colligere eſt,*l.3.Reg.c.18.22.& l.4.cap.*10.

Salomon Regum ſapientiſſimus,& vſque ad ſenectutē Deo charus, rerum omnium ſecundo curſu vſus eſt, verum poſtquàm mulieres auerterunt cor illius, & à priſtina pietate excidit,ſimul etiā excidit à fœlicitate,vt conſtat *l.3. Reg.c.11.* non modo circa bona temporalia,verum etiam ſpiritualia & æterna,ſic vt non improbabiliter dubitetur de illius ſalute,& in negatiuam partem inclinetur non exigua Doctorum pars.

Haud meliorem ſortem expertus fuit impius Sedecbias impiiſſimi aliquando Manaſſis filius.Vt quo regnante Reſpub.euerſa eſt Iudæorum,ipſe filiorum expers,vt qui omnea in conſpectu ſuo trucidari vidit; & oculis effoſſis,in ſqua- C lore & vinculis miſerrimam animam exhalauit. *Ieremiæ c.39.*

EXEMPLA HISTORICA.

Cum Miles Perſicæ cuiuſdam ciuitatis Epiſcopus eſſet multáque ſæpenumero paſſus,& verbera ſuſtinuiſſet & tractus nec vlli iſthic perſuadere poſſet, vt Chriſtianus fieret; moleſte tuliſſe,ciuitatique maledixiſſe fertur,& abiiſſe.Paulò poſt verò,cum primores illic in regnum peccaſſent, miſſum eſſe exercitum cum trecentis elephantis, ciuitatemque illam ſubuertiſſe,& inſtar arui aratro ſubegiſſe ac ſeminaſſe. Miles verò peram duntaxat circumferens,in qua ſacrum Euangeliorum codicem habebat. Hieroſolymam vſque peruenit, in votis habens illinc & in Ægyptum deſcendere, vt monachos illic videret. *Sozom.hiſt.Eccl.l.2.cap.14.*

Res præclarè geſtas S. Anſgarij primi Nordalbingorum Archiepiſcopi ſcriptis mandauit S. Rembertus eius ſucceſ- D ſor; ſed de eo illa tantùm ſunt nobis nota, quæ Adam ſuo Chronico intexuit,vbi poſt acceptum à ſede Apoſtolica per Nicolaum Antiſtitem priuilegium, ſubiicit miranda iſta de cæde Danorum,qui tunc reſtiterunt Euangelij prædicationi: tanta cæde mactati vtrimque ſunt Dani,vt vulgus omne caderet,de ſtirpe autem regia nemo omninò remaneret;præter vnum puerum nomine Hericum. Iſte mox, vt Danorum regnum ſuſcepit,ingenito furore ſuper Chriſticolas efferatus, Sacerdotes Dei expulit,& Eccleſias claudi præcepit.Ad quē S.Dei confeſſor Anſgarius venire non trepidauit. Comitante gratia diuina, crudelem tyrannum ſic placatum reddidit, vt Chriſtianitatem ipſe ſuſciperet,ſuiſque omnibus,vt Chriſtiani fierent,per edictum mandarit, & inſuper in alio portu regni apud ripam extruxerit Eccleſiam in Dania ſecundam. *Adam in Chronic.apud Baron.tom.*10.*ad annum* 858.15.

D. Cyprianvs lapſorum miſerabilem ſtragem ac triſtia deplorat funera:qua etiam narratione de admirandis prodigiis quæ in nonnullos,qui præuaricati à pietate fuerant,perſecutionis illius tēpore contigerunt,memorandam in hæc verba attexit hiſtoriam. Si incredulis quibuſdam minor fides eſt E futurum,vel præſentibus terreantur. Ecce eorum,qui negauerunt quæ ſupplicia conſpicimus? quos eorum teſtes exitus flemus? Nec hic eſſe ſine pœna poſſunt,quamvis necdum dies venerit pœnæ. Plectuntur interim quidam quò cæteri corrigantur exempla ſunt omnium, tormenta paucorum Vnus ex his,qui ſponte Capitolium negaturus aſcendit,poſtquam Chriſtum negauit, obmutuit. Pœna inde cœpit, vnde cœpit & crimen,vt nec rogare iam poſſet,qui verba ad precandam miſericordiam non haberet. *D.Cyprianus lib.de lapſis.*

Rignsavs Rex Daniæ abrogata Chriſtianorum religione, idololatriæ in regno denuo inſtituendæ auctor fuit: quam eius impietatem diuina ſequuta eſt vindicta. Nam Helles, quem regno ille eiecerat, adiunctis ſibi Gallorum auxiliis, cum prælio victum & captum carceri tetro ſerpentibuſque infeſto incluſit,qui ſanie eum perfuſum, venenatiſque morſibus confrictum horrenda morte affecerunt. *Albertus Crantzius l.4.cap.10. Daniæ, anno* 826.

Adiiciam rem aliam ſub Zephyrino geſtam ad hunc modum, quæ ſi in Sodomis eueniſſet, vel illos ad pœnitentiam monuiſſet. Erat quidam Natalius non adeo diu antea,ſed noſtris temporibus Confeſſor factus. Hic aliquando ſeductus fuit ab Aſclepiodoto, & alio quodam Theodoro menſario, qui ambo diſcipuli fuerant Theodoti coriarij,qui,quoniam F ſententiæ huius,imo potius dementiæ auctor erat, a Victore tunc Romano Epiſcopo,ſicut dixi,à communione ſeparatus fuit.Perſuaſus autem fuerat ab illis Natalius,vt accepto ſalario hæreſis huius vocaretur Epiſcopus,ita vt denarios centum quinquaginta menſtruo tempore acciperet. Illis itaque coniunctus per viſiones cōmonefiebat à Domino. Miſericors enim Deus,ac Dominus noſter Ieſus Chriſtus nolebat paſſionum ſuarum martyrem extra Eccleſiam conſtitutum perire. Quoniam verò negligentius viſionibus attendebat,ineſcatus videlicet primatus apud eos honore,& turpi quæſtu,quo plurimi pereunt,tandem ab Angelis flagellatus eſt,ac tota nocte haud modicè verberatus,ita vt cum mane ſurrexiſſet,induto ſacco ac cinere inſperſo, multo ſtudio ac lacrymis ante Zephyrinum Epiſcopum procideret, & pedibus aduolueretur, non clericorum modo, ſed & plebis, & ipſam Eccleſiam ad commiſerandum procliuem, lacrymis defluentibus per miſericordem Chriſtum obteſtatur, ac multis precibus vſus, oſtenſis etiā plagarum,quas paſſus fuerat,vibicibus,vix tandem ad communionem reciperetur. *Euſeb.Cæſar.l.5.hiſt.c.28.*

Valens Imperator Arrianus,vnum è militiæ ſuæ ducibus G Traianum nomine virum Catholicū,in Gothos cum exercitu miſit:quem,poſtquā ab hoſtibus ſuperatus reuerrit, *Valens* conuiciis lacerare, eique mollitiem ignauiamque obiicere cœpit: at ille,libera voce,vt generoſum virum decebat:Non ego,reſpondit,ô Imperator victus ſum, ſed tu ipſe victoriam perdidiſti, qui contra Deum aciem inſtruere non deſinis, & ita eius auxilium barbaris concilias. *Hiſt.Tripartita l.8.c.13.*

Ferunt etiam Iſacium Monachum, virum ſanctum, eidem Valenti contra Gothos cum copiis proficiſcenti obuiam iuiſſe, & contenta ac libera voce dixiſſe: Quo proficiſceris ô Imperator, qui auxilio Dei, quem contra bellum geris, prorſus, deſtitutus es? idcirco ille barbaros aduerſus te concitauit, quoniam tu multorum linguas ad blaſphemias aduerſus eum loquendas exacuiſti, & pios eum laudibus celebrantes Eccleſiis exturbaſti. Deſine igitur tu bellum contra eum facere,& ipſe bellum contra te commotum ſedabit, &c. H *Niceph.l.11.hiſt.cap.50. Metaphraſtes in vita Iſaacij.*

Constantinvs Chlorus magni Conſtantini pater,ſingularis prudentia & fortitudine Princeps, cùm Chriſtianorum quorundam in palatio ſuo ætatem degentium fidem conſtantiámque explorare cuperet, conditionem propoſuit, vt, qui vellent in palatio manere, & inter amicos haberi, deos ſecum colerent, ſimulacriſque immolarent; qui vero recuſarent,abſcederent, gratiáſque agerent quod id facere ſibi impune liceret. Ex illis nonnulli Principis gratiam venantes ſacrificium diis obtulerunt: alij ſaniori Religione tantam ſuperſtitionem auerſari cultum pernegarunt; quos in amicorum & conſiliariorum numero habere voluit, ſpretis & excluſis ignauis & infidis immolatoribus: quòd diceret,fidos & veros amicos fore,qui Religionem principi prætuliſſent; contra verò numquam fidem inuiolatam Principi ſeruaturos,qui tam promptè & ſacrilegè Deum ſuum eiurando prodidiſſent. *Euſeb.l.1.hiſt.c.11.Car.Sigon.l.1.de Imp.occid.*

Huic

A Hoc affine eſt Theodorici Regis factum, qui cùm ſecta Arrianus eſſet, cum deprehendiſſet ex famulis vnum, cui fauebat, religionem mutaſſe, & à Catholicis ad Arrianos, vt Principi gratior iucundiórque eſſet, tranſiiſſe, illum pugione confodit, dicens, fieri non poſſe, vt homini fidem ſeruaret, qui Deo fuiſſet infidelis. Ex quibus liquet, iſtos Principes, prudentes & ſapientes viros (licet alter Gentilis, alter ſecta Arrianus eſſet, probè ſolertérque intellexiſſe, qui in Deum perfidus extitiſſet, ſuo etiam legitimo Domino haud futurum fidelem. *Euſeb. l. 1. de vit. Conſtantini cap. 10.*

Cum Rex Moluccorum, atque alij tres cum ipſo Reges, dæmonis inſtinctu impulſi nullum non mouiſſent lapidem, vt infirmos adhuc in fide Chriſtianos, qui nuper ex idololatria emerſerant, ab ouili Chriſti ad Mahometanam ſuperſtitionem abſtraherent, tandem aliquando benigniſſimus Dominos & ipſoſmet Mauros, & Chriſtianos Apoſtatas, pro ſumma ſua iuſtitia, nouo, ac ſtupendo ſupplicij genere vltus eſt: ſiquidem ex quo à Chriſti fide deſciuerant, tanta ſubitò eorum agros (antea quidem pro earum regionum natura longè feraciſſimos) ſterilitas inuaſit, vt toto defectionis tempore, quamuis repetita aliquoties ſatione, nullum fructum
B proferrent: oriza, quam ad ſementem repetitam aſſeruabant, vitiata computreſcebat, aquæ dulces prius, ſingulari quidem, & hactenus in iſtis partibus inaudito miraculo, ſalſæ factæ ſunt, adeo vt deficientibus alimentis multi fame interirent, & quibus fames pepercit, eos immiſſa diuinitùs peſtis deleuit. Nec tamé his omnibus fracti ſunt, aut emolliri duri obſtinatique Maurorum animi; ſed inter hæc ipſa, in quibus verſabantur, vitæ ac ſalutis diſcrimina, perſeuerabāt indigenas ad defectionem & perfidiam ſolicitare. Tentarunt etiam noua quadam ratione aditum ad ſe veniendi Luſitanis præcludere: poſtremò in munitiſſimum locum ſeſe recepére, vnà cum magna incolarũ manu, qui ex montibus illis ſubſidio venerant. His ita ad bellum comparatis, inexpugnabiles ſe rati in ſententia firmiter permanebāt; erant tenera (ſi vires noſtras ſpectemus) inſuperabiles: infra tamen diuinam potentiam, quemadmodum exitus comprobauit, fortes. Præfectus etenim arcis militiæ aliquot Luſitanos, paucos admodum ad numeroſiſſimum illorum collatos exercitum, eò loci, vbi ſe continebāt,
C expediuit: quum appropinquaſſent, admonent illos beneuole de fide promiſſa, hortantur idolis nunciũ remittant, ad Chriſtianam religionem redeant, ſimulque addunt; ſe quidé paucos numero, ac pene inermes eſſe, ſed fide ac veritate (qui Deus eſt) armatos aduenisse, de cuius auxilio nihil planè dubitarent. Ad quæ illi arroganter, & inſolenter nimis reſpondent, nolle ſe Chriſtianos fieri. His dictis tantus hoſtes repentè cum timore tremor inuaſit, vt de manibus arma excuterentur, & ipſi humi procumberent, non valentes, etiam ſi mutuò ſe complecterentur, conſiſtere. Sol ipſe, quamvis fere in meridie eſſet, tam denſis (mirabile dictu) circumfuſus eſt tenebris, vt alter alterum non vidéret: contremuit vehementer ſub pedibus terra: de cœlo autem tanta vis ignitorum lapidum, & cineris in priuata tecta, ac delubra dæmonum decidit, vt omnia ſolo æquarentur. Vidiſſes euulſas penitúſque inuerſas arbores, ramis quidem in terram demerſis, radicibus vero cœlum ſpectantibus: vidiſſes vias ante tribulis à Mauris, vt noſtratibus præcluderent aditum, impeditas, iam cineribus lapidibúſque è ſublimi delapſis ita complanatas, vt iter iam non prohiberetur. Denique nihil eſt quod turbo ille, & horribilis tempeſtas, impietatis & nefariæ perfidiæ vindex,
D ſolo non alliſerit humique proſtrauerit. Vna dumtaxat domuncula in mediis ruinis poſita, temploque (quod illi non ita pridem Ieſu Chriſti Domini noſtri Cruce euerſa, & Diuorum imaginibus abolitis ſceleratiſſimè profanauerant) contigua incolumis permanſit, quæ neque de cœlo tacta, neque eius culmen ex palmarum licet foliis contextum igne eſt violatum. Calamitas hæc vbi ceſſauit, ad propugnaculum properant Luſitani, viam inueniunt planam ac expeditam, opertis (vt ſupra diximus) cinerum ruderúmque multitudine muricibus. Ingreſſi magnam idololatrarum ſtragem faciunt, nullo interim ex noſtris aut cæſo aut vulnerato. Nec ad victoriam quicquam obfuit, quod ſinguli noſtrorum militum cum plurimis confligerent. Nam Deo ſic volente, omnibus planè viribus erant deſtituti, ſic vt & manus ad reſiſtendum eſſent imbelles, & ad fugiendum pedes impotentes. *Ex Epiſtolis Moluccenſib. anno 1595.*

* QVÆSTIO.

AN AD SALVTEM SVFFICIAT CREDERE E
in Chriſtum pro nobis mortuum, etiamſi pleráque alia non credamus?

Quæſtionem hanc opportunè cum aliis quibuſdam indè dependentibus mouit & reſoluit Leonardus Leſſius è Societate Ieſu Theologus perſpicaciſſimus, & adiecit per modum Appendicis ad conſultationem ſuam de fide, ſiue Religione amplectenda. Idque eo tempore, quo per pacta inducialia, liberum erat diſſectis paſſim ſectatoribus ad Catholicorum ritus Cæremonias, templa, ciuitates per Belgium abſque noxa venire, & de rebus fidei conſultare.

Et ſane plurimi ex plebe ſatis eſſe arbitrantur, ea credi quæ in Symbolo Apoſtolorum proponuntur. Cætera omnia cenſent adiaphora, & quemlibet de illis poſſe credere prout ei bona fide videtur credendum. Symbolum autem à quouis credi volunt iuxta ſenſum qui cuilibet videtur optimus. Itaque ſtatuunt, quemlibet qui Chriſtum confitetur, in fide ſaluari poſſe; ſiue ſit Papiſta, ſiue Lutheriſta, ſiue Caluiniſta, ſiue Anabaptiſta, ſiue alterius ſectæ. Omnes enim hi tenent idem caput, quod eſt Chriſtus; omnes enim innituntur fundamento, quod eſt Chriſtus Ieſus. Itaque à ſalute excidere F non poſſunt, etiamſi in aliis diſſentiant. Hanc aliqui potentes, qui iſtis nouis Religionibus vtuntur ad ſtabiliendum & amplificandum ſuum Imperium, plurimùm laborant, vt ex Lutheranis & Caluiniſtis vnam Eccleſiam conficiant; perſuadere nituntur, inter eos non eſſe diſcrimen, niſi in neſcio quibus apicibus & rebus adiaphoris.

Verùm hæc ſententia multa ſecum trahit incommoda.

Primò, Quia ſaluat pœnè omnes antiquos hæreticos. Plerique enim confitentur Chriſtum, & ſuo ſenſu tenent Symbolum. Saluari itaque poterant in ſua hæreſi Arriani, qui Filium Patri negabant conſubſtantialem: Macedoniani, qui Spiritum ſanctum Filio faciebant minorem; Neſtoriani, qui duas in Chriſto ſtatuebant perſonas: Eutychiani, qui carnem Chriſti in diuinitatem conuerſam aſſerebant: Appollinariſtæ, qui Verbum diuinum loco animæ rationalis carni vnitum in Chriſto ponebant: Monothelitæ, qui vnicam tantum voluntatem & operationem in Chriſto ſtatuebant: Pelagiani, qui peccatum Originale negabant, & hominem viribus naturæ poſſe gratiam Dei & ſalutem promo- G ueri docebant: Donatiſtæ, qui Chriſti Eccleſiam vbique periiſſe præterquam in parte Donati affirmabant: Nouatiani, qui lapſis pœnitentiam negabant: Montaniſtæ, qui Montanum Paracletum putabant. Hi omnes iuxta hanc ſententiam, ſinguli in ſua fide ac hæreſi ſaluati ſunt, qui in Chriſtum crediderunt, & non minùs Symbolum Apoſtolicum, quam modò Lutherani & Caluiniſtæ tenuerunt. At quid abſurdius magiſque paradoxum in Eccleſia dici poteſt: Si enim cum huiuſmodi fide ſalus obtineri poteſt, cur tot Concilia, tanto labore & ſumptu conuocatis ex toto orbe Epiſcopis, aduerſus illas hæreſes celebrata: Cur toties anathemate fuère damnatæ: Cur ſancti Patres tantopere in illis extirpandis laborarunt? Cur Catholici hæreticorum illorum conſuetudinem & conuictum tantopere exhorruerunt: Cur plurimi exilia, mortem, & omnia tormentorum genera perferre maluerunt, quàm alicui ex illis hæreſibus ſubſcribere? Sanè hæc omnia fruſtrà, ſtultè, & iniurioſè facta ſunt, ſi in illis ſectis ſalus obtineri poterat, quod cùm nemo ſapiens dicere poſſit, fatendum eſt, hæreſes illas eſſe animorum peſtes nec poſſe vllo modo ſalutem cum illis H conſiſtere.

Secundò. Quia condemnat erroris totam antiquitatem, quæ ſemper exiſtimauit hæreticum non poſſe ſalutem conſequi; & idcircò tam acriter ſe illis oppoſuit, tantóque ſtudio ſemper confutauit.

Tertiò, Quia condemnat ipſum Apoſtolum, qui *ad Titum 3.* ſic præcipit: *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus.* Cur iubet illum vitari, ſi error eius non officit ſaluti? Cur dicit illum ſubuerſum & condemnatum? Idem 2. *ad Timoth. 2.* *Sermo eorum vt cancer ſerpit.* Sicut ergo cancer eſt lethalis corpori humano niſi exſcindatur; ita hæreticus cœtui fidelium.

Dicet fortè aliquis, neminem eſſe cenſendum hæreticũ niſi qui reiicit Chriſtum, aut negat aliquid pertinens ad Symbolum. Verùm hoc prorſus imperitè & abſurdè dicitur. Sic

enim non eſſet hæreticus qui vetus & nouum Teſtamentum
A è medio tolleret, diceretque illa eſſe vel conficta, vel humano ſpiritu conſcripta, multiſque erroribus, vt ſcripta profanorum auctorum, obnoxia. Non eſſet hæreticus qui negaret infernum, vel pœnarum æternitatem · qui dæmones omnes aliquando poneret ſaluandos; cùm nihil hiſce de rebus in Symbolo Apoſtolorum habeatur. Non eſſet hæreticus qui vetaret nubere, qui nuptias diceret eſſe à diabolo: qui eſcas nonnullas ſua natura ſtatueret immundas: quos tamen inter hæreticos cenſet Apoſtolus 1. *ad Timoth*. 4. Non eſſet hæreticus, qui in Chriſto duplicem aſſereret perſonam: quem tamen hæreticum eſſe, & Antichriſtum, ait S. Ioannes *Epiſt*. 1. c. 4. Non eſſet hæreticus qui negaret baptiſmum, & omnia Sacramenta. Denique nullus eorum quos ſuprà commemorauimus, inter hæreticos eſſet numerandus, quod toti antiquitati, & omnibus Doctoribus qui iam à decem vel duodecim ſæculis extiterunt, repugnat.

Quartò, Hæc ſententia omnes hæreſes & ſectas ſupradictas fidei Orthodoxæ exæquat, ſtatuendo, non minùs per illas quā per hanc ſalutem obtineri poſſe. Itaque Orthodoxa Religio nihil erit melior Arrianiſmo, Pelagianiſmo, Neſtorianiſmo, Eutichyaniſmo, aliiſque falſis Religionibus: quod per ſe abſurdiſſimum, & nihil eſt aliud quàm inducere merum
B Atheiſmum. Statuere enim, omnes Religiones eſſe bonas, nihilque ad negotium ſalutis intereſſe quam profitearis, eſt nullam curare Religionem. Si enim eſt aliqua Religio, hæc non poteſt eſſe niſi vnica, ſicut vnica eſt veritas, vnica iuſtitia, vnica fides, vnica beatitudo, vnus Deus & Dominus omnium, vnus Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus.

Quintò, Ridiculum eſt dicere ſat eſſe credere Symbolum iuxta ſuum ſenſum; cùm vna tantùm ſit veritas: quæ ſi non attingitur, iam falſum creditur; at fides falſa quid poteſt iuuare ad ſalutem? Itaque perinde eſt, ſiue tali modo Symbolum credas, ſiue nullo modo credas. Poterit ergo quis ſaluus eſſe, etiamſi multos articulos abſolutè non credat. Idem dixerim de Scripturis. Si enim ſufficit credere Scripturis ſuo ſenſu intellectis, cùm hic ſenſus ſæpè poſſit eſſe erroneus; etiam ſatis erit, etiamſi nullo modo illis fidem adhibeas. Non enim fides falſa magis poteſt eſſe neceſſaria ad ſalutem quàm fides nulla, qua nimirum quis abſolutè non credit.

Si dicas Symbolum debere credi in vero ſenſu, iam damnas ſectas huius temporis, quarum nulla eſt quæ omnes Symboli articulos credat eodem ſenſu quo Catholici; aut Symboli ex-
C plicatione non differat ab alia. Vnde cùm non ſit niſi vnica veritas, neceſſe eſt omnes Religiones huius temporis præter vnam à veritate aberrare; ac proinde ad ſalutem non ſufficere:

Quòd autē multùm diſcrepent in Symboli ſenſu, patet. Illū enim articulum, *Et in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum*, aliter explicant Arriani, Tritheitę, & multi Caluiniſtæ, qui Filium Patre ſtatuunt minorem: aliter Lutherani & Catholici, qui æqualem & conſubſtantialem. Articulum *de deſcēſu Chriſti ad inferos*, aliter intelligunt Caluiniſtæ, qui putant ibi ſignificari Chriſtum ſuſtinuiſſe tormenta damnatorū, dubitaſſe de ſua ſalute, & timuiſſe ne ab æterna morte penitus abſorberetur: aliter Catholici & Lutherani, qui talem expoſitionem non ſenſum articuli Symboli, ſed blaſphemiā dicunt eſſe Caluini. Articulum *de aſcenſu Chriſti ad cælos*, &c. aliter intelligunt Lutherani Vbiquiſtæ, qui Chriſti corpus ponunt vbique &
D omnibus locis eſſe præſens, ſicut vbiq; præſens eſt eius Diuinitas: aliter Caluiniſtæ & Catholici, qui non dubitant per huiuſmodi expoſitionem totum penè ſymbolū euerti, Chriſtique incarnationem, natiuitatem, paſſionem, mortem, adſcēſum ad cælos, aduentum ad iudicium è medio tolli. Articulum *de iudicandis viuis & mortuis* aliter exponunt Catholici, qui dicunt Deum ita iudicaturum, vt opera bona remuneret cælo, opera praua inferno: aliter Caluiniſtæ & Lutherani, qui operibus bonis omnem mercedem denegant, & ſolius fidei ſpecialis in iudicio diuino habitum iri rationem cenſent. Articulum *de Spiritu ſancto* aliter intelligūt Catholici & Lutherani, aliter Arriani & multi Caluiniſtæ. Articulum *de Eccleſia* Lutherani & Caluiniſtæ intelligunt de congregatione inuiſibili prædeſtinatorum: Catholici de congregatione viſibili Catholicorum, in qua multi ſunt prædeſtinati, multi reprobi. Articulū *de communione Sanctorum* ita extenuant Lutherani & Caluiniſtæ, vt omnem penè communionem, quæ à Catholicis ponitur, tollant. Articulum *de remiſſione peccatorum*, explicant de ſola non imputatione, non agnoſcentes internam vllam renouationem per iuſtitiam inhærentem
E & dona infuſa: quo modo Catholici peccata remitti ſtatuunt.

Ex his patet, quanta ſit diſcrepantia in ipſius Symboli intellectu. Itaque cùm non ſit niſi vna veritas, & hanc oſtenderimus ibi, ſcilicet apud Catholicos, neceſſe eſt reliquas ſectas falſam Symboli doctrinam & fidem tenere. Si ergo vera requiritur Symboli fides, fieri nequit, vt quilibet in ſua fide ſaluari poſſit: Si falſa ſufficit, quomodo fides falſa poteſt iuuare ad ſalutem?

Sextò, Scriptura diuina non eſt minoris auctoritatis quàm Symbolum Apoſtolicum: nec minorem Deo iniuriam irrogat, qui aliquid in Scripturis clarè expreſſum negat, quàm is qui aliquem Symboli articulum reiicit. Ergo nulla eſt ratio cur fides reſtringatur ad Symbolum, & in reliquis ſentiendi ſit libertas; cùm non minus teneamur credere omnia quæ ſunt in Scripturis, quàm quæ in Symbolo: Etſi enim non obligemur omnia, quæ in Scripturis continentur distinctè noſſe; tenemur tamen omnia generatim credere, adeò vt ſine ſcelere hæreſeos non poſſimus aliquid eorum vt falſum vel ambiguum reiicere. Quo ergo colore, qua probabili ſpecie dici poteſt; non referre quomodo in cæteris credas, modò Chriſtum & Symbolum retineas? Cur Symbolum potiùs
F quàm vniuerſa Scriptura teneri debet, cùm eius non ſit maior quàm Scripturæ auctoritas? Nimis profectò eſt rudis & impolita hæc phantaſia, omni fundamento deſtituta.

Septimò, In omni fide non ſolùm ſpectandum eſt quid credatur, ſed etiam, & in primis, quo fundamento credatur, quæue ſit tota ſic credendi ratio. Ex hac enim tota fidei natura & conditio pendet. Nam qualis eſt ipſa credendi ratio, quam fidei fundamentum vocamus, talis eſt ipſa fides. Si illa eſt certa, & falli neſcia, fides quoque certa eſt, & infallibilis: ſi illa eſt fallax; fides etiam incerta erit, & errori obnoxia. Exempli cauſa; Turca credit eſſe vnum Deum omnium conditorem, quia ea docet Alcoranus, quem ſpiritu diuino conſcriptum putat; fides eius, etſi verum credat, falſo tamen & fallaci nititur fundamento, cuius vi ad multa falſa & blaſphema credenda impellitur: vt non eſſe plures perſonas in Diuinitate, Chriſtum non eſſe Deum, Chriſtum eſſe minorem Mahometo, tenendam eſſe circumciſionem, & ſimilia. Itaque illa fides ex vi fundamenti fallax eſt & noxia. Idem accidit omnibus hæreticis. Quo poſito? ſic vrgeo

Fides quæ fallaci nititur fundamento, etſi aliqua vera cre-
G dat, tamen non poteſt eſſe ſufficiens ad ſalutem: atqui fides omnium ſectarum huius temporis nititur fallaci fundamento: ergo non poteſt ſufficere ad ſalutem. Propoſitio videtur per ſe nota. Quomodo enim id quod fallax & mendax eſt, poteſt, eſſe baſis & fundamentum ſalutis æternæ? Quomodo vera Religio qua Deo placemus, poteſt eſſe fundata in fallaci fide? Sane id non minùs à ratione alienum, quàm ſi dixeris veritatem niti mendacio, ſapientiam errore, virtutem imprudentia.

Reſtat probanda aſſumptio. Quòd ergo omnes ſectæ fallaci nitantur fundamento ſic oſtendendo. Vel enim credunt ſua dogmata propter auctoritatem ſuorum Apoſtolorum, Lutheri, inquam, Caluini, Melanchthonis, Zvvinglij, &c.) quos diuino ſpiritu præditos exiſtimant: vel quia ſinguli proprio iudicio ea in Scripturis contineri iudicant: vel denique quia ſpiritus priuatus interiùs teſtatur ea eſſe vera,
H vel hanc eſſe Scripturæ diuinæ mentem. Quidquid enim ſectæ huius temporis credunt, ob aliquid horum trium credunt, & vnum horum trium fundamentum ſuæ fidei, & credendi rationem ſtatuunt. Atqui hæc fundamenta, & hæ rationes credendi ſunt omnino fallaces.

Quòd enim primum fundamentum, nimirum auctoritas Lutheri, Caluini, & aliorum, qui nouas iſtas Religiones procuderunt, fallax ſit, patet: quia experientiā conſtat potuiſſe illos falli, & reipſa in plurimis lapſos eſſe. Nam multa reuocarunt, multa correxerunt, in multis ipſi ſibi contradixerunt. Hinc pauci modò ſunt qui illorum auctoritate niti velint; quòd homines, ac proinde errori obnoxios fuiſſe dicant. Vnde & illorum ſectatores pro libito ab illis recedunt, vbi quid melius ſe inueniſſe putant. Auctoritas Itaque illorum fallax eſt, etiam diſcipulorum & ſectatorum iudicio.

Nec minùs fallax eſt alterum, nempe iudicium priuatum, quo Scripturas exponunt. Multa enim falſa iudicio priuato

videntur

videntur vera: & quæ antea videbantur vera, poſteà iudi- A cantur falſa, hinc tanta multorum in credendo variatio, tanta fluctuatio: nempe quia imbecillum eſt humanum iudicium, præſertim in myſteriis Fidei & Scripturarum intellectu, quæ omnem humanæ rationis captum ſuperant.

Reſpondent plerique ſe in credendo non niti ſuo iudicio, ſed Scripturis diuinis, quæ non poſſunt errare. Quæ in re quàm miſerè decipiantur, vel ex eo conſtat, quòd omnes penè ſectæ affirment ſe niti Scripturis, cùm tamen in plurimis inter ſe diſſentiant, & contraria doceant: quod fieri nulla ratione poſſet, ſi non ſuo priuato iudicio, ſed legitimo Scripturæ intellectu niterentur. Scriptura enim nuſquam ſibi eſt contraria, nuſquam à ſe diſſentit. Itaque quòd ipſi tantopere diſſentiant, ex eo prouenit, quòd ſuo priuato iudicio Scripturæ ſenſum fabricent, qui pro diuerſitate iudicij ac ingenij cuiuſque eſt diuerſus. Nituntur ergo Scriptura, non vt ſubeſt interpretationi Eccleſiæ Catholicæ, & SS. Patrum; ſed vt ſubeſt interpretationi iudicij priuati. Nam vis Scripturæ non in verbis nudis, ſed in ſenſu & interpretatione conſiſtit, hunc autem ſenſum iudicium priuatum excogitat, & verbis Scripturæ tanquam corpori vitam inſerit. Itaque totum fundamentum eſt iudicium priuatum: quod quam fallax ſit, diſſenſiones tot ſectarum apertè demonſtrant.
B Perinde enim eſt ſiue dicant ſe niti Scriptura vt ſubeſt interpretationi proprij iudicij, ſiue priuato iudicio.

Denique tertium credendi fundamentum, quo plurimi hoc tempore nituntur, maximè omnium fallax eſt & illuſorium. Cuius ſignum, quòd inter Anabaptiſtas, qui præ cæteris inſtinctu ſpiritus ducuntur, maxima ſectarum ſit varietas & diſſenſio fidei, quod fieri non poſſet, niſi ſpiritus, quo reguntur & nituntur, fallax eſſet & varius. Idem cernitur inter Caluiniſtas & Lutheranos, & inter diuerſas ſiue Lutheranorum ſiue Caluiniſtarum ſectas & factiones. Singulis enim ſua ſententia certa eſt & euidens teſtimonio priuati ſpiritus, qui ſingulos interiùs docet, ſingulis teſtimonium veritatis perhibet. Ex quibus manifeſtum eſt hunc ſpiritum non eſſe Spiritum ſanctum, Spiritum veritatis, qui contraria docere & ſibi ipſe aduerſari non poteſt: ſed ſpiritum nequam, ſpiritum erroris, qui mendax eſt ab initio, & pater mendacij, qui operatur in filiis incredulitatis, de quo Apoſtolus: *Quia charitatem veritatis non receperunt, ideo mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio.* Et alibi: *In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis*
C *dæmoniorum.* Omnis enim hæreſis doctrina dæmoniorum eſt: Et S. Ioannes: *Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt: nam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum.*

Hic igitur ſpiritus eſt, qui in cordibus hæreticorum dominatur, cuius teſtimonium & operationem interiùs inſeri ſentiunt, & putant eſſe operationem Spiritus ſancti: qui eorum phantaſiam & mentem ita faſcinat & peruertit, vt lucem putent eſſe tenebras, & tenebras lucem: vt clariſſimam fidei Catholicæ veritatem putent eſſe errorem, & tetros errores perſpicuam veritatem. Et ſanè niſi prorſus faſcinati eſſent & excæcati, facilè poſſent aduertere, ſpiritum illum quem interiùs ſentiunt, non eſſe ſpiritum Dei, vel ſaltem de eo dubitare inciperent, cùm omnes ſectæ, inter quas tanta dogmatum maximorum diſſenſio, huius ſpiritus teſtimonium æquè ſentiant iactent, & ſequantur, eóque in aſſerendis dogmatibus maximè repugnantibus nitantur. Sed iuſto Dei
D iudicio id accidit. Sicut enim Iudæi qui Chriſtum recipere noluerunt, permiſſi ſunt diabolo excæcandi, vt apertè colligitur ex Apoſtolo 2. *ad Theſſ.* 2. ita hæretici, quia Catholicam fidem deſeruerunt (quæ non eſt minor culpa quam Iudæorum) eidem permiſſi ſunt, vt mentes eorum tanquam faſcino diſtineat, & in omne genus errorum impellat.

Quòd ſi quis attentè conſideret, aduertet etiam potentiorem in noſtris hæreticis quam in Iudæis vel Mahumetanis eſſe diabolicam operationem, mentiſque faſcinationem, idque duplici ratione. Primò, quia Iudæi in eadem fide conueniunt, nec apud illos ſunt variæ ſectæ: apud Mahumetanos verò tantùm ſunt duæ, eæque non adeò diſcrepantes. At apud noſtri temporis hæreticos ſunt ſectæ plurimæ, aliæ ex aliis nouorum acceſſione dogmatum propagatæ, quæ ſe mutuò hæreſeos damnant: & hæ omnes ex vna intra 90. annos enatæ, quod eſt indicium, diabolum mirificè interiùs iſtorum hominum poſſidere mentes, turbare phantaſias peruertere imaginationes & iudicia, vt nuſquam poſſint conſiſtere, nuſ- E quam acquieſcere.

Secundò, Quia plebeij homines apud Iudæos & Turcas nõ nituntur ſuo iudicio, neque ſpiritus priuati inſtinctu, & teſtimonio; ſed iudicio ſuorum Doctorum, vel (quod idem eſt) Scripturâ ſuâ, quatenus expoſitioni Doctorum ſuæ Religionis ſubeſt. Itaque habent aliquam regulam credendi, & fundamentum ſuæ fidei, rationi naturali quodammodò conſentaneum, nimirum maiorum ſuorum conſenſum, ſeu Scripturã ſuæ Religionis maiorum ſenſu expoſitam. At plerique hæretici huius temporis non curant amplius ſuos maiores & Apoſtolos, à quibus hoc nouum Euangelium primò acceperunt; ſed eos tanquam homines errori obnoxios deſerunt, & ſoli nituntur proprio iudicio, vel teſtimonio ſpiritus priuati, ſiue (quod prorſus idem eſt) Scripturâ diuinâ iuxta ſenſum proprij iudicij vel ſpiritus priuati intellectâ. Quod eſt euidens ſignum, ſatanam ita in eis efficaciter operari, & eorũ mentes infatuare, vt non ſolùm quiſque ſibi nouas hæreſes vel opiniones fingat, ſed etiam in ſeipſo, ſuóque ſenſu interno & guſtu, fidei ſuæ fundamentum, & credendi regulam ſtatuat: quiſq; enim ſe doctum à Domino, & ſpiritus magiſterio inſtructum putat (etiam mulierculæ & puellæ) ac proinde ab omni errore immunem; Patres omnes homines fuiſſe errori obnoxios. Idem de ſuis Apoſtolis & miniſtris cenſent. At F quæ maior faſcinatio & illuſio poſſit eſſe? Hinc fit vt nulla certa & rata dogmata habeant, nullum corpus doctrinæ & Religionis ſtatuant, ſed in incertum vagentur, prout ſpiritus ille priuatus eos impellit; nec poſſit cum illis de pleriſq; dogmatibus vlla diſputatio inſtitui, nulli ſententiæ ſint addicti, & ipſi per imperitiam maiorum ſuorum doctrinam neſciant.

Ex his manifeſtè concluditur, omne fundamentum credendi, quo ſectæ huius temporis nituntur, fallax eſſe ac deceptorium; & ſubinde fidem earum, quæ illi innixa eſt, inutilem eſſe ad ſalutem.

Octauò, Si in ſua fide, ſinguli qui Chriſtum agnoſcunt, ſalui eſſe poſſunt, cur tanta inter Religiones diſſenſio? cur ſe mutuò hæreſeos damnant, & anathemate perſtringunt? Cur Lutherani Caluiniſtas pro fratribus agnoſcere recuſant, & eos impios ac blaſphemos eſſe publicè pro concione clamant, & ſcriptis libris affirmant? Cur pari modo proceres Caluiniſtarum, in quibus Theodorus Beza, pater omnium & veluti Papa poſt Caluinum, tractant Lutheranos: Cur Anabaptiſtæ ſolos ſuos fideles & Chriſtianos vocant, reliquos pro infidelibus habent. Ex quibus patet, hoc nouum G commentum non ſolum doctrinæ Catholicæ, ſed etiam omnibus ſectis, quæ aliquem Religionis & pietatis zelum præ ſe ferunt, aduerſari, & ad ſolos Atheiſtas relegandum.

Nonò, Vt quis poſſit ſaluus fieri, non ſufficit vnius, duorũ vel trium mandatorũ, obſeruatio, ſed neceſſe eſt ſeruare omnia, iuxta illud Domini *Matt.* 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Vt ſi quis ſit adulter aut fur, etiamſi reliqua mandata ſeruet, tamen ſaluus eſſe non poterit; vt paſſim Scriptura docet. Ergo pari modo non ſufficit ad ſalutem, duos, tres, vel quatuor articulos credere; ſed neceſſe eſt omnia credere quæ Deus reuelauit, & nobis per Eccleſiam credenda propoſuit. Non enim minùs fides, quàm obedientia mandatorum Decalogi ad ſaluté eſt neceſſaria: nec minùs debet fides eſſe perfecta ac integra, quàm obedientia & obſeruatio Decalogi. Sicut ergo obedientia ſe debet extendere ad omnia mandata: ita fides ſe debet extendere ad omnia reuelata. Confirmatur, quia *teſte S. Iacobo cap. 2. Quicumque totam legem ſeruauerit, offendat* H *autem in vno, factus eſt omnium reus. Qui enim dixit, non mœchaberis; dixit &, Non occides;* quaſi dicat factus eſt omnium reus, & punietur quaſi totius legis violator, quia contempſit ipſum legiſlatorem, qui totius legis eſt auctor. Ergo ſimili modo, qui vnum articulum negauerit, etiamſi reliqua omnia credat, factus eſt reus totius fidei & Religionis, nimirum quia contemnit primam Veritatem Deum, qui non minùs iſtum quam alios reuelauit: contemnit Eccleſiam Catholicam Chriſti ſponſam (quæ eſt *columna & firmamentum veritatis*) per quã nobis non minùs iſtum quàm alios propoſuit. Et hæc eſt ratio, cur non minùs ſit hæreticus qui vnum fidei dogma pertinaciter negat, quàm qui centum. Quia hoc ipſo quod vel vnum negat, contẽnit primam Veritatem Deum, qui illud reuelauit; contemnit auctoritatem Eccleſiæ, quæ illud propoſuit; facit Eccleſiam ſubiectam errori, & mendacem. Vnde etiam de ceteris omnibus incertus redditur, & totam fidem

diuinam perdit. Sublato enim fidei diuinæ fundamento, A totam fidem ruere neceſſe eſt, & ſolam opinionem vel fidem humanam errori obnoxiam, qua reliqua credat, remanere.

Decimò & poſtremò. Hæc ſententia eſt maximè periculoſa in praxi. Facit enim, vt homo non curet quam Religionem teneat, quid credat, vel non credat, itaque non inquirit veritatem; & tam facilè ac ſecurè ſuſcipit falſa quam vera. Omnes tamen non ſolùm Catholici, ſed etiam nobiliores ſectæ, & quicumque aliqua doctrinæ vel ſapientiæ laude ſunt celebres, pro certo ſtatuunt, abſque vera Religione & vera fide non poſſe ſalutem obtineri, & quotquot vera Religione caruerint, in æternum perituros. Itaque ſectatores huius ſententiæ damnantur ab omnibus, & ipſi ſoli pollicentur ſibi ſalutem nullo auctore, nullo Scripturæ teſtimonio, nulla ratione ſuffulti, ſola cerebri ſui vana & ſtolida imaginatione confiſi: Audiant igitur ex S. Fulgentiò, quid ſemper tenuerit antiquitas, quid omnibus ſæculis docuerit Eccleſia. Sic igitur communis fidei regulas tradens ſcribit *lib. de Fide ad Petrum Diaconum, cap. 38.* *Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites,* B *non ſolùm omnes Paganos, ſed etiam omnes Iudæos, Hæreticos, atque Schiſmaticos, qui extra Eccleſiam Catholicam præſentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Et cap. 39.*

Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, quemlibet Hæreticum ſiue Schiſmaticum in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti baptizatum, ſi Eccleſiæ Catholicæ non fuerit aggregatus, quantaſcumque eleemoſynas fecerit, etſi pro Chriſti nomine etiam ſanguinem fuderit, nullatenus poſſe ſaluari. Omni enim homini qui Eccleſiæ Catholicæ non tenet vnitatem, neque Baptiſmus, neque eleemoſyna quamlibet copioſa, neque mors pro Chriſti nomine ſuſcepta proficere poterit ad ſalutem, quamdiu in eo hæretica vel ſchiſmatica prauitas perſeuerat, quæ ducit ad mortem.

Hæc ſemper fuit Eccleſiæ fides, & omnium Patrum indubitata doctrina: quam omnes qui extra Eccleſiam verſantur, vtinam accuratè perpenderent! Viderent profectò quàm periculoſo in ſtatu verſentur. Tu Chriſte, Lux mundi, mentibus eorum affulge.

C

* Fiducia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FIDVCIA, quam Græci πεποίθησιν vel θάρσος, & alio nomine Fidentiam dicunt, à fide deriuatur, & definitur à B. Thoma 2.2.*q.*129.*art.*6. ſpes auxilij futuri, concepta dictis aliorum, vel ex his quæ ſunt in ſe, vel in alio, vel eſt ſpes roborata ex firma aliqua opinione, ſeu notitia. Apud Iuriſconſultos autem accipitur, cum res aliqua, ſumendæ mutuæ pecuniæ gratia vel mancipatur, vel in iure ceditur. Ita *Iſidor. lib. 5. cap. 15.*

COLLOCATVR IN VARIIS REBVS.

Vtputa TEMPORALIBVS.

Cùm Eurybiades baculum ſuſtuliſſet in Themiſtoclem obſtrepentem: Percute, inquit, ſed tamen audi. Præſens animus, & ſuo fidens conſilio. *Plut. in Græc. Apoph.*

EPAMINONDAS, poſtquam Alexandrum Pheræorum tyrannum Thebanis infenſum, Athenienſes ſibi feciſſent amicum ac ſocium, iſque pollicetetur illis, ſe perfecturum, vt minam carnium emerent ſemiobolo: videlicet ſignificans, ſe immenD ſum numerum pecudum ac iumentorum adducturum è præda: Epaminondas, at nos, inquit, Athenienſibus ad coquendas iſtas carnes ligna gratis ſuppeditabimus. Nam ſyluas ipſorum ſuccidemus, ſi ſe plus ſatis admiſceant noſtris negotiis. *Plut. in Apoph.*

XERXES, cùm importarentur ad eum Atticæ caricæ venales, negauit ſe illas eſurum, donec regione potitus eſſet, quæ illas ferret. Tam ingens erat excelſi pectoris fiducia. *Idem ibid.*

FABRICIVS, Pyrrho hortanti, vt apud ſe ageret, imperij ſocius futurus. Ne tibi quidem iſtuc expedierit, inquit. Nam ſi Epirotæ noſtrum vtrumque pernorint, mihi regi quam tibi parere mallent. *Idem.*

SCIPIO Maior, cùm obſideret oppidum humili loco ſitum, prominente illinc Veneris templo; iuſſit illuc profiteri vadimonia, tanquam tertio poſt die ius ibi redditurus. Et quod ſe facturum prædicit, fecit vrbe capta. Tanta erat fiducia victoriæ. *Idem.*

SYLLA, cùm ad ſociale bellum magis cum copiis miſſus eſſet circa Linternum, è vaſto terræ hiatu magnus ignis emicuit, cuius flamma ad cœlum peruenicos conſtitit. Id vates E interpretati ſunt, quod vir bonus, aſpectu eximius & admirandus principatum adeptus, præſentibus turbis ciuitatem liberaturus eſſet. Hoc and to Sylla, Ille, inquit, ego ſum. Nam illi erat peculiare, comam habere auream igniſque concolorem: nec ſe ait virtutis pudere, qui res tam multas tamque præclaras geſſiſſet. *Plut. in Sylla.* Idem, Cùm Athenienſes ad eum duos treſue miſiſſent de pace acturos, atque illi nihil adferrent, quod ad incolumitatem ciuitatis faceret, ſed Theſeum, Eumolpum, & res aduerſus Medos geſtas verbis in[...]bus iactarent. Abite, inquit, o beati, iſtaſque orationes vobiſcum referte. non enim diſcendi cupidus huc miſſus ſum à populo Romano, ſed vt rebelles ſubuertam. *Idem.*

Cùm Parthi denunciaſſent Craſſo per legatos, vt ſuæ ætati conſulens à bello abſtineret, iam ſexagenarius, reſpondit: In Seleucia iſtis mandatis reſponſum dabimus. Hic Agidis legatorum vnus, ſublata manu mediam palmam oſtendens: Prius, inquit, in hac manu naſcentur ſetæ quam tibi Seleuciam conſpiciendi ſit futura poteſtas. *Plut. in Craſſo.*

IVLIVS CÆSAR, quum Romæ maximi pontificis dignitatem ambiret competitore Q. Catulo, primæ apud Romanos F dignitatis ac potentiæ, viro, matri ipſum ad fores deducenti: Hodie, inquit, ô mater, aut pontificem maximum habebis filium, aut exulem. Excelſa indoles, omniſque repulſæ impatiens. *Plut. in Rom. Apoph.*

POMPEIVS, Quibuſdam ſe videre negantibus, quomodo poſſet Cæſaris impetum ſuſtinere, hilari vultu vetuit illos hac de re eſſe ſolicitos. Nam ſimulac, inquit, ſolū Italiæ pede pulſauero, exilient affatim equeſtres pedeſtréſque copiæ. Præſens quidem animus, ſi fortuna reſpondiſſet. *Plut. in Apoph.*

Maximinus quum nimium fideret corporis viribus, Quidam in theatro ipſo præſente Græcos verſus recitauit, quorum hæc eſt ſententia:

Elephas grandis eſt, & occiditur,
Leo fortis eſt, & occiditur,
Tigris fortis eſt, & occiditur.
Caue multos, ſi ſingulos non times.

Qui ab vno non poteſt occidi, à multis occiditur. *Capitol.*

Antigenidas, cùm ſcitè canens populo minus probaretur: G Mihi, inquit, cano & muſis: admonens prorſus eſſe contemnendum imperitæ multitudinis iudicium, quum artis abundè magnum præmium ſit ipſa conſcientia. *Eraſm. lib. 7. Apoph.*

Anacharſis, cùm ex patria Athenas ideò profectus eſſet, vt apud Solonem philoſophiæ ſtudiis animum excoleret: reuerſus in patriam, leges Scytharum iuxta conſuetudines Græcorum formare voluit, ob quam cauſam à fratre in venatione occiſus eſt. Verum cùm iam moreretur, in hæc verba prorupit: Ego ob eruditionem meam incolumis è Græcia miſſus ſum, & nunc per inuidiam, in propria mea patria trucidor miſer. *Laërt. lib. 1. cap. 9.*

EVRIPIDES, quum populus Athenienſis tumultuaretur, offenſus ſententia quadam in illius tragœdia, quæ cum agebatur & authorem efflagitaret vt eum multaret, progreſſus in ſcenam dixit: Se vt populum doceret, non vt ab eo diſceret, fabulas ſolere componere. Eruditio ſibi conſcia contempſit multitudinis iudicium. *Eraſm. lib. 5. Apoph.*

Idem, apud Alceſtidem tragœdiarum ſcriptorem aliquando queſtus eſt, quod ſummo tridui labore adnixus, non po- H tuiſſet niſi tres verſus abſoluere. Contra Alceſtidi glorianti, quod ipſe perfacile centum abſoluiſſet vno die: At tui, inquit, ad triduum modo, mei in omne æuum duraturi ſunt. *Idem ibid.*

DIONYSIVS, cùm obiurgaret filium, quod ciuis cuiuſdam Syracuſani vxorem ſtupraſſet, cum hoc tam indignū facinus à parente ſuo nunquam vel vidiſſet, vel audiuiſſet etiam ab aliis, reſpondit filius: Verum eſt pater, hoc abs te nunquam audiui: ſed id accidit, quod nunquam patrem Regem habuiſti. Ad quem pater: Nec tu quidem, mi fili, niſi hæc facere deſinas, vnquam habebis filium Regem. Quod mox contigit. Nam cum Dionyſio ſeniori filius ſucceſſiſſet, haud multò pòſt ob indigna facinora Syracuſis pulſus eſt. *Fulg. lib. 7. c. 5.*

BVTONIVS Imp. Cum pecuniā multam partim à plebe, partim etiam à ſenatoribus minis atque vi extortam profudiſſet, obiurgatus à matre, quæ aliquam pecuniæ partem in alium vſum conferre conabatur: Deſine, inquit, ſolicita eſſe de pecunia, & oſtendens gladium nudatum: Quamdiu hunc habebimus, nihil deerit nobis. Fretus enim ſua potētia, nihil in toto

Imperio

Imperio eſſe ſibi ipſi perſuadebat, quod armata manu rapere A non poſſet. *Dion. Nicæus & Xiphilinus in Antonio.* Idem, quum propter nefaria quædam facinora ſe à Senatu contemni animaduerteret: Certù, inquit, ſcio vos rebus a me geſtis minimè contentos fore: propterea in armis ſum, habeóque apud me milites, vt poſſim rumores, qui ſparguntur de me, contemnere. *Dion. & Xiphil.*

Socrates, quum iudices inter ſe diſcreparent, qua pœna dignus eſſet Socrates: Ego, inquit, ob ea, quæ feci, dignum me cenſeo, qui ea publico alar in Prytaneo. Nam hoc honoris habere ſolebant, qui præclare de Republ. eſſent meriti. *Cicero lib. 1. de Orat.*

Epaminondas quum Lacedæmone reuerſus, cum ſuis commilitonibus capitis poſtularetur, eo quod propter legem Bœoticæ præfecturæ menſes quatuor addidiſſet, iuſſit vt duces in ipſum reiicerent crimen, tanquam vi compulſi. Ipſe autem pro ſe dixit, non habere ſe ſermones factis meliores. Sentiens ipſas res geſtas reo patrocinari debere. Quod ſi, inquit, omnino aliquid dicendum eſt apud Iudices, peto vt cum me occiderint, columnæ damnationis titulum adſcribant, quo Græci videant, quod Epaminondas Thebanos noB lentes coëgerit, Laconicam, quæ per quingentos annos capi non poterat ac Meſſanam incoluerat annis 230. in igne ferróque populari: tum Arcades inter ſe conciliate, reſque illorum componere: denique Græcos libertati reſtituere: Hæc enim omnia ſub ipſo geſta erant. His auditis, diſceſſerũt iudices, & calculos de illo ferre non potuerũt. *Plut. in Apoph.*

Scipioni Senatus decreuerat, vt pecunias ſumeret ex ærario, at quum quæſtores ærarij negarent ſe eo die aperturos, ipſe (inquit Scipio) aperiam, quando mea cauſa clauditur, qui tanta pecuniarum vi repleuerim ærarium. Vacua non clauduntur, ideo Scipio per iocum dicebat, ſibi hoc laboris ſuſcipiendum, vt aperiret, qui fuiſſet in cauſa vt tam diligenter clauderetur, vt quæſtores diei ſpatium quærerent ad recludendum. Exemplum ingentis fiduciæ meritis quæſitæ. *Plut. in Apoph.* Idem, quum à Petilio & Quinto tribuno plebis multis nominibus accuſaretur apud populum Romanũ, nihil ad crimina reſpondit, tantum hoc dixit: Hac die, Quirites, Hannibalem & Carthaginem deuici, proinde aſcendo in C Capitolium Ioui Opt. Max. ſacrificaturus. Si quis de me ſuffragiũ ferre velit, ferat. Hæc loquutus, aſcendebat ad Capitolium, relictis accuſatoribus, nondum perorata cauſa. Tantum valet egregiorum in Remp. meritorum fiducia, vt repente iudicij vigor verſus ſit in orationem, & reus pro ſupplice egerit triumphantem. *Plut. in Apoph. & Plin. Iunior. de viris illuſtr.*

SPIRITVALIBVS. Nempe

Fiducia In Deum.

Præclarus vir, S. Antoninus vocauerat ad prandium amicum quendam: cúmque panariæ cellæ præfectus eius iuſſu omnes panes in egenos diſtribuiſſet, bile actus quòd hoſpitem adduxiſſet, nihil prandio ſupereſſe dixit, at Præſul, Ne diffidas, ait, nam qui iumentis opportuno tempore eſcam tribuit, is certè nos homines paſcere non tardabit aut negliget. *F. Vinc. Mainerd. in vit. Sur. tom. 2. Beyerlinck in Apoph. Chriſtian.*

De Franciſco Borgia Societ. Ieſu traditum eſt, cùm Hiſpali moraretur, accidiſſe, vt nec cibum domi nec pecuniam haberet datóque ſigno, cùm in triclinium conuenirent, illa paululum ſe colligens, Deum precabatur: moxque hilariore vultu; Deo fidite, inquit: illi curæ ſumus. Dixerat: & ecce pulſans ad oſtium, ciborum caniſtrum defert, quem is conſpiD catus. Diſcite, ait, filij Deo fidere: cuius ſi gloriam quærimus, animis corporibúſque nihil vnquam defore, pro explorato habetote. *Ribad. lib. 1. vita eiuſd. cap. 10. Beyerlinck ſupra.*

Philippvs Auguſtus F. R. ducebat copias aduerſus Othonem Imp. cauſa Eccleſiæ tuendæ, cúmque ſuos ad fortiter pugnandum inuitaret, aiebat: Viri commilitones, ſpem capimus rei benè gerendæ, præſertim aduerſus ſacris interdictos & Eccleſiæ ſpoliatores dimicemus. Nos enim etſi per humanæ fragilitatis tenuitatem peccatores ſumus, communionem tamen tenemus fidei & religionis Catholicæ. Grandis fiducia Deum non defore iis, qui pro ſui nominis gloria dimicant. *Guaguinus lib. 6. de reb. Gall. Idem ſupra.*

☞ *Vide Apoph* de Dei Cvra Et Providentia.

FIDVCIA IN REBVS ADVERSIS.

Exempla Biblica.

David ſæpius ad Deum in periculis confugiens, toties ab eo conſilium & auxilium accipit. 1. *Reg.* 28.

E David cum ſociis ſuis videns quod eo abſente Siceleg inceſſa eſſet, omneſque vxores & paruuli cum tota ſubſtantia per latrones à Malecitis abducti, in re tam deſperata, cæteri quidem leuauerunt voces ſuas, & plauaerunt, donec deficerent lacrymæ; ſed ſtatim confortatus Dauid in Domino Deo ſuo conſulit Dominum, perſequitur latrunculos, comprehendit, eos & excutit prædam. 1. *Reg.* 30.

Asa Rex Iuda initiò pius & bonus, quamdiu in Domino Deo ſpem ſuam ponebat, parua ſuorum manu Æthiopes vſq; ad internecionem percuſſit: Quum autem Dominum dereliqueret, & à Benadat Rege Syriæ contra Baſan Regem Iſrael auxilium peteret; à Domino derelictus eſt. 2. *Paral.* 1.

Aliud quoque egregium de Dauidis fiducia exemplum contra Goliat, cui Dauid dixit: Tu venis ad me cum gladio & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum. 1. *Reg.* 17.

In hac fiducia Ionathas turbauit caſtra Philiſtinorum ſolus cum ſuo armigero, dicens; Non eſt Domino difficile ſaluare vel in multis vel in paucis. 1. *Reg.* 14.

Nehemias videns tot imminere pericula & labores in F reædificanda Ieruſalem, dixit ædificantibus, Deus noſter pugnabit pro populo, & nos ipſi faciamus opus. *Nehem.* 4.

Suſanna quòd fiduciam haberet, ſalua facta eſt. *Daniel* 13.

Sic Iudas Machabæus ad ſuos milites: Non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. 1. *Mach.* 3.

HISTORICA.

Illuſtre eſt huius in Deum fiduciæ exemplum in Adriano I. Pont. Rom. Cùm enim Deſiderius Longobardorum Rex multas ditionis Romanæ vrbes iam cepiſſet, nouiſſetque ab eo Pontifice ad ferendam opem Carolum Magnũ vocari cupiens aſtu ante Carolũ vrbem Romam inire, ſimulauit voto ſe ad ſalutanda principis Apoſtolorũ limina proficiſci velle; quod cùm prudens Pontifex animad. ertiſſet, reſeratis prius templi atq; vrbis portis, miſit qui deſiderio ſibi anathematis pœna imperarẽt, ne propius ad vrbem accederet. Incredibile forſan videatur, & tamen vero ipſo verius eſt, barbarũ Regẽ, ſuperbiæ atque immanitatis plenum, quem arma non mouerant, ſimplici anathematis denunciatione territum, ſententia mutata, retro exercitum conuertiſſe. *Baptiſt. Fulg. lib. 1. c. 1.*

G Non vnus illuſtre eſt exemplum quod commemorat *Cedrenus apud Zonaram tom. 3. Annal. in Anaſtaſ.* cuius hiſtoriæ Cedreni additiones interſeruntur, his verbis: Caſtrum eſt in Perſarum atque Indorum confinio, nomine Zaudader, in quo multum pecuniæ, margaritarum, & lapidum pretioſorum repoſitum a dæmonibus aſſeruabatur. Cabades Rex Perſarum, ea re percepta, caſtrum occupare eſt enixus. Cumque ei à dæmonibus obſiſteretur, omnibus & Magorum & mox Iudæorum tentatis artibus impos propoſiti fuit. Ergo quum ei perſuaſum eſſet, Chriſtianorum ad Deum precibus eo ſe potiri poſſe: hoc à quodam Epiſcopo Chriſtianorũ in Perſide agentium contendit. Is ſynaxi coacta, cùm diuinis myſteriis communicaſſet, ad locũ accedens, dæmonas ibi morantes exegit, caſtrúmque Cabadæ nullo labore occupandum tradidit. Quo miraculo Cabades attonitus, primum in cõſeſſu locum Epiſcopo ei tribuit, quem hactenus Manichæi & Iudæi tenuerãt: liberam quoque poteſtatem fecit eis, qui baptizari vellent.

B. Martinvs, poſtquã baptiſmo fuit initiatus, ſolo nomine ferè per biennium militiã exercuit. Intereà irruentibus intra Gallias barbaris, Iulianus Cæſar coacto in vnũ exercitu, apud H Vãgionum ciuitatem donatiuum cœpit erogare militibus. Et (vt eſt conſuetudinis) ſinguli citabantur, donec ad Martinum ventum eſt. Cum verò opportunum tempus exiſtimans, quo peteret miſſionem, (neque enim integrum ſibi fore arbitrabatur, ſi donatiuum, non militaturus, acciperet:) Hactenùs, inquit ad Cæſarem, militaui tibi: nunc patere, vt militem Deo: donatiuũ tuum pugnaturus accipiat alter: Chriſti ego miles ſum, pugnare mihi non licet. Tum verò aduerſus hanc vocẽ Tyrannus infremuit, dicens, eũ metu pugnæ, quæ poſtera die erat futura, non religionis gratia, detrectare militiã. At Martinus intrepidus, immò illato ſibi terrore conſtantior: Si hoc, inquit, ignauiæ adſcribitur, non fidei, craſtina die ante aciem inermis adſtabo, & in nomine Domini Ieſu Chriſti, ſigno Crucis, non clypeo, protectus, aut galea, hoſtiũ cuneos penetrabo ſecurus. Retrudi ergo in cuſtodiam iubetur, facturus fidem dictis, vt inermis barbaris obiiceretur. Poſtea die hoſtes legatos de pace miſerunt, ſeu omnia, ſeque dedentes. Vnde quis dubitet hanc verè beati viri victoriam, cui præſtitum,

A ſit, ne inermis ad prælium mitteretur? Et quamvis pius Dominus ſeruare militem ſuum inter hoſtium gladios & tela potoiſſet: tamen vel aliorum morte ſancti violaretur obtutus, exemit pugnæ neceſſitatem. Neque enim aliam pro milite ſuo Chriſtus debuit præſtare victoriam, quam vt ſubactis ſine ſangoine hoſtibus, nemo moreretur. *Seuerus Sulpit. in vita S. Martin. lib. 1. cap. 3.*

Tantaetiam S. Hugoni Epiſcopo Lincolnienſi fiducia ſemper erat erga Dominum, vt non parùm ſe peccaſſe fateretur, ... vel tenoiter eas res formidâſſet, propter quas trepidare & angi ſolet humana infirmitas. Nocte quadam cùm graues curæ & ſolicitudines præter morem animum eius diſtraherent & infeſtarent, eaſque præ tumultu earum & importunitate eacutere non valeret, admodum cœpit animo perturbari. Sed illicò ad ſe reuerſus pectus percutit, grauiter ingemiſcit, primo mane confeſſarium accerſit, valde ſe peccaſſe pronunciat, quòd non ita, vt decet hominem Chriſtianum, omnem curam ſuam iactaſſet in Dominum, ſed perinde ac ſi proprijs adinuentionibus fidendum ipſi foret, diſcruciari & angi inaniter cœpiſſet. Reuerà tamen in tam periculoſo

B tum erat itinere, vt ſi præ curis canoiſſet, mirum videri non debuerit. *Ex Anonymo in vita eius cap. 21. Sur. Nouem. 17.*

Cum S. Columbanus multorum monaſteriorum Pater celeberrimus in eremo verſaretur, incidit ei cogitatio, vtrùm potius eligeret hominum iniuriam perpeti, an ferarum ſæuitiam ſuſtinere. Quæ cogitatio quum illi importuna eſſet, eumque vehementer vrgeret, crebrò frontem ſigno crucis armans, atque orans, intra ſe ait, præſtare beſtiarum ferocitatem abſque aliquo peccato, quàm hominum rabiem cum damno animarum perpeti. Cùm hæc animo volueret, conſpicit duodecim aduentare lupos, & dextra læuaque medium ipſum cingere. Attamen manet immotus, aitque, Deus in adiutorium meum intende, &c. Accedunt lupi propius, oráque ſua ad eius veſtimenta adiugunt. Sed quum ille conſtans permaneret, interritum relinquunt, & per ſaltum peruagantur. *In vita eius apud Surium tom. 6. cap. 8.*

C Clotharius Gallorum Rex ſuggerentibus quibuſdam amicis, petiit ab Auſtregiſilo Bitoricenſium Antiſtite, vt pro ſua & exercitus ſui ſalute permitteret Sulpitium, virum inſignem, tum Leuitam, ac poſteà eiuſdem loci Epiſcopum, in ſuis caſtris Abbatia fungi officio: cómq; in eius & omnium, qui eum illo erant, ſumptus ea eſſent collata, quæ in triduum ſufficerent, illis dumtaxat ſeruatis, quæ ad vnius diei expenſas eſſent ſatis, reliqua egenis elargitus eſt. Quæ res malè habuit ipſius familiares, quòd metuerent victum neceſſarium defuturum. Ad quos vir ſanctus: Oculos, inquit, veſtros, filioli, ad Deum referte, *eiuſque regnum & iuſtitiam primum quærite, & omnia apponentur vobis.* Recordamini illius propheticæ ſententiæ: *Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* Et ecce ſubitò ad virum Dei tanta annonæ copia à fidelibus hominibus tranſmiſſa eſt, vt non abſurdè ea, quæ erogarat, centuplo fœnore, quemadmodum Dominus ſuis promiſit diſcipulis, ſe recepiſſe citra iactantiam gloriaretur. *In vita eius ab æquali ſcripta, Ianuar. 17.*

S. Fronto Romæ à B. Petro baptizatus ad ciuitatem Petragoricam, vnde oriundus erat rediens, verbo & exemplo multos ad Chriſti fidem conuertit; & ibidem ſeptuaginta

D clericos ad ſeruiendum Domino congregauit: ſed à Præfecto ciuitatis, Squirio nomine, perſecutionem paſſus eſt: quia quos iſte baptizabat, ille decollabat: vnde ipſe ſumptis ſeminibus olerum, monachos ſuos aſſumpſit, & eremum deſertiſſimam petiit. Veniens autem ad locum ſuper fluuium Dorduuem, draconem ingentem & ſerpentum multitudinem ibidem habitantem Chriſti virtute fugauit: ibique cum fratribus Deo ſeruire cœpit, & olerum ſemina ſeminauit. Deficientibus verò eis cibis, Angelus Domini Squirio Præſidi per noctem apparuit, & ei diuinam vltionem comminatur, niſi ſanctis viris ſubueniat perennibus fame. Ille verò territus amicos conſulit, ſed quò ſancti Dei abiiſſent, penitus inuenire non valuit. Poſt dies tres, nocte iterum angelo eidē apparente, plagis percoſſus eſt. Qui amicis iterum conſultis, ſeptuaginta camelos cibis monachorum onerat, & Deo Frontonis eos commendat: Qui duce Domino ad eremum ſancti viri recto itinere peruenerunt. Sanctus autem Epiſcopus onerum medietatem depoſuit, & cum reliquo camelos remiſit. Qui eadem via qua venerant reuerſi ſunt ad dominum ſuum. Quod cernens Præſes in Chriſtum credidit, Frontonem inueſtigatum abiit atque Gregorius à eo vocatus ſacrum baptiſma ſuſcepit, eique in eremo deministrauit. *Petrus de Natal. lib. 9. cap. 109.*

Filius, Filia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Filii Græce ... vel *υἱοί*, & *υἱότης* filiatio dicitur, Appellationéque filiorum, vt Iuriſconſulti ſentiunt, etiam filiæ, continentur, ſed non e contrario. Filium ... hoc eſt ab amore dictum volunt, quod omnium conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios. Filius, Hebr. *Ben*, qui ædificatus, ſeu extructus eſt ex cohabitatione ... & mulieris, *Banah*, verbum, id eſt ædificauit, extruxit. Hinc Græce ... Laboro, exerceor in extruendis ædificiis.

FILII NATI *Parentibus præclaris.* ☞ *Vide in loco de Participatione.*

* QVOMODO INSTITVENDI.

☞ *Quære Titulum de Educatione.*

Cornelia Gracchorum mater, filiorum eloquentiam ſermonis conſuetudine à teneris adiuuabat. Sic & Aurelia Cæſaris, & Accia Auguſti mores formabant antequam adoleſcerent, vt ab infantia ad Rempublicam eos educaſſe viderentur. Quin olim filiæ magnorum virorum, non modo Lanificij linique vſum callebant, ſed viriles quoque diſciplinas capeſſebant. De Hortenſia Q. Hortenſij filia memoratur, quod cum Cicerone eloquentiæ laude decertarit, eúmque matronarum ordo graui tributo à Triumuiris eſſet oneratus, neque quiſquam virorum patrocinium auderet impendere, ipſa conſtanter cauſam illarum ſuſcepit. F

Maxima veterum cura erat, vt filiis reuerentiam erga parentes ingenerarent. Vnde Lacedæmonij filios ante ſeptimum ætatis annum in conſpectum parentum prodire vetabant, vti etiam Perſæ, & Scythæ, apud quos caſtigatiſſima erat educatio. Quod hac de cauſa obſeruabant, ne liberi patrem ante noſcerent, quam eum vereri didiciſſent, vel certè, nè parentes primæ teneritudinis blanditiis illecti, nimia in pueros indulgentia tenerentur. Durius Galli teſte Cæſare, agebant: qui liberos, non prius venire in conſpectum ſuum permittebant, quam adoleuiſſent. G

Pythagoras in aureis carminibus.

Τὰ δ' γονεῖς τίμα τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας,
Ipſe parentes atque tuos venerare propinquos

Agatho.

Ὦ ἡδὺ τῶν φυσάντων παῖδας εἶναι...
Quam dulce genitoribus filios obtemperantes habere.

Virg. 3. Georg.

Tu quos ad ſtudium, atque vſum formabis agreſtem,
Iam vitulos hortare: viamque inſiſte domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas,
Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Ceruici ſubnecte dehinc vbi libera colla
Seruitio aſſuerint ipſis è torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.

Filij tibi ſunt ait *Eccleſiaſt. cap. 7.* erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas.

* FILIIS PARENTES HONORANTIBVS IX. BONA PROMISIT DEVS. H

Apud Eccleſiaſticum nouem bona à Deo promiſſa honorantibus parentes filiis notantur. Primum opes & diuitiæ. Sicut qui theſaurizat, ita qui honorificat matrem ſuam.

2. Felicitas in ſuis filiis. Qui honorat patrem, iucundabitur in filiis.

3. Eius preces Deus exaudiet. In die orationis ſuæ exaudietur.

4. Erit longæuus. Qui honorat patrem, vita viuet longiore.

5. Quod poſteritate ſtabilietur. Benedictio patris firmat domos filiorum.

6. Erit glorioſus. Ex honore patris gloria filiorum.

7. Quod eripietur à tribulatione. Eleemoſyna patris non erit in obliuione, & in die tribulationis memor erit.

8. Quod peccata ei remittentur. Sicut in ſereno glacies, ita ſoluentur peccata tua.

9. Quod omnibus bonis cumulabitur. Honora patrem tuum,

tuum, vt ſuperueniat tibi ben[illegible]o à Deo, & benedictio
A illius in nouiſſimo maneat.

* PIETAS LIBERORVM [ER]GA PARENTES.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ

IOSEPH commendatur quod patrem vna cum filiis & nepotibus ſuis in Ægyptum vocauerit, & magno cum honore, lætitia & amplexibus eos ſuſceperit, & tempore famis ſuſtinuerit. *Geneſ.45.46.47*

DAVID cùm Regis Saulis furorem fugiens incertis vagaretur ſedibus, parentes ſuos Regi Moabitarum commendauit. *1.Reg.22.*

Cùm Berſabea aliquando veniſſet ad Salomonem Regem filium, ab eo rem paruulam petitura, ſtatim Salomon, matre nondum loquente, ſed viſa dumtaxat aſſurrexit in eius occurſum, adorans eam: & poſito illi throno ad dexteram, ſedentique dixit: Pete, mater, neque enim fas eſt, vt auertam faciem tuam, &c. *3.Reg.2.*

TOBIAS Tobiæ filius vt paternæ cæcitati remedium quæreret puer adhuc, omniumque rerum ignarus, domo peregrè profectus, cæleſtem meruit ducem ſortiri, cuius ductu felix exitu, felicior reditu puer, præſentiſſimum attulit patri reme-
B dium. *Sabell.lib.3.cap.6.ex Tob.cap.11.* Idem quoque manuum ſuarum labore patrem iam ſenem & luminibus orbem educauit. *Tob.15.*

CHRISTVS DOMINVS idem officium matri ſuæ præſtitit: Ipſe enim de ea ſolicitus, vt haberet qui ipſam pie ſuſtentaret, in ſummo crucis ſupplicio, memor ſuæ in illam pietatis, dilectiſſimo diſcipulo Ioanni commendauit, qui ſtatim recepit illam in ſuam. *Ioan.19.*

HISTORICA.

HELENA Conſtantini Imp. mater fœmina fuit, vt Ruffini verbis vtar, incomparabilis fide & religione animi, ac magnificentia ſingulari, diuinis etiam clara viſionibus, ſacris verò peregrinationibus, templorum ædificiis, & ſacri cultus propagationi multum dedita, quæ licet Regina orbis & mater Imperij appellaretur, Auguſtáq; publicè renunciata eſſet; tamen per ſummam modeſtiam, famulatum Chriſti ſe famulã præbuit, ac ſacris Virginibus ad menſam humiliter admodũ inſeruiuit. Tanti verò illam habuit filius Conſtantinus, vt poteſtatem ei faceret regiis theſauris vtendi pro ſuo arbitra-
C tu, vtque ciuitates duas matris nomine ad ſempiternam eius memoriam inſigniret: defunctam etiam honoribus maximis proſequens, ac eidem ſtatuam publice inſtituens, quæ, Suida teſte, Auguſtæum nuncupata eſt. *Ruffin. lib.10.hiſt. Eccleſ.c.7. & 8. Niceph.lib.8.c.3. & Euſeb.lib.3. de vita Conſtantini c.46.*

ALPHONSVS Rex Aragonum, cùm peregrè aduenienti Ferdinando patri obuiam progreſſus animaduertiſſet, illum lectica vectari valetudine affectum, ſtatim equo deſiliit, vt patrem pedibus comitaretur: & ſi opus eſſet, humeris aut ceruice etiam ſuſtolleret. Cúmque è lectica pater identidem cohortaretur, vt exemplo multorum procerum iuxta adequitantium, & ipſe quoque equum aſcenderet; Alij, inquit, ô pater, quid ad ſe attineat, ipſi viderint; ego quidem adduci ipſe neutiquam potero, quin Regem, quin patrem, & eundem ægrotum pedibus ſequar. Eundem poſtea decem ac ſeptem aureorum millibus funerauit, magno pietatis argumento. *Anton. Panorm. lib.5. de geſt. Alph. cap.28.*

Vixerat Antonius Grimanus fama opibuſque Venetiis inſignis, cum primum rei maritimæ Imperator, prouincia ſatis feliciter adminiſtrata, domum reuerſus procuratoria digni-
D tate donatur: iterumque Turcico bello ad vniuerſam Græciam liberandam claſſi imperator datur. Non multo poſt, abrogato illi imperio, Venetias reuocatus, quo tempore ſanè licuit ſpectare, cum ſumma omnium, qui intererant, admiratione, filiorum in eum pietatem, & præcipuè Cardinalis eius filij, qui illi iuxta carcerem occurrens, patrem amplexatus, lacrymabundúſque: Ergo, inquit, pater, pro te tuáque ſalute in publica vincula me coniiciam, nec prius inde diſcedam, quàm audiero te publico abſolutum iudicio. Cæterùm a patre publicorum miniſtrorum opera diuiſus petebat ab illis, vt ſe filium in carcere patri adiungerent, cui inſeruire ipſe poſſet. Sed cùm non multo poſt maioris conſilij iudicio in exilium relegatus eſſet, ipſéque pater Romam aduolauiſſet, relegationis ſuæ finibus non contentus, ſic à Cardinale filio excipitur, ſic in ſummo gaudio ſummam pietatem præ ſe tulit, vt beatum ac felicem patrem eſſe dicerent, qui talem filium ſortitus eſſet. Qui mox in patriam reſtitutus incredibili omnium gaudio, iterum D. Marci procurator factus, quod E
nul[illegible]quam ante contigerat, denique in Lauretani Principis clariſſimi locum ipſe dux eligitur. *Egnat.lib.5.cap.4.*

Inter alia inſigniũ virorum charitatis erga parentes exempla, illud hominis Toletani hoc loco commemorandum, in quo quod fortunæ defuerat, id rei magnitudo æquauit. Huius pater faber aurarius à Petro primo Rege Caſtulonis, ob falſas ſuſpiciones morti dãnatus erat. Filius amore erga patrem cõpulſus lacrymis precibuſque agere non deſtitit, vt ſe [illegible] patre ip[illegible] pro eo occideretur. Quod aſſecutus vitã amiſit, [illegible] in vita [illegible]tuaret eum, à quo ipſe per geniturã [illegible] perat v[illegible]am, tanto omnibus aliis in hac charitatis laude præferendus, quando aliis rebus omnibus vita charior. *Fulg.[illegible].5.[illegible].4.*

C[ù]m I[ſa]ac Conſtantinopolitanus Imperator ab Alexio fratre, imperio luminibuſque ſimul priuatus eſſet, Iſaaci filius & ipſe Alexius nomine Balduini, atque aliorum Principum, qui ea tempeſtate ad Syriacam expeditionem pro Chriſti fide proficiſcebantur, ope adiutus, armis imperium recuperauit. Et quanquam eum omnes Imperatorem ſalutarent, eo nomine abſtinuit, eductúmque è carcere patrem in conſuetum honorem reſtituit, atque imperatoriam dignitatem pa- F
ternæ charitati poſtpoſuit. *Idem ibidem.*

CHILDEBERTVS & CLOTHARIVS fratres, regia Francorum ſtirpe orti, atque ipſi Reges, cùm de regni poſſeſſione armis diſceptarent, eſſéntque acie dimicaturi, Clothildis matris interuentu primò, ferrum inbibuère, maternis precibus & lacrymis moti: inde non ſolùm prælio abſtinuerunt, ſed concordes facti mutuò ſe complexi ſunt. *Sabell.l.3.c....*

LVDOVICVS Pius Francorũ Rex, Caroli Magni filius, paterni regni & diadematis Imperij ſucceſſor, bellicis artibus clarus, neq; minus pacis gloria celebris, Pij cognomentũ ſibi aſciuit optimo iure, quòd patri ſummo ſtudio ſemper adfuit, illius virtutem & laudem imitari ſtuduit, eiúſque mortem acerbiſſimè tulit. In Chriſtiana pietate tuenda propenſo ideò animo, vt nihil illo ſtudioſius eſſe potuerit. Quem Regis ardorem, & Chriſtianiſſimi Imperatoris affectum, vtinam & ſubſequentes Reges & præſentes retinerent. *Egnat.lib.5.c.4.*

FERDINANDVS Rex Neapolitanus dixiſſe fertur: nihil maiorem ſibi voluptatem attuliſſe, quàm quod parentis ſui, quamdiu ſuperſtes fuiſſet conſilio vti ſibi licuiſſet; contrà verò nihil maiorem ſibi afferre dolorem, quàm quòd in rebus gerendis parentis ſui poſt obitum eius, deſtitutus eſſet conſilio. Quibus verbis mirificam erga patrem ſuam pietatem & charitatem teſtatus eſt. *Pontan.lib.2.de Obedientia.* G

CAROLVS ZENVS Petri filius, patre viro in primis inſigni ad Smyrnam a Turcis interfecto (quando à ſacris nullo hoſtili metu auerti auocarique potuit) puer ſeptimum ætatis annum agens deductus eſt ad Clementem Pontif. Max. eius nominis quintum, Auenioni tunc in Galliis agentem; apud quem eam orationem habuit, deplorans patris mortem, ſuámque in illum pietatem obteſtans, vt Pontifex ipſe admiratus tantam in puero indolem, penes ſe aliquot annos habere voluerit. Quo Pontifice tandem mortuo, ad ſuos demum reuerſus, tanta pietate in patrem ſemper eſt vſus, vt eius memoriam frequentiſſimè repeteret, ſinguliſque diebus ſacris operatus manes patris Deo commendaret, & domi agens inter ſuos, nomen eius in ore ſemper haberet, adhortatus liberos ſuos, vt inſitam aui memoriam pectore geſtarent, eiuſque virtutem, patria id exigente, referrent. *Egnat.lib.5.cap.4.*

Sed lubeat Chriſtianæ pietatis hiſtoriis etiam hoc Ethnicorum admiſcere exemplum, quod à Fazello narratur *lib.3. c.1. Decad. prior.* Duorum, inquit, fratrum ſepulturã & pietate Catana eſt celebrata, quos quidem Catanenſes Anapiam, & Amphinomum: Syracuſani qui de patria eorum contendant, Emathiam, & Critonem vocant. Hi Ætna quondam latè in- H
cendiis graſſante, parentes ſenio confectos, & ad ſe liberandum impotentes, vt vitæ eorum conſulerent, patrem hic, illa matrem ſuſtulit. Cumque preſſi hoc onere tardius iter inirẽt, ſic vt à ſequacibus ignibus vrgerentur, tamen nihil de cœpta pietate intermittebant. Res mira! Flammæ illis propinquæ ſe per medium ſecuerunt, vt illi tranſirent, & tum rurſus in vnum coierunt. Quò facto tam admirando, confirmata horum filiorum virtus fuit, & Catanenſes tam illuſtri pietati illuſtre monumentum poſuerunt, cui & annuos honores impenderunt, & locum ipſum quo tumulati, Piorum Campum appellarunt. *Pauſanias lib.9. Camerar. cent.1. Horar. ſubciſiu.*

Auſonius epiſt.1. ad patrem.

Credideram

Credideram nihil poſſe meis affectibus addi,
A *Quo venerande pater diligerere magis.*
Acceſſit gratis ſuper hos mediaque nepotis.
Bina dedit noſtris qui iuga nominibus.
Ipſe nepos te fecit auum, mihi filius idem.
Et tibi ego, hoc nato nam ſumus ambo patres.
Nos iam ſolus mihi pietas mea ſuaſit amorem.
Nomine te gemini iam genitoris amo.
Acceſſit titulus tam quo veneratio creſcat.
Quo doceam natum, quid ſit amare [illegible].
Quippe tibi aequalis videor, quod paruulus iſte.
Nomine honoratum me quoque nobilitat.
Atque ætas quia noſtra eadem, nam ſuppares ...
Sum tibi ego, & poſſum frater habere vice.
Nec tantum noſtris ſpatium interponitur annis.
Quanta ſolent alios tempora diuidere.
Vidi ego natales fratrum diſtare tot annis.
Quot noſtros annos nomina non onerant.
Pulchra iuuenta tibi, ſenium ſic iungit vt auum.
Quod primi eſt, maneat, quod modo, vt incipiat.
Et placuiſſe tuor gem ... ætatibus, vt ſe.
Non feſtinato tempore vtraque daret.
Lenius hæc fluerent, hæc non properata venirent,
B *Maturam ſtringam ſero maneate ſenem.*
Annos me neſcire tuos, pater optime teſtor.
Totque putare meos, quot tuos eſſe tuos.
Neſciat hoc natus numeros properantior heres.
Teſtamenta magis, quam pia vota ſouens,
Exemploque docens prauo iuuenoſcere natos,
Vt nolint patres ſe quoque habere ſenes.
Verum ego primaeuo genitus genitore, fatebor.
Suppares hæc in aui tempora grata mihi.
Debeo, quod natus ſuadet pia cura nepotis.
Addendum putes quo venerentur eum.
Tu quoque me genitor geminata vocabula gaude,
Nati primaeui nomine factus auus.
Exiguum quod auus, faueant pia numina diuum,
Deque nepote ſuo ſiat auus proauus.
Largius & poterunt producere fata ſenectam.
Sed rara vota reor, quo moderata magis.

* FILIORVM OBEDIENTIA ERGA PARENTES.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Isaac ad iugulum vſque patri ſuo pater, & impoſitus rogo vibratum in ceruices acinacem non expaueſcit. *Gen.* 22.

C Iacob matri ſuæ obtemperans ad fratrem illius Laban in Haran proficiſcitur. Patris etiam mandatis obaudiens, ne de filiabus Canaan vxorem acciperet, Deum in omnibus ſibi præſentem ſenſit. *Gen.* 27.

Ioseph à patre ſuo iuſſus, vt fratres in deſerto ouium cuſtodiam agentes accederet, ei pater, licet fratres extremo ſui odio flagrare compertum haberet. *Gen.* 37.

Rechabitæ filij Ionadab patris ſui præceptis firmiter inſiſtunt. Quem eorum zelum, licet circa humanas verſetur traditiones, Deus tamen ipſe apud Prophetam commendat. *Ierem.* 35.

Obediens fuit Chriſtus Dominus patri vſque ad mortem; & matri, patrique putatiuo per omnia, quæ ſubditum ac morigerum filium decent. *Luc.* 2.

HISTORICA.

Pater Gregorij Nazianzeni Eccleſiæ Nazianzenæ Paſtor, cum per ætatem grauiores labores ferre non poſſet, hoc ſecundò egit apud filium, vt pro ſe ille Eccleſiæ Nazianzenæ curam adminiſtrationémque ſuſciperet. Ad eámque rem
D non admonitionem tantum & cohortationem adferebat, ſed & imprecationem admiſcebat ex ſenectutis contemptu naſcentem. Hic autem quietem nullis occupationibus interpellatam ſibi procurans, & magni momenti eſſe cenſens morem patri gerere, his verbis eum alloquitur: Pater, tametſi mihi moleſta ſunt, quæ imperas, in gratiam tamen tui haud quaquam recuſo. Nazianzi curam ſuſcipio. Hoc tamen velim ſacroſancta tua & pia prudentia cognoſcat, nulla ratione fieri poſſe, vt te ex hac vita egreſſo Eccleſiam retineam. Subiungens igitur pater; Ita ſanè, inquit ô fili, mihi viuenti ſcipionis vice eſto, ſenectutem meam fulciens, paterníſque precibus viciſſim fultus. Cùm autem è vita exceſſero, pro animi arbitratu res tuas conſtitue. His auditis, ipſi aſſiduè adhærebat, præclariſſimè curans tum ipſius canitiem, iam ad centeſimum accedentis, tum matris ſenectutem, non multum ab ea ætate diſtantis. *Gregor. Presbyter. in eius vita apud Sur. tom. 3. die 9. Maij.*

Scribit *D. Hieronymus* de Marcella vidua, quod in tantum Albinæ matri ſuæ obediens erat, vt interdum faceret, quod nolebat: Nam cùm illa ſuum diligenter ſanguinem, & abſque fi[illegible] & nep[illegible]bus velle in fratris liberos vniuerſ[illegible] ferre, Marcella [illegible] pauperes [illegible], [illegible]en mat[illegible] trahere non poterat, Monili[illegible]a & [illegible] pellec[illegible] diuitibus p[illegible] tura conceden[illegible] [illegible] len p[illegible] [illegible] quàm parenti an[illegible]m con[illegible]ſtare. *In E[illegible] Marcellæ [illegible] ad Princi[illegible]iam scr.*

[illegible] virum [illegible] & [illegible] hæ [illegible] on[illegible] [illegible]p[illegible] adhæſi[illegible] m[illegible] Paulæ & ei [illegible] bediuit imper[illegible] [illegible] ab[illegible] bar, [illegible] quam pro [illegible] unq[illegible] [illegible] communem hab[illegible] [illegible] d & parentem [illegible] illam ſubl[illegible] [illegible] :& [illegible]tatem [illegible] par[illegible] [illegible] & [illegible] reueret. Cum [illegible] [illegible] & [illegible]od opt[illegible]b[illegible] [illegible] ret & ple[illegible] D[illegible]mino [illegible] [illegible] filiæ [illegible] [illegible] b [illegible] bat[illegible] ipſa [illegible]d [illegible] um tenere, [illegible] pedes, ma[illegible] [illegible] [illegible]a ſtrata componere, aquam calidam [illegible] apponere, omnium ancillarum præuenire officia, & quicquid alia feciſſet, de ſua mercede putare ſubtractum. Quibus illa precibus, quibus lamentis & F
gemitu, inter iacentem matrem & ſpecum Domini diſcurrebat, ne priuaretur tanto contubernio, ne illa abſente viueret, vt eodem feretro portaretur. *Vſuar. Martyrolog. in Append. lit. C, ex D. Hieron. in Epitaph. Paulæ vid. ad Euſtoch. virg.*

Transamvndvs Rex Vandalorum Ariana impietate infectus, cùm iam morti vicinus eſſet, Hildericum filium ſuum ex Eudoxia filia Valentini Imperatoris à Genſerico captiuata, ſacramento aſtringit, ne Catholicis in regno conſuleret. Qui patre mortuo, Deo magis obediendum eſſe quàm hominibus rectè iudicans, antequam regnum ſuſciperet, omnes Catholicos ab exiliis iuſſit reuocari, & Epiſcopis Eccleſias reformari. Sicque ſuſcepto regno regnauit annis octo, euolutis ſeptuaginta annis, ex quo Genſericus auus eius ſtatum Eccleſiæ in Africa profanauit. *Ex Chron. Sigebert. ad ann. Dom.* 510.

Hoc autem licitum eſſe huiuſmodi exemplo demonſtrari poteſt *ex dialogis B. Gregorij lib.* 3. *c.* 21. deſumpto: Rei, inquit, ille quam narro, vir ſanctiſſimus Eleutherius ſenex pater teſtis exiſtit: mihique hoc intimare curauit, quod in Spoletana vrbe puella quædam iam nubilis, cuiuſdam primarij filia, cœleſtis vitæ deſiderio exarſit, eique pater ad vitam vitæ reſiſtere conatus, ſed contempto patre conuerſionis habitum G
ſuſcepit. Qua ex re factum eſt, vt eam pater ſuæ ſubſtantiæ exhæredem faceret, nihilque ei aliud, niſi ſex vncias vnius poſſeſſiunculæ largiretur. Eius verò exemplo prouocatæ cœperunt apud eam multæ nobilioris generis puellæ conuerti: atque omnipotenti Domino dedicata virginitate ſeruire. Quadam verò die idem Eleutherius Abbas vir vitæ venerabilis, ad eam gratia exhortationis atque ædificationis acceſſerat; & cum ea de verbo Dei colloquens ſedebat. Cùm repentè ex eodem fundo, quem in ſex vnciis à patre perceperat, cum Xenio ruſticus venit, qui dum ante eos aſſiſteret, maligno ſpiritu correptus cecidit, fatigarique nimiis ſtridoribus atque balatibus cœpit. Tunc ſanctimonialis fœmina ſurrexit, atque irato vultu magnis clamoribus imperauit, dicens: Exi ab eo, miſer, exi ab eo miſer. Ad cuius vocem mox per os vexati diabolus reſpondit, dicens, Et ſi de iſto exeo, H
in quem intrabo? Caſu autem iuxta porcus paruulus paſcebatur. Tunc ſanctimonialis fœmina præcipit, dicens: Exi ab eo, & in hunc porcum ingredere. Qui ſtatim de homine exiuit, porcum, quem iuſſus fuerat, inuaſit, occidit, & receſſit.

FILII. LIBERI.

Bene Edvcati.

Quum mulier quædam Ionica de texto quodam ſuo, vt precioſo, gloriaretur: Lacæna oſtenſis quatuor filiis, quos habebat moribus compoſitiſſimis: Huiuſmodi inquit decet eſſe honeſtæ probæque mulieris opera, déque his gloriari. *Plut. in Apoph. Laconicis.*

Maxima ornamenta eſſe matronis liberos, apud Pomponium Rufum Collectorum libro ſic inuenimus. Cornelia Gracchorum mater, cùm Campana matrona apud illam hoſpita, ornamenta ſua pulcherrima ſeculi illius ei oſtenderet, traxit eam ſermone, quouſque è ſchola redirent liberi: Et hæc (inquit) ornamenta mea ſunt. *Valer. Max. lib.* 4. *cap.* 4.

CLARI

CLARI. PVTA

A *Pietate Sanctitate.*

Baſilivs Helenopolitanus ex Ponto, quinque ſuſtulit ex Emmele liberos, [illegible] Gregorium Ny[illegible], Baſilium, Magnum Cæſar[illegible], & Petrum Sebaſtæ Epiſcopos, in Chriſti Eccleſia athletas inuictiſſimo[illegible] *N[illegible]zianz. teſtis.*

Tacelinvs Burgundus ex vxo[illegible] A[illegible]he caſtiſſima ſeptem ſu[illegible]cepit liberos, ſex mares, omnes m[illegible]nachos futuros, i[illegible]ter eos tertium D. Bernardum, & ſanc[illegible]m[illegible]nialem vnam. *Gulielm. Abbas in vita D. Bernardi.*

Lvdovicvs Philippi Auguſti F. Fr[illegible]ncorum rex, [illegible]nnio regnauit [illegible]uo cognomine nob[illegible]atus, filij ſ[illegible]e celebratus, quòd diui Ludouici pater fuerit. *Æmilius lib. 7.*

Fortitudine bellica.

Isai Bethlehemita octo filios habuit robore & forma inſignes, quorum natu minimus Dauid a Samuele in regem fuit vnctus. *1. Reg. 16.*

Matathias ſacerdos, qui [illegible] Antio[illegible]bo Epiphani oppoſuit, filios quinq; habuit fo[illegible]tiſſimo[illegible], & moriens præcepit, vti Simonis maioris natu cõſilia, Iudæ verò Machab. qui tertius erat ordine, fortitudinẽ ſequerẽ[illegible]t. *Vide Tit. Duces fortes.*

B Pyrrhi Epirotarum regis filij bello præſtantes fuére. *Plut. in Pyrrho.*

Nicolavs Vitellius Tifernatum princeps, bellica laude clariſſ. quatuor filios reliquit æquè omnes in primis, ſuæ ætatis militia claros: Ioannem, qui in Auximi Piceni vrbis expugnatione tormento ictus periit: Camillum, qui ad Circellum Apuliæ oppidum murum ſubiens lapidis ictu interfectus eſt: cuius inuentum fuiſſe dicitur, vt milites ex equis in hoſtem minoribus tormentis vterentur, quod inſtitutum armati equites Germanorum vulgò dicti ſequuntur: Paulum Florentini poſt res maximas bello Piſano geſtas proditionis diſſimulatum capite multarunt. Vitellozium Cæſar Borgia dolo Senogalliæ circumuentum interfecit, qui non Italiæ principibus modò, ſed externis etiam regibus formidabilis erat, vt quam ſe cumque in partem vertiſſet, perniciem ſecum, aut ſalutem allaturus videretur. *Brutus lib. 5. hiſt. Florent.*

Dignitate.

Cæcilivs Metellvs Macedonicus, ſenex à liberis quatuor clarus eſt conſulatibus, Q. Balearico, L. Diademato, M.
C Metello, C. Caprario. *Plut. lib. 17. cap. 21. A. L.*

Sarræ Columnio, facilè principi Romanæ ciuitatis, auctoritate, opibus, ſobolis præſtantia: duo fuére filij in ſupremo Cardinalium ordine collocati, quod vix duobus aliis datum facilè reperias. *Sab. lib. 7. cap. 8.*

Fama nominis.

Cadmvs ex Harmonia vxore filias habuit fama celeberrimas. Semele ex Ioue Bacchum peperit, Ino in marinas deas relata eſt. *Pauſanias in Bœoticis.*

Lycaon ſecundus Arcadum rex, filios mares habuit XXVI. eoſque omnes clariſſimarum vrbium fundatores, Filiam vnicam Calliſto, quæ à Ioue vitiata Arcadem peperit. Natu minimus Oenotrus claſſe in Italiam tranſmiſit, & primam coloniam eam è Græcia duxit. Ab eo Italia ipſa Oenotriæ nomen obtinuit. *Pauſan. in Arcadicis.*

Iosephvs Iudæorum princeps, ex vna vxore ſeptem filios procreauit: ex Solymij verò fratris per imprudentiam conſtuprata, & tandem in vxorem ducta, Hircanum II. virum clariſſimum. *Ioſephus lib. 12. cap. 4.*

Coniugiis.

D Pelops, non pecuniæ magis vi, quàm liberorum, plurimum inter alios Peloponneſios polluit reges, quòd multas filias ſummis viris collocaſſet, & filios, quos habuit multos, principes inſeruiſſet ciuitatibus: ex quibus vnus Pitheus, Trœzeniorum rex, Theſei auus. *Plut. in Theſeo.*

Fuerunt Atlanti filiæ ſeptẽ, à matris nomine Atlantides vocatæ, quãvis cuilibet proprium nomen eſſet: vt Maia, Electra, Taygete, Aſteropẽ, Nerope, Alcione, Celeno. Has tradũt tum ab heroibus, tum à diis cognitas: & deos propter virtutem, & eos, quos heroas dixerunt, veluti principes generis hominũ, peperiſſe. Veluti prior ætate Maia ex Ioue Mercuriũ genuit, multarum rerum apud homines repertorem: eodem modo & reliquæ Atlantides ſingulæ filios ediderunt præſtãti virtute; quorum hi quidẽ gentium, alij vrbium conditores extiterũt. Itaque non ſolùm Barbari quidam, ſed etiam Græcorum plurimi, priſcorũ heroum genus ad iſtas retulerunt. Quas cùm prudentes fuiſſe conſtat, tum poſt obitum honores dearum immortalium adeptas [illegible] Pleiadum appellationem accepiſſe. E
Nymphæ quoque dictæ ſunt, quoniam communi verbo mulieres omnes Nymphas [illegible]colæ appellarunt. *Diod. lib. 3. cap.* [illegible]

M. Antonivs Triumuir ſ[illegible]bolem ex [illegible]ibus [illegible]xoribus ſeptẽ liberos reliquit. Ex his ſtirpis maximus A[illegible]llus a Cæſare Auguſto eſt int[illegible]rfect[illegible]. Reliquos accepit Octauia, quos cũ ſuis eduxit. Ex C[illegible]opa[illegible]ta ſu[illegible]ceptam Cleopatrã lepidiſſimo regi Iubæ collocauit. Antoniũ ex F[illegible]luia in tantum euexit, vt cùm primum locum apud Cæſarem Agrippa, Liuiæ filij ſecundum tenerent, tertius eſſet & numeraretur Antonius. Ex Marcell[illegible] [illegible]la fi[illegible]as duas, vnicum filium Marcellus habebat. Hunc fi[illegible] adoptauit, & [illegible]enerum fecit Cæſar. Alteram filiam Octauia Agrippæ nup[illegible] dedit. Cùm Marcellus breui poſt has nuptias interiiſſet, n[illegible], Cæſari generum, cui fideret, ex cæteris amicis promptum eſſet diligere: ſermonem Octauia mouit Cæſari, vt Agrippa ipſius filiã, dimiſſa duceret ſua inducto Cæſare primò, inde Agrippa, receptã ſuam Antonio nuptui dedit, Cæſaris filiam duxit Agrippa. Duarum quæ ſupererant, Antonij & Octauiæ filiarum, alteram in matrimonio habuit Domitius Ænobarba, alteram caſtitate & forma celebrem Antoniam Druſus Liuiæ filius, priuignus Cæſaris. Ex his procreati Ger- F
manicus & Claudius, quorũ Claudius pòſt imperauit. Ex Germanici liberis Caius, cuius nobile infamia nec diuturnũ fuit imperiũ, cum filia & vxore eſt interẽptus. Agrippina, quæ filium ex Ænobarba L. Domitiũ habebat, nupſit Claudio Cæſari. Hic adoptauit Domitiũ, quem Neronẽ Germanicum dixit, qui poſtea væcordia & amẽtia penè Romanũ euertit imperium, ab Antonio in ſucceſſione numero v. *Plut. in Antonio.*

Raymvndi Comitis Prouinciæ Phœcenſis quatuor filiæ, quatuor ſummis regibus Chriſtiani orbis nuptæ fuére. Nam pace inter Henricum III. Angliæ, & D. Ludouicum Francorum reges facta, vtrámque regiam ſibi affinitate iunxit. Quatuor filias habebat: Margaritam Franco regi, Leonoram Anglo, Santiam Ricardo Angli fratri, Cæſari poſtea electo, collocauit. Beatricem minimam ſtirpis Carolus Franci regis frater duxit, rex Siciliæ poſtea factus. *Æmil. lib. 1. & Cuſp. A. D.*

Regina, filia Maſtini Scaligeri ex Thadea Carrarienſi nupſit Barnabo Vicecomiti Mediolanenſi principi, & ex eo ſuſcepit 4. mares, & 12. filias. Quarum prima nupſit Petro Cypri regi, ſecunda Ludouico primogenito regis Galliæ, tertia Bauaria duci, quarta Auſtriæ duci, quinta Galeacio Vicecomiti, ſexta Leopoldo Auſtriaco, auo Friderici III. Imp. ſeptima Bauariæ duci, octaua Friderico regi Siciliæ, nona Friderico Gonzagæ, decima Erneſto duci Monachi, vndecima Federi- G
co fratri eius iuniori, duodecima Dimundo Cantiæ comiti, primogenito regis Britanniæ. Ex quarum generoſa prole omnes ferè principes, qui nunc rerum potiuntur, prodierunt: vt regina iſta veluti Cybele quædam fuerit, & nomen Matris deorum meruerit. *Bern. Scardeonus lib. 3. hiſt. Pat.*

Otho, dux Brunſuicenſis, quinque filias ita elocauit, vt primam Albertus Saxoniæ dux, ſecundam Henricus eius frater, Comes de Anebold, tertiam Landgrauius Haſſiæ, quartã Venceſlaus Rugiæ princeps, quintam verò Vvilhelmus Romanorum rex, coniuges haberent. Vnde latè propagata eſt nobilitas domus Brunſuicenſis. *Crantz. lib. 8. Saxon. cap. 19.*

Maximilianvs I. Imp. vt Auſtriacam domum illuſtraret, Philippum ex Maria Burgunda ſuſceptum, Ioannæ Ferdinandi Aragonum regis filiæ coniunxit. Eo autem XXIX. ætatis anno mortuo, Carolum & Ferdinandum cum quatuor filiabus in ſuam tutelam ſuſcepit, & Ferdinando Annam Vladiſlai Hungarorum Regis filiam: Leonoram Emmanuëli Por- H
tugalliæ Regi, Iſabellam Chriſtierno Daciæ regi, Mariam Ludouico Hungariæ Boëmiæque regi deſponſauit. Catharinam poſthumam Ioanni Friderico Saxoniæ Duci. *Cuſp. A. D.*

Victoriis.

Diagoras, cùm in Olympiis vidiſſet filios ſuos victores coronari, atque ex filia filióque nepotes, eaque re multum lætaretur, Lacedæmonius quidam dixiſſe fertur. Nunc, ô Diagora, pulcrum eſſet moriendi tempus. *Cic. lib. 1. Tuſc. q.*

Epaminondæ Parens vterque, filij Leuctricæ victoriæ ſuperfuit, felix tum hac filij virtute, tum eo maximè, quòd is de victoria hac potiſſimùm propter parentum lætitiam gloriaretur. *Plut. in Epaminonda.*

SVPERSTITES.

Manvel filius Caloioannis Palæologi, qui patri in imperio ſucceſſit, nihil aliud præclari in ſuo imperio geſſit, niſi quòd ſeptem filios mares incolumes poſt ſe reliquit, qui etiam poſt

patris

A patris interitum diu fuère [illegible] us fuit Conſtantinus, ſub quo captum [illegible] à Turcis. *Cuſpin.anni A.D.*

M o r [illegible]

Hiel Bethelemsi[illegible], quòd [illegible] à Ioſue Nun F. deuotam poſt mul[illegible] ntem-ptu vel ignorantia, te[illegible] primogenitum ſuum Ab[illegible] ſtabi[illegible] adis Segub liberorum nouiſſim[illegible]

L. Pavlvs Æmilivs ex[illegible] b[illegible] autè in adoptionem aliis deder[illegible] retinuerat, alter diebus quinque [illegible] natus quatuordecim, deceſſit: alter [illegible] triumphum, totidem diebus. Tum in [illegible] pr[illegible] populo vicem eius dolente, & cauſam [illegible]ius [illegible] c d patria, inquit, ſecurus ſum & extra omnem [illegible] d [illegible] domum meam affuderit fortuna rerum in [illegible] rum, quam pro omnibus ipſe ſuſcepit. *Plut. in Apoph.*

Carolvs Magnvs Imp. an. 810. filium Pipinum [illegible] regem, virtutis maguitudine, ſi diutiùs vixiſſet, patriam ni-tánque gloriam facilè adæquaturum amiſit. Anno pòſt etiam Carolum F. natu maximum. *Sigon. lib. 4. regni Ital.*

B

* FILII IMPII IN PARENTES.

Exsmpla ex S. Scriptvra.

His in exemplum Abſalon eſto, qui poſtquam patri ſuo Dauidi rebellis domi bellique fuiſſet; cúmque ſolio regiá-que vrbe expulſum etiam toto regni corpore eum ad mor-tem perſequeretur & in fugam actus mulo, cui inſederat, perfugiente à denſis quercu penderet imbellis, à Ioab tribus lanceis perfoſſus interiit, lapidibúſque in tumuli ſpeciem congeſtis obrutus, omnibus ſui ſimilibus proteruis filiis de ſe exemplum meritæ caſtigationis reliquit. *2. Reg.* 18.

HISTORICA.

Super hoc quiddam valde memorabile contigit, quod ſub-iungo. In Normanniæ partibus vir admodum diues erat, ſed ignobilis. Hic filium habebat vnicum & dilectum, quem deli-catè educauerat ad robur viri. Conuenit ergo patrem miles quidam nobilis cum amicis, dicens: Filia eſt nobis, decora ni-mis prudēs, per quam ſi tibi placuerit, poſteritas tua exaltari poterit, & iuuari. Hanc filio tuo dabimus in vxorem, hoc ta-men modo, vt cedas poſſeſſionibus vniuerſis, & filius tibi, & matri, quandiu aduixeritis, abundantiſſime prouidebit. Caſus enim diuerſi ſunt in quibus filius tuus poſſet, te in poſſeſſio-

C ne manente, hæreditate fruſtrari. Hoc patre audiente, & hæ-rente ſub dubio, ab amicis tandem compulſus eſt, etſi mente pauidus, cedere cunctis bonis. Peractis ergo nuptiis, filius, & vxor eius, anno quidem primo honorauit parentes, victum copioſius miniſtrauit, ſed ſecundo minus, & tertio inuerecū-diùs, quàm decebat. Quarto autem, ſuggerente vxore, filius parentibus ſuis domunculam paruam in ſuppoſito domus ſuæ conſtituit, vt minùs eſſet indecentia ſenum iuuenibus oneroſa; ibique eis ſecretius inſufficienter neceſſaria miniſtra-rent. Pertulit ergo ſenex pater ibidem cum vxore decrepita non modicam egeſtatem, & vix interdum domum filij aude-bat intrare; ſed per clientulum mandabat ea quibus carere non poterat. Vna autē dierū accidit, vt mater ex oppoſito do-mus ſuæ viſa auca infixa veru in domo filij, diceret viro ſuo: Me fœminam magis decet paucis eſſe contentam, tu autem vadas ad domum filij, vt ſaltem ſemel eſurientem animā ſa-ties de auca, quam ibidem vidi eſui præparatam. Hoc audito,

D ſenex innixus baculo properabat ad domum filij, ſed mox vt eum filius vidit: aucam retraxit ab igne; & clam abſcondit, ſtatimque patri obuius, quid quæreret, inquiſiuit. Et mox fa-ctum pater notans diſſimulauit, & rediit ad domum ſuam. Fi-lius igitur puellæ præcipit, vt mox aucam reponat ad ignē. Nec mora, vbi puella in thalamo aucam vidit, bufonem ma-ximam aucæ pectore hærentem inuenit. Ea ergo clamante, accurrit iunior dominus, niſuſque bufonem excutere, vt vio-lenter inſtitit bufo ab auca reſiliens faciem adeo conantis inuaſit vt nulla arte vel conſilio deponi poſſet, aut excuti: ſed ſic multis annis hominis nequitiam inhærendo puniuit. Et erat illud ſupremi ſtuporis miraculum, vt ſi quando mon-ſtri illius pars aliqua tangebatur, ac ſi in corde perceuteretur, ita homo ſenſibiliter lædebatur. Conterritus igitur mirabili-ter & contritus adiit diœceſanum Epiſcopum, & cum omni dolore confeſſus pro pœnitentia recepit ab illo: vt per om-nes fines Normanniæ, & Galliæ ciuitates, reuelata facie cir-

[illegible]

M[illegible]

[illegible] in C[illegible]

[illegible] patris & [illegible] nectur, hoc [illegible] m conſpiratio-n[illegible] *Chron. an. 873. Mart. Po-lon. in Chron. an*[illegible]

Ebrvino inte[illegible], accepto conſilio, Vvaradonem illuſtrē virum loco eius in honorem Maioris domus conſti-

F tuerunt. Idcirco præfatus Vvarando obſides à Pipino Duce accipiens pacē inuicem impetrauit. Erat id temporis memo-rato Vvaradoni filius valde efficax atque induſtrius, eruditus in conſilio; qui vice patris curam palatij gerebat, nomine Ghyſſemarus, qui ob nimiam calliditatem ac ſagacitatē pa-trem ab honore proprio ſupplantauit, quē ſanctus Abdoinus Epiſcopus ſæpius ob hoc increpabat, vt ad pacem vel patria indulgentiam remearet: qui audire renuit, & in cordis duritia permiſit. Fuerunt igitur inter Pipinum & præfatum Ghyſſe-marum diſcordiæ multæ & bella ciuilia plurima: nam ad ca-ſtrum Manucum contra hoſtem Pipini Ducis Ghyſſemarus conſurgens fraudulenter falſo iuramento dato, quàm pluri-mos eorum nobiles viros occidit. Inde verò reuerſus ob ſup-plantationem patris, vel aliam malitiam non modicam, quam fallaciter perpetrauerat, à Deo percuſſus prædictus Ghyſſe-marus, vt dignus erat, iniquiſſimum fudit ſpiritum, illóque mortuo pater eius Vvarado honorem priſtinum Maioris do-mus recepit. *Ex append. ad hiſt. Franc. Diui Greg. Turon. cap.* 98.

Clotharivs Francorum Rex contra Chramnum frendens, cum exercitu aduerſus eum in Britanniam dirigit. Sed nec ille

G contra patrem egredi timuit: cumque in vno campo conglo-batus vterq; reſideret exercitus, & Chramnus contra patrem aciem inſtruxiſſet, incumbente nocte à bello ceſſatum eſt. Ea quoq; nocte Coonober Comes Britannorū dicit ad Chram-num: Iniuſtum cenſeo te contra patrem tuum debere egredi: permitte me hac nocte, vt irruam ſuper eum, ipſúmque cum toto exercitu proſternam. Quod Chramnus (vt credo) virtute Dei præuentus fieri non permiſit. Manè autem facto, vterque commoto exercitu ad bellum contra ſe properant: Ibátque Clotharius Rex tanquam nouus Dauid contra Abſalonem filium pugnaturus, plangens, atque dicens: Reſpice Dòmine de cælo, & iudica cauſam meam, quia iniuſtè à filio iniuriam patior. Reſpice, & iudica iuſtè, illudque impone iudicium, quod quondam inter Abſalonem & patrem eius Dauid po-ſuiſti. Confligentibus igitur pariter, Britannorum Comes ter-ga vertit, ibique & cecidit. Denique Chramnus fugam iniit naues in mari paratas habens: ſed dum vxorem & filias ſuas

H liberare voluit, ab exercitu patris oppreſſus, captus atque ligatus eſt. Quod cùm Clothario Regi nunciatum eſſet, iuſ-ſit eum cum vxore & filiabus igne conſumi; incluſúſque in tugurio cuiuſdam paupercul æ Chramnus ſuper ſcamnum extenſus orario ſugillatus eſt, & ſic poſteà ſuper eos incenſa caſula, cum vxore & filiabus interiit.] Cum eo illas par pœ-na coniunxit, quas ad rebellandum contra patrem habuit impellentes: Igneémque pati iidem meruerunt, quorum oc-caſione incenſa fuerat Turoni Baſilica S. Martini. *Greg. Tur. lib. 4. hiſt. Franc. cap. 20. apud Baron. tom. 7. an. 564. 30.*

Non Prætermittendum hoc loco, quod ſcribit *Alexander ab Alexandro*: Res admiratione digna eſt, inquit, quam recenti admiratione comperimus Romæ. Quippe nota res eſt: cùm apud Gabios quidā infimæ ſortis & obſcuris natalibus Ado-leſcēs, veſanus & furioſus (cuius praui mores & vita facino-roſa fuerat) in parentem grauibus iurgiis ferretur, poſt iurgia immodica, cùm furiis agitatus, aduocato dæmone, cui ſe

deuo

[illegible] & i[illegible] furore cæcus
A [illegible]mens, diſceſſi[illegible] R[illegible] peter[illegible]er, co[illegible]nſilio, [illegible] aliquod dirum [illegible]cinus in[illegible] m[illegible] [illegible]um iter fa[illegible]r dæmonem facie homi[illegible] e[illegible]a, ſordid[illegible] barba & [illegible]lo, veſtéque abſoleta & [illegible]q[illegible] obuiam habuiſſe: quò c[illegible]n ſimul per[illegible]erent[illegible] io io[illegible]gaſſe iuuenem ([illegible]e animo anxio & ſ[illegible]ito vi[illegible]eb[illegible]t[illegible]id[illegible]ſti in ede[illegible] [illegible], cum quid iur[illegible] c[illegible]n [illegible] c[illegible]uodque aliquid [illegible]ſti facinoris [illegible]atrar[illegible] cupe[illegible]et [illegible]nd[illegible] dæmonem [illegible]in [illegible]c quoque ſi[illegible] ca[illegible] pe[illegible] m[illegible] e di[illegible]r [illegible]proinde per[illegible]erent, & in[illegible]ri[illegible]s ſuas v[illegible]i[illegible]rent. C[illegible]mque, nocte appetent[illegible] ad vrbem app[illegible]u[illegible] [illegible] [illegible]ro[illegible]imo ho[illegible]ti[illegible] diuer[illegible]iſ[illegible], atque i[illegible] ci bi[illegible] illi[illegible] qu[illegible] à caupone vtrique exhibit[illegible] in f[illegible]it h[illegible]d multo poſt cubit[illegible]m [illegible]e.[illegible] q[illegible] [illegible]a [illegible]ub[illegible]t, poſt [illegible] lam immane[illegible], cu[illegible] lum [illegible] oppreſſ[illegible]m v[illegible], [illegible] manibus iug[illegible]m homin[illegible] a[illegible]rehend[illegible], vt el[illegible] [illegible]bu[illegible] necaret: quem i[illegible]m [illegible]ppr[illegible]ſſiſſe [illegible] [illegible]xpergefac[illegible]us ille Dei opē & auxilium adoocaſſet. quo audito F[illegible]it[illegible] [illegible]am teterrimam ſtridore & tumultu maximo [illegible]tant[illegible]q[illegible]e [illegible]petu [illegible]abiculum, vnde euaſit, dicitur colliſiſſe vt [illegible]na [illegible] tectum euerterit,
B teguláſque penitus perfregerit. *Alexand. ab Alexandro l.2. dierum genialium c.29. Petr. Thyreus p. . de dæmoniacis c.30.*

Ad eandem rem facit illud, quod in vita S. Parthenij refert Metaphraſtes: ad hunc enim cùm parentes filium ſuum nomine Niconem, qui grauem dæmonis carnificinā patiebatur, adduxiſſent, inſtantius rogites, vt eius miſereretur iuuentutis, & ab immundo ſpiritu liberaret, vir ſanctus dixit eis: Non eſt dignus qui curetur: ad caſtigationē enim datus ei fuit ſtimulus ſpiritus, eſt enim parricida: vos nāque ſæpe ab eo habiti contemptui, in animæ veſtræ amarore à Deo petiiſtis, vt ipſe caſtigaretur. Sinite eum ſic eſſe: expedit enim. Illi verò, vt qui eſſent parentes, & vincerētur viſceribus, exclamauerunt, rogantes cùm lacrymis: Precare Deum pro ipſo, vt liberetur à ſæuo & immani dæmone. Beatus autem Parthenios miſertus abundè profluentium lacrymarum parentum, intensè Deum precatus eſt pro ipſo, & protinus egreſſus fuit ab ipſo dæmon, & mūdatus fuit homo. Tunc parentes eius cum ſanum acceperunt; & domum redierunt, Deū laudantes atque glorificantes. *Simeon Metaph. in vita S. Parthenij Epiſc. apud Sur. 7. Febr.*

Quid execrabilius hic adiici poteſt, quàm illud, quod narrat diuus Auguſtinus? [Corripitur ab Epiſcopo ſuo Iuuenis,
C crebris cædibus matris inſanus, & impias manus nec illis diebus, cùm etiam ſeueritas legum ſceleratiſſimis parcit, à viſceribus vnde natus eſt, reuocans. Minatur eidem matri, ſe in partem Donati tranſiturum; & eam, quam incredibili furore ſolet cædere, perempturum. Minatur et tranſit ad partem Donati, rebaptizatur furens, & in maternum ſanguinem fremens albis veſtibus candidatur. Conſtituitur intra cancellos eminens atque conſpicuus, & omnium gementium oculis matricidij mediator, tanquā renouatus opponitur. Hæccine tandem tibi placent, vir grauiſſime? Nequaquam hoc de te crediderim:] & paulò pòſt: Quid aliud expectamus, vir honorabilis Euſebi, niſi in miſerā mulierē ſenectute decrepitā, viduitate deſtitutam, à cuius cædibus in Catholica prohibebatur, iam Donatiſta ſecurus armetur? &c. *D. Aug. Epiſt. 168. tom. 2.*

Mulier quædā pagana, generis & opum exiſtimatione valde clara in ciuitate Florentina, mortuo viro, duos ſuperſtites habebat filios, quos delicatiſſimè enutrierat, & cùm ad perfectā illi iam perueniſſent ætatem, quodam die in irā verſi matrem propriam pluribus verberibus enormiter flagellarunt. Quod ſcelus ipſa impatienter abhorrens corpora illorū horrendis imprecationibus deteſtata fuit, genibúſque procūbens
D & terram manibus pulſans, Erynnen cæteráſque infernas peſtes in tabiem filiorū magno cum gemitu inuocat. Exaudiunt dæmones ab imis tenebris: iuuenes congrediuntur, illos in furias exagitant. Qui ſtatim, vt rabidi canes, mordaciter adinuicem ſua membra corrodunt. Concurrunt famuli, fit clamor ingens. Alij funes, alij catenas ferunt. Ligantur iuuenes, nec rabie contineri valent. Iam mater pietate commouetur in filios, iam facti pœnitet, & tantæ calamitatis euentum deflet: plangit, nec quid inde agat, cogitare valebat. Interim occurrunt memoriæ, quæ de Zenobio audierat, & accepto cōſilio, ſpeque pro filiis recuperandæ ſalutis, licet pagana ſit, tamen credula ad Zenobiū filios adduci procurat, precibus & lacrymis fideliter orat. Ille infelicem iuuenum captiuitatem miſeratus, piéque cōmotus; ait ad mulierem: Conſtanter age mulier, & crede, quòd Dominus noſter Ieſus, qui illos modò poſt

oratione meam ſanitati reſtituet, verus eſt Dei filius, & omnium [illegible] & Dominus. Et ſtatim in baſilica Saluatoris, vbi E
ader[illegible]r[illegible]n vexillo Crucis ſe proſternens componit: vbi cùm d[illegible] h[illegible]ris in oratione [illegible], hoc eſt, à prima diei hor[illegible], q[illegible] aduenerant, vſque in horam terti[illegible]m, ſurrexit ab [illegible], & [illegible]uenes ſigno Crucis benedicens, dæmones ab illi[illegible] [illegible] effugauit, [illegible] in e[illegible] compleretur qu[illegible]d [illegible]criptum eſt: *Pr[illegible] inimi[illegible] meos, & comprehendam [illegible] non conuertar, donec [illegible]. Affli[illegible]am il[illegible] [illegible] ad [illegible] pedibus [illegible] ad bellum.* Ili verò ſaniſſimi eff[illegible], v[illegible]m m[illegible]tre, & omni familia, [illegible]nſtituto [illegible]tempore, bap[illegible]am re[illegible]eper[illegible]nt: qui vſque ad Simpliciani tépor[illegible]ſtante [illegible] fidei magna ſanctitate durarunt. *Ioa[illegible] [illegible]resbyt. A[illegible]etin. i[illegible] a S. Z[illegible]. apud Sur. 25. Maij.*

Ann. Dom. 1[illegible]58. menſe Aprili, feriis diui Gregorij martyris, G[illegible]elmus Bauarus Comes Hanoniæ & Hollandiæ, phreneſin & [illegible]entiam incurrit, ita vt claudi ac ſeruari per toti re[illegible] m deberet, eoque ſtatu perſeuerauit per annos triginta ad [illegible] vſque vitæ diem. Vltio diuina fuiſſe putatur, propterea quòd tam aſper, durus ac rebellis fuiſſet matri ſuæ Margaretæ Auguſtæ. Magnū exēplum pro reuerentia obſeruantiáque parentū. *Iacob. Meyer. l. 13. Annal. Fland. an. 1358.* F

Alfonsvs IV. Hiſpan. Rex filiam ſuam baſtardam, nomine Theraſiam dedit vxorem nobili Henrico Comiti Lotharingiæ, conſanguineo Imperatoris, qui de partibus Galliarū venerat. Motus eſt ad id Alfonſus, quia illum ſtrenuè pugnantē contra Mahumetanos cōſpexerat: is enim erat belli peritiſſimus, deditque ei in dotē partē Galliciæ, quæ nunc Portugallia dicitur. Comes igitur patriā illam poſſedit cum ſolita recognitione Regi Hiſpaniæ debita. Genuit autē Comes ex eâ filiū Alfonſum Henriques nomine, quē Rex Caſtellæ primò Ducē Portugalliæ creauit. Deinde aliquibus præliis habitis cū Saracenis, & rebus proſperè geſtis, volente Rege Caſtellæ regium titulum aſſumpſit. Hoc autem Comite Henrico vita functo, Theraſia eius vxor nupſit cuidam Fernando Comiti; quæ res multum diſplicuit Alfonſo eius filio. Quare orta eſt inter eos implacabilia diſcordia, grauiáque bella cōſerta ſunt, vſque adeò, vt in quodā cāpeſtri prælio Alfonſus victor euaſerit contra Fernandum vitricum, matrémque ſuam Theraſiā captiuauit & in vincula truſit. Theraſia itaque conqueſta eſt Romano Pontifici, qui per Epiſcopum Colimbrienſem monuit Alfonſum, vt matrem liberaret, aliàs illum excommunicaret. Ille verò renuit: quem Epiſcopus anathemati dedit, G
regnúmque interdixit, & Romam aufugit. Demum prædictus Rom. Pontifex Cardinalem miſit legatum, ſed non profuit: quinimmo cùm Alfonſum iterum excōmunicaſſet, ille in reprobum ſenſum datus Legatum fugientē perſequitur, & capit. Mater igitur videns differri relaxationem ſuā, maledixit filio ſuo, dicens: Quia crura mea vinculis alligaſti, & mihi abſtuliſti honorem à patre relictum, Deum precor, vt ab hoſtibus ſis captiuus, vt ego ſum, demū crura tua fracta cōſpicias, ſicut mea ferro vinxiſti, quod paulò poſt expletum eſt. Cùm enim bellum apud Pacenſem ciuitatem cum Fernando Rege Legionis Alfonſus conſereret, exiens per portam ciuitatis ad prælium iam cœptum, tibia vectis ferro inuoluta eſt pariter & rupta: ille verò in bello victus & captus eſt. Itaque eadem inobedientia ad mandata Apoſtolica, ſimul & maledictio materna eum comprehenderunt. Scriptum eſt enim: *Filius ſtultus deſpicit matrem ſuam.* Et iterum Sapiens ait: *Maledictus à Deo qui exaſperat matrem ſuam.* Et rurſus: *Maledictio matris eradicat fundamenta. Rodericus Sancius hiſt. Hiſp. in p. 1. c. 14.*

LIBERORVM DEFECTVS. LIBERI VEL *Nulli ſuſcepti.*

☞ *Si naturam ſpectes, exempla ſuppeditabit locus Sterilitatis:* H
Illic Generatricis impotentia habetur ratio, hic Orbitatis. Sin Conſilium, ex Tit. Caſtitatis coniugalis quadam huc pertinent.

Hebræi ſterilitatem olim pro certiſſimo diuinæ iræ argumento abominabantur, quandoquidem benedictioni, quæ Abraham facta eſt, contraria erat. Iidem mortes filiorum non minùs quàm ſterilitatem diuinæ iræ iudicium eſſe arbitrabantur, quoniam generis ſucceſſio (quam Abraham Deus ſummæ benedictionis loco promiſerat) hac ratione impediebatur. Eius rei cauſa frater defuncti fratris vxorem ducere; & ſemen fratri ſuo excitare lege iubebatur.

Cleomenes Anaxandridæ F. Spartæ non diu imperauit, ac ſine liberis deceſſit, vna dumtaxat relicta filia, nomine Gorgo. *Her. l. 5.*

A Epaminondas Thebanus vxorem nunquam duxit. In quo cum reprehenderetur, quòd liberos non [illegible]nqueret à Pelopida, qui filium habebat inſanum, maleque eum [illegible] n eo patriæ conſulere diceret. Vide, inquit ne tu peius [illegible], qui talem ex te natum relicturus ſis. Neque [illegible] poteſt de eſſe: namque ex me natas rel[illegible] gn[illegible] L[illegible]uctricam & Mantineam, quæ non mod[illegible] p[illegible], ſed etiam immortales ſint, neceſſe eſt. *Probus in eius vita.* Qu[illegible]d ip[illegible] *Diod. l. 15.* Epaminondæ tribuit [illegible] Man[illegible]neam vulneratio, haſta extracta animam agente[illegible] & amicorum q[illegible]piam [illegible] lacrymis quereret[illegible] quòd ſine libe[illegible] [illegible]rer[illegible].

Perſuaſum Rom. habuerunt, [illegible] *Plutarchus* ſcribit, haud [illegible] tam Romulum in [illegible]ndend[illegible] vrbe geſſiſſe, quam ani[illegible] renda libertate L. Iun. Brut[illegible] ca[illegible]e ſtabilien[illegible] g[illegible] Nullam ex eo virilem ſtirpem relictam Dionyſius credi[illegible], ea coniectura ductus, q[illegible]d quum Brutus [illegible]ictus eſſet, qui [illegible]go deinceps tẽpore id cognomẽ Romæ [illegible]erunt plebe[illegible] rini. Sed tamen euenire potuit, vt f[illegible] aut fortuna aut voluntate ex patriciatu ad plebem tran[illegible]t. *Sabell.* [illegible] *E.* [illegible] 1.

B Avgvstvs Cæſar ex Scribonia Iuliam ſuſcepit, quæ [illegible] ppæ nupta, Caium & Lucium peperit, quos cùm Auguſtu[s] adoptaſſet, immaturo fato periêre. Agrippam poſthumum ob ſtupiditatem & ferociam, ſuaſu Liuiæ quam ſuper induxerat, in inſulam relegauit. Coniuncta Auguſto Liuia, tertio menſe peperit Druſum ex Tiberio Nerone, cui priùs quoque Tiberium ediderat. Tiberius Druſo mortuo in Germania, ab Auguſto adoptatus eſt Druſi filius fuit Claudius, qui Tiberio ſucceſſit. *Cuſpinianus A. D.*

Honorivs Imp. obiit, cùm duas habuiſſet vxores, Mariam & Thermatiam, Stiliconis filias, vnam poſt alteram: ambæ ſubita morte virgines ſublatæ. *Idem.*

Theodosio iuniore, Auguſto defuncto, quia nullam maſculam poſt ſe prolem reliquerat, ſed vnicam filiam Eudoxiam, eam Valentiniano III. nuptam dedit, quæ poſt Genſerico regi Vandalorum in Aphricam in prædam eſt conceſſa. Itaque ad Theodoſij ſorores deuolutum eſt imperium orientale. *Idem.*

Leo I. Imp. maſcula prole carens, Leonem nepotem ex filia fecit Cæſarem, is patrem Zenonem. Zenone ſine liberis mor-
C tuo, Anaſtaſius ſucceſſit: Anaſtaſio Iuſtinus maior: Iuſtino Iuſtinianus nepos ex ſorore: Iuſtiniano Iuſtinus minor nepos ex filia: Iuſtino Tiberius: Tiberio Mauricius gener: Mauricius cum tribus filiis à Phoca occiſus. Quo Phoca interfecto, Heraclius imperium arripuit.

Lvdovico IV. Arnulphi Auguſti F. ſine liberis moriente, Caroli Magni ſtirps apud Germanos defecit. Ergo Conradus Franconiæ Dux Imp. creatus. Eodem quoque nullos ex Placentia filia Ludouici ſenioris regis Germaniæ liberos habente Henricus I. dux Saxoniæ ſubſtitutus eſt.

Constantinvs VII. Romani Lacapeni F. iam ſenex, de ſucceſſore ſollicitus, Romanum Argyropolum in palatium rapuit, eique filiam Zoen deſpondit, cùm filiis careret.

Henricvs V. ex Mechtilde Henrici Anglorum regis filia nullos habuit liberos. Itaque Lotharius Saxoniæ Dux poſt illum imperauit. Dignus, qui nullos bonos haberet vel certè ſimiles parricidas.

Mortuo Lothario Imperatore ſine liberis ex Richiſa vxo-
D re, Conradus tertius Sueuiæ dux, Moſellæ in Imperatorem relectus fuit.

Edvardvs III. Anglorum rex ſanctiſſ. abſque liberis deceſſit. Itaque Gulielmus Normannus regnum occupauit. *Polyd. l. 6. hiſt. Angl.*

Gvilielmvs Ruffus Anglorum rex auariſſimus, ſine liberis obiit. *Polydorus l. 10.*

Richardvs I. Anglorum rex cùm liberis careret, Arthurum ex Gaufredo fratre nepotem, Britanniæ ducem, regni hæredem reliquit.

Lvdovico Hutino Francorum rege altero regni ſui anno mortuo, Clementia vxor poſthumũ peperit Ioannem, qui non perennauit. Fratri ſucceſſit Philippus Longus. Quo ſimiliter abſque virili prole decedente, Carolus Pulcher frater ſubſtituitur. Is quoque deceſſit, vxore Ioãna grauida relicta. Dum partus expectatur, cuinam procuratio interea rerum credenda eſſet, controuerſia exoritur. Angli Legati Eduardum Philippi Pulchri ex filia quæ eadem germana nouiſſimi regis Franci fuiſſet, nepotem, procuratorem Francici Regni deſignari debere contendebant; ventrem præterea cuſtodien-

di[illegible] fœtu[illegible] ederetur, tutelam [illegible]uſdem [illegible] [illegible]q[illegible] r[illegible]l[illegible]atum & [illegible]x l[illegible] S[illegible] [illegible] Bl[illegible]h[illegible]ſſe [illegible] p[illegible], Caro[illegible] Com[illegible] [illegible] [illegible] 1. 8.

V[illegible]ilav[illegible] no[illegible] m[illegible]t[illegible] na[illegible] [illegible] [illegible]ib[illegible] bu[illegible] v[illegible] ibu[illegible] [illegible] p[illegible] ibu[illegible] [illegible] [illegible] *A.*

[illegible]a[illegible]vs IX. Francorum re[illegible] in[illegible] [illegible]

L[illegible] [illegible] [illegible] Q[illegible] [illegible] [illegible] V[illegible] [illegible] *Petr.* [illegible] *rbati* [illegible] *mtis liberorum.*

[illegible] tem ex Be[illegible]h[illegible] [illegible] ſucce[illegible] [illegible] *Regum* [illegible] 2.

Hi[illegible] Bethelites [illegible] Achab [illegible]e Iſraelitarum Hierich[illegible] [illegible] [illegible]aciendis Abiram primo[illegible] [illegible] & [illegible] candis foribus portarum Segub
F natu minimum, iuxta imprecationem à Ioſue reſtauratori factam, amiſit. *Ioſue 6. & 3. Regum 16.*

Iob ſeptem filios, & tres filias conuiuantes, ruina domus oppreſſos amiſit. *Iob. c. 1.*

Niobe Amphionis Thebarum regis vxor, cùm ſe numero liberorum Latonæ prætuliſſet, Latona irata mandauit Apollini vt filios, Dianæ, vt filias arcu conficerent. Quibus matri obtemperantibus, contigit eodem die & abundare Niobem XIV. liberis, & carere. *Diod. l. 4. c. 11.*

Lamia regina liberis orbata, hunc caſum tam impotenter tulit, vt inuidia & mœrore aduerſus fœcundas mota, ex vlnis ipſis infantes abripi, & confeſtim necari iuſſerit. *Diod. l. 20.*

Habuit natu maiorem filium Echepolin Alcathous Pelopis F. rex Megarenſium, quem in auxilium Meleagro miſit contra aprum Calydonium. Cùm verò à fera fuiſſet adoleſcens interemptus, atque id natu minor reſciſſet Callipolis, ad patrem, qui ſacrum Apollini tunc fortè faciebat, in arcem accurrit, ac ligna è ſacris focis diſturbauit. Quem cùm piaculum commiſiſſe Alcathous, qui filium periiſſe ignoraret, iudi-
G caſſet, ira incitatus, ſtipite ex iis ipſis, quæ ille deiecerat, lignis, capiti impacto filium interfecit. *Pauſanias in Atticis.*

Mater tribus orbata liberis, cùm quartum peperiſſet, infantem igni viuum iniecit. De qua re ſic *Menecrates Smyrnæus l. 1. Epigr. Græcorum* [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

L. Pavlo Æmilio quatuor filij erant: duo in alias familias dati per adoptionem, Scipio, & Fabius: duo etiamnum pueri, quos in familia ſua retinuerat, ex altera ſuſcepti vx[o]re. Horũ alter, quatuordecim annos natus, diebus quinque ante triũphum eius, alter duodecim annorum triduo deceſſit poſt triumphum. Quem caſum cùm nullus ferè ex populo fuerit, qui non maximè doluerit, ipſe tãto tulit animo, vt conuocato populo eum conſolatus ſit potius, quàm vt conſolationẽ ab eo acciperet. Orationis clauſulam hanc fuiſſe *Valer. Max. l. 5. c. 10.* refert: Cùm in maximo prouentu felicitatis veſtræ, Quirites, timerem, ne quid mali fortuna moliretur: Iouem opt. max. Iunonémque reginam, & Mineruam precatus ſum, vt ſi aduerſi quid populo Romano immineret, totum in meam domum conuerteretur. Quapropter bene habet ſe res: annuendo enim votis meis id egerunt, vt vos potiùs meum caſum doleatis, quàm ego veſtrum ingemiſcerem. H

T. Sempronivs Gracchvs, vir Opt. ex Cornelia Scipionũ fœmina ſanctiſſ. XXII. filios ſuſtolit. Qui omnes mortẽ obiêre immaturam. Mortuus eſt ipſe ſuperſtitibus Tiberio & Caio Gracchis, ſummis oratoribus, præcellenti ingenio, & ſuorum temporum eloquentiſſimis: ac Sempronia filia, quos ex Cornelia genuerat. Sed Tiberius cum legem agrariam turbulentiſſimam, inuiſam patribus, cõtra ſenatus decreta, tuliſſet, nouáſque alias haud minus pernicioſus ferre contenderet, duce Scipione Naſica, concurſu hominum interficitur. Caius verò Gracchus tribunus plebis dum improbis concionibus rẽpublicam vexat, actáque ſua tueri vult, neque abrogari patitur,

duce

A duce Opinio conſule, ſerui manu cæſus occubuit. Sempronia Scipioni Æmiliano nupta, in ſuſpicionem venit ipſius necis. *Alex. l.3. c.18.*

Philænium mater tres filios amiſit, quartum adoptauit, & non multò pòſt expolit. De quo *Philippus in primo Græcorum Epigrammatum*:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Idem eodem in loco de Ariſtodice ſic ſcribit:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Ariſtium mollet duos, quos habebat, liberos amiſit. De qua ſic *Oneſtius in primo Græcorum Epigrammatum*:

B [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Chaoanvs Auarum rex, vna de ſeptem amiſit filios peſtilentia. *Cuſpinianus. A. D.*

Henricvs I. Anglorum rex, ducta Mathilde monacha, dum ex Normannia in Angliam nauigarent, tres liberos naufragio amiſit. *Polyd. l.11.*

Climintia Burgunda Roberti II. Flandriæ principis vxor, tres filios intra tres annos enixa, ne multitudine filiorum domus affligeretur, medicamentis ſibi ipſi ſterilitatē acceſſiuit. Sed paulò poſt tribus filiis amiſſis, fruſtra fœcunditatem amiſſam deplorauit. *Iacob. Marchantius de rebus Flandriæ.*

FILII ORBATI PARENTIBVS.

Ante partum. Poſthumi.

Sylvivs Posthvmvs, rex Latinorum III. à Lauinia poſt mortem Æneæ patris in lucem editus, ab Aſcanio fratre liberaliter educatus: & quia Iulius Aſcanij F. adhuc impuber erat, in regno ſubſtitutus fuit. Ab eodē deinde omnes Albanorū reges Syluij appellati fuēre. Regnauit annis 29. *Eutrop.*

C Ladislavs Alberto II. Imp. Bohemiæ & Hungariæ regi ex Elizabetha Sigiſmundi Imp. F. poſthumus, quadrimus, apud Albam regalem, baptiſmum & Chriſtianæ fidei ſignaculum, & militiæ cingulum, & ſacram Hungariæ coronam, quam mater penes ſe habuit, eadem die accepit. Inde ſublatus, in tutela Friderici Cæſaris patrui duodecim ferè annis fuit, cui mater & ipſum & coronam commendauit. *Æn. Sylu. c.1. Europæ, & Dubrauius l.28.*

Ivliano Medici, non ita multò poſtea, quàm eſt Paciorum & Saluiatorum coniuratione interfect , filius poſthumus naſcitur, cui nomen Iulio fuit: Is à Leone X. Pontifice Maximo, cuius erat patruelis, in Cardinalium collegium aſcitus, poſt Adriani mortem, qui Leoni ſucceſſerat, Pontifex Maximus creatus; Clemens VII. eſt dictus. *Brutus l.6. hiſt. Flor.*

Poſt partum.

Esther, Abichail P. vtroque parente orba, à Mardochæo patruo Suſis educata, ab Artaxerxe rege in thori ſocietatem ſuſcepta fuit. *Eſther. 2. & Ioſephus l.11. c.6.*

Tobias Nephthalenſis, ab vtroque parente pupillus relictus, à Debora paterna auia in vera religione inſtitutus fuit, vt contemptis aureis vitulis, quos adorabant reliqui, Hiero-
D ſolymam ſtatis temporibus ad adorandum & ſacrificandum aſcenderet *Tobiæ 1.*

C. Marcivs Coriolanvs patre orbus, ſub matre educatus vidua, orbitatem docuit, etſi aliis ſit obnoxia incommodis, ad virtutem tamen & claritatem obtinendam parum impedimenti afferre. *Plut. in eius vita.*

M. Cato minor relictus cum fratre Cæpione & Porcia ſorore, parentibus orbus, apud Liuium Druſum auunculum ac principem ciuitatis educatus fuit. Etenim fuit ille diſertiſſimus, & cætera vir comptimis bonus, ac ſi quis alius Romanorum, prudens. *Plut. in Catone minore.*

Q. Sertorivs non obſcuriſſimis natalibus ex Sabinis oppido Nurſia ortus, à matre vidua patre orbus, honeſtè educatus, genitricem dilexit mirificè. Nomen matris Rheam dicunt. *Plut. in Sertorio.*

Damon puer Chæronensis parentibus orbus. *Plut. in Proœmio Cimonis & Luculli.* E

Exſtat autē inſignis impietatis monumentum Veronæ, prout ab Appiano in ſuis Antiquitatibus recenſetur, eſtque tale

D. M.

Mitrajvs pius diues iam hebes, decrepitus, & mendicans, luce c ens, à tribus libertis, & duabus libertatibus expulſus, ſiti peri . Sacrum mihimet conſtitui. Hic humatus ſum. Cineres & oſſa hos natos tenuo. In hoc vt requie cant, nolo. Sobolem nego, priuo poſteros, omnes me legitot & ſinite: vi ann. cxxv. menſ. III. o. II. & nemini poſteri.

Mvlassses Tuneti Rex, cum aduerſus filium ad recuperandum egnum infœlicit pugnaſſet, cruore & puluere fœdatum, & ad ſ pertractum, filius candenti ſcalpello proſcidit vtriuſque oculi upillam, eumque excæcauit. *Iouius l.44. hiſt.*

Gandaui memorabilis conſ icitur ſtatua in ponte quodam, hominis alterum capite imminuentis, idque in formam percutientis, ſiue ferientis. Ferunt autem olim, Patrem & filium propter enormia ſcelera morti adiudicatum fuiſſe, ac comitem Flandriæ, volentem periculum facere in vtro foret maior, ϛοργὴ, conſenſiſſe vitam illi, qui alteri caput præcideret. Tandemque patrem multis argumentis eam impietatem filio F
perſuaſiſſe, vt carnificis in genitorem officio fungeretur.

FILIORVM. LIBERORVM

Defectvs.

FILII IMPII EX BONIS PARENTIBVS:

Non ſemper progenitorum virtutem imitari filios, cum ſacris, tum profanis exēplis docemur. Cain fuit Adæ filius, ſed degener. Cham filius Noë: Iſmaël Abrahæ: Eſau Iſaac: Heli ſacerdos optimus peſſimos filios educauit: Samuël quoque diſſimiles habuit filios: Ammon & Abſalon Dauidem patrem non ſunt imitati: neque Roboam Salomonē: neque Ioram piiſſimum Ioſaphat: neque patrem Ezechiam impius Manaſſes.

Q. Fabivs Maximvs degenerem filium habuit Fabium, ita vt Q. Pompeius Prætor Vrbanus paterniſque auitiſque bonis eum interdixerit. Etiam Africano ſuperiori filius fuit monſtro potius, quam parenti ſimillimus, ideòque prætoriā, quam flagitiis polluerat, exutus à Gente Cornelia fuit. Legatur *Val. Max m. l.3. 5.*

Superiori etiam ſæculo Philippo II. Hiſpaniarum Regi clementiſſimo, & prudentiſſimo. Carolus filius fuit, regnandi libidine accenſus, patriiſque ſceptris inhians, de quo illud G
Chronicon anni quo in patrem duriora machinatus, & ſimul extinctus fuit, circumfertur:

FILIVS ante diem patrios inquirit in annos.

Verè Horatius. *Ætas parentum peior auis, tulit*
Nos nequiores; mox daturos
Progeniem vitioſiorem. Lib.3. Carmin.

Degeneres quoque extitēre Carinus Cari Imp. filius: Henricus Imp. Henrici II. F. Vvenceſlaus Caroli IV. Bohemiæ Regis: Ioannes primi Ducis Galeacij Ioannis, Franciſci etiam Sforciæ, filij Galeacius, Philippus & Ludouicus. Caligula quoque Germanico patri: Commodus Marco Antonio Philoſopho quàm diſſimilis fuit. *Ioan. Baptiſta. Fulgoſ. l.5. c.5. de dict. & fact. memorab.*

Palam eſt ignauos ſæpè filios claris ortos eſſe parentibus; vt de Scipione legimus, Cicerone, Herode Attico. Cauſam Ariſtoteles in problematibus adfert: Mentem vti præſtantis, magis à natura ſenſus, carniſque remotam, ac quaſi ſuſpenſam, inopem ingenij conceptis genituram præſtare. Contra verò claros ex ignauis & improbis, bonos ſæpè genitos videmus, vt tot ſanctos viros ex crudelibus & nefariis. Plerúmque tamen iuxta Græcum Prouerbium euenire ſolet, H
κόσμος, κακὸν ὤν. Plato felicem dicit fieri genituram ex vtriſque bonis, malam verò ex vtriſque malis. Bonum autem intelligit ex concordi diſcordi prouenientē, vt videlicet acriora ingenia mitioribus copulentur, vehementiora remiſſioribus. *Volaterr. l.30. Philologia, Titul. Ex liberis bona maláque.*

☞ *Conſule Titulum* Degeneres.

INOBEDIENTIA FILIORVM ERGA PARENTES. PVNITA.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Esav inobediens parentibus amiſit nobiliſſimam benedictionem. *Gen.26.* Et filij Heli *1. Reg.*

EXEMPLA HISTORICA.

Sub ann. Dom. incarn. 868. gens Bulgarorum ferociſſima ac bellicoſa, relictis idolis abrenuntiatiſque Gentiliſmi

ſuperſtitionibus, in Chriſtũ pro maxima parte credidit, & ab-
A luta ſalutari baptiſmatis vnda in religionem Chriſtianã tranſiit. Ferunt autẽ de huius gentis Rege, quòd tanta perfectione poſt perceptam baptiſmi gratiã viuere cœperit, vt diebus ornamentis regiis indutus coram populo procederet, noctib. verò ſacro veſtitu latenter eccleſi[illegible] intrans, ſuper pa[illegible]menta ipſius Baſilicæ, ſubſtrato tantũ ſibi cilicio, proſtratus in oratione iaceret. Nun poſt multum [illegible]pus diuina inſpiratione commotus regnum terrenum dim[illegible], vt in cælis æternaliter regnaret cũ Chriſto. Et ordinauit in ſuũ [l]ocum Regem filiũ ſuum maiorẽ natu, comam [c]apitis depoſuit, habituq; ſanctæ cõuerſionis ſuſcepto monachus effectus eſt, [e]leemoſyni[s], [vi]giliis & orationibus diu noctuq; inten[den]s. Interea filius eius, quem Regem cõſtituerat, longe a paterna intentione & operatione recedens prædas cœpit exercere, ebrietatibus, comeſſationibus, & libidinib. vacare, & omni conamine ad gentilitatis ritum populum nouiter baptizatũ reuocare. Quod cum pater audiſſet, nimio zelo accenſus ſacrum habitũ depoſuit & militiæ cingulum reſum[p]ſi[t], & cultu [r]egio indutus [ass]o-
B ciatis ſibi Deum timentibus, filium perſecutus eſt, quem mox abſque difficultate cepit, oculóſque eius effudit, & in carcerẽ miſit; deinde conuocato omni regno ſuo filiũ minorem Regem conſtituit, interminatis corã omnibus ſimilia fore paſſurum, ſi in aliquo à recta Chriſtianitate deuiaret. His ita patratis, depoſito cingulo, & reſumpto ſanctæ religionis habitu, in monaſteriũ ingreſſus, in ſancta cõuerſatione reliquũ vitæ præſentis tempus duxit. *Regin. l. 6. Mart. Polon. l. 4. Chron.*

Anno Dom. incar. 870. Carolomanus, cùm adhuc eſſet puerulus, iuſſu patris attõſus clericus, euectúſque deinde procedente tẽpore ad Diaconatus officium, quamuis inuitus atque coactus in præſentia genitoris ordinatus eſt, legitque publicè Euangeli[um], & Pontifici miſſam celebranti iuxta morem miniſtrauit. Poſt hæc in Apoſtaſia recedens ab eccleſiaſtica religione, abjiciens ac ſpernens negligenter gratiam, quæ ei data erat per impoſitionẽ manus, alter Iulianus efficitur, collecta quippe prædonũ non modica turba, eccleſias Dei cœpit deuaſtare, ea, quæ pacis ſunt impugnare, cuncta diripere, & mala inaudita perpetrare; pro quibus cùm crebrò à patre correptus
C fuiſſet, nec tamen vllatenus accepta prauitas ceſſaret, nouiſſimè ex præcepto patris ei oculi eruuntur, iuſto Dei iudicio lucem exteriorẽ amittens, qui interiorem, quæ Chriſtus eſt, à ſuo pectore effugauerat, in tenebras exteriores miſſus, qui interioribus ſua ſponte ſe tradiderat. Orbatuſque Ludouicũ auunculum ſuum adiit, miſeriarum, & calamitatum ſuarum ærumnas apud eum lugubriter deplorans. Ille, miſeratione motus, Abſternatum monaſterium ſancti VVillibrordi ei ad ſubſidium vitæ præſentis conceſſit, vbi non multo pòſt tempore mortuus eſt & ſepultus, *Regin. l. 2. Chron. an.* 870.

Noſtra ætate, *vit S. Bernardinus Tom. 2. Dominica 2. [illegible] ſerm. 17. & Guil. B. [illegible] l. 3. flim. adoleſ. c. 16.* in Hiſpaniæ citerioris oppido, cui nomen Sui, non ita procul Valentiã, Adoleſcens fuit, qui per parentum inobedientiam eo deuenerat, vt anno octauodecimo propter latrocinia, & publica facinora in vincula coniectus, & ſuſpendio damnatus ſit. Erat etiam tum prorſus imberbis: pendenti verò iam, atque exanimi ſubito prorumpit barba, ſpectante populo, comæ capitis planè caneſcunt vt ætatem referret hominis nonagenarij. Miraculo rei accitus cum populo & toto clero accurrit Epiſcopus: omnes in genua proſtrati expectant, dum oſtendat Deus, quid ſibi monſtrum hoc velit. Atque ecce tibi, Epiſcopus
D editiorem capiens tumulum ad omnes ait, voluiſſe Deum oſtendere, quantum de vita eis detrahat, qui de parentum obedientia detraxerunt: victurum etiam hunc iuuenem fuiſſe ad eam ætatem, quæ iam apparebat in facie, niſi ipſo ſeptuaginta annos parentum inobedientia detraxiſſet.

Alium quempiam, inquit Thomas Brabantinus, in partibus Galliæ, ſub Philippo Rege, noſtris tẽporibus, viro religioſo referente, fuiſſe cognouimus. Hic ab ineũte ætate pertinaciſſimæ vitæ, vt illud quod de Iſmael ſcriptũ eſt: *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eũ,* in eo ita videretur impletũ, vt nec parentes proprios quieſcere ſuſtineret, ſed ad amariſſimũ vitæ finem perduceret. Poſt quos & ipſe miſerabiliter infirmatus, & in agone mortis poſitus, ſumptis Eccleſiaſticis ſacramentis, ſubitò inter manus aſſiſtentit clamans horribiliter exiliuit dicens: Surgite omnes, arma accipite, iuuate me contra proprium patrem, quia omnium inimicorum meorum ductor factus eſt, & me conatur occidere. Et hoc dicens, quaſi contra ingredientem multitudinem ad oſtium ire conaba[tur]. Ne[illegible] no[illegible], ca[illegible], euerſis terribi[liter] [illegible]culis, c[la]mauit ex[illegible] Heu [illegible], pa[illegible] eus modu val[illegible] [illegible] lapide front[illegible] [illegible] percunend[illegible] con[illegible]oit. Hi autẽ qui aſſiſtebant, neminem [illegible] dem [v]ideban[t] [illegible] quaſi turbas ſe compri[illegible] [illegible] & [illegible] dient[illegible] aud[e]ban[t]. Vide er[go] [illegible] qui nec pat[illegible] [illegible] p[illegible] pitium hab[illegible] [illegible], quãtis d[illegible] inæ [m]odic[illegible] [illegible]tibus d[illegible]. Non tamen ab[ſ]olute eũ, qui [illegible] pati[illegible] [illegible]. Sed quecun[illegible] forte [illegible] bon[illegible] ſine ma[illegible], cum dictum ſit *Armabit [cre]aturam ad [illegible] mi[illegible] contra inſenſatos Thom. Brabant. l. 2. Apum [illegible] 14.*

CATHA[R]INA Suec[ic]a, dum cum matre R[illegible] eſt [illegible] do ob[illegible] [illegible]orum nequitias d[illegible] per d[illegible] mater ad [illegible] & ind[u]lgentias abiret, [illegible] deſt Sathan[as] & acerbas in eius ani[m]um cœpit [c]og[illegible] mittere, [illegible] quam aliis ſuarum animarum luc[illegible] [illegible]tibus, ipſa inſtar bruti animantis ab omnibus [illegible] ar-
E [illegible]ceret. Addebat his, eius cognatos, fratres & ſorores in patria cum ſumma tranquil[li]tate ſeruire Deo, ip[ſ]am verò miſe-
ram ducere [v]itam: præſtare igitur, ne in lucem quidem edit[am] F
fuiſſe, quàm id genus incertam vitam ducere. Erat hæc in animo ſanctæ virginis tentatio vehemens, adeóque eam mœrore & perturbatione oppleuerat, vt matre illius reuertente, & ſeriò præcipiente, vt tanti mœroris cauſam diceret, ſimpliciter reſponderet, ſe loqui non poſſe. Et certè iã planè inſtar mortuæ facies eius expalluerat, oculi tranſuerſi erant: ita tantum moleſtus erat dæmon id genus importuniſſimis ingerendis cogitationibus. Portò nocte proxima in ſomnis viſa eſt ſibi videre totum mundum quaſi inflammatum, ſeque in medio ignis poſitam in parua quadam planitie, planéque deſperantẽ ab illis ſe poſſe flammis eripi: tum vero apparentem ipſi beatiſſimam Mariã virginem, quã his verbis deprecatur: Adiuua me, chariſſima Domina mea. Illã verò reſpondentem: Et quã te poſſum ratione iuuare, quæ tãto patriæ teneris deſiderio, oblita ſponſionis tuæ, & neque Deo, neque mihi, neque matri tuæ, neque patri ſpirituali obediens? Se vero offerentem ad omnia exequenda, quæ iuberet Dei mater, atque tum demum Dei genitricem dicentem: Obedias igitur matri tuæ, & patri
ſpirituali. Expergefacta inde Catharina matrem cum omni G
humilitate celeriter adiit, veniam ſuæ inconſtantiæ petiit, promiſitque ſe deinceps ad mortem vſque libenter in exilio eum ipſa permanſuram. *In eius vita apud Sur. 22. Martij, c. 6.*

Memorabilis eſt lex Platonis quæ habetur l. 11. *de legibus,* ſuper obedientia, cultu & veneratione filiorũ erga parentes: quam totam quia memorabilis eſt, duximus adſcribendam.

Si quis minus quam decet parentes colat, neque magis eos quam filios nepoteſve, & ſeipſum etiam diligat, vt omnibus obſequiorum officiorumque generibus illis obtemperet, illorumque voluntatibus & mandatis obſecundet: Pater qui negligitur, vel ipſe, vel per alium, ad tres de legum cuſtodum collegio rem deferat, & ad tres quoque de matrimoniorum curatoribus eximios. Illis vero hoc ſcelus eſto curæ, & re bene explorata, in liberos iniuſtè agentes animaduertunto. Si iuuenes adhue fuerint, plagis & vinculis ad xxx. vſque annum, ſi maſculi fuerint: Sin fœminæ, ad xl. vſque annum iiſdem ſuppliciis coërcentor. Si autem eam ætatem exceſſerint, neque deſinant parentes negligere, imo etiam acerbè cum illis agant: tum ad magna ciuium omnium comitia pertrahuntor, & ex omni cœtu ſeniores de re quæſtionem habento, damnatum ſenatus huiuſmodi pœnis plectito, quantas poteſt
maximas, & acerbiſſimas quiſquã mortalium perferre. Quod H
ſi ſenex pater filiorũ acerbitate præpeditus, rem deferre non poſſit, quilibet ingenuus, ſi rem audierit, etiam ipſe deferre ad Magiſtratus tenetur, ni faxit, improbus habetur, & cuilibet fas eſto, eum ignominiæ accuſare. Si ſeruus rem indicarit, liber eſto, & ſi vel in vtriuſlibet fuerit poteſtate, parentum illorum vel filiorum, id eſt eorum qui vel malè habent, vel malè habentur: à magiſtratu, nullo perſoluto precio liberantor. Si cuiuſque alterius ciuis, ciuitas ſerui pretium Domino reſtituto, & ſeruum iubeto liberum eſſe: curæ vero magiſtratui eſto, ne ei qui rem detulerit, indicatio fraudi fiet.

Non abſimilis eſt Lex Clotharij Regis, quæ habetur inter Leges Alemannic. xxxv.

DE FILIORVM INSTITVTIONE ET MORIBVS APOPHTHEGMATA.

AGESILAVS, Cum miro eſſet affectu erga liberos ſuos, dicitur aliquando arundine pro equo conſcenſa, vna cum pueris luſiſſe

tuſiſſe domi. Id ex amicis illius quodam vidente, rogauit, ne
A cui hoc quod videtur diceret, priuſquam ipſe quoque liberorum parens factus eſſet, feſtine ſubindicans, eum luſum nequaquam leuitatis, ſed amoris fuiſſe. *Plut. in Lacon. Apoph.*

Quum Cambyſes, ſe cum patre Cyro conferret, amicis illum patre præſtantiorem affirmantibus: Crœſus reſpondit, illum nunquam patri æquandum qui nunquam reliquiſſet filium. Sentiens, & hoc eſſe non infimũ erga Remp. meritum, ſi non ſolum ipſe te præſtiteris egregium virum, ſed aliquem tui ſimilem gignas; educéſque patriæ. *Eraſm. lib. 6. Apoph.*

Cæsar, quum Romæ videret peregrinos quoſdam locupletes, canum ac ſimiarum catulos in gremio circumferentes, eóque habere in deliciis, percontatus eſt: Num apud illos fœminæ parerent liberos? Sentiens, nullos catulos eſſe iucundiores infantibus. *Plutarchus in vita Periclis*, tametſi non indicat, cuius Cæſaris hoc dictum ſit: ſuſpicor eſſe Auguſt.

Antoninus Pius, biduo priuſquam moreretur, admiſſis amicis, aperuit ſententiam de filio, eandem quam Philippus de Alexandro, dicens: Se æquo animo mori, cùm filium relinqueret. *Capitolinus.*

Thales filios ſubinde admonebat, vt parentibus benefa-
B cerent, his verbis: Quale præmium rependeris parentibus tuis, tale à liberis tuis expectato. *Laert. lib. 1.*

Pittacus, filium admonens, ne cum Patre in iudicio litigaret, his verbis vſus eſt: Si de Patre iniquiora dixeris, damnaberis: ſin æquiora, vel ob iſtud damnari dignus es. *Stobæus ſerm. 77.*

Telecrus, cuidam nuntianti, patrem de eo malè loqui: Niſi inquit, illi dicendum eſſet, haudquaquam diceret. Maluit in ſe transferre culpam, quam committere vt pater quicquam temere loqui videretur. Habes & pietatis ſimul, & modeſtiæ exemplum. *Plut. in Lacon.* Idem, Percontanti, quare mos eſſet apud Spartanos, vt iuuenes aſſurgant ſenioribus: Vt, inquit, aſſueti honorẽ habere nulla propinquitate iunctis, magis honorent parentes. Optima ratio conſuefaciendi ad debitum officium, ſi vltra quam debetur, doceamur præſtandum: Veluti ſi quis aſſueſcat cum vxore verecunde caſtéque conuiuere, multò minus improbus erit apud alienas. *Plut. in Lacon.*

Agidem vltimum Regem Laconum huius nominis, cum
C rogaſſent parentes, vt ſibi in re quapiam iniuſtè adeſſet, recuſauit iis aliquando. Verùm cùm inſtarent, hunc in modum reſpondit: Donec eſſem apud vos, nullam omninò tenebam iuſtitiæ ſententiam. Verum vbi me patriæ tradidiſtis, patriæque legibus, conabor huic magis obtemperare quam vobis. *Plut. in Lacon. Apoph.*

Dario totius regni viribus ſubinde impetum faciente, Scythæ paulatim cedentes ad vltimas ſolitudines peruenerant, interrogati tandem ab eo, quem fugiendi finem eſſent facturi? Reſponderunt, ſe nec agros, nec villas, nec vrbes, pro quibus dimicarent, habere: Cæterum cum ad parentum ſuorum monumenta peruentum eſſet, tum denique ſciturum Darium, quomodo Scythæ ſolerent præliari. *Eraſm. 6. Apoph.*

Alexander cum ſibi multa de matre ſcripſiſſet Antipater: Ignorat, inquit, Antipater matris vnicam lachrymam multarum calumniarum epiſtolas deleturam eſſe. *Plut.*

Demetrius Phalereus admonebat adoleſcentes, vt in ſolitudine ſeipſos, in via obuios, & domi parentes diligenter reuererentur. *Laert. l. 5. cap. 5.*

Epaminondas, ex omnibus, quæ præclarè & honeſtè geſſiſſet in vita, illud ſibi dicebat eſſe iucundiſſimum, quod vtro-
D que parente viuo, Leuctrica pugna viciſſet Lacedæmonios. Vir pius non tam ſibi gratulatus eſt eam obtigiſſe gloriam, quam hanc voluptatem ex ſe contigiſſe his, quibus vitam ſuam acceptam ferebat. *Plut. in Apoph.*

Adoleſcẽs quidã patris vita defuncti inimicum mox in ius vocauit, vltusq; eſt, quem Cato obuiã comiter amplexus: Sic oportet, inquit, non agnis hœdisue, ſed è malorum lachrymis ac damnationibus parentum exequias celebrare. *Eraſ. in Apoph.*

Coriolanus, Cum meritò iratus ingrato populo Romano, exitium vrbi moliretur, nec à legatis, nec à ſacerdotibus exorari poſſet: Veturia mater vnà cum vxore filij ac liberis in caſtra venit. In cuius complexum quum accurreret Coriolanus. Sine, inquit illa, prius ſciam, vtrum ad hoſtem, an ad filium venerim, & vtrum captiua, an mater in caſtris tuis ſim. Hæc aliaque quum dixiſſet matrem complexus: Expugnaſti, inquit, & viciſti iram meam. Patria, te, quamvis mihi meritò inuiſam, huius precibus dono. *Liuius.*

Quum Antonini Getæ pater Seuerus deſtinaſſet omnes
E diuerſarum partium occidere, inter ſuos dicere ſolitus eſt: Hoſtes vobis eripio, adeo conſentiente Baſſiano, vt liberos etiam illorum ſuaderet necari, Geta puer interrogauit, quantus eſſet occidendorum numerus? Enim quum pater edidiſſet, rogauit, num illi haberent parentes ac propinquos? quum reſponſum eſſet Habere & quidem multos. Plures ergo, inquit, in ciuitate triſtes futuri ſunt, quam læti, quod vicimus. Valuiſſet cordatum pueri dictum, niſi quorundam crudelitas obſtitiſſet. *Ælius Spartianus.*

Aristippus, Incuſante quodam, quod filium ſic abiiceret, negligeretq; quaſi ex ipſo natus non eſſet? An non, inquit, & pituitam & pediculos è nobis natos, velut inutiles, procul à nobis abiicimus? Senſit, eos non habendos pro filiis, qui nihil haberent alioqui, quo ſe parentum affectui commendent, niſi quod ab ipſis progeniti ſunt. Ita ſenex in comœdia: Tãtiſper te volo meum, dum id quod te dignum facis. *Laert. l. 2.*

Lacæna Quædam, filium qui profectus in militiam, in acie loco fugerat, non tantum vt ignauum & inobedientem abdicauit, ſed occidit penitus. De qua hoc extat *apud Plutach. in Lacænarum apoph. Epigram.*

Germen iners abi iam ad tartara, ſeque peroſus
Eurotas, ceruis nec det aquam timidis
F
Ignauus Catulus, mala ſors, hinc vade ſub orcum.
I Sparta indignus, quem nec ego peperi.

Damatria, cum filium haberet, qui ſe in bello non ſtrenuè geſſiſſet, domum redeuntem non abdicauit tantum, ſed occidit etiam, dicens: Nequaquam conuenire, vt ex fortiſſimis parentibus natus filius, ignauus ſuperſtes eſſet. *Plutarch. in Lacænarum Apoph.*

Quum Chij exules veniſſent Spartam, quam plurimi multis nominibus incuſabant Pædaretum. Eos mater Teleutia ad ſe accerſit, ex his vbi cognouiſſet, quæ filio obiicerent, videreturq; filius in culpa eſſe, ſcripſit illi in hunc modum: Mater Pædareto. Aut melius viue, aut illic mane. Virago mortẽ minata eſt filio, ni mores corrigeret ſuos: *Plut. in apoph. Lacæn.*

Alexander reprehenſus ab vxore, quod filium inutilem abdicaſſet, diceretque ex eo eſſe, cum expuiſſet in terram: Et hoc inquit, ex me eſt, at non vtile. *Stob. ſerm. 23.*

Augustus Cæſar Iuliam filiam ac neptem relegârat: deinde Agrippam, prius adoptatum, poſt ob ſordidum ac ferox
G ingenium abdicatum. Ad omnem horum mentionem ſolebat exclamare verſu Homerico:

αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι.
O vtinam cælebs vixiſſem orbuſque periſſem.

Nec aliter illos appellabat, quàm tres vomicas, ſeu tria carcinomata ſua: Suorum enim mortem leuius ferebat, quam dedecora. Quin & teſtamento cauit, ne ſi quid accidiſſet Iuliæ filiæ & nepti, ſepulchro ſuo inferrentur. *Eraſm. lib. 4. Apoph. ex Suetonij Auguſto.*

Titus, Non legiones, inquit, non claſſes, perinde ſunt firma imperij munimenta, quàm numeri liberorũ. Nam amici tempore, fortuna, cupidinibus aliquãdo, aut erroribus imminuũtur, transferuntur; deſinunt, ſuus cuique ſanguis indiſcretus; ſed maximè principibus; quorum proſperis & alij fruuntur, aduerſa ad iunctiſſimos pertinent. Ne fratribus quidem manſura concordia, ni pater exemplum præbeat. *Tacit. hiſt. lib. 4.*

Solon interrogatus, cur nullas leges aduerſus eos, qui parentes verberaſſent, conſtituiſſet: Quod nullos, inquit, tales extituros exiſtimabam. *Ant. in Meliſſa, p. 2. ſer. 11. Max. ſer. 25.*

Diogen. Ad eum qui patrem deſpiciebat: Non te pudet,
H inquit, eum contemnere, cui debes hoc ipſum quod tibi places? Dicti gratia ſita eſt in alluſione contrariorum. Pugnant inter ſeſe, deſpectui eſſe, & ſibi placere. *Laert. l. 6.*

Plato videns quendam erga patrem ſuum faſtuoſius agere: Non deſines, inquit, adoleſcens illum contemnere, cuius gratia alium ſapere vis? *Stob. ſerm. 77. & Max. ſerm. 33.*

☞ *Filiorum ſucceſſus in pler. ſque idem cum Parentibus; vide in loco Parentes.*

* Fimus.

Definitio, Et Etymologia.

Fimus ſtercus eſt animalium, quamuis omnia putrida hoc nomine appellentur. *Iſid. l. 7.* Fimus eſt qui per agros ſpargitur: ita dictus ait, quia fiat imus, id eſt, ſtercus, quod etiã lætamen dicitur, quia lætam faciat meſſem. Melius à φύω deducemus, quod eſt gigno, ſiue naſci facio; reddit enim agros fera-

ces ;ſiue à [illegible] pingue : aut [illegible] ſordes. Plinius fimum vo-
A cat humanas dapes,& vrinam hominum potum. *l.1 [illegible] cap.9.*

VSVS.

Fimi vſus vulgaris in ſtereorandis agris. Indicat *Virg.1. Georg. Nec ſaturare fimo pingui pudeat ſola, neue Effœtus cinerem immundum iactare per agros.*

Heraclitus Philoſophus h[illegible]dr[illegible] ns, totum ſ[illegible] fimo bubulo feliciter perunxit. *Laertius* [illegible] qui humano, [illegible] apuſtemata emol[illegible]iunt, & bubon[illegible] [illegible]entiales ad maturitatem redigunt.

Finis.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Finis in ſua generalitate eſt Terminus rei alicuius, *etiam* Græcis. Ioa. Scaliger deducit à [illegible], eſtque id quo aliquid circumſcribitur, hinc [illegible], circumſ[illegible]ibo vel finio. Simpliciùs fortaſſis à ſune finem ducemus, quod olim agrorum fines funibus diuiderentur. Item plura finis ſignificat, iuxta illum verſiculum: Eſt Finis Patria, Mors, Conſummatio, Meta. Apud Philoſophos alia eſt illius conſideratio, eaque hoc loco vtimur. Itaque Finis definitur à Philoſophis id cuius gratiâ cætera (nempe media quæ ad illum obtinen-
B dum deſtinata ſunt;) fiunt, eſtque non modo cauſa propriè dicta, ſed omnium cauſarum prima, vt à quo cæteræ mouentur ad operandum, aliarúmque cauſarum in operando cauſalitates antecedit, imò & dignitate alias præcellit, quia in ordine mouentium præcellit id quod mouet.

DIVISIO, ET SPECIES VARIÆ.

Finis variè diuiditur: alius eſt Finis cuius, éſtque id cuius obtinendi gratia aliquid fit. Alius Finis cui, éſtque id in cuius gratiam fit aliquid.

Item finis alter eſt generationis, alter rei genitæ. Ille eſt forma, quæ per generationem inducitur, & à generante intenditur. Hic vero operatio, propter quam vnumquodque intenditur. *Ita Auerroes de cælo l.4. in com.22.*

Tertiò. Quidam fines operationi præexiſtunt, nec agentia in eorum tendunt affectionem, ſed ideo dumtaxat operantur, vt eis coniungi & aſſimilari valeant. Sic Deus eſt finis non ſolum naturæ intellectualis, quæ ipſo frui poteſt, ſed totius naturæ, quæ ſuo modo ſimilitudinem eſſe diuini affectat. Alij fines ſunt, qui agentis actioni non præexiſtunt, ſed ab eo efficiuntur, vt forma, quæ per generationem acquiritur. Vide
C Ariſtotel. *lib.2. Phyſic. cap.3. text.23.*

Gregorivs *in 2. diſt.38. quæſt. vnica art.1.* & Gabriel ibidem Finis aliam vſurpationem inſinuant, qua trifariam volunt accipi: Communiter, propriè, & maximè propriè. Communiter pro quolibet appetitus obiecto: Proprie pro illo cuius gratia aliquid eſt volitum: Magis propriè, dum ſumitur pro illo ad quod ita quidpiam dirigitur, vt ipſum ad aliud non referatur. Et ita prima rerum omnium cauſa, id eſt, Deus appellatur finis, quia ſicut ab ipſo tanquam vniuerſali cauſa manarunt omnia, ita ad ipſum velut ad finem vltimum omnia recurrunt. Hinc Poëta:

Vnde nil maius generatur ipſo,
Nec habet quidquam ſimile, aut ſecundum.

Denique diuiditur finis in Perfectum, & Imperfectum. Perfectus eſt, quo admoto, nullo amplius eſt opus. Imperfectus contrà, quo aſſidente nonnihil quo indigeamus abeſt, *lib.1. mag. moral. cap.2.*

Poëtarum ſententia eſt:

D *Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto,*
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Et Boëtius de conſolat.3.

Repetunt proprios quæque receſſus,
Redituque ſuo ſingula gaudent,
Nec manet vlli traditus ordo,
Niſi quod fini iunxerit ortum,
Stabilemque ſui fecerit orbem.

APOPHTHEGMATA, ET EXEMPLA HISTORICA.

Agesilavs Athenienſium Imperator, audiens quendam deprædicantem felicitatem Perſarum Regis adhuc Iuuenis, reſpondit: necdum vitæ finis adeſt: neque Priamus ea ætate infelix fuit, qui maturiore infelix periit in incendio Troiano. *Plutarchus in Apophthegm.*

Epaminondas rogatus quem arbitraretur ducem ſtrenuum, ſeipſum, an Chabriam, an Iphicratem? Reſpondit: id iudicatu eſſe perdifficile, donec viuimus. *Idem ibidem.*

Imperator Fredericus, percontanti quid homini optimum poſſit contingere reſpõdebat: Bonus ex hac vita exitus. Verè E

——— *dici beatus*
Ante obitum nemo, ſupremaque funera debet.

Ex Æn. Sil. lib.4. Comm. in res Alphonſi. L. Beyer. in Apoph. Chriſtiani

Erat dux VVitembergenſis ſupra modũ animoſ[illegible] & vehemen[illegible] quam æquitas aut ratio poſtulabat [illegible] qui [illegible]pra, in ſumma modeſtia cohortabat[illegible] [illegible] [illegible]tiu[illegible] & moder[illegible] geret, cum is monit[illegible] neg[illegible] erat dicere Fredericus: Cum finis bonus, ipſ[illegible] nuan[illegible] eã ve[illegible]ementiã (vti accidit) Quci al quando n[illegible]

Crœſum quoque vox iuſti [illegible] facunda Solonis
Reſ[illegible] icere ad longa iuſſit ſpatia vltima vitæ.

F[illegible] P[illegible] [illegible] part. mediæ. Hiſt. Idem ibidem.

Reuocari huc poterunt nonnulla ex loco de intentione & Circumſtantia.

Finitores.

Quære in loco de Geometria. Dicuntur namque Finitores, qui communiter Agrimenſores, qui agros, ſiue agrorum fines metiuntur & diuidunt.

Fiſcus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fiſcus ſignificat ſaccũ capacẽ, eiuſq; genera varia enume- F
rat Varro, ſportas, ſportulas, ſaccos, crumenas, ſcorteas, manicas, marſupia, bulgas. A fidendo fiſcũ deducunt quidam, quod ſcil. illo theſaurũ noſtrum fidamus. Melius a [illegible], veſica. Solent enim in animaliũ veſicis pecuniæ reponi & hodie à tenuioribus adhibentur, fueruntq; veriſimiliter primi fiſci.

Fiſcus igitur, vt placet Aſconio, eſt ſporteum receptaculum pecuniis reponendis accommodatum. Et quia pecunia publica, aut quæ ad Principem ſpectat, luculentior eſt priuatâ, hinc ærarium Principis communiter Fiſcum dicimus. Quamvis alij inter hæc duo diſtinguant, vt fiſcum velint pecuniam Principis, & ærarium pecuniam publicam.

Traianvs Imp. Fiſcum Lienem nuncupare ſolebat, quod eo creſcente reliqui artus tabeſcerent. Ita creſcente Principis ærario, Populus emungitur.

Fabricivs Romanus, Cinea Epirotarum Legato magnam auri vim, offerente, accipere recuſauit, dicens ſe malle imperare habentibus aurum, quam aurum ipſe habere.

Constans Imperator teſte Eutropio, dicere ſolebat, opes publicas à priuatis pluribus melius haberi, quam intra vnum Principis clauſtrum reſeruari. G

CVR INSTITVTVS, ET QVIBVS REBVS CONSTET, ET COMPARETVR?

Conſtitutum Ærarium eſt & Fiſcus, quibus pecuniæ in vtilitatem Reip. ſeruarentur. Nomine Ærarij verò intelligimus omnem locum in quo reponitur cuiuſlibet generis pecunia, ſiue aurea, ſiue argentea, vel ærea: æris quoq; appellatio ad omnes nummos, etiam aureos pertinet, vt ait *Vlpianus in l. etiam aureos 159. de verb. ſignif. P.* Vnde & generaliter dicimus æs alienum pro omni debito quo obſtringimur, *vt in lege Nepos 125. eo tit. cum ſimil.* quia æs fuit prima materia rudis percuſſa nummi ex lege, vt docet *Tholoſ. lib.36. Syntag. cap.3.*

Romanum ærarium vel reip. conſtabat maxime tributis & vectigalibus, quæ vt liquet ex *Cicer. pro lege Manilia*, erant trium generum, ex mercibus exportatis, vel importatis, deniq; ex agris & paſcuis: primum decimas ſumptas ex prædiis, vectigalibus, complectitur; ſecundum portorium; poſtremum nomen fit Scriptura. Sunt & cum his alij ordinarij reditus. H

Ad fiſcum etiam ſpectare videntur extraordinarij reditus, vnde & recentiores dicunt, confiſcationes. Alij & ærarium reipubl. fiſcum principis eſſe dicunt, puta non tam amplum ærarium: Fiſcus enim minori capacitate diſtinguitur item & in fiſcum mittuntur caſuales reditus.

Videntur etiam diſtincta hæc, theſaurus, fiſcus, patrimonium Principis. Sed & cætera, inquit, Artaxerxes rex, quibus opus fuerit in domum Dei tui quantumcunque neceſſe eſt, vt expendas, dabis de theſauro, & de fiſco, & à me. *1. Eſdr.7.*

Sed & ærarium & fiſcus dicitur *à Paulo Iuriſconſult. in l.4. §. Si quis autem de fidei commiſſ. libertate lib.40. P. tit.5.* quamvis enim minora ſint compendia in minore vaſe fiſci, tamen & illud pertinet ad vtilitatem Reip. vt ærarium tributorum, vnde & [illegible] dicitur fiſcus, id eſt, publicus *lib.56. baſilic. tit.2.* de publico ſeu fiſco, priuilegiis & actionibus eius.

Rectiſſimè Traianus fiſcum, ſeu ærarium reipub. lienem vocabat.

A vocabat. Nam vt liene creſcente, reliqui artus ac membra tabeſcunt: Ita ſi eo Principis rur[…]ente, ciuitatis corpus vna cum membris langueſcit & intermoritur. Et vt lien modicus vegetat in corpore membra, & [..] robur: ſic fiſcus Principis moderatus nec exuberans, cauſa eſt bonæ valetudinis in corpore ciuitatis.

Apollonivs T[yan]eus dicebat diuitias non eſſe æſtimandas quas in occulto princeps retinet. Nam [..] ab arenæ cumulo parũ differunt: ea quæ ex c[o]llatione [la]boratorũ, ex gemitibus omnium prouentuũ aurum enim ſ[or]didumq; æſtimandũ eſt aurum quod ex lacrymis oritur. *Philoſtr. lib. 5. de vita Apoll.*

Flagella.

Quære Disciplinæ.

Flagellantes.

☞ *Vide Tit. de Hæreſ[…]*

Flamines.

* Qvi, et Vnde Dicti.

B Flamines erant ſacerdotes, dicti quaſi Filamines, à filo quo caput religabant, abiecto vitandi æſtus gratia pileo, ita Seruius. Appellabantur autem Flamines a diis quibus ſacra faciebant. Vt Flamen Dialis, id eſt, Iouialis: ita Flamen Martialis, Quirinalis à Romulo, qui & Quirinus.

* Flandria, Flandri.

Vnde dicti & Regionis encomium.

Flandriæ etymon varium eſt; volunt quidam vrbem hic fuiſſe hoc nomine. Alij à Flandrina primi Comitis ſponſa accipiunt. Iis accedo, qui à Flatu & fluctibus deſumunt, quod tota ea Prouincia Oceanũ habeat ad occidentem, cuius impetu ſæpè conuulſa fuit, ſic vt anno 1340. in contractibus cenſualibus & prædialibus ſtipularetur, vt ſi intra annos x. mare in ea loca exæſtuaret, caſſus, irritúſque haberetur contractus. Tota Regio eſt fertiliſſima, & temperati aëris, ſyluis C & paſcuis abundans. Vnde & equorum, ac aliorum animalium pulli, pabuli bonitate, ex macilentis hic redduntur pingues. Flumina habet Sceldim, Teneram, Lizam, Niepam. A latere Oceanum habet, vnde & mercimoniis ac negotiationi admodum opportuna, cuius rei teſtes Brugæ, vbi olim Mercurij velut forum habitum. Habet etiam Inſulas, Portus, & municipia opulenta 25. Vrbes muratas 30. Inter quas Gandauum ambitu ſuo intra muros ſeptem milliaria Italica complectens, ſiue pedes Romanos 45640. natali Caroli V. Imp. nobile, & trium fluuiorum interſecatione, ac ædificiorum ſplendore, generis quóque nobilitate, pleraſque illuſtriores Chriſtiani orbis adæquat, ſic vt orbem promptius quam vrbem diceris. Incolæ ingenio ſunt facili & amœno, & præ aliis Belgis facundi. Eſtque Comitatus titulo inſignis eoque principe inter alios Chriſtiani orbis: atque ab hac Prouincia reliquis Belgis nomen Flandorum apud cæteros adhæret tanquam à Prouincia opulentiore & nobiliore. Porro de ipſius Flandriæ opulentia, ſitu, & populo bellicoſo, ſagaci, & ad res maximas gerendas habili, conſulatur hiſtoria Flandrica Meijeri. Protulit ſanè viros etiam noſtro ſæculo eruditos, qui litterariam Rempublicam doctrinæ ſuæ monu-D mentis inſigniter adornant. Comites Flandriæ deſcripſit, & iconibus illuſtrauit Cornelius Martini Zelandus. Ac nouiſſimè Flandriam totam ex fide nuper euulgauit V.C. Iacobus Mercantius in Brabantiæ ſupremo Senatu Conſiliarius: ad quos curioſum Lectorem remittimus. *Videatur etiam locus ex magiſtratu: Tit. magiſtratus chronologicè conſideratus.*

Quibus omnibus adiiciemus Franci poëtæ, de Flandria & Flandria elogium Philipperdibus ſuis adſertum.

Flandria Marte potens, armis exercita crebris
Flandria gens opibus varijs, & rebus abundans,
Gens inteſtinis ſibimet damnoſa tumultu.
Parca cibis, facilis expenſo, ſobria potu,
Viſu altius, membris procero venuſta decore,
Splendida Cæſarie, vultu rubra, candida carnes.
Innumeris piſcoſa vadis, & flumine multo,
Frumento quam diues ager, nautalia merce,
Lacte pecus, butyris armentum, piſcibus æquor
Multis ſilua locis facit vmbram, &c.
Nemus armigeram vbi bello frenuentia geſſit.

Flandricvm Idioma,
Lingva, &c.

Non poſſumus non obiter hic meminiſſe, quod Ioannes Goropius ex Hilverebeka Campaniæ Brabantinæ oriundus, E vir acri ingenio, ſed iudicio non æquè maturo, quod vires ingenij qui in tam inutile ſubiectum exercuerit, alias ad magna & præclara indaganda natus; operoſa induſtria contendat, ſcripſit ſuper ea re libris ſatis grandibus, Linguã Flandricam primam mundi linguam, adeoque Hebræã vetuſtiorẽ fuiſſe. Ingenio ſuo autem ſuo commento ſuffragantur variæ vocum primarum interpretationes, quas ad [..]ctum ſenſum conatur adducere, & cum re ſignificata c[onfi]rmare, v.g. vult Adam dici quaſi Hardam, hoc eſt, agger [..]æ: Eua quaſi Eu Vat. vas ſæculi, &c. verum cum Scriptura [..] ingerat, [..]tum & aliorum ſuorum nominum etymon, & ſenſum, ac originem: non niſi Auctoris ingenium erit hic attendendũ.

Stuporem adfert, ait *Mercantius lib. 5. de ſcript. Flandriæ de legibus & linguis*, quod Goropius recitat, ſeſe ex Augerio Giſleno Boesbekano equite Flandro audiuiſſe, illũ qui apud Turcorum Principem Conſtantinopoli eſſet Legatus, familiariter ibi eſſe collocutũ cum Aſiatico indigena, Euxini accola, cui Flandricus ſermo tam vernacula erat: vti ſeuene, elleuene, tvvaelue, pro numero ſeptenario, vndecimo, duodecimo, F pronuntiaret, ſcriberétq; vt olim tã Gandenſis idiotiſſimi vſurã a Scriptoribus attribui Indiæ Mexicanæ quibuſdã gentibus.

Mirabile interim, neq; ſubticendum arbitror, tot vernaculas Flandriæ Belgicique Germaniſſantis (quod ſub Flandriæ nomine exteris innoteſcit) voces, ex Græcæ linguæ, ſi non ſiphone, certè ſympho nia, neque aliunde eſſe: non enim de his agimus quæ Flandris cum Latinis Galliſque Græciſſantibus ſunt communes: neq; Goropij, Polyhiſtoris acutiſſimi, manes offendere volumus, eas voces ex lingua Cymbrica Teutonicaue in Græciam traducentis. Illarum paucas totidem Graiis conſonis (ope Iunia) exprimemus, vt curioſis doctiſque ingeniis gratificemur: eo procliuius, quod linguarum origines ac ſimilitudines, quæ populos conciliant inuicẽ aut diſtinguũt, à logiſthorica indagine non abhorreant: Grauen, γράφειν, ſculpere: Gripen, γρυπεῖν, vnguibus inuolare. Kloten & Cloſſen, κλώθειν, globis ludere: Selus: Seluen, στερεοῦν, durare: Steinen, στένειν, gemere: Thranen, θρηνεῖν, lacrymari. Suntque talia ſine G numero. At hæc ſufficiunt, faſtidium paritura, ſi accumulentur: efficiúntq; vt faciliùs huic Ouidij verſiculo aſſentiamur:

Græcáque cum Getico mixta loquela ſono eſt.

Fletus.

Definitio, et Etymologia.

Fletvs δακρύων κένωσις, eſt lacrymarum cum animi dolore effuſio, quamvis etiam pleriquè præ ingenti gaudio lacrymas emittere ſoleant. Perottus dicit, Flere eſſe lacrymas effundere, idque vberrim, quaſi fluere à Græco [..], eſtque ſolius hominis: niſi à [..] deducamus, quod eſt ſcaturio. Differt fletus à Ploratu, quod hic cum voce fiat: à Luctu vero, quod verbis fiat miſerabilibus, & immutato habitu: à Mœrore, quod dolor cum ſilentio: ab Vlulatu, quod is ſit dolor cum clamore inconditо.

Qvi Fleverint:
In Genere.

David Iudæorum rex, vir ſanè fuit optimus, & verum eſſe prouerbium fecit, ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. Præter exempla varia, ipſe de ſeipſo inquit: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum lacrymis. *Pſ. 6.* Fuerunt mihi lacrymæ panes die H ac nocte. Potum nobis dabas in lacrymis, in menſura. Potum meum cum fletu miſcebam. *Pſ. 14. & 79. & 101.* Deus, vitam meam annuntiaui tibi, poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo. *Pſ. 55.* Exaudi orationem meam, Domine, & deprecationem meam auribus percipe, & ad lacrymas meas nec ſileas. *Et a ibi*: Ploremus coram Domino, qui fecit nos. *Pſ. 94.*

Dominvs Noster Iesvs Christvs, agnus immaculatus; qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius lacrymas ter fudiſſe dicitur, riſiſſe nunquam. Fleuit Hieroſolymam vallo inimicorum circumdandam, funditúſque diruendam: id eſt, animam vitiorum ſeptam multitudine, diaboli prædam futuram. Fleuit in monumento fœtentem Lazarum, hoc eſt peccatorem longa delinquendi aſſuetudine mortuum & ſcelerum putredine corruptum, de quo dicitur: Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Et flendi ergo nobis exemplum reliquit, & cur flere debeamus, ſimul monſtrauit. Fleuit etiam in cruce, quando ſeipſum pro mundi peccatis hoſtiam offerebat: vt ait Paulus preces cum lacrymis & clamore validè offerens. *Hebr. 5. Moral. lib. 4. cap. 1.*

A MARIA Magdalena legitur ter fleuiſſe. Primò, pro peccatis ſuis ad pedes Domini: ſecundò, pro morte fratris: tertiò, pro paſſione Domini. *Ioan.11.& 20.*

S. PETRVS poſt negatum ter Dominum fleuit amarè, & id tota deinde vita feciſſe traditur, quoties [illegible]ius commiſſi recordabatur, ſic vt præ lachrymis [illegible]bertim fluentibus, lippitudinem acquireret oculorum.

P[illegible]VLVS Apoſtolus cùm vale[illegible]ret fratribus: Vos ſcit[illegible], inquit, qualiter vobiſcum per omne tempus f[illegible]erim, ſeruiens Domino cum humilitate & mul[illegible]is lacrymis. Per triennium nocte & die non ceſſaui cum multi[illegible] lacrymis [illegible]monens vnumquemque veſtrum. *Act.*[illegible]. Cum lacrymis ſcribebat epiſtolas ſuas, ait enim: Nam ex multa tribulatione & anguſtia animi ſcripſi vobis per multas lacrymas. Multi ambulant, quos ſæpè dicebam vobis: nunc autem flens dico. *Phil.3.*

D. MARTINVS lachrymus ita abundabat, vt pro detractorum quoque ſuorum peccatis flere ſoleret. *D. Bernardus in* [illegible]*ſto eius.*

AMVRATES III. Imp. Turc. cùm in ipſis imperij auſpicijs quatuor iam fratres eius laqueo necati eſſent, & So[illegible]ymanni B minimi ceruicibus & iugulo neruus adhiberetur, incertum an tenerioris in hunc amoris cauſa motus, an conſcientia patratæ crudelitatis in omnes, illacrymaſſe perhibetur. *Hier. He[illegible]minges in Geneal. Imp. T. 112.*

CVR. PVTA

Ex Gaudio.

IACOB in Meſopotamiam profectus, obuiam habens Rachel conſobrinam ſuam, præ gaudio fleuit. *Geneſ.29.*

ESAV collum Iacob fratris ex Meſopotamia redeuntis complexus, & oſculans eum, fleuit. *Geneſ.33.*

IOSEPH fratribus ſuis ſeſe poſt multas ambages agnoſcendū præbens, cū fletu in hæc verba prorupit: Ego ſum Ioſeph. Irruens inde in collū Beniamin fratris, fleuit, & oſculatus, plorauit ſuper ſingulos fratres. Idē cùm aſcendiſſet obuiam patri fleuit, & ſuper patre mortuo iterum fleuit. *Gen.45.46.& 50.*

SAVL rex audiens vocem Dauidis qui pepercerat ei, eleuata voce fleuit. *1.Reg.24.*

RAGVEL cognoſcens Tobiam iuniorem, cum lacrymis oſculatus eſt eum, & plorauit ſuper collum eius. *Tob.7.*

C TOBIAS cæcus exſurgens, occurrit filio ſuo redeunti, & ſuſcipiens oſculatus eſt eum vxore ſua, & cœperunt flere cum gaudio magno. *Tob.11.*

Veniens Gabel ad domum Raguelis, videns Tobiam iuniorem diſcumbentem, fleuit, & benedixit ei. *Tob.9.*

Cum reædificaretur templum à Iudæis qui redierunt de Babylone, non poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi. *1.Eſdr.3.*

ÆSON reuerſo è Chironis Centauri ſchola Iaſone filio, apud quem per 20. annos fuerat, lacrymans eum excepit, apud *Pindarum Ode 4. Pythiorum:*

[illegible]

Ex illius inſtar bullarum diſtillabant lacrymæ ſenio confectis palpebris, quoniam ex animo gauiſus eſt impensè, pulcherrima longè mortalium conſpecta prole.

PTOLEMÆVS PHILADELPHVS, miſſos ad ſe 72. interpretes D cum ſactis Bibliis honorificentiſſimè excepit, & lacrymis etiam obortis ſuum gaudiū teſtatus eſt. *Ioſeph. lib.12.c.2. Ant.*

M. MINVTIO Magiſtro equitum ex hoſtium vi erepto opera Q. Fabij Max. Dictatoris, in lætitiam tota caſtra effuſa ſunt, vt præ gaudio Militibus omnibus lacrymæ manerent. *Plutarchus in Fabio.*

M. CATO minor Trib. milit. creatus & in Macedoniam ad Rubrium prætorem miſſus, ita ſe accommodauit militibus, vt gloriam & beneuolentiam & eximium honorem ſtudiumque Militum aſſecutus ſit: adeò vt expleta militia, non votis eum, neque præconiis, ſed lacrymis complexibúſque proſecuti ſint, ſubſternentes in via, qua pergebat, veſtes, manuſqua eios deoſculantes. *Plutarchus in eius vita.*

Ob Peccata.

Efficaciſſima peccatorum remedia ſunt lacrymæ, quæ ſunt velut natatoria Siloë, vbi oculi animorum abluuntur. Sunt mare fuſile & Lutheres quæ in templo conſtituit Rex Salomon. *3.Reg.9.*

Iſraëlitæ omnes peccatum ſuum deflentes, loco nomen dederunt, vt Bocchos diceretur. *Iud.cap.2.*

Cùm audiſſet Ioſias rex Iuda [illegible] ommuni[illegible] gre[illegible] es [illegible] gi [illegible] ſcriptas in libro [illegible] gi Do[illegible] ve[illegible]menta [illegible], & fleuit. *4.Reg.22.*

Cùm [illegible]udiſſet Nehemias miſerabilem ſtatum [illegible]morum, fleu[illegible] diebus multis, & ieiunauit & [illegible]te fa[illegible]tem Dei [illegible]. *Nehem.*[illegible]

Orānt[illegible] E[illegible] & flente, propter co[illegible] Gent[illegible]um I[illegible]x[illegible]ectus eſt ad eum [illegible] tor m & [illegible]um & fleuit populus [illegible] fletu [illegible] Iudæi ea[illegible] captiuitate Babylonica reuerſi [illegible] gis [illegible]ctum, audi[illegible]lent [illegible]o-ne [illegible] bant. At Leuitæ eos monuer[illegible]nt, cum [illegible] dies Domino eſſet [illegible] ſed lautè epularentur & l[illegible] in agi[illegible]tent. *2.E*[illegible]

Poſt negationem tertiam [illegible]um G[illegible]llus cecini[illegible]ſſe & Chriſtu[illegible] mi[illegible]ſericordiæ oculi Petrum aſpexiſſet, egreſſus foras, fleuit amarè. *Luc.22.*

Baſſianus Imp. apud Ælium Spartianum lacrymabatur, quoties aut mentio fieret, aut imagines videret Getæ fratris, quem ceciderat. *Eraſmus in Adagiis.*

SERAPION eremita, errore Anthropomorphitarum infectus, F cùm aliquando Photinum diaconum de imagine illa Dei & ſimilitudine, ad quam *Geneſ.1.* homo conditus ſcribitur, diſputantem audiuiſſet; reliquit ſuam de corporali Dei forma opinionem phantaſticam. Verùm cùm paulò poſt in gratiarum actionem exſurrexiſſet, ſenſit inter precandum ex corde ſuo elabi atq; euaneſcere eam quam oraturus Anthropomorphi imaginem ſibi proponere conſueuerat. Conſternatus igitur mente, prorupit in amariſſimos fletus: inſuper & humi procidens, hanc maximo eiulatu lamentabilem edidit vocem: Heu me miſerum, tulerunt à me Deum meum, & quem nunc teneam non habeo, vel quem adorem aut interpellem iam neſcio. *Caſſianus cap.3. collat.10.*

☞ *Conſule hic tit. de Lachrymis, & Pœnitentia.*

Ob Obliuionem.

Scotiæ inſulæ accola fuit Ioannes Suiſſat, cognomento Calculator: in cuius ſolius vnius argumenti ſolutione, quod contra experimentum eſt de actione mutua, tota laborauit poſteritas: quem ſenem admodum, nec inuenta ſua dum legeret intelligentem, fleuiſſe referunt. *Cardan. de Sub. l. de Scien.* G

Ob Senium.

Apud Ouidium lib 15. Metamorph.

——— *flétque* MILO *ſenior, cum ſpectat inanes*
Illos, qui fuerant ſolidarum more ferarum
Herculeis ſimiles, fluidos pendere lacertos.
Flet quoque, vt in ſpeculo rugas adſpexit aniles
TYNDARIS, *& ſecum, cur ſit bis rapta, requirit.*

Ob mortem ſuorum.

Sciſſis veſtibus Iacob indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum Ioſeph, reuera autem à fratribus venditum, quaſi à fera laceratum. *Gen.37.*

DAVID rex Abner à Ioab perfidè interfecto, funus illius comitatus, magnum coram omni populo ploratum edidit. *2.Reg.3.* Interfecto Amnon filio ab Abſalon, propter conſtupratam Thamar, cum ſuis omnibus ingentem fletum edidit, filiúmque ſuum Amnon quotidie deplorauit. *2.Reg.13.* Cùm Abſalon in conflictu cæſum cognouiſſet, tanto luctu correptus eſt, vt exercitus in vrbem furtim intrare, non triumphantis, ſed fugientis ſpecie cogeretur. *2.Reg.18.* H

Aſſyrij principes ingentem fletum & clamorem ediderunt, & veſtimenta ſua diſcerpſerunt, quando Holofernis truncum ſine capite in lecto repererunt. *Iudith.14.*

Cùm veniſſet Petrus Ioppen, circumſteterunt eum omnes Viduæ flentes, & oſtēdentes ei tunicas & veſtes, quas faciebat illis Dorcas. Quorū precibus motus, vitæ eam reſtituit. *Act.9.*

[illegible], id eſt, canere cantionem Telamonis, de querulo ſermone dictum prouerbium, quòd Telamon impotentiùs fleuerit, Aiacem filium periiſſe apud Troiam. *Eraſmus in Adagiis.*

PERICLES filio Paralo mortuo coronam imponens, quod in reliqua vita nunquam fecerat, erupit in eiulatum, & magnam vim profudit lachrymarum. *Plutarchus in Pericle.*

DARIVS victus ab Alexandro Magno ad Gaugamela, in Parthienen intendens, à Beſſo Bactrianę præfecto capitur, aureiſque compedibus vincitur: aduentante autem Alexandro, cum fugere nollet, ſed Alexandri fidem imploraret, iaculis ab ipſo conficitur. Per Polycratem Macedonem huius rei Alexander

xander factus certior, ad eam videndum accurrens lacrymis
A temperare nequiuit, demptáque sibi chlamyde iacentis corpus contexit, eoque ... funerauit. *Sab. lib. 6. Enn. 4.*

D. Avgvstinvs in obitu matris Monicæ cohibebat iuuenili robore lacrymas, vt neque in ipso funere vllum signum doloris ederet, neque ante funus, sed cum amicis conferebat de rebus necessariis, magnum intus sub pectore dolorem premens. Post funus item in balneum iuit. Post somnum cùm magna ex parte dolorem mitigatum cognouisset, paulatim matris vitam examinans, in lacrymas erupit vberrimis. Testis ipsemet *lib. 9. Confess. cap. 12.*

Vni Curiatiorum desponsata fuerat Horatiorum Soror. Hæc postcaquàm sponsi spolia in victore fratre conspexit, ab eodem fratre, quoniam fleuit, occisa est. *Item lib. . Ciuit. Dei, cap. 14.*

Nvmerianvs, qui comes patri Caro Imper. bello Persico fuit, nimio fletu ob paternam necem sibi oculos corrupit. *Cuspinianus A. D.*

Ob mortem brutorum.

Vlysses mortuo cani illacrymatus est: sed vxori assidens plorantı, fuit ab eo motu remotus. Huc enim contulerat se
B consilio frenata, quam ante ceperat, ægritudinem in illum incautus atque repente nec opinans incidit. *Plut. de Tranquil. animi.*

Pavlvs Æmilivs domum ex foro reuersus, filiolámque sepetiens Tertiam lacrymantem, causam requisiuit. Quæ cùm diceret: Perseus nobis mortuus est (catellus fuit ita dictus.) Quod felix faustumque sit, inquit, filia accipio omen. *Plut. in Apophthegm.*

Q. Hortensius murænam, quã in deliciis habebat, mortuam fleuit.

Ob Nuncium triste.

Fleuit Ezechias rex, audito mortis nuncio sibi per Esaiam prophetam oblato, fletu magno. *4. Reg. 20.*

Ob deiectionem.

David rex audiens Absalon F. Hebrone contra se conspiraſſe, cum suis omnibus Hierosolymis nudis pedibus excessit, plorans & cinere caput conspergens. *2. Reg. 15.*

Ob Calamitatem, Cladem suam, suorúmve.

Iob de seipso inquit: Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Facies mea intumuit à
C fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. *Iob. 38.*

David rex cum, cùm Siceleg Amalechitæ expugnassent, duas vxores Dauidis cùm magna præda captiuas abduxissent, reuersus, tantum edidit ploratum, vt iam lacrymæ deficerent. *1. Reg. 30.*

Hieremias propheta euersis à Nabuchodonosore Hierosolymis ait: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? *Hierem. 9. Vide Threnos eiusdem.*

Audiens Nehemias miserabilem statum ciuitatis Hierusalem, fleuit diebus multis: tandem consilium adhibuit & auxilium opportunum. *Nehem. 1. & 2.*

Hercules extremis malis oppressus, *apud Euripidem in Hercule furente, sic ait:*

> Ἀτὰρ πόνων δὴ μυρίων ἐγευσάμην,
> ὧν οὔτ᾽ ἀπεῖπον οὐδέν᾽, οὔτ᾽ ἀπ᾽ ὀμμάτων
> ἔσταξα πηγὰς, οὐδ᾽ ἂν ᾠόμην ποτὲ
> ἐς τοῦθ᾽ ἱκέσθαι, δάκρυ᾽ ἀπ᾽ ὀμμάτων βαλεῖν,
> νῦν δ᾽, ὡς ἔοικε, τῇ τύχῃ δουλευτέον.

Sed enim labores infinitos gustaui, quorum nihil omninò detrectaui neque ab oculis stillaui fontes: neque credidis-
D sem vnquam eo venturum, lacrymas ab oculis vt eiicerem. Nunc autem, vt apparet, fortunæ seruiendum est.

Phalantho Spartano coloniã deducturo, Delphis oraculũ redditum est, cum sub Æthra pluuiam animaduertisset, tũc se agri & vrbis compotem fore. Cùm classem in Italiam appulisset, vidissétq; Barbaros, neque tamen vel vrbe vel agro vllo potiri posset, oraculum è re nata interpretaris est, quasi impossibile esset sereno cœlo (quod Æthra Græci vocãt) pluere. Hunc vxor multis modis consolata, & eius caput genibus aliquando sustentans, dũ pediculos legit, lacrymas super viri caput largiùs effudit. Tunc primùm euoluta sunt oraculi ambages. Æthræ enim vxori nomen fuerat. Ea itaque nocte, quæ diem illum insecuta est, Tarentum hostium vrbẽ maritimam maximã & opulentissimam cepit. *Pausanias in Phocicis.*

Capta à Cleomene Megalopoli, cùm id Arato Sicyonio Achæorum prætori, qui cum Antigono regi Ægij consilium habebat, nunciatum esset, conscenso suggestu faciem chlamyde integens diu fleuit. Micante autem concione, atque vt diceret, conclamante: Megalopolis, inquit, à Cleomene euersa est. Tum conuentus è vestigiò dissipatus est, Achæis celeritate & mole attonitis ... *Plut. in Cleom.*

E

Gilimer Vandalorum rex à Belisario victus, in montem Papuam præruptissimum confugit. Ibi à Phara Belisarij duce obsessus, petiit ab eo, vt sibi citharam ... panem ... & spongiam mittere vellet. Dubitante Phara quid sibi vellent, tabellarius ostendit, Gilimerem cupere panem videre, quod nullum vidisset, ex quo Carthagine obsedisset: spongiam autem ad abstergendas vii lacrymas: citharam requirere, ad ... miserias. Pharas omnia illa ei misit. *Procopius lib. 4. Vandalico, & Cedrenus.*

Maximilianvs I. à Brugensibus, triburorum exactionem iniquè ferentibus, captus, & vrgentibus Gandauentibus, qui primi seditionem mouerant, de capite periclitatus, aut ne in manus ... traderetur, in concione Brugensium lacrymas ... fudit, sic vt commiseratione regiæ fortunæ plerique collacrymarentur, & sanctè pollicerentur, nihil se in illum grauius commissuros. *Crantz. lib. 13. cap. 9. Sax.*

Ob Seruitutem.

F

Trezvs tyrannus adeo vexauit suos, vt legem etiã ferret, vt nemo cum altero neq; priuatim neq; publicè sermones misceret: postea etiam, ne oculorum manuumq; gestibus & nutu animi sensa mutuò significarent. Quidam desolationem illã ægrè molestéq; ferens, in forũ progressus est, ibiq; stans, cùm multas lacrymas effunderet, reliquam etiam multitudinem ad fletum permouit. Id cùm tyrannus in forum procurrens prohibere vellet à ciuibus interfectus est. *Æl. l. 14. de Varia hist.*

Secundo bello Punico victi à Romanis Carthaginenses, annuum stipendium populo Romano, vsque ad certum tempus soluere tenebantur. Cùm venisset prima pensionis conferendæ dies, & ingemiscerent omnes ad vocem tributi, ferunt Annibalem commotum multi lamentatione Pœnorum risum effudisse, quòd in leuiore malo copiosiores effunderent lacrymas, quàm antea, cum Romani ad Zamam victores, classem, arma, & amplissima spolia ipsis detraxissent, victisquu leges imposuissent. *Auct. vita Annibalis.*

Ob Exilium.

Daniel propheta lugens, trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedit, & caro & vinum non introierunt in os eius. *Dan. 10.*

Agathocles Syracusanorum tyrannus senex, vbi nullam amplius regni spem reliquam superesse vidit, Theugenam
G vxorem & liberos, quos ex ea susceperat, adhuc pueros, cum omni pecunia & regali instrumento, omnibus impositis in Ægyptum dimisit, vnde vxorem duxerat. Diu coniux reluctata dicitur, charitate viri commota. Filij nanem conscensuri flebili eiulatu patrem amplexi tenebant: Theogena & ipsa maritum, vt nunquam ampliùs visura; oculis fatigabat. Nec senis lacrymæ minus erant miserabiles. Flebant pueri morientem patrem: ille exules liberos. Est enim statim regis mors proficiscentes secuta. *Sab. lib. 8. Exh. 4.*

Ex Commiseratione.

Agar ad Abraham domino expulsa cum filio Ismaële, præ nimia siti penè exanimatum puerum derelinquens, ne morienti adesse cogeretur, vberrimè fleuit. *Genes. 21.*

Pugnaturi Israelitæ contra filios Beniamin, fleuerunt coram Domino. *Iud. 20.* Et postmodum habita victoria, fleuerunt propter excidium fratrum suorum. *Iud. 21.*

Elisevs propheta videns Azaël regem Syriæ coram se,
H cœpit flere, propter mala quæ ille erat illaturus Israëlitis, regno Syriæ occupato. *4. Reg. 8.*

Xerxes Persarũ rex in Abydænis campis, cùm patrem multò maximã Orientis subiectam haberet oculis sub signis suis, lacrymas emisit: testatus non se fœlicitatem flere suam, quòd tot gentibus imperare cõtigisset, sed tot hominum sortem: qui cùm innumeri essent, ad breue tempus aut fato aut alia vi essent omninò defuncti. *Herod. 7. Val. Max. l. 9. c. 13.*

Hominem Laconicum, sed ruri agentem quidam obiurgauit, quòd prorsus fletui & lacrymis ex intimis visceribus manantibus indulgeret. Ast liberè tetectáque omni dissimulatione respondit: Quid facerem, inquiens, non enim ego, sed natura mea mihi luctum excutit. *Æl. l. lib. 9.*

Heraclitus res humanas perpetuo flere prosequi solitus erat. *Erasmus in Adagiis.*

Agis Lacedæmoniorum regem postremus indicta causa ab Ephoris

Ephoris damnatus, cùm conſpiceret, dum ducitur ad la-
A queum, ex Miniſtris quendam fluentem: Mi[illegible] me in-
quit, deflere. Etenim ego, qui ita nefari[illegible] & viol[illegible] pete[illegible]
præſtantior ſ[illegible] interfect[illegible] ibus. Ita fatus, c[illegible] rò [illegible]
queo obtu[illegible] it. P[illegible]tarch. in Apopht.

Alexander Magn[illegible] cum [illegible] ad Gaug[illegible] mel[illegible] un[illegible] à Beſſ[illegible] fi[illegible]io [illegible] is conſi[illegible] vidiſſet, dicitur lac[illegible] mix[illegible] q[illegible] dempt[illegible] ſibi chlamyde iacenus corpus co[illegible] e po[illegible] m[illegible] more functatam, reliquias [illegible]rpo[illegible] tu[illegible] iuſſiſſe. Plutarchus auctor eſt [illegible]rpus ab Al[illegible] a[illegible] o[illegible] ma-
trem, quæ Suſis erat, mi[illegible]m S[illegible] E[illegible].4.

Alexander Macedo cum [illegible] Per[illegible] In[illegible]am [illegible] ditione ſuſcepta, trigint[illegible] m[illegible] c[illegible] in[illegible] c[illegible] do[illegible] ſtituendos reliquiſſet, & vi[illegible] co[illegible] corpore a[illegible] e dec[illegible] inueniſſet, debiles & inutile[illegible] milite[illegible] emiſit do[illegible]ū. Macedones ferentes id inique, miſſionem omnes fla[illegible] cœp[illegible]. Inde concitatus Alexander frendénſq́; Mac[illegible]onib[illegible] is amo[illegible] corporis ſui cuſtodiam Perſis commiſit. Videntes hoc Macedones, cum clamore & plangore inermes & tunicati ad regis tabernaculum deprecandi gratia contendunt: Vteretur ſaltem
B ipſis quaſi improbis & ingratis. Ille verò quamvis jam placatior non admiſit eos. Non abſceſſerunt illi: ſed duos dies & noctes ita pro tabernaculo eius lamentantes, dominúmque appellantes, perdurauère. Tertio die prodiit: ac cùm lamentabiles abiectóſque vidiſſet, in lacrymas longo ſpatio eſt effuſus. Inde modicè caſtigauit eos, tum appellauit humaniter, & dimiſit inutiles, vbi eos magnificè donaoit. *Plut. in Alexandro.*

Cùm Alexandri Magni pedibus Darij regis menſa ſupponeretur, vt in ſella altiori commodius ſederet: in adſtantium turba Spado tantam fortunæ varietatem conſiderans, animo affectus lacrymari cœpit. Alexander hominem cùm interrogaſſet fletus cauſam: ille, In præſentia quidem, inquit, tuus ſum ſeruus: ſed cùm priùs Darij fuerim, naturáque dominos meos diligere ſoleam, non potui non dolore, rem quæ tantoperè ab illo honorabatur, abs te nunc contemptui haberi animaduertens. *Diod. l. 17.*

Cùm Timophanes dux mercenariorum, multis principibus ciuitatis Corinthiorum indicta cauſa necatis, tyrannum ſe declararet. Timoleon frater primò ſolus eum à propoſito
C dehortari cœpit. At cùm nihil proficeret, adſciuit ſibi ex neceſſariis fratrem vxoris Timophanis Æſchylum, atque ex amicis vatem, atque paucis pòſt diebus iterum fratrem adiit, & tunc ſaltem reſipiſceret, inuerteretque ſe, obſecrauit. Sed cùm eos Timophanes irrideret, receſſit paululùm Timoleon à fratre, obuolutóque capite lacrymabundus conſtitit. Illi ſtrictis gladiis hominem confeſtim obtruncarunt. *Plut. in Timoleonte, & Diod. lib. 16.*

Arete filia Ariſtomaches, Dionis Syracuſani vxor pulſo eo in exilium, Timocrati nubere cogebatur. Reduci verò Dioni, pulſo Dionyſio, Ariſtomache ſocrus, cum Arete flens occurrit, filiamque his verbis admonuit: Miſeræ, exule te, Dion, fuimus. Redux verò & victor omnibus nobis mœſtitiam detraxiſti, extra quam vni huic, quam aſpexi ego miſera viuo, te alteri viro coactam nupſiſſe. Quando igitur arbitrium tibi fortuna noſtri dedit, quomodo diſpenſas ei illam neceſſitatem, vt auunculumne te, an etiam vt virum ſalutet? Ad ea Dion profuſis lacrymis excepit vxorem indulgenter, traditóque ei filio iuſſit ei domum ſuam concedere, vbi ipſe quoque agebat. *Plutarchus in Dione.*

D Alexander Pheræorum tyrannus maximè truculentus Theodoro tragico poëta acri animorum affectu & commiſeratione Æropem agente, lacrymas profudit, ſurgénſque de theatro receſſit. Cauſã Theodoro reddens, quòd puduiſſet ipſum hiſtrionis incommodis & affectionibus miſericordem videri, ſuis vero ciuibus & ſubditis non item. *Æl. l. 4. de Var. hiſt.*

M. Marcellus Syracuſis captis, florentiſſimæ vrbis commiſeratione fleuit. *Aug. l. 3. de Ciuit. Dei, cap. 14.*

P. Scipio Africanus, vbi Carthaginem penitùs excíſam vidit, illacrymaſſe dicitur, rerúmque humanarum haud immemor, Homericum illud cum fletu protuliſſe:

Iamque dies aderit, cum concidet Ilion ingens,
Et Priamus Priamique ruet plebs armipotentis.

Aſtabat tum fortè illi Polybius, eius ſtudiorum comes ac præceptor, qui ab eo ſciſcitatus, Ecquid poëticum illud ſibi vellet? Romam, reſpondit, de qua, humanis rebus penſatis, non poſſum non eſſe ſollicitus. *Sabell. lib. 9. Enn. 5.*

Vi[illegible]o [illegible]d Thermopylas A[illegible]oc[illegible] M[illegible] A[illegible]
[illegible] pactum, quam Æt[illegible]
[illegible] in[illegible] Fl[illegible]m[illegible]
P[illegible]n[illegible] d[illegible] onſ[illegible], obi[illegible]
[illegible] & [illegible]ibi[illegible], [illegible] a M[illegible]
[illegible]d[illegible] am[illegible] id[illegible]
[illegible] C[illegible] nu[illegible] on[illegible]
& [illegible] enub[illegible]
n[illegible] b[illegible]
L[illegible] M[illegible] hi[illegible]
a[illegible] Po[illegible] ſit[illegible]m[illegible] p[illegible]
[illegible]
ua[illegible]
[illegible] A[illegible] ita ſibi [illegible]
P[illegible] l[illegible] .4 F[illegible].6

M. C[illegible] ad [illegible] Cæſaris [illegible] cadauera c[illegible] [illegible] non potuit. *Plut. in eius vita.*

[illegible]itus V[illegible] [illegible] Hieroſolymis, recordatione [illegible] lacrymas tenere non potuit, & diris deuouit ſeditioſos Iudæos, qui inteſtinis diſſentionibus ſe ad excidium tantæ vrbis vel inuitum compuliſſent. *Ioſephus lib. 7. cap. 24. belli Iudaici.* F

Mahometes II. Turcorum rex mortuus, anno 1481. duos reliquit filios, Baiazetem II. & Zizimum. Horum nomina Byzantij confeſtim tumultuatum eſt. Circa Iconium à fratre penè circumuentus Zizimus, naui ſubitò conſcenſa ad Rhodios aufugit: & à litore paululum congreſſus, literas ad fratrem dedit ſagittæ alligatas: ſe non fidei, non gentis odio, ſed fratris iniuria ſubactum ad Chriſtianos fugam intendere hoſque aditurum, qui omnium maximè Othomanico eſſent nomini infenſi. Baiazetes ea epiſtola fertur commotus lacrymis temperare nequiſſe, animóque conſternato tabernaculum ingreſſus aliquamdiu tacitus ſediſſe, amenti ſimilis. *Sabellicus lib. 8. Ennead. 10.*

Ex Æmulatione.

Iudæi cùm Zorobabel templum Domini reſtaurarent, cùm cymbalis & tubis Deum laudabant læti. Sed multi Sacerdotum, qui priùs templum viderant, flebant ingenti voce. Itaque fletu lætitiæ commixto ingens ſtrepitus edebatur. 1. *Eſdræ* 3. G

C. Ivlivs Cæsar cùm in Hiſpania legeret per otium Alexandri hiſtoriam, diu ſecum cogitabundus ſedit, inde lacrymas profudit. Mirantibus cauſam amicis, dixiſſe fertur: An non videtur nobis gemendum, cùm hac ætate Alexander tot iam regna ſubegerit, me nihil dum geſſiſſe præclari? *Plutarch. in Cæſare.*

Ex Pudore.

Agamemnon rex, Iliados, Græcorum concioni reditum in patriam Iouis auctoritate ſuaſurus, contra animi ſententiam.

ἵστατο δακρυχέων, ὥστε κρήνη μελάνυδρος
ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ.

Phocion de Athenienſibus optimè meritus, cùm ſuæ fidei creditum Nicanorem Caſſandri ducem, qui Munychia occupârat, dimiſiſſet, & ad Polyperchontem Antipatri ducem receſſiſſet, miſſus eſt à populo Agnonides rhetor qui eum cum amicis accuſaret. Rex Athenienſibus cauſæ cognitionem permiſit. Reduxit ergo Phocionem cum amicis Athenas Clitus, vbi capitis damnatus eſt. Optimates ciuitatis Phocione conſpecto, qui octogeſimum annum ſuperabat, & quinque & quadraginta præturas cum laude adminiſtrarat, robore perfuſi ſunt, capitéque deiecto lacrymas profuderunt. *Plut. in Phocione, & Æl. lib. 12.* H

Ex Precatione, Deprecatione.

Iphigenia Aulidenſis *apud Euripid.* ſupplicans patri Agamemnoni ne ſe mactari ſinat, ait:

Εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον,
πείθειν ἐπᾴδουσ', ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας,
κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην,
ἐνταῦθ' ἂν ἦλθον· νῦν δὲ τἀπ' ἐμοῦ σοφὰ
δάκρυα παρέξω· ταῦτα γὰρ δυναίμεθα.

Siquidem Orphei haberem, ô pater facundiam perſuadendi incantans, vt ſequantur me ſaxa, & delinire quos vellem dictis: in hoc verſarer. Nunc autem pro mea virili, ſapientes lacrymas præſtabo: hæc enim poſſumus.

Iſraëlitæ in deſerto flagrantes deſiderio carnium, flentes dicebant: Quis dabit nobis carnes ad veſcendum? *Numero* 11.

Stetit

[illegible] fuerit [illegible] mi [illegible]

A inis [illegible] fi [illegible]. *In dith.*

Be [illegible] p[illegible] tereen [illegible] di re [illegible] & [illegible] I *dit*

Mithri [illegible] defectione, [illegible] in [illegible] capulo [illegible] teuqu[illegible] ei o[illegible] Nisa. Hæ [illegible] citer pre[illegible] antu[illegible] fi vi[illegible] tes amantiſſima [illegible] haberet [illegible] vir [illegible] quam de ſe al[illegible]ud ſtat[illegible]eret. [illegible] virus aiubabus impe[illegible] *Sab[illegible]*

Ex Ira.

Eiulatu magno fleuit E[illegible]u, quòd bene[illegible] [illegible] bi præripuiſſet frater Iacob. *[illegible]ene* [illegible]7.

Apud Æſchylum ſeptem Argiuorum duces [illegible] contra Thebanos.

B

πρὸς ἅρμ' ἀδράστου χερσὶν ἔστεφον δάκρυ
λείβοντες. δ' οὔτις ἦν διὰ στόμα.
σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων
ἔπνει, λεόντων ὣς ἄρη δεδορκότων.

Adſtaſti tumulum manibus coronarunt, lacrymas fundentes: luctus nullus erat in ore. Bellicoſus enim animus fortitudine ardens ſpirabat, tanquam leonem, Martem tuentium.

Ex Indignatione.

Flebant Amici Suſannæ, cùm viderent presbyteros aduerſus eam teſtimonium proferentes. Ipſa etiam flens ſuſpexit in cœlum. *Daniel.13.*

C. Gracchvs, cùm leges agrarias ab eo latas Opimius conſul antiquare vellet, iamque ad ſeditionem manifeſtam res ſpectaret, foro digrediens ſubſtitit ante patris ſtatuam, diúque eam intuitus, nullum verbum fecit: cùm lacrymis effuſis atque edito gemitu abſceſſit. Id multi ſpectantes miſeri vicem Caij cœperunt: ac ſemetipſi culpantes, quòd delererent & proderent eum, profecti ſunt domum eius, vbi ad fores excubuerunt. *Plutarchus in Caio.*

Cùm Tiberio Graccho Tribuno legem agrariam ferenti Octauius collega aliquoties ſeſe oppoſuiſſet, nec a propoſito dimoueri poſſet, legem tulit Gracchus, qua Octauio Tri-

C bunatus abrogaretur, populúmque adſtipulantem hac in re habuit. Sed ne infamia iſta Octauio inferretur, aggreſſus eſt illum ex integro Tiberius precibus, conſpiciente populo, ſupplexque rogauit vt cederet. Quibus precibus lacrymas quidem Octauio expreſſit, conſtantiam tamen flectere non potuit. *Idem in Tib.*

C. Cæc. Metellvs amicorum literis factus certior, Numidiam C. Mario conſuli plebiſcito datam, illacrymaſſe dicitur.

C. Marcius Coriolanus in exilium abiens tacitus illacrymauit. *Idem.*

C. Ivl. Cæsar traiecto Rubicone, pro concione fidem militum flens ac veſte à pectore diſciſſa inuocauit. *Suetonius.*

QVOMODO.

Verè.

Ephialtes Athenis Demoſtrati nomen deferre coactus eſt. Huius filius erat Demochares, ob formæ præſtantiam ab Ephialte amatus. Qui cùm patris ergo eum acceſſiſſet,

D quò parcius eius criminibus inſiſteret: venientem neque repellere, neque ſupplicem genibus ſuis aduolutum intueri ſuſtinuit: ſed operto capite flens & gemens preces expromere paſſus eſt: nihilóque minùs ſincera fide accuſatum Demoſtratum damnauit. *Val. Max. lib. 3. cap. 8.*

Fictè.

Bacchivs quidem Corinthius, Clytij Megarenſium regis filiam vxorem duxerat. Ea defuncta Clitius complures Virgines & adoleſcentes Corinthum miſit: qui in funeralibus pompis puellam deplorarent: lacrymis vtique fictis:

Vt qui conducti plorant in funere dicunt
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo.

Eraſmus in Adagiis. Vide Neniæ.

QVANDO. IN

Spectaculo.

Cæsare interfecto, cùm Brutus exul deſperata ſemel Republ. Italiam ſtatuiſſet relinquere, ac per Lucaniam pedeſtri itinere Eleam ad mare veniſſet: inde Romam Porcia eius vxor [illegible] an[illegible] [illegible]tem verum f[illegible] E

[illegible] argumentum G[illegible] [illegible] ſit Hectorem An[illegible] nculi [illegible]uem fuer[illegible] [illegible]preſſit ſui affe[illegible] eam commeans [illegible] Androma-[illegible]:

[illegible] and[illegible] qui mater.
[illegible] mariius

[illegible] mihi [illegible] quit, non venit in mentem [illegible] vet[illegible]us fari.

T[illegible] [illegible]ias & p[illegible]a pue[illegible]is.

[illegible] p[illegible] c[illegible] eius indoles patria ac nos facta non [illegible] ai [illegible] o [illegible]ro æquè ſtrenuè pugnat pro patria. *P[illegible] [illegible]nic.*

Opere, Labore.

[illegible] Abba dum opus faceret, ſemper lacrymabatur. *Ma[illegible]. lib. [illegible] cap. 9.*

Oratione, Precibus.

☞ *Vide Tit. Preces ad Deum.*

D. Avgvstinvs circa xxx. ætatis annum contrariis cogitationum fluctibus agitatus, vxorémne duceret, an cœlibatu religioſo tantùm ſeſe diuino cultui manciparet: quorum hoc

E religionis ſtudium, illud conſuetudo priſtina multum licet reluctanti ſuadere videbatur: ſolus ſub fici arbore proſtratus habenas dolori dimiſit, & flumina lacrymarum emiſit. Et tu Domine vſquequò? Vſquequò Domine iraſceris in finem? Ne memor fueris iniquitatum noſtrarum antiquarum. Tandem voce incerta confirmatus, carnis illecebris protinùs vale dixit. Teſtis ipſemet *lib. 8. Confeſſ. cap. 12.*

FLETVS NVLLVS, LACRYMÆ NVLLÆ.

David rex noluit flere pro filio paruulo mortuo, ſed fleuit pro infirmo. *2. Reg. 12.*

De Vlyſſe habetur ſupra.

Dido Virgiliana Æneæ duritiem incuſans, ait:

Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Num lacrymas victus dedit, aut miſeratus amantem eſt?

Psammenitvs vel Samnitvs Ægyptiorũ rex, à Cambyſe regno exutus fuerat. Eius filiam ancillari veſte indutam, cum aliquot nobilium virginibus, Cambyſes mitti iuſſerat ad hauriendam aquam, vt hoc ſpectaculo parentum captiuorũ animos diſcruciaret. Cæteris lacrymantibus, ſolus Pſammenitus nihil motus, demiſit tantũ oculos. Mox iuſſit duci filiũ illius,

G cum aliis plurimis eiuſdem ætatis, vinctis ceruicibus, & ore frænato. Atque hoc etiam ſpectaculo ſolus Pſammenitus ad lacrymas commotus non eſt. Idem quum vidiſſet familiarem quendam exutum opibus, mendicantem obambulare: ingenti fletu hominẽ amicum cõpellans, caput ſuum barbarico more cædebat. Ea re cognita, quum Cambyſes per nuncium cauſam ſciſcitaretur, cur in liberorũ calamitate tacitus, vnius ſeniculi calamitatẽ tam impotenter ferret: reſpondit Fili Cyri, domeſtica mala grauiora ſunt, quàm vt lacrymas recipiant: at amicus deplorandus erat, qui è multis opibus ad ſummã inopiã redactus eſt, idque in extremo ſenectutis limine. *Herod. l. 3.*

Carthaginenſes ſuos ipſi liberos Saturno immolabant. Liberis qui carebant, hi comparabant à pauperibus pueros, ſicut agnos vel pullos auium, eoſque mactabant. Aſſiſtebat rigida ſine gemitu mater ἄτεγκτος, ἀστένακτος. Si ingemuiſſet vel illacrymata eſſet, fraudabatur pretio, neque puer minus immolabatur. *Plut. de Superſtitione.*

H Cratesiclea à Cleomene rege Spartanorum filio ſuo, in Ægyptum obſes ad Ptolomæum regem, auxilia contra Antigonum Macedonem pollicentem, mittenda, cùm Tænari nauem conſcenſura eſſet cum liberis Cleomenis, [illegible]duxit Cleomenem remotis arbitris in fanum Neptuni. [illegible] complexa deoſculatáque mœrentem & commotum: Age, inquit, rex Lacedæmoniorum caue, vbi foras egreſſi erimus, quiſnam nos lacrymantes conſpiciat, aut quid Sparta indignum admittentes. Hoc enim in arbitrio noſtro eſt vnum: caſuum verò, prout permiſerit Deus, erit exitus. Sic fata, vultu compoſito perrexit ad nauem puerum tenens, iuſſitque gubernatori, vt propere ſolueret. *Plut. in Cleomene.*

Phocion Athenienſis à nemine ridere viſus vel lacrymari. *Plut. in Apoph.*

Gerardo D. Bernardi Claræuallenſis fratre mortuo, cuius cura & ſolicitudine negotia totius cœnobij præclarè adminiſtrabantur, Bernardus ipſe mœrorem diſſimulauit, ſiccis

oculis

A [illegible] oculis ad [illegible] dotali habit [illegible] b[illegible] bus & [illegible] 26. in C[illegible] [illegible] tul[illegible] ſe[illegible], & [illegible]

Hieronymi C[illegible] tera Tomaſina cum [illegible] dem peſte amiſit [illegible] voluiſſet, verecundi[illegible] repentè magno cum [illegible] *Cardan. de Subtilitate, lib. [illegible]*

Mirabile eſt, non poſſe Mag[illegible] tormentorum opprimantur, lacrym[illegible] tere: quo ſigno Germani iudices, v[illegible] tiſſima, mulierem Sagam eſſe arguunt. N[illegible] crymandum eſſe mulieres nemo neſcit. veruntam[illegible]
B compertum eſt numquam lacrymari, vtcunque oc[illegible] tis conentur madefacere. *Bodinus lib. 3. cap. 4. Dæmon.*

Antonius Lonanensis regius vicarius apud Ribemontenſes, vnam Sagarum (de quibus cognouit) in iure confeſſam narrauit, Sagarum dexterum ſolummodo oculum ternas lacrymas eiicere. *Bodinus lib. 4. Dæmon. cap. 4.*

☞ *Petantur pleráque ex locis de lacrymis, Animi paſſione, Pœnitentia, Peccato.*

* Flos, Flores.

Definitio, et Etymologia.

Flos eſt plantæ partus, ex quo plerúmque fructus naſcitur. Dico plerumque, quia in olea, ficu, quercu, fructus ſine flore eſt: & in iride, ieſemino, narciſſi quadam ſpecie, flos ſine fructu. In thymo, flos idem qui & fructus. Flores eleganter dicuntur ἔαρος τέκνα, veris ſoboles. Perottus à φλὸξ Græco Latinam vocem deducit, quod emicet, & ſcintillet
C inſtar flammæ, alij à ἔλεω, quia velut è plantis ſuis ſcaturiunt. Quidam etiam à φύω, id eſt, gigno, perinde vt filius, υἱὸς, vetus Dictionarium, Florem à fluo deriuat, & flores quaſi fluores quod citò fluant, & ocius defluant, dictos cenſet.

FLORVM AMOENITAS, ET Species variæ.

Tanta eſt Florum amœnitas, tanta varietas, vt qui varias Regiones peragrant, nunquam gloriati poſſint, omnes ſpecies à ſe inuentas, omnem varietatem à ſe deprehenſam fuiſſe. Neque enim vlla in re ita ludere naturam pro comperto eſt, quàm in hoc florum varietate. Neque ſtellæ magis nitent in ſerena nocte, quam in pleriſque hortis variè ſcintillantes micantéſque flores, ita vt nulla ars eorum ſplendorem aſſequi vllo modo valeat. In vno genere quod à Turcis nuper ad nos, id eſt, Europeos delatum, & à tegumenti Turcici figura, quam refert, Tulpam dicunt, eam varietatem omnes paſſim deprehendunt, vt elegantiam verſicolorem obſtupeſcant, cum in mille colores ſe reddat, nunc radiis, nunc flammis, nunc maculis reſperſos.

Odores etiam varij: vires ſingulares, quas deſcripſerunt illi qui ſtirpium Herbarúmque hiſtoriam euulgarunt. Inter
D quos non infimum locum debemus Remberto Dodonæo, & Carolo Cluſio, Medicis celeberrimis, reique Herbariæ peritiſſimis.

Sed & proceſſus eorum diuerſi, & ortus, dum hunc è calyce, hunc è vagina, alium è gemma protuberantem videmus. Item hunc morientem ſubito, alium ſubnaſcentem in eodem trunco facie, colore, forma ab aliis diuerſa. Hic ostinam purpuram, ill[illegible] niuem, flammam, cælum, iſte aurum, & gemmas exprimit. Alius odorem adſtat naribus gratiſſimum, auramque æthereum effundit, vt non vanè quidam Poëtarum, flores pleroſque natos dixerint aut finxerint, è ſucco aut ſanguine Deorum.

AMOR ET PRETIVM.

Florum amœnitas adeo pleróſque etiam meliores menti tenet, vt ſi nouum aut rarum naſci apud ſe videant, velut Argum aliquem deputent, qui obſeruet. Quin iis ægrius eſt, vt flos aliquis nouus intercidat, quam amicus antiquus. Sed etiam æmulantur & oſtentant, ſi quid rarius nanciſcantur, & haud ſecus quam ad præturam aut Magiſtratum competitores exiſtunt, rixantes inſtar puerorum circa hæc naturæ

[illegible]

[illegible] emoſ-

Floralia.

F

Feſta erant in ho[illegible] oræ admodum impura, & laſciua. Vide *Ouid. l. 4. Faſtor.*

Fluuius. Flumen.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fluuius ſecundum *Iſidorum lib. 13. cap. 21.* eſt perennis aquarum decurſus, à fluendo perpetim ita dictus. Propriè autem flumen ipſa aqua eſt, fluuius vero aquæ curſus: vnde prius flumen quam fluuius. Communiter tamen pro iiſdem accipiuntur ποταμὸς Græcè. Sunt autem duo Fluuiorum genera, vnum quod riuum vocant, ſempérque fluit: alterum Torrens, qui eſt fluxus aquæ cum impetu, qui facilè ſiccatur. Riuo tamen maior eſt. Frontoni placet, Flumen idem manere, Fluuium quandoque ſiccari aquarum penoriâ.

FLVMINVM ORTVS ET GENERATIO.

G

De fluminum origine variæ ſunt ſententiæ. Inter quas probabilem cenſemus, quæ aſſerit Deum in mundi prima creatione, poſtquam omnem aquam in vnum locum congregaſſet, per occultos terræ meatus aquarum varios decurſus emiſiſſe. Pleróſque etiam ex vaporibus terræ genitos eſſe. At generaliter pæne omnes qui perennem habent decurſum, è ſubterrenæis aquis, quæ ex mari proueniunt, deriuari, iuxta illud, *Eccleſiaſtæ 1.* Omnia flumina intrant in mare, & ad locum vnde exeunt, reuertuntur, vt iterum fluant. Eſtque hæc ſententia communis SS. Patrum.

Flvminvm MOTVS, CVRSVS, FLVXVS, FLVVII

Strepentes.

Taolhera fluuius Noruegiæ tanto fragore decurrit, vt per ſchœnos tres audiatur, hoc eſt, per xv. *M. Ziegl. in Schond.*

Obliqui, Tortuoſi.

Quum res agitur non ſimpliciter, ſed vafris & obliquis conſiliis, Mæandros dicimus, metaphora ſumpta à fluuio Mæandro, qui ſinuoſus ac flexuoſus labitur: vnde & nomen habere videtur quaſi oberret quærens hominum conſortia. *M. Tullius in Piſonem:* Quos tu Mæandros, dum omnes ſoli- H citudine perſequeris, quæ diuerticula flexionéſque quæſiſti? *Eraſmus in Adagiis.*

Perennes.

Troezenii amnem habent Chryſorrhoam, hoc eſt, Aurí fluuium dictum: quem ſolum ſuam aquarum perennitatem ſeruaſſe narrant, cum in magna ſiccitate deſideratis per annos ix. imbribus, nullæ aquarum venæ in Græcia non exaruiſſent, *Pauſanias in Corinth.*

Magnitvdo. Flvmina.

Magna.

Gangas fluuius altiſſimus atque latiſſimus, citeriorem Indiam ab vlteriore diſterminat, & duobus oſtiis, inter ſe ter centum paſſuum millia diſtantibus, in Indicum Oceanum labitur. Aquæ ſunt ſalubres, & religionem poſſidere ab incolis exiſtimantur, ita, vt multi vel vt morbos depellant, vel vt animos ſcelere pollutos expient, illis frequenter abluantur. *Oſorius lib. 11. rerum Eman.*

Fluuiorum totius orbis maximus, in India eſt nomine Orellana, ſub Æquinoctiali perpetuo ferè tractu decurrens, in

A in longitudinem pluſquam m[illegible] milliaria patet: maris æſtus ad centum mil[illegible] aduectu fluuine protendit. Eſt & alter fluuius, dictu[s] Argenteus, propter argentum, quod in eo reperitur. *Io. Metellus.*

Diuiſa.

Gyndem amnem Cyrus Perſarum rex, in centum ſeaginta alueos ſtulto vltionis genere diduxit.

Regnante Cæſare Auguſto, quando flo[s] de radice Ieſſe aſcendit, & in orbe Romano prima fac[t]a eſt d[eſ]criptio: potentiſſimum priùs regnum Æg[yp]tiorum, quod multis durauit ætatibus, Cleopatræ morte deſtructum eſt, & percuſſus eſt amnis Ægyptius in ſeptem riuos, ſiue in ſeptem valles. Nilus enim aquarum multarum, qui prius vno fluebat alueo, & intranſibilis erat, in ſeptem valles humillimas & riuos diuiſus & conciſus eſt, vt calceatis pedibus tranſitetur. *Hieron. com. lib. 4. in Eſaiam cap. 11.*

Aucta, Inundantia.

☞ *Vide infrà, Fluuij fecundi.*

Exſiccata.

Onochonus Theſſaliæ fl. Xerxis exercitui non ſuffecit. B *Herod. lib. 9. Vide Tit. Exercitus numeroſus.*

Fructus. Huc Fluuii.

Auriferi.

Τὸν Πακτώλου πλοῦτον, Id eſt, Pactoli diuitias, pro ſummis opibus alicubi dixit Philoſtratus. Eſt autem Pactolus Lydiæ fluuius, ex monte Tmolo profluens, aureis ſcatens arenis, vnde & χρυσοῤῥόας à poetis cognominatur. Cuiuſmodi narratur & Tagus in Iberia, & Ganges in India, & Hebrus in Thracia. *Plinius* addit Padum in Italia, negátque vllum eſſe aurum abſolutius, quàm id quod in fluuiis reperitur, vtpote curſu ipſo tritúque perpolitum. *Eraſmus in Adagiis.*

Piſculenti.

☞ *Conſule Tit. Piſces vbi.*

Oritur in Laminitano agro Hiſpaniæ fl. Anas, vt ſcribit Plinius. Qui etſi piſces, præter anguillas, quæ ſunt optimæ, inutiles gignit, fama tamen & natura eſt memorabilis: quippe qui modò ſe fundit in ſtagna, modò in anguſtias reſorbet, ac totus in cuniculis latet, & quaſi naſci ſæpiùs gaudet. Hic etiam, vt Strabo meminit, non longè oritur ab ortu Tagi. *Marinæus lib. 1. rerum Hiſpan.*

C

Fertiles.

☞ *Perpende locum Fertilitatis, quæ magna ex parte à Fluminibus prouenit item paulo poſt, Vſus.*

Agriculturæ commodi.

Steriles.

Anigrus fluuius Elidis, è Lapitho Arcadiæ monte deſcendens, grauiter olentem aquam emittit, piſces non alit, priuſquam flumen aliud, Acidantem nomine, accipiat. Iſ etiam, quos Acidas importarit, eſculenti eſſe deſinunt. Teter ille odor, è terra vnde effluit, exiſtit. E Græcis verò Chironem alij, Pylenorem centaurum alij, ab Hercule ſagitta percuſſum aiunt, cùm vulneratus fugeret, huius fluminis aqua vulnus abluiſſe. Inde hydræ veneno infectum flumen, fœdum odorem contraxiſſe. Sunt qui in id cauſam referunt, quòd inſaniæ morbo liberatis Prœti filiabus, Melampus Amythaonis filius piacula in hunc amnem abiecerit. *Pauſan. lib. 5.*

D

NOBILITAS.

Non tam impiè quàm ſtultè Naaman Syrus leproſus, Damaſci aquas aquis prætulit Iſraëlis: cùm Iordanis deuotus Deo famulatus toties probatus extiterit, ſiue quando Heliæ, ſiue quando Heliſæo, ſiue etiam quando Ioſue & omni populo ſimul ſiccum in ſe tranſitum præbuit. Denique quid in fluminibus iſto eminentius; quod ipſa Trinitas ſibi quadam euidenti præſentia dedicauit? Pater auditus, viſus Spiritus S. Filius eſt & baptizatus. Meritò proinde ipſam eius virtutem, quam Naaman ille conſulente propheta ſenſit in corpore, iubente Chriſto, vniuerſus quoque fidelis populus in anima experitur, quando in eo ſacris vndis tingitur. *D. Bern. ad Templi milites.*

Gortynam Arcadiæ vrbem fluuius præterlabitur, quem circa ſuos fontes Luſium appellant, quòd in eo Iouem recens natum lotum credant. Quia verò longiùs à fontibus diſcedit, Gortynius dicitur, cuius aqua frigidiſſima eſt. *Pauſanias in Arcadicis.*

Ladon Arcadiæ fluuius; aquæ pulchritudine omnibus Græciæ fluminibus antecellit: celebratur verò maximè Daphnes cauſa, & ob ea, quæ de illa poëtæ decantarunt. *Ibid.*

Vsus. Fluuii. E

Potabiles.

Maximè iucundo aquarum frigore ſunt Cydnus, qui Tarſenſium fines præterlabitur. Melas, qui propter Sidam Pamphylorum decurrit: tum verò Haleſi ad Colophonem frigidam aquam, qui elegos fecerunt poëtæ celebrant. Sed hos omnes, æſtate præſertim, vincit Gortynius Arcadiæ fluuius, qui ad fontes ſuos Luſius dicitur, quòd in eo Iouem recens natum lotum credunt. *Pauſanias in Arcadicis.*

Choaspes & Eulæus fluuij ſaluberrimæ aquæ, quam ſolam ſecum etiam in longinquas peregrinationes Parthorum reges vehunt. *Plin. lib. 31. c. 2. Solin. cap. 51.* inquit, Choaſpes ita dulcis eſt, vt Perſici reges quamdiu intra ripas Perſidis fluit, ſolis ſibi ex eo pocula vendicarint, & cum eundem foret peregre, aquas eius ſecum vectitarint. Ac *cap. 46.* de Eulæo flumine, quòd ortum à Medis tam puro fluore inclytum habeat, vt inde omnes reges non alias quàm eius aquas bibant. Suſianam Perſidem ab Elymaide diſterminat amnis Eulæus: ortus in Medis: modicóque ſpacio cuniculo conditus, ac rurſus exortus, & per Meſobatenen lapſus, circuit arcem Suſorum, ac Dianæ templum auguſtiſſ. illis gentibus, & ipſe F in magna cæremonia: ſiquidem reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant. *Plin. lib. 6. cap. 27.*

Alpheus fluuius Elidis, vbertima & ſuauiſſima aqua, ex Arcadia deſcendit, Heliſſon, Brentheatem, Gortynium, Phagam, Ladonem, Erymanthum, Cladeum amnes ſuſcipit, & ſubter mare in Sicilia apud Syracuſas denuò emergens, Arethuſæ fonti ſeſe commiſcet. Hinc fabulæ locus datus, Alpheum venatorem, Arethuſæ amore captum; cùm illa nuptias eius auerſata in Siciliam (quæ tunc Ortygia dicebatur) fugiſſet, ambo in aquas commutati fuêre. *Pauſanias lib. 5.*

Medicati.

Thearus Thraciæ fluuius, fertur ab accolis omnium amnium eſſe optimus, cùm ad alios morbos, tum ad ſcabiem curandam; vel hominum vel equorum. Eius fontes duodequadraginta ſunt, ea eadem petra manantes, partim frigidi, partim calidi. *Herod. lib. 4.*

Cydnus Ciliciæ amnis podagricis medetur, ſicut apparet in epiſtola Caſſij Parmenſis ad M. Antonium. *Plin. l. 31. c. 1.*

Scribit *Theophraſtus in libro de Aquis,* Nili aquam fertiliſſimam eſſe & dulciſſimam: quamobrem venter bibentibus ſoluitur, ob nitroſam admiſtionem. *Athen. lib. 2. cap. 1.*

Agriculturæ commodi.

Nilus Ægyptum, Babylonem & Seleuciam Euphrates atque Tigris reſtagnantes fœcundant. G Nilus quidem natura, Euphrates verò & Tigris etiam arte temperati poſſunt. *Plin. lib. 18. c. 18.* Nilus incipit creſcere luna noua, quæcunque poſt ſolſtitium eſt, ſenſim modicéque cancrum ſolem tranſeuntem, abundantiſſimè autem Leonem. Et reſidet in Virgine, iiſdem quibus accreuit modis. In totum autem reuocatur intra ripas in libra, vt tradit Herodotus, centeſimo die. Cùm creſcit, reges aut præfectos nauigare eò, nefas iudicatum eſt. Auctus eius per puteos menſuræ notis deprehenduntur. Iuſtum incrementum eſt cubitorum XVI. Minores aquæ non omnia rigant, ampliores detinent, tardiùs recedendo. Hæ ſerendi tempora abſumunt ſolo madente, illæ non dant ſitiente. Vtrumque reputat prouincia. In XII. cubitis famem ſentit, in XIII. etiamnum eſurit: XIV. cubita hilaritatem afferunt: XV. ſecuritatem: XVI. delicias. Maximum incrementum ad hoc æui fuit cubitorum XVIII. Claudio principe: minimum quinque Pharſalico bello, veluti necem Magni prodigio H quodam flumine auerſante. Cum ſtetêre aquæ, apertis molibus admittuntur. Vt quæque liberata eſt terra, ſeritur. Idem amnis vnus omnium nullas expirat auras. XV. oſtiis in mare ſe exonerat: quorum ſeptem ſunt celeberrima. *Plin. lib. 5. c. 9. & 10.* De eo ſic *Diodorus*: Vtilitate commodiſque cæteros orbis fluuios excellit. Incrementum eius à ſolſtitio incipiens æſtiuo, vſque ad æquinoctium, ſempérque nouum limum ſecum vehens, rigat tum cultas regiones, tum incultas, quanto tempore velint agricolæ. Aqua enim leuiter fluente, facilè eam paruis aggeribus arcent, inducuntq; pro cômodo terræ. Tantam verò fertilitatem infert, & agri colendi facilitatem, vt cùm ſeuerint, aut oues introducant in campos ad conculcanda iacta ſemina, aut aratro leui terram ſubducant: neq; niſi quatuor aut quinque exactis menſibus ad meſſem redeuntes, breui tẽpore vberrimos fructus abſq; magna impenſa laboréve reportent. Alibi agricultura magno labore exercetur;

A ac ſumptu : ſoli Ægyptij minima impenſa, labore tenui fruges fertiles auferunt. Vineæ quoque eodem rigatæ modo, vino abundant. Terra inculta pecori ad paſtum relicta, adeò exuberat herbis, vt oues bis in anno pariant, biſque præbeant lanam. *Diod.l.1.cap.3.& Strabo l.17.* Galenus Nilum ita laudat, vt bonitati excellentia pa cis admodum comparari fluminibus poſſit nam & mulierum partum inſigniter adiuuat. Ex eo præterea in Ægypto ſolæ omnium paluſtres aquæ redduntur commodiores, quando æſtate nec computreſcant omnino. *Seneca in Natura quæſtionibus* · Pleráque ſunt, inquit, ratio quorum reddi non poteſt, vt cum aqua Nilotica fœcundiores faciat feminas, adeò vt quarundam viſcera longiore præcluſa ſterilitate ad conceptum relaxauerit. Auicenna primo Canonis, quatuor ex cauſis Nilo comparabilem bonitatis vim ſcribit attributam : quarum primam ſtatuit, à curſus longitudine, ſecundam, regionis adſcribit nitori ac præſtantiæ, per quam fit aquarum delapſus : tertiam putat, quòd à meridie in ſeptentrionem deferatur : ſic enim attenuari ampliùs : poſtremò, & immenſam ſuffragari fluminis molem.
B Ariſtoteles etiamnum poſtea quàm fœcundiſſimum dixit Nilum, & alendi facultate inſignem, moderatæ Solis decoctioni id acceptum retulit. Inuenio præterea Iouis vice fuiſſe Ægyptiis Nilum : vnde illud Byzantium poëtam Parmenonem, vt ſcribit Athenæus, *[illegible]*, id eſt, Iupiter Ægypti Nile : quoniam certis anni temporibus ſuperfuſus ripis imbrium modo mitam campis fertilitatem inferat. Propterea de Nilo *Tibullus.*

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

Creditur & Pindarus inde Saturnium appellaſſe Nilum, tanquam & ipſe Ioui innuens cognomentum : quoniam antiſtrophos, vt diximus, Ioui ſit Nilus, & imbrium cenſeatur analogon eiuſdem aqua, vbi in Pythiis ait :

[illegible]

Dicitur inde & chryſorrhoas Nilus, quaſi auro fluens. Ex quo & graues in eos, qui chomata Nili ruperint, vel violarint omnino, ſanciuntur pœnæ.
C Sunt autem eo nomine aggeres. *Cælius l.27.cap.8. Antiq. Lect.*

Euphrates Armeniæ fluuius, increſcit & ipſe Nili modo ſtatis diebus, paulum differens, ac Meſopotamiam inundat, ſole obtinente viceſimam partem cancri. Minui incipit in virginem à leone tranſgreſſo. In totum verò remeat in vigeſima nona parte virginis. *Plin.l.6.cap.26.*

Inter Scythiæ fluuios Boryſthenes ſecundùm Iſtrum omnium maximus, & omnium aliorum (præter Ægyptium Nilum, cum quo non licet alium comparare) vbertimus, paſcua præbens amœniſſima & accommodatiſſima pecoribus, nec non optimorum ac ſingularium affatim piſcium, idem ad potandum ſuauiſſimis, liquidus inter turbidos fluens, iuxta quem ſegetes optima fit, & herba non ſatiua, etiam altiſſima. In cuius quoque oſtio ingens vis ſalis ſua ſponte concreſcit. Præbet idem ingentia cete, ad ſalſuram, ſpinis carentia, quæ antacæos appellant. *Herod.l.4.*

Mechanicis inſeruientes.

De Cydno, & de ſacra Apollinis, qui Tharſi eſt, ſeceſpita, referunt, à Cygno ferrum illud extergi rectiùs, neque alia ab aqua cultum illum quàm ab illa : quomodo Olympiæ ci-
D nerem adcorporant aræ & affigunt, cui Alphæi vndam affundunt : ex alio amne ſi tentent, nulla valent ſolidare vel agglutinare cinerem. *Plut. de Def. orac.*

Bætis fl. Hiſpaniæ aqua ad inficiendas lanas plurimum valet, quam Martialis hoc modo commendauit :

Bætis oliuifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

A quo etiam, vt Strabo & Plinius aſſerunt, Bætica prouincia nomen accepit. *Marinæus l.1. rerum Hiſpan.*

Apud Vaſcones fluuius Chalybs nomine, cuius aqua Hiſpani gladios temperant. Ab eodem populi Chalybes dicuntur. *Marinæus l.1. rerum Hiſp. ex Iuſtino.*

FLVMINVM DERIVATIONES, PERFOSSIONES,
IMMISSIONES RARO FELICITER
TENTATÆ.

MARE RVBRVM CVM NILO.

Herodot.l.2. refert, Nicaonem, quem alij Seſoſtrin vocant alij Pſammetichum, Ægypti regem, ad tranſuectionem mercium Orientis, conatum eſſe alueum è mari rubro in Nilum ducere : ſed eundem, cùm in eo opere audacter magis quam infeliciter ſuſcepto ſupra centum viginti [illegible] hominum interiiſſet, deſtitiſſe in medio opere [illegible] tum oraculo : cum id opus barbaro [illegible] Idem [illegible] runt Seſoſtri & Dario. Sic enim [illegible] *in quarta* [illegible] Quod Ægyptus ſit poſitione loc[illegible] riot mari rubro, ipſo facto oſtenderunt q[illegible] conat[illegible] maria [illegible]ngere, Æ[illegible] Indicum, cuius p[illegible] eſt [illegible] mare. Hanc ob cauſam de conatu ſuo deſti[illegible] Seſoſtri[illegible] R[illegible] Ægyptiu[illegible] poſt hunc Darius Med[illegible] *Mo*[illegible] D[illegible] perfecit illam [illegible], ſed opportuniore loco ſummaq[illegible] te. Et cum nauigare illuc cuperet, aperiebat foſſam [illegible] que cum eſſet [illegible], clauſit flumen, q[illegible] in foſ[illegible] dedu[illegible].
E Habet foſſa latitudinem cubitorum ſeptingentorum, profundum quantum ſatis ſit nauigio decem millia ferenti.

Fuerunt qui Africam ab Aſia diſiungere voluerunt, id terræ intercidere meditati : quod inter [illegible]ubrum, & noſtrum (ſcilicet mediterraneum) pelagus medium eſt : cuius latitudinem non amplius, quam mille & quingentrûm ſtadiorum eſſe dixeruot. Primuſque omnium Seſoſtris Ægypti Rex efficere id cogitauit. Mox Darius, Perſarum. Deinde Ptolomæus ſequens, qui foſſam eduxit, latitudine centum pe-
F dum, altitudine triginta, longitudine paſſuum triginta ſeptem millium & quingentorum. Vltra progredientem metus inundationis deterruit, excelſiore tribus cubitis rubro mari comperto, quam terra Ægypti. Pliniu omiſſam foſſionem aſſerit : ne mare immiſſum aquam Nili corrumperet quæ ſola potum præbet Ægyptiis. *Æneas Syluius in Coſmographia ſua.*

De Iſthmi Corinthiaci perfoſſione.

DEMETRIVS, Cæſar, Dictator, Caligula, Nero, auſi Iſthmum Corinthiacum perfodere : ſed nulli proceſſit. Dion teſtatur, tempore Neronis ſanguineos riuos conſpectos, multaque ſpectra eiulatus atroces edidiſſe, atque ita territos operarios ceſſiſſe. *Pauſanias l.2.* Quicumque Peloponneſum Inſulam facere conatus eſt morte oppreſſus, opus imperfectum reliquit. Qua ſane Iſthmus fodi cœptus fuerit, operis exſtant veſtigia. Saxoſa eius pars omnino teſtata non fuit :
G quare ſitus adhuc ſui naturam ſeruat. Iulius Cæſar proximo ante mortem anno deduxit colonias, Carthaginem & Corinthum. Tentauit perfoſſionem Iſthmi : vt iungeret duo maria : & Peloponneſum alueo nauigabili à Græcia euelleret. Sed fruſtra hoc tentauit. Recentiores Græci contra irruptiones Turcicas extruxerunt ibi longum murum. Illum demolitus eſt Mahometes II. qui Conſtantinopolim occupauit.

GNIDIORVM ISTHMVS.

Gnidij appendicem Cariæ contra Herpagum demoliri conabatur, ad quingentos paſſus duntaxat : verum petrarum ſaltus lædebat oculos fodientium. Apollo conſultus reſpondit: *[illegible]*, id eſt : Iſthmum ne perfodite, neque muros erogite : quia ſi Deus Inſulam eo loco eſſe voluiſſet, condidiſſet.

Caſpij maris & Euxini coniunctio.

Refert Plinius ex commentariis Claudij Cæſaris, cogitaſſe Seleucum I. cognomento Nicanorem, eom mari Caſpio coniungere Boſphorum Cimmerium : (ſeu vt alij mare Euxinum triginta ſeptem milliarium alueo. Verum priuſquam id perficeret : iugulatur à Ptolemæo. H

Perfoſſio Iſthmi ad montem Atho.

Xerxes ſubditorum ſuorum opera Iſthmum ad montem Atho perfodit & nauibus tranſitum faciebat : Verum eas non iterum reducebat.

Tanais & VVolga coniunctio.

Turci cum Anno 1569. tentaſſent Tanaim & VVolgam fluuium nauigabili alueo coniungere, perfoſſo monte Schlopenburgo, qui interiacet, & ad ſex milliaria ſe extendit, magna clade a Moſcis repulſi ſunt.

Pons ex Calabria in Epirum.

Ex littore oppidi Hydrunti in Calabria Apolloniam verſus, mare non amplius centum millibus paſſuum expanditur : quod pedeſtri continuare tranſitu pontibus iunctis primus Pyrrhus Epiri Rex cogitauit : poſt eum M. Varro : Vtrumque curis aliis impedientibus, vt Pauſanias *c.10. l.3.* ſcribit, Cæſar voluit molibus iactis tranſitum facere ex Italia in Epirum, ſequens Pompeium : ſed cum id non ſuccederet : pontibus periculum fecit. Xerxes ſupra Helleſpontum ſimilia tentauit, De vtroque conatu. *Lucanus l.2.*

Tales

A *Tales fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem*
Conſtruxiſſe vias, multum cum pontibus auſus
Europamque Aſiæ, Seſtumque admouit Abydo,
Inceſſitque fretum rabidi ſuper Hellespontis.

Lubet huc adſcribere, quæ de eiuſmodi conatibus irritis, præſertim circa deriuationem fluminum *Philippus Camerarius in operis ſuccisiuis* recenſet: ſic enim ille [illegible] 81. *pag.* 32. Quemadmodum fatendum eſt, Romanos perpetuo labore & ſudore mancipiorum, quorum infinitus numerus apud illos inſtar brutorum fuit, ei[illegible] ſtupenda opera minori difficultate, & exiguis ſumptibus longèque alio modo, quam quo apud nos fieri neceſſe eſt, & inſtituere & abſoluere potuiſſe, ita ſæpe cum veluti naturæ vim inferre voluerunt, operam & oleum vt eſt in prouerbio, perdiderunt.

Foſſa ab Auerno Oſtiam vſque.

Hoc ſane coeuli, teſte *Cornelio Tacito* (*l.* 15. *annal.*) Seuero & Celere magiſtris & machinatoribus, quibus ingenium & audacia erat, etiam quæ natura denegauiſſet, per artem tentare, & viribus principis Neronis illudere. Namque à lacu Auerno nauigabilem foſſam vſque ad Oſtia Tiberina depreſſuros promiſerant ſqualenti littore aut per montes
B aduerſos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pomptinæ paludes: cætera abrupta aut arentia: ac ſi perrumpi poſſent, intolerandus labor nec ſatis cauſæ. Nero tamen, vt erat incredibilium cupitor, effodere proxima Auerno iuga conniſus eſt: manentque veſtigia irritæ ſpei. Huius foſſæ cœptæ ab Auerno Oſtiam vſque vt nauibus, nec tamen mari iretur, longitudinis per CLX. milliaria, latitudinis, qua contrariæ quinqueremes commearent: meminit quoque Suetonius in vita Neronis, quorum operum perficiendorum gratia, quod vbi eſſet cuſtodiæ in Italiam deportari, etiam ſcelere conuictos, non niſi ad opus damnari præceperat.

ISTHMI PERFOSSIO.

His autem non contentus, etiam in Achaia Iſthmum perfodere aggreſſus (vt idem Author tradit) Prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus eſt: tubáque ſigno dato primus raſtello humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris extulit. Verùm illi accidit ſicut aliis com-
C pluribus: qui ſæpius ante eum idipſum, repugnante natura, infauſto exitu, conati ſunt facere: eorúmque ſemper irriti labores fuerunt. Inter quos fuit Demetrius Rex, C. Cæſar Dictator, Caius Princeps Caligula, Domitius, & alij: quorum mentionem poſt Plinium (*l.* 4. *cap.* 4.) facit (in Commentariis ſuper Suetonium) Læuinus Torrentius: huius rei quoque Sabellicus (*Decad.* 3. *l.* 9. *de rebus geſtis Venet.*) meminit: vbi etiam ſcribit Venetos quindecim dierum ſpatio totam Iſthmi longitudinem, quæ ab Ægæo ad Ionium mare quatuor eſt paſſuum millia, quamquam murorum ambitus aliquanto eam reddit ampliorem; muro & duplici foſſa, muniuiſſe. Vnde prouerbium, Iſthmum perfodere, veluti de laboribus & conatibus ingentibus, ſed vanis & irritis, ortum ſuum habere cœpit. Herodotus quoque (*l.* 1.) memoriæ tradidit: Gnidios Iſthmum, quà anguſtiſſimo ſpatio, nempe quinque ſtadiorum, ſpectabat continentem, perfodere molitos vt inſulam facerent (hi ſunt incolæ Cariæ, & Coloni Lacedæmoniorum, quorum regio ſpectat mare, quod vocatur Triopium) cæterum ictos ſcopulos in fodientium oculos reſiliiſſe. Cum autem oraculum Delphicum hanc ob rem conſuluiſſent, ita reſpondiſſe Py-
D thiam:

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε μηδ᾽ ὀρύσσετε.
Ζεὺς γάρ κ᾽ ἔθηκε νῆσον, εἴ κ᾽ ἐβούλετο.
Neque cingite Iſthmum mœnibus, neque fodite:
Nam ſi Ioui id viſum, locaſſet in ſalo.

Cæterum Xerxis Regis Perſarum opus magis fauſtum fuit: dum Athon perfodere aggreſſus eſt. Eſt autem Athos, teſte *Herodoto* (*lib.* 4.) mons ingens & nobilis, ad mare pertingens; ab hac parte hominibus cultus: ad continentem deſinens in ſpeciem Cherſoneſi, id eſt Peninſulæ, cum Iſthmo duodecim ſtadiorum. Hoc incolitur à Calogeris, qui ſunt Monachi Græci, & ſequuntur ritus traditos à Baſilio. Hanc foſſam, inquit Herodotus: Xerxes, vt ego coniecturâ colligo, iactantiæ gratia deprimi iuſſit, potentiæ oſtentandæ cupidus, ac memoriæ relinquendæ. Nam cum liceret nullo negotio naues per Iſthmum tranſportare: iuſſit Iſthmum intercidi ad mare recipiendum, in foſſam tantæ latitudi-

nis; vt duæ triremes pariter illuc agitari poſſent. Denique E
Nicanor Seleucus aggreſſus eſt Iſthmum (qui dirimit Euxinum & Caſpium mare) perfodere: nec perfecit, a Ptolomæo Cerauno interfectus vt *Eraſmus notauit in adagiis*.

De Nilo in mare rubrum deriuando.

Eodem modo nonnulli Reges Ægypti immenſis foſſis ductis longitudinis quatuor dierum nauigationis, latitudinis, vt pariter iam poſſent duæ ſimul agi triremes, in quibus fodiendis ſub Rege Neco, centum viginti millia Ægyptiorum, teſte *Herodoto* (*l.* 2.) perierunt: quarumque veſtigia ad hodiernum diem (vt mihi ij, qui illis in locis fuerunt, retulerunt) prope Sues conſpiciuntur: efficere voluerunt, vt ex Nilo fluuio in mare rubrum vel Arabicum ſinum nauigaretur. Verum eorum cœpta irrita fuerunt; ſicut quoque Cleopatræ Reginæ, quæ opus arduum & ingens ibi aggreſſa eſt. Intenderat enim (*Plut. in vita Antonii*) per Iſthmum, qui rubrum mare ex Ægypto diſtinguit, videtur Aſiæ, & Africæ limes eſſe, quas is maximè vtroque mari arctatur & ſtrictiſſimus CCC. ſtadiorum latitudine patet, claſſem transferre in Arabicum ſinum, cum exercitu & magna vi pecuniæ, ibique ſeruitute & bello cuitatu habitare. Sed ab Arabibus, circa Petram habitantibus, impedita fuit. F

EVPHRATIS IN TYGRIM DERIVATIO.

Eodem modo Traianus, teſte Dione, foſſam aggreſſus eſt: per quam Euphratem in Tygrim deriuare: ſimul etiam vt vt nauigia ponti faciendo deueheret, ſed vbi Euphratis alueum Tigri multo excelſiorem eſſe comperit: ab incepto deſtitit: veritus videlicet ne Euphrates conuerſo in decliuiorem partem fluxu extenuaretur.

Moſellæ atque Araris coniunctio.

Non abſimilis conatus fuit veteris Romanorum Ducis imperante Nerone, qui Moſellam atque Ararim, facta inter vtrumque fluuium foſſa, conuertere parauit: vt copiæ per mare, dein Rhodano & Arari ſubuectæ per eam foſſam, mox fluuio Moſella in Rhenum, exin ad Oceanum decurrerent: ſublatiſque itinerum difficultatibus nauigabilia inter ſe Occidentis, Septentrioniſque littora fierent. Deterruit
Belgicæ legatus ne legiones alienæ prouinciæ inferret: ſtudiáque Galliarum affectare diceretur: formidoloſum id Imperatori dictans: quo plerumque prohibentur conatus honeſti. Refert Ioannes Marius propter inges pluuias, quæ congeſtam humum in foſſam reiecerant, inchoatum opus omiſſum fuiſſe. Hæc Ricardus Dinothus (in aduerſariis) ex Tacito refert. Verum ſi quis exactiorem huius conatus deſcriptionem requirit: is reperiet eam in Belgij hiſtoria Ludouici Guicciardini. G

DANVBII CVM RHENO CONIVNCTIO.

Ne autem plane priſcis & exteris exemplis inhæreamus: audiamus quoque, quid noſtri Imperatores ſæpenumero conati ſunt. Carolus enim Magnus perſuaſus à quibuſdam fuit: hominum labore effici poſſe, vt a Danubio in Rhenum nauigaretur: ſi inter Rhedoneſſum (*Regnis*) & Alemannum (*Altmubl*) flumina Nariſcorum, vt *Auentinus A. D.* (*lib. annal. Boiorum.*) memoriæ tradidit, vbi vligo paluſtris erat, foſſa duceretur: quæ nauium capax foret: ita quam paluſtres aquæ H
ſubſidentes vtrimque flumini committerentur. Nam Rhedoneſſus Bamberg: inquit, Mœno, hicque Rheno Moguntiaci miſceretur. Alemanus vero millia paſſuum octo a patria mea in Danubium profluit, iuxta oppidum, *Rhelaim*. Fit igitur iuſſu Regis à Maximo Boiorum, Francorum, Sueuorumque numero foſſa lata trecentos pedes, longa millia paſſuum duo. Topagum *Straben*, inde Vveiſſemburgium verſus tendebat. Sed inuidit fortuna labori: qui iniro cœlo ceptus erat; prodigiis portentiſq; iram ſuam natura iterum oſtendit. Immenſi aceruí frumentorum & omnis generis granorum reperti in campis, quæ ſi pecus guſtaret, è veſtigio peribat: farina inde facta ſub manibus euaneſcebat. Noctibus auditæ ſunt voces mugientium & laſciuientium, cõfuſi ſtrepitus circum ſuperiorem foſſam. Accedebant continui imbres in loco alioqui paluſtri. Ideo quidquid terræ interdiu egerebatur: noctu humo relabente ſubſidebat. Huius rei quoque

A meminit *Aimonius de reb. Franc.* Aiunt prope Vvyſenburgum adhuc apparere veſtigium profundæ foſſæ.

Multaniæ & Danubij.

Quin etiam ſimile vel maius opus inchoauit Carolus IV. Imp.(quamvis qua ratione fieri hoc potuerit,ex ſitu luci, & horum fluminum curſu colligere non poſſum) qui Multaniam, quod flumen montis radices, in quo regia arx Pragæ ſita eſt, alluit, & Bohemici regni Metropolin interſecat, cum Danubio coniungere voluit ſicut videre licet apud Dubrauium in Bohemicis hiſtoriis. Quid mu[illegible]s? eiuſmodi conatus, ſi non omnes, plerique tamen infauſti periuntur. Statuit enim Deus, vt Regius propheta (*Pſal.* 103.) ait, mari & fluminibus ſuos terminos, quos non tranſgrediuntur, & iis manendum conſiſtendumque illi, quam diu illi placuerit. Id teſtatur Propheta Hieremias (*cap.* [illegible]) vbi dicit, an me non timebit populus, qui pono terminos maris arenam? Hoc ipſum oraculum Delphicum, cuius ſupra mentionem fecimus, non ignorauit. Et recenſetur à Roffiuo (*lib.* 2. *cap.* 30. *Ecclef. hiſtor.*) elegans hiſtoria de inundatione Nili: quæ deſtructo templo Serapis, cuius Ethnici iram verebantur, contigit. Moris enim erat in Ægypto: vt menB ſura aſcendentis Nili fluminis ad templum Serapis in quo Alexandriæ colebatur, deferretur velut ad incrementi aquarum & inundationis autorem. Subuerſo autem eius ſimulachro, igniſque conſumpto, omnes ſimul negabant, Serapin iniuriæ memorem aquas vltra affluentia ſolita largiturum. Sed vt oſtenderet Deus, non Serapin, qui multo Nilo poſterior, ſed ſe eſſe qui aquas fluminis temporibus ſuis iuberet excreſcere, tanta ex eo & deinceps fuit inundatio: quantam fuiſſe prius ætas nulla meminerat. Et ideo vlna ipſa, id eſt, aquæ menſura, quam πῆχυν vocant, ad aquarum Dominum in Eccleſia cœpta deferri. Hæc geſta vbi religioſo Principi Theodoſio nunciata ſunt extentis ad cœlum palmis, cum ingenti fertur exultatione dixiſſe: Gratias ago tibi Chriſte, quod abſque vrbis illius magnæ pernicie tam vetuſtus error extinctus eſt. *Camerar. cap.* 39. *pag.* 167.

Volga & Thanais.

Hæc ita eſſe ante pluſculos annos Turcæ quoque experti ſunt, qui adductis maximis copiis militum & mancipiorum, Rhan vel Volgam flumen (teſte Ptolomæo Sarmatiæ C Aſiaticæ maximum, inque mare Caſpium ſe exonerans, quod à Tartaris Elarach, ab Armænis autem Thamar appellatur) in Thanaim (qui fluuius Europam ab Aſia diuidit, & ab incolis Don, ab Italis autem Thana vocatur, inque Pontum Euxinum ſeſe effundit) perfoſſo monte altiſſimo, deriuare conati ſunt. Verum non tantum inedia, labore immenſo, & venenatis animalibus, in regione inculta & deſerta; impediti à cœpto opere Turci fuerunt; ſed etiam à Moſcis magna clade affecti, & tandem Tartarorum dolis in reditu circumuenti, ad internecionem deleti ſunt. Manebunt itaque fines, & termini maris fluminumque quos Deus poſuit, inuitis hominibus, qui fruſtra eos ſuis viribus, refragante ipſo, transferre conantur. Idipſum Ægyptij ſuis hieroglyphicis (Pierius *lib.* 25.) deſignare voluerunt: cum lutram & vitulum marinum eodem vinculo colligarunt. Hæc enim media ſunt animalia inter terreſtria & aquatica: vinculum D illud oſtendunt: quo terræ applicitæ ſunt aquæ, ſuiſque coërcentur finibus. Hactenus *Camer. in oper. ſucciſ. Centur.* 1. *cap.* 82. *pag.* 392. *& ſeq.*

Gorgani montis in Apulia à continenti auulſio.

Strabo author eſt, Diomedem conatum fuiſſe promontorium Gorgani, foſſa ad mare perducta diuidere, & à continenti auellere. Sed domum accerſitus cùm hoc, tum alia varia opera inchoata reliquit. *Leander in ſua Italia, pag.* 378.

* Fœcunditas.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FOecunditas quæ Græcis πολυτεκνία, vel εὐτεκνία, eſt abundantia, ſiue fertilitas, à Fœcũdo, quod eſt fructibus abundantem facio. Et quamvis propriè dicatur de agris & arboribus transfertur tamen communiter ad animantia. Imo & ad animum, apud Plinium *in præfat. lib.* 1. & ingenium. Vnde & matres quæ plures liberos progenuerunt, fœcundas dicimus & fœcundam illorum ingenia, qui plura memoria & laude digna emulgant, aut depromunt, idque ſine voce, ſine c[illegible] Et [illegible] ſtudio & arte obtinet.

FOECVNDI. FOECVNDITAS.

Fertilitas, Abundantia, Græce πολυφορία

Ac primum In Genere.

Vt[illegible]vta

Popvlorvm.

Vni[illegible] Iacob pr[illegible] annis ducenti[illegible] in legiones innumerabiles [illegible] *Gene[illegible]*

Auſtrales omnibus voluptatibus ac veneri maximè deditos Scythas vero negat Hippocrates ad venerem apt[illegible]e, ob nimiam, vt ipſe [illegible]it, ventris frigiditatem a[illegible] [illegible]ia[illegible], tum [illegible] ob equitationem, ac propterea infæcundos [illegible] & cum fruſtra venerem tentauerint, odio veneri[illegible] ſe ipſos caſtrare. Caſtrationem vocat alibi venæ cephalicæ, quæ ſub auribus latet, ſectionem, qua his quoque temporibus vti quoſdam accepimus. Hæc tamen omnibus ferè hiſtoricis repugnant. Nam Gothorum, Scytharum & Germanianorum tanta fœcunditas eſt, vt non modò Septentrionis vaſtas ſolitudines ac ſyluas maximis vrbibus decorarint, F ſed etiam in vniuerſam Europam colonias miſerint: non tantùm Germani vltra Danubium, verùm etiam Scandi in extremis Scythiæ finibus poſiti: illinc Methodius & Paulus Diaconus, exercitus quaſi apum examina erumpere conſueuiſſe tradunt. Iornandes verò & Olaus appellant hominum officinam: quòd inde Gothi, Gepidæ, Hunni, Cimbri, Longobardi, Alani, Burgundi, Normanni, Picti, Heruli, Sueui, Sclaui, Suiceri, Rugi originem traxerunt. Cùm autem Scythæ calidi ſint & humidi, vnde fœcunditas ingeneratur, dubium non eſt, quin omnium populorum fœcundiſſimi ſint. Et quidem ad venerem in vniuerſum Auſtrales ſalaciores: Septentrionales verò magis ſunt idonei. Id ſumma Dei prouidentia factum eſt, quòd iis, qui ſatis habent ad gignendum facultatis, voluptas non magnopere eſſet neceſſaria: iis verò, qui minus habent humoris & caloris, maiores ſtimulos voluptatis optima parens natura dedit: alioqui nec ſuum genus propagare, nec ſocietatem colere vellent. *Ioan. Bodinus Method. hiſt. cap.* 5.

Vna legio Turcarum, quam Perſæ aduerſus Arabes euocacant, repentè in tantam hominum multitudinem aucta eſt, vt Arabes eos eiicere fruſtra conati, faſces ei & imperium ſummiſerint. *Idem. cap.* 9.

In Specie,

VIRORVM, QVI MVLTOS, G

Svscepere Liberos.

EXEMPLA BIBLICA.

Adam protoplaſtus præter Seth, Abel & Cain habuit xxx. liberos.

Gedeon Ioæ F. qui & Ierobaal, dux fortiſſ. filios habuit ſeptuaginta ex multis vxoribus, Item ex concubina, quæ in Sichem degebat, Abimelech ſuſtulit, qui patre mortuo tyrannidem inuaſit, & fratres ſuos LXX. vno in ſaxo peremit, excepto Iothan natu minimo. *Iudicum cap.* 8. *&* 9.

Iair Galaadites, Iſraëlitas rexit annis 22. Is triginta filios habuit, in totidem equis equitantes, totidèmque oppida tenentes, qui Iair vici vocantur, in Galaatide. *Iudic. cap.* 10.

Abesan Bethlehemites, Iſraëlitarum iudex annis ſeptem, triginta filios habuit, totidèmque filias, totidem nurus, totidèmque generos. *Iudic. cap.* 12.

Abdon Illel F. Pharatonites, filios XL. habuit, & nepotes triginta, in 70. equis equitantes: qui Iſraelitarum iudex fuit H annis 8. poſt Elon. *Ibidem.*

David rex filios habuit ex legitimis vxoribus nouemdecim, præter eos, quos ex concubinis, & Thamar filiam. 1. *Paralipomen.* 3.

Roboam Salomonis F. Iudæorum rex, duxit vxores XVIII. & concubinas LX. Ex iis genuit filios XXVIII. & filias LX. 2. *Paral.* 11. *& Ioſephus lib.* 8. *Antiq. cap.* 10.

Achab Iſraelitarum rex LXX. filios habuit, quorum Ioram natu maximus patri in regno ſucceſſit. Omnes vno die, iuſſu Iehu, occiſi. 4. *Reg.* 10.

Iob ſeptem filios & tres filias conuiuantes, ruina domus oppreſſos, amiſerat. Poſtea cùm Deus patientia illius ſatis explorata omnia conduplicaſſet, ſeptem filios ei dedit, & filias tres, Iemimam, Caſſiam & Querenappucam, pulcherrimas totius orbis. Cauſa affertur: liberos non conduplicauit, quoniam decẽ illos, qui obierant, habebat adhuc in altero ſeculo:

itaque

A itaque decem alios tantùm in hoc ſeculo ſuperaddidit. *Iob. cap.* 1.*& vlt.*

HISTORICA.

ENDYMION Æthlij filius, ſecundus Eleorum rex, à Luna adamatus, ex eas filias quinquaginta ſuſcepiſſe fingitur. *Pauſanias lib.* 5.

MOYSES propheta dum vagum per deſerta populũ traxit Ægyptus, vnde Iſraelitas eduxerat, quum ad id tempus Æria dicta eſſet, ab regis nomine, Ægyptus eſt cœpta nominari. Fuit Ægyptus Beli filius, qui ſuperiorem Ægypti partẽ regia poteſtate aliquandiu tenuit. Fama eſt, hunc quinquaginta maſculæ ſtirpis liberos ex Europa Nili F. habuiſſe: quod in barbaro homine, quorũ proprium fuit, ſiue procreationis, ſiue voluptatis cauſa pluribus mulieribus miſceri, haud ſabulosum dixerim. Erat illi frater Danaus nomine, cui par fuit natarum numerus ex Europa, Nili itidem F. Is à fratre qui plus poterat natorum fiducia, ex Ægypto pulſus, in Peloponneſum eſt oneraria naui delatus. vbi Gelanore à ſuis per id tempus eiecto, facilè eſt Argiuorum regno potitus. Ac tum primùm ferunt onerariam nauim in Græcia conſpectam. Aqua etiam in viſceribus terræ abſtruſa, puteis ab eo altiùs effoſſis, deprehẽdi cœpta eſt. Danaus quia oraculo acceperat, futurũ vt à genero interficeretur, cùm filias ſuas filiis Ægypti dare cogere-
B tur, omnes prima nocte maritos ſuos interficere curauit. Sola Hypermneſtra Lino pepercit, à quo poſtea Danaux occiſus eſt. *Sabel. lib.* 4. *En.* 1. *Phlegon. Trallian. de Mirabilib. & longæuis.*

LYCAON Pelaſgi F. Arcadiæ rex, antequam in lupum verteretur, ex Atlantis filia legitima vxore, & nonnullis aliis, ſupra quinquaginta liberos ſuſcepit. *Natalis Comes lib.* 9. *c.* 9. *Mythologiæ.*

THESPIVS Athenienſis Erechthæi regis filius, è pluribus fœminis filias L. genuit, cum quibus vocatis ad epulas Hercules ſigillatim vna nocte concubuit; ſuſcepitque totidem liberos mares, qui Theſpiadæ dicti ſunt. *Dion. lib.* 5. *& Suidas.*

Hercules inter LXXI. liberos vnicam tantum filiam habuit. *Antigonus in Mir. nat. ex Ariſt.*

PRIAMVS ex Hecuba coniuge habuit XIX. liberos: ex aliis pellicibus 31. Hinc *Maro.*

Quinquaginta illi thalami, ſpes magna nepotum.

ARTAXERXES Xerxis filius, Perſarum rex, habuit ex pellicibus CX. liberos, ex iuſto matrimonio III.

Scylorum Cherſoneſi dominum ac Scyluri liberos in
C captiuis habuit Mithridates Eupator. Eos quinquaginta fuiſſe, Poſſidonius ſcribit, cùm Apollonides octoginta affirmet. *Strabo lib.* 7.

Arabum regi Herotimo Trogus Pompeius auctor eſt, ſexcentos ex numeroſo pellicatu filios fuiſſe, per quos variè bella adminiſtrabantur. Huiuſmodi præſidio fretus Syriæ fuit & Ægypto infeſtus, Syllanis temporibus. *Sab. lib.* 3. *En.* 6.

MASINISSA rex Numidiæ, XLIV. filios habuit, auctore Eutropio.

ATTILA Hunnorum rex, LX. liberis inſignis.

CAROLVS MAGNVS Imp. ex multis coniugibus & concubinis, multos etiam liberos habuit: nimirum ex Hildegarda Sueua Carolum, Pipinum, Lotharium & Ludouicum: filias autem Ruthrudem, Bertam, Giſlam, Hildengardam, Adelheydam, Beliſxandam, Immam, Gertrudim. Tum ex concubinis, Gerſuinda, Adeltrudem, Regiũam, Drogonem & Hugonem: Adelinda, Theodoricum: Himmeltrude, Pipinum in patrem ſeditioſum: Rothilde, Adelroden, Roxnam, Adelindam. Tres
D filias ex Faſtrada Franca ſuſcepit, Theodoretam, Hiltrudim & Rothaydem. Et ita viginti tres liberos genuit. *Hedio in Chron. German. & Bruchius in German. monaſteriis.*

BABO ab Abenſperg. & Roër, Comes, Babonis Schirotum principis F. vrbis Ratiſponẽſis præfectus, ex duabus legitimis vxoribus triginta & duos filios, atque octo filias tulit, educauitque: totque ſimul liberos viros ſuperſtites reliquit. Eum Henricus II. Imp. tum Ratiſponæ habitans, ſecum venatum cum paucis proficiſci iuſſit. Babo ſperans ſe tempus opportunũ nactum, quo tantam ſobolem Cæſari commendaret, iuuenes iam puberes, ſcitus admodum & elegantes, cultu quoque & arte ornat, vnicuique comitem adiungit: cum tali prolis globo venatum procedit ab Imp. ille viſa tanta multitudine Babonem acceſſit, ſciſcitaturque, cur cum paucis aduenire iuſſus, tot equites adduxerit? Babo reſpondet. Cum vno equidem duntaxat famulo præſtò ſum. Qui igitur alij ſunt? inquit Cæſar. Excipit Babo: Et tui, inquit, famuli, filij mei, quos tuæ

maieſtati exhibeo, committo, quod bonum, fauſtum felixque F. ſit talem electorum iuuenum & fratrum cohortem, in pace decus, in bello præſidium dono d[illegible] ingenuam decet ſobolem, maxima cura tibi educaui. Gratiſſimum munus tale iuuenum fratrum examen Auguſto fuit, dextra & oſculo excipit, filios nominatim ſecumque in aula conſiſtere iuſſos, præfecturis, [illegible], prædiis ſtipendiariis, caſtelliſque locupletauit. Ab his plures [illegible], nobileſque [illegible], Vindelicorum, Nori[illegible], Chari[illegible], Boio[illegible] & Francorum genus [illegible] Comite & Lib[illegible] Barones de Roër, Rietenb[illegible], R[illegible], Lengfeld, Calmuntz, Bogen, Roten[illegible]ck, & alij quidam. *Auentinus A. D. lib.* [illegible] *Annal. Boior. & Hieron.* [illegible] *illuſtrium virorum Germ. Ann.* 1485. [illegible] ultimus à Chriſtophoro Bauariæ duce, quod par[illegible] interfectus eſt.

RODOLPHVS Habſpurgenſis Imp. ex Anna Comitiſſa de Hohenberg in Sueuia, ſuſcepit ſeptem filios, totidémque filias. Ex quibus poſtea innumeri principes, Reges & Imperatores prodiêre. *Cuſp. in. A. D.*

ALBERTVS I. Rodolfi Imp. F. primus Auſtriæ dux, & cæſo Adolfo imperatore, ex Elizabetha F. Meinhardi Comitis Tyrolenſis viginti & vnum liberos ſuſcepit. Quibus vt
E proſpiceret, ad regionem per fas & nefas ampliandam, in Heluetia præſertim, animum adiecit. Horum vndecim iuſtam aſſequuti ſunt ætatem, cæteri in pueritia mortui. *Stumpfius & Cuſpinianus. A. D.*

BARNABAS Vicecomes, Mediolanenſis dux, XXXIX. liberos ſuſcepit, & per eoſdem nobiliſſimis Chriſtiani orbis principum familiis ſeſe inſeruit.

CONRADVS Moſcouiæ dux, XXC. liberos habuit, ex quibus quatuor tantùm legitimi fuerunt.

MVLIERVM, QVÆ PEPERERE SIMVL MVLTOS;
Vt Geminos, Trigeminos.

EX S. SCRIPTVRA.

THAMAR ex Iuda ſocero, habitu meretricio occultata, concepit: quoniam liberos omnino habere cupiebat. Exactis ad pariendum menſibus, geminos in vtero ferebat. Atque in ipſo partu alter manum protulit, quam prehenſam obſtetrix cocco alligauit, dicens priorem exiturum. Sed cùm is manum reduxiſſet, & eius frater emergeret, obſtetrix dixit: Quare obiectum tibi interſtitium interrupiſti? eóque Phares appellatus eſt. Deinde exijt alter, is qui coccum in manu habebat qui Zara nominatus eſt. *Gen.* 38.
G

REBECCA vxor Iſaac, cùm ſterilis eſſet, concepit tandem gemellos, qui in eius vtero conflictabantur, & matrem miſere cruciabant. Conſulto Dei oraculo, reſponſum eſt, duas gentes in vtero illius eſſe: duoſque populos inde orituros, minori tamen ſeruiturum maiorem. Peperit inde priorem Eſau, ruffum totum, & villoſi centonis inſtar: poſtea Eſau calcem manu tenens, exijt Iacob. *Gen.* 25.

HISTORICA.

MNEMOSYNE Eleutheris imperans, in Pieria Iouis concubitu vſa nouem noctibus, anno vertente totidem filias edidit, Muſas dictas:

—— [illegible]
(*vt inquit Heſiodus in Theogonia,*
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Myſtica interpretatio alterius eſt loci.

Ægyptia quædam vno partu quinque pueros enixa eſt, teſte Ariſtotele. *Gell. lib.* 10. *cap.* 2. H

Mulierem non vltra quinque vno partu edere, tradit Ariſt. memoriæque fuiſſe proditum. *Antigonus in mir. nat.* ſcribit, Alexandriæ Mulierem quandam quatuor partub. XX. fœtus edidiſſe, quorum maior pars enutrita ſit. Eadémque in vrbe. Alia mulier quinque infantes vna peperit, tres maſculos, duas fœminas, quos ſuis ſumptibus ali iuſſit Traianus imperator. Eadémque mulier circumacto exinde anno, tres infantes peperit. *Phlegon. de Mirab. & longæuis.*

Annis ſuprémis Auguſti, Fauſta quædam è plebe, Oſtiæ duos mares, totidem feminas enixa, famam, quæ conſecuta eſt, portendit haud dubie. Reperitur & in Peloponneſo Mulier quinos quater enixa, maiorémque partem ex omni eius vixiſſe partu. Et in Ægypto ſeptenos vno vtero ſimul gigni, auctor eſt Trogus, vbi fœtifer potu eſt Nilus. *Plinius lib.* 7. *cap.* 3.

Ancilla quædam Auguſti Imp. in agro Laurente vno par-
A tu quinque enixa eſt filios. Eam Auguſtus in via Laurentina honorificè ſepeliri curauit cum ipſis pueris, & ſepulchri inſcriptione. *Gell. lib. 10. Noct. Att.*

Proconneſia è duplici adulterio geminos ediſſe fertur, vtrumque patri ſuo ſimilem. *Solinus Polyhiſt. cap. 4.*

Serapiam Alexandrinam ſcribit Caius [illegible]geſtorum libro triceſimo quarto quinque liberos vno enixam partu. *Cælius lib. 4. cap. 13. A. L.*

LAMPRIDIVS ſcribit, Fauſtinam Pij F. M. Philoſophi vxorem, vno partu enixam geminos, Commodum ſcilicet & Antoninum: qui quadrimus elatus eſt, quem parem aſtrorum curſu Commodo Mathematici promittebant. Cùm Fauſtina eſſet prægnans, viſa eſt in ſomnis ſerpentes parere, ſed ex his vnum ferociorem. *Cuſpin. A. D.*

LAMISSII Longobardorum regis Mater, ſeptem vno partu edens filios, eos in piſcinam quandam proiecit. Quos cùm Agelmundus primus Longobardorum rex poſt Ibor & Agion, iter faciens haſta reuolueret, Lamiſſius haſtam eius firmiter tenuit. Ab eo igitur nutritus poſtmodum, & regni hæres factus eſt. *Sigebert. in Chron.*

B Sub Zenone Imp. Mulier quædam ſeptem liberos vno enixa eſt partu, quos in piſcina crudelis abiecit. Sigebertus, matrem eam fuiſſe indicat Agelmundi regis Longobardorum. *Paul. Diacon.* verò lib. de geſtis Longob. 1. c. 10. meretricem.

Mulieris meminit Auicenna, quæ duos & viginti abortiuos ediderit. *Ranſius.*

Eo anno, quo Henricus II. Rom. Imperator mortuus eſt, Altaichij, inferioris Buiariæ monaſterio, mulier quædam quinque filios ſimul eſt enixa. *Auent. lib. 5. Annal. Boior. A. D.*

Comitiſſa quædam Querfurtenſis, vno partu fertur ediſſe nouem infantulos, quos omnes ad vnum vſque voluit interimere: ſed patre forte fortuna aduentante, conſeruati ſunt. *Brotuffus l. 4. cap. 4. hiſt. Anhalt. princ.*

MACHTILDIS Comitiſſa ab Hennenberg, filia Florentij IV. Bathauioi comitis, ſoror Gulielmi regis Rom. ſub Friderico II. Imp. mille quingentos quatuordecim pueros ſimul genuit: qui in Lauluno ab Othone Traiectenſi Epiſcopo auunculo eius ſacra aqua luſtrati ſunt, & pòſt mortui. *Auent. in lib. 7.*
C *Annal. Boior. A. D.* [illegible] 50. puerus habet. *A. D.*

Anno Chriſti 1313. Margarita comitiſſa Holſtelnij, imperante Henrico VII. vno partu tot edidit infantulos, quot anni ſunt dies, trecentos ſexaginta quatuor, omnes maturæ ætatis & humanæ: omnes etiam viui baptizati ſunt. *Annales Brunſuicenſium, Albert. Crantzius in Vandal. a. Erneſtus Brotuffus lib. 4. cap. 4. hiſtoria principum Anhaltinenſium Fulg. lib. 1. cap. 6.*

ALBERTVS MAGNVS ſcribit, quandam fuiſſe Mulierem in Germania, quæ LX. filios peperit, quolibet partu quinque, quorum nullus ad dimidium annum peruenerit. Aliam quandam in Germania, configuratis conformatiſque iam in vtero duorum & viginti infantium corpuſculis abortum feciſſe: aliam verò etiam ſeptuaginta: imò, vt ampliùs increſcat admiratio, aliam etiamnum eieciſſe in peluim, embryunculorum, auricularis digiti magnitudine, corpuſcula centum & quinquaginta. Cuius rei facta fides eſt, tuniculis, quibus obuoluebantur, conſciſſis. Addit quoque, pluribus eorum affuiſſe dilationis & conſtrictionis motum, & ſigna alia vitæ complura, oculis tamen imperfectioribus. Manuum verò & pedum digitos fuiſſe capillares. *Cælius lib. 4. cap. 23. A. L.*

D * Comitiſſa Hollandiæ Margareta Florentij vxor, vnico partu enixa fuit trecentos ſexaginta quinque liberos cuius portenti hiſtoriam *require in loco de Imprecatione.* Item *in ſerie Epiſcoporum Vltraiectenſium.*

ISENBERTVS Comes de Altorf, vxorem habuit Irmentridim. Hæc cùm pauperculam feminam eodem partu tres liberos mares enixam vidiſſet, & tanquam impudicā reprehendiſſet, quòd ex eodem viro tres ſimul filios ſuſcipere, impoſſibile videretur: ipſa poſt annum (Deo ſic eius ſuperbum iudicium cōfutante) abſente viro XII. mares enixa eſt. Perterrita eo caſu, quòd iam de ſua quoque pudicitia dubitari poſſe arbitraretur, obſtetrici vndecim in proximo torrēte Scherero mergendos committit, vnicum illa ſeruat. Paret obſtetrix. Obuius fit illi Comes, quid velatum geſtet, interrogat. Illa Vuelfos (ſic enim lingua ſua catulos vocabant) deformes ſubmerſurā ſeſe aſſerit. Mox ille: At permitte, inquit, vt videam, ſintne aliqui qui venationi nobis inſeruire poſſint. Repugnat illa. Tandem [illegible] [illegible] infantes XI. oſtendit, & ne [illegible] Co[illegible] [illegible]eſtum erat, narrat. Imperat ergo Comes, [illegible] ren[illegible] am diſſimulet, & filios ed[illegible] pr[illegible] Ex [illegible] xennio, cum omnes viuerent, in a[illegible] coram omnibus amicis imp[illegible]dentia vxoris dete[illegible] i[illegible], & filios porrò duodecim æ[illegible] ſuos [illegible] ſtatuit, vt non Comites de Altorf, ſed ex [illegible] un[illegible] a vo[illegible] quæ vitam [illegible] XI. dederat, Vvel[illegible] v[illegible]entur: & [illegible] pro diuinitus ſeruata tā [illegible] umer[illegible], in ipſo Al[illegible] fenſi oppidulo cœnobium mon[illegible] [illegible] ſtruxit. Hanc [illegible] monaſtici loci originem [illegible], ex multorum teſtium qui [illegible] parentibus & maio[illegible]ibus audiuiſſe narr[illegible] *Br[illegible], de monaſterio Vinearū.*

H[illegible] Salutata, Bartholomæi Tricobaldi Florentini ciuis vxor, duos & quinquaginta liberos enixa eſt [illegible] unquam pauciores tribus vno partu. *Iacobus Tapellus in Fragmentis.*

Anno 127[illegible] in Cracouienſi regione, honeſta quædam matrona Margarita, Virboſlai Comitis vxor, triginta ſex pueros viuos vno partu edidit, viceſima die menſis Ian. *Cromerus lib. 9. & Guagninus in vita Boleſlai V.*

MATTHIAS Golancenius Epiſcopus Vladiſlauienſis in Polonia fuit ſub Vladiſlao Loctieo rege. Eius Matrem ferunt
F duodecim filios vno partu ediſſe: verùm ex iis vnum illum vixiſſe, reliquis mox, vt nati erant, mortuis. *Cromerus lib. 11.*

Ruſtica in pago *Reſyms* propè Acronium lacum, A. D. 1535. quatuor pueros mares vno partu incolumes edidit, non diu tamen ſuperſtites. *Stumpfius.*

IOANNIS GISLINGERI Tigurini, oratoris in Bernenſium ditione Vxor, circa annum Salut. 1553. cùm gemellos ediſſet, anno nondum elapſo quinque ſimul peperit, tres filios ac duas filias. *Lycoſthenes de prodigiis.*

Dorothea quædam Germana in Italia gemino partu XX. filios edidit. *Fr. Picus Mirand. in ſecundum hymnum ſuum.*

☞ *Vide locum de Prolibus.*

Sapens.

LIA F. Laban lippis oculis deformis, Iacob patriarchæ in coniugium data, quamvis inſcio, cùm à viro parum curaretur, fœcunditate tamen à Deo fuit donata, ita vt primùm quatuor filios, Ruben, Simeon, Leui & Iudam ei pepererit: deinde cùm Zilpha ancillam ei ſubieciſſet, Gad & Aſer obtinuit. Tandem ipſa rurſus peperit Iſſachar & Zabulon, & fi-
G liam Dinam. Rachel è contra ſterilis diu, ex Bala ancilla, quam Iacob ſubiecerat, ſuſcepit pro ſuis Dan & Nephtalim: multò pòſt peperit ipſa Ioſeph & Beniamin. *Gen. cap. 30.*

Iudæi ſtolidiſſimi promiſſionem Abrahæ factam de multiplicando ſemine eius ſicuti ſtellas cœli, & arenam maris, referunt ad tempus cùm Meſſias venerit, & eos in terram Sanctam reduxerit. Tunc enim quamlibet mulierem quolibet die filium parituram. *Petr. Galatin. lib. 2. contra Iudæos, cap. 5.*

Veteres ſcriptores de numero filiorum Niobes nón videntur conſentire. Homerus ſex numerat, & totidem filias. Laſus verò & Euripides bis ſeptem dicit. Heſiodus nouemdecim: niſi vera nō ſunt Heſiodi illa carmina, ſicut multa quoq; alia falsò ipſi attribuuntur. Alcmā decē ponit. Mimnermus, Pindarus, Bachylides XX. Sappho XIIX. *Ælian. lib. 12. de Varia hiſt.*

Sicuti χαλκιδικὸν τέτοκεν ἡμῖν γυνή. id eſt. Tanquam Chalcidice peperit nobis vxor. De ea dicebatur, quæ liberos quàm plurimos peperiſſet. Tradunt heroinam quampiam fuiſſe nomine Comben, cui cógnomen fuerit Calcidi, quòd prima arma ærea confecerit. Ea viro coniuncta centum liberos enixa
H dicitur. Sicuti proditum eſt in Euboicis annalibus, & atteſtatur Ariſtus Salaminius. *Eraſmus.*

Acca Laurentia XII. filios mares habuit, & ex iis vnicum tantùm amiſit, cuius locum Romulus ſubiit. Hi XII. fratres Aruales dicti.

POMPEIVS MAGNVS in ornamentis theatri mirabiles fama poſuit effigies, ob id diligentiùs magnorum artificum ingeniis elaboratas: inter quas legitur Eutyche, à XX. liberis rogo illata Trallibus, enixa XXX. partus. *Plin. lib. 7. cap. 3.*

CLODIA Ofilij CXV. annis vixit, enixa quindecies. *Idem lib. 7. cap. 48.*

Gracchorum mater Cornelia duodecies partum alternauit, Agrippina Germanici nouies. *Idem lib. 7. cap. 11.*

Magno Sfortiæ mater fuit Eliſa, virilis animi mulier, ex Petracina factioſa gente: feruidis aſperiſque moribus, ſed pudicitia mirabili. Peperit alterum & viginti liberos, quos veluti ad arma natos ita educauit, vt facile conitiora indumēta, ex-

quū

quiſitáſque epulas, & mollia ſtrata contemnerent. vterentur autem robuſto quodam corporis atque animi vigore ad tuendum familiæ decus. *Iouius in vita Sfor.* A

V_ICTORIA_ mater Æneæ Syluij, qui poſtea ad Pontificatum euectus Pij II. nomen obtinuit, duodecim liberi, & ex his gemel os aliquot puerperiis edidit. *Ioann. Antonius Campanus in vita Pij.*

Conſ. latur infra Titulus de ..atu.

* F_OECVNDITAS_ D_IVTVRNA_.

Medici ſcribunt mulieris deſinere fieri muliebria ordinatiè poſt annum 46. & in viris generandi vigorem deſinere ſub annum 66. Nihilominus *Lemnius de occ. nat. mirac. lib. 4. c. 14.* fatetur, quaſdam ſe fœminas nouiſſe, quæ vſque ad annum 51. fœcundæ extiterunt.

Teſtantur hiſtoriæ, Maſiniſſam poſt annum 86. ætatis liberos genuiſſe.

Et noui ait *Camerar. Hor. ſuccis. Cent. 1. cap. 57.* amicum, paternum Francum, qui propemodum octogenarius genuit liberos filium & filiam.

B Huc refer *ex loco de Generatione Tit. Conceptus mirabiles, §. vetula,* exemplum Conſtantiæ vxoris Imp. Henrici, & nonnulla alia.

Fœdus.

E_TYMOLOGIA_, E_T_ D_EFINITIO_.

FOedus eſt pax, quæ fit inter dimicantes, vel à fide; quæ interuenire debet a fecialibus ita dictum, per ipſos enim fiebant fœdera, ſicut bella per ſæculares.

Alij dicta fœdera ſentiunt, à porca fœdè & crudeliter occiſa: cuius mors & interitus illi deuouebatur, qui à pace reſiliiſſet. vnde *Virgil.*

Et fœdâ iungebant fœdera porcâ.

Fœderis partes induciæ, dictæ ſecundum *Iſidor. lib. 18. c. 1. orig.* quaſi in dies otia. σπονδὴ Græcè & *[illegible]* Hebræis *Berith* eligere, quia conditiones fœderum ab vtraque contrahentium parte eliguntur.

C *Fœdera inita, cum quibus, conditiones, tempus & pleraque alia quære in Loco de Amicitia. Item in Loco de contractu, Titulo Contractus publici, quibus tamen adjicimus in præſens ſequentia.*

FOEDERA CVM HOMINIBVS I_NITA_.

E_XEMPLA_ S_ACRA_.

Variorum cum variis Fœderum exempla non pauca ſuppeditant ſacræ Litteræ, idque variis etiam de cauſis, quarum tamen pleræque fuerunt animorum coniunctio, & obſequiorum ad inuicem officioſa delatio, quamuis etiam pacis conciliatio, hoſtilitatiſque omnis depulſio ſubindè interuenerint. Nos locum Scripturæ & Fœderatorum nomina duntaxat ſuggeremus. Curioſus Lector cauſas facile indagabit.

Ita iniſſe fœdus commemoratur, Eſcol & Aner cum Abrahamo, *Geneſ* 14. 13. Abraham cum Abimelech, 21. 27. Iſaac cum Abimelech, 27. 31. Iacob cum Laban, 31. 44. Ioſue cum Gabaonitis, *Ioſue* 9. 15. Dauid cum Ionatha, 1. *Regum* 18. 3. & 20. 16. & 23. 18. Dauid cum Senioribus Iſraël, 2. *Reg.* 5. 3. 1. *Paral.* 11. 32. Abner cum Dauide, 2. *Reg.* 3. *verſ.* 12, 21. Salomon cum Hiram. 3. *Reg.* 5. *verſ.* 12. D Aſa cum Benadad, 15. 19. 2. *Paral.* 16. 2. Achab cum Benadad, 3. *Reg.* 20. 34. Ioſaphat cum Ochoſia, 2. *Paral.* 20. *verſ.* 35. 37. Ioſaphat cum Achab, 3. *Reg.* 22. 24. Ioiada cum Præfectis militum, 4. *Reg.* 11. 4. *Paral.* 23. 1. Ephraim cum Aſſyriis, *Oſe.* 12. 1. Demetrius cum Iudæis, 1. *Mach.* 10. v. 15. 16. Demetrius cum Ptolomæo, 11. *verſ.* 8. 9. Romani cum Iudæis, 16. *verſ.* 16. 17.

Exempla profana, ſiue hiſtorica paſſim, & abſque numero reperiuntur, cum vix vlla bella illata legantur, quæ non exitum per fœdera ſortita fuerint.

FOEDERA QVIBVS OLIM CEREMONIIS, AC F_ORMA_ S_ANCITA_ A_PVD_ E_THNICOS_.

Pleraque horum habes in loco de contractibus: quæ hoc loco non repetimus: nonnulla tamen iſtis infra adjiciemus.

APVD FIDELES OLIM. I_N_ L_EGE_ A_NTIQVA_.

Solebant veteres Iudæi fœdera ſancire interueniente necatione, & diuiſione certorum animalium, idque etiam obſeruarunt in lege naturæ, vt interpretes obſeruant, *Gen. c. 15.* vbi Deus feriens fœdus cum Abrahamo, vult in vſum ſanciendi fœderis, ſumi vaccam trimam, & capram trimam, &c. eaque omnia diuidi à capite ad caudam. Cui mandato ſecutus Abraham, ſumpſit præcepta ſibi animalia, & per medium diuiſit præterquam aues, quas non diuiſit, quia ad fœdus nihil faciebant. Ritus autem fœderis erat, vt inter partes ſiue membra diſſectorum animalium tranſirent fœderantes, & ſibi imprecarentur necem & ſciſſionem, ſi fœdus violarent. Atque hunc ritum Iudæos deinceps ſeruaſſe, conſtat. *Ieremiæ* 34. E

C_HALDÆOS_.

Apud Chaldæos inquit Diodorus Tarſenſis, tutius habetur iuſiurandum, cum illud per animalium ſectionem ſanciunt, eamdem perjuratoribus imprecantes.

Iidem, teſte Sophocle, euntes per medium ignem, & ferrum manibus tractantes iuramenta firmabant, quod etiam aliæ nationes ſeruabant.

G_RÆCOS_.

Iure urando ſe obſtrinxerunt Græci omnes, cùm aduerſus copias Xerxis dimicaturi eſſent, in hæc verba: Vitam libertate, pluris non faciam, neque deſeram Imperatores, neque viuos neque mortuos: ſed eos è ſociis: qui in prælio occubuerint, omnes ſepeliam: & vbi belli victor extitero, etiam barbaros, ex iis ciuitatibus, quæ pro Græcia pugnauerint, nullam deuaſtabo: quæ barbari partes ſequi maluerunt, omnes decimabo: fanorum, quæ à barbaris incenſa, & diruta ſunt, nullum omnino excitabo: ſed ſinam impietatis barbaricæ extet in omni poſteritate monimentum. *Muret. lib. 3. Var. lect. cap. 10.* F

Græci, qui cum Cyro aduerſus Perſas aſcenderunt, fœdus percuſſerunt, mactato tantum lupo, & apro, & ariete, in ſanguine intingentes Græci enſem, Barbari haſtam iureiurando addito, neutri alteros ſe deſerturos, ſed belli fore ſocios: Barbari verò inſuper iurarunt, ſe ſine fraude ducturos eſſe. *Xenoph.*

P_ERSAS_.

Perſæ inter ſacra menſæ & conuiuiorum fercula, præſentibus vxore & filiis, quos omnes tanquam fidei pignora adhibent, fœdus ineunt, & ſic fidem ſocialem ratam, & manſuræ pacis inuiolabile pignus eſſe cenſebant, *Alex. lib. 5. c. 3.* G

A_RABES_. S_CYTHAS_. B_AVCÆOS_.

Arabes quoties fœdus faciebant cum aliis, quidam medius inter vtrumque ſtans, acuto lapide feriebat volam iuxta maiores digitos ipſorum qui fœdus agebant: deinde ſumpto flocco ex vtriuſque veſtimento, ungebat eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter vngendum inuocans Dionyſium & Vraniam. Hoc acto idem, qui fuerat ſequeſter fœderis inter amicos contrahendi, vadabatur pro hoſpite, aut forte pro ciue ſi cum ciue res agebatur. Quod fœdus & ipſi qui amicitiam contrahebant, ſeruare iuſtum cenſuere. *Polyd. Verg. de inuent. lib. 4. c. 15.*

Etiam miſſum è leuiter vulneratis brachiis aut pollicibus ſanguinem lambebant.

Scythæ hoc modo fœdus ſanciebant: Infuſo in grandem calicem fictilem vino, commiſcebant eorum ſanguinem qui ferirent fœdus, percutientes cultello aut incidentes gladio aliquantulum corporis, deinde in calice tingebant ſagittas, ſecurim, iaculum: hæc ſimul atque feciſſent, ſeſe multis verbis deuouere, poſtea vinum epotare, non modo ij qui fœdus faciebant, ſed etiam comites illi qui erant maximæ dignitatis. H

Baucæi pactionem in hanc formulam conflabant: feriebant enim fœdus ſuper occultam foſſam, & quoad humus ea ita ſe haberet, tamdiu fœdus in ea regione ratum fore ſanciebant. *Herod. lib. 3. 4. & 5.*

R_OMANOS_.

Romanis fœdus ſancire volentibus Sacerdos fecialis ex mandato Regis aut Conſulis, ſumpta ex arce graminis herbâ purâ, porcum feriebat ſilice: dicens, ſic à Ioue feriatur, qui hoc fœdus fregerit, vt ego hunc porcum ferio. Teſtatur id *Liuius l. 1. ab Vr. cond.* de fœdere percuſſo inter Albanos & Romanos. Poſitis ait fœderis legibus, fecialis dicebat: Populus Romanus non deficiet prior, ſi prior defecit, publico conſilio, dolo malo, tu illo die Iupiter, populum Romanum ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque. Sic etiam *Virg. 1. 8. Æneid.* de Romulo & Latio.

Armat[illegible] ante aram, pateraſque tenentes
A *Stabant; & caſâ iungebant fœdera porca.*

Atque inde manaſſe phraſim[illegible] qua fœdus fer[illegible] mactare, per cutere, icere dicimur. Idē refert *F. Patricius lib* 8. [illegible] *de regn.*

Claudius Cæſar cum regibus fœdus iniuit medio foro, porcâ cæſa, & adhibito rit[illegible] communi[illegible] *Suetonius.*

Plut. in quaſt. Rom. teſtatur, Romæ duces fœdera non feriiſſe à medio dici: nec formulam conſcribere conſueuiſſe.

Quin ipſis Ianuarij Kalendis, R[illegible]mani milite[illegible] in verba Imperatoris iurare ſolebant [illegible]um antea ſtante Repub. in Senatus populique Rom. verba iurarent. *Plutarch. in vita Galba. Dion. lib.* 57.

C[illegible]RIS[illegible]ANOS.

Non eſt inſolens apud Chri[illegible]anos, vt perce[illegible]ione ſacræ Euchariſtiæ fœdera pactaque confirmentur, quod ſanè ſymbolum fidei maximum eſt, neque vllum eo maius excogitari poteſt. Ita pax inter Henricum IV. Imp. & Paſ[illegible]halem Romanum Pontificem coaluit, teſte Sigeberto. E[illegible]ain[illegible]m nuper Pariſiis ſimultas inter Carolum IX. Francor. Reg. & Cardinalem Guiſium depoſita fuit, vterque in reconciliationis ſignum, corpus Dominicum ſumpſit. Eiuſque rei plura
B reperiuntur exempla. Si quando tamen inter Catholicos, & illos qui ſe Euangelicos appellari faciunt fœdera percutiuntur, ſolenni iuramento, & ſubinde ſacrorum Euangeliorum attactu firmantur. De Vladiſlao Rege Hungariæ cum Amurate I. Turcar. Imper. fœdus ineunte, S. Euchariſtia velut in obſidem ei traditâ, alio loco diximus.

FOEDERA INTER DEVM ET HOMINES INITA. QVIBVS CAEREMONIIS, &c.

IN LEGE NATVRÆ.

Initurus Deus cum Abraham fœdus ſuper terra promiſſionis poſſidenda, iuſſit adhiberi ritus omnes, quos in fœderibus ſanciendis adhibebant, de quibus paulo ante, agendo de ceremoniis Iudæorum. Cúmque, ait, in iis deſcribendis Moyſes, occubuiſſet Sol, ſacta eſt caligo tenebroſa, apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. In fœderibus enim feriendis ſolebant ferientes tranſire inter victimas diuiſas, vt ſuprà diximus: Itaque hoc lampadis aut faculæ tranſitu per media animalia, firmat Deus ſuum fœdus cum Abraham: Loco enim Dei tranſit Angelus in hac face repræſentatus, & deliteſcens. Ipſe etiam Abraham qui fœdus
C cum Deo init, pari modo tranſiſſe, vel potius viſus ſibi tranſire eſt intelligendus. Ita interpretes ſuper *cap.* 15. *Geneſ.*

Peracto diluuio, etiam ſtatuerat Deus pactum cum Noë & filiis eius, nè deinceps interficeretur omnis caro aquis Diluuij, neque eſſet diluuium diſſipans terram, dixitque hoc ſignum fœderis quod do inter me & vos, arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram. Cumque obduxero cœlum nubibus, recordabor fœderis mei. Hoc autem fœdus Dei, non eſt fœdus contrahentium, in quo pars vtraque ad certas conditiones ſe obligat; ſed eſt mera Dei promiſſio. *Gen. cap.* 9.

IN LEGE SCRIPTA.

DEVS iterum per Moyſen in lege ſcripta ſanciuit legem inter ſemetipſum, & populum, *Exodi cap.* 24. per ſanguinem victimarum. Moyſes enim ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his. Significabatur autem ſanguis Chriſti in nos in noua lege reſpergendus. Apoſtolus vero Paulus in Epiſtola ad Hebræos dicit, cum ſanguine acceptam fuiſſe aquam, & lanam coccineam, & hyſſopum, aſperſumque ex eo populum & librum. *Heb.* 9.

D IN LEGE NOVA.

Vt figuræ reſponderet veritas, Chriſtus nouum fœdus cum populo ſuo ſanciuit per ſeipſum, hoc eſt ſanguinem ſuum, quaſi victimam fœderalem: qua nobis meruit redemptionem, & ſalutem, vnde in inſtitutione Euchariſtiæ expreſſe dixit: Hic calix eſt nouum teſtamentum in meo ſanguine. Hoc eſt, vt clarius alij Euangeliſtæ: hic eſt ſanguis noui teſtamenti vtique, verus ſanguis, non ſymbolicus, quomodo vetus teſtamentum quod vmbra erat noui, vero ſanguine fuit ſancitum.

FOEDERA INFOELICIA

Primum. CVM SVBDITIS.

LVDOVICVS XI. cum ſubditis, à quibus deſertus ac proditus fuerat, pacem inire coactus, omnes paulatim trucidari, aut alia via è medio tolli curauit, vſque adeo vt etiam fratrem Carolum veneno ſuſtulerit. *Meyerus in hiſtoria Flandriæ.*

Su[illegible]riore ætate Rex Feſſæ à fratre obſeſſus, iniqui[illegible] [illegible]bus pac[illegible]ci coactus fuerat. Cæt[illegible]um [illegible] [illegible] quem ad amplexum [illegible] [illegible]ub [illegible] [illegible] ret[illegible]bat, inſpect[illegible]nte e[illegible]c tu[illegible] tes duc[illegible]o, Regi imperia non detrectarunt.

Sim[illegible]tia Du[illegible] Hyotchus [illegible]um Henri[illegible] VI. An[illegible]rum Re[illegible], quem opibu[illegible] & viribus ſuperauerat, fœdu[illegible] qu[illegible] q[illegible]em lib[illegible]o, totiu[illegible] Regni procurati[illegible]n[illegible] poſteri[illegible] ip[illegible]um Rege mortuo pactu[illegible] eſt. R[illegible] [illegible] aſſer[illegible] ſim[illegible] nox tamen Hy[illegible] manu[illegible] [illegible] ac coron[illegible]am [illegible] capiti imponi, poſt[illegible] pe[illegible] mandauit. *Ex Chronici Peucer, & axiomat R[illegible]*

CVM EXTER[illegible]S.

A[illegible] h[illegible]nſium & Corcyræorum fœdus v[illegible] [illegible] fuit [illegible] cùm Attici propter coniunctionem [illegible] quam fecerant in cauſa dubia, mouiſſent bellum Pelop[illegible]neſi[illegible]cum. Item, poſtea propter fœdus cum Phocenſibus ſe[illegible]diti[illegible]ſis, irritarunt regem Macedonicum.

CROESVS fiducia fœderis Laconici ſuſcipit bellum non neceſſarium contra Cyrum: in quo & vincitur, & capitur. F

Fœdus Iudæ, Ionathæ, & Simonis Machabæorum fratrum, ceſſit ipſis infeliciter. Omnes enim paulo poſt initum fœdus interfecti ſunt: Iudas in acie: Ionathas à Thryphone: Simon inſidiis Ptolomæi generi inſidi. Habuerunt autem fœdus cum Romanis.

Iſraelitæ infeliciter dimicant, cùm fœdus feciſſent contra tribum Beniamin: & fiderent viribus ſuis.

CADMVS Agenoris filius, occiſo rege, cui nomen erat Draconi, fertur occupaſſe regnum Bœotiæ: aduerſus quem cum amici & filij Draconis bellum coniunctis viribus ſuſcepiſſent: ipſe iecit inter eos ſemina diſcordiæ: qui tandem diſtracti atque conſumpti ſunt.

Hinc nata eſt fabula de ſerpente, eiuſque dentibus in terram ſeminatis, ex quibus ſubito extiterunt duæ acies, galeis & haſtis armatæ: quæ mutuis vulneribus ſeſe confecerunt. Fingitur autem Cadmus illum ſementem feciſſe iuſſu Palladis, hoc eſt, diuino conſilio: eſt enim ſingularis prudentiæ, ita diuellere hoſtium conſenſum. Ac videre mihi videor in hac fabula quandam imaginem horum temporum: vbi aliquoties fœderati Principes ſimili arte ſunt diſtracti: & poſtea inter ſe ſe dimicantes perierunt. G

Quando noſtri Principes muniebant ſe fœderibus: populus intuebatur potentiam Principum coniunctorum inter ſe fœdere, quod vocabatur Smalcaldenſe. Aliqui multa monebant, fiducia illius fœderis, quæ præſtiterat fuiſſe omiſſa. Illa fiducia eos ad arma capeſſenda impellebat, ad experiendam fortunam infelicis belli: quod quamplurimis exitiale fuit. Meminimus quæ fuerint voces multorum intuentium numerum eorum: qui eo fœdere erant deuincti: Sed ſapientes, quanto creſcebat potentia magis: tanto magis frangebantur animis, & fiebant abiectiores.

Noſtro tempore fuerunt ſocij Veneti & Genuenſes, Cæſar & Romanus Pontifex contra Turcas. Veneti cum Genoenſibus habent naturale diſſidium. Ideò Veneti prodiderunt Andream Doriam, & impediuerunt. Is contra non adiuuabat fideliter. Sic dirimebantur, & cogebantur Veneti inire concordiam cum Turca, & magno redimere pacem. Turcicus enim Imperator noluit eis placari: niſi cederent duabus præſtantiſſimis vrbibus, Monembaſia videlicet & Calliopoli. H
Eſt autem Monembaſia vrbs proxima Mycenis: quæ deinde dicta eſt Epidaurus. In Homero dicitur vitifera: ibi enim ſunt generoſiſſima vina: vnde & vinum Maluaticum quod apud nos habemus aduehitur. Calliopolis vero paulo ſuperius ſita eſt. Sic Veneti iterum coacti ſunt pacem componere: ac nouum fœdus facere cum Turcico Imperatore: quia videbant ſe deſertos eſſe ab Andrea Doria. Sunt [illegible] *fied Hunds* fœdera *gennefen*: quia Veneti & Genuenſes ſunt naturaliter inimici.

Ioanni regi Vngariæ exitioſa fuit coniunctio cum Turcis. Attraxit enim Turcas in regnum, qui id deuaſtarunt.

☞ DE FIDE FOEDERIBVS INITIS SERVANDA, *Requiratur locus de Fide, & Fidelitate ſuprà, Titulo Fides ſeruanda in Promiſſis, Pactis, &c.*

Fœmina.

Quære. MVLIER.

A

* Fœnus.

Vide VSVRA. FOENERATORES.

Definitio Et Etymologia.

FOenus, Græcè τόκος, τοκίζω, fœnero. Eſt autem fœnus vſura. Sed differunt, quia vſura eſt lucrum de capitali acceptum fœnus verò eſt lucrum de vſura. Vel ſic fœnus ex ſolo ipſo eſt. Nam dicitur naturalis fructus terræ: *Ouid.*

Quid tibi cum multo fœnore reddat ager.

Et inde ad vſuram transfertur, quaſi pecunia per ſe fructum producat, ſicut terra. Ita & fœnum, fœtum terræ dicimus, & fœnus fœtum pecuniæ.

A fœnero fœnerator, qui apud Græcos Daniſta dicitur, & fœneratitius: vnde pecunia fœneratitia, quæ ex vſuris eſt collecta: hinc & fœnum dicitur, quod herbæ cædem manentes quotannis nouas pariant.

Hebræi vſuram & fœnus duobus nominibus perſtringunt. 1. *Neſech*, à morſu & roſione, 2. *Tharbith*, ab acquiſitio-
B ne, & multiplicatione, quæ voces fœneratorum artibus apprimè conueniunt.

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA.

Tvm Ethnicorvm, Tvm Christianorvm.

Pittacvs, Quæſitum vbique lucrum inexplebile eſſe dicebat. *Stob. ſerm.* 10.

Parsander dicebat quæſtum turpem eſſe grauem theſaurum. *Eodem ſerm.*

Socrates, interrogatus, quinam auari eſſent? Qui turpia venantur, inquit, & neceſſarios amicorum negligunt. *Eodem ſerm.*

Politianvs, Fœneratores pecunias habere & non habere dicebat. Nam dum omnia ad vſuram trahunt, nihil habent, & quod habent, alius habet. *Ibid.*

Fœnus eſt Reipublicæ funebre malum, ſeditionum diſcordiarúmque crebertima cauſa: eóque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. *Tacitus Annal. l.* 6.

Æqui cultor egregius, intemperatam illam habendi libi-
C dinem, quæ per iniquas vſuras ſuo æuo dominabatur, deteſtatus Alphonſus Rex Aragonum, rogabatur, quidnam ſibi videretur Fœnus; Nihil aliud, inquiebat ille, quàm animæ funus; ita enim ante eum *Auſonius.*

—— Sic turpia lucra
Fœnoris, & velox inopes vſura trucidat.

Ex Panorm. lib. 3. *de Geſt. Alphonſi. Laurent. Beyerlinch in Apophthegmat.*

Idem percontanti, quo apud eum honore eſſent Fœneratores; Eodem, dicebat, quo Harpyiæ. Illæ enim ex rapto viuunt, ſicuti & iſti. *Panorm. lib.* 4.

Fœtus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

FOetus eſt quidquid animal gignit, aut parit. Græcis φύω, vel γονὴ, à fouendo Latinis dicitur, dum enim in
D vtero eſt, imò dum ex vtero, à matre fouetur, dicitur tam de brutis, idque magis propriè; quam de hominibus. Imo & terræ fœtum legimus fœnum, & meminit fœtus arborum *Virgil. lib.* 1. *Georgicor.*

FOETVS IN VTERO CONCEPTVS RESPECTV Modi. Var.

Supra naturam.

Vnus hîc & ſolus occurrit Chriſtus Ieſus, Opt. Max. Nam quicunque alij abſque virili perhibentur nati ſemine, fabuloſis, non veris annumerandi ſunt hiſtoriis. Quorum exempla aliquot è Virginum, quæ pepererunt, Titulo depromi poſſunt. Hîc filiorum, illic parentum habetur ratio. Cuius natiuitatis miraculum *D. Bernardus ſerm.* 3. *in Vigilia Natiuitatis*, his verbis perſequitur. Tria opera tres mixturas, fecit omnipotens Dei maieſtas, in aſſumptione noſtræ carnis: ita ſingulariter mirabilia, & mirabiliter ſingularia, vt talia nec facta ſint, nec ampliùs ſuper terram facienda ſint. Coniuncta quippe ſunt ad inuicem Deus, & homo, mater & virgo, fides & cor humanum. Nihil enim Deo ſublimius, nil vilius limo: & tamen tanta dignatione Deus deſcendit in limum, tantáque dignitate limus aſcendit ad Deum, vt quicquid in eo Deus fecit limus feciſſe credatur: quicquid limus pertulit, Deus in
illo pertuliſſe dicatur, tam ineffabili, quam incomprehenſi- E
bili ſacramento. Et attende, quia ſicut in illa ſingulari diuinitate trinitas eſt in perſonis, vnitas in ſubſtantia: ſic in illa ſpeciali commixtione trinitas eſt in ſubſtantiis, in perſona vnitas: & ſicut ibi perſonæ non ſcindunt vnitatē, vnitas non minuit trinitatē: ita & hic perſona non confundit ſubſtātias, nec ſubſtantiæ ipſæ perſonæ diſſipant vnitatem. Summa illa Trinitas hanc nobis exhibuit trinitatem, opus mirabile, opus ſingulare inter omnia & ſuper omnia opera ſua. Verbū enim & anima & caro, in vnā conuenēre perſonā: & hæc, tria vnū, & hoc vnū tria non cōfuſione ſubſtātiæ, ſed vnitate perſonæ. Hæc eſt prima & ſuperexcellens mixtura, & hæc prima inter tres. Aduerte homo, qui limus es, & nō ſis ſuperbus: quia Deo coniunctus es, & non ſis ingratus. Secunda mixtura eſt virgo, & mater admirabilis plane & ſingularis. A ſæculo non eſt auditū, quòd virgo eſſet, quæ peperit, quódque mater eſſet, quæ virgo permanſit. Nunquā, iuxta rerum ordinē virginitas, vbi fœcunditas prædicatur: nec fœcunditas, vbi virginitas inte-
gra conſeruatur. Sola hæc eſt, in qua virginitas & fœcunditas F
obuiauerunt ſibi. Ibi ſemel factum eſt, quod factum non fuerat, nec fiet in æternum: quia nec primam ſimilē viſa eſt, nec habere ſequentē. Tertia eſt fides & cor humanū: & hæc quidem prima & ſecūda inferior, ſed non minus forſitan fortis. Minus enim eſt, quomodo cor humanū bis duobus fidē accommodauit, quomodo credi potuit, quod Deus homo eſſet, quod virgo manſerit quæ peperiſſet. Primā auris audiuit, ſed oculus non vidit: qui auditum eſt & creditum vſque in fines terræ, magnum illud pietatis ſacramentum: & tamen oculos (Deus) non videt abſque te, quomodo te intra virginei ventris anguſtias humano corpori cōiunxiſti. Secundā oculus vidit; quia ſe fœcundā & virginē illa ſingularis regina conſpexit; quæ conſeruauit omnia verba hæc, conferens in corde ſuo: cognouit & Ioſeph, & non minus teſtis quàm cuſtos tantæ virginitatis. Tertia cor hominis aſcendit, cùm quod factū eſt, ſicut factū eſt, creditū eſt: cùm magis oraculo, quàm miraculo credidimus, cùm quæ dicta vel facta ſunt tenemus firmiſſimè, nullatenus dubitantes. In prima vides, quid: in ſecunda, per
quid: in tertia propter quid Deus dederit tibi. Dedit Chriſtū, G
per Mariā, propter ſanitatem. Hæc ille. Nos pariter Domino Deóque noſtro ex Gnomologo ſpolia affigamus Ægyptia:

[illegible]

[illegible]

Tu ſolus θεοάνθρωπος, æternus Dei non deorū filius; ἀμήτωρ, mortalis hominis non hominum filius, ἀπάτωρ, ob paternum delictum patre carens, morte tua ἀντιπάτρας, reddidiſti. Tibi ſoli pro tantis meritis gloria & gloria in omnem æternitatē,

Secundum naturam.

☞ *Exemplis hic non eſt.*

TEMPORIS. Svperfoetatio.

Mulieri vbi paululum temporis inter duos conceptus in-
ceſſit, vterque perfertur: vt in Hercule & Iphiclo fratre eius H
apparuit, & in Ea, quæ gemino patris, alterum marito ſimilem, alterum adultero genuit: item in Proconneſia ancilla, quæ eiuſdem diei coitu, alterum domino ſimilem, alterum procuratori eius: & in Alia, quæ vnum iuſto Partu, quinque menſium alterum edidit: rurſus in Alia, quæ ſeptem menſium edito puerperio, inſecutis menſibus geminos enixa eſt. *Plinius lib.* 7. *Nat. hiſt. cap.* 11.

NVMERI. GEMINI, TRIGEMINI.

☞ *Ipſum Fœtum hic conſideramus. Si matrem ſpectes liberorum fœtu nobilem, ad virtutis Generatricis hiſtoriam pertinebunt.*

Geminos Græci nunc didymos dicunt, nunc didymsones; eo tamen interſtitio, ſicuti in Rhetorico adnotatum lexico eſt, vt ſint Didymaones diuaricatis ſeiunctiſque corporibus. Didymi autem coniunctis connexiſque, Cuiuſmodi fuiſſe Actorionas, traditum fabulis ſcimus. *Cælius lib.* 4. *c.* 23. *A. L.*

Vopiſci à natiuitate nomen habent, & partu. Et geminis enim ſi aliter abortiuo flexu exciderit, is qui legitime natus eſt, Vopiſcus nominatus. Circa quod maxima & rara miracula contingunt. *Solinus c.* 7. *Polyhiſt. & Plin. lib.* 7. *c.* 10.

Ex ſacra hiſtoria notiſſ. gemelli, Eſau & Iacob, Iſaac patriarchæ, Her & Onan, Iudæ ex Sua vxore.

Castor

CASTOR & POLLVX gemini fratres, filij Iouis & Ledæ, qui
A mare tueri ſolebant à piratis (vnde & dij matris dicuntur) ille mortalis, hic immortalis fuit. *Plin. li. .. c. 37.* Relati ſunt in cœlum, & poſiti inter duodecim ſigna cœleſtia.

Ægina Ariſtodemi Spartanorum regi vxor Geminos peperit. *Herodotus.*

ROMVLVS & REMVS gemini fratres ex Rhea Syluia, à Marte compreſſa, nati ſunt, teſte L[illegible]io, & omnibus aliis aſtipulantibus, qui de Romanor[illegible] hiſto[illegible]ia ſcripſerunt.

Trigeminos Horatios apud Romano[illegible], totidémque Curiatios apud Albanos fuiſſe[illegible] quo[illegible] in certamine Romani & Albani imperium locauot, teſtatur *Liuius lib. 1. Dec. [illegible]. & Plin. lib. 7. c. 3.*

☞ *Quare in Titulo de Fœcunditate, pleraque huius rei.*

Fœtus in vtero quando animetur

☞ *Pete ex Titulo de Anima §. anima rationalis.*

GESTATIO F[illegible]TVS.

PERFECTA. IMPERFECTA.

☞ *Septem menſium rarò, nouem frequentius, auctore Hippocra-*
B *te, ſenſu indice. Neque in re manifeſta de exemplis multum laborandum.*

FACILIS, LABORIOSA.

Olympladem in partu Dianam inclamantem audiens philoſophus, Ecqnos, inquit, clamores ederet, ſi mortalem pareret?

Notum eſt *Maronis illud de Pollionis filio:*

Matri *longa decem tulerunt faſtidia menſes.*

FOETVS IN LVCEM EDITVS. QVO AD SVBSTANTIAM. VEL.

Integer.

☞ *Exemplis hic non opus eſt.*

Non integer.

LVDOVICVS Vngariæ & Boëmiæ Rex ſine extrema cute quam ἐπιδερμίδα vocant, editus eſt. Omine non obſcuro, extremæ cladis Chriſtiano nomini illo regnante inferendæ.

HABITVM. VTPVTA.

Diodematus.

MACRINVS Imp. filium habuit Diadumentum, formoſiſſimum, ſic dictum, quòd diadema Triuiæ, cùm naſceretur, in ca-
C pite haberet, ita forte, quòd rumpi non potuit, veris intercedentibus neruis. Et hinc Diadematum puerum appellatum credunt plerique. Licet quidam de nomine aui ſui materni Diadumenum vocatum ſcribant. *Cuſpin. A. D.*

MODVM.

Præpoſterè editus.

Agrippæ, veluti ægrè parti, à Rom. appellantur, quorum in naſcendo non caput, ſed pedes primùm exeunt, ab ægritudine & pedibus dicti, teſte *Gell. lib. 16. c. 16. ex Varrone, & Solino c. 4. Polyhiſt.* qui infelices eos plerumque eſſe ſcribit. In M. Agrippa felicitatis argumentum fuit, nec tamen vſque adeò inoffenſæ, vt non plura aduerſa pertulerit, quàm ſecunda. Nam & miſera pedum valetudine, & aperto coniugis adulterio, & aliquot infelicitatis notis retrouerſi ortus omen luit. *Plin. lib. 7. c. 8. Eutrop. lib. 7. c. 4.* Huius autem periculi deprecandi gratia aræ ſtatutæ ſunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera Poſtuerta nominata eſt. Proſa altera, à recti peruerſique partus & poteſtate & nomine. *Gellius.*

D Domitius Nero Imp. toto principatu ſuo hoſtis generis humani, pedibus genitus eſt, vt ſcripſit parens eius Agrippina, teſte *Plinio 7. c. 8.*

In vterum.

In vterum protinus reuerſus Infans Sagunti, quo anno ab Annibale deleta eſt. *Plin. lib. 7. c. 3.*

Editus moriente matre.

☞ *Vide Tit. In partu mortua, Illic Matris, hic Fœtus ratio habetur.*

THALIA nympha Sicula iuxta Symetum fl. à Ioue compreſſa, gemellos concepit. Metu Iunonis optauit vt ſibi terra dehiſceret. Vbi venit tempus maturitatis infantum, recluſa terra eſt, & infantes ex aluo emerſerunt, appellatíque ſunt Palici, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι quoniam prius in terram merſi, nunc denuò reuerſi eſſent. *Macrob. lib. 5. Saturn. c. 19.*

Mortuo Enechone Ariſta rege primo Nauarrorum, regnauit Garſias Enechonis, filius eius. Eum quadam die in viculo Larumbe reſidentem, ſuperuenientes Arabes occiderunt, & Vrracam vxorem eius prægnantem in vtero lancea percuſſerunt. Latrunculis fugatis regina per vulnus lanceæ infantu[illegible] c[illegible]ix p[illegible]
E c[illegible]æ [illegible] qu[illegible]
d[illegible] gen[illegible]ſſimè educ[illegible] d[illegible]
x[illegible]ndo e, & m[illegible]ſtren[illegible]
ceſſ[illegible] n regn[illegible] re[illegible], a[illegible]
letu l[illegible] [illegible]um [illegible] p[illegible] Mari[illegible] rerum.

V[illegible] i[illegible]ſſi[illegible] mau[illegible] in p[illegible]
[illegible]t, & [illegible] ap[illegible] ceſſu cedamt vt tam o[illegible]
eſſet [illegible] pt b[illegible] *[illegible]ſp. A.D.*

Ela[illegible] ſu[illegible] mortua matre.

In Tege[illegible]tum agro eſt m[illegible] C[illegible]s nom[illegible] Aphnij ſacell[illegible]m. Nam ibi [illegible] Ætope[illegible] re[illegible] veluti men[illegible] rant [illegible] e tæ[illegible]ratus [illegible] A[illegible]hnu[illegible] [illegible]nnu[illegible] hæ[illegible]t [illegible] pa[illegible] qu[illegible] mua tmin [illegible]rtux[illegible] [illegible] bus [illegible] numm[illegible] pater[illegible] multum copioſumque lac [illegible]. Qua ratione in deus tr[illegible]nſlatus, Aphnios [illegible] eſt deus ſertur nuncupatus. *Cælius lib. 2[illegible]. c. 24. Antiq. Lect.*

GORGIAS Epirota, fortis & [illegible]latus vir, in funere matris ſuæ vtero elapſ[illegible]s, inopinato vagitu ſuo lectum ferentes
F conſiſtere coëgit, nouumque ſpectaculum patriæ præbuit, non tantùm ex ipſo genitricis rogo lucem, ſed etiam cunas aſſecutus. *Valer. lib. 1. c. 8.*

Exciſus, Cæſares, Cæſones.

☞ *Cæſuræ huius & methodum & exempla peculiari commentatio noſtra ætate editi. Franciſcus Rouſſetus medicus Gallus, eo, quem de Partu Cæſareo inſcripſit.*

Aiunt quidam Coronidem prægnantem cum Iſchiæ Elati filio concubuiſſe. Quod grauiter ferens Diana, illam interemit, quia fratri factam iniuriam perferre non poſſet. Illa poſtea cùm rogo impoſita fuiſſet, Mercurius è ventre mortuæ Æſculapium extraxit, vel ipſemet Apollo: vt teſtatur. *Ouidius lib. 2. Metamor. Natalis Comes lib. 4. Mythol. c. 11.*

P. SCIPIO Africanus prior, defuncta parente exciſus vtero, in diem venit. Ideóque etiam primus apud Romanos Cæſaris nomine ſalutatus eſt. Simili modo natus eſt Manlius, qui Carthaginem cum exercitu iurauit. *Solinus cap. 4. Polyhiſt. & Sylius Italicus lib. 13. Plin. lib. 7. cap. 9.* Fortè hic eſt M. Manlius Torquatus, qui cum L. Martio Cenſorino conſul fuit.

Cæſares dicebantur Romanorum Imp. à C. Iulio Cæſare, G
qui natus non eſt nam matrem eius nono menſe mortuam diſſecuerunt, eúmque protulerunt: & Cæſarem dixerunt, à cæſa matris aluo. *Suidas.* Sed fabella hæc eſt Græca. Namque matrem habuit Aureliam, feminam primariam & ſingulari pudicitia mulierem (vt *Plut.* inquit) quam amiſit cùm bellum Gallicum gereret. Sed primo fortè, qui hoc nomen ſortitus eſt, euenit, vt è matris vtero cæſura erueretur. Licet aliqui etymon hinc ducant, quòd à cæſo elephanto in pugna, qui lingua Maurorum Cæſar dicitur, vel quòd oculis fuerit cæſus, hoc eſt, glaucis, vel à cæſarie, qua natus prodiit, primus, quiſquis is fuerit, Cæſaris nomen indeptus ſit. *Cuſp. A. D.*

S. DROGO Confeſſor in Principatu Spinetenſi, natus eſt cæſo. Nam inter diros partus dolores matris, conſilio obſtetricum per illius latus fuit extractus, *Vide Natal. SS. Belgij Molani, 14. Iulij.*

GEBHARDVS, Vthonis Comitis de Bregentz F. ex matris vtero exſectus, Conſtantienſis Epiſcopus factus eſt anno 1001. & monaſterium Petershuſium, item templum Cercia- H
cenſe (in emporio nobili Heluetiæ Zurzach dicto) extruxit. *Bruſchius.*

Anno 959. Burchardus Comes de Lintzgovv, Buchorn, & Monteforti, liberalitate in pauperes præſtans, poſt Gralonis obitum abbas Sangallenſis deſignatus eſt, confirmatione ab Othone Magno per baculum & ferulam accepta. Dictus vulgò Ingenitus, eò quod ex mortuæ matris aluo exſectus eſſet. *Bruſchius.*

Circa an. ſal. 1500. in pago Sigershuſen, præfecturæ Gothliebanæ, comitatui Turganienſi ſubiecto, ruſticus quidem Iacobus Nufer, vxori ſuæ Elizabethæ Aleſpachin, per aliquot iam dies parturienti, deſperata iam ſalute, conſilium ſuum communicat, Velle ſe, ſi conſentiat, ſuam in ipſa experiri induſtriam (erat autem is ὑοτόμος porcos caſtrare ſolitus) illa neceſſitate vrgente annuit. Hinc rectà ad præſidem Fravvenfeldenſem contendit, conatum aperit, licentiam impetrat. Itaque duabus cordatioribus obſtetricibus ex tredecim quæ aderant ſecum in conclaui retentis, ſumen vxoris primo ictu feliciter aperuit femella elegans proſiliit. Conſutum vulnus

more

A more vterinar [illegible] ſ mel gemell [illegible] bytos. Excisa fi [illegible] fœcunditate nob [illegible].

TEMPVS. PA[illegible]

P[illegible]

Aristonis La[illegible] Lacedæmoni[illegible] ſeptimo menſe Demaratum peperit. Ex [illegible] poſtea [illegible] inter Cleomenem & Le[illegible].

Asclepiades au[illegible] [illegible] ſeptimeſtri [illegible] puer [illegible] gra[illegible] ob [illegible] Ba[illegible] ſic creditum natus [illegible] vnam a C[illegible] cladibus nuncup[illegible] Diony[illegible] ferit[illegible] appellari ita magis [illegible] plac[illegible]. *Cælius lib. 2. cap. 23. Antiquarum Lectionum, ex Sui[d]a.*

In Ægypto etiam octauo menſe [illegible] vitales eſſe [illegible]. *Plin. lib. 7. c. 5. & Ariſtoteles.* De Hiſpania idem narrat Auicenna. *Cælius lib. 20. c. 1. A[illegible].*

B Vestilia C.Herdicij, ac poſtea Pomponij Orfiti clariſſimorum ciuium coniux, ex his quatuor partus enixa, Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suillium Ruffum vndecimo, Corbulonem ſeptimo, vtrumque conſulem: poſtea Cæſoniam Caij principis coniugem, octauo. *Plin. lib. 6. c. 5.*

Gellius teſtatur, Romæ ſuo tempore accurate quæſitum an. 8. menſe infans ex vtero editus, & ſtatim mortuus, ius trium liberorum ſuppleuiſſet: eùm abortus, non partus, videretur quibuſdam menſis octaui intempeſtiuitas, *Gell. lib. 3. c. 16. Noct. Attic.*

Serotinus.

Romani, teſte Varrone, partus mulieris non tantùm nono, ſed & decimo menſe, ſecundùm naturam & legitimos eſſe iudicarunt: & proptereа tribus Parcis nomina fecère à pariendo, vnicæ litteræ mutatione, & Nonam atque Decimam, à partus tempeſtiui tempore appellarunt. Proinde etiam vſu venit, vt eùm femina non ambiguæ pudicitiæ XI. menſe poſt mariti obitum peperiſſet, lis mota ſit ab hæredibus, quaſi mortuo marito concepiſſet. At Hadrianus cauſa cognita, veterum philoſophorum & medicorum ſententiis requiſitis, in C XI. quoque menſe partum edi poſſe aſſeruit: Item in Satyra Varronis, quæ teſtamentum inſcribitur, hæc verba leguntur: Si quis mihi filius vnus pluréſve in X. menſibus gignuntur, ij ſi erunt ὄνοι λύρας, exhæredes ſunt. Quòd ſi quis XI. menſe ἀκροτίας natus eſto, Accio idem quod Titio ius eſto, apud me: hoc eſt, eodem iure erit XI. menſe natus, atque is qui X. quoniam de rebus inter ſe nihil diſtantibus vulgo dici ſolebat, idem Aecij quod Titij. *Gell. lib. 3. c. 16.*

Apud Varronem obſeruatum, Gracchum ideo nuncupatum, quòd eum Mater menſibus duodecim in vtero geſtaſſet, quia legitimum pariendi tempus eſſet ſupergreſſa. *Cælius l. 24. c. 4. Antiq. Lect.*

Massvrivs auctor eſt, L. Papyrium prætorem, ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe, eùm Mater partum ſe XIII. menſibus diceret tuliſſe: quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur. *Plin. lib. 7. cap. 5.*

COMMORTVVS MATRI

☞ *Quaedam exempla ex Tit. Earum, quæ in Partu obiere, petantur.*

D ABORTIVI.

☞ *Ex Tit. Abortionis exempla petantur.*

FOETVS IN LVCEM EDITI CVRA.

☞ *Require locum de Educatione, Inſtitutione. Diſciplina, Filiis.*

QVI CVRANT.

Parentes.

M. Cato cùm vxor peperiſſet, nullo tam vrgenti, niſi publico negotio impediebatur, quin ei infantem abluenti & faſciis inuoluenti aſſiſteret. Illa etiam proprio lacte nutricabatur infantem. Frequenter etiam ſeruorum pueros admouebat mammæ, quò beneuolos eos ex educationis conſortio erga filium redderet. *Plut. in Catone.*

Patres.

In Cyrno inſula mulier puerpera editæ prolis nullam curam gerit: ſed vir domi abditus, infantis educationis curam atque onus fert. *Alex. lib. 2. c. 25.*

Ma[illegible]atus.

Thebanorum hæc lex re[illegible]e & ſanc[illegible] poſi[ta] eſt. E N[illegible] Thebano liceat inf[antem] e[x]ponere, neque in ſolitudinem abiicere capitis ſup[plicio], vt tum ſi in extrema mendicitate ſit conſtitutus [illegible] ſtatim infantem ad magiſtratum eum ipſis [illegible], qui acceptum alicui tradit [illegible] pretio, [illegible] & conditione intercedent, vt pe[illegible]uam fi[illegible] & dultum ſerui vel ſeruæ loco habeat [illegible] & educatio ſeruituti comp[enſe]tur. [illegible] *Var. li[b].*

QVOMODO. VTPVTA.

Indolem Exploran[d]o.

Br[achm]an[illegible] infantes ſtatim diiudicabant publico in [illegible] fa[illegible] & corporis membris, cuius eſſent indolis: Cuiu[s] indoles probabatur, bonis diſciplinis formandum curabant: ſi improbaretur, ſtatim occidebant: *Alex. ab Alex. lib. 2. ca[p]. 5.*

Ex Lycurgi inſtituto Spartani pueros ſtatim à partu vino abluebant. [illegible] debilis eſſet fœtus, epilepſia corripiebatur: ad omnes militiæ labores futurus idoneus. *Alex. lib. 1.* F *cap. 25.*

Germani ſiue Celtæ infantes primùm natos Rheno flumini immergebant, vt iudicium facerent de puero, mollis an robuſtus eſſet futurus, ſed etiam vt matris pudicitiam explorarent. Nam ſi mater caſtitatem ſeruaſſet, fluitabat in ſummo flumine: ſi adulterium commiſiſſet, mergebatur. Teſtis *Iulianus* in quadam epiſtola ad Maximum, item *Theophylactus*, & *Gall. in primo de San. tuenda*, & *in primo Græcorum Epigram. in nuptiis.*

Alimenta ſubminiſtrando.

Ex Tit. Nutricum hoc quadam, illic Officium, quod impenditur: hic Fœtus, cui impenditur.

Putat in Heroicis Philoſtratus dici Amazonas, quòd māzo, id eſt, mamma, non alantur: ſed roris fauis, qui in mellis modum calamis fluuialibus inſidet, lacte præterea equino adlecto. *Cælius l. 19. c. 11. Antiq. Lect.*

Romani infantem matris lacte educari potiùs quàm apud coëmptas nutrices ali permittebant: cùm ingenuitas à matre ſola, non patre probicatur, aut ſi permiſiſſent, magna G cura præcipuas illi nutrices Laconicas, velut educationis magiſtras, admouebant. Quod æquè Germanis eſt habitum nefas, apud quos mater filium ſuo lacte alit. *Alexand. lib. 2. cap. 25.*

Sanitati & Robori conſulendo.

Rutuli infantes primum natos flumini immergebant, vt corpora eorum firmarentur, non ſecus atque ferrum candens aquæ immiſſum. *Virg. 9. Æn.*

—— natos ad flumina primùm

Deferimus, ſæuóque gelu duramus & vndis.

Idem de Iazygibus ſcribit *Valerius Flaccus.*

——ſaxo durauimus amne

Progeniem, natóſque rudes.

Thraces, Scythas, eundem morem habuiſſe. *Sidonius Apolinaris* teſtatur.

—— & matris ab aluo

Artus infantum molles nix Cimbrica durat.

Æthiopes, ab ipſo natali die editos infantes in fronte inurunt, & ſtigmate notant, quo capitis & oculorum humor exſiccetur. Hodie quoque Ligures aiunt infantum occipiti H carbonem ignitum adhibere, eadem ratione (ſua lingua incendere vocant, ſi ferro ignito fiat) ad arcendam epilepſiam. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25. ex Herod. l. b. 4.*

Pœni paſtorales, vbi filij ipſorum quadrini effecti ſunt venas verticis illorum lana ſuccida inurunt, nonnulli venas temporum, ne pituita defluens è capite, officiat. Et ſunt reuera Pœni inter omnes homines ſaluberrimo corpore. Quòd ſi pueris inurendis ſpaſmos exiſtat, vrina hirci aſpera eos libertant. *Herod. 4.*

Spartani infantes vino abluebant à partu, argumentum ſumpturi an epilepſiæ obnoxij forent. Nonnulli ſale, & aqua, ad firmandum corpus. Eoſdem Lycurgus frigidiſſima aqua foueri, nudóſque in labore enutriri voluit, vt labori & dolori aſſueſcerent. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.*

Apud Rom. in teſtudineis alueis, aut ex tergore marinarum teſtudinum factis, calida pueros abluebant, mox oleo & butyro perungebant. *Alex. lib. 2. c. 25.*

Nigri

N a [illegible] v s. pu[illegible]

A E X P O S I [illegible] I I P V [illegible]

Quicumque e[illegible] nuntur, qu[illegible] e conſilio [illegible] loci. [illegible] ipſi t am ad l cum Alontis [illegible] ur in prima ætate. Sin conſeruenti [illegible] ad T[illegible] conſeruata. Porro Sanguin[illegible] nti, i [illegible] ntes expo[illegible] La[illegible], quod re e s nati eſſ rrentur.

Vide de his Locum part[illegible] em [illegible] E

Fons.

DEFINITIO [illegible] T [illegible] TYMOLO[illegible]IA

FOns eſt locus vnde fundit[illegible] u[illegible], ſ[illegible] cun[illegible] m V[illegible] ronem *l.4. de ling. Lati[illegible] a. l[illegible] cis li[illegible] .13.* [illegible] Fo[illegible] definit caput naſcentis aquæ, q[illegible] ali funde[illegible] aqua[illegible] dic [illegible] funtem vocant, à [illegible] d eſt [illegible] ac [illegible] eum Veteribus vtuntur nomine [illegible] p[illegible] Transfertur vt ſignificet cuiuſque rei ori[illegible]

*ORIGO FONTI[illegible]M

Fuerunt qui intra terram cauitates al[illegible] as, & a[illegible] eo [illegible]
B cenſuerunt, & intra illos recipi imbres, ac ex [illegible] generat[illegible] Fontes. Melius Ariſtoteles, fontium originem ad terræ ſinus deducit, intra quos aqua & aër recipiuntur, & in aquam reſoluuntur.

Alij è mari fontium fluminúmque perennitatem deducunt. Ita D. *Baſilius hom.4. Hexam. Hieronym. ad c.1. Ecleſiaſt.* vbi ita dicitur; Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt, reuertuntur.

Sanè quidquid de hac re ſit, conſtat ex ſacris Litteris, Deum die tertio aquas omnes in vnum locum congregaſſe, eáſque terræ cauernis incluſiſſe, ac per occultos meatus diſpertiiſſe vnde fontium parata materia, & abundans copia promanauit.

FONTES CONSIDERATI reſpectu

QVANTITATIS. Vbi Fontes

Multi.

☞ *Ex loco Fertilitatis huc quadam.*

Nulli.

Argiuorum regionem aqu[illegible] abundare concedunt, vrbem
C verò ipſam Argos in loco iacere [illegible]atido, in qua copia puteorum ſit, quos Danaïdum adſcribant ſolertiæ: eos enim illas inueniſſe. Quo ex facto verſus ille vulgatur:

[Greek verse, illegible]

Argos aquis vacuum Danaæ ſtruxere redundans.

Ex puteis autem quatuor inſignes habentur & ſacri, quos eximia veneratione colunt: qui in aquarum [illegible]enuria, aquarum abundantiam inducunt *Strabo l.8.*

MOTVS.

In paruo Luſitaniæ oppido, quod vulgò Villanouam vocant, diſtáque à Caura ciuitate paſſuum millia circiter vndecim, fons oritur Kalendis Maiis, & ad Kalendas vſque Nouembres aquas Villænouana abundè diffundit: poſtea verò occultatur, latétque hyeme tota: & ad ſtatutum tempus, hoc eſt, ad Kalendas Maias, renaſcitur, & accolas reuiſit. *Marineus l.1. de rebus Hiſpan.*

In Iſlandia fontes ſunt complures, qui modò plenis exundant alueis, & in ſublime aſſurgunt, modò deprimuntur &
D abſorbentur. *Saxo.*

In Bernenſium ditione, non procul ab Haſtenſium municipio, Alpes Engiſtiliæ occurrunt, Iunio, Iulio & Auguſto menſibus habitabiles. Iiſdem menſibus ſolis ex ſcopulo profluit fons vberrimus, bis in die, manè & veſperi, quando pecora adaquantur: iiſque refectis ſenſim euaneſcit. Sordium iniectionem Nympha eius loci tanta fert impotentia, vt per aliquot dies aquam denegare ſolaat, nec niſi expurgato alueo, & veluti propitiato numine, ad officium redeat, Teſtis experientia. *Stumpfius l.7. Heluetia.*

QVALITATIS. HVC FONTES

Calidi. Thermæ.

Callithoe fons calidus, medicæ ſalubritatis, aquarum gloriam ipſo nomine præferens, prope Aſphaltitem Palæſtinæ lacum. *Plin. l.5. c.16.*

Ad Syriæ Hierapolim calidæ aquæ ſcaturiunt. & Plutonium eſt: ibi aqua adeò faciliter in tophum duratur, vt qui aquæductus deducunt, ex integro topho fiſtulas conficiant. Plutonium eſt os, in paruo quodam imminentis montis ſupercilio, ita commenſuratum vt hominem ſuſcipere poſſit, mira profunditate. Huic propoſitum eſt vallum quadratum

[illegible]

[illegible] s igne [illegible] orum teſti- F
[illegible] refocillarunt) vt vix in vniuerſo [illegible] æque [illegible] tare pro reparandis hominum membris inueni[illegible]tur. *Ioannes Magnus l.16. c.14. & Cranzius l.2. Sueciæ c.8. ex Iordane.*

In Iſthmo Corinthiaco è regione Cenchreï promontorij, ſunt Helenæ balneæ. Aqua à ſaxo in mare defluit, multa illa quidem, & ſalſa, nihilo calidior quam quæ igni primum intepuerit, *Pauſanias in Corinth.*

Campus eſt Calcidi adiacens Lilantos dictus, in quo calidarum ſcaturigines aquarum erumpunt ad curandos morbos. Quibus Corn. Sylla Romanorum Imperator eſt vſus. Adfuit quoque admirabile æris ac ferri commune metallum, quale nuſquam prouenire memoriæ proditur, hoc tempore vtrumque prorſus euanuit. *Strabo l.10.*

Lebediorum ager (quem primo Cares, deinde Iones obtinuère) inſigni fœcunditate fuit, & calidarum in eo aquarum balneæ plurimæ ſaluberrimæ. *Pauſanias in Achaicis.*

In Iſthmo agri Trœzeniorum, à Methanis oppido ſtadia G
fermè xxx. abſunt calidarum aquarum balneæ ſalſæ. Aquas eas è ſcatebris primùm erupiſſe aiunt, Antigono Demetrij filio in Macedonibus regnante, ac prius quidem repentinis ignibus eum locum æſtuaſſe. Ibi qui lauerint, frigidis perfundi non poſſunt, quod neque dulces vllæ prope ſunt, neque poteſt quiſquam ſine periculo ſe in proximum mare, natandi cauſa, mittere, propter cùm alias belluas, tum vero canes, quorum vim magnam pelagus illud gignit. *Pauſan. in Corinth.*

Lipara vna Æolidum inſularum, balneis, ad valetudinem priſtinam recuperandam abundat. Profert metallum celebre, quod alumen appellant: ex quo Liparenſes Romanique magnum percipiunt vectigal. Nam cum nullo alio in loco Orbis alumen generetur, magnos affert huic inſulæ quæſtus. *Diodorus l.5. c.3.*

Thermas ſalubres recenſet *Plinius lib. 31. cap.1.* Aquitania apud Tarbellos, & in Pyrenæis montibus, Puteolos in Campania, Statiellas in Liguria, Sextias in Narbonenſi prouincia, nuſquam tamen largius quam in Baiano ſinu, H
nec pluribus auxiliandi generibus: in Campania itidem Sinueſſanæ ſterilitati feminarum & virorum inſaniæ medentur: in Ænaria inſula calculoſis. *Plin. lib. 31. cap.2.* plures alias recenſet.

Quidam fabulati ſunt, Gigantes è Phlegra Campaniæ vicina pulſus ab Hercule terram ſubiiſſe, atque ex illorum cruore fontem Leucæ fœtidum odorem habuiſſe, Phlegrámque Campaniæ oram fuiſſe vocatam, quod igni calidarúmque aquarum fluxu abundarent, totúſque Baiarum & Cumarum tractus ſulphuris & ignis naturam referentes aquas emitteret. Calidas ideo eſſe inquiunt, quod vulnerum flammas abluerint, cum ex ipſius fulminis natura ſulphur oleant. Aquæ calidæ ad Budam in Hungaria vergunt in occaſum, diſtántque à mœnibus ſtadiis ferme duodecim: mirabilis autem earum natura fertur, quum ſcaturientis aquæ tantus ſit feruor, vt pede vix tentari poſſit, & in eam à laniis proiecti ſues facile depilentur, nec ranæ tamen intereant, quæ frequentes innatare conſpiciuntur. *Iouius l.39. Hiſtor.*

Fabariæ Thermæ apud Rhetos, ad Fabarium, Cœnobium Benedictinorum vetuſtiſſimum, ſub Friderico II. Imp. aucupis

[illegible] pera [illegible] æ, [illegible] thronijs, corporibus vel mo [illegible] tis [illegible] vtiles, in profundiſſimo & au [illegible] cem æſtiuo tempore meridianus [illegible] gis, ſitæ, aquam fund [illegible] menſe ex ſcopulo prorumpen [illegible] ſceotem, ſex fere menſibus [illegible] ægrorum commoditati, æſtiui tan [illegible] horrenda ſpecu, hocce non magis [illegible] fonte conſulere voluerit. *Stum* [illegible]

Aquis Heluetiorum [illegible] in pago Tigurino, thermæ [illegible] hureæ [illegible] Quarum commoditatem & [illegible] ebra [illegible] egant [illegible]. *Poggius in epiſtola ad Leonardum Aretinum.*

Valleſi[illegible] thermas Vib[illegible] ſiue Brigeas habent, ſulphureas: Habent quoque [illegible] ucinas tanti feruo[illegible], vt [illegible] æ etiam inſeruiant, à [illegible] promanantes. *Stump[illegible]*

Frigidi.

In Eleuthero Laconia propter ruinas Cyphantum vrbis, fons ſaliens conſpicitur frigidiſſimæ aquæ e ſaxo prorumpentis: Atalantam è venatione ſiti laborantem, cum ſaxum
B illud cuſpide percuſſiſſet, aquam elicuiſſe ferunt. *Pauſanias in Laconicis.*

Pindarvs, dulcis diuinaque aqua Tilphoſæ ex pulchro fonte. Eſt autem Tilphoſa fons Bœotiæ, ex quo ſcribit Ariſtophanes Tireſiam bibiſſe, qui cum frigus ob ſenectutem ferre non poſſet, ſtatim mortuus eſt. *Athen. l. 2. c. 2.*

Sapidi.

In Meſopotamia Caburæ fons eſt vnus ſuaueolentis aquæ. *Plin. hiſt. nat. l. 31. c. 2.*

Reperiuntur in Iſlandia fontes cereuiſiæ ſapore. *Saxo. in præfatione, & Olaus l. 21. c. 4.*

Fœcundi.

Ad vrbem Hiericho largiſſimus fons eſt, rigandiſque aruis vberrimus, iuxta veterem ſcaturiens ciuitatem: quam Ieſus Naue filius, Hebræorum ductor, primam in Chananæorum terra bello poſſideret. Hunc fontem aliquando ferunt non ſolum terræ atque lignorum fructus, ſed etiam fœminarum partum obtundere ſolitum, cunctaque pariter morbo ac peſte corrumpere: poſtea vero manſueuiſſe, contraque ſaluberrimum ac feraciſſimum eſſe factum ab Heliſæo propheta,
C qui Heliæ notus fuerat atque ſucceſſerat. Receptus enim hoſpitio ab Hierichuntinis habitationibus, quod humaniores eos expertus erat, ipſos & omnem illam regionem perpetua gratia remuneratus eſt: progreſſuſque ad fontem, lagenam fictilem nouam ſalis plenam in profluentem aquam miſit. Iuxta deinde ad cœlum dextram tendens, fontique immergens blanda libamina, ipſum quidē precabatur, vt fluenta leniret, ac dulciores aquarum venas aperiret: Deum vero, vt fœcundioribus auris flumina temperaret, orabat: tam vbertatum fructuum, quam ſucceſſionem prolis daret indigenis, nec eos genitrix filiorum aqua deficeret, quoad iuſti manerent. Ad has preces ex diſciplina manibus quoque multa operatus, fontē immutauit: Et qui antea cauſa erat his orbitatis ac famis, idem victus ac fœcunditatis auctor eſt effectus. Denique rigationis eius tanta eſt potentia, vt ſi attigerit modo terram, ſapidior ſit aquis diu perſeuerantibus. Vnde eo quæ largius abutuntur, exiguum emolumētum habent: quæ vero parcius, plurimum. Amplius tamen, quam cæteri fontes ſpatiū rigat, & ſeptuaginta quidem ſtadiis longam, viginti autem latam planitiem permeat. *Ioſephus l. 5. c. 4. belli Iud. ex 4. Regum 2.*

VSVS.

D Fontes Potabiles.

In deſertis Arabiæ locus eſt, Elimum dictus, in quo Iſraëlitæ, duce Moyſe, duodecim fontes aquæ repererunt, & ſeptuaginta palmas. *Exod. 15.* In eodem deſerto locus eſt Mara dictus, propter amaritudinem aquæ. In quo cum caſtra haberent Iſraëlitæ, Moyſes, Domino monſtrante, lignum quoddam aquæ iniecit, eamque potabilem reddidit. *Exodi 15.*

Hiericho vrbs cum reſtaurata eſſet, ſitu quidem commodo erat, verum terra ſterilis, & aqua vitioſa. Eliſæus igitur Propheta ſalem è nouo ſalino fonti iniecit, & amarorem, atque ſterilitatem ei abſtulit. *4. Regum 2.*

Æthiopes Macrobij carne tantum cocta, & lacte aluntur: aquam bibunt ex fonte, in quo loti efficiuntur perinde atque inuncti, violam olentes. Ea aqua adeo inualida eſt, vt in ea ne lignum quidem vel palea innatare poſſit, ſed omnia peſſum

erant in profundum. Hæc aqua illis præſtare videtur, quod ſint longæui, & plerique ad centum viginti annos perueniant. *Herodotus l. 3.* E

Ad Lernam in agro Argiuorum Amymones fons eſt, & ad eam platanus exurgit, ſub quo Hydram Lernæam educatam narrant. *Pauſanias in Corinth.*

Corinthvs perennium aquarum copia abundauit, & plurimos habuit aquæ ductus. Bellerophontes ibi ſpectabatur, & ex ipſa Pegaſi equi vngula manans aqua. Item fons Glauces in quem eſe illa abiecit, ſalutarem ſibi aquam fore ſperans contra Medeæ veneficia. *Pauſan. in Corinth.*

Qui fontis Pirenes dicti in Corintho aquam ponderauit, omnibus aquis totius Græciæ leuiorem illam inuenit. Ariſtophanes Comicus cùm aliis multis in rebus, tum quòd optimam omnium habeat aquam, agrum Athenienſem excellere ſcribit, inquiens: Qualia producit regio Hipponice omnibus totius terræ habitatæ præſtantiora, mel, panes, ficus, ficus per Iouem fert certè: greges, lanas, myrti fructum, victimas, caſeos, aquam egregiam, ita vt quiſpiam ſtatim ſe Atticam aquam bibere cognoſcat. *Athen. lib. 2. cap. 2.* Inciderat inter ſophiſtas ſermo quæ aquæ eſſent ſuauiſſimæ. Cúmque F alij Lernæ aquam laudarent, alij Pirenes, reſpondit Carneus Megarenſis Cynicus, ex Philoxeni ſententia: Quæ manus abluit. *Idem lib. 4. cap 18.* Ptolomæus rex libro Commentariorum ſeptimo ita ſcribit: In Corinthum nobis per Contoporiæ dictæ promontorium procedentibus, fons obuius eſt factus, qui aquam niue multò frigidiorem emittit, ex quo multi non bibunt, niſi aquam longinquam eſſe à fonte expectent: ipſe verò ſeipſum bibiſſe ſcribit. *Athen. l. 1. c. 2.*

Apud Tenarum Laconiæ promontorium fons eſt, qui olim introſpicientibus portus, & naues ſpectandas præbuiſſe dicitur. Aquæ miraculum illud fœmina quædam ſuſtuliſſe dicitur, cùm in ea pollutam veſtem abluiſſet. *Pauſanias in Laconicis.*

Brunduſij in portu fons, incorruptas præſtat aquas nauigantibus. *Plinius l. 3. c. 103.*

Medicati.

Siloa fons ad radices montis Sion, non iugibus aquis, ſed certis horis diebuſque ebullit, & per terrarum concaua & antra ſaxi duriſſimi cum magno ſonitu venit. *Hieron. com. in Eſaiam l. 3. c. 8.*

Sozomenus l. 7. c. 21. narrat de fonte circa Emaus, poſtea G Nicopolim dictam, vbi Chriſtus cum Cleopha poſt reſurrectionem ambulans, in alium ſe vicum properare ſimulauit, & vbi cùm diſcipulis aliquando lauit pedes; quòd eam acceperit vim, vt eſſet medicina omnis generis morborum, non modo hominibus, ſed etiam animantibus.

Prope Cynætheoſium Arcadum vrbem fons eſt prægelidæ aquæ, fontem obumbret platanus. Si quis ex tabidi canis morſu, vel vulnus, vel noxam quouis modo traxerit, aqua hauſta ſtatim ſanatur. Et re itaque ipſa fontem Alyſſon, quod per eum ſedetur rabies, nominant. Videtur itaque natura Arcadibus, cùm Stygis aquam ad perniciem hominum dediſſet, hunc etiam, qui in Cynæthenſibus eſt, fontem, longè diuerſa vi, æquata boni malique ſorte, ſalutis cauſa tribuere voluiſſe. *Pauſanias in Arcadicis.*

In Elide, ad vicum Heracleam, ſupra fontem, è quo amnis Cytherus manat, Nympharum templum eſt. Sua ſunt propria Nymphis nomina, Calliphæa, Synallaxis, Pagæa & Iaſus. Communi vocabulo Ionides nuncupantur. Saluberrimæ ſunt lauantibus aquæ, ad laſſitudines & cæteros corporis dolores leuandos. *Pauſanias l. 6.*

Stephanvs de nominibus vrbium refert Azaniam vnam, H quæ ſit Arcadiæ pars: in hac fontem quempiam eſſe, cuius aquam qui guſtarit, hunc vſque adeò à vino abhorrere, vt nec odorem ferat.

Pamiſi amnis fontes, quà à Thuria in Arcadiam itur, infantium morbis medentur. *Pauſanias in Meſſenicis.*

In Bœotia ad Trophonium Deum, iuxta flumen Orchomenon duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionem affert, inde nominibus inuentis. In Cicilia apud oppidum Ceſennm riuus fluit Nus, ex quo bibentium ſubtiliores ſenſus fieri, M. Varro tradit. Zamæ in Africa, quo canoræ voces. *Plinius l. 31. c. 2.*

Cyzici fons Cupidinis vocatur, ex quo parentes amorem deponere Mutianus credit. *Plin. l. 31. c....*

Scotuſæ fons non hominum modò, ſed & pecoris vulnera

ſatat, lignumqoe etiam fiſſum & confractum ſi initias, A coaleſcit. *Antigonius in Mir. .at.*

Theſpiarum fons conceptus mulieribus repræſentat. Item in Arcadia flumen Elatum. Cuſtodit autem partum Linus fons in eadem Arcadia, abortuſque fieri non patitur. *Plinius l. 31. cap. 1. Theophraſtus in lib. de plantis* dicit, aquam eſſe filiorum feracem, velut in Theſpiis, & in Pyrrha ſterilem, ex dulcibus aquis quaſdam eſſe ſteriles, vel certè parùm fœcundas, ſicut quæ in Phæta & Tharrha. *Athen. l. 2. cap. 2.*

Tungri ciuitas Galliæ, fontem habet inſignem plurimis bullis ſtillantem, ferruginei ſaporis, quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur: purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit calculorumque vitia. *Plin. l. 31. cap. 1.*

Supra Burgenſem ciuitatem in Hiſpania, ad paſſuum millia circiter viginti, verſus Orientem, pagus eſt nomine Boetius, ſub altiſſima rupe poſitus, ex qua fonticulus effluens in planiciem apud pagum prænominatum deſcendit, & duos lacus ingreditur, quibus tantam vim ſalubritatis & virtutis infundit, vt omnes fluxum ſanguinis patientes, cùm hac aqua lauantur, ſtatim liberentur. *Marinaus l. 1. rerum Hiſp.*

In Bætica prouincia iuxta oppidum Antiquerani fons eſt B antiquarius, potu ſuo calculos diſſoluens, ideoque à petra, quam extrahit per vrinam: cognominatus eſt. *Ibid.*

Referunt in Bonicca inſula, quæ ab Hiſpaniola orbis noui MCC. paſſuum millibus diſtat, fontem in vertice montis eſſe qui ſenes reſtituat, non tamen canos mutet, nec tollat iam contractas rugas. Cuius rei præter perſeuerantem famam, locuples teſtis Petrus Martyr Angerius Mediolanenſis, à ſecretis Regis olim Hiſpaniarum, in ſuis decadibus orbis nuper inuenti. *Cardanus de Subtilitate, lib. de Elementis.*

Varij Vſus.

Apud Hierapolim Syriæ Aqua quædam adeò tingandis lanis idonea eſt, vt ex radicibus tincta cum his decertent, quæ ex vermiculo purpuraque tinguntur. Et adeò exuberat aquarum vis, vt regno balneis ſponte naſcentibus plena inueniatur. *Strabo l. 13.*

Refert ſecundo libro Plinius, fontem eſſe quendam in Dodona, qui cùm ſit frigidiſſimus, faces ſi quis ardentes immergat extinguit; ſi extinctæ admoueantur, accendit. *Eraſ-* C *mus in Adagiis.*

In Iſlandia fons eſt, qui exhalatione ſua omnia vicina in lapideæ naturæ duritiem tranſmutat. *Saxo. l. 1.*

FRVCTVS. PVTA

Oleum.

Ab Edinburgo Scotiæ vrbe plus minus duobus paſſuum millibus fons eſt, cui olei guttæ innatant, vt ſi nihil inde collegeris, nihilo plus confluat: quantumvis autem abſtuleris, nihilominus remaneat. Natum eſſe aiunt effuſo illic oleo D. Catharinæ, quod ad D. Margaritam ex Monte Sinai adferebatur. Fidem rei faciunt, fonti nomen diuæ Catharinæ inditum, atque in eiuſdem honorem ſacellum iuxta, diuæ Margaritæ iuſſu ædificatum, valet hoc oleum contra varias cutis ſcabrities. *H. Boethius in Scotia deſcriptione.*

* PISCES.

Fama eſt in Caria circa Lotuma vrbem, ingentem aquarum, copiam è terra eſiliiſſe, afferentem ſecum animalium copioſam turbam, & inter ea piſces in tenebris ſaginatos, hactenus ignotos, & ante hac non viſos. Refertur *in comm. Conimbr. Collegij in cap. 4. meteor.*

* FONTIVM MOTVS, ET QVALITATES

D VARIÆ.

Fontium motus à loco vnde oriuntur, multum dependet, vt puta ſi loco editiore, aut minus edito: aut ſi per rupes anguſto meatu percurrant, ſic enim aut celerius exſiliunt. Quidam vero tanta vi exſiliunt, vt & ſaxa extrudant. Veluti Marſyæ fons in Phrygia ad Celenarum oppidum.

Alij quodnis pondus immiſſum remittunt, vt in Arabia, cuius etiam naturæ fuit alius in Luſitania, in agro Cattinenſi, propè oppidum quod Cantanbede dicitur.

Quidam iniecta abſorbent. Vt vnus qui exſtat in eodem agro, & meminit vtriuſque. *Plinius l. 2. n. hiſt. cap. 103.*

Nonnulli quamvis aquâ ſuperabundent, nunquam effluunt, ita Pyrene in radice Arraborinthi.

Alij frigidiſſimi, tamen more efferueſcentis aquæ ad ignem ebulliunt, nec tamen aquas extra labra euomunt, ſed reſorbent. Vt in Elbogano Acidula, quam Inſanam vocant & Fons in Cappadocia ad oppidum Tyana.

Al[illegible] modo totum [illegible] in [illegible] C[illegible] ter T[illegible] giæ [illegible] l[illegible] rium [illegible] [illegible] in [illegible]

Sunt & q[illegible] menta & decrem[illegible] bus v[illegible] & B[illegible] d[illegible] æ in [illegible] a A[illegible] r.

Al[illegible] nttari [illegible] mo [illegible] te[illegible] eaæ [illegible] qu[illegible] n I[illegible] au[illegible] p[illegible]

In Cant[illegible] b[illegible] nt [illegible] nt [illegible] in vnum [illegible] v[illegible] ſto at ne o[illegible] ſiccantur du[illegible] de[illegible], [illegible] ndo v[illegible]

Quidam font[illegible] expurg[illegible] C[illegible] n[illegible] Rhod[illegible] ſo[illegible]

Apud Garamantes f[illegible] eſt tam fr[illegible] potum ſumi nequeat, idque de die[illegible] noctu vero ita c[illegible] t e[illegible] nt[illegible] i nequeat. A[illegible] lucernæ extinctæ accenduntur. Ite[illegible] ferunt Iouis Ammonis appellatum, qui ſ[illegible] b[illegible] mi[illegible] ibus aqui tepet, frigetque in meridie, calet veſpere, & media nocte æſtuat.

Al[illegible] bi[illegible] t in Liguri[illegible], Paphlagonia, & Caleno agro, inebriat inſtar vini.

Alius Arania in Arcadiæ prouincia tantum ingerit vini E tædium, vt neque guſtare, nec odorari illud poſſit, qui aquas illius guſtauit. Ita de ſimili cecinit Ouidius *vlt. Metam.*

Clitorio de fonte ſitim quicunque leuauerit,
Vina fugit, gaudetque meris abſtemius vndis.

In Bœotia duo ſunt fontes iuxta flumen Orchomenon, quorum vnus obliuionem inducit, eſtque Lethe: alius memoriam refricat.

In Cea inſula eſt fons, hebetes reddens ſenſus. In Æthiopia verò, generans inſaniam.

* PROGNOSTICA. PRÆSAGIA,

Ex Fontibus.

Memorat Camerarius *p. 1. hor. ſucciſ. cap. 73.* audiuiſſe ſe ex Principe quodam Germaniæ, eſſe in ditione ſua Fontem alioquin perennem, ſed quando ſcaturigo eius decreſcit, certiſſimam portendere caritatem annonæ: ſi exareſcat, famem, ideoque Fontem famis vulgo appellari.

De alio Fonte narrat P. Albinus *in Chronico Miſnenſi*, quod Glomuai ab Albi vix duo paſſuum millia diſtans, dum tranquillitas & formoſus frugibus annus eſt indigentis, aquis G illius innatent glandes, triticum, & alia granorum genera: dum vero bella imminent, ſanguinem aquæ referunt: ſi peſtis, cineres iis ſupernatant.

Idem Camerarius ſupra, recenſet nouiſſe ſe nobiles quoſdam, qui certa mortis imminentis indicia habent ſi fons quidam limpidiſſimus turbatur à verme ignoto: ſit fides penes Auctorem.

Fontinalia.

Erant ſacra Fontium apud Romanos, vnde & Romæ porta Fontinalis: Eo autem die quo ſacra hæc celebrabantur, fontibus coronas iniiciebant, puteoſque coronabant.

* Forma.

Vt eſt principium rerum naturalium.

EIVS DIGNITAS. DEFINITIO. NOMINA.

Formæ ſubſtantialis, quæ eſt tertium principium rerum naturalium, dignitatem & definitionem inueſtigamus in præſenti, mox eam Formæ acceptionem proponemus, à qua formoſi dicimur: cum à priori potius formati & infor- H mari, ſiue informes ac conformes appellemur.

Latuit olim veteres Phyſiologiæ interpretes ineſſe rebus naturalibus formam, quæ pars eſſet quidditatis; tamen Pythagoras & Timæus Locrenſis eam aſſeruerunt, & cum illis Plato, ſed omnium luculentiſſime Ariſtot. *l. 1. Phyſ. cap. 7. text. 6. l. 1. cap. 1. text.* 12. cuius deinde ſententiæ omnes poſteriores ſcribunt.

Itaque vnicuique rei naturali ineſt forma ſua ſubſtantialis, qua gradum perfectionis, & verum eſſe accipiat, quæ omnes eliciat tum vitales, tum reliquorum munerum actiones, ſuaque varietate mundi huius pulcherrimum theatrum exornet, & diſtinguat. Definitur autem Forma actus ſimplex ſubſtantialis, vnum per ſe cum materia conſtituens, ſiue ſuapte natura conſtituere nata. Pythagoras Formam appellabat vnum: quia ſcilicet vagam & incertam materiæ rationem in vnam contraheret, cer-

tamque

A tāmque ſpeciem. Vnde ſp[illegible] dogma erat, Tria rerum eſſe initia. Infinitum, Vnum, Duo, id eſt, Deum, formam, materiam. Timæus Locrenſis apud Platonem, vo[illegible]t Formam mentem: dicitque mundum hunc neceſſitate, hoc eſt materia, & mente, id eſt, forma conſtare.

Plato vocat formas Phyſica[illegible] & effigies, quia ſint quædā imitationes Idearum. Item v[illegible] nempe Idearum.

Apud Ariſtotelem vocatur Forma q[illegible] diuinum, optimum, pulchrum, & Fin[illegible], nempe [illegible]nis.

VARIA FORMARVM PRODVCTIO.

Formæ aliæ ſ[illegible]nt ordin[illegible] natur[illegible], vt v.g. forma equi, quantitas, &c. aliæ non naturalis, vt grati[illegible], lumeo gloriæ: aliæ denique artificiales. Itaque formæ ordin[illegible] natu ralis educuntur de potentia materiæ, aptè ad ea[illegible] cipiendas diſpoſitæ, & eas ſuſcipere idoneæ. Homin[illegible] formam excipiunt, animam ſcilicet rationalem, q[illegible] creatur, & à Deo infunditur in materiam, vt quæ abſque ſubiecto [illegible] per ſe cohærere, & extra illud creari poteſt, vti & conſeruari.

Non naturales infunduntur à Deo: Artificiales verò reſultant ex varia materiæ compoſitione, & inciſione: non edu-
B cuntur autem de illius potentia, vt quæ ad illas naturalem propenſionem non habeat.

Forma.

A Qva Formosi, Pvlchri.

DEFINITIO, ET PROPRIETATES.

* FOrmam mudò conſideramus, quæ ſit apta membrorum figura, cum coloris ſuauitate, quam Ouid. *l.2. de arte amandi* ita depingit.

Forma bonum fragile eſt, quantúmque accedit ad annos,
Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.
Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent;
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam venient cani formoſe capilli,
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.

Philoſophi definiunt Formam ſiue Pulchritudinem, qualitatem quandam in corpore exſurgentem ex membrorum integritate, eorúmque debita proportione, iuſta quantitate,
C & coloris ſuauitate ſimul iunctis. Vnde ſi quid horum defuerit, turpitudo erit.

FORMÆ PRÆSTANTIA, DIGNITAS.

☞ *Pulchritudinem hic conſideramus non modò abſolutam, ſed & conuenientem eius, qui ea præditus eſt, ætati, vitæ, conditioni. Illa ſimpliciter Formæ elegantia dici poteſt: hæc verò Formæ dignitas, à qua vel primo aſpectu quis regno, imperio, ſacerdotio dignus iudicatur.*

ACQVISITIO FORMÆ.

Publica, Popularis ex ipſo loco.

Heſiodus l.3. Melampodiæ, Chalcidem in Eubœa pulchras mulieres habentem nominat: nam formoſæ ibi mulieres naſcuntur, velut teſtatur Theophraſtus. *Athen. l.13. c.32.*

Hypæpenas mulieres fuiſſe pulcherrimas, traditur. Eſt verò vrbs Hypæpa, quę à Thmolo deſcēdentibus occurrit, ad Cayſtri cāpeſtria, nomine impoſito, quia ſit ſub monte, qui Æpos nuncupetur, ſita ac dicata Veneri. *Cælius l.14 c.1. Antiq. Lect.*

Apud Tenedum, Troianis adiacentem inſulam, eſſe om-
D nium, quotquot ſint Mulieres ſpecioſiſſimas, in Aſiæ periplo ſcribit Nymphodorus. *Cælius l.24. c.9.*

Senenſes fœminæ inter Italicas præcellentis formæ, & elegantis ingenij ſingulare decus, conſtanti omnium ferè fama obtinent. *Sab ſupplem. l.28. ex Iouio.*

Priuata.

Phaonem omnibus hominibus elegantia formæ præſtantem, Venus in lactucis abſcondit. Alij dicunt eum portitorem fuiſſe, & Venerem traiicere volentem, neſcientem quænam eſſet, libenter promptéque recepiſſe: Ei alabaſtrum cum vnguento dea donauit, quo vnctus omnium hominum ſpecioſiſſimus euaſit: atque eius amore Mitylenenſes fœminæ captæ ſunt, præſertim Sappho poëtria, Scamandronymi filia. Deprehenſus in ſtupro, periit. *Ælian. l.12.*

Vxor Ageti Lacedæmonij, Alcidis F. quam poſtea duxit rex Ariſton, ſpecioſiſſima fuit, ex turpiſſima talis facta. Siquidem eam claris ortam parentibus, nutrix infantem adhuc ſingulis diebus baiulabat ad Helenæ templum, quod eſt in Therapne, ſupra fanum Phœbi: & ſtans ante ſimulacrum, deam precabatur, vt alumnā deformitate liberaret. Cui aliquando exeūti de tēplo, mulier quædam apparuiſſe fertur, atque interrogaſſe illam, quidnam in vlnis geſtaret: Et cùm nutrix ſe infantē geſtare reſpōdiſſet, iuſſit ſibi oſtendi. Cúmque negaret nutrix B
ſe id facturā, quod infantē parentes ſui vetuiſſent oſtēdi cuipiā, Inſtitit prorſus vt ſibi oſtenderetur. Nutrice puelli oſtēdente, demulſit illa caput puellæ, & dixit, futuram eam omniū Spartanorum formoſiſſimā: ab eo igitur cùm ea priſtina ſpecies decidiſſet, poſteaquam ad nubilem peruenit ætatem, eam duxit vxorem Agetus: Ariſton verò aſtu Agetum perſuaſit, vt eam ſibi concederet. *Herod. l.6. & Pauſanias in Lacon.*

POSSESSIO. Pvlchri Qvi. Pvta

Philoſophi.

Pythagoras philoſophus tam formoſus, vt illum diſcipuli opinarentur Apollinem eſſe, qui ex Hyperboreia veniſſet. Cuio nudatus aliquando eſſet, femur eius aureum apparuiſſe, fama eſt. *Laer.*

Demetrivs Phalereus, philoſophus, ob formam χαριτοβλέφαρος & λαμπετώ a meretrice quadam appellatus fuit, vt teſtis eſt *Didymus in Sympoſiacis referente Laërtio l.5.*

Nicolavs Damaſcenus, vir doctiſſimus, procero admodū & formoſo corpore, ingenio etiam manſueto & iucūdo, adeò vt Aug. Imp. eo maximè delectaretur: & ab eius nomine palmarū F
balanos pulcherrimos & maximos, Nicolaos dici præciperet, quibus maximè delectabatur. *Suid. & Girard. Dial.8. Hiſt. poet.*

Syrianvs Magnus philoſophus, corpore optimè conſtituto, procero, ſupra modum formoſo. *Suidas in Ammoniano.*

Poeta.

Tamyras poëta & muſicus, cùm pulchritudine omnes præcelleret, ab initio mares dilexit: deinde præter ſuam conſuetudinem Muſas amauit, ac cum eis cantu certauit. A quibus demùm victus, luminibus & lyra priuatus eſt. Hinc Prouerbium, Θαμύρας μαίνεται. *Volat. l.30. Anthrop.*

Ferunt Tibullum, poëtam elegiographum, corporis forma admodum præſtanti fuiſſe. *Vnde Horat. de eo loquens:*

Non tu corpus eras ſine pectore: dij tibi formam
Dij tibi diuitias dederant, artemque fruendi.

Milites.

Callicrates formoſiſſimus Græcorum omnium ad Platæas, *Plut. in Ariſtide.*

Athletæ.

A victoria Pancratij Iſthmica, à corporis & animi pulchri- G
tudine, à bonis literis, Strepſiadem Thebanum laudat *Pindarus ode 7. Iſthmiarum:*

——— σθένει
τ' ἔκπαγλος. ἰδεῖν μορ-
φάεις, ἄγει τ' ἀρετὰν
οὐκ αἴσχιον φυᾶς
φλέγεται δ' ἰοπλοκάμοισι μοίσαις. *id eſt.*

Robore quidem ſtupendus, cuius formoſa mens non minorem corporis pulchritudine virtutem ducit: lucétque nunc violacea cæſarie decoris Muſis.

Cratinus formoſiſſimus, & luctator fortiſſimus. *Pauſan. l.6.*

Viri fortes, bellicoſi.

Homervs heroum præſtantiſſimos Hectorem & Achillem, formoſiſſimos facit: quia vera & virilis pulchritudo cum omnium actionum bonitate iungitur. Itaque non abs re Socrates pulchros præ cæteris ad philoſophiæ ſtudium admittebat: quoniam vbi vera adeſt pulchritudo, illic quoque ingenij acumen aderit. In fucata verò & muliebri pulchri- H
tudine omnia contrario modo ſe habent.

Turnum à forma pleriſque in locis commendat *Virgilius, vt l.6. Æneidos:*

——— *petit ante alios pulcherrimus omnes,*
Turnus auis atauiſque potens.——— Item,
Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice ſuprà eſt.

P. Scipio Africanus maior, formæ dignitate barbaris in Hiſpania admirationi fuit. *Plut.*

Imbelles, Ignaui.

Nirevs apud *Homer. Iliad.* κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν ἀν- ἀριστεύοντος ἴλιον. & viciſſim apud Troianos Paris γυναιμανὲς τὸ εἶδος ἄριστος eſſe dicitur, probríque loco audit, quod omnium formoſiſſimus eſſet.

Cinædi.

Magnes Smyrnæus poet, præ cæteris mortalibus formoſus, Poëtica inſuper & Muſica ornatus, corona inſignis, aureóque retinaculo redimitus, ac habitu molliore indutus, ciuitates obibat, multis dilectus, præſertim Gygi Lydorū regi. Mulieres certè omnes, Magneſiorum præſertim, ad inſaniam redigebat;

A gebat. Quarum cognati per cauſam quod Magnes in cantico, Lydorum equeſtri contra Amazones victoria, ipſorum nullam mentionem feciſſet, comam eius taſerunt, veſtem ornatumque lacerauerunt, Iratus Gyges, Mageſiorum vrbem diripuit. *Suidas, & Pauſanias.*

TIRIDATES eunuchus, formoſiſſimus omnium in Aſia iuuenum. Eum cùm Artaxerxes rex Perſarum mortem obiiſſe audiſſet, per vniuerſam Aſiā luctum indixit. *Ael.l.12.Var.hiſt.*

PHÆDRVS Elienſis Socrati platonique familiaris & dilectus, cuius nomine liber inſcribitur περὶ τοῦ καλοῦ: puer forma præſtanti à lenone domino ad merendum coactus, & ab Alcibiade redemptus, philoſophiæ traditus eſt. *Gellius l.2.c.18.*

Galeta formoſiſſimus adoleſcens, ob pulchritudinem & animo inſitas peculiares quaſdam virtutes, à Ptolomæo rege Ægyptiorum amatus eſt. *Ælianus de varia hiſt.l.1.*

Gygis Gnidij formoſiſſimi meminit *Horat. l.1. ode 5.*

—— Gnidiuſve Gyges:
Quem ſi puellarum inſereres choro,
—— mirè ſagaces falleret hoſpites
B *Diſcrimen obſcurum, ſolutis*
Crinibus, ambiguoque vultu.

ANTONIVS Bithynicus ex Claudiopoli, Adriani Imp. concubinus, ſummæ pulchritudinis. Qui cùm in profectione Ægyptiaca vel ab Adriano immolatus, vel ſpontè ſua mortuus occubuiſſet, quum Imp. anima hominis deuotis indigeret, inter diuos relatus eſt Adrianus eius à ſe ſtellam viſam aſſeruit, templum ei apud Mantineam & Hieroſolymis extruxit, ciuitatem apud Nilum de eius nomine condidit, imaginem eius inſculpſit, numiſmatis. *Cælius l.11.c.5. Antiq. Lect. & Vol. l.23. Antropol.*

Impudicæ.

PANTICA CYPRIA, ſcribit *Philarchus l.10. Hiſtoriarum*, cùm eſſet apud Olympiadem Alexandri matrem, eam Monimum Pythioni filium in matrimonium popoſciſſe, verum cùm intemperans eſſet mulier, inquit Olympias: O infelix, ex oculis, non autem ex mente ducis vxorem. *Athen.l.13. c.32.*

THEODOTA fœmina formoſiſſima, Socratis diſcipulos, à philoſophiæ ſtudio, ſuo amore captos, abſtraxit. *Æl.lib.13. de Var. hiſtor.*

C PHRYNEM non erat facilè nudam videre, quia longam veſtem geſtabat, neque popularibus balneis vtebatur, Cerealiorum verò Neptunaliorúmque tempore in omnium Græcorum conſpectu poſita, veſtes ſoluens ac comas, ad mare veniebat, & ab ipſa Appelles Venerem ἀναδυομένην, hoc eſt, emergentem pinxit. Praxiteles verò ſtatuarios Venerem Gnidiam ab ipſa formauit, cum illam amaret, *Athen. l.13.c.22.*

Vide de eadem elegantem hiſtoriam, quomodo in conuiuio celebri detexit fucum aliarum matronarum. In *loco de Fuco. Tit. Fucus detectus.*

LAIS Corinthia meretrix, ob formā celeberrimā, certatim ad eam è tota Græcia confluentibus amatoribus, vnde illud: *Non cuiuis homini contingit adire Corinth.* hoc eſt, Laide potiri.

LAMIA, ſcortum ſpecioſiſſimū à Demetrio Poliorcete rege adamatū, quæ & tibiis optimè ceciniſſe dicitur. *Plut. in Demet.*

FLORA meretrix vſque adeo floruit, vt Cecilius Metellus cū ſignis & tabulis pictis ædem Caſtoris exornaret, vna illius pictam imaginem ob venuſtatem ibi dedicarit, *Plut. in Pompeio.*

D *Adoleſcentes.*

Hyas Atlantis ex Æthra filius. *Ouid. l.6. Faſt.*
Nondum ſtabat Atlas humeros oneratus Olympo,
Quum ſatis eſt forma conſpiciendus Hyas.

Acanthus, Amaranthus & Hyacintus pulcerrimi adoleſcentes, in ſui nominis flores mutati finguntur.

HERODOTVS ſcribit, Hippoclidem Tiſandri filium Athenienſem, diuitiis & forma inter procos Cliſthenis Sicyoniorum tyranni F. Agariſtiæ præcipuum fuiſſe.

ALCIBIADEM & puerum, & adoleſcentem & virum cum omni efflorеſcens ætate corporis formā amabilem reddidit & iucundum. Neque enim, vt Euripides dixit, omnium pulchrorum etiam pulcher autumnus eſt: verum Alcibiadi id inter raros alios ex corporis indole & temperatura ſuppeditauit. *Plut. in Alcibiade.*

Virgines.

Virgines formoſas Homerus ἑλικώπιδας appellat, vel quia nigris oculis præditæ eſſent, vel quia ἕλκουσι τὰς ὦπας id eſt conuertunt omnium oculos in ſeſe. Eaſdem olim ἀλφεσιβοίας vocabāt, eleganti epitheto, quod propter pulchritudinem, facilè amatores & procos inuenirent, à quibus boues, aliáque munera acciperent, nondum inuento pecuniæ vſu. Hinc Mera Eriſichthonis filia in varias ſe mutaſſe formas, dicitur. E

THAMAR filia formoſiſſima, Roboam Salomonis filij vxor, quæ ei peperit Abiam. *l.2. Regum c.14.*

Iob filiæ tres poſt reſtitutionem in integrum natæ, Iamma, Caſſia, & Quercuſappuca, quibus pulchritudine pares nullæ in orbe extabant, *Iob vltimo.*

ATHALANTA Arcadis Iaſonis filia, à patre expoſita, & vrſino lacte nutrita, mox à venatoribus inuenta, pulcherrima omnium virginum euaſit ſuo tempore non fucata [illegible], ſed vera ſolidáque pulcbritudine, vt quantum proc[illegible] potis, & ſymmetria omnium membrorum reliquas [illegible]bant, tantumdem & robore. *Æl. l.13. Var. hiſt.*

Parui.

ARISTIPPVS Mulierem paruam, ſed pulchram conſpicatus. Paruum, inquit, malum, ſed magnum pulchrum. Vel ſi mauis inuertere ſententiam. Paruum quidem pulchrum, magnum autem malum. Nam καλὸν & κακὸν apud Græcos facilè permutari poſſunt, *Ant. in Meliſſa, p.2. ſerm.33.*

F *Pontifices, Epiſcopi, Sacerdotes.*

INNOCENTIVS VIII. ſuo tempore inter Alfonſi Siciliæ regis miniſtros omnium formoſiſſimus fuiſſe dicitur. *Volaterranus l.22. Anthrop.*

GVTHERVS epiſcopus Babenbergenſis, qui in Itinere, cum proficiſceretur Hieroſolymas ad terram Sanctam, mortuus eſt anno Chriſti 1064. Princeps præter morum gloriam, & animæ diuitias, corporis quoque bonis apprime ornatus fuit: ſtatura & formæ elegantia, totiúſque corporis integritate ita cæteris præferebatur mortalibus, vt in illa Hieroſolymitana profectione, ex vrbibus & agris ſpectandi eius ſtudio quamplurimi homines confluerent. *Herueld. de Geſtis German.*

Reges, Imperatores. Forma *Principe digna.*

SAVL F. Cis Ieminienſis, è tribu Benjamin, nullí Iſraëlitarum pulchritudine cedebat, & cæteros omnes humeris ſupereminebat. Hic à Samuele rex fuit electus. *1. Reg. 9.*

ADONIAS Dauidis regis F. ex Hagith concubina, frater Abſalon, ſingulari pulcbritudine præditus fuit, & vt forma, ita etiam ſtudio fratri ſimilis in Imperio affectando. *3. Reg. 1.*

AGAG rex Amalechitarum tam pulcher fuit atque proceros, vt cùm Saul Iſraëlitarum rex Amalechitas omnes ex Domini iuſſu interfeciſſet, ſoli Agag pepercerit. Ob quod factum grauem Domini indignationem incurrit. Samuël propheta Agag Galgalis fruſtatim diſſecuit. *1. Reg. 15.* G

ABSALON regis Dauidis F. à veſtigio pedis vſque ad verticem nullo præditus erat vitio. *2. Reg. 14.*

IASON Iolci rex, Argonautarum princeps, forma ſua Medeam ſibi conciliauit. Teſtis ipſamet apud *Ouid.* ita loquens.

Et formoſus eras, & me mea fata trahebant,
Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.

Iliados γ. Priamus in mœnibus Troianorū, accerſitā Helenā percontatur, quinam eſſent, quos procul in Græcorū exercitu conſpiceret, & Agamemnonis formā laudat ad hunc modū.

Ὅς τις ὅδ' ἐστὶν Ἀχαιὸς ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε.
Ἤτοι μὲν κεφαλῇ καὶ μείζονες ἄλλοι ἔασι,
Καλὸν δ' οὕτω ἐγὼν οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν,
Οὐδ' οὕτω γεραρόν, βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικεν. id eſt,
Ille quis eſt, cedo, Graius homo, magnuſque bonuſque?
Sunt alii; hunc, fateor, ſuperantes vertice plures. H
Verùm æquè pulchrum memini me cernere nunquam,
Nec venerandum æquè, regem præferre videtur.

Eraſmus in Adagiis.

Habuit Xerxes in exercitu ΣXVIII. myriades, quæ ratio habet bis & quinquagies centum octoginta tria millia hominum. Herodotus tamen ſcribit, in tanto mortalium numero neminem fuiſſe pulchriorē rege ipſo, aut proceriore ſtatura.

ALEXANDRVM Philippi filium, ſine curatione formæ ſpecioſum extitiſſe perhibent, Capillos enim diſiectos confuſóſque ei pependiſſe, qui erant flaui. Ferunt etiam, formidabile quiddam in facie Alexandri fuiſſe. Homerus cùm vult ſignificare formoſos, arboribus eos comparat: velut.

Ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος. Æl. de Var. hiſt. l.12.

PORVS rex Indorum pulcberrimus, ea proceritate, qua vir nemo poſt Troianum bellum fuit. Cum Alexandro Magno admodum adoleſcens bellum geſſit. *Suidas.*

DEMETRIVS POLIORCETES, Antigoni Aſiæ regis F. corporis proceritate, quamuis procerus, minor parente fuit. Forma verò & faciei venuſtate adeò mira atque excellāti, vt plaſtes vel

pictor

A pictor exprimere nullus imaginem eius poſſet. Eadem enim venuſtatem & grauitatem, terrorem & hilaritatem habebat, confuſáque erat cum iuuenili & feroci vultus aſpectu pene inimitabilis heroïca quædam ſpecies & maieſtas regia, adeò vt qui eum adibant peregrini, cùm decorem viderent, regali excellentia ornatum, admirarentur, & in profectionibus ſpectandi gratia ſubſequerentur. Periode mores inerant ei pariter formidabiles hominibus & grati. Vt enim iucundiſſimus per otium in familiari conſue[...]ne, atque inter pocula, in deliciis, in victu re[...]um omniu[...] molliſſimus: ita vigilantiſſimus rurſus & intentiſſimus erat in [...]bus gerendis aſſiduitate & ſtrennitate[...] qua in re præ cæteris diis Liberum patrem æmulabatur. vt qui optimè vti bello noſſet, contraque pacem ex bellis alere, eſſétque ad hilaritatem ac voluptates maximè compoſitus. *Plutarchus in Demetrio, & Diodorus lib. 20.*

AVGVSTVS CÆSAR forma fuit eximiâ, & per omnes ætatis gradus venuſtiſſima: quanqui & omnis lenocinij negligens, & in capite comendo tam incuriolus, vt raptim cóp[...]bus ſimul tonſoribus operã daret, ac modo tonderet, modò
B raderet barbam: eóque ipſo tempore aut legeret aliquid, aut etiam ſcriberet. Vultu erat vel in ſermone, vel tacitus, adeò trãquillo ſerenóque: vt quidam è primoribus Galliarũ, confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitũ ac remolliſtum, quo minùs, vt deſtinarat, in tranſitu Alpium per ſimulationẽ colloquij propiùs admiſſus, in præcipitium propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos: quibus etiã exiſtimari volebat ineſſe quiddã diuini vigoris: gaudebátque, ſi quis ſibi acriùs contuenti, quaſi ad fulgorem Solis vultum ſubmitteret: ſed in ſenecta ſiniſtro minùs vidit. Dentes raros, & exiguos, & ſcabros: capillũ leuiter inflexũ, & ſubflauum, ſupercilia coniuncta, mediocres aures: naſum & à ſummo eminentiorem, & ab imo deductiorem: colorem inter aquilum candidúmque: ſtaturam breuem, quam tamen Iulius Maratus libertus etiam in memoriã eius, quinque pedum & dodrantis fuiſſe tradit: ſed quæ commoditate, & æquitate membrorum occuleretur: vt non niſi ex comparatione aſtãtis alicuius procerioris intelligi poſſet. *Suetonius.*

CLAVDIO CÆSARI auctoritas dignitáſque formæ non defuit vel ſtanti, vel ſedenti, ac præcipuè quieſcenti. Nam &
C prolixo, nec exili corpore erat: & ſpecie caniciéque pulchra, opimis ceruicibus. Cæterùm & ingredientẽ deſtituebant poplites minùs firmi, & remiſsè quid vel ſeriò agentẽ multa dehoneſtabant: riſus indecẽs, ita turpior, ſpumãre rictu, humentibus naribus: plectra linguæ titubantia, capútque tũ ſemper, tum in quantulocũque actu vel maximè tremulum: *Suetonius.*

COMMODO Imp. pulchra facies & virilis, tranquillæque faces oculis micantes, & criſpa cæſaries: quæ cùm ad Solem velut ignis rutilaret, multi credidére eam aurea ſcobe ſuffuſam. *Sabellicus lib. 5. Enn. 7.*

MAXIMINVS F. formoſiſſ. fuit. Epiſtola quam Maximinus pater ad ſenatum de eo dedit, hoc habuit: Ego cùm propter effectum, quem pater filio debet, Maximinum meum Imperatorem appellari permiſi, tum etiam vt Pop. Rom. & ſenatus ille antiquior, intare poſſit, ſe Imperatorem nunquam pulchriorem habuiſſe. Eam ob cauſam paſſim amatus fuit à procacioribus fœminis, quæ de eo optauerunt concipere. Scribit Ælius Sabinus, tantam pulchritudinem oris fuiſſe in eo, vt etiam caput eius iam morte nigrum, iam maceratum defluenti tabo, pulcherrimum tamen videretur. Denique cùm caput
D patris pilo circumferretur, & ex hoc ingens gaudium eſſet, propè par mœror erat, quòd & filij caput pariter portaretur. *Capitolinus in Maximino Iuniore, & Sab. lib. 6. Enneadis 7.*

DIADVMENVS ANTONINVS Macrini Imp. filius, cùm ſciret ſe forma omnium eſſe pulcherrimũ, purpura aſſumpta, equòque inſidens, exercitui ſe ſpectandi magno fauore dedit. *Capitol.*

Interfecto Conſtante in Sicilia, milites Mezentium quendam coronarunt, hominem adeò formoſum, vt nec pictæ imagini cederet. Hoc verò natu maximus Conſtantis filius, Conſtantinus Pogonatus audiens, quem ipſe pater inſignibus imperij ornarat, in Siciliam cum magna claſſe peruexit, & Mezentium cum interfectoribus patris ſuſtulit.

CAROLVS MAGNVS dignam imperio formam habuit: corpore robuſto, ſeptem pedes ſuos procero, capite rotundo, oculis prægrandibus & vegetis, naſo paulò maiore, facie læta & hilari: inceſſu firmo, voce clara, valetudine proſpera, ceruice interim breuiore, & ventre proiectiore. *Crantz. l. 2. Saxonia, c. 7.*

HENRICO I. Imp. principi prudentiſſimo, forma etiam corporis regiæ dignitatis decorem auxit. *Cuſpinianus A. D.*

CONRADVS Henrici IV. Imp. filius, extra virtutes regias decoræ ac gratioſæ formæ, & proceræ ſtaturæ fuit: omnibus amabilis, affabilis & humanus. *Hedio in Chronico Germanico.* E

ARNVLPHVS Imp. corpore procero & forti, cui regia maieſtas naturâ ineſſe videbatur. Eloquiu blando: litteris, vt tempora ferebant, ſatis eruditus, & in primis Chriſtianæ religioni deditus. *Cuſpinianus A. D.*

FRIDERICVS BARBAROSSA Imper. ſtaturæ mediocris, robuſti pectoris, corporis ſucculenti, viuidæ formæ, vultus gratioſi barbã & pilos in capite rubros habuit. *Hedio in Chron. Germ.*

Conradus filius Friderici II. Imperatoris, Siciliæ rex & Neapolis, tam formoſus fuit, vt Abſalon vulgò appellaretur: verùm ignauus, & à parentis virtute multùm degenerans. *Leander Bonon. in Italia ſua.*

RODVLFVS I. Imp. ſpecie fuit regia, forma quadrata, capite haud magno, crinibus raris, naſo aquilino, Habſporgenſis familiæ peculiari indice, cibi potúſque temperantia miranda. *Cuſpinianus A. D.*

FRIDERICVS dux Auſtriæ, ob elegantiam formæ cognomento Pulcher dictus, captus in prælio a Ludouico Bauaro, aliquandiu in cuſtodia detentus eſt. Sed liberatus, & ad ſuos Viennam rediens, venit demiſſa barba horridus, & ſqualore obſitus, qui pulchritudine & elegantia corporis alios omnes principes ſuæ ætatis ſuperabat. *Idem.* F

SIGISMVNDVS Imp. humaniſſimus, proceræ ac inſignis ſtaturæ, pulchra facie, crinibus criſpis, barba prolixa, quam in Hungarorum gratiam nutriuit. *Idem.*

PHILIPPVS Francorum rex, qui initio ſimultates cum Bonifacio Pontifice Max. deinde profeſſas exercuit inimicitias, tam formoſus fuit, vt ab omnibus cognomento Pulcher ſit cognominatus. *Ritius Neapolitanus lib. 2. Regum Francorum.*

IACOBVS III. Scotorũ rex, corpori forma, & robore, inter principes ſuæ ætatis facilè primus fuit. *Appendix Hiſt. Scotor.*

MAXIMILIANVS I. Imp. humaniſſimus, ſtatura fuit quadrata, in qua Cæſarea maieſtas reſplenduit. Nemo non hunc Imperatorem eſſe, etiam externus, inter triginta maximos Principes, antea non viſum, agnouiſſet, tanta erat oris probitate. *Cuſpinianus A. D.*

Reginæ. G

ARGIA Adraſti Argiuorum regis filia, & vxor Polynicis, fuit mirum in modum ſpecioſa. *Statius l. 2. Theb.*

Egregiam Argiam, nec forma laude ſecundam Deiphylem.

HIERA vxor Telephi regis Myſorum mulier omnium (quas Proteſilaus vidit) maxima & pulcherrima.

ALCESTIS Peliæ Theſſaliæ regis filia, Admeti vxor, formoſiſſima fuit, teſte *Homero. Iliad. 6.* vbi inquit:

Ἄλκηστις Πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη.

PROCIS eam ambientibus conditionem propoſuit pater, qui leoni aprum iunxiſſet, ei ſe filiam daturum. Admetus Apollinis conſilio vſus Alceſtidem obtinuit. *Euſtathius.*

OMPHALE regina Lydorum, facie adeò præſtanti fuit, vt ei ſe ſubmiſerit Hercules. *Propertius lib. 3.* Monſtrorum reliquorum domitor, monſtrorum vt blandiſſimum, ſic infeſtiſſimum Amorem vincere non potuit.

SISIGAMBIS vxor Darij, nulli ſuæ ætatis fœminæ pulchritudine ceſſit, teſte Curtio: quam tamen victo Dario Alexander non ſolùm non violauit, ſed & ſummam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.

ANVTIS Bagaæi vxor, vt aſſerit *Dinon. l. 5. Rerum Perſicarum,* ſoror fuit Xerxis ex eodem patre, vt pulcherrima omniũ mulierum, quæ eſſent in Aſia, ita intemperãtiſſima. *Ath. l. 13. c. 32.* H

Scribit *Theopompus, libro Hiſtoriarum 56.* Xenopitham Lyſandridæ matrem, omnibus mulieribus pulchriorem fuiſſe, quæ ſunt in Peloponneſo: quam Lacedæmonij vnà cum Chryſe ſorore interfecerunt, poſtquam Ageſilaus rex ſeditione excitata fecit, vt inimicus ipſius Lyſandrides à Lacedæmoniis in exilium fugaretur. *Ather. lib. 13. cap. 32.*

ALEXANDRA Hyrcani filia, ex Alexandro Ariſtobuli regis filio liberos habebat, alterũ formoſiſſimum, nomine Ariſtobulum, alterũ Mariamnen Herodis coniugem, inſigni pulchritudine fœminam. Gellius M. Antonij Triumuiri amicus, ex Ægypto ob quædam negotia in Iudæam profectus, vt vidit Ariſtobolũ, delectatus eſt eius forma, admiratus ſtaturã adoleſcentis ſimul & pulchritudinem, nec minùs Mariamnen regiã coniugem, felicémque prole Alexandram prædicans, cum ea colloquutus, perſuaſit, vt depictas amborũ effigies ad Antoniũ mitteret: fore enim, vt his conſpectis, ille nihil non à ſe

impetrari pateretur. His verbis excitata mulier, eas effigies
A ad eum tranſmiſit. *Ioſephus lib.15. cap.1. Antiquit.*

Cleopatra mulierum omnium, quas C. Iulius Cæſar, dum Pompeium inſequeretur, in Ægypto inuenit, formoſiſſima: cuius venuſtate & oris facũdia captus, non tantùm amauit ipsã, ſed in eo etiam diſſidio, quod cum fratribus habuit, pro ipſa, parùm iuſtus iudex aduerſariis viſus, ſtetit. *Dion.*

Zenobia Palmyreorum regina ſub aquilo fuiſſe colore traditur, oculis nigris, ſupra modum vigentibus, venuſtate eximia, dentibus adeò candidis, vt margaritas pleriquè dentium loco eam ſibi concinnaſſe crederent: vox clara & virilis. *Sabellicus lib.7. Ennead.7.*

Saxo Grammaticus, lib.8. Danicæ hiſtor. ſcribit Suauildam reginam tantæ fuiſſe pulchritudinis, vt quum vincta loris expoſita eſſet equinis calcaribus obterenda, ipſis quoque iumentis horrori fuerit, artus eximio decore præditos conculcare.

Aluida Siuardi Gothorum regis F. virgo pulcherrima. *Ioan. Magnus lib.7. cap.10.*

Alfreda Horderij Cornubiæ ducis F. pulcherrima. *Polyd. lib.6. & Ranulphus lib.6. cap.11. & Vuilhelmus Mamelsburienſis lib.2. cap.46.*

B Giſela ſoror Henrici II. Imp. formoſiſſima. Cuius ſpecie captus Hungarorum rex, eam tandem impetrauit, cùm ſacro baptiſmatis fonte ſe tingi pateretur. *Annales Hungarorum.*

Regem Franciæ narrant captum Ægydiæ Roberti II. Scotorum regis F. amore pictorem miſiſſe in Scotiam, vt per occaſionem benè inſpectam depingeret. Quùmque ille imaginem expreſſam eleganter reportaſſet, tanta accenſum fuiſſe virginis potiundæ cupiditate, vt extemplo legatos ad eam poſcendam miſerit. Sed præuentus à Guilielmo Douglas iuuene fortiſſimo cui ob ſingulare robur pater filiam deſponderat, ſpe fruſtratus eſt. *H. Boēthius lib.16.*

Duces.

Tigranes cum LX. millibus ad tutandam Ioniam à Xerxe relictus, omnium Perſarum & ſpecie, & ſtatura eminentiſſimus fuit. *Herod. l.9.*

Xenophon Grylli filius, Athenienſis, pago Archieus, verecundus admodum fuit, & formoſus. *Laert. l.2.*

Ephæstion Macedo, vnus è ducibus Alexandri, apud regem primas tulit ob corporis pulchritudinem atque præſtantiam. Cui rei argumento eſt, quòd cum Alexander deuicto
C Dario, tentoria cum ſolo Ephæſtione inuiſeret, vbi regiæ mulieres erant: mater Darij obuiam illis procedens, Ephæſtionem pro Alexandro adorauit, quod forma maiore & auguſtiore viſus eſſet. *Arrianus Græcus de geſtis Alexandri.*

Tanta ſpecie ad exprimendum militare decus in Magno Sfortia, diſſimilium rerum partes ratione atque ordine reſpondebant, vt à rudibus ruſticaniſque, qui eum nunquam vidiſſent, pari inter multos cultu, & ſæpe ſine comitatu, vel omnium princeps ac imperator noſceretur & ſalutaretur. *Iouius in vita Magni Sfortiæ.*

Matrona.

Sara Abrahæ patriarchæ vxor, pulcherrima fuit, adeò vt Pharao Ægyptiorum rex eam matrimonio ſibi copularit, cùm Abraham ſororem ſuam eſſe diceret, non vxorem, ne ab Ægyptiis interficeretur. *Geneſ.12.* Eadem nonageſimo ætatis anno ab Abimelech Gerarorum rege rapta fuit. *Geneſ.20.*

Rebecca vxor Iſaac pulcherrima, adeò vt Iſaac Geraris peregrinatus, ſororem ſuam eſſe dixerit: ne ſi vxorem eſſe diceret, à Palæſtinis interficeretur. *Geneſ.26.*

Penelopes formam Homerus commendat, inquiens:

Ἥ δ' ἴεν ἐκ θαλάμοιο περίφρων Πηνελόπεια,
Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἢ δὲ χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ.

D Ex thalamo prodibat prudens Penelopea, Dianæ ſimilis, & aureæ Veneri.

Panthea vxor Abradatæ Suſiani (quam Cyrus expugnatis Aſſyriorum caſtris duxerat captiuam) Araſpæ Medo ſeruanda tradita eſt, qui apud Cyrum affirmauit, nondum eſſe ortam, aut omnino inueniam tota Aſia pulchriorem. *Xenophon.*

Thargelia Mileſia quæ quatuordecim viris nupſit, forma fuit omnino perpulchra, & ſapiens, velut teſtatur Hippias ſophiſta. *Athen. lib.13. c.32.*

Lvcretiæ formam tanti fecerunt Romani, vt eam ſuis monumentis vbique celebrauerint, & vindicauerint à mortalitate: nec ſolùm ob eximiam pulchritudinem, verùm etiam ob caſtitatem quòd vim Tarquinij gladio ſit vlta.

Plutarchus in Lucullo ſcribit, Præciam quandam fuiſſe in vrbe Roma fœminam, venuſtate formæ nulli ſecundam, quæ E ſua pulchritudine Cethegum ſibi deuinxerit, adeò vt nihil probaretur Cethego, quod Præcia non iuſſiſſet.

Vidua.

Ivdith Manaſſis viduæ Betbulienſis pulchritudo ſingularis fuit, eamque Dominus ipſe adauxit, vt Holofernem deciperet, populumque liberare poſſet. *Iudith. 10.*

Concubina.

Phylarchus Timoſam commendit *lib.*. Oxyartæ pellicem omnes alias mulieres forma ſuperaſſe, quam rex Ægyptiorum Statiræ regis vxori dono miſit. *Athen.* 13. .2.

Thermvsa ob pulchritudinem, Pharaati Parthorum regi acceptiſſima. *Ioſephus l.18. c.3. Antiq.*

Famuli. Serui.

Ioseph F. Iacob patriarchæ, formæ ſingulari venuſtate fuit: eapropter ab heri ſui Putiphatis vxore ad ſtuprum fuit interpellatus. *Geneſ.39.*

Bartholomævs Capranus, Mediolanenſis Eccleſiæ antiſtes, idcirco ſe Miniſtros forma præſtantes quæſiuiſſe dicebat: quoniam turpes animi, turpia corpora incolerent: improbitatem autem in egregia forma perrarò compertam eſ- F ſe. *Æneas Syl. l.2. comment. de Rebus geſtis Alphonſi.* Aſpaſio Rauennati, magiſtro epiſtolarum imperatoris Alexandri Mammeæ F. hoc etiam dicterium adſcribitur.

Serua.

Bryſeidis amore Achilles flagrauit, licet captiuæ. *Horat.*

——prius inſolentem,
Serua Bryſeis niueo colore mouit Achillem

Vsvs, Frvctvs. Forma Occasionem Præbens.

Deorum Amori.

Scitum eſt illud Ariſtotelis, qui interrogatus cur fieret, vt pulchri tam facilè ab omnibus amarentur: cæci eam interrogationem eſſe dixit. Et Græci ſapienter ſua lingua Pulchro ex eo indidêre nomen, quòd omnes ad ſe alliciat. Dixerunt enim καλὸν, παρὰ τὸ καλεῖν, ὅτι πάντας ἐφ' ἑαυτὸ καλεῖ. Teſtati ſunt idem vulgato olim prouerbio: quo dicebant, quod pulchrum eſſet, id demùm amicum eſſe: cuius originem ad Muſas & Gratias referunt: quæ cùm conueniſſent ad nuptias Cadmi & Harmoniæ, pulchrum carmen, quo ea ſententia contineretur, immortali ore cecinerint: nouæ nuptiæ pulchritudinem, vt veriſimile eſt, commendantes. Hoc de ſapientiſſimo G poëta Theognide cognouimus: cuius hæc ſunt:

Μοῦσαι καὶ Χάριτες, κοῦραι Διός, αἵ ποτε Κάδμου
Ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, καλὸν ἀείσατ' ἔπος.
Ὅτ. Τὸ καλὸν φίλον ἐστι, τὸ δ' οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστί.
Τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.

Ant. Muretus 4. Var. Lect. cap.4.

Deæ rapuerunt pulcherrimos, quibuſcum & verſantur. Aurora cum Cephalo, Clito, & Tithono. Ceres cum Iaſione, Venus cum Anchiſe & Adonide. *Athen. lib.13. c.7.*

Endymion paſtor à Luna in montibus Cretæ adamatus dicitur.

Ganymedes Trois filius, regis Troiæ, ob admirandam pulchritudinem ſuam ab aquila raptus eſt in cœlum, vt Iouis pincerna eſſet. *Pindarus, de quo infra fuſius.*

Hylam Thyadamantis filium ob formam adamauit Hercules, & Nymphæ rapuerunt.

Antiope filia Nyctei, & vxor Lyci regis Thebarum, propter formam à Ioue adamata eſt, ex quo Zetum & Amphionem ſuſcepit.

Tyro puella, Salmonei filia, ob formam à Neptuno adamata. H

Æginam Aſopi regis Bœotiæ filiam, ob excellentem pulchritudinem adamauit Iupiter; iacuitque cum ea in ſpecie ignis.

Amori inſano.

Medvsa incredibili ſua pulchritudine amatores partim in ſaxa partim in bruta conuertit. Saxei autem fiunt homines, & in brutorum tranſeunt naturam, qui mulierculareum forma & illecebris capti, vitam agunt intemperantem & libidinoſam. *Platina Dialogo ad ſtellam, & Viues in 18. lib. de Ciuit. Dei cap.13.*

Hecubæ ad Menelaum, de Helena, *apud Eurip. in Troadib.*

Ὁρᾶν δὲ τήνδε, φεῦγε, μή σ' ἕλῃ πόθῳ.
αἱρεῖ γὰρ ὄμματ' ἀνδρῶν, ἐξαιρεῖ πόλεις,
πίμπρησι δ' οἴκους, ὧδ' ἔχει κηλήματα.

Sed

Sed cernẽs hîc, fuge, nec te capiat amore: capit enim oculos
A viroruм, delet ciuitates, accendit ædes: ſic habet mulcimenta.

Spurioa Hetruſcus adoleſcens egregia forma, cùm fœminas viroſque ad libidinem aſpectu decuro inuitaret, oris pulchritudinem vulneribus ſponte dehoneſtauit. *Valerius de Verecundia, & Ambroſius lib. 3. de Virginitate.*

Raptui.

Ganymedes Trois Phrygij regis filius, adoleſcens fuit ſpecioſiſſima forma, quem Tantalus venantem maxima celeritate rapuit, & in Cretam perlatum Ioui dono dedit: hunc Iupiter habuit in delicijs concubinum. Fabulantur poëtæ, Iouem in aquilam verſum eum rapuiſſe, præfeciſſéque poculis loco Hebes & Vulcani, Iunonis liberorum, vertiſséque in ſignum cœleſte, quem nunc Aquarium dicimus. *L. Viues in lib. . Auguſt. de Ciuit. Dei, cap. 26.*

Helena filia Iouis, ex Leda vxore Tyndari regis Laconiæ, ob eximiam pulchritudinem bis rapta fuit. Primùm adhuc puella à Theſeo, ſecundò iam Menelao nupta à Paride. Propter quam recuperandam Græci Troianis decennale bellum intulerunt. Eiuſdem pulchritudo flexit apud Homerum ſenes Troianos, qui Scæam portam conſcenderant, Paridis & Menelai certamen inſpecturi. Eò namque cùm omnium tanti certaminis præmium aſcenderet, elegantia formæ adeò men-
B tes ſapientiſſimorum virorum cepit, vt tantum bellum eius cauſa meritò dicerent eſſe concitatum. *Platina Dial. ad Stellam, contra amorem.*

Harmione filia Helenæ & Menelai, matrem forma ferè & fato imitata, cùm Oreſti deſponſata eſſet, à Pyrrho rapta fuit.

Inceſtui.

Bellarophon à Stenobœo, Prœti Argiuorum regis vxore: nouerca ſua, propter formam adamatus, cui tamen aſſentiri noluit.

Hippolytus Theſei filius, pulcherrimus, & formæ nomine à nouerca Phædra expetitus.

Adulterio.

☞ *Vide Tit. Adulter. Hic incentiuum, illic factum conſideratur.*

Credibile eſt Berſabeam, Vriæ vxorem, eleganti fuiſſe forma, quæ ſapientiſſimum illum regem & prophetam ſanctiſſimum Dauidem vſque adeò titillauerit, vt religionis oblitus, adulterio & homicidio (Vriam enim deuouit morti) ſuam contaminauerit ſanctitatem. *Stroza pater:*

Ille ſacri vates operis Ieſſeia proles,
Præfecit populo quem Deus ipſe ſuo,
C *Berſabea captus forma eſt.*

Certamini, Concertationi.

☞ *Vide Tit. Riualium.*

Herodotus ſcribit Agariſtam Cliſthenis Sicyoniorum tyranni filiam, adeò formoſam extitiſſe, vt ad habendas eius nuptias, celebrata ſint procorum ſpectacula & certamina, ad quæ ſpecioſiſſimi quique Græciæ adoleſcentes confluxerũt.

Ad Hippodamiæ Oenomai Eleorum regis F. impetrandas nuptias, celebrata ſunt certamina procorum nobiliſſ. ex tota Græcia concurrentium. Victo mors præmium erat, victori puella. Multis ab Oenomao iugulatis (quo nomine Iſſehomache Propertio dicta videtur) tandem arte vicit Pelops.

Fumo.

Hetruſcarum mulierum opinio eſt, & tanquam prouerbium quoddam patrio ſermone celebratur vox, qua fertur fumum Pulchriorem totius domus perſequi. Opinio vana, ſed quæ multis ſæculis & apud diuerſas etiam gentes, viguit: antiqui
D enim quoq; Græci hoc ita ſe habere exiſtimabãt. Ariſtophontis comici paraſitus apud *Ath. lib. 6. Dipnoſ.* de ſeipſo inquit: —— τῶν καλῶν ἀπάντων καπνός: ſe in formoſis tentandis fumum eſſe, hoc eſt, exploratorem egregium: vt teſtimonio comici poëtæ intelligitur. *Victor. lib. 3. Var. lect. cap. 21.*

Morti.

Narcissus filius Cephiſi, & Lyriopes. Eius deſiderio quum Nymphæ intabeſcerent, mutatus eſt in florem ſui nominis: *Ouid. lib. 3. Metamorph.*

Musæus poëta formam Leandri pueri ex Abydo (qui Ero puellam adamauit, & ab ea redamatus eſt) multis laudibus celebrauit.

Democles Athenienſis, ob formam Pulcher Democles ab omnibus vocabatur. Sed eidem (quod paucis admodum formoſis contingit) tanta quoque extitit pudicitiæ cura, vt ad declinandam vim Demetrij Poliorcetis (à quo petebatur ad ſtuprum) ſe in plenum feruentis aquæ lebetem (cùm aliter effugere non poſſet) coniecerit. *Plutarch. in Demetrio.* E

Coniugio fortunato.

Abisag Sunamitis, puella formoſiſſima, ex omnib. Iſraëlitidis electa fuit, quæ regẽ Dauidem iam ſenio confectũ, neque veſtigiũ iniecto caleſcentem, ſuo complexu foueret. *3. Reg. c. 1.*

Hadassa, ſiue Eſther, puella vtroque parente orbata, à Mardochæo patruo ſuo Iudæo Babylone educata, propter formæ elegantiam Artaxerxis regis Perſarum coniugio dignata eſt. *Eſther. 2. & Ioſephus lib. 11. cap. 6.*

Ariadne filia Minois, forma fuit eleganti, quam propterea Bacchus duxit in vxorem, eiúſque coronam ſtellis ornatam in aſtra retulit.

De Semiramide alij alia dicunt. Ea fuit inter omnes fœminas ſpecioſiſſima, tametſi remiſſiùs & negligentiùs formam curabat. Cùm veniſſet ad regem Aſſyriorum, vocata propter formæ pulchritudinem, ille vbi vidit, ſtatim eam deperire cœpit. At illa petiit ab rege muous, ſtolam regiam, Atq; que imperium ad quinque dies, & eorum, quæ in hoc gererentur, poteſtatem. Neque fruſtrata eſt eam petitio. Cùm verò collocaſſet eam rex ſuper thronum, & ipſa iam manu ſententiáque cunctorum potens eſſet: mandauit ſatellitibus, vt regem interficerent. Atque ſic Aſſyriorum imperium obtinuit. *Refert hæc Dion. Ælian. lib. 7. de Var. hiſt.*

F Rodope omnium in Ægypto mulierum fuit formoſiſſima: cui lauanti cùm aquila calceum abſtuliſſet, Memphímque deportatum Pſammetico regi in ſinum iniecisſet; ipſe miratus, calcei pulchritudinem, inueſtigauit cuius calceus eſſet: & Rhodopeo iuuentam, in vxorem duxit. *Æl. de Var. hiſt. lib. 13.*

Aspasia Hermotini Phocenſis filia, quæ poſtea Cyro minori nupſit coacta, omnes ſua ætate virgines formæ elegantia ſuperauit. Eius formam *Ælian. lib. 12. Var. hiſt.* deſcribit, coma flaua, capilliſque paulum criſpantibus præditam. Oculos habebat maximos, & aduncum quodammodo naſum, aures breuiores. Cutis tenera, & vultus color ad roſeum accedebat: ob quam cauſam eam Phocenſes, cùm adhuc infans eſſet, Milto nuncuparunt. Labra rubicunda, dentes niue candidiores. Plantis etiam pedum valebat, quemadmodum Homerus pulcherrimas fœminas ſuo quodam vocabulo καλλισφύρους nominat. Vocem habebat ſuauem & teneram, ita vt ipſa loquente Sirenem audire te diceres: ab omni curioſitate muliebri, & ornatu aliena, vtpote ab inope parente enutrita. Cyrus itaque minor Perſarum rex, eius pulchritudine ſimul & pudicitia motus, eam in vxorem duxit, & poſt hunc etiam
G Artaxerxes. *Ælian. lib. 12. de Var. hiſt. à principio.*

Phyam corollas vendere ſolitam, quæ Piſiſtrato tyrannidem ſtabiliuit, inſtar Palladis pulchram fuiſſe Phylarchus ſcribit. Eam Hipparcho filio ad communes nuptias Piſiſtratus tradidit. *Athen. lib. 13. Cap. 31.*

Magnus Alexander, totius propè Orientis victor & Imperator, Rhoxanam, ſatrapis barbari filiam, matrimonio ſibi iunxit, ob ſolam eius pulchritudinem. *Curtius lib. 5.*

Constantinus Angelus Philadelphienſis, genere non admodum nobili ortus, ſed procera ſtatura, & inſigni, forma præditus: Eudociam (non Theodoram) Alexis aut Manuelis Comneni imper. filiam, pulchritudine pronuba, vxorem duxit. *Nicetas lib. 11. de rebus Manuel.*

Paulus Diaconus ſcribit, Theodoten puellam Romanam, flauis promiſſiſſiſque capillis ad pedes vſque pendẽtibus, pulchritudine ſua Cunibertum regem Lõgobardorum mouiſſe.

Roxiena Hengiſti Saxonum ducis F. & ethnica formæ cauſa à Vortigerno Britannorum rege Chriſtiano, repudiata
H priore in vxorem ducta, Britannorum regnum Saxonibus contulit. *H. Boëthius lib. 8.*

Regno.

Barbari corporis maieſtatem imperio dignam iudicant. *Sab. lib. 6. En. 4. ex Strabone.*

Bassianus Solis ſacerdos apud Phœnices, ob formæ elegantiam (nam Baccho ſimillimus videbatur) à militibus occiſo Macrino; Imperator dictus eſt. *Sa. lib. 6. En. 4.*

Libertati.

Nicia Athenienſis Seruus Bacchi habitu in choragio quodam tranſiens, ob formam & proceritatem corporis eximiam ita commouit populum, vt in eius gratiam Nicias ſeruum ſtatim manumiſerit. *Plut. in Nicia.*

* Apophthegmata Ethnicorum.

Bion, formam dicebat eſſe bonum alienum. Sentiens, extra hominẽ eſſe, quod ipſe ſibi nec dare poteſt, nec tueri datum.

A Animi bona verè noſtra ſunt. *Laert. libro quarto capite ſeptimo.*

Zeno Cittieus formam aiebat eſſe vocis florem: aut contra, quemadmodum ab aliis refertur, vocem eſſe formæ florem. Nam loquentis orationem commendat forma, & rurſus oratio compoſita gratiam addit formæ. *Laert. l. 7. cap. 1.* Idem Dicenti formoſo cuidam, non videri ſibi amaturum ſapientem. Nihil ait, vobis formoſis eſt infelicius. *Bruſ. l. 2. cap. 44.*

Socrates vocabat formam modici temporis tyrannidem. *Bruſ. l. 2. cap. 44.*

Plato, cum exprimere tentaret, quidnam forma hominis eſſet; Naturæ priuilegium vocauit. *Bruſ. l. 2. cap. 44.*

Diog. Formoſum adoleſcentem formæ cauſa amari conſpicatus, dixit: Quin operam das adoleſcens, vt corporis amatores ad animum transferas? *Ant. in Meliſſ. ſer. 60. p. 1.* Hoc autem *Stob.* ad Æſopum re[illegible]. Idem conſpecto adoleſcente mollius cópto, dixit: Si viris quidē te ornas, infelix es: ſin mulieribus, iniuſtus. *Ant. in Meliſſa, part. 1. ſer. 60.* Idē ſpecioſa ſcorta reginas appellabat, multos, n. facere, quæ præceperint. *Stob. ſer. 63.*

Ariston. cum adoleſcentē ſe comedere vidiſſet. Non erubeſ-
B cis quod cùm natura te virum fecerit, tu teipſum effœminas? (*Ant. in Meliſſ. p. 1. ſer. 69.* Idem, Cùm iuuenis quidā facie formoſus, ſed motibus petulans, inter alia conuitia ei diceret: Si tam exoſus eſſem ciuibus, vt tu es, laqueo vitam finirem, reſpondit: Ego vero laqueum mihi inferrē, ſi ita me ciues amarent vt te: Notauit autem adoleſcentis petulantiam Ariſtoteles, cui oſtendebat, quam turpiter ob eam inſignem corporis formam à ciuibus adamaretur. *Ant. in Meliſſ. p. 1. ſer. 8.* Idem percontanti, qui fieret, vt cum formoſis diutius ac lubentius confabulemur. Reſpondit, eam percontatione eſſe cœci. Cœcus enim non ſentit formæ illecebram, nihilo magis quam colorum gratiam. *Laert. l. 5. c. 1.* Idem Pulchritudinem dicebat quauis epiſtola efficaciorem ad commendationem. Sunt qui hoc aſcribant Diogeni. Ariſtotelem vero formam ſolitum appellare donum, quia gratia contingit à natura. Eandem Socrates appellauit exigui temporis tyrannidem, quod formæ gratia mox defloreſcat: Plato naturæ prærogatiuam, quod
C paucis contingat. *Laert. lib. 5. cap. 1. Stob. ſer. 63. Bruſ. l. 2. cap. 44.*

Isocr. Eos qui pulchrum habent corpus, animam autem malam, dicebat, optimam habere nauim, gubernatorem autem malum. *Ant. in Meliſſ. part. 1. ſer. 60.*

Agesilaus interrogatus cur aleret comam? Quoniam inter ornamenta reſpondit, minimo conſtat. *Stob. ſerm. 63.*

Carneades ſciſcitatus, quid forma hominis eſſet? Regnum ſine ſatellitio, reſpondit: quoniam formoſi impetrant quicquid volunt nulla vi adhibita. *Laert. Stob.*

Theophrast. Pulchritudinem nihil aliud eſſe dicebat, quam tacitam deceptionem, aut ſilentem fraudem, quod abſque verbis perſuadeat. *Laert.*

Æſchinem & Philocratem, ex decem illis legatis haud poſtremi nominis, ab Athenienſibus ad Philippum Macedoniæ Regem miſſis, & formā Philippi Regis plurimum laudantes irriſit Demoſthenes, dicens. Quod in Philippo admodū formam laudatis, id habet cum aliis mulieribus commune. Senſit vir prudentiſſimus, Regis boni virtutes nequaquā in forma corporis poſitas eſſe, ſed in animo rectè compoſito. *Plut.*

Æsopus ei qui corporis forma male vtebatur: pulchra veſte (inquit) indutus, male eam exuis. *Max. ſer. 44.* Idem cum
D per conuitium facie deformi eſſe, ac turpi notaretur, ad eum à quo contemnebatur: Iniquus plane Cenſor es, inquit, qui de forma mea pronunciaturus, vultum damnas, animi autem ſpeciem non intueris. *Stobæus, Antonius, & Maximus.*

Quidam adoleſcens curarat ſeſe ex ære ſculpendum & ad eam imaginem ſeſe conformabat. Huic Antiſthenes: Si æs poſſet vocem edere, qua de re potiſſimum gloriaretur? De pulchritudine, inquit adoleſcens. Non, inquit, igitur erubeſcis, qui eum in animo gloriaris? Voluit autem ſignificare, de forma non gloriandum eſſe, quæ facile variis caſibus ac morbis gratiam amittit. *Laert. l. 6. cap. 1.*

Theocritus cum diu multúmque cogitaſſet, quo pacto oſtendere hominibus poſſet, quidnam pulchritudo corporiſque venuſtas eſſet: Demum eburneum detrimentum eſſe pronunciauit: quod grata quidem ſit aſpectui, ſed multorum incommodorum cauſa. *Stob.*

In Philopœmen cum iocaretur Titius Flaminius deformitatem corporis eius illudens, diceretque vultu quam maximè iocoſo & hilari, quid Philopœmen, cum pulchras manus, curas etiam per quam pulchra habeas, quod ventrem ipſe non habeas? Ad ea Philopœmen: Quid, Romanorum Imperator eximiæ, cum egregi[illegible] pedire[illegible] ſt[illegible] ſuos ma[illegible] equites habeas, quod pecun[illegible] ha[illegible] Flaminius perſæpe inopia rei pecuniariæ laborabat, quem admodum Philopœmen tenuitat[illegible] ventr[illegible], ac med[illegible] corporis grac[illegible]tate. *Pont. e Plut.*

Domitius nec quicquam gratius hominibus eſſe dicebat Forma & decore, nec quicqu[illegible] nec tam br[illegible]ius. *B[illegible] l. 2 [illegible]. 44.*

L. Crassus, apud Perp[illegible] iud[illegible]em def[illegible]nd[illegible] A[illegible] nem quem accuſabat L. Ælius Lamia ho[illegible] quum interpellaret odioſe. Audi[illegible]mus, inqu[illegible] C[illegible] chellum puerum. Huic dicto quum eſſet ri[illegible]um [illegible] inquit Ælius, ipſe mihi fingere potui [illegible] formam [illegible] Tum Craſſus: Audiamus igitur, inquit, d[illegible]ctum [illegible] riſum eſt vehementius. *Cic. l. 2. de Orat.*

[illegible] Lælius in Galbam Oratorem eloquen[illegible], ſed gibbo deformem, ita luſit, M. Læliu[illegible] vt dic[illegible], [illegible]genium Galbæ malè habitare. Nam animi do[illegible]m eſt corpus. *Eraſmus l. 6. apophth.*

Cicero cum Voconium forte obuium haberet cum filiabus tribus inſigniter deformibus, tacite ad amicos dixit verſiculum Græcum. F

[illegible] id eſt,

Phœbo haud ſinente hic ſeminauit liberos.

Sentiens, illum inuito Apolline liberis operam dediſſe: ſiue quod Apollo pulcher à Poëtis fingitur, ſiue quod oriēte ſole fœtus exiſtimēt concipi feliciores. *Plut. i Romanorum apophth.*

CHRISTIANORVM.

Quantum Bartholomæus Captanus Epiſcopus Mediolanenſis, ancipiti hoc Formæ bono oblectatus fuerit, vel ex eo colligimus, quod nunquam, niſi quos natura etiam corporis habitu exornaſſet, in ſuam familiam adſciuerit. Rogatus autem cur id faceret; reſpondit: Quia turpes animi, turpia corpora incolunt: improbitas in egregio corpore vis comperta. Ita quidem ille. Cautiùs tamen & verius *Iuuenalis.*

—— Rara eſt concordia formæ

Atque pudicitiæ: ſanctos licet horrida mores G

Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas.

Ex Æn. Syl. l. 2. Comm. de Geſt. Alphonſi. Beyerlink in apoph.

Etiam in Principe, præter virtutum ſplendorem, externam corporis formam ſuam habere laudem aſſerebat Cardinalis Petrus Aldubrandinus; dicebat enim: Etſi faciendum ſit de Principe iudicium ex moribus: habet tamen Principis forma & decor non minimum ad maieſtatem ponderis. *Henricus Farneſ. in apophth. de Principe. Beyerlink ſupra.*

Et quis hic Ducem Borgiam tranſeat, verum humani generis delicium? Viderat Iſabellæ Auguſtæ cadauer (quod à Cæſare iuſſus in regium monumentum efferri curabat) omnino deforme, & pædore obſitum ac ingemens, cùm ſecum tacitus præſentia præteritis adunaret, tandem erupit: Nimirum hæc rerum humanarum viciſſitudo. I nunc, fragile illud formæ bonum demirare. Hæcce tanti ſpectaculi conſideratio ita eius mentem commouit, vt deinceps non niſi de interiori animæ forma cogitaret. *Ribaden. lib. 1 Vita eius, cap. 7.*

FORMÆ SIMILITVDO.

☞ *De ſimilitudine oris, & totius corporis, altiore doctrina præditi ſubtiliùs diſputant, eorúmque alij in ea ſunt opinione, vt exiſtiment illam origini & contextui ſanguinis reſpondere. Nec paruum argumentum ex cæteris animalibus trahunt, quæ ferè gignentibus ſimilia naſcuntur. (Sic Heſiodus inquit, [illegible] (de caſto loquens coniugio) alij negant certam hanc eſſe naturæ legem, ſed ſpecies mortalium, prout fortuita ſors conceptioni obtulit, attribui atque ideo plerúmque ex ſpecioſis deformes, ex robuſtis inualidos partus edi. Val. Max. lib. 9. cap. 15.* H

INTER SANGVINE IVNCTOS. SIC SIMILES SVNT.

Minores · Maioribus.

In primo prælio, quo Pyrrhus Epirota Demetrij ducem Pantauchum fudit, non ita incendit & offendit Macedonas, vt opinionem & admirationem de ſe virtutis & ſermonem præbuit his, qui facta ſua conſpexerant, & in pugna fuerant ſecum congreſſi. Nam vultum exiſtimabant & agilitatem motúmque referre eum Alexandri, illius etiam impetus & feruoris inter pugnandum cernere ſe vmbras in hoc & imagines: cùm alij reges purpura, ſatellitibus, flexu colli, & elatiore ſermone, Pyrrhus factis militaribus & ſtrenuitate vnus Alexandrum redderet. *Plut. in Pyrrho.*

M. Antonio Triumuiro formæ ingenua dignitas fuit, & barba

A barba prominſſa: frontiſque amplitudo & naſus aduncus faciem virilem repræſentare pictis & ſculptis Herculis ſimulacris germanam videbatur. Fuit etiam vetus fama, ducere ab Hercule Antonins genus, atque eſſe ab Antone Herculis filio prognatos. Quem timorem corporis ſpecie & veſtitu confirmare exiſtimabatur. Quippe cùm pro ſiturus in multorum conſpectum eſſet, ſemper tunicam ad coxam incinctam, habebat grandem gladium, ſpendebat ex cingulo, & rigido ciliſo amiciebat ſe. Atque etiam importuna aliis videbantur, iactantia, dicacitas, perpotatio in publico, ſedere inter veſcendum, & cibum ſumere aſſiſtentem ex militari menſa incredibile dictu, quantam beneuolentiam ei & deſiderium conciliauit militum. Iam nec amores eius veneribus carebant: verum & his allexit multos, dum amantes adiuuit, neque ægrè tulit in amores ſuos dicta. *Plut. in Antonio.*

Theodosivs I. Imp. referebat genus ſuum in Traianum; cui & moribus & corpore perſimilis fuit tā vultu quam inceſſu. Nam & eminens vtriuſq; fuit ſtatura, & par cæſaries, ingentes oculi, vterque comis ac clemens. Violentiam tamen & triumphandi cupiditatem, plus deteſtatus eſt Theodoſius, quàm B Traianus. Quemadmodum autem Traianus labentem Remp. in priſtinas vires reſtituit: ita hic Imperium Romanum, quod otio & negligentia trium principū, Valentis, Gratiani, & Valentiniani conſenuerat, diſſenſione partium dilaceratū, veluti noua pelle iuueneſcere fecit, & lacertos mouere. *Cuſp. A. D.*

Liberi Parentibus.

Lymirni vxores habent communes, & liberos communiter alunt, vſque ad annos quinque. Deinde ſexto anno, pueris omnibus congregatis, ſimilitudines ipſorum ad viros conijciunt; & vnicuique ſimilem tradunt puerum ceu parenti, quem ille acceptum pro filio educat. *Stobæus ſerm. 42. ex Nicolai hiſtoria de Gentium moribus.*

Evandra Arcadum rex, ſimul primùm eſt Æneam contuitus, in patris Anchiſæ memoriam eſt illum complexus: Vt te fortiſſime Teucrum (inquit) Accipio agnoſcóque lubens: vt verba parentis; Et vocem Anchiſæ magni, vultúſque recordor. *Lud. Viues de Chriſtiana fœmina lib. 1.*

Semiramis Nini Aſſyriorum regis vxor, omnium belliċoſiſſima, lineamentis oris perſimilis filio Nino; nudæ vtri- C que genæ, nec erat per ætatem diſſona à puerili fœminea vox ſtatura corporis nil, vel modicum, grandiuſcula differebat à gnato. Eius itaque perſonam & ſexum mentita, multis annis poſt mariti mortem Aſſyriis, magna cum laude & imperij incremento, imperauit. *Diod. Siculus Iuſtinus l. 1. Sab. l. 1. En. 1.*

Proconessia ancilla, duplici adulterio Geminos ediſſe fertur, vtrumque patri ſuo ſimilem. *Solinus cap. 4. Polyhiſtoria, & Plin. lib. 7. cap. 10.*

Regi Syriæ Antiocho vnus ex æqualibus, & ipſe regiæ ſtirpis, nomine Artemon, perquam ſimilis fuiſſe traditur: quem Laodice vxor Antiochi, interfecto viro, diſſimulandi ſceleris gratia in lectulo, perinde quaſi ipſum regem ægrum collocauit: admiſſumque vniuerſum populum & ſermone eius & vultu conſimili fefellit: crediderúntque homines ab Antiocho moriente, Laodicen & natos eius ſibi commendari. *Val. Max. l. 9. cap. 15. Plin.* tamen *l. 7. cap. 12.* Artemonem plebeium fuiſſe ſcribit.

Hibream Mylasivm copioſæ atque concitatæ facundiæ oratorem, Gymnycorum ſeruo ſtramenta gymnaſij colligenti tam ſimilem fuiſſe ferunt, vt tanquam germanum fratrem totius Aſiæ oculi aſſignarent: ita lineamentis oris & omnium D membrorum compares erant. *Valerius.*

Babyrthas patria Meſſenius, extremæ ſortis homo, Dorymacho vultu & omnibus corporis lineamentis, voce denique ipſa iam ſimilis fuit, vt ſi quis ei capitis ornatum, chlamydémque illius addidiſſet, haud facile fuiſſet, vter eorum eſſet, diſcernere. Vnde cùm ante Meſſeniorum bellum Dorymachus captus à Meſſeniis, ad Scytonem vrbis præfectum duceretur, ac nimiùm inſolenter proceribus reſponderet, Scyton dixiſſe fertur: Putáſne nobis te ſeu temeritatem tuam curæ eſſe, Babyrtha? *Polybius lib. 4. Hiſtoriarum.*

Eximiæ nobilitatis adoleſcens Corn. Scipio, cùm plurimis & clariſſimis familiæ ſuæ cognominibus abundaret, in ſeruilem Serapionis appellationem vulgi ſermone impactus eſt, quòd huiuſce nominis victimario perſimilis erat: nec illi aut morum probitas, aut reſpectus tot imaginum, quò minùs hac contumelia aſpergeretur, opitulata eſt. *Valerius Maximus lib. 9. cap. 15. Plin. lib. 7. cap. 12.* ſuarium negotiatorem ſcribit.

Scipioni alteri eiuſdem familiæ cognomen Salutario, E minus dedit. *Plin. ibidem.*

M. Messalla conſularis & cenſorius, Menogenis: & Curio omnibus honoribus abundans, Burbulei: ille propter oris aſpectum, hic propter parem corporis motum, vterque hiſtrionis nomen coactus eſt recipere. *Val. lib. 9. cap. 15.*

L. Plancvs orator, hiſtrioni Rubrio cognomen impoſuit. *Ibid.*

Fratres.

Adonias fratri Abſalon & forma rebellione contra patrem ſimillimus: *3. Reg. 1.*

Vrbem Gerundam condidit Geryon Chryſaori F. Hiſpaniæ rex, quem Hercules interfecit. Fingitur triceps à poetis; ſecundum *Iuſtinum libro vltimo*, quòd eſſent tres fratres & forma & moribus ita ſimiles, vt non facilè diſcernerentur. Cui ſententiæ tribuit argumentum vrbis fabrica triangularis in ſingulis angulis arcem habens pro numero fratrum, vt vulgo creditur. *Ioan. Gerundenſis lib. 1. Paral. Hiſpania.*

Mulier cùm peperiſſet, à partu ſeptima die concepit, genuitque Filium ex toto priori ſimilem, quamvis non eodem partu ediditſet ambos. *Cardanus de Rerum varietate, lib. 8. c. 43. ex Alberto.*

Seruilij gemini, vt *Cic. in 4. Acad. quaſt.* ſignificat, & Me- F næchmi Plautini, adeò inter ſe ſimiles fuêre, vt eos neque nutrix, ac ne mater quidem, quæ pepererat, dignoſceret, item Gemini languentes, quos declamatione inducit. *Quint.*

Mechliniæ, Filij fuêre gemelli Petro Apoſtolio ſenatori Mechlinienſi prudentiſſ. (cuius amico hoſpitio Viues vſus eſt) pueri egregia forma, in quibus dignoſcendis non modò extranei, ſed ipſa ſæpè, dum viueret, errauit mater: ſæpè pater, ſed errore gratiſſimo, Petrum pro Ioanne vocans, Ioannem pro Petro, *Viues in lib. 21. de Ciu. Dei, cap. 8.*

Cognati.

Syrianus philoſophus, & Ammonianus Grammaticus, forma inter ſe ſimiles, cognatione etiam iuncti fuêre. *Suidas in Ammoniano.*

Inter Sangvine Non Ivnctos, Sive Iam ſint Nationis vel Gentis

Eiuſdem.

Nioclem tyrannum Sicyoniorum, quem Aratus eiecit, germaniſſimum facie Periandro Cypſeli autumant fuiſſe: vt G Alcmæoni Amphiarai Orontem Perſem, Hectori Adoleſcentem Lacedæmoniorum, quem tradit Marſilius ab ſpectantium caterua fuiſſe, vbi id intellexerunt, obtritum, *Plutarchus in Arata.*

Pericles metuit in iuuentute populum: videbatur enim facie Piſiſtratum tyrannum referre. Cúmque eius vocis ſuauitatem grauiores ætate conſiderarent, linguámque in dicèndo tutundam & volubilem, horrebant eam affinitatem: Huc acceſſit opulentia, natalium claritas, & quorum maximæ opes erant, amici. Quare timens, ne in exilium pelleretur, abſtinuit ſe a Republica, in bello fortis fuit & imperterritus. *Plut. in Pericle.*

Cassivs Severvs orator adeò Mirmilloni armentario ſimilis fuit, vt ei pro crimine obijceretur. *Plin. l. 7. cap. 12.*

Generoſiſſimus conſulatus collegio Lentuli & Metelli fuit, qui ambo in ſcenam propter ſimilitudinem hiſtrionum propemodum ſpectati ſunt. Sed alter, ex quodam aſſeclarum, cognomen Spintheris traxit: alter, niſi Nepotis à moribus accepiſſet, Pamphili retiarij, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet. *Val. Max. lib. 9. cap. 1. & Plin. lib. 7. cap. 12.*

Cn. Pompei Pater euſque Menogenis coci ſui ſimilis eſſe H viſus eſt, vt vir & armis præpotens, & ferox animo, ſordidum eius nomen repellere à ſe non valuerit. *Val. lib. 9. c. 15. & Plin. lib. 7. cap. 12.*

Magno Pompeio Vrbius ingenuæ ſtirpis, & Publicus libertinus ita ſimiles fuerunt, vt permutato ſtatu, & Pompeius in illis, & illi in Pompeio ſalutari poſſent. Certè quocunque aut Vrbius aut Publicus acceſſerant, ora hominum in ſe obuertebant, vnoquoque ſpeciem ampliſſimi eius in perſonis mediocribus annotante. *Val. lib. 9. cap. 15.*

M. Agrippam, Agrippæ & Iuliæ Auguſti filiæ, quem cum Tiberio adoptauerat, filiū, Auguſtus ob ſordidum ac ferox ingeniū abdicauit, ſepoſuitq; Surrentū, vel (vt Tacitus ſcribit) in inſulam Planaſiā. Mortuo Auguſto, è quodam Tribuno iuſſu Tiberij eſt occiſus. Tum Clemens quidam Agrippæ ſeruus, domino, quantum ad lineamenta oris attinet, planè perſimilis, cùm ſe Agrippam eſſe diceret, atque eo pacto magnam

pecuniam

A pecuniam conſtaret, comprehenſus tandem à Tiberio, interrugatúſque, quomodo Agrippa factus eſſet? Eodem (reſpondit) modo factus ſum Agrippa, quo tu Cæſar Romanus: ſentiens, Tiberium fraude imperatoriam dignitatem eſſe nactum. Itaque iuſſu Tiberij ipſe etiam eſt occiſus: vt iam Tiberius certus eſſet, vni ſibi ſpem ſucceſſionis incumbere. *Ex Tacito & Dione Cuſpinianus. A.D.*

Sporvs Neronis Imp. libertus, Sabinæ formoſiſſimæ fœminæ ab Imperatore adamatæ fuit perſimillimus. Quam adeò omnibus lineamentis referebat, vt eum exſecari iuſſerit Nero, quo Sabinæ loco pro vxore turpiter eo vteretur. *Xiphilinus in Nerone.*

Pater Othonis Imp. L. Otho materno genere præclaro, multarum & magnarum propinquitatum, tam charus, támque non abſimilis facie Tiberio principi fuit, vt plerique procreatum ex eo crederent. *Suetonius.*

Illud in duobus Gordianis memorabile, quòd ſenior Augusto fuit principi tam ſimilis, vt non ore tantùm illum referret, ſed voce, motibus & ſtatura. Filius Magno Pompeio ſimillimus, Tertius Gordianus, quem hic procreauit, Aſiatico Scipioni, qui maioris fuit Aphricani frater. *Sab. l.6. Enn.7.*

B Sigismvndvs Malatasta, Ariminenſis princeps, adeò effigie Marcheſino mimo perſimilis fuit, vt eum Mediolanum peteret, à ſocero ipſius Franciſco Sfortia Mediolanenſi duce Marcheſinus (eius enim ſubpudebat) aliò ablegaretur, nam aliquanto dicacior Marcheſinus, ob ſimilitudinem, Sigiſmundum filium ſuum eſſe dicebat. *Fulg. lib.9. cap.15.*

Vidimus nos, inquit *Fulg. l.9 c.15.* Franciſco Sfortiæ Mediolanenſi duci, cuius aſpectu nihil gratius, nihil principe magno dignius erat, iuuené in leui ipſius armatura vultu adeò ſimilem, vt aulæ totius conſenſu, ob eam ſimilitudinem cognomento Princeps appellaretur: cùm Franciſcus, vtpote omni in re humaniſſimus, non ſine voluptate in eo tanquam in ſpeculo imaginem ſuam, ac pleriſque in rebus geſtus ſuos, ac vocem, agnoſceret, & nonnunquam contemplaretur.

Io. Oporinvs typographus Baſ. Henrico VIII. regi Angliæ, maximè verò Marchioni Alberto Brandenburgenſi adeò ſimilis fuit facietenus, vt germani fratres videri poſſent.

C Martinvs Gverre, & Arnaldus Tillius forma & oris lineamentis adeò ſimiles fuére vt Martino in militiam profecto, Tillius formæ ſimilitudine Martini vxoré circũuenerit, quatuórq; ipſius ſororibus aliiſque nonnullis propinquis & vicinis impoſuerit, aliquot annis cõiugali quaſi cõſuetudine cum illa verſatus ſit. *Henricus Stephanus in apologia Herodoti.*

Diuerſa.

☞ Conſule Tit. eorum, qui in Clariſſ. familias ſe dolo ingerere ſunt conati.

Saræ proconſulis etiam rictum in loquendo, contractionémque linguæ, & ſermonis tumultum, non imaginem modò. Piſcator quidam in Sicilia reddidit. *Plin. lib.7. cap.12.*

Cn. Pompeivs vultu initiò præditus fuit non mediocriter gratioſo, qui præueniebat eius orationem. Nam veneres eius grauitatis erant cum humanitate coniunctæ plenæ, atque in vigore floréque iuuentutis, ſenilis elucebat & regia maieſtas. Iam modicè ſurrectæ coma, oculorúmq; lenis modulatio reddebat faciei eius vſurpatã magis ſermonibus, quam repræſentatã cum Alexandri regis ſtaturis ſimilitudinem: ob quam D nomen etiam multis ei Alexandri in principio tribuentibus nõ defugit id Pompeius. Vnde appellabant quidam eum iam per ludibrium Alexandrum. Quapropter L. Philippus vir conſularis agens pro eo, nihil ait facere ſe abſurdi, quòd Philippus cùm eſſet, cupidus foret Alexandri. Flora meretrix formoſiſſ. eius forma mirum in modum tenebatur. *Plut. in Pompeio.*

Toranivs M. Antonio Triumuiro, eximios forma Pueros, alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, vt geminos vendidit; tanta vnitas erat. Poſtquam deinde ſermone puerorum detecta fraude à furente increpitus Antonio eſt, inter alia magnitudinem precij conquerente (nam ducentis mercatus erat ſeſtertiis) reſpondit verſutus ingenij mango, ob idipſum ſe tanti vendidiſſe, quoniam non eſſet mira ſimilitudo in vllis eodem vtero editis: diuerſarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, ſuper omnem eſſe taxationem. Adeóque tempeſtiuam admirationem intulit, vt ille proſcriptor animus, modò & contumelia furens, non aliud in cenſu magis ex fortuna ſua duceret. *Plin. lib.7. cap.12.*

Iuuenis quidam Romam venit, forma corporis tam ſimilis Auguſto, vt omnem populum ſpectaculi admiratione ſuſpenderet. Auguſtus re audita, [illegible] iuuenem eu[illegible] interrogauit: Fuitne vnquam, ô ad[illegible] [illegible] mater [illegible] R[illegible] ſenſit ille quò pergeret & Minim[illegible] inquit [illegible] meus ſæpe. Facete & illatam ſuſpi[illegible] [illegible] peperit. & hæc quidem hiſtori[illegible] in Saturna[illegible] eſt. *Valer.* autem *Maxim. lib.9. cap.* [illegible] n[illegible] A[illegible] minati præterea neque [illegible] ed duorum [illegible] nem facit præterea non Romæ, ed in [illegible] reſponſumve commemorat. Percon[illegible] Romano quendam eius pro[illegible] miſſimum, & mirari ſe dicent[illegible] cùm pater ſuus nunquam in [illegible] Pater meus ſæpe Romam venit.

Occiſo Nerone, ſcribit Suet[illegible] Adole[illegible] viginti annos ſeruum vidiſſe, que[illegible] T[illegible] prodit cithara & cantu peritu[illegible] lineame[illegible] [illegible] qui ſe Neronem eſſe [illegible] ba[illegible] Pa[illegible] [illegible]ptus, ſed a Calphurnio A[illegible] poſtea occi[illegible] *A.D.*

FORMÆ MVTATIO. PVTA.

Ex Deformibvs Formosi redditi.

F Aristo Agasiclis F. rex Lacedæmoniorum, Puellam duxit io vxorem, quam Spartanarum omnium virginum fuiſſe tradunt turpiſſimam, mulierum verò omnium poſt Helenam formoſiſſimam. Ex ea ſuſcepit Demaratum. *Pauſan. in Laconicis.*

☞ Vide Titulum Acquiſitio pulchritudinis.

EX FORMOSIS DEFORMES.

Huc illud Naſonis de Helena.

Flet quoque vt in ſpeculo rugas conſpexit aniles
Tyndaris, & ſecum cur ſit bis rapta requirit.

FORMÆ CERTAMINA. Quære CERTAMEN.

* Fornicatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fornicatio, Græcè πορνεία & πορνεῖον lupanar dicitur, Hebr. *Zenuth.* Oſe 4.11. *Zonach.* meretrix, ſcortum, fornicatrix) fornices, ſtabula, loca furua, obſcura & obſcœna captás ad libidines ſuas explendas, à verbo *Zanach* fornicatus eſt, ſcortatus eſt, meretricatus eſt. Cognationé habet cum verbo *Zon*, diuertit in hoſpitium publicum. Apud gentes profanas in publicis diuerſoriis proſtituebant ſe meretrices viatoribus & aliis pro vili mercede. Inde proſtibula, fornicariæ, quadrantariæ, dictæ. Eſt autem fornicatio omnis illicitus coitus, vt habetur 32. q.2. c. *Meretrices, §. Qui ergo.* Propriè tamen eſt inordinatus concubitus naturalis, quo ſolutus ſolutam naturali vſu cognoſcit, ſolutus inquam quolibet vinculo coniugij, conſanguinitatis, affinitatis, ordinis, religionis ſeu voti, quia horum aliqua ſi comitantur, mutatur peccati ſpecies. G

Fornicatio, vt habetur 36. q.1. *cap. Lex illa*, licet videatur eſſe genus cuiuſlibet illiciti coitus, qui fit extra coniugium, tamen ſpecialiter intelligitur in vſu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum, imò ſumitur pro quauis ſpecie luxoriæ.

Fornicatio dicitur à fornice, id eſt, arcu, ſeu opere concamerato, vbi Romæ fiebat fornicatio, & propriè eſt ſoluti cum ſoluta, *ſecund. B. Th. 4. ſent. diſt.* 41. *art.* 4. Fornix dicitur, vt nonnulli putant, à furno. Furnum verò veteres dixére, quaſi furuum: & furnum nigrum vel obſcurum dicebant. Suntque fornices loca in arcuum ſimilitudinem ædificata: ſubobſcura, inde fornicor, quod eſt meretricor, quoniam meretrices in fornicibus habitare conſueuerunt: inde fornicator & fornicatio deducuntur; hoc eſt, meretricator & meretricatio. H

ERRORES.

Fuerunt hæretici, qui docuerunt Fornicationem non eſſe peccatum, ita Nicolaitæ & mulier illa, quæ ſe dicebat Propheten temporibus Apoſtolorum, de quibus *Apoc.* 2.

Idem dicebant Gnoſtici, qui ob plures impuritates vocabantur Borboritæ, de quibus *Epiphan. hæreſi* 26.

Græci quoque ſchiſmatici, teſte *Guidone in Catalogo.*

Anabaptiſtæ noſtri temporis vagum admittunt, & promiſcuum concubitum, beſtiis deteriores.

VERITAS.

Fide tenendum eſt, Fornicationem, hoc eſt, concubitum ſoluti cum ſoluta eſſe peccatum mortale ex natura ſua, & ex illis, de quibus Apoſtolus: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur, *ad Gal. cap.* 5. Et iterum idem dicit:

Neſcitis, quoniam corpora veſtra mẽbra ſunt Chriſti? Tollens ergo membrũ Chriſti, faciam membrum meretricis? Abſit,

A Fr,an neſ[illegible] vnum corpus effic[illegible] c: om[illegible] homo,extra corp ſuu[illegible] pus ſuum peccat. En neſ[illegible] m ſunt Spiritus S.qu [illegible] it qu[illegible] non eſtis veſtri. *Cor.6* [illegible] imidis autem,& [illegible] ecratis,& homicidis, & [for]nicatoribus, & v[illegible] ol. tris,& omnibus men dacibus, pars illorum [illegible] ardenti igne & ſulphu[r]e,quod eſt mor[s] ſecu[nda] [illegible]

In primo Conc[illegible] decernitur : viſum eſt Sp[illegible] & nol[illegible] tis vos à fo nicatio-n . *Act.c.* [illegible]

POENÆ VARIÆ A DEO INFLIC[T]Æ.

Exempla S. Scripturæ.

Puella in [illegible] cteri po te in ſtup um cũſe niens lapidabatur apud [Isr]aelita *Deuter.22.* [illegible] e ſi poſtm doio ſe pro virgine venditaret.Iubet Deu[s] [illegible] a i principes, & ſuſpendi fornicatores contr[a] [ſo]lem.Vt oempe ignou[illegible] exponantur, qui non erubuerunt tantum ſcelus perpetrare.

Zamri ingreſſum ad ſcortum Madianitidem, occidit voá cum ſcorto Phinees : magno zelo vtrumque confodiens.

B Quin & tribus Simeon multum immunita à Deo fuit,nempe 37. millibus,& centum capitibus,ob fornicationem cum Madianitis initam , exemplo Zamri principis ſui. *Num.16.*

Filia ſacerdotis ſi depeehendebatur in ſtupro , & violaret nomen patris ſui , igne exurebatur. *Leuit.cap.21*

Ivdas eum Thamar nutu ſua, quam tamen non agnouerat,peceans ſimplici fornicatione,reptebenditur. *Geneſ.38.*

HISTORICA ETHNICA.

Apud Romanos , virgines Veſtales deprehenſæ caſtitatem violaſſe,viuæ in terrá defodiebantur:adulteras tamen fœminas morte non plectebat.Adeò inquit S.Auguſt.grauius putabant adyta diuina,quam bomana cubilia eſſe vindicanda.

CHRISTIANA.

Cùm ad Ducis iniqui imperium lenones ſanctam virginem Flauiam vellent ſtuprare,vim ei inferre volentes,quicunque manus ad eam contingendam miſiſſent, ſtupebant neruí eorum,& areſiebant manus & brachia eorum,& præ dolore ex intimo corde mugitum reddebant. *In vita S. Placidi cap.15. apud Sur.5.Oct.*

C Cùm Aurelianus Imperator Iulianam iuſſiſſet in lupanari conſtitui,multi qui circũſtabant,ſceleſti & nefarij homioes, certatim contendebant,quis ad eam primus ingrederetur:erãt enim velut equi hinniẽtes,eius puellæ forma compulſi. Mox verò Angelus Domini deſcendit de cœlo , & dixit : Ne timeas,Iuliana : Dominus enim Ieſus Chriſtus,quem tu colis, miſit me, vt te protegam, & ſanctum nomen eius ootum faciam omnibus timentibus eum.Cùm verò impudici illi à cœpto illo minimé deſiſterent,Angelus excuſſit è pedibus ſuis puluerem, & in eorum oculos iniecit, ita vt eos excæcarit. Quapropter neq; amplius cernebant vbi eſſent,aut quò irét, neq; ad illã accedere poterant. Id cùm turbæ vidiſſent,quod admirabiliter factum fuerat; vno animo clamabant:Magnus eſt Deus Pauli & Iulianæ,qui vbique eos ſeruat & protegit, qui illum timent.Qui autem excæcati fuerant,flexis genibus ſupplices eius opem implorabant,dicentes:Iuliana,ſerua Dei altiſſimi,peceauimus quidem contra te,cùm ſtultè atque inſipienter nos geſſerimus:ſed tu da,quæſumus,nobis veniam,vt Dei ſerua:& precare Chriſtum tuum,vt nobis viſũ reſtituat.

D Eorum miſericordia commota Iuliana paululum aquæ accepit : & cùm oculos in cœlum extuliſſet,Deum inuocauit,ita dicens:Domine Ieſu Chriſte auctor omoium ſalutis , exaudi me,& nunc etiam oſtende miracula & prodigia , quæ facis propter nos filios hominum.Reſtitue his viris facultatẽ videndi,vt ſanctum& glorioſum nomen tuum celebrent. Hæc cùm dixiſſet,aquam ſupra turbas illas infudit,& omnes, qui excæcati fuerant,viſum receperunt. Tum illi ad terram proſtrati Deo gratias reddebant pœnitentiam agentes. Cùmque peccata ſua confeſſi eſſent , Chriſtiani facti ſunt. *Metaph. in vita SS.Pauli & Iulianæ Martyrum cap.17. apud Sur.17.Auguſt.*

Adelfonso caſto & pio Froylani Regis filio , ſoror erat nomine Xemena, quam Sanctius Comes adamauit, & ex ea filium genuit nomine Bernardum : Rex autem, vt factum comperit,nimis iratus Comitem Sanctiumin caſtro de Luna ſub iuramento perpetuo incarcerauit , & ſororem ſuam in ordinem monaſticum truſit.Fecit tamen Bernardum delicatè nutriri ; & quia non babebat filium,illum tenerrimè diligebat. Hic Bernardus poſtquam ad adoleſcentiam venit,tanto viguit robore , vt nullus miles [illegible] poſſet ei viribus adæquari. *Luc Tudenſ. in Chron H[iſp.] æra.828.*

Leo Armenivs Imp. [illegible] non ita p[illegible] tamen in Repub. adminiſtranda non [illegible] ſed ac[illegible] admodum & vigilans iniuri[illegible] que coer[c]ebat. Oratus igitur [illegible] quodam , qui vxorem à ſenat[o]re quodam ſibi raptam eſſe querebatur , & addebat,ſe fruſtra Præſidis opem imploraſſe : Crimine probato,ſtatim Præſidi poteſtatem abrogauit, raptorémque legibus puniendum tradidit. *Ioan.Zonar.tom.3.Ann.*

Tempore Michaëlis Paphlagonis Imp.Cunſtantinopolitani,accidit quiddam memorat[u] digoum.Barengorum per Prouinciam Thraceſium in hyberna diſperſorum.Quidam mulierem indigenã ſolam nactus de ſtupro appellauit, ac recuſanti vim inferre aggreſſus eſt.Ea barbarũ,correpto viri acinace,in cor ferit,ac ſtatim necat.Quod factum cùm per viciniam innotuiſſet;coiuẽre ceteri Barangi, & mulierẽ coronauẽre, omnibus etiã bonis eius,qui ipſũ voluerat violare,donatam:ipſum autem inſepultum abiecerunt,vt lex iubet eos, qui ſibi mortem conſciuerunt.*Io.Zonar.tom.3.Ann.& Cedren.*

F Roderícvs Gothorum Rex in Hiſpania Iuliani Comitis Calabriæ filiam per vim ſtuprat. Qua iniuria motus pater ingentes aduerſus eum Saracenorum , & Maurorum copias in Hiſpania aduocauit ; à quibus Rodericus cum filio eſt interfectus. Quo factum eſt , vt imperium tuum Gothi in Hiſpania amiſerint. Ferunrur autem cæſa ex vtraque parte ſepties centena millia hominum , atque ita ruina & mutatio regni Guthici extitit à libidinis pœna. *Ex Io. Magno Theſaur. Poet. Aphoriſm.lib.6.cap.2.*

REMEDIVM.

Abbas quidam in vitis Patrum,*l.5.tit.de fornic.*cuidam tentato ſpiritu fornicationis,hoc dedit remedium. Scis,inquit, quid fecerint Madianitæ *Num.cap.25.* ornauerunt filias ſuas; & ſtatuerunt eas in conſpectu Iſraëlitarum , non tamen extorſerunt aliquibus, vt miſcerentur cum eis, ſed qui voluerunt,incurrerunt in eis. Alij autem indignantes comminati ſunt, & cum interitu eorum qui præſumpſerunt , vlti ſunt fornicationem : ita agendum eſt de fornicatione. Et quando initium faciunt loqui in corde tuo,non reſpondeas eis, ora, & age pœnitentiam,dicens : Fili Dauid miſerere mei. Optimum verò remedium fornicationis, eſt fuga.

Fortitudo. G

*DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fortitudo Græcè ἀνδρεῖα,& ἀνδρεῖος , fortis & virilis dicitur. Eſt autem fortitudo aggreſſio terribilium,vbi mors imminet propter bonum commune ſaluandum , *ſecundum Ariſt.lib.3. Ethic.*

Fortitudo eſt virtus , quæ animum ſuper pericoli metum agit, nihilque niſi turpia timet,tolerat fortiter, vel aduerſa, vel proſpera.Præſtat autem fortitudo magnanimitatem,fiduciam,ſecuritatem,magnificentiam, conſtantiam,tolerantiam, firmitatem , *ſecundum Macrobium.*

Item eſt virtus , quæ animi motus in rebus terribilibus, præſertim periculis mortis ſuſtinendis, vel repellendis, moderatur, *ſecundum Communem.*

Fortitudo eſt ſcientia rerum perferendarum , vel affectio animi in patiendo ac perferendo , ſummæ legi parens ſine timore, *ſecundum Cic.lib.4.Tuſc.quæſt.*

H *D. Aug.l.83.qq.q.3. ex eodem* Cicerone illam definit, Conſideratam periculorum ſuſceptionem,& laborũ perpeſſionem. Vbi vox(conſiderata)prudentiam & congruitatem importat.

Fortitudo, animi magnitudo, robur,excellitas, præſentia animi,in rebus arduis : Heb.*Chezek.*à verbo *hazak,*fortis & validus fuit,inualuit,obfirmatus eſt. Ab eodem verbo deriuatur *Chazek,*fortitudo,firmitas,robur.*Geborah* etiam fortitudo dicitur Hebr.quæ eſt robur animi & corporis,quo alius alium ſuperat.*Gibbor* prævalidus,qui aliis imperat & potẽter dominatur, ſuperiórque omnibus modis apparet : à verbo *Gabar,* ſuperauit,præualuit,prædominatus eſt aliis virtute,potentia, & authoritate ſuperior fuit.In 3.coniugatione *Hegabbir,*fecit ſuperare, corroborauit. In 4. *Hithgabbar,* corroboratur ſe. Deus *EL Gibbor* dicitur,id eſt,fortis,Omnipotens,qui quoſcunque vult reddit inſuperabiles & potentiſſimos : qui ſcipſum nooa quadam,ratione, quoties ei libet corroborat aduerſus impios,qui eius robur contemnunt. *Vide Eſa.42.13.*

ſanat, lignumque etiam fiſſum & confractum ſi iniicias,
A coaleſcit. *Antigonius in Miir. at.*

Theſpiarum fons conceptus mulietibus repræſentat. Item in Arcadia flumen Elatum. Cuſtodit autem partum Linus fons in eadem Arcadia, abortuſque fieri non patitur. *Plinius l.31. cap.1. Theophr. ſtus in lib. de plantis* dicit, aquam eſſe filioxum feracem, velut in Theſpiis, & in Pyrrha ſterilem, ex dulcibus aquis quaſdam eſſe ſteriles, vel certè parùm fœcundas, ſicut quæ in Phæta & Tharrha. *Athen. l.2. cap.2.*

Tungri ciuitas Galliæ, fontem habet inſignem plurimis bullis ſtillantem, ferruginei ſaporis, quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur: purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit calculorumque vitia. *Plin. l.31. cap.1.*

Supra Burgenſem ciuitatem in Hiſpania, ad paſſuum millia circiter viginti, verſus Orientem, pagus eſt nomine Boetiu ſub altiſſima rupe poſitus, ex qua fonticulus effluens in planiciem apud pagum prænominatum deſcendit & duos in lacus ingreditur, quibus tantam vim ſalubritatis & virtutis infundit, vt omnes fluxum ſanguinis patientes, cùm hac aqua lauantur, ſtatim liberentur. *Marinæus l.1. rerum Hiſp.*

In Bætica prouincia iuxta oppidum Antiqueram fons eſt
B antiquarius, potu ſuo calculos diſſoluens, ideòque à petra, quam extrahit per vrinam: cognominatus eſt. *Ibid.*

Referunt in Bonicca inſula, quæ ab Hiſpaniola orbis noui MCC. paſſuum millibus diſtat, fontem in vertice montis eſſe qui ſenes reſtituat, non tamen canos mutet, nec tollat iam contractas rugas. Cuius rei præter perſeuerantem famam, locuples teſtis Petrus Martyr Angerius Mediolanenſis, à ſecretis Regia olim Hiſpaniarum, in ſuis decadibus orbis nuper inuenti. *Cardanus de Subtilitate, lib. de Elementis.*

Varij Vſus.

Apud Hierapolim Syriæ Aqua quædam adeò tingendis lanis idonea eſt, vt ex radicibus tincta cum his decertent, quæ ex vermiculo purpuraque tinguntur. Et adeò exuberat aquarum vis, vt regno balneis ſponte naſcentibus plena inueniatur. *Strabo l.13.*

Refert ſecundo libro Plinius, fontem eſſe quendam in Dodona, qui cùm ſit frigidiſſimus, faces ſi quis ardentes immergat extinguit; ſi extinctæ admoueantur, accendit. *Eraſ-*
C *mus in Adagiis.*

In Iſlandia fons eſt, qui exhalatione ſua omnia vicina in lapideæ naturæ durieiem tranſmutat. *Saxo. l.1.*

FRVCTVS. PVTA

Oleum.

Ab Edinburgo Scotiæ vrbe plus minus duobus paſſuum millibus fons eſt, cui olei guttæ innatant, vt ſi nihil inde collegeris, nihilo plus confluat: quantumvis autem abſtuleris, nihilominus remaneat. Natum eſſe aiunt effuſo illic oleo D. Catharinæ, quod ad D. Margaritam ex Monte Sinai adferebatur. Fidem rei faciunt, fonti nomen diuæ Catharinæ inditum, atque in eiuſdem honorem ſacellum iuxta, diuæ Margaritæ iuſſu ædificatum, valet hoc oleum contra varias cutis ſcabrities. *H. Boethius in Scotia deſcriptione.*

* PISCES.

Fama eſt in Caria circa Lotuma vrbem, ingentem aquarum, copiam è terra exſiliiſſe, afferentem ſecum animalium copioſam turbam, & inter ea piſces in tenebris ſaginatos, hactenus ignotos, & ante hac non viſos. Refertur *in comm. Conimbr. Collegij in cap.4. meteor.*

* FONTIVM MOTVS, ET QVALITATES
D VARIÆ.

Fontium motus à loco vnde oriuntur, multum dependet, vt puta ſi loco editiore, aut minus edito: aut ſi per rupes anguſto meatu percurrant, ſic enim aut celerius exſiliunt. Quidam vero tanta vi exſiliunt, vt & ſaxa extrudant. Veluti Marſyæ fons in Phrygia ad Celenarum oppidum.

Alij quoduis pondus immiſſum remittunt, vt in Arabia, cuius etiam naturæ fuit alius in Luſitania, in agro Catinenſi, propè oppidum quod Cantanbede dicitur.

Quidam iniecta abſorbent. Vt vnus qui exſtat in eodem agro, & meminit vtriuſque. *Plinius l.5. n. hiſt. cap.103.*

Nonnulli quamvis aquâ ſuperabundent, nunquam effluunt, ita Pyrene in radice Arraborinthi.

Alij frigidiſſimi, tamen more efferueſcentis aquæ ad ignem ebulliunt, nec tamen aquas extra labra euomunt, ſed reſorbent. Vt in Elbogano Acidula, quam inſanam vocant & Fons in Cappadocia ad oppidum Tyana.

A[illegible] m[illegible] me[illegible]un [illegible] vt Cretes Tu[illegible] giæ [illegible] f[illegible] Iuuiana Ita[illegible] rium [illegible] q[illegible] id ting[illegible]

Sunt & q[illegible] æſt[illegible] m[illegible] menta & [illegible] vn[illegible] & B[illegible] G[illegible] a A[illegible].

Al[illegible] æſtua[illegible] exæſt[illegible] q[illegible] p[illegible]que.

In Cant[illegible] bi[illegible] pe[illegible] ant in vnum lucum [illegible] q[illegible] ficcant[illegible] duode[illegible] ando v[illegible]

Quidam [illegible] po[illegible] purg[illegible] Che[illegible] neſ[illegible], R[illegible] fo[illegible]

Apud Garamantes fons eſt tam frigi[illegible] po[illegible] m[illegible] nequeat [illegible] de [illegible] vero ita [illegible] on[illegible] nequeat. Alius [illegible] exhibetur, in quo [illegible]ernæ extinctæ accenduntur. Item ali[illegible] f[illegible] unt Iouis Ammonis appellatum, qui ſub [illegible] aquit tepet, frigetque in meridie, aler veſpere, & media nocte æſtuat.

Alibi vt in Liguria, Paphlagonia, & Caleno agro, inebriat inſtar vini.

Alius Arania in Arcadiæ prouincia tantum ingerit vini tædium, vt neque guſtare, nec odorari illud poſſit, qui aquas F
illius guſtauit. Ita de ſimili cecinit Ouidius *vlt. Metam.*

Clitorio de fonte ſitim quicunque leuauerit,
Vina fugit, gaudetque meris abſtemius vndis.

In Bœotia duo ſunt fontes iuxta flumen Orchomenon, quorum vnus obliuionem inducit, eſtque Lethe: alius memoriam reſtituat.

In Cea Inſula eſt fons, hebetes reddens ſenſus. In Æthiopia verò, generans inſaniam.

* PROGNOSTICA. PRÆSAGIA,

Ex Fontibus.

Memorat Camerarius *p.1. hor. ſuccisſ. cap.73.* audiuiſſe ſe ex Principe quodam Germaniæ, eſſe in ditione ſua Fontem alioquin perennem, ſed quando ſcaturigo eius decreſcit, certiſſimam portendere caritatem annonæ: ſi exareſcat, famem, ideoque Fontem famis vulgo appellari.

De alio Fonte narrat P. Albinus *in Chronico Miſnenſi*, quod Glomuzi ab Albi vix duo paſſuum millia diſtans, dum tranquillitas & formoſus frugibus annus eſt indigenia, aquis G
illius innatent glandes, triticum, & alia granorum genera: dum vero bella imminent, ſanguinem aquæ referunt: ſi peſtis, cineres iis ſupernatant.

Idem Camerarius ſupra, recenſet nouiſſe ſe nobiles quoſdam, qui certa mortis imminentis indicia haberent ſi fons quidam limpidiſſimus turbatur à verme ignoto: ſit fides penes Auctorem.

Fontinalia.

Erant ſacra Fontium apud Romanos, vnde & Romæ porta Fontinalis: Eo autem die quo ſacra hæc celebrabantur, fontibus coronas iniiciebant, puteoſque coronabant.

* Forma.

Vt eſt principium rerum naturalium.

EIVS DIGNITAS. DEFINITIO. NOMINA.

FOrmæ ſubſtantialis, quæ eſt tertium principium rerum naturalium, dignitatem & definitionem inueſtigamus in præſenti, mox eam Formæ acceptionem proponemus, à qua formoſi dicimur: cum à priori potius formati & infor- H
mati, ſiue informes ac conformes appellemur.

Latuit olim veteres Phyſiologiæ interpretes ineſſe rebus naturalibus formam, quæ pars eſſet quidditatis; tamen Pythagoras & Timæus Locrenſis eam aſſeruerunt, & cum illis Plato, ſed omnium luculentiſſime Ariſtot. *l. 1. Phyſ. cap.7. text.6. l.1. cap.1. text.12.* cuius deinde ſententiæ omnes poſteriores ſcribunt.

Itaque vnicuique rei naturali ineſt forma ſua ſubſtantialis, qua gradum perfectionis, & verum eſſe accipiat, quæ omnes eliciat tum vitales, tum reliquorum munerum actiones, ſuaque varietate mundi huius pulcherrimum theatrum exornet, & diſtinguat. Definitur autem Forma actus ſimplex ſubſtantialis, vnum per ſe cum materia conſtituens, ſiue ſuapte natura conſtituere nata. Pythagoras Formam appellabat vnum: quia ſcilicet vagam & incertam materiæ rationem in vnam contraheret, cer-

tamque

A tàmque ſpeciem. Vnde ip[illegible] do[illegible], Tria rerum eſſe initia. infinitum, Vnum, D[illegible], id [illegible], formam, materiam. Timæus Locrenſis apud Plat[illegible] Formam mentem: diciique mundum hunc nec [illegible] eſt materiâ, & mente, id eſt, forma conſtare.

Plato vocat formas Phyſic[illegible] & effigies: quia ſint quædā imitationes idearum. item [illegible] nempe idearum.

Apud Ariſtotelem vocatur F[illegible] qu[illegible] diuinum, optimum, pulchrum, & Finis [illegible] nempe [illegible] nis.

VARIA FORMARVM PRODVCTIO.

Formæ aliæ ſunt ordinis natur[illegible] v.g. forma equi, quantitas, &c. aliæ non naturalis, vt grati[illegible], lumen gloriæ: aliæ denique artificiales. itaque formæ o[illegible] natu[illegible] is educuntur de potentia materiæ, aptæ ad eas [illegible] piendas diſpoſitæ, & eas ſuſcipere idoneæ. Hominis formam excipiunt, animam ſcilicet rationalem, quæ [illegible] creatur, & [illegible] Deo infunditur in materiam, vt quæ abſque ſubiecto [illegible] per ſe cohærere, & extra illud creari poteſt, vti & c[illegible].

Non naturales infunduntur à Deo. Artificiales verò reſultant ex varia materiæ compoſitione, & inciſione: non edu-
B cuntur autem de illius potentia, vt quæ ad illas naturalem propenſionem non habeat.

Forma.

A Qva Formosi, Pvlchri.

DEFINITIO, ET PROPRIETATES.

* FOrmam modò conſideramus, quæ ſit apta membrorum figura, cum coloris ſuauitate, quam Ouid. *l.2. de arte amandi* ita depingit.

Forma bonum fragile eſt, quantùmque accedit ad annos,
Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.
Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent,
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam venient cani formoſe capilli,
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.

Philoſophi definiunt Formam ſiue Pulchritudinem, qualitatem quandam in corpore exſurgentem ex membrorum integritate, eorúmque debita proportione, iuſta quantitate,
C & coloris ſuauitate ſimul iunctis. Vnde ſi quid horum defuerit, turpitudo erit.

FORMÆ PRÆSTANTIA, DIGNITAS.

☞ *Pulchritudinem hic conſideramus non modò abſolutam, ſed & conuenientem eius, qui ea præditus eſt, ætati, vitæ, conditioni. Illa ſimpliciter Forma elegantia dici poteſt: hæc verò Formæ dignitas, à qua vel primo aſpectu quis regno, imperio, ſacerdotio dignus iudicatur.*

ACQVISITIO FORMÆ.

Publica, Popularis ex ipſo loco.

Heſiodus l.3 Melampodiæ, Chalcidem in Eubœa pulchras mulieres habentem nominat: nam formoſæ ibi mulieres naſcuntur, velut teſtatur Theophraſtus. *Athen. l.13. c.32.*

Hypæpenas mulieres fuiſſe pulcherrimas, traditur. Eſt verò vrbs Hypæpa, quę à Thmolo deſcēdentibus occurrit, ad Cayſtri cāpeſtria, nomine impoſito, quia ſit ſub monte, qui Æpos nuncupetur, ſita ac dicata Veneri. *Cælius l.14.c.1. Antiq. Lect.*

Apud Tenedum, Troianis adiacentem inſulam, eſſe om-
D nium, quotquot ſint Mulieres ſpecioſiſſimas, in Aſiæ periplo ſcribit Nymphodorus. *Cælius l.24.c.9.*

Senenſes fœminæ inter italicas præcellentis formæ, & elegantis ingenij ſingulare decus, conſtanti omnium ferè fama obtinent. *Sab ſupplem. l.28. ex Ionio.*

Priuata.

Phaonem omnibus hominibus elegantia formæ præſtantem, Venus in lactucis abſcondit. Alij dicunt eum portitorem fuiſſe, & Venerem traiicere volentem, neſcientem quænam eſſet, libenter promptéque recepiſſe. Ei alabaſtrum cum vnguento dea donauit, quo vnctus omnium hominum ſpecioſiſſimus euaſit: atque eius amore Mitylenenſes fœminæ captæ ſunt, præſertim Sappho poëtria, Scamandronymi filia. Deprehenſus in ſtupro, periit. *Ælian. l.12.*

Vxor Ageti Lacedæmonij, Alcidis F. quam poſtea duxit rex Ariſton, ſpecioſiſſima fuit, ex turpiſſima talis facta. Siquidem eam claris ortam parentibus, nutrix infantem adhuc ſingulis diebus baiulabat ad Helenæ templum, quod eſt in Therapne, ſupra fanum Phœbi: & ſtans ante ſimulacrum, deam precabatur, vt alumnā deformitate liberaret. Cui aliquando exeūti de tēplo, mulier quædam apparuiſſe fertur, atque interrogaſ-

L. B. Theat. Vit. Human. Tom. III.

ſe illam, quidnam in vlnis geſtaret? Et cùm nutrix ſe infantē geſtare reſpōdiſſet, iuſſit ſibi oſtendi. Cumque negaret nutrix E
ſe id facturā, quod infantē parentes ſui vetuiſſent oſtēdi cuipiā, inſtitit prorſus vt ſibi oſtenderetur. Nutrice puelli oſtēdente, demulſit illa caput puellæ, & dixit, futuram eam omniū Spartanorum formoſiſſimā: ab eo igitur cum ea priſtina ſpecies decidiſſet, poſteaquam ad nubilem peruenit ætatem, eam duxit vxorem Agetus: Ariſton verò aſtu Agetum perſuaſit, vt eam ſibi concederet. *Herod. l.6. & Pauſanias in Lacon.*

POSSESSIO. Pvlchri Qvi. Pvta

Philoſophi.

Pythagoras philoſophus tam formoſus, vt illum diſcipuli opinarentur Apollinem eſſe, qui ex Hyperboreis veniſſet. Cum nudatus aliquando eſſet, femur eius aureum apparuiſſe, fama eſt. *Laer.*

Demetrivs Phalereus, philoſophus, ob formam χαριτοβλέφαρος & λαμπετὼ a meretrice quadam appellatus fuit, vt teſte eſt *Didymus in Sympoſiacis referente Laertio l.5.*

Nicolavs Damaſcenus, vir doctiſſimus, procero admodū & formoſo corpore, ingenio etiam manſueto & iucūdo, adeò vt F
Aug. imp. eo maxime delectaretur: & ab eius nomine palmarū balanos pulcherrimos & maximos, Nicolaos dici præciperet, quibus maximè delectabatur. *Suid. & Girard. Dial. 8. Hiſt. poët.*

Syrianvs Magnus philoſophus, corpore optimè conſtituto, procero, ſupra modum formoſo. *Suidas in Ammoniano.*

Poeta.

Tamyras poëta & muſicus, cùm pulchritudine omnes præcelleret, ab initio mares dilexit: deinde præter ſuam conſuetudinem Muſas amauit, ac cum eis cantu certauit. A quibus demùm victus, luminibus & lyra priuatus eſt. Hinc Prouerbium, Θαμύρας μαίνεται. *Volat. l.10. Anthrop.*

Ferunt Tibullum, poëtam elegiographum, corporis forma admodum præſtanti fuiſſe. *Vnde Horat. de eo loquens:*

Non tu corpus eras ſine pectore: dij tibi formam
Dij tibi diuitias dederant, artemque fruendi.

Milites.

Callicratis formoſiſſimus Græcorum omnium ad Platæas, *Plut. in Ariſtide.*

Athletæ.

A victoria Pancratij Iſthmica, à corporis & animi pulchri- G
tudine, à bonis literis, Strepſiadem Thebanum laudat *Pindarus ode 7. Iſthmiorum:*

—— σθένει
τ' ἔκπαγλος. ἰδεῖν μορ-
φάεις, ἄγει τ' ἀρετὰν
οὐκ αἴσχιον φυᾶς
φλέγεται δ' ἰοπλοκάμοισι Μοίσαις. id eſt:

Robore quidem ſtupendus, cuius formoſa mens non minorem corporis pulchritudine virtutem ducit: lucétque nunc violacea cæſarie decoris Muſis.

Cratinus formoſiſſimus, & luctator fortiſſimus. *Pauſan. l.6.*

Viri fortes, bellicoſi.

Homervs heroum præſtantiſſimos Hectorem & Achillem, formoſiſſimos facit: quia vera & virilis pulchritudo cum omnium actionum bonitate iungitur. Itaque non abs re Socrates pulchros præ cæteris ad philoſophiæ ſtudium admittebat: quoniam vbi vera adeſt pulchritudo, illic quoque
ingenij acumen adeſt. In fucata verò & muliebri pulchritudine omnia contrario modo ſe habent. H

Turnum à forma plerisque in locis commendat *Virgilius, vt l.6. Æneidos:*

—— *petit ante alios pulcherrimus omnes,*
Turnus auis atauiſque potens. —— Item,
Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice ſuprà eſt.

P. Scipio Africanus maior, formæ dignitate barbaris in Hiſpania admirationi fuit. *Plut.*

Imbelles, Ignaui.

Nirevs apud *Homer. Iliad.* κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν, ἀπιεικὴς εἶδος. & viciſſim apud Troianos Paris γυναιμανής τε καὶ εἶδος ἄριστος eſſe dicitur, probríque loco audit, quod omnium formoſiſſimus eſſet.

Cinædi.

Magnes Smyrnæus puer, præ cæteris mortalibus formoſus, Poëtica inſuper & Muſica ornatus, corona inſignis, aureóque retinaculo redimitus, ac habitu molliore indutus, ciuitates obibat, multis dilectus, præſertim Gygi Lydorū regi. Mulieres certè omnes, Magneſiorum præſertim, ad inſaniam tedi-

A gebat. Quarum cognati per cauſam quod Magnes in cantico, Lydorum equeſtri contra Amazones victoria, ipſorum nullam mentionem feciſſet, comam eius raſerunt, veſtem ornatumque lacerauerunt, Iratus Gyges, Mageſiorum vrbem diripuit. *Suidas, & Pauſanias.*

Tiridates eunuchus, formoſiſſimus omnium in Aſia iuuenum. Eum cùm Artaxerxes rex Perſarum mortem obiiſſe audiſſet, per vniuerſam Aſiā luctum indixit. *Ael. l. 12. Var. hiſt.*

Phædrus Elienſis Socrati platonique familiaris & dilectus, cuius nomine liber inſcribitur ἀεὶ ὢν καλῶ: puer forma præſtanti à lenone domino ad merendum coactus, & ab Alcibiade redemptus, philoſophiæ traditus eſt. *Gellius l. 2. c. 18.*

Galeta formoſiſſimus adoleſcens, ob pulchritudinem & animo inſitas peculiares quaſdam virtutes, à Ptolomæo rege Ægyptiorum amatus eſt. *Ælianus de varia hiſt. l. 1.*

Gygis Gnidij formoſiſſimi meminit *Horat. l. 2. ode 5.*

—— Gnidiúſve Gyges:
Quem ſi puellarum inſereres choro,
—— mirè ſagaces falleret hoſpites
B *Diſcrimen obſcurum, ſolutis*
Crinibus, ambiguoque vultu.

Antonius Bithynicus ex Claudiopoli, Adriani Imp. concubinus, ſummæ pulchritudinis. Qui cùm in profectione Ægyptiaca vel ab Adriano immolatus, vel ſponte ſua mortuus occubuiſſet, quum Imp. anima hominis deuotis indigeret, inter diuos relatus eſt Adrianus eius à ſe ſtellam viſam aſſeruit, templum ei apud Mantineam & Hieroſolymis extruxit, ciuitatem apud Nilum de eius nomine condidit, imaginem eius inſculpſit, numiſmatis. *Cælius l. 11. c. 5. Antiq. Lect. & Vol. l. 23. Antropol.*

Impudicæ.

Pantica Cypria, ſcribit *Philarchus l. 10. Hiſtoriarum*, cùm eſſet apud Olympiadem Alexandri matrem, eam Monimum Pythioni filium in matrimonium popoſciſſe, verum cùm intemperans eſſet mulier, inquit Olympias: O infelix, ex oculis, non autem ex mente ducis vxorem. *Athen. l. 13. c. 32.*

Theodota fœmina formoſiſſima, Socratis diſcipulos, à philoſophiæ ſtudio, ſuo amore captos, abſtraxit. *Æl. lib. 13. de Var. hiſtor.*

C Phrynem non erat facilè nudam videre, quia longam veſtem geſtabat, neque popularibus balneis vtebatur, Cerealiorum verò Neptunaliorúmque tempore in omnium Græcorum conſpectu poſita, veſtes ſoluens ac comas, ad mare veniebat, & ab ipſa Appelles Venerem ἀναδυομένην, hoc eſt, emergentem pinxit. Praxiteles verò ſtatuarius Venerem Gnidiam ab ipſa formauit, cum illam amaret, *Athen. l. 13. c. 22.*

Vide de eadem elegantem hiſtoriam, quomodo in conuiuio celebri detexit fucum aliarum matronarum. In *loco de Fuco. Tit. Fucus detectus.*

Lais Corinthia meretrix, ob formā celeberrimā, certatim ad eam è tota Græcia confluentibus amatoribus, vnde illud: *Non cuiuis homini contingit adire Corinth.* hoc eſt, Laide potiri.

Lamia, ſcortum ſpecioſiſſimū à Demetrio Poliorcete rege adamatū, quæ & tibiis optimè ceciniſſe dicitur. *Plut. in Demetr.*

Flora meretrix vſque adeo floruit, vt Cecilius Metellus cū ſignis & tabulis pictis ædem Caſtoris exornaret, vna illius pictam imaginem ob venuſtatem ibi dedicarit, *Plut. in Pompeio.*

D *Adoleſcentes.*

Nyas Atlantis ex Æthra filius. *Ouid. l. 6. Faſt.*

Nondum ſtabat Atlas humeros oneratus Olympo,
Quum ſatis eſt forma conſpiciendus Hyas.

Acanthus, Amaranthus & Hyacintus pulcerrimi adoleſcentes, in ſui nominis flores mutati finguntur.

Herodotus ſcribit, Hippoclidem Tiſandri filium Athenienſem, diuitiis & forma inter procos Cliſthenis Sicyoniorum tyranni F. Agariſtiæ præcipuum fuiſſe.

Alcibiadem & puerum, & adoleſcentem & virum cum omni efflorescens ætate corporis forma amabilem reddidit & iucundum. Neque enim, vt Euripides dixit, omnium pulchrorum etiam pulcher autumnus eſt: verum Alcibiadi id inter raros alios ex corporis indole & temperatura ſuppeditauit. *Plut. in Alcibiade.*

Virgines.

Virgines formoſas Homerus ἑλικώπιδας appellat, vel quia nigris oculis præditæ eſſent, vel quia ἑλικώπιδες, id eſt conuertunt omnium oculos in ſeſe. Eaſdem olim ἀλφεσιβοίας vocabāt, eleganti epithero, quod propter pulchritudinem, facilè amatores & procos inuenirent, à quibus boues, aliáque munera acciperent, nondum inuento pecuniæ vſu. Hinc Meſtra Eriſichthonis filia in varias ſe mutaſſe formas, dicitur. E

Thamar filia formoſiſſima, Roboam Salomonis filij vxor, quæ ei peperit Abiam. *l. 2. Regum c. 14.*

Iob filiæ tres poſt reſtitutionem in integrum natæ, Iamima, Caſſia, & Querenappuca, quibus pulchritudine pares nullæ in orbe extabant. *Iob vltimo.*

Atalanta Arcadis Iaſonis filia, à patre expoſita, & vrſino lacte nutrita, mox à venatoribus inuenta, pulcherrima omnium virginum euaſit ſuo tempore non fucata illa, ſed vera ſolidáque pulchritudine, vt quantum proceritate corporis, & ſymmetria omnium membrorum reliquas vincebant, tantumdem & robore. *Æl. l. 13. Var. hiſt.*

Parui.

Aristippus Mulierem paruam, ſed pulchram conſpicatus. Paruum, inquit, malum, ſed magnum pulchrum. Vel ſi mauis inuertere ſententiam: Paruum quidem pulchrum, magnum autem malum. Nam καλὸν & κακὸν apud Græcos facilè permutari poſſunt, *Ant. in Meliſſa, p. 2. ſerm. 33.* F

Pontifices, Epiſcopi, Sacerdotes.

Innocentius VIII. ſuo tempore inter Alſonſi Siciliæ regis miniſtros omnium formoſiſſimus fuiſſe dicitur. *Volaterranus l. 22. Anthrop.*

Gutherus epiſcopus Babenbergenſis, qui in Itinere, cum proficiſceretur Hieroſolymas ad terram Sanctam, mortuus eſt anno Chriſti 1604. Princeps præter morum gloriam, & animæ diuitias, corporis quoque bonis apprime ornatus fuit, ſtatura & formæ elegantia, totiúſque corporis integritate ita cæteris præferebatur mortalibus, vt in illa Hieroſolymitana profectione, ex vrbibus & agris ſpectandi eius ſtudio quamplurimi homines confluerent. *Heruald. de Geſtis German.*

Reges, Imperatores. Forma *Principe digna.*

Saul F. Cis Ieminienſis, è tribu Benjamin, nulli Iſraëlitarum pulchritudine cedebat, & cæteros omnes humeris ſupereminebat. Hic à Samuele rex fuit electus. *1. Reg. 9.*

Adonias Dauidis regis F. ex Hagith concobina, frater Abſalon, ſingulari pulchritudine præditus fuit, & vt forma, ita etiam ſtudio fratri ſimilis in Imperio affectando. *3. Reg. 1.*

Agag rex Amalechitarum tam pulcher fuit atque procerus, vt cùm Saul Iſraëlitarum rex Amalechitas omnes ex Domini iuſſu interfeciſſet, ſoli Agag pepercerit. Ob quod factum grauem Domini indignationem incurrit. Samuël propheta Agag Galgalis fruſtatim diſſecuit. *1. Reg. 15.* G

Absalon regis Dauidis F. à veſtigio pedis vſque ad verticem nullo præditus erat vitio. *2. Reg. 14.*

Iason Iolci rex, Argonautarum princeps, forma ſua Medeam ſibi conciliauit. Teſtis ipſamet apud *Ouid.* ita loquens.

Et formoſus eras, & me mea fata trahebant,
Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.

Iliados γ. Priamus in mœnibus Troianorū, accerſitā Helenā percontatur, quinam eſſent, quos procul in Græcorū exercitu conſpiceret, & Agamemnonis formā laudat ad hunc modū.

Ὅς τις ὅδ' ἐστὶν Ἀχαιὸς ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε.
Ἤτοι μὲν κεφαλῇ καὶ μείζονες ἄλλοι ἔασι
Καλὸν δ' οὕτω ἐγὼν οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν,
Οὐδ' οὕτω γεραρόν, βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικεν. id eſt,
Ille quis eſt, rogo, Graius homo, magnuſque bonuſque?
Sunt alij hunc, fateor, ſuperantes vertice plures. H
Verùm æquè pulchrum memini me cernere nunquam,
Nec venerandum æquè, regem præferre videtur.

Eraſmus in Adagiis.

Habuit Xerxes in exercitu CCLVIII. myriades, quæ ratio habet bis & quinquagies centum octoginta tria millia hominum. Herodotus tamen ſcribit, in tanto mortalium numero neminem fuiſſe pulchriorē rege ipſo, aut proceriore ſtatura.

Alexandrum Philippi filium, ſine curatione formæ ſpecioſum extitiſſe perhibent, Capillos enim diſiectos confuſóſque ei pependiſſe, qui erant flaui. Ferunt etiam, formidabile quiddam in facie Alexandri fuiſſe. Homerus cùm vult ſignificare formoſos, arboribus eos comparat: velut.

ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος. Æl. de Var. hiſt. l. 12.

Porus rex Indorum pulcherrimus, ea proceritate, qua vix nemo poſt Troianum bellum fuit. Cum Alexandro Magno admodum adoleſcens bellum geſſit. *Suidas.*

Demetrius Poliorcetes, Antigoni Aſiæ regis F. corporis proceritate, quamuis procerus, minor parente fuit. Forma verò & faciei venuſtate adeò mira atque excellēti, vt plaſtes vel

pictor

A pictor exprimere nullus imaginem eius poſſet. Eadem enim venuſtatem & grauitatem, terrorem & hilaritatem habebat, confuſáque erat cum iuuenili & feroci vultus aſpectu pene inimitabilis heroica quædam ſpecies & maieſtas regia, adeò vt qui eum adibant peregrini, cùm decorem viderent, regali excellentia ornatum, admirarentur, & in profectionibus ſpectandi gratia ſubſequerentur. Perinde mores inerant ei pariter formidabiles hominibus & grati. Vt enim iucundiſſimus per otium in familiari conſuetudine atque inter pocula, in delicijs, in victu regum omnium mollissimus: ita vigilantiſſimus rurſus & intentiſſimus erat in rebus gerendis aſſiduitate & ſtrenuitate: qua in re præ cæteris dijs Liberum patrem æmulabatur vt qui optimè vti bello noſſet, contraque pacem ex bellis alere, eſſétque ad hilaritatem ac voluptates maximè compoſitus. *Plutarchus in Demetrio, & Diodorus lib. 20.*

Avgvstvs Cæsar forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venuſtiſſima: quanquam & omnis lenocinij negligens, & in capite comendo tam incurioſus, vt raptim compluribus ſimul tonſoribus operā daret, ac modo tonderet, modo raderet B barbam: eóque ipſo tempore aut legeret aliquid, aut etiam ſcriberet. Vultu erat vel in ſermone, vel tacitus, adeò tranquillo ſerenóque: vt quidam e primoribus Galliarū, confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitū ac remollitum, quo minùs, vt deſtinarat, in tranſitu Alpium per ſimulationē colloquij propiùs admiſſus, in præcipitium propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos: quibus etiā exiſtimari volebat ineſſe quiddā diuini vigoris: gaudebátque, ſi quis ſibi acriùs contuenti, quaſi ad fulgorem Solis vultum ſubmitteret: ſed in ſenecta ſiniſtro minùs vidit. Dentes raros, & exiguos, & ſcabros: capillū leuiter inflexū, & ſubflauum, ſupercilia coniuncta, mediocres aures: naſum & à ſummo eminentiorem, & ab imo deductiorem: colorem inter aquilum candidúmque: ſtaturam breuem, quam tamen Iulius Maratus libertus etiam in memoriā eius, quinque pedum & dodrantis fuiſſe tradit: ſed quæ commoditate, & æquitate membrorum occuleretur: vt non niſi ex comparatione aſtātis alicuius procerioris intelligi poſſet. *Suetonius.*

Clavdio Cæsari auctoritas dignitáſque formæ non defuit vel ſtanti, vel ſedenti, ac præcipuè quieſcenti. Nam & C prolixo, nec exili corpore erat: & ſpecie caniciéque pulchra, opimis ceruicibus. Cæterùm & ingredientē deſtituebant poplites minùs firmi, & remiſſè quid vel ſeriò agentē multa dehoneſtabant: riſus indecēs, ira turpior, ſpumāte rictu, humentibus naribus: præterea linguæ titubantia, caputque tū ſemper, tum in quantulocūque actu vel maximè tremulum. *Suetonius.*

Commodo Imp. pulchra facies & virilis, tranquillæque faces oculis micantes, & criſpa cæſaries: quæ cùm ad Solem velut ignis rutilaret, multi credidêre eam aurea ſcobe ſuffuſam. *Sabellicus lib. 5. Enn. 7.*

Maximinvs F. formoſiſſ. fuit. Epiſtola quam Maximinus pater ad ſenatum de eo dedit, hoc habuit: Ego cùm propter effectum, quem pater filio debet, Maximinum meum Imperatorem appellari permiſi, tum etiam vt Pop. Rom. & ſenatus ille antiquior, iurare poſſit, ſe Imperatorem nunquam pulchriorem habuiſſe. Eam ob cauſam paſſim amatus fuit à procacioribus fœminis, quæ de eo optauerunt concipere. Scribit Ælius Sabinus, tantam pulchritudinem oris fuiſſe in eo, vt etiam caput eius iam morte nigrum, iam maceratum defluenti tabo, pulcherrimum tamen videretur. Denique cùm caput D patris pilo circumferretur, & ex hoc ingens gaudium eſſet, propè par mœror erat, quòd & filij caput pariter portaretur. *Capitolinus in Maximino Iuniore, & Sab. lib. 6. Enneadis 7.*

Diadvmenvs Antoninvs Macrini Imp. filius, cùm ſciret ſe forma omnium eſſe pulcherrimū, purpura all'umpta, equóque inſidens, exercitui ſe ſpectandū magno fauore dedit. *Capitol.*

Interfecto Conſtante in Sicilia, milites Mezentium quendam coronarunt, hominem adeò formoſum, vt nec pictæ imagini cederet. Hoc verò natu maximus Conſtantis filius, Conſtantinus Pogonatus audiens, quem ipſe pater inſignibus imperij ornarat, in Siciliam cum magna claſſe perrexit, & Mezentium cum interfectoribus patris ſuſtulit.

Carolvs Magnvs dignam imperio formam habuit: corpore robuſto, ſeptem pedes ſuos procero, capite rotundo, oculis prægrandibus & vegetis, naſo paulò maiore, facie læta & hilari: inceſſu firmo, voce clara, valetudine proſpera, ceruice interim breuiore, & ventre proiectiore. *Crantz. l. 1. Saxonia, c. 7.*

Henrico I. Imp. principi prudentiſſimo, forma etiam corporis regiæ dignitatis decorem auxit. *Cuſpinianus A. D.*

Conradvs Henrici IV. Imp. filius, extra virtutes regias decoræ ac gratioſæ formæ, & proceræ ſtaturæ fuit: omnibus E amabilis, affabilis & humanus. *Hedio in Chronico Germanico.*

Arnvlphvs Imp. corpore procero & forti, cui regia maieſtas natura ineſſe videbatur. Eloquio blando: litteris, vt tempora ferebant, ſatis eruditus, & in primis Chriſtianæ religioni deditus. *Cuſpinianus A. D.*

Fridericvs Barbarossa Imper. ſtaturæ mediocris, robuſti pectoris, corporis ſucculenti, viuidæ formæ, vultus gratioſi, barbā & pilos in capite rubros habuit. *Hedio in Chron. Germ.*

Conradus filius Friderici II. Imperatoris, Siciliæ rex & Neapolis, tam formoſus fuit, vt Abſalon vulgò appellaretur: verùm ignauus, & à parentia virtute multùm degenerans. *Leander Bonon. in Italia ſua.*

Rodvlfvs I. Imp. ſpecie fuit regia, forma quadrata, capite haud magno, crinibus raris, naſo aquilino, Habſpurgenſis familiæ peculiari indice, cibi potúſque temperantia miranda. *Cuſpinianus A. D.*

F Fridericus dux Auſtriæ, ob elegantiam formæ cognomento Pulcher dictus, captus in prælio à Ludouico Bauaro, aliquamdiu in cuſtodia detentus eſt. Sed liberatus, & ad ſuos Viennam rediens, venit demiſſa barba horridus, & ſqualore obſitus, qui pulchritudine & elegantia corporis alios omnes principes ſuæ ætatis ſuperabat. *Idem.*

Sigismvndvs Imp. humaniſſimus, proceræ ac inſignis ſtaturæ, pulchra facie, crinibus criſpis, barba prolixa, quam in Hungarorum gratiam nutriuit. *Idem.*

Philippvs Francorum rex, qui initio ſimultates cum Bonifacio Pontifice Max. deinde profeſſas exercuit inimicitias, tam formoſus fuit, vt ab omnibus cognomento Pulcher ſit cognominatus. *Ritius Neapolitanus lib. 2. Regum Francorum.*

Iacobvs III. Scotorū rex, corporis forma, & robore, inter principes ſuæ ætatis facilè primus fuit. *Appendix Hiſt. Scotor.*

Maximilianvs I. Imp. humaniſſimus, ſtatura fuit quadrata, in qua Cæſarea maieſtas reſplenduit. Nemo non hunc Imperatorem eſſe, etiam externus, inter triginta maximos Principes, antea non viſum, agnouiſſet, tanta erat oris probitate. *Cuſpinianus A. D.*

Regina. G

Argia Adraſti Argiuorum regis filia, & vxor Polynicis, fuit mirum in modum ſpecioſa. *Statius l. 2. Theb.*

Egregiam Argiam, nec forma laude ſecundam Deiphylem.

Hiera vxor Telephi regis Myſorum mulier omnium (quas Proteſilaus vidit) maxima & pulcherrima.

Alcestis Peliæ Theſſaliæ regis filia, Admeti vxor, formoſiſſima fuit, teſte *Homero, Iliad. 6.* vbi inquit:

[illegible]

Procis eam ambientibus conditionem propoſuit pater, qui leoni aprum iunxiſſet, ei ſe filiam daturum. Admetus Apollinis conſilio viſus Alceſtidem obtinuit. *Euſtathius.*

Omphale regina Lydorum, facie adeò præſtanti fuit, vt ei ſe ſubmiſerit Hercules. *Propertius lib. 3.* Monſtrorum reliquorum domitor, monſtrorum vt blandiſſimum, ſic infeſtiſſimum Amorem vincere non potuit.

Sisigambis vxor Darij, nulli ſuæ ætatis fœminæ pulchritudine ceſſit, teſte Curtio: quam tamen victo Dario Alexander non ſolùm non violauit, ſed & ſummam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.

H Amytis Bagæi vxor, vt aſſerit *Dinon. l. 5. Rerum Perſicarum*, ſoror fuit Xerxis ex eodem patre, vt pulcherrima omniū mulierum, quæ eſſent in Aſia, ita intemperātiſſima. *Ath. l. 13. c. 13.*

Scribit *Theopompus, libro Hiſtoriarum 56.* Xenopitham Lyſandridæ matrem, omnibus mulieribus pulchriorem fuiſſe, quæ ſunt in Peloponneſo: quam Lacedæmonij vnà cum Chryſe ſorore interfecerunt, poſtquam Ageſilaus rex ſeditione excitata fecit, vt inimicus ipſius Lyſandrides à Lacedæmoniis in exilium fugaretur. *Athen. lib. 13. cap. 32.*

Alexandra Hyrcani filia, ex Alexandro Ariſtobuli regis filio liberos habebat, alterū formoſiſſimum, nomine Ariſtobulum, alterū Mariammen Herodis coniugem, inſigni pulchritudine fœminam. Gellius M. Antonij Triumuiri amicus, ex Ægypto ob quædam negotia in Iudæam profectus, vt vidit Ariſtobulū, delectatus eſt eius forma, admiratus ſtaturā adoleſcentis ſimul & pulchritudinem, nec minùs Mariamnen regiā coniugem, felicémque prole Alexandram prædicans, cum ea colloquutus, perſuaſit, vt depictas amborū effigies ad Antoniū mitteret: fore enim, vt his conſpectis, ille nihil non à ſe

impetrari pateretur. His verbis excitata mulier, eas effigies
A ad eum tranſmiſit. *Ioſephus lib.15. cap.2. Antiquit.*

Cleopatra mulierum omnium, quas C. Iulius Cæſar, dum Pompeium inſequeretur, in Ægypto inuenit, formoſiſſima: cuius venuſtate & oris facũdia captus, non tantùm amauit ipsã, ſed in eo etiam diſſidio, quod cum fratribus habuit, pro ipſa, parùm iuſtus iudex aduerſatiis viſus, ſtetit. *Dion.*

Zenobia Palmyreorum regina ſub aquilo fuiſſe colore traditur, oculis nigris, ſupra modum vigentibus, venuſtate eximia, dentibus adeò candidis, vt margaritas pleríque dentium loco eam ſibi concinnaſſe crederent: vox clara & virilis. *Sabellicus lib.7. Ennead.7.*

Saxo Grammaticus, lib.8. Danica hiſtor. ſcribit Suauildam reginam tantæ fuiſſe pulchritudinis, vt quum vincta loris expoſita eſſet equinis calcaribus obterenda, ipſis quoque iumẽtis horrori fuerit, artus eximio decore præditos conculcare.

Aluida Siuardi Gothorum regis F. virgo pulcherrima. *Ioan. Magnus lib. 7. cap. 10.*

Alfreda Horderij Cornubiæ ducis F. pulcherrima. *Polyd. lib. 6. & Ranulphus lib. 6. cap. 11. & Vvilhelmus Mamelsburienſis lib.2. cap.46.*

B Giſela ſoror Henrici II. Imp. formoſiſſima. Cuius ſpecie captus Hungarorum rex, eam tandem impetrauit, cùm ſacro baptiſmatis fonte ſe tingi pateretur. *Annales Hungarorum.*

Regem Franciæ narrant captum Ægydiæ Roberti II. Scotorum regis F. amore pictorem miſiſſe in Scotiam, vt per occaſionem benè inſpectam depingeret. Quúmque ille imaginem expreſſam eleganter reportaſſet, tanta accenſum fuiſſe virginis potiundæ cupiditate, vt extemplo legatos ad eam poſcendam miſerit. Sed præuentus à Guilielmo Douglas iuuene fortiſſimo cui ob ſingulare robur pater filiam deſponderat, ſpe fruſtratus eſt. *H. Boberius lib.16.*

Duces.

Tigranes cum LX. millibus ad tutandam Ioniam à Xerxe relictus, omnium Perſarum & ſpecie, & ſtatura eminentiſſimus fuit. *Herod. l.9.*

Xenophon Grylli filius, Athenienſis, pago Archieus, verecundus admodum fuit, & formoſus. *Laert. l.2.*

Ephæstion Macedo, vnus è ducibus Alexandri, apud regem primas tulit ob corporis pulchritudinem atque præſtantiam. Cui rei argumento eſt, quòd cum Alexander deuicto
C Dario, tentoria cum ſolo Ephæſtione inuiſeret, vbi regiæ mulieres erant: mater Darij obuiam illis procedens, Ephæſtionem pro Alexandro adorauit, quod forma maiore & auguſtiore viſus eſſet. *Arrianus Grecus de geſtis Alexandri.*

Tanta ſpecie ad exprimendum militare decus in Magno Sfortia, diſſimilium rerum partes ratione atque ordine reſpondebant, vt à rudibus ruſticaniſque, qui eum nunquam vidiſſent, pari inter multos cultu, & ſæpe ſine comitatu, vti omnium princeps ac imperator noſceretur & ſalutaretur. *Iouius in vita Magni Sfortiæ.*

Matronæ.

Sara Abrahæ patriarchæ vxor, pulcherrima fuit, adeò vt Pharao Ægyptiorum rex eam matrimonio ſibi copularit, cùm Abraham ſororem ſuam eſſe diceret, non vxorem, ne ab Ægyptiis interficeretur. *Geneſ.12.* Eadem nonageſimo ætatis anno ab Abimelech Gerarorum rege rapta fuit. *Geneſ.20.*

Rebecca vxor Iſaac pulcherrima, adeò vt Iſaac Geraris peregrinatus, ſororem ſuam eſſe dixerit: ne ſi vxorem eſſe diceret, à Palæſtinis interficeretur. *Geneſ.26.*

Penelopes formam Homerus commendat, inquiens:

Ἡ δ' ἴεν ἐκ θαλάμοιο περίφρων Πηνελόπεια
Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἠ δὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.

D Ex thalamo prodibat prudens Penelopea, Dianæ ſimilis, & aureæ Veneri.

Panthea vxor Abradatæ Suſiani (quam Cyrus expugnatis Aſſyriorum caſtris duxerat captiuam) Araſpæ Medo ſeruanda tradita eſt, qui apud Cyrum affirmauit, nondum eſſe ortam, aut omnino inuentam tota Aſia pulchriorem. *Xenophon.*

Thargelia Mileſia quæ quatuordecim viris nupſit, forma fuit omnino perpulchra, & ſapiens, velut teſtatur Hippias ſophiſta. *Athen. lib.13. c.32.*

Lucretiæ formam tanti fecerunt Romani, vt eam ſuis monumentis vbique celebrauerint, & vindicauerint à mortalitate: nec ſolùm ob eximiam pulchritudinem, verùm etiam ob caſtitatem quòd vim Tarquinij gladio ſic vlta.

Plutarchus in Lucullo ſcribit, Præciam quandam fuiſſe in vrbe Roma fœminam, venuſtate formæ nulli ſecundam, quæ E ſua pulchritudine Cethegum ſibi deuinxerit: adeò vt nihil probaretur Cethego, quod Præcia non iuſſiſſet.

Viduæ.

Iudith Manaſſis viduæ Bethulienſis pulchritudo ſingularis fuit, eamque Dominus ipſe adauxit, vt Holofernem deciperet, populumque liberare poſſet. *Iudith. 10.*

Concubinæ.

Phylarchus Timoſam contendit *lib. 19.* Oxyartæ pellicem omnes alias mulieres forma ſuperaſſe, quam rex Ægyptiorum Statiræ regis vxori dono miſit. *Athen. l.13. c.32.*

Thermusa ob pulchritudinem, Pharaati Parthorum regi acceptiſſima. *Ioſephus l.18. c.3. Antiq.*

Famuli, Serui.

Ioseph F. Iacob patriarchæ, formæ ſingulari venuſtate fuit: eapropter ab heri ſui Putipharis vxore ad ſtuprum fuit interpellatus. *Geneſ.39.*

Bartholomævs Captanus, Mediolanenſis Eccleſiæ antiſtes, idcirco ſe Miniſtros forma præſtantes quæſiuiſſe dicebat: quoniam turpes animi, turpia corpora incolerent: improbitatem autem in egregia forma perrarò compertam eſſe. F *Æneas Syl. l.2. comment. de Rebus geſtis Alphonſi.* Aſpaſio Rauennati, magiſtro epiſtolarum Imperatoris Alexandri Mammeæ F. hoc etiam dicterium adſcribitur.

Seruæ.

Bryſeidis amore Achilles flagrauit, licet captiuæ. *Horat.*

——prius inſolentem,
Serua Bryſeis niueo colore mouit Achillem

Vsvs, Frvctvs. Forma Occasionem Præbens.

Deorum Amori.

Scitum eſt illud Ariſtotelis: qui interrogatus cur fieret, vt pulchri tam facilè ab omnibus amarentur: cæci eam interrogationem eſſe dixit. Et Græci ſapienter ſua lingua Pulchro ex eo indidère nomen, quòd omnes ad ſe alliciat. Dixerunt enim καλὸν παρὰ τὸ καλεῖν, ὅτι πάντας ἐφ' ἑαυτὸ καλεῖ. Teſtati ſunt idem vulgato olim prouerbio: quo dicebant, quod pulchrum eſſet, id demùm amicum eſſe: cuius originem ad Muſas & Gratias referunt: quæ cùm conueniſſent ad nuptias Cadmi & Harmoniæ, pulchrum carmen, quo ea ſententia contineretur, immortali ore cecinerint: nouæ nuptæ pulchritudinem, vt veriſimile eſt, commendantes. Hoc de ſapientiſſimo G poëta Theognide cognouimus: cuius hæc ſunt:

Μοῦσαι καὶ Χάριτες, κοῦραι Διός, αἵ ποτε Κάδμου
Ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, καλὸν ἀείσατ' ἔπος.
Ὅτ. τὸ καλὸν φίλον ἐστὶ, τὸ δ' οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστί.
Τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.

Ant. Muretus 4. Var. Lect. cap.4.

Deæ rapuerunt pulcherrimos, quibuſcum & verſantur. Aurora cum Cephalo, Clito, & Tithono. Ceres cum Iaſone, Venus cum Anchiſe & Adonide. *Athen. lib.13. c.7.*

Endymion paſtor à Luna in montibus Cretæ adamatus dicitur.

Ganymedes Trois filius, regis Troiæ, ob admirandam pulchritudinem ſuam ab aquila raptus eſt in cœlum, vt Iouis pincerna eſſet. *Pindarus, de quo infra fuſius.*

Hylam Thyadamantis filium ob formam adamauit Hercules, & Nymphæ rapuerunt.

Auriope filia Nyctei, & vxor Lyci regis Thebarum, propter formam à Ioue adamata eſt, ex quo Zetum & Amphionem ſuſcepit.

Tyro puella, Salmonei filia, ob formam à Neptuno adamata. H

Æginam Aſopi regis Bœotiæ filiam, ob excellentem pulchritudinem adamauit Iupiter, iacuitque cum ea in ſpecie ignis.

Amori inſano.

Medvsa incredibili ſua pulchritudine amatores partim in ſaxa partim in bruta conuertit. Saxei autem fiunt homines, & in brutorum tranſeunt naturam, qui mulierecularum forma & illecebris capti, vitam agunt intemperantem & libidinoſam. *Platina Dialogo ad ſtellam, & Viues in 18. lib. de Ciuit. Dei cap.13.*

Hecubæ ad Menelaum, de Helena, *apud Eurip. in Troadib.*

Ὁρᾶν δὲ τήνδε, φεῦγε, μή σ' ἕλῃ πόθῳ.
αἱρεῖ γὰρ ὄμματ' ἀνδρῶν, ἐξαιρεῖ πόλεις,
πίμπρησι δ' οἴκους, ὧδ' ἔχει κηλήματα.

Sed

A Sed cernēs hãc, fuge, nec te capiat amore: capit enim oculos virorum, delet ciuitates, accendit ædes: ſic habet mulcimenta.

Spurina Hetruſcus adoleſcens egregia forma, cum fœminas viróſque ad libidinem aſpectu decoro incitaret, oris pulchritudinem vulneribus ſponte dehoneſtauit. *Valerius de Verecundia, & Ambroſius lib. 3. de Virginitate.*

Raptui.

Ganymedes Trois Phrygij regis filius, adoleſcens fuit ſpecioſiſſima forma, quem Tantalus venantem maxima celeritate rapuit, & in Cretam perlatum Ioui dono dedit: hunc Iupiter habuit in deliciis concubinum. Fabulantur poetæ, Iouem in aquilam verſum eum rapuiſſe, præfeciſséque poculis loco Hebes & Vulcani, Iunonis liberorum: vertiſséque in ſignum cœleſte, quem nunc Aquarium dicimus. *L. Viues in lib. 7. Auguſt. de Ciuit. Dei, cap. 26.*

Helena filia Iouis, ex Leda vxore Tyndari regis Laconiæ, ob eximiam pulchritudinem bis rapta fuit. Primum adhuc puella à Theſeo, ſecundò iam Menelao nupta à Paride. Propter quam recuperandam Græci Troianis decennale bellum intulerunt. Eiuſdem pulchritudo flexit apud Homerum ſenes Troianos, qui Scæam portam conſcenderant, Paridis & Menelai certamen inſpecturi. Eò namque cùm mulier tanti certaminis præmium aſcenderet, elegantia formæ adeò mentes ſapientiſſimorum virorum cepit, vt tantum bellum eius B cauſa meritò dicerent eſſe concitatum. *Platina Dial. ad Stellam, contra amorem.*

Hermione filia Helenæ & Menelai, matrem forma ferè & fato imitata, cùm Oreſti deſponſata eſſet, à Pyrrho rapta fuit.

Inceſtui.

Bellerophon à Stenobœo, Prœti Argiuorum regis vxore: nouerca ſua, propter formam adamatus, cui tamen aſſentiri noluit.

Hippolytus Theſei filius, pulcherrimus, & formæ nomine à nouerca Phædra expetitus.

Adulterio.

☞ *Vide Tit. Adulter. Hic incentiuum, illic factum conſideratur.*

Credibile eſt Berſabeam, Vriæ vxorem, eleganti fuiſſe forma, quæ ſapientiſſimum illum regem & prophetam ſanctiſſimum Dauidem vſque adeò titillauerit, vt religionis oblitus, adulterio & homicidio (Vriam enim deuouit morti) ſuam contaminauerit ſanctitatem. *Stroza pater:*

Ille ſacri vates operis Ieſſeia proles.
Præfecit populo quem Deus ipſe ſuo,
C *Berſabea captus forma eſt.*

Certamini, Concertationi.

☞ *Vide Tit. Riualium.*

Herodotus ſcribit Agariſtam Cliſthenis Sicyoniorum tyranni filiam, adeò formoſam extitiſſe, vt ad habendas eius nuptias, celebrata ſint procorum ſpectacula & certamina, ad quæ ſpecioſiſſimi quique Græciæ adoleſcentes confluxerũt.

Ad Hippodamiæ Oenomai Eleorum regis F. impetrandas nuptias, celebrata ſunt certamina procorum nobiliſſ. ex tota Græcia concurrentium. Victo mors præmium erat, victori puella. Multis ab Oenomao iugulatis (qui nomine Iſchomache Propertio dicta videtur) tandem arte vicit Pelops.

Fumo.

Hetruſcarum mulierum opinio eſt, & tanquam prouerbium quoddam patrio ſermone celebratur vox, qua fertur fumum Pulcbriorem totius domus perſequi. Opinio vana, ſed quæ multis ſæculis & apud diuerſas etiam gentes, viguit: antiqui D enim quoq; Græci hoc ita ſe habere exiſtimabãt. Ariſtophontis comici paraſitus apud *Ath. lib. 6. Dipnoſ.* de ſeipſo inquit: —— τὰς καλὰς πειρᾶν καπνός: ſe in formoſis tentandis fumum eſſe, hoc eſt, exploratorem egregium: vt teſtimonio comici poetæ intelligitur. *Victor. lib. 3. Var. lect. cap. 21.*

Morti.

Narcissus filius Cephiſi, & Lyriopes. Eius deſiderio quum Nymphæ intabeſcerent, mutatus eſt in florem ſui nominis. *Ouid. lib. 3. Metamorph.*

Musæus poëta formam Leandri pueri ex Abydo (qui Ero puellam adamauit, & ab ea redamatus eſt) multis laudibus celebrauit.

Democles Athenienſis, ob formam Pulcher Democles ab omnibus vocabatur. Sed eidem (quod paucis admodum formoſis contingit) tanta quoque extitit pudicitiæ cura, vt ad declinandam vim Demetrij Poliorcetis (à quo petebatur ad ſtuprum) ſe in plenum feruentis aquæ lebetem (cùm aliter effugere non poſſet) coniecerit. *Plutarch. in Demetrio.* E

Coniugio fortunato.

Abisag Sunamitis, puella formoſiſſima, ex omnib. Iſraelitidis electa fuit, quæ regẽ Dauidem iam ſenio confectũ, neque veſtigiũ iniectu caleſcentem, ſuo complexu foueret. 3. *Reg.* 1.

Hadassa, ſiue Eſther, puella vtroque parente orbata, à Mardochæo patruo ſuo Iudæo Babylone educata, propter formæ elegantiam Artaxerxis regis Perſarum coniugio dignata eſt. *Eſther. 2. & Ioſephus lib. 11. cap. 6.*

Ariadne filia Minois, forma fuit eleganti, quam propterea Bacchus duxit in vxorem, eiúſque coronam ſtellis ornatam in aſtra retulit.

De Semiramide alij alia dicunt. Ea fuit inter omnes fœminas ſpecioſiſſima, tametſi remiſſiùs & negligentiùs formam curabat. Cùm veniſſet ad regem Aſſyriorum, vocata propter formæ pulchritudinem, ille vbi vidit, ſtatim eam deperire cœpit. At illa petiit ab rege munus, ſtolam regiam, Aſiæque imperium ad quinque dies, & eorum, quæ in hoc gererentur, poteſtatem. Neque fruſtrata eſt eam petitio. Cùm verò collocaſſet eam rex ſuper thronum, & ipſa iam manu ſententiáque cunctorum potens eſſet: mandauit ſatellitibus, vt regem interficerent. Atque ſic Aſſyriorum imperium obtinuit. *Refert hæc Dion. Ælian. lib. 7. de Var. hiſt.*

Rhodopa omnium in Ægypto mulierum fuit formoſiſſima: F cui lauanti cùm aquila calceum abſtuliſſet, Memphimque deportatum Pſammeticho regi in ſinum iniceſſet; ipſe miratus, calcei pulchritudinem, inueſtigauit cuius calceus eſſet: & Rhodopen inuentam, in vxorem duxit. *Ael. de Var. hiſt. lib. 13.*

Aspasia Hermotini Phocenſis filia, quæ poſtea Cyro minori nupſit coacta, omnes ſua ætate virgines formæ elegantiæ ſuperauit. Eius formam *Ælian. lib. 12. Var. hiſt.* deſcribit, coma flaua, capilliſque paulum criſpantibus præditam. Oculos habebat maximos, & aduncum quodammodo naſum, aures breuiores. Cutis tenera, & vultus color ad roſeum accedebat: ob quam cauſam eam Phocenſes, cùm adhuc infans eſſet, Milto nuncuparunt. Labra rubicunda, dentes niue candidiores. Plantis etiam pedum valebat, quemadmodum Homerus pulcherrimas fœminas ſuo quodam vocabulo καλλισφύρους nominat. Vocem habebat ſuauem & teneram, ita vt ipſa loquente Sirenem audire te diceres: ab omni curioſitate muliebri, & ornatu aliena, vtpote ab inope parente enutrita. Cyrus itaque minor Perſarum rex, eius pulcbritudine ſimul & pudicitia motus, eam in vxorem duxit, & poſt hunc etiam G Artaxerxes. *Ælian. lib. 12. de Var. hiſt. a principio.*

Phyam cotyllas vendere ſolitam, quæ Piſiſtrato tyrannidem ſtabiliuit, inſtar Palladis pulchram fuiſſe Phylarchus ſcribit. Eam Hipparcho filio ad communes nuptias Piſiſtratus tradidit. *Athen. lib. 13. Cap. 31.*

Magnus Alexander, totius propè Orientis victor & Imperator, Rhoxanam, ſatrapis barbari filiam, matrimonio ſibi iunxit, ob ſolam eius pulchritudinem. *Curtius lib. 5.*

Constantinus Angelus Philadelphienſis, genere non admodum nobili ortus, ſed procera ſtatura, & inſigni, forma præditus: Eudociam (non Theodoram) Alexis aut Manuelis Comneni Imper. filiam, pulchritudine pronuba, vxorem duxit. *Nicetas lib. 11. de rebus Manuel.*

Paulus Diaconus ſcribit, Thedotem puellam Romanam, flauis promiſſiſſiſque capillis ad pedes vſque pendẽtibus, pulchritudine ſua Cunibertum regem Lõgobardorum mouiſſe.

Roxiana Hengiſti Saxonum ducis F. & ethnica formæ H cauſa à Vortigerno Britannorum rege Chriſtiano, repudiata priore in vxorem ducta, Britannorum regnum Saxonibus contulit. *H. Boëthius lib. 8.*

Regno.

Barbari corporis maieſtatem imperio dignam indicant; *Sab. lib. 6. En. 4. ex Strabone.*

Bassianus Solis ſacerdos apud Phœnices, ob formæ elegantiam (nam Baccho ſimillimus videbatur) à militibus occiſo Macrino, Imperator dictus eſt. *Sa. lib. 6. En. 4.*

Libertati.

Nicia Athenienſis Seruus Bacchi habitu in choragio quodam tranſiens, ob formam & proceritatem corporis eximiam ita commouit populum, vt in eius gratiam Nicias ſeruum ſtatim manumiſerit. *Plut. in Nicia.*

* Apophthegmata Ethnicorum.

Bion, formam dicebat eſſe bonum alienum. Sentiens, extra hominẽ eſſe, quod ipſe ſibi nec dare poteſt, nec tueri datum.

A Animi bona verè noſtra ſunt. *Laërt. libro quarto capite ſeptimo.*

ZENO Citticus formam aiebat eſſe vocis florem: aut contra, quemadmodum ab aliis refertur, vocem eſſe formæ florem. Nam loquentis orationem commendat forma, & rurſus oratio compoſita gratiam addit formæ. *Laert. l. 7. cap. 1.* Idem Dicenti formoſo cuidam, non viderit ſibi amaturum ſapientem. Nihil ait, vobis formoſis eſt infelicius. *Bruſ. l. 2. cap. 44.*

SOCRATES vocabat formam modici temporis tyrannidem. *Bruſ. l. 2. cap. 44.*

PLATO, cum exprimere tentaret, quidnam forma hominis eſſet? Naturæ priuilegium vocauit. *Bruſ. l. 2. cap. 44.*

DIOG. Formoſum adoleſcentem formæ cauſa amari conſpicatus, dixit: Quin operam das adoleſcens, vt corporis amatores ad animam transferas? *Ant. in Meliſſ. ſer. 60. p. 1.* Hoc autem *Stob.* ad Æſopum refert. Idem conſpecto adoleſcente molliùs cúpto, dixit: Si viris quid te ornas, infelix es: ſin mulieribus, iniuſtus. *Ant. in Meliſſa, part. 1. ſer. 60.* Idē ſpecioſa ſcorta reginas appellabat, multos, n. facere, quæ præceperint. *Stob. ſer. 63.*

ARISTOT. cum adoleſcentē ſe comedere vidiſſet: Non erubeſ-
B cis quod cùm natura te virum fecerit, tu teipſum effœminas? (*Ant. in Meliſſ. p. 1. ſer. 69.* Idem, Cùm iuuenis quidā facie formoſus, ſed moribus petulans, inter alia conuitia ei diceret: Si tam exoſus eſſem ciuibus, vt tu es, laqueo vitam finirem, reſpondit: Ego vero laqueum mihi inferrē, ſi ita me ciues amarent vt te: Notauit autem adoleſcentis petulantiam Ariſtoteles, cui oſtendebat, quam turpiter ob eam inſignem corporis formam à ciuibus adamaretur. *Ant. in Meliſſ. p. 1. ſer. 8.* Idem percontanti, qui fieret, vt cum formoſis diutius ac lubentius confabulemur. Reſpondit, eam percontationē eſſe cœci. Cœcus enim non ſentit formæ illecebram, nihilo magis quam colorum gratiam. *Laërt. l. 5. c. 1.* Idem Pulchritudinem dicebat quauis epiſtola efficaciorem ad commendationem. Sunt qui hoc aſcribant Diogeni. Ariſtotelem vero formam ſolitum appellare donum, quia gratia contingit à natura. Eandem Socrates appellauit exigui temporis tyrannidem, quod formæ gratia mox deflorescat: Plato naturæ prærogatiuam, quod
C paucis contingat. *Laërt. lib. 5. cap. 1. Stob. ſer. 63. Bruſ. l. 2. cap. 44.*

ISOCR. Eos qui pulchrum habent corpus, animam autem malam, dicebat, optimam habere nauim, gubernatorem autem malum. *Ant. in Meliſſ. part. 1. ſer. 60.*

AGESILAVS interrogatus cur aleret comam? Quoniam inter ornamenta reſpondit, minimo conſtat. *Stob. ſerm. 63*

CARNEADES ſciſcitatus, quid forma hominis eſſet? Regnum ſine ſatellitio, reſpondit: quoniam formoſi impetrant quicquid volunt nulla vi adhibita. *Laert. Stob.*

THEOPHRAST. Pulchritudinem nihil aliud eſſe dicebat, quam tacitam deceptionem, aut ſilentem fraudem, quod abſque verbis perſuadeat. *Laert.*

Æſchinem & Philocratem, ex decem illis legatis haud poſtremi nominis, ab Athenienſibus ad Philippum Macedoniæ Regem miſſis, & formā Philippi Regis plurimum laudantes irriſit Demoſthenes, dicens. Quod in Philippo admodū formam laudatis, id habet cum aliis mulieribus commune. Senſit vir prudentiſſimus, Regis boni virtutes nequaquā in forma corporis poſitas eſſe, ſed in animo rectè compoſito. *Plut.*

ÆSOPVS ei qui corporis forma male vtebatur: pulchra veſte (inquit) indutus, male eam exuis. *Max. ſer. 44.* Idem cum
D per conuitium facie deformi eſſe, ac turpi notaretur, ad eum à quo contemnebatur: iniquus plane Cenſor es, inquit, qui de forma mea pronunciaturus, vultum damnas, animi autem ſpeciem non intueris. *Stobæus, Antonius, & Maximus.*

Quidam adoleſcens curarat ſeſe ex ære ſculpendum & ad eam imaginem ſeſe conformabat. Huic Antiſthenes: Si æs poſſet vocem edere, qua de re potiſſimum gloriaretur? De pulchritudine, inquit adoleſcens. Non, inquit, igitur erubeſcis, qui eum in animo glorieris? Voluit autem ſignificare, de forma non gloriandum eſſe, quæ facile variis caſibus ac morbis gratiam amittit. *Laert. l. 6. cap. 1.*

THEOCRITVS cum diu multùmque cogitaſſet, quo pacto oſtendere hominibus poſſet, quidnam pulchritudo corporiſque venuſtas eſſet: Demum eburneum detrimentum eſſe pronunciauit: quod grata quidem ſit aſpectui, ſed multorum incommodorum cauſa. *Stob.*

In Philopœmen cum iocaretur Titius Flaminius deformitatem corporis eius illudens, diceretque vultu quam maximè iocoſo & hilari, quid Philopœmen, cum pulchras manus, curas etiam per quam pulchra habeas, quod ventrem ipſe non habeas? Ad ea Philopœmen Quid, ô Romanorum Imperator eximiæ, cum egregi[illegible] pedites ſtrenuo[illegible] maxim[illegible] equite[illegible] habeas; quod pecuni[illegible] minime hab[illegible]as. Nam & Flamminius perſæpe inopia r[illegible] pecuniariæ labor[illegible]bat, quemadmodum Philopœmen tenui[illegible] ventris, ac med[illegible] corporis gracilitate. *Plut. [illegible]*

DOMITIVS nec quicquam gratiu[illegible] hominibu[illegible] eſſe dicebat Forma & decore, nec quicquam e[illegible] tam br[illegible]ius. *Bruſ. l. 2. c. 44.*

L. CRASSVS apud Perpennam iudi[illegible] cum defende[illegible] Ac[illegible]lonem quem accuſabat L. Ælius Lamia [illegible] def[illegible] quum interpellaret odioſe. Audiamu[illegible], inquit C[illegible] chellum puerum. Huic dicto quum eſſet ar[illegible]um [illegible] inquit Ælius, ipſe mihi fingere potui [illegible] formam [illegible] Tum Craſſus: Audiamus igitur, inquit, di[illegible]tum [illegible] riſum eſt vehementius. *Cic. l. 2. de Orat.*

M. LÆLIVS in Galbam Oratorem eloquenti[illegible]um, ſed gibbo deformem, ita luſit, M. Læliu[illegible] vt dic[illegible]et, [illegible]genium Galbæ mal[illegible] habitare. Nam animi domicilium eſt corpus. *Eraſmus l. 6. apophth.*

CICERO [illegible] Voconium forte obuium haberet cum filiabus tribus inſigniter deformibus, tacite ad amicos dixit ver- F
ſiculum Græcum.

> [illegible] id eſt,
> *Phœbo haud ſinente hic ſeminauit liberos.*

Sentiens, illum inuito Apolline liberis operam dediſſe: ſiue quod Apollo pulcher à Poëtis fingitur, ſiue quod oriēte ſolo fœtus exiſtimēt concipi feliciores. *Plut. in Romanorum apophth.*

CHRISTIANORVM.

Quantum Bartholomæus Capranus Epiſcopus Mediolanenſis, ancipiti hoc Formæ bono oblectatus fuerit, vel ex eo colligimus, quod nunquam, niſi quos natura etiam corporis habitu exornaſſet, in ſuam familiam adſciuerit. Rogatus autem cur id faceret; reſpondit: Quia turpes animi, turpia corpora incolunt: improbitas in egregio corpore vix comperta. Ita quidem ille. Cautiùs tamen & verius *Iuuenalis.*

> —— *Rara eſt concordia formæ*
> *Atque pudicitiæ: ſanctos licet horrida mores* G
> *Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas.*

Ex Æn. Syl. l. 2. Comm. de Geſt. Alphonſi. Beyerlink in apoph.

Etiam in Principe, præter virtutum ſplendorem, externam corporis formam ſuam habere laudem aſſerebat Cardinalis Petrus Aldobrandinus; dicebat enim: Etſi faciendum ſit de Principe iudicium ex moribus: habet tamen Principis forma & decor non minimum ad maieſtatem ponderis. *Henricus Farneſ. in apophth. de Principe. Beyerlink ſupra.*

Et quis hic Ducem Borgiam tranſeat, verum humani generis delicium? Viderat Iſabellæ Auguſtæ cadauer (quod à Cæſare iuſſus in regium monumentum efferri curabat) omnino deforme, & pædore obſitum ac ingemens, cùm ſecum tacitus præſentia præteritis adnnaret, tandem erupit: Nimirum hæc rerum humanarum viciſſitudo. I nunc, fragile illud formæ bonum demirare. Hæcce tanti ſpectaculi conſideratio ita eius mentem commouit, vt deinceps non niſi de interiori animæ forma cogitaret. *Ribaden. lib. 1 Vita eius, cap. 7.*

FORMÆ SIMILITVDO.

☞ *De ſimilitudine oris, & totius corporis, altiore doctrina præditi ſubtiliùs diſputant, eorùmque alij in ea ſunt opinione, vt exiſtiment illam origini & contextui ſanguinis reſpondere. Nec parnum argumentum ex cæteris animalibus trahunt, quæ ferè gignentibus ſimilia naſcuntur. (Sic Heſiodus inquit,* [illegible] *de caſto loquens coniugio) alij negant certam hanc eſſe naturæ legem, ſed ſpecies mortalium, prout fortuita fors conceptioni obtulit, attribui atque ideo plerùmque ex ſpecioſis deformes, ex robuſtis inualidos partus edi. Val. Max. lib. 9. cap. 15.* H

INTER SANGVINE IVNCTOS. SIC SIMILES SVNT.

Minores Maioribus.

In primo prælio, quo Pyrrhus Epirota Demetrij ducem Pantauchum fudit, non ita incendit & offendit Macedonas, vt opinionem & admirationem de ſe virtutis & ſermonem præbuit his, qui facta ſua conſpexerant, & in pugna fuerant ſecum congreſſi. Nam vultum exiſtimabant & agilitatem motumque referre eum Alexandri, illius etiam impetus & feruoris inter pugnandum cernere ſe vmbras in hoc & imagines: cùm alij reges purpura, ſatellitibus, flexu colli, & elatiore ſermone, Pyrrhus factis militaribus & ſtrenuitate vnus Alexandrum redderet. *Plut. in Pyrrho.*

M. ANTONIO Triumuiro formæ ingenua dignitas fuit, &

barba

A barba promiſſa: frontiſque amplitudo & naſus aduncus faciem virilem repræſentare pictis & ſculptis Herculis ſimulacris germanam videbatur. Fuit etiam vetus fama, ducere ab Hercule Antonios genus, atque eſſe ab Antone Herculis filio prognatos. Quem timorem corporis ſpecie & veſtitu confirmare exiſtimabatur. Quippe cùm proditurus in multorum conſpectum eſſet, ſemper tunicam ad coxam incinctam, habebat grandem gladium ſuſpendebat ex cingulo, & rigido ſilio amiciebat ſe. At quæ etiam importuna aliis videbantur, iactantia, dicacitas, perpotatio in publico, ſedere inter veſcendum, & cibum ſumere aſſiſtentem ex militari menſa incredibile dictu, quantam beneuolentiam ei & deſiderium conciliauit militum. Iam nec amores eius veneribus carebant: verùm & his allexit multos, dum amantes adiuuit, neque ægrè tulit in amores ſuos dicta. *Plut. in Antonio.*

Theodosivs I. Imp. referebat genus ſuum in Traianum; cui & moribus & corpore perſimilis fuit, iā vultu quàm inceſſu. Nam & eminens vtriuſq; fuit ſtatura, & par cæſaties: ingentes oculi, vterque comis ac clemens. Violentiam tamen & triumphandi cupiditatem, plus deteſtatus eſt Theodoſius, quam Traianus. Quemadmodum autem Traianus labentem Remp.

B in priſtinas vires reſtituit: ita hic Imperium Romanum, quod otio & negligentia trium principū, Valentis, Gratiani, & Valentiniani conſenuerat, diſſenſione partium dilaceratū, veluti noua pelle iuueneſcere fecit, & lacertos mouere. *Cuſp. A. D.*

Liberi Parentibus.

Lymirni vxores habent communes, & liberos communiter alunt, vſque ad annos quinque. Deinde ſexto anno, pueris omnibus congregatis, ſimilitudines ipſorum ad viros coniectant; & vnicuique ſimilem tradunt puerum ceu parenti, quem ille acceptum pro filio educat. *Stobaeus ſerm. 42. ex Nicolai hiſtoria de Gentium moribus.*

Evander Arcadum rex, ſimul primùm eſt Æneam contuitus, in patris Anchiſæ memoriam eſt illum complexus: Vt te fortiſſime Teucrum (inquit) Accipio agnoſcóque lubens: vt verba parentis; Et vocem Anchiſæ magni, vultúſque recordor. *Lud. Viues de Chriſtiana fœmina lib. 1.*

Semiramis Nini Aſſyriorum regis vxor, omnium belliçoſiſſima, lineamentis oris perſimilis filio Nino: nudæ vtri-

C que genæ, nec erat per ætatem diſſona à puerili fœminea vox ſtatura corporis: nil, vel modicum, grandiuſcula differebat à gnato. Eius itaque perſonam & ſexum mentita, multis annis poſt mariti mortem Aſſyriis, magna cum laude & imperij incremento, imperauit. *Diod. Siculus Iuſtinus l. 1. Sab. l. 1. En. 1.*

Proconesia ancilla, duplici adulterio Geminos ediſſe fertur, vtrumque patri ſuo ſimilem. *Solinus cap. 4. Polyhiſtoria, & Plin. lib. 7. cap. 10.*

Regi Syriæ Antiocho vnus ex æqualibus, & ipſe regiæ ſtirpis, nomine Artemon, perquam ſimilis fuiſſe traditur: quem Laodice vxor Antiochi, interfecto viro, diſſimulandi ſceleris gratia in lectulo, perinde quaſi ipſum regem ægrum collocauit: admiſſúmque vniuerſum populum & ſermone eius & vultu conſimili fefellit: crediderúntque homines ab Antiocho moriente, Laodicen & natos eius ſibi commendari. *Val. Max. l. 9. cap. 15. Plin.* tamen *l. 7. cap. 12.* Artemonem plebeium fuiſſe ſcribit.

Hibream Mylasivm copioſæ atque concitatæ facundiæ oratorem, Gymnycorum ſeruo ſtramenta gymnaſij colligenti tam ſimilem fuiſſe ferunt, vt tanquam germanum fratrem totius Aſiæ oculi aſſignarent: ita lineamentis oris & omnium

D membrorum compares erant. *Valerius.*

Babyrthas patria Meſſenius, extremæ ſortis homo, Dorymacho vultu & omnibus corporis lineamentis, voce denique ipſa tam ſimilis fuit, vt ſi quis ei capitis ornatum, chlamydémque illius addidiſſet, haud facilè fuiſſet, vter eorum eſſet, diſcernere. Vnde cùm ante Meſſeniorum bellum Dorymachus captus à Meſſeniis, ad Scyronem vrbis præfectum duceretur, ac nimiùm inſolenter proceribus reſponderet, Scyron dixiſſe fertur: Putáſne nobis te ſeu temeritatem tuam curæ eſſe, Babyrtha? *Polybius lib. 4. Hiſtoriarum.*

Eximiæ nobilitatis adoleſcens Corn. Scipio, cùm plurimis & clariſſimis familiæ ſuæ cognominibus abundaret, in ſeruilem Serapionis appellationem vulgi ſermone impactus eſt, quòd huiuſce nominis victimario perſimilis erat: nec illi aut morum probitas, aut reſpectus tot imaginum, quò minùs hac contumelia aſpergeretur, opitulata eſt. *Valerius Maximus lib. 9. cap. 15. Plin. lib. 7. cap. 11.* ſuarium negotiatorem ſcribit.

Scipioni alteri eiuſdem familiæ cognomen Salutatio, E minus dedit. *Plin. ibidem.*

M. Messalla conſularis & cenſorius, Menogenis: & Curio omnibus honoribus abundans, Burbulei: ille propter oris aſpectum, hic propter parem corporis motum; vterque hiſtrionis nomen coactus eſt recipere. *Val. lib. 9. cap. 15.*

L. Plancvs orator, hiſtrioni Rubrio cognomen impoſuit. *Ibid.*

Fratres.

Adonias fratri Abſalon & forma rebellione contra patrem ſimillimus: *3. Reg. 1.*

Vrbem Gerundam condidit Geryon Chryſaori F. Hiſpaniæ rex, quem Hercules interfecit. Fingitur triceps à poëtis, ſecundum *Iuſtinum libro vltimo*, quòd eſſent tres fratres & forma & moribus ita ſimiles, vt non facilè diſcernerentur. Cui ſententiæ tribuit argumentum vrbis fabrica triangularis in ſingulis angulis arcem habens pro numero fratrum, vt vulgo creditur. *Ioan. Gerundenſis lib. 1. Paral. Hiſpaniæ.*

Mulier cùm peperiſſet, à partu ſeptima die concepit, genuitque Filium ex toto priori ſimilem, quamvis non eodem partu ediḋiſſet ambos. *Cardanus de Rerum varietate, lib. 8. c. 43. ex Alberto.*

Seruilij gemini, vt *Cic. in 4. Acad. quæſt.* ſignificat, & Me- F næchmi Plautini, adeò inter ſe ſimiles fuêre, vt eos neque nutrix, ac ne mater quidem, quæ pepererat, dignoſceret, item Gemini languentes, quos declamatione inducit. *Quint.*

Mechliniæ, Filij fuêre gemelli Petro Apoſtolio ſenatori Mechlinienſi prudentiſſ. (cuius amico hoſpitio Viues vſus eſt) pueri egregia forma, in quibus dignoſcendis non modò extranei, ſed ipſa ſæpè, dum viueret, errauit mater: ſæpè pater, ſed errore gratiſſimo, Petrum pro Ioanne vocans, Ioannem pro Petro. *Viues in lib. 21. de Ciu. Dei, cap. 8.*

Cognati.

Syrianus philoſophus, & Ammonianus Grammaticus, forma inter ſe ſimiles, cognatione etiam iuncti fuêre. *Suidas in Ammoniano.*

Inter Sangvine Non Ivnctos, Sive Iam ſint Nationis vel Gentis

Eiuſdem.

Nioclem tyrannum Sicyoniorum, quem Aratus eiecit, germaniſſimum facie Periandro Cypſeli autumant fuiſſe: vt G Alcmæoni Amphiarai Orontem Perſem, Hectori Adoleſcentem Lacedæmoniorum, quem tradit Marſilius ab ſpectantium caterua fuiſſe, vbi id intellexerunt, obtritum. *Plutarchus in Arato.*

Pericles metuit in iuuentute populum: videbatur enim facie Piſiſtratum tyrannum referre. Cúmque eius vocis ſuauitatem grauiores ætate conſiderarent, linguámque in dicendo rotundam & volubilem, horrebant eam affinitatem. Huc acceſſit opulentia, natalium claritas, & quorum maximæ opes erant, amici. Quare timens, ne in exilium pelleretur, abſtinuit ſe à Republica, in bello fortis fuit & imperterritus. *Plut. in Pericle.*

Cassivs Severvs orator adeò Mirmilloni armentario ſimilis fuit, vt ei pro crimine obiiceretur. *Plin. l. 7. cap. 12.*

Generoſiſſimus conſulatus collegio Lentuli & Metelli fuit, qui ambo in ſcenam propter ſimilitudinem hiſtrionum propemodum ſpectati ſunt. Sed alter, ex quodam aſſeclarum cognomen Spinthetis traxit: alter, niſi Nepotis à moribus accepiſſet, Pamphili retiarij, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet. *Val. Max. lib. 9. cap. 15. & Plin. lib. 7. cap. 12.* H

Cn. Pompei Pater eoúſque Menogenis coci ſui ſimilis eſſe viſus eſt, vt vir & armis præpotens, & ferox animo, ſordidum eius nomen repellere à ſe non valuerit. *Val. lib. 9. c. 15. & Plin. lib. 7. cap. 12.*

Magno Pompeio Vrbius ingenuæ ſtirpis, & Publicus libertinus ita ſimiles fuerunt, vt permutato ſtatu, & Pompeius in illis, & illi in Pompeio ſalutari poſſent. Certè quocunque aut Vabius aut Publicus acceſſerant, ora hominum in ſe obuertebant, vnoquoque ſpeciem ampliſſimi ciuis in perſonis mediocribus annotante. *Val. lib. 9. cap. 15.*

M. Agrippam, Agrippæ & Iuliæ Auguſti filiæ, quem cum Tiberio adoptauerat, filiū, Auguſtus ob ſordidum ac ferox ingeniū abdicauit, ſepoſuitq; Surentū, vel (vt Tacitus ſcribit) in inſulam Planaſiā. Mortuo Auguſto, è quodam Tribuno iuſſu Tiberij eſt occiſus. Tum Clemens quidam Agrippæ ſeruus, domino, quantum ad lineamenta oris attinet, planè perſimilis, cùm ſe Agrippam eſſe diceret, atque eo pacto magnam pecuniam

Fr, [illegible] m qui [illegible] , vnum corpus
A eſſi[illegible] gite fornicationē;
o[illegible] qui[illegible] homo, extra ſup
ſ[illegible] ſuum peccat. E
ne[illegible] membra v[illegible] templum ſunt Spiritus S. q
[illegible] habetis [illegible] non eſtis veſtri. 1. *Cor.* 6
[illegible] dis a[illegible] m, & in[illegible] ratis, & homicidis, &
[illegible] catoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus men
d[illegible] bus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphu-
re, quod eſt mors ſecunda. *A*[illegible]
In primo [illegible] H[illegible] decernitur. viſum
eſt Spiritui [illegible] & nobis [illegible] fornicatio-
ne. *A*[illegible] *ar.* 1[illegible]

POENÆ VARIÆ A DEO INFLICTÆ.

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Puella in [illegible] ti ſponte in ſtuprum cōſentiens lapida-
batur apud Iſrae[illegible] ta. *Deuter.* 22. item [illegible] ſi[illegible] ſimodum [illegible] pro
virgine venditaret. Iubet Deu[illegible] conuocari principes
& ſuſpendi fornicatores cont[illegible] nempe ignominiæ
exponantur, qui non erubuerunt tantum ſcelus perpetrare.

Zamri ingreſſum ad ſcortum Ma[illegible] itidem, occidit vnà
cum ſcorto Phinees: magno zelo vtrumque confodiens.

Quin & tribus Simeon multum immunita à Deo fuit, nem-
B pe 37. millibus, & centum capitibus, ob fornicationem cum
Madianitis initam, exemplo Zamri principis ſui. *Num.* 16.

Filia ſacerdotis ſi deprehendebatur in ſtupro, & violaret
nomen patris ſui, igne exurebatur. *Leuit. cap.* 21.

IVDAS cum Thamar nuru ſua, quam tamen non agnoue-
rat, peccans ſimplici fornicatione, reprehenditur. *Geneſ.* 38.

HISTORICA ETHNICA.

Apud Romanos, virgines Veſtales deprehenſæ caſtitatem
violaſſe, viuæ in terrā defodiebantur: adulteras tamen fœmi-
nas morte non plectēbāt. Adeò inquit S. Auguſt. gentius pu-
tabant adyta diuina, quam humana cubilia eſſe vindicanda.

CHRISTIANA.

Cùm ad Ducis iniqui imperium lenones ſanctam virginem
Flauiam vellent ſtuprare, vim ei inferre volentes, quicunque
manus ad eam contingendam miſiſſent, ſtupebant neruis eo-
rum, & areſciebant manus & brachia eorum, & præ dolore ex
intimo corde mugitum reddebant. *In vita S. Placidi cap.* 18.
apud Sur. 5. *Oct.*

Cùm Aurelianus Imperator Iulianam iuſſiſſet in lupanari
conſtitui, multi qui circūſtabant, ſceleſti & nefarij homines,
C certatim contendebant, quis ad eam primos ingrederetur: etāt
enim velut equi hinnientes, eius puellæ forma compulſi. Mox
verò Angelus Domini deſcendit de cœlo, & dixit: Ne ti-
meas, Iuliana: Dominus enim Ieſus Chriſtus, quem tu colis,
miſit me, vt te protegam, & ſanctum nomen eius notum fa-
ciam omnibus timentibus eum. Cùm verò impudici illi à cœ-
pto illo minimè deſiſterent, Angelus excuſſit è pedibus ſuis
puluerem, & in eorum oculos iniecit, ita vt eos excæcarit.
Quapropter neq; amplius cernebant vbi eſſent, aut quò irēt,
neq; ad illā accedere poterant. Id cùm turbæ vidiſſent, quod
admirabiliter factum fuerat, vno animo clamabant: Magnus
eſt Deus Pauli & Iulianæ, qui vbique eos ſeruat & protegit,
qui illum timent. Qui autem excæcati fuerant, flexis genibus
ſupplices eius opem implorabant, dicentes: Iuliana, ſerua Dei
altiſſimi, peccauimus quidem contra te, cùm ſtultè atque inſi-
pienter nos geſſerimus: ſed tu da, quæſumus, nobis veniam, vt
Dei ſerua: & precare Chriſtum tuum, vt nobis viſū reſtituat.
D Eorum miſericordia commota Iuliana paululum aquæ acce-
pit: & cum oculos in cælum extuliſſet, Deum innocauit, ita
dicens: Domine Ieſu Chriſte auctor omnium ſalutis, exaudi
me, & nunc etiam oſtende miracula & prodigia, quæ facis
propter nos filios hominum. Reſtitue his viſus facultat ui-
dendi, vt ſanctum & glorioſum nomen tuum celebretur. Hæc
cùm dixiſſet, aquam ſupra turbas illas infudit, & omnes, qui
excæcati fuerant, viſum receperunt. Tum illi ad terram pro-
ſtrati Deo gratias reddebant pœnitentiam agentes. Cùmque
peccata ſua confeſſi eſſent, Chriſtiani facti ſunt. *Metaph. in
vita SS. Pauli & Iuliana Martyrum cap.* 17. *apud Sur.* 17. *Auguſt.*

ADELFONSO caſto & pio Proylani Regis filio, ſoror erat
nomine Xemena, quam Sanctius Comes adamauit, & ex ea
filium genuit nomine Bernardum: Rex autem, vt factum
comperit, nimis iratus Comitem Sanctium in caſtro de Luna
ſub iuramento perpetuo incarcerauit, & ſororem ſuam in
ordinem monaſticum truſit. Fecit tamen Bernardum delicatè
nutriri; & quia non habebat filium, illum teneriſſimè dilige-
E bat. Hic Bernardus poſtquam ad adoleſcentiam venit, tanto
viguit robore, vt nullus mi[illegible] tunc temporis poſſet ei viri-
b[illegible] adæquari. *Luc. Tuden*[illegible] *Chro*[illegible] *a.* 828.

LEO ARMENIVS Imp[illegible] rtis non i[illegible] p[illegible] u[illegible] tamen in Repub.
adminiſtranda [illegible] g[illegible] t, ſed a[illegible] dmodum & vigi-
lans iniuriſque co[illegible] b[illegible]. Oratus ig[illegible] t a quodam, qui
vxorem [illegible] enatore quod[illegible] m ſibi raptam [illegible] ſſe q[illegible] rebatur, &
addebat, ſe fruſtra Præſidis opem imploraſſe, Crimine pro-
bato, ſtatim Præſidi poteſtatem abrogauit, raptorémque le-
gibus puniendum tradidit. *Ioan. Zonar. tom.* 3. *Ann.*

Tempore Michaëlis Paphlagonis Imp. Conſtantinopolita-
ni, accidit quiddam memoratu dignum. Barengorum per Pro-
uinciam Thracenſium in hyberna diſperſorum, Quidam mu-
lier in indigenā ſolam nactus de ſtupro appellauit, ac recu-
ſanti vim inferre aggreſſus eſt. Ea barbarō, correpto viri aci-
nace, in cor ferit, ac ſtatim necat. Quod factum cùm per vici-
niam innotuiſſet, coiuère ceteri Barangi, & mulierē corona-
uere, omnibus etiā bonis eius, qui ipſam voluerat violare, do-
natam: ipſum autem inſepultum abiecerunt, vt lex iubet eos,
qui ſibi mortem conſciuerunt. *Io. Zonar. tom.* 3. *Ann. & Cedren.*

RODERICVS Gothorum Rex in Hiſpania Iuliani Comitis
Calabriæ filiam per vim ſtuprarat. Qua iniuria motus pater
ingentes aduerſus eum Saracenorum, & Maurorum copias F
in Hiſpania aduocauit; à quibus Rodericus cum filio eſt
interfectus. Quo factum eſt, vt imperium ſuum Gothi in
Hiſpania amiſerint. Feruntur autem cæſa ex vtraque parte
ſepties centena millia hominum, atque ita ruina & mutatio
regni Gothici extitit à libidinis pœna. *Ex Io. Magno Theſaur.*
Po[illegible] *Apophthegm. lib.* 6. *cap.* 1.

REMEDIVM.

Abbas quidam in vitis Patrum, *l.* 5. *tit. de fornic.* cuidam ten-
tato ſpiritu fornicationis, hoc dedit remedium. Scis, inquit,
quid fecerint Madianitæ *Num. cap.* 25. ornauerunt filias ſuas,
& ſtatuerunt eas in conſpectu Iſraelitarum, non tamen ex-
torſerunt aliquibus, vt miſcerentur cum eis, ſed qui volue-
runt, incurrerunt in eis. Alij autem indignantes comminati
ſunt, & cum interitu eorum qui præſumpſerunt, vlti ſunt
fornicationem: ita agendum eſt de fornicatione. Et quando
initium faciunt loqui in corde tuo, non reſpondeas eis, ora,
& age pœnitentiam, dicens: Fili Dauid miſerere mei. Opti-
mum verò remedium fornicationis, eſt fuga.

Fortitudo. G

*DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FOrtitudo Græcè ἀνδρεία, & ἀνδρεῖος, fortis & virilis dici-
tur. Eſt autem fortitudo aggreſſio terribilium, vbi mors
imminet propter bonum commune ſaluandum, *ſecundum
Ariſt. lib.* 3. *Ethic.*

Fortitudo eſt virtus, quæ animum ſuper periculi metum
agit, nihilque niſi turpia timet, tolerat fortiter, vel aduerſa,
vel proſpera. Præſtat autem fortitudo magnanimitatem, fidu-
ciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, tolerantiam,
firmitatem, *ſecundum Macrobium.*

Item eſt virtus, quæ animi motus in rebus terribilibus,
præſertim periculis mortis ſuſtinendis, vel repellendis, mo-
deratur, *ſecundum Communem.*

Fortitudo eſt ſcientia rerum perferendarum, vel affectio
animi in patiendo ac perferendo, ſummæ legi parens ſine
timore, *ſecundum Cic. lib.* 4. *Tuſc. quaſt.*

D. Aug. l. 83. *qq.* 7. 3. *ex eodem* Cicerone illam definit, Conſi- H
deratam periculorum ſuſceptionem, & laborū perpeſſionem.
Vbi vox (conſiderata) prudentiam & congruitatem importat.

Fortitudo, animi magnitudo, robur, excellitas, præſentia
animi, in rebus arduis: Heb. *Chez.k* à verbo *bazak*, fortis &
validus fit, inualuit, obfirmatus eſt. Ab eodem verbo deriuatur
Chazek, fortitudo, firmitas, robur. *Geborah* etiam fortitudo di-
citur Hebr. quæ eſt robur animi & corporis, quo alius alium
ſuperat. *Gibbor*, prævalidus, qui aliis imperat & potēter domi-
natur, ſuperiórque omnibus modis apparet: à verbo *Gabar*,
ſuperauit, præualuit, prædominatus eſt aliis virtute, potentia,
& authoritate ſuperior fuit. In 3. coniugatione *Hegabbir*, fecit
ſuperare, corroborauit. In 4. *hithgabber*, corroborauit ſe.
Deus *EL. Gibbor* dicitur, id eſt, fortis, Omnipotens, qui quoſ-
cunque vult reddit inſuperabiles & potentiſſimos: qui ſei-
pſum noua quadam ratione, quoties ei libet corroborat ad-
uerſus impios, qui eius robur contemnunt. *Vide Eſa.* 42. 13.

EIVS

A * E[illegible] MATERIA ET ACCEPTIO.

Accip[illegible] ſecundum B. Thomam 2.2. q.123. d[illegible]tate in bono honeſto,quomodo eſt [illegible] & extenſione materiæ. De [illegible] accepta [illegible]

N[illegible]diocris an[illegible] defendit ornamen[illegible] vi[illegible]um o[illegible] m cuſtod[illegible] & quæ incapiabi[illegible] præl[illegible] decertat, [illegible] ad labores fortis ad peri[illegible]dior aduerſus voluptates,vt auaritiam eff[illegible]giat tanquam [illegible]abem quandam, quæ virtutem effœminat. *Ambr.lib.1.de Offi.* Et iterum

In duobus generibus fortitudo ſpectatur animi. Primo,vt exteriora corporis pro minimis habeat,& quaſi ſuperflua deſpicienda magis,quam expetenda ducat. Secundo,[illegible] ea,quæ ſumma ſunt, omnéſque res,in quibus eſt honeſtas, præclara animi intentione vſque ad effectum proſequatur. *[illegible]*.

Itaque ſecundum Ambroſium complectatur fortitudo omnem virtutem, vt cui proprium eſt facere, vt firmiter inhæreamus noſtro obiecto.

B Secundò pro animi firmitate in ſuſtinendis & repellendis iis, in quibus difficillimum eſt animum regere,& ſtatum rationis retinere, vt ſunt pericula mortis. Hanc enim dicimus fortitudinem ex analogia ad fortitudinem corporis.

Itaque Fortitudo verſatur immediatè circa paſſionem timoris & audaciæ in periculis mortis, debitam rationis menſuram ſibi inſitam illis imprimendo, vt reſpondeant virtuti fortitudinis,& doceant virum fortem. Proxima illius materia eſt Timor,audacia,& triſtitia in periculis mortis. Vt quibus moderationem imprimere conatur. Remota materia, eſt externa actio,& compoſitio,vt fuga,aggreſſio,geſtus corporis. Remotiſſima, ſunt ipſa pericula.

Exhine colligas aptiſſimè definiri Fortitudinem, quod ſit virtus quæ motus animi in rebus terribilibus,præſertim periculis mortis ſuſtinendis vel repellendis moderatur.

☞ *Conſulatur locus de Conſtantia. Martyrio. Contemptu diuitiarum. Patientia. His enim modis hæc virtus exercetur.*

C FORTITVDINIS. CONSTANTIÆ RELIGIOSÆ VIRTVS.

EXEMPLIS ADSERTA.

EX SACRA SCRIPTVRA.

Hac virtute munitus erat Abraham: cum enim audiſſet nepotem ſuum Loth captum eſſe, aſſumptis vernaculis ſuis, & aliquot aliis irruit nocte in quatuor Reges, qui ceperant illum & percuſſis hoſtibus reduxit. *Gen.c.14.*

DAVID adhuc adoleſcens,paſcens patris ſui gregem, fortiter ſuperauit,& interfecit leonem,vrſum,& poſtea Goliath Philiſthæum. 1.*Reg.*17.

SAMSON leonem manibus inermis lacerauit: & alia multa fortitudinis opera fecit. *Iudic.*12.

Viginti iuuenes ex his, qui cum Iuda Machabæo erant, accenſis animis propter hoſtium blaſphemiam, viriliter acceſſerunt ad murum, & feroci animo incedentes aſcendebant.1.*Machab.*10.

Admiranda fuit conſtantia & fortitudo ſeptem fratrum Machabæorum, necnon matris eorum, quæ filios hortabatur ad mortem potiùs,quàm contra legem peccent.2.*Mach.*7.

Quanta fuerit D.Petri, D. Ioannis, & aliorum Apoſtolo-
D rum fortitudo,videre eſt ex Actibus eorum. *Act.*4.*&* 5.

Quàm fortis conſtanſque fuerit D. Paulus, perſpicere licet ex eius epiſtolis & Actibus Apoſtolorum. 1. *Cor.*11. *Actor.cap* 20.*&* 21.

EX HISTORIIS.

Admirabilis Euſebius Epiſcopus Samoſatenſis,ſtrenuus veritatis pugil,cui cómune decretum de coeſſentialitate creditū erat,cùm cerneret conuentis non ſtari,reuertitur in commiſſam ſibi vrbē. Sed Ariani metuentes à ſcripturæ teſtimonio, perſuaſère Imperatori (Conſtantino nimirum,qui Epiſcopos cogebat coeſſentialitatem abnegare) vt ad Euſebium mitteret illos, qui celerrimè reſponſa ſolent referre, quòd crebrò in curſu equos mutent: quorū cùm vnus cum Imperatoris mandatis ad illum veniſſet. Non eſt integrum mihi,inquit,admirabilis Euſebius,reſtituere commune depoſitum,niſi congregatis vniuerſis qui mihi commiſerunt. Quo renunciato,inflammatus ita Imperator, litteras illi miſit, quibus petebat decretum ſibi mitti,cum adiunctis minis; ni faceret,amiſſurum eum dexteram manum. Hæc tamen ad perterrendum illū non vehementer ſcripſerat; nam tabellario,ne faceret,fuerat

imp[illegible]im. [illegible] h[illegible] [illegible]n dex[illegible] [illegible]mune decretum [illegible] A[illegible]iæ prauitatis.[illegible] dum admiratus Con[illegible] & inimici admirantur [illegible] [illegible]ni[illegible]tudine actiono[illegible]

VALENS Imperator [illegible] nopoli di[illegible]ſſimè [illegible] tera T[illegible]um [illegible] tit [illegible] [illegible]itum [illegible] nq[illegible] tu victoriam [illegible] [illegible]eum ac[illegible]n in[illegible] Quæ enim [illegible] q[illegible] & [illegible] p[illegible] An re[illegible] [illegible]us illas [illegible]omi[illegible] Hæc ita [illegible] duces,Arinthens & Victor, p[illegible] Imperator, ne ſuccenſeret F reprehenſionibu[illegible] c[illegible] tu[illegible] um v[illegible] tate. *Idem lib.4.cap.*19.

ISDIGERDIS Perſarum Rex variis tormentis fruſtrà tentauit pugilum martyrum fortitudinem. Inter alios fuit illuſtris admodum Perſa nomine Hormiſda, genere Achæmenides, cuius pater præcipuas geſſerat præturas. Hunc cùm Rex cognouiſſet eſſe Chriſtianum, accerſitum abnegare iubet Seruatorem Deum. At ille,neque iuſtum eſſe,neque vtile imperium regis dicere: Nam ſi quis didicerit omnium rerum Dominum Deum contemnere, & illum abnegare, facilè ipſum etiam Regem deſpecturum eſſe,qui certè homo ſit, mortalis conditionis. Quod ſi pœna dignus habetur,ô Rex,aduerſarius aliquis regni tui,quanto eſt maiore dignus,qui omnium rerum factorem abnegarit? At Rex,quem æquum fuerat admiratione perſequi ſapientiſſima dicta,ſpoliauit illum & opibus & honore,& ducere nudum camelos,qui in exercitu eſſent,renone ſolummodò incinctum imperat. Post multos ve- G rò dies deſpiciens de teſtudine Rex,vidit optimum illum virum vſtulatum ſolis æſtu, & puluere reſperſum; tum recordans paterni ſplendoris, accerſi ad ſe indutum linea tunica mandat,ratúſque cùm priore malo, tum illa ſua benignitate mollitum eſſe animum ipſius: Nunc ſaltem,inquit, contentionem pone, & abnega fabri filium. Sed Hormiſda diuino repletus feruore tunicam dirupit,& abiecit cum his verbis: Si ideò me ſperaſti pietatem deſerturum, habe tibi donum tuum vnà cum impietate. Hac illius viſa fortitudine, Rex eiicit regia nudum. *Theod.lib.5.hiſt.Eccl.c.*38.*Trip.lib.*10.*c.*31.

VALENTINIANVS iunior à Iuſtina matre in hæreſi Ariana educatus,cum Ambroſio ſuper opinione, qua imprudés imbutus fuerat cómunicat,ratus,ſi eum in ſuā ſententiā perdoxiſſet,facilè ſe alios ſuperaturum. At verò Ambroſius reuocat ei in memoriā pietatis paternæ,& vt hæreditatem,quam ab eo acceperat,integrā ſeruet,cohortatur. Exponit ei præterea doctrinarum differentiā,& quomodo hæ cum doctrina Domini, & Apoſtolorum prædicatione conſentiant: illæ legibus eccleſiæ Spiritus ſancti inſtinctu ſancitis perſpicuè repugnent. Adoleſcens verò,vtpote adoleſcēs, & à matre errore cæcata incitatus,tantùm aberat,vt Ambroſij aſſentiretur orationi,vt H etiam iracundia inflammatus eccleſiæ parietes turmis peditum tum grauis, tum leui armatura rectorum circumſederet. Vbi autem fortiſſimum illum Chriſti bellatorem his rebus minimè perterrefactum videt, (eas enim pro laruis, quæ ad terrendos adoleſcentulos obiici ſolent, habebat Ambroſius) tandem bile commotus, palam dat ei mandatum, vt è ſacris templi veſtibulis egrediatur Tum Ambroſius: Non ſum,inquit,volens iſtud facturus,neque ouile ouiū tradituros lupis, neque blaſphemiæ auctoribus ſacroſanctum Dei templum proditurus: ſed ſi libet me interficere,hic intus vel gladio, vel cuſpide haſtæ confodito. Sum enim cupide & libenter hanc cædem excepturus. *Theod.l.5.hiſt.c.*13.*Socrates l.*5.*c.*11.

Eo tempore,quo Valentinianus Imperator adhuc iuuenis in Italia erat, Iuſtina eius mater cum Arianis ſentiens, negotiū faceſſebat Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo,& eccleſias diſturbabat, Nicœna dogmata alterare, & magno ſtudio Ariminenſis ſynodi fidem confirmare ſatagens. Cùm autem Ambroſius contrarium ageret,moleſtè ferens accuſauit eum apud filium,quaſi contumelia ab illo affecta eſſet. Valentinianus

A nus accuſationem hanc veram eſſe ratus, militum copias, tanquam iniuriam matri allatam vlturus, ad Eccleſiam mittit. Illi Eccleſiam obſidentes violenter irrumpunt, & Ambroſium eadem hora in exilium eum abducturi trahunt. Plebs Eccleſiæ circumfuſa militibus reſiſtit, priuſque mori ſtatuit, quã ſacerdotem negligere. Ob hanc cauſam Iuſtina magis adhuc incẽſa, conatus ſuos lege promulgata corroborare ſtudet. Accerſit ad ſe Beniuolum, qui tum legum ſcriptoribus præerat, iubétque, vt quàm velociſſimè legem conſcribat, qua fides in Ariminenſi ſynodo lecta confirmaretur. Quum ille rem hanc detrectaret (adhærebat enim Eccleſiæ Catholicæ) hortatur eum, & maioris honoris promiſſionibus allicit. Beniuolus verò detractum ſibi ipſi cingulum ante pedes Imperatricis proiicit, dicens, ſe neque præſentem ſibi, neque ampliorem aliquem honorem pro mercede impietatis vendicaturum: cùm itaque ille haudquaquam quod imperatrix volebat, facere ſuſtineret: alij ad leges huius poſitionem ſeruiêt. Lex illa hortabatur eos, qui cum Ariminenſi ſynodo, & illis qui poſtea Conſtantinopoli congregati fuerunt, ſentiebant, vt intrepidè conuenirent: ac mortem illis comminabatur, qui vel id impedirent, vel legi iſti aduerſarentur. *Sozom. l. 7 hiſt. Eccl. c. 13.*

S. Daniel, vnus è ſeptem martyribus, qui in Cepta Africæ ciuitate coronati ſunt, ad fidem Christi prædicandam B miſſus, & coram Agarenorum rege conſtitutus, dicebat ei intrepidè, atque conſtantiſſimè hæc verba repetebat; Nihil inferius terra, niſi mors & inferi, hæc videmus hîc fragilia figmenta ſunt, & inania ſimulacra. Vre, tunde, lania; idola tua non adorabimus, Chriſtum verum Deum confitebimur cum Patre & Spiritu ſancto vnum. Potes corpora iſta abſumere, facere autem, vt aliud ſentiamus aut loquamur, non poteris: quo magis nos affligis, magis æterna vita dignos efficis; dum nocere arbitraris, prodes: tua ſæuitia noſtra eſt gloria, quia ſoluti de terra, ad cælum tollemur, libet interimi, vt cum Chriſto viuamus: ita nos in iſto fidei agone voti noſtri compotes erimus. *Lib. 2. hiſtor. Seraph.*

Cum Atcheſilaus Comes, tyrannus, Ruffinam & Secũdam ſorores virgines à virginitatis palma quam Deo conſecrarãt, & ab amore & cultu Chriſti filij Dei ſeparare contenderet, tum Donatus eius præfectus Secundam iubet acciri, vt Ruffina ſoror eius, ipſa præſente, flagellis cæderetur. Sperabant enim ſacrilegi illi, Secundam terrore proſtratam ipſorum perſuaſionibus aſſenſuram. Vt vidit autem Secunda Ruffinam C flagellari, clamauit ad Iudicem. Quid agis ſceleſtiſſime, hoſtis regni cœlorum? Cur ſororem meam gloria afficis, me verò eius gloriæ non pateris eſſe participem? Præfectus ait: Vt video, ſororem tuam inſania ſuperas. Secunda reſpondit: Nec ſoror mea inſana eſt, nec ego inſanio, ſed Ambæ Chriſtianæ ſumus, & iuſtum eſt, vt ſimul cædamur, quæ pariter Chriſtum Dominum confitemur. Gloria enim nominis Chriſtiani verberum ictibus augeſcit, & tot conciliat coronas ſempiternas, quot temporariis flagellorum ictibus pulſatur. Præfectus dixit: Hortare potiùs ſororem tuam, vt vos ab hac iniuria vindicetis, & ſponſis veſtris cum gloria nobilitatis veſtræ reſtituamini. Secunda reſpondit: Vanis terroribus niteris, & friuolis promiſſionibus vteris. Nobis virginitatis dignitas adeò comperta eſt, vt magis optemus occidi, quàm nos vinci patiamur. Præfectus ait: Si ſinitis vobis erepta fuerit virginitas, quid facturæ eſtis cum Chriſto? Secunda reſpondit: Virginitas in corde puro exhibetur Chriſto filio Dei. Nõ poteſt virgo ſuam perdere integritatem, ſi nolit à iuſtitia deflecte-D re. Vis autem illata perpeſſionem adfert: perpeſſio palmam præparat. Tu in conſenſum noſtrum arma cepiſti, vt cogas velle, quod nolumus, & iis rebus delectari, quas execramur. Admoue ignes, gladios, flagella, ſaxa, fuſtes & virgas. Quot tu pœnas inferes, tot ego martyrij noſtri glorias numerabo. Quoties tu in nos violentia vteris, toties ego martyrij computabo palmas. Noſtra enim gloria eſt pœna, quam Chriſti amore perpetimur: nec poterit corruptio dici, quæ pro mentis tuenda integritate non timet ſui corporis facere iacturam. De conſenſu enim apud Deum iudicabitur, ſi quis voluntate dilexerit. *In vita earum apud Surium tom. 4. Iul. 10.*

S. Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus, cùm Romã duceretur ad beſtias, Chriſtianis ibi degentibus ſcripſit hoc pacto: Ex Syria Romam verſus iter inſtituens, terra, marique noctu, interdiu: cum beſtiis confligo, decem leopardis arcte colligatus: hoc eſt, ſatellitibus, qui ad me aſſeruandum apponuntur. Qui ſanè multis à me beneficiis affecti multo fiunt deteriores ſæuioréſque. Eorum iniuriis, quibus me affligunt, E in dies magiſq; magis erudior, verum ne ob id quidem iuſtificatus ſum. Optatem iam beſtiis illis frui, quæ ad me dilaniandum paratæ ſunt. Mihi eſt in votis eas reperire breui, quas plane blandè compellabo, vt me carptim & abſque mora deuorent, neq; à me dentes abſtineant, vt à quibuſdam, quos metu perculſæ non auderent attingere. Quod ſi illæ recuſent me adoriri, ego ipſe eas inſtigabo. Date vos mihi veniã. Quid mihi ſit profuturum equidem non ignoro. Iam incipio Chriſti diſcipulus eſſe: faceſſat à me rerũ omniũ ſiue oculis ſubiectarum, ſiue earum quæ viſus aciem fugiunt admiratio, vt Ieſum Chriſtum aſſequar. Ignis, crux, beſtiarum conflictationes, oſſium diſtractiones, conciſiones membrorum, totius corporis tanquam molitæ farinæ attritiones, omnia denique ſuppliciorum genera à diabolo excogitata, in me coaceruentur, vt Ieſum Chriſtum duntaxat adipiſcar. *Euſeb. l. 3. Eccl. hiſt. c. 30.*

Irruerat Galerius cum præfecto Aſclepiade in Antiochenorũ vrbem, eo propoſito, vt omnes ibi ad abnegandũ Chriſtum armis & vi cogeret. Fortè tum Chriſtiana plebs in cœtũ conuenerat. Illico accurrit Romanus, nuntians adeſſe eos qui impetum in Chriſtianos eſſent facturi. Adhortatur ne trepident, aut imminenti periculo cedant. Aſclepiades in equuleo eum ſuſpẽdi & euiſcerari iuſſit. Sed quia vir erat primarius, F quem tali affici ſupplicio non licet flagris & plũbatis cædi mandat. Ille inter ictus gaudens hymnum dicit, ac nequaquã ſibi nobilitatis nomine parci iubet: Abſit, inquit, vt me nobilẽ ſanguis parentũ præſtet, aut lex curiæ generoſa Chriſti ſecta nobilitat viros, deinde ingenti animo & libertate in præfectũ inuectus, & Deos Ethnicorũ riſu exagitans, Deum Chriſtianorum ſolum, verum, pia & prolixa oratione prædicauit. Qua vehemẽter offenſus Aſclepiades, latera eius mucronibus ſcindi iuſſit. Sed Romanus: Gratias, inquit, ago tibi, ô præfecte, quòd amplioris mihi oris patefeciſti meatus, quibus Chriſtũ prædicare poſſim. Tot ecce laudãt ora, quot ſunt vulnera. Repreſſus hac cõſtantia præfectus, à torturis quieſcere lictores iuſſit, & ignẽ minatur, illud addens: Chriſtum recentem eſſe, cùm gentium dij vetuſtate cõmendentur. Nactus hinc occaſionem Romanus, longa oratione de æternitate Chriſti de aſſũpta natura humana, de morte & ſatisfactione Chriſti diſputauit: & ad pueri ſeptennis iudicium prouocauit, quæ ætas nec odiis nec vitiis aliis obnoxia eſt. Aſclepiades è turba ſtatim puerum accerſitum in Romani conſpectũ ſiſtit. Quærit ia. Dic fili, verũ tibi videatur verũ eſſe & congruens, vnumne Chri-G ſtum, & in Chriſto Patrem colere, an adorare deos infinitos? Reſpondet puer: Illud certè, quidquid eſt, quod Deũ eſſe homines perhibent, vnũ eſſe neceſſe eſt, quod cum vno vnicum ſit: cumq; Chriſtus hoc ſit, Chriſtum eſſe verum Deum neceſſe eſt. Plures enim Deos nec nos pueri credimus. Stupẽs ad hoc Præfectus, quærit, quo iſta auctore didicerit? Reſpondet ille, ex matre, à qua ſimul cum lacte hauſiſſet, Chriſto credendum eſſe. Aſclepiades puerum in ſublime arripi mandat, & matre ſpectante loris duriſſimè cædi. Sola Mater de filio datum ſpectaculum ſine fletu intuetur: quin & aquæ hauſtũ poſcentem filiolum obiurgat: Calicem eum exſpectaret, quem occiſi in Bethleẽ olim bibiſſent infantes, lactis & papillarum immemores. Iſaac reſpiceret, qui cùm immolandus aram & enſem aſpexiſſet, vltrò colla præbuiſſet. Interea cutẽ cum capillis à vertice tortor reuellit, acclamat mater: Patere fili, mox enim ad eum venies, qui caput nudatum nunc tuũ per contumeliã, regio veſtiet diademate. Ad hæc & alia, matre monente, puer lætus virgas & dolores vulnerum ridet. Præfectus, quia nullis H tormentis puerum vinci cerneret, in carcerem eum concludi præcepit. Romanũmq; tanquã mali huius auctorem acerbius torqueri iuſſit. Ducũtur tandẽ ad ſupplicij locũ ſimul. Romanus ait. Appello ab iſta tua, præfecte impie, crudelitate, ad Chriſtum meum: non quod mortem metuã, ſed vt probetur, quàm nihil hoc ſit quod tu iudicas. Peruentũ ad cædis locum eſt: puerum, quem in complexu mater foras extulit, carnifex poſcit, dat illa, præter oſculum nihil morata. Et, vade, inquit, nate dulciſſime. Ceruicẽ eum enſe carnifex ferit, accinit illa: Pretioſa in cõſpectu Domini mors ſanctorũ eius. Ecce ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Hæc vbi dixiſſet, caput amputatũ pueri in palliũ explicitũ excipit, & pectore applicat. In altera parte pyra ingens conſtruitur, in quam iniectus Romanus, futurũ dixit vt non crematetur, imber coortus ignem extinxit. Carnifex linguam Romano exſecat: loquitur ille nihilominus. Chriſtum, inquit, loquenti lingua numquam defuit.

Tandem tum martyris animoſitate, tum miraculis Præfectus A victus, abripi eum in carcerem & ſtrangulari iuſſit. *Prudentius in hymnis περὶ στεφάνων.*

Barlaam nobilis & illuſtris martyr ſub Diocletiano, flagella lictorũ ad torporẽ vſque ſuſtinet, & lacerationem, neruorum reſolutionem, laterumque perfoſſionem. Ad quæ tormenta omnia cùm inuictus ſtaret, lictores eum ad aram, cui impoſitus eſſet ignis ad ſacrificandum dæmonibus, adducunt: & thus ardens manui dextræ, quam firmiorem adhuc habebat, imponunt ad ignem eam admouentes: fore arbitrantes, vt ignis vi dextra expugnata, thus ardens in aram excuteret. Flamma manum quidem ambedebat, non lædebat, cum Barlaam recitaret illud: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium. *Pſalm.* 143. referente id *Baſilio Magno* in ſermone de Barlaam martyre.

Maximianus Imp. anno 285. cum exercitu à ſe conſcripto in Galliã contra ruſticos tumultuantes, Bacaudas dictos profectus, ac Thebæa legione ſe ſubſequi iuſſa, Pœnino ſaltu ſuperato, in campos ad oppidum Octodorum deſcendit. Ibi, vt erat veteri deorum cultui deditus, atque imprimis Herculi auctori (vt præ ſe ferebat) generis ſui addictus, exercitum B omnem luſtrare ex Ethnicis Chriſtianiſque conſtantem cupiens ſingulos milites adeſſe ad dicendum ſibi ſacramentum præcepit, daturos ſe operã, vt iiſdẽ animis Chriſtianos Deorum ſuorũ inimicos, atque Bacaudes Imperij hoſtes vlciſcerentur. Cuius mandatum cum reliqui exhauſiſſent, ſola Thebæa Legio detrectauit. Hi erant Orientales milites, Chriſtiana diſciplina ab Epiſcopo Hieroſolymitano imbuti, & poſtquam Romam venerant ab vrbis Epiſcopo in fide vſq; adeo confirmati, vt religionem bellicæ fortitudini, fidem armis omnibus anteponerent, itaque ne tam impio ſe iureiurando adſtringerent, Octodurum prætergreſſi Agaunum prodierunt, inſignem ei loco Chriſtiani martyrij famam in omnem ſeculorũ memoriam relicturi. Erant in ea legione Mauricius primicerius, & Exuperius ſignifer, viri bellicis laudibus nobiles, ſed eximia in Chriſtum fide nobiliores. Hi cum Octodurum ad iuſiurandum concipiendum repetere iuſſi eſſent, reſpondere pro vniuerſa legione non dubitarũt, ſe Chriſtianos eſſe, atq; vt militiæ munera pro Imperatore non recuſare, ſic religionis eius ſacrilegia deteſtari. Quo reſponſo Maximianus exacerbatus, quod vna & diſciplinam militarem ſolui, & ſacra ſua contẽni eiuſmodi imperij detrectatione videret, ac cæteros ſupplicij exẽplo terrendos cenſeret, decimũ quemq; C iugulari militari more præcepit, ac reliquos ſe referre Octodurũ mandauit: quos Mauritius primicerius alloquutus, primũ gratulatus eſt, quod cùm ſocios ſuos indigna ſterni cæde cõſpicerent, manus ab eis vindicandis abſtinuiſſent: deinde eos ad conſtantiã fidei retinendã præclaro illorũ exẽplo accẽdit: atq; omniũ nomine ſe priùs mortẽ millies oppetituros, quam vt ei mãdato parerent, reſpondit. Itaq; nono Maximiani edicto 11. Kalend. Octobris cum cæterorũ decimo quoq; perẽptus eſt. Reliquorũ inde, cùm itẽ Octodurum repetere iuberẽtur, cauſã ſuſcepit ſignifer Exuperius: qui correptis ſignis, & Mauricio verbis plurimis egregiè collaudato, ſubiecit, ſe Imperatori quidem militiã, vt vero Deo integritatẽ debere: neq; Chriſtianos, vt perſequantur, in animũ inducere poſſe. Quibus rebus Maximianus eo vehementius efferatus, iter exercitui indixit, atq; occultè legionem circumfuſo exercitu ſepſit: eamq; vt erat ingenio aſper, ac propè immanis, militibus trucidandam, ac pro arbitrio ſpoliandam obiecit. Vnde D Agaunẽſium Martyrum immortalis in Eccleſia gloria dimanauit. Poſtquam in Galliam venit, ſubitò partem exercitus, in quo multæ quoque è Thebæa legione erant centuriæ, ſecundo Rheno ad eam opprimendã immiſit. Poſt autem, ſumpto ad Agaunũ de maiore eius legionis parte ſupplicio, reliquos etiam, vbicunq; terrarũ eſſent interimi iuſſit. Qui verò huic negotio præfecti fuerunt Caſſiũ & Florentium apud Veronam, ciuitatem tum in ripa Rheni fluminis ſitam, cum ſeptem aliis aſſequuti iugularunt: Cereonẽ verò ac trecentos octodecim ſocios ad Coloniam: Victorémque demum cum trecentis triginta ad oppidum Francorum nomine Xanthum, vi. Idus Octobris fœdiſſimè trucidarunt: quos omnes ſatis conſtat mortem ac cruciatus omnes conſtantiſſimè ſubiiſſe. *Sigon. lib. 1. hiſt. de Occidentali Imperio, ex hiſtoriis Eccleſiaſticis.*

Melania, Marcelli Conſulis Rom. filia floruit anno Domini CCCLXXVII. quæ cùm marito nondum humato duos ſimul amiſiſſet filios, incredibili fortitudine ab omni dolore ita ſibi imperauit, vt ne fleuerit quidem, ſed deuoluta in pedes tan- E tùm dixit: Expeditius tibi ſeruitura ſum, Domine, quia tanto onere me liberaſti. Relicto igitur vnico filio, tunc prætore vrbano, eidemque tota conceſſa poſſeſſione, Hieroſolymam nauigauit, ibiq; tanto virtutum, præcipuè humilitatis claruit miraculo, vt Tecla cognominata fuerit. *Hieron. in Chronico.*

Victorianus, Adrumetinus ciuis, honeſto loco natus, Carthagini dignitate Conſulari excelluit. Quem ob prudẽtiam, & in rebus gerendis dexteritatem, induſtriamq; ſingularem, Hunericus rex magnis honoribus affecit, & familiariter eo vſus, blanditiis ipſum ad blaſphemum Arianorũ dogma amplectendum perſuadere conatus eſt. Cui magno animo Victorianus, Extrema quæuis, inquit, aduerſus me experire, tormẽtis me eneca, flammis iniectum in cinerem me redige, beſtiis me obiice, quiduis tamen ſcito me pati malle, quam pactum, quod cum Chriſto ſeruatore in ſacro Baptiſmo inij, deſerere. Quibus verbis exardeſcens tyrãnus, verberibus eum defœdatum, totóque corpore laceratum, & omnibus tormentorum generibus excarnificatũ occidit. *Vict. lib. 3. hiſt. de perſec. Vand.*

Liberatus Abbas, Bonifacius Diaconus, Ruſticus Subdiaconus, Seruus Subdiaconus, Rogatus, Septimus & Maximus F Monachi, ex monaſterio Carthaginem perfacti, primum blanditiis ad Arianã perfidiam ſollicitati ſunt. Illi verò vno ore & animo ſuam corã omnibus confeſſi ſunt fidem, dicentes: Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma: nec poterit in nobis iterari, quod in doctrina Euangelij ſemel dari præceptũ eſt: quia qui ſemel lotus eſt, non neceſſe eſt vt denuo lauetur, ſed mundus eſt totus. Satius eſt momentanea perferre ſupplicia, quàm æterna ſubire tormenta. Supplicio ignis adiudicati, magna cum fiducia cantabant, Gloria in excelſis Deo: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, quando pro fide Dei noſtri ſupplicia perferemus, ne acquiſitæ fidei indumentum amittamus. *Victor. lib. 4. Vandalicæ perſecutionis.*

Bonifacius Epiſcopus: Quum in finibus Auſtriæ iuxta fluuium Bornam, feſtum Neophytorum celebrare conſtituiſſet, in quo per impoſitionem manuum recens baptizati confirmabantur, ſubitò à Gentilibus circundatus, bono animo eſſe iuſſit fideles qui aderant, dicens: Dies redẽptionis iam adeſt: confortamini in Domino, & gratiam nobis promiſſam grato amplectimini animo. Sperate in Deum, is animas veſtras liberabit. Magno eſtote animo: nec vobis metuatis ab iis qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere: ſed exultate in Domino. His & aliis verbis cum fideles eſſet conſolatus, rabido impetu Gentiles in eos irruerunt, & obuios G quoſvis interfecerũt. Hi latrones deinde ab aliis Chriſtianis, quos etiam Bonifacius ad fidei veritatem adduxerat, ad internecionem cæſi & deleti ſunt. *Gaſpar. Hedio, lib. 6. hiſt. cap. 21.*

Conradus Imp. Aduerſus Turcas in Oriente dimicaturus, aciem obiens*, milites ad fortiter præliandum hortatus eſt. Inter cætera autem ſcite prolata, dicebat. Cognoſcant Barbari quantum Chriſtus Magiſter noſter, & præceptor ſeductorem Prophetam Mahumetem & impiæ religionis antiſtitem ſuperat; tanto & nos rebus omnibus eſſe ſuperiores. Quum igitur caſtra ſancta ſimus, & diuinitus collectus exercitus, ne turpiter vitam amemus, nec obitum memorabilem pro Chriſti charitate formidemus. Si enim Chriſtus pro nobis mortuus eſt, quanto iuſtius nos pro illo oppetemus? Honeſtè huic expeditioni, etiã finis honeſtus imponatur: Chriſto freti pugnemus, cum ſpe certa facilis victoriæ: Neque enim quiſquam, vt confidimus, impetum noſtrum tolerabit, ſed omnes primæ aggreſſioni cedent. Sin (quod abſit) occu- H buerimus; honeſta ſepultura erit, vbicunq; pro Chriſto occubuerimus. Me ſagittarius Perſa pro Chriſto feriat; cum ſpe bona moriar, eáque ſagitta tanquam vehiculo, ad requiem illam perueniam, quod mihi potius erit, quàm ſi morte ingloria in peccatis opprimerer, &c. Illuſtrem tunc fortis Imperator de Turcis & Perſis reportauit victoriam. *Nicetas Choniates, lib. 1. de Annal. de rebus geſtis à Manuele Comneno.*

* FORTITVDINIS DONVM.

Quo Spiritus ſanctus nobis adſiſtit, vt animosè aggrediamur omne periculum, omnémque aduerſitatem mundi toleremus, quò perueniamus ad finem, quæ eſt vita æterna.

Exempla S. Scriptvræ.

S. Petrvs Apoſtolus concepto Spiritu ſancto, Chriſtum, quem priùs negarat, fortiter prædicat. *Matth. cap. 28. Act. 2.*

HISTORICA.

Hoc dono illuſtrata fuit B. Cæcilia virgo Romana, quæ cum

A cùm Valeriano & iuueni & cupido deſponſata eſſet inuita,& iam thalamũ cum ſponſo ingreſſa,de fide Chriſti & caſtitate diſſerens ,non modò Valerianum è vi inferenda cohibuit,dũ ſolidis argumentis caſtitatẽ matrimonio ſanctiorẽ eſſe oſtendit,verùm etiam Tiburtij ſponſi fratrem ad Chriſtianã religionem amplectendum compulit. *In eius vita apud Laur.Sur.*

S.Catharina virgo & martyr,Coſti Alexandriæ Regis filia,ſacris literis partim ſtudio, partim diuini Spiritus afflatu imbuta,philoſophos doctiſſimos vndique accerſitos ad perſuadendam idololatriam, refellendamque vnius Dei veri religionem,Spiritus ſancti virtute ita confutauit,& fecit vt eorum multi Chriſto nomina darent. Ceſſit mundi ſapientia ſapientiæ diuinæ : & qua ſola diſſerendi ac diſputandi arte gloriabantur Sophiſtæ , eam quoque diuino virginis acumini ſubmittere fuère coacti. *In eius vita apud Laur.Sur.*

DE FORTITVDINE ET CONTRARIIS VITIIS IN GENERE.

FORTITVDINIS MAGISTRI ET DISCIPVLI QVI.

☞ *Conſule Tit.* Magiſtri militaris diſciplinæ,*item Tit.*Fortes duces. *Quales enim ſunt in caſtris principes, tales quoque reliqui* B *ſolent eſſe milites. Et rectè Chabrias,Exercitũ ceruorum duce leone quàm leonum duce ceruo,formidabiliorem eſſe dixit, Quin etiã Tit.*Ad bellum animare ſuos, *quædam huic loco opportuna ſuppeditabit.*

Reges.

Spartani ante Cleomenem Leonidæ F. qui Lycurgi leges reduxit, vſque adeò fuerunt degeneres,& ad ſemetipſos enerues tuendos,vt quinquaginta millia mãcipiorum incurſantes in Laconiam abduxerint Ætoli.Quo tempore ſenem Spartiatem dixiſſe memorant,profuiſſe ipſis hoſtes,quòd exonerasſent Laconiam.At tempore interpoſito exiguo,auctore Cleomene,guſtantes tantùm veteres leges,& in veſtigium reducti diſciplinæ Lycurgi, tanquam præſente illo,& vnà tractante rempub. egregium virtutis documentum & obedientiam erga magiſtratus præbuerunt,recuperando Lacedæmoni imperio Græciæ,recipiendáque Peloponneſo.*Plut.in Cleomene.*

Euenus Scotorum rex,vt Imperium virtute ſtabiliret,adoleſcentes parcè & duriter à pueritia educari, noctu duro ſuper aſſere quieſcere, arcu & miſſilibus , palæſtra, atque curſu exerceri , armiſque aſſueſcere, ab omni autem mechanica arte , quòd ad effeminandos animos facere videretur , abſtiC nere voluit.*H.Boethius l.5.*

Duces.

☞ *Vide ſub loco Stratagematum , Milites ſuos animare variis modis.*

Cùm Corinthij à Spartanis deſcloiſſent , accedénſque ad muros Lyaander , Lacedæmonios ſegnes cerneret ad oppugnationem : lepus autem tranſilire foſſam eſſet conſpectus : Ecquid pudet vos , inquit , Spartiatæ eos formidare hoſtes , quorum propter ignauiam mœnibus indormiunt lepores ? *Plut. in Apophtheg.*

Sempron. Tvditanvs,& C. Octauius,Tribuni mil. omnibus fuſis ad Cannas,cùm circumſiderentur, ſuaſerunt commilitonibus, vt ſtringerent gladios,& per hoſtium præſidia erumperent ſecum:id ſibi eſſe animi,etiamſi nemini ad erumpendum audacia fuiſſet,affirmantes. *Front.l.4.cap.5.*

De Q.Fabio Maximo ſic ſcribit *Sylius l.10.*

—— Fabius deforme docebat
D *Cladibus iraſci, vulgumque arcebat ab ira:*
Aduerſis etiam frangi non eſſe virorum ,
Qui Martem inſcribant genti, non poſſe doloret
Condere, & ex pœna ſolatia poſcere luctus.

In Pleſcouiæ obſidione Ioannis Samoſcij conſiliũ manendi ſecreto amici improbabant,& monebant,videret,quam in ſe rem ſuſciperet,cùm periculi plenam,tum quæ ſi ſecus caderet,magna cum inuidia eius ſuperiorem rerum gloriã ipſius omnem corrupturа eſſet.Iis vnum ille reſpondebat,exiſtimare ſe,bonum Imperatorem , eundemque bonum ciuem non ſuæ,ſed publicæ dignitati ſtudere debere:ſi re infecta ab obſidione abſcedendum ſit,è re nata commodius futurum,ad ſe peccati eius opinionem recidere, quam ad Regem aut Rempublicam vniuerſam,&c. *Rein.Heidenſt.l.4.belli Moſc.*

Philoſophi , Oratores , Poetæ.

Secundo bello Meſſenico, reſponſum fuit Lacedæmoniis, Delphicum Apollinem de belli exitu conſulentibus,vt Athenienſem hominem rerum gerendarum auctorem accerſerent.

Ea res animi dubios tenuit Athenienſes.Nam & periculoſum E nimis fore reip. ſuæ iudicabant,ſi Lacedæmonij parte Peloponneſi optima,Meſſene ſcilicet,potirentur : & rurſus diuinis vocibus non parere nefarium cenſebant. Conſilium vel in re dubia anceps capiunt. Erat Athenis Tyrtæus quidam ludimagiſter,qui neque ſatis mente valere credebatur,& aliter claudicabat pede : hunc Spartanos miſére.Ibi ille modò ciuitatis principes,modò plebem,proinde vt locus aut tempus tuliſſet,elegos & anapæſtos decantans,quid facto opus eſſet, edocebat. In pugna ad Apri ſepulchrum (qui vicus eſt Stenicleríj agri) commiſſa ad extremos ordines circumieos,ſuis cohortationibus ad pugnam accendebat. Iam cùm graui claſſe à Meſſeniis affecti ad pacem ſpectarent,eos Tyrtæus de ſententia verſibus deduxit, & milites,qui in cohortibus deſiderabantur, de Ilotarum Seruorum delectu ſuppleuit. *Pauſan.in Meſſenicis.* Leonidam proinde Priſcum ferunt rogatum. Quis ei Tyrtæus poëta fuiſſe videretur ? reſpondiſſe. Bonus ad accendendos iuuentutis animos , ſiquidem quaſi afflati carminibus eius ruebant in prælia.*Plut.in Agide & de Compar.anim.* At in Laconicis Laconi incerto tribuit.

Zeno Eleates Agrigentum videns miſerabili Phalaridis ſeruitute obrutum,nec apud tyrannum conſilij ſalubritatem quicquam valere, ciues ad tyrannicidium excitauit. *Valerius Maximus l.3.cap.3.* F

Sphærvs,Zenonis Cittiæi auditor, Cleomenem Leonidæ F.videtur inflammaſſe ad gloriam,vt Agidis veſtigia ſecutus, cuius vxorem duxerat,Ephoros interfecerit,& æqualitatem à Lycurgo introductam Spartam reduxerit, *Plut.in Agide.*

Vbi Panegyricæ orationis , quam Iſocrates Græcis exhibuit,fama in Macedoniam peruenit , primùm quidem Philippum aduerſus Aſiam extimulauit : illo verò mortuo, Alexandrum filium eius, hæredem paternæ virtutis , ad bellum ſuſceptum conficiendum adhortata eſt. *Sabellicus l. 1. cap.6. Exemplorum.*

Dionysivs tyrannus Corinthi exulans cuidam inſultanti ob exilium, & interroganti. Quemnam ex Platonis ſapientia cepiſſet fructum ? Nihilne (inquiens) tibi profectus videmur à Platone aſſecuti , qui ita vices feramus fortunæ ? *Plut.in Timoleonte.*

Antiochvs Cilix , Cynicam ſectam præ ſe ferens , ea re militibus plurimum in bello profuit. Nam eos magno gelu afflictos confirmabat,in niuem ſe abijciens,ibique volutans. Vnde & opes & honores à Seuero & Antonino eſt conſecutus. *Suidas, & Dion.* G

Parentes.

Archidamvs Zeuxidami filius,cùm filium videret præcipitantiùs & inconſiderantiùs pugnantem cum Athenienſib. [illegible], id eſt, Aut adde viribus,aut detrahe animo,inquit. *Plut.in Laconicis.*

Mulieres.

☞ *Vide Tit. Mulieres bellicoſæ , quatenus vel exemplo vel oratione etiam ſua animant viros.*

Perſæ, cum Medis prælijs committebant, duce Cyro. Satrapa Cyri Oebares fugam incepit , & quantum is præibat, omnes Perſæ ſequebantur. Tum Perſides fugientibus obuiam proceſſerunt, ſublatis tunicis : &, Quò,inquiunt,contenditis ? Vnde egreſſi eſtis, eò introire ruſus vultis ? Hæc mulierum verba pudorem attulerunt Perſis. Itaque reuerſi ad pugnam, Medos in fugam conuerterunt. *Polyænus l.6.*

Lacæna claudum filium ad aciem proſequens : Inter eundum,fili,inquit,virtutis memento. *Plut.in Lacænarum apoph.* H

Altera tradens ſcutum filio : Hoc,inquit,pater tibi ſemper ſeruauit : quare tu quoque id ſerua,aut noli viuere.*Ibid.*

Tertia porrigens filio ſcutum : Aut hoc,inquit,fili,aut in hoc; ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. *Ibidem.* Quod ſic expreſſit Auſonius :

Mater Lacæna clypeo obarmans filium.
Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

Lacæna dicenti filio, Paruum gladium ſibi eſſe : Adde,inquit,gradum. *Plut.*

Lacæna quædam ; cùm fugientes ex prælio filij ad ipſam rediiſſent : Quo, inquit, recurritis fugitiui,improba mancipia ? num hoc,vnde emigraſtis,ſubituri ? detectumque monſtrauit eis ventrem. *Plut.in Lacænarum apoph.*

Cùm memoraret Laco quidam Matri ſtrenuum fratris obitum : An non fœdum,inquit,eſt ab eo comitatu te excidiſſe ? *Idem.*

In feminis Græcis ſolas Corinthias præclarũ illud ac diui-

num votum feciſſe, vt viris deſiderium Venus dimicandi A cum barbaris infunderet, teſtatus eſt Simonides epigrammate inciſo ſimulacris æreis, in templo Veneris poſitus, quæ ſacraſſe ferunt Medeam, vel viro orbatam, vel vt reuocaret à Thetidis amore Venus Iaſonem. Epigramma huc eſt:

Pro Græcis poſita hæc validis & ciuibus ampla
Sunt, quæ diuina vota dedêre Cypri.
Quippe ſagittifera Veneris cauſa haud voluere
Arcem Graiorum prodere barbaria.

Plutarchus de Herod. malign.

Chilofarrtus Mediomatricum rex, Burgundionum Auſtraſianorumque coacto exercitu, in Sueſſionum, qui in Clotarij adhuc pueri fide erant, finibus caſtra poſuit. Dux Clotariani exercitus erat Landricus Magiſter equitum, cuius opera Chilpericum Fredegundis vxor occidi curarer. Sed viriles animos gerens Fredegundis Clotarij mater, ordines ipſa circumibat, circumferensq; puerum filium regem, illum eorum fidei virtutique commendabat: pueritiam eius contemptui eſſe, quaſi exercitus ſine ſub rege, & rex ſine fido milite foret: oſtenderent reges Francorum Burgundionibus Auſtraſianiſque inuictos eſſe, non ætatis flore, roboréve vllo ſuo, ſed no- B minis ipſius maieſtate, ſuorumque armis. Tantum ardorē animis & ætas regis, & vox feminæ militaris viſa ſubdidit, vt collatis ſignis ad viginti millia hoſtium Franci interemerint, paucis ſuorum deſideratis, vulgus ſcriptorum tradit, ipſam Fredegundem copiarum ducem iter ſub noctem ingreſſam, equorum collo crepitaculis ſuſpenſis, tinnientis ac paſcentis temerè armenti ſpeciem præbuiſſe: cumque hoſti appropinquaret, frondoſis ramis ab anteſignanis prælatis, quod ſyluæ inſtar, vbi iumenta paſci viderentur, procul videntes falleret, manè hoſtem incautum oppreſſiſſe. Propius fidem eſt, Burgundiones Auſtraſianoſque, quòd Francorum dux fœmina eſſet, ac puer rex, nimia virium ſuarum fiducia, & cōtemptione hoſtium, per negligentiam apparatum belli: ardoremque pugnandi remiſiſſe, atque ideo facilè oppreſſos. *Aemilius l. 1.*

Hvnoingvs Sueciæ & Noruegiæ rex, ex prima coniuge ſuſtulit Regnerum atque Toralpum. Ea mortua, filiis nouercam ſuperinduxit: quæ illos mortuo rege ablegauit ad paſtores. C Suanita, Haddingi Danorū regis Hundingo amiciſſimi filia, ad eos profecta: ad maiorem natu Regnerum inquit: Accipe gladiū iniuriæ vltorem, & virum te memineris: tuæ reductionis præmium non aliud paciſcor, quam legitimas nuptias. Ergo Regnerus auctus breui viribus paternam ditionē cæſa nouerca recuperauit, & ea Suanita filium procreauit Hotbrodum, paterni regni ſucceſſorem. *Crantzius l. 1. Suec. cap. 17.*

Cum Iacobus II. Scotorum rex, in oppugnatione Roxburgi arcis Anglicanæ, tormenti fracti ictu periiſſet, Maria regina, Ducis Gelriæ filia, aſſumpto properè paruulo filio (ſeptimum enim annum agebat) in caſtra contendit, ſuique ſexus oblita, duces regis caſu perterritos ad obſidionem perſequendam animauit. Nec diu pòſt deditionem hoſtes fecere. *H. Boëthius l. 18.*

Ataidivs Luſitanus, Emmanuelis regis præfectus in vrbe Azamora, Arabes ex improuiſo aggreſſus fudit. Cū verò Marochio quatuor paſſuū millibus abeſſet, Rahus Benxamutius dux Arabū fortiſſimus, cum ſeptuaginta equitibus primùm, D deinde cum multis aliis, qui ad opem illius conuenerant, caſtris obequitauit. Tum Arabas cū Luſitanis fœderatos nominatim cōpellans, admonuit, vt religionis memores, eius violationē Luſitanorum ſanguine expiarent. Luſitani eo ordine, quo inſtructi fuerant, progrediebantur. Fœderati nullum reſponſum dabant, imò cum præda ad primum agmen ſe cōferebant, vt à periculo lōgiùs abeſſent. Vxor quædā illius, Hota nomine, ſingulari pulchritudine femina, quam is perditè amabat, capta ferebatur, quæ illum nominatim inclamauit. Is continuò ſubſtitit. Illa à ducibus facultatē poſtulauit cū viro colloquendi. Cùm id impetraſſet: Rahe, inquit, Benxamutie, quoties mihi dixiſti, te, ſi me captiuam duci conſpiceres, maximum vitæ diſcrimen aditurum? Captiuā modò duci vides, & id tamen pateris? Is ad hæc: Dies, inquit longa eſt: victoria in numinis diuini beneficio, virtus in brachij mei robore cōſiſtit. Illa verò puluerem manu in altum proiecit: tum addidit, Verborum tuorum fidem aura diſpellit. Is ſibi continuò calceum detraxit, eúmq; in illam coniecit. Quo ſigno more gentis, ſe fidem minimè violaturum, confirmauit. Deinde ad equites ſuos conuerſus, multa cum lacrymis & luctu diſſerens, eos ad certamen incitauit, & in agmen poſtremum inuectus, prælium atrociſſimum iniuit, ita vt Luſitani illius impetum E ægre ſuſtinerent. Ataidius hic hoſtes ſuſtinebat, vt ordinem minimè perturbari permitteret: ita deinde agmen cogebat, vt interdum eſſet opus, acie conuerſa in hoſtes impetum dare. Hoc cùm non ſemel fieret, Rahus guttur illius nudatū (lorica namque ea parte diſſoluta fuerat) pilo maxima vi coniecto transfixit: & ita vir egregiè fortis, qui tam multas clades hoſtibus intulerat, vno ictu cōcidit. Mauri fœderati, cum hoſtibus ſe, vt Rahus admonuerat, coniunxerunt, vt tantæ prædæ participes fierent. Itaque Luſitani fermè omnes aut cæſi, aut capti ſunt. Rahus cum inſigni victoria & decore, & maxima præda, & quod ille rebus omnibus anteferebat, cum vxore cariſſima diſceſſit, ita vt eum omnes admirarentur, & virtutem illius in cœlum laudibus efferrent. Vxor tamen illi amoris gratiam exemplo memorabili retulit. Nam poſt hanc victoriam, cum Xeriſius cum Feſſæ Rege prælium commiſiſſet, Rahus ab hoſte, quem fugientem perſequebatur, occiſus fuit, hoſtis enim conuerſus, equo concitato, Rahum haſta transfixit. Hota viri funus cum multis lacrymis & eiulatu procurauit, & corpus illius in ſepulchrum magnis ſumptibus extructum intulit. Deindeq; nouem ſe diebus à cibo & potu F continuit: & ſic tandem ſpiritum edidit: & ſuis mandatum dedit, vt ſe cum viro ſepelirent. *Oſorius l. 10. rerum Em.*

Cùm Veneti circa annum Salutis 1471. Attaliam Pamphyliæ vrbem oppugnarent, ferunt medio certamine Feminam Illyrici generis, quæ diu inter Barbaros ſeruiuerat, ex ſuperiore parte clamoribus, nutu, hortatione, Chriſtianos iuuare auſam: quū ex proximis quidā ei flagra minaretur, compoſita prius veſte ſummo muro deſiliuiſſe, mòxq; ſuo pondere ſolo afflictam: inter ſuorum complexus expiraſſe. *Sab. l. 9. Dec. 3.*

Bruta.

David paſtor & puer etiamnum, Leonem & Vrſum greges patris inuadentes, inermia interfecit. Eoq; deinceps argomento à brutis ad hominem brutum traducto, cum Goliath Philiſtæo congreſſus, dedecus Iſraëlitarum funda ſua deleuit.

Sinopensis Diogenes, vt ad philoſophiam appulit, cùm ſolenni quodam ſpectaculo conuiuia inter ſe agitantes, in laſciuiam & ludos nocturnos ſoluti eſſent Athenienſes, in angulo fori contrahens ſe, tanquam ſomnum capturus, in cogitationes incidit, quæ grauiter eum exagitarunt: quòd nulla neceſſitate in ærumnoſam & triſtem vitam ſe dimittens, bonis ſemetipſe cunctis orbaſſet. Hic cùm mus adrepens offæ eius micas captaret, velut caſtigans ſe reprehendenſque. Hunc conuiuio accipiunt reliquiæ tuæ, Diogenes, G & tu ægrè fers, quòd non accumbens in mollibus & pictis ſtragulis ingurgites te remoto? *Plut. de Virtutis profectu.*

Brasidas cùm murem in caryCis cepiſſet, morſúſque ab eo, dimiſiſſet: Papæ, inquit apud ſe, vt nihil eſt adeò puſillum vel debile, quod non victurum ſit, ſi ſe ab iniuria defendere audeat. *Idem.*

Pyrrhonem ferunt, cùm nauigaret, & periculoſa tempeſtate iactaretur, porcellum monſtraſſe, qui obiecto hordeo oblectaret ſe, ac dixiſſe familiaribus: Qui à rebus fortuitis conturbari nollet, ei ex doctrina & philoſophia eiuſcemodi comparandam indolentiam eſſe. *Ibid.*

Eliezes, Batizæ Ianizarorum ducis F. cum Biteze Pannonio ſingulari certamine congredi auſus Leporem fortitudinis huiuſce monitorem ſe habuiſſe, Amurathi Turcorum Imp. affirmauit, *Vide Tit. Fortitudo contra hoſtes in Monomachia Victoria cauſa.*

QVOMODO. Nempe H
Legiſlatione.

Christvs ad ſeruandam patientiam nos compellit, dicēs: Ab eo, qui aufert tibi veſtimentum, etiam tunicam noli prohibere: qui aufert, quæ tua ſunt, ne repetas. Noli prohibere, inquit, ne ſcilicet, prohibendo magis irrites raptorem, & illū ad necem tui accedas, cui ne rem auferat obſiſtis, atq; ita & tibi maioris damni, & illi grauioris peccati cauſa fias. Idcirco etiam oblata poſtea repeti Dominus vetat, vt potiùs patientia ſuſtinendo violentum vſurpatorem ad miſerandum prouoces quàm vlla repetendi moleſtia ad iram. *Marulus l. 5. c. 3.*

Cretum leges, à Minoe traditæ, inquit Cicero, itémque Spartanorum à Lycurgo, laboribus erudiunt iuuentutem, venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando, Lycurgus certè legibus ſuis id effecit, vt honeſtam mortem Lacedæmonij omnes turpi vitæ longè anteponerent. *Xenophon in Laconum republica.*

Thebæ

Thebani legiſlatores, Sacræ cohortis inſtitutione ſuorum
A fortitudinem accenderunt. *Plut. in Pelopida.*

Frotho III. Danorum rex edixit, vt quiſquis militiæ deditus, ſpectatæ virtutis titulum affectaret; impeteret vnum, exciperet duos, trea modica pedis retractatione vitaret, quatuor fugere non erubeſceret. *Saxo lib. 5.*

Inſtitutione.

☞ *Vide paulò antè, Philoſophi doctores fortitudinis.*

Adoleſcentulus quidam Eretrieus Zenonis ſcholam literarum cauſa longo tempore frequentauerat. Reuerſum pater interrogauit, Quidnam ſapientiæ didiciſſet? Qui cum ſe oſtenſurum dixiſſet, indignatus pater, verbera ipſi inflixit. At ille modeſtè patientérque ferens: Hoc ipſum (inquit) didici, vt iram patris moderatè feram. *Ælianus de Var. hiſt. lib. 9.*

Ædesivs Cappadox mercaturæ cauſa in Græciam à patre ablegatus, philoſophiam amplexatus eſt. Pater reuertentem, vt inutilem domo exegit, his verbis: Ecquid tandem emolumenti affert philoſophia? Tum ille conuerſus: Hoc ipſum, inquit, & ſupplex ad genua patri accidens, furorem illius mitigauit. *Eunapius in Sophiſtis.*

B *Educatione, Aſſuetudine.*

Nato Seſoſtri, Pater eius, Ægyptiorũ rex, ex tota Ægypto omnibus, qui eodem die, quo filius, nati erant infantibus congregatis (qui fuére ampliùs mille ſeptingẽti) nutriri, educari, ac omnes eadẽ diſciplina exercitioq́; erudiri fecit; exiſtimãs hoc pacto ſimul educatos atq; inſtructos, tũ amiciores inuicẽ, tum audentiores melioréſque in bello fore. Hos continuò vſu ad malorũ patientiã exercebat. Non enim licebat alicui cibum, priuſquam curſu centum octoginta ſtadia confeciſſet, capere: quo exercitio omnes viri euaſerũt & robuſto corpore, & animo præſtantes. Primùm Seſoſtris in Arabiã, cum eorum, qui ſimul nutriti erãt exercitu à patre miſſus, aſſuetúſq; venatui, ac cibi potúſq; abſtinentiæ, omnem eam gentem ſubegit, liberam antea, & ſeruitio inſuetam. Deinde in Libyam profectus, maiorem eius partem in ditionem adhuc adoleſcentior redegit. Defuncto patri cùm in regno ſucceſſiſſet, rebus à ſe geſtis elatus, adiecit animum ad Imperium orbis. *Diod. lib. 1. c. 4.*

C Nobiles ac fortunati pueri apud Antiquos impoſiti arietibus primùm equitare diſcebant, vt artem neceſſariam ſibi (quæ tamen periculi multum rudibus afferret, ſi in equis tractaretur) illo pacto attingerent ac deguſtarent. Id autẽ veteres grammatici apud Heſychium putarũt ſignificare etiã potuiſſe, Homerum, cùm ἐπιβώτορα μήλων cecinit in 13 *lib. Odyſſea.*

—— σχεδόθεν δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη
ἀνδρὶ δέμας ἐϊκυῖα νέῳ ἐπιβώτορι μήλων
παναπάλῳ, οἷοί τε ἀνάκτων παῖδες ἔασι.

Evstathivs minùs aptè paſtorem ouium interpretatur, quòd heroum ætate regij liberi greges paſcere ſolerent. *Victorius lib. 8 Var. lect. cap. 9.*

Lucani liberos ſuos à prima ſtatim infantia veſte & miniſterio ſeruili, in duritie, & ſumma frugalitate educabant in ſyluis: quibus præda venatica erat cibus, potus verò fontium liquor. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.*

Expoſuit diligenter *Virgilius* inſtituta priſcorum Latinorum, & qua diſciplina imbuere pueros ſuos illi ſolerent, commemorauit: finem autem illa omnis habebat fortitudinem militarem, & ſcientiam rerum bellicarum. Vnde poëta idem
D fecit alio in loco eius gentis hominem magnificè illa prædicantem, vt hoſtibus metum incuteret. Prius autem inquit.

Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitántque in puluere currus,
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent...

Victorius lib. 10 Var. lect. cap. 6.

Eadem ſtudia fuére Troianorum, vt ex Euripidis loco intelligitur in fabula, quæ à captiuis Troianis feminis inſcribitur.

Spartani filios ſuos ephebos ex Lycurgi inſtituto in Ephebæo campo dicto, qui euripo vndique cingebatur, inſulæ inſtar, in ipſa ferè Therapnes vrbanis exercebant. Vtraq; ephebotum claſſis Marti Enyalio caninum catulum mactat. Committunt inde ad pugnam apros cicures duos. Mox ita pugnãt inter ſe, vt infeſtis manibus & calcibus inſultẽt, morſibus etiam corpora fœdent, & oculos hi plerúmque illis eruant, atque totis agminibus impreſſionem faciendo, vna acies alteram in aquam detrudere contendat. *Pauſ. in Laconicis.*

Poſtquam biberunt Lacones in conuiuiis mediocriter, domum ſe ſine face recipiunt. Neque enim permittitur, neque

fune, neque aliàs ad lumen incedere: quò diſcant in tenebris E
& nocte fidenter commeare & intrepide. *Plut. in Inſtitutis Laconicis, & in Lycurgo.*

Honorij Imp. inſtitutionem probam *Claudianus lib. 3.* explicat.

Mox vbi firmaſti recto veſtigia greſſu,
Non tibi deſidias molles, nec marcida luxu
Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes.
Sed noua per duros inſtruxit membra labores
Et cruda teneras exercuit indole vires.
Frigora ſæua pati, grauibus non cedere nimbis,
Æſtiuum tolerare iubar, tranſnare ſonoras
Torrentum furias, adſcenſu vincere montes,
Planitiem curſu, valles & concaua ſaltu,
Necnon in clypeo vigiles perducere noctes,
In galea potare niues, nunc ſpicula cornu
Tendere, nunc glandes Balearis ſpargere funda.

Hic mos apud omnes Ruthenos & Moſcouitas quotanniš certis diebus obſeruatur. Adoleſcentes pueri, plurimique viri vxorati, extra ciuitatem pagumve in locum amplum & eminentiorem confluunt; vnde ab hominum congregatione videantur, ibiq; quibuſdam ſibilis & vociferationibus (ſecundũ
F gentis morem) ſigno dato concurrunt, manúſque abſque vllo armorum genere conſerunt, certamen pugnis, pedibus, magno cum impetu faciem, pectus, ventrem & genitalia vtrinq; percutientes ineunt, ſæpéque inde ſemiuiui, plerunque etiam mortui exportantur. *Guagninus in deſcriptione Moſchouiæ, c. 4.*

Religione.

Galli olim Druidarum inſtitutione de immortalitate animorum perſuaſi, ad mortem, cùm aliàs, tum præſertim in bello obeundam, tanquam æternitatis ianuam, inflammabantur.

Charillvs roganti: Cur deorum ſigna armata omnia apud Spartanos poſita ſint? Ne probra, inquit, quibus homines proſcinduntur ob ignauiam, in deos conferamus: neque iuuentus deos inermis precetur. *Plut. in Apophtheg.*

Occa Anglorum rex, in ſocietatem pertracto Lotho Pictorum rege, contra Verum Britanniæ regem, nouis ex Germania copiis auctus, exercitum ducebat. In caſtris erant pontifices duo, D. Germanus & Seuerus, e Gallia euocati, ad erbucidium & Pelagianiſmum extirpandum. Ipſo Paſchatis die G
Occa ſacris operantes aggrediebatur. Lota Baptiſmo exercitus pars, aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes procedebat, Germanus ſe ſacerdotibus inermibus primæ aciei ducem profitebatur, omnes admonens, voci ſuæ vno clamore reſponderent. Appropinquantibus hoſtibus, Alleluia ter repetitum, ſacerdotes exclamant. Sequitur vnus clamor omnium: repercuſſoque aëre, cùm ex montibus cauernoſis vehementer multiplicatus redderetur, hoſtile agmen, ac ſi cœlum rueret, terrore proſternitur. Paſſim fugiunt, arma proiiciunt, gaudentes vel nuda ſe corpora tanto eripuiſſe diſcrimini. Plures etiam timore præcipites, vicinum flumen deuorauit. *H. Boethius, l. 9.*

Expurgata ab idolis Polonia, anno DCCCCLXV. Mieciſlaus I. princeps, ad euidentius ſignum Chriſtianitatis inſtituit, vt inter officium Miſſæ, dum Euangelium prælegeretur, ſinguli virorum ad medium gladij enſes è vaginis depromerent, quo teſtarentur, ſe propter Euangelium Chriſti ad mortem vſque certare paratos eſſe. *Guagninus in vitis regum Polonorum.*

Conſilio.

Epaminondas Thebanus, quamuis captiuus, Theben, Iaſonis filiam, ad occidendum Alexandrum Pheræum tyrannum, maritum eius inſtruxit. *Plut. in Pelopida.* H

Appivs Clavdivs Romanis ingenti prælio à Pyrrho Epyrotarum rege fuſis fugatiſque, cum Senatum acciperet, verba de fœdere & pace admittere: rem indignam ratus eſt contenditque, licet vtroque lumine orbatus medio foro ad curiam. Quam vt eſt ingreſſus, conſiſtens in medio. Moleſtum, ait, ante fuiſſe ſibi, quod captus oculis eſſet: nunc verò optare, vt ne audire quidem poſſet illos, qui adeò infamia & ignaua conſilia caperent & cœpta præ manibus haberent. Ita Senatum partim caſtigatum, partim doctum, atque excitatum induxit extemplo ad arma capienda, ac cum Pyrrho pro Italia decertandum. *Plut. An ſeni tractanda reſp.*

Monitione. Acclamatione.

☞ *Vide Tit. Milites ſuos animare Adhortatione.*

Cùm Apollo ſerpentem Pythonem ſagittis aggrederetur; Latona mater, ſupra ſaxum confugiens, filium hortabatur, ἵε παῖ, ἵε παῖ, id eſt, Cæde fili. Eam vocem Delphi quoque iterabant, vt puero animum adderent: & hinc primum carmẽ hexametrum ex ſex ſpondis factum (ἵε παιάν, ἵε παιάν ἵε παιάν.

Nam ſyllaba ω ad imitationem vocis è longinquo factæ ad- A lecta videtur. Victo dein ſerpente, iidem præ lætitia canere cœpere, *ἰὼ παιὰν, ἰὼ παιὰν, ἰὼ παιὰν.* *Terentianus, & Clearchus Sol nſis, Gyraldus Dialogo 2. de Poetis.*

Cleomenes, Leonidæ F. cum quinque millibus Spartanorum, xxm. Achæorum occurrens commonuit ſuos veteris cuiuſpiam regis, qui dixerat. Nunquam quærere Lacedæmonios de hoſtibus, quot eſſent, ſed vbi eſſent. *Plut. in Cleomene.*

Amyntas Macedo, ab accolis finitimiſque Barbaris victus, regnum perdiderat, ſtatuebatque regionem etiam in vniuerſum relinquere, tantum vt vitam ſeruare poſſet. Verùm Cuiuſdam dicto monitus, non cedendum tyrannide, niſi pedibus quis extrahatur, collectis militibus recuperauit imperium. *Ælianus lib. 4. de Varia hiſt.*

Dionysius tyrannus à Carthaginenſibus preſſus, fugam meditabatur. Verùm cum ex familiaribus quidam Hellopidas nomine diceret. O Dionyſi, quàm ſpecioſum ſepulchrum eſt ipſa tyrannis? pudore ſuffuſus, animum recepit, & cum pauciſſimis multa hoſtium millia ſuperauit. *Idem, & Plut.*

B Cato maior cohortans adoleſcentes, vt audacter pugnarent, ſubinde addebat: Sermonem citius quàm ferrum, ac vocem quàm manum emollire & obſtupefacere hoſtem. *Plut. in Apophtheg.*

Kennatho III. Scotorum rege, cum Danis dubia acie confligente, Haius plebeius homo, vnà cum duobus filiis agrum colens, iugo coërcuit fugientes ex acie Scotos, & vt hoſtem aggrederentur hortatus eſt, clamans auxilium nouum adeſſe. Quo audito territi Dani terga dederunt. Ipſe Haius ob rem tam præclarè geſtam, in numerum nobilium aſſumptus eſt, eíque inſignia data, ſcutum argenteum, in quo tria ſcuta rubricata picta fuerunt. *H. Henninges in Geneal.*

Dedecore, Pudore.

☞ *Vide Tit. Milites animare Pudore, Honore, Laude.*

Apud Cattos Germaniæ populos, nefas erat barbam ponere, aut capillum ſecare, aut alio modo exornari, niſi ex prælio occiſi à ſe hoſtis caput retuliſſent. *Fulg. lib. 2. cap. 1. ex Tacito.*

Macedones in more habent, vt nullus diſcumbat inter con- C uiuas, niſi extra retia aprum interfecerit. *Athenæus lib. 1. c. 11.*

Hiſtoriis, Poeſi.

Lacedæmonij, etſi à poëticis ſtudiis alieni erant, lege tamen conſtituerant, vt quoties cum hoſtibus dimicaturus in procinctu conſtitiſſet exercitus, conuocarentur milites in tabernaculum regium: ibíque audiendis Tyrtæi carminibus aſpernendam pro patria vitam incitarentur. *Muretus lib. 6. Var. lect. cap. 6.*

Apud Spartanos erat orationis genus ſimplex & affectatū, nihil habens molle ac deliciarum: nec in alias verſabatur argumentis, quàm vel in laudibus eorum, qui fortiter ac generosè vitam exegiſſent, quíque pro Sparta occubuiſſent, & ob idab omnibus vt beati celebrabantur: vel in vituperādis his, qui metu periculorū nihil egregij geſſiſſent, & qui ob ignauiam à morte cruciabilē infelicémque vitam viuerent: vel in pollicitatione, per gloriæ ſtudium accedente animos ad virtutem, ad cuiuſque ætatem accommodata. Itaque tres erant apud illos chori, iuxta triplex ætatum diſcrimen: quibus in feſtis ſimul conſtitutis, Senum chorus incipiens canebat.

Ἄμμες πόκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι
Nos quondam eramus inclyti bello viri,

D Iuuenum verò chorus ſuccinebat:

Ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἰ δὲ λῇς, αὐγάσδεο.
Nos iſ ſumus. ſat, ſi velis, periculum,

Puerorum, denique ſequebatur:

Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες.
Nos fortitudine plurimùm præſtabimus.

Rectè nimirum atque ordine legiſlator, propinqua domeſticáque exempla iuuentuti per ipſos ob oculos poſuit auctores. *Plut. de Laude ſui ipſius, & in Laconicis.*

Bello piratico, contra Rugianos à Danis ſuſcepto, Lucas, Chriſtophori Valdemari Danorum regis F. ſcriba, natione Britannus, literis quidem tenuiter inſtructus, ſed hiſtoriarum ſcientia apprimè eruditus: cùm fractos Danorum animos videret ob aduerſam pugnam, memoratis veterum virtutibus eos ad exigendam vltionem concitauit. *Saxo lib. 14.*

Supplicio, Pœnis, Periculo.

Apud Ordacos, Albionis incolas, latrociniis victitantes, ſi quis militiam detrectaſſet, vel in acie terga vertiſſet, ab vxore necabatur. Qui viuus in hoſtium veniſſet manus, domum reuerſus, vxoribus (quod etiam Dacis in more erat [illegible]u E erubebat donec egregio facinore contractam deleuiſſet ignominiam. *H. Boeth us l. 1.*

Templarij milites vt aut vincere aut mori in bellis contra Saracenos diſcerent, ſi forte caperentur, ſolo cingulo & cultello redimebātur. Itaque cum Saladinus pro redemptione ſui nepotis magiſtrū templi Chriſtianis offerret, grauiter magiſter ille contradixit. Non, inquiens, eſſe conſuetudinis militū templi, vt aliqua redēptio daretur pro eis, præter cingulū & cultellum. Et ita in vinculis mortuus eſt. *Sigebert. continuator.*

Spectaculi

De Gladiatoriorum ludorum origine & cauſa, *Iulius Capitolinus in vita Maximi & Balbini* hæc commemorat. Multi dicunt, apud veteres Rom. hanc deuotionem contra hoſtes factā, vt ciuium ſanguine litato, ſpecie pugnarū, ſe Nemeſis, id eſt, vis quædā fortunæ, ſatiaret. Alij hoc literis tradunt, quod veriſimilius credo, ituros ad bellū Romanos debuiſſe pugnas videre, & vulnera, & ferrū, & nudos inter ſe cohortes, ne dimicantes in bello armatos hoſtes timerēt, aut vulnera & ſan- F guinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus videtur, vt Imperatores ad bellum proficiſcentes munus darent gladiatorum.

Conuerſatione.

Impetrauit ab Athanaſio vrbis antiſtite Alexandrina mulier tam diues quàm nobilis, vt ex viduis, quæ Eccleſiæ ſumptu alebantur, daretur ſibi vna aliqua alenda. Data eſt illi mulier, miti & ſuaui ingenio, cuius facilitate auctum eſt matronæ ſtudium in pauperes. Popoſcit ſibi alteram dari. Caſu an conſilio, non facile dixerim, data eſt peruicax & inhumana mulier: ea qua cùm ex pio hoſpitio probra & ſæua verbera reportaret, gratias egit Athanaſio, quòd talem dediſſet, per quam ad patientiæ cultum exerceretur. *Sab. lib. 9. cap. 1.*

AVDACIÆ, TEMERITATIS MAGISTRI.

Campanis à Rom. grauiter obſeſſis, cùm de legatis in caſtra ad Rom. duces mittendis agerent: Vibius Virius, defectionis ad Pœnos auctor, dicere ſententiam iuſſus. Expedire affirmauit ſibi & aliis, voluntariam mortem occumbere, quàm in hoſtium poteſtatem redactos, per varios & exquiſitos cruciatus extinctum iri. Paratæ ſunt, inquit, apud me epulæ, quibus ſi qui mecū ſe imminentibus malis ſubtrahere volent, adhibe- G bo: poculum poſtremò omnibus circumferetur: ea potio corpus à cruciatu, animum à contumeliis eripiet. Hæc vna via & honeſta & libera ad mortem: & ipſi virtutem admirabuntur hoſtes, & Hannibal fortes à ſe ſocios deſertos adhuc magis dolebit. His dictis ſeptem fermè & xx. cum eo coena egreſſi, mētibus vino & epulis alienatis, venenum ordine bauſerunt, noctéque proxima omnes extincti ſunt. *Sab. lib. 4. Enn. 4.*

Eleazarus ſicariorum dux, in arce Maſſada à Fl. Sylua Syriæ præſide obſeſſus, Iudæos ad mutuam cædem potiùs, quàm vt Ro. victores ferrent, hortatus eſt. *Ioſeph. lib. 7. c. 58. belli Iud.*

Rex Angliæ Edoardus II. cùm celebraſſet feſtum Pentecoſtes apud Vveſtmonaſteriū in aula magna, eùm regaliter conſideret in menſa, præſentibus regni ſui principibus, intrauit quædā Mulier ornata hiſtrionali habitu, equum bonum inſidēs, hiſtrionaliter phaleratū, quæ menſas more hiſtrionū circuiuit, & tandē ad Regis menſā per gradus aſcendit, & quaſdam literas corā rege poſuit, & retracto fræno (ſalutatis vbique diſcūbentibus) prout venerat, ita receſſit. Rex verò fecit literas aperiri, vt cognoſceret earū tenorē qui talis erat: Dominus Rex minus benignè reſpexit ſuos milites, qui illius & H patris tēpore, periculis diuerſis ſe expoſuerant, & ſuas ſubſtātias pro illorū honore vel perdiderūt, vel diminuerūt, & alios qui pondus negotij non ſuſtinuerunt, nimis abundè ditauit. His auditis diſcūbentes ſe inuicem contuentes, mirabantur de tanto auſu fœmineo, & ianitores vel hoſtiarios quod permiſiſſent eam ingredi, duriùs increpabant: qui ſe excuſantes, reſponderunt: Non eſſe moris domus Regiæ hiſtriones ab ingreſſu quomodolibet prohibere, & præcipuè in tantis ſolēnitatibus vel diebus feſtis. Mittitur idcirco ad quærendū mulierem, quæ de facili inuenitur, capitur, & carceri mancipatur, & cur ita fecerit dicere cogitur, veritatémq; reſpondit, ſe ad hoc faciendum conductam à quodam milite, mercede condigna. Tunc miles quæritur, inuenitur, capitur ac ducitur corā rege, & ſuper præmiſſis conuenitur. Qui nihil omnino metuens, quod ipſe ſit auctor literarum, fatetur audacter, & pro honore regio id feciſſe. Promeruit ergo miles dictua ſua conſtantia fauorem regium cum donis vberrimis, & mulierculam è carcere liberauit, &c. *Thomas Vvalſinghas in Edoardo II.*

TIMI

TIMIDITATIS, IGNAVIÆ MAGISTRI.

Lacones poëtam Archilochū, cùm Lacedæmonē commeaſſet, eadem hora expulerunt: quòd ſatius eſſe arma proiicere quàm occumbere, ſcripſiſſe eum in poëmate cognouiſſent:

Vir Saius clypeo qui dum nunc gaudes, ego quem
Egregium dumis, cùm fugerem, occului,
Dulcem conſeruans animam, Malè perditus ille
Sit, mihi furſan eo poſt melior dabitur.

Plutarchus in Inſtitutis Laconicis.

Phrynichus Tragicus, cùm Miletum à Perſis euerſam lugubri & planè effeminato carmine in ſcenā produxiſſet: ab Athenienſibus multatus, & in exiliū eiectus eſt, quòd populi animos miſerabili ſpectaculo & oratione emollire conatus eſſet. Hinc prouerbiū natum, Veſparū examen metuit Phrynichus, velut gallus gallinaceus. *Ælian. lib. 13. de Varia hiſt.*

Cleopatra regina M. Antonium, magnū illum Imperatorē dubio adhuc marte cum Auguſto ad Actium pugnantem, ſuo exemplo ad turpiſſimam fugam incitauit. Conſpecta enim fuga Cleopatræ, deſertis illis, qui pro ipſo certabant, quinquiremem conſcendens, inſecutus eſt eam. *Plut. in Anton. vita.* B

GRAVITAS ET MODERATIO IN VTRAQVE FORTVNA.

Pete ex loco de Conſtantia.

Grauitas duplex eſſe videtur: altera Interna, altera Externa. Interna animi Grauitas non mouetur ab iis, quæ hominem à mentis tranquillitate poſſunt deiicere, eademque Generatim quamlibet virtutem erbacam comprehendit, ſecundum quam recta rationi appetitus pares. Reſpectu proinde Rationis, quam in ſua ſede conſeruat, ... dicitur ... reſpectu verò Appetitus, qui non poteſt rationem deiicere, ... appellatur, metaphora à grauibus ſumpta corporibus, quæ non facilè loco mouentur. Verum in ſpecie, Grauitatis eſt & moderationis, non moueri ab Vtilibus, & confidentiam excitantibus: quæ quidem Grauitas ad Fortitudinem ſpectat de qua nunc agimus: non moueri item Iucundis, quæ voluptatem afferunt vel Corpori (& hæc Grauitas propria eſt Temperantia) vel Animo, tum ..., Voluptatem affert externa Opulentia (& Grauitas iſta ad Liberalitatem pertinet) item Gloria (quæ ad Honoris ſtudium referenda eſt) tum ..., in conuerſatione quotidiana ... (quæ Grauitas Clementia propria eſt) & C *..., reſpectu quidem Rerum (in Veritate amplectenda Grauitas) reſpectu verò Perſonarum, Grauitas: tum Popularis, tum Vrbana. Iam verò Externa Grauitas ad Corporis mores refertur, in quibus tanquam in ſpeculo animi affectus eluceſcunt. Sic quælibet virtus ſuos videtur habere mores externos, quorum moderatio ..., immoderatio ... videtur conſtituere apud Ariſtot.* lib. 2. Rhetoricorum, *maximè tamen in Magnanimitate, Veritatis ſtudio Popularitate & Vrbanitate mores iſti eluceſcunt: ſic vt ex iis homines magnanimos, ſuperbos, populares, vrbanos, vel econtrà denominemus. Ergo non de qualibet Grauitate, ſed de Interna tantùm animi Confidentia in iis, quæ vtilia ſunt & inutilia, & ... vel ... vel ... euadunt, occupata, in præſens agimus. Conſule Tit.* Affectibus animi non obnoxij. *Illic ſolius primi motus ratio habetur, hic ſecundi, quando ratio appetitum moderatur.*

Maria, mater Domini, benedicta ſemper virgo, in omni vita conſtantiſſima fuit. Primò quidem in continendo gaudium, quod habuit de filij conceptione, natiuitate, Magorum adoratione, & Ipſius educatione, prædicatione, miraculorum D operatione, reſurrectione: rurſum, ſuſtinendo dolorem, quem paſſa fuit in ipſius filij paſſione.

Ariſtippus neque præteritorū memoria, neque futurorū cura aut ſpe mouebatur: animū in diē intendebat, id tantùm, quod præſens eſt, in noſtra manu poſitum eſſe dictitans: vt *Ælian. lib. 14. Var. hiſt.* refert. De eo ſic *Horat. in 1. Epiſtolarum*

Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res,
Tentantem maiora, ferè præſentibus æquum.

Socrates Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus, eundem in vtraque fortuna vultum ſemper retinuit.

Neque ridentem, neque plorantem quiſquam Athenienſium temerè Phocionem vidit, neque in balneo publico lauantem, vt tradit Duris: neque extra pallium, cùm amictus eſſet, manum eius exertam. *Plut. in Phocione.*

Hircanus Iudæorum rex & pontifex, quòd eſſet miti ingenio, toto vitæ ſuæ tempore nullis ſe admiſcuit negotiis, omnia fortunæ permittens, & quamcumque illa conditionem attuliſſet, ea bene contentus. *Ioſephus lib. 15. c. 9. Antiq.*

P. Rutilius magis ordinum diſſenſione, quàm vlla culpa ſua reus factus, nec obſoletam veſtem induit, nec inſignia ſenatoris depoſuit, nec ſupplices ad genua iudicum manus tetendit, nec dixit quicquam ſplendore præteritorum annorum E humilius: effecitque hoc aliàs, vt periculum hoc, non impedimentum grauitatis eius eſſet, ſed experimentum. Atque etiam cùm ei reditum in patriam Syllana victoria præſtaret, in exilio, ne quid contra leges faceret, remanſit. *Val. lib. 6. c.*

Numidicus Metellus populari factione patria pulſus, in Aſiam ſeceſſit: in qua cum ei fortè ludos ... ibus ſpectanti literæ redditæ eſſent, quibus ſcriptum erat, Maximo Senatus & Populi conſenſu reditum illi in vrbem datum: non è theatro priùs abiit, quàm ſpectaculum ederetur. Non lætitiam ſuam proximè ſedentibus vlla ex parte patefecit, ſed ſummum gaudium intra ſe continuit. Eundem conſtat pari vultu & exulem fuiſſe & reſtitutum: adeò moderationis beneficio medius ſemper inter ſecundas & aduerſas res animi firmitate verſatus eſt. *Val. lib. 4. c. 1.*

Q. Sertorium ducem fortiſſ. perhibent, neque lætitiæ, neque timori paruiſſe in vtraque pariter fortuna eodem habitu ſemper conſtitiſſe. *Plutarchus.*

Scribit Sex. Aurelius, M. Antonium Imperatorem ab vitæ F initio tranquillum fuiſſe adeò, vt ab infantia vultum nec gaudio mutauit, nec mœrore, philoſophiæ ſtudens, ac literis imbutus Græcis. *Cælius lib. 23. c. 24. A. L.*

Henricus VII. Imp. ea fuit animi tranquillitate, vt nulla vnquam proſperitate efferretur, nulla deiiceretur aduerſitate, quanquā plures quotidie experiretur aduerſitates. *Cuſp. A. P.*

Robertus Bruſius, I. Scotorum rex, vtramque expertus fortunam, amiſſum regnum, perditis amicis, occiſis fratribus (præter vnum Eduardum) omnibus minima ſpe, ex potentiſſimorum manibus eripuit, ac Scotorum libertati reſtituit: idque dum potentiſſimi regni Scotiæ primates ſummè illi aduerſarentur. *H. Boethius lib. 4.*

Alfonsus Aragonum rex, ob magnas inſperatáſque victorias nunquam omnino mutatus dicitur, cui in omni fortuna vultus idem, idem habitus, ſermo idem fuit. *Panorm. lib. 4.*

Stephanus Contarenus. *Vide infra Apophthegmata Chriſtianorum.*

Antonius Grimanus, claſſis Venetæ Imp. præclaris rebus in Apulia geſtis, procuratoria dignitate donatus, iterúmque declaratus Imperator, quaſi ſua culpa Methonem aliáque Pe- G loponneſi oppida amiſiſſet, in ordinem publico decreto ſedactus, carcerique etiam incluſus, & mox perpetuo exilio damnatus, neque verò multò pòſt reuocatus, rurſúſque procuratoria dignitate donatus, denique princeps factus, ſemper eandem animi moderationem præ ſe tulit. *Egnatius lib. 4. c. 1.*

Matthæus Magnus Vicecomes ita corpus pariter atque animum exercuit, vt vtrumque viriliter aduerſus rerum omnium contumelias indomitum, inuictúmque voluptatibus præſtaret, & duris atque aſperis gaudere, nec aduerſis vnquam frangi, nec ſecundis efferri videretur: quòd nihil vnquam aut demiſſum aut inſolens ore geſtuque exederet, præaltaque ſemper atque ardua ad Imperium & gloriam intentus agitaret. *Iouius in eius vita.*

IMPOTENTIA ANIMI IN VTRAQVE FORTVNA, TVM SECVNDVM EXCESSVM.

Ludouicus Sforcia Mediolanenſium dux, non minùs timidus in aduerſis, quàm in ſecundis inſolens fuit, vt ferè H inſolentia cum timiditate coniungi ſolet. *Guicciard. lib. 2.*

In Petro Medice Florentino principe neque animus maior, neque conſtantia rebus aduerſis, quàm aut moderatio, aut prudentia in proſperis fuit. *Guicciard. lib. 1.*

DEFECTVM.

Agatharchides Gnidius refert, gentem Æthiopum, qui extra Arabicū ſinum habitant, & abſque paſſione viuunt, nullo vti potu, vt quem non appetant natura: neque nauigantium ſermone, aut appropinquantium externorū aſpectu moueri: ſed reſpicientes tantùm, immobiles ſtare, abſque vllo, perinde ac ſi neminē viderent, ſenſu. Si quis enſe educto eos percuſſerit, non diffugiunt, & verbera & iniurias perferentes: neque quiſquā alterius vulnere aut damno mouetur: ſed ſæpius filios aut vxorē ante oculos interfectos abſque vlla paſſione reſpiciunt, nullum neque iræ, neque miſericordiæ ſignum oſtendentes. Denique omnia mala quieto animo perferunt, aſpicientes ſolùm percutientem, ac ad ſingula mouentes caput. Ferunt eos præterea ſermone carentes, nutu, manuúſque ſignificare quibus egeant, & quæ velint. Quod verò

quis miretur magis, marini vituli inter hos verſātur, piſcium A capturæ velut homines intenti. Simili ſtudio cubilia partúſque & natorum tutelam hæ gentes vnanimi conſenſu pacéque curāt, nullo externo animanti infeſtæ. Quod vitæ genus, licèt mirabile, à priſcis olim tēporibus ea gens ſeruauit, ſiue ita longo tēpore aſſueta, ſiue coacta neceſſitate. *Diod. lib. 3. c. 3.*

FORTITVDINIS OCCASIO VEL SPONTE arrepta, vel ab aliis ſuppeditata. Fortes ob

AMOREM.

ARISTOGITON Athenienſis, cùm magni animi vir, fortiſque foret, publicas iniurias lente admodum tulit & cùm ciuitatem ab iniuſto homine vexari, omníque dignitate ſpoliari cerneret, ſua nihil intereſſe putauit, quid de illis rebus fieret. Idem tamen poſtea cùm Hipparchum ipſum tyrannum amores ac delicias ſuas tentare, Harmodiúmque, cuius amore flagrabat, conciliare ſibi velle intellexit: ſuam hanc priuatámque iniuriam non tulit, ſed adhibito ſocio illius conſilij puero illo, quem amabat, dolorem ſuum vltus eſt, ipſúmque necauit. *Victorius lib. 10. Var. lect. c. 22.*

B ANTILEONTAM Metapontinum & Melanippum Agrigentinum narrat Cicero ex Hortenſio, non aduerſatos eſſe tyrannis, cùm omnes fortunas ciuitatis, omniaque furore quodam animi permiſcerent, vidiſſent. Poſtquam verò ad amores puerôſque ſuos animum applicantes viderunt, vt aris ac focis ipſis opem ferentes, ſalutis capitiſque ſui nullam rationem habuiſſe tradit. *Vict. lib. 10. Var. lect. c. 21.*

PHARSALIVS CLEOMACHVS venit ſuppetias Chalcidenſibus, bello cum Eretrienſibus gliſcente Theſſalico. Ac firmos eſſe apparebat à peditatu quidem Chalcidenſes, ſed equitatū operoſum erat profligare. Itaq; e Cleomachum ſocij, virum impigrum, vt primus impreſſionem daret in equites, orarūt. Hic quæſiuit ex amaſio, An eſſet certamen ſpectaturus? Annuente adoleſcente, atque amicè eum amplectente, caſſidémque ei imponente: Cleomachus exultans, fortiſſimos Theſſalos circa ſe conglobauit, inuectúſque ſtrenuè & adortus hoſtes, equitatum eorum turbauit auertitque. Hinc cùm etiā pedeſtres copiæ terga darent, egregiam victoriam Chalcidenſes obtinuēre. Cecidit tamen Cleomachus. Eius monimentum monſtrant in foro Chalcidenſes, in quo ingens locata colū- C na fuit, quæ etiā nunc extat. Ac qui antè puerorum amorem duxerant infamē, hi tunc eum ſupra alios in admiratione habuerunt atque honorarunt. Ariſtoteles alio modo mortem oppetiiſſe tradit Cleomachum, cùm ſignis collatis Eretrienſes viciſſet: Antonem verò, qui oſculum ab amaſio Philiſto accepit, ex Chalcidenſibus fuiſſe Thraciæ, miſſum Chalcidenſibus Eubœæ ſubſidio. Hinc cani apud Chalcidenſes:

Veneres pueri patréſque ſortiti bonos
Formæ ne conſuetudinem abnuite probis.
Nam fortitudo & amor per Chalcidenſium
Vrbes viget.

Plut. Sermone Amatorio.

ALFI filia Gyuritha, ex Auilda Gothorū regis Syuardi filia ſuſcepta, cùm inteſtinis bellis cæſo Sigaro auo, Danorū rege, Daniæ regiam ſtirpem ad ſe ſolam redactam animaduerteret, neminémque, cui nuberet, nobilitate parē haberet: concubitu carere, quàm ex plebe maritum adſciſcere ſatius duxit. Quinetiam cauendæ iniuriæ cauſa, conclaue ſuum electo pugilum D agmine tutabatur. Quam quum Haldanus, Borcari Dani ducis F. ex Drota Noruegiorum regis filia natus ambiret, abeſſéntque pugiles, quorum ipſe fratrem impubes extinxerat: Gyuritha non modò generis obſcuritatem ei exprobrauit, verum etiam oris deformitatē, quod fœdis vulneribus notatū erat. Haldanus non priùs ſe poſtulandæ eius gratia rediturum aſſeruit, quā vtramque notā parta armis claritate abſterſiſſet. Obſecrat interim, ne cui nuberet, antequam reditus interitúſve ſui certū nuncium accepiſſet. Athletæ, diſcedentem equis inſectari conantur. Ille, commilitonibus ſecedere iuſſis, querco in clauæ modum exciſa, ſolus cum duodecim manum cōſeruit, eóſque interfecit. Nec tā præclari operis titulo cōtentus, maioris edēdi facinoris gratia auitos à matre gladios recepit, quorū alter Lyuſingus, alter Huuytingus ob collimati acuminis nitorem dicebatur. Iis inſtructus, Ruthenis contra Suecos operā ſuā vendidit. In Suecorū caſtris militabat Hildigerus, Gunnari Suecorū regis ex Drota F. qui cùm Ruthenorū pugiles ad ſingulare certamen prouocaſſet, & Haldanum fratrem vterinū prodeuntē videret: ne fraterno ſanguine manus pollueret, certamen detrectauit, ſibi qui xxx. pugilum morte n[illegible]bi[illegible]tatus eſſet, Haldanum eti[illegible]m eſſe præte[illegible]ens. Eius igitur loco ali[illegible]m H[illegible]ldan[illegible] de- E [illegible]ſcens, eahibitum iugulat. Poſtera, die duobus [illegible]n pugnā pe[illegible]tti, ambos obtruncat. tertia die ternos: quarta quatuor [illegible]pe[illegible]rat: quint[illegible] quinos. Cum ad octauam ſimilibus pugnæ & victoriæ incrementis peruentum eſſet, vndecim ſimul admiſſos proſternit. Hildigerus tandem, quòd operum ſuorum titulos virtute eius æquatos videret, cum eo congredi voluit, non modò robore inuictus, ſed magica vi aduerſarij ferrū hebetare doctus. Conſerta manu, Haldanus obducto linteis gladio ad eludendas præſtigiarū vires mortiferum Hildigero vulnus inflixit. Is moribundus, ſe vterinum eius fratrem eſſe faſſus, idcirco perſonam diſſimulaſſe dicebat, ne aut pugnam detrectando ignauus, aut committendo, ſceleſtus exiſtimaretur. Poſt hæc Gyuritha, quum à Siuaro Saxonicæ gentis nobiliſſimo peteretur, ſed illi clàm Haldanum præferret, conditionem ei propoſuit, vt prius Danorum regnum diuulſum in integrum reſtitueret. Id fruſtra tentante Siuaro, omnibus arbitris pecunia ab ipſo corrupti[illegible], tandem ei deſpondenda conceditur. Haldanus e Ruſcia ſub ipſum nuptiarum tempus F aduentans, cùm conuiuis parum cognitus coram virgine conſtitiſſet, & obſcuro carmine, voluntatem eius explorâſſet: ſponſum ferro tranſverberauit, & maiorem conuiuarum partem obtruncauit, & ſic Gyuritha potitus eſt. *Saxo lib. 7.*

CASTITATEM. PVDOREM.

☞ *Vide Tit. Prudentia in conſeruanda caſtitate, item, Vltio pudoris violati.*

IRAM, VINDICTAM.

ALCIPPVS ciuis Lacedæmonius ex vxore Damocrita filias duas habuit: cuius cùm ciuitas optimo conſilio & opera multis in rebus eſſet vſa, in inuidiam eſt ab hominibus diuerſarum partium in rep. raptus: qui falſis delationibus obſtrepentes ephoris moliri res nouas Alcippum, conſciuerunt ei exilium. Atque ille quidem ex vrbe profugit. Damocritæ verò eius coniugi ſequi eum filiabus virum paranti vetuēre. Imo verò ne dos ſuppeteret virginibus, etiam patrimonium eius publicauerunt. Sed & inimici, cùm nonnulli puellas ob virtutem paternam iungere ſibi connubio cuperent, interdixerunt lege, nequis puellarum nuptias ſibi conciliaret, prætendentes votum feciſſe frequenter matrem eius Damocri- G tam, vt quàm citiſſimè gignerent filiæ liberos, qui illatæ patri iniuriæ pœnas perſequerentur. Cùm iam vndique Damocrita agitaretur, captauit feſtum quoddam publicum, quod feminæ cum virginibus, propinquis, & infantibus celebrabant: coniuges autem eorum qui in magiſtratu erant, ſeorſum magno in Androne pernoctabant: ac gladiu ſub veſte accincta, trahénſque ſecum filias, noctu penetrauit in delubrum, tempus obſeruans, quo omnes in Androne ſacris arcanis operabantur, occluſiſque aditibus, materiæ magnam vim, quæ ad ſolenne ſacrificium ab illis parata ad manū erat, ſuccendit. Concurrentibus ad opem ferendam viris, filias Damocrita iugulauit, & poſt illas ſeipſam. Cùm iam Lacedæmonij, in quos effunderent iram, non haberent, extra fines Damocritæ, filiarúmque eius corpora proiecerunt. Qua de cauſa infenſo Deo magnum illum terræmotum Lacedæmone, traditum eſt memoriæ, extitiſſe. *Plut. in Amatoriis.*

GAVDIVM.

H DEMOSTHENES nunciata Philippi regis morte, prodiit ſplendidè amictus, & coronatus ſeptimo die, quàm defuncta eius filia eſſet, vt refert Æſchines, qui ei hoc improperat, odium obiiciens liberorum. *Plut. in Demoſthene.*

RELIGIONEM.

☞ *Vide Titulum, Martyrum.*

Getæ, ſecundùm Strabonem barbara & fera gens eſt, viribus atque animo immani mortis contemptore, quòd perſuaſum habeant redire animas, ſicut Mela ſcribit: aut ſi non redeant, non tamen extingui, ſed in meliores ſedes immigrare: quòd ſi neutrum contingat, præſtare certè vitæ mortem. *Viues.*

Turcorum dux Sultanus Iathatines, magnitudine & robore corporis ſuperbus, Theodorum Laſcarim Græcorum Imp. in prælio grauiter vulnerauit, ſic vt vertigine oborta, ex equo delaberetur. Theodorus inde veluti furore concitatus, præter omnem opinionem ſtricto enſe, Barbari equi pedes anteriores demetit: proſtratóque Sultano, caput amputauit, eóque haſta in altum elato, & Barbaris exercitibus oſtentato, Romanorum victoriæ auctor extitit. *Gregoras, lib. 1.*

FOR

FORTITVDINIS CERTAMINA. TVM TOLERANTIS.

A Spartæ pueri ad aram verberibus ſic accipiuntur, vt pleriſque ſanguis è viſceribus exeat: nonnunquam etiam, vt cùm ibi eſſem audiebam, ad necem. Quorum non modò nemo exclamauit vnquam, ſed ne ingemuit quidem. Hoſce pueros Seruius grammaticus *Lauſmias*, veluti dic[illegible], ſuperatis de victoria contendentes, appellari ſcribit. Concertatio ea Diamaſtigoſis vocabatur, hoc eſt, difflagellatio, q[illegible] is plura poſſet verbera ſuſtinere. *Plut. in Lycurgo* Puerorum multos, inquit, in ara augurij cæſos verberibus mori vidimus. *In Apophthegmatis Laconicis*, in ara Orthiæ Dianæ id ſolitum fieri ſcribit. Cui ſententiæ ſuccinit & Papinij interpres. Hinc in Plauti Captiuis, feſtiuè Lacones leguntur Plagipatidæ. Ex Græcorum obſeruatum commentariis, Orthiam fuiſſe luſum apud Athenienſes, in quo euerberarentur pueri. *In Ariſtidis vita Plutarchus* auctor eſt, in pugnæ memoriam cum Mardonio cædi ad aram Ephebos, quod quum [illegible]rificanti Pauſaniæ incurriſſent Barbari, virgis loriſque ſunt reiecti ab inermibus: ex quo & Lydia pompa difflagellationem

B conſequebatur. *Cælius lib. 18. c. 1. A. L.*

PROPVLSANTIS.

☞ *Vide Tit. Monomachia, item Bellorum.*

FORTITVDINIS FRVCTVS.

DIGNVS.

☞ *Huc eorum exempla, qui propter quodcunque tandem Fortitudinis genus præmia & honores ſunt conſecuti. Vide locum Statuarum, Encomiorum, Triumphorum, & ſimilium.*

Apud Græcos ſeruatum diu eſt, vt qui Imperator hoſtem fugaſſet, trophæo donaretur: qui occidiſſet, aut funditùs euertiſſet, triumpho, vel encomio & peplo. Fuiſſe autem peplum velum ſacrum, in quo qui facinora geſſerant fortia, ſingula egregiè geſta, atque acerrima prælia, & maxima effingere, illúdque pro immortali memoria exponere palam, & templis dicare aſſueuerant, ſcriptores produnt: in quo deorum imagines ſæpè clariſſimorum virorum geſta effingebant. Quare Athenienſes, Antigoni & Demetrij imagines cum Ioue & Pallade effinxêre in peplo. Nonnulli peplum eximij candoris veſtem ſine manicis, aureis diſtinctam clauis, fuiſſe
C arbitrantur: quam quinto quoque anno apud Hylen, mulieres ſex & decem Iunoni contexebant. *Alex. lib. 1. c. 21.*

MILTIADI CIMONIS F. qui victo Dati & Artapherne Darij ducibus in campo Marathone, Athenas totamque Græciam liberauit, talis honos tributus eſt in porticu quæ Pœcile vocatur, cùm pugna depingeretur Marathonia: vt in decē Prætorū numero, prima eius imago poneretur: iſque hortaretur milites, præliúmque committeret. *Probus in Miltiade.*

THEMISTOCLES Athenienſis, quia non fuiſſet honore affectus ab iis, qui ad Salaminem dimicaſſent, Lacedæmonem ſe contulit. Eum Lacedæmonij & ſplendidè exceperunt, & magnificè honorauerunt. Et primas quidem partes rei bene geſtæ Eurybiadæ, ſolertiæ verò ac dexteritatis Themiſtocli dederunt, & vtrique oleaginam coronam donarunt: Præterea hunc biga (quæ apud Spartam erat) præſtantiſſima, laudatúmque verbis ampliſſ. trecenti ex primoribus Spartiatarum, qui Equites vocantur, diſcedentem ad Tegeaticos vſque fi-
D nes comitati ſunt. Hunc ſolum ex omnibus, quos nouimus, hominibus Spartiatæ abeuntem deduxerunt. *Herod. lib. 8.*

LYCURGUS Athenienſis, Protarchi F. cùm Athenienſes duce Olympiodoro Piræeum (quem Demetrius Antigoni F. præſidio tenebat) oppugnarent, primus muros aſcendit, primúſque intra Muſæum (propugnaculi nomen erat) irrupit. Ei in pugna cæſo & alij honores habiti ſunt, & clypeum illius Ioui liberatori dedicarunt, cum inſcriptione nominis, & præclari facinoris indice. *Pauſanias lib. 1.*

Cùm Xerxes apud Sciathum tres præſidiarias Græcorum naues Trœzeniam, Æginericam & Atticam cepiſſet, Pythius Iſchenoi F. miles præſtantiſſimus, qui in Æginetica fuerat, eouſque pugnando etiam naui capta reſtitit, donec totus dilaniatus eſt. Quem collapſum, adhuc tamen ſpirantem, Perſæ admiratione virtutis ſeruarunt, vulneribus myrrha medentes, ſindonéque byſſina & faſciis obligantes: atque in caſtra ſua reuerſi, hominem vniuerſo exercitui oſtentabant admirabundi: cùm alios, quos in eadem naui ceperant, tanquam mancipia adſeruarent. *Herod. lib. 7.*

Cùm in pugna ad Salaminem geſta Theomeſtor Androdamantis & Phyllacus Hiſtiæi, trierarchi Samij, Græcas naues demerſiſſent: Theomeſtor quidem à Xerxe tyrannus Sa- E
mi creatu[illegible]: Phyllacus vero inter bene de rege meritos adſcriptus eſt, & multo tractu ſoli donatus. Benemeriti autem de rege Perſica lingua Oroſangæ vo[illegible]ant[illegible]r. *Herod. lib. 8.*

ARCHIDAMO, Lacedæmoniorum reg[illegible] A[illegible]ſilai filio, ſtatua poſita eſt Olympiæ in Alti. Ante hun[illegible] [illegible] cuiquam extra fines ſtatuam à Lacedæmoni[illegible] erectam c[illegible]peri. Archidamo verò, & ob alia merita, & morti[illegible] [illegible]. [illegible] ſtatuam in Olympia dedicandam cenſuerunt: quòd & inte[illegible] Barbaros occubuit, & vnus ex omnibus Spartanorum regibus ſepulturæ honore caruit. *Pauſan. lib. 6.* [illegible]

TIMOCLEA ob interfectum in puteo Alexandrum Macedonem, præfectum alæ Thracum, ſ[illegible]æ pudicitiæ corruptorē, ad Alexandrum Magnum regem ducta, cùm rem ſic, v[illegible] geſta erat, narraſſet, [illegible]que recuſaret mortem vt quiſque humanisſimus fuit [illegible], [illegible]batur. Alexander verò mulierem præſtantior[illegible], quàm quæ deſ[illegible]loranda eſſet, putauit: virtutémque eius & orat[illegible]nem ad[illegible]ratus, imperauit præfectis, curarent & prouiderent, ne deinceps vlla illuſtris domus afficeretur pari contumeli[illegible]. Timocleam ipſam omnéſque, qui ei propinqui-
tate reperiebantur coniuncti, liberauit. *Plut. de Virt. mul.* F

Romani cum Tyrrhenis bellum gerentes, conſtituto fœdere, obſides eis dederunt nobiliſſimorum virorum filias virgines. Quæ obſidum loco datæ erant, acceſſerunt ad fluuium Tyberim loturæ. Ex his vna Clœlia reliquas omnes hortabatur, vt tunicas circum capita religarent, & fluuij curſum ob profundos gurgites difficilem tranſitu tranarent. Cùm tranſiſſent, Romani virtutem quidem earum & fortitudinem admirabantur, ſed tamen eas Tyrrhenis remiſerunt, vt religionem fœderum inuiolatam conſeruarent. Porſenna Rex ſciſcitabatur, Quænam eſſet, quæ huius facinoris eis auctoř extitiſſet: Clœlia reliquas præuertens, confitebatur. Porſenna virilem admodum virginis animum admiratus, equum ei ſplendidè ornatum dono dedit, omnéſque virgines collaudatas Romanis remiſit. *Polyænus lib. 8.*

GALLVS Imp. primus Rom. Scythis tributum pependit. At cùm Scythæ contenti precio non eſſent, Æmilianus limiti Sarmatico præfectus pro concione ſuis Militibus id tribu-
tum pollicitus eſt, ſi hoſtes viciſſent. Romani præmio ac- G
cenſi, ad conſerendas cum Barbaris manus incitatiores facti, magna ſtrage hoſtes vicêre. Reuerſus in Mœſiam, præmia militibus perſoluit, adeóque gratus exercitui fuit, vt ab eo ſit Imperator appellatus. *Iuſtin. A. D.*

LAMPRIDIVS Alexandrum Seuerum Imp. ait, Sola, quæ de hoſtibus capta eſſent, limitaneis Ducibus & Militibus donauiſſe, ita vt eorum eſſent, ſi hæredes eorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent: dicens, attentiùs militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent.

Cùm rex Aragonum octauus Iacobus Valentiam Mauris parentem obſideret, conuocatis ducibus & cuiuſque ciuitatis præfectis, conſtituit, vt quæ ciuitas primùm intra Valentiæ muros oppugnando irrumperet, ea in ſuæ virtutis & honoris memoriam Valentiæ colunias mitteret, & pondera, menſoras, & monetæ ſignum conferret. Cùm igitur Ilerdæ ciues primi Valentiæ muros diruiſſent, expugnatam ciuitatem Mauris fugatis & occiſis ingreſſi, ei, prout Rex imperauerat, cultiores adoleſcentes numero mille totidémque puellas vir-
gines tradiderunt, & cum menſuris & ponderibus florem li- H
lij vnum, quo monetā inſignirent. Nam priùs Ilerda quatuor in ſuis armis & inſignibus lilij floribus vtebatur, nunc verò tribus duntaxat. Quamobrem Valentia in literis, quas ad Ilerdam ſcribit, eam matrem ſemper appellat, & in magnis rebus non ſecus ac parentem cariſſimam conſulit: & viciſſim Ilerda Valentiam filiam vocat. *Marineus lib. 10. rerum Hiſpan.*

INDIGNVS.

☞ *Huc ij, quibus Fortitudo ſua malè ceſſit. Ex Titulo, Crudelitatis erga hoſtes, huc quadant.*

TEMERITATIS FRVCTVS.

DIGNVS.

Erat in aula Mathiæ regis Vngariæ Polonus miles, qui ſæpe Vngaros ad luctam, & pugnam euocaret, multóſque ſæpe vicerat: ſed iactitia nimia odioſus. Stabat i[illegible] ferratis clauſtris immanis leo. Quis eſt, inquit, Polonus, qui famelico leoni auſit carnem auferre, quam ore comprehenderit? Quum nemo præſumeret: Cerneris, inquit, quod dico. Illi fame per di[illegible] excruciant leonem: poſtera die ouem proiiciunt quadripartitā. Leo frugit apprehenſæ carni incubās Polonus ingreditur, & leonem

leonem iam votantem, diuaricatis cruribus incluſum, pugno
A ferit in os, dicen Offam dimitte canis. Vocem intrepidam leo exhorrui xe mque vi u ſolo equutus eſt. Audax facinus quum ad rege perferretur, non probauit. euocatúmque Poloum pro more dona ū, domo ſua iuſſit excedere: qui venalem ita vit ci mpferret, non neceſſariò, ſed ad ſolam iactantiam obiiciens ſe pe ulo, nihi non au urum propoſito præmio ratus. Phyſici tradunt leonem nullius alterius, quàm impauidi hominis vocem ſuſtine cere. Krantzius lib. 9. Saxoniæ, c. 24.

Sinanem Baſſam, de clade Turcarum Tiphliſio obſeſſo, interrogatū à Sultanu, & reſponden em temeraria, quadā audacia: Mederi huic rei non p ſſe, niſi chachus Sebacbo opponatur, ex conſilio matrix Mul em Sultanus pronunciat, hoc eſt, honoribus omnibus & præſertim dignitate ſupremi Vexuris exuit, & exilium pellit. H. Henning. in Geneal. Turc. Imp.

Veneti anno 1509. 14. Maij ad Vailam ſiue Glaradaddam à Ludouico XII. magna ſtrage victi, Bartholomæi Aluiani ducis temeritate, continentis imperium amisère. In cuius memoriam, rex eo in loco, in quo pugnatum fuerat, ſacellum, cui ſanctæ Mariæ Victoriæ nomen indidit, ædificari iuſſit. *Guicciardinus lib. 8.*

B Edvardvs Angliæ Rex cum Ludouico XI. Galliæ rege pactus magnas copias, quas ſecum adduxerat, domum reducit. Interea rex Ludouicus, habens ſecum obſides Anglicanos cùm Ducis Burgundiæ Caroli Legatos, qui inſtructi venerant magna militum & ſagittariorum manu, excepiſſet, ex Anglis quiſpiam, qui aderat, quod impatienter ferret facti eſſe pacem: Si multos, inquit, eiuſmodi milites vidiſſemus in Comitatu Caroli, quo tempore ad Eduardum nuper, venit, non eramus pacificaturi. Tum Archiepiſcopus Narbonæ, qui forte aderat: An vero tam eratis, inquit, ſimplices, vt exiſtimaretis eum non habere multas eiuſmodi copias? Sed vos ita magnum tenebat deſiderium patriæ, vt ſexcenta vaſa vini, & penſio quædam annua, quam excipitis à rege, facile vobis abitionem perſuaſerint. Tum ille grauiſſimè indignatus, hoc, ait, illud eſt, quod plerique nobis prædicebant, fore, vt nos ludificaretis. Au eam pecuniā quæ nobis perſoluitur à Rege pēſionem vocatis? tributū eſt, non pēſio. Certè minimo negotio fieri poſſit, vt, veſtris ludibriis prouocati, denuò in Galliam traiiciamus. Ego ſermonē hunc interrumpens, ait Cominæus
C iocosè dictum eſſe interpretabar. Ille verò minime contentus ad Regem aliquid extulit, qui ob hoc vehementer fuit exacerbatus in Archiepiſcopum. *Philip. Comin. lib. 6. Com.*

INDIGNVS.

☞ *Huc ij, qui Audacia ſua ampliſſ. præmia vel honores ſunt conſecuti.*

TIMIDITATIS ET IGNAVIÆ FRVCTVS.

Dignvs.

☞ *Ex loco iuſtitia Correctiua, in puniendis Timidis, huc quædam.*

L. Calphvrni vs conſul, Præfectum equitum, quòd arma hoſti tradidiſſet, laciniis abſciſſis, diſcincta tunica, & nudis pedibus ad principia per omne tempus militiæ adeſſe iuſſit. *Valer. Max. lib. 2. cap. 3.*

Q. Servilivs Cæpio conſul à Cimbris ad Rhodanum victus, cùm ea fuga Romam certiſſimus cladis nuncius perueniſſet, abrogato Imperio bonisque publicatis (cùm quòd eius temeritate tanta clades accepta credebatur, tum ob ſpoliatum auro Delphico templum Toloſanum) in carcerem ductus eſt, necatique pòſt cadauer ad ſcalas Gemonias abiectum.

D Ferdinandvs IV. Caſtellæ rex, Alfonſum filium hæredem & ſucceſſorem inſtituit, Iacobo primogenito abdicato, quòd contra Sardos rebellantes in Sardiniam à patre miſſus, expeditionem Sardiniæ, ſimul & regnorum ſucceſſionem recuſaſſet. *Tarapha de regib. Hiſpan.*

INDIGNVS.

☞ *Huc ij, qui Fortitudini debita præmia ipſi quantumlibet Ignaui præripuerunt.*

ERGA HOSTES APERTA fortitudo. Tum.

PROVOCANTES, INTER DVOS (quæ Monomachia eſt) pluréſve, ſiue ſuſcipiatur.

Victoris cupiditate.

Mortuo Saul Dauid à Iudæis in Hebron rex creatus eſt: at Isboſeth filius Iſraëlitis imperauit Abner filius Ner Isboſeth polemarchus, Dauidis Ioab, apud Gabaoniam piſcinam caſtra locarant. Abner 12. Iuuenes Beniamiticos emiſit, qui Dauidicos totidem prouocarēt. Cōmiſſi caſtra, prehenſis alteri terotū capi bu , altera
E c dcrunt. Locus ille Ager ob Ac præ io c mmiſſo, Dauidici Isboſethan ſuperarunt. 2. 2.

Isbaia nob giga Palæſtinus em Regem defeſſum interemiſſet, niſi Abiſai Saruiæ filius re rens, gi antem ius haſtæ ſ rum trecentos æ ſi os pendebat) interf ciſſet. 2. Re . 21.

Saphvs giga a Sobochæo Hu henſe, D te mi ite, apud obem interfectus. *Ibidem.*

Goliath al us fuit frater Goliath à Dauide cæſi. E s haſtæ lignum inſtar erat iugi textorij. Apud Gobam ad hana Iaar filio textore Bethlehemita, Dauidis regi milite interfectus fuit. *Ibid. & 1. Paral. c. 20.*

Quidam alius Gethæus, ſex cubitos procerus, ſenos manuum & pedum digitos habens vigintiquatuor numero, Iſraëlitis conuitiatus, a Ionatha Samaæ Dauidis regis fratris filio interfectus fuit in prælio. *Ibidem.*

Bello Troiano Patroclus & Lycius Sarpedon, ſigno inter ſe dato ſolitarij cert inis, extra aciem proceſsēre. Mōxque telis aduerſum iactis, vbi vterque intactus eſt, curru deſi-
F liunt, atque arreptis gladiis pergunt obuiam. Iámque crebris aduerſum ſe ictibus congreſſi, necdū vulneratus quiſquam, multùm diei conſumpſerant. Tum Patroclus ampliùs audendum ratus, colligit in arma ſeſe: & cautiùs contectus, ingreſſuſque hoſtem complectitur, manu dextra poplitem ſuccidens. Quo vulnere debilitatum, atque exectis neruis iouolidum propulſat corpore, rueotémque interficit. *Dictys lib. 3.*

Poſt Hectoris & Achillis interitum, Troianorum rebus ad interitum iam vergentibus, Philoctetes Alexandrum ſiue Paridem omnis mali auctorem ad ſingulare certamen arcus prouocauit. Conſenſu vtriuſque partis Vlyſſes atque Deiphobus ſpatium certaminis definiunt. Primus Alexander iacaſſum ſagittam contendit. Philoctetes ſiniſtram manum hoſti transfixit, reclamantique per dolorem dexterum oculum perforauit. Et iam fugientem inſecutus, tertiò vulnere per vtrumque pedem traiecit, fatigatúmque ad poſtremum interfecit. Herculis armatus ſagittis, quæ infectæ hydræ ſanguine: haud ſine exitio corpori figebantur. *Dictys lib. 4.*

G In eo bello, quod Cyprij & Iones contra Perſas geſſerunt, cùm terra dimicaretur, in terra Oneſilus Salaminis Cypriæ tyrannus contra Artybium Perſarum ducem pugnauit. Vbi igitur Artybius equo in Oneſilum inuectus eſt, Oneſilus, vti conuenerat priùs cum ſatellite, ipſe inuadentem Artybium ferit, eius ſatelles equi ſublatos pedes in Oneſili ſcutum iactantis falce percutiens abſcidit. Quo ictu Artybius Perſarum Imperator illic vnà cum equo corruit. Perſæ tamen ſuperiores extitère. *Herod. lib. 5.*

Sophanes Eurychidis filius Athenienſis, obſidētibus Æginam Atheniēſibus, Eurybiadem virū Argiuum quinque certaminū victorem, ex prouocatione interemit. Et idem poſtea in pugna ad Plataeas multa laude digna geſſit. *Herod. lib. 9.*

Alexander Magnus, Mallis Indorum gente victis, ſacrum diis fecerat, & magnificentiſſimo conuiuio amicos ſuos acceperat. Ibi Dioxippum Athenienſem pugilem Alexandro Magno ob virium præſtantiam haud mediocriter charum, velut regij conuiuij ſaginæ addictum, Horatas Macedo (*Diodorus lib. 17. & Ælian. lib. 10.* Coragum vocant) maledictis inſectatus, ad ſingulare etiam certamen prouocauit.
H Proceſſit Macedo accinctus gladio, in læua lanceam habens, & aureum clypeum, dextra leuiorem haſtam, quam Macedones Sariſſam vocant. Dioxippus coronatus, atque oleo nitēs, hac manu puniceum gereos amiculum, altera prægrandem & nodoſum ſtipitem, ſeſe in conſpectum dedit. Iniquum ab initio certamen omnibus viſum. Nemo non Dioxippum nugarari ſua temeritate periturum. Contorſit itaque in eum ſub primum congreſſum Sariſſam Macedo, qua ille paululum declinata, priuſquam lanceam ex læua in dexteram transferret, eum Dioxippus occupat, haſtaque ſtipitis ictu perfracta, gladium exerere conantem amplectitur, nodoque cruris implicitum prævalidus pugil grauiter ad terram reſupinat, ferróque è manibus extorto, iacenti ſtipitem intentat, nec vltra in prouocatorem, regis interuentu ſæuit. *Sab. lib. 6. Enn. 4.*

In acri illo conflictu, quo Achæi cū Ætholis & Eliis ſigna contulerunt ad amnem Lariſſum, Philopœmenem Achæorum magiſtrum equitum, magiſter equitum Eliorum Damophantus ante ſigna euectus petijt. Cuius ille impreſſionem

excipiens, præuertit eum lancea ferire atque exanimem de
A turbauit equo. Ad [illegible] lapſum conſ[illegible] effuderunt [illegible] in fugam hoſtes. Vnde [illegible] nomen quæſiuit [illegible], vt qui nec [illegible] vlli [illegible], nec [illegible] cederet prudentia, ſed iuxtà mi[illegible]s, & Imperatoris partes optime obiret. *Plutarchus in Filopœmene.*

Bellum gerebat Demet[illegible] cum Pyrrho Epirotarum rege. Pantauchus virtute & manu & vi corporis [illegible] Demetrij duces longe primus, audaxque & animoſus, prouocauit ad congrediendo ſecum Pyrrh[illegible]. Ex altera parte Pyrrhus forti tudine & gloria nulli reg[illegible] ſec[illegible]ndu[illegible], & qui Achillis laudes ſtuderet virtute ſ[illegible] q[illegible]àm genere aſſerere, perrexit per anteſignanos infeſtus in Pantauchum. Primum haſtis velitati inde cominus non ſolùm arte ſed & la[illegible] gladios tractauerunt. Pyrrhus vno accepto [illegible] duobus, altero in femur, ſecundùm c[illegible] prostrauitque Pantauchum, nec tamen occidit eum quod eripuerint eum amici. Epirotæ regis victoria erecti, & [illegible]tutem ſtupentes, impreſſione facta propulerunt phal[illegible] Macedonum, tergiſque inhærentes fugientium magnum numerum interfecerunt, ceperúntque quinque mi[illegible]. *Plut. in Pyrrho.*

B Idem Sicilia relicta, primo in Italiam appu[illegible] in Mamertinorũ phalangem incidit: qui non auſi regem a fronte laceſſere, extremũ agmen adorti, duos elephantos, & eos qui circa belluas dimicabant, priuſquam rex ſuccurreret, oppreſsère, & iam cœperat turbari extremus ordo, cùm Pyrrhus ſuorum periculo commotus, in medium ſeſe certamen iniecit. Hic accepto vulnere ægrè hoſtem à ſe propulſabat. Anceps itaque erat pugna. Cùm Mamertinorum Vnus procera ſtatura, armis fulgens, atque in medio ſtans, regem, ſi viueret, ad pugnã prouocat. Ea demùm contumelia rex inflammatus, ei occurrit: ac tam valido ictu hoſtem percuſſit, vt ferrum capiti adactũ ita ad ima deſcenderit, vt magno ſpectantium ſtupore dimidiatum corpus in duas partes abierit. *Sabell. lib. 9. c. 3. ex Pyrrho.*

Ad Arſiam ſyluam Tarquinij cum Romanis pugnaturi conſederant. Regebat dextrum Romanorum cornu Publ. Valerius, quod Veientibus erat oppoſitũ: in ſiniſtro L. Iun. Brutus procurabat, cui ex aduerſo ſteterant Tarquinienſium copiæ, & in his Tarquinij filij, quorum Aruns manu prõptiſſi-
C mus, nonnihil aciem progreſſus, probroſis verbis Iuniũ Brutum compellans, ad ſingulare certamen prouocat. Eam contumeliam Brutus haud ferendam ratus, ex aduerſo equum concitat. Quem venientem Aruns intuitus, deos regũ vltores inuocat, totíque in hoſtẽ effertur viribus. Infeſtis itaque haſtis congreſſi, vterque alterum per ſcutum & thoracem traiecit: equi graui repercuſſu auerſi, tam hic, quam ille moribundum equitem effudit. Tum demùm clamore vtrinque ſublato, pedeſtris pugna ſecuta eſt. Liuius mutuo introitu ſe duces conſpicatos, temerè aduerſos vtrinque in ſe equos concitaſſe ait: quibus cadentibus, equeſtre ſit prælium initum. Nouiſſimam pugnam peditum fuiſſe, tantóque animorum ardore dimicatum, vt varia ſit victoria certamen diremptum. *Sabell. lib. 7. Enn. 2. ex Plut. Poplicola.*

Q. Fabivs, vbi Hannibalem in Apuliam profectum audiuit, exercitu Capuam admoto, agrum vrbi circumiectum militi ferro & igni vaſtandum tradidit. Campani & ipſi extra vrbẽ caſtra iunxère, fiebántque quotidie inter equites prælia, tumultuaria quidem, & qualia ex occaſione alterius partis fieri ſolent. Hic Iubelleius Taureas Campanorum equitum, vt fama erat, fortiſſimus, prouocat Claudium Aſellum, ſic cuius olim
D hoſpes fuerat, ad ſingulare certamen. Procedit ille permiſſu Conſulis ad pugnam, ſtabátque exercitus vtrinque in procinctu ſpectans. Quum igitur aliquandiu libero ſpatio certamen ſine vulnere extraxiſſent, tum Taureas: Equorum eſt, inquit, hic non hominum concurſus: quin in viam hanc cauã equos dimittimus, vbi cõſertis manibus ſtatim prælio defungamur. Ferox Claudius nihil moratus, æquum in viam demiſit. Vbi Taureas: Minimè ſis, inquit, cantherium in foſſa, quæ vox in ruſticum prouerbium abiit. Claudius abeuntem hoſtem vt ignauũ increpans, caſtra cum gratulatione victor adiit. Quidam memoriæ tradiderunt Claudium fugientem hoſtem ad vrbem ſecutum, per patentem portã ingreſſum, citato equo, ſtupentibus miraculo hoſtibus per auerſam vrbis partem incolumem ad ſuos euaſiſſe. *Sabell. lib. 3. Enn. 5. ex Liuio.*

Badivs Campanvs, miles fortiſſimus, fretus ſuis viribus, euocari T. Quintium Criſpinum iuſſit ex toto exercito, prouocans illum ad ſingulare certamen. Cui Criſpus reſpondens [illegible]: nec ſibi nec [illegible] hoſte [illegible] viri [illegible] oſtendant. Sed poſtqua[illegible] B
animo carere videretur, [illegible]
Liuius lib. 5. Dec. 1.

Phocas Bardas cu[illegible] contra Bardam [illegible]lerum, qui tyrann[illegible] circa Armorium marte dubio pu[illegible] certamine congredi, & de [illegible] eruut. Cùm itaque Scletus prior [illegible] ieret, qui ictũ declinabat [illegible] Phocas vehebat[illegible], autem [illegible] malleo caput Scleri verbe[illegible], ve[illegible] occupatus, collo equi incumberet, [illegible] Abducto eo ad puteum, vt refoci[illegible]retur, & [illegible] equus eius, qui Ægyptius vocabatur, & notus erat omnibus, ſine inſeſſore ſaltabundus, petu[illegible] in exercit[illegible]m, iuba ſanguine defœdata, à mil[illegible]ibus ſuis agnitus: qui tali victum ac caſum, in fugam verrunt[illegible]. Qu[illegible] Phocas inſequens, partim cepit, partim occid[illegible], mult[illegible] oppreſſi ſunt. Scletus cum reliquis ad Coſ[illegible] Babyloniam aufugit. *Cuſp. A. D. ex Zonara, & Cedreno.*

Manvel Comnenvs Imperat. Ioannis filius, in ea pugna, F
qua Seruios Pæonum & Hunnorum auxiliis inſtructos ſuperauit, cum Archizopano Bachino ſingulari certamine cõgreſſus eſt, viro heroica ſtatura & lacertoſo: qui cùm faciem Imperatoris percuſſiſſet & ferreum eius velamen è galea deieciſſet: ipſe viciſſim manu enſe traiecta debilitatus, vnius in Imperatoris poteſtatem venit. *Nicetas Choniates lib. 2.*

Duci Curmenſi, qui nulla iniuria laceſſitus, Boëmiam vaſtabat, D. Venceſlaus dux Boëmorum, cum copiis occurrit, vocatóque in colloquium, ſingulare certamen obtulit. Accepta ab aduerſario conditione, vbi manus conſeri debuit, Angeli viſi, qui Venceſlaum protegentes arma miniſtrarent. Territus ea nouitate Curmenſis, ex equo prolapſus veniam petiit. Boëmus libenter pepercit, monuitque ne deinceps aliena cuperet, *Æneas Syluius in Hiſtor. Boem.*

Ericvs Dissertvs, Suecus natione (qui poſt ad regnum Suecorum peruenit) in Frothonis Danorum regis aula multa ingenij & fortitudinis exempla dederat, ſic vt in inuidiam multorum incurreret. Quidam Weſtmarus inter ſupremos regis ſatrapas, quem ſapientia & verbis ſuperare non potuit, G
viribus inceſſere non dubitauit, vincentis præmium victi necem cõſtituens: nec Ericus conditione vti abnuit, ne lingua, quam manu promptior æſtimari poſſet. Erat autem tale certaminis genus: Circulus vimine vel fune contextus, magno pedum manuúmque conatu decertaturis, raptim diſtrahendus exhiberi ſolebat, fortiori tribuens palmam: quem collectantium ſi quis alteri detraxiſſet, victoria donabatur. In quem modũ agonizans Ericus, teſtẽ manibus concertantis excuſſit: quod Frotho videns: Arduum, inquit, reor contra fortẽ fune contendere. Et Ericus: Arduum vtique, cùm corpori ſtruma inſidet, aut tergum occupat gibbus. Statímque propulſo pede ſenem colli ac dorſi fractione contriuit. *Olaus lib. 5. c. 24.*

Præfectus Iutiæ Horuendillus, relicto fratre in cura agrorum, piraticæ operam dedit. Rex Noruegiæ Collerus, probroſum ſibi exiſtimans, ſi alius ſe potentior in mari videretur: armata claſſe, diu quæſitum in mari, non reperit. Inſulam quandam petit Collerus claſſe, eandémque fortè alio in portu tenuit Horuendillus. Erat opacum in medio nemus. Dulce viſum viris diu in ſalo iactatis nemoris vmbra frui. Diuerſo itinere luſtra perquirunt varia. Collerus Horuendillo ſoli ſolus occurrit. Sciſcitantur alterna inuicem nomina: redduntur. Ibi Horuendillus, quo, inquit, pugnæ genere mecum de- H
certabis? Tum Collerus, quo voles: ſed hac lege, vt victor victum tumulo dignetur: aut ſi victoria citra mortem, in ſolo vulnere aut membri truncatione conſtiterit, eam denis auri talentis victor victus cauſa victo muneretur. Horuendillus cædendi auidus, clypeo abiecto, gladium vtraque manu ſtringens, regi ſcutum excuſſit: pede deſecto mutilauit: geminato inde vulnere extinctum regio funere ſepeliuit. Normanni regem extinctum audientes in patriam nauigarunt. *Crantzius lib. 1. Noruegiæ, cap. 8. ex Saxonis lib. 3.*

Agnarvs quidam, Ingelli filius, ſororem Roluonis Danorum regis, Rutam ducturus, nuptiale conuiuium inſtruit. In quo cùm pugiles omni petulantiæ genere debacchantes, in Ialtonẽ quendã oſſa conijcerent: accidit vt eius aſſeſſor Biarco per errorem capite ictum exciperet. Dolore igitur ac ludibrio laceſſitus, oſſe viciſſim in iacientẽ remiſſo, caput eius reſupinauit

reſupina [illegible] ia permo [illegible] ſuro cum
A Biarc ne d [illegible] et ſùm [illegible] rat, quis
pri [illegible] ferit [illegible] eque eni an [illegible] endis ago-
nibus [illegible] b [illegible] din [illegible] ed erat [illegible]
[illegible] feriendi [illegible] ſſiu, [illegible]
que [illegible] vt gloria
po [illegible] defer [illegible].
Præla [illegible] ictum h co
edi [illegible] ſupremam
capi [illegible] galeæ [illegible]
[illegible] um foraminibus [illegible] mutuo p [illegible]
cuſſurus, quo pl [illegible] p dem [illegible] unco
xus medium Agneri [illegible] unt q [illegible] aſſ
morientem Agnerum [illegible] ſummam [illegible]
ris diſſimulationem ſp [illegible] ſun [illegible] us vl [illegible] ne [illegible]
giles auidiùs expertores, [illegible] Bi [illegible] em exin [illegible]
ſunt. Viſum inde eximiæ magnitudi [illegible] ib [illegible]
dumeta factum, iaculo confecit, comitemq; [illegible] um l [illegible]
quò viribus maior euaderet, egeſtum be [illegible]
B hauriri iuſſit, ad roboris incrementum. Hoc facinore [illegible]
percbarus factus, Agneri victi ſponſam victoriæ præm [illegible] ni
habuit. *Saxo lib. 2. & Crantzius lib. 1. Daniæ cap. 16.*

Quum Galli Hiſpanos Baroli obſiderent, Baiardus Gallus Hiſpanum equitem ex nobili Sotomaiore familia ad ſingulare certamen prouocarat, quum ſe Gallus ab Hiſpano graui affectum contumelia quereretur quòd duriùs ac illiberaliùs quàm deceret, fuiſſet cuſtoditus. Cognita cauſa, Conſaluus Magnus Hiſpanorum dux ſeuerè hominem increpauit, iuſſitque certaminis aleam ſubire, vt animi ſubagreſtis ignominiam Marte iudice dilueret: aut victus, quòd gentis atque familiæ decus improbo facto defœdaſſet, meritas turpi vitæ exitu pœnas daret in eo certamine fortuna ius duxit, eo euentu vt Hiſpanum Gallus non obſcuro pudore confuſum, neque ſe promptiſſimè ad inferendos ictus explicantem, gladij mucrone per ſummamioguli loricam coniecto, celerrimè confecerit: Hiſpanis iure cadentem omni contumeliarum genere onerantibus, vtpote qui patriæ nomen turpi anteà facto, & mox ignobili morte decoraſſet. *Iouius in Conſ. luo.*

In eo prælio quo Vngari Budenſis Baſſæ exercitum, ad
C Albæ regalis ſoluendam obſidionem feſtinantem, inſigni ſtrage affecerunt, res mira & rara accidit, Vnicus cùm Baſſa eſſet inter hoſtes, & vnicus mutus natura Miles eques in Vngarorum caſtris: fortè fugiens Baſſa, & mutus inſequens celeri equo gladiis congrediuntur, atque ex concertatione mutua frangitur gladius Baſſæ medius: ſicque in carpum brachij lethali per mutum accepto vulnere, iam ægrè equi præſtantia, cui inſidebat, Baſſa fugiens periculo eripit. Mutus capulum gladij Baſſæ ex ſolido auro, cui pretioſi rubini & cyanei lapides inſerti erant, in caſtra reduxit. *Nicolaus Renſneurus Iuriſco ſultus in Hiſtor. narrat.*

Veritatis confirmandæ, Mendacij conuincendi ergo.

Adalulfus quidam ſummo inter Longobardos loco natus, Gundebergam Arioaldi Longobardorum regis vxorem, de ſtupro interpellare auſus, cùm repulſam conuiciúmque tuliſſet: veritus, ne ab ea proderetur, regem adiit, & ſecreti colloquij copiam nactus, dixit: Taso dux Etruriæ conſilia de nece tua cum regina communicauit, vt te ſublato il-
D lam ſibi coniugio ſociet. Quibus verbis rex incenſus ita ſubitò propè amens coniugem in arcem Amelli coniecit, atque ibi per triennium in arcta cuſtodia habuit. Poſt tertium annum Clotarius rex Francorum mulieris miſericordia motus, legatos ad Arioaldum miſit, perperam feciſſe arguens, quòd Gundebergam ex regio Francorum ſanguine ortam iniuſta cauſa damnaſſet, atque honore ſuo diſpoliaſſet. Rege autem ſe iuſtam cauſam habere dicente, Anſoaldus è legatis vnus: Facilè id tibi aſſentiemur, inquit, ſi quem ea reginæ familiaribus ſingulari cum accuſatore commiſſo certamine reginam ipſam permiſeris expiare. Hæc erat antiqua Longobardorum conſuetudo, vt crimina vel maxima ſingulari prælio purgarentur, quæ poſtea in leges tranſlata, per multa tempora obſeruata eſt. Quibus dictis, Pitto quidam (Catellum vocat Paulus Diaconus) ab Arriperto reginæ conſobrino productus, cum Adalulfo eſt comparatus. Certamine inito, à veritate victoria ſtetit. itaque proſtrato Adalulfo victus Arioaldus reginam è cuſtodia eduxit, atque in antiquum locum gratiæ honoriſque reſtituit. *Sigonius lib. 2. Regni Italici.*

A [illegible] ege [illegible]

[illegible]

[illegible] plicat-
[illegible] cunctus [illegible] iuſte quo-
lam, q [illegible] pro [illegible] veritate decernenda F
ſingula [illegible] *H. Bo* [illegible] *hius lib. 13.*

Raym [illegible] a Be [illegible] arius, nonus Barcionæ Comes, audiens Imperatoris Germani vxorem à duobos adulterij inſimulatam, & niſi quis eam intra annum monomachia liberaret, morti deſtinatam: re cum Rochabuma Domicello communicata, Minoritæ habitu ad Imperatricem venit: cùmque eam inſontem eſſe ex ſacra confeſſione audiuiſſet, conſilium ſuum illi detexit, ſilentij fidem priùs pactus, ne ante triduum cuiquam quis eſſet, detegeret. Die certamini indicto ſocium ſuum Rochabumam fruſtra exſpectans, ab Imperatore impetrauit, cum ſingulis ſeorſim congredi. Priorem fortiter occidit: poſterior ſine pugna manus dedit. Victor honorificè ad diuerſoriū ſuum deductus, nocte intempeſta clàm omnibus diſceſſit. Imperator poſt triduò ab vxore audiens, Raymundū Comitem hunc fuiſſe illā admittere ad ſe noluit, priuſquam virū tam fortem atque iuſtū corā ſtetiſſet. Itaque illa nobili comitatu in Hiſpaniam vſque profecta, eum in Germaniam perduxit. Cui Imperator præter ingentia dona, Prouinciæ quoque Comitatum largitus eſt. *Marinæus lib. 9. Rerum Hiſp.*

Quum anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo Floren- G
tia ab Caroli V. Cæſaris, Mediceos in patriam reducturi, exercitu obſideretur, ab inſigni generoſóque certamine Florentinorum quatuor iuuenum inexſpectatæ celebritatis ſpectaculum eſt editum, cùm Ludouicus Martellius inter ciues nobilitate inſignis, ac corporis & animi vigore florentiſſimus, Ioannē Bandinū, pari virium ac ingenij robore præſtantem, quòd in caſtris apud hoſtes eſſet, ex prouocatorio libello, hoſtem communis patriæ compellaſſet, propterеáque eum ad ſingulare certamen deuocaſſet in arenā, vt ibi, Marte iudice, vter ipſorum honeſtiorem cauſam tueretur, oſtenderet. Conditionē non abnuit Bandinus, dixitque ei: Si Martellius ſibi adſciſceret in eam dimicationem ſocium, ei ſe parem, iiſdem inſtructū armis, in ſtadium producturum. Atque ita Martellius Dantem Caſtellionum præferocem ex tota iuuentute virum delegit: cui à Bandino oppoſitus eſt Albertinus Aldobrandus, vix dū pubeſcens, immoderati ſpiritus iuuenis. Aurantius Cæſariani exercitus Imperator, iuxta caſtra locū eis
ſub publica fide finibus circumſpectum, triúmque gentium H
præſidio vallatum, certantibus præbuit: quum pari numero à Germanis, Hiſpaniſque & Italis delectæ cohortes, pugnantes ſimul & ſpectantes ab omni iniuria defenderent. Arma fuēre ſingulis ſinguli militares gladij, neque aliud tegumentū, præter vnam in dextris ex lorica ferrea chirothecam. Dantes, cui ſorte ducta par Aldobrandus obuenerat, quamquā circa brachij dextri neruos primo congreſſo graue vulnus accepiſſet, hoſtē in ſe inſano procurſu ruentem, ea impauidi animi firmitate ſuſtinuit, vt ambabus manibus gladium prætendēs in os incumbentis insereret, eúmque euomentem cum ſanguine animam extemplò conficeret. Contrario euentu pugnabat Bandinus: nam alternante fortuna, Martellio ſupra oculum vulnus inflixerat, admirabilique iudicio & gladiatoriæ artis peritia, hoſtem eludens, adacto ſupra coſtas gladij mucrone, victum & deditum fateri coëgerat. Sed Martellium elatū intra vrbē, vſque adeò grauis ex aduerſa ſorte certaminis occupauit dolor, vt angore potiùs animi, quàm vulnerum dolore, mortem acceſſiſſe crederetur. Id certamen, ſicuti eximiam virilis conſtantiæ laudem Bandino peperit, ita Danti ferè decus
attuliſſe

A attuliſſe videbatur: quanquam ille detractis ſpoliis, planéque integer, & omnis expers vulneris glorioſus victoriæ ſuæ trophæum præferret, & ſpectatores præclarum totius belli omen acciperent, quòd victis pariter atque victoribus non omninò lætum finem futurum arbitrarentur. *Iouius l.28. Hiſt.*

Sacerdotij ergo.

Exul in Italia Hippolytus, patrem Theſeum fugiens, Aricinæ Dianæ templum condidit. Ad quod qui ſingulari certamine dimicarint (dimicare autem ſoli ſerui permittuntur) præmij loco Deæ ſacerdotiũ accipiunt. *Pauſan. in Corinthiacis.*

Regni, Imperij comparandi, propagandi, conſeruandi cauſa.

Hercvlem ex Hiſpania redeuntem aiunt cum Eryce in Sicilia congreſſum, propoſitis certaminis conditionibus, vt ſi ipſe viciſſet, Erycis finibus potiretur: ſin victus eſſet, Geryone boues Eryci concederet: quas præ ſe nantes in Siciliam egerat. Victor Hercules Erycem interfecit. Hanc ob cauſam Lacedæmonij, duce Doriæo Anagiridræ filio, Siciliã occupare conati, quod ex Herculis poſteritate eſſent, ab Egeſtæis ferè ad internecionem deleti ſunt. *Pauſan. in Laconicis.*

B Tomyris Maſſagetarum regina, cùm Cyrus ponte Araxem iungeret, ei ſignificauit, vt omiſſa pontis ſtructura, vel ipſe in regionem Maſſagetarum tridui itinere progrederetur, ſe retrocedente: vel ipſe retrocedens, tridui itinere Maſſagetas in regionem Perſarũm progredi fineret: vt nulla ſpe effugij reſidua, de ſumma rerum certare poſſent. Cyrus Crœſi conſilio vſus, in Maſſagetarum regionem progreſſus, primo quidem victor extitit, poſtea verò vitam amiſit. *Herod. l.1.*

Critolavs Græcus, cum duobus fratribus, aduerſus alios tres fratres, ea conditione certamen iniuit, vt vtri eorum viciſſent, ita vel Tegeates, vel Pheneates controuerſiam ac belli, quibus antè diu inter ſe certauerunt, ius haberent. Occiſis tribus aduerſis fratribus, ſingulari Critolaus animo atque induſtria, cùm ipſe duos in eo prælio amiſiſſet fratres, victor euaſit. Itaque cùm domum, gloriæ plenus, in triumphi ſpeciem rediret, oblata eſt ei ſoror, magno planctu omnia perturbans, quòd inter occiſos hoſtes vir eius erat. Indignatus Critolaus, plus à ſorore virum, quàm patriam ac duos dilígi fratres, qui amiſſi erant: illic ibi obuiam facta eſt, gladio illo, quo accinctus erat, & quo eam pepererat victoriam, ſororem interemit. Haud multò pòſt apud populum accuſatus, C matris precibus, quæ iam duos pro patria filios amiſerat, eo indicio abſolutus eſt. *Fulgoſ. l.8. cap.1. ex Plutarcho.*

Cùm poſt mortem Euryſthei regis Peloponneſi, Heraclidæ, hoc eſt, Heraclis poſteri in patriam redire conarentur: Tegeatæ cum Achæis & Ionibus, qui tunc Peloponneſum incolebant, auxiliarij ad Iſthmum profecti ſunt aduerſus exules. Tunc Hyllus Heraclidarum dux orationem habuit, non expedire, vt vterque exercitus confligendo periclitaretur: ſed vt aliis acquieſcentibus ſecum ſingulari certamine dimicaret is, quem Peloponnenſes iudicarent è ſuo exercitu præſtantiſſimum. Accepta conditione Peloponnenſes fœdus in hæc verba percuſſerunt: Si vincet Hyllus Peloponnenſium ducem, vt Heraclidæ in paterna reuertantur: ſin victus fuerit, retrò Heraclidæ cedant, & exercitum abducant, néve per annos centum de redeundo in Peloponneſum agitent. Omnibus ſociis ad eam rem voluntariis, electus eſt Tegeatarum dux atque rex Echenus Æropi filius, qui ſingulari D congreſſus certamine Hyllum interemit. Ex quo facto Tegeatæ cùm alia decora inter Peloponnenſes aſſecuti ſunt, tum hoc, vt alteri cornu præeſſent, quoties communiter iretur in expeditionem. Eáque propter in expeditione contra Perſas ad Platæas, Athenienſibus in ſiniſtro cornu cedere noluerunt, niſi Spartanorũ iudicium interceſſiſſet. *Herod. l.9.*

Ephorvs tradit Ætolum ex Elide, à rege Salmoneo eiectum in Ætoliam ſeſe recipientem, regioni nomen à ſe tribuiſſe, & vrbibus illis habitatores impoſuiſſe. Poſt aliquod tempus Ætolis in Epeos Elidis occupatores profectis, occurrentibúſque cum armis Epeis, ad ſingulare, de vetuſto Græcorum more, certamen proceſsêre Pyræchmes Ætolus, & Degmenus Epeus. Degmenus quidem ſolo inſtructus arcu, vt qui armis tectum longinquo ſagittæ iactu conficeret. Pyræchmes autem fundam tenens, intellecto aduerſarij dolo (nuper autem fundæ ſpecies ab Ætolis reperta fuerat) cùm longinquior fundæ iactus eſſet quàm arcus, occidit Degmenum: & victores Ætoli, eiectis Epeis, terram occupatam tenuere, & ſic Olympiaci curam templi ſuſcepêre, quam priùs habuerant Achæi. *Strabo l.8. & Pauſanias l.5.*

Bellum fuit Athenienſibus aduerſus Bœotios de Celænis caſtello vicino. Cùm autem Xanthus Bœotus ad ſingulare E certamen Thymœtem Athenienſium regem prouocaret, idque ille recuſaret: Melanthus Meſſenius, qui tum fortè aderat, à Periclymeno Nelei filio oriundus, pactus regnum, conditionem accepit. Dum verò inter ſe dimicarent, vidit Melanthus à tergo Xanthi, quendam nigra capr[illegible]na pelle indutum. Eum igitur iniuſtè facere dixit, qui cum comite aduenirer. Xanthus conuerſus, vt alterum reſpiceret, a Melantho confixus iaculo eſt. Athenienſes ſtratagematis dolo victoriam adepti, annuum feſtum Dionyſij μελαναιγίδος in honorem Bacchi inſtituerunt (quod vocant Apaturia, quaſi deceptoria) menſe vel Iulio, vel Octobri triduo celebrantes. Vocabant primam diem Dorpiam, quòd Curiales veſperi vnà conuiuarentur: alteram Anacruſin, à ſacrificando: tertiam Cureotin, eò quod adoleſcentes & puellas in curias inſcriberent. *Suidas.* At *Polyænus l.1. de Melanis* bellum geſtum ait, & Deum oraculum dediſſe Xantho.

τάξας ἀπάτην ὁ μέλας φόνας ἔχει αἰπεινάς F

Eo bello quod Mitylenei de Achilliridis, ſeu Troadis, vti Strabo, ſiue Sigæi, vt Polyænus & Plutarchus habent, agro cum Athenienſibus habuêre, Pittacus Imperator factus, ſingulari certamine cum Phrynone Athenienſium duce congreſſus eſt. Erat is valido corpore, quippe qui Pancratiaſtes & Olympionices fuit, vicit tamen vires corporis animi prudentia. Rete habuiſſe fertur Pittacus ſub clypeo occultum; quo medio certamine hoſtem minùs ad tales inſidias cautum, ſubitò iactu implicitum peremit. Ex ea pugna exemplum retiariæ pugnæ in arenam manaſſe memorant, rei vſque ad Romani ſenatus ſuggillationem theatralibus ſpectaculis vſurpatæ. *Sabell. l.5. Ennead.2. ex Strabone l.13. & Polyæno l.1. Plutarcho de Herodot. malitia.*

Pæones ad Strymonem fluuium Thraciæ, admoniti diuinò reſponſo, vt bellum Perinthiis inferrent, & ſiquidem à Perinthiis ex aduerſo conſidentibus prouocarentur, nominatim compellantibus, eos inuaderent: ſin minùs, ab inuadendo abſtinerent: ita fecerunt. Conſidentibus Perinthiis è regione Pæonum ſuburbanis, ibi ſingulare certamen ex prouocatione commiſſum eſt, viri cum viro, equi cum equo, canis cum cane. Et cùm victores duobus certaminibus Perinthij præ G gaudio carmen Pæana cantarent: tunc Pæones hoc ipſum eſſe reſponſum Dei coniectantes, inter ſe dixêre: Nunc oraculum Dei perfectum eſt, nunc noſtrum eſt opus. Atque ità in Perinthios canentes impetum fecêre, egregiéque vincentes, ex illis paucos reliquêre. *Herod. l.5.*

Lacedæmoniis Argiuis agrum, qui Thyrea dicitur, abſtulerant. Conuenit inter vtroſque, vt trecenti ſoli vtrinque pugnarent: & qui ſuperiores extitiſſent, eorum regio foret. Ex vtriſque delecti viri conflixerunt, nox prælium diremit. Superfuerunt ex Argiuis duo, Alcenor & Chranias, qui tanquam victores Argos curſu contenderunt: ex Lacedæmoniis vnus Orthryades, qui ſpoliatis Argiuorum cadaueribus, eorum arma ad ſuorum caſtra detulit, trophæum erexit, ſuo ſanguine Lacedæmoniorum victoriam eſſe inſcripſit: tandem pudore Spartam redeundi abſque ſociis, ſe ipſum interfecit. Neque tamen vel ſic à bello ceſſatum eſt. Argiui victoriam ſibi vindicabant, quòd ſuorum plures ſuperfuiſſent: Lacedæmonij verò, quòd illi fugiſſent, ſuus ſuperſtitiſſet, & ho- H ſtium cæſos ſpoliaſſet. Concurſum rurſus vtrinque infeſtis ſignis, Lacedæmonij tamen victores euasêre. Ex eo tempore Argiui tonſa coma, deuouerunt ſeſe, ne priùs comam alerent, neve mulieres aurum ferrent, quàm Thyreas recuperaſſent. Lacedæmonij contrà cùm tonſi eſſent, in poſterum comati eſſe voluerunt. *Herod. l.1. & Plut. in Parallelis.*

Porvs Indorum rex, cùm nimiùm tribueret viribus ſuis (erat enim ſtatura quatuor cubitorum & palmæ, *auctore Plutarcho*) regem Macedoniæ Alexandrum priuatum ſibi hoſtem depoſcit. Nec Alexander moram pugnæ fecit. Porus itaque multis vulneribus obrutus capitur: & victum ſe adeo doluit, vt neque cibum ſumere voluerit, neque vulnera curari paſſus ſit; ægreque ſit obtentum vt viuere vellet. *Iuſtinus l.12.*

Romani & Albani bellũ inter ſe turbato fœdere gerebant: Metius Suffetius Dictator Albanorum, Tullo Hoſtilio Rom. regi, colloquio dato, perſuadet, vt imperij controuerſia ſine magna clade, ſine multo ſanguine vtriuſque populi decernatur. Quærentibus vtrinque, ratio initur, cui & fortuna ipſa præbuit materiã. Fortè in duobus tũ exercitibus erant tigemini

mini fratres,nec ætate,nec viribus diſpares.Horatios Curia-
A tióſque fuiſſe ſatis conſtat,nec fermè res antiqua alia eſt no-
bilior:tamen in re tam clara neminè error manet,vtrius po-
puli Horatij,vtrius Curiatij fuerint. Auctores vtroque tra-
hunt,plures tamen inuenio,qui Romanos Horatios vocent.
Cùm tergeminis agunt reges, vt pro ſua quiſque patria di-
micent ferro, Ibi imperium fore, vnde victoria fuerit.Nihil
recuſatur,tempus & locus conuenit. Priuſquam dimicarent,
fœdus ictum inter Romanos & Albanos ex his legibus , vt
cuius populi ciues eo certamine viciſſent , is alteri populo
cũ bona pace imperitaret.Fœdere icto,tergemini,ſicut cõue-
nerat,arma capiunt.Cùm ſui vtroſque adhortarẽtur,deos pa-
trios,patriã ac parentes,quicquid ciuium domi,quicquid in
exercitu ſit,illorũ tunc arma,illorũ intueri manus:feroces &
ſuopte ingenio,& pleni adhortantiũ vocibus in mediũ inter
duas acies procedunt.Conſederant vtrimque pro caſtris duo
exercitus periculi magis præſentis , quàm curæ expertes.
Quippe imperiũ agebatur,in tam paucorũ virtute,atque for-
tuna poſitũ. Itaque ergo erecti ſuſpenſique in minime gratũ
ſpectaculũ animo incenduntur.Datur ſignũ:infeſtiſque armis,
velut acies,terni iuuenes magnorũ exercituũ animos gerẽtes
B concurrunt:nec his,nec illis periculũ ſuũ,ſed publicũ impe-
riũ ſeruitiumque obuerſatur animo,futuráque ea deinde pa-
triæ fortuna,quã ipſi feciſſent.Vt primo ſtatim concurſu in-
crepuère arma , micantéſque fulsère gladij , horror ingens
ſpectantes perſtringit:& neutro inclinata ſpe, torpebat vox,
ſpiritúſque.Conſertis deinde manibus,cùm iã non motus tã-
tùm corporum,agitatióque anceps telorum armorúmque,ſed
vulnera quoque & ſanguis ſpectaculo eſſent : duo Romani,
ſuper aliũ alius,vulneratis tribus Albanis, exſpirantes cor-
ruerunt.Ad quorũ caſum cùm conclamaſſet gaudio Albanus
exercitus,Romanas legiones iã ſpes tota,nondũ tamen cura
deſeruerat,examines vice vnius,quem tres Curiatij circum-
ſteterant.Fortè is integer fuit,vt vniuerſis ſolus nequaquam
par,ſic aduerſus ſingulos ferox:Ergo,vt ſegregaret pugnam
eorum,capeſſit fugã:ita ratus ſecuturos,vt quemque vulnere
affectũ corpus ſineret. Et iã aliquantũ ſpacij ex eo loco,vbi
pugnatũ eſt,aufugerat,cùm reſpiciens videt magnis interual-
lis ſequentes, vnũ haud procul ab ſeſe abeſſe,in eum magno
C impetu rediit.Et dũ Albanus exercitus inclamat Curiatiis,vti
opẽ ferant fratri, iam Horatius cæſo hoſte victor ſecundam
pugnã petebat.Tunc clamore,qualis ex inſperato pauentium
ſolet, Romani adiuuant militẽ ſuũ:& ille defungi prælio fe-
ſtinat.Priùs itaque quàm alter,qui nec procul aberat,conſe-
qui poſſet,& alterũ Curiatiũ conficit.Iamque æquato Marte
ſinguli ſupererant,ſed nec ſpe,nec viribus pares. Alterũ In-
tactum ferro corpus, & geminata victoria,ferocem in certa-
men tertiũ dabant:alter feſſum vulnere,feſſum curſu trahens
corpus,victúſque fratrũ ante ſe ſtrage, victori obiicitur ho-
ſti. Romanus exultans:Duos, inquit, fratrum manibus dedi
tertiam cauſam belli huiuſce, vt Romanus Albano imperet,
dabo.Malè ſuſtinenti arma,gladiũ supernè iugulo defigit,ia-
centem ſpoliat. Romani ouantes & gratulantes , Horatium
accipiunt eò maiore cum gaudio , quò propiùs metum res
fuerat.Ad ſepulturã inde ſuorum nequaquam paribus animis
vertuntur:quippe imperio alteri aucti, alteri ditionis alienæ
facti. Sepulchra extant quo quiſque loco cecidit. Duo Ro-
mana vno loco propiùs Albam, tria Albana Romam verſus,
ſed diſtantia locis,vt & pugnatum eſt. *Liuius Decad.*1. *l.*1.

Sub Valentiniano III. Imp. Vandali,morte Gunderici regis
D turbati, à Sueuis ſociis ſuis ob dulcedinẽ prædæ premeban-
tur. Vt paucorũ clade bellum finiretur,placuit partibus,ſin-
gulari duorum certamini fortunã aleamque cõmitti:vt gens,
cuius miles ſuperatus foret , Hiſpania vltrò cederet victori,
popularibúſque eius eam relinqueret. Vicit Sueuus. Herme-
ricus igitur rex Sueuorum poſtulauit , vt Vandali ex pacto
Hiſpaniis cederent.Vandali Genſerico fratre Gunderici rege
facto, Hiſpaniis exceſsère. Terram eorum, quam reliquère,
Hermericus inuaſit, ac magnam partem Hiſpaniæ,Romanis
pulſis,ſibi parere coëgit, *Auentinus A.D.l.*2. *Annal. Boiorum.*

Theodosio iuniore imperante,cùm in Perſas expeditionẽ
feciſſet Procopius, Perſa ei hanc conditionem tulit vti pars
vtraque vnum daret:quibus ſingulari pugna congreſſis, victi
pars pacta pacis ad annos L.acciperet.Procopius delegit ad
hoc Areobindum comitem Fœderatorum. Is Sociſtrum Per-
ſam arripuit in congreſſu, & ab equo deiectum necauit. Ex
eo inter Romanos & Perſas pax ad annos L.compoſita fuit.
Areobindus vrbem ingreſſus, honorificè ab Imperatore [ex-]
ceptus , ad conſulatum euectus fuit, *Cedre[n]us.* E

Cosrois Perſarum regis , aliquoties ab Herac[l]io Rom.
Imp. victi, filius,coactis vndique copiis,innumeriſque gen-
tium auxiliis. Heraclio in Perſidem progreſſuro , ad [Da]-
bium occurrit. Quum hinc Perſæ, hinc Romani conſtitiſ-
ſent,multaque ante hac calamitoſa vtrinque prælia interceſ-
ſiſſent,Imp.ambo ſupra pontem Danubij,quem [T]raianus vi-
ctis olim Dacis erexerat, ſingulari certamine depugnare de-
cernunt,vt vtriuſque Reipubl.ſaluti hac duntaxat cõditione
conſulerẽt,victori,quicunque foret,ex cõpoſito omnes vltrò
cederent,& imperata facerent. Quum in põtem dux vterque
deſcendiſſet,nuncupatis vtrinque votis,conſerto duello,He-
raclius tandem Barbarũ interfecit,optima Ieſu Feretrio ſpo-
lia retulit. Perſæ omnes, parta victoria,vltrò paruère,& or-
thodoxa fide initiati ſunt. *Bonfinius l.*8. *Dec.*1. *& Fulg.l.*3. *c.*2.

Grimoaldus Longobardorum rex, quum diu quietè re-
gnaſſet,Halaris Tridentinorũ dux repentina defectione otiũ
eius interturbauit. Tridenti igitur obſeſſus, Cuniberti Gri-
moaldi fi[li]j opera,regi conciliatur:& paulò pòſt eiuſdem pre-
cibus Brixianam præfecturam aſſequitur. Mortuo Grimoal- F
do Halaris duos muneribus ſubornat,qui Cunibertum regem
per inſidias circumueniant, eiuſque caput ad ſe referant. Illi
contrà faciunt:regíque Ticinum circumuaganti ſcelus ape-
riunt Cunibertus coacto exercitu arma aduerſus Halarim in-
duit : ſolẽmni tandem monomachiæ ſtaturus eſt dies. Seno
Diaconus, dum Cuniberto vehementer timet , pro rege in
certamen deſcendit , & ab Halari obtruncatur. Victor dum
clara dextra cæſi caput oſtẽtat,exuta galea clerici caput eſſe
comperit.Deluſum ſe videns,nuncupatis votis,ſi veræ victo-
riæ compos fuerit,altiſſimum puteum clericorum teſtibus ſe
cõpleturum exclamat.Adhæc Cunibertus in mediũ prodiẽs,
ſe hoſti offert:ac inſtructa vtrinque acie Halarim prouocat
ad ſingulare certamen.Recuſat Halaris,quia Michaelem Ar-
changelum ſupra pila hoſtium diſtricto enſe infeſtum ſibi
videre videbatur. Exclamantibus cunctis,iſtum præ pauore
hæc cernere:inter vtramque aciem pugna conſeritur:rex cũ
rege,miles cum milite congreditur. Strages magna commit-
titur:demùm Halaris Cuniberti dextra abſciſſo capite ſucc-
buit.Senonis diaconi corpus magnifico ſumptu ſepultum eſt: G
Cunibertus victor Ticinũ reuerſus triumphauit. *Bonfinius l.*2.

Henrico III. imperante, inter Pomeranos ethnicos , &
Polonos Chriſtianos orta diſcordia eſt:quia annua vectigalia
Pomerani pendere recuſabant. Quum vtrinque acies conſti-
tiſſent,vtrique genti viſum eſt,vt ambo duces ſingulari cer-
tamine litem dirimerent. Si Pomeranus caderet , poſtulata
tributa penderet: ſi verò Polonus,ius omne tributorum amit-
teret. Sed quum Mieſco ac filij ſingulare certamen reformi-
darent:Bela (qui vnà cum fratribus Andrea & Leuenta, mo-
niti ab Vngariæ rege D.Stephano morti iam vicino, patruo
ſuo,in Poloniam profugerant) in medium prodiens, ſubitu-
rum ſe pro Polonis periculum pollicetur. Accepit Mieſco,
quod Bela detulerat , ac gratias egit nec ſubrogatum qui-
dem perduellionem Pomeranus recuſauit. Bela hoſtem equo
deturbat, mox gladio confoſſum proſtrauit humi. Mieſco
eum multis muneribus affectum,filiæ inſuper nuptiis,& Po-
meranorum ampla prouincia donauit. *Bonfinius l.*2. *Decad.*2.

Godofridus Bollionius cum agnato quodam ſuo de Lo-
tharingij ducatus parte , quam ille petebat, prælio certans,
vſque ad capulum enſem confregerat. Quod conſpicati
Principes, qui aſtabant, eùm ne vinceretur metuerent,com- H
poſitionis mentionem intulerunt. Cæterùm ipſe obaudiens,
omnibus viribus nixus,ita capulo hoſtem contudit,vt atto-
nitum humi proſterneret. Hinc equo delapſus, hoſti ademit
gladium, Principeſque compellans, à quibus ad res compo-
nendas fracto gladio inuitabatur , dixit : Nunc cùm prælio
hoſtem viciſſet, poſſe ſe ſine dedecore ad paciſcendum deſ-
cendere. *Fulgoſus & Egnatius l.*4. *cap.*5.

Edmundus Anglorum rex,cum Canuto Daco regni occu-
patore in Sabrinæ ripa dimicaturus , de ſumma rerum con-
ſtiterat.Suſpenſis omnium animis,Etricus Bratonius Anglus
conſiliũ dedit,vt vtrinque quieſcente exercitu,reges ipſi in-
ter ſe ferro cõtenderent,& qui viciſſet,huic alter victus regni
poſſeſſione cederet.Erat non procul paruula Sabrinæ inſula,
cui Olnea nomen eſt , in hanc ambo reges armati deſcende-
runt,circũſtantibus vtrinque ad ripas fluminis copiis.Datur
ſignum,infeſtiſque armis reges cõcurrunt. Edmundo corpus
magni

magnitudine & animoſo pectore exi[illegible]. Canutus mediocri ſtatura, viribus & animo in[illegible]. [illegible] certamen æquo marte cantaheret [illegible], & victoriæ ſpes dubia cu[illegible] Dacos, vt qui omninò viribus impar iamiam [illegible] cœperat, quàm maxima voce potuit [illegible] nos, inquit, neceſſitas: vir fortiſſime vrget immaturam pro regno oppetere mortem? Præſtat profectò, depoſito [illegible] odio armi[illegible] inter nos conuenire: vtere tu, pro vt lubet, Canuto [illegible] qui præſtò eſt, vt tibi gratum faciat. His verbis [illegible] lenitus, è veſtigiò proiectis armis, porrigit [illegible] certario d[illegible]. Idem faciunt exercitus, qui eandem patriæ fort[illegible] expectabant, quam reges pugnando iubi[illegible]nt. Poſtea fact[illegible] multos annos fœdere, inter ſe regnum partiuntur. Edmu[illegible] pars quæ occaſum Solis vergit, Canut[illegible] reliqua ob[illegible]. *P. Polyd. l. 7.*

VERMVNDVS Danorum rex ex ſenio cæcus [illegible] haberet Vffonem, ob linguæ hæſi[illegible] iam & ſtupiditatem ad [illegible] vti videbatur, penitus [illegible]. Saxonum re[illegible] fa[illegible]ce depònere, aut certè filium cum filio ſuo de re[illegible], ſingulari certamine decertare iubet. Ad hæc [illegible] Da[illegible], Vffo, qui

B fortè cum cæteris aderat, reſponſioni à patre licentiam flagitans, ſubitòque velut ex muro vocalis factus, Nec regi filiū, nec regno ſucceſſionem deeſſe, reſpōdit: ſéque non ſolùm regis eorum filium, ſed etiā quemcumque ex gentis eorum fortiſſimis ſimul pugna aggredi conſtituiſſe. Quo audito, legati ridendo irriſére. Nihilominùs condicitur pugnæ locus. Vermondus interea filio percontati, Cur vocis vſum tādiu ſ[illegible]mo diſſimulationis ſtudio texiſſet? reſpondit, Se paterna hactenus defenſione contentū, non priùs vocis officio opus habuiſſe, quàm domeſticam prudentiam externa loquacitate preſſam animaduerteret. Rogatus item ab eo, Cur duos quàm vnum prouocare maluiſſet? Hunc idcircò dimicationis modum à ſe exoptatum, reſpondit, vt Athiſli Suenonum regis oppreſſio (quam à Ketone & Wigone Frowini Sleſuicenſium ducis filiis in ſolitudine cæſus fuerat) & quia à duobus illata fuerat, Daois exprobrari ſolebat, nouo facinore dilueretur. Arma quælibet Vffonis lacertis imparia erant: paterna lorica fibulis dilatanda fuit. Gladios quoſlibet prima agitatione diſrumpebat. Vermundus ergo Skrep dictum, quem, quòd hærede iuſto careret, liuidia poſteritatis bono defoderat, erui

C curat. Eo accinctus Vffo, in inſula Eidori fluminis athletam primò, qui Saxooiæ regis filium comitabatur, medium diſſecat: mox regem ipſum tranſuerberat: patre vtriuſque ictus ſonum lætis auribus obſeruante: qui alioqui in ripa ſe collocari curauerat, vt ſi quid filio aduerſi accidiſſet, ſemetipſum in fluuium præcipitem daret. Itaque Saxones Danis tributarij facti. *Saxo l. 4. & Crantzius l. 1. Saxonia c. 6.*

SCIOLDVS Danorū rex, cum Scato Alemaniæ ſatrapa, Teutonū Danorumque exercitu inſpectante, ea prouocatione dimicauit: interfectoque eo, & Alemanis, perinde ac ducis ſui interitu debellatis, tributum impoſuit, & Auildam formoſiſſ. virginem, cuius connubium petebatur, obtinuit. *Saxonia, l. 6.*

SVVALDVS quidā Sueciæ tyrannidem inuaſerat contra Haldanum Daniæ regē victorem. Hic ſeptem filios habebat, tanto veneficiorum vſu callentes, vt ſæpe ſubitis furoris viribus afflati, ſcuta morſibus peterent, prunas deuorarent, quæuis incendia penetrarent, nec alio remedij genere, quàm aut vinculorum iniurijs, aut cæde humana furor cohiberi poſſet. Is Haldanum ſibi imminentem prouocauit, vt ſi famam factis æquaret, & tantus re eſſet, quantus opinione cenſeretur, ſe

D ſuámque ſobolem pugna ſolus exciperet. Haldano autem, Legitimæ dimicationis formam duorum numerum excedere non debere, reſpondente: Nil mirandum, inquit Syualdus, hominem frigidum, & proinde cælibem oblatos detrectare congreſſus: vt qui liberos aut gignere non poſſet, aut nollet, ne ſibi timiditate ſimiles patri forent, ſe ac filios vnius hominis loco cenſendos eſſe, quibus veluti vnum corpus à natura tributum videatur. Cuius conuitij rubore permotus Haldanus, ſolus prouocationem obire ſtatuit. Cúmque per opacū fortè nemus iret, quercum humo radicitùs eruit, ſoliſque ſpoliatā ramis in clauæ ſpeciē efformauit, eaque Syualdū cum ſeptem filiis trucidauit. *Saxo l. 7. & Crantzius l. 1. Sueciæ, c. 44.*

HEROTHO Suecorum rege mortuo, Sorlus tyrannidē inuaſerat. Regnerus Danorum rex Indignè ferens, liberis ſuis auitum regnum eripi Sueciam inuaſit. Sorlus, publicè an priuatim vellet, dimicandi optione oblata, ſingularem deligenti conflictum, Scarchdum, ſpectatæ audaciæ pugilem, cum ſeptem filiis oppoſuit. Cum quibus Regnerus tribus filiis

Biorno, Fridleuo & Rathbarto, in certaminis ſocietatem aſſumptis vtroque exercitu inſpectante congreſſus, victor exceſſit. B Biornus verò quòd nullum vulnus accepiſſet, Ferrei lateris agnomen aſſumpſit. Solu[illegible] cum [illegible] ceteris copiis cæſus eſt. *Saxo l. 9. & Crantzius l. [illegible] Suecia [illegible]*

Quo tempore in Dania regnabat R[illegible] qui Roſchildiam Daniæ vrbem fundauit, illius germanus Helgo maris imperiū ſortitus, per Albim fluuium aſcendens Saxoniam ferro flammi[illegible] vaſtabat, Hundingus Siſradi filius, Saxonū princeps, tumultuarias vires contraxit. Apud Stadium cum ſtarent infeſtæ acies, rex Daniæ Hundingum prouocat ad ſingulare certamen; vt victum ſe ſciret exercitus, cuius dux ſuperatus eſſet. Conuenēte partibus armis in circum deſignatum: victoria penes Danū fuit. Iuſſa proinde ceſſére Saxones, & reuerſa eſt C[illegible] Cimbrica in Daniæ deditionem: nec poſt eum diem Saxonibus legitur paruiſſe tota. *Crantz. l. 1. Sax. c. 4.*

Libertatis ſtud[illegible] e[illegible], Seruitutiſq. depellendæ cauſa.

Palæſtini contra Iſraëlitas expeditione ſuſcepta, apud Sochonem Iudææ caſtra poſuerant: vtraque caſtra vallis dirimebat. Goliath igitur Gethæus, vir immanis, ſex cubitos & F dodrantem longus (æream loricam quinque millia ſiclorum pendentem geſtans, lancea erat inſtar textorij iugi, mucro illius ferreus, ſexcentos ſiclos pendebat) ex Palæſtinorum caſtris progreſſus, ad monomachiam prouocabat Iſraëlitas: ea conditione, vt ſi ipſe viciſſet, ſeruirent Iſraëlitæ: ſin victus eſſet, Palæſtini. Et cùm hoc quadraginta diebus egiſſet, neque aliquis Iſraëlitarum prodire auderet, quamvis Saul rex filiam ſuam victori pollicitus eſſet cum ampliſſima dote, & immunitate vectigalium: Dauid tandem Iſæi filius, Bethlehemita, puer adhuc, atque paſtor, Dei Opt. Max. numine fretus, armis Saul repudiatis, quæ ei offerebat, pedum paſtorale cum funda corripuit, lectiſque quinque leuibus ex flumine ſilicibus: & in ſacco poſitis, Palæſtinum multa minantem aggreſſus, frontem eius tanta vi percuſſit, vt pronus humi conciderit. Mox accurrens, enſe illius ſtricto caput ei amputauit. Palæſtini territi, ab Iſraëlitis ad triginta millia cæſi, totidem vulnerati, caſtra eorum direpta, Dauid verò Goliath caput Hieroſolymam intulit, eiuſque haſtam Deo dedicauit. *1. Reg. 17. & Ioſephus Antiq. l. 6. c. 11.* G

Saxones defectionem moliti, Frothonem IV. Danorum regem ad duellum prouocarant. Cuius ſeſe propugnatorem quum Starcatherus edidiſſet, Saxonea Hamam, qui apud eos gymnicis palmis clariſſimus habebatur, molem corporis eius auro ſe repenſuros polliciti, ad campum conflictui deputatum proſequuntur. Is Starcatherum iam ſenem iuuentæ fiducia, lucta quam armis excipere maluit: eundémque adortus pugno tanta vi percuſſit, vt in genua prolapſus Starcatherus humum mente contingeret. Aſt vbi ſeſe recollegit, manúmque expedire, & ferrum ſtringere licuit, medium Hamæ corpus diſſecuit. Complures agri ſexagenáque mancipia victoriæ præmium extitére. Saxones poſt Hamæ cædem, pro cubitalium membrorum quolibet, indicem ſeruitutis ſtipem, quotannis pendere coacti fuére. *Saxo l. 6.*

Nuptiarum cauſa.

Monomachiam Paridis & Menelai, item varios ritus eius proponendæ & confirmandæ, *pete ex Euſtathio Iliad γ.*

CLYTVS & DRYAS pugnarunt inter ſe pro Pallene filia Hodomathum regis Sithonis, victorque Clytus extitit aſtu Pallenes, quæ Præſyntem nutritorem ſecreto ſubornauerat, H ne Dryantis auriga fibulas rotis obderet. Ergo cùm in Clytum inueheretur, rotæ ei de curru deciderunt, eumque prolapſum Clytus interfecit. *Parth. de Amatoriis c. 6.*

CLISTHENIS Sicyonij filia Agariſta plurimos habuit Procos: quorum Sytiranus & Damnaſius ab Italia ad certamen venerunt. Venerunt eôdem ex Ionio ſinu Amphimneſtus Epidamnius, Ætolus Meges. E Peloponneſo Leocydes, Phydonis Argiuorum tyranni filius, Amianthus Arcas, Laphanes Eleus. Ex Attica Megacles Alcmæonis filius. Ex Erhtuvia Lyſanias. Ex Theſſalia Diactorides Cranonius. Ex Moloſſis Alcon. Conuenerant autem, vt in Olympico certamine vires ſuas oſtentarant: quoniam pater puellæ proclamauerat, ei ſe daturum filiam, quem in certamine præſtantiſſimum reperiſſet. *Herodotus.*

Fabulantur Acheloum Ætoliæ fluuium & Herculem, ob Deianirā Ætholorum regis filiā certaſſe. Cúmque Acheloüs ſumpta tauri forma in Herculem impetum feciſſet: Herculem cornu manibus apprehenſum fregiſſe, Acheloum præ dolore

cedentem, ſuumque cornu repetentem, pro eo Amaltheæ cor-
A nu Herculi eſſe largitum. *Ouidius in Deianira.*

Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis,
Truncaque limoſa tempora merſit aqua.

Natalis Comes Mythol. l.7.c.2.

Icarius Penelopes pater, curſus certamen procis propoſuit. In quo Vlyſſes victor extitit. *Pauſan. in Laconicis.*

Propter Lauiniam, Latini regis & Amatæ filiam, ortum eſt bellum inter Æneam & Turnum. In quo etſi Turnum ab Ænea interfectũ Virgilius dicat, ſunt tamen argumenta quæ inficiantur: imò verò Æneam a Turno adactum ad mortem inferunt, ſubmerſumque in Numicio fluuio, dum inſequentẽ Turnum fugeret. Quod apud Virgilium fateri videtur Venus, pro Aſcanio Iouem orans, deſperato iam Ænea, vbi ait:

Æneas ſanè ignotis iactetur in vndis,
Et quamcumque viam dederit fortuna ſequatur:
Incolumem Aſcanium liceat ſupereſſe nepotem.

Quam mortem priùs Dido ei imprecata fuerat, inquiens:

At bello audacis populi vexatus, & armis,
B *Finibus extorris, complexu auulſus Iuli,*
Auxilium imploret, videatque indigna ſuorum
Funera: nec cum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.

Item *Iuuenalis* de Romulo fulminato, & Ænea ſubuerſo loquens:

Alter aquis, alter flammis ad ſidera miſſus.

Ouidius quoque *in Metamorph.* ſic ait:

Littus adit Laurens, vbi tectus arundine ſerpit
In freta flumineis vicina Numycius vndis.
Hunc iubet Ænea quæcunque obnoxia morti
Abluere, & tacito deferre ſub æquora curſu.

Item Tibullus lib. 2.

Helgo Noruegienſis Helgam Ingelli Danorum regis ſororẽ ambiebat. Riualẽ habebat Angaterum Sialandum, quem cum octo fratribus prouocarat, in ſocietatẽ aſſumpto Starcathero, qui tunc apud regẽ Sueonum viuebat. Eum Starcatherus, loco certaminis ac tẽpore cognito, Daniá cum comitibus repetere iuſſit, affirmans ſe eius aditum occulto callis com-
C pendio quæſiturũ. Quo diſcedente, interiectis diebus profectionẽ orſus, tantũ itineris vno die confecit, quantũ præcedentes diebus duodecim peregerant: ita vt vno eodémque tẽpore in regia Ingelli cõparuerit. Die certamini indicto Starcatherus prima luce veniens, cùm Helgonẽ dormientẽ vxoris amplexibus inhærere cognouit, ſolus periculũ ſubire decreuit. Cipum, qui Rolung, dicitur, ingreſſus, ſub montis cuiuſdam iugo ſedẽs, ventis ac niuibus corpus expoſuit, ac veluti apricandum eſſet, depoſita veſte, legendis operam pulicibus dabat. Purpureum amiculum, quo nuper ab Helga (id erat nomen regiæ ſponſæ) donatus fuerat, ſentibus iniecit, ne contra ſæuientis grandinis iniuriam corpus texiſſe videretur. Athletæ montem oppoſitum ſubeuntes, auerſum ventis ſedendi locum petunt: accenſoque igne, frigus depellunt. Speculator in deuexa montis parte ſenẽ proſpicit, ſcapulis tenus niue contectum: eum percontatur. An is ſit, qui promiſſas pugnæ partes agere debeat. Cumque ſe eum eſſe Starcatherus aſſereret, ſuperuenientes cæteri, Pariterne omnes, an ſigillatim excipere
D ſtatuiſſet, interrogãt. At ille: Quoties, inquit, mihi canes oblatrãt, ſimul, non ſigillatim eos abigere ſoleo. Inita pugna, ſex eorum illæſus proſtrauit: tres alios decem ac ſeptẽ vulneribus affectus, ita vt maior viſcerum pars ventre elaberetur, confecit. Cumque graui ſiti premeretur, vt riuum Agateri cruore rabidum animaduertit, ab eius potu abſtinuit. Exhauſto penè robore, ſaxo cuidam genibus aduolutus, incubuit: cuius caua adhuc ſuperficies cernitur, ac ſi illã decumbantis moles conſpicua corporis impreſſione ſignaſſet. Vix tandem a ruſtico quodã inteſtinis repoſitis, currui impoſitus, & in regiã vectus eſt. Interea Helga: Scire ſe, inquit, Starcatherum victorem abſentiæ pœnas ab eo ſumpturum: ſed ei tanto acriùs reſiſtẽdum eſſe, quòd fortibus parcere, ignauos odiſſe ſoleat. Starcatherus ad regiam veniens, ocyus curru deſiliit, ac veluti ſanus in thalamum irrumpens, pugno valuas perfregit. Tum lecto exiliens Helgo, aduerſam eius frontẽ vulnerauit. Helga ſenẽ ab imminenti exitio correpti vmbonis interiectu defendit: quod tamen ab Helgone validiore ferri impulſu medio tenus vmbone diſſectum eſt. Ita generoſa femina amicum, quem conſilio læſerat, manu ſeruauit. *Sax. l.6. Olaus l.4.c.5.*

Hathere Noruegiorũ reg[illegible], Grimmo E
eximiarum virium athleta, ſub [illegible] unicatione expet[illegible] bat. Haldanus [illegible] Danorum & [illegible], quanq[illegible] ad ſenectutem cælebs perueniſſet [illegible] petulan[illegible] tus, N[illegible] vi[illegible] oque [illegible] immone, & vita donat[illegible] victoriæ præmiu Thorildæ nuptias aſſecutus fil[illegible] ex ea A[illegible] mundum ſuſtu[illegible] a quo [illegible] Nouergiæ reges originem duxiſſe magni æſtimat a[illegible] Haldano ortus [illegible] *Saxo l.*

Cu[illegible] ſ[illegible] Sigrutham, Gothenſium regis Vnguini filiam poſtula[illegible] præterea Gothiæ regni dimidiu in dotem [illegible] Haldanus Danorum & Sueonum rex, [illegible] iuſſit. [illegible] uaturum ſ[illegible], ne vi [illegible] potiretur. Nupti[illegible] conſtituto, ipſe mutato habitu regiam intrat[illegible]. Quis proximus regi aſſideat. H[illegible] um Ebbo Vn[illegible] lateri adhæſurum diceret. [illegible] rdes illi gent[illegible] audaciam incurſans, qui regias nuptias [illegible] ſperaret, ferro ſ[illegible] um decernere iubet, non p[illegible] quam victoria potiturum, Ebbone autem [illegible] ribus, diurnũ hominibus congruere [illegible] ſpondente. Haldanus lunæ ſplendore diem æquari F
dixit, & inuitum Ebbonem ad duellum pertractum occidit, nuptiaſque exequiis mutauit. *Idem, & Crantzius l.2. Daniæ c.4.*

Gloriæ, Victoriæ cauſa. Roboris declarandi gratia.

Dauid etiamnum puer ſuperbum Goliath, robore & armis fidentem, inermis ipſe, iactu fundæ proſtrauit: cùm priùs audaciæ ſuæ conſilium regni Saul aperuiſſet: Dei numen, quod ſibi contra leonem & vrſum affuiſſet: nunc quoque certò ſibi affuturum, ſe conſtanter credere. *1. Reg. verſ. 13.*

In nauigatione Argonautarum, cum ad Bebryciorum regis Amyci Neptuni F. littus appuliſſent, Pollux aduerſus Amycum qui omnes Argonautas prouocauerat, in pugnam prodiuit, eumque interfecit. Amycus enim conſueuerat omnes peregrinos interimere, cùm illos cogeret ſecum pugillatu decertare. Theocritus autem exiiſſe aquatum Pollucẽ ſcribit, & apud fontem Amycum inueniſſe. *Natalis Comes l.8. c.9.*

Cum Artaxerxes Ochus rex Perſarum contra Caduſios bellum ſuſcepiſſet, ibi quodam è numero hoſtium, cuius robur & animi conſtantia in ore omnium erat, inuitante ad certamen ſingulare Perſarum aliquem, cùm nullus progredi auderet, ſolus Darius Arſanis filius fratris regis, periculo ſe G
obtulit, aduerſariumque victum interfecit. Qua ex re munera ingentia à rege, & à Perſis omnibus exiſtimationem eam retulit: vt ei fortitudinis quædam prærogatiua tribueretur. Regnum itaque, quod ſtrenuè ſe gerendo meruiſſe viſus eſt, Bagoæ eunuchi parricidio Darius accepit. *Diod. l.17.*

Lamachus, Niciæ collega in Sicula expeditione, vt manu ſtrenuus, cum Callicrate Syracuſano equite ex prouocatione ſolus cõgreſſus, cùm vulnus prior accepiſſet, & Callicratem vulneraſſet, condidiſſetque, vnà cum eo expirauit. *Plut. in Nicia.*

Alexandro Magno Arios ſubigente Satribarzanes transfuga, qui hoſtibus præerat, quum fortè acies in procinctu ſtaret, adempta ſibi galea in mediũ proceſſit, alta voce inclamans. An ex hoſtibus eſſet, qui ſecũ vellet ſingulare certamen obire, Tum Eriginus, etſi iã grauis ætate, pulchrũ tamen ratus cum duce hoſtiũ depugnare, capitis & menti caniciem oſtentans, dimicaturũ ſe dixit: vt ex euentu vnius ſenilis pugnæ intelligi poſſet, quanti Alexãdri milites, quibus integra ætas eſſet. Barbaros virtute anteirent. Dato itaque ad concur- H
rendũ ſpacio, equos in ſe concitant. Eriginus hoſtis ictu capitis acclinatione vitato, haſtam in aduerſum barbari guttur defigit: quẽ ad terrã deiectum, altero ictu repetitum, per concauum oris fariſſam inſerit. Satribarzanes hoſtilẽ haſtã manu cõplexus, vt maturiùs expiraret, victoris ictum altiùs adegit. Extinctum Eriginus ſpoliat. Inde hoſtiũ exercitu ſua ſponte diſiecto: Eriginus optima præ ſe ferens ſpolia, Alexandro in Beſſum eunti ſeſe multa gratulatione obtulit. *Sab. l.5. Enn.4.*

Ceninenſium rex Acron raptis à Romulo Sabinis, primus bellũ intulit, magniſque copiis mouit in Romulum. Cùm iã in conſpectu eſſent, prouocauerunt ſe mutuò ad pugnam, copiis in acie quieſcentibus. Ibi Ioui Romulus, ſi hoſtẽ viciſſet fudiſſétque, vouit arma illius ſemetipſum ei dedicaturum. Acronẽ ſuperat & occidit, exercitũ eius ſignis collatis profligat. Mox vt votum Ioui redderet quàm gratiſſimũ & oculis ciuiũ ſpecioſiſſimum: quercum quam in caſtris vidit miræ proceritatis cecîdit, & inſtar adornauit trophæi: Acronis armis aptè ſuſpẽſis ex ea adaptatiſque, veſte ipſe incinctã, & capite fluente coma, laurea coronatus, feretrũ dextro innixũ hu-

mero directum gerens inceſſit, carmen victoriale exercitui A præſens in armis ſequenti, ciuibus cum gratulatione & laudibus eum excipientibus Triumphorũ fuit hæc celebritas in poſterũ origo & exemplum. Feretrum Iouis Feretrij donum appellatũ eſt à feriendo. Precatus enim Deũ fuerat, vt Acronem feriret & cæderet. Opima ſpolia dicta ſunt, auctore Varrone, quòd diuitias opes appellent. Rectiùs mihi videtur ab opere, nam cùm manu ſua dux ducem interficiens, ipſe decus parit, permittitur ei opima ſpolia conſecrare. Ac tribus modò Romanis Imperatoribus eius fortuna decoris fuit; primo Romulo, interfecto Ceninenſi Acrone, ſecundò Cornelio Coſſo, qui Volumnium Tuſcorum ducem occidit; poſtremò Claudio Marcello, à quo Gallorũ rex cæſus eſt Viridomarus. Coſſus & Marcellus curru iam inuicti ſunt, cùm opima ſpolia ferrent. Romulũ fallit Dionyſius, qui vſum dicit curru; ſiquidem Tarquiniũ, Demarati filium, proditum memoriæ eſt, regnum principem, eam in ſpeciem & feſtum euexiſſe triumphos. Poplicolam ſcribunt alij primùm curru triũmphantem inuectum. Nam Romuli quidem ſtatuas triumphales videre eſt omnes pedeſtres. *Plut. in Romulo, & Valer. Max. l. 3. c. 2.*

A Romulo proximus Cornelius Coſſus, Ioui opima ſpolia B conſecrauit, cùm magiſter equitum ducem Fidenatium in aciem congreſſus interemiſſet. Magnus initio huiuſce generis inchoatæ gloriæ Romulus: Coſſo quoque multum acquiſitum eſt, qui imitari Romulum voluit. *Val. l. 3. c. 2.*

L. Sulpicio, & C. Licinio Caluo Coſſ. Galli ad tertium lapidem Salaria via proximè vrbẽ acceſsère. Dictator T. Quintius Pœnus eſt dictus, omnéſque iuniores ſacramento adacti. Hoſtes vltra Anienem caſtra fecerant: erátque pons medius inter vtroſque munimenta. Eum vacuum Gallus ingenti ſtatura occupat, altáque voce fortiſſimum prouocat Romanorũ ad ſingulare certamen, vt ex talis pugnæ euentu intelligi poſſet, vtra melior bello eſſet. Silentium aliquandiu inter Romanos fuit, quum & abnuere certamen erubeſcerent: nec temerè quiſquam præcipuam periculi ſortem peteret. Tum T. Manlius, L. filius, qui patrem à Tribunitia vexatione memorabili pietatis exemplo defenderat, à Dictatore petiit, vt ſibi cum hoſte tam ferociter inſultante liceret dimicare, pollicitus fore, vt eo certamine oſtenderet ſe verè ex familia or- C tum, quæ Gallorũ agmen ex Capitolina deiecit rupe. Macte, inquit Dictator Manli eſto tua iſta in patrem & patriam pietate, perge, Romanumque nomen diis auxiliaribus inuictum pręſta. Cum his dimiſſus, ſcuto & Hiſpanico gladio accinctus in hoſtem ire pergit. Excipit Gallus Romanum, venientem cum deriſu, exerta in deſpectum, vt mos eſt gentis, lingua Congreſſi haud pari habitu. Erat Gallus hoſtis eximia magnitudine, verſicolori veſte amictus pictiſque & auro cælatis fulgebat armis. Romano media ſtatura, in armis magis habilis quàm decora ſpecies: non cantus, vt illi, non verborum ſtrepitus, vanáque armorum vibratio ſed pectus tacitæ iræ plenum. Erant duorum exercituum lumina in vnum ad id certamen defixa. Gallus ſcuto læuaque in Romanum proiecta, cæſim gladium, cum ingenti ſonitu, in eum deiecit. Contrà ille mucrone ſurrecto, cùm imum ſcutum ſcuto perculiſſet, hoſti inſinuatus, ventrem atque inguen vno atque altero hauſit ictu: Gallumque, quantus erat, moribundum ingenti ſpatio porrexit, iacentem aureo torque ſpoliat, quem cruore reſperſum collo circumdedit ſuo. Inuaſit pauor Gallos inopinata clade attonitos. Romani contrà alacres ab ſua ſtatione ſuum militem cum lætitia & gratulatione exci- D piunt. Inter iocularia militum carmina Torquati cognomen auditum, victori ipſi & poſteris deinceps manſit. Dictator coronam illi auream dono dedit, eúmque pro concione laudauit. Tanta ex eius pugnæ euentu Barbaris trepidatio orta eſt, vt ſequenti nocte, relictis caſtris, in Tyburtem agrum conceſſerint. *Sab. Illicus l. 3. Enneadis 4. & Gellius lib. 9. c. 13. ex Q. Claudij Quadrigarij Libro primo Annalium.*

M. Marcellvs ad Claſtidium cum Gallis pugnatus, fertur præſtantiſſima hoſtium arma Ioui Feretrio vouiſſe. Ibi Gallorũ rex Viridomarus conſpexit Marcellum, & ab inſignibus conjiciens ducem eſſe, longè antè aciem prouectus eſt, ſimulque alta voce laceſſens eum, & haſtam vibrans, admittit infeſtus in eum equũ, proceritate inter Gallos exſuperãs, armiſque ex auro & argento fabrefactis, & varia picturatis tinctura, inſtar fulguris inſignis radiãtis. Quæ arma luſtrãti oculis aciem Marcello, vt viſa ſunt præcellentiſſima, eáque votis ſe ſacraſſe diis exiſtimans, in regem impetum dedit, thoracemque eius haſta transfixit: tum libramento equi premens E in terram præcipitauit, alterum deinde ac tertium repetens ictum, occidit. Mox deſiliit ex equo, iniectáque mortui armis manu, ſuſcipiẽs in cœlum ita fatur: Arbiter inſignium factorum ducum, & actuum Imperatorum in bello atque præliis, Iupiter Feretrie, te teſte dux ducem, conſul regem manu mea tertius ego hunc confoſſum interfeci. Tibi conſecto prima & præſtantiſſima ex ſpoliis. Tu ad reliquias belli pergentibus eundem tribue fortunæ curſum. *Plut. in Marcello.*

L. Fur. Camillo, & Appio Cl. Craſſo Coſſ. Galli ex Albana arce excurrentes, Romanos infeſtabant. Ex his vnus magnitudine corporis & armis inſignis, haſtam & ſcutum quatiẽs, ex Romanis, qui ſecum bellum decernat, vnum aliquem alta voce prouocat. Erat in caſtris M. Val. Tribunus militum, adoleſcens, qui T. Manlij exemplum imitatus, explorata Cõſulis voluntate, inſtructus armis in Gallum contendit. Mirum eſt, quod in ea pugna accidiſſe aiunt, coruum Romani militis in certamen euntis galeam inſediſſe. Tribunus velut omen cœlo demiſſum lætus accepit precatúſque eſt numen, vt quicunque deorum eſſet, præſentem ſibi pugnam ſecundaret. Fuit deinceps miraculo, quòd illicò conſertis manibus, ales alleuans F ſe, roſtro & alis diuerſum hoſtem non priùs infeſtare deſtitit, quam Gallus tali prodigio territus, oculiſque ſimul & mente turbatus, ferro ſit, à Valerio proſtratus. Fuerant vtrimque quietæ ſtationes. cæterũ Galli ſuũ bellatorẽ cadentẽ conſpicati, haud paſſi iacentis corpus diripi, in Valeriũ ſpolia detrahentem decurrunt. Deuolant eò & Romani milites aliquanto celeriùs: committiturque atrox prælium. Galli priuſquam ad iactum teli veniretur, per Volſcos & Phalerinum agrum diſſipati, in Apuliam & oram ſuperi maris abierunt. Conſul Tribunum pro concione laudatum, decem bobus & corona aurea donauit, manſitque illi ab eius victoriæ euentu auxiliarique alite, Coruini cognomen, eſtque ea appellatio in poſteros propagata. *Sab. l. 3. Ennead. 4. ex Gellij l. 9. c. 11.*

Q. Cotivs, propter fortitudinem Achilles Romanus cognominatus, Q. Metello Coſ. legatus in Hiſpaniã profectus, Celtibericum ſub eo bellum gerens: poſteaquam cognouit à quodam gentis huius iuuene, ſe ad dimicandum prouocari (erat fortè prandendi gratia poſita menſa) relicta ea, arma ſua extra vallum deferri, equum clàm duci iuſſit, ne à Metello G impediretur. Et illum Celtiberum inſolentiſſimè obequitantem cõſectatus interemit, detractaſque corpori eius exuuias, ouans lætitia, in caſtra retulit. Idem Pireſum nobilitate ac virtute omnes Celtiberos præſtantem, cùm ab eo in certamen pugnæ prouocatus eſſet, ſuccumbere ſibi coëgit: nec erubuit flagrantiſſimi pectoris iuuenis gladium ei ſuum, & ſagulum vtroque exercitu ſpectante tradere Ille verò etiam petiit, vt hoſpitij iure inter ſe iuncti eſſent, quando inter Romanos & Celtiberos pax foret reſtituta. *Idem l. 4. c. 6.*

Cùm capta Antonia arce, iam quoque templũ ipſum Hieroſolymitanum Titus Imp. oppugnaret, quidã ex Iudæis, vir & corpore breuis, & vultu deſpicabilis, tamque genere quam rebus aliis viliſſimus. Ionathas nomine progreſſus ad Ioãnis pontificis monumentum, cùm alia multa ſuperbè ad Romanos prolocutus eſt, tum quem fortiſſimum haberent ad ſingulare prælium prouocauit. At qui contra ſtetère multi quidem dedignabantur: erant autem inter eos (vt aſſolet) etiam qui timerent: quoſdam verò non inconſulta mouebat ratio, cum mortis cupido non debere confligere: nam qui de ſalute deſperaſſent, eos neque cautos impetus habere, neque Deum vereri: & cum his in diſcrimen venire, quos neque vincere H magnum ſit, & vinci cum dedecore, periculoſum: non fortitudinis, ſed ferocitatis videri. Cùm autẽ diu nemo prodiret, multaque Iudæus Romanorum timiditati illuderet, Romanus ex ala equitum, nomine Prudens, inſolẽtiam eius exoſus, fortaſſe autem etiam ſtaturam corporis contemnens, inconſultè proſiliit, & cæteris commiſſa cum eo pugna riſum præbuit, à fortuna proditus. Lapſum enim Ionathas interfecit: deinde pede ſupra mortuum poſito, læua ſcutum, dextráque cruentum gladium coruſcabat: armiſque cum fremitu concuſſis, exercitui & hoſti deiecto inſultans, ſpectantes Romanos increpabat: donec eum tripudiantem, & vana iactantem, Priſcus centurio ſagitta transfixit. *Ioſephus l. 7. c. 5. belli Iud.*

Probvs, antequam ad imperium eueheretur, in Africa proconſul, Aradionem fortiſſimum virum ſingulari certamine interemit, & honorificè ſepeliuit. *Fulg. l. 3. c. 2.*

Ioannes Comnenvs, Imp. Alexij F. cùm Baccam, Armeniæ

caſtellum, oppognaret, parúmque proficeret: nobilis Armenius Conſtantinus ad ſingulare certamen Græcorum aliquem delectum prouocabat. Euſtratius ex Macedonica legione delectus, ſcuto & enſe armatus, è caſtris ad radicem collis abit, & Armenium deſcendere iubet. Is abſque mora Euſtratium aggreditur. At Macedo ſæpe elata manu quaſi percuſſurus, præter expectationem eandem retrahebat. Tandem enſe diu librato, Conſtantini clypeum medium diſſecuit: Armenius fuga ſalutem quæſiuit. Macedo rogatus ab Imperatore, Quo conſilio manum ſæpe ſuſtuliſſet, ac vnum ictum tantùm intuliſſet? Sibi propoſitum fuiſſe, reſpondit, vno ictu & clypeum & Armenium diſſecare. Quod quum ad exitum perducere non poſſet, quòd is clypeum [illegible] corpori non applicatum haberet, noluiſſe fruſtrà digladiari. Imperator maximis donis Euſtratium proſequutus eſt. *Nicetas Choniates.* A

Sub Michaële Imperatore Theophili F. Bulgari quidam ab Antigono Cæſaris Bardæ F. inuitati, de athleta quodam ſuo, quem ſecum habebant, gloriabantur, neminem eſſe, qui cum eo manus conſerere auderet. Medio conuiuio Theophilus Baſilij Macedonis (qui poſtea ad imperium peruenit) herus, ad Cæſarem: Si tuæ, inquit, maieſtati placet famulum habeo, qui cum ſuperbo iſto Bulgaro decertet: magnum enim dedecus Romanis fuerit, iſtum inuictum in Bulgariam reuerti. Probante ſermonem Cæſare, cum Bulgaro congreſſus Baſilius, cum pueruli inſtar compreſſum, conſtrictumque; ſublimem arripuit & ſuper menſam abiecit. Ab eo die cœpit Baſilius in ore & admiratione omnium eſſe, paulatim ita ſibi aditum ad imperium faciens. *Cedrenus.* B

Totila Gothorum rege ad Fauentiam cum Romanis præliũ inituro atque acie vtriuque inſtructa, Vlaris (aliis Vlarus & Valaris) Gothus, vir vt corporis, ſic animi robore nobilis, equo inſidens atque armatus, in medium proceſſit, & Romanos ad ſingulare certamen identidem prouocauit: cui, cæteris quieſcentibus, Artabazes Armenius (aliis Artanaſdes) occurrit. Ita, nulla interpoſita mora, equis vtrinque concitatis, infeſtis haſtis inter ſe concurrerunt. Prior Artabazes dextrum Vlari latus transfixit, atque equo labentem, ſed haſta ſe, quæ à tergo petræ adhæſerat, ſuſtinentem, adacto ſæpiùs in C viſcera ferro, confecit: ſed dum incautiùs ferit, cuſpide haſtæ ferrea, quam Vlaris adhuc tenebat, in faucibus vulneratus, ſanguine ſine intermiſſione fluente, poſt triduum obiit. Commiſſo inde inter exercitus prælio: in ipſo tumultus ardore trecenti poſt terga Romanis apparuêre, ac maioris multitudinis opinione allata, tantum terroris intulêre, vt in fugam ſe dederint. Quos inſectati Gothi, alios promiſcua cæde strauerunt, alios captos in cuſtodias coniecerunt, & ſigna omnia (quod aliàs numquam acciderat) ademerunt. *Sab. l. 3. En. 8. & Sigon. l. 19. Imp. occid. ex Procopio.*

Eo prælio, quo de ſumma rerum ad Apenninum in Tuſcia pugnatum eſt inter Narſetem eunuchum, & Totilam Gothorum regem: cùm aliquot horas ex aduerſo acies conſtitiſſent, neutra tamen ex parte cœptum eſt prælium, vtriſque ab hoſte id primùm iniri expectantibus. Interim ex parte Gothorum miles, Ducas nomine, magnam bellicæ induſtriæ famam adeptus, equo in hoſtem incitato, proximè ad Romanos acceſſit, &, qui viritim ſecum confligeret, prouocauit: erat D autem is ex eorum numero, qui ex Romano exercitu primi ad Totilam vltrò conceſſerant. Tum Armenius quidam è Narſetis militibus ei ſe obiecit. Quem vt Ducas vidit, prior equum impulit, vt ventrem illi lancea transfoderet. Cuius impetum Armenius, equo ſubiecto, vitauit: atque in eum conuerſus, dextrum in eius latus telum infixit eúmque moribundum ex equo deiecit. *Sigonius l. 19. Imp. occid.*

Inter phanum Fortunæ, & forum Sempronij, Romani Vmbrique, loco ſyluis impedito Luitprandum Longobardorum regem magna clade affecerunt. Inclaruit tumultuaria illa pugna Rachiſij Foroiuliani virtus. Cogebat is fortè regium agmen, & iam tumultus & trepidatio ad ſubſidiarios euenerat, multi etiam ſaucij, præcipiti fuga in extremum agmen inciderant. Vnius itaque voce & cóncio ſiſtitur fuga, mox eiuſdem hortatu ex his qui antea fugiebát, quique ſubſidio aderant, fit globus, inſtauratur prælium, erátque iam propemodũ æquata pugna, quum Spoletinus eques Rachiſium primo loco dimicantem nominatim compellat, prouocátque ad ſingulare certamen. Nec homo ferox detrectauit pugnam. Concurrunt ex aduerſo infeſtis haſtis, erátque pons præcipiti loco impoſitus, in quo fortè congreſſi ſunt. Cæterùm Rachiſius violento lanceæ ictu Vmbrum præcipitem ex ponte egit, non ſine hoſtium [illegible]. Infelici [illegible] ius dimicationis euentu Ro- E mani Vmbrique percuſſi, remiſſa pugna retrò abierunt. Hic eſt ille Rachiſius, qui poſtea a Longobardis deiecto Hilprando Luitprandi nepote, rex creatus eſt. *Sab. l. 8. En. 8.*

Berengarius Italiæ rex, à Vidone pulſus ad Arnolfum Germaniæ regem [illegible] ceperat [illegible] ſe omnibus in rebus obnoxium illi fore [illegible] ſtenderat, ſi Vidonem ipſius beneficio expuliſſet, regnumque recuperaſſet. Itaque Arnulfus Berengario gratificatus Zuendebaldum filium, cum haud inualida militum manu in Italiam miſit. Is profectus, caſtra ad Papiam locauit. Poſt dies XXI. cum obſidione potius, quàm oppugnatione res ageretur, parua res totum belli apparatum diſcuſſit. Quippe eques vnus e Bajoaria, qui ſuperioribus diebus, quietis vtrinque ſtationibus in alueũ amnis progreſſos, Italis ſæpe ignauiam atque equitandi inſcitiam arrogantiùs obiectarat, more ſolito prodiit, atque equitem Italum nactus, haſtam ei de manu extorſit. Quo conſpecto Hubaldus Bonifacij, qui poſtea Spoletanorum marchio fuit, pater, Italicum recuperare decus cupiens, clypeum ac lanceam ſumpſit, atque in medium equo prouectus, ſtolidè gloriantem inter ſuos Bajoarium prouocauit. Bajoarius quaſi victoriæ certus impigrè F in certamen deſcendit, eo conſilio, vt habili equo crebris curſibus & recurſib. circumagendo Hubaldũ ad eam rem rudem deciperet. Verùm opinione fruſtratus eſt: nam cùm aſſiduis anfractibus artem ſuá propè ad faſtidium omniũ oſtentaſſet: tandem, dum impulſo equo, vt de improuiſo in Hubaldũ reflecteret, terga oſtendit, Hubaldus in eum repentè inuectus, atque, antequam ſe conuertere poſſet, adeptus, lancea ad cor vſque traiecit. Hic caſus mirificam Italicis ad pugnandũ alacritatem, Germanis contrà maximum torporem iniecit. Itaque Zuendebaldus exterritus, atque, vt quidam ſcripſerunt, pecunia quoque a Vidone corruptus, conſilium domum redeũdi cepit: atq; ita vano incepto receſſit. *Sigon. l. 6. regni Ital.*

Friderico I. Imp. Mediolanum obſidente, Mediolanenſis quidam, inſcitia equitandi Germanis obiecta, fortiſſimum quemque ſingulari certamine prouocauit: cœpitque edoctum egregiè equum modò impetu vehementi propellere, modò adductis habenis in gyrum reflectere, mox varios perplexóſ- G que per anfractus diſcurrere. Cùm diu impunè inſultaſſet, & alij aliis de cauſis, ſiue timore, ſiue conſilio, certamen eiuſmodi abnuerat: Albertus Tirolenſis inermis & palefrido inſidens, ſolo clypeo & haſta munitus, obuiam prodiit, ac Mediolanenſem inſolentius ſe iactantem haſta propulſum equo deiecit. *Sigon. l. 12. reg. Ital.*

Aldobrandinus Patauinus nobilis, Germanum Italicæ virtuti contumelioſè detrahentem, ad ſingulare certamen in foro prouocauit, & coram Friderico Barbaroſſa Imper. leui vulnere, quod in brachio acceperat, efferatus proſtrauit, & deditionem facere nolentem, cum duellum Cæſar dirimi iuſſiſſet, Cæſari dono dedit. Eum Cæſar & Equitem & comitem in ipſo creauit veſtigio, anno 1165. *Bern. Scardeonus lib. 3. claſſe 13. hiſt. Pat.*

Conrado II. Imp. Mediolanum arcta obſidione anno 1037. premente, Bauarum Conradi nepotem, omnium Germanorum ferociſſimum Eliprandus Vicecomes, ingentis ſtaturæ ac roboris vir, ſingulari certamine in conſpectu Imperato- H ris proſtrauit. Hic eſt Eliprandus, à quo Vicecomitum, vt aiunt, familia fluxit, pòſt tota Italia genere & virtute clariſſima: quem Vicecomitem dictum eſſe, quòd Archiepiſcopi Vicecomes eſſet, inuenio. *Sig. l. 8. reg. Ital.*

In Hieroſolymorum obſidione Otho Vicecomes Mediolanenſis, Eliprandi filius, inſigne fortitudinis ſuæ monumentum reliquit, anno Salutis 1099. Nam ducem Saracenorum Volucem, ſingulari prælio congreſſus, occidit, ac galeam nobile hoſtis ſpolium induit: è cuius cono tortuoſæ viperæ, ac puerum expanſis manibus euomentis ſimulacrum extabat: idque ipſum & ſibi, dum vixit, geſtamen aſciuit, & poſteris inſigne laudis gentilitiæ prodidit. Ea re pòſt domi comperta, Mediolanenſes publico decreto ſanxerunt, vt ad perennem clariſſimi viri memoriam ne poſthac caſtra Mediolanenſis exercitus locarentur, niſi ſigno vipereo antè in aliqua arbore conſtituto. *Sig. l. 9. reg. Ital.*

Nuptiis Edouardi I. Anglorum regis Londini celebratis, Alexander III. Scotorum rex interfuit. Erat in aula Eduardi nobilis quidam Normanus, admiranda corporis virtute, ac rei equeſtris ſumma præditus peritia. Hunc, quũ omnes certando deuiciſſet,

A deuiciſſet, Scotus quidam, Ferquardus nomine, ex nobili familia ortus, Roſſus natione, ad illam ſolennitatem honoris gratia regem proſecutus, ſuperauit. Eum rex Alexander comitatu Roſſiæ donauit. *H. Boeth. lib.* 13.

Henricvs Perss Anglus, cùm Nouum caſtrum à Scotis obſideretur, Gulielmum Douglas ducem Scotorum ad ſingulare prouocauit certamen, omnes ſuæ ætatis robore corporis ac vſu bellicarum rerum ſuperans. Vtrinque infeſtis haſtis concurritur: Douglas hoſtem ſub pectus haſta impellens equo deiicit. Angli prolapſum intra portas traxere. Douglas accepta haſta pronunciauit, eam ſe in Scotiam ablaturum, in victoriæ monumentum. *Idem lib.* 16.

Roberto III. apud Scotos regnante, Robertus Morla Anglus eques auratus in Scotiam venit, quamvis ad ſingulare certamen prouocans. Cum eo congreſſus Archimbaldus Adamſtoun victus eſt. Hugo Valles eandem fortunam expertus. Tertius Thomas Trail, Beruicij aduerſario de quo deiecto victoria potitus eſt. *Ibid.*

B Dominvs Vellis Anglus legationem Ricardi III. regis ſui in Scotia obiens, in conuiuio ſolenni quum multa de vtriuſque gentis virtute bellica diſceptata eſſent: Apagite, inquit Anglus, hac verborum concertatione: ſi cui placet virtutem experiri Anglicanam, nomen ſuum edat, cum eo enim ſingulari certamine quouis tempore ac loco decernere paratus ſum. Te appello, ad Dauidem Lyndeſay comitem Cranfurdienſem inquit, qui multis erga me verbis vſus es, ac videris te ſupra cæteros iactare. Ego verò, inquit Dauid, volens ac lubens id agam, ſi conſentiente id rege fieri poterit. Annuente rege, Anglo loci electio datur (is Londini pontem elegit) Dauidi temporis qui diem diuo Georgio ſacrum ſumit. Signo dato vtrique concurrunt. Neuter deiectus: haſtæ comminutæ. Vulgus clamat, Dauidem ſellæ equi adligatum excuti non potuiſſe. Ac Dauid protinus equo deſilit, & rurſus ſtatim cataphractus in equum inſiliit. Tertiò tandem validioribus haſtis infeſti cõcurrunt. Ibi Anglus equo deiectus in terram concidit. Dauid deſiliens, iacentem tantiſper fouit, quoad medici aduenêre. Ægrotum inde quotidie inuiſit, velut ſodalem ſuauiſſimum. Menſes tres rogatu regis in An-
C glia remanſit, non vno honoris genere ab eo affectus. *Idem.*

Eodem tempore aulicus quidam Anglus Donaldum natione Scotum, oriundum ex Montanis, præfectum ſtabulis equorum Dauidis, ad monomachiam, ſolis enſibus, nulla armorum protectione conſerendam, prouocauit. Rege & principibus annuentibus, locum Donaldus forum Londinenſe, alter diem perendinum eligit: ſpacium, in quo certaretur, chlamyde circumſcriptum, vt nec inde ante partam alteruter victoriam exiret, præſtituunt. Conſtituto tempore Donaldus in forum prodit: chlamydem ſternit. Anglus verò audaciam Scoti cernens certamen detrectauit. *Idem. Ibid.*

Alarico Sueonum & Gothorũ rege contra Rutenos bellum gerente, Hildigernus Suecus pugil, Rutenorum aliquem ad ſingulare certamen prouocabat. Cunctantibus cæteris, Haldanus præcipuæ fortitudinis pugil, qui nuper ad Rutenorum militiam ex Schoningia aduenerat, ſe ad duellum offert. Erat hic Borchari Schoningiani ſatrapæ filius, ex Drotha Noruegiæ regis filia ſuſceptus, quã occiſo nobiliſſimo marito Gunnone Suetico, ſibi in coniugem acceperat non inuitã. Nam idem Gunno, occiſo antea eius patre rege Reginaldo,
D ipſam in ſuum coegerat coniugium, filiúmq; Hildigernũ ex ea procreauerat. Quocirca cùm Hildigernus natu maior ſciret, hunc Haldanum eſſe ſuum vterinum fratrem, recuſauit cum eo congredi, prætexendo ipſius in re bellica tyrociniũ, fraternam neceſſitudinem celans, ne metu id feciſſe videretur. Tum Haldanus, roboris oſtentandi cauſa, Gothos prouocat: & primò vnum progreſſum obtruncat. Deinde duo ſunt illi obiecti: quibus occiſis, tres ſecum pariter congreſſuros poſtulat: quibus oppreſſis, numerũ per vices adauxit, vſq; ad vndecim: quibus demùm congreſſus, victor euaſit. Tum Hildigernus victus ipſum ad parem militiæ gloriam ſecum peruenitſe, cum eo congreſſus, ſentiẽs ſe mortiferum vulnus accepiſſe, proiectis armis fratrem ſe eius eſſe indicauit, & in ipſius amplexibus expirauit. Pugna tandem commiſſa, Ruteni victi tributa pependerunt. Haldanus ob res fortiter & magnificè geſtas, Gyritham, Siualdi Gothorum regis neptem vnicam Danici regni hæredem, in coniugem obtinuit. Quam cùm ſterilem eſſe animaduerteret, religionis cauſa Vpſalam nobiliſſimam Sueonum vrbem petens, reſponſo monitus eſt, vt ſuſcitandæ ſobolis cauſa fraternis primùm manibus parentaret. Iraque filium Haraldum Magnum ex Gyritha ſuſcepit. *Ioannes Magnus lib. 6. Crantz. lib. 1. Sueciæ, c. 48.* Hildigerum vocat. E

Sueones Rorici Danorum regis iugum excutere nitebantur. Præ[...] præluditum monomachia fuit. Sclauus quidam ad ſingulare certamen Danos prouocabat. Vbbo ei ſe oppoſuit, & vt victoriæ præmium armillas aureas, quas rex geſtabat, depoſceret, ſed per locum eas apud ſequeſtrum deponi petiit. Roricus auri cupidine captum ratus, ne præter regiam conſuetudinem reuocaturus donum, aut promiſſum reſciſſurus videretur, in nauigio ſtans, armillas ingenti excuſſas iactu petitori porrigere ſtatuit. Sed conatum eius fefellit interſtitij magnitudo. Itaque e fluctibus interceptæ ſunt, vnde Rorico Slyngebond inoleuit agnomen. Vbbo nihilominus cum Sclauo congreſſus eſt: ea fortuna, vt mutuis vulneribus perierint. & rebelles ad officium redierint. *Saxo lib.* 3.

Ingreſſus erat Tauruneuſem agrum prædandi ſtudio Turcarum equitum turma. Iis ſeſe obuiſcentibus Vngaris, leue inter ſe certamen edunt, cum Quidam inter Turcas cæteris & F
nobilitate, & virtute præſtantior, equo eximio inſidens, paulò extra ſuos prouectus, præfectum turmæ Vngaricæ nomine compellat, & monomachiam depoſcit. Ibi Georgius Scytha; eques ſatis ſtrenuus, indignabundus tum equi aduerſarij potiundi deſiderio, procurrens, equo calcaribus incenſo, infenſa haſta Turcam ſibi impigrè occurrentem petit, eiuſque pectore per parmam transfixo, atque haſta è vulnere euulſa, ex equo moribundum manu impellens deiecit, capiendo hoſtili equo intentus. Sed dum iacentem ſpoliat, equus Turcæ fugam Taurunum verſus arripit: & ab Hungaris captus ad præfectum ductus eſt. Ibi quum Scytha victor, equum hoſtis ab ſe interfecti ſibi reſtitui, vt par erat, contenderet, tandem acceptis a præfecto trecentis aureis numis, equum præfectus habere permiſit. Scytha ratus ſibi apud regem Vladiſlaum hanc pugnam honori ſimul & emolumento futuram, petit à præfecto Taurunenſis præſidij literas ad regem, commeatuſque abeundi. Qui vbi cum præfecti literis ad regem peruenit, réxque rem, vti geſta erat, cognouit, quò viri virtutem præmio aliquo affeciſſe videretur, iuſſit illi pagum vnum, quadraginta circiter colonis inhabitatum, itemque vineis ac G
aruo ſatis inſtructum, attribui. *Ludou. Tubero lib. 10. Comment.*

Georgivs Castriotvs Scanderbegvs, cùm obſidis loco apud Amurathem Turcorum tyrannum detentus, pro Turcis res maximas geſſiſſet: Scytha quidam ad monomachiam tyranni familiam prouocabat, vt in anguſto loco pugionibus armati, cætera nudi penitùs concurrerent. Cunctantibus cæteris, Georgius pugnam ſuſcepit, & hoſtis caput Amurathi obtulit. Non multò pòſt in Ethyniam Iaiam & Zampſam equites Perſas ex prouocatione, roboris oſtentandi cauſa; victos occidit, & vt omnibus admirationi fuit, ita etiam propter tantam virtutem tyranno ſuſpectus eſſe cœpit. *Marinus Barletius in vita Caſtrioti.*

Amvrathes in campis Caſſouiis contra Huniadem inſtructa acie conſtiterat. Bitexes Pannonius, ex iis, quos Vſaronas vocant ad ſingulare certamen Turcum prouocat. Prodit continuò adoleſcens Eliezes, Barizæ Ianizarorum ducis olim F. infeſtis haſtis re geſta, Bitexes cum equo corruit: Eliezes conſciſſo pectorali, & zona cum ephippio ſoluta, vix ſe ſuſtinuit, neque tamen Pannonem interimere potuit. Itaque ad ſuos quiſque reuerſi ſunt. Amurathes tyronis fortitudi- H
nem admiratus. Quonam magiſtro vſus ſit, interrogauit. At ille, Lepore, reſpondit. Magis admirante rege: in Aſia inquit, puer adhuc leporem in ſuo cubantem nido offendens, XL. ſagittis petitum conficere non potui: vltimo ſtridore experrectus aufugit, cùm fatalis eius vitæ terminus nondum adeſſet. Proinde & ego me nec armis ſuperari, neć arma euadere, niſi volente fato, perſuaſum habens, audacter cum Pannonio manus contuli. Hæc audiens, mirum in modum rex delectatus eſt, & adoleſcentem donauit veſte Syrio opere auro illito contexta. Turci plurimùm alioqui fato tribuunt. *Chalcocondylas lib. 7. de rebus Turcicis.*

Nicolavs, P. Macedonis F. Myſiæ præfectus, collecto exiguo exercitu, Ikacho Boſſenæ ſuperioris regulo à Mahumete Turcarum rege conſtituto occurrens, copias eius profligauit, eum ſingulari certamine occidit, optima ſpolia ad Sigiſmundum Imp. retulit. *Bonfin. lib. 3. Decad. 3.*

Ladislavs Vngarorum rex, inita cum Chunis in Danubij ripa pugna, eorum regem Acum ſingulari certamine aggreſſus;

ſus, primo ſecuris ictu trucidauit. Spectata ducis morte.
A Ch[illegible] animo conſternati, inſtantibus Vngaris terga dare coacti ſunt. *Bonfin.lib.4.Decad.5.*

Bvcicalovs, Galliæ regis Caroli VI. Mare[illegible]alcus, giganteæ ſtaturæ homo, cum Galeacio Go[illegible]za[illegible]a, homine paruulo, ſingulari certamine congreſſus, ſuperatus eſt, ſeque ob id ipſum voto obſtrinxit, arma non ampl[illegible] i[illegible]dut[illegible]rum. *Iouius in vit[illegible] Baiazetis 1.*

Leonatvs Sansevereinas, E[illegible]iſæ fil[illegible]æ Ma[illegible] [illegible] [illegible]teiæ maritus, dux clariſſ. ad oſtentandam equeſtri[illegible] [illegible]ipli[illegible] [illegible]x pe[illegible]am, cum Caraffello Caraffa nobiliſſ. eq[illegible]ite [illegible]lla intercedente ſimultate, congreſſus ex prouocatione, [illegible]cepta per caſſidem haſtæ cuſpide cecidit. *Iouius in vita [illegible] fortis.*

Sordellvs Vicecomes Mantuanus, qui Salutis anno 1189. natus eſt, in variis exterisque regio[illegible]ibus de tribus ac viginti equitibus fortiſſimis viris, cùm ſi[illegible]gulari certamine cum eis dimicaſſet, victoriam retulit: I[illegible] P[illegible]tiorum [illegible]be vno die cum tribus, videlicet Iachelino & Leopaldo Britantis, deinùm cum Fraſſato Burgundione pugnauit. *Fulg.li[illegible].3. cap.2.& Egnat.lib.3.cap.5.*

Galeacivs Bardassinvs, eques Siculus fortiſſimus,
B quemcunque in toto orbe Chriſtiano robore inſignem norat eſſe, eum ad monomachiam prouocabat, ſemper victor. *Fulgoſus lib.3.cap.2.*

Cùm Cardinalis Gebennenſis, Gregorij pontificis legatus vrbem Bononiam obſideret, atque in exercitu Britannorum magnum numerum haberet, quo tempore eam vrbem populus Florentinus defendebat: duo Britones virtute atque animo ingentes, accepta fide, Bononiam ingreſſi, quæſiuerunt. Si illic aliquis eſſet præſtanti virtute vir, qui ſingulari certamine pugnare vellet? Conditionem acceperunt Bertus Biffulis, & Guido Aſſianus Florentini: diéque ad prælium conſtituta, cùm legatus egrediundi Florentinis militibus poteſtatem feciſſet, inter caſtra vrbémque ipſam pugnatum eſt. Biffolis primus Britonem, quo cum pugnabat, ad terram proſtrauit: & cùm ad occidendum eum ab equo deſcendiſſet, ſuperatum hoſtem petenti Legato, dono dedit. Guido Britóque alter, cùm ſe infeſtis haſtis ambo ad terram ab equo ſtrauiſſent, tandem victoria penes Guidonem manſit: qui ſimiliter ſuperatum hoſtem, cùm perdere poſſet, Cardinali condonauit. *Fulg.lib.3.cap.5.*

Franciscvs Montanesivs Hiſpanus, quũ apud Senas in coronis proloquendo Hiſpanorum virtutẽ ſupra omnes gen-
C tes cum iactantia verborũ extolleret, nec quenquam mortalium Hiſpano habiliùs & ferociùs gladio vti identidẽ prædicaret: non tulit iniquè atque ſuperbè dictũ iuuenis Romanus ex tribu Parrhiona, cui Iuliano nomen erat: dixitque ſe ſingulari certamine & paribus armis, ſi Hiſpanus cõgredi vellet, oſtenſurum, neminem externæ gentis Italo milite meliorem. Hunc generosè & moderatè reſpondentem, Itali Hiſpanique qui aderant, approbarunt: nec ipſe conditionem detrectauit, quam Montaneſius ferebat, vt ſibi quiſque ſocium, & cõſortem pugnæ deligeret, & intorta pro ſcuto ſiniſtris manibus lacinia, Hiſpanicis gladiis, pro gentis quiſq; ſuæ gloria decertaret, Gometium à Corduba notum ſibi & ſpectatæ virtutis gladiatorem Montaneſius aſſumpſit. Nec Iuliano defuit Tiracoxa Tiphernas comiter inuitatus. Conſtituta autem die ad edicti ſpectaculi famam, tota penè Ethruria in vrbem Senas confluxit, prætorianáq; area exterior (hæc inſignis theatri ſpeciem præbet) à decurionibus pro arena conceſſa eſt.
D Tantis verò animis, tantiſq; vtrinque adhortationibus, quum publicum decus in priuata dextris temerè poſitum videretur, res geſta eſt, vt Hiſpani veterum gladiatorũ more depugnantes primi fatiſcerent, & decem & ſeptẽ percuſſibus plagis ſuſceptis, quum ex aduerſo nouem tantùm Itali retuliſſent, ſe planè victos, contumelioſéque loquutos faterentur. Id certamen non celebratum modò eſt omnis ſexus feſtiua acclamatione, ſed eruditè etiam decantatum à poetis, quorum Ethruria feraciſſima ſemper fuit. *Iouius in Alfonſo Ateſtino.*

In Germanorum peditum cum Hiſpanis congreſſu, anno 1515. prope Nauarram, duo magni nominis duces memorabile ſpectaculum præbuerunt. Iacobus Emſer Germanus, & Zamudius Hiſpanus, qui extra acies progreſſi, quaſi prouocatione dimicarunt. Quo in certamine Hiſpanus hoſte interfecto extitit victor. *Guicciard.lib.10.*

Rodericvs, Ferdinandi Dauali Piſcarij proauus, ingenio excelſo, & vi ingenti corporis, quum iuuenis adhuc prouocant[illegible] in Luſitanum equitem, ſpectante v[illegible] [illegible] ſingulari certamine [illegible]nfe[illegible]iſſet, t[illegible]tum ſibi [illegible] ab [illegible] bus mi[illegible]um [illegible]tdinibus, tantámque apud regem H[illegible] beneuol[illegible]iam i[illegible] [illegible]lariſſimo fa[illegible]o c[illegible]mparauit, vt [illegible] tò pòſt Magiſter equitum ſit effectus: qui honor mili[illegible] ſummus vni [illegible] an[illegible] [illegible]æ nobi[illegible]itatis regal[illegible] deman[illegible] [illegible] [illegible]ar ſolitu[illegible]. *Iouius in P[illegible]arie lib.1.*

[illegible] [illegible] [illegible]miliano Imp. Patauium anno 1[illegible]. tres Hiſpan[illegible] pedit[illegible] [illegible] [illegible] animi, Italos ad certamen [illegible]ocarunt [illegible] nul[illegible] quidem priua[illegible] ſimultate, ſed vt ſi e[illegible]ent aliqui Romani [illegible]ndol[illegible] in Veneto exercitu, contra progrederentur, & [illegible] [illegible]b[illegible] animis pro gloria decertarent. Barth. Liuianus Venetorum dux, quum ea vox a militibus alacriter excepta fuiſſet, multique certamini eas partes depoſcerent, totidem manipulares expertæ virtutis emiſit, qui breui vno è tribus Hiſpanis interfecto, cæteris ſauciatis & captis, victoriam cum plauſu & gratulatione militum retule[illegible]nt. *Iouius lib.15.Hiſt.*

Bello Rhetico a Venetis contra Sigiſmundum Auſtriæ ducem geſtu, duo v[illegible] fortes ex prouocatione, in Pratalinis cãpis, circa Athelim ab vtroq; exercitu ad ſingulare certamen prodiẽte, Antonius Maria Roberti Seuerinatis Venetorũ po- F lemarchi filius, iuuenis impiger, & Georgius Sõnẽbergius Germani ſanguinis Comes, militari gloria & ætate florens. Nam cùm ad Sonnembergium eſſet allatum, Antonium Mariam Seuerinatem, Imperatoris filium, inter ſuos iactauiſſe, ſi ex hoſtium copia egregius vir quiſpiam equeſtri pugna congredi velit, ſe cum illo decertaturum, proque ſua parte oſtẽſurum, quantũ belli gloria Itali Germanos antecellãt: mittit ad Venetos tubicinem, qui Antonio denonciet, ſe paratũ eſſe certaminis fortunam experiri. Remiſſus ad Georgium tubicẽ refert, expectari cupidè illud ab Antonio: itaq; die dicta clauſum in campum, atque ad id comparatum, æquo inter bina caſtra ſpacio, diuerſa ex parte vterq; armatus atque adornatus, ſe intulit: & parua interiecta mora, citatis equis concurrunt. Antonius haſtam in Germani pectus infringit: thorax ægrè haſtæ impetum ſuſtinet: tum verò equus Antonij iam incitatior, neq; ſat habilis cõtineri, in trabales campi munitiones ita impegit, vt iis perfractis atque diſiectis, ipſo humi prolapſo Antonius ſe eiiceret. Itaque pedes ex equite factus, vbi hoſtem in equo iam conuerſum: diſtricto in ſe gladio venientem videt, poſt tignum trabibus repagulíſq; ſuſtinendis ſolo fixum ſeſe continet: ita Germanum aſſultantem, atque ictus de ſuperiore loco adigentem, diſtricto itẽ gladio repellebat, quáq; ipſum poterat, appetebat: nam equum lege prius G dicta ferire Antonius non poterat. Sed dum crebris ictibus acriter vtérq; rem gerit, neq; quantũ vult proficit, propterea quòd galea, thorace, cæteriſq; ferreis indumẽtis totum penè corpus protegebatur: Antonius iracundiæ plenus, quòd iniquam ſubire dimicationem cogeretur, ſéq; ipſe tacitè incendens, hoſti cupidiùs ferienti impetu facto gladium aufert: ille ab ephippiis ferrea, quam gerebat, abrepta claua pro gladio vtitur. Tum verò clara ad Germanum voce: Quid tu autem, inquit Antonius, me cogis vnũ cum duobus depugnare, quorũ alteri lex, alteri aliena arma ſunt præſidio? Si vir es, æquo marte manum confere. Ita Germanus exiſtimationem hominum veritus, & magno præterea animo, equo & ipſe deſilit: comprehenſique ſtatim inter ſeſe, atque arte diu luctati ambo concidunt. Erant vtriſque magna & procera corpora, & vires corporibus pares Germano tamen cadenti paulùm ſuperincubuit Antonius: ſed eius dextrum brachium à ſiniſtro Germani humero, atque adeò armorum corporiſquẽ pondere H ſic premebatur, vt eo vti non poſſet: tum Germanus impedito atque implicito Antonio. ipſe mano dextra liber, abrepta ſica, quæ femori Antonij erat alligata, nates ei conuulnerat; ea tantùm corporis parte ſua illum tegumenta non muniebant. Vulnere Antonius accepto, cum omnino nullam defendendi ſeſe viam ſibi reliquam, & facultatem videret, ſicæque aciem Germanus ictu altero atque tertio adegiſſet. (Vince, inquiens, quando ita voluit fortuna: caſu enim, non virtute vincis) gloriam certaminis hoſti dedit: quem quidem victor magno apud ſe honore plures dies ad exercitum habuit, curatóque vulnere, donis etiam additis ad patrem remiſit. *Bembus l.1. Ven. Hiſt. & Sab. lib.8. Enn.10.*

Anno Salutis 1503. in Apulia memorabilis pugna ex prouocatione pugnata eſt, Ardebat, vt ſi quando antea, pars illa Italiæ graui bello inter Gallos & Hiſpanos otto, auditáque eſt interim vox Galli militis captiui inſolenter prædicantis,

nihil

A nihil inutilius eſſe Italo milite nihil ignauius. Quam in i… nẽ contumeliam haud ſibi ferendam rati Equites Ital… nomi…, qui cum Hiſpanis militabant, eo ex redemptione dimiſſo, ad Gallos communi nomine mittunt … qui his ſignificarent. Cupere Italos equites, quando timidi & ignaui eſſent Gallorum opinione, armis experiri, quid vtriq. alteris virtute præſtarent. Reſponſum eſt, longe aliter Gallo… opinari, vt & bo… & fortes milites ſint Itali … pugnæ … paratos eſſe eum his conditione … vt victor … præmium ferret, victi equitis ſpolia haber…, & … ret: Accepit Italus conditionem, … viri fortes, dictuſq; pugnæ locus inter Adrian… & Quadra…. Conſaluus Hiſpanum dux, peractis … quibus Itali interfuère, ſumptóq; modico cibo, euntes in pugnā pauci hortatus eſt. Item, & Italo nomine, quod olim maximum fuiſſet in terris, ac belli gloria maximè inclytum, fortiter dimicarent. futurum, vt ea res non ſolùm ad communem laudem genti pertineret, ſed ad infringendam etiam Gallorum ſuperbiam, B qui omne genus hominum præ ſe contemnerent. … um his illi dimiſſi locum occupant: proceſſerunt & Galli, ſed aliquanto ſegnius. Cæterùm quia conditione certabatur, vt quicunque ſiue impulſu, ſiue caſu ſtadij finibus exceſſiſſet, pro victo haberetur, eratq; locus ne induſtria, ne pugna longiùs traheretur, breuioribus circumſcriptus ſpacijs; ſubſtiterunt Galli primo ingreſſu, futurum rati, vt ſi Itali, qui in medio ſteterant campo, temere in ſe equos concitaſſent, ſuo impetu vltrà præſcriptum euecti, citra omnẽ cruorem vincerentur. Senſit Italus inimicorũ aſtum, ſtetitq; tamdiu immotus, quoad Gallus, longioris moræ impatiens, ex aduerſo mouit. Tum quia bipartito inde procurſum eſt, Itali & ipſi vtroque verſum concitant equos. Breuis & anceps cõcurſus fecit, vt pauci haſtas fregerint. Quoque Galli & duo Itali campo exciderũt, equorum impetu maximè metas præteruecti, qui pro victis quieuerunt. Fuit inde atrox pugna gerebatúrq; res gladiis & ſecuribus. Cadunt duo ex Italis equis ab hoſte interfectis, attulitq; eiuſmodi caſus Italo victoriam. Enimverò duo illi quum ſeſe in pedes ſtatuiſſent, venabulis duobus arreptis, quæ tela in hunc vſum fuerant ab initio illata, momẽto temporis plures C hoſtium equos, vnum poſt alium confoſſos ſternunt, ex equitibus Gallis vnum interficiunt. Tum illi numero & viribus impares facti, victos ſe elata voce fatentur. Duo obſtinatiùs pugnam traxère, fuiſſentque haud dubiè à pluribus in veſtigio cæſi, niſi ſuorum monitu & hortatione ceſſiſſent. Perduxerunt Itali captiuos Gallos Barulum ad tubarum & tibiarũ cantum, pulſúmque campani æris, Hiſpano exercitu proſequente, ciuibus manu & voce fauentibus, teſtantibúſq; præſentem lætitiam clamore, Hiſpani Italiam, Itali Hiſpaniam … mare, manifeſto argumento mutui inter vtramq; gentem ſtudij & amoris. Ferunt ex captiuis quoſdam, quamdiu apud hoſtes fuère, obmutuiſſe, alios lacrymis tacite manantibus, amentibus & attonitis ſimiles ſediſſe mille & tercentum aurei omni bona fide ſunt Italis victoribus repræſentari: fuitque id certamen præſagium veriùs quàm pugna, eorum quæ non multò pòſt Gallis in eadem Italiæ parte infeliciter acciderunt. *Sabell. lib. 2. Enn. 11.* Horum nomina quoque *Guicciardinus l. 5.* recenſet, vt Romanæ Italicæque virtutis vindicum. Conſaluus Italos luculentiſſimè laudatos, equeſtris ordinis dignitate traditis de manu ornamentis nobilitauit, Ita D vt ad ipſorum gentilia inſignia argumentum virtutis atque victoriæ, tredecim torques adderentur. *Iouius in Conſaluo.*

Quum Galli cum Hiſpanis de regno Neapolitano, quo Aragonios deiecerant, decertarent, eoſq; Baroli obſiderent: Hiſpani ſingulare certamen, vt pari numero & paribus armis pro gloria pugnaretur, exoptarunt. Non abnuère conditionem Galli, diéque cõſtituta, Venetus Tranij præfectus, vti ex profeſſo nemini ſocius, & vtriſque pari ſtudio amicus atque hoſpes, locum certamini, Veneto tutum præſidio ad vrbis mœnia conceſſit. Vndecim ex condicto prodière Galli, quibus totidem Conſaluus Magnus oppoſuit, ex vna ſurie ductos, quum ſupra centum equites ambitioſo concurſu nomina dediſſent. Concurrere vtrinque tanta vi, vt nunquam ardentioribus animis, vehementioribúſq; viribus certatum ſit. Plures haſtarum impetu deturbati, aut ſuffoſſis equis deſtituti in pedes, tanta pertinacia decertarunt, vt quum ſex horis continuè depugnaſſent, omnes ferè cùm ſuo, tum alieno cruore fœdari, nec fatigati quidem ſub tanto armorum pondere, in occaſum Solis certamen extraxerint, certa iam ad Hiſpanos vergente … oria. niſi eam quatuor Galli memorabili caſu pen… …ent. Septi enim equorum cadaueribus, mira con… …, … icique virtute, tanquam ex caſtrenſi munitione repu… … fruſtra H…pani equos adigere conantibus, q… … equi, aſpectu olfactuque ſtratorum equorum abſt… …eſt…tes ipſos in diuerſum à limine victoriæ tranſpo… …. Spectatores, & iudices ex tribunali incertam vi… … m… …aſſe pronunciarunt ea quidem teſtificatione, vt apud Hiſpan… expedi… roboris nomen, apud Gallos autem … … atæ conſtantiæ laus mantiſſe conſeretur. *Idem.* E

Interiarum cauſa.

Thraces in optimatum ſepulturis monomachias inſtituere ſolent. *Herod. 5.*

PVGNANTES IN ACIE, BELLO.

… Titulo … iarum hæc pleraque, quatenus fortiter agendo … tores euadunt. Item Tit. Fortes milites ducer.

In genere, Erga Hoſtes.

Cum Galli cæſo Ptolemæo Macedoniam ſubieciſſent, cæteris deſperantibus, vnus Soſthenes repertus eſt, qui non lacrymis & precibus agendum ratus, contracta iuuentute, Gallos victoria exultantes non ſolùm ſuſtinuit, ſed Macedoniæ F etiam finibus expulit. Quæ res effecit, vt quum multi Ptolemæo ſublato regnum ambirent, cæteris poſthabitis, magno totius exercitus conſenſu, rex fit Soſthenes appellatus: *Sabellicus lib. 8. Ennead. 4.*

Datis Perſarum ſatrapa, cum tricenis millibus militum in campum terræ Atticæ Marathonem irrumpens, caſtris ibi locatis bellum incolis indixit. Horum barbarorum Athenienſes tanta colluuie contempta, nouem millia miſere: quibus duces præfecerunt Cynegirum, Polyzelum, Callimachum, Miltiadem. Signis collatis Polyzelus, cum ſpeciem humana auguſtiorem conſpexiſſet, viſum amiſit, factuſque eſt cæcus Callimachus multis traiectus iaculis, etiam cum expiraſſet, conſtitit. Cynegiro recipientem ſe & nauem Perſicam detinenti, detruncatæ manus fuerunt. Eos Iſocrates, tanquam ſub alienis animabus prædicat dimicaſſe, audaciámque eorum & vitæ contemptum miris laudibus commendauit. *Plutarch. de gloria Athenienſium, & in Parallelis.*

Herodotus in enarrando conflictu ad Thermopyla, ſummum ipſius Leonidæ & Spartanorum CCC. factum obſcurauit, qui omnes narrauit in faucibus circa iugum montis Colonon cecidiſſe, cùm res aliter ſint geſtæ. Poſtquam acceperunt nocte hoſtium circuitum, exſurgentes contenderunt ad G caſtra, ac propè ad tentoriũ vſq; regis, eo animo, vt eum trucidarent, & circa eum vitam deponerent. Igitur ad tentorium vſq; occidendo obuium quemque, & alios profligando, progreſſi ſunt. Sed cùm non inueniretur Xerxes, dum quærunt eum in magnis & vaſtis caſtris, vagantúrque, ægrè à barbaris vndique circumfuſis conciſi fuerunt. *Plut. de Herodoti malig.*

In prælio Leuctrico Cleonymus Sphodriæ, formoſus adoleſcens, cùm ter ante regis Cleombroti pedes concidiſſet, totiéſque erexiſſet ſe, cum Thebanis pugnans occubuit. *Plutarchus in Ageſilao.*

Laconico bello cùm primùm Charillus Lacedæmoniorum rex cum exercitu in Arcadum fines inuaſiſſet, Feminæ Tegeatarum arreptis armis ſub collem ſubſederunt, quem poſtea Phylactridem, q. Præſidiarium vocarunt. Congreſſis verò ad pugnam exercitibus, feminæ poſtremò ſubita eruptione ex inſidiis facta, in fugam Lacedæmonios verterunt. Virtute autem feminas anteiſſe cæteras prædicant Marpeſſam, H cui Viduæ cognomen fuit. *Pauſanias in Arcadicis.*

In pugna à Græcis contra Gallos Delphis commiſſa, conciderunt è Phocenſibus & alij complures, & Aleximachus, qui in ea pugna, cum animi egregiam quandam alacritatem ad florentis ætatis vigorem, & corporis robur adiunxiſſet, magnas ediderat hoſtium ſtrages. Eius effigiem Phocenſes ad viuentis imaginem expreſſam, Delphos ad Appollinem miſère. *Pauſanias in Phocicis.*

C. Ivl. Cæsar in Africam contra Scipionem profectus, tempeſtate parum proſpera vſus, quum alij aliò applicuiſſent, ipſe ad Adrumetum cum tribus millibus peditum & ala vna equitum conſedit, locique præſidio fruſtrà tentato, quia tanta militum paucitate tutò ibi eſſe non poterat, ſuos ad naues cœperat reuocare, quum ex oppido eruptio facta eſt; Conſertâ pugnâ res mira accidiſſe dicitur, vt 30. Galli equites, qui cum Cæſare erant, duo millia Maurorum quisum ſuo impetu auerterint. *Sab. lib. 7. Ennead. 6.*

In

A In acie Pharſalica primus ex Cæſaris acie pr[illegible]urrens C. Craſtinus, qui centrum viginti militum ma[illegible]ipulum ducebat, pollicitus eſt Cæſari magnificè. Nam vt primùm progrediens Cæſar caſtris aſpexit, appellánſque [illegible]rauit. Quid ſpei de pugna haberet? Ille porrecta dex[illegible] [illegible]xclama[illegible] Præclaram victoriam Cæſar reportabis. M[illegible] [illegible]tem [illegible]te aut viuum aut mortuum laudabis. Horum [illegible]ctor [illegible] in hoſtes [illegible]pit, multiſque eum ſequentibus in me[illegible] [illegible] incurrit hoſtes. Statim gladiis res geri cœpta. [illegible] ſtantem & per anteſignanos perrumpe[illegible] quidam, gladio per os traiecit, [illegible] mucr[illegible] [illegible] emine[illegible] ſub occipite. *Plut. in Pompeio.*

Achillævs, miles Bel[illegible]arij, R[illegible]m[illegible] ad portam Pinc[illegible] ſolus impetum Gothorum repreſſi[illegible]. *Proc[illegible]*

Vrbem Aruernorum Ecdi[illegible]s Comes, Au[illegible] quondam I[illegible]peratoris filius, contra Euricum Got[illegible] defendebat. Quodam die cum duodeuigin[illegible] [illegible]tibu[illegible] meridie egreſſus, tota ex mœnibus ſemirupt[illegible] aſpe[illegible]ante ciuitate, medio campo aliquot Gothorum millia, præteruec[illegible]s hoſtes ſui numeri incertos, atque ad ſui conſpectum, nominiſque rumorem perterritos, noctu in proximum collem ſe

B ſubducere compulit, ac nouiſſimi agminis aliquot occiſis, incolumis cum omnibus ſuis in vrbem reuertit, læto plauſu totius ciuitatis exceptus. Priuatis item opibus publici ſpeciem contraxit exercitus, ac liberos hoſtium diſcurſus populationibus caſtigaris coercuit: inde aliquot ſuperuenientibus turmales cuneos ſtrauit, vix binis terniſve ex numero ſuorum deſideratis. Ad extremum Ecdicius, vrbe hoſtium multitudine circumfuſa, ac magna ex parte mœnibus nudata, cùm tuendæ facultatem non haberet, vltrò tradidit, atque ad loca tutiora ſe contulit. Quod audiens Nepos Auguſtus, ipſum ad ſe vocauit, ac Patricium deſignauit. *Sig. lib. 14. Imp. occid.*

In pugna ad Characem commiſſa inter Romanos & Turcos Characenos, Perſicus quidam ſagittarius arduo loco occupato, multos prætereuntium Romanorum ſagittis interemit. Hunc multi adorti, & telis eminus & haſtis cominus irati feriebant. Verùm ille agilitate corporis & tela in ſe ex-

C cuſſa euitabat, & ſubitis conuerſionibus inſtantes trucidabat: donec Xerus Manuel equo deſiliit, obiectóque ſcuto telis exceptis, ſtricto enſe, iterato ictu caput ei diſſecuit. *Nicetas lib. 6. ſub Manuele Comneno.*

Lvdovicvs Lodronivs, peditatui Ferdinandi regis in Hungaria præfectus, vbi ad Exechium circumuenti à Turcis Chriſtiani à Ioan. Cazzianere polemarcho deſerti ſunt, militum conſenſu dux declaratus, ad honeſtam mortem ſubeundam milites hortabatur. Tum ferunt Germanici nominis veteranum militem comiter, nec inſulsè dixiſſe: Neque verò, Lodroni, vſque adeò turpis fuga apud te videri poteſt, quum eam nobili equo euectus circumſpectare exiſtimari poſſis. Intellexit Lodronius veterani militis argutiam, ingentíque animo deſcendens in pedes, ſtricto gladio equi ſuffragines detruncauit, præclarè exclamans: Hodie commilitones, me ducẽ pariter & militem pedibus pari ſorte vobiſcum pugnantem habebitis. Vos date operam, ne opinionem meam feſelliſſe videamini, vt victores euadatis, aut non inulti decoro mecũ vitæ exitu militiam finiatis. Reliquos porrò equos peculiares ſuos pari humanitate noti ſibi militibus, qui languerent

D ex vulneribus aut morbis, dono dedit. Prælio commiſſo, cùm fruſtra diu acerrimè pugnaſſent, ipſe equitum incurſu atque impetu raptus, in paluſtrem locum adactus eſt. Ibi quum grauiter ſaucius, & lubrico præpeditus cœno, ſupremæ virtutis conatus ediditſet, adhortantibus eum Barbaris, vt ſe dedere quàm interfici mallet, cum tribus cohortibus, quæ ei ſuperfuerant, ita in deditionem eſt receptus. At quum graui ex vulnere iactationem non ferre, nec viuus cum reliquis captiuis Byzantium perduci poſſe videretur à cuſtodibus eſt interfectus, capútque eius poſtea tranſmiſſum. *Ionius lib. 36.*

Fridericus Tocenburgij comitis teſtamento fraudulẽter inter ſe commiſſi erant Tigurini & Suitenſes, cùm vtriſq; feciſſet poteſtatem ſuæ ditioni ſubiectos in ciuitatẽ recipiendi, at quia Tigurinis pleriq; addictiores erãt, res ea Suitenſes malè habuit. Ergo fœdere cum reliquis Heluetiis contra Tigurinos inito, Tigurini viciſſim Auſtriacorum auxilia implorant & obtinent. Tigurũ ſæpe obſeſſum, Fridericus III. Imp. & Albertus Auſtriacus cùm propria nõ poſſent, aliena auxilia pro Tigurinis emendicãt. Mittitur Burcardus Monachus ad Carolum VII. Gallorũ regem. Is Ludouicum F. Delphinum cum [illegible] in [illegible]

[illegible] B[illegible]

uetij [illegible]

ſp[illegible]

Bern[illegible]

[illegible] q[illegible]

[illegible] phi[illegible]

[illegible] inſi, no modo non [illegible] & ta-

b[illegible] vrgen[illegible], & [illegible]

[illegible] M[illegible] delecto Baſilæam prop[illegible]

b[illegible] Et [illegible] Delphinu ſuorũ non exiguam

[illegible] le[illegible] pagum Bratelã adorti, magna ſtrage

[illegible] pugnando per medi[illegible] h[illegible] vi

[illegible] domum D. Iacobo [illegible]ratam,

[illegible] Bat[illegible] en[illegible] bu[illegible] ne B[illegible] an[illegible]uem,

[illegible] qu[illegible] D[illegible] entu[illegible] tranſir[illegible], ſed eo mu-

[illegible] in [illegible] ab [illegible]eluetia fortitudine

[illegible] quid[illegible] ob[illegible] ſſum non licebat, per

medi[illegible] [illegible] tentibus in vlteriorẽ ripã

eua[illegible] [illegible] inſtru[illegible]cta acie [illegible]s fit Delphinus. Baſilienſes Heluetiis opem laturi egrediebantur: ſed animaduerſis in-

F ſidiis hoſtiũ, qui deſertam vrbem à tergo inuaſuri erant, multis vix tandẽ monitis Io. Roti conſulis, ab incepto deſtitêre. Heluetij interea ſtrenue hoſtem inuadunt: ſed integris ſubindè turmis infeſtati, generose mortem oppetunt. Sexcenti in cœmiterium leproſorum euaſerant, eius ſeſe muro defenſuri. Delphinus admotis tormẽtis oppugnat, & vix tandẽ ſex millibus ſuorũ amiſſis expugnat, ingenuè præfatus, Hactenus ſe cum viris, nunc demùm cũ heroibus pugnaſſe. An. D. 144.26. Aug. cæſi omnes, ſexdecim fuga elapſi, domũ reuerſi vix amicorum precibus eripi potuêre, quo minùs tanquam deſertores punirentur. Qui Farenſpurgũ obſidebant, audita ſuorum clade, re infecta diſceſſerant. *Stumpf. l. 15. c. 14. Heluetia.* De iis ſic ſcribit *Æn. Syluius l. 1. epiſt.* 88. qui tunc Baſilieſi Cõcilio intererat. Euellebãt ſanguinolẽtas ex corporib. ſuis ſagittas Suitenſes, ac trũcatis manibus in hoſtes irruebant, nec priùs animam exhalabant, quàm occiſorem ipſi occidiſſent. Quidam

G haſtis confoſſi & onuſti telis, necem ſuam vindicabant. Quatuor Armeniaci (ſic Gallos vocabant) Suitenſem vnum telis confoſſum ſtrauerant, & ſupra corpus graſſabantur. Tum eius comes arrepta bipẽni in quatuor illos fertur: ex quibus duos obtruncauit, alios verò in fugam dedit, ac deinde ſemianime corpus ſuper humeros recepit, & inuitis hoſtibus portauit ad ſuos. Erat à tergo Suitenſium, murus quidam horti S. Iacobi (quod leproſorum noſocomium eſt) quo illi ſe tutos ab vna parte tebantur, ſolúmque in fronte pugnabant. Sed Teutones qui cum Armeniacis erant, intrantes hortum, murum perfodiunt. Suitenſéſque à tergo cædunt. Suitenſes quaſi leones per omnem exercitũ in victores vagantur, cædunt, ſternuntque omnia, vt qui iam non in ſpem victoriæ, ſed in mortis vltionem ſe pugnare ſcirent. Prælium à principio diei vſque in finem tractum eſt. Ad extremum non victi Suitenſes, ſed vincendo fatigati, inter ingentes hoſtium cateruas ceciderunt. Victoria lugubris atque cruentiſſima Armeniacorum fuit, campúſque liber eis manſit, non virtute, ſed multitudine ſuperantibus. Ex Suitenſibus qui plures occidiſſe iurant, quatuor millia: qui minùs, mille & quingentos cecidiſſe

H aiunt. Ex Armeniacis longè plures deſiderati: magna cædes equorum fuit. Suitenſes nulla res magis extinxit, quàm magnanimitas, ſiue illa temeritas fuit. Nam dum hoſtes paruipendunt, eò deducti ſunt, vnde exire non potuêre. *Hac ille.*

Anno 1513. Genua ſub imperiũ regis Galliæ Ludouici XII. redacta, ferè omnia quæ ſuperiore anno rex amiſerat, recuperauit, præter Nouariam & Comum: quæ duæ vrbes ſolæ in vniuerſo Mediolanenſi imperio, Maximiliani Sforciæ Ludouici F. nomen tuebantur, Heluetiorum auxiliis fretæ: contra quos Gallicus exercitus, duce Tramollia & Ioanne Iacobo Triuultio, Nouariam ingenti animo, ſed irrito conatu contẽdit, Heluetiis adeò illos contemnentibus, vt vrbis portam caſtris aduerſam, nunquam claudi ſint paſſi. Itaque ſatis magno mœnium ſpacio diruto, Galli valde ferociter impreſſionem fecerunt. Quam ſumma virtute qui intus erant, propulſarunt: quinetiam proſtrato adapertóque muro, ita vim tanti inſtructi exercitus, & Gallorũ minas deſpiciebant, vt nullum introrſos aggerem more militiæ, nulláque prorſus ad ſuſtinendum inuadentis hoſtis impetum munimenta ſe erecturos profiterentur, fruſtra obſecrante Syluio Sabello, vt

tranſuerſum

transfuerſam ſaltem foſſam, Italorum militum ciuiúmq; labo-
A re iuxta ruinas ſinerẽt perduc. Emiſerúntque ſubinde tubici-
nem pacati oratoris tuta inſignia præferentem, ad hoſtium
duces, qui mandata ferrent, per iocum, vt iam tandem Galli
liberatores ab emittẽdis tormentis temperarent, vt tantis ſul-
phurei pulueris pilarúmque vanis ſumptibus parcerent, poſt-
quam non vno in loco aditum irrupturis præberent, nec vllæ
intus munitiones, quæ vel quadratis ordinibus intrãtes mo-
rarentur, inſtitutæ parata que eſſent. Si Galli Germaniq; viri
eſſent, arma atq; animos expedirent, vt æquiſſima conditione
cum paucis cohortibus congrederentur, antequam maiora
ſuæ gentis auxilia, quæ iam non procul abeſſent, importuno
ipſis tempore ſuperuenirent. Galli nouos Helueticos eodem
die Nouariam ingreſſos, atque Georgium Altoſaxum ducem
cùm lõgè maioribus copiis expectari certiores facti, eius ex-
pugnandæ ſpe deiecti, ſequenti die ad alterum ab Nouaria
lapidem receſſerunt. Interea Mottinus vnus ex Heluetiorum
ducibus, multitudine militum in Nouariæ forum conuocata,
vt Altoſaxi, qui proximo die venturus erat, ope minimè expe-
ctata, hoſtes in caſtris ſuis adorirentur, & victoriam ſoli præ-
cerperent, ſuos eſt hortatus. Nunquã neq; ſuperbius, neq; fe-
rocius gens Heluetiorum conſilium cepit: pauci contra mul-
tos, abſq; equitum, abſq; tormentis aduerſus exercitũ his re-
B bus inſtructiſſimum, nulla neceſſitate impulſi (Nouaria enim
periculo erat liberata, & in diem ſequentem non paruam mi-
litum acceſſionẽ expectabant) ſponte eam rationem potiùs, in
qua eſſet ſecuritas minor, ſed gloriæ ſpes maior, quàm eam in
qua maiorẽ ſecuritatem minor gloria ſequeretur, experiri ſta-
tuerunt. Maximo igitur impetu, poſt mediã noctem ſexta Iu-
nij die, Nouaria numero circiter decẽ millia hominum eru-
perunt, hoc ordine diſtributi, vt ſeptem millia ad tormenta,
circa quæ erant Germani pedites, inuadenda procederent: re-
liqui vt haſtis erectis aduerſus equitatum conſiſterent. Gallo-
rum caſtra tum ob temporis exiguitatem, tum quia non tam
citò tantus motus expectabatur, communita non fuerant: &
primo tumultu quom à vigilibus hoſtẽ adeſſe indicatum fuit,
res improuiſa, & noctis tenebræ, confuſionẽ terrorémq; auge-
bant. Germanos primùm non ſine clade à tormentis accepta
adorti conciderunt. Peditum fugæ equitũ coniuncta fuit. Pu-
gnatum eſt circiter duas horas maxima cum vtriuſque partis
clade. Ex Heluetiis circiter mille quingenti ceciderunt, inter
quos Mottinus, tam præclari conſilij auctor, haſta, dum fero-
citer pugnat, in guttur accepta occubuit: ex hoſtibus longè
C plures (ſunt qui affirment decem millia) deſiderari. Victores
tanquam triumphum ducentes eodem die, Nouariam redie-
runt. Quo facto, tantum ſibi apud cunctos mortales nomen
conciliarunt, vt multi conſilij magnitudine, mortis euidentiſ-
ſima contẽptione in pugnãdo virtute, & exitus felicitate ex-
pcoſis, hoc facinus omnibus ferè præclaris Græcorũ & Ro-
manorũ quæ leguntur rebus geſtis, anteferre auderent. Hac
victoria parta, Mediolanũ & reliqua oppida, quæ Gallis adhæ-
ſerant legatos ad veniam petendam miſerunt: quæ illis ea le-
ge conceſſa fuit, vt magnam pecuniæ vim numerarent: quæ
Heluetiis vniuerſa fuit attributa: quibus victoriæ ipſorũ vir-
tute & ſanguine partæ merito non minus vtilitas quàm glo-
ria omnis debebatur. *Guicc. lib. 13. & Iouius in Leone X. lib. 3.*

Heluetij, Maximiliani Sforciæ patrocinio, contra Galliæ
regem Franciſcum, Mediolanenſe imperiũ anno 1515. ſubige-
re cupientem, ſuſcepto, Matthæi Sedunenſis Cardinalis con-
cionibus incitati, ad tuẽdam publicæ dignitatis exiſtimatio-
D nẽ prælio decertare ſtatuerunt. Inclinante ſole Romana por-
ta Mediolano erumpunt, prima Gallorum agmina profligãt:
non foſſa, non munitione, non denique tormẽ[illegible], quæ in
frontẽ directa erant, periculo deterrentur, quin in caſtra per-
rumpant. Dimicatum eſt in multã noctem nullo ordine, quũ
inopinati hoſtes, & nox ipſa conturbatis caſtris omnem cõ-
ſilij & diſciplinæ rationem penitùs eriperent: adeò vt Hel-
uetij felici audacia progreſſi, ſtrato equitatu, nobiliſſimiſq;
ducibus aliquot interfectis, ipſóq; etiam Franciſco rege, qui
impigrè perturbatam ſuorum aciem reparare contenderat,
multis haſtarum ictibus penè oppreſſo, intra caſtra hoſtium
conſiſtere quieſcereq; minimè dubitarint. Itaq; veluti impe-
tratis vtrinq; induciis (quas laſſitudo Vulneráque, & ab den-
ſo puluere enata ſitis attulerant) ab armis temperarunt, donec
oriens Luna, certis ictibus lucem adferret. Eo ſpacio Roſtius
Heluetiorum dux [illegible]mus, quòd is, Tigurini pagi erat magi-
ſter, & Sedunẽſis cohortator egregius, aduecto ad vrbẽ com-
meatu, largiſſimè ſuos recrearunt terribilique buccinæ ſigno
ſilentibus tympanis renouandi prælij ſignum dederunt. Rex E
abolẽdæ ignominiæ auidus, per idoneos duces circumductis
coaptatiſq; tormentis, ordinibuſque Germanorum & Vaſco-
num intra foſſas cõſtitutis, ac expanſo in recuruas alas equi-
tatu ita irruentes hoſtes eſt complexus, vt illi temerè atque
inſolenter congreſſi, partim cõfixi Vaſconum ſagittis, partim
tormentorum pilis diſcerpti, inuadente etiam confertiſſimo
equitatu à fronte & a lateribus ſternerentur. Peropportunè
etiam eorum terga cæcidit Barth. Liuinianus, qui cum expe-
dita parte Veneti exercitus accurrerat, compulſíſque in vil-
lam cohortes duas, coniectiſque in eam facibus ferè integras
concremarat. Tum Roſtius, aperiente ſuorum cladem nõ du-
bia luce, quàm Sol occidente Luna ſtatim intexerat, receptui
canere cœpit, ne vniuerſus exercitus abſque vlla ſpe victo-
riæ deleretur: tantáq; conſtantia conglobari ordines, & verti
ſigna iuſſit, vt ſaucij & continenti quindecim horarum labo-
re fatigati, tormenta, quæ ipſi Mediolano adduxerant, ne
inſolitum dedecus admitteretur, humeris reportarent: nec
quiſquam hoſtium pedites ſub ſignis abeuntes eſt perſecu-
tus: admirabili etenim fortitudine & patientia per æqua pa-
riter ac iniquos depugnarant, vt nequaquam laceſſendi vide-
rentur, temeritatem enim virtus æquauit, quando (vti præcla-
rè ſpectatum eſt) nemo ferociam animi vel inclinata prælij F
fortuna prorſus amiſerit. Cæcidêre ſupra ſeptem millia Hel-
uetiorum, & ex his centurionum ſigniferorúmque promptiſ-
ſimi. Nec multa Gallis victoria ceſſit. *Iouius in Leone X. lib. 3.*

Franciscvs Pereira Pestana, vir nobilis & acer, à Ioan-
ne Meneſio, qui vrbi Mauritanorum Arzilæ ab Emmanuele
Luſitanorum rege præfectus erat, equites ſeptuaginta obti-
nuit, quibus ſtipatus, pagum in mõte præcelſo & edito ſitum
ſpoliaret. Nocte egreſſus, inſidias non longè à pago poſuit.
Vbi diluxit, montani, qui pagum incolebant, greges pecudum
& armenta paſtum egére. Peſtana illos inopinantes aggreſ-
ſus, greges abegit, & cum ea præda domum redire inſtituit.
At Mauri ſigno dato, vicinos excitârunt. Peſtana ſenſim ſe
Arzilam recipiebat: & interdum in hoſtes imperium dabat.
Cum verò iam octo millia paſſuum progreſſus fuit, & Arzilã
quatuor adhuc millibus abeſſet, ſuos in collem editum ſub-
duxit. Hoſtes cùm ſuſpicarentur inſidias poſt collem latere,
ſubſliterunt. Reliquum igitur iter expeditum Luſitanis eſſe
videbatur, vt tutò ſe reciperent: Sed Iacobus Viegas eques,
magnis vocibus omnes, vt in Mauros incurrerent, incitare
cœpit. Peſtana hominem aſperis verbis accepit, & inter alia G
probra, illi cãnabeam veſtem, qua tunc erat indutus, obiecit:
Et tamen tam demens eris, inquit, vt tale conſilium homini
bellandi perito dare audeas? Hic Viegas ridens, inquit: Hæc
cannabea veſtis, chalybea tibi confeſtim apparebit. Tum Pe-
ſtana: Si adeò fortis es (ait) id videre ſtatim cupio. Eóq; dicto
omnes in hoſtes impetum faciunt, octoginta interficiunt, tri-
ginta viuos capiunt. Interim verò dum prælium cõmittitur,
Peſtena in Viegam oculos coniicit. Ille autem tanta virtute
dimicabat, vt ipſi Peſtanæ ingentem admirationem commo-
ueret. Itaque prælio confecto, Peſtana ad illum ſupplex adiit,
dixitque: Vir fortiſſime, da veniam temeritati, aut, ſi lubet,
me fuſte contunde. Si tales ſex equites ſub ſignis haberem,
minimè dubitarim Conſtantinopolim ingredi, & Turcarum
Imperatori catenas iniicere. *Oſorius lib. 4. rerum Emm.*

In ſpecie. Pota Fortitudo.

Ducis erga Ducem hoſtium.

☞ *Exempla hic congreſſus extra prouocationem conſideramus,* H
paulò antè de monomachia egimus.

In pugna ad Granicum Alexander Magnus Rœſace, &
Spitbridate (*Diodorus lib. 17.* Spithrobatem vocat) ducibus
Darij regis ſimul in ipſum inuehentibus, hunc declinauit,
Rœſaci præuenit lanceã loricato infligere. Ea præfecta gla-
dium ſtringit. His commiſſis adigit Spithridiates ex latere
equum, atque Alexandrum acriter adortus, copide barbarica
ferit, criſtamque cum altera auellit pinna. Galea probe qui-
dem, ſed ægrè tamen reſtitit ictui, ac mucro copidis ſupre-
mos capillos eius perſtrinxit. Alterum ictum librantem oc-
cupauit Clitus Magnus haſtæ medium transfigere. Simul
Rœſaces enſem ab Alexandro ictus concidit. *Plut. in Alex.*

Poſt Alexandri mortẽ, cùm duces inter ſe de imperio cer-
tarent: Craterus cum Neoptolemo contra Eumenem in Cap-
padociã mouit. Prælio commiſſo, Eumenes & Neoptolemus
pro inueterato odio vbi inter ſe cognouerũt, pro[illegible] ſtrictis
gladiis

gladiis cum clamore admiſerunt equos. V[illegible] infeſti eq[illegible]i trire-
A mium modo actiter concurrerunt: remiſſis habenis iniiciunt ſibi mutuò manus, detrahunt caſſides, & diuellunt ex h[illegible]meri[illegible] loricas. Dum ita ſe inuicem lacerant, equis [illegible]mul [illegible]bter-fugientibus in terram delapſi & connexi prehendu[illegible] [illegible]er alterum, colluctantúrque. Inde Eumene pr[illegible] [illegible]rgenti Neoptolemò poplitem ſuccidit, maturau[illegible]que attol[illegible] [illegible]e in pedes. Neoptolemus altero inni[illegible]us genu, al[illegible]o aſſl[illegible] ſtrenuè ex inferiore loco dimicabat [illegible] [illegible]ul[illegible]era non [illegible]fe-rebat lethalia. Percuſſus autem ſ[illegible]undùm [illegible] [illegible]oncidit elanguitque. *Plutarchus in Eumene.*

Ala[illegible]norvm regis frater Coſi nomine, ſi[illegible]s coll[illegible] [illegible] ipſum inuectus Cn. Pompeium p[illegible] [illegible] lori[illegible]æ [illegible] commiſſuram. Pompeius illum haſta [illegible] [illegible] & o[illegible] [illegible]. *Plutarchus in Pompeio.*

Clodovevs Gallorum rex, in Pictonibus Viſigoth[illegible] à Vaſconum vrbibus, quas incolebant, profectos, præ[illegible]o in-genti fudit: & regem eorum Alaricum inte[illegible] primos dimi-cans, manu ſua occidit. *Fulg. lib. 3. cap. 2.*

Clotharivs ſecundus Gallorum rex, cùm iam ſenior in
B Auſtraſiam ſe contuliſſet, Dagoberto filio aduerſus Saxones Germanicam gentem, opem laturus: Saxonum ducem Bartholdum caſtris ſuis explorandi cauſa appropinquare intuitus, ſolus eum inſecurus, manu ſua interemit. *Fulg. lib. 3. c. 1.*

Andronicvs Comnenvs, Toruſe Armenio profligatus, vlciſcendi hoſtes cupidus, Toruſem cum ſatellitibus equo inſidentem, & militum ex hoſtium perſequutione reditum expectantem conſpiciens equo deiecit: & per omnem eius comitatum inſtar volucris aut lubricæ anguillæ, elapſus eſt. Neque tamen Toruſi, oblongo ſcuto & ferreo thorace munito, quicquam nocuit. *Nicetas lib. 5.*

Ferdinandvs Consalvvs, Caſtulonis Comes, cùm aduerſus Celtiberos, quos Nauarrenſes hodie appellant, in prima acie pugnaret: infeſta haſta Sanctium Nauarrenſem regem proſtrauit, vnóque ictu, atque vnius morte bellum confecit. *Fulgoſus lib. 3. cap. 2.*

Ducum erga Milites hoſtium.

Ex Titulo, hoſtium vita fortiter inſidiari, huc
C *exempla Regum & Ducum.*

Callimachvs, Athenienſium dux, cùm aduerſus Datem Perſarum præfectum, qui cum tricies centenis millibus militum Marathonem, qui in Attica campus eſt, irruperat, pugnaſſet: complurimis transfixus haſtilibus, quamquam vitam efflaſſet, ſtetit. *Plut. cap. 1. Parall.*

Ostrogothorvm rex Teias, cùm apud Nuceriam aduerſus Narſetem eunuchum ducem Iuſtiniani Imp. pugnaret, perfoſſo ſagittis clypeo, ita vt eo commodè amplius vti non poſſet, atque eo in pugna impediretur: non modò ob id locum in acie non deſeruit, ſed ne retrò quidem aſpexit. Clara tantùm voce, miniſtrorum vnum iuſſit integrum clypeum ad ſe perferre. Itaque dum clypeum mutat, lethali accepto vulnere, in veſtigio vbi erat immobilis manens, in hoſtem, pectore, vt erat, verſo, mortuus corruit. *Sab. lib. 4. cap. 6.*

Galeacivs Vicecomes, Matthæi Magni F. eo bello quo Pelagura Cardinalis oppugnata Ferraria Ateſtini Actij opes contuderat, multis inuſitatæ virtutis operibus editis vehe-
D menter inclaruit. Conſtat enim vno prælio per multas horas creſcentibus vtrinque ſubſidiis inſtaurato, tres equos acerrimè depugnanti fuiſſe ſuffoſſos: eúmque poſtremo, cùm vexilliferum adacto per inguen mucrone ab ephippio deturbaſſet, inſiluiſſe in equum ſeſſore vacuum, atque ita impetu facto, perruptáque aduerſa acie ad ſuos cùm ſuo, tum alieno cruore oblitum, rediiſſe. *Iouius in eius vita.*

Militum erga Duces hoſtium.

Cùm Vladiſlaus Lucenſis princeps Neclam Bohemiæ ducatu, licèt patruelem ſuum, exuere cogitaret: Neclam Syderium à Chaynouo equitem, facie ſibi ſimillimum, equo & armis ſuis inſtruit. Prælium in campo Turſchu commiſſum fuit. Mirabatur ſimul & indignabatur Vladiſlaus, vbi vidit Neclan perſonatum, quovis aliàs lepore pauidiorem, tunc in prima acie velut leonem verſari. Ipſum itaque infeſtus haſta petit. Eidem occurrit Syderius, Vladiſlaumque cuſpide transfixum equo moribundum deturbauit. Strages inſignis Lucenſium edita. Ipſe quinetiam Syderius perfidia procerum, tantæ virtuti inuidentium, cecidit. *Dubrauius lib. 3.*

In clade Varnenſi quidam Gallus, prævalido corpore, animóque inuicto, mediis Turcorum agminibus cuneo reſciſſis, ad A[illegible]athem [illegible]ue Turcorum I[illegible] [illegible] conto [illegible] [illegible]o percuſſi[illegible] [illegible] a [illegible] ul[illegible], poſt m[illegible]ta [illegible]æ [illegible] ag[illegible] [illegible]

OBSIDENTES [illegible]

C[illegible] [illegible]atum locum, V[illegible] [illegible]

[illegible] d[illegible]

[illegible] regno exu-tu[illegible]it. *Bo[illegible] De[illegible]*

ERGA HOSTI[illegible] A FORTITVDO.

[illegible]

AGGREDI[illegible]NDO IN[illegible]IATORES FORTES. F

Conſule Tit. Vita aliorum prudenter inſidiari, item, In inſidias præcipitare hoſtem, item religionis hoſtes per inſidias tollere.

Cùm Darius rex Orœtem præfectum Sardium, ob tyrannicam crudelitatem clam interficiendum curare vellet: triginta Perſæ ſeſe obtulerunt, ſinguli promittentes vel viuum vel mortuum Orœtem ſeſe adducturos. Sors tamen Bagæ Artontis F. obtigit, qui Sardis profectus, curauit à ſatellitibus Orœtem necandum. *Herod. lib. 3.*

Xerxes cum militibus quingentis millibus, poſtquã decurriſ ad Artemiſium, cultoribus indixit bellum. Athenienſes perculſi ſpeculatorem miſerunt Themiſtoclis fratrem Ageſilaum, quamvis genitor eius in ſomniis amiſiſſe eum ambas manus vidiſſet. Ingreſſus barbarorum caſtra, habitu Perſico, Mardoniũ vnum ex regis ſtipatoribus, Xerxem eſſe ratus, interemit. Prehenſus à corona in vinculis ad regem eſt raptus. Quo immolaturo in Solis ara, igni dextrã iniecit, nulloq; edito ſuſpirio cùm pertuliſſet tormẽti vim, vinculis ſolutus eſt. Tũ fatur, Omnes tales ſunt Athenienſes, ſi mihi fidẽ non ha- G bes, immittam læuam quoque. Qua re Xerxes perculſus, præcepit, vt in cuſtodia haberetur: ſicut tradit *libro ſecundo rerum Perſicarum Agatharchides. Plut. de Græcorũ & Rom. comparatione.*

Porsena rege Hetruſcorum Romam obſidente, C. Mutius Scæuola, cùm conſtituiſſet regem opprimere incautum, veſte indutus Hetruſca, & aſſimili lingua vtẽs in caſtra penetrauit. Cùm ambiſſet tribunal, vbi rex conſidebat: ignoraret autem regem, & timeret ſciſcitari quis eſſet: quem maximè ex conſenſu arbitratus eſt regem eſſe, eum ſtricto gladio obtruncauit. Ob id factum comprehenſus eſt, & quæſtionem de eo habuerunt. Erat ibi accenſus ad ſacrificium Porſenæ foculus ei dextram iniicit. Dum torretur caro, intuitus Porſenam eſt truci & imperterrito vultu, donec attonitus miraculo eum dimiſit, gladiúmque quem porrexit ei ex tribunali, reddidit: ille eum protenſa læua accepit. Hinc fama eſt eum Scæuolæ nomen, quod eſt læuum, inueniſſe. Ibi viciſſe ait Porſenæ ſe terrorem, victum eſſe ab eius virtute: atq; indicaturum ei gratis, quod minis non detexiſſet Trecenti Romani, inquit, con- H iurauerunt, & in caſtris tuis errant captantes opportunitatẽ. Ego, cuius prima ſors fuit, non ſuccẽſeo fortunæ, quod à bono aberrauerim viro eóq; quem amicum potiùs quàm hoſtẽ eſſe populi Romani deceat. His dictis adiunxit Porſena fidem propenſiorque fuit ad pacificandum: non ita meo quidẽ iudicio, illorum formidine trecentorum, vt commendatione & admiratione ſpirituum ac virtutis Romanæ. Hunc virum etſi pleríque omnes & Mutium & Scæuolam nominant, *Athenaur* Sandon tamen in libro, quem ad Octauiã ſcripſit Cæſaris ſororẽ, fuiſſe etiam dicit Poſthumium vocatum. *Plut. in Poplicola.* At *in Parallelis ex Ariſtidis Mileſij lib. 3. Hiſtoriarum,* Mutium quadringentos ſecum ſumpſiſſe, & amnem traieciſſe ſcribit.

Mercvrivs Chriſtianus miles, ſub Iuliano apoſtata merens, in conflictu cum Perſis Iulianum in femore lancea ſauciauit, hácque ratione Eccleſiam Chriſti à perniciosiſſimo hoſte liberauit. Quamvis alij diuinitùs percuſſum, alij à Perſa quodam, alij à Saraceno ſauciatum aſſerant. Ipſe tamen Libanius Sophiſta, qui funebrem orationem conſcripſit, non ab hoſtibus, ſed à Chriſtiano aliquo milite vulneratum inuidioſè ſcribit. *Nicephorus lib. 10. cap. 34.*

PEPEL

A REPELLENDIS INSIDIIS. INSIDIATORVM
oppreſſ... fort...

☞ Conſule locum Stratagematum ... per dolum inſidias ducere, Item, Vita ſua prudenter conſulere, quatenus inſidiis appetuntur.

Cum Diomedes & Vlyſſes communi opera ſublato Palladio redirent noctu: Vlyſſes, quo facti gloriam in ſe vnum transferret, deſtinabat occidere Diomedem præcedentem, ac Palladium ſecum portantem. Itaque cum enſem in caput illius à tergo vibraſſet, Diomedes, animaduerſa ad lumen lunæ gladij vmbra, ſubtraxit ſe plagæ: correptumque Vlyſſem vinctis manibus præcedere compulit gladio lato ſi broſſe cædens illius tergum. Hinc Diomedea neceſſitas. *Suidas, Zenodotus, & Eraſmus in Adagiis.*

Dario Hyſtaſpis filio inter venandum Aribazus Hircanus inſidias ponebat, vnà cum aliis non obſcuræ famæ in Perſia viris. Quas ille cùm reſciſſet, non exanimatus metu eſt, ſed iuſſit eos arma ſumere & equos: deinde mandauit, vt intenderent arcus, toruumque aſpiciens eos: Quid igitur

B non exequimini, inquit, id, cuius gratia veniſtis? At illi cùm intrepidum hominis vultum aſpicerent, non ſolùm impetum remiſerunt, verum etiam vſque adeò terrore perculſi ſunt, vt haſtas abjicerent, & deſilientes ab equis, Darium adorarent, atque reciperent ſeſe facturos quicquid vellet. Qui diſgregauit eos a ſe mutuò, & alium ad Indiæ confinia miſit, alium ad Scythiæ. Illi beneficij memores, fideles in poſterum & obedientes ei fuerunt. *Æl. l. 6. de Varia hiſt.*

Ivstinianvs II. Imp. à Leontio pulſus, & ad Auarum regem Caianum delatus, in generum eius adſcitus eſt, ducta Theodora eius ſorore in vxorem. Fretum affinitate & regio hoſpitio per annum, Caianus ab Apſimaro, qui Leontium deiecerat, pecunia corruptus, tradere promiſerat. At Theodoræ, per ſeruum de inſidiis marito ſtructis monitæ, conſilio, percuſſores duos ad ſe venientes, ſeorſum vtrumque, fracta gula interemit. *Cuſpin. A. D.*

Thorismvndvs rex Viſigothorum Toloſæ, anno regni ſui ſecundo, cùm de vena ſanguinem minuiſſet, fuit à ſuo cliente conſilio fratrum interfectus. Sed paruo cultello, quem manu tenebat, inſidiantium aliquot interfecit. *Roderi-*

C *cus Toletanus 2. Paralip. Hiſpan. c. 8.*

Mediolanensis à Friderico I. Imp. poſt defectionem obſeſſi, ſicut Radeuicus prodit, de nece illius cogitarunt, atque hominem, qui per fraudem illum interimeret, Laudem miſerunt. Is profectus, cùm ſtultitia ſimulata caſtra Imperatoris ad Abduam ſita intraſſet, quodam die ſummo mane ſolum egredientem Fridericum de tentorio conſpicatus accurrit, & quoniam immani corpore & robuſtiſſimis viribus erat, medium arripuit, vt in Abduam de rupe dejiceret. Verùm dum Imperator renititur, funibus tentorij præpeditus procumbit: ac cubiculariis ad vocem clamantis Friderici aduolantibus, comprehenditur, & ex eodem loco præcipitatur. Huc vbi non proceſſit, Mediolanenſes nō homines, qui vrbem Laudis incenderent, ſubornarunt, quorum vnus cùm intempeſta nocte opus efficere aggreſſus, a vigilibus deprehenſus extremo ſubitò ſupplicio eſt affectus. Sub eoſdem etiam dies venit in Italiam Arabs quidam ex Hiſpania, homo magicis artibus egregiè, vt ferebatur, inſtructus, ætate ſenex, fa-

D cie deformis, quippe altero oculo captus, ſocios penè viginti ſecum adducens, eo, vt fama fuit, conſilio, vt veneris Fridericum perimeret. Siquidem precioſa munuſcula afferebat, annulos, gemmas, frena, calcaria, veneris circumlita adeò præſentibus, vt ſolo tactu inficere Imperatorem, atque infectum minimo perdere momento poſſent, ſicam etiam latentem geſtabat, vt ſi quo impedimento venenum non profeciſſet, ferro negotium cogitatum conficeret. Hunc, cùm in caſtra veniſſet, Fridericus fortè venturi hominis multò ante certior factus, è veſtigio comprehendi, ac diligenter aſſeruari iuſſit, & cuius hortatu ad tantum facinus eſſet impulſus, quæſiuit: ſi vera dixiſſet, impunitatem promittens: ſi falſa, ſupplicia omnia intentans. Homini omnia conſtanter inficianti tormenta admota ſunt. Quæ illa deridens, denunciauit ſe, ſi necaretur, ſecum etiam Imperatorem eſſe tracturum. Fridericus autem vanis terriramentis eius contemptis, cùm de ſociis eius nullum communicati ſceleris indicium poſſet elicere, hominem extremo crucis ſupplicio interemit. *Sigonius l. 12. Regni Italici.*

Malcolmvs III. Scotorum rex inſidiis per coniuratos petitus, cùm eas præſciſſet, venatum abiens, principem con-

iurationis ſeuocat ſolum, in vallem vndequàque ſyluis ſeptam ibique interemptum, quòd in ſe conſpiraſſet, quem maximu ob beneficia amore proſequi debebat, ad ſingulare prouocat certamen: vbi non ex inſidiis res ageretur, ſed vter virtute maior eſſet, is viueret. Is in genua procidens, ſupplex veniam delicti petijt facileque vt à miti impetrauit ingenio; ea lege, ne deinceps ſimilia tentaret. *H. Boethius l. 12.* E

Frotho III. Danorum rex, ingenti claſſe Britanniam petens, à Britannorum rege cum bis mille quadraginta proceribus benignè ad conuiuiū vocatus, non ſine inſidiarum ſuſpicione comparuit. Regali ſumptu excepti Dani, & ſiccandis certatim calicibus aſſueti, plurimo ſe onerauere vino. Quos Britanni potus admodum conſpicati, conuiuio furtim erabi cœperunt, relictiſque intra aulam conuiuis, valuas regiæ admotis obicibus obſerauere, deinde tectis ignem inferre cœperunt. At Dani pulſatis nequicquam foribus ab egreſſu prohibiti, ipſum mox parietem perrumpere ſtudebant. Angli è diuerſo molibus extrinſecus applicatis, nutabundam fulcire congeriē inſtiterunt. Tandem robuſtiori Danorū manu ce-

dens, quorum quò periculū maius, hoc validior conatus extabat, facilè preſſis eruptionem tribuit. Tum Frotho claſſicū F ſuccinere iubet, quo manū in inſidiis conſtitutam acceſſeret. Quæ ſigni ſono excita, dolum in auctores retorſit. Britannorū rege extremæ eladi cum innumeris ſuorum copiis tradito. Itaque Frotho & ſaluti ſociis, & hoſtibus exitio fuit. *Saxo l. 5.*

Hvnnari conſpirarunt aduerſus Sigiſmundum Imp. atmatique regiam intrauerant, aut capturi regem, aut ſi id non ſuccederet, occiſuri. Quos vt ad ſe irrumpentes Imperator cognouit, accepto pugione, in medium progreſſus: Ecquis, inquit veſtrûm manus in me iniiciet, aut quidnam fecit, quod me regem veſtrum occidere vultis? Prodeat è vobis, ſi quis audet, & mecum ſolus congrediatur. Ea voce & audacia obſtupuere coniurati, & ſibi quiſque timens abiere. *Æneas Syl. l. 3. Comment. de rebus geſtis Alphonſi.*

Venceslavs Luſcus Boëmiæ rex, Othoni & Ioanni Marchionibus Brandeburgenſibus contra Vilibrandum Magdeburgenſem & Ludolfum Halberſtatenſem Epiſcopos fida auxilia tulerat. Accuſatus eo nomine Bambergæ corā Cæſare Friderico II. à Vilibrando, vno tantùm comite conuiuatus à prandio adeſſe iubetur. Comes eius Vogitius erat: Cæſari ſo-

G lus Bambergenſis Epiſcopus aderat. Cæſar illum, quaſi pacis turbatorē, appellat, cunctaque ab illo repetit, quæ quondam patri illius Premiſlao dono dederat. Ille nulli ſeſe aut in Saxonia, aut in Miſnia tumultui cauſam præbuiſſe reſpondit, ſed Marchionibus tantùm ad obtinendas illorum fortunas auxilia ſubmiſiſſe: prout merita illorū, cognatioque & vitæ à prima ætate in eadē aula conſuetudo poſcere videbantur. At ego, inquit Cæſar, mea mihi redhiberi volo: quod niſi propere fiat, ab innito per vim extorquebo. Pertinaciùs deīn reluctantem Venceſlaum Cæſar à ſe manibus pellit. Ambo autē vino haud minus quàm ira æſtuabāt. Venceſlaus terruſus, dextrā Cæſaris manu ſua læua arripit, altetaque ſtringit gladiū, promptè iurans, ſe illū in corpore Cæſaris demerſurum, ſi non ſoſpes omnibus ſuis fortunis ſaluis dimittus fuerit. Interimque Vogitius Præſulē Bihetgenſem, ſtáquam viribus valentior, vi retinet, ne cubiculo egredi, néve poſſet vociferari. Cæſar inter factū & faxū poſitus, ſanctè promittit, ſe nihil illi nociturū. Radeunti in hoſpitiū Abbas Euldenſis bu-

H metum eius manu ſuſpenſa pulſans, inſulenterque appellans, inquit: Si Cæſar eſſem, tibique ita vt ille vicinus eſſem, aliter atque ille audaciam tuam, qua aduerſus Germanos Pōtifices veteris, retunderē. Vogitius illicò palma os Abbatis præcidit, exclamās: Monache, video te improbo præceptore viuum eſſe, qui neſcias quē & qualem honorem Regibus habere debeas. Vogitius oppido Belina ab rege donatus eſt. Non multò pòſt Cæſar celebraturus cū Machthildi vel Iſabella Ioannis Angliæ regis F. nuptias inter præcipuos hoſpites ad ſe Venceſlaū euocauit, inſignemque comitatis atque liberalitatis in eum genus prætermiſit: & ad poſtremū curam ei vnà cum principe Bauarorum inuadendæ Auſtriæ mandauit. *Dubrauius l. 16.*

ERGA TYRANNOS. TYRANNICIDÆ
Fortes.

☞ Conſule Tit. Prudentia in tyrannide amolienda, quatenus prudentia coniunctam habet fortitudinem, Item Tit. Odium principum, item, Pœna tyrannidis.

Aod Geræ F. ſcæua, Iſraëlitas hoc modo ab Eglon Moabitarum rege, cui octodecim annis ſeruierit, liberauit. Offerens

A munus regi, Iſraëlitarum nomine, ſicam ancipitem breuem ſub veſte occultauit. Quo oblato, ſeſe diuinum mandatum ad regem habere dixit. Remotis ergo arbitris, cùm rex de ſolio ſurrexiſſet, Aod ſica ventrem illius obeſum capulo tenus tranſuerberauit, ita vt ſtercus erumperet. Mox clauſo cœnaculi oſtio, ipſe per ambulacrum elapſus, Seiratam peruenit. Ibi tubam in monte Ephraimitico ſonans, deuocatis de monte Iſraëlitis, Moabitarum circiter decem millia trucidauit & ſubegit. *Iudicum 3.*

Othoniel Cenezi fratris Caleb. F. Domini ſpiritu præditus, Iſraëlitas liberauit à iugo Chuſanrathaim regis Meſopotamiæ, quem occidit, cui octo annis poſt mortem Ioſue ſeruierant: & inde otium habuère annis XL. *Iudic. cap. 3.*

Quo tempore Apollo in terras venit, homines ſylueſtribus fructibus viuentes, ferarum more, manſuefecit: atque id contigit Delphis primùm. Mox ad Panopeam vrbem profectus, crudeliſſimum tyrannum Tiryum interemit. E Parnaſſis hominibus audiens alium eſſe tyrannum, Pythonem nomine, cognomine Draconem, ſagittis eundem confecit: atque inter B pugnandum cùm à Latona matre acclamitatum eſſet, ἱε παῖ, ἱε παῖ, Feri fili, manſit poſtea conſuetudo, vt in Pæanibus & Victoriis Io Pæan conclamaretur. *Natalis Comes l. 4. c. 10.*

In Melita vrbe Phydiæ tyrannus fuit, Tartarus nomine. Is, ſi qua eius loci virgo ob formæ pulchritudinem celebraretur, vi eam ante nuptias abductam vitiabat. Atque eo tum tēpore miniſtros iuſſerat adducere ſibi Aſpalidem, Argæi, non ignobilis viri filiam. Quæ rei fama diuulgata, ante aduentum eorum, quibus abducendi ſui negotium erat datum, ſeipſā ſuſpendit. Facto adhuc latente, frater puerulæ Aſtygites iurat, priuſquam ſororis corpus deponeret, ſe in tyrannum vindicaturum. Illicò veſtem Aſpalidis induit, gladióque ad ſiniſtrum latus abdito, quòd adoleſcens etiamnum eſſet, nemine ſexum è vultu agnoſcente, in domum tyranni peruenit, cúmque nudum incuſtoditúmque interfecit. Melitenſes Aſtygitem corona decorant, Pæanáſque accinendo deducunt: cadauer tyranni in flumen demergunt, quod ab eo vſque tempore hodiéque Tartarum vocant. Corpus autem Aſpalidis ad honeſtam ſepulturam ſummo ſtudio requirentes, nuſpiam C inuenire potuerunt, quòd id Deus de medio ſuſtuliſſet. Loco autem corporis ſtatua iuxta Dianæ ſtans apparuit: idque ſimulacrum incolæ Aſpalidem vocant, Ameiletam, & Hacaergam: & quotannis virgines hœdum intactum in eius honorem præcipitem dabant, quòd Aſpalis virgo ſeipſam ſuſpendiſſet. *Antonin. Liberalis in Transformationibus.*

Septem Perſarum reguli, Otanes, Gobryas, Megabyzus, Intaphernes, Aſpathines, Hædarnes & Darius Hyſtaſpis F. Smerdem Magum cum fratre Patizithe obtruncant, & fœda Medorum Magorum dominatione Perſas liberant. Diem illum Perſæ religioſiſſimè colunt, & Μαγοφόνια appellant. *Herod. l. 3.* Inter eos Gobryas cùm Magum vnum obſcuro loco abiectum corporis pondere vrgeret, præclari operis ſocio plagam ei inferre dubitanti, ne dum Magum petit, ipſum vulneraret: Tu verò, inquit, nihil eſt quòd reſpectu mei timidiùs gladio vtaris, vel per vtrumque agas, licèt, dum hic quàm celerrimè pereat. *Val. Max. l. 3. cap. 2.*

Carnabas patrem Triopem Perrhœbæorum regem ob tyrannidem occidit, acceptiſque tyrannicidij præmiis, in Troadem ſeceſſit, atque inibi à Troë expurgatus, Zeliam D condidit. *Cælius l. 11. cap. 17. A. L.*

Themiſto fuit Critonis Oeanthij filia. Hanc deperibat Phricodemi tyranni filius Philo. Tyrannus poſtulauit in matrimonium virginem. Pater contradicebat. Tyrannus filios Critonis abſtractos, in cōſpectu patris ac matris feris eſurientibus obiecit: virginémq; abrepta, nuptias perfecit. Themiſto neceſſitate cōpulſa, diſſimulans enſem ſub tunica importauit, & ſponſum dormientem in thalamo collum petens facilè interemit, vt ne vox quidem occiſi audiretur. His omnibus per noctem clàm patratis, ad mare progreſſa, nauiculam inuenit: ventúmque nacta, ſola ſoluens nauigauit in Græcam quandā Achaiæ ciuitatem, in qua ſacrum erat Neptuni templum: in illud ſupplex confugit. Phricodemus alterum filium occiſi fratrem Heraconrem miſit, vt ab Elicenſibus puellam repoſceret, qui eam tradiderunt. Cùm autē ſoluiſſent, ingens coorta tempeſtas, nauigium depulit ad Rhium Achaiæ: vbi appellentibus ſuperuenerunt biremes duæ Arcanorū, ſummas inimicitias cum tyranno exercentium: qui abreptam nauem deduxerunt in Acarnaniam. Vulgus Acarnanorum re cognita, vinctum Heracontem puellæ poteſtati permiſerunt. Tyrānus legationē ad eam pro filio miſit. Illa ſe, ſi parentes reciperet, E filium redditurā recepit. Phricodemus his promiſſis credens, tranſmiſit ei parentes. At Acarnanes Heracontem nihilominus acerbiſſimis verberibus confectum occiderunt. Phricodemo poſt non multos dies ſui ciues mortem intulerunt. Qui verò Elicem incolebant, non longe pòſt demerſi ſunt tum ipſi tum eorum ciuitas, facto terræ motu, pelagoque procellis exundante. Viſumq; eſt hoc Neptuni indignatione accidiſſe, quòd ſupplicem virginem hoſtibus tradidiſſent. *Polyænus l. 8.*

Heraclæa Ponti ciuitas opulenta, domeſtica ſeditione agitata, in tyrannidem incidit. Clearchus pluribus ſenatorij ordinis vi oppreſſis, aliis in exilium actis, præter cætera ſcelera indigna & nefaria in ciues edita, interfectorum coniuges inuitas ſuis matrimonio ſatellitibus collocauit, quarum plurimæ violentum connubium in viros vltæ, vltrò ſibi mortem conſciuerunt. Poſtremò Chion Matridis F. & Leonides afflictum ſuorum ciuium ſtatū miſerati, in tyranni exitū conſpirant. Fuerant ambo Platonis diſcipuli. Quinquaginta igitur cognatorum in inſidiis locans, quos ſui conſilij participes F fecerant. Ipſi mutuo ſe iurgio laceſſentes in arcē contendūt. Qui ad regem iure familiaritatis admiſſi, dum priùs dicētem attentè Clearchus audit, ab altero, qui eam intentus erat occaſionem, ferro opprimitur. Speculatores, & qui cuſtodiendi regis cauſa circumſtabāt, continuò percuſſores inuadunt, armiſque priùs obruunt, quàm à coniuratorum manu ſubueniri potuerit. Periit Clearchus, ſed ſæuus dominatus aboleri non potuit. Satyrus tyrāni frater principatum velut per manus acceptum inde tenuit, multáque deinceps ſucceſſione fuit Heraclea tyrannorum regia. *Sab. l. 8. Enn. 3. ex Memnone.* Familiaris fuit Chion Xenophonti Socratico, vti ex epiſtola eius, quæ Xenophontis operibus præfixa eſt, intelligere licet.

Ariſtogiton Harmodium amabat, Harmonij ſororem, à caniſtro Palladi in Panathenaicis deferendo prohibuit Hipparchus tyrānus Piſiſtrati F. Ea iniuria accenſi iuuenes, Hipparchum ex inſidiis interfecère. Alij potiorem cauſam afferunt: Amatum ab Harmonio adoleſcentem quendam, cùm ad Hipparchum ſe contuliſſet, Harmodium zelotypia motū, auxilio Ariſtogitonis tyrannum oppreſſiſſe. *Plato in Hipparcho.* G

Leoſthenes Athenienſis, mortuo Alexandro, Athenas à iugo Aridæi Macedonis liberauit. Cuius intempeſtiua morte Athenienſes à Caſſandro rurſus ſubacti fuère, & à variis tyrannis oppreſſi. Quibus per Demetrium Antigoni F. eiectis, cùm Demetrius etiam ipſe Piræeum occupaſſet, tandem Olympiodoro duce electo, habitóque delectu puerorum etiam & ſenum, Macedonum iugum excuſſerunt. *Pauſan. l. 1.*

Thraſybulus Lyci F. Athenienſis Peloponēſio bello multa ſine Alcibiade geſſit, ille nullā rem ſine hoc. Victis ad Ægos flumē Athenienſibus, cùm triginta Tyrāni præpoſiti à Lacedæmoniis, ſeruitute oppreſſas tenerēt Athenas, plurimos ciues, quibus in bello pepercerat fortuna, partim patria expellerēt, partim interficerent, plurimorū bona publicata inter ſe diuiderent: non ſolùm princeps, ſed & ſolus initiò bellum his indixit. Hic enim cùm Phylen confugiſſet: quod eſt caſtellum in Attica municiſſimum, nō plus habuit ſecum, quàm triginta de ſuis. Hoc initium fuit ſalutis Atticorum: hoc robur libertatis clariſſimæ ciuitatis. Neq; verò hic modò contentus eſt primo à Tyrānis, ſed eius ſolitudo, donec in Piræum tranſiit. Munichiamque muniuit. Hanc bis Tyranni oppugnare ſunt H adorti, ab eaq; turpiter repulſi, protinus in vrbem, armis impedimentiſque amiſſis, refugerunt. Vſus eſt Thraſibulus non minùs prudentia, quàm fortitudine: nam cedentes violari vetuit, ciues enim ciuibus parcere, æquum cenſebat. Neq; quiſquam eſt vulneratus, niſi qui prior impugnare voluit. Neminē iacentē veſte ſpoliauit. Nil attigit niſi arma, quorum indigebat, & quæ ad victum pertinebant. In ſecundo prælio cecidit Critias dux Tyrannorum, cùm quidem aduerſus Thraſybulum fortiſſimè pugnaret. Hoc deiecto, Pauſanias venit Atticis auxilio, rex Lacedæmoniorum. Is inter Thraſybulum, & eos qui vrbē tenebant, fecit pacem his conditionibus: Ne qui præter triginta Tyrānos, & decem, qui poſtea prætores creati, ſuperioris more crudelitatis erant vſi, adficerentur exilio: néve bona publicarētur: Reipublicæ procuratio populo redderetur. Præclarum hoc quoque Thraſybuli, quòd reconciliata pace, cùm plurimum in ciuitate poſſet legem tulit: Ne quis anteactarum rerum accuſaretur, néve multaretur: eamque illi legem ἀμνηστίας, Obliuionis, appellarunt. Neque verò

hanc

hanc tantùm ferendam curauit, [illegible] etiam [illegible],efficeret.
A Nam cùm quidam ex his, qui ſimul cum eo in exilio fue-
rant,cædem facere eorum vellent,cum quibus in gratiam re-
dierant fuerat, publicè prohibuit,& id,quod pollicitus erat,
præſtitit. Sequenti tempore, cùm prætor claſſem in Cilicia
haberet, neque ſatis diligenter in caſtris eius agerentur vi-
giliæ: à Barbaris ex oppido noctu eruptione facta, in ta-
bernaculo interfectus eſt. *Probus in eius vit[a].*

Dion Syracuſanus, qui A[ri]ſtomaches Dionyſij maioris
vxoris frater fuit,& Areten eius filiam duxit,cum Dionyſiū
iuniorem Platonis conuerſatione ad frugem reducere, & ex
tyranno regem facere conaretur, incurrit in odia aulicorum:
Qui Philiſti Syracuſani hominis docti quidem,ſed tyranno-
rum fautoris, opera & aſtu, falſis circumuento criminibus
Dione, quaſi cum Carthaginenſibus faceret, vt in exilium
pelleretur,auctores tyranno fuerunt.Interea cùm Plato fru-
ſtrà cum Dionyſio de reſtituendo Dione egiſſet, & tyrannus
inſuper Areten Dionis vxorem Timocrati nubere coëgiſſet
Dion literis Siculorum impulſus, milite conſcripto merce-
nario in Peloponneſo non ſupra octingentos, è Zacyntho-
B rum inſula nauibus duabus onerariis in Siciliam traiecit, &
cùm ſeſe ei Siculi ad quinque millia coniunxiſſent, & Dio-
nyſius commodum cum xxc.nauibus in Italia abeſſet, Syra-
cuſas occupauit: & libertatem annis octo & quadraginta
exulantem,ciuibus ſuis reſtituit: Dionyſium ex arce impetū
facientem repulit, eúmque in arce obſedit. Interim Hera-
clidis Syracuſani nauarchi calumniis circumuentus, vrbe
ſuis pulſus, & à ciuibus, quos interim hoſtes eruptione ex
arce facta miſerè afflixerant, reuocatus, Nipſium Dionyſij
ducem in arcem compulit,eámq; deditione accepit,& Apol-
locratem Dionyſij F. ex fœdere ad partem in Italiam naui-
gare tutò permiſit. Sic igitur Dion fretus non tam ſuis co-
piis, quàm odio tyranni, maximo animo duabus onerariis
nauibus,quinquaginta annorum Imperium, munitum quin-
gentis longis nauibus,decem equitum,centum peditum mil-
libus, profectus oppugnatum (quod omnibus gentibus ad-
mirabile eſt viſum)adeò facilè perculit,vt poſt diem tertium,
C quàm Siciliam attigerat,Syracuſas introierit. Ex quo intel-
ligi poteſt, nullum eſſe Imperium tutum, niſi beneuolentia
munitum. Iam cùm pro Democratia, miſtam quandam ex
populari arbitrio & regno Reipubl. formam introducere
Dion cogitaret: à Callippo Athenienſi amico,facta conſpi-
ratione mercenariorum & Syracuſanorum perfidè necatus
eſt. *Plut.in Dione,& Diod.lib.16. & Probus in eius vita.*

Timoleonti Corinthio (inquit Probus, qui Thymoleonē
ſcribit) vni contigit,quod neſcio an vlli,vt patriā,in qua erat
natus, oppreſſam à tyranno liberaret, & à Syracuſis, quibus
auxilio erat miſſus,inueteratā ſeruitutem depelleret,totámq;
Siciliam multos annos bello vexatam,à Barbariſque oppreſ-
ſam,ſuo aduentu in priſtinum ſtatum reſtitueret. Veriti Co-
rinthij, ne ad idem relaberentur mali,quò antè, cùm per ſo-
cios amiſiſſent vrbem, decreuerunt quadringentos milites
conductitios alere:atque his impoſuêre Timophanem,Timo-
leontis fratrē.Qui omni poſthabito honeſto & bono,ratio-
nem inire protinus cœpit,quemadmodum vrbem ſui arbitrij
faceret:ac magno numero principum ciuitatis indicta cauſa
necato,declarauit ſemetipſe tyrannum.Id grauiter ferens Ti-
D moleon,cœpit eum monere,vt omiſſa iſta veſana & importu-
na libidine,aliquam rationem quæreret eluendorum apud ci-
ues commiſſorum ſuorum.Quo repellente & repudiante mo-
nitionem ſuam, adſciſcit tandem ſibi ex neceſſariis fratrem
vxoris Timophanis Æſchylum,atque ex amicis vatem,quem
Satyrum Theopompus Ephorus & Timæus Orthogoram
vocant,atq; intermiſſis paucis diebus aſcendit iterum ad fra-
trem: circumſiſtentéſque hi tres eum,nunc ſaltem reſpiceret
inuerteretque ſe obſecrauerunt. Sed cùm eos Timophanes
primùm rideret, deinde in iram erumperet & indignaretur,
receſſit Timoleon paululùm à fratre,obuolutóq; capite con-
ſtitit lacrymabundus: illi ſtrictis gladiis hominem confeſtim
obtruncarunt. Re diuulgata,Corinthiorum primores impro-
bitatis odium in Timoleonte & magnitudinem animi extu-
lerunt,quòd quamvis mitis,& in ſuos eſſet pius,patriam ta-
men propinquitati, honeſtúmque & rectum potius duxiſſet
vtili:qui olim præclarè pro patria certantē ſeruaſſet fratrem,
eundem poſtquā inſidiis eam circumuenit & oppreſſit,inte-
remiſſet.Poſteaquam verò matrem,Iniquo animo ferre intel-
lexit id factum, ac deuouere caput ſuum,diráſque imprecari
ſibi,atque profectum ad ipſam leniendam: illa neio conſpe-
ctum quidem admiſit,ſed præcluſit fores:tum oppreſſus dolo- E
re atque animo perculſus,inſtituit conficere ſe inedia. Verùm
amicis curam eius gerentibus, variáſque preces & omnem
adhibentibus vim ſtatuit priuatus in ſolitudine degere: at-
que a Republ.prorſus remouit ſe,& viginti propè annis vr-
be abſtinuit, mœrenſque & vagans in prædiis maximè ſolus
agebat. At cum Siculi Corinthiorum opem contra Dionyſiū
implorarent,eo decreto Timoleon dux eſt deſignatus.Exur-
gens ergo Teleclides, opibus tunc & claritate princeps ci-
uitatis,hortatus Timoleontē eſt,vt illa in prouincia bonum
& egregium virum ſe præberet.Si enim decertaueris,inquit,
præclare, tyrannum occidiſſe te arbitrabimur:ſin ignauiter,
fratrem. In Siciliam claſſe traiecta,& Icete Leontinorum ty-
ranno victo,qui Dionyſium Syracuſis obſidebat: Dionyſius
legatis miſſis, in fidem eius ſe arcemque Syracuſarum,quam
ſolam habebat, permiſit. Eum Timoleon vno nauigio cum
modico pecuniæ Corinthum miſit, vbi priuatus poſtea vi-
xit. Icetem inde a Carthaginenſium fœdere deſciſcere coë-
git. Leptinem Appolloniæ & oppidulorum quorundam ty-
rannum ſeſe dedentem, Corinthum miſit priuatum. Icetem F
rebellantem cum filio Empolemo captos necauit. Fuit ſanè
Timoleontis ſtupenda proſperitas,quippe quinquaginta die-
bus quàm applicauit in Siciliam,arcem Syracuſanam in po-
teſtatem accepit,Dionyſiúmq; in Peloponneſum miſit.Hip-
ponem Meſſanæ tyrannum captum. Mamartini ſibi traditū,
liberis ex ludo in theatrum ad tyranni ſupplicium velut pul-
cherrimū ſpectaculum ductis,flagro cæſum necauerunt.Ma-
mercus Catanenſium tyrannus vltrò ſe in fidem Timoleōtis
permiſit,hac lege,vt Timoleonte non accuſante cauſam di-
ceret Syracuſis,Ductus Syracuſas & in concionē progreſſus
orationem quam iam pridem commentatus fuerat, exorſus
eſt dicere.Verùm obſtrepente ſibi populo,concionē cernens
implacabilem,abiecto pallio,medio ſe proripit theatro:atq;
impetu in vnum ex cuneis ad necem ſibi conſciſcendam illi-
ſit caput: atqui non obtigit ei hic exitus:ſed ſpirans adhuc
abſtractus,& more latronum eſt plexus. Ad eum modum ex-
cidit Timoleon tyrannides,& bella ſuſtulit.Totam autem in-
ſulam, quam calamitatibus deformatam & inuiſam incolis G
accepit, octo annorum ſpacio ita pacatam & omnibus reddi-
dit exoptatam, vt ad incolendum alij aduolarent eò, vnde
profugerant antè ciues. *Plut.in Timoleonte,& Diod.lib.16.*

Alexandri Pheræi tyranni coniugē Theben primùm Pe-
lopidas docuit,ne trepidaret ſplendorem & apparatū tyran-
nidis externum,armis vallatum & fugitiuis.Deinde ipſa me-
tuens hominis perfidiā,& crudelitatem exoſa, coitione cum
tribus fratribus ſuis facta,Tiſiphono,Pytholao, Lycophro-
ne,inſidias ei ad hunc modū ſtruit.Cætera ædiū tyrāni ſtatio
excubantiū ſeruabat: cubiculum verò,vbi ſolebant quieſce-
re,in edito erat,pro quo canis deligatus,omnibus niſi ipſis &
vni ſeruo,qui eum curabat,horrendus,agebat excubias.Quo
tēpore eum ſtatuerat Thebe adoriri,fratres iam de die in cō-
claue quoddam abdiderat propinquum.Ea more ſuo ad Ale-
xandrū ſola iam ſopitum ingreſſa,ac mox egreſſa,ſeruo foras
iuſſit canem abducere,velle illum dicēs quietè dormire.Sca-
las etiā,verita ne ſtrepitum ederent aſcendentibus adoleſcē-
tibus,conſtrauit lana. Inde ad thalamū fratres gladiis accin- H
ctos abduxit:quibus pro foribus relictis,ingreſſa eſt ipſa.En-
ſem,qui ſupra caput eius ſuſpenſus erat,detractum,in ſignū,
recubuiſſe eum ſomno ſtratum,oſtendit fratribus.Hîc adoleſ-
centes terrore exanimatos & torpeſcentes illa lacerans pro-
bris ac frendens deierauit,Alexandrum ſe excitaturam,conſi-
liúmque ei aperturam. Ita pudore ſimul ex metu perfuſos
introduxit,lumenque admouens circumiecit eos cubili. Quo-
rum vnus apprehendit preſſitque pedes,illius caput alter cri-
nibus correptum retorſit, tertius enſe feriens obtruncauit
eum. Ac mortis quidē celeritate citiùs fortaſſe,quā oportuit,
defunctus eſt.Vno verò hoc,quòd primus omnium tyranno-
rum à propria ſit vxore ſublatus,& poſt obitum cadauer cum
contumelia proiectum à Pheræis conculcatúmque, dignum
facinoribus ſuis exitum viſus eſt inueniſſe. *Plut.in Pelopida.*

Philopoemen Achæorum dux Machanidem Spartanorum
tyrannum in prælio occidit, Nabin deuicit. Ea propter ob
duos tyrannos ſublatos, ſtatua ei Tegeæ poſita. *Pauſanias in
Arcadicis.*

Aratus dux Sicyonius,collecta cōiuratorum manu patriā
ſeruitute liberauit, expulitque Nicoclem tyrannum. Com-

A poſito patriæ ſtatu dux Achæorum factus, eorum Remp. annis 14. feliciſſime adminiſtrauit. Locridem & Calydoniam depopulatus eſt, Acrocorinthum expognauit. Macedonibus inde repulſis, Argæorum tyrannos, Ariſtonicum primò, deinde Ariſtippum bello ſuſtulit. Ætolos Achæis inimicos debellauit. Sublatus demùm dicitur veneno à Philippo Macedonum rege, cui erat formidoloſus. *Plut. in eius vita.*

C. CALIGVLA Romanorum Imp. homo nefarius crudeliſque, qui nunquam humano ſanguine ſatiari potuit, qui poſt multa horrenda facinora dicere ſolebat. Vtinã Romani omnes vnam haberent ceruicem, vt vno ictu conficerentur omnes: tandẽ ſenſit populo plures manus, ſibi autem vnam ceruicem eſſe. Cùm enim ludos magnificis impenſis celebraret, feſtóſq; dies in Palatio ageret, in locũ anguſtũ à Caſſio Chærea ictus, atque interfectus eſt. Quo facto, nemo eorum, qui aderant præſentes, manus ab illo abſtinuit, ſed mortuũ cõfecerunt vulneribus. Nonnulli etiam carnem eius deguſtauerunt, eiuſque vxorem ac filiã ſubitò occiderunt. Verum Prætoriani milites, cùm interfectores armata quærerent manu, eos Valerius Aſiaticus vir cõſularis præter opinionem ſedauit: Aſcendens enim in locũ excelſum, magna voce clamauit: Vtinam ego interfeciſſem tantum tyrannum. Quibus verbis obſtupefacti, tumultuari deſierunt. *Xiphilinus Dionis abbreuiator in Caligula.* B Cadauer eius clàm eſt in hortos Lamianos aſportatum, & ſemiambuſtum leui ceſpite obrutum. *Sueton.*

Ad opprimendam Phocæ Imp. tyrannidem, multi coniurarunt Senatores & Duces: ſed præcipui Heraclonas militum magiſter in Thracia, cum Heraclio F. proprætore Africæ, Priſcus prætor Phocæ gener, & Gregoras, qui pedeſtrem ex Africe ducebat exercitum: ſic inter ſe pacti, vt qui prior Conſtantinopolim cepiſſet, & tyrannum interfeciſſet, is Imperio potiretur. Ergo præueniens cæteros Heraclius, impetum fecit ad portum Sophium: & commiſſa nauali pugna, victor adiuuante Priſco euaſit, qui præfecti honorem obtinere cupiebat. Vnus autem è numero optimatum, Phocius nomine, cuius vxorem tyrãnus vi ſtuprauerat, coacta magna militum manu, in regiam inuaſit. Phocamque (cuius miniſtri ac familiares omnes ſalutem deſpondentes ex aula abierant) ab ſede regali detraxit, exutáque purpura fuſcum aniculum iniecit, ac vinctum ad Heraclium duxit, qui eum ita alloquutus eſt: Ad húncne modũ, ô miſer, Remp. geſſiſti? Phocas mente alienatus: Túne meliùs, inquit, quàm à me factum ſit, eam geres? C Ita Heraclius commotus, calce eum percuſſit, atque capite eum multari præcepit. Traditum eſt a quibuſdam, citò occiſum: ab aliis, manibus & pedibus primò, poſtea ob inſignem eius libidinem, & quia multorum vxores corruperat, genitalibus ac nouiſſimè capite amputatis, corpus truncum ad Bouem fuiſſe combuſtum. Is erat locus qui ex eo, quòd æneus eſſet caminus, forma bonis, quem Pergamo allatum aiunt, bouis appellatione nuncupabatur. Fratres ac neceſſarij Phocæ omnes interfecti ſunt. Et ita ſceleſtiſſimus tyrannus, poſt octo Imperij annos, meritum vitæ exitum habuit. *Cuſp. A. D.*

Rege Carolo Canuto pulſo, Ioannes Vpſalenſis Archiepiſcopus Chriſtiernum Danum regno Suecorum impoſuerat. Chriſtiernus Sueonum vim ſuſpectam habens, Ioannem in vincula coniectum ſecum abduxit. Catillus Lincopenſis Epiſcopus, Ioannis nepos, viſa Danorum tyrannide, pontificalia indumenta præſente Canonicorum collegio induit, quaſi rem diuinam ſolemniter peracturus: eáque rurſus & ſine mora ſingillatim exuens, & ad ſummum in Eccleſia Lin- D copenſi altare reponens, votum vouit Deo, ſe non priùs ea recepturum, quàm oppreſſam patriam à tyrannorum ſeruitute liberaſſet. Deinde ex eodem, loco omnibus militaribus armis inſtar cataphracti militis, ad præparatam militiam extra Eccleſiæ ſepta egreſſus, comites habuit Canonicos, eam rei nouitatem lacrymis & gemitibus proſequentes. Ad quos conuerſus, dixiſſe fertur illud Pſalmi: Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. Valido exercitu munitus, fugam ſimulans, Chriſtierni exercitum ad loca inſidiis opportuna deduxit, vbi Danos glaciali pugna excepit, & memorabilem victoriam adeptus eſt, vt hoſtes fulmine ac turbine diſiecti viderentur. Vix aliud præclarius officium ab aliquo Pontifice in patriam vnquam collatum memoratur. Eâ pugna patria in libertatem: & Carolus in patriam, atque Archiepiſcopus in ſuam metropolim reſtitutus fuit. *Ioannes Magnus lib. 23. cap. 9.*

Cæſo Donaldo II. Scotorum rege à Donaldo Hebridum tyran[illegible], regnuque occupato, Crathlinthus regis [illegible] nepos ex fratre Findoco rege, diſſim[illegible] po[illegible] E liam ſe inſinuauit, tanta fide apud [illegible] n[illegible]m, v[illegible] ti ſtipatores delec[illegible], regiæ cuſtodiæ d[illegible]ſt[illegible] ea re ad[illegible] f[illegible] quum au[illegible] nu[illegible]llos [illegible]uam multi[illegible] tionibus traxiſſe [illegible] iurandi occaſione[illegible] [illegible] d[illegible] expe[illegible] opportunitatem quum forte ſoli cum coniura[illegible] ex [illegible] ſedem in ſ[illegible] Egreſſus inde & f[illegible] [illegible]ibus vicini[illegible] d[illegible] manu tyrannum interemptum. Mox c[illegible] concione [illegible] pa[illegible] ter nutritiu[illegible] Crathlinthum ma[illegible] tan ent[illegible] que argumentis, Findoci regis filium, a[illegible] lam educatum, comprobaſſet, Crathlintho regnum [illegible] delatum. *H. Boethius l. 6.*

ERICI Pomerani tyrannide Sueones & Gothi miſere affligebantur. Tandem Delacarli ruſtici, præfectorum crudelitate coacti, Engelbertum quemdam, Licertino patre narum, ducẽ delegere. qui ſæpiùs coram induraro rege pro populo Dalacarlorum magnis periculis expoſuit. Erectus, ad centum millia ruſticorum collegit, magna ex parte inermium, quorum ope memorabilia prælia contra tyrannos feliciter geſſit. Nec Sueones & Gothorum partem libertati reſtituiſſe contẽtus, totam belli molem in Hallandiam & Schoningiam transferens, ſola nominis fama tyrannos perculit, vt in ſolitudines F fugerent. Obſeruatione autem dignum eſt, quòd tam numeroſus exercitus, nullum penitùs ex incolis, per quorum fines eundo & redeundo diſcurrebat, læſerit, aut damnum aliquod intulerit, vt in publico prouerbio adhuc cõmemorari ſoleat Engelberti exercitum nec valorem quidẽ vnius gallinæ alicui violenter abſtuliſſet. Ericus cùm regnum recuperare Danorum auxilio niteretur, crudelitate Sueonum, quibus ſpem fecerat iuſtioris in poſterum gubernationis, illud recepit. Sed mox ad ingenium reuerſus, à populo, qui Engelbertum regni gubernatorem crearat, pellitur. Engelbertus trium menſium ſpacio regnũ ampliſſ. pacauit, arces munitiſſimas expugnauit, verus pater patriæ. Quem tandem Magnus Benctſon ex inſidiis in inſula quadam occidit. Statim autem ad ſe reuerſus, tantum de commiſſo facinore doluit, vt niſi ab amicis prohibitus fuiſſet, vim ſibiipſi intuliſſet. Manſit in eo vſq; ad vitæ exitum grauiſſima animi pœnitudo, pluresque ex Danis, quos ſceleris auctores habuerat, occidit: ſibique & toti poſteritati ſuæ ſempiternum cum Danis odium indixit. *Io. Magnus l. 22.*

Nunciata Venetiis Benjamondi Teupuli conſpiratione ſæua imprimis, & immani, campani æris ſonitu exciti omnes G rectæ mentis patricij, cum Petro Gradonico duce in aream Marcianam deſcendentes, aduenienti Bajamondo ex diuerſis locis fortiſſimè occurrerunt. Quum aliquandiu in eo ipſo loco pugnatum eſſet, cæſis principibus, coniurati in fugam verſi ſunt. Eo tempore Vgolini Iuſtiniani Clodienſis prætoria virtus in primis enituit, qui quàm celerrimè audita re nauigiis inſtructis Venetias aduolauit, magnóque adiumento Venetis fuit. Parta victoria decemuirale conſilium inſtitutum eſt, vt Reip. ſumma eius Imperio ſubeſſet. Petro ob rem bene geſtam tributum: vt eius creationis dies, qui fuit Catharinæ dicatus, inter feſtos Venetiis reciperetur. *Egnat. l. 3. c. 2. & 6.*

IOANNES ANDREAS LAMPONIANVS deluſus ſæpe ab Galeacio Sforcia principe Mediolanenſi, enixè petens poſſeſſionem ſibi tribui Miramondani ſacerdotij, quod à Pontifice iuſto titulo acceperat, conſilium init cum Hieronymo Olgiato, aliquotque aliis, de eo interficiendo. Die igitur diuo Stephano dicata, ſub Chriſti ſeruatoris noſtri natalitia, ad ſacrum lita- H torium accedentem, in ipſis templi foribus pluribus vulneribus interemerunt. Lamponianus in templo dum fugit prolapſus, inter matronas cecidit, multis vulneribus confoſſus. Reliqui coniurationis ſocij capti, acerbiſſimis ſupplieiis omnes affecti. Olgiatus cùm tortor auerſus illum torqueret: Eſto, inquit, bono animo, & huc te verte, nam quam tu mihi grauem pœnam inurere putas, ea mihi maximo ſolatio eſt: quotieſcunq; memini interfectum à me tyrannum, patriæque libertatem reſtitutam. *Egn l. 3. c. 2. & l. 8. c. 15. Brutus in hiſt. Flor.*

Duodecim ingenui adoleſcentes Poloni Adrianopoli, cùm ab Amurathe Turcorũ principe, poſt interfectum ad Varnam Vladiſlaum regem, ex omni captiuorum numero propter eximiam formam electi, vt circumciſi pro catamitis & cinædis eſſent, & in cubiculũ tyranni deducti fuiſſent, in necem eius coniurarunt: peregiſſentque facinus præclarum, & omnibus ſeculis memorabile, niſi in ipſo articulo à Bulgaro, quem

vnum

A vnum ſocium conſi[illegible]j adhibuerant, proditi eſſent. Atq[illegible] ij tamen, vbi rem palam eſſe cognouerunt, ne [illegible] tan[illegible] ſiue [illegible] dioi[illegible] ſiue crud[illegible] eſſent obnoxij, ubd[illegible] pelli[illegible], armat[illegible] inter ſe concurrerunt & mutuis vulneri[illegible]us fortiter conciderun[illegible]. [illegible]

Othu III. Parmen[illegible]ium po[illegible] defunctum G[illegible]lea[illegible] tyrannus, Ferrariæ ducis Nicolai Ateſti[illegible] imperio [illegible], vbi conatib. ſuis, ſuſtinens v[illegible] enté[illegible], Ma[illegible] c reſiſt[illegible] det, pacem, vt fail[illegible]ret, ſo[illegible] ppetere [illegible] Nic[illegible]aum prægrauante ſtipendio S[illegible] [illegible]e di[illegible] demùm ex occaſione incautu[illegible] [illegible] inuaderet. Poſtulabat igitur Otho, [illegible] Nic[illegible] [illegible] deuenire minime grauaret[illegible], vt coram [illegible] agi poſſet. Id bis abnuerat Nicolaus, [illegible] bumine dolum veritus: ſe [illegible] perfidiam præoccuparet. Res eo mudo compoſita [illegible] [illegible]bi nis, ſtipati equitibus, pariq; [illegible] à [illegible] pro uecti, ad primum à Robert[illegible] lapidem [illegible] conuene rent. Aderāt Othuni Guido Tau[illegible] [illegible] Aqui

B lanus clari duces: Nicolaum v[illegible] Sf[illegible] & M[illegible] At tendulus Sforciæ frater medium ten[illegible]nt. Cæterum vix [illegible] cœptis ſermonibus, Sforcia prælto & feroci equo in Othonem repentè concitato eum per loricam, quam lacini[illegible] tecti fruſtrà induerat, ſub coſtis gladio trāsfodit, & proſtratū confecit. Hinc extemplò promotis caſtris Parmam contendit, receptúſque à ciuibus, qui liberatori & tyrannicidæ inſigni ſtudio fauendum exiſtimabant, Othonis filium Nicolaum Guerrerium in arce obſedit. Ea dedita, pari euentu & Regium, & ſancti Domini oppidum, cum triginta ampliùs caſtellis in ditionem Ateſtini deuenerunt, ita vt fortuna puncto temporis Othonis Imperio pariter ac vitæ finem attulerit. Sforcia a Nicolao donatus eſt virtutis ergò Monticolo Parmenſis agri oppido, atq; item vexillo, in quo adamas turbinatus aureo incluſus annulo depictus erat: quo inſigni poſtea & ipſū, & poſteros eius perpetuò vſos fuiſſe cōſpicimus. *Ion. in vita Sforciæ.*

Peruſinorum tyranni Balliones, Bononienſium Bentiuoli:

C quorum maiores ex priuatis ciuibus, in ciuilibus diſſenſionibus, factionis vnius duces facti, aduerſariiſque partim pulſis, partim cæſis, ſuarum ciuitatum prorſus domini euaſerant: nec ab legitimi principis nomine aſſumendo, aliud quàm Pontificum reuerētia eos cohibuerat. Eos cùm Iulius II. pōtifex ad officium redire, & malè occupata reſtituere cogeret, Ioannes Paulus Ballio, Vrbinatium ducis hortatu, cùm ſe penitùs voluntati Pontificis commiſiſſet, in gratiam rediit. Quo facto, Pontifex Peruſiā inermis ingreſſus eſt, adeò vt in Ioānis Pauli poteſtate fuerit (ſi eam perfidiā, quæ eius nomen in tanto minoribus rebus fœdarauerat, in tanta re per vniuerſum orbē celebrem facere nouiſſet) eum cum tota aula captiuum facere. At Bentiuolus & filij, qui antea pleno ore minitantes, ſe ſuam dignitatem fortiſſimè propugnaturos paſſim iactauerant, animo fracti, ſeſe prorſus eius arbitrio commiſerunt vnum ſaltem, vt tolerabiles leges ſibi imponi curaret, ſupplices rogantes. Sic ergo tranſactū, vt Ioanni Bentiuolo cum liberis & vxore Geneura Sforcia tutò Bononia abire, & in quovis Mediolanenſis Imperij loco manere liceret, omnem ſuam ſupellectilem vendere aut abducere: neque ob reliqua bona, quæ iuſto titulo poſſidebant, moleſtia vlla ahiberetur. *Guicciard. l. 7.*

D Heluetici fœderis & libertatis hæc fuit origo. Adulpho Naſſauienſi Imp. fauebant ex Heluetiis Alpinis, Vria, Suitia & Vnderualdia, contra Albertum Auſtriacum: & quia a nobilibus grauiter premebantur, eos agro ſuo expulerunt. Quod factum poſtea Henricus VII. Lucemburgenſis Imp. ratum habuit, & porrò inter liberas Imperij vrbes connumerari voluit, iis priuilegiis, vt cætera liberi, in capitalibus tantùm cauſis iudicem ab Imp. datum adhiberent, quem ſua lingua Rychesuogtom, hoc eſt, Imperij præfectum vocant. Poſt Henrici obitum, cùm Fridericus Auſtriacus contra Ludouicum Bauarum, de regno Rom. diſſentientibus inter ſe Electoribus, arma cepiſſet, anno Chriſti 1314. & totus Chriſtianus orbis bellis inteſtinis arderet: tres pagi odio Auſtriacorum finitimorum, ad quos nobiles pleriqùe exules confugerent, Lodouico conſtanter adhæsère: nec quantumvis repugnantibus præfectis ad Fridericum deficere voluère, quieti interim, & otioſi ſpectatores tragœdiæ. Cæterùm quia præfecti, Auſtriacæ nobilitatis freti vicinia, conſpirationem quandam inter plebem exortam eſſe audiebant, vt eam callidè deprehenderent, tale conſilium ineunt. Hiſſerus Suitenſium & Vrianorum præfectus in foro galerum ſuum erigi, & tranſeuntes aperto capite honorem ei non minus quàm ſibi ipſi exhibere iubet. Erat Gulielmus T[illegible]lus Vrienſis, vir

B magno animo, vnus ex omnibus, qui [illegible] pr[illegible]bo edicto parere nollet. Eum Giſlerus comprehenſum de coniuratione ficta interrog[illegible]t: & omnia conſtanter ne[illegible]em [illegible] patrio affectu e[illegible] pugn[illegible]re nititur. Erat Tello ex trib[illegible] fili[illegible] quatuor annorum infans [illegible] eum tyrannus add[illegible]c[illegible] & pomum vertici eius impoſitum [illegible] ſagitta ferire, aut cert[illegible] co[illegible]iurat[illegible] [illegible] rodere iubet [illegible] lu[illegible] primum dep[illegible]cat: mox q[illegible] tyranni animum nihil moueri ſentit, diuinum implorans auxi[illegible]um, bal[illegible]ſta arrepta, q[illegible] ol[illegible] [illegible] fer[illegible] perſequendis felicites vti conſueuerat, illæſo puerul[illegible] pomum [illegible] ſagitta confixit, & re bene geſta ad aſtā te[illegible] [illegible] E[illegible] q[illegible]od [illegible] hi, ſed longe ampliùs præfecto g[illegible] [illegible] te filio meo v[illegible]:mortuo illo & ipſe vtiq; hac [illegible] itta, [illegible] circa ceruicem [illegible] thorace prominentem [illegible] [illegible] con[illegible] [illegible]. [illegible] exacerbatus præfectus, T[illegible]lum vinctum [illegible] abduci. Vehementi tempeſtate exorta, cum nulla ſalutis ſpes ſupereſſet, T[illegible]ellum nauigandi peritum [illegible] iubet; de libertate magis quàm de vita ſollicitus, ca-

F ptata occaſione magno cum impetu in ſcopulum, cui de induſtria nauim admouerat, exilit, & naui denuò propulſa, remoq; abiecto, fuga ſibi nemine perſequente conſulit. Paucis poſt diebus præfectum propè Kyſnacum ex inſidiis adortus ſagitta interfecit. Iam cùm præfectus quoque Vnderualdenſis inter reliqua ſtupra & rapinas, ruſtico cuidam par boum vi abſtuliſſet, & vxorē eius in lacunico ſibi aſſidere coëgiſſet: à marito ſuperueniente in balneo cæſus eſt. Hanc præfectorū tyrannidem cùm omnes deteſtarentur, tres inuenti ſunt primùm, qui de ea euertenda conſilium ceperunt. Itaq; Gulielmus Tellus Vrienſis, Stouffacherus Suitenſis, & Ernius Vndernaldenſis, fœdus clàm inierunt. Conſilij ſui participes fecére ſuos quiſque populares, ita vt manu facta, nobiles omnes e regione ſua eiecerint, & arces quaſdam exciderint. A. D. 1314 Ludouicus Imp. aliis bellis occupatus, cùm illis auxilio eſſe non poſſet, literis tamen & legatis Paganus ad conſtantiam hortatus eſt & præfectis imperauit, ne quid

G grauius contra eos molirentur. Interea Leopoldus Auſtriacus, frater Friderici, cum exercitu numeroſo paganos aggreſſus, cæterùm anguſto loco inter lacum Egrino & Morgardam montem incluſus, cùm aciem expedire non poſſet, & equitatus iniquo loco pugnaret: MD. cataphractis amiſſis, cum peditatu via effugit, die D. Audomaro ſacra, a VI. Nou. A. D. 1315. Hac victoria confirmati pagani Heluetij, æternum fœdus inierunt: quod Ludouicus Imp. auctoritate ſua confirmauit, & capitalium cauſarum iudicium perpetuo priuilegio iis concelſit. *Stumpfius in Heluetia chronico.*

ERGA SEDITIOSOS.

Prudentia dirigit, Fortitudo exequitur. Ea propter ſub Titi Prudentia i[illegible] componendis ſeditionibus, tum politicis, tum caſtrenſibus, quædam huic loco accommodanda erunt.

Cùm tribunus plebis Saturninus, & prætor Glaucia, & Equitius deſignatus tribunus plebis, maximos in ciuitate Romana ſeditionum motus excitaſſent, nec quiſquam ſe populo concitato opponeret: primùm M. Æmylius Scaurus S. Marium conſ[illegible] latum ſextum gerentem, hortatus eſt, vt libertatem, legéſque manu defenderet, protinuſque arma ſibi afferri iuſſit: quibus allatis, vltima ſenectute confectum, & penè dilapſum

H corpus induit, ſpiculúque innixus ante fores curiæ conſtitit, ac paruulis extremi ſpiritus reliquiis, ne Reſp. expiraret, effecit. Præſtantia enim animi ſui, ſenatum & equeſtrem ordinem ad vindictam exigendum impulit. *Val. Max. l. 3. cap. 1.*

Cùm Tib. Gracchus in tribunatu profuſis largitionibus fauore populi aucupato, Remp. oppreſſam teneret, palámque dictaret, interempto ſenatu, omnia per plebem agi debere: in ædem fidei publicæ conuocati Patres C. a Coſ. Mutio Scæuola, quidnam in tali tempeſtate faciundum eſſet, deliberabant: cunctiſque cenſentibus, vt Coſ. armis Rempub. tueretur, Scæuola negauit ſe quicquam vi eſſe acturum. Tunc P. Scipio Naſica: Quoniam (inquit) Coſ. dum iuris ordinem ſequitur, id agit vt cum omnibus legibus Romanum Imperium corruat, egomet priuatus voluntati veſtræ me offero ducem. Ac deinde læuam manum apertè toga circumdedit, ſublatáque dextera proclamauit: Qui Rempub. ſaluam eſſe volunt, me ſequantur. Eáque voce cunctatione bonorum ciuium diſcuſſa, Gracchum cum ſcelerata factione, quas merebatur, pœnas perſoluere coëgit. *Idem.*

L. Opimius in conſulatu Fuluium Flaccum conſulatem &
A C. Gracehum tribuniſium oppreſſit.

ERGA LATRONES.

Latrones priſco ſæculo extitére plutimi. Eorū Hereules peragrans tegiones, ex[illegible]iodebat & ſuſtollebat partem. Alij deliteſceotes eo præſente trepidabant, fugi[illegible]abantq; & abiecti deſpiciebantur. Tmolum & Telegonum, Protei filios, qui huſpites lucta ſuperatos necabant, lucta ſuffoc[illegible]uit. Sarpedonem, Neptuni filium, crudeliſſimum interfecit [illegible], & baltheū Euryſtheo portauit. Cacum [illegible]tronem in A[illegible]entino mōte oppreſſit. Lacinum, extremam oram Italiæ latrociniis infeſtantē trucidauit. Coon inſ[illegible]am [illegible]tipuit, regemq; [illegible]ypilum cum vniuerſa familia obtruncauit, quia [illegible] [illegible]ædes & latrocinia aduerſus omnes. Albionem & Be[illegible]onem, iter [illegible] [illegible]pedientes, cùm ad Atl[illegible] [illegible]ontes properaret, de [illegible] ſuſtulit. Cùm ad aprum Erymāthium profic[illegible]etur, a Ph[illegible]o hoſpitio perbenignè accipitur. Is vas op[illegible] [illegible] hoſpitis aperuit. At Centauri odore vini e[illegible] in Pholum impetum faciunt: quos Hereules ſtatim ſagittis cōfecit. Dum ſeruiret Lydiæ reginæ Omphale, Cercopas Ephesi p[illegible] bello profligauit, qui aduenientes hoſpites ſuas vineas [illegible] quā ſeruos fodere cogebant. Cùm boues Geryonis in Lybiá per Iberiam abigeret, Percylus & Alebion, Neptuni filij bou
B pulchritudine allecti, illos ſurripuēre, & egēre in Ethruriam. Cùm taurus aufugiſſet, & tranaſſet in Siciliam, Italiā poſtea vocarunt. Tyrrhenorum enim lingua taurus Italus dicebatur. Cùm Eryx, Siciliæ rex, tantum illum cepiſſet, neque repetēti Herculi reddere vellet, ad certamen ventum eſt. Eryx cæſtu percuſſus obiit. Multa ſunt certamina, quæ in itinere ad Heſperidum mala Hercules commiſit. A ligno ad fluuium Echedorum ad ſingulare certamē prouocatus eſt. At fulmine cæleſti fuerunt dirempti. Cùm è Pyrenæis montibus per Illyricam regionem iter faceret, & in Lybiam peruenissēt, Antæum Terræ filium obuium hábuit, admirandæ proceritatis: qui ad ſexaginta & quatuor cubitorum longitudinem accederet, in omnes peregrinos inhumanum, quos ſecum luctari cogebat, & ſuffocabat. Hic cùm Herculē ad luctam prouocaſſet, ab eo penè extinctus ter proſternitur. At erat ea virtute, vt quoties Terram matrem attingeret, toties fortior reſurgeret. Quod ſentiens Hercules, ſublimem à terra tamdiu ſuſtinuit, quādiu ſpiraret, donec expirauit. E Libya in Ægyptum profectus, Buſirim Neptuni & Lyſianaſſæ vel Lybies filium inuenit, qui aduenas Neptuno patri, vel Ioui immolaret. Cùm eaſdem in-
C ſidias Herculi paraſſet, Buſirim, Amphidamantem F. & Chalben, præconem aræ illius impuræ occidit. Per Arabiam iter faciens, Emathionem Tithoni filium, violentum hominem in omnes peregrinos, obtruncauit. *Nat. Com. lib. 7. cap. 1. Myth.*

Melampygus Græcis ſignificat eum, qui nigro ſit podice: quo quidē cognomento notatus eſt Hercules, quòd eam corporis partem, non Lydorum more vulſam, neque candidam, quemadmodum effeminati ſolent, ſed nigris pilis hirſutam ac ſyluoſam haberet. Nam Græci, quemadmodum molles & imbelles, fractóſque deliciis, πυγάργους ἢ λευκοπύγους appellant, itidem è diuerſo fortes ac ſtrenuos μελαμπύγους vocare conſueuerunt, vt auctor eſt Lycophronis interpres. Idem oſtendit parœmiam ad hunc quoque modum efferri: Οὔπω μελαμπύγου τετύχηκας, id eſt. Nondum in Melampygum incidiſti. Duo quidam fratres erant ſceleratiſſimi, Paſſalus & Achemon, ſiue Achmon. Hos mater, nomine Semnonis, vbi videret atrocia facinora patrantes, iuſſit cauere ne quando in Melampy-
D gum inciderent. Euenit deinde vt Hercules aliquando ſub arbore quandam dormiret, armis in eandem reclinatis. Acceſſerunt Cercopes ſiue Perperi fratres (vtrumque enim ſcriptum inuenitur) & Herculem dormientem ipſius armis aggredi tentarunt. Ille protinus ſenſit inſidias, & correptos ac vinctos de claua à tergo ſuſpendit leporum ritu, atque ad eum modum geſtabat. Illi pendentes capitibus deorſum demiſſis, cùm Herculis poſticum nigris pilis horridum atque hiſpidum viderent materni moniti memores, ſuper hac re inter ſeſe confabulabantur. Quod ſimul audiſſet Hercules, hoc cognomine delectatus, & in riſum effuſus, eos vinculis ſolutos dimiſit. Notat hanc hiſtoriam *Plut. in libello de Diſcrimine amici & adulatoris*, cùm ait Herculem Cercopibus fuiſſe delectatum. Meminit & *Herodotus in ſeptimo, de loco dicto lapide Melampygo, & Cercopum ſede. Eraſm. in Adagiis.*

Theseum iam pridem virtutis clàm gloria incenderat Herculis, cúmque faciebat plurimi, promptiſſimè aures præbebat qualis eſſet ille, commemorantibus præcipuè [illegible], qui viderant eum, & [illegible]us factis d[illegible]ue in[illegible] [illegible] [illegible]oo-
E [illegible]u quoque in ſ[illegible]mnis geſta eius [illegible] [illegible]re[illegible] [illegible]tu concitaret æ[illegible]lat[illegible]o, præſertim [illegible]m g[illegible] [illegible]in-
qi, ex [illegible]onſobrinis nati. Quipp[illegible] [illegible] hæc Æ[illegible] [illegible] Alcmena, [illegible] Lyſidice & Pitheus [illegible] H[illegible]od[illegible] & Pe[illegible] ge[illegible]mani. Itaque [illegible]rœzene relicta, vbi [illegible] [illegible]heo educ[illegible] fuera[illegible] Athenas ad Ægeum patrem terre[illegible] [illegible]inere [illegible]f[illegible]s, pri[illegible] in finibus Epidauri Periphet[illegible] [illegible] Suidas [illegible] hanc[illegible] vocar[illegible] q[illegible] pro armis vtebatur cl[illegible]ua [illegible]que Cory[illegible], id eſt, c[illegible]atus appellabatur [illegible] apprehen[illegible] [illegible]tem [illegible]um & verantem progredi [illegible]on[illegible]reſſus [illegible]um eo, [illegible]ntere[illegible]it. Obl[illegible] [illegible]t[illegible]s [illegible] [illegible]c[illegible]t eam pro armis, qua deinceps eſt vſus, [illegible]t p[illegible] leon[illegible] H[illegible]c[illegible]es. In I[illegible]h[illegible]no Simin Pithyocamptem [illegible]ic di[illegible]um, quod duas flectens pinus, atque vtrique al[illegible]igato hominis brachio, ſurſum dimittens, dilaceraret) quo modo [illegible]ultos [illegible]lle per[illegible]merat, eodem eum ſuſtulit. non meditatos [illegible]eq[illegible] a[illegible]ctus, [illegible]ed virtutem demonſtrans cuius arti & exer[illegible]ta[illegible] exc[illegible]ler[illegible]. Erat Sinidi excellentiſſimæ formæ & ſtaturæ fil[illegible], [illegible]igune nomine, hanc perempto Theſeus patre [illegible]gientem circumquaque requirebat. Ea in locum ſeceſſerat frequentibus virgultis, multaque ſtœbe & aſparagis obſitum. Hæc illa admodum ſimpliciter & pueriliter precans
F velut ſentientia, vota cum iureiurando nuncupauit, ſi ſeruaſſent & texiſſent ſe nunquam læſuram ſe ea, nec crematuram. Quam cùm alta voce appellaret Theſeus, fidémq; daret, egregiam ſe eius geſturum curam, neque re vlla violaturum: prodiit, atque ex Theſei complexu edidit Melanippum. Ea pòſt Deioni Euryti Oechalienſis filio, Theſeo elocante, nupſit. Melanippo Theſei genitus Toxus. Ornyti ſocius deducendæ in Curiam coloniæ fuit, vnde originem ducunt Toxides. Hinc ſolemne Toxidibus eſt, neque ſpinam aſparagi, neque ſtœben comburere: ſed honorare hæc & venerari. Crommyonia ſus, quam phæam cognomine dicebant, fera erat non contemnenda, ſed pugnax, & haudquaquam prompta ſuperatu. Hanc obiter, ne omnia videretur neceſſitate agere, excęptam occidit: exiſtimans iuxtà decere fortem virum, homines improbos vt ad vindicandum ſe aggrediatur, & feras generoſas pugna laceſſat, & cum iis depugnet. Sunt, Phæam qui mulierem latronem fuiſſe atrocem & laſciuam referant, quæ ibidem habitabat in Crommyone, Suem appellatam ex moribus & vita, quæ ſit inde à Theſeo trucidata. Scironem pro
G finibus Megaricis ſuſtulit, præcipitauitque de ſaxo, quæ ab eo ſaxa Scironia dicuntur. Hic latrocinatione vtebatur in viatores: &, vt alij aiunt, ex impotente improbitate pedes porrigebat peregrinis iuſſis eos abluere, mox impellebat hos calcibus & deturbabat in pelagus iuxta Chelonem. Eleuſine iuxta Cercyona Arcadem lucta victum oppreſſit: paulúmque progreſſus Hermonie, Damaſtem, Procruſtem dictum, [illegible]greſſus eſt, in eo loco Atticæ, qui dicitur Curdalus, habitantem. Hic viatores cogebat ſuper lectum aliquem aſcendere: quòd ſi longiores erant, parte ſupereminente amputabantur: qui breuiores, pedibus diſtendebantur. A qua re Procruſtes cognominatus eſt. *Plut. in Theſeo, & Diod. l. 4. c. 5.*

Callisthenes in nauigatione, & Hecatæus de Hyperboreis, narrant duos colles fuiſſe in Phrygia, qui aures Aſini vocarentur, ſuper quibus munitiſſima oppida condita fuerunt, e quibus latrones complores viatores & peregrinos adoriebantur. His locis cum arma Midas rex Phrygiæ intuliſſet, ac oppidis per vim potitus fuiſſet: obtruncatis latronibus,
H dictus eſt fabuloſè aures aſini habere. *Nat. Com. Myth. l. 9. c. 15.*

Chimæræ fabulam à Bellerophonte interfectæ quidam ad latrones transferunt. *Vide Titulum*, Belluarum Domitores.

Oblati nonnulli Laconibus in itinere dixerunt: Bona veſtra fortuna modò hinc dilapſi ſunt latrones. Illi Minimè verò inquiunt, ſed illorum, qui non inciderunt in nos. *Plut. in Lacon.*

Poſt bellum Mithridaticum & Syllana tempora Cilices piratæ cùm longè latéque omnia infeſtarent, vt nihil vſpiam toto mari ab illorum latrocinio Romanis tutum eſſet ampliùs: miſſus eſt aduerſus eos P. Seruilius proconſul, qui Iſauros, & aliquot alias eorum vrbes expugnauit. Quo digreſſo, ipſi validiores inſurrexerunt, & ad Caietam vſque Miſenum & Oſtiam cum magno Romanorum terrore & dedecore prædabundi peruenēre. Gabinius rogationem tulit ad populum, vt maris imperium Cn. Pompeio demandaretur, quàm longè latéque

patet

pſtet à Gaditano freto ad Syciam & Pamphyliam & rurſur
A ab Ægypto Libyáque ad Helleſpontum [illegible] piratis in bellum conficiendum, quindecim ſibi ex [illegible] ordine viros legeret, quibus ſuo arbitrio leg[illegible] nomine vtere tur: ſumeretque ſibi tantum pecuniæ [illegible] ærario, quantum ad alendam claſſem ſatis videretur [illegible] par ei [illegible] poteſtas eſſet habendi delectus, & commeatus ad bellum [illegible] edienti. Eam rogationem cupidè plebs [illegible]pl[illegible]a eſt. [illegible] tamen optimum quemque tam inſolens Imperium po[illegible] talque nulli ad id tempus conceſſa, vt ne a P[illegible] ne q[illegible] dem [illegible] Pompeio tacitum tuliſſe ferant, per Romuli gradu[illegible] exitum habiturum. Quæ vox effecit, vt p[illegible] abfu[illegible], qui con[illegible] pro concione multitudinis [illegible] tiore via ingreſſus, parcendum Pompeio [illegible] eot periculis onerandum [illegible] dandum itaque [illegible] quo bellum partiretur. Quæ Catuli vo[illegible] fremitu & indignatione eſt à populo excepta, [illegible] ſupernè volans, clamore percolſus, in mediam [illegible] dic tur. Pompeius interim Incredibili [illegible] tate v[illegible] claſſem & commeatum, omnium ſpe celerius [illegible] para[illegible]. Pop[illegible], Dyn[illegible] reges Rom. nominis ſocij, auxilia, pecunias, commeatum ad id
B bellum miſêre. Inſtructæ itaque naues 270. numero peditum, equitúmque: & oequà hoſtibus pateret effugium, Pompeius legatis partitus eſt prouinciam. Appianus ne pugnatum quidem ſcribit, ſed Pompeij fama territis hoſtibus, continuò deditionem fieri contigiſſe. Dedita ſunt ad vigiuti millia hominum piraticæ naues captæ ter centum ſex, vt idem auctor prodidit. Plinius multò maiorem numerum poſuit. Pompeius prædonum turbam procul mari ablegatum, partim Solis vrbe per id tempus propemodum à Tygrane in ſolitudinem redacta partim Dymis Achæorum oppido collocauit. Solenſium vrbs à noua huiuſmodi colonia, Pompeiopolis eſt appellata. Trium igitur aut quatuor, vt quidam tradunt, menſium ſpatio, difficillimum alioqui bellum, dubium maiore ducis virtute, an felicitate eſt confectum. *Sab. lib. 4. Enn. 6.*

Herodes Antipatri F. contra latrones in ſpeluncis degentes duxit militem. Erant autem ſpeluncæ ſitæ in præruptis montibus, anguſtis tramitibus acceſſibiles, & acutis cinctæ rupibus. In harum cauernis illi habitabant familiis. Rex autē arcas in hunc vſum compactas de vertice montis per machinas demittebat catenis ferreis. Hæ arcæ completæ erant militibus haſtas falcatas habētibus, ad attrahendos repugnātes, & deturbandos per præcep. Hæc tamen arcarū demiſſio pe-
C riculoſa erat, propter immenſam altitudinem: & in ſpeluncis non deerant victui neceſſaria. Vt verò dimiſſæ ſunt arcæ ad earū oſtia, & nemo præ metu audebat progredi: quidā ſcutatus ac accinctus gladio, manu vtraque apprehēſa catena, qua arca ſuſtinebatur, dimiſit ſe intra fauces. Mox ad quandā cauernā accedēs, primùm iaculis multos intus confecit: deinde reſiſtere conatus falcata haſta attractos dabat in præceps: tādem penitus reconditos inuadens, iugulauit multos, ac tū demùm in arcam ſe recepit, cæterum eiulatum audientes pauor corripuit & ſalutis deſperatio. Sequenti die vſi ſunt eodem oppugnationis genere, magis etiam ex arcis exeundo & pugnando in foribus, & ſubiecto igne antra incedēdo. Hócque modo omnes ſpeluncæ expugnatæ fuerunt. *Ioſephus l. 14. c. 17.*

Arvor mvs pugil Suecicus ſuſtulit ex Oſura Frotonis III. Danorū regis bellicoſiſſimi F. duodecim filios, Brādet, Biarbi, Brodder, Hiartādi, Tander, Tieuingar, duos Haddingor, Hiorthuar, Hiarthuuar, Rani, Angatir. Hi ab adoleſcentia piraticæ
D dediti, vno nauigio in Sampſo inſulam vecti, cùm duas naues Hialmeri atque Aluaroddi piratarū reperiſsēt, remiges interfecerunt: ſed an gubernatores oppreſſiſſent dubij, ex numero remorū & cæſorū eos abeſſe cognouerūt. Quippe Hialmerus atque Aruaroddus, quarū nauigia tēpeſtas lacerauerat, gubernaculi excidendi gratia nemus ingreſſi, cùm illud humeris impoſitū ſociorū cladis ignari ferrent, ab Oſuræ filiis laceſſiti, duo cū pluribus ferro decernere coacti ſunt. Cæſo Hialmero, Aruaroddus informem adhuc gubernaculi truncū incredibili libratum ouſu tanta vi hoſtium adegit corporibus, vt duodecim vnico eius impulſu contuſos eliſerit. *Saxo l. 5.*

Fratres 12. Noruegi latrocinio inſignes, intra inſulā rapidiſſimo ambitā fluuio prægaltum moliti vallum, terreſtrem in planū munitionem extenderant: cuius receptaculo freti, crebra vicinos irruptione laceſſebant. Excedentes enim inſula, continentem erecto ponte petere conſueuerant: quē portæ munitionis annexum ita moderari ſolebant, vt quaſi volubili aliquo cardine circumuectus modo trans flumen inter[illegible]
E neret, modo occulto reſtium ductu ſuperne retractus ianuæ deſeruiret. Fuēre autē iuuenes hi giganteis trophæis cel[illegible] potius locupletes. Quorumdam e[illegible] ipſis nomina reliqu[illegible] G[illegible]biorn, Gumbiorn, Armbiorn, St[illegible]biorn, Esbiorn, Thor biorn, & Biorn. Hic equum habuiſſe traditur miro robore & velocitate, adeo vt, cæteris amnē traiicere nequeuntibus, hic ſolus obſtrepente indefeſſus vortice [illegible]petaret. Cuius aquæ lapſus tam præcipiti curſu deſc[illegible]bat[illegible], vt ant[illegible] natantia quæuis abriperet. Canem quoque [illegible] habebat, quæ ſæpiùs bis[illegible]nos ſola viros oppreſſit, Oſſ[illegible] gnantis armētorum cuſtos olim Fridleuus Frotonis III. Danorum regis F. antequam patri in regno ſuccederet, exercitu contra eos ducto intr[illegible] munitionem compuli[illegible] & equum Biornonis cepit. Ea [illegible] peſta ſolus per fluuium vectus, in latronum munimentum penetrauit, ponteque demiſſo exercitum introduxit, latrones cecidit, ſoli Biornoni pepercit, fortis & fideli opera eius [illegible] ſæpius deinceps vſus. *Saxo lib. 6.*

Olo Noruegus, Siuari Noruegiorum regis F. qui poſt in regno Daniæ Haraldo auunculo ſucceſſit, cum accepiſſet Gunnonem Thilemarchiæ ducem cum filio Grimone nemus Ethaſcog per latrocinium obſidere, cum cane & equo parabilem à patre armaturam depoſcit, & ſyluam ingreſſus, hominis veſtigia niui altius impreſſa ſequitur. Ibi Tokonem ſeruum Gunnonis ferro opprimere deforme exiſtimans,
F apprehenſum, artatimque confractum, tecto quo præceps exceſſerat, tranſuerſum iniecit. Qua ignominia Gunno ac Grimo ociùs incitati diuerſis elapſi poſticis pariter in Olonem cum contemptu ætatis eius ac virium ruunt. Sed ab eo vulnerati, dum genibus innixi, Olonem perdere conantur, eorum ille alterum ferro, alterum cane confecit. *Saxo lib. 7. & Crantzius lib. 5. Daniæ, cap. 11.*

Suenonum rex Gotarus, alteram Omundi regis Danorum demortui filiam amore complexus, Ebboni cuidam Sibbonis filio poſtulandæ virginis gratia negotium dedit. Is gratum de puellæ conſenſu nuncium retulit. Iamque nihil voto præter nuptias deerat: quas Gotarus apud alienos agere metuens, per Ebbonem, quo prius vſus fuerat, ſponſam ſibi trāſmitti curat. Is quum parua admodū familia comitatus Hallandiam præteriret, in vico quodam pernoctauit, in quo duorum fratrum habitationes medius amnis ſecreuerat, eos, quos hoſpitaliter recepiſſent, nocte iugulare ſolitos. Trabem enim oblongam, ferro munitam, in excelſa domus parte ſuſpenderant quā no-
G cturno tempore ſubductis nexibus demittentes, inferi è cubantium capita deſecare ſolebant. Ebbo iuxta caminū extructo foco, impendentem capitibus machinam conſpiciens, ſocios ſimulato ſomno corpora tranſponere iuſſit, præfatus perquam ſalutarem eis loci variationem exiſtere. Quidam ſpretis monitis immoti, vt cuique iacendi locus obuenerat, cubauerunt. Intempeſta nocte ab inſidiarum miniſtris per dula machina magna vi ſolo adacta, ſubtectos exitio tradidit. Mox illato lumine, Ebbonem ſuperſtitem pugna adorti, ab eo occiduntur. Ebbo ſociis amiſſis, ad ſuos redit Gotarus id Syuardi inſtinctu factum iudicans, vindictam armis perſecutus eſt. Syuardus victus: ſoror ab hoſtibus capta: Dania vectigalis facta. *Saxo lib. 8.*

Ioannes Henrici VII. Cæſaris F. regno Boëmiæ potitus, eiecto Henrico Corinthio tyranno, cùm in Boëmia tanta vis latronum inoleuiſſet, vt numeroſo equitatu peditatúque non itinera ſolùm ad excipiendos quoſcunque viatores complecterent, ſed loca præterea tenerent validis præſidiis firmata, ex
H quibus aperta vt agros etiam & vicos incurſabant omnia illorum latibula perluſtrauit, indéque per milites extractos, igne, cæde, laqueo puniuit, dirutis ſimul vſque ad ſolum latebris. Alteram ſubinde expeditionem in Morauiam ſuſcepit. Itaque arx Iam à Boskouicc, quam Vngerſperg cognominabant, expugnata, & euerſa eſt. Drahotuſa item & Deblina, ad quam nullis machinis, ſed tantùm cuniculis patebat aditus, cum Friderico poſſeſſore intercepta: ipſi, quia ſerius deditionem fecerat, caput gladio ademptum. Hoc modo non hominum tantùm ſaluti & ſecuritati, ſed agrorum inſuper vinearúmque culturæ proſpectum. *Dubrauius lib. 20.*

Alexander Scotorum rex, Fers, id eſt ferus, ob ſingularem in latronibus compeſcendis virtutem cognominatus eſt: Principio regni eius Morauii, & Roſſi vidētes eum inter aras ac ſacella verſari parentum more, rati ignauum & tardum ad corrigenda peccata fore, cum magna audacia rapinas

exercuère, róque tandem cupiditas ea euaſit, vt velut rabidi
A nulli mortalium parcerent, cædeſque promiſcuas facerent,
non feminarum modò puerorum, ſed infantum quoque. Ale-
xander duces tumultuum capite multauit. Redeunti verò per
Merniam, mulier quædam flens, ad genua accidit, dictitans
maritum ſuum ac filium, quòd illum ob debitum curam iu-
dice conueniſſent, à comi[illegible] Merniæ fil[illegible] cæſos. Alexander
repentè equo deſiliit, néc in equum priùs [illegible]cendit, quàm fla-
gitij auctor[illegible] in furca ſuſpenſum vidiſſet. Mox Goure[illegible] ca-
ſtellum, ab E[illegible]gato fratre æ[illegible]ificari nuper cœptum, perficere
conſtituit, ad latrunum rec[illegible]ptacul[illegible] deſtruenda. Dum operi
Intentus eſſet, I[illegible]erun[illegible] qu[illegible] in [illegible] Aleaandrum conſpirant[illegible]
corrupto muribus promiſſiſque cubiculario regio, per noctē
clàm in caſtellum pe[illegible] lo[illegible]cā [illegible] miſſi, regem ſomno v[illegible]r-
bitrabantur oppreſſum ad[illegible]untur. Is ſumpto protinùs enſe,
lecto euolat, ac cubicul[illegible]ú in primis, & ſe[illegible] alios, qui in
biculum iam penetrarant, [illegible]dit. Reliqui[illegible] à te[illegible]
opprimerentur, fuga ſibi conſulere nitebantur: ſed ab ex
tumultu famulis capti, coniurationē prodide[illegible] *H. Boeth. l.* 2.

Anno Domini 1063. in Palæſtinam profecti ſunt religionis
cauſa Sigfridus archymiſta Moguntinus, Guillelmus Tr[illegible]
B ctenſis, Othio Ratiſbonenſis, Guntherus Bambergenſis Epiſ-
cupi: Fridericus Damaſiæ, Eckardus à Scheuren, Orhtu[illegible]us
ab Hubenuart Dynaſtæ, & alij complures Boiorum proce-
res. Sauum amnem tranſgreſſi multa à latrunculis perpeſſi
ſunt. A Byxantio Cæſaream Galilææ Calendas Aprilis, quar-
to die ante Paſcha, duûm itinere dierum ab Hieroſolymis,
peruenerunt. Poſtero die Capharſalam vicú intrant, ibi Ara-
bes adſunt. Traiectenſis Epiſcopus ſemiuiuus & nudus ſpo-
liatus relinquitur. Reliqui tres Epiſcupi Baſilicam duaſque
turres occupantes, eas ſumma vi defendunt. Hoſtes tandem
celeberrimo Paſchatis die pacem venalem offerunt, octóque
Arabum principes in turrim admittuntur, qui de precio pa-
ciſcantur. Ibi hoſtium primarius linteum, quo caput in mo-
dum coronæ alligarat, collo Guntheri Epiſcupi, quem prin-
cipem eſſe rebatur, innectit: En, inquit, te ſolo capto, cæteros
omnes in poteſtate habeo, & ſimul ac iuſſeru, ab arbore cum
comitibus pendebis. Guntherus, vbi hoc per interpretem in-
tellexit pugnum in faciem minantis impingit, ac humi vno
C ictu hominem ſternit: deinde ſocios cohortatus, cæteros ſe-
ptem Arabes captos nudatóſque armis, duriter vinculis con-
ſtrinxit, teliſque ſæuientium popularium oppoſuit. Arabes eo
die ſociis parcentes manus abſtinent. Poſtridie Ramulæ præ-
ſes, quem rex Ægypti vrbi præfecerat, audito periculo Ger-
manorum, ne vectigalia in poſterum, ſi alij horum periculo
deterriti, Palæſtinam inuiſere vererentur: ad liberandum eos
cum magno equitum numero properat. Arabes ad eius ad-
uentum diffugiunt. Germanos autem Ægyptius præfectus
incolumes Hieroſolymam deduxit. Inde conductis nauibus
in Europam nauigarunt. Sighardus & octo redierunt; cæteri
interierunt. *Auentinus lib. 5. Annal. Boiorum. A.D.*

Anno 1505. ob nonnullos mare Ægæum atque Ionium,
demùm etiam Adriaticum nauigantibus infeſtum reddentes
piratas. Senatus Venetus quamplurimas triremes non vno
tempore armandas curauit: à quibus capti aliquot, latroci-
niorum pœnas dederunt. *Bembus lib. 7. Hiſt. Ven.*

Duo piratæ fratres, qui Tetuanum incolebant, duabus lon-
gis nauibus quatuor iam annis Gaditanum fretum, & oram,
quæ extra fretum in Auſtrum inflectitur, infeſtā reddiderant.
Septæ præerat Gomecius Syluius Vaſconcelius. Vnus ex pi-
D ratis inter inſulas obiectas occultari voluit, vt inde naues
aliquot imparatas inuaderet. Frater interim mare ſpeculaba-
tur, vt fratrē, cùm opus eſſet, admoneret. Huc cùm præfectus
per ſpeculatores exploratū habuiſſet, duas confeſtim celoces
inſtruxit: vni Andreā Vaſconceliū, alteri Michaëlem Syluiū
præfecit, ambo erant illius filij. Michaëli iuniori præcepit, vt
prior in hoſtes incurreret. Dum verò vterque ſe ſupra modū
dicto parentis audiētem præber, ambo à parentis conſilio de-
flexerunt. Iunior enim tanta celeritate celocē incitari præce-
pit, vt grandiorem natu fratrem minimè expectandum arbi-
traretur: grandior autem frater lentiùs, quàm res poſtulabat,
celocem remis impelli faciebat. Itaque Michaël Syluius in
hoſtium nauem magno animo inuaſit. At hoſtes, cùm eſſent
numero plures, & ex maiore naue cum minore decertarent, in
celocem inſiliunt: fit atrox prælium. Luſitani tandem metu
perturbati, ſeſe in ſentinam celocis abdunt. Gomecius cū cer-
to equitum numero per oram, vt congreſſum cerneret, diſcur-
rebat. Cum verò celocem ab hoſtibus [illegible]
alter in [illegible]um [illegible]bus & [illegible] a[illegible] E
feſt[illegible]n opem aff[illegible]ret. Sed an eq[illegible]is [illegible]
ſtes è c[illegible] e p[illegible]at, & [illegible]o[illegible]
[illegible]blat[illegible] . Deinde [illegible]q[illegible]
tos, e lat[illegible] ed[illegible], & à [illegible]etu r[illegible]
in[illegible]aſit. Na[illegible]ut[illegible] e co[illegible]ga[illegible]
rec[illegible]id it. [illegible] haſta confoſſus o[illegible]
Viei[illegible] de[illegible] quuor h[illegible] in
ce[illegible] pr[illegible]rep[illegible] deſiliunt. S[illegible]us haſtam [illegible] m
gu[illegible] [illegible]m ex pi[illegible]ar[illegible] bus natu max[illegible]um
[illegible] D[illegible] h[illegible]ſta[illegible]us qu[illegible] hu[illegible] celocis
pr[illegible] neb[illegible] ce præ[illegible]pites eiecit, & [illegible] ſe ab
h[illegible] p[illegible]n excutrit, & de magi-
ſt[illegible] qua[illegible] dum [illegible]niret. Ignorabat e[illegible]im [illegible]a-
[illegible]m. Iacebat Vi[illegible]ra conciſus vul[illegible]eribus,
[illegible]e effuderant: & tamen Syl[illegible]ius vt iu-
ni[illegible] [illegible]u bell[illegible]s exer[illegible]um, interrogauit. Quid
[illegible]et. At il[illegible] Abi, i[illegible]quit, & eos, qui ſe tur-
[illegible] e[illegible]pel[illegible]e, & remorum vehementi
[illegible] ſo[illegible] relictus es, ab imminente clade F
ſubtrahe. I[illegible] continuo rurſus homines metu turpiter exani-
matos e tenebris eduxit. At hoſtes cùm cernerent alios in-
teremptos, alios verò timore necis occultatos, alios poſtremò
vulneribus impeditos, in celocem impetum fecerunt. Interim
Andreas Vaſconcelius apparuit. Hoſtes cùm eſſent pugnādo
defeſſi, & ducem amiſiſſent, retrò ceſſerunt. At Syluius Vieirā
rurſus interrogat, Num hoſtium nauem inſequeretur? Vieira
eum admonuit, vt ex alto in terram curſum dirigeret, vt ho-
ſtilem nauem in vadū compelleret. Is conſilio paruit. Hoſtes
exterriti, nauem maxima remorum vi, in aduerſum littus im-
pellunt: & cùm in mare deſilirent, maxima eorū pars flucti-
bus hauſta fuit octo in terrā enatarunt, qui cùm in præfectū
inciderent, ab illo capti ſunt. Itaque antequam Andreas Vaſ-
concelius accederet, iam frater illius iunior rem totā confe-
cerat. In quo neſcio quid magis laudandum ſit: virtúſne, qua
vel ſolus vel cum pauciſſimis, qui vulneribus debilitati illū
ſequi minimè potuerunt, tam præſenti animo hoſtibus fero-
ciſſimis repugnauit: an modeſtia, qua in ea trepidatione nihil
ſine maiorum conſilio moliri voluit. *Oſor. lib. 10. rer. Em.* G

Ann. 1520. Antonia Azeuedia, nupta Iacobo Soueralio, na-
uem vnam ex iis, quas Carauelas appellant, conduxit, vt Tin-
gi Arzilam peteret. Eam duo illius fratres patrueles deduce-
bant. Vni Ioannes cœlius, alteri Arius Cœlius nomen erat.
Non multùm progreſſi fuerant, cùm in eos hoſtium nauis in-
currit. Ex hoſtibus octo in nauem inſiliunt. Cœlij cum An-
tonio Grimaldo piſcatore, qui ea etiam naui vehebatur, fe-
ſtinanter accurrunt, & cum hoſtibus, qui ingreſſi fuerant,
acre certamen ineunt: quatuor interficiunt, quatuor reli-
quos expellunt. Nautæ interim ita curſum dirigunt, vt ho-
ſtilem nauem poſt ſe relinquerent. At hoſtes, cùm ex iis, qui
pulſi fuerant, intellexiſſent, ſolos tres viros eſſe, qui pugna-
rent, reliquam turbam eſſe mulierum, atque nautarum: nauem
ſuam remis, quantum poſſunt, impellunt, ferreas manus
iniiciunt: ſexdecim armati per proram in nauem ingrediun-
tur. Duo Cœlij fratres eis acri animo repugnant, Grimaldus
inermis, cum haſta & gauſapina veſte, qua complicata ſini-
ſtrum brachium armauerat, cum fratribus animo magno
coniungitur. Maior pars hoſtium cadit, reliqui ſe rurſus in
nauem ſuam recipiunt. Dum hoc geritur, alij hoſtes per
puppim inſiliunt, qui à nautis repulſi ſunt. Grimaldus fo- H
cum nautis arripuit, & in hoſtilem nauem coniecit: & hoſti-
bus partim inflammationem intulit, partim multo cinere
conſperſis, aſpectum ademit. *Oſor. lib. 12. rer. Emm.*

ERGA BELLVAS. FERARVM domitores, victores.

☞ *In domandis belluis vt Prudentia opus eſt, qua machinis qui-
buſdam nititur (quarum ſub* Tit. venatorum *exempla quædam
referentur) ſic etiam Robore tum interno (cuius meritò hic de
Domitoribus ferarum agimus) tum externo, quod ad Corporis
bona pertinet: & propterea ex* Tit. Robuſtorum *quædam
exempla huc transferri commodè poſſunt.*

IN GENERE.

DAVID F. Iſai Bethlehemita, cùm patris pecus paſceret, &
leo vnà cum vrſo gregem adortus, ouem ſuſtuliſſet: raptores
perſecutus, vrſum occidit, eique de faucibus prædā extorſit.
Tū leonem in ſe inſurgentem, roſtro prehenſum cæcidit. Hoc
velud

A vel [illegible] ſecundo [illegible], Deique om[illegible] auxi[illegible] conſ[illegible] quamui. puer [illegible] d[illegible]. Si leonem & [illegible] tens D[illegible], quidni & Palæſt[illegible] q[illegible]phem[illegible] [illegible] iram in [illegible] conc[illegible]. *Re[illegible].*

Qua[illegible] rectà Gil[illegible], [illegible] ſelectis lapid[illegible] ircu[illegible] [illegible] Thebe[illegible] vocant. Serpe[illegible]tem [illegible], q[illegible] pellandus, e cauern[illegible] luſtr[illegible] a Tireſia vate, cum forte [illegible] adunt, atque ex eo, loco nomen in[illegible] *P[illegible] Beoti[illegible].*

Cyrene nympha Mæna[illegible] ſæuiſſimis beſtiis, ne leone quidem excep[illegible] [illegible]pugnare non formidarit. *Pindarus Pythiorum hymno* 8. Id[illegible] *Artemidis hymno Callimachus.*

Hercvles priſcus Ægyptius, Oſyri[illegible] Ægypti[illegible]m regis polemarchus, cùm homines infeſt[illegible]tur a bel[illegible] multitudine in Ægypto præſertim, cu[illegible] nunc quoque regiones deſertæ ſunt, & feris immanibu[illegible] plenæ huius veluti patriæ miſertus, feris occiſis eam reddidit hominibus co-
B lendam: eóque beneficio cœleſtium honore donatus eſt. *Diodorus lib. 1. cap. 5.*

Hercvli Iouis & Alcmenæ F. nuper nato, à Ioue, Iunonis nouercæ fraude, iniunctum, vt Euriſtheo paulò antè nato, Argiuorum regi futuro pareret, & duodecim certaminibus confectis, immortalis fieret. Iuno ſub mediam noctem duos ferociſſimos angues immiſit, à quibus ictus nemine præſcio interiret. Sed Hercules dicitur ambabus manibus illos compreſſos eliſiſſe. *Ouidius in Deianira. Apollodorus* tamen *lib. 2.* iam octo menſes natum Herculem hoc deſignaſſe memorat. At Pherecydes ab Amphitryone immiſſos tradidit, vt experiretur, vter eſſet Iouis filius: Iphiclum territum cum eiulatu aufugiſſe, Herculem illos ſuffocaſſe. Venit pòſt circa 16. ætatis annum ad Euryſtheum, qui primum laborem leonis Nemæi conficiendi ei impoſuit. Verſabatur is maximè inter Mycenas ac Nemæam ſyluam, circa montem, quem à caſu Tritonem dixerunt. Huius in radicibus aderat ſpelunca, ad quam diuertebat bellua Hercules cùm ad locum acceſſiſſet, fugientem in ſpeluncam inſecutus feram, altero aditus ore obturato, manibus leonem comprehenſum ſuffocauit. Detracti pellem nullis ictibus vulnerabilē, corpori tegumentū ad futura pericula circūdedit, vt teſtatur Euripides in Hercule inſano.
C Manſit poſtea conſuetudo, vt heroës pellibus pro ſcutis vterentur. Sic Theſeus Ancæus, qui fuit cum Argonautis, Argus, & alij cōplures, vt eſt apud Apollonium. Fuerunt autem tres leones ab Hercule ſuperati, Heliconus, Lesbius, Nemæus. Secundum ei certamen fuit cum Hydra Lernæa, in Argiui agri palude ſub platano ad fontem Amymones excubante. Capita illa C. ſecundùm Diodorum. Alcæus L. Simonides XL. Naucrates Erythræus ſeptem, Zenodotus Epheſus nouem, Heraclides Ponticus quinquaginta habuiſſe tradidit. Quoties vnum eorum cædebatur, reliquorum numerus duplicabatur continuò, niſi quis colli thyrſum igni ſtatim exuſſiſſet. Itaque cùm pars amputata validior redderetur, Iolaum aurigam ſuum monuit, vt e veſtigiò inciſam ceruicem face linea, ne effluerer ſanguis, inureret. Hoc pacto ſuperata bellua, ſagittas ſuas eius ſanguine tingit, quo illarum vulnus mortiferum redderetur. Cùm ingens cancer hydræ opem tuliſſet, eum Hercules conculcauit. Et quia accenſos torres
D Iolaus ad Herculem attulit, crediderunt quidā hunc laborē, quia adiutus fuiſſet ab Iolao, non fuiſſe inter duodecim ab Euryſtheo receptum. Tertius labor, vt aprum Erymanthium Arcadiæ vaſtantem agros viuum afferret. Phocidis ager vniuerſus ob iram Dianæ, quia Oeneus illam meritis victimarū honoribus priuarat, ab apro inſignis magnitudinis vaſtabatur, qui in Erymantho monte Arcadiæ natus fuerat. Eum Hercules vinctum ad Euryſtheum viuum portauit, cùm illum è quodā fruticeto propter altam niuem defeſſum extraxiſſet. Quartò mandatum Herculi, vt aureis cornibus ceruam velocitate eximiam Dianæ ſacram, in Mænalo monte habitantem, Mycenas captam adduceret. Sed cùm neque occidere illam Hercules, vt Dianæ ſacram, neque vulnerare vellet, annum totum currendo eſt inſecutus. Illa denique feſſa in montem Artemeſiū confugit, & ad Ladonem amnem iamiam tranatura capta eſt, & Mycenas ſuper humero deportata. Aiunt Euryſtheum virtute Herculis perculſum, dolium æneum ſibi ad

[illegible] bulum comparaſſe, [illegible] in vrbem Herculem [illegible], omnia monſtra ante portam ciuitatis exponi iuſſiſſe [illegible] Co- E
pr[illegible]um præconem omnia [illegible] formidabilia imperaſſe. Dianæ [illegible]getæ ceruam poſt [illegible] ab [illegible] conſecratam aiunt Cùm [illegible] Stymphal[illegible] in Arcadiæ [illegible]ud quem Iuno educata fuit, & celebr[illegible] Dianæ templum, [illegible], quæ humanis car[illegible]ue cerc[illegible]t, ad has cæd[illegible], quintò [illegible]llus acceſſit. Fuerūt, qui dix[illegible]int Stymphal[illegible] [illegible], non a Stymphal[illegible] el fluuio, vel palude A[illegible]diæ Stymphali, ſed ab Her[illegible] q[illegible]dā Stymphalo, cuius & [illegible] vx[illegible] Auis vocatæ, [illegible] fuer[illegible] ſen[illegible] Mænaſeus. Has occidit Hercules, quòd ipſum hoſpitio [illegible] accepiſſét, acceptis tamen Molionibus. Alij & [illegible] has [illegible]uiſſe memorāt, & non ſagittis cæſas; ſed crepitaculorum æneorum à Pallade acceptorū tinnito ab Hercule abactas, in Aretiā inſulā ex Arcadia cōuolaſſe ſenſit *Piſander Camirenſis, & Seleucus in Miſcellaneis, & Charon Lampſacenus.* Has etiā Ploidas vocarunt, vt ait *Apollon. lib. 2. Argonaut.* Crotalū illud, quo Stymphalides exterruit, à Volcano factū, Pallas Herculi conceſſit. Sexto loco in Herculis contemptū præcepit Euryſtheus, vt cortem Augiæ regis Elidis, nemine iuuante purgaret. Hæc per multos annos contractis F
ſordibus fimóque repleta erat. Is Pignione flumine ſuperinducto, curſu eius cortem purgauit, vna die opere perfecto. Mox cùm Augeas pro purgato ſtabulo ſe mercedem daturū negaſſet, ab Hercule ſagittis conficitur: filiúſque Pyleus, qui Dulichium profugerat, quoniam iniquum eſſe facinus patris dixerat, in regnū reſtituitur. Fuit autem Augeas Solis filius, (vt alij putarunt, Neptuni, vel Phorbantis & Hirmines, vel Nyctei, vel Epochi) è cuius oculis radij ſolaribus ſimiles effluere dicebantur. Eo cæſo Hercules è ſpoliis Elidis certamina Ioui Olympico inſtituit, quæ Olympica appellauit: quæ quinquageſimo quoque anno agebantur, ipſéque prior volentes omnes ad certamen prouocauit. Verùm neque hunc laborem Euryſtheus inter duodecim recepit, quia ſpe mercedis illum obiuiſſet. Suſcepit deinde onus ſeptimum tauri ex Creta, quem Paſiphaë amabat, deducendi. Cùm Minos toti mari, quod Græciā alluit, imperaret, nihilo maiorem honorē Neptuno, quàm diis cæteris impartiuit. Quamobrem iratus Neptunus taurum ignem efflantem naribus, Cretæ immiſit. Fuerunt qui dixerunt, Minoëm vouiſſe quod primum ſibi obtigiſſet. At hunc taurū in ſua armenta ſeruaſſe. Quare Neptunus illi furorē immiſit, vt omnia deuaſtaret. Alij dixerunt hunc taurū per fraudem Minois in Atticum ſolùm fuiſſe deportatum, qui multos Athenienſes conculcauit, atque inter G
cæteros Androgeum, Minois filium. Quem cùm ille per inſidias obtruncatū putaſſet, cōparata claſſe bellum Athenienſibus intulit. Hic taurus vt ductus fuit ad Euryſtheum, vt qui eſſet ſacer, ab Hercule dimiſſus, Marathoniū agrū ruſus vexauit: eumque dicūt Dianæ Marathoniæ fuiſſe poſtea à Theſeo mactatū. Apollodorus verò putauit fuiſſe taurū, qui trans mare portauit Europā. Labor deinceps octauus eſt ei iniunctus, Diomedis Thracis equos adducendi. Erant equorū præſepia ob equorū feritatem ærea: ferreis catenis equi viribus præualidi vinciebantur. Alebantur in Tyrida oppido hoſpitū eò diuertentiū carnibus. Hos cupiens Hercules abducere, primò Diomedem cepit, deditque ſuo exemplo equis comedendum. Manſuetiores deinde factos, ad ſéque adductos Euryſtheus Iunoni ſacrauit. Quorū genus vſque ad Macedonem Alexandrum permanſit. Alij ab Hercule trucidatos, alij ad Olympum montem in paſcua ductos à feris laniatos volunt. Imperauit Herculi nono loco Euryſtheus, vt Hippolytæ H
Amazonū reginæ baltheū pulcherrimū ad ſe afferret, quem Admetæ filiæ largiretur. Eū tamen nōnulli non Hippolytæ, ſed Diilycæ eſſe maluerunt: ac Ibycus filiæ Briarei. Hercules cùm vna naui ad Amazonas traiecíſſet, Mygdonem & Amycum fratres iter impedire conantes in Behrycia obtruncauit; Themiſcyram appellens, Amazonibus debellatis baltheum abſtulit, Hippolytham Theſeo expeditionis ſocio conceſſit. Decimus deinceps labor ab Euryſtheo Herculi iniunctus, vt Geryonis boues, qui in Iberia loca verſus Oceanum ſita paſcebātur, ad ſe deduceret. Vulgata erat per orbem fama Chryſaorum (hoc enim è diuitiis nomen traxerat) qui vniuerſæ Iberiæ imperaret, tres habere propugnatores filios, tū robore corporis, tū armis egregios: exercitū præterea cuique fortiſſimorū militū eſſe. Hinc dictus Geryon Chryſaori & Callirrhoës filius triplex corpus habuiſſe, canem Orthrū duorum capitum in Erythea, ſeptem capitum draconem ex Typhone

phone & E[illegible]hidna [illegible]ú, qui boues cuſtodiret: [illegible] crudelita-
A tis miniſtrũ Eurytionem. Hercules exercitu in C[illegible]eta cogit:
mox peragrata m[illegible]iori Libyæ parte, ad Oc[illegible]anum, qui eſt ad
Gades, peruenit ibique ab vtraque co[illegible] parte [illegible]olum-
nis poſitis, in Iberiã cũ exer[illegible] t[illegible]anſi[illegible] h[illegible]taorique filios
tribus magni[illegible] exercitibus fid[illegible]ntes, [illegible] pr[illegible]ocatione
ſuſtulit, bouesque in patri[illegible]m abd[illegible]xi[illegible]. D[illegible] columnas erexit
tanquam ſuorum laborum [illegible]. qu[illegible] alteram Abi
nam, alteram Alyben vocant. De loco [illegible] conuenit in
ter ſcriptores. Dicæar[illegible]hus, [illegible]atoſthene[illegible] & Græ-
corũ ſcriptorũ complures [illegible] angu[illegible] erectas dixe
runt; Hiſpani verò & Aphricæ gentes ap[illegible] Gades eſſe puta
runt, *teſte Dionyſio de ſit[illegible] orbis*. Boues per [illegible] Ionium ad E
ryſtheum Mycenas deductæ. Eos omnes ille Iunoni immola-
uit. Fabulantur Herculẽ poſt ductos ad Tarteſſum boues po-
culũ ſuum Soli reddidiſſe. Nam cùm ad boues contendere
Solis radiis nimiùm calefactus, arcum vel in ipſum Solem
intendit. Sol eius vires & animi magnitudinem admiratus,
aureũ poculum illi donauit, quo Oceanum ad boues capien-
B dos traiecit. Iuſſit eum deinceps Euryſtheus inferos adire, &
canem Cerberum adducere, quinquaginta habentem capita,
tria canina, reliqua draconis. Hercules initiatus Eleuſiniis
myſteriis, quibus præerat Muſæus Orphei F. ſacrificiis ritè
peractis in Tænaro promontorio, antrum ſubiuit, traiectóque
Acheronte, Theſeum ſuper ſaxo ſedentem & Pirithoum in-
uenit. Sed quia ſponte & conſultò Pirithous eò acceſſerat, il-
lum ibi reliquit: Theſeum, quia neceſſitate coactus fuerat, li-
berauit. Tum Menœcium Ceuthonymi filium inferorum bu-
bulcũ, quia capturo Cerberum repugnaret, luctando ita con-
ſtrinxit, vt omnia eius oſſa cõfregerit. Proſerpina eum veluti
fratrem ſuſcepit: Cerberus in limine inferorum, viſo Hercule
ad ſolium regis inferorum confugit. Eum pelle leonis & tho-
race tantum munitus Hercules cœpit, quamvis nullum eſſet
eius morſus remedium, cùm ſubita vis veneni vel in oſſa cõ-
tinuò penetraret. Fabulantur Herculem, antequam ad inferos
deſcenderet, ad Oetham acceſſiſſe, atque ex fonte bibiſſe. Ob
cuius vim cùm omniũ præteritorum malorum eſſet oblitus,
fontem illum Lathium nominauit, vt ait in rebus Ætolis De-
mophantus. Tradũt eundem ad inferos deſcendentem, in ripa
C fluminis Acherõtis albam populum inueniſſe, atque ea coro-
nam ſibi feciſſe, vt teſtatur *Olympionicus in lib. de Plantis*,
cuius pars foliorum exterior ob inferorum locorum caligi-
nem facta eſt nigra. Manſit poſtea inde conſuetudo, vt ſacra
arbor Herculi putaretur, & in ſacrificiis Herculis coronaren-
tur ſacrificãtes ramis populeis: &, vt ſcripſit enarrator Theo-
criti, præmia etiã victoribus certaminũ in coronas parabitur
rami populei. Cerberum igitur per Trœzenem ad Euryſtheũ
duxit: Euphorion & Herodotus per Heracleã, quam Ache-
ruſium vocant. Cùm primùm lucem ſenſiſſet, vomuit, & ex eo
vomitu natum fuit aconitum. Dicunt Euryſthei iuſſu, Cerbe-
rum ſtatim fuiſſe ad inferos reductum. *Pauſanias in Laconicis*
inquit: Hercules è Tænaro Laconiæ promontorio Cerberum
fingitur extraxiſſe: cùm tamen eo in loco præter Pſamathus
in ipſo monte tẽplum, ſpeluncæ perſimile, nulla ſpecus, nedũ
meatus ſubter terram vllus conſpiciatur. Hecatæus Mileſius
ea caterna immanem ſerpentẽ luſtra habuiſſe ſcribit, & pro-
pter virulentiam inferorum canem appellatũ, & ab Hercule
D ad Euryſtheum pertractum, fabulæ locum dediſſe. Homerus
primus Ditis canem, poſteriores & Cerberum & tricipitem
fecerunt. Vltimus ei labor indictus, Heſperidum aurea mala
afferendi. Aſſerunt quidam, in Libya in Heſperidum hortis
mala aurea à terribili dracone aſſeruari. Alij μῆλα, hoc eſt, pe-
cudum greges exquiſita pulchritudine Heſperides habuiſſe:
quæ ob decorẽ à poëtis aureæ dictæ ſint, quemadmodum &
Venerem ob egregiã formã auream appellant. Nonnulli eas
pecudes colore auro ſimili fuiſſe volunt: eóque hoc appella-
ras nomine. Draconem verò extitiſſe paſtorum curam: qui vi
corporis fortitudinéque præſtãtes, cuſtoditis gregibus latro-
cinia prohiberent. Alij tradunt Iunonem, cùm nupſiſſet, mul-
tas pomos, quæ aurea mala producerent, Ioui in dotem dediſ-
ſe, quæ apud Heſperidas nymphas à dracone peruigili cuſto-
diebantur. Fuerunt Heſperides Heſperi fratris Atlantis filiæ,
Ægle, Arethuſa, Heſperuſa: vel vt aliis placuit, Ægle, Eruthu-
ſa, Veſta, Erythia. Draco natus ex Typhone & Echidna, centũ
capita habebat, variiſque vtebatur vocibus. Eo interempto
Hercules aurea mala decerpſit, & ad Euryſtheum detulit. Alij
maluerunt illum admonitum à Prometheo fuiſſe, vt Atlantẽ

ad e[illegible] p[illegible] mitteret, [illegible] ipſe tam [illegible]
E Atla[illegible] [illegible]nde[illegible] mon[illegible]
n[illegible] ſacrificatur[illegible] veſte venen[illegible] [illegible]
[illegible] ne [illegible] tu [illegible]
dit [illegible] eſt [illegible] do[illegible] [illegible] he[illegible]
ct. f[illegible] .4. [illegible]
ce[illegible] [illegible] t[illegible] ac [illegible] tu[illegible] co
imper[illegible] [illegible] *ar.* [illegible] *me*[illegible] *b. Myth.*
Cu[illegible] H[illegible]io[illegible] L[illegible]eden[illegible]
perhib[illegible]m, [illegible] a[illegible]am, c[illegible]q[illegible]
exp[illegible] [illegible] t alij n[illegible]
um ſuper[illegible] x[illegible] at[illegible] atq[illegible] [illegible]ſti[illegible] e[illegible]
arn[illegible] [illegible] e[illegible] [illegible] h[illegible]n[illegible] eius
u[illegible] Herc[illegible] es [illegible] m[illegible] [illegible]um fuiſſet, cet[illegible]
pro[illegible] [illegible]ſſi. [illegible] ſapi[illegible] vt [illegible]ipt[illegible] [illegible]
[illegible] At[illegible] in[illegible] Pr[illegible]p[illegible]idi[illegible] Cæ-
terum [illegible] præſt[illegible] quo[illegible] ob [illegible] bene[illegible] [illegible] Laome-
don Herc[illegible]li pro[illegible] t[illegible] n[illegible] tamen ded[illegible]et: indignatus
Hercules regem o[illegible], Heſionem Telamoni, qui prior
F murum Troiæ [illegible] erat largitus eſt conceſſitque Heſio-
ne, vt quem vellet è captiuis, emeret. Illa fratrem Podarcim
emit, qui poſtea Priamus ea de cauſa vocatus eſt. *Idem.*

Ad Caucaſeos montes & Hyperboreos profectus Hercu-
les, aquilam, Typhonis & Echidnæ filiam, quæ iecur Pro-
methei vorabat, ſagittis transfixit, & Prometheum ſolutis
vinculis oleaſtri liberauit. Cum Acheloo, qui tauri formam
ſumpſerat, in Calydone colluctatus, cornu eius fregit: pro
quo redimendo Achelous Amaltheæ Harmodij filiæ cornu
largitus eſt. Illud Hercules omnibus fructibus refertum Io-
ui conſecrauit. *Idem.*

Herculis 12. labores (quos alij innumeros fuiſſe perhi-
bent) breuiter complexus eſt. *Quintus Smyrneus* his verſibus:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
G [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Hos ſic conuertit *Auſonius*:

Prima Cleonæi tolerata ærumna leonis.
Proxima, Lernæam ferro & face contudit hydram.
Mox Erymanthæum vis tertia perculit aprum.
Æripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quinto.
Threiciam ſexto ſpoliauit Amazona baltheo.
Septima in Augeæ ſtabulis impenſa laboris.
Octaua expulſo numeratur adorea tauro.
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimo mala Heſperidum diſtincta triumpho:
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.
Tertius ac decimus labor eſt duriſſimus: vna
Quinquaginta ſimul ſtuprauit nocte puellas.

De eodem ſic ſcribit Boëthius lib. 4. c. 17.

H *Herculem duri celebrant labores.*
Ille Centauros domuit ſuperbos,
Abſtulit ſæuo ſpolium leoni,
Fixit & certis volucres ſagittis:
Poma cernenti rapuit draconi,
Aureo læua grauior metallo,
Cerberum extraxit triplici catena:
Victor immitem poſuiſſe fertur
Pabulum ſæuis dominum quadrigis:
Hydra combuſto periit veneno:
Fronte turbatus Achelous amnis,
Ora demerſit pudibunda ripis:
Strauit Antæum Libycis arenis:
Cacus Euandri ſatiauit iras.
Quoque preſſurus foret altus orbis
Setiger ſpumis humeros notauit.
Vltimus cœlum labor irreflexo
Suſtulit collo: pretiumque rurſus
Vltimi cœlum meruit laboris.

Theſeus Herculis certaminũ imitator, natus Æthra Pitthei
filia ac Neptuno, in Trœzene, nutritus apud Pittheũ mater-
nũ auum, ac ſigna, prout ferunt fabulæ, ab Ægeo ſub petra
poſita recognoſcens, Athenas venit. Deinde mare ingreſſus,
vt

A ta Herculis virtutes [illegible] ad [illegible] adiectam a[illegible] mum, q[illegible] & g[illegible] ab[illegible] Et p[illegible] quidē I[illegible] de quibus ſuum [illegible] n. C[illegible] my[illegible] ne [illegible] viribus ac magnitudine p[illegible] tau[illegible] rum, ab Hercule è C[illegible] per Isthmum Cor[illegible] M[illegible] o nem fu[illegible] bique [illegible] Mar[illegible] interf[illegible] et [illegible] Mar[illegible] raſi[illegible]. Athenienſi[illegible] Athen[illegible] egit qu[illegible] gines M[illegible] in lab[illegible] *Pau. in Attic.* A[illegible] adoleſ[illegible] vo- luit, qui q[illegible] pro mor[illegible] ge- tributi nomi[illegible] mittebant [illegible] Aſterium ſiue Minotaurum [illegible] caput bouis, hic erat in lab[illegible] n- tricabili vlatum multarum [illegible] Dædali inoētione edoct[illegible] eductus eſt, vbi filium aooexuerat. *Diod. lib. 4.* [illegible] *Plut. in eius vita.*

B Apollini è Thyria Amphinomi filia natus eſt Cygnus, facie formoſa, moribus inelegantibus & agreſtibus, nimio ſtudio venationis deditus: habitabat ruri inter Plutonē & Calydunem. Multos habuit ob pulchritudinem amatores quorum cùm præ ſuperbia admitteret neminē, mox omnibus inuiſus, ab iiſque deſertus, ſolo Phylio, apud ipſum perſeuerante. Quanquam hunc quoq; non mediocribus affecit contumelus. Extiterat ſub id tēpus apud Ætolos ingens leo, qui & in ipſos & in pecus graſſabatur. Hunc Cygnus iuſſit Phylium ſine ferro interficere: idq; is in ſe recepit, leonémq; tali necauit aſtu. Cùm ſciret qua hora leo eſſet ſuperuenturus, ventrē impleuit multo cibo ac vino. Cúmque bellua appropinquaret, ea euomit. Quæ leo famelicus deuorās, vini vi ſtupido ſopore obrutus eſt: Phylius brachio, cui veſtem ſuam circūuoluerat, in os inſerto leonem ſuffocauit, ſublatúmq; in humeros ad Cygnū attulit. Sed Cygnus alium adhuc difficiliorem ei laborem iniunxit. Erant ea in regione volucres monſtroſæ

C magnitudinis, qui multos homines interficiebant. Hos eum viuos capere, & ad ſe perducere quavis ratione iuſſit. Dubitante Phylio, quomodo hoc mandatum conficeret, euenit vt aquila raptoris leporē ſemianimémque eodem deiiceret, non perlatum ad nidum. Phylius diceptu lepore, ſanguine eius ſe impleuit, & humi procubuit. Atque vultures ad eum vt mortuum deuolarunt: quorum ille duos pedibus arreptos tenuit, atque ad Cygnum pertulit. Tertium ei hic, prioribus adhuc magis arduum, impoſuit laborem: taurum ab armento indemis manu abducere ad aram Iouis. Phylius eum perficiendæ huius rei rationem nullam inueniret, Herculis auxilium implorauit. Voto facto, duo ei tauri apparuerunt, qui propter vaccam, quam vterque ardebat, pugnantes cornibus ſe mutuò in terram proſternebant. Cúmque elanguiſſent, Phyllus alterum pede correptum ad aram vſque attraxit. Mutata inde Phylij voluntate, Cygnus ſe, quòd minimè opinatus erat ſore, contemptum videns, præ mœrore animi ſeipſum abiecit in Conopam lacum, viderique inter homines deſiit: eodémque etiam ſe Thyria mater, filij mortem non ferens, præcipitauit: ambóque in auea mutati ſunt iu lacu, Apollinis nutu. Ab

D iis lacus Cygnea appellata eſt: ac tempore aratiouis multi ibi viſuntur olores ? Propè extat etiam Phylij monimentum. *Liberalis ex Nicandri lib. 3. Alterationum & Arco Lacone.*]

L. PRISCILLIANVS inſignis athleta, cuius fuit percelebre nomen ob multas inluſias, quas fecerat, & cædes belluarum aliquando cum vrſo, pardali, leæna, & leone ſimul, pugnauit ſolus, aliáſque beſtias complures occidit. Clarait temporibus Antonini Caracallæ & Macrini Impp. *Dion. Niceus, & Xiphilinus.*

IN SPECIE ERGA
Elephantos.

In ea pugna, quam Iudas Machabæus contra Anthiochum Eupatorem commiſit, Eleazarus Iudæ frater, conſpicatus excelleotem elephantem ornatum phaleria regis, & ratus in eo regem inoehi: magno animo in eum fecit impetum, & occiſis multis priùs, quàm ad eum penetraret, cæteris verò metu cedentibus, ſuccedens ſub eius ventrem, confodit belluam & ipſe ſimul pondere eius illabantis oppreſſus eſt. *Ioſeph. lib. 12. cap. 14. Antiq. ex 1. Machab. 6.*

Clara eſt Zuius è Romanis dimicatio aduerſus elephan-[illegible]um Hannibal ca[illegible]os R[illegible] dimicare [illegible] gaſſet. Namque vi[illegible] biecit elep[illegible] ſe dimitti pactus [illegible] arena c[illegible] gno Pœnorum d[illegible] nibal, cu[illegible] ſ[illegible] et [illegible] dimi[illegible] [illegible]um bellu[illegible] re[illegible] equites miſit qui abeu[illegible] it. *Pand. lib.* [illegible]

Bello ciuili cum C[illegible] bus eire[illegible] Veterani qui[illegible] in eleph[illegible] vnum gentibus protereutem, imp[illegible] proboſcide cum tot[illegible] ar[illegible]ptus, quum ſi[illegible] rotaretur, proprij pe[illegible] moni[illegible] manicam, quantum in ea trepida[illegible] potuit [illegible] ferro conſociauit. Quo vuloere ele[illegible] phā[illegible] in aciem refugit. *Sab. lib. 7. Enn. 6.*

E [illegible] A[illegible] Albuquercius, Indiæ prætor, regem Malaccenſem vicit, & Malacam vrbem expugnauit, Rex caſtello, quod elephantus ingens tergo ſuſtinebat, cum aliquot è ſuis domeſticis vehebatur. Huoc alij elephanti ſimiliter inſtrati & armati ſequebantur. Tela è caſtellis frequentia decidebant. Elephanti enſes dentibus alligaros geſtabant: tantáque ferocia in Luſitanos irruebant, vt anteſignani pellerentur. Fernandus tamen Gomecius Lemius, & Vaſcus

F Fernandus Cootignus, minimè ea re perturbati, reſiſtunt. Cùm vterque eorum in oppoſita viæ latera, qua elephantus gradum violenter inferebat, conceſſiſſet, aditum ei liberum reliquerunt. Vtrinque deinde latera illius haſtis perfodiunt. Bellua quamvis in principio certaminis ſit immanis & efferata, eſt tamen doloris impatiens, & facilè in ſuo quovis vulneris ſauciata conuertitur. Itaque cùm elephantus transfixus vtroque latere fuiſſet, ſeſſorem, qui illi inſidebat, proboſcide deturbatum proculcat. Exanimari deinde (ſanguis enim illi vtrinque profluebat) mirificè cœpit. Rex eo metu confeſtim deſiluit. Elephantus in ſuos conuerſus reliquorum elephantorum aciem perturbauit. Omnes exterriti in fugam verſi ſunt, neque rurſus vllis rectorum monitis aut minis in prælium compelli potuēre. *Oſorius lib. 7. rer. Em.*

Leones.

BANAIAS Ioiadæ Cabſeleenſis F. & Dauidis conſiliarius, tres leones proſtrauit. *2. Reg. 23.*

G ABISAI Hebræus, leonis, qui in foſſam conciderat, rugitum ſentiens, ſolo fuſte armatus, in foſſam intrepidus deſcendit: ſtatímque maioris audaciæ opus, quàm quod de Hercule perhibetur, aggreſſus, leonem occidit. Siquidem maius fuit Abiſai in arcto aduerſus valentem feram forte inuentam feliciter rem gerere, quàm Herculi ſpacioſo in campo claud vel vincere vel interimere. *Fulgoſ. lib. 3. cap. 3.*

MAGARAVS rex Megarenſium, cùm è duobus filiis natu maiorem, cui Timalco nomen, qui cum Caſtore & Polluce Aphidnam oppugnarat, amiſiſſet, natu autem minorem leo Cithæronius peremiſſet, orbatus filiis, & filiæ nuptias, & regnum ei ſpopondit, qui Cithæronium leonem confeciſſet. Alcathous igitur Pelopis filius auſus cum bellua congredi, ex eo certamine victor diſceſſit, regnóque potitus, Agroteræ, id eſt, Venatricis Dianæ, & Agrei Apollinis templum dedicauit. *Pauſan. in Atticis.*

TERIBAZVS Artaxerxem regem Perſarum quadā die à duobus leonibus, qui ex quadriga regia duos iam equos diſcerpſerant, liberauit, leonibus ipſis fortiter occiſis. Qui deinde

H propter ſingularem fortitudinem & prudentiam ſummæ rerum contra Cyprium Euagoram præfectus fuit. *Diodorus l. 15.*

POLYDAMAS Scotuſſæus pancratiaſta, maximus omnium ætatis ſuæ hominum, etiamnum adoleſcens, leonem in Olympo Macedoniæ, nullo telo armatus, occidit. *Pauſ. lib. 6.*

PERDICCAS Macedo, qui ſecutus eſt Alexandrum, aliquando in ſpeluncam leænæ ſolus ingreſſus, leænam ipſam non deprehendit, ſed catulos eius ſecum exportauit: & magnam hominum admirationem hoc facto meruit. Etenim non ſolùm apud Græcos ferociſſimum animal leæna putatur eſſe, verum apud Barbaros. Prolode dicunt, Semiramidem Aſſyriam, non ſi quando leonam cepiſſet, aut pardalim, ſimiléinve feram interfeciſſet: ſed ſi leæoam eſſet nacta, animum extuliſſe, ſibique in eo placuiſſe. *Ælian. de Var. hiſt. l. 12.*

LYSIMACHVS Agathoclis filius, leoni famelico Alexandri iuſſu datus in prædam (quòd Calliſtheni philoſopho captiuo ad remedium calamitatis dediſſet venenum) manum amiculo inuolutam in os leonis intulit, arreptáque lingua feram exanimauit. Quo illuſtri facinore conciliatus eſt Alexandro. *Trogus lib. 15. Plinius lib. 8. cap. 16. Pauſanias in Atticis. Seneca. Ac Plutarch.*

Pin[illegible] *Ar*[illegible] hoc tacent. Quod [illegible] venaretur, [illegible] vno vulnere occidiſſet, fabulam ortam putat [illegible] *Mar.* 9.

D[illegible] ſcribit Acilium Glabrionem [illegible] in Albanum ab Domitiano euocatum, per [illegible] dies, quos [illegible] bebat, [illegible] leone, ad viſendæ [illegible] congredi. Sed [illegible] in pugna [illegible] Acilius, feram confecit. Id quod Satyricus poeta doctius exequitur. *Cælius l.*[illegible] *cap.* 1[illegible] *A. I.*

Constantinvs Magnvs, Imp. [illegible] in re militari a Galerio Maximiano [illegible] præfecto inſtituebatur. Ab eo, cum [illegible] adoleſceret, miſſus eſt cum exercitu contra Sarmatas, ferociſſimam gentem. In qua expeditione non modò hoſtes profligauit, ſed etiam Sarmatarum catenatum Galerio adduxit. Galerius præ inuidia numine ea victoria lætatus eſt: ſed vt cum leone in theatro pugnaret, hortatus eſt iuuenem, gloriæ ac laudis alioqui auidum. Superato quoque leone in certamine, cùm miris laudibus ſpectatores iuuenem efferrent, Galerius maiores meditatur inſidias. Quas vt euitaret adoleſcens, aſſumptis fidiſſimis quibúſque ſociis, ad patrem Conſtantium Chlorum Occidentis Imp. perfugit. *Cuſp. A. D.*

Peredevs Roſimundæ & Helmichis adulteri conſilio, Alboinum Longobardorum regem occidit, & Rauennam primùm, inde Conſtantinopolim fugit. Ibi cùm ingentem leonem in arena confeciſſet: à Iuſtino Imp. vires tantas ſuſpectas habente excæcatus eſt. Cæcitatem vlturus, ſecretum principis colloquium poſtulauit, vt eorum quæ ſunt reip. maximè neceſſaria, commonefaceret: duobus cultris ſub vtraque manu deliteſcentibus, patricios duos internuncios interfecit. *Bonfinius l.8. Decad.1.*

Romanvs Armenus, homo ruſticus, ſub Leone VI. Imp. claſſis præfecto ſeruiebat. Quidam noctu dum exploratum Saracenos abiret, leo ex harundineto proſiliens ceruorum multitudinem in paludem ſpellens, vnum ex iis lacerauit. Romanus ſuſpicatus Saracenorum aliquos in harundineto latitare, manè Græco igne harundinetum exuſſit, præterquam in ea parte, qua leo latuit, vento à contrario flante. Cùm igitur omnia luſtraret Romanus, & aceruum hunc miraretur ab igne ſeruatum, enſem dextra, læua pallium geſtás, cùm ſocio confabulabatur. Leone ex harundineto proſilienre, Romanus cùm pallium obiiceret, & in illud leo ſæuiret, à tergo enſe femora eius diſſecuit: ſociis interim fuga elapſis, Imperator eum donis honeſtauit: & iam moriturus, ad tutandum palatium eunuchum (vt moris eſt) dedit Phocam Domeſticum ſcholarum, quem terreſtris exercitus ducem conſtituerat: Romanum autem naualis exercitus principem fecit. Is poſtea obſequio ſuo tantum effecit, vt etiam viuo Conſtantino Porphyrogenito Cæſar ſalutaretur. *Cuſp. A. D.*

Haraldvs, profligato Olauo fratre viro ſancto, Dacorum rege ipſe quoque Bizantium aufugit: vbi à Barbaris falsò homicidij inſimulatus, obiectus eſt leoni, quem præter omnium opinionem occidit. Quo facto & ſupplicium remiſſum, & abeundi facultas data. Domum reuerſus, regnum adhuc à nemine occupatum facilè obtinuit. *Polyd. l.8.*

Comes quidam Holſatiæ, truculentiſſimum leonem ab æmulis emiſſum, iuba arripuit, atque in caueam religandum adduxit, eóque ferrea catena conſtricto, illæſus exiuit. *Olaus l.5. cap.21.*

Admiratus eſt Matthias rex Vngariæ cuiuſdam nobilis Poloni facinus, qui eſcam leoni libero & famelico abſtulit, atque eidem tantum terroris intulit, vt rugire non auderet, nec ſe loco mouere. *Ibid.*

Lupos.

Ioannes Hvnniades, Triballorum ducis ſtipendia merens in venatione lupum perſequens, equo flumen tranauit, lupum confecit: pellem duci obtulit. Hoc facinore dux admodum delectatus: Det tibi vitam Deus, inquit: multos, quantum video, lupos conficies. *Chalcocondylas l.5.*

Vrſos.

Skyoldvs, Lotheri Danorum regis filius, immanem belluam ſubegit, quæ futuram in eo fortitudinem ominata eſt. Nam quum à tutoribus fortè, quorum ſummo ſtudio educabatur, ſpectandæ venationis licentiam impetraſſet, obuium ſibi inſolitæ magnitudinis vrſum, telo carens, cingulo conſtrinxit, necandúmque comitibus præbuit. Ferunt, ingenti roboris nobilitatem feras beſtias in homine deprehendere, [illegible]

[illegible]

Apros.

[illegible] reſpõdit:

[illegible]

Multa [illegible] *maque labra.*

Ancæo [illegible] quidam nuncians, ab apro vineam deuaſtari. Ancæus depoſito poculo, arreptáque ſecuri, in aprum irruit, & vulneratus crure, vt ſenſit Pherecydes, interiit. *Pauſan. in Arcad.* Ancæum, cùm opem ferret Meleagro Oenei filio, à bellua interfectum, memoriæ prodidit. Ouidius in ventre vulneratum ait. Venatores ex vniuerſa Ætolia conuenerunt ad Meleagrum: Iaſon, Theſeus & Pirithous, Lynceus, Idas, Cæneus, Leucippus, Acaſtus, Amphycides, Oeclides, Telamon, Phyleus, Eurytion, Lelex, Echion, Hyleus, Hippaſus, Neſtor, Panopeus, Pollux, Iolaus, Atalanta, Peleus, Prothus, Cometes. Multi mortales petiêre ab apro laniati. Scripſit *Ouid. l.8.* à Meleagro in armo cæſum venabulo, at Iſacius in Chiliadibus in fronte: priorémque omnibus Atalantam Iaſonis, at non Scœnei filiam, ſagitta aprum percuſſiſſe. Quantæ fuerit magnitudinis hic aper, vel ex eo patet, quòd teſte Plinio vnus eius dens in hortis Cæſaris in templo Liberi patris, haud minor vnius pedis & quadrantis menſura ſpectabatur. *Nat. Com. Myth. l.7. cap.5.*

Serpentes.

Cadmvs Agenoris filius, ſerpentem interfecit, cuſtodem fontis Aretiades: cuius dentes quum ſeuiſſet, nati ſunt protinus armati homines, qui mutuis vulneribus ſe confodeRunt, vt fabulantur poëtæ.

Fratrem Peraſi Argiuorum regis duci Pauſanias Phorbantem fuiſſe, filium Argi patrem Triopæ. Diodorus autem Siculus ſcribit Rhodienſes, cùm vi ſerpentium atrociter infeſtarentur, conſulto oraculo Phorbantem acceſſiſſe, data inſulæ parte, quam & ipſe, & eius poſteri tenerent. Ita liberos peſte illa decreuiſſe poſtea Phorbanti vita iam functo diuinos honores: quem tamen *Diodorus l.5. cap.12.* videtur indicare, non Phorbantem Argiuum, nec Peraſi, aut Argi filium, ſed Theſſalum Lapitho progenitum.

Secvndvs Ptolemævs Ægypti rex, cupiens & elephantos & alias mirabiles viſu ac viribus belluas ad ſe deduci, donis ac pecuniis multos ad elephantos, aliaſq; feras capiendas pellexit. Venatores quidem Æthiopes decreuêre magnũ ſerpentem viuum in Alexandriam ad Ptolemæum traducere. Cùm res hæc grauis difficiliſque eſſet, fortuna eorũ conſilio opitulata eſt. Serpens erat triginta cubitorũ lõgitudine iuxta aquas qui reliquo tẽpore immobilis, ſe in circulũ colligens quieſcebat: accedentibus ad aquã potus cauſa cæteris animantibus, inſidiabatur, & circumnectens cauda depaſcebatur. Hunc cõſpicati homines, cùm longior eſſet, hebeſque natura laqueis & catenis ſeſe illo potituros ſperantes, primùm fidenter ad eum acceſſerunt. Beſtiæ appropinquantes, viſis igneis oculis lingua lambente ſingula, ſquamarũ aſperitate, dum moueretur, ſtrepitũ ingentem edente, dentibus inſuper eminentibus: oris quoque aſpectu horrido, immutato colore admodum exterriti ſunt. Itaque timidè iniectis ad caudam laqueis, ad contractum funibus corpus magnis ſibilis conuerſa bellua, propinquiſſimum ore caprum viuum deglutiuit: alium fugientem cauda longè apprehenſum, atque ad ſe tractum occidit. Cæteri metu perculſi, fuga ſaluti cõſuluère, non tamen omittentes belluæ capiendæ curam, ſpe lucri timorem ſuperante. Eum arte & dolo ſunt aggreſſi. Primùm validis ſpiſſiſq; funibus rete concauum naſſæ forma belluæ capax fecerunt. Tum ſpeculantes ſerpentis cubile, atque exitus redituſque notato tempore; vt primùm ſerpens ad conſuetum animalium

paſtum

paſtu [illegible] ingentibus lapidibus terrisque
A obdu[illegible]o latum in [illegible]mus ingreſſum, tamen [illegible] unic lum, [illegible]bile verſus in quo ret[illegible]eſt, [illegible] Reuertentı a paſtu belluæ, coniectis procul [illegible] equorum item con pectu latrantium canum multitudine, ad hæc tubarum concentu terrium ſerpentem, ad [illegible]itum aditum coege unt. Q[illegible]em [illegible]bſepium cùm ceperiſſet, li inſequendo armorum equorumque ſtrepitu tubarum inſuper clangor[illegible], & [illegible]en[illegible]ntium cl[illegible]ng[illegible]ribus obſtupefactam bel[illegible]uam ad præpar[illegible]tum aditum [illegible]egere. Quem ingreſſa, in rete incidi[illegible] Deinceps [illegible] luctantem, re[illegible]eque dentibus magnis ed[illegible] ſibi ıs la[illegible]er[illegible]atem, compre[illegible]unt. Lam[illegible]nim ad terram repoſuerunt & le[illegible]a caudæ [illegible]t[illegible]n[illegible]p[illegible]n[illegible]entes, retraxerunt [illegible]iu dentium lacera[illegible]ionem [illegible] [illegible]m dolentium partium. Eo pacto irretitum [illegible]rpentem d[illegible]ntes Alexandriam regi obtulerunt, mir[illegible]ndum ſpe[illegible]ac[illegible] [illegible]x audientibus credendum Deducto de[illegible]d [illegible]pa[illegible]at[illegible] [illegible]d [illegible]interendas vires cibo, feritas eius [illegible]itiſſior red[illegible] [illegible] [illegible] vt ob illius manſuetudinē obſtupeſcere[illegible] [illegible] [illegible]ribus tributo præmio, ſerpentē dimenſo enutriens [illegible]ib[illegible], d[illegible]egiā venientibus exteris pro mirādo ſpecta[illegible]ulo oſtendebat. *Diod. l. 3. c. 5.*

B Atilius Regulus Coſ. Rom. bello primo Punico apud Bagradam fl. in Africa, ſerpentem baliſtis atque catapultis cum vniuerſo exercitu vix tandem confecit. Eius interfecti corium longum pedes cxx. cum maxilla Romam miſit. *Gell. l. 6. c. 3. & Plin. l. 8. c. 14.*

Georgius martyr Cappadox, tribunus militum ſub Diocletiano, draconem maximum in Africa, exercitum terrentem, interemiſſe dicitur. Quæ tamen hiſtoria in Niceno concilio inter Apocrypha eſt habita. *Volat. l. 16. Anthrop. & ſa.*

Syvardus Gothorum rex, filiam Auildam habuit, peplo ſemper obnuptā, ne formā ſuam alienæ libidinis irritamentū efficeret. Huic pater in arctam admodū cuſtodiam relegatæ viperam anguemque educādos commiſit, pudicitiam eius reptilium cuſtodia vallaturus. Statuit etiam, vt ſi quis eius aditū fruſtra tentaſſet, protinus amputandō caput, paloque refigendum præberet. Tunc Alfus, Sigari Danorum regis filius, proci titulum profeſſus, animalia propè virginis conclaue excubantia debellare iuſſus, vt actiùs aduerſum ſe rabiē excitaret, cruenta corpus pelle contexit. Qua ſuccinctus, mox vt ſepti valuas ſubiit, candentem chalybem forcipe cōprehenſum, hiantis viperæ faucibus immerſit, eamque exanimē proſtrauit. Anguem deinde hiantē telo confecit. Cúmque ex pa-
C cto victoriæ pignus expeteret, refert Syualdus, hunc ſibi generū acceptari, in quem filia ſolidum optionis arbitriū contuliſſet. Regina cùm filiā à ſponſo non abhorrere intelligeret, grauiſſimis verbis in libidinem eius inuecta, eò deduxit, vt virilem veſtem induta, ex pudica puella ferocem piratam agere cœperit. Compluribus quoque eiuſmodi voti puellis in commilitium adſcitis, eò fortè loci peruenit, vbi piratarum agmen amiſſi bello ducis interitum deplorabat. A quibus ob formæ pulchritudinem piraticæ princeps creata, maiores muliebri virtute res edidit. Quam Alfus inſequens, tandem apud Firmos nauali prælio commiſſo, ex inſperato captum, & decuſſa galea agnitam, virilem cultum in muliebrem conuertere coēgit, ex qua poſtmodum filiam Gutitham procreauit. Sed & Borcarus Alfi miles, Aluidæ comitem Gro nomine matrimonio complexus, filium ex ea Haraldum ſuſcepit, quem ſequens ætas Hyldetan cognominauit. *Saxo l. 7.*

Rex Sueonum Herothus, repertos in venatione angues
D duo filiæ Thoræ nutriendos commiſit, integrum bouem quotidie abſumere ſolitos. Qui cùm adulti peſtilentiſſimo halitu viciniam vrerent, rex inertis operæ pœnitens, potiturum filia, qui peſtem amouiſſet, edixit. Tum Regnerus Danorum rex, laneum à nutrice ſagulum, villoſáque femoralia, quibus inflictos anguium morſus eliderct, ſumpſit. Cúmque nauigio in Sueciam appuliſſet, malefactam veſtem, quò minus penetrabilis redderetur, gelu durandam præbuit; eaque amictus ſolus proceſſit ad regiam, & non armis modò, ſed etiam amictu virulento fruſtratus, inſultus, cùm morſus clypeo, venenum veſte arceret ad vltimum iaculis vtramque belluam confecit. Cuius cultum rex curioſiùs contemplatus, quum hiſpidum animaduertiſſet præcipuè tamen in braccarum ſpeciem ludens, Lothrogeum vocauit, adeóque ex laboribus recreatum generum adſciuit. *Saxo l. 9.*

Haraldus S. Olaui regis Noruegiorum frater, magni Noruegiorum & Danorum regis patruus, exul Byzantium fugerat. Cæterum ibi h[illegible] [illegible]mine damnatus, d[illegible] [illegible]ti[illegible]co draconi lacerandus ob[illegible] [illegible] in carcerem [illegible] [illegible]ſ[illegible] ſeruus vltrò ſeſe comitem obtulit. Vtrumque i[illegible], qui cuſtodiæ præerat, curioſius obſeruatum, per os antri cauernam excuſſumque immiſit. Veſtibus exuto miniſtro, Haraldum verecundiæ gratia linteo tantùm di[illegible]inctum excepit. Ab eodem clam armilla donatus, piſcic[illegible] l[illegible] pauimentum [illegible]ſtrauit, vt haberet draco [illegible] in quo primæ fami impetum effunderet; reorúmque oculi paulatim ſe in tenebris recu[illegible]erent. Haraldus lecta cadauerum oſſa telæ implicuit, [illegible] déinque in vnum globum coactis, veluti clauam effecit. Cumque draco in obiectam prædam irrueret: dorſum eius veloci ſaltu conſcendens, cultellum tonſorium, quem ſecum clam attulerat, vmbilicu, qui ſolus ferro patebat, immerſit. Eum cultellum Valdemarus rex, rubigine exeſum, familiaribus ſæpè monſtrare ſolebat. Seruus interim claua extēporaria belluæ caput crebris ictibus contudit. Rea fortitudinis admiratione, nauigio ſtipendióque donatos abire permiſit, virtutémque colere, quàm culpam punire maluit. Reuerſus Haraldus, mortuo iam Magno nepote, Noruegiā occupauit, & inde arma in Daniam tranſtulit, victóque duplici prælio Suenone, in Angliā euocatus, cæditur: Hinc Mali cognomen traxit. *Saxo l. 11.* F

Heluetiæ pagus eſt Transſyluania. Cùm primùm coleretur, draco terribilis grauiter incolas vexabat. Vinkelriedus cædis cauſa exul, draconem ſe perempturum profeſſus eſt, ſi ſibi in patriam redire liceret. Cum dracone congreſſus, belluam interfecit, & victutiæ cauſa cruentum gladium extulit. Sanguis igitur in brachium diſtillans, cùm corpus nudum infeciſſet, reditum in patriam victori conceſſit, victoriæ tamen fructum eripuit. *Stumpfius in Heluetia Chron.*

Draco ex monte in vrbem Mediolanenſem irruens, magnā ſtragem hominum, qui ad operas & agros pergebant, facere non ceſſabat. Mulierem nullam, vt aiunt lædebat: viris tātùm infeſtus erat. Plurimi beſtiam illam, vt interficerent, contra eam ibant: verùm nihil proficientes, extrema quæque patiebantur. Tandem Mariangelus, Mariangelorum familiæ princeps, natione Britannus, ſiue Anglus, miniſtrum ſuū ſemetipſum armatura, quæ totum corpus tegeret, armans, obuiā belluæ proceſſit. Miniſtrum igitur cùm bellua voraret, & mediū in rictu portaret nec eum in ilia dimittere, vel euomere poſſet: ſecuri belluæ caput amputauit. Draco in hunc modum periit, ciuitáſque liberata ab iſta beſtia, a qua ſubinde oppugnabatur, Mariangelum ducem elegit, & contra hoſtes ire iuſſit. Nec multò pòſt, vt ſibi Mediolanenſem principatum G conſtabiliret, ſatellites corporis ſui cuſtodes delegit. Quo regnante, generatione demùm quarta pòſt principatus in Philippum deuenit, cum quo Veneti bellum geſsère. *Chalcocondylas l. 4.* Hic Otho Vicecomes fuit ex comitibus Angleriæ, qui barbarum quendam, viperam in armis geſtantem, ſtrauiſſe dicitur, anno Sal. 1096. *De quo ſub Tit. Monomachia, Gloria cauſa.* Ioannes autem poſtea Galeacij Vicecomitis F. Philippus Maria, Angleriæ comitatu donatus, ſuis Mariangelorum nomen reliquit, circa annum 1400.

Monſtra quævis terreſtria.

Minervam Ammonis Libyæ regis filiam ſcribunt per omnem vitam virginitate ſeruata, prudentia claruiſſe: multáſque cùm ingenio præſtaret, ab ea artes repertas. Belli quoque exercitio deditam, cùm robore corporis vigeret, multa feciſſe memoratu digna: & Ægydem peremiſſe, feram ſtupendam, ex terra natam; & antea, vt quæ natura plurimum ignis ex ore euomeret, inſeparabilem pugna. Ea primùm in Phrygia appa- H ruit regionem quandam comburens, quæ hucuſque exuſta Phrygia dicta eſt. Deinde ad montem Taurum tranſcendens, ſyluas continuas vſque ad Indos incendio vaſtauit. Poſtmodum per mare in Phœniciam reuerſa, ſyluas Libani incendit: pérque Ægyptum in Libyam profecta, ad loca peruenit occidua. Poſtremò ſyluis circa Ceraunia deſtructis, omnique inceoſa regione, cùm homines partim flamma abſumpti eſſent, partim timore patrii linquentes ad remotiora diffugerēt loca: Mineruā ferunt, tum ſapientia, tum fortitudine ac viribus fretam eam feram necaſſe, pellem pectori circumdediſſe, tum veſtitus tutelæque gratia, tum ad virtutis partæque gloriæ memoriā oſtendendam. At vero belluæ mater terra cōmota, deorū hoſtes Gigantes peperit, quos poſtmodum Iupiter Mineruæ, Bacchique ac cæterorū ope deorū deleuit. *Diod. l. 3. c. 5.*

Acrisio de maſculis liberis tollendis oraculum cōſulenti, reſponſum eſt, E Danaë filia ipſius naſciturū filium, à quo oc-

cidendus eſſet. Itaque territus, æreum thalamum ſubterraneũ A paravit, in quo filiam incluſam adſeruabat, ne cum viro quopiam rem habere poſſet. Iupiter autem amore virginis correptus in aurum tranſformauit ſeſe, atque ita per impluuium in Danaes gremium illapſus, eam grauidam fecit, Natus eſt Perſeus. Quod ſimulatque reſciſſet pater ipſam matrem vnà cum infante, ſcrinio incluſam, in mare præcipitè dedit. Porro ſcrinio fortè fortuna ad Seriphum inſulam delato, Dictys ſublatum ad ſe Perſeum aluit. Polydectes autem, Dictys frater, qui Seriphiis imperitabat, Danaen amare cœpit: verùm Perſeo iam adulto, non potuit ea potiri: Proinde conuocatis amicis, & inter hos Perſeo, ait Se velle certamen edicere ſuper Hippodamiæ Oenomai filiæ nuptiis. Perſeus autem exiſtimans, ſi cum Gorgonis capite pugnaret, neminem poſſe obſiſtere, præter alia poſtulauit equos, ductuque Mercurij ac Palladis: peruenit ad Phorci filias, Memphedem, Ennyo & Dino. Has aiunt ſtatim natas anus fuiſſe, tum vnicũ duntaxat oculum fuiſſe tribus, vnicum item dentem: his viciſſim inter ſe tres vtebantur. Hæc cùm Perſeus abſtuliſſet, repoſcentibus B illis, ait redditurum ſeſe, ſi viam commonſtraſſent, quæ ad Nymphas duceret. Erant his Nymphis alata talaria, & cibiſis quæpiam, quam arculam ſeu peram putant fuiſſe. Habebant & Plutonis galeam, quam qui geſtaret, is quoſcunque voluiſſet, videbat, ipſe nemini conſpicuus. His igitur inſtructus Perſeus, volucer iam ob talaria, ad Gorgonas ipſas deuolauit. Erant autẽ Gorgones tres ſorores, Euryale, Stheno, Meduſa. Erant his capita, draconum ſquamis obſita, præterea dentes maximi, ſuũ inſtar, ad hæc manus & alæ quibus per aëra ferebantur. Aderat inſuper ea vis, vt intuentes ſeſe in ſaxa verterent. Porrò ſola Meduſa e trib. mortalis erat. Hanc igitur impetit Perſeus: & oculis defixis in clypeũ æreũ, per quẽ tamen ipſam Gorgonis imaginem aſpiciebat, manum porrigens, quã Pallas in Meduſam dirigebat, caput Meduſæ deſecuit. Aduolantes reliquæ duæ ſorores, Perſeum quidem inſequebantur, verùm cùm illum ob galeam Plutonis videre non quirent, retrò abière. Itaque Perſeus reuerſus in Seriphum, Polydecten aggreſſus eſt, amicorum, auxilium implorantem. Quibus ad regiam concurrentibus, Perſeus Gorgonis oſtenſo capite, quotquot obuerentur, in ſaxa vertit. Sublato igitur Polyde C cta, & Dicty in fratris locũ ſubſtituto, Gorgonis caput Palladi dedit, galeam Mercurio, cúmque hac peram ac talaria: ille rurſum Nymphis reſtituit. *Eraſmus in Adagiis ex Hygino.*

Bellerophon, qui Chimæram interemit, patria fuit Corinthius, Glauci filius, Siſyphi nepos, vt teſtatus eſt *Dioxippus Corinth. l. 2. de rebus patriis, & Pauſan. in Corinthiacis.* Hipponus antea dicebatur. Aſt vbi Bellerum Corinthium, vel, vt maluit Phœnix Colophonius, Deliadem propriũ fratrem, vel vt Philemon putauit Prienen, vt verò Dorotheus Sidonius Alcimenen interemiſſet, non ſolùm nomen, ſed patriã etiam mutauit. Argis à Prœto perhumaniter expiatus, & in hoſpitiũ acceptus eſt. Paucis interiectis diebus Antea, vel Sthenebœa Prœti vxor eius amore capitur. Quẽ cùm nullis blanditiis poſſet ad adulterium allicere, apud Prœtum tentatæ pudicitiæ accuſauit. At Prœtus hunc ipſe quidem iure hoſpitij interficere noluit: ſed ad Iobatem generum ſuum in Lyciam miſit, occidendum, literaſque dedit obſignatas, in quibus eliminatio continebatur. Cùm verò ſolennitas quædã per illud D tẽpus in Lycia celebraretur, fuit ab Iobate per nouẽ dies admiſſus in conuiuiũ, ac decimo tandem die Iobates literas ſoceri aperuit. At cum illũ ipſe interficere nollet, imperauit vt Chimæram, Solymos, & Amazonas ſuperaret, teſte *Homero Iliad. 5.* Dij cognita illius innocentia, Pegaſum alatũ equum, natũ è Neptuno & Meduſa, vel è ſanguine Meduſæ, dum eius caput à Perſeo cæderetur, illi dederunt. Eo vectus primùm Chimærã occidit, deinde Solymos & Amazonas debellauit. Redeuntẽ multi è Lyciis in inſidiis collocati repente adoriũtur. Quibus profligatis, incolumis ad Iobatẽ reuertitur. Eius fortitudinẽ admiratus Iobathes, Philonoën filiã in matrimoniũ illi dedit, è qua Iſandrũ & Laodamiam & Hippolochum ſuſcepit. Prœti vxor cicuta ſibi mortem conſciuit. Iobates ſucceſſorẽ regni Bellerophontẽ inſtituit, Bellerophon felicitate elatus in cœlum quoque aſcendere ſuper equo Pegaſo voluit. Iupiter œſtrum equo immiſit. Bellerophon præceps in terrã deturbatus in Aleã Ciliciæ planiciem cecidit, cæcuſque factus interiit. Pegaſum nunc ſublimem, nunc depreſſum per aëra volantẽ, Aurora impetrauit à Ioue, vt ab eo vecta quotidianum curſum conficeret. *Caryſtius in hiſtoricis commentariis*

tres populos à Bellerophonte [illegible] aliaque [illegible] per triplicem [illegible] mæræ for[illegible] *Z*[illegible] *Alc*[illegible] *in rebus* [illegible], *Syracu*[illegible] *Nym*[illegible] Lyciæ montem [illegible] dixerint [illegible] qu[illegible] Et in ſumma parte le[illegible] aut vberrima & amœniſſima palcua: [illegible] radi[illegible] m-plures. Quæ re[illegible] tabulæ, quòd C[illegible] ſtrum eſſet e tribus diuerſis animalibus compo[illegible] *κίων, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα*, vt [illegible] qui [illegible] ius caput & pectus eſſet le[illegible] ignemque eff[illegible] ex venter capræ, [illegible] cauda Draconis. H[illegible] locum Be[illegible] cùm feciſſet habitabilem, dictus eſt monſtrum [illegible] confeciſſe. Se[illegible] ipſum f[illegible] a *Theopompo l. 7. rerum P*[illegible] *rum*, Chimæram non f[illegible] ſagitti[illegible] [illegible] titam, quæ pl[illegible] h[illegible] [illegible] ſumma p[illegible] [illegible] ocatum. Quam partem haſtæ Bellerophon in os Chimæræ *ἀκροπύρου* intruſiſſet, plumbum igne colliquefactum in ventrem Chimæræ defluxit, & combuſſit inteſtina. *Agatharchides Gnidius l. 3. rerum Aſiatic*[illegible]*m.* Chimæram mulierem fuiſſe Amiſodori tradit, qui imperauit Lyciæ, quæ duos fratres haberet F Leonem & Draconem. Hi cùm Lyciæ loca incurſionibus & inſidiis opportuna cum magna manu occupaſſent, adeuntes ea loca obtruncabant. Ob concordiam igitur fratrum & ſororis, corpus vnum tria habere illa capita fabulati ſunt. Hos Bellerophontes ſuperauit, & in ſeruitutem redegit. *Zezes in Lycophronem. Natalis comes Mythol. l. 9. c. 3.*

Regnante Argis Crotopo, eius filia Pſamathe puerum, quem ex Apolline pepererat, vt patrem, à quo ſibi plurimum metuebat, celaret, expoſuit. Cumque ita accidiſſet, vt à canibus regij pecoris cuſtodibus dilaceraretur, Apollo Argiuis diram quandam belluam immiſit, Pœnam ipſi appellarunt, quæ è matrum gremiis infantes rapiebat. Monſtrum verò illud Corœbus Argiuorum miſericordia adductus confecit: Verùm cùm Dei ira nihil remiſiſſet, & peſtilenti morbo ciuitas vexaretur, venit Delphos iuuenis vt de Pœnæ cæde Apollini ſatisfaceret. Pythia, cùm illi in patriam reditum negaſſet, vt è templo tripodem tolleret: imperauit, quoque loco excidiſſe, ibi vrbe condita vt conſideret. Cùm itaque tripos illo imprudente lapſus ad Geraniam montem excidiſſet, in mentem ei continuò oraculi venit, & eo in vico, cui G Tripodiſco nomen fuit, conſedit. Corœbi verò ſepulchrum Megaris eſt, in quo inſcripti elegi rem totam de Pſamathe & Corœbo teſtantur. Tumuli inſigne eſt Corœbus Pœnam conficiens: quæ ſigna omnium, quæ in Græcia è lapide facta viderit, antiquiſſima eſſe iudicat. *Pauſan. in Atticis.*

In imo Parnaſſi, verſus meridiem, mons eſt (vt *quarto Alteratorum libro Nicander* narrat) Cirphis, pone Criſſam, inque eo etiamnum antrum prægrande, in quo fera degebat olim ingens & monſtroſæ magnitudinis adeò, quam alij Lamiam, alij Sybarin nominabant. Ea fera ſingulis diebus in agros graſſabatur, pecus hominesque rapiens. Iamque Delphi de mutandis ſedibus cogitabant, & oraculum conſulebant de loco in quem migrarent. Tum Deus, malo eos iſto liberatum iri pronunciauit, ſi mœrentes vellent ad antrum exponere puerum vnum de ciuium filiis. Ipſi mandata peragebant. Sorte ad hoc ductus eſt Alcyoneus, Dionij & Megaritæ F. quem vnum pater genuerat, & vultu & indole præditus eleganti. Eum coronis redimitum, ſacerdotes ad Syba- H ridis ſpeluncam adduxerunt. At verò genij cuiuſdam impulſu Eurybatus Euphemi F. ab Axio fluuio genus trahens, in Alcyoneum, cùm is ad antrum duceretur, incidit: & ſciſcitatus cauſam viæ, Alcyoneo, detractas coronas ſuo impoſuit capiti, ſeque eius loco duci iuſſit. Abductuſque ad antrum à ſacerdotibus irrupit, Sybarinque è lecto vi abreptam in lucem protulit, ac de ſaxis præcipitem egit. Ea capite ad imos Criſſæ proceſſus alliſo, eo è vulnere deceſſit. Cæterùm iſto è ſaxo fons erupit: qui ab incolis Sybaris dicitur. Inde etiam Locri vrbem Sybarim condiderunt in Italia. *Antonius Liberalis.*

Marinas bellnas.

Cùm quæcunque ad mare agerentur pecora, ex inſidiis Triton adoriretur & raperet, inuaderet etiam leuiora nauigia, Tanagræi vini craterem exponunt. Ad eum cùm accurriſſet Triton, odore allectus potus, & ſomno correptus, de litoris tumulo præceps collapſus eſt. Mox à Tanagræo quodam bipenni caput ei à ceruice abſciſſum. Eò factum, vt eius ſtatua in Bacchi templo Tanagræ ſine capite cernatur. Qui vero tunc eum temulentum vidêre, à Baccho occiſum crediderunt.

decant. *Pauſanias in Bœticis, qui Tritonis monſtri ma ini guram* A *deſcribit.*

Alixandri Magni Claſſis in Oc[illegible] Indo cuio ingenti thynorum multitudine, non ſecus at [illegible] cum hoſte legitimo nauali prælio decertauit. *Plin.* [illegible].3.

Orca Gaditani Oceani bellua, in Mediterraneum pene trans, in portu Oſtienſi vi[illegible] eſt, oppugnata a Claudiu principe. Venerat [illegible] exædificante eo port[illegible], inuitata naufragiis tergorum adiectorum e Gallia: ſatiatique ſe per complures dies, alueum in vado [illegible] cauerat, accumulata fluctibus, in tantum, vt circumagi nullo modo poſſet, & dum ſagioam perſequitur, in flu[illegible]bus psopul[illegible], eminetet dorſo multum ſupra aquas carinæ [illegible] inuerſæ. Prætendi iuſſit Cæſar plagas multiplices inter ora portus: profectuſque ipſe cum prætorianis cohortibus populo Rom. ſpectaculum præbuit, lanceas congerente milite è nauigiis [illegible] quorum vnũ mergi contigit, afflatu bel ua oppletũ vnda. *Idem* [illegible].6.

ERGA INANIMATA. [illegible]ORTES IN
Igne Superando, Estingvindo, Arcindo.

Palladivm vetus Troianum, quod ab Ænea in Italiam portatum eſſe dicunt cum magnis diis, poſt Albam delatum B collocatum fuit ab Hoſtilio rege in æde Veſtæ; Quæ cùm deflagraret, Metellus pontifex maximus Palludium ex incendio rapuit. Ob quod factum magni ſunt illi poſteà honores habiti, idque ſub recentem Rom. & Carthaginenſium pacem, primo Punico perfecto bello, ante Fimbriam plus centum & quinquaginta annis. *L. Viues in librum 3. Auguſt. de Ciuitate Dei, cap.7.*

AQVA SVPERANDA, ARCENDA.

☞ Conſule Tit. Exploratores nouarum regionum.

Veterum hiſtoriis atque fabulis Argonautæ celebratiſſimi. Quorum nomina hæc referuntur apud Orpheum: Orpheus. Caſtor, Peleus, Enchion, Iphiclus, Phalerus. Aglaus, Hercules, Pollux, Æthalides, Actorides, Butes, Iphitus, Areius, Tiphis, Mopſus, Eurytus, Buphagus, Oileus, Admetus, Ancæus, Amphion, Calais, Periclymenus, Aſterion, Cæneus, Idas, Idmon, Philias, Nauplius, Palæmonius, Aſterius, Anchiſteus, Meleager, Eurydamas, Lynceus, Canthus, Leoducus, Iphidamas, Erginus, Polyphemus, Actorion, Telamon, Menœtius, Cepheus, Tænaticus, Augias, Zetes, Hylas, Iaſon, Apollonius verò Rhodius, hos recenſet: Orpheus, Aſterion, Polyphemus, Iphiclus Admetus, Euritus, Echiun, Æthalides, Coronus, Mopſus, Euridamas, Menœtius, Eutition, Eury- C boies, Oileus, Canthus, Clytius, Iphitus. Telamon, Peleus, Butes, Phalerus, Tiphys, Phlias, Talaus, Areius, Leodotus, Hercules, Hylas, Nauplius, Idmon, Pollux, Caſtor, Lynceus, Idas, Periclymenus, Amphidamas, Cepheus, Angeus Lycurgi filius, Angeas, Aſterius, Amphiun, Polyphemus Neptuni ſiue Euphemus, Erginus, Angæus, Meleager, Laocoon, Iphiclus Theſtiæ filius, Iphitus Nauboli, Zetes, Calais, Acaſtus.

Vascvs Gama Luſitanorum claſſis primæ ad luſtranda Africæ littora, ab Emmanuele rege miſſæ nauarchus, in promontorio Bonæ ſpei ſuperãdo ſingulari fortitudine vſus eſt. Fluctus erãt immaniſſimi, tempeſtates per frigidæ & aduerſæ: tenebræ verò aſſiduæque procellæ, cùm ſemper in illa regione ſtatis tẽporibus, quibus Sol Septentrionalé plagã luſtrat, valdè horribiles ſint, atque pertimeſcendæ, tũ illis, qui nondũ fuerant eos fluctus experti, tantum terroris iniiciebant, vt omnem ſpem ſalutis abjicerent. Naues enim ita iactabantur, vt modo nubes cõtingere, rurſus in imas profundi voragines D detrudi viderẽtur. Ad hoc malum accedebat, quòd vltrà progredi nequibant. Demiſſis igitur velis, ventis obſequi cogebantur, ita tamen, vt varios flexus atque receſus inirent, ne retrò cederent, ſed tẽpeſtatis aduerſæ finem in fluctibus expectarent. Quoties verò aliquid laxamenti dabatur, homines exanimati metu Gamã circumſiſtebant, illúmque orabant & obſecrabant, ne vellet ſe homineſque illius fidei commiſſos tã horrendo genere mortis extingui. Fluctibus diu repugnari non poſſe: cederet tẽpeſtati, & claſſem, antequã fluctibus mergeretur, in patriã reduci permitteret. Cùm is conſtanti animo poſtulata rejiceret, multi de nece illius coniurationẽ habuerunt. Id cùm Gama Pauli fratris indicio cognouiſſet, inſidias ſumma vigilantia declinauit, & vincula magiſtris iniecit, ipſéque per ſummi magiſtri munus obiuit. Tandem cùm multis diebus hanc tẽpeſtatis atque perfidiæ molem inuicto animo pertuliſſet, tempeſtas commutata eſt, & ipſe cum reliquis ducibus ad finem promontorij peruenit, quod omnes, xx. die Nouembris, cum incredibili lætitia flectere inceperunt. At E arbitrabantur enim, eo ſuperato, nihil ſibi impedimento futurum, quo minus eò, quò tendebant, feliciſſime peruenirent. *Oſorius l.1. rerum Emmanuelis.*

Fernandvs Magallanvs, quinque nauium claſſe à Carolo V. Imp. accepta anno 152[illegible] oram prouinciæ Braſiliæ prætervectus, ad Auſtrum vltra æquinoctialem plagam nauigauit. Cum menſe Septembri, tres & quinquaginta gradus, ab æquinoctiali regione ad Auſtrum nauigando confeciſſet; fretum reperit, cui nomen Magallani impoſitum fuit, vt ſempiternum monimentum facinoris extaret. Sed tantum frigus Hiſpanos miſeros excruciabat, vt multi fœde perierint. Fretum quadraginta millia paſſuum in longitudinem patet. Freto ſuperato, curſus in æquinoctialem regionem, & in cœlum mitius atque tepidius iter inſtituit. Varij interim caſus hominẽ exagitarunt. Nam nauarchi cum reliquis Hiſpanis ab illo deſciſcere voluerunt, & ei inſidias intenderunt: & quidam ex illis capitali ſupplicio affecti ſunt: & ipſe tandem in inſula, quam Matam appellant, cùm opem Regulo, qui ab illo auxilium poſtularat, attuliſſet, poſt bellum confectum, ab ipſo Regulo occiſus per inſidias fuit. Duæ tantùm ex illa claſſe naues (reliquæ namque amiſſæ fuerant) Tidorem, quæ inſula F vna ex Malucis eſt, peruenẽre. Vna ex illis octauo die menſis Septemb. anno Salutis 1522. Hiſpalim appulit. Alteram verò nauem quia diſſoluta compage aquam accipiebat, Hiſpani in inſulam ſubductam refecerunt; & onere accepto profecti; Septentrionem verſus iter ſuſceperunt. Cùm vero cõmeatus illis deficeret, & multi frigore interirẽt: retro curſum flectere coacti ſunt. Ad Malucas autem appulſi, intellexerunt Luſitanos in inſula, quam Ternatem appellant, commorari. Itaque ad illos confeſtim mittunt, qui diceret, vt hominibus Hiſpanis, & eadẽ religione deuinctis opẽ in rebus deſperatis afferrent. Nauem eſſe laceram, magnã partem hominum, qui ea vehebantur, abſumptã, reliquos grauiſſimis morbis impeditos. Antonius Brittius, qui iam inſulis nomine Regis Emmanuelis imperabat, Garſiã Henricum cum nonnullis nauigiis extemplo miſit. Ab his Magallani comites fuẽre continuo recepti, & ſingulari humanitate tractati. Nauis fracta fuit, & illi Luſitanis nauibus in Indiã, deinde in Hiſpaniã rediere. Hunc exitum claſſis illa habuit. *Oſorius l.11. rerum Emmanuelis.*

FORTITVDO DEFENSIVA SVI IPSIVS
Svorvmvs.

VITAM SVAM ALIORVMVE FORTITER TVERI.

☞ Exempla pete ex Tit. Fortes duces, item, Fortes milites, Illic G *Conditionis, hic Defenſionis ratio habetur.*

Fabulantur Græci, Herculem, cùm in Ægyptum perueniſſet, ab Ægyptiis redimitum, tanquam Ioui immolandum, ſub pompa fuiſſe eductum: ac tantiſper quietem tenuiſſe, dum illi ante aram cum ſteriſſent: ibi ad vim conuerſum, omnes interemiſſe. Quæ cùm dicunt Græci, videntur mihi ſe & naturæ Ægyptiorum, & morum ignaros prorſus oſtendere. Quibus enim nullam pecudem fas eſt immolare præter ſues, præterque boues, mares & vitulos, dummodo mundos, & anſeres: ij qua ratione immolarent homines? Aut quomodo Hercules, qui vnus eſſet, & adhuc, vt aiunt, homo, tot milliã virorum interemiſſet? *Herod. l.2.*

Tarqvinio Romam redire armis tentante, belli fortuna ſæpiùs in vtramque partem variauit. C. Martius Coriolanus ſtrenuè dimicans, in conſpectu Dictatoris militem Romanum, qui propè eum fuſus humi erat, non deſeruit, ſed protexit, inferentémque ſe repulit, & interfecit hoſtem. Itaque H victoria lux potius, illum inter primos corona quercina donauit. Hæc enim ei, qui ſeruauit ciuem, de more datur, ſiue quercum potiſſimùm in honore habuerint cauſa Arcadum, qui Glandiuori ſunt ab oraculo appellati; ſiue quod facilis vbique ſit ducibus huius copia arboris: ſiue ſacram Ioui vrbium præſidi coronam quercinam ritè dari ſeruato ciue; cenſuerint. *Plut. in Coriolano.*

L. Marcellvs, cùm in manus Gallorum imprudens incidiſſet, circumſpiciendæ regionis, qua euaderet, cauſa equum in vrbem flexit: deinde cùm omnia eſſe infeſta vidiſſet, precatus deos, in medios hoſtes irrupit. Quibus inopinata audacia perculſis, ducem quoque eorum trucidauit: atque vbi ſpes ſalutis vix ſuperfuerat, inde opima retulit ſpolia. *Front. l.4. cap. 4.*

Simpronivs Tvditanvs & C. Octavivs, Tribuni militũ, omnibus fuſis ad Cannas, cùm circumſiderẽtur, ſuaſerunt

A commilitonibus, vt ſtringerent gladios, & per hoſtium præſidia erumperent ſecum id ſibi eſſe animi,etiamſi nemini ad erumpendum audacia fuiſſet,affirmantes.De cunctantibus XII. omnino equitibus vel peditibus, qui comitari ſuſtinuerant,repertus, incolumes Canuſium peruenerunt. *Front. lib.4. cap.5.*

Æmilius Lepidus admodum iuuenis, apud Ticinum, patrem liberauit ab hoſte,& hoſtem interfecit. *Liuius.*

Sub Attilio Calatino conſule Laberius Tribunus militum (quem nonnulli Q. Cedicium, quamplurimi Calphurnium flammam vocitatum ſcripſerunt) cùm demiſſum in eám vallem videret exercitum, cuius omnia latera ſuperiora hoſtis inſederat:depopoſcit & accepit à conſule trecentos milites: eoſque hortatus, vt virtute ſua exercitum ſeruarent, in mediam vallem decurrit. Ad opprimendos eos vndique deſcendit hoſtis, longóque & aſpero prælio retentus, occaſionem Conſuli ad extrahendum exercitum dedit. *Front.l.4.cap.5.*

Cn.Fonteius Craſſus in Hiſpania, cum tribus millibus hominum prædatum profectus, locóque iniquo circumuentus ab Haſdrubale, ad primos tantùm ordines relato conſi-
B lio, incipiente nocte (quo tempore minimè expectabatur) per ſtationes hoſtium erupit. *Ibidem.*

Attila Hunnorum rex,obſeſſa Aquilei,dum ſpeculatum ad muros accedit,ab hoſtibus circumuentus,duobus interfectis, reliquos audacia & virtute ſua in fugam vertit, qui ſacroſanctè affirmarunt, ex illius oculis ignitos radios fulguris inſtar, emicuiſſe. *Nicolaus Olaus in eius vita.*

Principius & Tarmus fratres, Gothicis temporibus ex vrbe Roma ad pugnam egreſſi,aduerſus Vitigem,qui Beliſarium obſidebat, inclinata, diſiectaque vrbanorum acie, ſua hoſtibus in cædem ruentibus corpora obiécere: ac tamdiu pertinaci ſtatu Barbarum remorati ſunt, quoad Principius in veſtigio concidit: alter vbi ſuos in tuto eſſe vidit,defunctus prælio, multiſque confoſſus vulneribus, ad Pincianam portam inter duorum complexus & gratulationes expirauit. *Sabell.l.4.cap.5.& l.3.En.8.& Egnat.l.3.cap.2.*

C Vitiges Gothorum rex,contra Beliſarium cum centum quinquaginta millibus armatis Romam venit: ac ponte Tyberino,qui à Beliſarij præſidio tenebatur, vltro fugientibus militibus potitur. Beliſarius eius rei ignarus,forte cum mille equitibus ad Tyberim expacians, ex improuiſo in hoſtes incidit, ibique vel inuitus cogitur cum hoſtibus confligere: nec multùm abfuit, quin telorum ac miſſilium multitudine obrutus fuiſſet. Agnitus enim à Gothis, omnium iaculis & telis magno Impetu petitur.Strenuè tamen pugnándo ex eorum manibus elabitur,& ſaluus Romam redit. Deſiderati ſunt in illa pugna Gothorum plus quàm mille:ex Romanis verò tantum octoginta.*Procopius,& Sabellicus En.8.l.2.*

Cùm Beliſarius Iuſtiniani dux Carthaginem ex improuiſo cepiſſet: Gilimer Vandalorum rex Afros ruſticos multa pecunia ſollicitat; vt Romanos vbicunque inuenirent diſperſos trucidarent, ſéque pro ſingulorum capitibus aureum daturum pollicetur. Illi vbicunque lixas in pagis victum quærentes offendunt,clàm capiunt, & eorum capita reciſa Gilimeri mittunt,pro quibus pecuniam accipiunt. Ibi memorabile quiddam geſſit Diogenes Beliſarij eques. Is enim cum viginti duobus ſcutatis militibus ad explorandos hoſtes miſ-
D ſus,fortè in ruſticos incidit:qui cùm ſuis viribus diffiderent, rem ad regem deferunt. Rex trecentos delectos equites mittit,qui captos & viuos adducerent.Diogenes domum quandam ingreſſus in ſuperiore cœnaculo cum ſuis dormiuit,nihil omnino ſuſpicans, quia audiiſſet hoſtes procul abeſſe. Vandali manè domum vndique cingunt. Interim quidam ex Romanis murmurantium voce & armorum ex ſomno excitatus,reliquos excitat: qui ad pugnam inſtructi,vnà erúpunt, & ſcutis operti certatim hoſtes repellunt,omneſque euadunt, duobus tantùm deſideratis. *Procopius de bello Vandalorum l.3.*

In pugna,qua Andronicus iunior Imp.ab Alexandro Bulgarorum principe victus eſt,ſtrenuè dimicans Cæſaris Filius Porphyrogeniti nepos,multis confixus telis, equo etiam ita vulnerato, vt cerebrum eius patêret, hoſtibus tergum dare noluit. Equus poſteaquam eum domum incolumem reportauit, ante domini fores expirauit. *Gregoras l.10.*

Ioanne Zimiſce imperante, pugnabant contra Roſſos Romani. Dux Romanorum Theodorus ab Miſthela equo ſuo lancea confoſſo excuſſus, Scytham quendam cingulo arreptum,hac illac peltæ inſtar obuerſans,eo coniectas in ſe haſtas excuſſit, ſenſimque retrò abiens, ad ſuos [illegible] donec Romani Scythis vi repulſis, cum periculo eripuerunt. *Cedrenus.* E

In ea expeditione,quam in Palæſtinam ſuſcepit Fridericus Barbaroſſa,ferunt Alemannum quendam corpore in[illegible],& robore inuicto præditum, populares ſuos [illegible] ſecutum, pedetentim inceſſiſſe,equum trahentem, ex [illegible] fatigatum. Iſmaëlitas verò [illegible] gatos,illum vndique ſagittis petiiſſe [illegible] ro tectum, & firmitate thoracis fretum, alacrem per[illegible], nihilo magis Barbarorum telis commotum, quàm ſi rupes eſſet: vnum autem cæteris iactantiorem,abiecto inutili arcu, longum enſem ſtrinxiſſe, & concitato equo, cominus [illegible] gladio percuſſiſſe. Alemannum verò gladio ambos anteriores pedes equi,tanquam fœnum amputaſſe enſémque in medium Perſæ caput ita impegiſſe vt equite in duas partes diſſectu, etiam iumenti tergum, ſella quoque diſſecta, vulnerarit. Eo ſpectaculo Perſæ attoniti, non amplius auſi fuêre vnum eum laceſſere: qui nihil accelerato itinere,pedetentim veſperi in caſtra ſuorum peruenit. *Nicetas l.2.* F

Siuardus Noruegianus miles,ab hoſtibus captus,nautas, à quibus vehebatur potu exhilaratos perſuaſit,vt ſibi gubernaculi curam ſummi beneficij loco concederent. Quo impetrato, nauim magno impetu concitauit, vt retineri amplius non poſſet, mox ſeſe de ſumma puppi in mare demiſit,littus tenuit, Haraldum regem improuiſus obtruncauit. Nauali alio prælio interfectis iuxta ſe ſociis omnibus, nauim diu ſolus defendit,inde ſaltu in mare ſe deiiciens, dum natat,arma ſibiipſi detrahit, & veſtes, quarum colore prodebatur. Cúmque diu ſub aquis delituiſſet, reſpirandi neceſſitate emergens, ab hoſtibus captus eſt & interfectus. *Olaus lib.10. cap.25. ex Saxone Grammatico.*

Hammingus quidam,Abſalonis Roskyldenſis epiſcopi, in Dania armiger, leuibus armis inſtructus, ad diſcrimina ſubeunda prompriſſimus, contra Valagoſtenſes Sclauos pugnans,gladij,quo cinctus erat,longitudine impeditus,concidit. Ibi derelictus à ſuis inter crebras hoſtium haſtas, non G tam ſuo, quàm fortunæ clypeo protectus,vt primùm in genua ſe erigere potuit,diſtricto ferro hoſtium tibias appetens, illis pauliſper cedere compulſis, ſociorum tandem accurſu oppugnatores vrbem repetere coëgit. Ita ad ſuos regreſſus, ac toto corpore integer repertus,admirationi viſentibus fuit.

Galeacius Bardaſſinus,eques Siculus (cuius animi ac corporis robur inſigne fuit) præter alia ingentia facinora, cùm Alphonſus ſenior Neapolitanus rex Plumbium obſideret (ita in Tuſco littore contra inſulam Iluam oppidum vocatur) conſpicatus tres hoſtium equites, cum multis aliis vrbe egreſſos, ad ſe venire,qui à ſuis longè aberat, vltrò illis occurrit, atque eorum vnum gladij capulo in galea percuſſum, attonitum ad terram proſtrauit: alium brachiis vinctum ab ephippio extraxit, longéque abſtulit: tertium fugientem,ad portas vſque inſequutus eſt. *Ful.l.5.cap.2.*

Cùm Maximilianus I. rex Rom. Rhetiam inuaſiſſet, A. D. 1499. in prima velitatione iuxta oppidum Werdenbergam Ioannes Valius Glaronenſis, ſolus XX. equitum cataphractorum loco opportuno impetum ſuſtinuit, tres ipſorum equis deiecit,gladio & haſta fretus.Viri fortitudinem admirati hoſtes,promiſſa incolumitate Velcutiam deduxêre,& diplomate H eius virtutem teſtati,ad ſuos dimiſêre.*Stumfius.*

Christophorus Valdemari Danorũ regis F.bello piratico contra Rugianos,cùm ad litus nauem appuliſſet,tanta ſaxorum vi ab hoſte petitus eſt,vt de ſe tuendis potiùs quam offendendis hoſtibus remiges cogitarét.Esbernus ergo,ne ſanguis regius fruſtra ſibi creditus videretur, mediis ſe iaculantium ſaxis intulit, iuuenémq; nauigij ſui interiectu ſeruauit: quod protinus Barbari magnis viribus apprehenſum in litus pertraxêre.Esbernus eum ſe tribus ſagittis baliſta emiſſis toties ictu fraudatum videret, fracto arcu, à puppi in proram conceſſit,ſolúſque tot hoſtes aliquandiu ſuſtinuit. Tandem ſilicibus contuſus,teliſq; perfoſſus,vt pedibus quoq; deficeret,ægrè puppi repetita conſedit.iamque à comitibus deſertus (nam cuncti, præter vnum,profundo ſe dederant) poſtquam Barbaros nauigium,cuius iam latera dolabris perfregerant,inſiſtra conſpexit,viribus recollectis,ſemel iterumq; ac tertiò exceptos fugauit,teláque in ſe congeſta retorſit: tandem laſſitudine confectus,cum reſumendarum virium gratia paululum retrocederet, lapidis ictu ante puppim concidit.

Eum vnicus eius comes dextera comprehenſum erexit, vt A aſpectu ſaltem, quando viribus non poterat, hoſtem terreret. Ad ſe reuerſus,cum videret hoſtes imminentes, recollecto vigore,repulſis omnibus in proram conceſſit,ibique rurſum ſemianimis concidit:periiſſetque, ni eum Chriſtophori remiges ocyus naue exceptum ſeruaſſent. Non multò poſt contra piratas iisdem ducens, cum loricam ſumeret,& is qui gubernaculo præerat, quo ſe proiecturus eſſet,quæreret,cùm vtraque manu circa gubernandi officium occupata,neutram neceſſariæ defenſionis vſibus aptare poſſet: ille loricam quam erat ſumpturus, ei tradidit, ſeque potius quàm gubernatorem inermem eſſe iuſſit. Quo facto, vnius hominis corpus ferro, omnium verò mentes audacia inſtruxit, tantoperè hoſtes à ſe contemni demonſtrans. *Saxo l.14.*

Bello quod contra Philippum Veneti geſsère, iuſſus erat Franciſcus Gonzaga trans Abduam bellum transferre. Euaſerat Gatta Mellita dux fortiſſimus in vlteriorem ripam cum equite leuis armaturæ, expeditoque peditatu; eratque pons fluuio propemodum impoſitus, quum Abdua nocturnis imbribus repentè auctus opus interrupit. Incidit Mellita, diei B interuentu à ſuis excluſus, ſubito hoſtium incurſu, in apertum vitæ diſcrimen: reſtitit tamen ille fortiter, etſi loco & viribus inferior: ac tandiu impetum ſuſtinuit, quoad equites pediteſque fluuio enatato ad ſuos ſe receperunt. Plerique vorticoſo amne arrepti in ſuorum conſpectu periêre: Mellita, Romana Coclitis exemplum imitatus, omnium vltimus ad ſuos tranauit. *Sabell. l.3. En.10. & l.2. Dec.3.*

Anno 1552. Mahometus Baſſa Solymanni auſpiciis Themeſuaram Tranſyluaniæ obſidebat. Stephanus Loſanzus Comes Ferdinandi regis nomine,eam fortiſſimè defendebat. Tàdem & multitudine hoſtiũ,& ſubſidij deſperatione,& proditione duorũ Hiſpanorũ, qui ad Turcas transfugerant,territus,militum vitam & fortunas pactus cum hoſte incolumes, vrbe exceſſit. Mahometus contra datam fidem circumuentos trucidauit: Loſanxum captum ſecuri percuſſit. Vnicus Alfonſus Perezius Saiauedrenſis, Hiſpanus eques gladio viam ſibi aperiẽs,incredibili fortitudine Lippam verſus,D. Turcis fruſtrà inſequentibus,fugiebat,& iam euaſerat,cum in paludoſam voraginem incidens,equi mole oppreſſus eſt & ſuffocaC tus. Illius caput Turcæ ad Mahometum retolerunt: qui cùm Hiſpanum eſſe audiuiſſet: Nimirum, alius eſſe non potuit, reſpondit. *Aſcanius Centorius l.4. bellorum Tranſyluania.*

LIBERTATEM SVAM ALIORVMVE FORTITER DEFENDISSE. SERVITVTEM FORTITER AMOLIRI.

☞ *Conſule Tit. Seruitutem fortiter declinare, quatenus Declinatio iſta propulſatione nititur.*

Matronas Spartanas, quæ in templo Cereris in vico Ægila dicto, ludos vt facerent, conuenerant, cùm Ariſtomenes Meſſenius bello Meſſenico ſecundo opprimere conatus eſſet: illæ numinis ope fretæ, gladiis, quibus ad hoſtias immolandas vſæ fuerant, armatæ & verubus hoſtem inuaſerunt, multiſque grauiter ſauciis, ipſum quoque Ariſtomenem facibus percuſſum, ac malè multatum, in vincula coniecerunt. *Pauſan. in Meſſenicis.*

In acie Philippenſi M. Catonis Filius inter præſtantiſſimos & fortiſſimos iuuenes dimicans, ac labore confectus, non cepit fugam, neque pedem retulit: ſed pugnans, ſignificànſque qui eſſet, atque paterno nomine ſe appellans, ſuper cumulata hoſtium cadauera cecidit. Occubuit etiam ex aliis D optimus quiſque, qui ad eripiendum Brutum obiecerunt ſe hoſtibus. *Plut. in Bruto.*

Heluetij, qui Alpes incolunt, Imperio Germanico ſubiecti fuère, eoque nomine Prætorem ſingulis annis accipiebant. Auſtriacos principes vicinos habebant, eorúmque potentiam, innumeris nobilium arcibus circundati, verebantur. Iugum imminens excutiendi hæc fuit occaſio. Ludouicus Bauarus Imp. deſignatus circa annũ Sal. 1314. competitorẽ habebat Fridericũ Auſtriacum, inque factiones diuiſa Germania, inteſtino malo laborabat, Heluetij Ludouico non obſcurè fauebát, eaque propter à præfectis Imperij, qui vicinis Auſtriacis plus ſatis adducti erãt, miris modis vexabantur. Tres primùm plebeij homines, Gulielmus Tellus Vriẽſis, Stoufacherus Suitenſis,& Ernius Vnderualdenſis, fœdus ineunt contra tyrannos, populares quiſque ſuos ad libertatis defenſionem adhortantur. Quã hiſtoriam ſub Tit. Tyrannicidarum execuri ſumus. Leopoldus Auſtriacus, Friderici frater, bello conturatos domiturus, anno 1315. XVI. Nouembris ad Morgardam montem circumuentus, MD. equitibus amiſſis, ſummo cum E dedecore vix effugit. Eo ſucceſſu erecti Triomuiri, vt æterno fœdere Vrienſes, Suitenſes & Vnderualdenſes inter ſe coitẽt, auctores fuère. Ludouicus fœdus ratum habuit. Auſtriaci clade tam ignominioſa irritati, quamuis Ludouico per Regem Boëmũ reconciliati eſſent, paganos tamen perſequi non ceſſabant. Lucernenſes partim inſolentia Auſtriacorum, Partim fortitudine paganorũ moti, fœdus cum iis ineunt anno 1332. Tigurini XII. viros ob male adminiſtratam Rempubl. in exilium eiecerant,& mutata R.P. forma XIII. tribus inſtituerãt, è quibus Senatus legeretur. Cùm exules Ioan. Comitis Habſpurgenſis auxilio, noctu vrbem occupare fruſtrà tentaſſent; deſtituti Tigurini aliorum auxilio, anno 1351. Heluetiis ſe coniunxère. Obſeſſi ter ab Alberto Claudo duce Auſtriæ, pro patria fortiſſ. dimicauère. Claronenſes quoque & Tugienſes in fœdus recepti, anno 1352. volentes nolentes. Acceſsère bis Bernenſes anno ſequenti. Et hoc fœdus antiquum octo virorum Heluetiæ. Leopoldus III. Alberti F. Anglos ad XXC. millia contra Heluetios excitat anno 1374. Dux illorum nepos Auſtriacorum, matris dotales vrbes ab Heluetiis occupatas (hoc enim prætextu eum contra Paganos Auſtriacus F irritarat) vindicaturus, vbi cum tanta colluuie ramenta montium intrauit; commeatu deſtitutus, in aduerſas partes diſtractum exercitum Heluetiis ad ſyluam Buriam, ad Erlacum, ad Frobrunnam carptim cædendum præbuit, turpique fuga vix elapſus eſt. Vrbes Imperij cum Heluetiis fœdus ineunt quibus Leopoldi ſuſpecta erat potentia. Nouis ſubinde inſolentiis nobilium vicinorum vetere odio exulcerato, cùm Sempacenſes ſuæ ſecuritatis cauſa Lucernenſiũ fidei ſeſe cómiſiſſent: Leopoldus interea victis Imperialibus viribus, & pace cum iis facta, victorem exercitum in Heluetios conuertit, omni externa ope deſtitutos. Anno 1386. bellum non indixit per ſe, ſed & Comites, Barones, Nobiles, prout varias inimicitiæ cauſas habebant, ſinguli turmatim bellum denunciarunt, nimirum vt multitudine hoſtium terrerentur. Heluetiorum MD. Tigurum profecti, quòd illic Ducem irrupturum putarent, poſteaquam rectà Sempacum proficiſci audiunt, celeritate incredibili ſequuntur. Vix dum aduenerant, cùm nobiles conſilio inito, vt victoriæ fructum præcerG perent, gregarios milites ſpectatores tantùm ſuæ fortitudinis eſſe voluere, iuſsère: atque vel inſolentia quadam ſponte, vel loci iniquitate coacti, relictis equis pedites pugnam iniuère. Quorum temeritatem cùm ſenex Bato Haſenbergius reprehenderet: Oxenſtenius leporinum animum illi, ad familiæ nomen à monte leporis ductum alludens, cum probro obiecit,& ad ducem conuerſos, Manipulum hunc ruſticorum nos tibi priùs, quàm Sol occidat, aſſandum elixandúmve pro libito dabimus. In primo congreſſu ad LX. inermes Heluetios cataphracti occiderunt. At procedente pugna, labore & ſudore confecti, præclaro inter Vinkelriedi ſtratagemate circumuenti, ſecuribus pulſari conciduntſuiſque armis ſuffocantur. Leopoldi cædes eos etiam qui integri erant ita terruit, vt in fugam turpiſſimè effuſi, memorabilem victoriam Heluetiis conceſſerint. Cæſa ſupra duo millia Ducum, Comitum, Baronum, Equitum auratorum, Nobilium: Heluetij CC. ſuorum deſiderarunt. Leopoldus IV. Superbus, patris mortem vlturus, aſcitis ſibi auxiliaribus quàm plurimis, eiuſdem imitatione bellum paganis indicit. Varia fortuna per quadriennium hinc inde pugnatum, meliore ſemper ſucceſſu Heluetiorum, qui ferarum latibula innumera (ſic enim Arces vocabant) expugnarunt, vaſtarunt, incenderunt. Ciui- H tates tandem imper pacis ſeptennalis auctores fuère, qua Solodurum Heluetiorum fœderi acceſſit, anno Salut. 1389. eadémque pòſt in quinquaginta annos confirmata: Concilium interea Conſtantienſe Fridericũ Auſtriacum, propterea quòd Epiſcopos quoſdam in vincula coniecerat,& Ioannem XXIII. pontificatu deiectum contra datam fidem Conſtantia profugientem adiuuerat, anathemate perſtringit: Sigiſmundus Imper. Heluetios ad occupandas vicinas regiones hortatur, & quodammodo cogit, diplomate etiam teſtatus, quicquid contra hæreticum hominem iuſſu Concilij egiſſent, id ſanctum inuiolatúmque, fore neque paci L. annorum cum Auſtriacis paulò antè initæ obfuturum: addidit & ſtipendium, & quicquid eo bello occupaturi eſſent, præcedentibúſve cepiſſent, id vt bonorum caſtrenſium loco perpetuum haberent. Itaque Argoniam &

Tauracum pagum anno 141[illegible]. volenta, iubente, adiuuante,
A confirmante Imper. & Concilio, inuaſerunt occuparúntque.
Anno 1468. ob temerè laceſſitos Scaphuſianos cōfœderatos
ſuos: Valdeshutam obſidebāt Heluetij, Sigiſmundus Auſtria-
cus, in pacis formula a principe Bauaro conſcripta in expēſas
damnatus, quādo apertè non poterat, occulta ratione Helue-
tios lædere parabat. Carolo Burgundo oppignurat ditiones
ſuas Heluetiis propinquas. Is Petruio Hagenbachium illis
præficit, crudeliſſ. tyrannum, & Heluetiorum acerbiſſ. hoſtem
Ludouicus XI. Galiorum rex ea occaſione captata, Heluetio-
rum amicitiam ambit, hoc velut fræno Burgundum ſeſe in
officio retinere poſſe ſperans. Sigiſmundum Burgundi libidi-
ne offenſum pœnitebat cœpti. Itaque Galli interceſſione cū
Heluetiis contra Burgundum fœdua init. Abſente in Germa-
nia inferiore, Carolo, Hagenbachium Briſacenſes, apud quos
degebat, in vincula con[illegible]unt, & accuſantibus Heluetiis ſe-
curi percutiunt. Fridericus III. Imper. Heluetios Burgundiam
inuadere iubet: ipſe inſtructo exercitu Nuſſiam à Carolo ob-
ſeſſam liberara contendit. Carolus cum Friderico paſcitur
Maria filia Maximiliano filio deſpooſata: neque verò in fœ-
dere illo vilam Heluetiorum rationem haber. Carolus eo ho-
B ſte, quem periculoſiſſ. iudicabat, liberatus, axpulſo Lotharin-
giæ duce, Nanceium ab Heluetiis occupatum proficiſcitur,
ad L. millia expeditorum militum in exercitu habens. Helue-
tiorum quingentos arcem tuentes deſperato ſuorum auxilio,
impunitate promiſſa perfidè circumuenit. Heluetij ad XX.
millia, superuenientes caſtris ducem exuunt, ſupra C M. au-
reorum prædam obtinent, deſtituti equiratu, victoriam per-
ſequi nequeunt. Anno 1476. recollectis viribus C M. in axer-
citu trahens, Moratam Carolus obſidet. Diuiſerat ille exer-
citum. Heluetij caſtra ducis aggrediuntur, imparatos fun-
dunt, XXM. cædunt. XM. in lacu vicino ſubmergunt Renatus
interea Lotharingiæ dux exul, auxiliis Germanorū corroga-
tis, regiones ſuas recuperar. Carolus XLM. Lotharingi reci-
pit Nanceio axcepto Renatus Heluetiorū auxilia implorar,
XIII. millia obtinet. Hi ſexto die Iauuarij ad Nanceiū anno
1477. Burgundi caſtra, diuerſa, quàm ille expectarat parte, in-
uadunt, Carolum cum ſepiem millibus ſuorum obtruncant,
bellóque Burgundico, reſtituta Renato Lotharingia, finem
C imponuot: Ludouico XI. Burgundiam tanquam feudum olim
ducibua cōceſſam, certo auri pondera, fruſtrà licet Heluetios
liberatores appellantibus Burgundis, concedunr. Anno 1481.
Solodutum & Friburgum in confœderatorum claſſem reci-
piuntur. Virtutis comes perpetuus inuidia. Nam ſeptennio
pòſt Fridericus III. ſpe ſua Heluetios alienis domandi viribus
non ſemel fruſtratus, Sueuici fœderis inter principes & ciui-
tates Imperij anno 1488. auctor fuit, ſpecie quidem in cum-
modū Germaniæ, reuera autem vt hoc velut propugnaculo,
Heluatiorum frænaret potentiam. Moritur interea, & vt re-
gnorum ſic odij ſucceſſorem relinquit filium Maximilianum.
Is fœdus Sueuicum decennio pòſt confitmauit. Animis pa-
ratis occaſio tantùm deerat. Ea autem oblata eſt ampliſſima,
poſteaquam Rheti Heluetiorum fœderi certis conditionibus
acceſsère. Maximilianus Curiam Rhethorum ſui iuris eſſe di-
ctitans, exercitum contra illos duxit. Rheti Heluetios, implo-
rāt: ille Sueuicum fœdus appellat. Variis in locis Maximilia-
nus Heluetios adoriri ſtatuerat, vt diſtractis viribus facilius
conficerentur. Anno igitur 1499. ſexto Febr. crudele bellum
cœpit, quod Sueuici fœderis vocāt, Heluetiū cæteri inſignioi-
bus victoriis nobile: quādo octies aperto Marte victores eua-
D ſère Heluetij. Apud Rhetos ad montem S. Lucij primus con-
flictus, alter ad Treiſam. Tertius Hardæ ad lacum Acronium,
quinque millibus Germanorum cæſis. Quartus prope Baſi-
leam, vbi mille Heluetios prædæ cauſa in Alſatiam profici-
ſcentes, Fridericus Caplerus dux Imperatorius octo millia
in exercitu habens aggreſſus, ſexcentis ſuorum amiſſis, turpi
fuga abit vnico tantùm Heluetio cæſo, ſed vulneratis cōplu-
ribus. Prope Conſtantiam quintus. In pago Ermatinga præſi-
diarios CCCC. ſecurè agentes ſicut per noctem trucidarant
Heluetij ſuorum clade cognita, repente conuolant, & in vici-
na ſylua Suaderloca, ex inſidiis victores Conſtantiam repe-
tentes fundunt, fugantque. Eodem die præda omnis cum au-
ctario recepta, ex octo millibus MMD. cæſi: reliqui in laco
ſubmerſi. Sextus apud Rhetos prope Raſtenzā, in Vaigauia.
Septē millia Heluetiorum XV. millia Sueuorum fugant tria
millia occidunt, plurimos in Ila fluuio demergunt, tormen-
torum ſupra D. capiunt. Henricus Volebius Vrienſis, à ter-
go [illegible] inductis bis mille, ſuorum montem occupau[illegible], & vi-
ctoriæ [illegible] memorab[illegible] auctor, pro patri[illegible] ub[illegible], Septi[illegible] E
apud Vennones in campis Mall[illegible]s. Ex oct[illegible] m[illegible]bus Sueuo
rum quat[illegible]or m[illegible] a cæſis à Rhet[illegible], eodem ſtrategem[illegible] te[illegible]
prius: Atheſi ſubmerſi plurimi. Rheti ſupra ducento[illegible]
deſiderarunt. Maximilianus ignauiam ſu[illegible]rum de[illegible]at[illegible]
præſens bellum adminiſtrare voluit. Conſtantiam[illegible], H[illegible]-
uetio vno eodem die D. Margar[illegible]tæ ſacro [illegible] ibu[illegible] a[illegible]-
grediendi conſilium capit. Ipſe cum Germanici [illegible]perij [illegible]
Conſtantia egreſſus, vbi [illegible]uo[illegible]m tumidas ſent[illegible]nt[illegible]
diendis Heluetiis, qu[illegible] Suaderlocam occupabant, c[illegible]
infecta propere diſceſſit, interea Rhenani pop[illegible] pr[illegible]
leam, arcem Dornacum Solodurenſibus paret[illegible] ten[illegible] u[illegible] oa-
turi veneiant. Solodurenſes MD. ſilentio in vicinu[illegible]
profic[illegible]untur. Commodum D. Tigurin[illegible] accedunt [illegible] me-
tantes hoſtes, & nihi[illegible] minus quam Heluetios adeſſe putantes
(cum omnes [illegible]lorum [illegible]es Suaderlocæ coacta credetent) ex
improuiſo aggred[illegible]ntur, primos fundunt. Cæteri acie repētè
[illegible] in eo terr[illegible] poterat [illegible]ſtructa, Heluetiis acriter reſiſtunt,
eoſque ſuo equitatu circundant. Vigenta prælio, M. Lucer-
nenſes & Tugini ſuperueniunt, ſuoque clamore hoſtes ita
terrent, vt ex XV. millibus tria millia ceciderint, plurimi in F
Byrſa amnè vicino perierint, Haluetij C. ſuorum amiſſis, præ-
daque opulenta parta, nuſpiam ſe toto bello actius reſiſten-
tes hoſtes nactos libere ſunt faſſi. Tandem defeſſi tot cla-
dibus Imperiales potius quam mitigati aut exhauſti, pacis
cum inuicto populo ineundæ conſilia amplecti cœpere. Ba-
ſileæ igitur eodem anno quo cœperat, 22. Septemb. bello
Sueuico finis impoſitus, cum ampliſſ. Heluetiæ virtutis te-
ſtimonio, qui contra totius Imperij Germanici vires, pro
aris & focis, octo menſium ſpacio octies cum hoſte poten-
tiſſ. diuerſis locis prælio depugnaſſent, nunquam victi eſſent,
minimo ſuorum cum ſanguine, hoſtium vberrimo. Et hæc
quidem pro libertate. Nam quæ pro duce Mediolanenſe, pro
Gallorum rege poſtea deſignauerunt, magna quidem illa &
æternitate digna facinora, hoc ipſo tamen minora digna
commendatione, quod Baſim Heluetiæ libertatis [illegible],
labefactare ſunt viſa. *Et hæc ex Ioan. Stumpfij Hel.*

In Cimbrica Cherſonneſo patet ſaptem in longitudinem
milliaribus Dithmarſia, paulóque minus in latitudinem, ſitu G
naturáque loci peregregiè munita. Ab oriente tuetur larus
flumen Eidora: ab occaſu mare Britannicum, ad meridiem
claudit Albis fluuius, ad Aquilonem cingunt foſſæ productæ
& munitiones. Varios hæc ora temporum ſucceſſione domi-
nos habuit quorū alios interfecerunt incolæ, alios eiecerunt,
nōnullos quoque vi ſubegerunt. Poſt Saxones (quibus omniū
primis vna cum aliis accolis finitimiſque paruit) ex annali-
bus conſtat fuiſſe aliquod tempus quo eam comites ditione
tenuerint. Ex horū numero primus Dedo à colonis interem-
ptus eſt: cuius poſt cædem quum vxor eius Ida, genere Sueua
(cui Henricus III. Imperator patruus, & Leo IIX. pontifex
erat auunculus) Etalero comiti, cognomento Albo, nupſiſſet,
is eundem vitæ exitum nactus eſt. Tertius ab eo Rodolphus
marchio (is tunc eam ſucceſſione acceptam tenebat) trucida-
rus, cui non multo poſt filius eiuſdē nominis additus eſt: ma-
iore quidē cum contumelia atque iniuria, quod caſtello eius
Bocelcaburgo, in quo cædes fuit perpetrata, euerſo & diruto,
coniugem Valpurgam, amputatis naribus atque auribus mu-
tilatam, io proximum profluentem abiecerunt, qui etiamnum
hodie ab illa demerſa nomen retinet. Huic Rodolpho erat
frater Hartuicus. Is ius ſuū vniuersū in ea ditione (quod mor- H
te fraterna ad ipſum redierat) permutatione facta, & recepto
in eius locum Stadenſi comitatu, antiſtiti Bremenſium tradi-
dit. Subegit poſtea Dithmarſiam armis Henricus & Leo, &
pagos aliquot Abbati Stadenſi dono dedit: quorū nomine vt
tributō acciperet, quum eo veniſſet Abbas, vita ſpoliatus eſt,
atque obiter alia pagis nomina indita, quo memoria debitæ
annuæ pēſionis extingueretur. Adolphus quoque iſthoc no-
mine tertius Holſatiæ comes, anno MCXXCVI. armis in po-
teſtatem redactam aliquandiu tenuit: ſed non multò poſt re-
cedentes à fide Dithmarſi, omnem nobilitatem (quæ multa eo
loco erat) ditione expulerunt. Aſſentiente deinde & permit-
tente Adolpho, Hartuicus antiſtes Bremenſis (qui de comi-
tum Holſatiæ ſtirpe fuiſſe traditus) eos ad deditionem cōpu-
lit. Verum dimiſſo exercitu, nihil ex pacto præſtantes Dith-
marſi, neque pecuniam promiſſam expendere, & abrupta fide
ad Daniæ regem deſciſcere, in eius quoque poteſtate non diu

permana

A permaſiſſet. Etenim anno Chriſti 1227. quum rex Adolphum prioris filium ac Lubecenſes, & regem Daniæ Valdemarum, iuxta prædium Botnhouede acre heret prælium, eſſentq; in copiis regiis Dithmarſi (qui pepigerant occulte cum Holſatis, ſe deſerto rege ad ipſos tranſituros, eiuſque rei indicium fore, ſi imas clypeorum oras conuertiſſent) ipſi in extremis collocati, vbi iam pugna ferueret, ſcutis inuerſis a tergo Danos adoriuntur. Quo inſperato caſu regius exercitus ſuperatus, Otho dux Brunſuicenſis, nepos regis ex ſorore, captus eſt, ipſo rege regiſq; filio vix ab hoſte fugæ præſidio ereptis. Ita duo infami ſingularis perfidiæ nota in libertatē ſeſe vindicarunt. Anno autem MCCXCIX. Henricus Holſatiæ ac Stormariæ, & Ioannes Vagriæ comites, ius ſuũ armis repetituri, in Dithmarſiam exercitum duxerunt, prælioque inito, multis ſuorum profligatis, fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. Poſt quam pugnam, quum vnus & triginta effluxiſſent anni, orta inter comites Holſatiæ diſſenſione, Dithmarſi, vt alteri parti quaſi ſuppetias ferrent, in Holſatiam irrumpunt, & ad Chilonium vſque oppidum progrediuntur. Vnde quum diuerſa via onuſti B præda domum regrederentur, Gerardus Holſatiæ comes eos non procul Botnhoede, ſub loco aggreſſus, quingentos ex illis trucidauit. Qua inflati victoria Gerardus eiuſque frater Ioannes, ſecundo poſt anno, quantas poſſunt maximas copias cogunt, euocatiſque in auxilium extraneis ducibus numero quatuordecim, & vniuerſis ditionis ſuæ viribus in vna caſtra contractis, die natali virginis Mariæ, Dithmarſiam intrant, & reſiſtēte nemine, ad locum vſque, quem Norderſtraut vocant, in meditullium Dithmarſiæ perueniunt. Ibi Dithmarſi bis in fugam coniecti, mille & ſeptingentis ſuorum deſideratis, in proximam ædem ſacram fuga delati, cùm ignem hoſtis ſubiiceret, neque vllas deditionis conditiones admitteret, iamque laminæ plumbeæ tēpli liquefactæ ab igne ſtillare cœpiſſent, in deſperationē adacti, facto impetu in hoſtes prorumpunt, & ex ducibus duodecim; reliquæ verò multitudinis ad duo millia interficiunt. Soli Gerardi Holſatiæ comes & Henricus Megalopenſis cum paucis incolumes elapſi. Annis pòſt ali- C quot, Nicolaus Holſatiæ comes tumultuariis pugnis ſæpe cũ Dithmarſis conflixit. In pugna ad Tirperſlo inita, cùm æquo penè marte vtrique diſceſſiſſent, res ad inducias & pactiones deducta eſt. In quibus inter cætera cautum fuit, vt neutri alterius partis hoſtes receptarent, fouerent aut defenderēt. Ergo quum Ericus Saxoniæ dux, ſocer Alberti comitis Holſatiæ, anno Salutis humanæ MCCCIV. abacta e Dithmarſia præda, per Holſatiam domum eſſet reuerſus: Dithmarſi pacem violatam cōtendere, quòd permiſſu comitum eam expeditionem per fines eorum ſuſceptam crederent. Publicatis igitur ad principes finitimos & vrbes literis, de Gerardo Sleſuici duce, & Alberto comite grauiter conqueruntur. Gerardus viciſſim & Albertus ſeſe multis excuſant, & ob hanc calumniã ſibi iniuſtam bellum illis indicũt. Albertus quum per Northhamme in Dithmarſiã irrupiſſet, & copioſam trahens prædam ad ſuos recipere ſeſe properaret, equo delapſus paulò pòſt periit. Quum deinceps vicinæ ciuitates maritimæ de pace inter ipſos agerent, & Dithmarſi eam vel pretio redimere parati eſſent, Gerardus plenus fiducia potiundæ regionis (quæ præſertim fraterno iã funere ſatis care empta poterat videri) toto exercitus robore, ea via, quæ Suderhamme vocatur, in D Dithmarſiã profectus, cum delecta cohorte ad fauces aditus conſtitit. Milites dum prædæ cupiditate latiùs euagantur, incolæ latera anguſtiarum, per quas trãſitus erat, arbuſculis occultati occupant, & reuertentes improuiſò aggrediuntur. Antecedebant agmen pueri armigeri. Ab iis, quum primos in ipſos impetus fieret, lacrymabilis clamor & eiulatus tollebatur. Quo ad aures ducis perlato, tumultum inter ſuos & rixã de præda ortam ratus, eam ſedaturus, nudato galea detracta capite properè aduolat. In eum Dithmarſi ex tranſuerſo ſeſe inferunt, ſauciatumq; grauiter caput equo deturbant, eiuſque copias omnes indagine clauſas occiſione delent, paucis fuga euadentibus. Quicquid lectiſſimorum militum in ducatu Sleſuicenſi Holſatiaque vniuerſa fuit, eo bello interiit, anno Chriſti MCCCCIV. Renouata inde antiqua fœdera. At pòſt quum Chriſtiernus I. rex Danorum, Adolphi Holſatiæ comitis è ſorore nepos, propinquitatis iure ditiones eius omnes ad ſe tranſtuliſſet: in Germaniam ad Fridericum III. Imp. profectus eſt, & ſuo maiorũmque ſuorum in Dithmarſiam iure demonſtrato, obtinuit, vt communi ſtatuum ordinũmque imperij conſenſu, abolito obliteratóque comitatus titulo, dux Holſatiæ crearetur. Cui ducatui, vt legitimis metis ambituque iuſto deſcriberetur, Cæſarea poteſtate Stormaria & B Dithmarſia regiones incluſæ ſunt: idque diplomate Imperatorio & ſigillo confirmatum, anno Salutis humanæ 1474. Quod Imperatoris diploma, anno quinto poſt, quum rex Dithmarſis Rendesburgum ad ſe euocati exhiberet, vtq; de more in fidem ſuam iurarent poſtularet: Bremenſium antiſtitis magiſtratum cauſati, id facere recuſarunt. Itaque vim & arma rex comminatus, interuentu procerum annuas inducias dedit, vt eo temporis ſpatio, quid ſibi facto opus eſſet deliberarent. Eius filius Ioannes in regnis Aquilonaribus ſucceſſor, quum Sueciam rebellantem biennio antè armis ſubegiſſet, anno à natali Chriſti MD. menſe Februario, in Dithmarſiam exercitum duxit: præter milites equiteſque omnis generis ſex millia peditum ſtipendiariorum, quorum forti & efficaci opera in Suecia domanda vſus fuerat trahens. Ex nobilitate præterea circiter duo millia ipſi militabãt. At Dithmarſi in interiorem paluſtrem oram cum omnibus ſuis ſeſe recepēre, cúmque ab vno exploratorum capto cognouiſſent, qua via rex irrumpere decreuiſſet, per lutulentã valde & im- F peditam foſſis viam, per totam noctem vallum ducunt, & iuxta in excubias præſidiúmq; aliquot millia ſuorum collocant. Rex nullas inſidias veritus: cum omni copiarum mole in hoſtes tendit. Anteibat agmen pedeſtre, id turmæ equitum conſequebantur, extrema claudebant vehicula, quæ in ſpem prædæ vna trahebantur. Vbi propius vallum ſub ictum tormentorum acceſſerunt cohortes, coloni poſt aggerē excubantes, diſploſis repente tormentis non mediocrem militum ſtragē fecerunt. In loco anguſto milites ad pugnam expedire ſeſe minimè poterant. Multo inſuper imbre & grandine cœlo delapſa, foſſæ ad imas vſque oras completæ excreuēre, neque tormenta, extinctis imbre funiculis, corruptóque apparatu omni, vlli vſui eſſe poterant. Tot malis circumuentas cohortes, quantumvis fortiter reſiſtentes, ſed abſorbente plantas luto præpeditas, imbre multo madētes, & frigore penè emortuas, Dithmarſi in fugam vertunt, cædunt, in foſſas præcipitant. Hinc ad equitatum veniunt: qui loci anguſtia preſſos, luto equos ad genua vſque deuorante, mouere vix ſeſe poterat. Poſt tergum plauſtra fugã impediebant: a fronte cæſorũ G aceruí hoſteſque obiiciebantur: à latere vtroque intercludebant foſſæ. Ita coarctatos equites circumfuſi vndique hoſtes profligant. Princeps cum paucis per denſos cadauerũ iacentium cumulos via inuenta vix elabitur. Trium horarum momento hæc ſtrages edita, adeò vt ipſis quoque victoribus miraculo fuerit viſum, tantulo tempore tantam hoſtium turbam proſterni potuiſſe. Sed inuenti ſunt pleríque ſine vulnere: quæ res argumento eſt, plures vndis ſuffocatos, quàm gladio cæſos eſſe. Locus, quo pugnatum eſt Meldorpam & Hemmingſtadium oppida interiacet: vocaturque etiamnum ominoſo & infami a re geſta nomine, Cacodæmonis opus ſiue iactus. Poſt annos aliquot Carolus V. Cæſar in gratiam Adolphi Holſatiæ ducis beneficium Imperatoris Friderici proaui cõfirmauit fratribus tribus, Chriſtiano III. regi Daniæ, Ioanni & Adolpho ducibus, anno MDXLIX. At Dithmarſi, nullius Imperatoris præiudicio ad parendum vlli magiſtratui ſe cogi poſſe prædicantes, dictis principum audientes eſſe nōn modò recuſare, ſed crebris etiam iniuriis ditionem eorum infeſtare. Tandem anno MDLIX. Adolphus cum fratre Ioanne ſubigendæ Dithmarſiæ conſilium cepit. In belli ſocietatem H adſcitus Chriſtianus III. Danorum rex deſignatus, iis quidem legibus, vt ſi in poteſtatem Dithmarſia veniret, ea vniuerſa in æquales tres partes diſtributa, quam quiſque ſuam caperet aſſereretque, ſorti iudici committerent: verùm in iudiciis extráque iudicia iunctis opibus omnem ſimul defenderent. Dux belli Ioannes Ranzouius Menſis vnius ſpatio, in diuerſas partes diſtracti Dithmarſi, profligati ſæpius, victi, ſubactique: ſuperſtites, qui arma ferre poterant, numerum vix quatuor millium excedentes, in trium principum verba, nudati omnes capita, & in genua prouoluti, promittentes iurantéſque, vſitato obſequij & fidelitatis ſacramento ſeſe ipſis obſtrinxerunt: à quibus mox in fidem ſunt accepti. Erat autem ſolennis eius concionis hic ordo: Principes & conſiliarij medium quaſi centrum obtinebant: hos circum proſtrati iacebant Dithmarſi: illos equitatus & exercitus vniuerſos circumdabat. *Autor belli Dithmarſi.*

VASCVS FERNANDVS Cæſar, cum naue vna fretum Gaditanum regis Emmanuelis iuſſu peragrabat, & hoſtes multis in-

 commodis

commodis aſſici bat, anno 1510. Sex in illum biremes in- A uectæ ſunt. Hoſtes Cæſarem capere vehementer optabant, & cum illum euadere poſſe minime crederent, præ lætitia clamore ingentes ediderunt. Deinde ſagittis, & glandibus, & globis ingentibus eum obruere conati ſunt. Atqoe primom Cæſar [illegible]os, ne ad ſuam nauem accederent, tormentis acerrimè propellebat: & variis velificationibus eorum conatus eludebat, & interim multos interimebat, quo factum fuit, vt illi multum de animorum alacritate remitterent. Quod cum is animaduertiſſet, in tres naues, quæ iunctæ conſiſtebant (aliæ namqoe ventis excluſæ, non ita facile accedere poterant) inuaſit. Hoſtes in illum ſimiliter impetum dederunt. At is cum ingenti tormento ignem applicari præcepiſſet: vni ex biremibus, maximo globo à prora in puppim ſecundum latus emiſſo, remos deterſit. Hoſtes biremem claudam & mutilam intra ſe recipiunt, & quanta celeritate poſſunt, in ea trepidatione reparant. Tunc omnes ſimul iunctæ Cæſarem circumueniunt. Is cum animo maximo nunc ad proram, nunc ad puppim, nunc in vtrumque latus accurreret & præſidia magnis vocibus excitaret, & crebris tormentorum ictu- B bus maximum damnum inferret: multo difficilius certamen, qoam hoſtes ſuſpicati foerant, effecit. Tandem tormenti vnius ictu magna pars remigum in vna biremi dilacerata fuit. Hoſtes eum cernerent multos cæſos eſſe, & duas biremes diſſipatas Cæſarémque nullo modo, niſi cum grauiſſimo damno, capi poſſe, certamen omiſerunt. Cæſar cum eſſet ea natura, vt nullo labore frangi poſſet, eas inſequutus eſt. Verum eum nauis illius velis, naues hoſtiles remis impellerentur, & ventus illum deficeret: eas conſequi minime potuit, & ita voti compos Malacam petiit, vt mortuos ſepeliret, & ſaucios curaret. *Oſorius lib. 18. rerum Emmanuelis.*

NAVES SVAS FORTITER DEFENDERE, CONSERVARE.

VLYSSES Hectore Græcorum nauibus ignes iniiciente, in ſummo totius claſſis periculo, nihil minus quam de ſua ſalute ſollicitus, dedecus & ignominiam hanc vel morte redimendam putat, Diodemedem ad pugnam hortatur, apud Hom. inquiens:

C ἀλλ' ἄγε δεῦρο πέπον παρ' ἵστασο, δὴ γὰρ ἔλεγχος
ἔσσεται, εἴ κεν νῆας ἕλῃ κορυθαίολος Ἕκτωρ.

Cum Xerxes cum claſſe ex vrbe Therma ſolueret, decem velociſſimas naues præmiſit, quæ apud Sciathum tres præſidiarias Græcorum hoſtium, Trœzeniam, Ægineticam, & Atticam repertas ceperunt. In Æginetica miles erat Pythius Iſchenoi F. vir eo die præſtantiſſimus qui capta naui tamen eouſque pugnando reſtitit, totus dilaniatus eſt. Quem collapſum, non mortuum, ſed ſpirantem, Perſæ qui nauim ceperant, admiratione virtutis, ſeruarunt, vulneribus myrrha medentes, ſindonéqoe byſſina & faſciis obligantes: atque in caſtra ſua reuerſi hominem vniuerſo exercitui oſtendebant admirabundi, probéque obſeruantes: cùm alios, quos in eadem iam naui ceperant, tanquam mancipia adſeruaſent. *Herodotus lib. 7.*

Cùm claſſes Venetorum & Baiasethis congrederentur, Vincentius Polanus Venetus triremem, cui præerat, in claſſem Thraciam magno animo intulit. Is paruo temporis D ſpacio circomſcriptus, ab hoſtium longis nauibus omnis generis, compluribuſque, cum ſe fortiſſime horas duas defendiſſet, nauéſque hoſtium nonnullas tormentis perforauiſſet, ipſos audacter in eius ſæpe nauem conſcendentes interfeciſſet, aliquot ex ſuis amiſiſſet: vulnerata parte plurima, eoorto forte vento, veliſque factis ſeſe hoſtibus eripuit. *Bembus lib. 3. Veneta hiſtoria.*

Nauis Veneta longa ex earum genere quæ ad mercaturam proficiſcuntur, more inſtitutoque maiorum conuehendis iis hominibus, qui aut voto ſuſcepto, aut religione permoti, Chriſti Dei filij ſepulchrum, quod eſt Hieroſolymis, adire atque inuiſere cupiunt, in Syriam quotannis ſtato tempore mitti ſolita, cum anno 1497. ad Maltam iter faceret, in Turcarum regis claſſem Arige præfecto incidit. Ea erat nauium onerariarum duarum, triremium item duarum biremiū quinque, quarum biremes quæ ad nauem Reipub. præmiſſæ vela demittere iuſſerunt. Mos eſt nauticus eiuſmodi, vt qui plus aut viribus aut dignitate pollent velint, vt quæ ſibi occurrerint naues, velificationem intermittant, antennaſque demittant, cum honoris ſui cauſa, tum vt ſi quid ab illis quærere aut petere velint, poſſint. Id qui nolunt facere, ius eſt bello cogere vt faciant [illegible] ſæpéque accidit, [illegible] de [illegible] pu- E gnæ magnæ exiſterent, plurimorumque homin[illegible] ed[illegible] conſequerentur. Aloyſius Georgius, nauis Venetæ præfectus, claſſem eſſe illam piratarum exiſtimans, ant[illegible] non demiſſis curſum tenuit. Quod vbi Turcæ conſpexerunt, ab vtroque illum latere ſuis triremibus cinxerunt, & [illegible] rum magnam vim in eum mittere cœperunt. Id cum parum proficeret, manibus ſuis omnibus illum expugnare contenderunt. Eo in certamine, Turcæ nauis Venetæ ſe[illegible]lam [illegible] conſcenderont, aliiſque partibus in nauem pro[illegible] ſæpe ignem iniecerunt, quo & plutei combuſti & p[illegible] cœn[illegible]ulum ipſa in puppi, & maiora vela conſl[illegible]unt. Sed tanta remigum & nautarum, atque impri[illegible] [illegible]rum virtus fuit, vt cum ab hora diei ſexta vſque ad quartamdecimam pugnauiſſent, Turcæ receptui canentes, & ſigno pacificationis ſublato, priores pugnam deſinerent. A[illegible]igeque miſſis ad Aloyſium ex ſuis, qui ſalutem i[illegible] dicerent, magnúmque atque fortem virum eum eſſe teſtarentur, pacem beneuolentiamque cum illo iniit. Miſſi, quadraginta milites ex [illegible], quos Ianizaros appellant, ſui in nauibus interfectos eſſe Aloyſio ſignificauerunt. Ex Veneta interierunt quin- F que. vulnerati complures: in his præfectus quatoor vulneribus acceptis, neque tamen periit. *Idem lib. 4. Venet. hiſt.*

ARMA FORTITER TVERI.

M. CATO iunios: prælio ad Pydnam aduerſus regem Perſea decertauit ſub duce Paulo Æmilio ſocero ſuo præclarè. Cùm vero gladius ei ictu excuſſus & madore eſſet manus elapſus, adiicit certos familiares ſuos: qoibus adiunctis fecit deintegro impreſſionem in hoſtes. At cum longo certamine magnáque vi locum vacuum feciſſet, tandem inuenit eum in immenſis aceruis armorum, & in cadauerum tam ſociorum, quàm hoſtium cumulis aggeratorum, quamobrem commendauit adoleſcentem Paulus Imperator. Et ipſius Catonis extat ad filium epiſtola, qua ſupra modum extollit contentionem eius de gladio & cura. *Plut. in Catone & Æmilio, & Front. lib. 4. cap. 5.* At *Val. Max. lib. 2. cap. 2.* hoc ipſimet Catoni ſeniori tribuit, eoque ſpectaculo attonitos hoſtes, poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes veniſſe aſſerit.

SIGNA, VEXILLA FORTITER DEFENDERE.

Eo prælio, quo Vrrachæ Caſtulonenſis reginæ exercitus G aduerſus Alphonſum Aragonium ipſius virum decertauit, cum vltimum agmen Gometicos comes ſignis ſuis clauderet, & inclinata ad Aragonios victoria hoſtes iam ad vltimi agminis Caſtulonenſium ſigna penetraſſent: Eques, qui vexillum ferebat, diu magna virtute ſignum defendit: & quanquam ambæ manus ab hoſte, vt relinquere ſignum cogeretur, detruncatæ eſſent, brachiis vexillum amplexus, Oleáque inclamans (id enim principis xios erat inſigne nomen) non antè vexillum, quàm vitam amiſit. *Fulg. lib. 3 c. 2.*

In conflictu ad Atellam, Hirpinorum oppidum, inter Gallos ac Aragonios commiſſo, repertus eſt Germanus ſignifer, amputata dextra manu, & læua fœdo vulnere diſciſſa, vexillum mordicus retinens, ita vt in veſtigio inuictæ virtutis expiraſſe videretur. *Iouius lib. 4. Hiſt.*

VRBES FORTITER DEFENDERE.

PSAMMITICHVS, in Ægypto quatuor & qoinquaginta H regnauit annos: per quorum vnde triginta magnam Syriæ vrbem obſidens oppugnauit, donec expugnauit. Hæc Azotos, quæ diutiſſimam inter omnes vrbes duntaxat (quas nouimus) ſuſtinuit obſidionem, ſiue id loci natura: ſiue, quod probabilius eſt, militum robore. *Herodotus lib. 2. & Sabellicus lib. 4. Enneadis 2.*

EPAMINONDAS poſt Leuctricam victoriam, Mantineam oppugnabat. Mantineos ſtupor inceſſerat vlulantes & diſcurrentes: qui tantas copias inſtar vndarum ingruentes non valebant propulſare, nec vllam opem animo concipiebant. Interea Athenienſes in fines Mantinicos deſcenderunt, imprudenteſque periculi, compoſito procedebant gradu. Ex licèt rari eſſent, cum hoſtium multitudine comparati, & ex via defeſſi, neque vllus adeſſet ex ſociis, in aciem tamen extemplò plerique iêre. Equites raptis armis inuecti ſub ipſas portas & muros, duram equeſtrem pugnam commiſerunt, obtentaque palma, ex Epaminondæ manibus Mantineam eripuerunt. Hunc actum Euphranor pinxit Athenis: atque videre eſt qoaſi ſimulacrum eius conflictus hanc picturam, cum illo certamen, & virtutis animorum & ſpirituum plenam. *Plutarch. de gloria Athen.*

Argiuæ mulieres inſidentes tectis, Epirotáſque deſuper
A iacientes, vrbem contra Pyrrhum regem defenderunt, ipſumque Pyrrhum ſimul interfecerunt. *Polyænus l.8.*

Telesilla poëtria, interfectis in prælio Argiuis ſupra 7000. Argos vrbem contra Cleomenem Spartanorum regem defendit, Argiuas armatas ad pugnam educens, quæ in propugnaculis ſtantes Cleomenem repulerunt. *Idem.*

Cùm Pyrrhus à Cleonymo rege accitus, Spartam obſideret: Lacedæmonij primis tenebris Feminas primò deliberauerant in Cretam mittere. Cæterùm ipſæ repugnauerunt. Archidimia etiam in ſenatum venit, gladium tenens; caſtigauitque nomine mulierum viros, quòd viuendum ſibi euerſa putarent Sparta. Inde foſſam ſtatuerunt ex aduerſo hoſtium caſtris ducere, cuius ad vtraque ora plauſtra collocarent, eáque vſque ad medias rotas defoderent: quò validè depacta diſtinerent elephantos. Hoc opus aggredientibus adiungunt ſe virgines & matronæ, quæ partim tunicas ſuccinctæ erant ſindonibus, partim ſolis amictæ tunicis erant, eam operam vnà cum ſenibus ſubituræ. Illos, qui præliaturi erant, quieſcere iuſſerunt captare: ſumptoque modo, perfecerunt per ſe tertiam partem foſſæ. Vbi diluxit, cum mouerent ſe hoſtes, ſubminiſtrauerunt arma iuuenibus, foſſamque tradiderunt, hortantes, vt eam defenderent & tuerentur. At Pyrrhus
B primo diluculo exercitum admouet vrbi: Lacedæmonij ſupra vires defendunt ſe. Præſtò ſunt fœminæ, tela ſuggerunt, cibum & potum petentibus adminiſtrant, vulneratos excipiunt. Pyrrhus verò cùm in vrbem irrumperet, equus eius ſagitta Cretica infra ventrem ictus eſt. Quo vulnere concitus, Pyrrhum in faſtigium lubricum & pronum effudit: Tumultuantibus circa eum amicis, accurrerunt Spartiatæ, telorúmque vi omnes egêre. Pyrrhus receptui cecinit, & mox inde Argos auocatus periit. *Plutarchus in Pyrrho.*

Cùm bello Peloponneſiaco Carcinus Athenienſium prætor, Methonam vrbem Lacedæmoniæ oppugnaret: Braſidas Spartanus adoleſcens, aſſumptis ſecum quibuſdam Spartanis, agmine ſtipato per medias hoſtium acies & ſtationes viam manu fecit: multiſque, qui obſiſtere conarentur, cæſis, intra oppidum euaſit. Perſtantem deinde Athenienſium exercitum in obſidione, in dies magis ſtrenuè dimicando, nulliſque periculis vſquam cedendo, ſpe victoriáque fruſtrati, donec amiſſa loci per vim fiducia, intra naues ſe recepêre. *Diodorus lib.12.*

Ætolis longo tempore cum Acarnanis bellum gerentibus,
C & ad extremum per proditionem in vrbem irruentibus, viri in ſubito periculo fortiter dimicarunt. Feminæ in tecta aſcendentes, partim lapidibus, partim lateribus iacientibus multos ex hoſtibus interfecerunt. Viros autem cedentes & penè victos, ipſæ tum cohortando, tum exprobrando, ad pugnam reuocarunt. *Polyænus lib.8.*

Porsenna Hetruſcorum rege, Tarquinium reducere conâte, commiſſo ad Sigliutiam prælio, vulnerato grauiter vtroque Coſſ. Lucretio & Poblicola, perculſi Romani, fuga ad vrbem ſalutem petierunt. Cùm magno impetu hoſtes per pontem ſublicium ferrentur, Roma fuit penè vi capta. Ibi princeps Horatius Cocles, & duo primæ nobilitatis viri Herminius & Lucretius (Liuio eſt Lartius) hoſtibus ſe in ponte obiecêre. Horatius dictus Cocles cognomine fuit, quòd alter oculus ei eſſet in bello excuſſus: vt nonnulli dictitant, quòd ſimus eſſet naſo ita depreſſo, nullum vt eſſet inter oculos interſtitium, & ſupercilia haberet commiſſa. Vnde vocare eum multitudo
D cùm Cyclopem vellet, labente lingua obtinuit, vt diceretur à vulgo Cocles. Hic poſitus in ſtatione pontis, quoad eum ſocij à tergo reſcidiſſent, ſuſtinuit hoſtes. Inde armatus ſe in Tyberim miſit, atque incolumis ad vlteriorē ripam tranauit, iaculo Hetruſco in naribus ictus. Cuius virtutē Poblicola admiratus, ſtatim tulit ad populum, vt quiſque ex Quiritibus cibaria ei vnius diei conferret: deinde quantum agri vno die circumaraſſet: Ad hæc ſtatuam æneam ei in æde Vulcani poſuerunt. Eo honore contractam ex vulnere claudicatē leniuêre. *Plut. in Poblicola.* Vnus itaque tot ciuium, tot hoſtium in ſe oculos conuertit, ſtupentes illos admiratione, hos inter lætitiam metúmque hæſitantes: vnóſque duos acerrima pugna confertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnando diſtraxit. Denique vnus vrbi Romanæ tantum ſcuto ſuo, quantum Tyberis alueo munimenti attulit. Quapropter deſcendentes Hetruſci dicere potuerunt: Romanos vicimus, ab Horatio victi ſumus. *Valerius Maximus lib.3.c.2. & Liuius. Plinius cap.11. de Viris illuſtribus, Gellius l.4. cap.5. Florus l.1. cap.10.* De illo ſic *Silius l.13.* B

—— tulit ille ruentem

Tybridis in ripas regem, ſolúſque reuulſo

Penè ferox ponte excluſis redeuntia regna.

Cùm ſe M. Bruto tota penè Luſitania dedidiſſet, ac ſola gentis huius vrbs Cinania pertinaciter arma retineret: tentata redemptione, propemodum vno ore legatis Bruti reſpondit: Ferrum ſibi à maioribus, quo vrbem tuerentur, non aurum quo libertatem ab Imperatore auaro emerent, relictum. *Valerius Maximus l.6.cap.4.*

M. Scæva, C. Iul. Cæſaris Centurio, cùm pro Dyrracchio caſtello, cui præpoſitus erat, dimicaret, Cneique Pompeij præfectus iuſſu eius ſummo ſtudio & magno militum numero ad id capiendum mitteretur: omnes qui propiùs accellerant, interimit, ac ſine vllo regreſſu pedes pugnans, ſuper ingentem ſtragem, quam ipſe fecerat, corruit. Cuius corpus capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto, ſcutum centum & viginti ictibus perfoſſum apparuit. *Val. Max. l.3. cap.3. & Sabellicus l.4.cap.6.*

Quum Mahumetes Turcorum Imp. validiſſimo agmine inſtaurato, ſuperata mortuorum ſtrue, quæ ruinis exſtruerat, in ciuitatem Albam Græcam irrumperet: Turca quidam, vt ſigna ſui regis pinnaculo turris imponeret, turrim altiſſimam ſubiit. Vngarus illicò ſubſecutus, quum alio modo id prohibere non poſſet, ſe cum Turca ex altiſſimo verticē F
præcipitem dedit. *Bonfin. l.8. Dec.3.* Idem alius deſignauit in oppugnatione Iayzæ. *Bonfin. l.10. Dec.3.*

Mahumetes Turcarum rex, cùm Rhodum arcta obſidione premeret, tormentorum vi ita quaſſatis muris, vt nullo labore in eos per ruinas hoſtes conſcenderent: iam in ſummos muros Turcarum ingens numerus prouenerat. In tam graui periculo Rhodios illa res iuuabat, quòd intrinſecùs vrbis ſitus admodum depreſſus erat: Turcæque, qui per ruinas in eam irruere nitebantur, niſi in præceps ſe ac manifeſtum mittere periculum vellent; vnis tantùm lapideis ſcalis, quibus muros Rhodij conſcendebant, deſcendere cogebantur: Cùm eo in loco periculi ſumma verſaretur, Petrus Daubuſſon, Gallus Rhodiæ religionis princeps, tuendum ſibi eum deſumpſit, ſecum duobus nepotibus ac quatuor aliis militibus adhibitis. Illic tantis viribus, tantóque animi robore pugnauit, vt quanquam è comitibus perplures, aliis ſuffectis occidiſſent, & ipſe quinque acceptis vulneribus perfoſſa fractáque haberet arma: Turcarum tamen nullum rà in vrbem penetrare permiſerit, ſed ingenti repulſos cæde ſoluere G
obſidionem coëgerit. *Fulgoſ. l.3. cap.5.*

Quum Auſtriaci à Friderico III. Imp. Romano coronam petente deficientes, Nouam ciuitatem infeſtis ſignis adorirentur: Cæſarianos excurſione facta tanta vi Auſtriaci repulerunt, vt parum abfuerit, quin vrbem vnà commiati caperent. Vnus Andreas Baunkircher, donec fugientibus porta occluderetur, hoſtilem impetum audacter pro mœnibus in ponte ſuſtinuit, & ob ſeruatam virtute ſua ciuitatem multis a Cæſare honoribus exornatus eſt. *Bonfin. l.7. Decad.3.*

Rex Feſſenſis Tingitanam vrbem oppugnans, Luſitanos, qui eruptionem fecerant, in vrbem reiecerat. Poſtremus omnium quidam eques, Lupus Martinus nomine, vrbem ingreſſus; vectem ad medias portas induxit: Cùm autem multi illum magnis clamoribus admouerent, vt totam portam clauderet: reſpondit, Nunquam ſe tantum facinus admiſſurum, vt eam Portugalenſibus maculam ſignificatione timoris inureret. Se paratum eſſe, pro illius mediæ portæ defenſione H
ad extremum vitæ ſpiritum dimicare. Neque ſolùm hoc dixit, ſed factis etiam oſtendit. Nam cùm Mauri illum fortiter inuaderent, primum impetum magno animo ſuſtinuit, donec multi opem illi afferrent, quorum virtute excluſi mœnibus Mauri ſe in caſtra contulerunt. *Oſor. l.2. rer. Em.*

Cùm Cataluſij Mitylenis Lesbo rerum potirentur, Amorathes Turcarum Imp. ingenti claſſe Molagum oppidum oppugnare cœperat. Ibi Orieta Auria, Genuenſis, Lucæ præfecti vxor, ſola cum tribus comitibus, ſumptis armis, non modò pugnando pericula omnia ſubiit, verùm confirmandis eorum animis, qui iam attoniti de deditione conſilia inibant, ſapientis ducis munia impleuit, agendoque atque hortando tantum effecit, vt Turcas ab oppido magna cum ſtrage repulerit. *Fulgoſus lib.3.cap.2.*

Bello Venetis à Mahometo Turcarũ rege moto, cum claſſis

ingens

A iogens Mitylenas adorta eſſet, Coccinúmque oppidum oppugnare cœpiſſet, anno 1474. virgo M. rul. ,vt patrem inter pugnantes occubuiſſe conſpexit, ciuiúmque aciem ad fugam ſpectare : paterno clypeo gladioque arrepto , hoſtes iamiam irrupturos a muris repulit. *Sa. lib. 10. Enn. 10. & Æ. Sylu. cap. 74. Aſia, & Cælius lib. 3. Antiq. lect.*

Cùm Mahometus Baſſa Budenſis [illegible] nomine, Agriã Vngariæ vrbem obſideret an. M. D. L I I. viris petiuitæ Feminæ fortiter aduerſus hoſtem pugnatum. In his Iuuencula cum matre marito pugnanti aſſiſtebat. Interempto illo, hortabatur mater filiam ad ſepeliendum maritum. Tum filia, Exequiæ alterius erunt temporis, inquit, & arrepto mariti ſcuto & gladio , trium Turcarum morte marito parentauit , eundémque mox in humeros ſublatum terræ mandauit . Alia quædam ingens ſaxum capite geſtabat, vt in conſertam hoſtium multitudinem illud deiiceret. Molienti pila ferrea caput abſtulit. Filia matri proxima , ſaxum ſanguinulentum, vindicta ardens , in hoſtes deiecit , duos interemit , aliquot alios gladio trucidauit, paſſimque circumcurrens, ad defen-

B dendam patriam heroica voce omnes hortabatur. Accidit & illud, vt cùm in acie pro muris ſtarent, pila ferrea tres mulieres miſerandum in modum laceraverit, & carnes mortuarum reliquas aſperſerit, quæ tanto furore populares ſuas ſuo vitæ, vt belliçoſiſſimi Turcæ deſperata expugnatione, non magis virorum quàm Amazonum robore ſe victos turpi diſceſſu faterentur. *Aſcanius Centorius l. 5. com. Belli Tranſſyluania.*

ARCES FORTITER TVERI.

Galli Capitolium obſidentes, cùm locum præruptum animaduertiſſent, per quem Pontius Cominius clam aſcenderat, à Camillo ad obſeſſos miſſus, eadem via aſcendêre noctu, vt nec homo eos , nec canis ſenſerit. Sacri anſeres ad ædem Iunonis alebantur aliàs liberaliter , nunc parcè , & anguſto ſuppeditante ipſis commeatu neglecti affligebantur. Eſt autem illud animal alioqui ſua ſponte acris auditus, & ad omnem ſtrepitum expaueſcens. Hos & inedia inſomnes, & turbidos minimè Gallorum ingreſſus fefellit : ſed curſu & clangore delati ad Romanos, omnes excitauerunt. Et iam Barbari quoque vt ſenſerunt ſe detectos , ingentem ſuſtollentes

C clamorem , maiore vi inrulerunt ſeſe Romani raptis confeſtim armis, quæ cuique obuia erant ex præſenti copia , obiiciunt ſe hoſtibus. Primus omnium M. Manlius vir conſularis, cùm corpore valido, tum animo inſigni, duobus ſimul hoſtibus occurrens : alterius, qui ſuſtulerat ſecurim, quam copida vocant, dexteram ttius enſe amputat : alterum vmbone in faciem ictum retro præcipitat de ſaxo. Inde muro ſuperſtans cum iis, quos feſtinatio ei aggregauit, paucos reliquos, qui aſcenderant , cùm nihil deſignaſſent memorabile, deturbat. Ita depulſo periculo, præfectum vigilum prima luce præcipitant de ſaxo ad ima. Manlio victoriæ præmium honore, quàm emolumento ampliùs decernunt, cui omnes, quantum quiſque in diem commeatus recipiebat , ſex libras farris vel quartarios vini contulêre. *Plutarch. in Camillo.*

PONTES FORTITER DEFENDERE.

Noruegenſis quidam miles , cùm Haraldus Noruegiorum rex Roſtonem in Angliæ regnum contra Haraldum Anglorum regem Toſtonis fratrem reducere vellet, ad Deruentam fluuium Anglos pontem tranſituros ſolus cohibuit. Quo facto, hoſtes miraculo fortitudinis ſtupefacti , vno momento

D huic vni inſidias tendunt , quem vi ſuperare non poterant, Pons ligneus , & eius medius tranſitus multas rimulas habebat. Dum igitur alij Noruegienſem in pugna occupatum tenent, vnus ſponte, lintre clàm vectus, telo inguina perfodit. *Polyd. lib. 8.*

FORTITVDO OFFENSIVA HOSTIVM.

VITÆ FORTITER INSIDIARI : OCCIDERE , Repellere , Suſtinere.

☞ *Huc pleráque ex Tit. Fortes milites. Item Monomachia.*

IONATHAN Saul regis F. ſolo comitante armigero ſuo præſidium Palæſtinorum vltra Macbmas in prærupto loco adortus, viginti illorum occidit. Ex quo tantus terror Palæſtinos inuaſit, vt terra ipſa terrore diuinitùs incuſſo contremiſceret : Saulus rex occaſione iſta vſus, & Palæſtinorum caſtra aggreſſus, maximorum illorum ſtragem edidit, cùm ipſi ferrum in ſeipſos conuerterent. 1. *Reg* 13.

Inter multa Dauidis Iudæorum regis admiranda fortitudinis facinora, illud vnum inſtar omnium erit, quòd Ammonitas , Syróſque longè inferior numero adortus , cùm ipſe inter primos fortiter dimicarent. Ammonitarum ducem Ca[illegible] manu [illegible] obt[illegible] *P[illegible] 4.*

H[illegible] A [illegible] ſibi [illegible] hoſt[illegible] *Æl. l. 6. de Var. h[illegible].*

Ariſton [illegible] Meſſenium trecentorum à [illegible] præ cæterum ex[illegible] [illegible] *Plut. in [illegible] Romuli, & Sab. l. 4. c.*

Braſidas [illegible] lancea [illegible] vulnere extra[illegible] hoſtem peremit [illegible] *Plut. [illegible] Apoph.*

At Plateas Mar[illegible] onius dux, cum [illegible] Pet[illegible] Xer[illegible] in Græcia re[illegible] cum Græc[illegible] pugnan[illegible] A[illegible] ſto, viro inter Sp[illegible] eximio, [illegible] eſt [illegible] quandiu poſt bellum Medi[illegible] trecentos viros ſe[illegible] apud St[illegible] cum [illegible] Meſſenijs conflixit , vbi ipſe & tre[illegible] *Herod. l. 1.*

In pugna ad Plateas Sophanes Eutychidis F. Athenienſis, [illegible] Decel[illegible] ſermone celebratur : Vno fertur

geſtaſſe f[illegible] am ancoram a baltheo thoracis catena alligatam quam quoties aduentantibus hoſtibus propinquus erat, obiiciebat , ne illi irruentes ipſum ex ordine ſummouere poſſent. Rurſus eiſdem in fugam reuertentibus reſumpta anchora ita fugientes inſequebatur. Altero fertur geſtaſſe anchoram non ferream ex baltheo alligatam, ſed inſignitam in ſcuto, quod nunquam ſiquieſcens aſſiduè rotabatur. *Ibid.* F

Veientes à Romulo ad Fidenas victi ſunt magna ſtrage, vbi victoriam præcipuè virtute partam Romuli fuiſſe, cuius conſilium cum pari audacia eluxit , roburque adeò & pernicitas pluſquam humana , omnes fatentur. Quod autem iſti ictant nonnulli, ſanè quàm eſt fabuloſum, atque adeò à fide abhorrens prorſus, quatuordecim millium cæſorum, ſuamet manu amplius dimidium interfeciſſe Romulum. Nam ſimile commentum iactant de Ariſtomene Meſſenij , trecentas eum victimas mactaſſe, ob totidem cæſos Lacedæmonios. *Plutarch. in Romulo.*

ALEXANDER Magnus tenet adhuc annis, memorabili illa pugna ad Chæroneam à Patre Philippo edita , qua Græciæ opes funditus concidêre, primus omnium impetum fecit in G ſacram Thebanorum cohortem : quæ quò inſigniùs dimicauit , eò maius huic reliquit nomen , per quem primùm impulſa eſt. *Sab. l. 1. cap. 4.*

LONGINVS eques ex Rom. acie in Iudæorum aciem , dum Hieroſolyma oppugnaret, irruens, iiſque diſiectis, duos fortiſſimos interemit , & ad ſuos incolumis rediit. *Ioſephus l. 6. cap. 8. Bell. Iud.*

VESPASIANO Iotapatam Galilææ oppidum oppugnante, duo fratres Galilæi Netiras & Philippus in decimam legionem Rom. tanto impetu irruerunt , vt & aciem Romanorum perrumperint, & omnes in fugam verterint. *Idem l. 3. cap. 9.*

SIMON SAVL F. Scythopolita Iudæus, corporis robore excelleos , vt qui bello Iudaico ſæpè ſolus integram aciem ſuſtinuerit. Commendandus profectò, niſi hoc robore contra ſuos contribules vſi fuiſſet. *Idem l. 2. cap. 19.*

AVRELIANVS Imp. Sarmatico bello, quemadmodum Theoclius prodidit , qui geſta Cæſarum ſcripſit , octo & quadraginta hoſtes vno die propria manu occidit. Pluribus verò bellis ſupra nongentos quinquaginta. Militari ſaltatione, H vnam bellorum feriis inter ſe milites de more celebrabant, illud fuit carmen de Aureliano inſertum : Mille viuat annos , qui mille occidit. Tantum vini bibit quantum fudit ſanguinis. Et aliud in eandem ſententiam de eo à militibus iocularitet iactatum : Mille Sarmatas & mille Gallos ſæpius occidimus mille Perſas quærimus. *Sab. l. 7. Enn. 7. ex Vopiſco.*

BARDAS Sclerus ſiue Durus, prætor Orientis, contra Roxolanos ſub Ioanne Zimiſce Imp. bellum gerebat. Quidam è Scythis corporis mole & animi audacia inſignis , cernens Durum ordines ſuos obequitantem, atque adhortantem , vt animo præſenti eſſent, in illum irruit ſtricto enſe. Ei Durus tanto impetu plagam intulit in caput , vt Scytham medium ſecaret, ac partes diſſectæ vtrinque ab equo deciderent. Quo facto , Barbari conſternati , in fugam ſunt conuerſi ſubito. Quos Romani inſectati, multos trucidarunt , nec non paucos ceperunt. *Cuſpin. A. D.*

In eo prælio , quod ad Formias à Romualdo Grimoaldi Longobardorum regis F. contra Conſtantem Imp. geſtum eſt,

cum

cum ancipiti ab vtraque parte dimicaret [illegible] euentu. Amulongus quidam, qui regiam haſtam ferebat, vt [illegible] Longobardos memorabili caſu traduxit. Qui [illegible] haſta ambabus manibus nixus, Græcorum quendam [illegible] obuium tanta mole perculſit, vt ipſum a [illegible] decuſſerit, atque haſta infixum in ſublime ſupra caput extulerit, omnibus [illegible] ingenti noui rei admiratione prope attonitis. Quod vbi Græci viderunt, metu perterriti in fugam [illegible] conuerterunt, ac non dubiam Romualdo victoriam reliquerunt. *Sigonius l.2. regni Ital.*

A

Artvrvs rex Britanniæ, congregato exercitu procedens contra Saxones, Scotos, & Pictos, accinctus gladio nomine Caliburno, & auream galeam ſimulacro draconis inſculptam capite geſtans, clypeumque humeris imponens, lanceam quoque, quæ Ron vocabatur, aſſumens, [illegible] gladio ſuo [illegible] viros interfecit, cæteros in fugam conuertit, [illegible] principibus necatis. *Sigebertus in Chron.*

Henricvs I[illegible]. Anglorum rex, in pugna contra Co[illegible]es rebelles non minus boni militis, quàm Imperatoris officio functus, ſex & triginta homines eo die [illegible], anno 14[illegible]. *Polydorus lib.21.*

B Mahometo Turcorum tyranno, Belgradum oppugnante, Boëmus quidam miles, cùm vidiſſet Turcam cum vexillo Turcico murum iam conſcendiſſe, eòque metu pleroſque militum perculſos, fugam in arcem paraſſe, complexus lucta Turcam, ad Io. Capiſtranum legatum pontificium inferiùs ſtantem clamans. Si, inquit, ſponte mea cum cane iſto me de muro præcipitauero, illi commoriturus, quid de anima mea erit? Illo reſpondente, Saluam ſine dubio fore: deiecit ſe protinus, mortéque hoſtis & ſua ſocios ſeruauit. *Dubr. l.29.*

LIBERTATEM HOSTIBVS FORTITER ERIPERE.

Capere Hoſtes.

☞ *Conſule Tit. Prudenter Libertati aliorum inſidiari, quatenus fortitudinem prudentia iunctam habet.*

In expugnatione Hieroſolymitana cùm Iudæi murum, quo vrbem Titus Imp. circumdederat, perrumpere ſtuderent, quidam ex ala equitum, Pedanius nomine, Iudæis in fugam verſis, atque in vallem coactis, equo in aduerſum montem à latere incitato prætereuectus, rapit vnum ex hoſtibus fugam
C petentem, iuuenem & grauem corpore, & armis vndique ſeptum, tale comprehenſum, tantum ſe inclinauit equo currente, tantùmque dexteræ robur, itémque cæteris corporis, & equeſtris peritiæ demonſtrauit. Iſte quidem tanquam munus aliquod rapuiſſet, captiuum ferens, ad Cæſarem venit. Titus autem vires eius, qui ceperat, admiratus, & captiuo, quia murum aggredi tentauerat, ſupplicio tradito, ipſo templi oppugnationem curabat, vtque aggeres maturè fierent, perurgebat. *Ioſephus l.7.cap.5.Belli Iud.*

Excíſis Hieroſolymis, Lucilius Baſſus legatus in Iudæam miſſus à Veſpaſiano, Herodium arcem munitiſſimam obſedit. Oppidani duci Eleazaro iuuene fortiſſimo, crebris excurſionibus Romanos vexabant. Quodam die è pugna rediens, cùm contemptu hoſtium extra portas manſiſſet, & cum iis qui in muro ſtabant, ſecurè loqueretur: Ægyptius quidam Ruffus nomine, occaſione captata, factóque impetu, cum ipſis eum armis in caſtra Rom. portauit. Baſſus eum nudatum virgis cædi, & in crucem erigi iuſſit. Oppidani miſericordia moti tam præclari iuuenis, vt eius vitam redimerent, deditionem fecère. *Ioſephus l.8.cap.25.Belli Iud.*

D Iphicrates, qui filius habebatur ſutoris, nullo loco numerabatur. Verùm tunc primùm eſt factus celebris, cùm hoſtem ſaucium vnà cum armis corripuit, atque viuum in triremem ſuam tranſportauit. *Plut. in Apoph.*

Romanus miles in Veiorum obſidione, Veientem augurem, cui aliquandiu familiariſſimus extiterat, colloquij prætextu longiùs ab vrbe tractum, Romana in caſtris ſublimem intulit. Eúmque, vt Romanis etiam occupandæ ſuæ patriæ rationem oſtenderet, coëgit. *Plut. in Themiſtocle.*

Simili ratione Chriſtianus miles, Latinis contra Sultanum Ægyptium rem gerentibus, Characucem Saracenum corpore paruum, ſed ingenio magnum, ſub ſpecie colloquij ſublimem acceptum in caſtra retulit. *Æmilius.*

Lvpvnvs Hiſpanus miles, curſu & viribus tantum valebat, vt ariete etiam humeris impoſito, velociſſimi cuiuſq; curſum adæquaret. Hunc Ferd. Piſcarius, quum certiora de hoſtium Gallorum conſiliis, qui Modoëtiam ſe receperant, cognoſcere cuperet, propoſito præmio impulit, vt ad munitiones Gallorũ excurrere, & aliquid ipſius ingenio & ſolertia dignũ referre vellet, qu[illegible] pedum [illegible] confiſus id tutò [illegible] poſſ[illegible] aſſum [illegible] cum fideli [illegible] pedite d[illegible] mun[illegible] eſt profectus, [illegible] ſemi[illegible] videlt[illegible] proc[illegible] lanè
E Gallum, eumque [illegible] ſtuctantem, comite in exc[illegible] & p[illegible] tes ſclopet[illegible] dodente, ad Piſcatium humeris deportauit, [illegible] eo [illegible] tente prodeten[illegible]. L[illegible] cepit id facinu[illegible] m[illegible] vtrque exercitu. Verùm Piſcario haud vanum illu[illegible] tum fuit, horaq; exmanne opportuna, cum d[illegible] bus hoſtes in opere, quo actis cuniculis ſibi in Cæſarianorum caſtra ingreſſum parabant, occupatus eſt adortus, tanto Hiſpanorum impetu, & perturbatione Gallorũ, vt multis in foſſa oppreſſis, & cæteris qui in ſtatione erant, eum cæde profligatis; tota Gallia caſtra ad eum tumultũ, vt in ſubita [illegible] conclamatione, timore & ſtrepitu complerentur. *Iouius in Piſcario l.22.*

Magnvs Sforcia, Magiſter equitum reginæ Neapolitanæ Ioannæ, clam ab inuidis apud Iacobum Martiæ comitem Ioannæ maritum falsò delatus fuit, quaſi mœchus reginæ: conſpirationéque initæ, [illegible] ex inſidiis captus, domus eius direpta, liberi & propinqui ferè omnes nexi fuerunt. F
Indè deuectus in inſulæ Megaris arcem, cui ab ouo nomen eſt, acerbiſſimiſ tormentis cruciandus Bernardo barbaro homini traditur. Interea cùm Tricaricum vrbem, Sforcianorum militum agros Neapolitanos infeſtantium receptaculum, regij milites obſiderent, & Michelinus Rabinianus maritus Margaritæ Sforciæ (ad quam Tricariei imperium & ditio pertinebat) de induciis & compoſitione agere cum hoſtibus cœpiſſet, factáque poteſtate impunè commeandi è caſtris hoſtium ſummæ nobilitatis homines Tricaricum veniſſent: illa arrepto venabulo loricata in eos impetum fecit, metúque mortis captos ad reſtituendum fratrem adegit. Itaque legatorum propinqui concurſu ad regem facto impetrarunt, vt Sforciæ parceretur. *Iouius in Sforcia.*

NAVES HOSTIVM FORTITER

Capere.

☞ *Conſule Tit. Naues prudenter auferre, perdere, illic. Prudentiæ, hic Roboris habenda ratio.*

Cynegiri Athenienſis gloria magnis eſt ſcriptorum laudibus celebrata, qui Marathonia pugna, cùm palantes Medos ad naues compuliſſet, nauem hoſtibus onuſtam dextera manu tenuit. Qua hoſtium ferro amputata, læua retinere conatus eſt. Cæterùm hanc quoque vis hoſtilis abſcidit. Tum ille ad duplicem cladem nihilo remiſſior factus, mordicùs nauim defixit: cædibúſque fatigatus, ambabuſque manibus amiſſis, ceu fera quædam rabida morſu & dentibus dimicauit, quando alia vi non potuit. *Sabellicus l.4.cap.6.& Iuſtinus l.2. & Val.l.3.cap.2.& Pl[illegible] s.cap.1.Parall.* G

In pugna nauali à Græcis contra Xerxem ad Artemiſium commiſſa, Græcorum primus nauem hoſtium cepit vir Athenienſis Lycomedes Æſchræi, palmámque rei bene geſtæ retulit. *Herod.l.8.*

Qualis roboris illi Milites Rom. qui vehementi ictu remotum concitatam fuga Punicam claſſem, nantes lubrici pelagi, quaſi camporum firmitatem pedites, in litus retraxerunt. *Val. Max.l.3.cap.2.*

L. Glavcvs, vir præcipua nobilitate, cùm Haſdrubal, capta Sicilia aduerſus Romanos & Metellum eorum Imperatorem pugnaret Haſdrubalis nauem detinens, vtramque manum amittere, quàm deſiſtere maluit. *Ariſtides Mileſius l.1. rerum Siculorum, & Plut. in Parallel.1.* H

C. Attilivs ſiue Acilivs, miles C. Cæſaris, nauali ad Maſſiliam prælio, iniecta in puppim hoſtium dextra, & abſciſſa, eam læua apprehendit, nec antè dimicare deſtitit, quàm captam profundo mergeret. *Val.l.3.cap.2. & Suetonius in vita Cæſaris, & Sab.l.4.cap.6.& l.7.Enn.6.*

Sub annum Chriſti MDXIV. Gallis, qui reliqui omnium in Italia apud Genuam in arce Phari (quam Liguriæ frenũ Galli appellabant) obſidebantur, Dalmata quidam, Ludouici regis iuſſu, qui claſſem Liguriæ littus cuſtodientem fefellerat, naui vna commeatum importabat, ſpectante Genuenſi pop. & fruſtrà indignante. Ibi Emanuel Caballus, inter Ligures rei naualis peritiſſ. cum ccc. iuuenibus, duce Andrea Auria, nauem conſcẽdit, & ſtatione egreſſus, modico in altum capto circuitu, quò aura pleniùs vela inflaret, rectà ad hoſtiũ nauem contendit: nihilq; territus crebris pilarum ictibus, quibus continenter ab arce petebatur, iniecto ſtatim harpagone, in eam

primus

A primu [illegible] q [illegible] pugnaculo are [illegible] b [illegible] cum abi- pui [illegible] que naui gium di [illegible] mo pe cu- culo,& [illegible] paratum naufra- gium cum [illegible] D [illegible] qu [illegible] mare ſe præc [illegible] ad [illegible] Iuſtin [illegible] nobi [illegible] ad [illegible] uadent in conſec [illegible] petti [illegible] Ar Cab [illegible] d [illegible] ſumma pop [illegible] aureis, præda [illegible] tunc [illegible] d [illegible] tionem fecêre. Geou [illegible] intid [illegible] quam impotenti imperio regi [illegible] ctou [illegible] illum pr [illegible] humeros exoneratant, à fundamentis excidere. *Iouius l.1* [illegible]

CORRVMPERE, PERDERE.

☞ *Conſule Tit. Prudentia in Nauibus corrumpendis quatenus prudentia fortitudo iungitur.*

Constantis imperante, Mauuias Arabs apud Tripolim B magnas inſtruxit naues, Conſtantinopolim petiturus. Id [illegible] nentes Duo Chriſtiani fratres, buccinatoris filij, diuino animi feruore exagitati ad carcerem accurrerunt, effractiſque foribus, & captiuis liberatis, Amitam Tripolitanum, & eos qui ipſi aderant, occiderunt: vniuerſóque apparatu cremato, effugerunt. *Cedrenus.*

MACHINIS, AGGERIBVS HOSTIVM
FORTITER INSIDIARI.

Cùm Veſpaſianus Iotapatam, Galilææ vrbem oppugnaret arietibus, Samei F. Eleazarus, è Saba Galilææ oriundus, ſaxum ingens, tanta vi ſuper arietem ex muro demiſit, vt machinæ caput abrumperet, idque ex mediis hoſtibus ſaltu ad eos deducens auferret, nullóque metu reportaret ad murum. Poſtremò tanquam ſignum, quò tela mitterent, hoſtibus propoſitus, nudo corpore quinque ſagittarum vulneribus confixus eſt, earúmque nulla teſecta, vbi murum aſcendit, vnde iam videri ab omnibus poterat, ſua audacia ibi conſtitit, contractúſque dolore plagarum cum ariete decidit. *Ioſephus lib.3.cap.9. Belli Iud.*

C Tres Iudæi milites Tephthæus Garſites, Megaſſarus & Adiabenus Agiras, Tito Hieroſolymam oppugnante, ſtupenda audacia raptis facibus per medias Roman. legiones euolarunt: & ignem aggeribus iniecerunt. Quibus nec audaciores, nec terribiliores vlli eo in bello apparuêre, cùm non ſecus atque ad amicos, in agmen hoſtium irruerent. *Idem lib.6.cap.12.*

CASTRA FORTITER INVADERE.

Cùm Hannibal Capuam, in qua Romanus exercitus erat, obſideret, Vibius Accus, Pelignæ cohortis præfectus, vexillum trans Punicum vallum proiecit, ſeipſum, ſuóſque commilitones, ſi eo hoſtes potiti eſſent, execratus: & ad id petendũ ſibiſequente cohorte primus impetum fecit. Quod vt Valerius Flaccus tribunus tertiæ legionis aſpexit, conuerſus ad ſuos: Spectatores (inquit) vt video alienæ virtutis huc venimus: ſed abſit dedecus à ſanguine noſtro, vt Romani gloria cedere Latinis velint. Ego certè aut ſpecioſã optaui mortẽ, aut felicem audaciæ exitũ, vel ſolus præcurrere paratus ſum. His auditis, Pedanius centurio conuulſum ſignum dextra retinens: Iam hoc (inquit) intra hoſtile vallum mecum erit: proinde ſequātur, qui id capi volũt, & cum eo in caſtra Pœnorũ irrupit, D totámque ſecum traxit legionem. Ita trium virorũ fortis temeritas, Hannibalem paulò antè ſpe ſua Capuæ potiorẽ, ne caſtrorum quidem ſuorum potientem eſſe paſſa eſt. *Val. Max. l.3.c.2.*

VRBES FORTITER OPPVGNARE, EXPVGNARE.

☞ *Conſule Tit. Stratagematum in vrbium, & caſtrorum expugnatione. Poteſt enim idem exemplum diuerſo reſpectu vtrique loco inſeruire.*

Ioab Saruiæ F. in oppugnatione Iebuſæ, primus arcem Sion conſcendit. *2. Reg.4. & Ioſephus l.7. Antiq.cap.3.*

Archias & Lycops Lacones, cùm Lacedæmonij Samum obſiderent, ſoli cum Samiis ad murum refugientibus irrumpentes, interclusa ad redeundum via, intra vrbem Samiorum occubuerunt. Quod ſi cæteri Lacedæmonij pari fortitudine pugnaſſent capta eo die fuiſſet Samus. *Herod. lib.3.*

Alexander Magnvs in oppugnatione Nyſæ vrbis cùm milites ſuos in traiiciendo amne, quo ab vna parte vrbs cingebatur, ſegniores videret, ipſius amnis altitudine territos, ſcuto pectori ſubiecto, primus fluuium tranauit. In India aliam vrbem oppugnans [illegible] qi b [illegible] ſi [illegible] o [illegible] q [illegible] d [illegible] a [illegible]

C [illegible] ge [illegible] [illegible] [illegible] m [illegible] cen- [illegible] occiſis, [illegible] primus in muros F [illegible] hoſtium vim ſuſtinuit, quo ad milites qui [illegible] exceptis animis, ac ſtimulante præterea ob ea quæ regem egiſſe viderant pudore, omnes impetu facto muros conſcenderunt. *Fulg.l.3.cap.2.ex Plut.*

Captis à L. Sylla Athenis, ipſe Sylla commemorat in commentariis primum in murum euaſiſſe M. Teium: ac cùm hoſtem, qui ſe obiiciebat ei feriret, ex violentis ictos, quem caſſidi intulit, enſem fregiſſe: non ceſſiſſe loco tamen, ſed ibi reſtitiſſe, atque eum retinuiſſe. *Plut.in Sylla.*

Scipio Æmylianvs, cùm in Hiſpania ſub Lucullo duce militaret, atque Intercacia præualidum oppidum circumſideretur, primus mœnia eius conſcendit: neque erat in exercitu quiſquam aut nobilitate, aut animi indole, aut futuris actis, cuius magis ſaluti conſuli & parci deberet: ſed tunc clariſſimus quiſque iuuenum, pro amplificanda & tuenda patria, plurimum laboris ac periculi ſuſtinebat: deforme ſibi exiſtimans, quos dignitate præſtaret, ab iis virtute ſuperari. Ideóque Æmylianus hanc militiam, aliis propter difficultatem vitantibus, ſibi depopoſcit. *Val. Max.l.3.cap.2.*

Titi Vespasiani in expugnandis Tarichæis, Galilææ G vrbe muniiſſima, fortitudinem & gloriæ ſtudium, qui cum paucis potius victoriæ ſlorem, magno cum periculo, præcipete voluerit, quàm maiores copias & auxilia expectare, vt qui primus cum equo per lacum Geneſatenſem vrbem intrare fuerit auſus, pete ex *Ioſephi l.3. Bell. Iud.*

In expugnatione Hieroſolymorum ſub Tito, Iulianus centurio ex Bithinia non ignobilis, vbi Romanos, qui Antoniam arcem inuaſerant, iam cedere, & malè pugnare conſpexit, ſubitò proſiliit, & Iudæos victores ſolus ad interiorem templi angulum perſecutus eſt, cùm vim & audaciam illius nemo ſuſtineret, eáque ſpecie nihil Cæſari admirabilius, aut aliis horribilius viſum eſt. Verùm calceos habens crebeerimis atque acutis clauis, more militari, ſuffixos, dum ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo curreret, labitur, magno cum armorum ſono: & mox a Iudæis, priuſquam ſurgeret, telis oppreſſus, magno Rom. omnium cum mœrore occubuit. *Idem l.7.cap.3.*

In oppugnatione Hieroſolymorum Titus milites ſuos hortabatur, vti Antoniam arcem munitiſſimam caperent. Cæteris magnitudinem periculi præſentis timentibus, Sabinus Syrus, gregarius miles, ſtatura puſillus, ſed animo heroico H præditus, animam ſuam ſe Cæſari daturum profeſſus, ad murum properat: ſequentibus XI. aliis virtutis eius æmulis. Et iam ſumma muri mira audacia prehenderat, hoſtéſque in fugam verterat, cùm ictu lapidis cum maximo ſtrepitu pronus decidit, & à Iudæis ſagittis eſt confectus. Cæteri ſaucij in caſtra relati. *Idem l.7.cap.2.*

Sapria cuiuſdam militis Rom. fortitudinem in vrbe Perſarum Beiudaes expugnanda, & mox poſt alteram repulam occupando, pete ex Suida: qui illum corpore quidem Tydeo Homerico confert, animo verò Herculi etiam præfert.

Quum Ioannes Zimiſca Imp. Perſthlabam, regiam Bulgarorum vrbem obſideret, parumque proficeret, tandem quidam Miles dextra gladium tenens, læuáque ſcutum ad capitis defenſionem elatum geſtans, primus per ſcalam in murum euaſit. Scythæ ſe de muris dedêre præcipites. *Cedrenus.*

Godofredvs Bolonivs, Lotharingiæ dux, & Euſtachius frater, in Hieroſolymorum expugnatione laborit atque peri

A periculi plena, in qua vtrinque obſeſſi atque obſidentes plurimum ſanguinis effuderunt, primi in muros euaſerunt, ponte iacto à lignea turri, quam ipſi muris admo. erant. Viam enim militibus virtute ſua ad capiendam vrbem, vt præſtantes duces decet, ipſi ſtrauerunt nulla ad eam inueniendam rem militum induſtria vſi. *Sabell. l. 4. c. 6. & Æmil. nt.*

Ianvs Fvlgosvs, Genuenſium dux cum ſex fratribus patruelibus patria pulſus, etſi ſatis norat Bernabam Adurnum aduerſæ factionis principem qui cum ducis titulo Genuæ rerũ potiebatur, præter ſexcentos Aragonij Alfonſi milites, magno alio miliari numero ſeptum eſſe : intrepidus vna triremi , anno ſalutis 1447. Genuam nauigauit noctéque intempeſta cum quinque atque octoginta viris vrbem ingreſſus, ad palatium peruenit. Illic prætorium adortus, cùm penè omnes vulneribus confecti eſſent, ipſe quoque crure atque facie ſaucius ducatum Genuenſem, & immortalis gloriæ famam, ex eo prælio retulit. *Fulg. l. 3. c...*

Vladislao Vngaris imperante , Paulus Kiniſius infra Sinderouiam caſtellum Torcicum multa præda refertum, no- B cte ex improuiſo aggreditur. Quidam Croatus eximiæ virtutis murum aſcendit : & quanquam vigintiquinque vulneribus affectus, præſidium de munitionibus deiecit: & ſuccedentibus impigrè ſocijs, muri partem defenſoribus vacuam tradidit. Eum rex murali corona, ducentis aureis nummis , purpureáque veſte donauit. *Bonfinius l. 3. Dec. 5.*

In eo bello, quod aduerſus Nurembergenſes belliccoſiſſimus Albertus Marchio Brandeburgenſis eximiè geſſit : Grauenburgum ab eo multa vi oppugnatum eſt. Id oppidum in valle iacet xx. millibus paſſuum à Nuremberga, muro ac foſſa munitum : in quo præter oppidanos quingenti milites præſidio ierant. Oppugnatio quatuor diuerſis locis cœpta eſt. Albertus ſibi eam oppidi partem elegit, qua murus altior, & foſſa profundior fuit. Inſultu facto ab ea parte, qua oppidum captum eſt , ſecundus ex omnibus ipſe murum aſcendit, in oppidum verò primus deſcendit. Circumuentus ab oppidanis tàdiu pugnam ſuſtinuit , donec alij ſuppetias tulerunt. Oppidum captum direptumque eſt , feminis nulla vi illata, *Aen. Syl. l. 3. Com. in Panorm.*

C ARCES FORTITER EXPVGNARE , OCCVPARE.

Cùm iam Ferdinando II. Neapolitano regi ad inſulam Iſchiam, quæ antiquis Ænaria fuit , ob ſuorum perfidiam , & Galliæ regis Caroli VIII. ſucceſſus nauiganti, nihil præter difficultates laboréſque obijceretur, cùm arcis præfectus eum vno tantùm comitatu in arcem admitteret : rex vt intromiſſus fuit, ſeſe in eum tanto impetu coniecit , vt & ferocitate, & regiæ maieſtatis recordatione, ſic cæteros perterrefecerit, vt eueſtigio tum præfectum ipſum, tum arcem in ſuam redigeret poteſtatem. *Guicciard. l. 1.*

Hostasivs Rauennas miles, primus Ticinnenſem arcem, Gallis militans, irrupuit: & à Lotrechio in præmium nauatæ operæ , æneam equeſtrem ſtatuam Antonini Cæſaris impetrauit. *Iouius l. 25. Hiſt.*

FORTITVDO LVDICRA , IN SVPERANDIS HOSTIBVS LVDICRIS.

§ *Simulacra pugnæ ad corporis exercitia pertinent, ſi robur corporis ſpectes. At ſi vigorem animi, huius erunt loci , præſertim cùm ad ſeriam exercitationem referri debeant. Exempla ex* Titulis Olympionicarum, Athletarum, &c. *peti poſſent.*

D PROESTRIS.

Herodotvs auctor eſt Machlyos & Auſes circa Tritonidem habitare, quorum puellę Mineruali ſacro velut in turmas diuiſæ, fuſtibus ſeſe & lapidibus inceſſant, faſſæ ſe patrium morem ſeruare. Si quæ vulneribus occubuerint eas negant virgines fuiſſe. Quæ omnium optima fortiſſimáque iudicata fuerit, ea Græco armorum apparatu , & criſta Corinthia in currum ſublata, circa paludem multo ſuorum applauſu circumuehitur. *Sabell. l. 4. En. 1.*

Themistoclis filij Neocles & Demopolis, cùm alter ſtadium , alter dolichum ludis funebribus viciſſent coronati ſunt ab ignaris. Quod cùm reſcitum eſſet , inimicis Themiſtoclis inſtigantibus & legis de exulibus commonefacientibus parum abfuit, quin lapidarentur. *Suidas.*

Commodus Imp. gladiatores retiarióſque circiter mille, aut vicit, aut occidit: trecenties ſexagies quinquies, viuóque adhuc patre, in id certamen deſcendit. *Sab. l. 5. En 7.*

EQVESTRES. FORTES IN HASTILVDIIS,

Tempore Theophili Imp. inter captiuos Saracenos quidam fuit manu promptus , & manuum agilitate celebris, E eques præclarus, ambidexter, inter equitandum duabus vtens haſtis, ſcitè admodum aduerſarios deiiciebat. Cùm ergo Magnus domeſticus in Circo triumphum victoriæ eius agere iuſſus, ante reliquos hominem iſtum duceret : Imp. laudationibus eius inductus, equum conſcendere, duabuſque acceptis haſtis artis ſuæ ac præſtantiæ ſpecimen coram vniuerſis edere eum iuſſit. Id cum fieret, & imperitiores ſpectaculo delectarentur Theodorus cognomento Craterus, is qui non multò poſt ſanctorum Elii, Martyrum cohortis princeps eſt factus, propiùs regi adſtans, ſubſannare Agarenum iſtum, & affirmare, nihil ab eo forte aut terribile agi. Imp. ægrè id ferre, Craterumque effeminatum & inuitatum increpare, qui tale præſtare nihil poſſet. Contrà Craterus , duabus haſtis ſe neſcire vti: neque enim hoc didiciſſe, quod his nugis in bello nihil opus foret: ſed Dei auxilio fretum, vnica haſta iſtum equo deturbaturum. Imper. his verbis irritatus, per ſuum ipſius caput iurare, Cratero ſe vitam erepturum , niſi impleret facto, quod verbis iactaſſet. Et Theodorus ſtatim conſcenſo equo, F haſtáque ſumpta cum Saraceno manum conſeruit , eóque eum equo præcipitem deiecit. Pudore quidem affectus eſt Imp. ab eunucho deiectum cernens Saracenum, tamen & virtutem hominis veneratus, & ſuos reueritus, amicè compellatum Craterum, veſtibus honoris cauſa donauit. *Cedrenus.*

Carolvs Martellvs , Pipini Breuis filius (geſtis poſtea contra Saracenos clariſſimus adoleſcens etiamnum nullo numero, cùm in principatum celebri conuentu ludi militares ex more agerentur: atratus totus tres in clypeo martellos ſimili colore præferens, in circo, quoſcumque illi ſors obieciſſet, ſine diſcrimine proſtrauit. Verſis omnium oculis in atrum militem, quærebant omnes , Quis ille eſſet? Cunctis æquè ignorantibus, tandem ad poſtulata virginum ac dominarum galeam detraxit , & hinc cognomen Martelli traxit. *Cranz. l. 4. Suecia c. 48.*

Tempore regum, Magni Ladalai Gothorum ac Suecorum, & Erici Danorum , in publico principum conuentu , apud Veſtrigothos In Scaris circa annum Sal. 1278. primum torneamentum ſiue haſtiludium celebratum eſt. In eo Magnus Dyſauald Sueonum nobiles ad ſingulare certamen prouo- G cans , equum & centum libras argenti puri in præmium certaminis, proponebat, ſi victus pugna exceſſiſſet. Eum Sueonibus Erengillus Plata, vir taciturnus, primo impetu , equo deiiciens, ſuperauit: equúmque & argentum in victoriæ præmium reportans, documento Danis fuit, Suecones magis viribus; quam verbis inſtructos, ad prælia deuenire. Itaque Dani viſo occaſu ſui Achillis , à torneamentis & verborum iactantia in longa tempora quieuerunt. *Olaus l. 14. c. 10.*

In regia vrbe Holmenſi , tempore regis Sueonum Chriſtophori , quidam Holſatus de genere Ramſorum , Suecorum ſingulos magno faſtu & contemptu ad ſingulare certamen prouocabat. Sueci iactantiæ eius potiùs , quàm viribus ſatisfacere cogitantes , Monachum quendam ordinis S. Dominici , veteranum equitem , ſed militia defunctum , equo valido , armis ornatum , galeáque tectum , ac haſta munitum ; in arenam producunt. Is Holſato congreſſus , cum ab equo deiecit : ſimiliter & reliquos omnes , quotquot occurrere ſunt auſi. Pluribus deinde reſtare non viſis , priuſquam loco abiret , iuſſus pro honore ſuo , deiecto vultu gynæceum ſalutare , galea depoſita, equoque calcaribus citato, ad H monaſterium fugiens , cuius miles eſſet , monachali habitu & vita monſtrauit. *Idem.*

Vladislavs Bohemorum princeps haſtiludia Pragæ inſtituerat. In eo certamine Sobieſlaus frater natu minimus palmam tulit & ipſo etiam principe deiecto monile gemmatum victoriæ præmium obtinuit. Quod cùm collo geſtaret, inuidis calumniæ anſam dedit , quaſi principi etiamnum inſultaret. Hinc ſuſpicionibus vtrinque auctis , cum Vacceconem principem Sobieſlaus per inſidias trucidare curaſſet, quaſi delatorem ſui apud principem ageret, exilio ſolum vertere coactus fuit. *Dubrauius. l. 11.*

Lavrentivs & Iulianus Medices, ciuilibus artibus exornati, armorũ equitãdíq; peritia tantum vix dum pubeſcentes excelluêre, vt Iulianus iuuenilis decoris auidus propoſito ingenti præmio, nobiliſſimos ac fortiſſimos quoſq; equites è tota Italia ad ludicrum certamen inuitarit. Cui ſpectaculo, apparatu frequentiáque, hominum valde memorabili, Petrus pater præfuit: annotatúmque eſt, Iulianum acclamantibus ac fa-

A uentibus cunctis, multò plures, quàm quiſquam alius haſtas triplici ferro præpilatas, aduerſis concurrentium equitum pectoribus, perfregiſſe. Eius glorioſi laboris præmium fuit triumphus, Politiani diuini poëtæ carminibus celebratus. Nec multò pòſt Laurentius, vt fraternis laudibus æquaretur, nouum ſpectaculum periculoſiſſimæ pugnæ edidit in quo non ſinguli equites cataphracti de more, intermedia erectarum tabularum linea diſcreti concurrebant, ſed conglobati conſertis turmis ad veri certaminis imaginem, libero 10 campo dimicabant. Huius quoque ſpecioſiſſimi certaminis memoriam Aloyſius Pulcius ipſe Politiani æmulus, periucūdo edito poemate ſempiternam fecit. *Iouius in Leone XI.* 1.

In aula Iſabellæ Hiſpaniæ reginæ, Conſaluus Magnus quum ſpectacula & equeſtres ludi, vel concurrentium iuuenum haſtatorū, vel arundines more Mauriciaco iaculantium ederentur, vſque adeo ſupra æquales ſummæ nobilitatis adoleſcentes ſeſe extulit, vt acclamatione ſpectantis populi iuuentutis Princeps appellaretur. *Iouius in Conſaluo.*

Quum Carolus V. Cæſar, anno 1530. Bononiæ coronaretur,

B eius vxor Iſabella puerum peperit, cui propter aui materni memoriam, Ferdinandi nomen impoſitum. Eius nuncij lætitiam celebrauêre inſignes Hiſpaniæ reguli magnificentiſſimo apparatu, artéque mirabili, ad equeſtris pugnæ ſimulacrum, Maurorum iaculatorum cultu, in ſcuta paſſim coniectis arundinibus decurrentes: quum hinc Oſorius Aſtorgius, illinc Paceeus Aſtalonis, ornatiſſimi duces, ſingulas turmas ſpectante Cæſare in forum pugnaturas induxiſſent. Concurrère etiam quatriduo Itali, Belgæ, Hiſpanique equites cataphracti, inſignibus amatoriis, & militaribus ornamentis valde conſpicui, panno aureo, ac altero item purpureo, a ſenatu Bononienſi ad victutis præmium: & in honorem Cæſaris, hilari benignitate propoſito: tulitque præmium Altamirus ex vlteriore Hiſpania regulus, quòd plures, quàm quiſquam alius, haſtas in aduerſis concurrentium pectoribus infregiſſet. *Iouius l.37. Hiſtoriarum.*

* DE FORTITVDINE ET FORTIBVS.

C
APOPHTHEGMATA ETHNICORVM.

ZENO accuſatus, quod coniuraſſet in perniciem Nearchi tyranni, cum in equuleo iuberetur edere nomina coniuratorum, nominauit pleroſque illi amiciſſimos. De his ſumpto ſupplicio, rogatus à tyranno, num quis ſupereſſet etiam? Tu ſolus, inquit, Reipublicæ pernicies, tandem & linguam dentibus amputatam in os tyranni, quod ob iracundiam hiabat, expuit. *Laert.l...cap.5.*

BION frequenter dicere ſolebat, Senum eſſe valere prudentia: iuuenum vero fortitudine. *Laert.l.4.cap.7.*

CORISCVS, admodum ſenex, cum à quodam graui morbo conualuiſſet: Apage, inquit, quam inuitus reuerſus ſum, iam magnam partem itineris emenſus, quod abſoluere omnino decet. Et ſanè fortitudinis pars melior in moderato mortis contemptu conſiſtit. *Stob.ſerm.7.*

CROSSVS rex, cùm contemptim atque minaciter Biantem allocutus eſſet, hominem in aduerſis rebus infractum iuſſit eum cepas edere, fletum ciuiliter indicans, quandoquidem harum eſus ciet lachrymas. Adeo ſapientes arbitrantur, nihil eſſe æque regium, ad virtutem, cuius inſtituta per totam vitam fortiter atque infracto animo ſequuntur, nec imperatis

D aliorum terrentur. *Philo Iudæus lib. Quod omnis probus liber.*

Idem, Conſeruis demiſſo vultu mœrentibus, eo quod iam à latronibus capti eſſent, animaduertens quendam ex aſpectu plus ſatis effœminatum eſſe, accedens, inquit. Tu me emito, viro enim opus habere videris. Sic ille pudefactus cauillo, quod non eſſa vanum, erat ſibi conſcius, in turbam ſe abdidit, cæteris audacem coniectorem, ſed veridicum ſtupentibus. *Philo Iudæus eodem libro.*

SOCRATES interrogatus, quid eſſet fortitudo & robur? dixit, Nodus animæ cum corpore. *Stob.ſerm.7.de fortitudine.*

DEMOCRITVS, quid efficeret fortitudo? ſciſcitatus: diſpendia minuit, inquit. Item, fortis eſt, non qui hoſtes modo ſuperat, ſed & qui voluptatibus ſuperior exiſtit. Nam licet aliqui ciuitatibus imperent, mulieribus ſeruiunt. *Eod.ſer.*

THEODORO PHILOS, Minabatur tyrannus mortem, & quidem inſepultam. Habes, inquit Theodorus, cur tibi placeas: hemina ſanguinis in tua poteſtate eſt. nam quod ad ſepulturam pertinet, ô te ineptum, ſi putas intereſſe, ſupra terram an infra putreſcam. *Senec.lib.Tranquill.anim.*

PLATO interrogatus, quomodo affectum eſſe conueniat aduerſus calamitates? ita (dixit) vt prouidens aliquis non incidat in eas ſi tamen inciderit, condemnationem ei [illegible] non curet. *Stob.ſerm.7.* E

ARISTOTELES, quid eſſet fortitudo, ſciſcitatus [illegible] inquit) virtus animoſi, per quam non facile mortis metus in[illegible].

LEON Quidam noctu præteriens monumentum quum videret ſpectrum, accurrit lancea traiecturus, & in [illegible]. Quo me fugis, inquit, bis moritura. *Plut. in Lac.*

CLEOMENES, cum Sophidam quendam de fortitudine [illegible] ſerentem non admodum attentis auribus audiret, & ob [illegible] à quodam reprehenderetur. Ineptum eſt, inquit, qui nunquam de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipſe nil fortiter geſſit vnquam. *Plut.in Lacon.*

ALEXANDER Macedo, In Ilio ſacra facienti Alexandro, ſacerdos dixit, ſe oſtenſurum Paridis lyram at ille, imo Achilles (ait) ſi habes oſtende, ac ante lyram potius haſtam. *Stob. ſerm.7.*

SOCRATES, morti adiudicatus, & proximus quidem Apollodorus eum accedens, ait. At iſtud, ô Socrates, ægerrime fero, quod te iniuſte damnatum video. Tunc Socrates: An tu (reſpondit) malles me iuſte quam iniuſte damnatum? Simulque riſiſſe dicitur. Cum autem Anytum falſum teſtem prætereuntem videret, dixit: Vir ille triumphat, quaſi facinus F magnum & præclarum egerit, me ita occiſo. Sed quam ſtultus & improbus eſt? ignorat enim, vter noſtrum in omne æuum vtilior & melior extiterit. *Xen.in Apol.pro Socrat.*

ARCHIDAMVS Spart. R. Soli, inquiebat, in rebus ſecundis, non ſumus inſolentes, & in aduerſis non frangimur animis: Nec incitamur laudibus, vt deliniti voluptate præter noſtrā ſententiam aliquid moueamus: nec accuſati impellimur ira ac dolore, ſed propter grauitatē ſimul & bellicoſi & circumſpecti ſumus. Bellicoſi, quia pudor cum grauitate coniunctus eſt, & cum pudore magnitudo animi. Circumſpecti vero ſumus; quia ſic inſtituimur, vt non ita ineptiamus, quā vt leges contemnamus. Et ſeuerius regimur cum quadam aſperitate, quam vt detrectemos obedire. Sicque ſumus aſſuefacti, non vt in rebus inutilibus ſplendida oratione ſapientes videamur, aut hoſtes vituperemus, aut reipſa impares in eos moueamus. Sed exiſtimamus etiam alios valere conſilio, & fortuitos caſus non poſſe proſpici. Aduerſus hoſtes factis ipſis nos præ- G paramus, ratiocinantes, quid ipſi tanquā homines non ſtulti facturi ſint. Nec pendet nobis ſpes ex aliena ignauia, ſed ex noſtra diligentia & circumſpectione. Ac exiſtimandum eſt homines non multū natura inter ſe differre: Sed eos antecellere, qui in rebus neceſſariis recte inſtituti ſunt. *Thucyd.l.1.*

AGESILAVS fortitudinis in rebus aduerſis inſigne dedit ſpecimen, Canon & Pharnabaſus per claſſem regiā mari potiti, obſidebant maritimas Lacedæmoniorum regiones, quum interim Athenienſium ciuitas mœnibus eſſet cincta, Itaq; Lacedæmonij Pharnabazo donante pecuniam, pacem ineunt cum rege: mittuntque ciuem Antalcidam ad Tiribazum, Græcos Aſiaticos, pro quibus bellū geſſerat Ageſilaus tradentes regi: vnde euenit: vt huius ignominiæ portio recideret in Ageſilaum. Antalcidas enim inimicus erat Ageſilao: ideo pacē quacunque occaſione confecit, inuidens illius gloriæ, quem videbat bello creſcere, reddiq; maximum, ac maxime celebrem. Nec tamen hæc infelicitas deiecit illius animum: quin etiam cuidam dicenti, quod Lacedæmonij Mediſſarent, ita reſpondit, imo Medi potius Laconiſſant: ſignificans indolem ſuæ gentis corrumpi fortuna non poſſe, *Plut.in Lacon.apoph.* Idē, H Sciſcitatus vtra virtus eſſet præſtantior, fortitudo an iuſtitia? grauiter reſpondit: Fortitudinis nullum eſſe vſum, niſi adſit iuſtitia: Quod ſi omnes eſſent iuſti, nihil opus foret fortitudine. En animum ſummo dignum duce, qui nihil præter æquum iudicarit faciendum: recteque perſpexit, plurimum intereſſe inter audaciam & fortitudinem. *Plut.in Lacon.apoph.*

ALEXANDER Mammeæ F. cùm audiſſet Artaxerxem Perſarum regem magno militum exercitu Romanum inuaſurum imperium: Fortes, inquit, viros atque moderatos decet optima quidem optare, ſed ferre etiam, quæcunque accidunt contra animi votum. Fortitudinis quippe eſt, rebus proſperis non extolli, infauſtis nequaquam deiici animo. *Herodian.l.6.*

ANAXARCHVS, dicente ei Alexandro, ſuſpendam te: Minare his inquit, è vulgo: mea autem nihil intereſt, ſuper terramne an infra computreſcam. *Stob.ſerm.6.*

ALEXANDRO mortuo, quum Anaxarchus tempeſtate eſſet delatus in Cyprum, Nicocreon memor contumeliæ, philoſophorum

ſophum arreptum in mortarium coniecit, ac ferreis piſtillis A contundi iuſſit. Hic illam vulgo celebratam vocem emiſit: πτύττε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον· Ἀνάξαρχον δ' οὐ τύπτεις. Id eſt, Tunde Anaxarchi manticam, nam Anaxarchum non percutis. Sentiens, corpus non eſſe partem hominis, ſed animi domicilium tantum. Animus autem non poteſt tundi. *Laert. l. 1. cap. 10.*

DEMETRIVS Cynicus graui calamitate affectus dixit: Hoc vnum Dij immortales queri poſſum, quod non antehac mihi voluntatem veſtram notam feciſtis. Prior enim ad iſta veniſſem, ad quæ nunc vocatus adſum. Vultis liberos ſumere? illos vobis ſuſtuli: vultis aliquam corporis partem? ſumite. Non magnam rem promitto: cito totum relinquam. Vultis ſpiritum? quidni? nullam moram faciam, quo munus recipiatis, quod dediſtis. A volēte feretis, quicquid petieritis: Quid ergo eſt? Maluiſſem offerre, quam tradere. ☞ *Vide reliqua apud Senec. l. 5. de prouidentia, ſeu quare bonis viris mala accidant.*

Cn. Cornelius Lentulus in clade Cannenſi tribunus militum quum equum Paulo Æmilio in ſaxo ſedenti, cruoreque oppleto adduceret: Tu quidem, ait Paulus, macte virtute, Corneli eſto: ſed caue, ne fruſtra miſerando, exiguum tem- B pus è manibus hoſtium euadendi abſumas. *Plut. & Liuius.*

M. CATO, quibuſdam efferentibus hominem inconſulte audacem, & in rebus bellicis ſtrenuum, ait; plurimum referre, virum quis virtutem magno æſtimet, an vitam non magnifaciat: ſentiens, non eos ſtatim eſſe fortes, qui quouis modo vitam contemnunt, ſed qui tanti faciunt virtutem: vt huius gratia vitam alioqui charā negligant. Nam ſemet in vitæ diſcrimen coniicere, aut infelicium eſt, & quos vitæ iam tædet, aut immanium, & belluis ſimilium. *Eraſ. l. 5. apoph. ex Plut.*

Quum Publius, Craſſi filius fortiſſime in bello & pugnaſſet, & cecidiſſet, hoſtes caput iuuenis haſtæ impoſitum geſtantes, proxime ad Romanos accedebant, inſultantes, rogantesque, quo genere iuuenis ille fuiſſet ortus, neque enim fieri poſſe, vt ex patre iam ignauo & imbelli talis filius naſci poſſet. Hoc tam triſti ſpectaculo nihil commotus Craſſus, per omnes ordines concionatus eſt, clamans: Meus hic priuatus dolor eſt Romani, mea hæc calamitas, meus hic peculiaris luctus: cæterum publica ciuitatis ſalus & gloria in veſtra C incolumitate veſtraque virtute ſita eſt. *Plut. in M. Craſſo.*

SCIPIO Pompeij ſocer quum nauem ſuam teneri ab hoſtibus vidiſſet, ferro ſe tranſuerberauit, & quærentibus, vbi Imperator? inquit, bene habet. *Bruſ. l. 2. cap. 11. ex Appiano.*

P. THRASIAS PÆTVS, cùm poſt multa crudelia Neronis facinora, atque Agrippinæ mortem, in ſenatu Romano de Neronis rebus ageretur, cui mirum in modum ſenatores aſſentabantur, dicere ſolebat: Si me tantum Nero interfecturus eſſet, magnam haberem adulatoribus eius gratiam: ſed ſi eos, à quibus maximè laudabatur, ſuſtulit, ſublaturuſq; eſt, cur oportet fruſtra turpiter & ſeruiliter mori, cum munus naturæ explere liceat, retenta libertate? De me enim, inquit, aliquis ſermo habebitur in poſterum, de iis nullus niſi tantummodo eos interfectos fuiſſe *Xiphil. in Nerone.* Idem dicere ſolebat, Nero pro innata ſua crudelitate occidere me poteſt, lædere autem non poteſt. Innuens corpus quidem hominum crudelitati expoſitum eſſe, animum autem nequaquam. *Xiphil. in Nerone.*

SYNNIDAS ante pugnam Leuctricā quibuſdam dicentibus, D illam ipſam diem oſtenſurā fortem virū: Multifaciendi, vrbane inquit, diem eſſe, quæ virum fortem monſtrare poteſt. *Plut.*

Miles Quidam Lacedæmonius, in pugna proſtratus, hoſtem eius tergo inſidentē, rogauit vt ſe verteret, & in pectus potius ſtringeret enſem rogatus: Quid ita? Ne amaſius, inquit meus erubeſcat ſi viderit, auerſis confoſſum vulneribus. *Plut. in Lac.*

POMPEIVS, cùm Syllanæ factioni ſe addixiſſet, non abſque ſpoliis, nec ſine cruenta victoria Imperatori ſe copias exhibiturum eſſe dicebat. Nec prius venit ad Syllam, quam multis conflictibus hoſtium duces ſuperaſſet. *Plut. in Rom. Apoph.*

IVL. CÆSAR: poſt attritos Tigurinos, ad vrbem quandam ſociorum proficiſcens, cùm audiſſet Heluetios in itinere occurrere, in locum quendam munitum ſe recepit. Ibi congregatis copiis, inſtructaque acie, vbi equus illius, cui ſolebat inſidere, adductus eſt: Hoc, inquit, poſt victoriam vtar in perſequendis hoſtibus, & pedes aggreſſus eſt Heluetios. *Plut. in Cæſ.*

Idem, Videns aquiliferum terga dantem hoſtibus, faucibus comprehenſum hominem, in hoſtes manus conuertit, atque ait: Quorſum abis ignauiſſime, an non illos eſſe vides, quibuſcum dimicamus? *Bruſ. l. 2. c. 43.* Idem Potentiam duabus potiſſimum rebus parari, pecunia ſcilicet, & militibus, atq; deinde

eam potentiam eiuſmodi rebus conſeruari & augeri, dicere ſolebat. Exiſtimauit autem, hæc duo ſeſe conſequi poſſe, E exercitum commeatu retineri, rurſum commeatum armis comparari. *Xiphil. in Cæſ.* Idem. Dyrrachij expectabat, vt illuc à Brundiſio milites mitterentur. Id cum tardius fieret, clam omnibus conſcenſa ſcapha exigua, tentauit tranſmittere pelagus, cumque nauigium vndis obrueretur, gubernatori iam animum deſpondenti, quis eſſet aperuit, dicens: Confide fortunæ, ſciaſque te Cæſarem vehere. Tanta erat animi præſtantia, quaſi fortunam ac Deos in manu haberet. Ac tum quidem tempeſtate ingraueſcente, veritus eſt, quod inſtituerat, peragere: Milites autem, vbi reſciuēre factum, concurſum fecerunt ad Cæſarem, grauiterque ferebant, ſi alias expectaret copias, velut ipſis diffiſus. *Plut. in apoph.*

Cùm Antonius appareret claſſem cum Cæſare confligere, Quidam tribunus militum, vir fortis, & armis exercitatus, Antonio prætereunti corpus ſuum multis cicatricibus inſignitum oſtendit, dicens: O Imper. cur his vulneribus, aut huic gladio parum fidis, inque lignis fragilibus ſpem reponis? Sine, Phœnices & Ægyptij claſſe pugnent, nobis Romanis terram da, in qua conſueuimus vel hoſtem vincere, F vel mortem oppetere. *Plut. in vita Antonij.*

TVRBO, Adriani Cæſaris præfectus, monitus ab eo, vt curam haberet ſuæ valetudinis, ſibique daret vacationem à negotiis, reſpondit. Non decere Cæſaris præfectos niſi ſtantes mori, ignauum eſſe ſentiens, in lecto incumbentem expirare. *Eraſ. l. 6. in apoph.*

Martialis lib. 1. Epigrammatum, de Mutio.

Dum peteret regem accepta ſatellite dextra,
Iniecit ſacris ſe peritura focis.
Sed tam ſæua pius miracula non tulit hoſtis,
Et raptum flammis iuſſit abire virum.
Vrere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.
Maior deceptæ fama eſt, & gloria dextræ,
Si non erraſſet fecerat illa minus.

Martialis lib. 1. Epigrammatum de Portia.

Coniugis audiſſet fatum cum Portia Bruti,
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor.
Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari?
Credideram ſatis hoc vos docuiſſe patrem. G
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas:
I nunc, & ferrum turba moleſta nega.

Horat. Carm. lib. 2. Ode. 3.

Æquam memento rebus in arduis
Seruare mentem, non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia, moriture Deli.

Horat. Epiſt. lib. 1. Epiſt. 3. ad Iulium Florum.

Quod ſi
Frigida curarum fomenta relinquere poſſes,
Quo te cœleſtis ſapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc ſtudium, parui properemus & ampli;
Si patriæ volumus, ſi nobis viuere chari.

Boët. de conſol. lib. 3. Metro. 5.

Qui ſe volet eſſe potentem,
Animos domet ille feroces, H
Nec victa libidine colla,
Fœdis ſubmittat habenis.
Etenim licet Indica longè
Tellus tua iura tremiſcat;
Et ſeruiat vltima Thule;
Tamen atras pellere curas,
Miſeraſque fugare querelas,
Non poſſe, potentia non eſt.

* IVDÆORVM, ET CHRISTIANORVM.

Ex Apophthegmatibus editis per L. Beyerl.

Nunc illum virtutis actum proponimus, cuius ponderoſiſſima vis, & efficaciſſimi lacerti, in Bellica Fortitudine conſiſtunt, nec me præterit, Ziſca Dux inclyte, principatum tibi in hac ſaltem ſcena aſſignari oportere. Erat Dux Huſſitarum bellicoſiſſimus, licet vtroque oculo priuatus: cúmque iam morti proximus rogaretur, quomodo vellet tumulari; ille, Pellem demortuo demitte, ex eóque tympani operimentum conficite. Hoſtes enim, vt viuentis adſpectum ferre non potuerunt, ita nec mortui ſonitum, ferent. *Ex Ænea Syluio l. 3. Comment. de Geſtis Alphonſi, Beyerl. in Apoph. Chriſt.*

A Illi proximus Carolus IX. Franc. Rex, qui, cæſo in acie Montmorantio, cuius erat enſem Regi præferre, quibuſdam eum honorem ambientibus reſpondebat: Satis virium mihi eſt ad geſtandum enſem. *Annal.Franc.*

Redeo ad Alphonſum: qui naufragos auxilium implorantes cùm vidiſſet: ſuos cohortatus, opem vt ferrent. Quod cùm facere pertimeſcerent ob exortam tempeſtatem, ipſe nauem ſoluit: Satius eſt, inquiens, vna cum ſociis viris fortiſſimis occumbere, quàm illos videre ante oculos extrema pati. *Panorm.l.2.de Geſt.eiuſd.*

Exiturus erat Carolus V.Imp.ad prœlium contra hoſtes: ſtabatque in acie intra vallum & ſtationes armatus, at hoſtis magna baliſtarum vi eum repellere conatur, monentibus autem ſuæ ſaluti proſpiceret, id ſolum obmurmurabat: Canes qui latrant non ſunt extimeſcendi: neque eſt quòd timeatis, cùm præſidio Dei ſatis vallati ſimus. *Ex Franc. Robertelli Orat. funeb. habita Bononiæ. Beyerl.ſupra.*

Petrvs Sabaudiæ Comes, feudum apud Othonem IV. petiturus, duplici ante eum habitu comparuit. Latus dextrum auratis veſtibus, ſiniſtrum armis inſigne. Othoni verò, quid B inuſitatus hic veſtium habitus moduſque portenderet, ſciſcitanti; Aurum, inquiebat, geſto in dextra, ad honorandam maieſtatem Imperatoriam: arma autem læua ſuſtineo, vt contra eiuſdem maleuolos ad extremum vſque ſpiritum dimicem. *P.Camer.medit.Hiſt.cap.6.*

Eiuſdem virtutis & fortitudinis Ludouicus XII.Gall.Rex Pergebat cum exercit. Mediolanum, & in itinere nuntium accipit, hoſtem oppidulum quod in tranſitu ſitum occupaſſe; tardiuſque aduentante hoſpitio inibi deligendo. At ille: Ego ſuper corpora eorum hóſpitium accipiam, vel illi in meo, *Corozetus de dict.memor.*

Claudat hoc totum de bellica virtute Stephanus Contarenus, natione Venetus. Hic Senatus iudicio rei maritimæ in Benaco lacu præfectus, dum quippiam aduerſi nuntiatum eſſet, domum properans, euocata de ſuperiori ſuarum ædium parte coniuge; Scias, aiebat, me Benacenſi oræ præfectum, Senatu iubente. Tu itaque intra paucos dies, aut lætum à C me partæ victoriæ nuncium exſpectato, aut mortis meæ litteras, quibus hoc meum cadauer auitæ ſepulturæ mandes. *Ioan.Bapt.Egnat.lib.6.cap.4.*

Athanasivs, quum ei indiceretur à Iuliano Imperatore exilium, mœrentibus cunctis, qui diſceſſum eius grauiter ferebant, inque ipſum oculis coniectis: Bono eſtote animo, filioli, inquit, nubecula eſt: quæ breui euaneſcet. *Niceph.Call. l.10.Eccl.hiſt.cap.19.*

D.Ambrosivs, poſtquam aduerſus Arrianos, & Iuſtinam Auguſtam in templo multa diſputaſſet, atque orthodoxam fidem contra aliorum blaſphemias fortiter defendiſſet, à Valentiniano Iuniore, iuſſus templum exire, reſpondit, Lubens id quidem non fecero, neque enim lupis ouium caulam prodam, neque blaſphemis templum diuinum concedam. Quod ſi necare me vis, in ipſa Eccleſia in me enſem aut cuſpidem ſtringe, perlibenter enim cædem eam tulero. *Theod.l.5. cap.13.& Niceph.Scholiaſtes,l.12.cap.19.Ecc.hiſt.*

Achemenides, qui & Hormiſdas appellatus eſt, cùm in Perſia Chriſtianam religionem in maxima piorum perſecutione profiteretur, vocatus à Taram rege, & obiurgatus ob D fidei confeſſionem, quam in homine extinguere minis conabatur, reſpondit: Impia atque difficilia à me petis rex, qui vniuerſitatis Deum, nequaquam abiuro, vt tuæ maieſtatis fiam amicus. Malus enim eſt crimen, diuinam quam regiam lædere maieſtatem. *Niceph.l.14.cap.20.hiſt.Eccl.*

Idem veſtimentis quibuſdam donatus à rege, qui eum beneficiis vincere conabatur, excandeſcens, tunicam conſciſſam abiecit, & voce magna exclamauit: Si huius, inquit, gratia me religionem longè optimam mutaturum putas, en munus tuum tibi, vna cum impietate habe.

Philo Iudæus cum aliis Iudæis ex Caligulæ aula eiectus quod diuinos honores Cæſari eos affectanti negaſſet, conuerſus, ad ſuos dicebat: Bono animo eſtote viri: non deerit vobis qui auxilietur. Vbi enim ceſſant humana præſidia, diuina ſuccurrunt. *Euſeb.l.2.hiſt.Eccl.cap.5.*

* HIEROGLYPHICA.

Per Anteriora Leonis Hieroglyphicè robur ſignificatur: propterea quod in eo animali mẽbra illa robuſtiora ſũt: ab excellenti enim vi quadã, vniuſcuiuſq; rei ſignificata ſua Ægyptij deſumebant. Expreſſit robur hoc *Lucret.Carus*, cũ ita ſcripſit;

Principio genus acre Leonum ſæuaque ſecla
Tutata eſt virtus.

Pier.Valer.lib.1.

Per Veſpas hieroglyphice pugnacitatem, & infeſtum aduerſus hoſtes ingenium ſignificabant Ægyptij. *Idem l.4.*

Fortem quoque per Camelum Hieroglyphice præfigurabát. Eſt enim in hoc animante mirus dorſi vigor, & onerum gerẽdorum robur indefeſſum, vt fame etiam ac ſiti pertinaciſſime tolerata, in plures ſub onere dies perſeueret. *Val Pier.l.12.*

Fortitudinem quoque nonnulli per Tigrim fluuium omnium rapidiſſimum hieroglyphice ſignificát, quod quemadmodum velociſſimus hic fluuius, qua parte ex Armenia in Meſopotaniam labitur, propter rapidiſſimam velocitatem ſagittæ (quæ Armeniorum lingua Tigris dicitur) comparetur: ſic fortitudo curſu quodam pernici concitata, obſtantia quæque demoliri atque proſternere videatur, nulliſque obicibus, oppoſitiſque molibus aut obſtaculis impediri; quin quo ferri deſtinarit, eo victrix prorumpat. *Idem l.21.*

Non temere quoque Adamantem pro fortitudine proponi, cui robur indomitum, viſque inſuperabilis nomen merito feciſſet, quippe qui limæ ſcalpro & malleo duritia inenarrabili F reſiſtat, quodque omnium maxime admirandum eſt, contra etiam ignis violentiam incolumis lapillus euadat. *Idem.*

* Fortuna.

Definitio, et Proprietates.

Fortuna Græcè τύχη, & τυχηρὸς, fortunatus dicitur. Hebr. *Gadh*, à verbo *Gadhadh*, turmatim excurrit: propter fortunæ varias conuerſiones. *Pur* etiam *Sor*, dicitur, id eſt, ſors, *Purim*. Sortes, *Eſther.3.7.& 9.27.* &c. à verbo *Por.* labefactauit, fregit, irritum fecit. Sors enim conſilia humana variaſque aſtutiorum cogitationes labefactat. Eſt autem fortuna cauſa per accidens in agentibus à propoſito, ſemper & frequenter in his, quæ propter hoc fiunt, *ſecund. Ariſt.l.2.Phyſic.*

Fortuna eſt cauſa per accidens, vt in paucioribus præter intentionem, in his quæ ſunt propter finem, & à propoſito, *ſecundum C. Thom.l.8.fin.*

Fortuna quid aliud eſt? quid fors? quid caſus? quid euentus, niſi cum ſic aliquid cecidit, ſic euenit, vt vel non G cadere atque euenire, aut aliter cadere atque euenire potuerit. *Sec.Cicer.l.2.de Diuinat.*

Fortunæ nomen à volubilitate inditum eſt. Nam quæ prius Vortuna à verto dicebatur, literæ V. mutatione in F. affinem (quod in pleriſque dictionibus factum eſt) in fortunam abiit. Cuius præcipuum opus eſſe poëtæ finxerunt, ima ſummis, imis ſumma commiſcere, rerumque omnium viciſſitudinem inducere & cuncta inuertere: cuius quidem vertiginis ergo φερέπολις τύχη à Pindaro appellatur.

Fortuna eſt accidentium rerum ſubitus atque inopinatus euentus. Multa enim, inquit Cicero, efficit inopinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemque cauſarum. *Deſcriptio fortunæ per Lactan.l.3.de falſa ſapientia cap.10.*

Quomodo ergo Dea fortuna aliquando bona eſt, aliquando mala? an forte, quando mala eſt, Dea non eſt? ſed in malignum dæmonem repente conuertitur? *Aug. de ciuit. Dei, l.4. cap.18.*

Fortuna dicitur à fero quod temere & ſine ratione feratur. H Eſt enim fortuna accidentium rerum, ſubitus atque inopinatus euentus. Hæc eadem fors dicitur. *Terentius: O fortuna, ô fors fortuna, vt nunquam es perpetuo bona.* Aliud (*ait Donatus*) eſt fortuna, & aliud fors fortuna. Fortuna dicta eſt incerta res, vnde & à fortuitis nomen accepit, ſecundum *Iſidor. l.8. Extrau.* fors fortuna euentus fortunæ bonus. Nam fors fortuna eſt, cuius diem feſtum colunt, qui in arte aliqua viuunt, huius ædes trans Tyberim erat. Sane fortunæ vocabulum medium eſt, ſed cum fortunam ſolam dicimus intelligimus felicitatem, vnde fortunatos felices nominamus, infortunatos verò infelices, & infortunium malam fortunam: fortunare eſt proſperare, & bonis augere. *Cic. Tibi patrimonium dij fortunent.* Hinc fortunæ dicuntur diuitiæ, & fortunatim aduerbium, proſperè ac feliciter. *Plut. fortunatim omnia ſuccedant.* Fortunatæ etiam Inſulæ in mari Atlantico Gorganes, ſic dictæ à fructuum vbertate.

FORTVNÆ DESCRIPTIO APVD PORTAS.

Horat.35. Od. lib.1.

O diua gratum quæ regis Antium,
Præſens vel imo tollere de gradu

Mortale

A *Mortale corpus, vel ſuperbos*
Vertere funeribus triumphos.
Te pauper ambit ſollicita prece
Ruris colonus, te dominam æquoris,
Quicunque Bithyna laceſſit,
Carpathium pelagus carina,
Te Dacus aſper, te profugi Scythæ,
Vrbeſque genteſque & Latium ferox,
Regumque matres Barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni.
Iniurioſo ne pede proruas
Stantem columnam, aut populus frequens
Ad arma ceſſantes, ad arma
Concitet, imperiumque frangat.
Te ſemper anteit ſæua neceſſitas,
Clauos trabales, & cuneos manu
Geſtans ahena, nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidumque plumbum.
Te ſpes, & albo rara fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat:
Vtcumque mutata potentes
Veſte domos inimica linquis.
At vulgus infidum, & meretrix retro
Periura cedit, diffugiunt cadis
Cum fæce ſiccatis amici,
Ferre iugum pariter doloſi, &c.

APVD HISTORICOS.

Sapienter feciſſe videri poſſunt, qui fortunam volucrem,
B cæcam variamque finxêre: nihil certe hac vna (ſi quid illa eſt) inconſtantius, nihil magis variabile: nunc blanda & indulgens, nunc ſæua & infeſta, nec vllis infeſtius iraſcitur, quam quos indulgentiſſimè fouit: fitque ex matre ſubito nouerca ex nouerca mater: nec, ſi quæratur cauſa, alia reddi poſſit, quam quod ita libeat, quodque incertæ ſortis ſint res humanæ. Circumſcribit ſeſe tamen ſtulta mortalitas, prudentiamque reputat ſuam, tanquam homo ſemper ſapiat, præſertim in rebus ſubitis & inopinatis: in quibus ne ſapientes quidem ſatis ſibi ſapiunt. *Sabell. de ſubita mutat. fort. lib. 7. c. 8.*

Hæc noſtra vis eſt, hunc continuum ludum ludimus. Rotam volubili orbe verſamus. Infima ſummis, ſumma infimis mutare gaudemus. Aſcende, ſi placet, ſed ea lege, ne vti cum ludicri mei ratio poſcet, deſcendere, iniuriam putes. An tu mores ignorabas meos? *Boet. de Conſol. l. 2. proſa 2.*

An tu in hanc vitæ ſcenam nũc primum ſubitus, hoſpeſq; veniſti? Vllamne humanis rebus ineſſe conſtantiam reris, cum ſæpe ipſum hominem velox hora diſſoluat? Nam etſi rata eſt fortuitis manendi fides, vltimus tamen vitæ dies mors quædã fortunæ eſt etiam manentis. Quid ergo referre putas, tunc
C illã moriendo deſeras, an te illa fugiendo deſerat? *ibid. proſa 3.*

Etenim plus reor hominibus aduerſam, quam proſperam prodeſſe fortunã. Illa enim ſemper ſpecie felicitatis cùm videtur blanda, mentitur. Hæc ſemper vera eſt, cum ſe inſtabilẽ mutatione demõſtrat. Illa fallit, hæc inſtruit. Illa mendacium ſpecie bonorum, mentes fruentium ligat, hæc cognitione fragilis felicitatis abſoluit. Itaque illam videas ventoſam, fluentem, ſuiq; ſemper ignaram: hãc ſobriam ſuccinctámque, & ipſius aduerſitatis exercitatione prudentem. *Ibid. proſa 8.*

Ξεῖνε, ὅτι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ, οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδείς. ταῦτα δὲ Περσέων συχνοὶ ἐπιστάμενοι ἑπόμεθα, ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι· ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα, μηδενὸς κρατέειν. *Id eſt.*

O hoſpes, id quod à Deo præfinitum eſt, auerti per hominem non poteſt. Nam ne vera quidem dicentibus parere vult quiſquam, hæc ſcientes plurimi Perſarum, ſequimur, neceſſitate vincti. Grauiſſimus autem dolor eſt inter homines, ſi
D quis per multa ſciens, nihil obtineat. Fortuna immeritos auget honoribus, innocuos vero cladibus afficit. *Herod. l. 9.*

FORTVNATI. INFORTVNATI.

Docet experientia quoſdã homines dici fortunatos, quibus omnia ex animi ſententia procedũt, vnde & Boni Pedis vocãtur ſic apud Perſiũ; Quidquid calcauerit hic, roſa fiat, & apud Pœnos dicuntur Nãphaniones iuxta S. Auguſt. *epiſt. 44.* Alios infortunatos, quibus omnia etiamſi feliciter ſint excogitata, infeliciter ſuccedunt. Hinc deligendo belli duce maximè diſputatur, nũ felix ſit, an infelix. *Exẽpla pete ex Tit. de Felicitate.*

ERRORES CIRCA CAVSAM.

Gentiles cæci & duces cæcorũ, cæci etiã cauſã poſuerunt huiuſce diſparitatis, Fortunam quæ non pro merito, ſed fortuitò etiã impiis felicitatẽ, piis vero miſeriã afflaret perſæpe.

Genethliaci hominis cuiuſque fato id tribuerunt.

Aſtrologi ſtellis & horoſcopo id aſſignant, vnde & ex illis diuinant futura vnicuique, ſed quam vanè, docet experientia.

Vulgus caſu autumat euenirẽ.

E Quidam prudentiæ & induſtriæ humanæ tribuunt, quam vere nonnunquam certorum euentuum cauſam eſſe, nemo ignorat.

DEVS EST FORTVNA APVD CHRISTIANOS.

Deus horum omnium eſt cauſa, cur nempe hi præ illis fortunati exiſtant, cum enim ſit omnium Dominus, ſingulis prout vult, diſpenſat, & dona ſua impertit, vnde Pſaltes: in manibus tuis ſortes meæ.

Quippè reſpectu Dei nihil eſt caſuale aut fortuitum, ſed omnia præuiſa, prouiſa, & in ſe ordinata. Ideóque B. Auguſtinus, ab ore Chriſtianorum eliminandam cẽſuit opinionem, & nomen Fortunæ, iuxta mentem Gentilium. Nam vt Deus eſt natura naturans quomodo quibuſdam Philoſophia placet loqui; ita & fortuna fortunans: hoc eſt, ſicut ipſe eſt autor naturæ, ita & fortunæ. Fortaſſi id etiam aliquouſquè viderat Ethnicus *Iuuenalis* dum ita ſcribit:

——— Sed nos
Te facimus Fortuna Deam, cæloque locamus.

EIVS SIMVLACHRVM ET CVLTVS:
APVD ETHNICOS.
VBI DE FORTVNA AVREA.

Simulacrum Fortunæ cum cornu & gubernaculo pingebant, vt qui opinarentur, illam & opes, & humanarum re-
F rum imperia largiri. Hinc Liuius fortunam in omni re dominari ſcripſit.

DAMOSTHENES in clypeo ſuo bonam fortunam ſcripſit; quod opinaretur eam dominam regnorum eſſe.

Vetuſtum illius templum fuit Præneſte, vnde & certa oracula per ſortem eruebantur. Quomodo etiam apud Antium, reſponſa ab illa petebantur.

Olim autem Fortunã aurea ſeruabatur in Cubiculis Imperatorum, quaſi regni Fatum. Hanc Seuerus Imperator moriens in duos filios æqualiter diuiſit; teſte *Spartiano.*

Ita Antoninus Pius moriens, ait *Capitolinus,* M. Antonino rempub. & filiam, præſentibus Præfectis commendauit, Fortunamque auream, quæ in Principum cubiculis ſeruari ſolet, transferri ad eum iuſſit.

Etiam Iudæi ad impietatem prolapſi, tempore Iſaiæ Prophetæ, Deo relicto, Fortunæ cultũ deferebant, vnde per illum corripiuntur *c. 65. verſ. 11. Et vos qui dereliquiſtis Dominum, & ponitis Fortunæ menſam*, vbi pro Fortuna, eſt Hebræis Gad. i. felicitas Fortunæ. Hinc Lia filium ex Zelphæ ancilla ſua natum vocauit Gad, dicens feliciter. *Gen. 30. verſ. 11.* Itaq; Gad
G erat Deus Gentilium, quem in bello victoriæ adeſſe exiſtimabant, & alij Martem, alij Fortunam dicebant. Atque hinc Germani olim bellis & rapinis addicti, Deum ſuum vocarunt Gord, quaſi fortitudinis æquè ac fortunæ bellicæ præſidem.

Hac de cauſa Ancus Martius Fortunæ templum dedicauit, ſorore Numæ natus: videturque fortunam cognominem feciſſe fortitudini, cui ad obtinendam victoriam fortuna plurimum confert.

Itaque fortunæ, vti & aliis Diis ſuis, menſam variis deliciis refertam ponebant, quibus illas delectari arbitrabantur, vti etiam legitur *Daniel* 14. de Belo.

BVPALVS, inquit *Gyrald. ſyntag.* 16, primus omnium Fortunæ ſtatuam Smymæis effecit, polum capite ſuſtinentis, manúque Amalthææ cornu. Poſt hæc Pindarus Deam ipſam celebrauit. Verum iam ante Orpheus Fortunæ hymnum, cum thuris thymiamate concinuit.

Fuit & in Ægera vrbe Fortunæ ſimulacrum, geſtantis ſi-
H militer cornu copiæ iuxta quem cupido erat alatus. Qua re ſignificari putat Pauſanias, quod ea etiam, quæ ad amorem pertinent, fortuna magis quam pulchritudine mortalibus ſuccedant. Sic & *Lactantius lib. 3. cap.* 18 docet fortunam effigiari cum cornu copiæ & gubernaculo, tanquam opes tribueret, & humanarum rerum regimen obtineret.

Hinc *Plin. lib. 2. cap. 7.* exclamat: Toto mundo, & locis omnibus omnibuſque horis, omnium vocibus ſola fortuna inuocatur, & vna nominatur, vna accuſatur, vna agitur rea, vna cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conuiciis colitur. Volubiliſque exiſtimata, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorúmque fautrix, huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta, adeóque obnoxiæ ſumus ſortis, vt ſors ipſa pro Deo ſit, qua Deus probatur incertus.

Apud Rhamnum, Atticæ pagum, eidem quoque templum exſtructum fuit, à quo Rhamnuſia appellata.

Fuit & Romæ templum Deæ Fortunæ [illegible] ædéſque illa, quam A Lucul[illegible]s magni[illegible] opibus conſtruxerat, ei dicata.

Etiam Nortia apud Iuuenalem appellatur [illegible]atyr. 1[illegible]. *Si Nortia [illegible] Faniſſet.* Alij Nyrtia legunt eſtque locus fortunæ dedicatus, per Thuſcum autem [illegible] Seianum.

Erat quoque Fors Fortuna apud antiquos [illegible] ac ſ[illegible]mebatur in bonam partem, eius numini [illegible] Seruio Tullo Rom. Rege ſecundum Tyberin[illegible] vt Varro ſcribit[illegible] extra vrbem dedicatum fuerat[illegible] eique i[illegible] magna rerum proſperitate ſacrificabant. Ipſe autem Tullus f[illegible]unam per feneſtram ad ſe dilabi ſolitam aſſ[illegible]ebat.

Alij Fortunam velo ad[illegible]nat[illegible] [illegible] aut pilæ inſiſtentem pingebant[illegible] à tergo [illegible] vultuque toruo, fronte vero blandiente, atq[illegible] vulgò [illegible]primunt. Huncreferri poteſt [illegible] elegans deſcriptio [illegible] ex Horat. adſcripta.

Romani etiam colu[illegible] Fortunam [illegible] vt [illegible] glutinóque eam ſibi alligarent, ne [illegible]laberetur.

Fortuna varia Nomenclatura & Idea; a veteribus [illegible].

Varias Fortunæ nomenclaturas, quibus inexſpe[illegible] B rum euentus ſignificauit vetuſtas, & Deam eſſe voluit, c[illegible] lu[illegible]que, repetimus apud *Gyraldum Syntag.* 15. & *Briſſonium de Formulis lib.* 1. E multis præcipuas deſumpſimus, eaſque 14.

Prima erat Fortuna Primigenia, cui ædem Romæ in Capitolio à Seruio Tullo dicatam Liuius, & Plutarchus teſtantur: eique naturam adſtantem affingebant, teſte *Dione*.

Virginalis Fortuna erat, ad quam nubentium togulas deferebant, vt ex *Feſto* & *Arnobio* obſeruamus, & ad ritum nuptiarum ſpectabat.

Obſequentem Fortunam vrbes montéſque in naſſam trahentem effingebant.

Reducē Fortunā cū ciconia & hirundine, *cui templa priores ob reditum vouêre ducum*, vt teſtis eſt *Claudianus*, exprimebant.

Fortuna Reſpiciens velut opem afflictis latura, reflexo capite pingebatur.

Libera Fortuna cum pileo in manu, & catenis ad poſtē fixis.

Fortunam ſtatam ſiue erectam haſtile tenentem formabant.

Adiutrix Fortuna vlmo quā vitis cōplectebatur, innitebatur.

C Fortuna conſeruatrix cū orbis globo & nauis gubernaculo.

Felix Fortuna cū cornu Amalthææ adſtante illi Cupidine.

Manens Fortuna alas ponebat, & depoſitis talaribus, ac globo, cui innitebatur a ſe remoto, aſſidebat virtuti ſuper ſaxo cubico.

Fortuna Publica portam vrbis ingrediebatur cornu geſtans abundantiæ.

Equeſtris Fortuna equo inſidebat ſine freno. *Hæc Gyraldus & Briſſonius.*

Extat adhuc Romæ in Palatio Card. Farneſij cuilibet viſendum ingens Fortunæ ſimulacrum, forma muliebri & procera, manu orbem continens, cum hac inſcriptione: Fortunæ reduci domus Auguſti ſacrum.

SIMVLACRVM POPVLARE, EIVSQVE CAVSÆ.

Præter Simulacrorum imagines in ſuperioribus indicatas, vulgaris quædam circumfertur, cuius etiam exemplar à Veteribus deſumptum, nec caret ſua venere. Primū enim pingunt, vti etiam olim, Fortunam cæcam. Hoc Cebes Thebanus quo- D que in Tabula fecit. Mulier inquit, illa Fortuna vocatur, quæ ſuper rotundū lapide conſiſtens, cæca eſt, & inſana, ac ſurda.

Secundo muliebri forma pinxerunt. Audi *Artemidorum*: Mercurius, ait, iuuenis & adoleſcens, Hercules iuuenculus, Iupiter vir, ſenex Saturnus, Dioſcuri gemini adoleſcentes, Spes virgo, Diana & Minerua. Spes quidem ridens, Diana caſta facie, Minerua Gorgonem intuens, Fortuna mulier iuuenis, vetus Veſta, Parcæ tres mulieres veſtitæ, nudæ Horæ, Lauantes Nymphæ.

S. Aug. l. 4. de Ciu. Dei, c. 19. tradit muliebris Fortunæ ſimulacrum Romæ à matronis dedicatū & appellatum fuiſſe, quod & ſæpius locutū eſſe tradiderunt. Cauſam dat *Gyrald. ſynt. 16. & Pius lib. de Font. Rom.* Cum enim Coriolanus exul patriæ, nimirū Romæ, bellū intuliſſet, nec armis reſiſti poſſet, nec precibus, mulierū tamē lacrymis placatus eſt, ideóq; templū extructū Fortunæ muliebri via Latina, quarto ab Vrbe lapide.

Alij, vt inquit, *Gyrald. ſynt. 16.* inter maris vndam velificantem finxêre fortunam, alij in ſaxa aut montis cacumine ventis expoſitam, plerique rotæ inſiſtentem finxêre. Certè Apelles cum fortunam ipſe ſedentem pinxiſſet, rogatus cur id feciſſet? Quia inquit, nunquam ſtetit. Apud Scythas verò ſine pe[illegible]batur, vt manus tantum & [illegible] ſta[illegible] Apoda [illegible] pe[illegible] C[illegible]ant, le[illegible]ibus [illegible] Fu[illegible] t[illegible] fi[illegible] cum [illegible] e.

[illegible] quo [illegible] tem [illegible] in qui for[illegible] p[illegible] ca[illegible] h[illegible] Fur[illegible] [illegible]a.

Pi[illegible]æ. Hin[illegible] M[illegible] R[illegible] n[illegible] & f[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per C[illegible] [illegible]té [illegible] R[illegible] [illegible] a Fortunæ in [illegible] [illegible] Sep[illegible] eo: Ego me [illegible] Numa, & qui eum [illegible] Reg[illegible] [illegible], vt Principē alum[illegible] Romæ, & q[illegible] dixit, reuera Vrbē ferret. F

DE FORTVNATIS ET INFORTVNATIS.

APOPHTHEGMATA ETHNICORVM.

THALES ſciſcitatus, quemadmodum quis calamitatem optime ferre poſſet: Si, inquit, hoſtes videat in maiori verſari miſeria. *[illegible] ſerm. 18.*

CHILONIS ſententia huic non abſimilis eſt, qui dicebat, infortunatum non irridendum eſſe: forma cum inconſtans ſit, & noſtræ etiam fœlicitati inuideat. *Stob. ſerm. 109.* Idem ab Æſopo interrogatus, quid ageret Iupiter? Reſpondit. Excelſa deprimit, depreſſa extollit, indicans arbitrio numinis res hominum ſurſum deorſum volui, reuoluique. *Laert.*

ÆSOPVS quærenti, quid dij facerent? dixit, eos alia ſtruere, alia diruere. *Stob. ſerm. 103.*

BION interrogatus, quis eſſet in vita maximè anxius? Qui in maximis, inquit rebus cupit eſſe fortunatus. Is enim mille curis diſtorquetur, vt aſſequatur ardua: & aſſequutus, æque torquetur ne amittat. *Laert. lib. 4.* Idem dicere ſolebat, Fortunam diuitibus pecunias non dono dediſſe: ſed mutuò. Hæc enim, cùm ſuis bonis extra omnem ſpem nos euehit, ſuoque G pro arbitrio mox deprimit incautos. *Stob. ſerm. 103.*

SOCRATIS dicebat idem eſſe in ſecunda fortuna altum ſapere, & in lubrica via curſu certare. *Stob. ſerm. 103.*

BIAS eum demum infortunatum eſſe pronunciabat, qui infortunium ſuum æquo animo ferre non poſſet. *Max. ſer. 18.* Idem interrogatus, quid eſſet difficile? mutationem, inquit, ſecundæ fortunæ fortiter ferre. *Max. ſerm. 18.*

LEOTICHIDAS, roganti quo modo quis maxime præſentia bona tueretur? Si non omnia, inquit, fortunæ crediderit. *Briſſon. lib. 2. cap. 37.*

DIONYSIVS Iunior, amiſſo Imperio Corinthi agens, ſi quis ipſi moleſtus eſſet. Quam beati ſunt, qui à puero infelices fuere. *Stob. ſerm. 106. de inſperat. euentib.*

Conuenerant aliquando Dionyſius ſecundus, & Philippus Amyntæ F. cùmque in diuerſos ſermones incidiſſent: Philippus inter alia. Dionyſium rogabat. Quomodo, cum tantum regnum accepiſſet à parente, non id defendiſſet & con- H ſeruaſſet? Reſpondens non mirum eſt, ait: quoniam quum reliqua mihi pater omnia reliquiſſet, fortunam ſolam, qua ea parauerat, & tutatus fuerat: mihi non tradidit. *Ælian. lib. 12. de var. hiſt. & Briſon. lib. 2. cap. 37.*

DEMOCRATIS etiam bonum gubernatorē aliquando naufragium facere, & virum bonū vel induſtrium etiam infortunatum euadere, dicebat. *Ant. & Max. ſer. de fortun. bona & malo.*

SIMONIDES ad conuiuium à Pauſania vocatus, rogabatur inter conuiuandum, vt quodpiam ex philoſophiæ arcanis in medium adferret hoſpitibus, quod documento eſſet omnibus. Is itaque reſpondit Pauſaniæ: Memineris te hominem eſſe. Vidit verè Sapientiſſimus, Pauſaniam ex nimia fœlicitate ſuperbientem, quem hoc dicto ſui officij admonere voluit. Sed Pauſanias contempſit Philoſophi dictum. At cum iam in carcere cum fame luctaretur, eamque contumelioſiſſimam mortem præoculis cerneret, in memoriam philoſophi dictum reuocans: O hoſpes! ait, magnum quiddam in tuo erat ſermone; ego vero nimium fortunæ meæ fidens, eum nullius momenti eſſe putabam: vnde nunc miſerrime interire cogor. *Ælian. l. 9. de varia hiſt.*

CRŒSVS, conſultus à Cyro de bello [illegible] con-
A tra Tomy [illegible] in aſtutiſſimam Ægyptiorum [illegible], à qua tandem occiſus eſt: Si, tibi ait, [illegible] ſic videri [illegible], nihil eſt opus, vt meam tibi [illegible] dicam. Si [illegible] te quoque agnoſcis hominem, illud imprimis diſ[illegible] humanarum rerum circulum eſſe, qui rotatus, eo[illegible] ſemper fortunatos eſſe non ſinit. *Bruſon. l.2. c.32. ex* [illegible].

DEMETRIVS. Illum qui ſecundam fort[illegible] ferre nequeat, ne dextram quidem poſſe ferre dicebat. [illegible] 10. Idem. Nemo Demetrio fuit [illegible] mutatior. Itaque frequenter [illegible] bat in fortunam illud Æ[illegible] dicere. [illegible] me extuliſti, tu ipſa [illegible]. *Plut. in Demet.*

DARIVS Xerxis pater, in ſui laudem [illegible] ſeſe prælijs ac rebus a[illegible] prudent[illegible]. Atqui [illegible] prudentia nimio conſtat reip. [illegible] philoſophiæ præceptis haurire ſapientiam [illegible] experimentis miſeram, vt vocant, colligere prudentiam. [illegible] *ex Plut. apoph.*

Cum Philippo Macedoni [illegible] eſſet allatum, vno die multas res fœliciter ac proſpere geſta[illegible] eodem tempore vicerat in Olympiis, & Parmenio Dardanenſes prælio fuderat, & Olympias ipſi maſculum fœtum erat enixa) porrectis
B in cœlum manibus exclamauit: Et ô fortuna, inquit, pro tot tantiſque bonis leui quopiam malo me affice. Vir cordatiſſimus, non inſolenter geſtiit ob rerum ſucceſſum, ſed fortunæ indulgentiam ſuſpectam habuit, cuius ingenium eſſe nouerat, vt quibus exitium molitur, his prius noua rerum proſperitate blandiatur. Huc pertinet quod de Polycrate Samiorum tyranno refert. *P.in. Plut. in apoph. Fulg. l.7. c.2.*

APELLES interrogatus, cur ſedentem fortunam pinxiſſet? Reſpondit, quia loco ſtare non poteſt. *Stob. ſer. 130. Max ſer. 67.*

ROMVLVS infœlicitatem hominibus plurimum prodeſſe dicebat, eo quod in rebus aduerſis doceamus de rebus antea nobis ignotis. Multi enim cum ratione futura præuidere non poſſunt, patiendo res intelligunt demum. *Anton. in Meliſſa, p. 1. ſer. 70.* Idem. Eum nequaquam beatum prædicandum dixit, qui propter amicos, aut alias fortunæ dotes exultaret, hæc enim ſunt fallacia & caduca omnia, quæ fortuna in ſua poteſtate habet. *Max. ſer. 18.*

FABIVS MAX. Cum audiret Minutium collegam ab om-
C nibus mirum in modum collaudari, quod nonnullos hoſtes iam deieciſſet: ſe magis ſecundam Minutij fortunam, quam aduerſam pertimeſcere, dicebat. Non ignorabat enim, quam variæ eſſent fortunæ vices, &c. *Plut. in vit. Fabij Max.*

C. MARIVS, non ſanæ mentis hominem eſſe aiebat, qui ſe fortunæ committeret. *Bruſ. l.1. c.37.*

De Mario tyrannorum ſeptimo dictum eſt, quod vno die factus eſt Imperator, altero viſus eſt imperare, tertio interemptus eſt à milite, qui percuſſurus illum dixerit. Hic eſt gladius quem ipſe feciſti. Fuerat enim opifex ferrarius. Alluſit autem Interemptor ad illud prouerbium, tuo te gladio iugulo, *Tr. bell. Pollio.*

Celebratur Seueri Imp. dictum: Omnia fui, ſed nihil expedit. Sentiens, ſeſe ex humili loco, per literarum ac militiæ officia, plurimis gradibus fauore fortunæ, ad imperij faſtigium fuiſſe perductum: ſed nihil fœliciter ceſſiſſe, aut nulla in re ſibi placuiſſe. [illegible] *lius Spart.*

CHILON, quum quidā propter ſua mala doleret, Si aliorum omnium mala perpenderis, minus ægrè feres tua. *Stob. ſer. 18.*

PITTACVS prudentium virorum eſſe dixit, ne quid mali fiat cauere, fortium autem, id quod factum eſt, moderate
D ferre. *Stob. ferm. 18.*

DIOGENES in caſus quoſdam aduerſos quum incidiſſet, dicebat, Bene factū, ô fortuna: quod tam viriliter mihi præſueris. Idē in huiuſmodi caſibus alta voce cantillabat. *Stob. ſer. 106.*

ZENO naufragium paſſus; cum vnà cum opibus omnia amiſiſſet, immobili vultu, Euge inquit, fortuna, quam opportune me ad hoc palliolum redegiſti. *Max. ſer. 8.*

XANTIPPE dicebat, cum infinitæ mutationes & Rempub. & ipſos occupaſſent, in omnibus ſe ſimilem vidiſſe Socratis vultum & exeuntis domo & domum redeuntis. Ad omnes enim fortunæ vndique ingruentes procellas moderatus & concinnus erat. *Stob. ferm. 106.* Idem dicebat idem eſſe in gymnico certamine victum contumeliæ actionem aduerſarlo intentare, & in vita victum à fortuna eam accuſare; quaſi neſcias quo iure quibus legibus in vitæ certameu cum ipſa deſcenderimus. *Stob. ſer. de puſillanimitate.*

ARCHITAS Pythagoreus dicebat, non difficile eſſe aduerſam fortunam commode ferre, ſed proſperam. Omnes etenim, inquit, quandiu in miſeria permanent, vel plurimum mode- E
ratis modeſtiſque moribus eſſe videntur in rerum autem ſucceſſu [illegible]latis animis, &c. *Stob. ſer. de virtute.*

SEN[illegible] in Epiſtol[illegible] Nihil ait, neque mali, neque boni dare poteſt fortuna; [illegible] tior enim omni fortuna eſt animus, qui res ſuas in vtramque partem ducit, beatæque ac miſeræ vitæ ſibi eſt cauſa. Hinc *Iuuenalis: Nullū numen abeſt ſi ſit prudentia.*

ATTIVS apud Saluſtium, ad Cæſarem dixit. Fabrum ſuæ quen[illegible] fortunæ.

Et [illegible] apud *Iuſtinum l.21.* Buno Imperator haud magni momenti fortunam eſſe, mentem rationemque dominari.

CHRISTIANORVM EX APOPHTH.

LAVR. BEYSALINCK.

Vo[illegible] Fortunæ totas voluimus, & ſimul in eis admirandam [illegible] mutationem. eamque licet iniquam quandoque, æquo tamen fortique pectore toleratam. Videamus ergo quot beneficiorum gradibus Villegiſum bearit rerum domina Fortuna Patre rhedario natus, ab Othone III. de repentè primus inter Electores adoptatus, ne autem repentinus ille honor, cum ſupra id quod erat, efferret, ſæpius ru-
ctabat: Vide quis ſis, memēto quis fueris. Vnde rotas ſuo Mu- F
ſæo appingi curauit, ſubque ſubſcribi: Villegiſe priori ſtatus Fortunæ memor, quis nunc ſis conſidera. Hæc rota poſtmodū inſigne Archiepiſcopatui Maguntinenſi fuit, atque ab Henrico II. Imp. confirmatū. Obſeruabat ergo hic illud Auſonij:

Fortunam reuerenter habe, quicunque repente.

Diues ab exili progrediêre loco.

Ioan. Ziegierus de Viris illuſt. Ioan. Naucerus gener. 32. Bruſch de Epiſc.

BENEDICTVS XI. Pont. Max. genere obſcuro ortus, ac tenui fortuna, virtute ad Pontificatus apicem euectus, priſtinæ paupertatis memor erat. Venerat namque ad eum mater: quam ſplendidiori cultu, ac tali filio digno, ornauerant matronæ Rom. quæ, vbi in conſpectum eiuſdem veniſſet, diſſimulauit Pontifex ſe eam agnoſcere, ac monitus adeſſe matrem, Egon air, ſane ſpecioſo amictu matrem eſſe credam? non agnoſco, matrem enim & pauperem ſcio, & Ignobilem. Erubuere cuncti matrique eductæ pannoſas exuuias reddidere, quibus indutam, reducunt. Tunc genitricem amplexatus, G
Hoc, inquit, habitu matrem reliqui, & talem libenter agnoſco, recipioque. *Crantz. l.8. Metrop. c.46.*

FRANCISCVS I. Franc. R. & Carolus V. Imp. maxima Fortunæ luctatio fuerunt, omnes enim illius inſultus fortiſſimè & conſtanter ſuſtinuere. Captus à Cæſarianis Franciſcus apud Ticinum annum, cuſtodiæ in Hiſpanijs traditus, quò perductus, aduertit muro palatij, quod ei carceris loco erat, inſcriptum illud Caroli ſymbolum, Plus vltra, & ſtudio id factum ſuſpicatus, vt nempe ſuæ conditionis memor eſſet, variam & anci pitem belli aleam conſiderans, eodem charactere ſubiunxit: Hodie mihi, cras tibi, quod intuitus poſt dies paucos Carolus, firmum ſe formatumque ad omnes rerum euentus conteſtatus, laudabilem illam ſententiam ſubiunxit: Homo ſum, nihil humani à me alienum puto *Auct. Serm. memorab. Peuterus de Diuinat. Richit. in Axiomat.*

Quid verò Gelimeri Vandalorum Regi, ſimile ætas noſtra aon ſenſit aut vidit? Ducebatur iam victus & vinctus vnà cum coniuge, liberis, familia regia, à Iuſtiniano Imp. in triumphum: & non actus iniquæ ſortis caſibus, pleno & cachinnabili riſu defluxit, cúmque eum ob nimiom dolorem mente alienatum exiſtimarent, dicebat: Rideo Fortunæ viciſſitudi- H
nes, vt qui modò Rex fuerim, iam ſeruiam. *Philip. Camer. in Oper. ſucciſ. c.12.* Et ita obtinet illud Lyrici;

Fortuna læto ſæua negotio, &

Ludum inſolentem ludere pertinax,

Tranſmutat incertos honores,

Nunc mihi, nunc alij benigna.

GELIMERIS exēplum aliud illi par non indecorè ſequetur, quod Nicephorus poſthumæ ætati conſecrauit. Erat Seſoſtris Ægyptiorum Rex illuſtris, & felix, qui reges quam plures & maximas nationes ſuo imperio ſubiecerat. Verùm ex eo ſucceſſu in proterniam arrogantiam ſublatus, currum aureum & gemmatum conſtruxit, in quo confidens, quatuor ex deuictis Regibus quū eum protraherēt, iugo impoſito adhibuit, quod cùm crebriùs fieret, factum vt celebri quodam die vnus è quatuor iſtis Regibus, oculis conuerſis, aſſiduè volubilitatem rotæ intueretur. Quem cùm Seſoſtris rogaſſet, cur tam frequen

freque [illegible] rotam conjiceret, reſpo[illegible]iſſe feruni:
A Admir[illegible] & [illegible] pore rotam conſidere, dum eam inſtabili modo [illegible] & nunc quidem ſublimia demittentem, rurſus autem d[illegible] la ſublimantem conſpicor. Mouit ea reſponſio, & magis, cuius illa index erat, rerum humanarum viciſſitudo, ne [illegible] deinceps currum traherent: & Fortunæ inconſtantia. Seſoſtr[is] ſuſpecta, & deſpecta eſſe cœpit.

——— Sic omnia verti

Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes,
Concidere has, ſic magna fuit cenſ[illegible] viriſque,
Perque decem potuit tantum dare ſanguinis annos,
Nunc humilis veteres tantummodo T[roiæ] ruinas,
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.

Nicepb. l.8. c.29. P. Ioan. [illegible] in Orbita Probitatis, c.18.

At noſtri ſæculi & [illegible] quod ſubjicio. Occuparat Alxander Farneſius Parmæ Dux vrbiũ Ch[illegible] orbi[illegible] Antuerpiam: cum à viro nobili admoneretur Marti [illegible] rei, gloriam ſuam ad ſummum apicem attigiſſe, & m[illegible] Solet Fortuna, cum ad ſummum venit rotam voluere, & ſum-
B ma nimis commutans, nunquam diu ſtare. Quis vaticinium illud verum fuiſſe negabit, qui ſubſecutam eius fortunã mente complectitur? *Ianſonius l.5. Mercurij Gallo-Belg. pag.500.*

FORTVNÆ INCONSTANTIA. AGITATI VARIIS CASIBVS.

Ac Primum Populi. Vrbes.

Tarentini populari dominatione primum fuere potentiſſimi: annis poſterioribus illecebroſæ inualuere deliciæ, propter fortunam proſperam, adeo vt ludos in dies agerent, otioque diffluerent. *Athenæus l.12. Strabo l.6.*

Eo magnitudinis rem Piſanam erectam aliquando referunt, vt centum eorum familiæ totidem roſtratas naues ædificarent ſuo ſumptu, & ad Liguſticum bellum educerent, poſtea accedente ſuperbia, quæ opulentiam comitatur, & omnia negotiatione, ad Piſorum exilitatem à ſtupenda illa magnitudine deuenerunt. *Ionius l. hiſtor.*

Neque hic pluribus exemplis opus fuerit, cum quælibet Regio obuia ſuppeditet inconſtantiis fortunæ experimenta, in vrbibus, & familiis, quarum honores, opes & robora tranſmutantur, paucorum ſubinde annorum decurſu. Hieroſolyma, Roma, Carthago, Babylon, Athenæ, & noſtris tem-
C poribus Venetiæ, Antuerpia, Brugæ, aliæque innumeræ vrbes documento ſunt, quibus caſibus humanæ res ſubiaceant.

Homines vij variis caſibus agitati.

IACOB Patriarcha ſanctiſſimus, (in quo neſcias, maiorne ſanctitas fuerit, an prudentia) ſæpius humanarum rerum inconſtantiam expertus eſt. Nam cum opibus & liberis Cananæorum eſſet longè princeps, orbatur repentè filiorum cariſſimo: ſequitur hunc luctum dira fames: & qui cæteris mortalibus hoſpitalis erat ſolitus, ad alienas cogitur opes confugere. Turquet ſenem deſiderium decem filiorum in longinquam frumentationem profectorum. Additur duplex luctus, & ſi obſidis relicti, & alterius filij in ſuſpectam terram ablegandi: & vnius viuax ſenectus tot modis torquebatur, cum & is quem diu luxerat, & quibus deinde timebatur, repentè reſtituuntur: eamque tertiam, quam nuper impenſius horrebat, Ioſephi cupidus natali ſolo prætulit, In Ægyptum cum tota domo profectus; vbi honorificè à rege acceptus, agrumque ex ſententia adeptus, in otio & diuiti-
D arum affluentia extremum vitæ tempus exegit. *Sab. l.7. c.8.*

MOYSES Iſraëlitidis mulieris F. à matre propter metum tyranni Pharaonis expoſitus, à filia Pharaonis exceptus, in aula magnificè educatur. Cumque iam adoleuiſſet, & copiis Ægyptiorum præfectus, magna ſtrage Æthiopes viciſſet, alteramque iam certam ſpem regni per ſucceſſionem adipiſcendi, repentè ſunt illi omnia mutata. Perierat, niſi fuga ſolum vertiſſet: eſtque repentè ex duce exul factus, ex ſucceſſore infeſtiſſimus. Pauit proinde alienas oues diu in Troglodytide. Reuiſit demum iterum fortuna, ſed prouidentia verius dixerim: & qui nuper ſeruiebat, vi par regi objicitur: qui oues verſabat, ſexcentis hominũ millibus præficitur, qui vni Batueli erat notus, apud omnes omnibus fit gentibus illuſtris: & demũ qui fuit ſeruitute indignus, fit alienæ aſſerior, vſque adeò vis hæc (quæcúque eſt) omnia humana verſat, lætis triſtia miſcens, & læta triſtibus, nulla re magis quam varietate gaudens: & quà non expectatur, fere ſe ingerẽs, *Ibid.*

Nihil fuit Dauide ſanctius, nihil Salomone ſapientius: nec tamen domus vlla atrocioribus pluribuſque ſugillata eſt probris. Vt Dauidis iuuenta diſſimuletur, ſoceri ſæuitiæ &

furori [illegible] filior[illegible] cæd[illegible] ri[illegible] A[illegible] ctio [illegible] & [illegible] de [illegible] re[illegible] Sal[illegible] R[illegible] [illegible] & [illegible] l. [illegible] cũ[illegible] ſ[illegible] xij [illegible] A- ceſſit ærumn[illegible] treſce[illegible] mo[illegible] tam [illegible] recurſu [illegible] quæ in [illegible] *Sab.* [illegible] 8.

Pont[illegible], Cardinale

IOANNES XIII. Pontifex pop. Ro[illegible] ad[illegible] nem compulſo [illegible] habitu, [illegible] buit, fame confectus. *Fulg.* [illegible]

GREGORIVS VII. [illegible] Henric[illegible] vt brumali tempore nudi pedibus ad ſe Canuſium ire coëgerit, in Adriani molem tandem compulſus, Romam vidit à Normannis incenſam, & Clementem aduerſus ſe pontificem creatum. Poſtremò ne in vrbe quidem, vbi dignitatis faſtigium fuerat adeptus, contigit mori. Nullus Romanorum Pontificum maioribus eſt fortunæ fluctibus iactatus. *Sab. l.7. c.8.*

BONIFACIVS VIII. Pop. Guelforum factioni addictiſſimus, Gibellinis plurima intulit mala, & ab iiſdem quoque extrema paſſus eſt. Nam cùm acerbè Iacobum Ioannémque Columneſes Cardinales & Sarram eorum fratrem inſequeretur, non contentus Eccleſiaſticis eos honoribus priuaſſe, patrimonium etiam, atque alia bona, quæ poſſidebant, ademit. Sarra, diu per nemora errans, paſtorum miſericordia alebatur, nemini propter Bonifacij odium ac vires ſe credere auſus. Squalore igitur confectus, cùm inſuper prouiſſa barba demiſſique capilli totum obtegerent hominem: effigieto prorſus à conſueta ſpecie mutaverat, ac lacera veſte tectus, feræ potiùs quàm homini ſimilis videbatur. Huius vitæ iam propter longitudinem impatiens, ad mare deſcendit, tutiora loca inquiſiturus. Illic à piratis Catelanis captus non auſus ſe, ne Bonifacio Pontifici venderetur, detegere, remigariam ſeruitutem
G patienter accepit. Cùm poſtea piratæ cum triremibus Maſſiliã attigiſſent, non ignarus Sarra, inter Philippũ Gallorũ regem cognomine Pulchrum, ac Bonifacium Pontificem, graue odiũ atque inimicitias eſſe, clàm ſe ei detexit: redemptuſque à piratis in Galliam ad Philippum perducitur. Accepto igitur ſtipendio, & Gallis quibuſdã militibus, non ſimul, ſed ſenſim ſequi iuſſis, Sarra cum Agnaniois ciuibus, Gibellinæ factionis inita conſpiratione, ſcalis Ananiam Latij vrbem ingreſſus, Bonifacium ſecurè in patria agentem cepit: ei primùm theſauros omnes ademit: deinde re verbóque non ſecus atque in hoſtem inuectus, vinctum Romam deduxit, vbi eum Tiberi immerſiſſe putatus eſt quanquam quidam ſcripſerunt, Sarram à vi in Bonifacium temperaſſe, ſed Bonifacium nimia indignatione Interiiſſe. *Fulg. l.6. c.11. & Sab. l.7. c.8.*

IOANNES XIII. poſt quartum indepti Pontificatus annum, cùm eſſet in Conſtantienſi Concilio, damnationem ſuam confirmare, deinde Pontificatum deponere coactus, cùm fugam tentaſſe, in inſula Rheni, cui S. Marci nomen eſt, in car- H
cere aſſeruatus eſt: atque ab eo loco ad Bauariæ ducem tranſmiſſus, triennium per ignominiam, in rerum omnium neceſſitate, tranſegit. Coëmpta demũm (ab amicis adiutus magno auri pondere) fuga, Florentiam periit, vbi Martinus quintus erat, eius in Pontificatu ſucceſſor. Illic non ſine omnium admiratione, & commiſeratione (quia in fugitiui hominis forma, lacrymabundus, humi genu nixus, ſupplicare aliis cernebatur, cui principes, reges, Imperatorque ipſe non modo paruerant, verum etiam pedes venerabundi conſueuerant deoſculari: qui præterea multos ad Cardinalatus honorem euexerat, tunc Pontifici aſſidentes) Pontificatu priuatus, ingentis luco muneris, Cardinalatum accepit. *Fulg. l.6. c.15.*

IOANNES VITELLIVS, paruo loco Corneti ciuitate Ethruſca ortus, à prima ætate literis operam dedit: poſtea mutatis ſtudiis, libros armis, atque equis mutauit, ſtipendia cũ Tartalia militari duce clariſſimo prima fecit: eius quoque precibus à Martino V. Pontifice Protonotoriatus honorem adeptus eſt. Deinde ab Eugenio IV. in Cardinalium numerũ receptus, Eccleſiaſtico equitatui præfuit, atque adeo vel vi, vel alia arte, Eugenio

A Eugenio ſucceſſurus putabatur, aut fort[illegible] entem etiam Pontificatu deiectutus, Pòſt cum atn[illegible] equ[illegible] tum trans amnem Tyberim duceret, per [illegible] S. Angeli adhærei, te enit te[illegible] ate [illegible] portam, ita vt vltra progredi prohiberetur [illegible] valneratus ac captus, intra arcem [illegible]actus eſt eaque [illegible] cte necat[illegible]s, tum nudus in publicum [illegible]atus, vt per [illegible] a populo Romano ſpectar[illegible]tur. *Idem.*

Thomas Volſævs, lani[illegible] p[illegible]te natu[illegible] Henrici VIII. Anglorum Regi ſac[illegible]lan[illegible] um [illegible] Regi [illegible] aſſet, Lincolnienſis primùm, hinc Eb[illegible]nſis Ar[illegible]hiepiſcopus, regni Cancellarius [illegible]ardin. Dune[illegible] denique [illegible]piſcopus, regibus ſeſe æquatum exiſtim[illegible] [illegible] auaritiæ argumenta, æs alienum à [illegible] ne diſſolueretur, licèt ſyngraphæ regiæ interpoſitæ eſſ[illegible], auctor fuit, non mutuum, ſed donum ho[illegible] populi [illegible] dictitans. Cœnobia monachorum compilauit, vt duo collegia literaria inſtitueret. Cùm Toletanum Archiepiſcopatum per Carolum V. conſequi non poſſet, bellum Cæſari Henrici nomine indicendum curauit. Sed ea ſatiata eſt eius ſitis, Vintonienſi Epiſcopatu. Cùm à regina Catharina de emendandis moribus liberè

B admoneretur, odio concepto regi auctor fuit Catharinæ repudiandæ, ea ſpe, vt ſororem Franciſci regis duceret. At rex cùm animum adiecisset Annæ Vicecomitis Roehefordiæ F. ægre ferens ſe à Volſæo ita circumduci, omni dignitate & fortunis ſpoliatum in diœceſim Eboracenſem relegauit. Vbi cùm more ſuo pontificali ſede reſidere vellet, iuſſu Regis captus, dum Londinum ducitur, Leceſtriæ obiit. *Polyd. l.27.*

Principes, Reges, Tyranni, Imperatores variis caſibus agitati.

Ioas Ochoziæ Iudæorum Regis F. cùm in crepundiis eſſet, omni viri ſtirpe Dauidicæ gentis, crudeliſſimo Athaliæ auiæ Imperio vno die extincta, vita donatus eſt, regno ſpoliatus. Puer tamen adhuc regnum recepit: receptum turpiter amiſiſſet, niſi illud aliquanto turpius omni regia gaza fuiſſet ab eo redemptum. Ad poſtremum, ferrum, quod infans aliena effugit ſolertia, ſua ipſius effugere non potuit. *Sab. l.7. c.*

Hyrcanvs Iudæorum rex atque Pontifex, à fratre Ariſtobulo pulſus, & poſtea per Pompeium recuperato regno cum omnibus, quæ ante poſſederat, eius poſſeſſionem quadraginta annos quietè retinuit. Deinde à nepote Antiocho, & Ariſtobuli filio: atque Parthis pulſus, deſectis auribus, in Parthiam captiuus eſt abductus. Cùm poſtea Antigono Herodes ſucceſſit, arte magniſque promiſſis iterum in Iudæam

C perductus Hyrcanus, cùm in priuata fortuna quieturum ſe ſperaret, propter falſas ſuſpiciones ab Herode occiſus fuit: in eòque Aſſamonæorum regnum finem accepit. *Fulg. l 6. c.11.*

Amphitryon ad aram mactandus à Lyco, ad chorum Senum inquit apud *Eurip. in Hercule furente:*

> ὁρᾶτε μ᾽ ὅσπερ ἦ περίβλεπτος βροτοῖς,
> ὀνομαστὰ πράσσων, καί μ᾽ ἀφείλεθ᾽ ἡ τύχη
> ὥσπερ πτερὸν πρὸς αἰθέρ᾽ ἡμέρᾳ μιᾷ.

Aſpicite, qui etiam conſpicuus mortalibus, præclara peragens, [illegible] deiecit, fortuna veluti plumam ad æthera vna die.

Chorus Senum, de Lyco, qui per vim regnum Thebanum abſente Hercule inuaſerat, ab Hercule occidendo, *apud Euripidem in Hercule furente.*

> Μεταβολὰ κακῶν.
> μέγας ὁ πρόσθ᾽ ἄναξ,
> πάλιν ὑποστρέφει
> βίοτον εἰς Ἅιδαν.
> ἰὼ δίκα καὶ θεῶν
D
> παλίρρους πότμος.

Commutatio eſt malorum magnus antea rex, iterum deflectet vitam ad Plutonem. Heu iuſtitiam, & deorum retrofluens fatum

De Priamo Aſiæ rege potentiſſimo ita *Iuuenalis ſatyra* 10.

> *Incolumi Troia Priamus veniſſet ad vmbras.*
> *Aſſaraci magni ſolemnibus, Hectore funus*
> *Portante ac reliquis fratrum ceruicibus, inter*
> *Iliadum lacrymas, vt primos edere planctus,*
> *Caſſandra inciperet ſciſſaque Polixena palla.*
> *Si foret extinctus diuerſo tempore quo iam*
> *Cœperat audaces Paris ædificare carinas.*
> *Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit*
> *Euerſa, & flammis Aſiam ferróque cadentem.*
> *Tunc miles tremulus poſita tulit arma tiara,*
> *Et ruit ante aram ſummi Iouis, vt vetulus bos,*
> *Qui Domini cultris tenue & miſerabile collum*
> *Præbet, ab ingrato iam faſtiditus aratro.*

Item *Seneca Troiadibus.*

> *—— Ille tot regum parens* E
> *Caret ſepulcro Priamus, & flamma indiget,*
> *Ardente Troia.*

Æscyl[illegible]vs inducit Chorum in Agamennone canentem augurantem graue malum inſtare Agamennoni, cuius venti antea fuerant valde ſecundi: adeòque metuentem, ne propinquus ſit terminus proſperarum ipſius rerum:

> μάλα γάρ τοι τᾶς πολλᾶς
> ὑγιείας ἀκόρεστον
> τέρμα. [illegible]
> [illegible] ὁμότοιχος ἐρείδει.

Victorius l.16. Var. lect. c.19.

Crœsvs Lydorum rex, qui antea felix, rebúſque florentiſſimis [illegible]tebatur, Cyrum in ſe prouocauit: à quo victus, in m[illegible]nas calamitates deuenit, & prouerbio locum fecit, Viro Lydo negotium non erat: at ipſe foras profectus pauit. *Zenodotus, & Eraſm. in Adag.*

Crœsvs conſultus à Cyro de bello ſuſcipiendo contra Tomyrim reginam Maſſagetarum: Si tibi, ait eſſe videris immortalis, nihil eſt opus, vt meam tibi ſententiam dicam. Si verò te quoque agnoſcis hominem, illud inprimis diſcito, talem humanarum rerum circum eſſe, qui rotatus, eoſdem ſemper fortunatos eſſe non ſinit. Cyrus imperandi libidine F accenſus, Crœſo non paruit. Itaque in eo bello periit. *Bruſon. l.2. c.37. ex Herod. l.1. Ouid. l.4. de Ponto 3.*

> *Diuitis audita eſt cui non opulentia Crœſi:*
> *Nempe tamen vitam captus ab hoſte tulit.*

Polycrates Æacis F. Samum inſulam armis occupatam cum Pantagnoto & Syloſonte fratribus primò tenuit: mox horum vno interfecto, alteróque in exilium actus, ſolus tyrannidem exercuit. Res huius tā celeri curſu creuêre, vt vnius Polycratis felicitas, tota Græcia & Ionia celebri prædicatione extolleretur. Nihil ille tam arduū moliebatur, aut tam difficile, in quo non fortuna eius votis reſponderet. Aderant Polycrati centū biremes, & in his ſagittarij mille: quibus opibus fretus, vtraſque Ægæi maris oram eum interiectis inſulis ſuæ iniuriæ reddidit obnoxiā: eò fiduciæ prouectus, vt vulgò prædicaret, Se magis iis gratificari, quibus adepta reſtitueret, quàm quibus nihil ademiſſet. Omnes eius conatus placido excipiebantur itinere, ſpes certum cupitæ rei fructū apprehendebat: vota nuncupabantur, ſimul & ſoluebantur: velle ac poſſe in æquo poſitū erat: ſemel dūtaxat vultū mutauit perquàm breui triſtitiæ ſalebra ſucceſſum, tunc, cùm admodum gratū ſibi annulum, conſilio Amaſis Ægyptiorū Regis, de in- G duſtria in profundū, ne omnis incōmodi expers eſſet, abiecit: quē tamen continuò recuperauit, capto piſce, qui eum deuorauerat. Sed hunc, cuius felicitas ſemper plenis velis proſperū curſum tenuit, Orœtes Darij Regis præfectus, in excelſiſſimo Mycalēſis mōtis vertice cruci affixit: ex qua putres eius artus, & rabido cruore manantia membra, atque illā læuam, cui Neptunus annulū piſcatoris manu reſtituerat, ſitu marcidam, Samos amara ſeruitute aliquandiu preſſa, liberis ac lætis oculis aſpexit. *Val. l.6. c.11. & Herod. l.3. & Sabell. l.7. Enn.2.* Hiſtoriam quatuor verſibus complexus eſt *Nazianzenus.*

> ὦ Σάμιον ποτ᾽ ἄναξ σὺ πολύολβος [illegible],
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]

Dionysivs iunior tyrannus Syracuſiorum, poſſidebat non pauciores quadringentis triremes & quinqueremes, pedeſtres copias ad centum millia hominum, equitum nouem millia: in promptu habebat omnem apparatum bellicū quingentis na- H uibus. Reconditum frumentum ad centū modiorum myriades, & armamentarium ſcutis, gladiis, haſtis, tibialibus innumeris, thoracibus & catapultis plenum refertúmque. Verùm paulò pòſt ſenſit, labante fortuna, omnium ſuarum rerū perniecioſiſſimas viciſſitudines. Ab Icete enim Leontinorū tyranno obſidione preſſus, quum præter arcem Syracuſanā omnia amiſiſſet, Timoleontis Corinthij fidei ſe dedens, cum pecunia & paucis amicis in Timoleontis eſt caſtra clàm Icete deuectus. Ac tum primùm priuatus & demiſſus eſt viſus, vnóque nauigio cū modico pecuniæ Corinthū deportatus: qui in tyrannide natus fuiſſet & enutritus omniū clariſſima & maxima, quā decem annos tenuerat, alios fuerat duodecim a bello per Dionem geſto certaminibus & bellis iactatis. Hic ſcelera ſua ſuperauit calamitatibus: filiorum enim adulterum funera, filias virgines cōſpexit conſtupratas, ſororis eluſdémque cōiugis obſcœniſſimis libidinibus ab hoſtibus violatū corpus,

eam

ingen Mi[illegible] adorta eſſet, Coccinúmque oppidum op-
A pugnare cœp[illegible]et, anno 14‑4. virgo Matulia, vt patrem inter
pug[illegible]ntes [illegible]ubuiſſe conſpexit, eiuſumque aciem ad fugam
ſpect[illegible]re paterno clypeo gladioque [illegible]o, hoſtes iamiam
irr[illegible]os a muris repulit. *Sab. lib. 10. Dec. 3. & lib. 7. En. 10. & [illegible] cap. 74. Aſie, & Calius lib. 35. Anti[illegible].*

Cùm Mahometus Baſſ. Budenſis Solymanni nomine, Agriã
Vngariæ vrbem obſideret an. M.D.L[illegible]. viris permixtæ Femi-
næ fortiter aduerſus hoſtem pu[illegible]narunt. In his Iuuencula
cùm matre marito pugnanti aſſiſtebat. Intetempio illo, hor-
tabatur mater filiam ad ſepeliendum maritum. Tum filia, Exe-
quiæ alterius erunt temporis, inquit, & arreptu mariti ſcuto
& gladio, trium Turcarum morte mariti parentauit eun-
démque mox in humeros ſublatum terræ mandauit. Al[illegible]
quædam ingens ſaxum capite geſtabat, vt in confertam ho-
ſtium multitudinem illud deiiceret. Molienti pila ferrea ca-
put abſtulit. Filia matri proxima, ſaxum ſanguinolentum,
vindicta ardens, in hoſtes deiecit, duos interemit, aliquot
alios gladio trucidauit, paſſimque circumcurrens, ad defe-
B dendam patriam heroica voce omnes hortabatur. Accidi[illegible] &
illud, vt cùm in acie pro muris ſtarent, pila ferrea tres mulie-
res miſerandum in modum lacerauerit, & cruore mortuarum
reliquas aſperſerit, quæ tanto furore populares ſuas ſunt vl-
tæ, vt bellicoſiſſimi Turcæ deſperata expugnatione, non ma-
gis virorum quàm Amazonum robore ſe victos turpi diſceſ-
ſu faterentur. *Aſcanius Centorius l. 5. com. Belli Tranſſylvania.*

ARCES FORTITER TVERI.

Galli Capitolium obſidentes, cùm locum præruptum ani-
maduertiſſent, per quem Pontius Cominius clam aſcenderat,
à Camillo ad obſeſſos miſſus, eadem via aſcendère noctu, vt
nec homo eos, nec canis ſenſerit. Sacri anſeres ad ædem
Iunonis alebantur aliàs liberaliter, nunc parcè, & anguſto
ſuppeditante ipſis commeatu neglecti affligebantur. Eſt au-
tem illud animal alioqui ſua ſponte acris auditus, & ad om-
nem ſtrepitum expaueſcens. Hos & inedia inſomnes, & tur-
bidos minimè Gallorum ingreſſus fefellit: ſed curſu & clan-
gore delati ad Romanos, omnes excitauerunt. Et iam Barba-
ri quoque vt ſenſerunt ſe detectos, ingentem ſuſtollentes
C clamorem, maiore vi intulerunt ſeſe Romani raptis confe-
ſtim armis, quæ cuique obuia erant ex præſenti copia, ob-
iiciunt ſe hoſtibus. Primus omnium M. Manlius vir conſu-
laris, cùm corpore valido, tum animo inſigni, duobus ſimul
hoſtibus occurrens: alterius, qui ſuſtulerat ſecurim, quam
cupida vocant, dexteram eius enſe amputat: alterum vmbo-
ne in faciem ictum retrò præcipitat de ſaxo. Inde muro ſu-
perſtans cum iis, quos feſtinatio ei aggregauit, paucos reli-
quos, qui aſcenderant, cùm nihil deſignaſſent memorabile,
deturbat. Ita depulſo periculo, præfectum vigilum prima lu-
ce præcipitant de ſaxo ad ima. Manlio victoriæ præmium
honore, quàm emolumento ampliùs decernunt, cui omnes,
quantum quiſque in diem commeatus recipiebat, ſea libras
farris vel quartarios vini contulêre. *Plutarch. in Camillo.*

PONTES FORTITER DEFENDERE.

Noruegenſis quidam miles, cùm Haraldus Noruegiorum
rex Roſtonem in Angliæ regnum contra Haraldum Anglo-
rum regem Toſtonis fratrem reducere vellet, ad Deruentam
fluuium Anglos pontem tranſituros ſolus cohibuit. Quo fa-
cto, hoſtes miraculo fortitudinis ſtupefacti, vno momento
D huic vni inſidias tendunt, quem vi ſuperare non poterant.
Pons ligneus, & eius medius tranſitus multas rimulas ha-
bebat. Dum igitur alij Noruegienſem in pugna occupatum
tenent, vnus ſponte, lintre clàm vectus, telo inguina perfo-
dit. *Polyd. lib. 8.*

FORTITVDO OFFENSIVA HOSTIVM.

VITÆ FORTITER INSIDIARI: OCCIDERE,
Repellere, Suſtinere.

☞ *Huc pleráque ex Tit. Fortes milites. Item Monomachia.*

IONATHAN Saul regis F. ſolo comitante armigero ſuo præ-
ſidium Palæſtinorum vltra Machmas in prærupto loco ador-
tus, viginti illorum occidit. Ex quo tantus terror Palæſti-
nos inuaſit, vt terra ipſa terrore diuinitùs incuſſo contre-
miſcet: Saulus tea occaſione iſta vſus, & Palæſtinorum ca-
ſtra aggreſſus, maximorum illorum ſtragem edidit, cùm ipſi
ferrum in ſeipſos conuerterent. 1. *Reg 15.*

Inter multa Dauidis Iudæorum regis admiranda fortitu-
dinis facinora, illud vnum inſtar omnium erit, quòd Ammo-
nitas, Syróſque longè inferior numero adortus, cùm ipſe
int[illegible] primos fortiter dimicaret. Ammonitarum ducem C[illegible]
dam, qui Sobachu[illegible] dicebatur, [illegible] fortiſſimum [illegible]
obt[illegible]cauit. *[illegible] l. 3. cap. 1.*

Hamar[illegible] Th[illegible]pientis F[illegible] ven[illegible]
ſibus [illegible] conſumptis omnib[illegible]
hoſt[illegible]s pugn[illegible]it. *Æl. l. 6. de Var. hiſt.*

Ariſtomenem Meſſenium tre[illegible] eorum [illegible] p[illegible]
cæſorum ex Lacedæmonii[illegible] Di[illegible] mo[illegible]
t[illegible] *Plut. in [illegible] Romuli, & Sab. l. 4.*

Braſidas in prælio lancea per[illegible]cum ictus [illegible]
vulnere ext[illegible]a hoſtem peremit. [illegible]
ratu[illegible]eſſet Prode[illegible] quit, me c[illegible] pe[illegible]. *Plut. in Apoph.*

A[illegible] Platæas M[illegible]onius dux, cum [illegible] à Xe-
[illegible] Græcia [illegible]us, cum Græc[illegible] pugnan[illegible]neſto,
[illegible] inter Spartiatas ex[illegible]mo oc[illegible]ſus eſt q[illegible] quandiu
poſt be[illegible]um Medic[illegible] trecentos viro[illegible], apud
St[illegible]yclerum [illegible]mnibus Meſſenii[illegible] confli[illegible] vbi ipſe &
tr[illegible] *Herod.*

In pugna ad Platæas Sophanes Eutychidis F. Athenienſis,
[illegible] Decel[illegible] [illegible] ſermone celebratur: Vno fertur
geſtaſſe f[illegible] anchoram a baltheo thoracis catenâ alliga- F
tam quam quoties aduentantibus hoſtibus propinquus erat,
obiiciebat, ne illi irruentes ipſum ex ordine ſummouere
poſſent. Rurſus eiſdem in fugam conuertentibus reſumpta
anchora ita fugientes inſequebatur. Altero fertur geſtaſſe
anchoram non ferream ex baltheo alligatam, ſed inſignitam
in ſcuto, quod nunquam acquieſcens aſſiduè rotabatur. *Ibid.*

Veientes à Romulo ad Fidenas victi ſunt magna ſtrage,
vbi victoriam præcipuè virtute partam Romuli fuiſſe, cuius
conſilium cum pari audacia eluxit, robutque & pernicitas
pluſquam humana, omnes fatentur. Quod autem iactitant
nonnulli, ſanè quàm eſt fabuloſum, atque adeò à fide abhor-
rens prorſus, quatuordecim millium cæſorum, ſuamet manu
amplius dimidium interfeciſſe Romulum. Nam ſimile com-
mentum iactant de Ariſtomene Meſſenij, trecentas eum vi-
ctimas mactaſſe, ob totidem cæſos Lacedæmonios. *Plutarch. in Romulo.*

ALEXANDER Magnus tener adhuc annis, memorabili illa
pugna ad Chæroneam à Patre Philippo edita, qua Græciæ
opes funditus concidère, primus omnium impetum fecit in G
ſacram Thebanorum cohortem: quæ quò inſigniùs dimica-
uit, eò maius huic reliquit nomen, per quem primùm im-
pulſa eſt. *Sab. l. 1. cap. 4.*

LONGINVS eques ex Rom. acie in Iudæorum aciem, dum
Hieroſolyma oppugnaret, irruens, iiſque diiectis, duos for-
tiſſimos interemit, & ad ſuos incolumis rediit. *Ioſephus l. 6. cap. 8. Bell. Iud.*

VASPASIANO Iotapatam Galilææ oppidum oppugnante, duo
fratres Galilæi Netiras & Philippus in decimam legionem
Rom. tanto impetu irruerunt, vt & aciem Romanorum
perruperint, & omnes in fugam verterint. *Idem l. 3. cap. 9.*

SIMON SAVL F. Scythopolita Iudæus, corporis robore ex-
cellens, vt qui bello Iudaico ſæpè ſolus integram aciem ſu-
ſtinuerit. Commendandus profectò, niſi hoc robore contra
ſuos contribules vſi fuiſſet. *Idem l. 2. cap. 19.*

AVRELIANVS Imp. Sarmatico bello, quemadmodum Theo-
clius prodidit, qui geſta Cæſarum ſcripſit, octo & quadra-
ginta hoſtes vno die propria manu occidit. Pluribus verò
bellis ſupra nongentos quinquaginta. Militari ſaltatione,
quam bellorum feriis inter ſe milites de more celebrabant, H
illud fuit carmen de Aureliano inſertum: Mille viuat an-
nos, qui mille occidit. Tantum vini bibit quantum fudit
ſanguinis. Et aliud in eandem ſententiam de eo à militibus
iocularitet iactatum: Mille Sarmatas & mille Gallos ſæpius
occidimus mille Perſas quærimus. *Sab. l. 7. Enn. 7. ex Vopiſco.*

BARDAS Selerus ſiue Durus, prætor Orientis, contra Ro-
xolanos ſub Ioanne Zimiſce Imp. bellum gerebat. Quidam
è Scythis corporis mole & animi audacia inſignis, cernens
Durum ordines ſuos obequitantem, atque adhortantem, vt
animo præſenti eſſent, in illum irruit ſtricto enſe. Ei Durus
tanto impetu plagam intulit in caput, vt Scytham medium
ſecaret, ac partes diſſectæ vtrinque ab equo deciderent. Quo
facto, Barbari conſternati, in fugam ſunt conuerſi ſubitò.
Quos Romani inſectati, multos trucidarunt, nec non pau-
cos ceperunt. *Cuſpin. A. D.*

In eo prælio, quod ad Formias à Romualdo Grimoaldi
Longobardorum regis F. contra Conſtantem Imp. geſtum eſt,
cum

eum ancipiti ab vtraque parte dimicare [illegible], Am. lon-
A gus quid[illegible], qui regiam haſtam ferebat [illegible] Lon-
gobardos memorabili caſu tradit. Q[illegible] ban barbas
manibus n[illegible], Græcum [illegible]uendam [illegible]
mole percuſſit, vt ipſum a ſ[illegible] decu[illegible] haſta infi-
xum in ſubli[illegible]e ſupra caput extulerit, [illegible] ingenti no-
uy rei admir[illegible]tione prope atton[illegible]. Q[illegible] Græci [illegible]de-
runt, metu perterri[illegible] fug[illegible] [illegible] non du-
biam Romualdo victoriam [illegible] [illegible]egni Ital.

Artvrvs, rex Britanniæ [illegible] exe[illegible] proceden-
contra Saxones, Scotos, & P[illegible] gladio nomine
Calibum, & auream galeam ſimulacro draconis [illegible] ipſam
capite geſt[illegible]n [illegible]lypeumque humeris impun[illegible] [illegible]ucem
quoque, quæ Ron vocabatur, aſſumen[illegible], o[illegible] cladi [illegible]47[illegible]
viros interfe[illegible] cæteros in fugam conuer[illegible] principibus
necatis. *Sigebertus in Chro*[illegible].

Henricvs [illegible]I. Angl[illegible] rex, in [illegible] [illegible]on[illegible]tes
rebelles non minus boni [illegible] quam [illegible] officio
functus, ſex & triginta homines eo die co[illegible], anno [illegible]4[illegible]
*Polydorus lib.*21.

Mahomaro Turcorum tyranno, Be[illegible]g[illegible] [illegible]n oppugnante,
B Boëmus quidam miles, cùm vidiſſet Turcam cum vexillo
Turcico murum iam conſcendiſſe, eóque metu pleroſque mi-
litum perculſos, fugam in arcem paraſſe, compleaus lucta
Turcam, ad Io. Capiſtranum legatum pontificium infeſtius
ſtantem clamans. Si, inquit, ſponte mea cum hunc iſto me de
muro præcipitauero, illi commorituros, quid de anima mea
erit? Illo reſpondente, Saluam ſine dubio fore: deiecit ſe
protinus, mortéque hoſtis & ſua ſocios ſeruauit. *Dubr.l.*29.

LIBERTATEM HOSTIBVS FORTITER ERIPERE:

Capara Hostes.

Conſule Tit. Prudenter Libertati aliorum inſidiari, quatenus fortitudinem prudentia iunctam habet.

In expugnatione Hieroſolymitana cùm Iudæi murum; quo
vrbem Titus Imp. circumdederat, perrumpere ſtuderent, qui-
dam ex ala equitum, Pedanius nomine, Iudæis in fugam ver-
ſis, atque in vallem coactis, quum in aduerſum montem à la-
tere incitato præteruectus, rapit vnum ex hoſtibus fugam
C petentem, iuuenem & graoam corpore, & armis vndique te-
ptum, tale comprehenſum, tantum ſe inclinauit equo cur-
rente, tantúmque dexteræ robur, itémque cæteris corporis,
& equeſtris peritiæ demonſtrauit. Iſte quidem tanquam mu-
nus aliquod rapuiſſet, captiuum ferens, ad Cæſarem venit.
Titus autem vires eius, qui ceperat, admiratus, & captiuo,
quia murum aggredi tentauerat, ſupplicio tradito, ipſo tem-
pli oppugnationem curabat, vtque aggeres maturè fierent,
perurgebat. *Ioſephus l.*7.*cap.*5.*Belli Iud.*

Excisis Hieroſolymis, Lucilius Baſſus legatus in Iudæam
miſſus à Veſpaſiano, Herodium arcem munitiſſimam obſedit.
Oppidani duci Eleazaro iuuene fortiſſimo, crebris excurſio-
nibus Romanos vexabant. Quodam die è pugna rediens,
cùm contempto hoſtium extra portas manſiſſet, & cum iis
qui in muro ſtabant, ſecure loqueretur: Ægyptius quidam
Ruffus nomine, occaſione captata, factóque impetu, cum ipſis
eum armis in caſtra Rom. portauit. Baſſus eum nudatum vir-
gis cædi, & in crucem erigi iuſſit. Oppidani miſericordia
moti tam præclari iuuenis, vt eius vitam redimerent, deditio-
nem fecêre. *Ioſephus l.*8.*cap.*25.*Belli Iud.*

D Iphicrates, qui filius habebatur ſutoris, nullo loco nu-
merabatur. Verùm tunc primùm eſt factus celebris, cùm ho-
ſtem ſaucium vna cum armis corripuit, atque viuum in tri-
remem ſuam tranſportauit. *Plut.in Apoph.*

Romam miles in Veiorum obſidione, Veientem augntem,
cui aliquandiu familiariſſimus extiterat, colloquij prætextu
longiùs ab vrbe tractum, Romanis caſtris ſublimem intulit.
Eúmque, vt Romanis etiam occupandæ ſuæ patriæ rationem
oſtenderet, coëgit. *Plut. in Themiſtocle.*

Simili ratione Chriſtianus miles, Latinis contra Sulta-
num Ægyptium rem gerentibus, Characucem Saracenum
corpore paruum, ſed ingenio magnum, ſub ſpecie colloquij
ſublimem arreptum in caſtra retulit. *Æmilius.*

Lvponvs Hiſpanus miles, curſu & viribus tantum valebat,
vt ariete etiam humeris impoſito, velociſſimi cuiuſq; curſum
adæquaret. Hunc Ferd. Piſcarius, quum certiora de hoſtium
Gallorum conſiliis, qui Modoëtiam ſe receperant, cognoſcere
cuperet, propoſito præmio impulit, vt ad munitiones Gallorũ
excurreret, & aliquid ipſius ingenio & ſolertia dignũ referre
vellet: quand[illegible] pedu[illegible] [illegible]
E poſſ[illegible] vi[illegible] [illegible] p[illegible] [illegible]
[illegible] dite [illegible] [illegible] ii pr[illegible]
[illegible]oque [illegible] [illegible]
[illegible]al[illegible], cum q[illegible] [illegible]
in exc[illegible] [illegible]
catum hu[illegible] [illegible]
proderent [illegible] [illegible]
exerci[illegible]. V[illegible] [illegible]o haud [illegible] fuit,
hora q[illegible] en[illegible] [illegible]p[illegible]ttana, cum [illegible] [illegible] hoſtes
in opere, q[illegible]o [illegible] [illegible] caſtra in-
greſſum parabant, occupatos eſt adortus, tanto H[illegible]panorum
impetu, & perturbatione Gall[illegible]rũ, vt multis in foſſa oppreſ-
ſi[illegible], & [illegible] cæteri[illegible] qui in ſtatione erant, cum cæde profligatis; totá
Gallia caſtra ad eum tumultũ, vt in ſubita [illegible] conclama-
tione, timore & ſtrepitu complerentur. *Iouius in Piſcario l.*21.

Magnvs Sforcia, Magiſter equitum reginæ Neapolita-
næ Ioannæ, clam ab inuidis apud Iacobum Martiæ comitem
Ioannæ maritum falsò delatus fuit, quaſi mœchus reginæ:
conſpiratione que inita, Beneuenti ex inſidiis captus, domus
F eius direpta, liberi & propinqui ferè omnes neci fuerunt.
Indè deuectus in inſulæ Megaris arcem, cui ab ouo nomen
eſt, acerbiſſimis tormentis cruciandus Bernardo barbaro ho-
mini traditur. Interea cùm Tricaticum vrbem, Sforcianurum
militum agros Neapolitanos infeſtantium receptaculum, re-
gij milites obſiderent, & Michelinus Rabinianus maritus
Margaritæ Sforciæ (ad quam Tricarici imperium & ditio
pertinebat) de induciis & compoſitione agere cum hoſtibus
cœpiſſet, factáque poteſtate impunè commeandi è caſtris
hoſtium ſummæ nobilitatis homines Tricaricum veniſſent:
illa arrepto venabulo loricata in eos impetum fecit, metúque
mortis captos ad reſtituendum fratrem adegit. Itaque lega-
torum propinqui concurſu ad regem facto impetrarunt, vt
Sforciæ parceretur. *Iouius in Sforcia.*

NAVES HOSTIVM FORTITER

Capera.

Conſule Tit. Naues prudenter auferre, perdere, illic. Prudentia, hic Roberis habenda ratio.

G Cynioesi Athenienſis gloria magnis eſt ſcriptorum lao-
dibus celebrata, qui Marathonia pugna, cùm palantes Medos
ad naues compuliſſet, nauem hoſtibus onuſtam dextera ma-
nu tenuit. Qua hoſtium ferro amputata, læua remorari co-
natus eſt. Cæterùm hanc quoque vis hoſtilis abſcidit. Tum
ille ad duplicem cladem nihilo remiſſior factus, mordicùs
nauim dexit: cædibúſque fatigatos, ambabúſque manibus
amiſſis, cum feraquædam tabida morſu & dentibus dimicauit,
quando alia vi non potuit. *Sabellicus l.*4.*cap.*6.*& Iuſtinus l.*2.
*& Val.l.*3.*cap.*2.*& Pl*[illegible]*t.cap.*1*:Parall.*

In pugna nauali à Græcis contra Xerxem ad Artemiſium
commiſſa, Græcorum primus nauem hoſtium cepit vir Athe-
nienſis Lycomedes Æſchræi, palmã nque rei bene geſtæ re-
tulit. *Herod.l.*8.

Qualis roboris illi Milites Rom. qui vehementi icto re-
mutum concitatam fuga Punicam claſſem, nantes lubrici
pelagi, quaſi camporum firmitatem pedites, in littus retraxe-
runt. *Val. Max.l.*3.*cap.*2.

H L. Glavcvs, vir præcipua nobilitate, cùm Haſdrubal, capta
Sicilia aduerſus Romanos & Metellum eorum Imperatorem
pugnaret Haſdrubalis nauem detinens, vtramque manum
amittere, quàm deſerere maluit. *Ariſtides Mileſius l.*1. *rerum
Sicularum, & Plut. in Parallel.*

C. Attilivs ſiue Acilivs, miles C. Cæſaris, nauali ad
Maſſiliam prælio, iniecta in puppim hoſtium dextra, & ab-
ſciſſa, eam læua apprehendit, nec antè dimicare deſtitit, quàm
captam profundo mergeret. *Val.l.*3.*cap.*2. *& Suetonius in vita
Cæſaris, & Sab.l.*4.*cap.*6.*& l.*7.*Enn.*6.

Sub annum Chriſti mdxxiv. Gallis, qui reliqui omnium in
Italia apud Gennam in arce Phari (quam Liguriæ frenũ Galli
appellabant (obſidebantur, Dalmata quidam, Ludouici regis
iuſſu, qui claſſem Liguriæ littus cuſtodientem fefellerat, nauĩ
vna commeatum importabat, ſpectante Genuenſi pop. & fru-
ſtrà indignante. Ibi Emanuel Caballus, inter Ligures rei na-
ualis peritiſſ. cum ecc. iuuenibus, duce Andrea Auria, naucm
conſcẽdit, & ſtatione egreſſus, modico in altum capto circui-
tu, quò aura pleniùs vela inflaret, rectà ad hoſtiũ nauem con-
tendit: nihilq; territus crebris pilarum ictibus, quibus conti-
nenter ab arce petebatur, iniecto ſtatim harpagone, in eam
primus

A primu[illegible] lo arcis a[illegible] temp[illegible] br[illegible] puit, a[illegible] atque [illegible] inter [illegible]que tan gium di[illegible] ,vt q[illegible] propoſit[illegible] pe- culo,& [illegible] exc[illegible] [illegible] gium e[illegible]. Dal[illegible] præc[illegible] vt ad [illegible] nobi[illegible] ad [illegible] con[illegible] At Cabal[illegible] ad [illegible] ſumma populi [illegible] quin[illegible] aureis,præda [illegible] tionem fecêre. Genuen[illegible], quam impotenti imperio reg[illegible] humeros excuſſerant,à fundamentis excid[illegible]

CORRVMPERE, PERDERE.

☞ Conſule Tit. Prudentia in Nauibus corrumpendis: quate prudentia fortitudo iungitur.

Constante imperante, Mauuiss Arabs apud Tripol

B magnas inſtruxit naues, Conſtantinopolim petiturus. Id [illegible] nentes Duo Chriſtiani fratres, buccinatoris filij, diuino animi feruore exagitati ad carcerem accurrerunt, effractiſque foribus, & captiuis liberatis, Amiram Tripolitanum, & eos qui ipſi aderant, occiderunt: vniuerſóque apparatu cremato, effugerunt. *Cedren us.*

MACHINIS, AGGERIBUS HOSTIUM FORTITER INSIDIARI.

Cùm Veſpaſianus Iotapatam Galilææ vrbem oppugnaret arietibos, Samei F. Eleazarus, è Saba Galilææ oriundus, ſaxum ingens, tanta vi ſuper arietem ex muro demiſit, vt machinæ caput abrumperet, idque ex mediis hoſtibus ſaltu ad eos delatus auferret, nullóque metu reportaret ad murum. Poſtremò tanquam ſignum, quò tela mitterent, hoſtibus propoſitus, nudo corpore quinque ſagittarum vulneribus confixus eſt, earúmque nulla releɛta, vbi murum aſcendit, vnde iam videri ab omnibus poterat, ſua audacia ibi conſtitit, contractúſque dolore plagarum cum ariete decidit. *Ioſephus lib.3. cap.9. Belli Iud.*

C Tres Iudæi milites Tephthæus Garſites, Megaſſarus & Adiabenus Agiras, Tito Hieroſolymam oppugnante, ſtupenda audacia raptis faces per medias Roman. legiones euolarunt: & ignem aggeribus iniecerunt. Quibus nec audaciores, nec terribiliores vlli eo in bello appatuêre, eùm non ſecus atque ad amicos, in agmen hoſtium irruerent. *Idem lib.6. cap.12.*

CASTRA FORTITER INVADERE.

Cùm Hannibal Capuam, in qua Romanus exercitus erat, obſideret, Vrbius Accus, Pelignæ cohortis præfectus, vexillum trans Punicum vallum proiecit, ſeipſum, ſuóſque commilitones, ſi eo hoſtes potiti eſſent, execratus: & ad id petendũ ſubſequẽte cohorte primus impetum fecit. Quod vt Valerius Flaccus tribunus tertiæ legionis aſpexit, conuerſus ad ſuos: Spectatores (inquit) vt video alienæ virtutis huc venimus: ſed abſit dedecus à ſanguine noſtro, vt Romani gloria cedere Latinis velint. Ego certè aut ſpecioſã optaui mortẽ, aut felicem audaciæ exitũ, vel ſolus præcurrere paratus ſum. His auditis, Pedanius centurio conuulſum ſignum dextra retineus: Iam hoc (inquit) intra hoſtile vallum mecum erit: proinde ſequi-

D tur, qui id capi volût, & cum eo in caſtra Pœnorũ irrupit, totámq; ſecum traxit legionem. Ita trium virorũ fortis temeritas, Hannibalem paulò antè ſpe ſua Capuæ potiorẽ, ne caſtrorum quidem ſuorum potientem eſſe paſſa eſt. *Val. Max.l.3.c.2.*

VRBES FORTITER OPPVGNARE, EXPVGNARE.

☞ Conſule Tit. Stratagematum in vrbium, & caſtrorum expugnatione. Poteſt enim idem exemplum diuerſo reſpectu vtrique loco inſeruire.

Ioab Saruiæ F. in oppugnatione Iebuſæ, primus arcem Sion conſcendit. *2. Reg. 5. & Ioſephus l.7. Antiq. cap.3.*

Archias & Lycops Lacones, cùm Lacedæmonij Samum obſiderent, ſoli cum Samiis ad murum refugientibus irrumpentes, interclusa ad redeundum via, intra vrbem Samiorum occubuerunt. Quod ſi cæteri Lacedæmonij pari fortitudine pugnaſſent capta eo die fuiſſet Samus. *Herod. lib.3.*

Alexander Magnus in oppugnatione Nyſæ vrbis eùm milites ſuos in traiiciendo amne, quo ab vna parte vrbs cingebatur, ſegniores videret, ipſius amnis altitudine territos, ſcuto pectori ſubiecto, primus fluuium tranauit. In India aliam

vr[illegible] oppugnan[illegible] [illegible]
[illegible] primus in muros

E [illegible] hoſtium vim ſuſtinuit, quo ad milite[illegible] receptis animis, ac ſtimulante præterea ob ea quæ regem egiſſe viderant pudore, omnes impetu facto muros conſcenderunt. *Fulg.l.3.cap.5. ex Plut.*

Captis à L. Sylla Athenis, ipſe Sylla commemorat in commentariis primum in murum euaſiſſe M. Teium: ac cùm hoſtem, qui ſe obiiciebat ei feriret, ex violentia ictus, quem caſſidi intulit, enſem fregiſſe: non ceſſiſſe loco tamen, ſed ibi reſtitiſſe, atque eum retinuiſſe. *Plut. in Sylla.*

Scipio Æmylianus, cùm in Hiſpania ſub Lucullo duce militaret, atque Intercacia prævalidum oppidum circumſideretur, primus mœnia eius conſcendit: neque erat in exercitu quiſquam aut nobilitate, aut animi indole, aut futuris actis, cuius magis ſaluti conſuli & parci deberet: ſed tunc clariſſimus quiſque iuuenum, pro amplificanda & tuenda patria, plurimum laboris ac periculi ſuſtinebat: deforme ſibi exiſtimans, quos dignitate præſtaret, ab iis virtute ſuperari. Ideóque Æmylianus hanc militiam, aliis propter difficultatem vitantibus, ſibi depopoſcit. *Val. Max. l.3. cap.2.*

G Titi Vespasiani in expugnandis Tarichæis, Galilææ vrbe munitiſſima, fortitudinem & gloriæ ſtudium, qui cum paucis potius victoriæ florem, magno cum periculo, præcipere voluerit, quàm maiores copias & auxilia expectâte, vt qui primus cum equo per lacum Geneſarenſem vrbem intrare fuerit auſus, pete ex *Ioſephi l.3. Bell. Iud.*

In expugnatione Hieroſolymorum ſub Tito, Iulianus centurio ex Bithinia non ignobilis, vbi Romanos, qui Antoniam arcem inuaſerant, iam cedere, & malè pugnare conſpexit, ſubitò proſiliit, & Iudæos victores ſolus ad interiorem templi angulum perſecutus eſt, cùm vim & audaciam illius nemo ſuſtineret, eáque ſpecie nihil Cæſari admirabilius, aut aliis horribilius viſum eſt. Verùm calceos habens creberrimis atque acutis clauis, more militari, ſuffixos, dum ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo curreret, labitur, magno cum armorum ſono: & mox à Iudæis, priuſquam ſurgeret, telis oppreſſus, magno Rom. omnium cum mœrore occubuit. *Idem l.7. cap.3.*

In oppugnatione Hieroſolymorum Titus milites ſuos hortabatur, vt Antoniam arcem munitiſſimam caperent. Cæteris magnitudinem periculi præſentis timentibus, Sabinus

H Syrus, gregarius miles, ſtatura puſillus, ſed animo heroico præditus, animam ſuam ſe Cæſari daturum profeſſus, ad murum properat: ſequentibus XI. aliis virtutis eius æmulis. Et iam ſumma muri mira audacia prehenderat, hoſtéſque in fugam verterat, cùm ictu lapidis cum maximo ſtrepitu pronus decidit, & à Iudæis ſagittis eſt confectus. Cæteri faucij in caſtra relati. *Idem l.7. cap.4.*

Sapris cuiuſdam militis Rom. fortitudinem in vrbe Perſarum Beiudaës expugnanda, & muro poſt alteram repulſam occupando, pete ex Suida: qui illum corpore quidem Tydeo Homerico confert, animo verò Herculi etiam præfert.

Quum Ioannes Zimiſca Imp. Perſthlabam, regiam Bulgarorum vrbem obſideret, parumque proficeret, tandem quidam Miles dextra gladium tenens, læuáque ſcutum ad capitis defenſionem elatum geſtans, primus per ſcalam in murum euaſit. Scythæ ſe de muris dedêre præcipites. *Cedrenus.*

Godofredvs Bolonivs, Lotharingiæ dux, & Euſtachius frater, in Hieroſolymorum expugnatione laboris atque

peri

A periculi plena, in qua vtrioque obſeſſi atque obſidentes plurimum ſanguinis effuderunt, primi in muros euaſerunt, ponte iacto à lignea turri, quam ipſi muris admouerant. Viam enim militibus virtute ſua ad capiendam vrbem, vt præſtantes duces decet, ipſi ſtrauerunt nulla ad eam inueniendam rem militum induſtria vſi. *Sabell. l.4. c.6. Arm.lius.*

Ianvs Fvlgosvs, Genuenſium dux cum ſea fratribus patruelibus patria pulſus, etſi ſ atis norat Bernatbam Adurnum aduerſæ factionis princi em, qui cum ducis titulo Genuæ rerũ potiebatur, præter ſexcentos Aragonij Alfonſi milites, magno alio militari numero ſep tum eſſe intrepidus vna triremi, anno utis 1447. Genuam nauigauit noctéque intempeſta cum quinque atque octoginta viris vrbem ingreſſus, ad palatium perueniit. ic prætorium adortus, cùm penè omnes vulneribus confecti eſſent, ipſe quoque crure atque facie ſaucius ducatum Genuenſem,& immortalis gloriæ famaio,ea eo prælio retulit. *Fulg.l.3.c....*

Vladislao Vngaris imperante Paulus Kiniſius infra Sinderouiam caſtellum Turcicum multa præda refertum, no-
B cte ex improuiſo aggreditur. Quidam Croatos eximiæ virtutis murum aſcendit: & quanquam vigintiquinque vulneribus affectus, præſidium de munitionibus deiecit: & ſuccedentibus impigrè ſociis, muri partem defenſoribus vacuam tradidit. Eum rea murali coroña, docentis aureis nummis, purpureáque veſte donauit. *Bonfinius l.3. Dec.5.*

In eo bello, quod aduerſus Norembergenſes belliсoſiſſimus Albertus Marchio Brandebuegenſis eximiè geſſit: Grauenburgum ab eo multa vi oppugnatum eſt. Id oppidum in valle iacet ax.millibus paſſoum a Nuremberga, muro ac foſſa munitum: in qoo præter oppidanos quingenti milites præſidio inerant. Oppugnatio qoatuor diuerſis locis cœpta eſt. Albertus ſibi eam oppidi partem elegit, qua murus altior, & foſſa profundior fuit. Inſultu facto ab ea parte, qua oppidum captum eſt, ſecundos ex omnibus ipſe murom aſcendit; in oppidum verò primos deſcendit. Circumuentus ab oppidanis tádiu pugnam ſuſtinuit, donec alij ſuppetias tulerunt. Oppidum captum direptumque eſt, feminis nolla vi illata, *Aen. Sylu.l. 3. Com. in Panorm.*

C ARCES FORTITER EXPVGNARE, OCCVPARE.

Cùm iam Ferdinando II. Neapolitano regi ad inſulam Iſchiam, quæ antiquis Ænaria fuit, ob ſuorum perfidiam, & Galliæ regis Caroli VIII. ſucceſſus nauiganti, nihil præter difficultates laboréſqoe obiiceretur, cùm arcis præfectus eum vno tantùm comitatu in arcem admitteret: rea vt intromiſſus fuit, ſeſe in eum tanto impetu coniecit, vt & ferocitate, & regiæ maieſtatis recordatione, ſic cæteros perterrefecerit, vt eueſtigio tum præfectum ipſum, tum arcem in ſuam redigeret poteſtatem. *Guicciard.l. 1.*

Hostasivs Rauennas miles, primus Ticinnenſem arcem, Gallis militans, irrupuit: & à Lotrechio in præmium naoatæ operæ, æneam equeſtrem ſtatuam Antonini Cæſaris impetrauit. *Ionius l. 25. Hiſt.*

FORTITVDO LVDICRA, IN SVPERANDIS HOSTIBVS LVDICRIS.

§ *Simulacra pugnæ ad corporis exercitia pertinent, ſi robur corporis ſpectes. At ſi vigorem animi, huius erunt loci, præſertim cùm ad feriam exercitationem referri debeant. Exempla ex* Titulis Olympionicarum, Athletarum, &c. *peti poſſent.*

D PUGILES.

Herodotvs auctor eſt Machlyos & Auſes circa Tritonidem habitare, quorum puellæ Mineruali ſacro velot in turmas diuiſæ, fuſtibus ſeſe & lapidibus inceſſant, ſaſſæ ſe patrium morem ſeruare. Si quæ vulneribus occubuerint eas negant virgines fuiſſe. Quæ omnium optima fortiſſimáque iodicata fuerit, ea Græco anoorum apparatu, & criſta Corinthia io curcum ſublata, circa paludem multo ſuorum applauſu circumuehitur. *Sabell. l. 4. En.1.*

Themistoclis filij Neocles & Demopolis, cùm alter ſtadium, alter dolichum ludis funebribus viciſſent coronari ſunt ab ignaris. Quod cùm reſcitum eſſet, inimicis Themiſtoclis inſtigantibus & legis de exulibus commonefacientibus parem abfuit, quin lapidarentur. *Suidas.*

Commodus Imp. gladiatores retiarióſque circiter mille, aut vicit, aut occidit: trecenties ſeaagies quinquies, viuóque adhuc patre, in id certamen deſcendit. *Sab.l.5. En 7.*

EQVESTRES. FORTES IN HASTILVDIIS.

Tempore Theophili Imp. inter captiuos Saracenos quidam fuit promptus & manuum agilitate celebris, E eques præ larus, ambidexter, inter equitandum duabus vtens haſtis, ſcite admodum aduerſarius deiiciebat. Cùm ergo Magnus domeſticus in Circo triumphum victoriæ eius agere us, ante reliquos hominem iſtum duceret Imp. laudationibus eius inductus, equum conſcendere, duabuſque acceptis haſtis ar s ſuæ ac præſtantiæ ſpecimen coram vniuerſis edere eum iuſſit. Id cum fieret, & imperitiores ſpectaculo delectarentur Theodorus cognomento Craterus, is qui non multò pòſt ſanctorum Eli, Martyrum cohortis princeps eſt factus, propiùs regi adſtans, ſubſannare Agarenum iſtum, & affirmare, nihil ab eo forte aut terribile agi. Imp. ægre id ferre, Craterumque effeminatum & inuitatuio increpare, qui tale præſtare nihil poſſ t. Contra Craterus, duabus haſtis ſe neſcire vti: neque enim hoc didiciſſe, quod his nogis in bello nihil opus foret: ſed Dei auxilio fretum, vnica haſta iſtum equo deturbaturum. Imper. his verbis irritatus, per ſoum ipſius caput iurare, Craieco ſe vitam erepturum, niſi impleret facto, quod verbis iactaſſet. Et Theodorus ſtatim conſcenſo equo, F haſtaque ſumpta cum Saraceno manom cooſeruit, citóque eum equo præcipitem deiecit. Pudore quidem affectus eſt Imp. ab eunucho deiectum cerneos Saraceoom, tamen & virtutem hominis veneratus, & ſuos reueritus, amicè compellatum Craterum, veſtibus honoris cauſa donauit. *Cedrenus.*

Carolvs Martellvs, Pipini Breuis filius (geſtis poſtea contra Saracenos clariſſimus adoleſcens etiamnum nullo numero, cùm in principatum celebri conuentu ludi militares ea more agerentur: armatus totus três in clypeo martellos ſimili colore præferens, in circo, quoſcumque illi ſors obiiciſſet, ſine diſcrimine proſtrauit. Verſis omnium oculis in atrum militem, quærebant omnes, Quis ille eſſet? Cunctis æquè ignorantibus, tandem ad poſtulata virginum ac dominarum galeam detraxit, & hinc cognomen Martelli traxit. *Crantz.l. 4. Sueciæ c.48.*

Tempore regum, Magni Ladalai Gothorum ac Suecorum, & Erici Danorum, in publico principum conuentu, apud Veſtrigothos in Scaris circa annum Sal. 1278. primum torneamentum ſiue haſtiludium celebratum eſt. In eo Magnus Dyſauld Sueoоom nobiles ad ſingulare certamen prouocans, equum & centum libras argenti puri in præmium certaminis, proponebat, ſi victus pugna exceſſiſſet. Eum Sueonibus Ecengiſlus Plata, vir taciturnus, primo impetu, eqoo deiiciens, ſuperauit: equúmque & argentum in victoriæ præ- G mium reportans, documento Danis fuit, Soeones magis viribus; quam verbis inſtructos, ad prælia deuenire. Itaque Dani viſo occaſu ſui Achillis, à torneamentis & verborum iactantia in longa tempora quieuerunt. *Olaus l. 14.c.10.*

In regia vrbe Holmenſi, tempore regis Sueoоum Chriſtophori, quidam Holſatus de genere Kamſorum, Suecorum ſingulos magno faſtu & contemptu ad ſingulare certamen prouocabat. Sueci iactantiæ eius potiùs, quàm viribus ſatisfacere cogitantes, Monachum quendam ordinis S. Dominici, veteranum equitem, ſed militia defunctum, eqoo valido, armis ornatum, galeáque tectum, ac haſta munitum; in arenam producunt. is Holſato congreſſus, eum ab equo deiacit: ſimiliter & reliquos omnes, quotquot occurrere ſunt auſi: Pluribus deinde reſtare non viſis, priuſquam loco abiret, iuſſus pro honore ſuo, detecto vultu gynæceum ſalutare, galea depoſita, equoque calcaribus citato, ad H monaſterium fugiens, cuius miles eſſet, monachali habitu & vita monſtrauit. *Idem.*

Vladislavs Boemorum princeps haſtiludia Pragæ inſtituerat. In eo certamioe Sobieſlaus frater natu minimus palmam tulit & ipſo etiam principe deiecto monile gemmatum victoriæ præmium obtinuit. Quod cùm collo geſtaret, ionidis calomniæ anſam dedit, qoaſi principi etiamnum inſultaret. Hinc ſuſpicionibus vtrinque auctis, cum Vaceconem priocipem Sobieſlaus per inſidias trucidare curaſſet, quaſi delatorem ſui apud principem ageret, exilio ſolum vertere coactus fuit. *Dubrauius.l. 11.*

Lavrentivs & Iulianus Medices, ciuilibus artibus exornati, armorũ equitãdiq; peritia tantum vix dum pubeſcentes excelluere, vt Iulianus iuuenilis decoris auidus propoſito ingenti præmio, nobiliſſimos ac fortiſsimos quoſq; equites è tota Italia ad ludicrum certamen inuitarit. Cui ſpectaculo, apparatu frequentiáque, hominum valde memorabili, Petrus pater præfuit: annotatúmque eſt, Iulianum acclamantibus ac fa-

A ꝺentibus cunctis, multò plures, quàm quiſquam alius haſtas triplici ferro præpilatas, adoertus concurrentium equitum pectoribus, perfregiſſe. Eius glorioſi laboris præmium fuit triumphus, Politiani diuini poëtæ carminibus celebratus. Nec multò pòſt Laurentius, vt fraternis laudibus æquaretur, nouum ſpectaculum periculoſiſſimæ pugnæ edidit: in quo non ſinguli equites cataphracti de more, intermedia erectarum tabulatum linea diſcreti concurrebant, ſed conglobati conſertis turmis ad veri certaminis imaginem, libero in campo dimicabant. Huius quoque ſpecioſiſſimi certaminis memoriam Aloyſius Pulcius ipſe Politiani æmulus, periucũdo edito poemate ſempiternam fecit. *Iouius in Leone X. l. 1.*

In aula Iſabellæ Hiſpaniæ reginæ, Conſaluus Magnus quum ſpectacula & equeſtres ludi, vel concurrentium iuuenum haſtatorũ, vel arundines more Mauriciaco iaculantium ederentur, vſque adeo ſupra æquales ſummæ nobilitatis adoleſcentes ſeſe extulit, vt acclamatione ſpectantis populi iuuentutis Princeps appellaretur. *Iouius in Conſaluo.*

Quum Carolus V. Cæſar, anno 1530. Bononiæ coronaretur,
B eius vxor Iſabella puerum peperit, cui propter aui materni memoriam, Ferdinandi nomen impoſitum. Eius nuncij lætitiam celebrauêre inſignes Hiſpaniæ reguli magnificentiſſimo apparatu, artéque mirabili, ad equeſtris pugnæ ſimulacrum. Maurorum iaculatorum cultu, in ſcuta paſſim coniectis arundinibus decurrentes: quum hinc Oſorius Aſtorgiua, illinc Pacecus Aſtalonis, ornatiſſimi duces, ſingulas turmas ſpectante Cæſare in forum pugnaturas induxiſſent. Concurrère etiam quatriduo Itali, Belgæ, Hiſpanique equites cataphracti, inſignibus amatoriis, & militaribus ornamentis valde conſpicui, panno aureo, ac altero item purpureo, à ſenato Bononienſi ad virtutis præmium: & in honorem Cæſaris, hilari benignitate propoſito: tulítque præmium Altamirus ex vlteriore Hiſpania regulus, quòd plures, quàm quiſquam alius, haſtas in aduerſis concurrentium pectoribus infregiſſet. *Iouius l. 37. Hiſtoriarum.*

* DE FORTITVDINE ET FORTIBVS.

APOPHTHEGMATA ETHNICORVM.

C ZENO accuſatus, quod coniuraſſet in perniciem Nearchi tyranni, cum in equuleo iuberetur edere nomina coniuratorum, nominauit pleroſque illi amiciſſimos. De his ſumpto ſupplicio, rogatus à tyranno, num quis ſupereſſet etiam? Tu ſolos, inquit, Reipublicæ pernicies, tandem & linguam dentibus amputatam in os tyranni, quod ob iracundiam hiabat, expuit. *Laert. l... cap. 5.*

BION frequenter dicere ſolebat, Senum eſſe valere prudentia: iuuenum vero fortitudine. *Laert. l. 4. cap. 7.*

CORTACVS, admodum ſenex, cum à quodam graui morbo conualuiſſet: Apage, inquit, quam inuitus reuerſus ſum, iam magnam partem itineris emenſus, quod abſoluere omnino decet. Et ſanè fortitudinis pars melior in moderato mortis contemptu conſiſtit. *Stob. ſerm. 7.*

CROESVS rex, cùm contemptim atque minaciter Biantem allocutus eſſet, hominem in aduerſis rebus infractum iuſſit eum cepas edere, fletum ciuiliter indicans, quandoquidem harum eſus ciet lachrymas. Adeo ſapientes arbitrantur, nihil eſſe æque regium, ad virtutem, cuius inſtituta per totam vitam fortiter atque infracto animo ſequuntur, nec imperatis
D aliorum terrentur. *Philo Iudaus lib. Quod omnis probus liber.*

Idem, Conſeruis demiſſo vultu mœrentibus, eo quod iam à latronibus capti eſſent, animaduertens quendam ex aſpectu plus ſatis effœminatum eſſe, accedens, inquit, Tu me emito, viro enim opus habere videris. Sic ille pudefactus cauillo, quod non eſſet vanum, erat ſibi conſcius, in turbam ſe abdidit, cæteris audacem coniectorem, ſed veridicum ſtupentibus. *Philo Iudaus eodem libro.*

SOCRATES interrogatus, quid eſſet fortitudo & robur? dixit, Nodus animæ cum corpore. *Stob. ſerm. 7. de fortitudine.*

DEMOCRITVS, quid efficeret fortitudo? ſciſcitatus: diſpendia minuit, inquit. Item, fortis eſt, non qui hoſtes modo ſuperat, ſed & qui voluptatibus ſuperior exiſtit. Nam licet aliqui ciuitatibus imperent, mulieribus ſeruiunt. *Eod. ſer.*

THEODORO PHILOS, Minabatur tyrannus mortem, & quidem inſepultam. Habes, inquit Theodorus, cur tibi placeas: hemina ſanguinis in tua poteſtate eſt. nam quod ad ſepulturam pertinet, ò te ineptum, ſi putas intereſſe, ſupra terram an infra putreſcam. *Senec. lib. Tranquill. anim.*

PLATO interrogatus, quomodo affectum eſſe conueniat aduerſus calamitates? ita (dixit) vt prouidens aliquã non
E cidat in eas: ſi tamen inciderit, condemnationem etiam non curet. *Stob. ſerm. 7.*

ARISTOTELES, quid eſſet fortitudo, ſciſcitatus: Eſt (inquit) virtus animoſi, per quam non facile motti metus in[illegible]

LACON Quidam noctu præteriens monumentum, qu[illegible] detet ſpectrum, accurrit lancea traiecturus, & in h[illegible] Quo me fugis, inquit, bis moritura? *Plut. in Lac.*

CLEOMENES, cum Sophidam quendam de fortitudine diſſerentem non admodum attentis auribus audiret, & ob id à quodam reprehenderetur. Ineptum eſt, inquit, qui nunquam de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipſe nil fortiter geſſit vnquam. *Plut. in Lacon.*

ALEXANDER Macedo, In Ilio ſacra facienti Alexandro, ſacerdos dixit, ſe oſtenſurum Paridis lyram: at ille, imo Achillis (ait) ſi habes oſtende, ac ante lyram potius haſtam. *Stob. ſerm. 7.*

SOCRATES, morti adiudicatus, & proximus quidem Apollodorus eum accedens, ait. At iſtud, o Socrates, ægerrime fero, quod te iniuſte damnatum video. Tunc Socrates: An tu (reſpondit) malles me iuſte quam iniuſte damnatum? Simul-
F que riſiſſe dicitur. Cum autem Anytum falſum teſtem prætereuntem videret, dixit: Vir ille triumphat, quaſi facinus magnum & præclarum egerit, me ita occiſo. Sed quam ſtultus & improbus eſt? ignorat enim, vter noſtrum in omne æuum vtilior & melior extiterit. *Xen. in Apol. pro Socrat.*

ARCHIDAMVS Spart. R. Soli, inquiebat, in rebus ſecundis, non ſumus inſolentes, & in aduerſis non frangimur animis: Nec incitamur laudibus, vt delioiti voluptate præter noſtrã ſententiam aliquid moneamus: nec accuſati impellimur ira ac dolore, ſed propter grauitatẽ ſimul & bellicoſi & circumſpecti ſumus. Bellicoſi, quia pudor cum grauitate coniunctus eſt, & cum pudore magnitudo animi. Circumſpecti vero ſumus; quia ſic inſtituimur, vt non ita ineptiamus, quã vt leges contemnamus. Et ſeuerius regimur cum quadam aſperitate, quam vt detrectemus obedire. Sicque ſumus aſſuefacti, non vt in rebus inutilibus ſplendida oratione ſapientes videamur, aut hoſtes vituperemus, aut reipſa impares in eos moueamus.
G Sed exiſtimamus etiam alios valere conſilio, & fortuitos caſus non poſſe proſpici. Aduerſus hoſtes factis ipſis nos præparamus, ratiocinantes, quid ipſi tanquã homines non ſtulti facturi ſint. Nec pendet nobis ſpes ex aliena ignauia, ſed ex noſtra diligentia & circumſpectione. Ac exiſtimandum eſt homines non multũ natura inter ſe differre: Sed eos antecellere, qui in rebus neceſſariis recte inſtituti ſunt. *Thucyd. l. 1.*

AGESILAVS fortitudinis in rebus aduerſis inſigne dedit ſpecimen, Canon & Pharnabaſus per claſſem regiã mari potiti, obſidebant maritimas Lacedæmoniorum regiones, quum interim Athenienſium ciuitas mœnibus eſſet cincta, Itaq; Lacedæmonij Pharnabazo donante pecuniam, pacem ineunt cum rege: mittuntque ciuem Antalcidam ad Tiribazum, Græcos Aſiaticos, pro quibus bellũ geſſerat Ageſilaus tradentes regi: vnde euenit: vt huius ignominiæ portio recideret in Ageſilaum. Antalcidas enim inimicus erat Ageſilao: ideo pacẽ quacunque occaſione confecit, inuidens illius gloriæ, quem videbat bello creſcere, reddiq; maximum, ac maxime celebrem. Nec tamen hæc infelicitas deiecit illius animum: quin etiam cuidam dicenti, quod Lacedæmonij Mediſſarent, ita reſpondit, imo Medi potius Laconiſſant: ſignificans indolem ſuæ
H gentis corrumpi fortuna non poſſe, *Plut. in Lacon. apoph.* Idẽ, Sciſcitatus vtra virtus eſſet præſtantior, fortitudo an iuſtitia? grauiter reſpondit: Fortitudinis nullum eſſe vſum, niſi adſit iuſtitia: Quod ſi omnes eſſent iuſti, nihil opus foret fortitudine. En animum ſummo dignum duce, qui nihil præter æquum iudicarit faciendum: recteque perſpexit, plurimum intereſſe inter audaciam & fortitudinem. *Plut. in Lacon. apoph.*

ALEXANDER Mammeæ F. cùm audiſſet Artaxerxem Perſarum regem magno militum exercitu Romanum inuaſurum imperium: Fortes, inquit, viros atque moderatos decet optima quidem optare, ſed ferre etiam, quæcunque accidunt contra animi votum. Fortitudinis quippe eſt, rebus proſperis non extolli, infauſtis nequaquam deiici animo. *Herodian. l. 6.*

ANAXARCHVS, dicente ei Alexandro, ſuſpendam te: Minare his inquit, è vulgo: mea autem nihil intereſt, ſuper terramne an infra computreſcam. *Stob. ſerm. 6.*

ALEXANDRO mortuo, quum Anaxarchus tempeſtate eſſet delatus in Cyprum, Nicocreon memor contumeliæ, philo-

ſophorum

[illegible] in mortarium co[illegible] pistillis
A contundi iussit. Hic [illegible] vulg[illegible] cem emisit : [illegible] Ἀνάξαρχε [illegible] unde Anaxarchi [illegible] Anax[illegible]. Sentiens, corpus non esse partem hom[illegible] um tantum. Animus autem non potest [illegible] cap. 10.

DEMETRIVS Cynicus graui [illegible] affectus dixit: Hoc vnum Dij immortales [illegible] quod non antehac mihi voluntatem vestram notam fec[illegible]. Prior [illegible] ista venissem, ad quæ nunc [illegible] ad[illegible]. Vultis [illegible] os vobis [illegible] corporis partem [illegible]. Non magnam rem promitt[illegible] relinquam [illegible] tum quidni [illegible] nullam moram [illegible] minus recipiatis, quod dedistis. A volente feretis, quicquid petieritis: Quid ergo est? Maluissem offerre, quam [illegible]. [illegible] apud Sene. [illegible] de prouidentia, seu quare bonis [illegible] mala accidant.

Cn. Cornelius Lentulus in clade Cannensi tribunus militum quum equum Paulo Æmilio in saxo sedenti, cruoreque oppleto adduceret: Tu quidem, ait Paulus, [illegible] virtute, Corneli esto: sed caue, ne frustra [illegible] tandum, ex[illegible] tem-
B pus è manibus hostium euadendi [illegible]. *Plut. [illegible]*

M. CATO, quibusdam efferentibus hominem incon[illegible] audacem, & in rebus bellicis strenuum, ait; plurimum referre, vtrum quis virtutem magno æstimet, an vitam non magnifaciat: sentiens, non eos statim esse fortes, qui quouis modo vitam contemnunt, sed qui tanti faciunt virtutem: vt huius gratia vitam alioqui charã negligant. Nam semet in vitæ discrimen coniicere, aut infelicium est, & quos vitæ iam tædet, aut immanium, & belluis similium. *Eraſ. l. 5. apoph. ex Plut.*

Quum Publius, Crassi filius fortissime in bello & pugnasset, & cecidisset, hostes caput iuuenis hastæ impositum gestantes, proxime ad Romanos accedebant, insultantes, rogantesque, quo genere iuuenis ille fuisset ortus, neque enim fieri posse, vt ex patre iam ignauo & imbelli talis filius nasci posset. Hoc tam tristi spectaculo nihil commotus Crassus, per omnes ordines concionatus est, clamans: Meus hic priuatus dolor est Romani, mea hæc calamitas, meus hic peculiaris luctus: cæterum publica ciuitatis salus & gloria in vestra
C incolumitate vestraque virtute sita est. *Plut. in M. Craſſo.*

SCIPIO Pompeij socer quum nauem suam teneri ab hostibus vidisset, ferro se transuerberauit, & quærentibus, vbi Imperator? inquit, bene habet. *Bruſ. l. 2. cap. 11. ex Appiano.*

P. THRASEAS PÆTVS, cùm post multa crudelia Neronis facinora, atque Agrippinæ mortem, in senatu Romano de Neronis rebus ageretur, cui mirum in modum senatores assentabantur, dicere solebat: Si me tantum Nero interfecturus esset, magnam haberem adulatoribus eius gratiam: sed si eos, à quibus maximè laudabatur, sustulit, sublaturusq; est, cur oportet frustra turpiter & seruiliter mori, cum munus naturæ explere liceat, retenta libertate? De me enim, inquit, aliquis sermo habebitur in posterum, de iis nullus nisi tantummodo eos interfectos fuisse *Xiphil. in Nerone.* Idem dicere solebat, Nero pro innata sua crudelitate occidere me potest, lædere autem non potest. Innuens corpus quidem hominum crudelitati expositum esse, animum autem nequaquam. *Xiphil. in Nerone.*

SYNNIDAS ante pugnam Leuctricã quibusdam dicentibus,
D illam ipsam diem ostensurã fortem virũ: Multifaciendã, vrbane inquit, diem esse, quæ virum fortem monstrare potest. *Plut.*

Miles Quidam Lacedæmonius, in pugna prostratus, hostem eius tergo insidentẽ, rogauit vt se verteret, & in pectus potius stringeret ensem rogatus: Quid ita? Ne amasius, inquit meus erubescat si viderit, auersis confossum vulneribus. *Plut. in Lac.*

POMPEIVS, cùm Syllanæ factioni se addixisset, non absque spoliis, nec sine cruenta victoria Imperatori se copias exhibiturum esse dicebat. Nec prius venit ad Syllam, quàm multis conflictibus hostium duces superasset. *Plut. in Rom. Apoph.*

IVL. CÆSAR: post attritos Tigurinos, ad vrbem quandam sociorum proficiscens, cùm audisset Heluetios in itinere occurrere, in locum quendam munitum se recepit. Ibi congregatis copiis, instructaque acie, vbi equus illius, cui solebat insidere, adductus est: Hoc, inquit, post victoriam vtar in persequendis hostibus, & pedes egressus est Heluetios. *Plut. in Caſ.*

Idem, Videns aquiliferum terga dantem hostibus, faucibus comprehensum hominem, in hostes manus conuertit, atque ait: Quorsum abis ignauissime, an non illos esse vides, quibuscum dimicamus? *Bruſ l. 2. c. 43.* Idem Potentiam duabus potissimum rebus parari, pecunia scilicet, & militibus, atq; deinde eius potentiam eiusmodi rebus conseruari & augeri, dicere solebat. Existimauit autem hæc duo sese consequi posse,
E exercitum commeatu retineri, rursum commeatum armis comparari. *Xiphil. in Caſ.* Idem. Dyrrachij expectabat, vt illuc a Brundusio milites mitterentur. Id cum tardius fieret, clam omnibus conscensa scapha exigua, tentauit transmittere pelagus, cumque nauigium vndis obrueretur, gubernatori iam animum despondenti, quis esset aperuit, dicens: Confide fortunæ, sciasque te Cæsarem vehere. Tanta erat animi præstantia, quasi fortunam ac Deos in manu haberet. Ac tum quidem tempestate ingrauescente, veritus est, quod instituerat, peragere. Milites autem, vbi rescivère factum, concursum fecerunt ad Cæsarem, grauiterque ferebant, si alias expectaret copias, velut ipsis diffisus. *Plut. in apoph.*

Cum Antonius appareret classem cum Cæsare confligere, Quidam tribunus militum, vir fortis, & armis exercitatus, Antonio prætereunti corpus suum multis cicatricibus insignitum ostendit, dicens: O Imper. cur his vulneribus, aut huic gladio parum fidis, inque lignis fragilibus spem reponis? Sine, Phœnices & Ægyptij classe pugnent, nobis Ro-
manis terram da, in qua consueuimus vel hostem vincere, F
vel mortem oppetere. *Plut. in vita Antony.*

TVRBO, Adriani Cæsaris præfectus, monitus ab eo, vt curam haberet suæ valetudinis, sibique daret vacationem à negotiis, respondit. Non decere Cæsaris præfectos nisi stantes mori, ignauum esse sentiens, in lecto incumbentem expirare. *Eraſ. l. 6. in apoph.*

Martialis lib. 1. Epigrammatum, de Mutio.

Dum peteret regem accepta satellite dextra,
Iniecit sacris se peritura focis.
Sed tam sæua pius miracula non tulit hostis,
Et raptum flammis iussit abire virum.
Vrere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.
Maior decepta fama est, & gloria dextra,
Si non errasset fecerat illa minus.

Martialis lib. 1. Epigrammatum de Portia.

Coniugis audisset fatum cum Portia Bruti,
Et subtracta sibi quæreret arma dolor.
Nondum scitis, ait, mortem non posse negari? G
Credideram satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas:
I nunc, & ferrum turba molesta nega.

Horat. Carm. lib. 2. Ode. 3.

Æquam memento rebus in arduis
Seruare mentem, non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia, moriture Delli.

Horat. Epist. lib. 1. Epist. 3. ad Iulium Florum.

Quod si
Frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quo te cælestis sapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc studium, parui properemus & ampli;
Si patriæ volumus, si nobis viuere chari.

Boët. de consol. lib. 3. Metro. 5.

Qui se volet esse potentem,
Animos domet ille feroces, H
Nec victa libidine colla,
Fœdis submittat habenis.
Etenim licet Indica longè
Tellus tua iura tremiscat;
Et seruiat vltima Thule;
Tamen atras pellere curas,
Miserasque fugare querelas,
Non posse, potentia non est.

* IVDÆORVM, ET CHRISTIANORVM:

Ex Apophthegmatibus editis per L. Beverl.

Nunc illum virtutis actum proponimus, cuius ponderosissima vis, & efficacissimi lacerti, in Bellica Fortitudine consistunt, nec me præterit, Zisca Dux inclyte, principatum tibi in hac saltem scena assignari oportere. Erat Dux Hussitarum bellicosissimus, licet vtroque oculo priuatus: cúmque iam morti proximus rogaretur, quomodo vellet tumulari; ille, Pellem demortuo demitte, ex eóque tympani operimentum conficite. Hostes enim, vt viuentis adspectum ferre non potuerunt, ita nec mortui sonitum, ferent. *Ex Ænea Sylu. l. 3. Comment. de Gestis Alphonsi, Beyerl. in Apoph. Christ.*

A Illi proximus Carolus IX. Franc. Rex, qui, cæſo in acie Montmorantio, cuius erat enſem Regi præferre quibuſdam eum honorem ambientibus reſpondebat: Satis virium mihi eſt ad geſtandum enſem. *Annal. Franc*

Redeo ad Alphonſum qui naufragos auxilium implorantes cum vidiſſet ſuos cohortatus, opem vi ferrent. Quod cum facere pertimeſcerent ob exortam tempeſtatem ipſe nauem ſoluit: Satius eſt, inquiens, vnà cum ſociis viris fortiſſimis occumbere, quàm illos videre ante oculos extrema pati. *Panorm. l. 2. de Geſt. eiuſd.*

Exiturus erat Carolus V. Imp. ad prœlium contra hoſtes ſtabatque in acie intra vallum & ſtationes armatus, at hoſtis magna baliſtarum vi eum repellere conatur, monentibus autem ſuæ ſaluti proſpiceret, id ſolum obmurmurabat. Canes qui latrant non ſunt extimeſcendi: neque eſt quòd timeatis, cùm præſidio Dei ſatis vallati ſimus. *Ex Franc. Robertelli Orat. funeb. habita Bononia. Beyerl. ſupra.*

PETRVS Sabaudiæ Comes, feudum apud Othonem IV. petiturus, duplici ante eum habitu comparuit. Latus dextrum auratis veſtibus, ſiniſtrum armis inſigne. Othoni verò, quid

B inuſitatus hic veſtium habitus moduſque portenderet, ſciſcitanti; Aurum, inquiebat, geſto in dextra, ad honorandam maieſtatem Imperatoriam: arma autem læua ſuſtineo, vt contra eiuſdem maleuolos ad extremum vſque ſpiritum dimicem. *P. Camer. medit. Hiſt. cap. 6.*

Eiuſdem virtutis & fortitudinis Ludouicus XII. Gall. Rex Pergebat enim exercit. Mediolanum, & in itinere nuncium accipit, hoſtem oppidulum quod in tranſitu ſitum occupaſſe; tardiuſque aduentante hoſpitio inibi deligendo. At ille: Ego ſuper corpora eorum hoſpitium accipiam, vel illi in meo. *Corozetus de dict. memor.*

Claudat hoc totum de bellica virtute Stephanus Contarenus, natione Venetus. Hic Senatus iudicio rei maritimæ in Benaco lacu præfectus, dum quippiam aduerſi nunciatum eſſet, domum properans, euocata de ſuperiori ſuarum ædium parte coniuge; Scias, aiebat, me Benacenſi oræ præfectum, Senatu iubente. Tu itaque intra paucos dies, aut lætum à

C me partæ victoriæ nuncium exſpectato, aut mortis meæ literas, quibus hoc meum cadauer auitæ ſepulturæ mandes. *Joan. Bapt. Egnat. lib. 6. cap. 4.*

ATHANASIVS, quum ei indiceretur à Iuliano Imperatore exilium, mœrentibus cunctis, qui diſceſſum eius grauiter ferebant, inque ipſum oculis coniectis: Bono eſtote animo, filioli, inquit, nubecula eſt: quæ breui euaneſcet. *Niceph. Call. l. 10. Eccl. hiſt. cap. 19.*

D. AMBROSIVS, poſtquam aduerſus Arrianos, & Iuſtinam Auguſtam in templo multa diſputaſſet, atque orthodoxam fidem contra aliorum blaſphemias fortiter defendiſſet, à Valentiniano Iuniore, iuſſus templum exire, reſpondit, Lubens id quidem non fecero, neque enim lupis ouium caulam prodam, neque blaſphemis templum diuinum concedam. Quod ſi necare me vis, in ipſa Eccleſia in me enſem aut cuſpidem ſtringe, perlibenter enim cædem eam tulero. *Theod. l. 5. cap. 13. & Niceph. Scholiaſtes, l. 12. cap. 19. Ecc. hiſt.*

ACHÆMENIDES, qui & Hormiſdas appellatus eſt, cùm in Perſia Chriſtianam religionem in maxima piorum perſecutione profiteretur, vocatus à Taram rege, & obiurgatus ob

D fidei confeſſionem, quam in homine extinguere minis conabatur, reſpondit: Impia atque difficilia à me petis rex, qui vniuerſitatis Deum, nequaquam abiuro, vt tuæ maieſtatis fiam amicus. Maius enim eſt crimen, diuinam quam regiam lædere maieſtatem. *Niceph. l. 14. cap. 20. hiſt. Eccl.*

Idem veſtimentis quibuſdam donatus à rege, qui eum beneficiis vincere conabatur, excandeſcens, tunicam conſciſſam abiecit, & voce magna exclamauit: Si huius, inquit, gratia me religionem longè optimam mutaturum putas, en munus tuum tibi, vna cum impietate habe.

PHILO Iudæus cum aliis Iudæis ex Caligulæ aula eiectus quod diuinos honores Cæſari eos affectanti negaſſet; conuerſus, ad ſuos dicebat: Bono animo eſtote viri: non deerit vobis qui auxilietur. Vbi enim ceſſant humana præſidia, diuina ſuccurrunt. *Euſeb. l. 2. hiſt. Eccl. cap. 5.*

* HIEROGLYPHICA.

Per Anteriora Leonis Hieroglyphicè robur ſignificatur: propterea quod in eo animali mēbra illa robuſtiora ſūt: ab excellenti enim vi quadā, vniuſcuiuſq; rei ſignificata ſua Ægyptij deſumebant. Expreſſit robus hoc *Lucret. Carus*, cū ita ſcripſit,

Principio genus acre Leonum ſæuaque ſecla
[illegible] nata eſt virtus.

Pie. Valer. lib.

P[illegible] Veſpas hieroglyphice pugnac[illegible] tem. & [illegible] feſtum [illegible] ue [illegible] es [illegible] m ſignificabant Æ[illegible] ptij. *Id* [illegible] 4.

For[illegible] n quoque [illegible] amelum [illegible] og [illegible] & Eſt e[illegible] in hoc anim[illegible] nte mi us d[illegible] vigo[illegible] & [illegible] eré do[illegible] robur [illegible] ndefeſſum, vt fame etiam [illegible] m tol rat[illegible] in plu[illegible] ſub one[illegible] di[illegible] erſe[illegible] t. *I*[illegible]

For[illegible] tudi[illegible] quoque nonn[illegible] pe[illegible] m omni[illegible] m rapidiſſimum hieroglyphic[illegible] ſignific[illegible] r, qu[illegible] admodum veloci [illegible] hic flumius, q[illegible] A[illegible] in M[illegible] opotamiam [illegible] abitur, propter [illegible] piſſimam v[illegible] ſagittæ (quæ Armen[illegible] rum lingua [illegible] dicitur [illegible] tur[illegible] ſic fortitudo cur[illegible] quadam pernici cunctis[illegible] quæque demoliri atque proſternere videatur, ni[illegible] que obicibus oppoſitiſque molibus aut obſtaculis impedir[illegible], quin quo ferri deſtinarit, eo victrix prorumpat. *Idem* [illegible]

Non temere quoque Adamantem pro fortitudine proponi, cui robur ind[illegible] mitum, vi que inſuperabi[illegible] is nomen merito feciſſet, quippe qui limæ ſcalpro & malleo duritia inenarrabili F reſiſtat, quodque omnium maxime admirandum eſt, contra etiam ignis violentiam incolumis lapillus euadat. *Idem.*

* Fortuna.

DEFINITIO, ET PROPRIETATES.

FOrtuna Græcè τύχη, & τυχηρὸν, fortunatus dicitur. Hebr. *Gadh*, à verbo *Gadhadh*, turmatim excurrit: propter fortunæ varias conuerſiones. *Pur* etiam *Sor*, dicitur, id eſt, ſors, *Purim.* Sortes, *Eſther. 3. 7. & 9. 27.* &c. à verbo *Por.* labefactauit, fregit, irritum fecit. Sors enim conſilia humana variaſque aſtutiorum cogitationes labefactat. Eſt autem fortuna cauſa per accidens in agentibus à propoſito, ſemper & frequenter in his, quæ propter hoc fiunt, *ſecund. Ariſt. l. 2. Phyſic.*

Fortuna eſt cauſa per accidens, vt in paucioribus præter intentionem, in his quæ ſunt propter finem, & à propoſito, *ſecundum C. Thom. l. 8. fin.*

Fortuna quid aliud eſt? quid ſors? quid caſus? quid euentus, niſi cum ſic aliquid cecidit, ſic euenit, vt vel non G cadere atque euenire, aut aliter cadere atque euenire potuerit. *Sec. Cicer. l. 2. de Diuinat.*

Fortunæ nomen à volubilitate inditum eſt. Nam quæ prius Vortuna à verto dicebatur, literæ V. mutatione in F. affinem (quod in pleriſque dictionibus factum eſt) in fortunam abiit. Cuius præcipuum opus eſſe poëtæ finxerunt, ima ſummis, ima ſumma commiſcere, rerumque omnium viciſſitudinem inducere & cuncta inuertere: cuius quidem vertiginis ergo φερέπολις τύχη à Pindaro appellatur.

Fortuna eſt accidentium rerum ſubitus atque inopinatus euentus. Multa enim, inquit Cicero, efficit inopinata nobis, propter obſcuritatem ignorationemque cauſarum. *Deſcriptio fortunæ per Lactan. l. 3. de falſa ſapientia cap. 20.*

Quomodo ergo Dea fortuna aliquando bona eſt, aliquando mala? an forte, quando mala eſt, Dea non eſt? ſed in malignum dæmonem repente conuertitur? *Aug. de ciuit. Dei, l. 4. cap. 18.*

Fortuna dicitur à fero quod temere & ſine ratione feratur. H Eſt enim fortuna accidentium rerum, ſubitus atque inopinatus euentus. Hæc eadem fors dicitur. *Terentius: O fortuna, ô fors fortuna, vt nunquam es perpetuo bona.* Aliud (*ait Donatus*) eſt fortuna, & aliud fors fortuna. Fortuna dicta eſt incertates, vnde & à fortuitis nomen accepit, ſecundum *Iſidor. l. 8. Extrau.* fors fortuna euentus fortunæ bonus. Nam fors fortuna eſt, cuius diem feſtum colunt, qui in arte aliqua viuunt, huius ædes trans Tyberim erat. Sane fortunæ vocabulum medium eſt, ſed cum fortunam ſolam dicimus intelligimus felicitatem, vnde fortunatos felices nominamus, infortunatos verò infelices, & infortunium malam fortunam: fortunare eſt proſperare, & bonis augere. *Cic. Tibi patrimonium dij fortunent.* Hinc fortunæ dicuntur diuitiæ, & fortunatim aduerbium, proſpere ac feliciter. *Plut. fortunatim omnia ſuccedant.* Fortunatæ etiam Inſulæ in mari Atlantico Gorganas, ſic dictæ à fructuum vbertate.

FORTVNÆ DESCRIPTIO APVD PORTAS.

Horat. 35. Od. lib. 1.

O diua gratum quæ regis Antium,
Præſens vel imo tollere de gradu

Mortale

A *Mortale corpus, vel ſuperbos*
Vertere funeribus triumphos.
Te pauper ambit ſollicita prece
Ruris colonus: te dominam æquoris,
Quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.
Te Dacus aſper, te profugi Scythæ
Vrbeſque genteſque & Latium ferox,
Regumque matres Barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni.
Iniurioſo ne pede proruas
Stantem columnam: neu populus frequens
Ad arma ceſſantes, ad arma
Concitet, imperiumque frangat.
Te ſemper anteit ſæua neceſſitas,
Clauos trabales, & cuneos manu
Geſtans ahena, nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidumque plumbum.
Te ſpes, & albo rara fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat:
Vtcumque mutata potentes
Veſte domos inimica linquis.
At vulgus infidum, & meretrix retro
Periura cedit, diffugiunt cadis
Cum fæce ſiccatis amici,
Ferre iugum pariter doloſi, &c.

APVD HISTORICOS

Sapienter feciſſe videri poſſunt, qui fortunam volucrem,
B cæcam variamque finxêre nihil certe hac vna (ſi quid illa eſt) inconſtantius, nihil magis variabile: nunc blanda & indulgens, nunc ſæua & infeſta, nec vllis infeſtius iraſcitur, quam quos indulgentiſſimè fouit: fitque ex matre ſubito nouerca ex nouerca mater: nec, ſi quæratur cauſa; alia reddi poſſit, quam quòd ita libeat, quòdque incertæ ſortis ſint res humanæ. Circumſcribit ſeſe tamen ſtulta mortalitas, prudentiamque reputat ſuam, tanquam homo ſemper ſapiat, præſertim in rebus ſubitis & inopinatis: in quibus ne ſapientes quidem ſatis ſibi ſapiunt. *Sabell. de ſubita mutat. fort. lib. 7. c. 8.*

Hæc noſtra vis eſt, hunc continuum ludum ludimus. Rotam volubili orbe verſamus. Infima ſummis, ſumma infimis mutare gaudemus. Aſcende, ſi placet, ſed ea lege, ne vti cum ludicri mei ratiò poſcet, deſcendere, iniuriam putes. An tu mores ignorabas meos? *Boet. de Conſol. l. 2. proſa 2.*

An tu in hanc vitæ ſcenam nūc primum ſubiſti, hoſpeſq; veniſti? Vllamne humanis rebus ineſſe conſtantiam reris, cum ſæpe ipſum hominem velox hora diſſoluat? Nam etſi rara eſt fortuitis manendi fides, vltimus tamen vitæ dies mors quædā fortunæ eſt etiam manentis. Quid ergo referre putas, tunc
C illā moriendo deſeras, an te illa fugiendo deſerat? *ibid. proſa 3.*

Etenim plus reor hominibus aduerſam, quam proſperam prodeſſe fortunā. Illa enim ſemper ſpecie felicitatis cùm videtur blanda, mentitur. Hæc ſemper vera eſt, cum ſe inſtabilē mutatione demōſtrat. Illa fallit, hæc inſtruit. Illa mendacium ſpecie bonorum, mentes fruentium ligat, hæc cognitione fragilis felicitatis abſoluit. Itaque illam videas ventoſam, fluentem, ſuiq; ſemper ignaram: hāc ſobriam ſuccinctámque, & ipſius aduerſitatis exercitatione prudentem. *Ibid. proſa 8.*

Ξεῖνε, ὅτι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ· οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι θέλει πείθεσθαι οὐδείς. ταῦτα δὲ Περσέων συχνοὶ ἐπιστάμενοι ἑπόμεθα, ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι· ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις αὕτη, πολλὰ φρονέοντα, μηδενὸς κρατέειν. Id eſt.

O hoſpes, id quod à Deo præfinitum eſt, auerti per hominem non poteſt. Nam ne vera quidem dicentibus parere vult quiſquam, hæc ſcientes plurimi Perſarum, ſequimur, neceſſitate vincti. Grauiſſimus autem dolor eſt inter homines, ſi
D quis per multa ſciens, nihil obtineat. Fortuna immeritos auget honoribus, innocuos vero cladibus afficit. *Herod. l. 9.*

FORTVNATI. INFORTVNATI.

Docet experientia quoſdā homines dici fortunatos, quibus omnia ex animi ſententia procedūt, vnde & Boni Pedis vocātur ſic apud Perſiū; Quidquid calcauerit hic, roſa fiat, & apud Pœnos dicuntur Nāphaniones iuxta S. Auguſt. *epiſt. 44.* Alios infortunatos, quibus omnia etiamſi feliciter ſint excogitata, infeliciter ſuccedunt. Hinc deligendo belli duce maximè diſputatur, nū felix ſit, an infelix. *Exēpla pete ex Tit. de Felicitate.*

ERRORES CIRCA CAVSAM.

Gentiles cæci & duces cæcorū, cæcā etiā cauſā poſuerunt huiuſce diſparitatis, Fortunam quæ non pro merito, ſed fortuitò etiā impiis felicitatē, piis vero miſeriā afflaret perſæpe.

Genethliaci hominis cuiuſque fato id tribuerunt.

Aſtrologi ſtellis & horoſcopo id aſſignant, vnde & ex illis diuinant futura vnicuique, ſed quam vanè, docet experientia.

Vulgus caſu autumat euenire.

Quidam prudentiæ & induſtriæ humanæ tribuunt, quam verè nonnunquam certorum euentuum cauſam eſſe, nemo ignorat. E

DEVS EST FORTVNA APVD CHRISTIANOS.

Deus horum omnium eſt cauſa, cur nempe hi præ illis fortunati exiſtant, cum enim ſit omnium Dominus, ſingulis prout vult, diſpenſat, & dona ſua impertit, vnde Pſaltes: in manibus tuis ſortes meæ.

Quippe reſpectu Dei nihil eſt caſuale aut fortuitum, ſed omnia præuiſa, prouiſa, & in ſe ordinata. Ideóque B. Auguſtinus, ab ore Chriſtianorum eliminandam cēſuit opinionem, & nomen Fortunæ iuxta mentem Gentilium. Nam vt Deus eſt natura naturans, quomodo quibuſdam Philoſophis placet loqui, ita & fortuna fortunans: hoc eſt, ſicut ipſe eſt autor naturæ, ita & fortunæ. Fortaſſis id etiam aliquouſquē viderat Ethnicus *Iuuenalis*, dum ita ſcribit:

—— Sed nos
Te facimus Fortuna Deam, cæloque locamus.

EIVS SIMVLACHRVM ET CVLTVS:
APVD ETHNICOS.
VBI DE FORTVNA AVREA.

Simulacrum Fortunæ cum cornu & gubernaculo pingebant, vt qui opinarentur, illam & opes, & humanarum rerum imperia largiri. Hinc Liuius fortunam in omni re dominari ſcripſit. F

DEMOSTHENES in clypeo ſuo bonam fortunam ſcripſit; quod opinaretur eam dominam regnorum eſſe.

Vetuſtum illius templum fuit Præneſte, vnde & certa oracula per ſortem eruebantur. Quomodo etiam apud Antium, reſponſa ab illa petebantur.

Olim autem Fortunā aureā ſeruabatur in Cubiculis Imperatorum, quaſi regni Fatum. Hanc Seuerus Imperator moriens in duos filios æqualiter diuiſit, teſte *Spartiano.*

Ita Antoninus Pius moriens, ait *Capitolinus*, M. Antonino rempub. & filiam, præſentibus Præfectis commendauit, Fortunamque auream, quæ in Principum cubiculis ſeruari ſolet, transferri ad eum iuſſit.

Etiam Iudæi ad impietatem prolapſi, tempore Iſaiæ Prophetæ, Deo relicto, Fortunæ cultū deferebant, vnde per illum corripiuntur *c. 65. verſ. 11. Et vos qui dereliquiſtis Dominum, & ponitis Fortunæ menſam*, vbi pro Fortuna; eſt Hebræis Gad. i. felicitas Fortunæ. Hinc Lia filium ex Zelphæ ancilla ſua natum vocauit Gad, dicens feliciter: *Gen. c. 30. verſ. 11.* Itaq; Gad erat Deus Gentilium, quem in bello victoriæ adeſſe exiſtimabant, & alij Martem, alij Fortunam dicebant. Atque hinc Germani olim bellis & rapinis addicti, Deum ſuum vocarunt Gord, quaſi fortitudinis æquè ac fortunæ bellicæ præſidem. G

Hac de cauſa Ancus Martius Fortunæ templum dedicauit, ſorore Numæ natus: videturque fortunam cognominem feciſſe fortitudini, cui ad obtinendam victoriam fortuna plurimum confert.

Itaque fortunæ, vti & aliis Diis ſuis, menſam variis deliciis refertam ponebant, quibus illos delectari arbitrabantur, vti etiam legitur *Daniel* 14. de Belo.

BVPALVS, inquit *Gyrald. ſyntag. 16.* primus omnium Fortunæ ſtatuam Smyrnæis effecit, polum capite ſuſtinentis, manúque Amaltheæ cornu. Poſt hæc Pindarus Deam ipſam celebrauit. Verum iam antè Orpheus Fortunæ hymnum, cum thuris thymiamate concinuit.

Fuit & in Ægera vrbe Fortunæ ſimulacrum, geſtantis ſimiliter cornu copiæ iuxta quem cupido erat alatus. Qua re ſignificari putat Pauſanias, quòd ea etiam, quæ ad amorem pertinent, fortuna magis quam pulchritudine mortalibus ſuccedant. Sic & *Lactantius lib. 3. cap. 28.* docet fortunam effigiari cum cornu copiæ & gubernaculo, tanquam opes tribueret, & humanarum rerum regimen obtineret. H

Hinc *Plin. lib. 2. cap. 7.* exclamat: Toto mundo, & locis omnibus omnibuſque horis, omnium vocibus ſola fortuna inuocatur, & vna nominatur, vna accuſatur, vna agitur rea, vna cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conuiciis colitur. Volubiliſque exiſtimata, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorúmque fautrix, huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta, adeóque obnoxiæ ſumus ſortis, vt ſors ipſa pro Deo ſit, qua Deus probatur incertus.

Apud Rhamnum, Atticæ pagum, eidem quoque templum exſtructum fuit, à quo Rhamnuſia appellata.

Fuit & Romæ templum Dẽæ Fortunæ : ædẽ que [illegible]la, quam A Lucullus mag[illegible] opibus conſtruxerat, [illegible]ci dicata.

Etiam N[illegible]rtia apud Iuuenalem appellatur [illegible]atyr. 10. *Si Nortia [illegible]huſco Fauiſſet.* Alij Nyrtia legunt, eſtque locus fortunæ dedicatus, per Thuſcum autem intel[illegible]git Seianum.

Erat quoque Fors Fortuna apud antiquo[illegible], ac ſumebatur in bonam partem, eius numinis templ[illegible]m a Se[illegible]uio T[illegible]llo Rom. Rege ſecundum Tyberim, [illegible]t [illegible]o ſcribit, [illegible]xtra vrbem dedicatum fuerat eique in magna rerum pro[illegible]ſperitate ſacrificabant. Ipſe autem Tu[illegible]s F[illegible]tunam per f[illegible]ſtram ad ſe dilabi ſultam aſſ[illegible]cbat.

Alij Fortunam velo adornat[illegible]m, [illegible]tæque vo[illegible]bi[illegible] aut p[illegible] inſiſtentem pingebant, a terg[illegible] lat[illegible]tam [illegible] vu[illegible]uque totum, fronte vero blandiente atque hoc ſ[illegible]hem[illegible] vulgò ca[illegible] primunt. Hunc reſe[illegible]ri poteſt [illegible]llius elegan[illegible] de[illegible]ripti[illegible] ſ[illegible]pra ex Horat. adſcripta.

Romani etiam col[illegible] ſunt Fortunam [illegible]ceram, vt [illegible] glutinóque eam ſibi alligarent, ne elaberetur.

Fortuna varia Nomenclatura & Id[illegible] a veteribus [illegible]rp[illegible]

Varias Fortunæ nomenclaturas, quibus incaſpect[illegible]
B rum euentus ſignificauit vetuſtas, & Deam eſſe voluit, c[illegible]que, reperimus apud *Gyraldum Syntag.* 15. & *Briſſonium de Formulis lib.* 1. E multis præcipuas deſumpſimus, eaſque 14.

Prima erat Fortuna Primigenia, cui ædem Romæ in Capitolio à Seruio Tullo dicatam Liuius, & Plutarchus teſtantur : eique naturam adſtantem affingebant, teſte *Dione.*

Virginalis Fortuna erat, ad quam nubentium togulas deferebant, vt ex *Feſto & Arnobio* obſeruamus, & ad ritum nuptiarum ſpectabat.

Obſequentem Fortunam vrbes montéſque in naſſam trahentem effingebant.

Reducẽ Fortunã cũ ciconia & hirundine, *cui templa priores ob reditum vouêre ducum,* vt teſtis eſt *Claudianus,* exprimebant.

Fortuna Reſpiciens velut opem afflictis latura, reflexo capite pingebatur.

Libera Fortuna cum pileo in manu, & catenis ad poſtẽ fixis.

Fortunam ſtatam ſiue erectam haſtile tenentem formabant.

Adiutria Fortuna vlmo quã vitis cõplectebatur, innitebatur.

C Fortuna conſeruatria cũ orbis globo & nauis gubernaculo.

Felix Fortuna cũ cornu Amaltbææ adſtante illi Cupidine.

Manens Fortuna alas ponebat, & depoſitis talaribus, ac globo, cui innitebatur a ſe remoto, aſſidebat virtuti ſuper ſaxo cubico.

Fortuna Publica portam vrbis ingrediebatur cornu geſtans abundantiæ.

Equeſtris Fortuna equo inſidebat ſine freno. *Hæc Gyraldus & Briſſonius.*

Extat adhuc Romæ in Palatio Card. Farneſij cuilibet viſendum ingens Fortunæ ſimulacrum, forma muliebri & procera, manu orbem continens, cum hac inſcriptione: Fortunæ reduci domus Auguſti ſacrum.

SIMVLACRVM POPVLARE, EIVSQVE CAVSÆ.

Præter Simulacrorum imagines in ſuperioribus indicatas, vulgaris quædam circumfertur, cuius etiam exemplar à Veteribus deſumptum, nec caret ſua venere. Primũ enim pingunt, vti etiam olim, Fortunam cœcam. Hoc Cebes Thebanus quo-
D que in Tabula fecit. Mulier inquit, illa Fortuna vocatur, quæ ſuper rotundo lapide conſiſtens, cœca eſt, & inſana, ac ſurda.

Secundo muliebri forma pinxerunt. Audi *Artemidorum* : Mercurius, ait, iuuenis & adoleſcens, Hercules iuuenculus, Iupiter vir, ſenex Saturnus, Dioſcuri gemini adoleſcentes, Spes virgo, Diana & Minerua. Spes quidem ridens, Diana caſta facie, Minerua Gorgonem intuens, Fortuna mulier iuuenis, vetus Veſta, Parcæ tres mulieres veſtitæ, nudæ Horæ, Lauantes Nymphæ.

S. Aug. l. 4. de Ciu. Dei, c. 19. tradit muliebris Fortunæ ſimulacrum Romæ à matronis dedicatũ & appellatum fuiſſe, quod & ſæpius locutũ eſſe tradiderunt. Cauſam dat *Gyrald. ſynt.* 16. *& Plut. lib. de Fort. Rom.* Cum enim Coriolanus exul patriæ, nimirũ Romæ, bellũ intuliſſet, nec armis reſiſti poſſet, nec precibus, mulierũ tamẽ lacrymis placatus eſt, ideóq; templũ extructũ Fortunæ muliebri via Latina, quarto ab Vrbe lapide.

Alij, vt inquit, *Gyrald. ſynt.* 16. inter maris vndam velificantem finxêre fortunam, alij in ſaxa aut montis cacumine ventis expoſitam, plerique rotæ inſiſtentem finxère. Certè Apelles cum fortunam ipſe ſedentem pinxiſſet, rogatus cur id feciſſet? Quia inquit, nunquam ſtetit. Apud Scythas verò ſine ped[illegible]hi[illegible]ebat [illegible] vt manus tantum & [illegible] ſtat a[illegible] q[illegible] A[illegible]oda v[illegible]cant, [illegible]d [illegible] C[illegible] n[illegible]inant [illegible]e q[illegible]bu[illegible] *P*[illegible] q[illegible] [illegible] f[illegible] ca[illegible]e.

A[illegible] quo c[illegible] un [illegible] rei [illegible] qu[illegible], ot [illegible] per[illegible] ſignific[illegible] ca[illegible] h[illegible], Fo[illegible] ipſius [illegible] [illegible]æ. H[illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] mig[illegible] [illegible] *R*[illegible] bi[illegible] [illegible] S[illegible] gr[illegible] [illegible] R[illegible] ac di[illegible] [illegible] a Fortunæ in [illegible] Oedip[illegible] Sop[illegible]cleu: Ego me [illegible] inde [illegible]uma, & qui cum [illegible] Reg[illegible] ſunt, [illegible] Principẽ alum[illegible] Romæ, & q[illegible] [illegible] dia[illegible]t, reuera Vrbẽ ferret. F

DE FORTVNATIS ET INFORTVNATIS.

APOPHTHEGMATA ETHNICORVM.

THALES ſciſcitatus, quemadmodum quis calamitatem optime ferre poſſet : Si, inquit, hoſtes videat in maiori vertate miſeros. *Max. ſerm.* 10.

CHILONIS ſententia huic non abſimilis eſt : qui dicebat, infortunatum non irridendum eſſe : fortuna cum inconſtans ſit, & noſtræ etiam fœlicitati inuideat. *Stob. ſerm.* 109. Idem ab Æſopo interrogatus, quid ageret Iupiter? Reſpondit. Excelſa deprimit, depreſſa extollit, indicans arbitrio numinis res hominum ſurſum deorſum volui, reuoluique. *Laert.*

ÆSOPVS quærenti, quid dij facerent? dixit, eos alia ſtruere, alia diruere. *Stob. ſerm.* 103.

BION interrogatus, quis eſſet in vita maximè anxius? Qui in maximis, inquit rebus cupit eſſe fortunatus. Is enim mille curis diſtorquetur, vt aſſequatur ardua : & aſſequutus, æque torquetur ne amittat. *Laert. lib.* 4. Idem dicere ſolebat, Fortunam diuitibus pecunias non dono dediſſe : ſed mutuò. Hæc enim, cùm ſuis bonis extra omnem ſpem nos euehit, ſuoque G pro arbitrio mox deprimit incautos. *Stob. ſerm.* 103.

SOCRATIS dicebat idem eſſe in ſecunda fortuna altum ſapere, & in lubrica via curſu certare. *Stob. ſerm.* 103.

BIAS eum demum infortunatum eſſe pronunciabat, qui infortunium ſuum æquo animo ferre non poſſet. *Max. ſer.* 18. Idem interrogatus, quid eſſet difficile? mutationem, inquit, ſecundæ fortunæ fortiter ferre. *Max. ſerm.* 18.

LEOTICHIDAS, roganti quo modo quis maxime præſentia bona tueretur? Si non omnia, inquit, fortunæ crediderit. *Briſſon. lib.* 2. *cap.* 37.

DIONYSIVS Iunior, amiſſo Imperio Corinthi agens, ſi quis ipſi moleſtus eſſet. Quam beati ſunt, qui à puero infelices fuère. *Stob. ſerm.* 106. *de inſperat. euentib.*

Conuenerant aliquando Dionyſius ſecundus, & Philippus Amyntæ F. cùmque in diuerſos ſermones incidiſſent : Philippus inter alia. Dionyſium rogabat. Quomodo, cum tantum regnum accepiſſet à parente, non id defendiſſet & con- H ſeruaſſet? Reſpondens non mirum eſt, ait : quoniam quum reliqua mihi pater omnia reliquiſſet, fortunam ſolam, qua ea parauerat, & tutatus fuerat: mihi non tradidit. *Ælian. lib.* 12. *de var. hiſt. & Briſon. lib.* 2. *cap.* 37.

DEMOCRATIS etiam bonum gubernatorẽ aliquando naufragium facere, & virum bonũ vel induſtrium etiam infortunatum euadere, dicebat. *Ant. & Max. ſer. de fortun. bona & mal.*

SIMONIDES ad conuiuium à Pauſania vocatus, rogabatur inter conuiuandum, vt quodpiam ex philoſophiæ arcanis in medium adferret hoſpitibus, quod documento eſſet omnibus. Is itaque reſpondit Pauſaniæ : Memineris te hominem eſſe. Vidit verè Sapientiſſimus, Pauſaniam ex nimia fœlicitate ſuperbientem, quem hoc dicto ſui officij admonere voluit. Sed Pauſanias contempſit Philoſophi dictum. At cum iam in carcere cum fame luctaretur, eamque contumelioſiſſimam mortem præoculis cerneret, in memoriam philoſophi dictum reuocans : O hoſpes! ait, magnum quiddam in tuo erat ſermone; ego vero nimium fortunæ meæ fidens, eum nullius momenti eſſe putabam : vnde nunc miſerrimè interire cogor. *Ælian. l.* 9. *de varia hiſt.*

CROESVS,

A CROESVS, conſul[illegible] a Cyro de be[illegible]ndo contra Tomyrim aſtutiſſim[illegible] Æg[illegible] qua tandem occiſus eſt. Si, [illegible] vide[illegible] mihi eſt opus, vt m[illegible] etiam d[illegible] q[illegible]oque agnoſc[illegible] hominem, [illegible] humanarum rerum circu[illegible] eſſe, q[illegible] rotat[illegible] fortunatos eſſe non ſinit. *Bruſon.* [illegible]

D[E]METRIVS. [illegible] ne dextram [illegible] 10. Idem. Nemo De[illegible] tior [illegible] dicere. Tu me exul[illegible] *in Dem[illegible]*

DARIVS Xerxis [illegible] prælijs ac rebu[illegible] prudentia nimio co[illegible] hæc præceptis haur[illegible] rum, vt voca[illegible], collige[illegible] *ex Plut.apoph.*

Cum Philippo Mace[illegible] die multas res fœliciter ac pro[illegible] viceerat in Olympijs, & Par[illegible] prælio fudecat, & Olympias ipſi maſculum fœtum [illegible] porrectis

B in cœlum manibus exclamauit: Et ô fortuna, inquit, pro tot tantiſque bonis leui quopiam malo me affice. Vir cordatiſſimus, non inſolenter geſſit ob rerum ſucceſſum, ſed fortunæ indulgentiam ſuſpectam habuit, cuius ingenium eſſe nouerat, vt quibus exitium molitur, his prius noua rerum proſperitate blandiatur. Huc pertinet quod de Polycrate Samiorum tyranno refert. *Plin. Plut. in apoph. Fulg. l. 7. c. 2.*

APELLES interrogatus, cur ſedentem fortunã pinxiſſet? Reſpondit, quia loco ſtare non poteſt. *Stob. ſer. 130. Max ſer. 67.*

ROMVLVS infœlicitatem hominibus plurimum prodeſſe dicebat, eo quod in rebus aduerſis doceamus de rebus antea nobis ignotis. Multi enim cum ratione futura prævidere non poſſunt, patiendo res intelligunt demum. *Anton. in Meliſſa, p. 1. ſer. 70.* Idem. Eum nequaquam beatum prædicandum dixit, qui propter amicos, aut alias fortunæ dotes exultaret, hæc enim ſunt fallacia & caduca omnia, quæ fortuna in ſua poteſtate habet. *Max. ſer. 18.*

FABIVS MAX. Cum audiret Minutium collegam ab om-

C nibus mirum in modum collaudari, quod nonnullos hoſtes iam deieciſſet: ſe magis ſecundam Minutij fortunam, quam aduerſam pertimeſcere, dicebat. Non ignorabat enim, quam variæ eſſent fortunæ vices, &c. *Plut. in vita Fabij Max.*

C. MARIVS, non ſanæ mentis hominem eſſe aiebat, qui ſe fortunæ committeret. *Bruſ. l. 1. c. 37.*

De Mario tyrannorum ſeptimo dictum eſt, quod vno die factus eſt Imper. altero viſus eſt imperare, tertio interemptus eſt à milite, qui percuſſorus illum dixerit. Hic eſt gladius quem ipſe feciſti. Fuerat enim opifex ferrarius. Alluſit autem interemptor ad illud prouerbium, tuo te gladio iugulo, *Tr bell. Pollio.*

Celebratur Seueri Imp. dictum: Omnia fui, ſed nihil expedit. Sentiens, ſeſe ex humili loco, per literarum ac militiæ officia, plurimis gradibus fauore fortunæ, ad imperij faſtigium fuiſſe perductum: ſed nihil fœliciter ceſſiſſe, aut nulla in re ſibi placuiſſe. *Ælius Spart.*

CHILON, cum quidã propter ſua mala doleret, Si aliorum omnium mala perpenderis, minus ægre feres tua. *Stob. ſer. 18.*

PITTACVS prudentium virorum eſſe dixit, ne quid mali fiat cauere, fortium autem, id quod factum eſt, moderate

D ferre. *Stob. ſerm. 18.*

DIOGENES in caſus quoſdam aduerſos quom incidiſſet, dicebat, Bene factũ; ô fortuna: quod tam viriliter mihi præfueris. Idẽ in huiuſmodi caſibus alta voce cantillabat. *Stob. ſer. 106.*

ZENO naufragium paſſus, cum vnà cum opibus omnia amiſiſſet, immobili vultu, Euge inquit, fortuna, quam opportunè nos ad hoc palliolum redegiſti. *Max. ſer. 8.*

XANTIPPA dicebat, cum infinitæ mutationes & Rempub. & ipſos occupaſſent, in omnibus ſe ſimilem vidiſſe Socratis vultum & exeuntis domo & domum redeuntis. Ad omnes enim fortunæ vndique ingruentes procellas moderatus & concinnus erat. *Stob. ſerm. 106.* Idem dicebat idem eſſe in gymnico certamine victum contumeliæ actionem aduerſario intentare, & in vita victum à fortuna eam accuſare; quaſi neſcias quo iure quibus legibus in vitæ certamen cum ipſa deſcenderimus. *Stob. ſer. de puſillanimitate.*

ARCHITAS Pythagoreus dicebat, non difficile eſſe aduer[ſam] f[illegible] commode ferre, ſed proſperam. Omnes etenim,

E inquit, q[illegible] in miſeri[is] permanent, vel plurimum moderat[i] mod[illegible] moribus eſſe videntur: in rerum autem ſu[illegible]ceſſu [illegible] &c. *Stob. [ſ]er. de virtute.*

SEN[ECA] [illegible] Epiſt[illegible]. Nihil ait, neque [illegible], neque boni dare poteſt Fo[illegible] [illegible]tior enim omni for[tun]a eſt animus, qui [illegible] ſuas [illegible] p[ar]tem ducit, beatæ [illegible] miſeræ vitæ ſibi [illegible]. *Iuuenalis: Nullu numen abeſt [ſi] ſit prudentia.*

A[illegible] ad S[illegible]ſtium, ad Cæſarem dixit Fabrum ſuæ quem q[illegible] fortunæ.

Et [illegible] d *Liuium* [illegible]. Bono Imperatori haud magni [illegible] eſſe mentem rationemque dominari.

CHRISTIANORVM EX APOPHTH.

[illegible]

V[illegible] fortunæ [illegible] volumus, & ſimul in eis admirandam in [illegible] mutationem, eamque licet iniquam quandoque, æquo tamen fortique pectore toleratam. Videa[mus] [illegible] quot beneficiorum gradibus Villegiſum bearit te[illegible] omnia Fortuna Patre rhedario natus, ab Othone III. de repente primus inter Electores adoptatus, ne autem tepé[illegible] ille honor, eum ſupra id quod erat, efferret, ſæpius ru-

F ctabat: Vide quis ſis, memẽto quis fueris. Vnde rotas ſuo Muſæo appingi curauit, iſtque ſubſcribi: Villegiſe prioris tuæ Fortunæ memor, quis nunc ſis conſidera. Hæc rota poſtmodũ inſigne Archiepiſcopatui Maguntinenſi fuit, atque ab Henrico II. Imp. confirmatũ. Obſeruabat ergo hic illud Auſonij:

Fortunam reuerenter habe, quicunque repente.

Diues ab exilo progrediêre loco.

Ioan. Zieglerus de Viris illuſt. Ioan. Naucleras gener. 35. Bruſch de Epiſc.

BENEDICTVS XI. Pont. Max. genere obſcuro ortus, ac tenui fortuna, virtute ad Pontificatus apicem euectus, primæuæ paupertatis memor erat. Venerat namque ad eum mater: quam ſplendidiori cultu, ac tali filio digno, ornauerant matronæ Rom. quæ, vbi in conſpectum eiuſdem veniſſet, diſſimulauit Pontifex ſe eam agnoſcere, ac monitus adeſſe matrem, Egon ait, tam ſpecioſo amictu matrem eſſe credam? non agnoſco, matrem enim & pauperem ſcio, & ignobilem. Erubuere cuncti matrique eductæ pannoſas exuuias reddidere, quibus indutam, reducunt. Tunc genitricem amplexatus,

G Hoc, inquit, habitu matrem reliqui, & talem libenter agnoſco, recipioque. *Crantz. l. 8. Metrop. c. 46.*

FRANCISCVS I. Franc. R. & Carolus V. Imp. maxima Fortunæ luctatio fuerunt, omnes enim illius inſultus fortiſſimè & conſtanter ſuſtinuere. Captus à Cæſarianis Franciſcus apud Ticinum anneis, cuſtodiæ in Hiſpanijs traditus, quò perductus, aduertit muro palatij, quod ei carceris loco erat, inſcriptum illud Caroli ſymbolum, Plus vltra, & ſtudio id factum ſuſpicatus, vt nempe ſuæ conditionis memor eſſet, variam & ancipitem belli aleam conſiderans, eodem charactere ſubiunxit: Hodie mihi, cras tibi, quod intuitus poſt dies paucos Carolus, firmum ſe fortunatumque ad omnes rerum euentus conteſtatus, laudabilem illam ſententiam ſubiunxit: Homo ſum, nihil humani à me alienum puto *Auct. Serm. memorab. Peuterus de Diuin. Richit. in Axiomat.*

Quid verò Gelimeri Vandalorum Regi, ſimile ætas noſtra aut ſenſit aut vidit? Ducebatur iam victus & vinctus vnà cum coniuge, liberis, familia regia, à Iuſtiniano Imp. in triumphum: & non actus iniquæ ſortis caſibus, pleno & cachinnabili riſu defluxit, cúmque eum ob nimium dolorem mente alienatum exiſtimarent, dicebat: Rideo Fortunæ viciſſitudi-

H nes, vt qui modò Rex fuerim, iam ſeruiam. *Philip. Camer. in Oper. ſucciſ. c. 11.* Et ita obtinet illud Lyrici;

Fortuna læto ſæua negotio; &

Ludum inſolentem ludere pertinax,

Tranſmutat incertos honores,

Nunc mihi, nunc alij benigna.

GELIMERIS exẽplum aliud illi par non indecorè ſequetur, quod *Nicephorus* poſthumæ ætati conſecrauit. Erat Seſoſtris Ægyptiorum Rex illuſtris, & felix, qui reges quam plures & maximas nationes ſuo imperio ſubiecerat. Verùm ex eo ſucceſſu in proteruam arrogantiam ſublatus, currum aureum & gemmatum conſtruxit, in quo conſidens, quatuor ex deuictis Regibus, qui eum protraherẽt, iugo impoſito adhibuit, quod cùm crebriùs fieret, factum vt celebri quodam die vnus è quatuor iſtis Regibus, oculis conuerſis, aſſiduè volubilitatem rotæ intueretur. Quem cùm Seſoſtris cogaſſet, cur tam

freque [illegible] in rotam comp[illegible] ſſe ferunt
A Admir[illegible] ore rotam [illegible],dum [illegible] inſtabi
li mo[illegible] nunc quidem ſublimia demitte[illegible]
autem [illegible] illa [illegible] ſublimantem conſpicor. Mouit [illegible]
& n[illegible] inde erat,rerum ſuum naturam [illegible]
do, n[illegible] deinceps currum trahere [illegible] & Fortunæ incon
ſtantia, Sc[illegible] ſuſpecta, & deſpecta eſſe cœpit.

Sic omnia verti
Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes
Concidere has, ſic magna fuit cenſu[illegible]
Perque decem potuit tantum dare ſanguinis annos,
Nunc humilis veteres [illegible] ruinas,
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.

Niceph. 18. *c.* 29. *P. Ioan.* [illegible] *vita P*[illegible]*itati, c.* 8.

At noſtri ſæculi & ſoli [illegible] ſt quod ſubijcio. Occuparat A[illegible]
xander Farneſius Parmæ Dux, [illegible] orb[illegible]
Antuerpiam: cum à viro nobili admonitus [illegible] Marti [illegible]
ret, gloriam ſuam ad ſummum apicem attigiſſe,& m[illegible]
Solet Fortuna, cum ad ſummum venit rotam voluere,[illegible]
B ma nimis commutans, nunquam diu ſtare. Quis vaticinium il
lud verum fuiſſe negabit, qui ſubſecutam eius fortunã ment
complectitur? *Ianſonius l.* 5. *Mercurij Gallo-Belg. pag.* 500.

FORTVNÆ INCONSTANTIA. AGITATI VARIIS CASIBVS.

Ac Primum Populi. Vrbes.

Tarentini populari dominatione primum fuere potentiſſimi: annis poſterioribus illecebroſæ inualuere deliciæ, propter fortunam proſperam, adeo vt ludos in dies agerent, otioque diffluerent. *Athenæus l.* 12. *Strabo l.* 1.

Eo magnitudinis rem Piſanam erectam aliquando referunt, vt centum eorum familiæ totidem roſtratas naues ædificarent ſuo ſumptu, & ad Liguſticum bellum eduxerint, poſtea accedente ſuperbia, quæ opulentiam comitatus, & omnia negotiatione, ad Piſorum vilitatem à ſtupenda illa magnitudine deuenerunt. *Iouius l. hiſtor.*

Neque hic pluribus exemplis opus fuerit, cum quælibet Regio obuia ſuppeditet inconſtantis fortunæ experimenta, in vrbibus, & familiis, quarum honores, opes & robora tranſmutantur, paucorum ſubinde annorum decurſu. Hieroſolyma, Roma, Carthago, Babylon, Athenæ, & noſtris tem-
C poribus Venetiæ, Antuerpia, Brugæ, aliæque innumeræ vrbes documento ſunt, quibus caſibus humanæ res ſubiaceant.

Homines pij variis caſibus agitati.

IACOB Patriarcha ſanctiſſimus, (in quo neſcias, maiorne ſanctitas fuerit, an prudentia) ſæpius humanarum rerum inconſtantiam expertus eſt. Nam cum opibus & liberis Cananæorum eſſet longè princeps, orbatur repentè filiorum cariſſimo: ſequitur hunc luctum dira fames: & qui cæteris mortalibus opitulari erat ſolitus, ad alienas cogitur opes confugere. Torquet ſenem deſiderium decem filiorum in longinquam frumentationem profectorum. Additur duplex luctus, & ſi obſidis relicti, & alterius filij in ſuſpectam terram ablegandi: & vnius viuax ſenectus tot modis torquebatur, cum & is quem diu luxerat, & quibus demùm timebatur, repentè reſtituuntur: eamque terram, quam nuper impenſius horrebat. Ioſephi cupidus natali ſolo prætulit, in Ægyptum cum tota domo profectus; vbi honorificè à rege acceptus, agrumque ea ſententia adeptus, in otio & diuitia-
D rum affluentia extremum vitæ tempus exegit. *Sab. l.* 7. *c.* 8.

MOYSES Iſraëlitidis mulieris F. à matre propter metum tyranni Pharaonis expoſitus, à filia Pharaonis exceptus, in aula magnificè educatur. Cùmque iam adoleuiſſet, & copiis Ægyptiorum præfectus, magna ſtrage Æthiopes viciſſet, alteramque iam certam ſpem regni per ſucceſſionem adipiſcendi, repentè ſunt illi omnia mutata. Perierat, niſi fuga ſolum vertiſſet: eſtque repentè ex duce exul factus, ex ſucceſſore Infeſtiſſimus. Pauit proinde alienas oues diu in Troglodytide. Reuiſit demum iacentem fortuna, ſed prouidentia verius dixerim: & qui nuper ſeruiebat, vt par regi objicitur: qui oues verſabat, ſexcentis hominũ millibus præficitur, qui vni Barueli erat notus, apud omnes omnibus fit gentibus illuſtris: & demũ qui ſuæ erat libertatis indignus, fit alienæ aſſertor, vſque adeò vis hæc (quæcũque eſt) omnia humana verſat, lætis triſtia miſcens, & læta triſtibus, nulla re magis quam varietate gaudens: & quà non expectatur, fere ſe ingerẽs. *Ibid.*

Nihil fuit Dauide ſanctius, nihil Salomone ſapientius: nec tamen domus vlla atrocioribus pluribúſque ſugillata eſt probris. Vt Dauidis iuuenta diſſimuletur, ſoceri ſæuitiæ &

fu[illegible] E
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] fœdiſſ[illegible]
[illegible] dira m[illegible]
[illegible] habe[illegible]
[illegible] quæ [illegible] *Sa.*

P[illegible]*, C*[illegible]

IOANNES XII. Pontifex [illegible] Rom. ad [illegible]
non compulſo [illegible] obus,
[illegible] *Fulg.* [illegible]

GREGORIVS VII. [illegible] Henricum [illegible] vt bru-
F mali tempore nudis pedibus ad [illegible] Canutium [illegible] coëgerit, in Adriani molem metu compulſus, Romam vidit à Normannis incenſam, & Clementem aduerſus ſe pontificem creatum. Poſtremò ne in vrbe quidem, vbi dignitatis faſtigium fuerat adeptus, contigit mori. Nullus Romanorum Pontificum maioribus eſt fortunæ fluctibus iactatus. *Sab. l.* 7. *c.* 8.

BONIFACIVS VIII. Pop. Guelforum factioni addictiſſimus, Gibellinis plurima intulit mala, & ab iiſdem quoque extrema paſſus eſt. Nam cùm acerbè Iacobum Ioannémque Columnẽſes Cardinales & Sarram eorum fratrem inſequeretur, non contentus Eccleſiaſticis eos honoribus priuaſſe, patrimonium etiam, atque alia bona, quæ poſſidebant, ademit. Sarra, diu per nemora errans, paſtorum miſericordia alebatur, nemini propter Bonifacij odium ac vires ſe credere auſus. Squalore igitur confectus, cùm inſuper promiſſa barba demiſſique capilli totum obtegerent hominem: effigiem prorſus à conſueta ſpecie mutauerat, ac lacera veſte tectus, feræ potiùs quàm homini ſimilis videbatur. Huius vitæ iam propter longitudinem impatiens, ad mare deſcendit, tutiora loca inquiſiturus. Illic à piratis Catelanis captus non auſus ſe, ne Boni-
G facio Pontifici venderetur, detegere, remigarium ſeruitutem patienter accepit. Cùm poſtea piratæ cum triremibus Maſſiliã attigiſſent, non ignarus Sarra, inter Philippũ Gallorũ regem cognomine Pulchrum, ac Bonifacium Pontificem, graue odiũ atque inimicitias eſſe, clàm ſe ei detexit: redemptúſque à piratis, in Galliam ad Philippum perducitur. Accepto igitur ſtipendio, & Gallis quibuſdã militibus, non ſimul, ſed ſenſim ſequi iuſſis, Sarra cum Agnaninis ciuibus, Gibellinæ factionis inita conſpiratione, ſcalis Ananiam Latij vrbem ingreſſus, Bonifacium ſecurè in patria agentem cepit: ei primùm theſauros omnes ademit: deinde re verbóque non ſecus atque in hoſtem inuectus, vinctum Romam deduxit, vbi eum Tiberi immerſiſſe putatus eſt: quanquam quidam ſcripſerunt, Sarram à vi in Bonifacium temperaſſe, ſed Bonifacium nimia indignatione interiiſſe. *Fulg. l.* 6. *c.* 11. *& Sab. l.* 7. *c.* 8.

IOANNES XIII. poſt quartum indepti Pontificatus annum, cùm eſſet in Conſtantienſi Concilio, damnationem ſuam confirmare, deinde Pontificatum deponere coactus, cùm fu-
H gam tentare, in inſula Rheni, cui S. Marci nomen eſt, in carcere aſſeruatus eſt: atque ab eo loco ad Bauariæ ducem tranſmiſſus, triennium per ignominiam, in rerum omnium neceſſitate, tranſegit. Coëmpta demùm (ab amicis adiutus magno auri pondere) fuga, Florentiam petiit, vbi Martinus quintus erat, eius in Pontificatu ſucceſſor. Illic non ſine omnium admiratione, & commiſeratione (quia in fugitiui hominis forma, lacrymabundus, humi genu nixus, ſupplicare aliis cernebatur, cui principes, reges, Imperatorque ipſe non modo paruerant, verum etiam pedes venerabundi conſueuerant deoſculari: qui præterea multos ad Cardinalatus honorem euexerat, tunc Pontifici aſſidentes) Pontificatu priuatus, ingentis loco muneris, Cardinalatum accepit. *Fulg. l.* 6. *c.* 11.

IOANNES VITELLIVS, paruo loco Corneti ciuitate Ethruſca ortus, à prima ætate literis operam dedit: poſtea mutatis ſtudiis, libros armis, atque equis mutauit, ſtipendia cũ Tartalia militari duce clariſſimo prima fecit: eius quoque precibus à Martino V. Pontifice Protonotoriatus honorem adeptus eſt. Deinde ab Eugenio IV. in Cardinalium numerũ receptus, Eccleſiaſtico equitatui præfuit, atque adeo vel vi, vel alia arte,

Eugenio

A Eugenio ſucceſſ[illegible] putabatur, aut for[illegible]entem etiam Pontificatu [illegible] Pòſt cum [illegible] equitum trans amne[illegible] Tybe[illegible] Angeli adhæret, [illegible] ita vt vltra p[illegible] ratus ec captus, [illegible] arcem [illegible] tum nudus [illegible] publice [illegible] vt per [illegible] à pop lo Romano ſpectaret. [illegible]

THOMA[illegible] ſans patre natus, [illegible] VIII. Anglorum Regis [illegible] Cancel[illegible] bus ſeſe æquatum [illegible] argumen[illegible] licèt ſyngraphæ [illegible] non mutuum, ſed donum hoc [illegible] dictitans. Cœnobia monachorum compilauit, [illegible] inſtituerct. Cùm Toletanum A[illegible] per Carolum V. conſequi non poſſet, bellum [illegible] dum curauit. Sed exſatiata eſt eius [illegible] Epiſcopatu. Cùm à regina Catharina de emendandis moribus liberè

B admonetetur, odio concepto regi auctor fuit Catharinæ repudiandæ, ea ſpe, vt ſororem Franciſci regis duceret. At rex cùm animum adieciſſet Annæ Viceecomitis Rochefordiæ F. ægrè ferens ſe à Volſæo ita circumduci, omni dignitate & fortunis ſpoliatum in diœceſim Eboracenſem relegauit. Vbi cùm more ſuo pontificali ſede reſidere vellet, iuſſu Regis captus, dum Londinum ducitur, Leceſtriæ obiit. *Po'yd.l.27.*

Principes, Reges, Tyranni, Imperatores variis caſibus agitati.

IOAS Ochoziæ Iudæorum Regis F. cùm in crepundiis eſſet, omni viri ſtirpe Dauidieæ gentis, crudeliſſimo Athaliæ auiæ Imperio vno die extinctâ, vita donatus eſt, regno ſpoliatus. Puer tamen adhuc regnum recepit: receptum turpiter amiſiſſet, niſi illud aliquanto turpius omni regia gaza fuiſſet ab eo redemptum. Ad poſtremum, ferrum, qood infans aliena effugit ſolertia, ſua ipſius effugere non potuit. *Sab. l.7.c.*

HYRCANVS Iudæorum rex atque Pontifex, à fratre Ariſtobulo pulſus, & poſtea per Pompeium recuperato regno cum omnibus, quæ ante poſſederat, eius poſſeſſionem quadraginta annos qoietè retinuit. Deinde à nepote Antiocho, & Ariſtobuli filio: atque Parthis pulſos, defectis auribus, in Parthiam captiuus eſt abductus. Cùm poſtea Antigono Herodes ſucceſſit, arte magniſque promiſſis iterum in Iudæam

C perductus Hyrcanus, cùm in priuata fortuna quietutum ſe ſperaret, propter falſas ſuſpiciones ab Herode occiſus fuit: in eóque Aſſamonæorum regnum finem accepit. *Fulg. l 6.c.11.*

Amphitryon ad aram mactandus à Lyco, ad chorum Senum inquit apud *Eurip. in Hercule furente:*

[illegible Greek verses]

Aſpicite, qui eram conſpicuus mortalibus, præclara peragens, me deiecit, fortuna veluti plumam ad æthera vna die.

Chorus Senum, de Lyco, qui per vim regnum Thebanum abſente Hercule inuaſerat, ab Hercule occidendo, *apud Euripidem in Hercule furente:*

[illegible Greek verses]

D Commutatio eſt malorum magnus antea rex, iterum deflectet vitam ad Plutonem. Hem miſiam, & pecorum retrofluens fatum.

De Priamo Aſiæ rege potentiſſimo ita *Iuuenalis ſatyra* 10.
Incolumi Troia Priamus veniſſet ad umbras,
Aſſaraci magni ſolemnibus, Hectore funus
Portante ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lacrymas, vt primos edere planctus,
Caſſandra inciperet ſciſſaque Polixena palla.
Si foret extinctus diuerſo tempore quo iam
Cœperat audaces Paris ædificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Euerſa, & flammis Aſiam ferróque cadentem.
Tunc miles tremulus poſita tulit arma tiara,
Et ruit ante aram ſummi Iouis, vt vetulus bos,
Qui Domini cultris tenue & miſerabile collum
Præbet, ab ingrato iam faſtiditus aratro.

Item *Seneca Troadibus*
—— [illegible] tot regum parens.
Caret ſepulcro Priamus, & flamma indiget.
Ardente Troia. B

Æ ſchylus inducit Chorum in Agamennone canentem [illegible]tantem g aue malum inſtare Agamemnoni, cuius ventl [illegible] fuerat valde ſecundi: adeoque metuendum, ne propinquus ſit terminus proſperarum ipſius rerum:

[illegible Greek verses]

Victorius l.3. Var.lect. c.19.

CROESVS Lydorum rex, qui antea felix, rebúſque florentiſſimis [illegible] prouocauit: à quo victus, in [illegible] deuenit, & prouerbio locum fecit; [illegible] non erat: at ipſe foras profectus per [illegible] *& Eraſm. in Adag.*

C[illegible] conſultus à Cyro de bello ſuſcipiendo contra Tomyrim reginam Maſſagetarum: Si tibi, ait eſſe videris immortalis, nihil eſt opus, vt meam tibi ſententiam dicam. Si verò te quoque agnoſcis hominem, illud inprimis diſcito, talem humanarum rerum circum eſſe, qui rotatus, eoſdem ſemper fortunatos eſſe non ſinit. Cyrus imperandi libidine accenſus, Crœſo non paruit. Itaque in eo bello periit. *Bruſon. l.2.c.37. ex Herod. l.1. Ouid. l.4. de Ponto 3.* F

Diuitis audita eſt cui non opulentia Crœſi:
Nempe tamen vitam captus ab hoſte tulit.

POLYCRATES Æacis F. S. Mum inſulam armis occupatam cum Pantagnoto & Syloſonte fratribus primò tenuit: mox horum vno interfecto, alteróque in exilium actus, ſolus tyrannidem exercuit. Res huius tã celeri curſu creuere, vt vnius Polycratis felicitas, tota Græcia & Ionia celebri prædicatione extolleretur. Nihil ille tam arduũ moliebatur, aut tam difficile, in quo non fortuna eius votis reſponderet. Adetant Polycrati centũ biremes, & in his ſagittarij mille: quibus opibus fretus, vtráque Ægæi maris oram cum interiectis inſulis ſuæ iniutiæ reddidit obnoxiã: eò fiduciæ prouectus, vt vulgò prædicaret, ſe magis iis gratificari, quibus adépta reſtitueret, quàm quibus nihil ademiſſet. Omnes eius conatus placido excipiebantur itinere, ſpes certum capitæ rei fructũ apprehendebat: vota nuncupabantur, ſimul & ſoluebantur: velle ac poſſe in æquo poſitũ erat: ſemel dũtaxat vultũ mutauit perquàm breui triſtitiæ ſalebra ſucceſſum, tunc, cùm admodum gratũ ſibi annulum, conſilio Amaſis Ægyptiorũ Regis, de induſtria in profundũ, ne omnis incõmodi expers eſſet, abjecit; quẽ tamen continuò recuperauit, capto piſce, qui eum deuorauerat. Sed hunc, cuios felicitas ſemper plenis velis proſperũ curſum tenuit, Oroetes Darij Regis præfectus, in exceliſſimo Mycaléſis mõtis vertice cruci affixit: ex qua putres eius artus, & tabido cruore manantia membra, atque illã læuam, cui Neptuous annulũ piſcatoris manu reſtituerat, ſitu mareidam, Samos amara ſeruitute aliquandiu preſſa, liberis ac lætis oculis aſpexit. *Val. l.6.c.11. & Herod. l.3. & Sabell. l.7. Enn. 2.* Hiſtoriam quatuor verſibus complexus eſt *Nazianzenus.* G

[illegible Greek verses]

DIONYSIVS iunior tyrannus Syracuſiorum, poſſidebat non pauciores quadringentis trireme & quinqueremes, pedeſtres copias ad centum millia hominum, equitum nouem millia: in promptu habebat omnem apparatum bellicũ quingentis nauibus. Reconditum frumentum ad centum modiorum myriades, & armamentarium ſcutis, gladiis, haſtis, tibialibus innumeris, thoracibus & catapultis plenum refertúmque. Verùm paulò pòſt ſenſit, labaſcere fortunã, omnium ſuarum rerũ pernicioſiſſimas viciſſitudines. Ab Icete enim Leontinorũ tyranno obſidione preſſus, quum præter arcem Syracuſanã omnia amiſiſſet, Timoleontis Corinthij fidei ſe dedens, cum pecunia & paucis amicis in Timoleontis eſt caſtra elam Icete deuectus. Ac tum primùm priuatus & demiſſus eſt viſus, ac nudus nauigio cũ modico pecuniæ Corinthũ deportatus: qui in tyrannide natus fuiſſet & enutritus omniũ clariſſima & maxima, quã decem annos tenuerat, alios fuerat duodecim a bello per Dionem geſto certaminibus & bellis iactatis. Hic ſcelera ſua ſuperauit calamitatibus: filiorum enim adultorum funera, filias virgines cõſpexit conſtupratas, ſororis eiuſdémque cõiugis obſcœniſſimis libidinibus ab hoſtibus violarũ corpus, H

eam [illegible] perempt[illegible]m & in al[illegible] demerſ[illegible]
A Di[illegible] Corinthu eſt [illegible] fuit int[illegible]
G[illegible] & appellare deſider[illegible] ladibu[illegible]
[illegible] læti[illegible] conculc[illegible]
[illegible] catent: a[illegible]
atqu[illegible] ntes [illegible] ont [illegible]
m[illegible] ob[illegible] di[illegible]
[illegible] item [illegible] enim [illegible]
temp[illegible] las, vt a[illegible]
ilium [illegible] ant[illegible]
muliere,quæ exc[illegible]
bibentem ex [illegible]
mulierculis,q[illegible]
tibus docentem & [illegible]
de modorum digladi[illegible] Hæc [illegible]
ſium aliqui, quod [illegible] ignau[illegible]
atque pronteruus,exiſtimabant: al[illegible]
formidabilis Corinthiis foret vel ſuſ[illegible]
ferret viciſſitudinem vitæ,& dominandi cupi[illegible]
B magnámque affectaſſe & ſimulaſſe præter ingenium [illegible]
que ad otium fallendum præſe tuliſſe ſtoliditatem. *Plut. in Timoleon. & Ælian. l.6. & 9. de Var. hiſt. Iuſtinus l.21. & Val. Max. l.6. c.11.* Corinthi propter inopiam, puerulos literas docuiſſe fertur. Vnde prouerbium, Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, Dionyſius Corinthi. *Ouid. l.4. de Ponto, elegia 3.*

Ille Syracuſia modo formidatus in vrbe,
Vix humili duram repulit arte famem.

In nullo Regum fortunam adeò magnas apparet & volucres viciſſitudines feciſſe, neque aliis in negotiis toties ex abiecta denuo celſam, & humilem ex clara, potentem quæ rurſus ex fracta euaſiſſe, quàm in Demetrio Antigoni F. Poliorcete dicto. Vnde in ſiniſterioribus inclinationibus ad fortunam aiunt eum dicere hoc Æſchyli ſolitum.

Tu me tibi genuiſſ', tu me perdere
Videris——

Plut. in Demetrio ☞ *Vide Tit.* Duces Fortes.

Lysimachvs Thraciæ & Macedoniæ rex,ſublatis Antigono, Demetrio, Ptolemæo, Pyrro æmulis,beatus ſibi videbatur,quando Agathocles F. ab Arſinoë nouerca Ptolemæi Lagi
C F. veneno ſublatus eſt. Hoc primum impendentis ruinæ initium Secutæ inde principum cædes,ſupplicia luentium,quod Agathoclis interitum liberiùs queſti eſſent. Mox qui exercitibus præerant, ad Seleucum defecerunt:quorum impulſu Lyſimacho bellũ intulit,idque vltimũ certamen fuit ſucceſſorũ Alexandri,& velut ad formæ exemplũ hi duo reſeruati, annos quatuor & ſeptuaginta Lyſimachus natus, Seleucus tribus adhuc annis maior. Lyſimachus quadraginta liberis aliis alio caſu eo bello amiſſis,poſtremus ipſe domeſticæ cladi cumulus acceſſit.Lætus ea victoria Seleucus,quod vnus ex omni cohorte Alexandri & velut victorũ victor ſuperfuiſſet, ſeptimo victoriæ mẽſe,à Ptolemæo magni Ptolemæi filio Arſinoës fratre inſidiis exceptus periit,regnúmq; Macedoniæ, quod Lyſimacho ademerat,cum vita perdidit. *Sab.l.8.Enn.4.*

Inconſtantiſſima vita fuit Demetrij eius,cui Nicatoris cognomentum fuit. Nã cùm in prælio pater Demetrius Soter, Seleuci filius,aduerſus Alexandrum Balantem,qui ſe Antiochi Epiphanis filiũ ferebat,vitam cum Syriæ regno amiſiſſet,
D & ob eam cauſam ipſe in Cretam profugere coactus eſſet:inde amicorum ope adiutus,Alexandro magnis viribus reſiſtẽre,nihil profeciſſet,niſi fortuna inexcogitato caſu eũ ſubleuaſſet.Nam quum Ptolomæus Philometer,cuius filiam Alexander duxerat,genero opem in eo bello magnis viribus ferret detecta proditione,quã in eum Alexãder moliebatur,mutata in Alexandrum voluntate,iniuriam vlciſci decreuit.Itaque ereptam ex eius matrimonio filiam, Demetrio Nicatori coniunxit:fœderéque inito,cum in Alexandrũ arma,quæ ante pro eo habuerat,conuertiſſet, Alexander in Arabiam pulſus,illic eſt occiſus,relicto filio Antiocho Deo:qui Diodori Apameni,Tryphonis cognominati opera Demetriũ in Syria perſecutus,paruo tempore,vt pater,regno eum deiecit.Nicator vero,cum ſe in Ciliciam recepiſſet,ſeruante eum ad alios grauiores caſus fortuna, miſſo Syriaco bello à Græcis quibuſdã vocatus,in Parthiam ſe contulit,fretus Parthica expeditione confecta,facilius Syriæ ſe recepturũ eſſe regnum.Sed in contrariũ res ei ceſſere:quippe in prælio à Parthis captus apud eos in carcere eſt aſſeruatus. Variante autẽ ſæpius Syriæ fortuna,poſt Antiochi Dei, ac Diodori mortem,item fratris

A[illegible] S[illegible] prælio [illegible]
[illegible]
[illegible]
d[illegible]
[illegible]
[illegible] hortone,[illegible] p[illegible]
[illegible] tur [illegible]
[illegible] tũ,
Syriæ tit[illegible] uiuere,cum
ſtat in [illegible] benna,fugit Antio- F
chiam:vbi pecuni[illegible] exhau[illegible] ſimulacrũ ex auro ſolidum auferre voluit. Cõmota [illegible] inde fugiens,maris tẽpeſtatibus agitatus,& à ſociis deſertus, captus eſt à latronibus,& Grypho viuus tranſmiſſus, ab eodẽ miſere necisus eſt. *Guid.Bit.*

Syphacem regem Mauruſiorum amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Haſdrubalem vltrò petitum ad penates deos eius venerat.Cæterum eò claritatis euectus, vt validiſſimorum populorum non tantum arbiter,ſed victor victoriæ exiſteret parui temporis interiecta mora, catenatus à legato ad P.Scipionem Imperatorem pertractus eſt:& euiuſque dextram regio inſidens ſolio attinganti manu attigerat, eius genibus ſupplex procubuit. *Val. Max. l.6. c.11.*

Q. Cæpio præturæ ſplendore, triumphi claritate, conſulatus decore, Pontificis maximi ſacerdotio, vt Senatus patronus diceretur, aſſecutus in publicis vinculis ſpiritum depoſuit: córque eius funeſti carnificis manibus laceratum,in ſcalis Gemoniis iacens, magno cum horrore totius fori Romani conſpectum eſt. *Idem.*

Lepidvs olim Triumuirorum primus, vtpote qui potentior erat,ius vitæ fortunarúmque in Romanos ciues habue- G
rat. Sed poſtea ab Octauio triumuiratu depulſus,Romam venire coactus eſt : illic Balbinum rogare oportuit, qui ſuperiore anno proſcriptus fuerat, ſed pace cum Pompeio facta, conſulatum obtinuerat. Paruo igitur tempore fortuna, quæ Lepidum ad tantam potentiam extulerat, eò deiecit, vt rogare eum cogeretur,qui Lepido rerum potiente, vnus maximè infelix ipſum rogabat : cuius etiam calamitas hoc magis augebatur,quòd Balbinis ſeruis inuiſus, adito ad Balbinum prohibebatur. Qui enim alios audiendo ſe difficilem præbuerat, apud alium ſibi quoque reſtrictum ad res agendas aditum ſenſit. *Fulg. lib.6. c.11.*

Agrippa Herodis Magni atnepos, ære alieno ob nimias largitiones ita oppreſſus, vt fidem penitùs amiſerit, atque etiam aliquandiu ſororis Herodiadis ſumptibus vixerit, in vincula Romæ à Tiberio coniectus, & de vita etiam periclitans : mortuo tandem Tiberio, à Caio ſucceſſore vincolis liberatur, & duarum Tetrarchiarum Iudææ rex conſtituitur. *Ioſephus lib.18. c.8.*

Nero Cæſar, omnium odio premente,in ſerui ſui domum H
profugit:atque illic vrgente ſiti, qui aureis gemmatiſque vaſis aſſueuerat, è caua manu poculum ſibi fecit: & quum calcei deeſſent, nudis pedibus per cannetum nuper deſectum tranſiturus, vt occultè locum peteret in quo latere poſſet, pronus, per terram reptauit, & ne acuti cannarum ſtipites læderent, veſtem ſubdidit. *Fulg. lib. 7. c.6. ex Suet.*

A. Vitellivs à Galba in Germaniam ad regendos exercitus miſſus, in viaticum pecuniarium rationem nullam habebat, niſi vxoris margaritas vendidiſſet : quæ poſtea cum ſocru, in parte alienarum ædium habitauit. Ipſe quoque dum ab vrbe diſcederet, vix à creditoribus explicare ſe potuit. Is tamen ex tam humili fortuna ab exercitu in Germania creatus Imperator, Romam venit, Auguſti nomine ſalutatus. Cæterum breui pòſt captum atque vinctum, Veſpaſiani duces per vrbem traxerunt, appoſito gladij mucrone ſub mento, ne vultum ſubmittere poſſet, cœno ſordibúſque à pueris impetitus. Cæſus per hunc modum,& ad ſcalas Gemonias abiectus. *Fulg. lib.6. cap.11. ex Suetonio.*

Maxi

Max[illegible]

A nc A[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fu[illegible]

C[illegible] R[illegible] re[illegible] geſſit,[illegible] turio c[illegible] tia ſpec[illegible] Romanæ [illegible] & prooincia[illegible] tiano contra piratas [illegible] popu-los,non priùa piratas ag[illegible] eli,q[illegible] ta præda [illegible]

B ſtos ſentiret. Quæ recep[illegible] alibus [illegible] ſtuut [illegible] Ma-ximiano,qui tūc Galliā regebat,ſuſpectus factus,cum [illegible] aſſe, cpibatis, opibus malè partis,Hibernico Oceano deuectus,in Veſtmariam,Britanniæ regioοem,Romanā tum prouinciam, haud procul à Scotorum Pictorúmque agris,in quibus nonnullam aoxilij ſpem contra Romanos animo conceperat, tranſmiſit.Ibi copiis expoſitis,haud magno negotio,prouinciam, iocolis vltrò cedentibus in deditionem accepit. Miſit inde legatos ad Ctathlintum Scototum regem, nepotem ſuum,ex fratre Findoco,& ſocierate cum illo facilè luita,Pictis quinetiam & Seotis inter ſe reconciliatis, ad pelleudos è Britannia Romanos auctor illis fuit.Coniunctis copiis Q. Baſſianum legatum magna ſtrage affecit, Loodinum recepit, purpuram ſumpſit,duo millia Pictorum & Scororum pro ſtipatoribus babuit, atque Britannicum regnum ſuprema Romanis adempta poteſtate occupauit,anno ſexto & quadrageſimo, ſupra trecenteſimum, poſtquam id Cæſare dictatore Romanis factum fuiſſet vectigale. Petitus Inde ſrequentibus

C cruentiſque præliis à Romanis, ſed in illis omnibus victor, Britanniæ regnum mita prudentia ſibi ſtabiliuit. Ad poſtremum tamen Alecti Romani legati inſidiis,amicitiæ ſpe deceptus,obtruncatur. Cæſo ſic Carantio,cùm Britanniam Alectus Romanis reddere nequiuiſſet, militibus omnibus Romanum auerſantibus Imperium,vt illis carus haberetur,Romana contenta maieſtate, tyrannus effectus,Britannicum regnom ſibi vendicauit. Tertio anoo, quàm Carantium necauerat, Aſclepiodoti ductu (erat is, auctore Eutropio, prætorio præfectus) vita exutus eſt. *H.Boethius lib.6.*

Britanni agreſtes, C.Herculei (quem Conſtantinus Imperator Britannis legatum dederat) tyrannidem indignè ferentes,Octauium Tegenorum principem, Romana matre, Britanno patre prognatum, factionis ſuæ ducem creauere. Is Herculeum cum equitatu Romano,paucíſque peditibus trucidauit,Londinum occupauit,purpuram ſumpſit. Traherus à Conſtantino Auguſto miſſus, Octauium multis præliis fractum ad Scotos confugere coëgit. Eum repetenti Trahero cùm Fincormacus Scotorum Rex tradere nollet, bello petitus, xv. millibus ſuorum amiſſis, xvi. millia Rom. occidit. Traherus in Vectam inſulam fugitus, indéque ab Octauio

D eiectus, in Galliam traiecit. Interea cùm Octauius perfidè cum Scotis egiſſet,totiúſque inſulæ imperio inhiaret, deſertus à ſociis, à Trahero cum legionibus Gallicanis redeunte victus, ad Danos confugit. Tertium inde regno recepto, ex improbo principe optimus euaſit: verùm à maximo Conſtantij legato victis Britannis, præ mœrore expirauit. *Iidem.*

Honorius Theodoſij Magni F. decem annorum puer,tutelæ & fidei Stiliconis Vandali viri ſtrenui à patre commiſſus, diras Barbarorum Incurſiones ſuſtinuit. Africam, quæ Eutropij eunuchi aſtu ad Arcadium fratrem Gildone duce defecerat, per Mazeſcelem recuperault. Ab Alarico Gotho Haſtæ obſeſſus. Stiliconis fide & fortitudine liberatus eſt. Subinde Radagaiſus Scytha torrentis inſtar Italiam obruens, eiuſdem Stiliconis arte Feſulis cæſus eſt: Stiliconis F. Mariam vxorem duxit: eáque mortua ſororem eius Thermantiam. Vandalis Irruentibus in Galliam, Conſtantinus à Britannicis militibus Auguſtus ſalutatus, Galliam occupa-

[illegible] em F Cæſarem dix[illegible] q[illegible] Hiſpani[illegible] uaſit

E S[illegible] tum Ol[illegible] præ-[illegible] in [illegible] s R[illegible] s ad [illegible] ,At[illegible] em p[illegible] Imp. re-[illegible] R[illegible] ſpes [illegible] ultus qui [illegible] p[illegible] titus, [illegible] tum [illegible] unda-[illegible] C[illegible] C[illegible] mitem; [illegible] ulit, Hiſ-[illegible] C[illegible], Maximum [illegible] is tempo-[illegible] 44. Imperij verò [illegible] *Sigonius l.11. Imp. occ.*

[illegible] II. Conſtantinopoli im-[illegible] Patricio captus, imperium & naſum [illegible] tum Cherſonam,quæ in Ponto eſt, [illegible] tertio anno pòſt & naſo & imperio pri-[illegible] ibe io Abſimaro, quem Punici exercitus per ſedi-[illegible] ad occupandum imperiū iuuerant,in carcere aſſeruatus eſt.Deiecto Leontio,Tiberius Imperium occupauit,ſuſpi-

F cionum plenus, cùm accepiſſet iuuenem patricium, Philippum Bardanium nomine,in ſomnis vidiſſe,capiti ſuo aquilam inſidere, arbitrabatur ea re imperium portendi, eúmque in exilium Cherſonam miſit. Tollere quoque è medio Iuſtinianum decreuerat. Cæterum Iuſtinianus re intellecta,ad Chagaoū Turcarum regem profugit: atque eius ſorore in matrimonium accepta,eùm eius quoque opera cum Trebellio (Bulgarorum,qui Inter Scythas numerātur,rege) fœdus iniuiſſet, magnis viribus ab vtroque adiutus,depulſo Tiberio Imperiū recuperauit: inuentúmque in carcere Leontium,poſt longa tormenta publicè interemit, & propter priora mala ſuſpicioſus, vt Tiberius, cùm eum bello cepiſſet, ipſum quoque occidit. Cùm eodem modo perdere Philippicum vellet, & Cherſonam euertere, quòd in ea exulem ſe contemptum fuiſſe dicebat,contra multorum ſententiam,qui ad humanitatem atque clementiam eum hortabantur, magna claſſe Cherſonam profectus, à Cherſonenſibus atque Philippico, quos deſperatio ad rebellionem impulerat, armis exceptus, atque inſuper ab exercitu proditus,in fuga vnà cum Tiberio

G filio captus fuit. Ambos Philippus ſecuri percuſſit: qui de exule Imperator factus, nec multò pòſt ab Anaſtaſio proditus,& lumina, & imperium amiſit. *Fulg. l.6. c.11. ex Zonara.*

Romanus Diogenes patricio ortus genere,& rebus contra Scythas præclarè geſtis, mortuo Iſaacio Comneno, cùm Conſtantinum Ducam Imp.audiuiſſet ſalutatum,tyrannidem affectauit. Verùm captus,& Conſtantinopolim ductus,capitali pœna afficiēdus,Eudociæ Imperatricis interceſſione (quæ virtute & forma ipſius capta erat) liberatur,& in Cappadociā patriā ablegatur.Mortuo Conſtantino Duca,præter omnium expectationem ab Eudocia reuocatur,& in thori ſimul atque Imperij conſortiū recipitur. Rebus contra Saracenos feliciter geſtis,cùm Azonē Sultanum bello premeret,neque pacis conditiones admittere vellet: Andronici,qui Ioannis Cæſaris, fratris Conſtantini Ducæ Imp.filius fuerat,proditione deſertus à magna parte exercitus fortiter pugnans,manu vulneratur & viuus capitur. Eum honeſtiſſimè Azan tractauit,& honorificè liberum dimiſit eum ſuis omnibus quos petebat.Interea Ioannes Cæſar cum per Andronicum filiū acie victum capit,captū in monaſteriū detruſit,tandem præter datā fidem excæcauit, & nulla cura adhibita mori coëgit. *Cuſp. A. D.* H

Pulſus in exilium Andronicus,à patruele fratre Emmanuele ſecundo Imperatore, ortis ſeditionibus,ad Turcas profugit. Cæterùm poſtea reuocatus ab eodē,prouinciæ Ponticæ præfectus eſt. Interim, cùm Emmanuele defuncto,filium impuberem,qui ſucceſſerat,Alexius patruus regeret,auaritia atque crudelitate inſignis,vt eius adminiſtratione,quæ omnibus inuiſa erat remediū daretur,Andronicus à populo vocatus eſt. Qui Conſtantinopolim profectus, & pupillum & patruum occidit,cum ipſorū ſtirpe,ita vt vnus Iſacius eam vim effugerit. Per hunc modum Andronicus Imperio potitus,dū acerbè Iſacium inſequitur,quia fuga parere ſibi ſalutem deſperaret, coëgit vt impar præter omnem rationem arma tentaret. Quamobrem,id quod omniū minimè Andronicus verebatur, & propterea paratos milites in vrbe nullos habebat, nocte Iſacium Conſtantinopolim ingreſſus, populum ad arma exciuit: obſeſſóque in palatio Blaquerna Andronico, paruo

tempo

A [illegible] con [illegible] cap [illegible] tem [illegible] f [illegible]

Leo [illegible] pl [illegible] cont [illegible] cupali [illegible] cipibus [illegible] haud mult [illegible] obſide dato, [illegible]

Henricvs IV. [illegible] defunctu, an. 105 [illegible] batur. Mortuo Victor [illegible] Tuſciæ ducia (cui Mathildis nup [illegible] Henricus ſacras dignitates nundinando [illegible] cum puero certamen inſtitueras, ſed mort [illegible] Succeſſit ei Nicolaus II. neque is diu ſuperu [illegible] conſulto rege Rumani Alcaandrum II. ſuffeciſſen [illegible], Henr [illegible]

B vndecennia Honurium II. oppoſuit, quem Lombardi ſu [illegible] pére, Mathilde Alexandrū fouente. Interea Hanno Colonienſis Archiepiſcopus, puerū Agneti cū ipſis Imperij inſignibus eripuit, & ſemet vltrò turorem inſtiuit. Mortuo Vidone Archiepiſcopo Mediolanenſi, Heuticus Godofredū ei ſucceſſorē dedit. Econtra ab Hildebrando, à quo tum pontificatus gubernabatur, Atho inſtitutus. Hæc grauioris uffenſæ occaſiu fuit. Alexandru, enim Hildebrandus ſub nomine Gregorij VII. ſucceſſit: qui cùm indignè ſerret Heutricum Epiſcopos & Abbates inſtituere, Simoniaci crimeo ei impegit, & ſacerdotibua Germanis vaores abrogauit, Henricū ad cauſam Romæ dicendā cōparere iuſſit. Henricus Vormacienſi conuentu Gregoriom vitio factum pontificem conſtituit, & Cardinales ad nouum Pp. creandum in Germaniam exiuit. Gregorius viciſſim Romano conuentu Henricū anatbemate feriit, & iurarū principum pupulurúmque obſequio abdicauit. Henricus à pleriſque deſertus de regoo periclitans, in Italiā properauit, Canuſſij triduo integro ſub dio nudia pedibus ſæuiſſima

C hyeme pontificis gratiam implorauir, eamque multia vix demùm interceſſionibus Imperij (poſitis traditiſque inſignibus, impetrauir. Eam abjectionem cùm Archiepiſcupi Mediulanenſis & Rauennas ægrè ferrent, & de Henrici F. ſubſtituendo cogitarent, Henricus nihil eorum quæ pontifici promiſerat, ſeruauit, Diſtracta proinde in Regiam & Pontificiam factionem Germania principum maior pars Rudulfum Sueuum Henrico ſubſtituère. Heoricus Italia relicta, Rodulphum acie victum interſecir, & Briainæ Bauarorum conuentu indicto Gregorium ipſum ſede pontificia indignum ſtatuit, eſque Clementem III. ſublegit. Romam inde valido exercitu petens, Gregorinm eiegit, Clementem introduxit, & ab eo Imperator inunctus eſt. Gregorio ſucceſſit Victur III. qui Henticum & Clementem anathemate feriit: huic Vrbanus II. Henricua iu Italiam reuerſus, Velfooem ducem & marchionem & Mathildim eius vaorem pontifici fauentes ditione Tranſpadana eauit. Interea Conradus eootra patrem Henricum ad Pontificem deficit, & rea Italiæ creatur. Cæterùm non diu ſuperſtes fuit. Paſchalis inde II. qui Vrbanu ſucceſſerat. Heoricum iterum diris deuouit. Interea Henricum Henrici F. principes Germani, pontificis auctoritate, ad re-

D gnum occupandū inuitarunt. Henricus pater dignitate exutus, acie inſuper victus, tandem Spiræ in ſumma paupertate præ mœrore expirauit, anno 1106. *Sigonius lib. 9. regni Ital.*

Cùm Gulielmus II. Neapolis & Siciliæ rex ſine liberia deceſſiſſet, regnáque ad Tancredum hæreditario iure peruenisſent, aduerſus Pontificem pro feudo contumaciter agentem: Celeſtinus III. pontifex ca Panutmitano virginem monaſterio, Conſtantiam olim Rogerij regis filiam, iam annis, ad ſe acciuit, eámque matrimonio coniunxit Henrico VI. Friderici Ænobarbi filio. Hinc graue cum Tancrado bellum eſt ortum. In quo cum Gulielmus deceſſiſſet, Gulielmus III. eius filius in regno ſucceſſit. Cum eo Henricus inſidioſè pacem iniuit, fraude Gulielmum comprehendit, eúmque cum tribus ſororibus vinctum In Germaniam miſit. Illic oon contentus eum luminibus priuaſſe, vt ſpem quoque ſucceſſionis adimeret, genitales partes caſecuit, *Fulg. l. 6. c. 11. & Sab. l. 7. c. 8.*

Conradinvs Sueuus in Italiam aduerſus Carolum I.

[illegible] non [illegible] perio ha- [illegible]. Ipſe in Angliā [illegible] reuerſus, eum Fri-

F [illegible] pacem cumponere ſtatuerat, in Armenia be [illegible] periiſſet, ducatus magnam partem recuperaoit: mox etiam per Henricum F. qui comitis Palatini filiam in vaorem duxerat, Henrico VI. Imp. reconciliatus, eiuſdem largirione Palatinorum filio conferri vidit. Tandem qui fortunam expertus vtramque diu in terrarum orbe iactatus fuerat, plenus dierum, quum Brunſuici, exornandis Eccleſiis & reparandis, piis vbique operibus intentua ageret, in pace quieuit, tumulatus io Eccleſia ſancti Blaſij: quam ipſe ornarat, ditarat, & ſemper coluerat. In ſepulcro eius leonem fuſilem conſtituerunt, vt cognomini eius (quòd Leo diceretur) reſponderet. *Cranz. l. 6. c. 7. Saxonia.*

Casimirvs adbuc puer, poſt murtem Mieciſlai regis Poloniæ, patris ſui, in exilium pulſua, in Cluniacenſi cœnobio monachali habitu ſumpto, ſeptimo exilij ſui anno cùm ſine duce regnum diſcordiis eſſet agitatum, à populo reuocatus eſt: atque a Benedicto nono pontifice ei conceſſum, vt monachali habitu depoſito, Regnum ſuſcipere, atque vaorem

G ducere puſſet. Itaque liberos procreauit, & Regni ſucceſſores reliquit. *Fulg. l. 6. c. 1.*

Bela Vngariæ dux (quæ ſecunda à rege in Vngaria poteſtas erat) cùm à Culomanno Vngariæ rege luminibus priuatua eſſet, quanquam in eaa tenebras ac miſeriam coniectua, minimè tamen animum cum lumine amiſit: ſed in Græciam proſugit, vt meliori ſe fortunæ ſeruaret, quæ non deſuit. Nam mortuo Colomanno, eius filius Stephanus Belam in patriam reuocauit: & cùm ſine liberis mortuus eſſet, in regno Bela ſucceſſit. Annos nouem cæcus regnans, filium Geiſam II. ſucceſſorem reliquit. *Ibid.*

Petrvs Pannorum rex, à proceribus pulſus, Henrici Imperatoris ope adiutus, Aba æmulo interempto, regnum recuperanit. Sed à principibus Vngaricia clàm vocato Andrea (qui è regis Stephani ſtirpe ortua, per orbem terrarum inops errabat) captus, atque oculis priuatus, in carcere haud diu pòſt miſerandum in modum periit. Andreas cùm filium admodum puerum, diademate impoſito, regni ſucceſſorem facere vellet, à Bela fratre, qui ad regnum aſpirabat, victus, atque interemptus eſt. *Fulg. l. 6 c. 11.*

Cùm ad Ladiſlaum Alberti filium puerum, per mortem

H patris Vngariæ Boëmiæque regna, præterea etiam Auſtraſiæ ducatus perueniſſent, ipſeque regi potius, quàm alios regere dici poſſet: adeò creuère odia inter Ioannis Huniadis Vaiuodæ Vngariæ gubernatoris filius, atque Huldricum Ciliæ comitem, Auſtraſiæ gubernatorem, Ladiſlao affinitate coniunctum, vt Ciliæ comes, eorum opera, in vrbe Alba, dum in templo eſſet, occideretur. Ob eam cædem reuerſus Budam rex, comprehenſis Vaiuodæ filiis maiorem natu Ladiſlaum ſecuri percuſſit: minorem natu Mathiam in cuſtodia aſſeruauit. Cùm autem ſecum poſtea in Boëmiam eum deduxiſſet, & ſine liberis illic deceſſiſſet, Georgius Pogibrachius, illius regia gubernator, à Boëmis ad regnum vocatus fuit. Qui cùm intelligeret Mathiam à Pannoniis electum io regem, multis ab eo promiſſis oneratus, in Pannoniam ad capeſſendum regnum dimiſit. *Ibidem, & Pontan. l. 1. c. 5. & l. 2. c. 2. de Fortuna.*

Mathiæ Corvini caſibus haud diſſimilis Iacobi Luſignani fortuna fuit. Nā in Petri Cypri regis adhuc pueri coronationa,

[illegible] cùm [illegible] V[illegible]
A [illegible] quidam G[illegible]
[illegible]
Petro reg[illegible] debeb[illegible] que Gen[illegible] runt. G[illegible] cti cenſus [illegible] Iacobum dede[illegible] à turri, in qua cap[illegible] uem ingent[illegible] ho[illegible]

Mortuo Henrico pr[illegible] tibus, hæc tandem ſent[illegible] caulis fratrē Vladiſlaum [illegible] cipatū acquirere cooatur, [illegible] prin-
B cipem conſtituerent, haud dubie [illegible] tanti [illegible], quam iniuriæ ſua culpa coortractæ, magis memorē futurum: imo ea ipſa re Premiſlaum quoque multum de iracundia remiſſurum poſtquam viderit fratrem dominari. Eunt igitur confeſtim ad arcem in qua cuſtodiebatur, ibique principem illum ſalutāt, & inſigni comitum pompa Pragam deducunt, prorſus ignarum, vbinam gentium Premiſlaus ætatem degeret: ſed nec quiſquam præſto erat, qui eum de ſtatu illius docere poſſet plane miſero. Ad has enim rei familiaris anguſtias, ad eámque pecuniæ inopiam redactus erat, vt ad quærendum victū quotidianum Ratisbonæ, vbi templum ædificabatur, ſeruili habitu operam ſuam architecto locare, totúmque diem totam verſatilem in ſubducendis in altum lapidibus, verſare coactus fuerit, vno tantùm ex ſuis clientulo fideli, laboris ſudoríſque ſocio. Ergo cum dies continuos decem, ſe in opere illo defatigaſſet, relaxandi animi cauſa extra mœnia ad pōtem Danubio imminentem progreſſus, garriebat cum clientulo, quic-
C quid in buccā venerat: cum ecce tibi nuncius adeſt de morte Heorici VI. Cæſaris, Meſſanæ in Sicilia mortui. Quo Premiſlaus exhilaratus (eius nāque metu principatum iam olim deſerere coactus fuerat) Adhuc, inquit, numen aliquod nos reſpicit: quin redimus, & læti hunc diem in œnopolio conſumimus. Imo; ait clientulus, ſi lautius abſonare vis obſonium, en cape duos aureolos, quos in vſum futurum hactenus repoſitos habui ad obſonandum. Eos ſimulatque ille accepit, in Danubium proiecit: Domi, inquiens, non hîc lautior quærenda cœna. Ad quam vt in tempore veniamus, fac vt poſtero die accinctus ſis ad iter maturandum Boēmiam verſus. Eius fines cùm attigiſſet, gratiora adhuc noua audit, fratrem videlicet ſuum Vladiſlaum, natu minorem, principatum in Boēmia gerere. Sed cùm ſimul ei veniret in mentem, quàm incommunicabilis eſſet regni ſocietas, viſum eſt, vt fratris ſententiam de longiore rutioreque loco tentaret, ſi ſibi tanquam ſenioti de throno cedere, aut ſe in regni conſortium accipere vellet: dedítque hac de re ad fratrem literas; quas cùm ille Tanieli Epiſcopo Pragenſi & quibuſdam aliis recitaret, rogarétque illorum ſententiam: Daniel inquit; Caro
D tua & frater tuus eſt Premiſlaus, piumque videtur ac verè fraternum, vt in iſta anguſtia animæ eius, tua ope illum ſubleuer. Reſcribit mox Vladiſlaus fratri; vt ad certum locum, quem nominabat, ſe colloquium veniat: velle ſe tranquillo animo abſque multis arbitris cum eo de rebus communibus fraternè conferre. Sed non latuerunt hæc cæteros nouarum rerum ſtudioſos: qui vt rurſus aliquid nouarent, Spirigoeo adoleſcenti perſuadent, vt Premiſlaum in via intercipiat: quo intercepto, ingens obſtaculum, quod nunc ad emergendum ei obſtaret, ſublatum iri. Imprudens iuuenis, paruula manu, atque ea inermi contracta, cum ſtultis conſultoribus incidit in foueam quam fecit. Eum namque principes effoſſis oculis in vincula coniecerunt, ne aſpirare deinceps ad principalem honorem poſſet. Ipſi inter ſe commendabili Vladiſlai pietate (qua vltrò maiori fratri de loco ſuo, quem tantùm quinque menſes occupauerat, ceſſit) ita rem compoſuerunt, vt Premiſlaus Boēmis, Vladiſlaus Morauis imperitaret. *Dubrauius l.14.*

Harwvs quidam ob ſcriptum epitaphium Frothoni III. Danorum regi, à Danis communi conſenſu rex fuit declara-

[illegible] vel [illegible] m F[illegible] b[illegible] F. apud Ruſ[illegible]am [illegible]
F [illegible] Hiarni pertæſi, [illegible] delpe [illegible] balt[illegible] [illegible] ſcpi [illegible] h[illegible] Impt [illegible] ag- [illegible] dæ [illegible] p [illegible] tire- [illegible] p[illegible] it mulć [illegible]

Ia[illegible] victo a Sueonſ[illegible] Sclauo [illegible] matum cum col[illegible] primùm colere coactus, mox [illegible] magiſterium tranſlatus, deinde in [illegible] m aſſumptus, primum familiarita[illegible] veluti quibuſdam meritorum gradibus, [illegible] ad ſpectatum honoris faſtigium aſcendit: & [illegible] egnem eneruemque iuuentam ageret, militibus ſe ſtudiis
E alluefecit, naturæ dotes induſtria cumulans. Grata omnibus Iarmerici indoles erat: ſoli reginæ ſuſpectum adoleſcentis ingenium fuit; quæ illum tantò accuratius obſeruari curauit, ne dum Iſmarus fratris funus celebrar, elaberetur. Interea Iarmericus in fiſcellam è vimine textam, qua agreſtes in effigiem hominis formata aues terrere ſolent, viuum canem condidit, & veſtibus ſuis induit. Gunno, illata in regiā fiſcella, impulſóque ad latrandum cane, percontanti quidnam hoc eſſet reginæ, meore captum clamitate retulit Iarmericum. Illā ad aſpectum ſtatuæ ſimilitudinis errore deluſa, inſanum domò eiici iubet. Gunnu igitur elatam foras ſtatuam; perinde ac furentem ſocium, lectulo tradit. Sub noctem verò vigiles ebrios obtruncat, & abſciſſa dormientium capita pudendis imponit. Excitata ſtrepim regina, caput extra fores exerens,
G à Gunnone confoditur. Iarmericus vnà cum Gunnone tabernaculum, in quo rex fraternas conuiuio celebrabat exequias, incendit, fugáque proſperè vſus, regnum paternum recepit: mox etiā Gotaro oppreſſo, Daniæ Sueciam adiunxit. *Saxo l.8.*

Rignsavs Danorum rex, Syluardi F. Noruegios ſubegit, Thoram Sueonum regis filiam cæſis duobus ſerpentibus obtinuit, Haraldū tyrannum profligauit, Britanniā domuit. Carolo Magno Saxonū victori arma intulit, Sorlum Sueciæ tyrannum occidit; inteſtinum bellum capto Vbbone ſpurio ſuo ſopiuit, Helleſpontios reges ſuperauit, Biarmos & Fionos vix tandem vicit, Orcades ſubegit, religionem Chriſtianā ab Haraldo tyranno, Saxonū auxiliis regno recepto, introductam, ſuſtulit. Tandem ab Hella Britannorū rege victo recollectis viribus victus, ſerpentibus deuorandus obiectus eſt. *Idem l.9.*

Svano, Danorum rex, oppreſſo Haraldo patre Chriſtiano, idolorum cultum magna cum crudelitate reſtituit, ſed impietatis pœnas luit. Quippe à Iulini oppidi accolis, piratica Danii inceſſantibus, captus, facta ſibi redimēdi poteſtate, corpus ſuū auro ſemel, argento bis rependendū promiſit. Ea ſumma à Danis, ob reſtituta idola nimio eum fauore proſequentibur, perſoluta eſt. Non mulò pòſt iterum captus, nobilium liberis vadibus pro ſe datis, priorìſque ſummæ pēdione iterpoſita, redemptionis præſidium impetrauit. Sed cùm promiſſum æs ex proprio fiſco ſoluere nequiret, iis, qui pro ſalute eius filios
H prædes dederant, ſaltus ac nemora vendidit. Itaque Scani ac Sialandenſes ſyluas publico ære comparauerunt. Apud Iatiam verò non niſi familiis propinquitatis ſerie cohærentibus, emptionis communio fuit. Sueno inde Iulinum, piratarū ſedem, euertere cupiens, ad Moēn inſulam claſſem duxit: ibique per inſidias turpiter captus, cùm exhauſtis regni opibus ne aurū quidem redēptioni eius ſuppetere videretur, matronæ detractis aurium inſignibus, cæteroque cultu ſummam auri confecerunt. Argenti verò pondus vri conficeretur, agros ac latifundia vænire iuſſit, vtque ab extetis ipſe væniit, ita vænalem ſuis patriam fecit. Sacramentum quinetiam de nunquam inferendo Sclauis bello præſtare coactus, non multo poſt ab Erico Sueonum rege regno pulſus, ad Olaum Tbirgonis, filium Noruegiæ regem fugit, à patre olim ſuo Haraldo regno reſtitutum. At ingratus ille ſupplicem ſpreuit. Eduardus itidem Anglorū rex, non tam exulem quàm ſpeculatorem eſſe ſuſpicans, regno illum excedere iuſſit. A Scotis receptus, pœnitentia ſcelerū ductus, Chriſti religionem amplexus eſt: nec

mul ô poſt [illegible] morte [illegible] Olau [illegible] Sue[illegible] reper-
A uiſſet. [illegible] den Pop[illegible] Ep[illegible] ad [illegible] traduxit [illegible] regem [illegible] vitæque ſanè mor[illegible] ino [illegible] *Idem l.* [illegible]

Sveno [illegible] S.C[illegible] ex Ect[illegible] Angliæ rex [illegible] Canut[illegible] brino, Daniæ re[illegible] occupare [illegible] a M[illegible] gior in [illegible] Angliæ [illegible] Haraldi conſobri[illegible] Cæterum Magno d[illegible] m pe[illegible] ciſo, Sueno p[illegible] & [illegible] ab Haraldo, Magn[illegible] rum laboraret H[illegible] ad [illegible] contra Haraldum God[illegible] ab Angl[illegible] gtauique æmulo liberatu[illegible] Suen[illegible] *Idem* [illegible]

Haqvinvs Noruegiæ rex, Ol[illegible] to matrem Margaritam tutricem reliquit [illegible] filio decedente, Margaritæ ipſi regnum. Ipſa virtute [illegible]
B femina, inter excellentes belli duces referenda, aduerſus Albertum Megapolenſem ducem armis regnum egregiè defendit, bellóque ſuperatum hoſtem in triumphum duxit. Mortuo Olao filio, regni ſucceſſorem Henricum conſtituit, Pomeraniæ ducem vicinum. Is cum in Noruegia, Suecia, Daciaque annos quinque & quinquaginta regnaſſet, quo tempore ſenium ſe per quietem traducturum arbitrabatur, à Chriſtophoro Bauariæ duce regno pulſus eſt, ſola ei Gothica inſula conceſſa. Sed poſtea mortuo Chriſtophoro, cui Carolus ſucceſſit, intra breue tempus, ipſa quoque puſillæ inſulæ, vbi exulare magis quàm regnare dici poterat, Henrico adempta eſt, qui iam decrepitus in Pomeraniam miſerandum in modum redire coactus fuit. Neque verò Carolo fortuna certior fuit. Nam cùm aduerſus Deum hominéſque impiè ſe gereret, Ioannis Epiſcopi opera concitatis ad arma populis, ipſe quoque in exilium, in paruam fluminis Viſtelli inſulam pulſus fuit, in qua diem ſuum miſerè obiuit. *Fulg. l.6. c.11.*

Edovardvs III. Anglorum rex quadraginta annos beatiſſimus fuit. Ioannem Gallorum regem cepit. Reliquo autem tempore grauem fortunæ commutationem ſenſit. *Polyd. l.19.*

C Indignatio vehemens Britannos populos ceperat, quòd Ricardus II. cum Carolo VI. Gallorum rege pacem atque affinitatem iunxerat: cùm antè ipſe ob eam ſuſpicionem patruum ducem Gloceſtrenſem interemiſſet, & filium Henrici IV. Derbienſem comitem, fratrem patruelem, Pariſios relegaſſet. Poſt autem aliquot annos, cùm Ricardus parata claſſe aduerſus Irlandenſes nauigaturus eſſet, Londinenſis populus ad ſe Henricum IV. vocauit, coniunctíſque viribus, vtrique arma in Ricardum mouerunt. Cùm omnes eum deſeruiſſent, Londinum deductus, cùm iudicium de eo ritè actum fuiſſet, indignus regno iudicatus eſt, atque coram eo ipſius magiſtratus occiſi. Eo metu impulſus, regia veſte atque diademate ornatus, cùm palam per contumeliam nothum ſe, atque ſacerdotis filium appellari audiret, Henrico regnum tradidit, impoſito ei manu ſua regio ornatu, quem ipſe duos & viginti iam annos geſſerat. Ita exauctoratus, & in carcere conditus, mortem obiuit. Henricus autem confirmatis cum Gallorũ rege induciis de exule rex ob eam ipſã cauſam factus
D eſt, propter quam Ricardus regno pulſus fuerat. *Fulg. l.6. c.11.*

Henricvs VI. Anglorum rex cùm duodecimum annum non excederet, patri Henrico quinto ſucceſſit. Britannicis autem populis per diſcordiam ad arma compulſis, ipſe in prælio à Varuicenſe comite captus fuit. Sed haud longè pòſt, apud ſanctum Albanum, à regina Henrici coniuge amicíſque eius, ſuperato Varuicenſe, liberatus eſt. Cæterùm cùm ad Londinum vrbem Henricus cum victore exercitu veniret, Londinenſi populo ſeditione agitato, cui Varuicenſis ac Marchiæ comites opem tulerant, iterum Henricus prælio ſuperatus capitur, regnumque ad Marchiæ comitem, poſtea Eduardum IV. nuncupatum, defertur. Poſt duodecimum rurſus annum, Varuicenſis Eduardum odiſſe cœpit, coniunctóque Georgio Clarenenſi comite, Eduardi fratre, Henricum liberauit, atque in regno reſtituit. Eduardus in Belgicam fugiens, Caroli Burgundi ſororij auxiliis, poſt ſex menſes reuerſus, Henricum cepit, atque in carcere interemit. *Ibid.*

Sanctivs II. Caſtulonenſis rex cùm ingentibus copiis fratrem Garſiam, Galleciæ atque Portogalliæ (Luſitaniæ enim portio eſt) regem obſediſſet: is in rerum deſperatione, ab vrbe [illegible]

[illegible]

A [illegible] ua [illegible]

Petrvs [illegible] atque [illegible] alectanum [illegible] ſe recepit. [illegible] Is ope [illegible] qui in Aragoniam ſe F contulit, [illegible] regnum vocatus venerat. Cæter[illegible] regni [illegible] ntibus Gallis, Petrum Britannorum armis reſtitutum: Belitramis Elaquignius, Galliæ magnus Conneſtabilis (quæ poſt regem ſuprema dignitas eſt) Henrici cauſam ſuſcepit, & Petrum in arce Mentella obſedit. Cùm autem vltrà reſiſtere poſſe deſperaret, duplex ab eo caſu fama manauit. Alij ferunt noctu accepta fide, ad Belitrami tentorium veniſſe: alij profugum ab arce, in hoſtium manus incidiſſe. Illud conſtat, in tentorio Belitrami ab Henrico fratre, qui tunc fortè illic erat, interemptum fuiſſe. *Ibid.*

Tradidit Ferdinandus ſenior regnum per manus Alphonſo iuniori. Is eodem anno, quo regnare cœpit, Gallorum metu, regnum Ferdinando filio reliquit. Galli, qui Caroli VIII. ductu bellum intulerant, Ferdinando eiecto, omnia occupant. Carolo abeunte intra annum Ferdinandus Neapolim cum regno recepit, receptum moriens Friderico patruo tradidit habendum. Is à Ludouico XII. rege, qui Carolo ſucceſſit, pellitur. Galli demùm ab Hiſpanis, qui ex fœdere in regni partem venerant, non vno prælio victi, Caietæ nouiſſime deiiciuntur. Et per hæc fortunæ volumina penè plures G numerantur reges, quam anni, à maioris Ferdinandi interitu ad Hiſpanorum victoriam. Quæ rerum inconſtantia fecit etiam illud in ore multorum, eſſe Neapolitanum regnum aſino perquàm ſimile, qui clitellas, cum ſarcinis deiecta ſiſtit curſum, & agaſonem reſpicit, onus iterum ſubiturus. *Sabellicus lib.7. cap.8.*

Franciscvs Carrariensis iunior, à Galeacio Vicecomite, Patauino principatu deiectus patre eius in vinculis poſito, cùm in Germania aliena ope victum quæreret: mutatis rebus vt ſæpè Venetorum Florentinorúmque armis adiutus, Patauinum principatum recepit, eique etiam Veronam addidit. Qua felicitate non contentus, cum pro more humani ingenij maiora etiam parare cuperet, molitus Vincentiam Venetis adimere, prælio ſuperatus, & captus, vniuerſa, quæ poſſidebat amiſit: deductuſque Venetias cum duobus ex liberis, quos habebat, vnà cum eis miſerandum in modum ſtrangulatus eſt, Salutis anno 406. ſupra mille *Fulg. l.6. c.11.*

Cvrsvs Donatvs, ciuis Florentinus, qui & opibus & H amicorum numero in patria plurimum poterat, ciuilibus diſcordiis in exilium pulſus, tandem Caroli Senxarertæ opera, qui eum ad Pontificem miſerat, vt vrbem Florentiam pacaret, in patriam reſtitutus eſt. Illic Nigræ parti adiunctus, Candidam eiecit: neque Nigrorum ſolùm, ſed totius vrbis princeps habebatur, præſertim poſteaquam Hugutionis Fagiolani, Piſani principis, filiam duxit vxorem. Quamobrem populo in ſuſpicionem venit, tanquam tyrannidem in vrbe affectaret. Furens igitur populus, libertatis vexillo arrepto, Corſi ædes oppugnare cœpit. Ipſe fruſtra conatus ſe armis tueri, clam in equum conſcendit: & cùm milites quidam inſequerentur, ab equo delapſus, & ſtapede tractus periit, ſine vllo honore tumulatus. *Idem l.6. c.11. & Sab. [illegible] c.8.*

Hvgolinvs Girardescva ciuis Piſanus, Guelfarum partium princeps, initio contraria factione partim pulſa, partim perculſa, eo potentiæ domi peruenerat, vt pro nutu omnia adminiſtraret, patriæque Dominus & eſſet, & haberetur. In feſto frequentique natalis ſui celebrandi conuiuio, ad quod ſuos omnes inuitarat adhibueratque: dum fortunã ſuam ipſe

fundo

A [illegible]

[illegible] fefſioni [illegible] inhumanitas pa[illegible] ea annum 148[illegible]. *A*[illegible]

PAVLVS GVINISIV[illegible]

B factus tyrannus, inter op[illegible] tus eſt. Cùm bello iam [illegible] pace ac rerum ſuarum quiete verſabatur. Triginta iam annos Lucæ rerum potitus, cùm liberos adultos haberet, militari arte præſtantes, ad omnes fortunæ caſus ſatis ſe munitum totúmque arbitrabatur, cùm repentè à populo Florentino bellum eſt illatum. Sed cùm ſubſidio ei Philippus Mediolanenſis dux, Franciſcum Sforciam miſiſſet, orta ſuſpicione, tanquam cum populo Florentino Paulus de vendenda ei Luca ageret, captus à Franciſco cum liberis ac fortunis. Mediolanum miſſus, in arce Modœciensi, tetro carcere conditus, miſere vitam finiuit. Filij quoque tandem liberati, vitam per omnia extrema traxerunt. Aurum quod Venetiis à Paulo, cùm felix eſſet, vt ad grauiores caſus ſubſidio foret, depoſitum erat, Veneti ionaſerunt: quia quibuſdam in rebus a Paulo violatam fidem eſſe eriminabantur. *Fulg. l.6. c.11.*

Anno 1507. Bentiuoli, Bononia, vbi imperauerant, Iulij II. Pp. armis exacti ſunt, nec Mediolanenſis Imperij (quod tunc Galliæ rex Ludouicus XII. obtinebat) vlla in parte verſari permiſſi. Ioannes animi mœrore obiit, fortunæ acerbitatem ferre minimè aſſuetus, cùm priùs diu omnium Italiæ tyrannorum feliciſſimus, ac ſecundo aſpirantis fortunæ flatu exēplum extitiſſet. Quoniam quadraginta annorum ſpacio, quo

C Bononiæ ad arbitrium ſuum regnarat, nunquam alicuius ex ſuis obitum, nedum aliud, ſenſerat: ſemper tum ipſe, tum filij militiæ gradibus, ſtipendiis, & maximis honoribus ab omnibus Italiæ principibus affectus: ſempérque ſe omnibus rebus, à quibus periculum ſibi imminere videbatur, faciliimè liberauerat. Quam felicitatem, præter eius vrbis ſitus opportunitatem, fortunæ præcipuè acceptam ferre debuit, cùm communi hominum iudicio, nec ingenij, nec prudentiæ, nec præſtantis fortitudinis ei laus tribueretur. *Guicciard. l.7.*

CÆSAR BORGIAS, dux Valentinus, ad tantam calamitatem redactus eſt, vt quoduis periculoſum conſilium ſequi, ſeque aliis ſubmittere cogeretur. Tandem à Iulio II. Pp. captus, & in Vaticano aſſeruatus eſt. Mox etiam in Hiſpania carceri incluſus Tandem anno 1506. ſubtili artificio è Medinæ campeſtris arce fune delapſus, in Nauarræ regnum ad Ioannem regem, coniugis ſuæ fratrem, confugit: vbi aliquot annos in ſorte ſatis humili (quia Galliæ rex, qui priùs

D Valentiæ ducatum fiſco ſuo addixerat, eúmque viginti millium Francicorum penſione quam ei ad promiſſæ penſionis ſupplementum deſtinauerat, priuarat: ne Aragoniæ regi Ferdinando rem ingratam faceret, in Galliam ire non eſt paſſus) commoratus, tandem dum cum regis Nauarræ copiis, quæ ad Vianam, eius regni ignobile caſtellum, caſtra habebant, eſſet: cum hoſtibus qui ex inſidiis prodierant, pugnans, haſtæ ictu occiſus fuit. *Guicciard. lib.6. & 7.*

LVDOVICVS Aurelianenſis dux, in pugna aduerſus regem Galliæ captus, & in carcere cuſtoditus ad ſupplicium, à Carolo VIII. rege contra omnium opinionem abſolutus, & equo impoſitus, in regiam deducitur. Nec multos poſt annos Carolo abſque liberis decedente, Galliarũ rex XII. creatus fuit, vno patrum ac procerum conſenſu. *Pontan. l.2. de Fortun. c.2.*

LVDOVICVS SFORCIA ducibus patre, auo ac proauo ortus, ab exilio reuerſus (nam mortuo Galeacio fratre, cedere pa-[illegible] l, Me[illegible]

E [illegible] F[illegible] N[illegible] p[illegible] [illegible] a [illegible] en [illegible] [illegible] n Ioa- [illegible] ceta [illegible] m re- [illegible] n ma- [illegible] nuam; [illegible] m agnoſ- [illegible] iparus ſui pro- [illegible] poſtea Ludouicum [illegible] m, reſtituit. Blancam [illegible] m regi, matrimonio iunxit. [illegible] ad Neapolitanam expeditio- [illegible] m Aragonio Ferdinando atque eius filio [illegible] derent, & pecuniam & arma dedit. Redeun- [illegible] ea expeditione, quia ſuſpectus erat factus, vnà [illegible] Venetis prohibere conatus, ad Tarrum amnem, in Par-

F menſi agro, non ſine ſuorum clade pugnauit: & cùm antè Haſtam vrbem Aurelianenſi duci eripere tentaſſet, ipſe Nouariam amiſit: ac demùm confecta cum Gallis pace, recepit. Non contentus titulo regendæ nepotis adoleſcentiæ, Dux à Romanorum rege creatus eſt. Omnia autem quæ in vita optare poterat, aſſecutus, ea momento penè amiſit. Mutata enim fortuna, quòd dum ad recipiendas Piſas Florentinum populum, veterem quidem amicum, ſed tunc nullo fœdere coniunctum, iouare contendit, Venetos fœderatos parum cautè læſerat, Ludouici XII. Gallorum regis & Venetorum ipſorum bello, diuerſis partibus, eodem tempore petitus, partum patris virtute Mediolanenſem ducatum, cùm neque milites, neque pecunia deeſſet, Alexandro pontifice ſimul annitente, intra XVI. diem amiſit: cùm interim è tanto eorum numero, quos ipſe in periculo ſeruauerat, nullus opem ferret, & domeſtici, quos in magnam fortunam extulerat, eum prodidiſſent. Ex Germania quinto menſe pòſt reuerſus, cùm Nouariam de Gallorum manibus magna virtute recepiſſet, deſertus à ſuis, & in Galliam, perductus: non ſe ſolùm atque Aſcanium fratrem Cardinalem captiuum vidit, ſed inſultantium quoque inimicorum, quorum ipſe vitæ necíſque poteſtatem habuerat, contumelias ac iurgia coràm pertulit. Cuius

G vt fortuna grauior fieret, cùm poſtea ſpes aliqua liberato Aſcanio fulgere viſa eſſet, Romæ ad cumulandas ærumnas deceſſiſſe eum audiuit. *Fulg. lib.5. cap. 11. & Sabell. lib.7. cap.8.*

CAROLVS V. ob prudentiam vel magnis Imperatoribus comparandus, niſi eum fortuna ad extremum deſtituiſſet, quæ eius virtuti perpetua comes antea fuiſſe putabatur, Hanc fortunæ mutationem cùm vir prudentiſſimus ipſe ſentiret, ſeſe maturè ſatis atque honeſtè à negotiis omnibus retraxit, & contulit in portum. Ex illo namque tempore, quo Mauricius Saxo cum ſociis tumultu Germanien eò Cæſarem adegit, vt Ioannem Fridericum Saxonem, & Lantgrauium principes è cuſtodia liberos emitteret: & proſcriptos pleroſque tum principes, tum alios belli duces ad ſua poſtliminiò redire auguſta auctoritate permitteret: eius auctoritatis magna facta eſt diminutio. Nam & ipſe eo tumultu vitandi periculi cauſa, ſe Vilachum (quod Vacorium quidam olim fuiſſe volunt, alij Iuliam Carnicum) receperat: pòſt etiam redintegratis viribus ingenti exercitu tentauerat Mé-

H tim: vnde cùm nihil effici poſſe cerneret, tertia exercitus parte morbis inediaque amiſſa, ſeſe intra Belgas ſuos, inde biennio ferè pòſt in Hiſpaniam recepit: vbi vitam cum morte apud Sanctum Iuſtum commutauit, tam in morte humilis, quam in vita glorioſus. *Sabellicus ſupplem. l.29.*

Regina variis caſibus agitata.

Fuit Iezabel Ionabalis Tyri atque Sidoniæ regis filia. Achab coniux, qui in Samaria regnabat, ac Ioram mater, perpetuo vitæ decurſu felix. Tandem amiſſo marito, ab Iehu, qui ab ea rebellauerat, filio regnóque ſimul priuata, ex alta turri præceps data: corpus eius equorum pedibus contritum, in eſcam canibus obiectum, vt requiſito ad ſepulturam corpore nihil præter manuum digitos fuerit inuentum. *Fulg. l.6. c.11*

ALEXANDER Antipatri F. ſtudens eos è medio tollere, qui res nouas agitare poſſent, inuitauit familiares occiſorum ab

Olymp[illegible] d[illegible] A[illegible] communi M[illegible]
A conc[illegible] mandata e[illegible] fuiſſent, [illegible] ne[illegible] ono[illegible] nes eam [illegible] damnarût. [illegible] buſ[illegible] ad Olympiadem, [illegible] vt [illegible] fu[illegible] ea ſ[illegible] autem pararet [illegible] Ath[illegible] dep[illegible] facie[illegible] fugæ damn[illegible] nas viderentur. Verù[illegible] contràque parata f[illegible] apud om[illegible] M[illegible] Caſſander veritus, [illegible] audiens,& Alexan[illegible] rem beneficia record[illegible] eam rem accommodatiſſim[illegible] ad ea[illegible] eam extemplò necarent. [illegible] vt viderunt Olympiadem,eius [illegible] diſceſſerunt. An occatorem con[illegible] gratificarentur,tum vt defunctis pa[illegible] larunt,nullas molles & muliebres prec[illegible] Olympias,quæ maximam ſuo tempore dignitatem habuit [illegible] & filia erat Neoptolemi regis Epirotarû,& ſoror Alexandri
B eius qui regnauit,& in Italiam expeditionem fecit,prætetea vxor Philippi, qui omnes, qui ante ipſum in Europa imperarunt, poteſtate ſuperauit, & mater Alexandri,qui plurima maximaque geſſit, hunc exitum ſortita eſt. *Diod. l.*10.

Adeleta nupſerat virgo adhuc Lothario Imperatori, qui Veneti nominis amiciſſimus fuit. Eo defuncto, Berengarius, qui Veronæ Imp.declaratus fuerat,Adeletã in Gardenſem arcem,vnde nobiliſſimus Italiæ lacus nomen nunc habet,relegauit:vbi ad id inopiæ redacta eſt,vt emendicato per internûcium cibo calamitoſam tueretur vitam. Ergo clàm ex Garda profecta,ad Aleandum Veronæ antiſtitem ſe contulit.is quia locû,vbi tã illuſtris femina latere poſſet,non habebat,eam ad Acionem auunculû ſuum,quondã Lotharij amicû,clandeſtinè miſit:cuius opera tam diu in ſuburbano quodã ad decimũ lapidẽ latuit,quoad Orhoni primo,vno Accione auſpice,nupſit.Otho illã in Germaniã duxit,habuitque ex ea filium,qui Otho ſecũdus eſt poſtea cognominatus.Is Berẽgarij & Alberti eius filij opes non fregit ſolùm,ſed euertit etiã:ſtabilitóque
C iam imperio,matre Adeleta annitente,cum Venetis,quibus ob Cãdiani ducis mortẽ iratus erat,rediit in gratiã. *Sab.l.*5.*Dec.*1.

Athanagildi Gothi Hiſpaniarum regis filia, Sigiberti Metenſis regis vxor,ex Ariana Catholica facta,& mutato nomine Bruneuſcb Brunechilda dicta,viro à fratre eius Childerico Gallorû rege occiſo,ipſa in exilium acta fuit. Cùm autem clàm Merouco Childerici filio nupſiſſet, Meroueus cùm patris,à quo captus erat,irã ferre non poſſet,ſibi ipſi manus intulit.Poſt aliquod tempus,cùm Childericũ,qui in regno Metenſi patri ſucceſſerat,accepiſſet mortuum eſſe:magno labore aſſecuta eſt,vt ad regendã nepotũ Theodeberti atque Theoderici infirmã ætatẽ proficiſci poſſet.Quibus,liberiſque eorũ mortuis,à Clothario ſecundo,qui ad ſe vnum Gallicarum,rerum ſummam traxerat,regno priuata,nudaque nudo ac macilento equo impoſita, per tota caſtra ſpectanda circumducta, pedibus equo alligata, per ſaxa,per vepres ac dumeta tracta, dilaniatáque crudelem in modum, expirauit. *Fulg.lib.*6. .11.

Mortuo Ludouico Vngariæ rege,Maria eius filia,regni hæres, ſub matris Elizabethæ tutela regebatur:réxque,& non regina, gentis illius more nuncupabatur. Neapolitanus rex Carolus, qui eo nomine poſtremus fuit, Mariæ patruus, à
D multis Vngarici regni proceribus vocatus,cùm ad eius regni fides cum valido exercitu veniſſet , etſi quo animo venerat (quamuis ipſe propinquitatis beneuolentiam prætenderet) reginas non latebat:tamen quia reſiſtendi facultas nulla erat, exceptus fuit, primò ſub gubernatoris illius regni nomine: deinde cùm deteriora impendere viderentur,vt ipſarum reginarum poſtulatione Vngariæ regno coronaretur. Non multò poſt inferiorem arcis partem,vbi reginæ habitabant, vocatus, Elizabethæ conſilio,in caput lethale vulnus accepit: infuſoque vulneri veneno,cùm præterea in carcere conditus eſſet , haud multò pòſt animam egit, infantibus Ladiſlao & Ioanna ſecunda liberis Neapoli relictis. Ad hæc in Carolum patranda,reginas Pannonius eques iuuerat,qui gentis illius more,dum iter fit, armatus, ſub ducendæ vxoris prætextu,ad eas iuerat. Per eum igitur reginæ tota arcæ potitæ, priſtinam fortunam recuperaſſe videbantur. Itaque cùm eo metu ſolutæ,Budam profectæ, inuiſere regni fines vellent:Ioannes

H[illegible] g[illegible] [illegible] [illegible]dos natales [illegible] um [illegible] neptis atque pro[illegible] ac [illegible] pat[illegible] Neapolitani regni F
poſſeſſores videret?quàm [illegible] ipſa auunculi [illegible] lio Galeacio,Mediolanenſi duci,in ætatis flore nuberet?Eadem tamen aui regnum,puella,Turcarum armis infeſtum,in ſummo diſcrimine verſari vidit : matrem ante nubiles annos amiſit:ipſa cum viro eo pupilli grauiùs quàm ſub tutore tenebantur : auo à Gallorum rege Carolo VIII. inferri arma vidit:belli formidine è bona mente depulſum patrem à regno profugum , & fratrem à patre ſucceſſorem regni factum,inimicorum armis eiectum audiuit. Grauiſſima hæc fuerunt. Sed quid , quòd poſtea frater recuperato regno , in ipſo flore ætatis ereptus eſt ; & patruus, qui fratri ſucceſſerat,Gallicis armis tunc regno depulſus eſt,cùm rebus compoſitis ſe quietum regni poſſeſſorem fore putaret?Hinc viro orbata,filium in paterni ducatus ſucceſſione præteriri , & ſe ipſius iure priuari vidit: ac deinde ſibi Ludouici Sforciæ auunculi manu exorto Mediolanenſi ducatu,dotem adimi,filium quoque ipſum in Galliam,apud exteras gentes in cuſtodiam duci. Ipſa in Neapolitanum regnum profecta, Barienſem ducatum, alias quoque nonnullas vrbes adepta, principatus vmbram aliquam retinere viſa eſt. *Fulg. lib.*6. *cap.*11. G

Duces variis obnoxij caſibus.

ALCIBIADEM Athenienſem ; duæ fortunæ partitæ ſunt:altera quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes diuitias , formam præſtantiſſimam, fauorem ciuium propenſum, ſumma imperia , præcipuas potentiæ vires , flagrantiſſimum ingenium aſſignaret:altera, quæ damnationem,exilium,venditionem bonorum inopiam , odium patriæ , violentam mortem infligeret ; nec aut hæc, aut illa vniuerſa,ſed varia,perplexa, freto atque æſtui ſimillima. *Val. Max. l.*6. *c.*11.

DION Hipparini filius, in exilium miſſus à Dionyſio,cum bis mille militibus eum rurſus expugnauit : effecitque vt in quo ſtatu ipſe fuiſſet antea, in eum iam ſuæ calamitatis auctorem detruderet. Sed felicitate ea parum diuturna exiſtente, à coniuratis , quibus ipſe libertatem dederat , trucidatus eſt. *Æl. l.*4. *de Variâ hiſtoria.*

Hannibalis geſta ſunt potiſſima, De eo *Manilius:*

Expende Hannibalem : quot libras in duce ſummo
Inuenies? hic eſt, quem non capit Africa Mauro,
Perfuſa Oceano, Niloque admota repenti.
Rurſus ad Æthiopum populos aliosque elephantes H
Additur imperiis Hiſpania, Pyrenæum
Tranſilit : oppoſuit natura Alpemque, niuemque.
Diduxit ſcopulos , & montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam, tamen vltrà pergere tendit,
Actum, inquit, nihil eſt ni Pœno milite portas
Frangimus, & media vexillum pono Suburra.
O qualis facies, & quali digna tabella,
Cùm Getula ducem portaret bellua luſcum.
Ex tus ergo quis eſt ? ô gloria : vincitur idem
Nempe, & in exilium præceps abit, atque ibi magnus
Mirandusque cliens edet ad prætoria Regis,
Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.
Finem animæ, quæ res humanas miſcuit olim,
Non gladij, non ſaxa dabunt , non tela : ſed ille
Cannarum vindex, & tanti ſanguinis vltor
Annulus, I demens, & ſæuas curre per Alpes;

Vt

Vt pueri [illegible]
A Conſtitit [illegible]
—— [illegible]
Erra[illegible]
Te[illegible]
Sa[illegible]
O [illegible]
Inu[illegible]
D[illegible]

Cn. Pompeius potent[illegible] vt Ag[a]memnor (quòd [illegible]) vocaretur. Verum [illegible] illos [illegible] olim de Mithridate & pirat[is] triumphauerat, [illegible] à C[illegible], in Ægyptum fugiens, per [illegible] obit [illegible]. *Plutarchus Ouidius lib.4. de Ponto 3.*

Quid fuerat Magno maius? tamen [illegible]
Summiſſa fugiens voce [illegible] opem.
Cui[que] viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipſe magis.

Similiter *Manilius lib.4*

Quis te Niliaco periturum littore, Magne,
B *Poſt victas Mithridatis opes, pelagúſque receptum,*
Et tres emenſo meritos ex orbe triumphos,
Cumque etiam poſſes aliam cognoſcere Magnum,
Crederet, vt corpus ſepeliret naufragus ignis,
Et collecta rogum facerent fragmenta carinæ:
Quis tantum mutare poteſt ſine numine fati?

AVITVS Aruernenſis ciuis & ſenator, à Maximo Valentiniani Imp. parricida, lectus eſt magiſter militum, præfectus Galliæ prætorio. Viſigothis amiciſſimus, cum eorum rege Theoderico iuniore & Eurico fratre fœdus ad Toloſam percuſſit. Eorum auxilio apud Treuirim occiſo Maximo, purpuram induit: & à Gallis, Senatu populóque Rom. Auguſtus declaratus, Romámque profectus, cum Marciano Orietis Imp. fœdus iniit, & Pannonias amiſſas poſt multa ſecula Romano adjecit imperio. Mortuo Marciano, Leo Magnus Imperator Orientis, Majoranus Occidentis Cæſar ſalutatus eſt: qui Auitum vicit, victum Placentiæ Epiſcopum conſtituit, *teſte Gregorio Turonenſe l.2. c.11. Nicephorus lib.15. c.11.* ipſum poſt octauum Imperij menſem fame obiiſſe ſcribit.

Imperante Galieno, cùm Celſus priuatam in Africa vitam ageret, vbi tribunus per aliquod tempus fuerat, ob inſignem iuſtitiam venerabiléumque aſpectum, Paſſieni opera, qui in C Africa proconſul erat: item Pomponiani, qui fines Lybicos tuebatur, ab exercitibus Imperator creatus fuit. Sed Galienæ opera, Galieni Imperatoris propinquæ, poſt ſeptimum diem interfectus eſt, & corpus a canibus deuoratum. *Fulg. l.6. c.10.*

BELISARIVS, Iuſtiani Imp. archiſtrategus, deuictis Perſis, vtráque Euphratis ripam deiectis, non multò pòſt in Africā miſſus, Vandalos omnes ejecit, Gilimerémque eorum regem cepit, déque eo poſtmodum triumphauit. Hinc in Italiam exarchus miſſus, Gothicum omne nomen contudit, Romam libertate donauit: de Vitige Gothorum rege apud Rauennā capto, Gothiſque ipſis omni Italia pulſis triumphauit, omnibuſque in prouinciis maximè inſignis ſemper extitit. Conſtantinopolim reuocatus, premente inuidia excæcatus, in Sophiæ templo panē mendicare quotidie coactus eſt: frequenter hac voce vſus: Panē Beliſario date, quem virtus extulit, inuidia oppreſſit. *Egnatius lib.6. c.10. & Pont. l.2. c.8. de Fort. domeſt.*

CASTRVCIVS CASTRACANVS Interminellenſis Lucenſium D dux, vrbe Luca pulſus per Guelfam factionem, in Gallia atque in Britannia aliquod tempus militauit. Inde Lucam reuerſus, vbi rerum potiebatur Hugucio Fagiolanus, non Lucenſium ſolùm, ſed etiam Piſanorum princeps, Hugucioni, quia Gibellinæ factionis fautor Caſtracanus putabatur, ſuſpectus, in vincula conjectus fuit. Cùm autem Hugucio Netio filio imperaſſet, minimis quibuſdam criminibus Caſtrucio objectis, eum capite mulctare: Netius verò Piſas ad patrem ſcripſit, Non poſſe id ſine tumultu fieri, propter amicorum, quos Lucæ Caſtrucius habebat multitudinem: Piſis Hugucio diſcedens, vt huius rei gratia Lucam peteret, vix ex vrbis conſpectu abierat, cùm populus Piſanus, clauſis portis, arma arripuit, ſtatímque de eo Lucenſem populum certiorem fecit. Lucenſes quoque ex compoſito arma capiunt, & vrbis portas claudunt. Ita paruo momento Piſis atque Luca Hugucio excluſus, pulcherrimum principatum amiſit. Cæterùm à Lucenſibus per tumultum effracto carcere, Caſtrucius libe[ra]tus, vt vir præſtans & Hugucionis hoſtis, à Lucenſibus E princeps creatur, & a Ludouico Bauaro Imp. titulum Lucenſium [illegible] impetrat: cui haud [illegible] pòſt Piſas atque Piſto[ri]am [illegible] addidit. Fortuna igitur principatum ademptum ei, qui Caſtrucium morti damnauerat, [illegible] damnato tranſtulit: & [illegible] qui dominus fuerat, in exili[illegible]. *Fulg. lib.6. c.11.*

ANTONIVS GRIMANVS Venetus, [illegible] bello Turcico Imperatorem in Peloponneſo ageret, & ingenti claſſe, neſcio quid [illegible] Methonem oppidum, & reliqua continentis Græciæ caſtella [illegible], claſſiſque etiam Turcica incolumis abiiſſet: domum reuocatus, carcerique inclutus, coactus eſt cauſam ſuā agere in maiori comitio: relegatuſque intra Dalmatiæ inſulas, indicta pœna, ſi fines violaſſet. Cæterum ille, quū aliquot dies priuat[us] [illegible] dignitate ibi egiſſet, mox Romam ad filiū Cardinalem transfugit: cuius opera adjutus, ab exilio reuocatur, dignitateq; illi [illegible] atoria primum reſtituitur. Hinc defuncto Lauretano principe, illi ſubrogatus fuit. *Egnat. l.8. c.1*

VICTOR PISANVS Venetus, quum præclaras victorias ex diuerſis hoſtibus patriæ peperiſſet, patriſque Nicolai nomine [illegible] maxime cenſeretur, Liguſtico ad Clodium bello vniuerſæ maritimæ rei præficitur. Cùm in Polenſi littore cum F tota claſſe Ligurem hoſtem expectaret, vel præfectorum quorundam ignauia, vel fortunæ varietate, vniuerſam claſſem amiſit, Venetiáſque cum paucis veniens, carceri incluſus eſt. Mox Clodia amiſſa, totius populi voto expetitus, è carcere eductus, claſſi vniuerſæ præficitur, magna certáque omnium ſpe præclari alicuius facinoris, niſi illum improuiſa mors ſuſtuliſſet. *Egnatius l.6. c.10. & l.8. c.1.*

FRANCISCVS CARMANIOLA, ſic dictus ab oppido Allobrogum, in quo natus eſt ruſticanis parentibus, militiam ſecutus, breui penes Philippum Mediolani principem primas obtinuit. Huius namque ductu maximas victorias ex diuerſis hoſtibus adeptus eſt Philippus, Mediolanenſéque auxit imperium. Non multò poſt, inuidia in illum graui exorta, propter Genuenſium ſeditiones compoſitas, Philippus ita illum odiſſe cœpit, vt relicta Mediolani vxore, rebuſque omnibus ſuis neglectis, vix ad Venetos transfugerit. A quibus benignè exceptus, Imperatórque copiarum ab eiſdem dictus, præclaram victoriam ad Maclodium, fuſo profligatóque Philippi exercitu, conſecutus, Brixiam, Bergamúmque Veneto nomini addidit. Cæterùm malo quodam ſuo fato, quum ad Philippum inclinari cœpiſſet eius animus proditionis conuictus, à Venetis ſupremo ſupplicio fuit affectus. *Idem lib.6. cap.9. & lib.3. cap.4. & Fulgoſ. lib.3. cap.4.* G

Hoc clariſſimis ducibus fatale videtur, vt in vltimo vitæ actu circumuenti inuidia, imminutáque dignitate, in ipſo contumeliæ dolore moriantur. Quid enim aliud quam hic dolor Carolum Borbonium Gallum, atque Petrum Nauarrum Hiſpanum præcipites egit; vt hic contra gentis ſuæ nomen damnata arma ferens, in carcere eius arcis, quam manu ceperat, miſer interiret: Ille verò & ſuæ patriæ proditor ſceleſtus, & communis impius euerſor, Romam oppugnans, in limine diri facinoris pœnas daret? *Iou. in Conſaluo.*

Sancto Pauli comes Ludouicus Luxemburgius, Galliæ Conneſtabilius obtinebat in Gallis ſummam auctoritatem: finitimus erat & Regi, & Burgundiæ Duci: arcem habebat munitiſſimam, & rebus omnibus inſtructam. Præfecerat eum Rex quadringentis cataphractis: valebat ingenio, & peritia rei bellicæ præſtabat: magnum habebat rerum vſum, & auri vim ingentem poſſidebat. Tandem tamen ad extremam miſeriam redactus eſt. Statuendum eſt igitur fortunam, qua nihil eſt mutabilius ei fuiſſe planè aduerſariam. Sed reuera nihil aliud eſt fortuna, quàm figmentum poëticum, Quin potius ita iudicandum eſt, iratum ei fuiſſe Deum, & grauiter offenſum. *Phil. Cominæus 6. Comment.* H

IOANNES IACOBVS TRIVVLTIVS Mediolanenſis, Franciſco Sforziæ principi Inſubrum cariſſimus, Galeacio Franciſci filio etiā amicus fuit. Poſt Galeacij mortem inter primos Imperij adminiſtratores adhibitus à Bona Galeacij vidua, à Ludouico Sforzia exercitui præfectus res maximas geſſit. Hinc vbi à Ludouici gratia excidit, ſolū exilio vertit: ad Ferdinandū Aragonium cōfugiens, honeſtiſſimum locum obtinuit. A Carolo IX. Gallorum rege, qui regnū Neapolitanū occuparat, virtute ergo ſuſceptus, Gallis reditū per infeſtiſſimas Italiæ gentes ſua prudentia patefecit. Ludouico XII. Mediolanenſem ducatū ſubjecit, Ludouicū Sfortiam cepit: atque adeò in patriam reuerſus, eorum poſſeſſor eſt factus, quæ ab iis paratæ

parata fuer [illegible] opera ipſe patria exuerat. *Sab. lib. 7.*
A *cap. 8. Excerpta* [illegible]

C[illegible]ſules variis caſibus agitat[illegible]

Cn. Corn[illegible] Scipio Aſina, (Coſ. a Pœnis apud Liparas captus, cu[illegible] iure omnia perdidiſſet, lætiore fortunæ vultu adiutus cuncta recuperauit, cóſul etiam iter[illegible] [illegible] credere[illegible] [illegible] a duodecim ſecuribus ad C[illegible] peruenire catenas quis rurſus exiſtimaret a P[illegible] ad ſumma imperij peruenturum [illegible] Sed [illegible] ſule captus, & ex captiuo conſul fa[illegible] eſt. [illegible]

L. Lentvlvs conſularis [illegible] lege Cæ[illegible] repetu[illegible] mine oppreſſus, Cenſor cum [illegible] cenſ[illegible] eſt. Qu[illegible] quidem fortuna inter ornamenta & [illegible] alterna vice ver ſauit, conſulatui illius damn[illegible] [illegible] ſubiiciendo, & neque bonis cum [illegible] nec [illegible] malis æternis ingemiſcere patiendo. [illegible]

M. Crassvs Rom[illegible] [illegible] & pro[illegible] auaritiam infeliciſſimus. De eo *Ouid. lib. 6. [illegible]*

Craſſus ad Euphratem aquilas, natumque ſu[illegible], que
Perdidit, & letho eſt vltimus ipſe datus.

Item *Lucanus lib. 1.*

—— miſerandum funere Craſſus
Aſſyrias Latino maculauit ſanguine Carras.

B C. Marivs maximæ fortunæ luctatio eſt. Omnes enim eius impetus tam corporis quam animi robore fortiſſimè ſuſtinuit. Arpinatibus honoribus iudicatus inferior, quæſturam Romæ petere auſus eſt: patientia deinde repulſarum: irrupit magis in curiam, quam venit. in tribunatus quoque & ædilitatis petitione conſimilem campi notam expertus, præturæ candidatus ſupremo loco inhæſit, quam tamen non ſine periculo obtinuit. Ambitus enim accuſatus, vix atque ægrè abſolutionem à iudicibus impetrauit. Ex illo Mario, tam humili Arpinate, tam ignobili Romæ, tamque faſtidiendo candidato, ille Marius euaſit, qui Africam ſubegit, Iugurtham regem ante currum egit: qui Teutonicorum Cymbrorúmque exercitus deleuit, cuius bina trophæa in vrbe ſpectantur: cuius in faſtis conſulatus ſeptem leguntur: cui poſt exilium conſulem creari, proſcriptoque facere proſcriptionem contigit. Quid huius conditione inconſtantius, aut mutabilius? quem ſi inter miſeros poſueris miſerrimus: ſi inter felices, feliciſſimus reperietur. *Valer. lib. 6. c. 11. Sic de eo Ouidius 4. de Ponto 3.*

Ille Iugurthino clarus Cimbroque triumpho,
Quo victrix toties Conſule Roma fuit,
C *In cœno Marius iacuit, cannaque paluſtri,*
Pertulit & tanto multa pudenda viro.

Item *Iuuenalis ſatyra 10.*

Exilium & carcer, Minturnarumque paludes,
Et mendicatus victa Carthagine panis,
Hinc cauſas habuère. Quid illo ciue tuliſſet
Natura in terris, quid Roma beatius vnquam,
Si circumducto captiuorum agmine, & omni
Bellorum pompa, animam exhalaſſet opimam,
Cum de Teutonico vellet deſcendere curru?

Et *Lucanus lib. 2.*

Cum poſt Teutonicos victor Libycoſque triumphos
Exul limoſa Marius caput abdidit vlua,
Stagna auidi texere ſoli laxaque paludes
Depoſitum Fortuna tuum: mox vincula ferri
Exedêre ſenem, longúſque in carcere pædor. Et mox:
Septimus exequitur repetitus faſcibus annus:
D *Ille fuit vitæ Mario modus, omnia paſſo*
Quæ peior Fortuna poteſt atque omnibus vſo
Quæ melior, menſoque homini quid fata pararent.

De eodem *Manilius.*

Et Cimbrum in Mario, Mariumque in carcere victum.
Quod conſul toties exulque ex exule Conſul,
Et iacuit Libycis compar iactura ruinis
Atque crepidinibus cepit Carthaginis orbem.
Hoc niſi fata darent, nunquam fortuna tuliſſet?

Seianvs à Tiberio in cóſulatu collega aſcitus, magnis laudibus à Cæſare, & ab omni populo affectus, cum ſuperbiens multa contra imperij dignitatem perpetraſſet, à fortuna fluctuante in cinerem quaſi coniectus eſt. De eo ſic ſcribit *Dion. lib. 58.* Seiani caſus, inquit, humanam imbecillitatem egregiè ob oculos ponit, monetque nuſquam inflatè ſe gerere. Quem enim vt præſtantiorem ſe vniuerſi ad curiam comitati fuère, tunc quaſi nequaquam ſe meliorem in carcerem rapuerunt:

[illegible] E

[illegible] magiſtrati- [illegible] factum celebrare- [illegible] annuis Circenſibus ludis [illegible] collegia Pontificum & Augusti ſacerdotes ornandus indiceretur, ne hoc quidem prius viſitatum. Ita quem immodicis ac nouis honoribus ad perniciē prouexerant, in eum dij quoq; nouos cultus ſtatuerunt. F

Victores rurſus infelices.

☞ *Hac etiam Tit. Victi, victores reſpectu Felicitatis inconſtantis.*

Poſt inſauiſſimum bellum, pro mala muliercula tot annos geſtum, Troia funditùs euerſa eſt. Græci victores, aut in reditu perierunt, aut domi reperère perniciem. *Eraſm. in Adagiis.*

Apud Chæroneam Athenienſes cum Thebanis victi perierunt: Philippus victor protinus à Pauſania ſublatus eſt, iuxta Sibyllæ Erythreæ vaticinium, κλαίει ὁ νικηθεὶς, ὁ δὲ νικήσας ἀπόλωλεν id eſt, Qui vicit periit: plorant qui ſuccubuère. Id quod in prouerbiū abiit. Cuius meminit *Georg. Gemiſtus in Hellenicis.*

Bolæslavs III. Polonorum rex, quadragies ſepties aperto marte dimicauit, ſemper victor. Extremo prælio contra Ruſſos ad Haliciā, hoſtium multitudine & Palatini cuiuſdā fuga victus eſt. Equus cui inſidebat, multis vulneribus debilitatus concidit. Ibi miles quidā gregarius, ſubleuato equo ſuo impoſuit. Effugit quidē, ſed paulò pòſt præ mœrore obiit. *Crom. l. 6.*

A. C. 1588. cùm Turcæ Chriſtianorum fines citra Limparcum irrupiſſent, & 16. pagos deprædati eſſent, abductis in ſeruitutem omnibus incolis, Georgius, Zerinius, Nicolai ad Zigetum interfecti filius, coactis 1500. peditibus, & 500. equitibus in prædones irruēs, eos crepuſculo matutino ſuper Catzerolacum, inter paludum anguſtias ita preſſit, vt aliquibus in ſyluas diffugientibus, aliis in paludes ſe præcipitantibus, maiorem eorum partem ceciderit. In hoc prælio Nuchmutes Sangiacus Quinqueeccleſienſis, Alis Baſſæ filius captus eſt. SinanBegus Mohazienſis in paludes cum equo lapſus, ictu globi tormentarij transfoſſus interiit. Cæſi vel ſubmerſi ferè 2000. capti ex hoſtibus 1300. equi 1500. prædáque omnis captiui Chriſtiani recepta eſt: Ex noſtris deſiderati 11. & pauci vulnerati ſunt. *H. Heninges in Geneal. Turc. Imp.* G

Conſiliarij, Aulici, Principum Amici, variis caſibus agitati.

☞ *Conſule Tit. de Aula: item de Fauore, §. fauores Principum inſtabiles.*

* Exempla recentia huius rei ſuppeditat cùm proximè elapſum, tum præſens ſæculum, in Comite Eſſexio, quem Elizabetha Angliæ Regina, ob nimiam familiaritatem primùm Aulicis formidabilem, poſt in carcerem perduellionis titulo coniectum ſupplicio affecit, anno 1601. eiuſq; Caluariē illa in pretio habuit, & duci Bironio ad ſe è Gallia miſſo, inter aliā regiæ ſupellectilis gazam, ceu monile aliquod exhibuit, hoc eum dicto compellans: En hominis, quem ad tantum honoris faſtigium euexeram, craneum, quo tandem deuenit: Diſcant familiares ſummorum Principum, fortunam ſuam moderatè ferre, & expendant quo loco ſint. Dicitur Bironius ad ſpectaculum iſtud exhorruiſſe, ac ocyus in Galliam conceſſiſſe. *L. Beyerlinck in opere Chronographico ad annum 1601.* H

Cæterum fatalis ea monitio Bironio fuit, vt cui proximus deinde annus mortem intulit, & non diſſimilem Eſſexij exitū. Quippe conſpirationis in Regem, cui intimus fuerat, accuſatus, & per literas, quas ad Fineum quendam arcani conſilij ſocium, mox delatorem, dederat, conuictus, Senatus Pariſienſis calculo, capitis condemnatus fuit, vltima die Iulij. *Idem ibidem.*

Ioannis

A [illegible] ab O[illegible] vi-
[illegible] enim [illegible]
landi [illegible]
[illegible] viuu. A [illegible] ſſi
[illegible] per [illegible]
q[illegible] b[illegible]
& fauor [illegible]
cos men[illegible]
cem d[illegible]
cuius [illegible]
auti f[illegible]. V[illegible]
alias Re[illegible] var[illegible]
illorum f[illegible]ce. F[illegible]
tias, Belg[illegible]
ctot pere[illegible], ſi q[illegible]

* H[illegible]

Vulgatiſſimum il[illegible]
rotula, vt vulgus, nunc [illegible]
gere: ſiue vt eam rerum Domina[illegible]
B Apelles eam in ſedem collocauit) [illegible] ſtab[illegible] in
coarguerent. *Pier. Val. l. 5. 49.*

Veteres quum Fortunæ plurimum tribuerent, cuiuſque negotiorum pene omnium arbitrium opinarentur: ſimulacrum eius dextra clauũ, ſiniſtra cornu copiæ tenere finxerunt: quod bona & cõmoda ab eadem omnia proficiſci crederetũr: vnde diuitias & opulentiam *fortunas* appellauère; vni illi regendi elargiendíque facultatem conceſſam arbitrati. *Pier. Val. l. 45.*

Vt verò eiuſdem inconſtantiam notarent, ſedentem eam in *pila* ſculpebant. *Idem eod. lib.*

Capricorni ſignum, quod in multis Auguſti Cæſaris numiſmatis videmus, ſummám, vt Aſtronomi tradunt, ſub ſe natis portendens felicitatem hieroglyphice nonnunquam ſignificat ſecundam fortunam, ſummamque felicitatem. *Idem. Ibid.*

Lactantius fortunam pictam à veteribus fuiſſe teſtatur cum copia & gubernaculo, tanquam opes tribuat & rerum humanarum teneat regimen. Vnde & omnipotens à pleriſque vo-
C cata eſt, quod pro arbitrio poſſit diuitias commutare, victorias largiri, pauperem ſubleuare, & opulentum deprimere.

Pacuuius de ea ſic ait: Fortunam inſanam eſſe, & brutam perhibent Philoſophi, ſaxique ad inſtar globoſi prædicant eſſe volubilem. Quia quo ſaxũ impulerit ſors, eo cadere fortunam autumant: cæcam ob eam rem vocant, quia nihil cernat, quo ſe applicet: inſanam autem aiunt, quia atrox, inſtabiliſque ſit: brutam, quia dignum aut indignum nequeat internoſcere.

Plutarchus in libello de fortuna Romanorum, ait, *vmbram eximia & antiqua fortuna*, cum primis fundamentis eiectam fuiſſe. Primus, inquit, fortunæ delubrum Ancus Martius ſubſtruxit fortunámque virili nomine dicauit. Propterea fortaſſis, quod in victoria fortiter obtinenda, priores ſunt fortunæ partes.

Blondus libro primo, de Roma Triumphante, ſcribit, apud Nemorenſem lacum fuiſſe templum *fortuna virilis*, vbi virgines Deæ immolarent. Certum eſt Tullum Regem, ſuos omnes actus fortunæ adſcripſiſſe, cuius beneficio ab ancilla matre, ad regnum fuerat euectus.

Fuit & apud Romanos *fortuna barbata* ſimulachrum, quæ cultoribus ſuis malas ſpecioſius veſtiret: ſe ſpernentes, male barbatos, glabroſque redderet.

D Fuit & vtriuſque fortunæ ſimulachrum, *bona* ſcilicet, & *mala* ara vetus, inquit *Cic. lib. 3. de legib.* Fuit in exquiliis malæ, & execratæ fortunæ.

Plin. lib. 36. cap. 5. ait: Bonæ fortunæ ſimulachrum à Praxitele factum, Romæ in Capitolio fuiſſe, &c.

* Forum.

Definitio Etymologia. Et Acceptio Varia.

FOrum ab inferendo dictum volunt Grammatici quod res & merces variæ eò deferantur vt venales exponantur. Alij à foris ſiue foras deriuant, quod ea, quæ in foro veneunt, plerunque deforis inferantur ab exteris, nam indigenæ in officinis ſuis merces exponunt, ἀγορὰ Græcis.

Sextus Pompeius Feſtus l. de verb. ſignif. inter acceptiones fori duas præcipuas connumerat, quæ ad Reſp. opera publica & neceſſitatem pertinẽt ſocietatis ciuilis. Forum, inquit, ſex modis intelligitur, primo negotiationis locus vti forum Flaminium, forũ Iulium, ab eorum nominibus qui ea conſtituenda curarunt, quod etiam locis priuatis, & in viis, & in agris fieri ſolet. Alio in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones

[illegible] prouinciæ præeſt, forum B
[illegible], & de controuerſiis eorum
[illegible] terti[illegible] ſecundam referri poteſt.
[illegible] Lati[illegible], qui [illegible] ent, inquit, ſuas con-
[illegible] quæ [illegible] q[illegible] æque ferrent,
[illegible] ap[illegible] q[illegible] um, ab eo co-
[illegible] fora [illegible] torii [illegible], &c.

[illegible] FORI IVDI[illegible]AL[illegible]

[illegible] ali[illegible] certum no[illegible] fuiſſe, aliquando cer-
[illegible] Cũ [illegible] Verri[illegible] *Marc[illegible] llus de ſer-*
[illegible] Lati[illegible] loci[illegible] quibu[illegible] cretu, ſiebat vt
[illegible] prætores & forum
[illegible] iuri [illegible] ndi qui conuentus
[illegible] Huc pertinet quod ſcribit *Virgilius.*
[illegible] *patribus dat iura vocatis.*
[illegible] R[illegible] qui, tot litibus abundabant olim, vt
[illegible] ratus, maxime præcipuos, ſedere
[illegible] oporteret neque etiam qui gerebant maiores
[illegible] poteſtates, otium iudicandi habebant. Proinde
[illegible] tempus omne anni Romani prætores, vt colligit Suetonius, bello gerendo conſumerent, tum hyeme ac tempeſtatibus eius, ab armis recedere coacti, iudiciis operam dabant, F
multis ad id iudicibus, qui controuerſias eas deciderent, conſtitutis, qui recuperatores ſunt appellati: quare in conuentu; cum conueniſſet populus iudices & litigatores, ex certo conuentus die concilium habebatur.

* FORA IVDICIALIA VBI HABITA. Sub Dio.

Forũ ſub dio habitũ tradit Quintilianus: erátq; vel vbi ageretur de rebus publicis, vt in comitiis, vel de priuatis litibus.

Erat Debora Prophetis vxor Lapidoth quæ iudicabat populum ſuo tempore, & ſedebat ſub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim, aſcendebántq; ad eam filij Iſraël in omne iudiciũ. *Iud. c. 4. v. 4. & ſeqq.*

* LOCIS VARIIS ET INDETERMINATIS.

Meminit hiſtoria Caroli Magni, & Ludouici filij, per ſingulos annos fuiſſe indictos conuentus iuridicos.

Fuerunt & in Gallia poſtea, eratque curia ambulatoria ſeu vaga, vocabant Parlamentum ambulatorium, donec ſtatum fuit & immobile, primum Lutetiæ Pariſiorum, dehinc alibi G
aliæ curiæ ſupremæ per Gallias decretæ & conſtitutæ.

Fuerunt & conuentus ſimiles acti generales in finibus Carnutorum, in Gallia, tempore Druidum, vt notat *Iulius Cæſar l. 6. de bello Gallico.*

Erat & hic mos conuentuum habendorum Germanorum, iuxta ea quæ ſcribit *Cornelius Tacitus de eorum moribus.*

LOCIS CERTIS ET AD HOC DESTINATIS.

* Fuerunt & tribubus Iudices Romani certi conceſſi, ad quotidianam litium ſummariam deciſionem, vnde loca in quibus ius dicebant, dicebantur tribunalia: loca certa deſtinata & Romæ & per Italiam prouincialibus, quæ & fora dicta ex nominibus ædificantium, vel curantium ædificari. Erant loca publica coloniarum, inquit Aggenus, vbi erant conciliabula, & poſtea fuerunt in municipij ius relata.

* Iudicabat & Samuel Iſraëlem cunctis diebus vitæ ſuæ, & ibat per ſingulos annos circuiens Bethel, & Galgala & Maſphat, in quibus locis iudicabat Iſraëlem. Reuertebatúrque in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi quoque iudicabat Iſraëlem. *1. Reg. 7.*

* Scribit Plinius, Marcellum Octauia Auguſti ſorore genitum, inumbraſſe in ædilitate forum, vt ſalubrius litigantes H
conſiſterent: quod anteà Cato Cenſorius, ne populus litibus aſſueſceret, acutis lapidibus ſternendum putauit.

* In Baſilicis dictum ius aliquando, quo ſe recipiebant iudicaturi Principes. Vnde & putant dictos apud Heſiodum in Ergis, *δωροφάγους βασιλῆας*, donivoros iudices, quem & poſteris morem ſeruatum indicat prohibitio concilij ſub Ioanne Papa, quæ extat *in cap. de immunit. Eccleſ.*

* Neque etiam Senatum habere licuit Romanis niſi in loco inaugurato, vnde Veſtalium templum non erat conſecratum, ne in eo poſſet haberi.

* Octavivs Avgvstvs ſtruxit forum cum æde Martis vltoris templum Apollinis in palatio, æde tonantis Iouis in Capitolio.

Erát & Romæ centumuirorũ fora, qui de cauſis priuatis cognoſcebant quotidie, vt de tutelis vſucapionibus & ſimilibus tanquã ſedes iudiciorũ ordinariorũ, delectis iudicibus ternis & ſingulis triginta tribub. *teſte Feſto, & Cicerone pro Cecinna.*

Conſt [illegible] o ot [illegible] e ci [illegible]
A dicere [illegible] V [illegible] gen [illegible] ci ma [illegible] itis i mpri u [illegible] c [illegible] ar [illegible] autor [illegible] im [illegible] app [illegible]

Apud [illegible] quæ Ate [illegible] inde [illegible] ab [illegible] cauſ [illegible] hor [illegible] hæ A [illegible] Oreſti de [illegible] Mineruæ A [illegible] abſolutus dicit [illegible] deorur, duo ſunt ar [illegible] alterum Contumeliæ, [illegible] dearum eſt ædes, quas Ati [illegible] quem de Gentilitate deoru [illegible] nat. Earum ſerpentibus eiſe crimes [illegible] nium finxit Æſchylus. Sunt etiam apud Athe nienſ [illegible] dicia, ſed multu minus illuſtria. Eorum vnum Parab [illegible]
B alterum Trigonom nominant. Illud ab obſcuro vrbis loco, in quo leuiſſimæ protſus cauſæ cognoſcuntur: hoc a loci forma nomē ſumpſit. Batrachij verò & Punicei, à coloribus, in hunc vſque diē nomina permanſère. Maximum verò omnium, & quo frequentiſſimi conueniunt, Heliæam vocant. In eo foro, quod Palladium appellant, cædis cauſæ agitabantur, atque in eo quidem primum Demophonem cauſam dixiſſe, nemo ambigit: cuius verò is criminis reus fuerit, non ſatis inter omnes cōuenit. Diomedem quidem tradunt, Ilio capto, cùm in patriam reueheretur, per noctem viæ errore ad Phalerum appuliſſe. Vbi cùm Argiui, qui cum eo erant, in agrum tanquam hoſtilem populabundi excurrerent, vt qui aliam quam Atticam terram inter noctem credérent, Demophontem aiunt, & ipſum neſcientem Argiuorum eam claſſem eſſe, ad propulſandas populationes accurriſſe. Vbi, cùm aliquot interfectis Palladio erepto domū abiret, ab eius equo Athenienſem hominem ſubuerſum, aliſúmque interiiſſe. Demophontem itaque alij ab eius qui interfectus fuerat propin-
C quis, alij verò ab Argiuorum multitudine reum facti memorant. In Delphinio cauſam dicunt, qui ſe iure occidiſſe defendunt. Quo in loco Theſeus, cùm Pallanta, eiuſque filios, res nouas moliētes interemiſſet, abſolutus eſt. Ante Theſeum enim, interfectorem neceſſe erat exilij cauſa ſolum vertere, aut talionis pœnam ſuſcipere. In Prytaneo de ferro aliiſque inanimis iudicium fit, cuius rei hoc initium fuiſſe arbitror. Erechtheo Athenis regnante, bouem ſacerdos, is qui Buphonus appellatus, ad Poliei Iouis aram mactauit, ſtatimque relicta bipenne è finibus exceſſit. Bipennis iudicio abſoluta eſt. Et eum quidem ritum quotannis ſeruant. Dicuntur autem alia quoque ſenſu carentia lege plecti. In Piræei maritima parte gurges quidam eſt: vbi qui in exilium abeunt, ſi quod nouum fuerit in eos crimen conflatum, è naui iudicibus in littore conſiſtentibus, cauſam dicunt. Ac Teucrum aiunt primùm omnium eo ſe in loco Telamoni purgaſſe, cùm de Aiacis cæde culpa vacaret. *Pauſanias in Atticis.*

DE FORO PROMERCALIVM SIVE VENALIVM RERVM.

D * Alia ſpecies publicæ rei & fori, eſt forum venale, quod locum nundinationis complectitur, quem pariter prætores Romani indicere ſoliti erant: ibique nundinæ vel in prædiis publicis, vel priuatis: ad quas qui in agris verſabantur mercandi cauſa conueniebant. Sed non ſemper in foro ſunt nundinæ: forum enim tantum dicitur hic locus venalium rerum, quod debet eſſe alio loco, quam vbi ſorum iudiciale eſt ſitū, acceſſu facilè, quo & à terra & à mari facilis ſit importatio.

Omnium fora hæc ſeparanda ſunt, vt tradit *Ariſtoteles 7. polit. cap. 12.* pro faciliori commercio, vt alibi oues, alibi alia animalia, alibi pania veneant, ſi modò ciuitas aut oppidum locorum commoditatem admittat, aliter vna & eadem platea forum admittere poterit res omnes curantibus vel præfectis vrbis, vel agoranomis, ædilibus, aut vt omnia rectè ibi ſine fraude venalia exponantur, bona fide & iuſto pretio emantur. *Vide l. vnic. §. cura carnis de offic. præfect. vrbi. P. l. fin. ad l. Iul. de anno. P. l. vnic. de nundinis in P. titulum de ædilitio edicto P.* & quæ tradit *Pet. Gregor. Toloſan. lib. 47. Syntagm. iuris vniuerſi 31.*

Vt in Velabro olearij, prouerbiali ſimilitudine circumfertur de iis, qui conſpirarunt, rémque gerunt ex compoſito.

[illegible] V [illegible] quotidie [illegible] poteſt, calli [illegible] tas, & decem portas [illegible] quibus tranſuerſis
catenis [illegible] propter vicorum anguſtias & negotiantium F
frequentiam ingreſſus equitantibus prohibetur. Eius præfectus noctu foribus clauſis nocturnas habet excubias, & vigiles canes, & nomine regis à ſingulis tabernis vectigal exigit. *Marinaus lib. 10. rerum Hiſpan.*

Sub Dagoberto rege Francorum, inſtitutum eſt ius publicatum ſub dio nundinatum, inter Pariſios & ſancti Dionyſij oppidum in Francia, quod peragitur in agris, in tota Francia celebre, quod Lendirum vulgus appellat, ab edicto (vt eſt veriſimile) detorto vocabulo. *Crant. l. 1. Saxon. cap. 32.*

Spartæ forum, Clarium vocatur, apud Iones Panium, Argis gymnaſium, quod Cyllaraoium dixère: Athenis aliud quod Ptolemæum, & apud Samios & Alexandrinos duo fora, Larua nuncupari in Theſſalia Liberum, in Pyræo Hippodromia, & Capuæ Albanum. Celebratur inter cætera Argiuum forum ſepulchro Danai, qui inſigni prudentia & aſtu præcedentes reges anteiſſe fertur in quo lupus æreus cum tauro pugnans, fatum Pyrrho regi prædixère: & Magnetum ſe-
pulcro Themiſtoclis: ſicut forum Antiochiæ, Germanici G
funere inſigne fuit: & Megarenſium, ſepulcbru Corœbi in quo mirum proditur, vt oleaſter longo æuo ſuſpenſa diu arma intra corticem admiſerit: mox inciſa, ocreas & galeam peperit. Et Celænarum, vbi Marſyæ pellis detracta ab Apolline, appenſa videbatur. Mirumque prodi de Ariciæ foro, ingenti chaſmate in profundum hauſto, magno & exitiali portento calamitatis futuræ. Tradunt Thaletem in loco Mileſij agri vili & contempto ſepeliri voluiſſe, prædiuinans animo, in illo Mileſiorum forum aliquando futurum. Apud Perſas, *teſte Xenophonte lib. 1. Pædia*, fora duplicia fuère: vnum, quod Liberum vocant, in quo honorarij & præcipuæ nobilitatis viri principem locum tenebant, vbi regia erat: alterum, in quo mercenarij & negotiatores, aliaque humilis turba diuertebant. Capuæ quoque fora diſtincta fuère: alia plebeiorum, quum plebs à patribus diſſentiret: alia nobilium. In quibus enim nobiles erant, ne eſſent in contubernio ſordidiſſimorum, ad illa infimo ordini accedere non licebat.
Alex. lib. 2. cap. 12. H

* Frater. Fraternitas.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FRater Græcè ἀδελφὸς & ἀδελφεῖος fraternus. Dicitur autem frater, quaſi fere alter ſecundum Aulum Gellium *l. 13. noct. Attic.* Quis amicior inquit Saluſtius *In Iugurtha*, quam frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies, ſi tuis hoſtis fueris?

Vera fraternitas eſt, quæ fratrem veneratur deuotum, corripit diſſolutum, quæ præſenti obſequitur, abſentem non rodit, ſano applaudit, infirmum non deſerit, placatum non prouocat, iratum vt maiorem metuit. *Raban. ſup. Matt.*

Hæc eſt vera fraternitas, quæ nullis caſibus ſcinditur, quam non ſolum diſſociare vel deſerere locorum vel temporum interualla non præualent, ſed nec mors quidem ipſa diuellit.

Hæc eſt vera & indirupta fraternitas, quæ gemina amicorum perfectione ac virtute concreſcit, cuius ſemel initum fœdus nec deſideriorum varietas, nec contentioſa dirumpet contrarietas voluntatum. *In collationibus Patrum & abbatis Ioſeph.*

Frater

A [illegible]

[illegible]

ANT[illegible] foitior[illegible]

ISOCRATES di[illegible] altero humili[illegible] *amore fraterno.*

SOCRATES eos, qui [illegible] acquirunt, iis ſimiles eſſe diceb[illegible]
B nom colunt. *Stob. ſerm.82.*

PLVT. dicebat, nullam eſſe [illegible] vt neque manus ablatæ. *Ant. ſerm. de amore ac odio in fratres.* Idem Muſas dicebat nominatas quaſi *ὁμοῦ οὔσας*, id eſt ſimul degentes, propter ſototiam animorum coniunctionem. *Stobæus ſerm.72.*

EVCLIDES Socratic. cum fratrem dicentem audiuiſſet, Diſpeream niſi te vltus fuero? Reſpondit, Et ego? niſi vt nos ames tibi perſuaſerim. *Plut.l.de fratre amore.*

SOTION. Fratrum amantem & pauperem dici præſtat, inquit, quam fratrum oſorem & diuitem. *Stobæus ferm.84.* Idem Fratri in fratrem inſurgenti, dicebat, Canem tibi infenſum mitigare conaris, vt fiat benignior: erga fratrem vero idem non facies. *Eod.ferm.*

ARISTIPPVS ad fratrem reconciliatum dixit, Memineris te diſſenſionis, aut reconciliationis fuiſſe authorem. *Ibid.*

INTAPHERNIS VXOR, Dario permittente vt vnum ex ſuis eligeret, cuius vitam ſibi donari vellet: fratrem elegit. Demirante Rege, cauſamque ſciſcitante: Alius, inquit, maritus;
C alij liberi, ſi Deus volet, poſſunt contingere: alium fratrem patentibus vita defunctis, non eſt quod ſperem. *Eraſ.6. Apoph.*

EVMENES inſidiis peritus à Perſeo, credebatur extinctus. Is rumor cum Pergamum eſſet perlatus, Attalus, eius frater impoſito ſibi diademate, ductáque fratris vxore, regnum occupauit. Cæterùm cùm audiſſet illum viuum: vt ſolebat profectus eſt illi obuiam, vnà cùm ſatellitibus, haſtam geſtans. Eumenes autem amanter illum amplexus, dixit in aurem, Ne feſtines ducere: priuſquam me mortuum videris: nec præterea per omnem vitam, vllam offenſi animi ſignificationem vel dicto vel facto dedit: quin etiam moriens fratri, & vxorem & regnum reliquit. Cuius animi mœtor Attalus, cum multos ex ſe liberos haberet, nullum tamen regno educauit: ſed Eumenis filio poſteaquam adoleuiſſet, adhuc viuens principatum tradidit. *Plut.in regum Apoph.*

ANTIOCHVS, cognomento Accipiter, cum fratre Seleuco pro regno bellum gerebat. At vbi Seleucus à Galatis victus, nuſquam appareret, ſed interfectus in prælio crederetur, depoſita Antiochus purpura, pullam veſtem induit: rurſus paulo poſt cum audiſſet illum eſſe incolumem, pro læto
D nuntio diis immolauit, fecitque vt ciuitates ipſi ſubditæ coronas geſtarent. Solent fratrum iræ, ſi quando inciderint, eſſe acertimæ: ſolet regni cupiditas nihil impium aut nefarium ducere. At hic ea moderatione regnum ambiit, vt fratrem vellet incolumem. *Plut.in reg. Apoph.*

CYRVS Maior: qui ex eodem ſemine ſunt orti, & nutriti ab eadem matre, & in eadem domo adoleuerunt, ab iiſdem parentibus amati, eandem matrem, eundemque patrem appellant, quomodo hi non ſunt omnium inter ſe coniunctiſſimi? Nolite igitur bona, per quæ deducuntur fratres ad coniunctionem inania vocare: ſed his continuo ſuperſtruite alia amicitiæ opera, & ita ſemper inſuperabilis vobis inuicem futura amicitia veſtra eſt. Qui fratri prouidet ſeipſum curat, &c. *Xenoph.l.8. de inſtit.Cyr.*

BASSIANVS præfectus ſuadebat Caracallæ, vt ad mitigandam inuidiam parricidij, fratrem Getam appellaret diuum: Sit, inquit, diuus; dum non ſit viuus. Et ſic fratrem in diuos retulit. Atque ita regnandi cupiditas neſcit iura pietatis. *Ex Ælio Spartano.*

[F]RATRVM C[ON]CORDIA AMOR, &c.
E [illegible] *de Fid[illegible] Amicitia. Item locum de Occi[illegible] Amicitia [f]ratribus.*

[F]RA[TRVM ODIA FRATRICIDIA.]

[illegible]
[illegible] ante ali[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] amorum.
[illegible]
[illegible] vana pe[illegible] amo[illegible]tem. Virg. l. Æn.
[illegible] 4.F[illegible] de Romulo & Remo.
[illegible] Romulus. ipſe vocarat,
[illegible] dixerat iſta [illegible]
[illegible] vomere foſſam
[illegible] audentem[illegible] deae nets,
[illegible]mus [illegible] contemnere muros
[illegible]nit, [illegible]mos populus dicere, totus erit?
Nec mor[illegible] tranſ[illegible] retro Celer occupat auſum?
Ille premit duram ſanguinolentus humum.
F
Nota eſt hiſtoria crudelis de Atreo & Thyeſte, quam tanto verborũ pōdere depingit, & tragico cothurno adducit. *Senec.*

FRATERNI ODII, COEDISQVE,

EXEMPLA. BIBLICA.

Primi fratres, filij Adam, Caïn & Abel inteſtinum veluë bellum exorſi fuerunt, dum Cain, eò quod reſpexiſſet Deus ad Abel & munera eius, fratrem foras in agrum eductum crudeliter trucidat, qui proinde primus Martyr perhibetur, vti & Cain primus parricida. *Gen.cap.4.*

ISMAEL & ISAAC filij Abrahami, etiam à puero ad inuicem diſcordes erant, nam poſtquam Abraham in ablactatione Iſaac grande inſtruxiſſet conuiuium, Iſmaël inuidia tactus, præſertim cum ius primogenituræ Iſaac ſeruari videret, eiuſque ſemini promiſſam ſciret benedictionem, quæ omnia ſibi tanquam ſeniori annis XII. adſcribebat; aſſiduè illum perſequebatur. Cumque vidiſſet Sara eum ludentem, id eſt, ſubſannantem, vexantem, & moleſtias inferentem Iſaac, dixit ad virum ſuum, Eiice ancillam (Agar) & filium eius. *Geneſ.21.*

Etiam Iacob optimum filium Iſaac, frater Eſau homo ferus diu perſequebatur, propter benedictionem, quam à patre aſtute impetrauerat, quamvis ex peculiari Dei diſpoſitione G
id ita eueniſſet. *Gen.cap.27.*

Fratres Ioſeph inuidebãt ei, nec poterãt ei quidquã pacificè loqui, vnde & multis affectũ cõtumeliis vendiderũt. *Gen.c.37.*

ELIAS maximus natu filiorum Iſai, audito quod Dauid inter illos minimus, offerret inire monomachiam cum Goliath, qui iam multis diebus exprobrauerat agminibus Iſraël, iratus eſt valde, & ait: Quare veniſti? & dereliquiſti pauculas oues in deſerto? Ego noui ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui, &c. *Regum cap.17.*

ABSALON filius impius Dauidis, Ammonem fratrem interfecit, atq; illius frater Adonias regnandi libidine æſtuans, Salomoni deſignato Regi, regnum & vit[a]m eripere molitus fuit.

HISTORICA.

Pete ex loco de Inimicitia inter Fratres.

Plura huius argumenti exempla ſuppeditat veterum hiſtoria, & nonnulla reperiet lector *in loco de perfidia, Odio, Hoſt.* Vnum ex Liuio hic referendum *l.28. ab V.C.* Corbis & Orſua inquit, patrueles fratres, de principatu ciuitatis, quam Ibem vocabant, ambigentes, ferro ſe certaturos profeſſi ſunt. Corbis H
maior erat ætate: Orſuæ pater principa proximè fuerat, à fratre maiori poſt mortem eius principatu acceptus. Quum verbis diſceptare Scipio vellet, ac ſedare iras: negarunt id ambo dicere communibus cognatis, nec alium deorum hominumve, quam Martem ſe iudices habituros eſſe; Robore maior, minor flore ætatis ferox, mortem in certamine, quam vt alter alterius imperio ſubiiceretur, præoptantes, quod à tanta rabie dirimi nequirent, inſigne ſpectaculum exercitui præbuere, documentumque, quantum cupiditas imperij malum inter mortales eſſet. Maior vſu armorum, & aſtu, facilè ſtolidas vires minoris ſuperauit. Huc pertinet duorum fratrum Polynicis videlicet & Eteoclis filiorum Oedipi regis Thebanorum exemplum, quod apud veteres propter ipſorum odium perpetuum, eſt celebre. Inter illos enim non ſolum in vita nulla reconciliatio locum habuit, verum etiam cùm in prælio mutuis vulneribus concidiſſent, vnus rogus cadauera ipſorum coniuncta pati noluit. Vnde *Statius poeta.*

A [illegible]

Et [illegible]

[illegible]

Mem[illegible] *Ber*[illegible] lia[illegible] te ſ[illegible] cœnam cu[illegible] diuerſa inte[illegible] tes innumeras [illegible] debant per ioc[illegible] al[illegible] ſibi boues eſſe quor[illegible] itidē per iocum reſpondit e:[illegible] cæli ſatum:& ad fratrem eduer[illegible] boues? At illum, in tuo prato, dixiſſe [illegible] lem, Te etiam inuito, alterum reſpondiſſe. Tunc [illegible] quit. Te etiam inuito, ille reſpondit. Et ita altercando [illegible] iram, & mox ira in rixā, & ſerium furorē conuerſo, dum n[illegible] ter alteri cedere vult, exertis vtrimq; gladiis, quibus forte ambo erant infeliciter accincti, ſe inuicem transfixerunt. Et hinc

B vnus, illinc alter humi decidentes exanimes in ſuomet ſanguine volutātur, donec à domeſticis, qui eos altercātes audierant delati intra domū, fatali hora properante, extincti ſunt.

Tragicam, & recentem hiſtoriam recenſet *Petrus Iuſtinianus*. Nouus, inquit, inſolituſque caſus in Hetruriæ finibus euenit. Nam ex Coſini Florentiæ Ducis liberis, Ioannes magnæ indolis adoleſcens, in venationem cum duobus fratribus Hernando & Cartia, aliiſque comitibus profectus, dum canes leporem aſſiduo, per latā planitiē curſu inſecuti fuiſſent, morſuque feram apprehendiſſent, in controuerſiam cum fratribus venit. Vnuſquiſque enim canibus ſuis captæ prædæ palmam tribuendo, in dicacia verba inuicem prorupēre. Ioannes autē probri impatiens, vt elati animi erat, Cartiam fratrem, cum quo iurgabatur, colapho percuſſit. Tum ille iniuriam, non ferens, gladio educto fratri in femore magnum vulnus intulit, quo paucis horis interiit: atque ipſe ab heri ſui famulo ſauciatur, patrique Coſmo, ex illa infelici venatione inter ferarum ſpolia, occiſi filij corpus relatum eſt. Cartia quoq; non multo poſt ex vulnere interiit. Ita leuiſſima ex cauſa pater fratricidio binos filios amiſit. *Refert Camer. in operibus ſucciſiuis*

C

CAVSÆ VARIÆ. VTPOTE AMBITIO. LIBIDO REGNANDI.

Eteocles apud Euripidem in Phœniſſis inquit: Aliis rebus pietatem colas: ſi ius violandum, cauſā regnandi violandum eſt. Verſus Eteoclis tyranni nolentis fratrem admittere ad ſocietatem regni, citat ex Euripide Suetonius, eoſque è Iulio Cæſare frequenter pronunciatos teſtatur *Cicer. offic. 3.* Vnde apud Senecam Eteoclis frater Polynices nomine matri Iocaſtæ in Thebaide reſpondit:

Pro regno, velim Patriam, Penates, coniugem flammis dare.

Apud Turcas nihil magis, vſitatum quam regnandi occaſione in fratres, ſæuire, neque ea crudelitas apud illos probro datur, quin potius ad regni quietem eam opportunam cenſent. Ita nuper anno videlicet 1582. mortuo Selime Solimani filio, paſſim circumferebantur chartæ venales, in quibus ipſius & filiorum ſeptem conſpiciebantur depicta ſingula cum diademate & ſtragulis exornata. Ij iuſſu fratris Muta-

D this III. interfecti, & regio funere in maiorum monumenta, ad minuendam inuidiam vnà cum defuncto patre illati fuerant. Mutathes enim patris ſucceſſor, recepto more barbaro, ſtrangulari quinque fratres ſuos, natu ſe minores, in præſentia ſua iuſſit. Quorum minimi ceruicibus & iugulo, cum pro more neruus adhiberetur: incertum an tenerioris in hunc amoris cauſa motum, an conſcientia patratæ crudelitatis in omnes, illacrymaſſe quidem illum conſtat.

Eodē modo & anno, Iſmaël Cechmaſis regis Perſarum vel Parthorum filius, ſecundo loco genitus, non ſolum Sultanos ſibi ſuſpectos, verum etiā fratres ſuos omnes, quotquot nanciſci potuit, è medio ſuſtulit; qui tamen ſexto regni menſe à ſorore veneno ſublatus eſt: ſicut Leonclauius noſter (*in ſuppl. m. Annal. Turc.*) refert. Cum autem hæc fratricidia pleriſque & recte quidem, deteſtarentur: cogitatio ſubiit animum: nihil noui accidere inter illos: qui libidine regnandi excæcati, neutiquam turpe vel flagitioſum ducere id ſoleant; quod ipſorum

[illegible] Ad [illegible] hiſtoricis [illegible] ut parricidio [illegible] plum proaui ſui Selimi [illegible] opera Iudæi medici, vt aiunt, ſublato, cùm libido & cupiditas regnandi naturalem mortem expectare non permitteret, non modo fratres ſuos &

F eorum liberos, omneſq; conſanguineos è medio ſuſtulit: ne æmulos regni relinqueret: ſed etiā, cùm in expeditione Ægyptiaca eſſet veritus, ne ſibi abſenti, Solymannus filius vnicus imperium adimeret, quemadmodum ipſe Baiazeti patri ſuo illud extorſerat, veſte quadam veneno tincta dono miſſa, filij vitæ, pater, vt multi indicarunt inſidiatus eſt. Atque ita vſitatum eſt in gēte Othomanorum, quia apud illos Muſulmanos reges mos eſt perpetuus; vt ſpes imperij ad omnes, exitus ad vnum recaſurus ſit. Ob hanc cauſam mortuo Saladino Sultano Ægypti; Saphadinus patruus eius nouem filios Saladini, extra vnum Noradinum, amicorum virtute tectum, libidine regnandi necauit. Deceſſit autē Saladinus, domitor ille orientis, ac noſtrorum terror, Anno 1351. teſte *Meyero, in annalibus Flandriæ l. 7.* rectè itaque dicit, *Augerius Giſlenius Busbequius*, legatus Cæſ. Maieſtatis, *in ſuo itinere Conſtantinopolitano*: nihil omnino miſerius Turcicorum Imp. filiis eſſe: è quibus ſi quis patri ſucceſſit, reliquis ineuitabilem mortis neceſſitatem manere. Nam neque, inquit, Turcæ imperij æmulos ferunt: nec per milites prætorianos omnino ferre poſſūt; qui ſi quis forte fratrum ſit, præter eum, qui regnat, ſuperſtes, congia-

G riorum petendorum nullam fidem faciunt: ſi recuſantur, ſtatim audis: ſaluus frater ſit: fratrum Deus nobis ſeruet. Quo verbo deſignari illum imperio non eſt obſcurum: adeo vt fratrum ſanguine manus polluere, & parricidio regnū, Turcis Imperat. ſit neceſſe. *Iuſtinus* præterea de Horode Parthorum rege (qui paulo ante fratrem ſuum Mithridatem licet fiducia cognationis victo ſe in poteſtatem ipſius tradidiſſet, in conſpectu ſuo trucidari iuſſerat) cùm filius eius Pacorus vnà cum toto exercito à Ventidio interfectus eſſet, ita *l. 42.* ſcribit: Hæc cum nunciata in Parthia eſſent: Horodes pater Pacori, qui paulo ante vaſtatam Syriam, occupatam Aſiam à Parthis audierat, victoremque Pacorum Romanorum gloriabatur, repente filij morte & exercitus cladis audita, ex dolore ad furorem vertitur. Multis diebus non alloqui quemquam: non cibum ſumere: non vocē mittere: ita vt mutus factus videretur. Poſt multos deinde dies, vbi dolor vocem laxauerat, nihil aliud quam Pacorum vocabat. Pacorus illi videri. Paco-

H rus audiri videbatur cum illo loqui: cum illo cōſiſtere: interdum quaſi amiſſum flebiliter dolebat. Poſt longum deinde luctum, alia ſolicitudo miſerandum ſenem inuadit: quem ex numero triginta filiorum in locum Pacori regem conſtituat. Multæ pellices, ex quibus generata tanta iuuentus erat, pro ſuis quæque ſollicitæ, animum ſenis obſidebant. Sed fatum Parthiæ fecit: in qua iam quaſi ſolēne eſt reges parricidas haberi: vt ſceleratiſſimus omnium ille ipſe Phrahartes nomine, rex ſtatueretur. Itaque ſtatim, quaſi nollet mori naturaliter, patrem interfecit: fratres quoque triginta trucidat. Sed nec in filiis ceſſant parricidia. Nam cùm infeſtos ſibi optimates propter aſſidua ſcelera videret: nec eſſet, qui nominatim poſſet rex creari, adultum filium interfici iubet. Rectiſſime igitur de hoc barbaro rege vel potius tyranno dici poſſet: quod Polybius (*lib. 2.*) refert, Philarchum hiſtoricum de Ariſtomacho memoriæ tradidiſſe; eum ſolum tyrannum fuiſſe, verum etiam

etiam à tyrannis venirent. Quo quid [illegible] poteſt? Hoc enim nomen [illegible] in ſe continet crudelitatem, & [illegible] ſceleraque complectitur. Philippus [illegible] Commentarijs, prodidit annis non amplius 16. [illegible] generis principes mutuis cladibus, ac ſpoliis in Anglia accidiſſe.

Reges item Caſtellæ [illegible] non potuerunt. Vt enim [illegible] commemorantur: Rex [illegible] ſex fratres crudeli parricidio perenit. [illegible] l.7. de Rep. cap. 5. pag. 348.

MAHOMETES, Turcarum Imp. huius nominis [illegible], Amurathis patris. An. [illegible] ſucceſſor, à cæde fratrum octodecim (alij [illegible]) quadraginta concubinarum patris, regni auſpicatus [illegible]. Rich. in axiom. Polit.

ANTIGONVS & HIRCANVS fratres, filij Alexandræ reginæ Iudæorum dimicant de regno. Antigonus excutit Hircanum. Poſtea ope Pompei [illegible] ab Hircano regno expellitur. Illud recuperat ope Parthorum: & Hircanum captiuum in Babylonem abduci à Romanis declaratus Rex Iudææ. Cum hoc dimicant filij Antigoni de regno: ſed victi tandem in
B iſto conatu vitam amittunt. *Rich. in Axiom.*

Refert *Iuſtinus*, Cambyſem filium Ciri, poſtquam vidiſſet per quietem, fratrem ſuum Smerdam regnaturum, ſomno exterritum, iuſſiſſe illum occidi. *Idem.*

Refert *Plut.* ſucceſſores regnorum poſt mortem Alexandri magni, omnes parricidas, & inceſtis libidinibus infames fuiſſe: & inter illos axiomatis loco habitum: Fratrum cædes ad ſecuritatem regni eſſe. Extra vnam Antigoni domum, in qua nullus, præter Philippum Macedoniæ regem, qui Demetrium filiũ ſuſtulit, cognato ſanguine manus poſuit, *Idem.*

ARYDÆVS, Pamphiliæ tyrannus verſutiſſimus, patrem ſenio confectum, & fratrem natu maiorem interfecit. *Idem.*

Refert *Ritius Neap.* Theodoricum II. Viſigothorũ regem in Hiſpania, vnà cum fratre Friderico, Toriſimundũ fratrẽ iugulaſſe, vt regnum acciperet: tandẽ & illũ à ſuis fratribus iugulatum. *Idem Petr. Greg. l.7. de Rep. c.37. pag. 492.493.494.495.*

Incerti Poëtæ verſus ſũt, quos de ſimili argumẽto ſubiicimus:

Venerat Eoum quatiens Antonius orbem
C *Et coniuncta ſuis Parthica bella gerens,*
Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo:
Hinc Capitolino ſiſtra minata Ioui.
Hinc inuicta Deo fidebat Cæſare Roma:
Quæ tunc penè ſuo pondere lapſa fuit.
Deſerta eſt tellus, claſſis contexerat æquor
Omnia permiſti plena furoris erant.
Fratribus heu fratres, patribus concurrere natos
Impia ſors belli, fataque ſæua iubent.
Hic generum, ſocerúmque petit miniméque cruentus
Qui fuit hic ſparſus ſanguine ciuis erit.
Mæuius à caſtris miles melioribus auſus
Hoſtilem ſaltem præcipitare ratem.
In damnum, felix, & victor, vt impius eſſet
Neſcius, occiſo fratre ſuperbus erat.
Dum legit exuuias hoſtiliaque arma reuellit,
Fraternos vultus oraque mœſta videt.
Quod fuerat virtus factum eſt ſcelus hæret in hoſtè
D *Miles, & è manibus mittere tela timet.*
Ille ferox, quid lenta manus nunc denique ceſſas?
Iuſtius hoſte tibi qui moriatur adeſt.
Fraternam res nulla poteſt defendere cædem.
Mors tua ſola poteſt, morte luenda tua eſt
Scilicet ad patrios referens ſpolia ampla penates,
Ad patruum victor non potes ire tuum.
Sed potes ad fratrem; nunc fortiter vtere telo.
Impius hoc telo es, hoc potes eſſe pius.
Viuere ſic poteris? potuiſti occidere fratrem.
Neſciſti, ſed ſcis, nec mora culpa tua eſt.
Viximus aduerſis, iaceamus partibus iiſdem.
Dixit: & in dubio eſt, vtrius enſe cadat.
Enſe meo moriar maculatus cæde nefanda?
Cui moreris, ferrum quo moriare, dabit.
Dixit, & in fratrem fraterno concidit enſe.
Victorem, & victam concidit vna manus.

Incertus de Mæuio fratris in bello Actiaco occiſore.

Siccine componis populos, Fortuna furentes?
Vt vinci leuius vincere ſit grauius?
Occiſum credens gaudebat Mæuius hoſtem;
Inſ[illegible] fratris ſanguine læſus erat.
[illegible] non noſſe ſcelus [illegible] cruenta
[illegible], in ex[illegible] vidit ip[illegible].
[illegible] fratrem pariter [illegible] amens
[illegible], ait [illegible] vbi [illegible]?
[illegible] rem debes, defendere fratrem.
[illegible] ad facinus quam modo [illegible].
T[illegible], [illegible], Deos, bella iam polluit iſtum
[illegible], ſit quoque culpa grauis.
[illegible] patria tu iam [illegible] requiris
[illegible] tu [illegible] dignior ire rates,
Eripuit virt[illegible] reddere virtus
Deb[illegible] hac reparanda via eſt.
Quid [illegible] dixit: gladioque cruento
[illegible], iungens fratris ad ora, ſua.
Sic, Fortuna, rogas ſemper ciuilia bella,
Vt victor victo non ſupereſſe velit.

* Fraus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

E FRAVS Græcè ἀπάτη & ἀπατηλὸς, fraudulosus & fallax dicitur, eſt autem fraus executio iniuſtitiæ in factis: *ſecund. B.Thom. 2.2. q.55. art.5.* vel eſt executio aſtutiæ per facta, vt cùm menſura eſt minor iuſto, moneta adulterina, &c. Itaque dolus & Fraus ſe habent ad aſtutiam, vt pactiones & actiones iuſtæ ad prudentiam.

Fraus non poteſt eſſe ſine dolo, ſed bene dolus ſine fraude. Ideo fraudi ineſt dolus, ſicut ſpecies generi. *Ex B.Thom.*

Fraus dicitur à Ferendo, & eſt deceptio, quæ alicui infertur, iuxta Perottum, ſicut ab imponendo dicitur Impoſtura. Fraus, pro periculo quandoque ponitur. *Virg.*

Quis Deus in fraudem, quæ dira potentia noſtra, Egit.

Hebr. *Ramach*, verbum ſign. præcipitauit, leuando proiecit cum impetu quodam, defraudauit aliquem. Inde *Mirmach*, nomen, fraus, impoſtura, *Pſal. 5.7. & 10.7. & 17.1. & 24.4. & 32.2. & 34.4. Nechel* item, id eſt fraus à verbo *Nachal*, fraudulentus fuit, ſtruxit fraudes, inſidiatus eſt fraudulenter. Ab *Haſchak*, verbo, id eſt, fraudulentis verbis decepit aliquem, fraude & calumnia oppreſſit. Deriuatur *Hoſchek*, fraus, calumnia. *Leuit. 5.4.* Opes collectæ malis artibus, nempe fraudibus, & Sycophanticis dolis appellantur *Mahaſchakkoth*, *Prou. 28. 16.* G
Iſa. 33.15. Conuenit verbum *Haſchak*. Cum alio nempe *Hikkeſch*, peruenit, & *Haſik*, litigauit, calumniatus eſt. Litis enim ſoror & comes fraus, aut peruerſitas dicenda videtur.

Dicitur fraus fieri contra legem, vel ipſi legi: Prius quando fit contra id quod lege cauetur, abſque colore, quo talis violatio regatur: Ipſi autem legi fit, quando artificio quodam ita agitur contra mentem legis, vt videamur illi non repugnare.

Fraudulenti.

☞ *Aliaque huc ſpectantia; petantur ex Titulis & Locis de Aſtutia & Dolo.*

EXEMPLA QVÆDAM PROFANA.

AMATOR quidam Clodiam P. Clodij ſororem decepit, æreis quadrantibus loco argenteorum in loculos eius immiſſis, vnde poſtea Quadrantula dicta fuit. *Plut. in Cic.* H

Sergius Galba obſeruauit ante omnes Liuiam Auguſtam, cuius & viuæ gratia plurimum valuit, eiuſque opera ex palatio proceſſit ad conſulatum, & mortuæ teſtamento penè ditatus eſſet, ni fraude Tiberij fuiſſet impeditus. *Cuſp. A.D.*

Pericles Athenienſis proclamauit, incolumes futuros hoſtes, ſi deponerent ferrum, eiſque obſecutos conditionibus vniuerſos, qui in ſagulis ferreas fibulas habuiſſent, interfici iuſſit. *Frontinus l.4. cap.7.*

Oppugnabat Furius Camillus Phaliſcos, trahebaturque bellum cum oppidanorum virtute, tum loci natura, quæ erat munitiſſima: interea Ludimagiſter per ſpeciem deambulationis traxit principum filios ad Romana caſtra, ipſi duci gratificaturus, attulit ſecum proditor certam ſpem victoriæ: nulli dubium erat quin parentes charitate filiorum, ſuis autores eſſent ciuibus deditionis faciendæ: ſed tantum abfuit, vt Romanus eo modo vincere voluerit, vt proditorem auerſatus, qui ad perſuaſum habuiſſet, Romanos dolo & aſtu potius, quam virtute bellare, vinctum nudatumque terga adoleſcentibus dederit, in vrbem verberibus agendum: mouit Romani ducis virtus Phaliſchos, & qui nuper omnia pati maluiſſent,

ſent q[illegible] ent bus code e, v luntaria dedi [illegible] dere.
A Sab.l[illegible]

NON [illegible]RAVDANTIVM PRÆM[illegible]A

In Ep[illegible]pata C[illegible]lonienſi, op[illegible]ido Im[illegible] q[illegible] hu[illegible]r, Vidua quædam cereuiſiam [illegible]re [illegible] ſo[illegible]t. Die quadam, cum ciuitas c[illegible]ſu f[illegible] in[illegible] que in[illegible]ndium domui eius appropioqu[illegible] habens peru in auxilio humano, ad diuinum [illegible] omnia ſua vaſa, quibus cereuiſiam [illegible] pro [illegible] lebat: ad oſtium domus con[illegible] cordis ſui ſimplicitate ſic ora[illegible] ſtus & miſericors, ſi vnquam a[illegible] h[illegible] ris decepi, volo, vt domus h[illegible] bu[illegible] quod rectum eſt in oculis tuis, precor [illegible]ſtitiam [illegible] hac hora miſericorditer reſpicias neceſſitatem m[illegible] hi meæque ſupellectili parcere digneris. Mira fide fœminæ, mira Dei humilitas: qui dixit; *Marc. 4. Qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis*; ac ſi oratione fidelis viduæ conclutus fuiſſet, flammas omnia in circuitu deuorantes, à domo eius
B compeſcuit, cunctis ſtupentibus, quòd ignis furens materiam cremabilem lamberet, nec incenderet. *Ex Cæſar. l. 1[illegible]. mirac. cap. 31.*

☞ *Vide loca paulò ante indicata, & in iis omnis generis exempla, Fraudem in ſucceſſione interuenire. Quære ſucceſſio.*

* Frenum.

Quo frenantur equi: aut ora eorum franguntur, χαλινὸς Græcè, à χαλᾶν quod eſt laxare.

QVIS INVENERIT?

Equos frenis ſubigere, primum docuiſſe traditur Pelethronius, vt ſcribit *Patricius l. 3. tit. 2. de Regno.*

Poëtæ Palladi eius inuentionem tribuunt. Lapitharum nonnulli primum inuentum volunt.

☞ Opifices. *Quære in loco de operibus mechanicis.*

Frigus.

☞ *Conſule Tit. de Conſtantia Regionis frigida, quære in Tit.*
C *de locis, eorumque qualitate varia.*

Frons.

☞ *Quære in loco de corpore. Tit. de partibus corporis. Vide etiam Tit. de Abraſione, & Capillis.*

Frugalitas.

Vide ABSTINENTIA. TEMPERANTIA.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

FRVGALIS: Græcè χρηστὸς, εὔτακτος, ἐγκρατὴς, ἰσχυρὸς. Et ἡ σωφροσύνη, λιτότης, εὐτέλεια: frugalitas dicitur. Eſt autem Frugalitas virtus, quæ motus animi regit & ſedat, moderatamque in omni re nouit ſeruare conſtantiam. Suntque frugi homines, quos Græci χρησίμους dicunt; qui in omni re motus animi moderantur.

Frugalitas, Hebr. *Chochmach, Chacham*, vir ſapiens, induſtrius, prudens, frugi, *vide Prou. 1. 2. 4. & 10. 1. Eccl. 2. 14.* Idem illis eſt ſapientia, & frugalitas.

Frugalitas virtus eſt media, inter prodigalitatem & auaritiam, cum nec nimis parcè rebus vtimur, nec nimis luxurio-
D ſè. Eſt igitur moderata parſimonia cibi & potus. Dicuntur autem hæc omnia à frux nominatiuo, pro fruge. *Varro: Frux, legumen triticum.* Hinc frugi indeclinabile nomen. Suntque frugi, de quibus ſupra. Hinc etiam frumentum quaſi frugamentum, igitur frugalitas à fruge, qua nihil melius è terra, ait *Cicero 3. Tuſcul.*

Frugalitas eſt virtus, quæ res proprias cuſtodit, vtiliter collocat, vitat ſumptus non neceſſarios, emacitatem, luxum, mutuationes, ædificationes: & tamen vbi ratio poſtulat, expēdit quorum opus eſt. Vicina virtus eſt liberalitati, & eadem fere habet extrema. Liberalitas auaritiæ & tenacitati: frugalitas profuſionibus & prodigalitati magis eſt oppoſita. Emacitatem fugiendam eſſe docet Senecæ regula Oeconomica, *Epiſt. 91.* Emas non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt. Aduerſus mutuationes *Chilo* foribus templi Delphici adſcripſit. Æris alieni comes miſeria. Quod ad ædificiorum inſaniam extant Græci verſiculi, Latinis verbis ita expreſſi,

Ædificare domos, & paſcere corpora multa,
Ad paupertatem proximus eſt aditus.

[illegible]

C[illegible] panes [illegible]t. Sentiens, Vino [illegible] hoc ipſum eſſe ſubmoleſtum, quod panis non æq[illegible] parabilis eſſet ac potus. E
Laert. l. 6. c.... Idem Stilpon Ceij dedit carinam, ſimúlque propoſuit quæſtiunculam. Cum Cynicus protinus nucem deuoraſſet: Carinam, inquit Stilpo, perdidi: hic Crates non Caricam, modò, ſed & quæſtiunculā cuius illa fuit arrha. Sentiens, ſe fruſtra captatum munuſculo ad reſpondendum. *Laert. l. 2. c....* Idem, Cùm in forum incidiſſet, alios ementes, vendentes alios contemplatus: Illi, inquit, quod rem inter ſe contrariam agunt, ſe beatos eſſe iudicant: at ego me, quod vtriuſque, tum emendi, tum vendendi: ſim immunis. *Stob. ſer. 1. de Prud.*

SOCRATES dicebat, eos qui frugaliter viuerent, longè plus habere voluptatis, ac minus cruciatuum, quàm ſi indulgerent genio. *Laert. l. 2. cap. 5.*

Idem aduocarat diuites aliquot ad cœnam, ob id ſolicita Xantippe, quod apparatus eſſet perquam exiguus: Bono animo es, inquit, nam ſi frugi temperatique ſunt, boni conſulent: ſi minus, nulla bonis horum cura debet eſſe. Hoc dilemma nobis meritò excuteret operoſam & ſumptuoſam ambitionem in excipiendis conuiuiis. *Laert. l. 2. cap. 5. Stob.*

Idem dicere ſolitus eſt, eum eſſe diis ſimillimum, qui quàm pauciſſimis egeret, dum dij omnino nullius egeant rei. At G
vulgus diuites diis proximos exiſtimat, quorum deliciis nihil ſatis eſt. De his enim dictum eſt in comœdia Terentiana. Quam vos facillimè agitis. Hoc autem Homerus diis tribuit, quos appellat ῥεῖα ζώοντας, id eſt, facillimè viuentes. Facillimè autem viuit qui pauciſſimis contentus eſt. *Laert. l. 2.*

Idem dicebat, qui ſuauiter ederet panem, huic non eſſe opus obſonio: & qui ſuauiter biberet quemlibet potum, hunc non deſiderare poculum, præter id quod adeſt. Fames enim & ſitis optimè condit omnia. *Ibid.*

Idem admonere ſolebat, quod apud alios diceretur edere aut conuiuari, apud Athenienſes dici εὐωχεῖσθαι: qua voce dicebat nos admoneri, eo temperamento ſumendum cibum, vt nec corpus nec animus oneretur, huc opinor alludens, quod ὀχεῖσθαι ſonet vehi, ὄχημα vehiculum, quanquam, ἐωχὴν dicatur & cibus, cóque additum εὖ, ne ſarcina iuſto grauior imponeretur corpori. *Eraſm. l. Apoph.*

Idem Xantippe eum increpante, quod tenuiter ſe ad amicos accipiendos præpararet, dixit: Si noſtri fuerint, nihil curabunt, ſin alieni, nos de ipſis nihil curabimus. *Max. ſer. 13.* H

Idem dicebat quoque optimum condimentum eſſe famem, quod & optimè edulcaret omnia, & nullius eſſet impendij. Vnde ipſe ſemper iucundè edebat ac bibebat, quia neutrum faciebat niſi eſuriens ac ſitiens. *Laert.*

Idem dicere ſolebat, multos in hoc viuere vt ederent & biberent: ſe autem contra, ob id bibere & edere, vt viueret: quod his rebus non ad voluptatem, ſed ad neceſſitatem vteretur, quandoquidem natura paucis contenta ſit. *Eraſm. l. 3. Apoph. ex Stob.*

Idem per forum obambulans, cum aſpiceret mercium copiam quæ illic vendebantur, ita ſecum loqui conſueuit. Quam multis rebus ego non egeo: aſt alij cruciantur animo, ita cogitantes: Quam multa mihi deſunt? Sibi gratulabatur, quod iuxta naturam viuens ac aſſuetus, aurum, purpuram, gemmas, ebur, aulæa, reliquáſque diuitum delicias, nec cuperet, nec egeret: quas dicere ſolebat magis neceſſarias agendis tragœdiis, quàm ad vſum vitæ. *Laert. l. 2.*

Idem,

Idem, q[illegible] ex [illegible] qu[illegible] quod At[illegible]
A omnia magno [illegible] purpuram tribus mini conſiſ[illegible] dra[illegible]) manu [illegible] pr[illegible] Obolu, inquiens, [illegible] annona eſt. Hinc ad o[illegible] deducens: Duobus [illegible] ſextarius, non magno igitu[illegible] in vrbe [illegible] Qui paucis ac nece[illegible] contentus eſt, ſib[illegible] am. *Er[illegible] .3. [illegible]h.*

Idem, quondam pro foribus [illegible] balanii contentius vſque [illegible] ve[illegible] am, e[illegible] præ[illegible] um [illegible] piam dixiſſet, qui[illegible] a[illegible] S[illegible] Obſ[illegible] nq[illegible] t, mihi [illegible] pat[illegible] in cœna[illegible], de fame [illegible] quam a[illegible] tione cu[illegible] e[illegible] citabat M. T[illegible] l. hu[illegible] ſi e[illegible] p[illegible] at Quo me[illegible] ut cœnem [illegible] obſo[illegible] o ambulando famem. *Lae*

Idem ad famem [illegible] ſitim [illegible] citandam [illegible] ſ[illegible] e, poſt ſudorem con[illegible] palæſtra co[illegible] lectum, cu[illegible] potum v[illegible] he[illegible] nenter appeteret [illegible] ounquam bib[illegible] bat de primo crate[illegible] rogatus quam ob rem id faceret Me con[illegible] m, [illegible] q[illegible] [illegible] bſque affectibus. Interdum enim, lic[illegible] t [illegible] n[illegible] vium [illegible] bib[illegible], hic cum ratio ſuadet abſtinentiam [illegible] hor[illegible] vt biba[illegible] magis obtemperandum eſt ratio[illegible]. *Lae[illegible] l.2.*

Diogenes, cuoi aliquando à Cratero Alexandri Magni præfecto ad cœnam inuitatus eſſet, reſpondit: ſe malle ſalem
B Athenis lingere, quàm apud Craterum adipata frui menſa. *Laert. l.6.*

Idem quibuſdam obiicientibus, quod in foro cibum caperet: Quid mirum? inquit, in foro eſurio, ratiocinatus à relatiuè oppoſitis, Si fames non vrgeret hominem in foro, fortaſſis abſurdum eſſet in foro veſci. Sed eodem colore ſe tueri poterat, in foro deiiciens aluum, aut vrinam reddens. *Laert. l.6*

Idem, quum aliquando vidiſſet puerum caua manu bibentem: Hic puer, inquit, me frugalitate ſuperat, qui ſupellectilem ſuperfluam mecum circumferam, & eductum è pera poculum ligneum abiecit; Neſciebam, inquiens, & in hoc nobis prouidiſſe naturam. Quum alterum puerum vidiſſet vaſculo, fracto cauo panis excipere lenticulam, abiecit & catinum ligneum, & ſuperuacaneum. Hæc paſſim videri ridicula, modo fateamur, immodicum ſimplicitatis exemplum in hoc eſſe vtile, vt nos noſtri luxus pudeat. *Ibid.*

Idem, quum in publica via pranderet, multique cingerent illum ob ſpectaculi nouitatem, ac ſubinde acclamarent, Canis, canis: Imò, inquit, vos potius eſtis canes, qui prandentem circumſtatis, nam id canibus cum primis familiare. *Ibid.*

C Idem, quum primum cœpiſſet philoſophari, ac in dolio, ſicco mucidóque pane veſcens ſolus, audiret totam vrbem lætitia perſtrepentem (erat enim dies feſtus) ſenſit animo nonnihil tædij, diuque, ſecum de relinquendo vitæ inſtituto cogitauit. Sed quum tandem mures videret adrepentes, paniſque micas edere. Quid tibi diſplicet, inquit, ô Diogenes? ſunt magnificus es; ecce etiam paraſitos alis. *Ibid.*

Idem, panem album nactus, e pera cibarium eiecit, hunc verſum proloquens; Hoſpes tyrannos è vita decedito. *Stob. ſerm. 50.*

Idem, quum opiparò conuiuio videret Platonem nihil attingentem lautitiarum, ſed oleis duntaxat veſcentem; Quid accidit, inquit, vir ſapientiſſime, vt cum ob huiuſmodi menſas in Siciliam profectus ſis, hic à paratis abſtineas? Ad hæc Plato? At Hercule Diogenes, & in Sicilia huiuſmodi cibo contentus eram. Quid igitur inquit Diogenes, neceſſe erat Syracuſas nauigare? An tum Attica non ferebat oleas? Ad-
D ſcribunt quidam hoc dictum Ariſtippo. *Ibid.*

Anonymus, Quidam Lacon cum duas amygdalas duas duplo vendi conſpiceret: Suotne hîc, inquit, lapides? Quaſi nihil intereſſet inter ſilicem & amygdalam. Adeo Lacon deliciarum erat rudis, vt neſciret, ſub gemino cortice latere nucleum. Et apparet hoc genus arboris nos quibuſlibet regionibus fuiſſe notum, quando Plinius dubitat, an ætate Catonis fuerit in Italia. *Plut. in Lacon.*

Alexander, quum regina Carum Ada illud haberet ſtudio, vt aſſiduò mitteret Alexandro obſonia, bellariaque, per talium rerum architectos coquoſque magna arte parata, Alexander ait, ſeipſum habere meliores obſoniorum artifices: ad prandium quidem, nocturnum iter: ad cœnam verò tenue prandium. *Plut. in reg. & imp. apoph.*

Cyrus, rogatus ab hoſpite, quid ad prandium apparari iuberet? Nihil aliud, inquit, quam panem. Nam ſpero me prope riuum cœnaturum, Mira frugalitas in rege barbaro: cui panis [illegible] pro obſonio, & ſit in aquæ ſpe deferebat in cœnam. *[illegible] Ammi[illegible] l.21.*
B

Prodicus, dicere ſolebat optimū condimentum eſſe ipſum ignem. Sentiens bono ſtomacho ſatis eſſe, obſonium eſſe coctum, etiam ſi nihil accedat del[illegible]. *Eraſ. l.6. Apoph.*

Sc[illegible]io Minor. Narrant eum annis quinquaginta quatuor, q[illegible] ibu[illegible] vixit nihil vendidiſſe, nihil emiſſe, nihil ædificaſſe, libras autem argenti triginta [illegible], [illegible] d[illegible] in ampla domo reliquiſſe, quamvis pater [illegible] [illegible] quàm ſecundum naturam veſceretur, [illegible], [illegible] um condignas pœnas luiturum. Docuit hinc [illegible] ſap[illegible] entiſſimus, frugaliter eſſe viuendum, cùm natura paucis contenta eſſe ſoleat; q[illegible] æ ſi obſonio obruitur nimio, pœna ſtatim in promptu eſt, quæ in v[illegible] morbis [illegible] lico ſeſe oſtendit. *[illegible] ſer. 15. & 20.*

Epaminondas. Quum coquus collegis Epaminondæ de impendiis aliquot dierum rationem redderet, non alia de re indignabatur, quam tantum fuiſſe conſumptum olei: demirantibus autem collegis negauit ſe offendi ſumptu, ſed moleſtè ferre tantum olei exceptum intra corpus hominum. Sentiens oleum eſſe natum foris vngendo corpori, non intus explendo. Inunctum reddit corpus firmius, & laboris patientius: infuſum in viſcera; reddit delicatius ac ſegnius. *Plut. in apoph.*

Timotheus Cononis F. omiſſis oppiparis cœnis, & epulationibus Imperatoris, aſſumptus è Platone ad conuiuium academicum, & frugali modicaque cœna exceptus, reuerſus ad ſuos dixiſſe fertur. Qui cum Platone cœnant etiam poſtero die bene habent. Vituperauit cœnas ſplendidas & oneroſas, quæ omne ſequentis diei gaudium & hilaritatem præſcinderent atque præriperent. E

Leo Euth. F. interrogatus, quā quis vrbē incolens tutus ſit, Vbi, inquit, neq; plura, neq; pauciora inhabitantes poſſideāt.

Antisthenis, quum Diogenes ab Antiſthene peteret tunicam, iuſſit vt duplicaret pallium, ſic eum tunicæ ſpeciem præbiturum, admonens: oportere pauciſſimis eſſe contentum.

Epicurus dicere ſolebat, ei cui pauca non ſufficiunt, nihil omnino ſatis eſſe. Item, ſe paratum eſſe de fœlicitate etiam cum Ioue certare, ſi aquam & offam haberet, laudauit frugalitatem his dictis: quo animo autem voluptatem laudauerit ex aliis diſces.

Idem gratias naturæ habendas dixit, quod ea quæ ad vitam hominis ſubleuandam ſpectant, parabilia fecerit: difficilia autem non neceſſaria. Hinc illud *Poeta*:

Diſcite quam paruo liceat producere vitam.

Isæus interrogatus, quis piſcis, aut quæ auis eſſet ad veſcendum ſuauiſſima? [illegible] inquit [illegible]: id eſt, iſta curate deſij. G

Apollonius, frugalitatem non ideo commendari hominibus dixit, quod tanti res viles ac minimè ſumptuoſas faciamus: ſed vt hoc pacto animi magnitudinem augeamus.

Alcamenes Telecri F. obiurgatus à quodam, quod parcè nimium ac tam frugaliter viueret, cùm tamen ampliſſimas poſſideret diuitias, Decet, inquit, eum qui multa poſſidet, pro ratione, non pro libidine viuere.

Idem percontantibus quamobrem ſtatuiſſet, vt ad ædium culmen imponendum fabri ſecuri vterentur, ad fores vero addendas ſola ſerra, nec vllo alio inſtrumento? Vt, inquit, ciues mediocritatem ſeruent in omnibus, quæ in ædes inferunt, neque quidquam habeant earum rerum quæ apud alios ſunt admirationi. Videbatur enim indecorum, ſi per oſtium rude ac ciuile, ſupellex inferretur exotica, pretio cara, arte operoſa, id ne fieret, ipſe quodammodo fores admonebant. Hinc aiunt accidiſſe, quod Leotychidas primus apud Lacones rex, H cum cœnaret apud quendam, cerneretque tectum domus ſumptuoſo apparatu factum, ac lacunaribus ornatum, rogabat hoſpitem num ligna apud eos quadrata naſcerentur, adeo luxum eſſe putabat, naturam artificio corrumpere.

Thasiorum geos vt copia rerum abūdabat, præcipuè vini præſtātia nobilis, ita deliciis erat addictior, per horum agros cū exercitu proficiſcenti Ageſilao, Thaſij honoris gratia miſerunt farinas, anſeres, bellaria, liba ex melle condita, & item omnis generis alia maximi pretij, tum eſculenta. At ille præter farinas nihil accepit: reliqua domum referri iuſſit ab his qui attulerunt, tanquā ſibi ſuiſque penitus inutilia. Cæterum cum illi precibus & obteſtationibus vrgerent omnino vt acciperet Xenia, iuſſit ea inter Helotas diſtribui: id erat apud Lacedæmonios mancipiorum genus. Eius facti cauſam ſciſcitantibus, reſpondit: Non decere qui virtutis ac fortitudinis

ſtudio tenetentur, id genus delitias cupediaſque tecipere, pro-
A pterea quod iſtiuſmodi res, quibus ineſcarêtur ingenio ſeruili oati, oporteret à libetis ptocul abeſſe, grauiter taxâs Thaſiorũ mores, qui dum voluptatibus ſeruirent, nec ingenioſos ſe præſtarẽt, nec liberos: & ſapienter oſtendens nihil eſſe ſeruilius abiectiuſq; voluptatibus obnoxium viuere. *Plut. in apoph.*

Idem, cum audiret quemdam admirari, cur rex eum cæteris Lacedæmoniis tam frugali cibo & veſtitu vteretur: Optimam meſſem metimùs, inquit, libertatem *Idem in Lacon. apoph.*

Auſon. Epig. 9.

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem,
Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto,
Fercula gemmatis cum poneret horrida vaſis,
Et miſceret ope pauperiemque ſimul.
Quærenti cauſam reſpondit Rex ego qui ſum
Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reuerenter habe, quicunque repentè
Diues ab exili progrediere loco.

Lysandro in Ioniam proficiſcenti, hoſpites quos habebat in Ionia, cum aliis multis, etiam bouem & placentam
B dono miſerunt. Qui placentam contemplatus rogabat, quidnam illud cupediarum eſſet? Cui cum is qui attulerat reſponderet, ex melle, caſeo aliiſque quibuſdam confectum eſſe: Sed hoc, inquit Lyſander, dandum eſt iis qui nouerunt, non enim hic eſt liber, & ingenui hominis cibus.

Pausanias quum Medos vicisſet, iuſſit Perſicam cœnam præparatam ſibi apponi: in qua quidem quum magnus ineſſet ſumptus. Per deos (inquit) Luteo Perſa erat, qui cum tot haberet, ad noſtram venerit polentam.

Iuuenalis 54.

Viuite contenti caſulis, & collibus iſtis,
O pueri Marſus dicebat, & Hernicus olim
Veſtinuſque ſenex panem quæramus aratro
Qui ſatis eſt menſis.

☞ *Petantur nonnulla ex Loco de Liberalitate, vbi agitur de Liberalitate, ſiue moderatione pecuniaria, quatenus non vtitur vel fruitur, ſub finem Tit. §. Parcitas Frugalit. &c.*

C FRVGALITAS ET SOBRIETAS IN CIBO POTVQVE.

Vſus frugalis alimentorum.

Non hic abſtinentiam à cibo conſideramus, ſed vſum cibi frugalem & moderatum, quem propriè Ieiunium nemo appellauerit, niſi reſpectu helluonum moderationem hanc ieiunium eſſe contendat. Eam autem Frugalitatem hic intelligimus, quæ præſentibus alimentis contenta, lautiora non expetit antiquorum mores imitata: qui cùm frugibus ſolis veſcerentur & delectarentur, virtuti huic nomen Frugalitatis impoſuiſſe videntur, quam à parcendo alij Parſimoniam dixere. Nos Frugalitatem ad alimenta, Parſimoniam ad ſumptum referimus: & porro his nominibus ſic vtemur, vt altera huius loci, altera Liberalitatis propria ſit. Ex Tit. Temperantiæ in genere, *quædam exempla huc referri poſſunt, quatenus generis ambitu ſpecies quoque comprehenduntur.*

PERSONÆ, QVI CIRCA alimenta frugales fuerint.

Nempe

POPVLI.

D Ante fruges cognitas, Gentibus plurimis glandes fuêre frumenti loco. Sicut pira Argæis & Tirynthiis, ficus Athenienſibus: quibus Cares adeò abundant, vt illis enutriant pecora. Milium Mæoticis, Media amygdalæ, Ichthyophagis piſces, Æthiopibus locuſtæ & arundinum fructus, Getulis ferina caro, & pabulum pro pulmentario, Chelonophagis teſtudines, cardamum Perſis, palmulæ Carmanis & Babyloniis, Ægyptiis lotus. *Alex. l. 3. cap. 15.*

Arabes frugi in conuictu homines, nulla cibi intemperie vires alunt: temperantia valetudinem tuentur, multaque exercitatione ad inuictum robur habiles artus confirmant. *Ion.*

Perſarum pueri ad magiſtrum euntes adferunt domo panes quidem in cibos, naſturtium verò pro obſonio: itemque fictile poculum, vt ſi quis ſitiat, è flumine poſſit haurire. Quòd ſi quis eos vel edere iniucundè vel iniucundè bibere putat, is recordetur, quàm dulce ſit eſurienti, maza vel pane veſci, quámque ſitienti ſuaue, aquam haurire. Ephebi eodem victus genere vtuntur, licèt paulò copioſiore. Prætetea ſi quid venatu ceperint, in obſonium adhibent. *Xenoph. l. 1. Pædia.*

Phylarchvs narrat Iberos omnes aquam bibere, quamvis omnium hominum ſint ditiſſimi, atque ſemel quotidiè comedere ob parſimoniam, veſtibus verò magnificentiſſim[illegible] *Athenæus lib. 2. cap. 2.*

[illegible]iber[illegible]tum mulieres laborioſiſſimam vitam ag[illegible] mis tempetanda excellunt alias gen[illegible] N[illegible] habent zonam, quaſi venter al[illegible] ci[illegible]eque[illegible] apud omnes videtur. *Ex Nicol[illegible] de Morib[illegible] gentium [illegible] Stobæ[illegible]rm. 3.*

Samanei populi [illegible]t auctor eſt *B[illegible]d[illegible]anes B[illegible]* *eus* tantæ ſunt continentiæ, vt cum [illegible] poſſint, arborum tamen pomi iu[illegible]ta Gang[illegible] [illegible]tum vtantur. idem de Brachmanibus teſtat[illegible]r.

Eſſæi, Iudæorum gens, vino, carnibus & v[illegible]ib[illegible] abſtinuerunt. *I[illegible]ph l. 2. belli Iud. [illegible]hilo I[illegible]dæus, Plinius*

Gymnoſophiſtæ pomis ſolum [illegible] oriza & farin[illegible] *Alex. ab Alex. l. 4. cap. 17*

Athenienſes vbi in Prytaneo Caſtori & Pol[illegible] prandi[illegible]m parant, caſeum, phyſtam mazæ genus, oliuas maturas, & porros in menſis apponunt, victus antiqui memoriam reuocantes. Solon placentam, comedentibus in Prytaneo, dari iuſſit, atque per feſtos dies panem his apponi, quippe quòd Homerum imitaretur. Is enim vbi optimates ad Agamemnonem congregat: Miſcebatur autem farina, inquit. *Athen. l. 4. c. 3.* F

Dicæarchvs Meſſenius, qui fuit diſcipulus Ariſtotelis, in libro de Alcæo, Antiquos paruis poculis vſos fuiſſe ſcribit, aquoſúmque bibiſſe. *Vide Athen. l. 11. c. 1.*

Author ex Poſſidonio Athenæus eſt, Italos veteres ita frugalitate inſignes fuiſſe, vt ad Poſſidonij tempora aquam ferè biberent: ac, quicqoid obiiceretur, eſitarent: ſæpiuſque filium interrogaret parens, Apios in cœna cuperet, an nuces? nec pluribus veſcentes quieti ſe traderent. Adde, quòd Archeſtratus opſophagorum Heſiodus, Theogniſve, lupum laudans Mileſium, quem [illegible] vocant, non admittendum ad id genus obſonij Italos monet, quoniam in condiendis piſcibus inſciti præcipuè habeantur. *Cælius l. 7. cap. 9. Antiq. Lect.*

Romani veteres in agris hortos ſuos habebant. Ex hortis viuebant, damnantes pulmentaria, quæ alio egerent pulmentatio. Horti maximè placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, vnde & Acetaria dicta. *Plin. l. 19. cap. 4.* Prandio tantùm panem adhibebant, carnes verò cœnæ non elixas, ſed aſſas, & veru decoctas, aut frixas: licèt poſtmodum in ſummam luxuriam prolapſi ſint. *Alex. l. 5. cap. 15.* G

Apud eoſdem, carnis aridæ, aut lardi pondo tria, ſalmamentorum libram quotidianis ferculis apponere criminoſum erat. Si quis verò vltra apponeret, lege plectebatur. De iiſdem *Iuuenalis* ſcribit:

Sicci terga ſuis rara pendentia crate,
Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, ſi quam dabat hoſtia, carne.
Cognatorum aliquis titulo ter conſulis, atque
Caſtrorum imperiis & dictatoris honore
Functus ad has epulas ſolito maturius ibat,
Erectum domito referens à monte ligonem.

In ſecundis menſis poma & mel, ſicut ad principia conuiuij multiformes nuces dare aſſuerant. Item ſemen candidi papaueris cum melle & lactuca. *Alex. l. 3. cap. 21.*

Mamaluchis Ægypto imperantibus, in vniuerſum plebeij pariter ac diuites, vetuccina carne atq; orizæ pultariis famem explebant, nec quæ aliarum gentium luxuria inuenit, exquiſitas dapes vel gulæ irritamenta nouerant: gallinacei tamẽ generis pullos nobilium admittebant menſæ, quòd eorum magna eſſet copia Ægyptiis, apud quos Gallinæ ſua oua non incubant, ſed ea in clibanis, tempore ſenſim adhibito, ita fouentur, vt mirabili arte compendioque, pulli intra paucos dies progignantur ſimul & educentur. *Sabell. Supplem. l. 8. ex Iouio.* H

Incredibile dictu eſt, quàm tenui victu & vires & valetudinem Numidæ tueantur. Nam ficu ſicca, dactylis, pulticula, atque acido lacte conuiuia finiunt. Tum verò epulantur, cùm è venatione falconumque aucupiis, quibus maximè gaudent, prædam retulerint. *Iouius l. 33. Hiſt.*

Scoti veteres tenue ſumebant ientaculum in cœnam vſque, nec cibis pleno ventre grauatus animus ad munia ſua obeũda erat ineptus. Cœna vtebantur largiore, vt tamen vnum nõ excederet ferculum. Si quando animos exhilarare libebat, potus genus, quam Aquã vitam vocant, non ex aromatibus exoticis, ſed patriis herbis, thymo, mentha, aniſo, ſimilibuſque odoratis, per diſtillationem, vt nunc quoque fit, conficiebant.

Vulgaris alioqui illis quoq; potus in vſu quotidiano f it,qua
A Cereuiſiam appellamus.Sed in caſtris potum latices præbebant.Panem ſibi quiſque,tanta accepta in diem farina,qui ta vni ſatis erat,eaque aqua mixta ſubactaque,atque in maſſam compacta,ſubiectis carbonibus faciebat.Carnium illic ratus vſus,niſi quas ex præda accepiſſent,eaſque ſemicrudas deſumebant,ſucci ita optimi plurimum ineſſe aſſerentes.P...um verò ad ſole ſiccatorũ crebrior,atq; adeò ...lus ... s,ſi pecora nulla hoſtilis præbuiſſet ager.Semper autem maſſam quandã ex farina,butyro,caſeo,lacte,atque aceto temperatam,contra extremam famem domo aſportabant multos nonnunquam dies, vbi extrema commeatus inopia premebat, eius ſuctu appetitum lactando vitam ſuſtentatum. *Hector Boeth.in ... cotia.*

Scethlandicarum inſularum vltra Orcades incolæ, piſces arefactos ac ſole induratos piſtillo contundunt mox admiſta aqua in paſtillos componunt, atque ad focum torrent, qui illis panis eſt. Ignem quoque ex oſſibus piſcium aridorum conſtruunt. Vinuos, tamen, quàm quibus voluptates omnes affluunt, feliciùs, forteque ſua magis contenti. Nullæ apud eos pro opibus contentiones,nulla diſſidia aut rixæ,quiſque in hyemem ſibi ac ſuis proſpicit, idque piſcatu,Ambitiones
B & bella procul inde exulant. *Idem.*

REGES, DVCES.

Ægyptiorum reges cibo veſcebantur ſimplici, vt quorum menſæ nihil præter vitulum & anſerem inferretur.Vini potandi certa ſtatuta erat menſura, qua neque farciri ventes, neque inebriari poſſent. Denique ipſorum vita ea tenebatur modeſtia: vt non à legiſlatore, ſed à peritiſſimo medico ad ſeruandam ſanitatem compoſita videretur. *Diod.l.1.cap.6.*

Cyrus Maior,quum ab hoſpite quæreretur ex eo: Quid ad conuiuium parari iuberet? Panem, inquit,ſolum:ſperare enim cœnaturum ſe apud flumen. *Cal.l.9.c.13. Antiq.Lect.ex Xenoph.*

Agesilavs Spartanorum rex,quicquid vel inſipidi apponebatur, bibebat & comedebat. *Xenophon,& Probus.*

Alexander Magnus fuit cibi temperantiſſimus.Quod ex ea epiſtola, quam dedit ad Adam, quam Cariæ reginam deſignauerat,potuit intelligi.Miſerat illa ad regem,cùm obſonia quædam,tùm optimos coquos, quorum miniſterio vteretur.
C Quibus repudiatis, meliores ſe habere eſt profeſſus, quos à pueris Leonidas pædagogus ſibi comparaſſet,vt ad prandium antelucano itinere veteretur, ... verò,hoc eſt, moderatiore prandio,ad cœnam. *Sab.l.4.En.4.ex Plut.*

Demades prandenti aliquando aſſiſtens Phocioni, miratuſque menſam eius auſteram & frugalem: Demiror,inquit, te Phocion, qui ita prandere potes,remp. tractare. Quippe concionator ille erat in ventrem ſuum, ac ciuitatem Athenienſem exiguum ducens gulæ ſuæ ſubſidium, ex Macedonia frumentabatur. *Plut.de Cupiditate diuitiarum.*

Hannibal ſurgere de nocte ſolitus,ante noctẽ nõ requieſcebat:crepuſculo demùm ad cœnam vocabat:neque ampliùs quàm duobus lectis diſcumbebatur apud eum. *Frontin.l.4.c.3.* Tradunt quidem, eum nec primum cùm bellum in Italia geſſit,nec poſteà cùm in Aphricam rediit,aut cubantem cœnaſſe,aut pluſquam ſextario vini indulſiſſe. *Auctor eius vitæ.*

C. Fabricius Lucius Imp. pòſt pacem cum Samnitibus factam,cùm grandem pecuniam ſibi offerri videret ad ſplendorem domus victumque neceſſariam, plenas manus ab auribus ad oculos, & infra deinceps ad nares,ad os & gulam,
D deinde porrò ad ventrem imum deduxiſſe, & legatis aurum offerentibus ita reſpondiſſe fertur: Dum illis omnibus membris,quæ attigiſſet, obſiſtere & imperare poſſet, nunquam quicquam defuturum: neque ſe pecuniam eam, quæ ſibi vſui non eſſet, ab iis accipere, qui ea maximè opus haberent. *Iulius Hyginus l.6. de vitis illuſtrium Virorum Gell. l.1. cap.14.& l.4.cap.8.& l.2.c.8.Plut.in vita Pyrrhi, Val.Max.l.4. cap.3.Front.l.4.cap.3.* De eodem, & aliis nonnullis *Claudian.*

Contentus honeſto.

Fabricius paruo ſpernebat munera Regum,
Sudabatque graui Conſul Serranus aratro,
Et caſa pugnaces Curios angusta tenebat.
Hac mihi paupertas anguſtior, hæc mihi tecta
Culminibus maiora tuis: tibi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos,mihi donat inemptas
Terra dapes; rapiunt Tyrios tibi vellera ſuccos,
Et pictura ta ſaturantur murice veſtes.
Hic radiant flores & prati viua voluptas
Ingenio variata ſuo fulgentibus illic

Surgunt ſtrata thoris: hic mollis panditur herba, E
Sollicitum curis non abruptura ſoporem.
Turba ſalutantum latas ibi perſtrepit ædes:
Hic auium cantus, labentis murmura riui.
Viuitur exiguo melius, &c.

T.Sempronius Gracchus Rom. Coſ. cibario pane viliq; menſa vtebatur, ac cum operariis ſæpe veſcebatur, in exercitu aquam potare ſolebat, per ardores æſtiuos aliquantulo permixtam aceto. *Volat. Anthrop.l.14.cap.*

P. Scipio Æmylianus, ſi quando cum amicis in itinere ambularet, pane tantum veſcebatur, cùm cæteri lautiſſimè epularentur. *Frontinus l.4.cap.3.*

M.Cato ſuperior, cum Celtibero Hiſpaniæ populos ſecundis aliquot prœliis fregiſſet, & totam iam prouinciam obtineret: ſemper frugaliter vixit, contentus vino ciboque, quo nautæ vtebantur. *Valerius Max.l.4.cap.3.Frontinus l.4.c.3. Plin.lib.14 cap. 3.Gell.l.13.cap.18.* Idem non ampliùs ſibi & ſuis tritici ternis medimnis Atticis menſe accepit, hordei iumentis ſeſquimedino minus. Adhuc adoleſcens, cùm ſtipendia faceret in caſtris,ſemper aqua vſus eſt. Ad ſedandam ſitim maiorem, aceti hauſtu vtebatur: interdum vegetandi
corporis gratia, nonnihil vini delibare conſueuerat. Domi, F
hyeme, ſola tunica densis manicis induebatur: æſtate penè nudus labore cum ſeruis certabat: eum iiſdem ſedere ſolitus,eodem pane eodemque cibo veſci. *Plut.in vita.*

C. Iulius Cæsar domeſticam diſciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeo ſeueréque rexit vt piſtorem, alium quam ſibi, panem conuiuis ſubiicientem, compedibus vinxerit. Eundem vini parciſſimum, ne inimici quidem negauerunt. Verbum M.Catonis eſt: Vnum ex omnibus Cæſarem ad euertendam Remp. ſobrium acceſſiſſe. *Suet.*

Avgvstvs Cæsar cibi minimi erat atque vulgaris fere, Secundarium panem,& piſciculos minutos,& caſeum bubulum manu preſſum, & ficos virides, biferas maximè appetebat veſcebaturque & ante cœnam quocunque tempore & loco, quo ſtomachus deſideraſſet. Verba ipſius ex epiſtolis ſunt nos in eſſedo panem & palmulas guſtauimus. Et iterum:
Dum lectica ex regia domum redeo, panis vnciam cum pau- G
cis acinis vuæ duracinæ comedi. Et rurſus: Ne Iudæus quidem,mi Tiberi,tam diligenter ſabbatis ieiunium ſeruat,quam ego hodie ſeruaui: qui in balneo demum poſt horam primam noctis duas bucceas manducaui prius, quam vngi inciperem. Ex hac obſeruantia nonnunquam vel ante initum, vel poſt dimiſſum conuiuium ſolus cœnitabat, cum pleno conuiuio nihil tangeret. Vini naturâ parciſſimus erat. Non amplius ter bibere eum ſolitum ſuper cœnam in caſtris apud Mutinam,Cornelius Nepos tradit. Poſtea quoties largiſſimè ſe inuitaret, ſenos ſextantes non exceſſit: aut ſi exceſſiſſet, reiiciebat. Et maximè delectatus eſt Rhetorico, neque temere interdiu bibit. Pro portione ſumebat perfuſum aquâ frigida panem,aut cucumeris fruſtum, vel lactucæ thyrſum, aut recens acidùmve pomum ſucci vinoſioris. *Suet.*

Titi Veſpaſiani filij conuiuia non profuſa, ſed iucunditatis plena ſemper fuere. *Ponton.cap.1.de Continentia.*

Traianus Imperator, cùm omnino contemneret luxum, ipſe quoque in veſcendo frugaliſſimus fuit. *Alexander l.5. c.p.25.*

Phraotem Indorum regem de victus ratione interrogauit Apollonius. At is, Ego (inquit) vini tantum haurio, H
quantum ſoli prolibo: captis in venatione veſcuntur cæteri, mihi exerceri ſatis eſt: alimenta mihi ſunt ex oleribus, & palmarum cerebro, ac fructibus. *Philoſtratus lib.2.* Quæ Suida inſcitè admodum ad Porum retulit. *Cælius in Antiq. Lect.*

Caracalla Imp. tenui menſa, ac perexiguo cibo militari vixit,elegantiora omnia aſpernatus,gregario militi perquam ſimilis. Ob hæc velut homo militaris laborioſus, ab exercitu, dilectus eſt. *Cuſp. A.D.*

Fl. Clavdivs Imperator,qui Galieno ſucceſſit, adeò moderatus in cibo ac potu fuit, vt omnibus eſſet admirationi. *Idem.*

Tacitvs Imperat. lactucas plurimum eſitabat identidem prædicans,ſe ſomnum lactucarum vſu mercari. *Sabellicus l.7, Enn.7.*

Carolvs Magnvs cibi potuſque parciſſimus erat:in potu tamen temperantior, vt qui ebrietatem in quolibet infimæ etiã conditionis homine,nedum ſuis,abhorreret:cœna quo-

tidiana quaternis duntaxat ferculis, præter aſſam, qua maxime delectabatur, & quam venatores vetubus inferre ſolebant, conſtabat. In cœna non amplius ter fere, neque temere interdiu bibit. Æſtate pro potione ſumebat aliquid pomorum. *Cranz. l. 2. cap. 8. Sax. & Auent. l. 4. Annal. Boio. A. D.*

Maximilianvs I. Imp. inter prandia raro bibebat, in menſa vt pluriinum ter: atque ideo valetudo illi vſque ad periodum vitæ proſpera ſemper fuit. *Cuſp. A. D.*

Alonsvs Aragonum & Siciliæ rex, cum interrogaretur. Cur vini expers viueret, aut vino dilutiſſimo cõtentus ſitim expleret contra omniũ regum & alicorum morem? reſpõdit. Vino ſapientiã obſcurari: ideóque non decere regem, vt hoc immodica compotatione in animo extinguat; ſine quo Imperatoris ac regis nomen rite tueri non poſſet. Interrogatus, Quid ſibi vellet, quòd vinũ aqua dilueret? Ne ebrius fiam, reſpõdit, non enim ignoro, quantum vini intemperantia Alexandri Macedonũ regis gloriæ obfuerit. Ab amico percontatus. Cur adeò ebrietatis vitium dánaret: Ideo, inquit, quia furorem & libidinem ebrietatis filios eſſe haud ignoro. *Pan. l. 2. de geſtis Alfonſi.*

Ferdinandvs Catholicus, Hiſpaniæ rex ſumma fuit in cibo temperantia, & in potu ſobrietate: quippe qui non multis epulis vtebatur, & bis tantùm prandens, biſque cœnans potare conſueuerat. *Marinæus l. 31. rer. Hiſp.*

Selymvs Turcicus Imp. tãta in victu modeſtia vtebatur, vt nõ niſi ex vno ferculo comederet, quod plerúmq; potiùs à feris venatione captis, aut eiuſmodi vilioribus carnibus, quã è volatilibus ſibi eligebat, quemadmodũ & priuati milites efficere conſueuerant. Id quod in cauſa erat, vt etiã inter tot labores, quos in remotiſſimis regionibus ſub vario ſubinde cœlo ſuſtinebat, proſpera ſẽper valetudine vteretur. *Iou. in vita Selym.*

Apud Magnũ Sforciã menſarũ honos nõ delicatis & exquiſitis dapibus, ſed hilari ſimplicitate, perẽni copia, comitatéq; & frequentia conuiuarũ cenſebatur. *Iou. in vita Magni Sforciæ.*

Emmanvel I. Luſitaniæ rex, erat quidem cultu vitæ lautiſſimus, menſáque illius conquiſitiſſimis epulis extructa, verùm admodum temperatè cibis vtebatur. A vino ſemper abſtinuit, & diebus ſolenni ieiunio conſecratis, ciborum abſtinentiam ſumma religione ſeruauit. *Oſor. l. 12. rer. Emm.*

PROPHETÆ, APOSTOLI.

Elias nihil aliud petiit à vidua Sareptana, quàm paulum aquæ, & buccellam panis. *3. Reg. 18.* Eundem pauerunt corui carnibus bis in die. Sed Angelus Domini oſtendit ei panem, & vas aquæ ſemel tantum *4. Reg. 17. & 18.*

Helisævs Propheta viginti panibus hordeaceis, centum pauit homines, vt eo miraculo inuitaret omnes ad frugalitatem victus, *4. Reg. 4.*

Christi præcurſor Ioãnes Baptiſta, Spiritu ſancto repletus antè quã natus, locuſtis in deſerto & ſylueſtri melle paſcitur. Ob quẽ victus auſteritatẽ, à Phariſæis dæmoniũ habere dicitur. A Domino neq; comedens neque bibens appellatur: non quòd nihil omnino ſumeret, ſed quòd iis duntaxat ſuſtẽtaretur, quæ alij vt inſipida viliáq; deſpiciebant. *Marulus l. 4. c. 4.*

Apostoli ſpicas ſegetũ manibus confricant, & hoc tã ſimplici cibo eſuriem, quomodo poſſunt, leuant. Cumq; numero XII. eſſent, nihil aliud, quam quinq; panes hordeaceos, duoſq; piſces habuerunt in deſerto, quando Dñs turbã quinq; millium pauit. Iterum nihil omninò præterquam ſeptẽ panes & pauculos piſciculos, quando quatuor millia virorum ſatiata ſunt. Rurſum trãsfretantes obliti ſunt panes ſecum ferre: vſq; adeò cibariorum curã non habebant, dum eius, quem relictis omnibus ſecuti fuerant, dulcedine ſatiantur: & tamen quòd non ieiunarent, adhuc excuſabantur, quia ſponſus cũ eis erat. Quantò ergo cõtinentiùs atq; tenuiùs eos victitaſſe cenſebimus, poſtquam ablato ſpõſo, hoc eſt, crucifixo Dño, nuptiarũ gaudium verſum eſt in perſecutionis luctum, & iam terrena omnia minùs placere cœperunt deſiderantibus cœleſtia? *Idem.*

Petro Apoſtolorum principi poſt Aſcenſionem Domini, panis cum oliuis, rarò cum oluſculis cibus fuit: vt moderati victus exemplum foret iis, quibus abſtinentiæ præcepta dabat, iam piſcator hominum factus, qui fuerat piſcium. *Idem.*

EPISCOPI.

Gregorivs Lingonenſis Epiſcopus, panes hordeaceos triticea cruſta oblitos eſitabat: in aquæ poculum tantillum vini addere ſolitus, vt aqua ſuum ſaporem ſeruaret, colore mutato. *Marulus l. 4. cap. 2.*

Otho Bambergenſium Epiſcopus, nunquam ad ſatietatẽ comedit in Epiſcopatu panem. Cùm aliquando eius procurator lucium piſcem appoſuiſſet, emptum duobus ſolidis, dixiſſe fertur: Abſit vt miſer Otho ſolus tot denarios hodie abſumat. Defer igitur ad quendam ægrotum. Ego enim adhuc ſano corpore me hoc pane poſſum reficere. *Author vitæ l. 2. c. 2.*

* *D. Nazianz.* de Baſilio Magno. In[illegible] vitamq; ſupellectili expertem & ſuperuacaneis [illegible]. Illi vero quid vnquã fuit præter corpus, ac neceſſaria [illegible] integumenta? Diuitiæ autẽ illi erant nihil habere, & crux, cũ qua ſola ipſius vita verſabatur, & quã maiori in pretio habebat, quã ingẽtes pecuniæ aceruos. Neq; enim qu[illegible] ſi maxime cupiat, omnia adipiſci poſſe, at omnia contemnere poſſe, ſicq; omnibus rebus præſtantiorem ſublimioremque ſe præbere. Hac porro mente præditus, atq; ita comparatus, ara quidem opus non habuit, nec inani gloria, nec publico illo præconio, Crates Cratetem Thebanum libertate donat. Non enim optimus videri, ſed eſſe ſtudebat. Nec verò in dolio, atque in medio foro habitabat, vt apud omnes luxum ac delicias ſibi cõpararet, inopiam in rerum copiam nouo modo cõuertens: verum pauper erat, ab omni gloriæ cupiditate alienus, atq; omnibus facultatibus, quas vnquam habuerat, æquo animo proiectis, leniter facileque vitæ pelagus tranſmittebat. Admiranda res eſt continentia, & paruo contentum viuere, nec à voluptatibus ſuperari, nec à ventre, tanquàm à ſæuo & ſordido domino ſuperari! Quis vnquã tanta inedia fuit; penè etiam dixerim, quis tam carnis expers? Nam voracitates & ſaturitates ad eos abiecerat, qui ad brutorum naturam propius accedunt, quorumq; ſeruilis atque in terrã prona vita eſt. Ipſe autem nihil eorum, quæ poſt guttur pari deinceps honore ſunt, magnum eſſe cenſebat: verum neceſſariis tantum cibis, quam diu licebat, vitam tolerabat, atque hunc ſolum luxum norat, nempe à luxu abſtinere, ob eam cauſam pluribus rebus indigere: ſed lilia & aues (quibus ſimplex atq; artificij expers pulchritudo eſt, & victus facilis atq; ex tempore quæſitus) ob oculos habere, quemadmodum Chriſtus meus monet, qui carnis paupertatem noſtra cauſa ſubiit, vt nos ipſius Diuinitate locupletemur. Hinc illi tunica vna, & palliũ vnũ & ſtratus humi lectulus, & illuuies, & vigiliæ (qui eius decora & ornamenta) & ſuauiſſima cœna & obſonium, panis & ſal, nouum inquã illud condimentum, & potio ſobria & vberrima, quã nobis nihil laborantibus fontes profundunt. *Oratione. 20.*

D. Nazianzenus carmine 1. de rebus ſuis.

Non me vxor non me pellex, non ſerica veſtis;
Nec vero impenſis conuiuia facta ſuperbis
Suſpexi, variiſque cibis differta, voraci
Indulgens ventri: quibus exitioſa libido
Gignitur & fœdi veneris naſcuntur amores:
Nec magnas habitare domos, & ſplendida tecta.
Nec iucunda meam demulſit muſica mentem,
Nec mea fœmineo maduerunt membra liquore.
Quin aliis etiam nummos auriq́ue reliqui
Pondera, queis dulce eſt animos conſumere curis,
Immenſis fixos opibus: breuis atque voluptas
Ærumnas multas comites habet. At mihi cordi
Eſt panis rigidus, mihi grata obſonia præbet
Sal purum, ſimplex nulloque inſtructa labore
Menſa, dein latices mihi ſobria pocula fundunt.
Hæ mihi diuitiæ ſummæ. Chriſtuſque ſalutis
Auctor, qui noſtras vehit ad ſublimia mentes
Sidera, frugifera non pinguia iungere terra,
Non nemus vmbriferum, non grex pinguedine curuus,
Non tardorum armenta boum, non magna caterua
Seruorum mihi congenerum, quos priſca tyrannis
Deſecuit, nomenque duplex infanda creauit.
Ingenuos famulosque, pari [illegible] prolectos,
Aut æqui figmenta Dei, ſed iniqua ſecuta
Lex hominum iuris fregit decreta ſupremi.
Nec vero laudes hominum famamque caducam,
Quæ leuibus ventis citius dilabitur, vnquam
Appetij, nec cæſarea ſublimis in aula
Inſigni florere gradu, Iudexque forenſi
Splendidus in ſolio reſidere, & corpore maius
Ferre ſupercilium, ac latas pollere per vrbes
Imperio, & reliquos præcellere robore ciues
Somnia vana ſequens (quæ numquam firma ſubinde
Nunc hos, nunc alios adeunt, pariterque recedunt)
Flumina vel manibus præter labentia carpens,
Aut vmbram tanquam ſolidam arripiens, digitoſque

In

A *In nebulam ſtultè mittens, nil præter inanem*
Vmbram complexus manibus nubemque fugacem.
Tale etenim genus eſt hominum, talis quoque mundi
Proſperitas curuæ referens veſtigia puppis
Ante impreſſa [illegible] videm, verum deleta retrorſum.
Sola meum ardens pectus ſimulauit amor
Doctrina Argolicæ quam gloria gentis Athenæ
Quæſiuère mihi [illegible] ne [illegible] aſu & artus
In qua multum opera poſui duroſque labores
Tempore non paruo ſuci; ſed hanc quoque Chriſti
Atque pedes humilem proramque iacere coegi
Diuino verba cedentem quod ſinuoſa
Et varia humanæ mentis te[illegible]is omnia verba.

MONACHI, SACERDOTES, EREMITÆ.

Sanctvs presbyter quanta [illegible] bute in eremo carnis tentationibus repugnarit, recenſet D. Hieronymus ad Euſtochium virginem ſcribens: De cibis & potu taceo, cùm etiam languentes monachi aqua frigida vtantur, & [illegible] coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit. *Marul. [illegible] l. 4. cap. 2. Sabell. lib. [illegible] cap. 1.*

B D. Hieron. Pauli Thebani, primi Eremitæ, vitam deſcribens, Ieſum & Angelos eius teſtatur, in ea Eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, vidiſſe ſe Monachos, quorum vnus per annos 30. clauſus hordeaceo pane & lutulenta aqua vixit: alter in ciſterna veteri, quam gentili ſermone Syri cubam vocant, quinque caricis ſuſtentabatur. Paulus (vt idem refert) à sextodecimo ætatis ſuæ anno vſque ad sexageſimum, palmæ fructibus vixit; eiuſdemque foliis tectus fuit. Deinde vſque ad 113. quo terris relictis ad cœlum migrauit, dimidiati panis fragmentum quotidie coruo alite deferente acceptauit. In aduentu Antonij integer allatus eſt, Deo donante quantum vtrique ſatis eſſet. Qui cùm comediſſent, ac fontem accedentes, prono ore manibus concauis aquam hauriendo, ſitim expleuerunt.

Hilarionem Abbatem D. Hieron. tradit à quintodecimo vſq; ad vigeſimum ætatis annum, quindecim caricas poſt Solis occaſum comediſſe. Triennio deinde dimidiũ lentis aqua maceratæ ſextarium: ac deinde totidem annis panem cum ſale & aqua: & totidem aliis virgultorum radices herbáſq; ſylueſtres crudas. Deinde annis nouem hordeacei panis vncias ſex,

C & coctum modicè olus abſq; oleo. Poſtea debilitate corporis compulſum, olei parum addidiſſe, vſque ad tertium & sexageſimum vitæ annum. Inde vſque ad xxc. pane abſtinuiſſe, ſed ſorbitiunculis vſum farina & olere comminuto factis, potu cibóq; vix vncias ſex appendentibus. Cæterum nunquã ante Solis occaſum quicquam guſtaſſe, & neq; diebus feſtiuis, neque in grauiſſimis febre ſoluiſſe ieiunium. *Marulus lib. 4. c. 2.*

Antonivm in Ægypto, Serapionem in Arſenoite regione, Stephanum Abbatem in monte Moreto, pane tantùm, & aqua ſuſtentatos fuiſſe legimus. Sed Antonium, cùm iam infirmior ætas priſtinæ auſteritati par eſſe non poſſet, oluſcula & arborum fructus cum pane comediſſe. *Idem.*

Timotheus anachoreta in deſerto Ægypti pœnitentiã agere palmæ fructibus, & aqua de fonte hauſta ſuſtẽtatus eſt. *Idem.*

Dorotheo Abbati in Ægypto vnciæ panis ſex, & oluſculorum faſciculus, & aquæ congius refectio erat. *Ibidem & Volaterranus lib. 21.*

Hospitivs ille, qui Longobardorum in Italiam aduentum longè antè prædixit, pane & pomis veſcebatur. Quadrageſimæ verò ieiunia, herbarum tantùm radicumque refectione

D tranſigebat, ſemper abſtemius. *Idem.*

Romvaldvs Abbas, ordinis Camaldulenſis Inſtitutor, dum in eremo vitam ageret, panem & fabam aquam maceratam comedit. *Ibidem.*

Maxentivs Pictauienſis Abbas, pane hordeaceo & aqua victitauit. Arido in loco cùm monachi ſiti laborarent, terram, virga percutiens, fontem ſcaturire fecit: vt ſcias elementa ei ſeruiſſe, qui gulæ & ventri dominatur. *Idem.*

Posthvmio Ægyptio Abbati panis tantùm & aqua victus erat, vtramque appendere ſolitus, ne edendi auiditate plus hauriret, quàm quod ſuſtentando corpori ſufficere poſſet. Antehac verò, dum ſolitarius viueret, crudæ herbæ illi cibum, fontes potum ſuppeditabant. *Idem.*

Hor Abbas, quamdiu ſolitudinem incoluit, herbis, radicibus & aqua ſuſtentatus eſt: pane abſtinuit, donec monaſterio præpoſitus, communi cum aliis cibo vti cœpit, vt ipſos lucrifaceret, & quadam vitæ æqualitate contineret. *Idem.*

Onophrivs Abbas, cùm ſede incerta per ſolitudinem vagaretur, diu herbis tantùm & fructibus ſuſtentatus di[illegible] E [illegible] D[illegible]mùm pane & aqua nutritus angelo homini miniſtrante. *[illegible] & Sab. lib. [illegible] cap. 1.*

S. Martinvs in Gallinaria inſula degens, radicibus herbarum & gramine victitauit. Helleborum [illegible] ſcius ſæpe comedit [illegible] que veneni nocumenti [illegible] In [illegible]mentum præce [illegible] *B[illegible]ſi[illegible]us lib. 5. De [illegible] 1*

S[illegible]nivs monachus, Elpidij ſe in ſepul[illegible] clauſit, & ibid[illegible] pane & aqua contentus vi[illegible]. *He[illegible].*

Serapion in regione Arſenoite Ægypti fuit pater decem millium monachorum, manibus victum quærentium, quo pauperes iuuabant: ipſe ſola tunica contentus, pane & aqua viuebat. *Ex hiſtoria Tripartita lib. 8.*

Pambo Abbas, cùm animam ageret, confeſſus eſt, quod ab eo die, quo ſolitudinem ingreſſus fuerat, panem non guſtarit neque quicquam cuius ipſum pœnituerit, prolocutus fuerit. & [illegible] vita diſcedere, tanquam qui modo cœpiſſet, non tanquam qui profeciſſet. *Marulus lib. 4. cap. 2.*

F Phil[illegible]aonivs presbyter in Gallicia annos duodeuiginti in [illegible], pane & cocto abſtinuit: dein duobus & triginta annis nullum pomi genus guſtauit: vt omni ciborum dulcedine ſepoſita, edendi auiditatem coërcere facilius poſſet. *Idem.*

Ioannem presbyterum, qui in Gallia apud Caſtrenſium pagum martyrio coronatus eſt, crudis herbis & aqua frigida ſuſtentatum ferunt. *Idem.*

Colvmbanvs in Gallia Abbas, annis sexaginta, herbis tantum ac radicibus ſuſtentatus eſt. Fontem de petra Deum precatus eduxit, qui hodie quoque effluit vbertim, & terram irrigat. *Idem.*

Amandvs Turoni ad beati Martini ſepulchrum 15. annos manſit, & hoc toto tempore cibus illi panis hordeaceus, aqua potus fuit. Poſtea Traiectenſis Epiſcopus factus, miraculis illuſtratus eſt. Heraclio in Oriente imperante. *Idem.*

Germanvs ex Burgundiæ præfecto monachus, mox Antiſſiodorenſis Epiſcopus, tenuiſſimo victu contentus, vino abſtinuit: ſolennibus tamen feſtis ita aqua diluto vtebatur, vt vinum non ſaperet. Antehac hordeaceo pane & leguminibus vixerat, & his non ſale, ſed cinere conditis, quotidianum ſeruans ieiunium. *Ibidem.* G

Evagrivs presbyter 40. annos pane, oleo & aqua vſus eſt, deinde annos 16. pomis, coctoque abſtinuit. Poſtea verò etiam panem ſibi interdixit, ac per biennium olere tantum & lentibus vixit. Duorum Macariorum diſcipulus fuit. *Idem.*

Iphiniensis cœnobij Monachi modum viuendi tam ſublimem aſſumpſerunt, vt non ſolum carne & ſanguine penitus abſtinerent, ſed & ouis ac lacte, tribuſque hebdomadæ diebus ſolo pane & aqua veſcerentur. Reliquis diebus olera cocta ſeu legumina ſumere licitum erat. Piſcibus raro, vino rariſſimè vtebantur. Sua cuique cellula. *Gerardus à Nazareth de conuerſatione ſeruorum Dei, cap. 18.*

MVLIERES, VIRGINES MONACHÆ.

Asella virgo, pane & ſale & aqua contenta fuit. Paula Romana oleum in cibo non accepit, lacticinia, mel, & alia palato ſuauia guſtare noluit, vinum ne infirma quidem. Euphraxia præter hæc, fructus quoque guſtu dulces repudiauit. Maria Ægyptiaca vel crudis herbis, radicibuſque, vel cibo nullo vixit. Maria Decegnies pane reficiebatur: Inediam ſemel ad trigeſimum, iterum ad quinquageſimum produxit diem, rapta in ſpiritu. *Marul. lib. 4. cap. 2.* H

Martha virgo, Chriſti hoſpita, & Chriſti ſponſa, poſt eius ad cœlos aſcenſum, carnem nullam comedit: à lacticiniis quoque & vino abhorruit, quotidianum ſeruans ieiunium: donec rurſum ſuauiſſima hoſpitis & Domini ſui præſentia ſatiari ſibi liceret, iam nunquam ab ipſo receſſura. *Idem.*

Magdalenam ſororem eius in deſerto, diuinis magis, quàm humanis alimentis fuiſſe ſuſtentatam accepimus, dum partem illam optimam poſſidere nititur, quam elegerat, & quæ non auferretur ab ea. *Idem.*

Otilia virgo, leguminibus & hordeaceo pane laſſum ieiuniis corpus ſuſtentabat, donec in cœleſtibus regnis grano illo frumenti ſatiata fuit, quod cadens in terra multum fructum attulit. *Idem.*

Genovefa Pariſienſis virgo à quintodecimo anno ad quinquageſimum vſque, hordeaceo tantùm pane & fabis contenta bis in Hebdomade cibum ſumebat. Quinquagenaria, Epiſcoporum iuſſu hordeaceo pani lac & piſcem adiecit; ne ad

A mortem ferè conſcitam feſtinare videretur. *Bonfinius lib.5. Decad.* 1.

DOCTI, PHILOSOPHI, SOPHISTÆ.

Epimenidem tertio Legum Plato ſcribit, modico & integrim viliſſimo cibo interdiu fuiſſe contentum. Conſtabat is ea aſphodelo & malua, quæ illum feſtabant alimon & adipſon, hoc eſt, ab fame procul & ſiti procul. *Cælius lib.7. Antiq. Lect. cap.*8.

Pythagoras bibebat parùm frugaliſſimeque viuebat, ita vt ſolo melle aliquando contentus eſſet. *Athenæus lib.*10.*c.*3. vinum interdiu non guſtauit. eius obſonium fuere ferè herbæ eliæ & crudæ: rarò marini vſus. *Suidas.*

Socrates, cùm ab amico admoneretur, quòd excepturus hoſpites, tenuem admodum feciſſet apparatum: Si boni ſunt, inquit, ſatis erit: ſi mali, plus ſatis. *Laert.lib.*2.

Ζωὴ ϖίθου, id eſt, Vita dolij, prouerbio dicitur vita frugalis, parca, & ab omni ſtrepitu atque ambitione ſemota. Breuiter talis, qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egiſſe legitur, vnico contentus pallio, baculo, quo canes abigeret, dolio de palo ſuſpenſo pro domicilio libenter vtens, crudis B herbis & aqua ſimplici victitans, pane exerato pro catino, manu caua pro poculo vtens, à puero ſumpto exemplo, quem fortè ad eum modum aquam haurientem viderat. Porrò vt in dolio habitaret, Inde ſibi dicebat in mentem veniſſe, quòd cochleas contemplatus, nullum aliud æquè commodum domicilium iudicaſſet, vnde prorepetet ad Solem, & vbi ſe conderet à ventis, atque æſtu. *Eraſmus in Adagiis.*

Aristippus Cyrenæus, Socratis auditor, tam abſtinens cibi fuit, vt etiam ipſa Abſtinentia vocatus ſit. *Suidas apud Volat.l.*13.*cap.*4. *Anthrop.*

Epicurus ſummus voluptatis aſſertor, victu frugali & modeſto contentus, aqua & polenta, aut pane hordeaceo victum quæſiuit, contrà que paupertatem inuictum animum geſſit: non quòd voluptates auerſaretur, ſed quòd in tenui victu ſe plus voluptatis experiri aiebat. Cuius rei argumentum eſt, quòd oleribus & pomis, ac vilibus cibis, quibus vtendum cenſuit, libros refeſſit. *Cælius lib.*13.*cap.*25. *Antiq. Lect.& Alex.lib.*3.*cap.*11.

C Crates Cynicus Demetrium Phalereum, cùm panium pera lagenam vini mittentem, alapis cæcidit, inquiens: Nuoquid panes ac fontes ferre licet? Non ſimulabat continentiam Stilpon, quippe qui allio tantùm veſceretur, ac in templo dormiret Matris deorum: quamvis interdicebatur ei, qui borum quidpiam comediſſet, vel ingredi. Cùm dea illi in ſomnis aſtitiſſet, dixiſſetque illi: Cùm philoſophus ſis, ô Stilpon, leges tamen pertranſiſti, reſpondit in ſomnis: Tu mihi dato quod comedam, nec allio ampliùs veſcar. *Athenæus lib.*10.*c.*4.

Cùm Arceſilaus quibuſdam conuiuium præbuiſſet, deficiſſetque panis, cachinnans, manúſque concutiens: Quale, inquit, noſtrum eſt conuiuium, ô amici: nam obliti ſumus tantum panis emiſſe, quantum ſufficeret. *Idem lib.*10.*cap.*4.

Demosthenis frugalitatem Demades egregiè expreſſit, Luciano teſte. Cæteri quidem, inquit, ad aquam dicunt: δημοσθένης δὲ ϖρὸς ὕδωρ γράφει. *Cælius lib.*5. *Antiq. Lect.cap.*13.

Zeno Cyttiæus crudis duntaxat veſcebatur, & pallium prætenue ferebat. Aquam bibebat loco vini, vt diſcipulos ſuo exemplo ad temperantiam inuitaret. Hinc exiit prouerbium: Zenone temperantior. *Laertius.*

D Xenocrates, cùm miſſa ſibi ab Alexandro talenta intellexiſſet, legatos ad exiguam cœnam inuitauit. Cùmque ab his quæreretur, Cui numerari talenta vellet? Nónne, inquit, heſterna cœna intellexiſtis, Xenocratem huiuſmodi muneribus minimè indigere?

Moschus Antimolus ſophiſta, ſolis caricis veſci ſolitus erat. *Alex.lib.*3.*cap.*11.

L. Annæus Seneca, Cordubenſis, Sotionis Stoici diſcipulus, & Lucani poetæ patruus, cibi fuit moderati, ac minimè exquiſiti, potúſque diluti ſſimi. *Hieronymus in Epiſtolis.* Eum ſcribit *Tacitus*, in ſumma opulentia, agreſtibus pomis & aqua pura naturæ ſatisfeciſſe: vnde & corpore ad eum modum fuerit extenuato, vt apertæ Neronis iuſſu venæ nullum ſanguinem emitterent.

Xenophon: Antipho enim, quum aliquando familiares Socratis ab eo vellet abducere, ad Socratem accedens, ipſis etiã præſentibus, hac vſus eſt oratione: Arbitrabar ego, Socrates eos, qui philoſopharentur, feliciores fieri oportere, at tu mihi videris contraria quadam ratione fructum ex ſapientia tua percepiſſe. Sic enim viuis, quo pacto ſi vel quiuis ſeruus ſub domino victitaret, non maneret. Vteris [illegible] ſimo, neque tantum veſte [illegible], ſed eadem [illegible] E & hyemem induere, & ſemper cal[illegible] tunicaque cares. Præterea pecuniam non [illegible] cipis, quæ & [illegible] eſt [illegible] ptam, & iis, qui [illegible], liberali[illegible] ueidi ca[illegible] quem [illegible] l[illegible]orum [illegible] ficiút, tales tu quoq. familiares tuos [illegible] f[illegible] te magn[illegible] eſſe. Ad ea S[illegible] videris, inquit, Antipho, tam ærumnoſam [illegible] quidem per[illegible], malle te m[illegible], quam [illegible] mo[illegible].

Age igitur diſpiciamus, quid in mea vit[illegible] deris. An q[illegible] le [illegible], qui pecuni[illegible], hoc ipſum præſtare, c[illegible] cauſa mercedem accipi[illegible] mihi mercedem nullam accipienti [illegible] non ſit ad [illegible] differere, quem nolim? An vilem victum [illegible] meum put[illegible], q[illegible] minus ſalubribus veſcar, ac tu, quæque minus roboris ſuppeditent? An quod ea comparatu difficiliora putas eſſe, quibus ego veſcor, quam quibus tu veſceris quod & rariora ſunt, & maioris pretij? An ea, quæ tu paras, tibi iucundiora eſſe dicam, quam mihi. Num ignoras, quod qui ſuauiſſimè veſcitur, minimè in- F digeat obſonio: qui ſumma cum voluptate bibit, minime potum abſentem deſiderat? Veſtes quidem qui cómutant, frigoris eas æſtuſq; cauſa commutare noſti, & calceis pedes muniunt, ne propter illa, quæ pedes lædunt, iter facere prohibeãtur. Tu vero an vnquam ſenſiſti me vel propter frigus magis quam aliquem (alium) domi manere, vel propter æſtum cum aliquo de vmbra pugnare, vel propter pedum dolorem non pergere, quo velim? An neſcis eos, qui à natura ſunt corporibus maxime imbecillis præditi, poſteaquam ſe exercuerint, in iis, ad quæ ſe exercuerint, robuſtiſſimos quoſque, qui exercitationes neglexerint, ita ſuperare, vt ea facilius ferant?

Me verò non putas corpus meum exercendo conſuefaciſſe; vt quæcumque ſemper acciderint, patienter feram; ideóq; cuncta me faciliùs perferre, quam te, qui te non exerces: An vero cauſam tu aliam veriorē eſſe putas, quod gulæ, ſomno, laſciuiæ non ſeruio, quam quod his alia quædam habeo ſuauiora, quæ non ſolum in neceſſitate cõſtitutum exhilarant, verum G etiã hoc ipſo, quod commodi perpetui ſpem faciant? Præterea ſcis eos homines qui nihil proſpere ſibi ſucceſſurum exiſtimant, non eſſe lætos: quõ illi, qui præclarè ſibi vel agricolturam, vel nauicolatoriã, vel quid aliud, quo occupati ſunt, ſuccedere putant, quaſi qui rebus vtantur proſperis, voluptatem capiant. Tunc vero de his omnibus tantũ voluptatis percipi putas, quantum ex eo, quod aliquis ſeipſum meliorem reddi putat, & amicos meliores conſequi? quod equidem nunquam non de me ſtatuo. Iã ſi vel amici iuuandi ſint, vel ipſa ciuitas, cuinam plus otij fuerit ad ea procuranda? ei ne, qui vt ego victitat; an qui illo modo, quē tu prædicas? vter facilius militiam perferat? Iſne, qui nequit, abſq; ſumptuoſo victu viuere, an cui ſatis eſt id, quod adeſt? vter citius expugnabitur? Iſne, qui quod inuentu difficillimum ſit, requirat: an qui eorũ vſu quæ facillime obuia ſunt, abunde contentus eſt? Videris, Antipho, felicitatem deliciis ac ſumptuoſo apparatu metiri: Ego vero arbitror, nulla re indigere, diuinum eſſe; quam paucisſimis, proximum: Dei naturæ: ac diuinum quidem quod ſit, H præſtantiſſimum eſſe: quod autem diuino proximum, id etiam à præſtantiſſimo proximum eſt, *cap.*26.*lib.*1. *Memorabilium.*

Gregorius Gemisto, qui defenſionem Platonis edidit, ſemel tantùm per totam diem veſcebatur. *Volat. lib.*81. *Anthrop.*

PVERI.

Apud Perſas pueri in venatione exercebantur, tanquam in orcheſtra militiæ. Exeuntibus autem in venationem prandium datur largius ſolito: non tamen prandent, ſed ſi quid opus fuerit ad feræ ipſius gratia præſtolari, aut aliter velint tempus terere venando, hoc prandio pro cœna vſi, rurſum poſtridie venantur ad cœnam vſque: & hos duos dies pro vno ſupputant, quòd vnius tantùm diei cibum conſumunt. Hoc autem faciunt conſueſcendi gratia, vt ſi opus fuerit, etiam in bello inediam ferre poſſint. *Xenophon, lib.*1. *Pædia.*

ÆGRI.

Zeno Citticus, medico columbinum pullum conſulente, non ſecus quàm Mané, ſi ægrotaret, curari ſe iuſſit. Nimirum volebat, non ſe molliùs tractandum, quàm ægrum aliquem ſeruum. Indignum quippe, virum bonum vllo ſe ſeruo molliorem præſtare. *Muſonius de Alimentis Stob.ſerm.*15.*& Laert.*

Medicus valetudina tentato Cn. Pompeio, & cibum faſtidienti

dienti, iuſſo veſci imperauit. Quem cum non inuenirent venalem, quòd intempeſtiuum eſſet: quidam autem dicerent, inuenturos apud Lucullum, vbi per totum annum alerentur: Et niſi, inquit, lautitia diffluerer Lucullus, Pompeius non viueret? Ita ſalutem dicens medico, vſus eſt cibo parabili. *Plutarchus in Pompeio.*

Fvlgentivs Ruſpenſis Epiſcopus, ne morbo quidem effectus, carnis alicuius alimento vel vini poculo vti voluit: veritus, ne infirmitati blandiens, ſemel intermiſſum vitæ rigorem ſanus poſtea repetere nollet, ſuperatus gulæ voluptate. *Marulus lib. 4. cap. 1.*

FORMA CONVIVANDI FRVGALIS

Quoad

PERSONAS,

Cum quibus.

Conuiuia Cretes Andria, Lacedæmonij Phiditia nominant: vel quòd amicitiam & beneuolentiam concilient, ἀντὶ τῶν φιλιῶν, loco λ. δ reponentes: vel quod ad frugalitatem aſſuefaciant, & ad parſimoniam, à dictione φειδὼ ducentes. Potuit etiam prima litera aliunde adiecta fuiſſe, vt nonnulli volunt, ac dicta Editia, ab edendo & victu. & à conuictu

B *nuncupata* Cretenſium imitatione à Lycurgo videntur inſtituta. Cœtus quinum denum erant, aut aliquantò his paucîorum vel plurium. Singuli conuictores farinæ medimnos menſe, vini congios octonos, caſei quinas libras, ficuum binas libras & ſelibras: præterea ad eſculenta parum ad modum pecuniæ conferebant. Ad hæc qui ſacrificauerat, primitias, vel qui venatus erat, mittebat portionem ad conuiuium, nam ei, qui ſacrificaſſet, vel venatus eſſet liberum erat domi cœnare: reliquos oportebat adeſſe. Neque verò ſumpta domi cœna licebat expletis aliis dapibus aut potu ad conuiuia commeare. Inſectabantur cæteri eum, qui cum ipſis non biberet, vel veſceretur, vt intemperantem, & ad conuictum elangueſcentem promiſcuum. Multabatur etiam, ſi quis conuictus eſſet. Hunc conuiuiorum morem retinuerunt accuratè. Ac cùm bello, quo Athenienſes deuicerat, rex reuerſus Agis apud vxorem vellet cœnare, portionem poſtulanti non miſerunt Polemarchi: eidémque, quia poſtridiè ſolennia ſacra offenſus non fecit, multam dixère. *Athenæus, & Plut.*

C Narrat *Caſſianus cap. 26. lib. 5. Gaſtrimargiæ*, de quodam Sene eremita, cuius tamen nomen non exprimit, quòd is nunquam ſolus cibum ſumpſerit: ac propterea ad totos quinque dies ſæpius reficiendi corporis moram extraxerit: dum vel die ſabbati, vel dominico, cùm ad Eccleſiam accedendum fuit occaſio obtuliſſet aliquem fratrem peregrinum, quem ſecum adductum menſæ ſodalem adhiberet: atque idipſum quoque non tam ſuæ neceſſitatis gratiâ feciſſe illum, quam hoſpiti pietatis officium exhibendi cauſa.

Quo habitu, Veſtitu.

In Monaſterio Tabernenſi, vbi Amos Abbas mille quingentis monachis præfuit, Fratres ad menſam congregati, pendentibus à fronte cucullis, ita oculos tegebant, vt alius alium videre comedentem non poſſet. Itaque tantum quiſque ſumebat, quantum collibuiſſet: & ſingulorum continentia ſingulos latebat, ne inanis gloriæ daretur occaſio. *Marulus lib. 4. capite 5.*

Quo Situ.

Masinissam regem Numidarum nonageſimum ætatis annum agentem, meridie ante tabernaculum ſtantem, vel ambu-

D lantem capere ſolitum cibos, legimus *Front. lib. 4. c. 3.*

Mithridates rex Ponti iam ſenex, cibum capturus, non accumbebat; verùm ſtans veſcebatur. *Rauiſius.*

Socrates de Piore monacho Ægyptio in deſerto Thebaidis ex Euagrio retulit, ambulando eum cibum capere conſueuiſſe. Interrogatum autem, Quamobrem ſic veſceretur? alias reſpondiſſe, Nolle ſe cibi tanquam operis aliquid neceſſarij facientem vti, ſed malle neglectim & obiter, aliàs verè; Ideò, ne inter veſcendum corporalis aliquid delectationis anima perciperet. *Socrates lib. 4. cap. 23.*

ALIMENTORVM.

Præparationem, Coctvram, Conditvram.

Heroës ſimplici & frugali aſſueti victui (qui cibo omnes illecebras accitas & ſupervacaneas detrahebant, adeò vt ne piſcibus quidem vterentur) cùm ſtatiua ad Helleſpontum haberent, non ſuſtinuerunt abſque ſale carnes guſtare: quare ſaltem ſolum teſtati ſunt pulmentum, quod reiici nequeat, eſſe. Vt enim colores ad mouendum, lucem, ita ſapores ſaltem ad excitandum deſiderant ſenſum. *Plutarchus lib. 4. Conuiual. quæſt. 4.* E

Anacharsis apud *Ciceronem lib. 5. Tuſcul. quæſt.* ſuam abſtinentiam oſtendens, ait: Mihi pulmentum fames, cubile ſolum, veſtis Scytharum tegmen eſt.

Inter pulmenta Laconum primas laus erat iuri nigro: quare carnes non petebant maiores natu, quas iunioribus permittebant: ipſi decuriatim iure veſcebantur. Fama eſt quendam regem Ponti, huius iuris gratia coquum Laconicum comparaſſe, mox guſtu offenſo, ſubieciſſe coquum, Hoc ius parandum rex, eſt iis, qui in Eurota lauerunt. *Athenæus lib. 4. c. 4. & 5. & Plutarchus in Lycurgo, & in Laconicis. Marc. Tullius Tuſcul. quæſt. lib. 5.* ſcribit, Dionyſium tyrannum Syracuſanum Spartæ in Phiditiis cœnauiſſe, & à cœna negaſſe, ſibi nigrum illud ius, quod cœnæ caput erat, placuiſſe: Tum qui illum coxerat, reſpondiſſe: Minimè mirum ſi diſplicuiſſet; condimenta enim deeſſe, ac Dionyſio roganti, Quæ tandem? ea Labor (inquit) in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis, his enim rebus Lacedæmoniorum epulas condiri. Eſt autem ius nigrum, vt inquit *lib. 6. Pollux*, bæmatia, id eſt, ſanguiculum, id eſt, hæmation, eſſe hœdi ſanguinem putent cibo concinnatum, quod hypotrimma dicatur quoque, ac hypoſphagma. *Cælius lib. 13. c. 25. Antiq. Lect.* F

Lacedæmone coquos eſſe non licebat alios, quàm carnis duntaxat. Qui verò quamuis cupediariam aliam artem nouiſſet, eiiciebatur Sparta. *Ælianus lib. 14. de Varia hiſtoria.*

Acetum & ſalem ſubminiſtrabant Lacones coquo, reliqua ea hoſtia quærere iubent. *Plut. in Precept. ſal.*

Lacon quidam ingreſſus diuerſorium, cauponi dedit obſonium, vt appararet. Quum ille poſceret caſeum, acetum & oleum: Quid, inquit, Lacon, ſi caſeum haberem, iam non egerem obſonio? Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἐδεόμην ὄψου. Campo caſeum & oleum petebat ad condiendum piſcem; ait Lacon ſupervacuum exiſtimabat, cibum cibo miſcere: quum alter per ſe ſatis eſſe poſſet. *Plutarchus in Laconicis, & Oratione 1. de Eſu carnium.*

Romanos diu non pane, ſed pulte victitaſſe; piſtoreſque per annos ac. vſque ad Perſicum bellum, nullos habuiſſe, conſtat. Fiebat autem puls ex aqua, frumenti & fabarum aut hordei farina, quam in ſacris oblationibus deorum pro victima adhibebant. *Alex. ab Alex. lib. 5. c. 21.* G

M. Cvrivs Dentatvs, cum à Samnitum legatis audiretur, rapa ſibi parare obſonium inuentus eſt. De eo *Iuuenal. Sat. 11.*

— — cuius paruo quæ legerat horto
Ipſe focis breuibus ponebat oluſcula, quæ nunc
Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.

Apollonivs Abbas panem, olus, herbas edere ſolebat: ſed ita ſanè, vt ea ſale conditet, vel aceto maceraret: coctum guſtauit nihil. *Marulus lib. 4. c. 2.*

Theonem monachum cruda comediſſe accepimus, nec ignis opera vnquam vſum. *Idem.*

Palæmon monachus in Thebaidis deſerto habitans celebri Paſchæ die Pacomium contubernalem ſuum rogauit, vt ſolito largiùs obſonaret. Coxit ille olus, oleóque & ſale condiuit. Sed poſita menſa, Palæmon ſuſpenſus parumper ſtetit, ingemuit, lacrymas effudit: & Dominus meus, inquit, crucifixus, felle & aceto potatus eſt, & ego oleum edam? Auerſantem ſe ac lugentem, Pacomius hortabatur vt ſumeret, & illam olei lautitiam non tam ſibi quàm feſti ſolennitati concederet: tantum profecit, vt nec ipſe aliud guſtarit, quàm H quod conſueuerant, panem ſcilicet cum ſale, aquámque frigidam. Sic refecti Deo gratias egère, hoc tantùm feſto tribuentes, quòd eſcas tunc ſapidiores parauerint, quàm comederint: adeò oleum in cibo ſumere, luxuriæ deputabant. *Ibid.*

Richarivs confeſſor panem comedebat hordeaceum, quem aſpergebat cinere, ne præ ſe ferret ſuauitatem. Aquam lacrymis ſuis tepefaciebat; eáque faciebat balnea, quibus abluebat leproſos, & ſe poſtremùm. *Rauiſius.*

Mixtionem.

Ion poëta ſcripſit, vatem quendam Palamedi prædixiſſe, Græcos nauigaturos, qui tres cyathos ad vnum biberent. *Athenæus lib. 10.*

De modo miſcendi vini Veterum. *Athenæus libro 10. cap. 8. & 9.* Item de modo propinandi eorundem, *idem cap. 10.*

Aiunt cùm purum in cœnis vinum datur, omnes Deum

Soſpitem optare bibenti. Cùm verò poſt cœnam aqua mix- A tum ſumitur, Iouem inuocari Saluatorem. Nam puri vini potus ad inſaniam redigit: aqua Iouis mixtus voluptatem lætitiamque affert, & prohibet inſaniam. *Diodorus lib.4.c.1.*

Diuiſionem, Diſtributionem.

Priſci epulantes, ſuam quibuſque conuiuis obſoniorum portionem ſeparatim diuiſimque apponebant. Quam rem cumulatè perſequitur *Zenobius in Parœmia*, [illegible] & *Plutarchus Sympoſiacorum lib.2. ſegmento* 10. Probatq; re ex *Homero Athenæus lib.1. & 14.* [illegible Greek] *Brod. in 2. Epigr.* Proinde cœnas *δαῖτας* vocabant conuiuas *δαιτυμόνας*, ſtructores *δαιτρούς*, à *δαίειν* id eſt, diſpertiendo & diſtribuendo. Apud Lacedæmonios *κρεοδαίτας*, id eſt, carnium diuiſores erant non vulgares, ſed primarij vi[illegible] vt [illegible] iam Lyſander ab rege Ageſilao carnium diuiſor in Aſia [illegible] creatus fuerit. At tunc demùm partitiones exploſæ fuerunt, poſtquam irrepſit in cœnas luxus. Neque enim facile erat ſcilicet bellaria, mellita, lactaria opera, quæ *καρύκας* dicunt, condimenta, diuerſóſque cupediarum & eſculentorum miſſus partiri: B ſed ex impotenti circa iſta ingluuie & propinatione portionum æquabilitatem proiecerunt. Argumento eſt, quòd ſacrificia etiamnum & cœnæ publicæ ob ſimplicitatem victus, & ſinceritatem portionibus fiant. Ita partitionem qui refert, ſimul reuocat frugalitatem. *Plut. lib.2. Conuiual. quæſt.* 10. *Seleucus apud Athenæum lib.1. cap.*20. inquit, *δαῖτα*, ſplendidum apud Homerum conuiuium literarum mutatione eſſe dictam, nec à diuidendo dici, ſed à frugalitate.

Mos eſt apud Galatas, vt panes complures fractos fuſim in menſia apponant, vt *Philarchus lib.6.* teſtatur, carnéſque ex lebetibus excerptas, quas nullus priùs guſtare audet, quàm regem viderit aliquid attingere appoſitorum. *Athenæus lib.4. cap.*11.

Copiam.

Cyrvs puer rogatus ab auo Aſtyage, Vtrum pater ipſius Cambyſes inebriaretur aliquando? Minimè verò, reſpondit, etenim *διψῶν παύεται*, ſic bibit, vt ſitire deſinat, vel certè adhuc ſitiens deſiuit. *Xenophon. lib.1. Pædia.*

Apud Arabes, cùm longiori potui indulgerent, nemini ſupra duodena pocula habere, fas erat. *Alex. lib.5. cap.*21.

Vinum Græcum ſemel tantùm etiam in lautiſſimis conuiuiis apponere ſolebant veteres Romani, quorum conuiuia C iucunda magis, quàm profuſa fuêre. Primúſque diuus Cæſar triumphalibus cœnis, quatuor vini genera, præter inſtituta maiorum, dicitur appoſuiſſe, Falernum Chium, Lesbium & Mamertinum.

Apud Romanos quum apparatu magnifico exquiſitiſſimæ epulæ dabantur, trinis ferculis, ſequutis mox temporibus etiam ſenis cœnam exhibuêre: Idque ipſum luxuria erat: quomodo Auguſtus conuiuia iniiſſe fertur, quibus non ampliùs trinis ferculis, aut quum abundantiſſimè, ſenis conuiuabatur: *Alexandro lib.5. cap.*20.

C. Ivl. Cæsarem vini parciſſimum fuiſſe, nec inimici negauerunt. Vnde dicebat M. Cato, Vnum ex omnibus Cæſarem ad euertendam Rempubl. ſobrium acceſſiſſe. *Suetonius.*

Fridericvs III. Imperator extra cœnam nunquam vtebatur vino. In cœna lectiſſimum bibebat, & id aqua perdomitum. Leonoræ Auguſtæ, quæ paterna in domo nunquam vinum guſtaſſet, ſuadebant medici in Germania, regione frigida, ſi mater fieri vellet, vinum biberet. Quod cùm accepiſ- D ſet Fridericus: Abi, inquit Æneæ Syluio, atque Imperatrici dicito, ſterilem me coniugem quàm vinoſam malle. Proinde me ſi amat, vinum oderit. Ad id nuncium Leonora: Etſi viri iuſſioni tam libenter pareo quàm viuo, ſi tamen vini vſum mandauerit Imperator, mori optauerim, quàm parêre. *Æn. Syluius lib.2. Com. in Panormitan.*

Aſſumptionem.

Pythagoræi lautiſſima fercula ſibi proponi patiebantur. Ipſi interim ea à famulis abſumi conſpicientes; frugaliſſimis contenti erant. *Plut.*

Socrates vt ſitis vehementiam moderaretur, ab exercitio non antè bibebat, quàm cadum aqua ex puteo hauſta impleuiſſet, & effudiſſet. *Plutarch. de Garrulitate.*

VASA.

Apud Athenæum lib.11. refert *Xenophon*, apud Perſas fuiſſe vetitum, ne *προχοΐδας* inferrent in conuiuium (id apparet fuiſſe vaſculi genus, quo vinum e cratere [illegible] cy[illegible] & corp[illegible] & ad[illegible] hu[illegible] cho[illegible] hi[illegible] bibere [illegible] qu[illegible] infer[illegible] no[illegible] amp[illegible]. *F[illegible] A[illegible]*

A[illegible] te[illegible]

LOCVM, TRICLINIVM, MENSAM.

Lac[illegible] dul[illegible] conc[illegible] augusta m[illegible] famen poſſe. Ita [illegible] fe[illegible] ten per[illegible] & frugalio[illegible] impenſa degerent. [illegible] pulmentum & quemus paſtum caperent, putabant corpora ſalubriora reddi, ſpiritumque cibi deſe[illegible] non coactum in profundum & latum attollere in ſublime corpora, præterea pulcra reddere: F quòd graciles & exiles habitus, ad membrorum conformationem magis ductiles ſint, cùm ſaginati reluctentur ſuo pondere. *Plut. in inſtitutis Laconicis.*

Fuit illa ſimplicitas antiquorum Romanorum in cibo capiendo, humanitatis ſimul & continentiæ certiſſima index. Maximis enim viris prandere cœnare in propatulo verecundiæ non erat: nec ſanè vllas epulas habebant, quas populi oculis ſubjicere erubeſcerent: erant enim adeò paucis contenti, vt frequentior apud eos pultis vſus quàm panis eſſet. Ideóque in ſacrificiis, mola, quæ vocabatur, ex farre & ſale conſtat: exta farre ſparguntur: & pullis, quibus auſpicia petuntur, puls objicitur; primitùs enim ex libamentis victus ſui, deos eò efficaciùs, quò ſimpliciùs, placabant. *Val. Maximus lib.2. cap. de Inſt. antiq. Plinius lib.18. cap.8.*

FINIS. CVR. FRVGALES.

causâ

SAPIENTIÆ, ERVDITIONIS, STVDIORVM.

Bartolvs legum commentator ad pondus comedebat, vt haberet intellectum benè diſpoſitum. *Ludouicus Romanus in ſing.* 719. *Quæro à te.*

Henricvs Glareanvs cùm à quodam importuniùs in G conuiuio vrgeretur, vti propinanti ſatisfaceret: Ecquem verò tu me eſſe putas, inquit? Cum is, Virum probum atque doctum, reſpondiſſet: Ego, ne cane meo ſim indoctior, quàm diu ſitio, tamdiu bibendum eſſe ſcio. *Thomæ Plateri acroama.*

RELIGIONIS.

Selevcvs non fuiſſe Antiquorum morem atteſtatur, aut multum vinum bibere, aut aliud ſuaue ſumere, niſi id deorum gratia fieret, vnde *θοίνας, θαλίας* & *μέθας* nominarunt. Has quia propter deos ſe ebrios eſſe oportere ducebant, illas quia deorum gratia congregabantur & conueniebant: hoc eſt enim conuiuium lautum. At *μεθύειν*, inquit Ariſtoteles, eſt in ſacrificiis vino vti *μετὰ τὸ θύειν*. *Athenæus lib.1. capite 1.*

PRVDENTIÆ, VIGILANTIÆ.

Ivdith, cùm ad interficiendum Holofernem properaret. Abræ ſuæ aſcopetam vini, vas olei, polentam, lapathia, panes & caſeum impoſuit, & profecta eſt, vt inſtitutum abſolueret: *Iudith* 10. H

Leotychidas primus, requirenti, Qua de cauſa parci in Spartiatæ ſint? Ne alij, inquit, pro nobis conſultent, ſed pro aliis nos. *Plut. in apoph.*

Alexander Magnvs, cui crapulam nonnulli & temulentiam improperant, habebat hoc, magnis vt eſſet in rebus gerendis ſiccus, non imperij licentia ebrius, vel bacchabundus: cuius alij exiguæ partis compotes vbi eam guſtauerunt, temperare ſibi ipſi non valent. *Plut. Oratione 2. de Alexandri fortuna vel virtute.*

Epaminondas, cùm feſtum diem Thebana vrbs ageret, & omnes crapulæ ſtuderent: occurrit familiari cuidam ſobrius atque mentis compos. Illo admirante, quid ita ſolus ambularet? Quò liceat (inquit) omnibus vobis perbacchari. *Plutarchus in eius vita.*

Romvlvs (vt recitat Lucius Piſo, qui Romuli regis vitam ſcripſit,

[illegible], in primo An[illegible] ad cœnam [illegible] vocatus
A pauxillum bibit, qui [illegible] negot[illegible]. [illegible] quodam, Romule, ſi iſtud [illegible] vi[illegible] Reſpondit: Imo ve[illegible]us, ſi qu[illegible] ue volet, bibas: nam ego [illegible] quan[illegible] 4.

HOSPITALITATIS [illegible]ITATIS

Cleom[illegible]nis [illegible] quotidi[illegible]na in tric[illegible] et q[illegible] & La[illegible] Quod ſi legatos v[illegible] ho[illegible] bantur, & me[illegible] tem, non [illegible] eſſent, & gr[illegible] cum quendam, cum [illegible] ius eum & offam [illegible] poſuiſſe. Negant [illegible] Laconice agendum. *Pl[illegible] leme[illegible]*

Circa victum C. Opp[illegible] Cæſarem fuiſſe, vt q[illegible] pto viridi appoſitum [illegible]
B largiùs dicat appoſuiſſe, [illegible] aut ruſticitatis videretur arguere. *Sueto[illegible]*

CONSVETVDINIS.

Epaminondas eum collegis epulans ſuperbibit acetum: ſciſcitantibúſque, An id ad ſanitatem conferret? Haud ſcio, inquit: ſed ad reminiſcendum domeſtici victus ſalubre eſſe, id verò ſcio. *Plut. l.2. Quæſt. conuiual. 1.*

SANITATIS, VALETVDINIS.

Pavlvs ad Timotheum: Noli adhuc aquam bibere, inquit, ſed modico vino vtere, propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Cui propter aduerſam valetudinem modico vino vti præcipit, eum dum ſanus eſſet, aqua vſum fuiſſe oſtendit. Sed etiam malè affecto paucitatem, non copiam imperat: quòd ſcilicet, ad dirigendam ſtomachi cruditatem ſatis ſit, non quo etiam ſopita genitalium voluptas excitari poſſit, ne corporis remedium vertatur in animæ perniciem. *Marulus lib.4. cap.2.*

Callisthenes in calumniam apud Alexandrum incurrit, quod effuſionem vini in cœna vſum eius moleſtè ferret. Quippe calicem quoque Alexandri dictum, qui grandis erat, vt
C ad eum peruenit, reieciſſe ferunt, nolle ſeſe Alexandri calice hauſto, Æſculapio (Bacchi ennite) opus habere. *Plut. l.1. Quæſt: conuiual.6. & Athen. l.10. c.11.*

Pompeio laboranti turdum præſcripſerant medici ſumere, Qui cùm quæreretur, nec inueniretur, quod eſſet intempeſtiuum, dixit quidam, reperturos apud Lucullum, qui per totum annum eos aleret. Itane verò, niſi Lucullus, inquit luxuria diflueret, non viueret Pompeius? miſſuque facto medico, quæ parabilia erant cepit. *Plut. in Apoph. & An ſeni tr. reſp.*

C. Sentiv̀s prætor, Chium vinum in domum ſuam illatum dicebat tum primùm cùm ſibi cardiaco medicus dediſſet. *Plin. lib.14. c.14.*

Scribit primo Canonis Auicenna, ſolitos Antiquorum non paucos manè tantùm carnibus veſci, ac cœnæ modo panem adhibuiſſe. *Cælius l.28. c.1. Antiq. Lect.*

Temperans adeò fuit in victu Galenus Medicus Pergamenus, poſtquam certam tuendæ ſanitatis rationem iam animaduerterat, vt nunquam poſtea ob eam in victu neglectam
D ægrotarit.

Rogatianvs nobilis Senator à Porphyrio laudibus celebratur, omnis luxus hoſtis acerrimus: qui frugalitate ſua tantùm profecit, vt quum podagra infeſtaretur prius, mox tanquam in multos annos impetratis induciis, ita conualuerit, vt manuum pedumque munere non vteretur ſecus ac quilibet maximè vigentium. Qua quidem re factum eſt, vt verè ſincerèque philoſophantis inſigne eſſet ac haberetur exemplar. *Cælius l.7. c.11. Antiq. Lect.*

Iovianvs Pontanvs vno ſolo ferculo contentus erat, eóque parciſſimo. Rogatus cauſam: Cibo abſtineo reſpondit, vt à me medici. Imitatus hoc ipſo Calliſthenem ſophiſtam. *Ægid. Corrozetus de dictis & factis memorab.*

ROBORIBVS.

Starcatharvs Danus pugil nunquam ebrietati indulſit: ne præcipuum fortitudinis vinculum continentiam, luxuriæ viribus elideret. *Saxo l.6.*

Gnefactvm Vecchoridis ſapientis patrem, regem Ægyptiorum, dicunt in Arabiam eum exercitu profectum, commeatu in locis deſertis atque aſperis deficiente, coactum eſſe bum vilem ab idiotis, qui forte occurrebant, ſumere. Qu[illegible] [illegible]tus, cum præter m[illegible] ſuauis viſus eſſet, abominatus
E eſt Men[illegible] qui primus [illegible] ſumptuoſiori ciboeſſet vſus. A[illegible]tem [illegible] tum lectus humilis [illegible] hoc in libri[illegible] bi[illegible] imperarit, ac Thebi[illegible] Ioui [illegible]. E[illegible] nullam Menæ glo[illegible] *[illegible] l.8. [illegible] q. Plut. com. de Iside.* [illegible] Bacc[illegible] part[illegible].

SE[illegible]VRITATIS

Vet[illegible] ſolùm eſcam [illegible] mantis eædem [illegible]oxij [illegible] execrabiles habuere & ne[illegible]o. Multitudi[illegible] [illegible]m cum ſubacti eſſent, & oraculo quodam, [illegible], De[illegible] moni[illegible], vt fructibus ſubuenirent, qui cor[illegible]bantur, [illegible] ſunt ea immolare. Attamen periculi [illegible] ſacrificare vocabant [illegible] [illegible] quaſi magni quid agerent, eum, quod anima[illegible] [illegible]arent. Obſeruant autem in hanc vſque [illegible] ne mactent: niſi quod, cum immolatur, an[illegible] en religioſi ad omnem iniuriam erant. Nam ſi
F [illegible] autem omnes abſtinuiſſent, vel à caniculis, haud [illegible]uiſſet modico tempore per illorum numerum vel vrbem colere, vel fructibus frui. *Plut. l.8. Conuiual. q.8.*

Fruſtratio.

*SIGNIFICATIO ET VSVS.

Fruſtratio nunc deceptionem ſignificat, nunc deiectionem ab eo quod futurum ſperabamus, vnde qui ſpe ſua excidunt fruſtrari communiter dicuntur. Græcis [illegible] dicitur. Sic *Columella l.11. c.1.* ſcribit, non eſſe ſupplicium grandius, quam fruſtrationem cupiditatis.

FRVSTRATIO, CONSIDERATA

Respectv Materiæ. Fruſtratio,

Inſtitutionis.

Plato in Siciliam nauigauit hac ſpe, fore vt dogmata ſua leges efficeret, & in opus educeret in Dionyſij actionibus. Cæterùm Dionyſium offendit, ſicut librum palimpſeſtum liturarum iam plenum, ex quo tyrannidis tinctura elui ægrè poſſet, quòd eam imbibiſſet penitus. *Plut. Cum principibus*
G *eſ: philoſophandum.*

Caroli Magni cura in liberis inſtituendis & obſeruandis eximia fuit, ſed diſpar euentus. Namque & filij patri diſſimiles, Pin excepto, & filiæ ob impudicitiam infames fuère. *Auentinus l.5. A. D. Æmil. l 5.*

Cormanvs monachus, à Donualdo Scotorum rege ad Northumbros, religionis propagandæ cauſa miſſus; anno ferè toto, cùm ſublimia arcana pietatis rudi populo, maiore eruditionis oſtentationis quàm pietate proponeret, abſque profectu rediit, eique Aidanus ſucceſſor datus. *H. Boeth. l.6.*

DISCIPLINÆ.

Romanvs Sextivs, relictis philoſophiæ cauſa honoribus vrbanis & magiſtratibus, cùm in Philoſophiæ ſtudio rurſus torqueret ſeſe, atque in principio doctrina offenderetur; penè ex bitemi quadam ſe abiecit. *Plut. in Virtutis profectu.*

Avicenna Medicus, puer metaphyſicos libros quadrageſies euoluit, & memoriæ mandauit, neque tamen illos potuit intelligere, quoad Alpharabij libros nactus eſt. *Sorzanus in*
H *eius vita.*

IMITATIONIS.

Telestas Thebanus in optima muſica veterum nobilium Lyricorum educatus, ad ſcenicam & picturatam animum deflectens, Philoxeni & Timothei poëmata edidicit: neque tamen in hoc genere quicquam eximij præſtitit, quòd optimam inſtitutionem à teneris imbibitam eluere nequiret. *Plut. de Muſica.*

PERSVASIONIS.

☞ *Vide Tit. Rhetorum, qui no[illegible] perſuaſerunt.*

Mamercvs Catanenſium tyrannus vltrò ſe in fidem Timoleontis permiſerat, hac lege, vt Timoleonte non accuſante cauſam diceret Syracuſis. Ductus Syracuſas, & in concionem progreſſus, orationem, quam iam pridem commentatus fuerat, exorſus eſt dicere. Verùm obſtrepente ſibi populo, concionem cernens implacabilem, abiecto pallio medio ſe proripuit theatro, atque impetu in vnum ex cuneis ad necem ſibi conſciſcendam illiſit caput. Atqui non obtigit ei hic exitus: ſed ſpirans adhuc abſtractus, more latronum eſt plexus. *Plut. in Timoleonte.*

PRECVM.

A *Conſule Tit. Preces non exaudita.*

CVSTODIÆ.

Ηθάνε θύρα, id eſt, Phani oſtium, prouerbio accinebatur, vbi quis fruſtra ſeruaſſet aliqu[illegible]. Natum aiunt à Phano quodam vſurario, vel vt alij dicunt, cæco, qui cùm cellæ penariæ oſtium ita obſ[illegible]aſſet, vt [illegible]itra ſtrepitum non quiret aperiri, tamen à miniſt[illegible] apertum eſt, ſublatumque penu. Alij narrant, huic Phano vxorem fuiſſe parum ſpectatæ fidei, quam quòd is haberet ad[illegible] [illegible] ſuſpectam, atrij fores ſic occluſit, vt non niſi cum ſtridore ſonitúque poſſent aperiri. Verùm illa cùm per teg[illegible]as reciperet adulterum, vicini per iocum dicebant, ἡ φάνε θύρα. *Eraſm. in Adagiis.*

OPERIS MAGNIFICI.

Periander Iſthmum tentauit perfodere. Mirantibus cœpti audaciam, reſpondit: μελέτη τὸ πᾶν, id eſt, Cura omnia poteſt. *Laert. & Eraſm. in Adagiis.*

Cleopatra poſt cladem Actiacam opus aggreſſa eſt a[illegible]daa & grande. Iſthmum, qui mare rubrum dirimit ab Ægyptio, qui etiam diſtinguere Aſiam & Africam putatur, quam maximè ab vtroque ſtringitur pelago, & coarctatur, vt non B plus trecentis ſtadiis pateat in latum, adorta eſt traiicere claſſem, demiſſiſque in ſinum Arabicum cum magna pecuniæ vi copiis & nauibus, ſedes quærere remotas, ſeruitutem & bellum refugiens. Cæterùm quia primas naues, quæ ſubuehebantur, Arabes Petræi inflammauerunt, & Antonius exercitũ terreſtrem Actiacum exiſtimauit adhuc integrum eſſe: deſtitit cœpto, atque oſtia Nili ſtationibus ſepſit. *Plut. in Antonio.*

Agrippa Iudæorum rex, muros Hieroſolymorum aduerſus omnem humanam vim inexpugnabiles facturus, Claudij principis interdicto impeditus fuit. *Ioſephus libro 19. cap. 7. Antiquit.*

INSIDIARVM.

Maxentius tyrannus Roma contra Conſtantinum Magnum egeſtus, pontem ſupra Tiberim ex lintribus ita contabulauit, vt fibulis ferreis, quibus ab vtraque ripa diſtinebatur, reuulſis, facilè ſolui poſſet, ſi quis reſcindere vellet. Præcepit autem fabris, vt cum primum exercitum Conſtantini, pontem ſui inſequendi cauſa conſcendiſſe vidiſſent, fibulas C laxarent ac pontem ſecundo ire flumine ſinerent. Pòſt paulò Conſtantinus aciem inſtruere cœpit, qua re animaduerſa idem quoque Maxentius fecit: verùm, vt euentus ſtatim oſtendit, imperitiſſimè, nam in ripa amnis ita conſtitit, vt nemo ſuorum euadere, nemo gradum referre, & ſi opus eſſet prælium redintegrare poſſet, cùm à fronte armis, à tergo Tiberi arceretur. Adeò verò magnus erat exercitus, vt vltra, quàm proſpici poſſet, externa acies pertineret: tanta porrò ſubſidiorum atque ordinum firmamenta erant, vt acies non porrectior, quàm robuſtior, validum murum vtrinque præberet. Acri commiſſo prælio Maxentius, vbi equitatum ſuum in fugam verſum conſpexit, & ipſe per pontem ad vrbem redire maturauit, quem ſecuti effusè ſui, ſiue ponte ingentem molem non ſuſtinente, ſiue propter anguſtias tantam multitudinem excludente, omnes flumen præcipites abiêre. Cùm alios amnis hauſiſſet, Maxentium etiam cum equo & armis inſignibus, fruſtra conatum per abrupta ripæ vlterioris euadere, idem correptum gurgite deuorauit, & aliorum quidem corpora atque arma præceps fluuius voluendo deuexit, illum autem eodem, quo extinxerat, loco retinuit. *Sigon. l. 2. Imp. occid.*

Baiazetis Duces cùm in colloquium veniſſent cum Temiris D ſiue Tamerlanis Tartarorum regis foſſoribus, eos promiſſis accenderunt, daturi immenſam argenti vim, ſi cuniculo acto in eam caſtrorum partem, vbi vinctus aſſeruabatur Baiazetes Turcorum tyrannus, emerſiſſent, eúmque inde eripuiſſent. Fodientes itaque verſus caſtra & tentorium, tandémque prorepentes, viſi à cuſtodibus, capti ſunt, & interfecti. *Chalcocondylas l. 3.*

DIGNITATIS ACQVIRENDÆ.

Hadrianus Cornetanus Cardinalis, Leonis X. mortem expectabat, ex oraculo fatidicæ mulieris, quæ conſtanter affirmarat, Fore, vt Leoni immutata morte ſublato ſuccederet vir ſenex, nomine Hadrianus, obſcuro natus loco, literarum ſtudiis inſignis, qui ſacros honores gradatim ſola niaus virtute meruiſſet. Hæc omnia ſibi vni apertè congruere putabat. Nam Corneto, infami Tuſcorum oræ oppido, familia tenui, & propè ſordida ortus, vno bonarum literarum beneficio, ſingulas ſacrorum ordinum dignitates fuerat conſecutus. At ſicuti vetulæ oraculum fidem non fefel[illegible] Cornetanum fe[illegible]lit, neque enim ipſe Le[illegible] [illegible]eſſit [illegible] nus [illegible] ex Batauus, egen[illegible]piſ[illegible] fili[illegible], d[illegible] [illegible] Leonem Pontificat[illegible] adeptus. *Iouius in [illegible] vita l. 4.*

THESAVRI INVEN[illegible]DI.

Inualuerat aliquan[illegible]do fam[illegible] [illegible]pud [illegible] Athen[illegible] Hymetto monte magn[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pugnacibu[illegible] [illegible] [illegible] Ir[illegible]ue quid[illegible] ſummi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cta, fruſtraq[illegible] ſum[illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]t[illegible]cctant [illegible] id eſt. [illegible] [illegible]debas te fu[illegible]urum aur[illegible]m Mem[illegible] *Eubulus* [illegible] fab[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] lau[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ndam vir [illegible] terepidi per maximum.
Sumpſ[illegible] armi[illegible] [illegible] Hyme[illegible] incurrerent.
Contra[illegible] [illegible] [illegible]barea [illegible] dui
Ferent, v[illegible] [illegible]agmentula auri fuſiles
Abbatuiſſent. Eraſmus in Adag[illegible]

F Cn. Pompeio contra Domitium cum ſex legionibus in Africam à Sylla miſſo, prope Carthaginem aiunt rem acc[i]diſſe ridiculam. Inciderant Milites aliquot in theſaurum, ac magna vi argenti erant potiti. Re vulgata, locum eum alij omnes exiſtimauerunt argenti plenum eſſe per ſuperiores Pœnorum clades ibi reconditi. Nihil igitur vti Pompeius militibus potuit, permultos dies theſauros ſcrutantibus, ſed obambulauit ridens, cùm contemplaretur tot millia in fodiendo & vertendo campum occupata: quoad depoſita ſpe, dixerunt Pompeio, Duceret quo liberet, ſatis ſe pœnarum dediſſe ſtultitiæ ſuæ. *Plut. in Pompeij vita.*

EXPEDITIONIS BELLICÆ.

Zelimus Imperator Turcarum, Aſtrachan Tartariæ regnum occupaturus, anno Domini 1569. 20. Martij die, ex Conſtantinopoli exercitum ingentem Turcarum 55000. equitum, & Ianizarorum 3000. eduxit: nauàlis claſſis centum quinquaginta triremibus & multis celocibus conſtabat. His demum omnes Hordæ Tartarorum Præcopenſium, ex mandato Imperatoris, adiunctæ ſunt, 80000. equitum excedentes. G Iunctis viribus, longiſſimo eóque periculoſiſſimo campeſtri itinere, multis fluuiis & paludibus ſuperatis, ad Aaoph peruenerunt, omni commeatu prorſus conſumpto. Via tandem per campeſtria & Hordas Tartarorum Nahaicenſium, & Circaſſorum Quinquemontanorum, infeſtiſſimo itinere, ad Aſtrachan v. Septembris peruenerunt, xxiv. hebdomadas cum fame & ſiti luctati. Vix bis mille Conſtantinopolim ex toto exercitu re infecta redierunt. *Alexander Guagninus in Tartaria.*

VRBIS OCCVPANDÆ.

Cleomenes Spartanus, à Ptolemæo Philopatore in carcerem coniectus, conſpiratione cum amicis tredecim facta erumpendi, Ptolemæo fortè Canopum profecto, primò vulgauerunt rumorem, liberari eum à rege cuſtodia. Deinde quòd in more regi eſſet, vt quos erat carcere ſoluturus, cœnam his & munera mitteret: amici multa talia apparata miſerunt foris in vrbem Cleomeni, quò circumuenirent cuſtodes, quia iſta miſſa putabant à rege, quippe ſacrificauit & participauit eis hæc liberaliter, impoſitáque corona accumbens cum amicis epulatus eſt. Fama eſt autem, maturius eum, H quàm inſtituerat, ad rem exequendam erupiſſe, quòd perceptiſſet, ſeruum vnum ea facti conſciis, foris cum muliere, quam amabat cubuiſſe: ac metuens indicium, cùm meridies eſſet, & cuſtodes ſenſiſſet ex temulentia ſopitos, induit tunicam, ac ſutura ex dextero humero aperta, ſtrictóque gladio eiecit ſe domo cum amicis pariter inſtructis. Tredecim hi erant. Hippotas, qui erat claudius, primo impetu erupit cum eis alacriter, quos vt lentius ſui cauſa pergere vidit, petiit vt interficerent ſe, neque hominem inutilem expectando cœpta corrumperent. Fortè Alexandrinorum quiſpiam equum præter ianuam ducebat. Hunc abſtulerunt, impoſitóque Hippota curſu lati ſunt per plateas, plebémque vocauerunt ad libertatem. Hinc ad arcem contenderunt eo conſilio, vt carcerem effringerent, vterentúrque cuſtodiarum manu. Verùm mutauerant cuſtodes diligenter fores obturare. Ita vbi hoc lapſu conatu Cleomenes eſt, palatus eſt vagabundus per vrbem, neque eſt

quiſquam

A quiſquam [illegible] trepidauerant que [illegible] ne. Igitur a cœpt[illegible] ad [illegible] ſane miti eſt imperare [illegible] bus: hortatuſque cum [illegible], ſicut [illegible] rebuſque geſtis eſſet di[illegible] quodam ex iunioribus [illegible]. Mox [illegible] quiſque æq[illegible] & [illegible] Pantea, qui Meg[illegible] op[illegible], cum à Cleomene [illegible] fo [illegible] & [illegible] re iſtitit [illegible] diſſet iam oc[illegible] bus iam humi[illegible], ac [illegible] fodiens en[illegible] menem quo[illegible] faciem eum [illegible] hinc exanimem [illegible] fodit. *Plutarchus in* [illegible]

VITIGES Romam obſidentes [illegible] per aquæ ductum interci[illegible] dium vrbis veniſſent, & lo[illegible] alia [illegible] curtain deſcenſus erat, Belliſarij prouidentia obſtructum reperiſſent, lapide quodam extracto, infecta re, dixiſſe vni, Quoniam autem lumen per aquæductum viſum à Vigilibus Romanis audiuit, licet illi lupi oculum ſe vidiſſe iactarent, explorari aquæductum præcepit. Speculatores, cùm lucernarum & facum veſtigia reperiſſent, & locum notaſſent, vt lapidem extraiſſent, dolum hoſtium retulerunt, itaque pòſt aquæductus intentiore cura eſt cuſtoditus. Vbi dolus Gothis non proceſſit, vis tentata eſt, quippe hora prandij præter opinionem ad portam Pincianam venerunt, vt, dum omnes auerſi in cibum eſſent, muros inuaderent. Quos vbi vidit Hildigerus equitum præfectus, cum ſuis occurrit, eóſque in fugam conuertit. Clamore autem excepto cùm Romani ad muros aduolauiſſent, Gothi in proxima caſtra ſe receperunt. Ne vl quidem felicem euentum adepta, Vitiges iterum ad fraudem ſe contulit. Fratres duos Romanos, qui ædes prope Sanctum Petrum habebant, pecunia data corrupit, vt vinum cuſtodibus eius loci donarent, & potantibus eis, ſingulis pocu-

C lis medicamentum ad ſoporem inducendum, quod ipſe dediſſet, infunderent: & in altera fluminis ripa lembos cùm militibus præparauit, qui cuſtodibus ſomno captis, flumen trajicerent, & admotis ſcalis in murum aſcenderent, atque in eam occaſionem exercitum vniuerſum inſtruxit. Sed res ab altero fratre Beliſario prodita effectum non habuit: alter frater naſo & auribus defectis ad caſtra Gothorum dimiſſus, ſpem eorum infirmauit. *Sigon. l. 18. Imp. occid.*

RESPECTV EFFICIENTIS.

Fruſtrati, v. c.

FORTVNA, CASV.

PERSA SIRAMNES mirantibus, quòd cùm dicta eius prudentiæ plena eſſent, nihil gereret proſperè, Verba ſua ait in arbitrio ſuo eſſe in fortunæ & regia geſta. *Plut. in Apoph.*

THRASONEM Thebanum, qui Epaminondam, Pelopidem atque optimates pro libertate patriæ imitari ſtudebat, communis Græciæ fortuna ad Chæroneam deſtituit, vincentem iam & inſequentem, quod ſibi oppoſitum in acie fuerat,

D cornu. *Plut. de Virtutib. mulierum.*

MITHRIDATES à Lucullo virtute frequenter ſuperatus, inſidiis eum appetiit, per Adathanem quendam. Receptus ille tanquam transfuga à Lucullo in gregem equitum, cùm frequentibus excurſionibus, promptam & eniam operam exhiberet, fide acquiſita, tempus elegit: quo miſſa principia quietem omnibus caſtrenſibus dabant, prætoriúmque ſecretius præſtabant. Caſus adiuuit Lucullum. Nam qui ad vigilantem vſque admitti ſolebat, fatigatum nocturnis cogitationibus illo tempore quieſcentem inuenit. Cùm deinde, tanquam nunciaturus aliquid ſubitum ac neceſſarium, intrare vellet, & pertinaciter à ſeruis valetudini Domini conſulentibus excuderetur, veritus, ne ſuſpectus eſſet, equis, quos ante portam paratos habebat, ad Mithridatem refugit irritus. *Franc. lib. 2. cap. 5. & Plut. de Lucullo.*

PERFIDIA HVMANA.

PETRVS FVLGOSVS, cùm Genuæ principatum obtineret, Aragonij Alphonſi regis Siciliæ armis preſſus Carolo VIII. Gallorum regi: eius quem ipſe hoſtem habebat hoſti, vrbe atque imperio ceſſit. Cæterùm cùm Caroli miniſtri promiſſa

[illegible] præſtarent, [illegible] nec [illegible] dolore compulſus bel- E
[illegible] in multis [illegible] Gal[illegible] [illegible] igitur per [illegible] vt [illegible] dus Martii, cum [illegible] militum or- [illegible] multo poſt [illegible] haſta inter [illegible] viam [illegible]. & [illegible] vrbis longitudinem [illegible]. Poſtquam vero [illegible] nuenit, te- [illegible] multis [illegible] quo con- [illegible] hoſtibus corruit. *Fulg.* [illegible]

N[illegible] Rex Zeiamum Meq[illegible] in Mauri[illegible] regem [illegible] expulerat. Is ad regem Luſitaniæ Emmanuelem [illegible], eique fidem dedit, ſe perpetuo in illius [illegible] futurum, atque perfecturum, vt quam plurimas ci[illegible] expugnaret. Emmanuel, quod author [illegible], & iuſto odio commotus, Mauro fidem adhibuit. [illegible] claſſem non valde magnam feſtinanter inſtruendam [illegible], eique Ioannem Meneſium præfecit anno MDVIII.

F Cæterùm cùm Zeiamus pro more gentis fidem fregiſſet, Azamoram vrbem quam obſederat relinquere coactus Meneſius, educta in altum claſſe, in fretum Gaditanum curſum tenuit. Quod non humano conſilio, ſed diuino motu & inſtinctu factum fuiſſe, poſtea à multis ſapientiſſimè iudicatum fuit. Quin etiam Zeiami fraus, & Regis Emmanuelis in illa claſſe comparanda celeritas, & Azamore alieno tempore & paruis copiis oppugnadæ parùm ſapiés cogitatio, non abſque cœleſtis numinis prouidentia, quæ Emmanuelis rebus fauebat, ſuſcepta fuiſſe videbatur. Nam dum hæc geruntur, Feſſenſis vt Arzilam obſideret, exercitum tanta diſſimulatione coëgerat, vt nemo id futurum conjicere poſſet, antè quàm acies explicatas, & maximis munitionibus & bellicis inſtrumentis armatas aſpiceret. Habebat autem ſub ſignis equitum xo. millia, peditum verò millia centum atque viginti. Arzilam expugnauit, Luſitanos, qui in arcem fugerant arcta òbſidione cinxit, eamque expugnaſſet, niſi Meneſius cum claſſe ſuperueniſſet. *Oſorius l. 5. rerum Eman.*

ÆTATE.

G CAROLVS MAGNVS tabulas & codicillos in lecto ſub ceruicalibus reponere ſolebat, vt cùm vacuum tempus eſſet, manum effigiandis literis conſuefaceret. Sed parum ſucceſſit labor ſerò inchoatus. *Crantz. l. 1. Saxonia, c. 8.*

MORTE.

☞ *Vide Titulum, Mors immatura.*

C. IVL. CÆSAR dè ornanda inſtruendáque vrbe, item de tuendo ampliandóque Imperio, plura ac maiora in dies deſtinabat. In primis Martis templum, quantum nunquam eſſet, extruere, repleto & complanato lacu, in quo naumachiæ ſpectaculum ediderat, Theatrúmque ſummæ magnitudinis Tarpeio monti accubans. Ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex immenſa diffuſáque legum copia, optima quæque & neceſſaria in pauciſſimos conferre libros, Bibliothecas Græcas & Latinas, quas maximas poſſet publicare, data M. Varni cura comparandarum & dirigendarum. Siccare Pontinas paludes: emittere Fucinum lacum: viam munire à mari ſupero per Apennini dorſum ad Tiberim vſque: perfodere Iſthmum: Dacos, qui ſe in Pontum & Thraciam effuderant coërcere: mox Parthis inferre bellum per Arme- H niam minorem, nec niſi antè expertos aggredi prælio. Talia agentem atque meditantem mors præuenit. *Suetonius.*

RESPECTV EVENTVS. Hvc

Fruſtratio.

FELIX, FORTVNA.

☞ *Conſule locum Felicitatis.*

Quidam à cane aberrauerat, & lapide icerat nouercam: Ne ſic quidem, inquit, malè. Licet enim eorum quæ præter voluntatem acciderunt fortunam corrigere. Pulſus fuit in exilium Diogenes: ne ſic quidem malè. Quippe philoſophari in exilio eſt auſpicatus. *Plut. in Tranq. animi.*

CITIENSI ZENONI nauis erat vna reliqua oneraria. Quam vt accepit cum mercibus periiſſe fluctibus hauſtam, Bene ſanè, inquit, agis, Fortuna, quæ ad pallium obſoletum illud me & ad Stoam redegiſti. *Ibidem.*

* Fucatio.

A

* Fucatio. Fucus.

Definitio, & Etymologia.

FVcatio à fucu venit. [illegible] & [illegible], fuco dictum [illegible] colorem, & [illegible] color faciei [illegible] fictionib[illegible] ad mentiendum pulchritudinem [illegible] peccatum. Sed [illegible] mortale, nisi fiat [illegible] Dei. Tamen licet occult[illegible] [illegible] vel ex ali[illegible] *B. Thom. ſecunda Secunda, q.169. art.2.* Debet [illegible] , cum Græc[illegible] dictu ſit, licet c[illegible] per [illegible].

Fucus hic accipitur pro pigmento & peregrino [illegible] quem, aſſumere ſolent mulieres male ſeratæ vt pulchriores videantur. Alij ceruſſam, alij purpuræ ſanitem, alij ex vtroque medicamine mixto compoſitum pigmentum [illegible]. Græcè φῦκ☉, Hebr. *Puch.* Vox hæc duo ſignificat: nempe fucum, qui rubrum colorem albicanti vel pallido admittit, & lapillum pretioſum, quem rubinum vocamus. Metaphoricè etiam ſumitur pro vario prætextu impiorum, ſuas turpitu-

B dines coram Deo velare ſtudentium: vt etiam fucus & fucum facere, fraudem & decipere frequenter ſignificat. Verbum Hebr. *Cakal*, id eſt, colorauit, pinxit ſtibio aut minio, fucauit pigmento. Affine eſt verbo *Kakal*, eadem pronunciatione vtriuſque manente, & ſignificat poſterius illud, ruber fuit. Fucatæ enim mulieres nouum colorem induunt.

Eſt & Fucus animal, maius, & ſimile api, non tamen mellificans, & apis ſpeciem, vt præter ille colorem, mentiens.

DETESTABILIS. ADHIBITI

Exempla Biblica.

Angeli deſertores propriè & quaſi peculiariter fœminis inſtrumentum iſtud gloriæ muliebris gloriæ contulerunt: Lumina lapillorum quibus monilia variantur & circulos ex auro, quibus brachia arctantur: & medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorantur: & illum ipſum nigrum puluerem, quo oculorum exordia producuntur. *Tert. l. de habitu mulieb ri, c.2.*

Expinguamus nos, vt alteri pereant! vbi eſt ergo, diliges proximum tuum ſicut teipſum? &, Nolite veſtra curare, ſed alterius? *Idem, l. de cultu fœminarum, c.2.*

In Deum delinquunt quæ cutem medicaminibus vngunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. Diſplicet illis nimirum plaſtica Dei: in ipſis redarguunt, reprehendunt artificem omnium. Reprehendunt enim, cùm emen-

C dant, cùm adjiciunt, vtique ab aduerſario artifice ſumentes additamenta iſta, id eſt, diabolo. Nam quis corpus monſtraret mutare, niſi qui & hominis ſpiritum malitia transfigurauit? Ille indubitatè huiuſmodi ingenia concinnauit, vt in nobis quodammodo manus Deo inferret. *Ibid. c.6.*

Scripſit in fucorum deteſtationem. *Clem. Alex. l.3. Padagog. c.2. & refert P. Greg. Toloſ. de repubi. l.4. c.11.* Item *S. Cyprianus l. de Gab. virg.* multa præclarè ſcribit de hoc argumento. *Ambroſ. in opere Hexam. Auguſt. de ſerm. Dom. in monte.*

Maledicta illa Iezabel, audito quod Iehu Rex ingrederetur Iezrahel, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum & reſpexit per feneſtram, vnde ex mandato illius, præcipitata eſt, ita vt equorum vngulis calcaretur: cumque paulo poſt ſepulturæ eam mandari præcepiſſet, quia filia Regis erat, non eſt inuenta niſi caluaria, pedeſque & ſummæ manus, reliquo corpore à canibus depaſto. *4. Reg. c.19.*

HISTORICA.

D Vt nomine, ita & moribus non multum diſſidebat à veteri illa, Britannica nuper Iezabel, Anglorum Regina, vt quæ crudelitate in ſacrorum adminiſtros & Sacerdotes Dei, priorem ſuperabat, & fucis pigmentiſque rugoſam faciem, nudatamque caluariem fictitio capillo adornabat, vt externa illa pulchritudine, emētitiáque effigie, omnium Principum oculos à ſe pelliceret. Matris ſuæ Annæ Bolenæ ſpurciſſimi ſcorti, ingenium, & naturam ſortita. Ferunt ad eius conclaue aliquando ex nota ſibi familiaritate aduenifſe admiſſum ab Heroinis, quæ in Gynecæo ancillantur, Comitem Eſſexium, dum adhuc diſcincta impexaque ſederet: eaque re adeo excanduiſſe, vt & miniſtras functione abdicaret, quod hac ratione ſeniles eius rugæ, & vultus, caluitieſque ignota aſiis, in conſpectum veniſſet. Inſinuat *L. Beyerlink in opere Chronolog. an.1601.* non legerat illa Anglicanæ Eccleſiæ Pontifex D. Hieronymi *Epiſt.98.* vbi inter alia ſcribit, Erubeſcat mulier Chriſtiana, ſi

naturæ cogit in decorem [illegible]

[illegible] E

[illegible]

[illegible]

Reſert [illegible] Imp. [illegible] quam fucis & odoribus [illegible] nunquam aliter quam [illegible] faciem manuſve ablueret, cibum [illegible] minutim conciſum furcinu-

F lis aureis ori ingereret. Verum eamdem Dei iuſto iudicio ita fœdo morbo ſub vitæ finem præoccupatam, vt toto corpore teterrimus & exitialis erumperet fœtor, quem ex nimia mollitie generatum prudentiores æſtimabant.

Mulierem etiam caſtiſſimam ſe nimium ornantem, & mollitie diffluentem, non carere impudicitiæ ſuſpicione, teſtis eſt Claudia Veſtalis quæ vt canit. *Ouid. 4. Faſtor.*

Caſta quidem, ſed non eſt credita: rumor iniquus
Læſerat, & falſi criminis acta rea eſt.
Cultus, & ornatos variè fudiſſe capillos
Obfuit, ad rigidos linguáque prompta ſenes:

Laudat Clemens Alexandrinus *l.2. Pædag. c.20.* & admiratur ciuitatem Lacedæmoniorum, quæ ſolis meretricibus floridas veſtes, aureumque mundum geſtare permiſit, quanto magis fucos, & odores?

Memoria repetant fucati illi, nam etiam viri hac in re fœminas vincunt, & maſculam ſuam virtutem eneruant; quod Deus per Iſaiam minatur *c.3.* Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion; & erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitium, & pro faſcia pectorali cilicium. Legatur de toto hoc argumento. *Clem. Alex. l.3. Pædag. c.2. & 3. Greg. Nazianz. Carmine de ornatu muliebri. Chryſ. hom.4. in 1. ad Timoth. Iſidor. Peluſieta l.2. Epiſt.53.* G

FVCVS REPREHENSVS, ET DEFECTVS.

Olim quoque apud Ethnicos reprehenſas mulieres, fucum & vnguenta adhibentes, ac naturæ defectum arte ementiente compenſantes, ex Plauto conſtat *in Moſtellaria*, vbi ita ſcribit.

Mulier rectè olet, vbi nihil olet.
Nam iſthæc veteres, quæ ſe vnguentis vnctitant interpoles:
Vetula edentula, quæ vitia corporis fuco occulunt;
Vbi ſe ſudor cum vnguentis conſociauit: Illico
Iidem olent, quaſi cum vna multa iura confundit coquus.

Quidam mulierum [illegible] hoc dilemmate taxauit. Si pulchræ ſunt, ſufficit natura: non contendat ars, vt eam perficiat: Si turpes ſunt, id quod opponent, deformitatem arguet.

Nicoſtrati præceptum eſt: Sana mulier non illinatur fuco, nec vtatur ceruſſa, neque oculorũ pictura, aut alio pigmento.

Nota eſt hiſtoria Phrynei conuiuij. Erat Phryne mulier formoſiſſima, alij vero ſcortum nobile apud Græcos volunt fuiſſe; quæ cum in celebri conuiuio pluribus matronis comitata reſediſſet, & aduerteret omnes ceruſſa pigmentiſque ve-

H nuſtatē & formam mentientes, iocum quēdam adinuenit, quo omnes facerent, quod illam facere conſpexiſſent, annuunt, tũ illa manum aquis immerſam fronti admonet, & cutem fricat, erubuêre quæ aderant; at conuiuæ vrgere, idem etiam præſtarent. Igitur & hæ manum aquæ immerſam ad frontem admouent, quando per lituram fucorum, erant enim omnes fucatæ; defluens aqua, & rugas & hiſpidam atramque pellem detexit, omneſque deformes reddidit, cum interim Phryne naturali formę pulchritudine decora, diluta facie appareret ſpecioſior.

Nathan Cythræus laruatam hanc pulchritudinem deſcripſit his verſibus:

Turpis anus cupiens formoſior ore videri,
Ætas quàm patitur, rugáque fœda ſinit,
Ora genaſque linit fuco, frontemque ſenilem,
Ad ſpeculumque ſibi ficta puella placet.

Sed

A *Sed ſimul arde ites ac ſolis contigit aſtus,*
Ille ementitus mox color amnis abit.
Tum facies rugoſa manet, ma ulaque pudendæ
Conſpicua cunctis ora genaſque notant.
Et quo fuent erat ſpiritus mage turpior iſte
Redditur hac facies, mage ſcabra cutis.

☞ *Conſule Tit. de Veſtibus & Veſtitu. Item locum de Luxu, vbi multa ex profeſſo de Fuco ... i lorum, ... ſtium, pilorum &c.*

APOPHTHEGMATA.

Chivs quidam ... veuit Lacedæmonem. & cùm alias turgeret ſuperbia, propter ... reueteretur habebatur, proinde canos occultare conatur tinctura. Itaque cùm in conſpectum Lacedæmoniorum rediſſet; oſtenſo tali capite, expoſuit quorum gratia venerat. Conſurgens itaque Archidamus Rex Lacedæmoniorum: Quid inquit; hic ſani diceret, cuius non ſolum animus, verum etiam caput fucis contaminatum eſt? Et exploſit eius dicta, ingenium Chij redarguens, ex iis quæ oculis cernebantur. *Ælian. l 8. var. hiſt.*

B Philippvs Macedo quendam ex Antipatri amicis Iudicum numero adſcripſerat. Quem cum intellexiſſet, tingere barbam & capillum, illico eo munere ſubmouit, dicens: Qui in capillis fidus non eſſet, eum muneribus gerendis, non videri dignum cui fideretur. Luſit Homonymia vocis. Fuco vtebatur in tingendis capillis: vbi parum erat lucri; multò magis vſurus fuco in publicis negotiis, vbi ex dolo aliquando multum prouenit emolumenti. *Plut. in Apoph.*

Martialis *Epigrammate 43. lib. 2.*

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis,
Tam ſubito coruus, qui modo cygnus eras.
Non omnes fallis: ſcit te Proſerpina canum;
Perſonam capiti detrahet illa tuo.

Fuga.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Fvga eſt velox curſus. Græcè, ἀνάφευξις, ἀποφυλὴ, vel φυλὴ Doricè: Hebr: *Manos*, à radice *Nos*, eum curſu, & celeriter diſceſſit. Fuga alia licita eſt & honeſta, alia illicita &
C ignominioſa.

*FVGÆ LICITÆ EXEMPLA

S. Scriptvra.

Rebecca intellecto quod Eſau aduerſus fratrem ſuum Iacob inſurgeret, & illius vitæ inſidiaretur, vocans Iacob filium ſuum dixit ad eum: Ecce Eſau frater tuus minatur vt occidat te: nunc ergo fili mi, audi vocem meam, & conſurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran: habitabiſque cum eo dies paucos donec requieſcat furor fratris tui, & ceſſet indignatio eius. *Gen. 27.*

Idem Iacob relicta domo Laban, acceptiſque vxoribus ſuis Lia & Rachele, omnique ſubſtantia ſua ſublata, quam in Meſopotamia acquiſiuerat; perrexit ad Iſaac patrem ſuum, noluitque confiteri ſocero ſuo quod fugeret. *Gen. 31.*

Ioseph ſublatus in domum Putipharis Eunuchi Pharaonis, fugit è manibus dominæ ſuæ, apprehendentis laciniam veſtimenti eius, & in illius concupiſcentiam depereuntis.
D *Gen. 39.*

Moyses occiſo Ægyptio, poſtquam intellexiſſet quod Pharao vitæ ſuæ immineret, fugiens de conſpectu eius: moratus fuit in terra Madian. *Exod. c. 2.*

Michol vxor Dauid ſignificauit illi quod Saul eum quæreret interficere, ac miſiſſet apparitores qui eum raperent. Verum illa poſuit in lecto ſimulacrum: Dauid autem fugiens ſaluatus eſt, & venit ad Samuel in Ramatha. *1. Reg. cap. 19.*

Iesvs Christvs multiplicatis quinque panibus & duobus piſcibus, cum cognouiſſet, quia viſo miraculo attoniti venturi eſſent vt eum raperent, & facerent Regem, fugit in montem ipſe ſolus. *Ioan. 6.*

Idem diſcipulis, & ſe ſequentibus dixit, cùm vos perſequentur in ciuitate illa, fugite in aliam. *Matth. c. 10.*

Cùm Iconij factus fuiſſet impetus Gentilium & Iudæorum cum ſuis Principibus, vt Apoſtolos contumeliis afficerent, & lapidarent, confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ, & ibi euangelizabant. *Actor. 14.*

Savlvs dum ſpirans minarum & cædis in diſcipulos, circumfuſus luce de cœlo, in Paulum mutatus, & ex zelatore legis Iudaicæ factus vas electionis, à Iudæis quos in dies E
confundebat, ad necem expetitus, per murum ciuitatis Damaſci in ſporta à diſcipulis dimiſſus, euaſit manus inſidiantium. *Actor. c. 9.*

Eleganter *Cyprian.* Nemo, cùm populum noſtrum fugari conſpexerit metu perſecutionis & ſpargi, conturbetur, quod collectam fraternitatem non videat, nec tractantes Epiſcopos audiat. Simul tunc omnes eſſe non poſſunt, quibus occidere non licet, ſed occidi neceſſe eſt. Vbicunque in illis diebus vnuſquiſque fratrum fuerit à grege interim neceſſitate temporis corpore non ſpiritu ſeparatus, non moueatur ad fugæ illius horrorem, nec recedens, & latens deſerti loci ſolitudine terreatur. Solus non eſt, cui Chriſtus in fuga comes eſt. *ep. 56. ad Thibaritanos.*

Et iterum: Qui exit de Babylone & cedit, delicti particeps non fit: Plagis verò & ipſe perſtringitur, qui ſocius criminis inuenitur. Ideo dominus in perſecutione ſecedere & fugere mandauit, atque vt id fieret, & docuit & fecit. Nam cum corona de Dei dignatione deſcendat, nec poſſit F
accipi niſi fuerit hora ſumendi, quiſquis in Chriſto manens interim cedit, non fidem denegat, ſed tempus expectat. Qui autem cum non ſecederet cecidit, negaturus remanſit. *Idem ſerm. de lapſis.*

EXEMPLA HISTORICA.

Fvgere.

Qvos. Vtputa

Nouercas.

Phryxvs & Helle frater & ſoror nati ſunt Athenante Æoli filio & Nephelæ. Quæ poſtquam furore correpta in ſaltus & ſolitudines abiit, Athenas Inum Cadmi duxit. Huic cùm odioſi eſſent Phryxus & Helle, priuigni nempe nouercæ, operam per matronas omnes regni dedit, vt fruges corrumperentur. In remedium horum malorum cùm miſſi eſſent qui Apollinem conſulerent, Ino illos oraculum ementiri coëgit, depoſci à numine Nepheles liberos: quorum miſerata Iuno; arietem aureum miſit, quo per mare veherentur. Helle in mare decidit, quod Aſiam & Europam interſecat, déque eius nomine Helleſpontus nominatur. Phryxus per Propontidem & Boſphorum Thracium, dextramque Ponti Euxini oram delatus eſt in Colchos. Hîc cùm G
terram tenuiſſet, arietem mactauit Ioui, pellem verò auream Marti ſacrauit, in templo à ſe condito. *Apollonius* tamen *l. 4.* non Marti erexiſſe templum ſcribit, ſed Διὶ φυξίῳ id eſt, Ioui fugio, hoc eſt, fugæ, ſeu comiti, ſeu duci. *Diod. l. 5.*

Hoſtes.

Hercvles Troia rediens, nauibus fractis vna ſola ad Coon eiectus, cum Antagora paſtore luctatus, cùm Meropes paſtori, Græci Herculi auxilium ferrent, multitudine tandem oppreſſus, fugiens ſub amictu mulieris Threſſæ abſcondit ſe Superaris pòſt Meropibus, vxorem ducens Alciopi filiam, veſtem pictam induit in memoriam latebræ. Quo loco commiſſa fuit pugna, ſacerdos rem diuinam poſtea veſte muliebri indutus faciebat, & ſponſi ſponſas veſte muliebri tecti complectebantur. *Plut. in Græ is quæſt.*

C Cornificivs poëta, Virgilij æmulus, à Militibus deſtitutus interiit, quòd eos ſæpè fugientes, Galeatos lepores appellaſſet. *Euſebius in libro Temporum.* H

Ad Actium Ambraciæ promontorium M. Antonius prælio nauali cum Auguſto decertabat. Æquo adhuc marte Cleopatra cum LX. nauibus aufugit (vt quæ claſſe depugnandum ob id vnum cenſuerat, vti facilè effugere poſſet) Eam fugientem videns Antonius, perditus cum quinque nauibus ſecutus eſt, proditis & derelictis iis, qui pro ſalute & imperio eius non timidè decertabant. *Plut. in Ant.*

C. Caligvla aduerſus Barbaros minaciſſimus, cùm trans Rhenum inter anguſtias denſumque agmen iter eſſedo faceret, dicente quodam, non mediocrem fore conſternationem, ſicunde hoſtis appareat, equum illicò conſcendit: ac propriè verſus ad pontes, vt eos calonibus & impedimentis ſtipatos reperit, impatiens moræ, per manus ac ſuper capita hominum tranſlatus eſt. *Sueton.*

Cùm Galli ad Frangetum oppidum, inſtructa acie, Aragonios adoriri ſtatuiſſent; ea inſita Aragoniorum animis de externo hoſte virtutis & crudelitatis opinio fuit, vt plerique præda onuſti, ardentibus ac ſemiuſtis Frangeti in rectis ſe conderent, aut turpi fuga dilaberentur: neceſſéque

A eſſet regem ipſum Fer[illegible]andum II. Aragonium ſua manu manu alios laqueo ſuſpendere, alios intentato gladio vulnerare ac interficere. *Iouius l.4.*

Amatores.

☞ *Vide locum Pudicitiæ.*

QVID. Fugere

Conuerſationem hominum, Solitudinem amplecti cauſa

Religionis.

☞ *Vide Tit. Eremitarum & Monachor. Item Solitud.*

SAMVEL ſolus in templo Domini cubans, à Domino vocatus eſt. 1. *Reg.3.*

DAVID res in ſpiritu vidit ea, quæ in carne Saluatori noſtro contigerunt, poſtquam à frequentia hominum ſe ſubtraxiſſet. *Pſalm.54.*

ELIAS Thesbites propheta, cùm famem toto triennio duraturam, propter Achab regis Iſraëlitarum ſcelera, prædixiſſet, ad orientem digreſſus, apud Carith fluuium contra Iordanem poſitum latuit, de fluuio bibens, & panem cum car-B ne à coruis allatum mane & veſpere comedens. Triennio pòſt iterum apparuit, & pluuiam à Domino impetrauit. 3. *Reg.17.*

Prophetæ omnes, vel in ipſa ſolitudine orantes, Deique legem meditantes, ad munus diuinum vocati ſunt: vel certe ex media hominum turba in ſolitudinem à ſpiritu ſunt rapti, vt contemplationibus abſque impedimento vacare poſſent.

IESVS CHRISTVS Dei filius, interdiu in templo turbas docebat, noctu monte Oliueti conſcenſo contemplabatur. *Luca* 10. Diſcamus igitur Domini exemplo, locum, modum, tempúſque ſeruare, vt & proximi vtilitati inſeruiamus, & theoria interim non diſtrahamur. *Marulus l.2.cap.4.*

Eſt illud in primis memorabile, quòd Chriſti Mater, cum præfatione laudis ſemper ab omnibus nominanda, ab illius acerbiſſimo cruciatu nunquam temerè ab vllo viſa eſt: in priuato egit, aut orationi intenta, aut diuina legens, ſanctiſſimi filij tam pia, quàm ſedula cultrix. *Sabell.l.3.cap.4.*

C *Superſtitionis.*

TATIA Tatij filia, qui Romuli fuit collega in regno, poſtquam in Numæ Pompilij matrimonio tredecim annos fuiſſet, deceſſit. Hinc Numa relicta vrbana vita plerumque ruſticari & errare ſolus voluit, egitque in lucis deorum, ſacriſque pratis ac ſolitudinibus. Vnde potiſſimùm nata eſt hæc fama, nullo Numam illum mœrore aut perturbatione mentis in ſeceſſu viuere, ſed ſublimioris guſtu contubernij, & cœleſtibus nuptiis potitum, ex deæ Ægeriæ ipſius amore flagrantis congreſſu atque conſuetudine vitam beatam eſſe adeptum, & rerum diuinarum ſcientiam hauſiſſe. *Plut. in Numa.*

Philoſophiæ.

PYTHAGORAS anno integro in ſubterraneo quodam ſpecu latuit. Vt hominibus aliquando prodeſſet, ab hominum commercio tantiſper abſtinere, deorumque colloquio frui voluit. *Laert.l.6.*

PYRRHO Elienſis, Scepticorum princeps, ſolitudinem amabat, rarò apparebat hominibus. *Laert.l.9.*

CHRYSIPPVS Stoicus ſolitus erat dicere. Si inter plurimos D me exercerem, nunquam philoſopharer. *Lud. Viues de Trad. diſciplinis.*

Habitauit Sinopæus Diogenes in Cranio, extra Corinthum, declinans ſedulò hominum congreſſum, pallio tantùm & pera contentus. Sic quoque feliciſſimus ab Alexandro rege iudicatus, qui eum in Cranio vidit: vt Diogenem ſe eſſe optarit, niſi Alexander eſſet. Ipſe Cynicus haud dubiè regem multò ſe inferiorem iudicauit, cui ad ſe venienti ne aſſurrexit quidem. *Sabell.l.2.cap.2.*

TIMON Nicæus gaudebat hortorum ſeceſſibus ac ſolitudine. Vnde Hieronymus Peripateticus de illo dixiſſe fertur. Quemadmodum apud Scythas, & qui fugiunt, & qui inſequuntur, torquent ſagittas: itidem inter philoſophos, alios perſequendo diſcipulos capere, alios fugiendo. Sequitur fama fugientem, & ob id ipſum auidiùs expetitur, qui celebritatem vitat. *Laert.l.9.cap.12.*

CICERO conuerſa in regnum republ. ceduxit ſe à publicis actionibus, ac ſtudioſis philoſophiæ iuuenibus vacauit. Quorum ex conſuetudine (erant enim nobiliſſimi & primi) potentiam parauit denuò in ciuitate propè ſummam. Induſtriam ſuam ponebat in dialogis conſcribendis ph[illegible] ph[illegible] aliiſque interpretandis, & verbi[illegible] quib[illegible]que dial[illegible] phyſicis in Romanam conuertendi[illegible]. Tempus hoc pene totum in Tuſculano ſuo tranſige[illegible] Lae[illegible] ſe [illegible] ſcripſit amic[illegible] a[illegible]ere, ſine ioco pro m[illegible]re [illegible] æ ambitione ad rempublicam geſtien[illegible], & ſtat m[illegible] æ[illegible] æ[illegible]tem. *Plut. in Cicerone.*

HORATIVS ſolitudini[illegible] ſtudioſ[illegible] il. in hæc v[illegible]ba pr[illegible] *l.2. Sermonum, Satyra 6.*

O rus, quando e[illegible]o te a[illegible]iciam quan[illegible]o ne[illegible] [illegible]bis
Nu[illegible] c[illegible] eterum libri[illegible], nun[illegible] ſomno[illegible] inertibus hor[illegible]
Ducere ſolli[illegible] iucunda obliuia vita
O quando [illegible]aba Pythagoræ c[illegible]nata, ſimulque
Vncta ſatis pingui ponentur oluſ[illegible]ula lardo
O noctes, cœnæque deûm [illegible] quibus ipſe mei[illegible]ne
Ante larem proprium veſcor vernaſque procaces
Paſco libatis dapibus, prout cuique l[illegible]ido e[illegible].
Siccat inæquales calices conuiua, ſolutus
Legibus inſanis ſeu quis [illegible]apit acria [illegible]ortis
Pocula, ſeu modicis humeſcit lætius. Ergo
Sermo oritur, non de villis domibuſve alienis, F
Nec male necnè Lepos ſaltet: ſed quod magis ad nos
Pertinet, & neſcire malum eſt, agitamus; vtrumne
Diuitiis homines, an ſint virtute beati:
Quidve ad amicitias, vſus rectumve trahat nos:
Et quæ ſit natura boni, ſummumque quid eius.

Proinde etiam l.2. *Epiſtolarum, ad Iulium Florum*, de ſtudiis ſuis hæc affert, digna ſanè memoratu:

—— Roma meue poemata cenſes
Scribere poſſe, inter tot curas totque labores?
Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes,
Ritè cliens Bacchi, ſomno gaudentis & vmbra.
Tu me inter ſtrepitus nocturnos atque diurnos
Vis canere, & contracta ſequi veſtigia vatum?
Ingenium vacuas ſibi quod deſumpſit Athenas,
Et ſtudiis annos ſeptem dedit, inſenuitque
Libris & curis, ſtatua taciturnius exit
Plerumque, & riſu populum quatit. Hic ego rerum
Fluctibus in mediis & tempeſtatibus vrbis G
Verba lyræ motura ſonum connectere digner?

FRAN. Petrarcha curiæ pontificiæ, quæ Auenione reſidebat, pertæſus, vt poëtica & humaniora ſtudia perſequeretur, in Vallem clauſam XII. millibus paſſuum Auenione diſtantem, locum amœnum, ſolitarium, fonte Sorga irrigatum, ſeſe contulit: ibi multa ingenij ſui monumenta edidit, & Lauram illam ſuam amare cœpit. A Corrigienſibus Parmenſium dominis archidiaconatu ornatus, elegit locum ſolitarium amœniſſ. trans amnem Enciam in Regij Lepidi finibus, quem Planam ſyluam vulgò dicunt, & ad poetica ſtudia intermiſſa rediit. Sed paulò pòſt ad Vallem clauſam reuerſus eſt, amore Lauræ. Canonicus Patauinus à Iacobo Carrarienſe iuniore creatus, Arquati inter Euganeos montes ſolitudinem literariam elegit, vbi etiam mortuus eſt. *Hieron. Squarzaficus in eius vita.*

Conſultandi.

Nota eſt vox illa maioris Africani, qui rogatus quid ageret, cùm ſolus eſſet, ita occurrit, vt nunquam ſe minùs ſolum H eſſe dixerit, quàm cùm ſolus eſſet. Demonſtrauit id reſponſum, quoties vir ille ſenatoriis ſuiſſet forenſibuſve curis vacuus, non otio & inertiæ deditum, ſed magna & vtilia meditari ſolitum. *Sabell.l.2.cap.9.*

Anno 1302. Martinus Turrianus exul vicinorum armis adiutus, Matthæum Vicecomitem Mediolanenſi vrbe expulit: is iam ſenio confectus, cùm ſe Veronam recepiſſet, ad Canem Scaligerum, non multò pòſt ad Benacum lacum ſe contulit. Miſſus ad eum Martini nomine quidam, per ludibrium petiit, quid ageret, quomodo & quando reuerſurum ſe in patriam ſperaret? Ei Matthæus: Piſcor, inquit, & ſolus, ne quis piſcationem meam impediat. Ea autem via in patriam regredi cogito, qua inde profectus ſum, quando aduerſariorum meorum crimina, peccatis meis præponderabunt. Inde ſub Henrici VII. in Italiam aduentum, pulſis ob nimiam inſolentiam Turrianis, in patriam reſtitutus, rerum moderamen recepit. *Fulg.l.7.cap.2.*

Quietis, Otij.

ALCMÆON limum recenti compactum Acheloi alluuie incoluit, fugiens, vt poëtæ perhibent: Eumenidas. At *Plut.* 1. *lib.*

lib. de Exilio, illum fugientem ciuiles magiſtratus motus, & furioſas calumnias, maluiſſe exiguum prædium in otio & quiete incolere, putat.

Horatius l.1. Epiſt.1 de Veianio gladiatore emerito inquit:

—— Veianius armis
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro.
Ne populum extrema toties exoret arena.

Voluptatis.

Tiberii Cæsaris ſeceſſu in Capreas vitam fœdiſſimus, integro ſeptennio imperium Romanum afflixit. Dum ille libidines ſuas [illegible], Remp. neglexit. *Suetonius.*

Vitioſitatis odio.

Parictas Athenienſis conuictum & conuerſationem hominum fugit, non aliam opinor ob cauſam, quam vt ſalubriores Reip. cogitationes aleret, quas aliorum importuna populi conuerſatione plurimum corrumpi ſentiebat, *Plut. in eius vita.*

Hilarion prope Maiomam ſeptem circiter millibus ſolitudine habitans, ſexageſimo tertio vitæ ſuæ anno, cernens grande monaſterium, & multitudinem fratrum ſecum habitantium, turbaſque eorum, qui diuerſis languoribus & immundis ſpiritibus occupatos ad ſe deducebant, ita vt omni genere hominum ſolitudo per circuitum repleretur: flebat quotidie, & incredibili deſiderio conuerſationis antiquæ recordabatur. Interrogatus à fratribus, quid haberet, cur ſe conficeret? ait: Rurſum ad ſeculum redij, & recepi mercedem meam in vita mea. En homines Palæſtinæ vicinæ prouinciæ exiſtimant me alicuius eſſe momenti, & ego ſub prætextu monaſterij ad diſpenſationem fratrum, vilem ſupellectilem habeo. Seruabatur autem à fratribus maximè ab Heſychio, qui miro amore venerationi ſenis deditus erat. Mirentur alij ſigna, quæ fecit Hilarion (inquit D. Hieronymus) mirentur incredibilem abſtinentiam, ſcientiam, humilitatem. Ego nihil ita ſtupeo, quam gloriam illum & honorem calcare potuiſſe. Concurrebant Epiſcopi, presbyteri, clericorum & monachorum greges, matronæ quoque Chriſtianorum, grandis tentatio, & hinc inde ex vrbibus & agris vulgus ignobile, ſed & potentes viri & iudices, vt benedictum ab eo panem & oleum acciperent. At ille nihil aliud, niſi ſolitudinem meditabatur, in tantum, vt quadam die proficiſci ſtatuerit: & adducto aſello (nimis quippe exeſus ieiuniis, via ingredi poterat) iter arripere conaretur. Quòd cùm percrebuiſſet, & quaſi vaſtitas Palæſtinæ indiceretur, plus quàm decem millia hominum, diuerſæ ætatis & ſexus, ad retinendum eum congregata ſunt. Immobilis ille ad preces, & baculo arenas diſcutiens loquebatur: Fallacem dominum meum non faciam: non poſſum videre ſubuerſas eccleſias, calcata Chriſti altaria, filiorum meorum ſanguinem. Vniuerſi autem, qui aderant, intelligebant, reuelatum ei quiddam eſſe ſecreti, quod nollet confiteri: & nihilominus cuſtodiebant eum, ne proficiſceretur. Decreuit ergo, publica omnes voce conteſtans, non cibi ſe, non potus quicquam ſumere, niſi dimitteretur. Et poſt ſeptem dies inediæ, tandem relaxatus, ac valedicens plurimis, cum infinito agmine proſequentium abiit: mox perſuaſis turbis vt reuerterentur, elegit quadraginta monachos, qui haberent viaticum & poſſent ieiunantes ingredi, id eſt, poſt Solis occaſum cibum ſumere, & in Ægyptum abiit. Eum deinde Heſychius in Cypro inſula, duodecim millibus à mari procul, inter ſecretos aſperóſque montes perduxit, & quò via reptando manibus genibuſque poſſet aſcendi. Quò introgreſſus, contemplatus quidem eſt terribilem valde & remotum locum, arboribuſque hinc inde circundatum, habentem etiam aquas de ſupercilio collis irriguas, & hortulum peramœnum, & pomaria plurima (quorum fructum nunquam in cibo ſumpſit) ſed & antiquiſſimi iuxta templi ruinam, ex quo (vt ipſe referebat, & eius diſcipuli teſtantur) tam innumerabilium per noctes & dies dæmonum voces reſonabant, vt exercitum crederes. Quo ille valde delectatus, ſcilicet vt antagoniſtas haberet in proximo, habitauit ibi per annos quinque: & ſæpè inuiſente ſe Heſychio: in hoc extremo iam vitæ ſuæ tempore refocillatus eſt, quòd propter aſperitatem difficultatemque loci & vmbrarum (vt ferebatur vulgò) multitudinem, aut nullus aut rarus ad ſe poſſet, vel auderet aſcendere. *Hieronym. in vita S. Hilarionis.*

Cædis conſcientia.

Timolson Corinthius, cùm fratrem Timophanem tyrannidem affectantem, occidi curaſſet, eiuſque rei nomine à ma-

tre diis deuoueretur, oppreſſus dolore, inſtituit ſe conficere inedia. Sed impeditus ab amicis, priuatus in ſolitudine degere maluit, & viginti propè annis vrbe abſtinuit, mœrenſque & vagans in prædiis maximè ſolus egit. *Plut. in Timoleonte, & Diod. l.16.*

Cladis mœrore

M. Antonius poſt cladem Actiacam in Ægyptum vectus, relicta vrbe & amicorum conſuetudine, domicilium ſibi in mari ad Pharum extruxit, proiecto in altum aggere, idque Timonium vocauit, atque ibi extorris ab hominibus egit. Vitam ferebat ſe imitari & æmulari Timonis: quod res ſuæ eodem loco eſſent. Quippe violatum ſe ab amicis ſuis, atque ingratitudinem eorum expertum: ideo omnibus diffidere, & ab omnibus abhorrere hominibus. *Plut. in Antonio.*

Iudicium.

Alcibiades cùm è Sicilia citaretur ab Athenienſibus, vt criminibus reſponderet, abdidit ſeſe, negans litigandum eſſe, ſi quo modo liceret effugere. Subijcientibus aliis, Non igitur fidis patriæ de te iudicaturæ? Imò, inquit, ne matri quidem crediderim. Metuerem enim, ne fortè imprudens albi calculi loco nigrum immitteret. *Ælianus l.13.*

Idem exemplum habes infra inter Apophthegmata.

Perſecutionem fugere.

Pavlvs Thebæus ſub Diocletiano perſecutionem fugiens in Thebaidis eremum, primus illic admirabilem paucíſque imitabilem vitæ ſolitariæ rationem inſtituit. *Hieron. in eius vita.*

Imperatore Decio Chriſtianos religionis gratia diuexante, Septem Fratres Epheſi ex iiſdem parentibus nati, cùm palam Chriſtum profiterentur, timore perſequutionis exanimati, vrbe ſeceſſerant, ac ſeſe ſpeluncam proximi montis abdiderant. Cuius aditum induſtrij perſequutores extrinſecus ita obſepſerunt, vt euadendi etiam enixè molientibus facultatem eriperent. Illi vt ſe clauſos vallatóſque ſenſerunt, in mœrorem conuerſi, repentè ſomno acriore oppreſſi ſunt, atque ita vſque ad annum ſal. 446. ſopiti manſerunt. Tum verò molibus ſpeluncæ fortè remotis expergefacti, perinde quaſi vnam tantum noctem dormiſſent; vnum ipſorum in vrbem, victus comparandi cauſa miſerunt. Cùm autem illa nummos Decij Imperatoris iampridem inuſitatos proferret, theſaurum inueniſſe exiſtimatus ad magiſtratum deducitur, ac ſummis, vt aurum proderet, tormentis afficitur. Tandem cùm Decium Imperatorem auxilij gratia inuocaſſet, error agnitus eſt, hiſtoriamque à principio repetere iuſſus, & illos, & quid actum eſſet, edocuit, & ab iis, qui ſtatus eſſet rerum præſentium, didicit. Qua re cognita, Theodoſius II. Imp. pietatis ſtudio inflammatus, Epheſum properauit, ac fratres alloquutus omni officio caritatis excoluit. Poſt ſeptem verò dies, cùm eoſdem vero mortis ſopore merſos vidiſſet, in eodem ſepeliri antro iuſſit, ac ſummo eis honore adhibito, Conſtantinopolim ſe recepit. Ex ea re intellectum eſt, qui pueros illos poſt ducentos annos ſaluis corporibus excitaſſet, eundem pro magnitudine potentiæ ſuæ, cunctos etiam homines ſuſcitare in die nouiſſimo poſſe. *Sigonius l.13. Imp. occid.*

D. Avgvstinvs, Genſerico Africam vaſtante, conſultus eſt ab Honorato Thubennenſi Epiſcopo: Num Epiſcopi tantis ſe ſubducere calamitatibus deberent? Cui ita ille reſpondit, vt rationem fugæ vniuerſam in tantis malis patefacta doctrina Euangelica demonſtraret. *Sigon. l.12. Imp. occid.*

Nazianzenus: Mateus eum populum aduerſus ſe incitatum, nec moderati quicquam vel cogitantem, vel comminantem videret, primum conſciſcendæ fugæ conſilium iniit; non tam ignauia fractus, quàm præcepto illo permotus, quo è ciuitate in ciuitatem fugere, & perſecutoribus cedere iubemur. Neque enim Chriſtianos, quantumuis fortes, ac ſingulari tolerantia præditos, ſui tantum rationem habere oportet; ſed perſecutoribus quoque conſulere, vt ne, quantum in ipſis eſt, ad hoſtile periculum ex ſeipſis aliquid conferant. At poſtquam multos ſua cauſa duci atque abſtrahi, multos etiam ob perſequentium crudelitatem, in animæ periculo verſari intellexit, tum verò alios ob cautionem ſuam periclitantes negligere minimè ſuſtinuit; ex fuga rediit, ſeque vltro plebis arbitrio tradidit, aduerſuſque temporis difficultatem velut aciem inſtruxit. *Orat. 3. Apologetica prima.*

Idem Nazianzenus. Malis igitur temporibus cedit Cæſa-
A tius, in eoque legi noſtræ obtemperat, quæ hoc ſancit, vt vrgente quidem tempore pro veritate periculum adeamus, nec pietatem per ignauiam prodamus: quamdiu autem licet, pericula ipſa ne prouocemus, ſiue animarum noſtrarum metu, ſiue vt iis conſulatur, qui periculum nobis inferunt. *Orat.* 10.

QVOMODO. Nempe

Deſerendo patriam.

Strabo lib. Geographiæ 14. tradit Teios, cùm Perſarum contumelias ferre non poſſent, vrbe relicta, Abdera Thracum vrbem demigraſſe. Atque hinc illud vulgatum fuiſſe.

Ἄϐδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικίη, id eſt, Abdera pulchra Teium colonia. Hoc ænigmate prouerbiali ſignificamus, non deeſſe quò confugiamus, ſi quis pergat præter modum eſſe moleſtus. *Eraſm. in Adagiis.*

Syloson munificentia Darij, in crucem ſublato Polycrate, Samiorum adeptus tyrannidem, cùm acerbius exerceret imperium; ita vt fere ſolent ij qui ab humili fortuna repentè ad res amplas proueheuntur, & ob hanc cauſam inſula deſereretur ab incolis, prouerbio dici cœptum:

B *Ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη.* id eſt,

Spatioſa regio eſt Syloſontis gratia. *Eraſm. in Adagiis.*

Irruente in Italiam Attila, Venetæ Populi, qui æſtuarium maris Adriatici accolebant, quòd primam tam immanis & tetri hoſtis impreſſionem ſe excepturos videbant, paſſim patrias ſuas incontinenti ſitas relinquere, ac familias cum pretioſa ſupellectile transportare ad inſulas, ſi vis hoſtilis ingrueret, ſtatuerunt: ea ſpe ducti, Attilam aut inopis lintrium eò non peruaſurum, aut, ſi copis ſuppeteret, has inſulas, intento Romam verſus itinere, neglecturum. Dicuntur autem Aquileienſes Gradum animo deſtinaſſe, Concordienſes Caprulas, Altinates Turcellum & Mauriſnum Patauini Riuum altum, Opitergini Equilium Aeſtini & Monſilicenſes Philiſtinam, Metamaucum, & Clodiam. Reliqui vero aſpera Alpium, & Apennini iuga, & ſyluas, quibus ſe ignorantis hoſtium tegerent, ſibi cogente neceſſitate depopoſceruot. *Sigon. l.* 13. *Imp. occid.*

Deſerendo loca munita.

Captis iam Hieroſolymis, & incenſo templo Simon Geraſenus, & Ioannes Giſcalenſis, ſeditionum principes, in turres munitiſſimas vrbis, Hippon, Mariammeo & Phaſelum confugerunt, quæ nulla arte, præterquam fame, expugnari potuiſſent. At eum muros vrbis à Romanis ſubuerti
C conſpexiſſent, metu territi, turres reliquerunt, & in cloacas ſe abdiderunt: Tito gratias agente Deo, quod hoſtes ex turribus nulla arte expugnabilibus depuliſſet, & bello finem impoſuiſſet. Ex cloacis deinde extracti, ad duo millia perierunt, præter eos qui fame vel mutuis vulneribus ceciderc. *Ioſephus l.* 7. *c.* 16. *belli Iudaici.*

Subſiſtendo frequenter.

Poſt obſidionem Mutinenſem fugiens M. Antonius, crebertimè bibebat, ſubſiſtebatque per ſingulos paſſus, vbi bibendi facultate afforet, mox fugam præcipiti conſternatione reſumebat. Interrogatus vous ex familiaribus eius: Quidnam Antonius ageret? Reſpondit: Quod canis in Ægypto, bibit & fugit, certum eſt enim, canes Ægyptianos crocodilorum metu in ripa Nili fugere & bibere. *Plut. in Antonio.*

Diſſimulata perſona.

☞ *Vide Tit. Fugam tutam moliri diſſimulato habitu. Illic Habitus, hic Actio conſideratur, perturbationis nota.*

D Maxentius Imp. eum certamen cum Conſtantino iniiſſet, propter repudiatam conditionem de Galliarum regno accipiendo, amiſſo ferè omni exercitu, dimiſſo equo, cui infidebat, vti mortis fidem faceret, aufugit, miſitque ad Conſtantinum de ineunda concordia. Verum coactus rurſus pugnare, ac ſuperatus, Lugdunum aufugit, vbi ſe demum necauit. *Volater. l.* 23. *Anth.*

Otho ſecundus, Orbonis primi filius, cum aduerſus Baſilium & Conſtantinum Imp. qui Calabriam in Italia occupauerant, bellum ſuſcepiſſet (vide Saracenos eiecerat) turpi fuga ſolus ſcapham conſcendit: & à piratis pro ignoto captus in Siciliamque ductus, cognitus à Siculis, & redemptus eſt. *Volat. l.* 23. *Anth.*

Conradinus Sueuus regnum Siciliæ & Neapolitanum repetens, fuſus à Carolo Andegauenſe Fucinum lacum ca-lami ſumptu babitu, ad mare Inferum peruenit. Nauigium conſpicatus, orat dominum vt ... portaret, pro ... E
lo annulum daturum quam v... lo ... ha-
beret. Homo & ſpecie annuli & forma ad...
qua ... liberaliore motu id ... n ... h b ...
... facto Sueuus comprehenſus ad ... m, ...
hus omnes adſunt, teſtat ... Sunt auct ..., C ... pe
litteras ad Pontificem ..., qui de Sue ...
illum reſpondiſſe, ... ede ... ſe, ...
tur ... ſecur ... pe ... A ...
... tum. *Æmil.*

VNDE FVGERE EX

Ac...

☞ *F... Timidit... declinantis.*

Beniamitarum ... ex tota tribu fuga elapſi, à reliquis Iſraelitis ad reparationem generis vita donati fuere. *Iud. vlt.*

Demosthenes Athenienſis orator, qui clypeo ſuo litteris aureis inſcripſerat ἀγαθῇ τύχῃ, in pugna ad Chæroneam, vbi graui clade à Philippo Macedonum rege Athenienſes ſunt affecti fugit. Id quum illi probro daretur, quod ῥιψάσπις eſſet, eluſit vulgato verſiculo:

Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. id eſt. F

Vir qui fugit, rurſum integrabit prælium.

Indicans, vtilius eſſe patriæ fugere, quam in prælio mori. Mortuus enim non pugnat: at qui fuga quæſiuit ſalutem poteſt porrò virtute infamiam delere, & in multis prælis patriæ vſui eſſe. *Plut. in vita Demoſthenis, & Gell.* 17. *c.* 21.

An. Fvl. Flaccvs: Q. Fuluij Frater, prætor in Apulia, ab Hannibale ſuperatus, xx. millibus de exercitu amiſſis, cum cc. equitibus aufugit. Ex quo Sempronius Blæſus eum accuſauit. *Liuius.*

Rex Macedonum Perſeus, vt Polybius tradit, prælio ſuperatus à L. Paulo Æmilio, in oppidum in Pydnam ſe magna ignauia ſubduxit per cauſam ſacrificij Herculi faciendi, trepida à trepidis non recipienti ſacra, nec vota admittenti nefanda. Inde Pellam profugit. Equitatus eius penè integer euaſit ex pugna. Pedites verò cùm aſſecuti equites eſſent, eoſque tanquam imbelles & proditores inſectantes ex equis deturbarent, ac vulnera iis infligerent: metu Perſeus tumultus equum vis deflexit, & ne noſceretur, detractam chlamydem præ ſe poſuit, renuitque manibus diadema. Noctu Pellam ingreſſus eſt. *Plut. in Æmilio.*

Mithridates à Cn. Pompeio ad Euphratem fuſus, cum octingentis equitibus per Romanos erupit. Mox cæteris dilapſis, ſolus relictus eſt cum tribus: in quibus Hipſicrratia G
fuit pellex. Veniens autem ad arcem Inota, vbi regia pecunia & theſauri erant, veſtes pretioſas conſuentibus ad ipſum ex fuga diſtribuit. Præterea lethale virus cuique amicorum ferendum ſecum dedit, ne quis in manus hoſtiles veniret inuitus. Inde in Armeniam ad Tigranem ſocerum contendit. A quo cùm excluderetur, præteritis Euphratis fontibus, fugam per Chulchidem intendit. *Plut. in Pompeio.*

Cosroes Perſarum rex, ſuperatus ab Heraclio Romanorum Imperatore, ad Cteſiphontem vrbem fugit: vbi à Siroë filio interfectus eſt, quòd alteri filio natu minori regnum tradidiſſet. *Volat. l.* 21. *Anth.*

Prælio nauali.

Xerxes Perſarum rex, poſt rem malè geſtam apud Salaminem, fugiens in Aſiam, Abdera peruenit, & exceptos conuiuio Abderitas, acinace aureo, ac tiara auro intertexta donauit, & vt ipſi oppidani aiunt, poſtquam ex Athenis retrò fugit, illic primùm zonam reſoluit, tanto fuerat terrore H
correptus. *Herod. l.* 8.

Obſidione.

Sennacherib Aſſyriorum rex diuina manu amiſſo exercitu, obſidionem Hieruſolymorum relinquere, & Babylonem inglorius fugere coactus fuit. 4. *Reg. c.* 19.

Turcorum tyrannus Mahometes, repulſos à Belgradi obſidione, caſtris, quæ facilè tueri poterat, ignem ſubiecere, indeque fugere maluit. *Iouius.*

Seditione.

Caivs Gracchvs in ſeditione agraria L. Opimij Coſ. armis preſſus, nullam defenſionem meditans, in ædem Dianæ confugit: ibi cùm manus inferre ſibi conaretur, à fidiſſimis amicis Pomponio & Licinio (Val. Max. habet Lectio) eſt interpellatus. Hi enim præſentes gladium ei abſtulerunt, perpuleruntque eum ad fugam capeſſendam. Ibi dicitur

poſitis

A poſitis genibus tenſiſque ad deam manibus pop. Rom. imprecatus, vt iſta pro ingratitudine [illegible] perpetua ſeruitute premeretur. Fecerunt enim [illegible]palam pleriqne pronuntiata per præconem impunit[illegible] tranſitionem. Igitur in Caianum fugam capeſſentem, inferentibus ſe hoſtibus & al ſecutis eum ad Pontem [illegible]blicium duo illi amici hortat ſunt eum, vt iter ant[illegible] caperet. Ipſi [illegible] nuerunt inſtantes, dimicanteſque pr[illegible] ponte nemini, quoad occubuerunt, vi[illegible] dedêre. Comitem fugæ C[illegible] vnum h[illegible]bu[illegible] ſuum Philocratem nomine. Adhortabantur quiden eum vt in[illegible] tamen omnes, ſed ſ[illegible] buenicbat nemo, n[illegible] que ſubminiſtr[illegible] re pe[illegible]ri quiſquam animum [illegible] equum: q[illegible] pe[illegible] bant tergo illi, qui eum perſequebantur. Cu[illegible] go præ[illegible] ccupaſſes in lucum Furinæ fugere, illic a Phi[illegible] te impetrauit vt ſe interficeret. *Plut. in Caio.*

Sacra.

Romæ in foro iuxta comitium ſ[illegible]lenne ſac[illegible]ficium a Rege ſacrificolo fiebat: quo peracto, Rex [illegible] foro fugiens raptim ſe ſubducebat. *Plut. in quæſt. Roman.*

NON FVGERE

Victus M. Brutus in Philippis, quum ab vi[illegible] amicorum
B moneretur, fugiendum eſſe prius, quam hoſtis adeſſe[illegible], tum ille, Fugiendum quidem, ſed manibus, non pedibus adeoque manus ſibiipſi intulit. *Plut.*

Apud Perſas ferreus ſtabat tripus ante regiam perpetuo. Si cui verò Perſarum factus eſſet iratior rex, in templum defugere haud licet, non item aliò ſed apud tripodem regis cogitur expectare ſententiam, nemine protſum cuſtodiente. Mittitur verò ſæpe poſt dies aliquot ab rege, qui hominem iugulet. *Ex Procopij lib.1. de bello Perſico, Cælius lib.18. cap.17.*

OCCVLTARE SESE, CAVSA
Inſidiarum.

Troianos murum oppugnantes Græcos magno animo repellentibus, Teucer ſub Aiacis Telamonij ſcuto ſeſe occultaos Iliados Ι. στῆ δ' ἄρ' ὑπ' Αἴαντος σάκει Τελαμωνιάδαο, & collineans aliquem inimicorum ſublato ſcuto ſagitta petebat, mox rurſum: παῖς ὡς ὑπὸ μητέρα δύσκεν εἰς Αἴανθ' ὁ δὲ μιν σάκει κρύπτασκε φαεινῷ.

Metus.

C C. Marivs, qui ſepties conſul fuiſſe dicitur, cum Sulpicia, rogatione prouinciam ei Sylla eripuiſſet, armis ab eo victus Minturnenſium paludibus latuit: vbi inuentus; in carcerem coniectus eſt. *Plin. c.61. de Viris illuſt. & Plut.*

Diomedes Auguſti diſpenſator, ſimul ambulans, incurrenti repente fero apro, Auguſtum per metum obiecit. Auguſtus rem non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in iocum vertit. *Suetonius.*

Clavdivs Cæsar interfecto Caio, cùm omnia ſeditionibus & cædibus plena eſſe videret, in angulo quodam latebat, nullam periculi cauſam habens præter claritatem natalium. A militibus ergo agnitus rapitur ad imperium. Deprecabatur ille veniam, & ſibi illudi putabat. Cumque præ metu ſimul & gaudio pedibus inſiſtere non valeret, ſublatum in humeros milites in caſtra pertuleruot. *Ioſephus l.19. c.2. Antiq.*

☞ *Vide locus de Morte, Hoſtibus, Proditione, Stratagematibus: vnde nonnulla Fugæ exempla erui poterunt.*

*APOPHTHEGMATA ETHNICORVM.

Diogenes ſeruum ſuum Mathem à domo profugum cùm
D hortaretur vt rediret, abiuit ille, dicens: Turpe eſt Mathe ſine Diogene viuere poſſe, Diogenem ſine Mathe non poſſe. *Laert. & Stob.* Idem videns ſeruum fugitiuum ad puteum ſedentem, Caue, inquit, ô adoleſcens, ne incidas, ad fugam alludens. *Laert. & Stob.*

Aristides. Themiſtocli ſæpe numero dixiſſe fertur, non eſſe ſoluendum pontem, ſed alium potius faciendum quo abiret Xerxes arrociſſimus. *Plut.*

Agesilavs videns claudum quondam militem, quærentem equum quo veheretur debilis, dixiſſe fertur: An non intelligis in bello opus eſſe, non qui fugam adornet, ſed qui fortiter pugnantes loco maneant: Significare voluit vir clariſſimus, eos demum bello eſſe vtiles milites, quibus non decretum eſt ex periculo fugere, ſed aut vincere in prælio: aut oppetere mortem. *Plut. in Lacon.*

Callicratidas, quum nauali pugna eſſet conflicturus, atque Hermon naucleros diceret, bonum eſſe ab eo loco [illegible]luc[illegible]e, eò quod Athenienſium triremes numero longe plures eſſent. Quid inquit, tum poſtea? fugere non tantum ignominioſum, ſed damnoſum etiam Spartanis eſt: [illegible] fortiter pugn[illegible]e & vincere honeſtiſſimum. *Plut. in Lacon. apoph.* E

L[illegible] Quædam cum filio, [illegible] prælio fugam adornaſ[illegible]ſet domum venienti [illegible] obiurgauit dic[illegible]: Quò itis ignaua & fug[illegible] & oſtenſo ve[illegible]um huc, inquit, denuo ſ[illegible] vnd[illegible] emerſiſti? *Plut. i[illegible] apoph. Lacænarum.*

Alcibiades quum accepiſſet ſe vna [illegible] populo Athenienſi [illegible]te damnatum, vitaſſet [illegible] carcerem, (nam ſtatim vt ac[illegible] eſt, [illegible] patria aufugit. At ego, inquit, oſtendam [illegible] Alcibiadem [illegible]. *Bruſ. l[illegible] c.14*

Pyrrhvs quibuſ[illegible]am dicentibus hoſtes ita circumuenien do eſſe [illegible] ne fuga vitam eripere poſſent, reſpondit. Hoſtibus [illegible] quaquam [illegible] tercludendam ſed. aperiendam potius [illegible] quo citius magna cum ignominia fugiant; *Plut. ref.*

Sci[illegible]o Africanus dicere ſolebat, hoſti non ſolum dandam [illegible]iam fugiendi, ſed etiam muniendam. Fuga enim hoſtium paratur ſalus militum fortiter pugnantium. *Plut. in apoph.* F

Fabricivs cùm demiſſo capite à iudicio recederet, vrbanè Cicero in oratione pro Cluentio ad illius fugam alludens: Reſpice, inquit, hominom fortunam, reſpice C. Fabricij ſenectutem. *Bruſ. l.2. c.45.*

Poſt Mutinenſem fugam, percontantibus quid ageret Antonius? Quidam è familiaribus eius reſpondiſſe fertur, id quod canis in Nilo, bibit & fugit. Conſtat enim in Ægypto canes in Nilo currentes bibere: nimirum metu crocodilorum eo in flumine regnantium, *Macrob. l.2. c.2. Saturn.*

Cornificivs poëta, videns milites in bello, quod inter Auguſtum & Antonium gerebatur, frequenter fugere, appellauit eos lepores galeatos. *Eraſ. l.8. apoph.*

Cicero, cum à Cæſaris partibus diſceſſiſſet, Pompeiique ignauiam contemneret, vrbanè. Quem fugiam, inquit, noui; ad quem autem fugiam; haudquaquam. *Plut. in apoph.*

Quidam à Cæſare ad Pompeium transfugiens, dicebat ſe feſtinandi ſtudio equum reliquiſſe. Cicero dixit, illum melius de equo quam de ſe ſtatuiſſe. Sentiens, longe rectius G facturum fuiſſe, ſi & ipſe manſiſſet apud Cæſarem. *Plut. in Apoph.*

Pomponio militi oſtentanti ore exceptum in ſeditione Sulpitiana vulnus; quod ſe paſſum pro Cæſare pugnantem gloriabatur: Ne vnquam fugiens reſpexeris, inquit, Cæſar. *Eraſm. lib.4. apoph.*

Idem in prælio quodam, Martiæ legionis aquiliferum iam ad fugam conuerſum, faucibus apprehenſum in contrariam retraxit partem? dextráque ad hoſtem porrecta: Quorſum, inquit, tu abis? Illic ſunt, cum quibus dimicamus. At manibus quidem vnum militem correxit, voce autem tam acri legionum trepidationem diſcuſſit, vincique paratas vincere docuit. *Eraſm. l.4. apoph.*

Avgvstvs Cæsar militem ſaxo in expeditione percuſſum, ac notabili cicatrice in fronte deformem, nimium tamen ſua geſta iactantem, ſic leuiter taxauit: At tu cùm fugies poſthac, nonquam poſt reſpexeris. *Macrob. l.2. c.4. Satur.*

Theodorvs philoſ. interrogatus, cur Athenis profugus veniſſet ad Lyſimachum regem? Non profugi, inquit, ſed idem mihi accidit quod Herculi: nam, vt ille ob peculiares quaſdam virtutes ab Argonautis fuit expoſitus? ſic ego H propter magnanimitatem, quam Athenienſium rectores non valebant aſſequi, ſum vrbe excluſus. *Philo Iudæus in l. Quod omnis pro lib.*

Xenætvs, ciuibus exprobrantibus ſibi quod Imp. exercitus fugiſſet in bello: At vobiſcum, inquit, ô cara capita, probrum cum exprobrantibus communicans: neque enim dux perſiſtere poteſt abſque militibus. Et turpiter obijcit alteri vitium, à quo ipſe non eſt immunis. *Plut. in Politicis.*

Alcibiadas, cùm ad cauſam pro capite dicendam è Sicilia vocaretur ab Athenienſ. obtemperare noluit. Stultum eſt, inquiens, iudicium quærere, non fuga ſibi conſulere, cum fugere poſſis. Et cum quidam diceret, An non credis teipſum patriæ? reſpondit, imò ne matri quidem crederem. Timerem enim, ne forte per imprudentiam aut errorem veritatis nigrum calculum pro candido ſubmitteret. *Æl. [illegible] 3. de varia hiſt. Plut. in Alcib.* Huic haud abſimile eſt Germanorum

A tritum prouerbium : *Buſſ der meite iſt gut ſchadigen.* Cum liceat fugere, ne quæras [illegible].

Antigonvs aliquando cedens hoſtibus imminentibus, aiebat ſe non fugere, ſed opportunitatem a tergo ſitam perſequi. Sentiens, non eſſe turpe fugere quoties magis expedit hoſti dari locum, quam conſerere manus. Dicti gratia in hoc eſt, quod cùm fugere & perſequi ſint contraria, ille fugiens interpretabatur, ſe perſequi magis quam fugere. Perſequimur enim hoſtem, & perſequimur id quod ſtudioſe expetimus. *Plut. in Apoph. Stob. ſerm. 21.*

CHRISTIANORVM.

Saluti per fugam opportune aliquando conſulendum, confirmauit prudentiſſimus Athanaſius qui ab Alexandriæ Præfecto crebris inſidiis petitus, neceſſarios ſuos de eiuſmodi procellis alloquens, Secedamus, aiebat, ad tempus. Nubecula eſt, quæ citò euaneſcet. *Ex Socrat. l. 3. hiſt. [illegible] cap. 12. & Theod. l. 3. cap. 8. Beyerl. in Apoph. Chriſtian.*

Idem probro illi dantibus hæretici quòd fugeret, dicebat : Si fugere mihi turpe, vobis, innocentem me perſequi

B turpius. *Ex Socrat. l. 3. hiſt. Eccl. cap. 6. Idem.*

Alfonsvs Arag. rex de fuga fugiendique ratione differentibus nonnullis. Præclare mihi dixiſſe videntur inquiebat, qui fugienti hoſti argenteum pontem extruendum arbitrati ſunt. Exiſtimabat enim optimus Princeps, optabilius multò hoſtem in fugam vertere, quam ancipitem belli fortunam cedendo experiri. *Ex Panorm. l. 4. de geſt. Alph. Beyerl. ſuprà.*

* Fugalia.

Festa erant in honorem Deæ fugiæ, quorum meminit *S. Auguſt. l. 2. de Ciu. Dei, cap. 6.* Dicit autem fuiſſe verè Fugalia, ſed pudoris & honeſtatis. Deam autem Fugiam dicit Perottus fuiſſe Deam victoriæ, propter fugatos hoſtes.

Fulmen.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

C Fvlmen *κεραυνὸς* à fulgendo dictum; eſt ignis exhalatione accenſus, non verò lapis ignitus ſiue igni delatus, vt vulgus exiſtimat, quamvis negandum non ſit, poſſe exhalationes intra nubem concreſcere in lapidem, qui vna cum fulmine, tanquam bombardæ globus trudatur.

DIVISIO.

Fulminum differentias tradit Seneca tres. Vt aliud ſit quod terebrat : eſtque ſubtile & flammeum : aliud quod diſſipat, eſtque conglobatum, & ſpiritus coacti admixtionem habet, itaque ictu rumpit, & non perforet. Aliud vrit, eſtque flammeum & ſubtile. *Plin. l. 2. cap. 43. & 50.* vocat quædam fulmina, Bruta fulmina, & vana. Alia fatidica, quæque ex ſideribus ortum habeant. Item dicit alia eſſe minus humida : alia ſicca, eaque non adurunt, ſed diſſipant : alia denique clara.

* TEMPVS. EFFECTVS VARII.

Fulmina tam vere, quam Autumno crebriora ſunt, ideoque vt obſeruauit Plinius, frequentia ſunt in locis quæ ſemper quodammodo vernant, vel autumnant. Ita ille *l. 2. cap. 50.*

D Effecta fulminum varia ſunt. Primum quidem comminuunt fulmina oſſa in corporibus animalium, nullo etiam veſtigio aduſtionis ſe foras prodente, ita & enſem frangit, vagina integrâ manente. Refert Albertus *tr. de tonitru. cap. 52.* dolium fulmine correptum frangi & comburi, atque ipſum vinum velut concretum ſtare : ſic vt rigor ille triduum duret. Lucretius tradit quandoque contrarium eueniſſe, fulmen ſcilicet vinum totum abſumpſiſſe dolo intacto. Ferunt autem vinum ita concretum vſui deinceps nulli deſeruire, ſed exanimare bibentem, vel amentiam inducere. Scribunt nonnulli, venenata ſubindè viris deponere poſt plagam à fulmine inflictam : Imo pleraque non venenata, venenum accipere.

FVLMINIS DIVINATIO.

☞ *Quære locum de Diuinatione.*

FVLMINE NECATI.

☞ *Vide infrà.*

Ivliani Apoſtatæ ſtatua, quam in locum alterius ſtatuæ in Chriſti honorem erectæ, à vidua illa Hæmorroiſſa, quam ille ſanauerat, collocarat, fulmine deiecta fuit, cuius rei hiſtoriam prolixè [illegible] in [illegible] *Callat. Ima[illegible] cultoribus.*

Memorabile exemplum de Iudæo [illegible] fulmine percuſſo, habe[illegible] *de Ima[illegible] Violat[illegible] B. Virg. [illegible]*

* FVLMINA NON [illegible] TIV[illegible]

[illegible]

den geſta. Verum de Lau[illegible] *mercatus ad cap. [illegible] Meteor.* De Hyacintho fabuloſum quoque cenſet *S[illegible] ge, ser[illegible] In [illegible]ardanum.*

FVLMINE QVI INTERIERINT.

C[illegible] Iuno pellicum numerum in [illegible] ceret, [illegible] perſuaſit ipſi Semele, vt Iouem per Stygiam paludem iurare compelleret, daturum ſibi munus quod vellet. Atqui pulcherrimum ſpectaculum fore [illegible] Iupiter cum maieſtate ad eam acceſſit, eamque tum demum [illegible] à Ioue compreſſam [illegible] poſſe gloriari. Cum igitur iuraſſet Iupiter illa petiit, vt talis ſe adiret, qualis ad Iunonem accedere ſoleb[illegible] [illegible]ctum factum. Venit ille, ſed illa cùm eſſet E mortalis, vi fulminis continuò in cinerem eſt conuerſa. *Ouid. l. 3. Metam. & Diodor. l. 3. cap. 5.* Alij dicunt, Iouem iratum, quod iurare per Stygiam paludem rogaretur, in illum fulmen contorſiſſe. Alij Semelem, cùm diceretur cum Ioue congreſſa, ſerio negaſſe aiunt. Id indignè ferens, in eam fulmen iaculatus eſt, vt ait *Euripides in Bacchis. Natalis Comes Mythol. l. 5. cap. 13.*

Æscvlapivs Apollinis ex Coronide filius, fulmine percoſſus eſt, quod Tyndaridem ad vitam reuocaſſet, vt ait *Plinius l. 29. cap. 1.* ſiue Hippolytum, vt *Virgilius 7. Æneidos :*

Ipſe repertorem medicinæ talis & artis
Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad vmbras.

Macedo mulier (à cuius nomine Macedonia dicta eſt) igne cœleſti vnà cum marito abſumpta eſt *Ouid. in Ibin.*

Vt Macedon illa eſt rapidis cum coniuge flammis,
Sic precor ætherei vindicis igne cadas

Salmonevs rex Elidis, quum Iouis fulmen in æreo ponte mentiretur, vt crederetur Deus, ab ipſo Ioue fulminatus eſt. G *Virgil. 1. Æneid.*

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & ſonitus imitatur Olympi.

Capanevs, Hipponi filius, Argiuus, maritus Euadnes, bello Thebano fulmine, ad portam Thebarum Electridem, ictus, cum vel inuito Ioue ſeſe in vrbem irrupturum clamaſſet. Alij eum, quum ſcalis admotis muro vellet conſcendere ictu lapidum oppreſſum volunt. *Euripid. in Phœn. Pauſ. in Bœot. Stat. Theb. 10.*

Phaeton Solis & Clymenes filius, dum currum patris temerè regendum ſuſcepiſſet equis inſolitum aurigam non audientibus, fecit vt totus conflagraret mundus : ac propterea fulmine percuſſus, in Padum cecidit, qui ab eo Phaëtonites dicitur. *Ouid. l. 2. Metam.*

De Gigantibus Terræ filiis, fulminatis, pleni ſunt poëtarum libri, quòd Iouem ipſum cœlo detrudere voluiſſent. Sic Enceladus, Briareus, Typhœus.

Menivs Lycaonis filius, quum patre in lupum verſo, & domo conflagrante Iouem deteſtaretur, ab eodem fulmine H percuſſus eſt. *Ouid. in Ibin.*

Agimanthvs rex Phlyaſiorum, cùm Iouem ſuis indignum ſacrificiis iudicaret, ab eo fulmine percuſſus. *Ouid. in Ibin.*

Porphyrio Siſyphi F. paternæ impietatis æmulus, cæleſti ſucatus eſt igne. *Ouid. in Ibin.*

Aiax Oilei F. ab expeditione Troiana rediens, à Pallade fulminatus eſt, quòd in eius templo Caſſandram virginem ſtupraſſet. *Virg. l. 1. Æneid.*

Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Diſiecitque rates, euertitque æquora ventis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto.

Prester filius Hippomenis, quum deos deteſtaretur, fulminatus eſt. *Sabell. cas.*

Atrax Hippomenis filius, quum Diſithoëm filiam violatam à Ioue prodidiſſet, Deo vleiſcente ictus eſt fulmine. *Ouid. in Ibin.*

Zoroastres rex Bactrianorum, Oromaſi filius, & artis magicæ repertor, igne cœleſti abſumptus creditur. *Volaterranus.*

Orphevs

A ORPHEVS propter m[illegible]iorum arcana rudibus profanat fulmine ictus à quibuſdam dicitur *Pauſa[illegible] in Boeot.*

ARISTIPPI Puer domus incendium effugiens, fulminis ictu eodem die conflagrauit. De quo ſic *Apollonides in primo Græcorum Epigrammatum*

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

SYLVIVS ROMVL[illegible]s, ſiue REMVLV[illegible], ſiue Alladiu[illegible] Tyberini regis F. Albanorum rex, cum d[illegible] imm[illegible]as exer[illegible]iſſe dicitur, quippe qui in deorum contempt[illegible] fulgura & tonitrua imitaretur, colique [illegible]t Deus poſt[illegible] Sed veri[illegible] fulminibus, imbrique cœleſti, a[illegible] proxim[illegible] lacu[illegible] in[illegible]ndatione, qui fuit penes illius regiam, cum tota domo periit. *Sabell.* [illegible].1. *Eneid.2. Ouid.l.14. Metam.*

Tarentini vnam Iapy[illegible]um ciuitatem Carbin in exciderunt, ea qua pueros, virgines, mulieresque vigentes congre-
B gantes, io ſacra Carbinatarum ſepta ponente, nuda omnibus corpora per diem conſpicienda præbuère: quicunque volebat, velut in infelicem gregem ioſiliens, pro deſiderio potiebatur omnium forma. Ita verò eam rem grauiter numen tulit, vt omnes Tarentinos, qui erant in Carbina, illegitimaque perpetrarant, fulmine percoſſerit. *Athenæus l.12. cap.17.*

TVLLVS HOSTILIVS Rom. rex cùm Numæ Pompilij imitatione Iouem Elicium cœlo deuocare voluiſſet, ſacris non ritè adminiſtratis fulmine ictus eſt. *Plut. in Numa, & Valer.l.9. cap.11. & Plin.l.28. cap.2. ex l. Piſone.*

Anno V.C.649. Puella Romæ nata, in Apuliam proficiſcens obiter de cœlo icta eſt, veſtibus & calceamentis ſine ſciſſura vlla ademptis, monilibus collo & annulis diſcuſſis, nudum corpus veſtigio vllo cœleſtis iniuriæ exanime iacuit. *Sabell.l.2. Enn.6. ex Eutropio.*

MARTIA Romanorum princeps, teſte Plinio, quum grauida eſſet icta eſſet, exanimatoque partu, citra omne aliud in-
C commodum vixiſſe fertur. *Idem.*

POMPEIVS STRABO proconſul, Mario Cinnæque ſe oppoſiturus, iuxta vrbis Romæ portam armatus, atque equo inſidens, fulgure afflatus eſt. *Fulg.l.9. cap.12.*

In Catilinæ prodigiis. Pompeiano ex municipio M. Herennius decurio ſereno die fulmine ictus eſt. *Plin.l.2. cap.51.*

OLYMPIVS quidam Arianus epiſcopus in Africa, dum in balneis ſanctam Trinitatem blaſphemaret, ignito triplici iaculo cœlitùs veniente, videntibus multis combuſtus eſt. *Sigebertus in Chronicis.*

Dignum memoratu, quod in Tagis Thuſci libris eſt obſeruatum: Tangendos mox fulmine adeò hebetari, vti nec tonitru, nec profundos fragores aliquos queant perſentiſcere. Quod in Germanicis bellis Seuero bellaciſſimo aliàs equitum magiſtro, vſuueniſſe, Iuliano imperante legimus: qui acer prius, & induſtria inſignis, fato vrgente commacruit. *Cœlius lib.3. cap.29. A.L.*

Sub Alexandro Imp. in templo Iouis Romæ, manus idoli ipſius ſiniſtra aurea liquefacta eſt. Qua de re ſacerdotes idolorum Alexandro ſuadente, deos iratos placare aggreſſi ſunt.
D Ad quod ſereno cœlo manè, quatuor Sacerdotes fulmine icti ſunt cum ara ipſa Iouis: dies verò ita obſcuratus eſt, vt extra vrbem populus fugeret. *Lampridius.*

CARVS Imp. contra Perſas iam ad Tigrim fluuium proceſſerat, habebatque circa Cteſiphuntem caſtra, vlteriuſque proferre Romana meditabatur arma, quum ſubita vi morbi, vel, vt alij aiunt, icto fulminis periit. Satis conſtat, ſub eius exitum horrendè tonuiſſe, terribilique fragore edito quoſdam circa defectum exanimatos. Conſumptumne ſit incendio tabernaculum cœleſti flamma, an humana fraude, parum liquido traditur. Manauit rumor, nefas eſſe Romanis ducibus vltra Cteſiphontem ſigna promouere. Carumque ob id extinctum, quia aduerſus fatalem neceſſitatem id facere conaretur. *Sabell.l.8. Enn.7. ex Vopiſco.*

Cùm Anaſtaſius Imp. ex oraculo ſibi fulmine pereundum eſſe didiciſſet, Tholotum ædificium conſtruxit, in eóque vixit, ſed fruſtra. Nam cùm aliquando tonitrua horrendum in modum creparent, alios atque alios thalamos ſubiens, in quodam regio cubiculo mortuus eſt inuentus. *Zonaras to.3.*

Si[illegible]ebertus, Sabellicus, Henricus de Erphordia, Iornandes libro de Regnorum & temporum ſucceſſione, ipſum ſupra octogeſi- E
mum ætatis annum, regnique viceſimooctauo mœrentem & furentem rebus humanis exceſſiſſe ait. *Theodorus Lector* [illegible]. *C*[illegible]. ſubitanea morte periiſſe. *Diaconus, Nicephorus lib* [illegible] *cap.45.*

Sub Lud[illegible]co II. Imp. cùm tempeſtate C[illegible]oniæ orta, ciues [illegible] D. Petri confugiſſent, eius imploraturi auxilium: [illegible]n ignei draconis forma baſil[illegible]cam [illegible]ſcidit, ac [illegible]es H[illegible]es diuerſis locis conſtitutos vno ictu peremit: a[illegible] ſ[illegible] e[illegible]d[illegible]n impetu proſtrati, non tamen interfectis, anno Domini 8[illegible] S[illegible]bertus, *Auentinus 4. Annalium. A.D.*

Aſi C[illegible]abriam [illegible]greſſi Ioanne X. pontificatum obtinente, cum [illegible]m gi[illegible]rouinciæ partem cepiſſent, oppugnarentque C[illegible]nam, [illegible]orum Regem in oppugnatione ictu fulminis d[illegible]us necato; obſidionem ſoluerunt: quando iam de[illegible] Italicu & de eccleſia actum putabatur: adeò ſocordes & n[illegible]lli[illegible] pre[illegible] principes tum erant. *Platina & Fulg. l*[illegible]*.9. cap.12.*

In Lemno Inſula, vbi inſulæ cornu diuiditur, octo Meſ- F
ſores ſub quercu cœnantes, à fulmine percuſſos, atque exanimatos, tranſiiſſe tradunt, ſub ea ſpecie, qua diſcubuerant: vt vnus comedere videretur, alter ori poculum manu admouere, alter bibere. Cúmque nigri omnes eſſent, imaginem ſtatuarum repræſentabant. *Cardanus de Rerum variet.l.8. cap.43.*

Clericus quidem in Leodienſi templo ad imaginem Chriſti preces faciens, fulmine ictus interiit. *Sigeberti Continuator.*

HATTO Moguntinus Archiepiſcopus, cuius dolo Adelbertus Bambergenſis Marchio capitis olim damnatus fuerat, cùm Conradi Imp. inſtinctu Henrico Saxoniæ duci necem intentaret, fulmine ictus interiit: eiúſque corpus in Ætnæ montis voragines à diabolo præcipitatum, hac voce in aëre reſonante:

Sic peccata lues, ſicque ruendo rues,

Vti teſtantur *Sigebertus, Crantzius in Metropoli l.2. cap.25. & l.3. cap.4. Hermannus Gigas, Schedelius.*

VLADISLAO IAGELLONE rege Polonorum Poſnania Sto- G
lam proficiſcente, ſub veſperum è ſereno ſubitò atris nubibus cœlum obductum eſt: inde inter crebra fulgura & tonitrua fulmen magno fragore decidens, quadrigas carpento, quo rex vehebatur, iunctas, duóſque Stipatores regios, itémque Poſnanienſis & Sendomirienſis Palatinorum, & nouem alios regiorum comitum equos vnà cum regio, cui cubicularius quidam haſtam regis ferens inſidebat, vno ictu interfecit: auriga & ſeſſoribus equorum illæſis, niſi quòd cubicularij veſtis diſcerpta eſt. Rex cùm aliquandiu exanimatus iacuiſſet, tandem reſpirauit, cætera ſoſpes, niſi quòd ſurdaſter paucos dies, & modico manus dextræ dolore affectus fuit. Vulgò creditum eſt, propter inceſtum matrimonium, cùm Eliſabetha Pilecia, à cuius matre de ſacro fonte ſuſceptus fuerat, diuinitùs eo terrore correptum fuiſſe. *Crom. l.18.*

Anno 1407. Stoxholm, inſigne Sueciæ emporium, fulmine tactum, penè totum conflagrauit: perierunt incendio ad mille ſexcentos Ciues. Feminæ plurimæ res ſuas atque liberos in naues comportauerant: in quas dum promiſcuum vulgus irruit, incendia declinans, naues ſubſederunt, merſeruntque omnem illam multitudinem. *Crantz.lib.5. Sueciæ,* H
cap.31.

Hier. Fracaſtorij mater, dum Hieronymum ipſum etiamnum infantem in vlnis geſtat, fulmine tacta periit, infante illæſo, futuræ gloriæ non obſcuro præſagio. *Auctor vitæ.*

Autolemi fulmine percuſſi mortem. *Marullus in Epigrammatis* ſic deſcribit:

Dixerat Autolemo flammas conſultus aruſpex
D'e cauendas poſtero.
Credidit & rerum dubius de mane, ſub amnis
Delituit Ethruſci vadis
Sed neque ſic factum effugit. Nam dum innatat Arno
Ictus crematur fulmine.

Sub initia belli Germanici anno 1546. ad ſeptimum Auguſti diem, Mechliniæ, quod eſt Cæſaris ditionis oppidum Brabantiæ pulcherrimum, puluis tormentarius in turri quadam in mœnibus diſpoſitus, à fulmine correptus & incenſus, ipſam turrim primum à fundamentis euertit, proxima

deinde ædificia, intra & extra vrbem, ad quing[illegible]ntos amplius
A paſſus in circ[illegible]tu inuaſit, ex iis pleraque incendit, plurima euertit, diruit ac diiecit, nonnulla concuſſit ac dirupit, atque ex his lapides ingentes correptos, pleroſque ad ſexcentos paſſus longe abiecit: atque ita correp[illegible]tectis, ac dean[illegible]datis, vit[illegible] feneſtris per omnes vias concuſſis [illegible]que [illegible], totam propemodum vrbem deformauit, ar[illegible]tes [illegible] euertit & ambuſſit. Perierunt in ea calamitat[illegible] Homines [illegible] minùs ducenti, partim incendio abſumpti, p[illegible]tim ruin[illegible] [illegible] ficiorum ac lapidibus & tegulis obrut[illegible] præte[illegible] co[illegible] qui grauiter vulnerati mortem effugerant [illegible] q[illegible]rum in[illegible] numerus. Ex hi[illegible] complur[illegible] biduo ac [illegible] [illegible] q[illegible] triduo pòſt, è cel[illegible]s ſubterraneis, in quas confugerant, plerique mortui, qui vel fame, vel ſp[illegible]itu præcluſo [illegible]xtinct[illegible], pars viui, qui penu ibi condito inuento vitam toleraueran[illegible], reperti atque extracti ſunt: Præterea ingens numer[illegible] mentosum atque pecorum cum ſtabulis deflagrauit: m[illegible] autem, qua parte turris ſteterat ad ducentos ampliùs [illegible] dirutus, ac ſolo fuit æquatus. *Sleidanus lib. 6.* Reperta eſt [illegible] reliqua cadauera mulier grauida, cuius aluo inſecta fœtus viuus eductus eſt baptizatus. *Surius in Commentario.*

B ☞ *Pete nonnulla ex Tit. de Euchariſtia. Vbi ag[illegible]tur de pœnis indignè communicantium, & tractant[illegible]um Euchariſtiam. Item vide paulo antè quædam. Tit. Fulmine necati.*

Fullones.

Qui poliendis purgandíſque veſtibus ſe impendunt, γναφεῖ Græcis.

☞ *Artis Fullonia Inuentores. Quære lo[illegible]um de Inuentione, & Inuentoribus. Item locum de operib. Mechanic s. Tit. Mechanica.*

* Fumus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Eſt id quòd exhalat ex rebus crematis, à colore furuo ita dictus, καπνὸς Græcis.

Fumo Necati. ☞ *Quere Tit. de Morte. Mortis Inſtrum. &c.*

Fumo Communicare conſilia. ☞ *In Tit. de Conſilio.*

C Hoſtem Fumo Eludere. ☞ *Ex Tit. de Hoſte.*

* Funda. Fundabularij.

Definitio, Et Etymologia.

FVnda Inſtrumentum eſt è funibus confectum, quo lapides procul funduntur, id eſt proiiciuntur, *σφενδόνη*. Fundabularius qui funda vtitur, *σφενδονήτης*.

INVENTIO, ET VSVS.

Inuentam fundam vult Seruius in Inſulis Balearibus Hiſpaniæ, motus illo verſu *Virgil. lib. 1. Georg.*

Stupea torquentem Balearis verbera funda.

Vſum illius antiquum & receptum, conſtat ex facto Dauidis, qui hoc inſtrumento ſilicem impegit in frontem magni iſtius Philiſtæi. 1. *Reg.* 17. & meminit Scriptura ſeptingentorum Gabaonitarum, ſic fundis lapides ad certum iacientium, vt capilium quoque poſſent percutere, *Iudicum c.* 20. *verſ.* 16. Vidi ego Louanij Sabaudum, qui ita in iacienda funda peritus erat, vt vix vnquam à deſtinato ſcopo aberraret. Aſſerebat autem id genus Inſtrumenti in Sabaudia etiam agreſtibus familiare.

D

* Funis.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FVnis eſt vinculum contortum differt à ſeſti, quod ea ſit minor. A fundor deducit Perottus, quod materia ex qua torquetur, extendi ac velut fundi videatur. Σχοινίον Græcis in S. litteris variis metaphoris adhibetur, quæ non ſunt huius loci.

FVNIVM MATERIA VARIA.

Funes ex corio primum fuiſſe conſtat, ideóque nonnunquam apud veteres pro habenis vſurpantur. Et noſtri Bellunenſes ait *Ioan. Pier. lib.* 58. *Hierogl. cap.* 13. toto agro validiſſimos funes ex crudo corio in ligulas ſecto, & mox arctè in tricas complicato conficiunt, quos ruſticorum voce funes appellant. Hinc & *Virg.* ait, *Claſſique immittit habenas.* Vbi funes intelligit.

Indi ex certis fibris & radicibus funes intexunt. Alij è pilis camelorum, aut equorum ſetis. Apud Turcas neruorum maximus vſus. Sunt & ſcirpi, & Paluſtres Cannæ, quæ ad funes [illegible]erant [illegible]. [illegible] ex lino, & v[illegible] [illegible] conc[illegible]. Cuius Herbæ apud B[illegible] genus eſt [illegible].

VSVS.

V[illegible]m [illegible] n[illegible]mo non nouit. Olim [illegible] b[illegible] & Æg[illegible] mos f[illegible] [illegible] funi[illegible]us [illegible]. V[illegible] [illegible] lium [illegible]. Et atque [illegible] ex g[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] di[illegible] & [illegible]. Vnde Moyſes in Cantic[illegible] fun[illegible] [illegible] hæreditati[illegible] [illegible], *Deut. cap.* 32. & D[illegible] Sorte diuiſit eis terram in fun[illegible] [illegible] *P[illegible]*. Vnde pro [illegible] hæreditas [illegible]tur. *Pſalm.* [illegible]

Funambuli.

☞ *Qui per funes gradiuntur. Pete ex Tit. de Miraculis Magicis & loco de Mechanicis operis. Tit. opera mechanica in hominem agentes. 9. oble[illegible]ant homines funambuli. Vide etiam Tit. de Hiſtrionibus.*

Funus, Funera. F

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

FVnus eſt Pompa exequiarum, iuxta Donatum in Andria Terentij: dictum, à funalibus, ita *Seruius in X. Æneid.* quos ſcilicet accenſis funalibus, candelis cera vel ſeuo circumlitis mortui de nocte efferrentur. *Iſid. Etymol. lib.* 20. *c.* 10. meminit papyri cera circumdatæ, quam præferebant funeribus. Atque id ex Plinio deſumpſit, *lib.* 16. *cap.* 38. qui refert, olim ex ſcirpis paluſtribus funes contextos, ac funalia, quæ funeribus educendis ſeruiebant. Vtebantur iis homines tenuioris fortunæ.

* GENERA VARIA.

Funerum non vnum genus inuenire eſt apud Priſcos Romanos. Vt puta erant apud illos Funera Publica, eaque pro honorum ac magiſtratus, quem geſſerant defuncti, diuerſitate varia, nempe Prætoria, Conſularia, Cenſoria, Triumphalia, ita *Polybius lib.* 6. vbi inquit præclarus aliquis obiit, inſtituunt funeris apparatum, & circumfuſi qui ſimiles magnitudine, & G ſtatura videntur, veſtes capiunt: ſi Conſul vel Prætor fuit, purpura prætextas: ſi Cenſor, purpureas: ſi Triumphalis, auro intextas. Quamvis Cenſoria à Triumphalibus alij non videantur diſtinguere: erantque celebriora. Spartianus in Ælio Vero, Funus Imperatorium vocat. Regium autem in Opilio Macrino.

Erat quoque Funus indictiuum, quod cum pompa, & Indictione præuia fiebat, & ludis, ac epulis.

Tacitum, quod abſque illis erat. Vnde Seneca. Morti natus es: minus moleſtiarum habet Funus Tacitum. Ita *Ouid. lib.* 1. *Faſt. El.* 3.

Quocunque adſpiceres, luctus, gemituſque ſonabant:
Formaque non Taciti funeris inſtar erat.

Appellabatur alio nomine Funus vulgare, qualia M. Antoninus Philoſophus publico ſumptu fieri procurauit.

Item Funus Commune. Ita Auſon. *Tu in proaui funus commune locatus?* Etiam Plebeium Funus, de quo Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 14.

Adſint:
Plebeij parua funeris exequia. H

Item Funus Tranſlatitium, cuius meminit *Suetonius in Nerone.* Cuius generis etiam fuerunt Funera Simpludiaria, de quibus Feſtus, quibus nulli intererant ludij.

Acerba dicebantur eorum, qui intra Tyrocinij diem, & ante ſumptam virilem togam moriebantur. Quæ enim Immatura vocabantur, niſi quod hæc Infantium duntaxat forent, illa Iuuenum.

Funera Naturalia, ſenum erant.

Imaginaria, quibus præferebantur Imagines defunctorum.

Laruata quoque in vſu erant, nempe quando faciem defuncti ruina vel morbo deturpatum larua velabant. Talis funeris index eſt Epitaphium vetus duarum coniugum, prima nuptiarum nocte oppreſſarum ruina ædium, cuius meminit. *Phil. Camerarius l.* 1. *horar. ſucceſ. cap.* 96.

☞ *Pete pleraque ex loco de Cadauere.*

* RITVS FVNERVM. SIVE FVNERATIONIS, In Genere.

Varios in funeribus ritus adhibuiſſe veteres Romanos, &

& ante illos, Hebræos, tum ex Sacris, cum ex Profanis ſcri-
A ptoribus conſtat. Siquidem ſacræ literæ meminerunt aro-
matum, quibus cadauera condiebantur [illegible] dierum, qui-
bus inſepulta cuſtodiebantur: planctus [illegible] & luctus ma-
ximi, quem in funere oſtendebant. [illegible] quas pluri-
ribus diebus celebrabant [illegible] pompæ funebris [illegible]
tionis cadaueris [illegible] ſepulchri & aliorum huc pertinen-
tium. De quibus videatur [illegible] *Gene.* Ex quo antiquitas ho-
rum rituum [illegible] el[illegible], & in [illegible] ad [illegible]
Item *Deut.* 34. *Io.* [illegible] *Ioan.* 19. *Act.*
& alibi variè funerandi [illegible] definiuntur.
Inter profanos [illegible] qui hoc argumentum tractarunt
cæteros præcellere videtur [illegible] K[illegible] Lube-
cenſis, qui poſt omnes alios, libro IV [illegible] de Funeribus
Romanorum in quibus multa [illegible] &
erudita. Nos hic totius operis compendium [illegible]
ab authore concinnatum damus, quod [illegible] Lector [illegible] vt
eſt in Prouerbio, lector cognoſcat.

*RITVS ANTE FVNERATIONEM.

Ante funerationem adhibiti varij Ritus. Quippe [illegible]-
tibus & velut in agonia conſtitutis, dabant oſcula.

{ Annulos digitis detrahebant.
{ Oculos claudebant. Hinc *Ouid.l.*1.*Triſtium.*

B *Nec cum clamore ſupremo*
Labentes oculos condet amica manus.

Mortuus vero hæc ſtatim à morte impendebant

Eos lauabant, & vngebant, & hoc fine adhibebantur
Pollinctores, & Libitinarij.

{ Eos veſtiebant. Coronabant,
{ Cadauer collocabant in veſtibulo ad limen ædium.

Hinc *Virgilius lib.*9. *Æneid.*

—— recipitque ad lumina greſſum
Corpus vbi exanimi poſitum Pallantis Aceſtes
Seruabat ſenior.
Conclamabant, cuius ſupra meminit *Ouidius.*
Domum funeſtis indiciis præ foribus ornabant,
qualia erant, Pinus & Copreſſus appoſita. Hinc
Lucanus.
Et non plebeios luctus teſtata Cupreſſus.
Huc ſpectabant capilli defuncti, præ foribus ap-
penſi, & à capite receſi.
Cadauer deinde efferebant, & tumulabant.

*RITVS IN FVNERATIONE.

C Efferebant vt diximus cadauer, idque ſeptimo à morte die,
ac potiſſimum de nocte, quamvis mox interdiu etiam elata,
præter acerba & vulgaria, quibus nox ſeruata. Etiam faces &
cerei funus boneſtabant, & comitabantur.

Præcedebant Cantores, Tubicines, Præficæ, Ludij &
Mimi.

Proſequebantur tam viri quam fœminæ luctum teſtantes.
Efferebatur autem per Forum, vbi orationes habitæ in
laudem.

Die octauo, id eſt, altero ab elatione, cremabatur cor-
pus, exſtructo ad id rogo. Circa quem multos ritus adhi-
bebant.

Combuſto corpore legebant oſſa & cineres. Sic iterum
Ouidius ſuprà 3. *Triſt.*

Oſſa tamen facito parua referantur in vrna.

Eaque collecta in monumentum referebant, ſiue ſepul-
crum, quod vel viuus ſibi, vel alij illi extruxerant, atque
D illud ornabant ſimulacris, & inſcriptionibus variis honora-
riis: erectis quoque in eum finem Cenotaphiis.

POST FVNERATIONEM.

Cadauere in ſepulcrum illato, nondum finis erat parenta-
tionis: ſed certi dies inſtituti, quibus iuſta perſoluebantur,
& appellabantur Feralia, Nouendialia, Denicalia. De qui-
bus conſulatur *Kirchmannus lib.*4.*cap.*1.

Parentabant autem Epulis, inferiis, Ludis.

Inferiæ erant ſacrificia, quæ Diis Manibus inferebant, &
conſtabant Liquoribus potiſſimum, ac victimis. Liquores
erant Aqua, Lac, Vinum, Sanguis, & Vnguentum.

Ad extremum, coronabant, & ſpargebant floribus ſepulchrum,
Inter quos erant præcipui, Roſa: apud Græcos, amaranthus, myrtus,
Apium.

Epulæ erant duplices, priuatæ & publicæ. Illæ Silicernia
appellabantur. Publicæ erant, quæ in funeribus inſigniori-
bus adhibebantur, ac populo inſtruebantur.

Laudes [illegible] defuncti [illegible] celebrabantur.

Ludi Funebres non vnius [illegible] generis. Plerunque ta- E
men [illegible] adhibiti gladiatores [illegible] ex Liuio erudite docuit
[illegible], Iuſtus Lipſius [illegible] dummodo funera eſſent
[illegible] Principum. In vulgaribus enim non adhibe-
bantur [illegible] per teſtamenti diſpoſitionem [illegible] ſimiles ludos eu-
[illegible]

[illegible] Luctus, non tamen perinde apud omnes, conſtat enim
[illegible] ſic.

Apud [illegible] luctus tempus menſe finiebatur *Deut.*21. La-
cedæmoniis [illegible] præſcribit Lycurgus

Romanis [illegible] Numæ, pueros & minores triennio,
non [illegible] mens[illegible], luctum maximum defi-
ni[illegible] *[illegible] ſtam ti* [illegible] Parentes & filij maio-
res [illegible] anno lugeri poſſunt, minores menſe,
[illegible] & cognati, octo.

[illegible] funere Principum, indicebatur
Iuſtitium. Conſules ſede vulgari in Curia ſedebant: Faſces
[illegible] ferebantur. Fugiebant conuiuia: Forum non in-
ſtabant.

In Priuato, domi ſe continebant, fugiebant lætos congreſ-
ſus, & feſtiuitates. Nonnunquam tamen ob cauſas, luctus
tempus abbreuiatum. Publici quidem, propter vota, ludos,
ſacra Cereria: Priuati vero, cum liberi nati eſſent, aut quis F
e familia ab hoſte captus domum rediret, aut honos aliquis
domui acceſſiſſet.

Ad extremum, conſecrabantur defuncti, dummodo alicuius ho-
minis fuiſſent: iiſque honores heroici delati, puta referebantur in
numerum Diorum, & publica religione colebantur, Diuique nomen
conſequebantur. Mox dicata Ara, templa, Imagines: Iuramenta
quoque in eorum nomine ſancita, & cantica decreta.

*TVRCARVM RITVS CIRCA FVNERA.

Turcæ morientibus adſiſtunt, & Pſalmos recitant, mo-
nentque de peccatis ſuis doleant, mortuum in pauimento
collocant, ſuper tapetis facie ad meridiem verſa, in dex-
trum latus, tum ſacerdotes eborda, quam globuli ex ligno
Aloës cingunt, cadauer vinciunt, & ad circumſtantes facie
verſa dicunt, *Subahanalla*, id eſt, Deus miſereatur eius. Dein
ſo hortum cadauer deferunt, aqua calida abluunt & ſe[illegible],
verenda integunt tela è xylino texta. Ablutum ead. uer
duabus linteis funeralibus exſiccant, veſtibusque induunt pre-
tioſiſſimis, quas habuit & capiti pileum è floribus ada-
ptant. Atque ita exornatum cadauer, ante templi fores de-
ferunt, donec ſacerdotes preces compleuerint, tum in cœ- G
meterium viris comitantibus deducunt, & ſepulchro quod
quiſque ſibi extruxit, inferunt, & recondito cadauere, in-
iectaque in eius faciem terra, clauſoque aſſeribus ſepul-
chro, domum reuertuntur; & ſacerdotes hilari ſympoſio
excipiuntur. *Ex narratione de rebus Tur. Philip. Lonicera, tom.*5.
*cap.*19.

*RITVS APVD INDOS ORIENTALES.

Defuncto aliquo apud Indos Orientales, conſanguinei &
familiares magno numero coëunt, vt defunctum plangant,
eum ſubinde compellantes, cor ſit mortuus. Deinde depoſi-
tum in ſtragulo è corticibus arborum contexto, panno goſ-
ſypino inuoluunt, capiti ſellam ligneam ſupponentes, & fa-
ciem captiuâ pelle tegentes. Corpus totum croceibus con-
ſpergunt.

Ita inuolutum ſub dio reponunt, aſſidente familiarium
quopiam, qui lacrymis eum proſequuntur, & faſciculo ſtra-
mineo faciem eius pellunt.

Tum vicinæ mulieres cantare, æneaſque peluea pulſare in- H
cipiunt, donec adueniant qui cadauer efferunt, ac interea in-
ſtruitur conuiuium funebre, vt ſepulto defuncto, frontem
exporrigant.

Cadauer tabulæ illigatum, cantando & ſaltando efferunt
viri, & ſolæ mulieres capot ſtramineo ſerto exornatæ, proſe-
quuntur, baculis ionixæ, præter maritum defunctæ.

Ad locum ſepulturæ vbi deuenetiot, Libitinarij humum
refodiunt, cadauer imponunt, multiſque paleis operiunt, mu-
liebus interim eſculatim euntentibus, & defunctum plotan-
tibus, ac vale extremum dicentibus.

Tum terram congerunt, & muri inſtar eleuant, eique om-
nem defuncti ſupellectilem & veſtimenta imponunt, ne fortè
in altero mundo eadem requirat. Amici quoque munera de-
ferunt, quæ terræ mandant, in pignus amoris.

Peracto funere, omnes ad mare aut flumen ſe recipiunt, &
abluunt,

abluunt,& ad ædes defuncti redeunt, omnium querimonia-
A rum obliti.

In funeribus Regum, aut Principum eadem obſeruantur, niſi quod iis adiungantur famuli vtriuſque ſexus qui in altero mundo ei miniſtrent, atque in hunc finem [illegible]antur, & ſimul efferuntur. Quin & vxores quæ Re[illegible] charæ fuerant,non verentur vltrò mortem oppetere [illegible] eo tumulati, vt pariter oblectentur, & obambulent. [illegible] vero eorum qui ita trucidati ſunt, haſtæ [illegible] monomento circumponuntur; ac ſepul[illegible]bus & potu apponitur, vt habeant quo edant, & bibant. Hæc [illegible] tim *ex deſcriptione Indiæ Orientalis, per [illegible] Danſiſcanum.*

Vide infrà §. pompa funeralis, nonnulla in particulari.

* RITVS CHRISTIANORVM.

Ferè vbique gentium iidem niſi quod circa quædam [illegible]terna alij ab aliis varient. Videatur de Ritu quem Carl[illegible] obſeruant, Rituale Rom. & particularia Paſtoralia variarum diœceſœon.

FVNERA MAGNIFICA, SPLENDIDA, HONORIFICA, TVM SACRA, TVM PROFANA.

B Mortuo Iacob, filius eius Ioſeph cadauer illius intulit in ſepulchrum quod foderat ſibi in terra Canaam. Eumque comitati fuerunt omnes ſenes domus Pharaonis, omneſque maiores natu Ægyptij: currus quoque & equites per ſeptem dies celebrarunt exequias. *Gen. cap. 50.*

Iudæ Machabæi à Bacchide Demetrij duce interfecti cadauer, Simon & Ionathas fratres induciis factis delatum in Modim vicum, magnifico funere intulerunt monumento, & publico luctu per aliquam multos dies honorauerunt eius memoriam. *Ioſephus l. 12. cap. 19. ex 1. Machab. 9.*

Apud Græcos & Romanos ſæpe Imperatoris aut Ducis, qui occubuiſſet in acie, funus, milites quantum poterant militaribus ſtudiis celebrarunt. Ea pompa fuit, vt armatæ inſtructæque legiones in turmas & centurias cum veſillis militaribus inuerſis, aut abiectis militiæ inſignibus, defunctum comitentur, phaleráſque equis detrahant, enſium mucrones & lancearum cuſpides humi deiectos ferant, & rogum lu-
C ſtrent, *Alex. l. 3. cap. 7.*

Apud Lacedæmonios qui ſtrenuam in militia operam nauaſſent, ac pro patria fortiter occubuiſſent, oliua & aliis ramis redimiti, laudibus vehebantur: ac demum amicti purpura precioſiſſima, glorioſè ac honorificè ſepulcris mandabantur. *Ælian. l. 6. de varia hiſt.*

CHILONIS Lacedæmonij funus, cum victore filio Olympiæ expiraſſet, gaudio tota Græcia perſecuta eſt. *Plin. l. 7. cap. 32.*

AGESILAO Archidami F. regi ſuo, rerum geſtarum gloria clariſſimo, in expeditione in Ægyptum mortuo, maiore multò quam aliorum regum ſepulturæ & funeris honore decorarunt. *Pauſanias in Laconicis.*

Cùm Pelopida Thebanus contra Alexandrum Pheræum fortiter pugnans in acie cæſus occubuiſſet, fama eſt Theſſalos, qui hic prælio interfuerunt, non ante loricam poſuiſſe, non equo frenum detraxiſſe, non vulnus obligaſſe, vbi eum cecidiſſe acceperunt: ſed armatos & calentes ad mortuum accurriſſe velut ſpirantem, atque hoſtium ſpolia vndique circa corpus cumulaſſe, totondiſſe equos, totondiſſe ſeipſos: multos, cum in tentoria ſe recepiſſent, nec ignem accendiſſe,
D nec cibum cepiſſe, ſilentium & mœſtitiam vniuerſum exercitum occupauiſſe, non quaſi clariſſimam & maximam obtinuiſſent victoriam, verum tanquam à tyranno ſuperati & oppreſſi fuiſſent. Ex vrbibus, vbi hæc nunciata ſunt, magiſtratus, ſimulque adoleſcentes, pueri, & ſacerdotes effuderunt ſe ad excipiendum corpus Pelopidæ, trophæa, coronas, arma aurea ingerentes. Vbi iam efferendum corpus fuit, ſeniores Theſſali adierunt Thebanos, poſtulantes vt permitterent ipſis mortuum funerare, quorum vnus ita verba fecit: Beneficium, ſocij, à vobis petimus hoc, quod ornamento in tanta calamitate nobis & ſolatio erit. Non enim viuum Theſſali Pelopidam proſequuntur, nec meritos honores ſentienti habent: ſed ſi contrectare exanimem licebit, & per nos decorare atque humare corpus eius, fidem faciemus vobis, credere nos cladem hanc eſſe Theſſalis quam, Thebanis maiorem. Vos enim bonum Imper. tantum fortuna, nos & hoc & libertate ſpoliauit. Nam quia fronte alium poſt hac ducem à vobis: non recito Pelopida, poſcemus? Conceſſerunt ea Thebani. *Plut. in Pelopida.*

I[illegible]SONDAM [illegible] dit, [illegible] funer[illegible] ru [illegible] f[illegible] fam [illegible] *Plut. in Fabio.*

[illegible]

A[illegible] *Plut. &* *Alex.*

Capto & necato Philopœmene prætore Achæorum à Dinocrate Meſſenio, Achæi lugêtes eum nulla admiſſa vindictæ mora, atque electo Lycorta duce, Meſſenios inuadunt, & F
depopulantur. Receptum à Meſſeniis corpus Philopœmenis comburunt, & reliquiis in vrnam conditis domum repetunt: pompam quandam cum exequiis triumphalem miſcentes. Quidam enim coronis redimiti erant, quidam lacrymabantur, quidam catenatos trahebant hoſtes: ipſam vrnam præ vittarum & coronarum numero conſpectui pene admotam, prætoris Achæorum F. Polybius ferebat, principibus Achæorum cinctus, Milites ipſi armati equis ſpecioſè inſtratis ſequebantur. Ex oppidis & caſtellis in via poſitis obuiam effundebantur, quaſi ab expeditione reducem amplectentes: vrnámque contrectabant, atque vnà proſequebantur Megalopolim. Vt verò ſenes fuerunt cum mulieribus & pueris commixti, ibi comploratio per totum exercitum inceſſit ciuitatem, quæ illum deſiderabat, & eum caſum ferebat grauiter: vna cum eo rata principatum amiſiſſe inter Achæos. Ita ille honorifico funere eſt elatus, & iuxta monumentum Meſſeniorum captiui lapidibus ſunt cooperti. *Plut. in Philopœmene.* G

TIMOLEONTA Corinthio, qui Siculis libertatem reſtituit, præ ſenio mortuo, Syracuſani eum honorificè extulerunt. Lectum delecti à populo iuuenes exornatum, per Dionyſiorum tunc dirutam regiam, portauerunt: proſecuta eſt virorum & mulierum infinita caterua, quorum ſpecies omnium coronatorum & candidis veſtibus amictorum feſtum diem repræſentauit. Iam voces & lacrymæ cum mortui confuſæ laudibus, non honoris defunctionem, nec munus publicè iniunctum, ſed verum deſiderium prætulerunt, & ſinceri gratiam amoris. Lecto denique in rogum illato, Demetrius præconum illius memoriæ omnium vocaliſſimus, ſcriptum decretum recitauit huiuſcemodi Populus Syracuſanus ſciuit Timoleontem hunc Timodemi filium Corynthium, quod tyrannis obtritis, barbaris ſuperatis, & ampliſſimis vrbibus, quæ euerſæ fuerant, incolarum multitudine frequentatis leges ſuas Siculis reddiderit, ducentarum minarum impenſa funerandum, honorandum inſuper in perpetuum ludis muſicis, equeſtribus, & gymnicis. Adhæc corpori monumentum in foro fecerunt, quod porticibus poſtea cinxerunt: ibique palæſtris inædificatis parauerunt iuuentuti gymnaſium, quod Timoleontem appellauere. *Plut. in Timol.* H

ARATVS Sicyonius veneno ſublatus à Philippo rege, cum fato functus Ægij in ſeptimadecima prætura eſſet, contenderentque Achæi, illic vt iuſta ei & monumenta ex vitæ dignitate fierent: calamitoſum duxerunt Sicyonij, niſi conditum corpus apud ipſos foret, flagitaruntque Achæos, vt id permitterent. Quia vero vetus lex humari quenquam intra muros ſuos vetabat, & grauis adiuncta legi erat religio: Delphos miſerunt ad conſulendum ſuper ea re vatem, quæ Sicyonos iuſſit ſacra etiam illi inſtituere. Ergo feſtum luctu protinus corpus ex Ægio coronati, & candidis amicti veſtibus, carminibus & tripudiis in vrbem ſuam deduxere, locóque delecto conſpicuo, vt conditorem & ſeruatorem vrbis ibi funerauerunt. Appellatur vſque ad hanc memoriam locus Aration. *Plut. in Arato.*

NVMÆ POMPILII regis ſui funus omnes ciues Romani cohoneſtauerunt, allatis publicè odoribus & coronis.
Senatores

A S[illegible]tes lect[illegible]nt, ac facer[illegible] deor[illegible]m pr[illegible] [illegible]t at pr[illegible] [illegible] ſſi[illegible] [illegible] cinus d[illegible] & pla[illegible] ſunt *P*[illegible]

P. Val P[illegible] m[illegible] [illegible] torum [illegible] ſtirp[illegible] con[illegible] teos facem q[illegible] trahit. qua[illegible] teſt[illegible] inde mortuum tollunt. *Plut*[illegible]

M. Menenius Agrippa [illegible] B inter patres, & plebem, cu[illegible] mortuus eſt, re domeſtica tam [illegible] deeſſet. Extulit eum plebs ſextantibus in capita collatis: Dionyſius, ne non ſemper aliquid à Liuio diuerſum proderet, auctor eſt, patrum decreto Menenianas exequias publica impenſa inſtructas: plebem verò, eam pecuniam, quam in hoc ipſum contulerat non recepiſſe, ſed Menenij filiis in patria memoriam dono daram voluiſſe. *Sab.l.8,En.2.*

Cùm M. Marcellum ex inſidiis circumuentum, Annibal trucidatum eſſe intellexiſſet, ad inſperatam mortem obſtupeſcens, annulo eius ablato, corpus eximiè ornatum & cultum honorificè cremarit. Reliquias in argenteam conditas vrnam iniecta aurea corona remiſit ad filium. *Plutarchus in Marcello ex Liuio.*

L. Pauli Æmilii pompa funebris eximia fuit & ſuſpicienda, decoraoitque virtutem eius præſtantiſſimis & feliciſſimis exequiis. Erant hæ non aurum, non ebur, non reliquus ſplendor & nitor apparatus: ſed beneuolentia ſed honor, ſed ſtudium non ciuium modo, verum & hoſtium: ſi C quidem quotquot aderant fortè Hiſpani, Ligures, ipſi quinetiam, quorum regnum euertrat, Macedones, qui validi corpore eſſent & iuuenes, funebrem lectum ſubierunt ac deportauetont: maiores natu proſecuti ſunt, Seruatorem & patriæ parentem Paulum appellantes. *Idem in Paulo, & Val. Max. l.2.*

Florem honorem pop. Romanus Scipioni tantùm habuit Serapioni dicto, propter ſimilitudinem Suarij cuiuſdam negotiatoris. Erat is in tribunatu plebi admodum gratus, dignuſque Africanorum familia. Mortuus carebat ob paupertatem, funeris impenſa. Aſſes ergo contulit populus, ac funus elocauit quâque præferebatur flores è proſpectu omni ſparſit. *Plin.l.21.cap.3.*

L. Sylla dictator, Catulo & Lepido conſulibus, phthiriaſi vita deceſſit, quum fortè Puteolis eſſet, LX. iam annos natus. Eius corpus aurea lectica ad vrbem ingenti pompa eſt delatum, quod ne fieret, Lepidus conſul homo Marianæ factionis ſumma ope teſtitit. Vicit tamen Catulus eius collega & homines Syllanarum partium. Cn. Pompeius quamvis offenſus Syllæ (ſolum enim amicorum tabulis præterierat) parD tim gratia, partim precibus, minis etiam nonnullos ſummouit, corpuſque Romam eſt proſecutus, ac tribuit funeri pariter ſecuritatem & honorem. Vt honorificentiſſimè ſepeliretur, ſacerdotes & Veſtales virgines corpus extulére. Laudatus primò eſt pro Roſtris, mox in campum delatus, ad duo millia coronarum, præter alia ornamenta, ſunt illi honoris gratia congeſta. Tria millia lectorum in eius funere ſtrata dicuntur, circumſtante exercitu, totâque ciuitate conſuſa, eius corpus eſt rogo impoſitum. In campo Martio eſt ſepultus, vbi reges duntaxat funerari conſueuerunt. *Sab.l.3.En.6. Plut. in eius vita*, ſcribit vi tanta aromatum fuiſſe a fœminis cumulatum, vt præter illata decem & ducentis ferculis, ſimulacrum ipſius Syllæ grande ſibi lum foetir, fictum etiam lictoris ex precioſo thure & cinnamomo. Cùm eſſet à prima luce nubilum cœlum, quia expectabant imbrem, non niſi nona hora extulerunt cadauer. Tum vento increbeſcente, & delato in rogum, flammámque excitante luculentam, tanto priùs combuſtum corpus fuit: quatenus rogo iam tabeſcente, atque igne emoriente excuſſa eſt larga pluuia, quæ ad [illegible]ſem vſque [illegible] perp[illegible] felici[illegible]s eum etiam in E [illegible]e peragen[illegible]ſt[illegible]a.

[illegible] dyc[illegible]ru[illegible] 7 [illegible]tatis grauatus tyranni[illegible] o ſocietat[illegible] iterat, [illegible]ma dece[illegible], aqu[illegible] lib. ri & [illegible] ſ i c a l[illegible] ad. rent Ro[illegible]t Luc[illegible] [illegible]dyenos exeq[illegible] regali, & T[illegible] ac liba[illegible] & [illegible] quoque [illegible] appellauit. Adhuc mo[illegible] [illegible]endum locati. Nam via [illegible]que & argentum reperta in Zatbieni [illegible] s decies tricéna millia me[illegible] 1 & miles auctus eſt, & Lucollo t[illegible] qu[illegible]e teruncio quidem ex ærario [illegible]ius b[illegible]i ſumptibus ſuſtineret. *Plut. in* [illegible]

Mort[illegible] .Luculli (qui Rep. ſe multo ante abdicauerat) vt [illegible]is in flore bellicarum & ciuilium actionum deceſſiſſet, tulit F populus grauiter, concurſúque facto corpus, quod in forum à nobiliſſimis iuuenibus delatum fuit, vi contendit in comitio, vbi funerauerat L. Coron. Syllam, humare. Quod cum præter omnium expectationem fieret, neque eſſet promptus apparatus: obtinuit frater eius precibus & obſecrationibus, vt cadauer funere parato efferri in Tuſculano pateretur. *Plut. in Lucullo.*

M. Cato minor cum ſibipſi Vitæ manus intuliſſet, quo ſpacio non crederes eum eaſum reſciſcere omnes; domeſticos potuiſſe, adfuerunt ad fores trecenti, ac mox populus Vticenſis concurrit, vna voce benefactorem, ſeruatorem, ſolum liberum, ſolum inuictum appellantes: eaque agebant, cum nunciaretur adeſſe Cæſarem. Cæterum neque metus eos, neque aſſentatio victoris, neque mutua diſſenſio, vel diſcordia ab honorando retardauit Catone: ſed corpus eius magnifice exornarunt, & ſplendidis elatum exequiis funerauerunt iuxta mare: vbi nunc quoque ſtatua eius enſem tenens poſita eſt. *Plut. in Catone.*

C. Iulio Cæsari interfecto, rogus extructus eſt in Mar- G tio campo iuxta Iuliæ tumulum: & pro Roſtris aurata ædes ad ſimulacrum templi Veneris genitricis collocata: intraque lectus eburneus, auro ac purpura ſtratus: & ad caput trophæum cum veſte, in qua fuerat occiſus: Præferentibus munera (quia ſufficcturus dies non videbatur) præceptum eſt, vt omiſſo ordine, quibus quiſque veller itineribus vrbis, portaret in campum. Inter ludos cantata ſunt quædam, ad miſerationem & inuidiam cædis eius accommodata; ex Pacunij Armorum iudicio:

Men' ſeruaſſe, vt eſſent qui me perderent?

Et ex Electra Atilij ad ſimilem ſententiam Laudationis loco Coſ. Anton. per præconem pronunciauit S.C. quo omnia ei diuina ſimul atque humana decreuerat, item iuſiurandum, quo ſe cuncti pro ſalute vnius abſtrinxerant; quibus perpauca à ſe verba addidit, Lectum pro Roſtris in forum magiſtratus & honoribus functi detulerunt. Quem quum pars in Capitolini Iouis cella cremare, pars in curia Pompeij deſtinatet: repentè duo quidam gladiis ſuccincti, ac bina iacula geſtantes, ardentibus cereis ſucceoderunt: confeſtimque circumſtantium turba virgulta arida, & cum ſub- H ſellis, tribunalia, quicquid præterea ad manum aderat, congeſſit: deinde tibicines, & ſcenici artifices veſtem, quam ex inſtrumento triumphorum ac præſentem vſum induerant, detractam ſibi atque diſciſſam iniecere flammæ: & veteranorum militum legionarij arma ſua, quibus exculti funus celebrabant. Matronæ etiam pleræque ornamenta ſua, quæ gerebant, & liberorum bullas, atque prætextas. In ſummo publico luctu, exterarum gentium multitudo circulatim ſuo quæque more lamentata eſt: præcipuéque Iudæi, qui etiam noctibus continuis buſtum frequentarunt. *Sueton.*

M. Antonius Triumuirum cæſum, multis regibus & ducibus ab Octauio petentibus funerare, non ademit corpus Cæſar Cleopatræ: ſed illius manibus eſt humatus ſplendide & regaliter, omniaque ei quibus vti voluit, permiſſa. Vbi vero ipſa ſeipſam ictu aſpidis exanimauit, Cæſar quamvis moleſtiam traxit ex illius deceſſu, animum tamen eius generoſum eſt admiratus, & corpus condi apud Antonium ſplendide

ſplendide & reg [illegible] t. So [illegible] ancillæ [illegible]
A funus ho[n]orabile. P[illegible] An[illegible]

Sir[v]ulpitius poſteaq[u]am au[illegible] P.M[illegible] gio C[illegible] nc pugione i[illegible] m el[illegible] petret [M]arcel[l]um no[illegible] ne de[illegible] n in [illegible] u nit. [illegible] n i l [illegible], [illegible] a [illegible] lectic[illegible] tti c[illegible] lum [illegible] pia, quæ Athen[illegible] ab [illegible] turæ in[illegible] vrbem [illegible] m [illegible] no[illegible] orbis terrar[illegible] g[illegible]naſio cum [illegible] poſteaquam [illegible]uit, vt iidem Athenienſe[s] in Acad[illegible] d[illegible] mentum marmoreum facerent & lo[illegible] ent. *Sulpitius a[illegible]o-nem, l.4. Famil. Epiſt.*

Corpus Augu[ſt]i Cæſaris Nolæ [illegible] D[illegible] nicipiorum & coloniarum, à Nola Boui[illegible] v[illegible] dep[illegible] runt noctibus, propter anni tempus, cum inter[illegible] B[illegible] cuiuſque oppidi, vel in æde ſacrarum ma[illegible] m[illegible] o[illegible] A. Bouillia equeſtri ordo ſuſcepit, vrbique in[illegible] veſtibulo domus collocauit. Senatus & in fune[illegible] & in memoria honoranda eo ſtudio certatim pr[o]greſſ[illegible],
B vt inter alia complura cenſuerint quidam funus triump[h]ali porta ducendum, præcedente Victoria, quæ eſt in curia, canentibus næniam principum liberis vtriuſque ſexus. Alij exequiarum die ponendos annulos, aureos, ferreoſque ſumendos: nonnulli legenda oſſa per ſacerdotes ſummorum collegiorum. Fuit & qui ſuaderet appellationem menſis Auguſti in Septembrem transferendam: quod hoc genitus Auguſtus, illo defunctus eſſet. Aliud, vt omne tempus à primo die natalis vſque ad exitum eius, Seculum Auguſtum appellaretur, & ita in faſtos referretur. Verùm adhibito honoribus modo, bifariam laudatus eſt, pro æde diui Iulij a Tiberio: & pro Roſtris ſub veteribus, à Druſo Tiberij filio: ac Senatorum humeris delatus in campum, crematuſque. Nec defuit vir prætorius, qui ſe effigiem cremati euntem in cœlum vidiſſe iuraſſet. Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis tunicati, & diſcincti, pedibuſque nudis, ac io Mauſoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam ripámque Tiberis, ſexto ſuo conſulatu extruxerat: circumie-
C ctaſque ſyluas & ambulationes in vſum populi tunc iam publicarat. *Sueton.*

Cùm Otho Imp. victus à Vitellio pugione ſeipſum confodiſſet: Milites cum clamore ad ianuam accurrerunt, lamentatique ſunt mœrentes & deteſtantes ſemetipſi, quod non cuſtodiuiſſent Imp. omnéſque poſtpoſito vitæ periculo, ea-cultum corpus rogo parato extulerunt armati: exultauerúntque qui occupauerant ſubire & geſtare lectum: Cæteri partim vulnus exanimi in genua procumbentes exoſculati ſunt, partim manus attigerunt, alij procul adorauerunt, alij ſubditis rogo facibus ſe ipſi confodere: cum nullum, quod quidem conſtaret, a defuncto habuerint beneficium, neque quiequam grauius expectarent à victore. *Plut. i. Othone.*

Maximus legatus Britanniæ, Scotorum regis Eugenij à ſe victi exſique funus, magno ſumptu, Romanorum principum more extulit: eundémque pro concione, ſingularem ob virtutem ac charitatem in patriam, laudauit. *H. Boethius lib.6.*

D Constantini Magni (qui primus Chriſtianus Imp. fuit, virtute ac pietate maximus) Nicomediæ mortui cadauer aureo loculo incluſerunt, ac purpurea veſte contectum Conſtantinopolim milites deportarunt, atque in Palatio, loco, vt ab omnibus conſpiceretur, excelſo depoſuerunt, ac luminibus circum accenſis vigiles, qui diurnam nocturnámque cuſtodiam agerent addiderunt. Ibi cùm eſſet, priſtina regiæ ſpecies eſt ſeruata; nam & Comites, & cæteri principes, quibus Imp. venerari conſuetudo fuerat, ſubinde ingredientes, ipſum eodem, quo viuentem, officio ſalutarunt. Quin etiam eadem reuerentia a ſenatu & magiſtratibus eſt adhibita, reliquiſque priuatis: quorum incredibilis turba repentè ſiue honeſto pietatis officio, ſiue curioſo rarè in terris ſpectaculi ſtudio conuolauit. Elatus eſt funere magnificentiſſimo, ac planè regio. Præiere, duce Conſtantio filio, peditum ordines: inde longo agmine armati milites ſucceſsêre. Vt verò ad ædem Apoſtolorum eſt ventum, cadauere ibi relicto abiêre: reliqua officia ſacerdotes cum aſtante populo diuinis precibus adhibendis ſolenni cæremonia perſoluêre. Conſtantius iuſtis ſolanni Chriſtianorum ritu peractis non contentus, ipſum etiam numero Diuorum aſcripſit. *Sig. l.5, Imp. occid.*

[illegible]
[illegible] ferro
[illegible] atum Im-
[illegible] us adempta,
[illegible] excepta inſignia. *Sigon. Imp. occid.* [illegible] F

Athanaricus Viſigothorum rex, Conſtantinopolim veniens vrbis ſitum, nauiumque inſtructiſſimos portus admiratus, regiam quinetiam Imperatoris cum ſtupore intuitus: Ea, inquit, cerno, quæ ſæpè incredulus audiebam. Sine dubio Deus terrenus eſt Imperator. In tali admiratione, maiori ab Theodoſio Imperatore honore affectus paucis menſibus intriectis, rebus excesſit humanis. Quem imperator pene plus mortuum quam viuum honorans, ipſe in exequiis feretrum eius præceſſit, regiaque ſepultura decorauit. Quæ res Gothorum animos mirifice Imperatori conciliauit, vt in fœdere & fide (etiam ſine rege) ſub Imperatore diu feliciterque perdurarint. *Crantz. l.1. Suecia cap.18.*

Iordanes Gothus hiſtoricus, Belæ Hunnorum regis funus ita prodidit: In mediis caſtris, intra circunſtantia tentoria cadauer ſuiſſe poſitum: electiſſimos Hunnorum equites vna eum pyrrhichia ſaltatione, modulato cantu, eius laudes circum coocinniſſe, Circenſium more circumeurriſſe: mox collata ſtrena corpus honeſtaſſe: eumeſſationem cum gaudio ſimul luctu celebraſſe. Subinde clam noctu, ad præſti- G
tutum locum corpus humi condidiſſe: dicaſſe hoſtium exuuias, multoque deinde humano ſanguine parentaſſe. *Bonfin. l.7. Dec.1.*

Victo exſoque Haraldo Danorum rege, Ringo Sueonum rex auunculi licet hoſtis manibus parentádum ratus, equum, cui inſidebat, regio iunctum curru, auréaque ſella inſtratum, ei dedicauit, adiecta prece, vti Haraldus eo vectore vſus, fati conſorte ad Tartara antecederet, atque apud Plutonem ſociis hoſtibuſque placidas expeteret ſedes. Deinde rogum extruxit, Danis inauratam regis ſui puppim in flammæ fomentum conicere iuſſis. Cumque ſuperiectum ignis cadauer abſumeret, mœrentes proceres hortari cœpit, vti arma, aurum, & quodcunque opimum eſſet, liberaliter in rogum tanti regis immitterent. Cineres Lethram perferri, ibique cum equo & armis, regio more, funerari præcepit. Tali parentationis cura iuſtis auunculo perſolutis, Danorum ſibi fauorem conciliauit; odiumque hoſtium ad gratiam deflexit. H
Saxo l.8.

Funebrem pompam Caroli I. Vngariæ regis, *pete ex Bonfinij lib.9. Dec.2.*

Venetorum principis funerandi hæc eſt ratio. Poſt eius obitum cadauer exenteratum, balſamoque delibutum, ſub aureo amiculo, enſe aureiſque calcaribus inuerſis, publicè in foro triduo aſſeruatur. Mox vero omnia ciuitatis collegia (quæ tot ferme numero ſunt, quot & opificum genera) ſub ſignis religioſa quadam ac ſolenni pompa ordine præcedunt. Succedit inde numeroſus clerus. Funus ipſum pullatorum vix ingens mœſto ſilentio ſequitur, iuxtaque patriciorum non paruus manus, purpura & cocco culta: quo datur intelligi, in quantumuis optimi principis funere ciuitatem, quæ libera eſt, in luctu eſſe non oportere. Hi lætiore cultu ornati, vbi funus templo eſt illatum, ſuggeſtum, quo cadauer imponitur, venetabili conſeſſu cingunt, dum interim defuncti memoria pro concione populi more maiorum laudatur. Hinc patriciis reuerſis, prima ad nouum principem creandum comitia indicuntur. *Sabell. lib.3. Dec.4.*

Francisco

Francisco Foſcaro principi ob multam ætatem publi- A cis muneribus minus vacanti (erat enim nonagenarius) dignitas abrogata eſt, quam annos quatuor & triginta Reipub. præfuerat. Paſchalis Malipetrus illi adhuc viuo ſubrogatur. Vigebat adhuc in effœto corpore generoſa quædam vis animi, & honorum ambitio, quo contigit, vt in ordinem redactus, audita noui Principis creatione, pauculis diebus conſumptus ſit. Summi magiſtratus inſignia, quæ illi viuo fuerant adempta, mortuo publico decreto reſtituuntur. Ad eum demum Princeps Principem extulit apud Venetos, quod, poſt ſublatum collegæ in principatu captandi morem, nunquam quod ſciam accidit. *Sabel. l. . E. . .*

Magnvs dux Magnopolenſis in Dobram VViſmariæ tumulatus eſt. Officium in D. Gregorij templo paractum. Die dominico ad veſperum, ſolenne vigiliarum habitum. Ante lucem Miſſa ſolennis de ſancta Trinitate decantata. Interim ad omnia eccleſiæ altaria, Fratres minores, eius loci, de Roſtochio & Zuerino euocati, unum tertium ſacrum, & alter poſt alterum peregerunt. Ad altare ſummum oblationes fa- B ctæ ordine. Funebri inde oratione Latine habita, pro defunctis ſolenne inſtituitur officium, ſacra faciente Pontifice Lubecenſe. Ac cuius medium de more fit oblatio, conſueto ordine. Per totam eccleſiam, ad ſingularia altaria, fratres Prædicatores Miſſæ officium peregère. Defertur oblatio. Et tam iam illo perſoluto miniſterio, tertium inde officium de Domina, Pontifex Raceburgenſis, loci ordinarius, peregit: quum ad altaria per eccleſiam ſingula, ſeculares ſacerdotes perſoluerent Miſſæ officium. Sed hic iam illuſtrior fit oblatio equorum, inſignibus & armis ornatorum. Stabat in medio choro cenotaphium erectum in ſublime, ſerico auróque textis pannis ornatum, inſignibus principatuum defuncti per omnes angulos incinctum, cereis ardentibus groſſis cL. variatum. Stabant atrati viri XXL. qui ardentes faces ſuſtinerent, prominentibus per capita cucullis, triſti ſpecie. Circumiere caballi ad altare ſummum: ex cuius latere in directum patuit egreſſus, ne longa circuitione opus eſſet. Duo viri militares ductabant vnum medium, atrati atratum, C arma Magnopolis in fronte, in thoris, in clunibus. Quatuor viri geſtabant totidem ſignis militaribus arma & inſignia Magnopolis. Totidem candelas quatuor cereas, armis memoratis inſignes. Alter equus ſimili apparatu, arma Vandaliæ præferebat. Tertius vitorum, armorum, cereorum eodem numero, inſignia comitatus Zuerinenſis. Quartus habebat in fronte arma dominatus Roſtochienſis, cum ſignis & cereis. Quintus ferebat inſignia dominatus Stargardenſis. Sextus, quo ipſe dux vtebatur ad ſplendorem, prodiit armatus rutilante ferro, cum armis Principis. Sequuntur duo milites atrati, ſublimem clypeum geſtantes, inſculptum & inciſum armis omnibus coniunctis. Inde verò Mareſeallus baculo, & Cancellarius ſigillo prætenſo, procedunt. Iungitur domeſtica Principis familia. Mox Principes, deinde Oratores Principum: poſt illos eccleſiarum Prælati & Canonici: deinde militares longo ordine incedunt. Poſtremo fœminæ Principes. Expleto iam Miſſarum officio, ſigna militaria omnia in chorum conferuntur cum cereis: equi reducuntur in D ſtabula. Procedunt Pontifices cum Abbatibus ad preces. Quibus expletis canitur antiphona, Media vita. Vbi concinitur, Sancte Deus, proiicitur in terram pars tertia ſignorum militarium cum gemitu aſpectantium: vbi Sancte fortis, pars alia deiicitur: vbi Sancte & miſericors Saluator, pars reliqua, cum inſculptis armis in clypeo deiicitur. Et tum vno impetu omnes cerei, adhuc ardentes, cum gemitu extinguuntur. *Crantz.l.14.Vandal.cap.34.*

IN SPECIE.

Pompæ, Comitatus, Deductio funeris honorifica.

Abner Isbosethi polemarchus, à Ioab perfidè occiſus, iuxta Hebron, honorifica pompa elatus eſt à Dauide rege. Secutus enim eſt eum vniuerſo populo ſeretrum, & ad ſepulchrum ingentem ploratum edidit, neque eo die cibum capere voluit. *2. Regum 3.*

Græci, ne fraudarentur ſolenni honore mortui, octauo ante ſepulturam die per præconem funus indicebant, vt omnes ad honeſtandas exequias confluerent. Fœminæ viríque in candida veſte, cum coronis, ampliſſimorum virorum exequias proſequebantur. *Alex.l.3.cap.7.*

Romæ nobiles ac fortunati homines efferebantur tubarum ſono: quod obſcurè ſignificauit Propertius, cùm in elegia inquit. *Et tuba, funeſta triſtior illa tuba.* Et pòſt eodem libro: B *Nec mea tunc longa ſpacietur imagine pompa. Nec tuba ſit fati vana querela mei. Plut. de Animantium prudentia*, moris huius mentionem quoque fecit. *Hyginus in fabularum l. cap. 274.* Apud Romanos cum aliquis deceſſit, tibicines cantant: & amici renuncantur, teſtandi gratia eum neque veneno, neque ferro interiiſſe. *Vid. l. 9. Var. lect.*

Constantini Cæſaris in Britannia extincti cinis, in aureum vaſculum cum odoribus congeſtus, vt ſacris Principum monumentis componeretur, lugubri pompa per Britanniam, Galliam & Italiam, Romam eſt delatus. *H. Boethius l.6.*

Demonax Hadriani tempore philoſophus cùm primis inſignis, iam centenarius moriens, publicè, magna ciuium frequentia terræ mandatus eſt. *Lucianus & Volaterranus l.13. Anthrop.*

Antonivs & Geta fratres Seueri patris Imp. in Britannia mortui cinerem aureo loculo incluſum, & cum odoribus in vaſculum alabaſtri coniectum, Romam retulère, vt in ſacris Principum monumentis componeretur. *H. Boëthius l.5. ex Herodiano & Spartiano.* F

Pavla Romana, Bethlehemæ mortua, non vlulatus, non planctus, vt inter ſeculi homines fieri ſolet, ſed pſalmorum linguis diuerſis examina concrepabant. Tranſlatáque Epiſcoporum manibus, & ceruicem feretro ſubiicientibus; cum alij Pontifices lampades cereoſque præferrent, alij choros pſallentium ducerent, in media Eccleſia ſpeluncæ Saluatoris eſt poſita. Tota ad funus eius Palæſtinarum vrbium turba conuenit. Quam monachorum latentium in eremo cellula ſua tenuit? Quam virginum cubiculorum ſecreta retinuerunt? Sacrilegium putabat, qui non tali feminæ vltimum reddidiſſet officium, viduæ & pauperes, in exemplum Dorcadis, veſtes ab ea præbitas, oſtendebant. Omnis inopum multitudo matrem & nutriciam ſe perdidiſſe clamabat. Quodque mirum ſit nihil pallor mutauerat faciem, ſed ita dignitas quædam & grauitas ora compleuerat, vt eam putares non mortuam, ſed dormientem. Hebræo, Græco, Latino, Syroque ſermone Pſalmi in ordine perſonabant: non ſolum triduo, donec ſubter Eccleſiam & iuxta ſpecum Domini conderetur: ſed per omnem hebdomadam, cunctis, qui venerant, ſuum funus, & proprium credentibus. *Hieronym. in Epitaphio eius.* G

Theodosii Magni Imp. Mediolani mortui cadauer Conſtantinopolim deferendum & inter Auguſtos ſepeliendum curauit Honorius. *F. Sigon. l.9. Imp. occid.*

D. Germanvs Antiſſiodorenſis Epiſcopus ad Valentinianum III. Rauennam miſſus, vt Armoricanis pacem impetraret. Lapſus in morbum, à Placidia Valentiniani matre, ſe viſitante popoſcit, vt corpus ſuum poſtquam anima exceſſiſſet, in patriam deferendum curaret: ac ſeptimo poſt die expirauit. Eo mortuo ſupellex eius ita diuiſa eſt. Placidia capſulam cum ſanctis reliquiis ſibi adſciuit: Petrus vrbis Archiepiſcopus cucullum cum interiore cilicio: ſex antiſtites, qui aderant, vnus pallium alter cingulum, duo tunicam, duo ſagulum aſſumpſerunt. Acholius præterea eunuchus, præpoſitus ſacri cubiculi, maligni ſpiritus vexatione ab eo liberatus, aromatibus corpus condiuit, Placidia veſtiuit, Valentinianus comites, qui proſequerentur, attribuit. Ita multis H effulgens miraculis perlatum in Galliam Cal. Octobr. Antiſſiodorum, magna effuſi populi celebritate ſuſceptum eſt, anno 448. *Sig. Imp. occid. l.13.*

Inter raros honores is annumerandus eſt, qui Claræ in monaſterio prope vrbem Aſſiſium mortuæ habitus eſt. Nam cum in ea vrbe Innocent. IV. Pontifex eſſet, ſtatim cum toto vrbis illius populo, totaque aula, vbi mortuæ corpus erat, profectus: canentibus tubicinibus, intra vrbem, non vt mortuam, ſed in triumphantis ſpeciem, eam detulit, atque ipſe omne funeris officium executus eſt. Inopi certe, quæ ſimilem ſtatum egreſſa non erat, tantus Princeps, & cum eo populus totus, hunc honorem præſtitit, quem fortaſſe alicui regi negaſſet. *Fulg. l.8. cap.16.*

Albertvs Magnvs Coloniæ obiit anno Chriſti 1285. teſte inſcriptione marmoris, illi in fratrum ſuorum conuentus choro ſuperpoſiti. Eum ob vitæ ſanctimoniam & doctrinæ eminentiam luxit tota prouincia. Aderat eius funeri Archiepiſcopus Colonienſis Sifridus, aderant maioris & omnium collegiorum canonici, aderant deforis

A ex nobilibus plurimi, tota ciuitatis multitudo pompam funeris exornabat. Quæ teſtimonia ſunt inſignis & incomparabilis virtutis in viro memorabili: cuius exequias nemo qui adeſſe potarat neglexit. Extraxere Fratres ætate noſtra reliquias eius, & in medio choro, extructo tumulo, ſupra pauimentum collocauere, admittentes viros graues, vt cernerent integrum corpus, nulla deformitate, niſi quod mandibula parum videretur collapſa, ſiue balſami beneficio, ſiue Dei miraculo ducentos annos durauit in ſarcophago. Quæ oculis conſpexi, hac ſcriptura conteſtor. *Crantzius l.8. Metrop.cap.51.*

Ivlianvm Medicem Laurentij Fratrem à Fr. Patio in templo interfectum, populus Florentinus magnificentiſſimo funere extulit, vniuerſa fere multitudine in pompa cum liberis, & coniugibus ſtudij cauſa ſequente. *Brutus lib.6. hiſtoria Florentina.*

Valantiæ ciues in Hiſpania die feſto ſancti Matthiæ ſumma humanitate ſupplicantes ad locum proficiſcuntur, in quo cadauera iacent eorum, quibus crimina mortis cauſa fuere.
B Quæ ſiue ſuſpenſa ſint, ſiue iaceant, ſuſcipiunt, & feretris impoſita ad ſacrum locum deuehunt, ibique ſacrificiis & orationibus honorificè ſepeliunt. *Marinæus l.5. rer. Hiſp.*

Sed excedit & ſuperat quaſuis alias funebres pompas, illa quam Philippus II. Rex Catholicus Regio certè apparatu adornari fecit, mortuo Carolo V. maximo imperatori, patri ſuo, cùm Bruxellæ in Brabantia, tum Madriti in Hiſpania. Exſtat verò illius quæ Bruxellæ peracta eſt adhuc celebris memoria tabulis expreſſa, quibus vniuerſus apparatus oculis ſubiicitur. Siquidem mortuo præfato Imperatore, die 29. Decembris Anni M.DLVIII. Bruxellæ inſigni pompa exſequiæ eiuſdem celebratæ ſunt, interuenientibus cuiuſvis pene Ordinis Principibus ac Nobilibus, qui ceu communem patriæ parentem, quem pridem pectore conceperant, velut ſuis humeris efferebant. Itaque feretro erecto in D. Gudilæ templo, ac Vigiliis decantatis, die poſtero ex Aula quæ ibidem admodum illuſtris hoc ordine pompa proceſſit. Præibat
C Clerus illius Eccleſiæ, & Capellæ Regiæ, quos ponè ſequebantur Prælati, Abbates, Epiſcopi, è quibus Leodienſis iuſta perſoluebat, eique non tantum huius Religionis, ſed etiam exteri, qui huius rei ergò aduenerant.

Sequebantur hos Senatores Bruxellenſes, Satrapæ Brabantiæ, Concilia varia, cum ſuo Præſide & Cancellario. Excipiebat iſtos lugentiū turba, funalia accenſa manu geſtans. Deinde Præſidiarij, Satellitium Regium, & quibus Palatij cura fuerat demandata. Denique equi magnificè ornati, vexilla pretioſa abſq; numero, ac inſignia, Sceptra, coronæ, diademata, quæ omnia non ab aliis, quam à maximis Principibus ferebantur. Procedebat inter alia nauis oneraria, media inter columnas Herculeas, maris dominium exprimens. Ambigunt plerique Annales, an ſimilem pompam antehac Belgium viderit.

Neque tamen exigua fuit illa quam nuper in eadem Vrbe Archiduci Alberto Principi verè Pio, prudenti, pacifico, poſtquam III. Idus Iulij, Anno nupero, M.DC.XXI. ex hac vita diſceſſiſſet; V. Idus Martij Anni inſequentis, adornauit, piiſſima Heroina, Iſabella Clara Eugenia, eiuſdem vxor. Siquidem mariro mortuo, corpuſculum longa morborum fatigatione
D extenuatum, & aromatibus conditum, poſtquam octo ferè menſes in Palatij Sacello quieuiſſet, illo die omnium oculis expoſitum, habitu Franciſcano (ita enim voluerat) fuit, iuſtaque ſolenniter perſoluta.

Conuenerunt ad hanc ſolennitatem præter Nuntium Apoſtolicum, Archiepiſcopi Mechlinienſis & Cameracenſis, vnà cum ſuis Suffraganeis. Præterea Abbates, Equites Aurei Velleris, Conſiliarij rerum Status. Conſilij Sanctioris, Finantiarium, Cancellariæ Brabantiæ, Cameræ Receptionum, Proceres cuiuſvis dignitatis & ordinis. Ordines Prouinciarum, & viri Nobiles veteris ſtemmatis, quorum hic equum cataphractum ducebat: ille vexillum, alius inſignia, cæterave Ducalia ornamenta atratus deferebat. Eratque inter alia ornamenta currus triumphalis, in quo ſymbola indolis & virtutum defuncti Principis repræſentabantur. Quæ omnia mox tabulis expreſſa omnium manibus verſantur.

Luctus.

Fabulantur Græci, Memnona & Sarpedona Iouis filios, ad Troiam interiiſſe. Tanto autem à diis honore affectos, vt ferente legem patre funeris diem luctu & ieiunio celebrarent. Quod Comici veteris auctoritas [illegible]

[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] γελᾶτε.

Sæpe, inquit, nobis diis apaſtiam duce [illegible] Memnona, vel Sarpedonem, prolibatis v[illegible] & [illegible] *l.22.cap.5. Antiq. Lect.*

Thorismvndvs Oſtrogothorum [illegible] imo [illegible] flore, ſecundo regni anno, Cepid[illegible] magn[illegible] p[illegible] ipſe ſuper boſtium, quam fecerat, ſtra[illegible] cm nec[illegible] ſic luxerunt Oſtrogothi, vt [illegible] ann[illegible] quadraginta [illegible] alium regem paterentur. Cuius filius Hermundus non magni faciens paternum regnum (qu[illegible]d ſub i[illegible]n viuere [illegible] unnorum) cum filio ſuo Beteno, ad V[illegible]gotho[illegible] ſe cont[illegible] & ſub Theoderico Viſigothorum rege, cum Ætio [illegible]ntra Attilam pugnante, occulta generis ſui nobi[illegible]tate, c[illegible]m magna gloria militauit. *Crantz.l.2.Suecia,cap.16.*

Ioannes Corvinvs, qui ab omni periculo Pannoniam Chriſtianamque Rempublicam liberauit, per vniuerſam Vngariam ab omni ætate ac vtroque ſexu eſt diu publice deploratus, Aliqui propugnatorem fortiſſimum, milites inuictiſſimum Imperatorem, omnes patriæ patrem certatim lugendo ingeminabant: quòd ſibi beneficiis Vngaros immortalibus obſtrinxiſſet, *Bonfinius l.8.Dec.4.* F

Certamina.

Menandro cuidam, qui iuſtè apud Bactros regnauerat, poſt in caſtris defuncto, de cætero iuſta ciuitates promiſcuè fecerunt: verùm de reliquiis cùm conflictarentur inter ſe, ægrè conuenit inter eos, vt partibus æquis cinerum acceptis digrederentur, excitarenturque apud omnes eius monumenta. *Plut.in Præceptis politicis.*

Obiectio.

Meretrix Mediolanenſis ignobilis, cùm ad D.Gothardum Ioannis Matiæ tyranni corpus à ciuibus fœdè laceratum iaceret, ſola ex omnibus humanitatis non oblita, eum xacentium roſarum aceruo operuit. *Iouius in eius vita.*

Corona ſepulcrales.

Sepulcralis vel funeralis corona ex apio fiebat, quibus maiorum ſepulcra, & cadauera mortuorum ornabantur. G *Alex.lib.4.cap.18.*

Depoſitio.

Ioseph ab Arimathæa Iudæus nobilis, & Senator, & diſcipulus occultus Ieſu Chriſti, propter metum Iudæorum, crucifixo Ieſu, audacter à Pilato corpus Domini petiit ad ſepeliendum, & illud in ſuo monumento nouo exciſo in petra depoſuit, ſindoni inuolutum. Venit & Nicodemus cum centum libris aloës & myrrhæ ad condiendum corpus Ieſu. Sic occulti diſcipuli officium Chriſto præſtiterunt, ceſſantibus & metu dilapſis veris diſcipulis. *Matth.27. Mar.15. Luc.23. Ioan.19.*

Viri triumphalis, qui deceſſerat & combuſtus erat, licebat oſſa Romæ in vrbem inferre, ac deponere honoris cauſa, vt Pyrrho Liparenſis ſcripſit. Sed & aliis quoque, qui Rempublicam in bello benè geſſiſſent, & ducibus tribuerunt, vt non illi ſolùm, verum etiam poſteri eorum in foro humarentur, velut Valerio & Fabricio: referuntque horum nepotibus, vbi deceſſerunt in forum delatis ſubiici ardentem facem, H mox attolli: ita vtuntur ſine inuidia, honore, probantque ſolum ſibi licere. *Plut.in quæſt.cent.Rom.*

Cn.Pompeivs Iuliam coniugem ex partu mortuam ex Albano efferre ſtatuerat, verùm coëgit eum populus, vt eam in campo Martio funeraret, magis miſeratione iuuenculæ, quàm Pompeij aut Cæſaris gratia, atque ex illis Ipſis maiorem honoris partem viſus populus abſenti tribuiſſe Cæſari, quam Pompeio præſenti. *Plut.in Pompeio.*

Monumenta erecta, Statuæ, Obeliſci, Imagines.

☞ *Vide Tit. Magnificentia in ſepulcris: hic Memoria, illic Sumptus conſideratur.*

Sepulcra magnifico illuſtria impendio, ex admiratione Manſolei monumenti à Romanis dici Mauſolea, ſcribit Pauſanias. *Cælius l.17.cap.20.A.L.*

Ægyptios legimus, præſigni magnificentia conſtruere ſepulcra conſueuiſſe: quanquam in domorum ædificatione incurioſi admodum forent. Siquidem ſepulcra defunctorum domos ſempiternas, quoniam apud inferos infinitum ſit tempus, vocant. At domos ipſas, velut diuerſoria opinantur, argumento vitæ breuioris, ao momento tranſeuntis. *Idem.*

Moris

Moris Veterum fuit pluribus locis excellentium virorum
A monumenta ſtruere, quæ res dubiam admodum efficit hiſtoriam. Mortuum in Sicilia Anchiſen cecinit Maro. Pauſanias in Arcadia defunctum ſcribit & eiuſdem ſepulcrum ad montis radices viſitatum quandoque, Anchiſiam quod vocant prope Orchomenon. nec fuiſſe in nauibus cum Ænea, verùm aduenisse κατὰ πλάνην illuc, prope Laconiam filio appulſo. *Idem.*

Antiqui ſepulcris ſymbola quædam inſculpere vel ſimulacra imponere ſolebant, quibus defuncti virtus & profeſſio ſignificaretur. Sic Leonidæ tumulo leonem, Diogenis canem, Diodori rhetoris coruum, Laidis leænam, Ariſtomenis Meſſenij & Platonis aquilam impoſuerunt. Sic Archimedis cippo ſphæra cylindro inciſa fuit *teſte Cicerone.*

Menſarum ſepulcralium in decem Rhetorum viris Plutarchus meminit, Iſocratis ſepulcro inſculptum arietem tradens cubitorum triginta, in quo eſſet Siren cubitorum ſeptem, ratione ſymbolica: propè item fuiſſe menſam quæ poëtas haberet, ac eiuſdem præceptores, in quibus & Gorgiam aſtronomicam inſpectantem ſphæram & aſſiſtentem Iſocratem. Columnarum in ſepulcris morem ſcribunt qui-
B dam, nobilioribus modo fuiſſe contributum, quo eorum faſtigium cæteris eminentius ſignificaretur. Columnarum ratio, inquit Plinius, erat attolli ſupra cæteros mortales. Quod & arcus ſignificant, nouitio inuento. Hoc verò ſepulcralium columnarum genus, à ſtando, ſtήλας vocant Græci, minores verò etiam ſtelidas. Noſtri ſtantes appellant pilas. Verùm & alicubi Plinius excitatas ſcribit ſtelas litteris incognitis. *Cælius l.17.cap.20.*

Apud Romanos domi in loco celebri, defuncti imagines in memoriam poſteritatis, plerumque cereas, aut marmoreas, vel æneas columnas quoque cum trophæis & titulis, ac magnificentiſſimis decretis, publico concilio exigere, & res geſtas monumentis inſculpere, leuandi deſiderij cauſa, antiquo more ſeruatum eſt. *Alex.l.3.cap.7.*

Metellus Nepos curioſius Philacti ſepulcrum exſtruens, lapideum oppoſuerat coruum. Id quum foret intuitus Cicero, in eius leuitatem iocatus: Hoc, inquit, ſapientius à te
C factum, πέτεσθαι γὰρ σε μᾶλλον, ἢ λέγειν ἐδίδαξε, volare te magis docuit, quàm dicere.

In Elide ad Harpinam vrbem ab Oenomao conditam præcelſus terræ agger eſt, & in eo omnium Procorum Hippodamiæ tumulus. Neque verò illos Oenomaus inſigni honeſtabat ſepultura, ſed ſatis habebat, ſi eorum cadauera humi defodienda proximis tumulis curaſſet. At Pelops commune omnibus monumentum operis magnificentia ſpectandum erexit: cùm vt ipſis eum procis honorem haberet, tum vt Hippodamiæ ipſius nomen illuſtrius celebraretur. Mea verò ſententia, non alia magis de cauſa, quàm vt argumento eſſet opus illud, quot, & qualium virorum cæde exultantem Oenomaum ipſe perculiſſet. *Pauſan.l.6.*

Burrho Ambroſio duci fortiſſimo, cuius contra Anglos Saxones præclara extant facinora, in prælio tandem cæſo, Britanni duci ſuo de Republica benè merito magnificum poſuêre ſepulcrum, factum ad formam coronæ, ex magnis quadratis lapidibus, eo loci, vbi pugnando ceciderat. Extat etiam nunc in diœceſi Sariſburienſi prope pagum Amisberiam. *Polydorus l.3. Anglicæ hiſt.*

D Gothi in ſolitudinibus cippos ſepulcris varia forma imponunt. *Olaus Magnus l.1.cap.30.*

Iberi defunctis tot obeliſcos apponebant, quot hoſtes propria manu interfeciſſent, vt ſuæ quiſque virtutis præmia diis infernalibus oſtenderet. *Alex.l.6.ca.14.*

Robertus Friſius in ſepulcro Arnulfi II. Flandriæ Comitis, quem in prælio interfecerat, anno 1073 imaginem eius gladium manu vibrantem erigi curauit, in ſignum fortitudinis, quam tamen viuo, cum vita & fortuna inuiderat. *H. Henninges in Geneal. Comitum Flan.*

Reuina Scotorum rex, Eorum qui aduerſus Britones occubuerant memoriam primus conſeruari inſtituit, obeliſcos ſepulcris tot adhibens, quot hoſtes confeciſſent. Horum quamplurimi montanis in locis noſtro conſpiciuntur ſeculo. Obtinuit poſt illa vſus, vt clariſſimorum & eorum qui optimi fuiſſent, ſepulcra, veluti ſacra quædam omnibus venerationi haberentur, adiectis lapidum aceruis: eorúmque qui immenſa erant mole quibuſdam erectis, quibus aquatilium, ſerpentum volatiliúmque effigies inſculptæ (his enim pro characteribus in arcanis ſcribendis ea vtebatur ætas) vt qui fuerint, quid viuentes egerint egregie, viatores, admone- E
rentur. *H. Boeth.l.2.*

Consalvus Fernandus Granatæ poſtridie Cal. Decemb. anno à partu Virginis ſupra millesimum & quingenteſimum decimumquintum, quum vixiſſet annos ſexaginta duos, menſes tres, & dies vndecim, mortuus: tumulatus eſt circumpoſitis ad ſepulcrum ſupra centum vexillis in æde diui Franciſci, Tendillius Granatæ præfectus, & reliqui Cordubæ gentis proceres. *Iouius in Conſaluo.*

Encomia, laudationes funebres.

☞ Scribit Ammonius, proditum à nonnullis, Epicedium vocari, quod defuncti laudem contineat, mediocri adhibita commiſeratione: ſed Threnum cani in calamitate ipſa ab ancillis ante conditum cadauer, ac etiam poſt, quin anno item vertente.

Libyci eos qui ab elephantis, vel in venationibus, vel in prælio interfecti eſſent, honorificè ſepeliebant: hymnóſque in eorum laudem læta voce cantabant, quòd tam honeſtè ac glorioſe vitam cum morte commutaſſent. *Ælianus l.12. de Varia hiſt.*

Apud Indos multis ſeculis viguit mos, vt cùm moritur F
Quiſpiam, pro foribus domus, magiſtratus, cui hoc munus impendebat, anteactam vitam moreſque deſcribat, vt vitia eius laudeſque innoteſcant omnibus. *Alex.l.3.cap.7.*

Fuit in vſu apud Ægyptios, Rege defuncto, antequam iuſta dentur, per ſacerdotem, qui proximam tenebat dignitatem, omnem vitæ ſeriem, & ipſius dicta factáque, & an fuerit fortiſſimè præliatus, an verò ſegnis & deſes, ex alto ſuggeſtu in maximo omnium conuentu perlegi & recenſeri. Et ſi vitia præualebant, honore funeris priuari, atque inſepultum cadauer abiici. Sin verò virtutes præcellerent, omni honore cumulari, vnguentis deliniri, & laudibus celebrari. Reliquos vero cuiuſque ſortis homines, ita laudari, vt ſine vlla opum fortunarúmve mentione, ſolam religionem, iuſtitiam, pietatemque commendarent. *Diod. Siculus l.1. & Herod.l.2.*

Galatæ funebrem orationem in Magnatum exequiis habuerunt, in quibus grandes natu, aut proximi neceſſa- G
rij de laudibus defuncti diſſerebant, ut illorum dicta factáque egregia, totiuſque vitæ curſum recenſebant. *Alex.l.3. cap.7.*

Græci Defunctorum laudes ſolenni oratione & longo petito prooemio proſequuti ſunt. Iidem in luctu mortuorum nænias ſæpè decantabant apio coronati, & defuncti laudes recenſebant carmine, quod Ialemon vocant, reſque memoratu dignas claro præconio celebrabant. *Idem.*

Antiquis mos erat, præſertim Atticis, in cœnis funerabilibus, quas Græci περίδειπνα vocant, encomiis, epicediis, & epitaphiis laudare vita defunctum, etiam ſi parum meruiſſet in vita. Hinc prouerbium, οὐδ' ἐν ἐπιταφίῳ, οὐδ' ἐν περιδείπνῳ id eſt. Non queas laudari, ne in parentalibus quidem, in hominem vehementer illaudatum. Namque viuos nonnunquam merita laude fraudamus, mortuis etiam immeritam tribuimus. *Eraſmus.*

Cùm Athenienſis quidam apud Ariſtonem recitaret funebrem orationem, conſcriptam in laudem eorum qui fuerant à Lacedæmoniis in bello cæſi: Quales igitur, inquit, noſtros eſſe putas, qui iſtos vicerunt? *Plut. in* H
Laconicis.

Poſt victoriam ad Platæas partam, ab Athenienſi populo ſepulcra eorum, qui bello Perſico ceciderunt, ornata ſunt: ac tum primum funebres ludi & certamen inſtitutum ad ſepulturam, fierique cœptum. Lexque etiam latam, vti rhetores præcipui laudes eorum edocendas, & geſta commemoranda ſuſciperent, qui publica ſepultura donati eſſent. *Diod. lib.11.*

Pericles ſubacta Samo domum reuerſus, exequias fecit ſplendidè eorum, qui in bello occubuerant, orationemque funebrem de more habuit luculentam. De ſuggeſtu deſcendentem cæteræ fœminæ complexæ ſunt, coroniſque & vittis, vt athletam, victorem ornarunt. Elpenice vero propius accedens: Præclara verò res, inquit, Pericle & digna coronis: qui dum bella facis non Phœnicibus aut Medis, ſicut meus fecit frater Cimon, ſed ſociam & cognatam vrbem excindis, multos nobis & fortes ciues amiſiſti. Sic fata Elpenice ſubriſit Pericles, & ſubmiſſe hoc ei reſpondit:

Archilochi : Quando anus es vngi minùs conuenit. *Plut. in* A *Pericle.*

Romani habebant tibicines , qui poſt vltimam conclamationem præcedente funus nænia funebri , qua laudes defuncti & facta recenſebant, pudorem , integritatem & fidem canerent. Is enim modus erat ad mœrorem accommodatior. Quod ideo inſtitutum ferunt , quaſi in illas æternas amœnitates ac in ſedes & concilia piorum poſt funera recepti videantur. Iidem præficas , quæ luctui præeſſent, aduocare,vel precio conducere in exequiis ſolebant,quæ cantu & funebri carmine lamentarentur : vitámque & præclara geſta, ſummaſque virtutes , non ſine miſeratione laudarent, reſte Feſto Pompeio. Nonnunquam mimos , qui perſonas effingerent, ac facta dictaque repræſentarent , adhibuerunt. *Alex.l.3.cap.7.*

Funebrem orationem de Iunij Bruti collegæ ſui ladibus primus Publ. Valerius Publicola habuit : quæ adeo grata iucundaque Romanis fuit,vt ex eo conſuetudo inuaſerit, vt qui ſtrenuè pugnando interiiſſet , ab optimatibus laudare- B tur. Dicitur etiam funebribus Græcorum orationibus illa vetuſtior fuiſſe : niſi Solon (qui *teſte Gellio l.17.* Tarquinio Priſco Romæ regnante,leges Athenienſibus dedit)huius rei auctor, vt Anaximenes orator dicit, anteà fuerit, vt *Plut. in vita Valerij* tradit.

Q.Fabivs Maximvs præ cæteris vnus, in funere filij inteſtino dolore affectus , oratione non infracta ad populum ipſius laudes magno ſpiritu diſſeruit.

Appii Clavdii decemuiri defuncti laudationem plebs Rom.æquis & benignis auribus audiuit. *Alex.l.1.cap.7.*

P.Scipionem in funere ſupremo, vt hominem diuinum, Qu.Fabius Maximus commendauit. *Idem.*

Apud Romanos , quamuis à principio virorum tantùm geſta in funere laudarentur , attamen cùm Camilli tempore collatum à mulieribus aurum eſſet,quo ſe pop.Rom.à Gallis redimeret, cautum fuit: vt in earum quoque funeribus ſolennis laudatio eſſet. Itaque Popilia prima à Craſſo filio laudata fertur. *Plut.in Camillo,& de Virt.mul.*

C.Ivl. Cæsar C. Marij vxorem Iuliam amitam ſuam de- C functam eximiè laudauit in foro , atque in funere auſus eſt præferre Marij imagines , quæ tum primùm Syllæ dominatum ſunt conſpectæ , cùm eſſet hoſtis ille indicatus. Cùm quidam idcircò obſtreperent Cæſari , populus clamorem ex aduerſo reddidit , & magno plauſu eum excepit , probauitque quòd quaſi ab inferis tanto interuallo honores Marij reduceret in vrbem.

In honorem magnarum & clararum natu fœminarum orationes funebres habere, moris erat Romanis : in adoleſcentiorum verò funeribus cùm moris non eſſet, princeps Cæſar Vxorem ſuam Cæſar defunctam laudauit , qua re fauorem meruit, beneuolentiámque ſibi plebis conciliauit hac pietate, vt quaſi placidum virum & mollis ingenij exoſcularentur eum. *Plut.in Cæſare & Suetonio.*

Inſcriptiones ſepulcri.

Conditorio apud Spartanos, lege Lycurgi,inſcribere non licebat nomen mortui,præterquam Viri,qui in bello,& Mulieris,quæ ſanctè fato conceſſerat, *Plut.in Lycurgo.*

Inferiæ. Parentalia.

Fiebant annua parentalia, id eſt,ſacrificium,quotannis, ad D honorem mortuorum.Macrobius & Cato tradunt. Laurentiam annuæ parentationis honore dignatam. Erant enim parentalia iuſta & conuiuia,quæ in funere & ad ſepulcrum parentum cognatorumque concelebrabantur à filiis ac conſanguineis,quorum auctor Æneas fuiſſe fertur,qui eo pacto Anchiſen parentem primus omnium honorauit , ſupplicationibus coluit atque eius memoriam nominis conſecrauit , vt *Virgilius lib. Æneid.* deſcribit, *Polyd.l.6.cap.9.de Inuent.*

Cùm Periander Corinthi tyrannus , Cypſeli F. ad Theſprotos , qui ſunt ad flumen Acherontem, miſiſſet nuncios, ſciſcitatum mortuorum oraculum de hoſpitis depoſito : Meliſſa vxor Periandri iam defuncta apparens , negauit ſe indicaturam,vbi depoſitum eſſet collocatum : algere ſe,nec ſibi prodeſſe veſtes,cum quibus ſepulta fuiſſet, vtpote non concrematas. Eius rei teſtimonium fore,quòd Periander in frigidum furnum panes ingeſſiſſet. Hæc Periandro renunciata, ob illud fidem fecère , quòd ipſe cum Meliſſa quamvis defuncta coiérat. Ergo feſto per præconem indicto,Corinthias mulieres ad Iunonis templum quàm ornatiſſimè progreſſas omnes exuit , atque eas veſtes ad tumbam Meliſſæ comportatas , cremauit. Hæc vbi fecit. Meliſſæ idolum expoſuit, E vbinam depoſitum hoſpitis collocaſſet. *Herod.l.5.*

Alexander Magnus in Aſiam tranſmittens, Ilij Mineruæ ſacrificauit, heroibuſque libauit. Achillis cippum vnxit,ac circum eum vnà cum amicis de more cucurrit nudus , eique coronam impoſuit , beatum prædicans Achillem , quòd & dum viueret,fidum amicum,& poſt fata eſſet nactus magnum præconem. In obeundo & viſendo oppido , cùm quæreret quiſpiam ex eo,vellétne Alexandri Troiani,hoc eſt, Paridis lyram contemplari : Non mereri , ait, ſe illam , ſed Achillis quærere eam , qua decora & res geſtas ille clarorum virorum celebrauerat. *Plut.in Alexandro.*

Sicyonij ſacra faciunt Arato Sicyonio ſemel quotannis, quo die ciuitatem à tyrannide vindicauit,quinto menſis Deſij,quem Athenienſes Antheſteriona nominant. Hoc feſtum appellant Sotoria. Iterum , quo menſe memorant natum. Priora Iouis Seruatoris ſacerdos facere, fuit ſolitus, ſecunda Arati : quo faſciam non ex toto candidam : ſed interiextam purpura gerebat. Carmina ad citharam canebantur à F ſymphoniacis. Pompam ducebat gymnaſiarches puerorum & adoleſcentium : inde ſenatus coronatus ſequebatur , & reliqui ciues, quibus libebat. *Plut.in Arato.*

Odettvm Foisseivm Lotrechivm in Neapolitana obſidione peſtilentia abſumptum , & primùm in arenæ tumulo tumulatum,pòſt ab auaro Hiſpano refoſſum,& in cella vinaria Neapoli ſpe lytri reconditum. Romani adeò luxère , vt populus Senatúſque Romanus in Capitolio , non obſcura ſummi doloris ſignificatione,à cunctis tribubus atra in veſte cogeretur , & ei quem vrbis liberatorem appellabat (quòd Cæſarianos , capta vrbe ſupremæ labis excidium communi gentium omnium patriæ immaniter afferentes, detraxiſſet, & Clementem ſeptimum ex manibus Aurantij liberaſſet) iuſti honoris cauſa parentalia decerneret , quæ eo ipſo die , quo nunciata mors eius eſt, inſtauratis regio cultu ſplendidiſſimi funeris exequiis , Laterano in templo quotannis celebrarentur. Id decretum religioſæ pietatis vſque adeò ad diuturnam memoriam Lotrechio glorioſum videri potuit , vt non dubium victoribus, qui mortuo ſepulturam inuidiſſet, præ- G duræ , & prope infamis inclementiæ pudorem exprimeret. *Iouius l.26. hiſt.*

Ludi funebres.

☞ *Conſule tit. Ludorum & ſpectaculorum. Iſthmia certè & Nemæa certamina apud Græcos funebria fuère.*

Achilles ad Troiam Patrocli funus magnificis ludis proſequutus fuit. Similiter Æneas patris Anchiſæ in Sicilia ad Drepanum. *Sabell.l.10.cap.15.*

Gymnica certamina,in honorem Androgei filij,Minos ſtatuiſſe fertur , in quibus præmium victori pueros propoſuit. *Alex.l.5.cap.8.*

Græci gymnica certamina & equeſtria in defuncti memoriam populo dabant : nonnunquam nauium curſus & naumachiam exhibebant. *Alex.l.3.cap.7.*

Miltiadi certamen equeſtre & gymnicum Cherſonitæ fecerunt , in quo nulli Lampſaceno pugnare permittebatur. *Alex.l.5.cap.8.*

Funebres ludos apparatu magnifico,continuis nouem diebus , in hiſque gladiatorum paria , qui venalem ſanguinem habebant,Romani exhibuère : ad quos intromitti matronas, H nefas habitum. Idque adeò vſu & moribus interdictum fuit, vt P. Sempronium vxori,quòd ludis funebribus interfuiſſet, repudium dederit. *Alex.l.3.cap.7.*

☞ *Requirat Lector locum de Ludo , & Ludis , vbi nonnulla huius argumenti.*

Furtum.

*Definitio, et Etymologia.

Fvrtum , Græcè κλεπὶ. & κλέπτης, fur dicitur. Et eſt occulta acceptio rei alienæ inuito Domino , *ſecundum B. Thom.2.2.q.66.art.3.*

Furtum eſt minus graue, quàm rapina,dupliciter : Primo, quia inuoluntarium per vim eſt maius quàm per ignorantiam. Secundo, quia rapina eſt in re , & in perſona : furtum verò in re tantùm, *ſecund.B.Thom.ibid.art.9.*

Furtum *ſecundum Legiſtas,ff.de fur.l.1.* eſt contrectatio rei alienæ mobilis, & fraudoloſa inuito domino , lucri faciendi gratia, ſiue ipſius rei, ſiue vſus rei, ſiue poſſeſſionis. Differt autem

autem fur ab abigeo, quia fur generale nomen eſt, Abigeus
A ſpeciale. Quid autem abigeus ſiue abact-r ſit, vide ſupra *in Abactor.* Di itur autem furtum, à fur, fur vero a fututum, quod veteres autem dicebant, vnde furio, fulgo. Furtum præterea interdum ſignificat adulterium. *Ouid.*

Hac tibi nempe patrem furta dedêre Iouem.

Quod adulteria, ſicuti & latrocinia furtim: hoc eſt, clam ſoleant perpetrari.

Fur, generis communis, cum ipſum etiam virium ſit vtrique ſexui commune; à ferendo, vt quidam putant, id eſt, ab auferendo dicitur, à Græca voce φὼρ, Hebr. *Chan ab*, furtum, *Genebah*, à verbo *Ghanab*, furatus eſt, furtim abſtulit: clam ſubtraxit, tanquam ſub alis & axillis occultando, arripuit clanculum. Cognationem habet cum *Canaph*, flexit alas, & & *Chaneph*, obtectus fuit nebula. Fures etenim ſe obtegunt, quærentes latibula & pro virili rem ablatam ſub alis ſeu axillis abſcondunt.

GENERA VARIA.

Furtorum in omni vita tum priuata, tum publica, genera multa numerantur. Inter cætera occurrunt 1. Pleonexiæ & fraudes variæ in contractibus. 2. Vſuræ immodicæ. 3. Rapinæ, vt prædonum tum in ſagis, tum in togis imbecilliores opprimentium, aduerſus quos exclamat *Eſaias cap.* 33. Væ
B tibi qui ſpolias, quia ſpoliaberis. 4. Iniuſti & doloſi contractus. 5. Expilationes iniquæ & immoderatæ. 6. Furta priuata & publica in foro, curia, aula, œconomia, politia, Eccleſia. 7. Iniuſtæ mercedes, iniqua ſtipendia & præmia, quæ deuorantes ab ignauis & ocioſis, cum interea fidelis ſerui fame vel penuria contabeſcant. 8. Ignauia ſeruorum ſeu miniſtrorum in variis vocationibus. 9. Mendicitas validiorum, de quibus in Irius perſona. *Hom. Odyſſ. l.* 16.

Hic quia nequitiis aſſueuit, adire laborem,
Non vult, & timida populi petit oſtia voce,
Vt replere ſuum queat inſatiabilis aluum.

10. Omnia denique lucra iniuſta, quæ malè parta, malè dilabuntur, vt vulgo dicunt, de malè partis non gaudet tertius hæres.

Furti autem non ſolum reus eſt, qui rem ipſam alienam vel ſurripit, vel mala fide poſſidet, vel ad ſe recipit: verum etiam qui vetus pro nouo ſupponit; qui falſo pondere ac menſura vtitur, qui tempore & loco conſtitutis rem alienam, cui debet, mala fide retinet, vel interpolat, vel denegat, vel falſatam aut mancam reſtituit.

C

EXEMPLA FVRTI ET FVRVM, SACRA.

Sacræ litteræ meminerunt Rachelis, quæ furata fuerat Idola patris ſui. *Gen.* 31. Achan, qui tulerat de anathemate. *Ioſue cap.* 7. Sororia Ochoziæ quæ furata fuit filium fratris ſui Ioas 2. *Reg. cap.* 11. Iudæ Iſcariotis, qui fur fuiſſe, & loculos habuiſſe ſcribitur, *Ioann. cap.* 12.

EXEMPLA HISTORICA.
ET EX IIS
FVRES VARII.

Iniuſtitia hic ſolius habetur ratio. Quatenus autem vel opum, vel honoris cupidine ad furtum inſtigantur, ſic ad Auaritiæ & Ambitionis locos pertinebunt. Conſule Tit.

ASTVTIS FVRAS.
LITERARII FVRES. FVRTA LITERARIA.
IN GENERE.

D Celſus ex cohorte Tiberij Cæſaris, aliena pro ſuis edere ſolebat. De quo ſic *Horatius in Epiſtolis.*

Quid mihi Celſus agit, monitus, multumque monendus,
Priuatas vt quærat opes, & tangere vitet
Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo:
Ne ſi fortè ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus. ——

IN SPECIE. Qui furantur ſcripta Poëtarum.

Cùm Homeros Phoceam veniſſet, erat ibi quidam ludimagiſter Theſtorides, homo fidei parum probatæ: hic ſubodorata poëſi, paratum ſe inquiebat victum ei ſuppeditare, ſi carmina, quæ meditatus eſſet, deſcribere pateretur, & alia ſubinde faciens, ad ſe deferret. Homerus neceſſariorum indigens, commoratus eſt apud Theſtoridem, & minorem fecit Iliadem, cuius initium eſt:

L. B. Theat. Vit. Human. Tom. III.

[illegible]
[illegible] E

Phocaidem quoque Phocenſes apud ſe conditam ab Homero aſſerunt. Iam verò Theſtorides, vbi pleraque ab Homero communicata deſcripſiſſet, in Chium conceſſit: vbi erecto ludo, carmina illa pro ſuis euulgans, egregiam ſimul laudem ſibi parauit, & fructum haudquaquam vulgarem. *Herod. in vita Homeri.*

Eupolidi Comico Ephialtes ſeruus fabulas quaſdam ſurripuerat. Eum in furto deprehenſum Augeas Moloſſus canis, ab Augea Eleuſinio dono datus Eupolidi, mordicus arreptum tandem interfecit. *Ælianus.*

Eripuvs in fabula Meliboea integros verſus Antiphanis ab Athenæo dicitur ſurripuiſſe. *Gyrald. in hiſt. Poët.*

Menander nouæ Comœdiæ princeps antiquorum poëtarum fur fuiſſe dicitur ab Euſebio & Porphyrio. Qua de re Ariſtophanes grammaticus eum amicè ſæpè monuit. Cratinus de Menandri furtis ſex libros edidit. *Clemens* quoque *in* .*lib. Strom.* cum multa ab Hebræorum poëtis deſumpſiſſe oſtendit. Teſtatur idipſum Euſebius Pamphyli. *Gyrald. Dialog.* 7. *hiſt. Poëtarum.*

Aristophanes comicus, cùm à Ptolemæo Philadelpho inter poëtas certantes arbiter conſtitutus eſſet, præter omnium expectationem victorem eum declarauit, qui & Re F gi & ſpectatoribus ineptiſſimus eſſe videbatur. Cauſam rogatus, cum rege in Bibliothecam profectus, Reliquorum furta detexit: & eum quem victorem declarauerat, ob idipſum, quòd ſua attuliſſet, præmium auferre voluit. *Vitruuius l.* 7.

Euoamnus Cvrsnævs poëta, eo tempore Theogoniam ſcripſit, quo Panathenæa ab Athenienſibus celebrari cœpta ſunt. Hic integrum volumen de Theſprotiis à Muſæo furto ſuſtulit. *Gyrald. Dial.* 5. *Poet. ex Clementis l.* 6. *contra Gentiles.*

Solebat Calliphanes poëta diuerſorum carminum & orationum initia conſcribere, ad tres aut quatuor verſus, eaque pronunciare & oſtentare, vt multiſcius videretur. *Rauiſius.*

Demetrivs Latinus poëta, ab Horatio ridetur, quòd aliena carmina ſurriperet & pro ſuis cantaret; vnde & Simius dicitur ab eo, cùm ait:

—— *Simius iſte*
Nil præter Caluum & doctus cantare Catullum.

Ad Fidentinum, *Martialis Epigrammatum lib.* 1.

Quem recitas meus eſt, ô Fidentine, libellus.
Sed male cùm recitas, incipit eſſe tuus. G

Et iterùm:

Noſtris verſibus eſſe te poetam,
Fidentine putas, cupiſque credi?
Sic dentata ſibi videtur Ægle,
Emptis oſſibus, Indicoque cornu.
Sic quæ nigrior eſt cadente moro,
Cerußata ſibi placet Lycoris.
Hac & tu ratione, qua poeta es,
Caluus cum fueris, eris comatus.

Rurſus *ibidem*:

Fama refert noſtros te, Fidentine, libellos,
Non aliter populo quàm recitare tuos.
Si mea vis dici gratis tibi carmina mittam,
Si dici tua vis hæc eme, ne mea ſint.

* De Græcis ita ſcribit Clemens Alexandrinus, Age ipſos Græcos furti in ſeipſos admiſſi teſtes adducamus, qui quæ ſunt eorum propria tam euidenter à ſe inuicem ſuffurantur, H ſe quidem fures eſſe confirmant vel inuiti autem oſtenduntur à nobis acceptam vſurpaſſe veritatem, & eis qui erant ſui generis clanculum tradidiſſe. Qui enim ne à ſeipſis quidem abſtinent, à noſtris vix abſtinebunt. Ac tacebo quidem eorum dogmata in philoſophia, cum ſcriptis fateantur ij qui ſectas diſtribuuntur, ne ingrati animi criminis conuincerentur, ſe decreta præcipua accepiſſe à Socrate. *Lib.* 6. *Stromatum.*

Idem Clemens Alexandrinus: Atque furti quidem Græcorum, quod attinet ad ſententiam, ſpecies cum ſint eiuſmodi, ſufficiant ad exemplum euidens ei qui poteſt perſpicere. Iam vero quod non ſententias ſolum & dictiones ſuffurati & paraphraſtice enunciauerint, ſatis planum eſt, & oſtendetur, quin & furta commiſiſſe integra arguentur. Nam cum quæ erant aliorum, tota omnino ſurripuiſſent, enunciarunt

tanquam propria: vt Eogamon Cyrenæus, ex Muſæo librum
A integrum de Theſprutis, & Piſander Camiteus Piſini Lindij Heracleam, & Panyaſis Halicarnaſſeus, à Cleophylo Samio Oecbaliæ captiuitatem. Homerum quoque inuenias magnum illum Poëtam, illos verſus,

Atque vt vir nutrit ramum viridantis oliuæ,

& quæ deinceps conſequuntur, ad verbum tranſtuliſſe ex Orpheo de extincto Baccho. Et quæ ab Orpheo in Theogonia facta ſunt de Saturno,

Atque iis obliquus craſſa ceruice iacebat,
Vt quem cuncta domans iam ſomnus ceperat,

ea Homerus tranſtulit ad Cyclopem, Heſiodus autem facit de Melampode:

Facta autem à ſuperis quæ ſunt audire libenter
Par homines: praui atque boni clariſſima ſunt hæc Signa.

& quæ deinceps conſequuntur, quæ ad verbū accepit a Muſæo poëta. Ariſtophanes autem in primis Theſmophoriazuſis verſus tranſtulit ex Comœdia Cratini, cui nomen Empipramení, id eſt, Exuſti, Plato autem Comicus & A[illegible]ophan[illegible] in Dædalo, ſua ſibi inuicem ſurripiunt. Cocalum autem quæ apte
B factus fuerat à Poëta Ariſtophane, Comicus Philemon, cum eum paulum immutaſſet, egit in Comœdia quæ [illegible] inſcribitur, id eſt, ſuppoſititia. Heſiodi autem carmina cum in ſolutam tranſmutaſſent orationem, ediderunt tanquam ſua, Eumulus & Acuſilaus hiſtoriographi. A Meleſagora autē eſt ſuffuratus Gorgias Leontinus & Eudemus Naxus hiſtorici, & præterea Bion Proconneſius, qui etiam veteris Cadmi res geſtas tranſcripſit; eaſque in compendium redegit, & Amphilochus & Ariſtocles, & Leandrius, & Anaximenes, & Hellanicus, & Hecatæus, & Androtion, & Philochorus. Dieuchidas autem Megaricus, orationis principiū ex Hellanici Deucalionia traduxit. Taceo Heraclitum Epheſium, qui plurima ab Orpheo accepit. A Pythagora autem immortalem eſſe animam traxit Plato: ille vero ab Ægyptiis. Multi quoq; Platonici ſcripta literis mandauere, quibus oſtendunt, & Stoicos, & Ariſtotelem plurima & præcipua dogmata ſumpſiſſe à Platone. Quinetiam Epicurus à Democrito præcipua ſurripuit decreta. Atque hæc quidem ita ſe habeant: vita enim me
C deficiet ſi velim ſigillatim perſequi Græcorum furta quæ à nimio ſui amore profecta, & quemadmodū pulcherrimorum quæ ſunt apud ipſos decretorum ſibi vendicant inuētionem, quam à nobis acceperunt. Iam verò non ſolùm conuincūtur à barbaris dogmata ſurripere ſua, ſed imitari quæ apud nos diuina virtute ab iis qui ſancte vixerunt dum noſtri curam gerunt fiebant admirabiliter & præter opinionem, eaque tanquam, Græcas fabulas prodigioſè narrātes. *Lib. 6. Stromatum.*

Philoſophorum.

Stoici non vnam aliquam, aut alteram à Peripateticis, ſed totam ad ſe philoſophiam tranſtulerunt: atque vt reliqui fures, earum rerum, quas ceperunt ſigna commutant, ſic illi, vt alienis ſententiis pro ſuis vterentur, nomina tanquam rerum notas mutauerunt, inquit, *M. Piſo apud Cic. l. 5. de Fin. Vict. l. 7. Var. lect. cap. 7.*

Chryſippus Solenſis alienis plumis opera ſua exornare ſolebat, ita vt in quondam opuſculo totam Euripidis Medeam inſeruerit. Vnde cùm quidam in manibus habens li-
D brum, interrogaretur: Quidnam ineſſet? Chryſippi Medea, reſpondit. Apollodorus certè de eo ſic ſcribit: Si quis tollat de Chryſippi libris quæ aliena ſunt, vacua illi charta relinquetur. *Laert. l. 7. & Volat. l. 14. cap. 2. Anthro.* Carneades eum furem & paraſitum appellabat, quòd ſcripta Epicuri iiſdem verbis & numeris furaretur.

Iureconſultorum.

Cn. Flavivs, libertinus & ſcriba Appij Claudij, librum Actionum ciuilium formulas continentem patrono ſurreptum, populo expoſuit: eáque re populum ſibi ita deuinxit, vt & ædilis, & tribunus fuerit factus. ☞ *Vide Tit. Legiſlatorum.*

Bartolvs Iureconſ. princeps, veterum nominibus prætermiſſis, eorum inuenta ſibiipſi attribuit, præcipuè Nicolai de Maturellis Mutinenſis dogmata: vt ex Angelo & Caſtrenſi recitat. *Ficharchus in eius vita.*

Ioannes Andreas Bononienſis, in Iure canonico excellentiſſimus, multa ex conſiliis Oldradi Laudenſis ſibi vendicauit, ſuppreſſo auctoris nomine. Quapropter Baldus eum inſignem furem alienorum laborum eſſe exclamat, & furta eius prodit. *Fichardus in eius vita.*

Hiſtoricorum.

Leonardv[illegible] Aret[illegible] Procop[illegible] ſe vertam, ſuppreſſo authoris nomin[illegible] anq[illegible] in hiſt[illegible] hi[illegible] inde collectam, I[illegible] iano[illegible] qu[illegible] Varn[illegible] m ab Amurathe [illegible] xlii pe[illegible] [illegible] C[illegible] horus [illegible] R[illegible] Procopium Latine loquentem fecit. *Iouius in* [illegible] *A. D.* [illegible]

FVRES HOMINVM ET VE[illegible]

L[illegible]SIORV[illegible]. P[illegible]IARII.

Cùm ob rempub. bene geſtam Athenis in magna [illegible] eſſet Andocides orator, affectauit nauc eriam, ſuiſque [illegible] C[illegible]priotum regib[illegible]s multi[illegible] q[illegible] [illegible] lari[illegible] viri[illegible] h[illegible] Puellam ciuem, Ariſtidis filiam conſ[illegible]brinam ſuam in[illegible] propinquis, eue[illegible]t, ac regi Cypriorum dono mi[illegible]t. Ha[illegible] de[illegible] cum p[illegible] [illegible] caretur, ruſus eam furtim ex Cypro abduxi[illegible] captuſque à rege & in carcerem datus eſt. E[illegible] quo cum pr[illegible] fugiſſet, venit Athenas, quo tempore quad[illegible]genti ty[illegible] [illegible]um p[illegible]iebantur, à quibus in vinc[illegible]la datus denuoque p[illegible] [illegible]pſus conuulſa paucorum ditione, poſtquam ſumma re[illegible]um peruenit ad triginta tyrannos, in exilium iuſſ. F
Plut. in vita Andocid.

Conradvs Ravfvs, nobilis Saxo, cùm paterna hæreditate à Friderico duce Saxoniæ exutus eſſet; Altenburgum Miſniæ arcem, in qua duo filij Friderici impuberes: Erneſtus & Albertus, educabantur, pædagogi proditione conſcendit: mortémque interminatus, ſi vocem ederent, funibus colligatos extraxit: haud dubius, quin perductos in Boëmiam magno pretio venderet. Iam ſyluam Hercyniam (quæ Boemiam à Saxonia diuidit) ingreſſus erat, & periculum omni euaſiſſe putabatur, cùm alter fratrum labore ac fame deficiens, quietem ſimul & cibum popoſcit. Cuius precibus commotus prædo ad carbonarium diuertit, afferrique panem ac cereuiſiam iuſſit. Interea Altenburgenſes cognito facinore arma capeſſunt, & prædonis veſtigia inſectantur. Syluam ingreſſi, fortuna duce, inter multos tramites eum ſequuntur, qui rectà duxit ad carbonarium. Ibi Conradus ex improuiſo capitur, & oblatus principi, audaciſſimi ſceleris capite pœnas ſoluit. Fridericus eodem penè nuntio, quo captos atque abductos filios audiuerat, recuperatos & domum reductos didicit. G
Æneas Syl. cap. 32. Europa.

Orlandvs Lassvs Bergæ Hannoniæ vrbe natus, an. 1530. ſeptem annorum puer ad literas diſcendas adductus, ſeſquennio pòſt ad Muſicam animum applicuit, qua breui tempore percepta, ob vocis ſuauitatem præ cæteris ſuis æqualibus commendabatur, vnde inter pueros Symphonicos viuens, ex ſchola ter plagio ſublatus eſt, biſque ſollicitā parentum curā reductus fuit, tertiò ſcholam non repetiit, ſed cum Ferdinando Gonzaga prorege Siciliæ, tum temporis Cæſarearum copiarum apud Santdeſiderium ducem manere conſenſit. *Boiſſardus in eius vita.*

An. 1596. Febr. 23. Turca quidam Zaln Aga nomine, Palipaoli ſocius, plagiarius noſtra ætate per Vngariam famoſiſſimus, captus, & Strigonium perductus eſt. Quo tempore ibidem iudex Waitzenſis, cum aliquibus ciuibus ſuis erat, qui vno ore affirmabant, inter Eipelum, Strigonium & montana, pernicioſiorem hoſtem nunquam fuiſſe, qui plures Chriſtianorum pueros rapuerat, vendideratque, quàm in capite capil- H
los haberet. Is quia grauiter vulneratus erat, eadem nocte examinatus, & magna omnium incolarum lætitia necatus eſt.

SERVORVM ΔΟΥΛΑΠΑΤΑΙ

Tryzygias plagiarius quiſpiam fuit, qui ſeruos & res alienas, quas furto ſuſtulerat, in Pylæa (is eſt Arcadiæ locus) venditare conſueuerat: atque hoc quæſtu diues euaſit. Auctor *Zenodotus. Eraſmus in Adagiis.*

FVRES ANIMALIVM

Abigei.

Antiquo ſeculo, cùm vita mortalium adhuc eſſet paſtoralis, prima belli cauſa erant abacta pecora: quemadmodum eleganter indicat *Homerus Iliad. 6.* depingens Achillis clypeum:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

& reliqua quæ ſequuntur. Quos verſus ita vertimus:

Dehinc

A *Dehinc procul his ſpeculatores populi vnus [illegible] alter*
Obſeruant, ſi [illegible] videant, omniumque b[illegible]
Armina. At hæc confeſtim a[illegible] qua pone ſequuntur
Paſtores duo, demulcentes pect[illegible] can[illegible]
Ignari fraudis contr[illegible] ex compo[illegible]
Accurrunt, armenta boum niueoſque b[illegible]entum
Conciliere greges, caſis paſtoribus [illegible]

Eraſmus in Adagi[illegible].

Cacvs Vulcan[illegible] filius, boues & armenta [illegible] in Auentino monte [illegible] quæ verſis veſti[illegible] cauda trahebat in ſuam ſpeculam, vt furtum non agno[illegible]tur. Hunc Hercules dedit mor[illegible].

Argvs Phrixi F. & Perimele Admeti nat[illegible] filiam habebant Magnetem nomine, à qua vic[illegible] [illegible] regio Magneſiæ nomen obtinuit. Filius ei fuit [illegible], excellenti forma. Hunc cùm Apollo canentem [illegible], amoreque eius correptus à domo Magnetis non d[illegible]: Mer[illegible] armento boum Apollinis [illegible] quod iuxta boues Admeti pa[illegible]

B bat, inſidias tendit. Ac primum [illegible] cuſtodientibus, veternum auginamque immit[illegible]t. Mox buculas abigit duodecim, boues centum, taurum vnum [illegible] caudis ſingulorum aliquid ſylueſtris materiæ appendens, ad delenda boum veſtigia. Egit armentum in Peloponneſum per Corinthum & Lariſſam, Tegeam vſque, inde ſecundùm Lycæum & Menalum montes ad ſpeluncam Batti. Habitabat is Battus in ſummo ſcopuli, cúmque iuuencorum qui præteragebantur vocem exaudiuiſſet, domo egreſſus, ſenſit eos eſſe furtiuos: pactuſque eſt mercede ſilentium, de iis reticendi. Eam Mercurius iurato ſe nemini de his quicquam relaturum Batto ſtipulatur, Mercurius cùm eas in ſpeluncam Ptionis ad Coryphaſium abdidiſſet compulſas, quæ eſt è regione Siciliæ & Italiæ: ad Battum mutata forma reuertitur, periculum facturus, an is iuramentum eſſet ſeruaturus. Data ergo mercedis loco chlæna, percontatur, anne furtiuas boues prætetagi vidiſſet? Ibi Battus chlæna accepta indicium facit de bobus. Mercurius bilinguem eum eſſe indignè ferens, adacto baculo in ſaxum commutat quod & frigori & æſtu omni eſt obnoxium. Locus adhuc hodie ab iis qui tranC ſeunt. Batti appellatur ſpecula. *Antonin. Liberalis ex Heſiodi magnis Fœis, Didymarcho lib. Metamorph. 1. Antigono Alterationibus, & Apollonio Rhodio in Epigrammatis, vt Pamphilius lib. 1. ait.*

Quidam D. Germani equum ſuffuratur. *Vide Tit. Clementia erga fures.*

Spirydonis Cyprij Epiſcopi oues Abigei ſubducturi, diuinitùs irretiuntur. *Vide Tit. Fures non viſi.*

FVRES FORTVNARVM
In ornare.

Iureconſ. dixêre furta per lanceam & licium manifeſta, quod fures qui in alienas penetrabant ædes, plerumque (vt eſt ſagax furum ſolertia) licium ferebant, quo furta alligarent, & lancem præ oculis, ne innoteſcerent. *Alex. lib. 6. cap. 10.*

Furaces homines Aſpendij citharistæ Græcis vulgo dicuntur, quòd vt hi carminis, ita illi furtorum eſſent occultores. Fatetur Aſconius adagionem etiam in illos aptè dici, qui multum inteſtinis ſuis commodis conſulunt præter hoD neſtatem. *Eraſmus in Adagiis.*

Effractores qui vel fores parietéſve effringunt expilandi cauſa, vel carceres.

Avtolycvs Meteucij & Telauges Luciferi filiæ F. pater Anticlæ matris Vlyſſis, à patre Mercurio donum accepit furandi artem, & ea quæ furto ſuſtuliſſet, peregrino colore obducendi, ne deprehenderetur. *Euſtathius Iliadus x.*

——— Autolycus furtum ingenioſus ad omne,
Qui facere aſſueuerat, patriæ non degener artis,
Candida de nigris, & de candentibus atra.

Tauros Scythas *Herodotus* ſcribit in Melpomene furandi licentia ſibi victum comparare, atque item ex bello.

[illegible] id eſt, Lydus oſtium clauſit: de furacibus dicebatur, quòd Lydi non diſcederent, niſi re quapiam ſublata. *Eraſmus.*

Argiui antiquitùs furacitatis infamia laborarunt: vnde adagium, Argiui fures. *Suidas.*

Amasis Ægyptiorum rex, cùm adhuc priuatus ageret, potandi iocandique cum dicacitate ſtudioſus fuit, & neutiquam rerum agendarum anxius. Quoties autem eum potantem ac ſe oblectantem, neceſſaria defeciſſent, ſolebat circumeundo furari. Ac cùm repoſceretur ab his, qui dicerent eum ipſorum E
habere pecuniam, ac negaret: adducebatur ad oraculum quocunque eo in loco eſſet, & frequenter ab oraculis conuictus, frequenter abſolutus fuit. Poſtquam aſſecutus eſt regnum, quicunque dij eum furti abſoluerant, illorum templa neque curæ habuit, neque vl[illegible] re donauit, tanquam nil mererentur, quòd redderent falſa reſponſa. Qui autem eum pronunciauerant furem, hos tanquam verè deos, nec mendacia reddentes oracula, maximè coluit. *Herod. lib. 2*

Apud Spar[illegible]anus [illegible] puerorum præfectus, qui Iren dicitur, pueri[illegible] imperat grandioribus, vt ligna afferant, & olera minoribus. [illegible] ſunt f[illegible]to, paſſim ex hortis, partim in virorum con[illegible] [illegible]craſt[illegible]e & [illegible]autè irrepentes. Depre[illegible]enſus multa verbera flag[illegible] accipit, quod ſolutus in furando & iners videatur. Furantur etiam quæcunque valeant cibaria, inſidiari [illegible] bus meditantes, aut ſolutiorem cuſto[illegible] [illegible] mpetto verbera & fames pro piaculo ſ[illegible] A[illegible] præ[illegible]ntur [illegible]licitè, vt perhibeatur qui- F
d[illegible], qui modò vulpeculam ſurripuerat, quam inuolutam [illegible], cum ventrem ſuum laniaret beſtia vnguibus & dentibus, ne detegeretur, intermoti ſuſtinuiſſe. *Plut. in Lycurgo.*

Prouerbio Græcorum olim circumferebatur:

[illegible]
Hæc & Pylæa nouit Tyttygias.

Hoc velut ænigmate veteres innuebant, opes malis artibus quæſitas. Tyttygias plagiarius quiſpiam fuit, qui ſeruos & res alienas, quas furto ſuſtulerat, in Pylæa (is eſt Arcadiæ locus) venditare conſueuit, atque hoc quæſtu diues euaſit. Auctor *Zenodotus. Eraſmus.*

De Pericle *Lucilius in 2. Græcorum Epigram.* ſic ſcribit:

[illegible]
[illegible]

Idem de Dione:

[illegible]
[illegible]

Eurybatum ſunt qui dicant furem fuiſſe aſtutia ſingulari: is cùm deprehenſus, captúſque ſeruaretur, cuſtodes in conuiuio animi cauſa iuſſerunt vt oſtenderet, quibuſnam modis conſueuerit domos conſcendere. Cùmque illum initiò re- G
nuentem, ſcilicet tanquam inuitus facturus eſſet, rogarent inſtantiùs, ac vix tandem perſuaſiſſent: ille aptatis ſpongiis ac ſtimulis ferreiſque retinaculis, quas [illegible] Græci vocant, parietem cœpit conſcendere. Porrò ſuſpectantibus illis, & artificij nouitatem admirantibus, Eurybatus prehenſo laqueari, per tegulas aufugit, priuſquam illi domum circumire potuerint. Atque hunc ad modum deluſis cuſtodibus, periculum euaſit. Meminit huius & *Euſtathius in primum Iliados*, admonens eam vocem ambiguè pronunciari [illegible]: dictam autem [illegible], quòd latè graſſaretur. Hinc Prouerb. [illegible] in eum, qui deprehenſus, arte quapiam elabitur. *Eraſm. in Adagiis.*

Patæcion fur quidam Athenienſis nobilis, myſteriis Eleuſiniis initiatus. *Vide Tit. Superſtitionis auctores.*

Circa an. Sal. 1481. deprehenſum ferunt Viſmariæ inſignem furem. Apud Eccleſiam conducto manens hoſpitio, talem in vultu & omni geſtu præferebat honeſtatem, vt aliquando vices impleret in ea vrbe ſacerdotis parochialis. H
Veſtes quotidie mutabat: iam ruſticus, iam mercator, iam ſacerdos noctibus ambulabat pro ſuo quæſtu. Cingulum ferebat vncis per ordinem in circuitu pluribus, vt eo incinctus, haberet quo plurima efferret, velut multis vſus manibus. Omnium generum ſupellectilem, merces omnigenas, veſtes ad ſartorem, necdum ad plenum perfectas, libros, & quicquid obuium erat, congerebat. Per vicinas vrbes circuibat: omnes locupletes ſigillatim deſcriptos in ordinem, in libro annotabat. Quos iam expilauit, ſigno factæ veluti ſolutionis adhibito abſoluebat: cæteros pro debitoribus inſcriptos habebat, nulla tamen ſumma deſignata. Nec fuit in eo maritimo tractu ciuitas, quam non multiplici furto moleſtaſſet. Sarcinulam nuncij Gedanenſis (in qua aliquot erant florenorum millia, quæ ab occiduis mercatoribus in orientem deportaret) habitu mercatoris, quaſi ſuam (dum nuncius obuerſo dorſo ſtaret) ad lauactum manè extulit, multis pro ea re in ſuſpicionem adductis. Reperit aliquando ſacerdotis veſtem lineam cum almucio, & iuxta ſertatam militis tunicam: vno vtramque, ſed diſſimilem veſtem, ſacco implicuit.

Infinita ſunt eius generis ludiera furta. Finalitet proditus A eſt vili libro quem vicino abſtulit. Viſmariæ inſcalatus, in Sconenberge turri mancipatus, ibi periit, Qui documenta protulerunt rerum ſuarum, ſua receperunt quæ extabant cætetùm prompta pecunia. *Crantz. lib.13. Vandalia. cap.24.*

FVRES FORTVNARVM

PER SE CONSIDERATARVM

Huc pertiner.

PECVNIÆ ABLATIO, MARSVPIORVM INCISIO.

Micha matri M C. argenteos furatur. *Vide Tit. Superſtitionis magiſtri.*

Marſupiorum inciſores βαλαντιοτόμοι, apud Æſchinem contra Cteſiphontem. Aſconius Saccularios videtur dicere Plautus Zonarios ſectores. *Calius lib.10. cap.6. Antiq. Lect.*

VOLANVS Q. Luctatij Catuli furaciſſimus libertus fuit. Eum quum deprehendiſſet nummularius numos de menſa ſubtrahentem, ac in calceos ſibi inſarcientem: Bel è (inquit quidam) te numularius excalclauit. *Calius lib.19. c.9. A.L.*

MONETÆ Corruptio, adulterium.

RVFFINVS SYLLA cùm Conſul eſſet, repertum eſt in eius domo argentum non bonum (quod veteres ſtultum dixe-B re) ad libras decem: & quia lege vetitum erat, à ſenatu cum omnibus ſuis remotus fuit. Qua ex re L. Corn. Sylla pauperrimis parentibus ortus, domum propriam non habuit. Cui etiam pro conuitio dictum fuit: Quomodo vir bonus eſſe poſſet, poſtquam ex hæreditate paterna nihil accepiſſet. *Ioan. Gerund. lib. 8. Paral. Hiſp.*

Monetarij ſub Aureliano adulterarunt monetam, ſuóque præfecto Feliciſſimo interfecto, inteſtinum bellum concitarunt. Eos Aurelianus vix ſubactos, exquiſitis ſuppliciis affecit. *Suid.*

GEMMARVM, MONILIVM, CORONARVM.

THEODORVS pædagogus gemmam, diſcipuli collo detractam ſuffuratur. *Vide Tit. Perfidi preceptores.*

WILLA Burgunda Boſonis Marchionis Tuſciæ vidua, mulier verſuta, & inexplebilis auaritiæ, Baltheum aureum gemmis preciosiſſimis nobilem furata, poſt mariti obitum pudendis abſcondit. Quem Hugo Arelatenſis, rex Italiæ, cùm ab ea requireret, nec inueniretur, iuſſit eam denudari. Furtum prodidit corrigiola è locis muliebribus dependens. Vnde extractus baltheus, multis ipſa opprobriis afficitur, & in patriam Burgundiam remittitur. *Cuſp. A. D.*

GEORGIO PALATIO, Strigonienſium Pontifice mortuo, qui C coronam regni, diuitémque regum ſupellectilem in arce ſeruauerat, Albertus II. Imp. Vngariæ rex eò ſe confert. Arx reginæ Elizabethæ deditur. Quæ dum theſaurum regni coram Baronibus ad eam rem ſelectis recognoſcit, coronam B. Stephani regis, quam ſacroſanctam putant, clàm ſurripit, annique cuſtodiendam tradit, cætera obſignatis occludit arcis. Mortuo deinde Alberto, quum filium eius poſthumum Ladiſlaum regem proceres Vngariæ declaraſſent: peracta coronationis celebritate, ſolutóque conuentu, mater eum puero & honeſto procerum comitatu Viſſegradum conceſſit, vt in arce munitiſſima, cui Ladiſlaus Gara præerat, ſacrum diadema reconderet: quemadmodum veteres editiſſimum tutiſſimúmque locum aſſeruandæ coronæ hunc vnicum dicarant. Atqui in arcem vbi conuentum eſt, omnes qui aderant optimates regina fefellit: quippe quæ dum futura diſcrimina veretur, quam recondere ſimularat, coronam iterum ſubtraxit: & præſtigij dexteritate freta, ſpectatorum lumina eluſit: mox reconditorium, obſignato ab optimatibus theſauro: D iuſſit occludi. Quæ res non parùm Vngaros ab Eliſabetha regina, filioque Ladiſlao alienauit. Paulò pòſt enim, quum inter Principes de coronando Vladiſlao Polono conuentum eſſet, Viſſegradum omnes ad reſerandum ærarium, accipiendúmque ſacrum diadema, conceſſere. Patefacto ærario, cuncta integra inuenère, coronæ tantùm ab Eliſabetha ſubtractæ furtum deprehendère. Hinc turba ingens inter proceres oborta, hinc prima pernicioſi ac diuturni belli auſpicia ſunt edita. Mortua Eliſabetha, corona cum Ladiſlao puero in manus Friderici III. Imp. peruenit, à quo ſexaginta aureûm millibus redempta eſt: Budámque ſplendido Vngarorum comitatu reportata. Quò minus autem vera corona redderetur, Fridericus duas adulterinas fieri curauit. Sed Ladiſlaus Palocius, vnus oratorum, primo aſpectu, ſigno quodam veram agnouit, *Bonfi. l.4. Dec.3. & lib.10. Dec. 3. & Æn. Syln. c.55. Hiſt. Bohem.*

POCVLORVM.

DIOGENES conſpicatus d… Quendam … ærario f ratus ſuſtulerat (duc bat t aut m … quo … ἱερομνήμονας appel ant, Magni inq… fur … paruum ducunt. *Laert. lib. .*

De Herode Medico, *Mart. Epigrammatum*

Clinicus Herodes trullam ſubduxerat agr…

Deprehenſ… dixit. Stulte, quid ergo bi is.

TITVS IVNIVS cum cœnaret apud Claudium Cæſarem ſcyphum argenteum furatus eſt. Quod vbi int lle it Cæ…, vocauit eum poſtridie iterum ad cœnam, … ui, cum … ent…, præcepit vt nihil argenti, ſed omni … ficti … offerrent & apponerent ſerui. Huc propter Cæſ… lenitatem, quæ magis comica fuit, riſu potiùs quàm … vi… um eſt dignum. Hi… eſt Iunius ille, qui poſtea apud Galbam plurimum p… tuit, & ſua auaritia in odium coniecit populi & mil… um *Plut. in Galba.*

ALIMENTORVM, VINI.

Scribit *Gregorius Dialog. lib.2. cap.* 18. Exhilaratum puerum, iuſſu domini ſui, Benedicto attuliſſe duo vaſa vini, alterumque inter eundem abſcondiſſe. Commonefactum autem à Benedicto, ne ex abſcondito vaſculo biberet, ſerpentem in vaſe reperiſſe. F

D. AVGVSTINVS fatetur, ſe puerum de paterno penu vel ingluuiei cauſa, vel vt eſſet quod pueris colluſoribus daret, quædam furto abſtuliſſe, *lib.1. Confeſſionum c.19.*

PVRPVRÆ.

DIOGENES conſpiciens Furem purpuræ comprehenſum, Homericum carmen in eum detorſit: Ἔλλαβε, inquit, ἐν πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή: id eſt, *Te mors purpurea apprehendit, violentáque Parca. Laert. lib.6.*

VESTIVM.

Apud *Ariſtophanem in auibus:*

Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν, ἵνα μὴ ῥιγῶν ἀποδύῃ,

——— *Poſtea Oreſti*

Texere lanam, vt ne horridulus ſpoliet quem.

Scholium admonet Oreſtem λωποδύτην quempiam ſimulando inſaniam in tenebris aggredi ſolere homines, eoſque veſtitu ſpoliare. *Eraſmus in Adagiis.*

Cùm Pharnaces Mithridatis F. Pompeio patris mortui arma doni loco miſiſſet, gladij vaginam, quæ conſtiterat talentis quadringentis, Publius furatus, venum dedit Ariarathi Cappadocum regi. Cidarin Caius Mithridatis collactaneus Fauſto Syllæ filio petenti occultè dedit operis mirifici, quòd in præſentia Pompeium fefellit. At Pharnaces, cùm pòſt reſ- G ciuiſſet, in illos qui ea auerterant, animaduertit. *Plut. in Pomp.*

MACHINARVM.

Quidam horologium Carolo V. Cæſari abſtulit. *Vide Tit. Clementia erga fures.*

FVRES RESPECTV POSSESSIONIS conſiderati, Fortunarum.

PRIVATARVM.

Lippiens anus Medici operam implorauit conuentione facta, ſi ſe curaret, pactam mercedem ei daturam: ſin minùs, ne obolum numeraturam. At Medicus quoties ab ea impoſitis collyriis recederet, furto ſecum aliquid de domo auferebat. Demum eùm conualuiſſet, & de mercede à medico interpellaretur: Atqui, inquit illa, minus nunc quam olim video: plura etiam in domo vaſa inſtrumentaqua lippiens conſpiciebam, quàm nunc ſana conſpicari poſſim. *Gilbert. Cogn. lib. 1. Narrat.*

PVBLICARVM PECVLATVS.

DEPECVLATORES.

Victis ad Ægos Potamos Athenienſibus, Lyſander dum ad H oppugnandam Samum ſe compararat, Gylippum eum, qui cum nauali auxilio in Siciliam ad Syracuſios defendendos miſſus olim fuerat, cum ſpoliis & argenti mille & quingentis talentis Spartam miſit. Pecuniam autem ſacculis impoſuit, in quibus ſingulis ſcytala erat, qua quod cuique impoſitum pecuniæ fuiſſet, notabatur. Eius conſilij Gylippus inſcius, per iter ſacculis reuinctis, trecenta talenta ſubtraxit. Quo per ſcytalas Ephoris detectos Gylippus aufugit, capitiſque ob id commiſſum damnatus eſt. *Diod. lib.13.*

HARPALVS, qui theſauris & vectigalibus ſeruandis Babylone præfectus fuerat, quum in Indiam Alexandrum Magnum intraſſe audiuiſſet: in eam venit ſententiam, vt illinc eum haud amplius rediturum crederet. Itaque deliciis & intemperantiæ ſe dedens, feminis vim primò inferre, & omne

libidinis

A libidinis genus cum barbaris exercere incepit: cuius rei magnam facultatem, lattiſſimæ terræ imperans, habebat. Pecuniarum autem vim magnam id in turpium voluptatum vſum impendere: à mari ſiquidem vſque rubro, quod maximè diſtat, piſces multos ſibi afferri curabat, atque in omni victu tantum prodigebat, vt inde paſſim male audiret. Præter hæc, Athenis ad ſe inſigne maximè ſcortum, cui Pythionice erat nomen, acciuit, viuentique munera planè regia donauit, & mortuam magnis ſumptibus ſepeliri fecit, condito ei in terra Attica pretioſiſſimo ſepulcro. Hinc Attica itidem alia muliere, quam Glyceram nominabant, vocata ad ſe, in ſumma mollitudine, & immoderatis impendiis vitam ducebat. Ad omnes verò fortunæ caſus Athenienſem populum, quo, ſi opus eſſet, perfugium haberet, ſibi præcipuè demereri ſtudebat. Quum igitur ex India reuerſus Alexander, præfectos multos ſibi delatos, morte multaſſet, Harpalus idem de ſe timens, collectis quinque millibus talentorum argenti, ſecum adſumpſit ad ſex millia mercenariorum militum, ex Aſiaque in Atticam contendit. Vbi quum à nullo reciperetur, ad Tenarum Laconiæ relicto milite, Athenas ſupplex, cum pecuniarum parte eſt profectus. Superuenerunt ab Olym-
B piade & Antipatro nuncij, qui eum ab Athenienſibus repoſcerent. Tunc ipſe grandem pecuniam oratoribus, qui ad populum pro ſe agerent, dilargitus, aufugit: atque ad ſuos milites iuit in Tenarum. Illinc in Cretam tranſmiſit, vbi à Timbrone vno è ſuis familiaribus, per inſidias eſt interemptus. Thimbro Cyrenem nauigauit, tandem à Ptolomæo interfectus. Athenienſes habita de his cognitione, qui pecunias ab Harpalo accepiſſent, Demoſthenem alioſque quoſdam oratores criminis eius damnauerunt. *Diod. lib.* 17.

Posthvmivs Pirgenſis publicanus reus peculatus. *Vide Tit. Rapinæ pœna.*

L. Scipio Aſiaticus peculatus reus. *Vide Tit. Fortitudinis cuiuſcunque præmia & honores.*

Phileſius & Xanticles repetundarum damnati. *Vide Tit. Seueritatis bellicæ ducum erga milites perfidos.*

L. Tvbvlvs homo flagitioſus, quòd multis ſacrilegiis & peculatibus vitam infamaſſet, multámque pecuniam malo cepiſſet dolo, Lucilij ſatyris notatus eſt. Aſconius Pedianus ait, virum fuiſſe prætorium ætate patrum Ciceronis, qui propter multa flagitia de exilio accerſitus, ne in carcere necaretur, venenum hauſerit.

Ivnivs Syllanvs prætor repetundarum reus. *Vide Tit.*
C *Perfidiæ magiſtratuum erga ſubditos pœna.*

Sigismvndvs Quinqueecleſienſis Epiſcopus, ſub Vladiſlao rege quæſtor ærarij, peculatus nomine accuſatus, quadringentorum militum multam exſoluens liberatus eſt. *Bonf. l.* 5. *Decad.* 5.

FVRES RESPECTV LOCI CONSIDERATI. Puta Provinciarvm, Vrbivm Expilatores.

Constans II. Imperator cum exercitu Italiam ingreſſus, ſpecie quidem Longobardos opprimendi, reuera autem prædandi cauſa, iactabat, Imperij ſedem ſeſe iterum transferre velle ad veterem Romam: eſſe enim magis matres quàm filias honorandas. Vrbem ingreſſus, honeſtiſſimè acceptus à Pontifice, quinque diebus in perluſtranda vrbe conſumptis, ad deprædandam eam conuertitur. Laminas argenteas, quibus Pantheon tegebatur, & alia pretioſa, reliquias hoſtilium prædarum atque incendiorum ſuſtulit: ac quicquid antiqui operis ex ære & marmore fuit, quod oculos delectare potuit, vi auulſum ad naues deferri iuſſit. Pluſque ornamentorum
D ſeptem dierum ſpacio vnus vrbi detraxit, quàm Barbari ducentorum quinquaginta octo annorum interuallo. Tot enim anni interfuerant à prima Imperij inclinatione ad luctuoſam illam deprædationem. Vrbe ſpoliata, duodena die Roma digreſſus, Neapolim primò, inde in Siciliam tranſiuit, commoraturus Syracuſis, quoad tributum ex Italiæ vrbibus, inſulis, ac prouinciis ad libitum exigeret: non tam auarè, quàm ſuperbè. Dum hic molliter & libidinosè verſatur, ac in balneis ſe lauat, à miniſtris ſuis, auctore Mazeſe, interficitur, cùm regnaſſet annos ſeptem & viginti. Eo interfecto, Saraceni, qui per id tempus in Sicilia Panormum vrbem occuparant, in Africam omnes Conſtantis rapinas deuexerunt. Cui id contigit, quod plerumque auaris ſolet, vt opum quas rapinis congeſſerunt, hi poſſeſſores fiant, quos minimè arbitrabantur, ac penes raptorem auarúmque infamia ac crimen maneat, cùm alij tecto Dei iudicio rapinarum commodo ac voluptate perfruantur. Conſtantinus eius filius poſt cædem patris in Siciliam traiecit: quicquid ſpoliorum Syracuſis reperit, Byzantium in naui ſecum detulit. *Cuſp. A.D. & Ful. lib.* 9. *c.* 4. E

ÆRARII.

Trophonius & Agamedes fratres peculatum committunt: *Vide Tit. Oracula futuri partu.*

Lycvrgvs Athenis nomen Diphili detulit, quòd ex metallis argentariis fulcimenta, meſocrines appellata: quæ impoſitas moles ſuſtinebant, ſubtraxiſſet, atque inde magnas opes contra leges conflaſſet, ac cùm litem capitis æſtimaſſet, peregit cùm ex eius bonis populo quinquagenas drachmas viritim diuiſit: quarū ſumma efficiebat talenta centū & ſexaginta: aut vt ſunt alij auctores, totidem minas. *Plut. in vitâ Lycurgi.*

Clearchvs Lacedæmonius à Pericle pecunia corruptus, in Atticam abſtinuit irrumpere. Quamobrem in exilium ad Thurios Italiæ relegatus eſt. Gylippus patre non melior, cum nauali auxilio in Siciliam ad Syracuſios defendendos miſſus, & à Lyſandro Sparta remiſſus, cum ſpoliis & argenti mille & quingentis talentis ſacculis impoſitis, in quibus ſingulis ſcytala erat, quæ quod cuique impoſitum pecuniæ fuiſſe notabatur. Gylippus per iter ſacculis reuinctis, trecenta talenta ſubtraxit. Quo per Ephoros retecto, aufugit, F capitiſque ob id commiſſum damnatus eſt. *Diod. lib.* 13.

Παμφίλου ἐξαφάνισις, id eſt, Pamphili ſublatio. Pamphilus hic veteris comœdiæ conuitiis notatus eſt, quòd ærarium expilaſſet. Conuenit in peculatores, qui è publico ſuffurantur: *Eraſmus in Adagiis.*

Marivs Priscvs, proconſul Africæ tempore Domitiani, damnatus repetundarum, quòd Africam expilaſſet, in exilium actus eſt. *Volat. lib.* 17. *Anthrop.*

Hadingvs Danorum rex, è bello Suetico reuerſus, cùm ærarium ſuum exhauſtum animaduerteret, cuſtodem eius Glumerum ſuſpendio ſuſtulit, callidóque commenti genere edixit, vt quicumque ablata referre curaſſet, honoris locum quem Glumerus poſſederat obtineret. Quo promiſſo allecti fures, ſeſe inſtar ſoricum prodidere: & ad magnos primùm honores euecti, mox dignis affecti ſuppliciis. *Saxo lib.* 1.

RERVM SACRARVM.

☞ *Vide Sacrilegium, Simonia.*

Gazophylacii.

Trophonius & Agamedes Hyriæi ærarium depeculati. *Pauſanias.*

Stamatvs quidam, Graij ſanguinis homo, Cretaque inſula natus, dum fortè Venetiis eſſet, oſtenderentúrque (quod G magnis hoſpitibus præſtari ſolet) Borſio Eſtenſi publici theſauri, qui in parte aureæ diui Marci ædis aſſeruantur: ita accidit, vt quaſi vnus ex illius domeſticis ignotus Græculus ſit ſacrarium ingreſſus. Tum verò ille ad ſtupendum rerum aſpectum non ſolum non animum remiſit, ſed ad nobiliſſimum furtum confeſtim adiecit. Eſt diui Marci ædes intus extráque circa imum marmoreis tabulis compacta. Ea igitur templi parte, qua puerorum ara ſita eſt, marmoream tabulam fur ingenioſus exemit, inde nocturno opere defunctus (quia non tam cito murus penetrari potuit) applicita ſuo loco tabula, circumductóque tectorio ita vt nullum fracturæ veſtigium appareret, exhauſtâ inde materiam ante lucem aſportabat, atque hoc modo plures noctes operatus ad intimum conclaue peruenit: tum inde eximere cœpit ampliſſimos theſauros. Erat illi compater Zacharias quidam Grio, Cretenſis & ipſe, ac patricij ſanguinis, homo vel hoc vno exemplo miræ innocentiæ. Huic ſacræ aræ adhibito rem omnem Stamatus ordine enarrat: inde in anguſtiſſimum domicilium, quod Græculus incolebat, abductum, immenſum illi furtum retexit. Ad H cuius conſpectum quum probus vir obſtupuiſſet, ſceleriſque atrocitate pauitans, vix ſatis ſuo conſiſteret veſtigio: ferunt ſacrilego homini in animo fuiſſe, eum obtruncare, addidiſſetque omninò ſcelus ſceleri, niſi ille ita occurriſſet, vt diceret ſe præ nimia lætitia, quòd ex inſperato videret ſe ad tantas diuitias perductum, penè deſipere. Quibus verbis confirmatus ille, cæde abſtinuit. Acceperat interim Grio dono pretioſiſſimum ab eo lapidem, atque ob id notiſſimum. Ferunt eum fuiſſe, qui priore parto Ducariæ inſulæ hodie conſpicitur. Per ſpeciem igitur expediendi negotij ab fure digreſſus, ſe in curiā proripuit: inde ad Principis conſpectum admiſſus, atrociſſimum retexit facinus: celeritate opus eſſe dicere, ne ille (quem vix multo ambitu verborum fefelliſſet) mutato repentè conſilio ſe aliquò cū bona parte furti illatebraret: & ne fides rei tantæ

tantæ deeſſet, gemmam dono acceptam ſinu deprompſit.
A Qua conſpecta confeſtim miſſi ſunt, qui hominem comprehenderent: atque ita cum eo in poteſtatem redacto, omnia quæ ſuſtulerat, ſunt recepta, vt nihil ea tam precioſo apparatu (cui is æſtimatio vicies centena aureorum numûm millia æquaſſe dicitur) defuerit. Furti auctor ad geminas columnas eſt laqueo necatus. Indici præter aurum, quod in præſentia dono accepit, perpetuum eſt ſalarium ex publico decretum. *Sab. l.6. Decad.3.*

HORTORVM.

Martialis l.6. Epigrammatum, arguit furti Cilicem quondam, his verbis:

Fur nota nimium rapacitatis
Compilare Cilix volebat hortum.

D. AVGVSTINVS *l.2. Confeſſionum,c.4.* furtum ſuum à ſe puero commiſſum hiſce verbis fatetur: Arbor erat pirus in vicinia vineæ noſtræ pomis onuſta, nec forma, nec ſapore gratis. Ad hanc excutiendam nequiſſimi adoleſcentuli perreximus nocte intempeſta, quouſque ludum produxeramus & abſtulimus inde onera ingentia, non famis, ſed libidinis ea ſatiandæ cauſa. Ecce cor meum, Deus meus, ecce cor meum,
B quod miſeratus es in imo abyſſi.

TRICLINIORVM, CONVIVIORVM.

Aſinus Catulli carmine innotuit, ita ſcribentis:

Inter cœnam Aſini, manu ſiniſtra
Non bellè veris, in ioco atque vino,
Tollens lintea negligentiorum.
Quare, aut hendecaſyllabos trecentos
Expecta, aut mihi linteum remitte,
Quod me non mouet æſtimatione,
Verùm eſt μνημόσυνον mei ſodalis:

In Luſcum furem, *Martialis Epigram.* l.8. ſic inuehitur:

Aſpicis hunc vno contentum lumine, cuius
Lippa ſub attrita fronte lacuna patet:
Ne contemne caput, nihil eſt furacius illo:
Non fuit Autolyci tam piceata manus.
Hunc tu conuiuam cautus vitare memento:
Tunc furit, atque oculo luſcus vtroque videt.
Pocula ſolliciti perdunt ligulâſque miniſtri,
C *Et latet in tepido plurima mappa ſinu.*
Lapſa nec à cubito ſubducere pallia neſcit,
Et tectus lænis ſæpè duabus abit.
Nec dormitantem vernam fraudare lucerna
Erubuit fallax, ardeat illa licet.
Si nihil inuaſit, puerum nunc arte doloſa
Circuit, & ſoleas ſurripit ipſe ſuas.

De Hermogene fure, *Martialis Epigram. l.12.*

Hermogenes tantus mapparum Pontice fur eſt.
Quantus nummorum vix puto Maſſa fuit.
Tu licèt obſerues dextram teneáſque ſiniſtram,
Inueniet mappam qua ratione trahat.
Ceruinus gelidum ſorbet ſic halitus anguem,
Caſuras altè ſic rapit Iris aquas.
Nuper cùm Myrino peteretur vulſio laſo,
Subduxit mappas quatuor Hermogenes.
Cretatam prætor cùm vellet mittere mappam,
Prætori mappam ſurripit Hermogenes.
Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,
Mantile è menſa ſurripit Hermogenes.
Hoc quoque ſi deerit, medios diſtringere lectos,
D *Menſarumque pedes non timet Hermogenes.*
Quamuis non modico caleant ſpectacula Sole,
Vela reducuntur, cùm venit Hermogenes.
Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ,
Ad portum quoties paruit Hermogenes.
Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataque turba,
Inter adorantes cùm ſtetit Hermogenes.
Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit vnquam,
A cœna ſemper retulit Hermogenes.

BALNEORVM.

Balnearij fures vocabantur, qui veſtimenta eorum, qui lauatum ierant, ſurripiebant: à loco enim, vbi potiſſimùm ſtudium illud ſuum prauum exercebant, appellabantur. Catullus cùm malediceret Vibenniis patri & filio, hoc vitium ipſis exprobrauit his verbis: O furum optime balneariorum Vibenni pater.

Fures balnearios Athenis maiori pœna affici ſolitos, vt eos etiam qui è palæſtra [illegible] loco, quàm qui e priuata domo [illegible] at Ariſtoteles in vigeſimonono [illegible] cauſamque huius rei quæri [illegible]. Hi [illegible] dum condemnaban[illegible] [illegible] verò [illegible]ſthenes quoque contra Timocratem [illegible] ſcilicet puniri ſolitos Athenis, qui e [illegible] publ[illegible] ſque a[illegible] lo[illegible] etiam [illegible] argumenta alia apud Ariſtotelem ho[illegible] manifeſtò illic deprehenſi ſunt, ab o[illegible] intelligantur: vnde ſi euaſere, non amp[illegible] quidem quæſtúſque [illegible] cauſa, probi homines [illegible] enim omnem operam, quam ponerent in ſtudio [illegible] mulando, perſonaque probi viri induenda, iri[illegible] rei incumbant toto animo reliqui fures. V[illegible] igitur omnibúſque partibus inquinatiores, [illegible] grauius puniuntur. *Vi[illegible] l.7. Var. lect. c.1[illegible]*

CARCERVM.

ARISTOGITEN Cydimi filius, ſycophanta. Huius pater cum eſſet ærarius, in carcere obiit: in quem poſtea hæres eius multæ Ariſtogiten eſt coniectus, matre eius publice vendita. In carcere furatus tabulam, à captiuis condemnatus, ei cuius F
ea fuerat, naſum præmordit: & Zobiam, quæ eum è carcere fugientem ſuſceperat, ab eo iam in Republica potente gratiam repetentem, ad inquilinorum forum duxit, ſororémque ſuam vendidit, vt peregrè abduceretur. *Suidas.*

GYMNASIORVM.

BOETHVM quendam malum poëtam Tarſis extulerat M. Antonius ab initio, cùm carmen in victoriam in Philippis habitam ab illo compoſitum accepiſſet: ſed multò magis eius facilitas, quæ apud Tarſenſes maxima videbatur, adeò vt ex tempore & vno impetu ad omnem datam materiam diceret. Antonius gymnaſiorum præfecturam Tarſenſibus pollicitus, hunc in gymnaſiarchæ locum conſtituerat, ac omnes ei gymnaſij impenſas crediderat. Sed deprehenſus cùm alia ſurripere, tum etiam oleum, apud Antonium ab accuſatoribus conuictus eſt. Cuius iram cùm aliis, tum hoc maximè declinauit, dicens: Quemadmodum Homerus Achillem & Agamemnonem & Vlyſſem decantauit, ita & ego te: quare iniquum eſt, vt huiuſmodi apud te calumniis agar. Quod excipiens G
accuſator: At Homerus, inquit, oleum Agamemnoni non furabatur, nec Achilli, tu verò furatus es: quapropter pœnas dabis. Cúmque iram obſequiis & cultu à ſe auertiſſet, nihilominùs & ferre & tractare ciuitatem vſque ad Antonij euerſionem perſeuerauit: tunc enim ab Athenodoro Stoico, iuſſu Auguſti eiectus eſt. *Strabo l.14.*

APOPHTHEGMATA.

DEMOCRATES, furem ab vndecim viris abduci videns, vah miſer! inquit, cur tantula furatus es, & non potius magna, vt tutè etiam abduxiſſes alios. *Stob. ſerm.11.*

ZENO Citticus ſeruum in furto deprehenſum cædi iuſſit: cúmque is ſe ſic excuſaret, vt diceret, ſibi fuiſſe in fatis, vt furaretur: Et cædi, inquit. *Laërt. l.7. c.1.*

DIOGENES Harpalum, celebrariſſimum furem, contra deos teſtimonium dicere aiebat, quod in illa fortuna tamdiu viueret. *Laërt.*

Idem conſpicatus duci quendam, qui phialam ex ærario furatus ſuſtulerat (ducebatur autem à magiſtratibus, quos illi ἱερομνήμονας appellant) Magni, inquit Diogenes, fures paruum ducunt, vtinam hoc non poſſit vere dici in Magiſtratus aliquot Chriſtianos, à quibus ad laqueum adigitur interdum, H
qui decem drachmas ſuſtulit: ipſi impunè magnis furtis, vel peculatu potius diteſcunt. *Laërt. l.6.* Prouerbium vulgare eſt, magnos fures catenis aureis, paruos funibus vinciri. Belgæ dicunt, maximos fures in camino ſuſpendi, vt occultentur: minores in furca.

DEMOSTHENES, ad furem inquientem, Neſciebam quod tuum hoc eſſet: At tuum non eſſe ſatis ſciebas, reſpondit. *Stob. ſer.11.*

LYCVRGI legibus cum furta permitterentur, ſolúſque qui deprehenderetur, pœnas negligentiæ daret: Puer quidam vulpeculam furatus, aduenientibus qui amiſerant ad quærendum veſtibus occuluit. Feram verò ſæuientem, ac pueri ipſius latus ad inteſtina vſque lacerantem, tantiſper tolerauit. Dum autem quærentes abirent, reprehenſus à pueris quibuſdam, dicentibus melius fuiſſe manifeſtare vulpeculam, quam vſque ad mortem occulere. Minimè, inquit puer: ſed multò ſatius eſt mori, quàm in furto deprehendi. *Plut. in Lac.*

ALEXAN

Alsaandra Eurier. F. roganti [illegible] Spartam non
A colligerent pecunias [illegible] rumpantur qui facti [illegible] integritati [illegible] recondunt si vir [illegible] muneribus iniunt, à pecunia publica [illegible] futuri, non domini. I[illegible].

Catvlvs, dicenti Phi[illegible] se videre respon[illegible], Bru[illegible] 2.[illegible].48.

In Seruum furacem [illegible] iocatus est, [illegible] cui domi nihil [illegible] signimus [illegible], illi nec signa obstare, quo [illegible] claudimus, olim verò & cadi [illegible] genæq, [illegible] Eraſ.[illegible].6.apop.

Alex. Saverys adeo [illegible] ex [illegible] per præconem ſæpè edixerit Nemo ſal[illegible] qui ſe furem eſſe nnſcit. *Æl. Lampridius.* I[illegible] paupertate conqoeri, dum [illegible] ſtuderet [illegible] vitæ ſuæ [illegible] re. Iactabat & ſententiam no[illegible].

O πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς ἐκπέφευγε. id eſt
B *Qui multa furatur, & pauca dat effugit.*

Notans quoſdam, qui tantum fu[illegible]ntur, vt habeant quo corrumpant iudicem, aut actorem *Æl. Lamp.* Idem. Furti ſuſpicione infames nec intueri ſuſtinebat. adeo vt quum Septimus Arabinus, qui famoſus crimine furtorum ſub Heliogabalo fuerat liberatus, inter ſenatores principem ſalutatum veniſſet, exclamârit, O numina! ô Iupiter! ô dij immortales! Arabinus non ſolum viuit, ſed etiam in ſenatum venit fortaſſis de me ſperat? tam fatuum, tam ſtultum me eſſe iudicat? *Lamprid.*

D. Lvdovicvs F. R. furari dicebat peſſimũ, & pænè inter vitia supremũ, rogatus autẽ cauſam; Quia, inquiebat, res ablatas iuſto domino reſtituere, ita moleſtum eſt; vt verbum ipſum dum profertur, os & lingoam exulceret. Alludebat autem ad verbum Gallicum (*rendre*) quod propter cunſonantiã duplicis r, diſſonum & duriuſculum redditur. *Ionuil. in vita eius, c.94.*

De Frederico Duce Saxoniæ, ferunt, quòd monitus, Quæſtoribus ampliora ſtipendia conſtitueret, ne cogerentur aliquando præ inedia decerpere ex alieno, reſponderit: Libens ego eis maiora ſtipendia aſſignauero, ſi certum mihi foret eos à furtis ceſſaturos. Ita Nazianzenus elegantiſſimè dixit, plures
C ex iis qui præſunt, rapere ex facultatibus publicis, Briarei manibus: fuit enim (iuxta Poëtarum commentum) Briareus Gigas, cui centum erant manus. *Philip. Cam. in operib. ſucciſ. p. 3.*

*FVRTA ET FVRES DIVINITVS VARIE PVNITI.

☞ Pleraque petantur ex loco de Reſtitutione.

Boleslavs Dux Poloniæ volens coronam ſui regni ex Romana auctoritate ſuſcipere, duos ex diſcipulis S. Romualdi (qui ibi erant prædicationis gratia) obnixa cœpit ſupplicatione depoſcere, vt ipſi plurima eius dona Papæ deferrent, & coronã ſibi à Sede Apoſtolica reportarent. Qui regiæ petitioni aſſenſum penitus denegãtes dixerunt: Nos in ſacro ordine poſiti ſumus, tractare nobis ſæcularia negotia minimè licet. Et ita relinquentes Regem ad cellam reuerſi ſunt. Quidã verò Regis familiares agnoſcentes eius deſiderium, ſed quidquid ſancti viri reſpondiſſent, ignorantes, copioſum auri pondus, quod mittendum Papæ fuerat, ſecum eos detuliſſe ad cellulam falsò opinati ſunt. Deinde intra ſe conditione pacta
D condicunt, vt noctu eremum latenter ingreſſi, & monachos interficerent, & pecuniam aſportarent. Quos cùm beati viri tentantes irrumpere perſenſiſſent, aduentus eorũ cauſam protinus agnoſcentes confeſſionem inter ſe fecere, & ſanctæ crucis ſe cœpere vexillo communire: erant autem ibi duo pueri, eorum obſequio ex aula regia deputati, qui prout vires dabant, ſtare pro Sanctis, & furibus reſiſtere niſi ſunt. Fures reperto tandem aditu irruentes extractis gladiis omnes pariter occidêre. Tunc theſaurũ anxiè perquirentes, ſed euerſis omnibus & nihil inuenientes: vt tanti reatus crimen obtegerent, & humana ſuſpicio non armis, ſed flammis potius, quod fuerat, deputaret: cellam incendere, & ipſa Martyrum conati ſunt cadauera conflagrare. Sed admoti ignes, amiſſis naturæ viribus: nihil omnino conſumere vllis hominũ ſtudiis potuêre; ita enim eos ipſa etiam parietum materia repellebat, ac ſi pro lignis duriſſimi ſilices eſſent. Fruſtrati itaque fures in fugam ſe conferre nituntur: ſed & hoc illis ex diuina prouidentia denegatur: tota ſiquidem nocte per fruteta nemorum, per latitudinem ſaltuum, per opaca ſiluarũ viam anxiati ſunt quærere, quã nullatenus valuêre errantibus, veſtigiis inuenire; ſed neque pugionem in vaginam arefactis brachiis recondere potuerunt. Vbi verò Sanct[illegible]um iacebant corpora, copioſum
E lumen vſque ad diem ſplende[illegible]re & dulciſſima Angelicæ [illegible]ntilenæ non deſi[illegible]. Adueniente autem die, quod factum fuit, Regem l[illegible] no[illegible]uit. Qui illico adueniens cum copioſa populi multitudine feſtinauit, & ne fures euaderent, facta corona hominum totam [illegible]ndique cir[illegible], qui tandem [illegible] criminis rei, & ad gladios ſuos adh[illegible] vl[illegible]ione diuina [illegible]. R[illegible]a autem quid [illegible] faceret habita cõſid[illegible]tione delibe[illegible] hoc poſtremò, decre[illegible], vt nequaquam eos, ſicut merebãt [illegible] præciperet, ſed fer[illegible]eis catenis vinctos ad ſepulcr[illegible] Martyrum deſtinaret, quatenus a[illegible] ibi [illegible]ſque ad obitum in [illegible] viuerent [illegible], aut [illegible] ſancti Martyribu[illegible] aliter viderentur, ipſi [illegible] miſericordia liberarent. Qui cùm ad Sanctorũ tumu[illegible] ex præcepto Regis attracti, mox ineffabili diui[illegible] omnipot[illegible]ntia ſtactis ſunt nexibus abſoluti. Deinde [illegible] per Sanctorum corpora baſilica, innumerabilia non to[illegible]um tunc, ſed & nunc ibi fiunt ex diuina virtute prodigia.
F *Apud Sur. tom. 3. die 19. Iunij c. 38. & Baron. tom. 10. an. 1000.*

Cum B. Vir Odilo cum Henrico Rege, qui poſtmodum factus eſt Imperator, in Ticinenſi vrbe ſimul conſiſteret, & Dominicæ Natiuitatis gloriam celebraret, contigit, vt velamen menſæ eius, artificioſa textrini laboris operatione conſpicuũ, ſacrilega fuiſſet fraude ſublatum. Poſtquam autem vir Dei cum Rege diſceſſit, fur qui rapuerat, iam ſecurus, propoſuit velamen in foro venaliũ. Sed dum illi diſpoſitio cæleſtis obſiſtit, ſancta diſtrahi præda non potuit. Ter igitur quod ſubduxerat, inter nundinarum merces expoſuit, tertiò ſubtiliter attentauit: ſed cum emptoribus de pretio penitus conuenire non potuit, nec inter diſtrahentem & coëmentem paciſci valuit venale commercium; quia diuina diſpoſitio conatibus hominum negauit effectum. Interea ſceleris huius auctorem vltio diuina corripuit, & manus, quæ ſacrilegium perpetrauerant ad pedes, quibus raptor aufugerat, arefaciens intolerabili dolore conſtrinxit. Mox itaque compulſus languore ad Eccleſiã Beati Baioli manibus alienis aduehitur, mantile ſublatum ad reatus indicium coram cunctis appenditur, & diuina clementia ab omni populo, percitus huius famæ rumore confluxerat, imploratur. Sic itaque B. Maioli meritis, ac pre- G
cibus fratrum ſibi ſeruientium, ſanus & incolumis factus, velamen reddidit alienum, & recepit ſemetipſum. *Pet. Damian. Card. Oſtienſ. de vita eius apud Sur. 1. Ianuarij.*

Illuſtre illud Spiridonis factum huic ſubiungam. Fures aliquando noctu irruiſſe dicuntur in ſancti viri ouile, inſidias gregi eius tendentes, & clam oues aliquot capere conantes. Et cùm nemo eis compedes injiceret, de repentè diuinitus vincti ſunt. Aurora illuceſcente, magnus ille vir adeſt, manus eorum poſt terga redactas inuenit, ſubridet: vincula illa, quæ ſub oculos non caderent, ſoluit: docens eos admonet, licuiſſe eis, ſi quid petiiſſent, accipere: neque opus fuiſſe, cur noctu ſe ærumnosè fatigarent: mores eorum ad meliorem vitam, vt iuſto quæſtu vitam tolerarent, transformat: & poſtremò ærumnæ eorum miſertus; Abite, inquit, & arietem hunc accipite, ne noctem hanc fruſtra peruigilaſſe videamin reprehenſionemque mihi, propter toleratos domi meæ labores, veluti qui vacui abieritis, impingatis. Vnum hoc eſt, quod à Spiridone non ſine admiratione facetè eſt factum. H
Euſeb. Cæſar. lib. 10. c. 4. Niceph. Calliſt. lib. 8. c. 41.

Alius quidam per vigiliam feſtiuitatis S. Iuliani Martyris, equum alicuius, qui tunc fortè ad eandem ſolennitatem venerat, furto comprehendit, aſcenſóque velociter properat, ſcilicet vt qui lumen perdiderat veritatis, non inueniretur à luce & cuius pectus cupiditatis tenebræ obſederant, eius & furtiuam fraudulentiam nox celaret. De talibus enim Dominus dicebat in Euangelio, *Omnis qui malè agit, odit lucem.* Albeſcente igitur cælo dicebat, Iam ſecurus ſum: nam triginta leucas à S. Baſilica elongatus ſum, iam ſecus propriam domum eſſe me credo. Dum hæc tacitus reuolueret intra ſe, demotis ex aere tenebris, cognoſcit ſe ipſi vico propinquum inter populos deuagari, timenſque ne ſcelus ſuum pateſieret publico, cùm cautela grandi caballum in loco vnde digreſſus fuerat, reformauit: ſic miſer virtute martyris tota nocte detentus in circuitu vici, &, vt ego credo, ab auctore, qui eum obſederat, eſt deluſus; vt viam, quam apprehendere voluit, non valeret. O ſceleſtata cupiditas, quid agis? Semper amatores tuos in confuſionem præcipitas. *Greg. Turonenſ. lib. 2. mirac. c. 18.*

Vit

Vir [illegible]
A ſ d ali [illegible]
man [illegible]
iun [illegible] a
ci n f [illegible] n [illegible] De [illegible] o
ni e [illegible] ,qui [illegible]
& qu [illegible] b quidem [illegible]
autem [illegible] re onabatur. P [illegible]
eſt f [illegible] contei [illegible] coe [illegible]
re [illegible] vi [illegible] e [illegible] nu [illegible]
liberaretur a [illegible] ip-
los, exting et [illegible] l ceb [illegible]
videre illum quid [illegible] ſurte
cui facta fuer [illegible]
extinctam, diu [illegible] H
incolas ſolùm imp [illegible] , ſed [illegible]
Antiochiam. *Throd.in S* [illegible] *P.hiſt.cap.6.*

His viſum eſt adilcere illud, quod habet Petros Dam [illegible] Card.in epiſtola ad Pãdulphum his verbis: Vir quidam Pambo nomine, clarus quidem genere, ſed tenuis fac [illegible] tate, Ro [illegible] æ conſtitutus in vno mecum verſabatur hoſp [illegible] tio, cùm He [illegible] cus piæ memoriæ Rex coronam ſuſcepit Imperij. In ipſis autem vigiliis, propinquæ iam nocti imminentibus tenebris, non
B paruus porcorum grex per longam nũdinatum porticum ducebatur. Tunc præfatos Pambo inter opaca venalium vnum è porcis irruens arpagauit; fauces, ne grunniret, obſtinait; ſicq; gratulabundus ad ſocios, vt in craſtinum pararetur, adduxit. Illuceſcente itaque ſacroſancta ſolennitate, ſuo fruitur ſcelere, & ſatiatus exultat de ſui criminis impunitate: putabat enim fortaſſe, quod hoc non attenderet Deus: ſed ſubſequẽte proxima nocte didicit, quia ſuper eum diuina retributio vigilauit: nam dum equum ſuum malè cuſtodiens obdormiret, ſubitò fur habenam, quam ille innexuerat manibus, aſtutè ſubduxit, equúmque cum freno & ſella ſumit, & tranſpoſuit. Euigilans itaque, ſubtili ſe ſenſit mulctatum eſſe iudicio; quia ex eadem manu, qua porcum rapuerat, aucto fœnore cabalium ſibi ſubreptum eſſe cognouit. Sed quamvis io hoc homine è veſtigio ſit vltio ſecuta poſt culpam, oon mirum quod quibuſdam reprobis aliquando pœna differtur, ſuiſque ſceleribus diutius perfruuntur: vt enim ſcriptura teſtatur: *Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Petrus Damia.in epiſt.ad Pandulphum Clericum in Bibliorb.SS.PP.tom.3.*

Periculoſa furandi conſuetudo.

C Periculoſum eſt valdè in habitũ paſſionum & vitiorum incidere, quas cùm voluerit homo non poſſit ſolus ſuperare, ſed opus ſit ſanctorum virorum auxilium implorare. Libet narrare vobis, de quodam confratre noſtro, qui miſer & infelix in habitum paſſionis lapſus erat. Accipite rem lacrymabilẽ. Cùm eſſem in cœnobio, conſueuerant fratres omnes cogitatiooes ſuas ad me deferre, vel per iocum, vel per quandã ſimplicitatẽ, ita vt etiam Abbas banc mihi curam ſeniorum conſilio imponeret. Die igitur quadam ad me venit vnus è fratribus poſtulãs pœnitentiam, quia furtim comederet. Qui à me interrogatus, quare id ageret, reſpondit, fame ſe cruciari, nec poſſe in menſa cum reliquis ſaturari. Hortabar, vt hoc Abbati inſinuaret; ille autem pudore teneri ſeſe dicebat. Ego igitur Abbatem adij, & Fratris fragilitatem aperui, qui mihi omnem eius curam commiſit, vt eum ſcilicet curarem, vt mihi viſum eſſet. Acceſſi è veſtigio ad cellariotam, imperauiq; illi, vt quacumque hora frater edere vellet, nihil ei negaret, omnia præ-
D ſtaret: ſicque, vt imperauetam, agebat. Dies itaque aliquot cauit à furto frater: ſcilicet non multo pòſt ad me veoiens, cùm lacrymis veniam poſcebat & deprecabatur, quia adhuc ad furtum priſtinum rediiſſet. Ad huoc ego cõuerſus ſciſcitabar, hoc cur faceret, aut ſi pateretur repulſam vllam à cellariota. Negabat ille quicquam ſibi deeſſe, ſed vereri & erubeſcere cellariotam illum. Ego tunc ab eo quærere cœpi, an de me erubeſceret: quod cùm negaſſet, iuſſi, vt deinceps ad me accederet, & a me ſolo neceſſaria caperet, neque furtim amodo quippiam acciperet. Erat autem tunc fortè mihi cura infirmorum. Perſeuerauit igitur apud me dies aliquot abſque furto, eóque illi deeſſe nihil patiebar. Non multo autem poſt, vt primùm, lacrymans ad me venit, & ad furtum rediiſſe ſe denuò confitetur. Interrogo rurſum, cur id faceret, cùm & de me non erubeſceret, & nullam inediam & neceſſitatem pateretur. Reſpondit ſimpliciter, neſcire ſeſe, quare, aut quo pacto id faceret, ſed id eſſe quadam ex conſuetudine mala. Quæ

[illegible]
[illegible] & q [illegible]
[illegible] de [illegible]
[illegible] æ [illegible]
[illegible] r [illegible]
[illegible] d [illegible] on [illegible]
ipſi [illegible] nt [illegible] o chartæ ſubſcripto [illegible] eret q [illegible] e folio in palmam manus dep [illegible] ito impon [illegible] rrum candens, manúmque conſtringendo in ſuum caput viodictam & iram Chamis F
imprecaretur, ſi obiecti criminis reus foret. Quod ſi manus fortè amburatur, aiunt experientia probatum, eum ooxæ eſſe reum; ſi verò à læſione cum folio maneat immunis, eſſe iooxium. Cùm igitur hic Chriſtianos in bas anguſtias adductus eſſet, quippe vel iurandum illi erat, vel repudiato iuramento, quo ſe reum faciebat, vitæ diſcrimen adeundum, innocentiæ ſuæ confiſus dixit: Fas ſibi noo eſſe, vtpote Chriſtiano, per falſum Deum iurer. Ille ergo ſigno crucis io folio expreſſo, ferróque candenti impoſito, quia id facere cogebatur, magna animi præſidentia ferrum manu conſtrinxit. Res mirabilis, nec manus nec folium amburitur. Itaque noo ſolum ſolutus eſt pœna, quam geotiles illi minabantur, verùm etiam culpa, quam falsò illi impingebant. *Ex litt.Iapo P.Luiſis Fron.an.1595.apud Martin.Delr.tom.1.diſquiſ.l.4.*

Furtum lege Canonica, ſiue Eccleſiaſtica punitur.

Quod furtum committere ſit contra legem Canonicam, id videre eſt apud *Gratianum 3.q.5.c.Conſtituimus*: Conſtituimus cum omnibus, qui nobiſcum ſunt, Epiſcopis, vt homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, &c. nullateous ad accoſatiooem, vel ad teſtimonium ſint admittendi, quia iofames ſunt, & iuſtè repellendi. *Idem patet 6.q.1.cap. Infames.* G
Deinde, ſi in Furando fur occiditur, non eſt pro eo orandum: vt patet. *Extra de furtis, cap. fures*, vbi dicitur: Fures, & similiter latrones, ſi in furando & deprædando occiduntur, viſum eſt pro eis non eſſe orandum. Dicit ibidem, quia in mortale peccatum eos decidiſſe conſtat. *Gratian.3.q.5. c.Conſtituimus.*

Aduertendum tamen iure diuioo *Exod.22.* & canooico, *Ext.de homicid.C.ſi perfodiens ex S.Aug.* Ciuili quoque, vt patet *l.furem, ff.ad legem Corneliam de ſicar.* diſtioguiioter furem diuinum, & nocturnum, quod qui nocturnum occidit, non ſit reus homicidij: ſecus ſi diurnum.

Lege autem dioina *Exod.22* ſancitur, vt qui bouẽ aot ouem furaretur, ſi viuus apud eum deprebenderetur, duplum reſtitueret. Si vero ouem aut bouem vendidiſſet, vel occidiſſet, tenebatur pro vno boue reſtituere quinque: pro oue, quatuor.

FVRTI POENA LEGE CIVILI.

Regulariter fur lege ciuili non occiditur in criminis pœoam, *anthent.ſed nono iure, C.de ſerù.fugit. & in anthent.C. nulli. §. pro furto autem, collat.9.* niſi fuerit famoſus latro; aut furati conſueuerit, vnde pro tertio forto quis ſuſpenditur, eamque legem apud Germanos ſtabiliuiſſe Carolum V. huius nominis teſtatur *Cou.l.1.var.reſ. cap.9. num.7.* addens ex lege Lombardica, etiam pro tertio furto pœnam mortis irrogari. Alioquin olim apud Hiſpanos, ſecundum morte plectebatur. H

Cæterùm quamvis lege cautum ſit, furem mitiori pœna mulctandum, non ob id vetitum eſt iudicibus, ob Reipub. pacem, & vt nulli fiat impune iniuria, & audacia quorundam reprimatur, pœnam mortis pro primo furto, conſiderata operis quantitate, & qualitate, aliiſque circumſtantiis, irrogare.

Siquidem fures pro ſimplici furto flagellis cædendos eſſe, conſtat *ex anth.* allegatã. Idem lege Lombardia ait *Conar.* pro primo furto oculus eruitur, pro ſecundo naſus abſcinditur.

Apud

A Apud Hiſpanos, ſummæ manus & pedes abſcindebantur etiam aurium amputatio olim in vſu.

Apud Romanos veteres fur tradebatur in ſeruum Domino rei quam is furto abſtulerat, Auctore *Gell. Noct. Att.* . *vlt.*

Tradit alias huius criminis pœnas *Alexander ab Alex.* 6. *genial. dier. c.* 10.

Imo & furibus in Italia olim ferro candenti impreſſam in fronte notam, teſtatur *Gandir. Tit. de pœnis reor. n.* 9. & per ſtatuta regis Neapolitani idem fuiſſe decretum, aſſerit *And. de Iſernia, in Ærario* . *furtum.*

Fabivs C . . . . nvs Fabium Buteonem filium ſuum furti inſimulatum interfecit dignum ſcilicet facinus, quod pater vel parricidio plectendum duceret, quod ne legis quidem, niſi mulcta pecuniæ, aut ad ſummum exilij, cit a quemlibet hominum cenſuerunt. *Fine c.* 13. *l.*4. *aduerſus Paganos, Oroſius.*

Nunc paſſim fures ſuſpendio puniuntur apud Anglos pro minimo furto, vt gens illa ſatis eſt rapax, compeſcatur furca decernitur.

Apud Indos orientales, vt notauit *Gotardus Arth. in ſua deſ-*
B *cript. Indiæ p.*4. *c.*18. furta puniuntur attamen furta non æſtimantur, ſi ab Hollandis aſtu quid ſurripiant. Idque fortaſſis in pœnam talionis, cùm apud Hollandos, criminis notum non habeat, furari bona Eccleſiarum, cœnobiorum, legata defunctorum in alium profanum vſum conuertere, quod tamen omnibus hæreticis hoc æuo familiare & proprium eſt, vt qui afferant præceptum diuinum de non-furando, ad iſthæc ſe non extendere. De quo *vide apoph. apud L. Beyerlinck in Apoph. Tit. furtum.*

☞ *Conſule Tit. de vſura. Sacrilegio, Simonia.*

Furor. Furioſus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FVror, Græcè ὀργὴ vel χόλος, dicitur. Eſt ira accenſa, non differens re ab ira, ſed ſecundum magis & minus. *B. Thom. ſup. Pſal.*35. *col.*6.

Furor, μανία τῆς διανοίας ..., eſt grauior diuturniorque
C mentis alienatio ex vitiato principis animæ facultatis inſtrumento originem habens. Vel eſt, mentis abalienatio vehemens citra febrem. Hebr. *Zabbaph*, ſæuitia, indignatio ſæua, à verbo *Zabhaph*, ſæuiit, ſæuus fuit, obſcurus ſeu turbatus fuit. Furioſi enim torum intuentur, turbato vultu, & obſcura facie ceu triſtes apparent. Cognationem habet cum *Zabham*, indignatus eſt. Indignatio enim furoris comes. 2. Appellatur etiam *Charon*, *Ezech.*7.12. *Pſal.*25. & 85.4. à verbo *Charah*, exharſit ira, excanduit animo. Cognationem habet cum verbo *Charar*, exuſtus eſt: furor enim tanquam ignis vrit. 3. Dicitur etiam *Hebrah*, efferueſcentia bilis, furor, *hebroth*, furores. Ita certè furor breuis eſt, Furor Dei humanitus deſcribitur innumeris locis. De *Hebrah.* & *Hebroth* vide *Iob.*21. 30. & 40. 6. *Pſal* 7.7. *Eſa.*9.18. *Oſe.*5.10. *Prou.*11.4. à verbo *Habar*, tranſiit, præteriit, traiecit. Vt ignis enim momento inualeſcit, & tranſit de loco ad locum, ita bilis feruens, vnde furor. Cognationem habet verbum illud cum *Baba*, exarſit, combuſſit, vt furor ſolet in furioſo exardere & graſſari miris modis. 4. Nominatur *Schighghabbon*. Inſania, dementia, fatuitas, σπουδὴ feſtinatio præceps quæ in furore impulſis
D apparet, *Deut.*18.2. *Reg.*9.20. *Zach.*12.3. à verbo *Schighhebba*, veſanum reddidit, inſanum fecit. Et in 4. coniugat. *Hiſchtaghghebbah*, ſimulauit inſanum & furioſum. 1. *Sam.*21.13.15.

Quomodo furor differat ab inſania docet *Cicero, l.*3. *q. Tuſ.* Inſaniam (inquit) cenſuerunt eſſe inconſtantiam ſanitate vacantem, quæ tamen poſſit tueri officium, & vitæ communem cultum atque vſitatum: furorem autem rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum maius eſſe videtur, quam inſania, tamen eiuſmodi eſt vt furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania.

Idem *l.*1. *de Diuin.* Furorem ſumit pro humana mente quæ vi quadam diuina concitatur, qualis eſt furor Poëtarum. Negabat enim Democritus quempiam Poëtarum magnum eſſe ſine furore. Paulò ante dixerat: Ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta atque incluſa diuinitus: ea ſi exarſit acrius furor appellatur, quum à corpore animus abſtractus diuino inſtinctu concitatur. Porro furor hic affectus dictus eſt: quod eo correptus animus huc atque illuc temere feratur.

☞ *Conſulatur Tit. de Inſania, Amentia, Dæmoniacis.*

STVLTI, AMENTIS; FVRIOSI, MANIACI. E

*Non hic de Habitu, ſed de animi facultate rationis compote vel nulla vel labefactata. Cic. Tuſc. q.*3. *Dementes, amentes & furioſos eoſdem nominat: Stultos vero, quos Iuriſconſulti dementes aut mente captos appellant: Inſanos, tanquam utrorumque genus conſtituit. Hotoman. de verbis iuri*

ΑΗΨΙΣ INSANIÆ, Stultitiæ Reſpectu.

EFFICIANT . . . S. VS.

Natura.

Clavdivs Imp. Druſi F. infans à patre relictus, vniuerſam penè adoleſcentiam mala valetudine conflictatam habuit, vt animo ſimul & corpore eſſet paulo hebetiori. Vnde & vecors à Sexto Aurelio dicitur: & ab Antonia matre ſæpe portentum hominis dictus, quaſi à natura inchoatus quidem, ſed non abſolutus foret. Auia Auguſta pro deſpectiſſimo ſemper habuit, pariter & ſoror Liuilla. Auguſtus auunculus maior parui ſemper exiſtimauit hominem. Tiberius patruus honorem ei conſulatus abnegauit. Ideo in contubernio ſordidorum hominum deliteſcens, ebrietatis & aleæ F quoque infamiam ſubiit. Quanquam apud ordinem equeſtrem, ſenatúmque ipſum nonnihil fauoris & gratiæ haberet. Poſt cœnas enim frequenter obdormiſcebat, & tum oſſibus iaculabatur, tum ferula ac flagro excitabatur, multiſque vexabatur ſtertens ignominiis: & penè à Caligula conſulatu eſſet deiectus, cùm Neronis & Druſi, fratrum Caij, ſtatuas ſegniùs locandas curaſſet. *Suetonius:*

Dij, Dæmones.

☞ *Vide Tit. Dæmoniacorum. Illic Morbi à cauſa efficiente nomen habentis, hic Facultatis animalis læſa habetur ratio.*

Athamas Æoli filius, furiis à Iunone immiſſis agitatus, Learchum filium interfecit. *Plin. l.*24. *c.*14.

Agava, Cadmi & Hermiones filia, bacchico furore correpta, Pentheum filium interfecit.

Tamyras poëta, prouocans in muſices certamen Muſas, victus, atque oculis & mente priuatus, prouerbio locum fecit, Θάμυρας μαίνεται.

Evrysthevs habens Argis regnum, nota Herculis fama, cum ad perficienda certamina accerſiuit. Renuentem iuſſit G Iupiter Euryſtheo obtemperare. At is Delphos adiens, conſulto ſuper his deo, reſponſum tulit, à diis iniunctum eſſe, vt Euryſthei iuſſu duodecim certamina perficeret: quibus tranſactis, immortalitate potiretur. Ea ea re haud parum eſt commotus animo Hercules. Nam & ſua indignum virtute videbatur, humiliori ſeruire: & Ioui patri non obtemperare, tum inutile, tum impoſſibile ducebat. Hac anxietate perplexo animo, Iuno rabiem iniecit. Itaque in inſaniam amentiámque verſus, Iolaum occidere voluit. Quo fugiente, filios, qui cum Megara vxore habitabant, ſagittis velut hoſtes appetiit. Ipſum etiam Amphitryonem patrem occidiſſet, niſi lapide ictus à Minerua (quem idcirco Sophroniſtera, hoc eſt, reſipiſcendi auctorem vocant, & Thebis ſeruant) ſomno dediſſet. Itaque præteritum recognoſcens facinus, doluit ex tanta calamitate. Cumque ſinguli vnà eius malo mœrerent, diu quieuit domi, fugiens hominum conſortia & conſolationes. Tandem tempore dolorem mitigante, paratus ad ſubeunda pericula, ad Euriſtheum venit. *Diod. l.*4. *c.*2. & *Pauſanias in Bœoticis.* Aliter Euripides in Hercule furente. Hercules cùm duxiſſet Megaram filiam Creontis regis Thebani, filios ex ea genitos reliquit Thebis cum ſene patre Amphitryone: ipſi verò Argos profectus ad Euryſtheum Græciæ regem, confectis multis monſtris, poſtremò ad Plutonis etiã domum deſcendit. Thebani interea Lycum quendã, cuius pater olim Thebarum rex fuerat, ex Eubœa accerſiuêre. Is Creontem interfecit: Herculis liberos cum vxore & Amphitryone, ſupplices ad aram confugientes, mactare voluit. Hercules, præter expectationem ab inferis reuerſus, Lycum interfecit. At Iuno videns omnia ſua contra Herculem conſilia hactenus fuiſſe fruſtra tentata, immiſit illi Lyſſam deam, Noctis Cœlique filiam, quæ Herculem in rabiem actum, compulit interficere vxorem cũ liberis. H

Corybantes Cybeles cultores furore ſacro correpti cymbala pulſabant, alios item in ſimilem agentes rabiem.

Ætate Plutarchi cùm cæteri quidam legati ad petendum oraculum Delphos aduenisſent, hoſtiam primas libaminum infuſiones immotam & interritam tuliſſe tradunt: vrgentibus certatim & immodicè ſacerdotibus, vix tandem latice obrutam & inundatam ceſſiſſe. Pythia hoc veluti portento

territa, grauatè deſcendit in manteum: & repente inſtar pro-
A perantis nauis bruti & maligni ſpiritus plena, cum horrendo clamore contendens ad cantum abiecit ſe, vt conjicerent ſe in fugam non legati modò, ſed antiſtes etiam Nicander, & qui aderant ſancti, paulò pòſt ingreſſi ſuſtulerunt eam amentem, quæ paucos dies ſuperuixit. *Plut. de Oraculorum def. In.*

Nobilis vir, ad Villetios Coſteretanos habitans in annulo, quem ab Hiſpano percare emerat, familiarem habebat dæmonem, cui ex ſententia animi ſui volebat imperare & velut mancipium ſubjicere cúmque mendacia pleruṁque effaretur dæmon, annulum in ignem iniecit homo, tanquam ſi eodem injici potuiſſet dæmon, & annulo hærere teneretur. Sed ex eo tempore furioſum hominem effectum diabolus exagitauit. *Bodinus l.2. Dæmonomania, c.3.*

Amsterodami Pueri dæmoniaci triginta anno MDLVI. reperti ſunt, à quibus nullo exorciſmo dæmones potuere propulſari. Id autem ſortibus & maleficiis contigiſſe indicium fuit ferramenta, vitrea fragmenta, capillos, acus, pannos, & ſimilia excernebant, quæ ſolent ſortilegia affecti homines ejicere. *Bodinus l.3. Dæmon. c.6.*

OCCASIONIS. INSANI EX
B *Impietate.*

Lycanthropiæ affectum fabulæ apud Ouidium ſubminiſtraſſe occaſionem veriſimile eſt, de Lycaone Arcadiæ rege quem à Ioue in lupum ob ſua ſcelera mutatum finxit. Interim atræ bilis adiungit notas, quemadmodum ridicula poëtarum commenta naturales ſæpe ſolent habere cauſas:

Tertius ipſe fugit, nactuſque ſilentia ruris
Exululat. fruſtraque loqui conatur.

Pentheus dum ſacra Bacchi contemneret, vlciſcente numine, in furorem raptus eſt. *Virgil. l.4. Æneid.*

Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas.

Proetides ira Iunonis, cui ſeſe præferebant, bouina inſania laborârunt. *Ælianus.*

Lycurgus Dryantis filius, rex Thraciæ, à Baccho (cuius numen aſpernabatur) in furorem verſus, vites exſcindere volens, crura ſibi amputauit.

Lacedæmoniorum, Chiorum, Bœotorum mulieres, furore bacchico inſanierunt. Solas Minyades Leucippen, Ariſtippen & Alcithoën aiunt banc choream detrectaſſe, ob eam cauſam, quòd maritos ambitent. Itaque cùm opificio lanæ ſummo ſtudio incumberent, confeſtim hederæ racemique in co-
C lis ſerpſerunt, in calathis draconis nidos poſuerunt, & à ſummis penſis lactis viniſque guttæ deſtillarunt. Mox inuaſit eos furor extra Cithæronem: quo & Leucippæ filium Hippaſum tenerum adhuc diſcerpſerunt, hinnulum eſſe putantes. Hinc in aues ſunt mutatæ: & vna aſſumpſit formam cornicis, altera veſpertilionis, tertia noctuæ. *Ælianus l.3.*

Evrypylvs mente captus eſt ob arcam, in qua Liberi patris ſignum inerat, temere apertam.

Cambyses Perſarum rex, quum bouem Apin (quem Ægyptij pro deo colebant) immolaſſet, furiis agitatus, vniuerſam propè familiam deleuit. *Herodo. in Thalia.*

Milo Epirota, quum haſtam in Laodamiam filiam Pyrrhi conieciſſet, quæ ad aram Dianæ velut ad aſylum confugerat, dea vindicante, in furorem verſus eſt, quo intra duodecimum diem periit.

Fvlvivs Cenſor, cùm ex Iunonis templo marmoreas regulas ſuſtuliſſet, iiſque Romæ ædem Fortunæ equeſtris tegeret, mente captus eſt. *Lactantius l.2. c.8. de Origine erroris.*
D Theopompvs hiſtoricus propter vulgatos libros ſacros Iudæorum per xxx. dies inſaniit.

Ivstinvs minor Imp. ab initio liberalis viſus: verùm à Sophia coniuge perſuaſus, auariſſimus euaſit, ſimul & Pelagianæ adſertor hæreſeos. Quapropter pro inſano ad poſtremum habitus eſt. *Volat. l.23. Anthrop.*

Greg. Magnus in epiſtola ad Theoctiſtum inquit, Quendam ex Longobardis Arrianum Veronæ reperiſſe clauem Petri auream, ac cultro eam incidiſſe. Quod quamprimùm tentârit, furore correptus ſatanico, cultro ſibi iugulum diſciderit, eademque hora expirârit.

Regino narrat, Clodoueum Dagoberti F. regem Francorum, propterea quòd minus religioſè corpus Dionyſij diſcooperuerit, & os brachij eius auulſum rapuerit, confeſtim ſtupefactum, in amentiam incidiſſe, & poſt duos annos vitam cum regno finiiſſe. *Idem Adon Viennenſis ætate 6. & Nauclerus Generat. 23. Sigebert. circa annum Domini* [illegible] *Magnin.* [illegible]

Cade [illegible] E

Cùm omnia abſ[illegible]luiſſet cer[illegible] H[illegible]xorem I[illegible]lao nepoti, propter parenti[illegible] erga[illegible] conceſſit: exiſtimans ampl[illegible]s ex ca[illegible] roſum fore. Ad prolem vero procreandam, al[illegible] ſuſpe[illegible]tam quærens, Iolem Euryt[illegible] ſi iam in O[illegible] nanit petiit. qui Megaræ [illegible] monio [illegible] conſul[illegible] reſpondit Hercules [illegible]ſa, iniuriaque motu[illegible] Euryti abe[illegible] eq[illegible] còm ad equos inueſtigandos T[illegible] hum veni[illegible]ſt [illegible]b Hercule turrim quandam a[illegible]tam aſcendere, [illegible] cubi forte equi paſcerentur. Sed cùm nullos [illegible] Hercules quaſi f[illegible]lsò [illegible]ſimulatus fuit, [illegible] Iphiclu dedit: & inde ob cædem furii[illegible] agitari cœpit [illegible] 4. 2.

Alcmæon, Amphiarai & Eriphyles filius propter interfectam matrem furiis agitatus eſt.

Apud Chaones adoleſcens quidam primæ nobilitatis Anthippen amauit. Feſtiuitatem autem publicam Chaonibus agentibus, omnibuſque conuiuantibus, digreſſi in ſyluam quandam peruenerunt. Forte fortuna regis filius Cichyrus pardalim fugientem perſequens, iaculo emiſſo puellam trans- F
fixit. Equo adacto quum videret adoleſcentem in vulnere puellæ manus habentem, amens factus, ab equo in præruptum locum delapſus interiit. Chaones in honorem regis eundem locum muro cinxerunt, & ciuitatem Cichyrum appellârunt. *Parthen. de Amat. c.32.*

Ægisthvs Agamemnone cæſo, filium quoque eius Oreſtē erat occiſurus. Is ab Electra ſorore admonitus, profugit ad Strophium principem Phocenſium, qui ſororem Agamemnonis in matrimonium duxerat. Vbi ad duodecim annos cōmoratus, cùm iam ad robuſtiorem ætatem perueniſſet, tanquā nuncius mortis Oreſtis, ad Clytæmneſtram matrem admittitur: atque Electra conſcia, quæ data fuerat in matrimonium cuidam agricolæ, ne poſſent, qui ex illa naſcerentur, ad regnū aſpirare, matrē & Ægyſthum eodem ferro obtruncauit in paternæ cædis vltionem, oraculi iuſſu, vt ait *Euripides in Oreſte.* Narrant Oreſti poſt illā cædem, diem dictā fuiſſe apud Areopagitas, vt ſenſit Nymphodorus, ab Erynnibus vltricibus ſcelerū: vt verò Dionyſiocles, à Tyndaro patre Clytæmneſtræ: vt verò Amorgius Simonides, ab Erigone Ægiſthi & Clytæmneſtræ filia: in quo iudicio cùm par eſſet vtrimque ſuffragiorum numerus, abſolutus fuit, & Ateæ Mineruæ aram erexit, quam ita cognomento appellauit, quia ἀράσθαι ſit precari, G
quòd preces eius exaudierit, inſectantibus Furiis. Nam cùm è patria in Meſſeniam profugeret, ibi primum furiis correptus fuit, vt ait *in Arcadicis Pauſan.* Alij dicunt, Oreſtem ſibi manus alterius digitum hîc arroſiſſe, impatientem furoris, vbi nigræ Furiæ ſibi obuiæ primum fuerunt, quæ adeſo digito mox ſibi albæ viſæ ſunt: quare ad ſeipſum rediit. *Natalis Comes l.9. Mythol. c.2.* Hinc prouerbium, Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν Oreſti texere lænam, hoc eſt, munus parare abuſuro. Nam Oreſtes per inſaniam veſtes dilacerabat. *Eraſm. in Adagiis.*

Erant Symmachus, & illius gener Boëthius ſummo nati loco, ac inter Romanos, ſenatorióſque viros facilè principes, conſulari etiamnum perfuncti dignitate: verùm cum primis philoſophiæ myſteriis abundè illuſtres ac benefica natura pleriſque ſalutares. Sed vti in magna ferè aſſolet gloria, æmulorum ſeſe promebant odia & ſimultates. Vnde factum, vt tanquam rerum nouarum ſtudioſi in ſuſpicionem venerint Gothorū regi Theoderico: qui hoc nomine bonis publicatis, etiam illos interimi iuſſit. Sed quum mox cœnanti miræ H
magnitudinis piſcis percoctum caput appoſuiſſent miniſtri. Symmachi eſſe id, viſum regi, quando & ab inferiore labro prominere dentes opinabatur, ac prærigidos toruóſq; oculos interminari grauius, ac vltionem intentare. Qua monſtri ſpecie is conterritus, contremiſcenſque totus ac rigens quū decubuiſſet, mox extabeſcens luctu obiit. *Cælius l.27. c.22. A.L.*

Bassvs quidam cùm patrem interfeciſſet, delituit longo tempore. At quum aliquando cœnatum iret, nidum hirundinum haſta impellens deturbauit. Quumque cœnantes hanc eius crudelitatem deteſtarentur: Nonne, reſpondit, iamdiu falſum teſtimonium aduerſus me ferunt, clamantes me patrem meum interfeciſſe? Præſentes admiratione ducti, hæc verba ad regem detulerunt, qui tormentis eum ſubjecit reque diligenter diſcuſſa, parricidij pœnas de eo ſumpſit. *Plut. de Sera numinis vindicta.*

Ira,

Ira, Indignatione.

A Aiax Telamonis filius, propter arma Achillis mortui data Vlyſſi in vir[illegible] præmium, in furorem verſus armenta loro cædens exiſtimans ſe interficere [illegible]æcos, tandem proprio gladio incubuit. *Sophocles in Aiace.*

Cleomedes Aſtæpalæenſis prodigioſis homo viribus, quum Lacbum Epidamnii m athletam [illegible]du pugni interfeciſſet, interfectique aperuiſſet latera, ac propterea iudices tantam peroſi feritatem, in eum vellent animaduertere . in furorem verſus, columnam (qua ludi literarij domus fulciebatur) diſiecit, eaque ruina poeros omnes obtrui . Sunt qui dicant, huoc furorem eidem irrepſiſſe, q[uo]d victoriæ præmio fuiſſet fraudatus. *Plut. in Romulo.*

Carolus VI. Francorum rex, infenſis Britanno duci ob ſiniſtras ſuſpiciones quaſdam, tantum animo [illegible] tamen imbibit, vt omni cogitatione io vnam vlciſcendi curam verſus, immemor aliarũ rerum, neque cibũ neque quietem caperet. In Cenomanos profectus, eò copias vt Britannũ euerſurus conuenire iuſſit, nec Britannos legatos perpugnantes admitti ad ſe voluit. Ad quintum Calendas Iulias, anno Chriſti 1392. ex Cenomanorũ vrbe, obſectãtibus Ducibus mediciſque vt maB neret, æſtuoſiſſimo die, feruenti Sole, ſub meridianum tẽpus, leui galero capite operto in equum inſilit, iuſſis ſe ſequi quibus cordi foret. Vix dum ad alterum ab vrbe lapidem peruenerat, cum penitus conuulſa mente, furoreque percitus, ſtringit repeote gladium, voum atque alterum comitum occidit, complores male multat : quoad laſſitudine confectus, equo delapſus excipitur. Ferunt quendam inſolita miraque ſpecie eremitã ei occurriſſe, prehenſoque habenis equo, dixiſſe, Quo miſer ruis? proderis, ad eiuſque conſpectum mentem immutatam, ſiue mortalium cuiuſpiam vera ſpecies, ſiue oculorum ludibrium præſtigiæque ei ſe obtulère, abièreque, præ præſenti pauore nemine prehendere, aſſeruareve, aut inſequi auſo, percontarique quis, vnde, quid afferret. ſiue Rex eam ſpeciem animo concepit, idque argumentũ alienatæ mentis, non cauſam alienandæ extitiſſe. Pro mortuo ioter manus Cenomanos reportatur, ibique per multos curatus dies, cùm initiò nec ſe, nec ſuos noſſet, paulatim conualeſcere cœpit. Reſtitutus ita animus, vt ſemper diffideretur ſanitati pectoris per inC terualla tẽporis periclitantis, titubantiſque, ita vt paruis Regis adminiſtratio regni cõmitteretur: multoque grauius mens læſa, quando vix picis incendium effugit. *Æmilius l. 10.*

Mœrore.

Acco mulier iam decrepita, quum faciem (quem ad ſpeculum explorabat) ſenio deformatam conſpiceret, animi ægritudine in inſaniam lapſa eſt. Aiunt quidam, ipſam conſuèſſe alloqui ſuam imaginem in ſpeculo, eique ſubridere, comminari, promittere, ſubblandiri, & quicquid confabulantes ſolent dicere. Scribunt etiam clauoa nonnunquam ſpongia, veluti malleo, impingere conatam. *Cælius l. 17. c. 2. A. L.*

Timanthes Cleonæus pancratiaſtes, quum athleticam deſiiſſet, viriũ tamen tentamenta capiebat, arcũ ingentem quotidie intendens. Cæterùm peregrè profectus, receptam intermiſit meditationem. Reuerſus poſtliminio, quum ſe itidem experitur, non valens amplius arcum intendere, animi impos in ſuccenſam viuum ſe pyram immiſit. *Cælius l. 17. c. x. A. L.*

Imitatione.

Gallus Vibius tam magnæ fuiſſe eloquentiæ narratur, quàm poſtea inſaniæ: cui hoc accidit vni, vt in inſaniam non caſu incideret, ſed iudicio perueniret. Nam dum inſanos D imitatur, dum lenocinium ingenij furorem putat, quod aſſimulabat, ad verum redegit. *Cælius l. 11. c. 13. A. L.*

Morbo.

Abderitas ferunt, Lyſimacho regnante, nouo quodam & mirando genere morbi infeſtari cœpiſſe. Modus mali erat hic: primum vniuerſim graſſabatur febris prærapida ſuccenſáque : vbi dies aduenerat ſeptimus, his ſanguis profluebat è naribus copioſè largitérque: alij ſudore multo digerebantur, & hic erat febris finis. Cæterùm per ridicula mentem omnium obſidebat affectio: ſiquidem ad tragœdiam concitabantur, iambicáque vocaliſſimè detonabant, ſed Euripidis Andromedam in primis, & Perſei verba cantu percurrebant. Prætenuibus ac præpallidia ſeptimanis iſtiuſmodi tragœdis refertiſſima ciuitas erat, vociferantium hæc & id genus alia:

σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κ' ἀνθρώπων ἔρως.

O deorum hominumque amor tyranne.

In multum producta eſt inuſitata deliratio, hæc donec hyems & atrox frigus accedens, malo finem induxit. Morbi E initium profluxiſſe hinc opinantur, quòd ea tempeſtate magni nominis tragœdus Archelaus, æſtati meditullio, caloribus i[n]cenſis, Andromedam i[llic] actitauit, vnde febrium cauſam in theatro contraxerint Abderitæ: qu[um]ue (vt aſſolet) tragœdiæ [illegible]us ſpectra menti obuerſatent, conual[eſce]ntes in eandem per delirium dilabebant[ur], memoriæ Andromeda inhærente, ac Perſeo cum Meduſa. *Cælius l[illegible] 4. A. L.*

Quum R[o]mæ quidam phreneticus dom[i] [illegible] lanificis pueri [illegible]onti[illegible]eretur, ſurgens à cub[ili] [illegible] ad feneſtram, per quam & i[p]ſe vide[re] & prætereuntes [vi]dere potui[t]. Itaque ex vitreis vaſ[is] ſingula oſtendens, interro[g]auit, imperarentne, vt ea projiceret. Illi verò ridentes, plaudent[eſ]que, vt ea projiceret, rogabant. Tum ipſe omnia arripiens eiecit, & illi magnis acclamationibu[s] [ex]ceperunt. Poſtea, iubebentne puerum quoque projici, quum eos interrogaſſet, atque id illi iuſſiſſent, i[lle] c[ontinuo] ipſum deiecit, quem ab alto cadentem videntes, ſuppreſſo ſtatim riſu accurrerunt, & confractum iam puerum ſuſtulerunt. *Gal. l. 4. de Locis aff. c. 2.*

Conſtantinopoli olim nouum inopinatumque peſtilentiæ genus cœpit, quod apud Peluſiotas Ægyptios iortum primò, graſſari mox latius adortum eſt. Eius mali hæc ferè haF bebantur initia: Dæmonum terriculamenta ſpecie humana miſeris ingerebant ſeſe ita, vbi ab hominibus ſuccuſſi ſibi plagas opinarentur, quibus occurſaculi id genus objiciebatur : eraorque ea orientis mali velut prooemia. Quibus auerruncandis nullis prorſum amuletia opus erat, ſed velut lymphati ac arreptitij vocantes nec audiebant, etiam ſi in arcto aſſeruarentur. Per quietem obtingebant hæc: quandoque inhorreſcebat febris : ſed ita, vti nec color demutaretur, neque inſitus item calor : nam nec inflammatio, vt fit, perſentiebatur: verùm miſſis infeſta erat, nulla diſcriminis ſpecie. Tubercula ſeſe oſtentabant: ſed non eodem tempore omnibus, nec eodem loco. Quibuſdam profundior obrepebat ſomnus: aliis dementia cum rerum omnium obliuione, vt in cibi neglectu conficerentur, ac furentes è lecto ſeſe proriperent, vt ſe daturi in præceps, aut ſitis ardore flumina petituri. Morbus tamen hic contagioſus haud fuit. *Cælius l. 2. c. 6. A. L.*

Andreas Contarenus ob aduerſam valetudinem parum mente conſtans, Hadriatici ſinus præfecturam Venetiis petebat. G Accidit vt is poſt repulſam in comitiis habitam, in adoleſcentes quoſdam inciderit, qui omnem repulſæ culpam per iocum in Franciſcum Foſcarum Venetorum principem rejicientes, affirmare auderent, nullam homini, Foſcaro incolumi, reliquam fore obtinendæ dignitatis ſpem. Is ita & dolore in apertum furorem euectus, Ducem in Auream ædem ſacrorum hora deſcendentem, per ſecretioria colloquij ſpeciem mediis ſcalarum gradibus aggreditur. Cedentibus qui proximi ſteterant, vt ad aurem commodiùs admitteretur, exerit repentè ille cupreſſeũ pugionem, quem ſub pallio occultũ habebat: iugulaſſetque continuò ſenẽ, niſi Senenſiũ legatorum alter, qui proximo loco ſteterat, arrepto illius brachio, in faciem circa naſum vulnus detorſiſſet. Cõtinuò Patrum apparitorumque turba cruentatum ducem reumque vno tempora circumſiſtunt : hunc protegunt, illum fugam molientem, ad ſuppliciũ retrahunt. Retractus eodem loco dextera trũcatur, cũ qua ad collũ ſuſpenſa, ex ſuperiore parte curiæ, vel vt alij dicũt, ad geminas columnas laqueo necatus eſt. *Sab. l. 1. Dec. 3.*

Laurentius Laorentianus, Florentinus medicus præclarus, & Galeni interpres, cùm domo empta, ea pactione tertiam precij partem numeraſſet, vt niſi intra ſextum menſem H totius ſummæ pec[u]niam repræſentaret, arrhabonis pecunia lucro venditoris amitteretur, aduentante die, cùm ſoluendo non eſſet, animum deſpondit, in profundúmque puteum ſe coniecit : ſub id tempus, quo Petrus Soderinus, erecto populari dominatu, tanquam dictator perpetuus, Florentinæ Reipub. præſidebat. *Iouius in Elogiis.*

Vino.

☞ *Hic vitiatam ratiocinationem conſideramus, quatenus Animi facultatem læſam ipſa denotat functio. Sin organum ipſum perpendas, inter vitia Corporea referuntur. Si denique Habitum animi, ad locum Intemperantiæ pertinebit.*

Auctor *Timæus* eſt, fuiſſe Agrigenti domum quandam cognomento *τριήρη*, id eſt triremem, euento tali. Adoleſcentes aliquot illuc conuenientes conuiuium hilarius agitabant. Mox, vti aſſolet, quum incaluiſſent vehementius, ita decuſſi mente ſunt, itaque externati, vt in triremi ſe opinarentur

conſtitutos marique altius vndabundo, hyem[illegible]
A atrocem. Proinde, veluti naufragium veriti, [illegible] ſtis, quæ intus forent nauigium facturi l[illegible] quicquid mero fer[illegible]ebat in vi[illegible] ſtinantius iactar[illegible] adorti ſunt, accur[illegible] proiecta diſperent. I[illegible] die [illegible] aſſuer[illegible] factum coarguentes, [illegible] necdum [illegible] te pondere, ſe mor[illegible] metu [illegible] æſtuaſſe, quæ [illegible] diſperdere, qu[illegible] ſluc[illegible] ſtuporem vniuerſis qui [illegible] Ego, ô viri Tritone[illegible] fo[illegible] conijciens in imo iacui. [illegible]umque amp[illegible] ueterentur, dimittunt[illegible] ab ignoſcente magiſt[illegible] moniti modò grau[illegible], c[illegible]terent [illegible] in [illegible] eiuſmodi brutalem. At illi, velut g[illegible] in fatente[illegible] quiunt, ſeruati ex tan[illegible] p[illegible]riculis vi di[illegible] portum fuc[illegible] aſſequuti, inter marinos deos vobis, vt ſeruatoribus, i[illegible] tria ſtatuas ſurrigemus. *Cælius l.17.c.5. A.L. Athe[illegible] Dipnoſoph.* Tauromiuitanos iuuenes fuiſſe ſcribit.

B *Athenæus l.10. Dipnoſophiſtarum, ex Herodoto l.6. & Chamæleonte auctoribus* refert, Cleomenem regem Spartanum [illegible] Scythis agentem conſuetudinem, & illorum ἀκρατοποσίαν id eſt, meri potationem imitantem, in inſaniam verſum fuiſſe, quemadmodum interpretantur Spartani. Hinc natum apud eoſdem vulgare dictum, vt ſi quando velint ζωρότερον πιεῖν, hoc eſt, intemperantius bibere, dicant, ἐπισκύθισον, hoc eſt, minimum infundito aquæ: pro eo quod dicendum erat, ἐπίχεον, id eſt, infunde aquam. *Eraſm. in Adagiis.*

Veneno.

☞ *Venenum corpori nocet, & eatenus inter Corporea. Illud idem. Animi facultatem lædens, huius eſt loci. Si modum ſpectes, ad ampliſſimos illos Aſtutiæ & Perfidiæ locos referri poterit.*

Cnopus ex Codridarum genere, Ionicam coloniam in Aſiam deducens, cum Erythreis bellum gerebat. Oraculo edoctus ducem itineris ſacerdotem Hecates Chryſamen ſibi adiunxit. Quæ pharmacis potionata taurum de grege maximum & pulcherrimum, cornua eius inaurauit tanquam adducta ad ſacrificium, in conſpectu hoſtium exſtructa ara. Taurus œſtro percitus exiliit, magniſque mugitibus editis
C fugit. Hoſtes in ſua caſtra ferri taurum videntes, quaſi fauſtum omen ſuſcipiebant, comprehenſumque diis immolabant, ac de mortuo quilibet partem arripiebant. Quo facto omnes repentè furore correpti diſcurrere, exilire, ſaltare, cuſtodias relinquere. Cnopus in occaſionem intentus, omnibus interfectis vrbe florentiſſima potitus eſt. *Polyænus l.8.*

Aridæus Philippi F. ex obſcura muliere, & vulgante corpus Philine, medicamentis ab Olympiade Alexandri matre vitiatus, mente debilitatus fuit. *Plut. in Alexandro.*

Pontica gens Heptacometæ ſuper arboribus ac turribus habitant. Vnde antiqui Moſynœcos appellauêre, turres enim moſyni vocantur. Tres Pompeij Cohortes, dum montana pertranſirent, miſcendo crateras fureotis, mellis quod rami arborum ferunt, potos & mente alienatos adorti, interemerunt. *Strabo l.12.*

M. Antonio exercitum è Parthis reducente, Milites fame coacti herbam vorarunt lethiferam. Qui eam ſumpſerat, nullius alterius rei meminerat vel notitiam habebat: vnum agebat, vt omnem lapidem moueret & verſaret, quaſi rem effi-
D ceret magni momenti. Plenus campus fuit humi inclinatorum, lapideſque eruentium & transferentium. Poſtremò bilem vomentes emoriebantur, quando vnicum remedium deficiebat vinum. *Plut. in Antonio.*

Euſebius ad regem Longobardorum Adalualdum, magnis de rebus ab Heraclio Imp. legatus, cùm apud regem familiariter ageret, ſiue iuſſum Imperatoris: ſiue conſiliũ ſuum ſequutus, Adaluaido è balneo exeunti poculum ſpecie ſalutiferum dedit. Quo epoto rex deſipere, ac planè mentis impos eſſe inſtituit. Quod vbi ſenſit Euſebius, ipſum & iuuenem, & amentẽ impulit, vt propriæ ſecuritatis cauſa principes Longobardorum è medio tolleret. Cœpta inde cæde, ac iam duodecim è primoribus interemptis, ne malũ longius ſerperet veriti Longobardi, ipſum anno 624. tumultu excito, regno cum regina matre Theodelinda exegerunt: atque in eius locum Arioaldum Ducem Taurinatium ſuffecerunt: cui Gundeberga Adaluaidi Regis ſoror erat matrimonio copulata. *Sig.l.2. regni Ital.*

Arnulfus Imp. Lambertum, Vidonis Italiæ regis F. in ducatum Spoletanum perſequebatur, regem Berengarium à Vido-

[illegible]

[illegible]ſa: Beren[illegible] Itali[illegible] Q[illegible]ga [illegible]gebat, a cognato [illegible] A[illegible] familia[illegible] [illegible]pidus cum, [illegible] erunt, [illegible] nam q[illegible] tactum, vt [illegible] vulgat. Arn[illegible] ab Itali[illegible] deſ[illegible] & p[illegible] o ducι ſit [illegible]tis. Itaque Papiam cum perueniſſet, irati Papienſes: per
noctem milites [illegible] in vrbe me[illegible]tos adorti, tanta cæde proſtrauerunt, vt illorum cauſa ſe in cloacas abſcondere cogerentur. Ob id, cum de reditu in Germaniam cogitaret, atque Verona tranſire propter magnas Berengarij ibi ſedentis opes non auderet, per montem Iouis trans Alpes abiit. *Sig.l.6. reg. Ital.* F

Plinius & Edouardus Vottonus ſcribunt, cerebrum vrſi deuoratum ingignere imaginationes, quaſi in vrſum quis transmutatus ſit. Id noſtro hoc ſeculo cuidam Hiſpano nobili oblatum fuiſſe edendum traditur, qui per deſerta & montes vagabatur, ſe in vrſum eſſe conuerſum phantaſia vitiata ratus. *VVierus l.3.c.21. de Præſtig. dæm.*

VVierus l.2.c.34. de Præſtigiis dæm. talem recenſet hiſtoriam popularem. Mulier quædam ad rem attentior, Trituratores in multos conduxerat dies, curatque ex lolio diligenter excreto molito pinſitóque admiſta ſecalis farina, panem apparari & coqui, vt eos minoribus ſumptibus aleret. Quo quum eſſent paſti, in quandam ſeuam inciderunt amentiam: & cùm eſſent aliquamdiu rotati vertigine, iaſſi ad vnum omnes in profundum longúmque inciderunt ſomnum, vt pro labore, quem vetulæ præſtare oportuiſſet, ipſi continuè ſterterent:
donec ea tandem poſt alterum aut tertium diem errore animaduerſo victus rationem mutaret. G

Philtro.

L. Lucullus cum iam pridem ſe rep. abdicaſſet, poſtquam Cicero eſt in exilium pulſus, atque in Cyprum miſſus Cato, in totum obtorpuit. Dicitur ante obitum è mente pauiatim emarceſcente laboraſſe. At Cornelius Nepos ſenio vel morbo negat Lucullo mentem motam: ſed Calliſthenem libertum dediſſe illi venenum, vt impenſiùs ab eo diligeretur, quod amatorium exiſtimabat eſſe: at ita id ſoluiſſe & alienaſſe mentem eius, vt viuentis etiam procuraret facultates frater. *Plut. in Lucullo.*

M. Antonium Triumuirum Cleopatra Ægypti regina philtro ita dementauit, vt nulla ratione habita vel periculi vel dedecoris, vnam Cleopatram & ſpiraret & loqueretur. *Plut. in eius vita.*

Cor. Gallum Ægypti præfectum ſub Auguſto amatorium poculum ad inſaniam redegit. *Euſe. in Chron.*

A Cæſonia vxore credebatur Caius Imp. medicamento amatorio potionatus, vt valetudinẽ neque corporis, neque animi integrã habuiſſe feratur, præſertim cùm puer ſæpe comitiali morbo laborarit: & in ſomnio vſque adeò vexatus ſit, vt rarò plus tribus horis nocte dormiret. Ob id vultũ habuit natura horridum, & ex induſtria tetrum ad terrorem formabat: quia oculos concauos cum temporibus excauatis in lata fronte geſtabat, eminentis alioqui ſtaturæ. *Sueton. & Ioſeph. l.11. Antiq. Satyr.* id poculum ex hippomanes apparatum fuiſſe ait: H

—— ſi non
Et furere incipias, vt auunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli
Infudit.

Euſebius Cæſarienſis ſcribit, Lucretium poëtam amatorio pocolo in tantum furorem verſum, vt ſe tandem propria manu interemerit. Sunt qui arbitrantur, vxorem illius huiuſmodi obtuliſſe poculum, & eam Lucillam vocatam, ex Hieronymi teſtimonio in Ruffinum, cuius hæc ſunt verba: Liuia virum ſuum interfecit, quem nimis odit: Lucilia: ſuum quem nimis amauit: illa ſponte miſcuit aconitum: Lucilla decepta, furorem

A f [illegible] rem [illegible] t pro am [illegible] . [illegible] Hinc [illegible]

[illegible] furor ardens [illegible].

[illegible] eque oppida & [illegible] oth [illegible] ph [illegible] n tege [illegible] adit [illegible] bona poſſi [illegible] abſurd [illegible] modi bona poſſidet. Quib [illegible] mum v [illegible] [illegible] *[illegible] ader* [illegible].

[illegible] INSANIÆ

[illegible]

QVI INSANI FVERINT.

LYCVRGVS rex Thraciæ ob amputatas vites [illegible] miſſo bacchico ſibi crura ſuccidit.

PERIANDER tyrannus Corinthiorum inſanus fa[illegible] per imprudentiam cum matre coiuiſſet. *E [illegible]*

Per totam Hiſpaniam frequentes ſunt [illegible] ſarauguſtæ præſertim, vbi domus p[illegible] gen te B laborantibus dedicata eſt,multique adeo, [illegible] tio furiunt, ibi commorantur: vt non ſolùm [illegible] ciuitatem miſta lamentatione, vario plangore & fremitu conficiant, verum etiam totam Hiſpaniam mirandis ſuis dictis ac factis compleant, alius enim ibi Imperatorem ſe dici & eſſe contendit ferò; alius, mitram geſtans, ſummum Pont. cuicuique ſigno hominibus benedicit: alius belluam immanem, & catenis conſtringitur: imò etiam quidam milij ſe granum putat, qui à gallinis vorari metuens, illas quantum poteſt & fugit & odit. *Paſcaſius Iuſtus l.1.de Alea.*

QVALI INSANIA LABORARINT.

Dæmoniaca.

☞ *Conſule Titulum Magorum.*

Ioan.Bapt.Porta Neapolitanus l.2. Magia nat. ſic ſcribit: Incidit mihi in manus Vetula quædam (quas à ſtrigis auis nocturnæ ſimilitudine Striges vocant, quæque puerulorum ſanguinem à cunis abſorbent) ſponte pollicita, breuis mihi temporis ſpacio allaturam reſponſa. Iuſſit omnes foras egre- C di, qui mecum acciti erant teſtes: ſpoliiſque nudata, tota ſe vnguento quodam valde perfricuit, nobis è portæ rimulis conſpicua; ſic ſoporiferorum vi ſuccorum cecidit, profundoque occubuit ſomno. Fores ipſi patefacimus, multum vapulauit, ſed tanta vis ſoporis fuit, vt ſenſum eriperet. A ſomno expergefacta,multa inepit fari delira,ſe maria monteſque tranſmeaſſe, falſa depromens reſponſa.

Philoſophica.

MENADEMVS LAMPSACENVS Cynicus, eò inſaniæ venit, vt ſub furiæ laruà circuiret: dictitans ſe exploratorem ab inferis veniſſe,delaturum dæmonibus mortalium peccata. *Laert. l.2.cap.18.*

Superſtitioſa.

☞ *Ex Tit. Hæreticorum huc quædam pertinebunt.*

Amatoria.

Corinthij à Cypſelo & Gargaſo miſſi Acarnaniæ litus occuparunt,ad Ambracium vſque ſinum,& Cherroneſi Iſthmo perfoſſo,Leucadem in inſulæ formam redegerunt.Locus qui quondam fuerat Iſthmus,nunc fretum & Euripus eſt, ponte iugabilis. Eum mutato nomine dixêre Leucadem,ſumpto,vt D reor,à Leucata vocabulo. Eſt enim albicanti colore petra in pelagus proiecta.Habet inſuper & Apollinis Leucatæ fanum. Ibi ſaltus fit,qui ad ſedandos amores valere creditur. Quo in loco Sappho prima dicitur ſuperbè ab excelſa ſe deieciſſe petra ſtimulante Cupidine, ſicuti *Menander* auctor eſt.

Præruptam nactâ in tranſitu petram,
Cupidinis œſtro percita è ſummo præceps ruit:
Ex animi tui ſententia, rex imperioſe.

Et Menander quidem omnium primam,Sapphò,antiquiores verò Cephalum prius ſaltaſſe tradunt,Phaolæ vel Pterelæ captum amoribus Deionei filiæ.Ann occaſionem huic Inſaniæ ſuperſtitio dedit.Leucadiis certè mos erat patrius,vt io Apollinis ſacrificio, fontem quotannis aliquem, auertendæ deorum iræ gratia,de montis ſpecula deiicerent,applicitis pennis,auibuſque variis,quibus leuari poſſet,vt ſaltus ipſe ſurde ac volatus efficeretur: multi interim circumſtantes cadentem excipiebant nauiculis, & pro viribus conſeruatum extra patrios fines emittebant ſuperſtitem. *Strabo l.10.* Deucalionem primum ſeſe inde præcipitem dediſſe amore Pyrrhæ. *Ouidius* teſtatur *in epiſtola Sapphûs. Charon Lampſacenus* [illegible]. Theb[illegible] [illegible] ex Codri genere. [illegible] E [illegible] quoque Calv[illegible] la præ[illegible] cùm [illegible] po[illegible]. Et Ce[illegible] D[illegible], & amore h[illegible] at Sappho[illegible] quia [illegible] ille [illegible] obtem [illegible] S[illegible] ne [illegible] bid tenſa[illegible] *[illegible] Pop.*

[illegible] C[illegible] glo[illegible] a Per[illegible] ca Ma[illegible] labo[illegible] putabatur,v[illegible] publicè [illegible] ad [illegible] ipſo ætate maior [illegible] dilectum [illegible] certis ſignis de[illegible]. Poſt mortem [illegible] Alexandri parentis, vnam ex [illegible] ius omnes, Phila [illegible] mine,Perdiccas deperibat: [illegible] quum rem ipſam Hippocrates detuliſſet, poſtea ex [illegible] pectu amari [illegible] mutaci obſeruauit, atque ita mo[illegible] o d[illegible] ſo regem conſeruauit. *Soranus in eius vita.*

[illegible] Alexandrina mulier doctiſſ. vſque adeò pulcra & formoſa erat, vt Quidam etiam auditor eius eam adamarit. Is cum amorem vincere non poſſet, ſed ipſi etiam affe- F ctum ſuum proderet: indocti quidem tradunt, eum ab Hypatia morbo illo per muſicam eſſe liberatum. Alij verius narrant,ipſam prolatis quibuſdam muliebribus pannis, in eumque coniectis, & impuris ortus ſigno demonſtrato, dixiſſe: Tale eſt quod adamas, adoleſcens, nihil autem pulchrum: Illum verò præ pudore & ſtupore indecoræ demonſtrationis erubuiſſe,& modeſtiorem eſſe factum. *Suidas. Eunapius* magica vi à Maximo liberatum ſcribit.

FAVSTINA Imperatrix ab inſano amore gladiatoris liberata fertur, epoto eiuſdem iugulati ſanguine.

Confidente.

ARCHELAVS Macedonum rex: atræ bilis habitu ſibi maiorem in modum confidens, nunquam non ſpei plenus erat. *Cælius l.17.cap.2.A.L.*

Deſperabunda.

PORPHYRIVS Tyrius patria, conſciuiſſet ſibi mortem aliquando atra bile percitus, niſi præceptoris Plotini auctoritate à propoſito eſſet reuocatus. *Sab.l.6.En.7.ex Eunapio.* G

Mirum eſt quod à recentioribus eſt proditum, haud ita pridem in Lugdunenſi Gallia contigiſſe, vt citra vllum corporis incommodum, quod quidem appareret, crebrò Mulieres in præaltos ſe puteos demerſum pergerent. *Cælius l.13. cap.32. Antiq. Lectionum.*

Meticuloſa.

☞ *Conſule locum Timoris.*

PISANDER Alexandrinus ſeu Rhodius, hiſtoricus, tanta laborabat melancholia,vt ſibi continuè timeret,ne ſua ipſius vmbræ occurreret: animâ enim ſe viuens deſtitutum exiſtimabat. *Cælius l.17.cap.2. A.L.* Talem quoque Ferrariæ fuiſſe, *Gyraldus primo Tomo hiſt.Poët.dialogo 3.* teſtatur,qui nulla pacto à Nic. Leoniceno Medico perſuaderi potuerit,id impoſſibile eſſe,vt quis abſque anima vagaretur. Et rationes quidem omnes propoſitas probabat, præmiſſaſque concedebat omnes, verùm vbi argumentariuuis concluſio afferretur,totum illud ſe negare dictitabat.

Libertini cuiuſdam meminit *Horat. l.2.ſerm. Satyr.3.* hiſce H verbis:

Libertinus erat, qui circum compita ſiccus
Lautis mane Senex manibus curtebat, & vnum
Quiddam magnum addens, Vnum me ſurpite morti,
Dis enim fac lè eſt orabat, ſanus vtriſque
Auribus atque oculis: mentem, niſi litigioſus
Exciperet dominus, quum venderet.

☞ *Ex Titul. Auarorum huc quædam.*

Auara.

Heraclides Ponticus apud Athenæum lib.12. cap.vltim. auctor eſt,Thraſylaum Axonenſem Pythodori filium (quem *Ælianus lib.4. Var. hiſt.* Thraſyllum vocat) hoc inſaniæ genere correptum fuiſſe, vt exiſtimaret naues omnes quæ in Pyræeum appellerent ſuas eſſe. Eas appellentes ſumma cùm voluptate recipiebat:ſoluentes dimittebat, ac perſequebatur, in ſomma felix erat,perinde quaſi tantarum rerum dominus. Si quid periſſet, non requirebat: ſi quid eſſet incolume, vehementer gaudebat, aliis iactitans ſuam fortunam, donec Crito frater è Sicilia reuerſus correptum hominem tradere medico. Cæterùm is ad ſe reuerſus, negauit vnquam

ſuauiùs vixiſſe ſeſe, quam cùm eo mentis errore tenetur. Si- A quidem cùm tantum adeſſet voluptatum, nihil vnquam ſenſiſſe moleſtiæ.

Cuidam Prædiuiti, fatoem timenti, loquit Celſus, ſubinde falſæ hæreditates nunciabantur.

Crudeli.

☞ *Ex loco Tyrannorum huc non pauca.*

Attalvs Pergami rex, qui cum Romanis Imp. in Antiochum regem & Gallogræcus admodum iuuenis militauit, fuit, vt Liuius ait, Eumenis frater, vt Trogus, fratris filius Flolus Eumeoe genitum credidit. A quo regnum florentiſſimum per manus acceptum amicorum cæde, inuidioſiſque cognatorum fœdauit ſuppli ii, nunc matrem anum, nunc Berenicem ſponſam, eorum maleficiis extinctas, vlciſci ſe teſtatus: atque ita in ſuorum perniciem variè debacchatus, barbam & capillum reorum more ſubmiſit, non in publicum prodire, non amicis aliiſve ſui adeundi copiam facere, non conuiuari, nihil ſani hominis præ ſe ferre amplios. Poſtremo regni cura abiecta, hortos fodiebat, gramina, venenáque noxia innoxiis miſcens ferebat, indéque venenatam frugem, vt peculiare munus, hoſpitibus & domeſticis mittebat. Mox ab eo ſtudio B ad ærariam fabricam animum adiecit, multúmque ac diu in fundendo cudendóque ære verſatus quum demum matri ex ea materia ſepulchrum facere inſtituiſſet, eſſétque operi intentus, graui morbo ex Solis ardore contracto, ſeptimo à primo decubitu die vita deceſſit. *Sabel.l.9.En.5.*

Auctores habeo, Oreſtam ad Hebrum ciuitatem ab Oreſte conditam, fuiſſe Adrianopolim nuncupatam de principis Adriani nomine, qua tempeſtate is furens, ac ciuium cæde ad libidinem graſſatus, reſponſum accepit, in furioſi cuiuſpiam domum obreperet. Nam inde remollitam inſaniæ vim, proditum litteris eſt. Quúmque furenti ſenatores ſubtraxiſſet pleroſque Antonius, etiam Pij cognomentum eſt aſſequutus. *Calius l.17.cap.2. A.L.*

Hartbenvs Helsingvs gigas nouem cubitos procerus erat. Huic duodecim athletæ contubernales fuere, quibus id officij erat, vt quoties illum præſaga pugnæ rabies inceſſiſſet, vinculorum remedio oborti furoris impetum cohiberent. Ab his C Haldanus Danorum & Sueonum rex prouocatos erat ad ſingulare certamen. Quo audito Hartbenus repentino furiarum afflatu correptus, ſummas clypei partes dentibus abſumpſit, igneos carbones deglutiuit, per medias flammas cucurrit, ſex athletarum ſuorum occidit: Haldanum reſidua pugilum manu petiit. A quo ingenti malleo contuſus vita ac victoria caruit, deditque pœnas & Haldano, quem prouocauerat, & regibus quorum filiabus per vim potitus fuerat. *Saxo l.7.*

Michaël Græcorum Imp. adeò mente excedebat, vt familia res ſuos iuberet occidi: quos ad ſe rediens, requirebat, tanquam viuos. *Sigebert.in Chron.*

Anno ſalutis 1407. Wiſmariæ Faber quidam lignarius, qui certis interuallis inſania laborare conſueuerat, dum opus facit, propere ſecuri prehenſa, domum repetens, liberos duos per medium ſecuit: tertium mater prægnans cum eiulatu viro eripere conabatur. Ille in eam verſo ictu, vno impetu duos ſtrauit. Cruentatus ad laboris ſocios reuerſus, & cauſam cruoris rogatos, ad ſe reuerſus, & recordatus quid feciſſet, domum properè currens, cultrum proprio ſuo defixit in pectore. *Crantz.l.10.Vandalia, cap.10.*

D *Vaga.*

Prætides, filiæ Prœti Argiuorum regis, dum Iunoni ſe prætulerunt, in furias verſæ, ac poſtmodum mutatæ in vaccas, vt *Maro* canit, *implérunt falſis mugitibus agros.* De iis ſic *Ælianus l.3.* Elegam & Celenam filias Prœti regina Cypri ad inſaniam impulit, quæ in quibuſdam Peloponneſi locis viſæ ſunt nudæ furentéſque diſcurrere. Eruperunt etiam in alias regiones Græciæ, agitatæ impulſæque iſto morbo.

Lyci vxor Antiope præ cæteris diis Libero patri honorem habebat. Cùm verò ab eo contendiſſet quæ vulgo prodita ſunt, Deum illi aiunt vehementer ſuccenſuiſſe: & ex eo immiſſo furore, mente captam per totam Græciam Antiopen erraſſe: Phocum vero Ornytione Siſyphi filio genitum inſaniæ morbo eam liberaſſe, & vxorem duxiſſe, quocirca commune Antiope & Phoco monimentum poſitum fuit Thebis. *Pauſanias in Bœoticis.*

Aristoxenvs muſicus in vita Teleſtæ, qui cum in Italia vixit, refert caſum Mulieribus Italicis accidiſſe prorſus inn-ſtratum: vt aliquando ſedentes ac cœnantes vocantem ali-qu m ſe exaudire opinatæ, pro[illegible] tent atque extra vrbem [illegible] Lo[illegible] gini oracu m hac de re conſulentibus [illegible] hin m mali f turum ſi di duodecima [illegible] ver LX. Itaque inde in Italia multo[illegible] ſcriptores. *Apollonius de Hiſt.mirab.*

Ludicra.

Digna notatu hiſtoria, quam *Horat. 2. Epiſt. ad* [illegible] Argiuo quodam commemorat.

—— fuit haud ignobilis Argis,
Qui ſe credebat miros audire tragœdos,
In vacuo lætus ſeſſor plauſorque theatro:
Cætera qui vitæ ſeruaret munia recto
More: bonus ſanè vicinus, amabilis hoſpes,
Comis in vxorem, poſſet qui ignoſcere ſeruis,
Et ſigno læſo non inſanire lagenæ:
Poſſet qui rupem, & puteum vitare patentem.
Hic vbi cognatorum opibus, curiſque refectus,
Expulit elleboro morbum, bilemque meraco,
Et redit ad ſe: Pol me occidiſtis amici,
Non ſeruaſtis, ait: cui ſic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratiſſimus error. F

Sed hoc ipſum ab Ariſtotele Abydi contigiſſe memoriæ proditum eſt in commentariis, quos res admirabiles ab aliis acceptas exponit. Aut igitur fefellit memoria poëtam, carmen condentem: aut alios auctores, qui in loco ab Ariſtotele diſcreparent, ſecutus eſt. *Vict.l.3.Var.lect.cap.9.*

Galenus de Sympt.diff.cap.3. de Theophilo quodam medico ſcribit, cui reliqua prudentia ſupererat, & diſputandi: & præſentes exactè noſcendi, cæterùm tibicines quoſdam angulum domus vbi decumbebat occupaſſe, aſſiduéque ſonare, & pulſare putabat, atque hos ſe intueri rebatur, partim illic ſtantes, partim ſedentes, adeóque ſine intermiſſione ſonantes, vt neque noctu neque interdiu nuſquam vel minimum tempus quieſcerent: exclamare igitur non ceſſabat, ac iubere, vt domo eiicerentur. Idem poſtquam planè conualuit, tum reliqua omnia quæ quiſque dixiſſet, feciſſétque narrabat, tum imaginationis de tibicinum tædio meminerat.

Noui Quendam, inquit *Gal.2.de Motu muſc.cap.6.* per tre- G decim dies delitaſſe hoc pacto. Putabat quidem ſe Athenis non Romæ iacere. Crebrò autem familiarem puerum vocans, iubebat ſibi, quæ ad gymnaſium pertinebant, afferri, & pauca intermiſſione facta delirij: Heus, inquit, ad Ptolemæum dico, decreui in gymnaſio diu lauari. Ac nonnunquam etiam exiliebat interea, atque indutus ibat rectà ad oſtium aulæ: ac cùm retinerent eum, qui intus erant, exiréque prohiberent, cur prohiberetur, ab eis percontabatur. Hi verò (nihil enim licebat aliud dicere, quàm ea quæ erant vera) febricitaſſe eum dicebant, & adhuc febricitare. Ipſe autem & ad hæc valde modeſtè reſpondebat: ſcire enim & ipſe dicebat, quòd adhuc reliquiæ ſibi febris reſtabant, ſed eas penitùs eſſe exiguas, nec metuendum ne à balneo læderetur: ortam enim ſibi totam præſentem febrem ex itinere. Ac non recordaris conuerſus ad puerum dicebat, quòd laborioſè heri iter fecimus Megaris Athenas? Talia cùm diceret & faceret, fluxu ſanguinis per nares repentè copioſo ſibi facto, & poſt ipſum ſudore, ſtatim quidem conualuit, ſed eorum, quæ ante ſibi acciderant, nullius amplius recordabatur.

Bellnina. H

Prœtides in vaccas ira Iunonis ſe conuerſas arbitratæ, per totam Græciam diſcurrerunt. *Ælianus.*

Litteratum monumentis tradit Gulielmus Brabantinus in ſua hiſtoria. Virum prudentem diaboli arte eò perductum, vt aliquibus anni temporibus ſe rapacem eſſe lupum putaret, pérque loca ſylueſtria & ſpecus oberrans, maximè pueros perſequeretur, ſæpéque velut amentem per nemora vagari inuentum fuiſſe: ſed tandem Dei gratia ad mentem rediiſſe. *Iobus Fincelius l.2.de Miraculis.*

Agricola quidam Patauinus anno ſalutis 1541. ſe lupum eſſe ſibi perſuadens, in multos in agris inſiliit, trucidauitque. Tandem non ſine multa difficultate captus, confidenter aſſeuerauit ſe verum eſſe lupum, diſcrimen ſolùm exiſtere in pelle cum pilis inuerſa. Ruſtici creduli, hominem excoriare incipiunt, pertinaciter eo in ſententia perſtante. Interea perlata in vrbem fama, prætoris Patauini cura ruſticis ereptus, & in noſocomium perductus, non multo poſt deceſſit. *Vierus l.3.cap.21.de Præſtigiis dæmonum.*

CVRATIO. MENS RESTITVTA
A MANSÆ, PHRENIT[illegible]OIS, [illegible]E[illegible]ANCHOL[illegible]Æ,
Amentiæ cura facta
S[illegible]riſtiis.

In pri[illegible]a E[illegible]ſia Dæmoni[illegible]ci in cœt[illegible]m [illegible]adducebantur, & p[illegible] tot[illegible]rabat Deu[illegible], [illegible] apud C[illegible]oſtomum, Clementem (qui [illegible]ationem t[illegible]dit elegantiſſimam) & Theodo[illegible]tum [illegible]agno[illegible]ten [illegible]s.B[illegible] .Dæmon. ap. [illegible] Sic Getaldas nobil[illegible] te & [illegible] p[illegible]le[illegible], f[illegible] vil[illegible] cuiuſdam filiæ accentu[illegible],oratione ſua ad Deum [illegible]fecit,vt quæ anteà polcherrima videbatur, max[illegible]e deformis [illegible]pa[illegible]erit. & [illegible]a[illegible]ctam relinquens pœnitentia ductus filiam dote, patrem libertate donarit. Marul. [illegible]. ap.4. [illegible]ab.[illegible].2.cap.5.

Fama eſt, eaque celebris, inter Stiten[illegible]s Nobilem quempiam fuiſſe, cui ſæpe in animum venerit,ſeipſum laqueo ſ[illegible]pendere. Id ægrè ferentem,ex docto quoda[illegible] viro remedium petiuiſſe aduerſus eam tentationem. Conſilium datum, proprium vti ſacerdotem conduceret, qui manenti in arce quadam ſoliteria ſinguli[illegible] diebus rem diuinam faceret. Peruiſſe nobilem, atque annum fermè [illegible]ontinuaſſe, nulla ſuſpendij cogitatione interuen[illegible]ente. Poſtremò rogatum à ſacerdote,vt presbytero vicino, qui templi dedicationem in proximo monte habiturus eſſet, auxilio eſſe poſſet,licentiam dediſſe,
B proponentem in animo paulò pòſt ſequi, & ſecrie interesſe. Steriſſe diu poſteà,nunc vna nunc altera cauſa retentum,denique circa meridiem profectum; egreſti cuidam in nemore occurriſſe, qui rem diuinam in monte peractam eſſe, & populum omnem abiiſſe diceret. Contriſtatum eo nuntio, ignobilem infelicémque ſe eſſe dixiſſe, qui eo die ſacrum Chriſti corpus non vidiſſet. Agreſtem contrà eum conſolando,dixiſſe,venditurum ſeſe illi præmium quod inter ſacra meruiſſet, ſagúmque nobilis periuiſſe pretij nomine. Venditione facta, nobilem nihilominus montem aſcendiſſe, atque oteſſe in templo: reuerſum autem, in proxima arbore ſuſpenſum agreſtem inueniſſe, nec poſtea diris cogitationibus vexatum fuiſſe. Æn.Sylu.cap.21.Europa.

Diſtet à Megalopoli Arcadiæ vrbe Meſſeniam verſus ſtadia haud amplius VII.ad læuam viæ militaris dearum fanum,quas & item factum ipſis egrum,Manias vocant,ſiue Furias: hoc in loco ob matris cædem inſaniſſe Oreſtem tradunt.Non longè ab eo fano terræ agger ſurgit,non vtique magnus,è lapide exciſum digitum inſigne prætendens.Vnde & illi tumulo Digiti monimentum eſt nomen. Ibi furentem Oreſtem tradunt
C alterius manus digitum alterum abroſiſſe.Propè eſt alter tumulus. Ace nomine, quòd ad eum inſaniæ medelam Oreſtes nactus fuerit. Et illic eſt alterum Furiarum templum.Has deas Oreſti, cùm primùm eſt mente captus, nigras obuias factas memorant. Eaſdem cùm digitum addidiſſet,albas apparuiſſe, & earum aſpectu ſtatim illum ad ſe rediſſe: idcircò iis quarum effugit iram,inferias miſiſſe. Poſterioribus verò rem diuinam feciſſe dicitur. Ac candidis quidem Deabus & Gratiis pariter hac etiamnum ætate incolæ ſacra faciunt. Proximum Ace eſt templum aliud, Tonſtrinum appellant, quòd eſt ingreſſus comam Oreſtes totonderit.E Peloponneſiis,qui priſcas res memoriæ prodont, Oreſti hæc in Arcadia accidiſſe affirment, priuſquam de eius facto in Areopago iudicium fieret. Accuſatorem quidem non fuiſſe Tyndareum, quòd è vita iam eeceſſiſſet, ſed à Petilao Icarij F. Clytæmneſtræ patruele de matris cæde eccuſatum.Pauſ.in Arcadicis Cùm oraculum ſciſcitatus eſſet Oreſtes,quo pacto poſſet ab eo furore
D liberari? reſponſum tulit,illud fieri non poſſe,niſi in Tauricem Scytharum profectus, Dianæ ſignum, quod illi eximiè colebant,in Græciam deportaſſet. Eò cùm acceſſiſſet,in vincula à paſtoribus cum Pylade coniectus(nam Pyladem Strophij Phucenſis filium, eum quo fuit à teneris educatus, omnium profectionum periculorumque ſocium fidiſſimum habuit) ad Thoentem regem deducitur,vt de more gentis pro victima deæ mactaretur. In templo Iphigeniam ſororem agnouit, quæ ſacerdotem deæ agebat. Agnitione facta clàm fuge adorneta cum ſtatue per noctem abeunt. Sed antequam inde ſoluerent,Oreſtes comam lugubrem in Tauris depoſuit: quem ritum poſtea detulit in Cereloniam,Strab.l.12.Alij tradiderunt,iuxta Amenum montem,ab inſania liberatum,vnde etiam mons ipſe nomen acceperit,cùm priùs Melanthius diceretur, vt ait Plut.in l.de Flu[illegible]. Alij Palladis conſilio Oreſtem Argos adiiſſe, & Erinnyas placaſſe inquiunt, ibique eius inſaniam deſiiſſe. Nat.Comes Myth.l.9.cap.5.

Cade.

C[illegible]lydonij populari veſaniæ morbo vexabantur,qui ebrietati perſimilis erat, niſi quòd enecabat, Bacchi ira, Coreſi ſacerdotis imprecatione,immiſſus,eò quòd à Callirrhoë virgine contemneretur. Ex Dodonæi Iouis oraculo mali abigendi [illegible] erit ratio, ſi Callirrhoe ad aram Dei immolaretur, vel aliu[illegible] pro ſola ſe deuoueret. Dum infuleta à populo ducitur, [illegible]oreſus moris impotentia ſeipſum pro illa occidit: [illegible] nihilominus ſeſe etiam pòſt interfecit. Sicque malum gemina cæde expiatum fuit. Pauſanias in Achaicis. E

Pudore.

Mileſiæ virgines eùm nulla de cauſa populariter ſuſpendio ſibipſis vitam adimerent, neque mali remedium inueniretur, conſ[illegible]o ſenis cuiuſdam cadauera nuda per vrbem tracta. Cuius ignominiæ metu reliquæ reſipuere. Ælianus.

Hypatia Alexandrina Auditorem quendam ſuum ſe adamantem p[illegible]latis muliebribus pannis,& in eum coniectis, dicens Hoc ſcilicet eſt,quod amas,ab amoris inſania liberauit. Suidas & Eunapius.

Loci mutatione.

ALCMÆON ab Amphiarao patre perſuaſus, Eriphylem matrem, quæ monili aureo ab Argia accepto, maritum domi latentem, ne ad bellum Thebanum proficiſceretur, illic ſibi petendum ſciens, prodiderat, interfecit. Diris agitatus, deum, qui Delphis eſt, conſuluit, qua ratione ab inſania liberaretur? & reſponſum accepit. F

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Monili dedicato,mentem priſtinam recepit. Athenæus lib.6. Dipnoſophiſtarum. Aliter Pauſ.Alcmæon,inquit,Amphiarai F. occiſa matre Eryphile Argis fugiens, Pſophidem, quæ tunc Phegea à Phegeo rege nominabatur, ſe recepit: ibi Phegei filiam Alpheſibœam vxorem duxit, cui inter cætera nuptialia dona, decantatum etiam illud monile dedit. Vbi verò in Arcadibus domicilium habenti inſaniæ morbus non deceſſit,ab Apolline Delphico reſponſum accepit, in eam terram ei migrandum,quæ omnium eſſet recentiſſima,quámque mare edidiſſet. Itaque nactus terram, è que Achelous in mare prorumpit,ex ipſo amnis alluuione extantem,in ea conſedit, ibique Callirrhoën Acheloi filiam in matrimonio habuit. Ex ea Acarnana & Amphoterum ſuſcepit. Calirrhoë monilis,quod Eriphyles fuerat,potiundi, vehementi flagrans cupiditate, Alcmæonem etiam inuitum, vt Phegiam veniret, perpulit. Ibi ille Phegei filiorum Temeni & Axionis inſidiis circumuentus, periit: iidem verò Phegei filij monile Delphico Apollini dedicàront. Pauſan.in Arc. G

Saltu.

☞ Vide Paratitulum, Quali inſania, Amatoria, Curſu, Agitatione, Labore.

Moëra ſiue Iphinoë,Euryele,Lyſippe,& Iphianeſſa,Prœti Argiuorum regis FF. (Ælianus lib.3.Elegam & Celenam vocat) cùm forte Iunonie templum ingreſſæ,temerè ſe Iunoni contuliſſent,à dea ad Inſaniam redactæ ſont, vt vaccas ſe eſſe arbitrarentur,iiſque rebus vterentur, quibus ſolent ea animalia: Prœtus,qui illas ſanaret,earum ſe vnam illi vxorem cum regni parte daturum promittit.Melampus conditionem accepit,& eas Ceptino lecte (vt Ælianus)vel elleboro potas (vt Galenus vult, qui idcirco Melampodion, elleborum vocari aſſerit) entheis clamoribus & choreis, accitis ſecum validiſſimis iuuenibus, Sicyonem vſque compulit: in quo curſu Iphinoë maior natu extincta eſt,ſecundum Apollodorum. Alij Clitorij fontis Arcadiæ aqua,quæ bibentes abſtemias reddiderit,curatas aiunt. Elleborus certè niger caprino lacti incoctus melancholiam educit, & exercitium vehemens per ſudorem euacuat, & aquæ potus feruorem atræ bilis reſtingnit. A Prœto duabus regni partibus donatus eſt, & duæ filiæ ſuperſtites Melampo & fratri eius Bianti datæ Iphianaſſe ſcilicet Melampo, ex qua ſuſtulit Antiphatem, & Manto. Gyrald.de Hiſt.poetarum,dialogo 2. H

Phrenetici curati memorabilis hiſtoria,in primo Græc. Epigram. incerti licet auctoris,in hæc verba circumfertur:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Vendi

Venditione, Seruitute.

A Cùm ob Iphiclum de turri præcipitatum iniuſt[illegible] Her[illegible]les in amentiam incidiſſet, Pylum ad Neleum prof[illegible] [illegible] vt mundaretur a cæde. Hic cum filios conſ[illegible] omnes præter Neſtorem iuniorem, minimè purgandum e[illegible] cenſuerunt. Ergo Deiphobum Hippolyti filium adiit. Sed c[illegible]m nequaquam ſanari poſſet, deque morbi cura Apol[illegible]nem [illegible]ſuleret, reſponſum eſt, facilem [illegible]uram fore ſi iuſt[illegible] venderetur pretio: idque Iphicl[illegible] liberis [illegible]aretur. Ergo in Aſia[illegible] nauigans, à quodam ex amici[illegible] ven[illegible]latus, [illegible] Om[illegible]x virginis factus eſt, filiæ [illegible]ar lanc[illegible], [illegible]rum c[illegible]x, qui a[illegible]quando Mæonij, nunc L[illegible]di, dicunt[illegible]. P[illegible] Iph[illegible] fili[illegible] [illegible]um datum eſſet, priſtina [illegible]letudin[illegible] rec[illegible]erat. Omph[illegible]x ſer[illegible]uiens, omnes eius regionis latro[illegible]es [illegible]uſtulit. Co[illegible]nita Herculis virtute, Omphale liberum ei fecit ad[illegible]tum, & ex eo gen[illegible] filium Lamonem. Suſceperat verò & antea ſeruus ex ſerua B Cleolaum. Sunt qui Medeam, cùm Thebis Herculem in inſaniam verſum ab eóque filios occiſos repetiſſet, medicamentis illum ab eo morbo liberaſſe tradant. *Diodorus l.4.c.2. & 3. Sabell.lib.7.Ennead.1.* Idem ipſe quum vel Amphitryonem ex Inſania interfecturus videretur, lapide à Minerua impacto eſt conſopitus, ac lapis, σωφρονιστὴρ, inde nuncupatus. *Cælius lib.17.cap.4.A.L.*

Fame.

Crates Thebanus amore laborantibus oſtendit remedia: Amori, inquit, medetur fames: ſin aliter, tempus: quòd ſi nec his vti poſſis, laqueus. Luxus ferè alit amorem; tempus omnia aut tollit, aut certè mitigat. Hæc remedia ſi nihil proſunt, ſupereſt laqueus, vt morbus finiatur ſuſpendio. Græca ſonant iucundius, λιμὸς, χρόνος, βρόχος. *Laërt.l.6.cap.5.*

Medicamentis.

C *Strabo l. Geographiæ 9.* duas Anticyras commonſtrat, & in altera, quæ ſit poſt Criſſam oppidum, elleborum naſci: in [illegible] m[illegible] [illegible]

[illegible] q[illegible]

[illegible]

[illegible] Ant[illegible]

[illegible]

Vi. F[illegible] ſ[illegible] re[illegible] præc[illegible]pit[illegible] adi[illegible] c[illegible] tam di[illegible] non[illegible] Web[illegible] *Suc.*

Erasmvs R[illegible] O[illegible] dicinæ conſc[illegible]um Spoletanum, q[illegible]atus vnquam, pulchr[illegible] loq[illegible]ebatur, quaſi dæmone det[illegible] ſobri[illegible]batur a Panaceo medico celebri. itque medicamento exhibito, magnum vermium numerum eduxit, ſoluitque hominem morbo, ſed linguæ Germanicæ vſu priuauit. *Cardanus de rerum varietate l.7. cap.43.*

Balneo.

Ciuis quidam Mediolani olim dementium & inſanorum medicus, habebat domi aream, & in ea lacunam aquæ fœtidæ, in quam nudos ad palum ligabat eos, qui inſani adducebantur, pro inſaniæ modo, ac eos tam diu aqua atque inedia macerabat, quoad viderentur ſani. *Poggius in Facetiis.* F

Finis Libri Sexti ſiue Litteræ F.

THEATRI

THEATRI VITÆ HVMANÆ,

AVCTORE

LAVRENTIO BEYERLINCK, ARCHIPRESBYTERO ANTVERPIENSI,

B F

Littera G.

* *Aſteriſci Titulis ſiue Generalibus, ſiue Secundariis, Rebuſve ſub iiſdem contentis præfixi, poſterioris Auctarij ſunt indices.*

* Galatæ.

C QVI, EORVMQVE SECTA.

GALATÆ populi ſuot Aſiæ minoris, è regione Galatiæ, cuios meminit *Lucas Act. cap.* 16. quæ vocatur Gallogræcia, à Gallis & Græcis, qui à Rege Bythiniæ in auxilium euocati ſimul venerunt, & vtriſque pars regni pro mercede obtigit. Galli ergo Galatiæ nomen dederunt, vt prodidit *Plinius l.* 5. *capite vltimo & Iuſtinus lib.* 25.

Paulus Apoſtolus hanc regionem tranſiuit, vt conſtat *loco Act.* citato, & ſingolarem ad illos dedit epiſtolam, qua eos reuocabat à ſecta Iudæo-Chriſtianiſmi quam mordicus tenebant, inſtructi à quibuſdam Iudæis: ſic vt Euangeliom vna cum Iudaiſmo ſuſciperent.

Vocat ob id eos Paulus inſenſatos, quod ad ſapientiam D eſſent tardi, & ad plures hæreſes aures accommodarent, & Chriſtianos adhuc ſub legis Moyſaicæ iugo detineri arbitrarentur. Hanc gentem etiam S. Petrus epiſtola plena, vt Eraſmus loquitur; Apoſtolicæ maieſtatis, erudiit, quamvis ea aliis etiam ſit communis. Fuiſſe interim Galatiam Gallorum Coloniam, Iuſtinus & alij meminerunt. Exiſtimat autem Suidas fuiſſe Gallos Senonenſes, qui duce Brenno Romam inuaſerunt, quos à Camillo repulſos, vult in Græciam tranſmeaſſe. *Vide ſuper hac re comment. Corn. à Lapid. in ep. ad Galatas. Lorinum in c.* 16. *Act. Prateolum de Hæreſib.*

* Galea.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

GAlea caſſidis genus, quod olim ex corio conficiebatur cùm caſſis eſſet ex lamina ærea, aut ferrea, nunc pro iiſdem vſurpatur. *Varro* vult Galeam à Galero dici, quod

nempe inſtar galeri vterentur pro capitis tegumento: at melius Iſidorus & Scaliger, Galeas dictas volunt à Græcis, quod olim ex pellibus felium fierent γαλῆ felem ſignificat *Homerus* Galeam κτιδέην appellat, ab ἰκτις animali quod felem refert. G Manſit autem nomen Galeæ, quamvis illius materia in deſſuetudinem abierit. Ita ait *Caſaubonus in* 9. *Strabonis*, Galeam etiam hodie κυνῆν vocamus, quod olim è pelle canis fluuiatilis fieret. Quomodo apud Poëtas arma nomine Æris vocantur, quod prius ex ære quàm ferro fierent. Teutones Galeam *Helm*. dicunt, ab *Helen*, quod eſt ex, caput enim galea tegitur & celatur.

Eſt & Galea genus nauigij, ſed mediam tunc producit. Vnde verſus:

Armo caput Galeâ: pelagus percurro Galea.

Verum apud Latinos hæc vox recepta non eſt. Itali Galeram dicunt. Fortaſſis veteres à γαλεὸς, quod celôcem ſignificat, deduxerunt. Græci poſteriores γαλαίας & γαλεαν dixerunt.

GALEARVM OPIFICES.

☞ *Pete ex Loco de Mechanica. Titul. Mechanici Opifices.*

FORMA EARVM VARIA.

Non vna olim Galearum forma, vti hodie. Videre id eſt in Nummis, vbi nunc rotundam, quæ caput duntaxat ambiat: nunc oblongam cuſpide prominantem: in quibuſdam H clauſam vndique, vt & faciem celaret: in aliis ſoli ſincipiti oppoſitam: Item leonis aut pardi vultum, imò & criſtas, in nonnullis referentes deprehendimus. Ornatas etiam auium plumis, aut exuuiis aliorum animalium olim vti & hodie, videre eſt. Scriptura meminit caſſidis æreæ, qua caput Philiſtæi contectum erat. Verum apertam fuiſſe verius faciem exhinc conficitur, quod Dauid eius frontem lapide percuſſerit. Crediderim olim vſitatum etiam fuiſſe, vt alio caſſidis genere pedites, alio vero equites vterentur, quod modo obſeruatur, cum horum clauſæ vndique in orbem abeant, illorum vero caput & maxillas tantum muniant, & faſtigiatæ plerumque aſſurgant, vtriſque tamen ſolenne auium plumis eas adornare, quarum aſpectu animantur in hoſtem.

A

* Galilæi.

QVINAM SINT ET HOC NOMINE QVI APPELLATI.

GAlilæi populi ſunt Palæſtinæ à Regione nomen deſe-rentes. Erat autem duplex Galilæa, altera confinis Iudææ, in tribu Nephtalim; dicta Galilæa Gentium, quia magna parte à Gentibus habitabatur, datis in ea Hiram Tyriorum regi à Salomone c. vrbibus, 3 *Reg.* 9. Altera Phœnicibus contermina in tribu Zabulon, circa ſtagnum Genezareth, Chriſti & diſcipulorum eius patria. Erat populus ingẽtis animi & roboris, vt notauit *Ioſeph. l. 3. de bell. Iudaic. c. 3.*

Galilæorũ nomen in Eccleſia Primitiua datum fuit Chriſti diſcipulis. Vnde ſtatim poſt acceptum Spir. S. omnibus ſtupentibus, dixerunt qui aderant: Nonne omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt. Mox tamen in ignominiam verſum eſt nomen iſtud, & non niſi per conuicium eo appellati ſunt Chriſtiani. Hinc Iulianus Apoſtata, Chriſtum ipſum per contemptum his legitur appellaſſe Galilæum, apud Euſebium, & in hiſtoria Tripartita, ſic vt moriens, accepto è

B vulnere ſanguine, blaſphemando diceret, eiaculato in cœlũ, ac recepto manibus eodem ſanguine: Viciſti Galilæe, viciſti.

GALILÆORVM SECTA.

Meminit Gamaliel Phariſæus, in concione quam ad populum habuit *Act. c. 5. verſ. 37.* cuiuſdam Iudæ Galilæi, quem dicit peruertiſſe populum, & poſt ſe abduxiſſe in diebus profeſſionis, puta ſolennis iſtius, & celeberrimæ deſcriptionis: quæ facta eſt ab Auguſto, quando iubebantur ſinguli profiteri in ciuitatem ſuam, idque per præſidem Syriæ Cyrinum, vel Cyrenium, vt teſtatur *Lucas c. 2.* Itaque occaſione præfatæ deſcriptionis, Iudas ille populum ad defectionem ſolicitabat, aſſerens indignum Dei populum ſeruire, aut alicui tributum pendere. Hunc autem Iudam *Ioſeph. lib. 18. ant. c. 1.* appellat Gaulanitem.

Anaſtaſius Nicenus addit, Galilæos etiam vetuiſſe, ne ſacrificia fierent pro Romano Imperatore, aliiſque Gentilibus; ideoque interfectos vult à Pilato inter ſacrificandum, quem tradit *Luc. c. 13.* miſcuiſſe ſanguinem illorum cum ſacrificiis. Legatur præfatus *Anaſt. q. 67. in Script. Hegeſippus l. 2. Excid. Ieroſ. c. 5. Ioſeph. l. 18. antiq. c. 5.*

Conſtat interim Chriſtianos vocatos fuiſſe Galilæos, & ea ratione frequens de illis ſumptum fuiſſe ſupplicium. Imò inter alias cauſas cur Gentiles Chriſtianos perſequebantur,

C erat quod prætexerent eos ſe ſubtrahere maiorum legibus: ita *Clemens Alexand. Iuſtin. & Auguſt.* Quamvis verum ſit, fuiſſe nonnullos primis Eccleſiæ initiis, qui ſe à legibus ciuilibus & magiſtratus ſubiectione exemptos arbitrabantur, vt teſtis eſt *Chryſoſt. ad c. 13. epiſt. ad Roman.*, aliique.

Sanè Iudæi qui Galilæorum ſectam profitebantur, ita tenaces erant ſuæ religionis, vt nulla tormentorum comminatione propoſita potuerint diuelli. Imò Claudius Cæſar duos huius ſectæ factioſos crucifixit, vt narrat *Ioſeph. l. 20. antiq. c. 3.* Quin ille ipſe *l. 7. de bello Iudaic. c. 29. & 31.* memorat Iudæos qui in Ægypto erant, hoc errore infectos, etiam poſt excidium Ieroſolymitanum adduci nunquam potuiſſe, vt Cæſarem Dominum ſuum faterentur.

Atque propter hoc genus hominum, creditum eſt, Herodem magnum anno regni ſui 31. Iudæos compuliſſe, ſibi poſteriſque ſubiectionem & regni ſucceſſionem iurare.

* Galli. Gallia.

QVÆ ET FRANCIA.

QVI. ET VNDE DICTI?

GAlliam ſiue Gallos dictos volunt nonnulli à candore corporis, γάλα enim lac ſignificat. *Appianus* à Gala-

D tis deduxit, dicuntur etiam Franci communi nomine, quod ex Franconia Germaniæ Prouincia prodiiſſe eos aſſerant plerique, adeóque idioma Galliæ olim Germanicum fuiſſe: vt quod veteres Franci in Galliam deuictam aſportarunt. Exſtat in Bibliotheca Lingonenſis capituli liber concordantiarum 4. Euangeliorum, ſcriptus verſibus Latinis, & Germanicis. *Videatur Tilius Comment. de reb. Gall. l. 1.*

Eſt autem Gallia amœniſſimum Europæ totius, & opulentiſſimum roſetum, & velut Paradiſus. Olim latè ſe extendit, quando & bonam Italiæ partem & Belgicas ditiones complectebatur. Vnde eam duplicem faciebant, Tranſalpinam & Ciſalpinam, & quidem Tranſalpinam, quam Comatam [illegible] Celtogalliam Ptolomæus, in tres partes diuidebat, Celticam, Belgicam & Aquitanicam [illegible] addunt E aliį, Narbonenſem. Quadraginta [illegible] gentes [illegible] bentur, quod & nummus Antonij indicat. A. [illegible] gie Leonis gradientis.

Habet vnum Regem, ſeruata lege à Pharam[illegible] ad hunc Ludouicum XIII. per annos M C [illegible] X. qui [illegible] ne Regum eſt LXIII.

Seriem Regum & Ducum Galliæ ☞ *Quære in* [illegible] *gia Regum & Principum & Tit. de M* [illegible] *conſiderato. Gallorum Duces fortes* ☞ *Quære* [illegible] *Reges.* ☞ *Quære Tit. de Magiſtratu Chronologice co* [illegible] *derato*

Plura requirat Lector apud Gerald. Mercatorem, Abrah. Ortelium, P. Bertium, & alios, qui rem Coſmographicam & Geometricam ſcriptis prodiderunt.

* Galli Gallinacei. Gallinæ.

QVI VOCENTVR.

GAlli Gallinacei genus ſunt auium Domeſticarum ἀλεκτρύων mas in eo genere vbi fœmina Gallina, ἀλεκτορίς. F Nocturnus vigil ait quidam, quem excitandis in opera mortalibus rumpendoque immoderato ſomno Prouidentia genuiſſe videtur. A Galea, id eſt, criſta dictas nomine eo nomine has aues volunt. Imo & à caſtratione Gallum dici *Iſidorus* contendit, quia inter alias aues huic ſoli teſticuli adimuntur vt pingueſcat, & cantillare deſinat. Vnde & mos obtinuit, vt Eunuchos & Caſtratos, vocemus capos, id eſt, caſtratos gallos.

Habet autem vox Gallus plures ſignificationes, nam præter Gentem & Auem, inſuper fluuium Phrygiæ, & ſacerdotem Cybeles ſignificat. Vnde verſus.

Gallus Auis, Populus, Fluuius, Cybeleſque Sacerdos.

EORVM NATVRA, ET PVGNACITAS.

Gallinaceorum naturam admirantur, qui rerum naturalium hiſtoriam ſcripſerunt, eoſque *Plin.* vocat vigiles nocturnos, quos excitandis in opera mortalibus rumpendóque ſomno natura genuit. Norunt ait, ſidera, & ternas diſtinguunt horas, interdiu cantu, cum ſole eunt cubitum, quartaque caſtrenſi vigilia, ad curas laboreſque reuocant. Imperitant ſuo generi, & regnum in quacunque ſunt domo exercent. Dimicationes pariter inter ipſos ſunt, velut ideo agnata cruribus tela intelligentes Victoriam cantu promulgant, ſi victi ſunt, ſilent, ægréque patiuntur ſeruitium. Ex- G citantur autem ad pugnam, allio & pipere.

QVI A SE REPVLERINT?

Sybaritæ, gens ad omnem molliciem nata, gallos in vrbe eſſe prohibuerunt, ne nocturni ſomni quietem interpellarẽt ideoque & fabriles artes ablegauerunt, vt memoriæ prodidit Athenæus, ne quid eſſet, quod voluptates interturbaret.

IN EXEMPLVM ADHIBITI.

THEMISTOCLES Gallorum exemplo in quos acriter pugnantes inciderat, exercitum confirmauit, cùm oſtenderet eos non pro patria, neque pro Penatibus, aut maiorum ſepulchris, vxoribuſve, aut liberis id periculi aggredi, ſed ea ſolum de cauſa ne vincerentur, nolle iterum alteri cedere.

Cum Honorio Rauennæ nuntiatum eſſet Romam perditam, credidit ille de Gallinaceo pugnace narrari, cui Romæ nomen indiderant, quem ſubito interiiſſe arbitrabantur, cum tamen Romanam Vrbem Alaricus Gothorum Rex occupaſſet. *Bapt. Egnat. l. de Rom. Princip.*

GALLO BELLVM INDICERE.

Priſcus belli indicendi ritus apud Romanos fuit, vt poſtquam per oratores negotia ſua indicaſſent, vt bellum indixiſſent, neque hoſtes poſtulata concederet, haſtam belli ſignum H in fines eorum conicerent. Poſterioribus tamen ſæculis non haſtam, ſed gallinaceum proiecerunt, & rectè pugnace animali pro bellico ſigno ſunt vſi, cum ex eo etiam agonistica ſibi milites pararent. *Phil. Camerar. horar. ſucciſ. p. 2. c. 89.*

PVGNACES IN DELICIIS HABITI.

Omnium pugnaciſſimi Gallici ſunt in Inſula Rhodo, vt teſtatur *Ioannes Pierius in Hieroglyphicis*: Ita vt pertinacia & animoſitate reliquos præcellant, & Romam inde allatos affirmat.

Petrus Quinqueranus Epiſcopus Senecenſis *lib. 2. de laud. Prouinc.* fatetur ſe Rhodium Gallum habuiſſe, cumque ſemeſtrem, ita ad prælia ineunda animum comparatum haberet

vt

A vt & cambnt inſultarei, omneſque ſui generis occideret, neque Gallo Indico etiam maximo cederet.

Sed olim Gallorum pugnacitatem adamaſſe, & in eam finem fuiſſe, Delios, Athenienſes, totamque Græciam, & Aſiam, atque adeo Romanos Imperatores, è veterum monumentis eruitur.

Apud Indos Orientales etiam Regibus pro delicijs eſſe, obſeruit in *ſua India Orientalis deſcriptione Bil bald. Strob. Sileſius, p. 1. Indiæ Orient.* vbi refert, Regē de Tuban qui omnium Mamaluccarum eſt potentiſſimus, Hollandis eo digreſſis omnem Palatij ſui exhibuiſſe ſplendorē, & inter alias delicias ac voluptates, eos conclaue vidiſſe caueis vndiq; plenū, in quarum vnaquaque Gallus inſidebat, Hos inquit, alit Rex voluptatis gratia, vt eos ſubinde ludicris pugnis adhibeat.

Fortaſſis exhinc Hollādi idipſum imitati fuēre. Nam paſſim in oppidis perinde ac pagis, ita Gallinaceæ pugnæ ſunt ſtudioſi vt qualibet vicinia diebus otio dedicatis aciē Gallorū producat, qui concertent, cumulatim agglomeratis incolis, qui ſpectatum accurrant, pugnantes incitent, acuant ad pu-
B gnam, victorem laudent, & cibo reficiant, neque eſt inter Europæos gens adeo huius voluptatis amans perindè ac iſta.

Singulari voluptati laue Inſulæ habitatoribus eſſe, Hollandi noſtri qui ante annos xx. aut circiter eò contenderunt negotiandi cauſa, aſſeruerunt, Gallos educatos in pugnam & conflictum inſtituere. Quoties enim amicitiæ ergo conueniunt, inter ſe de pugna inſtituenda Gallorum contendunt, iiſque calcaria innectunt, & ita armatos in prælium educunt, excitant, monent qui inflammari ea laude, duellum non remittunt, niſi altero obtruncato *Edoardus Lopez in deſcript. India Oriental. p. 2. lib. vlt.*

PRO INSIGNIBVS VSVRPATI.

Idomenævs Cretenſium Rex Minois nepos, à Paſiphae Solis filia oriundus, in ſcuto ſuo pro inſigni gerere ſolitus imaginem Galli Gallinacei, quia hæc auis ſacra Soli eſſet. *Pauſan. lib. 5.*

ODIVM.

Germanicus Imp. vt teſtantur qui vitam illius ſcripſerunt, galli gallinacei neque vocem, neque adſpectum ferre poterat.

Sybaritæ. ☞ *Vide paulo ante.*

C ☞ *Gallorum Victima. Conſule tit. de Ethnicorum ſuperſtitione. §. Ethnicorum religio conſiderata reſpectu forma, vbi de illorum Sacrificiis.*

☞ *Gallinarum diuinatio. Quære Diuinatio.*

Gallicus Morbus.

Quem luem Veneream dicimus. ☞ *Quære ſub tit. Adfectuum partium Corporis. Loco de Corpore.*

Gangræna.

Gangræna eſt membri alicuius mortificatio, ob inflammationis cum quâ conflictatur magnitudinem, & caloris naturalis impotentiam. ☞ *Quære Cancer, & Mors.*

* Garrulitas.

Definitio, et Etymologia.

Garrulitas ἀδολεσχία, Hebr. *hemiah.* & *hamon*, id eſt, ſtrepitus, ſonitus, vox clamor, à verbo *haman*, tumultuatus eſt, vt fit in magna multitudine & copia vbi confuſæ voces ingentem atque inconditum ſonum edunt. Quæ ſignificatio vera garrulo ſine mente voces effutienti garrulitatiſque maximè conuenient. Solent enim garruli aures paru as obtundere, ita vt obſurdeſcant, tanquam ad Nili catarractas, qui
D iſtos auſcultant Hebræis etiam *Homullah* dicitur ſtrepitus loquelæ copioſæ, ſonitus ſermonis magni ſeu prolixi ὁμιλία, loquor in magna copia hominum, concionor, ὁμιλεῖ, ſermo homilia, ὅμιλος, cœtus. Garruli equidem merito oratorum, & Eccleſiaſtarum ſimioli dicendi ſunt. Quod enim prudentes & pij de rebus ſerijs, ſacriſque grauiter pronunciant, iſti circa nugas verſantes ridiculè effutiunt.

Garrulos Græci ἀδολέσχας, quaſi auidos confabulandi, παρὰ τὸ ἄδην τῇ λέσχῃ nuncuparunt. Veteres Latini fatuos dixēre: eſt enim fatuus à fando, & inepta loquentem notat ... ἀδολεσχίαν, nugas. Sunt qui garrulos à γαρύω, id eſt, voce deducunt, γαρύω enim Doricè eſt loquor.

DESCRIPTIO PARTICVLARIOR.

Garrulitatem, & garrulum his coloribus graphicè depin-
E git Theophraſtus *in notationibus morum.* Garrulitas eſt longorum, & inconſideratorum ſermonum effutitio. Garrulus autem eiuſmodi eſt, quid apud ignotum iuxtim ei aſſidens, vxoris & ſuæ laudes prædicare inſtituat: deinde quod præcedenti nocte ſomniauerit id narret: tum quæcunque in cœna ſibi fuerint appoſita, omnia ſigillatim recenſeat. Mox vere vbi incaluerit, homines huius ſæculi dicet eſſe antiquis deteriores: frumenta in foro vili veniſſe pretio: peregrinos eſſe in vrbe quamplurimos: mare ſtatim à Dionyſiis patere nauibus: & ſi Iupiter pluerit, eorum quæ terra conduntur meliorem fore prouentum: ſeque agrum ſuum in ſequentem annum eſſe culturum: ait etiam viuendi rationes eſſe perdifficiles: & quum myſteria agitarentur, Dannipum facem omnium maximam ſtatuiſſe. Quærit etiam, quot ſint Odei columnæ? &, Quotus hic eſt menſis dies? Quod ſi quis patientem ſe præbeat, nunquam ille ab eo diſcedet. Narrabit myſteria menſe Boedromione, Apaturia Pyanepſione, Poſideone verò quæ aguntur ruri Dionyſia ſolita celebrari. Id genus demiſſis manibus grandique gradu fugiat oportet,
F quiſque febre carere volet. Difficile enim cum iis durare, qui neque otij neque negotij tempora diſtinguere norunt,

Horat. Satyr. l. 1. Sat. 7. Cuius initium.

Ibam fortè via Sacra.

Plut. libello pulch. de Garrul. hominis garruli characteres luculenter propoſuerunt. ☞ *Vide Fæmina* ... *&* *Loquacitas.*

NATVRA ET CONDITIO.

Iuuat hoc loco in medium adducere inſigniora quædam Plutarchi dicta *ex libro* περὶ ἀδολεσχίας, aduerſus garrulos.

Morbum curatu admodum difficilem atque moleſtum in curam recipit philoſophia, garrulitatem.

Hoc primum habet malum garrulitas, quod non audiat.

Garruli naturam reprehendunt, quòd vnam quidem linguam, duas autem aures habeant.

Alij quidem ſermones continent, garruli verò pleni ſunt rimarum & perfluunt: deinde tanquam cauſa, mente caſſi, ſono pleni obambulant.

In eo ſunt infelices, quod neque audiunt, neq. audiuntur.

Sermonis proprius finis hic eſt, vt fidem faciant audientibus: nemo autem fidem habet loquacibus, etiam ſi vera loquantur.
G
Quod in corde ſobrij eſt, id in lingua eſt ebrij.

Temulentus nugatur inter pocula: garrulus autem vbique, in foro, in theatro, in deambulatione, interdiu noctuque.

Iucundius cum prauis, dextri tamen ingenij, habere colloquium, quàm cum bonis, ſi ſint garruli.

Animæ cæteri morbi partim ſunt periculoſi, partim odioſi partim ridiculi: garrulitati autem hæc omnia accidunt.

Dicendi magiſtros habemus homines, tacendi autem Deos ſilentium initiationibus myſterijſque quaſi per manus accipientes.

Ægyptiorum rex cùm Pittaco victimam miſit: iuſſitque optimam ac peſſimam carnem eximere, linguam exemptam remiſit; quaſi bonorum quidem, non minus tamen, & maximum malorum inſtrumentum eſſet.

Qui ingenuam regiámque conſecuti ſunt eruditionem, primùm ſilere, deinde loqui didicerunt.

Loquutum eſſe, ſæpe me pœnituit, inquit Simonides, tacuiſſe nunquam.

Silentium non ſolum ſitim non conciliat, vt ait Hippocrates verum neque triſtitiam, nec dolorem.

Exempla & Similia elegantiſſima de garrulitate, idem liber continet.

APOPHTHEGMATA ET EXEMPLA. H

Ac Primvm

ETHNICORVM.

Zeno Citticvs, audiens adoleſcentem nimis garrulum; Aures (inquit) in linguam defluxēre. Oſtendit autē adoleſcentis eſſe audire quidem multa, loqui autem pauca. *Laërt. l. 7. c. 1. Stob. ſer. 6* Idem alium multa garrientem, hoc dicto. Zeno corripuit: Ob id binas habemus aures, & os vnicum, vt plurima audiamus: loquamur autem pauciſſimè. *Ibid.*

Idem, adoleſcenti confidenter loquenti: Non dixeram, inquit, ô adoleſcens, quæ mibi ſuccurrunt: Significans ex ſermonis procacia colligi morum impudicitiam. *Ibid.*

Idem, è diſcipulis ſuis aliquos dicebat eſſe φιλολόγους, id eſt, vanæ rerum cognitioni ſtudioſos, alios verò λογοφίλους, id eſt, loquendi tantum ſtudioſos *Stob. ſer. 39* Idem, quum percon-

A ratus eſſet à quodam homine ſatis contentioſo: An virtus vtilis eſſet, tenuit, non volens verbis reſpondendo ei occaſionem dare litigandi. *Eod. ſerm.* Idem, Adoleſcenti in Academia de rebus & negotiis friuolis garrienti, dixit: Niſi linguam in mentem intinctam diſſerueris, adhuc multo amplius dicendo delinques. *ibid.* Clearchus, quæ noli audire (inquit) ea etiam ne dicito: quæ nolis dicere, ea ne audito quidem. Aurium enim & linguæ magnum eſt periculum. *Max. ſerm. de temeritate linguæ.*

PLATO, Cùm Ariſthenes aliquando in diatriba longam orationem habuiſſet; Ignoras, inquit, quod dicendi modus non penes loquentem, ſed audientem eſt. *Stob. ſer.* 37. *Max. ſerm.* 47.

MENEDEMVS, quendam friuolis nugis obſtrepentem, rogauit, num fundum haberet? Vt is reſpondit, ſibi plurimas eſſe poſſeſſiones. Abi igitur, inquit, & illas cura, ne turpiter eas perdas. Notauit autem hominem inaniter garrulum, qui ad agros colendos magis eſſet idoneus, quam ad dicendum. *Laert. l.* 2 *c.* 16.

B APOLLONIVS dicere ſolebat, Loquacitatem multos quidem habere errores, ſilentium autem tutum eſſe. *Stob. ſer.* 4.

Idem interrogatus, qui eſſent hominum optimi? qui in dicendo (inquit) ſunt breuiſſimi. Linguaces autem ſi tantum moleſtiæ caperent, quanta reliquos afficiunt; haud ſanè longos ſermones facerent. *Ibid.*

DEMOSTHENES, in conuiuio cuidam tam multa loquenti: Si tam multa, inquit, ſapuiſſes, nunquam tam multa locutus eſſes. *ibid.* Idem rogatus, cur vnam habeamus linguam, aures verò duas? Quia, inquit, duplo plus audiendum quam loquendum. *ibid.*

Euſebius philoſophus dicebat, homines magnum poſſidere vallum dentium ad coërcendos leues ſermones. Nos in omni re iudicio mentis indigere, quæ ſi verba non direxerit, ſæpius ante conſultationem effugiunt: & tanto vallo neglecto, citra iudicium ante tempus foras ruunt. *Ibid.*

LYCON, oratores ranis ſimiles eſſe dicebat: has enim in aqua clamare, illos verò ad clepſydram. *Ibid.* Idem dicebat,

C quemadmodum hirundines perpetuo garritu familiaritatis voluptatem perdunt; ſic garrulos perpetuo obtundentes moleſtos eſſe auditoribus. *Ibid.*

DEMOCRATES, auaritiam quandam eſſe, dicebat, omnia velle dicere, & nihil audire. *Stob. ſer.* 36. & *Max. ſer.* 47.

ISOCRATES, cùm locutuleus quidam nomine Caræon, in diſciplinam eius recipi vellet, duplicem mercedem poſtulauit. Illi verò cauſam interroganti, dixit: Alteram quidem peto vt loqui diſcas alteram autem vt tacere. *Stob. ſerm.* 36. *Ant. Meliſſ. p.* 2 *ſerm* 40. *Max ſerm.* 47.

ARCHELAVS, tonſori garrulo ſubinde roganti, Quomodo te radam, ô rex? Silendo, inquit. Alter aliud reſponſum expectabat, & hinc dicti lepos. Quidam ſunt in curatione moroſi Archelao ſatis erat, ſi ſileret. Nobis autem interdum etiã cum ebriis, pariterque loquacibus res eſt. *Plut. in Apoph.*

Quidam, Iuriſconſulto loquaci dixit, non oportere multis verbis pauca dicere, ſed paucis multa. *Ant. & Max. de temeritate in dicendo.*

HIERON Qui Geloni ſucceſſit in regnum: neminem qui liberè apud ſe loqueretur, importunum aut moleſtum eſſe dicebat: cæterum qui arcanum efferrent, eos exiſtimabat etiam

D illos lædere, apud quos effutient, eò quod odimus non ſolum illos qui efferunt, verum etiam eos qui audierunt, quæ nollemus illis audita eſſe. *Ibid.*

ÆSOPVS dixit finem loquacitatis eſſe Infortunium.

AVSONIVS quoque, ſicut ait, vaſcula inania maximè tinniunt, ita quibus minimum ineſt mentis, & criſis, hi ſunt loquaciſſimi.

Græci tradunt cornicem ob id à Pallade repulſam, quod garrulitate ſua meditationum peruigilio officeret. *Ita Pierius Hieroglyph.* 20.

Apud Romanos erat Citeria, effigies quædam arguta & loquax, quæ in pompa ridendi gratia circumducebatur. Vnde M. Cato in Cecilium: Quid ergo ait, dicerem amplius: quem ego denique credo in pompa vectitatum iri in ludis pro Citeria, ac ſpectatoribus ſermocinaturum.

CYRVS puer Cambyſis Perſarum regis, loquacior erat: partim propter inſtitutionem, quod more Perſarum à magiſtro cogeretur, & factorum ſuorum rationem reddere, & ab aliis poſcere, quum ius diceret: partim quod, quum diſcendi ſtudioſus eſſet, multa ſemper [illegible] præſ[illegible] E habeŕent, ipſe per[illegible] & ciſci[illegible] men ingenij expedi[illegible] reſpondere[illegible] has [illegible] quacitatem conflarit [illegible]

Tonſtrinas Theophraſtus propter con[illegible] quacitatem [illegible], hoc eſt, ſicca[illegible] uit. *Plut. l.* 5. [illegible] *q.* 5.

Libanius. Numne mulier iſta tibicen A[illegible] et am quid importunius turture loquacius, pica, [illegible] cicada. Dodonæum ſuperat æs: illud enim admoto [illegible] à ventis flagello reſonat, tranquillo aere ſilet, atqui h[illegible] linguam nihil poteſt compeſcere, non bruma, non æſtas, non ventus, non ſerenitas.

CHRISTIANORVM.

Qantum autem Garrulitatis vitium deteſtatus fuerit ſenex quidam Eremita, ex ſubiecta hiſtoria conſtat. Nam cum fratribus pergens ad S. Antonium ſemper tacebat illis mirum in modum garrientibus, ventum tandem ad Antonium, qui præuia ſalute, Mi Pater, ait, admodum facundos & bonos, vt video, nactus es comites. Cui ille: Boni ſunt quidem, ſed habitatio eorum non habet ianuam: quicunque vult, intrat in ſtabulum, & ſoluit aſinum. Indicat autem eos ſupra modum loquaces, quidquid in buccam venerit, effutire. *In vita S. Anton[illegible]. Beyerl. in Apoph.* F

Mirum in modum facetus fuit Adrianus VI. Pont. Venerat enim ad eum quis ex clericis domeſticis, homo intemperatæ linguę, poſtulans Archiepiſcopatum de Calliard in Hiſpaniis. Cui ille ad poſtulata alludens, (calliar enim tacere Hiſpanis eſt) Quomodo, inquit, eam dignitatem tibi conferri deſideras, cui tu omnino contrarius es, & impar? Ingenioſè nimiam eius in dicendo libertatem reprimens. *Floreſta.*

Conſiderabat etiam Alphonſus Arag. Rex, in multiloquio non deeſſe peccatum, hinc garrulos intuitus, Videte, aiebat, has veſicas. Veſicæ ſiquidem humoribus infuſis diſtenduntur & tumeſcunt, donec eum reſpuant: ita loquaculum illud genus. *Pa[illegible] orm l.* 4.

Res eſt noxia garrula loquacitas. Itaque ſecundum veterum præcepta ad taciturnitatem nos exercere ſtudebimus, G ne futiliores ſimus *Homerica* anu, quæ ſe profitetur,

[illegible Greek verse]

Tacere enim non ſolum contra ſitim prodeſt ſecundum *Hippocratem*, ſed multa etiam ſilentio mala & infelices euentus auerti ſolent. *Cam. Fab.* 282.

Scribit *Io. Sar ſberienſis.* Res ardua deſiderat attentionẽ & virũ grauẽ decet cõſilia meditari, vt quidquid agit, quidquid loquitur, ſit pro cõſilio homini ſapientiã affectanti. Eſt autẽ oris circũciſi proferre quib nihil liceat demi vel apponi. Eſt autẽ viro graui turpiſſimũ ſi iugiter ſe fabulis & nugis admiſceat, & inter congarrientes perſtreper, velut ſabulus anſer immixtus oloribus, & omnem materiem credat aptam litigiis.

Ambigitur quid enim Caſtor ſciat, an docilis plus
Brunduſium Numici melius via ducat, an Appij.

Præterea quæ abundant, ſui copioſitate vileſcunt, & cum multiloquio peccatum non deſit, pauca prudenter loquentis ſermo eſt pretioſus. Vnde Socrates quærenti quomodo quis famam optimam compararet: ſi geſſerit inquit optima & locutus fuerit pauca. *Lib.* 5. *Polycratici, c.* 6.

Gaudium.

H * DEFINITIO ET ETYMOLOGIA. ET ACCEPTIO VARIA.

GAudium, Græcè [illegible], vel χάρμα, vel [illegible], dicitur, & χαίρω, gaudeo Hebr. *Simhah*, à verbo *Samach*, lætus fuit, gaudio perfuſus eſt. Eſt gaudium paſſio concupiſcibilis, proueniens ex perfectionis appetitæ coniunctione, ſecundum interiorem apprehenſionem ſenſus vel intellectus, *ſecundum B. Th.* 4. *ſent. diſt.* 49. *q.* 3. *c.* 1.

Vel, gaudium eſt affectio animi, alicuius præſentis boni opinione concepta à quo *gaudeo* verbum. Sunt qui velint gaudium à verbo Græco deduci, illi enim [illegible] ſuperbum dicunt: Differunt autem ſic gaudeo & lætor, quod lætari eſt extrinſecus, gaudere vero intrinſecus, quare propriè lætus ia dicitur, qui hilaritatẽ, quam intus habet, eam vultu oſtendit.

Xαρὰ autem [illegible] Platonis deriuatur, quæ eſt repentina effuſio ſanguinis & ſpiritus ad exteriora: ſiue per ſigna aliqua ſeſe manifeſtam faciat, vt per riſum aut gratulatione ſiue intus

A *in animo ſe contineat, quod Tacitum gaudium vocatur. Ex nimia autem hac effuſione fit interdum vt homines moriantur. Exempla quædam inferius referentur eorum qui gaudio ſunt mortui, illic enim gaudij habetur ratio, vt mortis eſt inſtrumentum, hic verò, vt eſt effectus.* Επιχαιρεκακία, *ex inimicorum malis poſt agetur. Gaudium ex bonis tum propriis, tum amicorum, ſi eximium ſit; & quidam gaudij velut exceſſus,* περιχαρεια Galen. *dicitur* 12. Marth. 5.

Certè experientiâ teſte docemur, ſtupere ad ſubita gaudia ſenſum, præſertim ſi poſt grauem triſtitiam ſequitur. Vnde Dejaniræ apud *Sophoclem in Trachin.* reſpondet Lichas, de hoſpita quam illa ſummo honore exceperat:

Ita beneuole, vt diu
Præ gaudio attonitum mihi ſtupueris.

Atque ita verum eſt illud *Martial. l. 11. Epig. in 37. vel 21. de Caio Proculo:*

Minus gaudent qui timuere nihil.

Eſt & aliud gaudium ſecundùm *D. Auguſt.* quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, quodque poſt charitatem inter 12. Spiritus S. numeratur: eſtque complacentia in diuino ipſius Dei bono, cum in alieno, cum proximi: Recitat
B *Hieron in 5. epiſt. ad Epheſ.* ex Euangelio ſecundùm Hebræos illam Chriſti ſententiam, Nunquam læti ſitis niſi cum fratrem videritis in charitate. Qui ſeminat, & qui metit, gaudet. Legatur de hoc gaudio ſpirituali, quo & Apoſtoli cæti gaudebãt, quod pro nomine Ieſu contumeliam pati digni eſſent; *Hieron. Platus l. 3. de bono ſtat. Relig. c. 7. & Franc. Arias Tract. de orat. mentali p. 3. c. 2. & ſeq.*

Prior acceptio hîc potentiſſimùm conſiderabitur.

POSITIO GAVDII.

Gaudium,

Ob Inuenta præclara.

☞ *Contemplatio ad exercitationem pertinet: Voluptas inter Accidentia vitæ theoricæ connumeranda eſt. Gaudium in animo ex hac voluptate natum huius tantum eſt loci.*

Thales inuentâ adſcriptione trianguli, & circuli, mathematicis Muſis bouem immolauit. Pythagoras inuentâ ratione
C laterum trianguli rectanguli, hecatomben ſacrificauit. Eratoſthenes inuentâ cubi duplicatione, votiuam tabulam cum epiſtolâ, demonſtratione, epigrammate ſuſpendit. Archimedes inuenta permiſti auri atque argenti ratione, è balneo nudus, cucurrit domum clamans, Εὕρηκα, Εὕρηκα. Perſeus linearum curuarum tribus ſpeciebus inuentis, deos placauit. Teſtatur id epigramma:

τρεῖς γραμμὰς ἐπὶ πέντε τομαῖς εὑρὼν τὰς ... [illegible]
... [illegible]

P. Ramus l. 1. Proœmij Mathem.

Galsacius de Rubeis, ciuis Bononienſis, faberque ferrarius, cum iam olim inuentam cocleam Archimedis ipſe quaſi primus author exiſtimaret reperiſſe, præ lætitia inſaniuit. Vidimus illum verſantem truſatilem machinam, ac paulò poſt mente excuſſum, inquit *Card. de Subtil. lib. de Prim. rerum. Ex Matheſi.*

Archimedem tabulæ affixum abſtrahebant atque exuebant miniſtri, vt eum lauarent: ille verò in corpore vncto deſcribebat formas. *Plut. an ſeni reſp. tract.*

Ex Omine felici.

Octavivs Cæsar apud inſulam Capreas, veterrimæ ilicis dimiſſos iam ad terram, languenſque ramos conualuiſſe aduentu ſuo, adeò lætatus eſt, vt eas cum rep. Neapolitano-
D rum permutauerit Ænaria data. *Suet.*

Ex Muſica.

Canvs fiſtulator, neſcire dicebat homines, quando plus ſe cùm tibiâ caneret, quàm alios demulceret: fore enim, vt qui audire vellent, poſtulaturi eſſent, non daturi mercedem. *Plut. an Seni tract. reſp.*

Idem de Aſpendio citharœdo refertur, ſic vt prouerbium ortum ſit, Sibi intus canere.

Ob mechanicam exercitationem.

Nicias pictor vſque adeò tenebatur artis ſuæ operibus, vt de famulis ſæpius quæreret, an lauiſſet & pranſus eſſet. *Plut. an Seni tract. reſp.*

Ob Caſtitatem.

Sophocles tragicus gaudere ſe aiebat, quod tam veneream ſicut ferum & rabioſum dominum effugiſſet. *ibid.*

Ob Liberalitatem & Beneficentiam.

Epicvrvs, qui vltimum bonorum in altiſſima quiete, ſicut in tranquillo portu & placido, ponit, beneficium dare E quàm accipere non ſolùm honeſtius, verùm etiam demonſtrauit eſſe iucundius. Siquidem nihil periode eſt lætitiæ gignendæ, ac beneficium. Sapiens fuit ille, Gratiis qui indidit vocabula Aglaiæ, Euphroſynæ, & Thaliæ. Quippe gratulatio & lætitia vberior eſt in Dante beneficium & purior. Quapropter accipiendis beneficiis rubore multi ſuffunduntur: ſemper verò exultant, quando bene merentur. *Plut. an Princip. Phil.*

Ageſilaum regem Spartanum Xenophon tradit, cùm locupletaret amicos, exultaſſe; qui interim pecuniam ipſe contemnebat. *Plut. in Præcept. Polit.*

Ex Loco.

Philemon comicus iam ſenex, cùm aſinum ficus à puero depoſitas deuorantem conſpexiſſet, & puero reuerſo dixiſſet: I nunc & potum aſino affer: ioci vrbanitate ita delectatus eſt, vt riſu ſuffocatus obierit.

Ob Religionem, Sacra, Templum.

☞ *Vide Tit. Dierum feſtorum, quatenus religioſam hilaritatem adiunctam habent.*

David rex Iudæorum cùm rerum geſtarum gloriâ omnibus qui in Iudæa regnauerant præferretur, non erubuit dum arca à Leuitis portaretur, omni regiæ dignitatis ornatu F depoſito, & ephod lineo ſumpto, pedes incedere, ſaltare, ludere, & quaſi vnus è plebe iucundis geſticulationibus vti: donec illa in vrbem inuectâ ſub tabernaculo, quod ipſe tetenderat, venerabiliter collocaretur. Ex quanta autem in Deum pietate quantoque amore ea regis exultatio proueniret, Michol vxoris ſuæ pœna teſtatur: quæ quoniam ſcurrilis leuitatis illum arguerat, Deo vlciſcente perpetuæ ſterilitatis damnum tulit. *Marul. & Sabel. l. 5. c. 1.*

Cùm Herodes rex Iudæorum templum Ieroſolymitanum nouem annorum ſpatio perfeciſſet, ingens gaudium exortum eſt in Populo, omnibus gratias agentibus Deo pro tam celeriter finito opere, & regni fauſta ominantibus & inſtaurationem templi magna feſtiuitate concelebrantibus. Maximè quod etiam in hanc abſoluti templi celebritatem natalis Herodis dies incidiſſet. *Ioſeph. l. 15. c. 14. Antiq.*

Ex Tyrannorum oppreſſione, morte.

Quas cenſemus & quantas fuiſſe voluptates Platonis, cùm G incitatus ab ipſo euertiſſet Dionyſium Dion. Siciliámque ſeruitute exemiſſet? Quas Theophraſti & Phidiæ, cùm patriæ tyrannos eiecissent? *Plut. contra Epicurum.*

L. Svlla à Mithridatico bello reuertente, C. Marius ſeptimùm conſul creatur. Bellum hic ciuile crudelius quàm ante expectabant. Intereà moritur Marius. Itaque ſumma in præſens lætitia & ſpes tanquam graui dominatu liberatam vrbem Rom. tenuit. Cæterùm intra paucos dies ſenem dominum ſenſerunt ſe commutauiſſe iuuene & vigente, ita atrocem filius eius ſe Marius & acerbum optimatibus principibuſque necandis præbuit. *Plut. in Mario.*

Maximinis patre & filio in Aquileiæ obſidione ob crudelitatem à militibus noctu interemptis, ſumma Prouincialium omnium lætitia interfectores excepti, & commeatu recreati ſunt. Romæ hecatomben Balbinus Imp. fecit, & ſupplicationes decretæ. Capita inſultante populo cauſſa, cadauera in profluentem abiecta. *Capitol.*

Ex Patria præſtantia.

Pædaretvs Spartanus in trecentorum lectione præteritus (qui honos in ciuitate cenſebatur ordine primus) hilaris ridenſque digrediebatur: gaudere iactans ſe, quod ciues haberet ciuitas trecentos ſe præſtantiores. *Plut. in Apoph.*

Ob Patriam reſtitutam. H

Quantam putamus Ariſtotelis fuiſſe voluptatem, cùm Alexandri Magni permiſſu ſolo æquatam excitauit patriam ſuam, ciueſque reduxit. *Plut. contra Epicurum.*

Ob reditum in patriam.

Græci qui Cyro militauerant, è Perſide magna cum difficultate reuertentes, poſteaquam ſub montem Chenium peruenêre ſimulatque mare Euxinum conſpectum eſt ab his qui primi procurrerant, repentè in lætitiam rapti, mirum in modum geſtire, clamoreſque ad cælum adeo ingentes præ gaudio extollere cœperunt, vt qui procul inter montana voces illas exceperunt attoniti re noua ſuſpicarentur adeſſe hoſtes, illicoque ad arma per ea vndique loca cõcurſum ſit. Mox vbi acies omnis in locum, vbi in maris proſpectari poterant, euaſit, protentis in cælum palmis gratias diis agere, peragere, perinde ac

A iam euaſis deinceps periculis In tuto ſalutem baberent. Ibi ſecuri, collato in vnum locum ingenti lapidum aceruo, ſtrues ex eis ingẽtes eduxerunt, in quibus hoſtium ſpolia ſtatuerunt, cupientes eius expeditionis memoriam monumentis illis immortalem dimitti poſteritati. *Diod. l. 14. Bibliot.*

M.T.Cicero ob Clodij inimicitiam in exilium actus rediit Pompeio & Lentulo Coſſ. tanta vrbis lætitia, vt quaſi auulſa ſedibus ſuis Roma, omnis ætas, ordoque obuiam procederet. Quæ omnia ex eius orationibus, & pridie quàm iret in exilium, & poſtquam rediit, licet deprehendere.

Ob Diuitias.

Horat. l.1. ſerm. Sat.1. de Auaro quodam ſic ſcribit:

——quidam memoratur Athenis
Sordidus & diues populi contemnere voces
Sic ſolitus: Populus me ſibilat, at mihi plaudo
Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca.

Ob Dona.

Colluquente cum procis comiter Penelope, atque donantibus illis veſtes, aurum, & ornamenta alia, lætus Vlyſſes,

Dona quod illorum cepiſſet, corde triumphat.

Siquidem muneribus & quæſtu geſtit, proſciſſum in co-
B mœdia ſuperat lenocinio Poliagrum:

Beatus eſt Poliager, cœleſtem capram
Qui nutrit, ac multis dicantem cenſibus.

Sin verò ratus potiùs opportunos habiturum ſe ob ſpem & expectationem nec opinantes, non iniuſta eſt eius lætitia & fiducia. *Plut. de Aud poëtis.*

Cantor quidam, comite filia Stratonica, coram Mithridate Aſiæ & Ponti rege in conuiuio pſallebat. Rex Stratonicæ captus amore, ſtatim eam cubitum abduxit, ægrè admodum ferente ſene, ne ſalutatum ſe quidem à rege. Vt tamen ſub diluculo expergefactus domi conſpexit aureis & argenteis poculis refertas menſas, frequentem famulitij turbam, eunuchos & pueros, qui exquiſita pallia offerrent, atque in veſtibulo ſtantem equum exornatum, ſicut regis amicis ſolet: deriſui & ludibrio ſe haberi ratus, efferre ſe oſtio voluit. Verùm retinentibus cum miniſtris, exponentibuſque diuitiis nuper defuncti opimam hæreditatem ei à rege donari, atque tenues has primitias & documenta eſſe reliquorum bonorum & poſſeſſionum ita vix tandem his fidem habens purpuram induit, inſilienſque in equum per vrbem vectus eſt clamitans: Mea hæc omnia ſunt. Ad deridentes ipſum, non hoc ait eſſe mirum, ſed quòd gaudij impotens obuios non
C inceſſeret lapidibus. *Plut. in Pompeio.*

Ex Aſpectu grato, iucundo.

☞ *Vide locum Honoris, Concurſus ad ſpectandum.*

Chorus, id eſt, matres Argiuorum interfectorum ad Thebas partim lætantes, partim dolentes, quòd Theſei beneficio ipſis daretur copia aſpiciendi filios interfectos, dulce & triſte ſpectaculum, apud *Eurip. in Supp.* inquiunt:

ἰδεῖν δὲ τῶν ἐμῶν οἰκτρὸν μελέων,
παίδων καλὸν θέαμα δ' εἴπερ ὄψομαι
τὰν ἄελπτον ἁμέραν,
ἰδοῦσα πάντων μέγιστον ἄλγος.

Mihi verò filiorum quidem aſpicere membra acerbum: ſed pulchrum ſpectaculum tamen, ſi videam inſperatam diem, cernens omnium maximum dolorem.

Argiuus quidam haud ignobilis, cætera ſanus, hac melancholiæ ſpecie laborabat:

Quòd ſe credebat miros audire tragœdos,
In vacuo lætus ſeſſor, plauſorque theatro.

Orat. l.3. Epiſt. ad Florum.

Xerxes Perſarum rex in campis Abydenis vniuerſum lu-
D ſtrauit exercitum, ex alta ſpecula, ſuæ potentiæ ſpectaculum iucundiſſimum. Eo conſpecto, illacrymaſſe fertur, cauſamque rogatus, dixiſſe: Quòd nullus è tanta multitudine centum annos ſuperaturus eſſet. *Herod.*

Idem nauali prælio ad Salaminem confligentibus inter ſe Perſis & Græcis, veluti de victoria iam certus, in edito promontorio conſtitit, & certamen ſecurus ſpectauit, tanta cum admiratione virtutis hoſtium, & deteſtatione ſuorum ignauiæ vt nihil antiquius habuerit, quam relicto in Græcia Mardonio fugam in Aſiam arripere. *Herod.*

Scipio Æmilianus, Tribunus militum, ad Maſiniſſam regem venit, Luculli Imp. nomine ab eo elephantes poſtulaturus, eo ipſo tempore, quo Maſiniſſa cum Haſdrubale Carthaginenſium Imp. acie dimicaturus erat. Scipio concurſas acies intuitus, priusquàm ſigna canerét, e[illegible]iore loc[illegible] occu- E
pau[illegible], vt commodiùs inde prælium ſpectaret. Ferunt poſtea dicere ſolitum, nullo vnquam in tempore [illegible] tantam [illegible] qu[illegible] ſpeculo percepiſſe voluptatem, quàm quum [illegible] præ[illegible] m[illegible] hominũ inter [illegible] pugnantium ipſe [illegible] & [illegible] liber, ex alta cont[illegible] ſciſſet ſpe[illegible]. Pugna a[illegible]ſima luce ad noctem diſt acta eſt, multis hinc inde [illegible]. Ad poſtremum rex aliq[illegible] [illegible] ſtra redeunti gratulabundus Scipio occurrit. [illegible] *Em[illegible] 5.*

M. Craſſus, auus eius qui contra Parthos [illegible] cum aſinum carduos depaſcentem vidiſſet, eo ſpectaculo ſic delectatus fertur, vt qui nunquam [illegible] in vita [illegible], tunc ſemel riſiſſe ſcribatur. *Plut.*

Ob Partum.

Quod de Latona poëtæ, idem de quavis Matre, bonorum liberorum parente, effari poteſt.

χαῖρε [illegible] τε πότνια Λητώ
οὕνεκα τοξοφόρον καὶ καρτερὸν υἱὸν ἔτικτε.

Homer hymno in Apollinẽ. Eundéq; imitatus *Maro l.1. Æn.*

Latonæ tacitum pertentant, gaudia pectus.

Ob Incolumitatem ſuam, vel ſuorum.

Græci ab expeditione Babylonica redeuntes, ſimulatque F
mare conſpexere, ingentes præ gaudio clamores extollere cœperunt, protentis in cœlum palmis gratias diis agere, perinde ac iam ſuperatis deinceps periculis, in tuto ſalutem haberent: etſi ſupererant adhuc gentes ferociſſimæ, regiones aſperrimæ ſuperandæ. Tandem in vrbe Calcedoniæ Chryſopolim recepti, tum primùm ſalutem in tuto conſtitutam habuerunt. Ex decem millibus incolumes ſuperfuerunt ad quatuor millia, quia iam prorſus periculorum ſecuri, nulla deinceps iter repellente difficultate, plerique in patria loca conceſsère. *Diod. l.14.*

Cambyſes Perſarum rex, cùm propter credulitatem à Crœſo rege captiuo reprehenderetur, quodque patris veſtigiis non inſiſteret, arcu correpto eum confixiſſet, niſi fuga ſibi conſuluiſſet. Miniſtri, quibus interficiendi Crœſi poteſtas erat data hominem abſconderunt, quod deferueſcente ira Cambyſen, facti pœnitere cœpit. Cambyſes lætus, quod Crœſus adhuc ſupereſſet, miniſtros tamen propter inobedientiam morte affecit. *Herod. l.3.* G

Epaminondas Thebanus rogatus, quid ſibi iucundiſſimum accidiſſet? reſpondit: quod viuentibus adhuc patre & matre palmam Leuctricam retuliſſet. *Plut. an Seni tractanda reſp.*

Ob Corporis curam.

Cùm eleganter copioſéque laudes Agricolarum vitæ perſequeretur *Horat.* & quot quantaque illic bona forent, oſtenderet, in iis etiam poſuit voluptatem, quam capiunt, cùm ab opere redeuntes, laboreque ac fame enecti, inueniunt domi à diligente vxore parata omnia, quibus & reficere vires, & deſideria naturæ ſatiare queant. Inquit igitur:

Et horna dulci vina promens dolio
Dapes inemptas apparet.

Addit etiam maiorẽ illis ſuauitatem afferre viles eas eſcas, quàm inertibus ac delicatis requiſitæ epulæ faciant. *Euripid.* quoq; *in Electra* bene tetigit, qui de voluptate hac potius animo comprehenſa, quam vſu cognita, ita induxit ſummo loco natam, magnique animi virginẽ, cum viro illo ſuo loquentẽ.

——τὰν δ' ὁμοίως δ' ἡμᾶς χρεὼν
ἐξευμαρίζειν· ἱκανὰ δ' ἐργάτῃ
θύραθεν ἐλθόντ' ἔνδον εὑρίσκειν καλῶς.

Nam quod Latinus poëta ſuprà dixerat:

Quòd ſi pudica mulier in partem iuuet H
Domum atque dulces liberos.

Græcus quoque ante hæc verba eidem perſonæ affinxit. Illa enim quid ſui officij ſit oſtendens, inquit, hoc eſt, in partem iuuare, vnà ferre, ac partem aliquam laboris alieni in ſe ſuſcipere. *Victor. l. 11. Var. lect. c.5.*

Ob Auxilium bellicum.

Ivl. II. PP accepto læto nuncio de aduecturis ſibi à rege Hiſpan. auxiliis ad bellũ Ferrarienſe conficiendum, ita exhilaratus eſt, vt febris eũ continuò reliquerit. *Bemb l.2. hiſt. Veneta.*

Baiazet. II. Turcorum Imp. Methonem Peloponneſi vrbem acriter oppugnabat. Bernard. Contarenus Venetę claſſis præfectuus, commeatum tribus triremibus velociſſimis inferendum commiſerat. Oppidani nauibus auxiliariis conſpectis, vt ea quæ afferebantur, celeriter in oppidum aſportarent, læti ad portum conuolauerunt: tantaque fuit eius

rei

A rei cura, vt ij etiam, qui muros alia ex oppidi parte contra hoſtium exercitum ſeruabant, cum feſtinari ab aliis viderent, eodem & ipſi accurrerent, ſtationeſque relinquerent ſic, vt murus defenſoribus ſpoliaretur. Id vbi hoſtes conſpexerunt, per ruinas murorum, quas tormenta fecerant, ſe in oppidum immiſerunt. Oppidani & milites præſidio & commeatu iam è nauibus abducto ea de re certiores facti, hoſtibus medio in oppido occurrerunt, atque ibi prælio acerrimè commiſſo, cùm diu fortiterque pugnauiſſent, ac magnum eorum numerum occidiſſent, demùm creſcente hoſtium multitudine, plenis iam omnibus & obſeſſis vir, circumſepti vndique ac preſſi, propè omnes interfecti ſunt, vnà cum præfectis nauium, tunc venetam, duobus remigibuſque permultis. Ex municipibus ij qui ſuperfuerant, omni ex parte oppidum incenderunt, ſuaque omnia & ſuos comburere voluerunt. Ita oppidum ardens ac ſemicombuſtum capitur, cùm quidem Veneti multum in noctem ſe defendiſſent. *Bemb. l. 5. Hiſtoria Veneta.*

Ob Nuptias.

B In feſtis publicis Romæ Viduæ nubere poterant, virgines non item: quoniam hæ mœſtæ, illæ lætæ nubunt. *Plut. in quæſt. Rom.*

Ob Deorum fauorem.

Socrates, qui ſecum exiſtimabat dæmonium ex beneuolentia colloqui: Pindarus, cùm audiret à Pane camilenam quandam ex iis, quarum fuerat ipſe conditor, cani, neutiquam modico gaudio elatus eſt. Ita cùm Caſtores Formio, aut Sophocles Æſculapium hoſpitio excipere & ipſe credidit, & alij item putarunt: hac ipſa Deorum familiaritate vehementer ſunt gauiſi. *Plut. contra Epicurum.*

Ob Victoriam nunciatam, vel acceptam.

Bethulienſes incredibili gaudio affecti ſunt, quando Iudith reducem cum Holofernis capite conſpexerunt, & Deo vnanimi voci gratias egerunt. *Iudith. 13.*

Vetuſto apud Græcos more receptum eſt, vt ſi quid fauſtè & feliciter nuncij adferrent, coronati aduentarent: ipſique eiues feliei accepto nuncio, in communis ſignum lætitiæ coronari incederent ouantes. *Alex. ab Alex. l. 1. c. 7.*

Perinthij Pæonibus ad Strymonem fl. congreſſi ſingulari certamine, viri cum viro equi cum equo, canis cum cane,

C duobus certaminibus Pæonas ſuperarunt, præque gaudio Pæana canentes, à Pæonibus ex inſperato irruentibus victi fuerunt. *Herod l. 5.*

Poſt Xerxis expeditionem contra Græcos ſuſceptam, primus nuncius Suſa perlatus, Xerxem Athenis potitum eſſe, tanta Perſas, qui relicti erant, voluptate affecit, vt omnes vias myrto conſtrauerint, & per eas odores incenderint, & ipſi in ſacrificiis ac gaudiis verſarentur. Secundus autem ita eos conſternauit, vt vniuerſi veſtes dilaniarent, vociferatione que & eiulatu irrequieto vterentur, culpam in Mardonium refundentes, non tam de claſſe quàm de ipſo Xerxe ſoliciti: idque tandiu, dum Xerxes illos ita affectos redeundo ſedauit. *Herod. lib. 8.*

Epaminondas Thebanus ex omnibus præclarè geſtis illud ſibi iucundiſſimum accidiſſe dicebat, quòd vtroque parente viuo, Leuctrina pugna viciſſet Lacedæmonius. *Plut. in Græcorum Apoph.*

Dionysius tyrannus nuncio accepto, quòd Athenis Bacchanalium feſto tragœdia edita viciſſet, ſacra diis gratulatoria fecit. *Diod. lib. 15.*

Cùm de Conſulum victoria ad Metaurum contra Haſdrubalem Romam allatus eſſet nuncius, primò id magis auribus

D quàm animis acceptum, vt quiddam maius ac lætius, quàm ſatis credi poſſet. Secutæ inde L. Manlij Acidini literæ, qui ex eiſdem caſtris id idem ſcribebat. Ad quem nuncium tantus concurſus eſt in curiam factus, vt tabellarius cum literis ad patres ingredi non poſſet, clamante multitudine, vt literæ publicè recitarentur. Secuti inde legati, quibus continenti agmine ab vrbe ad Miluium pontem præ nimia lætitia eſt Ciuitas obuiam effuſa. Tum literæ ſunt in ſenatu recitatæ, inde & in foro in concione populi. Vnde ab aliis in alia eſt templa diſcurſum, vt diis gratularentur. Multi domum ad liberos & coniuges cum lætitia reuerſi, publicum gaudium nunciarunt. Supplicatio in triduum decreta. Vix credi poſſit, quantum ea victoria mutatus ſit ciuitatis ſtatus, velut iam debellatum in Italia eſſet: vendendo, emendo, mutuum dando, creditum ſoluendo, non aliter quàm ſi omnia pacata eſſent, ciues inter ſe negotia contrahere cœperunt. E *Sabell. l. 4. Enn. 5.*

Nuncius euerſæ Carthaginis Romam perlatus, incredibili lætitia extulit ciuitatem. Mutuæ primò gratulationes inter ordines fuêre, inde læta inter ciues conuiuia inſtaurare perſeuerunt, ſupplicatum circa deorum aras, actæque ipſis gratiæ, quòd vrbs nata ad odia in Romanorum nomen exercenda extremo eſſet excidio deleta. *Sabell. l. 9. Enn. 5.*

Ventidius M. Antonij legatus Parthos adortus, Labieno & Phraate cædemibus, magno prælio ſuperauit. Cuius victoriæ nuncius Athenas delatus, Antonium in tantam lætitiam extulit, vt Græcis epulum dederit, ludóſque tota vrbe celebrari iuſſerit: ipſe, poſitis magiſtratus inſignibus, cum adoleſcentibus ſaltauerit. *Sabell. l. 9. Enn. 6.*

Ioannes XVIII. Aragonum rex in graui illa Barcinonenſium & Gothalanorum rebellione cùm Ferdinandum F. ephebum magno prælio Petrum Luſitanum, quem illi regem dixerant, ſuperaſſe cognouiſſet, præ gaudio viſum, quem amiſerat, recepit. *Marin. l. 14 rer Hiſp.* F

Gatta Mellita Venetarum copiarum ductor cum Nic. Picinicò Philippi Vicecomitis ductore ad Coloniam confixerat æquo marte, propè Brixiam. Ad confirmandos ciuium animos, rumores tota vrbe magiſtratus diſſipandos curarunt, fudiſſe Mellitam hoſtium copiis. Quæ fama haud intra Brixiæ mœnia ſe tenuit. Venetias vſque perlata, in tam effuſam lætitiam ciuitatem prouexit, vt præ nimio gaudio vndique ſit in publicum concurſum: atque ob hoc ipſum reſpub. infuctum diſcrimen penè adierit. Multitudo ingens remigum ſociorumque naualium in vrbe erat, ex Hiſtria & Dalmatia ob claſſem, quæ ſtudio inſtruebatur acceſſita. Horum non pauci quum vino caluiſſent, in publicum prorupêre: atque ignibus non ſuo loco (vt in noua fit lætitia) accenſis, dum ad eos alendos materiam ex proximo ſibi quærerent, cepiſſéntque oliuorias panitiaſque tabernas foro circumiectas demoliri, pulſis nocturnis cuſtodibus, qui id facere prohibebant, in vnum ad tria millia coïuère, ij ſpretis magiſtratibus, & ex primoribus Patrum quibuſdam, qui ad eum tumultum ſedandum acceſſerant, maiores tabernas refringere occœperunt. Et iam res ad apertam vim ſpectare credebatur, quum Petri Lauretani claſſis præfecti interuentu impetus ille compreſſus eſt. Cuius nomine audito, ferunt Barbaros tumultuari deſiſſe, cepiſſéque imperium, quod dudum neglexerant, audire: ac fide ab illo accepta, ne cui id fraudi eſſet, quod nocturnus ille motus leui de cauſa ortus eſſet, ſe domum recepêre. *Sabell. l 3. Dec. 3.* G

Ex Hoſtium oppreſſione, morte, calamitate, reconciliatione.

Chorus Silenorum captiuus apud Cyclopem, ad Vlyſſem, conſilium ſuum de excæcando Polyphemo explicantem, ſic inquiunt, apud *Eurip. in Cyclope:* Aſiaticæ non libentiùs ſtrepitum citharæ audiremus, quàm Cyclopa pereuntem.

Artaxerxes Perſarum Rex Themiſtoclem exulem, qui ad ſe perfugerat, ſumma humanitate excepit, & apud amicos ſibi ipſi gratulatus eſt, de fortuna adeò ſecunda diis ſacrificauit, mox conuiuium iniit, ac præ gaudio nocte in ſomno medio ter exclamauit, Themiſtoclem habeo Athenienſem. *Plut. in Themiſtocl.*

Henrico IV. Imp. Leodij mortuo, Omnes omnium ordinum ſummo gaudio exultarunt, quòd morte eius videretur diuturno ſchiſmati iam finis impoſitus. *Crantz. lib. 5. Saxon. cap. 24.*

Magnus Sfortia audiens Paulum Vrſinum inſignem ducem ad callem Floridum à Braccio Montonenſi interfectum, ſublata voce geſtiens dixit: Ergo & mihi inſonti dij immortales maturè catenas ſoluent (in vinculis autem Neapoli detinebantur) qui vti æquiſſimi iudices impio ac omnium teterrimo dignum vitæ exitum celeriter attulerunt. *Iouius in eius vita.* H

Horucius Barbarussa pirata inſignis, cùm Tremiſenij regem, amicum ſociumque à Carolo V. Imp appellatum, regno expuliſſet, imminerétque Orano, portuique magno: ab Hiſpanis Mauriſque equitibus interfectus eſt. Eius caput in Hiſpaniam tranſmiſſum, circumlatumque in laucea, populis præſertim maritimis, inſignem attulit lætitiam, quòd ſublato prædonum rege, diu exoptata ſecuritas litoribus reddita videretur. *Iouius l. 34. hiſt.*

A PRIVATIO GAVDII. GAVDIVM NVLLVM. QVI NON GAVDENT, OB QVÆ Alij gaudent.

Alexander Magnus etiamnum puer, ſi allatum eſſet aut nobilem vrbem à Philippo captam, aut illum inſigni potitum victoria: non vſque adeò gaudebat iis nunciis, verùm ad æquales dicebat: Omnia præripiet ſodales, pater, neque vllum mihi inſignem & illuſtrem relinquet vobiſcum perpetrandum actum. *Plut. in Alex.*

Braccius Montonenſis audita morte Sfortiæ Magni Aterno amne prope Aquilam vrbem ſubmerſi, licet æmuli & hoſtis acerrimi, minimè tamen lætus eſt, ſed in laudes illius prorumpens, ſibi quoque nunc tandem fata inſtare dixit, ex præſagio Aſtrologorum. Quinto pòſt menſe in obſidione Aquilæ cæſus eſt. *Iouius in Sfortia.*

ΕΠΙΧΑΙΡΑΓΑΘΙΑ. GAVDIVM EX REBVS Aliorum ſecundis.

Ægynenſium, qui ad bellum Troianum profecti fuerant, B multi perierant in pugna, plures tempeſtates abſorpſerat. Paucos igitur, qui domum incolumes redierunt, quum recepiſſent cognati, videntes reliquos ciues ob deſiderium ſuorum in luctu ac mœrore verſari, non arbitrati ſunt conuenire, vt vel palam lætitiam ſuam declararent, vel diis ob illorum ſalutem rem diuinam facerent: ſed ſuos quiſque, quos incolumes receperant, domi clàm conuiuiis & gratulationibus excipiebant, ipſi miniſtrantes patribus, cognatis, fratribus, ac neceſſariis, neminem alienum admittentes. Hoc imitantes Æginetæ, quum Neptuno ſacrificant, dies ſexdecim geſtantes thyaſos, quos vocant, clàm apud ſeſe conuiuia celebrant, neque ſeruorum quiſquam adeſſe ſinitur: mox Veneri ſacrificantes feſtum ſoluunt. Itaque qui ſacrificant, *μονοφάγοι* dicebantur. *Eraſm. in Adag. ex Plut. q. Græcan.*

ΕΠΙΧΑΙΡΕΚΑΚΙΑ. GAVDIVM OB ALIENA Infortunia. Viputa PRINCIPVM.

Conſule Tit. Tyrannorum quorum morte tam lætantur ſubditi quam vita & incolumitate triſtantur.

Morte Tiberij Cæſ. ita lætatus eſt Populus Romanus, vt ad primum nuncium diſcurrentes, pars Tyberium in Tyberim clamitarent: pars terram matrem, deoſque Manes orarent, C ne mortuo ſedem vllam niſi inter impios darent: alij vncum & Gemonias cadaueri minarentur, exacerbati ſuper memoriam priſtinæ crudelitatis etiam recenti atrocitate. Nam cùm Senatuſconſultum actum eſſet, vt pœna damnatorum in decimum ſemper diem differretur, fortè accidit, vt quorundam ſupplicij dies is eſſet, quo nunciatum de Tyberio erat. Hos implorantes hominum fidem, quia abſente adhuc Caligula nemo extabat, qui adiri interpellarique poſſet, cuſtodes ne quid aduerſus conſtitutum facerent, ſtrangulauerunt, abieceruntque in Gemonias. Creuit igitur inuidia, quaſi, etiam poſt mortem tyranni, ſæuitia permanente. Corpus vt moueri à Miſeno cœpit: conclamantibus pleriſque, Atellam potius deferendum, & in Amphitheatro ſemiuſtulandum: Romam per milites deportatum eſt crematúmque publico funere. *Suet.*

Caio Cæſare interfecto à coniuratis, cæde illius in theatro (ſpectabat enim populus Circenſes ludos) nunciata, præ inopino gaudio. Multi credere nolebant, & ſe audiuiſſe diſſimulabant, ne ſi rumor falſus fuiſſet, ipſi pœnas ob gaudium darent. *Ioſeph. l. 19. c. 1. Antiq. Zon. Suet.*

Nero obiit XXXII. ætatis anno, die quo quondam Octauiam interemerat; tantumque gaudium publicè præbuit, vt D Plebs pileata tota vrbe diſcurreret, nimirum hoc indicio additam ſibi libertatem ſignificans. *Suet. in Nerone.*

Domitiano Imperator. occiſo, Senatus adeò lætatus eſt, vt repleta certatim curia non temperaret, quin mortuum contumelioſiſſimo atque acerbiſſimo acclamationum genere laceraret: ſed ſcalas etiam inferri, clypeoſque & Imagines eius laceras detrahi, & ibidem ſolo affligi iuberet: nouiſſimè eradendos vbique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret. *Suet.*

Conſtante II. Imperator. in Sicilia interfecto, tota Italia, adiacenteſque prouinciæ, extulerunt animos lætitia, adeò vt Italiæ exarchus & copiarum duces, nullum in publico gaudio auſi ſint triſtitiæ ſignum oſtendere. Tanto illo odio perſequebantur ob Romam ſpoliatam, & tributum ab Italia exactum. *Cuſpin.* E

Cognita morte Gulielmi Ruffi, Anglorum regis auariſſimi, gaudium ingens eſt vbique ortum, ſic, vt Populus velut carcere eductus, aut vinculis ſolutus, renaſcente iam libertate, frequens ad templa adire, & vota Deo ſoluere, quæ antea pro libertate feciſſet, perinde feſtinaret: ac ſi ille dies, qui regis vitæ extremus fuit, ſempiternam patriæ ſalutem peperiſſet. *Polyd. l. 10.*

HOSTIVM.

Athenienſes nunciata Philippi regis morte, illicò diis honorem habuerunt, & Pauſaniæ interfectori coronam decreuere. *Plut. in Demoſt.*

C. Martio Coriolano perpetui exilij pœna damnato, pronunciata ſententia, qua damnatus eſt, nulla vnquam cæſis hoſtibus tantos fecerat Populo ſpiritus victoria, quantum tunc exultans & ouans diſceſſit. Ad ſenatum merus angor mœrorque tenuit dolentem & ingemiſcentem, quod non omnem lapidem priùs mouiſſent, quàm tantam contumeliam & licentiam perpeſſi eſſent populi. *Plut. in Cor.*

Cæſo ab Heluetiis ad Nancium Carolo Burgundo, Ludouicus XI. Francorum rex, qui eos tollendi cauſa bellicoſiſſimam gentem contra ipſum incitauerat, grauiſſimo aduerſario liberatus, quo viuo de regno ſuo bene ſperare non poterat, primo nuntio, vt lætiſſimo, centum quinquaginta pondo argenti in abacum facti Euangelij ergò dari iuſſit. *Æmil. lib. 10.* F

Leo X. Pontif. max. tantum ex morte Solymi Turcorum Imper. concepit gaudij, quantum triſtitiæ paulò antè audito Sultani Memphitici excidio acceperat. Nam eo interitu nunciato, Litanias ac ſupplicationes publicas, in quibus homines nudatis pedibus incederent, Romæ haberi curauerat: legatóſque per totam Europam miſerat, qui id efficerent, vt Chriſtiani in vnum coëuntes, contra Chriſtianorum omnium hoſtem acerrimum Selimum, à quo Sultanorum regum florentiſſimum euerſum fuerat, arma ſumerent. *Iouius in Solymano.*

PRIVIGNORVM.

M. Tull. Cicero repudiata Terentia, Virginem locupletiſſimam iam grandis natu in vxorem duxerat. Non multò poſt has nuptias, cum Tulliola Dolabellæ nupta ex partu deceſſiſſet, & noua nupta morte eius videretur exultaſſe, eum repudiauit. *Plut. in Cicer.*

* Gaza. Gazophylacia. G

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

GAza Perſarum vox eſt, vel etiam Medorum ſatis nota, ſignificans vt docent *Pomponius Mela, Q. Curtius, Seruius* Virgilij interpres, opes, ſupellectilem, & omne quod poſſidemus. Potiſſimum tamen locum ipſum vbi ea aſſeruantur. Fuit autem & nomen vrbis Ægypti, quam Alexander M. ſolo æquauit, & noua hoc nomine extructa fuit in Palæſtina.

Græci autem vocant Gazophylacium *γαζοφυλακεῖον*, ipſum locum qui ſeruat, & continet theſauros, eaque voce Scriptura quoque vtitur.

Hebraïcè *Corban*, ſiue *Corbonach*. Quamvis aliquando Gazophylacium vſurpetur pro domo, ſiue atrio, in quo minora Gazophylacia ſeruantur: vt in quibus Supellex ſacra, veſtimenta, ornatus templorum ac oblata cuſtodiuntur.

VSVS APVD HEBRÆOS VET.

Olim in templo veteri erant duo Gazophylacia, ſiue loca in quibus theſauri templi cuſtodiebantur: Alter, in quo pecuniæ vſibus templi oblatæ reponebantur: Alter, in H quem res aliæ mole maiores conijciebantur. Prior quidem arca erat, ad eum modum, prout nunc in Eccleſiis exponi videmus. Poſterior atrium quoddam ſeruandæ maiori ſupellectili, aut aliis templi oblatis accommodatum. Meminit *Marcus cap. 12. Ioan. c. 8.* iuxta quoſdam, poſterioris, quaſi viduæ illi offerenti minuta duo licitum fuerit atrium maius, in quo minora erant Gazophylacia, intrare. Erat namque exterius prope ianuas, & alio nomine Exedra appellatur, de quo infra.

APVD ETHNICOS.

Scribit *Athen. l. 6.* Apud Lacedæmonios fuiſſe in templo Apollinis ærarium.

Fuit

A Fuit etiam in æde Saturni apud Romanos, vt videre eſt apud *Plut. in Probl.* m

In Ægypto erat Gaz ... in ipſo palatio, vt conſtat ... & de Eunucho illo quem Philippus baptizauit, *Lucas* inquit, quod ... ſuper omnes gazas Candacis Reginæ Æthiopum

NOMINA VARIA VNDE SVMPTA.

Diximus duo fuiſſe in ... templo gazophylacia, vnum altero potius & maius, in quo thesaurus maioris momenti ad reficienda ædificia templi, & ſancta ſanctorum, omniſque theſaurus ſanctorum vt loquitur Scriptura 4. *Reg. c.* 12 qui a prætereuntibus in templo Domini fuerat illatus, quique offerebatur pro pretio animæ, nempe quando numerabatur populus vt ſciretur idonei ad bellum. à vigeſimo enim anno & ſuprà, offerebatur dimidius ſiclus, vt conſtat *Exod.* 30. fuiſſe autem plura gazophylacia eiuſdem quidem generis, ſed appellatione diuerſa, conſtat ex *c.* 35. *Ierem.* vbi ſic legimus: Et introduces eos in domum Domini, in vnam exedram theſaurorum, & dabis eis bibere vinum. & introduces eos in domum Domini ad gazophylacium filiorum Ha-

B nan, quod erat iuxta Gazophylacium Principum, ſuper theſaurum Maaſiæ fili Sellum, qui erat cuſtos veſtibuli.

Itaque habebant Exedræ ſiue Gazophylacia nomina ſua, vel ab iis quibus tradebantur cuſtodiendæ, vt Gazophylacium Hanan: vel ab iis, quorum donaria ibi ſeruabantur, vt Gazophylacium Principum, vnde etiam conſtat, quod cum Chriſtus *Ioan.* 8. dicitur ſediſſe in Gazophylacio, & docuiſſe, intelligi exedram ſiue atrium templo adiunctum, ex quo Chriſtus docuerit. Eſt autem Exedra locus ſiue cubiculum columnis fultum, & epiſtyliis pluribus, exciſis ſpatiis, quibus in viam profectus pateat. Harum formam aliquam videntur referre antiquiora templorum ædificia apud Chriſtianos, ad quorum ingreſſus, ſimiles atriorum fornices conſpiciuntur, in quibus Æditui & Fabricæ rectores oblata recondunt, ſacramque ſupellectilem ſeruant.

* Gehenna.

VOCIS SIGNIFICATIO ET VSVS.

GEhenna deducitur à vocibus Gehennom, id eſt, vallis Hennon, & vſurpatur à Chriſto *Mat. c.* 5. pro inferno.

C Ratio vero huius appellationis eſt, crudelitas & inhumanitas quæ in illa valle exercebatur ab ethnicis, & pleriſque Iudæis ad Ethnicismum conuerſis, ad ſimilitudinem illius crudelitatis, quam in ſacrificiis Moloch patrabant, loco dicto Tophet, à *Toph*, quod tympanum ſignificat. Ne eorum qui idolo Moloch immolabatur, gemitus & eiulatus à parentibus aut amicis perciperetur, ſacrificuli idolorum pulſabant Toph, id eſt tympanum, ab eoque nomen loco, Tophet indiderunt.

QVÆ IBI FACTA.

Crudelitatem quæ in Gehennâ fieri conſueuit, deſcribunt ex Hebræis *Lyranus*, *Abulenſis*, *A Caſtro*, & alij recentiores, pro quo notandum, Moloch fuiſſe Baal Deum Ammonitarum cui Iudæi non tantum ſemen humanum per mollitiem & idololatriam, ſed etiam filios & filias ſummum parricidium ſacrificabant, & conſecrabant, igne eos viuos comburẽdo. Conſtat hoc eſt *hiſt. Reg. l.* 4. *c.* 23. vbi Ioſias edixit, vt nemo conſecraret filiũ ſuũ aut filiã per ignem idolo Moloch, & intelligitur de eodem locutus regius Pſaltes, ita dicens: Et immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis. *Pſ.* 105.

D Erat autem Moloch idolum ſtatua concaua, manus habens latas, quibus puer immolandus imponebatur, qui igne ſtatuæ intrinſecus iniecto comburebatur: ſiue vt alij, traducebatur per ignem in brachia Moloch, vt in illius velut amplexu cremaretur. Eoque ſacrificio ita peracto, exiſtimabant puerum ocius ad cœlum rapi. Subindè tamen pueros ſuos non ſacrificabant, ſed tantum initiandos offerebant, tunc enim per medium duarum pyrarum eos ad idolum duntaxat adigebant. *Vide Plut. de Superſtitione.*

Itaque à ſimilitudine cruciatus & crudelitatis, infernus nominatur à Chriſto, Gehenna ignis.

Cæterum Gentiles filios ſuos idolis immolaſſe, Poëtarum commentis, aliiſque hiſtoriis traditur. Sunt qui opinantur Moloch fuiſſe Saturnum illum Poëticum, cui affinxerunt, quod filios ſuos deuoraret, cuius crudelitati Iupiter exẽptus fuit per crepitantium vaſorum ſonum, quem Corybantes ingeminabant. Quin Phœnices, & ex iis orti Carthagi- E nenſes, Saturno immolaſſe leguntur filios etiam nobiliores, in magna calamitate, vt docet *Philo l.* 1 *hiſt. Phœnic. Curt. lib.* 4. Vnde Imilce vxor Hannibalis ita locuta inducitur *Silium Ital.* cum Aiper filius eius eſſet mactandus. *lib.* 4. *Punicor.*

Mitte, quæ genui veſtris abſumite votis.

Teſtatur *Fl. Ilmi* apud *Lactantium l.* 1. *de fal. Relig. c.* 21. eoſdem Carthaginenſes poſtquam ab iis ſacrificiis quibus infantes nobiliores, quos ſors deſignabat, regio cultu ornatos immolabant Saturno, deſeruiſſent, & poſtmodum ab Agatocle ſuperati bello eſſent, arbitrantes iratos Deos ob intermiſſas victimas, ducentos nobilium filios mactaſſe, & Saturno immolaſſe.

Quomodo ſuperiori ſæculo, Mexicani quotannis dæmoni immolabant, hominum millia, & in vrbe Mechoacam, dæmon poſtulabat quotannis ſibi offerri quidquid erat chariſſimum ciuibus, ſiue ſponſam ſiue filiam chariſſimam, aut puerum ſpecioſum.

Imo Galli olim ad Calendas Maij, tres Iuuenes Immolare conſueuerant, quos hoc fine emerant, & toto anno ſaginauerant. *Robert. Guagnin. l.* 19. *hiſt. Franc.* F

Gelu.

Quære Glacies. Hyems.

Geloſia.

Vide Zelotypia.

Gemini ſignum cœleſte.

Quære Zodiacus.

* Gemini ſiue Gemelli.

QVI PEPERERINT, Ex S. SCRIPTVRA.

THAMAR ex inceſtuoſo concubitu cum ſocero ſuo Iuda concepit in vtero gemellos, de quo ita Scriptura *Gen.* 38. inſtante autem partu apparuerunt in vtero gemelli, atque in ipſa effuſione Infantium, vnus protulit manum in quo obſtetrix ligauit coccinum, dicens: Iſte egredietur prior. Quo retrahente manum, egreſſus eſt alter, dixitque mulier quare diuiſa eſt propter te maceria? hoc eſt, cur rupiis ſecundinis fratrem tuum anteuertis vt prior egredereris? G & ob hoc vocauit nomen eius Phares, id eſt, ruptura, eo quod ait S. Hieron. diuiſerit membranam ſecundinarum: Hinc Phariſæi, quaſi diuiſi & diſiuncti ab aliis. Poſtea egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zara, id eſt, Oriens, ſiue quia primus apparuit, ſiue quod plurimi iuſti ex eo ſint nati. 1. *Parap. c* 2. *Gen.* 38.

Rabbini, & ex iis *Ioannes Caluinus*, autumant Euam peperiſſe Cain & Abel vnico partu, adeoque fuiſſe gemellos, atque hoc initio mundi fuiſſe vſitatum, vt tanto citius humanum genus multiplicaretur: colligunt id ex eo, quod *Gen. c.* 4 dicatur de Eua, quod poſtquam peperit Cain, ſtatim ſubiiciatur peperiſſe Abel, non præmittendo conceptionem illius, cæterum infirmum eſt illud fundamentum, neque ab vllis probatis ſcriptoribus aſſeritur.

Poſtquam Iſaac ann. 20. iuxta *B. Chryſoſtomum*, deprecatus fuit Dominum pro ſterilitate Rebeccæ vxoris ſuæ tandem concepit gemellos, qui collidebantur ait Scriptura *Gen.* 24. in vtero illius, hoc eſt, ſe mutuo concutiebant, vter prior exiret ex vtero. Hinc Iacob plantam Eſau tenebat manu, quaſi eum volens ſupplantare, ne prior egrederetur. H *Ita Rupert.*

EXEMPLA PROFANA.

Sunt abſque numero.

Meminerunt Poëtæ Caſtoris & Pollucis filiorum vnico partu editorum ex Leda & Ioue, qui & Tyndaridæ vocantur à Tyndaro Rege Oebaliæ marito Ledæ

Narrat *Liuius*, Romulum & Remum natos ex Rhea geminos

Meminit *Euriſthinis & Proclis* geminorum, quos edidit Ægina Regina Spartiatarum, vxor Ariſtodemi. *Herod. l.* 6.

EORVMDEM PRIMOGENITVRA QVOMODO INVESTIGANDA?

Communis eſt ſententia cenſeri primogenitum quoad iura ſucceſſionis & feudorum, illum qui primus è geminis vtero egreditur,

Aegrediur, quomodo accidit in Eſau, non obſtante quod Iacob eius plantam manu teneret.

Si tamen ſit maſculus & femina, ignoreturque quis primo loco in lucem editus fuerit, cenſ[illegible]. *Vlpianus in l. ſi fuerit legatum 10. §. ſ. de reb. dub.* præſumptionem eſſe pro maſculo, quod prior ſit editus.

Conſultum fertur nonnunqoam oraculum Delphicum à Lacedæmoniis, ſuper geminis Æginæ quorum paulo ante mentionem fecimus, vter deberet ſuccedere, quod pariter ex vtero forent exſecti: & iudicatum pro illo quem mater impenſius amaret, & cui primum lac & cibum præbere, non fortuito, ſed ordinarie. *Toloſ. de Rep. l. 7. c. 5.*

* Gemmæ.

Definitio et Etymologia.

Gemmarum materia communis eſt aqua non pura: ſunt enim vitra naturæ producta, cui aquæ eſt immixtum ſubtile. *Albert. Magn. 1 de Miner. extract. 1. c. 3.* Gemma, omnis lapis pretioſus dicitur, ſiue pellucidus, ſiue obſcurus Græcè λίθος τίμιος. Hebr. *Eben. Iekarah.* i. e. lapis politus vel eximius, à *Kara*, vocauit, vel nominatus fuit & inclytus: vel
B à *Karab*, politus fuit vt glaber & caluus. Volunt gemmam dici à geoo, id eſt, gigno, quod in gemmis arborum locum habet, quas pupulas vocamus.

SCRIPTORES.

Scripſit de gemmarũ natura, viribus, differentiis, præſtantia, *Andr. Baccius Elpidian. poſt Mercurium Triſmegiſtum Pliniũ, Galenum, Dioſcoridem, Theophraſtum, Cardanum*, & alios. Habet etiam curioſa quædã *F. Petrarcha Dia. 37. 3º. 49.* &c.

NATVRA. ORIGO. DIFFERENTIÆ.

Gemmarum naturam & originem varij variè tradiderunt. Exiſtimaront enim plerique eas animatas: quorum opinionem recentiores erroris arguunt. Neque enim gemmæ nutriuntur, quod tamen omnibus animatis conuenire *Ariſtoteles* affirmat *l. 1. 1. magnorum moral. c. 5.* Igitur gemmarum origo & differentiæ ac effectus varij, ſtellis ac cœlo tribuuntur. Cœlum enim ait *Danthes Aligerius*, quod tot lumina præclarè exornant, à mente profunda quæ ipſum mouet, imaginem accipit diuerſaſque virtutes rebus imprimit, prout diuerſa ſeſe obtulerit conſtellatio. Eſt enim materia gemmarum puriſſima, earumque operationes à forma prodire certiſſimũ eſt. Atque vt earumdem perfectio naſcitur ex debita materiæ diſpoſitione & digeſtione: ita etiam quodlibet vitium,
C omniſque defectus, ex eiuſdem naſcitur indiſpoſitione, accedente quoque elementorum alteratione, quæ facit, vt res generandæ plus minuſve ad cœli impreſſiones recipiendas ſint habiles. Pro diſpoſitione itaque materiæ, formam perfectam aut imperfectam accipiunt, proprietatibuſque variantur.

Gemmarum differentias communiter deſumunt, vel à quantitate, vel à nitore, vel denique à colore, addunt alij, effectus & vires, alij duritiem & mollitiem, vt à lima comminui non valeant. Potiſſimum tamen differentiæ gemmarum ſumuntur à colore & nitore.

Nitoris differentias enumerat *Cardanus* quinque ſuntque rutilans, vt Adamas: nitens, vt Saphyrus: languida, vt Carneolus: Inæqualis, vt Iaſpis: obſcura, vt lapis Fulmineus.

Colorum differentias ſeptem recenſet. Album, flauum, rubeum, viridem, cæruleum, vinoſum, & nigrum. Niger in quadam Achatis ſpecie inuenitur: vinoſus in Amethyſto: cæruleus in Saphyro: viridis in Smaragdo: ruber in Carbunculo: flauus in Chryſolito: albus in Chryſtallo. Cæteri autem colores ad hos deducuntur.

VIRES.

D Gemmis varias à natura vires inditas, experientia teſte docemur: idque pro diuerſo cœli adſpectu & poſitione. Siquidem Magnes ferrum trahit, quo tamen effectu cum priuari volunt, dum adamanti opponitur. Achates & Iaſpis ſanguinem ſiſtit: Ebrietati reſiſtit Amethyſtus: peſti Carbunculus, Somnum conciliat Hyacinthus. Ad hæc gemmis attribuunt, ſanitatem, ingenium, gaudium ac ſimiles animi affectus, *Cardanus. Albert. Magn. Franc. Rueus*, & alij paſſim. Quin aliæ viſum corroborant, aliæ continentiam augent, ſobrietatem adducunt, venenis necromantiæ reſiſtunt, morbiſque variis medentur, partum facilem reddunt, abortum cohibent, &c.

LOCVS. ACQVISITIO. ET PRETIVM.

Acquiruntur & inueniuntur gemmæ, vel ſua ſponte nudæ, vel ex locis arenoſis eruuntur [illegible] eff[illegible]. Quædam etiam e profundo [illegible] ntur, & [illegible] in corporibus au.um & reptili[illegible] cantur. Q[illegible] Eperianus, procreatur in capite p[illegible]cis hu[illegible] modi [illegible] nis, quem *Camillus Leonar[illegible]* deſcribit S[illegible] & [illegible] in ventre pullorum hirundinum inueniunt[illegible] [illegible] capite liraci extrahitur Myexis, e capite buf[illegible] litur, qui lippitudini & debilitati [illegible]oculorum c[illegible] p[illegible]mum. Aliæ gemmæ alium à nat[illegible]ra locum vbi ge[illegible] habent. Flumina quoque nonnulla gemmas p[illegible]ucu[illegible] & deferunt, eaque nominat. *Alex. ab Alex.* Aoſim Matere[illegible], & Gangem, *l. 4. vlt. Genia[illegible]*

☞ *Vide Tit. de Loco.*

Pretia gemmarum inſtabilia ſunt, & ab hominum opinione pendent: eaque deſumuntur à duritie, colore, & nitore. Tempore Romanorum Achates habebatur lapis omnium pretioſiſſimus, & memoratur eum tunc præ aliis excellentiorem habuiſſe Pyrrhum, qui cum Romanis bellum geſſit.

Polycrates Samiorum tyrannus habuit Sardonychen maximi pretij, annulo incluſum, quem in mare proiectum, eo quod nihil triſte ei vnquam accidiſſet; piſcis qui annulum ore exceperat, captus, menſæque illius illatus retulit. F
Quam gemmam vult *Petrarcha* multis poſt ſeculis ab Auguſto Cæſare coemptam, anteaque inſertam, concordiæ templo dedicatam fuiſſe. *F. Petrarcha Dial. 36.*

Nonius Romanus Senator vir locuples, gemmam habuit viginti millibus nummorum æſtimatam. Gemmæque nomen perhibetur Opalus. Mittit eum India, colorum varietate præfulgidum.

Cleopatra Ægypti Regina Antonio III. Antonij filio, in calice propinauit gemmas duas, arte chymica liquefactas, æſtimatas 50. millibus ſeſtertiûm.

In theſauris Regum & Principum maximi pretij gemmæ ſunt, & in pretio habentur, ſic vt prouinciæ Integræ aliquando iis cedant, & regna. Vocat eam æſtimationem & merito, *Petrarcha*, periculoſam vanitatem, diuitémque inſaniam.

VSVS VARIVS.

In Antidotis, & Medicina. G

Gemmarum vſum in Antidotis, veteribus fuiſſe, *Menardus* & cum eo plures negant. Sed contrarium verius eſt. Siquidem *Dioſcorides, Galenus, Paulus*, aliique celebratiſſimi nominis Medici, eas potas, ſcorpionum ictibus opitulari ſcribunt: item inteſtinis exulceratis, variſque corporis adfectibus, multiſque venenis. Legatur *Serapio l. de mineralib. c. 384. Auerroes 5. collig. & Auenzoar c. de dyſenteria.* Et tota Arabum cohors ad ſimiles effectus adhibet.

In veſtibus ſacris.

In lege veteri Moyſes à Deo iuſſus eſt Aaronis ſummi ſacerdotis veſtem exornare gemmis XII. quæ à pectore quaſi ſupra cor ad veſtimenti vſque extremitatem propendebant, & in quatuor ordines diſtinguebantur. In quorum primo erat Sardius, Topaſius, Smaragdus: in medio Carbunculus, Saphyrus, & Iaſpis: in tertio Lyncurius, Achates, & Amethyſtus: in quarto denique Chryſolitus, Onyx, & Berillus, auro incluſi & circumdati. Cuius ornamenti ſignificationem vide apud *S. Hieron. in c. 29. & 39. Exodi, & c. 8. Leuitici.* Item apud *Salmeronem to. 7. tr. 11. in Exodum.*

Coronis, & vaſis ſacris.

Perantiqua autem & laudabilis conſuetudo iam olim fuit, Regum & Pontificum coronas & diademata gemmis H
pretioſis exornare, quod hodie quoque obtinet. Etiam veſtes & indumenta ſacra gemmis ornantur: & inſeruiunt eadem hierothecis, & calicibus, aliiſque vaſis quæ ſeruiunt ad conſeruandam, & populo adminiſtrandam, conficiendamve Sacram Euchariſtiam.

In vexillis.

Ioſeph. l. 3. Antiquit. refert, apud Hebræos olim vſu receptum fuiſſe, vt bella gerentes, vexillum ſacerdotale, in quo intextæ aut incluſæ erant duodecim gemmæ ſupra memoratæ, ſecum ferrent, vt ita velut illius maieſtate oculos hoſtium obfuſcarent, & ſemetipſos ad fortiter dimicandum animarent. *cap. 42.*

In annulis.

Vſus gemmarum etiam in annulis cœpit à Romanis, & Lacedæmoniis, quorum hi initio ſaxi fragmento ferro

A inclu[illegible] *Alex. ab Alex. lib.* [illegible]

Mox [illegible] & imagines, quod primus Pyrgo[illegible] & Alexandri vultum impreſſiſſe gemmæ [illegible] poſtea Auguſtus Imp. habuiſſe in pretio d[illegible] Auguſti effigiem Diſcores q[illegible] dam ſcu[illegible] hoc æuo, quem genti[illegible] tia inſignia g[illegible] impreſſa in annulis deferre eiſque literas con[illegible] *Alex. ab Alex. ſupra.*

Po[illegible] ſit.

Gem[illegible] enuari ad pocula vetus inauratæ eſt Meminit illius [illegible]

[illegible] t acerra bibuntur

F[illegible] bus. T[illegible] illa [illegible] cum pocu a ſumes

Gem[illegible]

Ferunt Neronem Imp in delicijs habuiſſe pocula & vaſa cryſtallina, [illegible]que ſorer fortuna conſractis ſummoperè doluiſſe. *F. Petrarcha dial.* 3[illegible].

Poculis ebrioſorum deſeruiuiſſe olim Amethyſtum tradunt, vt libetius illis iodulgerent, quod is lapis ebrietati di-
B catur reſiſtere.

LOCVS GEMMARVM.

Vbi Scilicet Inveniuntur.

Indorum regio, teſte *Curtio*, diues eſt non auro modò; ſed margaritis & aliis gemmis, ad luxum & magnificentiam.

Gemmiferi amnes ſunt Aceſinus & Ganges, terrarum autem omnium maximè India. *Plin. l. 37. c. vlt.*

Margaritis abundat Taprobana inſula & Toidis: item Perimula promontorium Indiæ. Præcipuè autem laudantur circa Arabiæ in Perſico ſinu maris rubei. In Britannia parui & decolores naſcuntur. *Plin. l. 9. c. 35.*

Adamas Æthiopicus & Arabicus laudatus. Smaragdus Scythicus, Bactrianus, Ægyptius, Cyprius, Opalus Indus. Sardonyche Inda. Carbunculus Indus, Garamanticus, Æthiopicus, Alabandicus. Sarda Sardibus primùm reperta, laudatiſſima Babylonia. Topazius Arabicus. Iaſpis Scythica, Cypria, Ægyptia. Amethyſtus Indica & Arabica. Hya-
C cinthus & Chryſolitus Indieæ & Æthiopieæ Aſteria Caramanica & Indica, Carannias Caramanica. Iris Arabica *Plin. l. 37.* vbi gemmas factitias Phyſes appellari ſcribit, velut ipſius naturæ admirationem vindicantes.

In Arabico mari eſt Ophiades inſula, ab euentu rei appellata, vel quod rex eam à ſerpentibus liberauit, vel quòd multi applicantes, à ſerpentibus interficerentur, & propter Topazium. Is eſt lapis pellucidus, ſplendore aureo refulgens, vt interdiu videri non poſſit, vſque adeo illuſtratur: noctu verò videtur ab iis, qui eum colligunt. Nam ſigno aliquo impoſito, de die effodiunt. Ægypti reges maximam hominum multitudinem, mercede conductam, ad horum lapidum collectionem: cuſtodiámque collocauerant. *Strabo l. 16.* De eo ſic Diodorus: Inuenitur In inſula ſinus Arabici Ophiade dicta, Topazius lapis, vitro ſimilis, colore aureo. Cuius acceſſus omnibus eſt interdictus, pœna mortis ad eam nauigantibus ſtatuta. Pauci cuſtodes inſulæ præſunt, vitam miſeram ducentes. Ne quis enim eos lapides furto auferre poſſit, nulla penitùs in inſula nauis relinquitur. Qui propè nauigant, regis timore haudquaquam propinquant inſulæ. Nutrimentum deferentes, e veſtigiò abſcedunt, cibo relicto. Cæteri propinqui inſulam non adeunt. Deficiente cibo ad litus ſedent omnes, vitæ ſubſidium expectantes.
D Hos qui deferunt, vt tardos ſæpè incuſant, velut in extremo vitæ poſiti. Hic lapis in petra naſcitur, die ob ſolis ſplendorem minimè apparens Noctu in vmbra lucet, procul oſtendens, quo ſit io loco. Cuſtodes ſorte diuiſi, ad loca vbi latent Topazij accedunt. Quem vbi noctu ſplendentem lapidis deſignant: eum poſtmodum die exciſum opificibus tradunt, qui ex eo Topazium eliciant. *Diod. l. 3. c. 5.*

Cum Troglodytis commercium tantum tempore Plinij intercedebat gemmæ carbunculi, ex Æthiopia vectæ. *Plin. l. 5. c. 5.*

In ſinu Perſico, qui à rubro mari verſus Aquilonem eſt ſitus vniones aluntur: à pectinibus quos Zambaces vocant. Horum pectinum quidam inuentus eſt, intra ſe alens vnionem ingentem, ac ſplendidiſſimum: qui cùm auctus menſuram vſitatam exceſſiſſet, radioſque ſplendore ſui fulgoris in morem eiacularetur: canis quidam marinus eum ſplendorem adamauit, & pulchritudinem perpetuò affectari cœpit: & quocunque vnde pectinis concham ferebant, eò canis quoque pernicioſi cuiuſdam dæmonis impulſu bacchabatur Id prodigium piſcator quidam animaduertens, ſtatuit pectinem machina quadam deprædari, [illegible] cum canis non conceſſit ſed captum pectinem in profundum aquæ abduxit. Proindè [illegible] Perſarum de pulchritudine margaritæ piſcator [illegible] fert, iſque ei [illegible] nos adiungit [illegible] in eo capiendo ipſi adſint. [illegible] ad [illegible] profecti, per [illegible] quot dies præſtolati eſſent [illegible] vt canis al[illegible] quantiſper [illegible] piſcator ſtatim [illegible] aquam inſecit & ad fundum delatus, præ[illegible] ſurſumque enat[illegible] ex [illegible] quem & ſtatim ij [illegible] priuſquam verò in lembum piſcator [illegible] canis miſerumque denorauit Voto [illegible] gem[illegible]tus eſt: qui eius ſpectaculo delectatus piſcatoris filios magnis donis affecit. Eum vnionem [illegible] Iuſtinianus Magnus c. auri libras Barbaris miſit [illegible] recuſarunt vendere, aſſeruantes eum in ſignum Perſicæ [illegible]. *Cedren.*

Æthiopia Zimiri dicta, regio arenoſa, Magnetem lapi-
E dem pretioſiſſimum producit, qui pari argento rependitur. Eadem in vicino monte Theameden lapidem gignit, qui ferrum omne abigit reſpuitque. *Plin. l. 36. c. 16.*

Cyprus inſula & Alabanda Aſiæ cryſtallum proferunt, teſte Solino. Quo argumento conuincitur. *Plin.* qui *l. vlt. Nat. hiſt.* ex vehementi gelu cryſtallum concreſcere putat. Rectius. *Diod. l. 2.* non vt frigoris, ſed cœleſtis caloris aquam puriſſimam congelari ſentit.

Gemmas maximéque margaritas ij habent populi, qui Cubagæ, & Cumanæ, & Teratequi inſulis (ſic enim eas appellant) in Septentrionem verſis paulum à media cœli conuerſione declinantibus ſunt proximi: vbi eas vrinatores expiſcantur, tanta cum mari aſſuetudine, vt ſemihoræ interdum ſpacium conchis margaritarum conquirendis ſub aqua ſe contineant. Earum magna vis ab incolis regibus Hiſpanis tradita, nobilium feminarum mundum facilè auxit. *Bemb l. 6 hiſt.*

Sanctus Crater Genuæ in ſacrario templi maximi religioſiſſimè cuſtoditur: refertque immenſi pretij ſmaragdum he-
G xagonum, eſcariæ patinæ modo cauatam. Partum id fuit antiquitùs ex Syriaca victoria: & ad publicum ciuitatis decus D. Laurentio conſecratum. *Iouius in Conſaluo.*

In Aquilonaribus terris ſunt quidam amnes gemmiferi, quoniam conchas producunt: è quarum teſtis albicantes margaritæ, licèt pallidæ, propter aërem gelidum, extrahuntur. Aer enim iſte roti admixtus, circa medium menſis Auguſti in concham deſcendit, cauſamque præſtat, vt quantociùs margaritæ in eo contentæ matureſcant. *Olaus lib. 21. cap. 21. Septent. gent.*

Quantum apud Romanos Indicis margaritis pretium eſt, tantum apud Indos in curalio. Namque iſta perſuaſione gentium conſtat. Gignitur quidem & in Rubro mari, ſed nigrius: item in Perſico vocatur Iace, laudatiſſimum in Gallico ſinu circa Stoëchadas inſulas, & in Siculo circa Heliam ac Drapanum. Naſcitur & apud Grauiſcas, & ante Neapolim Campaniæ: maximeque rubens, ſed molle, & ideo viliſſimum Erythris. Aiunt tactu protinus lapideſcere, ſi viuat. Itaque occupari euellique retibus aut acri ferramento præcidi. Hac de cauſa curallum vocitatum interpretantur, [illegible]. Auctoritas baccarum eius non minus Indorum viris quoque pretioſa eſt, quàm fœminis Rom. vniones Indici. Aruſpices eorum vateſque imprimis religioſum
H id geſtamen amoliendis periculis arbitrantur. Itaque & decore & religione gaudens. Priùs quam hoc innoteſceret, Galli gladios, ſcuta, galeas, adornabant eo. Nunc tanta penuria eſt vendibili merce, vt perquàm rarò cernatur in ſuo orbe. *Plin. l. 32. c. 2.*

Oculus Catti ex Zeilana, laudatiſſimus: in Pegua, nonnolli multò pluris apud Indos, quam Luſitanos; fit. Lineus pannus ita ad lapidem hunc compreſſus, vt gemmæ meditullium ſiue oculum tangat, nullo igni vri poteſt. Saphyri genus vtrumque, aqueum & obſcurum inuenitur in Calecutio, Cananore, & Biſnagua: præſtantiores ex Zeilana: laudatiſſimi ex Pegua adferuntur. Hyacinthus & Granatus naſcuntur in Calecurio, & Cananore. Granatos præbet Cambaia & Balaguara. *Ioan. Metellus.*

Gene

A

Generatio.

Definitio, E[illegible] A[illegible]

GE[illegible] apud *Ariſtotelem* u[illegible] & medio [illegible]od[illegible] Fus[illegible] ci[illegible] [illegible] tam ſubſtant[illegible] q[illegible] S[illegible] p[illegible] productio[illegible] Medi[illegible] [illegible]plectitur o[illegible]mem & [illegible]n[illegible]lem gene[illegible] A[illegible] [illegible]logis diuiditur in cre[illegible] & [illegible].

[illegible] autem [illegible] genera[illegible] [illegible]ophi[illegible] eſt mu[illegible] non eſſe ad eſſe. Quæ defini[illegible] locum non h[illegible] [illegible] tione increete, & æterne, qualis eſt proceſſi[illegible] [illegible]nis, qua à patre filius tanquam verbum menti[illegible] a[illegible] lio, inſtar amoris, producitur Spiritus ſanct[illegible] creatæ & phyſicæ, quæ mutationi ſu[illegible]cet, & per[illegible] producitur quod prius non fuit. *Cuius* etiam pr[illegible] [illegible]ceſſario requiſita ſunt, materia, forma, & priu[illegible]

Solet autem magis propriè intelligi Generati[illegible] pro [illegible]ratione viuentis: eaque iterum ſumitur latè, pro produ[illegible]ne viuentis à quocunque: quomodo etiam generari di[illegible]tur, quæ ex putrefactione oriuntur. Strictius ſiue medio modo, pro productione viuentis ab alio viuente, ſeruatis certis conditionibus. Strictiſſimè vero pro productione viuentis ab alio viuente, non tamen quolibet, ſed per cognitionem operante. Quomodo definitur eſſe proceſſio viuentis à principio vitæ coniuncto, & per cognitionem & amorem operante, producente ex vi generationis ſibi ſimile, quæ definitio etiam conuenit generationi æternæ per quam ex vi intellectionis filius procedit, & habet quod ſit imago Patris, eique ſimilis, quod ite Spiritui ſancto non conuenit, qui per actum amanti producitur, ad quem proinde ratio imaginis non ſpectat, vnde neque filius dici poteſt. Non enim ex vi generationis procedit tanquam ſimile principio.

B

DE GENERATIONE PHYSICA HOMINVM.

Viri Qui Pepererunt.

Calliphanes ſupra Naſamonas credidit Macblyes habitare, androgynoſque eſſe, vtriuſque videlicet naturæ, vicibuſque inter ſe coire. *Ariſtoteles* adiicit, dextram his mammam virilem eſſe, læuam muliebrem. *Sab. l. 4. Enn. 1.*

Prodit *Dion* pſyllos eſſe omnes viros: neque enim compertum eſſe Pſyllam feminam: 'φόρτας γὰ inquit ἐξαλλάνων

C Natos experiundi gratie ſerpentibus obiectant. Hine docte admodum & ſcite pſylleos nuncupamus, qui pſyllos agnot, quodammodo obtrectatorum occurſantes veneno. *Cal. l. 4. c. 23. Antiq. Lect.*

Dorotheus Medicus in commentarios ſuos retulit Alexandriæ in Ægypto Cynædum peperiſſe: fœtum conditum miraculi cauſa aſſeruari. In Germania in exercitu Romano quem T. Curtilius Mancias duxit, Seruus militis peperit. Q. Voluſio Saturnino & P. Corn. Scipione Coſſ. *Phlegon. Trallian. de mirabilibus & longæuis.*

Apud Gymnoſophiſtas Indorum, quaſi per manus huius opinionis auctoritas traditur, Budam Principem dogmatis eorum è latere ſuo virginem generaſſe. *Calius lib. 14. cap. 1. Antiq. Lect.*

ÆTATE AD GIGNENDVM INEPTA

Qui Genuerunt, Nimirum Vel Pueri.

Glaterus, Antigoni regis frater, nouiſſe ſe ſcribit quendam Hominem, qui ſpatio ſeptennij & puer fuerit, & adoleſcens, & vir, & ſenex, & vxorem duxerit, & progenerata prole mortuus. *Plegon. de mirabilib.*

D Hercvles puer L. virgines, Theſpij vel Theſtij Atheniensis filias, vna nocte grauidas reddidit: ex quibus L. geniti mares, communi nomine Theſpiadæ dicti ſunt. *Diod. lib. 4. cap. 3.*

D. Hieron. hanc recenſet hiſtoriam: Audiui (inquit) Domino teſte, non mentior. Quædam Muliercule, quum infantem nutriret expoſitum, & ſtillaret cibos, ac nutricis fungeretur officio, cubaretque cum ea paruulus, qui vſque ad decimum annum iam perueneret: accidit, vt plus quam pudicitia patitur ſe mero ingurgitauerit, accenſaque libidine obſcænis moribus infantem ad libidinem duxerit. Prima ebrietas alterius noctis, & cæterarum deinceps conſuetudinem fecit, necdum menſes duo erant euoluti, & ecce fœminæ intumuit vterus. *Calius l. 14. c. 8. A. L.*

[illegible]

Abr[illegible] geneſis h[illegible]um [illegible] [illegible]n d[illegible]nus: A[illegible] [illegible] S[illegible]em[illegible]

[illegible]

Scr[illegible]gint[illegible] an[illegible]iſſimu[illegible] on[illegible] [illegible]ndo ap[illegible] p[illegible]b[illegible] [illegible]c a[illegible]ge[illegible] [illegible] & [illegible] [illegible]tere t[illegible] qu[illegible] [illegible], & puerum qu[illegible] dim[illegible] [illegible] nat[illegible] [illegible] *Diod.* [illegible] *Val. l. 4.* F
[illegible] 14. filium vocat Methymatum, [illegible]*idas* vero Stembam. *Solin. c. 4. Plin. lib. 1. cap. 14.*

Sigismvndvs Polcaſtrus Medicus & Philoſophus Patauinus, qui ſupra L. ann. docuit, in ſenectute quatuor filiis breui tempore orbatus, ſeptuegenarius ad ſuſcitandam ſibi prolem, vxorem ſecundam duxit, ex qua ei tres filij nati ſunt: quorum primogenitum Antonium doctrinæ infulia vtriuſque iuris cenſuræ vidit de more ab eius præceptoribus decorari. Hieronymum vero ipſamet philoſophica laurea cum ſummo gaudio tremulis præ ſenectute manibus exornauit, & obortis præ lætitia lachrymis tenerrime exoſculatus eſt. Poſt hæc autem non diu ſuperuixit, annos natus nonaginta quatuor. *Bern. lib. 2. claſſe 9. hiſt. Pat.*

CONCEPTVS MVLIERVM ADMIRABILES

Quæ Vel Virgines, Vel Abſque Viri Congreſſu Conceperunt verum exemplum vnicum.

Virginis ſacro ſanctæ Mariæ puerperium, propheticum carmen, Sybillinæ voces, Ethnica oracula, tam manifeſto prædixerunt euentu, vt in nouo & incredibili penè myſte- G
rio, cuius ne humana quidem mens ſit capax, nihil ſit eorum, quæ fide continentur, cui libentius accedat humana pietas. *Sab. l. 1. c. 1.*

Mendacia Exempla.

Scriptum reliquit *Homerus in Hymno in Apollinem*, Iunonem ægrè ferentem, quod Iupiter ſine ſe ex capite Mineruam peperiſſet, cœlum ac terram precatam fuiſſe, omneſque deos ſuperos & inferos, vt poſſet & ipſa ſine maris congreſſu perere. Cùm ergo manu humum percuſſiſſet, natus eſt inde Typhon, qui Draconæ educandus traditus eſt. *Natalis Comes Myth. l. 6. c. ex.*

Filia amnis Sangarij amygdali fructibus grauida facta in fabulis narretur.

Fabuloſum eſt, quod de Perictione Platonis matre circumferunt, Apollinis compreſſu grauidam, cum virgo eſſet, peperiſſe. Fabuloſum, inquam, hoc eſt atque etiam impium. Nemo de virgine naſcitur verus homo, niſi qui vi diuinitatis corpus in omnem animæ nutum obediens efficere poteſt. *Calius l. 14. c. 1. A. L.*

Ex Rachele matre adhuc virgine ſe natum fuiſſe, iecta- H
bet mendaciter Simon Magus, vt Deum ſe mentiretur. *Clemens lib. 2. Recognit.*

Quæ attractione ſeminis forinſecus.

Scribit *Auerroës*, nouiſſe ſe Feminam in vicina cohabitantem, probis moribus & fidei integræ, quæ iureiurando confirmaret, concepiſſe infantem ſemine ex balneo attracto, quod profudiſſet laſciuiens Maſturbator. *Calius lib. 4. cap. 10. Antiq. Lect.*

Quæ ſuperfœtarunt.

Præter mulierem, pauca animalia coïtum nouère grauida. Vnum quidem omnino aut alterum ſuperfœtat. Erat in monumentis etiam medicorum, & quibus talia conſectari curæ fuit, vno abortu 12. puerperia egeſta. Sed vbi paululum temporis inter duos conceptus interceſſit, vterque perfertur: vt in Hercule Alcmenæ F. & Iphiclo fratre eius apparuit, & in ea,

Quæ

A Quæ genuino partu, alterum marito ſimilem alterum adultero genuit: item in Proconneſia ancilla, quæ eiuſdem dici coitu, alterum domino ſimilem, alterum procuratori eius: & in Aſia, quæ vnum iuſto partu, quinque menſium alterum edidit? rurſus in Aſia, quæ ſeptem menſium edito puerperio, inſecutis menſibus gemiuos enixa eſt. *Plinius l. 7. cap. 11.*

Quæ prompta conceperunt.

Theſtiades (aliis Theſpiades) ſorores L. ab Hercule vna nocte compreſſæ, omnes conceperunt mares: maxima item & natu minima gemellos ex quibus duo Thebis manſêre, quorum progenies in honore fuit: ſeptem Theſpiis, quos Demuchios appellant. *Diod. l. 4. c. 3. Herod.* autem ſeptem diebus, non vna nocte, mulieres redditas ſcribit.

Cum Hercules Eleos viciſſet, & Angeam regem (qui pro repurgatis agris pretium negabat) impetrata facere coegiſſet, Eleorum fœminæ viduatam viris patriam videntes, vota Palladi nuncupauerunt, ſi grauidæ ad primos virorum congreſſus fierent. Voti compotes, templum Palladi exB ſtruxerunt: iſque locus, in quo primus congreſſus factus eſt, Badyn nomen obtinuit, atque etiam flumen vicinum. *Pauſanias. l. 5.*

Quæ ætate inhabili pepererunt. Vt puta.

vel PVELLÆ.

Magaſthenes auctor eſt, mulieres Palææ habitantes, ſex annos natas parere. *Plegon. de mirab. & longæuis.*

VETVLÆ.

Sara iam nonagenaria Abrahamo centeſimum annum agenti Iſaac peperit. *Gen. 21.*

Intempeſtiuus Elizabetæ matris vterus, fauſtum Ioannis Zachariæ filij, ſalutaremque terris deſpondit ortum. Nihil Deus non mirifice & vtiliter operatur. Mulier quæ diu per ætatem mater fieri potuit, ſterilis fuerat, iam grandi natu & decrepita, prægnans facta eſt. *Sabellicus l. 1. cap. 1. ex Luca 1. cap.*

Cornelia ex Scipionum gente (diuerſa à Gracchorum matre) poſt ſexageſimum ſecundum annum, ex L. Voluſio Saturno, in præfectura vrbis extincto genuit Voluſium Saturninum, qui poſtea conſul fuit. *Plinius lib. 7. c. 14. & Sabell. lib. 3.*
C *Enn. 6.*

Vidiſſe refert *Albertus* mulierem in Germania, cuius primogenitus vltimum quadraginta annis ſuperabat. Fieri poteſt, quandoquidem ad ſexageſimum vſque parere poſſit mulier. *Card. de rer. var. l. 8. c. 43.*

Henrico IV. Imperatore Conſtantiam Celeſtinus III. Pp. è Cœnobio exemptam deſpondit, & dotis nomine Siciliæ & Neapolis regna, pro ea quam à Petro habuit poteſtate, tribuit. Illa iam quinquagenaria cum vterum præter ſpem ferre deprehenſa eſſet, ne quis fraudi aut ſuſpicioni locus relinqueretur, inſtante partus tempore, in vrbe (Ieſi) foro medio tentorium erigi, & quotquot vellent viros & mulieres ſpectatores eſſe permiſit. Peperit igitur Fridericum II. eumque Duciſſæ Spoletanæ alendum commiſit, anno ſalutis 1194. *Collenutius libro 4. hiſtoria Neapolitana Cuſpinianus.* in tentoriis in pratis Panormi, multis vtriuſque ſexus aſtantibus Fridericum peperiſſe ſcribit, nec multo poſt peperiſſe etiam filiam Mariam quæ Conrado duci Boëmiæ ac Marchioni Morauiæ nupſit.
D

Partus mulierum. Reſpectu modi. Quæ pepererunt ſine dolore.

Vnicum exemplum eſt Mariæ virginis benedictæ, quæ cum ante, in, & poſt partum intemerata virgo, illæſis pudicitiæ clauſtris permanſerit, nemo ſanæ mentis eam in partu dolores perſenſiſſe dixerit. Potuit enim diuinitas ipſa corpus per medias dimenſiones abſque labore traducere, quæ eidem ſuper aquas ambulanti pondus adimere potuit.

Cum dolore paruo.

Helnia mater M. Tullij Cic. I. non ſan. abſque dolore peperiſſe fertur. *Plut in Cicerone.*

MAGNO, MVLTO.

Scriptum reliquit *Pauſan. in Bœoticis*, Iunonem odio publicis Alcmenæ commotam, cum ſciret inſtare tempus pariendi, mulieres veneficas iuiſſe ſiſſe, quæ partum impedirent. Fertur eo tempore Hiſtoris Tireſiæ filia (alij Galanthidem ancillam malunt) veneficas illas aſtutia eluſiſſe: nam è loco quodam, vnde illæ facile audire poſſent, exclamauit, Alcmenam peperiſſe. Ea voce illæ territæ abierunt. Alcmena illico enixa eſt. Alij diuerſam ab hac ratione tradiderunt. Cùm nonum E menſem ageret Hercules in vtero matris, & ſeptimum Euriſthenes Sthenelidi filius fama eſt iuraſſe Iouem alterum horum alteri imperaturum: atque ad illum pertinere imperium, qui prior natus eodem die fuiſſet. Id cum ſenſiſſet Iuno, ſeptimeſtrem Euriſtheum ex vtero matris exire fecit. ac Herculi ortum in primum diem menſis x. vſque prorogauit, vt ait Theocritus in paruo Hercule. *Calius lib. 17. cap. 12. & Natalis Comes lib. 7. cap. 1.*

Stratonicus cum Timothei Athenienſium ducis clariſſimi vxoris dolorem partus audiuiſſet: Si operarium, inquit, ac non deum peperiſſet, quales voces emiſiſſet? *Athenæus l. 8. c. 7.* Iriſit vir tam acutiſſimus hominum ſtultitiam, qui regibus ac potentioribus diuinos adſcribunt honores: cum ex communi illa natiuitate appareat, æque homines eſſe, vt nos, qui infima ſorte viuimus. *Eraſ. in Apoph.*

Caliæ Sueſſionenſi villa tribus hebdomadibus laborans. Mulier è partu, perſuaſa à vicinis, voto ſe obſtrinxit, quod nudis pedibus ad ſanctam Mariam itura eſſet. Ergo ſtatim doloribus leuata eſt. Primo autem peperit tres lapides, vnum magnitudine oui anſerini; alterum gallinacei, tertium nucis. Hos ſecutus eſt infans, qui baptiſmate tinctus paucos vixit dies. F
Chron. Anton. circa ann. 10 0.

Elfreda Aluuredi Anglorum regis filia cuidam Ethelredo inter Mercios principi viro locata, cum pariendo vehementer laboraſſet, perpetuo in poſterum viri complexum abhorruit: dictitans, ſtultiſſimum eſſe, eiuſmodi voluptati indulgere, aut operam dare quæ tantum doloris factura eſſet. *Polyd. lib. 5.*

Læta è Petrarcho Florentino ſuſceptum Franc. Petrarcham poëtam eximium, an 1304. XIII Kal. Sept. Aretij tanto labore edidit, vt vel mediocrium iudicio deplorata videretur. *Hier. Squarzaficus in eius vita.*

TEMPVS.

Quæ partum ediderunt.

Imperfectum. Abortiuum.

Veteribus licebat ſeruos occidere, pueros exponere, eaque propter licuit etiam tum Hippocrati ſiue Polybo, petente id domina, abortum procurare, Chriſtianis non licet. De quo ☞ *Vide Tit. de Aborſu.*

Euſebia Conſtantij Imp. vxor ſterilis inuidens Helenæ Iu- G liani Apoſtatæ Conſtantini Magni F. fœcunditatem, veneno per fraudem dato effecit, vt quotieſcumque concepiſſet immaturum fœtum eiiceret. *Marcellinus.*

Terræ motu vehemente concuſſis Venetiis ſub annum Chriſti 1342. per dies xv. omnes fere grauidæ mulieres, quæ tum in vrbe erant abortum fecêre, *Sab. lib. 8. Enn. 9. & l. 31 Decadis 2.*

☞ *Huc refer ex Loco & Titulis de Aborſu pleraque.*

---

* Genitalia.

GENITALIVM AFFECTVS.

☞ *Quare affectus partium corporis Loco de Corpore.*

VIOLATIO VETITA.

H

Lege Cæſarea mortis ſupplicio ponitur perinde ac homicida, qui Genitalia violare, aut imputare fuerit aggreſſus. *Conſtit. 142. tit. 4. L. 3. §. qui hominem, L. Cornelia §. conſtitutum.*

Deus olim in lege ſcripta cauerat, nè, qua mulier apprehenderet virilia membra violentè, iubet namque vt talis puniatur abſciſſione manus: quia horret lex *ait Caietanus*, vt membra viri quæ directè ad muliebrem ſexum perficiendum ſunt producta, mulier lædere aut violare audeat. *Deut. cap. 25.*

Iuuat hic adiungere hiſtoriam ſatis lepidam, quam ex *Luitprando Diacono Ticinenſi* narrat *Alciatus*, de Theobaldo Vabrorum Duce. Cum enim aduerſus Græcos dimicaret, qui Beneuentum tenebant, omnes quotquot ex hoſtibus capturos habere poterat, amputatis virilibus dimittebat: donec Mulier quædam Beneuentana ad eum venit, & quod feminis bellum inferret exprobrauit, tantumque apud eum facundi oris ſermone effecit, vt illi pœnæ modum poneret. *Lib. 7. parerg. Iur. cap. 23.*

A VSITATA. COMBVSTA. DONO DATA.

Caffres Æthiopes, qui oram maritimam qua ad caput vſque Bonæ Spei porrigitur, incolunt, grauiſſimis bellis ad inuicem conflictantur, prout quiſque vicus Regulum ſuum habet. Victores hoſtibus victis & cæſis amputant verenda, eaque exſiccata offerunt Regi, vel quorum procerum præſentia, ſumentes in eadem ſingulatim, & ad Regis pedes abiicientes. Rex collecta victori tanquam munus regium reſtituit, eaque victor filo connexa Reginæ largitur, quæ inſtar monilis ea de collo ſuſpendit, eoque ornamento ſe vel totius mundi reginam credit. *Ex 2. parte Indiæ Orientalis Ioan. Hugonis Lintſcotani Tabula IV.*

Inter alia crudelitatis barbaricæ tormenta, quæ ſchiſmatici in Anglia, & Hugonottæ in Gallia, ac in Belgio Geuſij circa Catholicos exercent, vnum etiam fuiſſe conſtat, quod iiſdem partes pudendas reſecauerunt, & in flammas iniecerunt ac combuſſerint. Qua de re extſtat Theatrum Crudelitatum Hæreticorum noſtri temporis, impreſſum Antuerpiæ anno

B M.DC.IV.

IGNAVIÆ, ET VIRTVTIS SIGNA.

Seſoſtrim Regem ferunt Arabicum ſinum primum longis nauibus ſe iſſe prætervectum, & varios trophæos duxiſſe, eoſque cum coleis & virili membro erexiſſe: idque in ſignum virtutis bellicæ & ſtrenuitatis. Si verò ignauiam indicare triumphando vellent, muliebria genitalia adſculpebant cippis, quos ſtatuebant. Ita *ex Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25. Genial. dier. Camerarius part. 1. hor. ſucciſiu. cap. 15.*

☞ *Conſulatur Locus de Eunuchis.*

* Generoſus. Generoſitas.

DEFINITIO, & ETYMOL.

GEneroſus, Græc. εὐγενής, ita differt à nobili, quod nobile eſt, id quod ex bono prodiit genere: Generoſum, quod non à ſui natura degenerauit. *ſec. Ariſt. lib. 1. de Anima.*

Generoſus eſt præclaro genere natus, vnde generoſitas, hoc eſt, nobilitas, & generoſe, nobiliter.

Viri nobiles & generoſi vocantur ab Hebræis *Bené Chorim,*

C id eſt, heroum filij. A voce Hebræa fluunt Græca, & Latini ἥρωες & heroes, *Chorim* vero, heroës, illuſtres viri, nobiles, togati, ſeu toga candida vtentes, viri vultu ingenuo, illuſtri, candido ſiue heroico conſpicui, herus, dominus. In plurali numero hæc vox *Chorim* occurrit, non in ſingulari. A fortibus enim & heroibus alij heroës generantur. Columba non parit aquilam.

Eſt & generoſitas quædam religioſa, & nihil aliud quam animi conſtantia à maioribus accepta, in rebus ad Deum pertinentibus exhibita. De qua infra dabimus exempla ex S. Scriptura.

VIRTVTES PROPRIÆ.

Generoſo animo proprium, memorem eſſe beneficiorum, & omnibus beneuolum ſe præſtare, plurimorum exemplis probatur. Petet ea lector ex locis eſtum virtutum proprijs, vbi plerique generoſi Principes adferuntur qui his claruerunt. Tecmeſſa Aiacis concubina apud Sophoclem non eſſe generoſis viris annumerandum dixit, cui oblinio obreperet beneficiorum.

D EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA S. SCRIPTVRÆ.

ELEAZARVS Iudæus. Is ex primoribus Scribis, vir iam prouectus ætate, & adſpectu faciei pulcherrimus, dum cogeretur ab Ethnicis carnes ſuillas (contra Legis diuinæ præſcriptum) comedere, dixit, Non hac ætate noſtra dignum eſt ſimulare, vt multi iuuenes arbitrantes Eleazarum nonagenarium tranſiuiſſe ad alienigenarum ritus, qui propter ſimulationem meam, & propter paululum iſtam & momentaneam vitam ſeducantur per me, & abominandam maculam ſenectutis comparem. Etenim ſi ad præſens extrahar è ſupplicio humano, at omnipotentis manus neque viuus neque mortuus effugiturus ſum. Quapropter nunc quidem viriliter vitam commutans morte, cum hac ſenectute dignus videbor, tum iuuenibus exemplum nobile relinquero, vt alacriter & generoſe pro grauibus & ſanctis legibus mortem oppetant honeſtam. Atque his dictis confeſtim ad tormentum venit. Cum autem plagis mortuus eſſet, ingemiſcens dixit, Domino, qui ſanctam cognitionem habet, manifeſtum eſt, me, cum potuerim liberari à morte, duros perferre corpore dolores flagellorum [illegible], animo verò libenter propter timorem ipſius hæc pati. *2. Machab.* 6. 18. 24. 25. &c.

Fratres ſeptem cum Matre pientiſſ. Iudæ Machabæi ſeculo ab Antiocho rege, vt illicitas [illegible] carnes comederent flagellis cogebantur. At qui primus [illegible] eorum cauſam dixit ita locutus eſt, Quid (o rex) rogare vis & diſcere a nobis: nam parati ſumus mori [illegible] quam patrias leges tranſgredi.

H[illegible] ibus [illegible], Secundus eadem animi generoſitate impium [illegible] contemnens, cum extremum in tormentis ageret ſpiritum, dixit, Tu quidem ſceleſtiſſime ex hac præſenti vita nos eximis: verum rex mundi mortuos [illegible] in æternam reſurrectionem vitæ.

Tertius, cum lingua ab eo poſceretur, eam cito protulit, & manus audacter protendit, dixitque generoſe, Hæc a Deo cœli poſſedi, atque hæc deſpicio propter eius leges, vt qui hæc ab ipſo ſpero me de integro reportaturum eſſe.

Quartus, cum prope eſſet vt moreretur, dixit, Optabile eſt mutari expectationes quæ ſunt ab hominibus, & quæ à Deo ſunt expectare, nos iterum reſurrecturos per ipſum etenim tibi (ô rex) reſurrectio ad vitam non erit.

Quintus, quem lictores crudeliter cædebant, reſpiciens in regem dixit. Poteſtatem inter homines habens, cum ſis corruptioni infeſtus, facis quod vis: verum ne putes genus noſtrum à Deo derelictum eſſe: ſed tu expecta, & contemplare magnam eius potentiam, vt te & ſemen tuum cruciaturus eſt. F

Sextus, moriturus dixit, Ne erres fruſtra, Nos enim propter nos ipſos perpetimur hæc, cum peccauerimus in Deum noſtrum, atque hæc digna admiratione facta ſunt in vero ne putes impunitum te fore, qui oppugnare Deum aggreſſus es.

Septimus minimus natu blanditus à rege pellectus eſt, vt à fratrum generoſitate deflecteret, ſed a matre ſua confirmatus, dixit. Quid expectatis? non ſum obediturus regis præcepto: ſed audio præcepta legis quæ maioribus noſtris per Moyſen data eſt, Tu autem (ô rex) qui omnis mali in Hebræos inuentor es, nequaquam effugies manum Dei, Nos enim propter noſtra ipſorum peccata patimur. Quod ſi increpationis ac eruditionis gratia Deus viuens in nos paulisper iratus eſt, at iterum conciliabitur ſeruis ſuis. Sed tu, ô impie & omnium hominum flagitioſiſſime, ne fruſtra extollaris fremens, & incertis ſpei exceptationibus freius in cœleſtes pueros attollentes manum, nondum G enim omnipotentis inſpectoris Dei manum effugiſti: etenim iam hi fratres mei, qui breuem laborem ſuſtinuerunt, diuino fœderi vitæ æternæ acciderunt, tu vero iudicio Dei iuſtas pœnas illius ſuperbiæ reportaturus es. Ego autem, ſicut fratres, mei corpus & animam trado pro legibus patriis, inuocãs Deum vt breui ſit propitius huic genti, vtque tu per quæſtiones & flagella ad confitendum adducaris Ipſum ſolum Deum eſſe. In me vero & fratribus meis ſiſtatur omnipotentis ira, quæ in vniuerſum genus noſtrum iuſte adducta eſt.

Mater prolis adeo generoſæ ſupra modum admirabilis fuit, dignaque memoriæ optimæ, quæ ſub tempus vnius diei ſimul videns perire ſeptem filios, forti ferebat animo, propter ſpes quas in Deo poſuerat: & vnumquemque eorum hortabatur voce patria, generoſo animo impleta, fœmineamque cogitationem maſculo animo excitans dicebat, Neſcio quomodo in vtero meo comparueritis, neque ego ſpiritum vitamque largita ſum vobis, neque primariam cuiuſq; informationem ego compaui. Igitur conditor ille mundi qui finxit hominum ortum, H & omnium naturam inuenit, ſpiritum & vitam vobis pro miſericordia iterum redditurus eſt, quandoquidem nunc vos ipſos deſpicitis propter leges ipſius. Ad minimum natu autem conuerſa dixit, Fili, miſerere mei, quæ nouem menſes te in vtero circumtuli, quæ lactaui te triennium, quæ educaui te & perduxi ad ætatem hanc vſque, & quæ moleſtias educationis pertuli. Peto à te, fili, vt reſpiciens in cœlum & terram, vt videns omnia quæ in eis ſunt, agnoſcas Deum hæc feciſſe ex iis quæ non erant, & humanum genus ita factum eſſe. Ne timeas carnificem iſtum ſed eſto dignus fratribus tuis, mortémq; ſuſcipe, vt eadem miſericordia cum tuis fratribus excipiam te.

Fratres autem, cum matre, alij alios hortabantur ante ſupplicium, ad generoſe abeundam mortem, dicentes. Dominus Deus inſpicit, & reuerà de nobis conſolationem accepturus eſt, quemadmodum declarauit Moyſes (*Deut.* 32. 36.) dicens, Et de ſuis conſolationem accipiet. *Vide totum cap. 7. 2. libri Machab.*

Paternus proconſul Carthaginenſis ad D. Cyprianum coram tribunali ſuo accerſitum dixit, audiui quod tu deorum cultum

pro

A pro nihilo ducas: vnde hortor vt conſulas tibi, & deos honores. Cyprianus reſpondit: Chriſtianus ego ſum & nullos alios deos noui, niſi vnum & verum Deum, qui creauit cœlum & terram mare & omnia quæ in eis ſunt. Huic Deo Chriſtiani ſeruimus, hunc nocte dieque deprecamur pro omnibus, etiam pro imperatoribus. Proconſul dixit, Si in hac voluntate perſeueraueris, peſſima morte peribis. Cyprianus reſpondit, Bona voluntas eſt quæ Deum timet: & ideo non poteſt immutari. Proconſul dixit, Quia in hac voluntate permanes, ſecundum præſcripta principum exilio deputandus es. Cyprianus reſpondit, Exul non erit qui Deum in mente habebit: quoniam Domini eſt terra & plenitudo eius. Dixit Proconſul, Antequam proficiſcaris, Dic vbi ſint presbyteri qui in hac ciuitate eſſe dicuntur, vel ſimiles tui. Reſpondit Cyprianus, Bene atq; vtiliter legibus veſtris ſanxiſtis, nullos delatores eſſe debere: idcirco a me prodi non debent, ſed a vobis inuenientur: quod & hoc cenſuiſtis, vt nullus ſe vltro offerret: Dixit Proconſul, Ego à te eum tormentis eos exquiram. Reſpondit Cyprianus, Per me non prodentur. Proconſul dixit: Præceptum Principum B eſt, ne qui Chriſtiani conciliabula faciant, vel cœmeteria ingrediantur: & ſi quis hoc violauerit, gladio animaduertatur. Cyprianus reſpondit. Fac quod tibi præceptum eſt. Cum ergo videret animum eius immutabilem in religione diuina, miſit in exilium. Mortuo Paterno Galerius Proconſul Cyprianum exilio reuerſum interrogauit dicens, Tu es Thaſcius Cyprianus? Cyprianus reſpondit, Ego. Proconſul dixit, Tu es quem Chriſtiani Papam ſuum nominant? Reſpondit, Ego. Iuſſerunt (inquit Proconſul) tibi principes noſtri adorare Deos. Non faciam, inquit Cyprianus. At Proconſul, Melius facies, ait, ſi ſaluti tuæ conſulas, & Deos non contemnas. Cui Cyprianus, Salus mea & virtus mea Chriſtus Dominus eſt, cui ſine fine ſeruire deſidero. Tum Proconſul, Vicem tuam doleo & vellem conſulere tibi. Cyprianus reſpondens, conſultum, ait, mihi melius non eſſe quæro, quam vt Deum meum adorans, ad ipſum tota mentis auiditate feſtinem: quoniam non ſunt cōdignæ paſſiones huius temporis ad ſuperuenturā gloriam quæ reuelabitur in nobis. Morti adiudicatus, ſpeculatori iuſſit à ſuis dari viginti aureos: & proſtratus in terram, orauit cum lachrymis: cumque C eſſet ſentētia recitata, vt gladio feriretur, ſtatim reſpōdit, Amē, & ceruicem offerens gladio temporalem vitam finiuit, recepturus à Deo ſine fine perpetuam. *Paul. Diac. in vita D. Cyprian.*

Mulier quædam Africana, Cypriani temporibus, nomine Bona, tracta è proprio marito ad ſacrificandum, conſcientia non commiſſi, ſed quia tenentes manus eius ipſi ſacrificabant, ſic ipſa cœpit dicere contra: Non feci, vos feciſtis. Ideo extorris facta eſt. *D. Cyprian. l. 5. Epiſt. 15.*

EXEMPLA ET APOPHTHEGMATA
HISTORICA.

PHILEDORVS Alcamenis F. in eum qui non ceſſabat hoſtibus minitari: Non intelligis, inquit, te maximam vindictæ partem fruſtra conſumere? Nam qui cupit inimicum vlciſci, nihil aliud efficit minando, niſi vt præmonito inimico, ſibi ipſi maiores ſtruat inſidias. *Plut. in Lacon.*

ASTYCRATIDAS, poſtquam Agis ſuperatus eſt apud Megalopolim in prælio aduerſus Antigonum, cuidam dicenti, quid nunc facturi eſtis Lacedæmonij? Macedonibúſne ſeruituri? Quid tandem, inquit? Num Antigonus vetare poteſt, quo minus in D pugna pro patria mortem oppetamus? *Ibid.*

ANAXICLES cuidam dicenti, admirari ſeſe, quod cum diſcendi tam auidus eſſet, tamen non adiungeret ſibi Philophanem ſophiſtam: regali prorſus indole reſpondit: Eorum diſcipulus eſſe volo, quorum ſum & filius. Significans non minus intereſſe quos nactus ſis parentes, quam quos informatores & educatores adſciſcas. *Ibid.*

Thebani dum debellatis ac fugatis apud Leuctra Lacedæmoniis ad ipſum veniſſent Eurotam, & quidam gloriabundus dixiſſet: Vbi nunc ſunt Lacones? Spartanus ab illis captus, Non adſunt, inquit, alioqui vos huc non aduenissetis. Ne victus quidem & captiuus potuit indolis Laconicæ obliuiſci, nec tulit viri iactantiam. *Ibid.*

Cum Lacedæmoniorum rex polliceretur ſe funditus euerſurum ciuitatem quandam, quæ ſæpe numero Lacedæmoniis negotium exhibuerat, non permiſerunt Ephori, dicentes, Nequaquam abolebis iuuenum cotem. Vrbem infeſtam appellabant cotem iuuentutis, eo quod hoſtibus ipſa iuuentus acueretur ad bellandi peritiam. *Ibid.*

Mos erat apud Lacedæmonios, vt rex hoſtes aggrederetur præcedente quopiā geſtante coronam, qui in certamine victor E aliquando tuliſſet coronam. Cum igitur Lacon quidam in Olympiis magnam pecuniæ vim reſpuiſſet, & coronam prætuliſſet cuidam dicenti, Quid emolumenti tibi adferet victoria? ridens reſpondit: Ante regem, inquit, coronatus incedens pugnabo cum hoſtibus. *Ibid.*

Apud Lacedæmonios duo pueri cum inter ſe pugnaſſent, & vnus alteri lethale vulnus inflixiſſet, puerorum ſodales ſaucium iam morientem conſolantur, ac pollicentem vltionem. At ille, Nequaquam, inquit, de vltione cogitandum eſt: quādoquidem ego idem facturus eram, quod fecit ipſe, ſi potuiſſem. *Ibid.*

Lacon quidam ſagitta percuſſus, cum animam ageret, dicebat: Non me mouet quod morior, ſed partim quod ab imbello ſagittario, ac muliercula timidi, partim quod nullo facinore edito morior. *Plut. in Lacon.*

* Geneſis.

QVID. ETYMOL. DIVISIO. SCRIPTORES. F

PRimus ſacrorum Bibliorum Liber eſt Geneſis Ita eum appellant cum Græci, tum Latini Patres. Hebraice autem inſcribitur à prima libri voce, iuxta morem Hebræorum, *bereſcit*, בראשית hoc eſt, In Principio. Enarrat autem generationem mundi, hoc eſt creationem illius, propagationem hominum, & geſta Patriarcharum per annos 2310. ſecundùm veriorem ſupputationem: tot enim fluxerunt anni à mundi prima creatione, vſque ad mortem Ioſeph, in qua liber iſte finitur.

Diuidi poteſt in quatuor partes, quas totidem tomi proſecutus eſt erudito Commentario, *Pererius*. Prima, complectitur geſta ab Adam vſque ad Diluuium, ſeptem capitibus: Secunda continet geſta à Noë & Diluuio vſque ad Abraham, idque vſque ad cap. 12. Tertia, geſta Abrahæ vſque ad cap. 25. Quarta, quæ vſque finem extenditur, acta Iſaac, Iacob, & Ioſeph, recenſet.

Scripſerunt in Geneſim varij. Ex veteribus *Origen. Hieron. Auguſt. Theodor. Procopius, Chryſoſt. Rupert. Baſil. Ambroſ.* ſaltem in aliquot capita; *Cyrillus*, & alij plures quorū meminit Bibliotheca SS. Patrum Recentiores, *Lyran. Dionyſ. Carthuſ. Hugo, Toſtatus*, & reliquis excellentius *Pererius*, & nunc omnium nouiſſimè *Cornelius à Lapide*, & *Leonard. Marius*, qui inſuper in G vniuerſam Scripturam eruditas ſuas lucubrationes promittit.

* Genethliaci.

☞ *Conſulatur Locus de Aſtrologia. Vbi multa de hoc hominum genere.*

* Genius. Genij.

QVID. QVI, VNDE DICTI.

GEnius à gignendo dicitur, & veteribus appellatur vniuſcuiuſque animus rationalis. Alij naturæ Deum, ſiue ipſam naturam, Genium vocant: alij ad voluptatem, & hilaritatem extendunt, vnde dicimus Genio benefacere, indulgere. & apud *Perſium* legimus.

Funde merum Genio.

Et iterum:

Indulge Genio, carpamus dulcia &c. H

Græci *δαίμονα* vocant.

GENII IMAGO.

Pingebant Genium veteres inſtar pueri, vultu blando, & dextera manu ariſtas ſiniſtra vuas, & capite papauera tenentis. Viſitur Romæ ſimilis imago cum hac inſcriptione, quæ ſchema explicet:

Quis tu lare puer? Genius. Cur dextera ariſtas,
Læua vuas, vertex curve papauer habent.
Hæc tua dona Deûm, Cereris, Bacchi atque Soporis.
Namque his mortales viuitis, & Genio.

Genij autem habebantur Dij, qui vt ſcribit *Cenſorinus*, curabant vt gigneremur: ſiue qui nos genitos ſuſcipiebant; ac tuebantur. Vnde & ipſa Elementa, & Planetas, Genios vocabant, quos etiam Gerulos nuncupatos à gerendo nonnulli volunt, quod per illos multa gererentur. Itaque Geniales Dij erant veteribus, quorum virtute omnia gignuntur: atque inter eos principem locum Soli aſſignabant.

A Binos Genios ab ipſo die Natali quique homini Deorum munere datos, bonum ſcilicet & malum, Empedocles exiſtimauit. Vnicum Menander. Alij unionem & Genium ſuum ſingulis dederunt, quaſi præſides & oppugnatores.

Platonis dogma erat, animas humanas dum ſunt in in corpore, Genios & dæmones appellari: cum à corpore ſeparantur, ſi benè vixerint, poſterorum ſuorum curam ſuſcipere, & vocari Lares: ſin ſceleratè vixerint, in mundo vagari, & Larvas hos quandoque velut exilio puniri, & inane terriculamentum hominibus fieri. Ita *Madaurenſis l. de Deo Socrat.* & refert. *Martin. De rio. diſquiſit. Magic l. 2. q. 17. ſect. 2.*

* Gens. Gentes.

☞ *Vide Ethnici.*

VSVS NOMINIS.

B GEntes & τὰ ἔθνη Græcè, Latinè populus genitus, ſignificationis ſuæ amplitudine complectitur omnem populum, nationem, turbamque numeroſam, in Regione aut Provincia quapiam viuentem. Ita vt latior ſit illius ſignificatio quàm Nationis, vna enim gens varias nationes continet: ita gens Italica, habet Etruſcos, Romanos campanos: Gallica, Picardos, Aquitanicos, & huiuſmodi plures. Similiter aliæ aliæ.

Cęterum in Litteris ſacris plerunque quando fit mentio Gentium, accipitur id nomen pro Idololatris, aut iis qui aliter de Deo ſentiunt, quam fideles ſentire debent: quos Græci vocant Ethnicos. Qui loquendi modus manauit à Iudæis, vt qui nationes omnes præter ſuam, Gentes ſiue Gentilea vocabant. Omnes itaque à Christiana religione alieni, ex vſu ſcriptorum ſacrorum dicuntur Ethnici ſeu Pagani. Reperitur interim etiam in numero ſingulari, Hebræorum Gens.

Iure Ciuili Gentiles dicebantur olim, quicunque non ſubiecti Romano, Imperio, iure etiam non ciuili, ſed Gentium viuebant. *C. Theod. l. 1. de nupt. Gent.*

GENTIVM ſiue ETHNICORVM *vocatio ad fidem.*

PRÆDICTA. PROMISSA.

C Ethnicorum ſiue Gentium ad fidem conuerſionem prædictam volunt S. Patres *Hieron. Chryſ. Rupert.* in Benedictione quam Noë dedit filio ſuo Iaphet, dicens: Dilatet Deus Iaphet, quib. verbis claram contineri prophetiam ſcribunt de Eccleſia Gentium dilatanda, & cum Iudæis iungenda. Ex Iaphet enim orti ſunt Gentiles, veluti ex Sem Iudæi & Christus. Poſteri enim Iaphet occupaſſe, exiſtimantur Europam, & Aſiæ partem Septentrionalem ad occaſum vergente. *Gen. c. 9.*

Moriturus Iacob *Gen. 49.* & benedicens filiis ſuis, dicebat Iudæ: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat qui mittendus eſt (Chaldæus vertit, donec Meſſias cuius eſt regnum veniat:) & ipſe erit exſpectatio Gentium, quomodo apud *Aggæum c. 2.* dicitur venturus deſideratus cunctis Gentib. Significatur ergo Christus fore exſpectatio Gentium, vt quem Gentes auide complectentur, ac ſi eum ſemper expectaſſent, quomodo per Eſaiam dicitur de eodem: Dedi te in lucem Gentium. Et Simeon ille grandæuus & timoratus, vocat illum lumen ad reuelationem Gentium. *Luc. c. 2.*

IMPLETA.

Apoſtoli Euangelium Iudæis prædicaturi, videntes eorum
D obſtinationem cordiſque duritiem, qua ſemper Spiritui S. reſiſtebant, eos relinquebant, & ad Gentium conuerſionem ſe accingebant. Siquidem Paulus & Barnabas, cum Antiochiæ Piſidiæ multos conuertiſſent, ac Iudæi concitarent aduerſus eos ſeditionem & blaſphemarent, contradicentes iis quæ à Paulo dicebantur, conſtanter dicebant: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; nempe tanquam filiis regni panis ille cæleſtis primùm frangendus erat; ſed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, Ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus, Poſui te in lucem gentium.

Eunuchus Candaciæ Reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius, venerat adorare in Hieruſalem, & reuertebatur ſedens ſuper currum ſuum, legenſque Eſaiam Prophetam. Dixit autem Spiritus Philippo, Accede & adiunge te ad currum iſtum. Accurrens autem Philippus, & aperiens os ſuum, euangelizauit illi Ieſum, eumque baptizauit. *Act. c. 8.*

Sed & Magi ab oriente venerunt cum muneribus adorare Christum, recens natum tanquam Gentium primitiæ: & per eos conuerſos Regionis iſtius incolas, conſtans eſt traditio; prout etiam per Eunuchum illum Candacis, Æthiopes Euangelij lucem accepiſſe memorant ſacræ hiſtoriæ.

Cornelius etiam Centurio [illegible] quæ dicitur I[illegible] lus Gentium primitiæ, ita eum appellat Origen[illegible] & g[illegible] fuit Gentilitatis, ad Christum præmiſſus, ab Apoſtolo [illegible] baptizatus & in fide Christiana inſtructus eſt, poſtquam P[illegible] orauit, & mentis e[illegible] illum patiens conuerſio Gentium oſtenſa fuerat per imaginem lintei magni quatuor [illegible] de [illegible] in terram ſubmiſſi, in quo erant omnia quadrupedia [illegible] & volatilia, quæ occidere iuſſus fuit, & manducare. Occidere certe primum erat Gentilitas, id eſt, infidelitas, priuſquam [illegible] ferretur vineæ Christianæ, & velut comeſtione quadam conuertenda in corpus Eccleſiæ. Quocirca Ambroſius dicit, [illegible] mum animal in Eccleſia immolatus eſt ex Gentibus Cornelius Centurio à Petro, cui etiam hæc obtigit prærogatiua, vt primus Gentiles aggregaret Eccleſiæ, nempe publica & ſolenni aggregatione. Eunuchus enim ille, quem tamen Proſelytum nonnulli volunt fuiſſe, tantum priuatim vocatus, & inſtructus fuit. *Actor. c. 10.*

F ☞ *Pete pleraque ex loco de Fide Chriſtianâ, ſiue de Religione qui propagarunt. Item ex loco Concionatorum, & ex loco de Apoſtolis, vbi in particulari deſcribentur Prouinciæ, quas qui conuerterint.*

GENTILIVM DII. ET GENTILITATIS ORIGO.

Primus Gentium Deus in lege Naturæ fuiſſe exiſtimatur Bel ſiue Belus, qui fuit primus Iupiter fuitque Nemrod Rex Babylonis anno 270. poſt Diluuium, regnauitque annis 65. iuxta omnes hiſtoricos, eique ſucceſſit Ninus in Imperio. Hic eſt autem Nemrod, qui ædificauit turrim Babel. Ninus autem filius eius, qui Beli filius vocatur, cum vtrumque nomen pater eius haberet, iuſſit patrem ſuum diuinis honoribus coli ab Hebræis: atque exhinc Idola apud Hebræos, Syros, & Phœnices vocata ſunt Bel, Baal Baalim, id eſt, Dominus & Dominator, quomodo Tartari ſuum Regem Cham, hoc eſt magnum Dominum appellant.

Notant ſcriptores ſacri, Gentilibus nimirum pro Deo habitum omnino illum, qui aliquid incredibile faceret, aut mirandum facinus ederet. Ita poſtquam vidiſſent viperam manui Pauli è G naufragio paulò antè erepti adhærentem, primum eum homicidam & maximum cenſebant peccatorem: vt verò cognouerunt & viderunt nihil eum pati detrimenti, dicebant eum eſſe Deum. *Act. c. 28.*

Lyſtrenſes quoque eumdem Paulum cum Barnaba, Deorum ritu venerabantur. *Act. c. 14.*

Cæterum hoc in Deorum Gentilium deſcriptione obſeruatur, quod plerunque Deos elegerint vitiis infames, vt ita patrocinium ſuis vitiis haberent ait *Greg. Nazianz. Epiſt. ad Nemeſ.* ex quo illud efficeretur, vt non ſolum impunitum maneret quoduis crimen, ſed velut honeſtum & laudabile exiſtimaretur, velut Deo quem colerent gratum. Quod idem notarunt omnes, qui aduerſus Gentes ſcripſerunt.

☞ *Conſule de hoc argumento locum de Superſtitione, & de Ethnicis. Item locum de Deo: vbi de diis Gentilium nonnulla.*

*GENTIVM MORES VARII.

Habet Gens quælibet ſuos mores, ſuaque ſtudia & ingenia prout eos ex propoſito varij ſcriptores poſteritati tradiderunt. Nos ex iis nonnulla dabimus, nè patribus noſtris defuiſſe videantur in tam fœcundo argumento. In Italiæ locis annotauit *Philalethes in Polycopienſis.* Ciuitatum diuerſas & ſtudiorum H & artificiorum inclinationes. Amant, inquit, Florentini Philoſophiæ partem, qua principes rerum cauſæ traduntur: plurimà faciunt Calabri Græcas literas: Neapolitani, Hetruſcas: Lucenſes, diuinas: Veronenſes, politiores: Vicentini, Philoſophiam moralem: Bononienſes, Mathematicas artes: Veneti, tem Muſicam: Ferrarienſes, Patauini, Salernitani, Medicinam: Senenſes, Dialecticorum argutias: Peruſini, Ius Pontificum: Mantuani Hebræorum litteras: Papienſes, Sophiſtarum nugas. In mercaturis Florentini callidi & cupidi rerum: Lucenſes, fideles: Genuenſes, audaciſſimi, lucrique cauſa laborum tolerantiſſimi: Veneti, præſenti pecunia emunt & diſtrahunt: Mediolanenſes, virium rei vendentes libere dicunt, & fidem vſque ad mortem ſeruant. In bello, Peruſini, ſtrenui: rapaces: Picenti: præcipites, Calabri: fortes, ſed inconſulti. Æmiliani: ſtratagemata norunt, Spoletini: crudeles, Ferrarienſes & Placentini. felices, Senenſes: truces, Romani: animoſi, Bononienſes, ſed parum ducibus obedientes. In maritimis bellis, Genuenſes

A nuenſes, ſtrenui, terreſtribus pecudes languidæ · Neapolitani ſtrenue hoſtem aggrediuntur : teli ſunt, Fauentini, dexteri Piſtarienſes clypeo : acies, Laudenſes : Pitauini & Veronenſes, optimi equites: Papienſes, vix fugiunt: Vicentini, victi ad vindicandum accenduntur: Veneti, optimi in claſſibus : Brixienſes excellentes in extruendis vallis aggeribus & cuniculis. Bergomates, in dolis & cratibus: Picentes & reliqui Ethruriæ, ſtupratores & crudeles : Florentini, optimi exploratores. In inſtrumentis, præſtant Venetorum pecuniæ. puluis pyrius, Ferrarienſium: ganæ, Mediolanenſium : equi, Neapolitani. currus, Placentini: clypei, Parmenſes: tentoria, Cremonenſium : enſes Taruiſiorum ad Sarxuallum : lanceæ, Papienſes. calcaria, Viterbienſium : Piſtorienſes pugiones. Hæc *Philalethes*, & plura de Italorum proprietatibus: ex quibus forſan hodie cum tempore plura immutata inuenirı poterunt.

Demoſthenes autem Macedones adeo barbaros dictos ait : vt neque ex his olim fingi vlli mancipium emi potuerit. & Theſſalos natura infidos & inconſtantes. Quibuſdam & viſum, vt

Anglia peccatrix: Germania fraudis amatrix:
Gallia dat vites: nutrit Britannia lites.

B *Dion Caſſius* dixit, Gallos ad quaſcumque res inexplebili cupiditate ferri: neque audaciæ neque timoris modum ſcire.

Alexandrinos ad audenda omnia ſatis promptos & temerarios, ad exequenda quæcumque propoſita : ad bellum tamen eiuſque labores ineptiſſimos : in ſeditionibus vitæ prodigos. *Iulius Maternus* ad Mauortium Lollianum ſcribens, Quædam gentes, inquit, ita à cœlo formatæ ſunt: vt propria ſint morum vnitate perſpicuæ Scythæ immanis feritatis crudelitate graſſantur : Itali ſiunt regali ſemper nobilitate præfulgidi : Galli ſtolidi : acuti Siculi : Luxurioſi ſemper Aſiatici & voluptatibus occupati. Hiſpani elata iactantiæ animoſitate præpoſiti. Ita de Gallis *Maternus* ſentit : cum tamen *Linius* illis tribuat robur, & in bellis præſtantiam : quæ & Romanos ſuperauit ſæpe cum illorum regali aſſignata nobilitate. Tribuit & Pœnis vt alij perfidiam.

At inter ipſos Gallos *Chriſtophorus Longolius* nominat Britones, duros : Vafros, Normannos ; religioſos, Francos, induſtrios, Frandros: mites Lotharingos : faciles Andegauos bellicoſos, Vaſcones : Burgundos feroces : Picardos alacres: fingit

C Sanctones atque Pictauos : Narbonenſes, fideles : fortes, Aruernos ; Hannonios pertinaces : magnanimos, Senones verſutos, Cenomanos : milites, Bituriges.

Cretenſes mendaces dixit D. *Paulus* iuxta verſiculum *Epimenidis*.

κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Et *Liuius*. Athenienſium populum fama eſt, inquit celerem & ſupra vires audacem eſſe ad conandum : Lacedæmoniorum cunctatiorem, & vix in ea quibus fidit ingredientem.

Henricus porro *Bebelius in prouerbiis Germanicis*, Pons, inquit, Polonicus Monachus Bohemicus, Sueuica Monialis, miles Auſtralis, Italorum deuotio, Alemannorum ieiunia, vix fabam valent omnia. Antiqui Græci tres populos improbitatis notarunt his verſibus :

Λυδὸς μὲν πρῶτα, δεύτερος Αἰγύπτιος.
Τρίτος δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι.
Lydi improbi poſt hos ſecundi Ægyptij,
Tertiique Cares perditiſſimi omnium.

D Notarunt & trium nationum inſignem improbitatem ænigmatice, dicentes, *τρία κάππα κάκιστα* : tria peſſima κ, nempe trium nationum quæ per C. vel κ nomen incipiunt, Cappadocum, Cretenſium & Cilicum. Quod quidam detorſerunt in Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulum. *Petr. Greg. Toloſ. l. 4. de repub. c. 4.*

Populi Septentrionales ſunt animoſi, ſed ſine aſtutia ſimplices, contra Meridionales ſunt aſtuti, ſed ad audendum impotentes. Mores Gallorum placidi & mites. Scoti, Angli, turbulenti, rebelles, homicidæ principum ſaltem ex maiori parte : vnde verò, an à principibus, an à ſubditis hoc acciderit, certe hiſtoriæ detegunt, ab vtriſque ſi ſint eiuſdem populi: Abiit enim in prouerbium : Anglus & Scotus tyrannice imperat : ſocietatem ſocij prodit & patris : ſeruus infideliter ſeruit : forſan hoc falſum in quibuſdam: ſed à communiter contingentibus ita concluſum fuiſſe plures arbitrantur : nec illis fidendum admonent. Et certè ſi verum ſit, rebellis illa natio & ad parricidia prona, non poteſt, niſi E cum extrema ſeueritate, regi : & cum Herili potius quam paterno imperio. Quemadmodum populi qui habitant in partibus extremis Septentrionis, & Meridionalibus, propter exceſſum frigidi & calidi aeris ambientis, exiſtimantur eſſe moribus beſtialibus & incompoſitis. In illis enim abundat Phlegma, aut pituita, quæ ſtupidos reddit, in iſtis, bilis recocta, quæ illos reddit melancholicos & brutales. Orientales ſunt tractabiles Occidentales magis ſolitarij & ſuperbi. Qui enim habitant in locis, ventis vehementibus, agitatis: & ipſi inquieti & turbulenti ſolent eſſe : vt contrà moribus conſtantibus ſunt, qui & loca quieta & ventis non vexata colunt. Montani participant cum ſiluestri & ferinei natura : vt qui in vallibus molles & effœminati fere ſunt, Qui ſterilia loca incolunt : induſtria vt plerumque valent : qui fœcunda, otio deſidioſi. Maritimi ob multorum hominum conuentus, ſubdoli, ſagaces in ſuis negotiis tranſigendis. *Idem l. 10. c. 6.*

* *Gentium inclinationes, vitia, & mores, ex cœli Climate, & loci natura ex lib. 4. Alexandri ab Alexandro cap. 13.* F

Vt quædam Regiones, quibus aer eſt purus & tenuis, ingenia ſubtilia & acuta : Quædam vbi aer craſſius, hebetiora producunt : Ita etiam ex Cœli rigore vel clementia, nonnunquam ex ſiderum ſtatu, vel influxu, virtutes vitiáque Gentibus innaſci, quæ ingenita adeo loci incolas efficiunt, itaque corporibus animiſque inſident, vt illa habeãt propria & perpetua. Siquidem Campani ſuperbi natura, & bonitate agrorum ex mitiſſimo cœlo & affluenti copia voluptatum terreſtrium maritimarumque rerum, ſemper habiti ſunt. Domicilium enim ſuperbiæ (vt Cicero inquit) penes Cãpanos fuit: Argiui & Brutij ex more inſito genti, latrones. Illorũ namque ingenia latrociniis læta ſunt & rapinis gaudent Rhodigini pauidi & formidoloſi. Itali nobilitate præſtant, & regali quadam magnificentia læti & magni ſunt. Galli ſuper inſitam genti vanitatẽ mobiles & ſtolidi, contentionis auidi, conſiliiſque capiendis non ratione ſed impetu feruntur: tamen religioni deditos eſſe, haud dubium eſt. Hiſpani iactabundi : duri & parci, abactoreſque acerrimi, ad inediam laboreſque, atque ad mortẽ parati. Græci licet ingenio & facundia præſtent, eos tamẽ nationis vitio (vnde Græca fides in prouerbium venit) aſſentatores, leues atque G infideles eſſe manifeſtũ eſt: Cappadoces, Cilices, & Cretenſes ſuopte ingenio fraudulenti & mẽdaces: quippe promiſſi fidem fallunt, & periurio ſe aſtringunt: in quorum notam Græcum illud eſt *τρία κάππα κάκιστα*. Aphri ſubdoli & mendaces : cum enim multum claſſe rebuſque maritimis valeant, vſu & commercio multarum gentium, ad fallendũ proni & ſolertes ſunt. Apud eos enim frequenter mercatores vẽtitant, & ſtudio quæſtus, quæ vſui ſunt, merces important. Numidæ verò ſæuiſſimæ fidei ingenia, Chij petulantiſſimi. Nam cum tribunal Ephororum fœdaſſent, ob petulantiam qua naturæ vitio laborant, ab Ephoris impune tulêre. Galatæ minaces, Syri cupidi & auari, præter modum rerum appetentes, gens inquieta, auidaque in nouas res. Alexandrini deriſores & dicaces. Indi & Perſæ ocioſi : neque enim ab se proditum eſt, neutrum fratrem eſſe libertatis. Quod de Ætolis quoque traditur, qui nullius imperio paruerunt. Hi enim cum perpetuò liberi ſunt, in ocio degunt. Contra vero Lydos & Phryges, quum regibus ſeruiant, negotiis intentos eſſe, & laborioſos. Expo- H ritani imbelles & barbari, Ætoli & Locrenſes fœdifragi. Druidæ religioſi & malefici, ſupra quam dici poteſt : nam dedita ſuperſtitionibus gens in ſacris hominem immolant, & cruore captiuorum adolent aras : viſcumque & alia dictu nefanda pro numinibus colunt. Fuêre enim Druidæ gens Gallica in Belgis, apud Gallos præ omnibus ſacri : Sicut enim apud Perſas Magi, in Græcia Philoſophi, in Babylonia Chaldæi, apud Indos Brachmanes, in Æthiopia Gymnoſophiſtæ, apud Scythas Agrippæi, Abij & Calai, in Ægypto Heliopolitani, apud Hyperboreos Arymphæi, atque in Hiſpania Turdetani ſacri habentur : ſic apud Gallos Druidæ magno in pretio ſunt, & diuinis prope laudibus celebrati. Exoritani autem in ora minoris Syrtis, iuxta Aphros Numidaſque degunt, agri vberis & fertilis ſoli. Germani vero & Cimbri, duri & laborioſi, latrociniis tamen & rapinis, quarum nullam infamiam putant, à pueritia dediti. Quare Cimbros Germani prædones vocant, quorum vires ad impetum validæ ſunt, ſed momento

A temporis dilabuntur. Corſi diti & immanes, horridis ingeniis: quippe qui ipſas belluas crudelitate vincant, truci ore ingenitam immanitatem præferentes. Scythæ quoque rapidi & feroces, & dira feritate graſſantes, ſuis tamen rebus contenti, nihil alienum appetentes, apud quos nihil eſt furto grauius. Aſiani, Iones. Abydeni, Medi, Arabes Tarentini & Galatæ, molles & effœminati, eneruatis animis ad inertiam nequitiamque parati, omnibus imbuti delinimentis, in gymnaſiis & turpibus amoribus exercitati. Illecebræ enim luxuriæ ad extinguendum vigorem animi apud eos ſunt. Addebat etiam Siculos vafro & monſtrifico ingenio, & Afros ſupra Byzantium, doloſos maxime: contra vero Cinnanos in Æolia, hebetes & inſulſos: quippe qui pluuiæ tempore, niſi admoneantur voce præconis, porticus non ſubeant. Sicut Bœotios & Thebanos qui plus habere virium quam ingenij feruntur. Et Syracuſanos variæ multiplicisque naturæ: aut enim excellentiſſimos eſſe, & omni virtutum genere præditos, aut improbiſſimos, & omnibus vitiis deprauatos, quod de Athenienſibus quoque B proditur. Atque Heduos iracundos & temerarios, turbulenti & concitati animi. Et Ligures duros, agreſtes & fallaces ſuapte natura, & ex ſterili agro & aſpero quem incolunt, nihil ferendo niſi magno labore partum. Sed cum Ligurum quidam Bagmates, nonnulli Apuani, plerique Montani, alij Hilnaces, alij Friſinates dicantur, hoc non conuenire niſi tranſmontanis Liguribus aſſerebat. Hi enim cum longe ab hominum commercio & cultu diſtent, & marcido ſolo lucteotur, facile euenire vt agreſtes, duri & immanes fiant.

Neque emiſerim quod Maximus *Tyrius* Græcus author cum primis prodidit, Crotoniatas palæſtra & gymnico certamine valere, Lacedæmonios pedeſtri, Athenienſes nauali, venatu Cretenſes, Sybaritas luxu, Thebanos vero tibiis, Iones autem choro & cantu. Qui etiam adnotauit vulgari adagio ferri, Medicam mollitiem, Sardanapali luxum, delicias Ionicas, Siculas menſas, ſaltationes Sybariticas, Corinthias meretrices. Artium quoque diſciplinas Menander dixit natiua conſuetudine diſtingui nationibus variis. Namque Mitylenæi cithara delectantur, Thebani tibia, Alexandrini Geometria valent, Athe- C nienſes ſtatuaria & pictura, Crotoniatæ medicina, Æginetæ athletarum pugna. Quod proximè accedit ad id quod *Euſtathius* memoriæ prodidit, forſan mutuatus ab illis, Bœotios circa palæſtram reliquaſque artes gymnicas valde probari, Athenienſes in naualibus, Theſſalos in equeſtri (quippe cum ex equo primum pugnare docuerint) Lacedæmonios legibus valere. Cyrenæos in ephectica ſcientia. Quod autem de Theſſalo equitatu dictum eſt, qui conſerto prælio inſuperabiles erant, non prætereundum, Philippum Macedonem, qui totius Græciæ communis hoſtis & prædo habitus eſt, vt Theſſalos equites velut firmiſſimum robur, & longe optimos bello ſuæ phalangi adiungeret, Theſſaliam propterea inuaſiſſe, illamque incendiis & ruinis deformaſſe.

** Studia, & Exercitationes gentium natura accommodata.*

Ægyptij & Syri ſuperſtitionibus fuère addictiſſimi primum, ideoque varia eorundem genera, Deorúmque infinitam coluère multitudinem. Iidem tamen imbuti religione Chriſtiana, feruidi extitère in ea promouenda: ſic vt primum D Eremus ab eis habitari cœpta, exemplo Eliæ & Præcurſoris Domini, fuerintque primi monachorum inſtitutores, & exemplaria.

Græcorum ingenium venuſtum à natura, diſputationibus, artiúmque præceptis oblectatur, vnde *Horatius*;

Graiis ingenium Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui

Hinc etiam ſubtiliores hæretici apud illos inuenti fuère: tunc quoque cum Philoſophi iis dominarentur, & ſummam rei tenerent.

Germani amantes libertatis, in omnem Religionis formam ſe vertunt, quomodo & omnium gentium habitum promptè aſſumunt.

Itali dominationis cupidi, etiam ſua dogmata plerumque politico regimini accommodant.

Galli à natura faciliores, nullo negotio peregrinis diſciplinis ſe dedunt, & ad ſeditiones tumultuſque inteſtinos procliues.

Hiſpani graues, ægrè à ſemel acceptâ tam in fidei negocio quam aliis in rebus reſolutione ſe auelli permittunt in diſciplinis tradendis, ſcholaſticiſque exercitiis aſſidui, quamuis non tanta frequentia doctorum virorum apud eos [illegible] tur, E quam alibi. Si quos tamen habent, [illegible]

GENTIS DEFECTVS

EXCIDIVM

☞ *Conſule Tit. Strages magna. Illic Mortis ratio habetur [illegible] Republica, quæ ciuibus priuatur*

Strabo Geographiæ libro 14. Magnates eonimem [illegible] opibus florentes, a Treribus gente Cimmerica funditus [illegible] ſublatos: anno deinde proximo a Meleſiis locum fuiſſe occupatum, ſubindicans prouerbium de M[illegible] ex Archilocho ſumptum eſſe, qui eorum meminerit *Eraſmus in Adagiis*.

Cannenſem ſtragem tanta militum inopia ſecuta eſt, vt Romanos [sic: reos] facinorum propoſita impunitate colligerent [illegible] libertate donarent, atque ea [illegible] pudendus non tam ſup[illegible] tur, quam inſtrueretur exercitus. Iam cum ſeruis, imò ne f[illegible] tamus iniuriam, iam libertis, pro Rom. rep. pugnaturis arma deeſſent, detracta ſunt templis, tanquam Romani diis ſuis dicerent: Ponite quæ tam diu inaniter habuiſtis, ſi forte aliquid vtile inde F facere poſſint noſtra mancipia, vnde vos noſtra numina nihil facere potuiſtis. Sed & cùm ſtipendiis defeciſſet ærarium, in vſus publicos opes venêre priuatæ, adeò vnoquoque id quod habuit conferente, vt præter ſingulos annulos aureos, ſingulaſque bullas, miſerabilia dignitatis inſignia, nihil ſibi aurum ſenatus ipſe, quantò magis cæteri ordines tribúſque, relinquerent. *Aug. l. 3. de Ciuit. Dei, c. 19.*

Maximianus Britannorum tyrannus ſub Valentiniano III. imperij propagandi cupiditate in Galliam traiecit: Armoricos ſubactos, pòſt deficientes, aut mori aut exulare coëgit. Mox ne Armorica veteri exhauſta habitatore vicinis Gallis præda fieret, è Britannia viros acceiſiuit, qui prouinciam incolerent, cultámque ab hoſtium tutarentur iniuria. Sunt qui ſcribant, centum millia incolarum à Britannia Maximiani iuſſu in Armoricam traieciſſe. Quibus, poſtquam ſedes ibi fixerant, Maximianus Conanum nobilem Britannum, Dionetique Cambrorum & Icenorum in Britannia regis neceſſarium præfecit: prouinciámque Britanniam à nouis incolis dixit. Sicque Armorici ſimul nomen & patriam amisère. *H. Boëth. l. 7.*

In Peruuia Hondurenſis prouincia, priùs, quam ab Hiſpa- G nis cognita exploratáque fuiſſet, quadringenta incolarum millia habuiſſe ſcribitur: quæ nunc ad octo capitum millia redacta perhibent. Idem mediterraneis reliquarum omnium prouinciarum in locis, quas Hiſpani frequentarunt, paſſim intueri licet, *Ioann. Metellus.*

☞ *Nonnulla ex loco de Regione huc transfer.*

Genus.

☞ *Vide Nobilitas, Familia.*

Geographia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

H Geographia Græca eſt dictio, quæ ex duabus conſtat vocibus, nempe ex Gea, quæ Græcis terrā ſignificat, & ex grapho, quæ ſcribo, ſeu deſcribo ſonat. Itaq; nomen hoc Geographiæ nil aliud ſignificat, quam terræ deſcriptionem. Aduertendum tamen eſt, terram hic non debere accipi ſub propria ac ſtricta ſua ſignificatione: ſcilicet vt vnum eſt ex quatuor elementis: ſed pro terra intelligendus eſt globus terræ & aquæ ſimul, quem communiter mundum vocamus, qui ſcilicet ab animantibus habitatur. Eſt itaque Geographia iuxta omnium definitionem, ars illa ſeu facultas, quæ deſcribit mundum, vel maiorem portionem eorum quæ in eo ſunt, veluti ſunt prouinciæ, vrbes, oppida, maria, flumina, lacus, montes, promontoria, aliæ partes principales ipſius mundi, ſtudendo, vt hæc omnia delineata ſint, tum ſecundum habitudinem ac poſitionem quam ad inuicem habent, tum etiam reſpectu cœli. *Ioan. Ant. Magin. in princ. l. Geograph. Ptolem.*

Ptolemæi Alexandrini definitio eſt, quod Geographia ſit imitatio picturæ totius terræ cognitæ, cum iis qui illi vniuerſaliter annectuntur. Deſcribit igitur Geographia, vel in plano, vel

A vel in globo, omnia loca & partes præcipuas totius orbis cogniti, ſeruata interuallorum exacta ratione.

Vnde reſpectu Coſmographiæ eſt quid ſtrictius, vt quæ totius vniuerſi deſcriptionem proponit. v.g. non modo terras & maria, ſed inſuper elementa, firmamentum, & ſidera, ac horum curſum & diſtantiam examinat.

Differt quoque a Chorographia, quæ è tabulis Geographicis ſingulares aliquot vicos, oppida, fluuios, territoria perſequitur: vnde illius reſpectu Geographia eſt velut magis communis.

Geographiæ tractationem philoſopho haud indignam eſſe, aliquot argumentis demonſtrat. *Strabo ſtatim ab ab initio lib.* 1.

Ibidem, oſtendit, Geographiam ſine rerum naturarum & aſtronomiæ cognomine parari non poſſe. Item Geographiæ cognitionem ad reliquas ſcientias conducere: ignorationem magnarum cladium exiſtere cauſam. *De Geographia vtilitatibus eodem in libro agit.*

B Geographiæ principia quæ ſint idem oſtendit *lib.* 2.

* Geometria.

Definitio et Etymologia.

GEometria, dictio eſt Græca, compoſita, ex γῆα, quod eſt terra, & μέτρον, menſura, & eſt terræ menſura. Qui verò huius artis peritiam habet, Geometra, Geometer, Geometres, dicitur. *Iuuenal.*

Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,
Augur, ſchœnobates, medicus, magus omnia nouit,

Ita enim legendum arbitror, non geometer, non geometres, vt aliqui præcepère. Quoniam apud Græcos γεωμέτρης geometra dicitur. Quod cum per ω ſcribatur, neceſſariò illud longatur. Terra autem ab illis modo γῆ, γῆς, ἡ, modo γαῖα, ας, ἡ, modo γαῖα, ας, ἡ, ſcribitur. Itaque geometra habebit primam ſyllabam longam diphthongo. Ita & γαίης longa fere Homero & Phocylidi. *Homer.* cum *ait in Odyſſea.*

οὔτοι ἐγὼ γαίης
Πατρώης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.

Phocylides.

C Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν καὶ πάντες ἐς αὐτὴν.

PERITI GEOMETRÆ.

Illius Inventores, Assertores.

Scriptores.

Ioſeph lib. 1. *Antiq.* ſcribit Geometriam ab Abrahamo Ægyptiis demonſtratam. Etſi eam *Herod. lib.* 2. *Diod. lib.* 1. *& Strab. lib.* 17. in Ægypto ortam arbitrantur, nec aliunde illatam, vt annua Nili alluuione agrorum fines turbante, eius terræ accolæ crebra dimenſione artem inuenerint. Cæterùm ſatis honeſtam illi erroris cauſam habuère; qui cum ſcirent eam artem primò apud Ægyptios vulgatam, pulcherrimi inuenti, atque vitæ hominum vtiliſſimi, indigenam hominem, non aduenam auctorem opinati ſunt. *Sab. lib.* 1. *Enn.* 1.

De partibus deſcriptionis terrarum Homerus primus orſus eſt dicere. Qui illum ſecuti ſunt, eximia dignitate viri, & philoſophiæ intimæ dediti fuère. Ex quibus poſt Homerum duos tradit Eratoſthenes: Anaximandrum Thaletis familiarem & conciuem, & Hecatæum, Mileſios: illum quidem priùs de ſitu orbis deſcriptam edidiſſe tabulam, Hecatæum verò codicem

D reliquiſſe. *Strabo lib.* 1. Anaximander certè primus terræ mariſque circuitus deſcripſit. *Laert. lib.* 2.

Iones quum totam terram in tres potiſſimùm partes diuiderent, Europam, Aphricam, Aſiam, quartum terræ membrum Ægypti Delta annumerare conſueuerunt. Alij Græcorum bipartitò eam dimenſi, hanc Ægypti partem Aphricæ, quæ reliqua fuit Aſiæ, tribuerunt. *Sab. lib.* 3. *Enn.* 1.

Timosthenes præfectus claſſis Ptolemæi Philadelphi, geographus nobilis, ſcripſit de *Portubus lib.* 10.

Polemon Helladicus ſcripſit de Origine ciuitatum, & Lacedæmoniæ geographiam, & de curſu Solis libros tres.

Pappus philoſophus Alex. ſcripſit de ſitu orbis, de fluuiis Africæ, & commentarios in Ptolemæum.

Ptolemæus Ægyptius, præter libros de Siderali ſcientia editos, ſcripſit etiam de Geographia.

Marinus Tyrius Geographiam ſcripſit, ex qua Ptolemæus deſumpſit. *Volat. lib.* 17. *Anthrop.*

Archelaus chorographus, omnem ab Alexandro peragratam terram deſcripſit. *Laert. lib.* 2.

Diognetus et Baton Alexandri Magni itinerum menſores, qui peregrinationes illius ſcripſère. *Plin. lib.* 6. *capite* 17. E

Eratosthenes in Æthiopiæ vrbe Ptolemaide ex indubitata ratione vmbrarum, menſuram terræ prodere cœpit, ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadium. Quæ menſura Romana computatione efficit trecenties quindecies centena millia paſſ. Improbum auſum: verùm ita ſubtili computatione comprehenſum, vt pudeat non credere. Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligentia mirus, adiicit ſtadiorum paulò minùs viginti quinque millia. *Plin. l.* 2. *c.* 107. *& lib.* 6. *cap.* 29.

Dionysius Corinthius (vt Suidas ait, vt alij verò Afer ex Bizante ciuitate) temporibus Auguſti, ſcripſit Geographiam verſibus hexametris, conuerſam a Priſciano. *Volaterran. lib.* 14. *Anthrop.*

Dionysodorus Malius, Geometrica ſcientia nobilis, ſenex obiit in patria. Funus duxère ei propinquæ, ad quas pertinebat hæreditas. Eæ cùm ſecutis diebus iuxta peragerent, inueniſſe dicuntur in ſepulcro epiſtolam Dionyſodori nomine ad ſuperos ſcriptam: Peruenîſſe eum à ſepulcro ad infimam terram: eſſeque eò ſtadiorum quadraginta duo millia. Nec defuère F Geometræ, qui interpretarentur, ſignificare epiſtolam à medio terrarum orbe miſſam, quò deorſum ab ſummo longiſſimum eſſet ſpacium, & idem pilæ medium. Ex quo conſecuta computatio eſt, vt in circuitu eſſe ducenta quinquaginta quinque millia ſtadia pronunciarent. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere, addit huic menſuræ ſtadia ſeptem millia, terramque, nonageſimam ſextam millieſimam totius mundi partem facit. *Plin. lib.* 2. *cap.* 109.

Dicæarchus Siculus, Ariſtotelis auditor, Geometra clariſſimus, ſcripſit de Repub. Lacædemoniorum & Regum, cum cura montes permenſus eſt, ex quibus altiſſimum prodidit Pelion. MCCL. paſſuum, ratione perpendiculi, nullam eſſe eam portionem vniuerſæ rotunditatis colligens. *Plin. c.* 67. *lib.* 2.

Zenagoras Olympum montem dimenſus eſſe, hoc fertur epigrammate:

A fano, Pythij vertex ſublimis Olympi
Menſuram ſtadij decies ſuſtollit in altum, &
Sextantis, perpendiculo. vt dimenſio facta eſt,
A pedibus quatuor eſt tamen illa minor. G
Filius Eumeli menſuram prodidit iſtam
Zenagoras. At tu rex bone fauſtus ades.

Tametſi nec montis altitudinem ferant geometræ, nec profunditatem maris, decem ſtadia excedere: at Zenagoram non obiter, ſed via & ratione atque inſtrumentis iniiſſe apparet menſuram. *Plut. in Æmil.*

M. Agrippa orbem terrarum ſpectandum in porticu à ſorore inchoata, proponere voluit: eamque cùm eam Octauius poſtea ſuſcepit: Ea deſcriptione *Plinius* ſe viſum teſtatur *lib.* 3. *c.* 2. *in orbe deſcribendo*

Pausanias Cæſarienſis grammaticus, Ariſtidis æqualis, Hadriani principis tempore, Romæ viſit: ſcripſitque vniuerſæ Græciæ περιήγησιν id eſt, Geographiam cum eius hiſtoriis. *Volat. lib.* 18. *Anthrop.*

Scylax Cariandæus (ex Carianda vrbe Cariæ) mathematicus ſcripſit circuitum menſuramque maris extra columnas Herculis: telluris item, præterea Antigraphen ad hiſtoriam Polybij. *Suidas.*

Chriſtophorum Columbum Genuenſem, non orbis inuen- H torem, magnum coſmographum & nauticarum chartarum artificem, in Hiſpaniam profectum, vt tabulas quaſdam maritimas ex Luſitanorum nauigationibus corrigeret: gubernator quidam, qui ventis iactatus, in nouum orbem expulſus, Maderam reuerſus, mortuis in ipſo portu ſociis quatuor, apud Columbum diuerterat: cùm ſibi mortem inſtare videret, gratitudinis ergo erroribus ſuis enarratis, veluti hæredem noui orbis occupandi reliquit. Eius monita ſecutus Columbus, ſe quinetiam cum doctis communicata, & imprimis cum Ioan. Perezio monacho Rabidenſe, Antipodes neceſſariò dari, audiuit. Platonis quinetiam auctoritate in Timæo confirmatus, qui Atlanticam terræmotu abſorptam teſtatur: ſed & Senecæ verſibus in Medea, tanquam oraculo quodam perſuaſus, quando inquit:

Venient annis ſecula ſeris
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, nouoſque Typhis detegat orbes,
Atque ingens pateat tellus.
Nec ſit terris vltima Thule,

A Marci inſuper Poli hiſtoriis excitatus, qui de terra Cipangum auri fertiliſſima mentionem fecerat) admirabilem illam nauigationem ad Antipodas ſuſcepit,& ductu Regis Catholici feliciter perfecit, anno Salutis 1492. *Pet.Cieza Tom.2.rer.Ind.*

IMPERITI.

Ex priſcis philoſophis plerique terram rotundam,& Antipodas eſſe voluerunt,ſed non demonſtrarunt. Plato in Timæo ex ſententia Ægyptiorum ſacerdotum (referente Solone) Atlanticam inſulam orbi noſtro, & ſitu & magnitudine oppoſitam, vehementi terræ motu & aquarum eluuie abſorptam fabulatur. Atlantica illa Nouus orbis eſt, patrum noſtrorum memoria à Columbo Genuenſe inuentus. Plato igitur in eo errauit, quod Antipodas fuiſſe olim, ſed non ampliùs eſſe, exiſtimauit.

Herod. Halicarnaſſ. ſcriptor alioqui doctiſſimus, quàm imperitus fuerit coſmographiæ Septentrionalium regionum Europæ, ſatis indicat libro primo,& circa finem tertij ſuæ Hiſtoriæ: vbi Iſtrum ſimilem Nilo facit,& è Pyrenæis montibus ortum, per mediam Europam fluere aſſerit.

ÆSCHYLVS, in Iberia hoc eſt, in Hiſpania, Eridanum eſſe dixit, eundémque appellari Rhodanum. *Apoll. Rhodius l.4. Ar-*
B *gon.* & Euripides in litore Adriatico confluere Rhodanum & Padum, magna orbis ignorantia. *Plin.l.37.c.2.*

Veterum Geographorum, Pytheæ, Eratoſthenis, Hipparchi, Poſſidonij, Athenodori, Polybij errata in orbis deſcriptione, detegit. *Strabo l.1.& 2.*

Ἡράκλειαι στῆλαι, iamolim in prouerbio ſunt, vt admonet Pindari interpres. Sic enim vulgò dici ſolere, *τὰ πρὸς ζόφον Γαδείρων ἀπερατά*, id eſt, quæ vltra Gades, inacceſſa. Quo ſignificabant Veteres nauigationum imperiti, vltra columnas Herculis non eſſe quò progrediare. Columnas has Hercules ibi fixiſſe dicitur cùm boues veſtigaret Geryonis, tanquam illic eſſet ſuprema orbis meta. *Pindarus Nemeis Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατόν*, id eſt, non vlterior acceſſus ad Occidentem, vltra Gadira. *Item alibi.*

——— *ἐπ' ἐσχατιαῖσιν*
ἀρεταῖσιν ἀπτόμενος
οἴκοθεν ἅπτεσθ'
Ἡρακλέος σταλᾶν· τὸ πόρσω δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον
κἀσόφοις· ἐσχάτας.

Innuens, Ariſtophanis filium ad extremam perueniſſe laudem
C vltrà quam non poſſit creſcere: qui quidem egregiæ formæ, facta adiunxerit illuſtria. Quòd ſi quis præterea quicquam laudis requirat, id perinde eſſe, ac ſi quis vltra columnas ab Hercule fixas conetur tranſire. *Eraſ. in Adag.*

CLEMENS I. diſcipulus D. Petri, primus mentionem fecit Antipodum inter Theologos Chriſtianos, teſte *Origene & D. Hieron.* Eum ſecuti plerique veterum Theologorum, eſſe quidem illos arbitrati ſunt, verùm propter vaſtas ſolitudines, & immenſa maria, iter ad eos nullum eſſe.

Opinio veterum, cui Cicero, Mela, & maximi quippe ſuffragati ſunt, fuit, Auſtralem plagam penitùs nobis incognitam eſſe. *Cic. in 6. de Repub.* interfuſum maximum inter nos & illos *ἀντίχθονας* oceanum putauit, quem nemo vnquam penetrarit: idque ſuſiſſimè *Macrobius* perſequitur.

D. AVGVSTINVS *l.16. de Ciu. Dei, c.9.* Antipodes eſſe negat, tum quia nulla fit illorum mentio in ſacris literis, tum quia ab Adamo primo hominum deſcendiſſe nequeant. Videbat enim homo acutiſſimus, ſi concederetur nulli eorum, qui hanc incolimus borealem faſciam temperatam, aditum ad
D auſtrales illos patere, vt Cicero magnique auctores præiudicarent, ſequi neceſſariò illos de genere Adæ non eſſe. Maluit ergo illud negare, quàm argumento premi tam moleſto, tantis auctoritatibus munito.

LACTANTIVS *Firmianus, l.2. de Falſa ſap. c.24.* ridet eos, qui mundum æternum & terram rotundam eſſe aiunt: nec minus eos, qui Antipodas ſtatuunt: quòd ſi darentur Antipodes, contrariis nobis veſtigia vrgentes, vel nos vel illos in cœlum cadere oporteat.

ISIDORVS Hiſpalenſis in ſuo Etymologico rationem vllam eſſe negat, quæ perſuadeat Antipodas eſſe. Terræ ſitum repugnare, hiſtoricos nullam eorum facere mentionem, Poëtarum hæc eſſe ſomnia.

Græci, propter raptam à Paride Helenam, expeditione in Barbaros ſuſcepta, iter ad Troiam ignorabant, neque vllus erat, qui Troiæ ſitum oſtendere poſſet: id vnum, quòd in Aſia ſita eſſet, ſciebant. Itaque mille nauium claſſe in Aſiam profecti, Myſiam primùm inuaſerunt, & illic à Telepho rege magnis affecti cladibus, donec tandem Telephi equus palmitibus implicatus cecidit, eâque occaſione Achilles Telephum humi proſtratum grauiſſimè vulnerauit. [illegible] men infecta Græci diſceſſère. Telephus interim, cum vulnus nullam medelam admitteret, oraculum accepit *ὁ τρώσας ἰάσεται* qui vulnerauit, medebitur. Conſcenſa [illegible] Achillem inſecutus eſt haſta Achillis, curatus eſt, præ[illegible] loco Græcor ad Troiam duxit. *Euſtathius Iliados α, &* [illegible] *bo libro 1.* Hinc videtur prouerbium natum, *καλὰ* [illegible] *τερον πλεῖν*, quod primo non ſucceſſit, iteratò tentatum ſuccedet.

Perſæ & Aſſi, traiectus aquarum quoſdam & freta, v[illegible]lut nauigationis anguſtias eſſe ſuſpicati, ignorantiæ ſuæ [illegible] runt trophæa. Illi quidem Salganei monumentum pene[illegible] ha-cidis Euripum, quem Perſæ ideo iugularunt, tanquam e Malea ad Euripum ſuæ claſſis curſum improbè direxiſſet. hi verò Pelori ſepulchrum, quem & ipſi ſimilem ob cauſam necauère. Naufragiis etiam Xerxis Græcia referta eſt. Ob regionis maris[que] naturam incognitam Æolicorum & Ionicorum Colonia quam plura huius generis errata præbuit. & res iidem
F proſperè geſtas, vbi per locorum peritiam illuſtria complura geſſiſſe facinora contigit. *Strabo lib.1.*

Schondiam veteres Latini & Græci ferè incognitam habuerunt: argumento eſt, quòd iſthic terram zonam frigidam, perpetuis damnatam niuibus, omníſque animantis impatientem dixerunt magno conſenſu. Pauci modò eius mentionem tanquam habitatæ fecerunt. Inter quos *Plinius*: Quam in claritiſſima, inquit libro quarto, Schondanis eſt, incompertæ magnitudinis, portione tantùm eius (quod ſit notum) Hilleuionum gente quingentos incolente pagos, qui alterum orbem terrarum eam appellat. Nec eſt minor opinione Eningia. Alij, Plinio etiam antiquiores fortunatas terras, & homines Macrobios, atque omnium iuſtiſſimos mortalium, ſub hoc terrarum tractu poſuerunt: & inde Deniſſe virgines ferunt, ſolenni religione cum votiuis donis Delphos, & gentem cuſtodiiſſe inſtitutum hoc, donec virgines babuæ inter hoſpitas terras ludibrio atque violatæ forent. *Zieglerus in Schondia.*

Iaponiæ inſulæ incolæ, quibus parùm cum exteris commercij fuit, è ſua geographia Orbem terrarum vniuerſum tripar- G
titò diuiſerunt in Iaponem ſcilicet, Sionem, & Sinas & quamuis religionem à Sinis acceperint, omnes tamen præ ſe nationes contemnunt, ſeſéque cæteris gentibus ingenio ciuilique prudentia longè anteponunt. *Io. Metellus.*

IVDICIVM GEOMETRICVM.

APTVM.

Fœdere inter Regem Luſitaniæ Ioannem II.& Regem Caſtellæ Fernandum facto, cùm regiones, quas quilibet explorare & debellare ſine alterius iniuria poſſet, definitæ ſunt, ſtatutum fuerat, vt Caſtellani non viam à Luſitanis factam, ſed diuerſam ſequerentur: vt videlicet cùm Portugalenſes ad Solis Ortum, Caſtellani ad Occaſum nauigarent, orbem marium atque terrarum conficerent. Sic autem cuilibet parti liberum erat, cùm omnes maris atque terrarum tractus 300. & 60. partibus definiti ſunt, centum & octoginta partes ad peruestigandum atque debellandum ſibi depoſcere. Limes
erat Meridianus. Sic enim appellant lineam à Septentrione ad H
Auſtrum in cœlo deſignatam: quia cùm Sol eam attingit: meridiem hominibus ſub ea regione conſtitutis efficiat: quæ ſecundùm longitudinem (ſic enim ſpatium Ortu & Occaſu terminatum nominant) circiter ſex & triginta gradibus Olyſipone diſtat. Error autem Magellani & aliorum, qui veſtigiis illius ingreſſi ſunt, quo Malucas inſulas ad ius Caſtellæ pertinere contendunt, à multis cauſis originem habuit. Primùm quidem ſic natura comparatum eſt, vt cùm primùm aliquod iter incognitum habemus, quod non poſſumus certis montibus aut anfractibus, & notiſſimis in ſignis definire, multò lōgius nobis appareat: maximè verò cùm nauigamus, vbi neque montibus, neque vallibus, nec vllis certis notis poſſumus ſpatium finire. Deinde qui maria incognita nauigant, vt maius & admirabilius facinus ſe confeciſſe glorientur, ſpatia multò ampliora faciunt, vt, quaſi ex alio mundo in hunc redierint, ingentem admirationem efficiant. Accedit, vt etiam ipſi vectores, cùm Aſtrologiæ imperiti ſint, quamuis nullam vanitatem orationis adhibeant, fallantur, & cùm variis circuitibus

maria

A roſtra peragrent, ſectumit [illegible] tenere putent. Sic factum eſt, vt cum inter Indum fluuium & Gangem, ſpacium decem graduum, qui circiter paſſuum millia ſeptingenta conficiunt, intericctum ſit, Ptolemæus [illegible]ginta gradibus ſpacium illud definierit. Vir enim doctiſſimus [illegible] las non luſtrauerat; quæ à viris ſide dignis, imperitis tamen, acceperat, ea monimentis mandabat. Illi verò cùm ab Indo ad Cori promontorium, quod in Auſtrum longiſſimo tractu procurrit, nauigarent, & inde rurſus in Gangem ad ſeptentrionem curſum inflecterent quaſi recta via, aut paulum ad Auſtrum inflexa nauigaſſent, itineris ſpacium metiebantur. Alia etiam erroris cauſa Luſitanis obiecta eſt. Cùm enim vl[illegible] promontorium Bonæ ſpei, aliud promontorium, quod [illegible] Auſtrum prominet, flectere ſecundis velis niterentur [illegible] multo maius iter confeciſſe putabant, qu[illegible] propter [illegible], naues in [illegible]uerſa tractantes, facer[illegible] [illegible] quæ ora, quæ in [illegible] regionibus ab Auſtro ad Sep[illegible] pertin[illegible], longiſſimo tractu protenditur. Venti autem, qui ab Ortu Solis flant, ſunt anniuerſarij, & ſtatis temporibus valde vehementes: æſtus ſimiliter propter immenſam maris altitudinem, Lunæ curſibus nimis obiectam, incitatiſſimi. Ergo cùm fluctus ab Ortu Solis ad **B** oras maritimas Occidentis incredibili violentia contorti, & ab oppoſitis oris repercuſſi, in Auſtrum, qua faciliùs patet exitus, incitentur, & ex illo promontorio, quod diximus, in aliud longius, quàm credi poſſit, excurrant, noſtrorum in nauigando curſum retardant. Quod Luſitani non intelligentes, exiſtimant ſe multo maius ſpacium confeciſſe quàm nauigando tranſmiſerant. Hæc omnia eam erroris cauſam attulerunt, vt regionum terminos ſatis imperitè deſignarent, & ad Ptolemæi, alia etiam multa, parum ſapienter adiungerent. Hæc tamen controuerſia inter Caſtellanos & Portugalenſes hunc fructum Portugalenſibus tulit, vt ſpacia multò diligentiùs explorarent. Hoc autem fieri commode non poterat, niſi per Lunæ defectus: Cùm enim Luna orbe pleno interiectu terræ, vt fieri neceſſe eſt, certis temporibus obſcuratur, illa ſplendoris amiſſio non iiſdem horis animaduerti poteſt. Neceſſe namque eſt, cùm citiùs in India, quàm in Portugallia, quæ in occaſum vergit, nocturnæ tenebræ ſint, vt quamuis ille defectus vno tempore fiat, diuerſis nobis horis appareat. Horarum igitur dimenſione omnis controuerſia tollitur. Qualibet enim hora **C** quindecim gradus Sol progreditur. Obſeruatum autem eſt ab hominibus peritiſſimis, qui à Petro Nonio Mathematicorum principe id ad diligenter inſtructi fuerant, ſex horis ab Indi fluminis oſtio, ad Olyſipponis vrbis ſitum Solis curſum terminari. Horæ verò ſex gradus nonaginta conficiunt. Ab Indo autem fluuio ad vltimos Malacarum inſularum terminos, qui Orientem Solem ſpectant, duo & quadraginta gradus interſunt. Hos ſi nonaginta gradibus adieceris, centum & triginta duos efficies. Si verò ſex triginta gradus, qui Olyſippone ad Occaſum ſecundum lineam illam meridianam, inter Hiſpaniæ regem fœdere definitam, vt Caſtellani contendunt, addideris, centum & ſexaginta octo graduum ſumma fiet. Itaque ſecundum hanc computationem, adhuc Portugalenſibus duodecim gradus explorandi reſtant, qui poſſunt ſine cuiuſdam Chriſtiani regis iniuria à Portugalliæ regibus occupari: tantum abeſt, vt Magellanus, vel quiſquam alius inſulas illas, iure atque meritò poſſit Caſtellæ regibus adiudicare. Hæc tamen controuerſia non mediocres in Hiſpanis tragœdias excitauit, vſque adeò, vt reges optimos, & cognatione, affinitate, & amore **D** coniunctiſſimos, interdum ad inteſtinam ſeditionem ſollicitaret: quod totum ab improbiſſimi hominis ſcelere ortum habuit. *Oſorius l. 11. rerum Eman.*

INEPTVM.

☞ Ex præcedente Tit. Geometria imperitorum, hinc pleraque quatenus ex Habitu deprauato, quem poſſident, malè iudicant.

Christophorvs Colvmbvs per fratrem Bartholomæum Henrico VII. Angliæ regi, noui orbis inueniendi conatum primò aperuit, naues atque ſumptum petens. Ceterùm nihil obtinuit, non tam odio rei, quàm quòd Italum hominem lucro inhiantem, Angli ſuſpectum haberent. Conuenit de eodem negotio Alphonſum V. Luſitaniæ regem: qui non modò negauit quod petebat, verumetiam vt delirum hominem irriſit, perſuaſus à Calzadilla Epiſcopo Viſcenſi, & Roderico magiſtro Theologiæ, præclaris alioqui Coſmographis, nec terras, nec aurum eſſe in Occidente. *P. Cieza tomo ſecundo* **E** *capite 85.*

Baſilius Moſcouitarum princeps, qui donum ſibi miſſum poculum geometricum à Suecorum rege ſpreuerat, Paulum quoque Centurionem Genuenſem an. Sal. 1520. p[illegible] [illegible] ſe aromatum negotiationem Septentrionalem à Moluccis rectà Moſcouiam deducturum, velut aretalogo & impoſſibilia attentantem irriſit: vel certè, quod per aduerſa flumina maxima ſubuehendæ eſſent merces, rei difficultate territus neglexit. *P. Cieza tom. 1. hiſt. Peruuiæ c. 107.*

GEOMETRIÆ ET GEOGRAPHIÆ VSVS Aptvs, Ingeniosvs.

Geographiæ vſum etiam in politica & militari vita, *Strabo l. 1.* declarat. Eundem in [illegible] murum commenſuratione, quibus mœnia ſuperantur, *Polyb. l. 6.* docet, ſiue murorum altitudo ſit cognita, ſiue incognita.

Calchas, Theſtoris F. vates peritiſſimus, cùm Græci contra Troiam expeditionem ſuſcepturi, ignari eſſent itineris, vtpote Geographiæ imperiti, viæ ductor extitit. Vnde de eo ſic *Homerus Iliados α.* **F**

[illegible Greek verse]

Vaticinium appellat, denominatione facta à præſtantiore ſcientia. Aiunt autem Græcos bis contra Troianos profectos: in prima expeditione errantes, re infecta domum rediſſe: in ſecunda demùm Calchantis, ſiue, vt alij volunt, Telephi regis Myſorum ductu eò perueniſſe.

Sesostris Ægyptiorum rex, poſteaquam per Ægyptum diuortia aquarum effodiſſet, quibus Nili aqua exciperetur, tum ad ſitum, tum ad vim hoſtium arcendam, in omnes Ægyptios ſoli quadrati æquam portionem viritim per ſortem diuiſit: atque hinc prouentum inſtituit, impoſita certa penſione, quam illi quotannis ſoluerent. Quòd ſi cuius portionem alluuione fluminis decurtaſſet, re regi indicata, ex reſidua proportione taxatum vectigal pendebant. Atque hinc Geometria orta, videtur in Græciam tranſcendiſſe. *Herodotus libro 2.*

Ægyptiorum ſacerdotes, cùm liberos ſuos liberalibus artibus erudiendos præceptoribus traderent, voluerunt tamen præcipuè vt Geometriæ præceptis erudirentur. Nilus enim, qui mediam diuidit regionem, ſolus inter reliqua flumina adeò æſtate creſcit, cùm decreſcant cætera vt totam inundet Ægyptum: hyeme minuitur, cùm reliqua augeantur. Quoniam autem plurima cura, moleſtiaque vrgebat accolas eius inundatio, excogitata eſt in Memphi quædam incrementi menſurandi à regibus obſeruatio. Nam quibus id negotij demandatum eſt, per epiſtolas vrbibus viciſque ſignificant, quot cubitis quotve digitis fluuius auctus ſit, & ſimul quo tempore cœperit decreſcere: hoc modo vacuus redditur à ſollicitudine populus, & annonæ prouentum præuidet: Iuſtum incrementum cubitorum eſt 16. Minores aquæ non omnia rigant: ampliores tardiùs recedendo, accolarum remorantur commoda. In 12. cubitis famem Ægyptius ſentit: in 13. etiamnum eſurit, 14. cubita hilaritatem afferunt, 15. ſecuritatem: & quæ optima inundatio eſt ſexdecim, delicias. *Diod. lib. 1. cap. 3. & Strabo lib. 17.* Naturam fluminis huius Ioſippus contemplatus duplicis inſomnij ambages Pharaoni interpretatus eſt, quæ **H** diuinationis ratio ingentem illi peperit gloriam: patrique & fratribus occaſionem dedit ex Cananæa terra in Ægyptum migrandi. *Sab. l. 3. Enn. 1.* At id ſacræ literæ inſomnij Pharaonis interpretatione Ioſeph deprehendiſſe & prædixiſſe aſſerunt.

Thales Milesivs nullo negotio nullóque requiſito organo, tantùm fixo baculo, ad terminum vmbræ, quam pyramis reddebat, cùm extitiſſent radij ſolaris contactu duo triquetra: oſtendit, quæ proportio eſſet ad vmbram vmbræ, eandem pyramidis ad baculum eſſe. *Plut. in Conuiuio.*

Acæna (inſtrumento pedum decem, quod Decempedam Latini vocant) agros metiri in Ægypto exorſus eſt primùm Theſſalus quidam nomine ab re indito: quia cognoſcentibus ſingulis agri ſui modum, ſublatæ ſunt cædes: vnde nuncupata acæna, quaſi [illegible Greek]. Hinc & Pelaſgida vocauit acænam *Apoll. Argonauticon tertio*, veluti ab Pelaſgis comperta, id eſt, Theſſalis. *Cælius lib. 7. cap. vigeſimo ſecundo L. Antiquarum.* Diuerſo quoque more agros metiri ſolent,

A ſolent. In Ægypto æſtuaria & foſſas funibus metiuntur aut paſſibus, in Hiſpania iugis, in Campania verſibus, circa Perſidem ſchœnis, alij paraſangis, alibi pertica cui nomen acæna: agricolæ ingeribus, nonnulli ſtadiis metiri ſolent agros, campoſque. *Alex lib* 2.c.12.

Plut.in 13 quem ſcribit, [illegible] ſub literque ratiocinatum Pythagoram philoſophum dicit in reperienda modulandaque ſtatus longitudinisque Herculis præſtantia. Nam cum ferè conſtaret, curriculum ſtadij, quod eſt Piſis apud Iouem Olympium, Herculem pedibus ſuis metatum, idque feciſſe longum pedes ſexcentos, cætera quoque ſtadia in terris Græciæ, ab aliis poſtea inſtituta, pedum quidem eſſe numero ſexcentûm, ſed tamen eſſe aliquantulum breuiora: facile intellexit, modum ſpatiumque plantæ Herculis, ratione proportionis habita, tanto fuiſſe quam aliorum procerius, quanto Olympicum ſtadium longius eſſet, quàm cætera. Comprehenſa autem menſura Herculani pedis ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam modificatus eſt. Atque ita id collegit, quod erat conſequens, tanto fuiſſe Herculem corpore celſiorem, quàm alios, quanto Olympi-

B cum ſtadium cæteris numero factis anteiret. *Gellius lib.* 1. *capite* 1.

Idem machinatione geometria inuenit hominis centrum in pudendis eſſe. Nam ſi diſpanſis brachiis & pedibus diductis ſtatuatur, & in verendis circini pes collocetur, rotundationis linea per extremas manus & extremos pedes curret. Proinde vt in maiore mundo Terra centrum eſt: ita minoris mundi terra, quæ officina eſt procreationis. Ideirco *Varro libro* 3. *de Lingua Latina*, χώρα τοῦ Πυθαγόρου partes genitales dici teſtatur.

PHIDIAS ſtatuarius, ſicut narrat Lucianus in Hæreſibus inſpecto leonis duntaxat vngui, quantus eſſet totus leo perpendit totúmque ex iudicio vnguis effinxit. Vnde Prouerb. Leonem ex vnguibus. Fit autem hoc mathematica ratione, ſicuti docet *Vitruuius l.* 3. vt ex membro vel minimo, totius corporis modus colligatur. *Plut. comment. de Defect. oracul.* videtur ad Alcæum referre. *Eraſm. in Adagiis.*

SOCRATES Geometriam, cuius callentiſſimus erat, non damnabat, ſed ad vſum Ethicæ vitæ accommodari volebat. Ro-

C gatus enim quamdiu Geometriæ opera eſſet danda? Reſpondit, Quoad quiſque poſſit terram menſura accipere & dare. *Laert.l.*2.*& Xenophon.l.*4.*Memorab.*

Athenienſes expeditionem Siculam ſuſcepturi, vt animarent ſuos, quaſi in hoc imperij cardo verſaretur, tabellis Siciliæ ſitum in myropolia & tonſtrinis propoſuêre. *Plut.in Alcibiade.*

ARISTAGORAS Mileti tyrannus, cùm à Dario rege defeciſſet Spartam, ſocietatis ergo venit: & vt Cleomenem regem faciliùs perſuaderet ad Aſiæ regnum inuadendum, æream tabellam ſecum tulit, in qua terræ mariſque ambitus deſcriptus erat. Cleomenes tamen audiens Suſa à mari trium menſium itinere diſtare, difficultate rei motus, eum ante ſolem occidentem Sparta excedere iuſſit. *Herod.l.*5.

Geographicam tabulam Socrates Alcibiadi propter amplitudinem agrorum ſuperbienti oſtendit, & Græciam primò, mox Atticam inueſtigare iuſſit. Quòd cùm promptè feciſſet: Nunc verò, inquit, fili Cliniæ, in Agro Attico oſtende mihi tua prædia, ſi potes, vel Geometram negligentiæ, qui loca tam illuſtria prætererit, vel teipſum incogitantiæ cauſa, qui è tam

D obſcuris gloriam captes. *Plut.*

INEPTVS.

PHILIPPVS rex Macedonum, cùm proditione ciuitatem Melitæorum occupaturus eſſet, dupliciter errauit. Nam & ſcalas non ſatis longas attulit, ſicut neceſſitas requirebat: deinde & tempus non ſeruauit. Cùm enim circa mediam noctem venturum ſe conſtituiſſet, ante tempus exercitum è Lariſſa mouit, & in agrum Melitæorum maturiùs venit: cumque ſcalarum commenſurationem non haberet, nec per portam ingredi poſſet, quòd coniurati, quos in ciuitate habebat, tempore excluſi, opem illi ferre nequirent, multis ſuorum amiſſis, cum dedecore reuerſus eſt. *Polyb.Hiſt.l.*9.

Veneti, qui Veronæ per inſidias capiendæ conſilium inierant, eóque noctu milites delectos miſerant, ob ſcalas breuiores eam capere nequiuerunt. *Bembus l.*10.*Hiſt.Venet.*

Luſitanis, duce Blaſco Nonio Hiſpano [illegible] tali Indiæ Molucas Orientales anteierunt. *Iouius* [illegible] *Cretzai.*2.*c.*62.

*GEOGRAPHICÆ TABVLÆ
Earum vſus, Studium, vtilitas.

Tabula quæ πίναξ Græcis, ſonat aſſerem in quo pingimus, aut ſcribimus. Erantque olim Tabulæ [illegible] obducti, quibus inſcribebantur teſtamenta, acta [illegible] transferri autem hoc vocabulum ad ſignifican[illegible] Regionis alicuius, aut plurium coniunctarum in [illegible] aſſere, vel alia materia delineatum & expreſſum, p[illegible] illorum deuenimus cognitionem locorumque [illegible] tum, & amplitudinem metimur. Mappas vu[illegible]s eas Tabulas appellat, quòd ſicut hæ in menſis ita & illæ [illegible] pa[illegible] vel al[illegible] extenduntur, vt ſpectari aut inſpici [illegible] valeant. Hodie communiter Chartæ dicuntur, vel quod in charta ſoleant delineari: vel quod inſtar chartæ expandi & exponi ad vſum poſſint. F

Vſus autem eſt admodum vtilis hiſtoriarum & euentuum quorumuis cognitioni. Nam cum Geographia illarum ſit oculus, vt quæ non ita diſtinctè abſque locorum indagatione queant intelligi, facile colligimus, quantum ex Tabulæ commoditatis præſtent, quæ Geographicè loca in quibus ea quæ narrantur geſta fuerunt, adeóque res ipſas, velut præſentes oculis ſubiiciant, & memoriæ infigant.

*APVD VETERES.
Qui Tabulas Geographicas delineauerint, pinxerint. In pretio habuerint?

ANAXIMANDER Thaletis diſcipulus primam Geographicam edidit tabulam, teſte Strabone: qui & Eratoſthenis tabulæ totius habitatæ terræ meminit; atque præter hanc etiam antiquiorum tabularum. Vixit autem hic Anaximander Seruij Regis Romanorum tempore.

SOCRATES cum Alcibiadem ſuperbire videret ob diuitias, adduxit eum ad Tabulam ambitum terræ complectentem, & G eum rogauit, vt Atticam ſibi requireret: qua reperta, ſuos eum fundos iuſſit oſtendere: & cùm reſpondiſſet, nuſquam, ibi pictos eſſe; Horum, inquit, poſſeſſione tute efferis, qui nulla pars ſunt terræ? *Ælian.Var.Hiſt.c.*28.

HANNO Carthaginenſis ſcripſit tabulam nauigationis ſuæ Atlantici maris, qua Libycam oram perluſtrauit, dedicatam in æde Saturni.

ARISTAGORAS Mileſius habebat Tabulam æream, in qua totius orbis ambitus inciſus erat, cunctumque mare, atque omnia flumina: vt teſtatur *Herodotus l.*5.

AVGVSTVS & Agrippa Orbem populo ſpectandum propoſuerunt, vt ſcribit *Plin.l.*3.*c.*2.

Apud Ægyptios conſeruari tabulas in quibus omnes comprehenduntur viæ & metæ totius maris ac terræ, auctor eſt *Apollon.*4.*Argonaut.*

Tabulam Palæſtinæ ab Euſebio Cæſarienſi ſcriptam intercidiſſe, tradit *D.Hier.*

Menſam argenteam ſiue auream in qua totius mundi deſcriptio, Carolum Magnum habuiſſe, teſtes ſunt huius vitæ Auctores.

THEOPHRASTVS Ereſius Tabulas in quibus Orbis H ſitus ſunt, in inferiore ſcholæ porticu reponi teſtamento mandauit, vt ſcribit *Diog.Laert.in eius vita.*

Mappam Mundi deſcripſit in pellea duodecim pergameni, ſic de ſe ipſo Dominicanus auctor Annalium Colmarienſium. *Anno* 1265.

Tabulæ Geographicæ citantur quoque à *Stephano Byzantio: in verbo* Ἄνθος.

DOMITIANVS Imperator occidit Metium Pompoſianum quod depictum Orbem terræ in membranis circumferret, ita *Suetonius.*

*Varro de Rep.Rom.lib.*1.*c.*2. habet hæc verba: Oſtendi ibi C. Fundanium ſocerum meum, & C. Agrium equitem Romanum Socraticum, & P. Agraſium publicanum ſpectantes in pariete pictam Italiam.

Audi *Vitruuium.lib.*8. Hæc autem ſic fieri, teſtimonio poſſunt eſſe capita Fluminum, quæ Orbe terrarum chorographiis picta inueniuntur.

Florus

A [illegible], qui [illegible] pora vixiſſe videtur, ita att: [illegible] pod ſ[illegible] tum ſitus pingunt in breui quadam tabe[illegible].

IVLIAN[illegible] *Al pinum.* I [illegible] ram morbo l bera- tus, cu[illegible] ſti, [illegible] iam ii propterea minus grata fu[illegible] a abs te miſſa. ſunt enim in ea tum deſcri- ptio[illegible] tum Iambi quibus eam [illegible] naſti.

Sed V[illegible] m[illegible] terrarum in Tabula ſiſtere depin- gere, te[illegible] *Plut. in Theſeo*, item *Propert. l. 4.* Vbi Arethuſam ad L[illegible] m[illegible] ec loquent[illegible]

[illegible] *m & è Tab[illegible] diſcere* [illegible]

Depinxiſſe au[illegible] poſt [illegible] Ptolemæum, illius Tabulæ [illegible] ſæculis d[illegible] æ d[illegible] ot. Vnde ille velot priuu[illegible] n. vt [illegible] ote Anaximandri Mileſij, H[illegible] catæi, Democri[illegible] doxi, Di[illegible], Eph[illegible] ii, Eratoſthenis, Polybij, Pond[illegible] j, Str[illegible] buit & a[illegible], velut coryphæus & princeps habetur. Hinc & Petrus [illegible] tinus, qui nuper ſatis feli- citer Coſmographiam ill[illegible], opus ſuum Ptolemaico ac- B commodauit, quantum id fieri potuit.

* CATALOGVS RECENTIORVM, QVI TABVLAS REGIONVM ET OPPIDORVM GEOGRAPHICAS declinearunt, & euulgarunt: Quíque ad noſtram cogni- tionem hactenus deuenêre, quibus addidimus, vbi loco- rum, quando, & à quibus excuſæ ſunt.

ABRAHAMVS ORTELIVS Geographus & Coſmogra- phus Philippi II. Hiſpan. Reg deſcripſit & delineauit Tabulas Orbis vniuerſi. quas in vnum volumen, ſub nomine Theatri redegit, & *typis Plantinianis* euulgauit plures. Idem poſteà adiecit Parergon, ſiue Tabulas vet. Geographiæ *ibid.* Dedit quoque Mappam Orbis vniuerſi, & nonnullas alias.

ADELBARGVS SAVRACHERVS, Heluetiam in lucem de- dit; *Baſileæ*, 1584.

ÆGIDIVS BVLIONIVS Belga. Galliam Belgicam deſcri- pſit, quam edidit *Antuerpiæ Ioan. Liefrinck.* Et Sabaudiam cum Burgundiæ Comitatû, euulgatam *apud Hieronymum Cock, An-* C *tuerpiæ*

ÆGIDIVS Tſchudus, Rhetiam, Heluetiámque *Baſileæ apud Iſingrinum.*

ANDREAS POGRABIVS Pilſnenſis, Sarmatiæ Europæ partem, quæ ſubiacet Sigiſmundo Poloniæ Regi; *Venetiis*, 1569.

ANDREAS THEVETVS, Galliam, *Pariſiis*, 1578. *Ibi.* Idem quoque vniuerſum Orbem terrarum, ſub lilij forma.

ANDREAS VELLEIVS, Iſlandiæ inſulæ tabulam commu- nicauit in Ortelij Theatro.

ANTONIVS ALBIZIVS Florentinus, edidit & concepit nuper ſtemmata Chriſtianorum Principum Tabulis æneis quibus Iconem vrbium præcipuarum ſubiecit. *Campidoni. an.* 1617.

ANTONIVS CAMPVS, Cremonenſis agri Corographiam delineauit; in Theatro eodem.

ANTONIVS GALATEVS, deſcripſit multas tabulas Coſ- mographicas: vt tradit *Leander. Alb.* & teſtem adducit ocula- tum, *Ranzanum*

D ANTONIVS IANKINSONVS, Ruſſiam; *Londini.* 1562.

ANTONIVS VVIED, Moſcouiam; *Antuerpiæ.*

AVGVSTINVS HIRSVOGEL, Regionum hactenus non viſarum (vti titulus habet) Tabulam edidit. Continet verò Hi- ſtoriam, Slauoniam, Carinthiam, Styriam, Goritziam, &c. vici- náſque regiones; *Nurenbergæ apud Ioannem VVeygel.*

AVGVSTINVS IVSTINIANVS, Nebiæ Epiſcopus, Cor- ſicæ deſcriptionem in Tabulam redegit, vti ipſemet inquit in ſua Hiſtoria Genuenſi.

BALTHASAR MORETVS Ioan. Fil. aliquot Tabulis au- ctius & emendatius euulgauit Parergon Abr. Ortelij, *Antuer- piæ, anno* 1624.

BARTHOLOMÆVS SCVLTETVS, Miſniæ & Luſatiæ Co- rographiam; *Gorlitzij. an.* 1569.

BENEDICTVS ARIAS Montanus, Terræ Canaan deſcri- ptiones duas: vnam quæ continet ſitum eius quem habuit tem- pore Abrahæ, ante aduentum filiorum Iſraël, alteram in vnde- cim tribus diſtinctam in ſuo Apparatu Biblico, *Antuerpiæ excu- ſa, apud Plantinum.*

BENEDICTVS BORDONIVS, Italiæ Tabulam; vti habet *Leander* in ſua Italiæ de[illegible], & *Bernardinus Sacerdotius* in E Hiſtoria ſua Patauina

BERNARDVS BROGNOLVS, V[illegible] onenſe Territorium euulgauit; *Venetiis* 1564.

BERNARDVS SILVANVS Eboliens. Ptolemæi Geogra- phiam recognouit, & nouas tabulas recentiorum nauigationi- bus reſpondentes, neque à verbis autem [illegible] æi diſ[illegible] e- pantes (vt [illegible] ſcribit) adiunxit, an. 1511. *Venetiis*

BONAVENTVRA Caſtilioneus, L[illegible] ngeb[illegible] ıam, teſtis *Ioanne Antonio Caſtilioneo*, in libello qui [illegible] Inſubrum anti- quis ſedibus inſcribitur.

CAROLVS [illegible] NVS, Germaniæ Typum, *Antuerpiæ apud Hieronymum Cock*

CAROLVS CLVSIVS Atreb. Hiſpaniam, antiquis ac re- centibus locorum eam nominibus inſcriptam; quam Abr. Or- telius *Antuerpiæ edidit*, 1571.

CASPAR HENNEBERGERVS Erlichenſis, Pruſſiam de- ſcripſit, quam *Georgius Oſtergerus edidit Regiomonti*, 1576.

CASPAR VOPELLIVS MEDABACH, Deſcriptionem F Orbis terrarum; item Europæ totius, ac Rheni tractum; om- nia *Coloniæ*

CASPAR BRVSCHIVS EGRANVS, Montis Piniferi (quem Fichtelberg vulgo nuncupant) Tabulam, *Vlmæ apud Sebaſtianum Francum.*

CHRISTIANVS ADRICHOMIVS Delphenſis, Palæſti- nam, multis tabulis æneis formis excuſam, edidit *Coloniæ per Arnoldum Mylium*, 1590.

CHRISTIANVS SCHROT Sonſbekenſis, Gelriam cum Cliuia, vicináſque regiones, *Antuerpiæ apud Bernardum Putea- num.* Eandem tabulam idem recognouit, edique curauit per *Hieronymum Cock, Antuerpiæ.* Deſcripſit quoque vniuerſam Germaniam, quam idem *Cock* prælo excudit. Item Danubij tractum. Item Tabulam quam inſcripſit Peregrinationem fi- liorum Dei; *Calcariæ, apud Vincentium Houdan*, 1572. VVeſt- phaliam quoque, idem Ortelius in Orteliano Theatro. Vidi quoque tabulam manu deſcriptam ducatus Lutzenburgenſis, ab eodem auctore.

CHRISTOPHORVS PYRAMINVS, Germaniæ Tabulam, G *Bruxellis Brabantiæ.* 1548.

CHRISTOPHORVS SAXTONVS, Angliæ regnum deſcri- pſit multis, ſingulas enim eius regiones ſingulis foliis expreſſit, *Londini*, 1580. Idem vniuerſum hoc regnum vnica magna tabula, *ibid.*

CHRISTOPHORVS, Zellius, Europæ Typum; *Nuren- bergæ.*

COLLANTONIVS STIGLIOLA; Regnum Neapolita- num in tabula deſcripſit accuratiſſimè.

CORNELIVS ÆDOERVS Friſius, deſcripſit Archiepiſco- patus Colonienſis diœceſim: excuditque *Franciſcus Hogenber- gius, ibid.* 1585.

CORNELIVS ANTONII, Regionum Orientalium Tabu- lam, vti titulus habet (continet autem Daniæ Regnum & cir- cumiacentes regiones) excuſam *Amſterodami.* Idem deſcripſit Europam, editam *Francofurti ad Mœnum.*

CORNELIVS à IVDÆIS, Galliam à Gerardo Mercatore regionatim ſingularibus tabulis in volumine deſcriptam, om- nes iunctim vnica tabula, ſuo nomine edidit. *Antuerpiæ.* H 1593.

DANIEL SPECKEL, Alſatiæ ſuperioris & inferioris Ico- nem edidit, *Argentinæ*, 1576.

DAVID FABRICIVS ESENSIS, Friſiam Orientalem de- ſcripſit quam *Ioannes ab Olderſum edidit Endæ*, 1589.

DAVID ZELTELIN, Topographiam Sueuiæ Ligæ, ſiue Circuli: *Vlmæ*. 1572 Idem Franconiæ circulum deſcripſit, 1577.

DIDACVS MANDEZIVS, Peruuiam regionem, in hoc Theatro.

DIEGVS GVTIERVS, Americam, *Antuerpiæ apud Hiero- nymum Cock.*

DOCO AB HAMMINGA, Friſius, (de quo hæc Pet. Suffri- dus in Scriptoribus Friſiæ) Exarauit tabulam Geographicam totius Orbis, cum primis magnam & elegantem, nec minus artificioſam.

DOMINICVS MACHANEVS, huius Verbani lacus Choro- graphiam, à Leandro Alberto citatam legimus.

EGNATIVS DANTI, Peruſinum agrum, *Romæ* 1580. Item Vibij Veteris ditionem, *ibid.* 1583.

Elias

A E[illegible]ivs: Huius Br[illegible] en[illegible] n tu[illegible] Mercatoris opere.

L[illegible], territorium vrbis Francofo ensis[illegible] Mæ-nu[illegible]it, & edidit. *Ibid.* 1588.

E[illegible] Reyçh Tyrolen[illegible]s, Palatinatus B[illegible]riæ tractu[illegible] *Noremberga* 154[illegible]

Ferdinand[illegible] a Lavne[illegible], Burgundiæ Comitatus tabulam, quam in [illegible] suo exhi[illegible]uit *Abr. Ortelius*

Ferdinand[illegible] Aluare Zecu[illegible] Lusitaniam *Romæ apud Michaelem Trame[illegible]*

Florianvs[illegible] Tabulam Sarmantiæ, Regni Polo[illegible] & Hungariæ, vt insque Valachiæ, necnon Turciæ, T[illegible]æ Moscouiæ, & Lithuaniæ partem comprehendentem *Cracouiæ* 1528.

Franciscvs Hauenbergivs[illegible] Galliæ Be[illegible] tabulam delineauit; & excudit *Coloniæ Agrippinæ.* Præt[illegible] V. Voluminibus Ciuitates orbis Terrarum, ty[illegible]is *[illegible]nt. Hierat.* Bibliopolæ Colonienſ. qui an. 1618. adiecit [illegible]

Franciscvs monachi, Mechlinienſ. Regiones Septentrionales, *Antuerpiæ apud Syluestrum à Parisiis.*

B Gabriel Simeonævs, Alimaniæ tabulam; in libello inscripto, Dialogus Pius & Speculatiuus; *Lugduni apud Guilielmum Rouilium*, 1560.

Gellivs Parentivs, Spoletinum agrum deſcripſit, *editum Romæ* 1597.

Gemma Frisivs, Vniuerſi orbis tabulam; *Antuerpiæ.*

Georgivs Acacivs Enenkel, L. Baro Hebeneckius, Voiuesiæ Græciæ adiacentiumque regionum tabulam descripſit, edidi:que vnà cum suo Thucydide.

Georgivs Brvyn Colonienſis deſcripſit Ciuitates Orbis Terrarum delineatas & in V. Volumina redactas à Franc. Hogenbergio. *Coloniæ apud Antonium Hierat.* diuersis vicibus.

Georgivs Tanstetervs Collimitius, Hungariæ tabulam Lazari (quam Cuspinianus edidit) recognouit, 1528. *Ingolstadij, ex Academia Apiana.*

Georgivs Gadnervs, Wittebergensem Ducatum; *Antuerpiæ*, 1575. *in Theatro Orteliano.*

Georgivs Hoefnaglivs Antuerpianus, Gadis insulæ

C delineatiunculâ idem Theatrum ornauit.

Georgivs Ioocvs Berganus, Benacum lacum depinxit, teste *Leandro Albertto*.

Gerardvs Stampelivs, Goudanus, deſcripſit Kerpensis territorij in Vbijs effigiem, quam edidit *Franc. Hogenbergius Coloniæ*, 1587.

Gerardvs Mercator Rupelmundanus, (nostri sæculi Ptolemæus) Palæſtinæ, ſiue Terræſanctæ: item Flandriæ. Lonanij. Postea Europæ; deinde Orbis vniuerſi ad vsum nauigantium accommodatam tabulam, Duisburgi edidit. Excudit quoque Britannicarum Insularum tabulam, ab alio quopiam deſcriptam. Idem tabulas Ptolemaicas ad mentem Auctoris castigauit, & edidit *Duisburgi, anno* 1578. Plura Geographiæ studiosis non minùs vtilia quàm iucunda, ab eodem emulgata sparsim fuerunt, quæ omnia vno volumine concepit magnus ille Atlas, totius vniuerſi tabulas complectens, & deſcribens opus immortalitate dignum. *Amſterodami typis Iodoci Hondij.*

Godefridvs Mascopivs Embticenſis, Diœceſis Monasterienſis & Oſnaburgenſis typum; *Embricæ editus per Remigium Hogenbergium*, 1568.

D Gregorivs Amassævs, Fori Iulij tabulam deſcripſit; quam ab auctore se habuiſſe, inquit *Leander in ſua Italia.*

Gvlielmvs Postellvs, Galliæ typum, *Pariſiis*, 1578. Idem vniuersalem Orbis terrarum descriptionem ibidem excusam euulgauit.

Henricvs Coqvvs Gorcnomivs, Hiſpaniæ antiquæ tabulam deſcripſit & edidit *Salmanticæ*, 1581.

Henricvs Rantzovivs, Daniam deſcripſit, *editam Coloniæ, à Franc. Hogenbergio.*

Henricvs Zellivs, Europam, *Norenbergæ.* Item Pruſſiam *ibidem.*

Hermagoras Craft ab Obenborgo, edidit tabulam Peregrinationis D. Pauli; *Zagrabriæ.* 1527. teſtis *Bibliotheca Geſneri.*

Hieronvmvs Bellarmatvs, Tuſciam, *Romæ.*

Hieronym. Bordon. Corſicam inſulam perluſtrauit atque in tabulam redegit, quæ inſeritur Theatro Orteliano.

H[illegible]r[illegible] A[illegible] Coru[illegible] di O[illegible]us.

Hvg[illegible] C[illegible] manu[illegible]

Hv[illegible] [illegible] C[illegible] [illegible]us an[illegible] 156[illegible]

I[illegible]achimvs[illegible]ervs Friſiæ[illegible] quæ[illegible] n[illegible]. In co[illegible]ratio, ad[illegible]

Iacob[illegible] Castalo[illegible] manu[illegible] typum, [illegible] in [illegible] Aſ[illegible]cæ, H[illegible] [illegible] montanæ tab[illegible]s, *Venetiis*[illegible] *Romæ.*

I[illegible]bvs a Davent[illegible]ria Brabantiæ[illegible] d[illegible]æ, Friſiæ, [illegible]landiæ tabulas deſcripſit, &[illegible]

Iacobvs[illegible] L[illegible]ato au[illegible] [illegible]ripſit quæ c[illegible]a ſu[illegible] *Venetiis* 1569.

Iacobvs Svrhonivs Montanus, Hannoniam, Arte-F

ſiam,[illegible] Lutz nburg[illegible] prouincias deſcripſit, atque in Theatro publicauit Ortelius.

Iacobvs Zieglervs, Palæſtinæ, Scondiæ, Ægypti, & Arabiæ; libri forma, & in iis Commentaria; *Argentorati apud Petrum Opilionem*, 1532.

Ioannes Andreas Valvassorivs, Italiam. *Venetiis.*

Ioannes Antonivs Maginvs, Bononienſe territorium deſcripſit, & edidit. Item Italiam totam in magnas Tabulas redegit. an. 1620.

Ioan. Aventinvs, Bauariæ tabulam; *Landshuti an.* 1533.

Ioannes Baptista Gvicciardvs, Vniuerſi terrarum Orbis imaginem, maxima forma, quam Aquila biceps, alis expansis comprehendit, *Antuerpiæ*, 1459.

Ioannes Bvccivs Ænicola. Europam, ſub forma puellæ, *Pariſiis, apud Chriſtianum VVechelum.*

Ioannes Calamævs., Biturigum regionem; *Lugduni apud Gryphium.*

Ioannes Grigingervs, Bohemiæ, Miſniæ, Turingiæ, & collateralium regionum tabulam: *Pragæ*, 1568.

Ioannes Cvspinianvs, Hungariam; quam Petrus G

Apianus edidit, vti auctor eſt *VVolfgangus Lazius* in ſua Hungariæ tabula.

Ioannes Dominicvs Methonævs, Europam: *Venetiis, apud Matthæum Paganum.*

Ioannes Dryander, Haſſiam Cattorum regionem: eam enim Theatro edidit idem Ortelius.

Ioannes Favanvs medicus, Lemouicorum regionem deſcripſit: *editam Cæſarodum Turonum*, 1594.

Ioann. Florian. Antuerpianus, Friſiæ Orientalis regionem delineauit; quam Ortelius publici iuris olim fecit, 1679.

Ioan. Georgivs Septala Mediol. Ducatum Mediolanenſem, & regiones vicinas, *Antuerpiæ apud Hieronym. Cock.*

Ioannes Haselbergivs à Reichnav, edidit Tabulam quam Expeditionis Turcicæ titulo inſigniuit. Regionem nempe Europæ à Conſtantinopoli verſus Occidentem Viennam Auſtriæ vſque. *Antuerpi, apud Ioan. Liefr.nck.*

Ionn. à Horn. Germaniæ inferioris tabulam; *Antuerpiæ.*

Ioannes Hnntervs, Tabulas Geographicas edidit libelli forma: ſub titulo Rudimentorum Coſmographicorum: *Tiguri, apud Chriſtoph. Froſchouerum.* H

Ioan. Ianssonivs Bibliopola Amſterodamenſis euulgauit ann. 1619. Iconiſmos præcipuarum Germaniæ ſuperioris Ciuitatum. Item tabulas Prouinciarum & Ciuitatum Imperij, & Electoratus, Anno 1650. Amſterodami.

Ioannes Iolivetvs, Galliam: *Pariſiis, apud Oliuerium Truchetium*, 1560.

Ioannes Mercator. G. F. Comitatum Murſenſem delineauit, & *editus Duysburgi.* 1591.

Ioan. Mexanger Haleni. Turingiæ tabulam: *VVimariæ.*

Ioannes Pinadellvs, deſcripſit agrum Taruiſinum, & loca adiacentia.

Ioannes Portantivs, Liuoniæ typum in Ortelij Theatro habet.

Ioannes Regnardvs Forestivs, deſcripſit Foreſtum, ſiue Sebuſianorum regionem, at pictoria potiùs quam geographica manu.

Ioan. Scillivs Antuerpianus, deſcripſit & edidit Treuirenſem

A tenſem [illegible] copatum. Item Lo[illegible]. Item Lutzemburgenſis Ducatus partem, quam terram communem vulgò appellant: ſed hactenus non edita.

IOANNES STVMPIVS. Heluetiæ tabulas in hiſtoriæ Helueticæ volumine Tiguri excuſo, *apud Chriſtoph Froſchou erum.*

IOANNES SAMBVCVS Pannonius, Tranſſyluaniam: *Viennæ Auſtriæ*, 1566. Item Hungariam, *ibid.* 157[illegible]. *Forum Iulij, & Illyricum*, Orteliano Theatro edita.

IOANNES SCHALBETER, Valleſiæ prouinciæ tabellulam deſcripſit.

IOANNES SVRHONIVS, Veromanduorum regionem, *Antuerpiæ, apud Chriſtophorum Plantinum*, 1558. Item Picardiæ, atque Namurci, in Theatro Orteliano.

IOANNES TEMPORARIVS, Bleſenſe territorium: Galliæ: *Cæſarodunum in Turonibus, apud Mauritium Boguerfaldum*, 1592.

IOSIAS MVRERVS, Tigurinum territorium, editum eſt anno 1566. teſtis *Iacobus Monauius.*

IVBILEVS MAVRVS, coſmographicam totius Sabinæ tabulam deſcripſit: vt habet *And. Baccius l. 5. de Vino.*

IVDOCVS HONDIVS. Vniuerſalem, & Europæ tabulam edidit. *Amſtelrodami in Batauia.* 1595. Item ſpeculum Britanniæ:
B & auxit Atlantem Maiorem Mercatoris.

IVLIVS IASOLINVS, Ænariam inſulam deſcripſit, *Romæ editam*, 1586.

IVSTVS MOERS, Vvaldechenſem Comitatum: Haſſiæ prouinciæ partem deſcripſit, *Marpurgi.* 1575.

LAVRENTIVS Friſius, Chartam vniuerſalem Marinam (vt notant) alicubi in *Germania.*

LAVRENTIVS MICHAELIS ab Hogenkirchen, Friſiam Orientalem in tabulam deduxit, edita eſt *Antuerpiæ*, 1579. Item Oldenburgenſem Comitatum, quem prodit Theatrum Abrah. Ortelij.

LAZARVS SECRETARIVS Cardinalis Strigonienſis, Hungariæ typum primus deſcripſit; qui editus eſt *Ingolſtadij per Apianum, anno* 1528.

LEANDER ALBERTVS, Corſicam, Siciliam, Sardiniam, in libro cui titulus eſt, de Inſulis Italicis *Venetijs impreſſo.* 1568.

LEONARDVS THVRNEISSER, Brandeburgenſem Marcham, quæ nondum prodijt.

LÆVINVS ALGOET, Regionum Septentrionalium typum;
C apud Girardum de Lode, *Antuerpiæ.*

LICINIVS GVYETVS Andeg. Andegauenſium regionem publicauit, *Pariſijs, anno* 1573.

LIVIVS SANVTVS, Africam aliquot tabulis deſcripſit, forma voluminis, *Venetijs apud Damianum Zenarum*, 1588.

LVCAS AVRIGARIVS, Scripſit Speculum Nauigatorium, Oceani Occidentalis. Volumen eſt, continens multas tabulas littorales; *Lugduni Batauorum, apud Chriſtophor. Plantinum*, 1584. Poſtea quoque Orientalis; *apud Cornelium Claeſſonium. Amſtelrodami.* Item Europæ tabulam, qualem Marinam nominant; in qua omnes huius oras maritimas accuratè depingit, ibidem per dictum *Claeſſonium* 1589 *euulgatam.*

LVDOVICVS GEORGIVS, Chinam regionem deſcripſit; quam Theatro ſuo publici iuris fecit Abr. Ortelius.

LVDOVICVS TEISERA Luſitanus, Aſores inſulas: item Iaponiam inſulam: in eodem Theatro.

MARCVS AMBROSIVS Niſſenſis, Liuoniam, viciniáſque regiones, *Antuerpiæ*, ſed nondum edita.

MARCVS IORDANVS, Holſatus Mathematicus Daniæ regni typum, *Hafniæ, apud Ioannem Viniterem.* 1552. Idem Hulſatiæ, Sleſvvig: &c *Hamburgi, apud Ioachimum Leonium*, 1559. Et
D typum Corographicum Itinerum D. Pauli, Abrahami Patriarchæ, &c. *VVitembergæ, apud Ioannem Cratonem*, 1562. Idem Iutiæ peninſulæ tabulam conſcripſit, cuius autographum apud Abr. Ortelium extat.

MARCVS SECSNAGEL Saliſburg Ditionem Saliſburgenſem, *Saliſburgi.*

MARCVS VELSERVS, nobilis Auguſtanus. Vindeliciæ veteris delineationem eidem Ortelio dedit, in Rerum Auguſtanarum ſuis Commentarijs. 1594.

MARTINVS DE BRION, Paleſtinam, *Pariſijs, apud Hieronymum Gormontium.*

MARTINVS CAROL. CRESSELUT, Huius Iſalæ Rheni fluminis oſtij delineatiuncula proſtat.

MARTINVS HELVVIG Neiſſenſis, Sileſiæ tabulam, quæ *Niſſæ excuſa eſt*, 1561.

MARTINVS YLACOMYLVS Friburgenſis, Europam eam alicubi in *Germania impreſſam* ſe habuiſſe Ortelius alibi tradit. E

MARTINVS VVALDSEEMVLLER. Vniuerſalem nauigatoriam, quam Marinam vulgò appellant, in *Germania editam.* Puto hunc eundem eſſe cum Ylacomylo prædicto.

MATTÆVS OGERIVS, deſcripſit regionem, & Comitatum de La Marne, Galliæ prouinciam, *impreſſam in vrbe Cenomanorum ibid.* 1559.

MATTHIAS CINTHIVS, Hungariam: *Norenbergæ*, 1567.

MATTHIAS STRVBICZ Magnum ducatum Lithuaniæ & Liuoniæ deſcripſit, extat in Cromeri Chronico *edito Coloniæ.*

NATAL A BONIFACIVS, Aprutium Vlteriorem in publicum dedit, *Romæ* 1587.

NICOLAVS A CVSA, Huius Chartam Germaniæ citat Althamerus.

NICOLAVS GENVS. Huius tabula Regionum Septentrionalium habetur in Geographia Ptolemæi, a Girolamo Ruſcelli in linguam Italicam verſa; *excuſa Venetijs apud Vincentium Valgriſium.*

NICOLAVS GERMANVS, Huius Galliæ Chartam citat Robertus Cœnalis Puto hunc eundẽ eſſe cum Nicolao à Cuſa. F

NICOLAVS NICOLAIVS Delphinas, Europam marinam; *Antuerpiæ apud Ioannem Stelſium.* Idem Caleti & Bononiæ tabulam, *Pariſijs.* Idem quoque Galliæ Tabulam promiſit: non prodijt autem morte præuentus.

NICOLAVS ROGER, edidit Ptolemæi tabulas gemino ſchemate, veteri ſcilicet ac recentiori, vt teſtatur *Robertus Cœnalis in ſuo Galliæ opere.*

NICOLAVS SOPHIANVS; Græciæ tabulam; *Romæ.* Eadem poſtea euulgata fuit. *Baſileæ, per Oporinum.*

ORONTIVS FINEVS Delphinas, Galliæ deſcriptionem & Orbis terrarum typum, ſub forma cordis humani. Idem Tabulam Regionum, quarum in ſacris biblijs fit mentio. Omnia *Pariſijs apud Hieronymum Gormontium.*

OLAVS MAGNVS Gothus, Regionum Septentrionalium Tabulam. *Venetijs.*

PAVLVS CANIVS Genuenſis. Neapolitani regni tabulam delineauit, *editam Neapoli*, 1582.

PAVLVS FABRICIVS Medicus, Morauiam, *Viennæ Auſtriæ*, 1570. Idem Auſtriam promiſit.

PAVLVS IOVIVS. Larij lacus tabulam, cum libello: *Venetijs.* G

PAVLVS ROVERIVS, Taruiſinum agrum.

PETRVS APIANVS, Europam: Peregrinationem D. Pauli & Typum vniuerſalem, omnia *Ingolſtadij.*

PETRVS AB AGGERE, Orbis terrarum Typum, Aquila comprehenſum, *Mechliniæ.*

PETRVS BERTIVS Batauus, edidit Tabularum Geographicarum libros VIII. Item vrbium præcipuarum Corographicam deſcriptionem. *Amſterodami Sumptibus Iodoci Hondij, anno* 1616. Item tabulas Ptolemæi in fol. apud eundem.

PETRVS BOEKEL, Thietmarſorum Regiunculam, *Antuerpiæ apud Ioannem Liefrinck* 1559.

PETRVS COPPVS, Iſtriam, *Venetijs.*

PETRVS IOANNES BOMPARIVS, Prouinciam Galliæ regni ſic dictam, publici iuris fecit.

PETRVS KAERIVS Batauus, edidit nuper Belgium, multo quam ante hac, exactius & diſtinctius: cum & ſingula illius territoria & dominia elegantibus tabulis exprimat: quæ Petrus Montanus illuſtrat. *Amſterodami* 1622.

PETRVS LAICSTAIN, Iudæam perluſtrans eius loca deſcripſit, quam deſcriptionem Chriſtianus Schrot in Tabulam redegit. Extat *Antuerpiæ Apud Hieronymum Cock* 1570. H

PETRVS DE MEDINA, Hiſpaniæ Tabulam: Hiſpali, per *Ioannem Gutierum*, 1560. at valde rudem.

PETRVS PLANCIVS, Orbis terrarum geographicam & hydrographicam tabulam deſcripſit. 1592. Idem particularis Galliæ. *Amſterodami.*

PETRVS ROGERIVS. Pictonum regionem vicinorumque limitum, vt Rupellarum, Santonum, &c. *Pariſijs apud Franciſcum Deſprez.*

PETRVS TVRELLVS, tabulam Burgundiæ deſcripſit, vt les Biens in Bibliotheca Gallica:

PHILIPPVS APPIAN Bauariæ tabulam, *Ingolſtadij*, 1568.

PHILIPPVS PIGAFETTA Vincentinus, deſcripſit Africam *editam Romæ* Item Congo regnum, *ibid.* 1590.

PROSPER PARISIVS CONSENTINAS, Magnæ Græciæ, ſiue Calabriæ topographiam dedit, *Romæ* 1589. *Idem ibid* Regni Neapolitani tabulam.

A Pyrrhvs Ligorivs Neapolitanos, Regni Neapolitanij itē Græciæ,& Foti Iulij tabulā, *Romæ per Michaelē Trameʒin.*

Renatvs Andegauenſis, Rex Siciliæ & Neapolis, deſcripſit Andegauenſem Comitatum,& Prouinciam : Galliæ regiones. *Teſtis Franciſc. Crucemanius in ſua Bibliotheca Gallica.*

Rvmoldvs Mercator, Ger.F. Germaniam deſcripſit magna tabula:& edidit, *Duysburgi*, 1590.

Sebastianvs Cabotvs Venetus, Vniuerſalem Tabulam, impreſſam æneis formis, ſed ſine nomine loci, & impreſſoris.

Sebastianvs Mvnstervs, Baſilienſe territorium, item Germaniæ typum; Baſileæ, quem Tilemannus Stella emendauit & locupletauit; *Vvittenbergæ, apud Petrum Zeitz*, 1567.

Sebastianvs à Rotenhan, Franconiam Orientalem; *Ingolſtadij anno* 1543.

Sibrandvs Leonis Leouardienſis, Tabulam Friſiæ Occidentalis, in Theatro Orteliano.

Sigismvndvs ab Herberstein Moſcouiæ tabulā, in eius Commentariis *Baſileæ excuſis, apud Ioannem Oporinum.*

Sta. Por. depinxit Ducatum Oſvvieczimienſem,& Zatorienſem, *Venetiis*, 1563.

B Stephanvs Florentinvs monachus Orienti, tabulam dominij Florentini : & altam Senenſis deſcripſit: *Romæ*, 1584.

Stephanvs Ghebellinvs, Comitatum Venuſinum deſcripſit, Galliæ Narbonenſis partem, *in Gallia excuſſus eſt.*

Steph. Tabovrotivs, Burgundiæ Ducatum, Galliæ regionem depinxit, ſed nondum in lucem produit.

Steph Keltenhofer, Campaniæ Galliæ regiunculæ tabulam, ſuppreſſo tamen ſuo nomine, *Antuerpiæ.*

Thomas Geminvs Hiſpaniæ tabulam : *Londini.*

Thomas Scepsivs, Ditionis & agri Betnarum delineationem valde accuratam in publicum dedit, anno 1578. *Argentorati per Bernardinum Iobinum.*

Tilemannvs Stella Sigenenſis, Palæſtinæ tabulas duas deſcripſit, quarum vnam inſcripſit, Itinerarium Iſraëlitarum ex Ægypto; alteram, Corographia regni Iudææ & Iſraëlis, *VVittenbergæ.* Item Comitatum Mansfeldienſem; *Coloniæ apud Franciſcum Hogenbergium.* Lutzenburgi item ditionem accuratiſſimè deſcripſit, nondum autem edidit. Idem promittit abſolutiſſimam totius Germaniæ deſcriptionem, diem autem ſuum obiit

C poſtremum, priuſquam eam abſoluiſſet.

Vincentivs Corsvlensis, Hiſpaniam, *Venetiis apud Matthaeum Paganum.*

Vvarmvndvs ab Ygel à Voldertum deſcripſit & edidit tabulam comitatus Tirolenſis.

Vvenceslavs Grodeccivs, Poloniæ tabulam ; *Baſileæ, apud Oporinum.*

Vvilhelmvs Bernardi nauclerus Amſterodamenſis, edidit ibidem tabulam trium nauigationum Batauorum verſus partes Septentrionales.

Vvolfgangvs Lazivs Hungariæ Corographiam ; *Viennæ.* Item Auſtriæ *Nurembergæ.* Idem Comitatum Tyrolenſem; Styriam, Iſtriam, & Carinthiam, ſingulis tabulis edidit. Item alteram Auſtriæ : ſua manu in ære cælatam ; *Viennæ.*

Vvolfg. Regervvil Buchauiæ Regionis, ſiue Fuldēſis diœceſis Corographiam delineauit & edidit, *Fuldæ a.* 1574.

Vvolegangvs Vvissenevrgivs Baſilienſ. Palæſtinam ; *Argentinæ apud Ribelium.*

Ysaacvs Francvs, Turonum Galliæ regionis tabu-

D lam deſcripſit, quæ edita *Cæſaraduni* 1592.

Edidit Petrus Bertius Chriſtianiſſimi Regis Coſmographus libellum quem Breuiarium totius Orbis intitulauit, cum quia in exigua mole totius mundi continet deſcriptionem placuit pro Lectoris vtilitate hic adiungere.

PETRI BERTII BREVIARIVM TOTIVS ORBIS TERRARVM.

Orbis vniuerſus etſi nondum percognitus, nunquam tamen æque luſtratus fuit, atque nunc eſt. Veteres enim Geographi Græci Latinique, & qui ab iis ſitum orbis didicêre, Poëtæ, Oratores, Hiſtorici, eas tantum terras deſcripſêre, quas ... tant, quaſque iudicabant eſſe habitabiles. Nos multorum ſæculorum ac plurimorum hominum experientia edocti, multa ipſis prorſus incognita:& quas illi orbis regiones crediderunt vel ob æſtum, vel ob frigora deſertas, eas nos multis incoli ſcimus. Partes eius alij pauciores, ego ſex pono: Arcticam, Antarcticam, Europam, Africam, Aſiam & Americam.

I. Ad Arctoam pertinent 1. R... Sou... E
2. Groenlandia, 3. Spitſbergia ſiue *Zeuland*, 4. ..., quæ nunc ſubiecta eſt Daniæ & Noruegiæ Reg. 5. Noua Zenla, cum Mari Hyperboreo, & fretis duobus Vvaygaz, & Dauis, quorum illud eſt Orientalius, hoc magis in occaſum vergit. Illo Bataui, hoc Angli fretum Anian adſequi, & in Indiam penetrare, noſtra memoria, quamvis irrito hactenus conatu, aggreſſi ſunt. Nec deſunt, qui fretum Anian omnino eſſe negent, terraſque Aſiæ & Americæ dicant eſſe continuas, quos, quia experientiæ teſtimonia refutare non poſſumus in medio relinquemus : illud contenti monuiſſe, Groenlandiam, quæ ad gradum LXXX. latitudinis accedit, gramina gignere herbaſque virentes, à quibus & nomen accepit, cum Noua Zenla, quæ quatuor gradibus eſt Auſtralior, tota nuda ſit & impaſcua, feraque animalibus carniuoris.

II. Ad Antarcticam referendæ ſunt vaſtæ illæ regiones, quæ Polo Auſtrali ſubiectæ ; longe lateque inde extenduntur per tres Zonas, Frigidam, Temperatam,& Torridam : commendabiles non tantum prædicatione Petri Ferdinandi de Quir Hiſpani, qui tractum illum magna parte ipſe luſtrauit : ſed etiam F
cœli ſolique conſtitutione, terrarumque amplitudine, æquant enim Europam & Africam ſimul ſumptas.

III. Europa multò quam Africa aut Aſia contractior, iam inde à Macedonib.& Romanis ſedes, Imperij fuit, poſt Chriſtum verò natum, domicilium quoque Orthodoxæ Fidei. Patet ab Auſtro in Boream ad CCXXV. leucas maiores. A freto autem Gaditano ad Tanaim, hoc eſt, ab occaſu in Ortum DCCL. Circumſcribitur Oceano Septentrionali, Atlantico, Mari Mediterraneo, Helleſpento, Propontide, Boſphoro Thracio, Ponto Euxino, Boſphoro Cimmerio, Mæotide, Tanai,& linea quæ à Tanis flexu porrigitur ad oſtium fluminis Obij. In ea hodie dominantur varij. Inſulas Britannicas regit Carolus, filius Iacobi Stuarti, qui primus Scotiæ regnum Angliæ regno iunxit. Hiſpaniam tenet Philippus IV. Philippi III. filius, Philippi II. nepos, Caroli V. Imperatoris abnepos. Gallia ſubiecta eſt Chriſtianiſſimo noſtro Regi Ludouico XIII. Henrici magni filio. Germania Imperatorem habet Ferdinandum Auſtriacum, cui vxor Eleonora Mantuana. Noruegia & Dania ſubiectæ ſunt Chriſtiano IV. Friderici F. Sueciam habet Guſtauus Caroli F. qui pulſo ob religionem Catholicam Sigiſmundo, G
Rege ac nepote ſuo, Ioannis Regis filio, ipſe regnum inuaſit, & filio ſuo Guſtauo reliquit. Poloniæ & Lithuaniæ præeſt Sigiſmundus, quem Sueciæ regno à Carolo patruo exutum diximus. Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia,& Sclauonia Imperatori ſubſunt. Græciam, Thraciam, Bulgariam tenet Turcarum Imp. qui nunc eſt Sultan Amurath: Viciniores Aſiæ partes habent Ruſſus & Tartarus.

Religio per Europam alibi Catholica eſt; alibi Hæretica & Apoſtatica. Catholicæ Eccleſiæ caput eſt Romæ, ſucceſſor B. Petri, Vrbanus VIII. pietatis & eruditionis decus, cuius inter primas laudes meritò ponendum eſt, quòd litteris amorem ſtudiumque Francorum coniunxit, ſicut de Vrbano III. loquitur *Froiſſardus.* Catholici cum eo ſunt, eiuſque, vt veri paſtoris vocem agnoſcunt, in Gallia, Rex noſter Chriſtianiſſimus, Filius Eccleſiæ primogenitus, quem idcirco primo loco commemoro. In Germania, Ferdinandus Imp. in Hiſpania, Philippus Rex, qui etiam in cæteris ſuis ditionibus nullam Religionem præter Catholicam admittit. Sunt prætereà Catholici omnes Italiæ Principes, adhæc, Duces Sabaudiæ, Lotharingiæ, Bauariæ,& Electores Imperij Eccleſiaſtici. H

In Magna Britannia viget adhuc Caluini ſecta, non quidem ad Puritanorum formulam, ſiue eorum qui cum doctrina ritus quoque Eccleſiæ damnant: ſed ad normam eorum qui fidem habent Geneuenſium, ritus Catholicorum: multum tamen ſibi de præclara Regis Caroli indole pollicentur omnes boni : augetque ipſorum ſpem coniugium cum ſorore Chriſtianiſſimi Regis noſtri, bonis auibus nuper contractum : ſperant enim vouentque,& matris,& auiæ, ſummarum Heroinarum, & vxoris diuinis virtutibus, fideique ſingularis exemplo ipſum quoque Regem ... infami errore per Chriſti gratiam in viam veritatis & vitæ reuocatum ...iri, cum ſumma ſua gloria, egregio Regni ſui firmamento,& gaudio totius Eccleſiæ : deprehenſum eſt enim ipſum haud ita pridem benignius Catholicos habere cœpiſſe. Sed noſtras hæc vota ſunt. In Scotia plerique adhuc ad Puritanos magis accedunt. In Hibernia, ſi vim adimas & minas, omnes Catholici ſunt. In Dania, Suecia, Noruegia Lutherani ſunt, ſed ſerpit clanculū virus Caluiniſticū.

In

A In Polonia & Lithuania Rex & plerique Proceres cum Clero & infinita manu nobilium, aliorumque ciuium & ruſticorum turba ſũt Catholici, cæteræ religiones, vt ſunt, Lutherana, Caluiniſtica, Arriana, Samoſateniana, Anabaptiſtica, tolerantur & exercentur palam, ne ipſa quidem Iudaica excepta. Bohemia habet Catholicos, ſed etiam Huſſitas, Vvaldẽſes ſiue Picardos, Lutheranos, Caluiniſtas, Iudæos. Morauia præterea etiam Anabaptiſtas, quos ſuperioribus annis Imp. Eccleſiæ militantis ſubiecit. In Belgica, ſiue inferiore Germania, Prouinciæ quæ Hiſpanorum Regi parent, ſunt omnes Catholicæ, quæ verò ab ipſo ſeceſſerunt, delato ad Ordinum ſtatum iure maieſtatis, mutarunt quoque publicè religionem, eam que euaſerunt, quæ à Catholica quam longiſſime recedit. Viget ergo illic pro hoc tempore, Caluiniſmus & quidem ad formulam Gomariſtarum, damnatis nuper in Dordrechtano conciliabulo Arminianis, quorum miniſtri etiam oppreſſi, & vel finibus eiecti, vel in carceres concluſi ſunt. Catholici tamen, Lutherani, Anabaptiſtæ, Ariani, Samoſateniani, Bruniſtæ, ipſique adeò Iudæi, ſub ſpecie libertatis tolerantur; ſed minus omnib. Catholici. Verentur enim, ne, ſi ſublato religionis diſſidio priſcam illam & Catholicam publicè euehant, paulatim videantur ad

B Hiſpaniarum Regem, cum quo implacabile odium exercere cupiunt, accedere. In Heluetia Pagi quidam ſunt Catholici; vt Lucernenſis, Tugienſis, Suitenſis, Vnderwalienſis, Solodurenſis, Friburgenſis, Vriẽſis, quidã Caluiniſtici, vt Tigurinus, Bernenſis, Baſileenſis. Habent autem hoc proprium Caluiniſtæ, vt ſtatum, in quem irrepſerunt, euertant, neque ante conquieſcant, quam ipſi rerum potiantur. Irriſores, turbulenti, factioſi, diſputaces, ingrati, arrogãtes ſupra quam dici aut credi poteſt, hoſtes Catholicorum iratiſſimi, quique non tantum ipſi nihil conferunt ad repellendam imminentem Chriſtianorum ceruicibus Turcarum vim; ſed etiam motis inteſtinis diſſidiis, belliſque impediunt alios Reges id conantes, quin & opes vireſque ipſorum à communi hoſte auerſas in mutuam Chriſtianorum perniciem concitant. Atque hos ipſis eſt reformare Eccleſiam. In Turcia ſunt Mahumetani & Græci Schiſmatici, quidam tamen etiam Catholici. In Ruſſia Græci, Armenij & Pagani.

Opes Principum ex annuo ipſorum prouentu æſtimantur.

C Francorum rex xxx. milliones auri creditur excedere. Hiſpaniarum Rex ex omnibus ſuis ditionibus non colligit vltra xx. milliones. Rex Magnæ Britanniæ, quatuor, Poloniæ, tres: tantundem Venetiarum Dux. Pontifex vnum cum dimidio; Hetroſcus duos, Sabaudus vnum. Lotharingus dimidium eius. Rex Daniæ cc. millia coronatorum, Sueciæ tantundem. In Germania Imperium confert ſuo Imperatori ſex milliones auri: Valet autem millio decies centena millia coronatorum.

Linguæ per Europam præcipuæ ſunt tres: Romaniſmus apud Italos, Gallos, Hiſpanos. Teutoniſmus apud Heluetios, Germanos, Bauaros, Suecos, Noruegos, Danos, Anglos, & pleroſque Belgas. Sclauoniſmus in Sclauonia, Polonia, Bohemia, Hungaria. Habent autem ſingulæ regiones in ſua lingua diuerſas iterum dialectos. In quibuſdam verò locis linguæ audiuntur quarum nullum eſt cum cæteris commercium, vt in Britannia Armorica, Nauarra, &c.

Inſulæ Britannicæ ſunt plures, Minores quidem Orcades xxx. & Hebrides xxiv. Maiores verò duæ, Hibernia & Albion, ſiue Magna Britannia: iuxta quas ſitæ ſunt inſulæ, Mon, *Angleſey*, Vectis, & Gallico littori appoſitæ, *Ierſey, & Gerneſey*; in quibus vocibus vltima ſyllaba *ey* inſulam ſignificat.

D Hibernia, *La Irlande*, veterum Scotia eſt, Lacum præcipuum habet Ernenſem cui vicinum eſt Purgatorium Patricij. Fluuij ſunt plures, quorum quidem maximus Sannonius, nobilitatur tamen præ cæteris Auenlifius, ob Dublinum vrbem Regiam & Archiepiſcopalem, cuiuſmodi etiam ſunt Armachia, Caſſilia & Toam. Hi quatuor Archiepiſcopatus habent ſibi ſubiectas ſedes xxix. ſuffraganeas.

Magna Britannia cuius ſitum Ptolemæus infeliciter deſcripſit diuiditur in Scotiam, quæ Boream reſpicit; Angliam, quæ Auſtrum, & Valliam, quæ Occaſum. Scotia, *l'Ecoſſe*, amnes habet Tinam, Eſcam, Lethum: Montem Grampium: *Syluam*, Caledoniam: Lacum Neſſum: Vrbem Regiam Edenburgum: ſcholas Andreapolim & Aberdoniam. Promontorium Boreale Orcas, *Dongis Ichead.*

Anglia *l'Angleterre*, nomen traxit ab Anglis Saxonibus fluuios famoſos habet Tameſin, & Sabrinam, quarum illa Londinium alluit, *Londres*, vrbem Regiam: hæc Gloceſtriam, Promontoria ſunt: Cantium, *Lens*: & Nerium, *Cornwalle*, Archiepiſcopi duo, Cantuarienſis, *Canterbury*, & Eboracenſis *Yorck* Illi

E eſt Primas regni, habetque ſuffraganeos xxii. Hic tres ſummtaxat. Cambria ſiue Vallia verſus Occaſum porrigitur ad mare Hibernicum, ab eaque Primogeniti Regum dicuntur Principes Valliæ. Portus verſus Orientem eſt Dubris, *Doure*, ex aduerſo Caliſij: verſus Occaſum eſt *Pleymuth*: ſunt & alij paſſim portus Sandvvyck, Grauelend, Colceſter. Merces Britannicæ ſunt, Stannum, Lana, pannus, cereuiſia, nam aurum argentumve exportare fas non eſt. Lupos verò inſula tota non habet.

Hiſpaniam, quæ annorum noſtrorum memoria cœpit foris inclareſcere, quum antea via ipſa ſibi aduerſus incurſiones Pœnorum, Romanorum, Gothorum, Vandalorum, Saracenorum ſufficeret Romani in Citeriorem & Vlteriorem diuiſẽre, quarum illa Tarraconenſis dicta fuit: hæc habuit Bæticam & Luſitaniam. Illam a Vandalis vocamus hodie Andaluſiam: hanc à portu Calæ Portugalliam. Montes Pyrenæi Hiſpaniam ſeparant a Gallia: cætera ambit mare. Ad fauces freti Gaditani quod nos vocamus (*l Eſtroit de Gibraltar*) eſt Calpe mons, quem Saraceni vocant *Gibel Tarif*, quaſi dicas, montem Tarifici, reſpondetque ei in Africa Abyle mons quem nunc vocant *Ceutam*. Montes iſtos dixerũt antiqui Columnas eſſe Her-

F culis, à quo & fretum ipſum perfoſſum crediderunt. Flumina quæ in mare Ibericum exonerantur, ſunt, Tholobis, *Taracrat*: Rubricatus, *Lobregat*: Iberus *Hebro*: Durias *Guadalmar*: Sucro: *Xucar*: Terebus *Segara*, Tader, *Guadalentin*. Nam in Oceanum influunt Bætis, *Gualdaquiuir*: Anas, *Guadiana*: qui medio curſu mergitur, ac poſt decem leucas iterum erumpit: Tagus, *Tajo*: Munda, *Mondego*: Durius, *Duero*: Minius, *Mingo*. Regna Hiſpaniæ diuiſa olim inter plures fuẽre; ac tunc quidem nemo erat illorum, qui non Francorum Regibus libenter adſurgeret, inque aduerſis rebus ipſorum ſalutarem opem imploraret: nunc omnibus illis regnis ad vnum caput reductis, auctáque aliunde potentia, creuit cum fortuna animus, eoque tandem deuenit, vt plura adhuc appetat. Regna hæc ſunt, Granata, cuius vrbs primaria à Saracenis condita, idem nomen habet. Andaluſia, in qua eminent Hiſpalis, *Seuille*, Nebriſſa, Corduba, & *Iain*. Eſtramadura, in qua Pax Iulia, *Badatos*: Auguſta Emerita, *Merida*, ad Anam vtraque. Murcia, in qua Carthago noua, *Cartagen*. Valentia, in qua vrbes, Valentia, & Ilice, *Alicante*. Catalonia, in qua Dertoſa, Barcino, Tarraco, Emporiæ. Aragonia, in qua Cæſar-Auguſta, *Saragoſſa*: Iler-

G da, *Lerida*. Orgelis, *Vrgel*: Oſca, *Hueſca*, Guipuſcoa, in qua Toloſa & Flauiobriga, *Fuentarauia*, Biſcaja, in qua Flauionauia, *Bilbao*. Aſturia, in qua Ouiedum: Galecia, in qua Compoſtella, *S. Iago*. Legio, quæ vrbem habet eiuſdem nominis. Caſtella noua in qua Toletum & Madridum, Caſtella vetus, in qua Salmantica & Valedolit. His acceſſẽre Nauarræ pars in qua Pampelo, *Pampelune* & Portugallia, in qua vrbes, Olyſippo, *Liſbone*, ad Tagum flumen, Conymbriga, *Conymbre*: Ebora, *Euora*. Algarbia, in qua *Silues* & *Tauila*. Inſulæ vicinæ Hiſpanis ſunt, in Oceano quidem Gades, *Gad. z.*: in Mediterraneo verò, Gymneſiæ ſiue Baleares, Maiorica & Minorica, cum Ebyſo quæ nunc *Iuica* dicitur, minores volens prætereo.

Titulus Regis ſic ferè concipitur, Philippus Dei gratia Rex Caſtellę, Legionis, Arragonię, vtriuſque Siciliæ Hieroſolymæ, Portugallię, Nauarrę, Granatę, Toleti, Valentię, Galicię Maioricæ, & Minoricæ, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Iaen, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltar, Inſularum Canariæ,

H Indiarum Orientalis & Occidentalis Inſularum & Continentis, Oceani. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotaringiæ, Brabantiæ, Limburgi, Lutzemburgi, Geldriæ, Mediolani. &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcelonæ, Artheſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, Zutphaniæ, &c. Marchio Imperij, Dominus Biſcaiæ, Friſiæ, Mechliniæ, Traiecti, Tranſiſalaniæ, Gruningæ. Dominator in Aſia & in Africa.

Gallia, *la Gaule*, quæ & ante Romanos belli gloria per orbẽ clarnit, & ſub Romanis perdiu habuit Imperij ſedem Auguſtæ Treuirorum, Pyrenæis, Oceano, Rheno, Alpibus, & mari Mediterraneo clauditur. Hæc à Romanis initio tributa fuit in Citeriorem & Vlteriorem: illius pars Ciſalpina ſiue Italica, ab habitu gentis vocata fuit Togata: Tranſalpinæ verò pars viciníor dicta fuit Prouincia Narbonenſis fuitque Braccata: Reliquam omnem Galliam quæ Comata appellabatur, diuiſit Cæſar in partes tres, Aquitaniam, Celticam, quæ poſteà Lugdunenſis vocata eſt, & Belgicam: nam Prouinciam Nar-

A Narbonenſem, quæ iam tunc Romanis patebat, non accenſuit ille Galliæ a ſe vincendæ. Franci partem illam quæ ipſorum armis ſubacta fuit, appellauêre Franciam occidentalem: ad diſcrimen ſcilicet Franciæ orientalis, quæ eſt in Germania. Itaque Aquitania initio Francia non fuit. Burgundia Sequanica, *la Franche Comté*, nunc non eſt Francia. Hodie enim Franciam vocamus, eam omnem Galliam, quæ Regi noſtro ſubiecta eſt. Et quia de veteri illa ditione partes Rheno, Scaldi, Moſæ, ac Moſellæ vicinæ iam pridem abraſæ ſunt, facile eſt videre quantum imminutũ ſit Francorum prædiũ. Eam ergo hodie ab Italia ſeparat adhuc antiquus limes: a Sabaudia Rhodanus, Araris à Burgundia, Moſella à Lotharingia, & Ducatu Luxemburgenſi, *Aa* riuulus à Flandria. Amnium alij in Mediterraneum influũt, vt Varus, *le Var*. Argenteus, *Argent*. Rhodanus, *le Roſne*. Ledus *le Lez*. Arauraris, *Erhault*. Obris, *l'Orbe*. Atax, *l'Aude*, è quibus Rhodanus recipit ripa dextera Ararim *la Saone*. Ericuſ, *l'Erieu* Ardeſcham & Vardonem, *le Guard*: ſiniſtra Iſaram, *l'Iſer* & Druentiam, *la Durance*. Arar excipit Luignionem & Dubim
B *le Doux*. in Oceanum verò ſe exonerant, Aturus, *l'Adour*. Garumna, *la Garone*, Carantonus, *la Charante*, Altiſio, *l'Aultye*, Semaigna, Ligeris *le Loire*. Orna *l'Orne*, Sequana, *la Seine*, Sonoma; *la Somme*; Scaldis, *l'Eſcault*, Rhenus, *le Rhein*. Aturus duos Ganos recipit ex Pyrenæis deuolutos. In Garumnam influunt læua quidem Sauus, Gimous, Ægircius, *le Gers*, & Baliſa. Dextera verò, Tarnis, *le Tar*. Oldus, *Lot*, Ducanus, *la Dordogne*. In Ligerim, Elauer, *l'Allier*. Vigenna, *la Vienne*, Anger, *l'Indre*, Caris, *le Cher*, Meduana, *le Meine*, qui recipit Sartam, Huinam, & Ledum *le Loir*. In Sequanam, Matrona, *le Marne*; Icanna, *Ionne*, Alba, *l'Aube*. Æſia, *l'Oiſe*. In Æſiam, Axona *l'Aſne*, qui recipit Baſiliam, *le Veſle*. In Scaldim Legia, *Lys*. Scarpa, *l'Eſcarpe*. Dendra, & Demeta. In Rhenum, Moſa & Moſella. Poſtremum. plures habet ſola Gallia fluuios opportunos, & fluminibus impoſitos pontes, quam reliqua omnis Europa. Montes Galliæ præcipui ſunt Pyrenæi, Alpes, Gebennæ, Vogeſus, Iura: Alpium aliæ ſunt Maritimæ, aliæ Graiæ & Cottiæ, aliæ Penninæ, quæ à Penno Deo nomen habent. Herculem Graiis Annibalem Cottiis in Italiam veniſſe conſtat. Fuit autem Fran-
C corum Regibus id ſemper curæ, vt per Alpes plures ipſis aditus paterent in Italiam. Lacuum maximus eſt Lemanus. Diuiſiones alias Galliæ, quæ ſub Romanis, Gothis, Francisque primæ ſecundæ, ac tertiæ ſtirpi, fuêre, non omitto; contentus præſentia referre. Francia igitur, ſi eam a ſeorſim à partibus iis quæ abraſæ ſunt, ſpectes, variè diuidi poteſt, per Diœceſes, per Parlamenta, per Prouincias, per Cenſum. Harum primæ, non tantum quia vetuſtiſſima eſt, ſed etiam quia maxima proportionata, miniméque obnoxia mutationibus, nos nunc inſiſtemus. Sub Imperio igitur Chriſtianiſſ. Regis noſtri ſunt, 1. Diœceſis Lugdunenſis, ad Rhodani, & Araris confluentes, cuius Præſul vocatur Cleri Gallicani Primas. 2. Rothomagenſis ad Sequanam, in Normannia, quæ eſt Lugdunenſis ſecunda. 3. Turonenſis ad Ligerim quæ eſt caput Britanniæ, in Lugdunenſi tertia. 4. Senonenſis ad Icaunam, habet in ſe Lugdunenſem quartam, à qua reſecta eſt, & in Metropolim erecta, Lutetia Pariſiorum. 5. Treuerenſis ad Moſellam ſuffraganei ſunt in Francia, Metenſis, Tullenſis. Verdunenſis, omnes in Belgica I. ipſe autem eſt Elector Germanus. 6. Veſontinus ad Dubim ex-
D tra Francum eſt: eius ſuffraganeus tamen Bellicenſis paret noſtro Regi, in Lugdunenſi quinta 7. Rhemenſis, Dux & Par Franciæ, eſt in Belgica ſecunda, ad Baſilam flumen. 8. Viennenſis prima eſt ad vrbem eius nominis adſitam Rhodano. 9. Ad Narbonam quæ Ataci præterluitur, eſt pars vna ſecundæ Viennenſis. 10. ad Toloſam, quæ Garumnæ eſt appoſita, pars altera. 11. ad Aquas Sextias, *Aix en Prouence*, pars vna tertiæ Viennenſis. 12. ad Arelaten, *Arles*, pars altera. 13. Ebredunenſis, *Embrun*, eſt quartæ Viennenſis. 14. Bituriea, *Bourges*, Aquitaniæ primæ, diciturque eius præſul vtriuſque Aquitaniæ primas. 15. Burdegula, *Bourdeaux*, Aquitaniæ ſecundæ, ad Garumnam 16. Auſcij, Aquitaniæ III. ad Ægircium flumen. 17. Auenio ceſſit Pontifici.

Nec fuerit abs re, breuiter hoc loco oſtendere, quænam in Gallia ciuitates Epiſcopales quibus Metropolibus ſubiectæ ſint. Habet ergo Lugdunenſis Archiepiſcopus ſuffraganeos 4. Eduenſem ſiue Auguſtodunenſem, *Autun*, Lingonenſem, Ducem & Parem Franciæ, *Langres*; Cabillonenſem ad Ararim, *Chaalons ſur Saoſne*; Matiſconenſem, *Maſcon*. Rotomagenſis ſex, Baiocaſſinum, *Baieux*; Abrincatenſem, *Aurancbe*, Ebroicenſem, *Eureux*; Sagienſem, *Seez*. Lexouienſem, *Liziewx* Conſtantinum, *Conſtances*. Turonenſis 9. Cænoman[illegible] *Mans*, ad Sartam amnem, Redonenſem, *Renes*, Andeg[illegible] *A*[illegible] ad Meduanam Nannetenſem, *Nantes*, ad Lig[illegible] ſenſem, *Cornuaille*, Venetenſem, *Vannes* Bi[illegible] Maclouienſem, *S. Malo*, Leonenſem, *S. Paul de Leon* [illegible]rienſem, *Triguier*, & Dolenſem, *Dol*, qui quondam A[illegible] copi titulum ad dignitatem geſſit. Senonenſis tres, [illegible]ſſiodorenſem, *Auxerre*, ad Icaunam, Trecaſſinũ, *Troyes en Champa*[illegible], ad Sequanam Niuernenſem, *Neuers*, nam, Pariſienſi [illegible] ſectis Carnutenſi, *Chartres*, Aurelianenſi, *Orleans*, & Mel[illegible]nſi *Meaulx*, à Senonenſi reſectæ ſunt, anno 162[illegible]. De Tr[illegible]nſi eiuſque tribus ſuffraganeis, deque Veſontino, iam di[illegible] Rh[illegible]menſis ſuffraganei ſunt octo, Sueſſionenſis, *Soiſſons*, Catalaunenſis ad Matronam, Comes & Par, *Chaalons ſur Marne*, Laudunenſis Dux & Par Franciæ, *Laon*. Silvanectenſis, *Senlis*. Bellouacẽſis, Comes & Par Frãciæ, *Beauuais*, Ambianenſis, *Amiens*, Nouiomenſis, Comes & Par, *Noyon*: Bononienſis in Pago Geſſoriaco, *Bouloigne ſur mer*: iam Morinenſis ſiue Teruanenſis, *Teruanne*, itémque, Cameracenſis, *Cambray*, Atrebatenſis,
Arras, & Tornacenſis *Tournay*. iam inde ab anno 1625. tranſlato ad Burgundum iure omni Politico, Eccleſiaſticam quoque ſubiectionem Rhemenſi auerterunt. Viennenſis Metropolis habet ſibi ſubiectos Epiſcopos. Geneuenſium, *Geneue*, cuius ſedes ob ciuium hæreſi infectorum rebellionem tranſlata eſt Anicium, Sabaudiæ oppidum, *Anicy*; Gratianopolitanum: *Grenoble*, ad Iſaram: hanc autem vrbem vocat Cicero in Epiſtolis Cularonem, Albenſem ſiue Viuarienſem, *Viuiers*. Dienſem, *Die*, Valentinienſem, *Valence*, ad Rhodanum: Morianenſem, *S. Iean de Morienne*. Narbonenſis habet ſuffraganeos nouem, Biterrenſem, *Beziers*, Agathenſem, *Agde*, Carcaſſonenſem, *Carcaſſone*, Nemauſenſem, *Niſmes*, Lotouenſem, *Lodeſue*, Monſpeſſulanum, *Montpellier*, qui olim fuit Magelonæ, in ſtagnis Volcarum: S. Pontij Tomeriarum, *S. Pons de Tomiere*, Alectenſem, *Alet*: & Vtecenſem, *Vſez*. Tolòſanus habet ſeptem, Apamienſem, *Pamieres*, Mirapicenſem, *Mirepoix* Montis Albani, *Montauban*, Vaurenſem, *Vaur en pais de Lauragois*, Lombarienſem, *Lombez*. S. Papuli, *S. Papoul* & Riuenſem, *Rieux*. Aquiſextienſis habet quinque, Aptenſem, *Apt*; Reienſenſem, *Ries*, Forojulienſem, *Freiuls*, Vapincenſem, *Gap*. Ciſtaricenſem, G
Ciſteron. Arelatenſis præeſt quatuor ſuffraganeis, Maſſilienſi, *Marſeille*: Tricaſtino, *S. Paul de Tricaſtin*, Tolonenſi, *Tolon*. & Arauſionenſi, *Oranges*, Ebredunenſi ſubiecti ſunt ſex, Dinienſis, *Digne*, Graſſenſis, *Graſſe*. cuius olim ſedes fuit Antipoli, *Antiboul*; Vencienſis, *Vences*, Glandatenenſis, *Glandeues*. Senetenſis, *Sanés*, & Nicenſis, *Nice*. Bituricenſis habet ſuffraganeos vndecim, Claremontenſem, *Clairmont en Auuergne*, S. Flori, *S. Fleur*: Rhuthenenſem, *Rodez*: Vabrenſem, *Vabres*: Caduenſem, *Cahors*: Lemouicenſem, *Limoges*: Tutelenſem, *Tulles*: Mimatenſem, *Mande*: Albienſem, *Alby*: Caſtrenſem, *Caſtres*: & Anicienſem, *Puy en Velay*. Burdegalenſis Archiepiſcopi ſuffraganei ſunt nouem: Aginnenſis, *Agen*: Enculiſmenſis, *Angouleſme*, Santonicus, *Sainctes*: Pictauienſis, *Poictiers*, Petrocorienſis, *Perigueux*, Condomenſis *Condon*: Maleacenſis, *Malezais*: Luſionenſis *Luçon* & Sarlatenſis, *Sarlat*. Auſcius vel Auxitanus habet ſuffraganeos decem Aquenſem, *d'Ags*: Lectoratenſem, *Lectoure*: Conuenenſem, *Comminges*: Conſeranenſem, *Conſeran*: Adurenſem *Aire*: Vaſatenſem, *Bazas*, Leſcarienſem,
Leſcar: Tarbenſem in Caſtris Bigorris, *Tarbes*, Oleronenſem, H
Oleron: & Bayonenſem, ſiue Boatum, *Bayonne*, nam Eluſa iam pridem eſſe deſiit: Pampelo verò retracta eſt ad Hiſpanos. Pares ſæculares cum titulo Ducali ſunt, Burgundus, Normannus, & Aquitanus: cum titulo vero Comitatenſi, Flander, Toloſanus, & Campanus.

Francos autem in primis commendant iſta 1. Zelus Religionis Catholicæ: nuſquam terrarum ardentius Deus ab omni ſexu, ab omni ætate, ab omnibus ordinibus colitur & quidem ſine vllo vel fuco vel inquiſitione: In Gallia ſe primum exſeruit ſub Conſtantino publica Chriſtiani nominis profeſſio, fugato Paganiſmo. Primus Europæ Regum Clodouæus Chriſti fidem in Gallia amplexus eſt. Primus Carolus Magnus, vt nutantem in Occidente fidem Catholicam ſtabiliret, Imperium Francorum inſtituit. Plures Martyres habuit ſola Gallia ob Chriſti nomen quam cætera omnis Europa. Nuſquam alibi plura ob commune Eccleſiæ bonum concilia celebrata ſunt. In Gallia præcipuorũ Cœnobiorum ſunt Origines. Ciſtercienſium Claræuallenſiũ, Præmonſtratenſium, Cluniacenſiũ, Grandimontenſium, Carthuſianorum, quorum propagines in reliquam

A liquam Europam, imo & terrarum orbem poſt eà deductæ ſunt. Franciſci Romanos Pontifices vt Eccleſiæ Chriſtianæ parentes nudos de ſuis bonis ditauêre, oppreſſos defendêre: eiectos excepêre: fugatos reſtituêre: quandoque omnium Gentium erat officium, ſoli præſtitêre: ob quas res meritò Reges Franciæ dicuntur Chriſtianiſſimi, & filij Eccleſiæ primogeniti. Habet quidem Francia ex ſuis nuper ortos viſceribus hæreticos Caluiniſtas: ſed ſolos; & quis vnquam ager ſine lol[io] ſ[e] maturia? habet ergo, ſed non probat, habetſed vt formoſ[æ] faciei verrucam: vt Iſraelitæ in terra ſancta Philiſtæos, ad fidei ſuæ exercitium, exigentibus ita adhuc peccatis noſtris; denique in ſpem ipſorũ conuerſionis. 2. Commendat etiam Francos Monarchiæ duratio, iam enim MCC. anni ſunt, quum Reges Regibus perpetuo ſuccedunt, & quidem præcipuis virtutibus inſigniti, alij quippe Sancti audiunt, alij Fortes: Intrepidi, alij Clementes, alij Auguſti, alij Iuſti, alij Caſti, alij Prudentes: In Ludouicum hodie regnantem Deus plena manu omnia iſta bona ſimul congeſſit, addita inſuper ſingulari in rebus gerendis Fœlicitate. 3. Commendant inſuper Francos diuinæ defenſionis miracula: nunquam enim eos deſeruit cœleſte numen: excitata etiam deſperatiſſimis rebus ad viros animandos virguncula. Quam fuerit B ſtipenda Galliæ poſt ſeceſſum Henrici III. Regia Chriſtianiſſimi ex circumſtantib. malis liberatio, ſciunt & teſtari poſſunt, qui tunc vixerunt. 4. Adde legum Sanctitatem, ex Gallia quippe cæteræ ferè Gentes per Europam traxêre Rerumpublicarum ſuarum adminiſtrandarum exemplum. Qui Senatum Pariſienſem videt, habet, vnde ſibi repræſentet Amphictyonum grauitatem Areopagitarum dignitatem, Senatus Rom. Splendorem & maieſtatem 5. Adde ſanctitatem, eruditionem, modeſtiam Cleri. 6. Adde toto regno florentes litteras, artes, ſapientiam. Vna Pariſienſis ſchola plurimarum per Europam eſt mater: ea ea profecti P. Lombardus, Albertus Magnus, Thomas Aquinas, & miraculum orbis Iulius Cæſar Scaliger. Debent litteratores Budæo, Turnebo, Eraſmo, Paſſeratio. Debent Cuiacio, Aleiato, Tiraquello, Iureconſulti: Fernelio, Dureto, Riolano, Medici: Aurato & Ronſardo Poëtæ. Mureto Oratores: B. Hilario & S. Bernardo, Theologi. Orontio, Mathematici, Fremenelio pictores Imperatores denique & belli Duces Henrico Magno. 7. Neque omittenda eſt morum comitas. Huc ergo tanquam in veram humanitatis ſcholam mittitur quotan- C nis ex omnibus orbis partibus ſelecta nobilitas, vt cum linguâ ciuilem viuendi modum poſita barbarie addiſcat. 8. Addam poſtremo loco vbertatem & felicitatem ſoli cuius tria ſunt ſigna certiſſima: primùm, euectiones & exportationes fructuum mercimumque dominatarum, tritici, inquam, ſalis, vini, olei, lanarum, croci, glaſti, ferri, telarum, merciumque manufactarum: Secundum, frequentia portuum, verſus vtrumque mare, interius & exterius, vrbiumque nihilominus à mari remotarum amplitudo & multitudo: Tertium, ciuium copia. Hiſce rebus fit, vt vna Gallia plura valeat regna.

Sunt etiam in Gallia Belgica Germaniæ dux Ciſthenanæ, diuerſæ à Germania magna; Diuidſque illas Moſella fluuius quem Ptolemæus Obrincum vocat. In Germania ſuperiore ſunt, Heluetia, Alſatiæ pars Ciſrhenana, Lotharingia, Palatinatus pars, cum agro Moguntiaco. In Germania Inferiore ſunt Treueri, Leodienſes, Murſenſes, Cliuenſes, Bergenſes; Iuliacenſes Batani, aliique, quos omnes, iure quæ habent, & priuilegia, & arma, à Francorum regibus tenere nemo gentium ignorat. Hodie promiſcuè vocant Prouincias D Belgicas, & Prouincias Germaniæ inferioris, eas omnes, quas Burgundiorum Dux, qui nunc eſt Rex Hiſpaniarum, vt paternam hæreditatem vel habet, vel repetit, quamuis illarum non nullæ trans Rhenum in Germania Magna ſitæ ſunt in Gallia numerantur, Arteſia, cuius Metropolis Attebatum. Flandria, in qua Gandauum, Brugæ, Ipræ Inſulæ, Duacum. Hannonia habet Valentinianas, & Montes Luxemburgum, Limburgum, Namurcum, Cameracum, Mechlinia, habent vrbes ſingulas ſuorum nominum. Zelandia quoque tota Gallica eſt, ad oſtia Scaldis, conſtatque pluribus inſulis, quarum nobiliſſima eſt Walachria, habens oppida portuſque, Vliſſingam, *Middelburgum*. Veriam, Armudam, Trans Rhenum in Germania Magna, ſunt Friſia Occidentalis, quæ vrbes habet, Alcmariam, Enchuſam, Harnam, aliaſque. Friſia ſimpliciter ita dicta, eſt in Germania magna, habetque Leouardiam, Harlingam, Doccomimium, Frankeram vrbes præcipuas Groninga, vrbem habet cognominem. Geldria habet Rurmundam, & Arnemium. In Tranſſalania, *Oueryſſel*, ſunt Dauentria, Campi, Svvolla. Vltima Tranſrhenanarum Prouinciarum in Germania inſe- E riore eſt Zutphania. Ex vtraque Rheni parte ſitæ ſunt, Hollandia, & Vltratectum *Vtricht*. Illius vrbes ſunt Dordrechtum, Halemunt, Delfum, Leida, Amſterodamum, Gauda, Huius traiectum, ciuitas Archiepiſcopalis & Amersfodia. Habent autem ſingulæ prouinciæ Curias ſuas ſupremas, in quibus ius dicunt peremptorie, & à quibus non datur prouocatio. Quæ autem eſt Hagæ Curia Ordinum Generalium, ea tantum decernit de rebus ex communi confœderatione ad bellum, pacem, & nauigationes pertinentibus. Gubernator Hollandiæ, Zelandiæ & Vueſtfriſiæ poſt exceſſum Mauritij Naſſouij, eſt Henricus eius frater, Princeps Arauſionenſis, Gubernator Geldriæ & Traiecti eſt Erneſtus Naſſouius.

Heluetij, *les Suiſſes*, Pagos XIII. tenent, vt ſunt, Tigurinus, *Zurich* Bernenſis, Lucernenſis, Vrenſis, Suitenſis, Vndervvalt, Tugenſis, Glaronenſis, Baſileenſis, Friburgenſis, Salodurenſis, & Abbatiſcellenſis. Valeſij oram tenent quæ inter Rhodani fontes & lacum Lemanum interiecta, montibus vtrinque cingunt: vrbs præcipua eſt Sedunum, Alſatiæ eſt Argentoratus: Nemetum Spira, Vangionum VVormatia. Palatinatus habet cis Rhenum in Gallia Frankendalium & Neo- F ſtadium.

Germania Magna ſiue Tranſrhenana nunquam à Romanis exacte cognita, nedum ſubacta fuit. Eam omnem Franci hodie ex vna eius gente vocant Alemaniam: Sunt enim Alemani ſiti ad fontes Danubij: nomen habent vel a viris, nam *man* virum ſignificat, vt in Nortman, Herman, Karolman, Duitſman; vel ab Alemone amne eius tractus. Debet autem Germania Imperium ſuum Fräcis nunc, deuoluta per Saxones & Sueuos ad domum Auſtriacam gubernatione, paret Burgundioni. Terminatur Rheno, Viſtula, Oceano, ac Danubio. Amnes habet præter eos quos iam dixi, Vidrum *le Vecht*, Amaſim *le Emſe*, Viſurgim, *le VVyſer*, Albim. *le Elbe*. Oderam, *la Odere*. In Rhenum influunt ea parte Germanica Nicer, *le Neker*, vbi ſunt, Reutlinga, Tubinga, Stutgardia, Heilbrunna, & Heidelberga, Mœnus, *le Mein*, vbi ſunt Bamberga VVurtzburgum quam vocant Herbipolim, ac denique, Francofurtum. Loppia, *la Lippe*, ad quã ſunt Paderbona & Lipſtat. In Viſurgim ſe præcipitant Fulda, Adrana, Alara. In Albim ſe exonerant parte dextera Elſtera, & Hauela; Iæna, Molda, & Sala. Sunt autem in Germania Regna aliquot, & Ducatus, & Comitatus, & Marchionatus. G Regna ſunt, Noruegia, in qua Berga, Suecia, in qua Stocholmia. Dania in qua Hafnia. *Koppenhagen*, Bohemia in qua Praga, ipſumque inſuper Regnum Germaniæ. Ducatus præcipui ſunt hi, Saxonia Superior & Inferior, quarum hæc habet Ducatum Lavvemburgicum, Luneburgenſem, cui vicinus Epiſcopatus Halberſtadenſis, & Meklebnrgenſem cum Ducatu Brunſuicenſi, cui nunc præeſt Vlricus, frater Chriſtiani Halberſtadienſis. Illa Electoratum Saxonicum, cum Miſnia, & Loſatia: nam VVeſtfalia, quæ Saxoniæ quondam fuit, nunc alios Dominos habet. Electoratui nunc præeſt Ioannes Georgius, cuius aula Dreſdæ. Dux VVirtebergicus in Sueuia habet Tubingam & Stutgardiam ad Nicrum fl. Dux Bauariæ habet. Ingolſtadium & Ratiſbonam ad Danubium, Sileſiæ Vratiſlauiam, *Preſlavv*, ad Oderam. Dux Holſatiæ Sleſvvicum, & Segemburgum. VVurceburgenſis Dux præeſt Franciæ Orientali, in qua eſt Bamberga. Comites præcipui ſunt iſti, Palatinus, *le Comte Palatin*, habens cis & trans Rhenum, itemque ad Danubium amplas ditiones. Inferioris Palatinatus caput eſt Heidelberga: Superioris Am- H berga, vtrique nuper, adſumpto etiam Electuris titulo præeſt Maximilianus Dux Bauariæ, poſt eiectum rebellionis titulo Fredericum Palatinum, Iacobi Britanniæ Regis generum: factum id ſolenniter Ratiſponæ ann. MDCXXIII die 23. Febr. Comites Embdenſis & Oldenburgicus Friſiis vicini ſunt, pertinentque ad Friſiam Orientalem. Lantgrauiatus Haſſiæ habet Caſſelam & Martpurgum, cui præfuit Mauritius Caluiniſta; nam Darmſtadienſem habet Ludouicus, cui etiam adiudicatum eſt Martpurgum. In Thuringia eſt Erfordia. Marchionatus Brandeburgicus Sarmatis initio oppoſitus fuit, nunc eſt Electoratus præeſtque illi Georgius Gulielmus. In eo Marchionatu eſt Iagerndorſ. Archiepiſcopus Magdeburgenſis eſt totius Germaniæ primas, habetque ſuffraganeos Merſeburgenſem, Michſnenſem, Brandeburgenſem, & Hauelburgenſem. Electores Eccleſiaſtici ſunt, Moguntinus, Colonienſis, Treuerenſis. Sæculares, Saxo, Palatinus, Brandeburgicus & Rex Bohemiæ. Vrbes Anſeaticæ

A *Les Villes Anzeatiques*, diuiſæ ſunt in quatuor Anſas, Lubecenſem, Colonienſem, Brunſuicenſem & Boruſſicum. Circuli *Les cercles ou Kreyts de l'Empire* ſunt 10. Franconicus, Bauaricus, Auſtriacus, Sueuicus, Rhenenſis, Electoralis, VVeſtphaliæ, Saxoniæ Superioris, Saxoniæ Inferioris, ac denique Burgundicus. Curia ſiue Tribunal Forenſe litium decidendarum in Imperio, eſt Spiræ Nemetum, in ripa Galliea. Titulus Imperatoris, ex quo res ad domum Auſtriacam delata eſt, ſic fere concipitur . . . . . Dei gratia electus Romanorum Imp. ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & VVitembergæ, &c. Comes Tirolis, &c.

Danubius, omnium Europæ fluminum maximus, inter lacum Conſtantienſem & Nicri fontes haud procul Schafhuſia in Hercynia oritur, decurritque per Sueuiam & Alemaniam, vbi eſt Vlma, itemque per Bauariam, Auſtriam, Hungariam, ac ſumpto Iſtri nomine mergitur Ponto Euxino, *Mer Major*,
B ou *Mer noire*, quinque oſtiis: Influunt in ipſum amnes .x. quorum præcipui, ea parte dextera, Lechus, ad quem Auguſta Vindelicorum *Augsburch*. Iſera, ad quam Friſinga, vrbs Epiſcopalis. Ænus *le In*, qui Æniponti nomen dedit, *Inſpruch*, vrbi Metropolitanæ, cuius ſuffraganeæ ſunt, Tridentina, Paſſanienſis, Vienna Auſtriæ, Gurca, Brixia, Friſinga, Seconia, & Chyema. Recipit autem Oenus Saltzam ad quem ſita eſt Saltzburgum, dicta quondam Iuuauia, ſedes Archiepiſcopalis, Aniſam, *Ens*, qui Bauaros à Pannoniis ſeparat; Tum Arabonem, *Rab*, & nouiſſimos amnes Drauum Sauumque. Deinde Moranam & Ieterum. Siniſtra ripa accipit Alemonem ad quem Eichſtadium, Reginonem ad quem Ratiſpona, & ea Carpatho monte decurrentes, Teyam, ſiue Tibiſcum, & Marxam qui iuncti Danubio miſcentur.

Auſtriæ caput eſt Vienna, ad Danubij ripam ſiniſtram. Auſtrum verſus ei adſidet Stiriæ Ducatus, inter Muer & Mietz amnes, qui in Drauum influunt. Eſt & Ducatus Carinthiæ inter Muer & Drauum, cuius incolæ ſtrumoſi. Eſt denique & Carnia, hiſce omnibus Auſtralior.

Hungaria partem tenet veteris Pannoniæ, quæ tota Ciſda-
C nubiana Iacygumque fuit, & Daciæ, quæ fuit Tranſdanubiana. Eſt autem Hungaria Turcorum Imperio proxima, qui in ea quidem occuparunt Belgradum Anno 1420. Strigonium, & Valponem anno 1543. Quinque Eccleſias, anno 1543. Budam, anno 1526. Albam Regalem 1543. Sindidunum, anno 1439. reliqua pars adiuta Principum Catholicorum opibus, hoſtilem vim adhuc fortiter ſuſtinet. Nam Caluiniſtæ ab Eccleſiæ defenſione ſunt alieniſſimi. Daciam hodie vocamus, Tranſiluaniam, vel *Sibembergiam*, quaſi dicas, Septem caſtrenſem, à ſeptem vrbibus, quarum primaria eſt Cibinum, *Hermanſtat*. eam mediam interſecat Mariſus fluuius: Poſſidetur autem à Gabriele Bethlem.

Sileſiæ amnis præcipuus eſt Odera qui & Viadrus dicitur, vrbs, Vratiſlauia. *Preſlavv*. Infra eam eſt Morauia, de qua diximus, vrbs præcipua *Olmutz*. Ortum verſus ſequitur Poloniæ, cuius pars maior ſiue Germanica cis Viſtulam ſita eſt; minor ſiue Sarmatica, trans amnem Flumina in Viſtulam decurrunt ex parte Germanica, Pileza, ad quam ſita eſt Petricouia, *Pieter Kovv*, Tribunal Regni vnum, ea ripa verò Sarmatica fluit *Buck* cui adſidet *Kaminietz*. Vrbs minoris Poloniæ præcipua
D eſt Lublinum, ſedes altera Tribunalis. Maioris verò Poloniæ vrbes ſunt Cracouia, Sandomiria, Poſnania, & Varſauia.

Poruſſia, *la Pruſſe* in Regiam Ducalem diuiditur: fuitque olim vtraque Equitum Teutonicorum. In illa ſunt, Marieburgum, Torunia, Culma, Varmia, Gedanum, *Dantzfok*; in hac quam à Rege Poloniæ in feudum tenet Georgius Guilielmus Elector Brandeburgicus, ſunt Elbinga & Mons Regalis, *Kuningsberg*. Emporia ſatis nota. In Litore huius tractus colligitur Electrum In Liuonia ſunt Riga & Reualia. In Curlandia *Memel, & VVindaw* In Lithuania, Vilna. In Podolia, quæ ſe ad Pontum vſque Euxinum porrigit, eſt Kiouia. In Ruſſia eſt Moſcovv, magni Ducis Aula & Tribunal.

Italia Alpibus ſeparatur a Gallia & Germania, cætera cingitur mari Liguſtico, Tyrrheno, Siculo Adriatico. Mons Apenninus medio eius dorſo incumbit, pertingens inde à Liguria vſque ad mare Siculum, occupanſque quartam ferè Italiæ partem. Amnes nobiliſſimi ſunt, Padus qui & Eridanus, *le Po*, Atheſis Italis *Adeſe*, Germanis, *Eſch*, Arnus, Tiberis. Padus recipit ex Alpibus Duriam, Ticinum Abduam, Ollium, Mincium. Parte altera ex Apennino Granam, Tenerumque [illegible] Bormium, Seratam Gabelium, Trebian & Rheno [illegible] qu[illegible] per Bononiam. Via autem duæ tertiæ partes Italiæ [illegible] men nauigabile T[illegible] recipit Clanim *Chian*, [illegible] Ani[illegible]nem, *Teuerone*. Poſt Tiberim ſequuntur Li[illegible] [illegible] *liano*, Vulturnus, Si[illegible] Sybaris quem nunc [illegible] Inde pergen[illegible]bus ad M[illegible] ſuperum occurru[illegible] Aufi[illegible], *I*[illegible] [illegible] Horat[illegible] verſibus & clade R[illegible]man[illegible] [illegible] A[illegible] le[illegible] clarus, poſtea Arcinus *F*[illegible]*ra*, Metaurus, *Me*[illegible] [illegible] a Aldrubal A[illegible] [illegible] cæſus fuit. Lacu[illegible] danat[illegible] onc[illegible], Vibanni, *Lago Major* qui Ticinum [illegible] Cer[illegible] *Lago di Lugano* Larius, *di Como*, qui recipit A[illegible] Sabinus, *Lago d'Iſeo*, qu[illegible] Ollium tranſmittit, Benacu[illegible] *di Garda*, per quem fluit Mincius. In Hetruria, [illegible] & Traſimenus, & Vlſinus.

In fronte Italiæ eſt Pedemontium, in quo Auguſta Taurinorum, *Tur*[illegible], Auguſta Prætoria O[illegible] Salutiæ. Monsferratus habet Albam Pompeiam. Liguria, Genuam. In Lombardia præcipuos tenet Ducatus Mediolanenſis Supra cum ſunt Rhæti; quorum vrbs Curia, *Coyre*, & ad Abduam Vultoreni, F
quos cum tenerent nuper Hiſpani, extructa ante aliquot annos arce *Fuentes*, & occupata Clauenna, ope & armis Chriſtianiſſimi Regis Ludouici X I I I. in primam libertatem reſtituti ſunt, hac lege, vt ſola fides Catholica illic obtineat. Parte altera verſus mare Adriaticum eſt Forum Iulij, in quo Aquileia; Eſt Iſtria, in qua Iuſtinopolis: eſt Carniola, in qua Labacus, eſt Tirolenſis Comitatus. Eſt Marchia Taruiſina: Sunt Verona, Vicentia, Patauium, Venetia, Brixia, Mantua, & cis Padum Parma. Romandiola iuris eſt Pontificum cum Ferraria, ex donatione Pipini & Caroli Magni, Regum Francorum. Hic fuit Exarchatus Rauennenſis, ſiue Flamina Venetorum Reſp. inprimis potens eſt. Poſſidet ea Corcyram in ipſo Sinus aditu ſitam. Tum vicinas Peloponneſo, Cephaleniam, Zacinthum, & Nerigom: inque Ægeo Zaram, & Cretam. Sequitur poſteà Magnus Ducatus Hetruriæ, *la Toſcane*, in quo ad Arnum flumen Piſa, Luca, Florentia: Et in mari Inſula Ilua, cuius vrbs Coſmopolis condita eſt a Coſmo Mediceo, Tum Tractus Senenſis, Peruſinus, Oruietanus, Picenus, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletinus. Poſt hæc occurrit, Latium, *Campaigne de Rome*, in quo Roma, ſedes Pontificis M. qui nunc eſt Vrbanus V I I I. & vicina Romæ Oſtia, G
Præneſte, *Paleſtrina*, Tibur, *Tiuoli*, Alba. Mons Cæcubus eſt in ſinu Caietano. Campania, *Terra di Lauoro*, habet Capuam, & verſus mare Puteolos & Baias, vbi veterum ſtructurarum monumenta & deliciarum reliquiæ ſpectantur. In regno Neapolitano eſt Neapolis. Montes ſunt Veſuuius, *le mons de Somma*, Maſſicus, Falernus. *Mondragone*. In Aprutio ſunt aquila, Sulmo Lancianum, Ortona. In Calabria, Policaſtrum & Regium. In Apulia Daunia *Apuglia Plana*, Aſculum, Manfredonia. In Peucetia Barium; à quo regio Barenſis nomen traxit, Polinium, Tranum, Venuſium. In Salentinis ſunt Hydrus *Otranto*, Callipolis, Brunduſium.

Inſulæ circa Italiam ſunt Corſica Genuenſium. Sardinia & Sicilia Regis Hiſpaniarum; minores ſtudio omitto. Gallinariam, Georgonem, Caprariam, Palmoriolam appoſitam Plumbino, Iſchiam, Prochyten, Capreas, fœdis Tiberij obſcœniſque libidinibus decantata. Mileta ad Africam refertur.

Stiria Carinthiæ verſus Orientem obiicitur. Habet amnes, Stiram, Muram, Drauum, Vrbes. Burgam, Grazium, Marchpurgum. Sclauonia, Illyrici veteris pars eſt, ſita magna ſui parte, H
Sauum inter & Drauum. Croatia, Hungariæ vicina eſt Liburnia vicinior eſt ſinui Adriatico: eamque ſequitur Auſtrum verſus, Dalmatia, in qua ſunt Sara, Sebenicum, cum vrbe Spalato, cuius Epiſcopus M. Antonius de Dominis ad Eccleſiam Catholicam à qua receſſerat, reuerſus eſt, ac nuper Romæ extinctus. Habet eadem Dalmatia Stridonem, patriam B. Hieronymi. Boſna ad amnem iacet ſui nominis. Seruia eſt veterum Mœſia ſuperior, affinis Macedoniæ ea parte ſui Orientali. VValachia Seruiæ Raſciæque obiicitur ab oriente: Amnem habet Alutam, qui ſe in Danubium præcipitat ſupra Nicopolim. Moldauia & Podolia tenentur a Poloniæ Rege contra Turcam.

Romana eſt ipſiſſima Thracia, habètque ad Boſphorũ Conſtantinopolim, ſedem Imperij Orientalis, quæ anteà Byzantiũ dicta fuit nunc vocatur *Stambols*. Et quia eadem vocata fuit noua Romana, idcircò regio vicina vocatur Romania. Vrbes in

Roma

A Romana præter Byzantium ſunt, Peræ. Nicopolis ad Neſſum flumē, Philippopolis ad Hebrum, Adrianopolis, Traianopolis, Selymbria in littore Propontidis. Bulgaria in extrema Europa inter Hæmum & Danubium ſita eſt. Tauricam Cherſonneſum quæ *Gazaria* dicitur inſident Tartari Precopenſes, ſubacti nunc à Turca. In Græcia primò occurrit trans Danubij decurrentis ripam dexteram, Macedoniam, tum Theſſalia, inde Achaia, tum Bœotia, ac denique Peloponenſus. In Bœtia ſitæ ſunt Thebæ, & Theſpia. Ad mare Ionium ſitæ ſunt, Epirus, *l Albanie*. Acarnani, *Acarnanie*, & Ætolia. Montes decantatiſſimi ſunt, Athos *Monte Santo*, Olympus, Pelion, Pindus, Othrys, in Theſſalia. Ceraunij in Epiro. Parnaſſus, Helicon Hymetus, in Achaia. Flumina, Strymon, Alyacmon, Peneus, Sperchius, Achelous, Aſopus. Vrbes, Theſſalonica, Philippi, Amphipolis, Pharſalis aliæque. Promontorium nobile Actium ad quod commiſſa Pugna Actiaca. Sinus ſunt Acarnanicus, ad quem Olpæ, nūc *Soppoto*, Corinthiacus, *Golpho di Lepanto*, cui adſidet Naupactos. Saronicus, *Golfo di Engia*, Thermaicus, *Golfo di Theſſalonica*. Inſulæ in Ionio, Corcyra, *Corfu*, Neritus, Cephalenia, Naxus, Ithaca: Zacinthus, inq; Ægæo, *l'Archipe-*
B *lago*, Creta centum quondam Vrbibus clara, cum labyrintho. Poſteà Eubœa, quæ Euripo disiungitur à Bœotia. In Ægæo ſunt Cyclades, quarum notiſſimæ Delus & Andros, Sporades, in quibus Icaria, Samos, Patbmos, Claros, Chios, atque aliæ.

Peloponneſus *la Morea*. Iſthmo adhæret continenti, in ea fuere populi Corinthij, Sicyonij, Elei, Meſſenij, Lacones, Argiui, & in medio iſtorum Arcades. Flumina, Eleorum, Peneus, ad quem Piſa Olympica, & Alpheus. Meſſeniorum Paniſus, Lacedæmoniorum Eurotas, ad quem Sparta ſiue Lacedæmon, Argiuorum Inachus ad quem Mycenæ, Montes Pholoe, Stymphalus, Taygetus.

IV. Africam veterum nonnulli Nilo ab Aſia disiunxêre, nos Sinu Arabico. Eſt ergò Africa nobis Peninſula, cuius Iſthmus eſt inter Mare Mediterraneum & Sinum Arabicum: extendit autem ſe vtrimque trans Tropicos, maxima ſui parte ſubiectæ ſolis ardoribus, ſicca, arenoſa, ſerpentibus vſque adeò ſcatens, vt alibi deſerta ſit, alibi nō niſi ab ocreatis agricolis proſcindi poſſit. Quæ trans Æquatorem ſita ſunt, non deſcribuntur à
C Græcis aut Romanis ſcriptoribus. Eſt autem in ea ſtatim ab Iſthmo Ægyptus, inde Marmarica, & Cyrenaica, quæ & Pentapolis dicitur; tum Byzacium, & Africa ſiue Libia propriè dicta: adhæc Numidia, ac denique Mauritania, & quidem duplex Tingitana & Cæſarienſis. Ægyptus, Nili oſtiis continetur, quorum extrema ſunt, Orientē verſus Peluſiacum, vbi Damiata; verſus Occaſum Canopicū, vbi Alexandria & Pharus, loca Ptolemæorum Regum expeditionibus clara. Reliquum Africæ latus vſq; ad Fretum Gaditanum vocant vulgò Barbariā: ſuntq; in ea emporia, Tripolis, Africa, Tunis, Goleta viciniæ Carthaginis ruinis Hippona, *Bona*, Algerium nec procul à Freto, in ſinu, ſita eſt arx *Penon de Veliz*, Gothorū vel Saracenorū opus.

Tingitana Auſtrum verſus Atlante monte eminentiſſimo terminatur, verſus ortum Malua fluuio ſeparatur à Prouincia Cæſarienſi, verſus Septentrionem eſt mare Mediterraneum: ad Occaſum Oceanus Atlanticus. In ea ſunt montes Abyle & Heptadelphi. Regna hodie Feſſæ & Marocci. Feſſanum regnum habet Prouincias ſeptem. 1. eſt Tremizen quæ nunc Sæuia, in qua vrbes olim xv. hodie memorantur Oranum ad litus, Tremezen, Anafa, Mancota, Rabatum, Menzala, Nuchele, Adendum, Tegegiltis, Madrauxnium, Daza, Azarfa. 2. Feſſa, in qua
D vrbes, Sala, Mequines, Feſſa, quam triurbem meritò dixeris; conſtat enim oppido veteri, nouo, & medio. 3. Aſgaretta, in qua Larache, Alcazare, Arzil. 4. Habata in qua Ezagena, Benimēdia, Amergo, Tenaetrum, Aguila, Bezatum, Temana, Tingio, & Ceuta, quæ veterum Septa eſt. 5. Errifana, in qua Beatis, Vellezum, Hiellezium, Tagaza, Geba, & Megima. 6. Garetia iuncta regno Tremezem, habetque oppida, Melilla, quæ Ptolemæo vocatur Ryſſadirum, Caſſacam, Teznoam, & Megenum. 7 Eſt Chauſa, vicina Numidiæ, in qua Teurretum, Dubdubū, Tezara, Ainelginunū Mehedia, Vmeginnabe, & Garcilūū.

Marocum creditur eſſe Bochi Regia; ſunt qui malint eſſe Bocanum Himerum, aſſidet autem Tenſiſto flumini, quod Nubienſis Geographus vocat Tanſiſt: habuit vrbs ipſa quondam c. millia ædificiorum portas xxiv. abeſtque non procul ab Agmeti anguſtiis, per quas ad Lamptunias ſolitudines, itur. Prouinciæ illi ſubiectæ ſunt ſeptē, inter quas Ducala, & Tedela.

Cæſarienſis Mauritania eſt Salluſtij Numidia: ſed poſt conditam Iuliam Cæſaream iuncta eſt Mauritaniæ: clauditur verſus ortum Ampſaga flumine, nomēnque habet ab vrbe prima- E
tia quam hodie vocant, *Alger*. Fuit autem Numidia Maſaniſſæ Regis nomine celebris: vrbes habuit, Iuliam de qua iam diximus, Arſenariam Ruſcubar, Ruſibirſim Saldas.

In Africa ſiue Libya propriè dicta fuêre Hyppo Regius, Aphrodiſium, Vtica, Carthago, Tunis, Maxula. Syrtes duæ, maior minorque. Amnes Rubricatus, Bagrada, Triton.

Bizaciū Libophœnices primo coluêre, eſtque Africæ ea pars in qua duæ illæ ſunt Syrtes: vrbs primaria Hadrymettus, flumen Cyniphs. Cyrenaica ſiue Pentapolis quoq; habet vrbes, quarū præcipuæ ſunt Arſinoe & Berenice. Cæterū confuſis veterum limitibus auctóque Arabum Mahumetanorū imperio omnia iſta nūc ſubſunt Regi Tunetano, qui ditionem iſtam in 5. prouincias diſtinxit. 1. eſt Conſtantina, in qua vrbes nouē, Collobeſus, Roſcicada, Stecacia, Hippo, Biſerta, Conſtantina, Milia, Tifela, & Tebeſta. 2. Tunetana, in qua vrbes 14. Vtica, quā Itali hodie vocant Portu Farinæ, Carthago, Cunes, Camartia, Abdiſana Nebris, Hamametha. Clupea, Heraclia, Silgul. Monaſterū, Tabuta, Aphrodiſion, Ruſpina 3. Tripholitana, cōtinet Menigem inſulam, quæ Lothophagitis, nunc Gerbi: adhæc. Zoroatam. Lepidem ſplamque Tripolim Aſiaticorum coloniam. 4. F
eſt Zebenſis, ad quam interiora Africæ Numidiæque pertinent. In hac eſt mons Atlas, qui ex Marmarica ortus, ſe in occaſum latè ſpargit, ac iuxta fauces Suſi amnis, qui Meſſam tergeminam vrbem alluit, in Oceanum ſe fundit Atlanticum.

Prope Marocū eſt Promontorium Cantin, & in Oceano Inſula Maderæ, & magis Auſtrales, Inſulæ Canariæ Sequitur poſteà Regnum, Gualatæ, cum Promontorio Albo, *Cabo Blanco*: cui Auſtrum verſus obiicitur Promontoriū Viride, *Cabo Verde* à quo vicinæ inſulæ vocantur Virides: *Iſles de Cabo Verde*, Decimo ab Æquatore gradu occurrit Promontoriū, *Serra Lionna* vbi littus in Orientē curuatur, habetque regnum Guineæ auriferū, Sub Æquatore eſt Inſula S. Thomæ, cui ſupra infraque adiacent inſulæ Principis, *Iſola del Principe*, Anni Boni, *de Anno bono*, vbi iam littus ad gradum vſque xxxv. in Auſtrum porrigitur: quo in tractu eſt Regnū Congo, vel Manicongo, & Regū Angola: tum Promōtoriū Bonæ Spei, *le Cap de bonne Eſperance*. Vnde ſe iterū littus in ortū æſtiuū curuat extenditq; etiā trans Æquatorē vſq; ad Promontorium Aromata, quod vulgo vocant *Cabo de Guardafu*, & oſtiū ſinus Arabici. In continenti G
ſunt Monomotapa Mozambica, & ad Sinū Arabicū, Adel, cum Inſula Zocotora, aloës optimi fertaciſſima, quā Ptolemæus vocet Dioſcoridū, Inſula nobilis Madagaſcar, ſiue D. Laurentij à Tropico Capricorni 12. vſque ad gradum ab Æquatore porrigitur. Interius in Africa ſunt, Biledulgerid, Nubia, & Regnū Abyſſinorū, potentiſſimum. Sunt autē Regis hi ferè tituli::::. Supremus meorū regnorū, à Deo vnice delectus, colūna fidei, ortus ex ſtirpe Iuda, filius Dauid, filius Salomō, filius columnæ Sion, filius ex ſemine Iacob, filius manus Mariæ, filius Nahu ſecundū carnē, filius SS Petri & Pauli ſecundū gratiā, Imp. ſuperioris & inferioris Æthiopiæ, & ampliſſimorū Regnorū, iuriſdictionū & terrarū, Rex Goæ, Caffares, Angolæ, Barn, Baliguaza, Adoæ Vanguæ, Goyamæ, vbi Nili fontes ſunt, Amaræ Baguamodri, Ambeæ. Vangue, Tigremahon, Sabaius, quæ patria eſt Reginæ Sabæ, Barnagaſſi, & Dominus vſq; in Nubiā, quæ in Ægyptum extenditur. Amnes nobiliſſimi Africæ ſunt, Melucha, qui Mauritaniam finit. Ampſaga qui Numidiam. Nilus, inſulā faciens Meroen, quæ nunc dicitur *Gueguere*, & Niger ad Nilum fuit Memphis, nunc, eſt Cairus, cui vicinæ Pyra- H
mides. Lacus ſunt Zaire & Borreo. Montes præcipui, Heptadelphi, Abyle Atlas, Lunæ. Portò Atlas ſic per Africam diſcurrit, ſicut per Aſiā Taurus, per Europam Alpes. Deſerta Africæ ſunt, *Tegazza, Barcha: Elſocar Heir*. Promontoria ſi à Gadibus proficiſcare, *Cantin* quod Ampeluſiam vocat Mela, *Dalguer, S. Maria. Blanco, Verde*, quod eſt veterū Heſperion ceras *Roxo. Verga; de las Palmas, de las Baxas, de treſpuntas de S. Paul, de ſaint Benoiſt, de Lopes Conſalues, de Primero, de Lerdo Arcas, Negro Ceneran, de Bonna Eſperanza, de Correntes de Guardafu.*

Totus verò tractus Ægypti qui ad Sinum Erythræū carē ſitur, olim tributus fuit Aſiæ, nunc pertinet ad Africā In eo Tractu hoc eſt memorabile, quod nullū flumē inde ſe exoneret in Mare rubrū. Ipſum illud mare hodie vocatur Italis *Mar Roſſo*: Arabibus Calcem, Hebræis, Iam Suph: ſcatet autem inſulis, & cæſis vadis Fretum ſiue oſtiū ſinus vocant hodie Babel. Mandel. Merces Africanæ ſunt Ebur. Aurum, dactyli, coria caprina bubula, hisque: adhæc Zibetum, Pſittaci, Simiæ, Elephantes.

V. Aſiam ab Europa diuidunt Tanais fluuius *Don*. Mæotis

A Paulus, *Mar del Zabache*. Boſphorus Cimmerius, *Boccadi S. Ioan*. Pontus Euxinus, *Mar Maggiore*. vel *Mar Negro*. Boſphorus Thracius, *Stretto de Conſtantinopoli*. Propontis, *Mar di Marmora*. Helleſpontus *Bras de S. George*, vel *Deſtroit de Chaſteaux*. Mare Ægæū *Archipelago*, & Mare Syriacum. Ab Africa Iſthmus, & Sinus Arabicus, cætera clauduntur Mari Arabico, Oceano Indico, Eoo, & Sarmatico. Vna autem Aſia ſua magnitudine æquat Europam & Africam ſimul iunctas. Diuidetur autem ea rectè à nobis in partes ſeptem. I. habebit ditionem Imp. Turcarum. II. Moſchi ditionem Aſiaticam. III. Terras Magni Tartarorum Chami. IV. Perſarum Dominium. V. Indiam vtramque, tum eam quæ eſt intrà Gangem, tum eam quæ eſt extrà. VI. Sinas. VII. Inſulas Eoas.

Turcarum Imperio nunc præeſt Sultanus Amurathes, poſt Sultanum Oſmam, & Sultanum Muſtapham. Eius in Aſia partes ſunt iſtæ. Natolia, quæ eſt Aſia minor, Syria, Arabica, cum Inſulis ad Aſiam pertinentibus, Tenedo, Icaria, Chio, Carpatho, Rhodo, Cypro. Hiſce omnibus in Aſia præſunt XXIX. Beglerbegi. nimirum Natoliæ, qui præfectus eſt vndecim Prouinciis Caramaniæ, qui ſeptem, Sinas, Tocati, Dulgarid, Aleppi, qui ſubiectas habet, VII. Præfecturas, Cham ſiue Damaſci,
B qui decem: Tripolis, qui V. Matas Diaberch, Bagdat quæ eſt Babylonia, qui 18. Balſas ad oſtium Tigris, Carman, Aden, ſeu Gemen quæ eſt in Arabia Felice; habétque ſibi ſubiectas præfecturas V. Ghebeta quæ eſt in Cypro, Scheherzul, quæ eſt in Aſſyria. Vnan, in finibus Perſarum præfectus 13. Prouinciis. Arzerum in Armenia maiore, qui XII. Tiflu, Tſebildir, qui IX. Sochum, Cars, Temircapi Batin in finibus Georgianorum: Siruam ſeu Mediæ: Faſſæ in Mangrelia, Renan, & Somachiæ. Naualia Turcæ quatuor in vniuerſum ſunt, vnum in Pera, pro vrbe Conſtantinopolitana. Secundum Callipoli, pro Ponto Euxino. Tertium in Zues, pro ſinu Arabico, quartum in Balſeram ad tuendum ſinum Perſicum.

Mare Caſpium *de Sala* vel *Bachu*, in hac parte eſt, quod falsò crediderunt Veteres Sinum eſſe Oceani Septentrionalis, vndiq; enim terris clauditur: exonerant ſe in illud ab occaſu Araxes, a Septentrione Rha, ab ortu Iaxartes & Oxus, ab Auſtro Cyrus. Amnes in pontum Euxinum influentes ſunt Thermodoon, Iris. Ponti, Halys: Galatiæ, Parthenius, & Sangarus: Bithiniæ, Rhindacus: In Ægæum influunt ex Phrygia, Simois & Scamander.
C Ex Lydia Caycus & Hermus. Caystrus & Mæander ex Caria. Xanthus ex Lycia. Cataractes ex Pamphylia, ſiue *Caramania*. Cydnus ex Cilicia, qui Tharſum, Pauli Apoſtoli patriā, præterlabitur. Orōtes ex Syria, cui adſidet Antiochia: Iordanes ex Palæſtina. Lacus ingens Aſphaltites, in quem ſe effundit Iordanes. Hic ex Libano duobus capitibus oriens. Ior, & Dan, per Samachonitem lacum & mare Tiberiadis ſe exonerat in eum quem dixi Aſphaltitē lacū vel Mare mortuū. Vrbes Aſiæ præcipuæ nunc ſunt, Theodoſia *Cafa*, & Trapezus *Trebizonde*. Fuerunt quondam Amaſus, Pruſa, Chalcedon, Abydus, Troia, Smyrna, Colophon, Epheſus, Miletus, Patara, Tarſus, Antiochia, Tripolis, Berytus, Tyrus, Sidon, Ioppe *Iaffa*, Aſcalon, Azotus, Gaza: Damaſcus, Hieroſolyma, quam Ælius Adrianus à ſe Æliam vocari voluit. Montes Phrygiæ Cimon & Ida, cuius pars Gargara. Lydiæ Siphylus, Cariæ Cadmus: Sunt etiam in hac Aſiæ parte Taurus & Antitaurus, itemque Libanus & Antilibanus. In Cypro ſunt vrbes famoſæ, Salamis, quæ nunc Famaguſta, Amathus, Paphus, & Nicoſia.

Arabia triplex eſt, Petrea, in qua Petra oppidum; Deſerta, inter Ægyptum & Petream: Felix inter Mare Erythræum &
D Perſicum. In deſerta ſunt montes Sina & Horeb, vbi Deus Moſi tabulas legis dedit.

Populi confines. Moabitæ, Idumæi, Iudæi, Galilæi, Samaritani. Tituli Magni Turcarum Imperat. hi ſunt, Imperator. ∴∴. Filius. ∴∴. ſemper victor. Ego, qui per infinitas gratias Omnipotentis, & abundantiam miraculorum Principis Prophetarum, ſum Imp. Auguſtorum Imperatorum diſtributor coronarum inter maximos terræ Principes. miniſter duarum ſacratiſſimarum & auguſtiſſimarum vrbium & pulcherrimarum totius orbis Meccæ & Medinæ, Protector ſanctæ Hieruſalem, Dominus maximæ partis Europæ, Aſiæ & Africæ, victrici noſtro enſe partæ, ſcilicet regionum & regnorum Græciæ, Themiſuar, Boſnæ, Segeti, Natoliæ, Caramaniæ, Ægypti, omniſq; terræ Parthorum, Curde, & Georgianorum, portæ ferri, regioniſque Principis paruorum Tartarorum, Cypri, Diarbequir: Aleppi, Erſerum, Damaſci, Babylonis, Barzaræ, Arabiarum, Abech, Tunis, Tripolis Barbariæ, & plurimarum aliarum regionum, inſularum, fretorum, portuum, popul[illegible] E
rum generationum, & infinitarum myriadum [illegible] rum militum qui ſub noſtro obſequio requieſcunt & [illegible] iuſtitia, qui ſum Imper. *** Filius Imperatoris ****, [illegible] toris Mahumet, Imperatoris ***, Imperatori *** & pet. [illegible] gratia D[illegible] t fugium præcipuorum Princi[illegible] Mundi, & aſ[illegible] lum honoratiſſimorum Imperatoru[illegible]

Magnus Moſcorum ſiue Ruſſorum Dux præter [illegible] Europa tenet, ingentes habet regiones in Aſi[illegible] confin[illegible] taris, vt ſunt Pezune, Condora, [illegible]ermis, Dovina [illegible]ta Volg in flumi[illegible]n. Tituli Ducis hi ſunt [illegible] Gratia D[illegible] Imp. & Dominator totius Ruſſiæ, magni Ducatus Volod[illegible]æ, Moſcouiæ, Nouogrod, magnæ P[illegible]ouiæ, Smolenſ[illegible]æ, [illegible]niæ, Ingariæ, Perniæ, VViachkiæ, Bulgariæ, &c Do[illegible]nat[illegible] & magnus Princeps Nouogrod regionis inferioris, [illegible]zer[illegible]g[illegible]l, Retzan, VVolochlæ, Bſuoiæ, Bielloy, Roſtouiæ, Iaroſlouiæ, Polocz[illegible]iæ, Vdor, Obdoræ, Condimiæ, &c.

Perſicum Imperium tranſmiſſo Euphrate ſequitur, eſtque proximum ei Mare Caſpium, quod vndique terris clauditur. Terminus Perſarum Imperij eſt Indus amnis. Sunt autem in eo F
Media, Aſſyria, Suſiana, Meſopotamia, Perſis, Parthia, Hircania, Margiana, Bactriana, Paropamiſus, Aria, Drangiana, Gedroſia, & Carmania. Flumina, Euphrates, & Tygris, qui in Armenia orti diuerſis fontibus, poſteà iunguntur, effunduntque ſe in mare Perſicum ſiue Rubrum. Mons Taurus varijs nominibus pro locorum ſitu appellatur per totam Aſiam, Imaus, Emodus, Paropamiſſus. Vrbs in Sinu Perſico memorabilis, eſt *Ormus*, quam ſuperiore an. qui erat 1625. eripuit Perſa Hiſpano.

Tartari Septētrionalia Aſiæ tenent à Mæoride vſq ad Oceanū Eoū, neq; eſt vllius in toto orbe maius latiuſq, Imp. Tartaria Deſerta multas hordas habet. Zagatai eſt Scythia intrà Imaum, nomine à Sogdianis petito. Catai regnum cælo, ſolóq; beatiſſimum. Tangu eſt Scythia extra Imaū, cum Serica regione vicina Sinenſibus. Vrbes præcipuæ ſunt, Cōbalu, Samarcanda, Caindus. Caffa, quæ eſt in Tartaria Præcopēſi, eſt veterū Theodoſia. Quinſai vrbē totius orbis maximā ſolus memorat Paulus Venetus, qui de ea ſtupenda narrat, fidemq; excedētia. Pertinēt autem ad Septentrionalem Tartariam Samoitæ, oppoſiti freto Vveygaz. Flumina præcipua sūt, Poliſacbnis, Cotomora. Quiān, & viā, quorū iſtum aiunt latiſſimū eſſe & profundiſſimū. G

Indiam Ganges mediam ſecat, quo fit vt pars eius Perſis vicina, ſiue occidua, vocetur India intra Gangem, altera verò, extra Gangem. Illam hodie appellant *Indoſtan*: ſuntque in ea Cambaia, Biſnagar, in qua vrbs Goa, Calicut, Narſinga, cum Inſulis Ceilon, & Maldiuis, quarum numerus ignoratur. In Transgangetana ſunt, Bengala, Pegu, & ingens Promontoriū in quo Malacca. Eidem accenſetur quoque Sumatra inſula, quam Plinius & Ptolemæus vocant Taprobanam; deſcribuntque exactius quàm nobis hactenus innotuit. Merces Indiæ ſunt aurum, ſericum, gemmæ, vniones, aromata, vt piper, caryophili, nuces myriſticæ, cinnamonum, rhabarbarū, aliaque.

Sinarum regnum in Zona temperata ſitum eſt, terminaturque Mari Eoo, India, & Tartaria, à qua per ſpatium CCCC. leucarum, vbi natura montium munimentum non dedit, muro diſcluditur, humana induſtria exſtructo. Regio ampliſſima eſt. Prouinciæ in ea CL. Metropoles CCXXV. Caſtella maiora MCLXV. Municipia CCCCXX. Villarum pagorumque numerus innumerus. Incolarum ſumma excreſcit ad LXX. myriadas. Vrbes præcipuæ ſunt *Panquin* & *Nanquin*, Ciues ibi & per omne regnum ingenioſi atque induſtrij: Typographias, Tormenta bellica H
cum vſu pulueris ſulphurei, aliaſque artes habuerunt ante nos.

Inſulæ Maris Eoi ſunt Iaua Maior, Borneo, ferax aromatum, Cellam, Moluccæ quinque, Ternate, Tidor, Mutir, Machiam, & Bachian, occupatæ à Batauis, qui etiam poſſident Amboynam & Bantam. Luconiam, Philippinas, & Iaponiæ partem tenet Hiſpaniarum Rex. Abundat autem Iapon argento: cæteræ inſulæ gemmis, vnionibus, aromatibus.

VI. Supereſt ſpectanda America, inter Mare *del Zur* & *del Nort* interiecta; eam dubia perdiu ſuſpicione, poſteà accuratiore Chriſtophori Colūbi, Corteſij, Valboæ, Pizari, Americi Veſputij, & Ferdinandi Magellanis inſpectione cognitam deſcriptamque ob ingentem amplitudinem ſtatim Nouum orbem vocanēre: inuenta eſt autem anno MCCCCXCII. regnante in Hiſpania Ferdinando Aragonum Rege. Diuiditurque in Septentrionalem & Auſtralem, quas partes connectit Iſthmus Darienis. In illa ſunt Eſtotilandia, Terra Laboratoris, Canada, noua Francia, Norumbega, Virginia, Florida, Iucatan, Nicaragua

A gua, Noua Hiſpania, Californica & Quiuira. Interius Noua Granada, & Noua Hiſpania. In hac ſunt, Caſtella Aurea, Popaiana, Peruuia, Chili, Chica, & Braſilia. Peruuia ſub Carolo V detecta eſt an. M D X C A. Braſiliam commendant potius Fernábuci, & *Totos Sanctos*, prouĕtu ſaccari nobiles, quorũ hunc Batauí quum an. M D C . X X I V occupaſſent, delerere exitu coacti ſunt.

Amnes præcipui ſunt, Paragnian, fluens per Nouam Franciã, Maragnon, qui idẽ vocatur flumius Amazonum, per Meridionalem Americam diffluens. Fluuius Argenteus, *Rio de la plata*. Hi omnes exonerant ſe in Mare *Del Nort*. In oppoſitũ verò mare ſiue Pacificum, quod vocant *del Zur*, nullus quod mirum eſt eximius amnis labitur tantum inter Californiam & Nouam Granadam Caramata fluuius ſe inſicit in Sinum Vermilium. Vrbes in America præcipuæ ſunt Cuſco, Mexico, Quinto, Hauano, Nombre de Dios. Inſulæ in ſinu Mexicano ſunt Cuba, Hiſpaniola, quæ & S. Dominici inſula vocatur, Iamaica, quæ S. Iacobi dicitur, S. Ioannis, quam Boriques nominant, Margarita, quibus prætexuntur ea quæ vocantur Antillas vel Cambicanæ inſulæ, quæ omnes Hiſpano ſubiectæ ſunt. Vlterius ortum verſus in patente Oceano ad gradum latitudinis X L V I I I.
B ſunt Azores, ſiue Flandriæ, ad quarum meridianum acus magnetica recta in Septentrionem fertur. Merces Americanæ ſunt Argentum, Coria, Sal, *Conciniglia*, Gemmæ, Vniones.

Nunc terris peragratis aperienda quoque ſunt Maria: eſt enim homo animal amphibium, & non minus mari præeſt quam terræ: ſed illi ob banc, Maria igitur partim terras ſubeũt partim circumluunt, illud vbi fit, Sinus eſt; hoc Inſula. Mare autem quoduis terras ſubiens vocari poteſt Mediterraneum ſicut eſt; quod vero ambit, vocatur Oceanus: Mediterranei tamen nomen ſingulariter illi Sinui adhæſit, quod per Fretum Herculeum immiſſum, Europæ, Africæ, atque Aſiæ oras non tantum tangit, ſed etiam terminat. Id Græci Latinique interius vocant, Arabes, Damaſcenum In eo ſunt, Mare Ibericum, Balearicum, Gallicum, Liguſticum, Tyrrhenum ſiue Hetruſcum, Siculum, Adriaticũ Ionium, Creticum, Ægæum, *Archipelago*, cuius pro inſularum numero varia nomina; nam à Myrto, Myrtoum, vt Icaria Icarium, ab aliis Rhodium, Carpathium, Lesboum, Helleſpontus *Bras de S. George*. Propontis, *Mar di*
C *Marmora*, Boſphorus Thracius, *Stretto di Conſtantinopoli*, Helleſponto Xerxes, Thracio Darius in Europam irrupit. Ad hæc Pontus Euxinus, *Mar Maggiore* Boſphorus Cimmerius, *Bocca S. Ioanni*, Palus Mæotis, *Mar della Tana*, Scythis *Temerinda*, in quem influit Tanais, quem Scythæ *Silim* vocant. Littora autem Aſiæ atque Africæ ab Helleſponto ſtringentis occurrunt hæc maria, Carium, Rhodium, Pamphylium, Cilicium, Syrium, Phœnicium, Palæſtinum, Iudaicum, Ægyptium, Cyrenaicum, Libycum, Numidicum, Mauritanicum.

Alter ſinus eſt Septentrionalis, Codanus, Balthicus, Germanicus, Cimbricus, extenditurque à freto Sundico vſq; ad extremas Finniæ & Bodiæ oras. Eſtque hoc in Finlandia memorabile, quod tribus à Raſſeburgo milliaribus Auſtrum verſus inter cautes marinas locus ſit, ad quem naues quum appulerunt, vident acum pyxidis nauticæ ſtatim in gyrum verti, nec ceſſare hunc motum, priuſquam vno inde milliari abſceſſerint.

Tertius ſinus quem veteres plerique (nam Herodotus & Ariſtoteles à cæteris diſſentiunt) crediderunt è Scythico Oceano proficiſci, & eſſe Mare Caſpiũ, imaginarius eſt, imò erroneus; mare enim iſtud vndique terris cingitur. Eſto ergo nobis Ter-
D tius ſinus Arabicus *Mar di Mecca*, à patria Mahometi. Quartus Perſicus: pertinent autem hi duo ad Mare Erythræum. Quintus Argaricus ſiue Gangeticus, *Golfo di Bengala*.

In Hemiſphærio Occidentali ſiue Americano duo ſunt Sinus memorabiles, Mexicanus & Vermilius.

Oceanus ipſe pro ſitu aut qualitate varia ſortitur nomina vocatur Scythicus, Septentrionalis, Glacialis, Cronius, Amalchius ſiue Hyperboreus, Germanicus, Britannicus, Caledonius (nam Deucaledonius fictitium eſt), Gallicus, Aquitanicus, Cantabricus, Hiſpanicus, Atlanticus, Æthiopicus, Indicus, Sericus, Auſtralis, Eous, Senenſis, S. Lazari, *Mar del Nort*, *Mar del Sur*, ſiue Pacificum.

Periplus oræ maritimæ in noſtro Hemiſphærio ſic ſe habet, A Freto Vveygas vſque ad Promontorium Cantinos, Ruſſia eſt, ſiue Sarmatia Europæa. Inde ad Promontorium Noruvegiæ maximæ Septentrionale, Finmarchia: Vnde ad Fretum Sonticum ſiue Balthico vſque ad Albis fluminis oſtium, eſt Cherſonneſus Cimbrica ſiue Dania. Ab Albi ad Rheni oſtia, litus Germanicum. Hinc ad Baionam, littus Gallicum, variis nominibus, Flandricum, Normannicum, Britannicum, Santo-E nicum, Aquitanicum. A Baiona ad Promontorium Celticum ora eſt Cantabrica *Biſcaye*. Inde Portogallica poſtquam ſequitur Bætica, ſiue Andaluſia. A Gadibus & freto Herculeo vſque ad Promontorium Capitis Viridis, eſt Africa. Inde ad Promontorium *Serra Lioena*, Guinea & Nigritarum ora. Tum ſequitur Regnum Congo, & Angolæ; & ad Caput Bonæ ſpei, Zana bar: Poſtea littus Monoporapæ, à quo ad Promontorium vſque Guardafu iuxta Sinum Arabicum, eſt litus Mozambicæ. Hinc ſequitur litus Arabicum, Perſicum, Indicum, & ad Orientalem Oceanum litus Sinæ. Vnde per Fretum Anian tenditur ad Mare Septentrionale, Fretum Vveygaa.

Periplus Americanus ex iis quæ diximus noſci poteſt. In ora maxime Septentrionali nobis cognita ſunt freta Danis & Forbiſſeri a quibus ad Promontorium Breton eſt Eſtotilandia cum Terra Cortereali. A Britonum Promontorio vſque ad Caput *de Arenas* eſt Norumbega, tum Noua Francia, & Virginia. Hic ſe in Iſthmum contrahit vaſta regio, facto ab Oriente in Occaſum ingenti Sinu, qui vulgò Mexicanus di-F citur. Iſthmus vtrinque Oceano pulſatus. Promontorium in eo Iucatan, à quo ſurſum verſus ora Septentrionalis pertinet ad Nouam Hiſpaniam; inferior ſiue Auſtralis vocatur Noua Caſtella. Hinc ad Promontorium Alindæ & fluuium Margonem ſunt oræ Carthaginis & Tiſnadæ, ſubiecta Æquatori. A promontorio vſque ad Cabo Frio quod ſubiacet Tropico Capricorni littus eſt Braſiliæ, in quo nobilis portus S. Saluatoris. Hinc ad oſtium fluminis Argentei, *Rio de la Plata*, ſunt Topinikini. Vnde ad Fretum Magellanicum regio Chica ſe pandit. Fretum ipſum creditum eſt vnicum eſſe dominaat, nec poſſe in mara aduerſum niſi eo ſolo penetrari: Sed ab Iſaaco *le Maire* edocti ſumus, eſſe etiam alias vias magis vergentes ad Polum Antarcticum, quibus commodior ſe aperit nauigatio: tamen vias Hiſpanicæ Tabulæ ante hos annos X X X editæ, aliæque Venetæ his ipſis vetuſtiores ſignanerunt. A Freto igitur iſto recta fere ſe Septentrionem ſpargit littus, habens interius Regnum Chili, vſque ad Promontorium Fortunæ, à quo ad Promontorium S. Iacobi eſt Peruuia. Inde ad Promontorium Vermilium ora Nouæ Hiſpaniæ. A Promontorio Vermilio vſque ad *Sierra Neuada*, eſt Califor-G nia. A qua ad Fretum Anian Quiuira. Fretum autem Anian creditur Americam ab Aſia ſeparare.

Addamus hoc loco aliquid de Marium inter ſe Coniunctione, nam & hæc res ad Geographiam pertinet, quatenus ea Politicæ ancillatur. Iungi ergo poſſe inter ſe Maria, quæque natura primo diſcluſit disiunxitque, poſſe remotis impedimentis reddi nauigantibus peruia, docuit nos ipſa natura; Siciliam quippe, quum continens eſſet, agroque Brutio adnexa: mare ex Tyrrheno & Hadriatico immiſſum, adeſis Iſthmi anguſtiis intercepit, fecitque Inſulam, &c., vt ait Poëtarum Princeps.

> ——*quum protinus vtraque tellus*
> *Vna foret, venit vi magna Pontus & vndis*
> *Heſperium Siculo latus abſcidit, aruaque & vrbes*
> *Littore diductas anguſto interluit æſtu.*

Abluſit ſimili modo natura Cyprum Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalantem & Macrin, Bebibum Bithyniæ, Leucoſiam Sirenum promontorio, docuitque nos ſuo exemplo, iungere inter Maria, ſublatis obſtaculorum molibus ad vſum commerciorum. Eſt enim vt Ars Imitatrix naturæ, ita natura H Artis dux, magiſtra & comes. Hoc modo fretum Gaditanum aiunt ab Hercule perfoſſum, Seſoſtrim quoque ferunt Ægypti Regem, & poſt eum Pſammitichum, ac denique Ptolemæos, ducta ex Nilo in ſinum Arabicum foſſa, conatos eſſe nauigabilia inter ſe reddere maria, internum ſiue Mediterraneum, & Æthiopicum. Fuit quoque conſilium Seleuci Nicatori, Pontum Euxinum iungere Mari Caſpio. Nero Imperator Iſthmum Corinthicum perfodere conatus eſt, ex Peloponneſo inſulam facere, ne ex Ionio in Ægæum proficiſcentibus opus eſſet periculoſiſſimum Maleæ promontorium prænauigare. Carolus Magnus Francorum Rex, & primus Imperator, quum expeditionem meditaretur in Græcos, foſſam ducere inſtituit ab Alemone in Radantiam, vt commeabilia inter ſe efficeret Oceani & ponti littora, poſſetque exercitus ſuos & caſtrenſia impedimenta ex Oceano, Moſa, & Moſella in Rhenum, inde in Mænum, poſteà in Regneſum & Radentiam, inque Alemonem & Danubium deducere, atque ita ſecundo amni vſque in Pontum Euxinum deferre. Sed & ante

eum

A cum Lucius Verus, qui imperante [illegible]erone exercitibus in [illegible] lia præfuit, Moſellam & Rh[illegible]num facta [illegible]ter vtrumque f[illegible] conatus eſt nectere, vt e[illegible] præ pe[illegible] mat[illegible] R[illegible]odan[illegible] & Ara[illegible]ri per [illegible] foſſam ſubvectæ, mox fluu[illegible] Mo[illegible] in R[illegible] exin in Oceanum deuenirent [illegible] ſublat[illegible] [illegible] tibus [illegible] ſe Occidenti [illegible] fierent [illegible]us tamen inſtitutum im[illegible] eſt a Græ[illegible]. In Hiſpania etiam non ſemel actu[illegible] eſt [illegible] Darien, qui Americæ partes conn[illegible] *Nombre de Dios*, & Panaman vt [illegible] re pacificum nauigari poſſet, pater[illegible] duas Am[illegible] liber & tutus Hiſpani[illegible] in Indi[illegible] O[illegible] itus ac re[illegible]. Statuerat quoque Franciſcus I. Ara[illegible] G[illegible]runnæ [illegible]re, vt ne opus eſſet iis qui ex portubo[illegible] G[illegible] M[illegible] mari adſitis in Oceanum Aquitanicum, aut Gallicum [illegible] Germanicum proficiſci vellent, Hiſpan[illegible] nauigare, & præter itinerum moras, pericula, impenſas [illegible] quoque Regis Imperium experiri. Quin & noſtro hoc [illegible]
B Præſidiis Ieannini ſani ſagaci induſtria inuenta eſt ratio iungendi Ararim cum Ligeri, beneficio lacus cuiuſdam in Burgandia, pari ferè octo leucarum interuallo vtrimque ab iſtis amnibus ſiti, vt ita ex Maſſilia portubuſque vicinis ſubuectæ naues in Rhodanum, ex Rhodano in Ararim, ex Arari in eum quem dixi lacum peruenirent, vnde poſteà in Ligerim, inque Oceanum ſecundo amni deſcenderent. Lacum vocant *Longpendu*, conſtatque, ex eo lacu duos amnes fluere, Verbincham & Dunam, quorum alter ſuprà portum Digoini ſe iniicit in Ligerim; alter propè Verodunum miſcetur Arari; vt videri poſſit natura ipſa Regem noſtrum ad tantum opus ſuis quoque ſubſidiis inuitare. Ad quas commoditates illa etiam accedit, quod per canalem Briatæ ex Ligeri in Sequanam ipſamque Pariſiorum vrbem Lutetiam, facilis atque expedita poſſit inſtitui nauigatio. Si ad cæteras Galliæ laudes, de quibus ſuo loco breuiter dixi, hæc vna poſſet accedere, haberet procul dubio Gallia Regis beneficio compendioſam, commodam & fructuoſam mercium ſuarum tranſportandarum, militumque quaquauerſum ſubuehendorum rationem, vitatis longis, lentis periculoſis, ac diſpendioſis profectionibus.

C
CERTAMINA GEOGRAPHICA.

☞ *Conſule Tit. Geographicum iudicium ineptum: quatenus certamen habet iunctum.*

Luſitani re proſperè geſta contra Mauros, regnum Feſſæ inhabitantes, oram Africæ cœperunt legere, ann. Salutis 1476. Alfonſi V. auſpiciis, & quia nemo ferè erat, qui reſiſteret, aromatum per Oceanum ex Oriente conuehendorum ſpem ampliſſimam conceperunt. Viginti annorum ſpatio ad promontorium Bonæ ſpei peruenêre, hinc Calecutum vſque. Sub id tempus, cùm Chriſtophorus Columbus Genuēſis nouum Orbem, regis Hiſpaniæ Ferdinandi Catholici auſpiciis, reperiſſet, Alexander VI. Pp. ius illarum regionum Hiſpanis conceſſit, anno Salutis 1493. atque vt occaſionem litium tolleret (quandoquidem Aluarus Capralis Emmanuelis Luſitaniæ regis claſſi præfectus ann, 1500. Braſiliam attigerat tempeſtate iactatus, & in ea crucem Luſitanam fixerat) lineam à circulo arctico ad antarcticum ductam, quæ centum leucis ab inſulis promontorij Viridis Occidentem verſus diſtaret, terminum Luſitanorū & Hiſpanorum eſſe voluit. Eam diuiſionem Ioan-
D nes II. Luſitanus ægrè ferre, erectus iam animo ad inſulas occiduas occupandas, & vt terminus ſupra 370. leucas in Occidentem promoueretur, impetrauit. At dum Occidentali Indiæ inhiat, Orientalem cum Moluccis aromatum inſulis amiſit. Harum Ferdinandus Magellanus Luſitanus, poſteaquam ad Hiſpanos defeciſſet, freto per antarcticum enauigato, ab Occidente in Orientem penetrans reperiſſet, & Ioannes Sebaſtianus à Cano, qui Magellani à Barbaris occiſo ſucceſſerat, ſumma Caroli V. lætitia negotiationis aromatum longè compendioſiorem viam inuentam oſtendiſſet; Luſitani ad ſe Moluccas pertinere dicebant, quòd in Oriente eſſent ſitæ Hiſpani econtrà in Occidente illas ex diuiſione Alexandrina contineri affirmabant. Tandem delectis ex vtraque parte viris Coſmographiæ reique nauticæ peritis negotium demandatum, in confinibus Caſtellæ & Portugalliæ. Tergiuerſantibus Luſitanis, Hiſpani 370. leucis diſtantem ab occidentali inſula promontorij Viridis lineam duxêre, & hunc terminum ex pōtificio vetere decreto eſſe voluêre, iuſsére, anno Sal. 1515. quo termino Moluccæ occidentales manebant. Luſitani fremere minari. At Carolus V. Bononiæ coronam imperij accepturus

[illegible] bus ſureorū [illegible] M[illegible] ucc[illegible] [illegible] alis pociu[illegible] [illegible] terpellatus [illegible] num [illegible] poll[illegible] [illegible] um [illegible] nam ad [illegible] C[illegible] T[illegible] [illegible]car. an. 10[illegible].

[illegible]OMETR[illegible]Æ GEO[illegible]A[illegible] S[illegible]D[illegible]

☞ *Vide etiam proxim[illegible] Titulum*

[illegible] Fe[illegible], [illegible] natura ei propria eſt [illegible] [illegible] perfect[illegible] Quatenus vero earundem [illegible] ſin C[illegible] telas accidentales partes inuenientur [illegible] ter ad [illegible] etiam pertinent.

Æ[illegible] tiæ fuerunt ſtudioſi ob N[illegible] nun[illegible]ionem *D[illegible]*

Pe[illegible]æ, [illegible] in omni diſcip[illegible]inarum genere liberos ſuos erudi[illegible]nt, primat[illegible]en & præcipua ſemper cura fuit, vt in primis Arith[illegible]et cæ & Geometriæ præceptis imbuerentur. *Alex. ab* F
Alex. [illegible]. 2. c. 25.

Alciabiades Athenienſis Geometriæ ſtudioſus fuiſſe ſcribitur. *Plat. in Alcib.*

Hadrianus Imperator Geographiæ ſtudioſiſſimus fuit, teſte Spartiano, ita vt eius ſtudio longinquas peregrinationes ſuſcipere non dubitarit, magno cum valetudinis ſeu detrimento.

Hier. Fracaſtorius, Veronenſis medicus clariſſ. Coſmographiam tanto ſtudio colebat, vt terrarum omnium à Luſitanis in Oriente, & ab Hiſpanis in Occidente inuentarum deſcriptiones & loca, ligneis orbibus ad amuſſim fabrefactis, altitudinum & latitudinem adhibitis dimenſionibus, delinearet. *Auctor. vitæ.*

Coſmographi Indiæ, quæ Luſitanis & Hiſpanis paret, regij, nullam nauium gubernatoris narrationem admittunt, quæ iuramenti religione, tum teſtibus, exceptione omni maioribus, non ſit confirmata. Itaque hiſtoriæ produnt, Vaſcum Nunnium Valboam, in Oceano inſtituta ad Meridiem noua naui-
gatione, id mare detexiſſe, quod vulgò Sinum nominant. Ex G
altiſſimo conſpectum monte, ſociis id oſtendit, eiúſque poſſeſſionem, Hiſpaniarum Regis nomine, adhibitis ex ſolenni more teſtibus, & notario, cepit & paulò pōſt Margaritarum inſulam reperit. *Io. Metellus.*

GEOMETRIÆ, GEOGRAPHIÆ CONTEMPTVS, ODIVM.

☞ *Conſule Tit. Geometria & Geographia imperiti, quatenus imperiti ea, quæ ignorant, contemnunt.*

Palladas Grammaticus in Geometras ſic inuehitur in Epigrammatis Græcis.

> Εἰπὲ πόθεν σὺ μετρεῖς κόσμον, καὶ πείρατα γαίης,
> ἐξ ὀλίγης γαίης σῶμα φέρων ὀλίγον,
> σαυτὸν ἀρίθμησον πρότερον, καὶ γνῶθι σεαυτὸν,
> καὶ τότ' ἀριθμήσεις γαῖαν ἀπειρεσίην.
> εἰ δ' ὀλίγον πηλὸν τοῦ σώματος οὐ καταριθμεῖς,
> πῶς δύνασαι γνῶναι τῶν ἀμέτρων τὰ μέτρα.

Socrates Geometriam in ſola contemplatione verſantem nunquam ad opus accedentem, ſerio reprehendebat, quòd in iis occupata mens humana, nihil vita dignum præſtare vide- H
retur, immodico veri imaginarij ſtudio, boni exercitationem negligens. *Xenophon l. 4. Memor.*

Metius Pompuſianus, qui Veſpaſiano olim imperium prædixerat, à Domitiano in Cyrnum relegatus eſt, eò quòd vniuerſi orbis deſcriptionem atque picturam domi in tabula haberet: atque conciones regum & cæterorum principum, quæ ſunt apud Liuium ſcriptæ, ſtudioſè euolueret. *Xiphil. in Domitiano.*

AVCTORES.

De Geometriæ cùm vtilitate tum neceſſitate, dignitate & excellentia, Vide *Plin. l. 7. c. 37. Tzetzen l. 11. 381. Cælium Rhod. l. 18. c. 34. Polydor. Verg. l. 1. c. 18. Rurſus Cælium Rhod. l. 7. c. 30. l. 15. c. 13. Plut. Sympoſ. 8. 2. A. Gell. l. 1. c. 20. Valturium de Geometr. militari l. 2. c. 5. Phil. Melant. præfat. in Geomet. Io Virgilini. Fab. Quint. Inſt. Orat. l. 1. c. 21. Iacob. Mag. in Sophil. 1. 27.*

---

* Germania. Germani.

ETYMOLOGIA, ET APPELLAT. VARIÆ.

GErmani qui & Rheni. à fluuio Regionis principali, & Alemanni, à vico Alman: & Teutones, à Thuiſtone, quem alij

Aal j vocant hu[illegible]ſe[illegible]em, [illegible]
nis ap[illegible] ſort [illegible]
mana, hu[illegible]
tiam in [illegible] pr [illegible]
omniu[illegible] ſt[illegible] mo[illegible]
mannen [illegible] ſt [illegible] f [illegible]
mannici exa[illegible] m[illegible]
ſunt eſſæm [illegible] V [illegible] H [illegible] C [illegible]
A:kenes. Ita O[illegible], *De* [illegible] A [illegible] *alo*
dit.exiſtim[illegible] en[illegible] G[illegible]mar[illegible] R[illegible]
xiſſe, quod [illegible] ſſeni G[illegible]
nis nomen eſt [illegible], non gent[illegible] ſſe [illegible]
omnes pri[illegible] a victore [illegible]
mine, Germani [illegible]ocar[illegible]tor.

RE[illegible]IONIS L[illegible]MIT[illegible].

Non omnes inter ſe c[illegible] [illegible] Limitibus. Antiquiſſimi ſiqui[illegible] Rheno, Danubio, Oceano. Tanai, [illegible]
B res Rheno claudunt, & Viſtula. *Ta*[illegible] Sarmatis ſeparat. Hodie vero omnes [illegible] qui lingua vel dialecto Germanica vtuntur. Diuidunt autē illam in Germaniam ſuperiorem, quæ Alpes habet conterminas & continet has regiones, Heluetiam, Alſatiam Vuittebergam, Franconiam, Sueuiam, Bohemiam, Morauiam, Bauariam, Auſtriam, Hungariam, Tirolim, Stiriam, Carintiam, Carniolam: Et inferiorem, quæ continet eam quæ Belgica vulgo appellatur, & complectitur Prouincias XVII. & præter has, Vueſtphaliam, Turingiam, Saxoniam, Marchiam Brandeburgenſem, Lucaziam, Mansfeldiam, Sileſiam, Daniam, Holſatiam, Pomeraniam, Pruſſiam.

SPLENDOR, ET ORNAMENTA.

Habet Germania conſummatam omnium rerum quas alibi natura largitur, abundantiam. frumenti & vini præſtantiſſimi feraciſſima; fluuios habet, ſi vlli alibi, maximos, & commerciis aptiſſimos. Montes & valles amœniſſimos: Ciuitates populoſas, & opulentas penè abſque numero. Gymnaſia publica ſupra XX. præter illa quæ inferiorem ornat. Archiepiſcopatus ſeptem, & quod omnis ſplendoris eſt caput, ſedem in ea fixit
C Romanorum Imperator iam à Carolo illo re & nomine Magno. Sunt & in Germania liberæ Ciuitates LXXXIV.

Incolas habet robuſtos, & fortes, vt quorum arma Romani in Cimbris primum, deinde alias experti fuere. Hodie tamen quoad robur corporis, & militiæ diſciplinā, multū labefactata Germanorum virtus fuit. Manſit tamen animorum vigor, & diſciplinarum omnium cultus. Habeos enim omnibus artibus vel maxime inſtructos, & Latinæ Græcæque linguæ peritiſſimos. Machinarum bellicarum, Typographiæ, & Horologiorū inuentionem Germaniæ debemus: ita vt merito omniū artium aſilum facta fuerit, omneſque ſcientias admittat & foueat.

Plura requiras lector apud Gerard. Mercatorem, Abrahamum Ortelium, Petrum Bertium, alioſque Geographia, & Coſmographia ſcriptores.

Lepidum eſt quod in conuentu Francofurdienſi in electione Maximiliani Cæſaris eius nominis II. eueniſſe ſcribitur. Interuenerat Imbraimus Turcici Imp. interpres tanquam legatus, cui cum tres Principes Saxo, Bauarus, & Iuliacenſis ante Imperatorem in equis incedentes monſtrarentur, ac ſimul de
D eorum potentia mentio incidiſſet, eam tantam eſſe, vt eorum quilibet Turcico Imperatori bellum mouere poſſet, & plures illis ſimiles Germaniam haberet; riſit ille, dixitque ſe facile ex illis quos præſentes intuebatur, colligere poſſe abſentium robur & potentiam, neque ſe exiſtimare, quin vires Germaniæ forent robuſtiſſimæ: attamen videri ſibi Germanorum animos, conſilia, & actiones eſſe ad inſtar belluæ multorum & capitum, & caudarum, quæ agitata ſeptem tranſfigere cogeretur, aut conaretur. Vnde cum capita diuerſa, alia & alia foramina quærerent, totum ſimul corpus quieſceret, caudæque immotæ manerent. Significabat autem diſſenſionem Principum, malorum omnium cauſam: è contra verò Imperatorem ſuum comparabat belluæ vnicipiti, quæ plures caudas haberet, quæ vniuerſæ mouentur eo moto, eóque ſchemate indicabat virtutem & vires Turcarum vnitas & coniunctas.

Certè quòd Romanis olim rerum ſummam dedit, id hodie Turcarum Imperium extollit: quod ſcilic. Chriſtiani Principes in commune non conſulunt, ſtudiis priuatis implicentur, dumque ſinguli pugnant, fit vt vniuerſi vincantur. Ita de Græ

[illegible] *Ib* [illegible] *m*. [illegible] XX[illegible] qui [illegible] tes dum ſingulæ E
[illegible] o [illegible] s [illegible]. [illegible]ſtecæ enim
[illegible] os [illegible] os Deumque
[illegible] vt [illegible] quo nomine
[illegible] n[illegible].
[illegible] utem *Geor*[illegible]*ni S*[illegible]*ni Poeta.*
[illegible] nutauit.

[illegible] tu [illegible] *ar*[illegible]*, ve tua,*
[illegible] alla tua?
[illegible] p [illegible] *bus Hunnos,*
[illegible] ag [illegible] *Or*[illegible]*uit.*
A[illegible] *ar arces,* [illegible] *a tulisti,*
[illegible] Impe[illegible] *ideriem erat.*
Nu[illegible] *a* [illegible] *agmina Turca,*
Danub[illegible] *pulantur agros:*
In [illegible] *rrarum viſcera præda,*
A[illegible] *hoſtiles et cohibere manus.*
Te quibus o[illegible]*tas, mone vtere grandibus haſtis,*
Et quibus in certe ludicra bella geris:
Hu[illegible] *animoſa pias haſtilibus aſſere gentes,* F
Si quia in audaci pectore Martis habes.
Ah! pudeat Scythicum egreſſum finibus hoſtem,
Militia nobis præripuiſſe decus.
Mollia dum ſequimur nos deſidia otia vita,
Aſpera bellator prælia Turca facit.
Dum cane venamur lepores aut cuſpide damas
Figimus, ille ſuo milite regna capit.
Denique nos tantum ſine ſanguine ludimus armis;
Ille gerit forti ſeria bella manu.
At generoſa tuis Germania conſule rebus,
Cogę pharetratos vertere terga Getas.
Ipſa tuas vrbes è faucibus eripe lethi,
Et vetus imperij Marte tuere decus.
Si ſecura male non proſtigaueris hoſtem,
Triſtia crudeli vulnera clade feres.

Ioannes Lotichius ſecundus Germanorum militum ebrioſam væcordiam ita perſtringit.

Pudor Deorum, opprobriumque ſæculi,
Peſtis, luéſque militaris ordinis.
Quo percita furore mentis ebria,
Licentiaque perditorum temporum,
Abominandis inſolens veſtibus,
Fas omne rumpunt, diruunt Rempublicam.
Hei dira imago! hei barbarum ſpectaculum!
Germani Cæſares, ☞ *Quære Cæſar in Littera C.*

---

* Geſticulatio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

GEſticulatio ὀρχησμὸς, μίμησις, Græcè, eſt ſaltatio, ſiue actus geſticulandi. Eſt autem geſticulari corporis geſtu oblectare. Vnde & geſticulari carmina dixit *Suet. in Nerone*, pro eo quod eſt ad numerus carminum ſaltare, & ad illius modulos aptare corpus.

APOPHTHEGMATA.

CHILON dicere ſolebat, inter loquentem non eſſe mouendas manus: id enim eſſe væcordium. *Laert. l. 1. c. 4.*

MESBONAX hiſtriones ac geſticulatores appellare ſolebat H *χειροσόφους*, quod manibus ſaperent, non lingua. Erat autem choreæ genus, quo graues hiſtoriæ citra vocem vel recitantis, vel tibicinis ſolo corporis geſtu ſic repræſentabantur, vt ſpectatores prope plus intelligerent ex ſaltatione quam ſi quis recitaſſet. *Eraſm. l. 8. apoph.*

POLEMON Sophiſta, hiſtrionem Tragœdiarum, qui in Olympiis, O Iupiter, pronunciarat, oſtenſa terra, O terra! manu in cœlum proiecta: ſubmouit à præmiis (præſidebat enim ei certamini) dicens, Hic manu commiſit ſolœciſmum. *Ex Philoſtrato.*

DOMITIVS Afer Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, manus iactantem, togam deiicientem ac reponentem, non agere dixit, ſed ſatagere. Actio enim oratoris eſt. Satagit autem qui fruſtra miſeque conatur. *Eraſm. l. 6 apoph.*

MARCVS CALLIDIVS Gallum accuſauit, M. Tullio defendente, cumque accuſator affirmaret, ſe teſtibus, chirographis, quæſtionibus probaturum, ſibi a reo fuiſſe præparatum vene-

nuro:

A num. cd tu [illegible] tem [illegible] vul [illegible]
ce, a [illegible]
hu[illegible] Tu [illegible]
col[illegible] ens [illegible]
T[illegible]
hu[illegible] [illegible]
perſ[illegible]
colari [illegible]
in ſui pen[illegible]
Avg[illegible]
miſſis, vt al[illegible]
alterum Int[illegible]
tes non geſticu[illegible]
apoph. ex Suet.

* Gibbus.

DEFINITIO ET ETYMOLO[illegible]A

B Gibbus eminens tumor dorſi aut pectoris, ex ſpinæ [illegible] generatus. Hebræis גב altitudo, præminentia, Græci [illegible], quod proprie ſignificat tuber in cameli dorſo. Vnde [illegible] Gibbus. Differt à ſtruma, quæ in pectore aut mento apparet plerumque, cum gibbus ſit nomen generale. Hinc *Iuuenalis.*

Strumoſum, atque vtero pariter gibboque tumentem.

GIBBOSI.

☞ *Vide locum de Corpor. Tit. Partium corporis accidentia Item locum de Vrbanitate.*

* Gigas.

Definitio & Etymologia.

Gigas communiter dicitur de homine ſtaturæ & molis ſupra communem aliorum ordinem extenſæ. Finxerunt autem Gigantes è tellure & Cœli ſanguine progenitos. Vnde deſinant vocem ex γῆ terra, & γάω naſcor. Verum meminerunt Gigantum Litteræ ſacræ pluribus locis Et quidem ante Diluuium eorum mentionem facit Moyſes. *Gen. c. 6.*

C Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi. Quem locum licet alij de hominibus inſigni morum feritate & fœditate præditis accipiant, quos ideo Poëtæ fabulati ſunt contra Deum belligeraſſe, quod ſuperbi eſſent & effrænes, vt *Philo*, & *Ioſephus* videntur inſinuare: Verius tamen intelligitur locus hic de Gigantibus, id eſt, hominibus mole corporis proceritate à natura præditis, quibus tamen ineſſet mira crudelitas, & impietas. Vnde & Filij terræ appellati fuerunt: eſtque ea interpretatio S S. *Ambroſ. & Auguſtini.* Illius quidem *c. 4. de Noe & Arca*: huius autem *l. 15. de Ciuit. c. 23.*

Dicuntur autem Gigantes Hebraicè נפלים *Nephilim*, à radice נפל *Naphal*, id eſt, cecidit, quaſi cadentes, id eſt, irruentes, & omnia proſternentes, erant enim ſtupendæ feritatis & robuſti. Fabuloſum eſt igitur quod *Rabbi Salomon* delirando ſcribit, Gigantes dici Cadentes, quod ea genere duorum Angelorum qui è cœlo ceciderant, nempe Aza & Azaël, eſſent geniti. Iidem tamen à parentibus *Rapha & Enac* vocantur γίγαντες γηγενεῖς, id eſt, ex terra geniti: quaſi ventris & terræ filij: inquit *Ambroſ. & Philo.*

D

ERRORES CIRCA ORTVM EARVM

Paulus Burgenſis exiſtimat primos illos Gigantes fuiſſe dæmones ſub humana ſpecie. *In addit. ad Poſtillam Lyrani*, idem etiam aſſerit *Fr. Georg. to. 1. Probl. 54. 74. & 75.* & alibi *Valeſius* exiſtimat fuiſſe filios hominum incuborum, & Angelorum, verum eam opinionem tamquam fabuloſam refellit *S. Auguſt. l. 15. de Ciuit. c. 23.* De Poëtarum commentis, *vide infra.*

VEROS DARI GIGANTES.

Vnde Primum Orti.

Non eſt diſcedendum à ſententia quæ docet, verè olim ante & poſt diluuium extitiſſe Gigantes: etiam poſt Chriſti aduentum, ac ſæculis poſterioribus, viſos homines proceritate & mole corporis reliquos præcellentes, neque fabuloſum cenſeri quod de iiſdem traditur. Credidit quidem Poëtarum turba, Gigantes fuiſſe homines proceræ ſtaturæ, & draconum pedibus, ab irata tellure progenitos in perniciem Deorum vt iis, bellum inferrent, & Iouem cœlo deturbarent, à quo poſtmodum contriti fuêre, qui vt canit *Ouid. l. 1. Metam.*

——miſſo perfregit Olympum
Fulmine, & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſæ.

[illegible]
[illegible] ſuppeat arce,
V[illegible] po[illegible] a vaſta ſit. F

Habita[illegible] eos exiſtimabant in campis Phlegræis: quamuis *Pauſanias* Bathon vallem locum prælij fuiſſe affirmet. Quin & Typhœum tantæ fuiſſe magnitudinis tradunt, vt tota Sicilia ſupra illius corpus fuerit poſita. Videatur *Macrobius l. 1. Saturn. c. 20.*

Ceterum vero verius eſt Gigantes primum ex filiis Seth & Caïn, quos ſcriptura vocat filios Dei, & filias hominum; genitos fuiſſe: erant filiæ Caïn libidinoſæ & pulchræ, ac libido fecerat vt natura omnem ſuam vim in eorum generationem effunderet.

Primus autem poſt Diluuium Gigas fuit Nemrod, de quo Scriptura, Ipſe cœpit eſſe potens in terra *Gen. c. 10.* quod vertunt LXX. Ipſe erat gigas, tum mole corporis, tum robore, tum crudelitate, ait *S. Auguſt.*

Item *Deut. c. 2.* dicitur Enac fuiſſe à Gigantibus oriundus *Beroſus Annianus in exordio hiſt. ſuæ* ſcribit, primis illis temporibus ante Diluuium, circa Henos vrbem, maximam Gigantum turbam fuiſſe, qui vniuerſo orbi dominabantur ab occaſu ſolis ad ortum, quique vaſtitate corporis ac robore confiſi, omnes opprimebant, &c. G

Exploratores miſſi ad Terram promiſſionis, reuerſi ad ſuos, quo eos deterrerent, dicebant ſe vidiſſe ibi monſtra, Hebraicè *Nephilim*, id eſt, gigantes; filiorum Enac de genere gigantum, quibus comparati locuſtæ videbantur, *Num. c. 13.*

De Og Rege Bazan ſcribitur in *l. Deut. 3.* quod fuerit de ſtirpe Gigantum. Monſtratus lectus eius ferreus, qui eſt in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis & quatuor latitudinis, ad menſuram cubiti virilis manus, & paulò poſt; Cunctaque Bazan vocantur Terra Gigantum.

Apud *Amos c. 2.* dicit Deus: Tradidi Amorrhæum, cuius altitudo erat tanquam cedri; & robur vt quercus, &c.

In Vrbe Are gigantes pares Enaquinis, Emes Moabitis dicti, ab iiſdem deleti fuerunt.

Arba gigas maximus pater Enaqui, à quo Hebron dicta, è qua Caleph Iephonis F. expulit tres Enaquinos, Seſain, Achimanem, & Tholmaim. *Ieſue c. 14. & 15.*

Beroſus l. 5. Antiq. Noë reponit inter gigantes & aſtrologos. Facit idem Tuiſconem gigantem, cuius filius Mannus apud Sarmatas regnauit, ætate Semiramidis. H

Goliath Gethæus Palæſtinus ſingulari certamine à Dauide ictu fundæ proſtratus. *Ioſephus*, niſi parum integrè id in eo legitur, auctor eſt, ſeptenûm pedum Philiſtæum quadrante minus fuiſſe, quæ proceritas ne noſtra quidem tempeſtate ſit in aliquo conſpicua Veriora itaque mihi videntur, quæ in Biblicis libris traduntur, ſenûm cubitorum & palmi fuiſſe eius ſtaturam, quæ denos quadrante minus habuerit pedes: quum aliquanto procerior Oreſtes fuerit, *Ex Herod. l. 7. Ex. t.*

Iesbibanob gigas Palæſtinus Dauidem regem pugnando defeſſum interemiſſet, niſi Abiſei Saruiæ F regi ſuccurrens, gigantem (cuius haſtæ ferrum trecentos æris ſiclos pendebat) interfeciſſet. *1. Reg. 21.*

Saphvs gigas à Sobochæo Huſathenſe, Dauidis regis milite, apud Gob interfectus. *Ibidem.*

Goliath alius fuit frater Goliat à Dauide cæſi. Eius haſtæ lignum inſtar erat iugi textorij Apud Gobo ad Elehana Iaarei F. textore Bethlehemita, Dauidis regis milite, interfectus fuit. *Ibid. & Paral. c. 20.*

.Quidam

A Q[illegible] ma[illegible] num & ped[illegible] uitia[illegible], à Ionaci[illegible] ctus ſuit in prælio.

Se enet[illegible] naſcentes H[illegible] dec[illegible] res. *Rauiſ ex A*[illegible].

Heroas o[illegible] legibus vno Ty[illegible] propt[illegible] thurno hiſti[illegible] vieban[illegible] accel[illegible] gnitudinem æquarent. *Scalig*[illegible] *Poet*[illegible].

Atlante[illegible] poetæ fabulantur g[illegible]antem omnium maxim[illegible], qui cœlum humeris ſuſtinuerit. Q[illegible] fin[illegible] propter eiuſdem nominis montem in Mauritania tantæ altitud[illegible]is, vt nubes contingere videatur. *Virg.*

—— vbi cælifer Atlas
Axem humeris torquet, ſtellis ardentibus aptum.

BRIAREVS, ſiue Ægæon centimanus, a Neptuno maris Ægæi ſcopulis fuit alligatus. *Virg. 10. Æn.*

ENCELADVS, in Sicilia fulminatus, ex 3. Æn. Porphyrion, B Adamaſtus, Ceus & Oromedon apud *Prop*[illegible] *lib. 3* N[illegible]mas quoque ſob Prochyta conclusus. *Syllio lib* 1[illegible].

Gygem Heſiodus in Theogonia facit Cœli & Terræ filium, & Briarei fratrem. Ouidius Centimanum Gygem vocat.

ALOVS ex Iphimeride, à Neptuno violata, filios habuit, Aloidas dictos Othum & Ephialten. *Virg. 6. Æn. & in Culice.* Othus in Creta fulminatus eſt.

TITYVS nouem iugerum altitudine, Latonæ ſtuprum inferre tentans, ab Apolline ſagittis interficitur. Ad inferos detruſus, hepate & corde ſuo ſubinde enaſcentibus vulturem paſcit. *Virg. 6. Æn.* Apud Panopenſes in Phocide ad torrentem eſt Tytyi ſepulchrum, aggeris ambitus nihilo maior vnius ſtadij triente. De Tityo verſus *in Odyſſea.* eſt:

Porrectumque nouem Tityon per iugera terræ.

Hunc verſum non ad Tityi magnitudinem, ſed ad illam, in qua ſitus eſt, aream pertinere exiſtimant, quod nouem ea iugerum ſit. At Cleon Magnes ſe facilè adduci poſſe ait, vt C crederet, & Tityum, & alios ea magnitudine, quam fama prodidit, fuiſſe. Veniſſe enim fortè ſe aliquando Gades, & ab ea inſula cum tota ſui comitatus turba, quòd id Hercules imperaſſet, mox iterum Gades reuerſum, marinum hominem in litus eiectum inueniſſe, nihilo breuiorem iugerum vt ſpatio, qui fulmine ictus conflagrarat. *Pauſ. in Phoc.*

Erat Typhœus admirabili corporis magnitudine, omnium montium altior vertice ad crurum tenus: caput aſtra tangebat, altera manus ad orientem, altera ad occidentem tendebatur. Ex his centum capita draconum eminebant, in cruribus maximas habebat viperarum ſpiras. Corpus totum pennis obtectum, crines impexi, barba prolixa, oculi ignei, ignis ex ore multus feruebat. Hunc fugientibus diis Iupiter inſecutus, ad Caſium montem Syriæ fulmine ſauciauit. At ille Iouem deinde captum detinuit, & harpe Ioui adempta manuum pedumque neruos ſecuit, inque Ciliciam impoſitum humeris tranſportauit. At Mercurius Iouem furatus reſtituit in priſtinam formam. Tum Iupiter iterum illum inſecutus fulmine vulnerauit apud Hæmum montem, qui ita dictus fuit à copia ſanguinis, qui ibi de vulnere eſtuauit: mox in Siciliam fugienti Ætnam ſuperiniecit, vt teſtatur Euphorion, *Pindarus in Olympicis* Typhonem centum capitum ſub Ætna occultari, inquit. Alij non à Ioue, ſed ab D Apolline confoſſum ſagittis, teſtantur. Scriptum reliquit *Strab. l. 16.* Typhonem ſerpentem, non hominem fuiſſe: qui fulminibus ictus dum latebras quæreret, terram ſecuit longis tractibus non procul ab Oronte fluuio, in agro Apamienſi Antiochiæ, iuxta Seleuciam Quidam putarunt. Typhonem regem fuiſſe Ægypti, hominem inhumanum ac ferum, ob cuius crudelitatem propè vniuerſa Ægyptus fuerit deuaſtata & euerſa, qui ita fuit vocatus, quòd more draconis Ægyptum popularetur. Eum, teſte *Herod. in Euterpe*, Otis de medio ſuſtulit. *Natal. Comes Mythol. l. 6. c. 22.*

Cretenſi bello exundantium fluuiorum impetu ſiue motu terræ, in imum diſciſſa humo, inuentum eſt cadauer XVI cubitorum longitudine quod alij Orionis, alij Oti fuiſſe volunt. Ad quod ſpectandum, admiratione moti, Lucius Flaccus legatus ac Metellus iuerunt. *Plin. l. 7. c. 16.*

Orontem Syriæ fluuium, ad mare non per campos vbique ſeſe per valde decliuia & prærupta citato curſu deſcen-

[illegible]entem, Ro[illegible]um Imp. An[illegible]chiam contendens, el[illegible] E peru[illegible] onatus eſt M[illegible]gno [illegible] que [illegible]ore & [illegible] genſ[illegible] eum flumen [illegible]erit. Vetere [illegible] [illegible] pertae[illegible] hi[illegible] xı. & [illegible] [illegible] homina ſpec[illegible] omni parte [illegible] ca Indoru[illegible] ertib[illegible] [illegible] facta [illegible] [illegible]æ nam mun[illegible] humi[illegible], Vel quæ [illegible] tes [illegible] nete h[illegible]nes debent quam [illegible] iſſimas & miranda forma h[illegible] [illegible] *Ar*[illegible]

Ap[illegible] ſam vrbem eſt La[illegible] inſula. Ea tur[illegible] in duas [illegible] Fatum [illegible] [illegible] quò [illegible] a ſeculis Aſterius Anactis fili[illegible] (Anactem te[illegible] fil[illegible] adunt) cadauer eius nihilo eſt decem cubi[illegible] breuius. In ſuperiori Lydia non magna v[illegible]s eſt, quæ Temeni porta dicitur: ibi ambeſo tempeſtatib[illegible] ſepulcro, Adriano imperante, oſſa detecta ſunt: quæ F niſi humanorum oſſium figuram retinuiſſent, propter magnitudinem nemo ea hominis fuiſſe vt crederet, adduci facilè potuiſſet Vulgò Geryonæ illud eſſe dictabant. At *Pauſan. in Att.* negat, quoniam Geryon Gadibus habitarit, ſed Hylli Terræ filij fuiſſe aſſerit, à quo regionis fl. nomen acceperit

Herculem, ſcribit Heraclides Ponticus, quatuor cubitorum & vnius pedis longitudinis fuiſſe, *Natalis l. 7. c. 2. Mythol.* Scythæ in Exampeo loco, medio inter Boryſthenem & Hypanim, veſtigium Herculis oſtendunt, petræ impreſſum, virili veſtigio ſimile, bicubitali magnitudine, iuxta fluuium Tyrem. *Herod. l. 4.*

ARISTÆVS, ſiue ARISTIVS, vnus ex Gigantibus, in Ætna Siciliæ monte ſolus euaſit, nec igni cœleſti tactus, nec Ætna oppreſſus *Suidas.*

ANTÆVS gigas in Lybia, cui in Herculem luctanti Terra mater augebat vires quotieſcunq; eam attigerat. De quo *Lucan. l. 4.* In oppido Mauritaniæ Tingi Antæum tradunt Afri conditum. Eius tumulum eruit Q. Sertorius, cùm vrbem cœpiſſet, non habita Barbaris fide ob magnitudinem. Vt G corpus offendit ſexaginta cubitos longum: cæſis victimis tumulum adaggerauit, honoreſq; & famam eius amplificauit. Fabulantur Tingitani, Antæo defuncto, vxorem eius Tingem concubuiſſe cum Hercule, ex quibus editum Sophacem, regnum ea in regione obtinuiſſe, atque oppido matris indidiſſe nomen. *Plut. in Sertorio, & Strab. l. 17. ex Gabinio.*

Oreſtis corpus oraculi iuſſu refoſſum, ſeptem cubitorum fuiſſe, monumentis proditur. *Plin. l. 7. c. 16.*

AIAX Telamonius, qui ad Troiam pugnauit, in Salamine inſula ſepulchrum habuit: quòd cùm alluuione apertum eſſet, inuenta ſunt miræ magnitudinis oſſa, ita quidem vt genuum vertebræ, quas moles medici vocant, diſci inſtar eſſent, quo quinquertiones vtuntur. *Pauſan. in Att.*

POLYPHEMVS Cyclops, Neptuni filius ex Thoa, propter immanem corporis molem numeratur inter Gigantes, Homeri Odyſſea.

POLYDAMAS Niciæ F. Scotuſſæus, omnium hominum, heroibus exceptis, ſuæ ætatis ſtatura corporis maximus f[illegible], & præter Olympicas victorias de Pancratio, peculiari fortitudinis gloria illuſtris. *Pauſan. l. 5. & Suid.*

PHYA Athenienſis mulier, è tribu Pæanica, tribus digitis minus ſtatura quatuor cubitorum, alioqui formoſa. Hanc Piſiſtratus Mineruæ habitu inſtructam, exercitum præcedere H iuſſit. Eam vt viderunt Athenienſes, Palladem Piſiſtrati partes fouere arbitrati, iugo colla ſuppoſuerunt. *Hero*[illegible] *lib. 1.*

Xerxe in expeditione contra Græcos apud Acanthum vrbem agente, contigit vt Artachæes, qui foſſæ ad Athon montem faciendæ præfuerat, morbo decederet, vir X[illegible]xi ſpectatus genere Achæmenides, ſtatura inter Perſas proceriſſima. Quippe cui quatuor omnino digiti deerant, à longitudine quinque regiorum cubitorum. Xerxes damno duc[illegible] maximum hominum fato functum, apparatiſſ. eum funerauit, exhibito etiam epulo, eiuſq; tumulum omnis exe[illegible] tus extruxit: tanquam heroi ex oraculo Acanthij ſacrificant, nomine eum nuncupantes. *Herod. l. 7.*

Baſterne cuiuſdam meminit *Athen. l. 5. Dipnoſ.* [illegible] χυ, quinque cubitalis (more Græco, quibus cubitus è

A & Ariciam, poſuerunt, quod conſtat pede maius fuiſſe hominis veſtigio Vnde etiã vulgò de longis & ineptis hominibus dici cœpit, Caliga Maximini. Fuit enim Thrax, alioqui barbarus, & crudelis omnibuſque inuiſus. Idem vxoris dextrocherio (id eſt, ornamentum brachiorum) pro annulo vtebatur. *Capit.*

IOVIAN. Imp vultu fuit lętiſſimo, oculis cęſiis, vaſta & ardua proceritate, adeò vt diu nullum regiũ indumentũ ad menſuram eius aptum inueniretur Incedebat motu corporis graui, & æmulari volebat Conſtantium. *Cuſſ in.* Anus quædã pulchritudinem & magnitudinem eius conſpicata, cum ſtupidum eſſe didiciſſet, Quanta, inquit, eſt longitudo & profunditas, tanta eſt ſtultitia. *Suidas & Nicephor. l. 10. c. vlt.*

AMMONIVS, Dioſcorus, Euſebius & Euthymius fratres monachi in Scethi cœnobio montis Nitriæ in Ægypto, temporibus Arcadij & Honorij Imp. Longi propter corporis proceritatem dicti, vita & doctina celebres. *Niceph. lib. 3. c. 30. & Sozom. l. 6. c. 30.*

Ioann. Boccatius in Deorum genealogia ſcribit, tempori-
B bus ſuis in Sicilia haud longè à Drepano vrbe non ſine eorum, qui rem viderunt, ingenti admiratione, Gigantis corpus inuentum: quod cùm attrectatum foret, in puluerem eſt reſolutum. Coniectura autem ex coxæ oſſe initiis, quod integrum remanſerat, longitudinis 200. cubitorum fuiſſe exiſtimatum eſt. Tres autem illius dentes, qui ſoli inuenti fuere, idem ponderis trium rotulorum (ita regia pondera nominat) fuiſſe ait: qui vt memoria rei ſeruaretur, ante aram Virginis (cuius titulus Annunciationis dicitur) poſiti fuerunt, pleriſque exiſtimantibus illud Erycis corpus fuiſſe.

ODOACER Herulorum & Rugiorum rex, per Noricum cum exercitu tranſiens, Seuerinum eremitam in alpibus ſolitarium adiit, vt ex illo ventura prædiſceret. Ille igitur: Vade, inquit, Odoacer in Italiam, nunc quidem pellibus tectus vilibus, mox multis multa daturus. Quumque vir proceræ ſtaturæ ad ſuperliminare caſulæ caput impegiſſet, ait Sanctus: Humilis caſa ſublime caput magnis multiſque dominaturum non capit. *Crant. l. 1. Vand. c. 36.*

Paulò ante Gothicam vaſtitatem Romę viſa eſt Femina quæ corpore quodammodo giganteo longè cæteris præeminebat: quod eo mirabilius eſt viſum, quoniam vterque pa-
C rens nec ſtaturoſorum quidem hominum proceritatem aſſequebatur. *Cal. 3. c. 6. A. L.*

Recitat *Hector. Boeth. in Scotiæ deſcript.* in templo Petræ, regionis Morauiæ, quæ pars eſt Scotiæ, ſeruari adhuc oſſa Litil Ihon, id eſt, parui Ioannis, atque inter cætera coxendicis os, non breuius humano crure, quod ſuræ craſſitudine erat, & in quod totum brachium inſeruerat: vt coniectura aſſequeretur, hominem illum quatuordecim pedum altitudinem habuiſſe: ideo per ironiam, Paruus appellatus eſt. Idem teſtatur anno MDXXI. detectis ſepulcris in Croiudain agro Buthouhaniæ, vidiſſe plurimorũ gigantum omnia oſſa.

Simplicius com. in Categ. meminit mulieris natione Ciliſſæ, quæ ſuo tempore vixerit, longitudine 4. cubitorum.

Fynnanus filius Coëli (Fyn max Coul, vulgari vocabulo) ſeptenum cubitorum proceritate, Scotus ſanguine, venatoria arte inſignis, ſub Eugenio II. Scotorum rege vixiſſe perhibetur. *H. Boeth. l. 7.*

* Año 1171. oſſa cuiuſdam Gigantis in Anglia alluuione detecta ſunt, cuius lõgitudo fuit pedum quinquaginta. *Sigebert.*

Fuiſſe autem in Anglia olim Gigantes, verſus antiqui Poetæ à *Camdeno* citati docent.

—— *Titanibus illa*
D *Sed paucis famuloſa domus quibus vda ferarum*
Terga dabant veſtes: cruor hauſtus, pocula trunci,
Antra lares, dumeta thoros, cœnacula rupes,
Præda cibos, raptus Venerem, ſpectacula cædes;
Imperium vires: animus furor impetus arma,
Mortem pugna, ſepulchra rubus; monſtriſque gemebat.
Monticola tellus. Sed eorum plurima tractus
Pars erat occidui, terror maiorque premebat
Te furor extremum Zephyri Cornubia limen.

Danicam regionem à gigantibus olim habitatam fuiſſe, eximiæ magnitudinis ſaxa veterum buſtis ac ſpecubus affixa teſtantur: montium item verticibus cautes ſtupendæ magnitudinis impoſitæ. *Saxo in Præf.*

In regno Helſingorum, qui nunc parent regi Suecorum verſus Septentrionem, gigas fuit Hartbenus nomine, nouem cubitos longus, habebatque XII. athletas contubernales: E quorum inſignis proceritas dimidio inferior videbatur. *Saxo Grammaticus l. 7.*

Scheningiæ, Oſtrogothorum in Scandia oppido venuſtiſſ. in foro ſtabat gigantea ſtatua, Turonis Longi, ad cuius genua publica quęſtione corripiebantur malefactores, præcipuè adulteri, qui inter brachia ſtatuæ conuexa ferreis catenis ſaxa in collu eleuata tenebant *Olaus l. 6. c. 18.*

Carolus Magnus ſeptem ſuos pedes procerus fuit. *Crantz. l. 1. c. 7. Sax.*

Carolo Magno Imp Gigas quidã equo meruit, cui nomen Ænothero, quòd exercitũ æquipararet: ortus ex Durgia pago Sueuiæ Flumina, quæ pontibus iuncta non erãt, poſt ſe, equũ ſuum trahens ſuperare ſolitus fuit, adiecto in reluctantem ſonipedem hoc ioco: Ita meus Deus adiuuet me, vel ingratus ſequare neceſſe eſt Is Venedos Auareſque hoſtes in modum fœni demetebat, & in morem anicularum haſta velut cuſpide fixos, humeris ſuſpendebat. *Auen l. 4. Annal. Boior.*

MARTINVS TVRRIANVS Mediolanenſis, qui ex inuſitata corporis mole Gigantis cognomen tulit, Chriſtianis Da- F maſcum ann. 1148. obſidentibus ſtrenuè pugnans captus, ac tormentis excruciatus, ſacro martyrio coronatus eſt. Ab eo Mediolani clariſſima Turrianorum familia propagata. *Sig. l. 31. regni Italici.*

ERICVS II. Bonus cognomine, Danorum rex, præter ingentia amici decora, ſingularibus naturæ incrementis euectus cæterorum vertices humeris ſuperabat. Itaque peregrinationis Hieroſolymitanæ voto ſuſcepto, vt granditatis ſuæ ſpeciem conſentaneo corporum habitu minueret, procerimos quoſque peregrinationis participes legit, ſicque alienæ ſtaturæ ſpectaculo, ſuæ miraculum temperauit, ne ſingularis eius magnitudo viſentibus exteris ludibrio foret. *Sax l. 12.*

Cùm ædes S Menæ Conſtantinopoli repugnarentur, magna multitudo oſſium Gigantum in ampla quadam foſſa eſt reperta. Quæ Anaſtaſius Imp. conſpicatus, in palatio vt rem admirabilem repoſuit. *Suidas.*

Henrico III imperante, ann. ſal. 1028. corpus giganteæ molis incorruptum in ſepulcro Romæ inuentum eſt: quod erectum, vrbis mœnia ſuperauit: in cuius pectore (vt in- G quit *Nauclerus.*) vulnus fuit quatuor pedum & dimidij: ad caput verò facula ardens, epitaphiumque præterea eiuſmodi adſcriptum:

Filius Euandri Pallas quem lancea Turni
Militis occidit, more ſuo iacet hic.

Id corpus in ſtillicidia platearum proiectum, tandem putruit. Lucerna ad caput illius ardens, nec flatu, nec humore extingui poterat, quoad perforato vaſe admiſſus fuit aër *Crantz. l. 4. c. 15. Metrop. Mart. in Chron. Fulg. l. 1. c. 6.*

Sub Carolo VII Gallorum rege, in montana Narbonenſis Galliæ parte, iuxta Valentiam vrbem, Rhodanus ſepulcrum detexit, cuius magnitudo permultos ad eam rem viſendam pertraxit. Aperto enim tumulo, inuenta in eo ſunt Hominis oſſa, cuius dimenſio triginta pedes impleuit. Nos quoque cùm eò iter faceremus, ſepulcrum vidimus, & oſſium aliquam partem, quæ ab accolis tanquam res mira aſſeruatur. *Fulg. l. 1. c. 6.*

Cæſis captiſque ad Budam Chriſtianis, Solymanus Imp. Turcorum è conſpectu abductos captiuos ſupra octingentos tyronibus trucidandos dedit. Inter quos eminebat excelſæ proceritas Noricus miles: hunc in contemptum Germanicæ gentis pumilioni, qui erat in deliciis filiorum, capite præalta captiui genua vix adæquanti, occidendum tradidit; H ita vt indignæ necis iniuriam crudeli contumelia cumularet. *Iouius.*

Tam ingentium virorum Oſſa inuenta ſunt in Mexici ab Hiſpanis expugnati (Tbem ſtitan alio nomine dicunt) ſepulchris, vt partium ad totum habita ratione, viginti palmos excederent magnitudine, hoc eſt, triplum iuſtæ magnitudinis fermè hominum noſtræ regionis & æui. *Card. de Rer. var. l. 8. c. 43.*

In Peruena regione, quæ ad Auſtrinum noui orbis latus ſita omnium totius Mundi ditiſſima, eoque nomine perpetuis bellis obnoxia memoratur, Gigantum oſſa reperta ſunt; Trugillio non procul, immaniſſima: dentes trium digitorum craſſitudine, latitudine verò quatuor fuiſſe, monumentis hiſtoriarum eſt proditum. *Ioan. Metell.*

A Conſtat, iuxta faoces freti Magillisni in Boter'i licore ad quinquaginta duas partes altitudinis, eſſe Patagon[illegible]s gigantes, octo palmis longiores, magnis pro ſtatura pedibus, qui crudis carnibus veſcuntur, piſcibus aſſatis, pane carent. Vna bucca libras duas carnis aut piſciũ ſumũt: tantum[illegible] quæ vno hauſtu bibunt, vt duodecim hominibus ſufficere poſſet. Ceterũ forma decenti ſunt, membriſque pro latitudine [illegible] corpulentatis. Curſu velociſſimi, hilares, iones, robuſtiſſimi etiam [illegible]pra magnitudinis rationẽ. Fatris mirũ in modum del[illegible]antur: crudeles tamen (quod mirum eſt) non ſunt, nec humana carne veſcuntur. Sagittas adeò profundè in gul[illegible]n demittunt, vt in ventriculum peruenire exiſtimentur, quod ipſi pro egreglo ſpectaculo habent. *Cardan de Rerũ var. l. 8.* [illegible]

Referunt in Chicora litorali regione Indiæ Mexicæ eſſe gigantes, quorum rex & ipſe gigas egregius, & tamen in circumvicinis inſulis via ſunt mediocres. Aliqui in obitetri[illegible]es, alij in philtra cauſam referebant. Veriſimilius eſt, vbi longinquitas regionis cauſa non ſit, victus eſſe rationem, ſitum loci (vt etiam Hippocrates tecinat) aquarum vim quæ [illegible]

B tatem maiorem ſuſcipit breui ſpatio, delectum denique aliquem ac proprietatẽ alicuius edulij. *Card. de Rer. var. l. 1 c. 4.*

* Scribit *Scaliger* teſte *Had. Iunio* in Batauia; ante annos circiter 80. in Corzyra effoſſum cadauer, cuius brachium iuſti cruris totius longitudinem æquabat.

* Narrabat *Hector Boeth. in deſcript. Scotia*, quemdã Ioannem antiphraſticè puſillum cognominatum, impleuiſſe ſtatura pedes XIV. & in extremis Scotiæ partibus ſepultum.

*EXEMPLA RECENTIORA.

Huc referri poteſt, quod *Thom. Fazell.* de Galestio ſiue Galeoto Bardaſino Caraaenſi memoriæ tradidit. Eum videlicet ſingularibus naturæ incrementis euectum admirabili corporis magnitudine eò proceritatis exceſſiſſe, vt communem hominum ſtaturam verticeſque humeris ſuperaret: cuius robuſtis ac teretibus membris, vniuerſæque corporis magnitudini par virium robur habituſque adeo reſpondebant, vt tota eius cõpago exactiſſimo naturæ ingenio exculta elaborataque eſſe videretur. Igitur haſtæ, lapidiſque iactu, lancea ſaltuque hominẽ facile vincebat. Membrorum quoque robori ingens animi decus adfuit. Equo ac pede bellator acerrimus. Neque illi ſitus, quo minus fortitudinis ſuæ experientiã ederet, officere potuit. Armatura enim graui armatus galeatuſq; humi ſtans, ſiniſtra ephippium, dextra haſtam militarem tenens ſtrenuo ſaltu equum inſiliebat. Grandi etiam ſtatura

C equum abſque fræno velociter currentem inſidens, cruribus coxiſque ſiſtebat. Aſinum præterea magna lignorum congerie, ſiue quocunque alio onere grauem, manibus à terra extollebat. Deos præterea ex robuſtiſſimis ſimul aggrediabatur, dumque alterum attrectaret, alterum genibus compreſsũ vrgebat, nec antea deſiſtebat, quam prius hunc, deinde illum pedibus ſubiiciendo, amborum manus poſt terga vinceret.

Quin etiam Tamerlanem Sophiſtarum Imperatorem ferunt corpore ingenti, validiſque neruis adeo firmo lacertoſóque fuiſſe, vt Scythici arcus ingentis chordam, quod pauciſſimis præſtare licebat, vltra aurem extenderet, cupreumque mortarium pro ſcopo ſagittariis in ludo propoſitum, emiſſæ arundinis ſpiculo perfoderet. Simile aliquid legitur apud *Herodotum* de Æthiopum rege, qui Macrobij appellantur. Perhibetur etiam Neithartum Fuchſum in Burcbpraitbach, nobilem Francum (qui in bello, quod geſſit Albertus dux Saxoniæ cõtra Phryſios, admirabilia facinora fortitudinis edidit, tandemque inſidiis ab incolis, qui illum vernacula lingua non aliter quam *Groote Foſſe*, hoc eſt grandem vulpem nominarunt, exceptus & interfectus eſt) inuſitatę magnitudinis & roboris fuiſſe, cuius ocreas inter alia vidit apud Vvilhel-

D mum illius fratrem, quas ſibi, cum eſſet mediocriter procerus, vſque ad axillas attigiſſe aiebat, de quibus ita illa tum luſit:

Germani exuuias equitis pace raclyti & armis,
Quique habuit veteru grandia membra ſtatus,
Vidimus hac arca aſt ipſum trux Phryſia bello,
Secli eſſent priſci ne monumenta tulit.

Rainerus Reineccius quoque ſuis originibus illuſtriſſ. ſtirpis Brandeburgica, adiungit hiſtoriam Georgij Sabini, vbi ſcribit in monumentis Brandenburgicis, ſua ætate inuenta fuiſſe oſſa tam grandia, vt tibiæ attingerent cuxendicem hominis mediocris ſtaturæ. Hinc apparet, ait, quod noſtra ætas & natio etiam tales viros produxerit, quos fortitudine & robore cum veteribus conferre licet.

Imo [illegible] quidem[illegible] omn[illegible] ſe E
c[illegible] eſt [illegible] Æ[illegible]
[illegible] t. Ma[illegible]
[illegible] pendere [illegible]
[illegible] ipſa *Auentinus* refert [illegible]
[illegible] o Bertæ ſororis Carol[illegible] M[illegible],
[illegible] Saracenis exercitu [illegible]
[illegible] extinctus dicitur [illegible]
[illegible] probare v[illegible]
[illegible] matis quæ [illegible] Magdeburg[illegible] Zer[illegible]
& [illegible] Saxon[illegible] pro ſigno [illegible]
[illegible] vrbes gaudent, [illegible] Car. M[illegible] O[illegible]
bus Imperatoribus donatæ, paſſim in foro c[illegible] &
[illegible] die Rolandi vocantur: In prin[illegible] B[illegible]
burgi, in nouæ ciuitatis foro, immenſæ mag[illegible]
argentata, collocata eſt. Hæc tota eſt [illegible] armata præter [illegible]
dextra manu enſem tenet erectum, tam [illegible] à [illegible] non
ſemel audiui, ait *P. Camerarius*: Franci[illegible] alliatum
monumentum eius, cupiditate cognoſcendi, an vera eſſent,
quæ de illo ſpargerentur, aperiri [illegible] iuſſiſſe; oſſaque eius vna cum F
areu putrida, verum panopliam & arma, licet ærugine obducta, integra tamen reperta fuiſſe. Hæc regem induiſſe, quæ ita ſuis artubus conuenientia fuerint, vt manifeſto apparuerit, Rolandum regem Franciſcum non multum ſtatura corporis ſuperaſſe. Non autem eſt, hunc regem, licet procerus fuerit, tamen virilem ſtaturam non admodum exceſſiſſe.

Sanè in vrbe Vangionum, aliiſque ciuitatibus ad Rhenũ, paſſim oſtenduntur oſſa publicis in locis, quæ dicuntur fuiſſe priſcorum Heroum. *Ex p. t. H. Succiſiuarum P. Camerary.*

*DE GIGANTE ANTVERPIENSI, ET ALIIS BELGICÆ.

Cæterum in Belgio noſtro etiam proceri præ aliis homines nonnunquam progeniti. Vidimus ait *Ioannes Goropius in ſua Gigantomachia*; noſtra ætate hominem iuuenem IX. pedes: mulierem X. pedes excedentem.

Et quidem in ea Bataviæ parte quam Vvaterlandiam vocant, homines paſſim aliis Europæ hominibus altiores: ac in nuper inuento nouo Orbe quoſdam extitiſſe, etiamnum extare inſigni corporis magnitudine, ex hiſtoriis compertum, & ob id terram Gigantum appellari eum tractum.

Quid vero de Gigante noſtro Antuerpienſi ſentiendum videtur, ſatis incertum eſt, cum quidam fabulis poëtarum totam annumerent, quæ de ea re circumfertur, narrationem. G
Alij tamen ob ſolemnem, illius memoriam non ab omni veritate alienam cenſent Gigantis noſtri hiſtoriam, vt cuius domus & arx non ſolum, ſed & ingentis magnitudinis oſſa apud nos magno miraculo ſpectantur. Quin etiam Marmoreus Coloſſus Brabonis ducis, qui Brabantiæ nomen dederit, domum Senatoriam iam olim ornat, nunc ad portum marinum ſe oſtentat, collocata ibi in eius locum imagine Diuæ noſtræ Tutelaris Deiparæ. Sed & quotannis in ſolemnibus, quas binas ea ciuitas habet, Proceſſionibus, vnam in feſto SS. Trinitatis, & infra octauam Aſſumptionis alteram; ingentem Coloſſum antiquum ſuum Gigantem referentem, in ſpectaculo circũducũt, cuius baſi inſcripti legũtur hi verſus.

Cernitis immanem hunc immensã hac mole Gigantem
Talem olim vt fama eſt tulit Andouerpa Tyrannum.

Quomodo etiam *Cornel. Grapheius* vir ſuo ſæculo eruditus, in oſſa illius ita luſit, ac primum in Coxam eiuſdem.

Tanta hac horrifici fuerit ſi coxa Gigantis,
Catera quanta illi membra fuiſſe putes?

In Dentem, qui palmo maior oſtenditur.

Faucibus immenſis dens hic ſtetit, ore voraci
Quiuiſſet ſolidos ille vorare boues. H

In Brachium.

Quam fuerit forti munitus robore ſaeuus
Ille vir, id cubiti pars monet iſta ſui.

In Scapulam.

Ardua terribilis ſcapula hac eſt (credo) Tyranni:
Quid reris quantum ſuſtinuiſſet onus?

In Tibiam.

Geſtauit vaſtum vaſta iſthac Tibia corpus:
Enceladum aquauit (non dubium) ille gradu.

Ioan. Goropius verò autumat iſthæc oſſa Balenæ cuiuſpiam, non Gigantis aut hominis alicuius eſſe: Cæterum hiſtoria hæc ita ſe habet.

Erunt

A Ferunt Gigantem eam Schaldis ripam in qua eſt nunc Antuerpia ... qui arcem ibidem incolebat, & manum loco vect[i]g[al]is hac iter facientium aut captorum, amputabat. Veniſſe a... Brabonem Iulij Cæſaris in bello ſocium & collegam, qui inito certamine, monſtrum illud ſuperauerit, & primum talionem ſceleribus reddens, dextram eius reciſam in Schaldim magno niſu proiecerit. Brabantiæ de ſe nomen dederit, & Arcem Hantvverpum, quaſi manus proiectionem appellauerit. Atque exinde amputatarum manuum emanaſſe perhibent inſignia, quæ hodie adhuc ea vrbs vſurpat, & Gigantem ſuum, ac Brabonem celebrare. Quid porrò hic fabuloſum cenſeri debeat, iudicent rerum Belgicarum indagatores: nos vulgi opinionem nudè & abſque fuco dedimus. Cui autem celebris frequenſque facti memoria ſuffragatur nullo modo... beat, æquo Lectori æſtimandum relinquo.

Tradunt Annales Batauiæ vt eſt teſtis *Had. Iunius*, à Vvilelmo, qui cognomentum Boni viri dederat, Comite Hollandiæ, adductam fuiſſe ad nuptiarum ſolennia Caroli Pulchri Franciæ Regis, inuſitata corporis mole fœminam natione B Selandam, præ qua proceri etiam viri puſilliones videbantur, tanto etiam virium robore, vt bina dolia Cereali potu referta, ambabus vtrinque manibus portaret, quę ſingula quadringenta pondo Italica appendebant, trabemque cui attollendæ impares octo viri fuerant, quò vellet, transferret.

Memoratur & Nicolaus K...thenios, quem Spernetvvonda pagus exſulit, tam enormi fuiſſe corporis vaſtitate, vt proceriſſimum quemque ſui temporis ſubalarem admiſerit, ſed vires moli corporis & ſymmetriæ impares non reſpondebant.

Vti & in eo quem *Iulius Scaliger* ſe vidiſſe teſtatur Mediolani qui in Noſocomio decumbens, duas ſpondas lectorum iunctas porrectus explebat.

In Herculana familia illuſtri apud Batauos, Ioannes eo nomine octauus, Gigantis cognomen tulit, ob vaſtam corporis ſtaturam, robur incredibile, & animum infractum, cunctis formidabilis, quem Annalium monumenta perhibent, caballum Ingentem ſolo attollere, & aduerſo parieti appreſſum immobilem ſiſtere potuiſſe, virum Iunio Valenti, & Miloni Crotoniatæ parem. *Had. Iuny in hiſt. Bataue.*

C

* Glacies.

QVID, EIVSQVE CAVSA, SVBIECTVM.

GLacies ἀπὸ τοῦ λύειν γῆν, à ſoluendo terram dicta eſt aqua in ſtagnis, paludibus, fluminibuſve locis congelata. Quod accidit ob exſuperantiam frigoris hyberni, accedente etiam admiſtione quadam terrenæ concretionis, quæ iuuat conſtrictionem. Neque enim habemus purum & immiſtum aquæ elementum.

Neque ſolum conſiſtentes aquæ quas nullo negotio peruadit frigus, ſed etiam fluidæ, rigeſcunt, & congelantur, quo nihil magis familiare in Hollandiæ Regione, & vniuerſo Septentrione, vbi ipſa maria tantâ ſpiſſitudine condenſantur, vt vicinæ gentes bellum ſibi mutuo inferant tabulato hoc brumali freti. Coſmographi noſtrates notant mare glaciale: & qui ante annos paucos hinc in Orientem nauigarunt, iter ſuum inſtituentes verſus Septentrionem, in maxima diſcrimina inciderunt, nauibus in glacie pluribus menſibus adſtrictis, quo & omni commeatu cauti fuerunt, & vrſorum quos maximos ea Regio producit, incurſibus expoſiti. De quo videatur hiſtoria recens Nauigationis Indicæ, item Indiæ Orientalis deſcriptio. *Olaus Magnus, l. 11. de Septent. cap.* 30. tradit mare Gothicum ita nonnunquam D congelari, vt naues maneant immotæ. Quod etiam in aliis partibus Oceani polo Arctico vicinis nonnunquam accidere narrant.

SPISSA. DENSA.

Certè anno nupero ſæculari 1600. vti & iſto 1624. menſe Ianuario, & deinceps vſque ad finem Februarij, tanta fuit hyemis ſæuitia in Belgio, vt Scaldis fluuius maximus ante Antuerpiam, item Rhenus, & Moſa ita gelu fuerint adſtricti, vt currus quilibet onuſtus cum bigis abſque diſcrimine potuerit tranſgredi. Quod etiam anno 1622. euenit toto Ianuario. Tanta enim fuit aſperitas brumæ, vt cum priori penè coincideret omniaque flumina glacie denſiſſima, quæ cubit. 4. & nonnunquam plures excederet, adſtricta, equis, curribus & quibuſvis ſarcinis ſecurum tranſitum præberent. Omnes penè frutices interierunt. Iumenta pleraque, & vt plurimum E aues, quæ apud nos ſuperſtant, frigore extinctæ.

☞ *Vide quæ paulo ante de hac re diximus.*

Conſeruata. Vipote Cryſtallus.

Ferunt Cryſtallum produci ex glacie denſiſſima, quæ in locis frigidiſſimis annis pluribus concreſcit, & conſtipatur, vt indureſcat, & lapidis naturam induat ... vt ignis in eam agere poſtmodum nequeat. Certe in Alpibus Germaniæ, & amplius circa tractum Septentrionalem, vbi nunquam ſeſe remittunt frigora, cum ob aeris inclementiam, tum quod ſolares radij eò nequeant penetrare, glaciem ſemel concretam ſuccedente ſemper nouo frigore magis indurari, nec vnquam liqueſcere pro comperto eſt, ac tandem in Cryſtallum etiam mutari, quod ob id Montanum appellatur. Vnde Cryſtallus nihil eſt aliud quam gelu concretum. Ita etiam de ea *Greg. ſup. Ezech.* Habet aqua ex ſe fluiditatem, ſed per frigoris vehementiam in Cryſtalli conuertitur firmitatem. Videatur *Plin. l. 37. hiſt. natur. c. 2. Albertus M. & alij.*

Videtur *Solinus*, huic ſententiæ refragari, eò quod etiam F in calidis regionibus, puta Cypro, Hiſpania, & alibi reperiatur: at id non obſtare, probat *A Boetius de Cryſtallo.*

Non eſt inuſitatum Gallis & Belgis glaciem denſam certo loco ſubterraneo collocare, eamque toto anno conſeruare in vſum: adhibent eam æſtiuo tempore quando calor omnia tepida reddit, in temperando non ſolum, ſed & reponendo vino, alioque potu, quo frigidior reddatur, & algore ſuo bibentes reficiat. Refert *Plin. l. 31. c. 3.* Neronis inuentum fuiſſe, decoquere aquam, vitroque demiſſam in niues refrigerare. Exclamat autem *l. 19. nat. hiſt. c. 4.* Heu prodigia ventris! Hi niuem, illi glaciem potant, pœnaſque montium in voluptatem gulæ vertunt. Seruatur algor æſtibus excogitatur vt nix alienis menſibus rigeat.

* Gladius. Gladiator.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

GLadius generaliter dicitur enſis in prælio: ſed enſis, ferrum tantum: gladius vero totus. Propriè autem appellatur gladius, quia gulam diuidit, id eſt, ceruicem ſecat, ad hoc enim factus eſt. Nam cætera membra ſecuribus cæduntur, collum gladio tantum. *Iſid. Orig. l. 17. c. 6.* G

Gladius, enſis à clade dici videtur c. in g. mutata, teſte Varrone, quod ad cladem, ſeu cladem ſit inuentus. Hebr. *Cherob*, à verbo *harab*, deuaſtatus eſt. Item *Schelach*, miſſile, mucro punctum vulnerans. Gall. *vn eſtoc*, à verbo *Schalach*, miſit, immiſit, demiſit. Græc. ξίφος, μάχαιρα.

Gladius, c in g. commutato à clade, quod fit ad hoſtium cladem, gladius ſimiliter ab homine. *Varro de ling. Lat. l. 4.*

Gladiatores dicuntur generaliter omnes, qui gladiis pugnant, etiam diſcendi gratia, antequam in ludum producantur. *Spiegel in Dict. Iurid. litera G.*

Gladiator duo ſignificat: & Athletam ſeu Myrmillonem hoc eſt, qui pugnæ cruentum exhibet ſimulacrum. Significat etiam ſicarium audacem, ac ad cædes hominum aſſueſactum. *Cal. Sec. Curio in Catilin. 1. Cic.*

GLADII CELEBRES, EORVMQVE VSVS IN BELLO.

Memorat *Annales*, Rolandum Heroëm fortiſſimum, Caroli Magni nepotem gladium habuiſſe, cui nomen peculiare Durandulo, à duritie fortaſſe fuit, quo ſemper in maximis præliis vſus. Sic vt cùm cæſus ſuis copiis ad ſcopulos profugiſſet, eumque frangere niteretur antequam ſiti & fame conficeretur, & ad ſcopulos allideret, illi potius aciei illius ceſſerint, quã gladius in fruſta rumperetur: vt refert *Gyrald. l. 3.* H *hiſt. Franc.* dicitque hunc gladium iuſſu Caroli magni in ciuitate Blaienſi ad Geronnam, in monaſterio S. Romani ad Rolandi ſepulchri vnà cum ipſius corno fuiſſe appenſum.

Arturus Britonum rex, qui vixit an. 1470. gloriam habuit Caleburnum, quo occidit vnico prælio cccc. & lxx. hoſtes *Sigeb. in Chron.* Alexandrum Magnum enſe quem ſolitus erat geſtare, in præliis vſum conſtat. Eumque à Rege Citieorum dono acceptum laudat in eius vita. *Plut.*

Georgium Caſtriotam quem Scanderbegũ nominãt, gladium habuiſſe perhibent, quo vnico ictu Turcas tranſverſim diuidere & integros eorum artus detruncare ſolebat. Mahometus autem Imp. quamvis hoſtis eius acerrimus, illum videre deſiderauit. Igitur miſit illum Byzantium Scanderbergus,

A addita cautione vt remitteretur. Quem cum præſtita cautione remiſiſſe nemo repertus in Turcica aula dicitur, qui eo commode poſſet vti, ita vt Mahometus ſe ſuppoſititio gladio ad terrorem ſ[illegible] lū deluſum renunciaſſet, è contra Scanderbechus abſque dolo acinacem ſuum miſiſſe, eóque propediem aduerſus Turcas vſurū ſe affirmauit. *P.Camer.p.1.hor.ſucciſ.c.76.*

Hodie apud Turcas potiſſimum armorum genus eſt gladius leuiter incuruus, quem *Kilitz* (Arabibus Seife dicitur) vel Copides cædendo vocant, ita acutus, vt medium hominem, imo & equum vnico niſu findat.

Romani ſemper plus roboris & confidentiæ in gladiis, quam telis poſuêre. Vnde *Liuius*. Ventum eſt ad gladios, vbi Mars acerrimè furit, & Claudius Marcellus homo acer, & in rebus gerendis ſtrenuus, Gladij nomen ſortitus fuit. Cum è contra, Fabium cunctatorem Scuti cognomine appellarent. De Ludouo IV. Gall. Regem memorat *Iannillam in Chronic. R.F.* In conflictu illo quem cum Saracenis in Ægypto habuit, gladio Alemannico ſtrenuè rem egiſſe.

De gladio quem Turcæ *Alim* vocant, mira illi fabulantur, quæ videre eſt apud *Leunclauium l.1. hiſt. Muſelmannica.*

Lacedæmonij, quia & fœminis tela iacere permiſſum, nulB lius virtutis prælium quod abſque gladio conficeretur, æſtimabant. De gladio ſacro Ioannæ puellæ Lotharingicæ, T[illegible] leoſis quo Angli ſuperati, & Carolus VII. in regnum Franciæ reſtitutus fuit, lege *hiſt. Steph. Forcat. l.7. de Gall. Imp. & Philoſoph.*

Hent. IV. nuper Galliæ rex, ſæpenumero confeſſus dicitur, pluribus ſe victoriis gladiorum patrocinio fuiſſe potitū.

Et vt ad Sacra oculos flectamus, nunquid fortiſſimus Iudas Apollinij in bello cæſi gladium aliis ſpoliis relictis elegit, eóque aduerſus Aſſyrios eſt vſus? *lib.1. Mach c.3.*

Seneca Gladium bonū vocat non cui deauratus eſt baltheus, nec cuius vagina gemmis diſtinguitur, ſed cui ad ſecādum acies ſubtilis, & mucro munimentum omne rupturus.

IN IVRAMENTIS.

Scythæ ſolenne iuramentum emittere ſolebant interpoſito gladio, & per eum, ac ventum iurabant. Hunc quidem animam interpretantes: illo vero mortem ſiue interitum ſignificantes.

SYMBOLA.

Gladius euaginatus Imperatoribus, maximiſque PrincipiC bus, tanquam Imperij inſigna præferunt, quo indicatur iuſtitia quam exercere debeant aduerſus ſontes.

Apud Maſſilienſes id vſitatum olim fuiſſe *Valer. Max.* tradit *l.2.c.6.* Index inquit, in minimis rebus antiquæ conſuetudinis monumenta eſſe ſeruanda.

Sane moribus noſtris quando creātur Equites Aurati, traditur eis acutus gladius euaginatus, eoque feriuntur, in ſignū quod vindicare debeant crimina, & parati eſſe ad ſuſtinenda opprobria pro Principe, eiuſque iniurias propulſandas.

Refert *Camer. ſur. l.3. horar ſucc.ſ.* in quadam imperij Vrbe etiam hodie aſſeruari gladium, exeſum tamen & rubigine obductum, quo olim conſueuerat is qui in Senatum poſtremus recipiebatur, de ſontibus ſupplicium ſumere.

Poſt necem C. Caligulæ reperta fuerunt in ſecretis illius nomina eorum quos morti deſtinauerat, præſcriptis diuerſis titulis, quorum vnus gladius, quod nempe hos gladio palam: alter Pugio, quod alios clam è medio tollere cogitaſſet, vocabatur. *Suet. in Calig.*

* GLADIATORES.

QVI. VNDE ORTI.

Gladiatores à *Quintiliano* deſcribuntur illi, qui in arena D populo ſpectante pugnant. *Iuriſconſultus l.vlt. de Iure immunitatis*, eos appellat μαχαιροφόρους id eſt, gladiarios, quamvis non vſitatè.

Origo eorum ab Etruſcis emanauit, & fortaſſis ad hos à Græcis deriuarunt, vt quorum apud *Athenæum* meminit *Hermippus*. Cauſa fuêre pompæ funebres, ad quas olim adhibiti, vt teſtis eſt *Tertullian.* quamvis etiam in conuiuiis decertarint Iam olim apud Romanos.

VSVS.

De Funere, & conuiuiis quibus aderant Gladiatores, verbo inſinuauimus. Sed priuatim primi Romæ interueniebant, Publicè autem dari primum ibidem fuêre in Foro Boario, anno V.C. quadringenteſimo, nonageſimo. Dederunt M. & D. Bruti cauſa defuncti patris. Ita *Val. Max. & T. Liuius*, qui & Iuniis tria paria data affirmat. & *lib.23.* duo de viginti paria à filiis M. Æmilij Lepidi in honorem patris [illegible] E conceſſa ſcribit. [illegible] *b. item* [illegible] P. Sulpicio, & C. A[illegible] paria 25 pugnaſſe cauſa mortis M. Valerij Leuini. & [illegible] Gladiatores cxx in funere P. Licinij luſiſſe teſtatur [illegible] pe referrebantur ludi illi gladiatorum in acta, & ex [illegible] *T. Liuium* hauſiſſe opinatur [illegible] *Lipſius in ſuis Saturnal b.*

Cæterum non in omni funere, ſed illuſtr[illegible] & [illegible] primitus dabant. De Spartaco legimus, quod C[illegible] c[illegible] ſuis cæſo, 300. captiuorum morte gladiatorio [illegible] remunerarit, vt eſt author *Appian.* Sed etiam ad pr[illegible] ſ[illegible] let mores Reipublicæ, dimanauit ille ludendi ritus [illegible] bant adhuc ſuperſtites, poſt mortem tot vel tot p[illegible] dari gladiatorum. Apud *Horatium*, Heredes,

Ni ſic feciſſent, gladiatorum dare centum
Damnati paria.

Ita pro Sulla Cicer. Interpoſiti ſunt gladiatores [illegible] quos teſtamento patris deberi videmus.

Etiam ad fœminarum funera poſtulati hi ludi. Nam Iulius Cæſar munus gladiatorium populo, epulúmque in Filiæ ſuæ morte pronuntiauit, quod ante eum nemo ait. *Suet. c.26.*

In *Spartiano* etiam legimus de Hadriano Imp. quod hoF nores præcipuos Socrui ſuæ ludis gladiatoriis impenderit.

Neque ſolum in Funeribus, ſed præter hæc, voluptatis cauſa etiam dati ſunt gladiatores à pleriſque Magiſtratibus, Sacerdotib. Imperatorib. Exempla & teſtimonia requirat Lector apud *Lipſium in Saturn. c.9.* Dabant autem in Natali ſuo, diebus feſtiuis & ſolennibus, puta in triumpho, victoria, dedicatione publici operis, & alia quavis tandem occaſione, ſic vt promiſcuè quouis prætextu inſtituerunt hi ludi.

Apud Iudæos quoque ritus ille obſeruatus. Herodes rex ſub Auguſto in ſingulis propè oppidis theatra conſtituit, & Agrippa vnâ commiſſione dedit gladiatorum paria occ.

Quin & coloniæ & municipia æmulabātur ferales has voluptates: & minores magiſtratus. Apud *Apuleium l.4.* in Plateatū ciuitate Demochares quidam munus gladiatorum editurus, genere primarius vir, publicas voluptates inſtruebat. Sic apud *Martialē* neſcio quis cerdo: quē Poëta tangit iure,

Das gladiatores ſutorum regule cerdo:
Quodque tibi tribuit ſubula, ſica rapit.

CONDITIO. DISCRIMINA.

Ad conditionem quod attinet, è ſeruis plerumque, & captiuis fuêre. Vendebantur namque in ludum, aut damnabanG tur. Meminit *Suet. in Vitellio.* Adeóque id increbuit, & ob leuem cauſam, vt Hadrian. Imp. Lenoni & Laniſtæ ſeruum vel ancillam vendi vetuerit, cauſa non præſtitā, ait *Spartian.*

Capitolinus in Macrino, Seruos qui à Dominis fugiſſent repertos, ad gladij ludos deputabat.

De Captiuis res in hiſtoriis nota, & obuia.

Liberi quoque nonnunquam venalem vitam & ſanguinem exponebant. De quibus *Manilius l.4.*

Nunc caput in mortem vendunt & funus arenæ.
Atque hoſtem ſibi quiſque parat, dum bella quieſcunt.

Imo corruentibus moribus eò deuentum, vt primæ Nobilitatis viri operas arenæ locarent: quidam deſperatione & bonis exuti, alij principibus gratificantes. *Vide Senecam epiſt. C. & 88.* De his *Iuuenalis.*

——Quanti ſua funera vendant
Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone
Nec dubitant celſi prætoris vendere ludis.

Originem huius rei Iulio tribuunt Cæſari, cuius munere in foro pugnauit Furius Leptinus prætoria ſtirpe, & A. Caleous Senator quondam, ait *Suet. in Iulio c.39. Dio. lib.43.* id equitibus etiam permiſſum tradit, quamvis poſtmodum id S. C. Interdictum fuerit.

Etiam Fœminæ in hunc ludum deſcenderunt, *Teſte Tacito lib.15. Suetonio in Domitiano.* Cuius etiam *Statius* meH minit in *Silua.*

Hos inter fremitus, nouoſque luſus,
Stat ſexus rudis inſciuſque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles.

Sed principe Seuero id vetitum Senatuſconſulto fuit.

Idem Domitianus, pumilos & nanos cum fœmina huic pugnæ commiſit. Idem *Statius* prodit:

His audax ſubit ordo pumilorum,
Quos natura breui ſtatu peracto
Nodoſum ſemel in globum ligauit.
Edunt vulnera, conſeruntque dextras, &c.

GENERA

A GENERA VARIA.

Duplex vniuerſum erat gladiatorum genus. Coacti hi, vtpote ſerui, damnati, captiui. Voluntarij alij, qui liberi pretioque adducti, qui & Auctorati nuncupati.

In ſpecie vero varia erant diſcrimina, & claſſes: nempe ab armis loco, tempore, aliiſque cauſis. Erant autem appellatione diſtincti, vt puta Secutores, Retiarij, Threces, Myrmillones, Hoplomachi, Samnites, Eſſedarij, Andabatæ, Dimacheri. Laqueatij, quorum diſcrimen & variæ inſuper nuncupationes requirantur apud *I. Lipſium, l. 1. Saturnalium.*

IVRAMENTVM.

Voluntarij in numerum gladiatorum adſciti, iurabant ſolenniter, quod omnia agerent & paterentur, quæ legitimum gladiatorem decerent. Formulam iuramenti *Petronius Arbiter* prodidit. In verba Eumolphi inquit Sacramentum iurauimus, vri, vinciri, verberari, ferroque necari: & quidquid aliud Eumolphus iuſſiſſet, tanquam legitimi gladiatores, domino corpora animoſque religioſiſſimè addicimus. Ita etiam *Seneca Epiſt. 37.* Eadem turpiſſimi illius Auctoramenti verba ſunt, vri, vinciri, ferroque necari. Alluſit etiam *Tibullus:*

B *Vre meum potius flamma caput, & pete ferro*
Corpus, & intorto verbere terga ſeca.

APOPHTHEGMATA.

Demadi dicenti, quod enſes Laconici ob breuitatem à circulatoribus ac præſtigias imitantibus deuorarentur: Agis iunior reſpondit. His enſibus Lacedæmonij aſſequantur hoſtes longioribus armatos gladiis. *Plut. in Lac. Apoph.*

Demonax conſpicatus hoc agere Athenienſes, vt Barbarorum exemplo, gladiatorum ſpectacula in vrbem inducerent: Nolite, inquit, ô Ciues crudelitatem iſtam prius in vrbem veſtram admittere, quam miſericordiæ aram deſtruatis. Quippe Athenienſes miſericordiam pro dea colebant, ideóque nequaquam conuenire ſignificat, in ea ciuitate ferinam permitti crudelitatem, vbi miſericordia pro dea haberetur. *Eraſm. lib. 8. Apoph.*

* Glans.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA

GLans, *βάλανος*, eſt fructus certarum arborum, quæ *δρύες* generali nomine appellantur, vt ſunt quercus, ilex, fagus, cerrus, ſuber, eſculus, phellodriis, & pleræque aliæ. Pro-
C priè tamen glans in quercu eſt; at omnium dulciſſima eſt glans fagi, minima roboris, cerri triſtis & horrida, iotlar caſtaneæ. Metaphoricè ſumitur pro globulo plumbeo quo onerantur ſclopeta. Eſtque in corpore pars illa genitalium quam tegit præputium, & coles vulgo dicitur.

GENERA VARIA.

Genera glandium multa enumerat *Plin. lib. 15. c. 5* & dicit eas differre fructo, ſitu, ſexu, ſapore. *Theophraſtus lib. 3. c. 5.* dicit Macedones quatuor facere genera. Glandem quercinam, quæ dulcis eſt: eſculinam, quæ amara: fagi, quæ rotunda: cerri, quæ inſipida eſt & ſterilis. Reliquæ arbores glandiferæ fructum proferunt animalibus noxium & inſipidum. In quercu etiam ait *Plin. lib. 15. c. 6.* Dulcior eſt glans molliorque fœminæ, maris ſpiſſior. Sunt & ouales, & rotundæ: Item flauicantes, & ſubnigræ, Denique ſylueſtres, & cultæ.

VSVS.

Communis glandium paſtus apud Europæos eſt Porcorum, & Suum, & quidem fagea inquit *Plin.* hilarem facit ſuem, eiuſque carnem coctilem & leuem. Sed fungoſam eam quæ in eſculo, robore, ſubere naſcitur. Optimam, ſolidam,
D & ponderoſam, quernea.

Erant autem tempore *Plinij* opes multarum gentium ac in Hiſpaniis inferuntur inquit, menſis ſecundis.

Imo Olim ad panem adhibitæ glandes, in mola tritæ, & ſpiſſatæ in panis vſum. Atque has primum mortalibus victum præbuiſſe, & nutrices extitiſſe inopia ac feræ ſortis, idem *Plin. in Prologo l. 16.* affirmat.

In oppido Chio, obſeſſos multo tempore vitam ſuſtentaſſe glandibus fagi, tradit *Corn. Alexand.*

Iam vero in medicina Glandes valent dyſentericos, cœliacos, & ſerpentum ictus, vt videre eſt apud eundem *Plinium lib. 24. c. 3.*

☞ *Vide Frugalitas, Quercus.*

Gloria. E

* DEFINITIO. ET ACCEPTIO.

GLoria Græcè *δόξα*, eſt frequens de aliquo fama cum laude, *ſecund. Cicer. in Rhetor.* & in *orat. pro Marcello*, deſcribitur illuſtris ac peruulgata multorum & magnorum vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama, meritorum.

S. Ambr. ſuper epiſt. ad Rom. definit, quod ſit clara notitia cum laude, puta de excellentia alicuius. Itaque complectitur opinionem & laudem, ac conſequenter famam, quia bona fama in laude conſiſtit. Supponit autem excellentiam aliquam veram his dignam, tanquam materiam & obiectum opinionis & famæ.

Diſtinguitur ergo propriè loquendo Gloria ab honore, quod honor in teſtimoniis excellentiæ per ſigna exhibitis conſiſtat: puta magiſtratibus, dignitatibus &c. Gloria vero in notitia excellentiæ alicuius, quæ verbis agitur.

Accipitur Gloria aliquando pro fama & laude, eſtque communis vſurpatio

Secundò accipitur, vt ſit idem quod honor, & dignitas, F
quatenus ex dignitatibus, ceu teſtimoniis excellentiæ, gloria exſurgit.

Tertiò accipitur pro Gloria inani ſiue vana, quam Græci dicunt *κενοδοξίαν*, eſtque peccatum ſubindè mortiferum, quod committitur, vel cum quis de ſimulata, & non exiſtente excellentia laudem quærit & opinionem: vel cum maiorem quærit, quam meretur: vel apud imperitos ſuarum rerum, eas extollit. Quando verò cenſeri debeat mortiferum peccatum, videatur apud caſuum conſcientiæ Scriptores.

Denique Gloria accipitur antonomaſticè pro Gloriâ æterna, ſiue cœleſti Græcè *ἀΐδιος*, id eſt, æternus Vocatur autem Beatitudo nomine Gloriæ, quod ſit eximium opus Gloriæ Dei, & quæ maximè redundet in laudem & gloriam ipſius.

GLORIA. LAVS. FAMA.

☞ *Pete pleráque ex Loco & Titulis de* FAMA *& Famigeratione. Item ex loco de Laude & Nomine.*

* EXEMPLA, & APOPHTHEGMATA, ETHNICORVM.

BION gloriam dicebat eſſe matrem annorum; ob id opinor, quod cum hominis vita ſit breuis, honeſta memoria in multa ſecula propagatur. *Laert. l. 4. c. 7.*

HERACLITVS, viam ad gloriam maximè compendiariam eſſe dicebat, ſi quis bonus eſſe ſtuderet. *Ant. & Max. ſerm. de glor.* G

SOCRATES, hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat, ſi quiſque id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet. *Cic. lib. 2 Offic.*

DEMOCRITVS fertur & illud ſolitus dicere, *λόγος ἔργου σκιή*, id eſt, Oratio operis eſt vmbra, Scilicet, ex egregiis factis naſci laudes hominum eloquentium non contra. Primam igitur oportet eſſe curam factorum, quam gloria conſequitur vltro. *Laert. l. 9. c. 7.*

AGESILAVS à quodam interrogatus, qua ratione perpetuam ſibi gloriam parere poſſet? Si mortem contempſeris, ait, nihil enim præclaræ rei gerere eum, cuius animum mortis metus occupauit. *Plut. in Apoph. Lacon.*

THEMISTOCLES adoleſcens, in compotationibus ac mulierum amoribus volutabatur. At poſtquā Miltiades apud Marathonē peruiciſſet barbaros, iam nullus offendit illum quicquam agentem præter decorum: Percontantibus autem vnde ſic eſſet repente mutatus? Miltiadis, inquit, trophæum non patitur me dormire, neque ceſſare. Gloriæ ſtudium exceſſit amorem voluptatum clauum, vt aiunt, clauo. *Plut. in Apoph.*

Idem ad Olympiæ certamen profectus, cum in ſtadiū proceſſiſſet, omnes neglectis certaminibus oculos in ipſum intenderunt, in eóque complectando diem totū conſumpſerūt, ac Themiſtoclem illum cum plauſu & admiratione peregrinis oſtenderunt. Ea re vir gloriæ omnium cupidiſſimus, dixit amicis, ſe eo die laborum quos pro Græcia ſuſcepiſſet, omnium fructum ampliſſimum reportaſſe. *Plut.* H

Venerat Thebas Iaſon Theſſal belli ſocius futurus: Is cum Epaminondæ egenti, duo aureorum millia miſiſſet, non accepit, ſed ipſum Iaſonem intuitus: iniuſtis, inquit, imperas, ipſe deterior. Sentiebat autem, iniquas eſſe opes, quæ poſſeſſorem facile ſeducunt. At viros fortes gloria virtutis præmio contentos eſſe debere putabat. *Plut. in Græc. Apoph.*

Quum Thucydides vociferaretur apud populum aduerſus

A Periclem, quod in picturas ac ſtatuas ſummorum artificum profunderet Reipublicæ cenſus: ipſe aſſurgens togauit populum. Viderentur multum impendiſſe: quo reſpondente; Plurimum; Age, inquit, ſi igitur hæc mihi impenſa & non vobis: atque ipſis donariis deorum, meum tantum nomen inſcribam. Hæc vos ſubito mutauit animum populi, iuſſitque ut publicis impendiis pergeret, nec vllis parceret ſumptibus. *Eraſm. l. 5. Apoph. ex Plut.* Eum iam morientem quum neceſſarij mœſti deplorarent, ac priſtinas commemorarent, potentiam, & quæ trophæa, quas victorias vrbeſque Athenienſibus partas relinqueret: paululum ſe erigens, reprehendit eos; quod communes multorum, & fortunæ magis quã virtuti debitas laudes retuliſſent, pulcherrima, & maxima. ipſiq. propria ſuæ laude prætermiſſa. Quod propter ipſum nemo Athenienſium nigram veſtem vnquam ſumſiſſet. *Plut.*

Epaminondas, Meneclida quodam oratore ipſum aliquando traducente, vt qui de ſe quam de Agamemnone amplius ſentiret: facio, inquit, hoc propter vos, Thebani, quorum ſolorum opera Lacedæmoniorum Imperium vnica die euerti. *Plut. lib. de ſui laude &c.*

Phocion, Leoſthene adhuc rem feliciter gerente interro-
B gatur ab oratoribus, quidnam beneficij in vrbem contuliſſet: Nihil inquit, quam quod me prætore vos orationem funebrem nullam habuiſtis: ſed quotquot mortui ſunt, in ſepulchris maiorum ſunt humati. *Plut.*

Antigonus, quum mitteret filium ſuum Demetrium cum numeroſa claſſe, magnaque militum vi ad græcos liberandos dicebat: Gloriam à Græcia, velut ſpecula in orbem terrarum accendi, iuuenem gloriæ ſtudio extimulans, vt ſtrenuè rem gereret, quod eius laudis rumor, non intra Græciæ fines eſſet continendus, ſed ob Græci nominis celebritatem, per omnes mundi plagas dimanaturus. *Plut. in Regum Apoph.*

Antigonus Iunior, Cætera faſtu vacuus, princeps moderatus, in nauali quodam prælio amicorum quodam dicente, Non vides quanto plures ſunt hoſtium naues? Me vero ipſum inquit; quod nauibus opponis? *Idem in Apoph.*

Scip. Iun creatus cenſor, adoleſcenti cuidam equum ademit, quod eo tempore quo obſidebatur Carthago, ſplendidè cœnatus, libum in ſimilitudinem vrbis figuratum cui nomen Carthagini indiderat, conuiuiis deuorandum appoſuiſſet. Iuuene verò percontante cur equo ſuo priuaretur: reſpondit Quia me prior Carthagine eſt potitus. *Ibid.*

Iul. Cæs. poſtquam milites, qui in Africa Scipionem ſe-
C quebantur fugiſſent, & Cato ſibi necem Vticæ conſciſſet, inuideo ô Cæſar tibi iſtam mortem inquit Cato, quando tu mihi ſalutem tuam inuidiſti. *Ibid.*

Crates dicebat, ſe pro patria habere gloriæ neglectum, & paupertatem, in quæ ius nullum ſibi vſurparet fortuna. *Laërt. lib. 6. cap. 5.*

Quum quæreretur à Quodam egregio opifice, quo tanta diligentia artis ſpectaret ad pauciſſimos peruenturæ: ſatis ſunt, inquit, mihi pauci, ſatis eſt vnus, ſatis eſt nullus. *Ibid.*

Diogenes, cum præconem in Olympiis ita pronuntiantē audiuiſſet, Dorippus vicit viros, correxit; Hic inquiens, mancipia potius vicit. Oſtendens, eos nequaquã eſſe viros, qui in his certarent ſpectaculis, ſed: mancipia potius gloriæ. *Ibid.*

Socrates, cum audiret recitari Lyſidem Platonis; Deum inquit immortalem, quam multa mentitur de me adoleſcens, ſiue quod modeſtiam non agnoſceret laudes quas tribuebat Plato, ſiue quod in dialogo multa de Socrate fingeret. *Eraſm 3. in Apoph.*

Epicurus, quum vni ex conſortibus ſtudiorũ ſuorum ſcriberet: Hæc inquit, ego non multis, ſed tibi, ſatis enim
D magnum alter alteri theatrum ſumus. *Senec. epiſt. 7. ad Lucil.*

Metrocles liberos ſuos excuſſit dicens:

Τὰ δ' [illegible] φαντάσματα, *id eſt.*

Sunt inferiorum hæc ſomniorum imagines,

Sentiens eſſe, nugas, ac deliramenta, quæ ſcripſerat. *Laërtius lib. 6. cap. 6.*

* CHRISTIANORVM.

Chriſto Saluatore noſtro Hieruſalē triumphantis in morem ſubeunte, pueri Hebræorum, aliique qui præcedebant & ſequebantur, ramus palmarum & veſtimenta per viam ſternentes, clamabant: O Sanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Dñi. Cumque quidam Phariſæorum de turbis dicerent, magiſter, increpa diſcipulos tuos: ipſe ad illos ait, Dico vobis, quia ſi hi tacuerint, lapides loquentur. *Luc. c. 19.* & *Matt. c. 21.* cum principes Sacerdotum & Scribæ [illegible] præ indignatione, poſtquam pueros audiuiſſent [illegible] Audis quid iſti dicunt. reſpondit eis: vtique, nunquam [illegible] qui ex ore infantium & lactentium perfeciſti laude[m].

Virtutis autem & fortitudinis debitum præmium eſt Gloria Exiguum quippe nobis vitæ virtutiſque exe[illegible] lum natura circumſcripſit; immenſum verò ſemp[illegible] [illegible]ue honoris & gloriæ: ad quæ ſola via eſt Virtus. H[illegible] [illegible]is diſſerens al[i]quando D. Baſilius, Si gloriam [illegible] quæris, & cupis ſuperior multis videri, & in rebu[s] m[un]danis clarus fieri, ſis iuſtus, temperans, prudens, f[ortis] & patiens in aduerſis pro religione ſuſcipiendis. *Ex A[illegible] Max. Mon. Orat de Gloria, Beyerl. in Apoph.*

Denique non paruas animo dat Gloria vires: quæ [illegible]am arripuit attraxitque Antonium Sylueriam, arcis Dien[illegible] expoſitum. Viderat ad eam expugnandam copioſam Turcarum claſſem aduentare; & ad nobiles ſuos retiena[illegible] [f]onte conuerſus, En inquit, viri, tempus nunc acceptam à maioribus gloriam belli[c]am, deb[i]tamque tum Deo tum Regi noſtro fidem, nobis ob oculos ponendi, quæ ſi intueamur, omnes hoſtiles apparatus periculaque pro nihilo ducemus. Profuit præſens Ducis animus ad palmam de tanta claſſe obtinen- F
dam, *Ex P. Maff. hiſt. in d. l. 11. Idem.*

Gloria ſtudioſum ad vitia, & quævis audienda impellit.

Hieronymum Olgiatum non perinde fax honeſtæ mentis accenderat, ſed eum imitatus qui Dianæ Ephesinæ fanum exuſſerat, in Galeatium Sfortiam Mediolanenſem Ducem ſicarij munus obiuit. Rogatus autem, qui tantum facinus attentare auſus; Solo, inquiebat, gloriæ & nominis poſthumi deſiderio permotus. Cumque iam ſuo corpori gladium admoueret carnifex, paululum ſe colligens; Age, dicebat, Hieronyme, ſtabit vetus memoria tui facti: mors acerba, fama perpetua. Quam doctè & verè *Iuuenalis*:

—— Patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum & laudis titulique cupido
Hæſuri ſaxis cinerum cuſtodibus.

Egnat. lib 8. c. 18. Idem ibid.

Non minimus vanitatis huius auceps Comes Doſſunæ Giſpanus. Obuius namque cuidam è regio palatio venienti, Quiſnam, ait, de me palatio ſermo? alter pudore & rubore G
pariter ſuffuſus, Nullus, reſpondit, neque qui ad laudem faciat, neque qui aduerſus eam. Audit ille, & indignatur propter adſtantes, qui eum virum magnum reputabant, & in omnium labiis: ac innocentem fuſtibus excipi, deinde 50 aureis donari mandat, dicitque: Iam tibi materie, laudis & vituperij: vtere, & defer ad palatium. *Floreſta.*

Fuit Sebaſtianus de Eleckenſtein: nobilitate, reique militaris peritia, inſignis: cui dum inter dimicandum, Turca quidam ſaculum nummis plenum, velut redemptionis pretium, obieciſſet; eum tanquam victoriæ remoram ex equi ſella deiecit; Ad Ditem veſtrum, inquiens, abite diuitiæ, non enim hîc aurum, diuitias, aut alia malorum irritamenta quærimus: ſed virtutis præmium potiùs, & gloriam militarem. *Melch. Soiterus de bello Pannonico, l. 2 Beyerl. ſuprà.*

GLORIA. HONOR. DIGNITAS.

GLORIÆ STADIVM ſecundùm ΑΗΨΙΝ, reſpectu ΑΞΙΩΜΑΤΟΣ ſiue Præmis, ipſius ſcilicet Honoris, cui ſtudet. Honorem amplecti.

PONTIFICATVS.

☞ *Vide infrà ſub Modo, Acceptare modeſtè.*

REGNI, IMPERII.

☞ *Regni [illegible] hîc conſideramus reſpectu Honoris. Sin opes* H
ſpectes ad Liberalitatem in [illegible] pertinebit.

Vide infrà, Acceptare modeſtè.

Endymion Elidis ſecundus rex, cùm tres haberet filios, Pæonem, Epeum & Æiolum, propoſuit filiis curſus certamen in Olympia. Ex eo victor diſceſſit Epeus: & Epei primùm populi ab eo dicti. *Pauſan. l. 5.*

Danaus, cùm Argos veniſſet, de regno cum Gelanore Stenelæ filio contendit. At cùm eorũ vterque ad populum multa, & ea maximè probabilia, & iuri conſentanea dixiſſet: neque omnino, quæ Gelanor afferebat minùs æqua viderentur causa ampliata eſt in craſtinũ. Poſtera die prima luce, in boũ gregem in pomerio paſcentium lupus impetũ fecit, atque in taurum ipſum gregis ducem adortus eſt. Viſum eſt Argiuis, Gelanori eum tauro, cum lupo eſſe Danao aptiſſimam conuenientiæ rationem: quod ſcilicet vti lupus animal eſt homi-

ni

A ni minimè familiare, ſic propemodum ad id temporis nulla fuiſſet Danaus Argiuorum vſus conſuetudine. Quare cùm taurum lupus confeciſſet, è re nata Argiui Danao imperium adiudicarunt. Tunc Danaus lupum ab Apolline immiſſum interpretatus, Lycij Apollinis ædem dicauit. *Pauſan. in Corinth.*

Cùm Medon, & Neleus, Codri Athenienſium regis filij de regno diſſiderent: negaretque Neleus regnum ſe Medontis ferre poſſe, qui pede altero claudicaret: rei cognitione Delphico oraculo permiſſa, reſpondit vates, deberi Medonti Athenienſium regnum. Dimiſſi itaque in Coloniam Neleus, aliique Codri filij, & ex Athenienſibus quicunque nomina dediſſent, & multò maximam Ionum manum abduxerunt in Aſiam. *Pauſan. in Achaicis.*

Darivs rex Perſarum, priuſquam regnum adeptus eſſet, ex alia vxore Artobazanem, Xerxem deinde rerum potitus ex alia ſuſceperat. Cùm de ſucceſſore cogitaſſet, magna inter conſanguineos diſſenſio fuit, ac vtrinque res coram ipſo Dario rege ſummis fauentium ſtudiis agitata. Dicebat Artobazanes, omnium ſe fratrem maiorem natu eſſe: quare iure B gentium, primique geniti prærogatiua, imperij ſpem ad ſe pertinere. Nam patri aduenientem dignitatem, etiam antè ſuſceptis liberis proficere: & nihilominùs (ſi decet paruis magna componere) ſenatoris aut equitis filium appellari, qui nondum patre ſenatore, vel equite natus eſt: præterea & illegitimè ſuſceptos per ſubſequens matrimonium non minùs patri ſuos effici, quàm qui poſtea legitimè ſuſcepti ſunt. Xerxes ex aduerſo, conueniens eſſe, vt qui patre imperante naſceretur, hic regno ſuccederet: quaſi reuerà id ſit regale ſemen, ſtirpſque regia, quæ tum orta eſt, cùm qui regnare cœperit. Et ſanè vicit hæc ſententia, magis ſecundæ vxoris illecebris, falſoq; Demarati teſtimonio, qui hoc iure vti Lacedæmonios malitioſè recitauit: quã lege, aut moribus, aut exẽplo. Quamobrẽ ita iudicatũ fuiſſe, nihil poſtea Cyro profuit, cùm idem Artaxerxi maiori fratri obiiceret: valuitque eius naturæ, non ſtudium matris Paryſatidis. *Iuſtinus* aliter ſcribit, in hæc verba: Darius cùm aduerſus Athenienſes bellum C reſtauraret, in ipſo apparatu deceſsit, relictis multis filiis, & in regno, & ante regnum ſuſceptis. Ex his Arthemenes maximus natu ætatis priuilegio regnum ſibi vendicabat: quod ius & ordo naſcendi & natura ipſa gentibus dedit. Porrò Xerxes controuerſiam non de ordine, ſed de naſcendi felicitate afferebat. Nam Arthemenem primùm quidem Dario, ſed priuato prouenisse: ſe regi primum natum. Fratres itaque ſuos, qui antè geniti eſſent priuato, priuatum patrimonium, quod eo tempore Darius habuiſſet non regnum ſibi vendicare poſſe: ſe eſſe primum, quem in regnum rex pater ſuſtulerit. Huc accedere, quod Arthemenes non patre tantùm, ſed matre priuatæ adhuc fortunæ, auo quoque materno priuato, creatus eſſet: ſe verò & matre regina natum, & patrem non niſi regem vidiſſe: auum quoque maternum Cyrum regem habuiſſe, non hæredem, ſed conditorem tanti regni. Itaque etſi æquo iure vtrumque fratrem pater reliquiſſet, materno ſe tamen iure & auito vincere. Hoc certamen tandem concordi animo ad patruum ſuum Artaphernem, veluti ad domeſticum iudicem deferunt. Qui cognita cauſa, Xerxem prępoſuit: adeóque fraterna contentio fuit, vt nec victor inſultauerit, nec victus indoluerit: ipſoque litis tẽpore inuicem munera miſerint, & iucunda quoque inter ſe, non ſolùm credula conuiuia habuerint: iudicium quoque ipſum ſine arbitris, ſine conuitio D fuerit. Tantò moderatiùs tum fratres inter ſe regna maxima diuidebant, quã nunc exigua patrimonia partiuntur. *P. Æmilius ex Herod. l. 7. & Plut. in Artax. & Iuſtin. l. 2. & 16.*

Agesilavs Lacedæmonius de regno cum Leontychide, fratris filio, habuit contentionem. Mos enim erat à maiorib. Lacedæmoniis traditus, vt duos haberẽt ſemper reges, nomine magis quàm imperio, ex duabus familiis Procli & Euryſthenis, qui Principes ex progenie Herculis, Spartæ reges fuerunt. Horum ex altera, in alterius familiæ locũ fieri non licebat. Itaque vterq; ſuum retinebat ordinem. Primus in eo habebatur, qui maximus natu eſſet, ex liberis eius, qui regnans deceſſiſſet. Sin is virilem ſexum non reliquiſſet, tum deligebatur, qui proximus eſſet propinquitate. Mortuus erat Agis rex, frater Ageſilai: filiũ reliquerat Leontychidẽ. Flagrabat is infamia, quaſi ſuſceptus ex Alcibiade: qui quo tempore exul Spartæ agebat, ſtupri clandeſtinam conſuetudinem cum vxore Agidis Timæa habuerat. Agis autem, vti fama eſt, collegerat ex tempore vxorem non eſſe ex ſe prægnantem. Vnde E Leontychidem negligebat, ac non obſcurè aliquo tempore abdicabat. At vbi æger eſt Heræã delatus, iam morti vicinus, hinc ab ipſo adoleſcente, hinc ab amicis obſecrantibus inductus eſt, vt adhibitis multis filium agnoſceret Leontychidem: & cùm orâſſet aſſiſtentes, vt horum eſſent apud Lacedæmonios teſtes, expirauit. Teſtificabantur hi Leontychidi ea. Inſuper Ageſilaum inclytum alias virum, & ſuffragatore ſubnixum Lyſandrum amatore, celebris vates lædebat Diopithes, qui hoc vaticinium in Ageſilai citauit claudicatem:

Tu quamuis animo tumeas ô Sparta ſuperbo,
Te validam pedibus prorſus circumſpice claudum
Ne lædat regnum longi te namque labores
Et ſubiti cingent, Martiſque agitaberis vndis.

Igitur multis oraculo aſſentientibus, atque ad Leontychidem verſis, negauit Diopithem Lyſander ſortes rectè accipere. Neque enim, ſi qui offenſauerit pedem, regnet apud Lacedæmonios, id Deum auerſari: ſed eſſe regnum claudum, ſi adulterini & degeneres inter poſteros Herculis agant regnũ. His ſuaſionibus & opibus ingentibus ſuis peruicit, vt rex F ſalutaretur Ageſilaus. Verumenimverò poſt Leuctricam cladem, cùm victor Epaminondas & ſucceſſu ſublatus inuaſurus expectabatur Peloponneſum, oracula recurrerunt in mentem de Ageſilai claudicare, atque ingens perculit Spartanos mœſtitia religioque, quaſi respubl ideo afflicta eſſet, quòd rectum regno deiceciſſent, claudum verò luxatumque legiſſent: quod Deus ipſos imprimis erudierat perpendere & deuitare. *Plut. in Lyſandro & Ageſilao.*

Albani Romanorũ incrementis inuidẽtes, arma ceperant. Res indigna viſa eſt, cognatas gentes inter ſe prælio decertare: & ternis vtrinq. delectis pro patria pugnãdi cõditio delata, præſertim quia Tergemini fratres in vtriſque caſtris eſſent, viri fortiſſimi, & ad omne facinus parati. Erant hi ex duabus Sedutij Albani filiabus, vno partu nati: earum altera Romæ Horatio, altera Curiatio Albæ nupſerat: vterque parens fœcundum vxoris puerperium, vt ſibi patriæque proſperum, diligenti cura educauerat. Icto fœdere, initóque certamine, Liuius primo congreſſu duos ait Horatios concidiſſe, tribus Curiatiis vulneratis: ibique ſimulata fuga, qui G Horatiorum reliquus fuit, Curatios paribus interuallis ſequentes adortus, duos priores, priuſquam vterque alteri opem ferre poſſet, vnum poſt alterum ſubitario congreſſu duobus ictibus confecit. Tertium indefeſſum curſu grauíque vulnere affectum, his verbis affatus: Duos, inquit, Curiatios meorum fratrum manibus dedi, iam tertium vt Romanus Albano imperet, dabo: vibrato gladio vix arma ſuſtinentem obtruncauit, ſpoliauitque iacentem. Romani, quò res propior fuerat periculo, eò maiore gaudio elati, Horatium multa gratulatione, multiſque laudibus accipiunt. Inde vtrique ſepeliendi ſuos nequaquam paribus animis verſi, hi lætitia geſtientes, quia imperio aucti: illi quum liberi nuper fuiſſent, alienæ ditionis facti, mœrore & triſtitia. *Sabell. lib. 4. Enn. 2.*

Leſco I. Polonorũ principe ſine liberis defuncto, & multis Procerum principatum ambientibus, placuit indicto ad certam diem maculoſorum equorum curſu, qui primus ad metã perueniſſet, eius Dñs vt princeps eſſet cunctæ Poloniæ. Figitur meta apud Prandinicum amnem, in aperta planicie ad Septentrionem plagam Cracouiæ. Ibi Leſcus quiſpiam, procerum & competitorum vnus, cùm ſtadiũ vafro conſilio ſtratis clàm in ſabulo ferreis hexagonis, ſiue ſtylis acutis, quibus currentium equorũ pedes læderentur, impediuiſſet: ipſe obliquo & minimè impedito tramite primus, cæterorum equis in H curſu offendentibus ac ceſpitantib. ad metam peruenit. Muniuerat is etiam equi ſui calces ferreis ſoleis, vt ne offenderet in ſtylis, ſi fortè cum impetu currens in eos incidiſſet, cùm omnes omnium aliorum equi de more illius temporis ſoleas nullas haberent. Rei prorſus ignaris & miraculo attonitis omnibus, & iam victorem atque principem diuinitùs ſibi oblatum Leſcum conclamantibus, techna deprehenditur: protrahitur Leſcus in medium, conuincitur, damnatur, concerpitur. Notarant commentum illud duo quidam iuuenes tenues & obſcuri. Cùm enim nemine etiam dum præſente, in ſtadio illo pedeſtri curſu fortè certarent, ioco principatum inter ſe pacti, offendunt in ſtylis: ſubſiſtunt: inueſtigant rem curioſiùs: notant tramitem in ſtylis vicinum. Eorum alter equitibus à carceribus procurrentibus, procurrit & ipſe pede-

ſter

A ſtet noto iam ſibi tramite, omnibus effuſo riſu eum proſequentibus. Omnium vero equis, cum ad ſtilos ventum eſſet, reſpirantibus iuuenis ille pedeſter primus poſt doli fabricatorem ad metam peruenit. Hunc igitur, Leſco interfecto, principem populus omnis ſalutauit, & ne quid ad auctoritatem ac maieſtatem ipſi deeſſet, Leſcus II. commutato nomine appellatus fuit. Atque is cùm tam inſperato curriculo admirabundus atque dubitabundus principatum ſuſcepiſſet, ſedulo dedit operam ne tanto munere indignus iudicaretur: nec modò repreſſit finitimorum im & incurſiones, ſed quibuſdam etiam populis vltrò bellum intulit. *Cromer lib. 3. & Guag. in Vitis regum Pol.*

Philipp. Pulcher rex Franciæ, tres ex Ioanna vxore creauit filios, Ludouicum Hutinum, Philippum Longum & Carolum Pulchrum: filia Iſabella nupſit Edouardo II. regi Angliæ, ex qua natus eſt Edouardus III. Succeſſit Philippo patri Ludouicus, qui Clementiam filiam Martelli, qui pater fuit Roberti Siciliæ regis, moriens grauidam reliquit, quæ puerum peperit, cui nomen Ioannes eſt impoſitum, qui pauculos dies vixit. Poſt hunc Ioannem, regnauit Philippus Longus, quamvis nonnullis inclamantibus regnum Ioan-
B næ Hutini filiæ deberi: in quod Odo Burgundiæ dux auunculus puellæ cum primis faciebat. Cæterum ex legis Salicæ præſcripto Longus rex ſalutatus, trium filiarum maximam Odoni deſpondit, dote Burgundiæ Comitatu. Philippo ſine liberis mortuo, Carolus Pulcher regnum obtinuit. Is ſeptimo poſt anno mortem obiuit, relicta Ioanna vxore grauida, quæ paucis poſt diebus filiam Blancham enixa eſt, quæ ſtatim patris fatum ſecuta eſt. Per hunc igitur modum regia virilis ſtirps Philippi Pulchri in Carolo filio defecit: ex quo de regno inter Gallos & Anglos contentio orta eſt. Edouardus enim tertius, ſecundi F. ſibi vt legitimo hæredi Franciæ Franciæ regnum venire contendebat, quod ipſe ſolus ex ſtirpe regia eſſet, qui Philippum Pulchrum auum maternum proximo cognationis gradu attingeret, vtpote qui ex Iſabella eius filia genitus eſſet. Quocirca primo quoque tempore per legatos cum Francis principibus egit, vti ſe regem dicerent. Sed legati nunquam grate auditi, domum ſe infecta rediere, cum ipſe ſtatim poſt ſe vtriuſque regni & Franciæ & Angliæ regem appellare cœpit, aliquando armis, quam iure non poterat, recuperaturus hæreditatem. At Franci qui iniuriam filiæ Ludouici Hutini regis paucis ante annis factam pro iure habebant, prædicantes iam inde
C à principio ſuorum regum, lege exceptum eſſe, ne regnum Franciæ vllo vnquam tempore femino ſexui deberetur, Philippum Valeſium filium Caroli Valeſij, qui Philippi Pulchri frater fuerat, regem fecerunt, quem memoriæ proditum eſt Flandros finitimos populos illudentes, Regem Repertum extra iocum appellaſſe, tanquam non iure creatum. *Æmil. l. 8. Polid. l. 19.*

Aragoniæ atque Siciliæ rex Martinus cum ſine liberis deceſſiſſet, aſſerebant hi ſinguli ad ſe regni ſucceſſionem pertinere: Ludouicus ex Iolante fratris filia nepos, nam vt aliquid ſexus matri fuiſſet impedimento, id nunc in ſua perſona non obſtare. Contra, Iacobus Comes Vrgelenſis, ſe Ioanne patre ſuſceptum, quem Petrus defuncti pater, quod maior natu fuiſſet, eo duntaxat à ſucceſſione repulerat. Itaque eum maſculus ex maſculo deſcendat, Ludouico anteferri oportere, ad quem Iolans mater nihil plus iuris tranſmittere potuit, quam ipſa haberet. Cæterùm legibus Aragoniæ, feminas regni eſſe incapaces. Item Ferdinandus ex Helionora, quæ fratrum ex vtroque parente Martinum habuit, dicere bona omnia naturali iure ac legibus ad proxi-
D mum deferri. Ideo quia ſint vltimi cuiuſque poſſeſſoris, non amplius eorum à quibus longa ſucceſſione profecta ſunt: itaque inſpici oportere duntaxat, quis ei, cuius de ſucceſſione agitur, ſit proximus. Et quod dicitur feminas non ſuccedere (& ſi non ſit cautum nominatim legibus Aragoniæ) intelligi tamen, quando & mares ipſi æquè proximi ſunt, ac eodem cum feminis gradu coniuncti. Denique etiam Fridericus ex filio defuncti nepos, ſed illegitimus, mouebat controuerſiam. Habere ſe iudicium defuncti, quanquam reuera non poſtremum, nam tandem moriens, eius regnum eſſet iuſſerat, cui iure deberetur: haud ferè aliter quam Alexander Magnus, qui interrogatus quem imperij faceret hæredem, reſpondit, Digniſſimum. Se non omnino illegitimum dici poſſe, qui ex patre cœlibe ac matre innupta natus ſit, quorum iuſtæ nuptiæ eſſe potuerunt, Vt … eſſe, defunctum patris … quidem ſummorum Principum … rebus … lum deli … appellatur) filio nocere … ao, pro filio, pro nepote habitum. Re … ac dubio mar… an … omnia geſta eſt, tandem ſed … gibus eam … placuit in nouem conuenêre arbitros. Nunquam poſt hominum memoriam res ferè tanta iudicibus … fuſta eſt. Ex Aragonia cepêre Dominicum … Oſcenſem Epiſcopum, Franciſcum Arundum phil… Berengarium Bar… eſſinum Iuriſconſultum. Ex Valentia … atium dominum Carthuſiæ iuriſconſultum atque fratrem eius Vincentium ſodalem Ordinis Prædicatorum, Petrum Bertrandum Iuriſconſultum. Ex Catalaunia Franciſcum Saparrigua Tarraconenſem Archiepiſcopum, Bernardum Valliſſicæ Iuriſconſultum, Gulielmum Graſpem: ſum… doctrinæ, probitatis atque prudentiæ viros. His factis antea ritè peractis, per triginta dies Aduocatos partium audierunt, toties & quamdiu cuique libuit dicere. Poſtremò re cognita, ac diſpectis omnibus cauſæ inſtrumentis, concluſi in arce, ita vt hinc abire non liceret, niſi rege antea declarato: octauo die progreſſi in publicum, ſumma cum totius atque infi-
niti populi attentione, atque expectatione, deſcripto Ferdinandum regem pronunciarunt. *P. Ærod. ex Laur. Valla l. 2. Hiſt.* F

Mortuo Vngariæ rege Mathia Coruino, quinque legationes pro nouo rege miſſæ, regia comitia ſollicitarunt. Cæſaria Friderici III. prima erat, ſecunda Bohemorum, tertia Poloniæ regis pro filio Alberto, quarta Aragonia, quæ Beatricis Coruini vxoris haberi rationem poſtulabat. His accedebat Coruini ducis Mathiæ ex pellice F. petitio. *Bonf. l. 9. Dec. 4*

Mortuo Maximiliano I. imperium ambiebant Franciſc. I. Gallorum rex, & Carolus Auſtriacus. Huic Moguntinus & Fridericus Saxoniæ dux (qui oblatum ſponte imperium magno animo recuſauerat) fauebant, illi Treuerenſis. Pontifex Gallo fauebat. Heluetij à Gallo rogati, vt apud Electores intercederent, pluris patriam fecêre Germaniam, quàm eius preces. Tandem Saxonis auctoritatem ſecuti reliqui, Carolum Imperat. deſignarunt. Repulſam Galliæ rex
eò grauius tulit, quò maius impendere ſuis rebus periculum ab illo ſciebat: nam cuivis alij dignitatem hanc deferri malebat quàm Carolo, cuius & iam ante ſuſpectam habebat, & hac ratione miſerabiliter augeri videbat atque confirmari potentiam. Auri vim maximam, vt ſui haberetur ratio, fruſtra profuderat. G

CONSVLATVS.

Anno quinto belli Punici, quum Romæ Iuniorum prærogatiua T. Octacilium & M. Æmilium Regulum conſules retuliſſet: vehementi Q. Fab. Max. conſulis oratione factum eſt, vt centuriæ in ſuffragium miſſæ, Fabium ipſum & M. Cl. Marcellum, Octacilio fruſtra indignante, conſules crearint. Nec quiſquam Fabium imperij cupidum, quia ſe conſulem refici paſſus eſſet, exiſtimauit: quin ab omnibus eſt laudatus, quòd ſua animi magnitudine nixus, minoris inuidiam ſuam faceret, ſi qua inde oriri potuiſſet, quàm Reipublicæ ſalutem, cui optimis ducibus opus eſſe ea tempeſtate videbat. *Sab. l. 4. Enn. 5.*

MAGISTRATVS INSIGNIVM

Iudæorum reges ab aliis Iudæis ſolo nomine diſcerni mos erat. Cæterùm poſteaquam Dauid rex Ammonitas bello ſuperauit, vrbemque eorum muniti ſſimam nomine Rabatham vi cepit, diadema aſſecutus, quo eorum rex vtebatur (quod magni erat pretij) geſtare cœpit, & imperij maieſtatis & H
victoriæ inſignis monumentum. *Ful. l. 3. c. 6.*

Aristobvlvs cùm patri Hircano in Iudæorum pontificatu atque principatu ſucceſſiſſet: deuictis Ituræis primus Aſſamoneorum Machabæorum anno vno & octogeſimo, tribúſque menſibus poſt quadringentos, à prima Babyloniorum captiuitate, Iudaicum principatum in regni nomen conuertit: gentique ſuæ diadematis inſigni reſtituto, primus illud capiti ſuo impoſuit, atque Pontifex & Rex appellatus eſt. *Idem.*

Q. Fab. Max. Dictator contra Annibalem creatus, vt illicò imperij ſui populo vim ſpeciemque oſtentaret, quò magis obſequentibus vteretur, & dicto audientibus ciuibus, proceſſit cum viginti quatuor faſcibus. Cùm autem alter conſul ad ipſum progrederetur, miſſo apparitore dimittere iuſſit ei lictores,

A liſtores, & in ignib[illegible] pro [illegible] more ſibi occurrere. *P[illegible] F[illegible]*

Abſens [illegible] o magiſtro equitum, præf[illegible] li tute, veſtem ac ſe lem [illegible] nunc accuſati, ideo abſoluti ſunt, q[illegible] vl [illegible] magiſtratibus permitteretur, q[illegible] a Dicta[illegible] atque ordi[illegible] eſſent. Sed & quod in ea re admiſerunt, [illegible] id feciſſe viderentur quaſi præfectorum loco, quam pro magiſtris equitum: ideo qu a Cæſar eos in Vrbe pari poteſtate, itaque & honore eſſe cum Lepido voluiſſet. *D[illegible] l. 43.*

AVRELIAN. Imp. multis partis victoriis aduerſus Barbaros atque tyrannos, cùm trienniò totum paca[illegible] et orbem, quem vix expeditus homo peragrare poſſe videbatur Auguſtorum primus regio diademate vti voluit: cùm vſque ad id tempus alij Imperatores, quibus modeſtia inerat, haud à cæteris diſparem habuiſſent habitum, niſi quòd ſol cum magiſtratibus purpura vtebantur. *Ful[illegible]. lib. [illegible]. c. 6.*

B LEONIGILDVS Gothus Hiſpanorum rex, partis ingentibus victoriis, ac multis gentibus ſubactis, regio diademate primos vti cœpit: cùm ante id tempus alij Gothorum reges non alia re magis, quàm nomine, à cæteris gentis ſuę hominibus dignoſcerentur. *Fulg. l. 3. c. 4.*

CAR. MAG. Romam veniens ad reparandum Eccleſię ſtatum, ibi totum hyemis tempus tranſegit: eoque tempore Imperatoris & Auguſti nomen accepit: quod decus primò in tantum auerſatus eſt, vt affirmaret ea die, quamvis præcipua feſtiuitas eſſet, eccleſiam ſe non fuiſſe intraturum, ſi præſcire potuiſſet Pontificis Leonis conſilium. Inuidiam tamen ſuſcepti nominis, Conſtantinopolitanis Imperatoribus non diſſimulantibus, magna ſuperauit pecunia: vicitque eorum contumaciam humanitate. *Crantz. l. 2. Sax. c. 8.*

TRIVMPHI

L. VALER. POTITVS, primus Conſul poſt Decemviros, cùm Volſcos, Æquoſque ad Algidum magna clade debellaſſet, & triumphus ei à patribus negaretur, ſuadente Icilio Tribuno plebis, primus ſine auctoritate Senatus triumphauit, ideoque Maximi cognomen adeptus eſt. *Plut.*

CN. POMPEIVS victo Sertorio & Perpenna Romam rediit

C ibique triumphum petiit Cui ſe obiecit Sylla: Conſuli enim tantùm, & non Proconſuli aiebat triumphum lege permitti. Itaque Scipionem, quum magnis & arduis prælijs ſuperauiſſet in Hiſpania Carthaginenſes, triumphum tamen non poſtulaſſe: quia nondum erat Conſul, nec id bellum ſuis gerebatur auſpiciis. Obſtabat præterea triumpho Pompeij, quia vix pubeſcebat, quive ob ætatem nondum in Senatum admiſſus fuerat. Sed quum denuò inſtaret Pompeius, admiratus iuuenis fiduciam bis exclamauit, Ergo triumphet. Qui ex re quum indignatio complures caperet, grauiterque id ferretur, optans Pompeius eos grauiori moleſtia afficere, conatus eſt curru à quatuor elephantibus ducto triumphum ducere: anguſtiori tamen porta vrbis prohibitus, equis vſus eſt. *Plutarch. in Sylla.*

LVCTATIVS Conſul & Q. Valerius Prætor, circa Siciliam, inſignem Pœnorum claſſem deleuerant: quo nomine Luctatio Conſuli triumphum Senatus decreuit. Cùm autem Valerius ſibi eum quoque decerni poſtularet negauit id fieri oportere Luctatius, ne in honore triumphi minor poteſtas maiori æquaretur. Prætor Conſuli: pertinaciùſque progreſſa contentione, Valerius ſponſione Luctatium prouocauit, Non ſe petiturum triumphum, niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet

D oppreſſa, nec dubitauit reſtipulari Luctatius. Itaque iudex inter eos conuenit Atilius Calatinus: apud quem Valerius egit in hunc modum: Conſulem ea pugna in lectica claudum iacuiſſe: ſe verò omnibus functum imperatoriis muneribus. Tunc Calatinus, priuſquam Luctatius dicere inchoaret, Quæro (inquit) Valeri abs te Si dimicandum necne eſſet, contrariis inter vos ſententiis diſſediſſetis: vtrum, quod Conſul, an quod Prætor imperaſſet, maius fuerit momentum habiturum? Reſpondit Valerius. Non facere ſe controuerſiam, quin priores partes Conſulis eſſe it futuræ. Age deinde, inquit Calatinus, diuerſa auſpicia accepiſſetis, cuius magis auſpicio ſtaretur? Item reſpondit Valerius, Conſulis: Iam mehercule, inquit. cùm de imperio & auſpicio inter vos diſceptationem ſuſceperim, & tu vtroque aduerſarium tuum ſuperiorem fuiſſe fatearis, nihil eſt quod vlteriùs dubitem. Itaque Luctati, quamvis adhuc tacueris, ſecundùm te litem do. Equi[illegible] Valer[illegible] indignum præmium virtute ſua peti te

E [illegible] debat, [illegible] ma [illegible] ſimis hominis [illegible] debent [illegible] o imperatori, [illegible] accat, aut ſola [illegible] *V[illegible] [illegible]. 3.*

CN. M[illegible] de Antiocho & Gallogræcis [illegible] Legatos ſeſe Cn. Manlio datos, [illegible] Scipionis Aſiatici prouinciam [illegible] Legatos ſeſe Cn. Manlio datos, p[illegible] eis cum A[illegible] dæ cauſa, fœderiſque & legum ferendarum. At Manlium ſumma ope contendiſſe, vt eam pacem conturbaret, & Antiochum, ſi ſui poteſtatem feciſſet, inſidiis exciperet. Gallogræcis bellum intuliſſe neque ex Senatus ſententia, neque Populi iuſſu: cùm antea (quod moris religionis erat) nec ligatiam ſſi, nec res repetitæ, nec amandari qui bellum indicerent. Ab infinitis alius populis ac mercedem accepiſſe, vt exercitum ab eorum finibus abduceret, quo nullo iuſſu, nullo iure belli adduxerat. Nec quidem prælium ipſum cum Gallogræcis, æquo loco & tempore ſuo geſtum. Fortuna Pop. Rom. viciſſe, non virtute. Etenim ad eius terribile nomen, atque recentem Annibalis, Philippi, Antiochi ruinam, conſternatos & attonitos hoſtes, citò

F aufugiſſe Nam qui ſe hoſtes viciſſe dicat, eundem latrunculos Thracas, cùm in eos incidiſſet, ferre ac ſuſtinere non potuiſſe. Certum de his hoſtibus triumphum poſtulari non debere, quos nec Senatus, nec Populus dediſſet: quibus ipſis nedum ad præſidium aliquod bellum nunciatum non eſſet. Et ſi iacturam religionis fieri placeat, tolli fœcialia iura, nullos eſſe fœciales: at certè ab iis triumphum impetrari non poſſe, quibus auctoribus bellum geſtum non fuerit. Manlius reſpondit, Tribunos plebis ſuæ petitioni non aduerſari, quibus, non legatis, intercedendi ius ſit. Legatos diſpenſandæ cohoneſtandæque victoriæ cauſa imperatoribus datos à maioribus, non vt eis pro aduerſariis vterentur. Negari non poſſe cum centum millibus ferociſſimorum hoſtium ſæpiùs ſe collatis ſignis decertaſſe: plus quàm quadraginta millia hominum cepiſſe aut occidiſſe Reuera à Senatu ſe non poſtulaſſe, vt Gallis qui in Aſia eſſent, bellum inferret, quia ab iis quibus ſucceſſiſſet imperatoribus (hi L. & P. Scipiones

G erant) eos hoſtes accepiſſet, non feciſſet. Quinimò vbi Senatus cum Antiocho bellum decreuit, & Populus iuſſit; ſicut & decreuiſſe ac iuſſiſſe, cum iis, qui inter eius præſidia fuiſſent Cæterùm in exercitu Antiochi, Gallorum legiones fuiſſe. Pace cum Antiocho ſociiſque facta, qui cum eo fuiſſent, reliquos manſiſſe Gallos: quos poſteaquam indomitos atque implacabiles vidit, vi atque armis cenſuit eſſe coërcendos. Quod de ratione geſti belli obiicitur, Iniquum eſſe calumniæ ſubiici, quæ dij proſpero euentu comprobarunt. Ad Thermopylas æquone loco M Atilium cum rege Antiocho pugnaſſe? num Philippum iuga montium tenentem, T. Quintium deieciſſe? Cæcam inuidiam eſſe, nihil quidquam aliud ſcire quàm detrectare virtutes, corrumpere honores ac præmia fortium virorum. Tacere ac præſtare non potuiſſe, ne alicubi noris latebris deliteſcerent latrones Thraces, nec vt non quid ſarcinarum raperent. Placuit, cùm ſine exemplo eſſe diceretur, vt Imperator, qui perduellibus deuictis, confecta prouincia, exercitum reportaſſet, ſine curru & laurea priuatus inhonoratuſque Vrbem iniret, triumphum Cn. Manlio decerni. *P. Ærodius ex Tito Liuio, Decad. 4. lib. 8. & Plinio de Viris illuſtrib.*

H

LOCI PRIMATVS.

EXTRA BELLVM, IN CONSESSIBVS.

Hypotheſis.

☞ *Exempla pleraque reſpectu alterutrius contendentium ad Ambitioſa pertinent certamina*

Poſt pugnam Pharſalicam Scipio, Pompeij gener, & Appius Varus Africæ præfectus, ad Iubam Mauritaniæ regem confugerant Superuenit illis M. Cato minor. Iuba cùm congreſſurus primò eſſet cum Catone, ſellam ſuam mediam poſuit inter Scipionem & Catonem Quod vt vidit Cato, tranſpoſuit ad alterum latus ſellam ſuam, mediumque Scipionem, quamvis inimicum, qui ediderat etiam in ipſum probris refertum ſcriptum, accepit. Igitur & Iubam retulit, qui Scipionem & Varum tantùm non pro ſatrapis ſuis habuerat, & illos reduxit in gratiam. *Plut. in Catone.*

Longobardorum rex Andoinus Gepidas vicerat. Milites regem orant, vt Alboinum ſuum filium, qui in acie Thoriſ-

mundum

A [illegible] um [illegible] du[illegible] p[illegible] tur A q[illegible]o hono[illegible] arma c[illegible]nceder[illegible] ſus, regal[illegible] c[illegible] nuiuim[illegible]

Imperante Nerone [illegible] trouerſia, Ger[illegible]ani q[illegible] Romam venerunt, & t[illegible] gnitudinem inſpi[illegible]erent [illegible] nullos minime Rom[illegible] animaduerterunt. Cùm, [illegible] tellexerunt, vrbium, quæ [illegible] ac [illegible] legatos eſſe: propria virtute ac fide [illegible] inter ſenatores iuerunt, d[illegible]tes, Nat[illegible] ob militarem virtutem ac fidem locus ille lu[illegible] quam ſi deberetur. Ob Id à Senatu læta fronte accepti, Romani ci ues creati fuerunt. *Fulg. l. 3. c. 7.*

Carolo Sapienti Carolus F. in Regno ſucceſſit. Rhemis
B coronationis die, quum ſacris magna (vt aſſolet) cæremonia factis, ad epulum in ædes Archiepiſcopi peruentum eſſet, ſummumque locum rex lotus cepiſſet: contentio de proximo aſſidendi iure nata: quod Dux Andium, idem & Rector Franciæ & patruorum regis maximus natu, cum honore nominis, tum ætatis veneratione anteiret, Philippus audax ſe ducem Burgundiæ, atque ea re principem Parium Franciæ, ſecundas ab rege partes dignationis obtinere ſe, æquum eſſe contendebat. Frequentes proceres aderant. De eorum ſententia rex decreuit, vti cum is dies, is locus, id epulum, feſtum celebreque religione maieſtateque coronationis eſſet, qua in re præcipua Parium munia forent, Burgundiæ Duci Parium nemo in præſentia anteferretur. Sed iam lateri ſiniſtro regis Dux Andium iunctus aſſederat. Audax proſiliens, medium ſe inter regem rectoremque velut interſeruit, inculcauitque: vnde illi Audaci cognomen inditum, ſunt qui ferant. Cæterum in acie Pictauienſi contra Anglos defenſo, quoad per fortunam licuit parte Ioanne, id partum magnificentius ſit, quam rixa fraterna, menſæque iurgio. *Æmil. l. 9.*

IN BELLO.

C Athenienſes & Lacedæmonij ad Artemiſium de imperio claſſis certabant. Ceſſit tandem Themiſtocles Eurybiadi, & Athenienſes placauit: recipiens iis, ſi ſe viros fortes præbuiſſent in bello, effecturum ſe, vt Græci vltro ſummam rerum ipſis eſſent in poſterum delaturi. *Plut. in Themiſt.*

Mos erat apud Lacedæmonios, vt rex hoſtes aggrederetur, præcedente hieronica qui in certamine ſacro victor aliquando tuliſſet coronam. Quum igitur Lacon quidã in Olympiis multo cum ſudore deiecto aduerſario coronã tuliſſet, cuidam dicenti: Quid emolumenti tibi adferet victoria, ô Lacon? ille alacer Reſpondit: Ante regem, inquit, coronatus Incedens, pugnabo cum hoſtibus. *Plut. in Lacon. & in Lycurg.*

Cùm Græci contra Mardonium ad Platæas pugnaturi eſſent, Tegeatæ de loco in acie ambigentes cum Athenienſibus, poſtulauerunt, quia vetere more dextrum cornu Lacedæmonij tenebant, vt item attribueretur ipſis læuum: atque hic multum maiores ſuos extulerunt. Indignantibus Athenienſibus, procedens Ariſtides dux: Tegeatis, vt de claritate & virtute reclamemus, præſens non permittit tempus: apud vos vero, Spartiatæ, & reliquos Græcos dicimus loco neque adimi neque conferri virtutem. Quem vos ordinem
D nobis aſſignabitis, eum dabimus operam vt ornemus atque tueamur, nec decora deformemus priora. Neque enim vt tumultuemur contra ſocios adſumus, verum vt cum hoſtibus dimicemus: neque vt patres noſtros laudibus feramus, ſed quo nos metipſos præſtemus Græciæ viros fortes. Siquidem præſens mars declarabit, quanti quæque ciuitas, & dux & priuatus ſit apud Græcos æſtimandus. Hæc vbi dicta dedit, conſilium & duces collaudatis Athenienſibus alterum cornu attribuêre. Iam cum Mardonius aciem inſtruxiſſet, Pauſanias Lacedæmoniorum rex ab Ariſtide poſtulabat, vt Athenienſes in dexterum cornu traduceret, eoſque Perſis opponeret: melius enim dimicaturos, cum illis doctos pugnare, & priſtinis ſubnixos victoriis: ſibi ſiniſtrum cornu traderet, in quod, qui ſtabant à Medis, Græci pugnaturi

[illegible] ta- men eſſ[illegible] & pro trophæis Maraton[illegible]cis. [illegible] la ne Miltiadi & fortunæ, ſed a [illegible]ribantur Athenienſibus. Eam rem edocti à perfugis Thebani indicant Mardonio. Qui mox, ſiue ti- F
mens Athenienſes, ſiue concurrere cum Lacedæmoniis affectans, Perſas in dextrum cornu traduxit contra Lacedæmonios: Græcos quî in exercitu ſuo habebat, comparauit Athenienſibus. Viſa ea ordinis conuerſione, Pauſanias tranſgreditur iterum in dexterum: & Mardonius, vt initio conſtiterat, reperit aduerſum Lacedæmoniis ſiniſtrum. Ita dies ſine effectu tranſacta. *Plut. in Ariſtide.*

Obſederant Cæſariani duces, Raymundus, Cardonius & Proſper Columna Patauium anno 1513. Populato agro circumuenti propemodum à Liuiano Venetorum duce retro abire mutitabant. Cardonius paulo antequam diluceſceret, vaſa colligi, & ſine tumultu ſignum profectionis militibus dari iubet. Sed dum præmiſſis impedimentis, Proſperum, qui ex inſtituto primum agmen ductare conſueſſet, ad capiendum extendendumque iter hortaretur, ſuborta & grauis & decora contentio inter eos de ordine acierum: negante ſcilicet, Proſpero ſe anteceſſurum, quando ſibi tum poſtrema acies certo iure conuertendæ in hoſtem frontis, inſigniſque ineundæ pugnæ prærogatiua deberetur. Differebat enim ex lege militari nequaquam eam eſſe primã aciem, quæ in itinere incedenteque toto exercitu cæteras omnes G
anteiret: ſed eam omnino vocari primam, quæ opinione virtutis firmiſſima, graui iudicio inſtitutoque, vel à fronte vel à tergo occurrenti hoſti opponenda cenſeretur. Id quum præfecti veteres approbarent, Cardonius pro ſuo ingenio altercanti facile ceſſit: adeoque expeditæ prægreſſus eſt, vt Alacto v[illegible] ſalſus, & caute mordax Imperatorem recte probéque facere diceret, quod abſque alienæ laudis obtrectatione, vt inſtantis pugnæ periculo honeſtè ſubduceretur, legibus parere didiciſſet. Ex euentu enim prælij ad Rauennam, vnde intactus euaſerat, non magnopere repugnax, ſed cautus habebatur. *Sabellic. ſupplem. l. 2. ex Iouio.*

TITVLORVM Illuſtrium.

Vrbes ab Alex. Magno nominatæ in India, apud Aſſyrios, Ægyptum atque Aſiam: item à Seleuco Seleuſia, Antiochiæ ab Antiocho, Cæſareæ quoque per terrarum orbem à Cæſaribus conditæ, nihil aliud indicant quam immenſum famæ deſiderium: quia ſperabant huiuſmodi vrbium conditores, ea appellatione, additis ſimul præclarè geſtis rebus, ſe æternitati nomina ſua conſecraturos. *Fulg. l. 8. c. 15.*

Pyrrhvs Rex Epirotarum, quum rebus feliciter geſtis H
domum rediſſet, & à ſuis aquila diceretur: Per vos, inquit, aquila ſum. Quî enim non eſſem, quum veſtris armis veluti pennis ſubleuer? Glorioſi cognominis cauſam in ſuos milites transferens, vitauit inuidiam. *Plutarch. in Regum & Impp. Apoph.*

Cn. Pomp. in Africa victo Domitio, Imp. ab vniuerſo exercitu appellatus, ſe eam dignitatem haud quidem admiſſurum reſpondit, niſi prius eſſet hoſtium caſtris potitus. Nec vlla quidem mora fuit. Caſtra momento temporis oppugnata captaque ſunt: Dux quoque, & qui cum eo prælio ſuperfuerant, ad vnum interfecti. *Sab. l. 1. Enn 6.*

Tiberivs Cæsar Dominus à liberis hominibus, aut Imp. præterquam à militibus, vocari noluit. Patris patriæ

nomen

A nomen omnino repudiauit Principeſque Senatus,vt erat vetus conſuetudo, nominari tantùm voluit. Crebrò autem dicebat dominum ſeruorum, imperatorem militum, & principem reliquorum eſſe. Cùm Senatus ſtatueret Nouembrem menſem, eò quòd in eo natus erat,Tiberium apellare,ridens ait: Si vobis Cæſares erunt tredecim , quid facietis? *Dion.*

Fuit tam ciuili animo Pertinax Auguſtus,vt neque vxorem paſſus ſit Auguſtam appellari,neque filium in Palatium accerſiuerit, ſed in priuatis ædibus eſſe voluit, ludumque literarium cum æqualibus,vt antea,frequentare. *Sabellic. lib.5. Ennead.7.*

In Armenia res proſperè geſtæ Armeniacum nomen M.Antonio Philoſopho, & L. Aur.Vero principibus,attulerunt. Et mox bello Parthico confecto,vterque Particus appellatus eſt. Quæ nomina Marcus per verecundiam primo repudiauit:ſicut & Patris patriæ nomen,quod abſente fratre eſt oblatum,ſed in eiuſdem præſentiam diſtulit. Poſtquam enim frater victor è Syria rediit , ambobus id nomen decretum eſt. *Capitol.*

Erico rege circa ann.1249. fatis abſumpto,proceres Sueci mutuis odiis diuiſi , Birgerium Oſtrogotorum ducem præter
B ſpem omnium regem fecêre. Qui cùm ſciret nobilitatem ſibi parum fauere, nec niſi ob mutuam inuidiam ſibi regnum detuliſſe, populum ſibi quàm maximè poterat conciliabat Mercatores quoque,datis priuilegiis & immunitatibus plurimis in regnum inuitauit. Neque verò regis nomine vſus eſt, contentus,ſolo titulo. *Crantzius lib. 5. Sueciæ,cap.23.*

Ladiſlaus Vngariæ rex,vbi multis optimatum precibus victus,mortuo fratre Geyſa.regni habenas accepiſſet,regio diademate ornari noluit.quia Salomonem patruelem legitimum regem(qui cùm fratres hoſce per inſidias è medio tollere conaretur,ipſemet regno excidit) viuere intellexerat. Quinetiam Salomni regium ſtipendium ſponte pependit, & idem regno ceſſiſſet, niſi Salomon malis artibus illud ſibi comparare ſtuduiſſet. Quas cùm Ladiſlaus intellexiſſet, perfidum hominem cepit,non multò poſt tamen emiſit,Chunorum opibus fretus, bis Vngariam inuaſit,bis fortiter repulſus,in eremum tandem abiit,*Bonfin.l.4. Decad.2.*

Ferdinandus Caſtellæ Infans ad regnum Aragoniæ vocatus, regem Siciliæ ſe dici noluit , priuſquam illius poſſeſſionem oppreſſo Bernardo Capreta regnum affectante, recepit. *Valla*
C *l.2. Hiſt.*

PRIVILEGII HONORIFICI.

Pherenice filium ſuum ad Olympia certaminis cauſa adduxit: & cùm Hellanodicæ prohiberent eam à ſpectaculo ludorum,ad ius cum ipſis deſcendit:dicens ſe patrem habere victorem Olympiorum,atque tres fratres, itemque filium adduxiſſe pugillatorem.His rationibus cauſam contra populum obtinuit legemque,quæ ſpectaculis arceret,infregit,& Olympia ſpectauit.*Al.de Var.hiſt.l.10.*

MVNERIS HONORIFICI.

Dauid rex honorem ſibi à Ioab polemarcho oblatum,vrbis Robbæ Ammonitarum metropoleos,quæ iam ad deditionem compulſa fuerat, capiendæ , non renuit. 2.*Reg.12.*

Cn. Pompeius ab Achilla in litore Ægyptio obtruncatus fuerat.Philippus libertus truncum,è nauicula nudum à percuſ-
D ſoribus in litus eiectum aqua marina abluens, nauiculæ piſcatoriæ marcidis reliquiis comburere parabat. Ei rogum iam componenti. Quidam graui ætate ciuis Romanus aſſiſtens,qui prima ſtipendia iuuenis ſub Pompeio fecerat : Tu,inquit,quis hominum es,qui Magnum Pompeium funerare paras? Qui vbi reſpondit,libertum eius eſſe: Atqui hoc decus,inquit,non apud vnum te reſidebit. Admitte me quaſi pij lucri conſortem, ne vndequaque de hac conquerar peregrinitate,pro multis moleſtiis id certè nactus,vt manibus meis contingam & cooperiam ſummum populi Romani imperatorem. Ita funeratus eſt Pompeius. Eius reliquiæ relatæ ad Cornelium ſunt,eaſque illa in Albano humauit. *Plut. in Pomp.*

Sancto viro Baldredo Scoto , Pictorum doctore, in Baſſa (arcis eſt nomen in Laudonia loci natura omnium munitiſſimæ, in ſcopulo altiſſimo ampliùs duobus paſſuum millibus à continenti , vndique mari cincto, ſitæ(mortuo, quum trium parochiarum Scoti, Aldhamæ, Tinnigamæ, & Preſton, pro ferendo funere decertarent : ſpectaretque res propè ad iniuriam placuit omnium conſenſu, ſequentem noctem, piis aſſiſtente precationibus ſacras agere vigilias:poſtridie quod loci pontifex in re faciendum diceret, ratum habituri. Exacta no- E
cte, tres loculi tribus cum corporibus, veſtimentis ſacris decenter ornari,nullo penitùs diſcrimine,a ſacerdoribus ſub dubiam lucem inuenti, iubente Epiſcopo, ad tria vicina templa ſunt delati idemque funus tribus in locis ductum,& tribus ſarcophagis tumulata tria vnius corpora. *Hector. Boëth.l.9.*

Anno 1512. Galliæ regi Ludouico XII. Mediolanenſe imperium ereptum eſt ab Iulij II. Pp. & Aragoniæ regis Ferdinandi copiis,conſentiente quoque Maximiliano I. Rom.Imp. præcipuè tamen Heluetiorum virtute profligatis Gallis , & Maximiliano Sforciæ Ludouici F.reſtitutum. Eo ad Imperij poſſeſſionem accipiendam Cremona proficiſcente, inter Raimundum.Cardonam Proregem Neapolitanum & Matthæum Schinerum Sedunenſem Cardinalem , vter ipſorum ei claues ad portam poſſeſſionis traditæ ſignum dare deberet,non parua altercatio fuit. Nihilominus tandem Prorege cedente, Cardinalis communi Heluetiorum nomine claues ei tradidit:& eo die,qui fuit ſub finem Decembris,omnia,quibus Maximilianus ab ipſis imperium accipere ſignificaretur, munia obiuit.*Guicciard.l.11.*

ENCOMIORVM, LAVDVM SVARVM. F

Themiſtoclem dixiſſe aiunt,cùm eo quereretur,quod acroama,aut cuius vocem libentiſſimè audiret? Eius,à quo ſua virtus optimè prædicaretur,*Cic.pro Archia,Plut.in comment.* An ſenis officium ſit, Reip. date operam , hoc à Xenophonte dictum oſtendit, in Hierone, vbi inducit Simonidem cum rege illo loquentem dicentemque,eius loci homines ſuperare priuatos in his voluptatibus,quæ auribus percipiuntur: Suauiſſimo enim,inquit,acroamate,laude nunquam caretis,*Vict.l.29. Var. lect.c.14.*

Ageſilaum libenter memorat Xenophon ſolitum laudari ab illis, qui etiam vellent ipſum vituperare. *Plut.de Dignoſc. adulat.*

M.Marius Ruſticanus,quamuis in ſtudiis literarum non eſſet verſatus, literatos tamen homines dilexit : poëtas præſertim, à quibus res ſuas geſtas immortalitate donandas eſſe ſperabat. Itaque L. Poltium eximiè dilexit, &,A. Licinium Archiam familiarem. habuit. *Cic.pro Archia.*

Gregorius Magnus pontifex , cuidam probato viro ipſum G
extollenti reſpondiſſe fertur : Deum deprecare,frater,vt his, quæ de me prædicas, dignus efficiat : ſicuti & tu dignus, es, cuius opinio improbari non debeat.Sed plerunque euenit, vt ea quæ de iis,quos amamus,in medium proferimus, maiora vero ſunt. Itaque quamuis iſta commendatione tua longè inferiorem me eſſe agnoſcam,caritati tamen gratias ago. *Marul. l.1. cap.4.*

Lucas Medicus , cùm orationem apud Alphonſum Aragonum regem eloquentiſſimam habuiſſet , eumque exquiſitis & heroicis laudibus extuliſſet:rex hæc audiens, dixiſſe fertur: Si vera ſunt , Luca , quæ de me prædicas, Deo optimo maximo gratias ago:ſin aliter,vera vt iſthæc faciat,oro atque obſecro. *Panorm. l.1. de rebus geſtis Alphonſi.*

AVORVM.

Braſida in Thracia cæſo,miſſi Lacedæmonem legati matrem eius Archileonidem conuenêre,Tum illa rogauit,occubuiſſet Braſidas honeſtè, Celebrantibus eum Thracibus, prædicantibuſque,neminem extare parem alium: Erratis,inquit,hoſpites. fuit quidem vir bonus Braſidas,ſed ſunt Spartæ meliores illo H
multi. *Plut.in Apoph. & in Lycurgo.*

INSCRIPTIONVM.

Plut. com. de Pythiæ oraculis narrat, euerſa Cypſelidarum tyrannide,Corinthios auream ſtatuam Piſis & Theſaurum Delphis à Cypſelo poſitum vrbi ſuæ inſcribere voluiſſe. Quod Delphi illis conceſsêre. At Delios id negantes , ab Iſthmiorum ludis ſemouerant.

EPITAPHII.

M.Pacuuius poëta vnius Epitaphium ſibi conſcripſit,verecundiſſimum,puriſſimum,& dignum eius elegantiſſima grauitate,quod *Gell.l. 1. Noct. Att.c.24.* recitat.

Adoleſcens tametſi properas, hoc te ſaxum rogat,
Vt ſe aſpicias : deinde quod ſcriptum eſt legas.
Hic ſunt poëtæ Pacuuij Marci ſita.
Oſſa. Hoc volebam neſcius ne eſſes Vale.

Frontinus iam moriturus ſibi monumentum extrui vetuit, his.

A his verbi[illegible] ſimpenſa monumenti ſuperuacanea eſt · memoria noſtri durabit, ſi in vita meruimus. *Eraſm. l. 8. apoph.*

VESTIVM.

Tarquinius Priſcus tunica aurea triumphauit, teſte *Verrio. Pli. l. 33. c. 3.*

Agrippina Claudij principis, edente eo nanalis prælij ſpectaculum, aſſidens ei, induta fuit paludamento, auro textili, ſine alia materia. *Plin. 33. c. 3.*

Baſilius, Cæſarienſis Epiſcopus, ſplendidis veſtibus in die Epiphaniæ pontificalem dignitatem auguſtiorem reddidit. *Marul. l. 5. c. 1.*

Leouigildus Gothorum in Hiſpania rex primus inter ſuos regali veſte vſus eſt in regali ſolio. Ante eum Reges veſtitu communi vtebantur. *Rod. Tol. l. 2. rer. Hiſp.*

ARMORVM.

Xenophon, eloquentiſſimus & fortiſſimus Athenienſium dux, arma pulchra & expolita ſemper habebat, quòd hęc & decorem viuenti, & mortuo iacenti auctoritatem aliquam apud hoſtes pararent. Habuit igitur ſcutum Argolicum, thoracem Atticum, galeam Bœotico artificio factam, equum Epidau-

B rium. Elegantiam ſcilicet vir ſapientiſſimus laudauit, quæ fortitudinis opera non modò non impediret, verum etiam promoueret. *Ael. l. 3. Var. hiſt.*

Ageſilaus milites ſuos pulchris armis inſtructos eſſe voluit; quamuis alioqui frugaliſſimus eſſet, & viliſſimo vteretur amictu. *Alex. ab Alex. l. 1. c. 20.*

Alphonſus II. Aragonius, patre Ferdinando primo ortus, poſteaquam Turcas deuicit, à quibus magno Italiæ periculo Hydruntũ vrbis in extrema Calabriæ ora occupata fuerat, armatus falcato enſe in Turcarum morem (fortaſſe vt nobilis victoriæ memoriam excitaret) perſæpe vtebatur. *Fulg. l. 3. cap 6.*

GLORIÆ STVDIVM SECVNDVM ΑΞΙΩΝ RESPECTV ΑΞΙΑΣ ſiue MERITI, PROPTER Quod Honorem meretur, Reſpectu.

ANIMI, Ob

ELOQVENTIAM.

Herodes Atticus, Athenienſibus ſic admirantibus eius eloquentiam, vt dicerent illum eſſe de numero decem oratorum

C nihil elatus eſt hac laude, quæ videbatur maxima: tantùm reſpondit, Certè Andocyde ſuum melior. Is erat ſophiſta quiſpiam nothæ vulgaris. *Philoſt. in Sopiſt.*

ERVDITIONEM.

Hiſtorici plerique actuum alienorum velut fabularum hiſtriones ſunt: & dum imperatorum & regnum res conſcribunt, in laudes eorum irrepunt, vt quaſi in ſplendoris alicuius & luminis partem veniant. Reſultat enim ab rerum auctoribus ad ſcriptores relucetque decoris effigies alieni: dum tanquam in ſpeculo per ſcripta actiones repræſentantur. *Plut.* Bello an ſapientia clariores. *Athen.*

Perſius *Satyra 1. de ſeipſo*, ſic ſcribit:

Non ego, cùm ſcribo, ſi fortè quid aptius exit,
Quando hæc rara auis eſt, ſi quid tamen aptius exit,
Laudari metuam: neque enim mihi cornea fibra eſt:
Sed recti finemque extremumque eſſe recuſo,
Euge tuum, & bellè.....

D INVENTA PRÆCLARA.

Oſyridem Ægyptium regem ferunt ingentem exercitũ coëgiſſe, vt peragraret orbem, doceretque mortales plantare vites ac tritici & hordei ſegetem pecorumque fructum: exiſtimans ſi homines ab agreſti vita ad cultiorem mitioremque traduceret, honoribus ſe (quod & conſequutus eſt) potiturum immortalibus. Ergo rerum omnium cura Iſidi vxori permiſſa tradidit ei Mercurium conſiliarium & ſcribam, cuius conſilio quoniam prudentia videretur excellere inter amicos, vteretur. Ducem exercitus, omniũmque, quæ ſuæ ditionis erant, reliquit Herculem, tum quia genere proximus, tum quia fortitudine roboreque corporis erat admirabili. Phœniciæ & maritimæ oræ Buſiridem, Æthiopiæ Libyæque proximis regionibus Antæum præfecit. Secuti ſunt eum agria colendis experti: qui viuens plantare noſſet, Maro qui triticum ſerere, Triptolemus Æthiopibus agriculturam oſtendes, inſignibus in ea vrbibus à ſe ædificatis & præfectos dedit, & tributa inſtituit præſtari. Per Helleſpontum in Europam cum tranſiſſet, Lycurgum in Thracia Barbarorum regem ſibi obſiſtẽtem [illegible] Ma- E ronem iam ſenem præfecit qui ædificauit [illegible] à ſe Maroneam nominauit. Macedonem filium regem ſtatuit eius prouinciæ quæ ab eo Macedonia dicta eſt Triptolemum colendis Atticis agris præfecit Denique cùm orbem totum peragraſſet, mitiſſimis fructibus excoluit hominum vitam. Si qua regia viribus inepta eſſet, docuit ea hordeo potum fieri, haud multùm virtute guſtúque vino inferiorem. *Diod. l. 1. c. 1.*

Liber pater gloriam inprimis ſecum videri poteſt, qui [illegible]tem & vini vſum, rem magis gratam homini quam neceſſari[illegible] primus omnium demonſtrauit. *Sab. l. 5. c. 5*

Ceres demonſtratione tritici, an eſt aliud quàm famæ immortalitatis ſpem intuita? Nunquam tantum terrarum mortales docendo mulier perluſtraſſet, niſi ſpes magna, omnium conatuum mater, in commune laboranti aſſuiſſet. *Idem.*

FORTITVDINEM BELLICAM.

Themiſtocles Athenienſis, parta de Xerxe Perſarum rege victoria, cùm in Olympicis ludis ab vniuerſa Græcia, ingenti omnium admiratione exceptus eſſet, ad amicos conuerſus: F Tunc ſe optatum præmium laboris periculorumque quæ pro Græciæ ſuſtinerat ſalute, à Græcis accepiſſe dixit. *Plutarch.*

Scipionem, dona militaria iis qui ſtrenuam operam ediderant, diuidentem, T. Labienus, vt forti Equiti aureas armillas tribueret, admonuit: eoque ſe negante id facturum, ne caſtrenſis honos in eo violaretur, ipſe ex præda Gallica aurum equiti largitus eſt. Nec tacitè id Scipio tulit. Nam equiti. Habebis, inquit, donum viri diuitis. Quod vbi ille accepit proiecto ante pedes Labieni auro vultum demiſit. Idem vt audiuit Scipionem dicentem, Imp. te argenteis armillis donat: alacer gaudio abiit. *Val. l. 8. c. 15.*

LIBERALITATEM, MAGNIFICENTIAM.

Onias pontifices Oniæ F. exul Alexandriæ apud Ptolemæum Philometorem, videns Iudæam vaſtatam à Macedonibus: vt æternam ſibi memoriam pararet, impetrata à Ptolemæo & Cleopatra venia, in Ægypto in regione Heliopolitana templum inſtar Hieroſolymitani illius extruere cœpit, & in eo Leuitas & ſacerdotes ex ſuo genere conſtituere: fretus maximè prophætæ Eſaiæ vaticinio, qui ante DC. Ampliùs annos prænunciarat, fore omnino, vt templum aliquando Deo maximo ædificaretur in Ægypto, idque hominis Iudæi opera. *Ioſeph. l. 13. c. 6. Antiq. & l. 7. c. 30. bello Iud.* G

Philippus Macedo, Philoni Thebano bene de ipſo merito & hoſpiti, cùm ageret Thebis obſes, qui poſt nullum ab ſe munus admittebat: Noli me inquit, ſi beneficiis & meritis victus ſim, inuicti gloria ſpoliare. *Plut. in Reg. apoph.*

Antigonus rex, Demetrium filium cum frequenti iuuentute & copia ad Græcos mittens in libertatem aſſerendos, gloriam memorauit ea Græcia ſicut ex ſpecula facem in orbem terræ emicaturam. *Plut. in apoph.*

Mathias, Hungarorum rex, in congreſſu cum Vladiſlao rege Boëmorum Olomucij pacis cauſa inſtituto, non videri ſolum, ſed haberi etiam lautus & magnificus vbique ſtuduit ac præſertim in excipiendis illuſtrioribus hoſpitibus, ſingularem præ ſe tulit liberalitatem nulli ſumptui parcens, ſiue in conquirendis epularum conuiuiorumq; apparatibus, ſiue in edendis quotidie ſpectaculis, ſiue in donis mittendis: nõ ipſi Vladiſlao modò, verùm etiam comitatui eius, pro cuiuſque dignitate: denique omnes ad infimũ vſque largis alimentis ſuſtentauit, *Dubr. 31.* H

CLEMENTIA.

Quibuſdam Philippo Macedoni conſulentibus, vt cum Athenienſibus aſperiùs ageret: reſpondit, illos abſurdè facere, qui homini cuncta ad gloriam tum agenti, tum patienti, ſuaderent, vt gloriæ ſuæ theatrum abiiceret, ſignificans ſeſe hoc agere, non vt Athenas euerteret, ſed vt ciuitati celeberrimæ, doctiſſimorum virorum copia florenti, ſuas virtutes probaret. *Eraſm. l. 4. apoph.*

Athenienſes fame Domiti Demetrium Poliorceten, præmiſſis qui ab eo ciuium ſalutem deprecarentur, in vrbem accepêre. Ille non ſolùm receptis dedit veniam, ſed obnixè etiam curauit, vt dira illa fames commeatibus vndique inuectis confeſtim tolleretur, *Sab. l. 7. Enn. 5.*

Idem de Ptolemæo Ægypti rege naualem victoriam inſignẽ facilitate & humanitate ſua decorauit, hoſtes qui ceciderant

tam.

A tam magnificè funerando, atque captiuos dimittendo: ingenuè faſſus, non tam ſe victoria ipſa lætari, quam quòd occaſionem gratæ clementiæ erga Ptolemæum exercendæ natus eſſet. *Plut. in Demetrio.*

Cùm Demetrius Poliorcetes, victus à genero Seleuco, eius fidei ſalutem ſuam permiſiſſet: negauit Seleucus ipſius fortuna incolumem eſſe Demetrium, ſed ſua: quæ cum reliqua felicitate humanitatis ſibi & clementiæ materiam, oſtendendæ præberet. Itaque quamuis eum in ſuum conſpectum adduci non permitteret, ſed in Cherſonneſum Syriæ remoueret: ibi tamen adhibita cuſtodia Seleuci iuſſu cultus ſufficiens ei præbitus fuit, pecuniaque & ad victum neceſſaria quotidie ſubminiſtrata prolixe: cubiculi præterea aſſignati & ambulationes regiæ, & inſtructa feris viuaria. Adhæc amicis, qui fuerant fugam eius comitati, quinque vellent, poteſtas facta cum eo viuendi. *Plut in Demetrio.*

FIDEM IN
Patriam.

Cn. Martio Coriolano exule Romam obſidente, quem neque legati neque ſacerdotes flectere potuerant, Volumnia mater & Veturia vxor, ſtipante matronarum turba, vt exercitum abduceret, flexerunt. Pro quo beneficio cum Senatus decreuiſſet, quicquid poſtulaſſent, quod ad ipſarum laudem & B præmium pertineret, id conſules facerent & præſtarent: nihil poſtulauerunt aliud, quam vt templum Fortunæ muliebri ædificaretur: impenſas oſtenderunt ſe collaturas, victimæ & reliqua, quæ ad honorem deorum pertinerent, vt publice præberentur. Quam munificentiam cum collaudaſſent patres, & de publico tamen templum & ſimulachrum poſuiſſent: non eo minus pecunia feminæ collata alterum ſignum fecerunt, quod Romani memorant in æde locutum, vocem huiuſcemodi miſiſſe: Pia me religione feminæ dicaſtis. Biſque hanc vocem fabulantur auditam. *Plut. in Coriol.*

Socios.

Solebant Romani principes, ob multa in republicam merita, Maſſilienſibus, exterarumque gentium legatis ab vltimis oris, locum inter ſenatores ſpectandi pro inſigni munere largiri: in quo proditur memoriæ de Friſiis lepide factum: qui cùm alios de Romanis benemeritos in ſenatorum ſubſelliis C ſpectaſſent, ne inferiores officio viderentur, licet non admiſſi ſua ſponte ſubſellia adiuêre & vnà conſedêre. *Alex. lib. 5. c. 16.*

Maritum.

Artemiſiæ Cariæ reginæ cõiugalis amor ſepulchri Mauſolo cõſtruẽdi auctor fuit, rei opere & materia memoratiſſima, fuit enim inter rara mũdi miracula id opus celebre. Vel ſi extincti coniugis famam inſigni monumẽto tueri voluit (nam impatienter eum amaſſe dicitur) ſuam interim non neglexit. *Sab. l. 5. c. 5.*

CORPORIS OB
MORTEM GLORIOSAM.

Iphigenia Agamemnonis, gloriæ ſtudio, pro Græciæ exercitu victimam ſeſe præbere non ſubterfugit apud. *Eurip. in Iphig. Aulid.* inquis:

Εἰς ἐμ' Ἑλλὰς ἡ μεγίστη πᾶσα νῦν ἀποβλέπει.
Κἀν ἐμοὶ πορθμός τε ναῶν,
Καὶ Φρυγῶν κατασκαφαί.
Τάς τε μελλούσας γυναῖκας, ἤν τι δρῶσι βάρβαροι,
D Μηκέθ' ἁρπάζειν ἐᾷν τὰς ὀλβίας ἐξ Ἑλλάδος,
Τὸν Ἑλένης τίσαντας ὄλεθρον,
Ἣν ἀνήρπασεν Πάρις.
Ταῦτα πάντα κατθανοῦσα ῥύσομαι, καὶ μου κλέος,
Ἑλλάδ' ὡς ἠλευθέρωσα, μακάριον γενήσεται.

Hector Homericus in vltimo congreſſu cum Achille gloriæ calcar ſibiipſi ſubdit, apud Homerum:

Μὴ μὰν ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην.
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Leones rex Spartanorum ad Thermopylas contra Xerxem pugnaturus, quamuis certò ſciret ſibi oppetendum, aut Spartam euertendam, gloria conſeruatæ patriæ accenſus, ſociis dimiſſis, ipſe cum 300. ſuorum, Theſpienſibus 700. & mille Phocenſibus remanſit. *Herod. l. 8.*

FORTVNÆ OB
IMPERII MAIESTATEM.

CAROLVS IV. Imperij corona Romæ exornatus, Pragam rediens, nouum velut genus vitæ inſtituit, ſplendidius videlicet quàm antea, tum à ſumptu, tum à cultu, & ab omni apparatu, non qui ambitionis, ſed maieſtatis potiùs terminos prolata-

ret. In aula ſua ornatiſſimos principes habere voluit aſſiduos. E *Dubrauius l. 22.*

VICTORIAM.

Græci coronas ex oleaſtro, ex picea, ex apio ex lauro, tanti faciebãt, vt certamina ſacra vocata, vel cum vitæ & fortunarũ periculo ſubire non vererentur. Xerxe cõtra Græcos exercitũ ducente cum illi Olympia otioſi ſpectarent. Eheu cõtra quales viros, inquit Artabanus, mouemus, qui gloriam, non pecuniam quærunt? *Herodotus.* Et Lacon, qui à rogatus, Cur tãto ſtudio in Olympiis vincere deſideraret? Vt coronatus ante regem in prima acie pugnem. Id enim moris erat apud illos. *Plut. in Lacon.*

CONIVGIVM PRÆCLARVM.

Phocionis Vxori, cùm à nobiliſſima quadam Ionica generis matrona, in amicitiam recepta, aurei torques, monilia protioſuſque mundus muliebriter oſtentaretur: At meus, inquit, ornatus non eſt talis, ſed Phocion me ornat, iam vicies Athenienſium imperator. *Sab. l. 8. c. 5.*

GLORIÆ STVDIVM SECVNDVM F
AHYIN, RESPECTV MODI
quo acquiritur.

AFFECTANDO.

Ibat in hoſtem rex Spartanus præcedente victore ſacri certaminis. Ac referunt Quendam, cùm offerretur ei Olympiis grandis pecunia, non accepiſſe eam: ſed vt magno labore ſuperauit aduerſarium lucta, & quiſpiam diceret ei: Quod tibi hæc Lacon victoria? occurriſſe ſubridentem: Ante regem in acie conſiſtens cum hoſtibus decertabo. *Plut. in Licurgo.*

AGESILAVS carpentes & fatigantes agmen eius Pharſalos quingentis equitibus fudit fugauitque, ac trophæum ſub Narthacio excitauit. Eam victoriam fecit inter omnes maximi, quòd equitatu, quem ipſe per ſe conſcripſiſſet, ſolo pluſimùm gloria equeſtri elatos ſuperaſſet. *Plut. in Apoph.*

PHILIPPVS MACEDO illos, qui ſuadebant, vt duriùs in Athenienſes conſuleret, eſſe dictauit ineptus, qui iuberent viro gloriæ cauſa nihil non facienti & perpetienti, proiiceret gloriæ theatrum. *Plut. in apoph. reg.*

ALEXANDER MAGNVS cùm templum Epheſium inſtaurari accepiſſet, factas & futuras impenſas pollicitus dicitur, ſi eius rei titulus ſibi aſcriberetur, illos autem renuiſſe, Epheſiumque laudibus quendam extollunt, qui dixerit: Non decere Deum, diis quicquam dedicare. *Strab. l. 14.* G

Quum Alexander Thebanorũ mœnia diruiſſet, Phryne meretrix pollicita eſt de ſuis impendiis repoſitũ, modò ciues paterentur hoc inſculpi elogiũ: Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη id eſt, Alexander quidẽ ſuppreſſit, ſed Phryne reſtituit. Hic meritò quis dubitet, vtrũ ſit admiratione dignius: an quòd ſcortũ corporis vſura tantas opes collegerit: an quòd tanto nominis amore teneretur, vt titulum tam carè voluerit emptũ. Nam vt præclarius eſt reſtituere quã demoliri, ita ſpecioſior fuiſſet laus Phrynes ſcorti, quàm Alexandri regis. *Eraſm. l. 8 Apoph.*

OPTANDO.

ALEXANDER MAGNVS, cùm mirè hilarem nuntium accurrentem conſpiceret, dextramque porrigentem: Heus tu, quid mihi inquit, es nunciaturus? ecquid reuixiſſe Homerum? quòd nihil faſtigium ſuum, præterquam nomen ad poſteros, deſiderare arbitraretur. *Plut. de Virtute prouectu.*

PETENDO.

Iaſon Æſonides xx. annorũ inſtitutione apud Chironẽ Centaurũ vſus, domũ rediens incognitus, à Pelia regni partem poſtulauit, apud *Pindarum Ode* 4 Pythorũ Inter æthera inquiẽs: H

Οὐ πρέπει νῶϊν χαλκοτόροις ξίφεσιν
Οὐδ' ἀκόντεσσι μεγάλαν προγόνων.
Τιμὰν δάσασθ', μῆλά τε γὰρ τοὶ ἐγὼ
Καὶ βοῶν ξανθὰς ἀγέλας ἀφίη-
μ', ἀγρούς τε πάντας, τοὺς ἀπούρας
Ἀμετέρων τοκέων,
Νέμεαι, πλοῦτον πιαίνων
(Κοὔ με πονεῖ τεὸν οἶκον
Ταῦτα πορσύνοντ' ἄγαν)
Ἀλλὰ καὶ σκᾶπτον μόναρχον,
Καὶ θρόνος, ᾧ ποτε Κρηθεΐδας
Ἐγκαθίζων, ἱππόταις
Εὔθυνε λαοῖς δίκας.
Τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας
Λῦσον ἄμμι, μή τι νεώτερον ἐξ
Αὐτῶν ἀναστάῃ κακόν.

A Non decet nos ambos ferro vulnerantibus gladiis neque telis magnum progenitorum cenſum diuidere. Signidem pecudes ego armentorumque flauos greges dimitto, agroſque omnes, quos auferens a parentibus meis occupas, regis diuitias quidem cumulans (nec me fatigant hæc adeò tuas ædes amplificantia nimis) ſed ſceptrum ſolum, & thronus cui Crethei filius Æſon inſidens olim equeſtribus populis iura dabat. Hæc igitur citra communem mœrorem, ſolus nobis, ne quod nouum ex ipſis malum ſuſcites.

Deleta Cypſelidarum tyrannide Corinthios illam, quæ Piſæ erat auream ſtatuam, & theſaurum Delphicum vrbi ſuæ inſcribere voluêre, quantumvis à tyranno datum. Quod Delphi eis meritò dederunt & concellerunt. At Delios, qui id denegabunt, ſummouerunt Iſthmiorum ludicro. Hinc nullus vltra iſthmiis decertauit Delius. *Plut. de Pythia oraculis.*

Apud Rom. petentes conſulatum rogabant & prenſabant ciues, togis in comitiis ſiue tunicis amicti: ſiue quò magis ea ſpecie ſubmitterent, ſe ad petitionem: ſiue quò ſubiicerent oculis, qui cicatrices, habebant, perſpicuas virtutis notas. Neque
B enim populus, ſuſpicione largitionis & ambitus, diſcinctum volebat & ſine tunica ad comitia progredi candidatum. Serò & multis poſt ſeculis nundinatio & redemptio ſubiit, interuenitque comitialibus ſuffragiis pecunia. *Plut. in Coriolano.*

Anaxagoras delatos ſibi honores repudians, petiit, die illa, qua vita exceſſiſſet, vt permitteretur pueris ludere, & à literis feriari. *Plut. in Politicis.*

Lege lata, ne candidati nomenclatores haberent, tribunatum militum petens Cato minor, ſolus legi paruit, & per ſe elaborauit ſalutare atque appellare ciues. Quamobrem non caruit inuidia vel apud eos ipſos, qui eum commendabant, quòd quò magis laudabilia ſtudia, quæ ſectabatur, conſiderarent, hoc grauarentur magis eorum, quam non valerent imitari excellentiam. Cicero pro Murena dicit eum nomenculatorem habuiſſe. Cùm incitaretur à multis ad ambiendum tribunatum plebis: alienum exiſtimauit, magnæ poteſtatis & magiſtratus ſicut validi vim medicamenti in rebus exhaurire non neceſſariis. Quòd autem eadem tempeſtate vacatio eſſet negotiorum publicorum, deportans ſecum libros & philoſophos, ad prædia ſua profectus eſt in Lucaniam, vbi villas non inamœnas habebat. Hinc multis in itinere iumentis, impedimen-
C tis, & miniſtris occurrens, audito Metellum Nepotem Romam ad petendum tribunatum plebis contendere, reſtitit cogitabundus, ac mox conuertere ſuis retro iter præcepit. Stupentibus amicis: Neſcitis, inquit, ob ſtoliditatem Metellum ſua ſponte formidabilem eſſe, & nunc adeſſe ex Pompeij ſententia, atque inſtar fulminis in rempublicam caſurum, omniaque perturbaturum. Non eſt igitur in præſentia nec feriandi nec ruſticandi locus: verùm reprimendus iſte eſt mihi, aut pro libertate pugnanti honeſtè cadendum. Monitu amicorum tamen profectus ad prædia ſua eſt: & cùm non diu eſſet ibi commoratus, regreſſus eſt ad vrbem. Veſperi ingreſſus, illicò ſummo mane in forum ad petendum tribunatum deſcendit, velut aduerſarius futurus Metello. Fama eſt Catonem, cùm multi illius ſtudio & fauore ad eum ruerent, ægrè ob frequentiam potuiſſe in forum euadere. Tribunus creatus eſt cum aliis & cum Metello, eíque Pompeium cum exercitu reducere tentanti, ſpecie quidem vt vrbem à ſeditioſis tueretur, reuerà autem vt tyrannidem ei ſtabiliret, acriter reſtitit: ita vt Metellus in Aſiam ad Pompeium fugerit. *Plut. in Catone.*

EXIGENDO.

D Q. Fabio Maximo populus Romanus cùm alios habuit eximios honores, tum Filium eius conſulem deſignauit. Cùm iniſſet ille magiſtratum, & in negotio quopiam ad bellum pertinente eſſet intentus, pater vel præ ſenio & imbecillitate, vel tentandi gratia filij equo per appellantes & circumſtantes conſulem aduehebatur. Quod iuuenis vt vidit, non tulit, ſed miſſo lictore, vt deſcenderet ex equo pater, iuſſit: & ſi quid conſulem vellet, pedibus accederet. Fabius confeſtim deſiliens citato gradu properauit ad filium, complexuſque eum & data ſalute: Macte conſilio, inquit, & virtute fili es: ſentis quibus imperas, & quàm ingentem ſuſcepiſti magiſtratum: his artibus nos quoque & maiores rempubl. auximus, dum parentibus liberiſque priorem reipub. dignitatem habemus. *Plut. in Fabio, & Val. Max. l. 2. c. 3. & Gell. l. 2. c. 2.*

Lavrentivs Celsvs Venetorum dux, cùm à patre obtinere non poſſet, vt ſibi tanquam duci aſſurgeret, meritoſque honores tribueret; crucem auream ducali pileo affigi iuſſit: quam vel inuitus pater reuereri cogeretur. *Egnat. lib. 9. cap. 1.* B

Alboinvs arma Thoriſmundi à ſe in acie cæſi, à patre illius Thoriſindo obtinuit, Vide paulò antè, Hon[...] amplec[...]ndis. [illegible]

Gvntherus Schuartzenburgenſis Comes, electus in regem Rom. contra Carolum IV. Boëmum, cùm Francofordiam introire vellet, à ciuibus eſt prohibitus. Mos enim eſt ciuibus (quam quidem conſuetudinem pro lege habent) vt nullum regem in vrbem intromittant, cui ſit æmulus Imperij aut aduerſarius regni, niſi aliquot menſibus vrbs obſeſſa vim patiatur, & interim aut armis aut compoſitione diſcordia componatur. Guntherus ingenti coacto exercitu, vrbem obſedi duobus penè menſibus. Dehinc in vrbem eſt regio more acceptus. *Coſp.*

CERTANDO.

☞ *Conſule Tit. Certamina Formæ, Roboris: quatenus illic ſimpliciter in vnoquoque certantium gloriæ ſtudium ex Pulchritudinis vel Roboris dono conſideratur.*

Mortuo Achille, Aiax & Vlyſſes de illius armis pro concione Græcorum certabant. Græci Troianorum captiuorum ſen- F tentiam ſecuti, qui ſe maiora damna ab Vlyſſe quam ab Aiace perpeſſos dicebant, Vlyſſi arma adiudicarunt, teſte *Pindaro hymno Nemeo* 11x. & *Homero Odyſſ.* λ. & *Pauſ. in Atticis.* At iudicium hoc iniuſtum fuiſſe euentus ipſe declarauit: de quo ſic *in* 1. *Græc. Epigram.*

Ἀσπὶς Ἀχιλλῆος, τὴν Ἕκτορος αἷμα πιοῦσαν,
Λαερτιάδης Δαναῶν εἷλε κακοκρισίῃ·
ναυηγοῦ δ' ἐθάλασσα κατέσπασε, καὶ παρὰ τύμβον
Αἴαντος ναυηγὸν ὥρμισεν, οὐκ Ἰθάκῃ.

Anno V.C. cccc x. M. Genutio & P. Curiatio Coſſ. C. Canuleius Trib. pleb. de connubio patrum & plebis rogationem promulgauit: mox etiam alteram, vt alterum ex plebe conſulem liceret fieri: Victi tandem patres, connubij legem permiſêre. Tribuni etiam conſulatum concedi poſtulabant. Bonorum tandem conſiliis, quia externus hoſtis vrgebat, eò deducta res eſt: vt Tribunos militum conſulari poteſtate promiſcuè ex patribus ac plebe creari ſinerent. Comitiis indictis, euentus docuit, alios animos in contentione libertatis dignitatiſque, alios ſecundùm depoſita certamina incorrupto iudicio eſſe. Tribunos enim omnes patricios creauit, Pop. Rom. contentus eo quòd G habita ratio plebeiorum. *Liu. Dec.* 1 *l.* 4.

L. Corn. Scipio & Cælius Coſſ. creati, cùm vterque conſul ſibi Græciam prouinciam depoſceret, certamine ad patres delato Africanus in curia profeſſus eſt, ſe legatum fratri iturum ſi extra ſortem illi ea prouincia decerneretur. Quæ vox omne certamen è medio ſuſtulit. Experiri libuit, vtrum plus præſidij Antiocho in Hannibale eſſet, an conſuli & Romanis legionibus in Scipione. Atque ita Scipioni Græcia, Lælio Italia prouinciæ ſunt datæ. *Sab. l. 7. Enn.* 5.

Cùm inter multas præturas illam, quæ maximæ eſt dignationis & vrbana dicitur, omnium opinione M. Brutus obtenturus vel Caſſius eſſet: aliqui eos ex antecedentibus nonnihil diſſentientes in contentionem de ea multò maiorem aiunt veniſſe quantumvis neceſſarios. Quippe ſororem Bruti Caſſius Iuniam habebat in matrimonio. Alij Cæſaris opera concertationem hanc fuiſſe vtrique in ſecreto ſpem oſtentantis excitatam, quod ita impulſi & incitati decertauerunt inter ſe. Pugnabat Brutus cum Caſſij magnificis aduerſus Parthos factis nominis claritate & virtute. Quos vt Cæſar audiuit, at- H que adhibitis amicis deliberauit: Iuſtior eſt, inquit Caſſij cauſa: Bruto tamen dandæ ſunt primæ partes. Caſſio alia prætura data. Qui non tantum gratiæ habuit ob hanc quam accepit quantum in eum exarſit ob repulſam illius. *Plutarch. in Bruto.*

Expugnata Carthagine noua, P. Scipio ob bene nauatam operam collaudatis donatiſque militibus, cùm ei, qui primus murum aſcenderat, muralis corona danda eſſet, & contentio inter duos Milites orta omnem propè exercitum in certamen traxiſſet, extemplo concione aduocata, compertum ſe habere dixit, ambos pariter murum aſcendiſſe, atque ambos coronis muralibus donandos eſſe: quò factum eſt, vt omnis contentio quæ iam ad ſummum peruenerat, tolleretur. *Auctor. in vita Scipionis.*

ACCEPTANDO.

Modeste.

Esther Ivdæa, à rege Artaxerxe in matrimonium ducta propter formam, non voluntate, ſed neceſſitate paruit: & diadema, ſuperbiæ inſigne appellans, in publicum tantùm pro-

dies

A dicus geſtabat, domi unquam, neque [illegible] conuiuium decorauit, neque libatorium [illegible] ſanctitatis & religioſis ſuæ [illegible] atione habita. *Eſt* [illegible] 4.

Tr[illegible] v[illegible] Imp. habuit vxorem Pompeiam Plotinam, fœminam in deſt[illegible] ac o[illegible] ſanctiſſimam à [illegible] dictam, quæ Palatium aſcendens, vbi maritum Imperatorem factum cognouit, ex gradibus ad populum circumfuſum conuerſa: Tal[illegible] inquit) huc ingredior, qualem etiam egredi opto. Et quidem per omne tempus, quo in imperio fuit, ita ſe geſſit, vt de ea nullus conqueri potuerit. *Cuſp.*

P. Valerivs, qui populi maieſtatem venerando, Publicolæ cognomen aſſecutus eſt, cùm exactis regibus imperij eorum vim vniuerſam, omniáque inſignia ſub titulo Conſulatus in ſe tranſlata cerneret: inuidioſum magiſtratus faſtigium, moderatione ſua ad tolerabilem habitum deduxit, faſces ſecuribus vacuè faciendo, & in concione populo ſummittendo. Numerum quoque eorum dimidia ex parte minorem, vltrò Sp. Lucretio collega aſſumpto: ad quem, quia maior natu erat, priores faſces transferri iuſſit. Legem etiam comitiis centuriatis tulit, ne quis magiſtratus ciuem Romanum aduerſus prouocationem verberare aut necare vellet. Ita quò ciuitatis condi-
B tio liberior eſſet, imperium ſuum paulatim deſtruxit. Quid quòd ædes ſuas diruit, quia excelſiore loco poſitæ, inſtar arcis habere videbantur? nonne quantum domum inferior, tantum gloria ſuperior euaſit? *Val. Max. l. 4. c. 1.*

Apollonivs Abbas, cùm annos xl. in deſerto ſolitarius vixiſſet, iuſſus voce ſibi è cœlo delata iam tandem ad frequentem locum pergere, cœnobium conſtruere, diſcipulos comparare: Dominum rogaſſe dicitur, ne qua ſe deinde inter homines verſantem iactantiæ aura perſtringi fineret. *Marul. lib. 1. cap. 4.*

Otho III. Imp. in Italiam veniens, Claſſenſem Abbatiam ordinare cupiens, optionem monachis fecit, vt quem vellent, Abbatem eligerent. Illi Romualdum legerunt. Is tum in Pereo inſula xii. millibus paſſuum à Rauenna diſtanti vitam ſolitariam breui in cellula traducebat. Otho diffidens ſanctum virum ad regiam aulam per nuncium euocatum ad ſe venturum, ipſe ad cellam eius Sole iam occidente proceſſit, & comiter ab eo receptus, per noctem cum eo manſit: manè verò ſecum in vrbem ductum, vt monachos Claſſenſes Abbas re-
C geret, exorauit. At triennio pòſt Romualdus Abbatiam in ipſius & Rauennatis antiſtitis conſpectu reddita virga, dimiſit. *Sig. l. 7. regni Ital.*

Hadrianvs VI. commendatione Maximiliani I. Rom. Imp. Leone X. punicei pilei honore donatus eſt. Eum accidentis Fortunæ prorſus ignarum, nec tale quicquam tranquillo ingenio cupientem, is qui pileum ab Vrbe detulerat, operandis ſacris occupatum inuenit: ita vt quieta admodum & lenta quadam hilaritate venientem excipere, nec paulò iucundiùs & liberaliùs tanto munere lætari videretur: qui animi habitus ea moderatione definitus erat, vt nihil ad inuidiam propter faſtum, ſed propter incorrupti animi ſimplicitatem ad gloriam omnium teſtimonio verteretur. *Iouius in Hadriano VI.*

LEGITIME.

Fvrivs Camillvs, cùm præſidium eius ciues capta vrbe à Gallis Ardeæ exultantis petiſſent, non priùs Veios ad accipiendum exercitum iuit, quàm de Dictatura ſua omnia ſolenni iure acta comperiſſet. Magnificus Camilli Veietanus
D triumphus, egregia Gallica victoria, ſed iſta cunctatio longè admirabilior. Multò enim multóque ſeipſum quàm hoſtem ſuperare operoſius eſt, nec aduerſa propera feſtinatione fugientem, nec ſecunda effuſo gaudio apprehendentem. *Valer. lib. 4. cap. 1.*

Posterior Cato Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia & ſanctitate in vrbem deportauerat. Cuius miniſterij gratia Senatus relationem interponi iubebat, vt prætoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur. Sed ipſe id fieri paſſus non eſt, iniquum eſſe affirmans, quod nulli alij tribueretur, ſibi decerni: ac ne quid in perſona ſua nouaretur, campeſtrem experiri temeritatem, quàm curiæ beneficio vti, ſatiùs eſſe duxit. *Idem.*

Andrianvs Antiochiæ Imp. declaratus, petiit literis à Senatu imperium ſibi firmari: nullum aut honorem aut titulum, quem non iuſſiſſet Senatus, expetens, vt Dio prodit. Spartianus inquit, cum veniam petiſſe à Senatu literis, quòd de imperio ſuo iudicium Senatui non dediſſet: ſalutatus ſcili- E
cet præpropere à militibus Imp[illegible], quòd eſſe Reſpublica ſine Imperatore non poſſet. *Cuſp.*

D[illegible] II. mortuo H[illegible]ricus III. Brunonem Tullenſem Epiſcopum inuitum ſublegit, ac primo quoque tempore decedere in Italiam iuſſit. Bruno Cluniacum venit. Ibi Hildebrandus Soanenſis ex Tuſcia monachus, qui poſtea pontificatum adeptus, Gregorius VII. eſt appellatus, hominem admonuit, caueret, ne ſacroſanctam dignitatem profani [illegible] minis arbitrio delatam iniret, niſi ante ſe ſuffragiis cleri populique Romano antiquo inſtituto permitteret. Quod vbi is audiuit, continuò purpuram dimiſit, & peregrini habitu ſumpto, atque ipſo ſecum Hildebrando adducto, ad Vrbem ire contendit: Románque ingreſſus, comitia vt de ſe rite haberentur, poſtulauit. Ibi [illegible]ro populóque conſentiente, atque in primis ipſo etiam Hildebrando fauente, pontifex confirmatus, & conſecratus, Leo IX. eſt appellatus. *Platina, & Sigonius libro 8. regni Ital.*

Boemvndvs Normannus, qui ſub crucis ſigno ad Syriacam expeditionem cum Godofredo Bolonio ſe contulit, dum vr- F
bem Antiochiam ipſe permultíque alij principes obſiderent: Pyrrhus Antiochenus dedendæ vrbis ſpem ei fecit, ſi ipſe principatum eius ſuſciperet. Boëmundus conditionem antè non accepit, quàm re exercitus ducibus narrata, eorum conſenſu princeps creatus eſt. *Fulg. l. 4. c. 1. & Æmil.*

DEFERENDO, CEDENDO ALTERI.

Irrumpente in Græciam Xerxe, & iam tenente Theſſaliam, Themiſtocles miſſus fuit cum claſſe ad Artemiſium, vt fauces illas tueretur. Hic Græcis Euribiadi & Lacedæmonis deferentibus imperium: Athenienſibus autem, quod nauium numero reliquos vincerent fermè vniuerſos, detrectantibus aliis parêre: perſpiciens Themiſtocles diſcrimen, cùm ipſe ceſſit Eurybiadi imperio, tum Athenienſes placauit: recipiens iis, ſi ſe viros fortes præbuiſſent in bello, effecturum ſe, vt Græci vltrò ſummam rerum ipſis eſſent in poſterum delaturi. Quare apparet potiſſimam cauſam eum Græciæ fuiſſe ſalutis, & præcipue ad gloriam Athenienſes prouexiſſe, vt qui virtute hoſtibus, ſociis antecelluerit facilitate. *Plutarchus in Themiſtocle.* G

P. Scipio Africanus cum Annibale Epheſi congreſſus, cùm in deambulatione honeſtiorem locum ſibi vendicaret Annibal, eum non inuitus ei conceſſit. De ducum inde præſtantia quæſtione oborta; cùm Annibal primum locum Alexandro Magno, ſecundum Pyrrho, tertium ſibi tribueret, placidè ſubriſit Scipio, inquiens: Quid ergo ſi te ego non viciſſem, Tunc Annibal: Vtique Scipio, tum non tertium mihi, ſed primum tribuiſſem locum. *Plut. in vita Flaminij.*

T. Largivs & O. Clœlivs Coſſ. Rom. cùm Dictator dicendus eſſet, alter in alterum tranſtulit. Tandem Largius poſt multam contentionem inuitus ſuſcepit. *Dionyſius libro 5.*

Magna cum inuidia, Fortuna prætoriis comitiis Africani ſuperioris filium Cn. Scipionem, & ſcribam Cicereium in campum deduxerat: vtque nimis impotens ſermone vulgi carpebatur, quòd tanti viri ſanguinem clientelámque comitiali certamine confunderet. Cæterùm crimen eius in ſuam laudem Cicereius conuertit. Nam vt vidit omnibus ſe centuriis Scipioni anteferri, templo deſcendit: abiectáque candida toga, competitoris ſui ſuffragatorem agere cœpit, vt ſcilicet Præturam meliùs Africani memoriæ concederet, quàm ſibi vendicaret. nec non, etſi maximo verecundiæ pretio, Scipio tunc H
honorem adeptus eſt: Cicereio tamen magis gratulati ſunt. *Valer. lib. 4. cap. 5.*

Cæſaris interfectores M. Brutus & Caſſius conuenerunt ad Smyrnam, poſtquam primò in Piræeo diſtracti alter in Syriam, alter in Macedoniam perrexit. Parem volebat Caſſius habere & tribuere Bruto honorem: verùm occupauit Brutus plerumque ad eum ventitans: quòd & ætate ille ſuperior eſſet, & corpore minùs ad laborem ferendum comparatus. *Plut. in Bruto.*

Mortuo Balduino Hieroſolymorum rege, ſucceſſor ei delectus eſt Balduinus Edeſſæ Comes. Is Ioſcellinum, virum fortiſſimum, comitatu Edeſſæ donauit, quo & ipſe donatus fuerat ab vtriuſque cognato Baldoino. Cùm ad famam primi Balduini defuncti Euſtathius eius frater, Comes Bono-

A nienſis, vt in regnum fratri ſuccederet: iter ingreſſus [illegible] iam perueniſſet, inde in Orientem ſoluturus: vbi Rhemenſem virum fortiſſimum in defuncti locum [illegible] regem accepit, auctoribus amicis vt ire pergeret, illum [illegible] neque viribus neque cauſam parem futurum: Deus [illegible], inquit, mentem mihi det, quàm vt regnum [illegible] Chriſto redditum, per me domeſticis be[illegible]is antequam coaleſcat, euertatur. *Æmil. l. 5.*

ROBERTVS rex Francorum, Henricum F. moriens hæredem nuncuparat, vt nonnulli ſcribunt, [illegible] in filium. [illegible] filio Conſtantia mater obſtabat, & Robertum ducem Burgundiæ alterum filium regem ſalutabat: Odoque Campaniæ, ac Balduinus Flandriæ Comites, ac non pauci præterea nec contemnenda nobilitate in armis ei aderant. At cùm Robertus dux nihil moueret, ſilentióque ac diſſimulatione regnum Henrici comprobaret, ac iure regni cedere acerrim[illegible], & qualem tempora poſtularent, fratri iudicióque optimi pat[illegible]is videretur, Ducatu Burgundiæ nobiliſſimo opulentiſſimoque contentus: mater Conſtantia facilè adducta eſt, vt ipſa quoque bello pacem præferret, eadem maieſtate apud Henricum futura, quam B à Roberto expectaſſet. Nec ipſa modò, ſed & Flandrus, cæteríque proceres, armis poſitis dextras iunxerunt, in mutuúmque complexum venerunt. *Æmil. l. 3.*

Mortuo Erico II. Danorum rege in ſacra peregrinatione cùm duo Erici fratres Vbbo & Nicolaus supereſſent, & populi ſuffragio propter ætatem Vbboni ſumma decerneretur: Nicolaus ſolus, qui id ægrè laturus putabatur, maximo fauore concionis ſuffragia comprobauit, quòd Suenonis regia filij ætatis prærogatiua regni inter ſe ſucceſſionem verſare conſueuerint, ſempérque minorem maior honoris huius hæredem habuerit. Vbbo verò tanto oneri humeros ſuos ſubiicere recuſans, fratrem eo munere digniorem aſſeuerauit. Dani ignari prudentem virum fugiendi oneris rationem inertiæ ſimulatione quæſiſſe: quem perſeuerantia ſuperare debuerant, negligentia præterire ſuſtinuerunt. Itaque Nicolao regnum decreuère. *Saxo lib. 12.*

Ioanne II. Luſitaniæ rege mortuo ſine legitimis hæredibus Georgius Ioan. F. propterea quòd nothus eſſet, quamvis illius C mater fuiſſet valdè nobilis, legibus & inſtitutis regni hæres eſſe non poterat. Succeſſit igitur Emmanueli Ioannes patruelis. Georgius interim Emmanuelem non tam propter ſanguinis propinquitatem, quàm propter regiæ virtutis indolem, quam in illo cernebat, egregiè carum habuit, & quibuſcunque poterat ornamentis, illius dignitatem amplificauit. *Oſor. lib. 1. de reb. Emman.*

COMMVNICANDO ALTERI.

PERICLES etiam cum Cimone imperium eſt partitus, ipſe vt vrbi præeſſet, ille completa claſſe res cum barbaris gereret. Quippe fuit hic ad arma, ad togam ille magis factus. *Plut. in Præcept. polit.*

Defuncto iam M. Antonino Pio, M. Antoninus Philoſophus à Senatu coactus regimen publicum capere, fratrem ſibi participem in imperio deſignauit L. Aur. Verum Commodum, Cæſarémque atque Auguſtum dixit: & ex eo pariter Rempub. rexère. Ipſe nomen Antonini recepit, quaſi pater L. Commodi eſſet, & Verum eum appellauit, addito Antonini nomine: filiámque ſuam Lucillam fratri deſpondit. Adepti imperium, Armenia ſimul atque Parthia pacata, cùm Marcus vrbi præ-D eſſet, Patres patriæ fuère appellati, primi omnium in Romano imperio collegæ. Cùm autem Marcomannicum bellum ſuboriretur, finito iam Parthico, quod Lucius quinquennio confecerat, per Senatum ſunt ambo decreti huic bello Imperatores. Id Marcus ſolus cum ſumma & felicitate & virtute tranſegit. Lucius in vehiculo ſedens, dum iter facerent, apoplexia periit. *Cuſpin. ex Capitol. & Euſebio.*

DIOCLETIANVS Imp. rebus Orientis ſatis pro præſenti neceſſitate compoſitis, Romam veniens, rempub. conſtituere de more ingreſſus, ſemetipſum vnà cum Ariſtobulo homine primario conſulem in proximas Kalendas Ianuarias deſignauit. Quod factum, vt noui in Auguſto exempli, ſic inſignis etiam moderationis animi fuit. Deinde præfecturam vrbis Ceionio Varo continuauit, prætorianas verò aliis commiſit, quorum virtutem præcipue commendabat. *Sigonius lib. 1. Imp. occid.*

FERDINANDVS Neapolis & Siciliæ rex, morti vicinus, Alfonſum natu ma[illegible] ſucceſſorem [illegible] rogauit [illegible] E [illegible] nederet. Tum Alfonſus: [illegible] etiam C[illegible] regnum [illegible], [illegible], quod à te acce[illegible], quia pater es. V[illegible]nc, qua ſinor, à te acce[illegible], & ver[illegible] auferas omnia, [illegible] lumina quæque debere libens fatebor. Pater c[illegible] magnanimit[illegible] perſpecta, fe[illegible] ſe mori, beatum ſuis popu[illegible] ſuum confeſſus eſt, tantæ virtutis ſucceſſore relicto. *Lud. Dominicus lib. 1. Var. hiſt.*

GLORIÆ CONSERVANDÆ ſtudium, reſpectu Honoris, qui conſeruatur. EPISCOPATVM, Sacerdotium.

IOANNES Orphanotrophus Imp. Michaelis Paphl[illegible] frater, pontificatus cupiditate flagrans, quoſdam ex p[illegible]mariis ſacerdotibus ſibi conciliauit, qui ei pollicebantur, ſe loco moturos Alexium Patriarcham, vt qui non communibus ſuffragiis, ſed Imperatoris auctoritate creatus eſſet. Ille verum: Si, inquit, contra Canones me patriarcham eſſe factum aſſeritis: ij etiam, qui à me electi ſunt loco moueantur. Id reſponſum effecit, vt Orphanotrophus impos voti redderetur. *Zonaras.* F

IOANNES Vicecomes, Archiepiſcopus & princeps Mediolanenſis, cùm Bononiam occupaſſet, à Clemente Pont. max. per legatum repetebatur: & vt vel Eccleſiam ſolam vel rempublicam capeſſeret, ſub excommunicationis pœna vrgebatur. Ille ergò cum ſacra feciſſet in templo, ſiniſtra crucem arripuit, dextra gladium eduxit, & alta voce pronunciauit: Hæc Eccleſiæ, hic verò Reipublicæ conuenit: neque eſt cur vel crucem Domini, vel arma Reipublicæ abiiciam, ne aut religionis, aut pietatis erga patriam proditor videar. Hoc igitur ſanctiſſimo patri meo nomine refert, cum cruce & gladio me ad extrema etiam perferenda paratum fore. *Bernardus Corius l. 3. hiſt. Mediolanenſis.*

Raceburgenſis Epiſcopus Conradus, iam ſenex, inuitus admodum ſe eligi paſſus, præfuit Eccleſiæ non paucis annis: quúmque à familiari quodam ex fratribus interrogaretur; Penè inuitum te aſſumpſimus ad Epiſcopatum: nunc eſſent, ſi cedere liberet, qui onus ſuſciperent, interroganti nihil reſpondit: vt facilè intelligeretur, ſuſceptum onus non eſſe tam facilè deponere, quàm aſſumere: ſimul fortè & illud perpendit, eſſe rem non boni exempli, per ambitionem alios conſcendere, alios detrudi. Igitur permanſit in pontificatu ad finem vſque vitæ. *Crant. l. 8. Metrop. c. 44.* G

REGNVM, IMPERIVM.

Apud Heduos cùm ſingularis magiſtratus antiquitùs creari, atque regiam poteſtatem annum obtinere conſueuiſſet: attamen duo magiſtratum gerebant, & ſe vterque dicebat legibus creatum eſſe. Horum alter erat Conuictolitanes florens & illuſtris adoleſcens: alter Cotus antiquiſſima familia natus, ſummæ potentiæ & magnæ cognationis: cuius frater Valetiacus proximo anno eundem magiſtratum geſſiſſet. Itaque propter hoc diſſidium ciuitas omnis erat in armis: diuiſúſque & Senatus & populus, & eorum cuiuſque clientelæ. Ergo quia legibus Heduorum, iis qui ſummum magiſtratum obtinerent, ex finibus excedere non liceret: ne quid de iure aut de legibus eorum diminuiſſe videretur, & quòd magni faciunt omnes prouinciales atque municipes, ſibi ſuas ſeruari conſuetudines ac prærogatiuas: Iulius Cæſar eò ipſe profectus eſt, rem iure ac legibus terminaturus. Cùm itaque omnis propè ciuitas conueniſſet, atque Cæſar didiciſſet: paucis clàm conuocatis alio loco, alio tempore atque oportuerit, fratrem à fratre renunciatum eſſe: cùm leges duos ex vna familia viuo vtroque non ſolùm magiſtratus creari vetarent, ſed etiam in Senatu eſſe prohiberent: Cotum imperium deponere coegit: Conuictolitanem, qui per ſacerdotes more ciuitatis intermiſſis magiſtratibus, creatus eſſet, poteſtatem obtinere iuſſit. *Ærodius ex Cæſare l. 7. Com.* H

SEVERVS Imp. cùm podagra laboraret: & propterea impediri quam ſuſceperat expeditio videretur: exercitus maiorem natu filium eius Baſſianum Auguſtum ſalutauit. Quod Seuerus cùm audiſſet, lectica ſe ad tribunal deferri, citatíſque primis huius conſilij auctoribus eos ſecuri percuti iuſſit. Qui omnes,

cùm

A cùm humi proſtrati & cum eis ... exercitus lacrymans, miſerabi i voce ... tandem addnci potuit, vt pete ... ibus in ... erumpens ... daret: Nunc demùm intel ... ſed caput imperatæ. *Fulg. l. ... c. 2.*

Antiochiam Syriæ metropolim Boemundus dux Tarentinus proditione ceperat, re priùs cùm Latinis cæteris communicata, ve dolo ſuccedente ſententia vrbis principatum ſibi darent: atque adeo arcem niſi ... Raymundus verò Comes Toloſas regiam, quæ Caſſiani fuerat, & portam quæ ad pontem ducit, præſidio tenebat. Reliqui duces iudicium ſcere ſuperſedebant: qui eorum neutrum offenſum volebant, ſegnitiemve reddi ad reliquias belli perſequendas. Milites contentione ducum conſeneſcere Sacrum bellum indigne ferentes, minitabantur ex corpore ſuo certamen ſe ducem, qui non cupiditati ſuæ, ſed Chriſto militet, debellétque, vt domum tandem redire fas ſit. Toloſas gnarus cauſam Boemundi iuſtiorem militibus videri, diſſimulato dolore in hoſtium decem millium militum ſe ſe vltrò offerentium eduxit. Proceres verò Tarentinum in ea vrbe reliquerunt vt qua ſoleret ... caput terrarum

B Orientalium pepererat, eadem tutaretur cæteréque ne quid ea parte moueri poſſet. *Æmil. l. 4.*

IVS REGNI.

EDOVARDVS I. Anglorum rex graui bello rebelles Scotos premebat, rege eorum capto Bonifacius XIII. pontifex à Scotis precibus fatigatus, interdixit Edoardo, ne ampliùs poſt hac Scotos bello vexaret, qui iam pridem in Romani pontificis fidem & poteſtatem conceſſiſſent: & ideo aſſeuerabat ſibi ſoli integrum eſſe, cuicunque libèret dare auferreve. Edouardus, habito principum concilio, pontificem docuit, ius ſupertatis terræ Scotiæ ad ſe pertinere, ſeſéque facere, & propterea non paſſurum ſe eo petperam priuari. Itaque Bonifacius quieuit, ne ſi pertinacius contenderet, cauſa caderet. *Polydorus lib. 17.*

NOBILITATEM GENERIS,

FAMILIÆ.

☞ *Hic nobilitatem quæ conſeruatur, tanquam gloriam antiquam generis, conſideramus. Paulò poſt etiam gloria quæ Nobilitati debetur, conſeruationem edoſtuit.*

C MINOS cùm Theſeum cætetámque puerorum Atnenienſium manum in Cretam abduceret, amore Peribœæ captus eſt. Cuius cùm Theſeus libidini aduerſaretur: & alia in illum maledicta contulit Minos, tum eum Neptuni ſobolem eſſe negauit: quòd quam habebat cælatam gemmam, in mare ſi abieciſſet, non eſſet eam ad ſe reportaturus. Vix ea locutus gemmam dicitur Minos abiecisse. Theſeum verò memorant cum ea, & corona, quam ab Amphitrite dono acceperat, è mari emerſiſſe. *Pauſ. in Attica.*

IOANNES LVTHOMIRSKI, Theſaurarius regius ſupremus quendam tenuioris fortunæ nobilem Polonum Mikolatevoski iniuria affecerat. Ille collecta manu conſanguineorum cum magno comitatu proficiſcentem occidit, in fruſtáque diſſecuit. Ergo cum Nobilis iſte ſit honore priuandus, aut capite plectendus ob prædictum facinus eſſet: honorem vitæ præferens citatus ad Comitia Lublini celebrata, alacriter comparuit, ibique honore integer ex ſententia Regis decollatus eſt. *Guag. in deſcript. Polon.* anno MDLXIIX.

LIBERTATEM HONORIFICAM.

Hugo Cardinalis S. Angeli à Pp. legatus miſſus in Scotiam,
D Scotis perſuadere conatus eſt, vt Archiepiſcopo Eboracenſi ſubiicerentur. Omnibus enim Epiſcopis aliarum regionum patronum quendam ac veloti caput eſſe cui ſubſint, ne protinus querelæ cauſæque omnes ad Pontificem, ſummis cum laboribus tum expenſis, deferantur. Reſponderunt illi, nulli ſe alteri præterquam Pp. ſubeſſe velle, nec per regem poſſe, ne inimicæ Anglorum genti tacitè manus in ſpiritualibus dare cogerentur, cum qua quotidie bella gererent. *Hector. Boeth. l. 13.*

Quum Carolus Magnus Bauariam, Taſſilone duce ob perfidiam cum filio in monachum attonſo, redegiſſet in prouinciam, remanſit nobilis quidam Ethico, dominus de Rauenſberge, cuius filiam Iudith am Imperator Ludouicus, prima vxore defuncta, in vxorem acceperat, quæ peperit ei filium Carolum Caluum. Habuit idem Ethico filium Henricum, qui ſuaſu germanæ ſe ſubdidit Imperio Quod pater deteſtatus, fertur ... cum duodecim viris primarijs in montem aliquem, quem nemo facile inuenire poterat: præponens ibi viuere, & mori in libertate, quam ... ſag... *Crantz. Sax.* 16

E Philipi Occinem v ... primarium, qui ... Germanos mil ... militare cingulum acceperat, ... occide ... MCCCXCI. arbitr ... patria libertate degeneraſſe, cumpete ... inducere ... bilitatem. Vnde Ockenis, ad comites de Aldenborg & Delmenhorſt profecta, arma comparauit in tumultuantes: & templo, quod ... gentis incaſtellauerant, oppugnato deiectóque, ibi repertos ad ducentos iuſſit capite plecti. *Crantz. l. 10 Sax. c. 14.*

Roberto Bru... Comiti Caridæ, Eduardus I. Angliæ Rex, regnum Scotiæ hac conditione, vt in verba ipſius iuraret, offerebat prius, quàm Baliolo. Verum reſpondit Comes, ſe non adeo cupid... ſſe ... ndi, vt ea de cauſa libertatem à maioribus relictam imminueret velit. *H. Hennenges in Geneal.*

ORNAMENTA PVBLICA.

F M. PORCIVS CATO cùm Cenſor eſſet, baſilicam Portiam ædificauerat. In ea tandem ſedebant Tribuni plebis, eos auditori, a quibus auxilium ſuum peterent. Sed quia tribunali columna aliqua officiebat, hanc ideo tollere parabant, aut aliò transferre, ni ad populum Cato Vticenſis intercedendo certauiſſet. Nam id familiare ſuum ac gentilitium opus eſſe; hinc ſe inuito nihil quidquam tollere immutare, transferre licere. Etenim ſi licebit, fore vt impoſterum reuocentur ſimiles ciuium in Remp. liberalitates ac munificentiæ. Præterea, facillimè Tribunorum ſedem alibi reperiri & collocari poſſe: ac non ita columnam adimi, ſine reliqui operis vel ruinæ metu, vel deformitate: cuius tamen in Vrbe vitandæ cauſa Decemuiri adeò ligni vindicatione ſublata, aliſque modis olim proſpexerant. Quòd ſi fecerint ſanéti ſunt Tribuni plebis, multumque pro poteſtate ſua poſſint: hac in id, quod publicum, ſanctum & inuiolabile ſit, abuti non debere. Nam baſilicam Porciam vti nunc eſt vt ita ſit, totius etiam populi referre maximè: cùm id quod poſtulant Tribuni, ſua interſit modo. Igitur populus columnam a Tribunis ſeparari vetuit, noluit. *Plut. in Catone maiore.*

G HOSTASIVS Rauennas miles, in arcem vrbémque Ticinenſem, ab Odetto Foiſſeio Lotrechij regulo, & Gallici exercitus in Italia Imp. an. MDXXVII. expugnatam, primus irrupit. Is à Lotrechio in præmium nauatæ operæ, æneam equeſtrem ſtatuam quæ Antonini Cæſaris eſſe dicitur, impetrauit: quum ea antiquorum Rauennatium fuerit, ſed poſt Gothica tempora à Longobardis Rauennati direptientibus, trophæi modo in ſignum victoriæ, abducta Ticinum fuerit, & in foro conſtituta. Eò modo Hoſtaſioi decorum ſibi fore exiſtimans, ſi vetus patriæ ſpolium recuperaſet, & ſuæ pietatis memoria, eo in loco, vbi ablatum olim fuerat, renouata dedicatione poneretur, in forum deſcendit: & permittente Lotrechio, cum manipulari bus ſuis atque item fabris deiicere ſtatuam ſede ſua, atque exſcindere columnam baſi ſuppoſitam ſuperbo manlimine conabatur. Quo ſpectaculo (id enim longe miſerrimum Ticinenſes iudicabant) vſque adeò tumultuoſus complorantis & deplorantis populi concurſus fuit, vt oblitus domeſticæ calamitatis, furioſè in forum decurreret, nullo modo paſſurus, vt patriæ, quæ fortunarum omnium & publici decoris iactutam dudum fecerat, etiam nobiliſſimæ & vetuſtiſſimæ memoriæ H monumentum eriperetur. Res eò erat perducta, vt cum armatis ab inermibus ex integro certandum foret. Verùm Rauennate imperatoris Lotrechij diploma proferente, omnis ea Ticinenſium turba ſub trecenti mœrore & cultus deformitate miſerabilis, ad prætorium contendit: atque ibi patricij ordinis Franciſcus Boicella, proiectus ad pedes Lottechij effecit, ve is ad miſericordiam verſus, Rauennatem ex aduerſo promiſſum muralis coronæ præmium ex diplomate repetentem, blandis verbis admoneret, vt præmium potiùs nauatæ fortiter operæ ex ſua liberalitate oblatum acciperc vellet, quàm tanta acerbiſſimæ diruptæ ciuitatis miſeria lætari, ardetéque demùm inuidia aliquando ei & Rauennatibus noeittra. Itaque vel indignabundus miles pro ænea ſtatua pecuniam à quæſtobos accepit, quantum ſatis eſt, pro murali corona ex auro puro fabricanda, quæ in fidem virtutis ſuæ, cum elogio Rauennate in templo poneretur. *Iouius l. 25. Hiſt.*

A

S[illegible]OLIA HONORIFICA

[illegible] I. ANT[illegible]N[illegible]NVS [illegible] Imp. [illegible] lain[illegible] P[illegible] teg[illegible] p[illegible]nt,quam [illegible]tanus [illegible]petat,pernegauit. *Iul.[illegible] pito-lt.in.*

[illegible]LORIÆ CON[illegible]ERVANDÆ.

Studium, Re[illegible] peßu merito,cuius Præmium gloria videtur e[illegible] [illegible]ſeruare honorem de[illegible]um.

SAPIENTIÆ, ERVD[illegible]TION[illegible]

Plutarchi frater *Lampriasnarrat [illegible] com de E[illegible] Delphico*, Sapientes illos,qui [illegible]on[illegible] fu[illegible]unt [illegible] ſtæ,numero quinque fuiſſ[illegible] [illegible] [illegible], So[illegible], Biantem,Pittacum. Poſtquam ve[illegible] [illegible] L[illegible] [illegible]rum ty-rannus,inde Corinthius [illegible]ander, [illegible] virtute vel ſapientia fuerunt,ſed [illegible] [illegible] fecerunt gloriæ ac nomen inuaſerunt ſapientum, [illegible] aliquas, & dicta emiſerunt & diffuderunt in Græciam [illegible]tum dictis

B affinia. ſtomachantes ſanè, illos noluiſſe quidem [illegible] detegere inſolentiam, neque publicè de gl[illegible] offenſionem ſu[illegible]cipere, & digladiari cum hominibus præpollentibus, ſed conueniſſe eos ſolos Delphis, collocutóſque inter ſe, litteram, quæ ordine eſt quinta, & numerum quinarium ſignificat, ſacraſſe, conteſtantes pro ſe ipſi apud Apollinem, eſſe quinque ſe, repudiantéſque & reiicientes vt ab ſe alienos ſeptimum & ſextum.

THALES MILESIVS magno vir & ſublimi,vt notum eſt, ingenio fuit:multáque admirabilia cùm in aliis diſciplinis,tum in Aſtrologia primus excogitauit. Is cùm repeiſſet, quam rationem haberet magnitudo Solis ad magnitudinem eius circuli, quem Sol ipſe annuo curſu metitur ac conficit,quoque modo in Geometrica ſubtilitate demonſtrari poſſet:eam rationem cum Prienenſi quodam homine & talium rerum curioſo, ac diuite & copioſo communicauit.Qui & acumen Thaletis, & inuenti pulchritudinem admiratus,præmium à ſe illom,quantum vellet, optare iuſſit. Nullum te, inquit, aliud præmium poſco, Thales, niſi, vt ne tibi vnquam huius inuenti gloriam arroges,ſed ſi quando eius alios participes facere volueris,au-

C ctorem illius eſſe me perpetuò profiteatis. *Ant. Muretus l. 1 a.*

ERATOSTHENES Cyrenæus inuentam à ſe cubi duplicandi rationem,duabus datis, in tabula deſcriptam anathematis loco diis in templo dedicauit. *Proclus.*

D. Hieron.in ſuo libro,quem de Vitis illuſtribus ſcripſit,in eorum Catalogo ſe ipſum quoque connumerat: diligenti etiam cura omnibus voluminibus,quæ vſque ad eam diem ſcripſerat titulos ac nomina ſua indens. Auguſtinus quoque in Confeſſionibus propriam vitam doctrinamque luculenter, cùm aliud ag-te videretur, expreſſit.

L. ACTIVS tragicus C. Iulio Cæſari in poëtarum collegium venienti nonquam aſſurrexit, quòd in comparatione communium ſtudiorum maiorem ſe eo in loco eſſe conſideret.

*Virgil.*cùm duos hoſce verſiculos valuis Imp. Auguſt noctu affixiſſet,ſed abſque nomine:

Nolle pluit tota redeunt ſpectacula manè.
Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet:

Bathyllus quidam ſciolus [illegible] illud ſibi tribuit, & ex alieno abore quæſtum gloriæ fecit.Id vbi Maro animaduertit, honoris ſui cauſa affectandi, & alienæ ambitionis detegendæ cauſa,

D quater hoc hemiſtichion. Sic vos non vobis, iiſdem valuis affixit. Quærente Auguſto vt compleretur, cùm plerique id fruſtra conati eſſent, Virgilius præpoſito monoſticho,ſic ſuppleuit:

Hos ego verſiculos feci tulit alter honores.
Sic vos non vobis velleru fertis oues.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.
Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis melliſicatis apes.

Donatus in vita Virgily & Gyraldus Dialogo quarto Hiſtoria poëtarum.

FORTITVDINIS BELLICÆ.

Cùm Lacedæmonij & Athenienſes à Gelone Syracuſanorum tyranno auxilia contra Xerxem implorarent:Gelo ſe maximas copias miſſurum reſpondit, ea lege,vt ipſe eſſet aduerſus X[illegible]rxem Græcorum imperator. Syagrus Spartanus liberè reſpondit:O quàm eiularet Pelopides Agamemnon, ſi audi-

r[illegible] [illegible] c[illegible]m[illegible] & S[illegible] E
A[illegible]

[illegible]us [illegible] Græc[illegible] [illegible] L[illegible]x[illegible] [illegible]quet[illegible]bu[illegible] v[illegible] [illegible]us. [illegible] [illegible]ct[illegible]. Gelon [illegible]ga[illegible]an[illegible] [illegible]a [illegible] iuſſit [illegible] tuos Græciæ v[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] xercitus ſuum ve[illegible], [illegible] ſtent illinc [illegible]ann. quo[illegible] nquam v[illegible] deſti[illegible] nu[illegible] [illegible] fructus contr[illegible] Barbarum habitum [illegible]. *H[illegible] lib[illegible].*

TY[illegible]R[illegible]AVS Atheni[illegible]nſis ludimag[illegible]ſt[illegible], Sp[illegible] dux datu[illegible] in Athen[illegible] [illegible] be[illegible] Meſſ[illegible] [illegible] eſt a Lacedæmoni[illegible]. Pauſani[illegible] C[illegible] [illegible] [illegible]d ita Ne[illegible]nquit,nobis, vnquam per[illegible] g[illegible] nuſ fu[illegible] d[illegible] [illegible]. *Cælius l. 18 c. 5. A.L.*

M[illegible]CHANICÆ PERITIÆ
INDVSTRIÆ

DA[illegible]IVS contra Scythas profectus,Bo[illegible]l[illegible]rum T[illegible]acium ponte ſubl[illegible] iungi[illegible] [illegible]. Eo ponte delecta[illegible]n[illegible] [illegible]ctorem eius Mandroclem Sa[illegible]ium donauit decuplo.Ex cu[illegible] [illegible] Mandrocles,picti animal bu[illegible], commiſſionem Bo[illegible]phori, & regem

F Darium Medico[illegible] [illegible]dentem, & ſuas copias traducentem, effinxit:eámque picturam templo Iunonis dedicauit, cum inſcriptione.

SOSTRATVS GNIDIVS,cùm Ptolemæo regi turrem ſpeculatem in pharo Ægypti ædificaſſet,vnde nautis nocturna lumina oſtenderentur,ſuum nomen in muri lapide incidit,calceq; illita,Regis nomen ſuperinduxit:fore augurans,vt bicui poſt tempore,decidente Lorica,inſculptum nomen ſuum appareret. Hæc autem erat inſcriptio. Soſtratus Dexiphanis Gnidius,diis ſaluaribus ob nauigantes. *Plin.Ælian.*

Mamurij fabri, & Conſtantinopolitani architecti ſtudium in fama nominis perpetuanda, ☞ *Vide ſub Tit. Mechanicarum artium honor.*

RELIGIONI.

Pompam ſacrificiorum veterum *Apuleius l. 11.* Aſini aurei graphicè deſcripſit, quibus anctoritatem & maieſtatem reli-

G gioni per ſe ſtultæ & ridiculæ conciliare ſtudebant.

HVGO CÆSARIANSIS Gallus eques,ab Almarico Hieroſolymorum rege legatus ad Elhadecum Calypham Cayri miſſus,vt aduerſus Calypham Baldacenſem cum eo fœdus initeti cum è more data vtrinque dextra,ea ſtabilienda eſſet,vt vidit Hugo Calypham non dignari cum dextræ ſuæ contactu, & idem Sulthanum Suat & admirat os facere, dicentes Calyphæ perſonam humanam exceſſiſſe conditionem, & ceu ſacram,fas non eſſe ab homine contingi,præſertim qui diuerſa coleret numina:denunciauit ſe infectis rebus inde abiturum,niſi Calypha eo modo quo ipſe Almarici regis nomine, dextera data ac iure iurando fœdus ſanciret. Coactus igitur,cùm ita rerum neceſſitas vrgeret,Calypha,dexteram Hugoni,ſed ſericeo velatam panno porrexit. Contingere autem eam Hugo abnuit, niſi cùm ipſe nudam porrigeret dextram, nuda etiam à Calypha porrigeretur.Itaque Hugonis grauitas extorſit, vt nudam ipſe quoque dextram Calypha daret. *Fulg.l.6.c.4. Egnat.* *

LEO X. Pont.ſacra conficeret,ſingulaque cæremoniarum obiret munia ſingulari cum maieſtate, vt non falsò nemo ſuperio- H rum Pontificum eò auguſtiùs & decentiùs ſacrificaſſe diceretur. *Iou.in eius vita l.4.*

DIGNITATI.
SACRÆ, SACERDOTALI.
PONTIFICIÆ.

MARTINVS Turonenſis Epiſcopus,à maximo tyranno inuitatus,cùm à multis principibus viris vnà recumbentibus primus poculum accepiſſet,in quo circumferendo(ſicuti tunc mos erat)dignitatis ratio habetur, eo guſtato, presbytero ſuo poſt ſe hauriendum porrexit:nemiuem ex illo conuiuarum numero digniorem decernens, cui ſecundum honoris locum daret. *Mar.l.3 c.5.*

Cùm Euſebia Conſtantij Imp. vxor,ſuperbia elata,ab epiſcopis adoraretur:ſolus Leontius Tripolis Lydiæ epiſcopus domi manſit. Pollicetur illa ſe eccleſiam illi maximam extructuram, & affatim pecuniæ præbituram, ſi ſe conueniret. Cui ille:Non mihi, inquit,ſed Deo gratificaberis, hoc faciens. Tu verò ſi me ad te venire voles, ſic agito. Vbi in tuum venero conſpectum, de ſolio deſcende, caput benedictioni manuum

mearum

A mearum ſubmitte. Ego in tuo ſedens throno, tibi cum videbitur ſedendi poteſtatem faciam. Illa vehementer commota, rem marito exponens, eum ad ſupplicium de epiſcopo ſumendum inſtigauit. Is Leontij animo collaudato, vxorem in gynecæum ablegauit. *Suidas.*

Pius II. Pontifex Peruſiam ingreſſus eſt, equo vectus candidiſſimo, duodecim eodem candore præcedentibus, ſtratis purpura, ſine ſeſſore, frenis aureis, magiſtratibus purpuream vmbellam auro intextam præferentibus, ſub quam ipſe candida ſyndone, ſtola aurea commiſſa, & purpureo galero vehebatur. Pompæ cauſam prætendit, quòd poſt electum Bonifacium ... penè ginta iam annis Peruſini Pontificem intra vrbem non aſpexiſſent. *Campanus in eius vita.*

Fuit is dies, quo Leo X. appellatus, Romæ an. MDXIII. XI Aprilis coronatus eſt, omnium qui à Gothicis temporibus Romanæ vrbis feliciùs illuxerint, longè clariſſimus. Nunquam enim vllum vel ampliore vel ornati ne hominum concurſu ſpectaculum celebratum fuiſſe, vel legendo vel audiendo, meminerant. Protectæ erant aulæis regiones, ridebant ianuæ ciuium feſta fronde, & floribus feneſtræ ſtratæ tapetibus ornabantur: in omnibus biuiis triumphales arcus occurrebant, ad veteris Romanæ magnitudinis exemplum picturis & ſtatuis mirum in modum exornati: Cardinalium & antiſtitum comitatus vſque ad humiliora ſeruitia ſerico & purpura, multòque item auro præfulgebat: ipſi Cardinales ſacras aureas & pictas induti veſtes, militaribus equis vehebantur. Prætulit Romanæ Eccleſiæ vexillum Alphonſus Ferrariæ Princeps, qui ad componendam controuerſiam, & ad præſtandum officium benignis literis accitus aduenerat. Affuit & Franciſcus Vrbinas Vrbis præfectus. Rhodiæ verò militiæ vexillum armatus detulit Iulius Medices, quum neque ipſe, neque vllus omnino crederet, in tanta Senatorum & Seniorum turba, eum mox Romæ regnaturum: & fortè ea die coronationis ad felix augurium mortuo Pactio Coſmo, antiſtes Florentinus vixdum exutis armis eſt effectus. *Iouius in Leone X. l. 3.*

REGIÆ MAIESTATI IMPERII.

Perſarum regis curſum affectabantur armatorum decem millia, haſtis argento coruſcantibus, ſpiculis etiam auro præfixis. C Si quando mouenda forent caſtra ſuper regis tabernaculum, quod auguſtale dicimus, conſpicua omnibus premicabat Solis imaguncula, cryſtalli incluſa globo. Quum progredi cœpiſſet agmen, ignis, quem ipſi ſacrum æternùmque vocabant, argenteis altaribus præferebatur. Sicuti apud Græcos irroborauerat mos, vt prima ſtaret acie vates laureos geſtans ramos & corollas, quem vocabant pyrphorum (cuius meminit *Pollux, & Suidas*) quoniam lampada ita præferret. Eum iura belli violaſſe, ſummum habebatur ſcelus; ignem ſacrum inſequebantur magi, magos treceni ſexaginta quinque iuuenes puniceis velati amiculis. Ij tot erant, quot in anno dies. Mox erat Ioui ſacer currus, quem albi traherent equi. Poſt quos inſigni magnitudine viſebatur equus Solis ſic enim dicebatur. Equorum moderatores aureis virgis ornati, albia item veſtibus viſendos ſe præſtabant. Aderant poſt vehicula auro cælata & argento. Inſequebantur, quos Perſæ immortales vocant, decem millia numero. Ante omnes Barbaros hi luxu præditiite honeſtabantur. Torquibus inter eos aureis exculti quidam incedebant. Auro diſtincta veſtis decorabat alios, tunicis D manicatis quidem, ſed gemmarum ſpecie ornatiſſimis. Ab iis conſtituebantur, quos regis cognatos vocabant, quindecim millia numero, feminas directa, ita ornamentorum luxu ac deliciis diffluebant. Doryphoræ vocabantur veluti ſatellites, regis currum anteibant regio inſignes cultu. Currus latera deorum ſimulacris erant decora, auro argentóque conflati. Iugum gemmis collucebat. Eminebant ex eo ſimulachra duo aurea, cubiti menſura, interiacente expanſis alis aquila, materiæ eiuſdem. Sphragida, id eſt annulum regis ſignatorium, vel id genus aliud, Cyri prætuliſſe imaginem, proditur memoriæ: etiamſi tradunt alij fuiſſe Darij equum: quo adhinniente regnum is arripuit. Sunt & qui regis fuiſſe ipſius malint. *Cel. l. 8. c. 2. Antiq. Lect.*

Alexandrum Macedonem puerum adhuc inter eiuſdem ætatis æquales conſtitutum, quidam cùm percontarentur, Libenterne certaturus eſſet in ſtadio & (pedum enim præſtabat pernicitate) Atqui perlibenter, reſpondit, ſi certaturi ſecum reges eſſent. *Plut. in Apoph.*

Alexander Mammeæ Imperator ſibi fecit argyroaſpidas chryſoaſpidas milites cùm clypeis auratis & argentatis, Ale- E xandrum Macedonem ſequutus, quem tradunt militum armis argenteas laminas, equis verò fr... aureos addidiſſe, loricas d... mum quaſdam auro, quaſdam argento magnificenter donaſſe ... *... in ...*

Valentinianus I Imp. ... ſuis ... ſtaren..., vt ſibi Imperij ſocium deligeret. V... quidem ... ſuum, primum me ad Imperij ... dignit... ad- miniſtrare non tam veſtri, ſed noſtri ... arbitrij ... Itaque vos deinceps imperata facere, & quietos eſſe: ... quid facto opus ſit curare decet. *Niceph. Call. ſl. l. ... Eutr. ... hiſt.* Aſſit ergo Val... tem fratrem.

MAGISTRATVS.

Anaxillas miratus, cur regibus non aſſurgant Ephori, idque cùm à regibus creentur. Eiuſdem ob cauſam, inquit, ob quam Ephori præſunt. *Plut. in Apoph.*

Pericles populi partes contra ſecutus genium, ſaltem vt Cimonis potentiæ, qui optimatibus nitebantur, ſeſe opponeret, inſtitutum vitæ commutauit. Vna via videres in vrbe ad forum & ad curiam euntem. Conuiuia, eámque comitatem ac conſuetudinem omnem abrupit, tantóque ſpacio quo in repub. F eſt verſatus, nemini amicorum cœnam condixit: Euryptolemo excepto conſobrino, cuius nuptiis, dum libatum eſſet, interfuit, inde ſurrexit. Detrahunt enim familiaritates illæ facilè faſtum omnem, & maieſtas exiſtimationis haud temerè in contubernijs retinetur. Enim verò vera in virtute pulcherrima illa videntur, quæ apparent maximè: neque eſt in bonis viris perinde alienis admirabile quicquam, atque vita quotidiana familiaribus. Hic verò etiam aſſiduitatem refugiens & faſtidium populi, quaſi ex interuallis progrediebatur, neque omni de re dicebat, neque ſemper prodibat in concionem: verum ſicut Salaminiam triremem dicit Critolaus, ad negotia ſe reſeruabat grauiora: cætera per amicos tranſigebat & oratores familiares ſuos: *Plut. in Pericle.*

Themiſtocles Athenienſis, quòd fides pulſare recuſarit, indoctior habitus eſt. Abſtinuit verò conſultò a cithara, quòd iam amplitudini ſuæ nequaquam conuenire arbitraretur. *Plutarch. l. 2. de Optimo ciue.*

NOBILITATI. TVM REIPVBLICÆ.

G Perſarum reges neminem in conſpectum admiſerunt, niſi priùs ante pedes eorum procubuiſſent. Quam conſuetudinem cum Iſmenias Thebanus, qui legatus ad eos miſſus à Thebanis erat, ſciret: in regis conſpectum veniens, annulum de induſtria ad pedes cadere permiſit, quem ſe flectendo collegit. Atque hoc modo & Græcorum dignitati, & regis ſuperbiæ ſatisfecit. *Ælian. de Var. hiſt.*

Tiſaphernis accuſandi gratia Conon Athenienſis à Pharnabazo ad regem Artaxerxem miſſus, poſteaquam venit, primum ex more Perſarum ad Chiliarchum, qui ſecundum gradum imperij tenebat, Tithrauſtem acceſſit, ſeque oſtendit, cum Rege colloqui velle, nemo enim ſine hoc admittitur. Huic ille, inquit, Nulla mora eſt: ſed delibera, vtrum colloqui malis, an per literas edere quæ cogitas. Neceſſe eſt enim, ſi in conſpectum veneris venerari te Regem (quod *proskynein* illi vocant) hoc ſi tibi graue eſt, per me nihilo ſecius editis mandatis conficies, quod ſtudes. Tum Conon: Mihi verò, inquit, non eſt graue quemvis honorem habere Regi: ſed vereor, ne ciuitati meæ ſit opprobrio, ſi cum ex ea ciuitate ſim profectus, quæ cæteris gentibus imperare conſueuerit, potius Barbarorum, H quam illius more fungar. Itaque quæ huic volebat, ſcripta tradidit. *Probus in Conone.*

Ciuitate Romana, Cannenſi clade perculſa, cùm admodum tenui filó ſuſpenſa reipublicæ ſalus ex ſociorum fide penderet, vt eorum animi ad imperium Romanum tuendum conſtantiores eſſent maiori parte, Senatus principes Latinorum in ordinem ſuum ſoblegi placebat. Annius autem Campanus etiam conſulem alterum Capuæ creari debere aſſeuerabat. Sic conruſus & æger Romani imperij ſpiritus erat. Tunc Manlius Torquatus, filius eius, qui Latinos apud Veſerim inclyta pugna fuderat, quam poterat clara voce denunciauit: Si quis ſociorum inter Patres C. ſententia dicare auſus eſſet, continuò ſe ipſum interempturum. Hæ vnius minæ & Romanorum languentibus animis colorem priſtinum reddiderunt, & Italiam ad ius ciuitatis exequendum conſurgere paſſæ non ſunt: namque vt patris armis, ita verbis filij, fracta ceſſit. *Val. Max. l. 6. c. 4.*

A In conditi[illegible] quia cum Mithridate aduer us Romanos Sertorius inioit[illegible] in Aſiam Mario prætore[illegible] populi Romani[illegible] eam prouinciam obtineret[illegible] aut, vt cuſ[illegible] dater Metius præcederet, donec in[illegible] cia Mi[illegible] tes manet. *Plut.*

L[illegible] xteri qui gentibus in ſenatum admiſſi Romanos conſules niſi Latinè reſponſa dare conſueſſe f[illegible]tur. *Alex lib.4. cap.1.*

GENERIS FAMILIÆ SPLENDO[illegible]

Oa[illegible]s Creonti tyranno ſupplex fieri[illegible] infiniti malis preſſus,tenuit,*apud Eurip in Phœni[illegible]*,inquiens.

Οὐ μὴν [illegible] γε ἐμεῖ[illegible]
[illegible]
[illegible]

Non tamen implicabo cir[illegible] tua manus genua,ignauus videbi[illegible] Meam enim priſtinam nobi[illegible] tat[illegible] non perdam,neque qui[illegible] us infelix ſim.

Oreſtes ob parricid um morti adiudicatus ab Argiuis, cum Pylade euſilium capit de Menelao & Helena,a quibus deſertus fuerat interficiendis,inquiens,

B Ἀγαμέμνονός τοι παῖς πέφυχ᾽ ὃς Ἑλλάδος
ἦρξ᾽ ἀξιωθεὶς, οὐ τύραννος, ἀλλ᾽ ὅμως
ῥώμην θεοῦ τιν᾽ ἔσχ᾽· ὃν οὐ καταισχυνῶ,
δοῦλον παρασχὼν θάνατον, ἀλλ᾽ ἐλευθέρως
ψυχὴν ἀφήσω, Μενέλεων δὲ τείσομαι.
ἑνὸς γὰρ εἰ λαβοίμεθ᾽, εὐτυχοῖμεν ἄν.

Agamemnonis profectò filius natus ſum, qui Græciæ imperium obtinuit,dignus habitus,non tyrannus , ſed tamen vires Dei cuiuſdam habuit : quem non dehoneſtabo , ſeruilem exhibens mortem, ſed liberè animam amittam : Menelaum verò vleiſcar. Voum enim ſi adepti fuerimus,rectè negotium ſuccedet.

Bvlesl avs cæſo D.Venceſlao fratre principatum Boëmiæ adeptus,cùm vindicem metueret Otthonem I.Cæſarem,Hunnorum ad Auguſtam vincentem, vicum,quem,inhabitabat.Boleſlauiam dictum,foſſis,vallis , mœnibus cingendum muniendùmque ſuſcepit , & quò celeriùs ſuceptum opus perficeret , vicinæ nobilitati iniunxit , vt certum quiſque paterfamilias colonorum ſuorum numerum operi continuando attribueret. Cœpit abnuere operam einſmodi Senex quidam nobilis , in-
C quiens:Exemplum ſe à maioribus non accepiſſe, vt ædificandis muris operam aliquam leuaret , ſed potiùs vt pro ſalute principis in campo & in ipſa acie ſeu eques ſeu pedes, dimicaret,eum Boleſlaus è veſtigio confodit. *Dubrau.l.5.*

PROFESSIONIS.

Libanivs ſophiſta,ex Antiochia Cœleſyriæ ciuitate,cùm in Iuliani principis dignationem veniſſet , præfecturam prætorij reſpuit : dictitans eſſe plus ſophiſtam, quam præfectum. *Suidas apud Volat.lib.16. Anthrop.* Idem Libanio ſcribit *Eunapius.*

Aristides ſophiſta è ciuitate Hadrianorum Myſiæ, cùm Smyrnæ doceret , adueniente fortè M. Antonino principe , vnus ex omnibus non proceſſit obuiam.*Philoſtrat.*

VICTORIÆ.

Æschylvs Athenienſis,ſuum nomen & patriæ,inſcripſit
D carmini de pugna Marathonia.*Pauſ.in Arcad.& Gyrald.in eius vita.*

Fuit antiqua Imperatorum conſuetudo, ad quæ loca extrema cum exercitu vel claſſe penetraſſent,ibi aliquod ſuæ expeditionis relinquere monimentum. Sic Bacchus columnas duas erexit in Oriente : Alexander Indicæ militiæ terminos aras apud extremos Indus inſtituit *Strab l.3.* Hercules apud Gades duos montes,teſte Dionyſio de Situ orbis, ſuæ fortitudinis teſtes reliquit.

Victo ad Zamam Annibale memorabili ſtrage , Carthaginenſes conſternati animi,legatos ad P.Scipionem mittunt,qui clementiam victoris implorent , & multis precibus pacem expoſcant, & alter ex nouis conſulibus in exercitum properabat pari imperio ad gerendum bellum. Quamobrem veritus Scipio , ne tanti belli confecti gloria ad alium perueniret æquo animo à legatis Carthaginenſem ſe cantari paſſus eſt. *Auctor eius vita.*

Alcibiades cùm Helleſpontum Athenienſibus ſubie-

[illegible] ſſet , in patriam reuertens , Atticas triremes oleagini[illegible] E [illegible] & coronis coronauit:tum captiuas naues conſonge[illegible] ex[illegible] rum[illegible] partiſ[illegible] ducen[illegible] vectans[illegible] eq[illegible] fab[illegible] [illegible] as[illegible] nas armis quas Laconica due[illegible] nan[illegible] [illegible] enus,in qua ipſe nauigabat[illegible] ad cluſt[illegible] pu[illegible] ici v[illegible] accenti[illegible] Ad vbi fuit initus,tet[illegible] [illegible] unt,Chry[illegible] gonus Pythicum ſtolam indutus,nau[illegible] [illegible] um cecinit. Ca[illegible] autem tragicus ſcenæ ſi[illegible] [illegible] eſticulatus [illegible]ſt. Quamobrem peruenuſſe dix[illegible] Neque duos L[illegible]ſandros Sparta tulit, neque duos Al[illegible] [illegible] Athenæ. *Athenæus l.12.c.16*

Vetu[illegible] Gothorum ac Suenonum antiquiſſimus[illegible] vt v[illegible] unque locorum victorias eſſent con[illegible] cuti, [illegible] gentia erigerent. quibus præclara geſta breuiſſimo titu[illegible] culperent. Id quod ex vetuſtiſſimis rhythmis intelli[illegible] Sunt in Septentrionalibus locis apud Helſingos[illegible] montes cinericij coloris marmoream duritiem lon[illegible] upe- rantes,qui plerunque terræ motu,fulgore,vel alio ictu æ impulſu ita concuti ſolent, vt diſiecta ſaxa partim formam pyra- midis partim quadratarum columnarum , partim obe[illegible] corum F ſuſcipiant.Saxa verò a Gigantibus ac pugilibus erecta, nullibi ſrequentiùs,quam apud Oſtrogothos & Veſtogothos ac ſuperiores Suenones in triuiis conſpiciuntur, etiam in vaſtis ſolitudinibus. Habent hæc ſaxa, in pleriſque locis erecta, longitudinem a.xv.aaut aa a,& ampliùs latitudinem quatuor vel ſex pedum,mirabili ſitu, ordine,ac charactere , literato rectóque & longo ordine pugilum certamina, quadrato turmas bellantium,ſphærico familiarum deſignant ſepulturas,cuneato equeſtrium ac pedeſtrium acies triumphaſſe.Scripturæ verò à dextra latere in pede ſaxorum inchoatæ , vſque in verticem , & tandem reflectendo in ſiniſtro pedre,finitæ , vel iterum eodem ordine totiùs eleuatæ depreſſæque terminantur, Habéntque ſingulæ literæ ſpiſſitudinem atque longitudinem digiti maioris humani.*Olaus Magnus l.1. c. 30.*

Attila, Hunnorum rex, Ioannis Epiſcopi Rauennatenſis Arriani pollicitis placatus, pacem quidem vrbi dedit, certam tamen mœniorum partem dirui iuſſit, & per ruinas cum toto exercitu ingreſſus eſt , vt hac ratione poſteris teſtatum relinqueret, viribus ſubiſi vrbem potuiſſe , niſi clementia ſeruata fuiſſet.*Nicolaus Olaus c.15.in Atila.* G

Otho Vicecomes , ſuperatis Turrianis , Mediolani imperio potitus , inſigni pompa in ſpeciem triumphi receptus , cunctos qui aduerſarum partium fuerant,metu liberauit , habuitque orationem , ciuili clementia & Chriſtiana pietate pleniſſimam captatiſque omnium animis , reſpublica ad eius nutum conſtituta eſt. Dedicauit ſubinde aram in templo maximo diuæ Agneti , quam in prælio vouerat, addiditque agros in alimonia ſacerdotum , qui quotannis eius diei memoriam celebrarent. Idque adhuc in vrbibus Mediolanenſi imperio contributis , prætores decurionéſque ad turbarum cantum inſtauratis ſacris , religioſè repetere quotannis poſt poſt ducentos & ſexaginta annos conſtat. *Iouius in eius vita.*

Io.Hvniades, regni Hungariei adminiſtrator,miſerat ad Huldricum Ciliæ comitem ſuæ vitæ inſidiantem, vt ad ſe veniret in caſtra.Comes legatis reſpondit:Non ea comes & princeps, & tam nobili familia natus , ad te veniam hominem nouum,& noſtra ætate nobilitatum.Tum Ioannes:Non ego)reſpondit,)tuis maioribus, ſed tibi me comparo ; quanquam ne- H que illis cedam , qui pugnauda pro Chriſtiana religione nobilitatus,maius lumen poſteritati meæ comparaui : atque vt in te Cilienſis comitatus turpiter extinguitur, ita in me domus Niſticienſis ſplendidè oritur. *Æneas Sylu. de dictis Sigiſm. & Frid. Impp.*

GLORIÆ CONSERVANDÆ

Studium,Reſpectu modi. Quatenus Scilicet gloria propagatur, ampliatur.
Reſpectu.

RERVM, PER QVAS:
Vt per
Scripta.

Lysander Lacedæmonius , Chœrilum poëtam ſecum ſemper habebat:vt carminibus ea celebraret , quæ ipſe armis atque virtute geſſiſſet.*Plut.in Lyſandro,*

P.Sci

A P. Scipio Africanus maior, Ennij [illegible] in monimentis Corneliæ [illegible] collocari [illegible] quod ingenio eius opera ſua illuſtrata iudicaret, non [illegible] ignarus, quam [illegible] Romanum imperium floreret, & Africa [illegible] pedibus eſſet ſubiecta, totiúſque terrarum orbis [illegible] culmen arx Capitolina poſſideret, eorum extingui [illegible] non poſſe, ſi tamen illius literarum quoque lumen acceſſiſſet, magni æſtimans. *Val. Max. l. 8. c. 1* [illegible] *C. c pro Ar*[illegible]*a.*

Cn. Pompeius Magnus, Theophanem Mitylenæum, [illegible] ptorem rerum ſuarum, in concione militum [illegible] te dona[illegible] beneficium per ſe amplum accurata etiam & teſtata oratione proſecutus. Quo effectum eſt ne quis dubitaret, quin referret potiùs gratiam quàm inchoaret. *Val. Max.* [illegible]*. c. 15. & Cicero pro Archia.*

Decius Brutus, familiari cultu & prompta laudatione Acij, poëtæ delectatus, eius verſibus templorum aditus, quæ ex manubiis conſecrauerat, adornauit. *Val. Max. l. 8. 15. & Cic. pro Archia.*

M. Tul. Cicero, Longa epiſtola à L. Luccio, ciue Romano, enixè petiit, vt Catilinariæ coniurationis hiſtoriam ſe [illegible] ab alijs rebus, ad propagandam nominis ſui famam, ſcribere

B vellet: neque abſtinuit illud quoque depoſcere, vt ſi ea etiam aliquid amicitiæ daret, ipſóque viuente eam ederet, vt viuens gloria ſua perfrui poſſet. *Fulg. lib. 8. cap. 15.* Teſtatus *eandem* ſuam *Cic.* paſſim aliquid præſertim in oratione pro Archia.

C. Marius etſi illiteratus, literatos tamen fouit, quorum ſcriptis res ſuas æternitati conſecrandas ſperauit. *Cicero pro Archia & Plut.*

Auguſtus Cæſar cùm teſtamentum ſuum ſcripſiſſet, libellos etiam quatuor adiecit: in quorum ſecundo res abs ſe geſtas ideo annotauit, vt in columnis æneis ad ſepulchrum ſuum inſciberentur. *Dion.*

Adrianus Imp. magna diligentia rerum ſuarum hiſtoriam ſcripſit: ne ei nominis ſui inſcriptio fidem adimeret, ſub libertorum ſuorum nomine edidit. At Imp. Seuerus, non alterius, ſed ſuum impoſuit titulum. *Fulg. l. 8. c. 15.*

Coſimus Medices, Leonis X. Pp. proauus, ſtudioſis egregiiſ

C que rerum ſcriptoribus fauendo, donandóque immortalitatem, literarum beneficio, glorioſa quadam auiditate concupiuit; quod ciues, quibus ipſe permulta pecuniæ atque honorum beneficia contuliſſet, vel immemores aliquando futuros vel omnino interituros diceret: itemque prætoria, villas, templaque abs ſe regio ſumptu ædificata, haud multo pòſt vel temporis vel hominum iniuria labefactari poſſe, ac abſumi penitus arbitraretur. *Iouius in vita Leonis l. 1.*

Alfonſus Aragonius, Siciliæ rex apud ſe Antonium Panormitam, inſignem eo ſeculo poëtam, item Bartolomeum Facium, hiſtoriæ ſcribendæ peritum habuit, qui geſta ab eo res ſcripſerunt. *Fulg. l. 8. c. 11.*

INSCRIPTIONES.

Semiramis columnæ geſta ſua inſcripſit, his verbis: Me natura quidem mulierem finxit: at ego rebus geſtis nullo fortiſſimorum virorum inferior extiti. Etoniique regnum tenui, ad orientem terminans fluuium Hinamanem, ad meridiem eam terram, quæ thure ac mirrha abundat: ab hyeme Saccas & Sogdos, Mare antea nemo Aſſyriorū vidit: ego verò quatuor, quibus propter longinquitatem appropinquare nemo poteſt, quis enim ea impetus contineti Fluuios coëgi fluere, quocun

D que vellem: volui autem, quò condoceret. Terram ſterilem fœcam reddidi; fluuiis enim meis eam temperaui. Monitiones ſanitas conſtitui. In via petras ferro domui. Viasmeis pecuniis ſtraui, quas ne feræ prius ambulauerant: & à rebus gerendis ſatis mihi ſuperfuit temporis, quod mihi & amicis impertiui. *Polyæn. 8.*

Darius rex, ad Tearum amnem Thraciæ cippum erexit cum inſcriptione geſtorum ſuorum *Herodotus.*

Artemiſium Eubœæ & ſupra Heſtinæam ad Boream expanſum litus: vbi prima velitatione Xerxis claſſem Græci ſuperarunt, ductu Eotypiadis Lacedæmonij, prudentia Themiſtoclis Athenienſis. Fanum habet non amplum, Dianæ Orientalis cognomine. Ei eſt lucus circumiectus, & cingunt pilæ lapide candido coactæ. Lapis, ſi manu confricetur, colorem & odorem repræſentat croceum. Eorum pilarum in vna hæc ſunt inciſa.

Diuerſas Aſiæ gentes certamine quondam.
Nauali hoc fudit ventiſona in pelago.
V[illegible]*r C*[illegible] *pidum* [illegible] *Medóque perempt*[illegible]
[illegible] *hæc* [illegible] *trophæa tibi.* B

Monſtratur [illegible] locus, qui ex multa circumiecta [illegible] cineream puluerem & atrum [illegible] odit velut aduſtum [illegible] & cadauera putantur ci[illegible] naſſe. *Plutarc. in Temiſtocl.*

ÆDIFICIA.

O[illegible] Th[illegible] erant aſſeclæ Pericl[illegible] ſumptuoſa ædi[illegible] & [illegible] euerterent na[illegible] An[illegible] ſuum impenſ[illegible] eſt, reliqui[illegible] cùm reſpondiſſet. Ne ergo [illegible] referatur expenſum, meumque ipſius [illegible] inſcribam. ub hoc Periclis dictum [illegible] ſcentes, vel de operó cum eo certantes gl[illegible] ſolata voce: E æratio impenderet, erogarét[illegible] iuſſiſſe. *Plut. in Pericle.*

Auguſtus Cæſar, vt Actiacæ victoriæ memoria celebratior in poſterum eſſet, vrbem Nicopolim apud Actium condidit: ludóque illic quinquennales conſtituit: & ampliato vetere Apollinis templo, locum caſtrorum, quibus fuerat vſus, exornatum naualibus ſpoliis, Neptuno ac Marti conſecrauit. *Sueton* F

Traianus quum Myſios & Dacos domuiſſet, in ſuæ victoriæ monumentum Nicopolim in Iſtri ripa condidit, & præ cæteris duas colonias deduxit, quas Vlpianas à ſuo nomine denominari iuſſit. Item in Danubio pontem erexit, opus perquam admirabile, vt *Dion. in Traiano* ſcribit, cuius hodie quoque pilæ nonnullæ ſpectantur. *Bonfin. l. 1. Dec. 1.*

ANATHEMATA, DONARIA SACRA.

Pauſanias Lacedæmoniorum rex, cùm tyrannidem affectaret, inſcripſit donis, quæ dedicauit apud Delphos, hoc epigramma.

Græcorum poſt quam dux Medorum agmina fudit.
Phœbo Pauſanias hæc monumenta dedit.

Quod cùm Græci non ferrent & improbarent, miſſis Delphos legatis Lacedæmonij hoc eraſerunt, & ciuitatum nomina, vt æquum erat, inciderunt. *Plut. de Herod. malig.*

Hannibal Carthaginenſium dux, circa Laciniæ Iunonis templum caſtra habens, aram deæ dedicauit, cum titulo rerum omnium à ſe geſtarum, Græcis Puniciſque literis ſculpto. *Sab. l. 3. Enn. 5.*

T. Quintus Flaminius plurimùm ob liberatam Græciam G gloriatus, cùm Delphis clypeos argenteos & ſcutum ſuum dedicaret, inſcripſit iis.

Dicite in celeri quibus eſt equitare voluptas,
Voce leuis ſobolis dicite Tyndaridæ,
Iô Lacedæmony reges: non munera dextra
Vobis ſumma Titus præſtitit Æneades:
Nam libertatem reparauit Graiugenarum,
Triſte tyrannorum qua tulit antè iugum.

Donum etiam Apollini coronam auream tulit cum hac inſcriptione.

Hanc tibi fulgentem dedit auro, Phœbe, coronam,
Diuinum cupiens condecorare caput,
Æneadum ductor magnus. Sed Apollo viciſſim
Virtutis tribuas tu decus almo Tito.
Plut. in Flaminio.

Beliſarius, poſteaquam in Italia ſæpiùs Gothos deuicit, regemque eorum Virginem, & in Africa Vandalorum regem Gillimerem cepit, Africam quoque & Siciliam recipit, & de Perſis triumphauit: Cruci aureæ gemmis conſeratæ, centum H pondo, Græcis Latiniſque literis victorias ſuas inſcripſit, atque eam Romæ S. Petro Apoſtolo munus dedit, ratus ob religionem, perpetuum atque inſigne omnib. ſeculis militaris virtutis ſuæ monumentum fore. *Fulgoſ. & Egnatius l. 8. c. 15. ex Procop.*

Alfonſus Ferrarienſis Dux roſtro Venetarum nauium in Pado ad Puliſellam captarum in templo maximo Ferrariæ ſuſpendit, victoriæ monumenta. *Iouius in Alfonſo Ateſtino.*

STATVAS, IMAGINES, PICTVRAS.

Semiramis, quum & lapis deficeret, maius aliquid concupiſceret quàm quod ære poſſet alicqui: apud Montem Mediæ, qui Bagiſtanus dicitur, in petra ſtadiorum ſeptem & decem ſuam inſculpſit effigiem, quam viri centum donis venerarentur. *Cal. l. 19. c. 24.*

Alexan

A Alcaan[illegible] Magnus [illegible] ficentiæ [illegible]
[illegible] præter quam ab A[illegible] [illegible] dis. [illegible]
p[illegible]terqu[illegible]
mus, nam hoc [illegible]
tine[illegible]

[illegible] V[illegible] S[illegible]
ci[illegible] ac [illegible] M[illegible]

[illegible] in [illegible]
deitci, [illegible]
plo æneus q[illegible]
ſtabatur, ei [illegible]
Hactenus eſſ[illegible]
Rex donat [illegible]
Ægidius Corrozetus de [illegible]

Otho Vicecomes ad Ca[illegible] Salutis 1277. atque ita debi[illegible] M[illegible] ceperint, eius ſummæ victoriæ hiſtoriam [illegible] uit in Angleriana arce, regio ſumptu ab ſe æd[illegible] quæ adhuc in maximo teſtudinatoque conclaui incorrup[illegible]
B præliorum cum veris ducum vultibus imagines, Latinis elogiis paſſim ſingula rerum argumenta indicantibus. *Iouius in vita Othonis.*

Eugenij IV. Romani Pontificis ſtudio diſſidens Græcia inter ſe reconciliata fuit, concilio œcumenico Florentiæ indicto. In quo Palæologus ipſe Conſtantinopolitanus Imperator interfuit, ipſeque patriarcha cum vniuerſo ſuo clero præſens affuit. Quæ tunc expetita per tot annos concordia inter Latinos Græcoſque homines feliciſſime ſucceſſit. Id quod Eugenius ipſe non literis tantum Græcis Latiniſque mandari curauit, ſed reliquis etiam ſubminiſtrauit, foribus ex ære ad diui Petri templum fabrefactis, quæ rem perpetuam etiam volgò teſtantur. *Egnat. & Fulg. l.8. c.15.*

Hoſtatius Rauennas ſtatuam Antonini Cæſaris, quam Ticinenſes olim Rauennatibus eripuerant, ſuæ patriæ in victoriæ præmium reponere nititur. *Vide ſuprà*, Ornamenta publica conſecuate.

Solymannus Turcorum Imp. per deditionem accepta Buda, interfecto rege Ludouico, duas ſtatuas æreas per probatiſſimos olim artifices Matthiæ regis iuſſu fabrefactas, Conſtantinopolim duci, ac ſuper baſes è marmore pulcherrimo ornatu conſtructas, veluti victoriæ trophæum, in foro erigi
C curauit, anno MDXXVI. *Iouius in vita Solymanni.*

COLVMNAS.

Hercules vbi ad Oceanum venit, ab vtroque ibi latere in extrema terrarum ora columnas rerum à ſe geſtarum metas ſtatuiſſe fertur. Vetus fuit ac quodammodo heroicum, columnas & trophæa, aut quid aliud, quod quæſita eſſet victoriæ monumentum, poſteris ſpectanda relinquere. Fuerunt, qui eas columnas vltra Gades inſulam fuiſſe arbitrati ſint. Alij Gaditani freti anguſtias Herculeas eſſe metas autumant. Nonnulli Calpen & Abylen promontoria, quorum Calpe Hiſpaniæ eſt, contrà Abyla modico interluente freto ſex Mauritaniæ reſpondet. Id Atlantis partem eſſe ſcripſêre quidam. Non defuerunt, qui duas opinarentur eſſe inſulas, ipſis promontoriis propinquas, earúmque alteram Iunonis dictam, ſeo, vt Artemidorus credidit, Iunonis templum. Alij errabundos his locis ſcopulos, Herculis columnas appellaros, Pindari fortaſſe teſtimonio adducti, qui eas Caderitas portas nomi-
D nauit, ad quas vſque loca Hercules peruenerit. Dicæarchus, Eratoſthenes, & Polybius ad Euripi anguſtias metas ſtatuêre. Apollinis oraculum ad Herculis columnas Tyriis reſpondit coloniam mittendam, quum Gades inſula demonſtraretur. Fuerunt, qui dicerent eas debere Herculis metas exiſtimari, quæ in Gaditani Herculis fano fuiſſe dicuntur octonûm cubitûm altitudine, quibus magnificentiſſimi templi ſumptus inſcriptus eſſet, nautæque vota Herculis reddere, nouiſque ſe obligare conſueuerant. *Sab. l.5. Enn. 1.*

Boleſlaus I Polonorum rex belliocoſiſſimus, cum ad Albim & Salam & Oſſam fluuios omnia vaſtaſſet, in ripa Salæ tres ferreas columnas victoriæ monumentum & Poloniæ limites poſuit, an. 1008. Idem de Ruſſis victor, a. 1005. totidem columnas ferreas in Boryſthene ſeu Nepro, qua Zula fl. influit, ſtatuiſſe dicitur. *Crom. l.3. & Guag. in Pruſſia deſcript.*

MACHINAS.

Demetrius fœdere, cum Rhodiis pacto Helepolin apud

[illegible] di is. [illegible]

COMITATVM [illegible]

[illegible]
[illegible] T[illegible] M[illegible] pomp[illegible]
[illegible]

PERSONARVM

ontra q[illegible] co[illegible] ruas

[illegible] matur [illegible] de [illegible] contra [illegible] pr[illegible] tur Pr[illegible] m[illegible] A[illegible] [illegible] da cr[illegible] [illegible] pl[illegible] pr[illegible] at [illegible] ſtas abent, pet p[illegible] pa[illegible]

Menec[illegible] Epa[illegible]nondæ [illegible] Charo[illegible]
F [illegible] & [illegible] prælij cuiuſdam, qui [illegible] & Epaminondæ ornamenta, ſuaſit populo, vt inſcripto Charonis nomine dedicaret. Hanc rogationem Pelopidas, vt aduerſus legum interdicta latam detulit, vrgens non eſſe ex more Thebanorum aliquem ornare priuatim, ſed patriæ puplicè titulum tribuere victoriæ. *Plut. in Pelopida.*

Demoſthenes Athenis curator datus muris reficiendis, eos cùm pecunia ſua refeciſſet, oullis officij relati rationibus, Creſiphon ſcitum populi fecerat, vt corona aurea donaretur: eaque donatio fieret in theatro populo conuocato, ac præſente omni Græcia, ſub hoc titulo: Ea corona donari Demoſthenem virtutis ergò beneuolentiæque quam ergo populū Athenienſium haberet. Æſchines Creſiphontem ideo violatarum legum accuſauit, quòd contra leges rogationem tuliſſet, quibus cauebatur, ne quiſquam populi ſcitum faceret, vt quia corona donaretur in magiſtratu, prinſquam adminiſtrati officij rationes retuliſſet, quòd adeò ſanctè obſeruari placuit, vt ei qui rationes non reddiderit, neque peregrè proficiſci, neque facoltates ſuas conſecrare, neque donaria diis offerre, nec legare, nec in alienam familiam tranſire, & alium honorem in Rep. ſubire non liceat. item quod contra eam legem fecerit,
G quæ iubet eos, qui corona donantur, in concione donari, non in theatro, non in conſpectu totius Græciæ. Denique falſum eſſe quod de virtute Demoſthenis adſcripſerit: quoniam nec vir bonus eſſet, nec benemeritus de Republica. Demoſthenes pro Creſiphonte, aut adeò pro ſe ſub perſona Creſiphontis, reſpondebat: Se non fuiſſe in magiſtratu: quia exactio atque inſtructio mororum, non in officio & magiſtratu poſita eſt, verùm in nudo miniſterio & curatione duntaxat. Eos magiſtratus appellari, quos Sceuiri in Theſei templo ſortitò diſtribuunt: quibuſque populus ſuffragio ſuo in comitiis imperia equitatus decernit. Præterea, vt hoc, Muros reficere, magiſtratus eſſe videretur: tamen ſe de ſuo muros refeciſſe, nec quicquam de publico accepiſſe: ergo non fuiſſe obnoxium reddendis rationibus. Nam expenſi tabulas, rationes & inquiſitores: donationem autem, gratiarum actionem atque laudationem poſtulare. Atqui ob liberalitatem in Rempublicam, & plures alios coronatos eſſe, Nauſiclem, Diotimum, Claridemum, Neoptolemum. Cæterum quod de concione aut theatro aſſeritur ab aduerſario: aliam legem eſſe, quæ ibi coronam
H promulgari iubet, vbi populus voluerit, tuſſerit: certè vt in theatro & ludis ſolennibus donaretur, imperaſſe. De ſua virtute ac bene meritis erga Rempublicam, habere ſe teſtem ac iudicem vniuerſum populum Athenienſem. Etſi replicabat Æſchines, nihilominus fuiſſe Demoſthenem reddendis rationibus obnoxium, quanquam pecuniam publicam non tractaſſet: nam & ſacerdotes, & præcones, & triremium præfectos iuberi rationes reddere, licet pecuniam publicam non tractent. Præterea lege ipſa nominatim contineri de iis, qui nihil ea publico vel ſumpſerunt, vel inſumpſerunt, vt hoc ipſum inſcribere ac profiteri teneantur, ſe nec ſumpſiſſe quicquam publico nec in ſumpſiſſe. Denique quod à populo concedi ſolet, vt corona in theatro proclametur, tum fieri cùm ab aliis ciuitatibus, ſociis, aut fœderatis, cui Athenienſi corona præmio datur: non cùm à populo ipſo: tune enim deſignatum eſſe locum vbi id fieri debeat. Attamen reus dimiſſus eſt Creſiphon, vrbéque vt calumniator pulſus eſt accuſator, quia verum erat hanc eum

accu

A accuſationem ſuſcepiſſe, non tam puniendi Cteſiphontis, quàm Demoſthenis inſectandi & vlciſcendi cauſa, à quo ipſe anteà malè obitæ legationis damnatus eſſet. *P. Ærod. ex Demoſthene pro corona. Plut. Libanio, & al.*

IGNOMINIÆ, INFAMIÆ, DEDECORI, Obtrectationis, Detractionis depulſio, propulſatio. Ratione habita.

REI, HOC EST, DECORIS QVOD depellitur. Pura,

CALVMNIA.

☞ Ex Tit. Prudentiæ in auctoritate ſua tuenda, item Veritatis.

Epaminondas Thebanus, cùm in conuentum veniſſet Arcadum, petens, vt ſocietatem cum Thebanis & Argiuis facerent: contraque Caliſtratus Athenienſium legatus poſtularet, vt potiùs amicitiam ſequerentur Atticorum, & in oratione ſua multa inuectus eſſet in Thebanos & Argiuos in B eiſque hoc poſuiſſet: Animaduertere debere Arcadas, quales vtraque ciuitas ciues procreaſſet, ex quibus de cæteris poſſent iudicare. Argiuos enim fuiſſe Oreſtem & Alcmæonẽ matricidas: Thebis Oedipum natum, qui quum patrem ſuum interfeciſſet, ea matre liberos procreaſſet. Huic in reſpondendo Epaminondas, quum de cæteris peroraſſet, poſteaquam ad illa duo opprobria peruenit, admirari ſe dixit ſtultitiam rhetoris Attici, qui non animaduerteret, innocentes illos natos: domi ſcelere admiſſo, quum patria eſſent pulſi, receptos eſſe ab Athenienſibus. *Probus in vita Epam.*

ACCVSATIO.

Petillvs quidam Atteius Trib. pl. à M. Catone inimico P. Scipionis comparatus in eum atque immiſſus, deſiderabat, in ſenatu inſtantiſſimè, vt pecuniæ Antiochenæ, prædæque quæ in bello capta erat, rationem redderet. Fuerat enim L. Scipioni Aſiatico fratri ſuo Imp. in ea prouincia legatus. Ibi Scipio exſurrexit: & prolato è ſinu togæ libro rationes in eo ſcriptas eſſe dixit omnis pecuniæ, omniſque prædæ. Ille tum, vt palàm recitaretur, & ad ærarium deferretur. Sed enim id iam non faciam, inquit, ne me ipſe afficiam contu-C melia. Eumque librum ſtatim coram diſcidit ſuis manibus, & concerpſit: ægrè ferens, quòd cui ſalus imperij ac reip. accepta ferri deberet, ab eo ratio pecuniæ prædatitiæ poſceretur. *Gell. lib. 4. cap. 18.*

HISTORIA INEPTA.

L. Sylla, cùm haſta poſita in foro proſcriptorum quorumdam ciuium bona venderet: & ei quædam carmina in ipſius laudem ſcripta, non bonus poëta dediſſet: famæ deſiderio motus, ex his, quæ ſubhaſtabantur, nonnulla munus poëtæ dare iuſſit: ea lege, ne in poſterum de ſe ſcriberet: Tanta eum famæ ſuæ cura tenebat. *Cicero in Archia.*

Alexander Magnvs, cùm de rebus ſuis non bonum poëtam Chœrilum ſcripſiſſe intelligeret (quanquam ſæpe dicere ſoleret: Homeri ſe Therſitem eſſe, quàm Chœrili Hectorem aut Achillem malle) vt alios tamen ad ſcribendum inuitaret, ſingulos verſus eius bonos Philippeo numo redemit, pro malis colaphum impegit. Præcipitem ille idem in Hydaſpem amnem deturbare Ariſtobulum voluit, cùm falſas ipſius laudes recitaſſet: adeptum profectò librum in amnem demerſit. *Plut. in Alex. & Curtius.*

D

PAX IGNOMINIOSA.

Ingenti grauitate Romanus Senatus vſus eſt, cùm vrbe à Coriolano & Volſcis obſeſſa, quanquam Senatus conſultum de pace conſcripſiſſe; aperiri tamen nunquam voluit, niſi priùs Romano agro Volſci cum exercitu exceſſiſſent: ne aliquando diceretur, Timore coactos Romanos, pacem cum Volſcis feciſſe. *Fulg. l. 6. c. 4.*

HOSPITII EREPTIO.

Euio tibicini attribuit Ephæſtion ædes, quas pueri Eumenis priores ceperant. Adiit Eumenes ad Alexandrum, ac cum Mentore vociferatus eſt. Præſtare proiectis de manibus armis tibia canere vel tragœdias agere. Tulit autem iniuriam eius Alexander moleſtè, increpauitque probris Ephæſtionem. Mox tamen mutatus flagrauit ita in Eumenem, quaſi contumelia potiùs aduerſus ſe, quàm libera lingua eſſet aduerſus Ephæſtionem vſus. *Plut. in Eumene.*

SESSIONIS IGNOMINIA. E

Robertvs Normannorum dux, ob interfectum Ricard. III. fratrem Hieroſolymam voti cauſa petens Conſtantinopoli fuit perbenigne a Conſtantino Duca Imp. acceptus. Is cùm antea audiuiſſet, ducem liberalem & vrbanum eſſe, dedita opera prohibuit illi atque aliis heroibus Normannis ſellas ... pede & dimidio altiores, in quibus prandendo ſe... Quo factum eſt, vt dux exuerit con... veſtem, ac ſuper eam inſtar globi implicatam ſederet. Fecerunt idem & Normanni principes: & mox finito prand... relictis veſtibus abierunt. At Imp. ſubridens admonuit, vt veſtes ſuas reſumerent. Ad ea dux: Non eſt, inquit, mos Normannis, ſedes ſecum ferre. *Pontus l. 8.*

MODI IGNOMINIAM. fugere,

Occasionem Præcidendo.

Philippvs rex, quum deprecaretur Harpalus, vt Cratera familiarem ac gentilem ſuum, qui iniuriarum eſſet poſtulatus, iudicio liberaret: atque ita, ne tamen illi remitteretur multa. Eum (inquit Philippus) rectiùs eſt, quàm nos ob F ipſum, male audire. *Plut. in Reg. Apoph.*

Adrianvs VI cùm adoleſcentes aliquot honeſtæ tum indolis tum ſtirpis in gratiam parentum in familiam aſcitos, ex Hiſpanis ſecum in vrbem duxiſſet, intellexiſſetque Italos ex conuictu illorum, neſcio quæ abominanda: Germanis inuſitata ſuſpicari, ſtatim in Hiſpanias remiſit, in Academia Salmanticenſi pleniùs literis imbuenendos. *Auct. vita.*

EXPOSTVLANDO, ÆGRE FERENDO.

Aristoteles Stagirites philoſophus, cùm quidam ei decretum Delphis honorem eripuiſſet, ſcribens de his ad Antipatrum, inquit: Ea quæ Delphis mihi decreto ſunt aſſignata, quibuſque nunc priuatus ſum, animum meum afficiunt, vt neque magnopere mihi cordi ſint, neque tamen omnino non cordi ſint. *Ælian. l. 14 Var. hiſt.*

Cùm Gedeon trecentis viris 155. millia Madianitarum in fugam vertiſſet, Ephraimitæ, qui belli reliquias perſecuti, reges duos Oreb & Zeb occiderant, cum Gedeone expoſtularunt, quòd bello Medianitas adorturus, ſe in belli ſocietatem non vocaſſet. At Gedeon reſpondit, racemationem G Ephraïmitarum (qui ſcilicet belli reliquias perſecuti fuiſſent) præſtantiorem eſſe Abiezerianorum ſuorum (qui hoſtes in fugam verterant) vindemia. Eos enim reges ipſos de medio ſuſtuliſſe: ſeſe tantùm ignobile vulgus. Hac ratione cobibitus fuit Ephraimitarum contra Gedeonem impetus. *Iud. l. 8.*

AMOLIENDO.

☞ Ex Tit. Monarchia, huc quadam, quatenus infamia illata ſingularis certaminis euentu diluitur.

Lucretiæ pudicitia, etſi à Tarquinio læſa, tantum facinus non eſſet auſa, niſi honoris ſtudium interueniſſet: cuius vis tanta eſt, vt victura perimat, proferat peritura, neglecta fatorum lege. *Sab. l. 5. c. 5.*

Claudia Veſtalis pudicitiæ læſæ ſuſpicionem naui, quæ nulla vi humana loco moueri poterat, è Phrygia Matris deûm ſimulacrum aduectans, baltheo ſuo religata, & per Tiberim ſubuecta diluit. De ea *Ouid. 3. Faſtorum, & Silius l. 17.*

** Cælicolûm genitrix numen, quod numina nobis*
Cuncta creat, cuius proles terramque fretumque,
Sideraque & mores regnorum ſorte gubernat,
Si noſtrum nullo violatum eſt crimine corpus, H
Teſtis, diua veni, & facilimo abſolue carina.
Tum ſecura caput funem, fremituſque leonum
Audiri viſus ſubitò, & grauiora per auras
Nulla pulſa manu ſonuerunt tympana Diua.
Fertur prona ratis, ventos impellere credas,
Contraque aduerſas ducentem prauentis vndas.

M. Cato, Cenſorij filius, in acie ad Pydnam contra Perſeum decidente equo prolapſus, cùm ſe recollegiſſet, animaduertiſſetque gladium excidiſſe vagina, veritus ignominiam, rediit in hoſtem: ea eòque, aliquot vulneribus recuperato gladio, demùm reuerſus eſt ad ſuos. *Frontin. lib. 4. cap. 5. & Plut.*

Cùm ſuperiores Imperatores tributa Scythis (hoc eſt, Gothis) perpendiſſent: id alienum eſſe Romana maieſtate ratus Conſtantinus Magnus, Chriſti auxilio fretus, crucis vexillo in eos illato, breui omnes ſubegit: ac reluctantes quidem armata manu coërcuit, reliquos verò diſertis legationi-

A bus mulcens, ab inculta & fera vita ad humanam ciuilémque traduxit. *Sigon. l. 14. Imp. occid.*

VLCISCENDO.

☞ Huc refer Seueritat[illegible] vind[illegible]ando Contemptu ab obtrectatoribus orto.

Nicolavs Pisavrvs, claſſis Venetæ le[illegible]tus, æſtati[illegible] ci[illegible] annum Chriſti 1[illegible]8. ex tu, cùm in mari Æ[illegible] apud Mityienem cum triremibus quatuor [illegible]er faceret, & [illegible]ui one rati bellicæ vn[illegible]x [illegible]mp. Baiazethi II. ducibus, quos Baſſas vocant, militibus, t[illegible]rmentis [illegible]liqui que re[illegible]bus d pugnandum don[illegible] inſtructiſſi[illegible]æ, [illegible]mphorar[illegible]m plus [illegible] turum, quam vento ferri viderat [illegible]p[illegible]topinq[illegible]iſſ[illegible] demitterent vectores admonuit. [illegible] autem [illegible] vela [illegible] non dem ſerunt, ſed p[illegible] fe[illegible]c[illegible] tormentis en iſſis Nicolai præfectum [illegible]erfecer[illegible]nt ac [illegible]los ex trem[illegible]g[illegible]bus fa[illegible]ctis celeriter conſectis vulne[illegible] Q[illegible] vbi fieri Nicolaus vidit, arma ſuis [illegible] caperent imperauit, atque in na[illegible]m Thraciam impetu facto eam expugnauit: cumq[illegible] [illegible]mnib[illegible]s qui pugnæ ſuperfuerant, depreſſit. Erant ea in naui hom[illegible]n[illegible] circiter ducenti quinquaginta. *Bemb. l. [illegible] Ven[illegible]t[illegible] h[illegible].*

B

DETESTATIO, IMPRECANDO.

Oebotas, cùm primus ex Achæis Olympiæ coronam meruiſſet, neque tameo à ciuibus ſuis eo nomine honorem eſſet adeptus, imprecatum Achæis aiunt, ne quis ipſorum vnquam palmam Olympicam ferret. Reſpondit voto euentus. Quod tum demùm reſciuerunt Achæi, cùm ſe mirantes Olympicarum palmarum compotes fieri nunquam amplius potuiſſe, Delphos ad oraculum miſerunt. Et tunc quidem cùm & alia in Oebotæ honorem inſtituiſſent, virique ſtatuam in Olympiam miſiſſent, mox Soſtratus Pellenæus in ſtadio pueros vicit. *Pauſ. in Achaica.*

Callicratidas, Lacedæmoniorum claſſi præfectus, in Lydiam Sardeis abiit, vt à Cyro, minore Lacedæmoniorum ſocio, contra Artaxerxem pecuniam peteret. Ferunt ad illius ianuam ſtantem periiſſe regij iuuenis colloquium. Cui quum diceretur, non eſſe potanti Cyro otium audire quempiam: idemque etiam altero & tertio die: tum ſecum Callicratidas, homo excelſo animo, iniquè ferens regium faſtum, multa iis mala imprecatus dicitur, qui Perſicis opibus allecti, tam turpiter Græciam ſocietatis ſpecie, Barbaris, apud

C quos nihil boni præter aurum eſſet, irridendam obieciſſent deos. teſtatus: quamprimùm Spartam veniſſet, enixè operam daturum ſe, vt Græci in priſtinam gratiam redirent, vt perpetuo terrori Barbaris eſſent. Atque ita Cyri congreſſu ſæpiùs fruſtrà petito, ſine pecunia ad naues rediit, Lacedæmonem miſſis, qui in pecuniam in ſtipendium peterent. *Sab. lib. 9. En. 3. ex Plut. Apoph.*

DEPRECANDO.

Amphitryon, cum Herculis liberis ad aram à Lyco tyranno comburendus, precatur Chorum, ne patiatur ſe exuri ad aram ſupplicem cum liberis, *apud Eurip.* in Hercule fur.

ἡμᾶς δ᾽ [illegible] [illegible] δαίμων, [illegible] χερσὶν,

μὴ πυρὶ [illegible] [illegible], [illegible] γέλων

[illegible] [illegible] θανεῖν [illegible].

Nos verò quoniam oportet mori conuenit non igne ambuſtos, hoſtibus riſum exhibentes, quod mihi ipſa morte maius malum.

GLORIAM ET HONOREM NON CONSERVARE.
QVEM, QVALEM, V. G. PONTIFICATVM SACERDOTIVM.

D Callisto II. Pontifice mortuo, diuiſis Cardinalium ſtudiis, duo ſuffecti ſunt, Lambertus Epiſcopus Oſtienſis, & Theobaldus presbyter Cardinalis atque ille Honorius II. hic Cœleſtinus II. eſt appellatus. Pleriſque autem ad Honorium accedentibus, Cœleſtinus ſe abdicauit. Honorius cùm ne ita quidem ſuam probari electionem ab omnibus intelligeret, poſt duodecim dies, conuocatis Cardinalibus, inſignia vltrò depoſuit, & ſe item honore abdicauit. Epiſcopi verò, presbyteri ac diaconi Cardinales humilitatem eius perſpicientes, atque in poſterum ne quid noui in Eccleſiam inferretur cauentes, quod perperam factum fuerat, emendarunt: atque eodem Honorio de integro lecto, ad eius pedes procubuerunt, atque ei tanquam vniuerſali Pontifici obedientiam præſtiterunt. *Sigon. l. 10. reg. Ital.*

Petrvs Moronævs, ex conſentaneis D. Benedicti, pontifex factus, Cœleſtinus V. appellatus [illegible] E
[illegible] hinc, p[illegible] [illegible] los ſuo[illegible] nſit ſta[illegible] promulgata, qua liceret p[illegible] om. ſe[illegible] menſe, vel dicto regno Eccl[illegible], ad [illegible] tam. *Pla[illegible].*

Cosmas patriarcha Conſt[illegible] Comnenum Imp. [illegible] Con[illegible]ntinop[illegible] lum ponere mod[illegible] [illegible]tam videret [illegible] miniſtro [illegible] [illegible]e, & ſimul æde ſacr[illegible] [illegible] *Zonaras To[illegible].*

Philippvm I. Franco[illegible] per[illegible] vxo[illegible] pel[illegible] V[illegible] [illegible] [illegible] dri[illegible] [illegible] S[illegible] [illegible] x. [illegible] cauit, [illegible] Vrbanu[illegible] [illegible]to eidem teſti[illegible] [illegible] ab eorum commu- F nione quo[illegible] [illegible] fide iam amonuiſſet: neq[illegible] e interfu[illegible] conſecrat[illegible]onibus eorum, qui ſedes à profanis accepiſſent, vtraque in cauſa Philippum regem notans. *Æmil. lib. 3.*

REGNVM, IMPERIVM DEPONERE, ABDICARE.

Cùm Diocletianus iam ætate prouectiori mobilitatem fortunæ, tanquam ſolertiſſimus & ſagaciſſimus princeps contemplatus eſſet, decreuit Imperio ſe abdicare, & priuatus viuere: vtpote qui diceret nihil eſſe difficiliùs, quàm ſcire bene imperare. Adhæc æta in bellis, & rerum humanarum inſtabilium metus, quæ rariſſimè continuo ſucceſſu ad exitum eodem tenore perueniunt, ſuaſerunt Diocletiano imperium deponere. Diocletianus verò mira difficultate ferum & aſperum Maximiani collegæ ingenium frenauit, vt ei conſentiret. Qui etſi natura ferox erat, naturam tamen ſuam frangens, conſiliis Diocletiani obſequutus eſt. Igitur eodem die, cùm iam conueniſſent, Reipub. habenas iunioribus manda- G re, Diocletianus Iouius Nicomediæ, Herculius Maximianus Mediolani, imperiales faſces deponunt, Conſtantio & Galerio Maximiano Auguſtis priùs appellatis, anno Salut. 307. rem memoratu admirabilem, & prioribus ſeculis non viſam peragentes. Cùm poſt decem annos, quibus priuatus vixit, Diocletianus à Conſtantino ac Licinio vocaretur nuptiarum Conſtantiæ, cauſatus ſenectutem per literas, ſcripſit ſe priùs peſte liberatum, nolle iterum venena imbibere: ſatis ſe pro Repub. elaboraſſe: nunc verò in patria ſua, hoc eſt, Salonis olera ſerere, hortum curare, & priuatum agere malle. Cùm verò hi Imperatores reſcripſiſſent minacibus literis ſe non admittere excuſationem, quòd fauiſſet Maximino ſuſpectans necem dedecoroſam, dicitur venenum hauſiſſe. Quidam tamen dicunt, ſtupore mentis & longa ægritudine confectum, animam inter ſuſpiria efflaſſe. Vixiſſe dicitur quibuſdam ſexaginta octo annis, nonnullis LXXIV. ſecundùm quoſdam, duobus de octoginta. Imperauit annis viginti. Manſit priuatus Salonis, rei ruſticæ indulgens, annis decem: & poſt mortem inter diuos relatus eſt. *Caſſin.*

TYRANNIDEM.

Cadmvs, cùm tyrannidem Coorum à patre Scythæo accepiſſet ſatis validam, nullo aduerſo caſu, ſed ob iuſtitiam ſua H ſponte eam in media ciuitate depoſuit, atque in Siciliam abiit. Vbi vnà cum Samiis vrbem Zanclam, cuius nomen in Meſſanam mutatum eſt, incoluit, & poſtea apud Gelonem Syracuſiorum tyrannum in magna fuit gratia. *Herod. l. 7.*

Lysiades Megalopolitanus (vel Lydiades) ſuæ ipſius patriæ tyrannus gloriæ amore fractu breui moleſtiarum, quas trahit ſecum dominatus, pertæſus, accito Arato Sicyonio depoſuit dominationem, contribuitque ciuitatem ſuam Achæis. Hinc extollentes eum Achæi prætorem creauère. Eius rei cauſa cùm à Lacedæmoniis in prælio interfectus eſſet: à Cleomene rege pulcherrimè ornatus, Arcadibus remiſſus fuit ad ſepeliendum. *Plut. in Arato, & Pauſ. in Arcad.*

Aratvs Sicyonivs, Achæorum prætor in quo animo ferens vicinam ipſis Argiuorum, tyrannidem egit, per nuncios

A cum [illegible] tyranno, vt L[illegible] exemplo mallet A[illegible] cum laude & honeſte eſſe prætor, quàm [illegible] vniuerſæ ciuitatis. Itaque At[illegible] inde de[illegible] anno poſt Achæorum præ[illegible]. *Plut. in Arat.*

[illegible] TVRAM.

Samvel propheta ad Galgala, confirmato Saül regno, magiſtratu ſeſe abdicat. *Re[illegible] 2.*

Bell[illegible], Æmilius Mamercus [illegible] non aliud in ſua dictatura [illegible] decreuit, cenſuram, quæ ab initio quinquennalis fuit, in annum & ſemeſtre [illegible] lege ad populum lata contraxit. Et [illegible] inquit, Quirites, quam mihi diuturna non placeant imperia, dictatura me abdico. Cenſores eum in ordinem redactum, quia magiſtratum Pop. Rom. minuere eſſet auſus, tribu ſubmouerunt, octuplicatóque cenſu fecerunt ærarium. Tulit Mamercus eam ignominiam ciui[illegible] animo, cauſam potiùs quàm rem intuitus. Contrà tanta populi in Cenſores exarſit ira, vt nullius præterquam ipſius Mamerci auctoritas, ne multitudinis

B incurſu violarentur, Cenſores protexerit. *Sab. l. 5. Enn. 5.*

Cn. Qvintilivs Dictator dictus: cùm fixo clauo ciuium mentes ſui compotes feciſſet, diſcordéſque animos conciliaſſet, ſtatim dictatura ſe abdicauit. *Alex. ab Alex. l. 1. c. 6.*

L. Q. Cincinnatvs quæſtionibus exercendis Dictator factus, cùm Sp. Melius Romanum affectaret imperium, ſumpto poſt rem exploratam de reo ſupplicio, continuò ſe dictatura abdicauit. Rurſus cùm ex agro ſuo trans Tyberim vocatus, & Dictator dictus eſſet, ſumptis inſignibus, Minutium conſulem in Algido monte obſeſſum, obſidione liberauit: & deuictis quoque bello aliis xvi die quam acceperat dictaturam depoſuit, & in agrum reuerſus eſt, ne inanis gloriæ cupidus videretur. Poſt annos xx reuocatus, iterum Dictator dictus eſt contra Fidenates, vt eſt *apud Liu. l. 3. & 4.*

Plvtarchvs auctor eſt, neque vi morbi, neque ſomnij portento L. Syllam Dictatorem adduci potuiſſe, vt Reipubl. curam abiiceret. Appianus præterquam quòd dæmonem quendam per quietem illi viſum ſcribit, qui imminens fatum nunciarit, vltrò eum ſe dictatura abdicaſſe prodidit, quippe qui in medium progreſſus, populo & patribus nihil tale expectantibus, media concione virgas & ſecures fregerit:

C lictores & corporis cuſtodes à ſe dimiſerit, profeſſus ſe eo conſilio & dictaturam depoſuiſſe, vt omnium quæ in Republica egiſſet, priuatus rationem redderet. Tantum animi & felicitatis vni viro ſuperfuit, vt qui in ea ciuitate, in qua centum millia ciuium & ampliùs occidiſſet, & in his duo millia & ſexcentos equeſtris ordinis, ſenatores xc. quindecim conſules, qui multos inſepultos abieciſſet, multorum bona publicaſſet, priuatam auſus ſit vitam agere, non Imperij poteſtate filio, vt Ptolemæus in Ægypto fecit, Ariobarzanes in Cappadocia, Seleucus in Syria, ſed iis qui ipſius tyrannidem infenſè oderant, cùm vlciſcendi facultate relicta. Satis conſtat eum in ordinem redactum, domumque ſe recipientem, adoleſcentis conuitio exceptum, nemine interea reperto, qui illius intemperiem caſtigaret. Tulit Sylla patienter ætatis intemperiem. Cæterùm vbi domum ventum eſt, ſiue coniectura, ſiue diuinatione quadam futurorum ad eos qui propè aderant, conuerſus, dixiſſe fertur, Intempeſtiuam illam inſectationem in cauſa fore, vt quicumque poſt ſe dignitatem illam inuaderet, nunquam niſi cum morte deponeret, quod haud multis inde poſt annis, in C. Iul. Cæſare euenit. *Sab l. 3 Enn. 6.*

PRINCIPATVM.

Ioannes ex Particiaca familia dux III. Venetorum, non

D paucis rebus domi foriſque præclarè geſtis, quum diuturniore morbo laboraret, Petrum Candianum ſubrogari ſibi expetiit, eique inſignia propria manu tradidit. Iterum poſt illius mortem populi precibus adactus, principatu aſſumpto, non multò poſt domum priuatam reuiſit, atque ita principatum bis depoſuit: quòd nunquam antea contigerat. *Egnat. l. 4. c. 1. Fulg. lib. 4. c. 1.* qui Ioannem Particiacium, cognomine Baduarium vocat.

Sebastianvs Cianvs, Venetorum dux: qui in Cretam inſulam patricij ſanguinis & plebeij familias non paucas tanquam in coloniam miſit, poſt duo & viginti annos florente Rep. ſponte ſua principatu ſe abdicauit. *Eg[illegible] 4. c. 1.*

Iacobvs Tevpolvs, dux Venetorum, recepta Iadera, quæ iam quintùm rebellarat, legibus Venetis iam vnum cor-

pus redactis Vatacio Lesbi, domino nauali prælio victo, E Byzantio ab obſidione liberato, vigeſimo tandem poſt anno dignitate principis ſponte ſe abdicauit. *Egnat. l. 4. c. 1.*

PRÆFECTVRAM.

Poſt pugnam ad Platæas, cùm Pauſanias Spartanus ſua [illegible] ab[illegible] erga Græcos defecerunt ab eo, tranſi[illegible] ſe cerunt ad Athenienſes. [illegible] hic [illegible] ciuitatis Spartanæ. Vt enim deprauari ex amplitudine [illegible] ſerunt duces ſuos, depoſuerunt lectò principum [illegible] ad bellum mitte[illegible] duces: maluerúntque [illegible] & diſciplinæ patriæ inhærentes ciues, quàm vniuerſæ Græciæ imperium obtinere. *Plutarch. in Ariſtide.*

LOCI DIGNITATEM.

Cum ad Platæas cum numeroſiſſimo Perſarum exercitu, duce Mardonio, Græci conflicturi eſſent: Lacedæmonij quibus dextrum cornu debebatur, Athenienſibus, qui in ſiniſtro cornu ſtabant, locum ſuum ſponte dederunt, eò quòd videbant, Mardonium Perſas ſibi oppoſuiſſe, cum quibus Athenienſes olim in Marathone feliciter pugnaſſent, & F eorum pugnandi rationem callerent. *Herod. l. 9. & Plut. in Themiſt. & Pauſanias.*

Cùm Græci claſſem 271. nauium ad Artemiſium contra Xerxem coëgiſſent, quamvis Athenienſibus maris imperium conueniret, vti terreſtris exercitus Laconibus, tamen cùm ſocij negarent ſe ſecuturos, niſi Lacon eſſet imperator claſſis, Græciæ ſalutem priuato honori anteponentes, ceſſerunt Laconibus, qui Eurybiadem Euryclidæ filium nauarchum elegerunt. *Herod. lib. 8 & Plut.*

Bernardinvs Caravaia Cardinalatui reſtitutus per Leonem X. eundem locum, quem ſub Iulio II. obtinuerat, occupare volens, cum Hadriano Cornetano Cardinale contendebat. Hadrianus ceſſit, ſed mordaciter inceſſiuit, inquiens: Præcedat ergo quando & panis nauticus (quibus coctus eſt) quovis alio pane diuturnior eſt. *Garim lib. 3.*

TITVLOS.

Vide Tit. Gloria fuga in Titulus, illic. Non accipere id quod offertur, in cenſum venit: hic Eius quod ſemel acceptum fuit, abiectio.

QVOMODO. NEMPE G

Affectando Abdicationem.

Avgvstvs non ſemel cogitaſſe dicitur de adminiſtratione Reipublicæ populo Romano reddenda: nec deſiit, vt Seneca tradit, quietem ſibi precari, & vacationem à Republica petere. *Suetonius.*

Cùm Gregorij Magni ſanctimoniam Iouidia ſubſequeretur, adeò vt iam alius in eius locum etiàm ordinaretur Epiſcopus, ipſe ſentiens quid fieret, dixit: Abſit, vt mei cauſa aliqua ſimultas in Dei ſacerdotibus oriatur. Si propter me eſt iſta tempeſtas, tollite & mittite me in mare, & deſinet à vobis quaſſatio. *Petrus de Natalib. Eccl. hiſt. l. 11. c. 9.*

RELINQVENDO.

Timoleon Corinthius, euerſo Dionyſij principatu, & libertate Syracuſanis parta, è medio ſua ſponte ceſſit: maluítque priuatus, & in prædiorum ſeceſſu ſolus vagari, quàm officiorum frequentia ſeptus in vrbe conſpici. *Sab. l. 10. c. 1. ex Plutarchi Timol.*

P. Scipio Africanus publicam rerum adminiſtrationem ſponte reliquit, vt priuatus ageret.

Ex rebus à Cn. Pompeio Magno geſtis, magnam partem earum, etſi præclaræ ſunt, quas nullus ex veteribus Romanis adæquauit, alij fortunæ tribuere, alij militum fortitudini. Hoc verò omnium eſt maximum atque pulcherrimum (ſi Dioni Nicæo credimus) quòd cùm à bello re- H diens Mithridatico, magnis ſtipatus exercitibus, & facilè Italiam obtinere, & Imperium ſibi Romanæ vrbis poſſet vendicare, noluerit: ſed [illegible], nil ſuper ea re populo decernente, vel ſenatu, Brunduſium appulſus, milites dimiſerit. *Cælius lib. 3. cap. 5. Antiq. Lect.*

Avitvs Imp. poſt Valentinianum à Senatu electus, paucos dies tenens Imperium vltrò ſeceſſit Placentiam, ibíque eſt Epiſcopus ordinatus. *Cuſp.*

ABDICANDO, DEPONENDO.

Vide paulò antè, Dictaturam, Tyrannidem, Principatum non ſeruare.

CEDENDO alteri.

Cùm Artabanus Parthorum rex, conſpiratione regno

A pulſus cum cognatis & familiaribus, ad Izatem Adi ben[illegible] rum regem veniſſet: Izates ſcriptis pro eo ad Parthos, [illegible] dens, vt ſuum regem reciperent. Parthi ſe id poſſe negabant, quòd iam principatum dediſſent alteri nomine C[illegible] Cinnamus autem voluntate procerum cognita, [illegible] eſſet alumnus Artabani, ſcribit [illegible], vt accepta à ſe fide [illegible] tur: eidemque obuiam profectus, adorato & re[illegible] la tione ſalutato, diadema ſuo capiti detractum impo[illegible]it. [illegible]ph. lib. 20. cap 2. A[illegible].

Leo Armenivs Orientalium co[illegible]iarum d[illegible] dum Michaël Imp. cum Crumno Bu[illegible]rorum [illegible] in [illegible] & in fugam vertitur [illegible] Michaële imperium occ[illegible]at & à d[illegible] co[illegible] ſimilis, diadema ſumit. Mic[illegible] rum quendam ad Leonem cum d[illegible]dem[illegible] purpur[illegible] coccineis (qui Imperij inſignia erant) miſit, [illegible] cedere indicans, quòd vel vitam am[illegible] quàm gutt[illegible]lam vnam Chriſtiani ſanguinis effundere mallet. Cedren.

Michaëlis Senioris parſimoniam exoſi milites cum populo, Imperatorem ſalutarunt Iſaacium Comnenum, pa

B triarcha adiuuante ac comprobante: qui cum Comneno plurimum faueret, Imperatorem ſenem regia egredi iuſſit. Cùm Imper. pontificibus à patriarcha miſſis dixiſſet: Quid mihi pro imperio redditis? hi verò cœleſte regnum illi pollicerentur: illicò abiectis Imperij inſignibus, regia exiit, cùm non ampliùs vno anno imperaſſet, nec diu poſt obiit. Caſpia.

TRANSFERENDO IN ALIVM.

Hic eius Honoris quem iam poſſidet, tranſlationem in alium conſideramus: ſub [illegible] eum, qui offerebatur.

Aristides, cùm ipſe Miltiadéſque inter decem Prætores ab Athenienſibus contra Darij exercitum in Marathone creati eſſent, & propter ducum multitudinem diſciplinam bellicam corruere animaduerteret (per vices enim ad ſingulos imperandi munus tranſibat) vt ei ſors imperandi contigit, partes ſuas in Miltiadem militaris artis peritiſſimum tranſtulit, atque exemplo ſuo aliis vt idem facerent, auctor fuit. *Plutarch. in Ariſtide.*

Ptolomævs Philometor Inſidiis appetitus ab Alexandro Epiphane genero ſuo, exercitum contra eum duxit, & Antiochiam ingreſſus, à ciuibus rex conſalutatus eſt, &

C ab exercitu coactus duo ſibi imponere diademata, alterum Aſiæ, Ægypti verò alterum. Cæterùm aduocata Antiochenſium concione, perſuaſit eis, vt Demetrium Nicatorem reciperent, ſe quoque monſtratorem ei fore rectè adminiſtrandæ reipub. *Ioſeph. l. 13. c. 8. Antiq. ex 1. Machab. 11.*

Constantivs Chlorvs, cum Galerio Maximianoque Imperator creatus, cùm forte ad regendum Italia Africaque ac Gallia obtigiſſent: relictis aliis duabus regionibus collegis ſuis, ipſe ſula Gallia contentus fuit. *Fulg. lib. 4. c. 1. ex Eutropio.*

CVR. Cavsa.

APOSTOLATVS.

Adelbertvs Pragenſi Epiſcopatu dimiſſo, vt Chriſtianum cultum augeret, in ſumma inopia ad Prutenos idololatras profectus, dum prædicando ad Chriſti fidem eos adducere conatur, ab eis crudelem in modum occiſus eſt. *Fulg l. 4. c. 1.*

PHILOSOPHIÆ.

Vide Tit. Contemplationi philoſophicæ dediti, Item, Philoſophiæ ſtudium.

D

HVMANITATIS.

Sabacvs Ægyptiorum rex, regno ſe ſpontè abdicauit, & in Æthiopiam priuatus rediit, quòd etiam ſontes plectere, inhumanum eſſe putaret. *Diodor. Siculus.*

RELIGIONIS.

Ex Tit. Monachorum, huc quadam.

Dioclatianvs in Chriſtianos religionis odio ita deſæuit, vt omnes ſacramento militari ſolueret, atque è caſtris eiici per Veturium magiſtrum militiæ iuſſerit, niſi ſacra gentilium ſuſcepiſſent. Quod cùm ille curaret, Omnes Chriſti confeſſionem humano honori accommodo ita prætulerunt, vt etiam, ſi opus fuiſſet, mortem ſe non recuſaturos oſtenderent. Itaque Veturius eorum multitudine & conſtantia deterritus, inceptum omiſit. *Sozom. l. 1. Imp. occid.*

IVSTITIÆ

Periander Corinthius, initio populariter ac moderatè

[illegible]erebat imperium: poſtea verſis mo[illegible] cœpit. Id ſimul atque cognouit P[illegible] vo[illegible] [illegible] per de[illegible] d[illegible] de [illegible] animi co[illegible]ſtantia, [illegible] P[illegible] cont[illegible] bus [illegible] Qua[illegible] perium [illegible] [illegible] arduum [illegible] eſſe propter [illegible] Quibus audi[illegible], Solon [illegible] Laert.

QVIETIS

Simmis, dep[illegible] Palatina [illegible] ſub Ad[illegible] diceret Augiſt[illegible] [illegible] & tum [illegible] & tamen ex eis ſeptem [illegible] Ant[illegible] magiſtrat[illegible] paucos [illegible] ad [illegible] 4

Ma[illegible] principatu deiicere [illegible] inducerent, cum Beltran[illegible] lega[illegible] pontificio, egit, vti eum falsò incuſatum h[illegible] reos ſ[illegible] accerer, & cum eo Mediolanenſes omnes. Qui interdictum ægre ferentes, de pellendo Matthæo conſilia ceperant. At Galeacius F. Placentiæ præfectus ſenem patrem inimicorum inſidiis eripuit. Sedato tumultu; Matthæus duorum & ſeptuaginta annorum ſenex, principatu ſpontè ſe abdicans, Galeacioque militaris imperij vexillum tradens, ad templum maximum deductus (iniuſtam enim hæreſis notam ferre non poterat) ad aram aduocatis ſacerdotibus Chriſtianæ fidei ſymbolum præclara voce recitauit, teſtatuſque eſt iureiurando, ſibi immerenti ſacra eripi, id ſemque Dei maximi vltoris numen inuocauit. *Ion. in eius vita.* F

Iacobvs Contarenvs, dux Venetorum, poſt quintum principatus annum, quando ætate confectus, publicæ curæ par eſſe non poterat, ſpontè ſe imperio abdicauit. *Egnat.*

PACIS, CONCORDIÆ.

Raphael Advrnvs, Genuenſis dux, hortantibus ciuibus, quibus patriæ libertas curæ eſſe videbatur, vt principatu cedere vellet (ſublato enim factionis metu, concordes fore ciuium animos) ſpontè ducalem dignitatem depoſuit, atque ab vniuerſo populo in priuatas ædes deductus eſt. *Fulg l. 4 c. 1.* G

Amedevs Sabavdvs, in concilio Baſileenſi in pontificem electus, & appellatus Felix V. filio Ducatum relinquens, in eremum priùs ſeceſſerat: idemque poſtea Nicolao V. papatu ceſſit, ad ſchiſma tollendum legatione apud ſuos contentus *Anno* 1440. *Chron. Franc.*

GLORIÆ CONTEMPTVS, SECVNDVM ΑΞΙΑΝ, Respectv ΑΞΙΩΜΑΤΟΣ Ssve Honoris, qui contemnitur.

Μικροψυχία hæc videri poſſet, niſi ita diſtingueretur, quòd ſcilicet μεγαλόψυχος honores minores, etſi non efferantur, non magnoperè curat (nam & maioribus ſe dignum eſſe nouit: & in paruis, ſi vel propter imprudentiam, vel propter contemptum non efferantur, parùm ineſſe iacturam exiſtimat) μικρόψυχος verò non modò honores minores, ſed etiam pares eripi ſibi patitur, quòd nec his nec illis dignum ſe arbitretur.

DIVINOS HONORES, SACRA, Templa, Oblata, Contemnere.

H

Lyſtrenſes Lycaoniæ, cùm claudum à Paulo ſanatum conſpexiſſent: deos humana ſpecie arbitrati, Paulum quidem propter concionandi vim Mercurium, Barnabam verò Iouem appellantes, ſacra illis immolare voluêre. At Apoſtoli vix eos à propoſito abducere potuêre. *Act. 14.*

Antonivs eremita corpus ſuum clàm tumulari voluit, ne quam occaſionem poſteris in colendo cadauere præberet. *D. Hier. in vita Hilar. c. 1.*

Cum Thaſij Ageſilao regi, quòd iudicarent multa ſe habere eius beneficia, delubra & diuinos honores decreuiſſent; atque huius rei cauſa legationem miſiſſent: lectis, quos detulerant ei legati honoribus, rogauit, an patria eorum facere homines valeret deos. Annuentibus: Agite, inquit, facite primùm vos. Quod ſi feceritis, tum vobis poſſe & me deum efficere credam. *Plut. in Apoph.*

Avgvstvs

A Avgvstvs Cæs. templa quamvis ſciret etiam Proconſulibus decerni ſolere: in nulla tamen prouincia, niſi communi ſuo Romæque nomine recepit. Nam in vrbe quidem pertinaciſſimè abſtinuit hoc honore. *Suet.*

Tiberivs Cæs. neque ſtatuam ſibi erigi, neque templum ædificari permiſit: edixit palàm, ne ciuitas vlla, neve priuatus quiſquam id faceret: edicto addidit hæc verba: Niſi ego permittam: mox adiecit, Atqui non permittam. *Dion. Nicæus in Tiberio.*

PONTIFICATVM NEGLIGERE.

Ionathas Anan F. pontificatu Hieroſolymitano deiectus à L. Vitellio Syriæ præſide, cùm à rege Agrippa ei dignitas reſtitueretur, acceptare noluit: & vt in fratrem ſuum Mathiam, virum ſanctiorem conferret, monuit. Rex ea modeſtia delectatur, votis eius annuit. *Ioſeph. l. 19. c. 6. Antiq.*

Pelagio mortuo vniuerſus clerus populuſque Gregorium Magnum pontificem creabant: ipſe contra omnia malebat quàm pontifex creari. Gregorius vbi maiora erga ſe vidit hominum ſtudia, quàm vt reluctando par illis eſſe poſſet occultè ad Mauricium Imp. Conſtantinopolitanum (cuius filium ex ſacro fonte ſuſceperat) dedit literas, quibus
B impenſiùs ab eo precibus petebat, ne quid populo Romano & clero de ſe gratificaretur, adeò ille ex cœleſtibus pendens, terrena parui facere, repudiaréque id decus, putabat cuius cauſa tam ambitioſè cæteri contenderent. Gregorij literas & nuncium Germanus, qui ab Exarcho præfecti nomine fuerat Romam miſſus, intercepit. Síeque omnium ordinum conſenſu & fauore victus Gregorius pontificatum adiit. *Sab. l. 5. Enn. 8. & Platina, & Sigon. l. 1. reg. Ital.*

Benedicto Nicolaus I. in pontificatu ſuccedens, cùm ſe electum intelligeret, clàm ab vrbe Roma profugit: magnóque labore à Romanis inuentus, maiore vi collatum accipere pontificatum vt vellet, cogi vix potuit. *Fulg. & Egnatius l. 4. c. 1.*

Clemens III. pontifex electus, mendicantis religioſi habitum indutus, Peruſium incognitus peruenit. Eò deinceps profecti Cardinales, quem abſentem in pontificem ele-
C gerant, eum Viterbium honorificè perduxerunt. *Platina.*

Mortuo Nicolao IV. cùm iam biennio interregnum continuaſſet ſacer ſenatus, demùm Petrum Moronium omnium ſuffragiis elegit. Cùm autem diu laboratum eſſet, vt is delatum acciperet honorem, ſpreta omni pompa, quantum fieri poterat, ſeruare eremiticæ vitæ, cui antea deditus fuerat, formam nitebatur: tandem pontificias curas abhorrens, nulla neceſſitate compulſus, quin potius multis contrà nitentibus, atque ne id ageret obteſtantibus, poſt quintum menſem pontificatum in Cardinalium manu depoſuit, eremiticámque vitam reſumpſit. *Fulg. l. 4. c. 1. Marul. l. 1. c. 6. Volat. l. 21. & Platina.* ☞ *Vide Tit. Honores contemnere.*

DIGNITATEM QVAMVIS SACRAM, Episcopatvm, Sacerdotivm, Cardinalatum negligere.

B. Leonardvs inter aulicos regis Galliarum aliquando primo loco habitus, cùm Dei ſeruitio ſeſe addixiſſet, Epiſcopatum ſibi à rege oblatum recuſauit. Ac ne deinceps huiuſce rei illectatione aliqua tentari captiuè poſſet, in Aquitaniam diſcedens, operam prædicationibus dedit. *Marulus lib. 1. cap. 6.*

Ambrosivs Romanus patricius, cùm Mediolanenſem præfecturam gereret, videretque à populo Mediolanenſi ad
D ſe deferri Epiſcopatum, abiectiore vitæ genere contentus, ſequenti nocte Mediolano profugit. Cæterùm à populo retractus, coactúſque Epiſcopatum aſſumere, ea integritate virtutéque adminiſtrauit, vt poſtea eius memoriam ceu ſanctiſſimi hominis Mediolanenſes ciues ſemper coluerint. *Fulg. l. 4. c. 1. & Egnat. lib. 4. cap. 1.*

Calistvs III. Pontifex in omni vita integerrimus eſt habitus: ſed hæc eius præcipua laus eſt, quod dum Epiſcopus eſſet aut Cardinalis, beneficium aliquod in commendatione nunquam voluit, dicens, ſe vna ſponſa, & quidem virgine contentum eſſe, hoc eſt, Eccleſia Valentina, vt ius pontificium mandat. *Platina.*

Mediolanenſi antiſtite, an. MCXXIII. mortuo, ea dignitas ad Bernardum Claræuallis Abbatem ob miram ſanctitatis eius opinionem delata eſt. Eo verò repudiante, Anſelmus Puſterla ſuſcepit. *Sigon. lib. 10. reg. Ital.*

Andreas Minorum ordinem profeſſus, ingenti animo Cardinalatum abnuit, quem ei patruus Alexander IV. offe- E
rebat. *Fulg. l. 4. c. 1.*

Ioannes Actij Vicecomitis patruus à pſeudo-pontifice Nicolao V. ſuffragante Cæſare Ludouico Bauaro in ſenatu Cardinalis creatus eſt. Sed vir ille ſummæ grauitatis atque prudentiæ gratias agens, beneficium quidem agnouit, ne ſpernere videretur? verùm vſu purpuræ galeríque honore ſemper abſtinuit, non obſcurè in gratiam Ioannis XXII. legitimi pontificis, inſigni quidem ipſius cum laude commodoque: nam ei Epiſcopatum Nouarienſem poſtea contulit. Quo permutato demùm cum Aycardo Caunedujco, Mediolanenſis Archiepiſcopus affectus eſt. *Iouius in vita Actij.*

Ioannes Picvs Mirandvlæ dominæ ſæpè oblatas & ſacras & profanas dignitates magno reſpuit animo: Deo & ſtudiis ſe addictum reſpondens. Cùm Pandulfus Collenutius Piſaurenſis Iurecoſ. amicorum ſuaſu eum ad Cardinalatus dignitatem petendam, vel certè ſi offerretur amplectendam ſubtimidè hortaretur: Non ſunt cogitationes meæ cogitationes veſtræ, reſpondit. Bona Eccleſiæ pauperum bona ſunt. *Ioan. Franc. in eius vita.* F

Eskillo Lundenſium Archiepiſcopo in Dania Alex. III. PP. diploma deponendæ dignitatis, & alterum einſdem in quem vellet transferendæ obtinuerat. Ergo annis feſſus, Valdemaro rege Danorum & proceribus conuocatis, id muneris in Abſalonem Roſkildenſem Epiſcopum tranſtulit, omnium conſenſu. Quod tamen Abſalon conſtantiſſimè renuit: cúmque vi ad ſacram ſedem traheretur, non niſi prouocatione ad Pontificem ſe ab illorum manibus liberare potuit. Interea tum precibus tum pretio fruſtra intercedente, Romam miſſi legati ab vtraque parte, ea Romani pontificis Induſtria ſunt excepti, vt vtrique ſibi pro votis conſultum gauderent. Nam & Abſaloni Lundenſem pontificatum aſſumere iuſſum, & Roſkildenſem adminiſtrare permiſſum, Ita geminum Eccleſiæ regimen in eius ius, ditionemque conceſſit, alterum præcepto, alterum indulgentia ſortientis. Recuſanti pallium ingeſtum eſt, inſignéque, quod petentibus ægrè præſtari ſolet, repugnanti violenter impoſitum. *Saxo. l. 14.*

Paulo Iouio, doctrinæ ac ætatis honore maiora prome- G
rito, in petitione pontificatus patriæ ſuæ Paulus III. PP. quendam prætulit, hominem è tenebris in lucem repentè productum. Ea re offenſus Iouius, ad literatum otium ſeſe contulit. Gratulatur ei And. *Alciatus* de libertate ſerò tandem parta, *epiſt. quad. q. 1. Hiſt. Iouius* præpoſita eſt: longè verò magis ſibi ipſi, quòd ab inueterati aſtus ſene principe decipi ſe non ſit paſſus: Quum me, inquit, vti ſcis, magnis propoſitis præmiis Ticino, Ferraria, atque Bononia in Vrbem accerſeret. Tum enim ex Iure meo magis cautus fui, quàm tu ex Sapientiæ præceptis prudens philoſophus. Cur enim pro inani aut incerta ſpe purpuræ hos tantos primi ſuggeſtus honores relinquerent? opimis præſertim firmatos ſtipendiis. Cur has tantas contemnerem circumfuſæ iuuentutis ſalutationes? & hanc denique tot conſultoribus ianuam pulſantibus, exiſtimationem magno lucro & non obſcura cum laude quæſitam, ineptè ſtultéque deſererem. Hæc Alciatus de ſe ipſo. Sic etiam Vlpianus rhetor fecit: Plus eſt ſophiſtam eſſe, quàm præfectum prætorio.

REGNVM, IMPERIVM Contemnere.

Regnum & Tyrannis cumulum quendam fortuitorum bonorum, Opum dico, Honorum, Potentia, Amicitia, comprehendere H
videntur. Illorum proinde acceptio vel repudiatio reſpectu Opulentia ad liberalitatem referri debet. At hic eximiè Honorem præfulgentem conſideramus. Vide infrà, Gloria contemptus reſpectu Finis, item reſpectu Modi, Declinare Deprecatione, Fuga, Morte. Item, Transferre in alium.

Germanicvs, pater Caligulæ, cùm à militibus ſuis Imperator contra Tiberium nominatus eſſet, poſt Auguſti mortem, pluribus verbis ſe ipſum excuſauit. Quibus cùm nihil proficeret, & eos dimoueri ſententia nequaquam poſſe videret, gladium diſtinxit, tanquàm ſibi manus inferre vellet. Confectis quin etiam ſub Tiberij nomine literis, quibus illis munera & alia quædam promittebantur, ſeditionem compeſcuit. Sic ille Imperium cùm occupare poſſet, aſpernatus eſt. *Sueton.*

Gordianvs ſenior Imp. cùm eum milites ſtrictis gladiis

A Auguſtum ſalutaſſent, ſenex feſſus à grabbato ſurgens, imperium oblatum detrectauit, humi proiectus ſupplicando: tandem minis compulſus eſt dignitatem ſuſcipere. *Volat. lib. 23. Anthrop ex Lamprid.*

Quum Henrici IV. Imp. Pontificiſque diſcordiam Germani iniquo animo tolerarent, Ladiſlaum Hungariæ regem ad capeſſendum Romanum imperium multis precibus inuitarunt. Quem quum obſtinatiſſimè recuſantem inueniſſent, Rodulphum declararunt Saxoniæ principem. *Bonf. v. lib. 4. Decadis 4.*

Albertvs Bauariæ dux, cùm ſplendida ad eum legatio, totius Boëmiæ populorum nomine profecta eſſet: oſtenderetque mortuo ipſorum rege Alberto II. Auſtrio, qui Ladiſlaum infantem filium in cunis reliquerat, quia tandiu expectare infantis grandiorem ætatem populi nolebant, ipſum omnibus ſuffragijs regem electum eſſe: ingenti animo tenuit: ac multis ſanctè facundeque in hanc ſententiam dictis, populus vt regem ſuum paruum expectaret hortatus eſt. *Fulg. lib. 4. cap. 1. & Bonfinius, lib. 4. Decad. 3.* Ergo Hungari

B ſtatim accepêre paruulum, regémque conſalutarunt. Mater eum Friderico Romanorum regi commiſit tutandum. *Crantz. lib. 12. Vand. c. 8.*

Sigismvndvs Polonorum rex, à Suecis poſt eiectum Chriſtiernum regem, & item ab Hungaris atque Boëmis poſt miſerabilem Ludouici fratris filij interitum, vt illa regna ſuſciperet, expetitus, vtrumque regnum repudiauit. *Cromerus.*

CONSVLATVM NEGLIGERE.

L. Qvintivs Cincinnatus Cos. cùm honorem eius P. C. continuare vellent, non ſolùm propter illius egregia opera, ſed etiam quòd populus eoſdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum iure fieri poterat: vtrumque diſcuſſit: ſenatus ſtudium ſimul inhibendo, & tribunos verecundiæ ſuæ exemplum ſequi cogendo: atque vnus cauſa fuit, vt ampliſſimus ordo, populúſque tuus eſſet, ab iniuſti facti reprehenſione. *Val. l. 4. c. 1.*

Capua recepta, Cn. Fuluius Romam ad habenda Comitia reuerſus, iuniorum prærogatiua T. Manlium Torquatum conſulem renunciauit. Qui quum præſens eſſet, & multitudo gratulabunda eum circumſtetiſſet: excuſata oculorum valetudine, centuriam, quæ tulerat ſuffragium, reuocari iuſſit: peſſimum exemplum ac periculoſiſſimum inducturum ſe

C teſtatus, ſi alienis oculis Remp. tali tempore adminiſtrandam ſuſciperet: atque ita hortatus eſt, vt alium magis idoneum id munus conferret. Inſtantibus autem cunctis: Alium, inquit Manlius quærite, Quirites, ad quem hunc honorem transferatis. Nam ſi me gerere eum coëgeritis, nec ego mores veſtros ferre, nec vos meum imperium perpeti poteritis. Suffragio igitur iterum inito, M. Marcellum & Valerium Leuinum conſules ex ſeniorum ſententia, quos ſuper ea re conſuluerant, retulerunt. *Sab. l. 4. Enn. 5.*

INSIGNIA REGNI

Contemnere.

Tigranes Armeniæ rex, à Lucullo victus, paucis comitatus continuò acie exceſſit, filioque lacrymans diadema ſibi ademptum impoſuit, hortatus vt diuerſum iter ingreſſus ſalutem ſibi quæreret. Cæterùm Adoleſcens viuo patre id inſigne non recepit, nec receptum multum profuiſſet: nam haud multò pòſt ad Lucullum captus perductus eſt. *Sab. l. 4. Enn. 6.*

Cn. Pompeivs, licèt ſe Imperatorem ſiuerit appellari, nunquam tamen in faſcibus inſignia laureæ coronæ detuliſſe legitur. Quo exemplo arguitur, Imperatorem faſcibus laureas apponi conſueuiſſe, quò iuſtum imperium & legiti-

D mus triumphus notaretur.

Odoacer Herulorum rex, occiſo Oreſte, & F. eius Momyllo Imperij dignitate ſe abdicare coacto, Occidentis dominationem ille quidem inuaſit: ſed honeſta maieſtatis Auguſtalis verecundia captus, haud quaquam ſe Imperatorem, ſed Regem tantùm Italiæ nominauit: atque Occidenti imperare nomine regio, ſed ſine purpura cœpit. *Sigon. lib. 15. Imp. occid.*

Godofredvs Bolionius à Latinis Hieroſolymorum rex creatus, diademate coronari noluit in ea vrbe, in qua Chriſtus Seruator ſpineam coronam geſſiſſet: & quamvis poteſtatem accepiſſet, regio tamen nomine in ſacra vrbe abſtinuit: eáque religione apud animos mortalium ſauctior fuit, & ſupra regum faſtigium gloria cr[illegible] *Æm[illegible] 3. R[illegible] de Reb. Heroſ. & Borſi l. 5. D[illegible] 1.*

Cùm Henrico I Saxoniæ duci, caſu C[illegible] I Cæſaris imperium delatum eſſet: ei, ſi in Italiam [illegible] more venire dignaretur, diadema [illegible] conſ[illegible] X. Pontifex promiſit. Henricus autem ſatis ſibi [illegible] pondit, quòd primus ex ſua familia ad regni [illegible] ritus peruceniſſet. diadema Imperij, maioribus de[illegible] non audiſſe. Leuauere in cœlum manus vir[illegible] tali modeſtia principem haberent. *Crantz. l. 3.* [illegible]

Rodolfvs Imp. coronationem & ma[illegible] Pontificem Romæ ſuſcipere renuit, apologum Æ[illegible] de leone & vulpe referens.

——— quia me veſtigia terrent

Plurima te aduerſum ſpectantia nulla retrorſum.

Significans, anteceſſores ſuos & maiores ſæpiùs Italiam ingreſſos, ſed magnis vltrò citróque datis & acceptis cladibus difficulter reuerſos eſſe. *Herod. in Chron. Germ.*

Otto I. Imp. in Vormacienſi conuentu D. Venceſlao Boëmorum principi eum habuit honorem, vt poteſtatem ei petendi concederet, quicquid petendum ſibi à Cæſare putaret.

F Exiſtimabat autem Cæſar, glorioſa eum & ambitioſa petiturum. At is brachium diui Viti ex Gallia, ſub Ludouico Pio Corbeiam in Saxoniam tranſlati, magnáque religione in Boëmia culti: dein Sigiſmundi quoque Burgundiæ regis, propterea quòd Vandalicæ nationis fuerit, reliquias ſibi dari poſtulauit. Ad quæ poſtulata Cæſar ſubridens: Feres tu, inquit, primo quoque à reditu noſtro in Saxoniam tempore, quas habere cupis reliquias: interim dona Cæſare digna à nobis accipe: regium imprimis decus, quo te ex dignitate tua meritò decoramus: deinde tributo abſoluimus, quod Carolus quondam ſoluendum Cæſaribus inſtituerat. Iuſſit poſtremò & inſignia ſua Venceſlaum ferre, fuſcam aquilam in clypeo candido. Facilè hoc & illud alterum de tributo amplexus eſt Venceſlaus: ſed idem caput ſuum diademate cingi, ſeque regem inungi, aut rex à ſuis appellari, nullo pacto ſuſtinuit: quanquam à Cæſare, atque ab aliis regibus & principibus, rex in epiſtolis ſalutaretur. *Dubrauius, l. 5.*

D. Edvardvs Angliæ rex, liberis carens, Edüardum nepotem ex fratre Edmundo: ex Hungaria (quo Danorum & Anglorum regis Canuti inſidias fugerat) euocatum regio nomine exornare volebat. Cæterùm nepos modeſtia incredibili ſe nunquam commiſſurum reſpondit, vt patruo viuo regnum

G acciperet. At non multò pòſt & iunior Eduardus defunctus eſt, & patruus haud ita diu ſuperuixit. *H. Boëth. l. 11.*

VESTITVM HONORIFICVM NON

Accipere, Negligere.

☞ *Conſule Tit. Veſtitus vilis, ſub loco Temperantia & Parſimonia, illic enim Voluptatis corporea, cuius illecebra eſt veſtitus, & ſumptus: hic honoris, qui ex veſtitu percipitur, habetur ratio.*

Cùm rediiſſet nauis è Delo, & Socrates morte multandus eſſet; accedens in carcerem Apollodorus Socratis amicus: tulit ei tunicam ex pretioſa lana, pulchréque textam, ſimile itē pallium: & rogauit, vt indutus tunica, amictúſque pallio, ſic demum venenum biberet. Dicebat enim, eum magnificæ ſepulturæ non expertem fore, ſi in iis mortem obiret: ſic enim non prorſus indecorè cum ornatu mortuum iaciturum. Hæc ad Socratem Apollodorus. At ille non paſſus eſt, ſed dixit ad Critonem, Simmiam, & Phædonem: Quam verò præclaram opinionem de nobis habet Apollodorus, ſi ſperauit; poſt propinationem ab Athenienſibus factam, & veneni abſortionem, ſe ita viſurum eſſe Socratem. Nam ſi crederet me paulò pòſt infra pedes proiectum & proſtratum iri, certum eſt, H
eum me non agniturum eſſe. *Ælian. l. 1. de Var. hiſt.*

Vespasianvs, ſumpta toga virili, latum clauum, quanquam fratre Sabino adepto, diu auerſatus eſt: nec vt tandem appeteret, compelli niſi à matre potuit. Ea demùm extudit, magis conuicio quàm precibus vel auctoritate, dum eum identidem per contumeliam Anteambulonem fratris appellat. *Sueton.*

TRIVMPHOS CONTEMNERE.

M. Fabivs, is qui collegam in conſulatu habuit Cn Mālium ſuperatis cruenta pugna Veientibus atque Hetruſcis, cùm ſenatus triumphum ei decreuiſſet: Facilè quidem ſe paſſurum reſpondit; pro eximia eo in prælio militum opera, triumphare exercitum, ſi triumphare ſine imperatore exerci-

A tus poſſit ſe vero [illegible] non accepturum, amiſſo ea in clade fratr. *Pont. l. [illegible] Magna. [illegible] Al. l.6. c 6.*

P. S[illegible]io Nas[illegible]a, Conſul, Delminio Dalmatiæ vrbe capta, imperatoris nomen militibus, & à ſenatu triumphum oblatum recuſauit. *Va. [illegible] 19. Anthrop.*

C. Cl. Nero, Liuij Salinatoris in Haſdrubale opprimendo particeps gloriæ, eum triumphantem equo ſequi, quam triumpho, quem ei ſenatus æque decreuerat, vti maluit: quia res in prouincia Salinatoris geſta fuerat. Sine curru ergo triumphauit eo quidem clarius, quòd illius victoria tantummodò laudabatur, huius etiam moderatio *Va. Max. lib. 4 cap. 1.*

Cn. Fvl. Flaccvs, tam expetendum aliis honorem triumphi, decretum ſibi à ſenatu ob res bene geſtas, ſpreuit ac repudiauit. Nimirum non plura præcerpens, quam [illegible] ciderant. Nam vt vrbem intrauit, continuò quæſtione publica afflictus, exilio multatus eſt: vt ſi quid tel gloriis inſolentia commiſiſſet, pœna expiaret. *Va. [illegible] 2.*

C. Marivs, victis ad Aquas Sex[illegible] Teutonibus, cùm Cimbri ad Atheſim Catulum Coſ. fugaſſent, reuocatus ad vrbem eſt. Vt venit, cùm omnes triumphum arbitrarentur

B ducturum, atque eum ſenatus volens decreuiſſet, ipſe noluit: vel quod milites & periculorum conſortes priuare ſua gloria nollet, vel quod populum in præſentia confirmaret, tanquam apud fortunam vrbis deponens rerum priùs geſtarum decus, quod repoſiturus in ſecundis eſſet illuſtrius. *Plut. in Mario.*

Tiberivs Imp. de Illyriis parta victoria, triumphare noluit, conſternata tunc ciuitate propter Varianam cladem, cùm tamen iure triumphare potuiſſet. *Alex. ab Alex. l.6. c.6.*

Traianvs Imp. mortuo Nerua, magnis rebus geſtis in Germania, cui præerat, floruit: ſubiugatiſque Marcomannis ac Iazygum & Pannoniæ populis, cùm ad ſucceſſionem imperij Romam rediret; minimè triumphans, aut quadrigis, cùm ei per ſenatum liceret, ſed tantùm equo inſidens, in Capitolium inuectus eſt. *Volat. 23. Anthrop.*

Adrianvs ex Syria Romam reuerſus, triumphum Trajano debitum, ſibique à ſenatu oblatum, recuſauit, quin dedit operam: vt triumphi pompa traduceretur, Trajanique imago triumphali curru ſit ante oculos ciuitatis prætervecta. *Sab. l.4 Enn.7.*

Severvs Imp. Poſteaquam Peſcennium Nigrum apud Cyzicum interemiſſet, pleroſque populos partim ſubegiſſet,

C partim officio continuiſſet: triumphum recuſauit, eò quòd pedum valetudine laboraret. *Volat. l. 23. Anthrop.*

Franciscvs Sfortia, Mediolanenſium totiúſque penè Lombardiæ parto imperio, vrbem Mediolanum initurus, paratum cum triumphali honore auratum currum renuit: dicens, eiuſmodi ornamenta Imperatoribus deberi. Eodem enim facto & victoria illa, quæ rara hominibus contigit, hoſtes, & inſolentis animi affectus, qui plerumque victoriarum ſunt comites, ſuperauit. Nam rebus feliciter geſtis triumphum mereri, haud paucis commune fuit: cæterùm honore illo, quem meritus eſſet, & paratum haberet, præ modeſtia non vti, fortaſſe vnius ipſius Franciſci Sfortiæ, aut plurium, certè perpaucorum aliorum fuit. *Fulg. l. 2. c.3.*

TROPHÆA NEGLIGERE.

Nicias Athenienſis, Corinthiis prælio victis, cum moris eſſet, eorum qui viciſſent, trophæum, vbi victoria parta eſſet, erigere: Id decus planè aſpernatus eſt. *Sab. l. 5. c.4.*

STATVAS, IMAGINES
Spernere.

Stasicrates architectus, nihil quod amœnum, quod

D iucundum & blandum foret viſui, ſectabatur; verùm & opus grande inſtituebat, & argumentum rege non indignum præbitore. Ad Alexandrum in ſuperiores prouincias profectus, pictas, ſculptas, & fictas eius imagines, vt artificum opificia ignauorum & illiberalium carpſit: Ego verò, inquit, in immortalem, rex, & ſpirantem materiam, æterniſque innixam radicibus, ac moli immotæ & inconcuſſæ ſtatui corporis tui effigiem imprimere, Thracius, Athos quà maximus eſt, & culmen eius aſſurgit maximè conſpicuum, congruentique latitudine & altitudine eſt ſubnixus, membris item præditus & artubus ad humani corporis modum diſtinctis, poterit, vbi elaboratus & ſignaturus erit, ſimulacrum Alexandri & dici & eſſe. baſibus qui attingant mare, altera manu amplum frequentiſſimumque oppidum complectatur

B ſiniſtráque, dextra amnem perennem & phiala liber in pelagus effuſum. Aurum verò, æs, ebur, ligna, pigmenta, effigies minutas, quæ comparari, furto ſubtrahi & conflari valent, miſſa faciamus. Ita fari Alexander ſpiritus exceſſus & fidentiâ admiratus laodauit hominem: Verùm ſine, vt ſuo loco maneat, inquit, Athos, ſatis eſt enim quòd vnius ſit regis monimentum ludibriorû (a Xerxe iam olim perfoſſus.) Me verò Caucaſus oſtendet, & Emodi montes, & Tanais, & mare Caſpium, hæ mentum ſunt actuum Imagines. *Plut. Orat. de Alex. fort.*

Cum nationes Græciæ Aſianæ ſtatuas Ageſilao in celeberrimis vrbibus collocare decreuiſſent, ſcripſit ad eas. Mea ſit nec picta, nec ficta, nec ſculpta imago *Plu. in Apoph.* Scribit Xenophon, eum corporis imaginem ſibi ſtatui ſumma vi abnuiſſe. Cæterùm animi elaborare monumenta nunquam deſtitiſſe, quum ita [illegible] ueſperet, illud ſtatuariorum, hoc ſuum ipſius eſſe opus. rurſumque id eſſe locupletum, hoc autem bonorum *Cic. in epiſt. ad Luceium.*

Idem cum diſceſſiſſet ex Ægypto patriam repetens, morbo [illegible]plicitus in portu qui Menelai dicitur, ac breui pòſt moriens mandauit iis, qui aderant, ne quam fictam aut ſculptam corporis ſui imaginem facerent: Si quod, inquit, præclarum facinus geſſi, hoc erit monumentum mei: ſin minus, F ne omnes quidem ſtatuæ, cum ſint vilium ac nullius rei opificum opera, illuſtrabunt mei memoriam. *Plut. in Lac.*

Avgvstvs Cæsar argenteas ſtatuas olim ſibi poſitas conflauit omnes: ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit. *Suet.*

HOSPITIA HONORIFICA
Repvdiare.

Pavla, Romana vidua, Hieroſolymam veniente, proconſul Palæſtinæ, qui familiam eius optimè nouerat, præmiſſis apparitoribus iuſſit parari prætorium. Illa verò elegit humilem cellulam *D. Hieron. in eius Epitaph.*

TITVLOS MAGNIFICOS,
Svperbos Non Cvrare.

Cassander cum omnibus libellis & epiſtolis Rex ſalutaretur, tantæ moderationis fuit, vt nunquam regium ſibi vſurparit nomen. *Alex. ab Alex. l. 2. c.19.*

Antigonvs ille ſenex, cum Hermodorus quidam in poëmatibus ſuis Solis filium Deúmque ipſum prædicaret: Nihil, inquit, in me eiuſcemodi agnoſcit, qui laſanum meum portat. *Plut. de Iſide, & Oſiride, & in Apoph.* G

P. Scipio capta Carthagine noua, & Aſdrubalis caſtris expugnatis, conſuetudine ſua omnes captiuos Hiſpani generis ad ſe vocari, & ſine pretio dimitti iuſſit. Adoleſcentem ex his regij generis, Maſiniſſæ nepotem, comiter benignéque acceptum ad Maſiniſſam remiſit, magnificentiſſima quoque adiectis dona, vt oſtenderet imperatorem exercitus non minus liberalitate & domeſticis virtutibus, quam bellicis artibus ornatum eſſe oportere. Hiſpanorum multitudo hanc indulgentiam Romani ducis admirata, contineri non poterat, quin eum honoris & virtutis gratia appellaret Regem. Sed Scipio hanc vocem Romanis auribus inſuetam, ſubitò oppreſſit. Silentio enim per præconem facto, ſibi maximum nomen imperatoris eſſe dixit, quo ſe milites ſui appellaſſent: regium nomen alibi magnum, Romæ intolerabile eſſe: regalem animum in ſe eſſe, ſi id in hominibus ingenio ampliſſimum ducerent, tacitè iudicarent, vocem vſurpatione abſtinerent. *Liuius, ex Polybij libro.*

Cn. Pompeivs, cum poſt egregias in Aphrica res geſtas toto conſpirante exercitu Imperatoris nomine honeſtaretur, honorem renuens, nunquam epiſtolis aut chirographis H hoc nomen vſurpare voluit. *Alex. l. 5. c. 8.* [illegible] Securum hoſtem opprimere

M. Antonivs, quum Rhodum Inſulam vi cepiſſet, & in ingreſſu ſalutaretur rex atque Dñs: Nec rex ſum, inquit, nec Dñs, ſed regis ac Domini interfector. *Plutarch. in Antonio.*

Q. Tvrnivs, cum Garamantes, vltra Æthiopes, horridos & incultos populos bello viciſſet: honoris tamen & gloriæ inanis contemptor, Garamantici nomen reſpuit, cùm omnes ferè Romanorum duces à ſubactis prouinciis cognomina ſibi ſumpſerint. *Alex. ab Alex. l 1. c. 11.*

Avgvstvs Cæsar Domini appellationem vt maledictum & opprobrium ſemper exhorruit. Cum ſpectante eo ludos, pronunciatum eſſet à mimo; O Dominum æquum & bonum: & vniuerſi quaſi de ipſo dictum exultantes comprobaſſent: ſtatim manu vultúque indecoras adulationes repreſ-

A ſit, & inſequenti die grauiſſimo corripuit edicto: dominúmque ſe poſthac appellari, ne à liberis quidem, aut nepotibus ſuis, vel ſeriò, vel ioco paſſus eſt. atque huiuſmodi blanditias etiam inter ipſo prohibuit. *Suet. & Dion.*

Menſes Septembrem atque octobrem, Antoninum atque Fauſtinum appellandos decreuerat ſenatus. Sed id M. Antoninus Pius Imp. reſpuit. *Capitol.*

ALEXANDER SEVERVS Imp. vix annos ſexdecim natus, cùm à Senatu Imp. creatus, ob virtutis magnitudinem Patriæ quoque parentis, & Antonini & Magni cognomine decoraretur, nunquam in animum vt hos acciperet honores induxit: Oportere enim aiebat, vt res geſtæ maturi[illegible] que ætas ea nomina pareret. *Fulg. l. [illegible] ex l. impr d.*

Victis ad Argentoratum magno p[illegible] [illegible]rmanis Chonodomario rege capto, Iulianus, Cæ[illegible] a [illegible]onſtantio Imp. iampridem dictus, acclamatione concor[illegible] [illegible] exercitus Auguſtus appellatus, eum honorem [illegible] [illegible]lite iureiurando repudiauit. *Sig. l. 6. Imp. occid.*

☞ *Quære pleraque in Apophthegmatibus, Tit. de Honore.*

INSCRIPTIONES NEGLIGERE

PERTINAX Imp. imperatoriis poſſeſſionibus nomen ſuum B inſcribi prohibuit: dictitans, non eſſe illas proprias imperantium, ſed communes Romanorum & publicas.

ENCOMIA, PRÆCONIA NON ACCEPTARE.

Cùm iactarent amici Alexandri, ſupergreſſum eum rebus geſtis Herculem: Enimverò ego, inquit, res geſtas meas cum imperio non exiſtimo eſſe vni æquiparandas Herculis verbo. *Plut. in Apoph.*

Quum quidam Albini, qui Seueri Imp. æmulus fuit, geſta vellet ſcribere? Quin ea potiùs ſcribas, inquit, quæ Marius geſſit, aut Hannibal, vt illa imitemur, nam res geſtas illius ſcribere, à quo præmium expectes aut pœnam, luſus eſt. *Sab. l. 5. Ennead. 7.*

COSMVS MEDICES, is qui Sapientis nomen tulit, cùm ſuprà quadringenta aureorum millia in templa, xenodochia, monaſteria impendiſſet, & à quodam propter banc magnificentiam ſummis laudibus extolleretur, certámque pro tantis meritis à Deo pauperum patrono mercedem expectare iuberetur: Ego verò, inquit, nulla penitus harum impenſarum in meis rationibus nomina reperire hactenus potui. Vox Chriſtiano digna viro, qui cùm Dei benignitate omnia ſe C accepiſſe putaret, ſi quid eiuſdem iuſſu in pauperes effudiſſet, non illud ſuo merito (quod à Chriſto ſolo pendetet) ſed gratia tantùm voluntati tribuendum putaret. *Lud. Guicciard. in D. ludii.*

SALVTATIONEM HONORIFICAM FLOCCIPENDERE.

Cùm introiſſet Cæſarem Petrus, obuiam venit ei Cornelius centurio, & procidit coram eo. At Petrus: Surge, & ego ipſe homo ſum, ait. *Act. 10.*

CN POMPEIVS MAGNVS, Pharſalica in acie victus à Cæſare, cùm poſtero die Lariſſam intraret, oppidique illius vniuerſus populus obuiam ei proceſſiſſet: Ite (inquit) & iſtud officium præſtare victori. Diceremn, non dignum qui vinceretur, niſi à Cæſare eſſet ſuperatus: certè modeſtus in calamitate. Nam quia dignitate ſua vti iam non poterat, vſus eſt verecundia. *Val. l. 4. c. 5.*

MAXIMINVS SENIOR Imp. nunquam ad oſcula pedum quenquam admiſit, dicens: Dij prohibeant, vt quiſquam ingenuorum pedibus meis oſcula figat. *Capitol.*

Ruſticiana Patricia ad D. Gregorium PP. epiſtolis ſæpiùs D formulam hanc, Ancilla veſtra, inculcauerat. Cui ille: Cum per Epiſcopatus onera ſermus omnium ſim factus, quomodo ancillam eam habeam, cuius ante Epiſcopatum proprius fui? Et ideo rogo per omnipotentem Deum, ne hoc verbum in ſcriptis veſtris aliquando ad me inueniam. *Lib. epiſt. cap. 58.*

GLORIÆ CONTEMPTVS SECVNDVM ALIVM RESPECTV ALIAS, SIVE MERITI, cui Honor debetur. Ob PROPHETIÆ DONVM,

IOANNES ÆGYPTIVS monachus, cùm Spiritu ſanct. rancſante multis futuri euentur reſponſa daret, inferebat: Non ſuis meritis eam reuelationem ſibi factam, ſed illorum qui rogatum aduenerunt. *Sab. l. 10. c. 1.*

MIRACVLORV[illegible]

CHRISTVS IESVS vt glor[illegible] [illegible]iam human[illegible] [illegible] nem[illegible] ont[illegible] [illegible]ris l[illegible]beraret [illegible]orbi[illegible], int[illegible] [illegible] ten[illegible]: Dæmonum certè clariſſima teſtimonia [illegible] lius eſſet, ſemper [illegible]udiauit.

ANTO[illegible]M Abb[illegible] tradont M[illegible] cto pro filia quam [illegible]equitiæ ſpiritus po[illegible] reſpondiſſe, Ne ſe [illegible]pem, poſceret, cum & [illegible] ſet: ſed ſi [illegible] Chriſto confideret, eidem ſupp[illegible] dei merit[illegible] [illegible]ratia[illegible] ab ipſo imper[illegible]turus. Cred[illegible] nianus & domu[illegible] [illegible]ediens, Deum precatus, fi[illegible]tam [illegible] nio liberauit, vt præd[illegible]ctum [illegible]b Antonio fuerat P[illegible] tut v[illegible]i o[illegible] reſpon[illegible] Ant[illegible]nius [illegible] [illegible] ex[illegible] ceſſit bona [illegible] mi[illegible]tatis ob[illegible]eruationem [illegible] [illegible] [illegible]rtutem [illegible] [illegible]firmita[illegible] remedium. *Maru[illegible] 4*

I[illegible] ÆGY[illegible] monachus, morb[illegible] affectos coram ſe curationis gr[illegible]a [illegible]dduci vetu[illegible] quoniam vltro citroque commea[illegible] [illegible]gmen oſten[illegible] [illegible]ni eſſe potoiſſet. Oleum eis ben dictum [illegible]ebat quo perunctì conualeſcebant, atque à languoribus liberabantur. *Sab. l. 10. c. 1. & Marul. l. 1. c. 4.* F

ÆGVDIVS Athenienſis, quoniam miraculis clarere cœperat, iactationi occaſionem fugiens, patriam reliquit, & ad eremum ſe contulit. Et dum apud Veredenium eremitam in agro Arelatenſi habitaret, ſabuloſo ac ſterili ſolo ab ipſo terræ conditore Deo fœcunditatem precibus impetrauit. Mox inde diſcedens, vaſtioris ſolitudinis latebras petiit: ibi quærens domicilio locum, vbi non facile mortalium de ſe rumores audire poſſet. *Marul. l. 1. c. 4.*

IODOCVS, fama ſanctitatis, regumque Britanniæ ſtirpe clarus, dum ſolitarius habitaret, ſignorum quæ fecerat rumor multos ad viſendum eum à diuerſis partibus exciuiſſet: videns in tanta ſe aduentiom frequentia periclitari humilitatem, in vlteriorem deſerti angulum ſedem tranſtulit, vt tam ab inanis gloriæ cupidine ſemotus eſſet, quam à conſuetudine hominum. *Idem.*

EVLALIVS monachus criminis olim ſuſpectus, vt Innocentiam probaret iubente Abbate, fiſcellam, quam de palmeis foliis ipſe texuerat, igni impoſuit: atque vbi à flammis eam læſi non poſſe animaduerſum eſt, non ſolùm omni ſuſpicione fuit abſolutus, verumetiam ob miraculum venerationi haberi à fratribus cœpit. Cæterùm ſe in ore oculiſque G hominum eſſe indignè ferens, procul inde receſſit in deſertem; maluitque in ſpeluncis cum feris habitare, quàm in monaſterio ab hominibus honorari. *Idem.*

HILARION Abbas, iam ſexagenarius, cernens circa ſe tum ſe monachorum multitudinem, tum eorum qui ſanandi ad eum vndique confluebant, flebat quotidie, & ad ſeculum rediſſe ſe, atque in vita mercedem recepiſſe aiebat. Abire cupientem inhibebant. Denique biennio in tali animi ſolicimdine peracto, cùm poſtremò comedere nollet, donec diſceſſum impetraret, & iam dies ſeptem nihil guſtaſſet: ne inedia conficeretur, dimiſſus reliquit Palæſtinam. Prætereà gloriam ſemper fugiendo, dum crebrò ſedem mutat, Bethilium, Peluſium, Theubaton Babylonémque peragrauit: deinde Aphroditon, eremum Antonij, ruſſum Aphroditon, Alexandriam, Oſam, Brutium, Parætonium, Siciliam, Epidaurum, ac poſt hæc Cyprum. In cuius inſulæ vaſtiore minúſque noto angulo, cùm ſeſe addidiſſet, diu latere non potuit, miraculis eum vbique prodeuntibus. Quia tamen vitibus partim ætate, partim labore exhauſtis, inde iam emigrare illi commodum erat, ibidem & fugæ finis & vitæ H fuit. Hunc tantum in ipſo honoris contemptum præter cæteros extollens Hieronymus: Mirentur, inquit, alij ſigna quæ fecit: mirentur incredibilem abſtinentiam, ſcientiam, humilitatem: ego nihil ita ſtupeo, quàm gloriam illum & honorem calcare potuiſſe. Concurrebant Epiſcopi, presbyteri, clericorum & monachorum greges, matronarum quoque Chriſtianarum grandis tentatio & hinc & inde ex vrbibus & agris vulgus ignobile: ſed & potentes viri & iudices, vt benedictum ab eo panem vel oleum acciperent. At ille nihil aliud quàm ſolitudinem meditabatur. *Marul. idem, & Fulg. lib. 4. cap. 1.*

BONIFAC. Maximi tempore monachus, & cœnobij pater, iam ſenex inde clàm aufugit ad aliud interioris Thebaidis cœnobium, honoris vitandi gratia & cœnobij ignotúſque in humili

A humili mi[illegible] vi[illegible], [illegible] tandem & ad priſtinum offici[illegible] E[illegible].

Thar[illegible] o ſecia[illegible] heba dis, cum ſe o[illegible] putabatur. Verum quia ſ[illegible] Dei ſapient[illegible], ſancto Pietro Abba[illegible] de[illegible] fuit illi ſancti monia. Proinde ad viſ[illegible]. Ipſa vt vidit ſe non iam vt ſtultam [illegible] ctam honorari, clàm diſcedens, o[illegible] ſtrum [illegible] que dereliquit, & in ſolitudine vi[illegible] 4.

M[illegible] Nluella Epiſcopatus Leodienſis ignobilis ge[illegible] celebris ſanctitate frequentiam homi[illegible] illuc ad ſe [illegible] turmatim accurrentium moleſtè feren[illegible] tentatione a[illegible] arripuit [illegible] uenitque ad Eccleſiam S. Nico[illegible] to Deognies, & ibidem ſolitari[illegible] conſe[illegible] cùm clauſæ obſeratæque eſſent, ad [illegible] ſua ſponte protinus patuiſſe. *Marul. ibid.* [illegible]

ERVDITIONEM

Galenvs Medicus Perga[illegible] iam & [illegible] tem [illegible] tam ſic perpetuò neglexit, vt nul[illegible] orum ſuorum [illegible]
B nomen præſcripſerit, & amicos etiam ne id facerent rogarit, vtpote [illegible], vt ipſe deſcribit 7. *Therapeutices* & mox ſubiungit: [illegible]. In libellis quidem de libris propriis principio, non ſimpliciter vllis ſuorum librorum, ſed illis, quos introducendis ſiue in diſcipulorum aut amicorum rogantium gratiam ad priuatum ipſorum captum vſúmque conſcripſiſſet, non ad editionem, nomen ſuum ſe addidiſſe negat. Imperfectis ergo, quia indigni eſſent, perfectis verò ne ambitioſus videretur, ſuum inſcribere nomen ſuperſedit.

Anton. Nebrissensis Hiſpanus, pro varia & latè patenti eruditione, quum eſſet diligenter in omni ſcriptorum genere verſatus, potuiſſet quodcunque nomen vſurpare, non ſolùm cùm bona profeſſorum eiuſce artis venia, ſed cum magna etiam lætitia, quòd non parum gloriæ profeſſioni ſuæ acceſſurum ex huiuſmodi hominis ſplendore & nominis celebritate exiſtimaſſent: nihil tamen dici & haberi maluit, quam Grammaticus. Nec Pius II. pontifex vrbis Ro-
C mæ nomen eiuſmodi abhorruit. *Lud. Viues de Cauſis corruptarum art. l. 1.*

FORTITVDINEM BELLICAM.

Bello ſeruili voluntaria ſtipendia Cato minor fecit fratris cauſa Cæpionis, qui tribunus militum erat: atque explicare, quantam capiebat, alacritatem & exercitationem virtutis, quòd dux gereret rem imperitè, nequiuit. Dum tamen in magna militum illorum ignauia & luxu præſtitit diſciplinam, atque vbi vſus quæreret, virtutem, omnibúſque in rebus audaciam & prudentiam: nihil concedere exiſtimatus eſt veteri Catoni. Vnde Gellius præmia ei & eximios honores tribuit: quos ille non accepit, neque admiſit, nihil geſtum ferens honoribus dignum. Hinc peruerſus habitus eſt. *Plut. in eius vita.*

Rollonem Normannorum ducem Alſtenus Anglorum rex in Neuſtriam irrumpentem commeatu iuuerat. Eundem, cùm occupata Rotomago in Neuſtria pedem fixiſſet, Alſtenus ciuili bello impetitus in auxilium euocarat, Rollo nihil moratus, regi fortem & fidelem nauauit operam. Victis rebellibus, Rex permiſit illi regni dimidium, limitéſque fecit vtriuſque ditionis. Rollo imperat victis, obſidas ſeruandæ
D pacis ſtatuuntur, vt diuiſim & regi & ſibi ſint pignora pacis ſeruandæ. Nihil horum recuſatum eſt: exhibent. Tum dux regi: Quando, inquit, & hoſpitio primùm, deinde etiam commeatu me rex egregiè & inſigniter muneraſti, gratoitam tibi operam libens rependo: vt aliqua ex parte tuis iſ me meritis reſponderem. Regni partem, quam exhibes, non accipio: totum tibi iure tuo poſſideto. Mihi in Franciam redeundum eſt: obſides tuorum tibi habeto: quo plura tenes pignora, ſolidiorem pacis habiturus conditionem. Senior ſolutus in lacrymas, quas potuit gratias dixit, regalibus donis afficiens amicum, cùm regni partem aſpernaretur. Vnum petenti Rolloni libens permiſit, vt qui ex Anglia ſua ſponte militiam eius ſequi vellent, bona regis venia ſequerentur. *Crantz. l. 2. Noruegiæ, c. 23.*

ÆDIFICIORVM. E
MAGNIFICENTIAM

Tiberivs cùm multa reſtituiſſet in vrbe ædificia, quæ corruerant, nullum eniм exſtruxit, nouum, præter Auguſtali[illegible] nullum tamen prorſus ſibi v[illegible] icauit: ſed eis nomina reddi[illegible] eorum, à quibus ædificari cœpta eſſent. Multa impendit in v[illegible] um & priuatorum hominum: cuius rei cau[illegible] m honorem poſtulauit, nullam omninò laudem a[illegible] it. [illegible]

Han[illegible] Imperator & patrem Traianum, & ſuperiore Imper[illegible] ſumptuoſis ædificiis ſuperauit, & tamen in vno tantum Traiani patris templo nomen ſuum inſcribi voluit. *Po[illegible] 12. Magn.*

FIDEM ERGA PATRIAM.

Ar[illegible] phila C[illegible] Nicoſtrati, tyranni coniux, patriæ cari[illegible] præponens, Nicoſtrati fratrem [illegible] Nicoſtratum occideret. At cùm ſe Leãder fratre[illegible] g[illegible] reret, effecit eadem vt Leander quoque [illegible] beræque Cyrenæ eius morte remanerent. Cùm [illegible] opera duobus liberatæ immanibus tyrannis Cyrenæ, principem eam publicorum conſiliorum atque totius Reipublicæ facere vellent, ipſa omnibus ſpretis, ſe in ſacrarum virginum conuentum contulit. *Plut de Mul. virt.* F

CONIVGIA PRÆCLARA.

Nvma Pompilivs ex illuſtri inter Sabinos genere natus, cum Tatij Sabini, qui ſimul cum Romulo regnauit, filiam in vxorem duxiſſet: non tamen eo connubio elatus migrauit ad ſocerum: ſed patrem iam ſeniorem fouens & nutrices in Sabinis cum Tatia vxore, priuati viti quietem regno ſoceri prætulit. *Plut. in eius vita.*

VICTORIAM.

☞ *Vide poſt Trophæa, triumphos reſpuere.*

Python, quem quòd interfeciſſet Cotyn, magnificiebant Athenienſes, & honorabant: Deus hoc, inquit, manu vſus mea perpetrauit. *Plut. in Præcept. Polit.*

Timoleon excisis in Sicilia tyrannidibus, templum Αὐτοματί[illegible], hoc eſt, Caſus excitauit, Deum conſortem faciens laudis ſuæ. *Idem.*

Capto ſaxo inexpugnabili in India, Alex. Magnum cùm eius amici iactarent ſupergreſſum rebus geſtis Herculem: Enimverò ego, inquit, res geſtas meas cum imperio non exiſtimo eſſe vni æquiparas Herculis verbo. *Plutarch. in Apoph.* G

Gentes finitimæ ob Iudaicam victoriam (teſte Philoſtrato) Titum ſalutabant Imperatorem. At is tali ſe honore indignum reſpondit, aſſerens auctorem talium operum Deum. *Cuſp. Philoſt. in Apoll.*

GLORIÆ CONTEMPTVS SECVNDVM

AVTEM *reſpectu Modi, quo contemnitur.*

NON AFFECTANDO.

Xenocrates cuidam commemoranti, quòd ipſius laudes vbique prædicaret: Ego, inquit, pro iſto officio bonam rependo gratiam, efficiens vt vera prædices. Vera virtus nihil moratur hominum laudes. Fas qui prædicant, plus debent iis quos laudant, quàm ipſis debent qui laudantur. *Eraſm lib. 8. Apoph.*

M. Cato ſenior, conſpiciens multorum erigi ſtatuas: Malim, inquit, vt de me quærant homines, quambrem Catoni non ſit poſita ſtatua, quàm quare ſit poſita. Sentiens, ſe malle res præclaras gerere, vt olim ſcientes illum promeruiſſe ſtatuam, mirentur non eſſe poſitam. *Plut. in Rom. Apoph. & Plin l. de Viris illuſt.*

D. Avgvstinvs rhetoricæ profeſſor Mediolani, cùm religionis ſtudio eam deſerere, & baptiſmum ſuſcipere vellet: ne ſuſpicionem aliquam ambitionis daret aliis, ſi in medio curriculo profeſſionem relinqueret: vindemiales ferias expectare voluit, qui profeſſionum terminus eſſe conſueuerat: atque etiam tunc ſe propter reſpirationis difficultatem potiùs quàm alia de cauſa, munus illud deſerere aſſerebat: ne ex hac voluntaria opimæ conditionis deſertione gloriolæ fumum captare videretur. Teſtis ipſemet. *l. 9. Confeſſ. c. 2.* H

NON PETENDO.

Phocioni, cùm nunquam ſupplicare populo ſuſtinuiſſet, & ideò comitiis intereſſe nollet, abſenti & inuito honores delati ſunt. *Plut.*

L. Crassvs nunquam adduci potuit, vt præſente Q. Scæuola, more candidatorum, populo ſupplicaret. *Alexand. l. 4. c. 1.*

OBSTAN

A OBSTANTES, IMPEDIENTES TOLERANDO.

Cùm defuncto Leoſthene Lamiaci belli duce & fomite, veterentes aliqui, ne dux ad exercitum Phocium [illegible] transfigeret, hominem quendam ſubornaſſet obſcu[illegible] exiguis in concinne diceret, quòd amicus [illegible] eſſet Phocionis, monere ſe, vt parcerent ei reſeruar[illegible] parem non haberent alium: Antiphil[illegible] autem ex [illegible] ficerent: atque id populus proba[illegible]: progreſſus Ph[illegible] monſtrauit, [illegible] vn[illegible] us [illegible] pul[illegible] aliàs notum ve[illegible] miliatem [illegible] tù nun[illegible] dieno dic am[illegible] itiam & n[illegible] doquidem, q[illegible] mea[illegible] nt [illegible] *Pl[illegible]*

DECLINANDO SIVE DEFATIGANDO DEPRECANDO.

¶ *Vide ſuprà, contemnere R[illegible]um, C[illegible], D[illegible].*

Gedeon Angelo dicente ſi[illegible], Vad[illegible] in h[illegible]

B liberabis Iſraël: reſpondit, Ecce familia [illegible] tet Manaſſenſes, & ego minimus in domo patr[illegible] mei. [illegible]

Hieremias ad prophetandum vocatus, humiliter [illegible]uit. *Hierem. cap. 1.*

Q. Fab. Max. vltimum conſulatum recuſauit: dicens ſe iam ſenem ac perfunctum laboribus, laborum præmiis non ſollicitandum, cùm nec temporis nec animi vigor ille idem adeſſet. Ex qua recuſatione tantam laudem aſſecutus eſt, vt non minor inde illi auctoritas increuerit, quàm ex iis quæ poſtea fortiſſimè in ipſo conſulatu geſſit. *Pont. l. 2. de Magn.*

Q. Fab. Rutilian. cùm à ſe quinquies & à patre, auo, proauo, maioribúſque ſuis ſæpenumerò conſulatum geſtum animaduerteret, in comitiis, quibus filius ſuus ſummo conſenſu Conſul creabatur: quàm potuit conſtanter cum populo egit, vt aliquando vocationem huius honoris Fabiæ genti daret: non quòd virtutibus filij diffideret (erat enim illuſtris) ſed ne maximum imperium in vna familia continuaretur. Quid hac moderatione efficacius, aut valentius? quæ etiam patrios affectus, qui potentiſſimi habentur, ſuperauit: *Val. Max. l. 4. c. 1. & Plin. de Viris illuſt. c. 32.*

Avg. Cæs. Dictaturá magna vi offerẽte populo, genu nixus deiecta ab humeris toga, nullo pectore deprecatus eſt. *Suet.*

C Gordianvs iam ſenex in Imperatorem electus, è grabbato ſurgens, imperium oblatum detrectauit, humi proiectus ſupplicando: ſed verò minis compulſus eſt ſuſcipere. *Volaterran. l. 22. Anthrop.*

Annivs Tacitvs iam ſenex poſt Aurelij Imperatoris mortem, Metio Falconio adhortante, in Imperatorem electus eſt, licèt plurimùm propter ætatem ſe excuſaret. *Optatianus & Vopiſcus.*

Andreas Gritivs vbi ſibi Venetorum Imperium delatum iri reſciuit, Patribus literas dedit, non eſſe è Republ. ſe qui non magnum in re militari vſum haberet, tot fortibus & claris bello viris, qui in eius exercitu eſſent, præfici neque id co æquo animo laturos: itaque alia omnia cogitarent: ſe ſe nolle imperium cùm inuidioſum, tum ſuis maius viribus accipere. *Bembus lib. 10 Hiſt. Veneta.*

REPREHENSIONE, CASTIGATIONE.

Pvbl. Scipio. Africanus Pop. Rom ſuccenſuit, quòd ſe perpetuum Conſulẽ & Dictatorẽ vellet facere. *Auctor. vita illuſt.*

M. Rvtilivs Cenſorinus, cenſor iterum creatos, ad concionem populum vocatum, quàm potuit grauiſſima oratione corripuit, quòd eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet: cuius maiores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum

D iudicaſſent. Vterque rectè, & Cenſorinus, & populus. Alter enim, vt moderatè honores crederent, præcepit: alter ſe moderato credidit. *Val. Max. l. 4. c. 1.*

Mathias Vngariæ rex, cum Vladiſlao Boëmiæ rege Olomucæ cauſa pacis colloquium inſtituerat. Conuiuio regio Germanus hiſtrio rhytmis Germanicis, qua lingua rex comprimis delectabatur, Principum Chriſtianorum vires & arma ſocia contra Turcas veluti è catalogo proſecutus, Mathiam tandem belli ducem adiunxit, robur illi giganteum & formam Abſaloniam aſtingens: ad extremum elogij huius præmium regium flagitauit. Mathias in maximorum Principum conſeſſu perſonatum ſeſe introduci moleſte ferens, hoc vnum reſpondit: Non plus ſeſe illi quàm ſibimetipſi credere, & hanc ab illo decantatam virtutum ideam calcar ſibi in poſterum fore, vt qualis non eſſet, talis euaderet. Tuis verò oculis ſi magis credas, quàm poëticæ fictioni, me nec gi[illegible]

[illegible] quæ [illegible]

FVGA.

[illegible] E [illegible]

C[illegible] qui [illegible] panib[illegible] & [illegible] & [illegible] cum p[illegible] us, le[illegible] *M[illegible] 6*

[illegible] n M[illegible] um poſt C[illegible] q[illegible], & [illegible] e[illegible] te [illegible] p[illegible]torem [illegible] nentibus

F [illegible] & [illegible] nte cogentibus, reli[illegible], quam [illegible] te [illegible] ppr[illegible] erant nudus ab eis profugit. *Fulg. [illegible] 4. c. [illegible] ex He[illegible]*

Scribit *Flau. Vopiſcus* legiſſe ſe in Elephantinis libris Vlpiæ Bibliothecę, P. Anuium Tacitum, vbi primùm in curia moueri ſentit de imperio ſibi decernendo, in Baianum ſuum ſeceſſiſſe, vbi duos menſes procul ab vrbe fuerit, eam dignitatem vt ſibi exitialem auerſatus. *Sab. l. 7. Enn. 7.*

Odo Cluniacenſis monachus, à Bennone Abbate proximè deceſſoro ſuffectus, cùm fugam pararet, à fratribus comprehenſus, Epiſcoporum ioſſu regimen inuitus accepit, & multis miraculis nobilitatus eſt, Deo humilitati eius gratiam conferente. *Marul. l. 1. c. 6.*

Geminianvs Mvtinensis clericus, defuncto Antonio Epiſcopo, à populo electus fugit. Dum autem latitaret, & quæri dignus fuit, & inueniri. Iouiniani Imperatoris filiam à dæmonio liberauit. Attila Italiam vaſtanto, ſuos non repugnando incolumes ſeruauit. Ipſo enim orante, hoſtis apertis portis vrbem mediam innoxius percurrit. *Marul. l. 1. c. 4.*

G Gregorivs Magnvs Papa cum pontificatum palàm repudiare ſibi integrum non eſſet, inhibente populo, clandeſtina fuga ab vrbe decedere decreuit. At cùm exitum omnem diligenti ſeptum cuſtodia videret, dolio ſe exportari fecit in vicinum montem, & in eius antro latuit. Cæterùm cùm quæreretur, lucida nubes loco incumbens, prodidit latentem. *Marul. l. 1. c. 5.*

Isaac monachus cùm reſciſſet decerni ſibi presbyteratum, de Scythia tranſmigrauit in Ægyptum, vaſtæ ſolitudinis ſeceſſum quæritans, vt hominum effugeret conſpectum. Sed qui diuinitùs eligebatur, latêre non potuit. Cùm enim fratres in Ægyptum vſque illum quæſitum profecti eſſent, & aſellus, quem ſecum habebant, per deſertum fugiens, ad ſpeluncam ipſius ſubſtitiſſet: eò inſecuti, dum aſellum comprehendunt, monachum inueniunt. Ille vbi ſe muti animalis indicio deprehenſum agnouiſſet, fratrum votis annuens: Presbyteri officium ſuſcepit. *Marul. l. 1. c. 6.*

Ephrem Nisibensis, eremita doctiſſimus, quíque multa ſcripſit, oblatum Epiſcopatus honorem ſimulatione inſaniæ reſpuit. Inde fuga elapſus, tantiſper latuit, donec alius Epiſcopus legeretur. *Nauclerus 7 c. 54.*

H Mortuo Ioanne Dandulo Venetorum duce, nominatim Iacobum Teupulum ducem populus poſtulabat. Quam vulgi temeritatem vir optimus, & publicæ quietis amicus, vehementer auerſatus, clandeſtinè vrbe egreſſus, Marochium ſe contulit: vbi diſſimulata perſona tam diu latuit, donec ſedato tumultu Petrus Gradonicus ex Patricij ordinis ſententia dux fuiſſe declaratus. *Sab. lib. 10. Dec. 1. Idem l. 7. Enn. 9.* in ſuburbanis eum latuiſſe inquit. At *Ful. l. 4. c. 1.* in Africam cum nauigaſſe auctor eſt.

Andreas Contarenvs Venetorum dux creatus, præſagio quodam futurorum dignitatem adire recuſauit: conceſſerátque ob idipſum in Patauinum agrum, tandiu vrbe abfuturus, quoad noua alterius ducis declaratio ſecuta eſſet. Sed cùm ab amicis moueretur, niſi decreto Patrum obſecundaret, publicatis omnibus bonis exilium ipſi imminere, Venetias redijt. Et ſanè conſtat, eo principe Rempublicam externis bellis vehementer iactatam, & in vrbe magnopere annona laboratam. *Sab. l. 4. Dec. 2.*

OCCVLTA

A OCCVLTATIONE.

SABAS [illegible] electus, apu[illegible]

DOM[illegible] cœcos illuminat, [illegible] æqui officium [illegible] tāngit. [illegible] bam iuxta ca[illegible] ibic [illegible] nec in publico, ſed [illegible] pop[illegible] rem glo[r]iam [illegible]

Apo[illegible] cont[illegible] nem prædicare fi[illegible] reuelationes [illegible] inque [illegible] in vulgus p[illegible]

PAVLVS A[illegible] corpore, ſiue e[illegible] nec homini lo[illegible] texit, conſcien[illegible] pſeudo-apoſtolos ſi[illegible] à veritate, quam ab ipſ[illegible] peruit, [illegible]

B cit. Sed & hanc glo[r]iandi nec[illegible] inſipientiam [illegible]. Factus ſum inſipiens, inquit, vos me coegiſtis: ego enim à vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab iis qui ſunt ſupra modum Apoſtoli, tametſi nihil ſum. *Marul. l. 1. c. 4.*

Venerat Hilarium ad Iſacum & Peluſianum Monachos, D. Antonij diſcipulos in Thebaide, vt ſibi locum tumoli eius oſtenderent, rogabat. Qui cùm ſeorſim eum abduxiſſent, vtrum monſtrauerint, necne, ignoratur: cauſam occultandi iuxta præceptum Antonij fuiſſe referentes, ne Pergamius, qui in illis locis ditiſſimus erat, ſublato ad villam ſuam ſancti corpore, martyrium fabricaretur. *Hieron. in vita Hilar.*

ANTALCIDAS, cum in Samothracia ſacris initiaretur, interrogatus à ſacrorum antiſtite, Quidnam præclari geſſiſſet in vita? Si quid, inquit, feci quod laude dignum eſt, deos nequaquam latet. Et ſic modeſtè tacuit, ne ſe vel immodicè laudare, aut turpiter vituperare diceretur. *Plut. in Lac.*

Venit Democritus Athenas, nec ſtuduit cognoſci, vt qui gloriam contemneret nec Socratem cognouit, nec ab eo cognitus fuit. *Laert.*

C MORBI PRÆTEXTV.

FVR. CAMILLVS quartùm Dictator ad ſedandam populi ſeditionem factus, valetudinem ſimulauit & alter ei ſurrogatus eſt. *Volater. l. 14. cap. 1. Anthrop.*

MVTILATIONE.

MARCVS quidam Eremita, vt ſacerdotio reprobus haberetur, pollicem ſibi amputaſſe dicitur. Veruntamen (vt ait Hieronymus) tantum conſentiens fidei prædeſtinata potuit electio, vt nec ſic in opere vetiti perderet, quod priùs meruerat in genere. Cùm enim ex Leuitis eſſet, vt Alexandriæ Epiſcopus fieret, eò compelli digniot fugit, quò magis refugit. *Marul. l. 1. c. 6.*

ANTONIVS Anachoreta, ne eligeretur Epiſcopus, læuam ſibi auriculam ferro præſecuit. *Cel. l. 10. c. 4. A. L.*

Ammonium, Origenis Didymique diſcipulum, aurem ſibi præcidiſſe ferunt, ne idoneus Epiſcopali officio haberetur, & cum nihilominus ad eam dignitatem ſuſcipiendam ab omnibus vrgeretur: etiam linguam ſibi ſe amputaturum, niſi miſſum facerent, proteſtatus eſt. Tam periculoſam rem Epiſcopatum putauit, vt inde membrorum mutilatione ſe redimere non dubitarit. *Marul. l. 1. c. 6.*

MORTE.

D LAMON monachus mori præoptauit, quàm Epiſcopus viuere. Hierapoli enim electus, nullis ſuaſionibus adduci potuit, vt electioni aſſentiret. Cùmque Theophilus Epiſcopus fortè ex itinere eodem loci diuertiſſet, atque itidem ſuaderet: quando iam tantæ auctoritatis viro apertè refragari difficile erat, diem ad deliberandum impetrauit. Dum autem in ſolo loco genibus prouolutus, toto eo tempore ſecretæ precationi intendiſſet, inuentus eſt efflaſſe animam. Hoc ipſum petenti illi diuinitùs indultum credi par eſt, verenti vtique, ne ſi Epiſcopum gereret, quæ Epiſcopi ſunt, præſtare non poſſet: aut ſi præſtitiſſet, ne vel ex hoc in elationem aliquam mentis incidens, illis iam tandem comparandus euaderet, quibus dicitur: Væ vobis, qui diligitis primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro. *Marul. l. 1. c. 5.*

S. GOAR Monachus, in Gallia à Rege Sigeberto ad Treuirenſem Epiſcopatum vocatus, poſtquam recuſando nihil ſe proficere [illegible] ta dierum manendi in monaſterio mo- E ram, qu[illegible] diturus, periit. Interim [c]ellula ſua ſe [illegible] eſt, paratum ſe ad omnia d[illegible] amore [illegible] enda, tantùm hoc Epiſcopalis officij [illegible] non ſineret. Mox e[g]o febri correptus, [illegible] lectulo æger [illegible] ne [illegible] ad præſulatum [illegible] *Ibidem.*

RESPVENDO

[illegible] Theopo[mpus] ſummos honor[es] [illegible] Meliores honore ip[ſu]m [te]mpus augere, [illegible] ver[illegible] relere, dicens. *Plut. in Lac.*

C[illegible] An[illegible] nibus Solis fi[lium] [illegible] idem dicat, inquit, inſanum qui [illegible] *Apoph.*

L[illegible] S[illegible] A, tempore Iuliani Apoſtatæ Conſtan[tinopolitanus] [illegible] Chryſoſtomum moriens ſucceſſorem [illegible]. V[illegible] gratia Spiritus ſancti illuſtratus, [illegible] partem elegit. *Middendorpius de Academiis.*

DERIVANDO, TRANSFERENDO. F

IN ALIVM.

☞ *Honorem hic perpendimus, quatenus offertur. At quatenus poſſidetur, ſic ad* οὐκανὴν *modum pertinet. V de ſuprà, Contemnere Imperium, Regnum, Pontificatum, Conſulatum.*

IN DEVM.

A Piſcatoribus, in Mileſia regione verriculum trahentibus, quidam iactum emerat. Extracta deinde magni ponderis aurea Delphica menſa, orta controuerſia eſt: illis piſcium ſe capturam vendidiſſe affirmantibus, hoc fortunæ ductus emiſſe dicente. Qua contentione propter nouitatem rei, & magnitudinem pecuniæ, ad vniuerſum eius ciuitatis populum delata: placuit Apollinem Delphicum conſuli, Cunam adiudicari menſa deberet? Deus reſpondit: Illi eſſe dandam, qui ſapientiâ cæteros præſtaret, his verbis:

ἐκγονε μιλήτε, τρίποδ@ πέρι, φοῖβον ἐρωτᾶς,

ὃς σοφίῃ πάντων, πρῶτ@ τοῦτο τρίποδ' ἂν αὐδῶ.

Tunc illi vno conſenſu Thaleti menſam dederunt: ille ceſſit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinùs alij: deinceóſque per ſeptem Sapientum orbem. Vltimò ad Solonem peruenit, qui G qui & titulum ampliſſimæ prudentiæ, & præmium, ad ipſum Apollinem tranſtulit. *Valer. l. 4. c. 1. Laert. in Thalete.*

PYTHO, Athenienſibus ob res feliciter geſtas ipſum admirantibus ac prædicantibus, quòd Cotim regem Thraciæ interemiſſet: Diis, inquit, habenda eſt gratia, quibus auctoribus hoc facinus præclarè geſtum eſt: nam ipſe nihil aliud quam manum & operam meam commodaui. *Plutarch. in Polit.*

TIMOLEON Corinthius, cùm ſuas laudes audiret prædicare, nunquam aliud dixit, quàm ſe in ea re maximas diis gratias agere atque habere: quòd cùm Siciliam recreare conſtituiſſent, tum potiſſimùm ducem eſſe voluiſſent. Nihil enim rerum humanarum ſine deorum nomine agi putabat. Itaque ſuæ domi ſacellum αὐτοματίας conſtituerat, idque ſanctiſſimè colebat. *Probus in eius vita, & Plutarch. in Polit.*

TITVS VESPASIANVS captis Hieroſolymis, cùm omnia loca cadaueribus impleuiſſet, & à finitimis gentibus ob victoriam corona aurea ei offerretur, reſpuit: dictitans, ſe tali honore indignum. Non enim ſe talium operum auctorem, ſed Deo iracundiam contra Iudæos demonſtranti, ſuas manus præbuiſſe. *Philoſt. in vita Apol.*

CONSTANTINVS MAGNVS, victo Maxentio tyranno, nec H in laudes acclamantis populi, nec in plauſum tantæ vrbis animos relaxauit: neque ſuæ virtuti rem geſtam, ſed diuino muneri attribuit. Mox vbi imagines ſibi triumphanti Senatus erexit vexillum Dominicæ crucis in dextera ſua iuſſit depingi, & ſubter adſcribi: In hoc Signo ſingulari, quod eſt veræ virtutis inſigne, vrbem Romam ſenatúmque & populum Romanum iugo tyrannicæ dominationis ereptum, priſtinæ libertati nobilitatique reſtituit. *Euſebius l. 9. & Nicephorus lib. 7. cap. 30.*

IN COLLEGAM.

S. P. Q. R. cùm ei propter externa bella Sabinorum, eiuſdéſque motus neceſſarium videretur, Dictatorem dicere, T. Largio & Q. Clælio Conſulibus, quorum virtuti fidebat, alteri ipſorum Dictatorem dicendi munus demandauit.

A O ingen[illegible] modeſtiæ [illegible] tionum alij ſuſcepiſſent, vt ipſis honor [illegible] inter eos [illegible] eſt, vt ipſam honorem [illegible] ret. B[illegible] pro [illegible] tam [illegible] in coll[illegible] honoris concertatione [illegible] coll[illegible] victus, D[illegible] T. L[illegible] ſem-per [illegible] eo honore Clœliu[illegible] dignitate [illegible] c. 1. [illegible] *D.* [illegible] *Helueat* [illegible] 5.

IN [illegible]OSVIS ALIOS.

Henricvs [illegible] moriens, Ioannem [illegible] ſucceſſorem reliquit [illegible] Sancium Roder[illegible] D[illegible] fratre præterito. Pr[illegible] rus eſt, pro more [illegible] regnum puero datum volebat [illegible] ſius indicio, tum procerum popu[illegible] Non enim eſſe ex vſu regni expectare, donec an[illegible]

B ſi modò adoleſcere datetur, cùm Ferdinandus iam [illegible] præſtò ſit: expectare qualis puer ille ſit euaſurus, cùm [illegible] qualis voto expetendus eſſet: committere regni gubernacula regiis ſatellitibus, & eum qui ſit Rege patre, fratre, regali animo clarus, excludi à paterno regno, ac ſubiici cum tanta ſobole regij generis libidini tutorum, vt per ſpeciem adminiſtrationis in exilium agant, in carcerem coniiciant, in necem cum omni ſtirpe præcipitent, quò ipſi impuniùs tyrannidem occupent, vel fato, vel fraude extincto pupillo, vt florentiſſimæ domus familia breui tempore omnis in nihilum recidat. Præſtare igitur vt Ferdinandus ſuccedat in regnum, illúdque poſtea Mariæ primigeniæ fratris, Alfonſóque primigenio ſuo, quos priùs iurauerant populi in ſe regnaturos, per manus tradat, aut Ioanni, ſi dignior qui regnet videretur. Hæc atque huiuſcemodi verba exaudiens præfectus, vt tenebat manu vexillum, ſtabátque ante Ferdinandum atque omnem cœtum, vti ſe omni inuidia exolueret: Quem inquit, me iubes fili Regis Ferdinande, nuncupare Regem? téne, an Alfonſum, an Ioannem? Fecit hac interrogatione, quod ipſe erat in aliena, illum in ſua ipſius cauſa àrbitrum. Tot cauſis, tanta occaſione, tanto hominum conſenſu, ad tantam ſpem vocatus, protinus. Et

C quem, inquit, alium nuncupabis, quàm Ioannem? Quòd ſi non audes, ne imitare ipſum: & aſſumpto in numero infantulo, ſicut erat ſtatura ſub.imi, ex loco ſuperiore exclamauit: Ioannes eſt rex; dicite omnes, Rex Ioannes. Quam vocem admirati vniuerſi, & ipſi ſubſecuti ſunt, clamantes identidem, Rex Ioannes. Ita Ferdinandus, hac conſilij celeritate non dato hominibus ſpatio deliberandi, rapuit eorum exceſſitque indicium ac tacitè defuncto Regi exprobrauit inconſultam ſuſcipicionem, qui talem fratrem, ſe quoque meliorem non bellè tractaſſent. Ac ne quid de animo in dubium reuocari queat, omne reliquum vitæ tempus declarat Ferdinandum non aliter perſeueraſſe quàm inceperat. *Valla l. 1. de Ferdinando, & Pontanus l. 1. de Magn.*

Vitali Michaële Duce Venetorum, populari tumultu interfecto, inclinabant omnium ſuffragia in Aureum Maſtropetrum. Cæterùm eius admonitu Sebaſtianus Zianus vir ſapiens atque admodum diues, qui ea temporum nouitate, ob amplum patrimonium, multò vtilior Reipublicæ futurus videbatur, prærogatiua illa ſuffragiorum antiquata, dux declaratus eſt. *Sab. l. 5. Enn. 9.*

D Mortuo Rodolpho Cæſare, filius eius Albertus prenſabat magno ſtudio Imperium: ſed in ſuffragiis Electorum Principum adhuc tacitis, longè prænalebat Venceſlaus quartus Bohemiæ rex, Rodolphi genere ad quem deinde apertè à maiore Electorum parte, vt olim ad partem Othocarum, honor ille vltrò deferebatur. Cæterùm non eodem filius, quo pater, faſtu & contemptu, ſed per ſummam animi moderationem, qua ſe intra fines curaſque regni ſui continebat, honorem ſibi delatum accipere grauabatur: prætereitoque Alberto & familiaritate & neceſſitudine deuincto, vt dolum eius in occupanda Auſtriæ parte, vxoris ſuæ dote, vlciſceretur, Adolphum Naſſouiæ Comitem, nec opibus, nec dignitate illi parem, ac fama tantùm notum, Imperatorem nominauit, cæteris quoque Principibus, eam nominationem comprobantibus. *Dubrauius lib. 18.*

Hungari Venceſlaum regem Boëmiæ & Poloniæ contra C[illegible] [illegible] VIII. [illegible] [illegible] F [illegible] Budæ [illegible], qui præfecturam gereret. At in eo ad ſedandos grauiores tumultus inualido, & ciuibus per auaritiam, proceribus per contemptum inuiſo: ab Hungaris electus fuit Otho Bauariæ princeps. Nec is regnare abnuit, ſi Venceſlaus pro derelicto regnum illud haberet. At Venceſlaus tam nobile regnum nullo in fructu ſuo, ſed in mero planè beneficio reponens, largitus eſt promptiſſimè Othoni gratuitam coronam, cum omni iure, quod filius in regnum Hungariæ habebat. *Dubrau. lib. 18.*

Vladiſlao rege Poloniæ & Hungariæ ad Varnam cæſo, ſolliciti Poloniæ proceres de ſucceſſore, Fridericum Marchionem Brandeburgenſem, qui pueritiam in regno tranſegerat, linguámque gentis & mores tenebat, vt regnum acciperet, rogauerunt. Reſpondit ille: Caſimirum Lituaniæ ducem, qui frater eſſet defuncti, hæredem extare: ſciſcitari eius animum oportere. Itaque Caſimirus non tam Polonorum gratia, quàm Friderici iuſtitia, regnum conſecutus eſt. *Æneas Syluius c. 26. Europæ, & Fulg. l. 4. c. 1.*

G Fridericus Elector dux Saxoniæ, à reliquis Electoribus Germanorum Imperator electus eſt, anno Chriſti 1519. poſt obitum Maximiliani. Sed ingenti animo delatum Imperium recuſauit, ſuóque ſuffragio Carolum V. Imperatorem deſignauit. Oblatam eo nomine magnam pecuniæ vim à legatis Caroli reiecit, neque ſuos vel teruncium accipere permiſit. *Sleidanus lib. 3.*

ACCEPTANDO ÆGRE.
Qvi Honores acceperunt, INVITI, COACTI.

Epaminondas Thebanus, primus qui patriæ lumen noménque inter Græcos attulit, imperia magiſtratúſque inuitus geſſit: ita tamen, vt ornamentum non accipere; ſed dare ipſi dignitati videretur. *Iuſt. l. 6. & Plut. in eius vita.*

H Numa Pompilius ad regnum à Romanis vocatus, diu reſtitit: nec niſi poſt multas Pompilij patris & Martij amici preces & admonitiones illud ſuſcipere voluit. *Plut. in Numa.*

Veſpaſianus Iudaico bello occupatus, mortuo Nerone, cùm ei Galba ſucceſſiſſet, eóque interfecto Otho, mox Vitellius, à militibus vel inuitus, ſtrictis etiam gladiis Imperatoris nomen ſuſcipere coactus eſt. *Ioſephus lib. 5. cap. 10. Belli Iudaici.*

Saturninum Gallum Aurelianus orientalis limitis exercitui præfecerat, ſimulque præceperat, ne Alexandriam adiret, velut ita futurum præſenſiſſet, vt Alexandrinorum inconſtantia ille ad res nouas aliquando conſurgeret. Potuit tum Saturninus inhiberi, ſed fatum tolli non potuit. Inuiſit ille Alexandriam, etſi Aureliano extincto, Probo imperante, ac ſimul vrbem ingreſſum Alexandrini tumultuosè Auguſtum ſalutarunt. Is vbi parum abeſſe ſenſit, vt iam pro hoſte haberetur, veritus ne accenſæ multitudini reſiſtendo vim pateretur: In apertum vitæ diſcrimen me trahitis, inquit, verùm hoc mihi erit ſolatium, malorúmque omnium leuamen, quòd non ſolus cadam. Ac quaſi diuinaſſet, haud multò pòſt à Probi principis militibus obſeſſus ac captus eſt, abſentéque & inuito iugulatus. *Sab. lib. 7. Enn. 6.*

A P. A[illegible] lium d[illegible] que tel[illegible] tepit nunc c[illegible] tam [illegible] Traj[illegible], An nius cepi[illegible] Impera-toris [illegible] N[illegible] a S[illegible] fuit. [illegible], n[illegible] Quo ille [illegible]

D[illegible] & re[illegible] gnan[illegible] imperium, [illegible] triban[illegible] contet[illegible] Patri[illegible]

Gr[illegible] perſequendi in Thracia G[illegible] optimatibus, in Comitium [illegible] am præſentem Theodoſium ducem Hiſpanum [illegible] ſe con[illegible] velle O[illegible] oſtendit. Ei Th[illegible] regit atque honorem, cuius magnitudinem ſuſtine[illegible], quoad potuit, à ſe aueret. Verum Grati[illegible] ne cæpt[illegible] perſiſtens, illum
B licet reluctantem, Auguſtum omnine [illegible] guiuit. *Sigon. lib. 8. Imp. occid.*

Bamba nobilitare ſanguinis illuſtris, cùm poſt mortem Recinſuiodi magno omnium procerum conſenſu in Regem Veſtgothorum in Hiſpania eligeretur, ægrè poſt longam deliberationem induci potuit, vt ſuam libertatem tam graui ſeruitute permutaret. Nec paſſus eſt ſe regem nominari, donec per manus Pontificum inunctus & coronatus eſſet.

Poſt Henricum V. Imp. liberis orbum Lotharius Saxoniæ dux inuitus à Proceribus imperij electus eſt Moguntiæ, quatuor competitoribus alijs Principibus potentiſſimis præ-ſentis A. D. [illegible] *Cuſp.*

Mortuo Gregorio VII. Papa, Cardinales atque Epiſcopi omnes in vnum Deſiderium Abbatem Caſſinatem conſenſerant. Quorum ille repudiato iudicio, ad monaſterium ſe retulit, & Romanos ac Lombardos, quoſcunque potuit, literis ac nuncijs ad complectendam Eccleſiam incitauit. Vbi verò calores æſtatis deferbuerunt, Iordanes Deſiderium Romam perducere conatus eo animo, vt ipſum etiam reluctantem Pontificem declaret, perſuadere non potuit: atque ita
C res pontificia prorſus anno 1085. reſtitit. Sequente Epiſcopi & Cardinales multi ex diuerſis partibus Romam ſub Paſcha profecti. Deſiderio renunciarunt, vt Romam accederet, ac ſecum omnes Epiſcopos & Cardinales, qui Caſſini erant, vnaque Giſulfum Salernitanum principem duceret, vt primo quoque tempore de conſtituenda Eccleſia conſultarent. Quorum mandato ille, omni prorſus de ſe ſuſpicione poſt tot menſes abiecta, obediuit. Pridie autem Pentecoſtes comitiis aduocatis omnes & clerici & laici Catholicæ partis fautores ipſum orarunt, vt Romanum pontificatum ſuſcipere vellet, neque Eccleſiam Dei ab adulterino teneri Pontifice pateretur. Ille verò eadem, qua antè, conſtantia preces eorum repudiare, ſéque omnia paſſurum potiùs, quàm vt tantum onus acciperet, reſponderet. Qua voce audita, quia ſerum erat diei, omnes domus ſuas abierunt. Poſtridiè verò obſecratus, vt quem idoneum maximè iudicaret, exprimeret, ille, re cum Cincio Conſule Romano communicata, Othonem Hoſtienſem Epiſc. nominauit, ſeque, quem ipſi legiſſent, in Caſſinati cœnobio contra Clem III Antipapæ ab Henr. III. Imper. dicti potentiam cuſtoditurum ſubiecit. Pleriſque inde in Oſtienſem inclinantibus, tum verò Cardinalis quidam: Ne
D Deus ſciuerit, inquit quin Deſiderium pontificem habeamus. Qua voce erecti cæteri, Deſiderium vno conſenſu prehenderunt, & ad ædem S. Luciæ perduxerunt; & ritè electum, ac Victoris III. nomine affectum, chlamyde coccinea exornarunt, albam enim renitenti non potuerunt imponere. Poſt quatriduum Victor Roma egreſſus, Ardeam & Tarracinam adiit: ibique Pontificem ſe eſſe nolle profeſſus, crucē, chlamydem, & cætera pontificia ornamenta depoſuit, & Caſſinū reuerſus, nulla ratione Romā reduci potuit. Sequenti per Quadrageſimæ tempus conuentus Capuæ actus eſt, cui Victor cū Epiſc. & Cardinalibus præfuit. Eo peracto, repentè clerici & laici omnes nouis illum ſollicitare precibus inſtiterunt, vt pontificiam dignitatē reſumeret. Quas cùm per biduum ſpreuiſſet demùm Duce, Principe, Epiſcop. & Cardinalibus ad pedes obſecrandi cauſa procumbentibus, ceſſit: ac duodecimo Kalend. April in feſto Palmarum ſuperiora comitia, cruce & chlamyde reſumpta, confirmauit. *Sig. l. 9. Regni Ital.*

Ludovi[illegible] Vn[illegible] a C[illegible] rege Poloniæ E
[illegible] lega-[illegible] Vn[illegible] reſ-[illegible] N[illegible] que [illegible] qu[illegible] m. [illegible] Se[illegible] Sa[illegible] p. [illegible] tione [illegible] &
[illegible] ab vno adminiſtrari poſ[illegible] s Se[illegible] precibus oratorum, [illegible] *Cromer. l.* [illegible]

Ia[illegible] S[illegible] a Leone X. [illegible] le-[illegible] obedien-tiæ [illegible] eteretur, [illegible] ta, vt [illegible] tres menſes à Carpent[illegible] rege ſuo b[illegible] eſſet. Paul[illegible] III. gal[illegible] rum cardinalium reindutus fuerat, niſi amicorum pre[illegible] bus & minis prohibitus fuiſſet. *Hier. Garimbert. l. 2. de Vitis Pontificum.*

FLENTES

Posthvmivs monachus, à Macario Abbate moriturò in
F locum ſuum ſuccedere iuſſus, diu recuſauit. Verùm obedientiæ preſſus iugo, flens tandem regendi monaſterij munus ſuſcepit. Et quia ex [illegible] ſibi prorſus diffidebat, ab Angelo præcepta inſtitutioneſque accepit, quibus fratres inſtruendo, in omni ſanctitatis genere reddidit perfectos. *Marul. lib. 1. cap. 6.*

Benedictvs III. Pontifex maximus, poſt Leonem ad pontificatum vocatus, diu lachrymis reſtitit, dum ſe tanto honore indignum diceret. Sed tandem eum honorem aſſumere coactus, ita ſe geſſit, vt electionis auctores nunquam pœniteret. *Fulg l. 4. c. 2.*

Æneas Sylvivs Pontifex Romanus, ſub Pij II. nominè in Comitiis Cardinalium proclamatus, prorupit in lachrymas. Attonitus aliquandiu cùm excitaretur, & lætandum eſſe contenderent, dixit: Lætari tanto faſtigio imperij eos poſſe, qui labores & pericula non cogitarent: ſibi verò iam omnia præſtanda aliis fore, quæ ipſe ab aliis & in Germania, & in Pannonia, & in Italia toties poſtulaſſet. Cùm à Cardinalibus & cœtu antiſtitum, ac poſtridie à ciuibus per
G ordines ſingulos conſalutaretur, eodem perſtitit vultu. *Campan. in eius vita.*

CVM CONDITIONE.

Iovianvs quum poſt Iulianum Apoſtatam in Perſide ad imperium raperetur, clamabat: Nolle ſe infidelibus imperare, quum ipſe eſſet Chriſtianus. Cui reſponſum eſt à militibus, omnibus, ſe quoque Chriſti fidei eſſe obnoxios. *Niceph l. 10 cap. 38. Eutrop. l. 11. Socr. l. 3. c. 22.*

GLORIÆ CONTEMPTVS, ſecundùm

Alien, reſpectu Finis. Cvr contemnatur.

Cavsa ſcilicet alicuius.

BONI CONSEQVENDI

declarandi, conſeruandi,

v. G.

Pietatis.

Iſraëlitæ à Gedeone Ioæ filio poſt victoriam illam inſignem de Madianitarum 135. millibus patriam poſtularunt, vt ſibi imperaret tum ipſe, tum filius eius atque nepos. At Gedeon renuit, Deum in eos imperium habere dictitans, & domi ſuæ priuatus vixit. *Iud. c. 8.*

FIDEI ERGA.

Patriam.

Andreas Avria Genuam patriam variis agitatam viciſ-
H ſitudinibus dominationis Fregoſiorum, quibus Galli & Adurniorum, quibus Cæſar fauebat, tandem Gallorum amicitiæ valedicens, libertati reſtituit. Cohortantibus quibuſdam ciuium primatibus, vt dominatum ciuitatis, quem bona ſors offerebat, ſuſcipere vellet, eius rei [illegible] amplum munus mira animi integritate atque conſtantia renuit, quum diceret ſibi exactæ propè ætatis ſeni, & ſatis opulento, nulliſque iuncto liberis, ineptum fore principatus nomen ſatiuſque omninò eſſe, & multò glorioſius, id donum patriæ dedicare, quàm inde à quoquam priuato ciue vel externo principe, qui ſua ope ad imperium prouehi poſſet, amicitiam & gratiam promereri, quandò nihil ad veram laudem vberius, vel ad dignitatem honeſtius, vel denique ad reliquæ vitæ felicitatem firmius atque ſplendidius fore iudicaret, quàm æternæ ſuæ erga patriam munificentiæ trophæum, poſt excuſſum ipſius auſpiciis diuturnæ

A ſaruitutis i gium in foro memoriaque hominum, libertatæ a ſe patriæ ſtatuiſſe. *Iouius l. 16. Hiſt.*

Principes.

Gothi victi propemodum à Beliſario, apud eum egerunt, vt qui ipſos Iuſtiniani auſpicio armis perſequebatur, Italiæ ſe regem faceret: polliciti, ſi id agere voluiſſet, ſe ſine contentione imperata facturos, adeò eum propter immenſas virtutes amabant. Iuſtiniani autem auaritiam abhorrebant. Is cùm ambiguis verbis annuiſſe videretur, dicto audientes per aliquod tempus Gothos habuit Rauennâque & Vitige potitus eſt. Cæterùm poſteaquam ob eius rei ſuſpicionem ab Italia Iuſtinianus eum reuocauit: Gothi cùm intelligerent perfectionem eum parare, Papæ Idoaldum regem crearunt: qui ſtatim ad Beliſarium miſit, ſi ipſe Italicum regnum ſuſcipere vellet, ſe ad eum iterum, & regno, quod à Gothis accepiſſet, ei ceſſurum. At id Beliſarius apertè abnuit ſe facturum. *Fulg. & Eg. lib. 4. cap. 1.*

Subditos.

Neapolitani ciues, cùm ob virtutem & clementiam Alphonſi regis decreuiſſent vno conſenſu omnes, arcum regi triumphalem ad memoriam honorificè ſtruere, elegerunt locum ſuper gradus marmoreos maioris Eccleſiæ. Id verò quan-
B doquidem fieri non poterat, ni magna ex parte diruerctur Nicolai Mariæ Bruzatij, magnanimi & ſtrenui militis domus, rex fieri omninò hoc prohibuit: Haud tanti ſe facere, inquiens, huiuſmodi ſaxorum ſtruem ventis imbrique obnoxiam, vt amici domum ideò euerti pateretur. *Panormita lib. 1. de Alphonſo.*

Amicos.

Varia poſt Vitigem Gothorum regem patruum, bello captum, quem Beliſarius Conſtantinopolim captiuum miſerat, cùm ad eum ob ſingulares virtutes Gothi regnum deferrent, minimè aſſentiri voluit. Affirmabat enim, quanquam captiuus eſſet Vitiges patruus, tamen quia legitimus Gothorum rex eſſet, locum ſe eius, dum viueret, quia iniuſtè id fieret, occupaturum non eſſe. Gothi cùm ſine rege manere nollent, Idoaldum crearunt. *Ioan. Magnus l. 12. ex Procopio.*

Michael Zilagiva, quum in regiis comitiis Mathiam Coruinum, ex ſorore nepotem, Vngariæ regem declarandum graui oratione ſuaderet, pars magna procerum Michaëlem ipſum optandum regem eſſe prædicabat. Ille verò nepotis gratia obnixè recuſauit. *Bonf. l. 9. Dec. 4.*

Alberto Ladiſlai patre vita functo, Bohemi & Hungari Fri-
C dericum Cæſarem ſibi regem petebant. Fridericus vbi offerri tantum ſibi honorem animaduertit: Abſit à me, Inquit, hoc ſcelus, vt patrueli meo paternam hæreditatem auferam. *Æneas Sylu. l. 2. Com. de rebus geſtis Alphonſi.*

Hoſtes.

Arginis iterum à trecentorum matre ſignis collatis ad internecionem cæſis, monebant Polydorum Lacedæmonium ſocij, occaſionem ne elabi ſibi ſineret, ſed adoriretur hoſtium muros, vrbemque reciperet. Pronum id fore viris cæſis, relictis, feminis: reſpondit ei, Pari marte præliantem vincere hoſtes, eſt mihi honeſtum. Enim verò eum, qui de finibus dimicauit agri, affectare vrbem capere, haud cenſeo verum. Adſum namque ad recipiendum agrum, non ad potiendum vrbe. *Plut. in Apoph.*

QVIETIS.

Ion apud Xuthum patrem, Athenienſium regem cupiebat potiùs manere in templo Apollinis, vbi vitam agebat quietam, & tranquillam, quàm Athenis eſſe rex, vel dominus: vbi ipſi cùm inter pericula tum curas & labores, perpetuò viuendum eſſet, *apud Eurip. in Ione.*

DIGNITATIS.

D Libanivs ſophiſta Antiochenus, præfectura palatij Conſtantinopoli ornatus (pat enim erat adminiſtrandæ Reipublicæ, & cauſis ciuilibus) accipere noluit. Sophiſtam præfecto maiorem eſſe inquiens. *Eunap. in eius vita.*

MALI PRÆTERITI, PRÆSENTIS,
futuri. Quoniam
vel
Non Decet Acceptare,
propter
Infelicitatem.

Confregit Rempub. Terentius Varro, Caonenſis pugnæ temerariu ingreſſu. Idem Romam reuerſus honorificè à patribus exceptus, actæ inſuper gratiæ, quòd Rempubl [illegible] morte noluiſſet, delatam ſibi ab vniuerſo Senatu & populo Dictaturam, recipere non ſuſtinendo, pudore culpam maximæ cladis redemit effecitque, vt acies deorum iræ, modeſtia ipſius moribus imputarentur. Itaque titulo imaginis eius [illegible] non recepta Dictatura, quam aliorum geſta, adſcribi poteſt. *Val. l. 4. cap. 5.*

Ignobilitatem.

Sydone capta ab Alexandro Magno, obtinebat regnum [illegible] Sydones Stato Darij amicus. Is, quia deditio ab o[illegible]nis facta eſt, indignus ab Alexandro habitus, cui regnum [illegible]tieretur: Ephæſtioni permiſſum, vt quem Sydonij [illegible] dignum arbitrarentur, ex illorum ſententia regem d[illegible]. Erant Ephæſtioni hoſpites Darianorum. Quidam [illegible] blatum vltrò regnum pertinaciter recuſarunt, prædicantes id faſtigium patrio more non recipi, niſi ab iis, qui regia eſſent ſtirpe procreati. Laudati iuuenes ab Ephæſtione, quòd magnitudine animi, ſpernerent ea, quæ per ignem & ferrum cæteri mortales peterent, iuſſi ſunt cum aliis bonis circumſpicere, qui omnium optimè eſſet id nomen inter Sydonios laturus *Sab. lib. 4. Enn. 4.*

NON LICET ACCEPTARE
propter
Imperitiam linguarum. F

Pivs Pontifex ſcribit, ætate ſua Ludouicum Thuringiæ Lantgrauium, Imperatorem electum, virum armis clarum, iuſtitiáque inſignem, cùm literas ſe neſcire diceret, rem imperio pernecessariam, electione de ſe facta vti noluiſſe. *Fulg. lib. 4. cap. 2.*

Impotentiam ex morbo, Senio.

Sept. Severvs Imp. deuictis Parthis triumpho vti recuſauit. Nam cùm vehementer podagra laboraret, triumphalis currus agitationem ac tædium vitare, quàm ſequi triumphalis pompæ cupidinem maluit. Fortaſſe Veſpaſiani memoria commonitus, qui cùm de Iudæis triumpharet, faſtidio longi apparatus, tantæque agitationis affectus, ea ſe meritò perpeti tædia dixit, quia iam ſenio confectus triumphalis pompæ vanitatem appetiſſet. *Fulg. lib. 5. cap. 3.*

Cùm occiſo in Perſica pugna Iuliano, Romanorum imperium ad interregnum veniſſet; magnis precibus egit vniuerſus exercitus apud Salluſtium, palatinam præfecturam ſuſtinentem, qui non ſolùm diligens, verum etiam audacis animi vir erat: vt Imperij honorem ſuſcipere vellet. Sed fruſtra laboratum eſt, Salluſtio parùm proſperam valetudinem ſeniúmque ex- G cuſante. Quæ res exercitum mouit, vt Iouinianum ferret, qui nulla publica auctoritate eum honorem vſurpauit. *Ibid. ex Marcellino.*

Contra Carolum IV. Electores Edouardum Angliæ regem Cæſarem elegerant, anno Domini MCCCLIX. At is bella, quæ cum Gallo habebat allegans, aliáque plurima obſtantia recenſens, promiſſo interim ſuo auxilio Principibus, electionem cum multa gratiarum actione recuſauit. Principes ergo vocarunt Fridericum Marchionem Miſnenſem, abnepotem Friderici Imperatoris, qui ex filia gener Ludouici Imperatoris defuncti erat, vt Imperatricem vxorem duceret & regnum ambiret. Marchio autem quia arthritide vexabatur, licèt iuuenis eſſet, à Carolo accepit decem millia marcarum, & feudorum inueſtituram, iuramentúmque præſtitit fidelitatis: eo excepto, ne vnquam contra filios Ludouici auxilia præſtare cogeretur. *Cuſp.*

Mortuo Arnulpho Imperatore, cùm procerum Germanorum concurſus fieret ad Othonem Saxoniæ Ducem, eúmque rebus geſtis ſanguineque nobiliſſimum, ac ſumma prudentia virum, ſed ſenecta inualidum, Auguſtum ſalutarent: ætatis excuſatione vſus, illis perſuaſit, vti Conradum Sueuum deſigna- H rent Auguſtum, qui cum Francis ſocietatem ac amicitiam iunxit. *Æmil. l. 3.*

NON EXPEDIT,
Propter
Moroſitatem.

Cùm inſtaret apud Philopœmenem Antigonus, vt ſecum militaret, eique præfecturam & pecuniam offerret, abnuit: præcipuè ingenium ſuum conſcius ægrè & grauatè ferre ſuperiorem. *Plut. in eius vita.*

* GLOAIA INANIS, VANA.

☞ *Vide in Loco de* VANITATE *ex profeſſo multa.*

ILLIVS SECTATORES PVNITI.

Vana gloria conſiſtit in manifeſtatione excellentiæ propriæ. Vnde cum LVCIFER Angelorum Princeps, plus æquo ob naturæ gratiæque dona elatus altiſſimo ſimilis eſſe ſuperbiendo affectaret, ocius ad tartara cum ſociis deturbatus eſt, quo exemplo Chriſtus ſuos deterruit gloriantes quod dæmonia illis ſubiicerentur. *Luc.* 18. dicens: Vidi Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem, &c.

PROTOPLASTES noſter Adam diuinitatem in ſcientia boni & mali affectans, Paradiſo eiectus eſt. *Gen.* 3.

EZECHIAS Rex Legatis Babyloniorum theſauros ſuos vane & iactanter oſtentans, à Domino per Iſaïam corripitur, & denuntiatur omnes illos vnà cum filiis in Babylonem auferendos. 4. *Reg.* 20.

Cum poſteri CAIN vellent celebrare nomen ſuum, & turrim excelſam ædificarent, cuius culmen nubes tranſgrederetur, deſcendit Deus vt videret ciuitatem & turrim, & diuiſit eos ex illo loco in vniuerſam terram, confundendo linguas eorum. *Gen. c.* 11.

IOSEPH & AZARIAS contendentes pugnando contra gentes nomen ſuum celebrare apud homines fuerunt confuſi. 1. *Mach.* 5.

D. PETRVS valde arroganter dixit Domino: Etſi omnes ſcandalizati fuerint, & non ego: ſed longè poſtea aliter euenit. *Ioann.* 17.

GLORIÆ VANÆ FVGA.

SALVATOR generis noſtri Chriſtus, exemplo ſuo docuit non ſemel, inanis gloriæ laudiſque contemptum, quando poſt patrata illuſtria miracula, ſemper aut ſe ſubduxit aut vetuit nè ij circa quos ea patrata erant, diuulgarent quod factum fuerat. Quamuis eo non obſtante, quo ille magis vetabat, illi magis ac magis inclinarent, ſic vt fama illius creſceret per vniuerſam terram illam. Quod notanter Marcus Euangeliſta obſeruat eueniſſe, poſtquam ſanaſſet ſurdum & mutum. Ita enim habet ſacer Textus. Præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur &c. *Marci c.* 7.

Etiam ſanato cæco, & leproſo apud *Matth. c.* 8. præcepit ei dicens: Vide nemini dixeris. Et reuera ait, in hunc locum S. *Hieron. lib.* 1. *comm. in Matth.* quid erat neceſſe, vt ſermone iactaret, quod corpore præferebat?

Factâ inſuper panum multiplicatione, videns quia volebant turbæ eum rapere, vt facerent eum Regem, fugit in montem ipſe ſolus. *Ioan. c.* 16.

Denique Iudæis ei obiicientibus quod Samaritanus eſſet, & dæmonium haberet, reſpondit inter alia: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. *Ioan. c.* 8.

Talis erat PAVLVS magiſtri ſui imitator egregius, qui ad *Corinth.* ita ſcribit, *Epiſt. c.* 10. Non audemus inſerere, aut comparare nos quibuſdam, qui ſeipſos commendant: ſed ipſi in nobis noſiipſos metientes, & comparantes noſmetipſos nobis, non immenſum gloriabimur, &c.

Idem quoque cum Barnaba, ſanato Lyſtris claudo, cum leuantes vocem turbæ diuinos illis honores deferre inciperent, in medium exſiliens, dixit: Viri fratres quid facitis? & nos mortales ſumus. *Act.* 14.

PETRVS Apoſtolus viſo miraculo quod acciderat in captura piſcium procidit ad genua Ieſu dicens. Exi à me, quia homo peccator ego ſum Domine, quaſi ſe indignum reputans quo præſente, & in cuius nauicula tam ſtupendum miraculum Chriſtus patraret. *Luc. c.* 5.

Idem Apoſtolorum Princeps, dum inueniſſet Lyddæ hominem nomine Æneam annis XVIII. iacentem in grabato paralyticum dixit ei: Ænea, ſanet te Dominus Ieſus Chriſtus. *Act. c* 9.

☞ *Pete plura ex Loco de Vanitate, ac pete pleraque ex Loco de Humilitate. Tit. Humilis ſui exiſtimatio. Item de Honore. Tit. Honores contemnere.*

EXEMPLA HISTORICA.

Nicæno Concilio abſoluto & confecto, cùm per omnium ora de maximi Imperatoris Conſtantini virtute fama volitaret, auſus eſt è ſacerdotibus aliquis illum in os beatum dicere: quippe qui tum in hac vita dignus eſſet, qui ſummam rerum omnium poteſtatem haberet; tum verò in futura cum Filio Dei vnà regnaret. Sed is cùm ſe hæc moleſtè audire ſignificaſſet, hortatus etiam eſt, ne auderet aliquando eiuſmodi vocem vſurpare; ſed à Deo potiùs precibus contendere, vt & in hac vita, & in futura Dei famulatu dignus videretur. *Euſeb. de vita Conſtantini lib.* 4. *c.* 48.

In hoc genere excelluit S. ELIGIVS Nouiomenſis Epiſcopus, vir nobilitate, eruditione, pietate celeberrimus. Mendicus quidam cæcus ab eo, adhuc laico nobili, ſed vulgi opinione viro ſancto eleemoſynam accepturus, manum ſubtraxit, orans vt oculis potiùs eius crucis ſignum imprimat, viſúmque illi præbeat. Cui ille diſſimulans, ac ſubridens: tu, inquit, amice, necdum noſti te ſignare? Docebo te; móxque ſignum crucis imprimens, illius oculos aperuit, totúmque hominis fidei tribuendum aſſeruit.

Huic & aliud ſimile ſubnectam: S. ANNO Archiepiſcopus Colonienſis, accedentem ad ſe cæcum quendam, qui in viſione accepiſſe ſe dixerat, fore, vt viſum reciperet, ſi aqua, qua manus ſuas ad altare lauiſſet, ſuos oculos ablueret, ideoque ab eo iam ad ſacrum faciendum ſe præparante hanc gratiam petiiſſet: Epiſcopus multum commotus, eum acribus verbis reiecit, fallacem & impoſtorem vocans. Cæcus nihilominus in fide perſiſtens; obtinuit clanculum à clerico, qui celebranti Epiſcopo miniſtraverat, aquam prædictam, móxque oculos ea abluens viſum recepit. Vtriquè autem ſub graui anathemate iniunxit, vt ſe viuo nemini hoc propalaret; ſed ſoli Deo acceptum referret, eique ſoli gratias ageret. *In vita eius apud Sur. tom.* 6. *lib.* 2. *c.* 3.

S. IOANNES Canonicus regularis in Anglia ante 200. annos, incluſam quandam, vt ſpiritualibus eius colloquiis frueretur, viſitauit. Illa poſt prima verba viſionem ſe illa nocte vidiſſe affirmauit, de aquila circumuolante cum chartula in roſtro, cui inſcriptum eſſet, Ieſus amor meus: Tu verò, Pater, inquit illa, hæc aquila es, pro excellentia tuorum meritorum. Quos ille audiens: Nos quidem, inquit, eo animo huc acceſſimus, vt mutuis colloquiis Dei gratiam nobis conciliemus; at nunc, vt video, malus dæmon, vitiorum noſtrorum ſagax explorator, per hos inanes ſermones in animos noſtros aditum ſibi parat. Atque his dictis, ſtatim abſceſſit. Verè enim, ſicut tinea ex veſte naſcitur, & eandem corrumpit atque exedit; ita vana gloria ex virtutis materia generatur, virtutem corrumpit, & omni vera laude ac fructu priuat. *In vita eius li.* 2. *c.* 3. *apud Surd.* 4. *Decemb. tom.* 6.

Cum aliquando GREGORIVS Epiſcopus Turonenſis iter Burgundia Aruerniam ageret, magna contra ſe tempeſtas exoritur, denſus aër in nubibus cogitur: crebris ignibus cœlum micare, validiſque tonitruorum cœpit fragoribus reſonare. Omnes palleſcere, imminenſque periculum pauitare. Sed Gregorius amicus Sanctorum, reliquias (has enim indeſinenter collo ferebat) de ſinu protrahit, & minacibus conſtanter nubibus opponit. Quæ protinus diuiſæ dextra læuaque, prætereuntes, illæſum iter gradientibus præbuerunt. At ſuperbia, quæ plerumque virtutibus nutritur, iuuenili animo protinus irrepſit: priuatim gaudet, ſuiſque meritis præſtitum arrogat. Sed quid tam vicinum ſuperbiæ, quam caſus? Nam equus, cui inſederat, illicò lapſus, hunc ad terram grauiter eliſit, ita vt omni corpore contuſus vix aſſurgere poſſet: cauſamque intelligens ſatis deinceps cauit, ne ſe vanæ gloriæ ſtimulus qualibet ſub occaſione deiiceret: ſed quoties per eum aliquid diuina virtus egiſſet, non ſuis meritis adſcriberet, ſed virtuti reliquiarum, quas (vt diximus) perinde ferebat. Quod factum ſi diſcuſſeris; mirabiliùs eſt ſuperbiam correxiſſe, quàm nubem diuiſiſſe. *In vita eius c.* 8. *apud Sur. Nou.* 7. *tom.* 6.

Chriſti magiſtri ſui verus diſcipulus MARCELLVS, cùm Energumenos exorciſmo & precibus curaret, dæmonemque poſſeſſam manſionem relinquere compelleret, clamaretque ille, Iube nos exire, quia in nos accepiſti poteſtatem, nihilominùs in oratione perſeuerabat. Sciſcitanti autem, cur dæmonibus ceſſuros ſe confitentibus, nihil præciperet; Quoniam, ait, dicentes me in eos accepiſſe poteſtatem, non agebant aliud, quàm vt me vanæ gloriæ laqueis implicarent. *In vita eius apud Sur. B. yerl. in Apophth. Chriſtianorum.*

Quid? nonne & DOMINICVM inanis hæc aura afflauit? Non afflauit certè: cùm enim Toloſæ plures ad Chriſti fidem conuertiſſe, tamen Carcoſiæ figebat domicilium Rogatus cur non potiùs Toloſæ moraretur; Quia, inquit, plures ibi me honorant, hic verò me omnes impugnant. Maluit vir ſanctus

A ſe perſecutionis quàm inanis gloriæ ſtimulis conficiendum capoucre. *In v . . n . 4 t. & Beyerl. in Apo. le. Chriſtian.*

Quin & S. Antonium Abbatem tradunt Martiniano militum præfecto, pro filia quam nequam ſpiritus poſſederat ſupplicanti, reſpondiſſe. Ne me opem poſcas, nam & ipſe peccator ſum: ſi in Chriſtum credas, eidem pro filia . . ſi . . ex fiam. Vnica reſponſione tria ſimul expreſſit bona . . hum . . nat . ob ſeruationem & gloriæ fugam, fidei virtutem . infirmitatis remedium. *Ex Athan. in vita, Idem*

De S. Ioanne Canonico regul. in Anglia, cuius etiam ſupra meminimus; memoriæ proditum, quòd cùm Iuclı ſam viſitaret, vt ſpiritualibus eiuſdem frueretur alloquiis, illa quaſi primis verbis ſe viſionem habuiſſe diceret, aquilæ videlicet circumuolantis, adderetque Tu pater illa aquila es, pro excellentia meritorum tuorum. Quo audito ille receſſum parat dicitque: Nos eos fines acceſſimus, vt mutuis ſermonibus Dei gratiam conciliaremus. At video, malus dæmon vitiorum noſtrorum ſagax explorator, per has inanes laudes aditum ſibi in animos noſtros parat. Ita virgines . læ, duo de virginitate ſua gloriam foris expetunt; velut . atuæ in vaſis ſuis oleum habere noluerunt. *Ex Sur. tom. 5. in vita eiuſ.*
B *idem ibid.*

Erat quoque S. Pacomius Abbas, admirabilis ſanctitatis & prudentiæ: cùm namque aduerteret quemquam ex fratribus duas paruas ſtoreas à ſe vno die factas (cùm reliqui non niſi vnam confeciſſent) ex aduerſo ſibi poſuiſſe, vt ab eo laborantis prædicaretur induſtria, dixit adſtantibus gemens: Frater iſte à mane ad veſperam vſque laborans, totum ſuum opus dæmoni conſecrauit, ac rogantibus eius rei cauſam, reſpondit: Quia nihil ſibi fructus ex eo opere reliquit, cùm plus amarit gloriam hominum, quæ contemnenda erat, quàm Dei largitoris quæ maximè diligenda. Quare eum ſeuerè puniens, conceptæ vanitatis virium præſenti medicina ſanauit *Ibid. tom. 3. in vita.*

Etiam fœminis hîc ſua laus. Sara quidem Abbatiſſa, Deo deuota, cùm dæmonis ſuggeſtione diu vexata, tandem eam repreſſiſſet, eique humani generis hoſtis apparens diceret: Fateor tu me viciſti: Non ego, inquiebat, te vici, ſed Dominus meus Chriſtus. *In vitis PP.*

Et ne alterius ordinis viros hoc honore priuemus: quis Ioannem Picum ſileat, qui humanam gloriam fumo perſimi-
C lem æſtimabat? dicebat autem: Fama viuis nonnihil, mortuis minimè profutura tantumque quod ſciret ipſe æſtimabat, quantum Eccleſiæ vtilitati, eliminandiſque erroribus conducere poſſe ſciebat. Eleganter. *Boëth. l. 2. Met. 7.*

Quicunque ſolam mente præcipiti petit,
Summumque credit gloriam:
Latè patentes ætheris cernat plagas,
Arctumque terrarum ſitum:
Breuem replere non valentis ambitum.
Pudebit aucti nominis.

Laur. Beyerl. in Apoph. Chriſtian.

· Carolus V. Imp. ☞ *Require Apoph. de Chriſti honore, &c.*

Addamus, quamquam æuo diſſitum, ſenſibus & huic loco tamen aſſitum, Ludouici eius nominis duodecimi exemplum. Qui rogatus cur cauſæ Benedicti Scaligeri aduerſus Venetos patrocinaretur (illi enim Veronam aliaque oppida Scaligeri extorſerant) Non his, reſpondebat, mihi opus, qui pro diuitiis titulos & tumulos auorum demum oſtentare ſoliti ſunt,
D innuens vanam illam & ſine re eſſe oſtentationem ac de ea gloriari, ſtultum & ſtolidum. Hinc acutè nobilem quemdam, & deſidioſum adoleſcentem redarguens Perſius, ita loquitur.

Hoc ſatis? an deceat pulmonem rumpere ventis,
Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis,
Cenſoremve tuum vel quod trabeate ſalutas?
Ad populum phaleras.——

Ex P. Æmil. in vita, Beyerl. ſupr.

☞ *Plura exempla vtriuſque ſexus require in Loco de Vanitate vbi ex profeſſo de inani Gloria agitur.*

GLORIA CÆLESTIS.

☞ *Vide locum de Beatitudine.*

GLORIA BELLICA.

Pete ex loco de Spoliis quadam. Nempè Spolia deſpicere, contemnere &c.

Gnoma.

GNOMARVM STVDIVM.

☞ *Vide affectum, Amor rerum præſentium.*

GNOMOLOGI.

☞ *Pete ex Titulo Ethices*

* Gnome.

QVID SIT EIVSQVE EFFECTVS.

GNome eſt pars potentialis Prudentiæ, ſecundum *S. Thom. q. 51. in 2.* quia eâ vtitur prudentia ad finem ſuum. Suntque præter Gnomen, Eubulia, & Syneſis, aliæ comparationes eiuſdem virtutis

Gnome autem quam γνώμην Græci, definit *Ariſtoteles lib. 6. Ethic. cap. 11.* Rectum iudicium æqui & boni. Definitur autem æquum & bonum Græcis τὸ ἐπιεικὲς, quod cum ſit contra verba legis, non tamen contra mentem legiſlatoris. Ideoque
F prudentis iudicio relinquitur. Eſtque iuxta *Ariſtotelem*, connexio legis quatenus deficit ob vniuerſalem locutionem. Quo ſpectauit *S. Thomas* quando dixit, Gnomeo iudicare ex principiis extraordinariis contra verba legis. Itaque Gnome dirigit æquitatem ſiue ἐπιείκειαν. De quo vide *S. Thomam* 2. 2. *q. 129. & 31.*

* Gnoſtici.

QVALES, EORVMQVE SECTA.

GNoſtici fuerunt hæretici, dicti hoc nomine à cognitione & ſcientia, quam venditabant, παρὰ τὸ γνῶναι, Non vna eſt omnium ſententia, quis huius hæreſis fuerint author *D. Hieron.* Valentino & Baſilidi eam adſcribit, *Auguſtinus* Nicolao Diacono, cuius meminerunt *Acta Apoſtolorum. Irenæum* qui eorum contemporaneus, probabilius affirmat Carpocratem illius inuentorem. Exortam autem voluit D. Hieronymus circa annum 129. Hadriani Imp. & Xiſti. I. temporibus.

Fuerunt fœdiſſimi ſectatores illius, ita vt quaſuis hæreſes turpitudine ſuperauerint. Animam dicebant ex Dei eſſe ſubſtantia. Omnia bruta rationis capacia, & intelligere. Creaturas eſſe à malo Deo. Ridebant Deum Sabaoth Aſini formam
G habere quod Iudæ dicerent promiſſum, *Gen. 49.* Ligabit ad viteo aſinam ſuam: & quia aſina Balaam pro Iudæis, Deique populo ſteterat.

* Gothi.

QVI, ET VNDE.

GOthi, ſiue vt alij Gotthi, ſunt Theutones ex Inſula Gothlandia, qui Liuoniam & Lituaniæ partem primum occuparunt: vt *Carion. in Chronic.* notauit. Vtraque enim hæc Regio Gothis eſt ex aduerſo per mare ſita. Vnde *Procopius* eos appellat, Cimmerios & Getas.

Porro Romanorum tempore in Hungariam & Thraciam progreſſi fuerunt. Vnde & pelli non potuerunt quamvis ingentem exercitum cum Decio aduerſus eos mitterent, nam
H & Decius ab eis cæſus eſt. Poſtmodum tamen relictis iſtis Regionibus, in Italiam & Hiſpaniam profecti, ampliſſimas duxerunt colonias. Quamuis tandem ab Hunnis & Vandalis qui ex Scythia venerant, oppreſſi fuerint.

EORVM RELIGIO.

Gothi erant Barbari & truculenti, mox tamen Chriſtianam fidem amplexi fuerunt circa annum Domini 378. ſub Damaſo papa. Quamvis Valens Imp. Arrianus eis miſerit Doctores Arrianæ ſectæ, qui hanc gentem illius doctrinæ contagio ita imbuerunt, vt ab ea auelli nunquam potuerit: donec Gregorio Magno cooperante, ad fidem Catholicam venerunt ſub Imp. Mauritio anno 591. Legatur *Hiſt. Tripart. lib. 8. cap. 13.* Sed clarius habens eam hiſtoriam apud Nicephorum *l. 11. c. 48.* qui prolixè eam deſcribit.

GOTHORVM DVCES, REGES, LEGISLATORES.

☞ *Quære in loco de Magiſtratu. Tit. Magiſtratus Chronologicè conſideratus, §. Gothorum Duces, Reges, &c.*

☞ *Item Locum de Fortitudine, & Legibus.*

GRABA

A

Grabatum. Grabatarij.

GRabatum ſiue Grabbatus cum ſimplici, aut gemino B. Lecticæ genus, quaſi *κὐ ἐς κλινίδιον*, vilis lectulus ad meridianum aptus: ſed geſtandis ægrotis potiſſimum accommodatus? *Carthuſianus* vult eſſe lectiſternium pauperum, in quo quidem nihil ſubſternitur, ſed ſupponitur capiti ſtramentum. In *concilio Altiſiodorenſi c. 2*. vocantur Grabatarij, illi quibus mors eſt vicina, quos tamen mendoſa lectione alij grauatarios, id eſt, morbo grauatos appellant.

Eſt (Grabbatus) dictio in Scripturis vſurpata. Quocirca Spyridion cum Triphyllius in concione recitans verba Chriſti ad paralyticum, Tolle Grabatum tuum & ambula, pro nomine τὸ κράββατον, diceret, σκιμπόδιον, indignatus, ac de cathedra exſiliens, Tu ne inquit, melior es illo, qui lectum dixit, cuius verbis vti confunderis? *hiſt. Trip. lib. 1 c. 10. Sozom. l. 1. c. 11.*

Gradus Academici.

B ☞ *Vide Academia.*

* Græcia. Græci.

GRæcia olim omnium artium & bonarum diſciplinarum parens, nunc omnium Gentium miſerrima, & maximè barbara, tota penè Turcicum iugum ſuſtinet, & nè quidem priſcæ induſtriæ vel ingenij veſtigium habet; cum nulla ſit in ea Academia, nullus literarum, nè Græcarum quidem cultus. Loquuntur enim Idioma barbarum, quod cum veteri illo aliquid habet ſimilitudinis Religione vero diſſident ab Occidentali ſiue Latina Eccleſia, in multis Romanum Pontificem non agnoſcunt, ſed ipſi Patriarchas quatuor nominant. Conſtantinopolitanum, qui Europæis præeſt Eccleſiis: Alexandrinum, qui Eccleſias curat in Ægypto, & Arabia, cuius ſedes eſt Memphis, Hieroſolymitanum, qui Syriæ curam gerit, & 15. Auguſti in monaſterio montis Libani ſacra peragit Antiochenum, qui Aſiæ locis dominatur.

Græciam hodie vocamus tractum omnem, qui ad Orientem Ionio mari alluitur, ad occaſum Libyco, ad ortum Ægeo ad Septentrionem montibus à Thracia, Myſia, Dal-
C matiaque ſeparatur.

Fuit olim Regio florentiſſima, & potens, libera, ſed dum in omnes alios imperium adfectat, ſerua Primum à Cyro, poſtea à Xerxe, tandem à Macedonibus & Romanis, poſtremum à Turca ſubacta. Exceptis inſulis nonnullis, quæ patent Reipublicæ Venetæ etiam hodie, ſed Turcæ tributum pendent.

GRÆCORVM ERRORES, ET SCHISMATA.

Diſſident à Romana ſiue Latina Eccleſia potiſſimum in his. Negant Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio, fuitque potiſſima cauſa cur ab Eccleſia Latina deſciuerint. Vt enim Græci primum in Eccleſia tempore Apoſtolorum murmurarunt, vti conſtat *Act. c. 6.* ita primi quoque eam reliquerunt.

II. Aſſerunt in pane fermentato neceſſariò celebrandum, & conſecrandam Eucharíſtiam panemque azymum negant idoneam materiam Sacramenti.

III. Aquam in calice, non permiſcent.

IV. Conficiunt hoc Sacramentum ad vſum infirmorum Feria V. in cœna Domini, idque pro toto anno.

V. Dicunt neceſſario ſub vtraque ſpecie communicandum.

D VI. Primas nuptias ſacerdotibus permittunt, vltiores damnant.

Paucos præterea eorum errores *Hoſius*, & poſt eum, *Prateolus* tradit, qui quidem *Hoſius lib. de comm. vtriuſque ſpeciei*, ſcribit toties eos variis & peregrinis doctrinis abductos à fide defeciſſe, vt decies & quater ad Eccleſiæ gremium redierint, & toties ſe abdicauerint, *Plato in Timæo* vocat Græcos, pueros, ob ignorantiam antiquitatis.

Notandum quoque Regnum Græcorum in S. Litteris, vt *in l. 1. Machab. c. 1.* & alibi, appellari non ſolum quod in Græcia eſt; ſed etiam in Syria, & Aſia, qui Seleucus qui in Prouinciis regnabat, vtebatur idiomate, moribus, & inſtitutis Græcorum. Nonnunquam Scriptura vocat Græcos Gentiles, eò quòd Græca lingua maximè apud illos excelleret, Tandem per conuicium; impoſteros & fabularum inuentores, ac nugatores, Græci appellari fuêre, teſte Hieronymo. *Ep. 50. & 19. Tertull. lib. de pallio.*

GRÆCA LINGVA. E

Græcæ linguæ vulgaris vſus apud potiſſimas nationes fuit, vtpote inuentio omnis amœnitatis à Græcis fontibus diminauit in re literaria ad Latinos. Vnde *Horatius* inſtruens Poëtas, admodum laborat vt perſuadeat imitationem Græcorum quorum exemplaria nocturnâ, diuináque manu verſari mandat. Meminit autem huius linguæ communiter vſitatæ, poſt antiquiores illos, *S. Hier. Proœm. l. 2. comm. in epiſt. ad Gal.* dicens, omnem orientem loqui Græcè S. quoque *Aug. l. 8. de Ciuit. c. 2.* dicit Græcam linguam cæteras gentium linguas clariorem haberi.

Cicero ignaros linguæ Græcæ pecudes appellat, *l. 2. de Oratore Martial.* verò *l. 14. Epigram. 53.* ruſticos eos nominat, dicens in hunc modum de Amphonitro.

Ruſticus es, neſcis quid Græco nomine dicar:
Spuma vocor nitri, & Amphonitrum.

De linguæ Græcæ pronunciatione, aut elocutione & Dialectis, varia ſunt iudicia, & quiſque ſuum alteri præfert. Ego illis accedendum cenſerem, qui veterem pronunciationem ſequuntur, & B per *Beta*, H *Eta*, non per *Vita*, & *Ita*, F eloquuntur, quamvis etiam illa pronunciatio, nunc in Triuialibus Scholis pleriſquè obtineat, habeatque ſua argumenta quibus firmetur. Alibi tamen & à doctioribus paſſim prior adhibetur, quam etiam adhibuit peritiſſimus linguæ Græcæ Eraſmus, & ante eum, S. Hieronymus, aliique veteres ſcripſit de germanâ linguæ Græcæ pronunciatione tractatum, quem Baſileæ anno 1587. euulgauit quidam ſub nomine Philopappi Huralthoſpitaliorum. Vbi vetus pronunciatio validè aſſeritur.

GRÆCÆ LINGVÆ ANTIQVITAS, ET DIALECTI.

☞ *Quære infra in Loco de Grammatica.*

GRÆCÆ LINGVÆ CONTEMPTVS ET ODIVM.

Carthaginenſes Senatuſconſulto cauerant, ne quis litteris Græcis aut ſermoni incumberet, poſtquam ſenſerunt ſe litterarum illarum commercio proditos Dionyſio, quo cum bellum gerebant, eique ſignificatum quidquid decreuiſſent. Refert *Cal. Rhod. l. 22. Ant. Lect. c. 17.*

Val. Max. l. 2. c. 2. narrat Magiſtratus Priſcos ad ſuam populique Romani maieſtatem aſſerendam inter cætera decreuiſſe, ne Græcis vnquam niſi Latinè reſponſa redderent. G ob Latinæ linguæ æſtimationem. Vnde & *Cic. in Verrem* ſe à Romanis accuſatum quæritur, quòd Græcè Syracuſano Senatui etiam in ipſa Syracuſana verba locutus fuiſſet.

Tiberius Cæſar prohibuit Romæ vti in iudicio & teſtimoniis, linguâ græcâ. *Suet. in vita c. 71.*

GRÆCORVM LEGISLATORES.

☞ *Quære Lex. Legiſlator.*

DVCES, REGES.

☞ *Vide Locum de Magiſtratu. Tit. Magiſtratus Chronologicè conſideratus.*

GRÆCORVM LVDI. PHILOSOPHI.

☞ *Vide Tit. de Ludis, & Philoſophia.*

Grammatica.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA PARTITIO.

GRammatica, eſt ſcientia ſcribendi & cognoſcendi quod H profertur, *ſecund. Ariſt. l. 6. Top.* diciturque à γράμμα, quod eſt litera, vnde & γραμματική, quod eſt literatura, & γραμματιστής, literatorius dicitur.

Grammatica eſt ars literaria, quæ in emendate loquendo ſcribendoque conſiſtit, vt litteræ ſuas cuſtodiant voces, & depoſitum reddant legentibus.

* SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Grammatica eſt peritia eorum, quæ magna in parte à poëtis ac rerum ſcriptoribus dicuntur. *Amm. in Porphyr.*

Grammatices eſt ſcire confuſionem de ipſis viginti quatuor literis: Muſices autem eſt docere cognitionem exactam & perfectam de ipſis, *in Simpl. in Phyſ. l. 1.*

Grammatici quia vocum figuras conſiderant: ideo octo orationis partes ſpeculantur: philoſophi autem cum rem tantum contemplentur, ſola nominis & verbi ſpeculatione indulgent, inquit. *Boeth. in introductione ad Cat. Syll.*

A Grammatica ſermone veitur, provt modis inflexionum & conſtitutionum intellectus ſimplicis & compoſiti & complexe deſignatiuus exiſtit: ſimpliciter abſque eo quod ſciat de ſignificatu, vtrum ſit vel non. *Albert. Magn. de prædicab.*

Grammaticus eſt, qui tenet quod in ſpecies vox diſtingui poteſt, & quales, dum ore articulatim in verba mente concepta diſtinguuntur. *Ficin. in Platonis Phileb. l. 1. c. 18.*

Grammaticam eſſe Dionyſius Thracius peritiam experientiamque eorum quæ apud poetas plurimum verſantur, contra Ptolomæus Peripateticus non eſſe Grammaticam contendit Chares habitum dixit eſſe, qua ex arte dictiones, & ſenſa naſcerentur.

Grammaticæ alij tres faciunt partes, alij plures: Dionyſius & Tauriſcus tres, artificialem, hiſtoricam & propriam. Artificialem in qua de elementis literarum, de partibus orationis, de orthographia præcipitur. Hiſtoricam nonnulli condemnant & cenſent inſtabilem, ea agit de perſonis, diuinis & humanis, heroicis locis. Propria circa poëtas & hiſtoroicos verſatur. *Ioan. Franc. Pic. Mi.*

B IN GENERE. INVENTORES LINGVARVM.

De primis hominibus hæc ſcribit, *Horat. l. 1. Sat. 3.*

Quum prorepſerunt primis animalia terris,
Mutum, & turpe pecus, glandem atque cubilia propter,
Vnguibus, & pugnis, dein fuſtibus, atque ita porro
Pugnabant armis quæ fabricauerat vſus:
Donec verba quibus voces ſenſuſque notarent,
Nominaque inuenire; dehinc abſiſtere bello,
Oppida cœperunt munire, & ponere leges:
Ne quis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter.

Quatuor linguæ Græcæ dialectos à totidem nationibus Græcorum deducit. *Strab. l. 8. & poſt eum Iulius Cæſar Scaliger l. 1. Poetica.*

IN SPECIE. INVENTORES LITERARVM Figuræ & Poteſtatis. NOTARVM.

Homo animal ſociale. Communicat ergo animi ſui conceptus alteri mediis ſenſibus, auditu & viſu. Auditus obiectum, Vox eſt: viſus autem Litteræ, tanquam ſenſibiles quædam notæ inſenſibilium conceptuum. Græci γράμματα & χαρακτῆρας

C ab inſcribendo & exculpendo vocant. Literæ in duplici ſunt differentia. Aut enim notæ ſunt conceptuum, aut vocum, quæ conceptuum ſimulacra ſunt. Conceptuum quidem notæ ſunt literæ Ægyptiorum Hieroglyphicæ, quò maioris ingenij, eò operoſiores, & philoſophis tantùm, Ægyptiis ſacerdotibus olim cognitæ. Vocum verò notæ, quibus variæ ſonorum differentiæ tam ſimplices, quàm compoſitæ exprimuntur, ſunt literę propriè dictæ. Quarum inuentio, vt antiquiſſima, ſic controuerſa eſt. Et ſi enim varię ſunt linguę, & peculiares ſingulæ literas habent, tamen alij ſuas literas priores extitiſſe, cæteros à ſuis mutuatos affirmant. Quòd ſi verò ſacrarum Scripturarum auctoritate hæc lis dijudicanda eſt, nullos certè alios quàm Adami filios ante diluuium vniuerſale, literarum inuentores fuiſſe conſtabit. Namque filij Seth in duabus columnis diſciplinam rerum cœleſtium à ſe primò inuentam conſcripſere. At tum Hebraica lingua vnica erat. Atteſtatur huic nomen Adam & Euæ, quorum illud ruffum, hoc matrem viuentium in nulla alia lingua quam Hebræa ſignificat. Ergo etiam characteres Hebræi, quos proculdubio Adam à Deo acceptos liberis ſuis communicauit. Sic poſt diluuium filij Noë auitas literas retinuêre, ad Babylonicam vſque linguarum diuiſionem. Linguæ tum variæ, principe illa Hebræa cum ſuis literis

D ad paucas redacta, ſingulæ nouos characteres meditatæ ſunt. At Hebraicarum mentio poſt diluuium prima in tabulis à Domino Moyſi traditis. Quapropter Moyſes litterarum inuentor eſſe viſus eſt, *Teſte Eupolemo apud Euſebium l. 10 de præparat. Euang.* vel Moyſe antiquior Abrahamus: *Teſte Philone.* Iudæi autem à Moyſe acceptas, ſuperato mari robro in Palæſtinam & Phœniciam intulerunt. Eapropter Phœnices literarum inuentores habiti. Vnde *Lucanus*:

Phœnices primi, famæ ſi credimus, auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Vide Ioan. Tzetzem Chil. 12. Varia hiſt.

Quæſtio eſt inter Iudæos, num puncta vocalia & accentuũ Moyſi tradita fuerint in monte Sinai cum literis. Aſſerunt alij, legem Moyſi perfectam omnibus ſuis numerjs, traditã, vt ne apex aliquis defuerit: alij negant, & horũ rurſus alij ſeptuaginta Seniorum inuentum arbitrantur, qui à Moyſe didicerant oretenus legendi modum. Alij verò anno mundi 3979. Chriſti 229. ſecundùm noſtram ſupputationem, ſecundùm Hebræam verò, anno Chriſti 476 & ab excidio Hieroſolymitano 4 6. Iudæos quoſdam eruditos & eloquentes, Tiberiadæos, in Mœſia Paphlagoniæ, legem, quæ erat quaſi paſſus vna ſententia vna, [illegible] verborum & dictionum diſtinctione punctis vocalibus inſigniuiſſe, voces ſuperaſſe periodos per accentus deſignaſſe & innumeris mendis Biblia repurgaſſe. Hos, Thalmudiſtas & Magiſtros Maſoreth, hoc eſt, traditionis vocarunt. *Elias Leuites in præfatio e libro Maſoreth hammaſoreth.*

E

Iidem olim Hebræorum & Samaritanorum characteres fuerunt. Eſdras verò ſcriba legiſque doctor, inſtaurata ſub Zorobabele Hieroſolyma, vti legem & religionem reſtituit, ita literas illas antiquas acroamaticas eſſe voluit, quibus pura lingua Hebræa contineretur: alias ipſe reperit tanquam exotericas & profanas: quibus Syriacè loquentes Iudæi vterentur qui characteres Syriaci dicuntur. Sic *D. Hier. in præfat. in lib. Regum.* Sunt qui Chriſti maternam linguam Syriacam, paternam verò Hebraicam fuiſſe, arguunt.

F

Græci, qui generis antiquitatem, quam rationibus non poſſunt, fabulis aſtruere conantur, ante diluuium Deucalionem ſe literas habuiſſe gloriantur, *teſte Diodoro*: qui Actinum Solis F. è Græcia in Ægyptum profectum, Aſtrologiæ præcepta tradidiſſe ſcribit: at Græcia diluuio oppreſſa, literarum monumenta fuiſſe deleta. Multis pòſt ſeculis Cadmus Agenoris F. è Phœnice literas in Græciam reuehens, earum inuentor exiſtimatus eſt. Eas ſedecim primum fuiſſe. *Plin. l. 7. c. 56. & 58.* teſtatur. Quibus Troiano bello Palamedes ex volatu gruum adiecit quatuor, Θ Ξ Φ Χ. Totidem Simonides Melicus Ζ Η Ψ Ω: Ariſtoteles XVIII. priſcas fuiſſe putat, duas poſtea ab Epicharmo additas Θ & Χ. Hinc ab Auſonio Cadminigellæ filiæ dicuntur *Herodotus l. 5.* Cadmum cum multis aliis ſcientiis literas Græcis communicaſſe ſcribit, quibus Iones vicini ſuas commiſcuerint, & communi nomine Phœniceas appellarint: quarum exempla apud Thebas Bœotias in Iſmenij Apollinis templo in tripodibus inciſa, Ionicis conſimilia ſe vidiſſe teſtatur. Iones certè βίβλους appellant pelles caprinas & ouillas, quibus olim penuria librorum, hoc eſt, corporum, inſcribebant. *Ioſeph. l. 1. contra Appionem*, ante Homerum nullas Græcorum fuiſſe litteras ait, cùm nullus eo vetuſtior ſcriptor fuerit. At *Cicero in Bruto, & Euſeb. l. 10. de præpar. Euang.* Linum, Philammonem, Tamyram, Amphionem, Orpheum, Muſæum, Epimenidem, Ariſtæum inuentores fuiſſe & ſcripſiſſe commemorant.

G

De Prometheo hæc leguntur in Æſchyli Prometheo, citante *Stobæo ſerm. 79.*

Καὶ μὴν ἀριθμὸν ἔξοχον σοφισμάτων
ἐξεῦρον αὐτοῖς. γραμμάτων τε συνθέσεις
μνήμην, ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάτιν.

Eadem loci ex Philemonis Apollius hi verſus citantur;

Οὐχὶ μόνον οὗτος εὗρε τὰς λαλουμένας
αὐτοῖς, ἀπέχοντος πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον
[illegible]
[illegible]
[illegible]
ψυχῆς ἰατρὸν κατέλιπε γράμματα.

Neque multò pòſt etiam hæc proponitur:

H

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

THEVTH dæmon quidam Ægyptius, cui ſacra eſt Ibis, primus inuenit numerum & computationem, & Geometriam, C. Aſtronomiam. Præterea & talorum & cuborum ludum. Ipſas quinetiam litteras. Inuenta ſua Thamo Ægyptiorum regi obtulit, vtque iis Ægyptij omnes inſtituerentur, hortatus eſt. Et Thamus quidem ea, quæ probabantur, laudauit: litteras verò, quòd memoriæ potiùs offuturæ & homines ad excolendam memoriam inertes redditurae viderentur, fretos litterarum præſidio. Eaque propter non memoriæ, ſed admonitionis medica

A medicamentum, literas eſſe pronunciauit. *Plato in Phedro.& Celius l.22.c.15.*

Cornelius Tacitus l.11. dum de literarum diſſ. rit inuentoribus. Primi(inquit) per figuras animalium Ægyptij ſenſos mentis effinxerunt, & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ Impreſſa ſaxis cernuntur: ac literarum ſemet inuentores item perhibent. Inde Phœnicas, qui mari præpollebant, intuliſſe Græciæ memorant, gloriamque adeptos, tanquam repererint, quæ ab Ægyptiis acceperant Ammianus Marcellinus obeliſcum dicit ſcriptilibus effigiatum elementis *Apuleius lib. 11. Aſini,* literas ignorabiles vocat. *Cal.l.29.c.26.*

Anticlides, in Ægypto à Menone rege inuentas tradit literas, quindecim annis ante Phoroneum vetuſtiſſimum Græciæ regem. Epigenes apud Babylonios DCCXX. annorum obſeruationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet Beroſus & Critodemus CCCCLXXX annorum. Ex quo apparet æternus literarum vſus, inquit. *Plin.l.7.c.56.& 58.*

Apud Samios inuentas eſſe vigintiquatuor literas à Calliſtrato. Andron in Tripode tradit: & Ionum literas tradit Atheniensibus Probabile eſt igitur, à repertis traditiſque literis B locum prouerbialem Samiorum πολυγραμμάτων ſeu literatorum, fuiſſe verſum ad ſtigmata. Nam Samij ſimul & accipiebant, & tradebant infames notas. *Eraſ. in Adag.*

Apud Latinos Sp. Carbilius Grammaticus, primus G literam reperit, cùm pro ea priùs C vterentur Quod etiamnum in lingua Hetruſcorum apparet, quia aſpiratè proferunt ea quæ à reliquis Italis abſque ſpiritu enunciantur: vt quando pro Cervo, Gervo dicunt.

Appius Claudius I.C.R literam Romanis dedit, vt pro Valeſiis Valerij, pro Fuſiis Furij dicerentur. *Pompon. Digeſt. de orig.iur. Tit. 2.*

Mæcenas notas quaſdam inueniſſe dicitur, quibus celerrimè verba excipi poſſent.

M.Tul.Cicero notas præpetes (vt vocantur ab Auſonio) primus docuit, eaſque ſcribis communicauit primùm, in oratione Catonis contra Catilinam in Senatu habita excipienda (qui hinc nomen Notariorum traxiſſe videntur) quæ minutis & breuibus figuris multarum vim literarum complecterentur. *Plut. in Catone minore.*

C Claudius Cæsar inuenit X. & antiſigma pro PS. Sed poſt eius imperium euanuère, *Teſte, Quintiliano.*

Methodius philoſophus Venedas ſeu Slauicas literas inuenit, vertitque diuina oracula in Slauorum ſermonem, circa annum Chriſti 872. *Auent. l.4. Annal. Boior.*

Chilpericus rex Sueſſionum, literis Gallicis quatuor addidit ω.φ.χ.θ. à ſe inuentas, publicoque edicto eas recipi, & in ſcholis doceri, & in ſcripturis exprimi mandauit. *Aimoin. l.3.cap.42.*

SYLLABARVM Quantitatis, & PROSODIÆ.

Pherecides Syrus, Pythagoræ præceptor, proſodiam primus inueniſſe dicitur. *Laert.*

VOCVM. SIGNIFICATIONIS.

Nominum impoſitio, tum

Neceſſaria.

Si nominum ratio ad Grammaticos pertinet, qui de Etymologia tractant, certè primus Grammaticus Adamus fuerit. Ad eum enim cùm Deus opt. max. omnia animantia adduxiſ- D ſet, nomina illis impoſuit: quibus natura illorum, quantum eius fieri poterat, exprimeretur. Quòd ſi igitur nominum impoſitionem ſpectes, Grammaticum: ſin verò rationem, cuius ductu ſingulis ſua nomina indere potuit, Philoſophum ſummum veréque ſapientem Adamum fuiſſe fatebimur. Neque id mirum. A quo enim vitam acceperat, ab eodem & ſermonem, omnem denique ſapientiam liberaliſſimè conſecutus erat, ſi modò eam ſeruare voluiſſet.

Notat Homerus vetuſtam vocabulorum originem: nempe eos, qui primi rebus nomina fecerunt; multas ab accidente aliquo appellationes traxiſſe: ſonoſque articulatio non editos, ſcriptis vocibus expreſſiſſe. Cuius generis ſunt αὐᾶν, quod eſt ſufflare: & τρίζειν, id eſt, ſerra findere, & μυκᾶσθαι mugire & βρόνται tonare, ac horum ſimilia. Proinde ipſe quoque nomina quædam noua finxit, ea rebus, quas deſignarent, conformans: vt δοῦπος eſt & ἄραβος, ὄμβρος, δουπῶν, & ἀριζώγρα, & τρίζ & quæ talia porrò ſunt: quibus ſignificantiora non inuenias. *Plut. de Homero.*

Plato philoſophus primus Grammaticæ vim ſpeculatus dicitur: nimirum quia Etymologias ſtudiosè inueſtigauit in E Cratylo. *Laert l.3.*

Athenienſes, aſperitatem rerum benignis & blandis vocabulis contegentes, inuidia nominis vrbanè emollita, ſcorta appellarunt amicas, tributa deſcriptiones, præſidia ciuitatum ſtationes, carcerem cuſtodiam. Id primum commentum, ni fallor, fuit Solonis, qui æris alieni condonationem, nouas tabulas appellauit *Plut. in Solone.*

Carolus Magnus Imperator, non imperij tantùm ampliatione, ſed & temporum & conſtitutionum diſtinctione, de Germania patria benè meritus eſt. Menſibus propria nomina impoſuit, qui ante id tempus partim Latinis, partim barbaris nominibus enunciabantur. Et Ianuarium quidem appellauit Vvintermaen. Februarium. Horningh: Martium Lentmaent Aprilem, Oſtermaen: Maium, Vvinnemaen: Iunium, Bracmaen: Iulium, Heumaen: Auguſtum, Arnemaen: Septembrem, Vvynmaen: Octobrem, Harueſtmaen: Nouembrem, Zotemaen: Decembrem, Helichmaen. Item ventos duodecim ſuis nominibus inſigniuit quum non antè plurium quàm quatuor nomina inuenirentur. Et Subſolanum quidem Oſtenvviodt: Eurum, Sudoſt: Euroauſtrum, Sudſudooſt: Auſtrum, Sudent F Auſtroaphricum, Sudvveſt: Aphricum occiduum Sudſudvveſt: Zephyrum, Vveſt: Corum, Nordvveſt. Circium, Nordnordvveſt: Septentrionem, Nord: Aquilonem, Nordoſt: Vulturnum, Ooſtnordoſt. *Crantz, l.2. Saxonia.c.8.*

Non neceſſaria. Affectata nouitas vocum.

Coqui olim ſtudebant nominum nouitati. *Vide Athenaeum l.9.c.8.*

Dionysius Siculus ſophiſta virginem Menandrum dictitabat, quia virum expectet. Et columnam Menecratem. quia manet, & fortiter ſuſtinet. Ballantium saculum, quia contra iacitur. Murium latibula, myſteria, quia mures defendunt. Attilanes libro rerum Siculatum primo eundem affirmat Dionyſium bouem Garotam appellaſſe, & ſuem Iachum. Alexarchus Caſſandri regis Macedonum frater, qui ciuitatem condidit Vranopolim nominatam, peculiare intulit idioma gallum orthoboam, tonſorem brotocerem, drachmam argyridem, domeſticorum vinarium pedicas, caduceatorem apytem nominauit. Ad Caſſandrenſium Imperatores hæc aliquando ſcripſit Alexarchus Marmon: Primis gaudere ſolares ouium, noui cum relinquerem diuinorum operum victores fatali fortuna coofirmatos, Dei fontibus ſe abſtergeotes, montanoſque cuſtodea. G Quæ epiſtola quid ſignificaret, ne ipſum quidem oraculum cognoſcere poſſe arbitror *Athenaus l.3 c.10.*

Demaois Æginam, Pirai, dixit eſſe portum: Samum verò ciuitatis propaginem: ephebos ver populi mœnia, ciuitatis veſtem: tubicinem, communem Athenienſium gallum. *Athen. lib.3.c.10.*

NOTÆ GRAMMATICORVM,

Vipote Accentus, Poſitura, ſiue Diſtinctiones, &c.

☞ Pete ex Loco Notarum.

DOCTORES GRAMMATICÆ.

Quandoquidem πολιτικὸν καὶ κοινωνικὸν ζῶον homo eſt, oratione opus habuit, qua Rationis conceptus exprimeret. Oratio ex compoſito ſiue ex pacto hominum pendet, quibus hoc vel illo ſono rem quamlibet efferre placuit. Habet interim quæuis lingua idiotiſmos, hoc eſt, peculiares quaſdam rationes, non tantùm in vſu vocabulorum, verum etiam in inuentione de qua Plato in Cratylo H *abundè diſputat. Porrò magiſtri orationis, ſiue τοῦ ἑλληνίζειν (vt eſt in primo Alcibiade) gemini ſunt. Nam ſi vſum ſequamur magiſter erit populus, Quem penes (vt ille inquit) arbitrium eſt & ius & norma loquendi: ſi verò præcepta, magiſtri erunt Grammatici qui non τὸ ὅτι tantum, verum etiam τὸ διότι tradunt, & conſuetudinem loquendi arte dirigunt.*

PRÆCEPTIONIBVS. Docent alij

Viua voce.

☞ Conſule Tit. Grammaticorum, infrà item Præceptorum tam publicorum, quam priuatorum.

Grammaticam ſcribit *Laert. l.10.* ex Hermippo Epicurum philoſophorum primùm docuiſſe.

Georgius Trapezuntius, ex Creta duxit originem, vbi natus eſt an. 1396. patre Trapezuntino ciue, qui ſe eò contulerat. Primus omnium Græcorum Græcas litteras docuit ſumma cum laude. Clarebant anno Chriſti 1430. Eugenio IV. Pontifice. *Auctor vitæ.*

A *Scriptis Qui de Grammaticarte ſcripſere.*

Platonis tempore Grammatica nihil aliud admodum fuit, quam literas legere & ſcribere. At in Philebo videmus à PLATONE tractatum, qua via deceret literarum doctrinam inſtitui: nec Cratylo eiuſdem philoſophi dialogo ſingulari, aliud quam grammaticum argumentum diſputatum eſt, quippe qua ratione nomina rebus eſſent impoſita. ARISTOTELES vltra Platonis initia progreſſus, genera, quæ primis elementis efficerentur, comprehendit, comprehenſaque poſteritati mandauit. THEODECTES Ariſtotelem magiſtrum imitatus eſt ingeniumq; ſe in grammaticis ſtudiis exercuit, adeóque philoſophus vterque, grammaticæ artis velut inuentor aut certè in primis auctor à Quintiliano efficitur. Sic enim ait *lib.* 1. *cap.* 4. Ariſtoteles quoque atque Theodectes verba modò & nomina & coniunctiones tradiderunt: videlicet, quòd in verbis vim ſermonis, in nominibus materiam (quia alterum eſt, quod loquimur, alterum de quo loquimur) in coniunctionibus autem, rerum
B complexum eſſe iudicauerunt, quas coniunctiones alij vocant. Paulatim à cæteris Philoſophis, maximéque Stoicis, grammatica res augeri atque amplificari cœpta eſt. Vnde intelligimus, literarum ſtudium apud Græcos in eo laudis & dignitatis loco fuiſſe, vt ſummi philoſophi huius artis commendatione, nominis ſui famam memoriamque poſteris gratam eſſe voluerint. *Petrus Ramus l.* 1. *Scholarum grammat.*

NICANOR Alexandrinus gammaticus populari ioco dictus eſt Stigmatias, quòd de ſcripturæ diſtinctiunculis, quas Græci στιγμὰς appellant, curiosè ſcripſerit. *Eraſ. in Adag.*

M. VARRO philoſophus ſummus, de grammatica arte ſcripſit libros doctiſſ. quos Latinæ linguæ commentarios inſcripſit.

M. TVLLIVS artis huius (*ait Quint. l. ca.* 6.) diligentiſſimus fuit, & in filio (vt ex epiſtolis apparet) rectè loquendi vſquequaq; aſper quoque exactor: imò verò etiam doctor Grammaticæ fuit, eamque in prima elocutionis parte ſtatuit, vt percipitur Oratorio 3. in præceptis Latinitatis.

C. IVLIVS CÆSAR, bello ciuili, ad Ciceronem de Analogia, hoc eſt, de ratione Latinè loquendi accuratiſſimè ſcripſit,
C primóque in libro dixit, verborum delectum originem eſſe eloquentiæ. *Cic. in Bruto.*

TERENTIANVS Cartaginenſis, ſub Diocletiano, ſcripſit opus carmine, quod adhuc extat, de Literis, ſyllabis, & metris: cuius auctoritate Seruius & Priſcianus ſæpè vtuntur. *Lud. Viues in l.* 6. *Auguſt de Ciuit. Dei, c.* 1.

Summum illum pietatis Chriſtianæ doctorem D. HIERONYMVM non puduit ad Lætam de inſtitutione filiolæ grammatica in hæc verba ſcribere: Fiant ei literæ vel buxeæ, vel eburneæ, ſuis nominibus appellentur. Ludat in eis, vt & luſus ipſe eruditio ſit. Et non ſolùm ordinem teneat literarum, vt memoria hominum in canticum tranſeat: ſed & ipſe inter ſe crebro ordo turbetur, & mediis vltima, primis media miſceantur: vt eas non ſono tantum, ſed & viſu nouerit. Cùm verò cœperit tremente manu ſtylum in cera ducere, vel alterius ſuper poſita manu teneri, regantur articuli, vel in tabella ſculpantur elementa. vt per eoſdem ſulcos incluſa marginibus trahantur veſtigia, vt foras non queant euagari.

CAROLVS Magnus Imperator grammaticam patrij ſermo-
D nis hoc eſt, Germanici, incboaſſe dicitur, *Crantz. l.* 2. *Saxon. cap.* 8. *Auent.*

OTFRIDVS monachus, exemplo Caroli Magni Germanicam grammaticam ſcripſit: idemque opus Euangeliorum tanquam pietatis Germanorum primitias, patriis rhytmis edidit.

VSV, CONVERSATIONE.

☞ *Huc illi, quorum imitatione Lingua diſcuntur.*

Nullum ſermonem meliùs, aut tenaciùs diſcunt pueri, nullum expreſſiùs, quàm maternum: illum cum vitiis ipſis aut virtutibus, ſi quid horum habet, reddunt. In Valentiam à Iacobo Aragoniæ rege Agarenis pulſis immigrare iuſſi ſunt frequenter viri Aragonij; & mulieres ILLERDENSES, à quibus incoleretur. Ex vtriuſque nati filij, ſermonem matrum tenuerunt eum, quem iam per plures quàm ducentos & quinquaginta annos Valentini loquuntur. *L. Viues libro* 2. *de Chriſt. ferm.*

DISCIPVLI GRAMMATICÆ VT PVTA DICTIONIS LINGVARVM. VEL PRÆCEPTIONIBVS. E

☞ *Conſule locum Inſtitutionis, vbi præceptorum tam publicorum, quam priuatorum mentio fit, & per conſequens etiam Diſcipulorum grammatices.*

IOANNES SEGOBIENSIS Hiſpanus, a Felice V Papa Cardinalis creatus, ſub Nicolao V. abiecto honore, Cæſ[illegible] E[illegible]e ſiæ præfectus, in altiſſimis montibus paruo [illegible] ptos, vocatis ex Hiſpania Arabicæ linguæ [illegible] ſtri, A[illegible] Mahumetis cõuertit & cõfutauit *Æ[illegible] Sy[illegible]* .45. *[illegible]rop.*

Ioan. CAPNIO Hebraicæ linguæ operam dans Romæ, p[illegible] o ſingulis hor. Hebræo doctori aureum vnum perſoluit *Ita b. Cureus in Sileſia Annal.*

VSV & CONVERSATIONE. Huc illi, QVI linguas diſcunt.

F[illegible] ilè, Difficulter.

Quod Lyricus de Græcis, nos iuſtiùs de BELGIS efferre poſſemus: F

Belgis ingenium, Belgis dedit ore rotundo
Muſa loqui.

Dedit eadem tantam in imitando facilitatem, vt vulgato circumferatur prouerbio: In ſacco circumgeſtatum per regionem quamuis Belgam, eius idiomã vſũ cum aere imbibiturum.

Peragrè.

ROBERTVS RETENSENSIS, Anglus, archidiaconus Papilonenſis in Hiſpania, circa annum Domini 1143. peragratis Galliarũ, Italiæ, Dalmatiæ & Græciæ ſcholis celebrioribus, tandem in Aſia inter Saracenos linguam Arabicam exactè didicit. Rogatu Petri Cluniacenſis Abbatis, tranſtulit in Latinum ſermonem Mahumeti Alcoranum.

ANDREAS ALPAGVS Bellunenſis Medicus, in Syriam nauigans, Arabicam linguam didicit & præter multos alios Saracenorum libros, etiam Auicennam Latinè interpretatus eſt.

SCRIPTIONIS.

Germania poſt Friderici II. Rom. Imp. fata, ſuum ſermonem literis Latinis demùm depingere didicit. *Auent. l.* 1. At idem G
l. 4. *tradit* Carolũ Mag. patrij ſermonis grãmaticam ſcripſiſſe.

Concilio Tolerano, anno 1117. patres cum Bernardo Toletano prima te, multa de officiis eccleſiæ ſtatuerunt: ſed & illud, vti deinceps SCRIPTORES omnes omiſſo charactere Toletano, quem Gulfilas Gothorum Epiſcopus inuenerat, Gallicis literis vterentur. *Rod. Tol. l.* 6. *rerum Hiſp. c.* 30.

GRAMMATICI LITTERATI.

Grammaticus & Grammatiſta Latinis ſunt Literatus & Literator, vt Suetonius docet. Sunt (ait) qui literatum à Literatore diſtinguant, vt Græci Grammaticum à Grammatiſta: & illum quidem abſolutè, hunc mediocriter doctum exiſtimant. Quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmabat. Nam apud maiores (ait) cùm familia alicuius venalis produceretur, non temerè quem non literatum in titulo, ſed Literatorem inſcribi ſolitum eſſe quaſi non perfectum literis, ſed imbutum.

MELESIGENES, PHAMII ludimagiſtri Smyrnæi opus hæres, & ſcholæ ſucceſſor, in peregrinationibus cùm viſum amiſiſſet, lingua Æolica HOMERVS, quaſi cæcus dictus eſt, & ſcriptis ſuis arcem poëticæ occupauit. H

ANAGALLIS, Corcyræa grammatica. Sphæræ inuentionem Nauſicæ Alcinoi filiæ adſcribit. *Suidas.*

PAMPHILA in Grammatica commentarios ſcripſit, eiuſque auctoritate vtitur. *Gell. l.* 15. *c.* 16. *& Volat. l.* 18. *Anthrop.*

RHIANVS Cretenſis, vel Ithacenſis, primum fuit palæſtræ cuſtos & ſeruus: deinde eruditus grammaticus euaſit, æqualis Eratoſthenis. Scripſit Heracliadem. *Suidas.*

PHILETAS Cous, filius Telephi, Philippi & Alexandri ætate, grammaticus Criticus: qui extenuatus, in inquirendo ψευδόμενον λόγον, obiit. Fuit præceptor Ptolomæi II. Scripſit epigramma, & elegias. *Idem.*

ZENODOTVS Epheſius verſificator & grammaticus, Philetæ diſcipulus, ſub Ptolomæo I. Primus Homeri corrector, bibliothecis Alexandriois præfectus, & filiorum Ptolomæi præceptor. *Idem.*

ZENODOTVS Alexandrinus grammaticus, in vrbem vocatus ad ea, quæ ab Ariſtarcho in poeta improbabantur. Scripſit aduerſus Platonem, de iis: de Homerica conſuetudine: Solutiones Homericarum dubitationum: in Heſiodi Theogoniam, & alia multa. *Idem.*

Calli-

A Callimachus F. Batti & Meſames [illegible] Cyrenæus, diſcipulus Hermocratis Iaſenſis Grammatici. S[illegible]ris eius filius f[illegible] iunior Callimachus, qui verſu de inſulis ſcripſit. Tanta fuit in duſtria, vt q[illegible] [illegible] genere p[illegible] nata ſcriberet. Sunt libelli [illegible]ius an[illegible] [illegible]. Fuit temporibus Ptolemæi Phi[illegible] delphi: cui priuſquam c[illegible]mendaretur, literas in vico [illegible] Alexandriæ Eleuſi[illegible] docuit, & vſque ad Euergetem ætate proceſſit. *Idem.*

Daphnis ſeruus, [illegible] à Cn Piſ[illegible] M Scauro venditus fuit, [illegible] & [illegible] ſiſtertiis. *Plin. lib.* [illegible].

Ariſtoph[illegible]es [illegible] grammaticus filius Ape[illegible] tribuni militum, diſcipulus C[illegible]llim[illegible] & Zenodoti, Olympiade [illegible]v. *Suidas.*

Ariſtarchus Samothrax, Alexandrina ciuitate donatus, patre Ariſtarcho, claruit 55 Olymp ſub Ptolemæo Philometore, cuius & filium erudiit. Scripſit commentariorum libros ſupra 800 Diſcipulus Ariſtophanis. Cùm Cratete Malote Pergameno diu certauit, & analogiam contra Cratetis anomaliam defendit Diſcipulos pluſquam 40. reliquit, Obiit 72. anno ætatis, inedia ſeipſum propter hydropem conficiens.
B Reliquit filios Ariſtarchum & Ariſtagoram, ambos fatuos. Homericos verſus in ordinem redegit & illuſtrauit, tanta licentia, vt in prouerbium abierit. Interrogatus, Cur ipſe non ſcriberet? reſpondit, Neque ſe poſſe, quemadmodum vellet, ſcribere; neque velle, quemadmodum poſſet. Quidam eum ſub Piſiſtrato vixiſſe falſo arbitrantur. *Gyrald. Dia. 7. Hiſt. poet. ex Suida.*

Apollodorus Athenienſis grammaticus, diſcipulus Panætij Rhodij & Ariſtarchi grammatici, ſcripſit hiſtoriam Athenienſem. Cui Amphyctiones, ſanctiſſimum Græciæ concilium honores habuerunt. Quod decus nulli (quod ſciam) contigit in aliquo genere artis, niſi Hippocrati, qui in peſtilentia auertuncanda fuit Græciæ vtiliſſimus. *Sab. lib. 10. cap. 8.*

Aſclepiades Diotimi filius, Myrleanus (vrbs eſt Bithyniæ poſterius Apamea vocata) à prima ſtirpe Nicænus, diſcipulus Apollonij. Vixit ſub Attalo & Eumene, Pergamenis regibus. Scripſit Philoſophicorum librorum correctiones Docuit Romæ ſub Pompeio Magno. Scripſit multa. *Suidas.*

Soſibius Lacedæmonius grammaticus, ex iis, qui λυτικοὶ
C à reſoluendo vel explicando dicuntur. *Idem.*

Apud Romanos olim grammatica ne in vſu quidem, nedum in honore fuit, cùm bellis potiùs quàm diſciplinis liberalibus operam darent Antiquiſſimi poëtæ & oratores, vt Liuius & Ennius ſemi græci erant, & Græcè docebant: ſi quid Latinè compoſuiſſent, prælegebant. Primus itaque ſtudium Grammaticæ in vrbem intulit Crates Mallotes, Ariſtarchi æqualis: qui miſſus ad Senatum inter ſecundum & Tertium bellum Punicum, ſub ipſam Ennij mortem, ab Attalo Rege, cùm in Palatij regione in cloacæ foramen prolapſus crus fregiſſet, per omne legationis ſimul & valetudinis tempus plurimas ἀκροάσεις fecit: ac Romanis exemplo fuit ad imitandum, præſertim C. Octauio Lampadioni, qui Næuij Punicum bellum, quod vnico volumine & continenti ſcriptura expoſitum erat, diuiſit in ſeptem libros: item Q. Vargunteio, qui Annales Ennij certis diebus in magna frequentia pronunciabat. Auxerunt deinde Lælius Lanuuinus gener Q. Ælij, & Seruius Clodius, equites Romani. *Hæc Sueton. Tranquill.* ex quo etiam ſequentia ſumpſimus.

Lælius Præconinus, à patre præcone, & Stilo, quòd orationes nobiliſſimo cuique ſcribere ſoleret, Q. Metellum Numidicum in exilium comitatus eſt: Poſt hunc magis magiſque gratia & cura artis increuit, vt ne clariſſimi quidem viri abſti-
D nuerint, quò minùs & ipſi aliquid de ea ſcriberent: vtque temporibus quibuſdam ſupra 20. celebres ſcholæ fuiſſe in vrbe tradantur. Clari profeſſores ſequentes fuerunt.

Sæuius Nicanor, Marci libertus, primus ad famam docendo peruenit. Ob infamiam quandam in Sardiniam ſeceſſit, & obiit.

Ant. Opilius Epicurei cuiuſdam libertus, primò philoſophiam, mox rhetoricam, tandem grammaticam docuit, Dimiſſa autem ſchola Rutilium Ruffum damnatum in Aſiam ſecutus, Smyrnæ conſenuit. Scripſit varia.

M. Antonius Gnipho, ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus, à nutritore ſuo manumiſſus, & inſtitutus Alexandriæ in contubernio Dionyſij Scythobrachionis: magno ingenio fuit & ſingulari memoria, comis & liberalis, nunquam de merce- de pactus. D[illegible] primum in Caij Iulij Cæſaris domo, pueri E adhuc [illegible] prætexta, [illegible] matica Rhetoricam con[illegible] [illegible] Marcus C[illegible] prætor intrauit. Mul[illegible].

M Pom[illegible]ius Andronicus Syrus, Epicureæ ſectæ ſtudio, in profeſſione grammatica deſidioſior fuit, minuſque idoneus ad tuend[illegible] ſcholam. Itaque cum ſe in vrbe [illegible] ſolum Antonio Gniphoni, ſed peſſimis etiam quibuſuis po[illegible] [illegible]eret. Cumas ſeceſſit, & ibi in otio pauperrimus vixit, multaque compoſuit.

Orbilius Pupillus Beneuentanus primo apparitor, inde miles, [illegible] ad ſtudia rediit, & patriæ docuit. Anno demùm 50. Romam tranſiit, Cicerone conſule, docuitque maiore fama quàm emolumento. Acerbus fuit in reprehendendo, & plagoſus. Vixit prope ad centeſimum annum, & memoriam amiſit. Statua eius Beneuenti in Capitolio oſtenditur marmorea, ſedentis ac palliati, appoſitis duobus ſcriniis. Reliquit filium Orbilium grammaticum.

Ateium Philologum Athenienſem, libertinum, Capito Ateius I. C. inter grammaticos rhetorem, inter rhetores gram- F maticum fuiſſe ait. Diſcipulus fuit Antonij Gniphonis. Erudiit multos nobiles adoleſcentes: inter quos etiam duo Claudij, Appius & Pulcher, fuêre, quorum comes in prouincia fuit. Philologum ſe ob variam eruditionem appellauit. Coluit C. Salluſtium, & eo defuncto Aſinium Pollionem, quos in ſcribenda hiſtoria aliquantum iuuit.

Val. Cato, Burſenni libertus ex Gallia, Syllanis temporibus patrimonio exutus, docuit nobiles multos. Vnde diſtichon illud:

Cato grammaticus, Latina Siren,
Qui ſolus legit & facit poetas.

Senex obiit in magna pauperie, cùm villa eius Tuſculana creditoribus ceſſiſſet. Auctor eius carminis à Gyraldo exiſtimatur, quod Virgilio tribuunt, & Diras vocant.

Cornelius Epicadus, & L. Cornelij Syllæ dictatoris libertus, filio eius Fauſto gratiſſimus fuit. Librum, quem Sylla de ſuis rebus imperfectum reliquerat, ipſe suppleuit.

L. Taberius Hiera, ſuo hero emptus de caſtara, & propter literarum ſtudium manumiſſus, docuit inter cæteros Brutum & Caſſium. Temporibus Syllanis, proſcriptorum liberos gratis G & ſine vlla mercede in diſciplinam recepit.

Curtius Nicia, Cn. Pompeij & C Memmij amicus, item & Ciceronis. Sed cùm codicillos Memmij ad Pompeij vxorem de ſtupro pertuliſſet, proditus ab ea Pompeium offendit, domóque ei interdictum eſt.

Lenæus Pompeij Magni libertus, & penè omnium expeditionum comes, eo cum filiis ſublato, ſchola ſe ſuſtentauit: docuitque in Carinis, ad Telluris ædem. Hic in Salluſtium pro Pompeio Satyram acerbiſſimam ſcripſit.

Q. Cæcilius Epirota, Tuſculanus, libertus Attici Satyrij equitis Rom. ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ. Cùm filiam patroni nuptam M. Agrippæ doceret, ſuſpectus in ea, & ob hoc remotus, ad Corn. Gallum ſe contulit, quod ipſi Gallo inter grauiſſima crimina ab Auguſto obiicitur. Poſt damnationem mortemque Galli ſcholam aperuit, ſed ita, vt paucis & adoleſcentibus tantùm prætextato nemini, niſi ſi cuius parenti hoc officium negare non poſſet. Primus Latinè ex tempore diſputauit, primuſque Virgilium & alios poëtas nouos prælegere cœpit. Vnde Domitij Marſi verſiculus:

Epirota tenellorum nutricula vatum.

Verrius Flaccus libertinus docendi genere maximè inclaruit, cùm pueros inter ſe committeret, non ſolùm materia, quam ſcriberet, verum etiam præmio propoſito: id erat liber H aliquis antiquus, pulcher, aut rarior. Quare ab Auguſto præceptor quoque nepotibus eius electus, tranſiit in Palatium cum tota ſchola. Docuit in atrio domus Catilinæ, & ſeſtertia centena in annum accepit. Sub Tiberio obiit Præneſte ſtatua ei poſita eſt, propter faſtos ordinatos.

L. Craſſitius Tarentinus, libertinus, cognomine Panſa, initiò circa ſcenam verſatus eſt; deinde in Pergula docuit, donec commentario Smyrnæ edito plurimum inclaruit. Nobiles multos erudiuit, & in his Iul. Antonium Triumuiri filium, vt Verrio quoque Flacco compararetur. Sed demiſſa repentè ſchola tranſiit ad Q. Septimonij philoſophi ſectam.

Scribonius Aphrodiſius, Orbilij ſeruus & diſcipulus, à Scribonia Libonis filia, priore vxore Auguſti, redemptus & manumiſſus, coæqualis & æmulus Verrij fuit.

A C. IVL. HYGINVS, Hiſpanus, Auguſti libertus, imitatus eſt C. [illegible] Alexandrum Grammaticum Græcum, [illegible] cognomine. Præfuit Palatinæ bibliothecæ, [illegible]: Familiariſſimus fuit Ouidio poetæ, & C. Licinio conſulari [illegible] Hiſtorico, qui inopiam eius ſuſtentauit. Huius libertus fuit Iulius Modeſtus, patroni ſtudia imitatus.

C. MELISSVS Spoleti natus ingenuus, ſed [illegible] cordiam parentum expoſitus, literas didicit [illegible] & Mecænati pro [illegible] dono datus, ab eo [illegible] curam ordinanda[illegible] bibliothecarum in Octauiæ porticu [illegible] cepit. Anno ætatis 60. libellos Ineptiarum [illegible] ſcripſit.

M. POMPONIVS MARCELLVS, [illegible] olim ſermonis Latini exactor moleſtiſſimus, [illegible] aduocationi quadam [illegible] & cauſas agebat) ſolœciſmum [illegible] aduerſario tanta acerbitate reprehendit, vt Caſſius Seuerus [illegible] interpellaris [illegible] dilationem petierit, quoad litigator ſuus alium adhiberet grammaticum: quamdoquidem non de iure, ſed de ſolœciſmo controuerſia agetetur. Idem cùm ex oratione Tiberium [illegible] rem reprehendiſſet, affirmante Atteio Capitone, & eſſe illud Latinum, & ſi non eſſet, futurum certè; Iam inde mentitur Capito, inquit. Tu enim Cæſar ciuitatem dare potes hominibus, verba non potes.

B

Q. RHEMMIVS PALÆMON, Vicetinus, mulieris verna primò, vt ferunt, Textrinum, deinde herilem filium dum comitatur in ſcholas, literas didicit. Poſtea manumiſſus, Romæ docuit, & Grammaticorum princeps fuit: quanquam omnibus vitiis infamis, vt nemini minùs inſtitutionem puerorum vel iuuenum committendam Tiberius & mox Claudius Imperatores prædicarent. Capiebat tamen homines cùm memoria rerum, tum facilitate ſermonis, & poëmata extempore faciebat. Arrogantia fuit tanta, vt M. Varronem porcum appellaret: ſecum & natas morituras literas iactaret. De ſe tanquam critico ſummo Virgilium in Bucolicis præſagiuiſſe aſſerebat, quando Palæmoni iudicium inter paſtorum carmina committit. Luxuriæ deditiſſimus, fuit libidinoſiſſimus vſque ad infamiam oris, ſimul & auarus.

C M. VAL. PROBVS BERYTIVS centurionatum diu fruſtrà petiit, donec tædio ad ſtudia ſe contulit. Totus fuit in antiquorum ſcriptis emendandis, diſtinguendis & adnotandis: nulli præterea grammatices parti deditus. Hic non tam diſcipulos quam ſectatores habuit. Reliquit obſeruationes ſermonis antiqui. Hæc hactenus ex Tranquillo.

SPVRIVS CARBILIVS Romæ ludum grammaticæ aperuit, mercede docens. G. literam primus inuenit, quum pro ea C. litera priùs vterentur. Libertus eius Carbilij qui primus vxorem apud Rom. repudiauit. *Rauiſius.*

TIMAGENES Alexandrinus ſub Pompeio Magno captiuus Romam ductus à Gabino eſt emptus. Docuit Romæ vſque ad Auguſti tempora.

ASINIVS POLLIO TRALLIANVS docuit Romæ tempore Pompeij Magni. Succeſſit ſcholæ Timagenis, Scripſit bellum ciuile Cæſaris & Pompeij.

TRYPHON Ammonij F. Alexandrinus, grammaticus & poëta, Auguſti temporibus, & ante ſcripſit multa. *Suidas.*

C. SVETONIVS TRANQVILLVS, grammaticus Romanus, ſcripſit varia. *Suidas.*

D Tyrannio, Epicratidis & Liodiæ Alexandrinæ F. Amiſenus, ſub Pompeio Magno, diſcipulus Heſtiæi Amiſeni, à quo Tyrannio dictus eſt, quod exagitaret condiſcipulos, cùm Theophraſtus antea dicerettur. Æmulus Demetrij Erythræi. In excidio vrbis Ponticæ Amiſi captus à Lucullo, & Murenæ petenti donatus, manumiſſus fuit ab eo. Vſus eſt eo numere Murena illiberaliter. Nolebat enim inſigni virum eruditione Lucullos priùs ſeruum fieri, inde libertinum. Quippe ereptio præſentis erat illa ſimulatæ libertatis donatio. Habuit tria librorum millia. Et Ariſtotelis libros à Sylla Athenis allatos correxit. Podagra confectus ſenex obiit. *Suidas & Plut. in Lucullo.*

Tyrannio iunior, Phœnix, Artemidori F. diſcipulus Tyrannionis ſenioris: vnde & Tyrannio dictus eſt, cùm Diocles antè vocaretur. Captus & ipſe bello Antonij & Cæſaris, à quodam Dymante liberto Cæſaris emptus, deinde Terentiæ donatus Ciceronis vxori, ab eàque manumiſſus, Romæ docuit: & libros ſcripſit octo & ſexaginta. *Suidas.*

ALEXANDER Mileſius, qui & Polybiſtor, & Cornelius cognominatus, eò quòd Cornelio Lentulo venditus, eius pædagogus factus eſt, poſtea manumiſſus, Syllæ temporibus. Lau[illegible] ient [illegible] [illegible] [illegible] ſane abil[illegible], & [illegible] Hiſtor[illegible] ille [illegible] erem Moſ[illegible] lex H[illegible] libr[illegible] xotum. *Suidas.*

Ch[illegible] tum trad[illegible] Alexandrinum [illegible] Augu[illegible]o, [illegible] ſan[illegible] ſtudium [illegible] T[illegible] *A[illegible] l. 4. c. 4.* [illegible] Bi[illegible] me[illegible] itate quæ i[illegible] [illegible] quin[illegible] [illegible] phos imitatus [illegible] 9. [illegible] *A. L.*

Sel[illegible] Alexandrinus, c[illegible] Homeri [illegible] docuit. Commentar[illegible] enè po[illegible] centum. *Suidas.*

Demetrius Adramyttenus [illegible] Auguſti [illegible] degebat. Ixion [illegible] A[illegible]n- F dri[illegible] Iunonis [illegible] depr[illegible] Philotimum Ixione fabula [illegible] [illegible] quod cum Ariſtarcho magiſtro contendens, Ixionis ingratudinem fuerit æmulatus. Scripſit de verbis in μι deſinentibus, enarrationem Homeri atque Heſiodi. *Suidas.*

Lupercus Berytius grammaticus, Paulò Ante Claudij Cæſaris poſterioris tempora. Scripſit de particula ἄν, quæ poſſe, debere, velle, ſolere aliquid fieri ſignificat, tres libros. *Suidas.*

Apollonius Alexandrinus Romæ docuit ſub Claudio, auditor Apionis Mochthi. Feruntur eius libri de Grammatica duo. Anteonis nomen obtinuit, propter mutuum amorem Heraclidis Pontici. *Suidas.*

Apion Pliſtonici filius, cognomento Mochthus, id eſt, labor Alexandrinus vel Cretenſis, diſcipulus Apollonij Archibij, docuit Romæ ſub Tiberio Cæſare, & Claudio: ſucceſſor Theonis grammatici, æqualis Dionyſij Halicarnaſſei. Scripſit hiſtoriam de ſingulis gentibus, & alia. *Suidas.*

Dionyſius Alexandrin. Clauci F. à Nerone vſque ad Traianum docuit, ac bibliothecis præfuit. Fuit & ab epiſtolis, & G à reſponſis, & legationes obiit: præceptor Parthenij grammatici, diſcipulus Chæremonis philoſophi, cui etiam Alexandriæ ſucceſſit. *Suidas.*

Epaphroditus Cheronenſis grammaticus, Archiæ Alexandrini grammatici alumnus: à quo inſtitutus, à Modeſto Ægypti præſide emptus eſt, cuius filium cùm inſtituiſſet, Romæ claruit ſub Nerone, vſque ad Neruam, quo tempore Ptolemæus etiam, Hephæſtionis F. vixit. Cùm autem ſubinde libros mercaretur, ad 40000. coëgit, eóſque bonos & exquiſitos. Corpore fuit magno & nigro, inſtar elephanti Deceſſit anno ætatis 75. ſcriptis complutibus relictis. *Suidas.*

Iul Pollux Naucratita grammaticus, ſub Commodo principe docebat Athenis: ſcripſit ad Commodum Imperatorem, Onomaſticon libris decem, & alia quædam, quæ non extant. Eum Philoſtratos inter Sophiſtas ponit: cuius characterem in dicendo narrat, nec laudans, nec vituperans. *Volater. l. 18. Anthrop. ex Suida.*

Apollonius Archibius Alexandrinus, docuit Romæ ſub Traiano principe. Scripſit commentaria in Epigram. Calli- H machi.

Aul. Gellius tempore Traiani ſcripſit Noctes Atticas. Fauorina maximè coluit. Hunc alij Agellium vocant. Æqualis eius Fidus Optatus, qui librum Æneidos Virgilij antographum in Sigillariis viginti aureis redemit. *Gellius libro 2. cap. 3.*

Domitius inſanus, grammaticus in vrbe Roma, id cognomentum adeptus eſt, quòd eſſet intractabilis, & valdè moroſus. *Gellius l. 18. c. 7.*

Nicanor Hermiæ filius Alexandrinus, ſub Adriano Cæſare, Scripſit de punctis apud Homerum, & quod diſcrimeo in ſententiis inde exiſtat. De punctis in vniuerſum libros ſex: & horum epitomen, librum vnum. De punctis Callimachi. De voce ὦναξ id eſt, ô rex, de puncto, & alia. Ob quod opus à quibuſdam per deriſum Stigmatias, id eſt, Notis compunctus vocabatur. *Suidas.*

Athenæus Naucratita grammaticus, tempore Antonini, ſcripſit librum Dipnoſophiſtarum, in quo commemorat eos, qui inter veteres ſplendidi conuiuatores habiti ſunt. *Suid.*

Ælius Donatus grammaticus, D. Hieronymi præceptor Romæ

A Romæ cum Victori[illegible] rhetore, eſt [illegible]
Cùm de Iulian Imp. Ap[illegible] tæ mo[illegible]
tus eſſet, iocab[illegible] ndus [illegible]
ſuum eſſe p[illegible] ntem & [illegible]
furore præf[illegible] tius [illegible] qu den [illegible]
ſuam pe[illegible] e potu[illegible]

Evg[illegible] oquen[illegible] is in p[illegible]
Valenti[illegible] p A[illegible] icis aux[illegible]
petat [illegible] V [illegible] queo ſuſp[illegible] dit,
imperiu[illegible] nguine & [illegible]
ope, q[illegible] x lia, Theodoſius
Imp. O[illegible] *S[illegible] & Hieron. in Epitaph. Nepot. an.* [illegible] 4

Pri[illegible] Cæſarie[illegible] Grammatica ad Iulianum [illegible] Ad Coſro[illegible] verò Pe[illegible] gem, librum de Naturalibus quæſtionibu[illegible], conuertit in Latinum ſermonem De ſitu orbis carmina edidit. Claruit Athenis tempore Iuſtiniani Principis. *Volat. l. 18. Antrop.*

Hellanivs grammaticus Alexandrinus, ſub Theodoſio iuniore ſcripſit Lexicon ex ordine litterarum. Item de laudibus Theodoſij, & quædam [illegible]

B Longinvs Cassinvs, Porphyrij philoſophi præceptor multæ eruditionis, criticus, Vixit Aureliani temporibus, ab eodem interemptus, quòd eum Zenobia conſuleſſet, Odenati vxore. *Cod. l. 18. c. 16. A. L. ex Suida, & Eunapij Porphyrio.*

Ammonianvs grammaticus, Syriani philoſophi cognatus, proceritate corporis atque ſalubritate ei ſimillimus, enarrationem poëtarum, & Græcæ dictionis correctione artem occupatam diligebat. Hinc Ammonianus ille fuit, cui contingit aſinum habere ſapientiæ auditorem. *Suidas.*

Palladas grammaticus in 1. *Epigram. Græcor.* ſic de ſeipſo ſcribit:

Μῆνιν ἀχιλλῆος ᾗ ἐμοὶ ὀδύνηση γεγένηται
Οὐλομένην πενίην γραμματικοῖς ἐδόθη.
Εἰδὲ ἢ καὶ ἄνασσ μὲ κατίαδαι μῆνι ἰσάσο,
Πρὶν χαλεπὴ λιμὸς γραμματικαῖς ἔλασε.
Ἀλλ' ἐν ἐφαρδῆς θεανις ἄτε ἀγαμέμνων,
Τὸν δ' ἱκέτης ὁ Πάνη, ἀδὲ χοὶς ἐγὼ ἐρύομαι.

C Grammatici Burdigalenſes celebrati Auſonij carminibus, Leontius Beatus, cum fratre Iucundo, Phœbicius & Macrinius, cui Auſonij:

Primo pueritia Credita pueritiae Nilopis inde tulit:

Item Herculanus ſororis filius Thalaſſus, Citarius Syracuſanus, Nepotianus, Attilius Glabrio, Item, Ammonius, Anaſtaſius, Pictauienſis, Marcellus Narbonenſis, Criſpus, & Vrbicus.

Dioscorivs Myrevs, grammaticus præfectus prætorio Leonis Imp. M. præceptor filiorum eius.

Chalcidivs Græcvs grammaticus, diſtinctionibus in primus inuigilabat. Lexicon ſcripſit, quo obtin ipſius ſuperueniente Ioulanus eius diſcipulus ſibi vendicauit. *Volat. lib. 21. Anthrop.*

Constantinvs Conſtantinopolitanus Meſſanæ docuit, & paruum Grammaticæ Græcæ opuſculum edidit. *Volat. lib. 21 Anthrop.*

Domitivs Caldericvs, patria Veronenſis, acri vir ingenio, primos qui ſuo ſeculo poëtas dutiuſculos diligentiùs cœperit enarrare, & in eos commentarios edere admodum iuueD nis. *Volat lib. 21. Anthrop.*

Grammaticorum nomen priſci affectarunt complures, ob iudicandi auctoritatem, à qua Critici ſunt dicti. Nec ætate noſtra defuerunt doctiſſimi, qui ornari ſe appellatione eiuſmodi arbitrati ſint: inter quos Angelos Politianus, & Antonius Nebriſſenſis Hiſpanus: qui pro varia & latè patenti eruditione, quum eſſet diligenter in omni ſcriptorum genere verſatus, potuiſſet quodcunque nomen vſurpare, non ſolùm cum bona profeſſorum eiuſce artis venia, ſed cum magna etiam lætitia, quòd non parùm gloriæ profeſſioni ſuæ acceſſurum ex huiuſmodi hominis ſplendore, & nominis celebritate exiſtimaſſent: nullo tamen dici & haberi maluit, quàm Grammaticus. Nec Pius II. Pontifex vrbis Romæ nomen eiuſmodi abhorruit. *Lud. Viues de Cauſis corrupt. artium l. 2.*

Gvarinvs Veronensis nomen magnum adeptus in Latina lingua vindicanda, quanquam maiore affectu quam ingenio, primus diſcipulorum profectu: quorum celebritas, quantus vir ille fuerit, facilè declarauit. Parem laudem in eo genere adepus V[illegible] u[illegible] e[illegible] aq[illegible], & in Principum, E a[illegible] æmulus [illegible] ille Eſte iubes [illegible] 4. *l.* [illegible] o.

[illegible] v Philelph[illegible] doctus & [illegible]r-
[illegible], ter[illegible] x poëtas [illegible] um aul[illegible] ca-
tis e[illegible] a Pri[illegible] cipibu que, qui co[illegible] unt ma[illegible]
non[illegible] & [illegible] familiari auctus, & [illegible]
t[illegible] cent æ, poſt[illegible]
[illegible] ætate matura ſeneſ[illegible] et, [illegible] ibus
c[illegible] id[illegible] t. *Alex. lib 1. ap*[illegible]

An[illegible] V[illegible] Brixien[illegible] patria G[illegible] cùm eſſe[illegible] j, [illegible] Princeps [illegible] Antoni[illegible] via ſuite [illegible] obuiam facto [illegible] oi Antonius [illegible] Di[illegible] inquit, q[illegible] ſe res habeat, videtis: Iup[illegible] C[illegible] dio ſe comm[illegible] dat. Hinc omnes eum mutato nomine C[illegible] appell[illegible] uerunt. Ex eius ſchola viri doctiſſimi prodiê[illegible] inter cæteros P[illegible] Boroaldus iunior. *Barthol. Binomi[illegible] in v[illegible] ta Codri.*

Ioan. A[illegible] Campanus natione, patre ruſtico, Neapoli Laurentium Vallam audiuit, qui illi vni ex tot hominum millibus in diſputando palmam permittebat. Peruſij literas docuit. Pio II. Pontifici gratiſſimus Teramenſis Epiſcopus creatur. Ob liberiorem reprehenſionem Sixti IV in damnationem incurrit, & in exilium Neapolim abiit. Mœrore inde confectus, Senæ obiit quinquagenario maior, anno Salutis 1477 Scripſit inter cætera Vrbinatium hiſtoriam. In oratoria certè & poëtica eo tempore primam laudem meruit. *Michael Fernus in eius vita.* F

* Ioannes Deſpanterius Belga inſignis ſui temporis extitit Grammaticus, vt qui eiuſdem artis præcepta facili methodo complexus fuit, eaque paſſim iuuentuti proponuntur in Scholis, quod ſint eorum ingeniis accommodata. Secuti ſunt eum alij, qui hanc ſpartam adornare conari fuerunt, ſed irrito conatu: cum nemo illius facilitatem, & inſtitutionem exæquare valeat. Quamuis Simon Verepæus eiuſdem præcepta in meliorem formam redegerit, ſic tamen vt Deſpanterij nomen retinuerint. Antiquiores Scholæ non alium quam Deſpanterium per Verepæum formatum iuuentuti prælegunt; & experientia conſtat, peritiores euadere grammaticos, eos qui his imbuuntur præceptis, quam qui nouitia quædam ſectantur.

GRAMMATICI INDOCTI.
Literatores.

Thestorides Phocensis ludimagiſter imperitus, cùm Homeri hoſpitis eruditionem ſubodoratus eſſet, eum domum ſuam recepit, ea lege, vt carmina, quæ faceret, ad ſe deferret, & à ſe deſcribi pateretur. Fecit ergo apud illum minorem Iliada, & Phocaidem. Quorum copiam nactus ille, in Chium conceſſit, erectoque ibi ludo, carmina illa pro ſuis, magna omnium cum admiratione, publicauit. *Herod. in Homeri vita.* G

De Heliodoro literatore ſic ſcribit *Lucil. in Græcorum Epigrammatum.*

Ἀν τὸ χαμματικὸ μηδὲ μῆνιν ἀλλὰ ἄειδε,
Εὐθὺ σολοικίζω τὸ ἴ μα μὴ δίδοται.

In Auxilium Grammaticum *Auſonius* ſic inuehitur:

Emendata poteſt quænam vox eſſe magiſtri,
Nomen qui proprium cum vitio loquitur?
Auxilium te nempe vocas, inſeſte magiſter.
Da rectum caſum, iam ſoleciſmus erit.

Auſonios ad Philomuſum, qui arbitrabatur ſe [illegible] librorum copia:

Emptis quòd libris tibi bibliotheca referta eſt,
Doctum, & grammaticum te, Philomuſe, putas.
Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde,
Omnia mercatus, cras citharœdus eris. H

Papias grammaticus, è regione Tranſpadana oriundus, tempore Innocentij III. Pontificis, ſcripſit Dictionarium Latinum ex ordine literarum, quo aliquandiu ſibi auctoritatem apud peritos comparauit. *Volat. lib. 18. Anthrop.*

Martin. quidam inſigne apud Danos nomen habuit, quòd grammaticulus metaphyſica proponeret perdiſcenda, miſceretque inanitet longiſſimè diſtantia, inuento ridiculo opere modorum ſignificandi: in quo vſque hodie magnis boatibus ſonant muti grammaticelli, quaſi rutati vertiginem, quum nunquam ad eloquentiam perueniant inde gloriam captantes, vnde rideri merentur homines inepti. Hic oratorem egit Erici IX. Danorum regis Romæ, apud Clementem V. *Crantz. lib. 8. Metrop. cap. 36.*

A [illegible]

[illegible]

bu[illegible]
g ni[illegible]
cap. 2. *A*[illegible]

Chryſ[illegible]
liaris, teſte G[illegible]

Daris quiſpiam [illegible]
cellens in rei bellicæ glo[illegible]
dicere, ἥδομαι καὶ ἀγαλλιῶμαι, [illegible]
deo, lætor. Ea cùm ſæpiùs ac male [illegible]
B io vulgi locum abüt. [illegible] μέλος. [illegible]

[illegible] τὸ Δάτιδος μέλος,
ὁ [illegible] ποτ' ᾖδε τὴν μεσημβρίαν,
ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ χαίρομαι,
Adeſt, vt aiunt cantilena Datidis.
Quod maſtrupans is cecinit in meridie,
Vt lætor, vt delector, vtque gaudeo.

Interpres Ariſtophanis in Pace addit, Datiſmum vſurpari pro barbariſmo, eò quòd χαίρομαι dixerit pro χαίρω, ſecutus vocum conſonantiam, τὸ ὅμοιον [illegible]. Nam χαίρομαι Græcis non dicitur. *Eraſ. in Adag. & Cal. 19. cap. 15.*

Cùm rebellaſſent Athenienſes, Demetrius Poliorcetes capta vrbe, quæ iam fame macerabatur, illicò pro concione, quæ ei erat aduocata largitus eſt dono iis frumentum. De quo cùm ad populum verba faceret, eſſetque locutus barbare: quidam ex iis, qui in concione ſedebant, quemadmodum verbum illud eloquendum eſſet, ſuclamauit. Tum ille: Ergo huius quoque emendationis gratia, altera vobis quina millia medimnûm dono. *Plut. in Apoph. Suidas in voce* [illegible] ſic ſcribit: Cum ſub Alexandri ſucceſſoribus Athenienſes pecunia egerent, & quidam Peregrinus ſe mutuam illis daturum [illegible] barbarè pro-
C miſiſſet: tumultuati, benignitatem eius repudiarunt. Sed cùm errore correcto [illegible] dixiſſet: tum demùm liberalitate eius vſi, hominem collaudarunt.

Martialis in 1. Epigram. Cæcilianum ſolœcizantem ſic inſectatur:

Cùm dixi Ficus, rides quaſi barbara verba,
Et dici Ficos, Cæciliane iubes.
Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci,
Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.

Hinc colligit Priſcianus, & vitium & fructum, poſſe quartæ eſſe declinationis, genere autem differre. Verùm à L. Valla reprehenditur, quòd pro vitio ſecundæ rationem ſit, & propterea in vltimo verſu pro Ficus, Ficos legi debere. Cæterùm Priſcianum reprehendens Valla, etiam ipſe labitur, dum pro fructu quartæ declinationis ficum eſſe vult, maſculino genere. Semper enim & pro fructu & pro arbore feminini generis eſt. *P. Ramus lib. 13. Schol. gram.*

De Ruſo rhetore Pictauienſe imperito, ſic ſcribit *Auſonius:*

Qui Remiſco putat ſe diſcere poſſe Latinè.
D *Hic vbi Conſcriptum eſt, legeret Cor, ſi cor haberet.*

Demoſtenes Valentis Imperatoris legatus, miſſus ad Baſilium Magnum, cùm in eum vehementer debaccharetur, barbariſmo quodam fortè lapſus eſt. Ad quod riſu Baſilius exclamauit: Vidimus & nos Demoſthenem ſine literis. At cùm importuniùs oblatraret, ita obiurgauit: Tuum eſt de pulmentariis cogitare, & non diuina dogmata decoquere. *Sozo. lib. 6. cap. 16.*

Quidam Bauarus, Latinæ linguæ ignarus, baptizarat puerum, in nomine patria, filia, & ſpiritus ſancta. Bonifacius Epiſcopus Moguntinus puerum iuſſerat rebaptizari: Salzburgenſis Epiſcopus Virgilius, & Sidonius Pontifex Laureacenſis, baptiſmum ratum eſſe volebant. Turbæ excitatæ erant maximæ. Zacharias Pontifex Romanus diſſidium ſoluit, & Virgilij opinionem confirmauit, circa annum Chriſti 745. *Gregorius III. in Epiſtola 2. ad Bonifacium* inquit: Illi qui baptizati ſunt per diuerſitatem & declinationem linguarum gentilitatis, ta-

[illegible]

[illegible] ſte [illegible]

[illegible]

[illegible] M E R O [illegible] E [illegible]

[illegible]

Erasmvs R[illegible] rodamvs per iocum Thomæ Linacro viro erudiciſſimo epiſto[la]m ſcripſerat metro trochaico tetrametro, ſed ita temperata compoſitione, vt aliud agenti non ſuboleret eſſe carmen. Admonuerat in epiſtolæ frontiſpicio, vt ſibi caueret: nam ſibi animo eſſe ipſum ea epiſtola fallere: in calce etiam adiecerat, ſeſe iam feſelliſſe, niſi falleretur. *Eraſ. de Conſcrib. Epiſt.*

PRONVNCIATIONE,
Quoad
TONVM IN
Oratione.

D. Avgvstinvs in libris Confeſſionum narrat, ſibi etiamnum puero in ſcholis frequenter acclamatum fuiſſe, vbi Iunonis apud Maronem in Troianos ſtomachantis verba & affectus feliciùs cæteris adumbraſſet. *Eraſm. Rot. de Ratione conſ. epiſt.* G

Vocibus ſingulis.

Demosthenes adhuc iuuenis cum pro concione per Æſculapium iurâs, non ἀσκληπιόν, ſed pro paroxytone ἀσκλήπιον pronunciaſſet, quòd is deus ἤπιος, hoc eſt, propitius eſſet; à populo tamen nouitatis cauſa exploſus eſt. Cùm non ſatis aptè omnia pronunciaret, ſæpius à Satyro deriſus eſt. Literam primam ſuæ artis, R. ſcilicet, difficulter pronuncians, lapides in os accipiens, habitum loquendi ſibi fecit. *Volater. & Alexand. lib. 4. cap. 14. in Plutarcho.* Eubulides Mileſius, Megaricæ ſectæ aſſecla Demoſthenem docuit P. literam pronunciare. *Laert.*

TEMPVS.

De Marco quodam corripiente primam ſyllabam nominum Facundia & Facundus, ſic ludit quidam:

Dum laudaretur Marco facundia Galli,
Fraudata eſt metro vox ea ſæpè ſuo.
Laudibus ac tandem miſcens vbi vota precatur,
Vt longùm hac terras lingua facunda colat:
Tum ego: Quam terris longum vis Marce morari,
Omne non fauſto cur facis eſſe breuem?

In quendam alium, qui primam vocis Facetus ſyllabam pro- H
duxerat, hæc ſcribit:

Ille poetarum quos ſecula noſtra tulêre
Magnus Ariſtarchus (iactat vt ipſe quidem)
Verſibus in paucis, quos iam declamat vbique,
Facetus ſcripſit: nonne facetus homo eſt?

QVALITATEM IN
Genere.

¶ Ariſtoteles Sectionis 11. problemate 30. *diſtinguit,* τραυλότητα, ψελλότητα, & ἰσχνοφωνίαν. *Trauloſin autem definit, quum quis literam quampiam non poteſt exprimere, non quamlibet, ſed certam aliquam. Hanc* Theodorus *vertit bleſitatem. Alij etiam* βατταρισμὸν *videntur appellaſſe,* ψελλότητα *verò, quum litera, quapiam aut ſyllaba ſupprimitur, veluti quum* [illegible] *dicitur, pro* [illegible] *hanc* Theodorus *vertit balbutiem,* ἰσχνοφωνίαν *verò quum non valens expeditè ſyllabam ſyllabæ contexere pronunciando, quam Theodorus vertit linguæ hæſitantiam. Quæ vitia frequentius accidunt pueris, ſenibus, ac vinolentis vndè.* Flaccus *balbam*

ſenectutem

A *ſtrictitatem ... cat. In cauſa putat* Ariſtoteles *... im imbecilli-tatem, qui ... on queat animo ſu... venire.* Li ... ius in prouerbio *Cat a..., D... in pr... ens reſpectu Vo..,ſiue Fronan. ... nu vit ... . De quibus aliqui etiam inter Corporeas functiones laſas, egimus Iam quia Rhetori quoque pronunciatio gramm... tica in ... tur ſit vt Rhetori ... tio vertatur ſapè quod Grammatico propriè, vitio dandum erat. De qua re ſub titulo de Actione inepta.*

Theocritvs ad Grammaticum quendam ludimagiſtrum male pronunciantem accedens, rogauit: Qui fit, quòd Geometriam non doceas? Is qu... n reſpondit: Quoniam ignoro, Quid tum dixit, nam legere etiam neſcis. Notauit autem pronunciationis vitium in Grammatico, qui non tantùm ipſe lin...ua promptus eſſe debet: ſed aptus etiam, vt aliorum verba & voces formet. Theocriti dictum extat apud *Stob. Serm. 2. de Imprud.*

Theophrast. philoloſophus, cum percontaretur Athenis ea anicula quadam, quanti olera venderet? reſpondit illa, & addidit: Hoſpes nõ peto min...ris, tulit ille mol...ſte, ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, cum ætatem ageret Athenis: optiméque loqueretur. Ea ipſo ſono vocis hoſpitem eſſe cognouerat (erat enim Leſbius) non Athenienſem. *Cicero in Bruto.* B

Spicie. Secundùm

Claritate.

Duo ſunt in primis oris vitia, quorum altero peccantes, Iſchnoteras vocat Fabius, quum gracilis eſt nimium, & tenuis literæ enunciatio: alterum vitium, Plateaſmum appellauit idem à vocis (vt opinor, pinguetudine. Quo modo qui loquitur, & curioſius gutture vtitur, πλατειά-ζειν Græcè dicitur. Meminit præter Cteſiphontem & Demoſth. Dores præcipuè, vt platyſtomi, inceſſuntur à Græcis, quòd iuſto frequentiùs in dictionibus A literam ingerant, vnde apud Theocritum, garrulæ muliarculæ coarguuntur πλατειάσδοισαι ἅπαντα, vt quæ Syracuſtæ forent, In Cotta litterarum damnabatur dilatatio. *Cel. l. 13. c. 3. A. L.*

Puritatem vel Impuritatem & Craſſitatem.

Omnes, qui craſsè loquuntur, Barbari dicuntur: quales ſunt nationes omnes, præter Græcos. Alia quædam barbara loquendi prauitas in lingua Græca eſt, ſi quis non perfectè Græca pronunciet, ſed ita quemadmodum barbari ſolent, qui C ad Græcam dictionem introducti, expedire linguam non poſſunt quemadmodũ nec nos illorum orationem, quod apprimè Caribus contigit, quos propterea Homerus βαρβαροφώνους appellat. Nam alij non multum cum Græcis diuerſabantur, nec Græcè viuere, nec eorum dictionem ediſcere pertentabant, niſi perrari admodum, ac fortuitò vir viro congredientes. At Cares, barbari ex illo ſunt appellati, ex quo in Græcia militarunt. Poſteaquam vero In Aſiam profecti ſunt, Iones cum eis ac Dores traiecere. Ab ea cauſa barbariſmus dictus eſt. Eum in his dicere conſueuimus, qui malè græciſſant; non autem in iis, qui Carice loquuntur. *Strab. lib. 14.*

Iepte Galaadites Iſraëlitarum iudex, victos Ephraimitas inſectatus ad Iordanem vſque, cùm eos à ſuis dignoſcere non poſſet, in ripa fluuij deprehenſos, tranſitumque petentes, & ſe Galaaditas eſſe ſimulantes, iuſſit, vt pronunciarent Schiboleth quod lingua ſacra ſpicam ſignificat, At cum illi gentis vitio Sibolet dicerent, ſuo iudicio tanquam ſorices deprecti, trucidati fuêre. *Iudic. cap. 12.*

Alcibiades blæſus fuit, ita tamen vt blæſitas voci illius D ſplendorem, & ſermoni gratiam afferret *teſte Euripide.* Ariſtophanes in veſpis comica feſtiuitate eum ſic loquentem introducit:

> ὁλᾷς Θέωλον; τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει.

pro ὁρᾷς Θέωρον τὴν κεφαλὴν κόρακος ἔχει.

> *Cernis Theolum? capite coruino ille adeſt.*

Et Aechippus filium Alchibiades perſtringens:

> *Graditur, inquit, nitens, vix pallium luxu trahens:*
> *Ne nam patri ſit ſimilis ipſe filius,*
> *Inflectit & collum, ſimul balbutiens.*

Plut. in Alcybiade.

Vice φ, vſurpant β, Macedones, qui Βίλιππον, βαλακρὸν, & Βερονίκην dicunt. At Delphi vice π. Namque πατεῖν, βατεῖν, πικρὸν, βικρὸν ferè dicunt. *Plut. in c. Grac.*

ΕΡΕΤΡΙΕΩΝ ῥῶ in prouerbium abiit, quoniam crebriùs & aſperiùs eam literam pronunciarint. *Strabo lib. 10.* Meminit. *Plat. in Cratylo* ... Ea quo liquet, Eretrienſes adamaſ-

ſe hanc literam, ... ſuppoſuerint ... quum ... Ath... ... eam v... vt ... pro ... E

Sc...bi... ...tomedes, eſſe Iotacismum, quum i, litera ... ſtum de... orum enun...atur. ... em & Landaci ... ..., q... m i. ſono pro...rtur plenio..., inu... ...us ... mer... ... à M... ... b... 5. viti... hæc definiri. Eſſ qu... Me... ...m, q... ...cibor in c...iunctio M. literæ aſſidu... collidu..., vt ... ca, Mammam ipſam ama qua... meam ... rh... dacti num ve..., vbi L. plurimùm diſſonat ... & Sol & Luna l... in luce alba lactea. Iotaciſmum ... ...ncies, Iunio Iuno Iouis iure naſcitur. Polyſigma ...bi ...tera crebri... geminatur Soſia in ſolatio ſoleas ſarciebat ...uas. *Cal. lib. 13. cap. 1. Antiq. Le...*

Pavsanias Cappadox, qui Cæſareæ docuit, grammaticus in primis cl... & Ariſtidis æqualis, Herodis Attici diſcipulus, enunciab...t ...ngui...ngua more Cappadocum, collidendo conſonantes longa contrahendo, & breuia producendo: ex quo ...gò Cocus vocabatur, quòd ex multis ſumptuoſis cibis ooo ſuaue obſonium præpararet. *Philoſt. apud Volat. lib 18. Anthrop.*

Cicero irridet Teſtem qui contra Fundanium dicebat, cum primam Fundanij literam pronunciare non poſſet, auctore Quintiliano. Vel quia digamma ſolis Æolibus familiare eſſet, vel quia tanquam v. conſonantem pronunciabat. F

Arrij cuiuſdam vitioſam pronunciationem (quam hodie inter Germanos Heluetij, inter Italos Hetruſci, populariter imitantur) his verſibus taxat Catullus:

> *Chommoda dicebat ſi quando commoda vellet*
> *Dicere & Hinſidias Arrius Inſidias.*
> *Et tum mirificè ſperabat ſe eſſe locutum,*
> *Cum quantum poterat, dixerat Hinſidias.*
> *Credo ſic mater ſic liber auunculus eius;*
> *Sic maternus auus dixerat, atque auia.*
> *Hoc miſſo in Syriam requierant omnibus aures,*
> *Audiebant eadem hac leniter, & leuiter.*
> *Nec ſibi poſt illa metuebant talia verba,*
> *Cum ſubitò affertur nuncius horribilis,*
> *Ionios fluctus poſteaquam illuc Arrius iſſet,*
> *Iam non Ionios eſſe, ſed Hionios.*

In quendam malè recitantem, *Mart. Epigram. lib. 4.* ſic ludit: G

> *Quid recitaturus circumdas vellera collo?*
> *Conueniunt noſtris auribus iſta magis.*

Cùm Genuenſes bellum contra Venetos gererent, multorum annorum maximis cladibus vtrinque nobilitatum, aiunt deprehenſos in vrbe Venetia hoſtes, cùm ſe Genuenſes eſſe negarent. Cabra (quæ vox Capram lingua Italorum ſignificat) pronunciare iuſſi, gentili metatheſi Craba protulerunt, ſuoque proditi indicio, de Riui alti ponte præcipitati ſunt in ſubiectum canalem.

EXERCITATIO GRAMMATICA CONSIDERATA

Respectv Scriptionis

Quo ad Characterum

COMPOSITIONEM, FORMATIONEM

Rectam.

Non obſeruatam.

Magneſij Anaxenoris citharædi ſtatuam dedicarant, cum inſcriptione ex Homeri Odyſſea mutuata:

> ἤτοι μὲν τόδε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ,
> τοιοῦδ᾽ οἷος ὅδ᾽ ἐστί, θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδῇ. H

Hic cùm artifex inconſideratè vltimam ſecundi verſus literam, i nimirum, prætermiſiſſet, quòd baſis longitudo non ſufficeret: ciuitas barbariſmi accuſata eſt, contendentibus Grammaticis, propter ambiguitatem, quæ oritur ex ſcriptura, num vltima dictio in nominatiuo caſu accipienda ſit ΑΥΔΗ, an in datiuo ΑΥΔΗΙ. Nam multi Datiuo ſine Iota ſcribunt. *Strab. lib. 4.*

Avgvst. Cæsar Orthographiam, id eſt, formulam rationemque ſcribendi à grammaticis inſtitutam, non adeò cuſtodiit: ac videtur eorum ſequi potiùs opinionem, qui perinde ſcribendum ac loquendum exiſtiment. *Suet.*

ELEGANTEM

Obſeruatam. Καλλιγραφία.

☞ *De his ſub Mechanicis, diuerſo reſpectu.*

Non obſeruatam.

In Pſeudolo Plautina, quidam literas ab Amica ſcriptas irridens, notulis malè concinnatis, cuiuſmodi fermè ſcriptura

A mulierum : Quærunt, inquit, hæ literæ ſibi ibe o Alia aliam ſcandit. Has quidem pol credo nemo niſi Sybilla legerit, nam interpretari alium poſſe reor neminem. An obſecro hercle habent quoque gallinæ manus ? Nam has quidem gallina ſcripſit. *Er[illegible] Adagiis.*

NOVAM INSOLITAM.

Conſule Tit. Strat[illegible]emarum, de L[illegible] mittendis quandoquidem ars ſ[illegible]ptura [illegible] aries ad[illegible] d[illegible]os

MOTIONEM, SCRIPTORES

VELO[illegible]ES.

Vide Celeritatis locum.

Orationem Catonis quam in Senatu contra Catilinam habuit, perhibent vnam extare: quòd Conſul Cicero expeditiſſimos Scribas ante docuiſſet notas, quæ minutis & breuibus figuris multarum vim literarum complectebantur: inde alium alibi paſſim diſpoſuiſſet in curia. [illegible] enim vti fuerant, neque habebant exceptores actuarios: ſed tunc primùm rudimenta eius aſſerunt poſuiſſe. *Plutarch. in Catone minore.* De his *Martialis.*

B *Currant verba licet, manus eſt velocior illis:*
Vix dum lingua, ſuum dextra peregit opus.

Aqvila libertus Mecœnatis, ab hero edoctus (qui primus notas celeres reperit) & ſcribere potuit velociſſimè, & notas has etiam alios docuit. *Dion. in Augusto.*

TARDI.

Conſule locum Tarditatis.

EXERCITATIO GRAMMATICA RESPECTV SIGNIFICATIONIS CONSIDERATA.

Quatenus ſcilicet

VERA VEL FALSA VERBORVM Significatio.

Non hic de Veritate practica, ſed grammatica loquimur, cuius vox nota verè eſt, vel non eſt.

Deductio, Etymon.

Græci Hyadas ἀπὸ τοῦ ὕειν appellárunt: quoniam ſideris huius exortu magni oriantur nimbi. Romani ſimilitudine decepti, quaſi a ſuibus nomen impoſitum eſſet, Suculas appellauere. *Plin. l. 18. c. 26.*

C Caivs Granivs Cœlibes dictus putat quaſi cœlites, quòd onere grauiſſimo vacent. Pari ratione Græcis ἠιθέους dici. Modeſtus verò, quia cœlo Saturnus genitalia abſciderit, hoc nomine appellatos putat, qui vxore careant. L. Ælius pituitam, quia petat vitam M. Varro agrum (quæ tamen Græca vox eſt) quia agatur in eo aliquid: & Graculus, quia gregatim volent, cùm tamen à voce ſic dicantur) dictos, Ciceroni perſuadere voluit. *Quintilianus.* Idem Varro Furem à furuo, hoc eſt, atro, dictum opinatur, quòd per noctem, quæ atra ſit, facilius furetur. At Græcorum imitatione, vt illis φώρ, ſic Latinis Fur dicitur, vt *Gell. & Priſc. l. 1.*

AMBIGVA.

Vide ſuprà, Certamina grammatica, de Literarum ſignificatione.

A Romania conſultum oraculum de peſtilentiæ ſæuitia: reſponderat: Id accidere, quòd dij deſpicerentur. At illi non intellexerunt: donec Circenſium die puer de cœnaculo pompam supernè deſpexit, & matri narrauit, quo ordine Arcana pilenti, quod vehiculi genus eſt, compoſita vidiſſet. Qua re Senatui nunciata, tunc placuit loca velis cooregi, qua pompa ſequeretur. *Polyd. l. 6. c. 11. de Rerum inuent.*

OBSCVRA.

D *Obſcuritas veluti peſtis quædam cognitionis, partim philoſophica eſt, hoc eſt, ex rei perplexa & cognitu difficilis natura pendet, qualis ferè in Metaphyſicis & Mathematicis reperitur: partim organica, & quodammodo accidentalis, inopia organorum ad explicandum conſtrentium. Rationis ſcilicet & Orationis. Rationis fax eſt Methodus, cuius ignorantia obſcuritatē parit Logicam. Orationis dux eſt & Grammatica & Rhetorica quæ ſi deficiāt in verborū delectu, compoſitione, vſurpatione, obſcuritatē grammaticam inuehunt. Cæterùm ne [illegible] ſingula, Obſcuram orationem, ſiue illa ſtudio ſit affectata, ſiue vitio quodam quacunque de cauſa oriatur, vno veluti faſce complectemur, ne idem Titulus diuerſis in locis, diuerſo licet reſpectu ſit repetendus. Conſule Tit. Oracula obſcura.*

Lycophron Chalcidenſis, poëta obſcuriſſimus, præſertim in ea tragœdia, quam Alexandram inſcripſit, quæ [illegible] paſſim à Grammaticis dicitur: floruit ætate Ptolemæi Philadelphi, & inter ſeptem poetas (qui tunc inſignes vixêre) connumeratus fuit quos [illegible] ſe: vtque [illegible] ſeptem [illegible] [illegible] ita ſeptem [illegible] obſcuriſſimus eſt L[illegible]

Κρ[illegible], [illegible]ρα, id eſt, [illegible] ea quæ [illegible] obſcuriùs [illegible]

Vide Tit. Tragicorum.

Evripides [illegible] Socrati librum [illegible] tum Eoleſt[illegible] rogauit, quid illi vid[illegible] quæ intellexi mihi præclara videntur [illegible] non ante [illegible] ſed opus eſt [illegible] qui [illegible] perquàm [illegible] affectatam [illegible] obſcuri[illegible] & [illegible] nomen inditum eſt. *Laert.*

Melanthivs interrogatus, quid ſentiret de [illegible]genia, negauit ſe vidiſſe, quòd eſſet obtecta ver[illegible] liceris. Notans ambitioſa verborum copia [illegible]. *Refert. Plut. [illegible]*

Demonax cùm Quendam neſcio quid in[illegible] atque iis obſcuris planè verbis reſpondiſſet: Non [illegible], inquit, quid dicas. Loqueris enim cum aperte mecum [illegible]uente, quaſi Agamemnon adhuc viueret. *Eraſm. [illegible] Apoph.* F

Tiber. Cæsar in oratione Latina ſecutus eſt Coruinum Meſſalam: quem ſenem adoleſcens obſeruauerat. Sed affectatione & moroſitate nimia obſcurabat ſtylum: vt aliquantò ex tempore, quàm à cura, præſtantior haberetur. *Suet.*

Ad Sextum ſic ſcribit *Martialis Epigr. l. 1.*

Scribere te, quæ vix intelligat ipſe Modeſtus,
Et vix Claranus (quid rogo,) Sexte iuuat?
Non lectore tuis opus eſt ſed Apolline, libris,
Iudice te, maior Cinna Marone fuit.
Sic tua laudentur: ſanè mea carmina Sexte,
Grammaticis placeant, & ſine Grammaticis.

Favorinvs philoſophus audiens Adoleſcentem obſcurioribus & inuſitatis verbis loquentem: Curius (inquit) & Fabricius, dilucidè cum ſuis fabulati ſunt, neque Auruncorum, Sicanorum, aut Pelaſgorum verbis quicquam ſunt loquuti. *Gell.*

Ætius Labeo Iliada Homeri, ætate Perſij, ita obſcurè vertit, vt nec ſua ipſe agnoſceret. *Gyrald. Dial. 8. hiſt. poet.*

D. Hieronymus irridens Iouiniani ſtylum, vt perturbatum & obſcurum, ſcribit, Plautinarum literarum illud in eum quadrare. Has præter Sibyllam leget nemo. G

ANTIQVA, OBSOLETA.

ANTIQVITVS AFFECTATA.

Creidas peruetuſtus quiſpiam Dithyramborum poëta fuit, cuius ſcripta iam ſitum olebant, vnde in iocum vulgarem abierunt. Quemadmodum iure ridentur hodie, qui immodica & intempeſtiua affectatione vetuſtatis è duodecim tabulis, ex Ennio, Luciliòque petunt ſermonem, perinde quaſi cum Euandri matre loquantur: nec vllum verbum elegans eſſe putent, niſi quod ſit ab vſu vulgari remotum. *Eraſm.*

Lvcianvs in Dialogo, qui ΛΕΞΙΦΑΝΗΣ inſcribitur, ineptum vetuſtiſſimarum vocum vſurpatorem introducit: quem Archigenes tandem vomitorio exhibito curat.

Avgvst. Cæsar, cum genus orationis ſimplex, elegans & temperatum ſpectaretur, Cacozelos, & antiquarios, vt diuerſo genere vitioſos, pari faſtidio ſpreuit. Exagitabat nonnunquam in primis Mecœnatem ſuum cuius myrobrecheis (vt ait) cincinnos vſquequaque perſequitur, & imitando, per iocum irridet. Sed nec Tiberio parcit, & exoletas interdum, & reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium, vt inſanum increpat: quaſi ea ſcribentem, quæ mirentur potius homines, quam intelligant. *Suet.* H

Cavsidicvs quidam ad prætoré magna voce inclamabat pro ſuo cliente: Rogo præetor ſubueni, ſuccurre, quoniam vſque nos bouinatur hic demoratur. Cùm murmuratio fieri cœpta eſt à pleriſque, qui aderant, quaſi monſtrum verbi admirantibus. At ille ſeriò geſtiens: Non enim Lucilium, inquit, legiſtis, qui tergiuerſatorem bouinatorem vocat. *Gell. l. 11. c. 7.*

Romanvs quidam cauſidicus, affectator vetuſtatis, de quodam equite Rom. qui ſordidè miſerèque viueret, loquens, in hæc verba prorupit: Hic eques Romanus apludam edidit, & floces bibit. Turbati primò aſtantes, inuſitatis verbis, mox tanquam Thuſcè aliquid, aut Gallicè dixiſſet, vniuerſi riſerunt. Legerat ille Apludam apud Plautum à ruſticis vocari frumenti furfurem, floces verò apud Cæcilium; vini fæcem è vinaceis expreſſam. Et his vocabulis orationem ſuam ſtultè volebat ornare. *Gell. l. 11. c. 7.*

Baptista Pivs Mantuanus, Mediolano Bononiam iturus,

A equum à veterinario certa in dies mercede conduxit. Deinde remiſſo equo, per literas veterinarium certiorem fecit, his verbis. Pegaſus, qui me tolutim ſucceſſit apud Campanæ peluis copam erit, inde petito, pharetrúmque ex eo tempore præditio. Veterinarius quòd chirographum non intellexiſſe aſſereret, integram lapſi temporis mercedem poſtulabat. Eorum conſenſu, qui de re pecuaria ius dicebant, placuit literatorem condemnari, qui ignobili huiuſmodi ſermone vti non debuit. *Alciatus de Verb. ſignif. lib. 1*

NOVA, NOVITAS AFFECTATA.

Conuentus aliquando agebatur, in quo Triphilius erat Lederenſis Epiſcopus, literarum artibus probè eruditus, & legibus diſcendis diu Beryti verſatus. Hic Epiſcoporum iuſſu populum docens, Spiridone Epiſcopo præſente, quum dictum quoddam referre deberet, quo Chriſtus ad paralyticom eſt vſus illud ſcilicet: Tolle grabatum tuum, & ambula: pro grabato, lectum dixit. Quod moleſtè ferens Spiridon: non tu quidem, inquit, præſtantior es eo, qui grabatum dixit: qui igitur, malum, pudor ille eſt, verbis illius cum decoro non velle vti? Atque his dictis in conſpectu

B omnium Epiſcopali ſede exurgens, faſtum & ſupercilium eorum, qui oratione affectata ſe efferrent, contrahere eſt conatus. *Niceph. lib. 8. cap. 14.*

De Rufo Pictauienſe rhetore *Auſonius* ſic ſcribit:

Rufus vocatus Rhetor olim ad nuptias,
Celebri ſit vt conuiuio
Grammatica vt artis ſe peritum oſtenderet,
Hæc vota dixit nuptiis:
Et maſculini & fœminini gignite,
Generiſque neutrius filios.

Quidam noſtræ ætatis ineptam loquentiam aulicam exoſus, ſolus cùm eſſet in conclaui, & à ſtrabo quodam multa cum pluralitate adiretur, iterum atque circumſpectans reſpondit: Cæteros abiiſſe, ſe ſolum eſſe: ſi quid vellet, opportuniore tempore rediret, dum illi adeſſent. Ille negat ſe quenquam præter ipſum vnum quærere. Tum alter hominem percontatur, quot illic lectos videret. Quum vnum duntaxat, reſpondiſſet. Et quæ tandem intemperiæ te agitant, aut è qua popina nobis propè potus ades, vt ego tibi non vnus videar, ſed multi? *Eraſm. de Conſcrip. epiſt.*

EXERCITATIO GRAMMATICA

C conſideratur reſpectu modi. Sic exercentur.

Facultas Grammatica duas habet partes. Theoricam alterã, in præceptorum cognitione poſitam; alterum Practicam quæ in exercitatione ſpectatur, in Γραφῇ *nimirum & in* Ἀναλύσει. Γ*raphe partim viua voce, partim ſcriptis perficitur.* Ἀνάλυσις *vero aliorum ſcripta dictaque tum cognoſcit, audiendo legendóve: tum iudicat. Cognitio in duobus conſiſtit: vt aliorum ſcripta tum intelligantur (hi fortè* Ἐπιλυτικοὶ *apud Suidam dicuntur, à reſolutione ſcilicet: qualis fuit Soſibius Lacon) tum intellecta memoria commendentur.* Sic Cælius lib. 13. cap 31. Antiq. Lect. *apud Senec. Grammaticos Analectas nuncupari contendit, quo lectione multa excitati, memoria ſint firmiſſima & indubitata, vt quicquid legerint, ferè habeant ad manum & in numerato: quoniam* ἀναλέγεσθαι *ſignificet Græcè* ἀναμετρεῖν *&* ἐντείνεσθαι*, id eſt, firmiter tenere ac concipere. Fortè etiam* ἀπὸ τῶν ἀναλεκτῶν*, quòd veluti reliquias ciborum conſeruent ea, quæ in auctoribus variis legerunt. Quo in numero fuere apud Latinos Gellius, Macrobius, & alij. Iudicium verò Criticos ex ſe Grammaticos denominari facit, hoc titulo mirum quantùm ſuperbientes, ita vt non* γράμματα *tantùm, ſed & res ipſas ſuæ artis ſubiectas aſſerere non vereantur.*

D

LEGENDO. LECTIO

Vitioſa.

Sveno Suenonis II. Danorum regis Sacerdos, eique intimè charus, at Latinæ linguæ imperitus: cùm in precatione pro rege dicenda, Vt Deus regem ſuum famulum protegat, æmoli eius priores duas literas expunxiſſent, Mulum pro famulo legit. *Saxo Grammat. lib. 11. & 12.*

COLLIGENDO.

Græci veteres Grammatici libros conficiebant, in quibus varias & multiplices res explicarent: illos autem, vt videtur σύμμικτα & plerumque vocabant. Meminit Philemonis grammatici συμμίκτων *Porphyrius Tyrius in quæſt. Hom.* necnon *Didymi Ammon. in libello de ſimilib. & diſcrep. vocabulis. Polit.* Volumen ſuum Miſcellanea tranſcripſit. *Vict. lib. 34. Var. lect. cap. 13.*

E

INTERROGANDO QVÆSTIONES GRAMMATICÆ.

Grammaticos Homero ſumma tribuere, & meritò quidem, in confeſſo eſt. Ex eo tanquam Oceano, quæſtionum omnium grammaticarum exempla petenda. Itaque cum quæreretur, vnúne verſu omnes orationis partes a poeta comprehenſæ eſſent, productus eſt iſte

... τῷ γέροντι ... ἰδὼν

Apud Plutarch.

Tiberius Cæsar maximè curauit notitiam hiſtoriæ fabularis vſque ad ineptias atque deriſum. Nam & grammaticos, quod genus hominum præcipue appetebat, eiuſmodi ferè quæſtionibus experiebatur. Quæ mater Hecubæ, quod Achillis nomen inter virgines fuiſſet, quid Syrenes cantare ſint ſolitæ. Cùm deleret ex lectione quotidiana quæſtiones ſuper cœnam proponere comperiſſétque Seleucum grammaticum à miniſtris ſuis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque iis præparatum venire, primùm à contubernio remouit, deinde etiam ad mortem compulit. *Suet. in Tiberio.*

F Familiare fuit Antonio Getæ, Seueri Imp. F. has quæſtiones grammaticis proponere, vt dicerent, ſingula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minurriunt, vrſi ſæuiunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt, aſini rudunt, tauri mugiunt, eaſque de veteribus approbare. *Spart. in Geta.*

Apud *Plut. lib. 5. Conu. quæſt. 4.* Maximus orator quæſiuit de Zopyrione grammatico ex Homeri carminibus vtram manum vulneraſſet Veneris Diomedes. Rogante viciſſim Zopyrione, vtro crure Philippus claudus fuiſſet: Non eſt, inquit, ſimile, Maximus, nullum enim Demoſthenes huius argumentum dedit. Tu vero ſi oſcitã fateare te, alij oſtendent: vbi ſauciatam manum intelligentibus demonſtret Homerus. Zopyrione hærente, Maximus oſtendit, dextram vulneratam fuiſſe.

Quum apud Regillianum fortè cœnarent milites, affuit & Tribunus Valerianus, ſiue Valerius: à quo illata quæſtio, vndénam credatur Regilliani nomen deductum: & vnus, à

G Reflexom, opinor. At qui aderat fortè ſcholaſticus, grammatico more orſus eſt: Rex regis, regi, Regilianus. Succlamatum e veſtigio ab militibus: Rex ergo eſſe poteſt? &, Regere igitur nos poteſt? &, A Deo inditum huic nomen. Quid amplius? quum poſtridie publico ſe commiſiſſet, à Principibus Imp eſt conſalutatus. *Cælius lib. 14. c. 6. A. L. & Culp.*

Vicellinus, natus de Querhamelen Saxoniæ, manſit aliquandiu in Euerſtein cum matre Conradi Comitis, ad inſtituendos & erudiendos filios. Inuidebat illi Sacerdos, quod apud dominam pro humilitate & virtute videretur multis acceptior, & ab illo interpellatur, propoſito verſu ex Achilleide Statij: illóque obmuteſcente, ſacerdós eum increpauit, qui præſumeret docere, quum ipſe nihil didiciſſet? Vicelinus pudore correptus, profectus Padeburnam, ſub magiſtro, qui ibi literas profitebatur, vigilanter impendit operam ſtudiis. Ea namque ætate apud Eccleſias Cathedrales magiſtri habebantur. Profecit autem Vicelinus, non iam lectione quam oratione. Quantum enim incumbebat literis, tantum alternantibus horis in religione per deuotionem creſcebat. Vocatus inde ad Eccleſiam Bremenſem, ibi quod didicit, docere cœpit, vt magiſtri ſui coadiutor in erudiendis ſe minoribus

H fieret. Deinde in Franciam peregrinatus, ibi quoque doctiores audiuit. Inde Magdeburgum ſe contulit, & mox Rodulpho Hildeſemenſe & Ludulpho Verdenſe canonicis, aſcitis ſociis, gentem Vandalorum in Religione inſtituit. *Crantz. lib. 5. Saxon. c. 19.*

AVDIENDO.

Grammaticorum eadem toties recitari audientium miſerias, *Iuuenal. Satyra 7.* exaggerat, inquiens:

Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Crambem repetitam appellat declamationem maximo cum tædio iterum atque iterum audiendam. *Eraſm. in Adagiis.*

C. Plinius quum recitatorem quiddam perperam pronunciantem amicorum quiſpiam reuocaſſet, & vt repeteret coëgiſſet: Quid, inquit, an intellexeras? quum ille annuiſſet: Cur ergo, inquit, reuocabas? Decem ampliùs verſus iſta tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parſimonia temporis. *Eraſm. lib. 8. Apophthegm.*

A ## DOCENDO. DOCTORES

Linguarum.

Satis conſtat fuiſſe olim, quicunque intra Iſthmum habitarunt, Æoles nominatos: mox verò initia cæliáq; præter Athenienſes cum Magarenſibus, & ipſos Parnaſſi accolas Dorienſes, cæteras Peloponneſo circumiectas gentes in Æolici nominis appellationem abiiſſe. Hinc Dores Heraclidas in Peloponneſum ſecuti, in ea terra eſſe perſeuerarunt. Contigitque ex perpetuo eius gentis cum Æolibus incolatu, vt duæ gentes, procedente tempore, in vnam coaluerint. Id rei argumento eſt, quod præter Arcades, quibus rara cùm cæteris Peloponnenſibus fuêre commercia, quicunque intra Iſthmum poſtea habitarunt, indifferenter ſunt vtráque lingua vſi, atque ob eam rem nunc Æoles, nunc Dorienſes dicti. Contra in Ionica quæ eadem fuit & Attica, euenit. Nam quum ab initio Iones Attici vocarentur, ob colonias inde in Aſiam miſſas, accidit, vt qui in antiquis ſedibus manſêre, Atticè loqui ſint dicti: cæteri in colonia tranſcripti, Ionicè. *Sabell. lib.8. Enn. 1. ex Strab. lib.8.*

Literarum.

B Romanos pueros non modò Græcis, ſed Hetruſcis quoquoque literis erudiri ſolitos, *Liuius lib. 9* tradit. Ex quo ſcire licet, Hetruſcos etiam ſuas olim habuiſſe literas, quarum nunc ne nota quidem cognata extat. Has autem literas *Corn. Tacit. lib. Auguſta hiſt. 11.* auctor eſt, Demarathum Corinthium Hetruſchos primùm docuiſſe.

Apud Latinos ſerus fuit literarum vſus eaſdem autem fuiſſe Latinas cum Græcis, indicio fuit Delphica tabula ænea, quæ Romæ in palatio Mineruæ dicata, in bibliotheca conſpiciebatur, Plinij (vt ipſe teſtatur) temporibus: In Latium eas, teſte Plinio & Solino, intulêre Pelaſgi. Quidam volunt Nicoſtratam Euandri Arcadis matrem, Latinis primùm dediſſe. Ea propter Carmentæ nomen meruit, non magis à vaticiniis, quam à verſibus & carminibus, literaratum figuris excipiendis & exprimendis, Dionyſius in primo ait, Arcades primos attuliſſe in Italiam, qui poſt Pelaſgos venerant Liuius Euandrum auctorem vocat, *l.1. Decad.1.* profugum ex Peloponeſo, auctoritate magis quàm imperio ea rexiſſe loca, inquiens, venerabilem fuiſſe miraculo literarum, rei nouæ, inter rudes artium homines. Sentit idem Cornel. Tacitus, qui

C tradit Aborigines ab Euandro Arcade didiciſſe literas.

Digamma ab Æolibus acceperunt Latini, hac nota Ɛ, quod teſte Priſciano, apud antiquiſſimos eandem vim atque apud Æoles habuit, videlicet Ph. At Tib. Claudius Cæſar, Tacito teſte Ⅎ loco V. conſonantis recipiendum conſtituit, vt Ⅎulgus, pro vulgus Ⅎixit pro vixit, ſcriberetur. Ita Germanum vulgus, Latinè loquendo, etiamnum pronunciat, *Polyd. l.1.c.6. de Rerum inuent.*

Anno Domini 796. Michaël Curopolates Imp. Conſtantinopolitanus, characteres ad ſcribendum Bulgaris miſit, quos etiam Rutheni omnes ſuſceperunt: & ab hoc tempore illa, quæ poterant antè & pòſt geſta recordari literis mandarunt. *Guagninus in deſcript. Polonia.*

AVCTORVM.

Q. Cæcilius Epirota, Tuſculi natus, Attici Satrij equitis Romani libertus primus dicitur Latinè ex tempore diſputaſſe, primúſque Virgilium & alios Poëtas nouos prælegere cœpiſſe. Refertur inter illuſtres Grammaticos à *Suet. cap.15.*

INTERPRETANDO. INTERPRETES

conſiderati reſpectu.

Svbiecti.

☞ *Opera hac mechanica eſt per ſe: at reſpectu Habitus à quo permanat, huius loci propria.*

D *Concionum.*

Ad Oſualdum Northumbriæ regem Donevaldus Scotorum rex, Aidanum Epiſcopum Cormano viro doctiſs. quidem, ſed concionatori inepto ſucceſſorem miſerat, cuius concionibus populus ad religionē Chriſti perduceretur. Cæterùm cū Aidanus à Saxonibus non intelligeretur, Oſualdus è vicino ſuggeſtu interpretem agebat, ita vt ſeptem diebus quindecim millia baptiſma ſuſceperint. Aidanus idem Northumbrorum Pontifex dictus, pium gregem, & ſacris monitis, & viuendi exemplo erudiuit, atque ab Ethnicorum violentia, additis nonnunquam Dei virtute miraculis, egregiè eſt tutatus. Scoti monachi ac ſacerdotes, ſacra doctrina inſignes, variis ex locis, ciente Oſualdo, confluxêre ad Aidanum: vt ſanctiſſimo viro in populo erudiendo auxiliares eſſent. *H. Boeth. l.9.*

Omnes Vandalorum populi, qui ad Aldenburgenſem pertinebant curam, tempore Godſcalci Principis, Chriſti fidem ſunt amplexati: cùm is tanto diuinæ religionis amplificandæ ſtudio arderet; vt ſermonem exhortationis frequenter ad populum in Eccleſia ipſe facere: ea ſcilicet quæ ab Epiſcopis & presbyteris Latinè dicebantur. Vandalicis verbis interpretans. *Crantz. lib. 3. Vandalia, cap. 1.* E

Legationum.

Cùm ab Athenienſibus Romam miſſi eſſent legati, Carneades Academicus, & Diogenes Stoicus, datus eſt illis ſenatus, cumque per interpretem loqui cogerentur. L. Aquilius id officij ſibi demandari obnixè petiit, honoris ergo: eorúmque orationes in ſenatu, magna cum admiratione Græcæ eloquentiæ interpretatus eſt. *Plut. in Catone maiore.*

In Concil. Florentino ſub Eugen. IV. vbi de proceſſione Spir. S. inter Latinos & Græcos actum, ciuis Florentinus Nicol. Euboicus, vtriuſque linguæ peritiſſimus, multis aſſiſtentibus vtriuſque linguæ gnaris teſtibus, accepta Latinè reddidit Græcè, & rurſus Græcè accepta reddidit Latinis Latinè, ſummam apud omnes laudem meritus. *Crantz. lib.12. Vand. c.7.* F
Æn. Syl. cap.54. Europa. Nicolaum Saguntinum appellat.

Librorum ſacrorum.

Quicunque optimorum auctorum ſcripta ex vna lingua in aliam transferendo, Socratica quadam μαιευτικῇ de Repub. literaria, Præclarè merentur, huius ſunt loci. Inter quos Septuaginta illi ſeniores, qui Biblia tranſtulerunt in linguam Græcam, ſic excellunt, vt de iis Ariſteas peculiarem edere librum non ſit veritus. ☞ *Vide locum Theologorum, & Bibliorum.*

Aqvila Iudæus natione Ponticus, cuius vxor Priſcilla, ſecundus legis Moſaïcæ interpres poſt LXX. *Plat. in Sixto I.*

Origenes rogatus & ſumptibus Ambroſij Mediolanenſis Epiſcopi, Cæſareæ ſacram Scripturam totam XIIX. annis interpretatus eſt. *Suidas.*

D. Hieron. cùm Græcè, Hebraïcè, Sabylonicè, Syrè atque Latinè calleret, omnem Scripturam ſacram in Latinum vertit ſermonem. Cuius traductionis elegantia atque veritas, omnes ante eum factas traductiones exclnſit, nam ſtatutum, fuit vt Hieronymi ſola traductione, Catholica vteretur Eccleſia. *Fulg. lib.8.c.7. & Egnat. lib.8. cap.7.*

Gvlfila ſiue Vlphilas Gothorum Epiſc. Theophili ſucceſſor, primùm orthodoxus, mox ſub Valente Arianus, non tam inuenit Gothicas literas (*vt Socrat. lib.4. cap.33.* opinatur: quas multis antè ſeculis Gothos habuiſſe teſtatur Ioann. Magnus) quàm iis primùm in ſacris literis interpretandis vſus eſt, vt propterea earum inuentor extitiſſe videatur. G

SVCCESSVS, INTERPRETATIO

Recta.

Cùm Adrian. IV. Papa, coronam Imp. Friderico Ænobarbo Romæ impoſuiſſet, eique ſcripſiſſet, ſeſe illius erga ſe beneficij non pœnitere: commotus eo verbo Imp. quaſi Papa Germanicum Imperium Feudum eſſe ſtatueret, atque Imperatorem illo feudali beneficio à ſe affectum, ſtomachosè reſcripſit, neque ita multò pòſt bellum ei acerrimum intulit. Cuius rei hiſtoriam Otho Friſingenſis Epiſcopus, Ioannes Abbas Vrſpergenſis, Ioannes Abbas Trithemius, Nauclerus, & alij complures, literis mandarunt: atque in his Radeuicus, cuius in *lib.1. cap.9. Adriani epiſtola* extat, ex qua hanc particulam deſcribemus. Debes enim ante oculos mentis reducere, quàm gratanter alio anno mater tua, Romana Eccleſia te ſuſcepit. Neque tamen pœniter nos deſideria tuæ voluntatis in omnibus impleuiſſe: ſed maiora beneficia excellentia tua de manu noſtra ſuſcepiſſe, non immeritò gauderemus. Quibus verbis incenſus Frider. Imp. his reſcripſit verbis apud eundem Radeuicum *cap. 10.* Cúmque per electionem Principum à ſolo Deo regnum & Imperium noſtrum ſit, quicunque nos Imperialem coronam pro beneficio à Dom. Papa ſuſcepiſſe dixerit, diuinæ inſtitutioni & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacij reus erit. Itaque Papa moderatione adhibita, ſic reſpondit *capite 21.* Occaſione ſiquidem cuiuſdam verbi, quod eſt Beneficium, tuus animus, ſicut dicitur, eſt commotus: quod vtique nedum tanti viri, ſed ne cuiuſlibet minoris animum, meritò commouiſſet. Licet enim hoc nomen, quod eſt Beneficium, apud quoſdam in alia ſignificatione, quàm ex impoſitione habeat, aſſumatur: tunc tamen in ea ſignificatione accipiendum fuerat, quam nos ipſi poſuimus, & quam ex inſtitutione ſua noſcitur retinere, hoc enim nomen ex bono & facto H

A facto eſt e[illegible]ctum, & dicitur bene[illegible] apud nos, non ſer-dum, ſed bonum factum. In qua [illegible] ſignificatione in vniuerſo ſi[illegible] cræ Scripturæ corpore inuenitur, [illegible] ubi ex beneficio Dei non tanquam ex f[illegible] ſe[illegible] velut ex benedictione & bono facto ipſius, gub[illegible] d[illegible] ſumitur, & nomin[illegible] E[illegible] ta quidem magnifi centia liq[illegible] recogi[illegible] quòd nos ita bene & honori[illegible] imperi[illegible] inſig[illegible] capitis poſi[illegible]mus, vt bonum factum valeat ab omnibus in[illegible] *Hotom. de Feudis cap.* 1

V[illegible]

Thvc[illegible] peſtilent[illegible] morbum à ſummo capite deſcendentem[illegible] pectus[illegible] ſtomachum penetrantem, deiectione[illegible] ſcribit[illegible] Quem locum Lucreti[illegible] interpretatus, *καρδίαν*. Cor interpretatur[illegible] ignarus Atticorum conſuetudinis, veterum[illegible] os ventriculi ſignificare. *Vict. lib. 18. Var. c.* 1[illegible] Rurſus inquit Lucretius, fuiſſe quoſdam, qui mortis metu[illegible] poſtquam omnis vis morbi in extremas partes corporis ingruit, æquo animo paſſi ſint à chirurgo ea membra ſibi imputari, aut ipſimet ſibi ipſis ea membra amputauerint. At *Thucyd. l.* 2. critica morbi ſolutione expulſum virus in extremas partes fuiſſe, quò[illegible] corruptæ ſua ſponte deciderint.

B Activs Labeo Iliada Homeri, vt obſcuriſſimè, ſic ineptiſſimè vertit ætate Perſij *Girad. l. 8. Hiſt. poet.*

Anno Dom. 1148. è Britannia quidam in Gallias venit Eon dictus, agnomen de Stella habens: qui aſſeuerabat, ſe eum eſſe, qui venturus eſſet iudicare viuos & mortuos, ad nomen ſuum alludens. Nec aliud fundamentum ſuæ inſaniæ habuit, quàm quòd in Eccleſiaſticis exorciſmis dicitur, per Eum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, ſeculum per ignem. Cùm igitur ipſe lingua Gallica Eon diceretur, delirauit, ſe eſſe pronomen illud, Eum, eſſe pronunciatum. *Robert. Abb. in Chron.*

Accvrsivs Gloſſator legum, pro Roſtris leges XII. Tabularum à Decemuiris poſitas interpretatus, hoc eſt, ante ora populi Romani, vt imperitiam linguæ Latinæ excuſaret, Hiſpanam voce Roſtro, quæ faciem & os ſignificat, in ſubſidium aſſumpſit.

M. Bruti vitam à Plutarcho deſcriptam Franciſcus I. Gallorũ rex inter epulas, prælegente anagnoſte, attentus audiebat, & heroicum in libertate Reip. vindicanda animum, multis verbis commendabat. Regi adſtipulantibus cæteris, Quidam Latinæ

C linguæ ſimul & hiſtoriæ imperitus, Magnum quidem virũ, ſed magnum quoque adulterum, inquit, laudatis. Admirantibus nouitatem cunctis, Ouidij verſum ex Epiſtolis protulit, vbi ait:

Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.

Vncandi caſu O Brutus à poëta ſcriptum eſſe contendens. Sic Henricus Stephanus in Epigrammatis:

Regis apud menſam Franciſci mentio Bruti
Crebra eſt, per varios & repetita dies.
Tunc quidam: Ah Brutus, famoſus adulter,
Dignúſne eſt epulas ſemper adire tuas?
Vnde probes mœchum quæritur: retulit illud,
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.
Nulla.

Accvrsivs Gloſſator legum, linguæ Græcæ imperitus, ſic vt axiomatis loco paſſim inculcet: Græcum eſt, ergo legi non poteſt §. *item precium. Inſt. de empt. & vend.* §. *item lex Cornel. Inſt. de publ. iudic.* Hoc totum, inquit, quod ſequitur (ſequuntur autem Græca) omittas. Præterea *l. de ætate* §. *quod autem interrog. act.* vbi I. C. inquit, Omninò non reſpondiſſe videtur, qui

D ad interrogatum non reſpondit *οὐκ ἐγὼ* ipſe Græcis Latina faciens legit id eſt. Pro ſe poſeit, ſub intellige, reſponſum. Belliſſimè, ex verbis I. C. non intellectis, atque falſum interpretem ſecutus, mentem tamen & voluntatem I. C. coniiciens.

IVDICANDO. IVDICIA
GRAMMATICA DE
Scriptoribus.

Permiſſum fuit olim Grammaticis de ſcriptoribus cuiuſque generis iudicium. Quo, ſicut Quintilianus refert, ita ſunt ſeuerè vſi veteres, vt non verſus modo cenſoria quadam virgula notare, & libros, qui falsò viderentur inſcripti, tanquam ſubditiſſios ſubmouere familia, permiſerint ſibi: ſed auctores ipſos in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Tales inter cæteros fuerunt Ariſtophanes, non auctor veteris comœdiæ, ſed Grammaticus Byzantius genere, & Zenodotus, & Ariſtarchus, qui cognominatus eſt Cenſor auctorum, & alij permulti. Cui tandem vel philoſophorum vel eorum, qui maximis titulis ampliſſimas diſciplinas, quaſque nemo non ſuſpi-

L. B. Theat. Vitæ Human. Tom. III.

cipit, & profeſſi ſunt, & præſti[illegible] antum eſt permiſſum ne-[illegible] famoſis, qui [illegible] ont[illegible] nend[illegible] mnia videri [illegible] ol[illegible] nt omnium callentiſſimi *L. Vnet*[illegible] E

Rhemmivs Palaemon Gram[illegible] ſibi ipſi de [illegible] teribus [illegible] mnibu[illegible] iudicandi facultatem ad[illegible] ur, atque a ſe ò V[illegible] diuinu furo e pet[illegible] um, fi[illegible] als[illegible] nando Palæ-m[illegible] na ce[illegible] ſem omnium Poet[illegible] ſum præn[illegible] ſe, quando cecinit.

[illegible] hac quin[illegible] cce Palæmon.

Suet[illegible]*n.*

Calli[illegible] Gram[illegible] ticus magnum librum magno malo p[illegible] ſe ſ[illegible] ebat. *A*[illegible] Dignum profectò inep[illegible] Critico iudicium. Quaſi moles librum faciat, non po-[illegible] doctrina atq[illegible] hod[illegible]

G[illegible] nimiai cos ineptos non moratur ſuorum ſcriptorum iudice *H*[illegible]*rat. Sat.*[illegible] 1. *Serm.* ſic ſcribens:

Men' moueat[illegible] mex Pantilius? aut crucier quod
Vellicet abſentem Demetrius? aut quod ineptus
Fannius Hermogenis lædat conuiua Tigelli?
Plotius, & Varius Mecœnas Virgiliuſque,
Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atque
Fuſcus, & hæc vtinam Viſcorum laudet vterque.
Ambitione relegata dicere poſſum F
Pollio te Meſſala tuo cum fratre, ſimulque
Vos Bibuli, & Serui ſimul his te candide Furni:
Complures alios, doctos ego quos, & amicos
Prudens prætereo: quibus hæc ſint qualiacunque,
Adridere velim doliturus ſi placeant ſpe
Deterius noſtra Demetri teque Tigelli
Diſcipulorum inter iubeo plorare cathedras,
Libro 6. Æneidos:
Eruet ille Argos, Agamemnoniaſque Mycenas,
Ipſumque Æaciden genus armipotentis Achilli,
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.

Phthia patria eſt Achillis, in Phthiade regione Macedoniæ, Eam L. Æmilius Paulus Rom. ſubdit, victo Perſeo, Mycenæ in Argolide ſunt, ad quas ab Argis eſt regnum translatum. Eas cum reliqua Achaia cepit L. Mummius. Iulius Hyginus erratum dicebat eſſe à Virgilio his verſibus in hiſtoria, nam non idem eruit Argos, & vicit Pyrrhum: ideò carmendum verſum illum cenſebat; ipſumque Æaciden Sed Seruius, illeque ſubaudiendum eſſe ait, vt de Curio intelligatur. *L. Viues in librum* 5. *de Ciuit. Dei, c.* 12. G

Caligulæ Cæſari, vt auctor eſt Suetonius, vſque adeò placebat ardor ac vis in dicendo, vt Senecæ orationem, ſine calce arenam, ſit ſolitus appellare, tanquam diſſolutam ac neruis carentem & ordine: quæ quodammodo compages eſt totius ſermonis ſuo quidque loco diſponens. Quanquam autem Caligula multa parùm integræ mentis dedit argumenta, tamen in hoc iudicio minimùm aberrauit à ſcopo. Seneca fertur imperu quodam, minimè ſeruiens ordini *Eraſm. in Adagiis.*

Doctoribus.

Alcibiades, vbi ex pueris exceſſit, adiit ludimagiſtrum, poſtulauitque volumen Homeri. Qui, cùm nihil ſe diceret Homeri habere, inflicto colapho reliquit eum. Cùm alius diceret habere ſe Homerum, quem ipſe emendaſſet: Et tu, inquit, literas doces, qui vales emendare Homerum? *Plut. in Alcibiade.*

Literis.

Thevth dæmon quidam Ægyptius, poſteaquam primus inueniſſet numerum & computationem & Geometriam & Aſtronomiam, præterea talorum & cuborum ludum: ipſas quinetiam literas: inuenta ſua Thamo Ægyptiorum regi obtulit, vtque iis Ægyptij omnes inſtituerentur hortatus eſt. Thamus laudatis iis, quæ probantur, literas improbauit, quòd memoriæ potiùs offuturæ, & homines ad excolendam memoriam inertes redditurae viderentur, freros literarum præſidio. *Cal. l. 22. c.* 15. Eáque propter non memoriæ, ſed admonitionis medicamentum, literas eſſe pronunciauit. *Plato in Phædro.* H

Americæ incolæ ab Hiſpanis ſubacti, literatum vſum diuinitatis certiſſimum argumentum eſſe putabant, eùm chartæ ſcriptæ vocem occultam ineſſe animaduerterent. *Petrus Ciesa Tom. 2. hiſt. Peru. c.* 34.

Pronunciatione.

Theophrastvs, philoſophus, cùm percontaretur Athenis ex Anicula quadam, quanti olera venderet? reſpondit illa, & addidit: Hoſpes, non pote minoris. Tulit ille moleſtè, ſe

EEe 3 non

A non effugere hoſpi[illegible] ſpeciem, cùm ætatem [illegible] A[illegible] optiméq; loqueretur. E[illegible] ipſo ſono vocis hoſ[illegible] uerat: erat enim Lesbi[illegible] n Athe[illegible]

P[illegible]

M. Pompon. Lat[illegible] ſectronis [illegible] quodam [illegible] nam & eam as[illegible] ſolœciſmũ carpſit, qu[illegible] vt eius rei cognition[illegible] afferr[illegible] maticorum aliquo pat[illegible] cin im[illegible]

CERTANDO. C[illegible]R[illegible]MIN[illegible]

grammati a te[illegible]

EORVM QV[illegible] C[illegible]

Franc isc. Pi[illegible] ſolœcæ genet, in literis Græ[illegible] theo quodam Græculo de v[illegible] victo, inexorabili ſuperbia det[illegible] uenerat, vt barba victus mulctaret[illegible] *Ioui*[illegible]

Quàm indecoræ doctorum hominum pug[illegible] Poggij cum Valla & Philelpho, Politiani cum [illegible] & M[illegible]rula, de verbulis, de ſententiolis leuiſſimis, ſæpe etiam obſcœnis, de verſiculo, de literula, de nugis nugaciſſimis[illegible]

B Reges non tam acriter pro magnis regionibus ac prouinciis decertant, nec intemperantes homines de ſuis voluptatibus. Si quis conuitia, & curam, atque anxietatem audiuiſſet orationum, quodvis ſibi vadimonium deſerendum duxiſſet, vt tantam rem cognoſceret: putaſſet inter illos doctos duntaxat homines, & tantæ exiſtimationis dimicationem eſſe, vel priuatim de alterius aut etiam vtriuſque vita, vel publicè de ſtatu ciuitatis. Vbi verò de tenuiſſimis inter illos rebus agi cognouiſſet, deſpicatiſſimis illos eſſe animis indignabundus clamaſſet, & homines abiectos: qui de rebus adeò vilibus, non de lana caprina, ſed de ariſtula, aut ſiliqua volitante, os aperire ſuſtinuiſſent: vt nuſquam commodiùs vidiſſet vetus verbum congruere, Magnas nugas magno conatu agi. *Lud. Viues de Concordia & diſcordia lib. 2.*

REI DE QVA CERTANT, VT DE

Literarum ſignificatione.

Anaxenori citharœdo Magneſio, qui M. Anton. Triumviro accepti ſſimus fuit, ciues ſui in theatro ſtatuam æneam poſuère, cum hac inſcriptione, ex Homeri Odyſſea mutuata:

ἤτοι μὲν τόδε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ,

τοιοῦδ᾽ οἷος ὅδ᾽ ἐστὶ, θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδῇ.

Qui epigramma inſcripſit, inconſideratè vltimam ſecundi
C verſus literam, nimirum ι prætermiſit, cùm baſis latitudo non ſufficeret. Quæ res ciuitatem barbariſmi accuſare viſa eſt, contendentibus Grammaticis, propter ambiguitatem, quæ oritur ex ſcriptura. num vltima dictio in nominatiuo caſu accipienda ſit ΑΥΔΗ, an in datiuo ΑΥΔΗΙ. Nam multi datiuos ſine iota ſcribunt, & conſuetudinem reiiciunt, quæ naturalem cauſam non habet. *Strabo l. 4.*

Æsopvs fabulator Phryx, Xantho philoſopho Samio ſeruiebat. In arcem autem profectus Xanthus, marmora quædam antiqua perlegebat. Inter quæ cippus quidam erat ſeptem tantùm literas inciſas habens ΑΒΔΟΕΘΧ, Æſopus theſaurum ſubeſſe indicat & libertatem atque dimidium cum hero pactus, quatuor paſſus à cippo diſtans, fodere cœpit, & theſaurum reperit. Xanthus ea re lætus, porrò etiam interpretationem literarum efflagitauit. Æſopus hunc in modum modum explicauit: Α ἀποβὰς, Β βήματα, Δ τέτταρα, Ο ὀρύξας, Ε εὑρήσεις, Θ θησαυρὸν, Χ χρυσίου. Xanthus ſapientiæ ſerui inuidens, ſe promiſſis ſtatutum negauit. Tum Æſopus: Niſi fidem ſerues, theſauri Domino, Syracuſanorum regi rem omnem enunciabo: idipſum enim literæ monent: Α ἀπόδος, Β βασιλεῖ, Δ Διονυσίῳ, Ο ὃν, Ε εὗρες, Θ θησαυρὸν, Χ χρυσίου.

D Xanthus regis aurum eſſe audiens, dimidium lucri Æſopo conceſſit. Æſopus verò: Non tu mihi hoc ſed is, qui theſaurum defodit, largitus eſt, reſpondit: quandoquidem hoc ipſum literæ indicant: Α ἀνελόμενοι, Β βαδίσαντες, Δ διέλετε, Ο ὃν Ε εὕρετε, Θ θησαυρὸν, Χ χρυσίου *Planudes in eius vita.*

P. Rvtilivs Rvfvs cùm M. Æmylio Scauro conſulatum petens, repulſam tulit. Accuſauit ambitus competitorem Scaurum, conſulem deſignatum: & viciſſim à Scauro iam abſoluto vocatus eſt in iudicium. Oſtendebat Scaurus in Rutilij tabulis has literas, A. F. P. R. eaſque ſic interpretabatur: Actum Fide P. Rutilij Rufi: Rutilius è contra ſic, Ante Factum poſt Relatum. C. verò Cannius eques Romanus, qui Rutilio aderat, exclamauit, neutrum illis literis ſignificari. Et cùm

S[illegible] E
[illegible] Ritius. Quo[illegible]
[illegible] tum ſignificatio. [illegible]
[illegible] Iure [illegible]ult.

[illegible]iptione.

[illegible] tam[illegible] de punctis vocabulis & *P[illegible]*
[illegible] Grammati[illegible]entiorum.

Pro[illegible]ciatione.

Meſtrium Florum conſularem Veſpaſianus Imp[illegible] d[illegible] [illegible]bc[illegible] plauſtra potius quàm ploſtra dicenda, die[illegible] Flaurum [illegible]tauit. *Suet.*

Anno Chriſti 1542 grauiſſima orta eſt cont[illegible] in Anglia de [illegible]recto pronunciati[illegible] Græcæ l[illegible], inter duos viros doctiſſ. habita. Erat ibi pædagog[illegible] Ioannes Checus, qui [illegible]ocales atq; diphthongos iuſt[illegible] poribus ac ſ[illegible] proferre docebat, & Eraſmi pronun[illegible]tionem aſſectabat. E[illegible] oppoſitus Stephanus Vintonienſis Epiſcopus, Academiæ Cantabrigienſis Cancellarius, & edicto propoſito diu minatus eſt illis qui a vulgari pronunciandi ratione deflecterent, proſcriptiones & exilia præceptoribus, diſcipulis ferulam & verbera. Edictum Londini publicatum XVIII. Cal. Iun. *Suffridus Petrus in Orat. 2. de vtilitate linguæ Græcæ* recitat. F

Vocum proprietate.

Sophocl. in Chio puerum formoſum, pocillatorem videns, cùm is erubuiſſet, ad aſſidentem, inquit, Phrynichus ſcitè dixit: Splendet autem in purpureis genis amoris nitor. Ad quod Eretrius literarum magiſter reſpondit: Sapiens tu quidem es in poëſi, ô Sophocles, at non tamen Phrynichus purpureas genas pulchrè appellauit. Nam ſi pictor hoius pueri genas purpureo colore infeciat, non ampliùs formoſus videretur. Tum Sophocles: Ergo neque tibi placeat, inquit, ô hoſpes, illud Simonidis dictum, quod Græcis omnibus probatur, Purpureo ex ore mittens vocem virgo. Neque enim quia poëta dixit auricomum Apollinem, pictor ſtatim aureos capillos Deo effecerit. Neque cùm roſeos digitos appellarit, colore roſeo digitos tinxerit, ſi enim enim purpureas manus, non autem pulchras faceret. *Athen. l. 13. c. 23.*

M Pomponivs Marcellvs Grammaticus, cùm ex oratione Tiberium Cæſarem reprehendiſſet, affirmante Atteio Capitone, Et eſſet illud Latinum, & ſi non eſſet, futurum certè. Iam inde mentitur, inquit, Capito. Tu enim Cæſar ciuitatem dare potes hominibus, verbia non potes. Tanti itaque imperator grammatico non fuit, vt grammaticæ legibus G ſolueretur. *Suet.*

Vocum flexione.

Duo Græci Grammatici illuſtres, Ariſtarchus & Crates Mallotes: ſumma ope, ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν in declinandis & coniugandis vocibus defenſitauit. Ἀναλογία eſt ſimilium ſimilis declinatio, quam quidam proportionem vocant. Varro Similium obſeruationem. Ἀνωμαλία eſt inæqualitas declinationum, conſuetudinem ſequens. *Gell. lib. 2. cap. 25. Noct. Attic.*

M. Varro philoſophus ſummus, de lingua Latina octo libros ſcripſit diuinos, & in iis quæſtionem magnificè perſecutus eſt, conſtaretne ſermonis vſus ratione aliqua naturali perpetuáque, id eſt, analogia: an incerta & errante, pro multitudinis arbitrio, anomalia vagaretur. Chryſippus περὶ τῆς ἀνωμαλίας libros ſex confecerat, quem Crates erat imitatus: Ariſtarches & ipſius æmuli analogiam tuebantur. Varro Ariſtarchum eſt amplexus, ſequendam nempe analogiam: ſed quæ communi conſuetudini non repugnet: populus vniuerſus, ait, debet in omnibus verbis vti analogia: & ſi perperàm, eſt conſuetus corrigere ſeipſe. Populus enim eſt in ſua H poteſtate, ſinguli in illius. Itaque vt ſuam quiſque conſuetudinem, ſi mala eſt, corrigere debeat, ſic populus ſuam. Ergo populi conſuetudinis non ſunt vt Dominus, at ille meæ eſt, vt rationi obtemperare debet gubernator, gubernatori vnuſquiſque in naui: ſic populus rationi, nos ſinguli populo. *Gell. l. 2.*

Controuerſia de Tu pronomine veteribus fuit. Tripho vocatiuũ tantùm eſſe cenſuit, & ei tantũ apoſtrophen dedit Apollonius verò etiam nominatiui caſus eſſe voluit. *Priſcian. l. 17.*

Conſtructione.

Cùm Cn. Pompeius ædem Victoriæ dedicaturus foret cuius gradus vice theatri eſſent, noménque eius & honores inſcribe

A ſcriberentur, q[illegible] cæptum eſt, [illegible] Conſul tertiò ſ[illegible]ibendum eſſet, an [illegible] Tandem C[illegible]ne arbitro, notam ter[illegible] marij, loco dictionis integ[illegible] ponere viſum eſt. Coſſ [illegible].

VERRIVS FLA[illegible]VS [illegible], d[illegible]cendi genere maximè [illegible]ruit. Namque [illegible] Diſcentium ingenia, æquales inter ſe committ[illegible] ſolebat, propoſita non ſolum materia, q[illegible]ſcriberent, ſed & præm[illegible]o, quod victor auferret. Quare ab Auguſto quoque n[illegible]tibus eius præceptor electus eſt. Docuit deinde in atrio Catilinæ [illegible] vbi ſeſtertia centena in annum accepit. *Sueton. c. 16.*

Interpretatione librorum.

Narrat in tertia ad [illegible]ieronymum epiſtola Auguſtinus [illegible] tumulationem alicubi ortam ex eo, quòd Epiſcopus præle[illegible] in Eccleſia, Hieronymi tranſlationem inſtituiſſet: quidam frater, inquit, noſter Epiſcopus, cum lectitari inſtituiſſet in Eccleſia, cui præeſt, interpretationem tuam, mouit cum quiddam longe aliter abea poſitũ apud Ionam prophetam, quàm erat omnium ſenſibus memoriæque inueteratum, & tot ætatum ſucceſſoribus decantatum: factus eſt tantus tumultus in plebe, maximè Græcis arguentibus & inclamantibus calumniam falſitatis vt cogeretur Epiſcopus Iudæorum teſtimonium fla-

B gitare. Verùm illi, imperitia, an malitia, hoc eſſe in Hebraicis codicibus reſponderunt, quod & Græci & Latini habebant. Coactus itaque fuit homo mendum corrigere, ne remaneret ſine plebe. Irridet hanc fabulam Hieronymus, & Auguſtinum accuſat, quòd locum eum in Iona, quis fuerit, non indicarit, *epiſt. 1. ad Auguſtinum.*

GRAMMATICÆ STVDIVM.

TVM RESPECTV

ARTIS. BARBARIEI ODIVM.

☞ Vide Tit. Grammatica ſcriptores, infra, &c.

Lacones literas vſus gratia addiſcebant: cæterarum diſciplinarum vrbe interdicebant non magis doctoribus quàm artibus. Diſciplina verò erat illa vna ad bene parendum, ad tolerandum labores, & ad vincendum in pugna aut occumbendum. *Plut. in inſtit. Lacon.*

Cùm ſub Alexandri ſucceſſoribus Athenienſes pecunia egerent, & quidam peregrinus ſe mutuam illis daturum (*Δανῶ*) barbarè promiſiſſet: tumultuati, benignitatem eius re-

C pudiarunt. Sed cùm errore correcto *Δανείζω* dixiſſet: tum demum liberalitate eius vſi, hominem collaudarunt. *Suidas in voce Δανῶ.*

Poſt Lælium Stilonem, qui vixit, Sylla dictatore, cuius Grammaticæ artis Romæ interuit, vt ne clariſſimi quidem Viri abſtinuerint, quò minùs & ipſi aliquid de ea ſcriberent, vtque temporibus quibuſdam ſuper viginti celebres ſcholæ fuiſſe in vrbe tradantur, precia mercedéſque grammaticorum ingentes: & hæc quidem ea ætate, qua videbantur ad eum ſermonem, quem ſoxerant cum lacte, non admodum arte hac indigere. Sed illi nihil negligebant, quod poſſet aliquanto prouectis vtilitatem aliquam adferre. Idcirco de ſingulis literis C. Iul. Cæſar dictator & Coruinus Meſſala, non ſolùm oratorum æoi ſui, ſed ciuitatis quoque principes, ſingulos libros conſcripſère. *Ludouicus Viues de cauſis Corruptarum artium libro 3.*

CAROLVS MAGNVS ſcripſit Grammaticam patrij ſermonis,

D quam extare aiunt. Conatus eſt regulis ac præceptis eruditiorem & elegantiorem ad æmulationem Græcorum Romanorúmque linguam Teutonicam reddere, omníque barbarie exuere. Vniuerſos veteris ac noui Teſtamenti libros librariorum imperitia, lectorum oſcitantia, interpretum inſcitia, & iniuria temporum deprauatos, ad amuſſim & veritatem fontis corrigi fecit. Extat publicum decretum, nec finit, vt ipſe loquitur, in diuinis lectionibus, templíſque, inter ſacra officia, inconditos ſolœciſmos, barbariſmóſque inconcinnos obſtrepere. *l. 4 Annal. Boiorum.*

FRANCISCVS I. Gallorum rex morem illum à Canoniſtis acceptum, Arreſta curtæ lingua Latina publicandi, anno Sal. 1539. è medio ſuſtulit, & patria lingua deinceps vti ſuos voluit: offenſus, vt aiunt, barbarie cuiuſdam edicti, in quo inter cætera ciuſdem farinæ hæc quoque legebantur, Nos debotamus, & debotamus.

PROFESSORVM.

Apollodoro grammatico Amphyctiones Græciæ honorem habuère. *Plin. l. 7. c. 37.*

Grammaticis tantus fuit honor Romæ, vt conſtet Luctatium Daphnidem grammaticum ducentis millibus numûm Q. Catulo (l[illegible]j M Scauro habente) emptum, ac breui manumiſſum. Item L. Apuleium ab E[illegible] [illegible]no qu[illegible] Rom[illegible] prædi[illegible]te quadringentis annuis conductum, multos edocuiſſe *Sueton. de illuſt. Grammat.* E

L. CÆ[illegible]LI[illegible] E[illegible]R[illegible]A, qui p[illegible] Romæ [illegible]rammaticæ ludum aperuit, prim[illegible]ſque Virg[illegible]iũ & al[illegible] nouos prælegere cœpit, [illegible]am fami[illegible]ari[illegible] a[illegible] cha[illegible] Cæſari fuit, vt c[illegible]m co[illegible]ſuari: vt auctor e[illegible] *Ma[illegible]obius.*

Orbi[illegible] P[illegible]pillo Beneuentano, inſigni [illegible]rammatico, ſtatua Romæ e[illegible] e[illegible]cta: quæ oſten[illegible]tur in C[illegible]pito[illegible] ad ſi[illegible]iſtrum latus, marmoreo h[illegible]bitu ſed[illegible]tis, ac pal[illegible]iati, appoſitis duobus ſcrinii[illegible] *Tra[illegible] [illegible] Gram[illegible]* 8

VERIVS [illegible] libertinus propter inſignem eruditionem & ſtu[illegible], quo[illegible] in inſtituenda iuuentute Romanorum adhibebat, ſtatuam promeru[illegible]: quæ poſita fuit Præneſte in inferiore fori part[illegible], contra hemicyclum, in quo faſtos à ſe ordinatos, marmoreo parieti inciſos publicari curauit. *Suetonius capite 16. de Gramm. illuſt. Volat. libr. 18. Anthrop.* Alij *Valer.* vocant.

LENÆVS Indimagiſter in vrbe Roma, ob ingenium à Cn. Pompeio manumiſſus eſt. *Plin. de illuſt. Gram.*

TIBERIVS IMP. cum grammaticis familiariter iocari ſolebat, etiam vſque ad ineptias, atque deriſum: tam ſtudioſus fabularis hiſtoriæ, vt eiuſmodi ferè quæſtionibus grammaticos F expiretur. Quæ mater Hecubæ: quod Achilli nomen inter virgines fuiſſet: quid Sirenes cantare ſint ſolitæ *Suet.*

CAROLVS MAGNVS liberalia literarum ſtudia, penè iam obliterara, inſtaurauit. Ea Hybernia duos Scotos Clementem & Albinum acciuit: vt tum erant tempora, eruditiſſimos. Item ex Anglia alterum Albinum euocauit. Albinum Scotum Ticinum miſit, ibique ludum literarium aperire iuſſit. Commilito huius Clemens mandato Caroli Lutetiæ Pariſiorum concedit: eique Carolus Magnus annonam & ſtipendia è fiſco tradidit: procerum, pauperúmque pueros committit. Albinum Anglum ſecum detinuit, & D. Martini cœnobio in agro Turonum ſito, vbi doceret, cùm in aula non eſſet, donauit. Valdonemque Augiæ Maioris magiſtrum ad diui Dionyſij templum in agrum Pariſiorum, ea Suedia, docendi ergò, tranſtulit. Cùm longo pòſt tempore in Galliam diuertiſſet, pueros, quos Clementi commiſerat, epiſtolis, verſibus, carminibus, orationibus, panegyricis ſcriptis, ſui profectus ſpecimen exhibere iuſſit. Vbi tenuiores præter ſpem profeciſſe, nobiles verò cultum animi neglexiſſe deprehendit, illis ad dexteram ſegregatis: Vos quidem macti virtute, inquit, eſtote filioli pientiſſimi, qui noſtro imperio gnauiter defuncti eſtis: veſtra erunt ſacer- G doria locupletiſſima, & pontificatus maximi. Ego vos in aulam adſciſco: ex vobis ſenatores cooptabo, vus in album prætorum & patrum curiam adlegam. Deinde ad nobilium liberos, quos à læua collocarat, vultu iram non diſſimulans, ait: At vos comatuli & delicatuli, freti opibus & ſplendore parentum, noſtram maieſtatem ſpreuiſtis, vitia, otia, luxum & inertiam, bonis literis & virtuti, contempto decreto noſtro, prætuliſtis Deum ergo immortalem teſtor, nihil penitùs commodi honoríſque à me ad vos peruenturum: quinimò edam in vos exempla, niſi reſipueritis, & negligentiam diligentia expiaueritis. *Auent. l. 4. Annal Boior.*

DOMITIVS CALOSRICVS Veronenſis, vir acri ingenio, cùm primus ſua ætate poëtas grauiſſimos enarrare cœpiſſet, in Principum virorum dignationem maximam venit, & ditiſſimus factus eſt *Volat. l. 21. Anthrop.*

GRAMMATICÆ ODIVM,

CONTEMPTVS. RESPECTV

ARTIS.

EPICVRVS ATHENIENSIS, grammaticos & ſophiſtas exoſus, H quòd percontati ſibi, quidnam eſſe apud Heſiodum Chaos, explicare non potuiſſet, ad Philoſophiam ſe contulit. *Laertius libro 10.*

DOMINICVS quidam in Eccleſia Nazarethana monachus, vita ad miraculum vſque auſtera, cùm Gerardus à Nazareth operam ei ſuam in literarum elementis docendis offerret, reſpuit, dicens, ſe Deo placere magis poſſe iuſtè viuendo, quàm tempus perdere inutiliter nugas eiuſcemodi addiſcendo. *Teſte Gerardus cap. 6. de Conuerſ. ſeruorum Dei.*

PROFESSORVM.

DIOGENES CYNICVS grammaticos irridebat; quòd cùm Vlyſſis mala inquirerent, ſua domeſtica ignorarent. *Laertius lib. 6.* Similia extant Epigrammata quædam Græca in Gram-

A maticos, in farragine Epigrammatum à M[illegible]ximo Pl[illegible]nu[illegible]le congeſtorum [illegible] quorum auctores ſunt ipſimet [illegible]mmat[illegible]

Athen. [illegible] citat Herodicum qui [illegible]onte[illegible] au[illegible] grammaticos appellat [illegible] inquien[illegible]

[illegible]

Q[illegible] in [illegible]ngulis latitent bomby[illegible] mo[illegible] de mu[illegible]tiſs voculatum tractent. E[illegible]

De Grammaticorum m[illegible]s & [illegible] inter P[illegible]las-das *in primo Græcorum* [illegible] [illegible] dos Homericæ quam nocturna, [illegible] manu [illegible] mat ci verſare ſolebant:

Ἀρχῆ χαμματ[illegible]

Πρωτίω, [illegible]

Καὶ μ[illegible] [illegible]

Ὁ τετταδ[illegible]

Τῷ [illegible]

Πημ[illegible]

Πῶς οὖν γραμματικὸς [illegible]

Καὶ [illegible]

B
SCRIPTORES.
Supradictis annumerandi.

De Grammatica vide multa apud Quintilianum *l. 1. Orator. inſtit.* de Grammatices origine, & quantum valeat, *lege Polydorum Virgil. l. 1. cap. 7. de rerum inuent.* De excellentia grammatices *Plin 7 c. 3*[illegible]. de Grammat. & vocabulis *Iſidor. in lib. Origin.* De illuſtribus grammaticis. *C. Suetonij Tranquilli liber extat.* De ratione docendi Grammaticam extat *Synopſis Cœly.*

Secundi grammatici analectæ qui ſunt? *Cœl. Rhod. lib. 13. c. 31.* Vide præterea de grammaticis & horum conditione, *Antholog. Græc. l. 1. ſect. 17. l. 2. ſection. 12. Gell. l. 4. c. 1. Crinit. l. 3. c. 8. Ælian. var. hiſt. Græc.*

---

* Grando

QVID SIT. ET QVOMODO GENERATVR.

GRandinem *Ariſtoteles* deſcripſit pluuiam in aëre conglaciatam, *lib. 1. Meteor. c. 12.* generatur autem, cum aqua pluuia in gelu cogitur, priuſquam terram contingat. Quod fit, C vel maximo æſtu, vel intenſo frigore. Eius materia eſt imber in quem nubes reſoluitur. Proxima cauſa eſt calor aëris circũfuſi, aquam per antiperiſtaſin refrigerans, totũque ab ea calorem exprimens, & exſtinguens. Quo fit, vt grando horridior ſit ac durior cæteris impreſſionibus humidis, quæ in aëre fiunt.

LOCVS.

Non eſt exigua inter Philoſophos quæſtio, de loco in quo grando generatur. *Anaxagoras* & plerique alij, in media aëris regione generari autumant. At recentiores omnes, locum illius tam mediam, quam infimam aëris regionem aſſignant. poteſt enim aër vtrobique ſufficientem habere frigoris vehementiam, vt aquam congelare faciat, vel æſtu vrgente per antiperiſtaſim tantum frigoris poteſt intra aquam coaleſcere, quantum opus eſt ad eum effectum.

TEMPVS.

Quouis anni tempore grando generatur, ſiue interdiu, ſiue de nocte, quamuis in æſtate & autumno crebrior, & maior.

D
FORMA, ET QVANTITAS.

Grandinis forma ſiue figura eſt in globulum ſiue ſphærulam præciſa, quando ex loco altiore cadit, teritur enim longo ſpatio deuoluta. Cadit nonnunquam vaſtior, & acutis angulis aſperior, quando è proximo defluit. Narrat *Iſidorus*, cecidiſſe nonnunquam grandines humano capite non minores. Certe grando qua Deus flagellauit Pharaonem, fuit maxima ſecundum *Philonem*: ita vt percuteret in omni terra Ægypti, cuncta quæ fuerant in agris ab homine vſque ad iumentum, cunctamque herbam, & omne lignum regionis confregerit, vt conſtat. *Exod. 9.*

Ludouicus Cauitellius narrat, an. Dom 15[illegible]4. die 5. Augusti, Cremonæ pluiſſe grandinem magnitudine oui gallinacei.

Idem ſcribit in agro Bononienſi anno 1537. menſe Auguſto, pluiſſe grandinem ſanguine mixtam, ex qua inuenta ſunt grana exceſſiſſe libras XXVIII. in pondere.

Olaus Mag. l. 1. cap. 22. memorat in Septentrione decidere ſubinde grandinem maiorem humano capite.

Certe anno ſuperiore 1619. menſe Iulio, in quodam Flan-

dr[illegible] [illegible] ut [illegible] ant [illegible] Temſla [illegible] me [illegible] & [illegible] Be[illegible] u [illegible] g[illegible] d [illegible] & [illegible]gu[illegible] [illegible] pu[illegible] xx [illegible] pe[illegible] q[illegible] q[illegible] c[illegible] apud [illegible]

---

* Gratia.

D[illegible] ACCEPTIO. ETYM[illegible].

GRati[illegible] tis. Sig[illegible] vocatur [illegible] gratis d[illegible] gratis datur, nulla [illegible] vt dec[illegible] Græ[illegible] autem nunc [illegible] don[illegible] à Græ[illegible] appel[illegible] & nonnumquam χάρισμα S[illegible] ires i[illegible] vo[illegible] tiones in S. Lit[illegible].

[illegible] ea eſt, [illegible] vocetur quidquid in [illegible]reat[illegible] [illegible]berali D[illegible] manu pro[illegible], ſiue illud ſit beneficium naturale, ſiue ſupernatural[illegible] [illegible]modo dicit *Auguſtinus in P[illegible]. 144.* Atten-F damus gratiam Dei non ſolum qua fecit nos, ſed etiam qua refic[illegible].

Secundo accipitur pro ſolis beneficiis ſupernaturalibus, vt ea reprehendas, quæ non ex merito Chriſti, ſed ex ſola Dei libertate: neque in indignos & peccatores, ſed in non dignos, & non iuſtos conferuntur, quæque non tam indebita, quam non debita nominantur. Qualis fuit gratia Angelorum, & ea quæ primo parenti data fuit. Imo & illæ quas humanitati Chriſti attributas Scripturæ prodiderunt.

Tertio & communiter gratia intelligitur donum creatum, per quod ad beatitudinem ſupernaturalem (quæ ipſa quandoque gratia dicitur, vt ad *Rom. 8.* nempe conſummata) deſtinamur: ſiue ſit habitus idem cum virtutibus operatiuis, ſiue diuerſus: ſiue actuale auxilium Dei, ſiue quæ vocatur donum, aut gratia gratis data.

PARTITIO.

Gratia communiter accepta, diuiditur in Gratiam gratum facientem, & gratis datam. Quamuis enim omnis gratia gratis detur, quia ſi ex meritis, iam non eſſet gratia, tamen illi G dono hoc nomen particulariter tribuitur, quod minus pendeat à bona & morali noſtra diſpoſitione, ac proinde promtius datur malis ac bonis, idque potius ad vtilitatem aliorum, quam illius cui datur. Tales gratiæ ſunt, quas vocat Apoſtolus Diuiſiones gratiarum. v.g. donum prophetiæ, linguarum, curationum, &c.

Gratia autem gratum faciens eſt donum ſupernaturale & indebitum ad propriam cuiuſque ſalutem potiſſimum datum. De qua illud intelligitur Pauli dictum 2. *Cor. 12.* Sufficit tibi gratia mea.

Gratia gratum faciens, alia eſt permanens ſiue habitualis, alia ſpecialis & tranſiens. Permanens ſunt habitus infuſi, fidei, ſpei, & potiſſimum charitatis, & dicitur auxilium generale.

Auxilium ſpeciale eſt motio, qua Deus mouet hominem ad operandum, vel cum eo operatur, nempe in iis quæ quoquomodo vires naturæ excedunt: ad naturale enim ſufficit auxilium generale, quod datur ad actus omnes, tam bonos, quam malos cum ſpeciale detur tantum ad actus bonos, qui ordi-H nantur ad beatitudinem.

Gratia ſiue auxilium ſpeciale aliud eſt excitans, aliud adiuuans, quæ vocatur gratia Præueniens, & Subſequens alio nomine: rurſus Operans & Cooperans. *Ita Auguſt. In Enchirid. c. 32* Nolentem præuenit vt velit, volentem ſubſequitur ne fruſtra velit. Quamuis omnis gratia prior collata cum poſteriori, præueniens vocari poſſit. Ita Paulus. Non ego ſed gratia Dei mecum. 1. *Corinth. 15* Eſt enim hominis cooperantis dicere, ſcribit Card. Caiet. in eum locum; gratia Dei quæ eſt mecum: homo verò etiam vacans poteſt dicere, gratia Dei quæ eſt in me.

Itaque ad gratiam excitantem, pertinent diuinæ inſpirationes, quibus Deus cor noſtrum pulſat, vt excitemur à ſomno peccati, vel ſocordiæ: Ad adiuuantem ſpectat diuina cooperatio, directio, vel protectio, quibus iuuamur, tum vt eligamus, vel vt faciamus quod inſpiratum eſt. De ea intelligitur locus *Apocalypſis capite 4.* Ego ſto ad oſtium, pulſo, &c.

Quin

A Quinta eſt partitio gratiæ in Sufficientem, & Efficacem. Sufficiens dicitur, qua Deus ita hominem vocat & excitat, & iuuare paratus eſt, vt reuera poſſit velle credere, conuerti, & benefacere. Efficacem vocant, qua Deus ita vocat & excitat, ac iuuare paratus eſt, vt infallibiliter, & re ipſa velit qui ſic excitatur, & vocatur ita vt credat, conuertatur, & bonum faciat. Vnde gratia efficax alia eſt operans, quæ facit vt velimus: alia Cooperans, quæ id præſtat vt quod voluerimus impleatur, quomodo dicit S. Auguſt. *l. de grat. & l. arb. c. 17* Ipſe vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Cæterum gratiam ſufficientem vocat Apoſtolus vacuam, quando cum illa liberè moralitérve non operamur, aut effectum ſuum non ſortitur: qui conſiſtit in acceptatione & libero conſenſu.

Subtiliores de Gratia quæſtiones, diſceptationes, & controuerſias, huius loci non eſt enarrare, videantur Theologi Scholaſtici, & *Roberti Bellarmini Controuerſia, Tom. 4. lib. 1. c. 2. 3. 4. & ſequent.*

EFFECTVS.

B Gratia, quæ per Chriſtum datur, non ſolum peccatorum remiſſionem facit: ſed etiam vt lex impleatur, vt natura liberetur, nec peccatum dominetur. Spiritus etiam gratiæ dat fidem quæ etiam non petita à Deo conceditur, vt homini petenti alia concedantur, nam fides non eſt liberi arbitrij tantum, ſed donum Dei. *Auguſt. de libero arbitrio, & hab. de Conc. diſt. 4. can Gratia.*

Chriſti gratia, ſine qua nec infantes, nec ætate grandes ſalui fieri poſſunt: non meritis redditur, ſed gratis datur, propter quod gratia nominatur. *Idem l. de natura & gratia.*

Gratia ad hoc datur, vt lex compleatur, vt natura liberetur, & peccatum non dominetur, vt velimus, ſine nobis operatur incipiens quod volentibus cooperatur perficiens: ſine illo autem nihil operante, cum volumus ad bona opera nihil valemus. *Idem de gratia & libero arbitrio.*

Vberior eſt gratia, quam petitio: ſemper enim Deus plures tribuit quàm rogatur. *Ambr. ſuper Lucam.*

Gratia vehementior eſt ad diligendum, quam natura. Reddendo vacuatur pecunia: gratia autem & habendo ſoluitur, C ſoluendo retinetur. *Idem l. de offic.*

Concilium Tridentinum ſub anathematis pœna decreuit credendum, Gratiam eſſe non ſolum per quam peccatorum fit remiſſio: ſed diuinam qualitatem animæ inhærentem, ac veluti ſplendorem quemdam & lucem quæ animarum noſtrarum maculas delet, ipſaſque animas reddit pulchriores & illuſtriores: Atque id ex Litteris colligi aſſerit, cum gratiam dicit effundi, eamque Spiritus S. pignus ſoleat appellare. Ita *Concil. 6. c. 7. & can. 11.*

* Gratiæ.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

GRatiæ à Græcia χάριτες dicuntur, eò quòd lætitiam ſignificent; nam & lætari videntur, qui dant & accipiunt beneficium. Tres ideo eſſe finguntur, quia & benefici in alios eſſe debemus, & aliorum beneficia ſuſcipere, & his, qui in nobis liberales fuerunt, retribuere. Dare autem & accipere, & retribuere, tres actus ſunt in ſe diſtincti. Alij dicunt ideo tres fingi, quia acceptum beneficium cum fœnore reddi debet: D Quapropter ſolebant veteres ita Gratias pingere, vt vna earum aueſſam faciem teneret, quaſi à nobis profecta: Duæ vero nos aſpicerent, vt duplex nobis beneficium rependi debere oſtenderent. Nudæ præterea pingebantur, quia beneficia ſine fuco eſſe debent, & nullo tegi velamine. Iterum connexæ, quia inſolubiles docet Gratias eſſe, & amicitiæ fœdus perpetuum eſſe. *Horatius.*

Segnéſque nedum ſoluère Gratiæ.

Has quidem dicunt Ioue patre genitas, quoniam à Ioue omnis procedit gratia. Item matre Eurydomene, vel Eurynome, vel Eurymeduſe. Dicitur enim Eurydomene, ἀπὸ τοῦ εὐρὺ καὶ δίδωμι, hoc eſt, abundanter dando. Eurynome, ἀπὸ τοῦ εὐρὺ καὶ νέμω hoc eſt, abundanter retribuendo. Eurymeduſa vero ἀπὸ τοῦ εὐρὺ καὶ μέδω, hoc eſt, rego. Quoniam qui liberales & munifici ſunt, cæteris imperare conſueuerunt. Alij ex Venere & Marte: alij ex Venere & Libero patre: alij ex Herebo & Nocte genitas dixère. Finguntur lauari in Acidalio fonte Orchomeni vrbis Bœotiæ, quoniam pura eſſe beneficia debent, & nihil ſordidum habere, nullamque ſpem retributionis. E

NOMINA, FIGVRA ET SIGNIFICATIO.

Heſiodus facit tres Gratias: Aglaen, Euphroſynam, Thaliam. *Home*[illegible] nam ex his P[illegible] ſilie[illegible] appellat, atque illius matrimonio addicit. Reſpiciunt [illegible] in complexu dextris, vt redditio beneficij notetur. Hilares ſunt, ſicuti dantes & accipientes [illegible] quod ſine ſpei conceptione detur, veſtibus fluentibus & lucidis, quod ſine allegat one alterius, aut o[illegible] tione tribuatur. Denique iuu[illegible]es, quia non debet beneficiorum memoria ſeneſcere. Tres ſunt, promerentium videlicet, & reddentium, & amborum ſimul.

DESCRIPTIO.

Ex Embl. And. Alciati, Emb. CLXII.

Tres Charites veneri aſſiſtunt, dominamque ſequuntur:
Hincque, voluptates, atque alimenta parant:
Lætitiam Euphroſyne, ſpecioſum Aglaia nitorem,
Suadela eſt Pithus blandaque ore lepor.
Cur nudæ? mentis quoniam candore venuſtas
Conſtat, & eximia ſimplicitate placet.
An quia nil referunt ingrati, atque arcula inanis F
Eſt Charitum? qui dat munera, nudus eget,
Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat.
Qui cito dat, minimi gratia tarda pretij eſt.
Implicitis vlnis cur vertitur altera? gratus
Venerat, huic remanent vna abeunte duæ.
Iuppiter his genitor, cæli de ſemine diuas
Omnibus acceptas edidit Eurynome.

SCRIPTORES.

Plane de tribus Gratiis vide *apud Marſ. l. 8. c. 11.* De iiſdem & Genio *eundem l. 7. c. 10.* De iiſdem & concordis, *l. 8. c. 62.* De Gratiarum templis, *Cal. Rhod. l. 13. c. 26.* Sacris, *Cal. Rhod. l. 22. c. 2.* De gratiarum ratione, & Furiarum, *eundem, l. 11. c. 19.* Gratiæ omnigenum bonorum, *Tretzes l. 10. c. 337.* Natal. Comes in Mytholog.

Gratitudo.

* DEFINITIO.

GRatitudo vel Gratiarum actio, Græc. εὐχαριστία, & εὐχάριστος, gratus & εὐχαριστῶ gratias ago, dicitur, Gratiarum actio ſiue gratitudo eſt virtus ſpecialis, reddens gratiam benefactori. *ſecund. B. Thom. 2. 2. q. 106. a. 1.*

Definitur autem communiter à Theologis, quod ſit virtus G quæ reſpicit debitum ex beneficio accepto natum, & vt illi aliquo modo ſatisfaciat rependit aliquid benefactori; vt gratiarum actionem, obſequium, cultum, vel aliud beneficium. Itaque extendit ſe ad omnes à quibus aliquid beneficij accepimus; nimirum ad Deum, parentes, Superiores, & hominem priuatum.

Cenſet autem *S. Thomas*, gratitudinem ſi erga Deum ſpectetur, non eſſe habitum à virtute religionis diſtinctum: ſi erga parentes, non diſtingui à pietate: ſi erga Superiores, non diſtingui ab obſeruantia. Si tamen conſideretur, vt reſpicit priuatum benefactorem, & debitum ex eius beneficio proueniens, hac ratione eſſe virtutem ſpecialem à ſupradictis diſtinctam; quia hac ratione reſpicit ſpecialem rationem debiti, quæ non eſt tam ſtricta, quam in prædictis virtutibus, nimirum erga Deum, parentes, ſuperiores: non enim eſt debitum legale, ſed morale tantum. Itaque iuxta hanc ſententiam gratitudo eſt H ſpecialis virtus, quæ propriè ſolum reſpicit perſonam particularem, ita *Leſſus l. 2. c. 46. dub. 1. de Iure & Iuſtitia.*

* OFFICIA GRATITVDINIS.

Officia gratitudinis ſunt quinque: I. beneficij æſtimatio II. Benigna acceptatio III. Gratiarum actio IV. Grata commemoratio. V. Reſponſio, Colligitur ex *D. Thoma d. 3. q. 5.*

Primum eſt beneficij æſtimatio, nempe vt oſtendamus nos illud æſtimare, ſi non ex rei magnitudine, ſaltem ex affectu & animo donantis: hic enim in beneficiis gratuitis potiſſimum eſt ponderandus, vnde conferentes aliquod beneficium, præſertim maioribus, ſolemus excuſare & rogare, ne rem ipſam quæ datur, ſed affectum, quo datur, intueantur. Vnde *Sen. l. 1. de benef. c. 6* Beneficium non in eo, quod fit aut datur, conſiſtit; ſed in ipſo dantis & facientis animo, & *Cicer. lib. 1. de offic.* Acceptorum beneficiorum ſunt delectus habendi, & in primis quo quiſque ſtudio vel beneuolentia fecerit, ponderandum.

Secundum, Benigna acceptio; ſi enim repudies, vel abſque iudicio

A iudicio quo ſignifices gratum eſſe, acceptes, videris contemnere, vel certe paruifacere beneficium & affectum donantis. Si autem benigne acceptes, ipſo modo illum honoras, & affectui eius quodammodo ſatisfacis. Vnde *Sen. l. 2. de benef. c.* [illegible] Vis te [illegible] beneficium? Accipe benigne. *c. 34.* Qui grate beneficium accepit, primam eius penſionem ſoluit. [illegible] enim afficitur donator, videns beneficium ſuum gratum eſſe & aliquod commodi vel oblectationis afferre donatario: tunc enim cenſet ſe non fruſtra collocaſſe, & fructum, quem principaliter intendit, retuliſſe.

Tertium. Gratiarum actio: Hæc nihil eſt aliud quam beneuola proteſtatio gratiæ acceptæ, ſeu beneficij gratis & abſque debito dati, cum quadam ſui ſubiectione, & demiſſione ad ipſum benefactorem directa. Hæc actio eſt quædam beneficij compenſatio; quia per illam honoratur benefactor, & alter ſe illi quodammodo ſummittit tanquam maiori.

Quartum eſt, Grata commemoratio, videlicet vt primò apud nos tempore & loco ſimus memores beneficij accepti. Vt enim ait *Sen. l. 3. c. 1.* Ingratiſſimus omnium eſt, qui beneficij B oblitus eſt; cui enim totum beneficium elapſum eſt, gratius fieri nunquam poteſt. Deinde apud alios, quando occaſio ſe offert, libenter referamus: hoc enim ad honorem & laudem benefactoribus pertinet; vnde eſt quædam compenſatio.

Quintum eſt, beneficij relatio, quando viciſſim beneficium re vel obſequio redditur.

* GRATITVDO ERGA DEVM.

QVOMODO EXCITANDA?

Affectus gratitudinis in Deum excitari debet, primum conſideratione donorum ipſius in ſeipſis. quæ & qualia ſint, quo fine dentur, aliaque eò facientia. De quibus videndus etiam *Sen. l. 4 de benef. c. 5. & 6.*

Secundò conſideranda ſunt eadem dona, quatenus nobis dantur indignis, ingratis, imo & ſupplicia merentibus.

Tertiò, expendenda ſublimitas & maieſtas eadem conferentis.

Quartò, etiam modus quo ea conferuntur attendendus. Ideo enim ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, verbumque carnem aſſumpſit: quæ omnia mirificè beneficij augent rationem.

Quintò ponderatus affectus quo Deus nobis illa confert: C non enim id egit, quod bonorum noſtrorum indigeat, ſed quod velit nobis per ea benefacere, & tam animæ quam corpori prodeſſe. Legatur *Roſſignolius l. 4. diſciplinæ Chriſtianæ c. 25.*

EXEMPLA BIBLICA GRATITVDINIS DEO EXHIBITÆ.

Solicitè gratias agebat Deo Iacob, dicens: Domine minor ſum cunctis miſerationibus tuis. *Gene. 31.*

Voluit dominus, vt liberatio filiorum Iſraël de Ægypto nunquam exciderẽt eorum memoria. Erit quaſi ſignum, ait in manu tua, & quaſi monumentum ante oculos tuos, vt lex domini ſemper ſit in ore tuo. *Exod. 13.*

Cecinit Moyſes & filij Iſraël carmen Deo, & dixerunt: Cantemus domino. Poſtquam ſcilicet tam mirabiliter tranſierant mare rubrum. *Exod. 15. 1.*

Obtenta de inimicis mirabili victoria, venerunt ad Moyſem principes exercitus Iſraël, dicentes, quòd nullus fuerat, de filiis Iſraël in bello occiſus: & tamen hominum & animalium rapuerunt magnam prædam: & ob hanc cauſam dona magna obtulerunt. *Num. 31.*

Præcepit dominus, vt poſt tranſitum Iordanis miraculo- D ſum ponerentur duodecim lapides in perpetuum monumentum. *Ioſue 4.*

Poſt victoriam de Siſara habitam per Barath & Debora domino cecinerunt. *Iudic. 5.*

Quamuis filij Iſraël in præliis, vbi vincebant, fortiter dimicarent, tamen dicebatur dominus percutere inimicos, vt laus Deo attribueretur. *Iudic. 20.*

Orauit dominum & laudauit Anna pro filio ſibi dato *1. Reg. 2.*

Audiens Dauid relationem, quam Deus fecerat Nathan prophetæ de regni ſui duratione, gratias egit valde humiliter & deuotè. *2. Reg. 7.*

Multum laudandus eſt Deus, qui dat populo bonum principem & prælatum, iuxta illud: Benedictus Deus qui dedit Dauid filium ſapientiſſimum, propter populum hunc plurimum *3. Reg. 1. & 15.*

Cyrus rex Perſarum fecit clamari per omnia regna terræ: Cœli [illegible] Deus cæli omnia regna terræ, & [illegible] mihi vt E ædificarem ei domum in Ieruſalem. Quis eſt [illegible] de vniuerſo populo eius? Sit Deus eius cum ipſo, & [illegible] Ieruſalem *1. Eſd. 1.*

Cum Tobias recepiſſet filium, & vxorem [illegible], & [illegible] fecerant eum priùs cæcum, glorificabant [illegible] *Tob.* [illegible]

Omnis Populus, poſt victoriam de exercitu [illegible] habitam venit in Ieruſalem adorare dominum. [illegible]

Reuelata Danieli [illegible] Nabuchodonoſor [illegible] Babylonis, benedixit Deo cæli & ait: Sit nomen Domini benedictum, quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. *Daniel 2.*

Deuotè & pulchrè, extulerunt laudes Deo [illegible], de fornacis incendio liberati. Et non ſolum illi hac de cauſa gratias egerunt Deo, ſed & Nabuchodonoſor fecit prædicari mirabilia Dei in toto regno *Daniel 3.*

Mundato templo & erecto ſub Iuda Machabæo, [illegible]runt & benedixerũt in cælo eum qui proſperauit eis. *1. Mach. 4.*

Iudas Machabæus & populus Ieroſolymorum ſcripſerunt Ariſtobolo dicentes: De magnis periculis à Deo liberati gra- F tias magnificè ei agimus. *2. Mach. 1. 1.*

Deuicto Thimotheo per Iudam Machabæum, & capto quodam forti præſidio, in hymnis & confeſſionibus benedicebant dominum, qui magna fecit in Iſraël. *2. Mach. 10.*

B. Virgo audita laude ſua, quam dixit Eliſabeth: benedicta tu, &c. In vocem laudis prorupit, pro beneficiis ſibi, & toti mundo collatis. *Luca 1.*

Nato Ioanne Baptiſta, Zacharia recuperato loquendi officio, dominum, prophetando laudauit, dicens Benedictus dominus Deus Iſraël. *Luca 1.*

Accepit puerum Ieſum Simeon in vlnas ſuas & benedixit Dominum. *Luc. 2.*

Quando volebat Dominus in Euangelio aliquod grande opus facere, frequenter legitur in cælum ſuſpexiſſe, & gratias egiſſe. Sicut patet in panum multiplicatione, in Lazari ſuſcitatione, in Euchariſtiæ inſtitutione. *Matth. 14. Matth. 26. Marc. 6. Luc. 9. Ioan. 6. 11.*

Videntes Turbæ paralyticum à domino curatum, glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus. *Mat. 9.* G

Item viduæ filio ſuſcitato, accepit omnes timor, & magnificabant Deum dicentes: quia propheta magnus ſurrexit. *Luca 7.*

Vnus illorum decem Leproſorum ad mandatum domini mundatorum, regreſſus eſt vnus, & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. *Luc. 17.*

Poſtquàm cœnauit dominus cum Diſcipulis ſuis, ſubditur: Et hymno dicto, exierunt in montem oliuarum. *Math. 26.*

Claudus à Petro ſanatus, intrauit cum Apoſtolis in templum, ambulans & exiliens & laudans Deum. Sequitur. Omnes glorificabant Deum, per id quod factum fuit. Erat enim homo ille annorum pluſquam quadraginta. *Act. 3. 4.*

Gratias agebat Paulus pro beneficiis ſibi & aliis à Deo collatis. Sibi quidem in ſua conuerſione: Gratias ago Deo meo, qui me confortauit in Chriſto. Qui prius fui blaſphemus, & perſecutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum. *1. Tim. 1.*

Item in ſua conuerſatione: Deo gratias, qui ſemper triumphat per nos in Chriſto Ieſu *2. Cor. 1.*

Et pro beneficiis fratribus collatis gratias deuotè agebat. H Primum quidem gratias ago pro omnibus: quia fides veſtra annunciatur vniuerſo mundo. *Rom. 1.*

HISTORICA.

Ex Cæſarea ciuitate (quam Græci Paneadem vocant) fama fert ortam fuiſſe Mulierem illam, quam ſanguinis profluuio laborantem, fimbriæ Chriſti attactu ſanationem rapuiſſe diuinorum Euangeliorum teſtatur ſcriptura. Ibi domus quoque eius magnifica viſa eſt adhuc, ſimúlque admirandum trophæũ & monumentum collati in eam beneficij ſeruatoris permanſit. Pro foribus namque domus eius in columna quadam æreæ duæ ſtatuæ ſtabant ſublimes: quarum altera genibus flexis, manibuſque protenſis, fœminæ habitu ſupplicantis faciem præ ſe tulit: altera autem ex aduerſo collocata directo viri ſtatu, diploide cum decenti quadam grauitate amicti, manum inclinatæ fœminæ porrigere viſa eſt. Ad huius pedes in ſtatuæ ipſius baſi herba excreſcere, quæ quum ad fimbriam æreæ diploidis pertigiſſet, non altiùs progrediebatur: eámque veluti ſacram fimbriam tangens illa, præſens aduerſus omne genus morborum auxilium habuiſſe dicta eſt. Statuam porrò iſtam à muliere

A mulier [illegible] laborantem ad Christi for[illegible] & habitu [illegible] itaque, quæ ad nos p[illegible] nit historia [illegible] tempor[illegible] rauit. Neque [illegible] debet, qui aliqu[illegible] be[illegible] olim à [illegible] tuas [illegible] per hanc no[illegible] menta g[illegible] n otiam re[illegible] q[illegible] e. *N[illegible] E[illegible]*

Eius [illegible] ctoriam in [illegible] deli hostes [illegible] q[illegible] soci un aux[illegible] omnium [illegible] manu [illegible] hri [illegible] pro [illegible] ſcius Eq[illegible] in cœlum [illegible] Imperator, q[illegible] illustrata ope[illegible] par est non h[illegible] est regim[illegible] apud omnes [illegible] illi [illegible] hos[illegible] His dictis, purpuram [illegible] demaque abiecit, & solita iam [illegible] vt liberius Deum coleret, amplexus est. *Niceph. Ec[illegible] lib.17.c.6.*

Quum Alphonſum regem Neapolitanum conueniſſet Ioan-
B nes Orator Pontificius, ac de pace Tuſciæ ageret, inter alia pie & ſapienter dicta: Scio me, inquit, poſtquam regnare cœpi, quamplurimos homines è modica fortuna ad magnas opes, ac potentiam euexiſſe, qui poſtea benefacti immemores extiterunt. Ea vero res mihi minimè admirationi eſt, cum & ipſe eodem ingratitudinis vitio laborem. Nam quis plura ex optimo maximoque Deo quam ego beneficia accepit, qui natus ex regibus ampliſſima regna hæreditario iure ſum conſecutus, nec minora mihi ipſe armis comparaui? Pauci me reges inter Chriſtianos antecedunt. Ingenium mihi natura non obtuſum dedit, memoriam non infirmam, corpus ſalubre, vitam longiorem, ac morbis ferè inoffenſam. Opes mihi, deliciæ, voluptates abunde ſuppetunt. literarum quoque nonnullam cognitionem adeptus ſum. At vbi mea gratitudo? quid ego aut feci pro tot tantiſque diuinæ clementiæ muneribus? Intelligo me certe ingratum eſſe, eoque pœna tanto maiore dignum, quanto grauius eſt Deum quam hominem fallere. Verum ſi mihi vita contigerit, eſt animus, quod hactenus neglectum eſt, abunde præſtare. Iniurias enim quas crudeliſſima gens Turcarum Ieſu Chriſto vero & maximo Deo noſtro olim in Græcia, nunc
C in Aſia quotidie infert, vltum ire decreui, atque ad id iam naues, iam viros & arma comparaui. Itaque nihil eſt cur me Tuſciæ pacem quouis pacto turbaturum exiſtimes. *Æn. Syl. de dict. & fact. Alphonſi.*

GRATITVDINIS IMPENSÆ HOMINIBVS.
Ob Præstita Obseqvia, & beneficia
EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Cùm percuſſiſſet Abraham quatuor Reges, & omnem ſubſtantiam, quam illi rapuerunt, reduxiſſet, rex Sodomorum egreſſus eſt in occurſum eius & omnia obtulit ei, ſolis animalibus exceptis. Vbi notandum, quòd licet Abraham oblata reſpueret, tamen bene voluit vt ſocij ſui partem haberent de præda, tanquam eorum ſuffragio non ingratus. *Gen. 14.*

Videns Laban iocalia, inaurea ſcilicet & armillas, quæ ſeruus Abraham dederat Rebeccæ ſorori ſuæ, venit ad illum, & dixit ei: Ingredere benedicte domini: & eum in hoſpitiis cum multa humanitate recepit. *Gen. 24.*

Poſtquam impleti ſunt dies menſis vnius quibus Iacob fuit
D cum Laban auunculo ſuo, dixit ei Laban: Nunquid quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? Dic quid mercedis accipias. *Gen. 29.*

Pharao rex Ægypti multum fuit gratus Ioſeph pro expoſitione ſomnij ſui, & eum magnificè ſublimauit. *Gen. 41.*

Iethro ſacerdos Madian gratus fuit pro eo, quod Moyſes filias eius defenderat, quando ad gregem adaquandum iuerant: vnde fecit eum vocari vt comederet: & dedit ei filiam ſuam in vxorem. *Exod. 2.*

Valde ſolicitus fuit Ioſue, ne Raab meretrix, quæ nuntios ab eo miſſos abſconderat, ciuitate Iericho ruente, periret. *Ioſ. 6.*

Cùm liberaſſet Gedeon ab inimicis Iſraël, dixerunt omnes ad eum: Dominare noſtri tu & filius tuus, quia liberaſti nos de manibus Madian. *Iudic. 8.*

Dixit Noëmi commendando Booz, qui Ruth benignè viderat: Benedictus ſit à Domino, quoniam eandem gratiam, quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis. *Ruth. 2.*

Quia Cinæus bene ſe habuerat ad filios Iſraël, pepercit ei Saul, quando deſtruxit Amalech. *1. Reg. 15.*

[illegible] Dauid [illegible] dilexerat [illegible] Da- B
[illegible] animam tuam, [illegible] corpo- [illegible] inquit [illegible] Dauid [illegible] Mephi[illegible] [illegible] menſa [illegible]

[illegible] munera attulit [illegible] vero red[illegible] petiuit, exceptis his quæ vltro obtulit [illegible] 10.

[illegible] viduæ apud qu[illegible] ſuſtentabatur [illegible] defuncto, ita quòd ipſum [illegible] 8.

[illegible] quod contolerat prophetis [illegible] erat, quando quærebantur ad mortem, [illegible] nuntium periculoſum ei iniunge[illegible] *Reg. 18.*

[illegible] ſus in cœlum, bene remunerauit diſcipulum ſuum [illegible], ſcilicet Eliſæum. *4. Reg. 2.*

Mulieri Sunamitæ hoſpitæ Eliſæi ipſe Eliſæus benignè obtulit, vt loqueretur pro ea regi, ſi apud ipſum haberet negotium, item filium eidem impetrauit, & poſteà mortuum ſuſcitauit. *4. Reg. 4.* F

Naaman Syrus mundatus à lepra, ad verbum Eliſæi obtulit ei munera, dicens: Obſecro vt accipias benedictionem à ſeruo tuo. *4. Reg. 5.*

Accuſatores Iudæorum miſerunt epiſtolam Artaxerxi regi, inter cætera continentem: Nos autem memores ſalis, quem in palatio comedimus, & quia læſiones regis videre nefas ducimus, idcirco miſimus &c. *1. Eſd. 4.*

Tobias iunior cum multa gratitudine, retulit patri ſuo beneficia a Raphaele percepta. *Tob. 12.*

Esther R. non fuit ingrata Mardochæo nutritori ſuo. *Eſt. 4*

Nabvchodonosor rex Babylonis audita expoſitione ſomnij ſui per Danielem, in ſublime eum extulit, & magna munera illi dedit. Similiter & Balthaſar honorauit eum pro eo quòd expoſuerat ei ſcripturam quam in pariete viderat. *Dan. 2. 5.*

Audiens Iudas Machabæus, quod Scytopolitæ bene ſe habuerant ad Iudæos in tempore tribulationis eorum, gratias egit illis. *2. Mach. 12.* G

Seniores Iudæorum dixerunt Domino Ieſu de Centurione, pro ſeruo infirmo rogante: Dignus eſt vt hoc illi præſtes. Diligit n. gentē noſtrā & ſynagogā ædificauit nobis. *Mat. 8. Luc. 7.*

☞ *Vide nonnulla infra, Tit. Gratitudo pro hoſpitalitate. Item ob munera & dona alia.*

* EXEMPLA HISTORICA. SANCTORVM Et Profanorvm.

Optima beneficiorum cuſtos eſt ipſa eorumdem memoria, & perpetua gratiarum confeſſio, vnde contendentem Agreſtum Præfectum, Solem ſummo iure pro numine habendum; Tranquillinus hoc modo compeſcuit: Num, inquit, nauibus tibi alimenta ferentibus gratiæ agendæ potius quam Regibus? Si ergo Regibus aſportata adſcribitur annona? quanto magis vni Deo gratiæ agendæ, cuius nutu omnia elementa noſtris vſibus deſeruiunt. *Ex Sur. tom. 1. in vita L. Beyerlinck Apophtheg. Chriſtianis.*

S. Saba Cœnobiorum multorum pater, Agarenis per cellam tranſeuntibus, appoſuit melagriorum & arundinum radices, neque enim aliud ei in cibum. Illi regreſſi, caſeos & dactylos H referunt. Tum Saba, heu mihi, inquit, Barbari iſti, parui noſtri beneficij memores, referre gratiam munificè ſtuduerunt: nos qui bonis creatoris fruimur in dies, nullam ei ſtudemus referre gratiam per mandatorum obſeruationem. Quæ venia? quæ excuſatio? *Sur. tom. 6. in vita.*

S. Rvmoldvs Archiepiſc eiuſdem etiam mentis fuit. Contendebant apud illum parentes, heroinam ſtemmate illuſtrem in coniugem, & ſimul Scotiæ adſciſceret gubernacula. At ille ſoli Deo vacans Quid inquirebat, Imperium, quid molietum ampleaus, mihi prpedimentu emigraturo profutura ſunt? cum nihil nunc ſim habiturus, quod gratitudinis loco Deo, omnium bonorum largitori, queam referre. *Ex vita eiuſdem. Id ibid.*

Cùm B. Ignatius Loiola linguæ Italicæ peritiam eequiſiuam incumberet, & vix viſa profectus ſpes ſupereſſet, Ego, aiebat, à bonorum largitore non plus accepi, conferam tamen in eius laudem hoc quidquid eſt, quod vt Deo reddatam, ab ipſo accepi. *Ribaden. in vita lib. 5. c. 5.*

Specta

A S[illegible]ctabilis inſuper in Th[illegible] F[illegible]tus [illegible] populo C[illegible] cipiebat, [illegible]num Ioannem [illegible] cœptóque d[illegible]ſtens populo [illegible] linq[illegible]mus hoc pro[illegible] tes, De[illegible] gratias agamu[illegible] bus obu[illegible]uit Diacrat, [illegible] cuſſis gratiæque tet ma[illegible] *hiſt. lib. 11. c. 18.*

Etiam Alphon[illegible] A[illegible] Re[illegible] amicos di[illegible]iſſe commemo[illegible] ſis inceſſante[illegible] grat[illegible] ago q[illegible] derit: quòd Chriſti[illegible] m[illegible] qu[illegible] An non meritò Plato [illegible] end[illegible] primo gratularetur; ad[illegible] gra[illegible] eſſet Athenienſis, ac Socrate magiſtro [illegible] *dict. Alphonſi Beyerlinck ſupra.*

B Conquerebatur apud Carolum V. Imper[illegible] tum quiſpiam, quòd cum ſuæ Maieſtatis obſequ[illegible]o om[illegible] operam impendiſſet, minùs tamen ſibi de celebra[illegible] prouideri, quàm cæteri. At Carolos, An neſcis, ait, quò Sol[illegible] Luna eſt vicinior, eò minus ab illo accipiat luminis? Significabat autem id Magnatibus vſos venire, vt qui illis officio aut miniſterio propinquiores, ſint à promotione remotiores. Ex *Chyt. in Orat. de vita Caroli. Idem ibid.*

Hoſtimentum, *auctore Feſto*, beneficij penſatio eſt, à priſco verbo hoſtire & redhoſtire, quod eſt paria referre. Ab eodem hoſtem dici putat *Nonius*, quòd ex æqua cauſa pugnam ſuſcipiat.

AURASTUS agens gratias Theſeo, pro confecta mortuorum ſepultura, *apud Eurip. in Supplicibus* inquit:

[illegible]
[illegible]

Et gratiã non ſeneſcentẽ habituri ſumus. Generoſa officia enim cùm acceperimus, vos viciſſim afficere beneficiis debemus.

Darius Perſarum rex moriens per Polyſtratum Macedonem militem Alexandro victori ob clementiam in matrem ſuam, vxorem & liberos, felicia omnia precatus, dextræ pignus illi
C gratitudinis ergò detulit. *Sab. lib. 6. En. 4.*

Publica matrona Antiochena cœtui virginum, quæ caſtitatem profitebantur, magiſtra in diuinis laud bus decantandis, aſſidua fuit. Quemadmodum etiam is cœtus aſſiduus fuit in Deo laudando ac celebrando. *Theod. lib. 5. c. 19.*

AGRIPPA à Claudio Imp. regno Iudææ & Samariæ donatus, quamprimùm peruenit Hieroſulyma, votiua ſacrificia perſoluit, nihil omittens eorum quæ lege præſcripta ſunt. Vnde & multos Nazaræos tonderi mandauit: & catenam auream à C. Cæſare donatam pondere parem illi ferre, quæ regis manus vinxerat, monumentum aduerſæ fortunæ mutatæ in proſperam, ſuſpendit in ſacrario ſupra gazophylacium: quæ doceret ſpectatores & ſublimia poſſe corruere, & Deum valere illa erigere denuò. *Ioſephus lib. 19. c. 5. Antiq.*

Multifariis & gratuitis donis Dei ſolium ſuum, & regni ſui Boleſlaus Poloniæ Rex videns, propitia diuinitate firmatum, animum ad religionem téſque diuinas conuertit. Non ignorabat ſiquidem, ea vniuerſis principibus Poloniæ præcedenti-
D bus neminem tanta, quanta ſe tuliſſe trophæa, tantaſque diuitias, ſucceſſus felices & gloriam talem, inſuper induſtriam prudentiámque habuiſſe, qualia, & quanta in ſe vnum collata fuerant. Videbat præterea principatus ſui fulgorem vltra cæteros Reges, & nationes magnificatum eſſe. Quare volens de ampliſſimis beneficiis Dei gratum ſe oſtendere, & illis aliquanta viciſſitudine reſpondere, eccleſiis tam cathedralibus, quàm inferioribus, à genitore ſuo Duce Miecеſlao erectis ac fundatis, oppida, villas, ac prædia, ampliori illarum ſtabilimento & dote munificè & largiter tribuit & donauit, pluréſque parochiales in villis viciſque, quæ ſub ſuo & patris ſui tempore erecta fuerant, conſtruxit, & fundauit, vaſiſque aureis, & argenteis in miniſterium, & cultum diuinum neceſſariis eccleſias ſingulas, ſed præſertim cathedrales adeo ornauit, locupletauitque, vt liberalitatem ſuam in eccleſias Dei abundè effuſam multa ſecula teſtentur. Decimarum autem manipularium pro eccleſiis, ac miniſtris Dei vniuerſis principatibus ſuo imperio ſubiectis, ſolutionem nullatenus paſſus aut varietate aliqua diminui, aut in dubium aliquatenus reuocari, ſed mandauit decreuitque illam eſſe perpetuam & perennem, varia vltionis diuinæ flagella, filiis, nepotibus, ſucceſſoribúſque ſuis intermi-

[illegible] A[illegible] re[illegible] D[illegible] pone[illegible] ſu[illegible] e ac[illegible] & um[illegible] eccleſiis F [illegible] opulenta ſu[illegible] augens, alia [illegible] c donario[illegible] mu[illegible] ne ſacraria eorum [illegible] luſtans, ac [illegible]ari pecuniarum inſtrumenta indigentibus præbens. *Euſeb. & Niceph. lib. 7. c. 46 Sigonius lib. 5. Imp. occidit.*

THEODOSIUS II. Imp. Circenſes ludos ſpectans, nuncium Aſparis ducis ſui de Ioanne tyranno Rauennæ capto audiens: ſtatim, ludis, quos ſpectabat, omiſſis in templum ad gratias Deo agendas proceſſit, atque eo quoque vniuerſum populum traduxit. *Sigon. lib. 11. c. 1. Imp. occid.*

ALPHONSUS Aragonius inſigni victoria matutino tempore ad Troiam potitus, non prius arma deponere, & corporis curam habere voluit, quàm gratias Deo pro felici ſucceſſu egiſſet. *Lud. Dom. lib. 1. Var. hiſt.* ☞ *Vide de eodem ſupra.*

M. MINUTIUS magiſter equitum, cùm inſolentia ſua exercitum in maximum diſcrimen contra Annibalem adduxiſſet; ſed Q. Fabij Max. Dictatoris beneficio ſeruatus eſſet, in caſtra reuerſus, ſuúmque errorem faſſus, cùm ſigna tolli imperaſſet, & omnes ſequi, cum agmine ad Dictatoris caſtra proficiſcitur. G in caſtris vbi ad prætorium rectà contendit, conuertit omnes in admirationem & ſtuporem. Ante progreſſum Fabium, conſtitutis ſignis, parentem ipſe cum alta voce, exercitus milites eius patronos appellauit. Silentio facto, Minutius: Geminam victoriam, inquit, obtinuiſti Dictator hodierno die: virtute de hoſtibus, conſilio & humanitate de collega: illa nos ſeruaſti, hac erudiuiſti: nóſque cùm turpiter eſſemus ab Annibale ſuperati, honeſtè ſumus abs te & ſalubriter victi. Quare quando nomen venerabilius non habeo, mitem te appello parentem: cùm tamen beneficium mihi abs te hoc quam à parente maius extiterit. Illi enim vitam ſolus, tibi cùm meam vitam, tum omnium horum debeo: Secundùm hæc amplexus Fabium & oſculatus eſt. Idem erat cernere per totum exercitum: nam complexu ſeſe mutuo & oſculo exceperunt: vnde in lætitiam tota caſtra effuſa, vt præ gaudio omnibus lacrymæ manarent. *Plut. in Fabio.*

Catulli elegans eſt epigramma, quo Ciceroni patrono gratias agit, dignum quod hic adſcribatur:

Diſertiſſime Romuli nepotum.
Quot ſunt quotque fuerunt Marci Tulli, H
Et quot poſt aliis erunt in annis,
Gratias tibi maximas Catullus
Agit peſſimus omnium poeta,
Tantò peſſimus omnium poeta,
Quantò tu optimus omnium patronus.

BALDUINUS Hieroſolymorum Rex cùm Admiratum Turcorum in Arabia prælio ſuperaſſet, captam illius coniugem cum aliis multis (quia vicino partu grauiter laborantem vir in itinere reliquerat) in optimo lecto tentoriis circumcluſit; ſeruis quoque atque alia omni re neceſſaria adiutam, inſuper pro ſtragula veſte, cuius eo in loco copia nulla erat, chlamyde ſua cooperuit, atque Admirato eam illæſo pudore reſtituit. Contigit poſtea Balduino, vt à Turcis acie victus in vrbem Rhamam immunitam ſe reciperet. Ad eum ergo idem Amiratus noctu profectus, plus accepti beneficij, quàm ob religionis diverſitatem odij, aut etiam prædæ, quam ſperare poſſet, memor, periculi imminentis magnitudinem aperuit. Poſtridie enim mane Turcas impetum facere in eum conſtituiſſe. Si ſe ſequeretur, incolumem ſe ſeruaturum eum promiſit, & promiſſis re ipſa ſatiſfecit. *Bapt. Fulgoſ. & Egnat. lib. 5. c. 2.*

NON

A

NON AGERE GRATIAS.

[illegible]DO NVLLA.

L. PAVLVS ÆMILIVS [illegible] iterum conſularis honore deiectus eſt. Q[illegible] M[illegible]cedonico quod cum Perſeo gerebatur, ducum in[illegible] & [illegible] extracto, conſulem creauerdnt gratiam [illegible] ſe habere. Neque enim, quòd ipſe honorem [illegible]quireret, [illegible] quòd illi imperatorem, mandatum ſibi magi[illegible]ratum [illegible] in apoph.

* A[illegible]PHTHEGMATA.

BYTON Ath[illegible] ſeliciter geſtas ipſum admirantibus, ac præ[illegible], quod Cotyn regem interemiſſet: Diis, inquit [illegible] eſt gratia, quibus authoribus hoc facinus præclare geſtum eſt, nam ipſe nihil aliud, quam manum & operam meam commodaui. Euentus rei in manu Dei eſt, & huic debetur gratia, ſi quid ſeliciter ceſſerit. Sed interim vult noſtram operam accedere: *Eraſ.l.6.apoph.ex Plut.*

PLACISSA Theodoſij Romanorum Imperatoris vxor quum videret maritum à pietatis veræque religionis ſtudio alienum magis eſſe, quam Imperatorem deceret, ſubinde ad eum dixiſſe fertur: Conſiderare te oportet, ſuauiſſime coniux, quis an-
B tea fueris, & in quem locum te euexerit vniuerſitatis homi[illegible] Deus. Si enim perpetuam eius rei obtinueris memoriam, non prorſus te ob accepta beneficia erga eum ingratum præſtabis: ſed ex præſcripto legum Dei, quod ab eo accepiſti, gubernabis imperium, & ita eum, qui tibi, vt fideli miniſtro, commiſit, rite coles. *Niceph.Calliſt.l.12.c.41.*

CHYLON dicere ſolebat, Beneficij dati obliuiſci decet, accepti meminiſſe: vulgus hominum contra facit. Si quid cui benefecerunt, ſine fine prædicant, ſi neque modo exaggerant, ſi quid in ipſos collocatum fuerit officij, mox obliuiſcuntur, aut diſſimulant, aut eleuant. *Laert.lib.1.c.4.*

DIOGENES, acceptis paucis nummis à Diotimo Caryſio homine, ſibi amiciſſimo, cum non haberet, vnde munus tam amplum rependere poſſet: ad Diotimum dixiſſe fertur: Dij tibi largiantur tantum, quantum animo tuo cogitas & cupis. *Ælian.de var hiſt.*

DEMOCRITVS, dum quendam ad gratificandum aliis, ſtudioſiſſimum, viſum nihilominus, viciſſim videret compenſationem accipere: Ohe? inquit, qui beneficia perdideris, num te non pudet Gratias quæſtus gratia proſtituere, quæ virgines
C eſſe dicuntur? *Stob.* Idem dicere ſolebat: Si facultas adeſt aliis gratificandi, ne differas: noſti enim quam mutabilis ſit rerum omnium ſtatus. *Idem.*

SIMONIDAS, rogante quodam, vt ſibi conſcriberet encomium & gratiam ſe relaturum, inquiente, argentum autem non dante: Duas reſpondit, arcas domi habeo, vnam gratiarum, alteram argenti, & cum neceſſitas exigit, gratiarum quidem arcam aperiens, inanem ipſam reperio, alteram vero ſolum mihi commodam. *Stob.ſerm de iniuſtitia.*

Hipparcho Euboico vita defuncto, Philippus præ ſe ferebat, quam illius mortem acerbe ferret. Itaque cuidam volenti dolorem ipſius mitigare, dicentique, Attamen ille tempeſtiue deceſſit, iam natu grandis: Sibi quidem ipſi, inquit Philippus, tempeſtiue deceſſit: ſed mihi præpropere. Mors enim illum, anticipauit, priuſquam à me beneficium acceperit, noſtra dignum amicitia. Perquam ratum eſt, Principem ſentire gratiarum affectus, ſed amicis pleriſque non aliter quam equis vtuntur, Dum vſui ſunt, curant, inutiles factos abiiciunt, eoſque ſpoliant citius, quam beneficio iuuant. *Plut.*

VETERANVS quidam, cum vocatus in ius periclitatur, adiit in publico Cæſarem Auguſtum, rogans, vt ſibi vellet adeſſe. Cæſar è comitatu ſuo ſelectum illico dedit, eique litigatorem commendauit. Hic miles vociferans: At non ego, Cæſar pe-
D riclitante te Actiaco bello, vicarium quæſiui, ſed pro te ipſe pugnaui, ſimulque detexit cicatrices. Erubuit Cæſar, atque ipſe deſcendit in aduocationem, veritus, ne non modo ſuperbus, verum etiam ingratus videretur. *Eraſ.l.4.apoph.ex Suet.*

GRATIARVM ACTIO.

Poſt ſumptum Cibum.

Vſus apud Chriſtianos obtinuit, quem olim ſemper in fidei populo fuiſſe omnino eſt probabile, vt ante, & poſt cibum, ag[illegible]tur gratiæ illius largitori Deo. Ad quod propoſitum S. Patres adducunt illud Moyſis, *Deuter.cap.10.* Quum manducaueris, & biberis, & impleueris te, memento Domini Dei tui.

CHRISTVS [illegible] qui que[illegible]um millia [illegible] piſcibus & quinque panibus, co[illegible] num gratias egit, eiſque benedixit, & [illegible] demum [illegible] *Matth.* A
14 Quo[illegible] deo fe[illegible] *Ruſ*[illegible] vt [illegible] ad menſam accedendum, quod[illegible] gratias ei agat[illegible] n. nobis p[illegible]

S.[illegible]*oſt.hom.56.in Matt.* recitat formulam gratiarum, quam monachi obſeruant in c[illegible] Benedictus [illegible] qui me paſcis à iuuentute mea, qui omni carni cibum præbes: reple lætitia & gaudio corda noſtra, &c.

PAVLVS Apoſtolus frequenter etiam ad hoc hortatur: dicens ob i[illegible] cibos à Deo creatos, vt cum gratiarum actione percipiantur.

S[illegible] quoque Ephræm adhortatur ſuos, vt licet bis de die ad comedendum [illegible], ſemper tamen cibum cum gratiarum actione ſumerent. *T.m.1.adhortat.1.*

Quin etiam Apoſtoli cum Chriſto ſumpta cœna legali & Eucharistica hymnum dixerant, exeuntes in montem oliueti: vnde diſcas inquit *S.Hilar.in Marci c.14.* & ante cibum, & poſt cibum gratias referre Deo.

Quippè Apoſtolo *Paulo teſte* Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.
Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Sancti- F
ficatur autem ait *S.Chryſoſt* facta benedictione in nomine Dei, per ſignum Crucis impreſſum. *hom.12.in 1.ad Timoth.*

Quanta autem huius gratiarum actionis ſit vis, docet. *S. Chryſ.hom.79.ad pop.* Menſa inquiens, ab oratione ſumens initium, & in orationem deſinens, nunquam deficiet, ſed fonte largius omnia nobis adfert bona, &c.

Tertull. denique vetus auctor, de hac pietate ſuo etiam tempore vſitata ſcribit, dicens: Non prius diſcumbitur, quam ad Deum oratio prægustetur. Æque oratio conuiuium dirimit. Ita ſaturantur, vti meminerint etiam per noctem adorandum Deum, *c.39. Apologet.*

☞ Petantur pleraque ex Titulo de Benedictione.

Certam vero benedicendi cibum & gratias agendi formulam eo ſumpto, præſcribit *Breuiarium* & *Rituale Romanum:* eamque ab omnibus clericis obſeruari ſuadet. Quin ferunt Germanis aliquando conceſſas à Bonifacio quodam Rom. G
Pont. Indulgentias, quando poſt actas gratias biberent, vt hac ratione ad eas dicendas inuitarentur, qui alioquin abſque vlla reuerentia, & beneficiorum diuinorum recordatione, exempta epulis, fame, à menſa procurrebant, quod Chriſtiano homine indignum eſt.

GRATITVDO IN GENERE

POLITICA.

Ægyptij extrà quàm ſit gentium aliarum captus, erga benè meritos præcipue grati ſunt, quòd magnum vitæ ſubſidium opinentur gratiæ retributionem. Itaque non diis tantùm, non hominibus, ſed brutis quoque animalibus gratitudinem pro beneficiis acceptis, oſtendere voluerunt. *Diodorus Siculus.*

ALEXANDER Magnus prædicare ſolebat, à nemine ſe vnquam benignitate fuiſſe exuperatum. *Cælius lib.7.cap.28. Antiquarum Lect.*

PYRRHVS rex Epirotarum ad familiares humanus atque facilis, acris & promptus ad rependendam gratiam. Itaque Æropi mortem tulit acerbè: atque illi dixit humanum caſum accidiſſe: ſe ipſum verò reprehendit culpauitque, quòd aſſiduè protrahendo & cunctando non retuliſſet ei gratiam, quippe H
æs alienum vel hæredibus diſſoluas licèt creditorum beneficentiæ niſi repenſæ viuis torquent bonum & rectum virum. *Plut.in Pyrrho.*

ALPHONSVS Aragonum & Siciliæ rex, à nemine vnquam gratitudine & officio ſe vinci paſſus eſt. *Panorm.lib.1.de Dict. & fact. Alphonſi.*

GRATITVDO PRO VARIIS BONIS,

Beneficiis, donis in nos noſtroſue collatis, quæ Animo profuerunt. Grati pro.

ERVDITIONE, ET INSTITVTIONE

Theorica.

☞ Conſule Tit. Fides diſcipulorum erga Præceptores. Hic Meritis habetur ratio, Si Fidem datam, ſi Officium conſuleres, ad Fidem & Officioſam quoque Diſtributionem pertinebunt.

A Regina Saba dedit regi Salomoni centum viginti talenta auri aromata multa, & gemmas precioſas. Rex autem Salomon dedit ei omnia quæ voluit, & quæ petiuit ab illo, exceptis bis quæ vltrò obtulerat ei munere regio. 3. *Reg.* 10.

Clodovævs rex, ad Chriſti fidem à D. Remigio epiſcopo Rhemenſi conuerſus, tantum agri Rhemenſis ei conceſſit, quantum interdiu dormiente rege circumire poſſet. Eius autem agri vſumfructum pauperibus diſtribuebat. *Hincmarus in vita Remigij.*

INTERPRETATIONE.

Ptolemævs Philadelph. 72. interpretes Hieroſolyma vocatos in maximo precio babuit, honoratiſſimè tractauit, maximiſquè ornatos muneribus domum remiſit, *Ioſephus l. 12. cap. 2. Antiquitatum.*

Hermodoro Epheſio in comitio, legum, quas Decemuiri Rom. Athenis petitas ſcribebant, interpreti, publicè dicata fuit ſtatua. *Plin. l. 34. c. 5.*

VATICINIO, PRÆSAGIO, PRÆDIctione qualicunque.

B ☞ *Gratitudinem hic erga vates pro beneficio accepto conſideramus. Sin Virtutis præmium merentis præſtantia perpendatur, ad Diſtributionem Officioſam pertinebunt.*

Pharao rex Ægypti, Ioſeph pro eo quòd ſomnium illi interpretatus fuerat, domus ſuæ gubernatorem conſtituit, & annonæ Ægyptiorum præfecit, ſibique excepto ſolio regio æquauit. Annulum de ſua detractum manu Ioſeph manui induit: byſſina veſte ornauit, collo torquem aureum aptauit, & currui imponens, vt ante eum proclamaretur, Genua flectite, voluit. Saphnatopaneæ, id eſt, repertoris occultorū nomen indidit, & Aſenatham Putiphare pontificis Heliopolitani filiam in matrimonium ei dedit. *Geneſis* 41.

Cyrvs maior, quòd in Eſaiæ libris, 200. antè & decem annis editis, nomen ſuum diſertè poſitum inuenit (Prophetæ carmen extat inter eius libros *cap.* 44 *&* 55. Volo Cyrum, quem multarum & magnarum gentium regem conſtitui, populum meum ad propria remittere, ibique mihi templum iterum ſuſcitari) prophetica prædictione lætatus, edicto teſtatus eſt, ſe Iudæos in patriam remittere, vt Deo templum reſtituerent, C cuius prouidentia multò priùs quàm naſceretur, fuiſſet rex conſtitutus. *Sab. l. 7. c. 8. ex* 1. *Eſdra* 1. *&* 3. *Eſdra* 2. *& Ioſeph. l. 11. c. 1. Antiq.*

Alexander Macedo, cùm Hieroſolymis eſſet, Danielis prophetæ multò ante defuncti oraculo cognito fore vt rex Græciæ Perſarum olim opes euerteret: certa ſpe victoriæ ex ea re percepta, Iaddum & cæteros ſacerdotes, per quos fatidicum carmen cognouit, ampliſſimis donauit muneribus: ipſi ciuitati permiſit, vt ſuis vteretur legibus, tributumque in ſeptem annos remiſit. *Ibidem.*

Cùm Daniel Nabuchodonoſori regi ſomnium, quod nemo alius Chaldæorum vel diuinare, vel explicare poterat, diuinitùs reuelatum declaraſſet: rex pronus Danielem accidit, & ferrum cum odoribus ei libari iuſſit, Deumque illius omnium deorum maximum confeſſus, multis magniſque muneribus donatum, aulæ ſuæ præfecit, eiuſque ſociis regionis præfecturas commiſit. *Dan.* 2.

Essenis Herodes, Antipatri F. Iudæorum rex, honorem ſummum ſemper habuit, propter Manahemi præſagium, qui eum adhuc puerum ludum literarium frequentantem regem D Iudæorum ſalutauit, & quale eius regnum futurum eſſet, prædixit. *Ioſeph. l. 15. c. 13.*

Cùm Populus Rom. peſtilentia laboraret, eſſétque reſponſum id accidere, quòd dij deſpicerentur: anxia vrbs fuit, quia non intelligeretur oraculum. Euenit autem, vt Circenſium die, puer de cœnaculo pompam ſupernè deſpiceret, & patri referret, quo ordine ſecreta ſacrorum in arca pilenti impoſita vidiſſet. Qui cùm rem geſtam Senatui nunciaſſet, placuit velari loca ea, quà pompa veheretur: atque ita peſte ſedata, puer qui ambiguitatem ſortis abſoluerat, togæ & prætextæ vſum, munus impetrauit. *Macrob. l. 1. Satur. c. 6.*

Vespasianvs ab exercitu Orientis Imp. electus, recordatus ſigna (multa enim ſibi contigerant imperium præmonſtrantia) & Ioſephi dicta, quibus eum Nerone viuo auſus fuerat appellare Imperatorem, admirabatur virum quem adhuc habebat in vinculis: aduocatoque Muciano cum amicis & rectoribus aliis, primùm quàm ſtrenuus fuiſſet Ioſephus, quantúmque Iotapatenis expugnandis propter eum laboraſſet, exponit: deinde vaticinationes eius, quas ipſe [illegible] picaretur eſſe figmenta: tempus autem [illegible], & rerum exitus probauiſſet. Tumque inhoneſtum eſſe ait, vt qui ſibi auguraſſet imperium, vocíſque Dei miniſter ac [illegible] titiſſet, adhuc captiui loco haberetur, fortunam [illegible] ſuſtineret aduerſam: vocatumque ad ſe Ioſephum ſolui [illegible]. Hoc autem facto, alij quidem rectores ex ea gratia quam alienigenæ retuliſſet, præclara etiam de ſe ſperanda eſſe arbitrabantur. [illegible] vero, qui cum patre aderat: Iuſtum eſt, inquit, pater, vna cum ferro, etiam probro Ioſephum ſolui: erit enim, [illegible] nec initiò vinctus ſit, ſi non diſſoluerimus, ſed [illegible] catenas. Nam id agi ſolet io his qui non rectè fuerint [illegible]. Eadem Veſpaſiano placebant. Et quidam interue[illegible] catenas adrupit. Ioſeph quidem pro his quæ præd[illegible], præmio famæ donatus, & de futuris iam dignus cui crederetur eſſet habitus eſt. *Ioſeph. l. 5. c. 13. Bel. Iud.*

Dionysivs Syracuſanus Helicorum Cyz[illegible] talento donauit, quòd Solis deliquium prædixiſſet. *Plut. in Dione.*

Armenvs quidam vaticinatus eſt, gloriam Mahometi per vniuerſum orbem propagandam. Propter hoc vaticinium Turci nulla ab Armenis mancipia abducunt. *Chalcon. l. 3.* F

MECHANICA INSTITVTIONE.

Scribit *Apoll. Argonaut.* 4. Iaſonem, quum in Illyricum appuliſſet, vt ab Hylæis nauigandi rationem edoceretur, dono illis dediſſe tripoda, cuius hoc fuerit fatum, vbicunque foret is, Ciuitatem nunquam hoſtibus ceſſuram in prædam. *Cal. 8. c. 15. Antiq. Lect.*

INSTITVTIONE PRACTICA.

Duodecim ſunt Perſarum tribus. In quacunque autem tribu quamplurimi fuerint viri ſumma peritia, fortitudine, fide, eius non præſens modò præfectus à ciuibus laudatur, honoreque afficitur, ſed etiam ille, qui eos, dum adhuc pueri eſſent, inſtituit. *Xenophon de Inſtit. Cyri l. 1.*

Cyrvs contra Aſtyagem Medum victoria potitus, mulierū aſtu, quæ detectis pudendis fugientibus occurrerant, lege cauit, vt vbi primùm Perſarum rex vrbem ingrederetur, mulieres quotquot adeſſent, ſingulos aūri numos à rege acciperent. Sed Ochus rex cùm vitiis aliis, tum auaritia præ cæteris inſignis, vrbem ſæpiùs circumuectus, nunquam eandem inire voluit: ne mulieribus congiarum moribus receptum impertiretur. At Macedo Alexander bis eam ciuitatem ingreſſus, toties quoque mulieribus erogati numos iuſſit. nec contentus, prægnantibus duplicari munus imperauit. *Plut. de Virt. mul.* G

CONCILIO BONO.

Phinevs rex Bithiniæ, ex Cleopatra Boreæ filios ſuſtulit, eaque repudiata aliam ſuperinduxit, cuius conſilio filios interfecit. Iupiter iratus, optionem ei dedit, vt vel moreretur, vel excæcaretur, cæcitatem ille elegit. Sol iratus; quod minus malum luminis ſui orbitatem morte iudicaſſet, harpyas aues rapaciſſimas ei immiſit, quæ cibus illius fœdarent atque raperent. Has poſtea ex Argonautarum numero Calais & Zethus Boreæ filij abegerunt, eò quod Phineus Argonautis rationem oſtendiſſet, Symplegadum euitandarum. Nam cùm interrogaſſet Argonautas, quanta celeritate Argo nauis ferretur: & illi reſpondiſſent, quanta columba volat: iuſſit in medias Symplegades columbam immitti: quòd ſi illa non comprehenderetur à coëuntibus ſcopulis, neque Argo periclitaturam. Columba immiſſa, cauda ſola fuit læſa, Sic & Argo ſubſecuta, extrema puppi tantùm confracta euaſit. *Euſtathius Odyſſ.* μ. H At *Diod. l. 4.* occiſum ſcribit Phineum.

Arbaces Mediæ præfectus, gratitudinis ergo Beleſum magnum, regni Medorum poſt Sardanapali interitum occupandi conſiliarium, Babylonis præfectum declarauit. *Sab. l. 2. Ennead. 5. ex Diodoro.*

Darivs Coën Mitylenæum, pro eo quòd conſilium dederat ratis in Iſtro non ſoluendæ (quæ res vnica Dario ſalutem peperit, ne à Scythis circumuentus trucidaretur) in Perſiam reuerſus, Mitylenæorum tyrannum conſtituit. *Herodotus lib. 5.*

Clavdivs Imp. Iudæis immunitatem conceſſit patriis viuendi moribus, ademptam illis antè per Caligulam: idque in gratiam Agrippæ regis, qui Claudiū à prætorianis electum, Senatus tamen auctoritate motum, decendenda eidem poteſtate dubitantem, confirmarat, & vt oblatum principatum conſeruaret, admonuerat. Claudius igitur Agrippam, præter ea quæ iam à Caio obtinuerat, Iudææ & Samariæ regem conſtituit. *Ioſeph. l. 19. c. 3. & 4.*

NVNCIO

A

NVNCIO FELICI.

Æſchines Athenienſis orator, mirum in modum fauens Philippo contra regem Perſarum. incredibili celeritate victoriam Athenienſium contra Bœotos nuncians, coronam publicè meruit *Volaterranus l.23.c.3. Anthropologiæ, ex Philoſtrati Sophiſtis.*

Cùm Græci, qui ad Salamina claſſem habebant contra Xerxem, fugam meditarentur, aduenit triremis transfuga virorum Teniorum, cui præerat Panætius Soſimenis, quæ claſſem ipſorum à Perſis circumdatam certò retulit. Cuius facti nomine, Tenij in tripode, qui Delphis dedicatus eſt, inter eos qui Barbarum debellarunt, ſcripti fuere. *Herod. libro 8.*

Lacedemon os perhibent ei, qui victoriam Mantinicam attulerat, præmio carnes ex conuiuio miſiſſe. *Plut. de Gloria Athen.*

Galbæ Icelus fuit libertus, qui ſeptimo die, vt Plutarchus ſcribit, ex vrbe in Hiſpaniam nauigauit, & Neronem occiſum nunciauit, quem ipſe mortuum vidiſſet, & Galbam Romæ Imperatorem appellatum.
B
Quibus ille lætus nunciis, Icelum aureis annulis donatum, equeſtri nomine Martianum vocauit, depoſitóque legati nomine Cæſaris appellationem recepit. *Sab. l.1. Enn.7.*

Rodolphvs comes Habſpurgenſis, ann. Chriſti 1275. Baſileam Rauracorum obſidebat, vt Stelliſerorum factionem (qui à Pſittacis vrbe eiecti erant) reduceret. Eum Germani principes nihil minus cogitantem Francofurti Calend. Octobris vnanimi conſenſu, propter inſignem virtutem ac pietatem (vrgente id maximè Moguntino Epiſcopo, quem olim Romam proficiſcentem in itinere comitatus, incolumem duxerat ac reduxerat) in regem Romanorum elegerunt. Electionis literas Baſilienſes Moguntini epiſcopi opera adepti, Rodulpho offerunt. Is felici nuncij ergo vrbem obſidione liberat. Eius rei fidem facit ſtatua, quæ adhuc Baſileæ extat prope interiorem portam D. Ioannis, in Burſa Leonina olim dicta: Rodolphus chlamydatus ſedet, ſiniſtra ſceptrum, dextra literas tenens. *Stumpfius.*

INDICIO, PRODITIONE QVALICVNQVE.

C

Poſteri Ioſeph cùm Bethel explorarent, hominem quendam conſpicati ex oppido egredientem, iuſſerunt, vt ſibi oppidi ingreſſum oſtenderet, ſeſe eius miſerturos. Paruit ille. Itaque oppido capto eum cum tota ſua cognatione incolumem dimiſerunt. Is in terram Hethæorum profectus, oppidum ædificauit. Luzamque nuncupauit (ſic enim Bethel priùs vocabatur) *Iudic. c.1.*

Davia rex, Ionathæ opera ſæpiùs ſeruatus (erat filius Ionathas Saul regis, quo nullus vnquam hominum fuit Dauid infeſtior) poſteaquam regno potitus eſt, Saul eiúſque filio Isboſeth mortuis, quæſiuit à Siba ſeruo domeſtico Saul, Num quis ex genere Saul ſupereſſet, cui propter Ionathan Saul F. ſummum ſuum amicum benefaceret. Siba indicauit ei, ſupereſſe Mephiboſeth Ionathan F. Eum ergo rex accerſiuit, & omnes agros Saul aui ei dono dedit, eúmque ad menſam ſuam ſemper cibum capere voluit. Sibæ quinetiam præcepit, vt cum ſuis filiis 15. & ſeruis 20. agros eos coleret, & fructus omnes Michæ Mephiboſeth. F. ad victum conferret.
D
2. Regum 9.

Cùm Bagathan & Chares eunuchi conſpiraſſent contra Artaxerxem Perſarum regem, Barnabazus alterius ſeruus, genere Iudæus, deprehenſas inſidias Mardochæo Iudæo patruo reginæ Eſther indicauit. Mardochæus per ipſam regi inſidiatores prodidit. Rex eo territus, veritatem per quæſtiones inuenit: & illis in crucem ſuffixis, Mardochæo tunc quidem pro ſalute ſua, quam ei debebat, præmij nihil perſoluit, tantùm nomen eius in commentarios ſuos referri iuſſit & annotari: ipſum verò verſari in regia, receptum inter amicos regis neceſſarios. *Eſther. 3. & Ioſephus l.11.c.6.* At pòſt cum quadam nocte inſomnis eſſet, nolens vigiliæ tempus perdere, iuſſit ſcribam allatis commentariis res tam à ſe, quàm à maioribus geſtas legere. Quò legente, intellexit quendam ob rem egregiè geſtam donatum amplius poſſeſſionibus in regione cuius nomen adſcriptum: alium ob fidem munera accepiſſe precij maximi. Tandem ventum eſt ad eum locum qui continebat Bagathan & Tharis eunuchorum coniurationem, Mardochæi Iu-
E
dæi detectam indicio. Quo lecto, cùm nullum adhuc ei præmium redditum cognouiſſet, mandauit, vt viſerent quiſnam amicorum adeſſet pro palatij foribus, ſibique renunciarent. Fortè autem Aman Amalechita aderat, regis ſummus amicus, qui ſolito citiùs venerat, rogaturus Mardochæi ſupplicium, infenſus ei quod ſe non adoraret. Iuſſit ergo eum intrò vocari, petijtque vt ſibi daret conſilium, quomodo poſſet honorare quendam ſibi admodum carum hominem. Tum Aman cogitans quamcunque ſententiam protuliſſet, in rem ſuam fore, quòd ipſe præ cæteris regi carus eſſet; indicauit ei quod putabat optimum his verbis: Si vis hominem, quem tibi ais dilectum, cumulare inſigni gloria, fac vt equo vehatur, veſtitus ſicut tu, & aureo torque ornatus: & vnus aliquis ex intimis tuis amicis præconis ſpecie præcedat, clamans per totam vrbem, quod ſic honorabitur quem rex honorare voluerit. Rex lætus: Ergo, inquit, vade, & ſumpto equo, veſte ac torque, Mardochæum Iudæum quære, & ſic ornatum equo inſidentem ipſe præcede, agens præconem interim, nam tu amicus es intimus, & conſilium quod dediſti exequêris optimè, debetur enim honor hic meæ vitæ conſeruatori. *Eſther 6. & Ioſephus l.11.c.6. Antiq.*
F

Fabulam quandam attigit Nicander in Theriacis, quæ apud antiquos circumferebatur, quòd ingrati Homines, ad quos ignem Promethus detulerat, furtum Promethei Ioui indicarunt. Pro qua accuſatione præmium perpetuam iuuentutem à Ioue impetrarunt. Hanc cùm aſello clitellario impoſuiſſent, aſinúſque graui ſiti in itinere laboraret, ad fontem quendam peruenit, vbi ſerpens ne ad aquam accederet, prohibuit, niſi priùs pacto pretio. Tum verò pactus eſt aſinus ſe quodcunque haberet eſſe daturum, ne ſiti periret. Inde ſenectutem exuunt, quotannis, ſerpentes, ac fiunt iuuenes. *Natal. Comes Mythol. lib.4. cap.6.*

Ceres Triptolemo & Eubuleo, Dyſaulis Athenienſis filiis, eò quòd ex illis primùm filiæ raptum cognouiſſet, magni muneris loco frugenta ſerendi rationem tradidit. *Pauſ. in Atticis.*

Rapta Helena à Theſeo, Tyndaridæ fratres repetierunt per legatos ſororem. Cùm reſpondiſſent ciues, neque penes ſe eſſe illam, neque vbi eſſet relicta, ſe ſcire: ad bellum conuerſi ſunt.
G
Verum aperit eis Academus, Aphidnæ eam abdi. Vnde cùm illi honorea viuo habiti ſunt à Tyndaridis, tum Lacedæmonij, qui ſæpiùs poſtmodum incurſauerunt Atticam, vniuerſóſque fines perpopulati ſunt. Academia abſtinuerunt, Academi cauſa. *Plut. in Theſeo.*

Cùm olim ad inueſtigandam Helenam à Theſeo raptam Tyndaridæ cum magnis copiis oram Atticam inuaſiſſent, & populos è ſedibus ſuis eiicerent, ignari, quonam loci ſubducta Helena eſſet: tunc Decelenſes (ſic tribus quædam apud Athenienſes vocatur) feruntur & vt quidam volunt, ipſe Deceleus, tum dolore damni, quod Theſeo fieret: tum metu totius Athenienſium ſoli, ne vaſtaretur, expoſuiſſe illis omnem rem geſtam, eóſque deduxiſſe Aphidnas, quas Titacus indigena Tyndaridis proderet. Quo ex facto Decelenſibus permanſit in Sparta immunitas vectigalium, & dignitas præſidendi: adeò quidem, vt bello, quod multis poſtea annis inter Athenienſes & Peloponnenſes geſtum eſt, Lacedæmonij, cùm cæteram Atticam popularentur, à Decela ſibi temperauerint. *Herod. libro 9.*

Lycvrgvs in oratione contra Leocratem ſcribit Athenienſes poſt Codri regis interitum, qui ſe bello Peloponneſiaco pro patria deuouerat, Cleomanti Delpho poſteriſque eius perpetuum in Prytaneo victum decreuiſſe publicum, quòd occultum ſibi oraculum, vnde victoriam illam de Doribus peperetant, indicaſſet.
H

Detecta Aquiliorum proditione, eáque punita, P. Val. Poplicola de Vindicio ſeruo Aquiliorum, qui eam detexerat, tulit ad populum, vt primus iſte libertus ciuitate donaretur, & ſuffragium, in qua vellet adſcriptus tribu ferret. Aliis libertis ſerò diúque poſt per ambitionem popularem Appius ſuffragij ferendi ius dedit. Atque ex huius nomine Vindicij, qui ſolida libertate fuit donatus, dicitur vindicta manumiſſus. *Plut. in Poplicola.*

C. Fabricio conſuli quidam epiſtolam in caſtra attulit, quã regis medicus ſcripſerat. offerens, ſi præmium ſibi, quòd bellũ citra vllum diſcrimen ſuſtuliſſet, oſtenderetur à Romanis veneno ſe regem Pyrrhum necaturum. Cuius ſcelus Fabricius auerſatus per literas Pyrrhum monuit, vt caueret inſidias.

A Pyrrhus perlecta epiſtola, deprehenſiſque inſidiis, medicum
affecit ſupplicio, Fabricio & pop. Rom. gratiæ referendæ cau-
ſa gratis captiuos donauit, ac Cineam ex integro, ad pacem ſi-
bi peragendam miſit. Enim verò pop. Rom. nec in gratiæ par-
tem, nec in mercedis, quòd in ſcelus in ipſum committendum
non conſenſiſſet, illos recipere ſuſtinuit gratuitò: ſed totidem
Tarentinos & Samnites eis liberos remiſit. Pacis autem &
amicitiæ non admiſit mentionem, quam cum armis exercitum
nauibus quas adduxerat, impoſuiſſet, atque in Epirum abſceſ-
ſiſſet. *Plut. in Pyrrho, Gell. l. 3. c. 8. Cicero 1. Officior.*

Hiſpalæ Feceniæ & Ebutio, ob iudicatam Bacchanaliorum
ſacrorum turpitudinem, præmia data fuerunt à Rom. ſingulis
centena millia æris ex publico. Additum, vt Hiſpala ingenuo
nuberet, nec fortuna aut quòd quæſtum corpore feciſſet, apud
virum noxæ illi eſſet, nec apud quenquam, quod ipſius indicio
fuiſſet in plures animaduerſum: vt Ebutio emerita ſtipendia
eſſent, nec inuitus militaret. *Sab. l. 7. Enn. 5.*

Attena Volſcorum vrbe à Rom. capta, arx quò ſe plurimi
receperant, aliquot dies circumſeſſa, ſerui cuiuſdam proditio-
B ne occupata eſt. Proditori præter libertatem duarum familia-
rum bona in præmium à Rom. data. Ipſe Seruius Romanus
vocitatus. *Sab l. 7. En. 3.*

Latini poſt cladem ad Regillum lacum acceptam non ſo-
lùm arma, ſed eos quoque qui ſe ad ea recipienda hortarentur,
vehementer oderat: eáque ita effecit, vt Volſcorum legatos
iniectis vinculis Romam, cum Indicio eorum quæ à Volſcis
pararentur, ad Conſules, & Senatum miſerint. Id adeò fuit
Rom. gratum, vt captiuorum ſex millia ad Regillum lacum ca-
pta, Latini nominis vrbibus remiſerint, ac tum demum de fœ-
dere cum ipſa gente renouando, quod ad id tempus fuerat ne-
gatum, vt Liuius ait, ad magiſtratus reiecerint. *Sabell. libro* 8.
Enn. 2.

Caivs Agrippæ, ob indicatam Herodis Antipæ defectio-
nem, Tetrarchiam eius donat. *Ioſephus.*

Antonia in magno honore habita eſt apud Tiberium, vel
propter affinitatem, quod Druſi fratris vxor fuerat: vel pro-
pter continentiam, quod florente etiam tum ætate viduæ recu-
ſarit alteras nuptias, licèt hortante Auguſto ad iterandum con-
iugium, in eóque vitæ genere omnem cauerit infamiam. Huc
accedebat priuatum beneficium, quo maximè deuinxerat ho-
C minem. Cùm enim res nouas contra eum moliretur Seianus
amicorum vnus, vir valde potens propter præfecturam præto-
rianorum militum, conſpicantibus multis ſeruatoribus & li-
beris Cæſaris, & viris militaribus, tantum illi conflatum erat
periculum, vt minimum quin opprimeretur, abfuerit. At An-
tonia quum primùm intellexit inſidias compoſitas in princi-
pem, rem totam ei perſcripſit accuratiſſimè, traditíſque literis
Palanti ſeruorum ſuorum fidiſſimo, miſit eum Capreas ad Ti-
berium. Quibus ille cognitis, Seianum occidit, & ſocios con-
ſilij: Antoniæque iam antè habitæ in precio, maiorem etiam in
poſterum fidem habuit per omnia. *Ioſeph. lib. 18 c. 8. Antiq.*

L. Otho pater Syluij Othonis Imp. in Illyrico milites quoſ-
dam, quod motu Camilli ex pœnitentia præpóſitos ſuos, quaſi
defectionis aduerſus Claudium auctores, occiderant, capite
puniuit. Quo facto, ſicut gloriam auxit, ita gratiam minuit:
quam tamen maturè recuperauit, detecta equitis Rom fraude,
quam prodentibus ſeruis necem Claudio parare compererat.
Namque & Senatus honore rariſſimo, ſtatua in palatio poſita,
proſecutus eſt eum: & Claudius allectum inter patritios col-
laudans ampliſſimis verbis, hæc quoque adiecit: Vir, quo me-
D liores liberos habere ne opto quidem. *Suet.*

Dux Venetorum Marinus Faletrus tyrannidem affectans,
Beltrandum quendam conſpirationis comitem adſciuerat, ſe-
xagintáque plebeis hominibus præfecerat, qui præſcripta die
in curiam venientes, campani æris ſonitu coacti, patricios om-
nes necarent. Beltrandus, pridiè quàm res patraretur, ad Ni-
colaum Leonem patricium & compatrem ſuum hoc facinus
detulit, ſine pœnitentia ſiue ſpe maioris præmij. Leo diligen-
tiùs Beltrando domi aſſeruato, aliquot ſanguinis patricij vi-
ros in priuatam ædem cogit: rêque planè patefacta per indicem
Decemuirum conſilium vocat noctu. Rei conſcij ſupplicio ſta-
tim affecti ſumma luce dux conuictus ſceleris, dignitate pri-
mùm eſt priuatus, mox & ceruices illi abſciſſæ. Veneti Bel-
trando indici primùm veniam tribuunt: inde donec vixerit,
millenis aureis annuis donant, ædéſque illi Marini Faletri du-
cis ad Apoſtolorum fanum dono dant, & (quod ampliſſimum
erat) cum ſuis hæredibus in patritium ordinem eſt adſcitus.

Cæterùm dum quadam animi peruicacia, faſtúque patres vt E
ingratos paſſim accuſaret, ſæpè admonitus, ne ab incepto de-
ſiſteret, in exilium relegatur. Qui dum locum non ſeruat præ-
ſcriptum Illyriúmque frequentius oberrat, tandem interfectus
obiit. *Egnat. l. 3. c. 4. Exemp.*

Albergertvs Cortuſius Patauinus, cuius maiores bis à
Cararienſibus principibus ſpoliati fuerant, Marſilij Cararien-
ſis, Franciſci F. conatum de recuperando principatu cum con-
iuratis ſuſceptum primus Venetis detexit, anno M. CCC. XXXV.
eoque nomine immunitate vectigalium perpetua donatus,
Bern. Scard. l. 5. claſſe 13. Pat. hiſt.

PRO PVDORIS DEFENSIONE.

Aristomenes Meſſenius, victis Lacedæmoniis, & quodam
tempore nocturna ſacra celebrantibus, quæ vocabantur Hya-
cinthina, rapuit de choris ludentium virgines quindecim, &
tota nocte gradu concito fugiens, exceſſit de finibus Sparta-
norum. Quumque eas comites vellent violare, monuit, quan- F
tum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quoſdam non
parentes interfecit, cæteris metu coërcitis. Redemptæ poſtea à
cognatis Puellæ, cùm Ariſtomenem viderent cædis reum fieri,
tam diu ad patriam non ſunt reuerſæ, quam diu iudicum ad-
uolutæ genibus, defenſorem pudicitiæ ſuæ cernerent abſolu-
tum. *Lud. Viues de Chriſt. fem. l. 1. ex Pauſania in Meſſ.*

GRATITVDO PRO BENEFICIIS, collatis, quæ Corpori profuerunt.

Grati pro

EDVCATIONE, NVTRICATIONE.

Grati Alumni erga Nutri-
ces, Altores.

☞ *Conſule Tit. Fidei erga parentes: qua continet ϑρέπτρια pa-
rentibus propter educationem debita. Item Tit.
Mirabiliter conſeruati.*

Cyrvs quamuis ſe Cambyſis Perſæ & Mandanes filiæ
Aſtyagis regis Medorum filium eſſe reſciuiſſet, ſuam tamen al-
tricem Spacio (Græci Cyno vocant: vnde fabulæ initium, quòd G
à cane fuerit nutritus) Mithridatis regij bubulci vxorem in
tanto honore ſemper habuit, vt ſemper in eius ſermone eſſet
Cyno *Herod. l. 1.*

Romvlvs & Remvs cùm expoſiti ad Tiberim eſſent, & à
lupa victum accepiſſent, eius beneficij memores Lupæ ſimula-
lacrum Romæ poſuerunt. *Plin. & Liuius.*

Henricvs II. Imp. in literarum ſtudio à teneris educatus in
oppidò Saxoniæ Hildesheim Epiſcopatum ibi inſtituit, dona-
riíſque & cenſibus decorauit. *Cuſpin.*

Scotorum pueri altores atque nutrices, eorundémque libe-
ros, haud ſecus ac parentes germanoſque adamant. *Hector.
Boeth. lib. 2.*

ALIMENTIS QVIBVSLIBET.

Cùm maxima ſiccitas omnem ferè orbem præter Ægyptum
peruaſiſſet, ex qua ingens frugum hominúmque pernicies
ſecuta eſt, attuliſſe ex Ægypto dicunt Erechtheum, propter
cognationem, Athenienſibus frumentum: obque id bene-
ficium eis regem conſtitutum, qui ſumpto regno docuerit
eos cæremonias ac myſteria Cereris Eleuſinæ ab Egyptiis
tranſlata. Eam quoque deam tunc Athenas frumenta com- H
portaſſe dicunt, & ſerere denuò triticum docuiſſe. *Diod. lib. 1.
capite 2.*

Artaxerxi regi Parſarum in prælio contra Cyrum fratrem
vulnerato, tantùm non ſiti enecto eunuchus Saribarzanes cir-
cumcurſitans potum inueſtigauit. Quippe erât locus ille ſitiens
& procul diſtabant caſtra. Tandem incidit in vnum ex Gau-
niis Caribus egenis, qui ſordido in vtriculo aquam putridam
& vitioſam habebat ad octo heminas, Hunc arripit, atque ad
regem portat. Cùm totum exhauſiſſet rex, quæſiuit de eo,
Numne magnam nauſeam mouiſſet ei potus? Ille per deos iu-
rauit, nec vinum vnquam iucundius ſe potaſſe, nec aquam vel
leuiſſimam & limpidiſſimam. Itaque ſi minus ego inquit, ho-
minem, qui eam tibi dedit, inuenire, vt parem referam ei gra-
tiam, valeam: deos precor, vt beatum & opulentum efficiam.
Pòſt in regno confirmatus, Caunium hunc ex obſcuro & ino-
pe celebrem reddidit & lautum. *Plut. in Artax.*

Idem cùm à Sinæta ruſtico volam aquæ ex Cyro flumine
hauſtæ dono accepiſſet (nec enim aliud habebat infimæ ſortis
homo quo patrio more regem honorare poſſet,) ea re dele-
ctatus

A ſtatus rex: ego, inquit, ô homo, grato animo munus tuum accipio, & in pretioſiſſimis numero. Hæc locutus mandauit ſpadonibus, vt munus in auream phialam reciperent. Mox cum in diuerſorium venit, miſit homini ſtolam Perſicam, & phialam auream, & mille Daricos, ſimulque ferentem ea dicere iuſſit: Viſum eſt regi, vt hoc auro tuum animum oblectes & exhilares quoniam ipſius quoque mentem voluptate affeciſti, qui non indonatum neque inhonoratum præterire paſſus ſis: ſed quemadmodum neceſſitas patiebatur, ita ſis veneratus. *Ælian. l. 1. Var. hiſt.*

Polyb. Megalop. lib. Hiſt. 15 Cùm Philippus, inquit, Perſei pater Aſiam percurreret, annonaque militibus eius deficiſſet, à magnetibus victum, quia aliunde non haberet, popoſcit, à quibus ficus accepit. Quamobrem cum Myuntem poſtea cepiſſet, regionem Magnetibus ficuum cauſa donauit. *Athen. l. 3. c. 3.*

Serapion puer ex Alexandria Ægypti Olymp. ccxvi. ad ludos Olympicos profectus, cum ſummam annonæ caritatem eſſe audiuiſſet, magnum frumenti numerum Elidem ſupportandum curauit. Ei igitur tum gratitudinis ergo tum victoriæ B Elei in gymnaſio ſtatuam pugilis pueri dedicauere. *Pauſan. l. 6.*

Manivs Martivs, & Tr. Sbivs ædiles, quòd in ſumma caritate frumentum Pop. Rom. in modios aſſibus dedère, commeatuſque inuexère, ſtatuas in Capitolio & palatio cum titulis honorem meruère. *Alex. ab Alex. l. 4. c. 3.*

M. Brvtvs, Dyrrachio Apolloniam contendens, in magnum diſcrimen ex fame canina venit. Nix alta erat: & qui commeatus portabant, nemo ſequebatur. Cùm igitur ille animo deficeret & animam ageret, neceſſariò milites ad muros accurrerunt, panem poſtulatum ab hoſtibus, qui illic ſtationem agebant, quo ſtatim accepto Brutum refecerunt Qua de cauſa vrbe potitus clementer habuit omnes. *Plut. l. 6. Quæſt. con. 8.*

Agrippa Magnvs Herodis nepos, rex Iudæorum: cum in priuata fortuna Romæ eſſet, & eum propter falſas ſuſpiciones Tiberius careeris ante palatium ad arborem vinciri iuſſiſſet, vt inde in carcerem duceretur: in eo loco propter Solis ardorem, animique moleſtiam magna ſiti torquebatur. Ea cum prætereuntem Thaumaſtum vidiſſet. Caij ſeruum, aquæ prægelidæ C vas ferentem, orauit vt bibere ſe ſineret. Quod ille cùm amanter feciſſet, dixit Agrippa, ſe pro ipſa re gratiam aliquando ei relaturum Haud multò pòſt igitur Tiberio Caius in principatu ſucceſſit: à quo Agrippa, qui in eius contemptum captus fuerat, liberatus, atque in Iudæa rex conſtitutus fuit: qui tunc à Caio impetrauit, vt eius precibus Thaumaſtus liberaretur. Itaque poſtea ſuorum numero acceptum regni procuratorem fecit: morienſque teſtamento cauit, vt vxor ac liberi eodem apud ſe loco Thaumaſtum retinerent. *Fulg. l. 5. c. 2. ex Ioſepho l. 18. c. 8. Antiq.*

Cauſam dicebat apud C. Iul. Cæſarem ex veteranis quidam paulò violentior aduerſus vicinos ſuos, & cauſa premebatur: Tum, Meminiſti (inquit) Imp. in Hiſpania talum te torſiſſe circa Sucronem? Cùm Cæſar meminiſſe ſe dixiſſet: Meminiſti ſub quadam arbore minimum vmbræ ſpargente, cùm velles reſidere feruentiſſimo Sole, & eſſet aſperrimus locus, in quo ex rupibus acutis vnica illa arbor eruperat, quendam ex commilitonibus penulam ſuam ſubſtrauiſſe: cum dixiſſet Cæſar, Quid ni meminerim? & quidem ſiti confectus, qui impeditus ire ad D fontem proximum non poteram, repere manibus volebam, niſi ille homo fortis ac ſtrenuus aquam mihi in galea ſua attuliſſet. Tum ille: Potes ergo, Imp. agnoſcere illum hominem, aut galeam? Cæſar ait, ſe non poſſe galeam agnoſcere, hominem certè poſſe: & adiecit, iratus quòd ſe à cognitione media ad veterem fabulam abduceret: Tu vtique non ille es. At reus Meritò (inquit) Cæſar me non agnoſcis. Nam cum hoc factum eſt, integer eram poſtea ad Mundam in acie oculus mihi effoſſus eſt, & de capite electa & eruta oſſa. Nec galeam illam ſi videres agnoſceres, machæra enim Hiſpana diuiſa eſt. Itaque vetuit Cæſar, illi exhiberi negotium, & agellos, in quibus vicinalis via cauſa rixæ ac litium fuerat, militi ſuo donauit. *P. Ærod. ex Sen. l. 5 de Benef.*

HOSPITALITATE.

Ex S. Scriptvra.

Propter hoſpitalitatem, quam præſtiterunt Ægyptij iam olim Iſraëlitis, cùm in Ægypto peregrini eſſent, tertiam progeniem ab Ægyptiis deſcendentem in ciuitatem recipi poſſe Dominus per Moyſen affirmat: cum Ammonitarum & Moabitarum E ne decimam quidem progeniem ſuſcipere poſſent, eò quòd hi egreſſis ex Ægypto nullum hoſpitalitatis munus exhibuiſſent.

Cùm Ioſue Iudæorum iudex (ea ſcilicet ſuprema dignitas erat) vrbem Hierichorum in poteſtatem redegiſſet, & ita à Deo iuſſus non vrbem ſolùm euertiſſet, ſed accolas quoque omnes peremiſſet: non Rachab Cananæam feminam ſolam, verùm omnes quoque alios quos ipſa domi receperat, incolumes ſeruauit. Miſſos enim à Ioſue exploratores, quos rex Hiericho vt perderet, inſectabatur, domi Cananæa texerat, ita vt regis iram euaderent. Neque verò Ioſue ſatis duxit Cananæam ſeruare, & Salomoni vni ex principibus Iuda (ex cuius deinde ſemine Chriſtus ortus eſt) matrimonio iungere, agros quoque vnde viueret, ac pecuniam large dedit: quanquam à Deo iuſſus erat omnes quos in Hiericho inuenisset, occidere neque enim crimen à ſe admitti arbitratus eſt, ſi vt in tali re gratus eſſet, diuinum imperium tranſgreſſus videretur, in quo non peccaſſe eum, res ipſa oſtendit. Si quidem Deus qui voluntatis ſuæ F tranſgreſſores grauiter caſtigare ſolebat, in Ioſue nihil animaduertit. *Fulgoſ. l. 5. c. 2. ex Ioſue c. 6.*

Savl rex, Samuelis prophetæ iuſſu Amalechitas exciſurus, vt qui ccc. ante annis Iſraelitas ex Ægypto egreſſos infeſtaſſent in itinere: Cenæos Sichemitas, qui in medio Madianitarum habitabant, & ſeſe humanos erga Iſraëlitas præbuerant, præmonuit, vt ab Amalechitis funditùs excindendis diſcederent, ne vnà cum illis perirent. 1. *Reg.* 15.

Elias Thesbites propheta à vidua Sareptana hoſpitio ſuſceptus, cùm illa ſibi petenti panem quem vnicum habebat, eóque abſumpto certam mortem ſibi filioque ſuo inſtare videbat, dediſſet: à Domino precibus impetrauit, vt cadus farinæ, & olei lecythus nunquam deficeret, quoad fames grauiſſima, quæ triennium integrum durauerat, ceſſauit. Filium quinetiam illius paruulum morbo exanimatum vitæ reſtituit. 3. *Reg. cap.* 17. Epiphanius Ionam prophetam hunc filium fuiſſe ait.

Elisævs propheta hoſpitio ſuſceptus Sunæ à muliere locuplete, quæ ſterilis erat, eam anno vertente filium parituram prædixit. Filius cùm die quodam ad meſſores egreſſus in febrem ardentem incidiſſet, in matris gremio extinctus eſt. Sunamitis in montem Carmelum ad Eliſæum profecta, rem ei indicauit Propheta eam comitatus, filium in vitam reuocauit. G 4. *Regum* 4.

David rex moriens, Salomoni F. præcepit, vti Berzellæi Galaaditæ natos in numerum ſuorum conuictorum reciperet, eò quòd ſibi Abſalonem filium fugienti ſubueniſſent. 3. *Reg. cap.* 2.

Pavlvs Apoſtolus Melitenſium plurimos, à quibus naufragus cum ſocijs humaniter exceptus fuerat, à grauiſſimis liberauit morbis, & inter eos Publij inſulanorum principis patrem à torminibus. *Act.* 28.

HISTORICA.

Nelevs, cùm Herculem hoſpitio recipere nollet, omneſque cæteri filij pedibus in parentis ſententiam irent ſolus Neſtor non conſenſit. Hercules autem, cùm capta iam ciuitate, Neleum vnà cum reliquis filiis interfeciſſet; tanti beneficij memor: Neſtori non ſolùm pepercit, verum etiam auitum ei regnum gubernandum tradidit. Vnde etiam Athenienſes publicè gratiam Herculis poſteris retulerunt (quoniam ſtirpis illorum auctor de Theſeo bene meritus fuerat) cùm deducerent H eos in Peloponneſum. *Ælian. l. 4. de Var. hiſt.*

Homervs in poëſi ſua, omnibus iis à quibus beneficia accepit, abundantiſſimè gratiam retulit. Namque cùm Mentis Leucadij mercatoris liberalitate peregrinari potuiſſet, eum in Odyſſea regem Taphiorum facit. Mentora Ithacenſem, à quo hoſpitio fuerat ſuſceptus, cùm Ithacæ ex oculis laboraret, Vlyſſis fingit ſocium, cuius fidei Vlyſſes Troiam nauigans, tanquam viro æquiſſimo, familiam domumque totam commiſerit. Phemium præceptorem & altorem ſuum (vitricum vt, aliquibus videtur) in Odyſſea muſicum & poëtam præſtantiſſimum introducit, qui Penelopes caſtum animum pudicis verſibus in officio continebat. Tychium coriarium quoque, cuius hoſpitio ad Nouum murum fuerat vſus celebrat in Iliade, quòd Aiacis ſcutum ex corio confecerit. *Herod.*

Meſſenij duce Ariſtomene, eiecti ex Era monte Lacedæmoniis, ab Arcadibus liberaliter & benignè ſuſcepti fuère. Extorres tamen, & variis caſibus per ccxxxvii. annos agitati

A tandem poſt Leuctricam Lacedæmoniorum cladem ab Epaminonda ſedibus ſuis, reſtitui: cùm Cleomenes Spartanus Megalopolin Arcadiæ occupaſſet, quicunque cum Philopœmene Craugidis F. effugere, eos Meſſenij gratitudinis ergò liberaliter accepêre. Sic nunquam perit gratia. Viciſſim cùm Nabis Lacedæmoniorum tyrannus Meſſenem noctu occupaſſet, Philopœmen & Megalopolitani tyrannum cedere coëgerunt. *Pauſ. in Meſſ.*

Lacedemonij cum Peloponneſiis cæterorumque ſociorum præſidio ſecunda expeditione in Attica irrumpunt, villas vbique vaſtant, incendiis ædificia euertunt, ea tantummodo parte intacta, quæ Tetrapolis appellatur: ab huius violatione abſtinuêre, proauos ſuos eius loci habitaculis & hoſpitio exceptos olim, & Eurystheum inde bello adortos ſuperaſſe audiuerant. Æquum namque videbatur his qui maiores ſuos beneficiis affecerant, pares ab nepotibus eorum gratias referri. *Diod. lib.* 12.

Cùm Thebani exules, Pelopidas, Pherenicus, Melon, Damoclides, qui Lacedæmoniorum tyrannidem ferre non poterant, Athenas confugiſſent: Lacedæmonij Athenienſibus imperauerunt, ne reciperent exules, neue eos concitarent: ſed B tanquam à ſocris declaratores communes hoſtes exterminarent. Verùm Athenienſes cum inueterata ſua & genuina humanitate, tum vt gratias referrent Thebanis (qui Thraſybulum cum exulibus Athenienſibus imprimis ad reditum in patriam adiuuerant ſciuerantque, ſi quis Athenienſium arma per Bœotiam aduerſus xxx. tyrannos ferret, neminem id audire aut videre Thebanorum) omnem iniuriam ab iis abſtinuerunt: futurum aliquando rati, vt ſicut Thraſybulus ex Thebis erumpens obtruncarat Athenienſium tyrannos, ita vt ipſi quoque mouentes ex Athenis Thebas in libertatem aſſererent. *Plut. in Pelopid.*

Crœsvs Lydorum, rex, cùm audiuiſſet legatos ſuos, quos Delphos miſerat, comiter ab Alcmæone Athenienſi exceptos fuiſſe: hominem accerſit: & vbi aduenit, tanto eum donauit auro, quanto ſemel corpore ſuo ferre poſſet. *Herod. l.* 6.

Pythivs Athys F. Lydus genere, cùm argenti duo millia talentûm auri quadragies centena milla numûm Daricorum, ſeptem millibus minus poſſideret: Xerxi illac tranſeunti contra C Græcos, ea omnia dono obtulit, ſibi è mancipiis atque agricolis victum ſuppetere dictitans: & totum illius exercitum hoſpitio excepit. Xerxes rex & opulentiam & liberalitatem hominis admiratus, gratias egit, eumque hoſpitem ſuum fecit: & ne quadragies centena millia imperfecta eſſent, ſeptem millia in ſupplementum de ſuo addi voluit. *Herod. lib. 7. & Plin. l. 33. c.* 10.

Phillippvs Macedonum rex, cùm Thebis obſes eſſet, Philonis Thebani hoſpitio vſus eſt, multiſque inſuper ab eo beneficiis affectus. Is quum viciſſim à Philippo nihil muneris vellet accipere: Ne me, inquit Philippus, beneficientia ſuperatum hac laude ſpolies, quòd hactenus à nemine beneficiis victus fuerim. O animum imperio dignum! Pulchrius exiſtimauit, benefaciendo, quàm potentia vincere, *Plut. in Apoph. Reg. & Impp.*

Alexandar Magnvs captis Thebis hoſpites patria ſui Philippi (apud eos enim obſes adhuc puer egerat) eorumque cognatos incolumes ſeruauit, reliquis captis aut trucidatis. D *Æl. l.* 13. *Val. Hiſt.*

Cassander Mantineæ ſumma nobilitate & auctoritate, fortunæ fluctibus domo profugus Megalopolim ſe contulit: potiſſimùm Cauſis gratia patris Philopœmenis, viri cum omni præfulgentis gloria, tum verò priuatim ei familiaritate coniuncti. Ab hoc eſt ſuperſtite cultus omni genere officiorum. Quo mortuo, vt vices rependeret illi hoſpitalitatis, filium eius orbum educauit: quo modo Phœnicis ait Homerus fuiſſe Achilem alumnum, vnde generoſis & regis à teneris vſque vnguiculis conformatus fuit, & adoleuit moribus, *Plut. in Philop. vita.*

Minvtivs magiſter equitum (cui ſecundo bello Punico æquatum eſt cum Dictatore imperium) temerè in Pœnorum inſidias præcipitatus eſt, circumuentúſque ab hoſte cum dimidio copiarum. Erat haud dubiè locum ipſum Rom. clade ante Cannas nobilitaturus. Cæterum Q. Fabij Maximi Dictatoris, à quo diſſentiebat in adminiſtrando bello, celeri occurſu imminenti periculo ſubtractus, haud ineptè ad infamiam diluendam gratitudinem temeritati prætexuit, vltróque Dictatori imperium reſtitui, Patrémque appellauit: fuit præterea ſuis auctor, vt Patronum militari clamore ſalutatum aurea corona donarent, E *Sab. l. 7. c. 1. ex Val. l. 5. c.* 2.

Romanos, memoriæ proditum eſt, aduerſum Acarnanes liberalitate non mediocri vſos in referenda gratia, poſt multa etiam ſecula: quod illi Æneam auctorem & vrbis & generis, extorrem patria, profugumque ad Acarnaniæ oras diuertentem eum claſſe portubus hoſpitioque benignè excepiſſent. Itaque eam ob cauſam donati ſunt Acarnanes Leucade & Anactorio, quæ oppida Romanus exercitus Corinthiis ademerat. *Pont. c. 34. de Liberal.*

Captis Veiis, pop. Rom. delecta decima ſpoliorum parte aureum craterem Apollini Delphico dedicauit. Legati à Liparæis prædonibus capti in Liparam abducuntur. Timaſitheus Liparæorum dux legatos liberauit. Illi cratere in medio templi Delphici depoſito, Romam reuerſi ſunt. Romani audito Timaſithei beneficio, publicum ei hoſpitium Romæ conceſſerunt: & cùm poſt annos cxxxvii. Liparam inuaſiſſent, quicunque ex Carthaginenſibus ad Timaſitheum genus ſuum referrent, omnes eos ab omni cenſu & tributo immunes libertate donauerunt. *Diod. l.* 14.

L. Svlla, cùm Præneſte oppidum armis cepiſſet, decreuiſſetque quicquid erat ciuium trucidare, hoſpitem ſuum iuſſit excipi: hoc beneficio penſare volens hoſpitij communicati gratiam. At ille contrà liberè: Nolo, inquit, patriæ meæ extinctori debere vitam. Simulque turbæ ad finem ciuium ſeſe admiſcuit, F & cum illis trucidatus eſt. *Eraſ. l. 6. Apoph. ex Plut.*

Martianus, cùm adhuc in priuata fortuna eques, in Lycia à Tatiano & Iulio fratribus, apud quos hoſpitio ſuſceptus erat, grauiter laborans, ingentia beneficia accepiſſet, & inde profecturus, mutua quoque pecunia adiutus eſſet, (hæc enim reuerentia in eum moti præſtiterant, quòd dormienti per æſtatem in agro, aquilam in aëre leniter ſe mouentem, patentibus alis ſolem auertere viderant) vt ad imperium euectus eſt, omnibus poſtpoſitis Lycios ipſos fratres vocari iuſſit: alteróque Illyrico, altero Conſtantinopoli præfecto, datis aliis quoque muneribus, in tam ſublimem euectus gradum, beneficiorum quæ in parua fortuna acceperat, non ſe oblitum eſſe oſtendit. *Fulg. & Egnat. l. 3. c.* 2.

Baſilius Macedo, antequam Imp. fieret, comitatus erat Theophilum dominum ſuum in Achaiam: ibíque ob aduerſam valetudinem reiectus, à Danielide muliere primaria diligenter curatus, ampliſque donis affectus fuit: nihil ab ipſo requirente, quàm vt cum Ioanne filio ſuo ſpiritualem fratris neceſſitudinem contraheret. Quo impetrato, Baſilio enarrat, quid à monacho de ipſius futura dignitate Imperatoria audiuerit, orans, G vt ſibi liberiſque ſuis benignus & clemens eſſe velit. Id quod Baſilius factus Imp. diligenter præſtitit. Eum enim protoſpatharij dignitate ſummaque poteſtate auxit. Danielidem etiam annum ad ſe vocauit. Hæc cùm equo vehi nequiret, in lectica recubuit, eámque ccc. iuuenibus robuſtis alternis vicibus geſtandum mandauit: ac porrò honorificè tractatam & donatam domum remiſit. *Cedrenus.*

Balduinus I Hieroſolymorum rex in Arabiam duxit: quàm à ſolitudine vindicabant incolæ vagi, tabernacula circumferentes. Inde ingentem vim armentorum abegit, hominumque promiſcuè omnis generis, ætatiſque. In his erat cuiuſdam Phylarchi vxor grauida: quæ inter cæteros captiuos camelo impoſita, cùm in præpropero Latinorum reditu, coorta maturitate partus doloribus deficere videretur: rex recurrens, deponi eam, ex ſpoliiſque hoſtium ſubſterni veſtimenta iuſſit, amiculóque ſuo eam operuit, abiitque, remanere cum domina ſeruo iuſſo, ac quadam ex captiuarum grege, quæ obſtetricis munere fungeretur: ſimul camelo fœta ad infantem eo lacte alendum relicta, aquaque in vtre, ac fructibus in ſportula agreſtibus ad puerperam ſuſtentandam, reliquum iter confecit. H Phylarchus, qui fugerat, recepto animo, contractiſque popularibus, prædones inſequebatur, & prædam cæteram & vxorem recuperaturus: in medio itinere reperit vxorem, infantemque natum, ac ancillam vtrique miniſtrantem. Admiratione gaudioque repentino ſubſtitit: tamque grato animo factum Latini regis accepit, vt clandeſtinum fœdus cum rege percuſſerit, cumulatiorem gratiam ſuo tempore relaturus. Nec defuit occaſio. Balduinus enim in Rhamulenſium vrbe cóclusus erat, eam poſtridie Ægyptiis victoribus aggreſſuris, certa expugnandi ſpe. Phylarchus Arabs, noctu fide clàm data acceptaque in vrbem receptus, Balduinum clàm in tutum reduxit. Qui cùm iam à ſuis pro mortuo deploratus eſſet, repentè ſuperueniens,

A perueniens, mira lætitia omnes affecit: tantamque alacritatem infudit, vt congreſſus rurſus cum hoſte, ingentem victoriam reportarit. *Æmil. lib. 5.*

Eandem hiſtoriam ſuprà etiam habes ex *Fulgoſo & Egnatio Tit. Gratitudinis impenſa hominibus, in fine.*

MANSOR, Marocci Atlantici rex & pontifex, in venatione ventorum & tempeſtatum turbine in auia à comitibus diſtractus, nocte iam ingruente, tugurium Piſcatoris anguillas captantis in proximis paludibus ſubiit. A quo, diſſimulato habitu, benignè exceptus, cùm inter colloquia piſcator Manſoris regis commendaſſet pietatem, felicitatem & tranquillitatem imperij, atque etiam hœdum, ſuarum diuitiarum ſummam hoſpiti mactaſſet, factoque mane eum per cœnoſæ paludis voragines ad ſuos incolumem deduxiſſet: rex hominis hoſpitalitate delectatus, vicinas arces, & palatia ei dono data mœnibus cinxit: ' enſin autem nôui huius domini premia tantum creuit, vt quadringentas familias nobiliſſimas habuerit. Oppidum ipſum Cæſar Elcahir, hoc eſt, Regium palatium appellatum fuit. *Ioan. Leo lib. 3 c. 27. de Africa.*

CONRADVS Imp. in venatione ceruum in ſequendo à ſatellitibus longiùs recedens, & in multam noctem oberrans, fortè in Gulielmum incidit plebanum in Caraenhuſen. Is perbe- B nignè Imperatorem accepit, & pro ſua tenuitate tractauit. Iuſſus autem ab hoſpite ſplendido aliquid petere, corrigiam de ceruina pelle, qua cingulo loco vti poſſet, ſibi dari petiit. Paulò pòſt Bertholdo Monaſterienſi Epiſcopo apud Veſtphalos mortuo, in locum ipſius hunc plebanum ordine vt. Imp. ſubſtituit. *Albert. Crant. in Metropoli. lib 2. cap. 29.*

INNOCENTIVS II. PP. dum Anacletum II. Antipapam fugeret in Galliam, à Genuenſibus comiter atque honorificè acceptus, & iterum dum è Gallia reuerteretur, hanc eis gratiam retulit, quòd Epiſcopum eorum, obedientia Archiepiſcopi Mediolanenſis exemptum, Archiepiſcopum fecit, atque ei dimidiam Epiſcoporum Corſicæ partem ſubiecit. Syrus primus ea dignitate eſt vſus. Piſas progreſſus, pacem inter Piſanos & Genuenſes compoſuit: eorumque Eccleſiam, perinde ac Genuenſem, metropolitanam effecit, parte altera Epiſcoporum Corſicæ contributa: quæ res adhuc diſcordiam inter eas ciuitates aluerat. *Sigon. lib. 11. regni Italici.*

Moguntinum Epiſcopum, olim Romam proficiſcentem in itinere comitatus, duxerat ac reduxerat incolumem Rodolph. Haſpurgenſis, Epiſcopus Comitis fortitudinem & prudentiam Principibus Electoribus laudans, vt rex Rom. eligere- C tur, effecit. *Cuſp.*

IOANNES MEDICES, Pontificis Iulij II. exercitus contra Gallos Bentiuolorum defenſionem ſuſcipientes legatus, pòſt cladem ad Rauennam profligato toto ſuo exercitu, acceptam, Mediolanum perducitur. In itinere autem quum eſſet Mutinæ, Blancæ Rangoniæ benignitatem ſenſit: ea erat Bentiuolorum ſoror, eximiæ liberalitatis femina, quæ omnibus ex mundo muliebri neceſſariis ad cultum ornamentis ſumptuoſiſſimè eum repleuit. Vnde ipſe mox effectus Pontifex ſub nomine Leon. X vti in referenda gratia planè gratiſſimus eius liberos & honore pilei, & Prętorij pręfectura, & magnis militiæ ſtipendiis exornauit. *Paulus Iouius in Leone X.*

Fama eſt, antiquiſſimum ex gente Luſitanorum regem cum paucis olim Venetias appuliſſe, eiuſque viſendæ ſtudio aliquandiu in vrbe verſatum, diſſimulata interim perſonæ quam gerebat magnitudine. Igitur benignè appellatus, in publicum eſt hoſpitium adductus: dati adhæc ex patricio ordine pleriqu e, qui vrbem illi per otium monſtrarent, quique ipſius latera ſtipantes benignè ac comiter hoſpitem haberent: data & abeunti ex publico munera, miſſique non pauci, qui eum procul vrbe officij cauſa comitarentur. Hæc Venetorum D hoſpitalitas, quam ipſi priuato homini præſtare putabant, ita accepta fuit regi, vt in Iberiam veniens, rem omnem poſteris tradidiſſe dicatur. Atque ob idipſum mutuum hoſpitium Venetis cum regia illa familia in hunc diem durat. *Sabell. lib. 3. Dec 4.*

MORBORVM DEPVLSIONE.

¶ *Vide infrà. Grati erga Medicos. Hic Rei propter quam, (qua etiam ab alio medico interdum præſtatur) illic Perſonæ erga quam grati ſunt, ratio habetur.*

Mulier hæmorrhoïſſa à Cæſarea Philippi fuit (Phœnices Paneada vocant) & à Chriſto curata, eius fimbriæ attactu. Itaque gratitudinis ergò præ foribus domus ſuæ columnam ereaxiſſe dicitur, in qua æreæ duæ ſtatuæ ſublimes ſtabant: Femina ſupplicanti ſimilis genubus flexis, manibúſque pro- E tenſis viri diploidem tangebat: Vir ipſe manum ſupplici porrigebat. Ex baſi virilis ſtatuæ herba ἀλεξιφάρμακος enaſci aſſeuerunt, quæ cùm ad ſacram fimbriam pertigiſſet, creſcere deſineret, Ea ad deſperatiſſimos morbos vtebantur, de cauſa incerti, aut cuius eſſet ſtatua: donec effoſſa terra, litteræ hiſtoriæ fidem facientes apparuerunt, & deinceps herba ea euanuit. Statua ipſa vſque ad Iulianum apoſtatam durauit, qui eius loco ſuam erexit: quæ tamen fulmine diſiecta fuit. Statuam autem Chriſti in Eccleſia Diaconicum tranſtulerunt pij homines, quam panico furore perciti quidam funibus reuinctam per mediam traxère viam, omnique genere contumeliæ affecerunt, ita vt totam comminuerint. Fragmenta à religioſis viris collecta, & maximi theſauri inſtar repoſita. *Niceph. lib. 6. cap. 6 & lib. 10. cap. 30. Euſeb. lib. 7. Eccleſ. hiſt.* ſe ſtatuam vidiſſe affirmat.

Græci poëtæ, tragicique in primis, qui Homerum ætate conſecuti ſunt, narrant Græcos cùm primùm ad Ilium cum claſſe acceſſerunt, errasse in via: expoſitiſque copiis in terram, regionem quam non licebat, depopulatos eſſe: Myſia autem hæc erat, vbi regnabat Telephus, qui graue vulnus ab Achille accepit, cùm equus, quo vehebatur, ſarmento implicitus cecidiſſet, voluntate Liberi patris: interea tamen F compulit, in manes Græcos, re quam aggreſſi fuerant, non perfecta. Poſtquàm autem impoſitum ipſi vulnus ſanari non poterat, conſulto oraculo reſponſum accepit hoc peruagatum, ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται, quòd à nullo alio ſanari poſſet vulnus, niſi ab eo qui inflixiſſet. Quare cùm ad Achillem nauigaſſet, vlcere ſanato mercedem curationis ei dedit, quòd ducem itineris illius ſe præbuit Græcis: eoſque ad Troiam ſaluos deduxit. *Victor. lib. 5. Var. lect. cap. 12.*

PHALYSIVS Anytæ poetriæ pro recuperata oculorum ſanitate bis mille nummûm aureorum numerauit. *Pauſanias in Phocicis.*

DIVVS LEONARDVS Cenomanenſis, Epiſcopus Lemouicenſis, cùm Clodouei regis Gallorum vxorem in partu periclitantem ſeruaſſet, multa munera rege offerente, id tantùm petiit, vt ſibi de ſylua, in qua regina peperiſſet, tantum concederet quantum vna nocte aſino circuire poſſet. Ibidem monaſterium conſtruxit, duos monachos apud ſe habuit. Deinde venerunt ſeptem familiæ eius generis, quas omnes diſtributis nemoribus apud ſe retinuit. *Vincent. lib. 21. cap. 18.*

VITA CONSERVATA PROPHETIS.

ELISEVS Propheta, Abdiæ viri optimi liberos à ſeruitute G liberat, quam illis intentabat creditor ob contractum à patre illorum æs alienum in conſeruandis à furore Iezabelis prophetis. *4 Reg. 4. & Ioſeph. lib. 9 cap. 2.*

REGIBVS, PRINCIPIBVS.

IAROMIRIVS Bohemorum princeps, à Cochano Verſouicenſe in venatione ſagittis confixus ſuperuento Honore venatoris ſui liberatus, eum præfectura venatoria eiuſque poſteros, agris inſuper & pagis circa Stembuam ſitis donauit: primumque inter Bohemos auctoritate Cæſaris Henrici ad eum procerum gradu prouexit, qui nunc Barones à Duba ſiue Quercu in Bohemia appellantur. *Dubrau. lib. 6.*

EDOVARDVS I. Angliæ rex, cùm adhuc adoleſcens eſſet, & cum quodam milite in camera teſtudinata ludo ſcaccari occuparetur, ſubitò nulla occaſione præſtita, inter ludendum ſurgens diſceſſit: & ecce lapis immenſæ magnitudinis, qui ſedentem conquaſſaſſet, cecidit in eundem locum quo ſederat. Propter quod miraculum B. Mariam apud VValſingham propenſius honorabat, ei attribuens quod periculum iſtud euaſiſſet. *Thom. VValſingam in Edouardo I.*

RODOLPHVS HABSPVRGENSIS Imp. Iacobum Mullerum H Tigurinum maiore beneuolentia, quàm principes, pari, quam fratres, proſequebatur. Mirantibus vniuerſis: Memorem ſe eſſe dixit beneficij à Iacobo accepti, quò illius fortitudine atque fide, cùm contra Baronem Regenſpergium pugnans, multis vulneribus affectus, à ſuis pleriſque deſertus, illius opera equo impoſitus, & ex hoſtium manibus liberatus, fuiſſet. *Stompfius.*

ALPHONSVS ARAGONIVS ſubacta Iſchia, ad vicinum templum, Deo gratias pro victoria acturus, profectus, cùm nauicula, qua vehebatur, ſubuerſa eſſet, Cajetani nautæ opera ſeruatus, alimenta ei libera illimè dedit & quinque illius filias honeſtiſſimè elocauit. *Ludouicus Dominicus lib. 1. Var. hiſt.*

A *hiſt. ex Panorm. Pontanus.* XII. vncias annuatim à rege tributas ſcribit *cap. 2. de Liberal.*

CIVIBVS, EXERCITVI, COMMILITONIBVS.

ALCIBIADES fuit admodum adoleſcens in expeditione contra Potidæam ſuſcepta, habuítque contubernalem & in certaminibus latus ſuum cingentem Socratem. Cùm aliquando acris pugna eſſet, præ cæteris ambo dimicauerunt ſtrenuè, ſaucium autem Alcibiadem protexit & defendit Socrates: & verò, quod conſtitit omnibus, eum cum armis conſeruauit. Debebatur ergo optimo iure præmium militare Socrati. Sed cùm ob dignitatem apertè contenderent duces deferre Alcibiadi honorem: Socrates, quò eius in rebus præclaris incenderet ambitionem, primus teſtis fuit & auctor, vt donaretur ille corona & decoris armis. Iam pugna in Delio terga dantibus Athenienſibus, Alcibiades equo vectus Socratem pedibus ſe cum paucis recipientem, vt eum conſpexit, non eſt prætervectus, ſed ſtipauit texítque eum, quamvis inſtarent hoſtes: & multos obtruncauit. *Plutarch. in Alcibiade, & Plato in Sympoſio.*

B P. DECIVS Tribunus militum cùm Rom. exercitum ab hoſtibus Sabinis circumventum circuitione montis conſeruaſſet: Conſul C. Cor. Coſſus concione aduocata peregit Decij laudes: cumulatiore etiam teſtimonio recentiores conſilij, cum alijs militaribus donis, auream illi coronam, centum boues, atque in his album auratis cornibus donat habere: ſingulis militibus, qui cum eo fuerant, duplex frumentum accipere, binos in præſentia boues bináſque tunicas. Milites eam conſulis gratitudinem clamore approbantes coronam gramineam, diſcuſſæ obſidionis argumentum, Decio impoſuère. Altera corona eiuſdem honoris index à ſuo eſt præſidio illi impoſita, quia ipſius conſilio & virtute ab hoſte obſeſſi, per illorum ſtationes, incolumes in Romana caſtra veniſſent. Ipſe centum boues à conſule datos militibus expeditionis illius ſocijs dono dedit. *Sab. l. 3. Enn. 4.*

HOSTIBVS.

Cùm Largius ciuis Romanus, in triumvirali proſcriptione nominatus eſſet: furtè inuentus à militibus, qui eam prouinciam obeuntes, alium inſequebantur, præ miſericordia ab eis dimiſſus eſt. Qui cùm nondum ab eis longè abiiſſet, ani-
C maduertit ab alijs militibus, qui proſcriptos ipſi quoque diſquirebant, ſe detectum. Cùm autem videret ſe nullo modo eorum poſſe manus euadere, in ea animi perturbatione, in qua de ſalutis periculo torquebatur, memor accepit à prioribus militibus officij, qui eum dimiſerant, ſanguine ſuo poſteaquam aliter non poterat, gratum ſe eis præſtare voluit. Itaque ad eos reuerſus, dixit: Velle ſe, vt ad ipſos potiùs capitis ſui præmium perueniret, quia quantum in eis fuerat, eum liberarant, quàm ad illos, qui ſine vlla miſericordiæ ſpecie ipſum inſectabantur. *Fulg. l. 5. c. 5.*

TIBERIVS CÆSAR, à Germania in vrbem poſt biennium egreſſus, triumphum, quem diſtulerat, egit: Rationem Pannonium ducem ingentibus donatum præmiis, Rauennam tranſtulit: gratiam referens quòd ſe quodam cum exercitu iniquitate loci circumcluſum, paſſus eſſet euadere. *Suet.*

FROTHO, Danorum rex, Ericum Diſertum, ob plurimos adulatores ſingulari certamine occiſos, fugientem naui lacera inſequitur. Cæterùm mergente naui, armis onuſtum regem de vita periclitantem, cùm Ericus & Rollerus fratres natandi induſtria de præſenti mortis periculo eripuiſſent: pro vita conſeruata Ericum in amicorum numerum ſuſcepit: eique ſub ſponſalium fide ſororem in Gunuarum ac centrionatum dedit: eius verò fratri Rollero Hanundam regi-
D nam à ſe ob ſtupri crimen repudiatam. *Saxo lib. 5. & Ioannes Magnus lib. 4. cap. 22.*

Bello Neapolitano Tarentinus Dux Andegauenſium partes ſecutus, Adriam graui obſidione premens cuniculos agebat. Quibus contrarios egit Franciſcus Dux Andrienſis, Ferdinandi Aragoni partium ſtudioſus: iiſque patefactis, Hoſtes, quos igne & fumo ſuffocare poterat, religione victus capi iuſſit, armiſque exutos & liberaliter habitos, mane facto cum veſtimentis benignè dimiſit. Itaque tantum ſibi illorum deuinxit animos, vt reperti ex eis fuerint, qui per famulos aut amicos ſuos clàm frumentum, cuius inopia premi vrbem ſciebant, aut intra vrbem immitterent, aut in ipſas foſſas excipiendum noctu ab oppidanis deiicerent. Quibus artibus aliquot diebus fames in vrbe tolerata eſt, ſed tandem dedita, anno MCCCCLXI. *Plutarch. lib. 4. belli Neapolitan.* E

FEDERICVS CAIETANVS Honorati F. quum a Cæſare Carolo V. ad Gallos, anno MDXXIIX. Neapolitanum re[illegible] inuadentes, defeciſſet, vt paterna oppida a Column[illegible] ſeſſa repeteret: ſecuri percuſſus eſt. Murconio et[illegible] Pompeij Columnæ Cardinalis precibus conſeruato, q[illegible] eandem damnationem ſubierat, & penè productu ad [illegible] locum, ſimilem vitæ exitum expectabat. Attulit ha[illegible] miſero ſeni, ex veteris beneficij memor[illegible] quod vi[illegible] ſus XX. annorum ſpacia nunquam obliuione deleuer[illegible] enim iuuenis in Volſcorum ſyluis quotidiana c[illegible] veuaretur, ab Honorati equitibus ex inſidiis ca[illegible] & Fondana in arces in imum turris carcerem detruſus fuerat ſed demùm inſigni Murconij pietate mortem effugit, qu[illegible] Honoratus frater eum vti iuuenem præferocem & [illegible] Caietanæ familiæ infeſtum, veneno tollere decreuiſſe. Se[illegible] ſuum Murconius fideli obſequio facilè parentem, ſed conficto damnatum crimine, in eundem carcerem [illegible] uſſerat, vt Pompeium moneret, ne alio vteretur cibo, quam eo, qui ſibi ſportula demiſſus foret, humaniter interpoſita ſalutari F
mora, donec Honorati conſilia leniretur. *Iouius in Pompeio in Columna.*

HOSPITIBVS.

Exploratores duo à Ioſue Iſraëlitarum duce, ex Setimo In Chananæam trans Iordanem miſſi ad explorandam regionem, & imprimis vrbem Hiericho: cùm eò veniſſent, diuerterunt in domum Rachab meretricis, quæ illos iam ſuſpectos ciuibus ſub tecto ſub lini faſciculis occultarat, & per feneſtram fune demiſſos (erat enim domus ſub mœnia) incolumes dimiſerat. Illi pro beneficio cùm ea pacti ſunt, vt quando Iſraelitæ vrbem illam expugnarent, ipſa coccineum laqueum feneſtræ alligaret, & parentes ſuos, fratres, cum vniuerſa paterna familia domum ad ſe congregaret. Eo enim ſigno animaduerſo, Iſraëlitas domui illius parcituros. *Ioſue 2.*

PARENTIBVS.

FVRNIVS quidam, qui vixit Auguſti temporibus (cuius pater quandoquidem ſub Antonio ſtipendium fecerat, ob id iure belli hoſtiliter Auguſto erat inuiſus) adiit Imperatorem, patris ab eo vitam deprecatus. Ignoſcit ille. Tunc Furnius: G
Hanc vnam Cæſar, habeo iniuriam tuam, effeciſti vt viuerem & morerer ingratus. *Cælius l. 7. c. 8. Antiq. Lect.*

FRATRIBVS.

XERXES Xenagoram Ciliciæ præfectura donauit, ob ſeruatum fratrem. ☞ *Vide Tit. Molles in ferendis conuiciis.*

DOMINIS.

Crœſum Halyattis F. nouerca pane medicato è medio tollere decreuerat. Famula, cui id negotij datum fuerat, Crœſo inſidias detexit, & ab eo perſuaſa, medicatos panes nouercæ liberis veluti per errorem appoſuit. Iis extinctis, Crœſus tandem regno potitus, ſtatuam mulierculæ *ἀρτοκόπου* inter reliqua donaria Delphos miſit, & pietatis illius, & ſuæ gratitudinis monimentum. *Plut. in l. Cur. Pythia verſibus oracula nulla ampliùs edat.*

GRATITVDO PRO BENEFICIIS, QVÆ BONIS FORTVITIS NOSTRIS noſtrorumve contulerunt.

GRATI.

OB PATRIÆ DEFENSIONEM.

Cùm liberaſſet Gedeon ab inimicis Iſraëlitas, dixerunt omnes ad eum: Dominare nobis tu & filius tuus, quia liberaſti nos de manibus Madianitarum. *Iudic. 8.*

Argiui, Teleſillæ poetriæ ſtatuam poſuerunt, ob defenſam aduerſus Cleomenem per feminas vrbem. *Pauſanias in Corinth.* H

Bello Peloponeſiaco, Athenienſes buſtum veteri inſtituto iis publicè fecerunt, qui præſenti bello periiſſent: ad quorum memoriam laudandam Pericles Xanthippi filius delectus eſt. Grata ciuitas præter funeris monumentum, peremptorum liberis ad pubertatis vſque annos alimenta decreuit: vt talibus præmiis cæteri allecti, pace, bello, terra marique ſtuderent patriam demereri. *Sab. lib. 6. Enn. 5.*

Iidem eorum memores, quæ Ariſtides pro Athenienſium ſalute Perſarum bello egerat, Lyſimacho eius filio poetæ melopœo, ſed tenui & ſimplici, ob parentis memoriam minas argenti centum dedère, totidémque agri iugera, & ſimul quotidie drachmas quatuor, Alcibiade ſuadente. Filiæ

A Polycritæ poſt patris interitum tantundem alimenti, quantum Olympionicis dare conſueuerant. *Plat. & Calliſth.*

Horatius Cocles, cùm vnus irruentibus ad vrbem Hetruſcis, Porſennæque ipſi obſtitiſſet, dum ſum ſublicius pons reſcinderetur, pontéque effracto incolumis poſtea armatúſque ad ſuos Tiberim tranaſſet: Senatus decreto Romani omnes vnius diei cibaria domum Horatio pertulerunt: & inſuper dono ei Senatus dedit, quantum agri vno die circumarare poſſet. *Fulg. lib. 5. cap. 2.*

Q. Fab. Maximo ſcuto pop. Rom. contra Annibalem, recepto Tarento, ſecundum agente triumphum, Pop. Rom. tum alios habuit eximios honores, tum filium eius conſulem deſignauit. *Plut. in Fabio.*

Feſtus dies, præmij loco Petro Gradonico Duci à Venetis inſtitutus fuit, ipſo D. Catharinæ die, qui Petri quoque natalis erat, ob rem bene geſtam aduerſus conſpirationem Baiamondi Teupuli. *Egnat. lib. 3. c. 2. & 6.*

OB LITERARIA
MVNERA.

☞ *Ex Tit. Sumptum liberalium in libros excudendos col-*
B *latorum, exempla quædam pete, ex loco de Sumptu.*

Alexander Macedo, Pythonem Elienſem philoſophum & poëtarum præclarum, à quo ſecta Pyrrhoniorum, decem aureorum millibus donauit pro oblato poëmate. *Sextus Empyr. teſtis.*

Hieron. tyrannus Syracuſanus, Archimolo poëtæ mille medimnos tritici in Pyræeum vſque miſit pro Epigrammate vno, quo ille nauem Hieronis (de qua & Archimedes opus compoſuerat) celebrarat. *Athen.*

Lysander Spartanus, ob pauculos verſiculos Antilocho poëtæ pileum argento impleuit. *Pont. cap. 29. de Liber. ex Plutarch.*

Ptolomævs Philadelphvs, cùm Iudæorum legem in Græcam ex Hebraïca lingua transferri per LXX. ſeniores curaſſet: vt huius operæ gratiam Iudæis referret, vltra ingentem vim auri dono Hieroſolymorum templo datam, Iudæorum quoque gentis captiuos omnes per totam Ægyptum conquiſitos, ſub prioribus regibus bello captos (quanquam centum millium numerum æquarent) pecunia ſua à dominis omnes redemit, & libertate donauit: vt ſine populorum iactura (quod ab omnibus regibus fit) ipſius liberalitas exerceretur. Ma-
C gnum profectò liberalitatis argumentum, & Ptolemæo rege dignum, cùm tanta res in longè quoque potentiore pluſquàm ingens videri debuerit. *Fulg. l. 4. c. 8. ex Ioſepho.*

L. Sylla, cùm ei in concione libellum malus poëta de populo ſubieciſſet, quòd epigramma in eum feciſſet tantummodò alternis verſibus longiuſculis: ſtatim ex iis rebus quas tunc vendebat, iuſſit ei præmium tribui, ſub ea conditione, ne quid poſtea ſcriberet. *Cicero pro Archia.*

M. Antonivs, Triumvir Boëtho Tarſenſi poëtæ pro gratulatione victoriæ Philippicæ, patriæ gubernationem conceſſit. Item Anſeri poëtæ indocto, propter carmina quædam, quibus laudes eius celebrauit, agrum Phalernum dono dedit.

Virgilivs Maro ab Octauia donis ſeſtertiis donatus eſt, cum illos verſus recitaſſet:

—— *Tu Marcellus eris.*

Gyrald. dial. 4. Poët. hiſt.

Saleivs Bassvs Epicus clarus, à Veſpaſiano Imp. L. ſeſtertiis donatus, & inter illuſtria monumenta poſitus. *Gyrald. de Hiſt. poët.*

D Oppianvs Cilix, ex vrbe Coryco ſcripſit Piſcatoria libris quinque, Venatoria libris quatuor, de Aucupio libros duos. Cuius poëmata cùm apud M. Antonium Pium Imperatorem recitata eſſent, donatus eſt in ſingulos verſus aureo ſtatere: vt XX. millia aureorum pro omnibus acceperit. *Suid.* Hoc alij ad Antonium Caracallam referunt: quod veriſimius eſt. Nam Oppianus Seuero mortuo, à quo pater eius in Melitam inſulam relegatus erat, oblato poëmate eius filio Antonino Caracallæ, & parentis in patrim reditum impetrauit, & ab eodem totidem aureis numis, quot erant verſus donatus eſt. Quanquam huius rei Spartianus non meminit.

Mathias Hungariæ rex, ſeculo ſuo regum decus, pro tabula aſtronomica pretioſam veſtem & Hungaricos aureos octingentos dono miſit Regiomontano. Ephemerides annorum triginta nouus tum & ignotus antea matheſeos fœtus, ita gratus accidit, vt exempla ſingula XII. Hungaricis aureis venderentur: Germanis, Hungaris, Italis, Gallis, Britannis, certatim coëmentibus. Sed ſummus ille à Sixto IV. Pont. Romano honor fuit, abſentem Regiomontanum Ratiſponæ Epiſcopum deſignatum eſſe. *P. Ramus lib. 2. Proœmij Math.* E

Antonivs Panormita, ob vitam Alphonſi regis deſcriptam quibus ſit donatus præmiis. ☞ *pete ex titulo, Hiſtoricis honores exhibiti.*

Bessario Cardinalis, cùm in Bachanalibus à Ioann. Anton. Campano (qui poſtea Aretinus Epiſcopus factus eſt) ſub perſona laruati ephebi Latinis verſibus ad lyram decantatis laudatus eſſet: lyriſtæ tot aureos numos, quot erant carmina (erant autem XX. numero) largitus eſt. Campanum mox aduentantem, factúmque diſſimulantem complexus: Campane, inquit, vbi ſunt illi digiti, qui tot de me mendacia ſcripſerunt? Annulum cum gemma adamantina pretij ſeptuaginta aureorum eidem donauit: addiditque pelles muſtellinas (quas Varias Itali vocant) dono ſibi olim à rege Polonorum miſſas, in cumulati muneris teſtimonium. *Michaël Fernus in Campani vita.*

M. Antonivs Sabellicus, cùm apud Vicetinos diu profeſſus eſſet, animum tandem adhibuit ad Decades ſcribendas: quibus libris res à Venetis geſtas, & ab vrbis primordio ad ſuam vſque ætatem, ornatè imprimis & eleganter eſt complexus. Quare non dubitauit Senatus Venetus ducentis aureis numis eum quotannis, dum viueret, pro egregio hoc eius munere donare. *Egnatius lib. 5. cap. 2. & Sabell. lib. 7. capite 5.* F

Desiderivs Erasmvs Roterodamus, vt politiorum literarum, Græcæque ac ſacræ linguæ cognitione, [Theologum enim nunquam fuiſſe, opera ipſius arguunt;] omnes ferè ſui ſeculi ſuperauit: ita quoque ſummam Principum & quorumvis aliorum illuſtrium hominum, quibus lucubrationes ſuas dedicauit, gratitudinem & liberalitatem expertus eſt. Itaque cùm moriens eas reliquiſſet facultates, quæ homini non auaro neque prodigo ad honeſtè viuendum ſatis eſſe poterant: vt honeſtè partas opes ad virtutis ſtudia conferret, vſumfructum annuum ſtudioſis iuuenibus in omni ſcientiarum genere erogandum teſtamento cauit: eámque prouinciam Bonifacio Amerbachio Iureconſulto clariſſimo delegauit. Vaſa aurea & argentea, monumenta ſcilicet liberalitatis Principum, ſuorúmque laborum præmia, Bonifacio Amerbachio imprimis, tum etiam Hieronymo Frobenio, & Nicolao Epiſcopo, teſtamento reliquit. Ferunt Eraſmum, vt naturâ vrbanus erat, ſi argenteum poculum muneris loco accepiſſet à quoquam, quod argenteis aureiſve numis plenum eſſet, pecunia exempta, honorario vino plenum nuntio propinaſſe: ſin minus, famulo ſuo, vt illud cuſtodiret, tradere ſolitum fuiſſe. G

OB MVNERA ET
Dona alia.

In Genere.

Piè recognoſcebat Paulus beneficia ſibi collata. Ad Galatas ait: Sicut Angelum Dei recepiſtis me: & ſi fieri potuiſſet, oculos veſtros dediſſetis mihi. *Galat. 4.* Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis in odorem ſuauitatis. *Philipp. 4.* Et alio loco: Det Dominus miſericordiam Oneſiphori familiæ, quæ ſæpè me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. *2. Timoth. 1.*

IN SPECIE. OB
Pecunias.

Martianvs (qui poſtea Imperator eſt factus) cùm in Lycia prima ſtipendia mereret, ægritudine oppreſſus, nactus eſt duorum germanorum familiaritatem, Tatiani & Iulij, cum quibus in venationem prodibat, poſtquam conualuerat. Erat autem dies ita ardore Solis candens, vt vmbram neceſſariò ſub arboribus inquirerent. Cùm itaque ſub arbuſculis quieſcerent, Tatianus prior excitatus, conſpexit aquilam ſupra caput Martiani in aëre pendere, quæ paſſis alis Solis radios arcebat. Ille fratrem, vt videret rem miram, excitauit: ambo ſtupidi, alitis mirabantur obſequium. Experrecto ſomno Martiano narrant, quæ viderant, Imperium ac regnum portendi nunciantes, & ideò abeuntem viatico ducentorum argenteorum proſequuntur: nam omnia iam conſumpſerat. Factus Imperator, Iulium Conſtantinopoli, Tatianum Illyricis præfecit. *Sigon. lib. 12. Imp. occid.* H

Agros,

A

Agros.

Romani CaiæTartarlæ (alij Tarquiniam vocant) propter campum Tiberinum dono datum Reipublicæ, cuius acceſſione campus Martius plurimùm auctus eſt, Horatia lege ampliſſimos honores decreuere. Nimirum, vt vna omnium feminarum teſtabilis eſſet: hoc eſt, ius teſtimonij dicendi haberet. Præterea ſi quadraginta annos nata ſacerdotio abire ac nubere vellet, id ſalua religione poſſet. *Gellius lib. 6. cap. 7. & Plut. in Poplicola.*

Pampbaës Priennenſis, cum Crœſo Lydo, ſuperſtite adhuc ipſius patre, triginta minas dono dediſſet: Crœſus ad regnum euectus, eius beneficij non immemor, ſtatim currum argento plenum ei remiſit. *Ælian. lib. 4. de Var. hiſt.*

Facete ſe in eum Alcibiades gratum oſtendit, qui eius amore captus, omnibus quæ habebat diuenditis, munus ei centum ſtateres tulerat. Benignè enim accepto homini aurum reddidit, iuſſitque vt redimentes poſtero die vectigalia, publica licitatione ſuperaret: detrectanti, ni faceret, comminatus verbera. Manè igitur ad locum profectus incola, addidit licitationi talentum. Ibi collatis capitibus indignantes publicani laudare eum iuſſerunt prædem, tanquam neminem reperturus eſſet. Perculſo homine, & iam recedente, procul ſtans Alcibiade, Archontibus: Me, inquit, ſcribite, meus eſt amicus, ego pro eo ſpondeo. Quo audito, omne illorum abſciſſum conſilium fuit. Precibus igitur agreſſi ſunt hominem, oblata pecunia: ſed non permiſit Alcibiades vt minus caperet talento. Quod vbi accepit, ea mercede iuſſit ei rem relinquere: atque ea ratione homini ſubuenit. *Plut. in Alcibiad.*

B

Maſſilienſes, capta à Gallis Roma, luctu ſuum dolorem teſtati, munera ampliſſima Romanis miſère, vt pacem à Gallis pecuniâ eo melius redimere poſſent. Eam liberalitatem Romani poſtea eo ſunt honore proſecuti, vt Maſſilienſibus in Senatu & in theatris locus fuerit datus. *Iuſtinus.*

Mundum muliebrem.

Romani erga Matronas, ob mundum muliebrem vſibus Reipublicæ accommodatum grati. ☞ *Vide Tit. Fides erga patriam, opum iactura.*

C

Veſtes.

Darius priuatæ adhuc fortunæ amiculo Syloſontis Samij delectatus, curioſa contemplatione fecit, vt vltro ſibi, & quidem à cupido daretur: Cuius muneris quam grata æſtimatio animo eius eſſet allapſa, regno potitus oſtendit: totam namque vrbem & inſulam Samiorum Syloſonti fruendam tradidit. Non enim pretium rei æſtimatum, ſed occaſio liberalitatis eſt honorata: magiſque à quo donum proficiſceretur, quam ad quem perueniret, prouiſum. *Val. Max. lib. 5. cap. 2. & Ælian. l. 4. Var. hiſt. Herod. in Thalia Strab. l. 14.*

Signa.

Cùm Thraciæ mulieres, quæ voluntaria ſeruitute apud Erythræos victum ſibi quæritabant, ſe tondendas præbuiſſent, vt ex ſuis capillis funes contexerent, quibus Herculis ſimulacrum rati inſertum, æque Tyro mari ad Heram delatum, ad ſe pertraherent: edixerunt Erythræi, ſolis è Thracia mulieribus in Herculis fanum introire vt liceret. *Pauſan. in Achaicis.*

Canes.

Rex Perſarum gratus pro canibus venaticis ſibi datis à Carolo Magno, eidem Palæſtinam reddidit. Verùm quoniam Carolus aberat longius, quam vt eam adminiſtraret,

D

ipſe quidem Parthus eam retinuit, atque pro prætore gubernare decreuit, vectigalia redditúſque fiſco Caroli attribuens. *Auent. lib. 4. Annal. Boior.*

Fructus.

Miles Artaxerxi Perſarum regi malum punicum cùm in vanno obtuliſſet, rex magnitudinem eius admiratus, interrogauit, è quonam horto depromptum hoc donum afferret? Illo verò reſpondente, Domo ſua, & ex ſuis agris: gauiſus rex ſupra modum, miſſis regiis muneribus virum ornauit, & per Solem, inquit, (ita enim Perſæ iurare ſolebant) iſte homo tali curatione & agriculturæ diligentia, poterit etiam ciuitatem, meo quidem iudicio, ex parua ampliorem reddere. Videtur autem innuere, non tantùm agros, ſed omnes res, cura & ſufficienti opera, & indefeſſo labore, contra naturam etiam, meliores & præſtantiores effici poſſe. *Ælianus lib. 1. de Varia hiſtoria.* Idem erga Sinætam ruſticum pro vola aquæ plena gratus. ☞ *Vide [illegible] it. Grat[illegible] alimentis.* E

Lvdovic. XI. Caroli VII. patris iram apud Bur[illegible] exulans, venationibus indulgebat ſaltuat[illegible] nis familiaritate ſe oblectans. Ad regnum euecto [illegible] ſimplex homo rapis aliquot ab vxore acceptis, q[illegible] douicum poſt venationis [illegible] borem auidè veſci, [illegible] tutus, Pariſios proficiſcitur. In itinere fama [illegible] rapa grandiſſima excepta deuorauit, eam[illegible] d[illegible] dit. Rex hominis ſimplicitate delectatus, [illegible] n[illegible] tis, & rapam inter theſauros ſuos collocari iuſſi[illegible] quidam obſeruata hac liberalitate, beneficium [illegible] generoſum equum regi dono dedit. Hilari eum an[illegible] ſuſcepit, & rapam ſudone inuolutam ex ærario de[illegible] homini dari iuſſit. Explicato munere, indignabundo [illegible] & ſe deluſum conquerenti: Quæ verò hæc ludificati[illegible] intulit rex, mille emptam aureis rapam equo centum [illegible] rum pretium vix æquanti oppoſuiſſe. *Ægyd. Corræz. de dictis & actis memor.* F

Aquam.

Artaxerx. Perſarum rex (qui iuxta cenſebat regium eſſe & benignum, capere candido & alacri animo exigua, atque ingentia donare) cùm homo pertenuis & plebeius, cui nihil erat aliud, ſumptam ex amne ambabus manibus aquam, ei equitanti in itinere obtuliſſet: accepit hanc grato animo, & phialam ei auream cum mille Daricis miſit. *Plut. in Apoph. & in Artaxerxe.*

Succinum.

Alfonsvs rex Calabriæ, cùm Acooltanus Cyriacus ſuccinum ei donaſſet, quo panſis alis muſca includebatur, ignorabat, quo remunerationis genere reſpondendum tam rara donanti eſſet. *Tuat. c. 16. de Magnif.*

Filum.

Bertæ Henrici IV. Imperatoris vxoris (quæ tunc Patauij degebat) ruſtica quædam ex vico Montagnano, Berta nomine, filum tenuiſſimum, quod ſuapte manu elegantiſſimè duxerat, & in vrbem delatum iuſto pretio vendere non potuerat, dono obtulit. Illa & doni elegantiam, & ruſticæ animum admirata, præfecto ſuo imperat, vt Montagnanum G ſubitò proficiſcatur, & tot terræ iugera ex publico agro Bertæ attribuat, quot filo honorario per longitudinem exteuſo circumdari poſſent. Sic ruſtica illa ex inopi ditiſſima euaſit, ita vt ab ea patriciorum Patauinorum familia (qui de Montagnano dicti ſunt) clariſſima fluxerit. Vicinæ mulieres Bertæ exemplum imitatæ, cùm filo reginam obruerent, acutè ſingulis reſpondit: Animum veſtrum laudo, ſed benedictionem Berta præoccupauit. Quod apophthegma in Patauino agro prouerbij adhuc vim obtinet, quando diſparem temporis conditionem expreſſuri aiunt. *Non è piu el tempo, che Berta filaua. Bern. Scard. lib. 3. Hiſt. Pat.*

OB PRÆDAM RESTITVTAM.

Demetrivs Antigoni F. ano. natus xxii. à Ptolemæo Ægypti rege veterano ad vrbem Gazam fuſus eſt, octo millibus captis, & quinque millibus deſideratis. Amiſit ſimul tabernaculum, ſtipendium, totúmque, quo ad corporis cultum vtebatur, famulitium. Cæterùm remiſit ei hæc cum amicis Ptolemæus, generoſo & humano adiecto dicto: Non de vniuerſis, ſed eſſe de gloria ipſis & imperio decertandum. Quibus receptis, precatus Demetrius deos eſt, ne eius beneficij diu maneret debitor, ſed citò paria referret ei. Iterata igitur pugna cum Ptolemæi Duce Cille, qui Demetrium ex priore aduerſo prælio contemnebat, Demetrius repentino in- H ſultu non expectantem perculit, atque caſtra cum ipſo cepit duce. Militum ſeptem millia viuos in poteſtatem redegit, ac permagna præda potitus eſt. Victor cauit non horum cauſa quæ habiturus, ſed quæ redditurus eſſet: atque ea victoria non ita opes & gloriam, vt penſitationem munificentiæ & gloriæ in Ptolemæum relationem, eſt amplexus. De quibus tamen priùs ad patrem ſcripſit. Quo annuente & mandante, omnibus ex libitu ſuo vtetetur, ipſum Cillem & amicos eius magnificè donatus remiſit. *Plut. in Demetrio.*

OB HÆREDITATEM.

Romani Laurentiam ſcortum ob hæreditatem relictam, diuinis coluerunt honoribus. *Plut. in Romulo.*

Anno Chriſti 1494. Venetus Senatus Bartholomæo Collioni Bergomati Imperatori ſuo, quòd multa bella ſingulari virtute, fide incomparabili geſſiſſet, témque militarem ſu-

periorum

A perioꝛum Imper[illegible] negli[illegible]entia [illegible]pſam reſtituiſſet, quodque de Republica optimè meritus, auri libras decies centies ei moriens teſtamento legauiſſet, ſtatuam equeſtrem æream inauratam in Ioannis & Pauli [illegible]tea ponendam cenſuit. *Bembus l. 2. Veneta hiſt.*

OB ENCOMIA.

☞ *Vide Tit. Poetarum & Hiſtoricorum amor.*

Athenienſes Pindaro ſtatuam erexerunt. ☞ *Vide Tit. Inuidi præconio.*

Cn. Pompeivs Magnus, Theophanem Mitylenæum rerum ſuarum ſcriptorem in concione militum ciuitate donauit, omnibus illud factum approbantibus. *Cic. pro Archia.*

Mahometvs II Turcorum Imp. impenſiſſimè curauit, vt victoriæ, quibus ipſe potitus fuerat, à doctis atque iudicio præditis hominibus conſcriberentur. Ioannem Mariam Vicentinum, Muſtaphæ primogeniti ſui ſeruum, maximis excepit blanditiis, quòd victoriam, quam ipſe de Vſuncaſſano Perſiæ rege reportarat, Turcico ſermone, atque item Italico, literis mandaſſet. *Iouius in eius vita.*

B OB IMPERIVM, REGNVM, Pontificatum, Dignitatem quamvis DATAM, ACQVISITAM.

Arbacas Mediæ præfectus gratum ſe exhibuit erga Beleſum, cuius opera Medorum regnum occuparat, Babylonis præfectum eum primò declarauit. Deinde cùm peculatus conuictus eſſet, capitali pœna remiſſa regium etiam antum cum decreto antea honore habere iuſſit: pro concione faſſus, maiora erga ſe Beleſi eſſe merita, quàm vt pro tam parua offenſa illi iraſci debuerit. *Sab. l. 1. Enn. 2. ex Diod.*

Menestheus Peteol filius non ingratum ſe præbuit aduerſus Tyndaridas, qui eiecto Theſeo, matréque eius Æthra captiua ducta, regnum Meneſtheo tradiderunt. Primus enim eos Ἄνακτας, hoc eſt, regum & ſeruatorum nomine ſalutauit. *Ælian. l. 4. de Var. hiſt.*

Maſiniſſa Numidarum rex, beneficio Scipionis regno auctus, memoriam inclyti muneris ad vltimum vitæ finem, longa etiam à diis immortalibus ſenectute donatus, conſtantiſſima fide perduxit, adeò vt eum non ſolùm Africa, ſed etiam cunctæ gentes ſcirent amiciorem Corneliæ familiæ, atque

C vbi Romanæ, quàm ſibimet ſemper fuiſſet. Ille cùm graui Carthaginenſium bello premeretur, ac vix tutelæ ſuæ imperij ſufficeret: tamen Scipioni Æmiliano, quia nepos Africani erat, bonam magnámque partem Numidici exercitus, quam Lucullo conſuli, à quo ad auxilia petenda miſſus fuerat, in Hiſpaniam duceret, promptiſſima mente tradidit, reſpectum priſtini beneficij antepoſuit. Illi cum iam ætate deficiente, magnas regni opes quatuor & quinquaginta filiorum numero relinquens, in lectulo haberetur: Marcum Manilium, qui proconſul Africam obtinebat, literis obſecrauit, vt ad ſe Scipionem Æmilianum ſub eo tunc militantem, mitteret: feliciorem mortem ſuam futuram ratus, ſi in complexu dextræ eius ſupremum ſpiritum ac mandata poſuiſſet. Ille aduentum Scipionis fatis ſuis præcurrentibus, hæc vxori liberiſque præceperat, vnum in terris Populum Romanum, & vnam in Populo Romano Scipionis domum noſſe: integrum omnia Æmiliano reſeruare, eum diuidendi regni arbitrium haberent, quod is ſtatuiſſet, perinde vt teſtamento cautum, immutabile ac ſanctum obtinerent. Tot iámque variis rebus

D ſe Maſiniſſa infatigabili pietatis ſerie ad centeſimum extendit annum. *Val. lib. 5. cap. 2.*

Liberalis Pop. Rom. magnitudine muneris, quod Attalo regi Aſiam dedit dono: ſed Attalus etiam teſtamenti æquitate gratus, qui eandem Aſiam Pop. Rom. legauit. Itaque nec huius munificentia, nec illius tam memor beneficij animus tot verbis laudari poteſt, quot ampliſſimæ ciuitates vel amicè datæ, vel piè redditæ ſunt. *Val. Max. l. 5. c. 2.*

C. Ivl. Cæsar iam rerum potens, quoſdam etiam infimi generis ad ampliſſimos honores prouexit. Quum ob id culparetur, profeſſus eſt palàm, ſi graſſatorum & ſicariorum ope in tuenda ſua dignitate vſus eſſet, talibus quoque ſe parem gratiam relaturum. *Suet.*

Agrippa Iudæorum rex, Caium à coniuratis interfectum, & ab omnibus derelictum, vtpotè ſuæ dignitatis auctorem exanimem collocauit in lectulo, & compoſuit, vt poterat. Perfunctus hoc officio prodiit ad eius ſatellites, nuncians viuere quidem eum: ſed quia crucietur vulneribus, nunc ſe medicos ea de cauſa petere. Ceterùm vbi cognouit raptum eſſe à militibus Claudium, ad eum perrupit, & nactus eum turbatum, pronumque ad cedendum [illegible] ſeruaui, confirmauit, hortatus vt magno animo in retinendo principatu pergeret. *Ioſeph. lib. 19. cap. 3. Antiq.* E

Severvs Imperator cùm Marcum Antonium ex omnibus maximè coluiſſe in vita, à quo honoribus ac dignitatibus auctus fuerat: vt gratum memoremque beneficiorum animum declararet, Baſſiano & Getæ filiis relictis Antoninorum nomina indidit. *Volat. lib. 23. Anthrop.*

Pipinvs ex Magiſtro equitum rex Franciæ creatus, abſolutis Sacramentis, quo ſe Childerico III obſtrinxerant, Francis per Zachariam Pontificem, & à Stephano inauguratus: vt gratum ſe oſtenderet, arma cepit contra Aiſtulfum Longobardum. quamvis omnia imperata facturum promitteret excepta vna Rauenna, quam reſtituere negabat. Papiam regia Longobardorum vrbem (quæ eadem & Ticinum eſt) Pipinus infeſto agmine petit, quo ſe incluſerat Aiſtulfus, viribus hoſti impar. Nec Aiſtulfus ſibi deerat, omnia Pipino Pontificique per oratores pollicens. Pax igitur illi reddita, & conditiones impoſitæ, vt Stephano cederet Rauennatium præfectura, & oppidis ducatus Romani: idque ſe F facturum iureiurando ſanctiſſimo adactus eſt, reclamante Græco oratore, qui ea, quæ Imperatoris eſſent, Pontifici à Pipino donari non poſſe aſſerebat. Aiſtulfus diſceſſu Francorum liber metu, vt obſidionem periculúmque ſuum excidio auctoris vlciſceretur, immemor fidei iureiurando datæ, coacto exercitu vrbem Romam obſidet: fines perpopulatus, ſuburbana omnia ædificia, publica priuatáque ſolo adæquat. Nulli Barbarorum ſalutis vrbis mœnibus plus cladis calamitatiſque vrbi Romæ intulere, quam tunc præ impotenti atrocique ira Aiſtulfus. Quod vbi in Franciam nunciatum eſt, tunc Pipinus non Stephano, ſed ſibi, qui pacem dediſſet, legéſque præſcripſiſſet, bellum inferri ratus, milites rurſus cogit, indignè & ipſos ferentes virtutem ſuam Aiſtulfo ludibrio haberi. Redit in Italiam. Ita Romæ ſoluta eſt obſidio, verſa in hoſtem eadem fortuna. Qui modo vrbem obſederat, Papiæ mœnibus ſe rurſus clauſit obſideríque cœpit. Supplici conditiones eædem impoſitæ: ſed nudæ verborum fidei ſtari non placuit: obſides quadraginta accepit: ad radicéſque Alpium ſe contulit Francus: ibi ſedebat, quoad res Longobardus G reſtitueret. Præfectura Rauennatium reddi cœpta ac Pontificis fidei tradita, finibus longe maximis, vt non Flamminia modo ſed Æmilia quoque omnis illi contribueretur. Omnes illius fines vrbéſque, præter Fauentiam, Ferrariamque, redditæ erant: cum Longobardus inter venandum ab apro ictus cecidit. Ita idem finis hominis, & Græcæ in Italia Præfecturæ. *Æmil. lib. 2.*

Leo III. à Carolo Magno in integrum reſtitutus, Imperatoria dignitate illum exornauit. *Ibidem.*

Leo V. Papa Etheluuolfum monachum ſua diſpenſatione fecit regem Angliæ: qui gratitudinis ergo, de qualibet domo nummum argenteum quotannis ei numerari ſanxit, anno Domini 847. *Platina.*

Poloni, ſicut & Boëmi, reges habuere per interualla creatos Romanis Imperatoribus: ſed quum illos tæderet geminæ ſubiectionis, omiſſis regibus, duces creauere. Vladiſlaus Locticus, aliis Lakoldus, dux Cracouiæ, à Ioanne Pontifice Romano ſuſcepit coronam, quod Ludouicum Bauarum non haberet pro legitimo Imperatore. Is regnum H ſuum fecit beato Petro tributarium, vt per ſingula quotannis capita, ſoluatur nummus vnus qui appellatur ſancti Petri. Fecerat idem multò antè Caſimirus ex monacho rex: ſed temporum interuallo obliteratam conſuetudinem renouauit Lakoldus. *Crantz. lib. 8. Vandal. c. 1.*

RESTITVTAM.

Ætolorum rex Æpalius cum è regno fuiſſet expulſus, Herculis ope atque opera reſtitutus eſt. In cuius beneficij memoriam, ei iam rebus humanis circa Oetam defuncto gratiam reddidit: quippe Hylum inter eius filios natu maiorem adoptauit iſque regni ſucceſſionem ſuſcepit, & nati natorum, & qui ab eo progeniti fuêre. Hinc in Peloponneſum redeuntibus Heraclidis primus fuit impetus. *Strab. lib. 9.*

Artabanvs Parthorum rex, Izatis Adiabenorum regis ope & conſiliis in regnum reſtitutus, ampliſſimis eum affecit muneribus. Nam & thiaram rectam ei geſtare permiſit, & in aureo lecto cubare (quæ honoris inſignia conceſſa ſunt ſolis Parthorum regibus) donauítque ei regionem magnam ac bonam,

A [illegible] Magno [illegible] Epiſc. P[illegible] cij memor [illegible] ſtirpe in [illegible] ſanxit, vt penes [illegible] poteſtas, qui poſt diadema à R[illegible] & Auguſtus appellaretur. Sun[illegible]
B guntinus, Treuirenſis, Colonienſis A[illegible] Brandeburgenſis, Comes Palatinus Rheni, Saxon[illegible] Du[illegible] & Rex Boemiæ: qui paribus ſuffragiis Electorum ex[illegible] litem inter eos dirimat. Hanc conſtitutionem Imp. ſua auctoritate ratam habere voluit. *Nauclerus generat. 34. Bongn. lib. 10. Decad. 1. Palatina & Stella.*

Magduffi Fifenſis Thani conſilio & fortitudine, Cæſo Maccabeo Scotorum rege, Malcolmus, paterno regno recepto, Magduffum laudatum pro concione, Fifenſem comitem fecit, eiuſque familiam tribus donauit priuilegiis. Primum, vt comes Fifenſis deinceps regis, iamiámque coronandi in cathedram imponendi munus & officium haberet ſolus. Alterum, vt quum rex ad bellum procederet, primæ ſemper aciei præficeretur. Tertium, vt tribui Magduffi perpetuo regalitas eſſet, vt vocant: hoc eſt priuilegium, quoſlibet in ſua tribu creandi magiſtratus, aut iudices iuri dicundo conſtituendi, quacunque in actione extra crimen læſæ maieſtatis: poteſtatem quoque haberet, ſi quis in quacunque regni parte ex ea tribu in ius vocatus eſſet, ad patrios reuocandi iudices *H. Boher. lib. 12.*

C DAVID BRVSIVS Scotorum rex pulſo Edoüardo Baliolo, regno reſtitutus conuocato conſilio decreuit, vt ij, quorum parentes ad Duplyn, aut Halidounhil pro patria pugnantes cecidiſſent, aut ipſi egregia virtutis exempla alicubi edidiſſent, nomina ſua ederent. Singulorum cauſas cognouit, ac pro cuiuſque virtute ampliſſimis eos remuneratus eſt muneribus, aliis agros donauit, aliis pecuniam, vt cuique id placebat. *H. Bohet. lib. 16.*

OB LIBERATIONEM A TYRANNORVM IVGO

Conſule Titul. Tyrannicidarum.

OTANES, qui primus contra Magos cùm ſex aliis coniurauit, à Dario rege poſtea electo cùm omni alio magnificentiæ genere, tum Medica quoque veſte ex decreto donatus fuit, quod auctor euertendæ tyrannidis fuiſſet. *Herod. lib 3.*

Ariſtogitoni & Harmodio ſtatuæ ab Athenienſibus erectæ ſunt, quòd Athenas tyrannide Pyſiſtrati liberaſſent. *Plin. lib. 34.*

Lacedæmonij Philopœmeni Megapolitano, Achæorum
D duci, eò quòd Machanidem primùm Mantineam, deinde Nabidem, tyrannos ipſorum, interemiſſet, & profligaſſet, Nabidis domum, talentis centum & eo pluris æſtimatam, donarunt. At ille reſpuit. *Pauſ. in Arcad.*

Grati Sicyonij erga Aratum fuerunt, qui eos à Nicoclis tyrannide liberarat. Defunctum enim extra Sicyonis fines, coronatus populus ingenti pompa, decantatis in eius laudem carminibus, Sicyonem intulit, mirique operis & impenſæ ſepulchro ab ipſius appellato nomine cum honorauit: quotanniſque illic diem Arati natalem ſacrificiis ludiſque apparatis celebrauit. Et ſi quem eius generis illic eſſe contingeret, eo die, vt honoris gratia, alios anteiret, cogebat. *Fulgoſus lib. 5. cap. 3. ex Plut. Arato.*

Syracuſani poſtquam audiniſſent Dionem, à quo liberati erant, à Calippo Atheniensi familiari ſuo interfectum eſſe: ne beneficij accepti parùm grati viderentur, in vltionem facti conſpirarunt: & cùm Calippum inuenire nequirent, eius filias interfecerunt. *Plut. in Dione.*

Iidem Timoleontem Corinthium, ſuæ vindicem libertatis, præ ſenio, cæcum, honoribus proſecuti ſunt ampliſſimis. Domum eximiam cum amœniſſimo prædio ei donauere. Hoſ[illegible]

[illegible] Mortuum [illegible] ludis perpetuum honorare [illegible] & monumentum in foro extruxerunt. *Plut. in Timol.* F

Crotoniatæ, obſeſſi in oppido munito quidem, ſed aqua deſtituto, à Dyonyſio tyranno: miſſa legatione, vt redimere ſe aliquo pretio liceat, rogabant. At præter expectationem ſuam ab eo gratuita libertate donati, coronis eum aureis donarunt. *Diod. lib. 14.*

Cùm Iſthmiaco conuentu T. Flaminius, poſt Philippum regem victum, omnes Græciæ populos, quorum libertatem Macedo oppreſſerat, in priſtinæ fortunæ ſtatum præconis voce reſtituiſſet: tantus fauor audientium ſecutus, vt aues supernè volantes ad terram deciderint. Quin maiora etiam gratitudinis argumenta extiterunt. Calcidenſes diu in eo perſeuerarunt, vt nulli deorum templum, niſi Flaminij nomine appoſito, dedicarent: vt Herculi, Mineruæ, Neptunóve & Flaminio ſacrum inſcriberent. *Sab. lib. 7. cap. 1.*

Romani & Athenienſes Bruto & Caſſio tyrannicidis, honores deferentes, æreas ſtatuas ob Tyrannicidium erexerunt. *Petrus Ærod. ex Cic. pro Milone & Plut. Bruto.* G

A FERIS, BELLVIS.

Conſule Tit. Fortitudinis contra belluas.

Cùm Megareus rex Megarenſium in finibus Atticæ amiſſet filium Timalcum in bello, Euippum leo Cithæronius interfeciſſet: vt filium vlciſceretur, filiam ei promiſit in vxorem, qui leonem interfeciſſet. Alcathous ergo Pelopis filius leone interfecto, Megarei gener factus, ei in regno ſucceſſit, & arcem Apollinis ope extruxit. *Pauſan. in Attic.*

Lege cauetur in Iſlandia inſula, vt quicumque noxiam beſtiam occiderit, à fiſco vel regio præfecto mercedem accipiat. Cùm itaque corui alibi ibidem plùs quàm in aliis regionibus, agnellos & porcellos rapiant, pueri in iis configendis operam ſuam ponunt, ſolaque roſtra funibus alligata præſidibus pro ſigno mercedem petituri demonſtrant: quam pari ſagittarum numero, vt beſtiæ fuerint interemptæ, compenſant. Idem de reliquis animalibus noxiis in tota Septentrionali plaga obſeruatur. *Olaus lib. 4. cap. 15.*

Dauide ſecundo apud Scotos regnante, Angelus quidam captiuus equum, cui Merchiarum Comes inſidebat, ferociter ſalientem, quum omnes territi fugerent, ſolus fræno accepto, retinuit. Merchiarum comes agro Anglum in Laudonia haud ita magno donauit. Cæterùm virtute poſterorum in tantam familia ea amplitudinem creuit, vt præter equites complures ex eadem gente comes Bndeuallis prodierit. *H. Boet. lib. 16.* H

AB EXILIO.

Arato Sicyonio, quòd patriam à Nicocle tyranno liberaſſet, & apud Ptolomæum inſuper 150. talenta patriæ pro dono impetraſſet: Exules Sicyonij, quos reduxerat, priuatim ei æream columnam poſuerunt. *Plut. in eius vita.*

METELLVS PIVS pertinaci erga patrem exulem amore tam clarum lachrymis, quàm alij victoriis cognomen aſſecutus. non dubitauit conſul pro Q Callidio prætore candidato ſupplicare populo, quòd tribunus plebis legem, qua pater in ciuitatem reſtitueretur, tulerat: quin etiam patronum eum domus & familiæ ſuæ ſemper dictitauit. Nec hac re principatui, quem proculdubio obtinebat, quicquam decerpſit: quia non humili, ſed grato animo longè inferioris hominis maximo merito eximiam ſubmittebat dignitatem. *Valer. l. 5. c. 2.*

Afflictis

A Afflictis Venetorum rebus anno Salutis 1509. à Maximiliano Imperatore, Luduuico XII. Gallorum rege, & Iulio II. Pontifice, cùm omnes continentis vrbes ſe Cæſ[illegible] dediſſent, præter Taruiſium: & ad eam [illegible]æſaris nomine accipiendam, abſque [illegible]lla imperij maieſtate Leonardus Triſſinus Vicentinus [illegible]ul, qui Patauium eo modo acceperat, iuſſet, [illegible] [illegible]us eſſet [illegible] ciuitatis Exules recentei à Venetis reſtituti, & huius beneficij cauſa Veneti nominis amantes, tumult[illegible] cœperunt. Hos plebs ſecuta, eiecto Triſſino [illegible] [illegible]nt [illegible], & ſeptingentos Venetorum pedites in vrbem acceperunt. *Guicciardin.* [illegible] 8.

A CAPTIVITATE ET CARCERE.

S[illegible]nv[illegible] cù[illegible] à Mida [illegible]tus eſſet, hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe ſcribitur, docuiſſe regem, Non naſci hominem longè optimum eſſe [illegible] autem quamprimum mori. Ea de re philoſophatur. *Plut. in conſol. ad Apol.* Theognis in Gnomis: [illegible]. At contra Theognidis paradoxum belle arguitur *Epi[illegible] apud* [illegible].

Cùm Aidoneus Moloſſus Herculem hoſpitio accepiſſ[illegible], & ſermonem fortè intuliſſet de Theſeo & Pyrithoo, quæ [illegible]

B piſſent facinora, & deſecti cum fuiſſent, qui eſſent paſſi: Hercules hoc poſtulauit beneficij vt concederet ſibi Theſea. Annuente Aidoneo, liberatus, Theſeus vinculis, Athenas eſt regreſſus, ac quæcunque delubra ante ſibi fuerãt à ciuitate aſſignata, cuncta Herculi, quatuor demptis, ſacrauit, dixitq; pro Theſeis Heraclea, vt auctor. *Philoch. eſt apud Plut. in Theſeo.*

Bias Prienæus, cùm diues eſſet, puellas quaſdam Meſſenias redemit & pro filiabus educauit: poſtea dote data eas Meſſanam ad parentes remiſit. Breui pòſt inuento aureo tripode, cùm ex oraculo deberetur Sapientiſſimo: puellæ cum patre ſuo in concionem prodierunt, & Biantis, liberalitate expoſita appellarunt eum Sapientem, auctoréſque fuerunt, vt tripus Bianti mitteretur. Eum Bias repudiatum Apollini, quia ſolus is ſapiens eſſet, mittendum cenſuit. *Sab. l. 5. Enn. 2. ex Laert.*

Aristomenes Meſſenius inducijs cum Lacedæmonijs factis ſecurius vagabatur. Eum ex inſidijs ſeptẽ Cretenſes ſagittarij, Laconũ auxiliarij, captũ, pharetrarũ loris vinciunt. Mox

C id ex illis duo gratulabundi Spartam nunciant captum Ariſtomenem: reliqui in tugurium quoddam Meſſenici agri captiuum pertrahunt. Habitabat in eo gurguſtio orba patre virgo, vna cum matre ſua. Ea ſuperiore proxima nocte per ſomnium viſa fuerat ſibi videre, pertrahi illuc à lupis leonẽ vinctum: ereptis vnguibus, illum ſe è vinculis exemiſſe, & cum eo tanquam cum viro congreſſam, vngues illi dediſſe, nec multo poſt à leone lupos laniatos. Deducto itaq; à Cretenſib. ad eam caſam Ariſtomene, agnouit puella expreſſam viro quẽ tu ſomni imaginẽ: quæſiuit ex matre, Quiſnam ille eſſet, auditoque viri nomine, confirmauit ſe: & cùm in eum intueretur facile quod ſignificaret intellexit. Vinum itaque largius Cretenſibus fudit, Cúmque ſe vinolenti omnes abiecisſent ei quẽ grauiore ſomno conſopitum animaduertit, pugnaculum eripuit, eo vincula ipſa abſcidit, inſidiatoréſque Ariſtomenes iugulauit ſuos. Virginem illam, pro nauata ſaluti ſuæ opera, à filio ſuo Gorgo, vxorẽ accipi voluit Ariſtomenes, cùm tamen non eſſet ille annorum maior decem & octo. *Pauſ. in Meſſ.*

Xenocratem Philoſophum, cùm Lycurgus orator eum à publicanis, à quibus ducebatur ad carcerem, cauſa penſionis quam pendebant inquilini, exemiſſet, atque illos qui

D eum duxerant, accerſiuiſſet iniuriarum fama eſt liberis occurrentem Licurgi dixiſſe: Egregiam profecto pueri gratiam patri veſtro refero, quòd omnes eum ob eius in me beneficium commendent. *Plut. in Flaminio.*

Veiis captis pop. Rom. delecta ſibi decima ſpoliorum parte, aureum craterem Apollini Delphico dedicauit. Legati autem Delphos profecti, in Lipareos quoſdam prædones inciderunt, à quibus capti in Liparam abducuntur. Timaſitheus autem Lipareorum dux legatos liberauit, & omne eis aurum reddens, Delphos illæſos dimiſit. Populus Romanus audito ex legatorum relatu hoc Timaſithei beneficio, quod ei feciſſet, ſine mora communi conſenſu, conſtituto ei publico apud eos diuertendi loco honorare eum decreuerunt: nec non cùm poſt annos 137. Liparam inuaſiſſent, quicunque ex Carthaginenſibus ad Timaſitheum genus ſuum referrent, omnes eos ab omni cenſu & tributo immunes dimiſerunt, ac libertate donauerunt: *Diod. lib. 14.*

T. Quint. Flaminij de Philippo rege triumphantis currum non vnus, ſed duo millia ciuium Romanorum pileata comitata ſunt, quæ in Punicis bellis intercepta, & in Græcia E ſeruientia, cura ſua [illegible]ollata in priſtinum gradum reſtitu[illegible]. Geminum ex ea [illegible] decus Imperatoris, à quo ſimul & de[illegible] hoſtes & con[illegible] ciues, ſpectaculum p[illegible]triæ præbuerunt. Illorum quoque [illegible]lus dupliciter omnibus accepta fuit: & q[illegible] tam multi, & quia t[illegible] tam optatum [illegible] ſtatum [illegible] recuperauerant. *Va[illegible] 5. [illegible] 2.*

L. Terent. Romanus, prætoria familia natus, vir probu[illegible] & humanus in bello à Pœnis captus, cum à Carthag[illegible] [illegible]us pacem à Romanis petentibus, ad Scipionem [illegible] cum alijs miſſus eſſet, ac Scipio Africanus eund[illegible] col[illegible]locaſſet, omne be[illegible] [illegible]oluens Terentius [illegible] [illegible] mor, triumphantem Scipione pileatu[illegible] ſequut[illegible] [illegible] libertus Quin & [illegible]pione iam mortuo a[illegible] [illegible]as mulſum exhibuit, [illegible] que ad funer[illegible] celebritatem [illegible] ſtudioſè procura[illegible] *Va[illegible]* [illegible] Terentium Culeonem vocat.

Bald[illegible]vs Hieroſolymorum rex. ☞ *Vide ſupra Gratitudo pro H[illegible]ſpitalitate.*

Svano Danorum rex à Sclauis captus, & matronarum mundo muliebri redemptus, feminis deinceps participandarum hæreditatum ius, à quibus antè lege repellebantur, in- F dulſit. *Saxo. l. 10.*

Philipp. Maria dux Mediolanenſis, graui Venetorũ bello circumuentus &, ab omnibus ſociis deſertus erat. Vnus tamen omnium Alphonſus Aragonius accepti beneficij memor quod Genuenſi bello captus, ab eodem liberaliſſime tractatus fuiſſet, ad opem ferendam ſe accinxit. Sed cum ſecutius iret agit Philippus ob aduerſam valetudinem oculis captus, deinde ex ipſa arce hoſtilium armorum fragore audito vehementer commotus, vitæ tædio ſimul & langore mortem obiit, ipſo Alphonſo hærede inſtituto. *Æneas Syluius c. 49 Europa.*

A MVLTA, DAMNATIONE.

Fannia grata fuit & humana erga C. Marium. Minturnis captum eiuſque cuſtodiæ traditum: qui adulterij ream, ne dote ſpoliaretur, ſed infamiæ tantum multam quatuor aſſes penderet, in iudicio olim præeauerat. *Plut. in Mario.*

M. Livivs Salinator, cum ab omnibus Romanorum tribub. iniuſte, excepta Metia, damnatus eſſet: reuocatus ad dignitatẽ, in cenſura ſua cum cæteras tribus ærarias feciſſet, quod ſe vt nocentem condemnaſſent, & poſtea Conſulem Cenſoremque feciſſent, ſolam Metiam tribum multa exemit: beneficij accepti memor. *Plin. c. 50. de Viris illuſt. Alex. l. 1. c. 17.* G

Damon Peripoltas Chæronevs, Romanum quendam ducem, ſtuprum ſibi intentantem, interfecerat. Turbata ciuitate ſenatus Chæronenſis hos concilio habito capitis damnauit, vt ea ſuppeditaret ipſis ad Romanos ſatisfactio. Veſperi autem magiſtratibus vnà de more cœnantibus, cohors Damonis facta in curiam irruptione, contrucidauit omnes, iterumque ex oppido ſe retraxit. Lucullus cum copiis fortè illac tranſiens, ſubſtitit ibi ac recenti adhuc facinore, quæſtione habita, ciuitatem reperit non ſolùm inſontem, verum etiam pariter violatam. Chæronei Damonem ad redeundum in oppidum pellectum, reducem præfecerant gymnaſio: Inde vngentem in ſudatorio interemẽre. Orchomenij verò conterminꝰ quadruplatorem Romanum ſubornarunt, qui eam ciuitatem ob cædem à Damone interemptorum adduxit in iudicium. Patroni ciuitatis teſtem laudarunt Lucullum. Ad quem cùm Prætor Macedoniæ ſcripſiſſet, perhibuit teſtimonium ille veritati. Ita ciuitas hæc, quæ verſabatur in ſummo periculo, fuit iudicio liberata. Quare Chæronæi ſtatuam H marmoream Lucullo in foro iuxta Liberum patrem poſuẽre. Eiuſque vitam Plutarchus Chæroneus luculenter gratitudinis ergò deſcripſit. *Plut. in Proœmio Cimonis & Luculli.*

Subactis à Fridarico I. Imperatore Mediolanenſibus, regi Bohemorum Vladiſlao, cuius interceſſione clementiorem experti erant victorem, Mediolanenſes dono dedẽre candelabrum æneum, quod Salomonis regis fuiſſe dicebatur, cum decem millibus aureorum, quod ille Pragam ad D. Vitum deuehendum curauit. *Dubrau. lib. 12.*

OB BENEVOLENTIAM ET CONSTANTEM FIDEM, PACE BELLOVE.

Darivs rex Perſarum è Scythia fugiens, tranſmiſſo rapidiſſimè Helleſponto, poſtquam Sardis venit, recordatus eſt beneficij in ſe ab Hiſtiæo Mileſio collati, qui ratem in Iſtro cuſtodiuerat, & conſilij Cois Mitylenæi, qui ratem non ſoluendam ſuaſerat. Quibus accerſitis Sardis, obtulit electionem. Hiſtiæus, vt qui eſſet Mileti tyrannus, nullam ſibi tyran-

 nidem

A nidem popoſ[illegible] in Thracia ad Stymonem fluuium Myr[illegible]inum [illegible] dem dictum, animo vrbis in ea condendæ, C[illegible] non tyrannus, ſed priuatus eſſet, petiit Mitylenes [illegible] eandem Impetrato vterque quod optauerat, eò ſe con[illegible] *Herod.* [illegible] 5. [illegible]dem mortem Hiſtiæi, quàuis proditoris, grauiter tulit, quoniam de ipſo benè erat meritus. *Herod. l. 6.*

[illegible]tæenſibus ob fidem erga Græcos contra Perſas, G[illegible] æ[illegible] octuaginta talenta offerunt. *Plut. in Ariſtide.*

Samiorum decem nauium trierarchis qui in pugna nauali apud Miletum geſta contra Perſas fortiter dimicarunt, neque defecerunt (vt reliquæ quinquaginta naues, clam ab Æace Syloſontis filio qui Samo pulſus Darij partes ſequebatur, perſuaſi) is honor habitus à Græcis, vt nomina in lapide ſcriberentur. *Herod. l. 6.*

Cùm à Fuluio Capua obſideretur, ac duæ Campanæ mulieres beneuolentiam erga Romanos dimittere ex animis noluiſſent, Veſtia Opidia materfamiliar. & Cluuia Facula meretrix: quarum altera quotidie pro ſalute Rom. exercitus ſacrificauit, altera captiuis militibus Romanorum alimenta ſubminiſtrare non deſtitit: vrbe illa oppreſſa, Senatus iis & libertatem & bona reſtituit, & ſi quid amplius præmij petiiſſent, libenter ſe daturum aſſeuerauit. Vacaſſe in tanto gaudio P. C. duabus humilibus fœminis, referre gratiam, ne dum præ ſe tuliſſe, mirandum. *Val. l. 5. c. 2.*

B

Maſiniſſam regem Numidiæ, à Syphace pulſum, ob egregiam fidem erga populum Romanum, Publ. Scipio Africanus victis Carthaginenſibus non ſolùm regno patrio reſtituit, ſed & opulentiſſimam partem regni Sypharis adiecit. *Auctor. vitæ Scipionis.*

Cn. Pomp. Magnus Phraati Parthorum regi, qui anteà amicitiam per literas confirmarat, bellum indixit. Verùm poſteaquàm Phraatis reſponſo intellexit, quàm multa ſua in populum Rom. extarent beneficia, ingratitudinis pudore affectus deſtitit, ac neque Tigrani, cui Parthi bellum inferebant, auxiliatus eſt, nec ampliùs contrà Phraatem quidquam hoſtiliter egit: ambobus tamen arbitros dedit, à quibus eorum diſſidia componerentur. Quibus vtrinque admiſſis, ipſi omnem inter ſe controuerſiam diremerunt. *Dion. Nicæn.*

Mithridatis rex Aſiæ pro Leonico acerrimo defenſore ſalutis ſuæ à Rhodiis nauali pugna excepto, omnes hoſtium captiuos permutauit: ſanctiùs eſſe exiſtimans, ab inuiſiſſimis circumveniri, quam benè merito gratiam non referre. *Valer. Max. l. 5. c. 2.*

C Alphonsus Aragonum & Siciliæ rex, cùm Lopi Symenij magnanimi ac generoſiſſimi hominis opera, viginti iam annis foris, bello & domi in ſeriis ac arduis negotiis plurimum vſus eſſet, nouo honoris genere Protegẽ, ac quod magis eſt, Siciliæ præſidem, totiuſque regni Neapolitani appellari voluit. *Ant. Pan. l. 1. de Reb. geſtis Alph. & Æn. Syl. de eius Dict.*

Brixienſes diuturna obſidione fatigati à Philippo Vicecomite, fame inſuper & peſtilentia confecti, quia in fide perſtiterant, à Venetis perpetua donati ſunt immunitate. Et vt plebs ſua quoque ſentiret præmia, molarum vectigal (quod viginti millibus locari conſueuerat) in perpetuum eſt populo remiſſum. *Sab. l. 5. Dec. 3.*

Venetus Senatus triginta familias plebeij ſanguinis optimè de Republica Venetoque nomine meritas, difficillimo tempore Clodienſis belli, patricio ordine omnes cum ſuis hæredibus donauit. *Egnat. l. 1. c. 2. & l. 6. c. 5.*

Scodrenſes Epirotæ Turcis octauum iam menſem vrbem obſidione ſecunda prementibus, quum ferro flammiſque hoſtibus fortiſſimè reſtitiſſent, vrbem ipſam Veneti Solymanno dedere coacti ſunt: inuitis (quòd in ſe eſſet) ciuibus, qui mori etiam fame mallent, quam Venetis non parère. Se-

D natus quadringentos & quinquaginta, qui ſuperfuerant, præter vxores & liberos Venetias aduenientes ita excepit, vt alios perpetuis ſalariis donarent, alios oppidorum ſuorum arcibus præficerent, reliquos ad vnum nullo non beneficij genere perſequerentur. Id quod antea etiam Chalcidenſibus publicè datum erat. *Egnat. l. 4. c. 7. & Sab. l. 10. Dec. 3.*

Raphael Caresinus, magnus Cancellarius, ſiue Scribarum princeps apud Venetos, quamvis humili plebeioque loco natus, pro egregia tamen ſua virtute & ſtudio patribus impenſo, per id tempus quo Clodia Venetis à Genuenſibus erepta erat, in patriciorum ordinem cum ſuis hæredibus legitimo loco natis aſcitus eſt. *Egnat. l. 6. c. 9. & l. 3. c. 4.*

Gonsalvus Agidarius Aragoniæ claſſis præfectus, ob fidelem operam V[illegible] præſtitam, [illegible] D cal[illegible] ſexaginta [illegible]tum [illegible] Venetæ præfecto [illegible] Et [illegible] cum iure [illegible] dedi[illegible] libras [illegible] *Bemb.* [illegible] *Hiſt.* [illegible]

Veneti poſt d[illegible]um Maximi[illegible]ni Imp. ab [illegible] ne Patauij ob agi[illegible] in Remp. fi[illegible] iuſsêre, tutur[illegible] credit[illegible] [illegible] co[illegible] [illegible] .9. *Hiſt. Venetæ.* N[illegible] Viſu[illegible], qu[illegible] Venetæ [illegible] piarum præf[illegible]tus ob eiu[illegible] tque [illegible] tiam, quod à compl[illegible] [illegible] ipſo- rum ſtipendia [illegible] ſignis pol[illegible] ib[illegible] Re[illegible]pub. deſere noluerat, per trie[illegible] imper[illegible] m nomen cum ſtipendio [illegible]nuo auri librarum qu[illegible] tarum Se[illegible]tus da[illegible] cenſuit. *Bemb. l. 6.* [illegible] *Venetæ.*

OB AVXILIVM CONTRA HOSTES.

La[illegible]vm.

Alex. Magn. victis Perſis Crotoniatis in Italia prædam [illegible] ad Phayli athletæ honorandum ſtudium virtutemque, qui bellis Medicis, cùm Itali cæteri res Græcorum haberent pro deploratis, Salaminem, naui ſuis impenſis inſtructa: fuerat ad periculi ſocietatem profectus. *Plut. in Alex.*

F Antiochus Magn. Aſiæ rex, victo Scopa Ptolemæi Epiphanis duce, cùm à Iudæis comiter exceptus & etiam adiutus fuiſſet: in expugnando præſidio Hieroſolymis à Scopa relicto, gratitudinis ergo ciuitatem variis oppreſſam calamitatibus refocillauit. Ac primùm pietatis ergò præberi eis iuſſit in pretium pecudum mactandarum, vini, olei, thuris, argenteorum viginti millia, & ad ſimilam ſecundùm prouincialem legem tritici medimnos mille quadringentos ſexaginta, & ſalis medimnos trecentos ſeptuagintaquinque: templum quoque abſolui curauit, & lignorum materiem comportari tam ex ipſa Iudæa, quam ex aliis gentibus & ex Libano, immunem à vectigalibus: quam immunitatem & aliis rebus conceſſit ad apparatum atque ornatum templi pertinentibus. Permiſit etiam eis, vt omnes viderent iuxta leges patrias: & remiſit ſenatoribus, ſacerdotibus, ſcribis templi atque cantoribus tributum, quod pendebant pro capite, & aurum coronarium. Et vt eò citiùs vrbs frequentaretur habitatoribus, conceſſit omnibus, qui eam habitarent, quive ante hyperberetæum menſem eò ſe habitatum contuliſſent, immunitatem omnium tributorum vſque in triennium: remiſitque eis in poſterum tertiam partem tributorum, in præteritorum damnatorum compenſationem. Et quotquot ex vrbe abrepti ſer- G uirent, & ipſos & natos eorum voluit eſſe liberos, ac bona quoque eis reſtitui iuſſit. *Ioſeph. l. 12. cap. 3. Ant.*

Punico ardente bello, Mutina Syracuſanus, quòd in Siciliã cũ equitatu tranſiiſſet ad Romanos, ex auctoritate Senatus & rogatione populi ciuitate donatus eſt. *Alex. ab Alex. l. 4. c. 10.*

Iuuentus Romana Quintio & Minutio Coſſ. vltrò nomina ſua militari ſacramento obtulit, vt Tuſculanis, quorum fines Equicoli occupauerant, præſidium ferrent: quia paucis antè menſibus conſtantiſſimè & fortiſſimè imperium Romani populi defenderant. Ergo quod auditu nouum eſt, ne patria grata voluntas ceſſaſſe videretur, exercitus ſe ipſe conſcripſit. *Val. Max. l. 5. c. x.*

P. Scipio ob fidelem fortemque Maſiniſſæ in pop. Rom. operam, quoniam parum videretur, regnum ei patrium reſtituiſſe, opulentiſſimam partem regni Siphacis adiecit, & aurea corona donauit. *Liuius lib. 30. Blond. l. 6. Rom. triumphant.*

L. Sylla Dictator priuato Pompeio & caput adoperuit, & ſella aſſurrexit, & equo deſcendit, eaque ſe libenter facere in concione prædicauit: memor ab eo duodeviginti annis nato patres ſuas exercitu paterno adiutas. Multa inſignia Pompeio, ſed neſcio an hoc quicquam admirabilius contigerit, H quòd magnitudine beneficij ſui Syllam obliuiſci coëgit. *Val. Max. lib. 5. c. x.*

Probus Imp. quia Galli, Hiſpani & Britanni contra Proculum & Bonoſum tyrannos auxilio fuerant, fecit his poteſtatem conſerendæ vitis ac conficiendi vini. Ipſe Almam montem in Illyrico circa Syrmium militari manu foſſum vitibus fuit, & Romanis in voluptates vinum dedit. *Cuſp.*

Boleſlao II. in Bohemia regnante. Ethnici contra Chriſtianos inſurrexêre, & monte prope Pragam occupato, excurſoribus Chriſtianorum agros infeſtos habuêre. Vix tandem autumni tempore, hoſtibus in ignes faciendo amagia, quã ad vigilias obeundas intentis, Chriſtiani, adiunctis ſibi Iudæis, in cautos

A incautos ex inopinato adorti, à fronte & à tergo inuaſêre. Inſigniores in fugam effuſi, tenebris & ſylvis tegebantur, ſed ibi quoque pleroſque Iudæi comprehenderunt, interfecerunt que, ac permiſſu Pragenſium, Synagogam inde Pragæ ſibi conſtituerunt. *Dubrau. lib. 6.*

Fridericus Bohemorum rex victo Sobieſlao regni æmulo, Germanis nobilibus, ob operam in hoc prælio ſtrenuam optionem dedit manendi in Bohemia, vel abeundi. Qui diſcedebant hos præter viaticum equiis inſuper veſtibuſque holoſericis, & vaſculis argenteis exornatos dimiſit. Quibus verò permanere placuit, eis pro dignitate cuiuſque, aut bonorum partem ab illis, qui in pugna abſque liberis, ceciderant, relictorum addixit, aut locum in aula eum aſſignauit, ex quò victus, cultus & honos adfluerent. *Dubr l. 2.*

Gregor. Castriotus Epiri princeps, à Mahometo Turcarum imperatore ſummis oppugnatus viribus, ab Alphonſo Aragonio & Neapolitano rege pecuniis militéque liberaliſſimè adiutus eſt. Igitur eo mortuo, vbi ſenſit Ferdinandum filium in Apulia contra Ioannem Andegauenſem & Tarentinum principem res gerere: conductis aliquod mercede nauibus, ſeptingentos equites Epiroticos Ferdinando miſit, quo-
B rum virtute & gratitudinem & fortitudinem ſuam comprobauit. *Belli Neapolitani.*

Venetis ob egregiam contra Ecelinum tyrannum operam præſtitam ab Alexandro IV. conceſſum, vt Aureæ ædis primicerius mitra paſtorali baculo cæremoniarum, hora vteretur: quod ad eam diem præceſſorem nemo importauerat. *Sab. l. 1. Dec. 1.*

Iacobus Caballus Veronenſis, Clodienſi bello militari vniuerſæ rei præfectus, litora contra Ligurem hoſtem ſtrenuè defendit. Eum Senatus Venetus patricio ordine donauit, illo inſuper addito munere, quodcunque ille pro domeſtico vſu ſuo in vrbem inferret, neque ipſe, neque eius hæredes quicquam in publicum cenſum referre cogerentur. Quod nulli Venetias incolenti, hodie ſit conceſſum. *Egnat. l. 5. c. 2. & lib. 6. c. 9.*

In reprimendis Maximiliani Imperatoris militibus præclara Hieronymi Saorniani Foroiulienſis virtus fuit, qui ſuorum clientum & agreſtium ac montanorum hominum manu omnes ferre hoſtium impreſſiones atque impetus audaciſſimè ſuſtinuit. Itaque poſtea anno 1509. quo die antiqua conſue-
C tudine ciues ſexaginta maioribus comitiis creantur, qui annum in Senatu ſint, eum is honorem eſt à Venetis adeptus, atque ita quidem adeptus, vt omnes ciues principéſque ciuitatis ſuffragiorum numero vicerit: quæ res antea nunquam acciderat, vt cuius maiores domicilium extra vrbem ſemper habuiſſent, ipſe in vrbem ſuis modo temporibus ac per occaſiones ventitarit, in Senatum legeretur. Vt autem pluribus etiam ſuffragiis, quam vllus alius, eam rem conſequeretur, id verò magnopere mirum omnibus atque inauditum fuit. *Bemb. l. 9. Hiſt. Venetæ.*

Bonifacio Sonzinio, qui ſe amanter pro Republ. Veneta Patauino bello geſſerat, auri libra annis ſingulis immunitaſque rerum omnium ei liberiſque poſteriſque eius, tum vt ipſe liberque extra ordinem in Senatum legerentur, dono datum. *Bem. l. 9. Hiſt. Venetæ.*

Anno 154. quod Vincentin. Naldius Fauentinus magna in opidi finibus gratia, omne ſtudium & diligentiam adhibuiſſet, vt Fauentia in deditionem poteſtatémque Reipubl. Venetæ redigeretur, ei militia inſignia cum veſte aurea, aurique libræ viginti ſunt à Patribus dono datæ, tum quoque in annos ſingulos conſtitutæ penſionis nomine, immunitate om-
D nium rerum, quam hæredes eius ſequerentur, addita primis quoque proximi ordines militum belli tempore promiſſi: eius etiam propinquis quatuor victus annuus attributus: neque multò poſt eædem honeſtates, donaque totidem quot in Vincentium Senatus contulerat, in Dionyſium item Naldium eius conſobrinum ſunt collata. *Bemb. l. 7. Hiſt. Venetæ.*

Benedictus Pisaurius diſcedendi Magno Conſaluo, Veneti Senatus nomine, ob egregiè nauatam in oppugnanda Cephalenia operam gratias egit, in præmium nauatæ operæ dono dedit vaſa ex auro argentoque cælata coccineos item laneos pannos, & ſericos purpureos, & plures ex his auro intertextos, equos vero Thracios decem, & auri argentique ſignati circiter decem millia aureorum nummûm, quæ fere omnia exercitui in vniuerſum regia liberalitate & ſigillatim militum amicorumque fortiſſimis diuiſit, quum vix quatuor ingentes ſcyphos ad exornandum in pace abacum, tanquam teſtes virtutis ſuæ Venetæ munificentiæ retinendos cenſuiſſet, quum eximia animi magnitudine lauream de capta Cephalenia labore partem omnibus illis muneribus anteferret. *Ion. in Conſaluo magno.* E

Antonius Siculus iuuenis. Othomannico bello à Petro Mocenico maritimæ rei imperatore Miſſus eſt Callipolim, vt Turcicum nauale, domumque in eo oppido plenam omni apparatu nautico incenderet, Turcæ ad ſubitum incendium extinguendum aduolarunt. Iuuenis naniculam repetens, quæ inter nauigandum improuiſo igne conflagrarat, captus à Turcis, interfectus eſt Interrogatus ab Othomanno. Cur id auſus eſſet? An ego, reſpondit, Chriſtianus non tui nominis odio hoc aggrederer? Veneti Antonij fratrem adoleſcentem adhuc, ſalario annuo, ſororem dote non mediocri cohoneſtarunt. *Egnat. l. 4. c. 7. & l. 5. c. 4.*

Bello quod Maximilianus Imp. Venetis fecit, miſerant Ferrariam Decemvirum Venetorum magiſtri Petrum Vampum è plebe hominem, qui ſe obtulerat claſſem in flumine opidi mœnia præterlabente cuſtodiam ſucceenſorum: ſed illum ſocij indicio proditum Ferrarienſes interfecerunt. Ea re ad Decemviros delata, tribus Vampi filiabus paruulis victus eſt annuus è publica collegij pecunia cum domo, quam inhabitarent, dono datus, & dos, cùm adoleuerint, ſingulis auri ſeſquilibra conſtituta. *Bemb. l. 10. Hiſto. Venetæ.* F

In vehementi illo terræmotu, quo Rauracorum Baſilea ſub annum Salut. 1355. concuſſa eſt, cùm ruina ædium multi mortales per totam vrbem oppreſſi periiſſent, & vicinorum fides ſuſpecta eſſet, ne ex vrbis incommodo ſuum facerent commodum Bernenſes præſidium Baſileenſibus ad defendendam vrbem liberali animo miſere. Huius tam præclarè memores beneficij Baſileenſes, Bernenſibus poſt auxilia ſua ſoli ex omnibus Heluetiis reliquis grato animo in cauſa Allobrogica contra Emmanuelem Philibertum Sabaudiæ decem promiſère. Sed compoſitione amica diſſidium illud ſublatum fuit.

OB HOSTES, PVLSOS.

☞ *Conſule Tit. Fortitudinis bellicæ præmia. Illic Virtutis, hic Beneficentiæ remuneratio ſpectatur.*

• Epaminondam Thebanorum ducem, ad Mantineam dum prima iam acie fuſa inſtat atque vrget, conſectationem hoſtium Anticrates Lacon excipiens lancea, vt ſcriptum reliquit Dioſcorides, feriit. Lacedæmonij Machæriones etiam hac ætate Anticratis nepotes nominant, quod percuſſerit illum machæra. Adeò enim ſuſpexere & amplexi ſunt viui formidine Epaminondæ, vt honores illi ac præmia decernerent, & ſtirpi eius immunitatem. *Plut. in Ageſilao.* G

Mutio Scæuolæ, eo quòd audacia ſua Porſennæ metum incuſſiſſet, ita vt obſidionem ſolueret, prata trans Tiberim honoris gratia data: & ſtatua erecta, quod eius facinore pacem cum populo Romano Porſenna feciſſet. *Liuius.*

Poſt Romam vrbem captam, cum ſedatus eſſet Gallicus motus, res verò publica eſſet ad tenue deducta: finitimi opportunitatem inuadendi Romani nominis aucupati, præfecerunt ſibi Poſthumium Liuium Fidenatium Dictatorem. Qui mandatis ad Senatum miſſis, poſtulauit: vt ſi vellent reliquas ſuæ ciuitatis manere, matres familiæ ſibi, & virgines dederentur. Cumque patres eſſent in accipiti deliberatione ſuſpenſi, ancilla Philotis pollicita eſt, ſe cum cæteris ancillis ſub nomino dominatum ad hoſtes ituram. Habituque matrum familias & virginum ſumpto hoſtibus, cum proſequentium lachrymis ad fidem doloris traditæ ſunt. Quæ cùm ad Liuio in caſtris diſtributæ fuiſſent, viros plurimo vino prouocauerunt, diem feſtum apud ſe eſſe ſimulantes. H Quibus ſoporatis ex arbore caprifico, quæ caſtris erat proxima, ſignum Romanis dederunt. Qui cum repentina incurſione hoſtes ſomno vinoque ſepultos ſuperaſſent, memor beneficij Senatus Romanus, omnes ancillas manu iuſſit emitti, dotemque eis ex publico fecit: & ornatum quo tunc erant vſæ: geſtare conceſſit: diemque ipſum Nonas Iulias Caprotinas nuncupauit, à caprifico, ex qua ſignum victoriæ ceperunt: ſacrificiumque ſtatuit Iunoni Caprotinæ annua ſolennitate celebrandum, cui lac, quod ex caprifico manat propter memoriam facti præcedentis, adhibetur. Ancillis eo die matronali habitu exultis, matronæ miniſtrabant. *Macrobius l. 1. cap. 11. Polybius l. 8. & Plut. in Romulo Camillo.*

• Alexander III. Friderici Imperatoris minas fugiens, Vene

A Venetiis exulauit, Amicè ab illis receptus, plumbo obſignandarum litetarum poteſtatem illis dedit: Sebaſtianum Cianum ducem cum Othone Friderici filio nauali prælio diuinatum victorem, ſtatum aurato enſe, aliiſque equeſtribus ornamentis inſigniuit. Victori è prælio redeunti Pontifex primò victoriam gratulatus: inde anulum porrigens aureum: Accipe, inquit, Cianoeſic me auctore ipſum mare hoc tibi pignore obnoxium reddito: quòd tu tuique ſucceſſores quotannis ſtato die ſeruabitis: vt omnis poſteritas intelligat, maris poſſeſſionem iure belli veſtram eſſe quandoque factam: atque vti vxorem viro ita illud veſtro ſubiacere imperio. Qui mos etiamnum hodie die feſto Aſcenſionis Domini ſeruatur. Inita pace, Alexander, Fridericus & Cianus dux Anconem peruenère. Vbi quum tota ciuitas ad portum officij gratia effuſa, publico nomine vmbellas duas, vnam Alexandro, alteram Friderico obtuliſſet: Pontifex tertiam Veneto duci afferri iuſſit: ac coràm permiſit, vt ipſe & reliqui duces ea perpetuò vterentur. Vbi verò Romam ventum eſt, ingenti quidem lætitia

B Pontifex à ſuis exceptus, quum inter multa & varia officia argenteas quoque tubas eſſet intuitus, quarum cantu & clangore omnia circumſtrepebant: ex ipſis tubis Veneto duci in adeptæ victoriæ memoriam octo offerri iuſſit: quibus & ipſi perpetuò ſummus Venetorum magiſtratus vteretur. *Sab. l. 7. Dec* 1.

Kennathvs II. Scothorum rex ad Bertam oppidum magna ſtrage à Danis in fugam verſus erat. Hay ſenex cum duobus filiis operi ruſtico intentus, cùm cladem ſuorum animaduertiſſet, arrepto aratri iugo fauces, per quas Dani Scotos inſequebantur, obſedit, multóſque cùm amicorum quòd fugerent, tum hoſtium, quòd inſtarent, trucidauit: noua auxilia adeſſe Scotis magna voce clamitans. Itaque victi victores Dani, Hay cum rege in oppidum Bertham, toto exercitu ſubſequente, aratri iugum, quo patriæ aſſeruaret libertatem, portans humero, ruſtica veſte indutus (ſplendidam enim à rege oblatam reſpuerat) in regium hoſpitium deductus eſt: & procerû conſenſu inter nobiles regióſque amicos cum familia receptus: quinetiam præter pecuniam & alia munera data illi optio agros certos, quo vellet loco, ad ſumptus, nobilium

C more petendi. Ferunt ſenem, ſuaſu filiorum, quibus glebæ vbertas haud erat incognita, agri, quem Taus è regione Fifæ, ad Errol vicum alluit petiiſſe, quantum falco manu emiſſus abſque quiete tranſvolaret. Idque ei regiâ beneuolentia liberè liberè donatum. Ergo delecto ad Inſchyram loco manu emiſſus falco, perpetuo volatu Roſſæ vicum quatuor propè paſſuû millibus ab Alecto petiit, ingentíque lapidi eius in vicinia, complicatis alis inſedit. Ceſſit per hæc ſeni ac filiis in hæreditatem, quicquid agri Inſchyram & præfatum ſaxum longo tractu interiacet; longum ſex millia paſſuum, quatuor propè latum. Falconis ſaxum etiamnum hodie appellant. Familiæ eius Kennethus rex tres clypeos rubentes in argenteo campo pro inſigni dedit: addita inſignibus iugi figura. Durat familia illuſtris Hayorum etiamnum hodie. *H. Boeth. l.* 11.

Petrvs Fvlgosvs. Genuenſis claſſis Admiratus, aduerſus Cyprios parta victoria, atque in poteſtatem redacta vrbe Famaguſta, in patriam rediit. Ei Genuenſes præter prædæ partem, decem aureorum numûm millia addidère, cum immunitate perpetua. Decreto quoque edito, vt in poſterum quo-

D tannis, omnes vrbani magiſtratus, in victoriæ memoriam, religioni Minorem pallium perferrent: & qui ex Petri recta linea perferendo muneri intereſſent, omnes, poſt principem ciuitatis, eo die anteirent. *Fulg. l. 5. c.* 2.

Adriatici ſinus imperium atque cuſtodia ab Alexandro IV. Pontifice Venetis, quòd armis, virtute, ſumptibúſque maximis eam nauigationem ab Saracenis atque prędonibus defendiſſent, ſecuramque reddidiſſent: ampliſſimis priuilegiis conceſſa fuit. *Guicciard. l.* 8.

OB PACEM CONCILIATAM.

Lampſaceni Anaximeni philoſopho, ob vrbem conſeruatam ab Alexandri Magni ira, ſtatuam poſuère. Is enim ab vrbe miſſus, vt pro ea apud regem ſibi familiarem intercederet, cùm intellexiſſet Alexandrum iuraſſe, contrarium ſe eius quicquid petiturus eſſet, facturum: Anaximenes. Hoc à te, inquit, precibus, rex, contendo, vt Lampſacenorum coniuges & liberos in ſeruitutem redigas, vrbem totam exſcindas, & deorum templa exuras. Quibus ambagibus circumuentus Alexander, Lampſacenis inuitus pepercit. *Pauſan. l.* 6.

Cùm C. Martium Coriolanum exulem Romam obſidentem, quem neque legati [illegible] flectere [illegible] E Volumnia mater Vergilia vxor, ſtipante matronarum [illegible] exercitum abduceret, flexit [illegible]: Romani ſimul atque Vol[illegible] conſpexerunt, ſ[illegible] recipientes, mox pate factis omnibus ten[illegible] quaſi nunciata eſſet [illegible] ctoria coronati victimas cæcidère [illegible] cipuè gratia & honoribus, quos patres populuſque [illegible] mulieribus habuerunt. [illegible] uſtris fuit gratulatio ciuitat[illegible] ferrent & haberent [illegible] dàm ſalutis fuiſſe auct[illegible]. Sen[illegible] cùm decreuiſſet, qu[illegible] poſtulaſſent, quod ad ip[illegible] dem & præmium per[illegible], id conſules facerent & præſtarent: nihil poſtularunt aliud, quàm vt templum Fortunæ muliebri ædificaretur, impenſas oſtenderunt [illegible] aturas, victimæ & reliqua, quæ ad honorem deorum pertinerent, vt publicè præberetur. Quam munificentiam cùm collaudaſſent patres, & de publico tamen templum & ſimulachrum poſuiſſent, non eo minùs pecunia fœminæ collata alterum ſignum fecére: quod Romani memorant in æde locutum, vocem mittens huiuſcemodi. Pia me religione fœminæ dedicaſtis. Bis F hanc vocem fabulantur auditam. *Plut. in Coriol.* Ibi matronæ Calendis Decembribus quo die bellum fuerat ſolutum, rite ſacrificare iuſſæ. Valeria, quæ muliebris legationis auctor fuerat, prima ſacerdotium templi adepta eſt. *Sab. l. 9. En.* 2. Quinetiam in honorem mulierum ſanxit Senatus, vt feminis ſemita viri ſederent: confeſſus plus ſalutis Reipub. in ſtola, quàm in armis fuiſſe; vetuſtiſque aurium inſignibus nouum vittæ diſcrimen adiecit, permiſit quoque his, purpurea veſte & aureis vti ſegmentis. *Valer. Max. l. 5. c.* 2.

Legati ab Atalo Romam miſſi coronam auream 246. pondo in Capitolio poſuerunt, gratias patribus agere iuſſi, quòd Romanorum legatorum auctoritate Antiochus motus, ſui regni finibus exceſſit. *Sab. l. 6. Enn.* 5.

Celtæ, qui in Hiſpania degunt, ſe erga gentis ſuæ feminas gratos oſtenderunt ciuili bello, qui inter ſe decertabant. Memorca enim, earum oratione lachrymiſque ſe diſpoſitis ſimultatibus in gratiam rediiſſe: ſtatuerunt, vt in poſterum omnibus conſiliis ſuis fœminæ intereſſent, & quicquid inter eos contentionis oriretur, fœminarum iudicio dirimeretur. Inter fœdera quoque, quæ cum Hannibale inierunt, ſcribi voluerunt: Vt ſi Celtæ cuipiam Carthaginenſes iniuriam in Hiſ- G pania feciſſent, ea res à Carthaginenſibus diiudicaretur: contrà autem, ſi Carthaginenſem Celta læſiſſet, iudicium penes Celticas feminas foret. Hunc enim honore feminarum ſuarum prudentiam proſequi voluerunt. *Fulg. l. 5. c.* 2.

Romvlvs, quia matronarum interuentu Sabino bello ciuitas defenſa eſſet, indubitato gratitudinis argumento ſtatuit, vt præter alia ornamenta, ob id meritum mulieribus vno decreto congeſta, ad omnem occurſum via illis decederetur. *Sab. l. 7. c.* 1.

T. Qvint. Flaminivs legatus, M. Attilium Glabrionē Coſ. Chalcidem, quæ Anthioco fauebat, obſidentē comitans, deliniuit & deprecatus eſt tandémque in ſententiam ſuam adduxit & placauit: precibus apud illum, & eos, qui erant ſenatorij ordinis, eniſus. Chalcidenſes hoc modo conſeruati. Quintio dedicauerunt pulcherrima & maxima vrbis ſuæ ornamenta, quorum hoc æuo quoque titulos cernas huiuſcemodi: Populus Tito & Herculi gymnaſium. Et alibi: Populus Tito & Apollini Delphinion, Creatur etiam hac memoria ſacerdos Quintij ſuffragiis: atque hoſtia ei immolata, vbi libatum H eſt, canunt carmen compoſitum, cuius hic epilogus eſt:

Illam fidem verò colimus Romulidum maxime
Iurati ſanctam. Dicite cælorum dominum Muſæ, Romam
Titum quoque,
Romanam fidem ſimul O Tite Io. Pæan dominator.

Plut. in Flaminio.

Franciscvs Dandvlvs Venetorum legatus, quia ad publicam ignominiam deprecandam diu ad Clementis Romani Pontificis menſam humiliter ſtratus iacuiſſet, ad quod ipſum fuerat publicè in Galliam miſſus: ex ea legatione reuerſus, magno omnium ordinum fauore princeps eſt ciuitatis Venetæ factus, vt qui nuper in ſquallore & ſordibus pro patria conſpectus eſſet, ſublimi loco conſpiceretur, auro & purpura conſpicuus. *Sab. l. 7. c.* 1.

Andr. Avrivs, Genuenſi vrbi varias viciſſitudines imperij ſub Fregoſiis & Adurnis expertæ, quorû hi Gallorum partes, illi Cæſarianorum ſequebantur, libertaté reſtituit. Eſpropter populus vniuerſus, præclara, ideoque perenni grauiſſimorum animorum teſtificatione, legem rogauit, quam decuriones

A tiones cunctis ſuffragiis ſanxerunt, vt Auriæ, ſtatua coloſſeæ magnitudinis è Lunenſi marmore decerneretur, locareturque redemptorib. cuius baſi his verbis titulus inſcriberetur: Andreæ Auriæ ciui opt. feliciſſimóque, vindici atque auctori publicæ libertatis, Senatus Populúſq; Genuenſ. poſ. *Iou. l. 26 hiſt.*

Florentini graui bello preſſi ann. 1502. à Vitellocio Alex. VI. PP. Mediceos reducere conantis copiarum duce: Petri Soderini conſi o & opera à Lud. XII. G ll rum rege auxi ium implorarunt. Sodecinus ſingulari omnium ordinum aſſenſu eius legationis munus ſuſcepit: & apud regem tanta grauitate ciuitatis cauſam egit, vt planè demonſtraret regi, magnoperè eſſe cauendum, ne euerſa aut commutata Flore tinæ republica, quæ antiquo ſecentique, ſocietatis iure Gal ico nomini eſſet fœderata, ipſe demùm amittendæ Neapo is, Ciſ pinæque Galliæ periculum ſubiret. Itaque minis regiis territus Pontifex, per Titellocium vrbes omnes Florentinis ademptas reſtitui iuſſit. Quibus receptis, Florentinus populus vti omni ſolutus metu, adeò effuſe lætatus eſt, vt incredibili aſſentatione & ſtudio, Petrum Soderinum, vti patriæ parentem, quod nunquam antea per leges in libera ciuitate tent t m fue r, antiquato bimeſtri magiſtratu, adminiſtrandæ Reipub. icæ
B dictatorem perpetuum creatint. *Iou. in Leone X. l. 1.*

GRATITVDO, RESPECTV EORVM ERGA QVOS EXERCETVR.

Grati

ERGA DEOS.

☞ *Hæc ad Religioſam Iuſtitiam referenda eſt. Nam quicqu d à Deo accipimus, vti diuinum eſt, ita diuinum mentis affectum efflagitat.*

M. OCTAV. HERENNIVS tibicen, poſtquam arti ſuæ diffiſus eſt, inſtituit mercaturam: & benè re geſta decimam Herculi profanauit: poſtmodum etiam ædem ei ſacrauit & ſignum: Victoremque inciſis literis appellauit. *Macrob. l. 3. c. 6. Saturn.*

ERGA LEGISLATORES.

Veneratio apud Eſſenos poſt Deum magna legiſlatoris eſt: ita vt ſi quis eum blaſphemauerit, morte damnetur. *Ioſeph. l. 2. c. 7. Belli Iudaici.*

ERGA PRÆCEPTORES.

☞ *Vide Tit. Fides diſcipulorum erga Præceptores. Illic Fides tacita vel expreſſa: hic ratione Meriti conſideratur.*

C A. CASSELIVS, Eques Roman. Q. Mutij Voluſij auditor, moriens Q. Mutium, nepotem præceptoris ſui Mutij, in eius honorem, teſtamento hæredem reliquit.

ERGA PATRONOS.

M. TVLLIVS Cicero vt innumeros ſuo inuenit patrocinio, à nemine tamen æquè laudatus eſt, atque à Catullo Aliorum mortales, huius etiam immortales perſtant gratiæ. Nam leguntur & legentur hæc ſemper:

Diſertiſſime Romuli nepotum,
Quot ſunt, quotque fuêre, Marce Tulli,
Quotque poſt aliis erunt in annis:
Gratias tibi maximas Catullus
Agit peſſimus omnium poeta:
Quanto tu optimus omnium patronus.

ERGA LEGATOS.

Ex Tit. Legatorum, huc exempla quædam.

ERGA MEDICOS.

Ex Tit. Medicinæ ſtudium in aliis, huc non pauca.

Quo tempore regnum Argiuorum tenuit Anaxagoras Ar-
D gei filius, Megapenthis nepos, is ſuror feminas inuaſit, vt cum intra domeſticos parietes contineri non poſſent, per totum agrum palantes vagarentur. Inuentus tandem eſt Melampus Amythaonis filius, à quo ſanatæ ſunt. Et Anaxagoras ita gratiam retulit, vt æquis cum eo, fratreque eius Biante partibus regnum communicaret. *Pauſan. in Corinth.*

HIPPOCR. medicus, cùm peſtem ex Illyrico venientem prædixiſſet, ex diſcipulis quoſdã in diuerſas Græciæ ciuitates dimiſit, qui illis laborare incipientib. opitularentur. Quare ſplendidos honores à Cois, Theſſalis & Argiuis cõſecutus eſt maximè verò ab Athenienſibus, qui eum Eleuſiniis ſacris ſecundum ab Hercule publicè initiarunt, & ciuem conſcripſerunt, atque in Prytanæo alimenta tum ipſi, tum poſteris eius dederunt. *Plin. l. 7. c. 37. & Soranus Cous in eius vita, & Suidas.*

DEMOCEDES CROTONIATES Darium Perſarum regem curauit, cùm pedem luxaſſet. Ob quam curationem, cùm eum rex duobus aurearum compedum paribus donaſſet, interrogauit Democedes. Nunquid ideo ſe duplici malo remunerandum putaret, quòd ab eo ſanatus eſſet? Hoc dicto Da- E
rius delect us, ad ſuas Vxores hominem miſit Eunuchi, qui eum deduxerunt ad feminas dicebant, hunc eſſe, qui reſtituiſſet animam regi. Tunc earum ſingulæ auream phialæ thecam ſuffringentes, Democedem donauerunt tam amplo munere, vt excidentes ex percuſſione phialarum ſtateres, famulus qui ſequebatur, nomine Sciton, aduertens, collegerit non paruam auri ſummam. *Herod. l. 3.*

Cleombrotum Ceum medicum Ptolemæus rex Megalenſibus ſacris centum donauit talentis, ſeruato Anthioco rege patre ſuo. *Plin. l. 7. c. 37. Ael. 29. c. 1. de Eraſ.* hoc ipſum refert.

PHALARIS tyrannus, licet crudelitate inſigni ſemper notatus ſit, gratitudinis tamen ſpecimen non vulgare edidit. Polycleti enim medico qui grauiſſimo eum morbo liberarat, ex puro auro miſit phialas quatuor, crateres argenteos duos, poculorum item therl liorum paria decem, puellas quoque intactas viginti: cum his etiam Atticarum argentearum quinquaginta millia. Quæ ex tyranni epiſtola videre licet.

ſtatuit Pop. Rom. Antonio Muſæ medico ſignum Æſculapio proximum, ob Auguſtum periculosè morbo ſeruatum, monumentum publicæ gratitudinis haud vulgare, præcipuum-
F que artis decus: quòd potentiſſimi populi, omniumque gentium victoris iudicio, vnus aliquis hominum medicinæ deo æquari debuerit, quòd caput vnum, etſi ciuitati gratiſſimum, maiore felicitate, quàm artis peritia, ſeruaſſet. *Sab. l. 7. c. 1. ex Suet.* Eidem quoque Cæſar ipſe Aug. magnam pecuniam dedit, conceſſitque ius annulorum: nec ſolùm ei, ſed etiã cæteris omnibus, qui eandem artem profiterentur, vel eſſent in poſterum profeſſuri. Sed non iis medicus beneficio fortunæ, vel diuino, vt ego arbitror, vſus eſt. Marcellus enim cum nõ multò poſt ægrotaret, atque eodem modo frigidis quibuſdam potionibus & lauacris a Muſa curaretur, mortuus eſt. *Xiphil.*

MVSCA TVRRIANVS, Napi principis F. cùm ob interfectum Paganinum filium à Vercellenſibus pater adeò in omnes interfectorum propinquos ſæuiret, vt ad filij tumulum tanquam hoſtiæ mactarentur, vix tandem medico ſuo, cui recuperatam vitæ ſalutem acceptam referebat, vitam impetrauit: grauiſſimè minans, dolore atque inedia ſeipſum necaturum, niſi vir ſalutaris & innocens ab crudeli ſupplicio ſeruaretur. *Iouius in Othon.*

ERGA MECHANICOS. G

DARIVS rex Perſarum, Mandroclem Samium, eò quòd ponte ſublicio iunxiſſet. Thracium Boſphorum, decuplo donauit. *Herod. l. 4.*

Polygnoto Thaſio, qui Pœcilem porticum Athenienſibus gratis pinxerat, cùm partem eius Mycon mercede pingeret, Amphictiones hoſpitia gratuita decreuêre. *Plin. l. 35. cap. 9. hiſt. natur.*

MAMVRIVS inſignis ille faber, conductus à Numa Pompilio, vt peltas æneas, ad ſimilitudinem eius quæ de cœlo ceciderat, in qua pop. Rom. fata ſignata erant, alias etiam fabrefaceret, eadem facie & menſure: cùm iam confeciſſet, Numa dedit optionem, vt quicquid vellet peteret, id certò ſe daturum repromittens. Ille neque pecuniam, nec aliud quicquam petiit quàm vt à Saliis ſacerdotibus Martis, cùm iam ſaltantes canerent, in fine carminis, Mamurij artificis nomen etiam pronuntiaretur. *Dionyſ. l. 2. Ouid. l. 3. Faſtor. Sab. l. 3. Enn. 2.*

Ardeates templi ſui pictorem ciuitate donarunt & carmine, quod eſt in ipſa pictura, bis verſibus antiquis literis Latinis: H

Dignis digna loca picturis condecorauit,
Regina Iunoni ſupremæ coniugis templum,
Marcus Ludius Elotas, Aetolia oriundus,
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc ardea laudat.

Plin. lib. 36 cap. 10. Hiſtor. natur.

VESPASIANVS Imp. Coloſſi refectorem, à quo coloſſus centum & ſeptem pedum altitudinis erectus eſt, munere imperatorio donauit, aliiſque mechanicis inſignioribus præmia multa dedit. *Suet.*

ERGA MILITES.

☞ *Vide Tit. Præmia Fortitudini bellicæ data.*

Ægyptij militibus ſuis (quos Calaſirios vocant, & Hermotybios) hoc eximij honoris ſolis, præter ſacerdotes, habent, quòd ſingulorum duodecim agri ſunt immunes, ſinguli agri centum cubitorum Ægyptiorum quoquò verſus. Præterea Calaſirium milleni & Hermotybium circa regem funguntur annuo ſatellitum munere. Quibus præter prædia dantur

 vicitim

A viritim panis toſti pondo quinæ minæ, carnis bubulæ binæ, vini [illegible] quaterni. *Herod. lib.2.*

POLY[illegible]RA[illegible] Samiorũ tyrannus: matres militũ, qui in bello periiſſent, opulentioribus [illegible] alendas dabat nutriendas. *Rau ſire.*

ISO[illegible]RATES Athenienſis poſt pugnam, de præda cuique [illegible] laboribus partem diſtribuit. Sin munera à ciuitatibus [illegible] afferentur, ab his etiam diſpertiuit vniuique non [illegible] tantùm, verùm etiam [illegible] condùm exercitus atque manipulos, & ſecundùm [illegible] naturas equitibus [illegible] alia armatis, alia leuis armaturæ [illegible] Ante pugnam, facto ſilentio, promittebat ei, qui ex armatis ſe fortiſſime geſſiſſet præmium: & itecom [illegible] qui ex equitibus fuerit [illegible], & ſic deinceps in ſingulis ordinibus [illegible] autem & publicis comitiis eos, qui cæteris ſtrenuiores extitiſſent primis ſedibus honorabat. Hæc omnia excogitabat, vt alacriores & promptiores ad pericula milites redderet. *Polyæn. l. 3.*

ALEXANDER Magn. reuerſus ex Indis, Macedones milites in Perſide receniuit, & domum dimiſit [illegible], magnificè donatos. Scripſit inſuper ad Antipatrum, vt omnibus in
B ludis & ſpectaculis primum locum tenerent, & coronati ibi conſiderent. De mortuorum liberis orbis ſtipendia parentum attribuit. *Plut. in Alex.* Militum, qui cecidiſſent, liberos paterna capere ſtipendia voluit.

Romani, milites benemeritos haſtis puris, aureis paretis, ſellis curulib. eburneis, Scipione eburneo, tunicis palmatis & pictis, vexillis cæruleis in bello nauali, aureis torquibus, duplici annona, duplici ſtipẽdio, interdũ etiã militiæ vacatione, & dignitatis aliquo gradu donabãt. Ex lege Calphurnia, æra multiplicia, ſagaq; & tunicæ ſingulis militibus, qui rebus fortiter geſtis interfuerãt, & ius ciuitatis dabatur. Priſcis tẽporibus militaris dona, quæ militib. fortiter in bello ſe gerentibus à ducibus dabãtur, heminæ, vel quartarij farris fuêre, binaque iugera: aut tantum agri, quantũ vno die circumaraſſent. *Teſte Plinio l 18. c. 3.* Sertoris lege, fungi dignitate inter patres, aut diebus ſolemnibus coronatum incedere, vel præmis victoriæ militibus militibus. Imperatores Romanorum, centuriones legatóſque legionum pro magnis officiis in Rempublicam, conſularibus ornamentis, aut equo publico, non-
C nunquam triumphali ſtatua donauêre. *Alex. lib.4. cap.18.*

Romani Prænestinis militibus, qui in præſidio Caſilini fuerant, duplex ſtipendium conſtituerunt, & vocationem in quinquennium Manitij eorum prætoris ſtatua loricata in Prænestino foro diu poſtea manſit cum tribus ſignis & inſcriptione, Manlium pro militibus, qui Caſilini in præſidio fuerunt, votum voniſſe. *Sab. l. 3. Enn. 5.*

SCIP. ÆMILIAN. regum & ſociorum munera oblata pro tribonali accipiens, in publicas tabulas reponebat, & poſtmodùm fortibus viris pro meritis tradebat. *Alex. l.4. c.18.*

CALPHVRNIVS Piſo, cum in bello fugitiuorũ prouinciam Siciliam obtineret, quam ſexaginta ſeruorum millia occupauerant: re benè geſta, ac liberata prouincia, milites omnes qui operam ſuam in eo bello ſtrenuè nauaſſent, militaribus donis Imperatorio more donauit. *Val. Max. l.4. c.3.*

L. PAPYRIVS Curſor conſul, Papyrium filium, & quatuor centuriones, manipulumque haſtatorum armillis aureíſque coronis donauit. *Liu. l.10. Blond. l.6. Rom. triumph.*

L. QVINTIVS CINCINNAT. Dictator, militib. ſuis ſtrenuè aduerſus hoſtes pugnantibus, omnem hoſtium prædam dedit.

L. PAVL. ÆMILIVS ſeptuaginta Epiri ciuitates, quæ hoſti conſenſerant, cùm fortiter pugnantibus militibus cepiſ-
D ſet, prædam inde factam militi conceſſit.

CARVILIVS conſul, collega Papyrij militibus ex præda centenos binos aſſes, & alterum tantum centurionibus & equitibus dedit. *Blond. l. Romana triumph.*

Q. SERTORIVS ſuis militibus ob res præclarè geſtas, pictas chlamydes in virtutis præmium dono impertiuit, *Alex. ab Alex. l.1. c.19.*

AVGVSTVS ſuis militibus phaleras, torques, aliaque ex auro fabrefacta, ob res benè geſtas, munera obtulit. *Suet.*

SEVERVS Imp. bellicoſis militibus non tantùm in virtute teſtimonium aureos annulos, ſed etiam domeſticas concubinas largitus eſt. *Alex. ab Alex. l. 5. c. 19.*

AVRELIAN. Imp gregariis ſuis militibus, qui forti animo omnẽ expugnarant hoſtem, vt per omne tempus militiæ fibulas haberent aureas, priuilegio dedit. *Alex. ab Alex. l. 5. c. 19.*

Saxonico bello cùm duo gregarij milites facta teſtudine, munitiſſimæ vrbis aggeres diſſipaſſent, ac portas effregiſſent:

CAROL MAGNVS ambos ad ſe vocatos pro concione laudauit, & ipſis præfecturam inter Rhenum Alpeſque d[illegible]. F
Eodem bello duos tyrones, licet vulgo contemptos, fort[illegible] in medio hoſtium agmine depugnantes, inter cubicula[illegible] ſtipatores que ſuos eſſe iuſſit. *Auent. l. 4.*

FERD. HI[illegible]CA, ſignifer Hiſp. rapiente ei dex[illegible] torme[illegible] pila, imperterritus veſill[illegible] læua manu ſuſtulit, & in hoſte[illegible] lũ irrepetrex[illegible] Hunc poſtea Conſaluus Magnus Hiſpanorum contra Gallos dux eiuſque liberos virtutis cauſa [illegible] vectigali annuis aureis quingentis donauit. *Iouius [illegible].*

Idem regno Neapolitano ab imperio Gallorum liberato, ducibus militiæ vrbes & oppida dono dedit: quibusdam verò præfectis & [illegible] dominos, villas, fundos, aliorumque præfecturas diuiſit & quum militi communi donatiuum dediſſet, ſingulos item qui ſpectatæ virtutis nomine inſignes conſiſſent, annuis præmiis fuit proſequutus tanta quidem in recenſendis meritis memoria, tantoque in diſpenſandis muneribus iudicio, vt æſtimatione [illegible], neminem vel gregarium militem præteriiſſe, neminemque niſi larga manu do[illegible] mundi teſtarentur. *Ibid.* F

Senatus Venetus, iis qui fortiter contra Gallos ad Tarrum fl. pugnaſſent, vel egregiè pugnando cecidiſſent, inſigni liberalitate præmia perſoluit. Cunctis enim, & ante alios Fortebraccio Montono Veneto, qui grauiter vulneratus vltim. prælio exceſſerat, aucta ſtipendia, honoréſque additi. Cæſarũ liberis, qui militiæ ſtuderent, præfecturæ turmarũ datæ, filiabus autẽ dotes, & vxoribus annuæ pecuniæ in alimenta conſtitutæ. *Bembl. 5 & Ion. l. 5.* Bernardi Cantareni, Veneti exercitus apud Ferd. Neapol. regem præfecti ex febre mortui matri, auri libra annua in victum à Senatu conſtituta: duabus autem ſororibus, alteræ dos auri libræ viginti, alteræ in ſacrarum virginum collegium ternæ libræ. *Bemb. l.3. Ven. hiſt.*

ERGA SERVOS.

Alyattẽ fama eſt Crœſi patrem, alterã vxorem duxiſſe, liberóſq; tuliſſe alios. Igitur inſidiantẽ Crœſo nouercam, venenũ piſtrici tradidiſſe, confectumq; ex eo panem vt Crœſo daret, iuſſiſſe. Id indicaſſe clàm Crœſo piſtricem, atque illius natis eum panem appoſuiſſe. Cuius meriti regnantẽ Crœſum Delphis apud Deum ſicut teſtem rectè atque ordine mulieri gratiam retuliſſe, aurea ei ſtatua poſita. *Plut. de Pythiæ oraculis.* G

ERGA BRVTA.

Iſidis canes cùm eo tempore quo Oſiris quæſitus eſt, non tantum feras, ſed eos omnes qui obuiam venerant, amouiſſent & Oſiridis corpus inueſtigaſſent: ne ingrati feris eſſe viderentur Ægyptij, edicto ſtatuerunt, vt ſemper in feſto Iſidis pompam omnem præirent. *Diod. Siculus.*

MENA rex, cùm à propriis fugatus canibus, caſu & neceſſitate pellente in Myridis paludem incidiſſet perniciosiſſimam, à Crocodilo præter omnem expectationem liberatus: beneficij tanti memor, ciuitatem eo loco condidit, quam Crocodilorum ob perpetuam beneficij memoriam nominari voluit. *Diod. Sic. l. 2. de rebus Antiq.*

Vlyſſis clypeo inſigne fuiſſe delphinum; à Steſichoro proditũ eſt. At qua de cauſa, memorãt, vt Criteos teſtatur, Zacynthij. Infans adhuc, vt ferunt, Telemachus ex littore fallentibus pedib. in mare vorticoſum lapſus, atque exceptus à delphinis, reuehentibus eum ad terram, euaſit incolumis. Hinc pater, vt gratiam referret huic animãti, inſculpſit annulo & ornamentum addidit clypeo delphinum. *Plut. de Animantium compar.* H

In Aturia Aſſyriæ vicus eſt Gaugamela, id eſt, Cameli domus, apud quem Darius ſuperatus ab Alex. Magno amiſit imperium. Nomen habuit à Dario Hyſtaſpis F. qui locum hunc in alimenta dedit camelo, cuius opera indefeſſa in Scythica expeditione vſus fuerat in ferendis regiis cibariis. *Strab. l.16. & Plut. in Alex.*

Populus Athenienſis cum ædificaret Hecatompedon: (eſt verò id Athenis templum, quod & Parthenon dicũt, ex ſpecie ac concinnitate ita nuncupatũ, nõ de magnitudinis ratione ſicuti Græcorum plerique interpretantur) quaſcunque notauit mulas laborum tolerantes, dimiſit liberas paſcere. Atque vnã ferunt liberatarum vltrò ad opera deſcendiſſe, vnaque cum iumentis, quæ in arcẽ trahebant plauſtra, cucurriſſe & præiſſe, tanquam adhortantem ea & excitantem: cui publicè ſciuit vſque ad mortem alimenta. *Plut. in Catone, & Plin. l. 8 c. 44.*

Delphis ſacram ingreſſis aream Taurus ex ære præ oculis eſt, Theopropi Æginetæ opus, Corcyræorum donum. Proditum memoriæ eſt, Corcyræ aliquando aliis bobus relictis, tau-

tum

A rum à paſtu redeuntem, contra pelagus mugitus edidiſſe, Cumque per totum diem illic conſtitiſſet, bubulcum ad mare deſcendiſſe, conſpexiſſe verò infinitum propè thunnorum numerum. Quod cùm indicaſſet Corcyræis, illi (quod thunnos capere conati, operam lud'rant) ſciſcitatum Delphos miſêre. Ex Apollinis verò reſponſo taurum Neptuno mactant: confectoque mox ſacro, piſces capiunt. Donum è decima prædæ in Olympiam & Delphos mittunt. *Pauſ.in Phoc.*

Nauplienſes in Peloponneſo habitantes de aſino memorant, quòd arroſo vitis palmite, vuarum in poſterum vberiorem prouentum exhibuerit: & ea de cauſa apud eos etiamnum videtur aſini figura, vtpote qui putandarum vitium rationem docuerit. *Pauſ.in Corinth.*

Erga canem ſuum Xanthippus Athenienſis gratus extitit, qui maria pernatans, vſque in Salaminam eum ſequutus fuerat: quo tempore, adueniente in Græciam Xerxe, maior Græciæ pars in eam ſe inſulam recepit. Nam ne tanto amori ingratus foret, mortuo cane, in Salaminæ promontorio ſepulcrum ei condidit, quod Cynotaphium appellatum eſt. *Fulg.l.5.* B *c.2.ex Plut. Catone.*

Cimon Miltiadis F. Athenienſis, equabus, quibus tertium vicerat in certamine, ſepulchrum ſtatuendum prope ſuum monumentum curauit. *Plut.c.26.de Liber.ex Plut.Catone.*

Alexander Mag. erga Bucephalum equum ſuum gratus fuit. Nam ipſius nominis vrbe in eo loco condita, vbi ſub eo confoſſus fuit, eum conſpicuo quoque ſepulchro decorauit. *Plin.l.8.c.42.*

Populum Romanorum non puduit, perpetuo gratitudinis honore anſeres proſequi, quòd dormientibus vigilibus, cùm Galli iam in ſummum Capitolium perrepſiſſent, clangore Romanos milites excitarunt. Statuit enim, vt in eo loco in poſterum magnus anſerum numerus publica impenſa aleretur; ad eamque rem cenſores inter tot publica onera publicanos primò obligarent, & alimenta ſacrorum anſerum locarent. Ne autem minùs ſe ſeuerum quam gratum populus idem præberet, ipſo die quo hoc contigerat, in loco deſignato, quotannis aliquot viuos canes ſuſpendebant: quòd ipſi, quibus maximè inuigilandum fuerat, anſeribus vigilantibus dormiuerant. C *Plut.de fort.Rom.& in q.Rom.& Plin.l.29.*

Imperante Tiberio Cæſare. Pop. Rom. coruum ſepeliuit, ferentibus feretrum duobus Æthiopibus ſeruis, præcinēte tibicine ac muſicis: cùm priùs eum qui coruum occiderat, lapidibus obruiſſet. Hoc autem egit, quia hæc auis nominatim manè Druſum ac Germanicum Cæſares, ac multos præterea alios, poſtremoque totum populum ſalutabat. *Fulg.l.5.c.2.*

Sileſiæ dux teſtamentum cùm conderet, domum ædificari mandauit, in qua canes vtiles venationi fuiſſent, ob ſenectam & corporis debilitatem à ſuis relicti dominis vſque ad mortem alerentur: deſignatis in eam rem nonnullis agris, ex quorum prouentu ſumptus ſuppeditaretur. Nec voluntas irrita fuit. *Æn.Sylu.l.4.Comment.in res geſtas Alphonſi.*

Ferdinandus Aragonius equum, quo egregiè vſus aduerſus inſidiantes fuerat, freno liberauit, vacuumque labore omni eſſe voluit, ſtabulario cuidam data paſcendi eius cura. *Pontan.c.36.de Liber.*

Selimus Baiazetem patrem imperio ſpoliare conatus, victuſque ab eo ad Chiurleũ pagum propè Byzantium, cum paucis incitato perniciſſimi equi curſu, ſeſe vtique fatis ſuis reſeruans Varnam perfugit. Erat is equus vnicolor abſoluta nigricie, cui Carabulo, id eſt, atræ nubi nomen fuit. Huic poſtea Se- D limus rerum mortuo patre, potitus tanquam emerito vacationem dedit, ſic, vt in honore habitus ſiue ſeſſore, ſola ex textili auro ſtragula protectus, ad Perſas vſque & mox in Ægyptum deueheretur: eique demùm mortuo ad Memphim, Alexandri Magni exemplum ſecutus, ſepulcrum condidit: regio quidem animo, niſi necati ab eo fratres ſepulturę honore caruiſſent. *Iou.*

GRATITVDO, RESPECTV MODI SEV Beneficij, per quod gratia reponitur.

☞ *Exempla è precedentibus Tit. huc transferri poſſunt. Illic Beneficij accepti, propter quod gratus eſt, habetur ratio: hîc Beneficij redditi, quo gratus eſt.*

IN GENERE.

Latini dicunt, Agere gratias frequentiùs, quàm Gratiam. Nã quando, ex Heſiodi præſcripto, αὐτῷ τῷ μέτρῳ ἢ λώϊον, reddere oportet: vna certè auerſa Gratia in choro duæ nobis aduerſæ conſpiciuntur, vt moneant nos duplicis officij: alterum, vt ſatisfaciamus veteri, alterũ, vt obligemus etiã nouo beneficio.

Athletæ præmium athlon nuncupatur: quæ medico contribuuntur, ſoſtra dixeris & ſoteria, ac iatrea. Docenti verò, didaſcalia, didactra. Militi, ariſtea, epinicia, niceteria. Chirotechnæ autem, id eſt, artifici, epichera. Nuncio euangelia & menythra, Quippiam ferenti, comiſtra. Beneficio, chariſteria. Altori, threptra. *Cel.l.13.c.30.A.L.* E

IN SPECIE GRATIAS REFERRE per Mvnera.

Damiani Mauri eius claſſis præfecti, quæ prior bello Ferrarienſi Padum flumen eſt ingreſſa, hoſtium caſtellis aliquot in ripa fluminis vi captis, bellicis ex laboribus mortui, Veneti duabus filiis dotis nomine quadraginta auri libras ex publica pecunia dedêre: ſacerdotij autem nomine, ſi ei vitæ ſe dederent, ſenas libras. *Bemb.l.1.Ven. hiſt.*

MAGISTRATVS, DIGNITATES.

Romani priſci in dandis magiſtratibus & conferendis honoribus, non largitione & ambitu, ſed vera virtute nitebantur propterque res egregiè geſtas domi militiæque meritos ciues F prætura, ædilitate & conſulatu, ampliſſimiſque honoribus honeſtabant. *Alex.ab Alex.l.3.c.17.*

Carolvs Mag. Romam veniens, munera Pipini patris non confirmauit modò Leoni III. Pp. ſed auxit, Exarchia Rauennatium ſub ditione Põtificis eſſe iuſſa. Ferunt Corſicam inſulam, & quicquid Liguriæ ab vrbis Lunæ multis ante ætatibus euerſæ veſtigiis ad Alpes pertinet, Pontificatui attributũ, vt beneficientiæ Francorum aliqua referretur gratia, Carolus à Pontifice Hadriano Patricius creatur, quòd vt Magiſterium equitum Principatuſque viam Ducibus Auſtraſianis ad Regnum munierat, ita is tituli honor gradum Carolo ad Imperium daturus erat. *Æmil.l.2.*

Carolvs Borbonivs obſeruatum contra Maximilian. Imp. Mediolanum, in Galliam reuerſus, tanto Franciſci I. regis, & magnæ partis aulæ procerum ſtudio eſt ſuſceptus, vt meritorum ac eximij honoris cauſa, ſummus totius Galliæ equitum magiſter ſit declaratus, qui hodie Comeſtabilis vocatur, quòd eum regi ſemper adſiſtere ex vſu bellicarum rerum expediat. Hic honos ſecundùm regem, apud Gallos facilè primis exiſti- G matur: quoniam minores equitum magiſtri qui in tota Gallia omnia quatuor ſunt inſtituti, ipſius Comitis ſtabilis edicto ac imperio parent. Huius autem dignitatis atque potentiæ nomen, tanquam proceribus inuidioſum, ſuſpectumque regibus, Ludouicus XI. lata lege ſuſtulerat, quum fortè aduerſum ſe coniurati Galliæ proceres arma cepiſſent. Quibus demùm cum magno diſcrimine ſubactis. Iacobus Lucemburgius S. Pauli Comes, qui tum erat ſummus magiſter equitum, perfidiæ conuictus, capite pœnas dedit, ſic vt nemo ei poſtea in magiſterio ſufficeretur. *Sab.ſupplem.l.6.ex Iouio.*

IVS, PRIVILEGIVM CONCESSVM.

Ciuitatis.

C. Marivs duas Camertium cohortes mira virtute vim Cimbrorum ſuſtinentes, in ipſa acie aduerſus conditionem fœderis ciuitate donauit. Quod quidem factum & verè & egregiè excuſauit, dicendo, Inter armorum ſtrepitum, verba ſe iuris ciuilia exaudire non potuiſſe. Et ſanè id tempus tunc erat quo magis defendere, quàm audire leges oportebat. *Alex.l.4. cap.2.*

Vitium ſerendarum.

Quia Galli, Pannones, Hiſpani & Britanni, Bonoſo & Procolo in Gallia rebellantibus, Probo Imp. fidem ſeruarant, auxiliáque fuerant, fecit his Probus poteſtatem ſerendæ vitis, & H viri conficiendi. Ipſe ad vſum vrbanæ multitudinis circa Syrmium Almum montem militari opere foſſum vite conſeuit. *Sab.l.7.Enn.7.ex Eutropio & Vopiſco.*

CONIVGIA.

Moses Ægypto pulſus, ad Madianitas confugiens, ad puteum oppido propinquum animo & corpore æger ſedebat. Compulerant ſub id tempus eò ſorores ſeptem, quæ patrio more oues paſcebant, ſuos greges: idque aliquanto tempeſtiuiùs fecerant, vt cæteros præuenirent paſtores aquationis compendio. Affuit nec multò pòſt alia frequens pecuariorum manus, arcebatúrque infirmior ſexus à canalibus, ſuóque aquationis loco. Moyſes rem indignam ratus, facto in paſtores impetu, loco deturbauit: atque ita contigit, vt ſuos illæ per otium greges potui admouerint. Ea res Moyſen Iethro patri ſub primum ad vrbem acceſſum conciliauit. Excepit itaque ille Moyſen venientem grato hoſpitio: excepto filiam Sepho-

A tam matrimonio locauit: mox in generum aſcito omne paſcendi pecoris viri permiſit negotium. *Sab.l.2.Enn.1.*

SPOLIA.

Odettus Lotrechius, Franciſci Gallorum regis copiarum ductor, Ticinum ceperat. Primum, qui audacter in arcem irrupèrit, Hoſtaſium Rauennatem militem fuiſſe conſtat. Is à Lotrechio in præmium nauatæ operæ æneam equeſtrem ſtatuam quæ Antonini Cæſaris eſſe dicitur, impetrauit, quum ea antiquitùs Rauennatum fuiſſet, ſed poſt Gothica tempora à Longobardis Rauennam diripientibus trophæi modo in ſignū victoriæ abducta Ticinum fuerit & in foro conſtituta. Ticinenſes multis cum lacrymis Lotrechium, ne id faceret, rogarūt. quando eius ſtatuæ iacturam inſtar ſummæ calamitatis atque miſeriæ, ſupra direptæ patriæ aduerſam ſortem, exiſtimarent. Itaque Lotrechius ad miſericordiam verſus, Rauennatem ex aduerſo, promiſſum muralis coronæ præmium ex diplomate repetentem, blandis verbis admonuit, vt præmiū potius nauatæ fortiter operæ ex ſua liberalitate oblatum accipere vellet,
B quam tanta acerbiſſimè direptæ ciuitatis miſeria lætari, ardereque demum inuidia, aliquando ei & Rauennatibus nocitura. Itaque vel indignabundus miles pro ænea ſtatua pecuniam à quæſtoribus accepit, quantum ſatis eſt pro murali corona ex auro fabricanda, quæ in fidem virtutis ſuæ cum elogio, Rauennate in templo poneretur. *Iou.*

CORONAS.

Fridericus I. Imp. ſubactis Mediolanenſibus, Coronam auream à rege Anglorum dono miſſam in cathedrali templo Mediolanenſe Vladiſlao Bohemorum principi duo obtulit, quod victoriæ huius & caput, & pes fuiſſet. *Dubr.l.12.*

ENCOMIA.

Xenocrates Calcedonensis, non minus ſanctitate vitæ, quam doctrina clarus, cum duceretur à publicanis, quod Athenis degens vectigal inquilinorum non ſoluiſſe liberatus eſt ex eorum manibus à Lycurgo oratore, qui indignitatē facti contulit: vt erat iuſtus in primis ac ſeuerus vir, voluit etiam improbitatis ſuæ pœnas dare petulantes illos. Cùm igitur poſtea philoſophus ille incidiſſet in liberos ſui liberatoris, ita ipſos
C allocutus eſt. Egregiam patri veſtro, pueri optimi, gratiam refero: cuncti namque mortales ipſum laudant ob ea officia, quibus functus eſt aduerſus me *Vict.l.21.Var.lect.c.20.*

Romanis ob eorum in Græcos merita (libertatem enim illis reſtituêre per T. Quintium Flaminium) non ad laudes modo relata gratia à Græcis, ſed ad fidem etiam apud omnes mortales & imperium eſt merito progreſſa. Neque enim accipiebantur modo imperatores eorum, ſed & accerſentes & euocantes illos, fidei ſe committebant eorum: neque populi ſolùm & ciuitates, ſed & reges quoque ab aliis violati regibus decurrebant ad illorum præſidium: vnde breui fortaſſe non ſine diuina ope omnia iis paruêre. *Plut.in Flaminio.*

NOMINIS MEMORIAM.

Mentor Ithacenſis Homerum ex oculis laborantem hoſpitio excepit, quoad conualuit. Ea propter Homerus gratus cum poſtea Odiſſeæ ſuæ inſeruit, & Vlyſſis ſocium finxit, cui abiens domum totam commendauerit. *Herod.in Homeri vita.*

Cærites, Hetturiæ populi, capta vrbe Roma à Senonibus Gallis, ſacra Romanorum à Veſtalibus inuecta perbenignè re-
D ceperunt, vſq; eoque ſeruarunt, dū patria à Camillo eſſet recuperata. *Liu.l.5.* Eius beneficij Rom. memores, poſtea omnia, quæ ad religionē colenda pertinerēt, Cæremonias nuncuparūt.

GRATITVDINIS TEMPVS.

Gratitudo Expedita.

☞ *Exempla non pauca ex præcedentibus paſſim petantur.*

SERA.

Propter hoſpitalitatem, quam præſtiterant Ægyptij iam olim Iſraëlitis, cum in Ægypto peregrini eſſent, tertiam progeniem ab Ægyptiis deſcendentem in ciuitatem recipi poſſe, Dominus per Moyſen affirmat: cum Ammonitarum & Moabitarum ne decimam quidem progeniem ſuſcipere poſſent, eo quod hi egreſſis ex Ægypto nullū hoſpitalitatis munus exhibuiſſent. ☞ *Vide Tit. Ciuitate non donati.*

Saul rex Samuelis prophetæ iuſſu Amalechitas exciſurus, qui 400. ante annis Iſraëlitas ex Ægypto egreſſos infeſtaſſent in itinere, Cenæos Sichemitas, qui in medio Madianitarum habitabant, & ſeſe humano erga Iſraëlitas præbuerant, præmonuit, vt ab Amalechitis funditùs exſcindendis diſcederent: ne vnà cum illis perirent. *1. Reg.15.*

Lacedæmonij Antiocratis nepotes, ob interfectum ab eo ad Mātineam Epaminondā, immunitate honorarūt. *Plut.in Ageſil.* A

Iidem cum Peloponnenſibus cæterorumque locorum præſidio ſecunda expeditione in Atticā irrumpentes, villas vbiq. vaſtabant, incendiis ædificia euertebant, ea tantummodo parte intacta, quæ Tetrapolis appellatur: ab huius violatione abſtinuêre, quia proauos ſuos eius ſedes habitaculis & hoſpitio exceptos olim, & Euryſtheum inde bello adortos ſuperaſſe audiuerant. Æquū namq; videbatur his, qui maiores ſuos beneficiis affecerant, pares ab nepotibus eorum gratias referri. *Diod.l.12.*

Cùm Thebani exules, Pelopidas, Pherenicus, Melon, Damoclides, qui Lacedæmoniorum tyrannidem ferre non poterant, Athenas confugiſſent, Lacedæmonij Athenienſibus imperarunt, ne reciperent exules, neve eos, concitarent, ſed tanquā à ſociis declaratos communes hoſtes exterminarent. Verum Athenienſes cùm inueterata ſua & genuina humanitate, tum vt gratias referrent Thebanis (qui Thraſybulū cum exulibus Athenienſibus imprimis ad redditum in patriam adiuuerant, ſciuerantque, ſi quis Athenienſium arma per Bœotiam aduerſus xxx. tyrannos ferret, neminem id audire aut videre Theba- B
norum) omnem iniuriam, ab iis abſtinuerunt: futurum aliquādo rati, vt ſicut Thraſybulus ex Thebis erumpens obtriuerat Athenienſium tyrannos, ita ipſi quoque monentes ex Athenis Thebas in libertatem aſſererent. *Plut.in Pelopida.*

Meſſenij duce Ariſtomene, eiecti ex Era monte à Lacedæmoniis, ab Arcadibus liberaliter & benignè ſuſcepti fuere. Exturres tamen, & variis caſibus per 287. annos agitati, tandem poſt Leuctricam Lacedæmoniorū cladem ab Epaminonda ſedibus ſuis reſtituti, cum Cleomenes Spartanus Megalopolin Arcadiæ occupaſſet, quicunque cum Philopœmene Craugidis F. effugêre, eos Meſſenij gratitudinis ergo liberaliter accepêre. Sic nunquam perit gratia. Viciſſim cum Nabis Lacedæmoniorū tyrannus Meſſenem noctu occupaſſet, Philopœmen & Megapolitani tyrannum cedere coegerunt *Pauſ in Meſſen.*

Victis Perſis, Crotoniatis in Italia prædam impertiuit Alexander Magn. ad Phayli athletæ honorandum ſtudium virtutemque, qui belliis Medicis, cum Itali cæteri res Græcorum haberent pro deploratis, Salaminem, naui ſuis inſtructa, fuerat ad periculi ſocietatem profectus *Plut.in Alex.* C

Romanos memoria proditum eſt aduerſum Acarnanes liberalitate non mediocri vſos in referenda gratia, poſt multa etiā ſecula, quod illi Æneam auctorē & vrbis & generis, extorrē patria profugumq; ad Acarnaniæ oras diuertentem cum claſſe portubus hoſpitioque benigne excepiſſent. Itaque eam ob cauſam donati ſunt Acarnanes Leucade & Anactorio, quæ oppida Romanus exercitus Corinthiis ademerat. *Strab.l.10.ex.Eph.*

DIV DILATA.

Luciani planè aureum in Anthologia diſtichon, in tardantis gratitudinis indignitatem, tale extat:

Ὠκεῖαι χάριτες, γλυκερώτεραι, ἢν δὲ βραδύνῃ.
Πᾶσα χάρις κενεὴ, μηδὲ λέγοιτο χάρις

eleganter ab Auſonio redditum:

Gratia quæ tarda eſt ingrata eſt; gratia namque
Quam fieri properat, gratia grata magis.

Eubœenſi extincto Hipparcho caſum grauiter ferre præ ſe ferebat Philippus Macedo, ac cùm diceret quidam: Atqui non fuit eius immaturus deceſſus: ipſi quidem, inquit, at mihi immaturus. Præuertit enim fato fundi, quam meritam gratiam à D
me amicitiæ reciperet. *Plut.in reg. Apoph.*

NIMIVM GRATI.

☞ *Conſule Tit. Superſtitionis. item Adulationis, quatenus iis, à quibus beneficium accepêre, ita ſe obnoxios fatentur, vt cum deorum iniuria diuinos illis honores, vel etiam humanos, ſed maiores quàm qui illorum reſpondeant meritis, tribuunt.*

ERGA QVOS VT ERGA Doctos.

Tiberius Imp. Aſellio Sabino ſeſtertia ducenta donauit, pro dialogo, in quo boleti & ficedulæ & oſtreæ & turdi certamen induxerat. *Suet.*

REGES.

Endymionem fuiſſe Elidis Regem tradunt, atque ob iuſtitiā ab Elienſibus in deorum numerum relatum: mox impetraſſe à Ioue vt perpetuo dormiret. *Nat.Comes Mythol.l.4.c.8.*

Codrus, Athenienſis rex, eo quod pro patria ſe deuouiſſet, in numerum deorum ab Athenienſibus relatus eſt. ☞ *Vide Tit. Fidei erga patriam deuouendo ſeſe.*

Romani Romulo templum primo parenti Vrbis in Quirinali condiderunt, eum raptum & in numerum deorum iam relatum eſſe quidam affirmaſſent. Illud templum perpetuò

clau

A clauſum erat: quaſi arcanum haberi vellent, an homo tectus, an inter diuos relatos eſſet. *Alex.ab Alex.l.1.c.14.*

MILITES.

M. Fvlvivs Nobilior coronis donauerat milites, quòd vallum curaſſent, & puteum ſtrenue fodiſſent. Vnde grauiſſime à M. Catone notatus eſt, quaſi milites per ambitionem coronis leuiſſimis de cauſis donaſſet. Cuius verba leges apud. *Gell. l. 5. c.6.in fine.*

COQVOS

M. Antonivs coquum ſuum ob lautè inſtructam cœnam ædibus ampliſſimis donauit. *Vide Tit.Voluptatib. omnis generis deditis.*

ADVLATORES.

M. Antonivs Caracalla Romanorum Imper. dedit Iunio Polino decem millia aureorum, quòd ipſum, quanquam minùs ea animo (erat enim mordax) ad prædam faciendam cohortatus eſſet, dixiſſetque eum quoties iracundiam ſimularet, plane iratum videri. *Dion & Xiphilin.*

DELATORES.

B Herodes Iudæorum rex, Euryclem Lacedæmoniũ delatorem L. talentis donat. *Vide Tit. Accuſatores mendaces in ſpecie.*

BRVTA.

In Ægypto cùm ſerpentum multitudo plurimum detrimenti hominibus & pecori afferret: feles quod aduerſus ſerpentum & aliorum reptilium morſus plurimum conferrent, non tantùm in precio habuerunt, ſed etiam pro diis coluerunt Ichneumonem, quòd crocodilos obſeruaret, oua que eorum conteret ita, ne multitudine infeſtum Nilum redderent, idem pro deo coluerunt. Similiter accipitrem, quòd ſcorpiones cerastaſque, & ſimilia animalia fugaret & occideret. *Diod. Sicul.* Ferunt ex Arabia ſerpentes alatos ineunte ſtatim vere in Ægyptum volare; ſed eis ad ingreſſum planiciei occurrentes aues ibides, ipſos intermere. Ob id factum, ibin magno honore Ægyptij colunt. *Herod.l.2.*

Cùm lupi Æthiopes, in Ægyptiorum agros incurſionem facientes, ad ciuitatem vſq; Elephantinam fugaſſent, lupi ſimulacrum erexerunt, & beneficij memores pro deo ſemper Ægyptij coluerunt. *Diod. Siculus.*

Periandrr Corinthiorum tyrannus nunciis miſſis quoſC dam Nobilium pueros caſtrandos præceperat. Nauim, qua nuncij vehebantur, quantumvis plenam ventis, echineis in mari remo rata eſt Conchaaigitur, quæ id præſtiterunt, apud Gnidiorum Venerem colere inſtituerunt. *Plin.lib.9.c.24.*

OBQVID, NIMIVM.

grati ob

INSTITVTIONEM QVAMLIBET.

E V M Q V E

Ceres rapta à Platone filia Proſerpina, facibus in Ætna accenſis, varias orbis partes circuiuit, homineſque qui eam gratè ſuſceperant, tanquã beneficij memor, frumenti edocuit viam: io quibus primi poſt Siculos fuère Athenienſes. Qua ex re publicè hanc deam præ cæteris coluère tum ſacrificiis ampliſſimis, tum Eleuſinæ myſteriis. *Diod.l.5.c.2.*

Osiris Iſidis maritus cum totum terrarum orbem perambulans. Homines vites plantare ac curare pecora edocuiſſet: non priſci tantùm, ſed poſteri quoque beneficij memores, pro vino ex maximis diis Oſiridem habuère. *Diod. Sic.l.1.c.1.*

Isis, cùm in Ægypto primùm omnium triticum & bordeũ D inuenîſſet, Ægyptij ne ob tantum beneficium ingrati viderentur, voluerunt vt ſemper in æſtate meſſores ſpicas maturas ad manipulum excerperent, & Iſidem inuocantes, deæ afferrent. *Diod. Sicul.l.1.c.2.de rebus antiquis.*

Ianvs erga Saturnum gratus, cùm ab eo ruris peritiam edoctus fuiſſet. *Vide Tit. Inuentores agriculturæ.*

INDICIVM.

Nauis quædam piratica appulit ad inſulam Iracenſem, in qua forte fortuna ſenex quidam erat vnà cum cadis fictilibus plenis pice. Pyrrhias quidam Ithacenſis portitor (Heraclidas Parium vocat) ſenem dato pretio redemit à piratis, non ob id, quòd eo ſibi foret opus, ſed partim quòd miſertus eſſet ſenilis fortunæ, partim homiois oratione perſuaſus. Emit autem vna cum ſene cados illos picatos, iidque auctore ſene. Deinde profectis piratis, quò Pyrrhiæ gratiã referret ſenex, quòd non ob lucri cupiditatem, ſed ob beneuolentiam is erga ſe gratis feciſſet, indicauit in cadis multam pecuniæ vim, pici admiſtam, abditam eſſe. Qua repertã, cùm Pyrrhias derepentè dines eſſet redditus, cùm magnificè collaudauit ſenis erga ſe gratitudinem, tum eidem bouem immolauit, officij præmium. Atque hinc ē raro peruulgata, natum prouerbium, de gratia proliaæ relata: Nemo bencmerito bouem immolauit, præter Pyrrhiam. *Plut.in quaſt. Græcanicis.* E

Veneris Meretricis ſacellum eſt apud Abydenos, vt aſſerit Pamphilos. Nam cùm ciuitatis à ſeruis teneretur, cuſtodes, qui in ea erant, ſcribit Cleantes in fabuloſis, ſacrificaſſe: ac cùm meretrix quædam ebrios dormientes vidiſſet, claues ſurripiens; murúmque ſaliens Abidenis rem ſignificauit. Illi igitur armati ſtatim acceſſerunt, cuſtodes interemerunt, vrbéque potiti gratias meretrici reddere decreuerunt, ac idcireo extruxerunt ſacellum Veneris meretricis *Athen l.13.c.11.*

VRBEM CONDITAM.

Theſeum, qui primus Athenarum vrbem conſtituiſſe videatur, quum vicatim priùs habitaretur Attica: quamuis Quatoribem credatur Acceos appellaſſe Athenas, quòd ea quatuor vrbibus foret conflata, honoribus multis, veluti tanti viri autorità virtutibus, proſequuta poſterior ætas eſt: mortuum ſiquidem ſacrificiis, vt heroem cenſuère Athenienſes benefactorem: aſylum quoque, id eſt, ſanctius templum, vt inquit Linius ad eius tumulum curarunt dicandum, quod puto Theſeum dicebatur. *Calius,l.7.c.25.A.L.* F

Miltiadi Atheoienſi, Cypſeli F. defuncto, Cherſonitæ Thraces tanquam conditori vrbis ſacrificabãt, certaminęq; equeſtre ac gymnicum ſtatuto tempore celebrãt, in quo nulli Lampſacenorũ certare permittitur, quoniã illi Miltiadem ſemel inſidiis cepe ant. Reſtituit autem Miltiades iſte Doloncos Cherſonitas in ſuam patriam, cùm ab Abſinthiis pulſi eſſent. *Herod.l.6.*

LIBERALITATEM.

Annæ Perennæ feſtum Idibus Martiis Romanis ſolenne erat, in quo plebs in gramine diſſecta potabat. Varias cauſas *lib. 3. Faſtorum Ouidius* aff. rt fabuloſas: ſed hanc hiſtoricam, inquiens:

Plebs vetus, & nullis etiam tunc tuta Tribunis,
Fugit, & in Sacri vertice montis erat.
Iam quoque quem ſecum tulerant, defecerat illos
Victus, & humanis vſibus apta Ceres.
Orta ſuburbanis quædam fuit Anna Bouillis,
Pauper ſed multa ſedulitatis anus:
Illa leui mitra canos incincta capillos
Fingebat trepida ruſtica liba manu:
Atque ita per populum fumantia mane ſolebat
Diuidere, hæc populo copia grata fuit.
Pace domi facta ſignum poſuere perenne:
Quod ſibi defectis illa ferebat opem.

Laurentiæ, quæ meretrix fuit, honorem ſummum Rom. habent, ſed diuerſæ ab Acca Laurentia Romuli nutrice, quam neoſe Apuli colunt. Æditcus quidam Herculis ſolebat per otium diem ferè alea & taxillis tradocere. Cùm aliquando ex iis qui ludere cum eo & eius ſtudij ſocij ſolebant eſſe, nullo forte præſente langueret: deum ad ludendum ſecum alea prouocauit certa conditione: ſi viciſſet, vt ille quippiam ſibi conferret boni victus vt deo ipſe lautum epulum & formoſæ puellæ concubitum præberet. In hanc legem iacit pro deo, inde pro ſe ac victus fuit. Quia verò ſtare pactis volebat, menſam inſtruxit deo ſplendidiorem, Laurentiámque ex cepit conuiuio, quæ quæſtum corpore publicè faciebat, eſque in ſacello lectõ G ſtrauit, foreſque digrediens occluſit. Fama tenet congreſſum cum Laurentia Herculem non humana ſpecie; præcepiſſe, ad forum ſe manè conferret, atque in quem incidiſſet primum, ad eum vt maximè ſe conuerteret: faceretque amicum. Ergo vt ſurrexit Laurentia, conceſſiſſe eam ad forum, conueniſſéque diuitem quendam cœlibem & magno natu virum Tarutium nomine. Cum hoc iunctam familiaritate, & viuentis rei familiari præfuiſſe, & hæredem extitiſſe mortui. Poſtea loci monientem hæreditatem ſuam reip. reliquiſſe. Inde hos honores ei eſſe. *Plut.in quæſtionib. Romanis.* Hanc ipſam alij Accalarentiam appellant. H

Ioannes Conarivs Craconienſis Epiſcopus factus eſt anno 1503. interceſſione Reginæ Polonorum, quam homo nulla doctrina, neq; ingenio præditus, probus tamen, & laudabili vita, vulgatibus officiis ſubinde præſtitis demeruiſſe dicitur *Crom.l.30.*

HOSPITALITATEM.

Hacale & quæ de illo fabula hoſpitij & conuiuij commemoratur, non omnino apparet ex vano eſſe. Pacrom Hecalehũ circumiecti populi conſilio indicto Ioui Hecalo faciebant, & Hecalen colebant, diminutiuo nomine Hecalenen appellantes:

A quod illa quoq; iuuenem admodum hoſpitio excipiens Theſea ſenū more ſalutaſſet,& blanditia fuiſſet ei diminutis nominibus. Quæ quia pro eo,ad pugnā cum tauro Marathonio progrediente,ſi ſoſpes reuertiſſet, Ioui vouerat hoſtias,diem autē ſuum ante illius reditum obierat, hæc retulit hoſpitalitatis Theſei iuſſu præmia,vt Philochorus tradidit. *Plut.in Theſeo.*

FIDEM IN PATRIAM.

Codrvs rex Athenienſium, Peloponnenſibus, eiuſdem hoſtibus ciuitatis, ſe interficiendum ignotus obiecit. Reſponſum enim acceperant Peloponnenſes,tunc demum ſe victores fore, ſi hoſtium regem non occidiſſent. Eum proinde Athenienſes tanquam deum ſacrificiorum honore coluerunt. *Aug.l.18. de Ciuit. Dei, cap.19.*

In Phigalenſium Arcadum foro commune ſepulchrum eſt lectiſſimæ Oreſthaſiorum manus: quibus eodem quo heroibus ritu quotannis inferias mittunt, quoniam phigalenſib. in patriam reditum ſuo ſanguine pararunt. ☞ *Vide Tit. Fides erga ſocios.*

Platæenſes in agro ſuo, quod in eo commiſſum à Græcis aduerſus Perſas prælium fuerat, quotannis in Græcorum me-
B moriam, qui illic pro communi libertate occubuerant, ſolenni pompa ſacra peragebant. *Fulg.l.5.c.2.*

LIBERATIONEM.

Cùm Aidoneus rex Moloſſorum, Theſeum in vincula conieciſſet, quando venerat cum Pirithoo ad rapiendam regis coniugem, non vt ſibi nuptias pararet, ſed in gratiam Pirithoi illud faciens: Hercules profectus ad Moloſſos eum liberauit. Ob quam rem Theſeus gratus,aram in illius honorem erexit. *Ælian. lib. 4. de Varia hiſtor.* Quinetiam in honorem eius omnia templa,paucis exceptis conſecrauit. *Sab.lib.6. Enn. 2.ex Plut.Theſeo,& Diod.l.4.c.5.& Suida.*

Demetrivs Antigoni F. deiecto è Munychia Caſſandri Macedonis præſidio, Athenienſibus xv.anno poſt Lamiacum bellum reſtituit. Enim Athenieñſes,immodicis honoribus,quos ei decreuerunt, odioſum & grauem reddidere. Nam omnium primùm Demetrium & Antigonum reges appellauerunt, hoc nomen in eam diem auerſatos:quod quidem ex inſignibus regiis vnum adhuc Philippi & Alexandri generi illibatum aliis & intactum ſupererat. Soli eos Seruatores deos in acta retulerunt,abrogatoq; vetere magiſtratu Archonte, à quo deno-
C minabatur in faſtis annus, Seruatorum ſacerdotem quotannis creauerunt, quem plebiſcitis contractibuſq; præſcripſerunt: ſciueruntq; vt eorum cum iis nomina peplo intexerentur. Locum etiam,vbi primùm deſcenderat de curru conſecrauerunt, poſueruntq; ibi aram,quam Demetrij Catabatæ, id eſt,deſultoris nominauere, inſuper tribus duas adiecere, Demetriadem & Antigonidem curiamq; quingentenariam tum primū ſexcentenariam facere:quod ſingulæ tribus quinquagenos ſenatores præberent. Superauit omnia Stratoclis commentum. Iſte enim fuit ſcitorum horum & præclarorū deſignator blandimentorum, qui promulgauit,vt qui ex plebiſcito publicè ad Antigonum & Demetrium mitterentur, pro legatis dicerētur theori,ſicut,qui Delphos & Olympiam ſolennibus Græcorum victimas pro ciuitatibus agunt. Rogationē alius quidam promulgant, impudentia ſuperans Stratoclem, vt Demetrium, quotieſcunq; appellaret,Cereris & liberi patris lautitiis exciperent. Qui ſplendore & magnificentia in eo excipiendo excelluiſſet, vt pecunia hinc de publico tribueretur ad donū diis ponendum. Ad poſtremum, menſem Munichyona Demetriona, & diem menſis trigeſimum Demetriadem appellauerunt. Adhæc Bacchanalia mutato nomine vocauerunt Demetria. At in pleriſque demonſtrarunt dij portentis offenſionem ſuam quādo peplum, in quo Demetrius & Antigonus ex plebiſcito
D fuerant vna cum Ioue & Minerua intexti, dum per Ceramicū transfertur,irruente procella medium laceratum eſt. Circa aras illorum frequens in ambitu edita cicuta, cum nec ea regio paſſim iſtam fundat. Quo die agi ſolent Bacchanalia, pompam intermiſerunt, quod ingens & intempeſtiuum gelu extitiſſet: & quia frequens deciderat pruina, non vineas modò & ficos olens aduſſit frigus, ſed frumentū quoque maxima ex parte in herba perdidit. Quod verò præter cæteros honores modum exceſſit,& fuit abſonum de conſecrandis apud Delphos clypeis, Dromoclides Sphettius rogationē tulit, vt oraculum à Demetrio peterent. Verba ipſa legis ſic habent. Quod felix fauſtumque ſit velit iubeat populus, vnum vt populus ciuem Athenienſem deſignet, qui ad Seruatorē profectus, vbi litauerit cōſulat Demetrium Seruatorem, quemadmodum religioſiſſime, commodiſſimè & ocyſſimè dona dedicaturus ſit. Quemcunque E dederit dictionem, eam vt populus ſequatur. Ita homines deridentes inſuper dementauerunt nec alias ſatis ſentientes. Obſeſſa a Caſſandro & a Demetrio denuo liberata, Parthenonis partem poſteriorem ei pro diuerſorio attribuerunt, quam ille nefariis libidinibus puerorum prophanauit. Statuerunt inſuper, videri populo Athenienſi,quicquid iuſſiſſet rex Demetrius, id & apud deos fas & ius apud homines eſſe. Ibi cum quidam ex optimatibus inſanire dixiſſet Stratoclem, eam qui promulgaret legem Demochares Laconenſis ait: Atqui inſaniat, niſi inſaniat. Habebat enim admodum quæſtuoſam Stratocles adulationem. Demochares ob id dictum delatus cùm eſſet,in exilium datus eſt. Hæc agebant Athenienſes, cùm liberati præſidio & agere viderentur in libertate. E. Peloponneſo repetens Athenas,velle ſcripſit ſe,vbi eo veniſſet, illico initiari, myſteriaque à paruis vſque ad vltima & recondita ſacra,quæ epoptica appellant,cuncta percipere. Id nefas erat,neq; vnum ante fuerat vnquā: verùm peragebantur parua menſe Antheſterione, magna Boëdromione, recondita inſpiciebant interiecto à magnis vt minimum anno. Lectis literis eius, vnus ſuſtinuit F intercedere tædifer Pythodorus, incaſſum tamen. Cæterùm lata ex Stratoclis ſententia lege, vt menſem Munichiona Antheſteriona nuncuparent & haberent, Demetrium initiauerunt cæremoniis, quæ publicè fiebant. Mox iterum ab Antheſterione Munychion conuerſus in Boëdromiona reliquas cæremonias recepit, ſimulque ad inſpectionem quoque admiſſus Demetrius eſt ſacrorum. *Plut.in Demetrio.*

Demetrivs Poliorcetes à iugo Ptolomæi Ægyptij Sicyonios liberauit Libertate reſtituta, diuinos honores ab iis conſecutus eſt quibus benefecit. Demetriadem enim vrbem nominarunt, ſacrificiaque & conuentus,itemque ludos ei in ſingulos annos ſanxerunt, & reliquos honores tanquam conditori ſuo. *Diod.l.20.*

Pop. Rom Cheræ Caij Imp. interfectori ſingulis annis parentant. ☞ *Vide Tit. Tolerantia mortis violentæ.*

* GRATITVDO BESTIARVM ERGA HEROS, NVTRITORES, BENEFACTORES.

Gratitvdinis memoriam, beneficentiamque non hominibus modo, ſed & brutis animantibus indidiſſe, plures hiſtoriæ prodiderunt. Sic ad eorum exemplum homo G meritò excitari, & in ſemet hunc effectum prouocare debeat nè ab irrationabilibus ſuperetur in eo, quod maximè eſt ſecundùm rationem. Homo namque ab humanitate appellationem ſumit:quam ſi ab homine eximis :nihil præter externam corporis figuram intueberis,cum tamen ſola ratio ſit,quæ nos à grege brutorum ſegreget. Exempla dabimus, & quidem in diuerſis ſpeciebus, eorum animalium quæ gratitudinis affectum benefactoribus ſuis exhibuerunt.

BESTIÆ GRATÆ. nempè.

AVES, VOLVCRES.

Aquila.

Crates Pergamenus l.5. refert de Aquila memorabile gratitudinis exemplum: quod & *Steſichorus* Poëta verſu eſt complexus. Nam cum xvi.meſſores inquit,quendā è ſociis aquatum miſiſſent, reperit is apud fontem Serpētem qui Aquilam complexu pene ſuffocabat. Ille falce qua armatus erat,ſerpentem diſſecuit,aquilam liberauit. Quæ liberatorem ſuum inſecuta,cum is aquam ad ſocios detuliſſet,& poculum ori admoueret, aliis illud excuſſit, velut ſigno indicans, ne biberet. Quod dum ille admiratur, & indignans reſumit,videt hinc & hinc ſocios conſidere. Quippe viderat beſtia ſerpentem illum in eo fonte vnde is aquam hauſerat, venenum ſuum effun- H dentem,& grata erga benefactorem, eum quo potuit ſigno admonuit periculi,quòd alij iam incurrerant.

Accipiter.

Memorabile eſt quod de Accipitre memorant *Naturales* eum quamuis rapaciſſimum, rigenti brumæ tempore ſolitum paſſerem qui calidioris eſt temperamenti, pectori ſuo vnguibus applicare,& ita ſe à frigore nocturno tueri : mane verò illæſum illum dimittere.

Fringilla.

Notam ſibi familiam memorat *Camerarius p. 2. hor. ſucciſ. c.81.* quæ aluit Fringillam admodum vetulam, quæ in aucupio libere dimiſſa, huc illuc volitabat, & ita ſe aliis auiculis admiſcebat,quaſi cicurata non foret. Accidit itaq; vt plerumq; alias ſui generis in nota ſibi retia comites adferret, ſeq; capi

vnà

A vnà cum illis permitteret. Iam enim vſu docta erat, quod libere in caueam dimitteretur. Videtur autem velut nutritio ſuo eam gratiam referre voluiſſe, vt prædam nonnunquam ceu compenſationem ſuſtentationis præſtitæ redderet.

Ciconia.

Ciconiam ferunt inter alia animalia adeo in benefactores beneficam, vt quotannis pullum nido deiiciat, & velut penſionem ſolidam pro hoſpitio annuę pendebat. De illius in parentes pietate, quomodo eius iam grandæuos nutriant, nec pro coquendis alimentis dioagari permittant, notæ ſunt hiſtoriæ. ☞ *Videatur Pierius l.17. Hieroglyph. c.1. & ſeq.*

Pelicanus.

De Pelicano, cuius alitis meminerunt S. Litteræ: quamuis non æque apud omnes conſtet, qualis ea auis ſit, ſcribit *Ioan. à S. Geminiano*, quod ſuper pullos ſuos quos à ſerpente vulneratos nouit, percuſſo pectore ſuo ad eos curandos ſanguinem calidum inſtillet, eumque bibendum illis exhibeat. Quo fit, vt ita debilitetur parens, quod ad eam fouendam & ſuſtentandam cibus aliunde debeat conquiri. Præſtant autem idem pulli, beneficij præſtiti memores. At mater memor obſequij,
B poſtquam vires reſumpſit, tenerrimè eos diligit, quos in officio illo magis ſollicitos fuiſſe perſpexit. Alios vero nido deturbat, neque ſuo conuictu frui permittit. *l.4.c.39.*

Cucuphas.

Cucuphæ auis meminit *Io. Pierius*, quamuis ambigat an ſit diſtincta ſpecies à ciconia; quod genitoribus ſenio confectis eodem modo gratiam rependat, quo ales ipſa fuerat educata. In eodem enim loco vbi à parentibus fuerat enutrita, eis nidum parat, pennas vellicat inutiles, eoque cibum importat, idque quoad pennis reſumptis ipſi ſibi ſufficere queant. *libro 17. cap. 5.*

Grus.

Busbequius epiſt. 3. refert, vidiſſe ſe Gruem Balearicam, quæ amoris ſigna maxima exhibuit erga militem Hiſpanum, qui eum nutrierat. Tantum enim gratitudinis ſymbolum exhibuit vt cum eo ambularet illo ambulante, aſſiſtenti adſtaret, ſeque ab eo reliquorum contactum auerſata, tractari & demulceri pateretur.

PISCES.

Scombri.

C De Scombris piſcibus tradit *Philarchus apud Athenæum* quod prolixius recenſet Ælianus; eſſe Inſulani haud procul ab Epidamnu quæ Athenas vocatur, vbi piſcatores habitant. In eo locum reperiri, vbi ſcombrorum cicurum alitur multitudo. Hi verò vt gratiam referant nutritoribus, paſti in altum denatant ad alios ſui generis fetos, eoſque ad piſcatorum capturam deducunt, tanquam referentes nutritionis acceptæ.

Delphini.

Fidem excedere videntur, quæ de gratitudine Delphinorum litteris produntur. Certè *Phil. Camerar.* De iis in hunc modum ſcribit. Fuiſſe puerum quem ita Delphinus deperiit, vt ex ipſius conſpectu viueret & defectu moreretur, atque id dumtaxat ob nutritionis obſequia à puero ſibi impenſa.

Refert *Pauſanias in Lacon.* in Poroſelene Ioniæ vrbe fuiſſe Delphinum, qui à puero quod illum manibus Piſcatorum eripuiſſet, inclamatus, ad illum properabat, & ad vecturam ſe illi ſubiiciebat.

Aliquot huiuſmodi exempla [illegible] Delphinorum luculentis verſibus graphice deſcribit *Oppianus, l. 5. Halieuticis operis.* quæ apud ipſum legere in promptu eſt.

Balena.

Stupendum eſt quod de piſce quodam non ſolum amante homines & grato ob nutritionis beneficium, ſed & beneficio-
D rum memore deſcribit *Martyr ab Angleria*, in hunc modum. Apud Indos Occidentales in ditione Reguli Caramatexij, ipſe Regulus piſcatione delectabatur. In eius retia piſcis catulus incidit, de genere piſcium immanium qui ab incolis dicuntur Manati. Minime notum arbitror inquit, genus id monſtri per noſtra maria: Squamis tamen non concha munitus, corio duriſſimo, ita vt neque ſagittam vereatur, mille verrucis armatus, tergo autem plano, & capite penitus bouino. Aquatilis eſt, & terreſtris piſcis, mitis, iners vti Elephas, vtique Delphinus, hominibus ſociabilis, ſenſu mirabili: Infantulum piſcem domi Regulus aluit dies aliquot pane patrio, ex iucca, & panico puta confecto: radicibus etiam aliis quibus homines veſcuntur. Adhuc paruolum proiecit piſcem in lacum ſuis ædibus proximum tanquam ad viuaria, qui lacus & ipſe ſuſcipit aquas, nec illas emittit. Eſt lacui nomen Guanabo qui dehinc lacus E
Manati eſt appellatus. Liber in aquis piſcis annos vagatus eſt quinque & viginti. Adoleuit in immenſum. Quæ de Baiano, quæue de Arionæo Delphinis feruntur, nihil diſtant ab huius piſcis geſtis. Piſci nomen eſt impoſitum Matum, quod ſignificat generoſum aut nobilem.

Quando ergo ex Reguli familiaribus ei notis præcipuè, quiſquam in lacunæ ripa Matum, Matum: hoc eſt generoſe, generoſe, proclamat, humani beneficij memor, caput eleuans ad vocantem pergebat. Paſcebatur hominum manu. Si vero quiſpiam transfretandi cupidus, ſigna dabat, proſtratu ſuo tranſecturos inuitabat. Decem aliquando monſtrum conſcendiſſe vno receptu, tranſportatoſque fuiſſe omnes incolumes, plaudendo & cantando exceptum fuiſſe. Sed ſi Chriſtianum quempiam erigens caput cernerat, ſubmergebatur & parère recuſabat; quia fuerat a Chriſtiano iuuene quodam petulanter affectus iniuria. In piſcem namque mitem & domeſticum fuerat iaculatus haſtam acutam, licet haud quaquam læſus fuerit ob duritiem corij, quod habet verrucoſum aſperumque, illatam tamen ſenſit iniuriam. Et ſi quando vocabatur à notis, ex illo die circum adſpectabat prius diligentiſſime, ne quis veſtitus Chriſtiano more adeſſet. Luctabatur in ripa cum Reguli cubicularibus, ſed præcipuè cum adoleſcente Reguli grato, cum F
quo domi cibus aliquando ſumpſerat. Cercopitheco lepidior erat. Fuit longo tempore vniuerſæ inſulæ ſingulare ſolatio: nam & incolarum & Chriſtianorum multitudo ingens ad monſtri miraculum quotidie confluebatur. Sapidas eſſe aiunt, horum piſcium carnes, multoſque maria illa generant. Amiſſus eſt tandem facetus ille piſcis, ad mare deuectus ab Attabonico, vno e quatuor æque diuidentibus inſulam fluminibus, ex alluuie inaudita typhonibus horrendis comitata, quam ipſi vocarunt, furcanum. Superauit Attabonicus ripas adeo, vt vniuerſam impleuerit vallem, & ſeſe lacubus omnibus immiſcuerit. Secutus ergo Attabunici torrentem bonus Matumus, facetus, ſociabilis, matrem antiquam, & natales aquas repetiit, nuſquam alias viſus. Hucuſque Martyr, &c. Refert *P. Camerarius horar. ſucciſiu. Centur. 2. c. 83.*

SERPENTES.

Draco.

G Emerat puer in ciuitate Patrá quæ eſt in Achaia, Draconem iuuenem, magnaque eum cura educabat, cumque creuiſſet, loquebatur velut cum intelligente, ludebat, dormiebatque cum illo. Verum iam grandior effectus, dimiſſus iuſſo magiſtratuū in ſolitudinem fuit. Poſt cum puer adoleſcentior factus a ſpectaculo reuerſus cum coæqualibus, forte in latrones incidiſſet haud procul à nemore in quo Draco iſte latebat, & clamorem extuliſſet, ecce præſto adeſt Draco, & in latrones exſiliens, alios interimit, alios in fugam vertit, & notum ſibi adoleſcentem tuetur, & conſeruat, velut beneficij anteacti memoriam refricans. *Ælian. l.13.*

Serpens & Leo.

De Serpente & Leone memorabilem narrationem habemus apud *Matthæum Paris in hiſt. Anglic. pag. 241.* quo pacto liberatus vterque ex fouea profunda in quam inciderant, per ſyluanum quemdam pauperculum, liberatorem ſuum ſit proſecutus: Leo quidem hinnulum obtulerit, tanquam præmium liberationis, eique applauſerit: Serpens vero inſignem magnique pretij gemmam dederit, & ſe conuoluendo ante illum poſuerit. Refert prolixè *Ioan. Buſæus l. de vitiis, inſcripto Panarion. Tit. de Ingratitud. n. 6.*

QVADRVPEDES. H

Panthera.

De Panthera refert *Ioan. à Feminiano l. 5. c. 56.* quod cum catulos eius ex fouea quadam ſuſtuliſſet quidam, accedens mater, comitem ſe illi adiunxit, caudáque & facie blandita, extra loca deſerta illum ad tutiora deduxit.

Leo. ☞ *Vide Tit. præcedenti.*

De Leone narratum reperimus apud *A. Gellium noct. Attic. l. 5.* quomodo Androdum ſeruum fugitiuum, quod è pede recumbentis à præda ſpinam hærentem euulſiſſet, diu in ſpelunca aluerit: & tandem captus Romámque ductus, eundem Androdum è fuga retractum, ſibi obiectum ad deuorandum, agnouerit, caudâque abblanditus fuerit, omnique beneuolentia acceperit. Vnde & dato homini cum vita Leone, non ſecus ac canis Domino obſequebatur, acclamante populo: Ecce Leo hoſpes hominis! en homo medicus Leonis! *T. Staplet. in Promp. Dominicali Dom. 13. poſt. Pentec. c. 5.*

A Veneti inſtitores mare Hadriaticum remigantes, haud procul à littore ingentem Draconem intuentur, Leonem complexu tenentem, eumque ad antrum ſuum inextricabilibus nodis pertrahentem. Cæterum qui huic ſpectaculo ſuperuenerant, mi erantes ... m leonis, audenter arma corripiunt. Draconem peri ... Leonem liberant, & abire permittunt. Sed ... o raptum ſe cohibere volens, quousque pellem ... nam capt... ſe animalis ... uexit, quoad ... eo loco remanſerunt. *P. Damianus epiſt.5.*

Apud Sophron... *Prato ſpi... cap.10...* de Leone refertur, qui ob ſpinam ſibi ... à Geraſimo ... abbate, a cœnobio illius recedere noluit, eoque mortuo, magno rugitu capitauit.

Ly...

Supra nominatus *Buſeus* memorat ... loco a legato, habuiſſe ſe Lyncem in Aſſyria, quem aliquamdiu nutriuit, ... beneuolum & affectum erga eum qui curam illius gerebat ... euntem aliquando & redeuntem velut complecteretur, ... oſcula figeret: Imo abeuntem oculis proſequeretur, mæ... ſederet, in eam partem qua iuerat proſpiciens donec rediret.
B Quin cum ad caſtra Turcica trans mare profectus fuiſſet, deſiderij vim continua ægritudine teſtabatur, ... ſic vt poſt inediam paucorum dierum interierit.

Canes.

☞ *Pete Curioſa, & multa ex Loco & Tit. de Canibus.*

Equi.

☞ *Vide Tit. proprium Equorum.*

Graueolentia.

☞ *Vide* ODOR.

Grauidæ.

☞ *Quære* PRÆGNANTES.

---

* Grauitas.

Vt eſt quædam verborum morumque ſeueritas.

DEFINITIO.

C GRauitas vt eſt ſeueritas quædam in moribus & ſermone, eſt firmitas quædam animi, quæ omnia vocationis munia conſtanter & ſeuerè peragit, omneſque actiones moderatur, vt congruant naturæ, locis, perſonis, temporibus. Græcis *σεμνότης* dicitur.

GRAVITER DICTA.

Grauiloquentia.

APOPHTHEGMATA ET EXEMPLA ETHNICORVM.

ALCAMENES Telecri filius cuidam percunctanti, quo pacto quis optimè regnum ſeruare poſſet: Si lucrum, inquit, non magnifecerit. Longè lateque diſſentiens à vulgo principum, qui non alia magis ratione principatum conſtabilire ſtudent, quam attenuandis ciuium, ſuis augendis opibus: cum iuſtitia & æquitas maximè reddant diuturnum imperium. *Eraſ. l. 1. Apoph.*

Grauiſſimum fuit reſponſum Syagri, cum vnà cum Athenienſibus; quo tempore Xerxes expectabatur, ad Gelonem tyrannum Syracuſanum miſſus fuit, vt in eo bello opem ab eo
D peterent. Nam cum Gelo offerret ducentas triremes, duo equitum, & octo peditum millia, ac præterea grandem pecuniam ac vim magnam frumenti, ſi Græci in eo bello eum ducem creare vellent: Syagrus reſpondit, non accipere ſe conditionem, quia ad quærendos milites, & non ad ſumendum ducem miſſus erat. Pluris enim patriæ dignitatem, quam eam neceſſitatem, in qua eos fortuna deprehenderat, facere voluit.

Quum in Spartanorum conſilio quidam vitæ parum probatæ, lingua promptus, ſententiam ſuam apprime prudenter dixiſſet: quoniam maiorem ſenatus partem magno opere mouerat, & propterea dictum erat, vt in eius verba decretum conſcriberetur: Senex quidam inter alios vehementer ſenatū reprehendit, quod ab illaudatæ vitæ homine, aliquo modo conſilium cepiſſe videri vellet. Oſtendens eiuſmodi rem vehementer grauitati Lacedæmoniorum aduerſari. Sed cum omnes illius tamen ſententiam laudarent, perſuaſit, vt eandem ipſam rem quam eloquens, cæterum bonus parum dixerat, ab alio quanquam non æquè diſerto, bono tamen viro, dici iuberent, & ſub eius nomine Senatuſcon...n conficerent. Quamobrem (vt monebantur) grauiter ... immemores fuiſſe vi... bono conſilio vſi authoris nomen præ...unt.

Ingenti grauitate Romanus ſ... vſ... quum v... à Coriolano atque Volſcis obſeſſa, q... aoquam Senatuſconſ...tū de pace conſcripſiſſet, apertè tamen n... v... ſi p... Romano agro Volſci cum exercitu ex... n... o dicerent. Timore coactos Romanos pac... V... eſſe. Al... de eodem at... que vitu... p... puli ... item ... grauiter dicta & facta *videto apud Fulgoſium atque V... Max. l. 5. c. 4.*

THEMISTOCLES cùm ad mare deſcendiſſet, vt occiſorum Perſarum ſtragem inſpiceret, cùm paſſim humi mortuorum corporibus militum ſparſos torques, & armillas aureas ... ret ad amicum conuerſus dixit: Tu, qui Themiſtocles non ... iſta collige. Grauiſſimo verbo oſtendens, conditiones quibus hominum gradus diſcriminantur eas eſſe quæ faciant, ... aliquid agere aut deceat, aut non deceat.

Quum Simonides poëta, prætoris Themiſtoclis operam pro ami... in re iniqua peteret, reſpondit Themiſtocles: Nec Si- F
mon dem fore bonum poëtam, niſi menſuram modumque in canendis carminibus quæ ſcribebat, curaret: neque ſe bonum prætorem habitum iri, ſi legibus ac iuſtitiæ alicuius gratiam præpoſuiſſet.

Grauiter Lacedæmonij quoque Macedonum Philippo regi reſponderunt, cum rem iniquam ab eis petiiſſet. Hoc etiam reſponſo vſi ſunt: Lacedæmonij Philippo regi, De eo quod ad nos ſcripſiſti, non vlla alia vel excuſatione, vel verbo addito.

CHRISTIANORVM.

Vt facetè & iocosè dicta ſuum lepôrem & venuſtatem, ita grauiter prolata ſuam etiam energiam habent & grauitatem. Durante inimica illa contentione, quæ erat inter Franciſcum Sfortiam, & Nicolaum Picininum, ſciſcitabantur Matricenſes Legati ex Alphonſo Aragonio, vtrum illorum ſibi in amicitiā adſciſcere vellet? Quibus ille: Vtroſque tanquam amicos habeo, & ab vtriuſque velut hoſtibus cauendum mihi exiſtimo. Sentiebat quippe perdifficile ita vnius familiaritate vti, vt alterius qui huic hoſtiliter inſidiatur, offenſam non incurras. Ex *Panorm. l. 5. de Geſt. Alph. Beyerl. in Apoph. Chriſtian.*

An aliud à Venetorum Duce exſpectandum: Galliarum Rege ad Ticinum capto, factum vt eiuſdem Oratos, ſubtriſti vultu Regis ſui cladem nunciaturos, adueniret in Palatium: quo G
tempore etiam Imperatoris Caroli legatus Ducem præſtolabatur, lætus admodum, obtentæ iam palmæ deferens nuntium: conſpicatuſque vtrumque Dux (vt erat prudentiſſimus) quò ſe in neutram partem inclinari teſtaretur, Faciam, inquiebat admodum grauiter, iuxta mandatum Apoſtoli: Gaudebo cum gaudente, & flebo cum flente. Eoque dicto vtriuſque animum placauit. *Aall. Serm. memor. Coroz. Beyerl. ſupra.*

---

* Gubernatio. Gubernator.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA

GVbernare eſt rem ad debitum finem conuenienter perducere. *ſecund. B. Th. 1. 1. q. 103. c. 1.*

Gubernatio eſt executio prudentiæ. *ſecund. D. Th. 1. 2. q. 22. a. 1. κυβερνῶ* Græcè, guberno Latinè dicitur. H

Guberno propriè ſignificat nauim rego. In nauigatione infinita inſunt pericula, & nauis magiſtrum peritiſſimum eſſe oportet. In mari etenim, vt & in bello, bis peccare non licet. Metaphoricè guberno idem eſt ac moderor, adminiſtro, procuro.

Gubernator, rector nauis, claui moderator, *κυβερνήτης*. Hebr. *Rabhachobel*, magiſter funis: Synecdochice, pro eo qui nauim ducit, ad puppim ſedet, clauum tenet, & aliis dat mandata neceſſaria. Gal. *Qui tient en main les cordages.* Nominatur etiam *Menaheg*, ductor, à verbo *Nahagh*, duxit, quod cognationem habet cum *baghah*, mouit, ductio enim fit cū motu. Et *Robbeh*, paſtor. Gubernatores enim, & reges ſunt, aut eſſe debent paſtores populorū, Deus ſæpiſſimè paſtor Iſraëlis, id eſt, Eccleſiæ nominatur. Gubernatio, *κυβέρνησις Pilotage*. Hebr. *tachbulah*, id eſt, gubernatio prudens induſtria, conſilium, *Prou. 1. 5. & 12. 5. 20. & 24. 6. Iob. 37. 12. Chebel (chable)* funis, à verbo *Chabal*, obſtrictus eſt alicui. Gubernatio prudens funibus & vinculis legum homines quantumvis feroces in officio continet.

D E

A *DE BONÆ GVBERNATIONIS laude, & ratione.*

Apophthegmata & Exempla Ethnicorum.

SOCRATES dicebat vehementer abſurdum eſſe, cùm artes ſedentarias nemo profiteatur abſque dedecore, qui eas non didicerit: neque quiſquam ſcrinium faciendum locet ei, qui rudis ſit eius opificij: ad publicos magiſtratus admitti, qui nunquam dederunt operam diſciplinis: ſine quibus nemo poteſt rectè magiſtratum gerere. Cumque nemo non deteſtaturus ſit eum, qui clauo aſſideret, ignarus artis nauticæ: multo magis deteſtandos, qui Rempubl. capeſſerent ignari politicæ philoſophiæ. Neque eum putabat appellãdum impoſtorem, qui à quopiam pecuniam aut vaſculum acciperet, quod non poſſet reddere, ſed illos magis impoſtores habendos dicebat, qui dolo perſuaderent, ſe idoneos gubernandæ Reipublicæ, cùm ſint homines nihili. Hoc dictum multo magis ad principes, magiſtratus Epiſcopos Chriſtianos pertinet, quam ad Ethnicos. *Eraſm. l. 3. apoph.*

B Idem illum impudenter facere dicebat, qui cum boues efficeret pauciores, poſtularet tamen haberi bonus bubulcus: ſed multò abſurdius eſſe, ſi quis haberi velit bonus Reip. gubernator, qui ciuium numerum imminuat. Hoc dictum torſit in Critiam & Chariclem, qui multos ciuium trucidârant. Nec illos id latuit. Critias enim illi minatus eſt, niſi ſileret, fore vt ipſe quoque faceret boues pauciores, & quod minatus eſt verbo, re præſtitit, nam huius opera Socrates periit. *Laert. in vita Socr.*

CHRISTIANORVM.

Velut is qui in puppi ſedens flectit gubernacula, ſimul nauem ipſam flectit reflectitque: ita ad Reipublicæ clauum conſtitutus, eam regit dirigitque. Quis illud ipſum intellexiſſe Imper. Sigiſmundum inficiabitur? apud quem dum quiſpiam gloriabundus vrbanos Magiſtratus deſpiciendos diceret, militumque tribunos extolleret; excandeſcens, Tace, inquiebat, ô Thraſo: nullâ nobis militiâ foret opus, ſi ſuas quiſque ciuitates & imperia iuſtè rectèque gubernaret. Significabat bellorum fomitem Prælatorum ſocordiam: adeoque nihil verius, quam illud *Horatij.*

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

Ex Æn. Syl. de Dict. Alph. Beyerl. in Apopth. Chriſtianis.

C Quare prudenter dixiſſe fertur Franciſcus Borgia dux: Qui cæteris præeſſe volunt, non vnà omnes qui parent regulâ metiri oportet: ſed bonos milites imitari: qui pro fiſtulæ captu, machinam bellicam ſulphureo puluere implent, ne diſſiliat. *Ribad. l. 4. vitæ eius, c. 8.*

Tempora confundimus, ſed in re eadem. Súſpectos habebat Seuerus Imp. eos qui vltrò honores ambirent, eoſque Reipub. pernicioſos exiſtimabat. Itaque cùm vrbi ſuæ Præfectum deſignaſſet, iſque fugam capeſſeret, ne publico iſti muneri deſeruiret; retractum, reluctantem, & inuitum eodem nihilominùs ornauit, dicens: Inuiti, non ambientes in Rempul. collocandi. *Æl. Lamprid. Beyerl.*

PETRVS ALDOBRANDINVS Card. Dignitate & ordine cæteris prios, non item æuo, rogatus, quinam benè gubernaret: reſpondit; Qui vim habet numinis. Senſit autem cum Homero, neminem rectè gubernare, niſi ex dono Dei. *Henr. Farneſ. in Apoph. de Principe.*

☞ *Huc adduci poterunt nonnulla ex Loco de Imperio, & Regno, Item ex Loco de Clementia.*

D

Gula. Guloſi.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

GVla Græcè λαιμαργία, & λαίμαργος guloſus & helluo, & λαιμὸς, guttur dicitur, Hebr. *Lohab. Prou. 23. 2.* à verbo *Lohab*, abliguriuit, deglutiuit.

Et eſt gula immoderata cibi auiditas, vel inordinatus appetitus cibi & potus, *ſec. B. Thom. 2. 2. q 148. art. 1. & Albert. Mag. in Comp. ſuo l. 3. c. 20.*

Ceterum ſumitur nonnunquam Gula, vt etiam importat exceſſum in potu, & ita diuiditur à pleriſque in commeſſationem & ebrietatem, tanquam in ſpecies, vtriuſque Apoſtolus meminit ad *Rom. c. 13.* Alioquin ſtrictius accepta, opponitur abſtinentiæ ſtrictè acceptæ: eſtque vitium in appetitione & vſu delectationis cibi & potus, debitum modum, id eſt, rationis præſcriptum excedens.

QVOT MODIS COMMITTATVR.

Quinque modos ſubtiliter aſſignat *S. Thom. ex l. 30. moral. cap. 27. Gregorij,* qui continentur iſto verſiculo:

Præproperè lautè, nimis, ardenter, ſtudiosè. E

Exceſſus enim vel circa ipſum cibum ſpectari poteſt, putà, ratione ſubſtantiæ, qualitatis, vel quantitatis: vel circa illius ſumptionem: ſcilicet ſi voraciter, ſæpius, aut diutius quam deceat cibo vtatur. De quibus, conſule illos, qui caſuum conſcientiæ ſummas ſcriptis tradiderunt.

☞ *De Gula & Guloſis multa tranſtulimus ad Locum de Intemperantia, Tit. Intemperantia alimentaris.*

☞ *Vide etiam Tit. de Edonibus, & Bibacibus.*

GVLÆ DESCRIPTIO POETARVM.

Lucan 4.

——O prodigia rerum
Luxuries nunquam paruo contenta paratu,
Et quæſitorum terra, pelagoque ciborum
Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ.

Sat. 4.

Ah miſeri quos noſſe iuuat, quid Phaſidis ales
Diſtet ab hyberna Rhodopes grue, quis magis anſer
Exta ferat, cur Tuſcus aper generoſior Vmbro?
Lubrica quæ recubent conchylia mollius alga. F

Petronius.

Ingenioſa gula eſt, Siculo Scarus æquore merſus
Ad menſam viuus perducitur, atque Lucrinis
Eruta littoribus vendunt conchylia cœnas,
Vt renouent per damna famem, iam Phaſidis vnda
Orbata eſt auibus, mutique in littore tantum
Solæ deſertis aſpirant frondibus auræ.

Horat. 2. Ser. 2.

Quæ virtus, & quanta boni ſi viuere paruo: &c.
Diſcite non inter lances, menſaſque nitentes,
Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus & cum
Acclinis falſis animus, meliora recuſat.
Verum hic impranſi mecum diſquirite, cur hoc?
Dicam, ſi potero, male verum examinat omnis
Corruptus iudex.

APOPHTHEGMATA, ET EXEMPLA.

SYBARITES quidam cum Spartæ in Phiditiis conuiuaretur: Meritò vitæ contemptores eſſe dixit Spartanos: quiſquis enim ſanæ ſit mentis, decies millies mori prius eligeret, quam huius parcitatis eſſe particeps. *Athen. l. 4.* G

GALIENVS CÆS. Quum ei relatum eſſet, populum Rom. indignè ferre, quod Valerianus pater eius apud Parthos ſeruiter, conuerſus adſtantes: Ecquidnam habemus, inquit, quod prandeamus. *Treb. Pollio.*

AVGVSTVS CÆSAR, quum audiſſet, Erotem Ægypti procuratorem emiſſe coturnicem, in pugna ſuperantem omnes, ac prorſus inuictam, eamque aſſam deuoraſſe: iuſſit accerſiri hominem, & diſcuſſa cauſa confeſſum malo nauis affigi iuſſit: vita iudicans indignum, qui ob tantillam gulæ voluptatem non pepercisſet aui, quæ pugnando diu multiſque potuiſſe eſſe voluptati: præterea quæ læto quodam homine Cæſar perpetuam in belli proſperitatem portenderet. *Plut. in Rom. apoph.*

☞ *Exempla cùm ſacra, tum profana, petantur ex Loco de Ebrietate. Item de Intemperantia Vbi luculenter hoc argumentum excutitur. Tit. Intemperantia alimentaria.*

---

* Guſtus.

GVſtus ſenſus eſt, quo res, quæ ſub tactum cadunt, & quæ alunt, internoſcuntur, *l. 3. de anim. c. 12. Tex. 64.* H

Guſtus eſt in eo, quod guſtatur, cernitur, & in eo quod non guſtatur: quale eſt id, quod vel prauum, vel malum ſaporem habet, vel guſtum labefactat. *Ariſtoteles l. 2. de Animo, c. 10. Text. 103.*

Guſtatum animalibus natura tribuit, vt voluptatem & dolorem in cibo ſentiant, expetant, atque ad eum veniant. *l. 3. de Animo, c. 13. T. 68.*

Guſtatus ſalutarem cibum à peſtifero ita ſecernit, vt in ſitane & ingratum fugiat: ſalutarem gratumque appetat. *l. de Senſ. cap. 1.*

Guſtus ſenſus ſimilis eſt tactui coagmentatione, & diſcretione, inſuper ad meatus progreſſione & figuris. Aut acerba ſunt aut leuia ea, quæ ad guſtum pertinent: aliquando enim & extergentia linguam acerba apparent, moderata exterſione prædita ſalſa: incidentia verò & diffundentia carnem acida, at contraria leuiáque & dulcia in ſuccum obliqueſcunt. *Tim. Locrus de anima mundi & natura.*

NECES

A

NECESSITAS.

Guſtum omne animal habet, eò quod alimento indigeat ad ſuam ſuſtentationem, eiuſque voluptate alliciatur. Quamvis quædam imperfecta quæ ad plantas magis accedunt, citra delectationem hauriant alimentum, adeò ut guſtu videantur deſtituta, quomodo dixit Ariſtoteles, non omnia animalia habere facultatem guſtandi. [illegible] *de ſomno & vigil.* [illegible]

ORGANVM

Organum Guſtus, ſiue illius inſtrumentum, eſt lingua, aut quidquam linguæ proportione reſpondens, in illis quæ lingua carent. Ita Ariſt. [illegible] *de hiſt. anim.* [illegible] 11.

Volunt autem vim guſtandi reſidere potiſſimum in ipſo linguæ acumine, vt docet experientia. Etenim ea pars mollior, eiuſque nerui magis ad ſapores percipiendos idonei ſunt. Non defuerunt, qui aliam ſententiam tenuerunt, & guſtandi vim maiorem in radice linguæ reiecerunt. De qua quæſtione conſule *comment. Colleg. Conimb. l. 2. de Anim. c. 10. q.* 2. *art.* 2.

* GVSTVS MODERANDVS.

EIVS INTEMPERANTIA PERNICIOSA.

B

EXEMPLA S. SCRIPTVRÆ.

Eua vidit lignum ſibi vetitum ad veſcendum ſuaue, & comedit, viróque dedit, qui eam comedit, & ſe totamque poſteritatem perdidit. *Gen* 2.

Guſtus Loth duarum filiarum ſtupratorem effecit. *Gen.* 19.

Guſtus ab Eſau ius primogenituræ præripuit. *Gen.* 25.

Guſtus Iſraëlitas in deſerto magna ex parte repentina morte ſuſtulit. *Num.* 11.

Guſtus Ela gladio Zambri interficiendū obiecit. 3. *Reg.* 16.

Guſtus per manum mulieris caput Holofernis abſcidit. *Iudith.* 13.

Guſtus Simonem Machabæum in conuiuio, & filios eius & ſeruos occidit. *Machab.* 13.

EXEMPLA HISTORICA.

De Guſtus moderatione.

B. Laurent. Iuſtinian. etſi in adoleſcentia ſua, vt erat prænobili proſapia ornatus, multis abſtinuiſſet mundi deliciis; tamen ad Venetum Patriarchatum euectus vulgari tantum menſa vſus eſt, edulíiſque palato ſuo inſipidis. Vnde ſi errore aliquo quandoque eſculenta poculentave ad guſtum acerbiora

C

appoſita eſſent, vt pro vino acetum, neminem arguebat, ſed ſilentio diſſimulabat: *Ex Catechiſmo D. Auronlty.*

S. Thom. Cantuarienſis Archiepiſcopus, & martyr Chriſti glorioſus, antequam diuinitus eſſet illuſtratus, multis quidem lautitiis à parentibus genere nobilibus & copioſis fuit enutritus: ſed poſtquam perſecutione regia pro iuſtitiæ defenſione exagitari cœpit, admirandam vitæ mutationem iniit. Nam teſte Eduardo præcipuo eius vitæ ſcriptore, qui ante menſa opiparè vtebatur inſtructa, magnoſque dominos, atque adeo ipſum quoque Anglorum Regem, habebat conuiuas, leguminibus, aliiſque viliſſimis cibis, pauperibus ad menſam adhibitis, veſci voluit. Sic temperantia ab eo ad guſtum mortificandum fuit exercitata. *Ex vita eiuſd. ibid.*

Idem quoque egregiè præſtitit *S. Godrofrid.* Ambianenſis Epiſc. nam etſi immenſa ſua charitate, qua flagrabat, nihil deeſſe ſuis ſubditis, quoad victum neceſſarium, ſinebat, tamen ipſe ſolo pane, pauciſque herbis & fructibus vitam tolerabat: cúmque cocus neſcio quid herbis miſcuiſſet, eum coërcitum coarguit dicens: An ignoras tu miſeram carnem ſubigi non poſſe niſi tormento ieiunij? cur mihi appoſuiſti cibum tanta arte paratum? Vide, ne deinceps in hoc genere delinquas, & me ad iracundiam prouoces. *Ex eodem Catechiſmo. Tom.* 2.

D

S. VVolſtanus Epiſcopus, die quodam poſt ſacrum Miſſæ peractum deliteſcens in loco abdito, odorem carnis, quæ pro ipſo aſſabatur, perceperat: & quoniam cogitatio inde menti oborta, ad eam comedendam appetitum illiciens, non ſinebat eum orationi attentiùs vacare, propoſuit nihil, neque tunc, neque in poſterum vitæ tempus, de carne delibare, ſicut & fecit. Quo medio mirificè adiutus eſt, non ſolùm ad ſanctiſſimam vitam ducendam, ſed etiam feliciſſimam mortem obeundam. *In vita eius apud Surium in Ian.*

S. Rupert. Abbas, cùm totam quadrageſimam ſolo pane & aqua contentus tranſegiſſet ſub Paſchæ feſtū deſiderio teneri cœpit veſcendi pane auenaceo; ſed cùm eo ad menſam allato vir Dei animaduerteret ſe paucillum concupiſcentiæ indulſiſſe, vehementer expauit, & rigidus in ſeipſum vindex guſtare inde noluit; ſed pauperibus ad monaſterij fores dari iuſſit. Erat ibi tunc iuuenis quidam ſplendida facie, qui eum vnà cum ſcutella accepit, & mox euanuit, ita tamen ut [illegible] tibus [illegible] de ſcutella ablata, ea ſubitò in menſam d[illegible] Erat enim Angelus Domini è cœlo miſſus [illegible] vſui Dei acceperat. *D. Auronltus in C*[illegible] E

Comiti Elzear. Ariano *Robert. Re*[illegible] pt mo[illegible] tuũ Carol. Calabriæ Ducem tradid[illegible] inſtituen[illegible] Cùm n[illegible] tem Elzearius vidiſſet adoleſcentem moribus leu[illegible] atque ciuum, promptúmque ad audiendos leues [illegible] ones, ei ſeorſim abducto ait: Non decet inſignem [illegible] tuam & Regem laſciuos & diſſolutos vel audire [illegible] e [illegible] ſermones: Corrumpunt enim bonos mores colloquia pra[illegible] ſed potius ſanguis illuſtris verbis honeſtis, & bonis atque corr[illegible] ptis moribus ornandus eſt. Hæc verò atque id g[illegible] alia ea efficacia dixit, eiuſque animo impreſſit, vt [illegible] nfeſtim ſpiritu manſuetudinis & pietatis eius pectus ſibi vendicante, non ſine multa admiratione. Comitum, & aliorum nobilium, qui ei ſemper aderant, breui totus mutatus ſit 10 mentius, quibuſdam dicentibus, Dominus Dux in alium virum mutatus eſt. Atque ex eo tempore non modò à verbis inhoneſtis, & malis moribus abſtinuit, ſed neque, vt quiſpiam impuros effutiret ſermones, ferre ſuſtinuit. *Surius Tom.* 5. *in vita.* F

Gymnaſia.

☞ *Quære* ACADEMIÆ.

* Gymnici.

☞ *Vide* LVDI CERTAMINA.

ERant enim Gymnica certamina illa, in quibus nudi atque vncti ſe exercebant, ἀγῶνες γυμνικοί, à Lycaone in Arcadia primum inuenti, vt author eſt *Plin. l.* 7. *c.* 6. Fuêre tamen à Nerone etiam Romæ exhibiti, teſte *Suet. in eius vita cap.* 12.

* Gymnoſophiſtæ.

QVI FVERINT, ET APVD QVOS?

GYmnoſophiſtæ erant Philoſophi ſiue Sapientes, apud Æthiopes & Indos celeberrimi, qui ex ſolo doloris contemptu, laudem & gloriam adepti fuerunt. Nulli enim niues ac glaciem montis Caucaſi perferrant, & cum ad ignem accedunt, non ingemiſcunt. Notauit id *Franc. Patrit. l.* 5. *Tit.* 6. *de Repub. ſiue de Regno & Reg. Inſtit.* Tempore Socratis quidam huius Sectæ Athenas profectus fuerat, noui alicuius diſcendi gratia, ac vniuerſam Aſiam & Græciam peragrauerat: cúmque ab eo Socrates dogma aliquod requireret, non aliud dedit, quam non debere hominem à ſapientiæ ſtudio reuocari propter corporeæ molis labem, nec propter à cœleſtium meditatione auelli, cum ſine diuina cognitione ad nullam ſcientiam valeat homo pertingere. G

DISCIPLINA ET MORES.

Nihil æquè aduerſabantur ac ſegnitiem & animi torporem. Quocirca priuſquam ad cœnam vocarentur adoleſcentes, ab eis rationem exigebant, quid operis exercitiive iſto die peregiſſent, atque iis ſolis eſculenta porrigebant, quorum induſtriam probabant: aliis è triclinio expulſis, ciboque fruſtratis. Erant enim ſummi hoſtes otij & ignauiæ.

In reſpondendo ex tempore ad quævis quæſita, dummodo ad mores formandos facerent, erant promptiſſimi. Vnde dum quidam ex illis captiui ad Alexandrum Macedonem in Indiis agentem adducti eſſent, rogaſſetque eorum maiorem, quidnam agendo beneuolentiam conciliare poſſet? illico, Si reſpondit, nemini te formidandum tradis. Rurſus alium percontatus, vitamne morte fortiorem opinaretur? Vitam ille infert, quæ tot aduerſa & calamitates quibus fortitudo exercetur, adfert. Tertium verò hac quæſtione tentat, quamdiu viuendum homini cenſeret? Qui oclus, Quamdiu ait, vitam morte potiorem exiſtimat. His hac pluribus aliis auditis, Alexander eos liberos dimiſit, & muneribus affecit. *Patrit. ſup. l.* 2. *Tit* 7. *c.* 7. *p.* 2. H

Erant in conuiuiis ſobrij vel maximè, & ea alimenta quæ natura dabat pro deliciis ſumebāt: ſic vt magis curæ illis eſſet corpus quouis modo ſuſtentare, quam delectatione paſcere.

In funeribus ſuorum nullam vocem gemitus vel querelarum emittebant, exiſtimabant enim caſtè & piè viuentibus mortis diem natalem eſſe ad vitam, vt obſeruauit. *Alexand. ab Alex. l.* 2. *Gen. dier. cap.* 26.

☞ Vide quandam apud eos vulgarem fabulam, in *Loco de Generatione, Tit. Viri qui pepererunt.*

* Gynæ

A

* Gynæcea.

QVID, ET APVD QVOS.

GYnæceum locus eſt ſecretior in ædibus, vbi ſolæ mulieres agebant, & operabantur. Eratque illius vſus apud Græcos, qui mulieres *γυναῖκας* appellant. Quippe contrario ab Ægyptiis Romanis, ſitu (illi enim in primo domus aditu, matres familias, & alias quæ lanæ operam dabant, collocabant) fœminas velut in conclaui, ac intimo receſſu, præ pudore & modeſtia locabant. Ideóque non extra, ſed intus fores pulſabantur, ne imperatos offenderent. Quod à Parthis quoque obſeruatum, vt Gynæconiti in ſecreto domus à viris ſemotam haberent manſionem: vt tradit *Alexand. ab Alex. Gen. dier. l. 5. c. 24.*

Igitur Græci Gynæceum dicunt, eo quod ibi conuentus fœminarum ad opus lanificij exercendum conueniat. *Plautus in Moſtellaria:*

B *Dare vult uxorem filio quantum poteſt,*
Ad eam rem vult facere Gynaceum nouum.

Alexandrum Moloſſum ſolitum dicere ferunt, ſe in *Ἀνδρωνίτιδα* ſiue *Ἀνδρῶνα*, pars ea eſt domus vbi viri communiter verſantur: Alexandrum verò Macedonem in *γυναικωνῖτιν* profectum, cum ille aduerſus Italos gentem bellicoſam, hic in in Perſas, & Barbaros imbelles exercitum duxiſſet.

Legimus apud *Paulum Diaconum l. 8.* Auguſtum Narſeti quod Eunuchus eſſet mandaſſe, vt cum puellis in Gynæceo lanarum penſa faceret atque diuideret.

INTRARE VIRIS VETITVM.

Olim nefas erat apud Græcos, ſi quis vir intraret Gynæceum: vti & apud Parthos. Quippe non modo vxorum, ſed & pellicum pudicitiam ita ſuſpectam habebant, vt niſi operto capite, & vehiculo, in publicum eas prodire permitterent.

Etiam in Palatio Caroli Magni Imp. Einhardus eiuſdem Imp. Notarius, & ab epiſtolis, omnibus charus erat, ac imprimis Immæ ipſius filiæ Regi Græcorum deſponſatæ multum dilectus, vt cum qua aliquandiu furtim conſueuerat patre in-
C ſcio: donec ille diluculo conſurgens, eminuſque è cubili quod Gynæceum proſpiciebat, aſpiciens, videt filiam Einhardum ſuum humeris ſuſtinentem, & è Gynæceo per medias niues aſportantem, ne veſtigia virum in eo fuiſſe deprehenderent. D
Simulat à ſe viſa, & ſimul dolet. ac conuocatis conſiliariis rem exponit, & iniuriam ſibi factam à miniſtro Domeſtico queritur, eorumque ſ[…] per ea re iudicium expoſcit. Qui admirari primum, dein indignari, ad extremum ſupp[…]icia decer[…]ere […] ſi ne infercoda ea erant, niſi Patris Imperatoris clementia in[…]tueniſſet, quæ vtrumque legitimo matrimonio coniunxit. Scripſit hanc hiſtoriam prolixè *Marquardus Freherus in append. Origin. Palatinar. pag. 9. & ſeq.* ☞ Videat Lector […] *de Clementia in hoc opere.*

De Elizabetha Angliæ nuper Regina diximus in *loco de Fucis*, quam maligno animo tulerit, quod Ducem Bironium, ad Gynæceum quædam illius miniſtra & cuſtos admiſiſſet. Idque vel maximè, quia ex inopinato ſuperueniſſet, dum comam adulterinam ea fingeret & ornaret: cum alioquin eius caluities & turpitudo lateret, vt quam pigmentis fuciſque adulterare conſueuerat.

Ex Gynaceis orta hereſes & mutationes in Relig. ☞ *Vide Tit. Mulier.* E

* Ginæcocratia.

GYnæcocratiam, ſiue Regimen aut Gubernationem fœminarum in Regnis & Imperiis, ſubtiliter examinat *P. Greg. Toloſ. l. 7. de Repub. c. 11. pag. 447.* Eaque plerumque exitioſa eſt & plurium calamitatum cauſa, omneſque Politias & diſciplinas peſſundat, Regna & Reſpublicas euertit quod Græci voluerunt indicare hoc verſu.

Γραῦς ἀναχορεύσασα πολλὴν κονίορτον ἐγείρει.
Anus inconcinnè ſaltans magnum excitat puluerem.

Ariſtotelis cenſura eſt, à mulieribus non bene regi ciuitatem *Bolognius* in condendis ſtatutis, vult non adhibendum conſilium mulierum, quod in iis notetur inconſtantia, & verſatilis mens, vnde verſus.

Regna tenens ſolem, clamat gens tota ſimul va,
Interitus regni eſt, à muliere regi.

Exemplis hæc res illuſtratur. ☞ *in Loco de Mulieribus,* vbi ſimul etiam docetur, non ſemper Gynæcocratiam eſſe deteſtandam: & nonnumquam Imperia fœminarum moderata extitiſſe, & ſub iiſdem floruiſſe Reſpublicas. F

Finis Litteræ G.